# PETRI BERCHORII PICTAVIENSIS ORDINIS B. BENEDICTI REPERTORIVM, VVLGO DICTIONARIVM MORALE,

SIVE

## TOMI TERTII,

Pars Altera.

*Editio postrema, correcta, à varijs mendis recognita, ac locis tam S. Scripturæ quàm Patrum aucta.*




COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Apud Antonium & Arnoldum Hieratos Fratres.
ANNO M. DC. XXXI.

D.

A **Dagon.** Nota, quod Dagon fuit idolũ Philisthinorũ, quod ab ipsis loco Dei colebatur, de quo legitur 1. Reg. 5. & 6. quod quia iuxta arcam testamẽti in eodem æqualitate fuit erectũ & situm, legitur, quod in mane inuentũ est ad terrã prostratum, & depositũ. quod quia ab incolis iterato fuit repositum, in alio mane inuentum est truncatum manus, & caput, & iterum ad terrã deiectum. Interpretatur aũt Dagon piscis mœroris, piscis tristitiæ, piscis iniquus, vel piscis inutilis. Igitur dicã, quod talis Dagon significare potest hypocritam, qui proprie dicitur idolum & non res, quia sc. magis habet de apparẽtia quam de essentia. Chrys. *O hypocrita, aut appare quod es, aut esto quod appares.* Iste igitur proprie nominatur, indigne sublimatur, aspere castigatur: proprie (dico) nominatur, quia dicitur Dago, quia reuera iste potest dici piscis propter molliciẽ, & propter flexuosam malitiã, & dicitur piscis mœroris & tristitiæ, propter fictam præsentiam & mœstitiam. Iuxta illud 1. Reg. 5. *Dagon pronus iacebat in terra*, dicitur tamen piscis iniquus, propter malã vitam, & nequitiam, & finaliter inuenitur piscis inutilis propter vtilitatẽ & inertiam. Vnde de vtilitate sua dicitur 1. Reg. 5. *Dagon solus truncus remansit.* Item indigne sublimatur, quia reuera fit, quod hypocritæ propter suam fictam vitam eliguntur, & iuxta arcam fœderis, i. iuxta Christũ in sublimi statu ecclesiastico aliquoties exaltantur. Iudic. 16. *Obtulerũt hostias pacificas Dagon Deo suo.* Sed reuera dico, quod exinde finaliter aspere prægrauantur, quia, s. tales æternaliter, & etiã tẽporaliter, quandoq; vtiliter cadũt, quod caput, i. animã, manus etiam, i. corpus, vel ficta sua opera amittunt, vnde de Ionatha dicitur 1. Machab. 11. quod *templum Dagon succendit igni.* Vel si vis dic, quod Dagon est diabolus, quia malis colitur, mœrori dabitur, iniq; machinatur, inutiliter operatur, sursum fuit erectus, & finaliter deiectus. sufficit de Dagon.

A **Damascus.** Nota, quod Damascus est ciuitas & caput Syriæ constructa quondã tempore Abrahę, vbi semper fuit populus Dei populo cõtrarius & rebellis, & eius successibus inuidiosus & nocens, qui potest propriæ significare mundum & ciuitatem seu congeriem iniquorum. & hoc

propter { Nomen significatiuum,<br>Opus inficiatiuum,<br>Finem exterminatiuum.

Propter nomẽ dico, quo nominatur, quia dicitur Damascus, qui interpretatur sanguinẽ bibens, sanguinem propinans, sanguinis potus, sanguinis osculum. Hic enim nominatur quadruplex sanguis quo mũdus vtitur in hac vita, & iste est carnalis sanguis delectationis, de quo Gen. 9. *Carnem cum sanguine non comedetis.* Sanguis rapinæ, & excoriationis. Hiere. 2. *In alis tuis inuentus est sanguis pauperum & innocentium.* Sanguis crudelitatis & occisionis, Esa. 1. *Manus enim eorum sanguine plena sunt*, Sanguis corporalis consanguinitatis, & carnalis affectionis, seu cognationis, qui, scil. apud iniquos per luxuriam maculatur Osee 4. *Sanguis sanguinem tetigit*, Et nũc sanguis sanguinem tetigit, vbi, & per quem, & à quo mali hodie promouẽtur iuxta illud Matth. 16. *Caro & sanguis non reuelauit tibi.* Damascus ergo, id est, mundus seu mũdanorum cœtus, quadruplici sanguine est repletus, quia, scil. sanguinem carnalis voluptatis potat, sanguinem crudelitatis propinat, sanguinem rapinæ habet pro poculo, sanguinem carnalis affectionis habet pro osculo. Et ista sunt quatuor scelera Damasci, de quibus dicitur Amos 1. *Super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor non conuertam eum: eo, quod triturauerit in plaustris ferreis Galaad. Et mittam ignem in domũ Azahel, & deuorabit domũ Benadab, & conteram vectem Damasci.* Triturare enim plaustris ferreis, signat sanguinem crudelitatis, & eum, qui ferro vtitur. Galaad aceruus testimonij, signat sanguinem rapacitatis, qui coaceruans alienum, suæ nequitiæ testis efficitur. Ignis in domo Azahel, qui interpretatur fortitudo Dei, signat sanguinem carnalitatis, quo præcipue Azahel, id est, populus ecclesiasticus inficitur. Benadab filius votiuus, signat sanguinem carnalis amoris & charitatis, quæ erga vicinos, fratres, filios & nepotulos à maioribus exhibetur. Per ista ergo quatuor scelera Damasci, id est, mundi, vectes eius, id est, ipsius fortitudo conteritur, & cõtra eum Dominus indignatur, Esa. 8. *Aufertur fortitudo Damasci.* Damascus igitur signat mundum pro-
B pter nomen, quo nominatur. ¶ Secundo signat mũdum propter opus, quod operatur, Damascus enim ciuitas dicitur operũ iniquorum operatrix. In isto enim Damasco, id est, in mundo inuenitur deficere charitatis modulus, quem inuidia tollit; firmitatis angulus, quem luxuria mollit; pietatis riuulus, quem iniquitas pellit; veritatis oculus, quem malitia fallit. De carẽtia charitatis dicitur Esa. 17. *Damascus desinet esse ciuitas.* Ciuitas, i. ciuium vnitas signat charitatẽ. De carentia constantiæ seu firmitatis dicitur illud prædictũ Esa. 8. *Aufertur fortitudo Damasci.* & illud prædictũ Amos 1. *Conteram vectem Damasci.* De carentia pietatis, & abundantia rapinæ, & iniquitatis dicitur Hiere. 49. *Succendam ignem in muro Damasci* Ignem dico rapinæ, iracundiæ, & inuidiæ. De carentia vero veritatis satis potest congrue allegari illud Act. 9. vbi dicitur quod *cum Paulus iret Damascum contra discipulos Domini, excecatus est.* Igitur Damascus mundum signat propter opus, quod
C operatur, seu propter bonũ quo vacuatur. ¶ Tertio dico, quod iste signat mundum propter finem, quo terminatur, finis enim mundi & mundanorum peccatorum terribilis erit, & miserabilis in æternum. Vnde Zach. 9. *Onus verbi domini in terra Adrach & Damasci requiei eius*, sequitur in eodem cap. *Ecce Dominus percutiet in mari fortitudinem eius, & hæc igne deuorabitur.* ¶ Sed si vis, dic in bo-
D no significato, quod Damascus est Ecclesia, vbi sanguis Christi est osculum, poculum, propinatio, & potatio. Et sic nota, quod ecclesia est Damascus, quia, sc. Damascus est locus, quem hostis ambiens vsurpauit, quem Helisæus veniens visitauit, quẽ Helias fugiens habitauit, quo Paulus gradiens prædicauit, quem Soldanus sæuiens occupauit. Sic dico, quod dudum Ecclesia fuit per hostes, sc. dæmones deuastata 4. Reg. 16. *Ascendit rex Assyriorum in Damascum, & vastauit eam.* Item fuit per Christum Dominum visitata 4. Reg. 8. *Venit Helisæus in Damascum.* Item fuit à sanctis patribus inhabitata. vnde Heliæ, qui figurabat patres sanctos, dictum est 4. Reg. 19. *Vade reuertere in Damascum per desertum*, &c. Iterum autem pro magna parte est à malis hominibus occupata. vnde de Holoferne & eius exercitu dicitur Iud. 2. quod *ipse descendit in campos Damasci, & succendit omnia sata*, &c. sufficit.

**Damnare.** Condemnare. Cõdemnatus. Notabo, quod condemnatio & damnatio sumitur pluribus modis, quia, sc. est damnatio iustitiæ, nequitiæ, stultitiæ, sæuitiæ. A
Prima fit in foro iudiciali, secunda fit in mundo materiali, tertia fit in exitiali animo, quarta autem fit in iudicio generali, atque finali. Est igitur quædam damnatio quam faciunt iuste præsidẽtes, & ista est illa, qua boni iudices damnant & condemnant, & ad pœnam & ad punitionem obligant, & adiudicant delinquentes, de qua dicitur Deut. 25. *Quem iustum perspexerint, illi iustitiæ palmam dabunt, quem impium, condemnabunt.* de ista etiam dicitur Act. 25. *Non est consuetudo Romana hominem damnare priusquam is, qui accusatur, præsentes habeat accusatores.* ¶ Item dico, quod est B
quædam damnatio, quam tolerant rerum indigentes, seu etiam viri innocentes, vel etiam quam faciunt male iudicantes, qui, scil. ad extorquendum pecunias condemnant contra iustitiam innocentes non attendentes illud Prou. 17. *Qui iustificat impium, & qui condemnat iustum, vterq; abominabilis est apud Deum.* & in Psal. 93. dicitur: *Captabunt animam iusti, & sanguinem innocentem condemnabunt*, & isti sunt deteriores leonibus qui sc. miserabilibus personis dicũtur parcere, quia, sc. promptiores sunt ad condemnandũ quam ad absoluendum, contra exemplũ Christi, qui deprehensam in adulterio damnare noluit, sed absoluit Ioan. 8. *Nemo te condemnauit mulier? nec ego te condemnabo.* ¶ Item dico, quod est con- C
demnatio, quam faciunt bonis detrahentes, stulti etiam & derisores, & etiã detractores, omnia opera aliena in sua exterminatione, & sua verbali detractione vituperant, atque damnant, & solos se reputant & facta sua, damnatis alijs se solum laudant, contra quos Iob 24. *Quomodo tu illum, qui iustus est condemnas?* Ro. 2. *In quo enim iudicas alterum, teipsum condemnas.* ideo talibus dicitur, Luc. 6. *nolite condemnare, & non condemnabimini.* ¶ Item est D
condemnatio, quam sustinent mali delinquẽtes, & ista est damnatio æterna, qua, scilicet, per sententiam vltimi iudicij impij iudicabuntur & damnabuntur ad pœnam æternam, quod timens Iob dicebat, Iob 10. *Loquar in amaritudine animæ meæ dicam Deo, noli me condemnare.* Damnatio enim mundi, & damnatio iudicij vel inferni, contrariæ sunt opinionis, & conditionis, quia, scilicet, mundus damnat, & grauat innocentes, noxios liberans, infernus vero non grauat innocentes, obnoxios damnans. Videtur ergo mundus, & mundanorum iudicum conditio esse similis fonti, qui dicitur esse in Britannia Redonum, prope villam, qui dicitur Falgeria Radulphi. Suspectus enim de crimine, ad subeundum fontis probam si voluerit condemnatur, proiectus ergo in fontem si sit culpabilis, à fonte reijcietur, & aquam





subim-

subintrare, nescio qua virtute, vetatur, si vero innocens fuerit, in aquã submergitur, & nisi iuuetur per homines, enecatur. Sic vere dico, quod curia mundanorum malos & suspectos liberat, Innocentes vero ad pœnam & submergiũ recipit & cõdemnat. Exemplum habemus in Christo innocente, & Barraba nocente, quia Christus innocens fuit ad supplicium condemnatus, Barrabas vero homicida à supplicio est abiectus, & per iniquos homines absolutus, sicut dicitur Mar. 15 *Omnes condemnauerũt Christum reum esse mortis.* vnde illud prædictum Prouerb. 17. *Qui iustificat impium*, &c. Sed reuera iudicium, & infernus vbi est curia & iustitia, non mundi, sed Dei contrarium faciunt, similes cuidam fonti Sardiniæ, vbi suspecti de furto, si sunt culpabiles, condemnati ad probã fontis ceci statim, si se aqua illa lauerint, efficiuntur, si vero innocentes fuerint nõ læduntur. Sic dico, quod sententia diuina & condemnatio innocentes non lædit, culpabiles vero nocentes, & impios apprehendit, iuxta illud. Qui crediderit, saluus erit, qui vero non crediderit, condemnabitur. ¶ Et si
B vis potes notare, quod damnationem æternam incurrunt multa genera peccatorum, videlicet superbiæ inflati tumore, fallaciæ velati decore, proteruiç durati rigore, luxuriæ fœdati fœtore, superbi damnãtus, quia se omnibus volunt præferre, falsi seu hypocritæ damnantur, quia se optimos volunt ostendere, proterui damnantur, quia Deo semper quærunt resistere, luxuriosi damnantur, quia se & alios solent inficere. De superbis potest intelligi illud, Lu. 20. vbi dicitur, quod *illi, qui volunt ambulare in scholis, & amant salutationes in foro, primas cathedras in Synagogis, & primos discubitus in conuiuijs, accipient damnationem maiorem.* De falsis vero & fictis hypocritis dicitur, Iob 15. *Condemnabit te os tuũ, & non ego.* Isti enim iuxta dictum Apostoli ad Rom. 2. *In quo iudicant alios, seipsos condemnant*, quia, sc. isti dum contra malos prędicant, damnationem propriam scribunt, iudicantur, atque dictant. De proteruis potest dici illud Rom. 13. *Qui ordinationi Dei resistunt, sibi ipsis damnationem acquirunt.* De luxuriosis autem dicitur, Apoc. 17. *Veni, ostendam tibi damnationem meretricis magna*, &c. Vide infra de iudicare, de pœna, punire, & similibus, &c. De condemnatione autem comparatiua, quæ fit, quando quis est ita iustus, quod respectu eius vita aliorum damnatur dicitur Sap. 4. *Condemnat iustus mortuus, viuos impios.* De condemnatione etiam approbatiua, qua iusti in iudicio damnationem malorum approbarit, dicitur Luc. 11. quod *regina Austri surget in iudicio aduersus generationem istam, & condemnabit eam, &c.* sufficit.

**Damnum.** Vide vbicunque ponitur nocumentum & detrimentum, & similia.

A **Dan.** Nota, quod Dan est nomen hominis, & etiam est nomen terræ Dan. Dan enim fuit frater Iacob de ancilla illa, quæ dicta fuit Balam, sicut patet Gen. 30. à quo, sc. & tribus Dan, & terra Dan, denominati sunt. Interpretatur autem Dan causa vel iudicium. & potest significare in bono & in malo, quia in bono signat bonos causidicos & iudices, qui scilicet, causas, & iudicia bene tractant, qui scilicet, Iacob, id est, nostri pugilis & luctatoris Christi sunt filij speciales, Gen. 49. *Dan iudicabit populum suum sicut & alia tribus Israel.* sequitur. *Salutare tuum expectabo Domine.* Dic quid volueris de iudice, iudicio, causa, causidico, vel aduocato. Et potes dicere, quod sicut Dan inter filios Iacob fuit ignobilis, quia filius ancillæ, sic illi, qui causas & iudicia tractant ignobiles bonis hominibus possunt dici, ad quod facit illud, quod scribitur 1. Cor. 9. *Sæcularia iudicia si habueritis, contemptibiles, qui sunt in Ecclesia, constituite ad iudicandum.* Contemptibiles inquit, id est, minus idoneos & perfectos, quia reuera aduocati, & causidici, & etiam iudices negotiorum temporalium & sæcularium respectu clericorum Theologorum & Philosophorũ possunt ignobiles, & contemptibiles & rustici reputari, quod quidem clare patet, obiecta facultatum æstimatione cuiuslibet
B inuenti. ¶ In malo vero, Dan potest significare malos causarum & iudiciorum patronos, qui, scilicet, causam sui Dei, vel proximi male iudicant seu tractant, quia reuera de ipsis possumus notare, quod isti sunt

Fallacitatis fautores,
Cupiditatis auctores,
Iniquitatis rectores,
Crudelitatis tortores,
Pœnalitatis toleratores, sc. in inferno.

De taliũ fallacitate & tortuositate dicitur Gen. 49. *Fiat Dan Coluber in via, cerastes in semita.* De eorũ cupiditate dicitur Iud. 18. *Dan quærebat possessionem sibi.* De ipsorum verbosa iniquitate & maledicta verbositate potest dici illud Deut. 27. *Isti stabunt ad maledicendum Zabulon & Dan.* De ipsorum crudelitate dicitur Deut. 33. *Dan catulus leonis.* & Hier. 8. *Et à Dan auditus est fremitus equorum.* De ipsorum autem finali in inferno pœnalitate & aduersitate dici potest illud Iudic. 1. *Arctauit Amorrhæus filios Dan.* Amorrhæus inquit, id est, diabolus.

**Daniel,** Nota, quod Daniel de regio semine natus, Propheta à Domino diuinitus inspiratus, regi amicus, in alta dignitate cõstitutus, ab inuidis accusatus, leonib. expositus, sed ab eis nullatenus læsus seu tactus, fraudis sacerdotum Belis inuentor, & ipsius idoli destructor, draconisque necator prouidus, causa Dei, iudicium Dei, vel iudicans Deo, aut iudicauit me Dominus interpretatur, & potest significare Christum vel quemlibet virum sanctum, quia reuera ad virũ iustum pertinet, futura subtiliter cognoscere, cum impijs humiliter conuiuere, iniquos sagaciter conuincere, proteruos seueriter corrigere, iudicia vera æqualiter & iustè reddere & decidere. ¶ Dico ergo, quod bonus & iustus futura scrutatur subtiliter, quia, scilic. ipse debet de futuris, sc. iudicio, morte, inferno, & paradiso cogitare, & ibidem quasi propheta vacare. Dan. 7. *vidit Daniel somniũ*, & Dan. 12. *Vidi & ego Daniel.* vt sic sibi dicatur illud Ezech. 28. *Ecce sapientior es tu Daniel, omne secretum non est absconditum à te.* Vnde cuilibet tali potest dici illud Dan. 5. *Tu es Daniel de filijs captiuitatis? audiui quod spiritum sanctorum deorum habeas, & quod sapientia & intelligentia ampliores sunt in te inuenta.* ¶ Item cum malis conuiuit humiliter. De Daniele enim legitur Dan. 6. & 14. quod bis fuit positus in lacum leonum, & tamen, quod cum leonibus habitans, ab ipsis nullatenus fuit læsus. Quia reuera perfecti sancti & prudentes viri etiam cum malis sciunt viuere, & sine sui præiudicio iniquorum consortia frequentare, hoc est enim consilium illius versificatoris, dicentis sic.

*Consulo quisquis eris, qui pacis fœdera quaris,*
*Consonus esto lupis, cum quibus esse cupis.*

Vnde Daniel dicebat Dan. 6. regi respondens sic. *Deus meus misit Angelum suum, & conclusit ora leonum, & non nocuerunt mihi, quia coram eo iustitia inuenta est in me.* ¶ Item iustus fallaces confundit sagaciter. De Daniele enim legitur, quod sacerdotum malitiam super cibarijs, quæ apponebantur Bel detexit, & malorum senum impudicam nequitiã diuino spiritu reuelauit quia sc. ad virum iustum pertinet iniquorũ malitiam reuelare, & detegere, & innocẽtes protegere & iuuare. Dan. 13. *Conuicerat enim eos Daniel falsum dixisse testimoniũ.* ¶ Item istos peruersos corrigit seu punit seueriter. De Daniele enim legitur, quod idolum Belis quod infinitos cibos appositos cũ suis sacerdotibus, vxoribus & paruulis videbatur omni die deuorare, destruxit, draconem vero, quem adorabant Babylonij, interfecit. Sic verè ad virum iustum, & maxime ad Danielem, qui interpretatur iudicans Deo, id est, ad iudicem vel prælatum pertinet, quod idola, id est, ignaros ecclesiasticos & voraces, qui beneficijs appositis satiari non possunt, dissipet & deponat, & quod vxoribus & paruulis concubinis & filijs sacerdotum & malarum familiarum talium, viam cibos Ecclesiæ vel patriæ comadendi secludat. Quodque dracones, q̃ui ab alijs adorantur, i. auaros diuites, qui à fatuis honorantur, puniat & confundat. vnde Dan. 14. dicitur *Trade nobis Danielem, qui Bel destruxit, & dracone interfecit.* ¶ Item iustus indicia facit æqualiter, quia dicitur iudicium Dei, causa Dei iudicans Deo. Causa enim & iudicia Dei semper sunt æqua & iusta ad denotandum, quod talis Daniel semper debet habere & tenere, facere & exercere in iudicijs rectissimam æquitatem. Vnde de Daniele legimus Dan. 13. quod ipse dixit malis iudicibus. *Reuertimini ad iudicium:* & sic si homo fuerit talis Daniel, dico, quod cũ Christo regnabit perenniter, sicut de Daniele legitur, quod *à rege fuerit præ omnibus honoratus*, quia, scil. iusti à Deo & à Christo perpetuo honorabuntur in cœlis, vnde Dan. 5. *Iubente rege indutus est Daniel in purpura, &c.* sufficit.

**Dare.** Nota, quod dare idem est, quod se & sua alteri communicare, diffundere vel donare. Refertur ergo dare A

| | | | |
|---|---|---|---|
| Ad | Deum, | qui dat | magnalia, |
| | Iustum, | | vtilia, |
| | Mundum | | inania, |
| | Impium, | | fallacia, |
| | Diabolum. | | crudelia. |

Dico enim quod Deus est dator summus, & mirabilis. vnde illud Iac. 1. *Omne datum optimũ, & omne donum perfectum, de sursum est descẽdens à patre luminum.* Item iustus est dator bonus & laudabilis,

vnde

vnde in Psal. 1. *Erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum.* Luc. 6. *Date, & dabitur vobis.* Hic mundus est dator fallibilis, non dat enim nisi vana, quæ non iuuant, fœda, quæ non mundant, fragilia, quæ non durant, & ideo mundo debemus dicere illud Dan. 5. *Munera tua tibi sint, & dona domus tuæ alteri da.* Itē impius est dator inutilis. Luc. 18. *Datum insipientis non erit vtile tibi.* Item diabolus est dator damnabilis & deceptibilis. Apoc. 13. *dedit draco bestiæ virtutem suam, & datum est ei os loquens magna, & data est ei potestas,* quia, sc. draco diabolus in vita ista bestijs suis, i. peccatorib. dat multa solatia, sed tamen in fine dedit eis multa supplicia, iuxta illud, quod de Babylone dicitur Apoc. 18. *Quantum glorificauit se, & in delitijs fuit, tantum date ei tormentum & luctum.*

B ¶ His igitur præmissis dicamus primu, quod Deus est dator summus & mirabilis. Mirabile n. videtur, quod vna res possit dare contraria & diuersa, quod tamen facit Deus, quia, sc. sicut cœlum, quod in se ipso semper est vnum & idem, dat & mittit nobis effectus varios & diuersos, quia, sc. nunc illuminat, nunc fulminat, nunc pluit, nunc coruscat, nunc ningit, nunc tonat, nunc grandinat, & nunc ventat, nunc bonū influit, nunc dat malum, quod tamen totum contingit, non quod ipsum cœlum in se diuersificetur, sed secundum diuersitatem nubium & vaporū, quæ ab inferioribus eleuātur, sic dicam, dato, quod Deus sit vnus & vnicus idem & non diuersus, eius tamen in inferioribus diuersi & varij sunt effectus, & circa genus humanum varie variat suos actus, & secundum quod disponuntur nubes & vapores defectuum humanorum, diuersimode multiplicat suos motus, vt sic dicamus illud Iob 1. *Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino*

C *placuit, ita factum est, sit nomē Domini benedictum.* ¶ Igitur notabo de Deo, quod ipse dat aliqua, quæ tangunt suā gratiam, aliqua, quæ tangunt suam iustitiam, aliqua, quæ tāgunt suam munificentiā, aliqua, quæ tangunt suam prouidentiam atque gloriam. Primo ergo de illis, quæ tangunt gratiam. Vnde nota, quod Deus

Dat {
Bonis virtutum priuilegia,
Malis pœnarum dura tædia,
Dignis bonorum alta solatia,
Sanctis bonorum digna brauia.
}

Igitur ostēdamus quomodo in istis quatuor versantur, vt communiter, data Dei. Dico primo, quod Deus quantum ad suam gratiā solet bonis bona porrigere influens largiter. Iste est enim qui suam gratiam bonis porrigit, sua iustitia malos corrigit, sua prouidentia dignos erigit, sua gloria sanctos dirigit seu eligit,

Dat {
Sapientiam postulantibus,
Eloquentiam prædicantibus,
Permanentiam militantibus,
Patientiam laborantibus,
Affluentiam indigentibus,
Pacis veritatem discordantibus,
Cordis nouitatem pœnitentibus,
Carnis puritatem continentibus,
Claram veritatem speculantibus,
Morum honestatem conuersantibus,
Spei firmitatem expectantibus,
Fidei claritatem contemplantibus,
Veram charitatem diligentibus,
Sensus subtilitatem perscrutantibus,
Honoris sublimitatem triumphantibus,
Votis securitatem exorantibus,
Deuotionem meditantibus,
Discretionem præsidentibus,
Liberationem pereuntibus,
Perfectionem proficientibus,
Consolationem promerentibus.
}

¶ Dat (dico) postulantibus sapientiam. Iac. 1. *Si quis vestrum indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter* & Eccl. 51. *danti mihi sapientiam dabo gloriam.* Item dat prædicantibus eloquentiā. Ps. *Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa.* Matt. 10. & Luc. 12. *Dum steteritis ante reges & præsides nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini.* Item dat militantibus permanentiā, patuit in martyribus, quibus tantam cōstantiam, fortitudinem & perseuerantiam dedit Deus, quod non succubuerunt in tormentis. Ps. 59. *Da nobis auxilium de tribulatione,* & alibi. *Ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi suæ benedictus Deus.* & Psal. 28. *Dominus virtutem populo suo dabit.* Item ipse dat laborantibus patientiam, vt, sc. non superentur labore dicens illud Hiere. 1. *Ecce dedi te hodie in ciuitatem munitam, & in murum ferreum, & præliabuntur aduersum te, & præualere non poterunt.* de quo etiam potest intelligi illud Psal. 71. *Viuet, & dabitur ei de auro Arabiæ.* Aurum enim quod percussum non resonat, & quod non rumpitur, sed se dilatat, patientiam signat. Item ipse dat indigentibus affluentiam, seu sufficientiam Psal. 135. *qui dat iumentis escam illorū, & pullis coruorum inuocantibus eum.* & alibi. *Qui dat escam omni carni, confitemini Deo cœli.* Item dico quod ipse dat discordantibus pacis veritatem. Ioan. 14. *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis.* & Esa. 26. *Domine dabis nobis pacem.* Item ipse dat pœnitētibus cordis nouitatem. Ezec. 36. *dabo vobis cor nouum, & spiritum meum ponam in medio vestri, auferam cor lapideū de carne vestra, & dabo vobis cor carneum.* Item ipse dat continentibus carnis puritatem. sicut enim dicitur Sap. 9. *Non ero continens, nisi Deus det.* & Esa. 7. *Dabit Dominus ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet.* Item ipse dat speculantibus, rerum veritatem, i. rerum notitiam Psal. *Dedisti veritatem in corde meo,* & Ps. 118. *Da mihi intellectum & scrutabor testimonia tua.* Item ipse dat conuersantibus morum honestatem. 1. Reg. 18. *Spoliauit se Ionathas tunica sua, & dedit eam Dauid.* Tunica enim honestatem designat: Vnde Sap. 10. *Dedit illi scientiam Sanctorum honestauit illū in laboribus.* Item ipse dat exspectantibus spei firmitatē. 1. Esdr. 9. *Inclinauit super nos misericordiam suam, vt daret nobis spē, in Iuda & Hierusalē.* & 2. Thes. 2. *Ipse autē Dominus noster, qui dilexit nos, & dedit nobis consolationē æternā, & spem bonā in gratia, exhortetur corda vestra, & confirmet.* Item ipse dat, contemplantibus fidei claritatē. Vnde de isto dicitur Sap. 10. *Dedit illi scientiā sanctorum.* Sequitur. *Dedit illi claritatem æternā.* & Iob 17. *Claritatē, quam dedisti mihi, dedi eis,* & illud Sap. 3. *Dabitur illi fidei donū electum, & sors in templo Dei acceptissima.* Item ipse dat diligentibus veram charitatē. 1. Ioan. 3. *Videte qualem charitatē dedit nobis Deus.* & ibidem. *Diligamus alterutrū sicut mandatum dedit nobis.* Item ipse dat perscrutantibus sensus subtilitatem maxime illis, qui scrutātur scripturas. Sap. 8. *Optaui, & datus est mihi sensus, inuocaui, & venit in me spiritus sapientiæ.* & Marc. 4. *Vobis datū est scire mysterium regni Dei.* Item ipse dat victoribus seu triumphantibus honoris sublimitatem. Apoc. 3. *Qui vicerit dabo ei sedere mecum in throno.* Item ipse dat exorantibus votis securitatem Psal. 36. *Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui.* & Psal. 105. *Dedit eis petitionem cordis eorum.* Item ipse dat meditātibus deuotionem, quod, sc. petens Hieremias dicebat Hiere. 9. *quis dabit capiti meo aquā & oculis meis fontem lacrymarum.* Zach. 8. *Cœli dabunt rorem suum,* ros enim & aqua deuotionem signant. Item ipse dat præsidentib. discretionem. vnde in Ps. 59. *Dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant à facie arcus,* & Luc 21. dicit Christus Apostolis, *Ego dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere, & contradicere omnes aduersarij vestri.* Item ipse dat pereuntib. saluationem seu liberationem & protectionem Ps. *Dedisti protectionem salutis tuæ, & dextera suscepit me.* & Ps. 107. *Da nobis auxilium de tribulatione.* Item ipse dat perfectionem proficientibus vnde in Psal. 28. *Dominus virtutem populo suo dabit.* Item ipse dat promerētibus consolationem & præmiationem. 2. Thess. 2. *Ipse Dominus noster Iesus Christus dedit consolationem æternam.* & Exod. 2. *Ego dabo tibi mercedem:* & Eccl. 36. *Da mercedem sustinentibus te.* Ecce ergo charissimi quo Deus, est sūmus & liberalissimus dator: Sic ergo patet, quod Deus aliqua dat dona, quæ tangunt gratiam. ¶ Secundo dico, D
quod Deus dat aliqua dona, quæ tangunt eius iustitiam, mare enim non semper est placidum vel placatum, sed multoties apparet fluctuosum turbidum & cōmotum, littorum suorum verberatiuū, nauium confractiuū, & hominum submersiuū. Sic vere dicam de Deo, qui non semper se ostendit placidum vel benignum, sed quandoq; per iustitiam asperum, & seuerum. Non enim semper dat complacentia beneficia, sed aliquoties immittit tribulationes & supplicia. Vnde nota, quod ipse dat sterilitatē, fructus auferendo, dat mortalitatē, corpus affligēdo, dat aduersitatem, tyrannos immittendo, dat calamitatē, indignos proponendo, dat aduersitatē, fortunam transponendo, dat pœnalitatem, in inferno reponendo. Dico ergo quod Deus dat fructuum sterilitatem. Osee. 9. *quid dabis eis Domine: da eis vuluā sine liberis, & vbera arentia.* & Esa. 30. *dabit tibi Dominus panem arctū, & aquam breuem.* Item dat homini mortalitatem. 1. Reg. 17. *Dabo cadauera castrorum Philisthym volatilibus cœli & bestijs terræ.* Item ipse dat tyrannorum dationem & austeritatem. Osee 13. *Dabo tibi regē in furore meo.* Item ipse dat prælatorum imbecillitatem Esa. 3. *Dabo pueros principes eorum & effeminati dominabuntur eis.* Item ipse dat fortunæ varietatē, & aduersitatem Hie. 29. *Persequar eos in gladio & in peste & in fame, & dabo eos in vexationem in maledictionem & stuporem & in sibilum & in opprobrium.* Item ipse dabit æternæ damnationis

pœnalitatem, sc. damnatis & peccatoribus in inferno. vnde Ezech. 39. *Bestijs terræ dedi te ad deuorandum, super faciem agri cades.* Sic igitur patet, quomodo Deus aliqua dat, quæ concernunt suam iustitiam.
E ¶ Tertio dico, quod Deus dat aliqua, quæ concernunt suam prouidentiam, & sic dico, quod ipse dat, cōstituit & ornat in mundo, & in Ecclesia diuersa genera personarum, quas, sc. ibi dat, instituit, & præponit. Vnde nota, quod ipse dat pastores, qui primi sedeāt, & præsint populis, dat doctores, qui vita splēdeant & cordis oculis, dat speculatores, qui longe videant in tot periculis, dat prædicatores, qui loqui audeant cunctis & singulis, dat dispensatores, qui sua studeant dare egenis, dat propugnatores, qui se exhibeant hostium iaculis. De pastoribus dicitur Hie. 3. *Dabo vobis pastores iuxta cor meum.* De doctoribus dicitur Esa. 42. *Dedi te in fœdus populi mei, & lucem gentium, vt aperires oculos cæcorum.* De speculatoribus dicitur Ezech. 3. *Fili hominis speculatorem dedi te domui Israel.* De prædicatoribus dicitur Hie. 1. *prophetā in gentibus dedi te.* sequitur. *Ad omnia quæ mittā te ibis, & quæ mandauero tibi loqueris.* De dispensatoribus dicitur Gal. 1. *Factus sum ego Paulus minister secundum dispensationem Dei, quæ data est mihi.* Et bene de istis omnibus officijs dicitur Ephes. 4. *Quosdam,* inquit, *dedit Apostolos, quosdam prophetas, alios Euangelistas, alios doctores, alios pastores ad consummationem sanctorum in opus ministerij.* De propugnatoribus vero, scil. de martyribus, qui se tyrannis & hæreticis opposuerunt pro fide, & maxime pro Christo nostrorum principe bellatorū, dicitur Galat. 1. quod *Christus semetipsum dedit pro peccatis nostris,* & vere isti non sufficit dare sua, imo etiam ipse dedit se nobis, & pro nobis multipliciter. Dedit, dico, se

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| In | Socium, | vt nos | conduceret, |
| | Pretium, | | redimeret, |
| | Edulium, | | reficeret, |
| | Præmium, | | alliceret, |
| | Refugium, | | protegeret, |
| | Fastigium, | | erigeret. |

Vnde Ecclesia canit de ipso in hymno de festo corporis Christi. Si nascens dedit sociū, se moriens in pretium, se vescens in edulium, se regnans dat in præmium, & ipse potuit dicere illud Esa. 50. *Corpus meum dedi percutientibus & conspuentibus in me.* & Hie. 12. *dedi dilectam animā in manu inimicorū eius, facta est mihi hæreditas mea quasi leo in sylua.* Ecce ergo quomodo Deus dat aliqua, quæ pertinent ad suam occultam prouidentiam.
F ¶ Quarto dico quod ipse dat aliqua, quæ pertinent ad suam gloriam, sed æternam magnificentiam, & ista sunt dona gloriæ paradisi, quæ ipse dat beatis. Vnde nota, quod ibi, sc. in paradiso per ipsum Deum, dantur diuitiæ inexhaustibiles, dantur delitiæ indefectibiles, dātur scientiæ inuariabiles, dātur lætitiæ imperturbabiles, dantur induciæ interminabiles, dantur amicitiæ indissolubiles, dantur gloriæ seu eminentiæ inæstimabiles. Illæ diuitiæ non timent aciem hostilis agminis, illæ delitiæ nō timent maciem nec vires turbinis, illæ scientiæ merēnt faciē videre numinis, illæ lætitiæ nesciunt glaciem nec ictū fulminis, illæ induciæ pacis speciē cum longis terminis, illæ amicitiæ habent molliciem summæ dulcedinis, illæ eminentiæ habent aciē æterni culminis. Dico igitur, quod ibi dantur diuitiæ inexhaustibiles. Esa. 45. *Dabo tibi thesauros absconditos, & arcana secretorum.* Item ibi dantur delitiæ indefectibiles. Apoc. 2. *Vincenti dabo edere de ligno vitæ,* & ibidē. *Vincenti dabo manna absconditum.* Item ibi dantur scientiæ inuariabiles, quia, sc. omnia ibi videntur, & ipsa etiam Deitas facie ad faciē intuetur, Sap. 10. *Dedit illi scientiam sanctorum,* & Hie. 24. *Plantabo eos, & non euellam, & dabo eis cor, vt sciant me.* Item ibi dantur lætitiæ imperturbabiles. Psal. *Dedisti lætitiam in corde meo,* & 2. Thess. 2. *Dilexit nos, & dedit consolationem æternam.* Item ibi dantur induciæ, scil. pacis & concordiæ interminabiles. Hie. 14. *pacem verā dabit vobis Dominus in loco isto.* 2. Thess. 3. *Deus pacis det vobis pacem.* Item ibi dantur amicitiæ indissolubiles. Vnde ipsi possunt dicere illud ad Ro. 5. *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.* Item ibi dantur gloriæ & eminentiæ inæstimabiles. Ps. *Pacem & misericordiā diligit Deus gratiam & gloriam dabit Dominus,* & Esa. 46. *Dabo in Sion salutem, & in Hierusalem gloriam meam.* De honore etiam paradisi dicitur Apoc. 3. *Qui vicerit dabo ei sedere mecum in throno,* & Luc. 12. *Nolite timere pusillus grex, quia cōplacuit patri vestro dare vobis regnum.* Ecce ergo quanta Deus & qualia dat beatis. Vnde etiam aduertendū est, quod quandoq; à magna abūdantia ferculorū, quæ sunt in aliqua magna curia, mittuntur & dantur reliquiæ pauperibus expectātibus ad ianuam, & etiam annotantibus extra curiā. Sic dico, quod de plenitudine huius curiæ quædā reliquiæ mirabiles per dispensatorem seu per eleemosynarium, s. per Spiritum S. fuerunt missæ, s. dona Spiritus S. & hæ nobis pauperibus mortalibus qui expectamus in Ecclesia militante, quæ rectè cœli est ianua, distribuit. Eph. 4. *Ascendens in altū, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus,* dedit inquit, dona. sc. Spiritū S. dispensatorē, quia sicut dicitur 1. Cor. 12. *Diuisiones gratiarum sunt, vnus autem spiritus diuidens singulis prout vult, alij quidem datur sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ, alij genera linguarum, alij gratia sanitatum, &c.* Vide de donis, capone infra in titulo Donata. Patet igitur, quomodo Deus dat plurima quātū ad quatuor
status, s. gloriæ, prouidentiæ, iustitiæ, & gratiæ. ¶ Secundo prin- G
cipaliter dico, quod est vnū dare quod pertinet ad vitā iustā. Iusti n. secundū diuersos status suos habent dare diuersa, videlicet, exemplū, doctrinā, famā, eleemosynā. Det igitur & effūdat alijs

Doctrinam, qua erudiantur,
Exemplum, quo perficiantur,
Famam, qua alliciantur,
Eleemosynam, qua reficiantur,

Danda est ergo doctrina, per quam erudiantur ignorātes. vnde Prou. 8. *Nunquid non sapientia clamitat, & prudentia dat vocem suam:* Ideo Can. 8. dicitur *Ibi,* inquit, *me docebis, & dabo tibi poculū ex vino condito, & mustum malogranatorum meorum.* Item danda est à iustis exemplaris vita per quam proficiant attendentes, de quo Baruc. 3. *Stellæ dederunt lumē in custodijs suis.* Item danda est per ipsos odorifera fama, per quam alliciat audientes. Eccl. 39. *Florete flores quasi lilium date odorē.* & Can. 2. *Vineæ florentes dederunt odorē suum,* & ibidem dicitur. *Quasi myrrha electa dedi suauitatem odoris.* Item danda
est ab ipsis eleemosyna pia, per quam reficiant indigentes Eccl. H
14. *Benefac amico tuo, & secundum vires tuas porrigens da pauperi.* ¶ Quinque enim conditiones requiruntur in omni dato, quæ in hoc versiculo continentur.

*Est modus in dando, quis, quid, cur, quomodo, quando.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| Quis, | vt scilicet | Si tu es potentior, des amplius. |
| Quid, | | Des de tuo, non alieno. |
| Cur, | | Des indigenti, non abundanti. |
| Quomodo, | | Des celeriter & hilariter. |
| Quando, | | In tēpore necessitatis magis, quā alias. |

Beneficium enim dari debet

Sinceriter cum pura intentione,
Celeriter submota dilatione,
Hilariter cum grata affectione,
Sagaciter cum magna discretione.
Vtiliter pro boni finis adeptione.

Detur dico sinceriter, sc. cum munda intentione, vt, sc. intentio non sit turpis, aut rustica de reddendo cogitans, nec inanis aut friuola, aut mundi laudem intendens. Iuxta illud Matt. 6. *Cum facis eleemosynam, noli tuba canere.* Luc. 6. *Date mutuum, nihil sperantes.* Item detur celeriter cum festinatione. Prou. 3. *Non dicas amico tuo vade, cras dabo tibi, cum statim possis dare.* Eccl. 4. *Cor inopis ne afflixeris, & ne protrahas datum angustianti.* Item detur hilariter cum grata affectione. 2. Cor. 9. *Hilarem datorem diligit Deus.* Item detur sagaciter cum prudenti circumspectione, vt sc. cæteris paribus detur bono magis quam impio, & pauperi plusquam diuiti. Eccl. 12. *Da bono, & non receperis peccatorem,* & in Ps. 111. *Dispersit dedit pauperibus,* non i. diuitibus. Item detur vtiliter cum lucri finalis adeptione, quia, sc. si debito modo datur, lucrū non modicum reportatur, iuxta illud Luc. 6. *Date, & dabitur vobis.* sed quid dabitur? Pro certo dico, quod bono datori dabitur honor & gloria, fauor, & gratia, & bonorum copia. Remuneratur ergo largitas boni datoris, quia honor & gloria ex hoc reportatur. Prou. 22. *Victoriam & honorem acquiret, qui dat munera.* Item fauor & gratia per hoc impetratur Prou. 18. *Donum hominis dilatat viā eius, & ante principes spaciū ei facit.* quia vere homo pius & liberalis, & in mūdo & in paradiso acquirit gloriā, & honorem, & sanctorū meretur gratiā, & fauorē. Item quia per hoc bonorū copia cumulatur. Vnde etiā aliquę sunt aquę puteales, quę sępe exhaustę cōsueuerūt crescere, & abundare, si aūt ibidē non hauriuntur, cōsueuerunt in se marcescere, deficere, minui, & perire, sicut exēplificat Geruasi⁹ de quibusdā puteis Anglię, ad sal faciendū cū aqua salsa à Deo ordinatis. Sic vere dicā, quod diuitię darę & cōmunicatę augentur, & crescūt: si aūt per auaritiā detinentur, minuūtur, deficiūt, & decrescūt & per raptores, & latrones furātur, & pereūt, & pro certo ista est veritas quod quāto homines amplius solent dare, tanto amplius à Deo occulte sibi solet dari, & quanto quis plus in bonis vtib. expendit, tanto solent suę diuitię melius continuari & am-

& amplius augmentari. *Date ergo, & dabitur vobis.* Luc 6. quia sicut dicitur Prou. 28. *Qui dat pauperi, non indigebit*, &c. Terra quãto ab exteriori cultore plura sibi dantur, & quanto aliunde plura recipit, scilicet, pluuiam humectatiuam, culturam penetratiuã, clausuram conseruatiuam, tanto pro certo se per plura solet emittere, & se copiosius aliis in fructificando diffundere, & aliis plurima bona dare. Sic reuera nos, qui quicquid habemus, aliũde accepimus, & ex alieno, habemus. Iuxta illud 1. Cor. 4. *Quid habes quod non accepisti?* qui habemus, scilicet, ex cœlo rorem gratiæ, & ab Ecclesia culturam pœnitentiæ, à prælatis clausuram custodiæ, & diligentiæ, qui insuper accepimus aliunde,

Nutrimentum quo nutriamur,
Documentum, quo doceamur,
Vestimentum, quo vestiamur,
Nutrimentum datur à parentibus,
Documentum datur à prudentibus,
Vestimentum datur à pecudibus.

I ¶Nos, dico, nos ipsos debemus diffundere & communicare, & bona nostra aliis distribuere, & dare, iuxta illud Eccl. 14. *In divisione sortis da & accipe.* Ideo præcipitur Eccles. 4. *Non sit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandum collecta.* & Eccl. 35. præcipitur. *Da altissimo secundum donatum eius.* Et Luc. 6. dicitur. *Date eleemosynam nihil inde sperantes*, quod tamen hodie non fit, quia vere charissimi pauci inueniuntur hodie datores, multi vero venditores & libentissimi receptores, libentissime enim aliena data recipiunt, sua vero rarissime distribuunt; alios volunt esse datores, se vero exhibent venditores; si enim aliquid dant, semper hoc faciunt cum spe recipiendi æquipollens: semper enim est in donis suis aliqua venditio, sicut patet de Simoniacis promotoribus qui non dant, sed vendunt beneficia, sicut patet de iniquis iudicibus, qui non dant, sed vendunt iustitiam & iudicium, sicut etiam patet de diuitibus, qui cum tanta auiditate & difficultate, & cum tanto indigentium labore sua distribuunt, quod bene vendunt acceptoribus sua dona. Apostolus enim dicit 2. Cor. 9. quod *hilarem datorem diligit Deus*, & ideo istos non debent diligere, quia, scilicet, nihil dant hilariter vel libenter, quod maxime patet de auaris, qui sunt similes sanguisugæ quæ paulatim de sanguine sugit, sed postquam plena fuerit, ipsum tamen nunquam voluntarie euomit, nisi forte quando fortiter premitur vel calcatur, tunc enim malis suis gratibus emittere compellitur quod potarat; sic vere multi sunt, qui quamuis sint pleni sanguine, id est, diuitiis aliunde receptis & acquisitis, ipsi tamen nihil volunt aliis emittere, vomere seu dare, sed totum sibi volunt continue retinere. Deus tamen ipsos quandoque per mortem comprimit, & sic omnia dimittere aliis ipsos compellit Iob. 20. *Diuitias quas deuorauit, euomet, & de ventre eius extrahet eas Deus.* Isti ergo non dant, imo verius vendunt, quia nihil boni faciunt nisi coacti. Porcus enim nihil proficit nisi quando moritur, dum enim viuit semper nocet, sic diuites male viuunt, vicinis suis non proficiunt, sed nocet, quando vero moriuntur, soleant aliquid aliis elargiri, quod non debet esse, quia, scilicet, libenter & hilariter debemus aliis dare nostra Eccles. 35. *In omni dato tuo hilarem fac vultum tuum.* Debemus igitur charissimi nos, & nostra Deo dare, nos dico per cordis affectionem, nostra per pietatem & largitionem. Ideo bene consulit sapiens Prouerb. 3. *Honora Deum de tua substantia, & de primitiis omnium frugum tuarum da pauperibus, & implebuntur horrea tua saturitate.* In quibus verbis ostenditur, quid debet dari, quia de tua substantia, non aliena; quale est quod debet dari, quia debet esse de primitiis, & de melioribus, non de vilioribus: quibus debet dari, quia pauperibus, non diuitibus, qui fructus est, & quare debet dari, quia, scilicet, implebuntur horrea tua saturitate. Aduertamus igitur in verbis istis, quod in beneficio, seu eleemosyna danda, tria sunt attendenda, scilicet, rei congruitas, pure ministranda; fratris calamitas, pie subleuanda, finis vtilitas iuste consequenda. Debet enim habere res, quæ datur, congruitatem, & bonitatem, quia de substantia tua, & de primitiis. Is cui datur habere debet calamitatem & paupertatem, (pauperibus inquit,) Id, pro quo datur, habeat vtilitatem, & vbertatem (implebuntur

K horrea.) ¶Dico ergo primo, quod datum nostrum debet esse puritatis communicatiuum, purum enim & sanctum debet esse, quia, scilicet, non debet fieri de alieno, sed de tua substantia, quia sicut dicitur Eccles. 34. *Qui offert sacrificium de substantia pauperis, quasi qui victimat filium in conspectu patris.* Item debet fieri de primitiis frugum tuarum, id est, de rebus magis pretiosis & bonis secundum exigentiam. In primo istorum peccant mundi principes & tyranni, qui quamuis multa habeant dare, ipsi tamen non dant de substantia sua, sed de aliena, consueuerunt enim rapere, taliare, & pecunias à subditis extorquere, vt exinde possint suis sequacibus multa dare, festa & conuiuia facere, vestes & equos donare, curias & arma frequentare, isti enim valde liberales de alieno, similes sunt aquilæ, quæ est auis valde liberalis, aues enim innocentes occidit, & de carnibus earum aliis auibus prædantibus, quæ ex hoc ipsam libenter sequuntur, largiri liberaliter consueuit, Verumtamen secundum Plin. si præda sibi deficit ipsa solet quandoque vnam de illis auibus rapacibus, quæ eam sequebantur occidere, & eam ad deuorandum in communi aliis exponere. Reuera tales videntur esse multi nobiles tyranni, qui de carnibus auium innocentium, scil. de substantiis pauperum & vicinorum solent suis sequacibus, scilicet balliuis & officialibus multa dare, & ideo propter talium liberalitatem solent eos aliæ prædales aues, balliuis similes, frequentare. Prou. 9. *Multi colunt personam potentis, & amici sunt dona tribuentis.* Istud tamen sæpe accidit, quod quando talibus tyrannis, deficiunt prædæ suæ, ita quod non possunt facere solitas largitates, ipsi conuertunt se ad sequaces suos, id est, ad deuorãdum balliuos, qui alios cum eis deuorabãt, & sic iusto Dei iudicio fit, vt qui cum tyrannis alios deuorabat, ipsi tandẽ à tyrannis deuorentur, sicut ad oculum videmus de talibus balliuis magnatum, qui postquam varias cum magnatib. suis exercuere rapinas, ab ipsis magnatib. suis modicis inuentis occasionib. deuorantur, suspenduntur, & etiam exhæredantur. Vnde Esa. 33. *Væ qui prædaris, nonne & ipse prædaberis. væ qui spernis, nonne & ipse sperneris*: isti ergo dant, sed non de substantia sua, sed aliena. Sed adhuc dico, quod nos debemus dare de primitiis frugum nostrarum. i. de melioribus & potioribus bonis secundum exigentiam personæ cui datur. Quod est contra auaros, qui non dant aliquis quousque sint corrupta, & putrefacta. Iac. 5. *Diuitiæ vestræ putrefactæ sunt.* vnde Seneca *dat pauperibus musca scintellas, tonitruam vinum, tinea vestes.* Non sic charissimi, sed sit datum nostrum puritatis & sanctitatis communicatiuum, quia sc. de suo non alieno debent dare quod potissime est contra executores testamentorum, qui de bonis defunctorum solent inuicem sibi dare & nihil restituere & pauperibus erogare. Ezech. 36. *Hæreditatem meam dederunt sibi* ¶Secundo L

dico, quod datum nostrum debet esse paupertatis subleuatiuũ. Da, inquit, pauperibus: Dare enim debemus indigentibus, non affluentibus, pauperibus, non diuitibus, quia sicut dicitur Prou. 28. *Qui dat pauperi, non indigebit*, quod est contra multos, qui libentius solent dare diuitibus, & superbis, quam pauperibus & egenis, sicut patet, de illis, qui in hoc mundo desiderant promoueri, Mundi. n. promotio acquiritur dando diuitibus, quia sicut dicitur Prou. 18. *donum hominis dilatat viam eius & ante principes spatium ei facit.* Cœli vero promotio acquiritur dando pauperibus Ps. 111. *Dispersit dedit pauperibus, iustitia eius manet in sæculum sæculi* ¶Tertio dico, quod datum nostrum debet esse vbertatis conìecutiuum. Implebuntur, inquit, horrea tua saturitate. Ista est n. regula M

euangelica. *Date & dabitur vobis* Luc. 6. *De mari enim exeunt flumina, & ad ipsum reuertuntur*, quia vere charissimi, quanto homo plus abundanter dederit, & quantò flumina beneficiorum suorum magis effuderit, tanto sibi amplius dabitur, & tanto magis diuitiarum copia ad eum reuertetur Sic enim dicitur Prou. 11. *Alii diuidunt propria, & ditiores fiunt, alii autem rapiunt non sua, & semper in egestate sunt* Sicut enim aranea quanto plus emittit de tela, tanto plus natura sibi ministrat de materia, sic homo, quanto plus facit de eleemosynis, tanto plus abundat in diuitiis. Vnde Iac. 5. dicitur, *Cœlum dedit pluuiam, & terra dedit fructum suum.* Quando enim cœlum, id est, vir iustus dat pluuiam eleemosynarum, tunc terra sua, id est, opes diuitiarum augmentantur, implebuntur, inquit, horrea tua saturitate, eleemosyna. n. implet horreum cordis saturitate virtuali, horreum bursæ saturitate temporali, & horreum animæ saturitate æternali. Ideo bene dicitur Luc. 3. *Triticum congregabit in horreum suum.* Sic ergo patet quid debemus dare, scilicet, nostræ substantiæ puritatem. De tua, inquit, substantia, cui debemus dare, scilicet, pauperi ad subleuandum ipsam paupertatem. Da pauperibus inquit. Quare debemus dare, scilic. vt habeamus spiritualem & temporalem vbertatem, implebũtur, &c. Sic patent duo membra principalia, quibus dare & ad Deum & ad iustum refertur. Restant adhuc tria, quibus dare ad mundum, ad impium, ad diabolum refertur. Vide in propriis titulis, & hoc de dare sufficit.

A **Dauid.** Nota quod de nomine & de historia & de significatione Dauid multa possunt moraliter dici. Interpretatur enim manu fortis & vultu desiderabilis. Et potest significare virum perfectum, & maxime prælatum, qui pro certo debet esse vultu desiderabilis, per honestatem, & manu fortis, per strenuitatem. Vultu, dico, desiderabilis in conuersando, manu fortis in operando, vultu desiderabilis in subditorum exemplari informatione, manu fortis in aduersitatis virtuali toleratione, vt sic dicatur de eo illud Hier. 23. *Suscitabo Dauid ger-*
B *men iustum, & regnabit rex, & sapiens erit.* ¶ In quibus verbis possunt videri quinque bonæ conditiones quæ requiruntur in prælato. Debet enim habere

Sanctitudinem in ingrediendo,
Multitudinem in indulgendo,
Rectitudinem in præsidendo,
Celsitudinem in eminendo,
Limpitudinem in discernendo.

Quia, sc. à Deo debet venire, suscitabo, quia debet esse germen quod valde est teneræ naturæ, quia debet esse iustus erga se, erga Deum, erga proximum, quia debet regnare rex authentice, & fortiter se habere, quia debet esse sapiens, & sacere, &c. Habeat igitur prælatus in ingressu sanctitatem, Suscitabo, inquit, A Deo enim debet suscitari, & institui, quod potissime requiritur in prælato, à quo secundum Aug. *Deus in iudicio quæret quomodo intrauerit, quomodo vixerit, quomodo rexerit.* Semen enim sine cœlesti influentia de terra non suscitatur, nec in arborem erigitur. Neq; enim qui plantat, neq; qui rigat est aliquid, sed qui incrementum dat Deus, ipse enim est, qui suscitat de puluere egenum, vt sedeat cum principibus & solium gloriæ teneat, vnde de tali Dauid dicitur Amos 9. *Suscitabo tabernaculum Dauid.* In cuius figura Dauid per inspirationem Dei à Samuele fuit electus. 1. Reg. 16. Quod est contra multos, qui suscitantur, non à Deo, sed à diabolo, non à iustitia, sed à Simonia, non à Spiritus sancti inspiratione, sed carnali affectione. Vnde Pythonissa mulier legitur Samuelem ad instantiam regis Saulis de inferis suscitasse. 1. Reg. 25. Sic vere sæpe accidit quod ad instantiam principum sæcularium Pythonissa mulier, id est, molles & affectuosi superiores prælati suscitant mortuos de inferno, id est, peccatores & minus idoneos & statum prælationis promouent, & exaltant. Amos 7. *Quis suscitabit Iacob, quia paruulus est?* Non sic boni, sed à Deo suscitantur, non ab alio. Abacuc 3. *Suscitans suscitabit arcum suum, iuramenta tribubus, quæ locutus est.* Et nota quod prælatus dicitur arcus, qui flectitur per clementiam, qui percutit per
C iustitiam, qui corda ligat per temperantiam. ¶ Secundo dico, quod ipse debet habere in animo pietatem (germen inquit.) Sicut enim germen est molle & humidum, & totius arboris vel herbæ principium & origo, sic vere prælatus debet esse mollis per benignitatem, humidus per pietatem, viridis per honestatem, & sic totius arboris Ecclesiæ esse poterit principium, caput, & originale fundamentum. In cuius signum dicitur de Dauid 2. Reg. 23. quod *ipse erat quasi tenerrimus ligni vermiculus*, & 1. Machab. 2. dicitur, quod *Dauid in sua misericordia consecutus est regnum.* Valde enim decet pietas in prælatis. Et ideo in figura dicitur 2. Reg. 2. quod *vnxerunt Dauid, vt regnaret super domum Iuda.* Prælati enim debent esse vncti, id est, vnguento misericordiæ pleni, quia secundum Sene. in titulo de clementia ad Neronem, pietas in suos, gladius est in hostes. Arbores enim altæ sicut sunt abies & pinus, magis solent emittere de resina. Sic alti viri, scilicet, iudices & prælati plus debent habere de clementia. Caput enim quod est membrum altius, est cæteris membris medullosius, quamuis enim habeat multa dura ossa, in ipsis tamen habeat cerebrum, quod totum est de medulla. Ad denotandum, quod caput, id est, capitanei, & prælati debent præ cæteris pietatis medulla esse pleni. Nam in ossibus duris suæ seueritatis semper debet esse medulla dulcifluæ pietatis (germen ergo.) Psal. *Iustus germinabit sicut lilium, & florebit in æternum ante Dominum:* quanquam enim homo sit iustus per æquitatis rigorem, debet tamen germinare per pietatis humorem, debet esse sicut lilium per castitatis candorem, & florere in æternum per honestatis decorem. Habeat igitur iste Dauid, id est, prælatus in animo pietatem (germen inquit iustum) Hier. 23. *Germinare faciam Dauid germen iustitiæ, & faciet iudicium & iustitiam in omni terra.*
D ¶ Tertio dico, quod debet habere in actibus æquitatem (Iustum inquit) Iustus enim æquus & rectus debet esse. Ideo dicebat Dauid in Psalm. *Ego autem in iustitia apparebo in conspectu tuo, satiabor cum apparuerit gloria tua.* Virtutem enim iustitiæ debent habere prælati. Ista est igitur regula actuum humanorum. Et ideo prælatus debet dicere illud Iob. 29. *Iustitia indutus sum, sicut vestimento.* Et Sap. 5. dicitur. *Induet pro thorace iustitiam, & pro galea iudicium æternum,* &c. Habeat igitur prælatus in actibus æquitatem. ¶ Quarto dico, quod habeat in statu sublimitatem, E
vel in modo auctoritatem. (Regnabit inquit rex.) Ad prælatum enim pertinet, quod sit authentica persona, & quod rigide & authentice se habeat in agendis, quod est contra multos, qui ita imbecilliter & ita familiariter se habent in agendis, quod ab omnibus contemnuntur, quod non debet esse. Leo enim qui est rex animalium, habet faciem austeram, in tantum, quod cunctis animalibus ipsam intuentibus solet timorem incutere. Sic vere rex & prælatus debet suo modo austerum & authenticum vultum aliis ostendere, vt malefactoribus possit timorem incutere. Nimia enim familiaritas parit contemptum, & ideo non debet ostendere nimis familiarem, sed authenticum & regalem. Figura de tota Ezech. *qui habeat staturam & aspectum horribilem*, quia sicut Prouer. 20. *Rex qui sedet in solio iudicii sui, vultu suo omne malum dissipat.* Ideo de tali Dauid dicitur Hier. 30. *Seruient ibi Deo, & Dauid regi suo.* Ezec. 34. *Princeps Dauid erit in medio eorum.* Nota si vis de medio æquitatis, sicut in loco suo, quia semper res debet tenere medium inter partes. Multi tamen sunt sicut Michol vxor Dauid, quæ loco Dauid regis posuit vnam statuam caprinis pellibus coopertam, ita quod venientes serui regis, credentes inuenire Dauid, statuam vnam inuenerunt, sicut dicitur 1. Reg. 19. Sic vere sæpe accidit, quod loco Dauid, id est, boni prælati in loco eius, scilic. in Ecclesia, ponitur quandoque vna statua, id est, aliquis imbecillis & bestialis prælatus, tecta per statuam Nabuchodonosor figuratis pellibus caprinis, captiuitate & ignorantia inuolutus, ita pro certo quod qui ibi Dauid quæreret, non ipsum, sed loco eius statuam inueniret. Non sic ergo, sed regnabit rex. Eccles. 47. *Dauid cum leonibus lusit quasi cum agnis.* Tales rigidi prælati de leonibus faciunt agnos, id est, de litigiosis pacificos. Ideo dicitur Matth. 1. *Dauid autem rex genuit Salomonem*, qui, scilic. pacificus interpretatur, quia vere boni & potentes prælati generant, & pullificant in terra sibi commissa filios & subditos pacificos & modestos. Habeat ergo prælatus in modo auctoritatem. ¶ Quinto habeat in sensu F
subtilitatem. Sapiens inquit erit. Oculo enim, qui ad regendum corpus in capite ponitur, concessa est virtus visiua, & non alteri membro. Soli etiam, qui oculus mundi dicitur, & per quem mundus illuminatur, concessa est præ cæteris virtus illuminatiua. Sic ergo pro certo (charissimi) in prælatis, qui in capite dignitatum positi sunt ad regendum & illuminandum totum corpus Ecclesiæ sanctæ Dei, debet virtus visiua, id est, virtus discretionis & sapientiæ vigere, vt sciant & cognoscant, iudicent & discernant quid & quomodo sit in negotiis procedendum. (Sapiens inquit erit.) vnde 2. Reg. 23. *Dauid sedens in cathedra sapientissimus princeps inter tres.* ¶ Item nota, quod Dauid propter G
plurima facta sua, quæ per decursum vitæ suæ in scriptura ponuntur, potest significare quemlibet virum perfectum & sanctum. Et hoc quia

Dauid sciuit
- Magnis principibus assistere,
- Gregem custodibus committere,
- Dæmonem cithara expellere,
- Armorum pondera deponere,
- Ad bellum feruidus currere,
- In bello Goliath occidere,
- Lyra melodiam præcinere,
- Ionathæ gratiam acquirere,
- Fletus copiam emittere,
- Regis malitiam refugere,
- Desertam patriam incolere,
- Semper per gratiam proficere,
- Ad regni gloriam ascendere,
- Hostibus veniam concedere,
- Coram arca lætitiam ostendere,
- Aquæ dulcedinem appetere,
- Mansuetudinem prætendere,
- Fortis Leonibus existere,
- In Salem finibus insistere,
- Cum sanctis patribus quiescere.

¶ Ista enim omnia patent per primum & secundum lib. Regum, diligentius intuenti: & reuera istæ viginti conditiones Dauid possunt

possunt competere cuilibet viro iusto, quia pro certo iste principibus, scilicet, Deo & Angelis debet assistere per familiarem contemplationem. 1. Reg. 16. *venit Dauid ad Saul, & stetit coram eo, & ille dilexit eum nimis.* Dauid enim regis Israel, scilic. Saul curiam frequentauit, & coram eo instrumentis musicis lusit. Sic Sancti per contemplationem curiam Paradisi frequentant, & coram rege Israel Christo per laudes diuinas egregiè citharizant. Item iste gregem affectionum suarum, cogitatuum & appetituum debet custodi Deo committere per orationem. Dauid enim puer quando iuit ad prælium visitare fratres, legitur gregem custodi commisisse. Sic sancti & iusti ad tribulationum & tentationum prælium accessuri, Deo debent committere custodiam status sui. 1. Reg. 16. *Surrexit Dauid mane, & commendauit gregem custodi.* Item iste enim cithara crucis debet dæmonem expellere, per Christi passionis memoriam & compassionem. De Dauid enim legitur, quod *in virtute citharæ suæ cum qua canebat, de Saul dæmonem expellebat.* Cithara lignea crux est, quæ reuera si per compassionem & deuotionem tangitur, statim hostis potentiam effugat 1. Reg. 16. *Quandocunque spiritus malus exagitabat Saul, Dauid citharam manu percutiebat, & refocillabatur, & recedebat spiritus ab eo.* Item iste arma ponderosa, id est, bona terrena debet deponere per temporalium contemptum & abiectionem. De Dauid enim legitur, quod contra Goliath pugnaturus, arma Saulis, quib. indutus erat, vt leuius incederet deposuit, & sic gigantem, validè superauit, vt scribitur 1 Reg. 17. Sic verè quicunq; diabolum superare affectat, primum necesse est, quod arma ponderosa, id est, bona terrena, quæ grauia sunt, saltem quo ad affectum abiciat, & dimittat. 1. Reg. 8. dixit Dauid ad Saul: *Non possum sic incedere, & deposuit arma, & sic iste cum baculo, & quinque lapidibus Goliath prostrauit.* Sic iustus cum baculo crucis & quinque vulneribus Christi diabolum semper vincit. Item iste ad bellum, scil. contra vitia debet feruenter currere per strenuitatem & audacem affectionem. Vnde de Dauid legitur 1. Reg. 17. *Festinauit Dauid, & cucurrit ad pugnam.* Item iste Goliath occidit, id est, propriam carnem vicit, & superauit per temperantiam & orationem. 1. Reg. 17. *Dixit Dauid ad Philistæum. Ego venio ad te in nomine Domini, & dabit te Dominus in manu mea, & percutiam te.* Philistæus, qui poculo ruens interpretatur, est caro. Item iste melodiose cecinit per laudem, confessionem, orationem, prædicationem, gratiarum affectionem. 1. Paral. 13. *Dauid & omnis Israel ludebant coram Domino in canticis & citharis.* Item iste Ionathe, qui interpretatur columba, id est, personarum simplicium & bonorum amicitiam acquisiuit per dilectionem. 1. Reg. 18. *Inierunt autem Dauid & Ionathas fœdus, diligebat enim eum quasi animam suam.* Item iste lacrymas emisit per dolorem & compassionem. 1. Reg 18. *Fleuerunt pariter Dauid & Ionathas, Dauid autem amplius.* Item iste Saulis, id est, tyrannorum malitias & iras fugit, & declinauit per discretionem. Vnde 1. Reg. 19. dicitur: *Fugit Dauid, & saluatus est.* Item desertum inhabitauit, id est, asperitatem pœnitentiæ, per propriæ carnis macerationem. 1. Reg. 23. *Morabatur Dauid in deserto.* Item semper in melius profecit per virtutum multiplicationem 2. Reg. 3. *Dauid proficiens, & semper seipso robustior.* Item regnum & dignitatem acquisiuit Psal. *Elegi Dauid seruum meum, oleo sancto meo vnxi eum.* Item in se peccantibus indulsit misericorditer, patet de Semei 3. Reg. 16. Vnde 1. Mach. 2. *Dauid in sua misericordia consecutus est regnum.* Item iste spiritualem lætitiam semper habuit, & monstrauit. 1. Paral. 29. dicitur, *Rex Dauid lætatus est gaudio magno.* Item iste aquam Bethleem appetiit, & concupiuit, id est, dulcedinem mentis & deuotionem. Vnde 2. Reg. 23. *Desiderauit aquam Dauid,* &c. Item iste semper mansuetudinem tenuit, per humilem & dulcem conuersationem, Psal. 131. *Memento Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius.* Item leonibus, id est, tyrannis & dæmonibus obuiauit per iustitiam & correctionem. Eccl. 47. *Dauid cum leonibus lusit quasi cum agnis.* Item in Salem, seu in Hierusalem, id est, in cœlo habitauit, & mansit per contemplationem & affectionem 2. Reg. 11. *Dauid autem remansit in Hierusalem.* Item senex, id est, maturus & prudens cum patribus suis, id est, cum Deo & sanctis dormiuit, & quieuit per perseuerantiam & deuotionis requietionem. Vnde 3. Reg. 1. *Dauid senuerat* & 2. *Dormiuit cum patribus suis,* & sic patet quomodo per Dauid potest intelligi vir perfectus. Et hoc de Dauid sufficit.

A **De.** Nota, quod De est præpositio seruiens ablatiuo, quæ semper signat recessum à loco, vel dependentiam à re, vel à persona, & etiam à tempore, vel à loco, vel processum à materia, vel diminutionem rei. Recessum dico à loco, sicut cum dicitur, Exo. 32. *Peccauit populus tuus, quem eduxisti de Ægypto.* Dependentiam etiam à re, sicut cum dicitur, Ioan. 3. *Qui de terra est, de terra loquitur.* Item dependentiam à persona sicut cum dicitur. Matth. 2. *Ite, interrogate diligenter de puero.* Item dependentiam à tempore, sicut dicitur, Eccles. 5. *Nec differas de die in diem.* Item dependentiam à loco, sicut in Psalm. 148. *Laudate Dominum de cœlis.* Item processum vel dependentiam à materia, sicut dicitur Gen. 1. *Formauit Deus hominem de limo terræ.* & illud Gen. 6. *Fac tibi arcam de lignis leuigatis.* Item demptionem, seu diminutionem rei, sicut cum dicitur, *Accipe de oleo vel de vino, nihil enim importat,* quam si diceret, accipe oleum, siue vinum, sicut dicitur Genes. 3. *De fructu, qui est in Paradiso vescimur.* ¶ Breuiter autem concludendo dico, quod De semper signat participationem rei, loci, temporis, vel personæ, quæ secundum naturam nominum vel verborum, quibus adiungitur, in bono signat, vel in malo. Igitur nota, quod in scriptura inuenitur.

Vna participatio seu Vnum {
- Fugere,
- Quærere,
- Timere,
- Videre.

B ¶ Dicam ergo, quod per De potest intelligi quædam participatio vitiosa, & ista est peccatorum, malorum hominum, & locorum, quæ, scilicet, à nobis debet refugi & vitari. Sicut enim video, omnia libenter fugiunt, & dimittunt illud, quod periculosum est eis frequentare, & habere: sic vere in moribus illa summe fugienda sunt, vel quæ habita non proficiunt, vel quæ retenta obsunt, vel quæ derelicta prosunt. Et sic dico, quod nos debemus mentaliter fugere & recedere

De {
- Mundo,
- Peccato,
- Diaboli dominio,
- Iniquorum consortio,
- Terrenorum desiderio.

Nam {
- Mundus inficit,
- Peccatum officit,
- Dæmon interficit,
- Peccator non proficit,
- Terrenum non sufficit.

Igitur fugere debemus de mundo, qui suos inficit. Vnde Dauid dicebat in Psalm. 68. *Eripe me de luto, vt non infigar, & de profundis aquarum.* De isto enim fugiendum est, quia est locus crudelitatis, indignitatis, carceris, & pœnalitatis. Crudelitatis dico. Vnde Gen. 4. *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Indignationis etiam dicitur, Cantic. 4. *Veni de Libano soror mea, veni de Libano coronaberis,* q. d. in Libano, id est, in mundo coronari non vales. carceris etiam seu seruitutis, ideo dicebat Dauid in Psal. *Educ de custodia animam meam, ad confitendum nomini tuo.* Igitur fuge, & recede de mundo, qui suos inficit. Ibi enim est aër valde corruptus, & ibi difficile est, quod aliquis viuat sanus. Ideo bene consulitur Genes. 12. *Egredere de terra tua, & de cognatione tua.* Et Hierem. 51. *Fugite de medio Babylonis.* Item fuge de peccato, quod suis officit, quia, sc. peccatum est ille fumus putei abyssi, de quo Apocal. 9. dicitur. *Obscuratus est sol, & aer de fumo putei, & de fumo exierunt locustæ.* Vbi nota quod peccatum veritatem fuscat sua caligine. Obscuratus est inquit sicut sol, Puritatem fœdat sua B fuligine, Aër de fumo, Libertatem claudit sua voragine. Putei. Vbertatem rodit sua rubigine, Locustæ, Explana si vis. Et breuiter peccatum abominandum est, quia procedit à diabolo & machinatur, à malo corde cogitatur, à malo ore profertur & prædicatur. A diabolo dico procedit & machinatur. Vnde Apoc. 16. *Vidi,* inquit, *de ore draconis, & de ore bestiæ, & de ore pseudoprophetæ exire tres spiritus immundos in modum ranarum.* Isti enim tres spiritus tria generalia peccata designant, seu triplicem concupiscentiam, scil. luxuriam, quæ procedit de bestia cuncta maculante, superbiam, quæ procedit de falso propheta altum appetente, auaritiam, quæ procedit à dracone flammas emittente. Draco est mundus, bestia est corpus, falsus propheta est diabolus; mundus de ore spirat auaritiã, similis illi fonti ignis, de quo riui ignei manare videntur, de quo loquitur Plin. lib. 2. cap 109. Ideo Christus, qui auaritiam cõtemnebat, dicebat Ioa. 8. *Regnum meum non est de hoc mundo.* Corpus seu caro spirat luxuriam, quia sicut dicitur Gal. 6. *qui seminat in carne, de carne metet corruptionem.* Diabolus vero spirat fallaciã & superbiã. Vnde diabolus est ille malus homo, qui de malo thesauro suo profert mala. Matth. 12. Peccatũ ergo à diabolo procedit. Sed etiam dico, quod à corde peruerso cogitatur. Vnde Matt. 15. *De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ.* A malo etiam ore prædicatur, & publicatur. Matt. 15. *Quæ procedunt de ore, de corde exeũt, & ea coinquinant hominem.* Igitur fugiendũ est à peccato, quod suis officit. Itẽ fugiendum est à diabolo, qui suos

nacat,

necat, & interficit. Diabolus enim est sicut leo mordens crudeliter. Ideo in Psa. dicitur. *De ore leonis libera me Domine*: sicut hostis nocens maligniter. Ps. *Eripe me de inimicis meis*: sicut serpens pungens fallaciter. Esa. 14. *De radice colubri egredietur regulus, & semen eius absorbens volucrem.* Item fugiendum est à consortio iniquorum, quod nihil proficit. Num. 16. *Separamini de medio congregationis huius.* Item fugiendum est de desiderio terrenorum, quod nunquam sufficit. Vnde terrena secundum Psal. *fiant sicut fœnum tectorum, quod prius quam euellatur, exaruit, de quo non impleuit manum suam, qui metet.* Terrena namq; habent pinguedinem carnalitatis, tollunt plenitudinem fœlicitatis, inferunt inquietudinem cupiditatis. De pinguedine dicitur Deut. 32. *De quorum victimis comedebant adipes & vinum libaminum bibebant.* De plenitudine vero fœlicitatis æternæ, quam tollit, potest dici illud Ios. 5. *quod* scilic. vbi *filii Israel comederunt de frugibus terræ, defecit eis manna*, si enim terrenorum fruges acquiruntur, manna dulcedinis æternæ gloriæ, vt communiter, impeditur. De cupiditate autem, quæ incurritur, potest dici illud Iob. 41. *De ore eius lampades quasi tedæ ignis accensæ*, eius inquit, id est, mundi vel auari. Patet igitur, quod per istam dictionem. De potest intelligi participatio vitiosa, quæ est fu-
C gienda, & hoc est primum. ¶ Secundo dico, quod per De intelligitur quædam participatio virtuosa, quæ est acquirenda & promerenda, & ista est illa, quæ de Deo, de cœlo, de virtutibus, de scriptura, de gratia, de gloria, recipimus adiutorium, & solamen. Et sic notabo, quod

De Deo habemus {
- Deuotionis sapidum dulcorem,
- Reuelationis splendidum fulgorem,
- Exauditionis placidum fauorem,
- Miserationis fluidum feruorem,
- Protectionis solidum vigorem,
- Refectionis sapidum liquorem,
- Dilectionis feruidum ardorem,
- Eruditionis perspicuum splendorem,
- Consolationis irriguum humorem,
- Durationis perpetuum tenorem,
- Exaltationis assiduum honorem.

¶ Igitur dico, quod de Deo sicut de principali fundamento nostro, nos participando recipimus dulcorem deuotionis Deuter. 32. *Constituit eum supra excelsam terram, vt sugeret mel de petra, oleumque de saxo durissimo.* Item fulgorem reuelationis Deut. 4. *De cælo audire te fecit vocem suam.* Item fauorem exauditionis. Psalm. *Exaudiuit me Dominus de monte sancto suo.* Item feruorem miserationis. Vnde Psalm. *Respice de cælo, & vide, & visita vineam istam*: & alibi Psal. 84. *Veritas de terra orta est, & iustitia de cælo prospexit.* Item vigorem protectionis. Psal. *Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis.* Item liquorem refectionis, scilic. Eucharistiam & cibum corporis sui. Genes. 27. *Surge, sede, comede de venatione.* Et Ioan. 7. *Ego sum panis viuus, qui de cælo descendit.* Item ardorem dilectionis. Thren. 1. *De excelso misit ignem in ossibus meis.* Item splendorem eruditionis. Esa. 2. *de Sion exibit lex, & verbum Domini de Hierusalem.* Item humorem consolationis & refrigerationis. Esa. 12. *Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris.* Et Genes. 27. *Det tibi Dominus de rore cæli & de pinguedine terræ benedictionem.* Item tam in anima, quam in corpore durationis perpetuæ conditionem, De anima Gen. 2. *inspirauit*, scilic. *Deus in faciem*, id est, imaginem eius, scilicet, hominis, *spiraculum vitæ*, id est, animam habentem in seipsa vitam perpetuam. De corpore 1. Cor. 15. *Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur.* Item honorem exaltationis Can. 4. *Veni de Libano, veni coronaberis.* Psal. 86. *Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei.* Istud est ergo vnum De, id
D est, vna participatio virtuosa, quæ est acquirenda. ¶ Tertio dico, quod per De intelligitur participatio rigorosa, quæ est metuenda. Igitur timendum est de occulta Dei reprobatione, ne nos à se repellat, de aperta Dei iudicatione, ne nos foris expellat: de æterna inferni tribulatione, ne nos secum impellat, de superna cœli consolatione, ne nos à se refellat. Timendum est ergo de diuina reprobatione, de qua Exod. 32. dicitur, *qui peccauerit in me, delebo eum de libro vitæ.* Item est timendum de sui iudicii seuera executione. Psal. *De cælo auditum fecisti iudicium, terra tremuit, & quieuit.* Item timendum est de infernali vexatione & damnatione. Deut. 32. *De vinea Sodomorum vinea eorum, & de suburbanis Gomorrhæ. Vua eorum vua fellis, & botrus amarissimus.* Item timendum est de perdenda cœli beatitudine & consolatione, seu æterna duratione. Gen. 4. *Ecce Adam ne forte mittat manum suam, & videat in sumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum.* Patet igitur quod per De significatur vna participatio rigorosa, quæ
est metuenda. ¶ Quarto vero possem adhuc dicere, quod per De E
intelligitur quædam participatio luctuosa, quæ est attendenda. Et ista est illa, qua natura conditionis humanæ facta est de materia vili, & terminatur in materiam viliorem, quia, scili. de terra est homo. Gen. 1. *Formauit Deus hominem de limo terræ, & in terram etiam reuertetur.* Eccles. 3. *De terra facta sunt, & in terram pariter reuertentur.* ¶ Si vis adhuc potes dicere, quod De pertinet ad Deum, & F
maxime ad Dei filium, quia *ipse est Deus de Deo, lumen de lumine, Deus verus de Deo vero*, sicut dicitur in symbolo Athanasii. ¶ Vel etiam De refertur ad virum iustum, qui, scilicet, est compositus de diuersis virtutibus. Habet enim in sua compositione morali

- Humilitatem sicut fundamentum,
- Paupertatem sicut leuamentum,
- Pietatem sicut rigamentum,
- Charitatem sicut complementum.

¶ De humilitate intelligitur illud Gen. 1. *Produxit Deus de humo omne lignum*, &c. De paupertate dicitur illud Gen. 6. *Fac tibi arcam de lignis leuigatis.* Paupertas enim leuior est omnibus virtutibus, quia, scilicet, pondus terrenorum non habet. De pietate dicitur 3. Reg. 6. *Fecit in oraculo duos Cherubin de lignis oliuarum.* Oliua enim pietatem signat. De charitate autem potest intelligi illud Exod. 25. Vbi præcipitur, quod *fiat arca de lignis sethim, interius & exterius deaurata*: aurum enim rubicundum & pretiosum signat charitatem. Et nota, quod *vtensilia omnia tabernaculi de auro sunt facta*, sicut patet Exod. 26. ad denotandum, quod aurum charitatis est materia omnium bonorum virorum, & etiam omnium bonorum operum & virtutum. De hoc autem, quod designat partem & diminutionem, dic, quod in hoc intelligitur discretio, quæ omnia non vult à se emittere, & separare, sed solum partem, sicut cum dicitur Tob. 4. *De tua substantia da pauperibus.* Non enim dicit tuam substantiam, non enim vult, quod demus totum. ¶ Vel De G
præpositio & detractio signat peccatorem, qui vult præesse per superbiam, de fama aliorum demit per detractionem & infamiam, & de bonis suis nimis retinet per parcitatem, de aliis autem nimis impie rapit, & demit per auaritiam dicens illud Eccl. 11. *Nunc manducabo de bonis meis solus.* Et Prou. 17. *Munus de sinu accepit impius*, &c. Vide supra de A. & infra de Ex. Vide infra de eripere, & liberare, & eruere, & similibus.

**Debere.** Nota, quod debere est verbum obligatorium, signat enim obligationem ad aliquid faciendum, A
& sic dicam, quod in scriptura inuenitur

Debitum {
- Moralis iacturæ,
- Moralis naturæ,
- Legalis scripturæ,
- Rationis puræ,
- Passionis duræ,
- Dationis securæ.

¶ Primum est debitum mortis nunquam euitandum. Sustinentia enim mortis est illud debitum humanæ naturæ, ad quod primus parens inobediens Dei iussis, se & suos obligauit. Vnde singuli possunt dicere de singulis illud Ioan. 19. *Nos legem habemus, & secundum legem debet mori.* ¶ Secundum est debitum carnis B
coniugi reddendum, quia scilicet vnus coniugum tenetur alteri ad debitum actus carnis. 1. Cor. 7. *Vxori vir debitum reddat, similiter vxor viro.* ¶ Tertium est debitum legis semper obser- C
uandum, vel nunquam remittendum. Lex enim diuina nos obligat ad multas obseruationes scilicet ad credendum articulos fidei, ad sumendum sacramenta, ad faciendum mandata & ad seruandum iniuncta, & maxime solennitates & festa. Filii enim tenentur ad testamentum patris exequendum, alias de hæreditate gaudere non debent. Cum igitur scriptura sit testamentum Christi, necesse est, quod impleatur, atque seruetur, si volumus, quod hæreditas æternæ gloriæ nobis in hoc testamento promissa finaliter obtineatur. Vnde scriptura sancta videtur nobis dicere illud Exo. 4. *Ostendam vobis quid agere debetis.* Galat. 5. *Homo vniuersæ legis debitor est.* ¶ Quartum est debitum æquitatis, quod D
est semper tenendum, & istud est illud, ad quod ratio & continentia, obligat hominem, quia etiam sine lege homo naturaliter sentit, & scit se obligatum multis & ad multa Deo. Debet enim seu debitor est sibi, Deo, proximo, prælato, subdito, sed de hoc videbitur infra. Vnde Rom. 13. *Reddite omnibus debita.*
¶ Quintum est debitum æternæ aduersitatis, quod à malis est E
necessario persoluendum, peccata enim sunt quædam debita, quæ nisi per pœnitentiam remittantur, necesse est, quod in inferno

[illegible]

F [illegible] ¶ Sexto [illegible]

[illegible] Vod [illegible] est, qui [illegible]

G [illegible] tra aliquid [illegible] dum [illegible] ad [illegible] us. Erudi [illegible] 4. [illegible] *thar tatem*, [illegible] *tatem, dicit paupe* [illegible] a [illegible] uera docu- [illegible] toni concil [illegible] m, dicat qu [illegible]

R [illegible]
P [illegible] pro [illegible] ais nostris [illegible],
[illegible]
[illegible] ratoribus.
Prouidentiam nostris [illegible] minoribus,
Am[illegible] in nostris æqualibus,
Alimoniam nostris pauperibus,
Resistentiam nefandis hostibus,
Castigationem male agentibus,
Eruditionem insipientibus.

¶ De debito reuerentiæ, quæ Deo debetur, dicitur 1. Thes. [illegible] *ag.* [illegible] *Deo debemus semper.* De debito pœnitentiæ dici potest illud 1. Co[illegible] *Debet in spe qui arat arare. & qui triturat triturare* A rare [illegible] & triturare pœnitentiam significat per quam sc. corpus [illegible] & trituratur. De debito innocentiæ potest dici illud Matt. [illegible] *Ego a te debeo baptizari* De debito obedientiæ dicitur Nu. 4. *Sciant singuli cui debeant oneri mancipari.* De debito prouidentiæ regiminis [illegible] q, curæ, qua sc. prælati debent subditis exhibere, d[illegible] R[illegible] *Græcis & barbaris, sapientibus & insipientibus debitor sum.* De debito vero charitatis seu amicitiæ dicitur 1. Ioan. 4. *Et nos debemus alterutrum diligere.* Rom. 13. *Nemini quicquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis.* De debito beneficentiæ seu alimoniæ, quod scilicet, debetur pauperibus & infirmis, potest dici illud Rom. 15. *Debemus nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere* De debito [illegible] ntiæ, qua scilicet, nos debemus resistere dæmonibus, hæreticis & tyrannis, dici potest illud Iudic. 20. *Exire debemus ad pugnam.* De debito castigationis & iustitiæ dici potest illud 2. Reg. 21. *Virum, qui oppressit nos, delere debemus* De debito autem doctrinæ [illegible] pientiæ dici p[illegible] illud Iudic. 13. *Vir Dei veniat iterum, & [illegible] nos quid debeamus facere.* Non plura ad præsens, quia illud verbum debere & habere [illegible] sunt in locutione latina communia, quod [illegible] est dare verbum, quin in eius expositione semper inueniamus verbum debet.

A **Decem.** [illegible] ta, quod numerus denarius, numerus est perfectus. [illegible] enim complementum & perfectio numerorum, nam vsque ad [illegible] possunt numeri crescere, postquam vero denarium attigerunt, duplicari quidem possunt, & per denarij adiunctionem vel multiplicationem augeri. Et tunc eius non est dare numerum [illegible] denarius non contineatur. Igitur per denarium numerum intelligitur in scriptura complementum legis diuinæ, quæ in decem mandatis moralibus con[illegible]. Ista est enim vera & summa perfectio, scilicet, legis & decem mandatorum complementum & obseruatio. Si[illegible] enim d[illegible] unt anatomici, in hepate est vna v[illegible] quæ in de[illegible] mos

[illegible]

[illegible] & in p[illegible]

[illegible] C [illegible]

[illegible] Che [illegible]

[illegible] & decem cubit[illegible]

[illegible] quia [illegible] te & elementa [illegible] quia D. seruitio [illegible] sunt, quia sunt per charitatem al[illegible] alterius [illegible] affectionum [illegible] alterutrum [illegible] dentes, & de [illegible] cubitos altitudinis [illegible], quia sunt suæ perfectionis altitudinem in d[illegible] obseruantiam terminantes. Iudicum [illegible] *Decem viri eligantur è centum.* ¶ His ergo præmissis, notare possu[illegible] denar[illegible] nu- B
merus, id est, decalogus mandatorum, [illegible] & obseruantia legis Dei multa spiritualia bona facit. Ita enim sunt.

| | |
|---|---|
| Decem | Bases, quibus sustentamur, |
| | Luteres, quibus depuramur, |
| | Panes, quibus roboramur, |
| | Cubiti, quibus mensuramur, |
| | Anni, quibus quietamur, |
| | Funiculi, quibus alligamur, |
| | Argentei, quibus præmiamur, |
| | Chordæ, quibus consolamur, |
| | Conchæ, quibus irrigamur, |
| | Cortinæ, quibus [illegible] nuclamur, |
| | Lineæ, quibus nos sanamur, |
| | Verba, quibus informamur, |
| | Millia, quibus sociamur, |
| | Talenta, quibus nos lucramur. |

¶ Dicam igitur de decem mandatis, quod ista sunt bases ad [illegible] stentandum, vnde dicitur ibidem, quod decem cubitis in circuitu continebat, ad significandum, quod mare, id est, amaritudo pœnitentiæ tunc purificat, atque lauat, quando decem mandatorum obseruantia ipsam iuuat. Item sunt panes ad roborandum. Vnde isti sunt decem panes, quos Isai misit per filium suum Dauid ad fratres suos, qui erant in exercitu, & in bello, quia, scilicet, Deus pater per Iesum Christum filium suum ad nos fratres suos istos decem panes misit, quibus in prælio huius mundi nos fortificat, atque nutrit, 1. Regum 1[illegible] *Accipe decem panes istos, & curre ad castra, & patres tuos visitabis.* Item sunt cubiti ad mensurandum, totus enim cubitus perfectionis humanæ isto denario mensuratur. Vnde istæ tuor tabulæ tabernaculi [illegible] quarum quælibet decem cubitis in longitudine mensurab[illegible] de e[illegible] ram de ipso tabernaculo dicitur Exod. 26. quod *decem [illegible] habebat in altum.* Et de altari sacrifici[illegible] dici[illegible] quod in *longitudine & altitudine decem cubitos* [illegible] dratomeiat, Longitudo enim nostræ fidei, [illegible] ritatis & [illegible] nostræ spei quæ, [illegible] mnis mortal[illegible] structuræ, decem cubitos, [illegible] torum [illegible] am debent habere & [illegible] rare. [illegible] ista [illegible] anni a[illegible] Deo [illegible] & in Deo q[illegible] in qui

[illegible]

... dicitur, quod *sol* [illegible] in signum, quod R[illegible] ha[illegible] ba ad [illegible] informan[illegible] *[illegible] Moy[illegible]* [illegible] Item [illegible] du[illegible] & [illegible] P[illegible] secum iuuat hominum [illegible] mandato[illegible] [illegible] cum [illegible] pugnator [illegible] Daniel [illegible] *centena* [illegible] *et.* & in Psalm. 6[illegible]. *Currus Dei decem millibus multiplex* [illegible] Istud potissi[illegible] pertinet ad [illegible] dicuntur, & propter obseruantiam decalo[illegible], & propter [illegible] ectionem millenarij. & propter immensitatem [illegible] & propter abundantiam [illegible] con[illegible]. Item sunt [illegible] d lucrum quærendum. Matth. 25. *Date ei qui habet decem talenta, quia habenti dabitur, & abundabit.* Qui enim decem talenta mandatorum voluerit habe[illegible], & tenere, magnum lu[illegible]cum [illegible] potest obtinere, & maxime, [illegible] istis [illegible] lucramur [illegible] ani. [illegible] ergo q[illegible] de [illegible] and[illegible] ad eternam [illegible] applicantur ¶ Sed si vo[illegible]lumus [illegible] ad [illegible] dece[illegible] mandata [illegible] decem ma[illegible] obs[illegible], etiam dece[illegible] mandatorum transgressores & vi[illegible], quod d[illegible] los [illegible], qui [illegible] hic [illegible] um obscruatores existunt. Froctus [illegible] m quo[illegible] nos aranchias appellamus, in decem cell[illegible] distinctus, in qu[illegible], succus [illegible] qui dulcis est contentus. S[illegible] de [illegible], quia pro[illegible] decem cellulis ma[illegible] orum, succum gratiæ [illegible] quo[illegible] uam [illegible] etat, atque fouet. Et sicut iste fructus, sic d[illegible] & [illegible] cellulis decuplatus, reputatur fructus bonus, & [illegible] excessiuus sanus, sic vir perfectus eo ipso, quod de[illegible] ndat[illegible] tum est munitus, reputatur [illegible] debet san[illegible]ctu[illegible] & ad [illegible] andum calore concupiscentiæ sat[illegible] aptus. Exod. 27 *[illegible] quid decimum venerit, sanctificabitur.* Igitur de perfectis viris, q[illegible] pu[illegible] d cantur decem vel decani, notabis, quod ipsi possunt di[illegible]

| | |
|---|---|
| Decem | Fratres, |
| | Senes, |
| | Iuuenes, |
| | P[illegible]ncipes, |
| | Mulieres, |
| | Virgines, |
| | [illegible]ines, |
| | [illegible] |
| | Iusti, |

[illegible] cum decalog[illegible] ent[illegible] at enti[illegible] & firmi[illegible] tem. [illegible] de Ioseph dicitur, quod *fratribus suis addidit decem asinos, & totidem asinas, qui subueherent ex omnibus Aegypti diuitiis.* Item suo[illegible], quia cu[illegible] decalogo ipsi [illegible] qualem lætitia[illegible] c[illegible] induitatem. Num. 29. *Die quarta offeratis vitulos decem.* Ite[illegible] Cameli, quia cum decalog[illegible] inclinan[illegible] donec per[illegible] litat[illegible]. Camelus nimis flectit genua, & inclinat se qua[illegible] tatur. Gen. 24. *Tulit Eliezer decem camelos de grege Domi[illegible]* [illegible], quomodo viri sancti dicuntur dece[illegible]. Et sic iste [illegible], quomodo decem significant decem decalogi [illegible] sed D d[illegible] c dico qu[illegible] d[illegible] significat [illegible] p[illegible] d[illegible] ipsæ decem præceptorum transgressione[illegible], vel etiam [illegible] gressores. De transgressionibus patet Apoc[illegible] tur, [illegible] od *bestia, quæ ascendit de abysso habebat* [illegible] *capita* [illegible] *decem.* Capita n. sept[illegible] capit[illegible] ata de[illegible] gnant, qui [illegible] bestiæ abyssi [illegible] b[illegible] secum portant. Ap[illegible] 17. *Vidi mulierem sedentem super bestiam habentem septem capita, & cornua de[illegible]cem.* M[illegible] illa [illegible] est diabolus, qui sedet, & equitat super tales. Apoc. [illegible] *draco magnus rufus habens capita septem, & cornua decem.* D[illegible] transgressoribus etiam decalogi, quod significemus per [illegible] denarium [illegible] tabo, quo hodie plerumque denarius [illegible] deficit, quia [illegible] illi, qui sunt decem per obseruantiam de[illegible]calo[illegible] pro magna parte perierun[illegible]. 3. Reg. 2. *Defuerunt de pueris Da[illegible]* [illegible] denarius [illegible] qui, sc. deca[illegible]logi transgressores hodie abundant. Vnde de pessimo illo Isma[illegible], de diabolo dicitur Hier. 41 quod *venit Ismael, qui erat de* [illegible] *in terram Iuda & decem viri* [illegible] *& occidit reliquias, quas inuenit.* Decem viri isti significant generaliter omnes malos, qui [illegible] decem dicuntur, quia [illegible] decem mandata, vt dictum est, [illegible]gressiones, quia, scilic. contra bonos Ismael, id est, diabolo fa[illegible] Luc. [illegible] *Occurrerunt ei decem viri leprosi.* E

¶ Nota etiam [illegible] tempus peccati, in quo fit ipsa decalogi [illegible] gressio, [illegible] tur per decem, sicut de muliere illa dicitur, q[illegible] habebat spiritu infirmitatis decem & octo annis. [illegible] decem mandatorum transgressiones, octo [illegible] [illegible] be[illegible] arentiam signant, & illud etiam Ap[illegible] 11. *Decima pars* [illegible] *cecidit.* Pœna etiam æterna, quæ infligi[illegible] pro [illegible] gressione, per dece[illegible] significatur, sicut Apoc. [illegible] *tribulationem diebus decem.* Item gloria æterna, quæ datur pro [illegible] seruantia decalogi, signatur per decem. Vnde iste [illegible] denarius, qui datur laborantibus [illegible] vinea Domini. M[illegible] [illegible] *Acceperunt singuli singulos denarios.* Et ibid. *Nonne ex denario con[illegible]uenisti mecum.* &c. Sufficit. Vide [illegible] de denario.

Decima.

A **Decimæ, Decimus.** Nota, quod decima est decima pars cuiuslibet rei, quam, scil. ipse Deus sibi retinuit, & sibi offerri voluit & decreuit, in signum dominij & tributi. Notabo ergo, quod decima multipliciter sumitur in scriptura. Est enim

Decima { Virtualis, Temporalis, Personalis,

§ Est dico decima virtualis, quæ Deo soli debet offerri. Et sic dico, quod per decimam intelligitur omnis perfectio virtuosa, tum quia denarius est numerus perfectus, tum quia denarius signat numerum, tum quia iste numerus signat denarium mandatorũ, sicut supra in præcedenti titulo fuit visum. Et sic loqui potest scriptura Leuit. 27. vbi dicitur, *Omnes decima terra Domini sunt.* Omnes, inquit, decimæ, id est, omnes perfectiones virtutum domini sunt, id est, domino sunt adscribendæ, & talis decima perfectionis Deo adscribenda figuratur Exo. 22. vbi dicitur, *Decimas & primitias non tardabis Deo offerre*, quia, scilicet, decimæ & primitiæ Deo offerebantur, nouem vero partes retinebantur. Primitiæ ergo signant bonorum operum complementum & perfectionem. Nouenarius vero numerus imperfectus, quia ad denarium non attingit, signat rerum & operum imperfectionem & diminutionem. Igitur dictum est, quod illud quod est primum & decimum, Deo offertur, illud vero, quod est infra nouenarium, retinetur, quia rerum primitiæ, id est, cuiuslibet boni operis inchoatio, & decimæ, id est, cuiuslibet boni operis complementum & perfectio, Deo sunt adscribenda & offerenda, quia, scil. sine diuina gratia nullum bonum opus perficitur, aut completur. Iuxta illud Phil. 2. *Ipse est qui operatur in nobis, & velle, & perficere.* Nouem vero partes, seu nouenarius numerus, i. quæcunque imperfectio nobis est retinenda, & nobis adscribenda, quia secundum rei veritatem quicquid perfectionis nostris operibus est, totum sibi est attribuendum, quicquid autem imperfectionis & defectus ibi fuerit, est nobis & nostris imperfectionibus adscribendum. Ista est decima virtualis, quæ soli Deo debes offerri. Tob. c. *Decimas & primitias fideliter offerens.*

B § Secundo dico, quod est decima temporalis, quæ Dei ministris debet conferri, primam scilicet, decimam prouentuum, atque rerum ministris suis, qui suam, scilicet, repræsentant personam, conferri & offerri mandauit. Num. 18. *Filijs Leui dedi omnes decimas.* Igitur cum de decimis seu decimarum iure non intendam aliquid profunde dicere, cum hoc Theologis & Canonistis dimittam, hoc solum notabo, quod decimæ Ecclesiasticis sunt soluendæ,

Quia { Ante legem fuerunt ordinatæ, In lege fuerunt imperatæ, Sub lege fuerunt obseruatæ.

§ Ante legem enim decimæ fuerunt ordinatæ, & figuratæ. Nam etiam apud gentiles, de quibusdam rebus fiebat antiquitus decimatio. Narrat enim Plinius lib. 12. cap. 20. ad quod concordat Soli. c. de Æthiopia, quod collecto cinamomo, sacerdos cum hasta ad hoc consecrata, sarmenta diuidebat, & partem Soli, quẽ in illis partibus adorabant, separabat, reliquum domino dimittebat. De thure etiam dicit idem Plin. li. 12. c. 15. quod postquam erat collectum in ciuitate Sabotam, per vnam specialem portam inferebatur, & ante omnia decimabatur, nec licebat illud vendere mercatori, donec sacerdos partẽ suam habuisset. Igitur talibus gentilium exemplis fuerunt decimæ originaliter etiam aliqualiter figuratæ, quod, scil. antiquitus fuit ante legem. Vnde etiam de Melchisedech sacerdote, qui fuit ante legem, dicitur Genes. 14. quod *Abraham dedit sibi decimas de omnibus, quæ habebat.* Vnde Apostolus Hebr. 7. *Intuemini autem quantus fuerit hic, cui & decimas dedit de præcipuis Abraham Patriarcha.* Fuerunt igitur decimæ ante legem ordinatæ.

§ Item in lege fuerunt sanctificatæ, & imperatæ. Lex n. diuina decimas Imperauit, & quicquid decimum nascebatur, sibi dedicauit, & consecrauit. Iuxta illud Leuit. 27. *Quicquid decimum venerit, sanctificabitur.* Ad litteram enim quicquid decimum veniebat, Domini erat, & in vsus sacerdotum cedebat, *nec cum aliquo mutari debebat*, sicut dicitur Leuit. 27. In quibus etiam notari potest quod decima & aliæ res sacratæ, & quæcunque bona Ecclesiastica Domino consecrata & dedicata, non debent in vsus alios ordinari, sed soli Deo & ministris eius reseruari. Sæculares enim talia non possunt bona conscientia tangere, nec ad vsus proprios applicare. De arca enim testamenti, quæ sancta & sanctificata domino dicebatur, legitur 1. Regum 5. quod *quamdiu fuit apud Philisthæos*, qui, scilicet, pagani erant, & præsentia eiusdem digni, *multipliciter fuerunt à Domino flagellati, & agri eorum à muribus deuastati.* Isti ergo timentes, arcam ipsam ad filios Israel remiserunt, & sic plagæ, quas sustinuerunt, cessauerunt. Sic vere dicam, quod bona Ecclesiastica siue sint decimæ, siue alia Domino dedicata, & pro filijs Israel, idest, pro Ecclesiasticis ordinata, nulli Philisthæi, id est, nulli sæculares digni sunt detinere vel capere, quod si fecerint, necesse est eos à Deo flagellari, & tribulamina sustinere. Quia pro certo verisimile est, quod sæculares tantas tribulationes sustinent, propter hoc, quod bona Ecclesiarum iniuste rapiunt atque tenent. Debent ergo dari decimæ, quia in lege fuerunt præceptæ & imperatæ, sicut ad literam patet Numer. 8. & in alijs multis locis. Vnde Malachiæ 3. præcipitur sic: *Inferte omnem decimam in horreum meum, vt sit cibus in domo mea.* Super quo dicit Hieronymus, *Sciatis vos perdidisse abundantiam, quia fraudastis me partis mea. Reddatur igitur mihi mea, & ego restituam vobis vestra.*



§ Item dico, quod decimæ sub lege fuerunt datæ & obseruatæ. In primitiua enim Ecclesia decimæ cum omni diligentia reddebantur, Ecclesiæ fundabantur, & bona Ecclesiasticorum per sæculares non retinebantur, sed potius augebantur. Et merito, quia decimæ pro victu seruitorum Ecclesiæ fuerunt ordinatæ, & aliæ possessiones ipsis sublatæ Num. 18. *In terra eorum nihil possidebitis, decimarum oblatione contenti.* Bene ergo consolitur Eccl. 35. *In omni dato tuo hilarem fac vultum tuum & sanctifica in exultatione decimas tuas.* Et merito, quia pro certo per legitimam dationem decimarum declinatur pœna posterior, augmentatur sensus exterior, reportatur fructus vberior. Declinatur, dico, pœna infernalis. Vnde August. in sermone de decimis & ponitur 16. q. 1. c. decimæ. *Hæc est enim* inquit *Domini iustissima consuetudo, vt si tu illi decimam non dederis, & tu ad decimam reuocaberis, hoc est, ad dæmones, qui sunt Angelorum pars decima associaberis. Dabis* inquit *impio militi, quæ dare nolueris sacerdoti.* Item ex hoc etiam augmentatur fructus temporalis. Vnde idem ibidem, *Si decimam dederis, abundantiam fructuum, & sanitatem animæ & corporis consequeris.* Item ex hoc reportatur gloria supernalis. Vnde Augustinus ibidem. *Attende* inquit, *quod creatura decima inter intellectuales creaturas est homo, quia Angeli in nouem ordinibus consistunt, decimus vero ordo est hominum.* Est ideo hominis est decimam soluere, vt ruinam Angelorum valeat supplere, & decimum ordinem adimplere. Ista est igitur decima temporalis, quæ Dei ministris debet conferri.

§ Tertio dico, quod inuenitur decima personalis, quæ à deuotis solet inferri. Et ista nihil aliud est quam pœnitentia vel maceratio carnis, qua, scilicet, sancti in vita decimant, & vindemiant semetipsos, quã, scilicet, Deo de suis proprijs personis & corporibus faciunt pensionem, propter quod etiam fuit instituta quadragesima, vt in illa, quæ est quasi decima pars totius anni, C decima personalis in afflictione & deuotione à fidelibus solueretur, quod maxime verum debet esse de Ecclesiasticis, quia, scilicet, ipsi præ cæteris debent decimare, diminuere & per temperantiam à suis affectibus, voluptatibus & etiam necessitatibus subtrahere semetipsos. Vnde Hebræorum 7. *Leui, qui decimas accepit, decimatus est.* Tales autem decimas videntur soluere hypocritæ, dicentes illud Luc. 18 *Ieiuno bis in sabbatho, decimas do omnium quæ possideo.* Veruntamen decimæ huiusmodi Deo non sunt acceptæ, quia non sunt cum bona intentione redditæ, neque datæ. Et ideo illi maledicuntur Matthæi 23. *Væ vobis hypocritæ, qui decimatis mentham & anethum & cyminum, & dimisistis, quæ grauia sunt legis, iudicium, misericordiam.* Ista ad præsens sufficiant. Si vis de decimis, & de his decimis, & alijs istam materiam tangentibus, plenius & magis scientifice videre, vide librum Numerorum per longum, cum suis expositoribus, & iura canonica, quæ de hoc faciunt mentionem.

**Decere.** Nota, quod multa sunt, quæ expediunt atq; decent, quia, scilicet, A

Decet { Iustos laudes Deo impendere, Deum laudes accipere, Ecclesiam sanctam existere, Omnes fratres diligere, Cunctus bona facere, Senes primos dicere, Eruditus vera docere, Prælatos bonos apparere.

b §Ista

¶ Ista cum prædicta valde sunt decentia & conuenientia, vtilia, necessaria, & honesta. Igitur dico, quod iustum decet laudes impendere. Psalm. 32. *Rectos decet collaudatio.* Item decet Deum laudes accipere. Psalm. 64 *Te decet hymnus Deus in Sion &c.* Item decet Ecclesiam sanctam existere, Psalm. 92. *Domum tuam Domine decet sanctitudo in lon. die.* Item decet omnes fratres diligere, 2. Machabæorum 12 *Decet meminisse fratrum.* Item decet cunctos optima facere. Matth. 3. *Decet nos implere omnem iustitiam.* Item decet senes primos proponere seu loqui, vel dicere Ecclesiast. 32. *Loquere maior natu, decet enim te primum verbum.* Item decet doctos vera prædicare. Ad Titum 2. *Loquere, quod decet sanam doctrinam.* Item decet prælatos bonos apparere, bona frequentare, vel bonis virtutibus abundare. Hebr. 7. *Talis enim decebat, vt esset nobis pontifex sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cælis factus.* Et si vis explana & ostende quot & quanta sunt, quæ decent prælatum, scilicet, sanctitudo, & innocentia, munditia, malorum euitatio, & cœlestium contemplatio, &c. Vide infra de titulo decor, & decorus.

A **Decernere, Decretum.** Cum Decernere nihil aliud sit, quam aliquid determinando disponere, statuere, vel ordinare, & dicitur decernere quasi de longe cernere, pro eo, sc. quod illa, quæ decernuntur facienda vel tenenda, & de longe antea sunt cernenda & præuidenda, dicam quod decretio vel decretum, id est, fixa, & immobilis alicuius rei ordinatio vel statutum pertinet

Ad { Deum, Prælatum, Subditum siue iustum. }

Deus decernit mundum, gubernans æternaliter; Prælatus decernit plebem disponens temporaliter; Iustus decernit sese componens virtualiter. Dei decreta regunt vniuersum æternis legibus; prælati decreta regunt populum æternis viribus; iusti decreta regunt seipsum æternis motibus.

B ¶ Dicam igitur, quod ad Deum pertinet decernere de regimine vniuersali. Ipse enim est ille summus & permaximus princeps, per cuius æternam & occultam prouidentiam omnia creata reguntur, & omnia ordinantur, & decernuntur, & suis decretis & legibus gubernantur. Nec obstat Astrologorum sententia, si vera est, qua, scilicet creditur, quod omnia, quæ sunt vel fiunt, fiant à cælo, & à stellarum influentijs habeant ortum: quia si ista vera sunt dicerem forte verum esse quantum ad corpus, anima vero & liberum arbitrium soli Deo subiacet. Vel dicerem, quod tunc cœlum esset, sicut liber, vbi à principio ipse Deus sua decreta & suas occultas & secretas & æternas ordinationes conscripsit, aut forte, quod secundum decreta ipsius mentis diuinæ, quę scripta sunt in libro hæc omnia gubernantur. Vnde ipse est, qui dicit Prouerbiorum 18. *Per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt, per me principes decernũt iustitiam.* Vnde nota, quod ab istis decretis diuinis procedunt

Omnia, quæ tangunt { Salutis securitatem, Fortunæ varietatem, Mortalem necessitatem. }

Ista enim sunt tria, in quibus omnia humana versantur

Salus æterna & damnatio,
Fortunæ duplicitatis variatio,
Vitæ vel mortis dispositio.

Quod igitur à decreto diuinæ & æternæ prædestinationis procedat salutis vel damnationis ordinatio, patet Hester 13. vbi dicitur, *Domine Deus omnipotens in ditione tua cuncta sunt posita, & non est, qui tuæ possit resistere voluntati, si decreueris saluare nos continuo liberabimur*, quasi dicat, si non decreueris, damnabimur. Item quod ad eius decretum pertinet fortunæ prosperæ vel aduersæ dispositio vel variatio, patet Esa. 14. *Dominus exercituum decreuit, & quis poterit infirmare? manus eius extenta, & quis auertet eam?* & loquitur de subuersione Babylonis. Item quod ab isto decreto procedat vitæ & mortis terminatio, patet Danielis 4. vbi dicitur; *Succidite arborem, & præcidite ramos eius, excutite folia eius, & dispergite fructus eius.* Sequitur. *Decretum istud à sententia vigilum*, quia reuera cuiuslibet arboris, id est, hominis succisio ramorum suorum, id est, amicorum præcisio, foliorum, id est, bonorum suorum excussio fructuum, id est, diuitiarum suarum dispersio & quæcunque ad mortem eius pertinẽt vel vitam, totum dependet ab occulto decreto & ordinatione vigilum æternorum, id est, Dei & Angelorum. Patet igitur quomodo ad Deum spectat decernere de regimine vniuersali.

¶ Secundo dico, quod ad prælatum pertinet decernere de regimine populari. Vnde Esdræ, qui erat princeps populi dictum fuit à populo illud 1. Esdræ 10. *Surge, tuum est decernere, & nos erimus tecum.* Et nota, quod Prælati & Præsides debent decernere. C

Decreta { Deuotionis, Discretionis, Correctionis, } quoad { Deum, Proximum, Seipsum. }

Igitur decernat cum deuotione Deo famulari. Vnde ad eum pertinet circa regimen Ecclesiæ intendere, iuxta illud 2. Paral. 2. *Decreuit Salomon ædificare domum*, Sacramentum altaris deuote recipere 2. Paralip. 30. *Decreuerunt vt facerent Phase*, Bona sua in vsus diuinos expendere, sicut de Dario dicitur 2. Esdræ 6. quia de bonis suis proprijs mandauit expensas sacrificiorum in domo Dei fieri. Et sequitur. *Ego Rex Darius decreui quam diligentissime.* Item decernat Prælatus, vel Princeps, cum discretione plebi dominari, quia, scilicet ipse debet decernere & ordinare, quod boni promoueantur, dicens illud 2. Machab. 11. *Gentis Iudæorum decreuimus bene.* Simplices vero & imperfectos in inferiori gradu dimitti, sicut de Gabaonitis dicitur Iosuæ 9. quod Iosue decreuit illos esse in ministerium filiorum Israel. Omnibus nobis æqua iudicia reddantur, & exhibeantur. Vnde Prouerbiorum 31. *Aperi os tuum, decerne quod iustum est, & iudica inopem & pauperem.* Item decernet Prælatus, cum correctione sese castigari. Vnde Regi Israel dictum fuit 3. Regum 20. *hoc est iudicium tuum, quod ipse decreuisti*, quia, scilicet, Reges & Prælati debent seipsos punire, & secundum proprias leges & decreta seipsos iudicare, iuxta illud, *Patere legem, quam ipse tuleris.* Exemplo illius Regis, qui cum decreuisset deprehensum in adulterio duos oculos perdere, & tandem filius eius primogenitus deprehensus fuisset Rex ne proprio decreto esset contrarius, sibi vnum, & filio alterum oculum fecit erui, vt legi satisfaceret, & filio, qui post ipsum regnare debebat, vnicum saltem reseruaret. Pertinet igitur ad Prælatum decernere de regimine populari.

¶ Tertio decernere debet subditus de regimine proprio singulari & particulari. Et sic debet decernere, D

Humiliter se subiugare,
Simpliciter Deum rogare,
Sagaciter facta deliberare.

De humili subiectione dicitur 2. Mach. 6. *Decreuimus seruire patri tuo* De supplici oratione dicitur Iob. 22. *Rogabis eum, & exaudiet te, & vota tua reddes, decernes rem, & veniet tibi* De sagaci factorum, seu faciendorum deliberatione, potest dici illud Iud. 19. *In commune decernite quid facto opus sit.* Sic ergo patet quomodo sunt decreta priuata, publica, & diuina.

**Decidere.** Nota, quod Decidere idem est, quod deorsum cadere. Et ideo dic sicut supra in verbo cadere & dic si vis, quod homo A

Decidit { Culpam criminaliter, Mortem corporaliter, Infortunium temporaliter, Damnationem æternaliter. }

¶ De casu culpæ dicitur Ecclesiast. 19. *Qui spernit modica paulatim decidet.* De casu mortis dicitur 1. Machabæorum 1. *post hæc decidit in lectum, & cognouit, quod moreretur.* De casu infortuniorum dicitur Actorum 27. *Cum decidissemus in locum bithalassum, impegerunt nauem.* Bithalassus est periculum maris, vbi duo maria concurrunt. De casu autem damnationis dicitur de impijs in Psalm. 36. *Quemadmodum olera herbarum cito decident, &c.* Vide supra de cadere.

**Decipere.** Nota, quod Decipere idem est, quod defraudare, & breuiter loquendo, possumus notare, quod homines in hoc mundo A

Decipiuntur { Adulatorum locutionibus, Mundi bonorum infectionibus, Dæmoniorum suggestionibus. }

¶ Dico ergo, quod nos decipit locutio adulatorum. Sicut enim Elephas decipitur in deserto ex cantu puellarum, secundum physiologum, in tantum, quod dulcedine cantus lambendo mammillas earum obdormiens, permittit se ab eis occidi, & sanguine denudari, sic vere hodie, & maxime diuites, decipiuntur mammillis & cantibus, id est, verbis & oblectationibus adulatorum, & mundi falsorum amicorum, & maxime mulierum,

[illegible] decipiunt [illegible] vel [illegible] Ex [illegible] populus [illegible] etiam decipi. Ex [illegible] cui dictum [illegible] Iud. 6. *Decipe eum* [illegible] *in quo* [illegible] *sua.* [illegible] ego decipit lotus [illegible]

B [illegible] quod quosdam decipit infectio mundi bo- [illegible] decipitur in [illegible] sua quam videtur [illegible] sequebatur, sicut [illegible] habens casum in ore deceptus [illegible] quia du [illegible] per [illegible] utrumque, sic vere [illegible] bona [illegible] tempora [illegible] 5. quod *transierunt omnia illa* [illegible] id est, [illegible] aperiunt [illegible] vacant ad ea acquirenda [illegible] De gratiam, & [illegible] sequuntur [illegible] coeli gloria [illegible] *mo at m* [illegible] *quasi* [illegible] Ioseg [illegible] decipit infectio mundi bo- [illegible]

C [illegible] m decipit suggestio dæmonorū. [illegible] & [illegible] venationis, sicut [illegible] serpentis, sicut bestiæ & [illegible] a recipis, sic vere peccator [illegible] & gratiæ extrahitur, & ad la- [illegible] & ad mortem inferni trahitur per sibi [illegible] Amos 3. *Deceperunt eos idola sua.* Patet [illegible] homines diversimode à [illegible] ione, ex terrenorum infectio- [illegible]

D [illegible] in via morum, & in via propriæ [illegible] decipitur multis modis. Ipsum enim [illegible]

I[illegible] fallacia,
De[illegible] mordax versutia,
P[illegible] ax fæmina,
Ad[illegible] quas blanditia,
Simul[illegible] ax decentia,
[illegible] rapax nequitia,
M[illegible] procax malitia,
[illegible] mentem inflammantes,
[illegible] corpus enervantes,
S[illegible] inflantes,
S[illegible] titantes,
N[illegible] cogitantes.

[illegible] homo per mendacem fallaciam tentatoris. Vnde [illegible] 3. Reg. 22. *Ero spiritus mendax in ore omnium Prophetarum,* [illegible] *Decipies, & prævalebis.* Item per mordacem versutiam detractoris Gen. 3. *Serpens decepit me.* Item per fallacem feminam proditoris. Vnde illud Prouerb. 11. *Simulator ore decipit amicum suum, & ducit eum per viam non bonam.* Item per loquacem blanditiam adulatoris. Vnde Eccl. 7. dicitur, *Melius est à sapiente corripi, quam stultorum adulatione decipi.* Item per fi[illegible] seu non veracem decentiam [illegible] id est, hypocri[illegible] *decipit homo de vanitate* [illegible], & illud Amos 2. [illegible] *idola sua* Idola enim sunt fictiones, & [illegible] Item [illegible] nequitiam fœneratoris. Esa. 19. *Deceperunt Aegyptum* [illegible] Augeli enim mundi videntur esse [illegible] Isti sunt illi falsi Prophetæ, de quibus dicitur E[illegible]. *Deceperunt populum meum, dicentes, Pax, pax & non erat pax.* [illegible] videntur loqui pacifice, & tamen ipsi operantur [illegible] Item decipiuntur per procacem mali[illegible] Vnde [illegible] dictum est de Samsone Iud. 16. *Decipe eum & disce* [illegible] Num. 31. *Cur feminas re-* [illegible] *quæ deceperunt filios Israel.* Item decip[illegible] homo per inflammationem [illegible] Mich. 4. *Acuimus* [illegible] [illegible] Abacuc [illegible] *Prouerb.* [illegible] *Mentitur* [illegible] *non habens dissipli* [illegible]

[illegible] cum per executionem [illegible] *Ista imperia* [illegible] multipliciter decipiuntur [illegible] dispices, bestiæ & aues [illegible] fuis & piscatoribus & ve[illegible] sequi ideo transeo caute[illegible]

**Declarare.** Nota, quod [illegible] festare, &c. [illegible] ex [illegible] nitates

**Declinare.** Nota, quod d[illegible] pro deriuare, [illegible] *Psalmo* [illegible] *quasi fluuium pacis.* Quandoque [illegible] sicut 2. Reg. [illegible] *Calcitrauerunt boues, & declinauerunt arcam.* Quandoque sumitur, pro accedere, seu appropi[illegible] [illegible] cl. 19. *Declinate ad domum patris mei.* [illegible] deficere, seu descendere, sicut cum di[illegible] *declinare.* Quandoque etiam communiter sum[illegible] etiam declinare, sicut cum dicit [illegible] *maligni, & scrutabor mandata Dei mei.* Notabo ergo breuiter quod in scriptura inuenitur

Declinatio { Naturæ, Culpæ, Gratiæ, Pœnæ.

Declinat enim homo cum moritur corporaliter Psalm. 1[illegible]. *Sicut umbra cum declinat, ablatus sum.* Declinat iustus quando pe[illegible] criminaliter. Deut. 31. *Declinabitis cito de via, quam ostendi vobis* [illegible] clinat potens cum conuertitur virtualiter Eccl[illegible] *Ad locum, ad quem ire declinabat, quæ prima erat sequebatur. &c.* Declin[illegible] rus cum iudicatur sententialiter. Vnde Dominus in Psal. 1[illegible] dicit, *Viri sanguinum declinate à me.*

¶ Dicam igitur his præmissis, quod signat recessum a termino A quo, vel accessum ad terminum ad quem. Et sic di[illegible] in bono sumitur, & in malo. Declinare [illegible] a malo, est bonum, & declinare à bono, est malum. Et econtra declinare ad bonum, est bonum, & declinare ad malum, est malum. Termini enim A quo, & termini Ad quem contrariæ sunt naturæ. Igitur de bona declinatione primitus est dicendum. S[illegible] deo, quod nautæ libenter declinant pericula maris, dum nauigant, videlic. B

Charybdim, ne absorbeantur,
Scyllam, ne confringantur, aut conterantur,
Bithalassum, ne arrestentur, aut inuiscentur,
Syrtes, ne arenis detineantur,
Monstra, ne deuorentur,
Piratas, ne spolientur.

Sic dicam, quod nos, qui per mare huius fluctuosæ vitæ nauigamus ad mortem, & nauem animæ nostræ cum velo spei & gubernaculo fidei deducere proponimus [illegible] sum[illegible] debemus cauere & declinare, vitare & refutare spiritualia pericula huius maris, id est, mundi, videlicet,

Charybdim absorbentem, hoc est, auaritiam,
Scyllam confringentem, hoc est, superbiam,
Bithalassum tenentem & inuiscantem, hoc est, luxuriam,
Syrtes, id est, arenarum cumulum arrestantem, hoc est, diuitiarum abundantiam,
Monstra, quæ deuorant, hoc est, malorum hominum societates & amicitias,
Piratas, qui spoliant, hoc est, dæmonum fallacias, & [illegible] violentiam.

Et sic declinauit Dauid, de quo dicitur [illegible] Regum [illegible] cum Saul vellet [illegible] lancea transfig[illegible] *declinauit* [illegible] Ist est [illegible] veritas, quod [illegible] quibus [illegible] *Per timorem* [illegible] *alo.* V[illegible] *Ps.* [illegible] *& declinat a malo* Psal. 3[illegible] *a malo,* [illegible] *patens* [illegible]

¶ [illegible] quod triplex causa [illegible] Q [illegible] videlicet, [illegible]

Totum exercitium, quod imperatur (Fac)
Sanum artificium, quod declaratur (Bonum)
Summum beneficium, quod impetratur (Pacem.)

Per hæc enim { Obedimus iubenti literæ, quæ dicit (Declina)
[illegible] imus a culpæ scelere (A malo)
Occupamur virtutum opere (Fac)
[illegible] lectamur optime munere (Bonum)
[illegible] iamur æterno fœdere (Pacem.)

[illegible] est [illegible] à malo, propter prouidum consilium, [illegible] Declina, inquit, imperando & consulendo [illegible] ium est medici, uper declinatione nociuorum bene est fa[illegible] um infirmo. [illegible] tur declina. Ruth 4. *Declina paululum*, & [illegible] declinandum est à malo, propter flagitium. [illegible] pr[illegible] uum, quod eui[illegible] tur (A malo.) Ipsum enim [illegible] h[illegible] entum horrorem, & tantam deformitatem, [illegible] debet merito declinare. Esa. 42. *Declinate de semita, auferte a me faciem* [illegible] uerbi[illegible] rum 14. *Sapiens timet, & declinat à malo.* Item de[illegible] nandum est à malo propter exercitium, quod frequenta[illegible] [illegible] inquit: quamdiu enim homo est in peccato, nihil facit [illegible] e[illegible] pecc[illegible] tur faciat, nihil est, quia *peccatum nihil est, & nihil fiunt homines cum peccant* secundum Augustinum. Cum autem à [illegible] to declinauerit & cauerit, tunc aliquid facit, quia, scilicet, in bono se occupat, & multa merita bene operando acqui[illegible] Vnde [illegible] Declinet à malo, & faciat bonum.* Item declinandum est à malo propter att[illegible] ficium, quod declaratur, (Bonum [illegible]) Bonum enim de sui natura debet allicere & attrahere, & [illegible] consequ[illegible] ens à malo fugare & retrahere. Ecclesiast. 4. *Declina pauperi aurem tuam.* Ecclesiast. 15 *Ante hominem bonum, & malum quod placuerit ei dabitur illi.* Item declinandum est à malo propter bene[illegible], quod imperatur. (Pacem inquit.) Constat enim quod per recessum seu declinationem à malo acquiritur pax interi[illegible], [illegible] & superior. Nullus enim modus melior [illegible] equirendi pacem quam fugere à locis, rebus & negotijs, quæ sunt causæ guerræ. Talia sunt peccata. Vnde de Asina Balaam [illegible] tur Numer 22. *Nisi asina declinasset de via, occidissem te*, quasi diceret, Per declinationem à via iniquitatis, quam asina, id est, caro fa[illegible], anima ab occisione liberatur æterna, & in pace multiplici requiescit 1 Mach. 12 *Proiecerunt arma, & fecerunt pacem*, quia, scilicet, illi, qui arma diaboli, id est, peccata proijciunt, pacem temporalem, & æternam acquireot. Ista quinque membra pos[illegible] dilatat, & prosequi, sed transeo. Si vis exempla & figuras, [illegible] his fugere, recedere, cauere, & similia. Patet ergo, quod quandoque declinare sumitur in malo, & hoc est, quan[illegible] quis declinat & deuiat à rectitudine veritatis. Sol enim nun[illegible] fit [illegible] trogradus, nec vnquam declinat à linea ecliptica, per [illegible] vadit, omnes autem alij planetæ declinant, & retrogradi [illegible] sunt. Sic vere sol iustitiæ Christus, paucis exceptis, solus [illegible] q[illegible] nunquam à linea iustitiæ declinauit, omnes autem alij, qui [illegible] trogradi [illegible] al quod peccatum fuerunt, à iustitiæ limitibus de[illegible] nauerunt. [illegible] *Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non [illegible] qui faciat bonum, [illegible] est [illegible] usque ad vnum.* Cor enim hu[illegible] um [illegible] ter de[illegible] nat ad malum, cuius signum est ipsa dispo[illegible] p[illegible] ius cordis, quod, scilicet, vergit & declinat ad sinistram p[illegible], non ad dexteram. Ad denotandum, quod paruum est [illegible] & [illegible] crutabile, & magis declinat ad vitia quam ad v[illegible] tes, ad si[illegible] stram plus quam ad dexteram; ad malum am[illegible] [illegible] um. [illegible] guratum in Loth, qui interpretatur de[illegible] inans, q[illegible] lit societatem Abrahæ, & habitauit in Sodomis, [illegible] ur Genesis 14. & 18. quia, scilicet, mali & decliues à bono & a b[illegible] norum societ[illegible] te declinant, & malorum consortia inhabitant & frequentan[illegible], contra illud 1. Regum 12. *Nolite declinare post vana.* Mali enim nunquam volunt in rectitudine viuere, sed semper à via domini declinare. Dicunt enim illud Esa. *Loquimini nobis placentia, videte nobis errores, auferte à me viam, de[illegible] [illegible] semitam, cesset à facie nostra sanctus Israel.* Sic videtur lo[illegible] [illegible] dices, qui [illegible] iustitiæ veritate declinant, contra illud Deute[illegible] 16. *Iudicent populum iusto iudicio, nec in alteram partem de[illegible]*

[illegible] quod mali
[illegible] ft [illegible] recto l[illegible] bramento,
C[illegible] tiæ præ[illegible] oramento,
M[illegible] tor[illegible] iusto complemento,
Su[illegible] n[illegible] ium claro speculamento.
[illegible] ario ipsi

Declinant ad { Luxuriæ fœ[illegible] m hon[illegible],
Malitiæ pallidum liuorem,
Auaritiæ feruidum ardorem.

¶ Dico, quod mali declinant à iustitia, ne recta iubeant. Esa. 9. *Declinauerunt frustra à iusto.* Item à clementia, ne sua [illegible] præbeant [illegible] cur de malis filijs Heli dicitur 1. Regum 8. quod [illegible] *declinauerunt post auaritiam*, contra illud Ecclesiast. 4. *Declina pauperi aurem tuam.* Item à Dei mandatis, ne ipsa impleant. Dani[illegible] 9. *Declinauimus à mandatis tuis* E cótra Dauid in Psalm[illegible] *A lege autem tua non de[illegible] naui.* Et merito, quia fient dies[illegible] uerb. 28. *Qui declinat aures suas ne audiat legē, oratio eius erit execrabilis.* Itē à rebus supernis timeant, sicut de illis malis iudicibus dicitur Danie[illegible] quod *declinauerunt oculos suos ne viderent cœlum, nec recordarentur iudiciorum iustorum.* Item declinant ad luxuriam, vt satis fœtcant. Vnde mala mulier loquitur, Prouerbiorum 9. dicens, *Si quis est paruulus, declinet ad malitiam.* Vt malis studeant. Esa. [illegible] *Vnusquisque in malitiam suam declinauit.* E contra Dauid in Psal[illegible] 140. *Non declines cor meum in verba malitiæ.* Item ad auaritiam vt semper ferueant. Esa. 9. *Declinabit ad dexteram, & esuriet, & ad sinistram, & non saturabitur.* Et in Psal. 16 *Statuerunt oculos suos declinare in terram.* Sic igitur patet quomodo declinare in bono sumitur & in malo.

# Decor, Decorare, Decorus. A

Nota; quod Decor non [illegible] lum dicit mihi pulchritudinem, sed etiam pulchritudinem gratam, acceptabilem & decentem. Multa enim sunt quæ sunt Decora, qui[illegible] pulchritudo eorum non decet. Si enim pulchritudo & decor idem omnino significarent, superflue diceretur pulchra & decora, quia tamen plerunque vnum pro alio sumitur, ideo generaliter distinguam. Ideo cum Decor accipi possit in bono & in malo dicam primo, quod sicut materialiter omnia quanto magis Decora sunt & pulchra, tanto plus sunt placida atque grata. Inter cæteras enim gratias pulchritudo valde allicit intuentem. Vnde de hominibus magnis & maxime de illis, qui magis sunt iuuenes & decori, patet, quod valde placet eis habere pulchram vxorem, pulchram vestem, pulchrum thesaurum. Sic vere est de Deo & debet esse de homine, quia scilicet iste diligit decorem & pulchritudinem in vxore sua; hoc est, in anima. Psalm. 44. *Audi filia & vide, &c.* Sequitur. *Et concupiscet Rex decorem tuum, in veste sua*, hoc est, corporali substantia, quæ scilicet, fuit decora, maxime quando fuit glorificata, Psalm. 92. *Dominus regnauit, decorem indutus est.* Iste tamen decor in passione fuit obfuscatus Esa 53. *Non est ei species, neque decor.* In domo sua, hoc est, Ecclesia. Psa. 25 *Dilexi decorem domus tuæ*, id est, ecclesiæ. *In thesauro suo*, hoc est, æterna gloria. Psal. *Ex Sion species decoris eius.* De homine etiam idem dico, quia pro certo ipse debet velle habere decorem in vxore sua, id est, in conscientia, in domo sua, id est, in carne vel in carnis munditia, in veste, id est, in exteriori apparentia, in lecto, id est, in finali voluptate seu gloria Ideo dicitur animæ suæ seu personæ virtuosæ illud Cant. 6. *quam pulchra es amica mea suauis & decora sicut Hierusalem.* In quibus verbis ostenditur triplex decor, quo fidelis persona vel anima decoratur, videlicet

Virtualis & interior, qui mentem perficit,
Visualis & exterior, qui gentes allicit,
Actualis & superior, qui nunquam deficit

Primus est decor mentalis conscientiæ. (Pulchra es amica mea)
Secundus est decor moralis apparentiæ. (Decora & suauis.)
Tertius est decor finalis affluentiæ seu gloriæ (Hierusalem.)

Et sic adhuc dicam. Primus est decor gratiæ virtuosæ, quæ tollit criminum egestatem. (Pulchra.) Secundus est decor apparentiæ gratiosæ, quæ confert moribus honestatem. (Decora.) Tertius est decor gloriæ gaudiosæ, quæ præstat animæ maiestatem, (Sicut Hierusalem.)

¶ Dico ergo primo, quod in anima virtuosa inuenitur decor virtutum, qui est in conscientia; quod ostenditur cum dicitur. Pulchra es amica mea) Sicut enim pulchritudo corporalis consistit in varietate proportionata colorum; sic decor spiritualis in amica causatur ex varietate virtutum. Virtutes enim sunt, quæ faciunt animam pulchram & decoram, & summi Regis sponsam, filiam & amicam. (Pulchra es inquit amica mea.) Iste autem virtutum decor consistit principaliter in conscientia & in mente. Conscientia n. est propriæ camera viri iusti, vbi, scilicet, conti-[illegible] B

que debet manere, studere, gaudere, lugere. Et ideo sicut videmus, quod diuites summe curant, quod eorum cameræ ordinatæ sint & decoræ, sic valde curare debemus, quod cameræ conscientiarum nostrarum virtutum pulchritudine decorentur, & præclaris virtutibus adornentur. Conscientia n. facies est animæ, quæ si decora fuerit, tota ipsa anima reputatur decora, ita quod sibi potest dici illud Ezech. 16. *Similam, & mel, & oleum comedisti, & decora facta es vehementer* Expone. Simila signat sacram scripturam; quæ cum molla intellectus trita, & cribro prudentiæ cribrata, & à furfure rudis historiæ separata, sanum dat animæ nutrimentũ. Mel est deuotio, oleum vero compassio, quia, scilicet, ista sunt, quæ conscientiam decorant atque ornant. Vt sic cuilibet viro sancto virtutibus decorato, dicatur illud Cant. 1. *Ecce tu pulcher es dilecte mi & decorus*. Vt etiam cuilibet virgini, vel ipsi animæ dicatur illud Cant. ibidem. *Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra, oculi tui columbarum*. De tali igitur virtuoso decore, potest dici domino illud Psal. 29. *Domine in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem*. Et bene dicit virtutem, quia, scilicet, multipliciter virtus est necessaria ad decorem animæ componendum. Non enim mulier decora diceretur, quæ non haberet nisi vnicum membrum pulchrum, nasum videlicet siue manum. Pictura etiam decora non esset, nisi color multiplex & varius ibi esset, ex multis enim membris pulchris resultare debet in anima sanctus decor. Et ideo dico, quod ibi debet esse decor.

Continentiæ, quæ candore nitescit,
Abstinentiæ, quæ pallore repescit,
Permanentiæ, quæ vigore virescit,
Eloquentiæ, quæ nitore splendescit,
Gratiarum actionis, quæ amore dulcescit,
Innocentiæ, quæ decore valescit,
Amicitiæ, quæ feruore rubescit,
Sapientiæ, quæ splendore lucescit.

¶ Sit igitur in mente decor continentiæ, qui semper est candidus. Vnde de Libano qui interpretatur candor dicitur animæ illud Esa. 35. *Gloria Libani data est ei, decor Carmeli & Saron*. Gen. 24. *Erat Rebecca puella decora nimis, virgoque pulcherrima*. Item sit ibi decor abstinentiæ, qui semper est pallidus. De abstinentibus pueris dicitur Dan. 1. quod *ipsi fuerunt electi ad standum in palatio, quia decori forma cunctique scientia*. Item sit ibi decor permanentiæ, qui semper est solidus. Prouerbiorum 31. *Fortitudo & decor indumentum eius*. Item sit ibi decor eloquentiæ, qui semper est nitidus, eloquentiæ dico, scilicet, confessionis. Psalm. 103. *Confessionem & decorem induisti*. Gratiarum actionis. Neem. 12. *In decore gratiarum actionis Sacerdotes & Leuitas*. Dulcis prædicationis & monitionis. Cantic. 2. *Vox enim tua dulcis, & facies tua decora*. Item sit ibi decor innocentiæ, qui semper est floridus. Sicut de Absalon dicitur 2. Reg. 14. quod *ipse erat decorus valde, ita quod à planta pedis vsque ad verticem non erat in eo vlla macula*. Item sit in eo decor amicitiæ, qui semper est feruidus 2. Regum 1. *Saul & Ionathas amabiles in vita sua, in morte quoque non sunt diuisi*. Item sit ibi decor sapientiæ, qui semper est fulgidus. Psalm. 103. *Confessionem & decorem induisti amictus lumine*. Patet ergo quomodo in anima debet esse decor virtutum, qui est conscientia. (Pulchra es inquit amica mea.) Sed proh dolor talis decor virtutum multoties in anima destruitur. Nam sicut decor imaginis bene pictæ, & pulchræ aliquando destruitur per lutum, quo maculatur, aliquando per ignem, quo crematur, aliquando per fumum, quo denigratur, aliquando per gladium, quo dissecatur, aliquando per aquam, qua madidatur, & aliquando per antiquitatem, qua corrumpitur: sic vere dico, quod decor animæ perit & destruitur, quando fœdatur luto luxuriæ, quando crematur igne auaritiæ, quando obfuscatur fumo superbiæ, quando secatur gladio inuidiæ, quando humectatur aqua gulæ & delitiarum ingluuie, quando aggrauatur antiquitate acediæ, & tunc pro certo plangendo dicitur Thren. 1. *Omnes portæ eius destructæ, sacerdotes eius gementes, virgines eius squalidæ, & ipsa repleta est amaritudine*. Sequitur. *Et egressus a filia Sion, omnis decor eius*. Et loquitur ad modum ciuitatis prius decoræ, tandem ab hostibus captæ, & desolatæ, & deturpatæ, quia scilicet, anima virtuosa est Deo creatori suo valde decora Thren. 2. *Haeccine est vrbs, dicentes, perfecti decoris, gaudium vniuersæ terræ?* Quando tamen portæ exteriorum sensuum per vitia destruuntur; sacerdotes eius, scilicet, deuotio & oratio desolantur; virgines eius, id est, puritas mentis, & castitas carnis deturpantur; & ipsa amaritudine vitiorum aspergitur, & grauatur; non mirum si decor eius spiritualis ab ipsa egreditur, & si ipsa, quæ prius placebat, abominabilis efficitur. Vnde animæ sic deturpatæ loquitur Dominus Ezechiel. 16. *Perfecta eras in decore meo, quem posueram super te, & habens fiduciam in pulchritudine tua, fornicata es*. Sequitur. *Ædificasti tibi lupanar, & ad omne caput viæ posuisti signum prostitutionis tuæ, & abominabilem fecisti decorem tuum valde*. Et loquitur animæ, seu personæ peccatrici sub figura meretricis, prius in virginitate & puritate vitæ per virtutes decoræ, tandem per vitia prostitutæ, & Deo abominabili & despectæ, quæ, scilicet signum prostitutionis suæ, scilicet, mala verba, impudicos nutus, inanes fastus, deformes habitus, inhonestos ritus, exterius in sua conuersatione ponit & cunctis vitijs se exponens decorem virtutum perdit, & Deo & Angelis abominabilem se facit. Vnde tali loquitur Deus Ezechiel. 28. *Adducam super te alienos*, scilicet, permissiue dæmones vel peccata. Sequitur. *Et polluent decorem tuum, & interficient, & detrahent te*. Non sic (charissimi) sed sit in nobis decor virtutum, qui est in conscientia

¶ Secundo dico, quod in nobis debet esse decor honestatis, qui est in apparentia, qui ostenditur, cum dicitur. (Decora & suauis.) In muliere enim decor interiorum seu tectorum vestibus membrorum non sufficeret, nisi etiam in facie decor esset. Facies enim quæ aspectibus hominum opponitur ampliori decore indiget, quapropter mundius tenetur, & amplius adornatur. Cum igitur exterior apparentia & conuersatio sit propria facies animæ, in qua quidem facie videntur dispositiones interiorum, quia sicut dicitur Ecclesiast. 19. *Ab occursu faciei cognoscitur sensatus*. Dico, quod ibi decor virtutum debet principaliter relucere, & honestas, morumque pulchritudo specialiter abundare; sicut de Ioseph dicitur Genes. 39. *Erat autem Ioseph pulcher facie, decorusque aspectu*. Vnde scriptura consulit Iob 40. dicens. *Circumda tibi decorem, & in sublime erigere, & esto gloriosus, & speciosis induere vestibus*. Vide de erigere, & vestibus, inuenies latis. Decor enim conuersationis multum stat in hoc, quod homo erigatur in sublimi per cœlestium affectionem. Sit gloriosus & iucundus per spem in dumo & consolationem, speciosis induatur vestibus per bonorum morum & virtuosorum æmulationem, vel cumulationem. De isto ergo decore apparentiæ dicitur 2. Mach. 3. *Apparuerunt iuuenes virtute decori, optimi gloria speciosique amictu*. Si vis, pone quomodo decor honestatis perditur sicut imaginis, sicut supra in §. præcedenti immediate. Patet igitur, quod est decor honestatis, qui est in apparentia. C

¶ Tertio dico, quod est decor fœlicitatis, qui est in gloria, seu in gloriæ affluentia, quæ ostenditur cum dicitur Hierusalem, quæ interpretatur visio pacis. Vide infra de Hierusalem. Iste enim est decor summus, in quo nihil penitus indecorum est. Sicut enim tunc sponsæ solent maiori & ornatiori decore nitescere, quando sponsis suis nuptialiter copulantur, sic animæ beatæ in gloria, vbi in nuptijs æternis cum sponso dignissimo & altissimo copulantur, æternæ gloriæ decore inoffuscabiliter splendescunt. Psalm. 20. *Magna est gloria eius in salutari tuo, gloriam & magnum decorem impones super eum*. Et nota, quod iste decor consistit in multis, videlicet D

In { Dominatione potentiori,
Contemplatione splendidiori,
Delectatione vberiori. }

¶ Beati enim in patria regnant gloriose. Sapient. 5. *Accipient iusti regnum decoris, & diadema speciei de manu domini*. Item Deum considerant luminose. Esa. 33. *Regem in decore suo videbit*. Et in Psalm. 103. illud prædictum. *Confessionem & decorem induisti amictus lumine*. Item semper exuberant copiose, quia scilicet ipsi sunt in gloria, quæ est status omnium bonorum aggregatione perfectus Baruch 5. *Exue te Hierusalem stola luctus & vexationis tuæ, indue te decore & honore, quæ à Deo tibi est sempiterna gloria*. Hierusalem inquit Esa. 46. *Dabo in Sion salutem, & in Hierusalem gloriam meam*. Sic igitur patet quomodo decor accipitur in bono.

¶ Sed adhuc dico, quod decor accipi potest in malo significato. Et sic dicam, quod inuenitur decor corporis, qui est vanissimus, & fragilis, decor hypocrisis, qui est falsissimus & inutilis, decor prosperitatis, qui est leuissimus & mutabilis. Decor corporis videntes attrahit ad luxuriam, vnde de impudicitia iudicibus dicitur Danielis 13. quod *ipsi fecerunt discooperiri faciem Susannæ, vt vel sic satiarentur decore eius*. Ideo consulitur Ecclesiast. 9. *Virginem* inquit, *ne conspicias, ne forte scandalizeris in decore illius*. Decor hypocrisis videntes decipit per fallaciam. Vnde principi Tyri sub specie Luciferi loquitur scriptura Ezechiel. 28. dicens sic. *Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia, & perfectus decore*, E

*omnis lapis pretiosus operimentum tuum, aurum opus decoris tui.* Sequitur. *Repleta sunt viscera tua iniquitate, peccasti, & eiecit te.* Tales ad literam non sunt res, sed signaculum & similitudo rei, quia, sc. non sunt boni, sed videntur esse, sunt quandoque pleni sapientia, quia sunt homines literati, perfecti sunt decore honestatis & omni lapide pretioso, id est, omni virtute sunt exterius cooperti. Aurum tamen est opus decoris eorum, quia, scilicet, isti propter aurum, id est, propter diuitias acquirendas sunt taliter fictis virtutibus adornati, & tamen interiora cordis eorum iniquitate plena sunt, & propter hoc à Deo finaliter isti eijciuntur & cadunt. Teste enim Seneca, *nihil quod simulatum fictumque est, potest esse diuturnum.* Decor mundanæ prosperitatis dum splendet, deficit per desistentiam. Iste enim est decor iridis, qui valde speciosus est in cœlo dum durat, verumtamen ad resolutionem modicæ pluuiæ deficit, & dum nubes mutatur in pluuiam penitus euanescit. Sic mundi prosperitas apud multos non modici est decoris quamdiu est in statu, modica tamen pluuia tribulationis solet deficere, & prorsus euanescere & perire. Hierem. 25. *Dominus rugiens rugiet super decorem aduersum omnes habitatores terræ.* Et si vis, potes notare, quod iste decor mundanæ gloriæ solet.

Superbiam parere,
Iactantiam gignere,
Prudentiam tollere,
Pestilentiam inducere.

Hoc enim superbiam solet procreare. Ezechiels 28. *Eleuatum est cor tuum in decore tuo.* Et Danielis 4. dicitur, quod *Nabuchodonosor deambulabat in aula Babylonis iactando, dicens, Nonne ista est Babylon, ciuitas magna, quam ædificaui in domum Regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei:* Item prudentiam solet offuscare. Ezechielis. 28. *Perdidisti sapientiam in decore tuo,* & ideo finaliter pestilentiam solet procreare, sicut Ezech. 27. dicitur, quod illa ciuitas Tyrus gloriando dicebat, *Perfecti decoris ego sum, & in corde maris sita.* Sequitur. *In aquis multis adduxerunt te remiges tui, ventus auster contriuit te, &c.* Sufficit, vide de pulchritudine.

## Decretum. Vide supra decernere, edicere.

A

## Dedicatio. Nota, quod sicut eleganter prosequitur Mauritius, triplex est dedicatio, videlicet.

Quædam { Generalis, Specialis, Spiritualis.

¶ Generalis est illa, qua quis dedicat aliquid ad aliquod opus vel officium. Et sic dedicatio nihil aliud est quam ad aliquid certum alicuius rei ordinatio & dispositio, sicut cum dicitur, ego dedicaui talem rem ad tale opus, vel talem personam ad tale officium exequendum, sicut 1. Paralip. 25. dicitur. *Separauerunt in ministerio filios Asaph, qui prophetarent in citharis, &c.* Sequitur. *Dedicato sibi officio seruientes.* Specialis est illa, qua Templum vel Ecclesia, vel minister Ecclesiæ, seu quæcumque res Ecclesiastica dedicatur, & diuinis vsibus deputatur, & ab alijs communibus vsibus segregatur 1. Machab. 4. *Dedicauerunt portas & pastophoria, &c.* Spiritualis est illa, qua quis Dei seruitio dedicat conscientiam suam, & eam in domum spiritualem Spiritus sancti deputat, atque sacrat. De istis ergo duabus vltimis prosequitur Mauritius, & primo de conscientia. Ista est enim domino dedicanda, & inhabitationem Spiritus sancti totaliter deputanda. Sicut enim domus, quæ est in Ecclesiam dedicanda, ante omnia mundatur, & post hoc certis ritibus dedicatur & consecratur, sic cōscientia domino consecranda, debet à vitijs primo purgari, & post diuinis vsibus deputari & ab omnibus alijs separari. Vnde 2. Par. 15. dicitur, quod *Asa abstulit idola de omni terra Iuda, & dedicauit altare domini.*

B ¶ Et aduerte, quod ista spiritualis dedicatio debet fieri ad similitudinem dedicationis Ecclesiæ materialis. Requiritur enim, quod Ecclesia sexies ab Episcopo circueatur, quod intus & extra cruce signetur; quod aqua benedicta aspergatur; incenso suffumigetur; literis alphabeti in circuitu depingatur; ignis, sal, cinis, vinum, chrisma, lucernæ adhibeantur. Et sic patet, quod 11. sunt ibi necessaria, scilicet, circuitus, cruces, literæ, aqua benedicta, ignis, thus, sal, cinis, vinum, chrisma, lucernæ, & ministrorum cantus. Sic vere dico, quod in dedicatione mētis necessarius est Episcopus feruens & diligens spiritus virtutibus insufflatus, qui, scilicet, primo mētem circueat per iugem meditationem, & hoc solum, imo vt, scilicet, consideret propriæ originis vilitatem, vitæ præsentis mutabilitatem, mundi & fortunæ varietatem, mortis necessitatem, inferni calamitatem, & cœli felicitatem. Isti enim sunt sex circuitus spirituales, qui necessarij sunt ad dedicationem istam. De ciuitate enim Hiericho legitur, quod ipsa tunc fuit penitus subuersa, dum à filijs Israel circuiretur, quia, scilicet, ciuitas Diaboli, id est, vitiorum congeries rumpitur, dum per considerationem multiplicem circuitur, & econuerso bona Christi ciuitas, id est, bona conscientia spiritualiter dedicatur. Hierem. 5. *Circuite vias Hierusalem, & aspicite, & considerate, & quærite in plateis eius.* Item apponat cruces, id est, crucis & passionis memoriam & compassionem, alphabetum, seu literas, id est, diuinam scripturam & lectionem, Aquam benedictam, id est, lachrymas & compunctionem, ignem, id est, charitatem & dilectionem, thus, id est, orationem, sal, id est, discretionem, cinerem, id est, mortis recordationem, vinum, id est, spiritualem lætitiam & consolationem, chrisma, id est, proximorum compassionem, lucernas ardentes, id est, bonorum exemplorum administrationem seu exhibitionem, cantum, id est, laudem & gratiarum actionem. His enim factis, mens nostra spiritualiter consecratur, & Deo singulariter dedicatur 3. Regum 8. *Dedicauerunt templum domino Rex & filij Israel.* Ista fuerunt antiquitus figurata, quia sicut in diuersis scripturæ passibus legitur, quod ad dedicationem templi, altaris & rerum aliarum diuinarum multa requirebantur, videlicet vnctio, oblatio, adornatio, exultatio, animalium mactatio, sanguinis aspersio, sic vere in ista dedicatione debet esse vnctio deuotionis, oblatio Eleemosynæ & largitionis. Numer. 7. *Obtulerunt duces in dedicationem altaris, die qua vnctum est, oblationem suam ante altare.* Item ornatus bonæ conuersationis, & lætitia gratiarum actionis, laudis etiam & in Deo cantus exultationis 1. Machabæorum 4. *Fecerunt filij Israel dedicationem altaris diebus octo.* Sequitur. *Et ornauerunt faciem templi coronis aureis.* Item animalium mactatio, id est, districtus abstinentiæ, & macerationis, sanguinis aspersio, id est, memoria dominicæ passionis. Vnde 3. Regum 8. dicitur, quod *in dedicatione templi mactauit Salomon hostias pacificas boum 22. millia,* & Hebræos 9. dicitur, quod *nec primum quidem testamentum sine sanguine dedicatum est.*

¶ Aduerte tamen, quod tres leguntur in veteri testamento dedicatores fuisse, videlicet Moyses, qui fuit benignissimus & mitissimus, Salomon qui fuit sapientissimus & doctissimus, Iudas Machabæus, qui fuit seuerissimus & iustissimus. De Moyse dicitur Numer. 7. de Salomone 3. Regum 8. de Machabæo 1. Machabæorum 4. In quo scilicet notatur, quod illi, qui Ecclesias realiter dedicant, scilicet, Prælati, seu etiam, qui seipsos dedicant spiritualiter, Christiani deuoti, debent esse clementes & mitissimi, sagaces, & deuotissimi, seueri & iustissimi. Ista omnia pro maiori parte tractata sunt in Mauritio, & quia paucæ sunt auctoritates vocales de meo paruum pono, sed vide supra de consecrare, &c. C

## Deducere. Nota quod deducere idem est quod de locis ducere. A

Signat enim quandam associationem, vel quandam directionem & gubernationem. Igitur secūdum naturam locorum, in quibus, vel ad quos fit deductio, vel etiam personarum, à quibus fit deductio, vel in quibus passiue est ipsa deductio, possumus distinguere, quod est actiue loquendo, deductio multiplex, videlicet

Deductio { Bona, quæ fit à Deo, Sancta, quæ fit à iusto, Mala, quæ fit à diabolo.

¶ Quia videlicet Deus deducit iustos ipsos custodiens Sapient. 10. *Iustum deduxit dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei.* Pueri enim nobilium à custodibus suis deducuntur vndique, vt ostendantur eis festa, & gesta solennia. Item iustus deducit lachrymas peccata diluens. Threnorum 2. *Deduc quasi torrentem lachrymas per diem & noctem, non des requiem tibi, & non taceat pupilla oculi tui,* & Hierem. 9. & 13. *Deducant oculi mei lachrymas.* Item diabolus deducit malos ipsos decipiens Osee 9. *Ephraim deducet ad interfectorem filios suos.* De bona ergo deductione, quam facit Deus, vel de mala, quam facit diabolus, aliquid est dicendum. Dicam ergo primo, quod Deus est sicut nutrix, quæ deducit puerum, vt ipsum ire doceat. Sicut medicus, qui deducit infirmum, ne nimis iaceat seu torpeat. Sicut amicus, qui ad spatium deducit amicum, vt ibi gaudeat. Sicut Pædagogus, qui de schola ad scholam deducit discipulum, vt melius studeat. Sicut bo-

bonus

pus miles, qui ad facta bellica suum deducit filium, vt duris assuescat, & multa videat. Quia reuera dominus ab ortu vsque ad occasum non cessat iustos diuersimode deducere, & per diuersos casus nunc ad aspera, nunc ad prospera trahere, vt sic possit eos meliores facere, & ad cœlestem patriam introducere. In istis tamen deductionibus summam de eis curam gerit, ne ipsos cótingat per vitia & tormenta perire Deut. 32. *Circumduxit eum, & docuit, & custodiuit quasi pupillam oculi.* Ideo de multiplici iustorum deductione potest dici illud 1. Reg. 2. *Dominus mortificat, & viuificat, deducit ad inferos, & reducit.*

¶ In quibus verbis ostenduntur quatuor viæ, in quibus iusti à Deo diuersimode deducuntur, videlicet

Via { Naturæ, Gratiæ, Miseriæ, Gloriæ. }
In { Prima fit deductio corpora vapulans, Secunda fit deductio virtutes copulans, Tertia fit deductio per pœnas stimulans, Quarta vero fit deductio præmia cumulans. }

Prima via deducimur ad mortis necessitatem. [Dominus inquit, mortificat.] Secunda via deducimur ad virtutum immeositatem. [Dominus viuificat.] Tertia via deducimur ad temporalem aduersitatem [Dominus deducit ad Inferos.] Quarta via deducimur ad æternalem fœlicitatem [Dominus reducit ab Inferis.] Nos enim

Per { Naturam mortificamur, Virtutes viuificamur, Aduersitatem tristificamur, Fœlicitatem lætificamur. }

B ¶ Dicam igitur, quod iusti deducuntur per viam naturæ ad metam finalem, quod ostenditur cum dicitur. [Dominus mortificat.] quamuis enim scriptum sit Sapient. 1. quod *Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum*, & hoc quia mors nihil aliud est nisi priuatio vitæ, cum igitur solum priuationem importet, pro tanto tamen Deus dicitur mortificare, quia ipse hominem fecit mortalem, & quia etiam ipsum ad finem vitæ, & ad terminum suæ durationis deducit, mors enim est ostium vitæ futuræ, & ideo qui ad vitam futuram intrare nititur necesse est, vt ad mortem tanquam ad ostium deducatur, de quo dicebat Dauid in Psalm. 21. *Aruit tanquam testa virtus mea, & lingua mea adhæsit faucibus meis, & in puluerem mortis deduxisti me.* Et bene dicit in puluerem, quia pro certo aliqui alchymistæ volentes meliorare, & purgare metalla, ipsa primo calcinant, & comburunt, & in puluerem deducunt, & tandem ipsa iterum in corpus clarius & purius reducunt. Sic Deus hominem per mortem calcinat, & eos finaliter de pulueribus resuscitat, & exaltat Psal. 7. *Gloriam meam in puluerem deducat*, Sapient. 16. *Tu es domine qui vitæ & mortis habes potestatem, & deducis vsque ad portas mortis, & reducis.* Iusti ergo deducuntur per viam naturæ ad casum finalem. Dominus, inquit, mortificat.

C ¶ Secundo dico, quod iusti deducuntur per viam gratiæ ad statum moralem, quod ostenditur, cum dicitur. [Viuificat] Gratia enim & virtutes animam viuificant, & à morte culpæ liberant, atque saluant. Psalm. 142. *Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam, propter nomen tuum domine viuificabis me in æquitate tua.* Via enim recta est status virtutum, in qua quisquis deducitur, finaliter ad portum salutis ducitur Sapientiæ 10. *Iustum deduxit dominus per vias rectas.* Sicut enim ponit liber de natura rerum, mus maris oua in terra parit, quæ terra statim operit atque claudit vbi dierum 30. spatio fœtus formantur, postea viuificantur ibidem. Dum igitur ipsos viuos viderit, eos statim recognoscit, & cæcos secum vsque ad mare vbi visum recipiunt, ducit. De vacca etiam maris dicit Aristoteles & Plinius, quod filios suos summe diligit, & eos diutius & quasi continue secum ducit. Sic vere Deus, ex quo quis à fouea peccati exiens, vitam gratiæ receperit, nunquam cessat ipsum de virtute in virtutem secum deducere, quousque visum æternæ contemplationis & visionis in mari affluentiæ Paradisi inuenerit, & videre meruerit opportune. Hic enim in vita ista nihil propriæ videmus, vbi de nullo negotio secundum Academicos certi sumus, in mari autem Paradisi cum Deus ibi nos deduxerit, videbimus DEVM non nude contemplando sed fidem in

per conuertendo, Esaiæ 40. *Tunc videbis, & afflues, & mirabitur & dilatabitur cor tuum, quando conuersa fuerit ad te multitudo maris.* Et notabis si vis, quod Deus deducit, & perducit iustos

Per { Æquitatis limitem, Veritatis tramitem, Simplicitatis fomitem, Iucunditatis palmitem, Securitatis militem, Tranquillitatis hospitem. }

Deducit (dico) eos per æquitatem & iustitiam Psalm. 22. *Deduxit me super semitas iustitiæ propter nomen suum* Item deducit eos per veritatem & scientiam, seu per considerationis diligentiam. Vnde vir meditatiuus dicit illud Psalm. 138. *Si ascendero in cælum, tu illic es, si descendero ad infernum, ades. Si sumpsero pennas meas diluculo & habitauero in extremis maris, etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua* q.d. Vbicumque me vertero ad veritatem contemplandam, necesse est, quod manus tua me teneat, & deducat. Item deducit eos per simplicitatem & innocentiam. Psalm. 76. *Deduxisti sicut oues populum tuum in manu Moysi & Aaron.* Item deducit eos per iucunditatem & lætitiam. Abacuc 3. *Super excelsa deducet me victor in Psalmis canentem.* Item deducit eos per securitatem & fiduciam Psalm. *Deduxit eos in spe, & non timuerunt*, & Psalm. 60. *Deduxisti me, quia tu factus es spes mea, turris fortitudinis à facie inimici.* Item per pacis tranquillitatem, & abundantiam Esaiæ 55. *In pace deducemini, &c.* Istæ sunt enim viæ virtutum, per quas deducit dominus suos, vt, scilicet, per istas vias deducat ad plena gaudia Paradisi. Ideo dicebat Dauid in Psal. 118. *Deduc me domine in semita mandatorum tuorum quia ipsam volui.* Patet ergo, quod iusti deducuntur per viam gratiæ, ad statum moralem. [Viuificat inquit] Apoc. 7. *Agnus, qui est in medio throni, reget eos, & deducet eos ad vitæ fontes.*

¶ Tertio dico, quod iusti deducuntur per viam miseriæ ad luctum pœnalem, id est, ad mundi tribulationes, quod ostenditur, cum dicitur. Deducit ad inferos. Inferni enim statum tribulationis designant, quia pro certo Deus nunc in præsenti non deducit iustos per vias placidas prosperitatis, sed per vias asperas aduersitatis. Sapient 5. *Deducati mei ambulauerunt vias difficiles.* Moyses enim quando ducebat filios Israel ad terram promissionis, non deduxit eos per viam Edom & Moab, quæ erat regio fructuosa & magis plana, sed potius per viam deserti, quæ erat montosa, sterilis, & aspera. Sic Deus suos ad pœnitentiam conducit & deducit non per plana consolationum, sed per aspera tribulationum. [Ad Inferos inquit.] Per Inferos enim intelligitur mundana tribulatio, iudicii terror & turbatio, purgatorii dolor & afflictio, vbi, scilicet, iusti ducuntur & deducuntur, Tobiæ 13. *Magnus es domine in æternum, & in sæcula manet regnum tuum, quoniam tu flagellas & saluas, deducis ad inferos, & reducis.* Isti ergo deducuntur per viam miseriæ ad luctum pœnalem. D

¶ Quarto dico, quod iusti deducuntur per viam gloriæ ad fructum vitalem, id est, ad voluptatem vitæ æternæ, quod ostenditur cum dicitur. [Reducit.] Reducere enim de inferis, id est, tribulationibus non fit nisi per suum oppositum, id est, per gaudia gloriæ Paradisi. Nam sicut deductio ad inferos, signat tribulationes, sic reductio ab inferis, signat æternas consolationes. [Reducit inquit.] Esaiæ 57. *Sanaui eum, & reduxi eum, & reddidi consolationem sibi, & creaui fructum laborum pacem*, & Hieremiæ 12. *Miserebor eorum & reducam eos, virum ad hæreditatem suam, & virum in terram suam.* In ista ergo reductione, quæ fit per gratiam, deducuntur beati, & ibi quasi in spatio consolantur & ibi sicut in regno proprio dominantur. Sapientiæ 6. *Concupiscentia sapientiæ deducit ad regnum perpetuum.* Ibi enim est locus victoriæ, locus lætitiæ, locus complacentiæ, locus opulentiæ. De victoria Abacuc 3 *Super excelsa deducet me victor.* De lætitia 2 Regum 6. & 1. Paralipomenon 15. *Deducebant arcam testamenti*, id est, animam beatam, *cum lætitia.* De complacentia dicitur in Ps. 106. *Deduxit eos in portum voluntatis eorum.* De opulentia vero dicitur in Psalmo 59. *Quis deducet me in ciuitatem munitam?* Patet igitur, quod iusti deducuntur per viam gloriæ sicut triumphantes [Reduxit:] per viam miseriæ seu pugnæ sicut militantes [Inferos] per viam gratiæ sicut proficientes. [Viuificat] per viam naturæ sicut incipientes & etiam deficientes. [Mortificat] Deductio ergo, sicut patet, quandoque accipitur in bono. E

¶ Sed ... dico, quod deductio quandoque accipitur in malum. Et sic dico, quod mali deducuntur

Per viam { Culpæ, quæ ipsos imbuit, / Fortunæ, qua quisque corruit, / Pœnæ, quæ ipsos destruit. }

Deducuntur ergo mali per viam peccatorum. Sicut enim simia à magistro suo ducitur vndequaque, & etiam saltare compellitur coram eo, sic tales à Diabolo de peccato, ad peccatum deducuntur, & de malo in malum saltare coguntur Eccl. 9. *Filii hominum implentur malitia & contemptu, & postea ad inferos deducentur.* Item deducuntur per viam infortuniorum, qua, scilicet, Deus consueuit tales de prosperitate ad infortunium deducere Psal. 59. *Ad nihilum deduces omnes gentes* Esa. 23. *Cogitauit dominus, vt detraheret superbiam omnium gloriæ, & ad ignominiam deduceret omnes inclytos terræ.* Item deducuntur per viam infernalium tormentorum Psalm. 54. *Tu vero Deus deduces eos in puteum interitus.* Accipitur ergo deductio in bono & in malo. Vide infra de ducere, & supra de adducere.

A **Deesse.** Nota, quod deesse, deficere, carere, abesse, idem important. Nota ergo breuiter si vis, quod inuenitur in scriptura

Deesse { Miserorum, / Imperfectorum, / Malorum, / Iustorum. }

Deest miseris bonorum affluentia Nom. 21. *Deest panis, & non est aqua.* Deest imperfectis virtutum opulentia Matt. 19. & Luc. 18. *Vnum tibi deest, si vis perfectus esse, vade & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus.* Deest malis gratiæ sufficientia 1. Thess. 3. *Orantes, vt videamus faciem vestram, & compleamus, quæ desunt fidei vestræ,* fidei enim non potest aliquid deesse nisi gratia. Deest iustis gloriæ magnificentia Luc. 18. *Adhuc tibi vnum deest.* E conuerso autem Deus curat, vt iustis necessarium nihil desit. Vnde nota, quod ipse ordinat, & procurat, quod

Nihil deest de { Sapientia mentis illuminatiua, / Prouidentia carnis nutritiua, / Opulentia beatificatiua. }

Non deest ergo iustis lumen mandatorum Exod. 13. *Nunquam defuit columna ignis per noctem.* Non deest ipsis etiam cibus viatorum, seu etiam copia ciborum Luc. 22. *Quando misi vos sine sacculo, numquid aliquid defuit vobis? dicunt ei, Nihil.* Non deest ipsis gloria præmiorum Psalm. 22. *Dominus regit me, & nihil mihi deerit in loco pascuæ ibi me collocauit.* Nos etiam non debemus deesse, sed nos præsentes omnibus exhibere Eccles. 7. *Non desis plorantibus in consolationem.* Virtutes etiam à nobis deesse non debent Ecclesiast. 44. *Viri misericordiæ sunt, quorum pietates non defuerunt, &c.* Vide supra de abesse, de abstinentia, & deficere, & cessare, & absit.

A **Defendere.** Nota, quod defendere est actus charitatis & pietatis, probitatis & potestatis, fidelitatis & bonitatis. Et sic notabis, quod

Defendit { Deus protegens potenter, / Prælatus subditos feruenter, / Vir pius miseros clementer, / Iustus seipsum latenter, / Impius crimina patenter. }

¶ Dico ergo quod inuenitur defensio Dei summi bellatoris, ipse enim est, qui nos ab hoste, & à peccato, & à morte æterna defendit. Seleucides enim aues sunt, quarum generatio est occulta. Incolæ enim montis Cassii, sicut dicit liber proprietatum rerum, istas (vt fingunt poëtæ) à Ioue solebant precibus impetrare pro suis finibus à locustis tuendis, quæ subito aduenientes consumebant locustas, & sic defensa patria recedebant. Sic dicam de Christo dudum à sanctis patribus precibus impetrato, vel etiam de Deo & Angelis, quorum, scilicet, ad litteram generatio & conditio hominibus est occulta, quia reuera quando locustæ id est, dæmones vel tyranni nos impugnant, & agros rerum & virtutum deuastant, ipsos debemus precibus inuitare, & eorum auxilium orationibus impetrare, quod si debite fecerimus statim aduenient, & nos defendent benigniter & iuuabunt. Et sic faciebat Dauid in Psalm. 21. dicens, *Tu autem Domine ne elongaueris auxilium tuum à me, ad defensionem meam conspice.* Isti enim scilicet, Deus & Angeli sunt humilium defensores, & contra omnia protectores. Vnde de Deo dicitur Iudith 5. *Deus eorum defendit illos.* De Angelis vero potest intelligi illud Iudith 7. *Filii Israel non in lancea, nec in sagitta confidunt, sed montes defendunt illos.* Montes dico, id est, Angeli seu sancti. Ista est ergo defensio Dei summi protectoris.

B ¶ Secundo inuenitur defensio prælati fortis pugnatoris. Pastor enim à lupis tenetur defendere gregem suum. Omnia etiam animalia filios suos defendunt, & pro eis defendendis aduersariis se opponunt. Vnde de Syluro alias similo monstro fluuiali dicit liber de natura rerum, quod catulos suos mira sollicitudine custodit, & per quinquaginta dies postquam fœmella sua ipsos peperit circumducit, & à nociuis defendit. Sic debet prælatus, qui, scilicet illos, quos vxor sua, id est, Ecclesia sponsa sibi peperit, & subdidit, summe diligere, & eos à cunctis nociuis defendere, & à periculis custodire. Vnde de Onia summo sacerdote dicitur 2. Mach. 4. quod *ipse erat prouisor ciuitatis, defensor gentis suæ, & æmulator legis Dei.*

C ¶ Tertio inuenitur defensio viri pii, dulcis adiutoris. Istud est enim officium humanitatis, scilicet, defendere miseros & oppressos Esa. 1. *Subuenite oppresso, defendite viduam, &c.*

D ¶ Quarto inuenitur defensio iusti sui protectoris, & ista est quando homo resistit viriliter tentationibus hostis, & quando seipsum virtuose defendit; exemplo animalium, quæ aut fugiendo aut resistendo vsq; ad mortem se defendunt. Omnibus enim data sunt munimenta ad sui defensionem, scilic. leuitas pedum, proceritas cornuum, acuties dentium, pernicies venenorum. Sic vere ostenditur homini data esse potentia resistendi, & se à diabolo defendendi, ita vt nisi velit, vinci non poterit & confundi. Simus ergo sicut Nabuchodonosor, de quo dicitur Iudit. 1. *Iurauit per thronum suum, quod defenderet se ab omnibus.* Et reuera si quis faciens quod in se est, viriliter se defendat, statim adest dominus, qui ipsum adiuuat, & confortat 2. Tim. 4. *In prima mea defensione nemo mihi affuit, sed omnes dereliquerunt me, dominus autem mihi astitit, & confortauit me.*

E ¶ Quinto inuenitur defensio impii, sui excusatoris, quia, scil. mali nunquam volunt puniri aut conuinci, imo quantum possunt mendaciter se excusant, contra illud Rom. 12. *Non vos defendentes (charissimi) sed date locum iræ, &c.* Vide de verbis pugnare, bellare, resistere, & liberare, adiuuare, & similia.

A **Deferre.** Cum deferre idem sit quod aliquid alicubi vel ad aliquem portare, nota, quod iusti sicut bonus nuncius, vel sicut bona arbor,

Deferunt { Deo sacrificia, / Proximo beneficia, / Malis maleficia. }

¶ Deferunt dico sacrificia ad Deum placandum 2. Paral. 32. *Multi deferebant hostias & sacrificia domino in Hierusalem.* Item deferunt beneficia ad bonos adiuuandum. Vnde 1. Reg. 17. *Decem formellas casei has deferas ad tribunum.* Et Ge. 43. *Sumite de optimis terræ frugibus, & deferte viro munera.* Item deferunt supplicia seu maleficia ad malos castigandum, vnde Numer. 11. dicunt: *ventus arreptas coturnices detulit trans mare.* Mare enim amaritudinem correctionis signat.

¶ Et si volumus, possumus dicere, quod iusti debent deferre

Deo deuotionem & innocentiam,
Pauperi subuentionem & sustinentiam,
Maioribus subiectionem & reuerentiam,
Sibiipsis macerationem & abstinentiam.

B ¶ Deferas ergo Deo innocentiam & deuotionem. De innocentia dicitur Leuit. 12. *Deferet agnum anniculum in holocaustum, & pullum columbæ, seu turturem.* Ista enim animalia simplicia innocentiam significant. De deuotione vero potest intelligi illud Leu. 2. *Ponet thus & oleum desuper similam, & deferet ad filios Aaron.* Item deferas pauperi Eleemosynam & subuentionem 4. Reg. 4. *Venit vir quidam de Bethsaida deferens viro Dei panes.* De coruis etiam dicitur 3. Reg. 17. quod *ipsi deferebant Heliæ in deserto moranti carnes mane & vespere.* In quo notatur quod nullus est ita coruinus aut malus, quin Heliæ, id est, cuicunq; in deserto paupertatis languenti maxime fratribus pauperibus & seruis Dei, viris q; propheticis & scientificis debeat subuenire. Item deferas Prælato obedientiam & subiectionem. Vnde de seruis Salomonis dicitur 3. Reg. 9. quod sumptum est ophir aurũ detulerunt ad percussum modicum facit sonum obedientiam & patientiam signat. Item deferas tibiipsi abstinentiam & afflictionem, exemplo Iudith, quæ noluit comedere de cibariis Holofernis, sed dixit. *Ex his, quæ mecũ detuli, mãducabo.* Vide supra de afferre, & infra deferre, & offerre.

# Deficere, Defectus.

N[illegible] quod [illegible] [illegible] eleu[illegible] Vn[illegible] [illegible] [illegible] .V[illegible] d[illegible]tur, [illegible] *manna* [illegible] *quam* [illegible] *in terra.* Su[illegible] tam pro pecc[illegible] e, [illegible] tu M[illegible] tum [illegible] sti, est, [illegible] [illegible] *fecerunt* [illegible] *crutinio*, & Ps. 103. *De[illegible]* [illegible] uerti tamen, quod [illegible] significato [illegible] unis [illegible] quer d[illegible] aucthoritates [illegible] sunt authoritates, [illegible], ut co[illegible] muniter, [illegible] cere [illegible] in [illegible] sumitur pro pe[illegible], d[illegible] [illegible], ut cess[illegible] quam [illegible] quandoque referatur ad pec[illegible], i.e. ad de[illegible]ctum seu [illegible] tentiam bon[illegible]um o[illegible] m & uirtutum.

B ¶ H[illegible] ergo [illegible], notabo, quod in scriptura multiplex [illegible] defectus tam actiue quam passiue sumendo, [illegible] defectus

Mortalis, qui fit per naturam, quem debes considerare,
Moralis, qui fit per [illegible]tiam, quem debes desiderare,
Lethalis qui fit per culpam, quem debes recuperare,
Fatalis qui fit per fortunam, quem debes exuperare,
Pœnalis [illegible] per iactantiam, quem debes uituperare,
Primus est defectus cunctorum,
Secundus est defectus iustorum,
T[illegible] est defectus malorum,
Quartus est defectus miserorum,
[illegible]nius est defectus damnatorum,

D[illegible] ergo primo, quod inuenitur defectus naturalis, qui non curatur. Et iste est defectus mortis & corruptionis. Omnia n. elementaria & composita isti defectui subiacent incessanter, quia omnia uiua moriuntur, & omnia animalia corrumpuntur. Sic enim dicitur Eccl. 14. *Omne opus corruptibile in fine deficiet*, & propterea iste defectus multum est considerandus, quia

Potest { Mentem à superbia retrahere,
Mentem ad inuocandum Dei auxilium inducere,
Vitam futuram & æternam facere, considerare & appetere,
Docere mentē omnia caduca spernere & contemnere. }

Omnis enim natura abhorret sui ipsius defectum, & annihilationem & finem. In hoc tamen consolari debet humana natura, quia quo ad animam se immortalem considerat, quo ad corpus uero resurrectionem sperat. Deficit enim humana conditio per doloris acerbitatem, per annositatem, per mortis necessitatem, de doloribus dicitur in Psal. 11. *Defecit in dolore uita mea, & anni mei in gemitibus.* De senectute dicitur in Ps. [illegible]. *Ne proiicias me in tempore senectutis, cum defecerit uirtus mea.* De mortis uero necessitate dicitur Iob 35. *Deficiet omnis caro, simul & in cinerem reuertetur.* Et breuiter, humana natura similis est quibusdam fluminibus, quæ scilicet, super terram aliquandiu fluunt, tandem uero in medio itinere absorbentur, & diutissime sub terris labuntur, donec iterum resurgant in fontes, & iterum super terram fluant, & curtant, sicut de Euphrate, Nilo & Eridano in auctoribus inuenitur. Vnde si uis lege Senecam libro de natural. quæstion. ubi de Nilo, & Solinum, & Plinium, &c. Sic dico, quod cum homo aliquandiu super terram uixerit, atque discurrerit, finaliter terra ipsum sorbente per mortem, deficit atque perit. In fine tamen, sc. in iudicio per resurrectionem iterum reuertetur, & super terram apparebit, ut fluat, & ut uiuat iterum orietur, figura Iosuæ 3. ubi de Iordane dicitur, quod *aquæ inferiores intrauerunt mare, & defecerunt.* In sequenti uero capitulo dicitur, quod *tandem reuersa sunt aquæ in alueum suum, & fluebant sicut ante fecerant.* Quia reuersa aqua, id est, hominæ naturæ fluxibilitas, quæ nunc per mare, id est, per mortis amaritudinem absorpta deficit, iterum per resurrectionem fluet, & ad pristinum statum reuertetur, & uiuet, Eccle. 1. *Ad mare unde exeunt flumina reuertuntur, ut iterum fluant.* Iste est ergo defectus naturalis, qui nun curatur. Iud. 4. *Soporem morti socians, defecit, & mortuus est.*

C ¶ Secundo dico quod inuenitur defectus uirtualis quem iustus sectatur. Et iste est defectus animi, qui, scil. ita feruenter diligit, quod non [illegible] amplius progredi, nescio amore, seu contemplatione resolui deficit in seipso. Vnde iste defectus est quidam sanctus languor, quo mens non ualens attingere quod uult, languet & deficit in seipsa. Sicut de Philomela dicitur, quod ita plena est gaudio & amore, quod t ex excessu gaudii quandoque moritur [illegible] cantando. Sic homo qu[illegible] [illegible]rue abstractus in Deo deficit, & præ amore & gaudio in Deum euan[illegible] Psalm. 108. *Defecit in salutare tuum anima mea.* Et nota, quod [illegible] defectio spiritualis

D [illegible] { Zelata [illegible]ter,
Amat [illegible]uenter
S[illegible]ctat [illegible]otem
Sper[illegible]t [illegible]enter
[illegible]xpectat iode[illegible] }

Dico ergo qu[illegible] iustus deficit zelo exuberant. Vnde pro zelo le[illegible] d[illegible] Dauid [illegible] *Defectio tenuit me pro peccato[illegible] [illegible] legem tuam.* [illegible] deficit [illegible] [illegible]s. Vnde Dauid [illegible] ad [illegible] [illegible] desiderans, [illegible] & amans dicebat [illegible] *Quam dilecta tabernacula tua [illegible] uirtutū concupiscit & deficit anima mea in atria domini.* [illegible] deficere [illegible] erant, sicut [illegible] patet de ho[illegible] speculatiuo quia dum considerat Dei maiestatem, pietate[illegible] potestatem [illegible] non possit attingere ad plenam eius c[illegible] [illegible]em, necesse est quod in seipso deficiens tepiscat, dicens il[illegible] 8. *Defecerunt oculi mei, dum spero in Deum meum.* Et Baruch 2 dicitur, *Oculi de[illegible] & anima esuriens dant tibi gloriam.* Item sp[illegible] deficit spe se cruciercans, sicut, scilicet est ille, qui di[illegible] in Psalm. 72. *Defecit caro mea & cor meum, Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.* Item deficit spiritualiter longa ædia tolerans. Psalm. *Defecerunt oculi mei, dicentes, quando consolaberis me?* Iste est ergo defectus uirtualis, quem iustus sectatur.

¶ Tertio inuenitur defectus criminalis, quo malus grauatur. D Et iste est ille defectus, quo peccator deficit ab esse uirtutum, uel quo uirtutes deficiunt in eodem. Galat. 6. *Benefacientes non deficiamus.* Et 2. Thessal. 3. *Nolite deficere benefacientes.* Ad quod pro certo mali non attendunt, quia, scilicet, continue peccant, & deficiunt, similes enim sunt Lunæ, quæ quanto plus ad finem lunationis accedit, tanto amplius à lumine deficit & recedit. Et ideo Luna, Græce dicitur Mene, quod est defectus. Et inde dicitur Neomenia, id est, festiuitas nouæ lunæ. Sic uere isti non cessant à lumine gratiæ peccando deficere, quousque ipsos contingat ad finem suæ Lunationis, id est, finem præsentis uitæ uenire. Psalm. *Deficientes quemadmodum fumus deficient.* Et notabis, quod malis deficiunt merita & uirtutes, figuratum illo Balthasar, qui *appensus est in statera, & inuentus est minus habens.* Dan. 5. quia, scilicet, isti deficiunt in pondere bonitatis. Multa enim grana uirtutum deficiunt eis ad hoc, quod legitimi sint ponderis: unde dico, quod peccatori

Deficit { Humilitas, cum per superbiam intumescit,
Pietas, cum per auaritiam exarescit,
Castitas, cum per luxuriam insolescit,
Veritas, cum per fallaciam tenebrescit,
Firmitas, cum per acediam computrescit,
Charitas, cum per inuidiam refrigescit,
Honestas, cum per insolentiam expallescit,
Iucunditas, cum per tristitiam obstupescit,
Vnitas, cum per discordiam euanescit,
Perseuerantiæ stabilitas, cum per desistentiam dissuescit,
Fidei sinceritas, cum per doctrinæ extortiam consenescit. }

Dico ergo, quod in ipsis superbia facit deficere humilitatem. Ps. 77. *Defecerunt in uanitate dies eorum.* Item in ipsis facit auaritia deficere pietatem Ps. *Defecerunt sicut fumus dies mei, & ossa mea sicut cremium aruerunt. Percussus sum ut fœnum, & aruit cor meum.* Et illud Ps. *Esurientes & sitientes, anima eorum in ipsis defecit.* Esuries enim & sitis, ardorem & insatiabilitatem auaritiæ signat. Pietas enim non auaritia deficit apud eos, quia sicut in Psalm. 54. dicitur, *Non defecit de plateis eius usura & dolus.* Item luxuria deficere facit castitatem. Vnde Eccl. 26 *In filia non auertente se, firmam custodiam adhibe, ne inuenta occasione abutatur se.* Sequitur. *Contra omnem sagittam aperiet pharetram donec deficiat.* Contra quod consulit illud sapiens quod candor castitatis & nitor honestatis deficere non debeant; dicens Ecclesi. 9. *Omni tempore sint uestimenta tua candida, oleum de capite tuo non deficiat.* Item fallacia facit deficere ueritatem. Vnde in Psalm. 11. *Saluum me fac domine, quoniam defecit sanctus, quoniam diminutæ sunt ueritates à filiis hominum.* Item acedia facit deficere firmitatem. Firmitas enim constantiæ per nullum uicium taliter eneruatur sicut per acediam & torporem. De quo potest intelligi illud Ecclesiast. 22. *Super mortuum plora: defecit enim lux eius & super fatuum plora, defecit enim sensu.* M[illegible] tuus enim qui non potest se mouere, & fatuus qui non u[illegible] laborare, desidiosum designat. Item inuidia facit [illegible] cere [illegible] charitatem, de quo Hieremiæ sexto *Defecit sufflatorium [illegible]gne con sumptum*

*consumptum* [illegible] *plumbum.* Ec[illegible] præcipitur Leuit. [illegible] *Ignis non deficiat in altari meo.* Ignis [illegible] est, charitatis ardor. Item in solentia facit deficere hono[illegible] Esa. 15. *Defecit gramen, vireo omnis interiit.* It[illegible] tristitia facit defi[illegible] tere in vndiatem. Vnde Threnor. 5. *D[illegible]t gaudium cordis nostri, versum est in luctum chorus noster, cecidit corona capitis nostri, væ nobis, quia peccauimus.* Item discordia facit deficere pacis [illegible] tatem. Vnde Zachar. 13 *Percute pastorem, & dispergentur o[illegible].* Sequitur. *Duæ partes eius dispergentur, & deficient.* Dispert[illegible] in discordiam & diuisionem significat. Item desistere facit desistere perseuerantiæ stabilitatem seu longanimitatem. Vnde de inconstantibus dicitur Esa. 4[illegible]. *Deficient pueri, & laborabunt, & iuuenes in infirmitate cadent.* Pueri enim & iuuenes, id est, homines imbecilles ad modicam tribulationem seu infirmitatem vel laborem solent desistere & deficere, & per impatientiam turbari, & per inconstantiam deperire, similes illi pisci, qui dicitur loligo, qui alas habet, & quandoque aliquandiu sursum volat, sed ad modicum flatum venti deficit, atque cadit. Sic tales magna quidem quandoque incipiunt & alte se volare prætendunt, subito tamen deficiunt atque cadunt, quando flatum tribulationis sentiunt, & aduertunt Iob. 4. *Nunc autem venit super te plaga, & defecisti, tetigit te, & conturbatus es*, contra illud Prouerb. 3. *Disciplinam domini ne abiicias, nec deficias, cum ab eo corriperis, quem enim diligit dominus, corrigit.* Boni & perfecti viri non sic, quia, scilicet, isti non habent alas piscis, sed aquilæ, & ideo volatum suum in bonis operibus continuare possunt, quapropter sub onere tribulationum non deficiunt, nec cessant à bonis operibus, aut desistunt Es. 40. *Qui sperant in domino, mutabunt fortitudinem, assument pennas vt aquilæ, current, & non laborabunt, ambulabunt, & non deficient.* Mali autem, vt dictum est, non sic, quia, scilicet, inconstantia facit in eis deficere perseuerantiæ longanimitatem, contra illud 2. Regum 22. *Dilatasti gressus meos subtus me, non deficient tali mei.* Tali enim qui sunt finis corporis, finalem perseuerantiam significant, sicut patet de tunica talari Ioseph. Item dico, quod illius doctrinæ carentia facit in eis deficere fidei sinceritatem. Vnde Amos 8. *Deficere faciam egenos terræ*, & dominus. Mar. 8. *Misereor super turbam, &c.* Sequitur. *Et si dimisero eos ieiunos, deficient in via: multi enim eorum de longe venerunt.* Loquitur enim de nouiter conuersis, qui de longe, id est, de statu peccati venerant, quia longe à peccatoribus salus, quia reuera talibus ne deficiant per errores, est valde necessarius cibus scientiæ & doctrinæ. Patet ergo quomodo multus defectus virtutum, & multæ carentiæ virtutum sunt in peccatoribus, contra illud Iacob [illegible]. *Sitis perfecti & integri, in nullo deficientes.* Inuenitur ergo defectus criminalis, quo malus grauatur.

E ¶ Quarto dico, quod inuenitur defectus temporalis, quo [illegible] tatur. Et iste est defectus fortunæ, seu rerum te[illegible]na[illegible] quæ [illegible] deficiunt & nihil durant. Similes enim videntur [illegible] apud Dodonem, de quo dicit Plinius libro [illegible]o, cap. 06. quod [illegible] dia nocte semper abundat, d[illegible] inde [illegible] & decrescit, ita quod in meridie quando erat magis necessarius, to[illegible] bet de aqua. Sic vere bon[illegible] mundi in nocte præsen[illegible] vitæ abundare videntur, in meridie ve[illegible], id est, in feruore mortis & in tribulatione alicuius vitæ, quando, scilicet, refrigerium & consolatio magis esset vtilis, deficiunt penitus ista bona, quia tunc de illis nihil penitus inuenitur. Vnde illud prædictum Eccles. 14. *Omne opus corruptibile in fine deficiet.* Quod etiam ad mundi diuites possimus applicare, quia, scilicet, dato quod multas aquas diuitiarum quandoque videantur [illegible] bere, sæpe tamen fit quod ad feruorem meridiei, id est, a[illegible] alicuius incumbentis aduersitatis, faciliter deficiunt [illegible], & aquis mundanæ prosperitatis priuantur. Vnde de talibus potest [illegible] illud Esa[illegible]. *Arescit aqua de mari, & fluuius desolabitur, atque siccabitur, & deficient flumina.* Et in Psalm. [illegible] dicitur, *Sicut deficit fumus, deficient, sicut fluit cera a facie ignis sic pereant peccatores* [illegible] *facie Dei*, [illegible] est à statu prosp[illegible] ritatis. Vnde 1. M[illegible] 3. *Ablata est voluptas a Iacob, & defecit ibi tibia & cithara.* P[illegible]te ergo, quod est defectus temporalis, quo malus ar[illegible]

F ¶ [illegible] quod inuenitur defectus æternalis, qui malis [illegible] sub [illegible] æternæ, vbi de[illegible] est de [illegible] delectabi[illegible] de [illegible] quæ [illegible], & ache[illegible] [illegible] abundantia [illegible]. D[illegible] defectu æternæ

dicitur illud præ[illegible] *[illegible] cordis nostri, versus est in luctum chorus noster*, [illegible] abundantiæ dicere possum damnati illud 1. Reg. 9 [illegible] *cisternis nostris.* De defectu vero libertatis dicitur Deut. 32 *Clausi quoque defecerunt, residuique consumpti sunt* Sic igitur patet quomodo defectus sumitur quinque modis, scilicet

Damnatorum,
Miserorum,
Malorum,
Iustorum,
Cunctorum.

Vel etiam defectus {
Æternalis,
Temporalis,
Criminalis,
Virtualis,
Et naturalis.
}

¶ Si vis adhuc notare, dic generaliter loquendo, defectui subiacent tria, videlicet

Mundi prosperitas,
Carnis fragilitas,
Mentis mobilitas.

¶ Deficit enim mundi prosperitas per aduersitatem, carnis fragilitas per infirmitatem, mentis labilitas per iniquitatem, mundi enim prosperitas similis est lunæ quæ continue variatur, & in fine mensis deficit. Vnde de splendore mundanæ gloriæ potest dici illud Eccles. 17. *Quid lucidius sole? & hic deficiet.* Carnis autem fragilitas similis est candelæ, quæ continue consumitur, & in fine deficit consumpto humido radicali. Vnde Psalm. 72. *Defecit caro mea & cor meum.* Mentis vero labilitas similis est folio arboris, quod nihil habet firmitatis, sed ad modicum flatum venti concutitur, deficit atque cadit. Quia vere natura humanæ mentis est valde mobilis, atque vana. Vento enim malorum desideriorum concutitur, & finaliter per consensum in peccatum deficit, & corrumpitur Psalm. 72. *Subito defecerunt, & perierunt propter iniquitatem suam.* In vno autem potissime video defectum mentalis mobilitatis, videlicet in amicitia, quia vere mundani amici non sunt stabiles vel perseuerantes, sed magis deficientes, & desistentes, & isti sunt similes imagini, quæ est in speculo, cui si arriseris, ride[illegible] autem ridere desieris, deficiet risus suus. Sic vere quamdiu [illegible] bus arridemus, beneficia eis dando tamdiu nobis arrident, fictam amicitiam ostendendo, & grata seruitia [illegible] pendendo. Sed vero [illegible] arridendo & benefaciendo cessauerimus, statum deficient, & [illegible] abun[illegible]. Hier. 20. *Defeci, ferre non sustinens.* Illud enim videmus de [illegible] filiis amicis, & seruitoribus Dei, qui quamdiu Deus per prosperitates eis arridet, tamdiu in illius [illegible] b[illegible] sequtis perseuerant, [illegible] si autem immissa tribulatione eis arridere desierit, statim [illegible] orum risus [illegible] amor deuotio & seruitium per impatientiam deficiet & cessabit, dicentes illud Thren 5. *Defecit gaudium cordis nostri, &c.* [illegible] sic ergo nos, non deficiamus in [illegible] tribulationibus, sed ad modum ignis, qui per ventum non deficit, sed auge[illegible], quanto m[illegible] gis tribulati[illegible] n bus impellimur, tanto ad Deum fortius [illegible] flammemus 2 Thess [illegible]. *Nolite de[illegible] benefacientes*, vt [illegible] bet dicat illud Apocal. [illegible] *Sustinuisti propter nomen meum, & non defecisti.* Homo enim q[illegible] toper[illegible] ct rectum [illegible] g[illegible] lam & exemplar, [illegible] ndo non potest defi[illegible]cere, sic quia Deus reg[illegible] la est [illegible] ctorum [illegible] ipsius per imitationem sequi [illegible] nunquam poterimus deficere v[illegible] ritate. Ideo de sanctis di[illegible] 4[illegible]. *Assument pennas vt aquila, current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient.* [illegible] vi[illegible] de illam auctoritatem diuisam & prosecutam supra titulo de aquila vel de ambulare.

# Defunctus.

A Nota quod defunctus dicitur à de, & [illegible] gor, ge[illegible]ris. E[illegible] quod [illegible], eo quod ille, qui m[illegible] [illegible] functus est officio vitæ suæ Et breuiter quicquid dic[illegible] de mortuo potest [illegible] & de def[illegible]o Signat enim

Vitæ terminum [illegible]
Virium [illegible]
Statum [illegible]

Est, dic[illegible] A[illegible] *De[illegible] in Ægyptum, & mortuus* [illegible]. [illegible] per defunctum, [illegible] ond[illegible] let, [illegible] liberatus [illegible] nec[illegible] quitur, nec se mouet, [illegible] abstinentiam

[illegible] edens, per [illegible] utiam non sentiens, per stabilem [illegible] de Act. 2. *Dauid defunctus, &* [illegible] 1. Machab. *Recordatus defuncti sobrietatem, fleuit.* Item est [illegible] nctio criminalis vel [illegible] m nonialis, & sic defunctus, qui est grauis ad portandum, horridus ad videndum, fœtidus ad sentiendum, signat peccatorem, cuius conditio est intolerabilis cuius aspectus seu conuersatio est horribilis, cuius fœtor seu infamia est abominabilis. Vnde de peccatoribus dicitur Sap. 3. *Si celerius defuncti fuerint, non habebunt spem in die agnitionis*, id est, in die iudicii Matth. 2. *Defuncti sunt qui quærebant animam pueri, &c.* Vide infra de morte & mortuo.

A **Deiicere.** Nota, quod deiicere est de alto ad imum impellere. Vnde deiicere idem est, quod deorsum iacere. Et aduertendum est, quod in scriptura inuenitur quintuplex deiectio, quæ fit tam in bono quam in malo, videlicet

Deiectio {
- Virtuosa, quæ fit per mentalem humilitatem,
- Luctuosa, quæ fit per finalem calamitatem,
- Ruinosa, quæ fit per temporalem aduersitatem,
- Vitiosa, quæ fit per noxialem iniquitatem,
- Dolorosa, quæ fit per infernalem pœnalitatem.

Prima ergo est deiectio humilium & perfectorum, qui, scilicet, per superbiam non se erigunt, aut extollunt, sed potius se deiiciunt, & prosternunt. Prouerbiorum 15. *In mœrore animi deiicitur spiritus.* Vnde Apostolus 1. Corinth. 4. de se & aliis humilibus & perfectis dicebat sic, *Vsque in hanc horam & esurimus, & sitimus & nudi sumus, & colaphis cædimur, & instabiles sumus, & laboramus operantes manibus nostris. Maledicimur, & benedicimus, persecutionem patimur, & sustinemus, blasphemamur & obsecramus, deiicimur, sed non perimus.*

B ¶ Secunda est deiectio flebilium mortuorum. Ista est enim lex naturæ, vt, scilicet, postquam homo aliquandiu steterit in hac vita, per mortem deiiciatur in terram. Vnde Eccl. 14. *Alia generantur, & alia deiiciuntur.*

C ¶ Tertia est deiectio fragilium miserorum, qui, scilicet, de statu fortunæ quandoque deiiciuntur in præceps. Vnde de tyranno Nabuchodonosor dicitur Thren. 2. quod *munitiones virginis Iuda deiecit in terram.* De superbo etiam Pharaone & exercitu eius dicitur Exod. 15. quod *dominus equum & ascensorem deiecit in mare.*

D ¶ Quarta est deiectio criminalium iniquorum, qui, scilicet, de statu gratiæ quotidie per diabolum deiiciuntur in diuersa vitia currentes. Vnde diabolus est sicut luctator fortis & fallax, qui multa vitiis ipsos decipit, & in peccatum deiicit. Deiicit

Dum {
- Eleuantur per superbiam,
- Collabuntur per luxuriam,
- Alligantur per pigritiam,
- Inflammantur per auaritiam,
- Sagittantur per inuidiam,
- Segregantur per discordiam,
- Portantur & impinguantur per gastrimargiam.

Isti enim sunt modi quibus luctator deiicere potest aduersarium suum facilius, scilicet, quando ipsum eleuat in alto, quando ipsum ponit in lubrico, quando pedem ligat pede proprio interposito, quando aduersarius omnis fatigatur, & æstuat, quando ipsum gladio percutit, & sagittat, quando ipsum à sociis suis diuidit, aut segregat, quando ipsum satiatum & pinguem inuenit, dum pugnat. Sic igitur dico, quod deiiciuntur mali, dum per superbiam eleuantur, Psalm. 72. *Deiecisti eos, dum alleuarentur.* Item dum per luxuriam collabuntur. Vnde de mala muliere dicitur Prouerbiorum 7. *Multos enim vulneratos deiecit, & fortissimi quique interfecti sunt ab ea.* Item dum per pigritiam alligantur Prouerb. 18. *Pigrum deiicit timor, animæ autem effœminatorum esurient.* Item dum per auaritiam æstuant, seu inflammantur. Vnde de Hierusalem, id est, de anima dicitur in Psalm. 73. *In securi, & ascia deiecerunt eam, incenderunt igni sanctuarium in terra.* Item dum per inuidiam sagittantur 4. Regum 19. *Reuertetur in terram suam, & deiiciam eum gladio.* Item cum per discordiam separantur. Vnde Eccles. 22. *Mittens lapidem in volatilia deiiciet illa.* sic & qui conuiciatur amico, dissoluit amicitiam. Item dum per gulam seu gastrimargiam impinguantur. Vnde Hierem. 48. *Super messem tuam, & vindemiam tuam prædo irruet.* Sequitur. *Deiectum est cornu Moab, & confusum est.* Ecce ergo quomodo diabolus deiicit istos in foueam peccati. Vnde ipse est ille hircus, de quo dicitur Danielis 8. quod *cornu eius magnificatum est vsque ad fortitudinem cœli, & deiecit de stellis, & conculcauit eas.* Stellæ de cœlo deiiciuntur, quando iusti de statu gratiæ per tentationem diaboli ad vitia detrahuntur. Ista est ergo quarta deiectio, quæ est criminalium iniquorum.

¶ Quinta est deiectio, infernalium damnatorum, qui, scilicet, in carcerem & fornacem inferni deiiciuntur à Deo Psalm. 139. *In ignem deiicies eos, in miseriis non subsistent.* Et 2. Machab. 13. *In cinerem deiici iussit sacrilegum.* Sufficit. Vide de abiicere, & proiicere. E

## Deinceps, Deinde, De cætero. A

Nota, quod deinceps supponit pro iterum, pro de cætero, & pro deinde. Signat enim quandam iterationem, additionem & continuationem, & posteriorum cum primis copulationem. Moraliter ergo loquendo, tam deinde, quam deinceps, quam de cætero finalem designat perseuerantiam seu etiam continuationem & profectum, siue bonum siue malum, vnde dico, quod est

Vnde {
- Deinde continuatiuum bonorum operum,
- Deinceps multiplicatiuum malorum scelerum,
- De cætero perpetuatiuum inferni verberum,
- Vlterius accumulatiuum summorum munerum.

Dicam ergo, quod ista aduerbia temporis signant bonorum profectum & continuationem 1. Corint. 15. *Prius quod animale est, deinde quod spirituale est.* In conuersione & profectu bonorum semper inuenitur vnum deinceps, quia, scilicet, si primo fuerint mali, tandem deinceps fiunt boni. Et postquam boni incipiunt esse, deinceps continuare volunt, & de malo in bonum, de bono vero in melius se mutare: vnde Mar. 4. *Vltro enim terra fructificat primo herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum.* Vnde nota, quod deinde signat iterationem, seu etiam continuitatem, videlicet

- Subiectionis æternæ,
- Orationis supernæ,
- Dilectionis fraternæ,
- Contemplationis æternæ.

De humilitate dicitur Iohan. 13. quod deinde Iesus misit aquam in peluim, & lauit pedes discipulorum. De oratione dicitur Hebr. 7. quod *Sacerdos necesse habet orare pro se, deinde pro populo.* De dilectione vero fraterna dicit Gal. 1. *Deinde post annos tres veni Hierosolymam videre Petrum.* De contemplatione vero potest dici illud Galat. 2. *Deinde ascendi iterum Hierosolymam cum Barnaba & Tito secundum reuelationem.* Ista ergo verba signant bonorum operum continuationem.

¶ Secundo dico, quod quandoque signant vitiorum seu scelerum multiplicationem, sicut si diceretur. Iste peccauit in hoc, & deinde in hoc. Vnde de tali mala continuatione dicitur Iac. 1. *Vnusquisque tentatur à concupiscentia sua, deinde concupiscentia cum conceperit, parit peccatum. Peccatum vero cum consummatum fuerit, generat mortem.* Mali enim de bono in malum procedunt, & de malo in peius deficiunt 1. Tim. 2. *Adam enim primo formatus est, deinde Eua,* quasi dicatur, primo faciunt quod melius est, deinde quod deterius. B

¶ Tertio vero, quod ista aduerbia significent futurorum perpetuationem, patet per Sen. in Epistola, vbi dicit, quod eius lex est stare de cætero. Vnde etiam de iustis & beatis dicitur 1. Thess. 4. *Deinde nos, qui viuimus, & qui residui sumus, rapiemur simul cum illis obuiam Christo in aera, & sic semper cum domino erimus.* C

¶ De quarto vero deinde, scilicet, de tempore mortis & inferni, quod postea succedit, potest dici illud Sapientiæ 17. *Deinde si quis eorum decidisset, custodiebatur in carcere sine ferro reclusus.* D

¶ Si vis etiam notabis quod E

De cætero debes {
- Recordari crucis supplicia,
- Gratulari summa lætitia,
- Meditari cuncta vtilia,
- Deprecari Dei magnalia,
- Reformari omni iustitia, seu cumulari virtutum copia.

Igitur de cætero recordemur crucis supplicia. Gal. 6. *De cætero nemo mihi molestus sit, ego enim stigmata domini nostri Iesu Christi in corpore meo porto.* Item de cætero gratulemur summa lætitia, scilicet, exultando in domino & sperando Phil. 3. *De cætero fratres mei gaudete in domino.* & Eph. 6. *De cætero fratres mei confortamini in domino.* Item de cætero mediternur nobis vtilia Philip. 4. *De cætero fratres quæcunque sunt vera, iusta, pudica, sancta, & bonæ famæ, hæc cogitate.* Item de cætero deprecemur Dei magnalia 2. Thess. 3. *de cætero fratres orate*

*rat pro nobis, vt sermo Dei currat.* Item de cætero consulemo virtutum copia 2. Corinth. 13. *De cætero fratres gaudete, perfecti estote, exhortamini, idem sapite, &c.* sufficit, quia paucas inuenio auctoritates.

A **Delectare, Delectatio.** Nota, quod delectatio in bono sumitur & in malo, & in primo quidem sumi potest in malo, quamuis enim potentia bene ordinata non delectetur nisi in apprehensione proprii obiecti sibi bene comparati & proportionati, fit tamen, quandoq; quod ex infectione sensus & corruptione appetitus, ipsa delectetur in illo, quod de se est tristabile & tristetur in illo, quod de se est delectabile. Sicut patet de gustu, qui quandoque ita corrumpitur, quod in saporibus horribilibus & amaris, delectatur, in bonis vero & suauibus contristatur. Vnde etiam de mulieribus prægnantibus sæpe visum est, quod carbones & alios cibos horribiles comedant, bonos vero & sapidos abhorreant. De dæmoniacis vero & melancholicis idem vidi. Et inde est, quod astrologi dicunt, quod illi, qui in constellatione Saturni nascuntur, rebus immundis & vilibus delectantur. De Mida etiam Rege dicitur in fabula, quod cum Pan Deus rurali fistula, Apollo, id est, sol, lyra canerent, & Midas iudex esset, quis horum meliorem melodiam faciebat, accidit, quod iste in cantu Dei ruralis magis fuerit delectatus, quam in cithara Apollinis, & ideo pro eo iudicauit, quapropter quia male delectatus male iudicauerat, Apollo aures asini sibi dedit. Ouidius lib. 12. fabula 4. Ista applicabo ad peccatores, quorum sensus & ratio per peccatum taliter sunt corrupti quod debite non iudicant de obiectis, quia re vera plus delectantur de immundis rebus, quam de mundis, & in malis operibus, quam in bonis. Vnde nota, quod malorum quidam delectantur in facultatibus, quidam in voluptatibus, quidam in dignitatibus. Breuiter enim dicere possum, quod peccatores similes sunt halecibus, quæ vbicunq; lumen viderint, ibidem taliter delectantur, quod illuc concurrunt, & capiuntur. Ceruus etiam delectatur in fistulis, obdormit enim & tunc ferro vulneratur, & capitur. Vnicornis etiam delectatur in pulchritudine Virginis, & in eius gremio trucidatur, & sic de aliis. Sic vere mali in malis delectationibus delectantur, & sic à diabolo diuersimode capiuntur: quidam enim delectantur in lumine scientiarum mundialium, quidam in melodia lætitiarum sæcularium, quidam in pulchritudine fœminarum, & delitiarum corporalium. Hos ergo per tales delectationes venator diabolus decipit, ferrum mali propositi infigit, & eos per peccatum occidit & ad litus Inferni bestialiter secum trahit. Sicut de muliere dicitur Genes. 3. quod *videns lignum prohibitum, quod esset suaue, pulchrumque visu, & aspectu delectabile, fructum ipsius concupiuit, & comedens paradisum amisit*, quia, scilicet, dum mulier, id est, quæcunque mollis & imbecillis persona, in rebus delectabilibus plus debito se delectat, ipsas faciliter desiderat, & sic contra Deum grauiter peccat. Vnde Esa. 66. *In abominationibus anima eorum delectata est*, contra consilium sapientis, qui dicit Prouer. 4. *Ne delecteris in semitis impiorum, nec tibi placeat malorum via.* Sed de tali mala delectatione vide infra de delitiis. Sumitur ergo delectari in malo.

B ¶ Sed adhuc dico, quod sumi potest in bono, & istud est quando mens bene disposita delectatur in bono. Sicut enim dicunt Philosophi, habitus virtutis facit faciliter, & delectabiliter operari. Dicunt etiam astronomi, quod illi, qui nascuntur in constellatione bona, naturaliter disponuntur ad bonum, & delectantur in bono. Sic vere illi, in quibus bona constellatio, id est, diuina gratia dominatur, in bono generaliter delectantur. Vnde de gratia dicitur 2. Mach. 15. quod *filii Israel superauerunt aduersarios suos, præsentia Dei magnifice roborati vel delectati.* Dicant ergo quilibet iusti illud Ps. 89. *Repleti sumus mane misericordia tua, exultauimus & delectati sumus.* In quibus verbis ostenditur, quod iusti tripliciter delectantur, videlicet

Ex quadam { Multitudine copiosa, / Certitudine gaudiosa, / Plenitudine gloriosa.

¶ Primam facit fructus virtutum & possessio. [Repleti sumus.] Secundam facit spes futurorum & affectio. [Exultauimus.] Tertiam facit dos præmiorum & adeptio. [Delectati sumus.] Delectatur enim iustus virtute possidens, delectatur contemplatiuus spe sursum residens, delectatur beatus in cœlo præsidens. Vis meritorum facit ditari. [Repleti sumus.] Spes futurorum facit lætari. [Exultauimus.] Lux præmiorum facit beari. [Delectati sumus.]

¶ Dico ergo, quod est quædam delectatio, quæ consurgit ex virtutum obtenta multitudine. [Repleti inquit sumus mane misericordia tua.] Mane n. signat tempus vitæ, sicut sero signat vitam futuram, quia, scilicet, iusti in isto mane, id est, in vita præsenti Dei misericordia replentur, in quantum virtutibus cumulantur. [Repleti inquit sumus.] Cor enim humanum tantæ est capacitatis, quod nullo perfecte repletur, nisi Deo, in nullo perfecte delectatur, nisi in Deo. Deus autem si in corde nostro habitauerit, ipsum pro certo cunctis virtutibus perficiet, & replebit. Sicut enim lux Solis in domum, in quam intrare solet, non solum sua præsentia, imo etiam infinitis radiis ipsam replet, sic Deus & Dei gratia si in mentem nostram venerit, radiis virtutum omnium hanc replebit Eccles. 39. *Reple Sion inenarrabilibus virtutibus tuis.* Ista est proculdubio maxima delectatio, *quæ omne delectamentum faciebat in ore*, sicut dicitur Sap. 16. quia pro certo iste omnem complacentiam generabit in corde. Et sic notabo, quod iusti replentur & delectantur in virtutibus, quia videlicet C

Delectat { Sapientia studiosos, / Diligentia curiosos, / Pœnitentia seu reuerentia timorosos, / Adhærentia amorosos, / Contemplatio luminosos, / Exultatio gaudiosos.

Ecce ergo quomodo iusti diuersimode delectantur. Dicam igitur, quod quidam delectantur in sapientia studiosa, quia sicut dicitur Sapientiæ 8. *Immortalis est sapientia, & in amicitia illius delectatio bona.* Et ideo Sapient. 6. consulit scriptura sic: *Si ergo delectamini in sedibus & sceptris perpetuis, ô Reges sæculi, diligite sapientiam*, id est, primo delectamini in sapientia. Item quidam delectantur in diligentia curiosa seu obsequiosa. Ecclesiast. 26. *Gratia mulieris sedula delectabit virum suum.* Mulier enim sedula est diligentia seu obedientia, quæ scilicet virum suum, id est, suum possessorem delectant. Item quidam delectantur in reuerentia timorosa. Ecclesiast. 1. *Timor Domini delectabit cor.* Item quidam delectantur in adhærentia amorosa, qui scilicet Deo & proximo charitatiue adhærent, & cum ipso loqui per orationem & laudem amant. Psalm. 101. *Iucundum sit ei eloquium meum, ego vero delectabor in Domino.* Et Prouerbiorum 15. *In amore eius delectare iugiter.* Item quidam delectantur in contemplatione luminosa, quia scilicet contemplari Deum & operum suorum mirabilia, maxima est delectatio. De Deo enim dicitur in Psalm. 76. *Memor fui Dei, & delectatus sum.* De operibus etiam eius dicitur in Psalm. 91 *Delectasti me Domine in factura tua, & in operibus manuum tuarum exultabo.* Item quidam delectantur in exultatione in Deum, & in gratiarum actione, de quo in Psalm. 67. dicitur: *Exultent iusti in conspectu Dei, & delectentur in lætitia.* Ecce ergo, quomodo repleti sunt virtutibus. Ista est igitur quædam delectatio, quæ consurgit ex virtutum operatione multa. *Repleti sumus* (inquit) *mane misericordia tua.* Psalm. 64. *Replebimur in bonis domus tuæ.* Sequitur ibidem: *Exitus matutini & vespere delectabis.*

¶ Secundo dico, quod est quædam iustorum delectatio, quæ consurgit ex futurorum sperata certitudine, quæ ostenditur, cum dicitur (Exultauimus.) Spes enim certa futurorum bonorum est hominum maxima delectatio, & summa & gaudiosa exultatio, in tantum, quod aliquæ sunt regiones, in quibus tanta est spes futuræ vitæ, quod in mortibus amicorum magis exultant, quam plorant. Sicut est apud Indos, secundum Odoricum & Valerium Maximum libro secundo, capite 40. sicut etiam fuit apud Gallos, secundum Pomponium, quibus fuit mos, quod amici viuentes in ignibus amicorum mortuorum (corpora enim eorum loco sepulturæ cremabantur) se iniiciebant gaudentes, tanquam vna victuri cum eis. De Thracibus etiam dicit, quod apud eos lætabunda erant funera, luctuosa autem puerperia, dum animam putent non mori, sed transire. Ad quod etiam videtur nos informare natura, quia scilicet quædam sunt animalia, quæ moriendo cantare & exultare dicuntur, quod de Cygno aue dicitur, cuius exemplum ponam satis extraneum, est enim mons in Æthiopia, sicut ponitur in libr. de Natura locorum, in cuius cacumine sunt aliqui Adamantes, qui carnes humanas attrahunt, & hominem quamuis ligatum suis vinculis ferreis statim quasi saluum violenter ridendo ad se rapiunt atque premunt. Est igitur signum in illo monte, vltra quod nul- D

lus

lus audet transire; simplices vero crediderunt in monte illo esse Paradisum terrestrem, ego vero magis credo fieri per violentiam Adamantis, quocunque tamen modo fiat, huic monti comparabo Paradisum cœlestem, cuius est tanta vis attractiua, quod qui bene considerat illam vitam, nullis impedietur vinculis corporis, vel cuiuscunque temporalis amoris, quin in spe illius talites delectabitur, quod ridendo & exultando illuc cordialiter attrahetur. Si enim vultur vltra mare sentit cadauerum, & odorem cadauerum, multo fortius vltra vitam istam debemus sentire illum odorem suauissimum Paradisi, & in eo, super omnia delectari; quia sicut dicitur Prouer. 27. *Vnguento & variis odoribus delectabitur cor.* Vnde Esa. 58. *Delectaberis*, inquit, *super Domino, & sustollam te super altitudinem terræ, & cibabo te hereditate patris tui Iacob.* Loquitur enim de futuro, quia spes est de rebus futuris, non præsentibus. Exultauimus ergo, supple, in spe futurorum. Vnde Act. 2. *Delectatum est cor meum, & exultauit lingua mea, insuper & caro mea requiescet in spe.* Patet ergo, quod est quædam iustorum delectatio, quæ consurgit ea futurorum sperata certitudine. (Exultauimus, inquit.)

E ¶ Tertio dico, quod inuenitur quædam iustorum delectatio, quæ consurgit ea præmiorum beata plenitudine, & hoc ostenditur, cum dictum est: *Delectati sumus omnibus diebus nostris.* Illa est enim summa & perfecta delectatio, quando scil. homo Deum nude videt, & intuitiue Deo suauissime fruitur, & charitatiue. Deo etiam perpetuo adhæret sensitiue & æternatiue, ibi enim est delectatio. Nam

Delectantur, quia
- Vident Deum clarissime,
- Deum gustant dulcissime,
- Tenent Deum firmissime,
- Gaudent secum lætissime,
- Hærent ei tutissime,
- Complent vota plenissime.

Dico ergo, quod beatorum delectatio consistit in Deum clarissime videndo Ecclesi. 11. *Delectabile est oculis videre lumen.* Item consistit in Deo dulcissime fruendo. Vnde Es. 55. *Omnes sitientes venite ad aquas.* Sequitur. *Venite & comedite bonum, & delectabitur in crassitudine anima vestra.*

Item consistit in Deum firmissime seu longissime tenendo, id est, in perpetua securitate. Vnde in Psal. 15. *Notas fecisti mihi vias vitæ, adimplebis me lætitia cum vultu tuo, delectationes in dextera tua vsq; in finem.*

Item consistit in Deo lætissime gaudendo. Vnde illud prædictum Psalm. 67. *Exultent iusti in conspectu Dei, & delectentur in lætitia.*

Item consistit in tranquillissime viuendo Ps. 36. *Mansueti autem hereditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis.*

Item consistit in plenissime vota complendo, quia, scilicet, omnes appetitus animæ satiantur, & omnia vota & desideria cumulantur. Vnde Prou. 13. *Desiderium, si compleatur, delectat animam.* Et in Psalm. 36. *Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui.* Vnde Augu. 22. de ciuitate Dei. *Ipse erit finis desideriorum nostrorum, qui sine fine videbitur, sine fastidio amabitur, sine fatigatione laudabitur, hic nutus, hic affectus, hic actus erit omnibus sicut vita æterna communis.* Patet igitur, quod est triplex delectatio bonorum, videlicet vna, quæ est in beata plenitudine gaudiorum, seu præmiorum, alia quæ consistit in sperata certitudine supernorum seu futurorum, alia, quæ consistit in obtenta multitudine meritorum seu virtutum atq; donorum. Sufficit ergo. Vide infra de delitijs.

A **Delere.** Nota, quod delere idem signat quod destruere, dissipare, vel penitus annullare. Moraliter ergo loquendo, dico, quod delere potest in bono & in malo significate. In bono sc. quando vitia delentur ab anima, quod fit per gratiæ introductionem, quia, scil. Deus est sicut pictor, qui volens murum depingere, solet ante omnia antiquas imagines delere, & ipsum murum dealbare, & postea nouas imagines nouis coloribus signare. Sic vere Deus, quando vult depingere animam peccatricem, & virtutum imaginibus decorare, primo & ante omnia oportet, quod antiquas imagines vitiorum deleat, aquam suæ gratiæ immutendo, & albedinem innocentiæ inducendo, quibus factis facile est nouas imagines virtutum introducere, & totam ipsam morali pulchritudine colorare. Propter quod Dauid petebat in Psal. 50. dicens Deo, *Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam, & secundum multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meam.*

Et merito, quia pro certo ipse est solus, qui potest delere iniquitates. Ipse enim habet apud se librum vitæ, vbi scripta sunt merita iustorum, & librum mortis, vbi scripta sunt delicta malorum. Cum ergo iustus peccat delentur de libro vitæ ipsius merita, iuxta illud Exod. 32. *Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo*, quasi dicat econuerso: Illi, qui mihi non peccant, de libro hoc non delentur. Apoc. 3. *Qui vicerit, vestietur vestimentis albis & non delebo eum de libro vitæ.* Cum autem peccator conuertitur, delentur de libro mortis ipsius delicta. Vnde Dominus dicit Esa. 43. *Ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor.* Et Es. 44. *Deleui vt nubem iniquitates tuas, & quasi nebulam peccata tua.*

Si autem vis scire quid sit liber Vitæ, & quid sit liber mortis, vide infra de libro in litera L. Sicut ergo homines multum libenter laborant ad delendum malas bestias, & etiam latrones, & hostes de suis finibus, sic nos debemus laborare ad delendum vitia & peccata de nostris membris Deut. 3. & Deut. 13. *Percussimus eos, & deleuimus.* Aduerte autem quod literæ scriptæ in pergameno optime delentur vel quando aqua abluuntur vel penicidio raduntur. Sic dico, quod tunc iniquitates nostras de libro notitiæ diuinæ bene delemus, quando aquam lachrymarum, vel pœnitentiæ rasorium & abstersorium adhibemus. Genesis 7. *Tam reptile quam volucres cæli deleta sunt de terra.* Reptilia enim sunt peccata, quæ repiant in carne. Volucres vero sunt peccata, quæ volant in mente, quæ sc. omnia debent deleri. Duo tamen attendenda sunt circa deletionem vitiorum. Sicut enim dicitur Deuter. 7. dato quod Dominus præciperet filijs Israel, quod delerent nationes de terra sua, dicitur tamen ibi, quod *non poterat eas delere pariter*, imo consuluit, quod *paulatim vnus populus post alium deleatur.* Sic vere quidam fatui sunt, qui nationes omnium vitiorum de terra cordis sui simul eradicare volunt, & nimis altam viam perfectionis accipiunt, & subito sancti fieri posse credunt. Sic autem non debet fieri, quia scilicet, successiue & modeste, debet homo ad pœnitentiæ asperitatem & ad actus perfectionis procedere, & non nimis velociter festinare. Sicut enim Reges quandoque habent aduersarios populos in terris suis ita radicatos & multiplicatos, quod ipsos quidem subiugare possunt, delere autem non possunt, sic peccata, & maxime carnis, ita sunt in nostris corporibus radicata, quod ipsa possumus rationis dominio subiugare, & seruire compellere sub tributo, delere autem penitus non valemus, imo ipsos nobiscum viuere necessario sustinemus Iud. 1. Zabulon non deleuit habitatores Thetron & Nalon, sed habitauit Chananæus in medio eius, factusq; est ei tributarius. Patet ergo, quod delere sumi potest in bono.

¶ Sed adhuc dico, quod delere dici potest in malo significato. Et sic dico quod homo deleri dicitur, quando spiritualiter B
quo ad gratiam, temporaliter quo ad fortunam, æternaliter quo ad gloriam dissipatur. Sic igitur notabo quod triplex deletio inuenitur in malo significato, videlicet,

Deletio
- Vitiosa, quæ fit interius,
- Rigorosa, quæ fit exterius,
- Dolorosa, quæ fit posterius.

Primam facit hostis, virtutes exuens,
Secundam facit mundus, terrena diffluens,
Tertiam facit Deus, damnatos destruens.

Dico ergo, quod est quædam deletio, quæ fit interius in conscientia, & ista est deletio gratiæ & virtutum, & imaginis Trinitatis quæ omnia delentur ab anima per peccatum. Vnde diabolus videtur dicere illud Ps. 17. *Comminuam eos, vt puluerem ante faciem venti, vt lutum platearum delebo eos.* Deletur enim peccator de libro diuinæ acceptionis, de fama mundanæ reputationis, de statu exterioris conuersationis. Deletur dico primo quantum ad gratiam, quæ ipsum cum sanctis asscribit Ps. 68. *Deleatur de libro viuentium, & cum iustis non scribantur.*

Item quantum ad famam, quæ ipsum laudandum describit Ps. 108. *In generatione vna deleatur nomen eius*, Exod. 17. *Ad hoc delebo memoriam Amalech desub cælo.*

Item quantum ad conuersationem, ad quam ipsum honestas conscribit 4. Reg. 21. *Delebo Hierusalem sicut deleri solent tabulæ, delens vertam & ducam crebrius stylum super faciem eius:* ista est igitur deletio gratuitorum, quæ fit interius in conscientia.

¶ Secundo dico, quod inuenitur deletio fortuitorum, quæ C
fit exterius in apparentia. Et ista proculdubio est illa, qua status gloriæ mundanæ, ipsaq; bona fortunæ per tribulationes & per

tyrannorum oppressiones delentur 2. Regum. 16. *Deleuit Zambri omnem domum Baasa.* Tyranni enim delent, & grauant alios, vt ipsi soli dominentur in terra. Exemplo Aman, qui solum odio & inuidia Mardochæi, qui sibi non assurgebat, delere voluit omnes filios Israel, nisi Dominus aliud ordinasset, sicut dicitur Hester 3 & 8. Et idem Hester. 9. dicitur: *Hostis aduersarius Iudæorum cogitauit contra eos malum, vt occideret eos, atque deleret.* Ista est ergo deletio fortiorum, quæ fit exterius in apparentia.

D ¶ Tertio inuenitur deletio damnatorum, quæ fit posterius seu inferius in pestilentia. Damnati enim à Deo delentur, scil. quantum ad gaudium & consolationem, non quantum ad substantiam & naturam. Vnde de damnatis à Deo per dæmones deletis & dissipatis potest exponi illud 2. Paral. 20. *Filij Amon & Moab consurrexerunt aduersus habitatores Seir, vt interficerent eos atque delerent.*

Isti enim non delentur quantum ad peccatum, quia de peccato eorum dicitur Neem. 3. *Peccatum eorum coram facie tua non deleatur.* Delebitur tamen quantum ad beatificum statum, non quem habuerunt, sed quem habuissent nisi peccassent. Deut. 9. *Transibit ante te ignis consumens, qui contra eos atque deleat.* Patet ergo quomodo delere in bonu sumitur, & in malo.

**Deliberatio.** Vide de prudentia & in tabula, quia in scriptura sacra quasi nullæ sani sunt auctoritates vocales, & in infinitis locis fit mentio de eadem.

A **Delitiæ. Delectatio.** Quamuis delectatio possit distingui in virtuosam, in vitiosam & gloriosam. In virtuosam dico quam habent perfecti, qui se delectantur in spiritualibus, vnde Ps. 36. *delectare in domino, & dabit tibi petitiones cordis tui.* In vitiosam, quam habent infecti qui delectantur in corporalibus: vnde Apoc. 18. *Ne participes sitis delitiarum*, scilicet, mulieris meretricis: In gloriosam, quam habent beati, qui delectantur in æternalibus, vnde in Psal. *Et lætabuntur in multitudine pacis.* Possimus tamen dicere, quod quamuis delectatio sonet in bonum, vt communiter, in scriptura delitiæ tamen, vt communiter, sonant in malum. Gratia ergo breuitatis de mundi delitijs aliquantulum differamus & dicamus, quod istæ delitiæ sunt spernendæ triplici ratione.

Primo, quia deficiunt,
Secundo, quia inficiunt,
Tertio, quia decipiunt.

B ¶ Primo quia deficiunt. Delitiæ enim non perseuerant post recessum suæ causæ, sicut patet de delitijs gustus quæ non durant post recessum cibi, de delitijs auditus, quæ non durant post recessum organi instrumenti, de delitijs tactus, quæ non perseuerant post recessum delectabilis obiecti. Et breuiter, delitiæ nihil habent dilationis, & existentiam non habent, statim enim deficiunt, & quod dulce fuerat, fit amarum Hier. 49. *Defluxit vallis tua filia delicata.* Et ideo mundi delitiæ similes sunt Mirobalanis, quæ sunt quidam fructus satis admirandæ naturæ, in principio enim sunt dulces sed finaliter dulcedo sua deficit, & efficiuntur amari. Sic vere quamuis mundi delitiæ aliquando dulcescant, in fine tamen amaricantur, quia sc. ipsis cessantibus vel deficientibus homo propter eas ad Inferni amaritudinem destinatur. Ideo delitiosis dicitur Apoc. 18. *Quantum glorificauit se & in delitijs fuit, tantum date illi tormentum & luctum.* [Delitiæ ergo deficiunt.]

C ¶ Secundo dico, quod delitiæ inficiunt. Delitiæ enim comparantur oleo, quod est naturæ infectiuæ. Inter omnes enim pinguedines magis maculat vestem, quam aliquid aliud. Oleum enim Mandragorarum facit inunctum statim obdormire. Oleum vbi bullitur caro leonis, facit inunctum statim febricitare. Oleum etiam vnctum solet omnia vasa lignea penetrare. Oleum, etiam quodcunq; sit illud, habet apes occidere & mortificare. Sic vere, charissimi, oleum & pinguedo mundanarum delitiarum habet hominem ipsu inunctum & linitum penetrare per malas suggestiones, facere dormire per malas delectationes, facere febricitare per mala desideria & affectiones. Ideo bene dicitur 1. Tim. 5. *Vidua in delitijs viuens, mortua est.* Delitiæ ergo inficiunt.

D ¶ Tertio dico, quod delitiæ decipiunt. Auis enim nec laqueo capitur, nec piscis hamo preditur, nisi alicuius delectationis pabulo decipiatur. Sic vere & homo communiter in mundo non decipitur, nisi quia aliquo delectabili indiscrete vel indebite delectatur. Hoc patet exemplis varijs. Delectantur enim nautæ in cantu Sirenum, & idcirco dormientes decipiuntur & occiduntur.

Delectantur vrsi in comedendo mel, & ideo ascendendo arborem cadunt aliquoties & moriuntur. Delectantur cerui audiendo sibilum venatorum, & propter hoc sistendo à cursu, sagittantur & capiuntur. Et breuiter omnis deceptio semper solet esse aliqua delectatione præcedente. Sic pro certo illi, quoad Deum decipiuntur, accipiuntur & moriuntur, qui delitijs & oblectationibus oblectantur, quod figuratum est in Salomone, qui dicit Eccl. 3. *Vadam & affluam delitijs*, qui per mulieres præ alijs est deceptus, quia dicitur Prou. 21. *Quicunque his delectatur non erit sapiens.* Patet ergo, quod contemnendæ sunt delitiæ, quia deficiunt, inficiunt, decipiunt, &c.

¶ Si vis autem adhuc potes dicere de delitijs, quod sunt delitiæ corporales, spirituales & æternales. Sunt, dico, delitiæ corporales, quæ sunt peccatorum, & illæ sunt proculdubio fugiendæ, quia pro certo istæ sunt, quæ E

Vires eneruant,
Mentes proteruant,
Culpas aceruant,
Pœnas reseruant.

Vires, dico, eneruant & priuant fortitudinem, similes, scilicet, illi fonti, de quo sæpe dictum est, qui dicitur Salmacis, qui est in Caria. In quo secundum Ouidium viri efficiuntur obscœna mentis molliti sicut fœminæ, quod scilicet, pro eo poëtice fictum est, quia viri ibidem se balneantes eneruantur, ita quod viri ibidem effœminantur. Sic vere in fonte delitiarum omnis virilitas confunditur, & omnis fortitudo & constantia eneruatur.

Quod in Hester, quæ interpretatur abscondita, potuit figurari, quia de ipsa legitur Hester. 15. quod præ delitijs & nimia teneritudine cor suum ferre non sustinebat, quia pro certo illi, qui in abscondito nimijs delitijs se saginant, vires suas attenuant & eneruant. Vnde 1. Timoth. 5. *Vidua in delitijs viuens, mortua est.*

Mortuus autem non habet fortitudinem aliqualem, nec ad malum resistendum, nec ad opus aliquod faciendum. Sic nec delitiosus. Vnde Cassiodorus lib. 4. Epistolarum Facile onus afflictionis secat, qui vti delitijs consueuit. Ideo personæ delitiosæ & delitijs eneruatæ dicitur Hierem. 31. *Vsquequo delitijs dissolueris filia vaga?* Istæ sunt, quæ vires eneruant, & priuant fortitudinem.

¶ Secundo dico, quod istæ mentes proteruant in mali magnitudine, quia scilicet istæ sunt, quibus mentes indurantur, & obstinantur in malum, similes illi lacui Hyberniæ, vbi baculus immissus partim induratur in lapidem, partim commutatur in ferrum. Et illi fluuio dicto Silari, vbi secundum Plinium non solum ligna, imo etiam volatilia lapidescunt, quia scilicet, si ibi auem aliquam inieceris post tempus in lapidem commutatam videbis. Talis est fons & fluuius delitiarum, quia pro certo quisquis ibi immergitur, in ferrum & lapidem, id est, in obstinationem & duritiam commutatur, & in cunctis malis vitijs induratur. F

Exemplum de Roboam, qui ad consilium iuuenum, qui secum in iuuentute in delitijs fuerant enutriti, dura responsa populo dedit, & ideo regni sui decem partes amisit, sicut dicitur 2. Paral. 10. ideo bene dicitur Eccl. 29. *Qui delicate à pueritia nutrit seruum suum, ipsum in fine sentiet contumacem.* Ista sunt ergo, quæ mentes proteruant in mali magnitudine.

¶ Tertio dico, quod delitiæ culpas aceruant in mali magnitudine. Sicut enim paludes & loca humida & stagnosa solent multas herbas inutiles generare, ranasq; & sanguisugas, & alia immunda animalia generare, sic dicam de paludibus delitiarum, quia malas herbas, id est, multas malas conditiones generant, & multa vitia procreant & promulgant. Istæ sunt enim quæ, scilicet, G

Generant { Luxuriæ fœditatem,
Inuidiæ prauitatem,
Insolentiæ leuitatem,
Auaritiæ facultatem. }

Luxuriæ dico fœditatem. Vnde 2. Petr. 2. *Delitijs affluentes, in conuiuijs luxuriantes vobiscum, oculos habentes plenos adulterij.* Item inuidiæ prauitatem Deut. 28. *Homo delicatus & vita luxuriosa inuidebit fratri suo.* Item ornatus seu insolentiæ leuitate, vnde filiabus

bus Sion loquitur Dauid dicens 2. Reg. 1. *Saul vestiebat vos coccino in delitiis.* Item quantitatis ruditatem. Vnde Iob. 30. *Esse sub sentibus delitias computabant.* Patet ergo quomodo delitiæ culpas acer- H uant in magna multitudine.

¶ Quarto dico, quod pœnas reseruant cum graui mœstitudine, scilicet, pœnas Infernales, quia scilicet, delitiæ nunc sunt dulces suis possessoribus, finaliter vero erunt amaræ, scilicet, in inferno pœnas pro ipsis sentientibus. Vnde sunt sicut fluuius Scythicus dictus Hipanis, qui in suo principio dulcis est, in fine vero amarus: fons enim infamis Exampæus ductus ex montibus Apenninis ipsum subintrat, qui totam eius substantiam in amaritudinem mutat, sicut dicit Solinus, sic vere est fluuius delitiarum. In principio enim, id est, in vita dulcis est bibentib. & gustantibus, cum vero fons infamis Exampæus, id est, mors se sibi adiunxerit, tunc amarissimus malis erit, in quantum, scilicet, Deus propter huiusmodi fluuium, pœnarum amaritudinem ipsis dabit. Vnde de mala muliere, id est, de carnis voluptate, & mundi deliciosa prosperitate dicitur Prouerbiorum 5. *Fauus distillans labia meretricis, nouissima vero eius amara velut absinthium.* Ideo de ciuitate Babylonica prius deliciosa dicitur Apoc. 18. *Quantum glorificauit se, & in delitiis fuit, tantum date ei tormentum & luctum,* & Baruch 4. *Delicati vestri ambulauerunt vias asperas.* Sic ergo patet, quod sunt delitiæ corporales, quæ sunt abiiciendæ.

I ¶ Secundo dicam, quod sunt delitiæ spirituales, quæ sunt recipiendæ, & istæ sunt illæ, in quibus delectatur vir perfectus, & affectu bene dispositus, & per gratiam moderatus. Et sequendo Mauricium distingue super hoc, & dic, quod tres potentiæ animæ in iustis suas habent delitias speciales, quia scilicet, rationalis, quæ tendit in verum, petit delitias sapientiarum, Irascibilis, quæ tendit in arduum, petit delitias eminentiarum, concupiscibilis, quæ tendit in bonum, petit delitias amicitiarum, & sic dico, quod delectat rationalis in veritate. Irascibilis in dignitate, concupiscibilis in bonitate & charitate. Dicam ergo, quod viro iusto valde sunt deliciosæ scientiæ mentem illuminantes Psalm. 138. *Nox illuminatio mea in delitiis meis.* Item eminentiæ ima vilipendentes, scilicet, excellentiæ virtutum. Vnde Cant. 8. *quæ est ista, quæ ascendit de deserto, delitiis affluens, innixa super dilectum suum?* Anima enim de deserto, id est, de sterilitate peccati ascendit, virtutum eminentiam appetendo, delitiis affluit, virtutum affluentiam occupando, super dilectum suum Christum innititur, in virtutũ excellentia quiescendo. Itẽ iustum delectant amicitiæ bonos recipientes, de quo Prou. 8. *Delitiæ meæ esse cum filiis hominum.* Magnæ enim sunt delitiæ habere secum quem quis diligit. Istæ sunt ergo delitiæ iustorum, quæ, scilicet, consistunt in amore delectabili, in honore admirabili, in splendore demonstrabili. Istæ sunt ergo delitiæ spirituales, quæ sunt recipiendæ.

K ¶ Tertio dico, quod sunt delitiæ supernaturales, quæ sunt concupiscendæ, sc. delitiæ gloriæ Paradisi, scil. quæ sunt sanctorum & beatorum & hoc maxime,

Propter {
Loci amœnitatem inexterminabilem,
Rei immensitatem incorporabilem,
Rei vicinitatem inseparabilem,
Pacis tranquillitatem interminabilem,
Corporis formositatem seu claritatem inoffuscabilem.
}

Ibi enim est loci amœnitas inexterminabilis, scilicet, Paradisus. Ezechiel. 28. *Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia, & perfectus decore, in delitiis Paradisi Dei fuisti omnis lapis pretiosus operimentum tuum.* Item ibi est rei immensitas incorporabilis, quia, scilicet, sancti hauriunt ibi in plenitudine quicquid volunt, Eccles. 2. *Nonne melius est comedere & bibere, & ostendere animæ suæ bona de laboribus suis? & hoc de manu Dei est, quis deuorabit, & delitiis affluet sicut ego?* Item ibi est Dei vicinitas indissolubilis, vnde de anima beata potest dici illud prædictum Cant. 8. *Delitiis affluens, innixa super dilectum suum.* Et illud Iob. 22. *Super omnipotentem delitiis affluens.* Item ibi est pacis tranquillitas imperturbabilis. Vnde Es. 66. *Repleamini vberib. consolationis eius, vt mulgeatis, & delitiis affluatis ab omnimoda gloria eius, quia hæc dicit Dominus: Ecce ego declinabo super eam quasi fluuium pacis.* Item ibi est formositas seu claritas inoffuscabilis. Vnde animæ beatæ dicitur Cant. 7. *quam pulchra es & quam decora charissima mea in delitiis tuis, statura tua consimilata est palmæ.* Sic ergo patet quomodo delitiæ sunt supernaturales, quæ sunt beatorum; spirituales, quæ sunt perfectorũ; æternales seu corporales, quæ sunt peccatorum. Sufficit. Vide supra de delectatione.



## Delictum, Delinquere.

Nota, quod delictũ dicitur quasi derelictum, & delinquo quasi derelinquo. Delicta enim sunt peccata, quæ per omissionem & derelictionem committuntur. Peccata autem sunt illa, quæ per commissionem fiunt, quamuis vnum pro alio aliquoties assumatur. Notabis ergo, quod A

Delicta sunt {
Profunde meditanda,
Abunde vacuanda,
Rotunde declaranda,
Sagaciter detegenda,
Humiliter peroranda.
}

Igitur dico, quod debent profunde meditari per compunctionem. Illa enim est virtuosa medicina, quæ attrahit de profundo sic est contritio & compunctio. De peccatore enim legitur Prouerbior. 18. quod *cum in profundum peccatorum venerit, contemnit,* necesse est ergo fortis compunctio & contritio, vt de isto profundo obstinationis attrahat, & extrahat congeriem delictorum. Vnde de ista medicina potest exponi illud Sapientiæ 10. *Hæc venditum iustum non dereliquit, & eduxit illum à delicto suo.*

¶ Item debent abunde vacuari per confessionem, dicens sacerdoti suo & Deo illud Psal. 68. *Delicta mea à te non sunt abscondita.* Dic de illo leone in desertis Aphricæ, qui lignum & spinam habens in pede, recurrit ad hominem ad arborem timore eius fugientem, & ostendens pedem, applaudens, & lambens misericordiam implorabat, quod videns homo truncum extraxit. Leo videns, quod sanatus erat, in præmium venationes ei attulit, sicut ponit Plin. Sic & tu delicta debes homini, i. e. sacerdoti discreto & rationabili ostendere, vt te possit à periculo liberare. Vnde in Ps. 31. *Delictum meum cognitum tibi feci.* B

¶ Item debent rotunde declarari per circumscriptionem. Nam onde & clare debent omnia dici, & non cumulare, nec inuoluere debemus in confessione vitia declarare 2. Paralip. 28. *Quare vultis adiicere super peccata vestra, & cumulare delicta.* C

¶ Item debent sagaciter reuelari per verecundam confessionem, excepta enim confessione sacramentali, nullus debet delicta sua dicere vel propalando publicare, nec de malis suis aliqualiter se iactare, sed potius ipsa discrete abscondere, & velare. Exemplo catti & putoysij, qui quodam instinctu naturæ sua stercora student cum egesta sunt operire. Vnde Eccl. 19. *Si est tibi delictum, noli denudare.* D

¶ Item debent humiliter precari per orationem, hoc est dictum, quod pro peccatis suis debet quilibet Deum & sanctos humiliter deprecari, dicens Domino illud Psalm. 24. *Delicta iuuentutis meæ & ignorantias meas ne memineris Domine.* Eccl. 28. *Aperiet os suum in oratione & pro delictis suis deprecabitur.* Et breuiter peccata, scelera & delicta nostra omnino sunt dimittenda, abstergenda, abluenda & delenda, alias procul dubio erunt in inferno terribiliter punienda, quoniam, sc. teste scriptura Eccl. 27. *Conteretur cum delinquente delictum* Quia pro certo delictum, quod hic per pœnitentiam non diluitur, puniendum in inferno perpetuo reseruatur, & sub secreto diuinæ expectationis signatur Iob 14. *Signasti quasi in sacculo delicta mea.* Debent igitur ista nunc deleri & euacuari. Et si forsitan ignorantur, debet eorum notitia à Deo precibus impetrari exemplo Iob, qui dicebat Domino Iob 14. *Quantas habeo iniquitates & peccata scelera mea atque delicta ostende mihi.* Sufficiant ista de delicto. Vide infra vbi peccatum, de delictis particularibus, sicut est auaritia, de qua Eccl. 31. *Si diues fueris, non eris immunis à delicto;* de superbia illud Psalm. 18. *Priusquam humiliarer ego deliqui;* de luxuria, 2. Petr. 2. *Oculos habentes plenos adulterij & insatiabiles delicti, &c.* Vide si vis in titulis particularibus. E

## De longe.

Quia illud dicitur esse longe seu longinquum ab altero, quod valde distat, seu separatur, ab eo termini vero longinqui & distantes sunt, Deus, qui distat à peccatore, Paradisus, qui distat ab isto mundo, peccati status, qui distat à Deo, mors, iudicium & Infernus, qui distant à corde peruerso, notabo breuiter, quod in scriptura est A

Vnum de longe, quo {
Iusti morantur,
Sancti lætantur,
Mali vagantur,
Praui grauantur.
}

Dico ergo, quod est vnum de longe seu à longe, id est, vna lon-

ginquitas virorum iustorum. Et ista pro certo est vna, quæ stimulat amorem, quæ est quando iustus sentit se in vita ista esse à Deo personaliter remotum & longinquum, conquerens de incolatu miseriæ cum Dauid, dicens illud Psalm. 119. *Heu mihi domine quia incolatus meus prolongatus est.* Ista etiam est vna longinquitas, quæ incutit timorem. Et hoc est quando homo reputat se esse longe à Deo per peccatum, quando etiam se dignum reputat longe stare, nec ad Deum requirendum nimis prope, id est, familiariter audet accedere, nec ad statum dignitatis procedere seu appetere, sed potius in humilitate, timore & reuerentia solet de longe deprecari, sicut de illo publicano legitur Luc. 18. *Publicanus a longe stans nolebat nec oculos suos ad cœlum leuare, sed percutiebat pectus suum dicens, Deus propitius esto mihi peccatori*, & sequitur, *quod iste iustificatus descendit in domum suam.* Ista est etiam vna longinquitas fugiens horrorem, id est, periculum & peccatum, quia scilicet, ille qui in statu gratiæ commoratur, à peccato & Inferni periculo elongatur, & etiam quandoque personaliter à mundo & à mundi tumultu ad religionem vel eremum fugiens segregatur Psal. *Ecce elongaui fugiens & mansi in solitudine*, & talis est ergo bona longinquitas: sicut enim naturaliter fit, quod planetæ qui aliquantulum longe distant à Sole, magis fortunantur ab ipso quam alij qui nimis ambulant prope eum, quia videlicet omnes illi qui sibi in linea ecliptica coniunguntur, omnes à suis radijs comburuntur, vt dicunt astronomi, sic dico quod isti qui tali longinquitate à Deo reputant se distantes maiora bona & spiritualia & æterna ab ipso recipiunt, quam illi qui per præsumptionem se ipsius familiares reputant & propinquos, sicut de Publicano & Pharisæo fuit visum Luc. 18. Igitur breuiter notabo quod & nos debemus

De longe {
Contemplari cœlestem beatitudinem,
Memorari diuinam celsitudinem,
Perscrutari propriam magnitudinem,
Comitari supernam altitudinem,
Clamare Deum collaudando,
Plorare culpas recordando,
Curiere salutem rogando,
Sistere vltra non audendo,
Tremere pœnas attendendo.
}

B ¶ Igitur de isto de longe supradicto modo tripliciter exposito possumus acute cœlum contemplari, quia, scilicet licet simus in præsenti vita longe à Paradiso & à cœlo eius, tamen bona contemplari valemus. De monte Athus enim, qui est in Græcia, legitur, quod vmbra eius vsque in Lemnum insulam per tredecim millia passuum longissime protenditur, sicut ponit Solin. Sic dicam, quod licet nos qui sumus in insula huius mundi, remoti & longinqui sumus à monte Paradisi, vmbra tamen suæ opinionis & famæ venit ad nos, ita quod ipsum montem saltem sub vmbra & ænigmate possumus contemplari, & eius fœlicitatem & bona cognoscere & videre, exemplo Aquilæ de longe contemplantis escam, sicut dicitur Iob 39. *Regem in decore suo videbunt, oculi eius cernent terram de longe.*

Item de isto de longe possumus astute amicitiam Dei recordari. Homo enim licet sit in terra longinqua, tamen semper consueuit recordari de suis benefactoribus & amicis. Sic nos de mundo isto & alijs prædictis longinquis locis recordari debemus de Deo & de Sanctis Zach. 10. *Seminabo eos in populis, de longe recordabuntur mei & viuent.*

Item de isto longe possumus profunde rememorari, quia, scil. de isto statu debemus attendere ad illa, quæ ante longe fuerunt, & quæ in tempus longinquum erunt, scilicet, quid fuimus, quid fecimus, quid faciemus, & quid erimus. Ideo dicit Esa. 49. *Audite insulæ, & attendite populi de longe.* Comparatur hominem insulæ, quæ de longe distat à terra, & continue marinis fluctibus verberatur, quib. etiam cingitur & arctatur. Sic nos qui hic à terra viuentium longe distamus, fluctus tribulationum continue sustinemus, & ideo anima sancta in ista longinqua regione exulans, comparatur naui, quæ de longe venit ad portum, & quæ à Deo per creationem amissa, ad longinquam regionem missa, inde redit ad portum Paradisi virtutum mercib. onerata Prouerbior. 31. *Facta est quasi nauis institoris, de longe portans panem suum.*

Item de isto de longe possumus Deum comitari, scilicet, per gratiam & charitatem. Vnde mulieribus, quæ venerant à longe & de longe, dicitur Marc. 15. *Erant autem ibi mulieres de longe aspicientes*, scilicet, Maria Magdalena, &c. Simus ergo sicut Regina Saba, quæ de longe venit Salomonem videre. Sic & nos de mundo isto vsq; ad Paradisum vadamus videre Christum, per spem, desiderium & amorem, dicentes Deo & Angelis illud quod dixerunt Gabaonitæ Ios. 9. *De terra longinqua venimus serui tui, vobiscum pacem facere cupientes.* Item de isto de longe possumus Deũ deprecari. Vox enim de longinquo potest audiri. Sic oratio humiliantis se penetrabit nubes Eccl. 35. vnde Esd. 5. dicitur, quod *tuba canebant magnifice, ita vt à longe audiri posset.* Item de isto de longe possumus culpas lamentari, exemplo Petri, qui fleuisse amare legitur, quia de ipso legitur Matt. 28. Marc. 14. Luc. 22. quod *ipse à longe dominum sequebatur.*

Item possumus de isto longinquo affectu Deo copulari, exemplo illius, de quo dicitur Luc. 5. quod *videns Iesum à longe cucurrit & adorauit eum.* De tali enim longinquitate venitur & appropinquatur ad Deum Es. 60 *Filij tui de longe venient, & filiæ tuæ de latere surgent.* Quod finaliter erit in Paradiso, quia nullus ibi recipitur, nisi veniat de tali longinquo Es. 49 *Miserator eorum reget eos, & ad fontem aquarum potabit illos. Ecce isti de longe venient, &c.* Item de isto de longe possumus remote à Deo morari, scilicet, nos reputare indignos accedere familiariter ad Deum, sed cum timore & reuerentia longe stare, sicut supra dictum est de publicano. Vnde Luc. 17. dicitur de decem leprosis, quod *steterunt à longe, & leuauerunt vocem, dicentes, Iesu præceptor miserere nostri.* Et sequitur, quod *isti à Domino sunt sanati*, quia, scil. illi à Deo melius sanantur, qui se indignos Dei præsentia opinantur, & qui longe se esse meditantur. Deus enim vult, quod homo non nimis de se confidat, sed quod culpas præteritas recolens in suo animo, longe sistat, exemplo Absalonis, qui licet reconciliatus esset patri suo Dauid, noluit tamen Rex, quod faciem eius statim videret, sed quod aliquantulum longe ab eo in domo Ioab remaneret, tandem vero finaliter ipsum ad propriam domum recepit, & ad osculum pacis admisit 2. Reg. 13. Sic vere dato, quod peccator sit Deo reconciliatus per pœnitentiam, & dato, quod veniam obtinuit delictorum, non debet tamen statim de salute præsumere, nec Regi patri suo Deo familiariter se iungere, sed adhuc cum timore & reuerentia longe stare, quousque spiritualibus assuetus, possit paulatim summi secreti palatium per contemplationem & deuotionem intrare, Regis faciem videre, & osculum charitatis habere. Vnde de amicis Christi dicitur Luc. 23. *Stabant autem omnes noti eius à longe.* Item de isto de longe timendo possumus pœnis conturbari. De longe enim possumus videre Inferni tormenta. Mons Æthna, qui semper ardet, de longe videtur. Vnde de filijs Israel legitur Exod. 20. quod *totus populus audiebat voces, & videbat lampades, montemque fumigantem*, & sequitur: *Steteruntque populus de longe, &c.* Sic igitur visum est, quod est vnum longe, seu vna longinquitas hominum iustorum.

¶ Secundo dico, quod est vna longinquitas hominum sanctorum, & etiam beatorum, & ista est Paradisus, quæ longe distat à mundo, & etiam à peccatore. Hier. 46. *Saluum te faciam de longinquo.* De isto ergo longinquo Christus venit ad nos redimendum. In isto longinquo manet beatus ad Deum videndum. Vnde de Christo inde veniente dicitur Es. 46. *Vocans ab Oriente auem, & de terra longinqua virum voluntatis meæ.* De iusto vero ibi Deum vidente & Deo fruente potest dici illud Iob 39. *De longe oculi eius prospiciunt.* C

¶ Sed tertio dico, quod est vna longinquitas hominum peccatorum, qui, scilic. de longe stant per mentis obstinationem, nec Deo appropinquant per charitatem & dilectionem. Vnde de peccatore in figura filij prodigi dicitur Luc. 15 quod peregre profectus est in regionem longinquam, id est, in statum peccati, in quo, scilicet, morantur homines qui semper student alijs malefacere, sicut dicitur Hiere. 5. *Adducam super te gentem de longinquo.* Et Deuteronom. 28. *Adducet Dominus super te gentem de longinquo, gentem procacissimam, quæ non deferat seni, nec misereatur paruuli.* D

¶ Sed quarto dico, quod est vna longinquitas hominum damnatorum, qui scilicet, longe sunt à Deo, ab amicis, & ab omni solatio. Vnde de Deo tales puniente dicitur Mich. 4. *Iudicabit inter populos multos, & corripiet gentes fortes vsque ad longinquum.* Ista gens est sicut insula Tyle, vbi in hyeme pro eo, quod valde longe est à Sole, nulla lux Solis lucet, imo quasi per medium anni continuam habet noctem, sicut per alium annum medium semper habuerat diem. Sic vere de peccatoribus, qui à E

Sole

Sole iustitiæ Deo sunt valde longe, quia scilicet, longe à peccatoribus salus, isti dico, quia per medium annum, id est, in vita præsenti quasi continue habent diem mundanæ prosperitatis, ideo ibi per alium medium annum, id est, per totum tempus vitæ futuræ habebunt noctem æternæ & continuæ aduersitatis. Vnde de talibus tribulatis potest dici illud Hier. 8. *Dolor meus super dolorem, in me cor meum mœrens, & ecce vox clamoris filiæ populi mei de terra longinqua.* Sic ergo visum est quod de longe sumitur multis modis. Vide infra in litera L vbi longe.

A **Delubra.** Nota, quod delubra dicebantur idolorum templa, per quæ possunt intelligi viri peccatores & eorum status & domus, quia sc. ista delubra

Diuitijs cumulantur,
Lætitijs iucundantur,
Finaliter tamen mœstitijs atteruntur.

¶ Ibi ergo inueniuntur diuitiæ temporales: vnde Ioel 3. Argentum enim & aurum desiderabilia & pulcherrima intulistis in delubra vestra. Item ibi inueniuntur lætitiæ mundiales. Vnde Es. 13. dicitur quod *ibi respondebunt vlulæ in ædibus eius, & Sirenæ in delubris voluptatis.* Item ibi inueniuntur finaliter mœstitiæ æternales Es. 27. *Non stabunt luci & delubra,* quia sicut dicitur Hier. 43. *Deus delubra deorum Ægypti comburet igni.*

A **Demoliri.** Nota, quod demoliri idem est quod destruere, dissipare, vel delere, & dicitur à de & mola, ac si diceretur, quod res tunc prope est demolita vel destructa, quando ac si cum mola esset penitus comminuta. Signat ergo, quod est demolitio triplex, scil.

Interior, quæ est culpæ, & virtutes frangit,
Exterior, quæ est miseriæ, & terrena tangit,
Posterior, quæ est pœnæ, & animas angit.

Sic ergo dico, quod

Demoliri { Conscientia peccatis oppressa,
Ecclesia tyrannis obsessa,
Anima tormentis immersa.

Dico ergo, quod conscientia per peccata demolitur spiritualiter. Vnde illi ciuitati peccatrici dicitur Ezech. 16. *demolientur* supple dæmones *prostibulum tuum, nudabunt te vestimentis tuis, & auferent vasa decoris tui.* Item Ecclesia per tyrannos demolitur temporaliter, per tyrannos dico exteriores, quales sunt Principes sæculares 2. Paralipom. 36. *Incenderunt hostes domum Dei, & destruxerunt murum Hierusalem, & quicquid pretiosum fuerat, demoliti sunt.* Seu etiam per tyrannos interiores, quales sunt mali Prælati, qui scilicet, Ecclesias suas spiritualiter & temporaliter demoliuntur & grauant, ita quod de quolibet potest dici illud Threnorum 2. *Dissipauit quasi hortum tentorium suum, demolitus est tabernaculum suum,* & illud Hieremiæ 12. *Pastores multi demoliti sunt vineam meam.* Item per tormenta demolitur impius seu anima æternaliter 1. Regum 15. *Percute Amalech, & demolire vniuersa eius.*

B ¶ Et nota, si vis vlterius, quod siue agatur de demolitione spirituali, temporali, vel æternali, Deus demolitur vel demoliri patitur multa genera personarum, videlicet

Superbos & præsumptuosos,
Immundos & voluptuosos,
Auaros & ambitiosos,
Hypocritas & superstitiosos.

De superbis patet Prouerbior. 15. vbi dicitur, *Domos superborum demolietur Dominus,* & 2. Para. 31. *Demoliti sunt excelsa,* de immundis vero & luxuriosis potest dici illud 1. Regum. 15. *Quicquid vile & reprobum fuerit, demoliti sunt.* De auaris etiam potest intelligi illud Ioel 1. *Destructa sunt apothecæ, demolita sunt horrea, &c.* Horrea enim vbi aggregantur grana, diuites auaros signant, in quibus, scilicet, diuitiæ congregantur. De hypocritis autem & falsis religiosis dici potest illud Ezech. 6. *disperdam excelsa vestra, demoliar aras vestras, confringentur simulachra vestra, &c.* Vide vbi destruere, & in alijs similibus.

A **Dæmon. Dæmones. Dæmonium.**

De dæmonibus quid sunt in natura, in culpa, in officio, in exercitio, nihil ad præsens. In secundo enim libro sententiarum & in scriptis magistrorum inuenies de eisdem. De opinione autem quorundam antiquorum, videlicet Platonis Trismegisti, & aliorum, de differentia dæmonum & cacodæmonum, & alijs pluribus, vide Augustinum de ciuitate Dei libr. 8. 9. 16. &c. Hoc ergo solum notabis, quod per dæmonem vel dæmonium potest intelligi peccatum vel peccator. Et primo dicamus, quod per dæmonium potest intelligi peccator, qui scilicet, dæmone instigante, dæmonia, id est, peccata secum continentes, dæmoniacus efficitur & malignus. Dæmon enim interpretatur sanguineus mœror, seu iniquitas sufficiens, secundum Hieron. Sic dicam, quod peccator est sanguineus, quia maculatus infectione, est mœror, quia contristatur desperatione, est iniquitas sufficiens, quia scil. satis est iniquus, vt esse debeat in damnatione. Talis ergo dæmon dæmonium vel dæmoniacus potest figurari in illo, de quo dicitur Matth. 12. *Oblatus est ei dæmonium habens, cæcus & mutus.*

¶ Et si vis notare de tali dæmonio, dic, quod isti sunt dæmones, quia B

Inuicem sunt ligati,
Lumine sunt priuati,
Loquela sunt orbati,
Legibus sunt soluti,
Vestibus sunt cauti,
Fæcibus sunt imbuti,
Omnibus sunt acuti, id est, infesti,
Sensibus sunt astuti.

Sunt ergo Dæmones vel Dæmonia, quia glomerantur socialiter, vnus enim iuuat alium contra bonos. Vnde Esaiæ 34. *Occurrent tibi dæmonia, onocentauris & pilosi clamabunt vnus ad alterum.* Item excæcantur cordialiter. Dæmon enim per obstinationem excæcatus est, sic & peccator. Lumen enim oculi dextri perdidit, scilicet gratiam; lumen vero oculi sinistri habet lippum & obscurum, scil. fidem. Vnde illud prædictum Matth. 12. *Oblatus est ei dæmonium habens.* Item isti obmutescunt damnabiliter. Multi enim sunt à laude Dei, confessione & oratione. Vnde Luc. 11. *Erat Iesus eijciens dæmonium. & illud erat mutum.* Item insolescunt mirabiliter. De dæmoniaco enim dicitur Marc. 5. quod *omnia vincula dirumpebat, in monumentis latebat, & per deserta currebat.* Sic & mali ita sunt insolentes, quod omnia vincula mandatorum & statutorum dirumpunt, in monumentis, id est, in fœtoribus carnalitatis incumbunt, & per deserta huius mundi vagabundi discurrunt. Item nudi sunt confusibiliter, quia scilicet vestes virtutum & honestæ conuersationis abijciunt, & sic confusibiliter nudi fiunt. Vnde de illo dæmoniaco legitur Luc. 8. & 9. quod *iam multis temporibus non induebatur vestimentis, nec in domo manebat.* Item immundi sunt indicibiliter, quia scilicet aliqua sunt dæmonia, quæ in immunditijs procurandis delectantur. Sic peccatores in carnalibus immunditijs occupantur. Vnde de Dæmonibus regionis Gerasenorum dicitur Matthæi 8. quod petebant, quod mitterentur in porcos. Porci autem voluptates carnalitatis designant. De alio dæmoniaco dicitur Lucæ 8. quod in monumentis, & non in domo manebat. Monumentum enim, vbi est cadauer & putredo, quod exterius pulchrum est, intus fœtidum, & quod à monendo dicitur monumentum, malam mulierem designat, quæ

Ad libidinem est admonitiua,
Corruptionis est contentiua, &
Exterioris pulchritudinis est ostensiua.

Item astuti sunt incredibiliter, quia scilicet more dæmonum magnæ sunt fallaciæ atque fraudis. Legi enim, quod quidam clericus vultu turpissimus, volens habere ingressum ad Papam, qui erat tunc temporis, percussit ad ianuam fortissime, & petenti ianitori quis esset, respondit, se esse dæmonem, qui omnino loqui Papæ volebat. Ianitor visa facie eius turpi & terribili, statim cucurrit ad Papam, asserens dæmonem esse ad ianuam, qui omnino sibi loqui volebat; Papa autem commendans se Deo, ipsum venire mandauit, qui cum venisset, Papa credens ipsum esse dæmonē propter deformitatem vultus, petijt ab eo verum esset dæmon. Ita inquit sum, quia dæmon est spiritus scientificus, & ego sum similiter clericus literatus. Ista inquit finxi ianitoribus tuis, vt ingressum haberem ad te. Per istam ergo astutiam à Papa habuit quod petebat. Ecce ergo quomodo nomen dæmonis astutiæ applicatur. Ideo de malis talium astutia potest intelligi illud 1. Tim. 4. *Discedent quidam à fide, credentes spiritibus erroris. & doctrinæ dæmoniorum.*

¶ Item cunctis nocent insanabiliter. De dæmonibus enim legitur quod quos inhabitant, vexant mirabiliter & molestant. Et ideo magnum erat gaudium, quando dæmon de obsesso corpore fugabatur. Sic mali semper suis nocent socijs & vicinis. C

Matt. 15. *Filia mea male à dæmonio vexatur*. Quapropter nihil melius, nisi quod tales eijciantur, & de societate & patria expellantur. Matt. 16. *In nomine meo dæmonia ejicient*. Patet ergo quomodo per dæmonem seu dæmonium potest intelligi vir iniquus.

D ¶ Sed si vis, per dæmonem ad literam intelligitur diabolus, qui sicut in scriptura reperio,

Fallaciter fraudes machinatur,
Rapaciter bonis aduersatur,
Tenaciter pœnis alligatur.

Iste, dico, fraudes machinatur fallaciter. Vnde Apocal. 16. dicitur quod *de ore pseudoprophetæ exierunt, spiritus dæmoniorum facientes signa*. Item bonis aduersatur rapaciter. Vnde in Psal. 90. *A negotio perambulante in tenebris, ab incursu & dæmonio meridiano*.

Item pœnis alligatur tenaciter, scilicet, post iudicium. Vnde Tob. 8. dicitur, quod *Raphael Angelus apprehendit dæmonium, & religauit eum in desertum, &c.* Vide de diabolo, de tentationibus, aut fraudibus & nequitijs dæmonum, secundum tabulam in vocabulis infinitis.

A **Demonstrare.** Nota, quod demonstratio est certa & immutabilis alicuius rei ostensio & manifestatio. Igitur dico, quod cum tres sint animæ potentiæ, sc. rationabilis, concupiscibilis & irascibilis, hinc est quod quælibet naturaliter appetit suum obiectum sibi monstrari & ostendi. Et sic dico, quod rationabilis vult sibi demonstrari vera, concupiscibilis bona, irascibilis summa. Appetimus ergo nobis demonstrari fidei certitudinem, quæ est verissima. Virtutum sanctitudinem, quæ est bonissima. Gloriæ plenitudinem, quæ est altissima. De veritate fidei dici potest illud Hierem. 11. *Domine demonstrasti mihi, & cognoui*, quia sicut dicitur Ioh. 5. *Pater diligit filium, & omnia demonstrat ei*. De bonitate virtutum dici potest illud Psal. 24. *Vias tuas Domine demonstra mihi, & semitas tuas edoce me*. De celsitudine vero gloriæ potest dici illud Ioan. 5. *Maiora demonstrabit ei*, & 1. Cor. 12. *Adhuc excellentiorem viam vobis demonstro*. Prima ergo demonstratio pertinet ad scientiam directiuam, secunda pertinet ad gloriam perfectiuam, tertia pertinet ad gloriam electiuam & beatificatiuam. Ista non prosequor. Vide de ostendere.

A **Denarius.** Cum denarius sit illud, cum quo omnia appretiantur, & ad cuius pretium omnia commutantur, videtur proprie, quod denarius potest significare gloriam Paradisi, quæ pro eo denarius dicitur, quia pro obseruantia decalogi tribuitur, & quia isto mediante precio ad decimum ordinem peruenitur. Denarius ergo est illa res, cum qua fiunt solutiones & retributiones omnium quæ debentur. Sic ergo notabo, quod denarius æternæ retributionis

Ea { Debito redditur laborantibus,
Condigno traditur obsequentibus,
Gratia dabitur indigentibus,
Præcepto restituitur præsidentibus.

Ista sunt enim quatuor genera personarum, quibus denarij leguntur impensi vel pro eis expensi, videlicet, illi, qui laborant bene operando. Vnde Matt. 20. dicitur quod *conuentione facta cum operarijs vineæ ex denario diurno, & in sero acceperunt singuli singulos denarios*, quia videlicet illi, qui in die præsentis vitæ in vinea Ecclesiæ bene operando laborant, in sero mortis denarium æternæ retributionis reportant.

¶ Item illi, qui præsident bene obsequendo atque regendo. Vnde Prælati figurantur in stabulario Luc. 10. cui pro cura sauciati Samaritanus obtulit duos denarios, quia scilicet, prælatis pro obsequio quod subditis impendunt, dabitur duplex denarius, id est, retributio gloriæ, quantum ad animam, & quantum ad corpus.

¶ Item illi, qui indigent pie supplicando. De pauperibus enim & famelicis dicitur Mar. 6. *Emptes emamus ducentorum denariorum panes*, supple pro istis famelicis nutriendis.

B ¶ Ad denotandum, quod retributio æterna multis datur ex mera gratia saluatoris, dato quod sint pauperes virtutibus & inanes, nullo merito præcedentes, sicut etiam nunc damus denarium pauperi supplicanti.

¶ Item illi, qui imperant bene gubernando. Christus enim præcepit denarium dari Cæsari Luc. 20. *Ostendite mihi denarium*. Sequitur. *Reddite, quæ sunt Cæsaris Cæsari*. Ad denotandum, quod etiam ipsi Principes sæculi si bene rexerint, non erunt exortes huius denarij. Circa quæ omnia aduerte, quod dicitur Apocal. 6. *Bilibris tritici denario, & tres bilibres hordei denario vno*. Bilibris enim sunt duæ libræ, tres bilibres sunt sex libræ. Igitur pro tribus bilibribus hordei datur denarius, & pro vna bilibri tritici datur similiter denarius, quia scilicet, propter pretiositatem grani tantum pretium datur pro duabus libris tritici, sicut pro sex hordei. In quo notatur, quod denarius æternæ retributionis & datur pro tritico, & datur pro hordeo, id est, datur pro magnis meritis & pro paruis, datur perfectis hominibus qui sunt triticum, & datur imperfectis, qui sunt hordeum. Diuersimode tamen datur, quia sc. tantum datur pro duabus libris tritici, sicut pro sex hordei, quia scil. tantam gloriam percipiet vnus perfectus, sicut sex simplices, qui sc. sine meritis ex sola gratia Dei saluantur. Vide supra de decem, & decima.

**Denegare.** Vide infra in expositione huius verbi negare.

**Dentes.** Nota, quod dentes in corpore triplex habent officium, per quod triplex virtus in anima designatur. A
Dentes enim debent mordere. Dentes habent masticare. Dentes habent claudere. Denobus enim illos, quibus nocere volumus, laceramus. Dentibus cibos, quos intus trahimus masticamus. Dentib. os & linguam claudimus & arctamus. Et ideo per dentes potest intelligi virtus correctionis, qua delinquentes puniuntur. Virtus discretionis, qua cibi, id est, actus & opera masticantur, examinantur & discutiuntur. Virtus locutionis circumspectæ, qua nociuæ locutiones obserantur & clauduntur. Tales dentes habere debent viri Ecclesiastici, maxime Prælati. Sicut enim dicit quidam Philosophus dictus Enigidius, filij aprorum cum dentibus nascuntur, apros enim inquit, dentatos nasci probatum est. Et hoc quia pro certo viri perfecti cum spiritualibus dentibus nasci debent, hoc est, quod ab ipso natiuitatis suæ tempore in prædictis virtutibus se teneantur exercitare. Can. 4. *Dentes tui sicut greges tonsarum ouium, quæ ascenderunt de lauacro*. Dentes inquit tuæ asperæ correctionis, dentes suæ honestæ locutionis, dentes tuæ districtæ discussionis, dentes tuæ perfectæ conclusionis. His dentes debent esse sicut greges, qui ascendunt loti de lauacro, id est, de puritatis & innocentia conditionis statu, quia scilic. semper debent esse mundi & loti Genes. 49. *Dentes eius lacte candidiores*. Isti dentes debent in nobis perseuerare, sicut de Moyse dicitur Deuteronom. 34. quod *vsque ad mortem non caligauerunt oculi eius, nec dentes ipsius moti sunt*.

¶ In quibus verbis aduerte, quod sicut dentes sunt ornamentum oris, sic prædictæ virtutes sunt ornamentum animæ, & ideo possumus dicere, quod Prælatus debet habere pro dentibus B

Discretionis subtilitatem [Oculi eius non caligauerunt]
Correctionis asperitatem [Dentes, quia sunt duri & asperi]
Durationis stabilitatem [Non sunt moti inquit]

Dentes enim sunt clari & albi, & cibos, vt dictum est, habent masticare. Sunt naturaliter acuti & duri. Sunt etiam, vt communiter stabiles & firmi. Et ideo per claritatem notatur correctio, per stabilitatem designatur in bono perseuerans duratio. Habeamus ergo dentes masticatiuæ discretionis, dentes castigatiuæ correctionis, dentes confirmatiuæ durationis. De dentibus discretionis videtur loqui Iob 19. *Derelicta sunt labia circa dentes meos*: labia enim eloquentiæ debent semper esse circa dentes discretionis & sapientiæ. De dentibus correctionis dicitur Dan. 7. *Dentes eius vt Leonis*. Vnde de bestia quarta dicitur Dan. 7. *Dentes habebat ferreos, deuorabat & comminuebat, & reliqua pedibus conculcabat, &c.*

¶ Dentes enim correctionis prælati debent esse acuti & ferrei contra malos, vt ipsos suppeditent & conculcent, & edoment pariter & castigent. Aduertamus tamen, quod aliqua animalia sunt quæ dentib. suis lædunt tantummodo alias malas bestias, sicut sunt canes domestici, qui non habent mordere nisi lupos & latrones, &c. Alia autem sunt quæ magis lædunt & mordent tam bonas bestias quam malas, sicut leones & lupi, qui libentius mordent agnos & hœdos quam leopardos & apros. Sic vere in mundo isto sunt duo genera prælatorum, iudicum & correctorum, scil. quidam boni & domestici, qui non mordent nec premunt nisi malos. Alij vero sunt crudeles & mali, qui plus mordent & puniunt bonos quam malos, pauperes quam diuites, innocentes quam nocentes: de quibus dicitur Deuteron. 32. *Dentes bestiarum immittam in eos, cum furore trahentium super terram atque serpentium*. In quibus verbis ostenditur, quod malis dentibus vtuntur gulosi & voratores, isti sunt dentes bestiarum; C

rum; rapaces & exactores, isti sunt furor tribulantium; linguosi & detractores, isti sunt venenum serpentium. Isti sunt tres ordines malorum dentium, de quibus dicitur Daniel. 7. quod *bestia habebat tres ordines malorum dentium, qui dicebat ei, Surge comede plurimas*, quia vere ista tria vitia, gula, rapina & detractio, carnes dicuntur plurimas deuorare, quia scilic. gula comedit carnes mortuas. Nume. 11. *Adhuc carnes in dentibus eorum*. Rapina deuorat carnes mysticas, scilicet, diuitias aliorum Iob 29. *De dentibus illius auferebam prædam*. Detractio comedit carnes viuas. Prou. 30 *Gens, quæ pro dentibus habet gladios*. Et in Psal. 56. dicitur, *Filij hominum dentes eorum arma & sagittæ, & in lingua eorum gladius acutus*. Isti ergo sunt tres ordines dentium, qui male sunt pungitiui, mordaces & pontiui. Non sic habeat prælatus dentes, sed iustæ, duræ & asperæ correctionis.

D ¶ Tertio habeas dentes constantis perfectionis & diuturnitatis, quod ostenditur, cum dicitur, quod dentes eius non sunt moti. Dentes enim debent esse stabiles atque firmi. Dentes etiam inter cætera ossa minus sunt putribiles seu corruptibiles, sunt enim quasi perpetuo durabiles, vt dicit Plinius. Sic vere spirituales dentes, scilic. prædictæ virtutes, videlicet discretio, contritio, & sana locutio debent in nobis esse stabiles, perseuerantes, & immoti. Quando enim dentes mouentur, vel cadūt, signum est, quod homo est nimis iuuenis vel nimis senex. Istis enim duobus solet contingere casus dentium. Sic vere (charissimi) si dentes nostri spirituales sint mobiles & defectiui, nec in vllo stabili perseuerantes, signum est, quod nos sumus senes per impotentiam, vel pueri per ignorantiam, non debent ergo moti dentes Iob 41. *In dentibus eius morabitur fortitudo*. Quamuis hodie multi possent dicere illud Thren. 3. *Confregit ad numerum dentes meos, &c.* Quod est contra illos, qui comedunt res acerbas, quorum dentes fiunt ita stupidi, quod non possunt pungere vel mordere. Sic vere mūnera & fauores faciunt dentes correctionis stupidos & imbecilles Amos 4. *Dedi vobis stuporem dentium, & indigentiam panum*. Non sic, sed habeamus dentes perseuerantis durationis, dentes exasperantis correctionis, dentes considerantis discretionis. Et hæc gratia breuitatis sufficiunt de dentibus. Ego autem dicam de dentibus in quantum signant diaboli crudelitatem & tyrannorum iniquitatem, infra in pluribus exemplis. Vide in tabula.

A **Denudare.** Sumitur pro reuelare secretum. Eccl. 19. *Si est tibi delictum noli denudare*.

Item pro spoliare vestimentum seu etiam pro depauperare diuitiarum fundamentum Esa. 24. *Dissipauit Dominus terram, & denudauit eam*. Item pro spoliare & publicare delictum Ezechielis 23. *Denudauit fornicationes suas, &c.* Vide infra de nuditate & reuelare.

**Denunciare.** Vide supra in verbo annunciare.

**Denuo.** Vide in titulis iterum, rursus, & deinde.

A **Deorsum.** Nota, quod istud aduerbium Deorsum significat inferiorem deiectionem & statum, siue boni siue malo modo sumatur. Et sic possum dicere, quod in scriptura inuenitur,

Deorsum { Gratiæ interius latentis,
Fortunæ inferius iacentis,
Culpæ terrena possidentis,
Pœnæ inferna continentis,

Primum est Deorsum, quo humiles solent iacere,
Secundum est Deorsum, quo pauperes solent egere,
Tertium est Deorsum, quo auari solent vigere,
Quartum est Deorsum, quo damnati solent lugere.

Dicam ergo, quod inuenitur vnum Deorsum humilium & perfectorum, & istud nihil aliud est quam humilitas mentis & sui ipsius deiectio & contemptus. Iusti enim semper volunt esse deorsum, & non sursum, deiecti non erecti, humiles & non superbi. Lu. 4. *Si filius Dei es, mitte te deorsum*. Deorsum enim in terræ visceribus latent lapides pretiosi. Sic vere in humilitatis profundo semper volunt latere & tacere homines virtuosi. Pone exemplum de monstro marino Nautilo, quod ab alijs dicitur Pompilos, quod hausta aqua amara, videns & timens tempestatem, in maris profundum deorsum descendit ad ima, sicut supra posui titulo de aqua. Sic ne tempestas te obruat delictorum, aquam amaram, i. inferni amaritudinem per considerationem bibe, & deorsum per humilitatem descende, exemplo Christi, de quo legitur Ioa 8. quod *inclinans se deorsum, digito scribebat in terra*. Et merito, quia pro certo deorsum humilitatis concomitantur

Feruor charitatis,
Valor bonitatis,
Decor honestatis,
Splendor veritatis.

¶ Deorsum, dico, inuenies charitatis feruorem. Deorsum enim in terræ visceribus, teste Senec. latet ignis, qui in Æthna & alijs multis locis perpetua habet spiracula. Sic charitas Deorsum in corde humili summe viget. Vnde Ezech. 1. dicitur quod in illo mirabili filio hominis, quem ipse describit, *à lumbis eius vsque deorsum vidit quasi speciem ignis splendentis*. B

Item Deorsum inuenies virtutem seu bonitatis valorem. Arbor enim quanto Deorsum amplius radicatur, tanto solet vberius fructificare. Sic quanto maior inferior humilitas, tanto virtutum ponor est vbertas Esai. 37. *Mittet radices Deorsum, & faciet fructum sursum*. Vnde etiam de illis qui sunt diuites virtutibus, dicitur Ecclesiast. 10. *Vidi seruos in equis & diuites sedere Deorsum*.

Item Deorsum inuenies decorem honestatis. Nihil enim ita honeste incedit sicut humilitas. Nonne pars pauonis posterior pulchrior est? Ideo de tunica Aaron, quæ virtutem honestatis designat dicitur Exod. 28. quod *Deorsum ad pedes tunicæ superhumeralis erant quasi mala punica, ex hyacintho purpura, & cocco bis tincto, & bysso retorta*, expone si vis de quatuor virtutibus cardinalibus sicut alibi, quomodo in tunica honestatis cum Deorsum humilitatis refulgens. Item Deorsum inuenies splendorem veritatis. Aquæ enim magis fluunt Deorsum quam sursum, scientiæ magis abondant in humilibus quam elatis. Vnde de arca Noe per quam intelligitur sacra scriptura, dicitur Genes. 6. quod *ostium positum fuit in latere Deorsum*. Deorsum enim, id est, in humilitate inuenitur arcæ, id est, Scripturæ ostium & ingressus, quia scilicet, nullus ibi profunde ingreditur, nisi qui ibidem humiliter immoratur. Vnde de quodam sancto narratur quod cum attentissime Deum aliquandiu rogasset quod sibi quendam scripturæ passum, quem intelligere non poterat declararet, nec exaudiretur supplicans, multis diebus proposuit ire ad aliū quendam sanctum, vt peteret ab eodem. Dum ergo iret, reuelatum est ei per Angelum, quod plus meruerat humilitas quam alterum requirendo conceperat, quam oratio quam tamdiu fecerat. Bene ergo dicit sapiens, quia *vbi humilitas, quod ibi etiam sapientia*. Vnde Ezech. 8. dicitur, *Deorsum ignis, & sursum quasi aspectus splendoris, & visio electri*. Istud est igitur Deorsum humilium & perfectorum.

¶ Secundo dico, quod est vnum Deorsum flebilium & deiectorum seu pauperum & miserorum, quos, scilicet, rota fortunæ Deorsum deiecit ad tribulationis seu infortunij statum. Vnde de pauperibus Deorsum in misero statu iacentibus potest dici illud Iob 18. *Deorsum radices eius siccentur, & sursum atteratur messis eius*. G

Aduerte tamen, quod tutius est in naui esse Deorsum quam sursum, quia scilicet, sursum fluctus & flatus hominem concutiunt. Illi autem, qui Deorsum in fundo nauis sunt, à talibus tuti sunt. Sic vere tutius est quo ad salutem animæ, quod homo sit Deorsum in statu subiectionis & paupertatis quam sursum in statu prosperitatis & dignitatis. Ibi enim flatus elationum & fluctus tribulationum homines tribulant, hic autem quies & securitas mentem tranquillant. Ideo de tali Deorsum & de bonis sic occulto Dei iudicio ad Deorsum, & ad statum depressum descendentibus dici potest illud Marc. 15. *Velum templi scissum est à summo vsque Deorsum*. Patet ergo, quod est vnum Deorsum flebilium & miserorum.

¶ Tertio dico, quod est vnum Deorsum peccantium & auarorum, & istud est proprie status peccati, qui sc. deorsum est & non sursum, in ignominia, & non in gloria, in vilitate non in dignitate. Iste est potissime status auarorum, qui sc. sunt deorsum circa terrena, & obtenebrantur illa, quæ sursum sunt, sc. cœlestia & æterna. Boni ergo possunt dicere peccatoribus & auaris illud Ioan. 8. *Ego de sursum sum, vos deorsum estis*, & merito, quia sc. sicut in vino & oleo meliora sursum sunt, deteriora vero deorsum, sic in hominibus meliores petunt superiora & cœlestia, mali vero & deteriores petunt illud, quod est deorsum, scilic. mundana & terrestria. Vnde Prou. 25. *Cælum sursum, & terra deorsum*. Istud est igitur Deorsum peccantium & auarorum. D

E ¶ Quarto dico, quod est vnum deorsum lugentium & damnatorum, quia scilicet, isti sunt deorsum in infernali profundo carcere constituti. Vnde de impijssima Iezabele dicitur 4. Regum 9. quod Iehu Rex Israel istam fecit præcipitari Deorsum de fenestra palatij, quam sic Deorsum proiectam canes deuorauerunt, quia scilic. Rex Israel Deus impios de palatio mundanæ prosperitatis, Deorsum in Infernum facit proijci, vbi constat eos à canibus, id est, à dæmonib. deuorari. Vnde etiam ad considerationem illius Deorsum, scilicet, Inferni nos inuitat scriptura Es. 51. vbi dicitur sic, *Leuate in cælum oculos vestros & videte sub terra Deorsum, quia cæli sicut fumus liquescent, & terra sicut vestimentum atteretur, & habitatores eius interibunt.* Eccles. 3. dubitando dixit sapiens, *Quis nouit si spiritus filiorum Adam ascendat sursum, & spiritus iumentorum Deorsum?* quasi dicat, Istud est rationabile, scilicet, quod filij Adam, id est, boni sursum ascendant ad Paradisum, iumenta vero, id est, mali Deorsum corruant in Infernum, ita vt quilibet illorum dicere possit illud Ecclesiast. 51. *Vita mea appropinquans erat in Inferno deorsum, circumdederunt, & non fuit qui adiuuaret.* Patet igitur quomodo Deorsum est locus damnatorum, auarorum, miserorum & perfectorum diuersimode Deorsum considerato. Vnde infra de inferius, & de super, & sursum, & de descendere in profundum, & alijs titulis similibus.

A **Deponere.** Nota, quod Deponere idem est, quod deorsum ponere. Sumitur autem Deponere, pro committere, sicut cum dicitur: Depono pecuniam ad custodiendum. Item sumitur pro dimittere, sicut cum dicitur: Deponite vestimenta vestra. Item sumitur pro dimittere, id est, pro deorsum mittere vel detrahere, sicut cum dicitur: Talis est depositus de alto loco, officio, seu statu, quocunq; tamen modo sumatur literaliter, notabo quod tam in bono quam in malo significato multiplex est depositio, videlicet

Depositio { Luctuosa, Virtuosa, Vitiosa, Dolorosa.

Luctuose deponitur corpus nostrum mortale,
Virtuose dimittitur opus omne lethale,
Vitiose relinquitur omne bonum vitale,
Dolorose deijcitur omne omen fatale.
Prima est depositio corporum,
Secunda est depositio scelerum,
Tertia est depositio virtutum seu operum,
Quarta est depositio dignitatum seu munerum.
Nam
Luctuose deponitur natura,
Virtuose deponitur culpa,
Vitiose deponitur gratia,
Dolorose deponitur fortuna.

B ¶ Dicam ergo, quod inuenitur quædam depositio luctuosa, & ista est illa, qua necesse habemus deponere & exuere corpus nostrum more serpentis, qui in stricto foramine deponit & deserit pellem suam veterem, sic & nos in foramine diræ mortis deponemus finaliter pellem carnis. Vnde 2. Pet. 1. *Certus sum quia velox est depositio tabernaculi mei.* Mors enim depositio dicitur, vel pro eo, quod in morte corpus deponitur & dimittitur, vel pro eo quod terræ per modum depositi committitur, vt iterum in resurrectione vltima recuperentur. vnde Luc. 23. dicitur quod *Ioseph depositum corpus Christi inuoluit syndone, & posuit illud in monumento.* Ista est ergo depositio luctuosa.

C ¶ Secundo dico, quod est depositio virtuosa. Et ista est pro certo illa qua quis virtuose mouetur ad deponendum vitia & omnia impedimenta & nociua. Quodam enim instinctu naturali animalia deponunt voluntarie illa, quæ sibi videntur periculi causa esse, sicut de Elephante dicitur, quod dentes deponit, & rumpit, pro quib. se sentit prosequi à venatore, & castor etiam testiculos. Alia etiam animalia sunt, quæ renouando ætatem, antiqua munimenta deponunt, sicut patet de Aquila & accipitre, quæ deponunt veteres pennas, de cancris tam fluuialibus quam marinis, qui deponunt veteres testas, de equis, qui deponunt pristinos dentes, de ceruis, qui deponũt cornua seu branchas. Sic vere dico, quod nos debemus deponere & dimittere omnia vitiosa & periculosa, siue sint testes carnalis delectationis, siue dentes detractionis, siue plumæ leuitatis & inconstantis affectionis, siue cornua elationis, siue coria siue testæ exterioris malæ conuersationis. Vnde Ephes. 4. *Deponite vos secundum pristinam consuetudinem veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris, & renouamini spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate.* quia, sc. mala conuersatio & peccata debent deponi, Figura Deut. 21. vbi dicitur, quod captiua mulier debebat deponere vestes, in quibus capta fuerat, & leuare corpus, & vngues præscindere ad hoc, quod de captiua fieri posset vxor, quia sc. anima peccatrix nunquam fit per gratiam vxor Christi nisi primo vngues malorum operum rescindat, immunditiam malarum cogitationum abstergat & abluat, & vestem malæ conuersationis deponat. Et sic notare potes, quod tu debes & teneris

Deponere { Malitiam in corpore latentem, Fallaciam in ore vigentem, Substantiam cupidos prementem.

Igitur deponamus malitiam, quæ cor damolestat, Gal. 3. *Deponite à vobis omnem iram, indignationem, malitiam.* Item deponamus fallaciam, quæ os dehonestat Ephes. 4. *Deponentes mendacium loquimini veritatem.* Item deponamus substantiam, quæ grauamen præstat, grauamen dico, i. e. pondus auaritiæ & amoris terrenorum Hebr. 12. *Deponentes omne pondus & circumstans nos peccatum, &c.* exemplo sc. Dauid, qui armatus de armis Saulis ponderosis, deposuit ea, vt leuius contra Goliath dimicaret, sicut dicitur 1. Reg. 17. Sic & tu arma mundi, i. diuitias debes saltem mentaliter deponere, si vis contra diabolum præualere. Ista est igitur depositio virtuosa.

¶ Tertio dico, quod est quædam depositio vitiosa, & ista est depositio virtutum & bonorum operum & meritorum, quam quidem mali faciunt, qui sc. virtutes deponunt, & deserunt, vitia vero retinent & custodiunt. Figurari in illis, qui beatum Stephanum occiderunt, qui *vestimenta sua*, vt leuius malum facerent *ad pedes Sauli deposuerunt* sicut dicitur Actor. 7. Vestes enim virtutum solent deponere, qui volunt se in malis actibus occupare. Vnde de illa fornicatrice Thamar dicitur Genes. 38. quod *depositis vestibus viduitatis, assumpsit teristrum*, id est, vestem meretriciam, *& mutato habitu sedit in biuio, vbi*, sc. *fornicata est cum socero suo*, quia scilic. malæ personæ vestes viduitatis, id est, virtutum, gratiam & honestatem deponunt, habitum peccatorum assumunt, & sic cum diabolo fornicantur & conueniunt. Ista est igitur depositio vitiosa. D

¶ Quarto dico, quod est quædam depositio dolorosa. Et ista est depositio fortunæ, & temporalis dignitatis & gloriæ, siue capiatur actiue, siue passiue. Actiue dico, vt quando quis cogitur deponere & dimittere gloriam temporalem: passiue autem, quando ipse deponitur à fortuna, vt gloria temporali. Sicut enim lupus, à venatore & canibus instigatus, necessario compellitur deponere & dimittere prædam, quam rapuerat: sic homo, in fine compulsus à canibus, scilicet, à morte, infirmitate, & calamitatibus compellitur deponere & dimittere, quicquid habet. Hester. 14. *Cum deposuisset vestes regias fletibus & luctus apta indumenta suscepit.* Sicut enim videmus, quod vela nauium finito nauigio deponuntur: sic mundi diuites, qui nunc sunt in pelago sursum erecti, & in altis dignitatibus constituti, & vento vanæ laudis expositi, finaliter per mortem deponuntur, nunc etiam in hoc mundo per infortunia aliquoties deprimuntur. Num. 4. *Deponent velum, quod pendet ante fores.* Ponit enim Geruasius, & narrat, quod in castro de Liurione diœcesis Valentinæ in Prouincia, est altissima turris quædam, quæ nullum custodem admittit, quia scil. si quis ibi vigilat, aut custos pernoctare voluerit, de mane sine læsione ad pedem turris se inueniet depositum, & quis deposuerit, non percipiet, nec videbit. Talis turris proculdubio signat excellentes mundi status, quia reuera mundi dignitates bene permittunt se possideri de die, non de nocte, id est, in vita præsenti, non in morte, quia reuera cum nox mortis aduenerit, quilibet à turri, & à statu mundanæ magnificentiæ deponitur, ita quod inferius in pede turris, id est, in sepulchro vel inferno seu purgatorio reperitur. Psal. 58. *Depone eos protector noster Domine, & comprehendantur in superbia sua.* Ista potissime possunt dici de malis iudicibus & prælatis, quia scilicet, tales à suis superioribus debent deponi, & alij substitui loco sui. Vnde Lucæ 1. *Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles.* Talibus enim accidit sicut nubi, quæ primo est vapor tenuis & modicus de terra & aqua productus, qui scilicet, paulatim sursum erigitur, ita quod finaliter nubes magna & humorosa efficitur, finaliter tamen adueniente tempestate resoluitur, & tota sua substantia E

subito

subito deficit & annihilatur, & à sua altitudine cadit; & deponitur. Sic vere dicam de multis qui de infimo statu, terra, scilicet, & mari, id est, infimo genere vel sufficientia valde parua paulatim & successiue sursum ad mundi dignitates & officia se erigunt, ita quod aliquamdiu in acie præsentis vitæ superius in dignitatibus alti sistunt, fit tamen quandoque quod sole iustitiæ Christo ipsos percutiente, & statum & magnificentiam resoluente, isti subito cadunt, pereunt, & à statu, quem laboriose acquisierant, tempestate tribulationum vrgente deponuntur, & ruunt. Dicit enim Senec. quod *pauci deponere fælicitatem molliter licent*. Grauia enim & ponderosa magis impetuose ruunt quam leuia, & magni homines alijs impetuosius deponuntur ad ima, sicut de illa ciuitate gloriosa Hierusalem dicitur Threnorum 1. *Deposita est vehementer, non habens consolatorem*. Tales autem depositiones subitæ maxime apparent illis, quos fortuna subito prouehit, quia illos ipsos etiam subito deponit Nahum. 2. *Quomodo erigetur, ita & deponetur*. Vtile est enim quod mali superiores inferius deponantur, & quod à statu publico in quo male regnant, ad priuatum officium reducantur. De scorpionibus enim legitur, quod cum mater plures pepetit, ipsos tamen omnes deuorat & occidit, fit tamen quandoque quod vltimus fratrum matris crudelitatem præcauens, super clunes eius salit, & eam occidit & interficit & sic fratrum suorum mortem vindicat, atque punit. Sic vere multi sunt mali prælati, iudices & tyranni, qui more istius impiæ matris omnes filios suos, id est, omnes socios & subditos grauant, afficiunt & affligunt, fit tamen quandoque quod ibi est aliquis vltimus, id est, aliquis subditus cæteris magis audax qui contra talem matrem se erigit, ipsamque inuadit & accusat, & à statu suo ipsam deponi procurat, & sic fratrum iniurias vindicat. Vnde de depositione talium dicitur illud Ios. 8. *Regem Hai suspenderunt in patibulo, & tandem deposuerunt cadauer de cruce*. Tales enim mali Reges quando promouentur, dicuntur suspendi, propter elationem, quam incurrunt, esse in patibulo & in cruce, pro eo quia semper in labore & pœna viuunt. Dicuntur finaliter esse cadauer, quia per luxuriam corrupti fiunt, & ideo deponi dicuntur, quia isti in fine de statu suo deponuntur & cadunt. De phoca siue boca, i. e. boue monstro marino, legitur in libro de natura rerum, quod contra vxorem suam perpetuum gerit bellum, nec cessat cōtra eam atrociter pugnare, quousque eam occidat, & statim aliam superinducit, & sic deinceps. Fit tamen, vt aiunt, quod quandoque ab vxore interficitur, & sic mors aliarum præcedentium vindicatur. Sic vere sunt multi, qui contra vxorem propriam, i. e. contra propriam dignitatem vel Ecclesiam sibi commissam non cessant bellum gerere, & eam rapinis & exactionibus occidere, id est, destruere & depauperare, & cum vnam consumpserint, statim solent ad aliam anhelare, & sic vsque ad finem de statu ad statum, de Ecclesia ad Ecclesiam continue se mutare, & vbicunque fuerint, male regere, & quamcunque sponsam duxerint, opprimere, & grauare. Quapropter necesse est, quod aliqua vxorum, id est, aliquam Ecclesiarum per eum oppressarum tot exemplis & iniurijs stimulata, contra eum insurgat, & eum vulneret & occidat, id est, à statu suo deijciat & deponat, dicens illud Esaiæ 22. *Expellam te de statione tua, & de ministerio tuo deponam te*. Vnde de illo Rege malo Nabuchodonosor dicitur Danielis 5. quod *eleuatum est cor eius, & spiritus eius obfirmatus est ad superbiam, depositus est de solio regni sui, & gloria eius ablata est ei, & à filijs hominum abiectus est*. Patet ergo quomodo inuenitur depositio dolorosa.

F ¶ Depositio vero alio modo sumpta, in quantum, scilicet, signat rem in custodia traditam & commissam, potest dici, quod est quædam depositio fructuosa. Et ista est depositio fidei vel gratiæ, quas Deus committit homini, & apud eum deponit, vt inde fructum æternæ gloriæ consequatur. Et ideo sicut fidelis homo multum debet cauere ne depositū in manibus eius perdatur, sic & nos multum cauere debemus ne illa, quæ sunt à Deo apud nos custodienda deposita, scilicet, fides, anima, gratia & virtutes tam naturales, quam mortales perdantur, vel contra voluntatem Domini dispensentur 1. Tim. 6. *O Timothee, depositum custodi*.

Tale etiam depositum non debemus negare, imo ipsum habere à Deo non à nobis, debemus iugiter æstimare, & de custodiendo sedule cogitare 2. Timoth. 1. *Bonum depositum custodi*. Et bene dicit bonum, quia scilicet, peccata, quæ diabolus apud nos deponit, sicut furtum, non sunt custodienda, sed iudici, id est, sacerdoti per confessionem dicenda. Ista ergo de depositione sufficiant.

## Deprecari. Deprecatio.

A Preces. Cum deprecari sit actus humilitatis, opus necessitatis, tributum Maiestatis, videtur, quod ad preces Deo & sanctis faciendas debet quilibet incitari, & ad hoc totis visceribus animari. Omnis enim natura in necessitatis articulo libenter quærit remedium opportunum. Cum igitur nos omnes hic in periculo constituti simus à quo nos eripi proprijs meritis non valemus, vtile est, quod per orationem aliunde remedium impetremus, & quod preces coram Deo humiliter effundamus, iuxta illud Tob. 8. *Deprecemur Dominum hodie & cras, & secundum cras, quia his tribus noctibus Deo iungemur*. In quibus verbis satis possumus attendere quicquid ad deprecationem perfectam necesse est pertinere, quia scilicet, ibi debeboit interesse.

Mentis subiectio deuote supplicans (Deprecemur,)
Cordis affectio discrete applicans (Dominum,)
Præsens inuectio se prompte explicans (Hodie,)
Continuatio sæpius replicans (Cras & secundum cras,)
Obtenebratio dolorem implicans (Noctibus,)
Certa dimensio plurima prædicans (Tribus,)
Vera deuotio suprema vendicans (Deo iungemur.)

¶ Et sic dico, quod preces debent esse
Humiliter subiectæ (deprecemur,)
Sagaciter porrectæ (dominum,)
Celeriter inuectæ (hodie,)
Incessanter inuectæ, (cras & secundum cras,)
Dolore confectæ, (noctibus,)
Copiose perfectæ (tribus,)
Amorose directæ (iungemur.)

Probat
- Humilitatem orator optatiuus. (Deprecemur inquit.)
- Sagacitatem dator præstatiuus. (Dominum. Prudentia enim est orare illum, qui potest iuuare,)
- Celeritatem actus non dilatiuus (Hodie,)
- Continuitatem ferunt frequentatiuus. (Cras & secundum cras,)
- Dolorositatem error obscuratiuus, (Noctibus,)
- Pluralitatem numerus progressiuus, (Tribus,)
- Affectuositatem nodulus coniunctiuus, (Deo iungemur.)

Quia breuiter loquendo, preces nostræ debent esse humiles, discretæ, citæ, continuæ, dolorosæ, copiosæ & affectuosæ.

¶ Dicam ergo primo, quod deprecatio nostra debet habere humilitatem subiectam, deprecemur inquit. *Plus enim placet & facilius exauditur oratio humilis quam elata*, quia sicut dicitur Iudith 9. *Mansuetorum & humilium tibi semper placuit deprecatio*. Deprecemur inquit: optatiue enim & humiliter loquitur, sicut David dicens 4. Regum 3. *deprecemur Dominum*. Et Zachar. *Deprecemur faciem Domini*. Et in Psalmo. 118. *Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo Domine*. Et 2. Paralipo. 6 *Audias preces quas fundit famulus tuus*.

¶ Secundo dico, quod debet habere sagacitatem discretam, B
Dominum inquit. Nullus enim discrete deprecatur aliquid, nisi illum, qui iuuare potest. Cum autem iste solus sit Deus, qui omnia potest præstare, omnes potest in omnibus necessitatibus iuuare, restat quod iste solus discrete deprecetur. Vnde de Hester dicitur Hester 14. quod *cum deposuisset vestes regias, fletibus & luctui apta indumenta suscepit, pro vnguentis varijs cinere impleuit caput, & humiliauit corpus suum ieiunijs, & deprecabatur Dominum Deum Israel*. Istud inuehitur vis contra illos, qui deprecantur diabolum non Dominum, & qui recurrunt ad vetulas & sortilegas, non ad Deum neque sanctos. Isti sunt enim sicut dicitur Esaiæ 45. *qui leuant signum sculpturæ suæ, & rogant Deum non saluantem*. Vnde Esaiæ 46. pulchre inuehitur propheta contra fatuos idololatras, qui idola fabricabant & portabant, & tandem erigebant & statuebant, & deprecantes humiliter adorabant. Vnde sapientiæ 13. *Non erubescit* inquit *loqui cum illo qui sine anima est, & pro sanitate infirmum deprecatur, & pro vita mortuum rogat*. Vnde non deprecemur talia, sed Dominum, qui, scilicet, potest exaudire & iuuare Hester 13. *Mardochæus autem deprecatus est Dominum, memor*

*memor omnium operum eius.* Debet igitur habere sagacitatem discretam. (Dominum inquit.)

C ¶ Tertio habere debet celeritatem completam (hodie inquit) Non enim debemus protrahere orationem de die in diem, sed hodie, id est, statim, imo quasi quotidie Deum rogare Psalmo. *Venite adoremus, procidamus ante Deum.* Sequitur. *Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra.* Istud est enim summum & supremum remedium in necessitatibus, scilicet, cito & celeriter recurrere ad Dominum deprecandum, sicut de filijs Israel dicitur Numer. 16. & Numer. 17. quod cum ipsos vastaret incendium, dixit Moyses Aaron sacerdoti, *Tolle* inquit, *thuribulum, & hausto igne de altari mitte incensum desuper, pergens cito ad populum, vt roges pro eis.* Et sequitur. *Et stans Aaron inter mortuos & viuentes deprecatus est pro populo, & plaga cessauit.*

D ¶ Quarto habet oratio continuitatem porrectam, quod ostenditur cum dicitur, *Cras & secundum cras,* hoc est, continue & incessanter, quia, scilicet, dicitur Iacob 5. *Multum valet deprecatio iusti assidua.* Assidue autem & continue orare dicitur, qui continue à malo abstinet, vel qui continue bonum operatur. Vnde Ecclesiast. 35. *Qui conseruat legem multiplicat orationem.* Salutare sacrificium est attendere mandata, & deprecatio pro peccatis recedere ab iniustitia. Grues enim quádo ad terras habitationis volant, semper & continue quasi querulosi clamant, & quasi pro terra adipiscenda voces suas querulosas promulgant. Sic dico, quod nos, qui ad terram Paradisi tendimus, & de mundo ad patrem continue pertransimus, & nouam habitationem pro futura hyeme mortis quærimus, & optamus vbi habitemus, debemus continue deprecando ad Dominum querimoniam facere, & incessanter Dominum exorare. Vnde Apostolus, *Sine intermissione orantes.* Cras ergo & secundum cras: vnde Exod. 8. *Constitue mihi tempus quando deprecer pro te Dominum. Respondit ei cras.* Habeat ergo oratio nostra continuitatem porrectam.

E ¶ Quinto habeat dolorositatem, inuectam noctibus. Deprecatio enim debet fieri cum lachrymis & contritione cordis, & dolore & timore. *Cor contritum enim & humiliatum Deus non despiciet.* (Noctibus inquit.) Nox enim tenebrositatem & contritionem cordis designat. Melius enim audiuntur voces noctibus quam diebus, quia scilicet, vox orationis melius exauditur quando quis de nocte, id est, in compuncta & dolorosa mente Dominum deprecatur. De Iudith legitur Iudith 12. quod *ipsa petijt vt daretur ei copia nocte & ante lucem egrediendi foras ad orationem, & deprecandi Dominum.* Sequitur. *Et exibat noctibus in vallem Bethuliæ, & baptizabat se, & adorabat Dominum.* Habeat ergo dolorositatem inuectam.

F ¶ Sexto habeat oratio seu deprecatio multiplicitatem adiectam. Non enim de vna re tantum deprecari debemus, sed de pluribus cum plura sint nobis necessaria, quod ostenditur cum dicitur. (Tribus.) Tria enim sunt, pro quibus principaliter deprecari debemus, videlicet,

Pro { Præteritis, vt dimittantur,
Præsentibus, vt dirigantur,
Futuris, vt disponantur.

Deprecemur ergo Dominum pro malis præteritis dimittendis. Vnde Eccl. 32. *Fili peccasti, ne adijcias iterum, sed de pristinis deprecare, vt tibi dimittantur.*

Item deprecemur pro præsentibus ordinandis, quia, scilic. dominum deprecari debemus,

Vt { Culpas auferat,
Vires inferat,
Gratiam afferat,
Pœnam differat,
Virtutes proferat.

Vnde Ecclesiast. 37. *Deprecare altissimum, vt in veritate dirigat viam tuam.*

Item deprecemur pro futuris & sequentibus ad salutem nostram disponendis. Et sic pro certo debemus deprecari

Vt { Liberemur ab hoste,
Præseruemur à peste,
Collocemur cum rege,
Recreemur cum grege.

Vnde pro liberatione ab hoste dicebat Dauid in Psalmo 63. *Exaudi Deus orationem meam cum deprecor, à timore inimici eripe animam meam.* De liberatione autem à pœna infernali seu à peste dicitur Eccl. 51. *Pro morte defluente deprecatus sum.* De glorificatione vero cum summo Rege vel de adipiscenda fœlicitate & salute dici potest illud Psalm. *Ædificauit Dominus Sion, & videbitur in gloria sua. Respexit in orationem humilium, & non spreuit preces eorum.* Et Iob 8. *Si diluculo consurrexeris ad dominum, & omnipotentem fueris deprecatus, statim euigilabit ad te, pacatum reddet habitaculum iustitiæ tuæ, &c.* Habeat ergo deprecatio nostra multiplicitatem adiectam. (Tribus inquit) Ionæ 2. *Tribus diebus & tribus noctibus orauit Ionas ad Dominum.*

Tribus, inquit, diebus & noctibus, scilicet, præteritis temporibus, præsentibus & futuris.

G ¶ Septimo habeat oratio charitatem seu vicinitatem deuotam. (Deo inquit iungemor.) Iungi enim Deo, charitatem & familiaritatem & etiam deuotionem designat, quæ pro certo in oratione valde sunt necessaria, quia reuera nihil valet oratio nisi familiaris fuerit & deuota. Deuteronom. 7. *Vobis iunctus est Dominus, & elegit vos.* Et aduerte, quod deuota deprecatio nos Deo iungit & familiariter connectit, & etiam se exaudibilem reddit,

Quando { Confidit intime,
Prorumpunt lacrymæ,
Allegat optime,
Nil agit pessime.

¶ Quando dico confidit intime. Spes enim & fiducia obtinendi valde iuuant orantem. Ideo dicebat Iudith 9. *Exaudi* DOMINE *me miseram deprecantem, & de tua misericordia confitentem.*

Item quando prorumpunt lachrymæ. Vnde Tobiæ 3 *Anna cum lachrymis deprecabatur Dominum,* & 1. Reg. 1. de Anna alta flente & cibum non capiente, dicitur, quod *ipsa cum lachrymis multiplicauit preces coram Domino.* Et Dan. 9, dicitur, *quod ipse cœpit rogare & deprecari in sacco, & ieiunio, & cinere.*

Item cum allegat optime. Allegare enim debet ille, qui Dominum deprecatur, ipsius Dei potestatem, charitatem & pietatem, suiipsius paupertatem, debilitatem & indignitatem, negotij vero pro quo agit, necessitatem, vtilitatem & difficultatem. Sic enim mouetur Deus ad exaudiendum, sic eleuatur animus ad sperandum & confidendum, sic disponitur homo ad impetrandum & obtinendum. Vnde de talibus allegationibus potest intelligi illud Sapientiæ 18. *Properans homo sine querela deprecari pro populis, proferens seruitutis suæ scutum orationem, & per incensum deprecationem allegans, restitit iræ & finem imposuit necessitati.*

Item quando nil agit pessime, quando, scilicet, deprecans est mundus & sanctus. Vnde Iob 16. *Facies mea intumuit à fletu, & palpebræ meæ caligauerunt, hæc passus sum absque iniquitate manus meæ, cum haberem mundas ad Deum preces.* Ecce ergo quomodo deprecatio debet esse deuota, multiplicata, dolorosa, continua, cita, discreta & subiecta, &c. Vide infra de oratione & de exaudire, & in alijs titulis infinitis, sicut est os, loqui, vox, & similia.

## Deprehendere.

Vide in tractatu verbi comprehendere & apprehendere.

## Deprimere. Depressio.

A Nota, quod Deprimere idem est quod deorsum premere, vel aliquid inferius aggrauare. Fit ergo depressio, quando adhibetur alicuius ponderis impositio, & sic nota quod

Deprimit { Mortalitas viuos fluxuosos,
Humilitas viros virtuosos,
Iniquitas viros vitiosos,
Aduersitas pauperes fluctuosus,
Calamitas damnatos luctuosos.

Est igitur quædam depressio, quam facit pondus mortalitatis, de qua dicitur Sap. 9 *Deprimit inhabitatio terrena sensum multa cogitantem.*

Item est depressio quam facit pondus humilitatis, de qua Eccl. 2. *Deprime cor tuum & sustine.*

Item est depressio, quam facit pondus iniquitatis. Ionæ 1. *Surge, inuoca Deum tuum, quid in sopore deprimeris?*

Item est depressio, quam facit pondus aduersitatis Neem. 5. *Ministri depresserunt populum.* Et ideo præcipitur Es. 57. *Solue fasciculos deprimentes.*

Item est depressio, quam facit pondus æternæ calamitatis Esa. 5.

Es. 5. *Oculi sublimium deprimentur.* Vnde de pondus, onus, aggrauare, & similibus.

A **Derelinquere.** Nota, quod derelinquere, linquere, relinquere & dimittere, & respuere cum alijs similibus in bono signant & in malo. Dicam ergo quod est derelinquere multiplex, scilic.

Derelinquere { Dei, Iusti, Mundi, Diaboli, Impij. } quod est { Formidandum, Commendandum, Attendendum, Præcauendum, Adhorrendum.

Est dico vnum derelinquere formidandum, quod facit Deus. Deus enim est sicut paterfamilias, qui quandoque dans portione bonorum suorum filijs, derelinquit eos & dimittit vti pro libito bonis ipsis, & hoc vt prudentiam eorum experiatur, vt ipsi ad cogitandum de seipsis diligentius inducantur. Prouerbium enim gallicum est. *Metéz seul à par soy, il pensera de soy,* hoc est dictum, Derelinquatis fatuum stare, per seipse cogitabit de se. Sic proculdubio facit Deus, quia quandoque derelinquit homines in manu propriæ libertatis, & eos ad multa exponit, vt det causam experiendi virtutem. Et ideo de sua dissimulatione dici potest illud Ezech. 8. *Derelinquit Dominus terram, & Dominus non videt,* quasi dicat, Dominus in multis se habet per modum derelinquentis, & per modum etiam non videntis.

B ¶ Sic ergo notabo, quod Deus

*Derelinquit* { Iustos, vt mala subeant, Malos, vt culpas habeant, Impios, vt bonis gaudeant, Iniquos, vt pœnis lugeant.

¶ Dicam ergo, quod Deus derelinquit iustos sub graui pondere tribulationum, & sic etiam videtur dereliquisse proprium filium in passione, cum dicebat illud Euangelicum, *Heli, Heli, Lamazabathani, h. e. Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti?* Matth. 27. & in Ps. 21.

Constat enim quod Deus quandoque permittit tribulari & tentari bonos, ita quod quasi videtur eos derelinquere, & quasi de eis non curare, quod vtique ex certo consilio secretæ prouidentiæ suæ facit, vt scilicet, sibi dimissi, compellantur experiri propriam fragilitatem, & recurrere ad diuini auxilij pietatem, exemplo Petri qui in tentatione fuit ad tempus derelictus, inde tamen post tempus melior effectus. Vnde 2. Paral 32. *Dereliquit eum Dominus, vt tentaretur.*

Nutrix enim volens paruulum docere ad ambulandum, ipsum quandoque derelinquit sibi ipsi, quem videns propinquum casui, statim ipsi manum porrigit & eum manu tenet ne corruat, si vero iam ceciderat, ipsum leuat. Sic vere dico de Deo, ad tempus enim quandoq; derelinquit hominem in tribulatione vel tentatione, & subtrahit auxilium suum sibi, vult enim quod faciat quod in se est. Sed reuera finaliter ipsum respicit, manum ad interesse sibi porrigit, ipsum saluat, erigit & custodit. Et sic fit quod qui eum dereliquisse videbatur, ampliorem de eo curam gerit. Vnde ipse loquens ciuitati Hierusalem dicit Es. 54. *Ad punctum & in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te, in momento indignationis abscondi faciem meam parumper à te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui.*

Et breuiter illud est verum, quod Deus sanctos suos, solet ad tempus in tribulationibus & tentationibus relinquere, vt eos possit diutius adiuuare, sicut patet de pauperibus & egenis, qui videntur à Deo derelicti, qui tamen finaliter ab eo non sunt oblito vnde Esai. 60. pro eo *quia fuisti derelicta, & odio habita, ponam te in superbiam sæculorum, gaudium in generatione & generationem.* Sicut enim dicitur in Psalm. 10. *Tibi enim derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor.* Licet enim Deus sanctos in præsenti dereliquisse videatur, ipsos tamen finaliter nunquam derelinquit. Vnde in Psalm. 36. *Quoniam non derelinquet Dominus sanctos suos, & in æternum conseruabuntur.* Iunior enim fui, etenim senui, *& non vidi iustum derelictum,* sicut dicitur in Psalm. 36. Vult tamen Dominus, quod homo, quod in se est faciat, viriliter resistendo, & quod etiam ad eum recurrat, eius auxilium requirendo, dicens illud Psal. 70. *Ne proijcias me in tempore senectute, cum defecerit virtus mea, non derelinquas me.* Et tunc pro certo statim Dominus respondebit illud Iosue 1. *Sicut fui cum Moyse, ero tecum, non dimittam te neque derelinquam te confortare, & esto robustus.* Vnde aduerte, quod ipse non derelinquit

Pauperes & indigentes,
Captiuos & seruientes,
Fideles in se credentes,
Deuotos in se sperantes,
Oppressos ad se clamantes,
Mortuos subtus latentes.

Non derelinquuntur ergo à Deo pauperes licet indigeant 2. Cor. 4. *Aporiamur, sed non destituimur, persecutionem patimur, sed non derelinquimur.*

Item non derelinquuntur captiui, licet subiaceant. Vnde de sapientia increata dicitur Sap. 10. quod venditum iustum non dereliquit, sed à peccatoribus liberauit eum, descenditque cum illo in foueam, & in vinculis non dereliquit eum. Item non derelinquuntur fideles dum fidem teneant. Et ideo fidem allegando, dicebat Hieremias Hier. 14. *Tu autem in nobis es Domine, & nomen sanctum tuum inuocatum est super nos, ne derelinquas nos Domine Deus noster.*

Item non derelinquuntur sperantes, licet nil videant, supple quod eos in præsenti adiuuet. Vnde Iud. 6. *Non derelinquis præsumentes de te, & de sua virtute gloriantes humilias.* Item non derelinquuntur oppressi licet sustineant. Vnde Neem. 9. *Tradidisti eos in manibus populorum exterorum.* Sequitur. *Non fecisti eos in consummationem, nec dereliquisti eos.*

Item non derelinquuntur mortui licet nunc doleant, scil. in purgatorio Psal. 15. *Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.* Tales ergo non derelinquuntur, licet derelinqui à Deo videantur. Vnde breuiter cuilibet talium potest dici illud Deut. 31. *Dominus Deus Israel ipse est ductor tuus, non dimittet te, neque derelinquet.* Patet igitur, quod Deus derelinquit iustos sub graui pondere.

C ¶ Secundo dico, quod Deus derelinquit malos sub grandi scelere. Constat enim quod Deus quandoque videns hominem in vitijs obstinatum, derelinquit eum propriæ voluntati, sicut medicus, qui desperans de ægroto ipsum derelinquit & quicquid appetit ei concedit. Vnde Nee. 9. *Dereliquisti eos in manibus inimicorum suorum, & possidebunt eos.* Constat enim quod isti Deum & mandata ipsius derelinquunt, & ideo ab ipso in peccatis & tribulationibus derelinquuntur, nec per ipsum iuuantur, aut consolantur. Vnde 2. Paral. 24. *Dereliquistis Dominum, vt ipse derelinqueret vos.*

Deus enim nunquam derelinquit aliquem, nisi prius derelinquatur ab ipso, sed sicut fidelis Dominus quandoque infidelem vasallum, qui scilicet eum quandoque dereliquerat & eius hostibus adhæserat, derelinquit, & eum hostibus diripiendum exponit, & sibi non subuenit, aut succurrit; sic *Deus se deserentes deserit, & se dimittentes dimittit.* 4. Regum. 22. Quia dereliquerunt me, & seruierunt dijs alienis, irritantes me in *cunctis operibus manuum suarum, succendetur indignatio mea in loco hoc,* 2. Par. 12. *Vos reliquistis me, & ego reliqui vos in manu Sesach.* Deus igitur derelinquit malos in suo scelere.

D ¶ Tertio dico, quod Deus derelinquit impios lætari munere, scilicet, temporali, quia scilicet Deus dimittit malos gaudere præsentibus bonis, videns, quod ipsi carebunt futuris. Et de hoc potest exponi illud Es. 6. *Terra derelinquetur deserta, & multiplicabitur, quæ derelicta fuerat.* Terra, inquit, i. persona à Deo deserte & derelicta, multiplicabitur, scilicet, in bonis temporalibus aliorum. Es. 49. dixit Sion: *Dereliquit me Dominus.* Sequitur. *Viuo ego, quia his omnibus velut ornamento vestieris, &c.* Et breuiter loquendo, istud experientia dicitur, quod illi, qui à Deo derelinquuntur, ampliori prosperitate fuerunt. Derelinquit ergo Deus impios lætari munere.

E ¶ Quarto dico, quod ipse derelinquit iniquos in inferni carcere. Animæ enim damnatæ, à Deo est penitus derelicta, & carceri perpetuo mancipata, tormentisq; & verberibus subiugate. Ezech. 16. *Denudabunt te vestimentis tuis, auferentur vasa decoris tui, derelinquent te nudam, & plenam ignominia.* Sic ergo patet quomodo est vnum derelinquere formidandum, quod facit Deus, & hoc est primum principale.

F ¶ Secundo principaliter dico, quod est vnum derelinquere commendandum, quod facit iustus & istud est quando iustus derelinquit & deserit illa, quæ suæ sunt contraria saluti. Vbi etiam notabo, quod derelinquendæ sunt

Nequitiæ, quæ mentem corrumpunt,
Diuitiæ, quæ corde disrumpunt,
Amicitiæ, quæ mores corrumpunt.

Igitur

Igitur derelinque cordis nequitias Es. 55. *Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, &c.*

Item derelinque mundi diuitias 4. Re. 7. *Dereliquerunt tentoria sua, fugeruntq., animas saluare cupientes.* Et de derelictione mundi potest dici illud 1. Paral. 10. *Viri Israel, qui habitabant in campestribus, fugerunt, & dereliquerunt vrbes suas.*

Item derelinque malorum amicitias. Numerorum 32. *Iumenta dereliquerunt in vrbibus.* Hoc est igitur secundum principale, scilicet, vnum derelinquere commendandum, quod facit iustus.

G ¶Tertio principaliter dico, quod est vnum derelinquere attendendum, quod facit mundus. Et istud nihil aliud est quam illa derelictio, quam facit mundus & etiam mundi fortuna in morte, quia scilicet longam perseuerantiam videbatur promittere, & tamen cito solet hominem derelinquere, & sicut latro omnia secum retinere Iob 19. *Derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos, scilicet, consumptis carnibus in sepulchro.* Et istud fit quotidie, quia si fortuna derelinquit hominum, statim mundani homines derelinquunt eum. Figura de Babylone, quæ quando capta est à Cyro, dixerunt auxiliatores eius illud Hier. 51. Derelinquamus eam, & eamus vnusquisq; in terram suam. Vnde etiam ipse Helias à Iezabele persecutus, dicebat, 3. Reg. 19. *Prophetas tuos occiderunt, & derelictus sum ego solus, & quærunt animam meam.*

Pauperes enim proprie derelicti dicuntur, quia scil. à mundo, à diuitibus, & falsis amicis contemnuntur & derelinquuntur Ps. 26. *Pater meus & mater mea dereliquerunt me, Dominus autem assumpsit me.*

Et bene dicit, Dominus autem assumpsit me, quia pro certo Dominus illos plus diligit & ad partem suam assumit, quos mundus deserit & derelinquit. Aliqua enim animalia sunt, quæ libenter fouent & nutriunt pullos ab alijs derelictos, sicut de asina dicitur & de equa. Sic Deus illos, qui nunc à mundo prorsus derelicti videntur, finaliter in cœlo recolliget, & benigniter recipiet & reponet, dicens animæ seu personæ taliter derelictæ. *Non vocaberis vltra derelicta, & terra tua non vocabitur amplius desolata, sed vocaberis voluntas mea in ea, & terra tua inhabitabitur.* Istud est igitur vnum derelinquere attendendum, quod facit mundus.

H ¶Quarto dico, quod est vnum derelinquere præuidendum, quod facit diabolus, & istud est quando diabolus, qui suis nunc videtur fauere, multaque suggerendo promittere, in necessitate solet tamen eos derelinquere, & vacuatos virtutibus ad infernalem carcerem destinare. Vnde de anima peccatrice potest dici illud Esa. 1. *Et derelinquetur filia Sion sicut vmbraculum in vinea & sicut tugurium in cucumerario.*

Fructibus enim recollectis custos vineæ derelinquit suum vmbraculum. Sic & virtutibus vindemiatis diabolus derelinquit animæ domicilium, diabolus enim est malus pastor, qui ouem solet in manibus luporum dimittere, quia sc. animas solet inferni tormentis exponere & derelinquere. Istud est igitur vnum derelinquere attendendum, quod facit diabolus.

I ¶Quinto dico, quod est vnum derelinquere contemnendum seu abhorrendum quod facit impius vel iniustus. Et istud est illud quo vtilia derelinquit & spernit, noxia vero retinet & assumit. Malus ergo

Derelinquit
- Deum dum studet peccare,
- Proximum dum negat iuuare,
- Seipsum dum amat errare,
- Suum dum nequit portare.

K ¶Dico ergo, quod malus Deum sæpius peccando derelinquit: Peccator enim eo quod diabolo consentit, & bona mundi contra Dei voluntatem diligit, & ipsius Dei mandata spernit & negligit, Dominum merito derelinquit, de quo reprehenduntur in scriptura Iosuæ 22. *Cur dereliquistis Dominum Deum Israel?* quasi dicat male pro vobis. Et merito, quia pro certo homo relinquendo Deum, derelinquit

Fontem viuum, quo potest potari,
Legem sanctam, qua potest saluari,
Patrem verum, quo potest amari,
Plastem magnum, quo potest creari.

Ipse enim est

Fons & satiator,
- Lex & reformator,
- Pater & amator,
- Plastes & creator.

Dico ergo, quod isti derelinquunt Deum, qui est fons & satiator. Hier. 2. *Me dereliquerunt, fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas.*

Item derelinquunt Deum, qui est lex & reformator. Eccl. 41. *Væ vobis viri impij, qui dereliquistis legem Domini.*

Item derelinquunt Deum, qui est pater & generator. Deut. 32. *Deum, qui te genuit, dereliquisti.*

Item derelinquunt Deum, qui est plastes atque creator. Ibidem. *Dereliquit Deum factorem suum, & recessit à Deo salutari suo.* De peccatoribus ergo ipsum derelinquentibus, conqueritur dominus Baruch 3. dicens. *Quid est, inquit, ô Israel, quod in terra inimicorum es, inueterasti in terra aliena, coinquinatus es cum mortuis, deputatus es cum his, qui in inferno sunt, dereliquisti fontem sapientiæ?* Expone si via. Patet ergo, quod malus derelinquit Deum sæpius peccando.

L ¶Secundo dico, quod malus derelinquit proximum, ipsum non iuuando. Tria enim sunt genera malorum hominum, qui derelinquunt proximos, videlicet

Mali diuites, qui derelinquunt egenos,
Falsi amici, qui derelinquunt socios,
Mali prælati, qui derelinquunt subditos.

¶De malis diuitibus egenos derelinquentibus dicitur Ecclesiastici 13. *Diues iniuste egit, & fremet, pauper autem læsus tacebit.* Si largitus fueris, conuiuet tecum, si nihil habueris, derelinquet te. De falsis vero amicis, proximis & vicinis non succurrentibus, dicitur Iob 19. *Dereliquerunt me proximi mei, & qui nouerunt me, obliti sunt mei.* De malis vero prælatis subditos male regentibus dicitur Zach. 11. *Suscitabo pastorem in terra qui derelicta non visitabit, dispersa non quæret, & contritum non sanabit, & quod stat non enutriet, carnes pinguium comedet, & vngulas eorum dissoluet.* O pastor & idolum derelinquens gregem. Malus ergo derelinquit proximum ipsum non iuuando.

M ¶Tertio dico, quod malus derelinquit seipsum, se non emendando. Multi enim sunt, qui alios volunt cognoscere & corrigere, non seipsos. Vnde in Psal 37. *Cor meum conturbatum est in me, dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum.*

N ¶Quarto dico, quod malus derelinquit sua ferre non valendo, scilicet diuitias & bona terrena. Ista enim post se derelinquunt, quia secum portare non possunt. Et ideo peccatoribus morientibus loquitur scriptura Es. 10. dicens sic. *Ad cuius confugietis auxilium, & vbi derelinquetis gloriam vestram?* Sic ergo patet quomodo aliqua derelinquunt

Malus,
Diabolus,
Mundus,
Iustus,
Deus.

De derelinquere vero in quantum signat reliquias nostras, scil. bona vel mala exempla vel dicta, filios & discipulos quæ post nos derelinquimus, nihil ad præsens, &c. Vide derelinquere, dimittere, sinere, deserere, & similibus.

## Derisio. Deridere.

A Nota, quod derisio, illusio, Subsannatio, pro eodem videntur supponere. Differunt enim solum in signis exterioribus, non rebus. Signat autem derisio idem quod vituperatio vel contemptus. Sic igitur breuiter dico, quod inuenitur in scriptura.

Derisio
- Bona vituperans,
- Malis improperans,
- Malos exasperans.

Deridetur iustus à malis iugiter Iob 12. *Deridetur iusti simplicitas, lampas contempta apud cogitationes diuitum parata ad tempus statutum.*

Deridebit Deus peruersos acriter, quod sc. fiet potissime in Iudicio quando verificabitur illud Ps. 58. *Et tu Domine deridebis eos, & ad nihilum deduces omnes gentes,* & illud Ps. 36. *Dominus irridebit eum, quoniam prospicit, quod veniet dies eius.*

Deridebit Diabolus damnatos turpiter, ita quod ipsi poterunt dicere illud Psa. 45. *Facti sumus in subsannationem & derisum, his qui in circuitu nostro sunt.*

B ¶His ergo præmissis de derisione quam faciunt mali, aliquid diutius protrahamus. Dico ergo, quod mali & fatui libenter vituperant & derident quicquid suis moribus est obuersum, & omne illud vituperabile iudicant, quod suis conditionibus

videtur

videtur contrarium. Tales enim valde sunt garruli, & ideo à detractionibus & derisionibus & verbosis & quasi illusorijs insultationib. abstinere non possunt, similes illi aui, quæ dicitur graculus, seu garrulus, quæ sicut dicitur in libro de natura rerum, solet quicquid audit deridendo repetere, verba hominum & aliorum animalium addiscere, & ea cum derisione replicare. Hoc enim facit, vt dicit ille liber, non ad sui delectationem, sed potius, ad aliorum derisionem. Et ideo à garriendo seu à garrulando garrulus dicitur, quia se. de omnibus deridet, & garrulat, & iocatur. Sic vere sunt, qui se. de omnib. volunt facere iocos suos, & suos insultus pestiferos & derisus. Psal. 21. *Videntes me deriserunt me, locuti sunt labijs & mouerunt caput*, student enim aliorum dicta & facta discere, vt ea possint repetere & replicare, & ad confusionem & opprobrium aliorum deridendo coram alijs propalare, sicut de Tobia dicitur Tob. 2. quod sicut beato Iob insultabant Reges, ita parentes & cognati eius irridebant vitam eius. Videtur autem, quod derisores possint comparari peroptime vni turri, quæ est antiquitus in Cyzico, alias Azotu ciuitate, vbi si quis vocem emitteret, statim septies replicabatur sonus, & resonantia verbi sui, sicut dicit Plinius. Erant enim ibi loca concaua tali artificio ordinata, quod vox quæ in vno recipiebatur statim ad alium mittebatur, & sic sonus multotum duplicabuntur. Sic vere sunt derisores, quibus dicta vel facta aliorum non sufficit semel repetere, imo quicquid audiunt, solent multoties replicare, & vnus alteri dicere, & alter post alterum derisori recitare. Eccl. 20. *Quoties & quanti irridebunt illum? Sequitur Lapsus falsa lingua quasi in pauimento cadens.* De talibus ergo dici potest quod isti

Bonis inimicantur,
A bonis detestantur,
Ad pœnam reseruantur.

C ¶ Bonis (dico) inimicantur, quia pro certo isti solent bona omnia deridere, & sibi in malis & vanibus complacere. Vnde nota, quod isti

Derident {
Antiquos viros & eorum sapientiam,
Prædicatores & eorum eloquentiam,
Contribulatos & eorum patientiam,
Beneagentes & eorum efficaciam,
Proprios notos & eorum amicitiam,
Bonos Prælatos & eorum excellentiam,
Sanctam Ecclesiam & ipsius reuerentiam,
Omnem disciplinam & pœnitentiam,
Inferni pœnam & tormentorum pestilentiam,
Vitam futuram & cœlestem abundantiam.

Dico ergo, quod isti derident sapientiam antiquorum. Vnde Iob de seipso dicebat illud Iob 30. *Nunc autem derident me iuniores, quorum non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei.* Isti etiam derident eloquentiam prædicatorum, videlicet verbum Dei. Vnde Hier. 20. *Factus est sermo Domini in opprobrium & derisum tota die.* Item ipsi derident patientiam miserorum. Vnde ipse Hieremias, qui tunc erat in tribulatione & patientia, dicit de seipso ibidem. *Factus sum in derisum tota die omnes subsannant me.* Et illud Psalm. 21. prædictum. *Omnes videntes me, deriserunt me.* Item isti derident efficaciam, id est, bona opera sanctorum atque iustorum. Vnde de Christo legitur Luc. 8. quod *quando ipse resuscitabat filiam Iairi, turba, quæ aderant, deridebant eum.* Item ipsi deridēt amicitiam sociorum & suorum notorum Hierem. 9. *Omnis amicus fraudulenter incedet, vir fratrem deridebit, & veritatem non loquetur.* Item derident excellentiam prælatorum Iob 39. *In altum alas erigit, deridet equum & ascensorem*, loquitur de struthione, i. de pigro subdito. Item derident Ecclesiam & reuerentiam solemniorum & sacramentorum. Vnde Thren. 1. *Viderunt eam hostes, & deriserunt sabbatha eius.* Item derident pœnitentiam & disciplinam. Prou. 9. *Qui arguit derisorem, ipse sibi iniuriam facit*, scil. derisor. Et ibidem. *Noli arguere derisorem, ne odiat te.* Item derident pœnam inferni & pestilentiam tormentorum Iob. 41. *Quasi stipulam æstimabit malleum, & deridebit vibrantem hastam.* Item derident futuram gloriam, & abundantiam præmiorum. Actor. 17. *Cum autem audissent resurrectionem mortuorū, deridebant.* Et vt breuiter concludam, mali derident & contemnunt quicquid suæ necessarium est saluti. Patet igitur quomodo derisores omnibus bonis aduersantur & inimicantur.

D ¶ Secundo dico, quod derisores à bonis odiuntur & vituperantur. Prou. 22. *Eijce derisorem, & exibit cum eo iurgium, cessabuntque rixa & contumelia.*

¶ Tertio vero dico, quod isti puniuntur atque verberantur. Prou. 19. *Parata sunt pro foribus iudicia, & mallei percutientes stultorum corporibus.* Vnde etiam in persona eorum qui gloriam sanctorum nunc derident, qui illos in iudicio futuro frui attendent dicitur Sap. 5. *Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum & in similitudinem improperij, ecce quomodo computati sunt inter filios Dei.* Patet ergo, quod derisores à Deo puniuntur, à cunctis odiuntur, bonis omnibus opponuntur, &c. Vide de contemnere, despicere, subsannare, illudere, & similibus. E

## Descendere. Descensus.

A Nota, quod descēdere multipliciter accipitur in scriptura. Est enim descensus humanus, diuinus, & diabolicus. Et primo quidem dico, quod est descensus humanus. Et iste pro certo triplex est, videlicet

Descensus {
Virtuosus,
Vitiosus,
Dolorosus.

Primus est, quod descenditur à superbiæ pomposítate, de quo dicitur in Psal. 103. *Ascendunt montes & descendunt campi, &c.* Secundus est, quo descenditur à virtutum sublimitate, & iste est descensus ad amorem temporalium, & laborem mundi negotiorum. Vnde Luc. 10. *Homo quidam descendebat à Hierusalem in Hiericho, & incidit in latrones.* Tertius est quo descenditur à statu mundanæ prosperitatis. Et iste est descensus in infirmitatem, aduersitatem, vel mortem, vel pœnam æternam Iob 17. *In profundissimum infernum descendent omnia mea*, & Num. 16. *Descendent in infernum viuentes.* Dicimus ergo, quod est

Descensus {
Humilitatis,
Iniquitatis, &
Pœnalitatis.

Primus est habendus,
Secundus est cauendus,
Tertius est horrendus.

Ergo descendamus per humilitatem. Sicut enim aqua deorsum naturaliter tendit & descendit, sicut etiam radix arboris quanto descendit profundius, tanto fructificat vberius, sicut insuper balsamus non suscitatus descendit ad fundum vasis, alias supernatat: sic pro certo homo spiritualis si vult esse

Sicut aqua per pietatis dulcorem,
Sicut radix per firmitatis tenorem.
Sicut balsamus per famositatis odorem.

Ipse pro certo debet per humilitatem descendere, & se inferius sub obedientia maiori humiliter inclinare. Ideo præcipitur Es. 47. *Descende, sede in puluere virgo filia Babylonis.* Vbi aduerte, quod descensus humilitatis facit

Mentem quietare. (Sede inquit, quod signum est quietis.)
Mortem meditari. (In puluere inquit, in mortis solutione.)
Carnem expiari. (Virgo inquit, quæ scil. hanc prauitatem carnis purgat.)
Vultum inclinari. (Babylonis inquit, quæ interpretatur confusio.)

Est enim charissimi

Humilitas {
Mentis quietatiua,
Mortis meditatiua,
Carnis expiatiua,
Vultus inclinatiua.

B ¶ Dico ergo quod descensus humilitatis est mentis quietatiuus, quod ostenditur cum dicitur Sede. Facit enim animam esse quietam tranquillitate & pace. Sicut enim videmus, quod lapis sursum in aere non quietatur nec cessat à motu, quando vero ad centrum & locum suum descendit, tunc immobiliter quiescit, sic videmus, quod mens humana quamdiu sursum in aere, & circa mundi negotia, dignitates & promotiones per desiderium vagatur nunquam est in perfecta quiete, semper enim est in motu & fluxu desideriorum, & hoc, quia ipsa est sicut hospes extra domum, sicut lapis extra centrum, sicut peregrinos extra patriam & locum. Ideo anima cum sponso coniuncta, dicat illud Cant. 1. *Indica mihi vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam &c.* Quando vero mens descendit, per humilitatem, & quando flectitur ad seipsam, & quando proprijs contenta in passib. cum centro, i. e. cum Deo coniungitur, tunc vere perfectissime quietatur. (Sede inquit.) Ita quod ipsa potest dicere illud Apoc. 18. *Sedeo vt regina, & vidua non sum.* Nam

Sedere { Doctor ad discipulos instruendum,
Discipulus ad magistrum audiendum,
Clericus ad libros imaginandum,
Miles ad hostes impugnandum,
Iudex ad populos iudicandum.

¶Sic pro certo (charis.) nos debemus per humilitatem descendere & quiescere & sedere, & in quiete mentis manere, istis rationib. sc. vt instruamus inferiores, & discretiores, vt in libris diuinæ prouidentiæ semper ergiremus, vt hostes spirituales debellemus, vt nos alios iuste inuitemus. [Sede ergo] vnde in Ps. 136. *Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur tui Sion.* Et nota de fluminibus Babylonis, iste est ergo descensus quietatiuus. Auis enim sursum existens in aere non est tuta ab accipitre, si vero ad fluctuũ riuum descenderit tuta manet, quapropter aucupes solent ipsas facere sursum ascendere, vt ab accipitre capiantur. Sic vere homo sursum per elationem & vanitatem mentis residens semper est in periculo captiuus. Si autem per humilitatem descenderit, tunc à periculo tutus erit, & maxime si in fluminibus Babylonis & confusionis, & in fluminib. compunctionis & lacrymationis fecerit mansionem. Et ideo nos videmus de illis, qui semper volunt ascendere, sicut sunt ambitiosi, quod nunquam habent quietem. Ignis enim qui sursum ascendere quærit, nunquam à motu & circuitu te quiescit, quare pro certo tales nunquam possunt finem in ascendendo. De canonico enim volunt fieri archidiaconi, de archidiacono episcopi, & de episcopo archiepiscopi, & deinde Cardinales, &c. Hi figurantur in lucifero, qui quamuis esset in altissimo loco, sc. in cœlo empyreo, ipse tamen dicebat. *Ascendam in cœlum, super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in lateribus Aquilonis, &c.* Es. 14. Sedere enim, i. e. quiescere volebat vbi proculdubio non est quies, sc. in eminentia dignitatis, & ideo, secundum sanctos, quia ascensum & quietem quæsiuit, ideo casum & laborem inuenit. Non sic ergo, sed descendamus, quia iste motus est mentis quietatiuus. [Sede inquit] Ios. 3. *Steterunt aquæ descendentes.* & Hier. 48. *Descende de gloria, sede in siti habitatio filia Dibon.*

C ¶Secundo dico, quod iste motus est mortis meditatiuus. (In puluere inquit.) Motus enim descensus semper tendit inferius versus terram, ad denotandum, quod motus humilitatis semper facit hominem ad terram descendere, i. ad cogitandum terrenitatem, mortalitatem & resolutionem suam. In puluere inquit: Vt sic dicam cum Iob, *Ecce nunc in puluere dormio* Iob 7. De tali descensu videtur loqui Hier. 49. *Descendite in voraginem habitatores Dedan.* Vorago enim signat sepulchrum, mortem, vel infernum, in quem pro certo debemus per considerationem descendere, & ibi per iugem memoriam habitare Ps. *Descendant in infernum viuentes.* Animalia enim parua habitant, vt communiter, in sabulo, in puluere, & sub terra, vt sunt cuniculi, ibique faciunt foueas, vbi fugientes saluantur, & ab impugnantibus liberantur. Sic pro certo personæ humiles, & deuotæ, sub terra, id est, in cogitatione mortis & sepulchri morantur & impulsi tentationibus ad ipsas fugiunt & saluantur, quia isti sunt, *qui habitant domos luteas, quæ terrenum habent fundamentũ* Iob 4. Et sic bene patet quod humilitatis descensus est mortis meditatiuus.

D ¶Tertio dico, quod iste motus est sordis depuratiuus. (Virgo inquit:) Humilitas enim soror & mater est virginitatis & puritatis, quæ in B. virgine apparuit, quæ quia fuit humillima ideo fuit virgo purissima. Loca enim quæ sunt in descensu & in valle, sunt aliquoties magis pura, & hoc quia ibi aquæ confluunt abundantius, quæ sunt causa maioris puritatis. Sic vere illę personæ, quæ magis sunt in descensu humilitatis, habent, vt communiter, maiorem abundantiam puritatis, & castitatis quod vtiq; potest contingere, quia maior copia aquarum, i. gratiarum & virtutũ ad tales confluit, quæ ipsos reddit & efficit puriores, quod apparuit in virgine, ad quam descendit gratia sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram ad quam *descendit dilectus vt in hortum suum specialissimum*, sicut dicitur Cant. 5. & 6. Et ideo tantis gratijs fuit plenissima, quia à cunctis vitijs fuit purissima. Habeamus igitur humilitatem, vt habere possimus mentis & corporis puritatẽ. Virgo inquit 2. Cor. 11. *Despondi enim vos vni viro, virginem castam exhibere Christo.* Ideo de descensu isto ad puritatem potest intelligi illud Ioh. 5. *Angelus Domini descendebat in piscinam secundum tempus.* Illi enim qui sunt Angeli per innocentissimam voluntatem descendunt per humilitatem ad piscinam, idest, ad mentis & corporis puritatem. (Virgo inquit) Vnde de Rebecca dicitur Genes. 24. quod *ipsa erat puella decora nimis, virgoq; pulcherrima, descenditq; ad fontem aquæ, & impleuerat hydriam.* Iste est igitur descensus sordis depuratiuus.

¶Quarto dico, quod iste descensus humilitatis est vultus inclinatiuus (Babylonia inquit, quod interpretatur confusio.) *Humilitas enim generat verecundiam & bonam confusionem, quæ adducit gloriam,* sicut dicitur Eccl. 4. Vnde humilitas est *sicut vnguentum in capite quod descendit in barbam, barbam Aaron* Caput enim inferius declinatum, signat humilitatem quæ sc. in capite & barba ostendit intuentibus signa sua. (Babylon inquit.) Vnde Ier. 51. *Quomodo facta est Babylon in stuporem.* Vnde etiam verecunda puella Rebecca dicitur Gen. 24. quod *viso Isaac descendit de camelo, & accipiens pallium cooperuit se scil. præ verecundia.* Et sic patet, vt dictum est, quod per descensum humilitatis mens quietatur, mors meditatur, caro purgatur, vultus inclinatur. Et iste est igitur descensus diligendus & frequentandus. E

¶Sed adhuc dico, secundo principaliter, quod est quidam descensus præcauendus & fugiendus. Et iste est descensus auaritiæ, quo sc. homo descendit ad temporalia & mundana, & etiam cuiuslibet nequitię, quo sc. de virtute labitur ad peccata. Et primo quidem iste est descensus auaritiæ. Lepus enim non libenter descendit, & hoc quia descendendo & ad vallem currendo faciliter consueuit cadere, eo quod eius pedes posteriores sint longiores anterioribus pedibus. Sic vere homo non debet descendere per desiderium & affectum ad vallem mundanorum negotiorum & terrenorum bonorũ, alias faciliter corruet in diuersa vitia & peccata. De talibus enim dicitur in Ps. 106. *Qui descendunt mare in nauibus, facientes operationem in aquis multis.* Non est enim aqua tam dulcis in flumine vel in fonte, quin efficiatur amara, quando descendit ad mare. Sic vere non est ita bonus & sanctus homo, quin efficiatur malus quando ad mare mundi negotiorum corde & opere se inclinat, & ideo sicut lepus quando ad vallem currere compellitur, non descendit directe inferius versus vallẽ, ne forte cadat, sed semper descendit circulariter contra montem, sic & nos si ex iniuncto nobis officio ad mundũ & mundana habemus necessario descendere, nõ debemus directe nec cum toto impetu vel affectu ad temporalia currere, sed circulariter circa montem paradisi ambulare, & ibi quanto plus possumus per affectum & desiderium nos tenere, & nunc ascendamus cũ Muyse ad Dominũ, nunc descendamus cum ipso ad populum iuxta illud Ps. 103. *Ascendunt montes, & descendunt campi, &c.* Illi enim, qui toto corde descendunt inferius ad terrena, primo cadunt in vitia, & finaliter in tormenta Ps. *Cadent omnes, qui descendunt in terram.* Sic sunt cupidi & auari, qui non cogitant nisi de terrenis, de quibus Exod. 15. *Abyssi operuerunt eos, descenderunt in profundum quasi lapis.* Et isti sunt maledicti Es. 30. *Væ qui ambulatis, vt descendatis in Ægyptum, properantes in auxilium in fortitudine Pharaonis.* Generaliter enim secundum astrologos illa signa sunt nobiliora, quæ sunt ascendentia, quam illa, quæ sunt descendentia. Influentiæ enim stellarum computantur principalius à signis ascendentibus, quam à descendentibus, quia reuera spiritualiter illi meliores & nobiliores debẽt simpliciter dici, qui ascendunt superius per contemplationem & desiderium ad æterna, quam illi, qui descenderunt per auaritiam ad terrena. Vnde de differentia bonorum & malorum potest dici illud Eccl. 3 *Spiritus filiorum Adam ascendit sursum, spiritus iumentorum deorsum.* Iste est ergo descensus præcauendus & fugiendus. F

¶ Sed tertio dico, quod est alius descensus timendus & abhorrendus, & iste est descensus in infernum, de quo Hier. 48. *Iuuenes eius descenderunt in occisionem*, & in Ps. 87. *Æstimatus sum cum descendentibus in lacum.* Fæces enim & immunditiæ ciuitatum solent descendere ad foueam & lacus. Fæces etiam vini solent descendere ad fundum dolij. Sic vere peccatores, qui in dolio & ciuitate Ecclesiæ sunt fæces fœtidæ & immundæ, ad fundum & ad lacum ipsius inferni habent descendere & venire. Vnde de quodam magno peccatore dicitur Ezech. 31. *Commoui gentes cum deducerem eum in infernum cum his, qui descendebant in lacum.* Sic ergo patet, quod triplex est descensus ad perfectam humilitatem. Et hoc de descendere sufficit. G

¶ Sed si vis adhuc aliter distinguere, dico, quod quintuplex est humanus descensus, videlicet, H

Ruinosus,
Virtuosus,
Vitiosus,

Dolo-

Dolorosus,
Periculosus.

Primus est cunctorum,
Secundus est iustorum,
Tertius est malorum,
Quartus est miserorum,
Quintus est damnatorum.

¶ Dicam ergo primo de descensu ruinoso, qui est singulorum, quia scil. per mortem oportet omnes in corruptionem descendere Psal. 29. *Quae vtilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem?* Vnde etiam de quolibet mortuo potest dici illud Iudic. 15. *Descendens habitauit in spelunca*, sed de isto nihil amplius.

I ¶ Secundo dico de descensu virtuoso, qui est iustorum. Video dico de iustis, quod ipsi descendunt ad opera virtuosa sicut etiam visum est satis plane. Sicut n. video, quod incolæ castri in loco altissimo constituti, solent in vallem descendere, & ibi pro vtilitate sua exercere varia opera, sic homo dato quod sit in alto castro, i.e. in alta sanguinis nobilitate, vel in alto castro, i.e. in alta sæculi dignitate, vel in alto castro, i. in alta perfectionis eminentia vel contemplationis sublimitate constitutus, debet tamen inferius ad statum humilitatis descendere, & ibi varijs bonis operibus insudare, & quandoq; contemplationis opus intermittere, vt possit actiue fructuosa opera exercere, exemplo coturnicis, quæ mare transuolans, fatigata descendit quandoq; ad mare, sed vnam alam erectam tenet tanquam velum, quo continue ducatur, aliam alam extentam super aquam dimittit, vt ibi nauiget atque regatur. Ad denotandum, quod nos, qui ad mare huius mundi necessario tanquam peregrini sæpe dum transimus ad patriam, habemus descendere, semper alam spei debemus ad Deum erigere, alam vero discretionis debemus in mundi fluctibus ad nos prudenter regendum extentam & dilatatam habere Genes. 12. *Descendit Abraham in Ægyptum, vt peregrinaretur ibi.* Descensus enim Abrahæ fuit de terra promissionis in Ægyptum, sed hoc fuit non ad manendum, sed ad peregrinandum. Sic vere dico quod si quandoq; descendere oporteat à terra promissionis ad Ægyptum, i.e. à vita contemplatiua ad actiuam, de religione ad mundum, de spiritualibus ad terrena negotia, ibi pro certo peregrinari non manere debemus, quia sc. pro tempore, quo bona opera habemus tractare, ibi peregrinari licebit, & sursum ad contemplatiuam reuerti oportebit. De descensu ergo, quo descendit vir iustus ad opera virtuosa, notabo quod iste debet

Descendere ad
- Culpas abluendum sinceriter,
- Montem præuidendum sagaciter,
- Hostem impugnandum viriliter,
- Virtutes procurandum vtiliter,
- Iustitiam perquirendum sedulitier,
- Pauperes fouendum benigniter,
- Res examinandum subtiliter,
- Malos corrigendum seueriter,
- Ignaros instruendum veraciter,
- Tristes consolandum humiliter,
- Pressos liberandum alacriter,
- Iustos præmiandum liberaliter.

¶ Isti enim sunt duodecim descensus boni & virtuosi, ad quos diuersimode consueuit descendere vir perfectus, siue sit subditus siue prælatus.

¶ Dico igitur, quod boni descendunt ad culpas sinceriter abluendum, quod sc. proprie debent facere pœnitentes, figurati in Naaman leproso, de quo dicitur 4. Reg. 5. *quod ipse descendit, & lauit se septies in Iordane, & restituta est caro eius sicut caro pueri.* Item ad montem sagaciter meditandum. Vnde illud prædictũ, Es. 47. *Descende, sede in puluere virgo filia Babylonis.* Et Iudic. 15. *Descendens habitauit in spelunca.* In spelunca inquit, id est, in sepulchro per considerationem. Et 1. Reg. 26. *Descendit Saul in desertum.* Item ad hostem viriliter impugnandum, idest, contra diabolum & vitia præliandum 2. Reg. 21. *Descendit Dauid & serui eius cum eo, & pugnauerunt contra Philisthym.* Item descendunt ad virtutes vtiliter procurandum Gen. 42. *Descendite & emite nobis necessaria.* Illa enim quæ super omnia sunt necessaria, sunt virtutes. Item descendunt ad iustitiam sedulitier perquirendum 1. Machab. 2. *Descenderunt multi quærentes iudicium & iustitiam in desertum.* Item descendunt ad pauperes benigniter refouendum.

Vnde de Zachæo dicitur Luc. 19. quod *festinans descendit & suscepit illum gaudens in domum suam*, dicens: *Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus, &c.* Item descendunt ad negotia subtiliter examinandum, quod maxime pertinet ad iudices & prælatos. Vnde Gen. 18. *Descendam ego, & videbo vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint*, sc. *Sodomitæ.* Item descendunt ad malos seueriter corrigendum. 2. Reg. 23. *Banaias filius Ioiada viri fortissimi magnorum operum de Cabseel, ipse percussit duos leones Moab, & ipse descendit & percussit leonem in cisterna in diebus niuis.* Item descendunt ad stultos veraciter instruendum & informandum Exod. 19. *Descende & contestare populum ne velit transgredi terminos.* Item descendunt ad tristes hilariter consolandum Dan. 3. *Descendit Angelus Domini cum Azaria in fornacem, & fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem.* Item descendunt ad oppressos alacriter liberandum Exod. 3. *Vidi afflictionem populi mei, qui est in Ægypto, & descendi liberare eum.* Item descendunt & condescendunt ad bonos liberaliter præmiandum & promouendum, quia sicut dicitur Iac. 1. *Omne datum perfectum desursum est descendens à patre luminum*, & Exod. 19. *Descendit Moyses ad populum, & sanctificauit eos*, i.e. promouit, & vt sanctos honorauit. Patet igitur quomodo multiplex est descensus iustorum.

¶ Tertio dico, quod multiplex est descensus malorum peccatorum. Peccator enim cum peccat, dicitur descendere, pro eo, quod à rectitudine iustitiæ curuatur, & de bono incommutabili ad bonum commutabile inclinatur, & à Deo, gratia & perfectione cadere & recedere comprobatur. De vulture enim legitur, quod tarde & lente volitat & ascendit, cito tamen & impetuose descendit. Ponderosa enim auis est, & ideo viso cadauere inferius statim ruit. Sic dico de peccatore, quia pro certo pronior est ad descensum vitiorum, quam ad ascensum virtutum. Difficiliter enim ascendit ad opera virtuosa, faciliter vero descendit ad cadauera, i.e. ad peccata & ad opera vitiosa Genes. cap. 15. *Descenderunt aues super cadauera.* Vnde notabis, quod mali multipliciter descendunt ad mala. Descendunt enim K

Ad
- Fluuium delitiarum, vt ibi lauentur.
- Lectum pigritiarum, vt ibi pausentur,
- Mare diuitiarum, vt ibi turbentur,
- Curias eminentiarum, vt ibi honorentur,
- Profundum nequitiarum, vt ibi ligentur.

Descendunt (dico) ad fluuium delitiarum. Vnde de filia Pharaonis dicitur Exod. 2. *quod ipsa descenderat ad fluuium Ægypti vt lauaretur in flumine.* Ægyptus enim interpretatur tenebræ, quia scil. fluuius delitiarum obscurat & obtenebrat mentes delitiosorum. Item ipsi descendunt ad locum pigritiarum: Vnde Ionæ 1. dicitur, *quod Ionas descendit ad interiora nauis, & dormiebat sopore graui.* Item descendunt ad mare diuitiarum. Diuitiæ enim mare dici possunt, & hoc propter amaritudinem, quam habent in acquirendo, possidendo, & amittendo Ezech. 47. *Aquæ istæ descendunt ad plana deserti, & intrabunt mare.* Item descendunt ad curias eminentiarum Es. 30. *Væ qui ascendunt in Ægyptum, sperantes auxilium in fortitudine Pharaonis.* Item descendunt in profundum nequitiarum. Vnde Ier. 49. *Fugite, terga vertite, descendite in voraginem habitatores Dedan.* Vorago enim profundum vitiorum designat Deut. 32. *Descenderunt in profundum quasi lapis.* Iste est igitur descensus malorum.

¶ Quarto dico, quod inuenitur descensus miserorum. Et iste est quando quis de statu eminentis fortunæ descendit & ruit per infortunia ad statum infimum & depressum. Nihil enim infœlicius, quam aliquando fuisse fœlicem. Status enim fortunæ mundanæ non est nisi quidam ascensus & descensus. Similia enim videtur illis arenarum periculis, quæ dicuntur Syrtes & maiores & minores. Sunt enim arenæ quasi continue bullientes, & vento ab interiori flante, nunc in montes ascendentes, nunc in voragines descendentes. Nam vbi hodie montes arenarum videris, ibi cras vallem & inane videbis, vt dicunt tam Isidorus, quam Solinus. Vnde etiam dicunt, quod per loca ista nulla certa via cognoscitur, imo quisquis forte illuc ambulat, necesse est vt per sidera sicut in æquore dirigatur. Sic reuera gubernat fortuna: Semper enim est in quadam ebullitione & motu, nunquam permanens in eodem. Nam quos aliquando facit in montes, i.e. in altos viros crescere & ascendere, subito facit perire & descendere, & vbi hodie cumulus arenarum, id est, diuitiarum aggregat, inde subito vacuat & elongat, & sic fit, quod illi, qui nata fortunæ ad magnos status L

ascendunt, faciliter contrario statu suo ad ima tendunt, & descendunt Ps. 103. *Ascendunt montes, & descendunt campi in locum, quē fundasti eis.* Fundasti, inquit, tu ô fortuna, i. e. occulta Dei prouidētia. Vnde etiam ipsi misero & infœlici potest dici illud Deut. 28. *Ipse ascendet super te, & eris superior, tu autem descendes, & eris inferior*, quasi diceret, quandoque fit, quod ille, qui fuit inferior, fit superior, & ille, qui quandoque ascendebat, descendit. Vnde de tali descensu & infortunijs magnorum dicitur Ezech. 26. *Commouebuntur insulæ, & descendent de sedibus suis omnes principes maris & auferent exuuias suas, & vestimenta sua abijcient, & induentur stupore.* Iste autem descensus fit quandoque vt dictum est in hoc mundo per infortunia, semper autem vbique fit per mortis & inferni supplicia infortunata. Mors enim hominem à statu temporalis eminentiæ necessario facit descendere, & sub terram cum vermibus introire Ezech. 32. *Quo pulchrior es, descende & dormi.* Iste est igitur descensus miserorum.

M ¶ Quinto autem dico, quod inuenitur descensus damnatorum, qui sc. descendunt inferius in infernum. De quibus dicitur Baruch. 3. *Exterminati sunt, & ad inferos descenderunt, & alij in locum eorum surrexerunt.* Et si vis, notabis, quod ad locum istum descendunt omnes mali, videlicet.

Illi qui {Superbia alta sunt eleuati, Sæuitia dura sunt obdurati, Lætitia vana sunt recreati, Luxuria fœda sunt inquinati.

¶ Dico ergo quod illuc sc. ad infernum descendunt illi, qui sunt eleuati magna superbia. Vnde Es. 5. *Descendent fortes eius sublimes gloriosique eius sc. in infernum, qui dilatauit animam suam, & aperuit os suū.* Item ibi descendunt illi, qui sunt obdurati seta sæuitia, sc. tyranni & crudeles. De quibus Es. 34. *Descendent vnicornes cum eis, & tauri cum potentibus.* Item ibi descendunt, qui sunt recreati vana lætitia Iob 21. *Gaudent ad sonitum organi, ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferos descendunt.* Item ibi descendunt illi, qui sunt inquinati fœda luxuria. Vnde de mala muliere dicitur Prou. 9. *quod qui applicabuntur ei, descendet ad inferos, & qui abscesserit ab ea, saluabitur.* Isti igitur, & alij peccatores ad inferos descendunt, & hoc celeriter sine dilatione, profunditer sine euasione, crudeliter sine consolatione. Celeriter dico, vnde illud Iob 21. *In puncto ad inferna descendunt. Profunditer etiam.* Vnde illud Iob 17. *In profundissimum infernus descendent omnia mea.* crudeliter & inconsolabiliter Ps. 78. *Æstimatus sum cum descendentibus in lacum, factus sum sicut homo sine adiutorio.* Iste est igitur descensus damnatorum,, & sic iterum patet quomodo quadruplex est descensus humanus.

N ¶ Secundo vero principaliter dico, quod inuenitur descensus diuinus. Et iste procul dubio est ille quo Deus dignissimode descendit ad hominem. Ipse enim tam in præterito quam in præsenti & in futuro

Descendit carnem sumpturus in matris lilio,
Descendit habitaturus in cordis folio,
Descendet iudicaturus in regni solio.

Descensus {Primus fuit humilis & amorosus, Secundus est vtilis & fructuosus, Tertius erit terribilis & rigorosus.

Descensu {Primo venit hominem liberare, Secundo venit hominem visitare, Tertio veniet hominem iudicare.

Descensum {Primum fecit charitas, Secundum fecit bonitas, Tertium faciet æquitas.

Descensus {Primus fuit amicitiæ, Secundus fuit gratiæ, Tertius erit iustitiæ.

¶ Dico ergo primo, quod Deus descendit carnem sumpturus in matris lilio, i. in castis visceribus virginis benedictæ. Amœnitas enim horti & florum & fructuum in eodem, quandoque allicit hominem ad descendendum in ipsum. Apes etiam ad hortos descendunt, frondas herbas & arbores quærunt, & ibi substantiam mellis accipiunt. Sic vere sanctitas beatæ virginis, & flores, & fructus virtutum, Deum ad descendendum & carnem assumendam in ea traxerunt & inuitarunt Cant. 6. *Dilectus meus descendit in hortum suum ad areolam aromatis, vt pascatur in hortis, & lilia colligat.* Ibi enim materiam mellis, i. e. materiam suæ sanctæ humanitatis assumpsit & eam nouem mensibus sicut bonus apothecarius composuit & confecit, dicens illud Cant. 6. *Descendi in hortum nucum, vt viderem poma conuallium & inspicerem si floruisset vinea, & germinassent mala punica.* In istum enim hortum descendit Christus, & hoc

Propter {Poma conuallium humilitatis, Flores vineæ virginitatis & puritatis, Mala punica suæ purpureæ charitatis.

Et si vis, notabis, quod iste descendit

Sicut {Lux ad illuminandum tenebras erroris, Ros ad temperandum latebras ardoris, Medicus ad liberandum grauamen doloris, Amicus ad visitandum populum languoris.

¶ Descendit dico sicut lux ad erroris tenebras ad illustrandum. Vnde in Ps. 17. *Inclinauit cælos & descendit, & caligo sub pedibus eius.* Item descendit sicut ros ad ardoris incendia temperanda. vnde Dan. 3. *Descendit Angelus Domini in fornacem, & fecit medium fornacis, quasi ventum roris flantem.* Item descendit sicut medicus ad doloris periculum auferendum atque curandum Ps. 143. *Domine inclina cælos tuos, & descende, tange montes & fumigabunt.* Item descendit sicut amicus ad languidum populum visitandum. Vnde Es. 64. *Vtinam dirumperes cælos & descenderes, à facie tua montes defluerent, &c.* Sic igitur dico, quod Christus descendit carnem sumpturus in matris lilio.

¶ Secundo dico, quod ipse descendit habitaturus in cordis folio, seu hospitio. Christus enim quotidie in cor humanum per gratiam descendit, & ipsum ad bonum incitat & accendit. O
Descendit enim ibi sicut panis satiatiuus omnis egestatis, sicut fluuius irrigatiuus omnis siccitatis sicut ignis, seu sicut sol illuminatiuus omnis obscuritatis, sicut murus sustentatiuus omnis fragilitatis. Est enim iste descensus satiatiuus cordis auidi Ioh. 6. *Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi.* Item est irrigatiuus cordis aridi Ps. 71. *Descendit sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram.* Item est illustratiuus horridi. Vnde iste est sol, *qui descendit per lineas, quibus recesserat in horologio Achaz.* 4. Re. 20. Et breuiter, descensus iste est roboratiuus, seu etiam sustentatiuus cordis stupidi. vnde Exod. 33. *Descendebat columna nubis, & stabat ante ostium tabernaculi fœderis.* Columna enim sustentationem designat. Patet ergo, quod Christus quotidie descendit habitaturus in cordis folio.

¶ Tertio dico, quod ipse descendet iudicaturus in regni solio, & istud erit in extremo iudicio, quando scilic. Christus descendet super montem oliueti iudicaturus orbem. Et procul dubio iste erit P

Descensus {Terroris, Horroris, Valoris.

Ibi enim descendet Christus cunctis terribilis. Vnde Exod. 19. dicitur, *quod totus mons Synai fumabat, eo quod Dominus descendisset super eum in igne, eratque mons totus terribilis, & sonitus buccinæ crescebat & descendit Dominus super montem.* Item descendet malis horribilis, quia sc. ipsos ibi destruet & comburet 4. Reg. 1. *Descendat ignis de cælo & comburat te, & quinquaginta tuos.* Item descendet cunctis mirabilis & insuperabilis, quia ipse est ille Angelus quē vidit Ioh. Apoc. vbi dicit sic: *Vidi, inquit, angelum descendentem de cælo, habentem clauem abyssi, & catenam magnam, & apprehendit draconem, &c.* Sic ergo patet, quod est descensus Christi in regni solio, in cordis hospitio, in matris viscero. Et iste est igitur descensus diuinus, & hoc est secundum principale.

¶ Tertio vero dico, quod est descensus diabolicus. Diabolus enim descendit de cœlo ad terram, quando cecidit superbiendo, nunc etiam quotidie descendit ad nos, quando nos tentat suggerendo atque nocendo. vnde Apocalyps. 12. *Væ terræ & mari, quia descendit diabolus ad vos, habens iram magnam, sciens quo niam modicum tempus habet,* sed non plus de isto. Patet ergo, quod est descensus Q

Humanus,
Diuinus &
Diabolicus.

## Describere.

Nota, quod descriptio sumitur pro declaratione, numeratione, & mensuratione rerum omnium. Describitur enim res, vt intelligatur, vt memoriæ committatur, & eius series clarior videatur. Est igitur descriptio Dei & iusti. A Deo enim omnia sunt descripta, & antequam

antequam fiant ab eo ordinata, Luc. 2. *Exijt edictum a Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis.* Potissime autem describitur ab ipsa anima, vel ecclesia, pro eo quod de eis maxima est sibi cura. Describit enim eos in mente sua per prædestinationem æternam, vel per prouidentiam, & ordinationē quotidianam.
B Et sic loquitur Deus ecclesiæ vel animæ Es. 49. dicens. *In manibus meis descripsi te, & muri tui coram oculis meis sunt semper.* ¶ Iustus etiam facit descriptionem suam. Describit enim & depingit in tabulis cordis sui

Legem diuinam, ne eam obliuiscatur,
Misericordiam, vt eius reminiscatur,
Mundi tentationem, ne per hanc vincatur,
Cœli possessionem, vt eam adipiscatur,
Orbis diminutionem, vt breuis esse noscatur.

Igitur describe tibi in mente tua legem diuinam, vt eam memoreris. Vnde de principe dicitur Deut. 17. *quod postquam sederit in solio suo describet Deuteronomium legis huius.* Item *describe tibi misericordiam, vt per banc honoreris* Prouerb. 3. *Misericordia & veritas non te deserant, describe eas in tabulis cordis tui, & inuenies gratiam coram Deo & hominibus.* Item describe mundi tentationem, ne in hac succumbas. Vnde Ezech. 4. præcipitur, quod *describat sibi ciuitatem Hierusalem, & bostes ab illa in ipsam impugnantem & obsidentem.* Item describe cœli possessionem, vt eam amplexeris. Vnde de Iosue legitur c. 18. quod ipse misit *ad describendum terram promissionis, vt postea diuideretur filiis Israel.* Vnde dicitur ibidem. *Describite terram, & reuertimini.* Item describe mundi regionem & iurisdictionem, vt eam minus appetieris. Vnde illud prædictum Luc. 2. *Exijt edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis.* Nihil plus ad præsens. Vide vbi scribere, liber, ordinare, Prædestinatio, & similia.

A **Deserere. Desertus.** Nota, quod deserere, idem est quod dimittere, & derelinquere. Res enim deserta dicitur, quando nullus de ea curat, sed à cunctis deseritur, derelinquitur & fugitur. Est igitur desertio actiua, & desertio passiua. Actiua est quando quis deserit illud, quod tenebat, & ista, vt communiter, accipitur in malo, quia sic mali solent deserere.

Viam rectam & æquitatem,
Iustitiam & veritatem,
Clementiam & pietatem.

Deserunt, dico, viam rectam, per quam ambulant, scilic. viam mandatorum & legis diuinæ, de quo Deut. 9. *Deseruerunt velociter viam, quam demonstrasti eis.* Econtra de iustis & bonis dicitur in persona Iob, illud Iob 27. *Iustificationem meam, quam cœpi tenere, non deseram & merito. quia pro certo* sicut dicitur Prou. 13. *Egestas & ignominia ei, qui deserit disciplinam.* Item deserunt veritatem, quam prius seruabant Prouerbiorum 28. *Pro buccella panis deserunt veritatem.* Econtra de Tobia dicitur Tob. 2. quod in captiuitate positus, *viam veritatis non deseruit.* Item deserunt pietatem, qua Deo placebant, cum tamen deberent dicere illud Iudic. 9. *Nunquid possum deserere dulcedinem meam?* Iuxta illud Prou. 3. *Misericordia & veritas non te deserant.* Et ista est desertio actiua, quæ semper est mala.

B ¶ Sed adhuc dico, quod est desertio passiua, & ista procul dubio potest significare statum culpæ, statum miseriæ, statum pœnæ. Nam

Desertus {Peccator gratijs orbatus, / Pauper fortuna grauatus, / Damnatus gloria priuatur.}

Et primo quidem dico, quod peccator deseritur & desertum efficitur & desertus. Deseritur enim à Deo, & in manibus diaboli dimittitur, & exponitur quando peccat. Sicut enim res, quæ nihil valet à Domino suo solet deseri, & cuiuis occupāti relinqui, res autem bonæ & vtiles solent summopere custodiri, sic peccator, ex quo Dei gratiam perdidit, ad nihil valet vltra, & ideo à Domino deseritur & derelinquitur. Exemplo etiam terræ vel arboris, quæ tunc sine cultura deseritur, quando fructificare non volt Hierem. 46. *Memphis in solitudinem erit, & deseretur inhabitabilis.* Bonos autem viros fructuosos & vtiles Deus nunquam deserit, sed eos diligit & custodit. Iudith. 13. *Non deserit sperantes in se, quod petens ille dicebat* 2. Macha. 1. *Exaudiat Deus orationes vestras, & reconcilietur vobis, nec vos deserat in tempore malo,* quia peccator est sicut terra deserta,

*Dictum. Bersborg.*

Quæ est sterilis & sine fructibus,
Quæ est arida & sine fontibus,
Quæ est sola & sine gentibus.

Est dico sterilis, carens fructuum vbertate. Nam quia peccator non colitur per pœnitentiam, ideo necesse est, quod non habeat honoris fructus. i. e. bonorum operum & virtutum abundantiam. Vnde de solitudine conquerebantur filij Israel. Num. 2 dicentes Moysi. *Cur induxisti nos in locum istum pessimum, qui seri non potest, nec ficum gignit, & insuper aquas non habet ad bibendum?* quia pro certo peccator dicitur locus pessimus & desertus, vbi non sunt aquæ deuotionis, ficus dulcis compassionis, nec semen gratiæ, seu scientiæ & locutionis Matth. 14. *Desertus est locus hic.* Vnde etiam Exo. 16. dicitur. *Cur induxisti nos in desertum, vt interficeres nos fame?* q. d. Peccator est locus penuriosus & desertus, vbi nullum bonum reperitur, de quo aliena indigentia suppleatur. Vnde lamentando dicebat Es. 1. *Terra vestra deserta, ciuitates vestræ succensæ sunt igni.* Terra nostra corpus est, quæ est deserta, quia non colitur per pœnitentiam. Ciuitates nostræ sunt sensus, qui igne cremati sunt per auaritiam. Peccator igitur desertus & sterilis est, quia caret fructuum vbertate.

C ¶ Secundo desertus est, quia caret fontium voluptate seu humiditate, quia pro certo peccator dicitur secundum Psalmist. *Terra deserta inuia & inaquosa.* Ibi enim deficit fons lachrymarum, qui purificat, fons deuotionis, qui lætificat, fons doctrinæ, qui satiat, atque fons gratiæ, qui salutificat, ideo Esa. 15. dicitur. *Aquæ Nemrim desertæ erunt.* Aduerte tamen, quod aquæ amaræ bene inueniuntur in desertis, sicut de Alexādro magno legitur, quod ipse fluuium quendam inuenit amariorem omni helleboro, sicut etiam de filijs Israel legitur Ex. 15. *quod ipsi in Marath inuenerunt aquam amaram, quam bibere non valebant.* Sic vere dico quod peccatores carent fontibus aquarum dulcium supradictis. Abundant tamen fontibus amaris diuersorum vitiorum, scilicet fonte luxuriæ, gulæ, auaritiæ, qui pro certo amari dicuntur, quia qui his potati fuerint, ad inferni amaritudinem deducentur. vnde Hieremias 2. *vocat desertum terram inhabitabilem & inuiam, terram sitis, & imaginem mortis.* Caret ergo peccator fontium voluptate.

D ¶ Tertio caret gentium charitate, Locus enim desertus dicitur quando à nemine inhabitatur. Sic peccator merito potest dici desertus, quia Deus per gratiam ipsum non habitat, Angelus per amicitiam ipsum nō visitat, iustus per charitatem ipsum non frequentat, pauper ad ipsius pietatem sæpe non clamitat Ps. 68. *Fiat habitatio eorum deserta, & in tabernaculis eorum non sit qui habitet.* Peccator igitur dicitur desertus, & etiam status peccati dici potest desertum. Vnde de peccatore dicitur Ier. 4. *Aspexi & ecce Carmelus desertus erat.* De statu vero peccati dicit Dominus Numer. 27. *Offendistis me in deserto Sin in contradictione multitudinis.* Vide infra vbi desertum comparatur mundo. Patet ergo, quod peccator deseritur cum gratijs orbatur.

E ¶ Secundo dico principaliter, quod desertor pauper, cum fortuna grauatur. Pauper enim & paupertatis status comparantur deserto, quoties enim ipsos fortuna deserit, omnes alij deserunt eos. Et ideo tales desertum seu deserti merito nuncupantur. Vnde Hier. 6. *Desolabuntur ciuitates sine habitatore, & domus sine homine, & terra relinquetur deserta.* Quia breuiter illi, qui ad desertum paupertatis deducuntur, statim ab omnibus relinquuntur, & etiam à proprijs amicis & parentibus deseruntur. Et aduerte, quod tria genera personarum deducuntur hodie ad desertum, videlicet

Status {Principum sæcularium, / Clericorum & regularium, / Hypocritarum singularium.}

¶ De principibus sæcularibus patet, quod ipsos quandoque fortuna detrahat ad desertum. Isti enim quandoque ad miserrimam fortunam deueniunt. Vnde Dominus superbiæ talium minatur Ezech. 35. dicens: *Ecce ego ad te mons Seir, & extendam manum meam super te, & dabo te desolatum atque desertum, vrbes tuas demoliar, & tu desertum eris.* Exempl. habes de Dionysio tyranno, & alijs. Isti potissime in morte deseruntur, quia tunc substitutis alijs de eis non curatur. Exempl. habes de morte magnorum.

¶ De personis etiam ecclesiasticis, & regularibus patet, quia hodie isti deserunt, & destituuntur, & bonis spiritualib. & temporalib. desolantur. Vnde de montib. Israel, i. de viris ecclesiasticis dicitur Ezech. 35. & loquitur in persona dæmonum & tyrannorum. *Montes Israel deserti, nobis dati sunt ad deuorandum.* Vnde

 etiam

etiam de ipsa Ecclesia nunc spiritualiter & temporaliter desolata dicitur 1. Mach. 4. *Viderũt sanctificationem desertam, & altare prophanatum, portas exustas, & in atriis virgulta nata sicut in saltibus.* Sanctificatio enim est ecclesia, altare sunt religiosi, portæ sunt prælati, atria sunt subditi & clerici. Et tamen proh dolor omnia hodie sunt deserta, & à sua primaria conditione destituta, & temporaliter & spiritualiter desolata. *Ignis enim consumpsit speciosa deserti, &c.* Ioel. 2. Vide inf. titt. seq. & vide de deserto mundi, & applica ad ecclesiam modernam per modum infectionis.

¶ De hypocritis vero singularib. qui etiam deserti sunt ab omni bono, qui deserto comparari possunt, pro eo, scil. quia per abstinentiam suam sicci & steriles sunt, & tamen fructu bonorum operum omnino carent, potest dici illud Aggæi. 1. *Domus mea deserta est*, q. d. illi, qui videntur esse domus mea per sanctitatem, deserti sunt per bonorum operum paucitatem & sterilitatem. Vnde etiam isti sunt vulpes falsitatis, de quibus quasi ad prophetas insipientes, qui sequuntur sensum suum, dicitur Ezech. 13. *Quasi vulpes in deserto prophetæ tui Israel erant.* Sicut enim dicit Solin. in desertis Africæ prope Atlantem montem apparent de nocte imagines, videntur lumina, audiuntur tympana, & mirabilia esse videntur, si tamen quis prope accesserit, nihil inuenit & exinde, vt ait, Panum & Ægypanum incepit opinio. Crediti sunt enim Panes & Ægypanes dij rurales animalibus præsidentes, nunquam nisi quando volunt apparentes, statum suum ignotum agentes, & de nocte plusquam alias se monstrantes. Geruasius etiam dicit, quod in desertis Africæ subito apparent imagines, quasi homines subito apparentes, & subito disparentes. De talibus autem phantasijs feci mentionem in meo reductorio morali in prologo lib. 14. Tales autem videntur esse hypocritæ, qui in deserto Ecclesiæ sunt deserti, quia scil. isti videntur esse & non sunt, apparent & disparent, esse creduntur, & tamen existentes non inueniuntur, quia sc. in ipsis apparent imaginea falsæ apparentiæ, audiuntur voces falsæ eloquentiæ, videntur lumina exemplaris conuersationis fictitiæ, nihil tamen ibi est veritatis seu bonæ existentiæ. Vnde de talibus inconstantib. atq; fictis dictis Ier. 13. *Dissemínabo eos quasi stipulam, quæ vento raptur in deserto.* Patet igitur, quod hodie in multis desertis inueniuntur hypocritæ, singulares, clerici vel regulares, principes etiam seculares. Et ista est desertio fortunæ. Et sic dico, quod deseritur pauper, cum fortuna grauatur.

F ¶ Tertio dico, quod deseritur damnatus cum gloria priuatur. Nullus enim est tam desertus, nec tam in deserto, sicut est, damnatus. Deseritur enim à Deo, Angelis, sanctis, nec non ab omni auxilio, subsidio, consolatione, gaudio & lætitia. Et breuiter de congregatione malorum, qui sunt in inferno potest dici illud 2. Esdr. 2. *Ciuitas ista deserta.* Vnde etiam de illo loco, & habitatoribus eius potest dici illud Es. 24. *Deserta est omnis lætitia, translatum est gaudium terræ, relicta est in vrbe solitudo & calamitas opprimet portas eius.* Et nota si vis, quod infernus cum suis possessoribus sunt deserti

Propter { Ignem voracissimum, — Viget æstibus,
Laborem immensissimum, — Arcet laboribus,
Hostem potentissimum. — Scatet hostibus,
Locum aridissimum, — Caret fontibus,
Gladium acutissimum, — Terret rupibus,
Situm sterilissimum, — Eget fructibus,
Flatum horrendissimum. — Viget flatibus.

In deserto enim inferni est ignis æstuans, qui non extinguitur Esa. 1. *Terra vestra deserta, ciuitates vestræ succensæ sunt igni.* Est labor, qui non minuitur; Desertum enim locus est asper, & laboriosus. vnde Hier. 49. *Per meipsum iuraui dicit Dominus, quod in solitudinem & in desertum, in maledictionem & in opprobrium erit Bosra.* Bosra enim interpretatur angustia vel tribulatio. Ibi est hostis viduans, qui non repellitur. In deserto enim sunt latrones, feræ, & serpentes, sic in inferno dæmones Es. 37. *Vere enim Domine Deus, desertas fecerunt reges Assyriorum terras.* Vnde infernus potest dici Idumæa, quæ interpretatur sanguinea, quia sc. ibi viget crudelitas, quæ nomine sanguinis designatur. vnde Ioel. 3. *Erit Idumæa in desertum perditionis.* Est etiam ibi squalor afficiens, quia sc. turpitudo & horror. Vnde de quolibet damnato potest dici illud Ps. *Inuenit eum in terra deserta, in loco horroris & vastæ solitudinis.* Item est ibi aqua deficiens. In deserto enim inferni deficit aqua, i. e. refrigerium consolationis Ier. 23. *Arefacta sunt arua deserti.* Item ibi est fames conficiens, sterilitas enim omnium bonorum est ibi Ps. 77. *Nunquid poterit Deus parare mensam in deserto?* Item ibi est ventus percutiens. vnde Hier. 4. *Ventus vrens in viis deserti.* Et breuiter siue per desertum intelligatur damnatus, siue etiam infernus, constat, quod ibi sunt multa mala, & multæ miseriç, & tormenta. Vnde comminando potest dici peccatoribus illud Iudic. 8. *Conteram carnes vestras cum spinis tribulisque deserti.* Vnde etiam de ipsis peccatoribus potest dici illud Hier. 51. *Commouebitur terra, & turbabitur quia vigilauit contra Babylonem cogitatio Domini, vt ponat Babylonem desertam & inhabitabilem.* Patet ergo quomodo triplex est desertio vel desertum, scil.

Damnatorum,
Miserorum, &
Peccatorum.

## Desertum.

A Dicitur autem desertum à desero, is, sc. quia locus ab hominib. deseritur, & quia à paucis vel à nemine habitatur. Et est desertum locus siccitatis & sterilitatis, & signat in bono statum pœnitentiæ & religionis Esa. 51. *Ponam deserta eius quasi delitias.* In malo autem signat statum mundanæ conuersationis Sopho. 2. *Quomodo factum est desertum cubile bestiæ:* In peiori vero signat calorem infernalis doloris & afflictionis. Vnde Tob. 8. dicitur, quod *dæmonium Asmodæus nomine, ab angelo suit religatum in deserto superiori.* ¶ Dicam igitur, quod est desertum

Frequentandum,
Deuitandum, &
Formidandum.

B Desertum frequentandum est locus & status præsentiæ & religionis, frequentatur enim quandoq; desertum propter aquas, quæ ibi solent fluere, propter herbas, quę ibi solent florere, propter aues, quæ ibi solent canere. In deserto enim plusquam in alijs inueniuntur ista tria, sc. aquæ fluentes, herbæ florentes, aues canentes. Sic pro certo, charissimi, dico, quod locus & status præsentiæ & religionis debet à nobis merito frequentari. Ibi enim aquæ lacrymarum & deuotionis labuntur, & fluunt. Ibi flores exemplorum & honestæ conuersationis florent, & maturescunt. Ibi aues, i. e. viri spiritualis conditionis & perfectionis modulantur, & canunt. Istud apparuit in beato Ioanne, qui fuit auis spiritualis, qui dicebat Luc. 3. *Ego vox clamantis in deserto.* Et Lucæ capit. primo, dicitur, quod *ipse erat in deserto vsque ad diem ostensionis suæ ad populum.* Et de Christo etiam dicitur Luc. 4. quod *ipse ductus est à Spiritu in desertum, vt tentaretur à diabolo.* Frequentemus igitur istum locum, id est, pœnitentiæ asperitatem, quia sicut dicitur Ioel. 2. *Nolite timere animalia regionis, quia germinauerunt speciosa deserti, lignum protulit fructum suum, ficus & vinea dederunt virtutem suam.* Vnde de triplici actu pœnitentiæ dicitur Es. 35. *Aperta erit lingua mutorum*, ecce confessio, *scissæ sunt aquæ in deserto*, ecce compunctio, *in locis draconum orietur viror myrti, & calami*, ecce conuersio & conuersatio. De isto ergo dicitur in Ps. 64. *Pinguescent speciosa deserti, & exultatione colles accingentur.* Vbi aduerte, quod sicut desertum est

Locus { Gratus ad habitandum,
Ad meditandum,
Ad militandum.

Sic vere dico, quod desertum pœnitentiæ est

Locus ad habitandum gratus, propter floridam conuersationem. (Speciosa inquit.)

Locus ad ambulandum per diuinæ laudis frequentationem. (Exultatione.)

Locus ad militandum per scandalorum resecationem. (Accingentur inquit.)

Curamus igitur ad istud desertum,

Vt { Recreemur ipsius floribus,
Iucundemur diuinis laudibus,
Præliemur cum nostris hostibus.

C Dico ergo primo, quod in isto deserto possumus recreari virtutum floribus, quod ostenditur cum dicitur. *Speciosa deserti.* Per speciosa enim deserti intelligitur amœnitas florum & herbarũ, quæ in locis desertis & incultis solent copiosius inueniri. & per quos quidem flores, & herbas nitor honestæ conuersationis, & abundantia virtutis & gratiarum designatur, quæ proculdubio in isto deserto solent præcipue reperiri. Ibi enim debẽt esse flores rosæ charitatis, flores lilij castitatis, flores violæ humilitatis, flores oliuæ pietatis. Vnde de istis speciositatib. dicitur illud prædictum Ioel. 2. *Germinauerunt speciosa deserti.* Vnde de multiplicib. floribus & plantis huius deserti potest dici illud Esa. 41. *Ponam desertum in stagna aquarũ, dabo in solitudinem cedrum, & spinã & myrtum*

... m, & ligaum alius. Ponam in deserto abietem, & vlmum, & buxum simul. Compara omnia ista vel diuersis virtuosis personis, vel etiam diuersis virtutibus in deserto religionis & pœnitentiæ habitantibus. Sed pro certo hodie plangit illud prophetæ Ioel 1. dicentis sic. *Ad te Domine clamabo, quoniam ignis comedit speciosa deserti, flamma combussit omnia ligna regionis.* Ignis enim (charissimi) signat peccatum auaritiæ, peccatum luxuriæ, peccatum inuidiæ. Ignis auaritiæ vrit mentem, luxuriæ vrit carnem, inuidiæ vrit vitam quæ. *Iste enim est ignis vsque ad consummationem deuorans.* Iob 31. Ignis igitur iste hodie consumpsit speciosa deserti, id est, virtutes status pœnitentiæ & religionis. Ignis luxuriæ deuorat lilium castitatis, ignis vero inuidiæ consumit rosam & feruorem amoris charitatis. Nam pro certo (charissimi) sicut in desertis naturalibus habitant quandoque animalia ignem spirantia & producentia, sicut sunt dracones. & sicut erant illi serpentes, de quibus dicitur Deut. 8. *quod in deserto erat Dypsas & serpens flatu vrens,* sic vere in deserto status pœnitentiæ, sc. in religione sunt hodie multi dracones sitibundi per auaritiam, & multi flatu verborum vrentes per detractionem & inuidiam Malach. 1. *Posui montem Seir in solitudinem & hæreditatem eius in dracones deserti.* Isti enim nituntur comburere, & corrodere flatu detractionum suarum prælatos & superiores, socios & mediocres, subditos & inferiores. Et ideo isti figurati erant in ipsis filijs Israel qui quamuis erepti à Pharaonis imperio ad desertū introissent, & quamuis pericula inimicorum euasissent, quamuis et iam pane cœli nutriti fuissent, in deserto tamen suis exigentibus demeritis, pro maiori parte igne consumpti sunt, & plagis varijs interempti, sicut patet Num. 17. & in alijs multis locis. Sic vere multi sunt religiosi, qui quamuis de dominio Pharaonis diaboli, ad desertum pœnitentiæ transierunt, quamuis mundi pericula euaserint, quamuis pane de cœlo, i. cœli doctrina & scriptura nutriti fuerint, igne tamen detractionis & inuidiæ in deserto religionis taliter inflammantur, quod quasi omnes eius incendio deuastantur. [Ignis ergo comedit speciosa deserti.] Vnde de isto igne potest intelligi illud Eccl. 43. *Deuorabit montes, & exuret desertum & extinguet omne viride.* Nun sic ergo, sed in deserto pœnitentiæ recreemur virtutum floribus.

¶ Secundo dico, quod in isto deserto debemus esse, vt modulemur diuinis laudibus. (Exultatione inquit.) Aues enim in deserto solent secretius habitare, & dulcius modulari. Ad denotādum, quod si volumus esse in secreto mentis per contemplationem, & perfecte modulari, per gratiarū actionem & per diuinæ laudis frequentationem, necesse est, quod ad desertum pœnitentiæ fugiamus, & quod à turbis mundanorum secedamus & à tumultu, exemplo beati Ioannis, qui fugiens ad arida deserti, modulabatur, & clamabat, *agite pœnitentiam,* &c. Luc. 4. Aues enim quæ sunt mundæ vitæ, & quæ melodiose cantant solent frequentare desertum, quia sc. ibi inueniuntur herbarum grana, vnde recipiunt victum suum. Aues vero, quæ sunt immundæ vitæ, & quæ horribiliter cantant, sicut sunt cornices & corui, non cantant in deserto, & hoc quia carnibus, & cadaueribus nutriuntur, quæ vt communiter, in deserto non inueniuntur. Sic proculdubio viri spirituales & mundi diligunt desertum pœnitentiæ, vbi granis sacræ Scripturæ pascuntur, & vbi per deuotionem, orationem, & laudem Deo dulciter modulantur. Sed pro certo aues immundæ, corui nigri, & peccatores, qui carnibus deliciarum & immunditijs nutriuntur, qui Deo non modulantur, sed horribiliter contra Deum & proximum clamant & garrulant, isti dico nunquam volunt desertum pœnitentiæ frequentare, scientes, quod cadauera delitiarum ibidem non habentur. Iste ergo locus debet frequentari vt iucundemur diuinis laudibus Es. 52. *Gaudete & laudate simul deserta Hierusalem,* quod ostenditur cum dicitur *Exultatione:* & in Ps. 149. *Exultationes Dei in gutture eorum* Es. 54. *Lauda sterilis, quæ non parturis, quia multi filij desertæ magis quam eius, quæ habet virum,* i. e. multo plus sunt bona opera continentium, quam coniugatorum.

¶ Tertio dico, quod frequentare debemus desertum pœnitentiæ, ne superemur à nostris hostibus. (Accingentur) Accingi enim signat armari contra hostes. Desertum enim est locus valde aptus, vt ibi ad militandum contra hostes accingamur. Locus enim est latus, vbi sunt multa diuerticula, quod valet ad ictus hostium declinandum. Locus etiam est desertus, vbi sunt multa adminicula, quod valet ad potestatem hostium subtrahendam. Talis ergo locus est status pœnitentiæ, ibi enim tutum est militare contra vitia, quia scilicet ibi multa sunt diuerticula, multæ viæ, multa subterfugia, per quæ potest homo hostium malitias declinare. Ideo dicebat Dauid. *Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine.* Item ibi non sunt offendicula mundi delectabilium, quæ hominibus sunt causa ruinæ. Item ibi non sunt occasiones & adminicula vitiorum, quæ sunt hostium contra nos instrumenta seu machinæ. Istis igitur rationibus tutum est ibi cum diabolo & vitijs inire bellum, exemplo Christi, qui ductus est in desertum contra diabolum præliaturus & ab eo tentandus Matth. 4. Accingentur ergo in desertum pœnitentiæ ad pugnandum, & contra vitia armabuntur, Num. 10. *In nostris quibus locis per desertum castra ponere debemus.* (Accingentur inquit.) Vnde Hier. 4. *Accingite vos ciliciis, & plangite* Sequitur. *Ventum vrens in vijs, quæ sunt in deserto,* 1. Mach. 3. *Accingimini filij potentes, & estote parati.* Patet ergo, quod istud desertum est frequentandum, vt contra vitia præliemur, vt ibi laudibus iucundemur, vt virtutum floribus recreemur. Ibi enim vt dictum est, est locus amœnus ad recreandum, est locus quietus ad modulandum, est locus paratus ad militandum. *Pinguescent ergo speciosa deserti, & exultatione colles accingentur.*

¶ Et si vis, nota de isto deserto scilicet de Ecclesia, vel religione quod frequentandum est multiplici ratione, scilicet quia est F

Locus
- Lætitiæ & exultationis;
- Iustitiæ & iurisdictionis,
- Clementiæ & recreationis;
- Scientiæ & contemplationis,
- Complacentiæ & delectationis;
- Pœnitentiæ & macerationis,
- Eloquentiæ & prædicationis,
- Diuinæ reuerentiæ & immolationis,
- Amicitiæ & congregationis,
- Confidentiæ & tutæ habitationis.

Est, dico, locus exultationis & lætitiæ. Vnde illud Es. 35. *Lætabitur deserta & inuia.* Item est locus iurisdictionis & iustitiæ 1. Mac. 2. *Descenderunt multi ad eum quærentes iudicium & iustitiam in deserto.* Item locus recreationis, scilicet, pauperum & clementiæ Psalm. 77. *Nunquid poterit parare mensam in deserto, nunquid & panem poterit dare.* Item locus contemplationis & scientiæ Psalm. 62. *In terra deserta, inuia, & inaquosa sic in sancto apparui tibi, vt viderem virtutem tuam, & gloriam tuam.* Item locus delectationis & complacentiæ Esa. 51. *Ponam desertum quasi delitias.* Item locus macerationis & pœnitentiæ. Vnde de Ioanne Baptista dicitur Matth. 3. quod *ipse erat in deserto prædicans baptismum pœnitentiæ.* Item locus prædicationis & eloquentiæ Esa. 40. *Vox clamantis in deserto, parate viam Domini.* Item locus est immolationis & diuinæ reuerentiæ. Ibi enim immolat Deo homo seipsum Exod. 5. *Dimitte populum meum, vt sacrificet mihi in deserto.* Item est locus congregationis & amicitiæ, quia sc. ibi habitant boni viri 1. Reg. 23. *Dauid & viri eius erant in deserto.*

Item est locus habitationis & securæ confidentiæ 1. Reg. 23. *Morabatur Dauid in deserto in locis firmissimis.* Sic igitur accipitur desertum in bonū, & pro statu pœnitentiæ virtuosæ.

¶ Sed adhuc dico, quod quandoque desertum sumitur pro statu huius seculi vitioso. Mundus enim iste deserto comparatur pluribus rationibus. Desertum enim, vt communiter. G

Est locus
- Insidiarum & deceptionis,
- Molestiarum & afflictionis,
- Penuriarum & defectionis.

In deserto enim aues, & animalia capiuntur, serpentes & reptilia commorantur, fructus, & victualia non habentur. Fugiatur ergo istud desertum, quia locus est insidiarum & deceptionis. Ibi enim vt communiter morātur latrones ad insidiandum, venatores & aucupes ad animalia capiendum, sicut patet. quia secund. Physiologum, elephas in deserto decipitur cantu puellarum, rhinoceros in deserto decipitur & capitur specie virginis, qui gremium sibi tendit, sicut superius in locis pluribus iam est dictum. Sic vere (charissimi) desertum huiusmodi locus est insidiarum. Ibi enim latrones, aucupes & venatores infernales, ad captandum animas insidiantur. Et ideo elephantes, qui sunt animalia maxima, rhinocerotes, qui sunt animalia fortissima, id est, viri iusti magni, & perfecti ibidem diuersimode capiuntur. Quidam enim decipiuntur per duas puellas, scilic.

per diabolum & per mundum, & hoc quia diabolus cantat cantilenam superbiæ, mundus vero cantilenam auaritiæ, virgo vero, i. e. natura mulieris aperit sinum luxuriæ, & sic in isto deserto diuersi diuersimode attrahuntur, & in peccati laqueis inuoluuntur. Locus est insidiarum & deceptionis, ibi enim insidiantur mali bonis, & mali malis. Threnor. 4. *In deserto insidiati sunt nobis.*

¶ Secundo dico, quod hic est locus molestiarum & vexationis, in deserto enim solent habitare animalia & reptilia venenosa & crudelia, propter quæ molestum est ibi transire. Sic vere in mundo isto inueniuntur multa genera peccatorum, qui multa bonis inferunt nocumenta. Et potissime videtur, quod secundum scripturam in deserto habitant tria genera bestiarum, scil.

Onagri, qui sunt animalia magnæ vagabilitatis,
Struthiones, quæ sunt animalia magnæ crudelitatis,
Vulpes, quæ sunt animalia magnæ fallacitatis.

Habitant igitur ibi Onagri pleni vagabilitatis, Onager enim est animal indomabile, quod societatem humanam valde fugit, nulli enim iugo subijcitur, sed in deserto continue diuagatur, vbi sæpe à leonibus deuoratur. Isti ergo significant superbos & obstinatos, qui per sæculum nulli iugo disciplinæ se subijciunt, nec alicui superiori, vt deberent, obediunt. Isti enim societatem hominum, i. e. virorum rationabilium fugiunt. Quia sicut dicitur Iob 39. *Quis dimisit Onagrum liberum, & vincula eius quis soluit? cui dedi in deserto locum.* Ista potissime possunt dici de apostatis, qui fracto iugo religionis, ad libertatem reduci cupientes, per desertum huius sæculi diuagantur, sicut de dæmoniaco dicitur Matth. 5. quoniam *nullus poterat eum ligare, imo sæpe ligatus fuerat, sed ruptis vinculis agitabatur à dæmonio in deserto.* Et ideo tales quádo sic vagantes inueniuntur, à leonib. i. à dæmonib. morte æterna damnantur, quia sicut dicitur Eccl. 13. *Venatio leonis Onager in eremo.* Sunt ergo in hoc deserto Onagri sine stabilitate.

H ¶ Secundo dico, quod ibi sunt struthiones plenæ crudelitate. Struthio enim crudelis dicitur, quia contra proprios filios induratur Iob 39. *Induratur ad filios suos quasi non sint sui*, & si quoldá auaros parcos & tenaces, qui tam suis quam alienis significant negant crudeliter subuenire. Thren. 4. *Filia populi mei crudelis sicut struthio in deserto.*

¶ Tertio dico, quod sunt vulpes plenæ fallacitatis. Isti potissime sunt aduocati inter sæculares, hypocritæ inter regulares. De quibus dicitur Ezech. 13. *quasi ad prophetas insipientes, qui sequuntur spiritum suum.* Quasi vulpes in deserto prophetæ tui Israel erant. Ab istis igitur animalibus inferuntur hodie bonis multæ molestiæ in deserto huius mundi, & propter hoc dicitur locus molestiarum & turbationis.

I ¶ Sed quarto dico, quod iste est locus penuriarum & defectionis. In deserto enim est sterilitas omnis boni temporalis, sic in mundo, spiritualis. Matth. 14. *Desertus est locus hic.* istis ergo rationibus debet desertum huius mundi relinqui, nec à nobis debet per affectum frequentari. Sumitur ergo desertum, pro statu sæculi vitioso.

K ¶ Sed adhuc dico tertio principaliter, quod quandoque sumitur pro loco inferni doloroso. Ideo peccatori dicitur Ezech. 29. *Proijciam te in desertum.* Desertum enim est locus, qui vt communiter

Caret fructibus,
Squalet æstibus,
Viget vepribus,
Scatet serpentibus,
Abundat hostibus, &c.

Pone sicut supra in tit. deserere.

A **Desiderare. Desiderium.** Desiderium idē est quod feruens appetitus, seu feruens affectio cordialis, & est desiderium aliquoties vitiosum, aliquoties virtuosum. Vitiosum enim desiderium, quod desiderantur.

Delitiæ carnales,
Eminentiæ superiales,
Diuitiæ temporales.

Prouerb. 21. *Anima impij desiderabit malum.* Mich. 7. *Immaturas ficus desiderauit anima mea.* Virtuosum enim desiderium est quando desiderantur illa, quæ sunt vtilia & honesta. Illa dico, quæ sunt nobis proficientia, proximo vero necessaria non nocentia, Deo placentia & acceptabilia. Ista desiderabat Dauid in Psalm. 118. dicens. *Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore.* Omnia enim desiderant naturaliter

Attingere suum terminum,
Peruenire ad suum centrum,
Coniungi cum suo principio,
Quiescere in suo loco.

Et inde est quod corpora leuia sicut est ignis & aer semper desiderant ferri sursum, vt scil. est

Suum principium,
Suum centrum,
Suus locus,
Suus terminus,
Sua regio,
Sua complexio.

Sic pro certo (charissimi) nos debemus desiderare & optare, vt sursum ad bona spiritualia proueharnur, vt Deo, qui est principium omnis creaturæ, per amoris incendium coniungamur, vt in loco nostro Paradisi perenniter quiescamus, vt ad centrum immobilis ciuitatis fœliciter attingamus. Sic desiderabat propheta dicens: *Sicut desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus.* Vbi ostenditur, quod nos debemus desiderare Deum & bona æterna, vt quid

Commotiuum nostræ tarditatis. (*Sicut ceruus.*)
Mundatiuum nostræ fœditatis. (Desiderat ad fontem aquarum.)
Contentiuum omnis bonitatis. (Ita desiderat anima mea ad te Deus.)

¶ Vel si vis, diuide aliter, & dic, quod desiderium nostrum debet esse B

Velox sine tarditate. (*Ceruus*)
Purum sine fœditate (fontes aquarum)
Sanctum sine vanitate. (ad te Deus.)

Dico ergo, quod desiderare debemus celeriter & feruenter, & hoc hortatur quando dicit, quod nos debemus desiderare, scil. Deum & bona æterna, sicut ceruus. Ceruus enim animal est velocissimu, & ideo per velocitatem cursus cerui, celeritas, & feruor desiderij nostri ad Deum potest congrue designari. Ideo dicit sponsa Cant. 8. *Fuge dilecte mi, & assimulare capreæ, hinnuloque ceruorum super montes Bethel.* Nos enim debemus assimilari capræ per simplicitatem, hinnulo ceruorum per ferventis desiderij celeritatem, & esse super montes Bethel, i. paradisi contemplationis sublimitatem. Desiderium autem cerui est potissimum, quando est calefactus & à canibus insecutus, vt inueniat fontem. Non n. consueuit sistere in riuulo, sciens, quod ibi ad plenū non possit recreari, sed currit vsq; ad fontem, vbi perfecte recreatur, & refrigeratur. Sic vere desiderium nostrum non debet esse ad riuulum mundi bonorum, imo debemus celeriter recurrere per bona opera ad fontem paradisi, vbi perfecte poterimus recreari. In temporalib. enim non potest esse perfecta recreatio, sed in æternis, & ideo in illis non est sistendū. Vnde in Ps. *Perfecit pedes meos tanquam ceruorum & super excelsa statuens me.* Et Es. 35. dicitur: *Tunc saliet sicut ceruus claudus, &c.* q. d. Nos debemus esse sicut cerui, qui per feruens desideriū ad bona æterna cito, & feruenter debemus currere & saltare. Vnde Ier. 2. dicit. *Cursor leuis explicans vias suas, onager assuetus in solitudine, in desiderio animæ suæ attraxit ventū.* Desideremus igitur Deum & bona spiritualia celeriter atq; feruenter. Quia sicut Prou. 13. *Desiderium si compleatur, delectat animam.*

¶ Secundo dico, quod ipsi debemus desiderare sinceriter atq; innocenter. Desiderium n. nostrum debet esse purum, quia sc. non debemus appetere turpia & immunda, sicut porcus qui nō desiderat nisi lutum. Ro. 13. *Curam carnis ne feceritis in desiderijs, sed pura atque munda*, q ostenditur cum dicitur: (Fontes aquarum.) C
Fontes enim aquarum denotant totoram puritatis, munditiæ & affectionis, quia sicut dicit. Prou. 11. *Desiderium iustorum omne bonum est.* Vnde de ista puritate potest dici illud 2. Reg. 23. *Dauid desiderauit aquam de cisterna, quæ est in Bethlehem.* In hoc debemus esse similes asino, de quo dicit Plin. quod licet multū sitiat, raro tamen vult bibere nisi ad fontes assuetos & claros. Vide de Onagro, qui est asinus syluestris, quanquá multum sitiat, nunquam tamen vult bibere aquam turbidam, imo expectat quousq; inueniat claram. Vnde illud Ps. *Expectabunt onagri in siti sua.* In quo proculdubio instruimur, quod sitis & ardor desiderij nostri nūquam debet appetere aquas turbidas voluptatis, sed aquas claras & mundas gratiarum & virtutum, quod vtiq; est contra peccatores fœtidos & immundos, qui magis desiderant

Aquam

Aquam turbidam, quam limpidam,
Temporalia, quam æterna,
Carnis voluptatem, quam munditiæ sanctitatem.

Isti sunt similes illis, qui nascuntur in constellatione Saturni, qui naturaliter desiderant vestimenta immunda, animalia immunda tangere, & in locis immundis habitare, sicut dicunt Astrologi. Sic vere mundi peccatores immunditias diligunt & frequentant. Isti enim diligunt immunditiam vestimentorum, id est, bonorum temporalium & immunda animalia, i.e. mulieres viles, &c. Vnde Rom. 1. *Tradidit eos in desideria cordis eorum, & immunditiam.* Ephes. 2. *Conuersati fuimus in desiderio carnis nostræ.* Non sic ergo, sed habeamus desideria pura & munda, & desideremus sinceriter atque innocenter.

D ¶ Tertio dico, quod desiderare debemus sagaciter atq; prudenter, quia s. desideria nostra debent ordinari ad te Deus tanquam ad finem & terminum omnium bonorum cumpletiuũ. Homo cum naturaliter habet vultum sursum & erectum. Apes etiam dormiunt supinæ, versa facie versus cœlum. Ceruus sentiens pruritum in cornibus, ad arborem fricat ipsa. Sic pro certo (charissimi) vultus cordis nostri sursum debet ad Deum & ad bona opera esse per desiderium eleuatus, non ad terram & terrena more pecudum inclinatus. Ad arborem enim, i. e. ad Christum debemus pruritus desideriorum extinguere, & quãdo in bonis temporalib. quiescimus & dormimus, semper debemus faciem cordis nostri sursum ad bona æterna per desiderium supinare, vertere pariter & leuare. *Ad te ergo Deus.* Es. 26. *Anima mea desiderauit te in nocte.* Desiderium omnium animalium est videre pantheram propter pulchritudinem pellis suæ. Et idem secundum Isid. dicitur panthera à pan, quod est omne, eo quod oculos & desiderium omnium ad se trahat. *Omnes etiam homines,* (sicut dicitur in 1. lib. Metaphysicæ) *naturaliter scire desiderant,* omnia etiam imperfecta naturaliter desiderant perfici & compleri, quia igitur in Paradiso est complementum sine diminutione, est scientia sine erroris offuscatione, est pulchritudo sine turpitudinis deformatione, ideo locum istum desiderare debemus, quia ibi est omnium bonorum complementum alliciens, quia allicit affectum, ibi est scientia perficiens intellectum, ibi est pulchritudo alliciens aspectum. Pulchritudo enim ipsius pantheræ, i. e. ipsius Dei tanta est, quod omnes eius aspectu desiderant recreari. Vnde Eccl. 40. *Gratiam & speciem desiderabit oculus.* Et 1. Pet. 1. dicitur, quod *Deus est in quem desiderant Angeli prospicere.* Scientia etiam ipsius est tanta, quod omnes eius visione desiderant informari. Vnde 2. Paralip. 9. *Omnes gentes desiderabant videre faciem Salomonis, & audire sapientiam eius.* Complementum etiam suæ bonitatis tantum est, quod omnes sua gloria desiderant satiari. Vnde Prouerb. 13. *Desiderium si impleatur, delectat animam.* Deum igitur & bona æterna desideremus, non similes illis, qui abhorrentes cibari manna, apud terram promissionis, flagrauerunt desiderio carnium. Nu. 11. propter quod multa millia perierunt, sed simus sicut Apostolus, (Phil. 1.) qui *desiderium habebat dissolui, & esse cum Christo.* Sit igitur desiderium nostrum

Sagax & sanctum sine prauitate,
Purum & mundum sine fœditate,
Velox & citum sine tarditate.

E Et hoc de desiderio sufficit. ¶ Sed si volumus prosequi latius materiam istam, possumus notare, quod secundum naturam desiderabilium possumus distinguere naturam desideriorum. Cum igitur res, quæ desiderantur sint in triplici differẽtia, quia aut sc. sunt spirituales, aut sunt temporales, aut sunt æternales, notabo, quod tria sunt genera desideriorum, sc. perfectorum, qui desiderant spiritualia, iniquorum, qui desiderant temporalia, beatorum, qui desiderant æternalia. Primum desiderium ad bonum terminatur, quia sicut dicitur Prou. 11. *Desiderium iustorum omne bonum est.* Secundum desiderium in vanis delectatur. Prouer. 21. *Anima impij desiderat malum.* Tertium desiderium in summo quietatur, sc. in Deo, quo fruitur in Paradiso Prou. 10. *Desiderium suum iustis dabitur.*

¶ Dicamus igitur aliquid de desiderio iustorum, quod sc. habent, dum transigunt vitam istam, omnia enim quæ sunt, videtur habere desiderium inquietum. Cœlestia enim desiderant semper currere, & breuiter, omnis res semper est in desiderio & in motu. Materia enim est in potentia ad formas infinitas, & ideo semper desiderat nouas formas quousq; inueniat aliquam formam ita completam, quod terminari possit ipsius appetitus. Sic vere dicam loquendo spiritualiter, quod reuera mens iustorum semper debet esse in desiderio & in motu, quia sc. semper debet desiderare,

Vt { Currat, & moueatur per bonam affectionem
Pariat per bonam operationem,
Existat per bonam perseuerantiam, & durationem. }

Virtutes enim & bona spiritualia sunt quædam bona desiderabilia, quia sicut dicitur in Ps. 118 *Ista sunt desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum multũ & dulciora super mel & fauũ.* Et ideo iusti talia bona solum desiderant & affectant, & in eis tantummodo se delectant. Et sic ergo notabo, quod boni & iusti desiderant

Bonum operari cum iugi profectu,
Deum imitari toto affectu,
Deum amplexari amoris affectu,
Vera contemplari splendoris aspectu,
Donis inspirari spiritus iniectu,
Crucem venerari doloris obiectu,
Bonis sociari feruoris adiectu,
Iuste conuersari sine defectu,
Sursum honorari omisso despectu,
Vitam prolongari in Dei conspectu.

In istis enim decem debet præcipue volui desiderium viri iusti. Desideret igitur bonum operari. Eccl. 42. *quam desiderabilia sunt opera eius.* Item desideret Deum imitari. Micheæ 7. *Dominum Deum tuum desiderabunt.* Item desideret Deum amplexari, dicens de Deo illud, quod dicit sponsa Cant. 5. *guttur eius suauissimum & totus desiderabilis.* Vnde de deuotione viri iusti dicitur Esa. 53. *Desiderauimus eum virum dolorum, scientem infirmitatem.* Item desideret vera contemplari. Vnde de sapientia, quæ consistit in contemplatione veritatis dicitur Prou. 3. quod *sapientia pretiosior est cunctis operibus, & omnia quæ desiderantur, huic non valent comparari.* Item desideret donis inspirari, dona scilicet Spiritus sancti. Vnde Hier. 14. de onagro dicitur, quod *desiderio animæ suæ attraxit ventum.* Item desideret crucem venerari Cantic. 2. *Sub vmbra illius, quem desiderabam sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo* Item desideret bonis sociari, dicens cum Apostolo Rom. 1. *Desidero enim vos videre, vt aliquid vobis impartiar.* Item desideret iuste conuersari Ps. 118. *Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore.* Item desideret sursum recreari, scilic. in Paradiso cum Deo, dicens illud Philip. 1. *Desiderium habeo dissolui, & esse cum Christo,* & Ps. *Desiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum.* Item desideret vitam prolongari, seu etiam perpetuari. Psalm. 20. *Desiderium animæ eius tribuisti ei Domine,* sequitur. *Vitam petijt à te, & tribuisti ei Domine longitudinem dierum, &c.* Ecce igitur quæ sunt desiderabilia viro iusto. Ista enim desiderant iusti, & tamen à suo desiderio non fraudantur secundum Psal. 77. *Non sunt fraudati à desiderio suo,* sed istud eorum desiderium in omnibus perficitur, & repletur. Psal. 102. *Replet in bonis desiderium tuum, renouabitur vt Aquilæ iuuentus tua.* Patet igitur, quod est vnum desiderium, quod est iustorum, & hoc est primum.

¶ Secundo dico, quod est vnum desiderium, quod est malorum. Infirmi enim desiderant cõtraria & nociua. Porcus enim desiderant stercora, & generaliter animalia immunda. Sic peccatores, qui infirmi sunt & immundi, immunda peccata desiderãt, & in eis plus, quam virtutibus se delectant. Mali enim non cessant desiderare & res immũdas & inutiles affectare, similes mari, q̃ semper est in fluxu & in motu, & maxime in hyeme, nisi forte quando auis illa quæ dicitur Halcyone, nidificat inter vndas, tunc n. per 14. dies, vt dicit Plin. & etiam lib. ter. & ad hoc concordat Ouid. mare cessat à fluctib. & vtaui det spatium fouendi pullos, quietum efficitur & serenum. Quia reuera cor humanum, quod mari spumoso & fluctuoso comparatur, per mala desideria semper mouetur, & fluctib. concupiscentiarum inundium agitatur. Vnde Prou. 21. *Desideria occidunt pigrum, noluerũt enim quicquam manus eius operari, tota die concupiscit & desiderat.* Tunc enim solum quando alta auis Halcyone, i. e. Deus cor humanum per gratiam inhabitat, & ibi moratur & nidificat, pullos bonorum affectuum ibi parturit & generat, tamdiu solum cor humanum per varia desideria non fluctuat, & sanum quietum & stabile perseuerat, statim vero cum ista Halcyone, id est, Christi nidificatio cessat, motus va[rior]um desideriorum, mare cordis agitat, atq; turbat, quia reue[ra] solius Dei præsentia ipsum facit quietum, Dei vero absentia turbulentum.

Et

Et inde est, quod boni, qui secum Deum habent, non desiderant superflua, iuxta illud 1. Thess. 6. *Nullius aliquid desideretis.* Mali vero, qui vtique Deo carent, semper desiderant contraria, & nocius. Micheæ 7. *Immaturas ficus desiderauit anima mea.* Maturæ enim ficus sunt bona spiritualia & æterna. De quibus Hier. 24. Vbi de iusto Calatho comparato dicitur, quod *ficus bonas habebat nimis*, ficus vero immaturæ sunt bona temporalia & terrena, ac etiam illa, quæ ab eis subsequuntur, delectabilia & peccata. De quibus ibidem quantum ad malos dicitur, ficus habebat malas nimis, ita vt comedi non possent. Immaturas ergo ficus, id est, bona commutabilia & terrena, & etiam quælibet vitia desiderant ipsi mali, & ad ea appetenda sunt auidi, atq; prompti. Vnde 1. Timoth. 6. dicitur, quod *mali incidunt in desideria multa inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum.* Ista autem desideria secundum Senec. Epist. 16. vocantur innaturalia, quæ scilicet non habent vbi desinant, quia nullus terminus illis est, cum vtari, naturalia finita sint. Vnde ait in fine epistolæ. *Si longe progresso semper aliquid longius restat, scito illud naturale non esse.* Notabo igitur, quod mali desiderant multa mala, videlicet

Carnalia, quæ inficiunt,
Temporalia, quæ deficiunt,
Sæcularia, quæ non proficiunt.

Desiderant, (dico) delicias carnales. Vnde de malis dicitur 1. Pet. 4. quod *ipsi ambulauerunt in luxuriis, desideriis & violentiis* contra illud 1. Pet. 2. *Abstinete vos à carnalibus desideriis, quæ militant aduersus animam.* Et illud Rom. 13. *Curam carnis ne feceritis in desideriis.* Item desiderant diuitias temporales contra illud Prou. 23. *Non desideres de cibis eius, in quo est panis mendacij. Noli laborare, vt diteris.* Item desiderant eminentias populares. Iob 30. *Abstulit quasi ventus desiderium meum.* Ventus enim signat fauores & dignitates, propter inanis gloriæ vanitatem, quas tamen quidam affectant, iuxta illud prædictum Hier. 2. *In desiderio animæ suæ attraxit ventum.* Tales ergo mali desideratores sunt fatui, quia videlicet per talia vana, carnalia, temporalia & sæcularia desideria mors sequitur sempiterna. Rom. 1. *Exarserunt in desideriis suis, &c.* Sequitur. *Quoniam qui talia agunt, digni sunt morte*: bene ergo docet Apostolus 2. Tim. 2. *Iuuenilia desideria fuge.* Istud est igitur desiderium, quod est malorum.

G ¶ Tertio dico, quod est vnum desiderium, quod est sanctorum, & istud est illud, quo beati in patria delectantur. In illa enim fit delectatio sine desiderio, quia sicut dicitur Prou. 13. *Desiderium si compleatur, animam delectat.* Cum igitur in Paradiso sit summa delectatio, restat, quod ibi est desiderium valde magnum. Istud autem desiderium nihil aliud est quam amor feruentissimus, quo scilicet beati feruntur in Deum, ipso fruentes desiderando, & ipsum desiderantes fruendo & possidendo. Et aduerte, quod istud desiderium quietatur propter plura, videlicet,

Quia
- Videt omnem veritatem,
- Gustat omnem voluptatem,
- Habet altam dignitatem,
- Complet suam voluntatem,
- Tenet longam æternitatem.

¶ Primum desiderium perficitur Deum contemplando. Vnde illud prædictum 2. Para. 9. *Omnis terra desiderabat videre faciem Salomonis, & audire sapientiam eius.* Et pone quomodo regina Saba, i. e. anima veniens & videns, non habebat vltra spiritum præ timore. Tanta enim & tam miranda videntur in illo speculo æterno, quod non mirum si anima videns stupeat, & miretur, dicens illud Prou. 7. *Victimas pro salute deuoui, hodie reddidi vota mea. Idcirco egressa sum in occursum tuum, desiderans te videre & reperi te.*

¶ Secundum desiderium perficitur bona degustando. Vnde illud prædictum Prou. 13. *Desiderium si compleatur, delectat animam.* Psal. 102. *Replet in bonis desiderium tuum.*

¶ Tertium desiderium perficitur alte præsidendo. 3. Reg. 9. *Regnabis super omnia quæ desiderat anima tua.*

¶ Quartum vero desiderium perficitur vota adimplendo. Eccl. 6. *Nihil deest ex omnibus quæ desiderat*, & in Ps. 20. *Desiderium animæ eius tribuisti ei Domine, & voluntate labiorum eius non fraudasti eum*, & iterum Ps. 10. *Desiderium pauperum exaudiuit Dominus*: & Prou. 10. *Desiderium suum iustis dabitur.*

¶ Quintum vero desiderium perficitur in diu viuendo, vel perpetuo perseuerando. Vnde illud prædictum Psal. 102. *Replet in bonis desiderium tuum, renouabitur, vt aquilæ iuuentus tua.* Patet igitur quomodo inuenitur desiderium

Sanctorum & beatorum,
Malorum & iniquorum,
Bonorum & perfectorum.

¶ De desiderabili vero posset notari, quod multa sunt, quæ à iustis debent desiderabilia reputari, videlicet

Scriptura,
Virtutes,
Ecclesia vel religio,
Gloria Paradisi.

¶ De scriptura potest dici illud Prouerbior. 8. *Preciosior est sapientia cunctis opibus & omne desiderabile ei non potest comparari.* De virtutib. dicitur à Deo ipsi animæ virtuosæ illud Esa. 54. *Sternam per ordinem lapides tuos, fundabo te in Saphiris, ponam iaspidem propugnacula tua, & omnes portas tuas in lapides sculptos, & omnes terminos tuos in lapides desiderabiles.* Diabolus tamen quandoq; ciuitatē animæ destruit & omnia desiderabilia sua & virtualia secum tollit. Vnde de Hierusalem destructa plangendo dicitur Thren. 1. *Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia eius*, & Oseæ 13. dicitur de diabolo, quod *ipse diripiet thesaurum omnis vasis desiderabilis.* De Ecclesia vero vel religione quomodo antiquitus propter abundantiam virtutum & bonarum personarum fuit delectabilis & desiderabilis, patet, quia propter suam moralem pulchritudinem antiquitus omnes principes, Ecclesiam diligebāt & desiderabant, & eam diuitijs & priuilegijs desiderabilibus ampliabant. Vnde de Dauid Rege legitur 2. Reg. 23. quod *ipsi desiderauit aquam de cisterna, quæ est iuxta portam Bethlehem*, sed reuera hodiernis temporibus ista apud istos iam non desiderabilis, sed potius vilis & vituperabilis. Quod patet, quia ipsam nō honorant, nec ditant, sed potius depauperant & molestant, & bona, quæ prædecessores eorum Ecclesiæ contulerant, secum portant. De quo conquerens Dominus dicit Ioel 3. *Argentum meum & aurum meum tulistis & desiderabilia mea & pulcherrima intulistis in delubra vestra.* Exemplifica quomodo principes quicquid possunt de Ecclesia rapiunt, & delubra sua, i. domos & palatia sua inde replent & ornant, & breuiter illi Ecclesiam Christi desiderabilem solent contemnere. Ps. 105. *Pro nihilo habuerunt terram desiderabilem* (Solent subuertere) Hier. 12. *Dederunt portionem meam desiderabilem in desertum* (Solent diripere) Vnde illud prædictum Thr. 1. *Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia eius.* Et ratio sequitur, *quia vidit gentes ingressas sanctuarium tuum, de quibus præceperas ne intrarent ecclesiam tuam*, q. d. causa, quare desiderabilia sua auferuntur hodie ab Ecclesia, est, quia non habet tales ecclesiasticos sicut solebat, imo pro certo tales habet, de quibus præceptum est ne intrent ecclesiam s. homines peruersos & malos, de quib. etiam ecclesia moderna recordans, potest gemere iuxta illud Thre. 1. *Recordata est Hierusalem omnium desiderabilium suorum, quæ habuerat à diebus antiquis, cum caderet populus eius in manu hostili*, q. d. bene potest dolere Hierusalem, i. e. Ecclesia quando recordatur antiqua desiderabilia & moderna, videlicet hostilia & crudelia. Ista etiam omnia potes applicare ad spiritualia desiderabilia Ecclesiæ, s. ad virtutes, & ad virtuosas personas, quibus etiam ipsam tyranni, i. dæmones priuauerunt, & in solitudinem reduxerunt. De quo lamentando dicitur Es. 32. *Plangite inquit super regione desiderabili, super vinea fertili, super humum populi mei spinæ & vepres ascendent.* De gloria vero æterna, quæ sc. summe desiderabilis est, hoc solum ad præsens dico, quod peccatores iuxta illud prædictum Ps. 105. *Pro nihilo habuerunt terram desiderabilem, &c.* sufficiat ergo de desiderio, desiderabili, & desiderare. Vide de concupiscere, affectione & appetere, &c.

H

## Desinere.

A Nota, quod desinere idem est quod ab opere, vel à duratione cessare. Nota igitur, quod in scriptura inuenitur

Desinere
- Naturæ,
- Gratiæ,
- Culpæ,
- Fortunæ,
- Pœnæ.

Natura desinimus per mortem deficiendo Sap. 5. *Nos statim nati, continuo desinimus esse.* Gratia desinimus à malis resipiscendo. Ps. 36. *Desine ab ira, & derelinque furorem*, & Eccl. 28. *Memento nouissimorum, & desine inimicari.* Culpa desinimus, virtutes obliuiscendo, vel à bonis cessando, & discontinuando, quod tamen non debet esse, quia sc. nullus debet à bono desinere, aut cessare, iuxta illud Hier. 17. Vbi de bona arbore dicitur, quod *aliquādo non desinit facere fructum.* Vnde etiam de perseuerantia in bono dicitur illud

illud Eccl. 24. *Ab initio & ante secula creata sum &c. sq. ad æternum seculum non desinam.* Istud etiam desinet culpæ, qu[illegible] cessat ab [illegible] opere, & virtute. Fortuna definimus[illegible] pr[illegible] cadendo & corruendo. De quo Es. 7. *Desinet Ephraim esse populus.* Pœna sc. æterna desinimus gloriam unquam habendo, quia [illegible] Deus cessat, & desinit influere malis gloriam sempiternam, quã tamen beatis & bonis influit, & donat incessanter, dicens illud Hieremi. 32. *Feriam cum eis pactum sempiternum, & non desinam eis benefacere, &c.* Vide supra de verbo cessare.

A **Desolatio. Desolatus. Desolari.** Nota, quod desolatio accipitur pro tristitia. Et sic notabo, quod inuenitur in scriptura multiplex desolatio, videlicet

Quædam {
Bona virtualis & meritoria,
Mala criminalis & perturbatoria,
Vana temporalis & afflictoria,
Pessima infernalis & damnatoria.

Desolantur enim iusti profunde meditantes, quia sc. iusti, qui profunde cogitant

In {
Grauitate præcedentium peccatorum,
Paucitate meritorum,
Seueritate iudiciorum,
Acerbitate tormentorum,
Prolongatione supernaturalium gaudiorum,

Solent quadam spirituali desolatione tristari, & timore congruo conturbari. Vnde anima sic spiritualiter & virtualiter desolata potest dicere illud Thren. 1. *Posuit me Dominus desolatam, tota die mœrore confectam.* De quo potest etiam intelligi illud, quod dicit dominus Es. 44. *Dico Hierusalem, habitaberis, & ciuitatibus Iudæ, ædificabimini, & deserta eius suscitabo, dico profundo, desolare, & flumina tua arefaciam.* Et illud Hier. 2. *Obstupescite cæli desuper, & portæ eius desolamini vehementer.* ¶ Item desolantur mali de Deo desperantes. Mali enim qui spem suam non posuerunt in Deo, occasione facili desolantur. Vnde de peccatoribus dicit Ps. 72. *Quomodo facti sunt in desolationem, subito defecerunt, perierunt propter iniquitatem suam?* Et Matt. 12. de malis dicitur, quod *omne regnum in seipsum diuisum desolabitur.*

B Res enim dicitur desolata, quando destructis ædificijs bona omnia sunt consumpta. Sic peccator desolatus dicitur, quando spiritualiter destruitur, & bonis spiritualibus spoliatur Ezech. 15. *Dedi terram eorum inuiam, & desolatam.* Item etiam religio & Ecclesia pro eo, quod à suo pristino & spirituali statu est destructa, & virtutibus pro magna parte priuata, dici potest merito desolata. Vnde Ezech. 25. *Euge super sanctuarium meum, quia pollutum est, & super terram Israel, quia desolata est, & super domum Iuda, quia ducti sunt in captiuitatem.*

C ¶ Item desolantur miseri fortunæ succumbentes & ista est propriæ desolatio sc. infortunium vel tribulatio, quia sc. quia consolatione prosperitatis destituitur, & bonis temporalibus spoliatur. Vnde Hier. 18. *Facta est terra nostra in desolationem & sibilum.* Et 24. *Deserta est omnis lætitia, translatum est gaudium terræ.* & Nee. 2. *Hierusalem deserta est.*

D ¶ Item desolantur damnati in inferno lugentes. Illa est enim summa & suprema desolatio, vbi nihil prorsus speratur consolabile. Dan. 9. *Post finem belli statuta desolatio.* Et si vis, nota, quod ibi desolantur.

Illi qui nunc {
Fulgent principali statu,
Sordent in carnali statu,
Carent virtuali actu,
Tument cordiali ductu

Desolabuntur dico finaliter in inferno illi, qui nunc pollent statu principali, sc. mali principes & tyranni, Ezech. 33. *Desolabuntur montes Israel.* Montes enim superbos & tyrannos significant. Item desolabuntur ibi illi, qui nunc sordent in statu carnali, sc. luxuriosi. Vnde de mala muliere dicitur Apoc. 17. *Hi sunt odientes fornicariam, & desolatam facient illam,* & Ezech. 25. *Dabo montem Seir desolatum.* Seir enim interpretatur hircus, significans luxuriosos, fœtidos & immundos. Item desolabuntur ibi illi, qui nunc carent actu virtuali, scil. illi, qui sunt spiritualiter cæci, sc. obstinati & vitijs obtenebrati, vnde de Ægypto, quæ interpretatur tenebræ, dicitur Ioel. 3. *Ægyptus in desolatione erit.* Item desolabuntur ibidem illi, qui nunc tument ductu cordiali, scil. superbi & præsumptuosi. Sap. 4. *Dirumpet illos inflatos & sine voce, & commouebit illos à fundamentis, [de]solabuntur.*

A **Desperatio.** Nota, quod desperatio est vltimũ vitiorum. Istud est enim cui nullũ potest reme[dium] [illegible] adhibe[ri], [illegible] quam diu enim sumus in vita ista, semper debe[mus] viuere in spe veniæ & salutis, cum pro tempore vitæ huius [nunq]uam sit clausa ianua redeunti. Duo enim sunt vitia valde peri[culo]sa, vnum quo perichtantur quandoq; boni, aliud quo [peric]litantur ipsi mali, videlicet, præsumptio de meritis & desperatio de peccatis. Quia boni de meritis præsumentes, faciliter corruunt, mali vero desperantes, sine remedio se subuertunt. Oportet ergo de virtutib. non præsumere, & non de criminibus desperare, quia sc. iustus quandoq; cadit & perit, impius vero quandoq; pœnitet & ipse resurgit. Vnde Aug. lib. de symbolo dicit sic: *Latro agnouit, & Petrus negauit. Caueat ergo bonus ne præsumat per superbiam, malus vero ne desperet per malitiam.*

B ¶ Et breuiter, desperatio fugienda est & timenda, quia

Animam iugulat à bonis euertens,
Crimina cumulat à recto peruertens,
A cælis exulat ad ima diuertens,
Infernis copulat penitus subuertens.

Dico ergo, quod desperatio à bonis euertit animam iugulans. Desperatio enim propriè est animæ totalis euersio, & ipsius spiritualis iugulatio, quia sc. anima per desperationem à virtutib. & à fide euertitur, captiq; ad infernum trahitur, & ibi perpetuo iugulatur. Ponit enim liber de Natur. rer. quod testudo maris sic capitur. Habet enim testam, in qua concluditur præter pedes & caput, cuius testæ leuitas impedit ne in aquam se valeat profundare, imo semper solet superius enatare. Piscator ergo ad eam vadens, ipsam ante omnia inuersat, quæ ea tunc se reuersare non potest, statimq; pedes eius illigantur, & ad littus tracta occiditur. Sic vere facit piscator diabolus, videns enim hominem in testa malæ consuetudinis & duræ obstinationis inclusum, nunquam, sc. in aquam maris, i. in amaritudinem mortis & inferni per considerationem se profundantem, sed sursum in mundi superficie per superbiam libere diuagantem, statim nititur ipsum euertere à fide, & eũ à virtutib. inuersare, sicq; ligans pedib. affectionum, s. eum amplius se reuersare vel ad rectitudinem reducere non posse existimat, miser peccator ad littus inferni trahitur, vbi tormentis varijs occiditur vel grauatur. Quia breuiter, vt dictum est, desperatio est totalis animæ euersio, & ad mortem æternam sine remedio deductio, quis qui semel desperatus fuerit, ad salutem amplius via redibit, dicens illud Hier. 2. *Desperaui, nequaquam faciam,* & Iob. 7. *desperaui, nequaquam vltra iam viuam.* Isti sunt similes rhinoceroti, quæ viua non, aut vix potest capi, statim enim, quod capta est, præ indignatione moritur sicut dicit Solin. Sic multi sunt, quibus non sufficit infortunium captionis, quod hoc est, quod à diabolo per peccata varia capiantur, imo pro certo addere volunt mortem desperationis, quia sc. quando à diabolo vident se diuersis vitijs illigatos, non recurrunt ad pœnitentiæ remedium; sed potius ad desperationis mortem & naufragium. Vnde ipsi videntur dicere illud Hier. 18. *Desperauimus, post cogitationes nostras ibimus.* Et istud est summum periculum, quia sc. ille, qui se posse bonum fieri desperat, nunquam laborat, vt bonus fiat, quia sicut dicit Sen. li. de morib. *Nunquam se mutat, qui se posse mutari desperat.* Patet ergo, quod desperatio à bonis euertit, animam iugulans. Ista est enim laqueus, qui iugulauit Iudam.

¶ Secundo dico, quod desperatio à recto peruertit, crimina cumulans. C
Constat enim quod illi, qui spem futuræ gloriæ non habent, & qui se salutati desperant, ad omnia vitia se adhibent. Solent enim quicquid mali possunt facere, vt saltem in hac vita possint suis malis appetitibus complacere. Nauis enim quando anchora perdita, & amisso gubernaculo subuertitur, tunc verso dorso versus cœlum, tota eius latitudo & capacitas ad mare cõuertitur, & aqua amara repletur. Sic anima quando anchoram spei perdidit, & gubernaculum rationis amisit, & per desperationem subuertitur, statim dorsum obliuionis & contemptus ad cœlum vertit, in quantum de cœlesti gloria desperat penitus & diffidit, faciem vero & latitudinem cordis & affectionũ vertit ad aquam, i. ad fluxum omnium vitiorum, quæ sc. libenter amplectitur, & in quibus penitus se immergit Eph. 4. *Desperantes, semetipsos tradiderunt animi immunditia & auaritia.* Ista ergo à recto peruertit, crimina cumulans.

¶ Tertio dico, quod desperatio ad ima diuertit à cœlis exulans, D
ista est n. durissima ancilla, quæ claudit ianuam Paradisi, vt extra eaulet miser homo. Taxus n. dicitur cum cauda sua villosa foramina cauernæ suæ nunc contra Australẽ, nunc contra Aquilonarem flatum obstruere, ne ventus valeat subintrare. Sic vere peccator,

peccator, qui in caverna cordis sui duo habebat foramina, id est, duas cogitiones, sc. vnam australem, per quam considerabatur fœlicitas paradisi, aliam Aquilonarem per quam considerabatur acerbitas inferni, nolens quod per aliquam istarum flatus Spiritus sancti ad ipsum possit intrare, solet cum sua cauda villosa, i.e. cum sua finali desperatione, & impatientia, ista foramina obstruere, vt sc. nec de cœli gloria, quam amittit, nec de inferni miseria, quam acquirit, de cætero valeat cogitare, vnde Chrysost. lib. de reparatione lapsi, dicit, quod *illas superna civitatis ianuas desperatio claudit, quas tamen spes aperit, & pietas patefacit.* Sic ergo dico, quod ista ad ima diuertit, à cœlis exulans. De quo potest intelligi illud verbum David 1. Re. 27. *Fugiam, &c.* vt desperet Saul cesset q; me quærere. David enim, qui interpretatur vultu desiderabilis, designat Deum, maxime in gloria vultum suum desiderabilem ostendentem, quem tamen homo desperans non quærit, sed ab ipso penitus exulat, & recedit.

E ¶Quarto dico, quod desperatio penitus subvertit, inferius copulans. Ista est enim sicut equus indomitus, qui magistrum suum præcipitat in profundum, & proculdubio periculosum est equitare talem equum. 2. Re. 2. *An ignoras quod periculosa sit desperatio?* Vnde ipsi damnati sunt proprie desperati, quia sc. extra omnem spem veniæ perpetuo sunt puniti. Aqua enim quæ de olla Vulcani feruet, i.e. puteo bullienti, qui est prope Viterbium in Italia, non solum propter sui ardorem omnia iniecta consumit, imo etiam terram, quam tangit riuus ipsius in lapidem commutat & conuertit, sicut dicit Geruasius in lib. de otijs imperialibus: sic vere aqua illa feruentissima pœnæ æternæ, quæ in olla inferni feruet, non solum affligit & lædit, imo lapiditatem & duritiam obstinationis in damnatis peccatorib. introducit. Istam enim pœnam ignis & vermis concomitatur lapideitas duræ & obstinatæ desperationis, ita quod ipsi damnati possunt dicere illud Hier. 15 *Factus est dolor meus perpetuus, & plaga mea desperabilis.* Patet igitur quomodo desperatio inferno copulat, à cœlis exulat, crimina cumulat, animam iugulat. Aduerte tamen si vis, quod desperatio prouenit quandoq; ex imbecillitate & difficultate pœnitendi, quandoq; ex confusione confitendi, quandoq; ex enormitate delicti. Considerat enim homo propriam imbecillitatem, & hostium multiplicitatem, & euadendi seu resurgendi difficultatem, peccati enormitatẽ, & confitendi confusibilitatem, & sic desperans, proponit non recurrere ad diuinam misericordiam & pietatem. Vnde de Dauid legitur, quod cum Saul, id est, diabolus, & viri eius cingerent eum in modum coronæ desperauit posse euadere à facie Saul, &c. Vide in multis locis in hoc opere, sicut tabula dirigit te, & vide de obstinatione.

A **Despicere.** Nota, quod despicere idem est quod vilipendere, contemnere, vel negligere, odire, fugere, abhorrere. Et est differentia inter despicere & contemnere, quia despicere communiter accipitur in malo, vt illud 2. Reg 6. *Despexit eum in corde suo scilicet Michol David, quia ludebat coram arca.* Contemnere, vt communiter, accipitur in bono sicut dicitur contemnere diuitias, contemnere seipsum, & contemnere ab alio contemni. Quia secundum Sen. *Ad honesta contendenti, contemnendus est ipse contemptus.* Et si volumus, possumus notare, quod tria sunt à nobis amore. Dei principaliter contemnenda. Contemnamus ergo

Bonorum proprietates,
Dolorum anxietates,
Honorum varietates,
Primum facit amor paupertatis,
Secundum facit vigor probitatis,
Tertium facit vis humilitatis.

Dico ergo, quod contemni debent mundi diuitiæ, seu facultates. Apes enim in volando eijciunt stercus suum: Columbæ etiam de nidis proprijs eijciũt stercora. Sic pro certo (charissimi) stercora temporalium (quæ ab Apostolo stercora dicuntur) non debemus in nido cordis nostri tenere per affectionem, sed ipsa eijcere & expellere per contemptum & abominationem. Oleum enim tanto est purius, quanto cum terra minus fuerit permixtum. Vinum etiam tanto est clarius, quanto magis est à fæcibus elongatum. Sic homo quanto à terrenis est per contemptum remotior, tanto apud Deum est sanctior, & purior. Idem dicit Chrysost. super Heb. serm. 25. *Contemne diuitias, & eris locuples, gloriam, & eris gloriosus,* quamuis enim diuitias habemus, ipsas tamen contemnere debemus. Non enim nocent ipsas habentibus & contemnentib. sed ipsas habentib. & diligentibus. Iusquiamus enim cibus est passerum, & mors hominum. Et ratio redditur, quia passeres habent strictas venas, ita quod fumus iusquiami non potest penetrare ad cor. Cuius contrarium est in habentib. latas venas. Sic vere (chariss.) licet diuitiæ sunt mortiferæ & venenosæ illis, qui venas conscientię latas habent, eo sc. quod fumus, i.e. affectio diuitiarum vsq; ad cor ascendit, contra illud Ps. *Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere,* passeribus tamen, i. sanctis viris, quorum venæ conscientiæ strictæ sunt, nocere non possunt, quia sc. dato, quod diuitias habeant, fumus tamen, i.e. affectio earum ad cor per auaritiam non ascendit, sed in stomacho, i.e. longe à corde remanet per contemptum. Contemnantur ergo diuitiæ, & non nocebunt, quia sicut dicit Valer. Maxim. li. 4. c. 3. Fabricius aurum Samnitum contempsit & repulit, maiusque auro iudicauit regias opes contemnere. Multi enim sunt, qui contemnunt diuitias verbis & non re, sicut hypocritæ religiosi, qui diuitias verbis addicant, ipsas tamen quando possunt affectu & actu vendicant. Vnde Senec. in Prouerb. *Sunt plurimi, qui multa verbo, non re contemnunt. sed ipsa, quæ palam spernunt, clam furantur.* Hypocritæ enim se fingunt spernere mundi gloriam & diuitias temporales, quas tamen clam non cessant furari, procurare, & vendicare. Non sic ergo, sed spernamus diuitias temporales.

¶Secundo dico, quod contemnere debemus mœstitias corporales, sc. pœnas & miserias huius mundi, sicut fecerunt martyres, qui mortem & tormenta contempserunt, vt post mortẽ vitam & delitias inuenirent. Vnde Chrysost. vbi supra: *Contemne supplicia, & ea superabis, contemne remissionem & quietem & eas tenebis.* Ideo de fortitudine martyrum loquitur Iob 39. in figura equi, & dicit sic: *Contemnit pauorem, nec cedit gladio.* B

¶Tertio dico, quod debemus eminentias contemnere personales, scil. C

Genus,
Pulchritudinem,
Fortitudinem,
Scientiam.

Pauo enim videns deformitatẽ pedem, contemnit totam pulchritudinẽ suam, & ideo tunc solet plumas suas deponere, quas antea erigebat. Sic vere charissimi, si pedem, i.e. finem corporis nostri, sc. mortem conspexerimus, nos ipsos contemnemus, & vilipendemus & plumas nostras, i.e. gratias personales deponemus mentaliter, & in nihilum reputabimus, quia secund. Hier. in prologo Bibliot. in fine: *Facile contemnit omnia, qui se semper cogitat moriturum* Et Sen. epist. 85. dicit: *Facile contemnit omnia, qui ad contemptum sui venit.* Vis ergo omnia habere? Contemne omnia. Et hoc de bono contemptu sufficit.

¶ De malo autem despectu, quia despectus pertinet ad malos, possumus breuiter dicere, quod tria sunt quæ à malis despiciuntur. Despiciunt enim mali D

Iustorum simplicitatem,
Pauperum calamitatem,
Doctorum sagacitatem.

Despiciũt ergo simplicitatem. Vnde Prou. 14. *Ambulans recto itinere & timens Deum, despicitur ab eo, qui infami graditur via.* Item despiciunt calamitatem egentium. Ideo dicitur Prou. 17 *Qui despicit pauperem, exprobrat factori eius.* Item despiciunt sagacitatem prudentium. Prou. 1. *Sapientiam atq; doctrinam stulti despiciunt.*

¶ Sed si vis adhuc de despectione, nota, quod videlicet E

Despectio est triplex { Iusti, Impij, Dei.

Iustus enim despicit inania, impius despicit vtilia, Deus vero despicit sublimia. Igitur sequẽdo Mauriciũ, dico, quod est quædam despectio, quæ est iustorum. Iusti enim despiciunt omnia vana, omnia vitia & vitiosa, omniaq; corruptibilia & ruinosa. Argentum enim viuum videtur refugere, & despicere omnia illa, quib. admiscetur, nisi prius mortificetur & congeletur. Sic vere mens viua sancta & perfecta nulli rei corruptibili se debet per affectionem & reputationem iungere, sed potius omnia refugere & despicere, & ab omnibus abstinere. Soli enim mortificati & congelati, & vita & viuacitate diuinæ gratiæ priuati, rebus corruptibilib. per affectionem miscentur, & eas non despiciunt, sed potius amplexantur. Vnde Sen. epist. 29. vbi loquitur de viro perfecto, dicit, quod *iste ponet se extra fortunæ iurisdictionẽ, quia secunda temperabit, aduersa comminuet, & alijs admiranda despiciet,* sequitur.

k[illegible] tur. *Magni animi est magna contemnere, & mediocria malle quam nimia.* A[illegible] bi et [illegible] d[illegible] Se[illegible], quod *nihil magnum nisi animum magna despicientem* [illegible] ico, [illegible] a quæ ab alijs reputantur magna Iustus [illegible] o[illegible] p[illegible] e sum, despicit mundum, despicit diabolum. Isti enim [illegible] t hostes n[illegible] æ, s. propria caro, diabolus, & mũdus, qu[illegible] a[illegible] en à iusto d[illegible] spiciuntur & cum Dei adiutorio superantur [illegible] 7. *Dominus [illegible] adiutor, & ego despiciam inimicos meos.* Ista est ergo despectio iustorum.

¶ S[illegible] cu[illegible] d[illegible] dico qu[illegible] [illegible] despectio malorum. Mali enim sol[illegible] ti o[illegible] bon[illegible] & [illegible] tilia d[illegible] icere Bonas enim & prudentes person[illegible] n[illegible] vi[illegible] pend[illegible] & horrere. Despiciunt enim bonus, quia isti su[illegible] t, qui d[illegible] [illegible] ant.

[illegible] m & ei[illegible] s a[illegible] era,
I[illegible] um & eius [illegible] ta,
An[illegible] un[illegible] [illegible] ta,
Prælatum & [illegible] s verbera,
Parentem [illegible] vbera,
Pœnit[illegible] & [illegible] us aspeca,
Mort[illegible] & [illegible] us funera,
P[illegible] & [illegible] us onera,
[illegible] & [illegible] s verba supera.

Mali er[illegible] [illegible] desp[illegible] e Dei maiestatem. Vnde ipse dicit illud Iob 19 [illegible] *autem despiciebant me, & cum ab eis recessissem detrahebant* [illegible] *L[illegible] ges meas despexerũt.* Et 2. Reg. 12. dicitur q[illegible] e[illegible] ado dixit Dominus Dauid postquam occidisset Vriã: N[illegible] qu[illegible] *gladius de domo tua, eo quod despexeris me.* Vnde etia[illegible] t[illegible] l[illegible], qui Dei mandata & consilia despiciunt, dicit ipse [illegible] minu[illegible] ll[illegible] Pr[illegible] *despexistis* (inquit) *omne consilium meũ, & increpationes meas neglexistis, ego autem in interitu vestro ridebo, &c.* Item m[illegible] d[illegible] spiciunt [illegible] bonitatem. Sicut enim dicitur Prou. 14. *Am[illegible] ans recta timere, & timens Deum, despicitur ab eo, qui infami graditur via.* Contra i[illegible] u l[illegible] lef. 10. *Noli despicere hominem iustum pauperem, & noli magnificare hominem peccatorem diuitem.* Item isti despi[illegible] int[illegible] u[illegible] n, & [illegible] us [illegible] ritatem. Contra illud Prou. 14. *Qui despicit proximum suum, peccat.* & ibid. 11. *Et qui despicit amicum, indigens est corde.* & merito, cum proximi nostri sint eadem caro nobiscum, & tamen de propria carne legitur, quod *nemo vnquam carnem suã odio habuit.* [illegible] h 5. Vnde & [illegible] a. 58 præcipitur. *Carnem tuam ne despexeris.* Ite[illegible] mali d[illegible] spiciunt prælatum & auctoritatem. Nonne de Agar Ancilla Saræ legitur Gen 16. quod *concepisse se videns, despexit dominam suam?* Si[illegible] ere multi sunt, qui statim quod considerant se concepisse & acquisiuisse aliquid de scientia, vel de temp[illegible] rali substantia, ve[illegible] e [illegible] amore alicuius potentis, seu de sæcular potentia, dominos suos & præl[illegible] tos solent despicere, & cont[illegible] [illegible] uperbire, sicut de Goliat superbo legitur 1. Regum 17 quod c[illegible] m vidisset Dauid, despexit eum, qui scilicet tunctus erat in regem. Item m[illegible] i despiciunt parentes, & eorum pietatem. Prouerb 15 *Filius sapiens lætificat patrem, & stultus homo despicit matrem suam.* Item mali despiciunt pœnitentes, & eorum asperit[illegible] at[illegible], seu simplicitatem, contra illud Ecclesiast. 7. *Ne despicias hominem auertentem se a peccato,* cuius tamen contrarium faciunt ma[illegible] i, qui scilicet illos potissime despiciunt, qui à peccatis per pœnitentiam diuertunt, & qui Domino seruire contendunt, exemplo Michol Reginæ, de qua legitur, quod *videns Dauid nudatum ludere coram arca fœderis, despexit eum in corde suo,* sicut dicitur 2 Reg. 6. quia illi hodie à fatuis contemnuntur, qui libẽter coram Deo per confessionem se nudant, & in Domino iocundantur. Item mali despiciunt mortuos, & suorum funerum obsequiosam sedulitatem, contra illud Eccl. 38. *Fili super mortuũ produc lacrymas, & ne despexeris sepulturam illius.* ¶ Item isti despiciunt [illegible] aupere[illegible] & eorum aduersitatem, & tamen dicitur Prouerb [illegible] quod *qui despicit pauperem, exprobrat factori eius.* Vnde etiam de Deo dicitur [illegible] Psalm. 21. quod *ipse non spreuit neque despexit deprecationem pauperis.* Item præcipitur Ecclesiast. 4. *Animam inopis, aut esurientem ne despexeris.* Ideo Dauid in persona pauperum dicebat [illegible] Psalm. 122. *Factus sum,* inquit, *opprobrium abundantibus, & despectio superbis.* Et breuiter hoc est verum, quod mali libenter despiciunt [illegible], qui sunt in paupertate. Deut. 12. *Si videris asinum fratris tui, aut bouem cecidisse in via, non despicies, sed subleuabis cum eo.* Item mali de[illegible] iciunt doctores & eorum doctrinam & veritatem, vt communiter enim mali despiciunt omnia bona verba, contra illud E[illegible] clesiast. 8. *Ne despicias narrationem presbyterorum prudentium.* Et Prou. 1. dicitur *Sapientiam atque doctrinam stulti despiciunt.* Patet ergo, quod inuenitur despectio superborum peruersorum.

*Dictiones Berchorij.*

G ¶ Tertio vero dico, quod inuenitur despectio Dei, & Sanctorum. C[illegible] nstat enim, quod mali à Deo & sanctis de[illegible] iciuntur, & in loc[illegible] vili & despecto, s[illegible] icet in inferno fina[illegible] [illegible] o-nuntur. Vnde ipse dicit illud Psalm. 91. *Despexit oculus meus inimicos meos, & ab insurgentibus in me malignantibus audiet auris mea.* Deus enim despicit, seu videtur despicere iustos & malos, videlicet

Iustorum petitiones differendo,
Iustos in tribulationibus dimittendo,
Malos in inferno languere permittendo.

De dilatione enim exauditionis nostræ, dicebat Dauid in Psal 54. *Exaudi Deus orationem meam, & ne despexeris deprecationem meam.* De despectu etiam iustorum dicitur in Psalm. 110. *Despicis in opportunitatibus in tribulatione.* De despectu vero salutis malorum, & de eorum finali damnatione, dicitur Iob 12. *Effudit despectionem super principes.* & ista est vltima & pessima despectio quando scilicet peccator à Deo taliter reprobatur, & despicitur, quod in loco despectissimo perpetuo incarceratur. Vnde cuilibet damnato dicitur Naum. 3. *Inebriaris, & eris despectus.* Est enim despectio culpæ mentalis, miseriæ temporalis, pœnæ infernalis & æternalis. Peccatores enim à Deo & mundo despici merentur. Vnde Dan. 11. dicitur: *Stabit in loco eius despectus.* E contra autem de iustis dicitur in Psalm. 50. *Cor contritum & humiliatum Deus non despicies.* Miseri etiam & infortunati ab alijs despiciuntur, & etiam pro nunc à Deo despici videntur. Vnde in persona talium dicebat Dauid in Psal. 122. *Miserere nostri Domine, miserere nostri, quoniam multum repleti sumus despectione.* Et tamen secundum veritatem Dominus tales non despicit, sed loco & tempore ipsos cõpatiendo respicit. Psalm. 68. *Exaudiuit pauperes Dominus, & vinctos suos non despexit.* Damnati vero isti realiter despiciuntur, quia perpetuo non aspiciuntur, sed in loco despectissimo projiciuntur. Neem. 4. *Conuerte opprobrium super caput ipsorum, & da eos in despectionem.* Quam quidem despectionem timens Dauid dicebat orando Psalm. 26 *Adiutor meus esto Domine, ne derelinquas me, neque despicias me Deus salutaris meus.* & Psalm. 137. *Opera manuum tuarum ne despicias.* Ista ergo sufficiant de despectu. Vide supra de titulo contemnere.

## Desponsare, Desponsatio.

A Nota, quod per desponsationẽ intelligitur quæcunq; vnio seu coniunctio, siue sit vnio seu desponsatio animæ cum corpore, quæ fit per naturam, seu animæ cum Deo in via, quæ fit per fidem, vel per charitatem & gratiã, seu animæ cum Deo in patria, quæ fit per gloriam, seu Christi & ecclesiæ, quæ fit per sacramentalem figuram, seu Deitatis cum humanitate, quæ fit supra naturam, & creaturæ potentiam, siue sit cuiuslibet personæ, quæ fit per corporalem coniugij copulã, seu etiam quę fit per quamlibet charitatiuam vnionem, seu per quamcunque bonam societatem. Et sic potes applicare auctoritates secundum diuersa genera desponsationum, tam in bono, quam in malo. sed quia paucæ sunt, transeo. Vide supra de coniugio, & infra de sponso.

## Destinare.

A Nota, quod destinare idẽ est, quod aliquid proponere, disponere, vel ordinare. Et ideo vide in alijs titulis synonymis, quia hic sunt paucæ auctoritates.

## Destruere.

A Nota, quod destruere idem est, quod dissipare, vel deesse ad nihilum aliquid reducere. Et secundum hoc, quod sunt diuersa genera rerum, aliqua sc. bona, & aliqua mala, secundum hoc etiam ponuntur diuersæ species destructionum, quia sc. destructio mali est bona, destructio boni est mala, & sic de alijs. Igitur notabo, quod in scriptura inuenitur multiplex destructio, videlicet

Destructio {
Virtutum, quæ est vitiosa & culpabilis,
Criminum quæ est virtuosa & laudabilis,
Rerum, quæ est ruinosa & instabilis,
Malorum, quæ est rigorosa & tristabilis,
Animarum, quæ est luctuosa & damnabilis.
}

Et sic dico, quod

Destruuntur {
Virtutes culpa mediante,
Culpæ gratia fauente,
Res fortuna mutante,
Ma[illegible] iustitia faciente,
Damnati pœna puniente.
}

B ¶ Dico ergo primo, quod est quædam destructio culpabilis & vitiosa, & ista est illa, qua virtutes destruuntur & dissipantur,

ex [illegible] æst [illegible] ecu [illegible]tur. A [illegible] tem- [illegible] sta [illegible] a sua [illegible] qualiter [illegible] [illegible]stant. Vnde animæ [illegible] destructæ loquitur [illegible] *ista* [illegible] inquit *opes tuas, diripient* [illegible] *&* [illegible] *muros tuos & domos tuas præclaras sub-* [illegible] *des tuos* [illegible] *pulverem tuum in medio aquarum po-* [illegible] ta enim ci[illegible] animæ per peccatum constat, quod o- [illegible] arum in ea [illegible]tur, negotiatio contemplationum di- [illegible], domus spiritualis quietis in ea subuertuntur, lapides co[illegible] digna leuis obedientiæ, pulvis mortis memoriæ ab ea [illegible]ntur, & muri diuinorum mandatorum in ea penitus destruuntur. Esa. 50 *Ceciderunt fundamenta eius destructi sunt muri eius.* Vnde etiam de diabolo potest dici illud 1. Macha. 9. *Præcepit Al[illegible] ut muros domus sanctæ interioris, & destrui opera pro[illegible] [illegible] cœpit destruere* Et aduerte si vis, quod ad modum [illegible] d[illegible] Alcimus (qui interpretatur fermentum varii consilii) id est, diabolus, qui fermento malitiæ suæ totam massam vane [illegible] corrumpit, solet in anima destruere cuncta bona. Ve[illegible] [illegible] nibi.

M[illegible] tos & [illegible] lausuram legalis obseruationis,
T[illegible] res & specu[illegible] sublimis contemp[illegible]tionis,
Port[illegible] & ingressuram pietatis & compassionis,
Altaria & [illegible] nis & deuo[illegible]nis. Nam
Mu[illegible] tu [illegible] & [illegible] circumeunt ciuitates,
[illegible] urres aute [illegible] [illegible]ndunt altius eminentes,
Portæ [illegible] recipiunt subintrantes,
[illegible]taria nihilominus suscipiunt immolantes,
[illegible] igitur in anima Muri mandatorum circumeunt,
Turres contemplationis adeunt,
Portæ pietatis extraneos admittunt,
Altaria deuotionis fumum emittunt.

Fumum dico, i. orationis. Sed quia pro certo sicut dictum est, diabolus omnia ista destruit in anima quando peccat. Vnde de muris Dei mandatorum & legalis obseruantiæ dicitur 4. Reg. 25. quod *Nabuzardan princeps militiæ Regis Babylonis omnem domum combussit, & muros Hierusalem in circuitu destruxit*, quia sc. per malū principem diabolum, per concupiscentiam in animæ peccatrice [illegible] ima ædificantur, & mandatorum obseruantiæ destruuntur 2. Paral. 25. *Destruxit Ioas muros Hierusalem.* De destructione vero turrium contemplationis, & altæ eminentiæ dicitur Ezech. 26. *Adducam* inquit *ad* [illegible] *yrum Nabuchodonosor regem Babylonis, & leuabit contra te clypeum, muros tuos & turres destruet in armatura sua*: De portis vero pietatis & compassionis destructis dicitur Thren. 1. *[illegible] Sion lugent, &c. omnes portæ eius destructæ, sacerdotes eius gementes, virgines eius squalidæ, & ipsa repleta amaritudine* ac si diceret. In Sion lugente, id est, in anima peccatrice, destructæ sunt portæ, quæ vniuersos recipiunt, id est, pietas; sacerdotes, qui diuina tractant, hoc est, fides & charitas, virgines, quæ incorruptæ manent, hoc est puritas atque castitas. De altaribus vero deuotionis & orationis qualiter destruuntur, ibidem dicitur 2. Paral. 10. *Destru[illegible] [illegible] altaria, quæ erant in Hierusalem.* Ista est destructio culpabilis & vi[illegible]tiosa, quia sc. anima destruitur, quantum ad esse gratiæ per [illegible]um. Vnde ista est illa vinea, de qua dicitur Prou. 24. quod *totum repleuerant urticæ operuerant superficiem eius spinæ, sed & maceria lapidum destructa erat.* Est igitur destructio quædam culpabilis & vi[illegible]a.

C ¶ Secundo dico, quod inuenitur quædam destructio laudabilis, & virtuosa, & ista est illa, qua homo in seipso destruit vitia & malos mores, vt ibi construat virtutes & merita. Cōstat enim quod sæpe antiqua & turpia ædificia destruuntur, vt in eodem loco noua & placentia construantur. Sic dico, quod homo debet facere, quia scilicet in anima sua debet omnia vitiosa culpæ [illegible] ædificia, quæ operante pessimo artifice diabolo ibi cōstructa fuerant, destruere, & sub nouo artifice Christo, ibidem bona & spiritualia ædificia virtutum & meritorum congeriem fabricare. Vnde Rom 6. *Vetus homo noster crucifixus est, vt destruatur corpus peccati, vt vltra non seruiamus peccato.* Destruat ergo ibi Ædificium.

Altum, hæc est superbia,
Bassum, hæc est auariti[illegible]
Immundum, hæc est l[illegible]
Ruinosum, hæc est gul[illegible] gluuia.

Destruat igi[illegible] [illegible] *sti Ezechias,* [illegible] *mitæ, dicens* [illegible] *& maceria factam.* q. [illegible] go d[illegible] possunt capere parua, i. [illegible] nem æternorum, qu[illegible] in [illegible] mundiciam luxuriæ E[illegible] *tur prostibulum tuum.* [illegible] m destr[illegible] gloriæ. Figuratus in D[illegible]iel [illegible] Bel destruxit, & d[illegible] Deus, qui omni de cibo [illegible] catum gulæ, quod à Daniele [illegible] strui & cassari 1 Cor. [illegible] *& hunc destruet.* Et breuiter o[illegible] omnia [illegible] bona ibidem ædificar[illegible] *tui te, vt euellas, & destruas & ædi*[illegible] *plantes.* Ista est [illegible] ctio laudabilis & virtu[illegible].

D ¶ Tertio dico, quod inuenitur quæ[illegible] de[illegible] & ruinosa Et ista est destru[illegible] rerum [illegible] cet ita sunt instabilis & debilis [illegible] struuntur Destruuntur enim bona [illegible] mitatem Iob 1 [illegible] *Destruxit me* [illegible] *abstulit spem meam* Destruunt[illegible] [illegible] & aduersitatem, [illegible] *xit Dominum, & sedere fecit mite p*[illegible] na quandoque temporal[illegible] tandem ad nihilum subuertit, & [illegible] *Ecce quos ædificaui destruo, & quos plantaui ego eu*[illegible] tetur si se videt in alto statu plant[illegible] cuerit per ipsum sentiet se destructum V[illegible] te fortunæ conqueritur Dau[illegible] in Psalm [illegible] *quit, ex Ægypto transtulisti, eiecisti gentes, & plantasti eam* [illegible] *Ad quid destruxisti maceriam eius, & vindemiant eam om*[illegible] *grediuntur viam?* Et loquitur de diuite & excellenti [illegible] fortunata & opulenta, tandem vero à Deo destitu[illegible] [illegible] pata. Quod etiam ad status, regna & imperia alta p[illegible] quæ omnia habent tempora apud Deum ord[illegible] ta licet constitui debeant, aut e[illegible] [illegible] S[illegible] eunt cuncta temporibus, nasci debent, crescere & ca[illegible] Sicut etiam de ciuitatibus magnis patet,

Vbi est hodie { Niniue? Babylon? Mycene? Athenæ? Antiochia? Tenta? Carthago? Roma?

Omnes enim vel in toto vel in parte sunt destructæ, & respectu primæ gloriæ quasi ad nihilum sunt redactæ Hierem 4. *Vidi,* inquit, *montes, & ecce mouebantur, & colles conturbati sunt.* Sequitur. *Ecce carmelus desertus & omnes vrbes eius destructæ sunt à facie Domini.* Ista est ergo quædam destructio instabilis & ruin[illegible]a.

B ¶ Quarto dico, quod est quædam destructio instabilis & rigorosa. Et ista est illa, qua boni prælati per rigorem iustitiæ destruunt impios & proteruos. Vnde cuilibet bono prælato potest dominus dicere illud prædictum Hierem. 1. *Ecce constitui te super gentes & regna, vt euellas, & destruas, & ædifices & plantes.* Sequitur. *Accinge lumbos tuos, & surge, & loquere ad eos omnia, quæ ego præcipio tibi, ne formides à facie eorum, ego quippe dedi te in columnam ferream, & in ciuitatem munitam, &c.*

¶ Quinto dico, quod inuenitur alia destructio formidabilis & periculosa Et ista est illa, qua Deus malos destruet in inferno: Deus enim est sicut nobilis artifex, qui volēs facere aliquod opus pulchrum, plerunque inuenit materiam ita indispositā & rebellem, quod non pōt inde facere q volebat, qui[illegible]us quādoq; percutit totū, vel destruit, atq, si ign[illegible] aut in [illegible] proiicit, & cōsumit. Sic vere cū Deus intēdat de quolibet [illegible]cere pol[illegible]chrū opus, & de qualibet persona aliquam particula[illegible] cœlestis ædificii fabricare, cum *ipse sit omnium artifex, omnem habens virtutem, omnia prospiciens,* sicut dicitur Sapie. [illegible] Nihilominus sæpe fit, quod multi se reddunt indispositos per peccat[illegible]m, ita quod ipsos non potest ad bonum deducere [illegible] ut vellet. [illegible] propter contra ipsos finaliter indignabitur & eos æterna [illegible]atione destruet, & malleis suæ sententiæ [illegible]nget & æter[illegible] de-
[illegible]st na-

flinabit, & comburet. Vnde peccatori dicitur illud Psa. 51. *Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? Tota die iniustitiã cogitauit lingua tua.* &c. sequitur. *Propterea Deus destruet te in finem, euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viuentium.* Et aduerte, quod ibi præcipue destruuntur illi, qui hic alios destruere moliuntur, scilicet impij. De quibus Eccl. 16. *Non exorauerunt pro peccatis suis antiqui Gigantes, qui destructi sunt, confidentes sua virtute.* Vnde nota, quod ibi destruuntur

Diuites auari, qui modo pauperes vsuris destruunt
Principes superbi, qui modo subditos rapinis exuunt,
Pugiles proterui, qui modo miseros sanguine ebibunt.

¶ Destruuntur (dico) illi, qui nunc diuitijs sunt cumulati. Eccl. 28. *Ciuitates diuitum destruxit.* Item illi, qui nunc potentijs sunt eleuati, scilicet superbi Eccl. 10. *Sedes ducum superborum destruxit Dominus.* Item illi, qui nunc seuitijs sunt effrenati. Prouer. 21. *Ciuitatem fortium ascendit sapiens*, scilicet Christus, *& destruxit robur eius.* Et breuiter, omnes mali destruuntur ibidem, sed hoc est irreparabiliter. Iuxta illud Iob 12. *Si destruxerit, nemo est, qui ædificet*, ita quod omnes damnati plangendo possunt dicere illud Ps. 59. *Deus repulisti nos, & destruxisti.* Et hoc potissime potest dici à dæmonibus qui repulsi sunt & destructi. Vnde narratur, quod quidam bonus homo intrauit nemus permaximum, vbi dæmone pertransiente taliter deuiauit, quod tota nocte per nemus obscurum, cum bona tamen patientia, capere omnis itineris peragrauit. Igitur videns misericordia diuina patientiam eius, circa auroram compulit dæmones, qui ipsum errare fecerant, sibi remedium impertiri. Dæmones ergo ex ordinatione diuina fabricato quodam monasterio, campanam quasi pro matutinis sonant, quam vir Dei audiens, qui scilicet in nemore vagabatur illuc statim adiit, monasterium intrauit, abbatem cum monachis ad matutinas ire volentib. inuenit, qui panem & vinum sibi ministrari mandauit. Illo igitur comedente, & conuentu monachorum matutinas dicente, videbatur sibi, quod illi monachi nihil dicebant, nisi verba Psalterij supra dicta, scilicet *Deus repulisti nos, & destruxisti nos, iratus es*, &c. Finitis ergo matutinis venit ad eum Abbas rogans eum, quod capitulum intraret, & verbum Dei monachis prædicaret, quod annuens cœpit in capitulo prædicare, & de ruina malorum angelorum multa dicere. Quibus auditis, monachi cœperunt vnus post alium capitulum exire. Solo ergo Abbate cum eo remanente, petijt homo sanctus ab Abbate causam quare recesserant fratres sui, qui statim cõfessus est se & illos esse dæmones, qui ipsum in nocte præcedente fecerant in nemore deuiare. Deus vero videns bonam patientiam eius, compulit eos monasterium fabricare, & eum recreare, verũ quia prædicando de ruina angelica tetigerat, cum ipse, & ipsi eiusdem conditionis essent, verecundati omnes vnus post alium recesserunt, quibus dictis, statim euanuit abbas ille cum monasterio suo ficto. Sanctus vero iam illucescente die ad viam suam rediijt, Deum de patientia, quam habuerat benedicens. Pro tanto ergo dixi, quia dæmones, cum damnatis proprie sunt destructi, & quod isti sunt, qui proprie possent dicere illud prædictũ. *Deus repulisti nos, & destruxisti nos.* Vnde alibi in Psalm. 27. *Destrues illos, & non ædificabis eos.* Sic ergo patet, quod inuenitur destructio formidabilis & periculosa.

G ¶ Si vellemus autem, possemus dicere, quod est quædam destructio honorabilis, & gloriosa, & ista est illa, qua Deus in iudicio destruet omnem mortalitatem, & constituet perpetuam vitam & immortalitatem, de qua 1. Corinth. 15. *Nouissime autem inimica destruetur mors.* Vnde etiam, de Christo legitur Hebræor. 2. quod ipse *participauit hominibus destruens illum per mortem, qui mortis habet imperium.* Patet ergo, quod est destructio gloriosa, periculosa, rigorosa, ruinosa, virtuosa, & vitiosa, &c. sufficit: vide de dissipare & alijs synonymis.

A **Desuper. Desursum.** Nota, quod desuper, quandoq; sumitur pro re superiori, sicut dicitur in Psalm. 77. *Mandauit nubibus desuper, & ianuas cæli aperuit:* quandoq; vero sumitur pro parte exteriori, sicut cum dicitur Numer. 4. *Extendent desuper operimentum hyacinthinum:* quandoque sumitur pro parte posteriori, sicut dicitur Numer. 16. *Ponite desuper Thymiama*, id est, ponite vltimo cum alijs Thymiama, quia tum communiter sumitur pro parte superiori, vel exteriori. Breuiter notabo, quod multiplex desuper inuenitur, videlicet



Desuper { Diuinorum, Prælatorum, Perfectorum, Terrenorum, Contemplatiuorum, Superborum.

Et sic est vnum desuper æternæ damnationis, vnum desuper supernæ iurisdictionis, vnum desuper moralis conuersationis, vnum desuper terrenæ possessionis, vnum desuper rectæ contemplationis, vnum desuper superbæ eleuationis. ¶ Dicam ergo, quod est, vnum desuper dominationis supernæ. & istud proprie pertinet ad Deum, ad sanctos, & ad gloriam Paradisi, qui scilicet supersunt, & cuncta bona desuper nobis immittũt, quia sicut dicitur Iac. 1. *Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est descendens a patre luminum.* Super enim & sursum denotant superioritatem ad partem inferiorem, non relatam, sed in suo esse superius permansiuam. Desuper vero & desursum superioritatem signant, inferius tamen influxiuam. Constat enim quod desuper scilicet de cœlo multa & varia descendunt scilicet B

Radij ad illuminandum,
Fulmen ad examinandum,
Tonitruum ad mundum terrendum,
Pluuia ad terram rigandum,
Fulmina ad terram vrendum.

Sic vere dico, quod à Deo nobis influitur & mittitur desuper lumen illuminans veræ cognitionis, fulmen examinans duræ correctionis, sonus verberans tristis comminationis, aqua refrigerans dulcis consolationis. Constat enim quod desuper nobis veniat clara cognitio, quæ nos illuminat. Vnde illud prædictum. *Desursum est descendens à patre luminum* quod bene figuratur Ezech. 1. in sanctis animalibus, vbi dicitur, *Facies Aquilæ desuper ipsorum quatuor.* Et quasi aspectus hominis desuper. Aquila enim quæ habet clarissimum visum, & homo qui ratione pollet, limpidam & claram cognitionem designat, quæ scilicet desuper est in Deo & Angelis, à quibus etiam nobis inspiratur. 3. Reg. 7. *Lucernas desuper aureas*, quia reuera nulla est vera fides, sapientia aut cognitio, nisi sit desuper inspirata. Vnde de vana mundi sapientia dicitur Iac. 3. *Non est* (inquit) *ista sapientia desursum descendens, sed terrena, animalis & diabolica* sequitur. *Quæ autem desursum est sapientia, pudica est, pacifica, & modesta.* Vnde ergo nobis desuper clara cognitio, quæ nos illuminat. Item desuper nobis venit dura correctio, quæ nos examinat. Constat enim quod fulmen diuinæ sententiæ & suæ tribulationis notoriæ, & occultæ desuper mittit, vt populus peccans sæuiens puniatur. Vnde Baruc. 6. *Ignis missus desuper, vt consumat montes & syluas*, facit quod præceptum est ei. Item desuper nobis venit monitio verbis exuberans, seu sonus reuerberans, scilicet sonus & tonitruum sacræ scripturæ, quæ nobis desuper inspiratur. Vnde de Deo dicitur in Psalm. 49. quod *ipse aduocauit cælum desursum, & terram discernere populum*, quæ etiam realiter fient in iudicio, vbi Christus desuper veniens cum suo populo disceptabit, vbi etiam post nouissimum diræ sententiæ pœnam æternam peccatoribus intentabit, dicens illud Ezech. 13. *Dabo lapides pergrandes, & desuper irruentes, & ventum procellæ dissipantem.* Item desuper nobis venit cõsulatio cuncta refrigerans scilicet aqua & plena gratiæ in præsenti, & refrigerium gloriæ in futuro quia scilicet & gratia & gloria sunt desuper, non de mundo. Psalm. 77. *Mandauit nubibus desuper, & ianuas cæli aperuit, & pluit illis manna ad manducandum*, &c. Patet igitur, quod est vnum desuper dominationis æternæ. Et si vis etiam per istud desuper potes intelligere Spiritum sanctum, vel filium Dei desuper nobis missum, qui dicit Ioan. 8. *Vos deorsum estis, ego supernus sum*, qui scilicet nos

Illuminauerunt,
Examinauerunt,
Reuerberauerunt, &
Refrigerauerunt, &c.

¶ Secundo dico, quod est vnum desuper iurisdictionis supernæ, & istud est illud desuper, in quo prælati præsident & residient super plebem. Res n. nobiliores, & meliores solent desuper præeminere, sicut patet de corporibus cœlestib. sicut etiam patet in corpore humano, vbi illa membra, quæ sunt desuper, scilicet caput, oculi, cor, & hepar, sunt cæteris membris inferioribus meliora, sic vere in corpore Christi mystico, quod est Ecclesia, G

illi, qui sunt in moribus, & in scientijs meliores, debét esse desuper, i.e. in dignitatibus celsiores, & si vis dic, quod in isto desuper, id est, in superiori statu debent collocari illi, qui sunt :ter:

Scientiæ splendore lucidi,
Prudentiæ tenore prouidi,
Iustitiæ rigore feruidi,
Decentiæ decore fulgidi.

Sint ergo splendidi luce scientiæ figurati in Aquila, quæ habet visum acutissimum Ezech. 1. vbi dicitur. *Facies Aquilæ desuper.* Sint etiam prouidi norma prudétiæ, figurati in natura humana, quæ habet sensum prudentissimű, Ezech. 1. vbi dicitur. *Quasi aspectus hominis desuper.* Sint denique feruidi zelo iustitiæ, figurati in ariete, qui est animal ad percutiendum paratissimum, de quo Num. 23 *Impone vitulum & arietem desuper* Sint insuper fulgidi seu nitidi forma decentiæ, figurati in humerali Aaron, quod erat ornamentum formosissimum, de quo dicitur Leuiticorum 8 *quod desuper humerale imposuit*, & breuiter, prælati sunt desuper alijs tanquam honorabilius præsidentes & tanquam curæ eorum diligentius inuigilantes, & Ecclesiam protegentes & defendentes, figurati in illis Cherubin. Exod. 37. de quibus dicitur, *quod Cherubin expendebant alas suas super arcã & protegebant eam, & vectes eius desuper.* Si vis cópara prælatos Cherubin, sicut supra de Cherubin in titulo suo. Isti etiam figurantur in illa nube, quæ desuper filios Israel præcedebat, & ad terram promissionis ducebat, sicut dicitur Numer. 11. Est igitur vnum desuper iurisdictionis supernæ.

D ¶ Tertio dico, quod est vnum desuper conuersationis externæ. Illa n. vestimenta, quæ magis apparent, sunt illa, quæ desuper alia extra iacent. Ideo per istã distinctioné, desuper cóuersatio intelligitur, qua quis exterius, & desuper inuestitur. Vnde de sanctis viris, quod desuper habere debeant pulchram & honestã conuersationem dicitur figuraliter No. 4 *quod omnia altaria & omnia vasa, quib. ministratur in sanctuario, inuoluent hyacinthino pallio, extendentque desuper opertimentum pallium hyacinthinarum.* Hyacinthinæ n. pelles, quæ habent cœlestem colorem, bonam & sanctam conuersationem significãt, qua sc. minister sanctuarij, i.e. Christiani & maxime ecclesiastici coopenre se debent. Et si vis nota, quod in conuersatione viri sancti debent esse

Oratio superos adiens,
Compassio pauperes leniens,
Deuotio æterna sentiens,
Discretio soluta vnciens.

De oratione potest intelligi illud Num. 17. Hausto igne de altari mitte incensum, q. d. in conuersatione ignea & feruenti debet incensum orationis apponi. De cópassione potest dici illud Genes. 28. quod *Iacob erexit lapidem in titulum, fundens oleum desuper*, q. d. quod in titulo honestæ conuersationis semper debet esse oleũ piæ cópassionis. De deuotione dici potest illud Num. 16. *Tollat vnusquisque thuribulum suum, & hausto igne ponite desuper thymiama.* Thymiama enim quod suauissime fragrabat, deuotione significabat. De discretione vero dicitur, & exponitur illud Nu. 19. vbi dicitur, *quod vas, quod non habuerit operculum nec ligaturam desuper, immundum erit.* Ligatura n. discretionem signat, quæ omnia prudenter operit & comprehendit & ligat, quia scilicet ille per vitia immundus dicitur, qui vinculis prudentiæ non ligatur. Ista est enim *tunica inconsutilis, quæ desuper erat contexta per totum*, sicut dicitur Ioan. 19. Et tamen de multis constat, quod & tunicam & pallium bonæ conuersationis perdunt. Itaque nude & inhoneste incedunt. Vnde Mich. 2. *Desuper tunicam pallium sustulistis.* Patet ergo, quod est vnum desuper conuersationis externæ,

E ¶ Quarto dico, quod est vnum desuper possessionis terrenæ quia sc. terrena possessio est sicut quædam vestis adiacens possessori. Vnde de pauperibus, quibus à tyrannis talis pellis subtrahitur, dicitur Mich. 3 *Violenter tollitis pelles eorum desuper eis, & carnem eorum desuper ossibus eorum.*

F ¶ Quinto dico, quod est vnum desuper contemplationis perfectæ, & istud est illud, quo sc. boni per contemplationem & affectionem desuper volunt esse, sc. cœlestia appetendo, & terrestria contemnendo Ioan 3. *Qui de terra est, de terra loquitur, qui sursum venit, super omnes est.* Diabolus tamen semper nititur hominem de isto desuper detrahere, sc. de cœlestibus ad temporalia, figuratus in Rege Achaz, de quo dicitur 4. Reg 16. quod luterem, qui erat desuper & mare deposuit de bobus æris, qui sustentabant illud.

Sexto vero dico, quod vnum desuper affectionis elatum, sc. superbiuum, qui semper volunt desuper præeminere, & de hoc potest exponi illud Iudicum 9. Vbi dicitur, quod ancilla fragmen molæ desuper iaciens occidit Abimilech, quia scilicet desuper superbiæ semper solet succedere fragmen molę, id est, dura percussio pœnæ æternæ. Sic ergo patet, quod desuper sumitur multis modis, vide infra vbi super & sursum, &c. G

## Deterior.

Nota, quod deterior idem est, quod peior, & ideo vide infra de malo, vel de peius, &c.

## Detestari.

Nota, quod detestari idem est, quod abominari, seu idem, quod refugere vel horrere, & quia naturale est, quod vnumquodque suum contrariű detestatur, & refugit, inde satis apparet euidenter, quod boni detestãtur mala, mali vero econtrario detestantur bona. Dicam ergo quod A

Detestatur { Deus cuncta nefaria,
Iustus mala contraria,
Malus bona salubria. }

Dic ergo, quod Deus detestatur omnem superbiam, dicens Amos 9. *Detestor ego superbiam Iacob.* Item dico, quod iustus detestatur omnem nequitiam. (nequitiam dico impietatis) Prou. 8. *Labia mea detestabuntur impium.* Detestatur nequitiam carnalitatis (Hest. 14. *Detestor cubile incircumcisorum*) Detestatur nequitiam vanæ loquacitatis. (Prou. 13. *Verbum mendax iustus detestabitur.*) Item dico, quod malus detestatur omnem iustitiam. Iustitiam dico simplicitatis, Gen. 49. *Detestantur Aegyptij omnes pastores ouiű.* Detestantur iustitiã sagacitatis & bonitatis. Prou. 13. *Detestantur stulti eos, qui fugiunt mala, detestantur iniustitiam æquitatis & securitatis.* Prou. 5. *Detestatus sum disciplinam, & increpationibus non acquieuit cor meum, &c.* vide in verbo abominari.

## Detinere.

Nota, quod detinere semper sumitur pro perfecte tenere. Vnde nota, quod A

Detinentur { Simplices in ignorantia,
Obstinati in iniustitia,
Damnati in pestilentia,
Beati in opulentia, &c. }

Dico, quod detentio est quasi quædam firma & continua collocatio & habitatio, &c. omitto propter paucas auctoritates.

## Detrahere.

Nota, quod detrahere idem est, quod aliquid deorsum trahere, vel aliquid de aliquo trahere & sic loquendo moraliter, dico, quod est detractio ab honoribus, à rebus, & à moribus. Ab honoribus dico, vt cũ dicit Abd. si inter sydera posueris nidum suum, inde detraham eos. A rebus etiam & sic detrahere idem est, quod aliquid decerpere Esa. 8. *Accelera, spolia detrahe.* A moribus autem, vt cum famæ vel scientiæ vel vitæ alicuius fit verbalis detractio vel diminutio aliqualis, de qua Iacob 4. *Nolite detrahere alterutrum.* Dicam ergo, quod est A

Detractio { Virtuosa,
Rigorosa,
Vitiosa. }

Est (dico) detractio virtuosa, & ista est illa, qua quis à se vel ab altero vitia detrahit & deponit, à se dico, sicut cum dicitur Leu. 1. *Detracta pelle hostiæ, artus in frusta concident*, quasi diceret, quilibet debet de seipso pellem veteris consuetudinis detrahere, & artus membrorum suorum in varias bonorum operum occupationes & diuisiones cócidere. Ab altero, sicut cum dicitur Pro. 21. *Excogitat iustus de domo impij, vt detrahat impios à malo.* Ista est igitur detractio virtuosa.

¶ Secundo dico, quod inuenitur detractio rigorosa, & ista est illa, quam facit Deus vel prælatus, quando sc. de alto gradu vel statu hominem detrahunt & deponunt. Esa. 24. *Detraxit fortes in fortitudine sua.* Vnde etiam cuilibet superbo à gloria mundana per mortem detracto, & deposito, dicitur Esa. 14. Detracta est ad inferos superbia tua, concidit cadauer tuum, subter te sternetur tinea, & operimentum tuum vermis erunt. Sed de hoc vide infra in fine.

¶ Tertio vero inuenitur detractio vitiosa, & illa est mordax oblocutio peruersorum, &c.

¶ Item nota, quod detractio est vitium locutionis, & est detrahere idem quod de fama alicuius diminuere. Vnde detractores nihil aliud sunt quam famæ alicuius peruersi oblocutores. Et est detractio idem quod B

Oblocutio,
Murmuratio,

Susur-

Susurratio,
Diffamatio,
Duplicitas,
Simulatio, & alia similia.

Istud est ergo vitium valde cauendum, est enim Deo & hominibus odiosum. Ideo bene præcipitur Sap. 1. *Abstinete vos à detractione, quæ nihil prodest*: & Prou. 24. *Abominatio hominum detractor.* Et addiscamus, quod ista duo vitia, sc. detractio & adulatio quamuis aliquoties sint extrinseca, vt communiter tamen sunt contraria. Adulatio enim est in præsentia, detractio in absentia, adulatio vngit, detractio vero pungit, adulatio quemq; commendat, detractio vtcunque vituperat. Coniuncta tamen sunt ista vitia quandoq;, quia sæpe accidit, quod ille idem, qui in præsentia adulatur, in absentia detrahit & obloquitur. Dicam ergo, quod istud vitium est contemnendum & fugiendum triplici ratione. Est enim detractio

In corde dolorosa,
In ore formosa,
In aure venenosa.

Ista in corde torquet obloquentem,
In ore lædit non præsentem,
In aure fœdat audientem.

Detractio enim est sicut ignis in corde, sicut gladius in ore, sicut venenum in aure. Est dico sicut ignis in corde. Detractio n. igni comparatur, quia sc. ipsa vrit, torquet, molestat, & inquietat suũ possessorem. Detractor n. omnibus bonis inuidet, omnibus malefactis arridet, secreta vult inuestigare, vt ipsa possit reuelare. Mala solet augmẽtare. Bona solet diminuere vel tacere. Detractor enim nunquã caret inuidia. Et ideo detractio est sicut vipera, quæ primo antequam aliquid lædat, matrem propriam in vtero existens corrodit, vulnerat, & occidit. Sic vere peccatum detractionis, & inuidiæ antequam lædat alios, lædit suos. Antequam enim de ventre exeat, & antequam ad os veniat, ipsa solet matrem, sc. ipsum detractorem intus in corde corrodere, & per iram & inuidiam cruciare. Ideo de detractore potest intelligi hoc commune prouerbium: *Mus in pera, serpens in sinu, ignis in stuppa, male remunerant hospites suos.* Ideo bene dicitur Eccl. 10. *Si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet, qui occulte detrahit*, scil. proximo suo. Detractio ergo vrit obloquentem.

C ¶ Secundo dico, quod detractio lædit non præsentem. Scorpio lædit retro, non ante: habet enim aculeum in cauda, non in facie, in parte retro, non in parte ante. Sic isti detractores retro, i. in absentia mordent & pungunt, in facie autem, i. in præsentia nihil dicunt, aculeum enim detractionis habent in cauda, non in facie, in parte retro, non in ante, i. in absentia, quando sunt retro, homines pungunt, non in pœnitentia, quãdo sunt ante. Vnde Ezech. 2. *Impij & subuersores sunt tecum, cum scorpionibus habitas.* Rana in præsentia hominum parum clamat, sed si homo recesserit, statim cantat. Sic vere detractores in absentia hominum coaxant, & detrahunt, sed si præsentes fuerint, nihil dicunt, imo quod peius est, isti adulantur & applaudunt in præsentia, in absentia detrahunt & obloquuntur, similes vni generi magnetis, seu adamantis, quod est in Æthiopia, quod in vno angulo suo ferrum attrahit, sed si vertatur ad alium angulum, contrarium facit, quia sc. ferrum à se reijcit, & repellit, secundum Isid. Sic vere tales in vna sua dispositione, sc. dum sunt in præsentia, attrahunt ferrum, quia sc. hominibus loquuntur attrahentia, allicientia, & adulantia verba, quando tamen conuertuntur ad alium angulum, sc. ad absentiam, tunc ipsi contrariũ obloqũtur, quia sc. detrahendo & mordendo, quod prius amare visi fuerant, repellunt, vituperant, & detestantur. Isti sunt duplices, & ideo maledicti, quia sicut dicitur Eccl. 3. *Væ duplici corde, & ingredienti terram duabus vijs.* Vnde Eccles. 28. *Susurro, & bilinguis maledictus, multos enim turbauit pacem habentes.* Ideo præcipitur Eccl. 5. *Non appelleris susurro in vita tua.* Detractio ergo lędit nõ præsenté.

D ¶ Tertio dico, quod detractio fœdat audientem. Inficit enim non solum illum, qui diffamatur, imo etiam illum cui diffamatio narratur, in quantum sc. per talia verba in corde ipsius mala opinio generatur. Secundum Bernar. in libro de consideratione, detractor & libens auditor vterque diabolum portat in lingua. Ideo dicit quædam glossa super Prou. 25. *Vt ventus aquilo dissipat pluuias, & facies tristis linguam detrahentem.* Si inquit hilari vultu audieris detractorem, sibi ministras fomitem detrahẽdi. Discit enim detractor non libenter dicere, quod te nouerit non libenter audire. Non audiamus igitur (charissimi) tales detractores, sed more aspidis aures nostras claudamus. Iuxta illud Eccle. 28. *Sepi aures tuas spinis, & noli audire verba nequam.* Simus ergo similes electro, cuius proprietas est venenum deprehendere secundum Isid. Si n. in vase de electro venenum aliquod infundatur, solet stridere, & in varios colores se mutare, & ita veneni præsentiã declarare, quapropter cauent malefici, ne venenũ offerant in electro. Sic pro certo (charissimi) deberet esse viri sancti, quia si venenum detractionis infunditur in aurib. alicuius electri, i. alicuius sancti viri, statim procul dubio debet stridere per detractionis reprehensionem, & vultum suum debet in colores varios mutare per displicentiæ ostensionẽ, & sic detractor cauebit in talib. venenum effundere, i. coram ipsis verba detractoria & infamatoria declarare. Vnde Hier. in quadam Epistola. *Tam lingua, quam auribus fuge vitium detrahendi, quia detractor vix audebit dicere, quod audienti viderit displicere.* Patet ergo quomodo fugienda est detractio, quia interius torquet obloquentem, exterius lædit innocentem vel non præsentem, vlterius turbat, seu fœdat audientem, & hoc de vitio detractionis loqui sufficit.

¶ Sed nota, quod vocabulum detrahendi aliter accipitur in scriptura. Detrahere n. est desursum aliquid inferius trahere, & sic detractio idem est, quod superioris damnatio. & de altitudine huius mundi ad infernum deductio. Vnde de Lucifero dicitur Esa. 14. *Veruntamen in infernum detraheris in profundum laci.* Et Amos 9. *Si ascenderint in cælum, inde detraham eos*: secundum enim Plinium Chamæleon tantæ est virtutis contra accipitres, quod eos violẽter detrahit à volatu, & præbet cæteris animalibus deuorandos, quod valde videtur mirabile. Accipiter charissimi, qui dicitur ab accipiendo, & qui altissime volat, signat mundi superbos & raptores, qui in altum volant per superbiæ vanitatem & aliena accipiunt per rapinam, & crudelitatem. Chamæleon autem, i. Deus talea accipitres odit, & de alto volatu superbi status sui ipsos ad mortem & ad infortunia & ad inferos detrahit, & sic eos deuorandos alijs animalibus scil. alijs raptorib. in hac vita, & dæmonibus post mortem in infernis eos distribuit, & comedit. Sicut enim videmus, Deus sæpissime tyrãnos & malos diuites detrahit de alto in bassum, i. de fortuna ad infortunium, de diuitijs ad paupertatem, de honorib. ad vilitatem, vt sicut alios deuorauerunt, dum regnabant, sic Dei regnum si perdiderint. ab alijs raptoribus deuorentur. Iuxta illud Es. 33. *Væ qui prædaris, nonne & ipse prædaberis? cum fatigatus desieris deprædari, damnaberis.* Et Zach. 2. dicitur. *Erunt præda eis, qui seruierant sibi.* Spiritualiter etiam videmus, quod illi, qui in isto mundo sunt altissimi subito de vita ad mortem, de mundo ad infernum, de gloria ad pœnam à Deo detrahuntur, & à vermib. in sepulchro, à dæmonibus in inferno lacerantur, & deuorantur. De tali ergo detractore dicitur Esa. 26. *Terram gigantium detrahes in ruinam.* Vnde 2. Pet. 2. *Peccantibus*, inquit, *non pepercit, sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos.* E

## Deuotio.

A Quia deuotio est illa virtus, qua quis se totum Deo deuouet & dedicat, qua etiam totus vacat virtutibus & vitia à se euellit, & eradicat, qua insuper totus fertur in cœlestia, & terrena vilipẽdit, & abdicat, videtur, quod vir deuotus est idem, quod vir perfectus, virtutibus & gratijs totus plenus, quia ergo in infinitis locis fit mentio de viro perfecto, sancto, iusto, & bono, paucissimæ vero sunt auctoritates in scriptura de deuotione, ideo omitto. Vide ergo de gratia, & de perfectione. Vide etiam in tabula, vbi in locis pluribus inuenies de deuotione. ¶ Sed si vis aliquid dicere, nota, quod deuotio teste Hugo. est feruor bonæ voluntatis, quam mens cohibere non valens certis indicijs manifestat,

Quam dator munerum seipso largitur,
Qua factor syderum in hac vita sentitur.
Qua quicquid asperum dulciter lenitur.

Est ergo deuotio virtus quam per seipsum Deus solet largiri.

B ¶ Cor enim humanum nunquam per deuotionem malefieret, nisi ros diuinæ gratiæ ibidem à Deo desuper veniret, & descenderet. Deus est enim sicut vinea balsami, quæ pretiosissimam deuotionis guttam in phialis diuersorum cordium diuersimode fundit, ideo enim vbi est ad hoc datur, & à diuersis diuersimode recipitur, & hauritur. Et hoc est, quod dicit Bernar. super cantica. *Non*, inquit, *omnibus æqualiter deuotio ministratur.* Nam Thomas in latere, Ioannes in pectore, Petrus in sinu patris, Paulus in tertio cœlo secreti huius gratiam inuenerunt.

Maria enim in humilitate,
Magdalena in spe,

Thomas in fide,
Petrus in veritate,
Ioannes in charitate,
Paulus in sapientia apud diuersas sponsi mansiones
diuersimode istam gratiam assecuti sunt.

Ista est ergo virtus, quam per seipsum Deus solet largiri.

C ¶ Secundo dico, quod ista est illa, qua in fonte suo Deus solet sentiri, & qua in terris pōt percipi, & hauriri, nulla enim alia virtus gustat ita Deum sicut deuotio. Sicut enim dicit Aug. super Ioh. *Deus nec sonus est, qui auribus audiatur, nec color, qui oculis destinatur, nec odor, qui naribus capiatur, nec sapor, qui faucibus iudicatur, nec durum nec molle, quod digitis attrectetur, & tamen aliquid est, quod sentire facile est, explicare vero impossibile.* Ista est ergo virtus, qua præ cæteris Deus potest sentiri.

D ¶ Tertio dico, quod ista est illa, qua omne asperum dulciter potest leniri. Constat enim quod deuotio omnem tristitiam fugat, omnem amorem gratificat, omnem spem certificat, & quicquid in rebus est onerosum & asperum, dulce facit, & lenificat. Et ideo dicebat Bern. super Cant. *Est*, inquit, *vnguentum compunctionis pungitiuum, dolorem faciens, vnguentum deuotionis temperatiuū, dolorem leniens, &c.* sufficit, quia alibi multa dicuntur.

A **Deuorare.** Nota, quod multiplex est deuoratio. Nam
Terra deuorat homines morientes,
Diabolus deuorat impios delinquentes,
Tyrannus deuorat pauperes indigentes,
Infernus deuorat damnatos descendentes.

Est igitur deuoratio carnis consumptoria, quam facit terra respectu morientium. Num. 16. *Aperiens terra os suum deuorauit Chore, &c.* Item est deuoratio virtutum abstersiua, quam facit diabolus respectu delinquentium, quia sc. quicunq; peccat, à diabolo deuoratur, & corpori ipsius intimatur. 1. Pet. 5. *Aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret.* Item est deuoratio rerum oblatiua, quam facit tyrannus respectu innocentium, seu pauperum indigentium Psal. 52. *deuorant plebem meam sicut escam panis.* & alibi: *Sicut tim, qui deuorat pauperem in abscondito.* Item est deuoratio animæ læsiua, quam facit infernus respectu damnatorum pereuntium. De quo Leu. 10. *Ignis deuorauit eos, & mortui sunt.* His ergo præmissis, dicamus, quod deuorare moraliter accipiendo, idem est, quod nocere, destruere, dissipare, absorbere, & totaliter extirpare. Et etiam deuorare idem, quod auide & sine temperamento comedere. Et ideo sicut comedere pertinet ad homines, sic deuorare ad animalia crudelia & gulosa.

B ¶ Possumus ergo notare, quod triplex est voracitas seu Deuoratio.
Prima est gulositatis & carnalitatis,
Secunda est rapacitatis & crudelitatis,
Tertia est pœnalitatis & aduersitatis. Nam

Deuorantur { Cibaria per voracitatem gulosorum,
Pauperes per rapacitatem tyrannorum,
Animæ in inferno per crudelitatem tormentorū. }

Est igitur quędam voracitas insatiabilis gulositatis. Gulosi enim non possunt satiari cibariis, imo ad modum irrationabilium bestiarum non cessant cibaria superflue sumere dicentes Eccl. 2. *Quis ita deuorabit, & delitijs affluet sicut ego?*

C ¶ Item est deuoratio rapacitatis seu iniquitatis. Cupidi enim & rapaces sunt similes animalibus crudelibus, quæ non cessant carnes bestiarum innocentium deuorare. Similes sunt igitur igni, qui res sibi contiguas subito deuorat & consumit. Sic vere isti auari, innocentes, & pauperes per rapinas deuorare non cessant & ipsos diuersis tribulationibus infirmare. Vnde Esa. 1. *Regionem vestram coram oculis vestris alieni deuorant.* Amos 2. *Mittam ignem in Iuda, & deuorabit ædes Hierusalem.* Isti enim tyranni proprie dicuntur deuoratores, quia sicut vorago sua insatiabili capacitate quasi infinita recipit & absorbet, de receptis autem nullum vestigium apparet, sic vere tales quasi infinita de alienis bonis rapiunt, deuorant, & assumunt, in eis tamen, vt communiter, nullum diuitiarum vestigium apparet, imo quasi continue sunt pauperes, & verificatur in eis verbum sapiētis, qui dicit Pro. 11. *Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt. Alij rapiunt non sua, & semper in egestate sunt.* Ista est ergo deuoratio rapacitatis, sed huic pōt subalternari deuoratio detractorū, qui verbis suis detractoriis alios deuorant, & corrodunt. Vnde Gen. 37. *Fera pessima deuorauit filiū meum Ioseph.* Et Deut. 32. *Gladius meus deuorabit carnes.* Et possumus subdistinguere, quod sicut mundi peccatores solent alios diuersimode deuorare, ita iusto Dei iudicio per diuersa peccata diuersimode deuorantur. Vnde nota, quod quidam deuorantur per peccatum auaritiæ, quidam per peccatum inuidiæ, quidam per peccatum luxuriæ. Primi figurantur in illis, qui deuorati sunt à terra. Num. 16. Terra enim i. terrena prosperitas, & negotiatio per auaritiam deuorat, & consumit Num. 13. *Terra, quam lustrauimus, deuorat habitatores suos, &c.* Secundi figurantur in illis, qui deuorati sunt ab igne Leu. 10. *Egressus ignis à Domino deuorauit eos, & mortui sunt.* Ignis enim signat peccatum inuidiæ, quod possessorem suum stimulat & comburit, ipsumq; mente, & corpore deuorat & siccat. Ioel. 1. *Ignis deuorabit speciosa deserti.* Tertij figurantur in illis, qui deuorantur à lepra. Lepra enim quæ non solū possessorē suum, imo etiam alios habet inficere, signat luxuriā, quæ primo suos, deinde alienos per suos contactus habet inficere & corrumpere. Num. 12. *Medium carnis eius à lepra deuoratum est.* Ista est ergo deuoratio iniquitatis.

D ¶ Tertio dico, quod est deuoratio pœnalitatis, & ista est, qua peccatores in inferno deuorātur. Vnde de peccatoribus dicitur Iob 20. *Deuorabit eum ignis, qui non succenditur, affligetur relictus in tabernaculo suo.* Aurum enim in igne non deuoratur, nec consumitur, sed purgatur. Plumbum vero ibi consumitur, & penitus si ibi sit diutius, deuoratur. Sic vere boni in inferno non deuorantur, imo ibi per ignem deputantur. Mali vero ibi destruuntur, & perpetuo cruciantur Ezech. 15. *Nouissimum eorum deuorabit ignis.*

E ¶ Et nota, quod ignis inferni deuorabit multa genera peccatorum, videlicet
Terrenis opibus implicatos,
Superbis iuribus sublimatos,
Prauis muneribus inquinatos,
Virtutum fructibus spoliatos,
Profundis mentibus obstinatos,
Malignis cordibus discordatos.

Dico igitur, quod igne inferni, finaliter deuorabuntur implicati terrenis actibus. Deut. 32. *Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima, deuorabit terram cum germine suo, & montium fundamenta comburet.* Item deuorabuntur eleuati superbis montibus. Iudic. 9. *Egredietur ignis de rhamno, & deuoret cedros Libani.* Item deuorātur isto igne inquinati prauis muneribus, quia sicut dicitur Iob 15. *Ignis deuorabit tabernacula eorum, qui libēter munera accipiunt.* Item spoliati virtutum fructibus. Eccl. 43. *Deuorabit montes, & exuret desertum.* Item ibi deuorabūtur obstinati profundis mentibus. Vnde Amos 7. *Ecce vocabit Dominus iudicium ad ignem, & deuorabit abyssum multam.* Item deuorabuntur discordati malignis cordibus Ps. *Ignis hostes tuos deuoret.* Et hoc de deuorare sufficit.

A **Deus,** Quamuis nomen Dei mirabile sit affatu & inscrutabile cogitatu, & sicut dicit Iob 36. *Magnus Deus, & vincens scientiam nostram;* & inde est, quod Dominus est laudabilis nimis, & sapientiæ eius non est numerus, ideo perfectionem ipsius expauescens, loqui de ipso longius pertimesco; verū si satis nescio, propter hoc non cessabo aliquid balbutire. Dicamus ergo, quod quamuis de diuina essentia non possumus aliquid dignum loqui, de ipsius tamen effectibus, aliqua breuiter possunt dici. Essentia enim Dei est imperscrutabilis pro tempore huius vitæ. Vnde narratur, quod cum quidam Rex, petijsset à quodā philosopho, quid est Deus, dixit philosophus, da mihi inducias 15. dierum, qua concessa & completa, petiit inducias vnius mēsis, & tandem duorum mensium, ita quod semper inducias duplicabat, de quo admiranti regi & quærenti, respondit philosophus. Certe (inquit) tot dilationes quæro, quia quanto magis inquiro quid sit Deus, tāto minus inuenio. Ideo diuinam essentiam describens semel quidam philosophus dixit sic. Deus est sphæra incircumscriptibilis, cuius centrum vbique est, circumferentia autem nusquam. De diuina ergo essentia non quærentes, solum de isto vocabulo Dei disseramus.

B ¶ Dicamus ergo, quod

Deus habet { Eminentiam superiorem,
Sapientiam limpidiorem,
Prouidentiam occultiorem,
Amicitiam præchariorem,
Eminentiam cuncta præcellentem,
Sapientiam cuncta cognoscentem,
Prouidentiam cuncta gubernantem,
Amicitiam cuncta diligentem, }

Habet

Habet ergo Deus superiorem eminentiam. Deus enim eminet & superest omnibus rebus dignitate, bonitate, potestate. Psalm. *Quoniam Deus rex magnus, Dominus terribilis super omnem terram.* (Rex inquit) ecce dignitas. (Terribilis,) ecce potestas. (Super omnem terram,) ecce bonitas. Ista ergo præeminentia est cunctis superior. Item in ipso est sapientia cunctis limpidior, vt enim dicitur Eccl. 1. *Omnis sapientia à Domino Deo est.* Et Sapien. 6. dicitur, quod *Deus sapientiæ dux est, & sapientium emendator.* Item in ipso est prouidentia cunctis discretior, seu cunctis occultior. Sicut enim per occultam & inuisibilem Lunæ influentiam mare visibiliter regitur & mouetur, sic per Dei prouidentiam mundus iste disponitur, & sensibiliter gubernatur. Ideo dicitur in Ps. *Quoniam Rex omnis terræ Deus psallite sapienter.* Rex enim dicitur, id est, rector. Ille habet amicitiam præclariorem. Ideo 2. Cor. 13 ipse dicitur. *Deus pacis & dilectionis.* Sicut enim Sap. 12. dicitur, *ipse diligit omnia, quæ sunt: quoniam sua sunt.* Propter istas ergo & alias perfectiones diuinas est ipse Deus colendus, honorandus, & metuendus: Coli enim debet propter Deitatem, honorari propter dignitatem, formidari propter potestatem.

C ¶ Quomodo autem sit Deus, declaratur in Ps. *Deus iudex iustus, fortis, & patiens.*

Iste est
- Deus, ideo adorandus,
- Iudex, ideo formidandus,
- Iustus, ideo honorandus,
- Fortis, ideo amplexandus,
- Patiens, ideo diligendus,
- Clemens, ideo requirendus. Nam

Ille habet
- Plenitudinem sanctitatis, quia Deus,
- Celsitudinem dignitatis, quia iudex,
- Rectitudinem veritatis, quia iustus,
- Magnitudinem potestatis, quia fortis,
- Fortitudinem firmitatis, quia patiens,
- Mititudinem pietatis, quia non irascitur.

¶ Dico ergo, quod Deus est adorandus propter excellentiam Deitatis. Iste est enim Deus solus. Deut. 6 *Tuus Deus vnus est.* Ideo præcipitur ibidem. *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies.* Elephas enim est animal valde disciplinabile, secundum Plin. dicitur enim cognoscere regem, & eum adorare. Sic vere debemus cognoscere regem scilicet Dominum, qui est rex noster ante sæcula, & qui operatus est salutem in medio terrarum, per fidem & dilectionem, & debemus adorare per reuerentiam, & deuotionem. (Deus inquit.) Vnde Apo. 19. dicit Angelus Ioanni eum adorare volenti: *Vide, ne feceris, conseruus tuus enim sum & fratrum tuorum, Deum adora,* ac si dicat: Noli adorare creaturam, sed creatorem, quod est contra idololatras & sortilegos, &c. Et si vis, de Dei excellentia potes notare, quod

Ipse est
- Lux illuminans nostram cæcitatem,
- Rex examinans nostram prauitatem,
- Lex determinans omnem veritatem,
- Fons eliminans omnem fœditatem.

Est (dico) lux mentes illuminans. 1. Ioan. 1. *Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt vllæ.* Item ipse est rex culpas examinans. Psalm. *Deus autem rex noster ante sæcula.* Et illud Psalm. *Deus deorum, Dominus locutus est, & vocauit terram.* Item ipse est lex cuncta determinans. Ps. *Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos diiudicat.* Item est fons sordes eliminans. Eccl. 1 *Fons sapientiæ verbum Dei.* Deus igitur est honorandus.

D ¶ Secundo dico, quod ipse est formidandus, quia scilicet iudex. Aues enim timent aquilam, bestiæ leonem, malefactores iudicem. Aues enim prædales audita voce aquilæ, ipsa die non audent prædari. Bestiæ etiã de circulo à leone facto non audent egredi. Latrones etiam in præsentia iudicis non audent furari. Sic vere nos debemus timere leonem, aquilam, & iudicem nostrum, scilicet Deum, ita quod in eius præsentia, qui vbique est non debemus audere aliquid forefacere, nec de circulo mandatorum suorum egredi, vel exire. Amos 3. *Leo rugiet, quis non timebit?* & Os. 11. dicitur: *Ipse rugiet, & formidabunt filij maris.* Vnde Eccles. 12. *Deum time, & mandata eius obserua.* & Apoc. 14. *Timete Dominum, & date illi honorem, & adorate eum, &c.* Dic si vis de lapide Excolicero, qui facit oculos temulosos, sicut supra, vel dic de cornice, & de aquila, sicut sup. Sicut enim dicitur Eccles. 8. quia non profertur contra malos sententia cito, ideo absq; vllo timore filij hominum perpetrant mala. Non sic, sed timeatur Deus, quia iudex. Esa 29. *Dominus rex noster, Dominus iudex noster, Dominus legifer noster.* Et merito quia pro certo

Hic non
- Variatur verbis aut precibus,
- Immutatur donis, vel opibus,
- Inclinatur minis vel verberibus,
- Defraudatur falsorum fraudibus,
- Deluditur blandis sermonibus,
- Decipitur cæcis erroribus.

Merito ergo concluditur, quod iste est iudex terribilis, & formidandus. Psal. *Terra tremuit & quieuit, dum exsurgeret in iudicio Deus.* Ipse est enim iudex subtilissimus ad iudicandum, seuerissimus ad puniendum & vindicandum. De sua sagacitate dicitur in Ps. *Iustitia tua iustitia in æternum, &c.* De seueritate vero sua dicitur in Ps. *Deus vltionum Dominus, Deus vltionum libere egit.* Est igitur Deus formidandus. (Iudex inquit.)

E ¶ Tertio dico, quod Deus est digne & iure venerandus. (Iustus inquit) Inter cæteras enim virtutes iustitia magis placet. Hanc enim impressit Deus in corpore humano in illa superiori parte rationis, quę synderesis appellatur, quæ se in omnibus iustitiam sequitur, & si quis contra fecerit, statim contradicere & reclamare sequitur. Quia ergo Deus per se & simpliciter iustus est, propter hoc à natura humana debet diligi & omni diligẽtia venerari. Iustus enim est, quia nemini iniuriã facit, vnicuiq; ius suum tribuit, & à veritatis iustitia & rationis regula non diuertit. Vnde ipse dicit Esa. 45. *Deus iustus & saluãs non est præter me.* Vnde Dan 9. *Iustus Dominus Deus noster in omnibus operibus suis.* Ergo igitur Deus diligendus & venerandus. (Iustus inquit.) Et si vis nota, quod Deus iustus dicitur, & iustitia ipsius inuenitur

Quia
- Recipit digne pœnitentes,
- Adiuuat in se confitentes,
- Reprimit sibi resistentes,
- Punit malos delinquentes,
- Saluat bona facientes.

¶ Isti enim sunt quandoque actus iustitiæ, scilicet

- Remittere pœnitentibus,
- Succurrere confitentibus,
- Resistere rebellantibus,
- Pœnas inferre delinquentibus,
- Bona conferre promerentibus.

Dicam igitur Deum iustum, quia remittit pœnitentibus. Iustum enim est, vt quem perfecte pœnitet misericordiam & veniam consequatur. Vnde Act. 11. dicitur, quod *Deus pœnitentiam ad vitam dedit.* Vnde Eccl. 12. *Altissimus odio habet peccatores, & misertus est pœnitentibus.* Item quia succurrit, sc. confidentibus seu in se sperantibus. Dan. 12. *Benedixerunt Deum, qui saluat sperantes in se.* Item quia obuiat præsumentibus. Vnde Iac. 4. *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.* Item quia pœnas infligit delinquentibus. Vnde Deut. 4. & Heb 12. *Deus noster ignis consumens est.* Et illud prædictum. *Deus vltionum Dominus, &c.* Item quia benefacit promerentibus, hoc est, quia gloriam æternam dat benefacientibus. Vnde in Ps. *Pacem & veritatem diligit Deus, gratiam & gloriam dabit Dominus.* Patet ergo quomodo Deus est diligendus & venerandus, & hoc quia iustus. (Iustus inquit.) Vnde in Psalm. *Quoniam Deus iustus Dominus, &c.*

F ¶ Quarto dico, quod ipse est appetendus & per spem amplexandus, & hoc quia fortis. Melius est enim inniti rei forti quam debili. Vnde etiam de illo pisce, qui dicitur Nautilus, legitur, quod statim quod tempestatem sentit, ad fundum descendit, & alicui rupi vel lapidi adhæret firmissime, vt pondere lapidis teneatur, ne fluctibus eijciatur à mari. Etiam vrsus, & Elephas fortem arborem, cui innituntur dum dormiunt solent quærere, ne contingat eos dum dormiunt cadere vel perire. Sic & nos Deo, qui fortissimus est, per spem & desiderium innitamur, & eum affectionis brachijs amplexemur, vt à fluctibus tentationum & tribulationum ipsius fortitudine liberemur. 2. Reg. 22. *Deus meus fortis. Deus meus, & sperabo in eum.* Et 2. Reg. 23. *Deus Israel mihi locutus est fortis Israel.* Et vere fortis, quia iste fortia est

Ad
- Propugnandum pro nobis valide,
- Adiuuandum cadentes prouide,
- Sustentandum depressores solide,
- Debellandum dæmones rigide.

¶ Fortis ergo est quia per hunc hostes expugnantur. Nee. 4 *Deus noster pugnabit pro nobis.* Item quia per hunc debiles iuuantur. Ps. *Deus adiutor noster in æternum.* & alibi: *Beatus cuius est Dominus adiutor eius, spes in Domino Deo ipsius, qui fecit cælum, & terram.* Itẽ, quia per hunc ipsi mali subleuantur. Psal. *Deus noster refugium & virtus.*

Item quia per hunc tyranni reprimuntur, seu etiam dæmones refrenantur. Dan. 6. *Paueant & contremiscant Deum Danielis, ipse enim est viuens*, qui scil. concluserat ora leonum. Et breuiter, Deus est fortissimus quia sicut dicitur Num. 23. *Deus est, cuius fortitudo similis est Rhinocerotis*, quia sicut dicitur Esa. 9. *Ipse est Deus fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis*. Patet ergo, quod iste est appetendus, & amplexandus, quia fortis inquit.

G ¶ Quinto dico, quod Deus est diligendus & frequentandus, & hoc quia patiens. Homo enim qui est mite dulcis & patiens, libentius ab alijs frequentatur, & plus diligitur & amatur. Iste est enim patiens, quia non cito prorumpit ad puniendum. Quia faciliter erumpit ad indulgendum. Finaliter tamen dirumpit ad vindicandum. *Non (dico) solet ad puniendum cito prorumpere* Iob 35. Non ergo frustra audiet Deus. Sequitur: *Nunc autem non infert furorem suum, nec vlciscitur scelus valde*. Item facile solet ad indulgendum libens erumpere. Ipse enim magis est misericors quam iustus, quantum apparet in effectibus Ps. *Deus meus misericordia eius præueniet me*. Item finaliter solet ad vindicandum seniens dirumpere, quia sc. postquam diu patienter expectauerit, feruenter ad vindicandum insurget. Vnde Eccl. 5. *Altissimus est patiens redditor*. Vnde Esa. 42. *Hæc dicit Dominus Deus, creans cœlos*. Sequitur: *Tacui semper, silui, patiens fui, quasi parturiens loquar, dissipabo, & absorbebo simul*. Ipse enim nunc videtur esse patiens, quia sicut dicitur 2. Pet. 3. *Patienter expectat Deus, nolens aliquem perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti*.

H ¶ Sexto est pie requirendus, quia non irascitur per singulos dies. Iudith. 8. *Non enim quasi homo sic Deus comminabitur, nec vt filius hominis ad iracundiam concitabitur*. Veruntamen quanto suo patientia est longior, tanto nisi conuersi fuerimus erit pœna grauior & acerbior. Nisi enim conuersi fuerimus, gladium suum vibrauit, arcum suum tetendit, & parauit illum. Vnde Rom. 2. dicitur. *An diuitias bonitatis Dei, longanimitatis & patientiæ contemnis? an ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? secundum autem duritiam tuam & impœnitens cor tuum thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei*. Patet igitur qualiter Deus est patiens, fortis, iustus, iudex, & Deus. Et ideo

Vt vnus adorandus, quia Deus,
Formidandus, quia iudex,
Venerandus, quia iustus,
Amplexandus, quia fortis,
Frequentandus, quia patiens,
Requirendus, quia non irascitur.

Sufficit, quia in infinitis locis fit mentio de Deo, & maxime de Deo quantum ad suos effectus, scil. de Dei iustitia, misericordia, patientia, &c.

A **Deus pro creatura.** Nota, quod nomen Deitatis non solum refertur ad creatorem, imo etiam quandoq; transfertur ad creaturam. Et sic dico, quod inuenio in scriptura quinq; genera Deorum, videlicet iustos, dæmones, peccata, tyrannos, & hypocritas.

| | | |
|---|---|---|
| Primi | sunt dij, quos | Iustitia facit perfectos, |
| Secundi | | Stultitia facit rectos, |
| Tertij | | Nequitia reddit infectos, |
| Quarti | | Potentia dedit prouectos, |
| Quinti | | Fallacia facit correctos. |

Dicam ergo, quod inueniuntur dij magnæ iustitiæ & perfectionis, & sic per Deos intelliguntur viri iusti, qui à communibus conditionibus sunt separati, & ab humanis vitijs alieni, qui scilicet sunt in cœlis cœlestia contemplando, sunt immortales semper in statu gratiæ perseuerando, sunt inuisibiles se à visibus humanis per humilitatem occultando, sunt omniscientes diuinam sapientiam amplexando, sunt omnipotentes mirabilia opera faciendo, & terribilia sustinendo. Istis igitur loquitur Dauid in Psalm. *Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes*. Isti enim dij dicuntur, quia præcellunt alios eleuata affectione, præcellunt alios singulari conuersatione. præcellunt alios pia & humili deuotione & compassione. Isti enim ad cœlestia præ cæteris eleuantur. Vnde de Samuele suscitato & alijs associantibus eum, dicitur 1. Reg. 28. *Deos vidi ascendentes de terra*. Item super mortales singulariter conuersantur. Daniel. cap. 2. *Præter Deos, quorum non est cum hominibus conuersatio*. Item ad homines misericorditer & humiliter inclinantur. Vnde de Paulo, & Barnaba dictum fuit Actor. 14. *Dij similes facti hominibus descenderunt ad nos*. Isti sunt ergo dij magnæ bonitatis & perfectionis.

B ¶ Secundo dico, quod inueniuntur dij magnæ vanitatis & deceptionis, & isti sunt dæmonia & idola, quæ dij ab hominibus sunt putata, de quibus in Ps. *Omnes dij gentium dæmonia*. Isti etiam dicuntur dij alieni, quia sc. quicquid aliud à Deo vero creditur, alienum & inutile reputatur. Exod. 20. *Non habebis Deos alienos*. Quomodo autem humana ratio à cultu veri Dei declinauerit, & dijs æstimatis, sc. dæmonibus, & idolis adhæserit, stellasq; & virtutes rerum deos putauerit, & nō vnum, sed plures crediderit & adorauerit, vide Lactant. de origi. falsæ religionis deorum, qui super hoc multa ponit. Vide etiā Sap. 13. Sicut enim dicitur 4. Reg. 17. *Vnaquaq; gens fabricata est Deum suum*. Sed Dauid in Ps. *Non est Deus præter Dominum, & non erit Deus præter Deum nostrum*. Et ideo in Psal. *Non erit in te Deus recens, neq; adorabis Deum alienum*. Et Deut. 32. *Videte, quod ego sim solus, & non sit alius Deus præter me*.

¶ Tertio dico, quod inueniuntur dij magnæ prauitatis & infectionis. Et sic dico, quod peccata & etiam bona terrena, quę à malis super omnia diliguntur, & quibus à malis seruitur & obeditur, dij eorum reputantur. Illud enim quod quisq; prę cæteris colit atq; diligit, Deum suū facit, & inde est, quod auari faciant Deum suum de pecunia, deliciosi de gula & luxuria, superbi de sæculari eminētia & potentia. De auaritia patet, quia *auaritia dicitur idolorum seruitus* ab apostolo. De gula etiam patet, quia sicut dicitur Phil. 3. Horū Deus venter est, & gloria in confusione, qui terrena sapiunt. De superbia & mundi eminentia dici pōt illud 2. Cor. 4. *Deus huius sæculi excæcauit mentes infidelium*: & illud 3. Reg. 20. *Dij montium sunt dij eorum*. Legitur ii. quomodo incolæ terræ promissionis ibid. per Nabuchodonosor instituti fecerunt sibi diuersos deos, ita quod veri Dei cultum non seruauerunt, sed singuli secundum morem terræ, de qua venerant, diuersos deos fabricauerunt & adorauerunt, propter quod à leonib. Dei iudicio molestati fuerunt, sicut dicitur 4. Reg. 17. *Nesciebant enim legitima Dei terræ*, sicut dicitur ibid. Sic vere dico, quod multi sunt in terra promissionis, i. in Ecclesia vel fide Christiana, qui legitima Dei terræ, i. Dei mandata relinquunt, & deos alienos, peccata, quibus seruiunt introducunt. Et ideo non mirum si leones infernales ipsos ad mortem æternam deducunt Ier. 16. *Seruietis dijs alienis, qui non dabunt vobis requiem die ac nocte*. Expone si vis quomodo mundi bona, vel etiam vitia & delectabilia nunquam dāt requiem possessoribus suis. Solus enim Deus est, in quo potest quiescere mens humana, iuxta illud August. *Inquietum est cor meum bone Iesu nisi quiescat in te*. Tales igitur, qui Deum verum relinquunt, & de terrenis bonis & vitijs deos sibi faciūt, figurari possunt in illo rege Israel Amasia, de quo 2. Paral. 25. dicitur, quod *allatos deos filiorum Seir statuit deos sibi*. Seir enim qui interpretatur hispidus vel hirsutus mundanos signat, qui sc. per malam conuersationem sunt hirsuti & hirsuta pelle diuitiarum induti. Dij autem istorum bona terrena signant, ad quæ colenda omnino sunt deditiatq; dati. Igitur rex Israel deos filiorum Seir in deos sibi accepit, quando vir ecclesiasticus, bona & vitia mundanorū in seipso collocat, atq; ponit, & quando ipsa amplexatur, & colit, contra illud prædictum Ps. *Non erit in te Deus recens, neq; adorabis Deum alienum, ego enim sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti*. Isti sunt ergo dij magnæ prauitatis & infectionis.

¶ Quarto dico, quod inueniuntur dij duræ potestatis & inuasionis, & isti pro certo signant mundi diuites & tyrannos, qui sc. honores diuinos à subditis & pauperib. videntur exigere, & se deos inter alios reputare. Nonne Saturnus & Iupiter reges Cretæ fuerunt, qui tantum à simplici populo se deos credi, & appellari fecerunt, & vt magis timerentur & honorarentur à subditis, se deos & immortales finxerunt. Sic ergo hodie videntur nostri diuites & tyranni facere, quia sc. vltra humanā naturam videntur se esse aliquid credere, & ad hoc etiam ac si de mortalitate aliquid non haberent, omnibus se præferre. Isti videntur figurari in Nabuchodonosor rege superbo, qui suę mortalitatis oblitus, *præceperat omnes deos terræ exterminari, vt ipse solus Deus terræ diceretur*, sicut dicitur Iudit. 3. Sic procul dubio mundi diuites & tyranni soli dij, i. magni, & authentici in sua patria apparere volunt, & ideo omnes alios pro posse suo eradicant & confundunt. Et isti proprie dicuntur Nabuchodonosor, qui interpretatur sedens in angustia, quia pro certo tales multis angustijs se subijciunt, vt dij vocati & magni homines reputari, & alijs præferri possint, tantum tamen faciunt, quod ipsi quasi dij reputantur, ita quod simplices dicunt illud Iud. 5. *Nabuchodonosor Deus terræ est*. D

¶ Et nota, quod tales dij

Per superbiam solent eleuari,
A simplicibus solent honorari,

Cum

Cum [illegible]
Cum iustitia solent dissipari.

Dico ergo, quod isti in superbiam multum eleuantur, Psal. Dij fortes terræ vehementer eleuati sunt. Item à simplicibus nimis honorantur, quia scilicet simplices magis honorant istos, quam Deum, Psal. *Immolauerunt dæmonijs, & non Deo, dijs quos ignorabant.* Item cum sæuitia plebi principantur, quia scilicet isti præ crudelitate sunt sicut dæmones, Psal. *Omnes dij gentium dæmonia.* Item hi finaliter à Deo dissipantur. Vnde de Deo dicitur 2. Paral. 26. quod *ipse est horribilis super omnes Deos*, quia scilic. ipse verus Deus & æternus, super omnes tales malos Deos in iudicio terribilis erit. Vnde Esa. 28. *Vere desertas fecerunt Reges Assyriorum terras, & Deos eorum dederunt igni.* Patet ergo quomodo inueniuntur dij ture potestatis inuasionis seu elationis.

E ¶ Quinto dico, quod inueniuntur dij perfectæ fictæ vanitatis & palliationis. Et per istos intelligo quosdam singulares vel hypocritas qui sunt in Ecclesia, vel religione, qui scilic. quibusdam singularitatibus morum ab alijs gloriantur differre. Vnde ac si essent dij, non homines, alios solent contemnere, & se præferre. Istis loquitur Dominus Ezech. 28. dicentes: *eleuatum est cor tuum, & dixisti, Deus sum ego, & cum homo, & in cathedra Dei sedi in corde maris, cum sis homo, & non Deus, & dedisti cor tuum quasi cor Dei.* Et reuera multi sunt ita præsumptuosi quod statim quod vident se esse in cathedra Dei, i. e. in officio prælaturæ, videntur se Deos magis, quam homines credere, cum tamen eos mortales sicut alios homines constat esse. Psal. *Ego dixi dij estis, & filij excelsi*, scil. in fatua æstimatione vestra. Sequitur, vos autem homines morie-mini, & sicut vnus de principibus cadetis. Et isti proprie sunt dij alieni, quia sc. ac si differrent specie ab alijs hominibus, se reputant ab eis alienos, & propter hoc isti sunt ab hominibus contemnendi, & de aliorum medio submouendi, Iosuæ 24. *Auferte Deos alienos de medio vestri.* Illi enim qui propriam & humanam fragilitatem non cognoscunt, nesciunt cum alijs commorari, nec etiam ab alijs honorari, sed tanquam dij in sua vana cœlesti perfectione sciunt gloriari. Isti enim proprie sunt dij conflatiles, quia scil. nihil existentiæ habent, sed ad modum flatus, seu venti pleni sunt vanitate, Leuit. 16. *Nec Deos conflatiles facietis vobis.* Et breuiter, quia alij perfectiores se putant Deitate, totius perfectionis carent integritate, Hierem. 2. *Certe ipsi non sunt dij.* Patet igitur, quomodo Dij & Deus moraliter loquendo, multis modis sumuntur. Vide de idolo, & simulacro, & similibus.

A **Dexter. Dextera.** Nota, quod dextera quandoq; sumitur pro parte meridiana. Vnde Luc. 1. dicitur, quod *Zachariæ apparuit Angelus Domini stans à dextris altaris incensi.* Nota, quod cum dextera sit pars fortior, calidior, & perfectior, per dexteram semper potest intelligi aliquid in suo genere virtuosum. Notabo igitur, quod in scriptura inuenitur.

Dextera { Iusti, Impij, Dei, Mundi.

Dextera iusti signat eius bonitatem & perfectionem.
Dextera impij signat eius prauitatem & deceptionem.
Dextera Dei signat voluntatem & operationem.
Dextera mūdi signat eius prosperitatē & delectationem.

B ¶ De istis ergo quatuor aliquid est dicendū, & primo quidē dicendum est de dextera viri iusti, quæ signat eius bonitatem. Pars enim dextera est potior pars corporis & ad operandū agilior. Vnde Solinus dicit, quod sinistra est ad sustinendum onus stabilior, dextera vero ad operandum habilior. Et ideo cum iustus habeat duas partes, animam sc. & corpus, & inde est, quod circa duo mens eius versari habeat, sc. circa spiritualia & externa, quæ concernunt animam, & circa temporalia & terrena, quæ concernunt corpus, ideo necesse est, quod dexteram habeat & sinistram, i. e. duplicem virtutum speciem, & naturam, qua scilicet dupliciter se regat, scilicet in spiritualib. & terrenis, vt & sic habere videatur in omnibus tam dexteram, quam sinistram. Inter cætera autem apparet, quod homo habet dexteram & sinistram in manibus, quibus operatur, in naribus, quibus odoratur, in oculis, quibus speculatur; in auribus, quibus audit, in pedibus, cum quibus vadit. Sic vere dicam, quod siue agatur de manibus bonæ operationis, siue de naribus futuræ meditationis, de oculis præsentis discretionis, de auribus intellectiuæ [illegible] seu obedientiæ attentionis, de pedibus amoris & affectionis, semper est ibi inuenire dexteram & sinistram, vnum, sc. perfectum, & aliud imperfectum, quia, sc. & discretio, & affectio, & operatio, & cogitatio, & cognitio, quam habemus, debet volui non solum ad dexteram spiritualium & terrenorum, imo etiam ad sinistram temporalium & terrenorum, vt sic in vtroq; bene & debite nos habentes, & bonam dexteram, & bonam sinistram videamur habere iuxta illud Apost. 2. Cor. 6. *In omnibus exhibeamus nos sicut Dei ministros, in multa patientia, &c. Per arma iustitiæ à dextris & à sinistris.* Veruntamen semper debet præcellere pars dextera, quia sc. magis debemus vacare circa spiritualia, quam terrena. Ideo iusto & prouido viro potest dici illud Ezech. 21. *Exacuere, vade ad dexteram siue ad sinistram quocunq; facies tua est appetitus*: ac si dicat: quicquid facias [illegible], siue operando, siue intelligendo, &c. siue pertineat ad temporalia siue ad spiritualia, totum est bonum. Vnde nota, quod

Quidam sunt, qui vtraq; manu vtuntur pro dextera, qui dicuntur ab Hippocrate ambidextri,
Quidam, qui dexteram habent fortiorem quam sinistram,
Quidam sunt, qui sinistra vtuntur pro dextera,
Quidam vero, qui neutra vtuntur pro dextera, qui vtrasque manus valde debiles habent.

Illi, qui vtraque vtuntur pro dextera, signant viros valde perfectos & discretos, qui sc. vbicunque sciunt dextera dexteraliter, id est, perfecte & spiritualiter se habere, & vtilitatem spiritualem etiam in temporalibus inuenire, quales vtique debent potissime esse prælati, signati in illis, de quibus fit mentio Iud. 4. qui vtraque manu pro dextera vtebantur, ad quod tamen imperfecti attingere nunquam possunt. Quia sicut dicit Hippocrates in Aphor. Mulier non fit ambidextra. Mulier, inquit, id est, mollis & imperfectus. Tales autem ambidextri sunt illi, qui aduersa tolerando, & prospera moderando, se habent fortiter, & prudenter, cum teste Io. Cassia. lib. 12. in collatione Theodori abbatis: Tunc ambidextri cum Achor esse poterimus, si prospera, quæ de sinistra sunt, bono, rectoque vsu [illegible] artem dexteram pertinere fecerimus. Et sequitur ibidem. Ambidex[illegible] merito dixerimus Ioseph, qui in prosperis gratior patri, religio[illegible] fratribus, acceptior Deo; in aduersis, fidelis carceri, castus Domino, mitissimus vinctis, iniuriarum immemor, beneficus fuit inimicis. Erimusque & nos ambidextri, quando nos rerum copia & inopia non mutauerit, qualem se verus ambidexter Paulus fuisse testatur dicens, *Scio humiliari, scio abundare, & scio penuriam pati.* hæc Cassianus vbi supra. Illi autem, qui dexteram habent perfectam, & sinistram imperfectam, signant minus perfectos, quia scilicet ista est regula communis, quod illi, qui in dextera spiritualium sunt perfecti, sunt in sinistra administrationis temporalium imperfecti, sicut patet de multis contemplatiuis, qui in spiritualib. sunt optimi, in terrenis vero totaliter sunt inepti. Econuerso autem fit de multis, qui scilicet sinistra vtuntur pro dextera, quia in sinistra temporalium sunt prudentes, in spiritualium vero regimine sunt penitus imbecilles, quia scilicet mere actiuus parum valet in spiritualibus, & mere contemplatiuus in temporalibus. Tales ergo actiui, & contemplatiui sibi alternatiue possunt dicere illud, quod dixit Abraham, id est, contemplatiuus, Loth nepoti, qui interpretatur declinans, id est, actiuo. Recede inquit à me obsecro, ac si diceret. Contemplatiu & actio vix possunt simul conuenire, & sequitur. Si ad sinistram ieris, ego dexteram tenebo. Si vero dexteram elegeris, ego ad sinistram ibo. Illi, qui in dextera & in sinistra nihil valent, sunt illi, qui in spiritualibus & in temporalibus sinistri sunt, scilicet, mali & imbecilles, qui apud Deum & apud sæculum nihil possunt. Isti sunt sicut illi pueri Niniuenses, de quibus dicitur Ionæ 4. *Quod ipsi nesciunt quid sit inter dexteram & sinistram.* Ista est ergo dextera iustorum vbi stat dominus, vt eos tueatur. Psalm. *A dextris est mihi Dominus, ne commouear*, & vbi finaliter stabit, vt per eum saluentur & liberentur Psalm. *Astitit à dextris pauperis, vt saluam faceret à persequentibus animam meam.* Vnum tamen aduertamus hic, quod dicitur Matth. 5. quod *si oculus, vel manus dextera scandalizat te, debemus eum à nobis eruere, & abscindere, quia melius est cum vna ad vitam ingredi, quam cum duabus ad mortem intrare.* In quo notatur, quod si in nostra dextera spiritualis virtutis & operationis scandalum præsumptionis oritur, quod vtique fit quando de virtutibus & scientijs superbitur, ista omnino eruenda sunt, quin imo melius est, id est, minus malum, quod

homo dextro oculo limpidæ cognitionis, & dextera manu perfectæ & virtuosæ operationis careat, & quod solis sinistris inhæreat, idest, minus perfectus existat, quam quod ex virtutibus superbus fiat, & sic vitam æternam amittat. Constat enim quod melius est cum modicis virtutibus ad vitam ingredi, quam magna opera facere, & magna & alta videre & cognoscere, & tamen per superbiam totum perdere. Illud bene figuratum est Luc. 6. ubi dicitur, quod erat homo in synagoga & dextera manus eius erat arida. Et tamē dicitur ibi, quod iste à domino fuit curatus, ad denotandum, quod homo quandoque à Deo curatur, & sanitatem æternam percipit etiam si sine dextera altæ perfectionis existat, sicut etiam de illo patet, cuius fuit amputata auris dextera, *quæ tamen à Domino fuit curata*, sicut dicitur Luc. 22. Patet ergo, quod in scriptura inuenitur dextera viri iusti, quæ

C signat eius bonitatem, & hoc est primum.

¶ Secundo dico, quod in scriptura inuenitur dextera impij, quæ signat eius prauitatem. Dextera enim impij nihil est aliud, quam eius virtus operatiua, vel eius potentia ad faciendum malum. Vnde de malis dicitur in Psalm. *Dextera eorum dextera iniquitatis.* Et nota, quod dextera malorum.

Est { Porrecta ad capiendum,
Erecta ad percutiendum,
Extenta ad decipiendum,
Contracta ad benefaciendum,
Deputata ad malefaciendum.

¶ Dicam ergo, quod dextera malorum libenter solet munera accipere Psal. *Dextera eorum repleta est muneribus.* Item *faciliter solent pauperes percutere* Iud. 5. Sinistram misit Iahel ad clauum & dexteram ad fabrorum malleum, percussitque Sisaram. Item faciliter solent amplexando fallere, & decipere. Vnde de Ioab legitur 2. Reg. 20. *Quod ipse dextera apprehendit mentum Amasæ dicens. Salue mi frater*, & sic fraudulenter occidit eum. Item faciliter solet ad benefaciendum deficere, & arescere. Vnde de peccatore dicitur Zachar. 11. *Brachium eius ariditate siccabitur, & oculus eius dexter tenebrescens obscurabitur*, & illud Luc. 6. *Erat manus eius dextera arida.* Item finaliter solet in inferno perire, & deficere. Vnde 1. Machab. 7. dicitur, *quod Iudas fecit amputari dexteram Nicanoris, quam extenderat contra templum.* Et 1. Machab. 9. dicitur, *quod dextra pars hostium contrita est à Iuda*, & in Psal. dicitur de peccatore. *Dextera eorum dextera iniquitatis*, vbi eius dextera signat eius prauitatem.

D ¶ Tertio dicitur, quod inuenitur dextera Dei, quæ signat eius voluntatem. Deus enim habere dicitur dexteram & sinistram, dextera eius signat eius amorem & clementiam, sinistra vero eius rigorem & iustitiam. Boni dicuntur esse ad eius dexteram, quia saluabuntur. Mali vero sunt ei sinistri, quia damnabuntur. Sicut enim dicitur Prou. 4. *Vias, quæ à dextris sunt, nouit Dominus, peruersæ autem sunt, quæ à sinistris sunt.* Legitur enim in libro de natura rerum, quod in dextera parte ventris gallinæ generantur oua oblonga, de quibus masculi procreantur. In sinistra vero parte oua rotunda, de quibus procreantur fœmellæ. Talis est Deus seu Christus, ipse enim ad Hierusalem dicit Matth. 24. & Luc. 13. *Quod ipse congregat filios quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alis.* Constat autem, quod ista gallina duas habet principales partes in ventre suæ occultissimæ dispositionis, scilicet, dexteram, quæ signat eius prædestinationem ad bonum, sinistram, quæ signat eius reprobationem ad malum, figurata Mat. 25. *in duobus latronibus, qui suspensi sunt, vnus à dextris Christi & alius à sinistris*, quorum, scilicet, vnus fuit bonus & alius malus. Ista est ergo veritas, quod illa oua, id est, illa persona, quæ sunt in parte dextera prædestinationis illius gallinæ Christi, faciunt pullos masculos, idest, bona opera, & per consequens habent salutem, figurati in Beniamin, qui interpretatur filius dextræ, qui fuit Iacob filius specialis. Illi vero, qui in sinistra suę reprobationis procreantur, pullos fœmellos, id est, muliebria & mala opera faciunt, & per consequens in fine pereunt. Sic ergo fit secundum occulta Dei iudicia, quod illi, qui sunt à dextris saluantur. Illi autem, qui sunt à sinistris damnantur, figurati Matth. 25. *Vbi filius hominis agnos ab hœdis diuidit*, id est, bonos à malis secundum illam æternam suam & occultam sapientiam secernit, & secundum exigentiam meritorum omnium (quæ ab æterno habet præsentia) alios quidem dextros, alios sinistros facit, & illos quidem secum in regnum recipit, istos vero in infernum reprobat, & repellit. Dicit enim, vt dicitur ibidem, his, qui à dextris sunt [*Venite benedicti*] his vero qui à sinistris sunt, [*Ite maledicti*, &c.] Vnum tamen aduerte, quod ille, qui est alicui dexter, potest sibi fieri sinister per contrariam loci mutationem, & econuerso ille, qui est alteri sinister, si conuertat se in partem contrariam, fieri potest dexter; etiam sola conuersio illius, cui dextri sunt alij vel sinistri, facit quidem dextros sinistros & sinistros etiam facit dextros. Ista applicabo ad malorum deprauationem, qui mutando se de statu gratiæ in peccatum, dexteram quidem Dei dimittunt, & ad sinistram accedunt, & ad malorum conuersationem, qui, scilicet, quando pro peccatis dimissis bona faciunt, ex sinistris similiter dextri fiunt. Istud etiam applicabo ad Dei iustitiam occultam & prædestinationem, quæ, scilicet, multos, qui nunc videntur esse dextri, finaliter faciet, id est, fieri permittet malos & sinistros, multos vero de sinistris & malis faciet dextros & bonos. Nam & Iudas quandoque fuit dexter, & factus fuit sinister, Paulus vero quandoque fuit sinister, & finaliter fuit dexter. Conuersio enim Dei ad vnum, & diuersio ab altero, alium fecit dextrum, & alium econuerso sinistrum. Figuratus in Iacob, qui cancellatis manibus super filios Ioseph, illum, qui stabat ad dexteram fecit sinistrum, illum vero, qui sinister fuerat, dexterum fecit. Et inde secutum est, quod illi, qui primogenitus erat, secunda geniture iura sortitus est, ille vero, qui secundo genitus erat, fuit primogenitus reputatus. Sic vere quotidie facit Deus, quia scilicet super homines manus cancellat & bonos, malos, sinistros, dextros, pro libito voluntatis ordinat. Ipse enim est, qui dicit Rom. 9. *Miserebor cuius voluero, & clemens ero in quem mihi placuerit.* De illis ergo, qui de dextris fiunt sinistri, & de bonis fiunt mali, dicere videtur dominus illud Hierem. 22. *Si fuerit Iechonias annulus in manu dextera mea, inde euellam eum, & dabo te in manu quærentium animam tuam.* Quod etiam quandoque de sinistris faciat dexteros, potest dici illud Ezech. 4. *Dormies (inquit) super latus tuum sinistrum*, & sequitur. *Et post dormies super latus tuum dextrum.*

E ¶ His ergo præmissis, de dextera voluntatis diuinæ possumus notare, quod Deus vtitur triplici dextera, scilicet,

Dextera { Subleuatiua, qua vtitur ad liberandum,
Potestatiua, qua vtitur ad operandum,
Amplexatiua, qua vtitur ad munerandum.

Est igitur quędam diuina dextera, qua mundus liberatur, & ista est persona filij, qua dicitur dextera Dei patris, quam scilicet ad nos per incarnationem extendit, & ea mediante nos subleuauit & erexit, & à peccatis liberauit, & traxit. Vnde potest dicere humana natura ipsi Deo patri illud Psalm. *Suscepit me dextera tua.* Et etiam totum humanum genus illud Psalm. *Dextera domini fecit virtutem, dextera Domini exaltauit me, dextera Domini fecit virtutem.* In isto enim versu ponit vt triplex dextera, ad denotandū triplicem naturam ipsius redemptoris, qui, scilicet fuit dextera quo ad Deitatem, quæ fecit virtutem hostem repellendo. Fuit dextera quantum ad naturam corporis, quæ exaltauit humanum genus, pro eo satisfaciendo & moriendo. Fuit etiam dextera quantum ad naturam animæ, quæ fecit virtutem respectu corporis, corpus resumendo & resuscitando. Fuit enim Christus dextera veræ salutis, quæ mundum saluauit Psalm. *Saluauit sibi dextera eius.* & alibi, *Brachium eorum non saluauit eos, sed dextera tua & brachium tuum, & illuminatio vultus tui, quoniam complacuisti in eis.* Dextera virtutis, quæ cuncta parauit Esaiæ 48. *Manus mea fundauit terram & dextera mea mensa est cœlos.* Dextera veritatis, quæ nos reformauit Deuter. 33. *In dextera eius ignea lex.* Dextera fœlicitatis, quæ nos beatificauit, & glorificauit, & perpetuauit Ecclesi. 36. *Glorifica manum & dextrum brachium*, & Prou. 3. *Longitudo dierum in dextera eius.* Ista est ergo dextera, qua mundus liberatur.

¶ Sed dico adhuc, quod est quædam Dei dextera diuina, qua Deus operatur, & ista est dextera diuinæ voluntatis, siue diuinæ potentiæ, & virtutis, quia scilicet, omnia fiunt, & quia ipse dixit, & facta sunt. Sicut ergo videmus, quod dextera ad omne propositum potest flecti, sicut patet. Quia F

Clauditur ad retinendum,
Extenditur ad largiendum,
Dilatatur ad amplexandum,
Vibratur ad comminandum,
Impellitur ad percutiendum,
Producitur ad fœdus ineundum,
Protenditur ad veniam concedendam,
Acuitur ad aliquid ostendendum,
Educitur ad aliquid defendendum & protegendum.

¶ Sic

[illegible] ito [illegible] tis, [illegible] a paruit ite ref [illegible] te viuamus, [illegible] mando ne erroribus [illegible] in te [illegible] nibus fuc- [illegible] erando peremu [illegible] po [illegible] ans & [illegible] dextei [illegible] tra Item ad nos primandum [illegible] m tuarum porriges dexteram. Item [illegible] ndum Cant 2. *Laua eius sub capi-* [illegible] Item ad nos iuste per [illegible] *plena est dextera tua.* Item ad [illegible] Machabæorum 11. *Da nobis* [illegible] *ceciderunt arma, & fecerunt pacem.* [illegible] a ostendum, & ad nos illumin- [illegible] de ipso legitur, quod *ipse habe-* [illegible] *Accepit* inquit *librum de dextera* [illegible] *in dextera eius erant septem* [illegible] a, ad nos illuminandum [illegible] ista parata est ad nos protegen- [illegible] *Dextera tua teget eos.* Item ad veni- [illegible] m, & ad nos recipiendum & [illegible] *a tuis*, & Actor. 5 dici- [illegible] Ecce ergo quomodo [illegible] ctus nos. Idem bene dicitur [illegible] *tera excelsi.* Secundum enim quod di- [illegible] & nominatur, quia scilicet dexte [illegible] misericordia, nunc sapientia, nunc [illegible] go quod est quædam diuina dexte- [illegible]

G ¶ [illegible] est quædã diuina dextera, qua iustus [illegible] uitæ sempiternæ. Illi n. qui ibi [illegible] in bonis potioribus Paradisi. [illegible] spem, finaliter aũt per realem [illegible] aduerte si vis, quod in ista dextera

[illegible] iuscabilis,
[illegible] abilis,
[illegible] bilis,
[illegible] inc [illegible] rabilis.

F [illegible] splendoris qui non offuscatur Apocal. [illegible] stellas in dextera sua. Et ideo de Cherubin, qui [illegible] udo scientiæ, dicitur Ezech. 10. quod *Cheru-* [illegible] *dexteram* Ibi est pulchritudo decoris, qui non de- [illegible] *Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, cir-* [illegible] *arietate.* Regina est qu[illegible] beata, & maxime [illegible] Item est plenitudo dulcoris, quia non amaricatur [illegible] *in dextra tua vsque in finem.* Item est ibi altitu- [illegible] qui non minoratur Psalm. *Dextera Domini exaltauit me* [illegible] ia in ista dextera sunt omnia bona, merito debent [illegible] deuotionem, nũc per contemplationem, nunc [illegible] cogitationes & corda. Illud est naturale [illegible] iacet in parte dextera, splẽ vero in [illegible] quod amare [illegible] signat desiderium & amorem; [illegible] melancholia, signat [illegible] stitiam & timo [illegible] hepar in dextera debet esse, in quantum [illegible] orum, & affectuũ nostrorum ad dexteram æ- [illegible] ebet tendere Splen vero sinistram respicit, in [illegible] & tristitia, & eorum [illegible] rum re [illegible] ter semper est de bo- [illegible] & [illegible] edum & [illegible] mendum. Aduerte tamen v- [illegible] quod [illegible] habet de natura [illegible] rum. Di[illegible] quod [illegible] quoddi [illegible] hepar habe[illegible] in sinistra, sple- [illegible] Si [illegible] si peccatores he- [illegible] be [illegible] alium [illegible] splenem [illegible] & [illegible] beut ad dexteram æternorum, quia

vide [illegible] æternæ, & [illegible] gis [illegible] æterni [illegible] qua [illegible] terrena. Vnde Eccl. 10. *Cor sapientis in dextra eius, & cor stulti in sinistra illius.* Patet ergo, quod est [illegible] iplex dextera Dei quæ signat eius voluntatem seu etiam boni[illegible], & hoc est tertium principale.

¶ Quarto dico, quod est dextra mundi, quæ signat eius prosperitatem. Cõmuniter enim in scriptura per dexteram intelligitur prosperitas siue temporalis siue æterna. Per sinistram vero æterna seu temporalis aduersitas designatur. Et [illegible] quod nunc modo sunt in sinistra aduersitatis, qui finaliter erunt in dextera summæ fœlicitatis. Quidam vero ecõuerso sunt in dextera mũdanæ prosperitatis, & postea erunt in sinistra æternæ aduersitatis. Melius est igitur, quod simus sinistri, vt tandem efficiamur dextri. Nutrix enim gestat puerum in sinistra, vt ipsum nutriat, & pascit cum dextera. Sic vere Deus pueros suos in sinistra aduersitatis modo tenet & portat, vt tandem cum dextera suæ æternæ fœlicitatis ipsos nutriat atque pascat Cant. 2. *Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* Illos enim quorum capiti, id est, corpori læua, seu sinistra aduersitatis supponitur, finaliter dextera prosperitatis amplexatur. Aries enim in domo [illegible] endo mutat latus, à vere vsque ad autumnum dormit in vno latere, deinde ab autumno vsque ad ver [illegible]. Sic procul dubio illi, qui in vere præsenti dormiunt super dextrum latus prosperitatis mundanæ, finaliter in autumno & in hyeme mortis dormient super latus sinistrum aduersitatis æternæ, & econuerso illi, qui modo sunt in aduersitate, seu paupertate sinistra, finaliter mutabuntur in æternæ prosperitatis dexteram, ita quod vnus poterit dicere alteri illud Gen. 13. & 15. *Si tu sinistram elegeris, ego dexteram tenebo. Si ad dexteram ieris, ego ad sinistram ibo.* Quod etiam figuratum est in illa prædicta figura aliter intellecta Genes. 48. vbi dicitur, quod *Iacob volens benedicere duobus filiis Ioseph, quorum primogenitus erat ei à dextris, vltimo genitus à sinistris, ipse tantum cancellauit manus, & manum sinistram posuit super eum, qui erat à dextris, dexteram super illum, qui situs fuerat à sinistris, & sic factum est, quod ille, qui fuerat ei dexter, factus fuit sibi sinister, ille vero, qui sinister prius erat, dexter est factus, & benedictionem ampliorem reportauit.* Sic vere primogeniti sunt diuites, & potentes, qui modo sunt ad dexterã prosperitatis, secundo vero geniti sunt pauperes, modo sedentes ad sinistram aduersitatis, sed procerto Iacob, id est, Deus finaliter cancellabit, & mutabit manus distributionis suæ, & dexteram prosperitatis supernæ extendet minoribus, & sinistris, id est, pauperibus & depressis, sinistram vero maledictionis æternę extendet diuitibus & peruersis, & sic erũt sinistri, qui fuerant dextri, & dextri, qui fuerant sinistri & primi, qui fuerant nouissimi, & nouissimi, qui fuerant primi, Iob 14. *Operi manuum tuarum porriges dexteram.* Ipse enim, sicut dicitur Matth. 25. *Statuet oues quidem à dextris, hædos vero à sinistris.* Et hoc est, quod figuraliter dicitur Apoc 10. quod Angelus posuit pedem dextrum super mare, sinistrum vero super terram, quia vere pes diuinæ affectionis super mare, id est, homines amaros & pauperes ponitur. Pes vero sinister diuinæ vltionis super terram, id est, in peccatores terrenos imprimitur. Nota, quod Leo & Camelus semper mouent pedem dextrum primum Mulier etiam prægnans puero masculo si subito vocata fuerit, primum pedem dextrum mouebit. Sic vere (charissimi) pes dexter noster spiritualis affectionis, id est, desiderium æternæ gloriæ semper debet præponi pedi sinistro, id est, desiderio, & affectioni terrenorum, quod potissime accidit in illis, qui puerum Christum masculum in corde concipiunt per amorem. Multi tamen sunt similes vulpi, qui dexteram tibiam habet breuiorem, quam sinistram, & ideo semper claudicat, dum incedit. Sic vere [illegible] ii sunt, quorum tibiæ dextræ, id est, affectus & desid[illegible] norum æternorum sunt valde breues, quia, scilicet, parum [illegible] gitant de æternis, tibiæ vero sinistræ, id est, affectus [illegible] [illegible] sunt in eis valde longi, quia, scilicet, ad multa desideranda & affectanda se extendunt. Et ideo tales, vt communiter [illegible] n [illegible] omnibus sunt [illegible] claudicantes. De istis ergo dicitur Zach. 11. *Brachium eius [illegible] aridum eradicabitur, & siccabitur, & oculus eius dexter tenebrescens [illegible].* Nota adhuc, quod per dexteram quandoque intelligitur gloria æterna, per sinistram gloria temporalis. Prou[illegible] 3. dicitur *Longitudo dierum in dextera [illegible], & in sinistra illius [illegible] & diuitiæ,* &c. Sufficit.

# Diabolus.

[illegible] de Diabolo & eius fraudibus pl[illegible] A possint dici, tamen in diuersis titulis, [illegible] de ten-

de tentatione, decep[illegible], hoste, inimico, dracone, aduersario, & similibus fit mentio de eius

Subtilitate viuaci,
Crudelitate voraci,
Iniquitate fallaci.

Cum teneat ipse sit subtilis & malitiosus, quia sicut dicitur Sap. 4. *Malitia diabolica intrauit mors in orbem terrarum.* Crudelis & perniciosus, quia *ipse est aduersarius vester diabolus, qui tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret* 1. Pet. 5. Deceptor & insidiosus, vnde Apostolus monet *induere armaturam Dei, vt possimus stare aduersus insidias diaboli* Eph. 6. Ideo cũ de eius natura, officio & damnatione tractare magis sit Theologicum, quam morale, de eo supersedeo, quo ad præsens. Hoc solum addens secundum Petrum Rauen. vbi tractat illud Mat. 4. *Ductus est Iesus in desertum, vt tentaretur à diabolo.*

Diabolus Malefactor,
Nequitiæ origo,
Rerum hostis.
Corruptor sæculi.
Semper hominis inimicus,
Laqueos tendit,
Lapsus parat,
Foueas fodit
Aptat ruinas,
Stimulat corpus,
Pungit animas,
Cogitationes suggerit,
Immittit iras,
Dat virtutes odio,
Vitia addit amori,
Errores serit,
Discordias nutrit,
Pacem turbat,
Affectus dissipat,
Humana violat, &
Diuina tentat.

B ¶ Igitur omisso de diabolo reali humani generis inimico, dicamus de diabolo morali, id e. de peccatore quolibet vel iniquo. Moraliter ergo diabolus signat quemlibet peruersum hominem & iniquum Ioan. 6. *Vnus ex vobis diabolus est.* Sicut enim diabolus habet naturam inuisibilem, malitiam immutabilem, habet etiam sæuitiam immitigabilem, sic vere immundi, & peruersi, scilicet, peccatores sunt inuisibilis apparentiæ, sicut patet de luxuriosis, qui in occulto faciunt facta sua. Vsurarij etiam contractus suos faciunt in occulto, quia *omnis, qui male agit, odit lucem.* Ioann. 3. Item ipsi sunt immutabilis malitiæ, obstinati sunt in peccatis suis, & in ipsis continue perseuerant. 1. Ioan. 3. *Ab initio diabolus peccat, &c.* Item ipsi sunt immitigabilis sæuitiæ, quia, scilicet, vicinos suos & pauperes crudeliter persequuntur. vnde 1. Pet. 5. *Aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret.* Tales enim habent in mente malignitatem. [Aduersarius inquit] quia sicut dicitur 1. Thess. 2. *Deo non placent & omnibus hominibus aduersantur.* Habent in animo crudelitatem. [Leo rugiens.] Amos 3. *Leo rugiet, quis non timebit?* Item habent in laborando sedulitatem. [Circuit inquit.] Ideo dicit Iob. 1. *Circuiui terram, perambulaui eam.* Item in malignando habent rapacitatem, quia quærit quem deuoret. Vnde Abacuc. 3. *Exultatio eorum sicut eius, qui deuorat pauperem in abscondito.*

C ¶ Et sic dico, quod mali dicuntur diaboli

Propter { Patrem, quem imitantur,
Fraudes, quas machinantur,
Iras, quas operantur.
Pœnas, ad quas seruantur.

Isti enim sunt diaboli imitatores Ioan. 8. *Vos ex patre diabolo estis.* Item isti sunt fraudium imitatores. vnde Mat. 17. *Inimicus, qui seminauit zizania, est diabolus.* Item isti sunt infidelium operatores Apoc *Væ terræ & mari, quia descendit ad vos diabolus habens iram magnam.* Item isti sunt vel erunt pœnarum toleratores, scilicet, ignis æterni, quia sicut dicitur Mat. 25. *Ignis æternus paratus est diabolo, & Angelis eius, &c.* Et hæc satis sint de diabolo dixisse.

A **Diadema.** Nota, quod diadema idem est quod corona regis, & signat generaliter

Excellentiam,
Gloriam, &
Honorem.

Et quia duplex est gloria, [illegible] pariter & superna, ideo possumus dist[illegible] de dupli[illegible] mate. Dico ergo, quod est

Diadema supernaturale, quod est appetendum, &
Diadema temporale gloriæ, quod est contemnendum.

Appetamus ergo diadema gloriæ supernaturalis. Sicut enim reges & reginæ in signum auctoritatis & maiestatis diademate coronantur, sic sancti & sanctæ coronantur, honorantur diademate Paradisi. Figura ad hoc Hester. 1. *Vbi rex Assuerus posuit diadema super caput reginæ, vt ostenderet cunctis populis illius pulchritudinem.* Sicut n. in diademate regis sunt plures lapides pretiosi, sic in diademate Paradisi sunt plura particularia gaudia, & multæ gloriæ speciales. De quolibet autem sancto potest dici illud Cant. 3. *Videte regem Salomonem in diademate.* Vbi habetur, quod istud diadema scilicet gloria æterna, habet

Mirabilem qualitatem, ideo admiratiue dicitur, [Videte]
Notabilem dignitatem, quia quilibet est rex. [Regem]
Amabilem charitatem, quia quilibet est [Salomon, id est, pacificus.]

Ideo de talibus dicitur Sap. 5 *Accipient*, scilicet, *iusti regnum decoris & diadema speciei de manu Domini.* Vide istam auctoritatem diuisam & prosecutam supra vbi accipere. Istud est diadema ardenter appetendum.

¶ Secundo dico, quod est aliud diadema, quod est prudenter contemnendum, & istud est diadema gloriæ temporalis, quo mali scilicet coronantur. Basiliscus enim quamuis sit serpens venenosissimus, est tamen candido circulo ad instar diadematis coronatus. Rex enim serpentium dicitur, quia in venenositate alijs omnibus antefertur. Sic vere peruersi peccatores quanquam præ alijs veneno criminis sint imbuti, sunt tamen præ alijs diademate mundi gloriæ insigniti. Reges enim sunt serpentium, id est, aliorum peccatorum, & quanto plura habent in se vitia, tanto plura habent diademata. Figura Apocal 12. in illo dracone, *qui insidiabatur cuidam mulieri prægnanti, qui habebat septem capita & septem diademata.* Sic pro certo dracones, id est, inflammati, cupidi & auari, qui non cessant mulieribus & simplicibus insidiari, maxime quando ipsos prægnantes & diuites vident atque plenos, tales (dico) habent plura capita, id est, plures magistros, & plura etiam diademata, & plures dignitates, præbendas & officia. Vnde 1. Macha. 11. *Imposuit duo diademata capiti suo.* Sic ergo patet, quod est quoddam diadema gloriæ temporalis, quod est contemnendum. Et est gloriæ diadema supernaturalis, quod est appetendum. Vide superius de corona.

**Dicere.** Nota, quod dicere idem est quod conceptum mētis verbaliter producere. Siue dicere idem est, quod narrare, loqui, perorare, & pronunciare. Et est differentia inter dicere diuinum & humanum. A

¶ Dicere enim diuinum

Habet virtutem { Imperatiuam,
Demonstratiuam,
Operatiuam.

Habet (dico) virtutem imperatiuam, ideo est ei obediendum. Vnde Ioa. 2. *Omnia quæcunque dixerit vobis, facite.* Item habent virtutem demonstratiuam. Ideo est ei prompte credendum, sicut Luc. 19. *Inuenerunt sicut dixit Iesus.* Et Luc. 20. *Omnia recta dicis, & doces.* Item habet virtutem operatiuam, ideo ei est acquiescendum Psal. *Quoniā ipse dixit, & facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt.*

¶ Dicere vero humanum habet contrariam naturam. Nam

Non est { Imperatiuum, propter carentiam dignitatis,
Demonstratiuum, propter carentiam veritatis,
Operatiuum, propter carentiam potestatis.

¶ Nota, quod dicere idem est quod aliquid cum deliberatione proferre, & sic dicere est idem quod deliberare, proponere, denunciare, aliquid ordinare. Et sic loquitur Psalm. *Dixi, custodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea.* Signat etiam aliquid cum auctoritate statuere vel edicere, sicut de Christo legitur, quod ipse dixit Luc. 7. *Adolescens tibi dico surge.* Nota ergo, quod cum deliberatione & ordinato proposito aliqua sunt dicenda, videlicet B

Deuotæ orationes,
Culparum confessiones,
Vtiles instructiones.

¶ Dica-

¶ Dicamus igitur humiliter orationes David in Psal. *Ego dixi, Domine miserere mei, sana animam meam, quia peccaui tibi.* Item dicamus subtiliter confessiones Psalm. *Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei.* Item dicantur viriliter instructiones Luc. 20. *Omnia recte dicis & doces.* Vide de dicere in alijs titulis, vbi agitur de adulatione, detractione, locutione, confessione, oratione, gratiarumactione, quia omnia ista pertinent ad dicere, & ideo breuiter transeo.

C ¶ His ergo præmissis, cum in scriptura inueniatur

Dicere { Dei, Iusti, Impij, & Diaboli.

Dicam quod

Deus, Iustus, Impius, Diabolus { dicit verba { Magnifica, Verifica, Falsidica, Venefica.

Est ergo vnum dicere Dei, quod est magnificum. Suum enim dicere est suum facere, & merito, quia ipse dicit mediante verbo suo, id est, filio, de quo loquitur Ioan. 1. *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.* Et vt breuiter transeam, notabo, quod Deus dicit & docet

Verba { Potentiæ cuncta producendo, Clementiæ malos conuertendo, Iustitiæ malos subuertendo, Modestiæ pacem diligendo, Munificentiæ magna promittendo.

Quod ab ipso dicantur verba potentiæ patet Gen. 1. vbi dicitur: *Dixit quoque Deus, fiat lux, fiat firmamentum, &c. Et factum est ita, &c.* Item quod ipse dicat verba clementiæ seu indulgentiæ & veniæ, patet Ioel. 2. *Hæc dicit Dominus Deus: Conuertimini ad me in toto corde vestro* Item quod dicat verba iustitiæ, patet in Psalm. *Dixit Dominus, ex Basan conuertam, conuertam in profundum maris.* Conuertam, (inquit) id est, subuertam. Et Hier. 39 *Dixit Dominus peccatoribus: Ecce mittam in gladium, & pestem, & famem, &c.* Ista enim sunt verba rigoris & iustitiæ. Item quod dicat verba pacis & modestiæ, pacis Esa. 66. vbi dicitur: *Hæc dicit Dominus, Ecce ego declinabo super Hierusalem quasi fluuium pacis.* Item quod ipse dicat verba gratiæ & largæ munificentiæ, patet Ioel. 2. vbi dicitur: *Respondit Dominus populo suo, & dixit eis: Ecce ego mitto vobis frumentum, & oleum, & vinum, & replebimini in eis.* Istud est ergo dicere Dei, quod est magnificum.

D ¶ Secundo dico, quod est dicere iusti, quod est veridicum. Et nota, quod iustus studet dicere

Verba { Laudis & iubilationis, Precis & deprecationis, Timoris & meditationis, Feruoris & contemplationis, Sapientiæ atque discretionis.

Dicit ergo iustus verba laudis & exultationis Psal. *Psalmum dicite nomini eius, date gloriam laudi eius.* Item verba precis atque orationis Ioel. 2. *Plorabunt sacerdotes ministri Domini, & dicent, parce Domine, parce populo tuo, &c.* Item verba profundæ meditationis, scilicet, loquendo de morte & inferno & similibus, Esa. 40. *Et dixi: Quid clamabo? Omnis caro fœnum.* Et David in Psalm. *Ego dixi in excessu meo, omnis homo mendax.* Item verba feruentis contemplationis Psalm. *Ego dixi: Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo, & requiescam?* Item verba sapientiæ & dilectionis, Prouerb. 7. *Dixi sapientiæ, soror mea es, & prudentiam vocaui amicam meam,* & cætera similia.

E ¶ Sed tertio dico, quod inuenitur dicere impij, quod est pestificum seu falsidicum. Et sic notabo, quod mali dicunt

Verba { Fallaciæ vera relinquentes, Nequitiæ semper delinquentes, Superbiæ alta præsumentes, Ignauiæ vana intuentes, Stultitiæ Deum blasphemantes, Sæuitiæ pauperes grauantes, Malitiæ mentem obstinantes, Luxuriæ carnem impinguantes.

Dico ergo, quod mali dicunt verba fallaciæ vera relinquendo, Eccl. 12. *Ab immundo quis mundabitur & à mendace quid verum dicetur?* Item dicunt verba nequitiæ semper delinquendo, Psalm. *Dixit iniustus, vt delinquat in semetipso, non est timor Dei ante oculos eius.* Item dicunt verba superbiæ alta ambiendo, Esa. 14. *Dicebas in corde tuo: In cælum conscendam super astra cæli exaltabo solium meum.* Item dicunt verba ignauiæ, se non mouendo, seu vane metuendo Prouerb. 13 *Dicit piger, Leo est in via, occidendus sum.* Item dicunt verba stultitiæ Deum blasphemando, Psal. *Dixit insipiens in corde suo, non est Deus.* Item dicunt verba sæuitiæ, pauperes grauando. Exo. 15. *Dixit inimicus persequar, & comprehendam, & diuidam spolia, implebitur anima mea* Item dicunt verba malitiæ, aures obdurando Hierem. 23. *Locutus sum ad te in abundantia tua, dixisti, non audiam.* Item dicunt verba luxuriæ, carnem impinguando, Eccles. 2 *Dixi in corde meo, vadam, & affluam delitijs, & fruar bonis,* & sic potes multiplicare de malo dicere quantum volueris. Istud est ergo dicere impij, quod est pestificum.

¶ Quarto dico, quod inuenitur dicere diaboli, quod est veneficum. Diabolus enim per suum dicere semper intendit animam inuenenare, mala suggerendo & fallaciter decipiendo, sicut de Eua apparuit, de qua dicitur Genes. 3. quod serpens dixit ad mulierem, *Nequaquam moriemini, sed eritis sicut dij, scientes bonum & malum, &c* Sufficit, quia in locis varijs fit mentio de dicere, &c. F

Dies. Nota, quod dies nihil aliud est loquendo naturaliter quam laoo solis super terrā. Dies enim dicitur illud spatium temporis quod per solis præsentiam illuminatur, sicut nox dicitur illud spatium temporis, quod per solis absentiam obscuratur. Moraliter autem accipiendo, dico, quod dies quadrupliciter dicitur in Scriptura. Signat enim dies in bono & malo. In bono enim signat A

Gratiæ sinceritatem, &
Gloriæ fœlicitatem

In malo vero designat

Præsentem prosperitatem, &
Futuram prosperitatem.

Dico igitur, quod per diem significatur status gratiæ Prouer. 4. *Iustorum semita quasi lux splendens procedit, & crescit vsque ad perfectam diem.* Item per diem designatur status gloriæ, Psal. *Hæc est dies, quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea.* Item per diem intelligitur præsens prosperitas. Vnde Hier. 17. *Diem hominis non desideraui.* Et in Ps. dicitur de præsentis vitæ: *Dies enim tanquam flos agri sic efflorebit.* Item per diem intelligitur sequens aduersitatis scil. dies iudicij, de quo Sophon. 1. *Dies iræ, dies illa, dies tribulationis & angustiæ, dies calamitatis & miseriæ, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulæ & turbinis, &c.* ¶ Dicamus igitur, quod per diem intelligitur

Status gratiæ in præsenti, &
Status gloriæ in futuro.

Et ideo sicut videmus, quod aues nobiles diligunt diem, ita quod de die non de nocte volitant & quærunt sibi prædam, aues vero ignobiles & diem & claritatem ipsius detestantur, in nocte vero volitant, & delectantur, sic vere nobiles, atque boni in claritate Dei & gratiæ & gloriæ delectantur, & in ipso opera sua spiritualia operantur Ioh. 9. *Me oportet operari donec dies est.* Mali vero & ignobiles de die gratiæ & gloriæ parum curant, in nocte vero præsentis prosperitatis omnimode delectantur, Psalm. *Posuisti tenebras, & facta est nox, in ipsa pertransibunt omnes bestiæ syluæ.* In die ergo gratiæ debemus modo manere, vt finaliter possimus ad diem gloriæ peruenire, vt sic dies diei eructet verbum, & vt dies super dies regis adijciantur, & ille, qui intus est homo noster, de die in diem renouetur. De talibus ergo diem gratiæ diligentibus, & ad diem gloriæ festinantibus, potest intelligi illud 1. Thessalon. 5. *Omnes enim filij lucis estis, & filij diei.*

¶ Et aduerte, quod sicut dies habet in se splendorem cognitionis, lucis feruorem & decorem, sic vere status gratiæ & gloriæ habet B

Splendorem cognitionis. [Locis inquit.]
Feruorem dilectionis. [Filij.]
Decorem perfectionis. [diei inquit.]

Est igitur ibi cognitionis splendor, quod ostenditur cum dicitur [Locis.] Lux enim solis de die splendet, nō de nocte. Sic lux veræ sapientiæ cognitionis & veritatis in die gratię & gloriæ inuenitur, non in nocte turbulentiæ peccatoris. Paradisus enim & etiam status perfectionis est sicut æther, qui est pars orbis sursum eleuata, in quo planetæ habitare dicuntur, vbi scilicet perpetua dies est, quia scilicet vbi vmbra terræ, quæ habet noctem introducere, non ascendit, secundum Isid. Sic vere status perfectionis siue in vita, siue in gloria habet diem claræ cognitionis in

æternum. Non enim patiuntur noctem ignorantiæ vel erroris: optime enim sciunt, & vident cuncta, quæ pertinet ad salutem, & hoc quia à septem planetis, id est, à septem donis sancti Spiritus illustrantur, & ab vmbra terræ, id est, amore terrenorum, qui ad eos non ascendit, nunquam mentaliter obscurantur, & sic nox ignorantiæ vel peccati in ipsis nullatenus generatur lucis inquit De ista ergo luce, & die dicitur Iohan. 11. *Qui ambulat in die non offendit, quia lucem huius mundi videt.* Vbi nota, quod ista dies habet

In motu fortitudinem. (Ambulat.)
In actu rectitudinem. (Non offendit.)
In visu certitudinem. (Videt inquit.)

De illa etiam die dicitur Rom. 13. *Nox praecessit, dies autem appropinquauit*: sequitur: *& induamur arma lucis*. Talis dies pro certo (charissimi) non est in hoc mundo, quia vere lux claræ cognitionis ibi nullatenus refulget. Ibi enim est nox, & non dies, ibi obscuritas, & non claritas, ibi est falsitas, & non veritas. Ideo dicitur Ioan. 11. *Qui ambulat in nocte, offendit, quia nescit vnde veniat, aut quo vadat.* Dies ergo gratiæ & gloriæ habet cognitionis splendorem.

¶ Secundo dico, quod ista dies habet dilectionis feruorem, quod ostenditur cum dicitur (Filij.) Filius enim dicitur, & est nomen amoris, amat enim naturaliter patrem suum, & à patre suo naturaliter adamatur. Sicut enim videmus, quod dies propter Solis præsentiam est calidior, quam nox, sic status gratiæ & gloriæ propter Solis iustitiæ præsentiam, charitatem continet & feruorem. Filij enim, qui sunt in statu gratiæ, se debent diligere sicut filij eiusdem patris. Illi vero, qui sunt in statu gloriæ, se diligant vt filij & heredes eiusdem hæreditatis. (Filij inquit.) Dicunt enim illud Genes. 42. *Omnes filij vnius viri sumus.* Ista tamen non possunt dici de multis, qui, scilic. non vident se esse in die gratiæ, sed in nocte peccati, quia, scilicet, charitatem feruoris non habent, sed magis peccatorum sunt frigore congelati. Sicut enim solsequium de die propter calorem aperitur, de nocte vero propter frigus clauditur, & obstruitur, sic illi, qui sunt in die gratiæ, vel etiam gloriæ, semper sunt aperti ad Deum per desiderium & amorem. Illi vero, qui sunt in nocte peccati, semper sunt clausi per desiderium & torporem. Tales ergo sunt *quasi lilia, quæ sunt in transitu aquæ, & quasi thus redolens in æstatis tempora*, id est, in diebus æstatis. Ecclesiastic. 50. Ista ergo dies habet dilectionis feruorem, Malachiæ 4. *Dies Domini succensa quasi caminus.*

¶ Tertio dico, quod ista dies habet perfectionis decorem. (Diei inquit.) Homini enim nihil est pulchrius vel delectabilius quam sit dies. Et ideo propter speciem & decorem diei, aues die adueniente habent incipere modulari. Infirmi solent ab infirmitate recreari. Homines enim deuiari solent magis lætius iucundari. Sic proculdubio charissimi, illi, qui sunt in statu gratiæ, Deo per gratiarum actiones modulantur, à peccati infirmitatibus liberantur, & ab errore demum reducuntur. Quilibet ergo *iustus & bonus potest dici quasi arcus refulgens inter nebulas gloriæ, & quasi flos rosarum in diebus veris.* Eccles. 50. Vbi nota, quod decor istius diei, scil. gratiæ vel gloriæ consistit principaliter in tribus, scilicet

In apparentia luminosa. (Refulgens)
In opulentia copiosa. (Gloriæ.)
In redolentia virtuosa. (Flos rosarum.)

Patet ergo, quod per diẽ intelligitur status gratiæ & gloriæ, quia hic continet decorem honestatis, feruorem charitatis, splendorem veritatis.

C ¶ Sed adhuc dico, quod per diem intelligitur status prosperitatis, siue etiam vitæ præsentis. Sicut enim dies in eodem non consistit, imo continue de mane ad meridiem crescit, de meridie ad vesperã decrescit, sic vita humana vel prosperitas humana nunquam in eodem perseuerat, semper enim aut crescit, aut decrescit. Nam si in aliquo tempore videatur crescere, & ad meridiẽ alicuius perfectionis attingere, finaliter decrescere & deficere compellitur, quousq; ad noctis, id est, ad mortis & aduersitatis tenebras deuenit. De tali ergo die loquitur Iob 10. *Paucitas dierum meorum finietur breui.* & in Psalm. *Defecerunt sicut fumus dies mei, & ossa mea sicut cremium aruerunt.* De tali die loquitur Dominus flens super Hierusalem, Luc. 19. *Si cognouisses*, inquit, *& tu, supple, fleres, nunc quidem*, inquit, *in hac die, quæ ad pacem tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis, quia venient dies, & circumdabunt te inimici tui vallo, & ad terram prosternent te.* Loquitur enim homini, qui est in die prosperitatis, qui non considerat de futuris diebus mortis & aduersitatis. Ista ergo dies non est desideranda, nec diligenda, sicut nec faciebat Ieremias, Hier. 17. *Diem hominis non desideraui.* Ceruus enim, quando est pinguis, de die non vadit ad pascua, sed de nocte, timet enim, quod si inueniretur, se non posse fugere, & facilius caperetur, vt dicit Plin. Sic vere boni & iusti gratijs & virtutibus impinguati diem prosperitatis fugiũt, & in nocte aduersitatis pascua sua quærunt. Timent enim quod in die prosperitatis per diuersa peccata à dæmonibus caperentur si ibi indiscrete vagarentur & morarentur. Dicunt enim cum Dauid: *Ab altitudine diei timebo.* Altitudo diei signat altum statum in mundi prosperitate, qui proculdubio est timendus. In isto enim statu

Malorum prauitas effrenatur,
Bonorum claritas obfuscatur,
Virtutum puritas desiccatur.

Dico igitur, quod in ista die effrenatur malorum prauitas, quia vere sicut serpentes plus nocent, & magis sæuiunt de die quam de nocte, & plus in æstate quam in hyeme, sicut dicit Isid. sic pro certo mali, & serpentini plus nocent alijs, dũ sunt in die prosperitatis, quam dum sunt in nocte aduersitatis. Tunc enim feruor auaritiæ magis viget, & venenũ suæ malitiæ magis mouet, quando sc. pauperes & vicinos magis molestant, & inuenenant per rapinas. vnde 1. Mach. 2. dicitur, quod *milites regis Antiochi constituerunt aduersus filios Israel prælium in die Sabbathorum.* Effrenatur ergo malorum prauitas.

¶ Secundò dico, quod in ista die, sc. in statu prosperitatis, obcæcatur bonorum claritas. Sicut enim stellæ de die non videntur lucere, quæ tantum de nocte rutilant atque lucent, sic vere sancti dũ durat dies vitæ prosperitatis non videntur lucere, quia sc. hodie nigri reputantur, sed finaliter *de nocte*, id est, *post mortem tunc fulgebunt iusti, & tanquam scintilla in arundineto discurrent*, Sapientiæ 4. Sæpe enim accidit, quod in die mundanæ prosperitatis lucem gratiæ multi perdunt, quam tamen in nocte aduersitatis recuperant, & acquirunt. Multi enim sunt similes Crysoprasso, qui est lapis pretiosus, quem secundum Isid. lux celat, & prodit obscuritas, de die enim vix apparet, de nocte autem ignei coloris est. Sic vere (charissimi) multi sunt, qui in die prosperitatis nihil valent, tepidi enim sunt, & sine aliqua claritate, Amos 8 *Tenebrescere faciam terram in die luminis.* De nocte vero videntur ignei, quia sc. per noctem aduersitatis excitantur, & tunc per charitatẽ fortiter inflammantur. De talibus ergo diebus potest dici illud Ps. *Dies formabuntur, & nemo in eis.* Obscuratur ergo bonorum claritas.

¶ Tertio dico, quod in isto die desiccatur virtutis puritas. Sicut enim ros, qui de nocte descendit, in die desiccatur & perit, sic gratiæ & virtutes, quæ in nocte tribulationis acquiruntur, prosperitatis tempore astruuntur. Amos cap. 8. *In die illa deficient virgines pulchræ.* Sic igitur patet qualiter dies prosperitatis est timenda, & etiam fugienda. Sicut enim dies semper ad noctem terminatur, sic prosperitas à nocte peruersitatis clauditur. *Extremum enim gaudij luctus occupat.* Prouerbior. 14. Vnde 1. Machab 1. *Dies festi eius conuersi sunt in luctum.* Tyle enim est vltima insula Oceani inter Septentrionalem & Occidentalem plagam, vbi dies durant per totam æstatem, scilicet per dimidium annum, sed pro certo nox longissima sequitur, quę per totam hyemem dilatatur. Sic vere charissimi, illi, qui perpetuo hic in æstate præsentis vitæ commorantur, continue habebunt ibi noctem aduersitatis, quia scilicet quantum habent hic de gloria, tantum habebunt finaliter de miseria, quia *quantum glorificauit se, & in delicijs fuit, tantum date illi tormentum & luctum*, Apocal. 18.

¶ Sed adhuc si vis aliquid de die vel diebus dicere, notabis, quod in scriptura multiplices inueniuntur dies, videlicet D

Dies {
Fluxibilis, quæ cito labitur,
Mutabilis, quam turba sequitur,
Tristabilis, qua lux excluditur,
Laudabilis, qua splendor oritur,
Durabilis, qua læte ducitur,
Damnabilis, qua nocte clauditur,
Turbabilis, qua malus sternitur,
Horribilis, qua miser vritur.
}

De istis autem diebus tam multiplicibus dico, quod est dies

Prima vitæ, qua sumus languidi,
Secunda fortunæ, qua sumus timidi,

Tertia

Tertia mortis, qua sumus stupidi,
Quarta gratiæ, qua sumus floridi,
Quinta gloriæ, qua sumus fulgidi,
Sexta culpæ, qua sumus marcidi,
Septima iudicij, qua sumus trepidi,
Octaua inferni, qua sumus horridi.

¶ Igitur dicam, quod inuenitur dies vitæ, quæ est fluxibilis & cito labitur. Vita enim præsens, sicut dictum est, similis est diei, quæ scilicet ab ortu solis vsque ad occasum non stat in eodem statu, nec cessat variari & fluere quousque termini noctis terminentur, sic nec vita nostra. Vnde ista est sicut horologium, quod semper vsque ad certum punctum discurrit, & tunc subito cadit, & campanellas tangit, & eas circumeundo sonum facere cogit. Sic vere vita nostra semper fluit vsque ad punctum præfinitum à patre, scilicet ad horam mortis. Tunc enim cadit & deficit, & campanellæ, id est, amici morientis per compassionem facti, sonum & planctum faciunt circa eum. De diebus ergo vitæ huius transitoriæ dicitur Iob 7. *Dies mei velocius transierunt, quam à texente tela succiditur.* Et nota, quod ipse comparat vitam telæ, quæ scilicet diu, & cum tædio & difficultate texitur, texta parum seruatur, & finaliter velocissime rumpitur aut succiditur. Sic vita & diu & difficiliter texta parum durat, & tandem subito rumpitur, & euolat Iob 9. *Dies mei velociores fuerũt cursore.* Dic si vis quomodo poetæ finxerunt, quod in inferno erant tria fata, quæ vitam regebant atque fatabant, & quicquid erat ad vitam pertinens, inuiolabiliter ordinabant, quæ etiam Parcæ per antiphrasim, seu etiam tres sorores dicebantur. Dicebant enim vna nere vel filare, alia texere, alia rumpere, pro eo scilicet quod fataliter, vt dicebãt, vita in vtero netur, filatur, seu originatur, in mũdo texitur, in fine rumpitur Esa. 38. *Præcisa est velut à texente vita mea. dum adhuc ordirer, succidit me.* Et ideo de breuitate & fluxibilitate vitæ dicitur in Ps. *Defecerunt in vanitate dies eorum, & anni eorum cum festinatione.* Et si vis notare de istis diebus, potes notare, quod isti sunt dies laboris, dies doloris, dies timoris, &c. Patet ergo, quod inuenitur dies vitæ, quæ est fluxibilis, & cito labitur. Vide supra in eodem c. f.

E ¶ Secundo dico, quod inuenitur dies fortunæ, quæ est mutabilis quam turbo sequitur. Dies enim signat prosperitatem, nox vero aduersitatem. Sed de ista die turbida, & mutabili nebulosa, (de qua potest intelligi illud Mich. 3. *Obtenebrabitur super eos dies.*) Vide sufficienter supra e. f.

F ¶ Tertio inuenitur dies mortis, quæ est tristabilis, qua lux excluditur. Dies enim statum mortis potest significare, quia sicut ros nocturnus in die cõsumitur, sic humidum radicale in morte penitus desiccatur. Et etiam sunt aliqua animalia, quæ de nocte apparent, de die vero latitant, & disparent, sicut de hippopotamo equo fluuiali dicit Plin. quod de die latet, de nocte vero segetes depascitur. Sic vere homo in nocte præsentis vitæ, quæ obscura est & nocturna deambulat, & discurrit, & segetes alienas, bonaque terrena aliorum depascitur, & corrodit. Inde tamen mortis die absconditur, & in aquis miseriæ sepelitur, ita quod amplius non videtur. De quo potest intelligi illud Soph. 2. *Abscondamini in die furoris Domini.* Ista est igitur dies mortis, quæ procul dubio est

Dies
- Subito veniens,
- Non cito transiens,
- Iniustos puniens,
- Iustis proficiens,
- In corpus sæuiens.

Est (dico) dies mortis subito veniens Ioel. 2. *Prope est dies tenebrarum & caliginis.* Item est dies non cito transiens, durabit enim ista vsque ad diem iudicij quando omnes resurgent, & inimica destruetur mors. Tunc enim mortui ascendent de terra, quia magnus dies Israel. Item iste est dies iniustos puniens. In regionib. enim calidis & feruentibus, sicut est Æthiopia, dies magis nocet, quam proficit corporibus maxime in æstate, & hoc propter excessiuum calorem. Sic mors magis nocebit malis, quam vita, quia scilicet ardor damnationis æternæ tunc temporis vret eos Esa. 27. *In illa die visitabit Dominus in gladio suo duro & grandi super Leuiathan.* Item iste est dies iustis proficiens, Eccl. 7. *Melior est dies mortis die natiuitatis.* Melior inquit, scilicet iustis, qui vadunt ad gloriã. Ita iste est dies in corpus sæuiens, quia scilicet omnia corpora deuorantur in morte. Deu. 32. Iuxta est dies perditionis, & adesse festinant tempora. Sequitur. Inebriabo sagittas meas sanguine, & gladius meus deuorabit carnes. Patet ergo, quod inueo-



tur dies mortis, quo lux excluditur. Vnde Amos 5. *Dies illa tenebræ & non lux.*

¶ Quarto dico, quod inuenitur dies gratiæ, quæ splendor oritur. Sed de ista visum est supra in principio, vbi ponitur auctoritas diuisa. Sed si vis vltra aliquid dicere, dic, quod dies accipitur pro sole veniente, pro sole manente & illuminante, pro sole redeunte. Sic vere status gratiæ sumitur pro præsentia solis iustitiæ, G

Qui
- Venit & se præsentat dum carnem induit,
- Manet & illuminat dum mentem imbuit,
- Redit & nos renouat dum se restituit.

Prima fuit dies misericordiæ cum se exhibuit, de quo Hier. 31. *Ecce dies veniet dicit Dominus, & visitabo Israel.* Secunda est dies, qua nunc se exhibet perseuerantibus. De quo Esa. 4. *In die illa erit germen Domini in magnificentia.* Vnde etiam de aduentu eius in mẽtem potest dici illud Ioan. 20. *Cum esset sero die illa vna Sabbathorũ, venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio discipulorum.* Tertia est dies, qua se restituit pœnitentibus, de quo Amos 9. *In die illa suscitabo tabernaculum Dauid, quod cecidit.* De quo etiam Eccl. 48. *In diebus illis retro rediit sol, & addidit vitam regi.* Igitur dicamus aliquid de ista triplici die gratiæ, videlicet de die.

Mundi visitatiua,
Mentis illustratiua,
Morum reparatiua.

¶ Prima ergo fuit dies, in qua Dominus mundum visitauit. Et hoc fuit quando post mortem legis antiquæ nouæ legis dies in ipsius solis Christi ortu & præsentia nobis datus est. Iste enim fuit dies, in quo omnes virtutes & gratiæ diuinitus effluxerunt. Dico ergo, quod dato, quod scriptura dicat Malachiæ 4. quod *nullus propriè potest cogitare diem aduentus eius*, & hoc quia ipse fuit *quasi ignis conflans, & sicut herba fullonum*, nihilominus possumus dicere, quod iste fuit dies lætitiæ, in quo angeli cecinerunt dicentes; *Gloria in excelsis Deo, &c.* Iuxta illud Psalm. *Hæc est dies, quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea.* Item ista fuit dies claræ scientiæ, in qua errorum noctes & caligines defecerunt. Psalm. *Dies illuminabitur, sicut tenebræ eius, ita & lumen eius*, id est, secundum quod magnæ errorum tenebræ processerunt, ita magna lumina fidei & scientiæ surrexerunt. Item ista fuit dies fiduciæ, in qua morborum infirmitates sanatæ sunt & virtutes & securitas successerunt. Hier. 23. *In diebus illis saluabitur Iuda & Israel habitabit confidenter.* Item ista est dies misericordiæ, in qua dona, virtutes & gratiæ effluxerunt. Ioel. 3. *In die illa stillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lac & mel.* Item ista fuit dies iustitiæ, in qua pax & concordia reluxerunt, Psalm. *Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis.* Ista est ergo prima dies gratiæ, in qua Dominus mundum visitauit.

¶ Secunda est dies gratiæ, in qua Dominus mundum illustrauit. Et ista dies propriè est fides nostra, quæ fuit illuminatiua, & errorum & hæresum sublatiua Eccl. 50. *Sicut luna in diebus suis lucet.* Ista est etiam dies claræ contemplationis & scientiæ, de qua supra eod. tit. in princ. Ista est etiam dies virtutum, quia scil. per dies intelliguntur virtutes particulares, quæ simul aggregatæ annum perfectiuus componunt. H

Virtutes enim sunt dies
- Pleni,
- Longi,
- Boni,
- Læti,
- Quieti,
- Saluiferi,
- Fructiferi,
- Sancti.

Sunt (dico) dies pleni gratiæ sine vacuitate. Psalm. *Dies pleni inuenientur in eis.* Sunt dies longi perseuerantiæ longanimitate. Psal. *Vitam petijt à te. & tribuisti ei longitudinem dierum in sæculum sæculi.* Sunt etiam dies boni sine culpæ prauitate, & iniquitate Psalm. *Quis est homo, qui vult vitam, diligit dies videre bonos? Prohibe linguam tuam, &c.* Iob. 36. *Complebunt dies suos in bono, & annos suos in gloria.* Item sunt dies læti cum spirituali iucunditate. Psalm. *Psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ in domo Domini.* Item sunt dies quieti sine discordiæ peruersitate seu malignitate. Esaiæ 39. *Fiat pax, & veritas in diebus meis.* Item sunt dies saluiferi pleni omni suauitate, & sancti Spiritus charitate. Actor. 1. *Vos autem implebimini Spiritu sancto non post multos hos dies.* Item sunt dies fructiferi eorum bonorum omnium vbertate & fertilitate. Prouerbior. 9. *Per me multiplicabuntur dies tui.* Et breuiter, virtutes sunt illi spi-

rituales & sancti dies, de quibus dicitur de Dauid 1. Paralipom. 29. quod *mortuus est in senectute bona plenus dierum & diuitijs.* Tales ergo dies debemus appetere, & eorum multiplicationem & numerum affectare, & renouationem & reparationem eorum, humiliter dicentes illud Threo. 5. *Innoua dies nostros sicut à principio.* Et tamē hodie, proh dolor, possumus plangere cum Iob 17. dicentes, *Spiritus meus attenuabitur, dies mei breuiabuntur, & solum mihi superest sepulchrum.* Et bene dicit breuiabuntur, quia scilicet quāto sol magis distat à nobis, tanto sunt dies breuiores. Patet de solstitio hyemali, quod summe distat à nobis, & ideo breuissimos habet dies. Sic, proh dolor, dicam, quod quia sol iustitiæ Christus à nobis distat propter nostrorum obicem delictorum, ideo dies virtutum nostrarum pauci sunt atque breues, Iob 13. *Breues dies hominis sunt:* & in Psalm. *Fiant dies eius pauci.* Ecce ergo quomodo sub diebus gratiæ continentur ipsæ virtutes. Et si vis, dic, quod etiam per dies significantur viri iusti, quibus scil. sol iustitiæ Christus semper est præsens, dies enim stellas occultat & abscondit; nox vero ipsas manifestat, & prodit, sic vere iustus stellas suas, id est, virtutes solet abscondere per humilitatem. Nox vero peccator, stellas suas, i. e. virtutes, & sufficientias, si quas habet, solet manifestare, & ostendere per iactantiæ & inanis gloriæ vanitatem. Vnde Seneca libro morum: *Esto occultator virtutum sicut & alij vitiorum.* Isti ergo sunt dies pleni, dies longi, dies boni, sicut supra immediate. Et merito, quia isti sunt filij illius indefectibilis Dei Christi, de quo 1 Thessalon. 5. *Omnes vos filij lucis estis, & filij Dei.* Et nota, quod iusti sunt

Dies, qui
- Perseuerando continuantur,
- Exuberando discriminantur,
- Sese docendo erudiuntur,
- Semper crescendo perficiuntur.

Iusti enim perseuerant non deficientes. Prouerb. 10. *Iustus in æternum non commouebitur,* & in Psal. *Ordinatione tua perseuerant dies.* Et Esaiæ 65. *Secundum enim dies ligni erunt dies populi mei.* Iusti etiam inter se differunt alter alterum præeuntes. Ecclesi. 33. *Dies diem superat, & lux lucem.* Iusti insuper alterutrum se informant in scientijs & moribus instruentes. Psalm. *Dies diei eructat verbum & nox nocti indicat scientiam.* Iusti nihilominus continue crescunt semper in virtutibus proficientes. Prou. 4. *Iustorum semita quasi lux splendens procedit, & crescit vsque ad perfectum diem.* Patet igitur quomodo diuersimode sumitur secunda dies gratiæ, qua Deus sæculum illustrauit.

I ¶ Sed tertio dico, quod est alia dies gratiæ, qua Deus sæculū reformauit. Et ista est dies pœnitentiæ, in qua nox peccati recedit, & lux gratiæ restituitur, & accedit. De talibus ergo diebus intelligitur illud 2. Cor. 6. *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis.* Et illud Romanor. 13. *Nox præcessit, dies autem appropinquauit.* Abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis, sic vt in die honeste ambulemus. Vbi notabis, quod

Dies pœnitentiæ
- Expellit vanitatis errorem,
- Generat meritorum splendorem,
- Dissipat vitiorum horrorem,
- Excutit tarditatis soporem,
- Excitat probitatis laborem,
- Renouat deperditum vigorem,
- Præparat venustatis decorem.

Vanitatis recedūt errores. [Nox inquit præcessit.]
Veritatis succedunt splendores (Dies appropinquauit.)
Prauitatis decedunt horrores. (Abijciamus ergo opera)
Tepiditatis pelluntur sopores (Tenebrarum.)
Vtilitatis aguntur labores (Induamur arma.)
Strenuitatis virescunt vigores. (Lucis inquit.)
Amœnitatis splendescunt decores. Sic vt in die honeste ambulemus. Istæ sunt enim septem diei proprietates, quæ ad pœnitentiam applicantur, quia videlicet

In die
- Nox finitur,
- Lux sentitur,
- Nebula exhauritur,
- Sopor excutitur,
- Labor & opus cunctis indicitur,
- Virtus in corpore vigoratur, & renouatur,
- Omnia honesta propter lucem & præsentiam hominum melius perpetrantur.

Dicam ergo, quod dies pœnitentiæ falsitatis auellit errorem. Nos (inquit) præcessit, quasi dicat, De obscuritate præcedentium errorum nihil est ibi. Constat, quod homo, qui est in nocte culpæ in multis errat, quando vero venit ad diem pœnitentiæ errores illos corrigit, & ab eis se præseruat. Vnde illud Ioann. 11. *Si quis ambulauerit in nocte, offendit, quia lux non est in eo.* Item dico, quod dies pœnitentiæ veritatis continet splendorem. (Dies, inquit, appropinquauit.) In die enim apparent viæ rectæ, quæ in nocte non apparent. Sic in statu pœnitentiæ multæ viæ salutis apparent. Sapientiæ 10. *Iustum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi gloriam Dei.* Sequitur. *Fuit illis in velamento diei, & in luce stellarum per noctem, & transtulit eos per mare rubrum, id est, per amaram pœnitentiam.* Item dico, quod dies pœnitentiæ prauitatis consumit horrorem. (Abijciamus inquit.) Constat, quod nubes & nebulæ & grossities aeris, quæ in nocte inualuerant, de die consumuntur, sic nebulæ peccatorum in die pœnitentiæ deponuntur. Esaiæ 2. *In die illa idola penitus conterentur.* Sequitur. *In die illa proijciet homo idola, &c.* id est, peccata. Item dico, quod dies pœnitentiæ, tepiditatis excutit torporem. (Opera inquit tenebrarum) Opera enim tenebrarum, id est, opera noctis, sunt dormire & iacere; de die autem minus dormitur: sic status pœnitentiæ non est, vt per pigritiam dormiamus, sed vt potius per diligentiam vigilemus, & tenebrarum opera, id est, pigritiam, & somnolentiam expellamus, vt sic nobis possit dici illud 1. Thessalon. 5. *Omnes vos filij lucis estis, & filij diei.* & post. *Nos autem, qui diei sumus, sobrij simus.* Item dico, quod dies pœnitentiæ vtilitatis imprimit laborem. (Induamur inquit arma.) Arma enim induuntur ad labores sustinendum. Constat enim quod dies magis est ordinatus ad laborem quam nox, sic status pœnitentiæ. Psalm. *Operamini donec dies est.* Induamur ergo arma, scilicet pœnitentiæ ad militandum contra hostes spirituales, vt sic perfecte conuertamur ad Dominum, & de vitijs in virtutes immoremur dum contra vitia præliamur. Iob 14. *Cunctis diebus, quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea.* Induamur (inquit) scilicet cilicium & ieiunia. Vnde Ionæ 3. dicitur quod *postquam Ionas prædicasset dicens: Adhuc quadraginta dies & Niniue subuertetur, audiens rex Niniue, descendit de solio suo, & indutus sacco, sedit in cinere.* Saccus enim & cinis sunt arma pœnitentium. Vnde Esaiæ 22. dicitur, *Quod in die illa vocauit Dominus ad fletum, & planctum, & caluitium & cingulum sacci &c.* Item dico sexto, quod dies pœnitentiæ strenuitatis renouat vigorem. (Lucis inquit.) Sicut enim lux diei renouat vires corporum per noctis frigus & tenebras depressorum, quod maxime apparet in infirmis, qui leuius habent adueniente die, sic die pœnitentiæ adueniente, & luce gratiæ influente, vigor animæ reparatur, & infirmitas peccati minuitur, & animæ debilitas releuatur, & sic anima ad statum pristinum prius per peccatum perditum restauratur. Quod etiam notatur in verbo lucis. Virtus enim lucis arbores siccatas omni anno renouat, & omnino rerum vires vigorat & sustentat, exemplum de Paulo Actorum 9. quem *circumfulsit de cælo lux copiosa,* qui cum fuisset tribus noctibus, non manducans neque bibens, tandem baptizatus, conuersus, & renouatus est. Quia reuera quando lux gratiæ interius fulget, & triplex dies, id est, triplex pœnitentiæ actus, scilicet contritio, confessio, & satisfactio per ieiunium corpus atterit, tunc homo ad Deum conuertitur, & in moribus penitus renouatur, & spiritualiter reparatur. Gen. 40. *Tres adhuc dies sunt, post quos recordabitur Pharao ministerij tui, & restituet te in gradum pristinum.* Tres (inquit) dies, id est, tres pœnitentiæ partes. De quo Exo. 5. *Viam trium dierum ibimus in solitudinem, vt immolemus Domino.* Et illud Marc. 8. *Iam triduo sustinent me, nec habent quod manducent.* Est ergo pœnitentia dies strenuitatis renouās vigorem. Item dico, quod dies pœnitentiæ venustatis seu amœnitatis reparat decorem. (In die inquit honeste ambulemus.) Constat enim, quod se magis tenet homo honeste de die quam de nocte. De nocte enim, & in obscuro fiunt multa inhonesta, quæ nullo modo fierent in aperto. Sic vere dico, quod dies pœnitentiæ multa honeste facienda suggerit, nox vero culpæ inhonesta plurima fieri facit. Vnde primo Machab. 10. *Induit se Ionathas stola sancta in die solemni.* Stola enim sancta, honesta est conuersatio, quam super omnia pœnitentes debent habere 1. Corinthio. 14. *Omnia honeste & secundum ordinem fiant in vobis.* Patet ergo quomodo dies gratiæ refertur ad pœnitentiam mundum reformantem, ad iustum clare se formantem, ad virtutem mentem illustrantem, ad

gratiam intus influentem, ad Christum carnem assumentem. Et sic, dico, quod inuenitur dies gratiæ, qua splendor oritur, & ista est quarta dies.

K ¶ Quinto vero dico, quod inuenitur dies gloriæ, quæ læte ducitur. Constat enim, quod dies naturaliter est lætior, quam nox Solis enim præsentia lætificat omnem carnem. Vnde dicit Plin. lib. 7. quod in insula Tyles, quæ est in India arbor est flore roseo, quæ de solis præsentia gaudere videtur. Fertur enim ibi ab incolis, vt ait, quod ista arbor dormit, & vigilat. Nam de nocte clauditur, ac si dormiret, de die ac si vigilaret, in solis præsentia aperitur, ita quod in meridie penitus dilatatur. Sic vere, qui in nocte vitæ præsentis somnolenti, clausi, & quasi mortui videntur esse, finaliter quando dies æternæ claritatis eis aduenerit, euigilabunt, & corda sua in Dei laudibus dilatabunt, & in solis Christi præsentia perpetuo iubilabunt. Esa. 60. *Surge, illuminare Hierusalem, quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est.* Sequitur: *Tūc videbis & afflues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuū* Sequitur: *Non erit tibi amplius sol ad lucendum per diem, nec splendor lunæ illuminabit te, sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam.* Et breuiter nota, quod ista est

Dies { Gaudiosa insistens laudibus,
Copiosa non carens dapibus,
Radiosa infundens sensibus,
Gloriosa pollens honoribus.

Quod ista sit dies gaudiosa, patet Esa. 26. *In die illa cantabitur canticum in terra Iuda.* Vrbs fortitudinis nostræ Sion, Saluator ponetur in ea murus. Item quod ista sit dies copiosa, patet Ioh. 2. vbi dicitur, quod *die tertia nuptiæ factæ sunt in Chana Galilææ.* Et Esa. 4. dicitur, quod *in illa die erit germen Domini in magnificentia.* Item quod sit dies radiosa & luminosa, vbi sc. nihil occultatur beatis, patet Esa. 60. vbi dicitur, *Non occidet vltra sol tuus, & luna tua non minuetur, quia Dominus erit tibi in lucem sempiternam, & complebuntur dies luctus tui.* Item quod sit dies gloriosa, patet Esa. 28. vbi dicitur; *In illa die erit Dominus exercituum corona gloriæ, & sertum exultationis residuo populi mei.* Ista est ergo dies gloriæ, qua læte viuimus.

L ¶ Sexto dico, quod inuenitur dies culpæ, qua malus graditur, seu quæ nocte clauditur. Dies enim ad literam semper terminatur ad noctem. Sic vere status culpæ semper terminatur ad pœnam æternam. Ipse enim status peccatorum & etiam ipse peccator dicitur dies,

Propter { Instabilem conditionem,
Laborem & afflictionem,
Facilem obnubilationem,
Finalem noctis conclusionem,

Sic vere status culpæ vel etiam ipse impius dicitur dies quia instabilis in affectibus variatur. Laboribus & tribulationibus vexatur. Faciliter vitijs obnubilatur. Et nocte mortis æternæ, vt dictum est, terminatur. Prou. 16. *Dies impij ad malum.* Et nota, quod dies culpæ est

Dies { Laboris & pœnalitatis,
Fœtoris & calamitatis,
Furoris & compositatis,
Cruoris & crudelitatis,
Palloris & fallacitatis,

Quod si dies laboris & miseriæ, patet Eccl. 40. vbi dicitur, *Occupatio magna creata est omnibus hominibus, onus graue super filios Adam, à die exitus de ventre matris eorum vsque in diem sepulturæ.* Item quod sit dies fœtoris & luxuriæ, patet Ezech. 16. vbi loquens Dominus illi peccatrici ciuitati, in similitudinē meretricis, dicit sic: In die ortus tui non est præcisus vmbilicus tuus, & aqua non est lota in salutem, nec sale salita, nec inuoluta pannis, quæ potissime possunt referri ad peccatum originale. Item quod sit dies furoris & superbiæ, patet Iob 15. *Cunctis diebus suis impius superbit.* Item quod sit dies cruoris & sæuitiæ, patet Esa. 22. vbi dicitur, *Dies conculcationis & interfectionis est*, & Malac. 4. *Dies venit succensa quasi caminus.* Item quod sit dies palloris & fallaciæ, potissime quantum ad hypocritas, qui semper fallaciter agunt, & aliud videntur quam sunt, potest dici illud Iob 17. *Noctem verterunt in diem*, quia scilicet vitam suam, quæ peccatrix est & nocturna, apparere faciunt diurnam. Isti enim aliud de die prætendunt, & aliud de nocte faciunt: similes Penelopæ puellæ, quæ amorem suum omnibus promittebat, quando telam suam, quam texebat, compleuisset, sic tamen procos, & adolescētes deludebat, quia quicquid de die ordiebatur & faciebat, de nocte rumpebat, & deordiebatur, sicut ponit Ouidius: Sic vere hypocritæ, homines deludunt: quia quod de die in apparentia hominum faciunt, de nocte, id est, in occulto destruunt. Nam in aperto faciunt multa bona, sed plura mala in occulto. Hypocrita ergo est falsus amicus, de quo dicitur Ecclesiast. 6. *Est amicus socius mensæ, & non permanet in die necessitatis.* Ista est igitur dies culpæ, quæ nocte clauditur.

M ¶ Septimo dico, quod inuenitur dies iudicij, qua malus sternitur. De ista ergo die, quam terribilis, quam horribilis, quam mirabilis, quam insugibilis seu ineuitabilis sit, patet in plerisque scripturarum locis, sicut enim possum perpendere, ista erit

Dies { Clara, qua cuncta videbuntur,
Æqua, qua mali cuncti iudicabuntur,
Magna, qua cuncti congregabuntur,
Aspera, qua læta contristabuntur,
Austera, qua alta conculcabuntur,
Amara, qua fortia tribulabuntur.

Ista est ergo dies clarissimæ veritatis ad omnia cognoscenda: Vnde ista dies dicitur reuelationis, quia scilicet corda singulorum singulis erunt clara. Vnde Roman. 2. *In die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet vnicuique iuxta opera sua.* Et 1. ad Corinth. 13. *Vniuscuiusque opus manifestum erit, dies enim Domini declarabit.* Item ista est dies æquissimæ seueritatis ad pessimos puniendos. Iudith. 16. *Væ genti insurgenti super genus meum, Dominus enim omnipotens vindicabit in eis, in die iudicij visitabit illos.* Ista est dies latissimæ capacitatis ad omnia continendum, ibi enim congregabuntur omnes homines, qui ab Adam vsque ad finem mundi fuerunt. Ioel. 3. *Ecce in diebus illis, & in tempore illo congregabo omnes gentes, & deducam illos in vallem Iosaphat, & disceptabo cum eis.* Item ista est dies excellentissimæ potestatis ad cuncta sublimia deprimendum. Psalm. *Confregit*, scilicet Dominus, *in die iræ suæ reges, conquassabit capita in terra multorum.* Item ista est dies amarissimæ seruitutis ad cuncta fortia tribulandum Sophon. 1. *Dies Domini amara, tribulabitur ibi fortis.* Ista est ergo dies iudicij, qua malus sternitur.

N ¶ Octauo dico, quod inuenitur dies inferni qua miser viuitur. Tempus enim illud, quo damnati viuunt in inferno, potest dici

Dies { Indignationis,
Separationis,
Tribulationis,
Desperationis,
Perditionis,
Percussionis,
Combustionis,
Obliuionis.

Est (dico) dies indignationis, quia scilicet Deus perpetuo indignatur damnatis. Hier. 18. *Dorsum, & non faciem ostendam eis in die perditionis eorum.* Item est dies separationis, *separantur enim mali de medio iustorum, vt mittantur in caminum ignis*, sicut dicitur Matthæi 13. Vnde Amos 6. *Separati estis in diem malum, & appropinquatis solio iniquitatis.* Item est dies tribulationis Soph. 2. *Dies iræ dies illa, dies tribulationis & angustiæ, dies calamitatis & miseriæ, dies tenebrarū & caliginis, dies nebulæ & turbinis, dies tubæ & clangoris.* Sequitur: *Et tribulabo homines, & ambulabunt, vt cæci, quia Domino peccauerunt.* Item est dies desperationis. Prouerb. 24. *Si desperaueris in die angustiæ, &c.* Item est dies percussionis. Psalm. *In die illa percutiam omnem equum in stuporem.* Item est dies obliuionis. Esa. 23. *Vlulate naues maris, quia vastata est fortitudo vestra. Et erit in die illa, obliuioni eris ô Tyre.* Item est dies combustionis. Iudith. 16. *Deus in die iudicij visitabit illos.* Dabit enim ignem & vermes in carnes eorum, vt vrantur, & sentiant vsque in sempiternum, quia sicut dicitur Esaiæ 66. *Ignis eorum non extinguetur, & vermis eorum non morietur.* Hæc igitur sufficiant de die, &c.

## Diffamare.

Nota, quod diffamare quandoq; sumitur pro fama diuulgare sc. sicut de illis dæmoniacis à Christo curatis dicitur Matt. 9. quod isti diffamauerunt eum per totam illam terram. Et illud 2. Esdræ 4. *Quomodo nō præcellet rex qui ita diffamatur?* Quandoq; vero sumitur, vt communiter, pro famam auferre & attenuare, sicut de villico iniquitatis dicitur Lucæ 16. quod *quidam habebat villicum, & hic diffamatus est apud eum, quod dissipasset bona ipsius.* Sed de hoc vide in diuersis titulis, scilicet vbi detractio, lingua, dentes & quæ sequuntur.

A **Differre.** Nota, quod differre quandoque sumitur pro quadam inæqualitate rerum. Res enim creatæ sunt in quadam differentia, vna enim præcellit aliam in virtute, sicut cum dicitur 1. Cor. 15. *Stella differt à stella in claritate.* Omnia enim habent suas proprias differentias, per quas ab inuicem distinguuntur. Ideo vide de titulis diuidere, & distinguere & similibus. Quandoq; vero differre accipitur pro tardatione, seu dilatione, & istud quandoque pertinet ad occultam Dei sapientiam, sicut cum dicitur Deuteronom 32. *Propter iram inimicorum distuli, ne forte superbirent hostes eorum.* Secundum enim suam occultam sapientiam ipse differt gloriam Paradisi, vt ardentius appetatur. Vnde Prou. 13. *Spes, quæ differtur, affligit animam, lignum vitæ, desiderium veniens.* Quandoq; ad deliberatiuam prudentiam pertinet, sicut illud Catonis. *Vindictam differ donec pertranseat ira,* Vnde Prouer. 29. *Totum spiritum suum profert stultus, sapiens differt & reseruat in posterum.* Quandoque pertinet ad torporem & desidiam, quia scilicet mali semper procrastinant, & differunt benefacere. contra illud Ecclesia. 5 *Fili ne tardes conuerti ad dominum neque differas de die in diem.* Sed de istis vide supra de cras, & in tabula vbicunque fit mentio de deliberatione, & ita de tarditate & similibus.

A **Difficultas.** Nota; quod difficultas est illud, & difficile dicitur illud, quod ad faciendum est graue, fieri tamen non est impossibile. Est igitur

Difficultas:
- Nobilis virtutis excitatiua,
- Debilis vigoris suffocatiua,
- Meriti maioris augmentatiua.

Dico ergo, quod difficultas in quocunque suo genere est virtutis excitatiua. Virtus est enim de bono & difficili. Circa enim facilia non est virtus, sed circa difficilia. Non enim est virtuosum facere quod est facile, sed potius quod est graue & difficile. Virtus etiam excitatur, augmentatur & irritatur, quando sibi obiectum difficile præsentatur. Ignis enim tunc fortius ardet, quando alicuius aquæ aspergimine lignum madet. Tunc etiam fortius intellectus acuitur, quando ad imaginãdum difficilia occupatur. Etiam virtus animi magis crescit, quando contra ipsum aliquod arduum & terribile inualescit. Et inde est, quod viri strenui quando ad ardua & difficilia facta mittebantur, gaudebant, & ipsa irritatione virtutis difficilia superabant, patet de Iasone misso ad vellus aureum rapiendum, de Hercule misso ad Chimeram occidendum, de Perseo misso ad caput Gorgonicũ succidendum. Isti enim viri fortes talia difficilia aggrediebãtur, in talibus, quę videbantur impossibilia exercitabantur, & sic famam & gloriam perpetuam merebantur. De nostris etiam martyribus quid dicam? qui scilicet ipsam difficultatem mortis pro Christo vilipendebant, & multiplicata virtute, occasione difficilium gaudentes, ad supplicia properabant. Apud homines virtuosos igitur virtus difficultate acuitur, & ad ardua fortius animatur. Vnde Gregor. in Moral. dicit, quod sicut ignis flatu premitur, vt crescat, sic iustus aduersitatibus comprimitur, vt virtus eius plus vigeat. Patet ergo, quod difficultas est virtutis nobilis excitatiua.

B ¶ Secundo dico, quod ista est virtutis debilis suffocatiua. Constat enim, quod modica virtus difficultate deperit, vbi magna irritatur, & crescit. Nam forti flatu candela extinguitur, vbi ignis magnus fortius inflammatur. Reprehẽdi ergo debent quidam præsumptuosi, & fatui, qui vires suas non metientes, ardua & difficilia aggrediuntur, in quibus multoties destruuntur. Vnde de Rachele dicitur Gene. 35. quod ipsa difficultate partus

C periclitabatur. Ista est ergo virtutis debilis suffocatiua. ¶ Tertio dico, quod difficultas est meriti sublimis occupatiua. Constat enim, quod quanto actus virtutis est difficilior, tanto debet esse merces maior & melior. Vnde Gregor. in Morali. *Afflicti terrena perdimus, sed afflictionem patienter sustinentes, cœlestia promeremur.* Et ideo bene docet Bernar. in quodam sermone dicens sic. Cum simus velut in campo certaminis in hoc mundo, qui hic dolores, miserias & plagas non acceperit, in futura gloria non apparebit. Breuiter concludam sicut concludit sapiens Eccl. 1. dicens *Cunctæ res difficiles, non potest eas homo explicare sermone.* Inuenitur enim difficultas in addiscendo, in intelligendo, in laborando, In operando, in sustinendo, in viuendo & moriendo, & tamen nisi homo per difficultates transierit, æternum præmium non habebit. *Non coronabitur* enim, vt ait Apostolus, *nisi qui legitime certauerit.*

D ¶ De illis autem, quæ in scriptura reputantur difficilia, possum notare, quod

Difficilis reputatur:
- Cognitio secretorum,
- Correctio peruersorum,
- Subuersio perfectorum,
- Saluatio superborum.

De cognitione secretorum, quod sit difficilis, patet Prouerbiorum 30. vbi dicitur. *Tria sunt mihi difficilia: Et quartum penitus ignoro, scilicet viam aquilæ in cœlo, viam colubri super petram, viam nauis in medio mari, & viam viri in adolescentia sua.* De correctione peruersorum & obstinatorum, quod sit difficilis, patet Eccles. 1. vbi dicitur, *Peruersi difficile corriguntur & stultorum infinitus est numerus.* De subuersione etiam perfectorum atque iustorum, quod sit difficilis, patet Eccles. 4. vbi dicitur. *Funiculus triplex difficile rumpitur.* Funiculus (inquit) triplex, id est, iustus in fide Trinitatis fundatus, triplex Theologicis virtutibus firmatus, vel tribus nodis religionis ligatus. De saluatione vero superborum & opulentorum, quod sit difficilis, patet Matth. 19. vbi dicitur: *Diues difficile intrabit in regnum cœlorum,* quia sicut dicitur Matth. 10. *Facilius est transire camelum per foramen acus, quam diuitem intrare in regnum cœlorum.* Diuitem dico, id est, diuitias amantem, diuitijs male vtentem, & diuitijs subiacentem &c. Vide infra in expositione huius verbi facilis.

**Digitus.** Cum digiti sint illa membra, quibus immediatius operamur videtur, quod per digitos potest intelligi virtus operatiua. Et ideo quia Deus & iustus, diuersimode operantur, notare possumus, quod in scriptura reperiuntur diuersa genera digitorum. Inuenitur enim

Digitus:
- Dei, qui operatur mirabiliter,
- Impij, qui opera damnabiliter.
- Iusti, qui operatur laudabiliter.

Et enim digitus Dei, qui operator mirabiliter, id est, faciens mirabilia. Et iste nihil aliud est quam virtus & potentia, bonitas & clementia, splendor & sapientia Dei patris, hoc est dictum, Ipse Spiritus sanctus vel ipse Dei filius benedictus. Digitus enim est idem cum manu. Digitus ex tribus constet iuncturis, Digitus facile plicatur & erigitur. In digito vis tactiua summe viget, (qua dispositio rerum tangibilium sentitur) & in extremitate sui vngue vestitur. Talis procul dubio est filius Dei, ex tribus enim constat substantijs, scilicet deitate, anima, & corpore, idem est cum manu, id est, cum essentia deitatis. Per pietatem fuit sui plicatiuus, per iustitiam sui porrectiuus, per summã sapientiam dispositionis omnium cognitiuus, & vngue, id est, corporea carne fuit in extremitate temporum vestitus, vt de ipso proprie dicatur illud Exod. 8. *Digitus Dei est hic.* In manu enim sunt digiti quinque, scilicet pollex, qui dicitur sic, eo quod præ cæteris in virtute præpolleat: index, qui sic dicitur, eo quod homo cum illo omnia indicet, & ostendat, medius qui sic dicitur, eo quod in manu medium locum teneat, anularis, qui sic dicitur, eo quod homo annulũ in eo deferat, auricularis, qui sic dicitur, eo quod homo cum illo libentius aures scalpat. Sic vero Christus Dei digitus dicitur, & omni digito merito comparatur. Dicitur enim Pollex, quia virtute & potentia summe polluit, & viguit, dicitur index, quia inspirando, prædicando omnia indicauit atque docuit, dicitur medius, quia mediator Dei & hominum apparuit, dicitur annularis, quia annulo fidei nos subarrhauit, dicitur auricularis, quia doctrinam sanctam humanis auribus instillauit. Igitur hoc bene figuratum fuit Marci 7. vbi dicitur, quod *Christus misit digitos suos in auriculam muti & surdi, & expuens tetigit linguam eius, & sic apertæ sunt aures eius, & solutum est vinculum linguæ eius.* Quia reuera humanum genus, quod per peccatum Adæ surdum, & mutum fuerat factum, ita quod bonum non poterat dicere vel audire, mediante digito Dei viui scilicet Dei filio benedicto, & etiam mediante sputo gratiæ sanatum est & saluatum, & ad loquendum & vtilia audiendum reparatum. ¶ Et notabis, quod, sicut ad sensum patet,

Digitis:
- Agimus,
- Pungimus,
- Vngimus,
- Tangimus,
- Pingimus.

Sic vere dico, quod Deus pater mediante digito, id est, suo filio benedicto, cuncta producendo agit, & generat, malos puniendo pungit & vulnerat, bonos leniendo vngit & temperat, vera discernendo tangit & ponderat, mentes instruendo pingit & alterat.

B ¶ Dicam ergo, quod Christus primo modo dicitur digitus potentiæ, quo cuncta generantur. Psal. *Videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum.*

¶ Secundo modo Christus dicitur digitus iustitiæ, quo mali vulnerantur, quod scilicet fiet in iudicio Luc. 11. *In digito Dei ejicio dæmonia.* Vnde Deus potest dicere illud Cant. 5. *Digiti mei pleni sunt myrrha probatissima.* Myrrha enim est amara gustui, sed odorifera olfactui. Amaritudinem & asperitatem signat iustitię, quæ scilicet virtus est valde redolens & famosa, quamuis sit ad sustinendum & ad gustandum difficilis & rigorosa.

¶ Tertio modo Christus dicitur digitus misericordiæ & clementiæ, quo miser vngitur, & temperatur. Vnde in mundificatione præcipitur sic Leui. 16. de olei sextario. *Tinget digitum dextrum, & asperget oleum contra dominum septies.* Deus enim intinxit digitum suum dextrum, id est, filium in oleo misericordiæ, quo septies, id est, per septem misericordiæ opera vel Spiritus S. bona aspergit, & linit dolores humanæ miseriæ.

¶ Quarto modo Christus dicitur digitus scientiæ & prudentiæ, qua cuncta tanguntur & cognoscuntur, reguntur etiam & ponderantur. Vnde illud Esa. 40. *Appendit tribus digitis molem terræ.* Christus enim dicitur tres digiti, propter naturam triplicem, quam habet, vt dictum est. Vnde de eius virtute actiua & discretiua dicitur Leu. 8. *Tincto digito tanget cornua altaris.*

¶ Quinto autem modo Christus dicitur digitus, quo cuncta pinguntur, & exarantur, seu quo bona scribuntur, & reuelantur. Vnde iste est digitus, quo legis tabulæ fuerunt scriptæ, Deuter. 9 Iste etiam est digitus, quo sententia condemnatoria contra Balthasar fuit scripta, quando digiti Dei apparuerunt scribentes in pariete. *Mane, Thecel, Phares* Dan. 5. Quo etiam sententia absolutoria scripta fuit, quando Christus inclinans se, digito scribebat in terram, vbi deprehensam in adulterio liberauit. Ioannis 8. Patet igitur, quod inuenitur digitus Dei faciens mirabilia.

C ¶ Secundo dico, quod inuenitur digitus impij qui operatur damnabilia. Digiti enim luporum & leonum curui sunt per fallacitatem, acuti vero per rapacitatem. Sunt acuti, & ad faciendum crudelia quam ad faciendum vtilia magis apti. Sic vere digiti malorum sunt curui per fallacitatem, apti & docti ad operandum omnem iniquitatem Esa. 59. *Digiti eorum pleni sunt iniquitate.* Et si vis notare de digitis, & de operatione malorum, dic, quod isti sunt

Digiti
- Extenti, ad alios irridendum,
- Distorti, ad modicum faciendum,
- Multiplicati seu superflui, ad vilia peragendum,
- Debiles seu defluxi, ad lassitudinē faciliter incurrēdum,
- Mobiles seu superflui, ad inconstanter in eisdem perseuerandum.

¶ Dico ergo, quod mali habent digitos extentos ad alios deridendum procaciter. Ideo dicitur Esa. 58. *Si abstuleris de medio tui catenam, & desieris digitum extendere, orietur in tenebris lux tua.* Item mali habent digitos distortos ad opera faciendum ignauiter. Vnde de pigris, & hypocritis dicitur Matth. 23 quod *ipsi imponunt onera grauia & importabilia in humeris hominum, digito autem suo nolunt ea mouere.* Item mali habent digitos multiplicatos ad superflua peragendum. Vnde 2. Regum 21. fit mentio de quodam viro excelso, qui habebat senos digitos in manibus & pedibus, qui à Ionatha milite Dauid fuit occisus. Superfluitas enim digitorum superfluitatem denotat affectionum & operationum. Item mali habent digitos debiles seu fragiles ad faciliter à bono desistendum. Vnde de statua Nabuchodonosor dicitur Dan. 2. *Vidisti digitorum pedum partem testeam.* Item habent mali digitos mobiles ad inconstanter in omnibus se habendum. Vnde de malo dicitur Prou. 6. *quod ipse annuit oculis, terit pede, digito loquitur, & corde peruerso machinatur malum* Patet ergo, quod inuenitur digitus impij, qui operatur damnabilia.

D ¶ Tertio dico, quod inuenitur digitus iusti, qui operatur laudabilia. Digitus enim, id est, operatio iusti, digito comparatur, quia scilicet ex tribus iuncturis constat, inquantum scilicet omnis operatio iusti ad triplex tempus scilicet præteritum, præsens, & futurum debite debet ordinari, vel inquantum in debitis, numero, pondere & mensura, debet consistere & fundari. Vnde illud Esa. 40. *Quis appendit molem terræ tribus digitis?* Et notabis plures digitos spirituales, videlicet

Digitum
- Scientiæ & veræ cognitionis,
- Prudentiæ & sanæ discretionis,
- Clementiæ & piæ compassionis,
- Potentiæ & bonæ operationis,
- Iustitiæ & asperæ castigationis.

Habet ergo iustus digitum veræ cognitionis & scientiæ. Et iste proprie est digitus fidei, quia scilicet sicut in digito latet vis cognitiua, & passiuus dispositionisq; corporis apprehensiua, sic fides est ille digitus, quo mediante veritatem rerum cognoscimus & sine cuius tactu & actu omnia salutaria ignoramus. Vnde Ioan. 20. dicit Thomas. *Nisi* (inquit) *mittam manum meam in latus eius, & digitum meum in locum clauorum non credam.* Sequitur. *Infer digitum tuum huc, & noli esse incredulus, sed fidelis,* qui statim perfectę credidit, dicens, *Dominus meus, & Deus meus.*

Item habet digitum sanæ discretionis & prudentiæ. Discretio enim est digitus

Quo
- Legem tenemus,
- Bonum docemus,
- Superflua cohibemus.

Digito enim ad literam possumus aliquid tenere, aliquid ostendere vel docere, aliquid claudere vel arcere. Digitus ergo discretionis legem Dei tenet, & possidet Prou. 7. *Liga legem in digitis tuis, & scribe eam in tabulis cordis tui.* Vtilia monstrat, & educit. Vnde de Ioanne Baptista supponitur, quod ipse ostendit digito saluatorem, dicens, *Ecce agnus Dei.* Ioan 1. Et Ioan. 8. *Inclinans se, digito scribebat in terram* Superflua arcet, & cohibet Iob 29. *Principes cessabant loqui, & digitum superponebant ori suo.* Iste est ergo digitus sanæ discretionis & prudentiæ.

¶ Item habet iustus digitum piæ compassionis & clementiæ. Digitus enim aptus est ad vngendum, & suauiter scalpendum, sic clementia benigniter vngit & lenit. Vnde de diuite in tormentis iacente legitur Luc 16. quod ipse petijt, vt *Lazarus intingeret extremum digiti sui in aquam, & refrigeraret linguam eius.* Potissime autem digitus compassionis debet sanguine Christi inungi, vt scilicet de passione eius clementer compatiamur. Vnde Leuit. 4. *Tollet sacerdos de sanguine hostiæ, & tanget digito cornu altaris.* Altaris enim cornu, in quo Christus fuit immolatus, est crux, quæ scilicet à digito nostræ compassionis continue debet tangi.

¶ Item habet iust[illegible] digitum bonæ operationis & potentiæ, scilicet virtutem bene operandi & spiritualibus hostibus resistendi Psalm. *Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum.* Vnde etiam de illa bona muliére dicitur Prou. 31. quod *manum suam misit ad fortia, & digiti eius apprehenderant fusum.*

¶ Item habet iustus digitum correctionis, & iustitiæ Digitus enim vngue armatur, quo scilicet quis pungitur & aliquoties laceratur. Sic mediante iustitia malos pungimus, & eos si necesse est, vulneramus, vt sic dicat iustus illud 3. Reg. 12. *Digitus meus minimus grossior est dorso patris mei. Pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cædam vos scorpionibus.* Isti sunt ergo quinque digiti viri iusti.

¶ Vel si vis, etiam dic, quod ipse iustus dicitur digitus triplici iunctura, id est, fide Trinitatis compositus, ad operandum tangendum, vngendum, &c. sicut supra, deinde est aptus, & dispositus, &c. Et nota vnum valde mirabile de digito, quia digitus ante prandium grossior est quam post prandium. E

Annulus enim, qui ante prandium cum difficultate mittitur, post prandium sine difficultate in digito ponitur, quod eo contingere potest, quia sumpto cibo sanguis ad stomachum pro digestione trahitur, & sic membrum exterius propter absentiam illius sanguinis gracilius reperitur. Talis est proculdubio vir perfectus, quia re vera cum cibis diuitiarum & bonorum temporalium vel etiam spiritualium est repletus, tunc magis humilis & gracilis reperitur. Boni enim ea acquisitis diuitijs per superbiam non inflantur, sed per humilitatem potius attenuantur. Vnde in talibus completur illud Eccl. 3. *Quanto maior es humilia te.* De quolibet ergo tali potest dici illud Exod. 8. *Digitus Dei est hic.* Vbi nota, quod vir perfectus operatur cum sedulitate, ideo dicitur digitus, copulatur cum diuinitate, ideo dicitur digitus Dei, præsentatur in necessitate, ideo dicitur, est hic, &c. Sic ergo patet, quod est digitus Dei, impij & iusti.

## Dignus.

Nota, quod dignus dicitur ille, qui est aptus vel congruus ad aliquid habendum, vel faciendum, A

siue bonum fuerit siue malum. Cum enim culpa, & pœna sibi correspondeant, potest dici, quod mali digni sunt pœna, & indigni gloria. Boni vero sunt digni gloria, & indigni pœna. Dicamus ergo, quod dignum potest referri ad bonos & ad malos. Boni enim, quia omnia digne, id est, congrue, debite, & honeste faciunt, iuxta illud Coloss. 1. *Ambuletis digne Deo per omnia placentes.* Ideo digni sunt omni bono. Constat enim, quod secundum nobilitatem & dignitatem materiæ debet forma nobilior & dignior in eam introduci.

B ¶ Sic dicam, quod quia viri iusti digne & laudabiliter se disponunt, ideo formas virtutum dignas & nobiles accipiunt, & accipere digni sunt. ¶ Notabis ergo, quod iusti sunt

Digni
- Scripturas aperire,
- Pro Christo interire,
- Gratiam inuenire,
- Ardua definire,
- Noxia superare,
- Præmia reportare,
- Dulcia degustare,
- Cum Christo regnare,
- Honores vendicare.

Dico ergo, quod iusti digni sunt scripturas aperire. Plus enim proficit ad scripturas intelligendum humilitas, quam subtilitas, plus sanctitas, quam auctoritas. *Deus enim ipsas abscondit à sapientibus & prudentibus, & reuelat eas paruulis*, Matth. 23. Ideo cuilibet iusto scientifico potest dici illud Apoc. 5. *Dignus es Domine aperire librum, & soluere signacula eius.* Item iusti digni sunt tormentis interire, scilicet pro Christo. Magna enim dignitas est, quod homo à Deo eligatur, vt tormentum pro eo patiatur. Vnde Actor. 5. dicitur, quod *Apostoli ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.* Item dico, quod iusti digni sunt gratiam inuenire, scilicet apud Deum. Vnde Sap. 3. dicitur, quod *Deus tentauit illos, & inuenit illos dignos se.* Nam sicut dicitur Sap. 5. *Ipsa sapientia increata dignos se circuit quærens.* Item dico, quod iusti sunt digni ardua definire. Vnde Sapient. 7. dicitur sic. *Mihi autem dedit Deus dicere ex sententia & præsumere digna horum, quæ mihi dantur.* Item dico, quod iusti digni sunt noxia superare. Vnde 2. Macha. 5. de Deo dicitur, quod *ipse dat dignis victoriam.* Item dico, quod iusti sunt digni præmia reportare. Luc. 10 *Dignus est operarius mercede sua.* Item dico, quod iusti sunt digni dulcia degustare, scilic. comedere corpus Christi. De quo Matth. 10. *Dignus est operarius cibo suo.* Dignus enim debet esse, id est, iustus & mundus, qui comedit istum cibum, quia sicut dicitur 1. ad Cor. 11. *Quicunque manducauerit panem hunc, aut biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis & sanguinis Domini.* Item dico, quod iusti digni sunt honores vendicare 1. Tim. 5. *Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni sunt cum Christo conregnare.* quia sicut dicitur Roman. 8. *Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.* Veruntamen Col. 1. dicitur, quod *Deus nos fecit dignos in partem sortis Sanctorum in lumine.* Et 2. Thes. 1. *Digni habeamini in regno Dei, pro quo & patimini.* Patet ergo, quod iusti digni sunt omni bono.

C ¶ Sed adhuc dico, quod mali digni sunt omni malo. Nam Sap. 16. dicitur. *Propter hæc & similia passi sunt digne tormenta*, quasi dicat, quia commiserunt multitudinem peccatorum digne & iuste, passi sunt multitudinem tormentorum. Vnde nota, quod mali sunt

Digni
- Carcere ligari,
- Bestijs lacerari,
- Gladijs detruncari,
- Sanguine satiari,
- Morte dura necari,

Digni sunt ergo, vt includantur carcere corporis & desidiæ Sapient. 18. *Digni quidem illi carere luce, & pati carcerem tenebrarum.* Item digni sunt, vt lacerentur à bestijs carnalitatis & luxuriæ. Sapient. 15. *Illos enim locustarum & muscarum occiderunt morsus, & non est inuenta sanitas animæ illorum, quia digni erant ab huiusmodi exterminari.* Muscæ enim & locustæ signant carnis motus. Item digni sunt, vt detruncentur gladio detractionis & infamiæ. Iudith. 6. *Cum digni gladij mei pœnas exceperint, ipse simul vltioni subiaceas.* Item digni sunt, vt satientur sanguine crudelitatis, & sæuitiæ Apoc. 16. *Iustus es Domine, quia sanguinem prophetarum tuorum fuderunt, sanguinem dedisti eis bibere, vt digni sunt.* Item digni sunt, vt occidantur morte pœnarum & miseriæ, scilicet in inferno, Rom. 1. *Qui talia agunt, digni sunt morte, non solum qui talia agunt, sed etiam qui eis consentiunt.* Talibus ergo malis & similibus mali digni sunt, & se indignos omnibus bonis reddunt. Et si vis, dic negatiue, quod mali non sunt digni scripturas soluere, Christum recipere, bonis se iungere, Christum diligere, in cœlo comedere, cum Christo viuere. Dico ergo, quod mali digni non sunt scripturas intelligere. Ioan. 1. *Non sum dignus, vt soluam corrigiam calceamenti eius.* Soluere enim calceamenta Christi, nihil aliud est, quam intelligere mysteria scripturarum sanctarum. Item non sunt digni Christũ in sacramento altaris recipere. Vnde Matth. 8. *Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum.* Item non sunt digni bonos secum habere, seu colere. Vnde Heb. 11. enumeratis sanctis hominibus, dicit, quod *dignus non erat eis mundus.* Item non sunt digni Christo adhærere, vel eum accedere, seu ipsum diligere. Matth. 10. *Qui amat patrem aut matrem plusquam me, non est me dignus.* Item non sunt ad nuptias parati intrare, vel comedere. Matth. 22. *Nuptiæ quidem paratæ sunt, sed qui inuitati erant, non fuerunt digni.* Item non sunt digni sempiterne viuere. Iob 30. *Vita ipsa putabantur indigni.* Et breuiter, mali indigni, infames, & vilissimi reputabuntur. Et ideo dignitatibus Ecclesiæ carere iubentur, iuxta illud, *Infamibus porta dignitatum non patebunt.* Et à dignitate cœlestis gloriæ expellentur. Dan. 11. *Stabit in loco eius vilissimus & indignus decore regio &c.*

# Dignitas.

Nota, quod dignitas sumitur pro statu eminentiæ & honoris, & pro officio prælaturæ, & dominij magistratu, vel etiam quandoq; pro ipsa bonitate, sufficientia, & auctoritate personæ, Et sic dico, quod inuenitur. A

Dignitas
- Virtualis,
- Sæcularis,
- Regularis,
- Singularis.

¶ Dignitas virtualis est idem quod bonitas & sanctitas, prudentia & honestas, sicut dicitur Prouerbiorum 20. *Dignitas senum canities.* Canities dico, id est, prudentia.

¶ Dignitas sæcularis nihil aliud est, quam dominatio in temporalibus. De qua Prouerb. 14. *In multitudine populi dignitas regis*, quæ etiam plerumque malis hominibus consueuit conferri, & faciliter solet auferri. Hæc enim sæpe impijs confertur. Vnde Eccles. 10. dicitur: *Vidi sub sole quasi per errorem egrediens à facie principis, positum stultum in dignitate sublimi, & diuites sedere deorsum.* Hæc etiam cito perditur, & aufertur. Ezech. 24. *Tollam ab eis fortitudinem & gaudium dignitatis.* B

¶ Dignitas regularis est dignitas ecclesiastica, quæ scilicet bonis hominibus, dignis scientificis, atque sanctis semper debet conferri. Vnde de bono prælato dicitur Eccles. 45. *Statuit illi testamentum pacis, & principem fecit eum, vt sit illi sacerdotij dignitas in æternum.* C

¶ Dignitas singularis, seu æternalis est excellentia gloriæ Paradisi, quam scilicet principaliter Deus possidet. Hest. 10. *Rex Assuerus omnem terram, & cunctas insulas maris fecit sibi tributarias, cuius est imperium & fortitudo, & dignitas & sublimitas.* De dignitate igitur, officio, & prælatura, quomodo solis dignis debeant concedi, & quomodo malis multoties concedantur, possent infinita dici, sed deficiunt auctoritates vocales, & in infinitis locis mentio fit de illa. Vide ergo de rege, prælato, altitudine, cœlo, & alijs titulis similibus sicut in tabula. D

# Diligere. Dilectio.

Nota, quod dilectio quandoq; accipitur pro omni amore, siue bono siue malo. Accipitur enim quandoq; pro amore virtuoso, aliquando pro amore vitioso, aliquando pro amore naturali, aliquando pro amore supernaturali. Virtuosus est amor charitatis, de quo dicitur Matth. 22. *Diliges proximum tuum sicut teipsum &c.* Amor vitiosus est amor cupiditatis, de quo Esa. 1. *Omnes diligunt munera, sequuntur retributiones*, & in Psalm. *Qui diligit iniquitatem, odit animam suam.* Item amor naturalis est amor necessitatis, quo scilicet homo compellitur naturaliter diligere genitorem, fratrem, amicum & benefactorem, de quo Eccl. 13. *Omne animal diligit sibi simile.* Amor vero supernaturalis est amor diuinitatis, quo scilicet nos diligimus Deum vt creatorem & conseruatorem, de quo Matth. 22. *Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo &c.* A

¶ De dilectione igitur, qua tenemur Deum diligere, & qua Deus diligit nos, aliquid breuiter disseramus. Deus diligit omnia quæ sunt, quoniam sua sunt. Diligit enim iustos & peccatores, & sic dicitur Matt. 5. *Solem suum facit oriri super bonos & malos.*

Caut-

Caniculus enim filios & catulos suos quanquam cæcos valde diligit, ipsosq́, latratu, & morsu defendit, & ita cæcos sicut videntes fouet cum diligentia, atq́, nutrit. Sic pro certo Deus catulos suos, i. homines & cæcos & videntes, bonos & malos valde diligit, ipsosq́, per suam occultam prouidentiam tecreat, fouet & alit Sap. 11. *Diligis enim omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum, quæ fecisti.* Deum etiam debent omnia diligere. Et cum secundum Arist. nihil sit diligibile nisi sub ratione boni, sequitur, quod cũ Deus bonitatem habeat infinitam, in infinitum diligi debet & in immensum. Iosu. 23. *Diligentissime præcauete, vt diligatis dominum Deum vestrum* Boni enim tenentur Deum diligere & amare. Res enim recta cum alia re bene recta faciliter & immediate potest coniungi, sicut patet de duabus regulis simul coniunctis, quæ immediatissime se coniungunt. Et quia igitur rectus est dominus Deus noster, & non est iniquitas in eo, recti & iusti debent cum eo per dilectionem coniungi Cant. 1. *Recti diligunt te.* Mali etiam tenentur diligere. Nam catuli cæci matrem suam diligunt, ipsam naturaliter cognoscunt, & ad eius vbera recurrunt. Sic vere homo quanquam sit cæcus & peccator, Deum tamen tenetur diligere, & vt creatorem recognoscere, & ad vbera suæ misericordiæ reuenire, quia enim Deus (vt dictum est) non dedignatur diligere peccatores, inquantum sunt ipsius creaturæ, ideo ab ipsis est merito diligendus, quia sicut dicitur Luc. 6. *Peccatores diligentes se diligunt* Diligamus igitur (charissimi) Deum, *quia ipse prior dilexit nos.* 1. Ioan 3. Dicat igitur Deo quilibet illud Psal. *Diligam te Domine fortitudo mea, Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus.* Igitur ostenditur, quod Deus est diligendus quia

Sustentator robustissimus, [ fortitudo mea, ]
Receptator secretissimus, [ refugium meum, ]
Defensator clementissimus, [ liberator meus. ]

Deus enim est sustentator defluentium, receptator fugientium, defensator seu liberator pereuntium.

C ¶ Diligatur ergo Deus, vt defluentium sustentator. *Fortitudo inquit mea, & refugium meum, & firmamentum meum.* Infirmus enim valde debet diligere baculum fortem quo secure possit sustentari. Elephas enim quando vult dormire, fortem arborem quærit, cui innititur quando dormit. Cerui etiam quando volunt aliquem magnum fluuium pertransire, solent fortioribus inniti, vt eorum fortitudine sustentari possint, & securius transfretare. Sic vere nos, qui valde debiles sumus & infirmi, summe debemus Deum diligere, *cuius fortitudo est sicut rhinocerotis,* sicut dicit Balaam Num. 24. Ipsi enim possumus secure inniti per spem & confidentiam, vt sic tute possimus fluuium huius sæculi pertransire. Fortitudo inquit mea. Vnde in Psalm. *Fortitudo mea & laus mea Dominus, & factus est mihi in salutem.* Iste ergo est defluentium sustentator Cant. 8. *Fortis est vt mors dilectio.*

D ¶ Secundo diligendus est, vt fugientium receptator. [ Refugium inquit. ] Ceruus enim à canibus infestatus, sentiens se non posse euadere, naturali instinctu sciens hominem animal mansuetum natura, ad ipsum vltro refugit, vt saluetur, vt dicit Plin. Sic vere cum sciamus Deum esse clementissimum & benignum, si à canibus, id est, dæmonibus vel tribulationibus infestemur, ad ipsum debemus refugere per deuotionem, & ipsius clementiam piis orationibus implorare, dicentes cum Psal. *Deus noster refugium & virtus, adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis.* Iste est ergo ad ipsum fugientium receptator.

E ¶ Tertio diligendus est, quia ipse est defensator pereuntium, & saluator [ Liberator inquit meus. ] Quando enim Elephas in foueam cecidit vnde per se non potest exire, venatorem illum valde diligit, qui ipsum de fouea liberat, & extrahit, ipsumque sequitur, & ei obedit. Sic pro certo charissimi cum de fouea peccati exire vel surgere non possemus & venator Christus nos clementer eripuerit, & extraxerit, propter hoc ipsum debemus diligere, & sibi dulciter obedire, Liberator inquit meus. Vnde in Psalm. *Laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Adiutorium nostrum in nomine Domini qui fecit cælum & terram.* Quia igitur charissimi Deus est, vt dictum est, liberator clementissimus, receptator benignissimus, sustentator robustissimus, dico, quod hic est merito diligendus Psalm. *Diligite Dominum omnes sancti eius.* Beatus ergo vir, qui suffert tentationem, quoniam *cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se* Iac. 1. Istud tamen est contra multos, qui Deum non videntur diligere vere, nec eidem per constantiam vel fiduciam adhærere, sicut sunt mundi peccatores, qui Deum non videntur diligere, eo quod per diuersa peccata noscuntur ipsum offendere, & Diabolo consentire. *Nemo enim potest duobus dominis seruire, aut enim vnum diliget, & alterum odiet, aut vni adhærebit, & alterum contemnet.* Non sic igitur (charissimi,) sed Deum firmiter diligamus. Iuxta mandatum Aug. lib. de spiritu & anima, qui dicit sic, O quantum debeo diligere Dominum meum, qui me fecit cum non eram, redemit cum perieram, & eduxit de exilio, redemit de seruitio, vnxit me lætitiæ oleo, vocauit me nomine suo, vt ab vnguento dicerer vnctus, & à Christo dicerer Christianus. Et vide supra de amore, amicitia, & charitate.

¶ His ergo præmissis, notandum est, quod Deus est diligendus, quia ipsum diligentes. F

Ab ipso diliguntur teneriter,
Per ipsum proteguntur securiter,
Cum omnibus viuuntur concorditer,
Ab ipso respiciuntur benigniter,
Mandata exequuntur fideliter,
Peccata detestantur sagaciter,
Omnia eis cooperantur vtiliter,
Delicta eis remittuntur salubriter,
Gaudia eis ingeruntur mentaliter,
Animæ ipsorum illuminantur sinceriter,
A Deo exaudiuntur veraciter,
Gloriam consequuntur fœliciter.

¶ Dico ergo, quod diligentes Deum ab ipso tenere diliguntur. Prou. 8. *Ego diligentes me diligo.* Item per ipsum secure proteguntur Psalm. *Custodit Dominus omnes diligentes se.* Item cum omnibus pacifice viuunt Psalm. *Pax multa diligentibus legem tuam.* Item à Deo benigne respiciuntur Eccles. 34. *Oculi Domini in diligentes se.* Item mandata fideliter exequuntur Ioa. 14. *Si diligitis me, mandata mea seruate.* Item peccata veraciter detestantur, Psal. *Qui diligitis Dominum, odite malum.* Item omnia ipsis cooperantur vtiliter. Rom. 8. *Diligentibus Deum, omnia cooperãtur in bonum.* Item delicta eis salubriter remittuntur Luc. 7. *Dimittũtur ei peccata multa, quoniam dilexit multum* Item in Deo gaudent hilariter, & gloriantur Psal. *Gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum.* Item per gratiam illuminantur subtiliter Eccl. 2. *Qui timetis dominum, odite malum, & diligite dominum & illuminabuntur corda vestra.* Item isti à Deo gaudenter exaudiuntur Ps. *Dilexi quoniam exaudiet Dominus.* Item gloriam consequuntur finaliter Iac. 1. *Beatus vir, qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se.* Ergo bonum est homini diligere Deum, & non solum Deum, sed etiam omnia, quæ pertinent ad Deum, scilicet, omnia virtuosa & honesta. Iusti ergo

Diligant {
Misericordiam, pauperibus compatientes,
Iustitiam, peccatores perentientes,
Disciplinam, semetipsos discutientes,
Sapientiam, in seipsis aspicientes,
Legem, Christi mandatis obedientes,
Concordiam, pacifice viuentes,
Propriam salutem, à periculis resilientes,
Cœlestem gloriam, nihil aliud concupiscentes.
}

Diligant ergo iusti misericordiam, egenis succurrendo. Mich. 6. *Indicabo tibi homo, quid sit bonum, vtique facere iudicium & diligere misericordiam.* Item diligant iustitiam, percussis occurrendo Psal. *Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea vnxit te Deus oleo iustitiæ.* Item diligant disciplinam, seipsos castigando Prou. 12. *Qui diligit disciplinam, diligit scientiam.* Item diligant sapientiam, vtilia cognoscentes Sap. 6. *Diligite lumen sapientiæ omnes, qui præestis populis.* Item diligant legem, Dei mandatis obediendo Psalm. *Dilexi mandata super aurum & topazion.* Et ibidem. *Legem autem tuam dilexi.* Item diligant concordiam, pacifice viuendo Zach. 8. *Veritatem & pacem diligite.* Item diligant salutem & securitatem, à periculis sapienter præcauendo Sapient. 7. *Super salutem, & speciem dilexi sapientiam.* Item diligant cœli gloriam, ipsam appetendo Psalm. *Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ.* Sed pro certo mali non diligunt talia, sed potius omnia mala & inutilia. Et tamen scriptum est, quod *qui diligit iniquitatem, odit animam suam* Psalm. De malis igitur possumus dicere, quod ipsi

Dili-

Diligunt
- Verba velocia plena falsitate,
- Verba mendacia plena vanitate,
- Opera noxia plena prauitate,
- Scelera grauia plena iniquitate,
- Facta fallacia sine benignitate,
- Gesta mobilia sine stabilitate.

Diligunt (dico) verba velocia, quæ loquuntur, sine discretione, Psalm. *Dilexisti omnia verba præcipitationis lingua dolosa.* Item diligunt dicta mendacia cum vana locutione, Psalm. *Filij hominum vsquequo graui corde? ad quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?* Item diligunt opera noxia cum puerili affectione. Prou. 1. *Vsquequo paruuli diligitis infantiam, & stulti ea, quæ sunt sibi noxia cupient?* Item diligunt scelera grauia cum terribili damnatione Psalm. *Dilexit maledictionem, & veniet ei, & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo.* Item diligunt facta fallacia cum malitiosa proditione Psalm. *Dilexisti malitiam super benignitatem, iniquitatem magis quam loqui æquitatem.* Item diligunt gesta mobilia sine stabili directione Hierem. 14. *Dilexit mouere pedem suum, & domino non placuit.*

G ¶ Sed adhuc si vis scire, quæ sunt illæ personæ, quæ diligunt Deum, dico, quod sunt isti,

Qui sunt
- Puritate loti,
- Pietate foti,
- Veritate noti,
- Sedulitate moti,
- Integritate toti.

Dico, quod ad diligentiam operatur puritas & innocentia. Vnde de Ionatha, qui interpretatur columba, dicitur 1. Reg. 18. *Dilexit Dauid Ionathas quasi animam suam.* Item pietas atq; clementia Cant. 1. *Oleum effusum nomen tuum, ideo adolescentulæ dilexerunt te nimis.* Item veritas & iustitia Can. 1. *Recti diligunt te.* Item sedulitas & diligentia Cant. 3. *Surgam, & circuibo ciuitatem, quæram quem diligit anima mea.* Item integritas & existentia Deu. 6. *Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua.*

H ¶ Si autem vis adhuc scire, quæ sunt illa, quæ diligit Deus, dico, quod ipse diligit

Illos qui
- clarissime speculantur,
- dulcissime miserentur,
- certissime proloquuntur,
- simplicissime conuersantur,
- sapientissime meditantur.

Diligit enim Deus clarissime speculantes. Vnde de Sion, quę interpretatur specula dicitur in Psalm. *Diligit dominus portas Sion.* Et alibi. *Montem Sion, quem dilexit.* Item diligit dulcissime compatientes, Psal. *Misericordiam & iudicium diligit Deus.* Item diligit certissime loquentes, Psa. *Ecce enim veritatem dilexisti incerta* &c. Item diligit simplicissime conuersantes Prou. 29. *Scio Deus meus quia simplicitatem diligas.* Item diligit diligentissime meditantes seu sapientes Sap. 7. *Neminem diligit Deus, nisi eum, qui cum sapientia inhabitat.* De dilectione vero Dei in genere, quomodo ipsa operatur in homine fortitudinem, quia *fortis est, vt mors, dilectio* Can 8. *Sollicitudinem, quia cura disciplinæ dilectio est.* Sap. 6. Quietudinem 2. Cor. 13. *Deus pacis & dilectionis erit vobiscum.* Perseuerantiæ longitudinem Ioan. 15. *Manete in dilectione mea.* Fidelitatis certitudinem Sap. 3. *Fideles in dilectione acquiescent illi.* Veritatis rectitudinem Rom. 12. *Dilectio sine simulatione.* Multa possent dici, sed transeo gratia breuitatis. Vide supra de amore, & amicitia, & charitate, & similibus.

A **Dilectus & Dilecta.** Quia pro sponso & sponsa, amico & amica supponunt, videtur, quod loquendo spiritualiter, dilectus & dilecta idem sunt quod Deus & anima, Christus & Ecclesia. Igitur dicam, quod Christus potest dici dilectus respectu animæ, seu Ecclesiæ, seu etiam Prælatus vel quilibet vir perfectus respectu Dei vel cuiuslibet personæ. Dico ergo, quod Deus seu Christus dicitur dilectus quia, scilicet, iste diligitur

- À patre, qui eum amat æternaliter,
- A matre, qui eum amat naturaliter,
- Ab Ecclesia, quæ eum amat virtualiter,
- Ab anima, quæ eum amat cordialiter.

Iste enim fuit dilectus patris, quia hunc amat æternali amore. Vnde Mat. 3. dicitur, quod *cum Christus baptizaretur vox patris audita est: Hic est filius meus dilectus.* & Luc. 3. dicitur. *Tu es filius meus dilectus.* Item iste fuit dilectus matris, quia hunc amauit naturali amore, i. dulcore. Vnde de ipso carnem assumpturo potest dici in persona matris suæ illud Cant. 6. *Pessulum ostij mei aperui dilecto meo.* Item iste dilectus Ecclesiæ, quem adamat virtuali amore in vigore Cant. 2. *Dilectus meus mihi, & ego illi.* Item iste est dilectus animæ, quem adamat cordiali feruore, dicens illud Can. 5. *Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est.* Christus ergo dicitur dilectus, & à Deo, & à qualibet sancta anima prælectus. Sicut enim amica seu dilecta pro dilecto suo

Solet
- suspirare, profunde cogitans, cum hunc non habeat,
- aspirare, parum hæsitans, cum hunc non videat,
- quiescere, ardenter flagrans, cum ipsum teneat,
- timescere, secrete latitans, vt tuto gaudeat,
- nitescere, ornate visitans, vt sponso placeat.

Sic vere dico, quod anima pro talio suo dilecto Christo, quem modo non habet, solet & debet cum desiderio suspirare, dicens illud Cant. 5. *Si inueneritis dilectum meum, nunciate illi quia amore langueo.* Item debet ad actus copulam aspirare. Copulam dico, quæ hic in præsenti fit per gratiam, in futuro fiet per gloriam. Vnde talem copulam appetebat sponsa Cant. 5. *Veniat dilectus meus in hortum suum.* Hortus enim Christi est mens animæ deuotæ. Item debet dilectum amplexans liquescere. Deuota enim anima quando amoris sponsa succensa est desiderio, ipsum se cogitat amplexari, etiam quasi ad osculum dignam admitti, solet per amorem liquescere, & in seipsam resolui, & quasi in Deum exhalare, vnum cum ipso fieri, & cum eo se miscere. Vnde illud prædictum Cantic. 5. *Anima mea liquefacta est.* Vnde anima sic liquefacta dicatur illud Cantic. 8. *Quæ est ista deliciis affluens, innixa super dilectum?* Item debet videri merens tremiscere. Dilecta postquam habet amplexus dilecti, summe nititur amorem communem secrete seruare, & per humilitatem abscondi, non per iactantiam reuelari Cant. 5. *Venter meus intremuit ad tactum eius, surrexi, vt aperirem dilecto meo.* Vnde etiam de anima deuota potest dici illud Cant. 3. *Adiuro vos ne euigilare faciatis dilectam.* Anima enim tunc ab occulto mentis euigilat, quando amorem, quem habet ad Deum, propalat exterius & publicat. Item debet, vt sponso placeat, nitescere. Ad sponsam enim, id est, ad animam deuotam pertinet, quod varijs virtutibus se poliat, vt dilecto suo Christo placeat Cant. 6. *Dilectus meus mihi, qui pascitur inter lilia. Pulchra es amica mea, suauis & decora sicut Hierusalem.* Ecce ergo qualē se debet exhibere dilecta respectu Christi dilecti sui. Et merito. Tantæ enim sunt perfectiones & virtutes istius dilecti, quod ipse est merito diligendus. Vnde de anima de dilecti virtuosa pulchritudine gloriante potest dici illud Cant. 5. *Qualis est dilectus tuus, ô pulcherrima inter mulieres?* Ipsa autem potest respondere illud, quod sequitur ibidem, *Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex millibus.*

¶ Vnde nota, quod de isto hic commendatur & etiam tali modo describitur bonitas acceptabilis, quia omnib. placebat, quia dilectus, castitas delectabilis, quia lucide splendebat, quia candidus, charitas admirabilis, quia intime feruebat, quia rubicundus, dignitas honorabilis, quia alios excellebat, quia electus ex millibus. Et ista patent, quia B

- Bonitas à cunctis diligitur,
- Castitas candore pingitur,
- Charitas rubore inflammatur,
- Dignitas alijs antefertur.

Igitur siue ista referantur ad ipsum, siue ad quemlibet iustum dico, quod iste diligendus est propter bonitatem acceptabilem, quæ ostenditur cum dicitur [Dilectus meus.] Nihil enim est diligibile nisi sub ratione boni, & ideo quia dilectus dicitur, necesse est per consequens, quod bonus intelligatur. Et si vis dicere quæ sunt illæ bonitates, quæ iustum dilectum acceptabilem reddiderunt, dic, quod istæ fuerunt

- Amara pœnitentia, qua fuit maceratus,
- Famosa redolentia, qua fuit diuulgatus,
- Honesta apparentia, qua fuit picturatus,
- Doctrinæ redundantia, qua fuit ampliatus,
- Operum abundantia, qua fuit ampliatus,
- Puritatis innocentia, qua fuit quietatus,
- Contemplationis sapientia, qua fuit illustratus,
- Perorans eloquentia; qua fuit gratificatus.

¶ Iste enim per pœnitentiam seipsum amaricauit. Vnde Cant. 1. *Fasciculus myrrhæ dilectus meus.* Myrrha n. species amara sed medicinalis & odorosa. Item per famæ redolentiam se diuulgauit. Vnde de fragrātia suæ famæ potest dominus dicere illud Cant.

*7. Mandra-*

*Mandragoræ dederunt odorem suum in portis nostris. omnia poma noua & vetera dilecte mi seruaui tibi.* Item per honestatum apparentiam se decorauit Cant. 1. *Ecce tu pulcher es dilecte mi & decorus. Lectulus noster floridus.* Item per doctrinæ influentiam se destillauit. Vnde iste comparatur botro, à quo eliquatur vinum Cant. 1. *Botrus Cypri dilectus meus.* Item per operum abundantiam fructificauit. Vnde *Sicut malus inter ligna syluarum, ita dilectus meus*, supple, est fructuosus. Item iste se per ipsius innocentiam purificauit Matth. 12. *Ecce puer meus quem elegi, dilectus meus, in quo bene complacuit animæ meæ.* Item per pacem & concordiam se quietauit Eccles. 47. *Ad insulas longe diuulgatum est nomen tuum, & dilectus es in pace tua.* Item contemplationis eminentia seu sapientia hunc illustrauit. Vnde iste fuit Israel videns Deum. Vnde de sapientia dicitur Baruch. 3. quod *dedit Deus illam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo.* Item orationis eloquentia hunc gratificauit Cant. 2. *En dilectus meus loquitur mihi.* Sic ergo apparet qualiter iste habet & habuit multiplicem bonitatem propter quam fuit dilectus, & Deo, & hominibus acceptabilis atque gratus. *Dilectus* inquit *meus* Eccl. 45. *Dilectus Deo & hominibus Moyses.* Et Sapien. 4. *Placens Deo, factus dilectus, & inter peccatores viuens, translatus est.* Iste ergo dilectus dicitur propter bonitatem acceptabilem. [ Dilectus meus inquit. ]

C ¶ Secundo dico, quod dilectus est propter castitatem delectabilem, quæ ostenditur cum dicitur [ Candidus. ] Res enim puræ, mundæ, & candidæ amplius diliguntur. Sic illi, qui per castitatem sunt candidi, à Deo amplius sunt dilecti. Ideo de homine casto dicitur Cant. 6. *Dilectus meus pascitur inter lilia.* Lilia enim quæ candida sunt, castitatem designant Cant. 6. *Dilectus meus descendit in hortum suum ad areolam aromatis, vt pascatur in hortis, & lilia colligat.* Quia reuera in horto Ecclesiæ aromata virtutum, & specialiter lilia castitatis à Christo vel à vnoquoque Deo dilecto debent quæri, & ibi per complacentiam depasci. [ Candidus inquit. ] Apocal. 14. *Vidi, & ecce nubem candidam.* Comparatur iustum, & maxime prælatum, nubi totius lux pietatis & candoris, propter pulchritudinem pietatis & castitatis, quæ tamen sunt, proh dolor, contra multos, qui, scilicet, in horto Ecclesiæ lilia castitatis non colligunt, sed ibi immunde, & luxuriose viuunt. De quo conqueritur Dominus Hier. 11. dicens, *Quid est, quod dilectus meus in domo mea facit scelera multa?* Non sic, sed in homo propter castitatem delectabilis. [ Candidus inquit. ] Vide supra de candore & albedine.

D ¶ Tertio dico, quod dilectus est propter charitatem amicabilem seu admirabilem. Ille enim, qui magis diligit, magis, vt communiter, est dilectus Prou. 8. *Ego diligentes me diligo.* Quia igitur iste dominum & proximum per charitatem diligit, ideo, vt necessario dilectus sit. Charitas autem in isto denotatur, cum dicitur. (Rubicundus) quia, scilicet, color rubicundus, igneus & sanguineus, charitatem & feruorem signat. Vnde de charitate istius dilecti dicitur Cant. 1 *Dilectus meus inter vbera mea commorabitur.* De sanctis etiam charitatiuis dicitur Thren. 4. quod *ipsi sunt rubicundiores ebore antiquo, saphiro pulchriores.*

E ¶ Quarto dico, quod dilectus fuit iste propter dignitatem honorabilem. ( Electus ex millibus. ) Electio enim dignitatem importat. Res enim quæ tanquam meliores & conuenientiores eliguntur, tanquam digniores præ alijs diligi promerentur, quia ergo iste electus dicitur, per consequens dicitur dignior, & diligibilior iudicatur. Vnde illud prædictum Mat. 12. *Ecce puer meus quem elegi, dilectus meus.* Vide infra de electione. Tales enim dicuntur, qui dilecti sunt per charitatem & dilectionem, quia electi propter bonitatem & perfectionem & hoc dico electi per æternam Dei prædestinationem 2. Thessal. 2. *Fratres dilecti à Deo, qui elegit vos.* Patet ergo quomodo propter dignitatem, charitatem, castitatem, & bonitatem quis à Deo & hominibus diligitur, & dilectus proprie nominatur. Dilectus enim fuit, quia recessit à malo. Cant. 8. *Fuge dilecte mi similis esto capreæ hinnuloque ceruorum.* Quia resedit in bono Cant. 6. *Descendit dilectus in hortum suum* &c. Quia etiam per deuotionem requieuit in somno Psal. *Cum dederit dilectis suis somnum, ecce hæreditas domini* &c. Et breuiter de Christo vel quolibet sancto vel prælato potest dici illud Eccl. 46. *Dilectus à domino Deo suo Samuel.* Pone si vis de interpretatione Samuelis. Igitur ad illam quæstionem, qua petitum est supra ab Ecclesia vel anima. *Qualis est dilectus tuus*, respondere potest ipsa illud, quod sequitur ibidem Cant. 5. *Talis est dilectus meus, & ipse est amicus meus.* Hæc ergo de dilecto Christo, prælato, vel quolibet sancto sufficiant.

# Diligentia.

A Diligentia nihil aliud est quam feruor seu motus animi ad aliquid cito appetendum, & summo desiderio peragendum. Et est diligentia, quædam virtus, quæ potissime requiritur in prælatis. Communitas n. non bene regitur, nisi rector vigilet, & diligens habeatur. Canis enim de custodia domini sui valde est diligens & attentus. Quando enim alij dormiunt, canis vigilat, & de nocte magis quam de die circa domum valde circuit, & discurrit, fures etiam & latrones latratu, & morsu impedit, & inuadit. Sic vere prælatus bonus circa gregem domini sui sibi commissum tenetur sollicite vigilare, & plus de nocte quam de die, id est, magis in aduersitate, quam in prosperitate debet per diligentiam circuire, latrones, id est, Dæmones & peccata habentes, morsu correptionis & latratu prædicationis debet sollicite impugnare. Amethystus est quidam lapis, qui facit hominem vigilem & solertem, aufert enim ebrietatem, & somnum, & malum cogitatum, & bonum efficit secundum Dioscoridem. Sic vere virtus diligentiæ facit possessorem suum vigilem super fratrem suum Apoc. 3. *Esto vigilans & confirma cætera, quæ moritura erant.* Ad literam enim bona diligentia tollit ebrietatem, & confert sagacitatem, & aufert cogitatuum prauitatem. Debet ergo Prælatus esse diligens & in suis actibus circumspectus. Ideo de bono prælato potest dici illud 2. Paral. 11. *Habitauit Roboam in Hierusalem, & ædificauit ciuitates muratas, & firmauit eas summa diligentia.*

B ¶ In quibus verbis ostenditur, quod Prælatus debet esse diligens principaliter quo ad tria. Debet enim iniquos per iustitiam castigare. (Roboam, qui interpretatur impetus vel dissipans populos.) Discordes ad concordiam reuocare. ( Ædificauit ciuitates, id est, ciuium vnitates. ) Debiles per potentiam roborare. (Firmauit inquit eas.) Sit igitur diligens Prælatus vt (inquit) castigentur, quod ostenditur cum dicitur (Roboam) quod interpretatur impetus seu dissipans populos, quia vere cum rigore & impetu iustitiæ debet peruersos populos, id est, proteruos subditos dissipare. Teste enim Hugone, genus misericordiæ est, malos cito occidere. Multi enim sunt ita proterui, & obstinati, quod per benignitatem seu clementiam minime corriguntur. Ergo necesse est, quod per rigorem & iustitiam puniantur. Elephas enim syluestris quando capitur, per verba non domesticatur, sed per verbera. Quando enim percutitur, timet & obedit, & maxime quando sentit, quod venator personaliter sedet super eum, vt dicit Plin. Sic vere multi sunt syluestres & proterui, quod nunquam possunt nisi per verbera castigari. Nihil enim in talibus mansuetudo facit, quia *misereamur impio, & non discet facere iustitiam* Esaiæ 26. Sed quando percutiuntur & corriguntur, & maxime quando vident, quod venator, id est, Prælatus sedet per continuam diligentiam super eos, tunc dico, quod necessario timent, & corriguntur, obediunt, & castigantur. Bene ergo dicitur Eccles. 30. *Qui diligit filium suum, assiduat ei flagella.* Iste ergo debet esse Roboam, ita quod de quolibet tali, & de eius rigore & audacia possit dici illud 2. Paral. 12. *Confortatus est Roboam in Hierusalem, & regnauit.* Confortari enim debet Prælatus ad audaciam, & regnare in Hierusalem, id est, in Ecclesia per iustitiam & rigorem. Debet ergo esse diligens, vt impij castigentur.

C ¶ Secundo debet esse diligens, vt rebelles concordentur. Debet enim ædificare ciuitates, id est, ciuium vnitates. Sicut enim dicit Macrobius In lib. de expositione somnij Scipionis, in harmonia planetarũ, sol tenet medium locum, quem tenet media chorda in instrumento musico, quia, scilic. sonos aliorum planetarum, qui sunt contrarij & diuersi, ad concordiam reuocat, & reducit, & quatuor etiam elementa, quæ sunt contrariarum & diuersarum qualitatum nunquam possent in vno mixto perfecte coniungi vel vniri, nisi per virtutem essentiæ quintæ, id est, nisi per influentiam stellarum orbis ad concordantiam reducantur. Sic procul dubio cum in vno collegio Ecclesia vel patria sint diuersæ chordæ, & personæ contrariæ nationis & conditionis nunquam perfecte vnanimes fierent & concordes, nisi solis & orbis, id est, boni Prælati & superioris influentia & diligentia circa hæc operetur. Per solem enim qui est Rex Planetarũ, bonus Prælatus intelligitur, qui est Rex & rector aliorum, quia pro certo ille est, qui inter Planetas & subditos in ciuitate Ecclesiæ concordiam procurat. Iuxta illud Iob 25. *Facit concordiam in sublimibus suis.* vnde Esaiæ 30. dicitur, *Ciuitas Solis vocabitur vna.* Ciuitas enim Solis, id est, collegium vel etiam boni prælati diligentia vocabitur vna, quia scilicet, per eius diligentiam ad

vnitatem trahitur concordiæ & amoris. Quod vtique est contra malos Prælatos, qui reuera inter subditos non seminant concordiam, sed discordiam, non amorem, sed rancorem, non pacem, sed litem, non charitatem, sed diuersitatem. Non sic charissimi, sed sit Prælatus diligens, vt rebelles concordentur. Prælati enim sunt legati Dei. Iuxta illud Apostoli Eph. 6. *Legatione pro Christo fungimur*, & ideo summe debent conari pacem inter homines facere, vt possint cum subditis pacifice habitare, vt de eis dicatur illud 2. Machab. 8. *Diligenter omnia composuerunt*

D ¶ Tertio debet esse diligens, vt debiles & infirmi roborentur. Firmauit inquit eas. Agricola enim sapiens solet esse diligens circa debile fouendo, & solidum roborando. Medicus etiam diligens debet esse de infirmo, quem habet in cura, quod fortificetur, & quod ad sanitatem reducatur. Sic vere bonus prælatus debet esse valde diligens, vt illi subditi sui, qui in fide & moribus sunt debiles & infirmi, per virtutem constantiæ roborentur, & in fide & moribus confirmentur, dicens illud 2. Paral. 9. *Confortamini, & diligenter agite* [ Firmauit inquit eas. ] Eccl. 3. *Benedictio patris firmat domos filiorum*. Prælatus debet esse sicut mulier Euangelica quæ perditam drachmam diligenter quærit donec inueniat. Sit igitur Prælatus diligens erga subditos, quia inter Elephantes maxima est cura alteri de altero, parentibus de filijs maioribus de paruulis, fortioribus de infirmis, ideo dicitur Prou. 27. *Diligenter agnosce vultum pecoris tui*. Agnosci enim & considerari debet vultus pecoris, id est, status subditi, scilicet, vtrum sit bonus vel malus, vt, scilicet secundum meritum promoueatur, vel vt secundum demeritum puniatur. Multi enim sunt, qui bene considerant vultum pecoris, vtrum, scilicet, sit pinguis vel macer, diues vel pauper, & hoc, vt excorietur & tondeatur. Non sic ergo, sed sis Prælatus diligens

Ad { Proteruos iuste corrigendum,
Rebelles pie concordandum,
Infirmos tute roborandum,

Bene ergo præcipitur Prouerb. 24. *Diligenter exerce agrum tuum, & postea ædificabis domum tuam*. Vnde dicit Iob 29. *Pater sum pauperum, & consolator viduarum, & causam, quam nesciebam, diligenter inuestigabam, &c.*

E ¶ His ergo præmissis patet quod tam ad Prælatos, quã quoslibet viros iustos pertinet omnia diligenter facere, & quicquid necesse fieri est, cum diligentia exercere. Iuxta illud 2. Paral. 19. *Sit timor domini vobiscum, & cum diligentia cuncta facite*. Et sic nota, quod nos debemus

Diligenter { Excutere Dei obliuionem,
Inquirere veri cognitionem,
Refugere morum corruptionem,
Inspicere rerum conditionem,
Attendere cœli possessionem,
Extendere manus subuentionem,
Cognoscere patrum perfectionem,
Perlegere scripturæ rationem,
Intendere ad verbi dictionem,
Differere doctrinæ lectionem.

Dicam ergo, quod diligenter est excutiendus torpor obliuionis Dei, Deut. 6. *Caue diligenter ne obliuiscaris Domini tui*. Item diligenter est exquirendus splendor cognitionis, quia sc. veritas negotiorum & causarum debet diligẽter inquiri, maxime vbi agitur de præiudicio alieno. De punitione n. falsi Prophetæ, absq; cunctatione sententia est exequenda, sed de punitione vrbis idololatræ Idololatrare volentis, dicitur Deut. 13. *Quære diligenter res veritate perspecta, si inueneris ista perpetrata, percuties habitatores eius in ore gladij, & delebis vrbem illam*. Item diligenter est refugiendus horror corruptionis peccati, Deut. 24. *Obserua diligẽter ne incurras plagam lepræ*. Item diligenter est aspiciendus, & explorandus actus terrenæ conditionis, Iud. 18. *Miserunt filij Dan viros fortissimos, vt explorarent terram, & diligenter inspicerent*. Item diligenter est contemplandus motus cœlestis ordinationis. Vnde de Herode dicitur Matth. 2. *Clam vocatis Magis diligenter didicit ab eis tempus stellæ*. Item diligenter est exequendus actus compassionis, seu liberalis largitionis 2. Esdræ 8. *Quæcunq; petierit Esdra, diligenter detur ei*. Item diligenter est attendendus valor antiquæ parentum conuersationis Iob 8. Interroga generationem pristinam, diligenter inuestiga patrum memoriam. Item diligenter est legendus atq; studendus sensus scripturæ & diuinæ lectionis Esaiæ 34. *Requirite diligenter in libro Domini*. Item diligenter est audiendus & intelligendus sonus prædicationis, Esa. 32. *Aures surdorum diligenter auscultabunt*. Item diligenter est docendus & diffundendus fructus doctrinæ, & bonæ eruditionis Actor. 18. *Docebat diligenter ea, quæ sunt Iesu &c.* Vide in alijs titulis, vbi scilicet sollicitudo, vigilia, labor.

## Diluculum.

Nota, quod diluculum est principium diei, & signat multipliciter in scriptura. A
Et generaliter loquendo, per diluculum possunt intelligi tria, scilicet,

Status { Gratiæ spiritualis,
Prosperitatis temporalis,
Iuuentutis corporalis

Comparatur enim diluculo status gratiæ, & sanctitatis, eo scilicet, quod in diluculo tenebræ deficiant, & incipit lux oriri. In statu etiam gratiæ tenebræ erroris & peccati deficiunt, & lux veræ fidei & cognitionis suboritur. Et sic per diluculum intelligitur fides, quæ est principium diei veræ cognitionis, pœnitentia, quæ est principium sanctæ conuersationis, diligentia, quæ est principium bonæ operationis. De fide dicitur Thren. 3. *Nam diluculo multa est fides tua*. De pœnitentia & conuersione dicitur in Psalm. *Reuertebantur, diluculo veniebant ad eum*. De diligenti vero compositione dicitur 4. Reg. 6. *Consurgens diluculo minister Dei egressus est*. Item dico, quod per diluculum intelligitur status mundanæ prosperitatis. Sicut enim diluculum est inceptio quædam temporis, quæ quasi penitus nihil durat, imo continuo transit & cessat. Iob 7. *Visitas eum diluculo, & subito probas illum*, homo enim quandoque in diluculo prosperitatis visitatur per consolationes, sed tamen subito probatur per tribulationes, & sicut videmus, quod diluculo solent nebulæ abundare, quæ quandoque in fructibus multas corruptiones inducunt, sic vere in diluculo mundanæ prosperitatis nebula erroris & peccati abundat, quæ corruptionem cogitationum & sensuum spiritualiter operatur. De quo Soph. 3. *Diluculo surgentes corruperunt omnes cogitationes suas*. Et de hoc potest exponi illud Ionæ 4. *Præparauit Dominus vermem ascensu diluculi in crastinum, & percussit hederam, & exaruit*: In diluculo enim prosperitatis, vermis, id est, mors à Domino aliquoties præparatur, per quem hædera, id est, viror iuuentutis & status etiam sæcularis amœnitatis desiccatur. Item per diluculum intelligitur status iuuentutis. Sicut enim diluculum est prior hora diei, in qua incipiunt aues modulari, gentes operari, flores aperiri, sic vere tempus iuuentutis non est nisi initium vitæ nostræ, in quo pro certo nos debemus incipere modulari per diuinæ laudis executionem, operari per bonorum actuum inchoationem, aperiri per bonorum desideriorum affectionem. Sicut enim viator nisi diluculo incipiat iter suum, vix aut nunquam potest diætam suam adimplere, sic vere homo nisi à iuuentute incipiat bene operari vix poterit ad complementum virtutum attingere & venire. Ideo Marc. 1. dicitur de Christo, *Diluculo consurgens, egressus ibat in desertum, ibique orabat*.

¶ In quibus verbis aduerte, quod tria principaliter sunt in diluculo, id est, in iuuentutis tempore facienda. Debet enim in tali diluculo B

Carnalitas detestari. [ Consurgens inquit ]
Pœnalitas frequentari. [ Ibat in desertum ]
Deitas contemplari. [ Ibique orabat ]

A iuuentute igitur carnalitas detestetur. [ Consurgens inquit ] id est, de lecto prosperitatis & carnalitatis complete surgens & exinde mentaliter recedens. Vnde Prou. 11. *Bene consurgit diluculo, qui quærit bona*. Sicut enim aues diluculo de nido exeunt, & ad quærendum pastum volitant & discurrunt, sic homo à diluculo iuuentutis de nido carnalitatis debet surgere & exire, vt pastum gratiæ gloriæ & sibi valeat procurare. Dicitur enim in figura 1. Reg. 5. quod *Azotenses diluculo surgentes inuenerunt Dagon Idolum suum prostratum in terra*. Quia vere illi, qui in diluculo iuuentutis ad exercitium bonorum operum consurgunt, Dagon, qui interpretatur piscis inutilis, id est, carnem propriam superatam inueniunt & prostratam, diluculo ergo consurgens. Istud tamen est contra multos similes fatuo viatori, qui quamuis diluculo surgat, tarde tamen perficit diætam, & hoc vel quia nimis festinat in principio, ita quod cito fatigatur, vel quia diuertit ad vmbracula & tabernas, & ab itinere retardatur. Sic vere multi sunt, qui diluculo videntur surgere, quia in iuuentute

optime

optime incipiunt sæpe operari, sæpe tamen accidit, quod isti cito fatigantur & attædiantur, ita quod circa tabernas, & vmbracula, id est, circa mundi delectabilia diuagantur, & sic à cœpto bono itinere retardantur. Multi enim sunt, qui incipiunt optime, qui male finiunt dies suos, quod maxime accidit in religione, vbi vt communiter nouitij sunt magis deuoti, quam antiqui. Acres n. in principio, franguntur in fine, secund. Aristot. Arbor enim quæ est in principio nimium fructificat, cito desiccatur, vt dicit Arist. lib. de Plantis, quia quando arbor se euiscerat in fructificando, humor naturalis, qui arborem nutrire debet transit in fructum. Sic vere, charissimi isti, qui in principio iuuentutis nimis se euiscerant fructificando, i. bona opera faciendo & producendo, cito, vt communiter, desiccantur, quia scilicet, non continuant, quod cœperant, imo sæpe deficiunt per peccatum. Vnde Prou. 20. *Hæreditas ad quam festinatur in principio, in fine benedictione carebit.* Isti sunt similes Chrysolito, qui est lapis diluculo valde pulcher, sed quanto dies magis crescit, tanto plus sua deficit pulchritudo sicut dicit Isidor. libro Etymolog. cap. de gemmis aureis. Sic vere isti in diluculo iuuentutis valde pulchri sunt & honesti, sed quanto dies vitæ suæ magis crescit, tanto moralis pulchritudo amplius deficit, & decrescit. Vnde 1. Cor. 11. *Non laudo, quod non in melius, sed in deterius conuenitis, & fiunt nouissima hominis peiora prioribus.* 2. Pet. 2. *Non sic charissimi, sed cum bono profectu, & continuatione à diluculo iuuentutis carnalitas detestetur.* [Consurgens inquit.] Psal. *Nunc exurgam dicit Dominus, consurgam diluculo.* Exod. 8. *Consurge diluculo, & sta coram Pharaone.*

C ¶ Secundo dico, quod necesse est, quod ab isto diluculo pœnalitas frequentatur, quod ostenditur cum dicitur [Ibat in desertum.] Aquila enim adhuc pullis suis iuuenibus cibos subtrahit, ipsosque extra de nido compellit, vt ipsos ad volandum exercitet, & induceat. Sic vere à iuuentute homo debet pullum suum, i. corpus percutere, & castigare per pœnitentiam, & cibum sibi subtrahere per abstinentiam, vt de nido mundani amoris per contemptum exire cogatur, & vt volare ad cœlestia per desiderium compellatur [Ibat igitur in desertum.] Desertus enim est locus pœnitentiæ Apoc. 12. *Datæ sunt mulieri alæ duæ aquilæ, vt volaret in desertum.* Alæ enim duæ mulieris, i. animæ, sunt timor & amor, & quæ ipsam faciunt ad desertum pœnitentiæ transuolare. Laboribus enim pœnitentiæ & disciplinæ debent subijci iuniores, ne carnalitatibus assuescant, & ne vltra debitum insolescant. Quod est contra multos, qui à iuuentute non volant ad desertum, sed ad delictum, non ad laborem, sed ad honorem, non ad disciplinam, sed ad vitiorum semitam. Vnde Soph. 3. *Diluculo surgentes, corruperunt cogitationes suas.* Non sic ergo, sed à diluculo iuuentutis pœnalitas frequentetur.

D ¶ Tertio dico, quod necesse est, quod ab isto diluculo diuinitas contempletur. (Et ibi inquit orabat) Sicut enim filij aquilæ à iuuentute, dū adhuc sunt in nido, paulatim assuescunt aspicere Solem, & ad ipsum oculos aperire, sic proculdubio homo dum adhuc est iuuenis, ipse debet assuescere & respicere Solem iustitiæ per deuotionem, orationem, & contemplationem. Quia sicut dicitur Eccl. 39. *Iustus cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad Dominum qui fecit illum, & in conspectu altissimi deprecabitur.* Sic ergo patet, quod à diluculo iuuentutis debet detestari carnalitas, debet frequentari pœnalitas, debet contemplari diuinitas. Siue ergo diluculo sumatur pro diligentia, pro pœnitentia, pro gratia, vel pro fide, vel etiam pro prosperitate vel iuuentute, notare possum quod in tali mane seu diluculo nos debemus facere, seu etiam perseuerare, videlicet diluculo

Volare pro cœlestibus contemplandis,
Rogare pro criminibus dimittendis,
Immolare pro muneribus seruiendis,
Prædicare pro simplicibus instruendis.

Igitur vola sursum diluculo contemplando Psal. *Si sumpsero pennas meas diluculo* &c. Et ibidem *Si ascendero in cælum, tu illic es* &c. Item ora Deum diluculo deprecando Psal. *Oculi mei ad te diluculo.* Item immola Deo diluculo bona opera faciendo Iob 1. *Surgensque diluculo offerebat holocaustum.* Item prædica populo diluculo simplices instruendo Hier. 32. *Verterunt ad me dorsum & non faciem cum docerem eos diluculo.* Vnde de Apostolis dicitur Actor. 5. quod *ipsi intrauerunt diluculo in templum, & docebant.* Hæc ergo sufficiant de diluculo. Vide infra de mane.

## Dilatare. Eleuatio, & Extensio.

A Idem vi[illegible]nificare. Et sic dilatatio naturaliter dicitur à calido. Calor enim habet naturaliter dilatare materiam in quam agit, de centro ad circumferentiam eleuare. Et ideo quia duplex est calor spiritualis in scriptura, scilicet, bonus qui est charitas, malus qui est cupiditas, ideo duplicem dilationem possumus notare, virtuosam, scilicet, vnam & aliam vitiosam.

¶ Dilatatio virtuosa est quando cor dilatatur, & extenditur in alium per amorem, siue in Deum siue in proximum. In Deum dico per charitatem, in proximum per eleemosynam & largitatem. Ad Deum enim debemus dilatari, extendi, & eleuari per contemplationem, deuotionem & dilectionem, Vnde Esa. 60. *Tunc videbis & affluės, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum.* Vbi nota quod homo debet dilatari in Deum, scilicet,

Ad contemplandam Dei maiestatem (Tunc videbis.)
Ad meditandum supernam dignitatem. (Mirabitur.)
Ad affectandum summam bonitatem. (Dilatabitur cor tuum.)

Sicut enim aqua quando feruet & bullit, dilatatur & extenditur & sursum leuatur, sic mens quando per diuinum amorem est feruida, sursum ad Deum per contemplationem & affectionem erigitur, & ad proximum per beneficia extenditur. Vnde 2. Cor. 6. *Os nostrum patet ad vos ô Corinthij, & cor nostrum dilatatum est.* Sicut enim sutor cum lignis & formis per violentiam dilatat calceamenta, vt ibi melius induetur, sic Deus cor humanum. Vnde in Psal. *In tribulatione dilatasti mihi.*

¶ Sed adhuc dico, quod est quædam dilatatio vitiosa & ista est cupiditas. Cor enim auari nunquam est contentum diuitijs suis, semper enim ad alia desideranda & inquirenda extenditur, & ad ampliora habenda continue dilatatur. Vnde Abacuc. 2. *Dilatauit quasi infernus animam suam, & ipse quasi mors, & non adimplebitur.* Vnde nota, quod dilatatio auarorū habet crudelitatem immitigabilem, quia dicitur infernus, in quo animæ affliguntur, quia scilicet, auari omnes alios affligunt. Item habet auiditatem ineuitabilem, quia dicitur mors, quæ scil. nulli parcit, sed ineuitabiliter omnes rapit. Item habet cupiditatem insatiabilem, quia scilicet non adimpletur. B

¶ Nota etiam, quod quidam

Dilatantur per { Superbiam vel iactantiam,
Sæuitiam, & iracundiam,
Potestatem & violentiam,
Gulam & luxuriam. }

Quidam dico, dilatantur per superbiam. Isti sunt magniloqui iactantes, qui ad modum vesicæ extenduntur, quando vento vanitatis inflantur. Isti enim sunt, qui *dilatant philateria sua, & magnificant fimbrias.* Matth. 23. & Prou. 28. *Qui se iactat, & dilatat, iurgia concitat.* Item quidam dilatantur per iracundiam. Isti enim sunt similes Castaneæ, quæ si sine apertura pellis in igne ponitur, eius substantia ita dilatatur, quod necesse est pellem rumpi, & sonum & strepitum exaudiri. Sic vere quando iracundi & inuidi igne iræ & inuidiæ interius incalescunt, tunc ad facienda & dicenda mala multa, dilatantur. Rumpuntur enim & aperiuntur per stultiloquium, ita quod sonus & tonitruum, id est, lites & iurgia ab ipsis sæpius generantur. Vide in Psal. *Dilatauerunt super me os suum sicut Leo rapiens & rugiens, dixerunt, euge, euge, viderunt oculi nostri.*

¶ Item quidam dilatantur per potentiam & violentiam, sicut sunt raptores & vsurarij, qui ad modum fluminis dilatant terminos suos paulatim, & corrodunt, & diripiunt, decipiunt, & corrumpunt alienos. De quibus Esa. 54. *Dilata locum tentorij, & funiculos tuos extende.* Auari enim & raptores dilatant se, & suos promouent 1. Mach. 14. *Dilatauit fines gentis suæ.*

¶ Quidam etiam dilatantur per gulam & luxuriam. Constat enim quod pellis vncta & madefacta facilius dilatatur. Sic persona delitijs & luxurijs delibuta, ad vitia & mala desideria faciliter eleuatur. De gula etiam dicitur Deut. 32. *Impinguatus est dilectus, & recalcitrauit impinguatus incrassatus dilatatus.* De luxuria autem dicitur Esa. 57. *Discooperuisti te, suscepisti adulterum, dilatasti cubile tuum.*

¶ De illa autem dilatatione, qua dilatantur beati in patria, si qui stricte vixerant in hoc mundo, potest dici illud Gen. 29. *Nunc dilatauit nos.* Et Gen. 9. *Dilatet Dominus Iaphet.* Et sic patet, quod dilatatio virtuosa, vitiosa, & gloriosa. D

A **Diluuium.** Cum diluuium nihil aliud sit, quam abundantia & inundatio imbrium & aquarum & maxime talis, quod per eam submergi homines & necari videntur, videtur moraliter loquendo, quod secundum naturam aquarum potest inueniri diuersitas diluuiorum. Dicam ergo quod inuenitur

Diluuium &
- Abondantia gratiarum,
- Redondantia nequitiarum,
- Inundantia miseriarum.

¶ Diluuium gratiæ submergit omnem iniquitatem. Istud est enim illud, de quo dicitur in Psal. *Dominus diluuium inhabitare facit.* Vnde Gen 7. *Factum est diluuium quadraginta diebus.* Sequitur. *Consumptaque est omnis caro.* Quadraginta enim dies, pœnitentiæ tempus significant, in quo diluuium gratiarum inundat, quod omnem carnem, id est, omnem carnalitatem consumit, & suffocat. Diluuium culpæ submergit omnem virtutem, & honestatem. Et ideo præ timore istius diluuij quilibet debet in arca Ecclesiæ & gratiæ se saluare. vnde Gen. 7. *Ingressus est Noe in arcam propter aquas diluuij.* Diluuium pœnæ seu miseriæ consumit omne gaudium & prosperitatem. Et etiam diluuium Inferni finaliter consumet omnem malorum communitatem, ita quod dici poterit illud Luc. 17 *Venit diluuium, & perdit omnes &c.* Vide de aqua & vbi inundare, & similia.

**Dimicare.** Vide in titulo de bello, pugna, & prælio & similibus.

A **Dimittere.** Cum dimittere sumatur pro remittere, sicut ibi *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris* Matt. 6. Pro sustinere, sicut cum dicitur. *Dimitte me, vt plangam paulalum dolorem meum* Iob 10. Pro liberare Esa. 58. *Dimitte eos, qui confracti sunt, liberos.* Pro derelinquere, abijcere, seu à se separare & diuidere, sicut ibi, *nudos dimittunt homines, vestimenta tollentes* Iob 24 dicere possum quod inuenitur vnum dimittere Dei, vnum iusti, vnum impij. Primo ergo quantum ad Deum dicam, quod est

Dimissio
- Remissionis,
- Dilationis,
- Obliuionis,
- Durationis.

Dimittit ergo Deus peccata remittendo, & indulgendo. Deus enim misericors & benignus remittit liberaliter pœnitenti, & veniam & gratiam postulanti & imploranti. Est enim sicut arbor onusta fructibus maturis, quæ si aliquantulum impellatur, statim dimittit cadere fructus suos, quia scilicet si nos orationibus impulerimus ipsum, statim dimittet & emittet liberaliter quod petimus. Sua enim dimittit, scilicet suam gratiam, quam infert, suam iustitiam & nostram iniquitatem, quam aufert, pœnam nobis debitam, quam in parte vel penitus tollit, & aufert. Quando enim peccamus, eidem nos ipsos ad pœnam æternam obligamus, & eius eius captiui efficimur, atque simus, quando autem nos pœnitet, ista obligatio nobis remittitur, & debitum huiusmodi relaxatur Marc. 2. *Fili remittuntur tibi peccata tua.* Ista aut dimissio fit à Deo non ab homine. Propitiatorium enim erat intra velum & omnexita, sicut dicitur Exod. 26. ad denotandum, quod propitiatio peccatorum ab interiori voluntate diuina, non ab homine exterius prouenit, & ab ea inspirante deriuatur originaliter, & succedit. Psal 128 *Apud te propitiatio est* Vnde etiam illud Marc. 2. *Quis potest dimittere peccata nisi solus Deus.* q d. nullus virtus autem suæ passionis, est satisfactio istius remissionis. Legitur enim Leu. 14. quod in *purificatione leprosi duo passeres accipiebantur quorum vnus occidebatur alter vero aspersus occisi sanguine liber abire dimittebatur.* Sic vere dico, quod ad hoc, quod lepra, id est, peccatum tolleretur & purgaretur, duo passeres scilicet Christus & genus humanum conuenerunt, quorum vnus, scil. Christus, occisus est. Roman. 5. *Christus cum adhuc infirmi essemus secundum tempus pro impijs mortuus est* Alter vero, scilicet, homo, dimissus, relaxatus & liberatus est Galat. 3. *Christus nos redemit.* Sed aduerte, quod talis dimissio consueuit personaliter fieri certis generibus personarum, scilicet.

- Amorose diligentibus,
- Viscerose indulgentibus,
- Affectuose deprecantibus,

De dilectione patet Luc. 7 *Dimissa sunt ei peccata.* scilicet, Mariæ Magdalenæ, *quoniam dilexit multum.* De indultione seu remissione dicitur Luc. 6. *Dimittite, & dimittemini,* quia sicut dicitur Matt. 6. *Si non dimiseritis hominibus, nec pater vester dimittet vobis* De oratione vero dicitur Matt. 18. *Omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me.* Et ideo in oratione Dominica ponitur vna petitio de dimissione peccatorum. *Dimitte nobis,* inquit, *debita nostra* Luc. 11. Ad denotandum, quod Deus vult de dimissione rogari. Patet ergo, quod est vna dimissio remissionis.

B ¶ Secundo dico, quod est dimissio diuinæ tolerationis, & dilationis. Deus enim quandoque dimittit electos in hac vita, & hoc vt tempus habeant ad se reuertendi, & peccata emendandi, vel diutius bene operandi, & amplius promerendi. Vnde Iob talem petitionem seu dilationem petebat, Iob 10. dicens Domino, *Dimitte me, vt plangam paulalum dolorem meum antequam vadam, & non reuertar ad terram tenebrosam &c.* Si enim Deus statim punire vellet, nec hominem pœnitere permitteret, quasi nullus esset, qui euaderet. Et ideo de acceleratione huiusmodi conquerendo dicebat Iob 7. *Vsquequo non parcis mihi, nec dimittis me vt glutiam saliuam meam.*

C ¶ Sed tertio dico, quod apud Deum est remissio, id est, dimissio obliuionis seu repulsionis. Illud enim dimittitur, de quo habendo parum aut nihil curatur. Sic vere Deus malos videtur dimittere, & de illis penitus non curare, illorum obliuisci & à iugo disciplinæ absoluere. De quo admirans Iob dicebat Iob 39 *Quis dimisit onagrum liberum, & vincula eius quis soluit? cui dedi in solitudine domum, & tabernacula eius in terra salsuginis.* Ad literam enim Deus in isto mundo videtur multos malos liberos dimisisse, quia scilicet nullo vinculo disciplinæ tenentur, nec laqueis mandatorum ligantur, nec timore mortis à malis arcentur, sed in terra salsuginis huius mundi domos & habitacula facere & habere & diuitijs abundare noscuntur. De quibus etiam dicit Dominus in Psalm. 80 *Dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus suis,* Esa. 50. *In sceleribus vestris dimisi matrem vestram* Et illud Luc. 1. *Diuites dimisit inanes.* Isti enim tanquam reprobi & indigni correptione iudicantur. Et ideo vti mundi prosperis pro libito voluntatis, & de malo in malum currere dimittuntur. Deus autem bonos totaliter non dimittit, nec eos sine correptione deserit, nec diabolo, nec peccatis exponit, sed sicut pius pater de eis curam gerit, & eos castigat, liberat, adiuuat & custodit, Ios. 1. *Sicut fui cum Moyse, ita ero tecum, non dimittam neque derelinquam te.* Ista est ergo dimissio diuinæ obliuionis & repulsionis.

D ¶ Quarto dico, quod est dimissio diuinæ ordinationis & positionis seu durationis, & institutionis. Et ista est illa, qua Deus bonos ad bonum conuertit, & finaliter in Paradisum reponit, ipsosque ibi perpetuo gaudere dimittit. De quo potest intelligi illud Ezech. 40 *Et facta est super me manus Domini, & adduxit me in terram Israel, & dimisit me sursum super montem excelsum nimis.* Sic ergo patet, quod est quædam dimissio, quæ refertur ad Deum.

E ¶ Adhuc dico quod est quædam dimissio, quæ refertur ad iustum. Constat enim quod iustus dimittit & derelinquit illa, quæ saluti suæ sunt contraria, & quæ saluti suæ sunt necessaria & vtilia tenet & custodit. Et sic notabis, quod iustus

Dimittit
- Rancores & iniurias,
- Fœtores & luxurias,
- Honores & diuitias.

De dimissione iniuriarum dicitur Matt. 18. *Si peccauerit in me frater meus dimittam ei vsque septies? Respondit Iesus, non dico tibi vsque septies, sed vsque ad septuagesies septies,* & illud prædictum Esa. 58. *Dimitte eos, qui confracti sunt, liberos & omne onus dirumpe &c.* De dimissione autem carnalium deliciarum potest intelligi illud 3 Esd. 9 *Commixerunt filij, id est filij Israel, vxores alienigenas, & dimiserunt eas.* De dimissione vero honorum & diuitiarum dicitur, Luc. 18 *Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te.* Sed econuerso notabo, quod iustus non libenter dimittit

- Pauperem, quia per eum dulciter recreatur,
- Statum suum, quia in eo iugiter commoretur,
- Legem Dei, quia in ipsa firmiter meditetur,
- Disciplinam, quia per ipsam pariter reformetur,
- Amicitiam, quia in ipsa fideliter confirmetur.

¶ Igitur dico, quod iustus nunquam dimittit pauperem, scilicet per illiberalitatem. Vnde ipse dicit illud, Matt. 15. *Non habent, inquit, quod manducent, & dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in via.* Item nunquam dimittit locum seu statum suum per instabilitatem vel per cuiuscunque aduersitatem iuxta illud Eccles. 10. *Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te locum tuum ne dimiseris.* Item nunquam dimittet legem Dei per transgressionem aut iniquitatem

quitatem, Prou. 1. *Audi fili mi praecepta patris tui, & ne dimittas legē matris tuae.* Patris, inquit, & matris, id est, Christi & Ecclesiae. Itemque nunquam dimittit disciplinam per obstinatam voluntatem Prou. 4. *Tene disciplinam, ne dimittas eam.* Item nunquam dimittit amicitiam per inconstantiam vel fidelitatem, Prou. 27. *Amicum tuum, & amicum patris tui ne dimiseris.* Ista est ergo dimissio pertinens ad iustum.

F ¶ Vltimo dico, quod est vna dimissio pertinens ad impium. Et ista de illa, qua impius

Dimittit { Deum de ipso non curando, / Pauperem, eundem spoliando, / Iustum sibi non succurrendo, / Impium, ipsum non corrigendo,

De dimissione Dei dicitur Iud. 10. *Reliquistis me & coluistis Deos alienos.* De dimissione pauperum dicitur Iob 24. *Nudos dimittunt homines, vestimenta tollentes.* De dimissione iusti dicitur Io. 22. *Nudos, inquit, spoliasti vestibus, aquam lasso non dedisti, & esurienti subtraxisti panem.* Sequitur: *viduas dimisisti vacuas.* De dimissione vero impij non corrigendi dicitur Mat. 8. *Dimitte mortuos sepelire mortuos*, &c. Vide supra de derelinquere, & infra vbi relinquere, & dimittere, & permittere.

A **Dimidium.** Dimidium, & medium in hoc differunt, quia medium signat quicquid continuatur inter extrema. Dimidium vero signat illum centricum punctum, qui est in medio extremorum, & se habet aequaliter ad extrema. Dicam ergo, quod

Dimidium significat { Motum imperfectionem, / Largam distributionem, / Vitae breuitatem.

Dico ergo quod dimidium signat quandoque imperfectionem. Illud enim quod est dimidium, non est integrum, nec completum. Et hoc bene figuratur Exod. 25. vbi in compositione arcae semper additur *dimidium in mensuris.* Habeat enim in longitudine duos cubitos & semis, in latum cubitum cum dimidio, in altum totidem: ad denotandum quod arcae, id est, animae vel dimensionem trium virtutum Theologicarum, sc. longitudo fidei, altitudo spei, latitudo charitatis, prout sunt pro tempore huius vitae, aliqualiter sunt imperfectae. Semper enim habent aliquid quod est dimidium, id est, aliquid quod est imperfectum & incompletum. *Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus.* 1. Cor. 13. Ista enim imperfectio denotatur, o Christo qui solum tribus annis cum dimidio praedicauit populo, scilicet, *Per tempus & tempora, & dimidium temporis.* Apocalyps. 12. Ad denotandum, quod nihil est in hac vita quin sit in pluribus diminutum, etiam in ipsis viris spiritualibus & perfectis. Sicut etiam bene figuratum est in seruis Dauid, quibus rex Ammon dimidiam rasit barbam, sicut dicitur 2. Reg. cap. 10. Quia vere nullus est ita sufficiens seruus Christi, quo Rex Ammon diabolus per vitibus nitatur dimidiare, & radere barbam suam, id est, virtutes ipsius atque mores, Apoc. 8. *Factum est silentium in caelo quasi media hora*, signat ergo dimidium motum imperfectionem. Vide infra de semis.

B ¶ Item signat largam distributionem. Satis enim liberaliter tribuit, qui bonorum suorum dimidium alijs dedit. Sicut enim Assuerus tunc liberaliter est locutus, quando visa Hester, Regni sui dimidium dare promisit Hester. 5. *Quid petis, videtur tibi? etiam si dimidium regni mei petieris, impetrabis.* Etiam Zacheus liberaliter erogauit, quando bonorum suorum dimidium dedit, dicens Lucae cap. 19. *Domine, ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus.*

C ¶ Item signat vitae breuiationem. Vita enim tunc potissime breuis dicitur quando vltra dimidium non protenditur. Ideo timens Ezechias Rex dicebat Esa. 38. *Ego dixi in dimidio dierum meorum, vadam ad portas inferi.* Et in Psalm. *Ne reuoces me in dimidio dierum meorum*, &c. Vide infra de medio.

A **Dirigere. Directio.** Dirigere sumitur pro recte agere, seu recte ducere, Tunc o res dirigitur, quando de deuia ad viam congruam reuocatur. Est igitur dirigere officium

Sapientis,
Praesideotis,
Instruentis,
Poenitentis.

Et sic notabo, quod sicut equus possessorem ipsum regentem, & per seipsum sessori suo obediētem in via sua dirigitur, sic homo, qui in via morum vult bene dirigi necesse est, quod Deum pro ductore habeat, & quod eius directioni obediat, atque pareat, quia, scilicet, Deus est sicut ductor, qui hominem dirigit inspirando vel instruendo, Pro. 20. *A Domino diriguntur gressus viri.* Homo etiam dirigit seipsum Deo & Praelato obediēdo, poenitendo, & a mala via diuertendo Prou. 15. *Vir prudens dirigit gressus suos.* Et ideo Prou. 16. dicitur de vtroque, *Cor hominis disponit viam suam, sed Domini est dirigere gressus eius.* Igitur qui ad viam vitae & in via morum vult bene dirigi, debet dicere illud Psal. 24. *Dirige me in veritate tua, quia tu es Deus Saluator meus.* In quibus verbis ostenditur, quod qui bene in moribus vult dirigi, quatuor sunt sibi necessaria: Iste enim est sicut nauigās, qui ad hoc, quod dirigatur indiget gubernatore, sicut causa regente & efficiente, indiget lumine ductore, & viae ostensore, indiget vento & remigibus, tanquam auxilio cooperante atq; mouente, indiget termino ad quem vadit, tanquam loco trahēte & alliciente. Sic vere dico, quod homo qui nauigat in fluctuoso mari huius vitae, ad hoc quod debite possit dirigi in via iustitiae, & ad portum salutis, ipse indiget summo rege, vt persona remige. Ideo dicit Deo, *Dirige me, scil. tu Deus.* Indiget certa lege tanquam ductrice, Ideo dicit: In veritate tua, quae sc. est lex certa. Indiget sancto grege, sicut causa motrice, doces me, inquit, scil. mediante flatu Spiritus sancti, & hominibus bonis & sanctis. Indiget alto auge, vt anchora tractrice. (Saluator inquit.) Aux dicitur locus altior ad quem potest ascendere planeta aduersus polum, significans altitudinem paradisi, quae debet nos trahere, & allicere, & per consequens ad bene operandum dirigere, quod ostenditur in verbo Saluator, quia, sc. salus aeterna est ille portus, & ille fractus, ad quem nauigatur, & itur.

¶ Dicam igitur, quod directio nostra debet habere B

Deum pro rectore,
Legem pro splendore,
Iustum pro motore.

Deum (dico) pro rectore, *Dirige me*, inquit, *o Deus.* Supponunt enim Philosophi, Coelum seu Paradisum pro tractore: & Theologi, quod corpora coelestia intelligentias habent motrices, & suorum motuum directrices. Nunquā enim ita ordinatos motus haberent, nec ita infallibiliter currerent, nisi causae infallibiles, hoc est, spiritus intelligibiles ipsa dirigerent, & mouerent. Sic vere dico, quod homo nunquam ad bonum mouetur aut ducitur nisi a te intellectuali, scilicet, ipso Deo spiritualiter dirigatur. Deus enim ipse in nostris actibus est director, & nostrorum actuum infallibilis ordinator. Et ideo dicit, *Dirige me*, scil. *Deus*, q. d. ad te pertinet ista directio, non ad alium. Hieremias enim, Hier. 10. dicit: *Scio Domine, quod est hominis via eius, nec viri, vt ambulent & dirigant gressus suos.* Dauid vero dicit in Psalm. quod *apud Dominum gressus hominis dirigentur.* Ex quibus duobus concluditur, quod homo se a seipso non dirigere possit, imo necesse sit, quod a Domino dirigatur. (Dirige, inquit, me,) Dirige (dico) me tua potentia, vt viuam honeste, Psal. 5. *Dirige in conspectu tuo viam meam.* Item dirige me in semita recta vt viuam discrete, Psal. 26. *Dirige me in semita directa propter inimicos meos.* Item dirige me in tua gratia, vt agam modeste, Psal. 89. *Sit splendor Domini nostri super nos, & opera manuum nostrarum dirige.* Ad Deum ergo pertinet principaliter talis sc. retrogradatio, stationario, & directio. Dicunt Astrologi, quod ista diuersitas motuū ab ipso Sole procedit, cuius radij, qui sunt fortissimi, aliquos planetas attrahunt, & faciunt stare, aliquos repellunt, & faciunt retrocedere, aliquos ante se pellunt, & faciunt directe currere. Sic vere dico, quod cum inter planetas, id est, inter homines sint diuersi diuersimode in moribus incedentes, quia, sc. aliqui sunt retrogradi male operando, Iet. 7. *Facti sunt retrorsum, & non in ante*, alij sunt stationarij, in bono perseuerantes, 1. Cor. 10. *Qui stat, videat ne cadat*, alij directi semper in melius proficiendo, Esa. 48. *Adduxi eum, & directa est via eius*, istud tamen est certum, quod omnia ista a Sole iustitiae Christo fiunt, qui, sc. quosdam repellit, & reprobat, quosdam stabiles facit & continuat, quosdam vero dirigit, & ad melius operandum informat. Dirige inquit, Eccl. 36. *Dirige nos in viam iustitiae.*

¶ Et nota, quod Deus dirigit tria genera personarum, scilicet C

Iustitiae viribus adaequatos.
Modestiae moribus antiquatos,
Constantiae viribus roboratos.

Dirigit (dico) iustitiæ subiectos viribus Psalm. 7. *Diriges iustum, scrutans corda & renes Deus.* Item dirigit modestiæ formatos moribus Ps. 24. *Diriget mansuetos in iudicio, docebit mites vias suas.* Item dirigit constantiæ roboratos viribus Prouerb. 20. *Diriguntur à domino gressus viri*, id est, hominis constantis & virtuosi. [Dirige ergo me.] Et nota, quod iste loquitur supplicando cum dicit [Dirige] quia pro certo sicut cæcus, qui est in viæ periculo consuetus, nauigans, qui est in aqua fluctuosa, & in naui putrida & ruinosa, debilis miles, qui est in pugna furiosa, ductorem suum solet rogare, vt debite eum regat, & secure & prudenter dirigat, sic nos, qui in hac vita sumus sicut cæci in magno deuio, sicut nauigantes in fluctu vario, & dormientes in putrido nauigio, sicut pugnantes in forti prælio multipliciter indigemus, quod discrete regamur. Et ideo humiliter Deo supplicare debemus, vt tute ab eo dirigamur [Dirige me inquit.] Ad quam quidem humilem supplicationem faciendam instruimur Tob. 4 vbi dicitur, *Omni tempore benedic Deum, & pete ab eo, vt vias tuas dirigat & consilia tua in ipso permaneant.* Et ideo ille sanctus Iosaphat videns filios Amon, Moab, & Idumæorum, contra se congregatos, orando Deum deuote dicebat 2. Par. 20. *Hoc solum habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te.* Igitur dico, quod nos indigemus, quod Deus

Dirigat {
Corda ad bene cogitandum,
Consilia ad caute ordinandum,
Vias ad recte ambulandum,
Voces ad Deum adorandum,
Pedes ad nunquam declinandum,
Oculos ad vere contemplandum,
Manus ad bene operandum,
Linguam ad digne perorandum,
Corpus ad pœnas tolerandum.

Igitur dico, quod necesse est, quod dirigantur corda, vt sancte meditemur Sap. 9. *In directione cordis iudicium indicat.* Et Hie. 31. *Dirige cor tuum in viam rectam.* Cuius tamen contrarium faciunt mali, de quibus dicitur in Psalm. quod *ipsi sunt generatio, quæ non direxit cor suum, neque est creditus cum Deo spiritus eius.* Et tamen Iob 34. promittitur, quod *si homo direxerit ad Deum cor suum, spiritum eius, & flatum ad se trahet.* Item necesse est, quod dirigantur consilia, vt caute regulemur & ordinemur. Vnde de iusto dicitur Eccles 39. quod *in oratione confitebitur domino, & ipse diriget consilium eius & disciplinam.* Item quod dirigantur viæ nostræ, vt tute gradiamur Psalm. 101. *Dirigantur viæ meæ ad custodiendas iustificationes tuas.* Item quod dirigantur voces, vt deuote loquantur, scilicet, per orationem Psal. 140. *Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo.* Item quod dirigantur pedes, vt non in culpam labantur Psal. 25. *Pes meus stetit in directo in Ecclesiis, benedicam te domine.* Vnde etiam de vaccis, quæ portabant arcam, dicitur 1. Reg. 6. quod ibant in directum pergentes, & non declinabant neque ad dexteram neque ad sinistram, & tamen istæ erant vaccæ fœtæ, quæ nunquam alias iugum tulerant, & quæ vitulos domi inclusos habebant. Ad denotandum, quod nullus est ita insolens, & sine iugo, etiam si Vituli sui, id est, carnales & amici ipsum ad contrarium incitent, cum tamen sit, quod ipse ad portandum arcam Ecclesiæ, vel scripturæ per prælaturam, vel regularem disciplinam submittitur & ordinatur, quin debeat directe in via morum incedere, & nequaquam per vitia declinare Esa. 35. *Hæc erit vobis directa via.* Item quod dirigatur visus, vt vera contemplemur Hier. 3. *Leua oculos tuos in directum, & vide vbi prostrata sis.* Item quod dirigantur manus vt bonum operemur Psalm. 89. *Opus manuum nostrarum dirige* & 1. Mach. 3. *Directa est salus in manu eius.* Item quod dirigatur lingua, vt digne fabulemur quia vt dicitur in Psal. 100. *Qui loquitur iniqua, non direxit linguam in conspectu oculorum meorum.* Item quod dirigatur corpus, vt patienter sustineamus 2. Thess. 3 *Dominus autem dirigat corda & corpora nostra in charitate Dei & patientia Christi.* Talibus ergo modis dirigitur homo. Dicat ergo illud Psalm. *Direxit gressus meos subtus me, & non sunt infirmata vestigia mea.* Patet igitur, quod directio nostra debet habere Deum pro rectore [Dirige me inquit.]

D ¶ Secundo dico, quod ista debet habere legem pro splendore seu ductore [In veritate inquit.] Nihil enim potest bene dirigi sine lumine. Lux enim solet viam rectam ostendere, & sic potest dirigi quo debeat declinare Sic vere quia mandatum lucerna est & lex & lux, & via vitæ & increpatio disciplinæ, sicut dicitur Prou. 6. Ideo legis lumen necessarium est viatori, si scilicet in via morum recte vult dirigi, & deduci. Ista autem lex ostenditur cum dicitur. [In veritate.] quia scilicet sicut in Psal. 118. dicitur, *Mandata tua veritas, & lex tua veritas.* Pone, si vis, quomodo ad aspectum stellæ maris seu poli, vel etiam orionis vel arcturi, nautæ dirigant gressus suos, sic vere super omnia dirigit veritas, id est, lumen fidei, & legis diuinæ. Vnde Eccles. 37. *Deprecare altissimum, vt dirigat in veritate viam tuam* Ista autem veritas directiua summe necessaria est in confessione. Quia sicut dicitur Prou. 28. *Qui abscondit scelera sua, non dirigetur, qui autem confessus fuerit & reliquerit ea, misericordiam consequetur.* Patet ergo quomodo directio nostra debet habere legem pro splendore. (In veritate inquit.)

¶ Tertio dico, quod ipsa debet habere iustum pro motore E
Remiges enim sunt necessarij ad directionem nauis. Sic viri boni, Prælati, Prædicatores & Consiliarij necessarij sunt ad nostram directionem, & ad doctrinam & exemplarem informationem, quod scil. ostenditur cum dicitur Deo, doce me, supple per Prælatos, Prædicatores, & iustos, quia, scilicet, Deus non docet hominem immediate per seipsum, sed mediantibus supradictis. Teste enim Solino, in Capnea insula nunquam apparet stella maris. & ideo nautæ per stellas ibidem nunquam diriguntur, imo secum in nauibus portant aues, quæ terram naturaliter sentientes, semper se vertunt & volitant versus illam partem vbi proprius sentiunt terram esse, & sic mediantibus auibus diriguntur, vt ait. Sic vere dico, quod in insula huius mundi, stella fixa Deus visibiliter non apparet, nec nos apparenter dirigit, siue docet, ergo necesse est, quod aues, id est, viros iustos, doctores, scilicet, & prælatos habeamus, ad quorum motus & gestus & documenta pariter, & exempla, vias nostras in domino dirigamus. Quia enim in odoratu deuotionis terram Paradisi sentiunt, ideo nos bene docent & dirigunt Iob. 35 *Docet nos super iumenta terræ, & in auibus erudit nos.* Vnde de tali directione facta per iustos potest dici illud Sapien. 11. *Direxit opera eorum in manibus Prophetæ sancti.* Habeat ergo nostra directio iustum promotorem.

¶ Quarto dico, quod ista debet habere cœlum pro tractore F
seu allectore, quod ostenditur cum dicitur. (Saluator,) quia tu, inquit, es Deus saluator meus. Salus enim æterna, quæ alibi non habetur, quam in cœlo, est obiectum alliciens & attractiuum, vt nos ad portum debitum dirigat vnde 1 Mach 3 *Directa est salus in manu eius.* Et talem directionem videtur dominus innuere Gen. 13 *Leua oculos tuos in directum*, & vide. Sequitur. *Omnem terram quam circumspicis, tibi dabo.* Ista est enim terra promissionis, scilicet, Paradisus, cuius tractus debet dirigere gressus nostros. Sicut enim adamantinæ rupes in mari naues ita fortiter attrahunt, quod ita impetuose ibi currunt, vt se quandoque destruant & confringant, sic pro certo gloria æterna sanctos taliter allexit, & attraxit, quod tanto impetu & feruore versus eam cucurrerunt & iter suum ad eam direxerunt, quod multi se per martyrium confregerunt, confringi & conteri dimiserunt Eze. 12. *In fortitudine sua directus est cum Angelo.* Patet ergo quomodo homo in actibus potest dirigi

Per {
Gloriæ visa solatia,
Iustorum sana auxilia,
Diuinæ legis clara consilia,
Ipsius Dei pia suffragia.

Bene ergo dicit. Dirige in veritate, &c. Sufficit. Vide infra de via & de recto.

A **Diripere.** Potest notari de diripere, sicut de rapere, scilicet quod aliqui diripiuntur spiritualiter gratiā amittentes Ps. 43 *Qui oderunt nos, diripiebant sibi* Alij diripiuntur temporaliter, terrena dimittentes Psalm. 108. *Diripiant alieni labores eius.* Alij diripiuntur æternaliter, tormenta patientes. Vnde de dæmonibus animas diripientibus potest dici illud 1. Reg. 23 *Philisthiim oppugnant Ceilam, & Diripiunt areas.* Tria enim sunt bona, scilicet gratiæ, fortunæ, gloriæ.

Diripiuntur bona {
Gratiæ per tentatores,
Fortunæ per tyrannos,
Gloriæ per tortores,

Vide plura si vis, infra in titulo de rapere, &c.

**Diruere. Dirutus.** Vide destruere.

**Dirumpere.** Vide in titulo rumpere.

Disce-

A **Discedere.** Cum discedere denotet mihi quandam separationem & diuisionem, & à loco vel à persona elongationem vel disiunctionem possum notare, quod in scripturis reperio.

Vnum discere {
Dei, quod est metuendum,
Diaboli quod est diligendum,
Iusti, quod est eligendum,
Impij, quod est negligendum.
}

¶ Discedit enim ab homine Deus, dum ipse homo per culpas cōtaminatur. Discedit ab eo diabolus, dum culpas abominatur. Discedit à malo iustus dum virtutibus illuminatur. Discedit à bono impius dum vitijs coinquinatur. De discessione ergo Dei quæ est metuenda, quia scilicet Deus discedit à peccatore ipsum in peccato dimittendo, ipsum non corrigendo, & eum propter vitia abhorrendo, dicit Dauid in Psal. 21. *Ne discesseris à me, quoniam tribulatio proxima est, & non est qui adiuuet*, & Psalm. 34. dicit, *Domine ne discedas à me, exurge & intende iudicio meo &c.* De discessione autem diaboli, quæ est appetenda, dicitur 2. Corinth. 12. *Datus est mihi Angelus Sathanæ, qui me colaphizet, propter quod ter Dominum rogaui, vt discederet à me.* De discessione vero viri iusti, quæ est commendanda, quia, scilicet bonus non discedit à malo, potest dici illud 2. Timoth. 2. *Discedat ab iniquitate omnis qui inuocat nomen Domini.* De discessione vero impij, quæ est abhorrenda & contemnenda, quia scilicet, semper discedit à bono, dicitur 1. Cor. 7. *Infidelis si discedit, discedat.*

B ¶ His ergo præmissis, dicamus solum de discessu iusti qui est virtuosus, & de discessu impij, qui est vitiosus. Est igitur discessus iusti, qui est virtuosus. Elementa enim nobilia naturaliter separantur, & discedunt ab ignobilibus, sicut patet, quia ignis hic in aliqua materia grossa detentus, non cessat sursum ascendere, ac si velit discedere & abire. Sic vere nobiles & iusti semper ab omni ignobilitate discedunt, & ab omni malo se separant & seiungunt 1. Reg. 15. *Abite, recedite atque discedite.* Vnde nota quod iustus Discedit

Ab iniqua societate, qui per eam decipiatur,
A vitiorum iniquitate, ne per eam inficiatur,
A seculari auctoritate, ne propter eam eijciatur.

Discedat ergo mala societas, ne per eam decipiatur Ecclesi. 7. *Discede ab iniquo, & deficient mala à te.* Malos etiam debet iustus à se reijcere, & discedere compellere, dicens illud Psalm. 6. *Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem.* Item discedat ab iniquitate Eccl. 35. *Salutare sacrificium attendere mandatis, & discedere ab iniquitate.* Item discedat à seculi pomposítate Eccl. 13. *Aduocatus à potentiore discede.* Hic est ergo discessus iusti, qui est virtuosus.

C ¶ Secundo dico, quod est discessus impij, qui est vitiosus. Et sic nota quod mali

Discedunt à Deo per peccatum & malitiam,
Discedunt à seipsis per dissensionem & discordiam,
Discedunt à fide per incredulitatem & idololatriam,
Discedunt à Christo per finalem condemnationem & miseriam in iudicio.

¶ Dicam ergo, quod est quidam discessus malorum, qui est nequitiæ, & iste est ille, quo peccator discedit, & separatur à Deo per peccatum, Ps. *Spreuisti omnes discedentes à te.* Item est quidam discessus superborum & iracundorum, qui est discordiæ Act. 18. *Cumque inuicem non essent consentientes, discedebant.* Item quidam discessus malorum infidelium & peruersorum, qui est Idololatriæ 1. Tim. 4. *In nouissimis diebus quidam discedent à fide & adhærebunt spiritibus erroris.* Item est quidam discessus miserorum & damnatorum, qui erat desolationis & tristitiæ, ille, scilicet, quo damnati compellentur à societate Dei Angelorum & Sanctorum discedere, & in ignem æternum cum dæmonibus recedere, & abire Matth. 25. *Tunc dicet scilicet Christus his, qui in sinistra sunt, discedite à me maledicti in ignem æternum, qui est paratus diabolo & Angelis eius.* Vide infra de recedere.

A **Discere.** Discere idem est quod scire incipere. Discere enim est fieri, scire in facto esse. Debent autem discere nouitij, & ignorantes & discipuli. & ideo à discere dicitur disciplina, & ab vtroque discipulus nominatur. Et vere discere valde est necessarium, quia omnis ars & scientia ignoratur, nisi primitus addiscatur. Ideo dicit Origin. super Exod. Punge oculum & dabit lachrymam, stringe mentem, & dabit intellectum. Nihil enim est tam incredibile quin discendo fiat probabile. Isidor. ety. lib. no. de synonymis dicit. Disce quod nescis, ne doctor inutilis inueniaris. Ista enim duo valde proficiunt studentibus, scilicet, inquirere quod nesciunt, & docere quod sciunt. Vnde ibidem. Bonum quod audieris, dic, bonum quod didicisti, doce, discendi atque docendi non contemnas studium. Dando enim sapientiam, largior fit, & dum plus largitur, plus abundat.

¶ Possumus ergo notare, quod duo principaliter sunt discenda, scilicet, bonum sapere, & bonum facere. Bonum sapere, pertinet ad sapientiam. Bonum facere pertinet ad vitam. Discere ergo debemus sapientiam dum temporis opportunitatem habemus.

¶ Sed pro certo ad hoc, quod quis bene studeat vel addiscat, plura sunt necessaria, videlicet B

Congruitas doctoris,
Sedulitas laboris,
Tenuitas prosperitatis,
Habilitas societatis,
Longinquitas natiuitatis.

¶ Necessarium est ergo habere doctoris congruitatem. Pueri enim à lacte nutricis, si fuerit corruptum, corrumpuntur, si vero purum fuerit, impinguantur. Et ideo dicit Plinius quod ceruus quando parturit, solet herbas medicinales comedere, vt suis filijs possit lac salubrius ministrare. Tandem quando crescunt, docet eos currere, & fugere, & pericula declinare, & ducens eos per prærupta, docet eos saltare. Sic proculdubio dico, quod puer, qui bene vult addiscere, necesse est, quod bonam nutricem & bonum doctorem per prædicationem sibi procuret, qui herbas sanæ scientiæ comedere, & sibi incorporare studeat, vt tandem suis possit discipulis lac salubris doctrinæ ministrare. Qui etiam eos doceat per bona opera currere, vitia & scelera fugere, & prærupta Inferni & alia pericula euitare. Ideo Christus bonus doctor prædicabat Matt. 11. *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris.* Vbi nota, quod à tali doctore est discendum propter eius sublimitatem seu auctoritatem. [A me inquit, qui, scilicet, sum talis & tantus.] Item propter eius benignitatem, quia mitis & humilis, propter nostram vtilitatem, quia inuenietis requiem animalibus vestris: vnde Hierem. 9. *Didicerunt à patribus suis.* Et breuiter, quod homo debeat discere & à personis, & à loco vbi possit scientiam inuenire, patet Baruc. 3. vbi dicitur, *Disce vbi sit sapientia, vbi sit virtus, vbi sit scientia, vbi sit lumen oculorum, & pax &c.* Expone quis locus studij est eligendus, vbi sit scientia & pax &c. [A me ergo discite] Matth. 2. *Herodes didicit ab eis*, scilicet à Magis, *tempus stellæ.* Est ergo necessaria doctoris congruitas.

¶ Secundo est necessaria laboris sedulitas. Sedule enim & stabiliter debet homo laborare, audire, scilicet, & studere, si ad scientiam cupiat peruenire. Sicut enim oues quando sunt in bonis pascuis, sistunt & auide herbas vsque ad radicem rodunt & continue ibi sistunt, & inde non recedunt quousque fuerint satiatæ: sic vere boni auditores quando bona pascua, id est, bonum Doctorem inueniunt quousque satiati, scientia pleni fuerint, exinde recedere, vel abire non solent. vnde 2. Timoth. 3. *Permane in his, quæ didicisti.* Quod est contra multos similes capris. Capræ enim, vt dicit Plinius, nunquam in eisdem pascuis perseuerant, imo de loco ad locum sæpissime se conuertunt. Herbas etiam vsque ad radicem non comedunt, imo solum extremitates frondium, & herbarum rodunt. Sic vere multi sunt, qui in vna pascua, id est, in vno studio vel scientia non perseuerant. Discurrunt enim de pascua ad pascuam, de studio ad studium, de facultate ad facultatem, & tales proculdubio non rodunt herbas vsque ad radicem, id est, non acquirunt scientiam vsque ad fundamentum & profunditatem, imo solummodo ad extremitatem & superficiem acquirunt, de istis dicitur 1. Tim. 5. *Discunt circuire domos, non solum otiose, sed verbose & curiose loquentes quæ non oportet.* De istis etiam potest intelligi illud 2. Tim. 3. *Semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes.* Contra tales loquitur Senec. Epist. 2. Nihil ita sanitatem impedit, vt remediorum crebra mutatio. Non conualescit planta, quæ sæpe transfertur, nihil tam vtile est, quod in transitu prosit. Sic ergo stulti sunt, qui libros statim fastidiunt, quos viderint. Cum ergo multa percurris vnum excipe, quod illa die coquas. Necessaria est ergo laboris sedulitas seu continuitas. Quod bene facit Thomas Philosophus, qui post 107. annos moriebatur, quando discere incipiebat.

D ¶ Tertio necessaria est victus seu rerum tenuitas & paupertas. Pergamentum enim pingue male retinet scripturam impressam. Sic vere homo pinguis in delitijs atque diuitijs enutritus, vt commonuet, non bene retinet, nec addiscit. Ideo dicit Senec. in 17. Epistola. Studijs & diuitijs pariter vacare non potes. Si vero vacare vis, pauper sis, aut pauperi similis. Multis enim ad philosophandum obstitere diuitiæ, paupertas vero expedita est & secura. Necessaria est ergo rerum tenuitas.

E ✱ ¶ Quarto dico, quod necessaria est bona societas. Facile enim addiscitur quod à socijs frequentatur. Et ideo qui bene addiscere vult, debet bonus socios frequentare. Vnde Sene. Illos tecum admitte, qui te possunt facere meliorem. Ideo de malis dicitur in Psal. 105 quod *commixti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, & seruierunt sculptilibus eorum.*

F ¶ Quinto dico, quod necessaria est terræ longinquitas, id est, patriæ extraneitas. Olus enim & pomum non proficiunt in terra vbi seminantur. Ideo ad hoc, quod crescant & proficiant, necesse est, vt alibi transplantentur. Apes etiam in aluearii suis non acquirunt mel, imo necesse est, quod extra aluearia sua longe exeant, vbi odoriferos flores quærant, in quibus mel inueniunt, de quo cum oneratæ fuerint, ad aluearia redeunt, vt dicit Plin. Sic proculdubio in loco vbi seminatur, id est, vbi quis nascitur, inter amicos & notus parum potest proficere, nec aliquid addiscere, vel valere. Nemo enim acceptus est propheta in patria sua. Familiaritas enim & notitia personarum valde impedit ad bene discendum. Necesse est ergo, quod homo alibi, scilicet, ad terram extraneam transplantetur, & quod extra aluearia domus propriæ longe ad studium accedat, vbi melle scientiæ se repleat, vt inde plenus & oneratus ad patriam reueniat, & accedat. Sicut enim dicit Hugo, ista sunt necessaria homini, qui vult discere, scilicet, victus tenuis & terra ignota. Ideo bene consulitur Gen. 12. *Egredere de terra tua, & de cognatione tua.* Sic ergo patet, quod discere debemus scientialia.

G ¶ Sed adhuc dico, quod discere debemus operabilia. Melius est enim discere facienda & dicenda, quam scienda. Ideo Esa. 1. dicitur, *Quiescite agere peruerse, discite bene facere.* Et aduertamus quod sicut animalia bruta humanos actus nesciunt facere, adhuc tamen coguntur addiscere, & ad hoc quandoque verbis, quandoque verberibus edocentur, sicut patet de simia, quæ discit ludere, & saltare, de elephante, qui, secundum Plinium discit & docetur & Regem cognoscere & adorare: de vitulo marino, qui secundum eundem discit, & docetur mugitu & vultu homines salutare, sic vere (charissimi) licet nos alij brutales & animales, actus humanos, id est, actus rectos virtuosus & rationabiles facere naturaliter nesciamus, adhuc tamen debemus discere, & nos totis affectibus applicare, quia sicut dicitur Prou. 17. *Qui euitat discere, incidit in mala.* Nota ergo, quod quidam discunt benefacere diuinis inspirationibus, sicut *sunt multi, qui per seipsos docentur, & instruuntur.* Gal. 1. Neque enim illud ab homine didici, sed per reuelationem. Quidam etiam exemplis, & inductionibus. Ideo dicitur Prou. 6. *Vade ad formicam ô piger. & considera vias eius & disce sapientiam:* & Prou. 24. *Exemplo didici disciplinam.* Quidam etiam pœnis & correctionibus sicut elephas, qui verberibus domesticatur, & obedire docetur. Vnde Heb. 5. *Didicit ex his, quæ passus est, obedientiam.* Discere ergo debemus res vtiles & necessarias ad salutem. Iuxta consilium Baruch. 3. *Disce vbi sit prudentia, vbi sit virtus, vbi sit intellectus, vt scias simul vbi sit longiturnitas vitæ & victus, vbi sit lumen oculorum & pax.* Vbi ostenditur, quod nos debemus discere mentalis prouidentiæ sedulitatem. (Disce inquit vbi sit prudentia.) Virtutis patientiæ stabilitatem (longiturnitas inquit.) Cœlestis affluentiæ fœlicitatem, quia, scilicet, debemus discere vbi sit vita, victus, lumen & pax. Debemus ergo discere exteriora prouide gubernare (prudentia) asperiora solide tolerare, (longiturnitas.) Superiora feruide affectare (vita inquit, lumen & pax,) Discamus ergo gubernare exteriora prudentia, quæ scilicet pertinet ad regimen exteriorum 1. Tim. 5. *Discat primum domum suam regere.* Item discamus asperiora, id est, mundi tribulationes tolerare. Vnde Isid. de no synonymis. Disce mala magis tolerare, quam facere. Item discamus affectare superiora, scilicet, bona æterna, quæ ponuntur in istis tribus, vita, victus, lumen & pax. Vnde Sap. 7. *Absconditæ & improuisa didici* &c. Et ista de Addiscere sufficiant.

A ## Disciplina.

Nota, quod licet disciplina aliquoties sumatur pro morum compositione, sicut Ec. 10. Vir prudens & disciplinatus non murmurabit correctus, Communiter tamen sumitur pro correctione, sicut dicitur Prouerbior. 22. *Stultitia colligata est in corde pueri, & virga disciplinæ fugabit eam.* Possumus ergo dicere, quod disciplina quandoque accipitur pro morali perfectione, item pro pœnali correctione. Accipitur dico pro perfectione seu conditione morali, sicut homo dicitur bene disciplinatus, qui quantum ad gestum, vestitum, motum, affatum est bene dispositus & maturus. Et sic loquitur Hugo Epistol. 13. Disciplina (inquit) teruitrem dispouit, vultum componit, oculos ligat, cachinnos cohibet, moderatur linguam, gulam cædit, iram fugat. Item accipitur pro correctione pœnali, & sic accipitur in Psalm. 17. *Disciplina tua correxit me in finem, disciplina tua ipsa me docebit.* Quocunque ergo modo accipiatur, disciplina est tenenda, seruanda sustinenda. *Disciplinam enim & sapientiam, qui abijcit, infœlix est.* Sap. 3. Disciplina enim correctiu seu tribulatio, siue inferatur à Deo, siue à prælato, siue etiam à mundo, semper est proficua sustinenti. Sicut enim videmus, quod equi indomiti multis punctionibus & vexationibus disciplinis & correctionibus edomantur, & humanis vsibus deputantur, visi & elephantes & simiæ per correctiones & afflictiones disciplinati & docti efficiuntur, ita quod postmodum inter homines digni sunt habitare, qui prius syluestres erant, & inter feras dummodo habitabant, sic vere charissimi sine disciplina & correctione efficitur humoronis rudis, syluestris & indoctus, & bestialibus moribus informatus, si tamen disciplinatus fuerit, & correctus, & pœnis & laboribus subiugatur, ita quandoque doctus & perfectus efficitur, quod inter homines, id est, inter sapientes & bonos habitare dignus habetur. Disciplinam ergo domini sustinere debemus, quia sicut dicitur Ecclesiast 33 *Cibaria, & virga, & onus asino, panis & disciplina & opus seruo.* Et aduerte, quod disciplina & correctio tria specialiter operantur. Ista enim.

Infert corpori dolorem, quia dicitur [virga]
Aufert otij torporem, quia dicitur [onus & opus.]
Confert gloriæ dulcorem. [Cibaria inquit & panis.]

¶ Dico enim quod per disciplinam corpori dolor infertur, & B
hoc ostenditur cum dicitur [Disciplina] Disciplina enim comparatur virgæ. Virga enim sicut dicit Isid. dicitur quasi vi reges, ad denotandum, quod per virgam correctionis & disciplinæ homo violenter regitur, & ad bonum inclinatur. Vnde Prouerbio. 23. *Si percusseris eum virga, non morietur, tu virga percuties eum, & animam de inferno liberabis* Et nota, quod virga vtuntur.

Magistri ad pueros verberandum,
Reges ad populis imperandum,
Pastores ad gregem dirigendum,
Pauperes ad canes repellendum.

Sic vere virga correctionis & disciplinæ valde est necessaria omnibus personis iurisdictionem habentibus, scilicet, Prælatis, Pastoribus, Magistris, & Iudicibus, dominis atque Regibus. Cum tali enim virga, id est, cum aspera correctione & disciplina, pueri, id est, simplices instruuntur, & greges & inferiorea gubernantur, canes & peruersiones reprimuntur. De ista ergo virga dicitur in Psalm. 2. *Reges eos in virga ferrea &c. Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum.* Ista tamen sunt contra multos, qui reuera ita sunt peruersi, quod per virgam nón emendantur, imo quanto plus per virgam correctionis verberantur, tanto amplius indisciplinatiores efficiuntur, similes leoni, qui est animal, quod nunquam virga domatur, imo quanto plus percutitur, tanto plus irascitur, & crudelis efficitur. Rhinoceros etiam animal est indomabile, imo si aliquo casu à venatore capitur, ante triduum præ desperatione & dolore moritur. Sic vere multi sunt, quos virga disciplinæ non corrigit, nec emendat, sed ipsos potius ad desperationem & in obstinationem incidat, & inflammat. Siue enim percutiantur ab homine per correctionem, siue à Deo per tribulationem, ipsi tamen non emendantur, sed potius in malo indurantur Hier. 5. *Percussisti eos, & non doluerunt, attriuisti eos, & renuerunt accipere disciplinam.* Patet ergo, quod per disciplinam corpori dolor infertur, quia sicut dicitur Hebreor. 12. *Omnis disciplina in præsenti non videtur esse gaudij sed mœroris.* Virga ergo ista est *virga disciplinæ, quæ fugat stultitiam de corde pueri,* sicut dicitur Prouerbior. 22. Per hanc ergo corpori dolor infertur.

¶ Secundo dico, quod per istam otij torpor aufertur, quod C
ostenditur cum dicitur [onus & opus] Onus enim & quies, Opus & otium sunt contraria, & ideo quando supponitur onus, & opus bene sequitur, quod per disciplinam torpor, & otium eli-

tatur

tatur. Homo enim qui disciplinis & correctionibus subijcitur, à torpore & otio segregatur. Ideo bene consulitur Heb. 12. *In disciplina perseuerate sicut filij.* Otium enim est vituperabile in scriptura, omnes enim creaturæ otium detestantur. Cœlum enim optime seruat disciplinam & regulam motus sui. Formicæ etiã quæ sunt minimæ creaturæ, nonquam cessant ab opere & à motu, continue enim laborant pro granis aggregandis. Apes etiam vt dicit Ambrosius & Plinius, maximam disciplinam seruant inter se, nulla enim inter ipsas est otiosa, imo otiosas à se eijciunt, ipsasque pimiunt & expellunt. Sic vere charissimi, inter nos debet esse maxima disciplina quantum ad otium vitandum, quia scil nunquam debemus à motu bonorum operum cessare, nec otio vel torpori vacare, imo semper nos debemus in bonis operibus exercere. Opus inquit, vnde Ecclesiast. 33. *Operatur in disciplina & quæris requiescere.* Multi tamen sunt, qui disciplinam correctionis non accipiunt, imo in torpore & otio se inuoluunt. Amant enim delitias, non laborem & otium, non sudorem. Vnde in Psal. 49. *Tu vero odisti disciplinam & proiecisti sermones meos retrorsum.* Non ergo sic, sed per disciplinam otij torpor auferatur.

D ¶ Tertio dico, quod disciplina est tenẽda, quia per hanc gloriæ dulcor confertur, & hoc ostenditur cum dicitur. (Cibaria & panis. Sicut enim per diligentiam & disciplinam acquiritur panis & cibus, iuxta illud Matth. 10. *Dignus est operarius cibo suo*, sic procul [illegible], qui in correctione & disciplina volunt viuere in hoc mundo, digni sunt in cœlesti conuiuio manducare, Esa. 33. *Panis ei datus est, aquæ eius fideles sunt.* Ideo bene dicitur Prou. 13. *Egestas & ignominia ei, qui deserit disciplinam*, Sap. 3. *Disciplinam qui abijcit infœlix est*, q d quod per disciplinam acquiritur fœlicitas paradisi, sicut per oneris dimissionem infœlicitas inferni. Et sic dico, quod per disciplinam acquiritur, tepiditas excutitur, pœnalitas imprimitur, &c.

E Et breuiter si vis, adhuc potes dicere, quod disciplina & compositio morum tenenda est, videlicet

Ne Dominus peccantibus irascatur,
Vt à culpis quis grauibus corrigatur,
Vt quis docte in sensibus instruatur,
Vt deuote parentibus pareatur,
Ne peccati mors impia incurratur
Ne de via per inuia discurratur,
Vt diuina scientia acquiratur,
Vt æterna fœlicitas non perdatur,
Vt sancta benignitas habeatur,
Vt inanis loquacitas caueatur,
Vt in pace tranquillitas teneatur,
Vt cordium peruersitas molliatur,
Vt regalis sublimitas adeatur.

Disciplina enim facit ne Deus irascatur, Psal. 2. *Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus, & pereatis de via iusta.* Item facit, vt culpa corrigatur. Psalm. *Disciplina tua ipsa me correxit in finem* Item facit, vt bonus doceatur, Psalm. 17. *Disciplina tua ipsa me docebit.* & Iob 33 dicitur de Deo, quod *Deus aperit aures virorum, & erudiens eos instruxit disciplina* Item facit, vt patri pareatur, patri dico corporali & spirituali, Prou. 1. *Audi fili mi disciplinam patris tui*, &c. Item facit, ne iustus moriatur. Vnde de iniusto dictore conuerso, Prou. 5. quod *ipse morietur, quia non habuit disciplinam.* Item facit, vt recte gradiatur, quia, scilicet, sicut dicitur Prou. 6. *Mandatũ lucerna est & lex, & lux & via vitæ, increpatio disciplinæ.* Item facit, vt sapiens quis dicatur, iuxta illud Prou. ca. 12. *Qui diligit disciplinam, diligit scientiam.* Et ibidem 19. *Suscipe disciplinam, vt sis sapiens.* Item facit, vt fœlix habeatur, quia sicut e conuerso dicitur, Sap. 3. *Disciplinam qui abijcit, infœlix est.* Itẽ facit, vt fratri succurratur. Vnde de filijs Israel dicitur, qui cum minima disciplinam acceperunt. Item facit, ne vane quis loquatur 2. Timoth. cap. 2. *Stultas autem & sine disciplina quæstiones deuita, sciens quoniam generant lites.* Item facit, vt in pace viuatur Ecclesiast. 41. *Disciplina pacis nostræ super eum.* Itẽ facit vt cor remolliatur. Vnde e conuerso de induratis dicitur Hierem. 5. *Renuerunt accipere disciplinam, indurauerunt faciem suam super petram.* Item vt Christo assistatur. Vnde Daniel. cap primo præcipitur, quod pueri de semine regio, in quibus nulla esset macula, docti disciplina, & eruditi omni sapientia, quærerentur, vt possent stare in palatio coram Rege. Et breuiter, sine disciplina morali nullus est dignus stare coram Rege Christo, sed pro certo qui taliter disciplinam fugerit, omnia nocua præcauebit, vtilia procurabit, & æternam gloriam finaliter possidebit.

## Discipulus, & Famulus.

A Quandoq; significant idem præter hoc quod famulus deputatus est ad seruiendum, discipulus ad discendum. Et ideo discipulus est

Nomen obedientiæ & humilitatis,
Nomen seruitij & sedulitatis,
Nomen timoris & simplicitatis,
Nomen industriæ & docilitatis,
Nomen amicitiæ & familiaritatis.

¶ Simus ergo serui & discipuli Dei & Sanctorum, bonorum Doctorum, nostrorum Prælatorum. Aduerte enim quod Christus dicit Luc. 14. *Qui non baiulat crucem suam, & sequitur me, non potest esse meus discipulus.*

¶ Vbi nota, quod ad hoc, quod simus discipuli Dei, id est, obedientes & subditi, requiritur labor & asperitas, quæ sustineatur, quia debemus baiulare crucem, i. sustinere, cruciamentum laborum, dulcor & humilitas, quo exerceatur, quia debemus sequi, i. subijci & obedire, honor & sublimitas, cui obediatur, quia dicitur, ne per quod oneretur auctoritas diuina. Illi ergo, qui Christi & Sãctorum volunt esse imitatores & discipuli, debent sustinere asperitatem laboris, quod ostenditur cum dicitur, quod imitatores Christi debent baiulare, i. portare crucẽ, per quam designatur afflictio corporis, quia s. boni serui secundum Apostolum tenentur crucifigere carnem suam cum vitijs & cum concupiscentijs. Crux enim secundum August. à cruciatu dicitur. Debet enim bonus Christi discipulus cruciari per mentis sedulitatem, per motus agilitatem, per victus tenuitatem Vnde Matth. 12. *Discipuli esurientes ceperunt vellere spicas.* Et Matth. 9. dixerunt discipuli Ioannis. *Quare nos & Pharisæi ieiunamus frequenter?* Scholares n. & discipuli dum instruuntur in primitiuis, solent verberari & castigari, vt finaliter possint ad magistratum & cathedram sublimari. Sic vere nos, qui sumus in vita ista sicut in scholis primitiuorum, debemus sustinere cruciatus laboris, vt finaliter in paradiso attingamus ad cathedram excellentiæ & honoris. [Baiulat, inquit, crucem.] Vnde Marc. 16. *Omnis qui venit ad me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.* Sustineamus ergo asperitatem & laborem.

B ¶ Secundo exerceant humilitatis dulcorem. Sequitur inquit Sequi enim humilitatem & amorem designat. Bos enim ligatus & equus bene infrenatus, bene sequuntur ductores suos. Quia vere illi, qui per obedientiam sunt ligati, & qui per disciplinam sunt infrenati, sequi debent doctores suos & doctores & Christum & alios superiores. Sequi dico, eis per amorẽ adhærendo. Luc. 7. *Ibant cum eo discipuli eius*, Ioh. 13. *Discipuli mei estis, si dilectionem habueritis.* Sequitur etiam ipsos imitando, Matth 5. *Accesserunt ad eum discipuli eius.* Sequi insuper eis obsequendo, Ioh. 19. *Vidit discipulum stantem, quem diligebat Iesus.* Stantem dico, vt paratum obediendum & obsequendum. De tali ergo sequela dicitur Mat. 8. *Magister sequar te quocunq; ieris.* Columbas enim, quę melle fuerint pastæ, aliæ columbæ sequuntur & vsq; ad ipsarum columbarium dulcedine mellis, quod gestant in ore, trahuntur & perducuntur. Sic vere charissimi, Christum & Sanctos, qui mel dulcis prædicationis & doctrinæ in ore gerebant, debemus sequi per humilitatem & imitationem, & vsq; ad columbarium paradisi eos prosequi per bonam operationem, Ezech. 1. *Quocunq; declinabant* scilicet *animalia spiritus rota quæ prima erant sequebantur*, &c. Ista sunt contra multos discipulos Dei sc. contra malos Ecclesiasticos & religiosos, & etiam Christianos, qui vere non sequuntur Christum vel prælatum per obedientiam & humilitatem, & quandoque quod peius est, per Apostasiam ab ipso fugiunt & obstinationem, vnde Iohan. 6. *Multi discipulorum abierunt retro, & iam cum eo non ambulabant.* Non sic ergo, sed qui volunt esse Christi discipuli exerceant humilitatis dulcorem.

¶ Tertio necessarium est quod obtineant dignitatis honorem, quod ostenditur cum dicitur in persona Christi (Me) Discipulus enim debet timere magistrum, quia sicut dicitur Luc. 6. *Non est discipulus super magistrũ.* Discipulus enim qui magistrum non timet, non bene potest proficere. Omnia enim naturaliter timent suum superiorem, sic animalia leonem, aues aquilam, & quando superior & potentior, honorabilior & melior, tanto plus à discipulis est timendus & amplius honorandus. Quia igitur Deus est Rex & superior omnibus creaturis, ideo

merito debet timeri, & à cunctis viuentib. adorari. [Me inquit] Vnde Hier. 10. *Quis non timebit te ô rex gentium?* Apoc. 14. *Timete Dominum, & date illi honorem.* & aduerte, quod sicut boni discipuli gaudent in aduentu boni magistri, gregatim etiam in scholis solent morari, irato magistro solent timere, & præcipienti solent obedire, sic vere boni Christiani ecclesiastici vel subditi, de bono magistro vel superiore debent gaudere per bonam affectionem Ioan. 20. *Gauisi sunt discipuli viso Domino.* Gregatim et debent viuere per amorem & concordiam & dilectionem Act. 2. *Erant omnes discipuli pariter.* Ipsum etiam debent timere, & venerare per obedientiam & subiectionem Ioh. 2. *Crediderunt in eū omnes discipuli eius.* Sic igitur patet, quod necessarium est homini ad hoc quod sit discipulus Domini, quod timeat sublimitatem, quod habeat humilitatem, quod sustineat pœnalitatem, &c.

D ¶ Nota adhuc, quod discipulus debet esse

Diligens & studiosus.
Patiens & timorosus,
Fidelis & amorosus,
Humilis & obsequiosus,
Agilis & industriosus,
Subtilis & ingeniosus,
Pacificus non sediriosus,
Credulus non suspiciosus,
Iucundus & gaudiosus,
Fœcundus & copiosus.

Videtur, quod per discipulum intelligitur quilibet homo iustus & maxime religiosus & perfectus, quia reuera talis debet esse perfectus & diligens & studiosus per obedientiam & sedolitatem. Vnde de quolibet diligente potest intelligi illud Ioan. 19. *Vidit illum discipulum stantem, quem diligebat Iesus, & dixit ei: Ecce mater tua.* Maria enim, quæ *cum festinatione abijt in montana*, sicut dicitur Lucæ 1. signat virtutem diligentiæ, quæ reuera mater est & matrona illorum discipulorum, qui inueniuntur stantes, semper, scilicet parati ad aliquid faciendum. Item talis debet esse patiens & timorosus per reuerentiam & dubietatem. Semper

B enim debet timere ne offendat magistrum, Deum scil. vel Prælatum. Vnde de Ioseph dicitur Matth 27. quod *ipse discipulus erat Iesu, occultus tamen per metum.* Item talis debet esse fidelis & amorosus. Discipulus enim tenetur diligere Deum, magistrum, se & socium. Ideo Christus Ioann. 13. dicit sic, *Tunc discipuli mei eritis, si dilectionem habueritis.* Et Ioan. 15. *Efficiamini mei discipuli*, sequitur: *Manete in dilectione mea.* Item talis debet esse humilis & obsequiosus, debet enim magistrum sequi, & ei seruire, & ministrare & obsequi, Matth. 8. *Secuti sunt eum discipuli eius.* Item talis debet esse agilis & industriosus. Debet enim cito & velociter discurrere, & in omnibus agiliter se habere Io. 20. *Ille alius discipulus præcurrit citius Petro, & venit prior ad monumentum.* Item talis debet esse subtilis & ingeniosus, quia scilicet ad bonum discipulum pertinet interrogare & addiscere. Vnde Marc. 9. *Discipuli secreto interrogabant.* & Luc. 11. dicit vnus ex discipulis eius: *Domine doce nos orare.* Item debet esse talis pacificus, non sediriosus, quia scil. boni discipuli debent concorditer viuere, & cum magistris, & cum socijs. Cum magistris dico, Matth. 29. *Discumbebant cum eo discipuli eius*, quasi diceret ad discipulum pertinet assuefieri magistro, Luc. 7. *Ibant cum Iesu discipuli eius.* Cum socijs vero, Act. 2. *Erant omnes discipuli pariter eodē in loco.* Item talis debet esse credulus, non suspiciosus. Discipulus enim firmiter debet magistro credere, alias vix aut nunquam poterit doctus esse. Christo ergo i. prælato, magistris & doctoribus nostris credamus, & eis inseruiamus & obediamus, Ioan. 2. *Crediderunt in eum discipuli eius.* Item talis debet esse iucundus & gaudiosus, Ioh. 20. *Gauisi sunt discipuli viso Domino.* Item debet esse talis fœcundus & copiosus, sc. alijs dando. Non enim debet esse auarus discipulus, qui liberalem habet magistrum, sc. Christum. Vnde Act. 11. dicitur, quod *discipuli prout quisq; habebat, miserunt sanctis, qui erant in Hierusalem.* Ista ergo de bonis dicta sunt discipulis, id est, de quibuscunque sanctis hominibus, religiosis, & iustis etiam de bonis scholaribus & honestis.

E Sed pro certo de malis discipulis scolaribus & religiosis, & quibuslibet Christianis potest dici econuerso; quod ipsi sunt.

Litigiosi non concordes,
Meticulosi & vecordes,
Præsumptuosi & discordes.

Sunt (dico) mali discipuli, non concordes, sed litigiosi. Exemplum Luc. 22. vbi de discipulis dicitur, *quod orta est contentio inter eos, quis eorum videretur esse maior.* Item isti sunt vecordes & meticulosi. Vnde Matth. 26. *Discipuli relicto Iesu fugerunt.* Item sunt discordes & defectuosi, quia scilicet isti non perseuerant in societate Dei, Ioan. 6. *Multi discipulorum abierunt retro, & iam cum Christo non ambulant.* Tales ergo potius sunt discipuli diaboli quam Dei, & magis carnis & mundi, quam Christi, vel boni Prælati seu magistri. Similes enim sunt simiæ, quæ magistro suo obedit ad ludos, & ad vana faciendum, nunquam autem ad aliquid vtile exercendum. Sic illi discipuli sunt diaboli, & non Dei. Et ideo in vanis & in inutilibus sibi obediunt, & non in vtilibus Christo credunt. Isti ergo Christi discipulatum contemnentes, videntur dicere cum Iudæis, illud Ioan. 4. *Tu discipulus eius, nos autem Moysi sumus*, &c. Vide de Obedientia, seruire & Subiectio.

## Discordia. Vide infra in titulo dissensio.

## Discretio. Nullæ sunt auctoritates vocales. Vide in titulis Synonimis scilicet, de sapientia, prudentia & similibus. A

## Discumbere. Nota quod discumbere sumitur pro in conuiuio sedere. Vnde proprie illi discumbunt, qui in conuiuio sedent, resident aut quiescunt. Secūdum autem naturam diuersitatem conuiuiorum, distingue diuersitatem discumbentium. Dico ergo, quod est discubitus gratiæ, culpæ, Ecclesiæ, & gloriæ.

In primo discumbunt iusti viatores,
In secundo discumbunt vani peccatores,
In tertio discumbunt Christi seruitores,
In quarto discumbunt cœli possessores.

Est igitur primo discubitus gratiæ, qui est perfectorum. Iste est discubitus, quo Christus discumbit cum hominibus ipsos spiritualiter visitando, sicut dicitur Luc. 7. *Ingressus Iesus domum Pharisæi, discubuit*, quod pro certo cum senserit mulier, id est, anima vel voluntas, statim debet vnguentum deuotionis accipere, & *effundere super caput ipsius recūbentis*, sicut dicitur de Maria Magdalena, Matth. 26. & quo etiam homines discumbunt cum Deo, eius gratiam, scientiam & Eucharistiam degustando. Discumbunt enim cum Christo in viridario gratiæ per charitatem & humilitatem, Matth. 15. *Præcepit Iesus turbæ discumbere super terram.* Discumbunt etiam cum eo in prato sacræ scripturæ per scientiam & sagacitatem. Vnde prædicatoribus videtur Dominus loqui Ioan. 6. Vbi volens turbas de quinq; panibus, i. de quinq; lib. Moysi, & duobus piscibus, i. Prophetis & Euangelijs satiare, dixit: *Facite homines discumbere, erat autem fœnum multum in loco, discubuerunt ergo viri quasi quinque millia, & accepit panes, & cum gratias egisset, distribuit discumbentibus.* Et dicitur ibidem, quod plus remāsit de cibis, quam primo fuerunt distributi. Ad denotandum, quod cibus scripturæ quanto plus auditoribus distribuitur, tanto doctrina eius amplius augmentatur. Discumbunt insuper iusti cum Christo in conuiuio Eucharistiæ per suæ corporis assumptam humanitatem, Luc. 22. *Discumbens cum illis, accepit panem, & fregit & porrigebat illis.* Talis ergo sic cum Christo discumbentibus apparet Christus, & eus instruit in credendo, Mar. 16. *Recumbentibus vndecim discipulis apparuit illis Iesus, & exprobrauit incredulitatem illorum, &c.* Iste est ergo discubitus gratiæ, qui est perfectorum.

¶ Secundo dico, quod est discubitus culpæ, qui est peccatorum. Diabolus enim facit conuiuium omnibus malis, in quo scilicet discumbunt B

Carnales & luxoriosi,
Auari & ambitiosi,
Crudeles & incestuosi.
Superbi & præsumptuosi.

De carnalibus potest dici illud Iohan. 12. *Lazarus vnus erat de discumbentibus.* Lazarus enim qui leprosus fuerat secundum aliquos corruptos & luxuriosos potest significare. De auaris vero potest dici illud, quod de socru Simonis febricitante dicitur Marc. 1. *Recumbebat autem socrus Simonis febricitans.* Febris enim quæ calorē habet & sitim prouocat, signat auaritiam quæ ardere & sitire facit auarum. De crudelibus vero dicitur Marc. c. 6. *Quod cum Herodiadis filia saltans placuisset Herodi, simulq; discumbentibus, fecit occidi Ioannem Baptistam, & caput eius in conuiuio apportari.* De superbis vero dicitur Matth. 23. *quod ipsi amant primos recubitus in cœna, primas cathedras in synagogis, salutationes in foro, & vocari ab ho-*

*ab hominibus Rabbi.* Iste ergo est discubitus culpæ, qui est peccatorum.

C ¶ Tertio dico, quod est discubitus Ecclesiæ, qui est clericorum. Deus enim facit magnum conuiuium omnibus seruitoribus suis, & posuit eis mensam fertilem, atque pinguem, sc. mensam status Ecclesiastici, vbi diuersa sunt fercula diuersorum beneficiorum & dignitatum & officiorum. Ad istud conuiuium discumbentes cum Christo diuersimode sedent, sed sicut supponitur, omnes vltimum locum eligere & ornari virtutibus debent. In talibus enim discumbentibus, id est, in viris ecclesiasticis requiritur humilitas & honestas, vt nec sint ambitiosi magna quærendo, nec sint inhonesti, male agendo, & sic de humilitate dicitur Luc. 14. *Cum inuitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco, sed recumbe in nouissimo, vt veniens qui te inuitauit, dicat tibi: Amice ascende superius, & erit tibi gloria coram simul discumbentibus. Omnis enim, qui se humiliat exaltabitur, &c.* q. d. in conuiuio illi qui humilibus locis & statibus contenti sunt ad ardua sunt sublimandi. E conuerso, *illi*, qui prima & sublimia quærunt, & qui ad dignitates ambiunt, ad bassa & humilia sunt cogendi. Sic etiam de honestate vitæ, quæ in illis discumbentibus requiritur, exponitur parabola, Matth. 22. vbi dicitur: *quod nuptiæ impletæ sunt discumbentibus, sed rex tandem intrans, videns hominem, non vestitum veste nuptiali, dixit. Amice quomodo intrasti huc, non habens vestem nuptialem?* & sequitur: *quod ipsum in tenebras exteriores, vbi fletus & stridor dentium, continebantur.* fecit recludi, quia reuera in nuptijs ecclesiæ militantis, necesse est quod omnes discumbentes, id est, omnes beneficiati veste nuptiali, id est, virtute, gratia & honestate accedant, alias accedentes ad hunc discubitum, á rege Christo ad iudicandum veniente, in tenebrosas exteriores & infernales mittentur, & æternis fletibus & stridoribus affligantur. Et tamen, proh dolor, de multis pertimescendum est, quod ad istas tenebras expellentur, quia pro certo in Ecclesia discumbunt, & tamen virtutum nuptialibus vestibus nullatenus induuntur. Vnde iam videtur impletum illud Marc. 2. *Multi publicani & peccatores discumbebant cum Iesu.* Iste est ergo discubitus Ecclesiæ, qui est clericorum.

D ¶ Quarto vero dico, quod est discubitus gloriæ seu patriæ, qui est beatorum. Et de hoc dicitur Matth. 8. *Multi venient ab Oriente & Occidente, & recumbent cum Abraham, Isaac & Iacob, in regno Dei.* Et Luc. 12. de Christo dicitur: *Amen dico vobis, quod præcinget se, & faciet illos*, id est, bonos seruos, *discumbere, & transiens ministrabit eis.* Fœlix illa mensa, vbi Deus & Angeli ministrant, &c. Sufficit. Vide supra de accumbere.

A **Discurrere.** Nota, quod discursus idem est quod continuus & frequentatus cursus, & signat profectum, seu motum boni operis, seu mali. Et ideo breuiter nos possumus distinguere, quod duplex est discursus, scil. commendabilis & detestabilis. Commendabilis discursus est perfectio operis virtuosi. Sicut enim orbis & planetæ non cessant discurrere, & sine dilatione officium suum exercere, sic pro certo boni & sancti non debent cessare á bonorum operum circuitu & discursu. Non enim debent per negligentiam retardari, sed per bonorum operum exercitium in bono iugiter occupati. Scintilla quamdiu est ignita, solet sursum discurrere, & ascendere, statim vero quod mortua fuerit & extincta, solet inferius descendere, & á motu & discursu quiescere & cessare. Sic proculdubio viri sancti igne charitatis accensi, sursum ad bona æterna solent per profectum bonorum operũ discurrere, & volare. Si vero extincti fuerint á peccato mortali, tũc á bono profectu cessant, & ad terram, i. ad terrenum amorem per auaritiam descendunt. Ideo de bonis dicitur illud Sap. 3. *Fulgebunt iusti, & tanquam scintillæ in arundineto discurrent.*

B ¶ In quibus verbis ostenduntur tria, quæ valde sunt necessaria ad spiritualem profectum seu discursum, videlicet

Vitæ rectitudo. (Iusti inquit.)
Motus fortitudo. (Scintillæ.)
Rerum paucitudo. (In arundineto.)
Primum facit actus veritatis. (Iusti.)
Secundum virtus charitatis. (Scintillæ.)
Tertium status paupertatis. (In arundineto.)

¶ In arundineto, qui est locus sterilissimus. Homo enim qui vult bene discurrere, necesse est, quod vadat per rectam viam, quã facit veritas. Item necesse est quod interius sit fortis & voluntarius ad discurrendũ, quod facit charitas. Item necesse est, quod non sit oneratus pondere terrenorũ, quod facit paupertas. De tali ergo discursu potest dici illud Ezech. 1. *Hæc erat visio discurrens, & in medio animalium splendor ignis*, &c. Iste est ergo discursus virtuosus.

B ¶ Sed secundo dico, quod est alius discursus vitiosus, & iste est labor & profectus in malis operibus & peruersis. Quod potissime pertinet ad auaros, qui ad modum formicæ non cessant discurrere pro granis, id est, pro diuitijs congregandis, Exod. 9. *Dominus dedit tonitrua & grandinem & discurrentia fulgura super terram, &c.* Vide supra de verbo currere.

A **Dissensio. Discordia.** Quamuis de dissensione & discordia paucæ sint auctoritates, tempore, vt de bello, pugna aduersus contrarietates, & similibus, & etiam in titulis oppositis, sicut est pax, cõiunctio, congregatio, societas, &c. ne tamen istã materiam omittere videar, aliquid hic notabo, & aliqua originalia cũ scripturæ auctoritates deficiant allegabo. Dicam ergo, quod multi sunt qui plus delectãtur in discordia quam in pace. Cum n. causa partium conglutinatiua & immixtiua sit humiditas, restat e cõtrario, quod causa disiunctiua, & dissolutiua eius siccitas. Partes n. ab inuicem dissoluuntur quando ipsum mixtũ consumpto radicali humido desiccatur, sicut patet in luto incinerato & combusto. Sic vere dico, quod in omni corpore mixto, i. in omni congregatione vnitas societatis deficit, & diuisio, i. discordia partium conualescit, quando siccitas indeuotionis excrescit, qua humidum radicale gratiæ & dilectionis arescit. Tanta est enim hodie in partibus mixtio, & in personis contrarietas, quod modica occasione ibi deficit vnitas & societas, Act. 15. *Facta est dissensio, vt discenderent ab inuicem.*

B ¶ Vnde breuiter notare possumus, quod discordia generatur

Ex detractorum peruersitate loquaci,
Ex auarorum cupiditate voraci,
Ex animorum diuersitate procaci,
Ex superborum crudelitate rapaci,
Ex tentatorum iniquitate fallaci.

Dicam ergo quod dissensionem seu discordiam consueuit generare detractorum loquax peruersitas. Cõstat enim quod vox rauca & dissona discordiam solet harmoniæ generare. Vnus n. male & rauce cantans, in multis bene & consone cantantibus discordiam generabit. Sic vere dico, quod in societate & congregatione multorum bene concordantiũ, vnus homo discors, litigiosus & dissonus, detractor inuidiosus & loquax, litem, dissensionem & discordiam generat & multorum pacifice viuentium pacem turbat. Ideo bene dicitur Eccl. 28. *Susurro & bilinguis maledictus, multos enim turbauit pacem habentes.* Ideo Greg. 4. Moral. dicit, quod per linguæ incontinentiam discordia propinatur. Vide infra de lingua, & supra de detractore. Patet ergo, quod discordiam generat detractorum loquax peruersitas.

G ¶ Secundo dico, quod ipsam generat auarorum vorax cupiditas. Cupiditas enim habendi fuit discordiæ prima causa. Ista enim duo pronomina, meum & tuum, discordiam genuerunt. Et ideo dicit Sen. quod quietissime viuerẽt homines, si ista duo pronomina tollerentur, scilicet meum & tuum. Illa enim infirmitas quæ rupta dicitur, secundum medicos quandoque venit ex calore, quia sc. quando calore pellis illa, quæ tenet intestina, dissoluitur, tunc ruptura sequitur, & causatur. Sic vere ruptura & diuisio dissensionis & discordiæ ex calore auaritiæ quandoq; prouenit quæ societatem dissipat & disrumpit. Exemplum de Abraham & Loth, de quibus dicitur Gen. 13. *quod nequibant habitare pariter quod possessio eorum erat nimia.* Ideo de auaris loquens Ambr. lib. de Patriarchis dicit sic: Nulla inquit spatia satis sunt discordibus, quietis autem & pacificis etiam angusta abundant. Et Sen. in Prou. dicit, quod principium discordiæ est aliquid ex communi suum facere. De duobus enim Eremitis legi, quod admirantes quare homines poterant litigare & inuicem discordare, dixit vnus. Faciamus litem, & posuerunt vnam regulam in medio. Et dixit vnus. Ista regula mea est. Crediderat enim quod alius diceret non, quasi contestando litem. Alius autem respondit: Si tua est, tolle eam. Si sic hodie procederetur, parum in iudicijs contenderetur. Patet ergo, quomodo discordiam generat auarorum vorax cupiditas.

¶ Tertio dico quod auaritiam introduxit animorum magna diuersitas. Quando enim homines vnius congregationis sunt diuersarum conditionum, faciliter solent inuicem discordare. Et ideo necesse est, alterum alteri conformari, si cõcordiam inter se cupiunt enutrire. In historia enim Alexandri legitur, quod

parum

parum ante mortem suam in exercitu suo mulier peperit vnum monstrum, quod superius erat homo, inferius vero terminabatur in bestiam, circa tenes diuersorum animalium capitibus circumcinctum. Ibi enim erant capita Leonis, apri, Leopardi, &c. Augures vero responderunt monstrum illud significare Regẽ in breui moriturum, & hoc quia homo in bestiam terminabatur, successores vero eius graues inter se discordias habituros, eo sc. quod monstrum diuersitate capitum cingebatur. Istud aũt pro tanto allego, quia diuersitas personarum & animorum varietas, controuersias & dissensiones parit, & inuidias & odia seu discordias introducit. Quando enim vnus est Leo per superbiam, alius vrsus dulcia diligens per luxuriam, alius canis semper famelicus per auaritiam, alius leopardus semper versipellis per fallaciam & malitiam, necesse est quod pax & vnitas confundantur, & lis & discordia generetur. De tali ergo conditionum mentium & animorum discordi diuersitate dicitur Act. 23. *Facta est dissensio inter Pharisæos & Sadducæos.* Patet ergo, quod discordiam generat animorum grauis diuersitas.

E ❡ Quarto dico, quod ipsam generat tyrannorum seu superborum rapax crudelitas. Superbus enim semper habet cum alijs discordiam. Nullum enim reputat sua amicitia, aut societate dignum, & inde est, quod ex superbia cordiũ, lites & discordiæ generantur. Fumus n. & vapor de terra & mari ascendens, causa est secund. naturales, nubium, turbinum, fulminũ, tonitruorum, pluuiarum, &c. quæ inferiora patiuntur. Sic pro certo cor superbia inflammatum, exhalat nubes & turbines tribulationũ, fulmina rapinarum, tonitrua discordiarũ, & pluuias lachrymarum. Guerræ enim & discordiæ, de quibus veniunt subditorum lachrymæ & miseriæ, ex superbijs principum vel superbiæ principis solent procedere, & hoc quia alter se credit altero præualere. Ideo bene dicit Sap. Pro. 13. Inter superbos semper sunt iurgia. Isti comparari possunt gallo, qui est auis cristata, erecte incedens cauda leuata, libenter cantans, & calcaribus ornata, faciliter tamen pugnans cum gallis. Sic vere dicam quod nostri nobiles & milites, qui hodie præ cæteris erecti sunt & superbi, videntur alios contemnere, inaniter cantare, lætari atq; psallere, calcaribus & ensibus armati esse, caudam vestium suarum detruncare & succidere, nec ad aliud videntur nati, nisi quod bella & pugnas inter se possint facere, & lites & discordias enutrire. De talibus superbis videtur loqui scriptura Pro. 13, vbi dicitur gallus succinctus lumbos suos, & aries, nec est Rex qui resistat ei. Patet ergo quomodo discordiam generat tyrannorum seu superborum feroa crudelitas.

F ❡ Quinto dico, quod discordiam generat tentatorũ seu deceptorum fallax iniquitas, i. tentatio & deceptio dæmonum. Sciens n. diabolus quod (sicut dicit gl. super illud Eccl. 22. *Obiurgatio & iniuria annullabunt substantiam*) *concordia minimæ res crescunt, discordia maxima dilabuntur*, summe nititur inter bonos discordias generare, & eos inter pacificos suis tentationibus excitare. Scit enim quod ista vita & ciuitates & regna scilicet per dissensiones ciuium faciliter destruuntur, & homines ad iniquitates varias deducuntur. Ex discordijs enim nascuntur odia inuidiæ, rapinæ & prædicationes, & alia multa mala. Vegetius enim dicit quod inter hostes discordias seminare, sapientis est ducis. Et merito, quia facilius vincuntur disiuncti & separati, quam simul concordes & vniti. Cũm igitur princeps diabolus militet contra nos, nosque reputet hostes suos, summe nititur seminare discordias inter nos, vt facilius obtineat, & faciat esse suos. Iste est enim ille, de quo dicitur Pro. 6. *qui habet mendacem linguam, cor machinans cogitationes pessimas, & seminat inter fratres discordias.* Compara illum si vis illi lapidi syderiti, de quo dicit Solinus, quod maleficus lapis sit ille quia vbicunque sit, discordias excitat. Patet ergo quomodo discordiam generat tentatorum fallax iniquitas. Quod etiam potest dici de proditoribus, quia in præiudicium illorum, quos prodere volunt, solent eis per cautelas suas discordias generare, & inter ipsos & subditos vel amicos controuersias excitare. Discordia enim maximum est malum. Et ideo istam docet scriptura fugere, & pacem concordiam custodire. Vnde Cassiodorus super Psalm. Summopere inquit iurgia fuge, nam cum pari contendere inhonestum est, cum inferiore sordidum, cum superiore furiosum, absentem lædit, qui cum ebrioso litigat. Hæc ergo de discordia sufficiant.

**Dissimilis.** Vide infra in titulo Similis, & vbicunq; fit mentio de Simulatione & similibus, &c.

**Dissipare.** Cum dissipare nihil aliud sit, quam aliquid constructum & ædificatum destruere, potest dici quod secundum naturam & conditionem rerum dissipatarum inuenitur diuersas dissipationum. Quia igitur de homine quandoque repetitur

Ædificium { Culparum & vitiorum,
Virtutum & meritorum,
Diuitiarum & terrenorum,
Corporum & animarum:

Dico quod in scriptura inuenitur dissipatio
Criminum, quæ est bona & virtuosa.
Virtutum, quæ est vitiosa,
Fortunæ, quæ est dolorosa,
Animæ, quæ est luctuosa.

Et sic dico, charissimi,

Dissipatur { Culparum ædificium gratiæ lumine,
Virtutum ædificium culpa vel crimine,
Fortunæ beneficium aduerso turbine,
Animæ fortalitium inferni fulmine.

❡ Dico ergo quod culpę Ædificium dissipatur gratiæ splendore. B
Sicut enim lux subintrans dissipat tenebras, sic gratia à Deo veniens, dissipat culparum latebras. Eccl. 12. *Florebit amygdalus, impinguabitur locusta, dissipabitur capparis.* Quando enim amygdalus, id est, homo per gratiam floret, tunc locusta, id est, anima virtutibus impinguatur, & capparis, id est, peccatum dissipatur. Peccatum enim sunt ædificia diabolica in anima fabricata, quę pro certo iusti debent destruere & per gratiam & pœnitentiam dissipare exemplo regis Ezechiæ de quo dicitur 4. Reg. 18. *quod ipse dissipauit excelsa*, id est, *altaria prohibita, in montibus constituta.* C

❡ Secundo dicitur, quod virtutis ædificium dissipatur culparum horrore. Peccata enim sunt diabolicę machinę quibus diabolus dissipat in anima ædificium virtutis. Vnde Nee. 1. *Murus Hierusalem dissipatus est.* Murus enim animæ, congeries est virtutum, quibus scilicet contra hostes anima clauditur & vallatur. Et tamen Eccl. 10. scribitur, *quod qui dissipat sepem, mordebit eum coluber.*

❡ Tertio dico, quod fortunæ beneficium dissipatur pœnarum D
terrore, i. mundi tribulatione & ardore. Vnde de dissipatione status diuitum, qui sc. quotidie per infortunium dissipatur, potest exponi illud Esaiæ 24. *Dissipatione dissipabitur terra, & direptione prædabitur.* Sequitur. *Luxit & destruxit terra, & infirmata est.*

❡ Quarto vere dico, quod animæ fortalitium dissipatur gehennæ dolore. Psal. *dissipata sunt ossa mea secus infernum.* Ista autem E
est proprie dissipatio, quæ scilicet fit à Deo puniente, & malorum potentiam destruente. Vnde Esa. 42. ipse dicit. *Tacui, patiens fui semper silui, quasi parturiens loquar, dissipabo & absorbebo simul.* Quia reuera Deus postquam satis expectauerit, dissimulauerit, & patiens fuerit, solet indignationem suam ostendere & malos temporaliter & æternaliter dissipare, diuersa genera peccatorum nostrorum, videlicet,

Fallaces machinatores, qui praue cogitant,
Nugaces adulatore, qui cunctis placitant,
Audaces propugnatores, qui male militant,
Sublimes imperatores, qui vane volitant,
Crudeles deuoratores, qui bonos agitant,
Rebelles & peccatores, qui mala suscitant.

Igitur dico, quod à Deo principaliter finaliter dissipabuntur fallaces machinatores. Vnde Iob 5. dicitur *quod ipse apprehendit sapientes in astutia eorum, & consilium prauorum dissipat.* Vnde etiam 2. Reg. 17. dicitur, *quod dissipatum est consilium Achitophel, ipse vero postea se suspendit.* Item dissipabuntur nugaces adulatores, illi scilic. qui non quærunt nisi adulando placere. Psal. *Deus dissipabit ossa eorum qui hominibus placent.* Item dissipabuntur bellorum procuratores seu dilectores, illi sc. qui non amant nisi discordias, atque bella volunt. Item dissipabuntur superbi imperatores seu superiores, figurati in illa arbore altissima, opulentissima, & pulcherrima Daniel 4. de qua dicitur ibidem. *Succidite arborem, & dissipate illam.* Item dissipabuntur crudeles atque raptores, Iob 4. *Tigris perit, eo quod non haberet prædam, & catuli leonum dissipati sunt.* Item *dissipabuntur iniqui peccatores seu malefactores.* Hier. 47. *Vastabuntur omnes Philistijm, & dissipabuntur Tyrus & Sydon.* Philistijm enim interpretati poculo ruentes, significant ebrios & gulosos, Tyrus, i. angustia, signat tristes & inuidiosos. Sydon, i. venatio, signat auaros & prædæ seu rapinæ quolibet quæstulosos, quia reuera omnes isti finaliter à Deo dissipabũtur, & in

æternum

æterna misera damnabuntur, Psal. *Fulgura coruscationem, & dissipabis eos: emitte sagittas tuas & conturbabis eos.* Ista ergo de dissipatione sufficiant. Vide destruere. Et si velles dilatare exempla, posses ponere & dicere, quod quidam dissipantur spiritualiter sicut alta ædificia per ruinam superbiæ, sicut lignum per putrefactionem luxuriæ, sicut domus per combustionem auaritiæ, sicut homo per venationem inuidiæ.

A **Dissolutio. Dissoluere.** Cum dissolutio nihil aliud sit quam rei ligatæ vel incatenatæ expeditio seu elargitio, seu rei cōpactæ & induratæ liquefactio vel remollitio, possumus moraliter dicere quod in bono signat & in malo. Et primo quidē in bono. Sicut n. metalla ab artifice dissoluuntur, & in figuras varias transformantur. artifex ēt non semel, imo pluries metallū dissoluit, sot fundit, & sic illud purificat & etiam mundum reddit, sic dico, quod nullus à vitijs purificatur, nec in formas virtutum transfiguratur, nisi primo per artificem Deum à cōpactione obstinationis & duritiæ dissoluatur. Spiritus enim sanctus ignis est, qui corda diuersimode solet dissoluere, & in bonos mores conuertere & mutare. Dicam ergo, quod quidam dissoluuntur

A duritia { iniquitatis, crudelitatis, cupiditatis, temeritatis, captiuitatis. } per { contritionis dolorem, compassionis feruorem, largitionis dulcorem, considerationis timorem, liberationis valorem.

B ¶ Et vt breuius concludam, dicam, quod est dissolutio doloris, dissolutio timoris, dissolutio valoris. Dissoluuntur ergo iusti per dolorem contritionis. Calor enim solis dissoluit nubes & in pluuiam conuertit. Sic gratia Dei corda per iniquitatem gelata per cōtritionem soluit, ita quod inde facit pluuiam lachrymarum stillare. Vnde potest dici Naom. 1. *Contremuit terra à facie eius.* Sequitur. *Et petræ dissolutæ sunt ab eo.* Item dissoluuntur, quando per dilectionem Dei & compassionem proximi inflammātur. ignis enim candelam dissoluit, & sic in visus hominum eam conuertit. Sic vere dicam, quod homo alijs nunquam vtilis efficitur, nisi prius per dilectionem, & compassionem fortiter dissoluatur. Et sicut candela igne & lumine dissoluta, vt alijs proficiat, seipsam solet consumere, sic homo per dilectionem & compassionem feruide dissolutus, se & sua solet alijs erogare & docendo, obsequendo & largiendo solet cunctis proficere & valere & etiam vt alios repleat, se solet temporaliter vacuare, quos tamen Deus solet finaliter in melius reparare, Marci 14. *Dissoluam templum hoc & in triduo recuperabo illud.* Isti ergo dissoluuntur per feruorem dilectionis.

¶ Item aliqui dissoluuntur per timorem considerationis. Sicut enim visus ex aspectu solis dissoluitur, disgregatur & obtunditur, sic vere ea consideratione maiestatis diuinæ, videlicet

Quomodo in { Iudicijs est profundissima, Sententijs est iustissima, Discernendo est certissima, Præmiando est largissima, Puniendo est durissima, Ordinando est sagacissima.

Homo stupens, timens & admirans in seipso dissoluitur, & factus sine viribus ad humilitatem reducitur ab omni præsumptione mutatur. Sic fuit dissolutus Daniel visu filio hominis in sua maiestate, sicut dicitur Daniel 10. vbi primo præ timore ad terram prostratus, tandem confortatus, dixit: *Domine in visione tua dissolutæ sunt compages meæ, & nihil remansit in me virium.*

¶ Item aliqui dissoluuntur per valorem liberationis, sicut incarcerati, captiuati & incatenati, quos pij homines liberāt misericorditer & dissoluunt. Esa. 58. *Solue fasciculos deprimentes, dissolue colligationes impietatis, & omne onus dirumpe.* Sicut etiam sunt in purgatorio detenti & allegati, quos scilic. Dei pietas sanctorum orationibus & eleemosynis solet dissoluere, & à suis miserijs liberare, Gen. 49 *Dissoluta sunt vincula manuum Ioseph per manus potentis Iacob.* Sicut etiam sunt sancti, qui per mortem dissoluto corpore liberantur, & ad libertatem gloriæ deducuntur, Phil. 1. *Desiderium habens dissolui, & esse cum Christo.* Et 2. Tim. 4. *Ego enim iam libor, & tempus meæ resolutionis instat.* Patet ergo quomodo solono sonum potest & vt communiter, sumitur in malo. Ponit enim Isidor. quod ille serpens, qui dicitur seps, habet venenum ita dissolutiuum, quod non solum carnem, imo etiam ossa dissoluit. Vnde Lucanus dicit: *Ossaque dissoluens tabificus seps.* Vnde audiui, non est diu, quod quidā miles peregrinus in Syria quēdam vermem cū lancea tetigit, & occidit, & ex hoc inuenenatus totum corpus eius in massam carneam horrendam dissolutum est, omni distinctione membrorum submota. Talis serpēs igitur est diabolus, quia reuera illos, quos per tentationes inuenenat, ita dissoluit à virtutibus, & eneruat, quod viles & horribiles eos faciens, distinctione & ordine virtuteque & fortitudine eos priuat Abacuc. 3 *Aspexit, & dissoluit gentes, & contriti sunt montes sæculi.* [Dissoluit inquit]

¶ Dissolutio enim de sui natura signat

Dissipationem vitium,
Separationem partium,
Remollitionem fortium,
Perturbationem mentium,
Tremulationem genuum,
Debilitationem oculorum,
Annihilationem actuum,
Omnem destructionem rerum,
Omnem diffamationem morum.

Sic ergo dicam, quod mali per diuersa peccata, diuersimode dissoluuntur, & euanescunt, & à fortitudine cōstantia deficiūnt & tepescūt, & ideo notare possum, quod malo modo soluuntur luxuriosi, quos dissoluit calor feruidus, delitiosi, quos dissoluit humor fluidus, præsumptuosi, quos dissoluit vapor fumidus, desidiosi, quos dissoluit languor marcidus, formidolosi, quos dissoluit timor gelidus, litigiosi, quos dissoluit furor rapidus, diuites gloriosi, quos dissoluit dolor rapidus. Dic ergo, quod est dissolutio luxuriosorum. Vnde de Iudith & Holoferne luxurioso dicitur Iudith 16. *Iudith filia merari in specie faciei suæ dissoluit eum.* Sequitur. *Sandalia eius rapuerunt oculos eius, pulchritudo eius captiuam fecit animam eius.* Luxuriosi dissoluuntur interius in affectione per concupiscentiam, & exterius in conuersatione per morum inhonestam insolentiam. Vnde diabolo, qui ipsos dissoluit, in persona Pharaonis dicitur, Ezech. 29. *Lacerasti omnem humerum eorum, & dissoluisti renes eorum.* A renibus enim procedit luxuria. Item est dissolutio delitiosorum scilicet illorum, qui cibis & potibus, diuitijs & prosperitatibus delibuti, ab omni fortitudine dissoluuntur, & ad omne bonum opus enerues & inhabiles inueniuntur. Mundi enim prosperitas similis est vni fonti Germaniæ, de quo dicit Plinius li. 25 c. 3. quod dulcis quidem apparebat bibentibus, sed ita erat dissolutoriæ & relaxatiuæ naturæ, quod bibentes infra triduum dentes perdebant. Sic facit mundi delitiosa prosperitas. Mentem enim & cor per tot inania dissoluit, quod dentes & ossa, id est, omnem fortitudinem tollit. Iosuæ 5 Dissolutum est cor eorum, & non remansit in eis spiritus. Bene ergo admonetur anima Hierem. 31. Vbi dicitur. *Reuertere ad ciuitates tuas, vsquequo delitijs dissolueris filia vaga?* Item est dissolutio præsumptuosorum, seu etiam superborum, qui scilicet dissoluuntur & euanescunt in vanis cogitationibus & elatis, Sapien. 2. *Vita nostra sicut vestigia nubis, & tanquam nebula dissoluetur.* Item est dissolutio desidiosorum seu pigrorum, quorum scilicet virtus ita est dissoluta & ignaua, quod ad nullum bonum opus attenduot, & ideo miseriam & calamitatem æternam incurrunt. Sicut enim dicitur Prouerbiorum 19. *Anima dissoluta esuriet.* Et Hier. 6. *Dissolutæ sunt manus nostræ, tribulatio apprehendit nos.* Item est dissolutio meticulosorum, illorum scilicet qui sine causa timent & turbantur, & præ timore dissoluuntur. & sine fortitudine efficiuntur. Vnde 2. Par. 4 & 2 Reg. 4. *Audiuit Isboseth, quod cecidisset Abner, & dissolutæ sunt manus eius.* Item est dissolutio litigiosorum, qui scilicet facilitet ab inuicem segregantur, ita quod pax & concordia inter eos dissoluuntur, De quo Eccles. 22. *Qui conuiciatur amico, dissoluit amicitiam.* Et Ezech. 17. *Qui dissoluit pactum, nunquam effugiet.* Ista autem dissolutio discordiæ potissime fit per maledicus & linguosos, qui seminant discordiam inter fratres. Vnde Eccles. 28. *Lingua tertia multos commouit.* Sequitur *Virtutes populorum concidit, & gentes fortes dissoluit.* Item est dissolutio diuitum & gloriosorum, quorum scilicet status quandoque à Deo per infortunia, corpora per mortem, animæ per tormenta dissoluuntur. Vnde Hier. 49. *Dissoluta est Damascus, versa est in fugam, angustia & dolores tenuerunt eam.* Sic ergo patet quomodo sufflante diabolo peccatores diuersimode dissoluuntur.

**Dispēsator.** Dispēsator proprie dicitur ille, qui aliena bona habet distribuere & alijs erogare. Ista A

ergo

ergo prælatus signat, qui scilicet bona Ecclesiarum à Domino sicut ministri & dispensatores recipiunt, ipsaque pauperibus & alijs secundum conditionem & merita distribuunt, & dispergunt. Isti enim habent dispensare

Sacramenta fidelibus,
Beneficia sufficientibus,
Bona temporalia diligentibus.

Vnde 1. Petr. 4. *Vnusquisq; sicut accepit gratiam in alterutrum administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei.* Nota ergo, quod isti debent dispensare

Humiliter sine arrogantiæ timore,
Viliter cum beneuolentiæ dulcore,
Fideliter sine fraudulentiæ liuore,
Æqualiter sine iustitiæ torpore.

¶ De omnibus ergo, vt breuius concludatur, satis potest dici illud 1. Corinth. 4. *Sic nos existimet homo, vt ministros Christi & dispensatores mysteriorum Dei. hic iam quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur, &c.* Vide in titulis synonymis

A **Disperdere.** Disperdere semper sonat in malo. Est enim idem, quod destruere, corrumpere.

¶ Quia ergo peccator dissipatur & perditur tripliciter, scil. interius per vitia, exterius per infortunia, posterius vero per tormenta atque supplicia, sicut de disperditione culparum, quæ fit interius dicitur in Psal. *Misit cynomiam, & comedit eos, ranam, & disperdit eos.* De disperditione vero temporalis infortunij, quod fit exterius, dicitur ipsi Nabuchodonosor tyranno, *Tu terram tuam disperdisti tu populum tuum occidisti.* & illud in Ps. in persona tyrannorum: *Venite, & disperdamus eos de gente. & non memoretur nomen Israel vltra.* De disperditione autem damnationis æternæ, quæ fiet posterius, dicitur: *In malitia eorum disperdes illos.* Multa de qualibet possunt dici, verum quia de istis omnibus in pluribus locis sacris dicitur, cum prima disperditio significet peccati corruptionem, secunda mundanam tribulationem, tertia futuram damnationem, omnia complectendo, dicam, quod Deus disperdit seu disperdi permittit omnia genera peccatorum, Ps. *Omnes peccatores disperdet.*

B ¶ Potissime autem ipse disperdet tam temporaliter quam æternaliter

Superbos qui vana sequuntur,
Mendaces qui falsa loquuntur,
Hypocritas, qui fictis viuunt.
Malitiosos, qui nequam creduntur,
Proteruos, qui nulli subduntur,
Auaros, qui terra fruuntur,
Carnales, qui cito labuntur,
Iracundos, qui iris aguntur,

Primo ergo quod Deus disperdat superbos & præsumptuosos, patet Zach. 9. vbi dicitur, *Disperdam superbiam Philistinorum* Item quod disperdat mendaces & falsos verbosos, patet in Psalm. *Disperdat Dominus vniuersa labia dolosa, & linguam magniloquam.* Item quod disperdat hypocritas fictiosos, patet Amos 1. vbi dicitur, *Disperdam habitatores campi idoli.* Campus enim idoli est status hypocritarum, quia scilicet idolum quod est aliud quam videatur hypocritas signat. Item quod disperdat fraudulentos & malitiosos, patet in Psa. vbi dicitur, *In malitia eorum disperdat illos Dominus Deus noster.* Item quod disperdat proteruos inofficiosos, id est, qui nulli legi vel mandato subijci volunt, patet, Deut. 11. vbi de gentibus, id est proteruis sine lege viuentibus dicitur, *Disperdet dominus omnes gentes,* & in Psalm. *Manus tua gentes disperdidit.* gentes inquit, id est, sine lege viuentes. Item quod disperdat auaros & ambitiosos, patet Amos. vbi dicitur, *Disperdam habitatores de Azoto.* Azotus enim qui interpretatur incendium vel incendens, signat ambitiosos & auaros, qui continue per terrenorum affectum incenduntur & ardent. Item quod Dominus disperdat carnales & delitiosos, qui scil. non quærunt nisi cibaria deuorare, patet 4. Reg. 10 vbi dicitur, quod *rex Israel insidiose agebat, vt disperderet cultores Baal,* qui interpretatur deuorans, id est, cultores ventris, qui non quærunt nisi deuorare. Item quod ipse disperdat iracundos & seditiosos, seu etiam discordes & tumultuosos, patet Zach. 9. vbi dicitur. *Disperdam quadrigam ex Ephraim.* Quadriga enim tumultum iracundiæ & discordiæ signat. Sufficit. Vide supra de destruere & dissipare, & infra de perdere.

A **Dispergere.** Nota quod dispergere nihil aliud est, quã res ab inuicẽ separare. Vnde nota quod

Dispersio est { Virtuosa, Vitiosa, Dolorosa,

Nam sicut scriptura videtur innuere,

Virtuose dispergitur opum fœcunditas,
Vitiose dirimitur concors fraternitas,
Dolorose disiungitur mala communitas. Nam
Dispergitur rerum substantia, vt detur pauperi,
Dirimitur fratrum concordia, vt vacet sceleri,
Disiungitur concors nequitia, vt subsit oneri.

Dicam ergo primo, quod est quædam dispersio virtuosa, quæ fit cum diuitiæ distribuuntur. Video enim quod omnia naturalia dispergunt & communicant se & sua, & maxime illæ res in quibus Deus plenitudinem bonorum posuit, vt sint alijs quasi fontia fundamenta. Sol enim dispergit radios, vt illuminet, mare dispergit aquas & fluuios, vt terram quæ arida est, humectet, & vegetet, fons dispergit riuulos, vt se communicet, agricola dispergit semen, vt illud multiplicet, quia pro certo per tales dispersiones

Mundus illustratur,
Terra fœcundatur,
Sitis reuelatur,
Fructus reportatur.

Istud etiam patet in humano corpore, vbi natura primo spiritus & humores, in quibusdam principalibus & fundamentalibus membris congregat, & deinde spiritus animales per neruos, spiritus vitales per arterias, spiritus naturales in sanguine per venas ad omnia membra dispergit & mandat, & sic corpus mouet, viuificat & alimentat. Sic vere dico, quod quilibet homo iustus, & maxime talis, cui Deus plenitudinem & abundantiam rerũ dedit, (rerum dico vel scientialium, sicut sunt doctores & clerici, vel temporalium sicut sunt diuites & magnifici, vel virtualium, sicut sunt viri exemplares & catholici) debent illa liberaliter alijs dispergere & alijs abundanter erogare. Sic enim illuminatur ignorantium intellectus per scientificos libenter docentes. Sic refrigeratur indigentium affectus per munificos sua largientes. Sic fructificatur, & multiplicatur simplicium actus & effectus per viros virtuosos & Deificos alios dirigentes. Vt sic de quolibet istorum possit intelligi illud Ps. *Dispersit dedit pauperibus, iustitia eius manet in sæculum sæculi* Ista etiam ad dispersionem personarum possunt referri, qui in studijs & collegijs proficiũt, & instruuntur, & tandem ad regimen & vtilitatem totius reipub. disperguntur. Plus n. proficiunt dispersi quam fecerunt congregati. Sicut de Apostolis constat, quos tribulationes Spiritu S. mediante ab inuicem dispersserunt, & sic in locis pluribus prædicantes, fidẽ docuerũt & omnibus profuerũt. De hoc Act. 8. dicitur. *Facta est persecutio magna Hierosolymis, & omnes dispersi sunt per regiones* Vnde etiam Deus videtur de eis dixisse illud Gen. 49. *Diuidam eos in Iacob, & dispergam eos in Israel*: Tales enim qui sũ ad vtilitatem aliorum & ad prædicandum & regendum, ad militandum & ad alios iuuandũ, ad peregrinandũ & ad bona opera faciendum disperguntur, finaliter ad Deũ, & à Deo in paradiso cõgregabuntur, vbi simul perpetuo lætabuntur, Ps. *Dispersiones Israelis congregabit.* Et Io. 11. *Christus* (inquit) *moriturus sum, non solũ pro gente, sed vt filios Dei qui erant dispersi congregaret in vnũ.* Multa aũt de talibus dispersionibus possunt dici, sed nullas alias auctoritates reperi de dispergere in significato bono. Ista est ergo dispersio virtuosa, quæ fit cum diuitiæ distribuuntur.

¶ Secundo dico, quod est dispersio vitiosa, quæ fit cum concordiæ destruuntur. Sicut enim vanitas commendatur, quia omnia coniuncta fortius conualescunt, sic diuisio & dispersio illaudabilis est, quia omnia segregata & dispersa facilius deficiunt & euanescunt. Sic proculdubio dicam in moribus. Homines n. quamdiu simul per charitatem iuncti & vniti sunt, vigent præualent & fortificantur, si vero per discordias & odia diuisi sunt & dispersi, statim debilitantur, & p diuersa vitia destruuntur. Imbellis n. & conflictibus maxime nocet dispersio, & ideo sapiens dux summe studet aduersarios simul iũctos ab inuicem, dispergere & seiungere, quia sic cõsueuit de eis facilius triũphare, & q bene supponitur 2. Reg. 18. vb causam nuncius reddens quomodo Absalon & totus Israel à paucis Dauid militibus fuerunt victi dicit. *Fuit autem ibi prælium dispersum super faciem omnis terræ & mortui sunt 20. millia.* Sic vere diabolus, qui secundum veritatem dux est, contra nos potissimus, & ad nocendum sagacissimus, in prælio tentationum, quod continue B

agit

agit contra nos, appetens triumphare, nos pro posse disgregat & dispergit, & sic faciliter nos superat, atque vincit. Ista enim est cautela lupi, quia scilicet si duos boues vel equos simul inuenerit pascentes, quasi ludendo ipsos ab inuicem dispergit & separat, & post sigillatim ipsos inuadit, & vorat. Sic diabolus societatem & vnitatem ante omnia nititur rumpere, vt de dispersis valeat triumphare. Ioan. 10. *Lupus rapit & dispergit oues.*

¶ Et si volumus possumus notare, quod triplex est mala dispersio, quam diabolus in nobis procurat, scilicet

Dispersio { Distractionis, qua quis disgregatur, / Dissensionis, qua quis ab altero segregatur, / Diffusionis, qua quis ad vitia dilatatur. }

Prima est dispersio propriæ integritatis.
Secunda est dispersio fraternæ commonitatis.
Tertia est dispersio à nexu diuinitatis.

Igitur dico, quod dispersio propriæ distractionis, qua quis exterius disgregatur. Et ista proprie nihil aliud est quam euagatio mentis circa bona exteriora, & recessus ab illa integritate, qua quis seipso contentus, solum Deum appetebat, & sic vnus cum vno, simplex cum simplici, & integer cum integro permanebat. Dicunt enim naturales, quod virtus vnita fortior est seipsa dispersa, & ratio est, quia omnis euaporatiua quanto magis dispergitur, tanto amplius debilitatur. Patet in fumo superius ascendente, & semper se per aera dispergente & finaliter deficiente. Patet in spiritu visiuo, qui ad aspectum obiecti valde luminosi attrahitur, & exterius disgregatur & dispergitur, & sic quandoque penitus perit, & extinguitur, ita homo aliquoties excæcatur. Etiam haustus aeris nimis calidi, sicut est illorum, qui in fornace, vel in balneo moriuntur, virtutem interiorem facit dispergi, quia scilicet calor excessiuus exterior, interiores spiritus cordis facit dispergi & exhalari, & sic necesse est hominem statim mori. Sic mortuus est Plinius philosophus, dum nauigans per mare, nimis propinquare voluit ad montem Æthnam, qui est mons in Sicilia, semper ardens, certius causas incendij contemplari volens, qui ibi præ caliditate aeris spiritum exhalauit. Sic etiam mortui sunt illi milites Romani, de quibus facit Titus Liuius mentionem, quod cum ciuitas illa, quæ prius Romanorum erat, Hannibali Romanorum hosti se proditiose traderet, Romanos milites, qui eis erant in præsidio, ceperunt, & fauore dicti Hannibalis, tam diu in balneis tenuerũt, quod præ calore disperso & euaporascente spiritu vitali, animas exhalarunt. Sic fit vere in moribus, quia omnis pro certo virtus spiritualis, scilicet gratia & deuotio, & etiam ipsa virtus animi naturalis scilicet intellectus & affectio, tunc temporis penitus perit, & confunditur, quando cooperante calore auaritiæ exterius, ad terrena per affectus & complacentias dispergitur, & ibidem fluctuans, dimissis interioribus diuagatur. Quando enim includitur, & recolligitur, & in seipso, & de exterioribus nihil curans, circa mentem & interiora solummodo occupatur, tunc virtutes eius melius conseruantur. Mens vero quæ circa appetitus exteriorum se dispergit, semper ad inania euaporabit, & finaliter per diuersa vitia disperibit. De tali ergo dispersione loquitur Dauid in Psal. Dicens in persona peccatoris. *Circumdederunt me vituli multi*, id est, dæmones vel lasciui homines atque mali, aperuerunt super me os suum sicut leo rapiens & rugiens, supple in tentando, & ad malum inducendo, & sic sequitur. *Sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia ossa mea.* Ossa dico, i. tota fortitudo & virtus interior cordis mei. Ista potissime apparent in religiosis, qui interiora scilicet conscientiam & claustrum dimittunt, & affectus suos ad exteriora mundi negotia dispergunt, & sic spiritualiter pereunt, insuper auari, & superbi fiunt, ita quod diabolo, qui eos sic dispergit, potest dici illud Esa. 41. *Triturabis*, inquit, *montes, & commines, & colles quasi puluerem*, pones religiosos & clericos, superiores & inferiores, qui debent esse contemplatiui, & alti. Sequitur. *Et ventilabis eos, & ventus tollet eos.* Et ideo talem ecclesiasticorum dispersionem & diffusionem circa terrena plangit Hieremias flebiliter Thren. 4. dicens, *Quomodo*, inquit, *obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearum?* Vide rogo te quando lapides sanctuarij, scilicet religiosi, clerici, prælati, hodie disperguntur in capitibus omnium platearum, id est, in foris, audientijs & nundinis & mercatis, villis, & plateis, regum domibus, & curijs dispersos inuenies omnes tales. De tali ergo dispersione, & euagatione mentali potest dici illud Sap. 17. *In obscuro peccata, tenebroso obliuionis velamento dispersi sunt.* Et bene dicit obliuionis, quia vere postquam homo ad mundi negotia taliter est dispersus, ipse obliuiscitur se & Deũ, ita quod nunquam amplius per se ad perfectionem pristinam reuertitur, nisi à domino reducatur. Psal. 146. *Aedificans Hierusalem dominus, dispersiones Israel congregabit.* Patet ergo, quod est dispersio propriæ distractionis, qua quis exterius disgregatur, seu etiam euagatur.

¶ Adhuc dico, quod est dispersio anxiæ dissensionis, qua quis ab altero segregatur. Et talis dispersio nihil aliud est quam ab inuicem diuisio, charitatis & vnitatis ruptio, & odij, inuidiæ, discordiæ, & malitiæ disiunctio, & singularitatis introductio, & à charitatiua societate & concordia separatio. Vnde 1. Reg. 11. de tali discordi dispersione dicitur sic. *Reliqui dispersi sunt ita vt non inuenirentur duo pariter.* Ista potissime apparent in falsis amicis, qui statim quod vident alicui tribulationem venire, solent ab eo fugere, & dispergi. 4. Regum 25. *Bellatores qui erant cum rege, dispersi sunt.* Vnde de falsa amicitia talium potest dici illud Hie. 13. *Implebo omnes habitatores Hierusalem ebrietate, & dispergam eos, virum à fratre suo, & patres, & filios pariter.* Et si vis, potes notare, quod talis odiosa dispersio fit quandoque D

Ex defectu pastoris,
Ex impulsu raptoris,
Ex excessu furoris.

Tunc enim grex solet dispergi & perdi,

Quando { Pastore non bene regitur, / Raptore impulsus angitur, / Furore rabidus agitur. }

Sic vere dico, quod in grege fidelium generatur dispersio odij, discordiæ, & partialitatis, & iræ, propter defectum prælati, qui nescit regere. Zachar. 13. & Matth. 26. *Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis.* Item propter impulsum detractoris vel diaboli, qui solet angere, seu etiam pungere. Vnde illud prædictum Ioannis 10. *Lupus rapit, & dispergit oues.* Et Ezech. 34. dicitur de ouibus, *quod dispersi fuerant in die nubis & caliginis.* Nubes enim & caligo significant tentationem diabolicam, & vitia detractorum, quæ semper fiunt in obscuro, id est, in absconditio & secreto. Item propter excessum furoris, id est, propriæ malitiæ & inuidiæ, quæ solet eos vrgere, seu quia scilicet multi sunt ita peruersi atque superbi, quod voluntarie se dispergunt, & separant à societatibus aliorum. Loc. 1. *Dispersit superbos mente cordis sui.* Ista est ergo dispersio anxiæ dissensionis, qua quis ab altero disgregatur.

¶ Denique vere dico, quod est dispersio noxiæ diffusionis, qua quis ad vitia dilatatur. Et ista est, quando homo ab altitudine mentis, quam timor introducebat diuinus, dilatatur & dispergitur, & ad diuersa vitia relaxatur. Et sic nota, quod quidam disperguntur. E

Ad acquirendum nocuas facultates,
Ad obtinendum arduas dignitates,
Ad exquirendum fatuas voluntates,
Ad assumendum viduas voluptates.

Viduas, dico, id est, steriles. Primi sunt illi, qui sectantur auaritiam, figurati in filijs Israel, Exod. 5. qui de mandato Pharaonis dispersi sunt per vniuersam terram Ægypti ad paleas colligendas. Paleæ enim designant temporalia; quæ more paleæ faciliter destruuntur. Secundi sunt illi, qui appetunt excellentiam, 3 Regum 22. *Vidi cunctum Israel dispersum in montibus.* Tertij sunt illi, qui cupiunt vanam gloriam & iactantiam. Zach. 2. *Dispersi vos in quatuor ventos.* Quatuor enim venti significant vanitates, quæ sunt in quatuor climatibus mundi. Quarti vero sunt illi, qui sequuntur gulam & gastrimargiam. Psalm. 58. *Ipsi dispergentur ad manducandum; si vero non fuerint saturati, murmurabunt.* Sic igitur patet, quomodo est triplex mala dispersio, videlicet,

Diffusionis dilatiuæ,
Dissensionis segregatiuæ,
Distractionis disgregatiuæ.

Et hoc est secundum principaliter tactum. Ostenditur ergo dispersio vitiosa, quæ fit cum concordiæ destituuntur.

¶ Tertio principaliter dico, quod est dispersio dolorosa, quæ fit, cum blanditiæ longe pelluntur. Et ista scilicet est illa dispersio, qua Deus malos ab inuicem diuidit, & à præsentibus confœderationibus & amicitijs, quas inter se habent & mundi delectamentis, quibus simul gaudent, per tribulationem & mortem segregat, & dispergit. Psalm. *Disperge illos in virtute tua, &* F

*dispone eos protector noster domine.* Deus enim dispergit malos quandoque per præsentem captiuitatem, quam immittit, sicut patet in Iudæis per vniuersum orbem dispersis in vindictam mortis Christi Baruch 3. *In captiuitate nostra sumus, quæ nos dispersisti in improperium & maledictum.* Quandoque etiam dispergit eos per mortem, quando scilicet vnum post alium ad infernum transmittit. Hier. 49. *Dispergam eos in omnem ventum.* Et illud prædictum 41. *Ventus tollet eos, & turbo disperget illos.* Patet ergo quomodo triplex principaliter inuenitur dispersio. Vide, vbi Diuidere, & Separare.

A **Disperire. Disperitio.** Nota, quod est disperitio, qua disperitur homo per culpam temporalem & miseriam. Et alia, qua disperitur per æternalem pœnam. Sed vt breuiter transeam, notabo, quod omnia peccatorum genera finaliter disperiuntur, & maxime, scilicet illi, qui

Vestiuntur diuitiarum veste,
Imbuuntur malitiarum teste,
Corrumpuntur delitiarum peste,
Abutuntur iustitiarum fuste.

Dicam ergo, quod disperiri digni sunt illi, qui sunt diuitijs opulenti, sc. mali diuites, de quibus dicitur Sopho. 1. *Disperierunt omnes inuoluti argento.* Sequitur in fine: *Argentum & aurum eorum non poterit eos liberare in die iræ Domini.* Item disperiri digni sunt malitijs fraudulenti, scilicet falsi homines, & malitiosi. Vnde Thren. 5. *Contenebratum est cor meum propter montem Sion, quia disperijt, vulpes ambulauerunt in eo.* (Vulpes, inquit, id est, fallaces.) Itẽ disperiri merentur illi, qui sunt delitijs temulenti, seu fæculenti. Psalm. *Disperierunt in Endor, facti sunt vt stercus terræ.* Item disperiri merentur illi, qui sunt iniustitijs virulenti. Psalm. *Iniusti autem disperibunt simul reliquiæ impiorum interibunt, &c.* Vide infra de Perire. Suffi. 11.

A **Displicere** Nota, quod est displicẽtia Dei, iusti, & impij. Nam Deo displicet omnis iniquitas, nã iusto displicet scelus, prauitas, nam malis displicet virtus & bonitas. Est ergo displicentia Dei, qua sibi displicent malorum opera. *Altissimus enim odio habet peccatores,* sicut dicitur Eccl. 12. Et ideo non mirum si eorum opera sibi displicent, cum sint mala. Vnde 2. Reg. 11. dicitur, quod cum Dauid proditiose occidisset Vriam, & vxorem eius fœdasset, *displicuit verbum hoc quod fecerat Dauid coram domino.* Et merito, quia Dauid erat rex & propheta, & à Domino expresse promotus ad regnum, quia scil. plus displicent Deo opera magnorum hominum, quã paruorum, prophetarum, i. sacerdotum, quam secularium, & senum etiam magis quam iuuenum, & maxime quando inuenit eos ingratos suorum beneficiorum. Sicut etiam dicit Auicenna, minus nocet punctura apum iuuenum quam senum. Plus enim lædunt serpentes de die quam de nocte. Sic vere Deum plus offendunt & ei plus displicent senes & prouecti male facientes, quam iuuenes, & plus diurni quam nocturni, i. plus clare videntes & sapientes, quam simplices & ignorantes. Deo ergo displicet actus carnalis immunditiæ, sicut hic in Dauid vxorem alienam fœdante, actus præsumptionis & superbiæ, qui fuit in Dauid populum numerante. De quo 1. Paralip. 21. dicitur, *quod displicuit Deo, & percussit Israel.* Actus infidelitatis & inconstantiæ Eccl. 5. Displicet ei infidelis & stulta promissio. Ista est ergo displicen-
B tia Dei, qua sibi displicent malorum opera. ¶ Est etiam alia displicentia, qua iustis displicent propria scelera. Sicut enim infirmo plus displicet propria infirmitas quam aliena, & hoc quia melius sentit illam, sic iusto plus displicet peccatum proprium quam alienum. Ceruus enim fel habet in intestinis circa fæces, secundum Auic. Sic iustus fel iracundiæ indignationis & displicentiæ suæ debet magis habere erga fæces proprias, i. erga propria delicta quam alibi. Ezech. 36. *Recordabimini viarum vestrarum pessimarum studiorumque non bonorum, & displicebunt vobis iniquitates vestræ.* Et reuera iustis displicent iniquitates, non solum illæ, quas commiserunt, imo etiam istæ, quas actualiter committunt. ¶ Valde enim displicet iusto cum ex tentatione labitur in peccatum. Talis enim differentia est inter iustum & impium peccantes, sicut inter fulgur & lapidem desursum ad terram cadentes. Lapis enim impetuose & directe cadit, cum non habeat aliquod retinaculum quod impediat eius casum, est enim frigidus & siccus, quæ sunt qualitates, quæ ad centrum inferius habent motum. Fulgur autem non directe nec sine reuolutione cadit, nunc circumflexiuose, nunc sursum, nunc deorsum, nunc dextrorsum, nunc sinistrorsum flectitur, & ita cum quadam displicentia propriæ naturæ, inferius descendit. Nam etsi pondus propriæ terrestreitatis, cum sit de terrestrib. vaporibus inflammatis, ipsum inferius detrahat, vis tamen ignea, quæ istud sursũ pro virib. eleuat, istum descensum impedit, & retardat. Sic vere dico, quod peccator, qui totus est terreus, grauis s. & ponderosus, frigidus & indeuotus, quando peccando labitur, directe sine consideratione & displicentia cadere comprobatur. Iustus vero propter igneũ charitatis calorẽ, quam habebat, etsi pondere tentationis ad peccatũ pellitur, cum quadã tamen circumflexione & dolore ab impetu retardatur, & cum quadã displicentia ad peccatum descendere comprobatur. Ezech. 20. *Displicebitis vobis in cõspectu vestro in omnib. malitijs vestris, &c.* Ista est ergo displicentia, qua iustis displicẽt propria scelera. ¶ Tertio est C
displicentia, qua malis displicent virtutũ munera. Sicut n. iustis displicent omnia vitiosa, sic malis omnia virtuosa. Vnicuiq; n. rei displicet suum contrariũ. Et ideo dicit Sen. lib. de moribus. Malis displicere, laudari est. Et ideo Eccl. 21. dicitur. *Verbũ sapiens iustus laudabit, audiuit luxuriosus, & displicebit ei.* Patet ergo, quod est displicentia Dei, iusti, & impij, &c. Vide infra de Placere.

**Disponere** Res bene disposita dicitur, quæ bene in A
suis qualitatib. ordinatur, & quæ vltra debitam rationem non minuitur nec augetur. Est igitur dispositio idẽ quod ordinatio & prouisio regularis, & quæuis ad statũ debitum reductio. Breuiter ergo notabo, quod in scriptura sacra fit mentio de dispositione diuina, & de dispositione humana. Deus enim & diuina sapientia, vel occulte vel manifesto omnia disponit, & siue sint naturalia siue spiritualia, siue fortuita & accidentalia, omnia ordinat & componit. Sapientia enim seu prouidentia diuina est illa, *quæ* sicut dicitur Sap. 8. *attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter.* Domus enim quæ per rationẽ regitur necesse est, quod per patremfamilias principaliter disponatur, quamuis sub ipso ordinante per substitutos ministros in minoribus gubernetur. Sic vere domus & regimen mundi per Deum principaliter sicut per principalem dominũ disponitur, quamuis ipso ordinante per substitutos ministros, scilicet Angelos, stellas, qualitates elementorum, voluntates hominum, adminicula maiorum, secundarium ministretur. Sapient. 12. *Cum ergo sis iustus, iuste omnia dispones.*

¶ Igitur notabo, quod à diuina ordinatione & prouisione B
prouenit

Dispositio { Naturalis, Spiritualis, Supernaturalis.

Prima fit in rebus exteriorib. & hæc est illa, qua Deus disponit, vicissitudines temporum, variationes rerum mutationes & tribulationesq; regnorum, de qua dicitur Sapient. 12. *Tu autem dominator virtutis, cum tranquillitate iudicas, & cum magna reuerentia disponis nos.* Disponit enim nos Deus quantum ad exteriora regimina mediantibus Angelis ministrantibus, planetis influentibus, prælatis regentibus, magistris instruentibus, vt dictum est. Vnde Ecclesiast. 3. *Vidi afflictionem, quam dedit Deus filijs hominum, vt distendantur in ea, cuncta fecit bona in tempore suo & mundum tradidit dispositioni eorum.* Prima ergo Dei dispositio fit in rebus exterioribus. ¶ Secunda Dei dispositio fit in rebus interioribus scilicet disponendo homines quantum ad mores. Deus enim disponit hominem per gratiam, vt tandem fiat habilis ad gloriam. Actus enim actiuorum sunt in patiente prædisposito, & ad hoc quod forma in materiam introducatur, necesse est, quod antea disponatur. Sic ad hoc, quod Deus introducat in hominem gloriam necesse est, quod ipsum disponat primitus per gratiam. Tali ergo dispositioni cooperatur sapientia sicut lucerna. Ecclesiast. 19. *Sapientia dispositio legis est.* Lex diuina sicut regula. Actor. 7. *Accepistis legem in dispositione Angelorum.* Tribulatio sicut ferula. Sapient. 3. *In paucis vexati, in multis bene disponentur.* Istis ergo cooperantibus, Deus per gratiam hominem disponit, & se in eo finaliter gratiam introducit. Psalm. *Disposui testamentum electis meis.* Gratia enim Dei testamentum dicitur, eo quod eius virtute hæreditas gloriæ reportatur. Ista est ergo tertia dispositio, quæ fit in rebus superioribus, scilicet in gloria æterna, quam ipse ordinauit & disponit nobis dare. Lucæ 22. *Et ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum, vt edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo.* Ista est igitur dispositio diuina. ¶ Secundo dico, quod C
est dispositio humana. Et ista est vel passiua, vel actiua. Passiua

sua dico, quæ est quando quis est moraliter bene dispositus. Vtpote quando non est grauatus vitijs vel infirmus. Vnde etiam dispositi dicuntur iusti, quando in ædificio Ecclesiæ in locis suis & statibus secundum virtutes & merita sunt debite ordinati. Hester 1. *Super pauimentum dispositi erant, quod mira varietate pictura decorabat.* Actiua vero iustorum dispositio est illa, qua iusti disponunt virtualiter se & sua. Est igitur

Dispositio nomen { Auctoritatis, Sagacitatis, Vtilitatis.

Auctoritatis dico, quia sc. dispositio de subditis, de Ecclesia, vel de regno, pertinet ad superiorem. Vnde de bono prælato potest intelligi illud Tob. 5. *Credo quod bonus Angelus domini comitetur ei, & bene disponat omnia, quæ circa eum geruntur.* Sagacitatis etiam, quia scilicet bene disponere negocia, pertinet ad prudentem. 2. Para. 7. *Compleuit Salomon omnia, quæ disposuerat.* Vtilitatis insuper, quia scil. in omni negotio valde est vtilis dispositio & ordinatio bona. 2. Paral. 30. *Steterunt, scilicet, leuitæ in ordine suo secundum*
D *dispositionem & legem Moysi* ¶ Notabo ergo quod nos debemus bene & modeste nos disponere

Ad { Debellandum hostes viriliter,
Gubernandum vitam salubriter,
Contemplandum cœlum subtiliter,
Ordinandum verba sagaciter,
Regulandum domum vtiliter,
Gubernandum plebem ciuiliter,
Occupandum cœlum finaliter. }

Igitur disponamus nos ad hostes viriliter impugnandum. Prouerb. 24. *Cum dispositione initur bellum, salus autem vbi multa consilia.* Item ad viam seu ad vitam salubriter gubernandum Prouerb. 16. *Cor hominis disponit viam, sed domini est dirigere gressus.* Item ad cœlum subtiliter contemplandum Psalm. *Ascensiones in corde suo disposuit in valle lacrymarum in loco quem posuit.* Ascensio enim contemplationem signat. Item ad verba sagaciter ordinandum. Psalm. *Iucundus homo miseretur, & commodat, disponet sermones suos in iudicio.* Item ad domum vtiliter regulandum. Domum dico, id est, familiam vel conscientiam, vel subiectam patriam, curiam vel Ecclesiam. Esa. 38. *Dispone domui tuæ quia morieris tu, & non viues.* Item ad plebem ciuiliter gubernandum, sicut Apostolus faciebat. Vnde ad Titum 1. *Reliqui (inquit) te Cretæ, vt ea quæ desunt, ordines, & constituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego disposui tibi.* Item disponuntur ad cœlum finaliter possidendum & vendicandum. Vnde illud Luc. 22. *Pater meus disposuit vobis regnum, &c.* Sic ergo patet, quod sunt dispositiones quædam pertinentes ad Deum, & quædam pertinentes ad iustum.

E ¶ Sed si vis, dico, quod sunt quædam dispositiones pertinentes ad impium. Impij enim ordinant & disponunt, machinantur & cogitant semper malum, & illa, quæ sunt Deo contraria & saluti, sicut dicitur in Psalm. *Aduersum te testamentum disposuerunt tabernacula Idumæorum & Ismaelitæ* & illud 1. Mach. 1. *In diebus illis exierunt ex Israel, viri iniqui, & suaserunt multis dicentes, Eamus & disponamus testamentum cum gentibus*, id est, gentilibus, *quæ circa nos sunt, &c.* Patet ergo quomodo secundum scripturam dispositio sumitur multis modis.

A **Disputatio.** Nota quod disputatio nihil aliud est quam diuersorum opinatio, varia assertio, & verbalis disceptatio, allegatio & altercatio. Fit ergo disputatio,

A { Bonis vt cognoscatur veritas,
Malis vt asseratur falsitas,
Multis vt ostendatur vanitas,
Sanctis vt promoueatur bonitas. }

Boni ergo disputant ad cognoscendum, & inuestigandum rerum veritatem. Sic disputauit Salomon *super ligna, à Cedro vsque ad Hysopum*, sicut dicitur 3. Regum 4. Sic etiam dicitur de Paulo Actor. 9. quod loquebatur gentibus, & disputabat cum Græcis. Mali disputant ad falsitatem astruendum, asserendum, & sustinendum sicut de Iudæis dicitur Actor. 6. quod surrexerunt de synagoga disputantes cum Stephano, & non poterant resistere sapientiæ & spiritui, qui loquebatur. Multi disputant, ad vanitatem sectandam & ostendendam, sicut sunt vani & gloriosi, qui solum adhoc disputant, & nouas & friuolas opiniones fabricant, vt subtiles & magni clerici videantur. Eccles. 6. *Verba sunt plurimam disputando habentia vanitatem.* Sancti disputant, scilicet cum Deo ad suam voluntatem perscrutandum, & ad propriam fragilitatem allegandum, sicut Iob 13. *Ad omnipotentem loquar, & disputare cum Deo cupio*, & Hiere. 12. *Iustus es Domine, si disputem tecum, suspicit.* Vide de contradicere.

**Distare.** Distantis tractantur hæc latius in verbis differre, & diffidere.

A **Distinctio.** Pone quomodo in mundo sunt distinctiones personarum, in anima potentiarum, in ecclesia statuum, in conscientia meritorum, in patria mansionum, &c. Vide in titulo diuisio, separatio.

A **Distribuere.** Nota, quod distribuere idem est, quod aliquid pluribus partiri & tribuere, & aliquid vel aliqua fideliter largiri, & concedere. Pertinet ergo distributio ad iudicem, qui æqualiter distribuit consilia, ad principem, qui æqualiter distribuit officia, ad prælatum, qui æqualiter distribuit beneficia ad dispensatorem, qui fideliter distribuit communia, & creatorem, qui hic distribuit merita, & finaliter in cœlo distribuet æterna gaudia. Omnis ergo distributio facienda est æqualiter, non tamen qualitate quantitatiua, sed proportionabili, quia bene sunt necessitates & merita attendenda. Sagaciter etiam & fideliter. Psal. *Sorte diuisit eis terram in funiculo distributionis.* Natura enim mediante stomacho distribuit membris singulis alimenta. Omnia etiam corpora liberaliter distribuunt, & communicant bona sua. Sic vere nos debemus libenter bona nostra tam temporalia quam scientialia, quam etiam spiritualia alijs distribuere, & eos pro posse dulciter refouere. 2. Paral. 31. *Dispositi erant viri, qui partes distribuerent vniuerso sexui.* Et bene dicit vniuerso sexui, quia scilicet prouectiores distribuunt doctrinam, & spiritualia simplicibus. Simplices vero, & maxime diuites sæculares, distribuere debent temporalia bonis religiosis & doctoribus, & viris spiritualibus. Plinius enim ponit lib. 9. c. 24. quod pinna, quę concharum est species, fingens se mortuam, pisciculis se aperit ad lunæ splendorem, & cum ipsis plenam se senserit, protinus se claudit, & coniugi suo prædam distribuit, & exponit. Inter coniuges ergo, id est, inter socios & amicos, & maxime inter populos Christianos, fidelis est distributio facienda, & bona, quæ vnus acquirit, sunt alteri fideliter diuidenda. Eccles. 33. *Tempore exitus tui distribue hæreditatem, &c.* Vide infra de diuidere, & vbicunque fit omnino de communione.

A **Diuertere.** Nota, quod diuertere idem est, quod deorsum seu retrorsum, seu de aliquo loco vel itinere se auertere, seu à loco aliquo declinare. Est ergo diuertere

Quandoque actus { Prudentiæ, Stultitiæ, Clementiæ.

Actus dico prudentiæ, vtpote quando homo declinat & diuertit à peccatore, à via periculosa & mala, Psal. *Diuerte à malo, & fac bonum*: & sic prudenter videtur egisse populus Israel, cui cum rex Edom armatus occurreret ne transiret, diuertit ab eo Israel, & alibi quæsiuit sibi viam, vt plane habetur Num. 20. Actus etiam est quandoque stultitiæ, & hoc est quando quis se diuertit à bono, vt se conuertat ad malum. Eccl. 2. *Væ his, qui perdiderunt sustinentiam, qui dereliquerunt vias rectas, & diuerterunt in vias prauas.* Actus etiam insuper est quandoque clementiæ, sicut de clemente & adiutore Deo, & de Ioseph captiuo dicitur in Ps. *Diuertit ab oneribus dorsum eius.*

A **Diuersitas. Diuersus.** Nota, quod diuersitas non solum signat multitudinem, imo etiam multitudinem in quadam contrarietate manentem. Est ergo diuersitas idem, quod contrarietas, multiplicitas, & varietas. Et est diuersitas contraria vnitati, paci, concordię & integritati. Et sic diuersitas significat

Rerum varietatem,
Rerum multiplicitatem,
Discordem contrarietatem,
Fallacem dubietatem seu iniquitatem.

Rerum dico varietatem, sicut Iob 20. *Cogitationes variæ succedunt sibi, & mens in diuersa rapitur*, Rerum etiam multiplicitatem, & sic sumitur communiter. 2. Paral. 5. *Diuersi generis musicorum, &c.* Discordem etiam contrarietatem. Leu. 19. *Non seres agrum diuerso semine* Fallacem insuper iniquitatem. *Non habebis in sacculo diuersa pondera, maius, minus, &c.* Deut. 25. vide supra de Contra.

A **Diuitię.** Nota, quod in scriptura diuitiæ accipiuntur duplici modo, scilicet in bono & in malo. In bono enim diuitiæ idem sunt, quod gratiæ & virtutes, quæ hominem

faciunt simpliciter diuitem, & fœcundum. Prouerbior. 1. *Redemptio animæ viri diuitiæ sua.* In malo vero diuitiæ signant bonorum temporalium facultates, quæ quamuis de se malæ non sint, quia *vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona.* Genes. 1. (omnis enim creatura Dei bona est, & nihil reijciendum in ea secundum Apostolum) dicuntur tamen malæ, eo quod homines ipsis male vtuntur, & quia ad malum finem suos possessores deducunt, quando scilicet eis nesciunt vti, de quibus in Psal. 36. *Melius est modicum iusto, super diuitias peccatorum multas.* Possumus ergo notare, quod sunt diuitiæ, quæ habent detestari, & sunt diuitiæ, quæ debent affectari.

Sunt enim diuitiæ virtuosæ, quæ debent affectari, & istæ sunt gratiæ & virtutes. De quibus Prouerbiorum decimo. *Benedictio domini diuites facit.* Sicut enim aurum facit homines temporaliter diuites, sic benedictio diuinæ gratiæ ipsos facit spiritualiter locupletes, & sicut per aurum multæ aliæ diuitiæ acquiruntur, sic per diuinam gratiam virtutes plurimæ generantur. Et nota, quod diuina gratia bene dicitur aurum, quia sicut aurum habet ductilitatem, quia ad voluntatem artificis dilatatur, aurum habet ponderositatem, quia super omnia metalla ponderat, aurum habet stabilitatem, quia si percutitur, nullum sonum emittere comprobatur, sic vere tales sunt spirituales diuitiæ, id est, gratia Dei. Ista enim habet

Ductilitatem humilitatis & obedientiæ,
Ponderositatem maturitatis & prudentiæ,
Stabilitatem longanimitatis & patientiæ.

De istis ergo diuitijs dicit Prouerbior. 10. *Manus fortium diuitias parat,* & iterum Prouerbior. 11. *Robusti habebunt diuitias.* Multis tamen accidit de istis diuitijs sicut accidit quibusdam formicis Æthiopiæ, quæ seruant aurum in montibus aureis, & sunt in magnitudine, vt lupus agriacus, & tantæ fortitudinis, vt hominem dilacerent, quem vident, aurumque quod habent tanto amore diligunt, quod ipsum nullus subtrahere potest.

Sæpe tamen accidit in æstate propter calorem temporis, quod istæ formicæ cauernas intrant, & sic veniunt qui aurum subtrahunt, & inde portant, vt dicit Plinius. Sic vere accidit charissimi, quod multi boni aurum spiritualium diuitiarũ possident & conseruant, sæpe tamen fit, quod adueniente tempore prosperitatis, æstu auaritiæ crescente cauernas terræ, id est, amorem bonorum terrenorum intrant, & sic ab incolis, id est, à dæmonibus eis spiritualis gratiæ diuitiæ subtrahuntur, & gratijs & virtutibus pauperantur. Apoc. 18. *Vna hora destitutæ sunt diuitiæ tantæ.* Non sic ergo sed istas diuitias conseruemus, & totis viribus procuremus, sicut dicitur de Ezechia 2 Paral. 32. *Fuit Ezechias diues & inclytus valde, & thesauros plurimos congregauit auri & argenti, & lapidis pretiosi, & aromatum.*

¶ In quibus verbis ostenditur, quod istæ diuitiæ spirituales principaliter consistunt in tribus, scil.

In charitatis ardore. (Auri inquit.)
In charitatis candore. (Argenti.)
In bonitatis valore. (Lapidis pretiosi.)

¶ Debemus igitur esse diuites per possessionem charitatis &
B amicitiæ, & hoc ostenditur cum dicitur Auri. Aurũ enim quod rubet & rutilat, & alijs metallis supereminet, signat charitatem, quæ inter omnes virtutes obtinet principatum, quæ etiam colorem igneum dicitur retinere, in quantum, scilicet ad modum ignis corda inflammat, vnde Ioannes vidit, Apocalyp. 1. *filium hominis præcinctum ad mamillas zona aurea.* Ad mamillas enim circa pectus, id est, in corde debemus habere Zonam auream charitatis, quæ propter Zona dicitur, eo quod per ipsum corda ligantur atque stringuntur. Multi tamen homines possunt dicere illud Actor. 3. *Argentum & aurum non est mihi.*

Multi enim carent charitatis auro, & ideo spiritualiter pauperes efficiuntur, quando nec Deum, nec proximum diligunt, nec ab eo diliguntur, sicut enim dicitur Prouerbior. 19. *Diuitiæ addunt amicos plurimos, à paupere, & hi, quos habent separantur.* Diuitiæ enim charitatis & amoris multos amicos generant, scilicet, Deum & sanctos & etiam proximos. Si vero homo pauper, id est, sine charitate fuerit, tunc ab amicis istis derelictus erit. Habeat igitur aurum charitatis & amicitiæ, vnde Apocalyp. 3. *Suadeo tibi aurum emere ignitum probatum, vt locuples fias.* Adhuc dico, quod debemus esse spiritualiter diuites, per possessionem castitatis & pudicitiæ, & hoc ostenditur cum dicitur Argentum. Per argentum enim quod est candidum, quod manus tangentis non maculat, neque fœdat, pudor & castitas denotatur, quæ alios non inficit, nec inquinat, iuxta illud Psalm. *Eloquia domini eloquia casta, argentum igne examinatum.*

Et re vera istæ sunt magnæ diuitiæ spirituales, scilicet, castitas atque puritas corporalis. Piper enim nascitur candidum atque planum, & quamdiu sic permanet, fructificare potest si fuerit seminatum. Saraceni ipsum tamen in furno decoquunt, & sic candorem & planiciem amittit, & rugosum efficitur atque nigrum, & virtutem fructificandi amittit. Sic vere [charissimi] quamdiu homo perseuerauerit in candore castitatis, & in planicie veritatis, tamdiu potest fructum bonorum operum procreare. Si vere igne concupiscentiæ carnalis à Saracenis, id est, à dæmonibus fuerit inflammatus, tunc candorem continentiæ perdit, & nigredinem malæ conuersationis acquirit, rugosus per falsitatem efficitur, & à fructu bonorum operum impeditur. Isti ergo non habent argentum, id est, candorem castitatis, vnde Esaiæ primo. *Argentum tuum versum est in scoriam.* Bene ergo consulitur Prouerbior. 25. *Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas purissimum.* Istæ sunt igitur magnæ diuitiæ, quia sine istis fama hominis nihil est, ideo bene dicitur Ecclesiast. 31. *Beatus diues, qui inuentus est sine macula.* Habeamus igitur diuitias castitatis & pudicitiæ.

¶ Denique habeamus diuitias bonitatis, & excellentiæ, quod ostenditur cum dicitur (lapidis pretiosi.) Per lapides enim pretiosos, quibus inter diuitias regias nihil nobilius reputatur, virtus & bonitas denotatur, valor & excellentia meritorum comparatur, quibus in Thesauro Dei nihil charius, vel melius, vel excellentius inuenitur. Istos enim qui habet, diues est, istis qui caret, pauper est. Talibus enim lapidibus ornati fuerunt sancti, & ideo plus cæteris apud Deum valuerunt. Ezechiel. 28. *Omnis lapis pretiosus operimentum tuum.* Isti ergo fuerunt spiritualiter diuites, quia, scilicet, virtutibus claruerunt.

Istæ enim diuitiæ regnant cum paupertate temporali, & econuerso, spiritualis paupertas, id est, carentia virtutum cum temporalibus diuitijs sæpe manet, vnde Prouerbior. 13. *Est quasi diues, cum nihil habeat, & quasi pauper, cum in multis diuitijs sit.* Istæ ergo sunt diuitiæ spirituales, scilicet, bonitas moralis, & excellentia, castitas carnalis & continentia, charitas mentalis & amicitia. Patet igitur, quod sunt quædam diuitiæ spirituales.

¶ Secundo dico, quod sunt quædam diuitiæ temporales, & istæ pro certo sunt in bonis bonæ & vtiles, in malis vero malæ & illaudabiles. Bonæ sunt enim & meritoriæ ipsis bene administrantibus. Malæ vero sunt, & damnatoriæ ipsas indebite seruantibus & amantibus. Auaris enim sunt diuitiæ valde damnabiles, liberalibus vero sunt vtiles & commendabiles. Sicut enim ad sensum apparet, aliqua sunt aliquibus valde vtilia, quæ valde sunt alijs nociua. Amygdalus enim secundum Plinium homines nutrit, quæ vulpem si comederet interficeret, & occideret. Semen etiam Iusquiami passeres pascit, & homines occidit. Gummi quod dicitur ferula, murenas necat, quod tamen multos morbos in hominibus sanat.

Sic re vera faciunt diuitiæ, quia vere alijs sunt vtiles & fructuosæ, alijs nociuæ & periculosæ. Quosdam enim sanat à peccato per eleemosynas, quas conferunt. Occiderunt per peccatum ratione auaritiæ, & superbiæ, quas inducunt. Quosdam vero interficiunt per tormenta fallacitatis & nequitiæ, quæ istos comitantur: Ideo dicit Ambrosius. *Discant diuites non in facultatibus crimen esse, sed in his, qui vti nesciunt.* Nam diuitiæ, vt sunt impedimenta reprobis, ita virtutum sunt adiumenta probis. Augustinus etiam dicit super Psalm. 68. quod diuites in affectione reprobat dominus, non in arca, vel in domo. Non igitur charissimi, diuitiarum possessio, sed earum amor, & affectio reprobatur, iuxta illud Psalm. *Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere.*

¶ Et ideo possumus notare, quod diuitiæ quantum ad affectum debent detestari multiplici ratione, videlicet quia

Faciunt { Mentem esurire, / Corda superbire, / Lites suboriri, / Laborem subiri, / Cœlum denegari, / Deum non timeri.

Contemnamus ergo diuitias, quia pro certo dico, quod istæ faciunt mentem esurire. Diuitiæ enim si amantur, nunquam satiant cor humanum, sed ipsum ad plus habendum & acquirendum amplius excitant & inflammant. Hydropicus enim quanto plus potat, tanto plus sitit. Canis etiam habet insatiabilem appetitum. Illum etiam, quem situla serpens momorderit vsque ad mortem eum sitire facit. Venenum enim subtile pori effusum, tantum ardorem sitis generat, quod vsque ad mortem patientem grauat, & cruciat, & flagellat. Reuera charissimi, sic accidit habentibus & amantibus diuitias. Istæ enim sunt in eis sicut quoddam venenum, quod sitis ardorem & appetitum habendi multiplicat, & augmentat. Diuitijs enim acquisitis non satiantur, sed cruciantur, non replentur, sed vacuantur, non delectantur, sed molestantur. Quanto enim de eis plus acquirunt, tanto amplius appetunt, & exquirunt. Ideo tales, quibus nihil sufficit, proprie diuites non sunt, quia secundum Senec. *Diues non est qui magis habet, sed qui minus cupit.* Sufficientia enim diuites facit. Nam vt dicit idem in epistolis, *Qui sibi satis est, cum diuitijs natus est.* Et ideo possunt dici simul & semel diuites & pauperes, iuxta illud Psalm. *Simul in vnum diues & pauper.* Pauperes enim mentaliter, diuites sunt temporaliter, ita quod propne cuilibet potest dici illud Apocal. 3. *Dicis, diues sum & locupletatus, & nullius egeo & nescis, quia tu es miser & miserabilis, & pauper, & cæcus & nudus.* Ad quod facit verbum Aug. in quodam sermone de quadrup. vbi dicit sic. Quomodo sunt diuitiæ, quibus crescentibus crescit inopia, quæ amatoribus suis quanto fiunt ampliores, non auferunt satietatem, sed inflammant cupiditatem? Diuitem tu putas qui minus eget? minus egeret si minus haberet. Nam video quosdam cum paucam haberent pecuniam, paruis lucris fuisse lætatos, sed vbi abundare cœperunt, lucra modica contempserunt, credis eos esse satiatos? falsum est. Nam pecunia fauces auaritiæ non claudit, sed extendit, non irrigat, sed accendit, poculum respuunt, quia flumina sitiunt. Diuitiæ ergo faciunt esurire, id est, amplius concupiscere & affectare. Vnde Psal. *Diuites eguerunt, & esurierunt.* Et 2. Corinth. 8. *Egenus factus est, cum diues esset.*

E ¶ Item dico, quod diuitiæ sunt spernendæ, quia faciunt corda superbire. Sicut enim dicit Augustinus in sermone 29. Difficile est, vt superbus non sit, qui diues est. Tolle superbiam, diuitiæ non nocebunt. Sicut enim mali humores coogregari faciũt apostema, & inflaturam inducunt, à quo mors postmodum sequitur, sic vere humores mali, id est, diuitiæ male acquisitæ quãdo multiplicantur, & augmentantur, solent in homine apostema & inflaturam superbiæ generare, & mortem inferni introducere, & causare. Et in figuram huius, diues in euangelio comparatur Mat. 10. *Facilius est intrare camelum per foramen acus, quam diuitem in regnum cælorum.* Camelus enim cum gibbo & inflatura supra dorsum diuitem superbum designat, qui pro certo difficile regnum cœlorum intrabit Esaiæ 30. *Portantes super humerum iumentorum diuitias suas, & super gibbum camelorum.* Thesauros suos &c. Diuitiæ ergo faciunt superbire. Vnde narratur, quod quidam miles iniuriose percussit regem in facie, qui tandem veniam postulans, dixit, quod illo tempore tanta superbia inflatus fuerat, quod videbatur sibi, quod crepasset, nisi regem in faciem percussisset. Rex vero prudenter considerans locum, vbi tunc miles stabat, perfodi fecit, & magnum thesaurum ibi inuenit, Bene sciebam inquit, quod nihil ita facit hominem superbire sicut diuitiæ. Bene ergo dicitur Prouerb. 8. *Opes superbiæ & diuitiæ.* Dic ergo, quod contemnendę sunt, quia faciunt mentem superbire.

F ¶ Adhuc dico, quia faciunt lites prouenire. Diuitiæ enim sunt causa litium & guerrarum, nam propter istas lites mouentur, homines à raptoribus impetuntur, à latronibus occiduntur, à principibus inuaduntur. A pauperibus enim nihil quæritur, sed pro extorquendis pecunijs plura diuitibus imponuntur. Serpens enim dimittit & fugit hominem nudum, audacter tamen insilit in vestitum, secundum Gregor. quia vere serpentes, id est, balliui & raptores, à nudis, id est, pauperibus nihil quærunt, qui tamen vestitus, id est, diuites continue rapiunt & inuadunt. Vnde dicit Hier. quod auarus nihil aliud est quam arca principum, bursa latronum, sibilus omnium. Propter diuitias etiam inter se diuites sæpe litigant, & inter se veram concordiam nunquam habent. Vnde Genes. 13 dicitur, quod *Loth & Abraham diuites erant, & nequibant habitare simul.* Diuitiæ ergo faciunt lites suboriri.

G ¶ Denique dico, quod istæ faciunt laborem subiri: diues enim nunquam est in quiete, semper enim aut laborat in acquirendo, aut vigilat in conseruando, aut timet in amittendo, sicut dicitur Eccles. 5. *Saturitas diuitis non sinit dormire eum.* Ideo in euangelio Luc. 8. *diuitiæ spinis comparantur*, eo, scilicet, quod puncturam & sollicitudinem introducunt. De talibus dicit Petrus Rauen. Auri custos, argenti seruator, securitatem non habet, & nescit quietem. Pœna diues est ille, non censu. Diues enim similis est vrso, qui pellem habet hispidam valde & hirsutam, & tamen animal inquietissimum est, est enim in continuo motu. Sic procul dubio illi, qui pellem exterioris facultatis grossam habent & hirsutam, scilicet, diuites nunquam sunt proprie in quiete, semper enim sunt in motu tribulationum & laborum. Aut enim circumeunt, vt dictum est, solliciti de acquirendo aut augendo, aut de non perdendo. Pellis enim ericij plena est spinis, quæ quamuis sint pungitiuæ valde, ericius tamen puncturam earum non sentit. Sic vere quanquam diuitiæ spinas sollicitudinum & laborum habeant, istud tamen à diuitibus non sentitur, imo in his puncturis & laboribus delectantur. Talibus ergo dicitur Ezech. 27. *In corde maris*, id est, in profundo amaritudinis *diuitiæ tuæ.* Istæ ergo faciunt laborem subiri. Ecclesiast. 31. *Laborauit diues in congregatione substantiæ.*

H ¶ Deinde dico, quod contemnendæ sunt, quia faciunt cœlum denegari vel non adiri. Nam vt dicitur Matth. 19. *Diues difficile intrabit in regnum cælorum.* Aliquæ enim sunt arbores, quæ si vno anno fructificant, in alio nihil portant, sicut dicitur de amygdalo & oliua. Arbores etiam vt dicit Aristoteles, quæ in iuuentute multum fructũ producunt, faciliter sterilescunt, ita quod in tempore senectutis remanent penitus sine fructu. Ita pro certo est de hominibus. Illi enim, qui in vno anno, scilicet, in vita præsenti fructum diuitiarum abundanter habent, in alio anno, scilicet, post mortem in vita alia fructibus æternæ gloriæ carebunt. Nam qui in iuuentute præsentis vitæ diuites sunt, in senectute mortis pauperes & steriles fiunt, si tamen diuitijs male vsi fuerint, vt dictum est. Diuitiæ enim sunt talibus pro pretio, pro solatio, pro Paradiso, pro portione, pro successione, pro præmio Vnde Ecclesiast. 5. *Hæc est pars eius, & omni homini, cui Deus dedit diuitias & substantiam.* Ita ergo faciunt cœlum denegari vel non haberi.

I ¶ Rursus dico, quod faciunt Deum non timeri. Amor enim diuitiarum tollit de corde hominis timorem Dei & amorem. Venenum enim aspidis facit hominem obdormire, & dormiendo etiam interire. Sic vere venenum diuitiarum postquam homo ipsum biberit & sibi incorporauerit per amorem, statim obdormit in vitijs & peccatis, timorem Dei obliuiscitur, & in mundi ludibrijs delectatur. Sed vere dum dormit, moritur, quia subito dum non aduertit, venit sibi mors, qua temporaliter & æternaliter vulneratur, & occiditur Iob 27. *Diues cum dormierit, nihil secum auferet.* Et ideo dicit Apostolus 1. Corinth. 4. *Iam diuites facti estis, sine nobis regnastis.* Istud patet de diuite epulone Luc. 16. qui Lazaro misereri noluit, qui sepultus est in inferno. Patet etiam de illo homine diuite, cuius ager vberes fructus attulit, qui cum de seruando diuitias cogitaret, subito sibi dictum est, *Stulte hac nocte repetam à te animam tuam*, sicut dicitur Luc. 12. Ecce ergo quot mala faciunt malæ diuitiæ. Istæ enim, vt dictum est,

Dei amorem / Cœli dulcorem } tollunt.

Durum laborem / Litis rancorem / Mẽtis tumorem / Famis ardorem } causant.

Per diuitias enim causantur { Ardor auaritiæ, / Tumor superbiæ, / Clamor discordiæ,

Per istas etiam perditur, { Quies & securitas, / Diuina charitas, / Cœli felicitas.

Et iden bene dico, quod istæ sunt merito contemnendæ. Et ideo bene dicit Bernard. sermon. 4. Filij ad genus auarum, Quid nobis cum terrenis diuitijs, quæ nec vere nostræ sunt? Aurum enim & argentum terra rubea sunt & alba, quæ solus error hominum facit reputari pretiosa. Itaq; si vestra sunt, tollite ea vobiscum. Patet igitur, quod sunt diuitiæ eligendæ, & sunt diuitiæ contemnendæ.

K ¶ Et si vis scire, quæ sunt istæ diuitiæ, seu isti lapides pretiosi, i. istæ virtutes, quæ hominem spiritualiter locupletant, atque ditant, pro certo dico, quod istæ sunt

Fidei certitudo, veritate fundata,
Animi fortitudo, firmitate locata,
Timoris mœstitudo, charitate turbata,
Sapientiæ limpitudo, subtiliter illustrata,
Patientiæ firmitudo, stabiliter radicata,
Obedientiæ mititudo, humiliter explicata,
Sufficientiæ plenitudo, alacriter ampliata.

Istæ sunt ergo virtutes, quæ spiritualiter hominem ditant. Fit enim homo spiritualiter diues per fidei certitudinem, Iacob. 2. *Pauperes in hoc mundo elegit dominus, diuites in fide.* Item per animi fortitudinem. Prou. 10. *Substantia diuitis vrbs fortitudinis eius.* Vnde de Berzellai, qui interpretatur fortitudo, dicitur 2. Reg. 19. *Erat autem Berzellai diues valde.* Prou. 11. *Robusti habebunt diuitias.* Item per diuini timoris mœstitudinem. *Timor enim domini diuitiæ sunt.* Esaiæ 33. Diuitiæ salutis sapientia & scientia, timor domini ipse est thesaurus eius. Item per sapientiæ limpitudinem Sap. 8. *Si diuitiæ appetuntur, quid sapientia locupletius?* Item per patientiæ firmitudinem. Vnde Heb. 11. dicitur, *quod maiores Moyses diuitias reputauit improperium Christi, thesauro Aegyptiorum.* Improperio dico Christi, id est, patientiam in improperio propter Christum. Item per obedientiæ mititudinem. Obedientia enim & humilitas magnæ diuitiæ reputantur. Iacobi primo. *Glorietur diues in humilitate sua.* Item per sufficientiæ plenitudinem. Sufficientia enim diuitem facit 1. Reg. 2. *Dominus pauperem facit, & ditat.* & 2. Corinth. 8. *Paupertas eorum abundauit in diuitias*, quia sicut dicitur Prou. 12. *Melior est pauper & sufficiens sibi, quam gloriosus indigens, &c.*

L ¶ Sed si adhuc contra malos diuites vis notare, dic, quod isti

Superbiæ flatibus inflantur,
Tristitiæ motibus turbantur,
Luxuriæ fœcibus fœdantur,
Inuidiæ facibus cremantur,
Discordiæ litibus rixantur,
Lasciuiæ vocibus iocantur,
Nequitiæ nexibus ligantur,
Iustitiæ viribus priuantur,
Iactantiæ ausibus effantur,
Fallaciæ fraudibus locantur,
Angustiæ fluctibus vexantur,
Auaritiæ æstibus inflammantur,
Sufficientiæ fontibus non potantur,
Substantiæ vestibus spoliantur,
Ignorantiæ obscuris nubibus excæcantur,
A gloriæ foribus relegantur,
Immunditiæ domibus tumulantur.

Ista ergo sunt vitia communia diuitum & reliquæ influentiæ diuitiarum. Igitur dico, quod diuites, vt communiter, superbiæ inflammantur flatibus. Et inde est, quod malus diues solet alios per superbiam execrari & contemnere, & se solum præ alijs reputare. Eccles. 13. *Sicut abominatio est superbo humilitas, sic & execratio diuitis pauper.* Item tristitiæ turbantur motibus. Diues enim vt communiter nunquam est lætus, sicut de illo principe dicitur Luc. 18. *Contristatus est, quia diues erat.* Item luxuriæ fœdantur fæcibus. Vnde de Naaman dicitur 4. Regum 5. *quod ipse erat diues valde, sed leprosus.* Lepra enim quæ inficit, luxuriam signat. Inuidiæ torrentur facibus. Vnde Prouerbior. 19. *Diues torquens labia sua, & insipiens.* Item discordiæ rixantur litibus. Vnde illud Genes. 36. *Erant enim diuites valde, & nequibant habitare simul.* Item lasciuiæ locantur lusibus Luc. 6. *Væ vobis diuitibus qui hic habetis consolationem vestram.* Item nequitiæ ligantur nexibus Michææ 6. *Diuites eius repleti sunt iniquitate.* Item iustitiæ priuantur legibus. Eccl. 13. *Diues iniuste egit, & fremet.* Item iactantiæ efferuntur vocibus Prouer. 18. Diues autem effabitur rigide, & illud Prouerb. 13. *Est quasi diues, cum nihil habeat* Et Apoc. 3. *Et dicis, quia diues sum, & locupletatus, & nullius egeo.* Item fallaciæ vtuntur actibus scilicet mendacijs fallacibus. Psalm. 10. *Sedet in insidijs cum diuitibus in occultis, vt interficiant innocentem.* Item angustiæ vexantur fluctibus, scilicet, laboribus & sollicitudinibus. Eccles. 31. *Laborauit diues in congregatione substantiæ.* Et Ecclesiast. 5. *Saturitas diuitis non sinit dormire eum*, scilicet, præ timore & sollicitudine. Item inflammantur auaritiæ feruidis æstibus. Vnde de diuite epulone legitur Luc. 16. *quod eleuans oculos dum esset in tormentis, aquam petens pro refrigerio, dicebat, Crucior in hac flamma.* Flamma autem diuitis nihil aliud est quam desiderium acquirendi, quod est auaritia. Item sufficientiæ non potantur repleti fontibus, nihil enim eis sufficit. Prouerbior. 13. *Est quasi pauper, cum in multis diuitijs*, Ideo bene dicitur Lucæ 1. *Diuites dimisit inanes.* Et illum Psalm. *Diuites eguerunt, & esurierunt* Item substantiæ spoliantur pristinis opibus, quia, scilicet, latrones & raptores semper vacant ad diuites spoliandum, quod potissime patet in morte, quando mundus eos taliter spoliabit, quod nihil secum portabunt Iob 20. *Diuitias, quas deuorauit euomet, & de ventre eius extrahet eas Deus.* Item ignorantiæ excæcantur obscuris nubibus. Vnde Luc. 19. dicitur: *Zachæus erat princeps publicanorum, & ipse diues, & non poterat videre Iesum.* Tales enim non vident ea, quæ pertinent ad salutem. Vnde illud prædictum Apocal. 3. *Dicis quia diues sum, &c. cum sis miser & miserabilis, & pauper & cæcus & nudus.* Item isti à gloriæ relegantur foribus. Vnde Christus videtur illud præcipere, sicut patet Lucæ 14 *Cum facis prandium aut cœnam, noli vocare diuites*, ac si dicat, Diuites non debent intrare ad conuiuium paradisi, Matth. 19. *Diues difficile intrabit in regnum cælorum.* Item isti in miseriæ tumulantur inferni domibus Lucæ 16. *Mortuus est diues, & sepultus est in inferno.* Vnde Apocalyp. 18. dicitur, quod *diuites longe stabant ab ea*, scilicet à Babylone *flentes & lugentes*, quia, scilicet tales à Babylonijs, id est, mundi prosperitate longe in inferno positi sunt. *Mors depascet eos.* Psalm. 48. Bene ergo dicitur Eccles. 5. *diuitiæ conseruatæ in malum domini sui.* Et Eccles. 41. *quod mortis amara est memoria homini iniusto, & pacem habenti in diuitijs suis.* Patet ergo de malis diuitibus, quod in commodis, tam in temporalibus quam æternis molestentur, de bonis vero diuitibus bene, iuste, discrete & modeste diuitias administrantibus, possumus aliquid dicere. Constat enim, quod multi boni diuites fuerunt, & hoc quia *diuitias non dilexerunt*, sicut de Ioseph ab Arimathia, Matthæi 27. dicitur, De Ioachim viro Susannæ, Daniel. 13. De Iosaphat rege Iuda 2. Paral. 18. & de multis alijs in scriptura legitur, quod *iusti erant, & tamen diuitias possederunt.*

¶ Igitur nota, quod diuitiæ sunt vtiles dum tamen M

In mente non habeantur,
Pauperi distribuantur,
Inique non acquirantur,
Auare non custodiantur.

Tales enim diuitiæ animam solent redimere, solent bonam famam spargere, gloriam solent tribuere, amicos solent acquirere. Bene ergo dicitur Prouerbior. 13. *quod redemptio animæ viri, diuitiæ* Bene ergo dicitur in Psalm. *Pascens in diuitijs eius.* & Eccles. 31. *Eleemosynas illius enarrabit omnis Ecclesia Sanctorum.* Bene ergo dicitur, Prouerb. 14 *quod corona sapientium, diuitiæ.* Insuper bene dicitur, Prouerb. 19 *quod diuitiæ addunt amicos plurimos.* Quod ergo diues non debeat diuitias amare, patet Eccles. 31. vbi dicitur, *quod beatus diues, qui post aurum non abijt nec sperauit in pecunia thesauris*, quod etiam propter diuitias non debeat aliquis superbire, sed eas humiliter pauperibus erogare, patet vtrumque. Primum patet per Apostolum qui dicit 1. Timoth. 6. *Diuitibus huius sæculi præcipe non sublime sapere.* & Hierem. 9. *Non glorietur diues in diuitijs.* Secundum patet Matth. 6. *Cum facis eleemosynam, noli tuba canere ante te.* Quod autem facienda sit eleemosyna, patet Eccles. 7. *Eleemosynam facere ne despicias*, quod ipsas etiam nullus debeat male acquirere, nec auare conseruare, sed potius distribuere, patet Luc. 19 in prædicto Zachæo, de quo ibidem dicitur, *quod erat diues*, qui tamen legitur dixisse, *Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus, &c.* Tali ergo modo diuitiæ possunt proficere, & tamen si habeantur, non sunt amandæ, sed vt dictum est, potius contemnendæ. Et hoc est secundum principale.

N ¶ Tertio autem principaliter dico, quod sunt diuitiæ affectandæ. Et istæ proculdubio sunt diuitiæ gloriæ paradisi, quæ, scilicet, sunt diuitiæ ipsius Dei, quas ipse distribuit Sanctis suis. Vnde ipse est, qui dicit Prouerbiorum octauo. *Mecum sunt diuitiæ gloriæ, opes superbæ & iustitia.* Melius est fructus

ctus meus auro & omni lapide pretioso. Illæ enim sunt vere diuitiæ & veraciter commendandæ, quæ habent societatem honorabilem, scilicet, ipsum Deum (mecum inquit sunt) societatem delectabilem, quia diuitiæ, id est, diuinæ lætitiæ, immensitatem admirabilem gloria, quæ, scilicet, est status omnium bonorum aggregatione perfectus: Vtilitatem commendabilem, quia opes, id est, opem ferentes, &c. Bene ergo dicit Gregor. Si vere, inquit, diuites cupitis esse, veras diuitias amate. Istæ sunt enim diuitiæ gloriosæ, propter annexum honorem: Psalm. *Gloria & diuitiæ in domo eius.* & Roman. 11. *O altitudo diuitiarum, &c.* Istæ sunt diuitiæ delicosæ propter connexum amorem. Vnde Col. 2. dicitur, quod *Sancti sunt instructi in charitate, & in omnes diuitias plenitudinis.* Istæ sunt diuitiæ copiosæ propter immensum decorem seu dulcorem Phil. 4. *Deus autem meus impleat omne desiderium vestrum secundum diuitias eius.* Ista ergo de diuitijs vitiosis, virtuosis & gloriosis sufficiant, &c.

A **Diuidere.** Nota, quod diuidere idem est quod disiungere, segregare, dispergere, distribuere. Accipitur enim diuidere generaliter in scriptura, in bono, scilicet, & in malo.

Pro largitate distributiua,
Pro prudentia ordinatiua,
Pro discordia segregatiua.

Accipitur enim pro largitatis distributione. Et sic accipitur in Psalm. 77. *Diuisit eis terram in funiculo distributionis.* Item accipitur pro prudentiæ ordinatione. Et sic sumitur Exod. 11. *Scias* B *quanto miraculo diuidat Deus Ægyptios & Israel*, Et sic etiam præcipitur Leuit. 11. quod *omne quod habet diuisam vngulam & ruminat mundum esset.* Vngulam enim diuidere, nihil aliud est, quam opus suum destricte facere, distinguere, & ordinare. Item accipitur pro discordiæ dissensione. Vnde Lucæ 11. *Omne regnum in se diuisum desolabitur*, & Actuum 14. *Diuisa est multitudo ciuitatis, &c.*

¶ Dicamus ergo, quod est quædam diuisio vitiosa. Et sic dicamus aliqua de diuisione in quantum potest significare discordiæ separationem. Sicut enim vnitas & integritas amoris & concordiæ dissipatur, sicut etiam secundum Aristot. apes in eodem alueari quandoque in plures partes diuiduntur, ita quod vna pars sequitur vnum regem, altera alteri copulatur, sic vere, charissimi, in alueari religionis & Ecclesiæ multi sunt hodie diuisi, per discordiam segregati, & non est ibi vnitas perfecti amoris. Vnus enim sequitur vnum regem Christum, vel bonorum prælatum, alius pro certo alium, scilicet, malum prælatum, vel diabolum vult habere. Ista potissime apparent in electionibus in quibus, vt communiter, homines, per particulas se diuidunt, ita quod singuli suum sequuntur, & eligunt, & alter ab altero per discordiam se diuidunt, & seiungunt Gen. 13. *Diuisi sunt alterutrum à fratre suo.* Et 3. Reg. 16. dicitur, *Diuisus est populus in duas partes.* Talis ergo diuisio fugienda est, & penitus abhorrenda. Filij enim eiusdem patris quamdiu sunt in simul, melius tenent hospitium, quam diuisi. Milites bene vniti fortius faciunt prælium. Chorizantes etiam bene coniuncti pulchrius faciunt tripudium, si vero diuisi fuerint ab inuicem tunc facilius hospitium dilabitur tunc prælium faciliter vincitur, tunc tripudium diffamatur, & turpius iudicatur. Sic vere charissime, si vniti fuerimus per concordiam & amorem, tunc pro certo domum & hospitium communitatis nostræ melius gubernamus, contra hostes melius militamus, & coram Deo melius per bona opera ludimus & tripudiamus. Si vero per discordiam diuisi fuerimus, tunc vere virtus nostra diminuitur, & ad omne bonum operandum debiles inuenimur. De tali ergo diuisione loquitur Iob 28. *Lapidem caliginis, & vmbram mortis diuidit torrens.* Et illud 1. Machabæorum 9. *Diuisi sunt equites in duas partes.* ¶ Et possumus notare si volumus, quod talis diuisio & discordia oriri solet

A supernorum obliuione,
A terrenorum ambitione,
A detractorum suggestione.

C ¶ Fit igitur diuisio discordiæ supernorum obliuione. Sicut enim fila in tela araneæ quanto plus à centro elongantur, tanto plus à se inuicem distinguuntur, seu diuiduntur, & quanto plus appropinquant ad centrum, tanto magis inuicem coniunguntur, sic pro certo homines quanto à centro, id est, à Deo & à bonis terrenis per obliuionem amplius sunt remoti, tanto pro certo ab inuicem magis per discordiam sunt diuisi: & econuerso, illi, qui centro, id est, Deo per amorem & desiderium coniunguntur, inter se concorditer & vnanimiter connectuntur. Vnde enim charissimi, diuisiones & dissensiones inter nos, nisi quia à Deo sumus per peccatum remoti? Si enim Deo charitatem appropinquaremus semper inter nos vnitatem & concordiam haberemus. Ideo dicitur Iudic. 5. *Diuiso contra se Ruben magnanimorum contentio reperta est.* Si enim à Ruben, id est, à Deo prius per peccatum diuidimus, necesse est, vt inter vos contentio generetur. Causatur ergo illa diuisio ex supernorum obliuione.

¶ Alio modo causatur ex terrenorum affectione. Sicut enim testæ pineæ strictæ & coniunctæ, si super ignem ponuntur, statim ab inuicem diuiduntur, sic vere illi, qui inter se debent esse stricti, scilicet iuncti & vnanimes & concordes, si in igne auaritiæ fuerint calefacti, per rixas, & discordias diuidentur, & per lites & odia seiungentur. Ardor enim & amor acquirendi terrena, sæpe solet discordiam generare. Ideo de Loth & Abraham dicitur Gen. 13. quod *cum essent valde diuites, nequibant habitare communiter, sed diuisi sunt alterutrum à fratre suo.* Causatur ergo ex terrenorum affectione.

¶ Iterum causatur ex detractorum suggestione. Stannum enim talis est naturæ, quod si misceatur cum alijs metallis inuicem coniunctis & mixtis, solet ipsa diuidere, & etiam ab inuicem penitus separare. Et ideo secundum Isidorum stannum Græce etymologizatur separans, & discernens. Sic vere, charissimi, si detractor misceatur, & adiungatur in aliqua societate vbi metalla, id e. personæ diuersæ per amorem, & concordiam sunt vnitæ ipsos proculdubio suis verbis detractoriis, suis falsis relationibus & infamibus, suis inuidijs & malignis conspirationib. ab inuicem diuidet, & separabit, & per lites discordiam, & odia, ab amore & concordia mutuis segregabit, de quo potest dici illud 4. Reg. 2. *Currus igneus, equi ignei diuiserunt vtrumq;.* Detractores enim dicuntur currus, propter strepitum detractionis, dicuntur equi, propter supercilium elationis, dicuntur ignei, propter violentiam afflictionis. Affliguntur enim more ignis omnes, cum quibus conuersantur. Et isti pro certo habent alios diuidere, id est, ab amore mutuo separare, ita quod quilibet talis potest vocari Phaleg, quod interpretatur diuisio. Nam iuxta illud Genes. 10. *Nomen viri Phaleg, eo quod in diebus eius diuisa est terra.* Ista est ergo diuisio vitiosa.

¶ Sed adhuc dico, quod quædam est diuisio virtuosa. Et sic diuisio accipitur pro erogare, pro dispergere, pro distribuere. D
Sicut enim in medulla seruatur humor arboris radicaliter, & ibi naturaliter generatur, qui postmodum ad nutriendum ramos arboris diuiditur, & à natura distribuitur, & erogatur, sic pro certo charissimi, arbor, id est, bonus homo & [illegible] humorem bonorum naturalium, quem in medulla sua, id est, in secretis suis absconditis, & in arcis acquisiuit, & aggregauit, debet loco, & tempore ramis, id est, pauperibus diuidere, & misericorditer erogare, secundum quod quemlibet viderit indigere. Iuxta illud Actor. 2. *Diuidebant omnia omnibus, prout vnicuiq; opus erat.* Fimus enim nihil valet quamdiu est insimul, cum vero diuisus, & per terras dispersus fuerit, tunc facit terram fructificare. Sic vere diuitiæ quamdiu sunt congregatæ, nihil proficiunt possessori, si vero diuisæ fuerint, & debite erogatæ, tunc vere faciunt magnum fructum, & in præsenti sæculo & futuro. In præsenti dico sæculo, quia, vt communiter illi, qui libenter sua donant (dum tamen dent debite, & discrete) solent recipere potiora, iuxta illud Prouerb. 11. *Alij diuidunt propria, & ditiores* E
*fiunt, alij rapiunt non sua, & semper in egestate sunt.* ¶ De diuisione ergo liberalitatis potest exponi illud Prouerb. 5. *Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide.* In quibus verbis ostenditur quod talem diuisionem tria solent communiter comitari, scilicet,

Terrenorum multiplicatio,
Egenorum refrigeratio,
Vitiorum eliminatio.

Per eleemosynam enim terrena multiplicantur, quod ostenditur nomine fontis, qui quanto plus de aqua sua diuidit tanto amplius ab interiori recipit. Item egeni refrigerantur; quod ostenditur cum dicitur. Deriuentur foras, id est, ad pauperes, & extraneos. Item peccata purificantur, quod osten-

dunt, cum dicitur (aquas) quæ scilicet habent sordes lauare. ¶ Primo ergo dico, quod per talem diuisionem, id est, eleemosynarum distributionem terrena multiplicantur, quod ostenditur cum dicitur (Fontes) Fontes enim aquam suam continue habent distribuere. Vnde quanto plus de aquis suis diuidunt, & distribuunt exterius, tanto plures ibi veniunt ab interius. Sic proculdubio est de bonis diuitioribus, & distributoribus, continue enim aquas bonorum suorum, temporalium alijs distribuunt & largiuntur sed quanto plura solent alijs distribuere, tanto plures aquæ, & plura bona solent eis ab interiori, & ab occulta Dei prouidentia, & gratia prouenire. Iuxta illud prædictum Prouerb. 11. *Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt &c.* Isti ergo sunt fontes. Ideo de talibus pijs, & benignis personis potest dici illud Esaiæ 58. *Eritis sicut hortus irriguus, & sicut fons aquarum, cuius non deficient aquæ.* Pauperibus etiam potest dici illud Esa. 12. *Haurietis in gaudio aquas de fontibus saluatoris.* Vnde de tali fontali diuisione dicitur Genes. 2. quod *fons paradisi diuidatur in quatuor flumina.* Dic si vis quod isti sunt similes lapidi, qui dicitur enthydros, sicut supra dixi. Diuidamus ergo bona nostra, vt terrena multiplicentur. Deinde debemus ea diuidere, vt egenti refrigerentur, seu dulcificentur, quod ostenditur cum dicitur, Foras. Fontes enim habent aquam suam continue distribuere, quod ostenditur cum dicitur, Foras deriuentur, per foras enim intelliguntur illi, qui sunt remoti, & nobis incogniti, & ignoti, scilicet pauperes, ad quos proculdubio debemus bona nostra deriuare, & erogare. Vnde in persona hominis pij & misericordis dicitur Iob 31. *Foris non mansit peregrinus, ostium meum viatori patuit.* Et istud est contra multos, qui bona sua non diuidunt foras, imo intus, id est, non ignotis, sed cognitis, non remotis, sed propinquis, non pauperibus, sed diuitibus, non melioribus, sed peioribus. Istud, vt de alijs taceam, optime patet in multis Ecclesiarum prælatis, qui vere bona beneficia Ecclesiarum suarum optime diuidunt illis, qui intus sunt, non illis, qui foris sunt, & extranei, sed seruis indignis, compatriotis, familiaribus, & parentibus. Illi vero, qui foris sunt, scilicet, extranei, & remoti quantamcunque sufficientiam habeant, nihil reportant, similes Saturno, qui suos tantum iuuat, omnibus autem alijs nocet. Iuxta illud Prouerb. 17. *Inter fratres hæreditatem diuidet.* Istud autem figuratum est Ioannis 18. vbi dicitur, quod Petrus stabat ad ostium foris Discipulus autem ille, qui erat notus pontifici introduxit eum in atrium, &c. Petrus enim, id est, quilibet bonus hodie foris stat, & nisi notitia pontificis, id est, prælati familiaritas operetur, foris perpetuo stabit, iuxta illud quod dictum est Christo Lucæ 18. *Fratres tui foris stant.* Fratres enim Christi sunt boni pauperes, & sapientes, & docti qui proculdubio foris multoties extra statum promotionis dimittuntur, vbi insufficientes plurimi introducuntur. Iuxta illud quod in persona Christi dicitur in Psalm. *Amici mei & proximi mei de longe steterunt.* Non sic ergo, sed diuisiones distributionum nostrarum taliter fiant, vt egeni refrigerentur. Exemplo Christi, de quo dicitur quod *quinque panes, & duos pisces diuisit hominibus* Ioannis 9.

Denique dico, quod taliter debent fieri, quod crimina purificentur, quod ostenditur cum dicitur (Aquas) Aquis enim temporalia seu diuitiæ seu eleemosynæ comparantur, Aquas inquit suas, *Sicut* enim *aqua extinguit ignem, sic eleemosyna extinguit peccatum*, secundum quod dicitur Eccles. 3. Istæ ergo aquæ sunt pro Deo diuidendæ Exod. 14. *Extende manum tuam supra mare, & diuide illud*, & Genes. 1. *Diuisit aquas ab aquis dominus.* Bene ergo dico, quod talis diuisio, & erogatio.

Facit { Crimina purificari, / Pauperes refrigerari, / Terrena multiplicari.

Ista est ergo diuisio virtuosa, sed si aliquantulum magis complete vis distinguere, dic, quod tam in bono quam in malo significato multiplex diuisio reperitur, videlicet

Diuisio, qua vtitur { Deus, / Iustus, / Malus.

F ¶ Deus enim aliqua diuidit ordinatiue, distributiue, separatiue. Diuidit enim Deus rerum negotia, distinguendo cuncta sapienter, & hoc est vnum diuidere ordinatiuum, sicut Genes. 1. dicitur, quod *Deus diuisit aquas, quæ erant sub firmamento, ab aquis quæ erant super firmamentum.* Diuisit inquit, id est, distinxit. Vnde de diebus à Deo ordinatis dicitur Eccle. 33. *Facto sole præceptum custodiente, per Dei sapientiam diuiduntur.* Item diuidit Deus sua stipendia largiendo cunctis affluenter. Et sic pro certo Deus.

Diuidit { Gratiam iustis spiritualiter, / Terrena multis liberaliter, / Æterna beatis spiritualiter.

Diuidit, inquit, & distribuit gratiam suis deuotis, & fidelibus. 1. Corinth. 12. *Diuisiones gratiarum sunt, vnus autem Spiritus diuidens singulis prout vult* Diuidit etiam terrena cunctis mortalibus. Constat enim quod etiam quoad temporalia, status cuiusque à Deo sibi distribuitur, & ipsa terrena à Deo diuersis diuersimode diuiduntur. Psalm. *Sorte diuisit eis terram in funiculo distributionis.* Diuidit insuper æterna præmia beatis promerentibus, de quo dicitur 1. Paralip. 16. quod *ipse benedixit populum in nomine Domini, & ipse diuisit vniuersis per singulos cibaria.* Vnde de illa diuisione bonorum dicitur Esa. 9. *Exultant victores capta præda, quando diuidunt spolia.* Et sic patet, quod Deus diuidit sua stipendia, quæ sunt, sua gratia, terrena bona, & æterna præmia, & largiendo cunctis affluenter. Item diuidit Dominus sua supplicia, seiungendo multos condolenter seu violenter. Et ista est illa diuisio, qua Deus homines ab inuicem diuidit contra propriam voluntatem. Prima enim diuisio Dei pertinet ad eius sapientiam. Secunda pertinet ad eius gratiam. Tertia pertinet ad eius seueritatem, & iustitiam. Prima, vt dictum est, fuit ordinatiua, secunda fuit distributiua. Ista autem tertia, scilicet, separatiua est semper actiua, & molestatiua. Et secundum istam dico, quod Deus

Diuidit { Animam à carnis societate. / Iustos à mundi prosperitate, / Damnatos à Sanctorum communitate.

Diuisionem carnis & animæ facit Deus cum mortis gladio. Mors enim est ille acutissimus gladius, qui diuidit, scindit, & soluit vnitatem iuncturæ, scilicet, copulam, & præsentiam amicorum, vnitatem mundanæ gloriæ, vel picturæ. De gladio ergo mortis omnia taliter diuidente potest dici illud 3. Regum 3. *Dixit autem rex, Afferte mihi gladium*, sequitur. *Diuide infantem viuum in duas partes.* Ista enim est diuisio flebilissima, quia non solum mors corpus ab anima solet diuidere, imo etiam vermes corpus in multas partes sibi condiuidunt, & quod peius est dæmones animam fortitan tormentis scindunt. Vnde plorans & eiulans dicere potest homo illud Psalm. *Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem.* Etiam istud potest applicari ad bona terrena ipsorum humanorum, & ad eorum potentiam sæcularem, quæ, scilicet à Deo per mortem, vel infortunia, diuiduntur, & secundum occultam Dei prouidentiam in diuersas particulas distinguuntur. De illo enim maximo flumine Gange dicit Orosius, quod quamuis habeat centum passus in profunditate, octo millia passuum, & quandoque viginti millia in latitudine, Cyrus tamen rex Persarum ipsum in mille trecentos, & sexaginta alueos diuisit, & sic fluuium illum maximum vadabilem exercitui suo fecit. Sic vere dico, quod non est dare fluuium, id est, fluxibilem, & mortalem hominem ita magnum, quem Deus non quandoque per mortem, & infortunia diuidat, & potentiam eius diminuat, atque scindat. Magnus enim fluuius absorbens omnia fuit Alexander, cuius tamen imperium statim eo mortuo in quatuor imperia est diuisum, sicut dicitur 1. Mach. 10. Maximus fluuius fuit Romanum imperium per quod proculdubio absorptæ sunt multæ gentes, & in quo multæ horrendæ belluæ habitauerunt, quæ mundum suis temporibus molestarunt. Nunc vero in quot partes diuisum sit attendere, & quod nihil habeat integrum videre. Rex enim Cyrus, qui Esaiæ 45. dicitur *Christus Dei*, id est, Christus Dominus, sicut per suam occultam prouidentiam ceteris solet temporibus diuersa simul coniungere, de multis vnum imperium facere, sic etiam solet econuerso illa omnia sic iuncta diuidere, & peccatis exigentibus ab inuicem dennire. Et non mirum, nam si illa, quæ naturaliter vnum fiunt, scilicet, diuersa elementa in omni re, & anima & corpus in homine necessario ab inuicem diuiduntur, multo magis illa, quæ per violentiam fiunt vnum, scilicet regna & imperia, quæ in aliorum præiudicium magna & maxima quandoque fiunt per violentiam & rapinam, diu durare sine diuisione non possunt. Cum (secundum Senecam nihil violentum, diuturnum,

imo

tuo scindimur [illegible], & quandoque penitus desinunt & deficiunt. Vnde Daniel. 5. illi in agno regi Balthasar dictum est per manum in pariete scribentem. *Mane thezel phares* [illegible] sequitur. *Diuisum est regnum tuum & datum Persis & Medis.* Tales ergo diuisiones figurantur in mari rubro & Iordane, quorum aquæ in [illegible] diuisæ, sicut de Iordane dicitur Iosuæ 3. & de mari rubro Exod. 14. *Extende manum tuam supra mare & diuide illud,* quia, scilicet, mare & flumina, id est, potentiæ & eorum [illegible] diuinæ subiacent ordinationi, & finaliter necesse est, quod per mortem & infortunia subsint miseriæ & diuisioni [illegible] *Diuisit mare rubrum in diuisiones.* Diuisionem ergo animæ & corporis facit Deus cum mortis gladio. Diuisiones [illegible] à mundi prosperitate facit Deus cum infortunio. Facit enim sicut nutrix quæ volens puerum lacte diuidere & separare solet aliquod amarum super mamillam ponere, cuius gustu puer mammillam cogitur abhorrere. Sic Deus [illegible] amara [illegible] in mundo tribuit, quorum [illegible] ab amore prosperitatis seiungit, vt iustis dicere possit illud Esaiæ 6. *Separatione diuidet me Dominus.* Diuisionem autem [illegible] & à se & Sanctorum societate facit Dominus districto iudicio quia [illegible] in iudicio mali à Deo, à paradiso, & à sanctorum consortio diuidentur.

De quo Exod. 8. videntur loqui Pharaoni, id est, Diabolo, dicens sic *Ponam diuisionem inter populum meum & populum tuum.* Et ideo mons Oliueti, in quo fiet iudicium, poterit dici mons diuisionum 1. Paralipo. 13. *Nomen loci diuisio.* Deus etiam poterit dici Phaleg, quia sicut dicitur Genes. 10. *In diebus eius diuisa est*

G *terra* Sic ergo patet, quod multiplex est diuisio, qua vtitur Deus, quod est primum principale. ¶ Secundo principaliter dico, quod est alia diuisio, qua vtitur iustus. Iusti enim multis vtuntur bonis & sanctis diuisionibus quia, scilicet, isti

Diuidunt
- Seipsos omnibus vtiliter obsequendo,
- Communia inter se pacifice discernendo,
- Se à malis, horum consortia fugiendo,
- Propria, alijs gratis fideliter succurrendo,
- Peccata sua in confessione debite distinguendo.

Dico ergo, quod iusti seipsos diuidunt cunctis vtiliter obsequentes. Teste enim Tullio in officijs, partem patria, partem liberi, partem amici in nobis sibi vendicant, quia, scilicet, sicut idem dicit alibi, non nobis solis nati sumus, sed potius alter alterius causa.

Cæpa enim croci si scissa & diuisa fuerit, de qualibet particula crescit planta, quæ si integra consisteret, sola vna planta nasceretur. Sic vere si homo in multas partes ad aliorum obsequia & vtilitatis se diuidat, de qualibet particula, id est, de quolibet obsequio spiritualem fructum & meritum à Deo recipit, & reportat. Si vero saluus & integer voluerit remanere, & sibi soli proficere, & de alijs non curare, minus de fructu meritorium habebit à Deo reportare. Actiua enim vita ex hoc fructuosior contemplatiua dicitur, quia pluribus proficere comprobatur.

Vtilis est ergo, & meritoria sui ipsius diuisio, & ad alienas vtilitates applicatio, vt de tali diuisione intelligi possit illud Lucæ 12. *Erunt quinque in vna domo diuisi duo in tres, & tres in duo diuidentur.* Et isti figurantur in animalibus, de quibus dicitur Leuit. 11. quod *illa quæ diuidunt vngulam erunt munda.* Vngulam enim diuidere, nihil aliud est quam opera sua in plures partes distinguere.

Vngula enim, quæ est extremitas pedis, signat opus, quo illa extremitas terminatur. Pes est affectus cordis, quia sicut pes vngula induitur, sic affectus exteriori opera circuitur. Patet ergo quomodo iusti se diuidunt cunctis vtiliter obsequentes. Adhuc dico, quod iusti diuidunt se ab alijs, maxime à malis, ipsorum consortia fugientes. Apostolus enim dicit, quod *non est participatio lucis ad tenebras.* Et ideo Genes. 1. dicitur, quod *Deus vidit lucem, quod esset bona, & diuisit lucem à tenebris.* Bona inquit, quia, scilicet iustorum bonitas deprauatur, nisi à malorum consortijs diuidatur.

¶ Iterum iusti diuidunt communia inter se pacifice, quilibet enim est contentus iure suo, & ideo, non appetit alienum, & ideo pacifice condiuidunt diuidenda. 1. Reg. 19. *Tu, & Siba diuidete possessionem.* Iosuæ 11. & Iosuæ 22. *Omnem prædam diuiserunt sibi.* Denique dico, quod iusti diuidunt alijs gratifice largientes. Iusti enim sua solent alijs diuidere, & de bonis suis alios refouere, bonis dico suis, scilicet, diuitijs temporalibus. Sicut de Tobia legitur Tobiæ 1. quod *diuidebat vnicuique prout poterat de facultatibus suis.* Sed de istis vide vt supra ad plenum De scientijs, & prædicando dicitur Prouerb. 5. *In plateis aquas tuas diuide.* Vnde de Sapiente doctore dicitur Prouerb. 17. *Seruus sapiens dominabitur filijs stultis, & in fratres hæreditatem diuidet.* (Hæreditatem dico, scilicet, doctrinæ, & scripturæ.) De exemplis etiam, & virtutibus, correctionibus, & orationibus, dico, quod, scilicet, omnia ista debemus alijs impendere, & diuidere, & ipsos bonis nostris exemplis, correctionibus, & exemplaribus informationibus adiuuare, docendo, scilicet, illud Psalm. *Exultabo, & diuidam Sichimam, & conuallem tabernaculorum Metibor.* Rursum autem dico, quod iusti diuidunt propria peccata, ipsa confitendo, debite distinguentes. Vnde de Behemoth, per quem intelligitur corpus peccati, vel ipse diabolus, dicitur Iob 40. quod *concident ipsum amici, diuident illum negotiatores,* quia, scilicet, negotiatores virtutum, scilicet, viri iusti debent, Behemoth, id est, peccatum proprium in confessione scindere, & diuidere, & ipsum distincte dicere, & narrare. Sic ergo patet quomodo est multiplex diuisio qua vtitur iustus. Et hoc est secundum principale istius vltimæ distinctionis.

¶ Tertio principaliter dico quod est diuisio, qua vtitur malus. Et sic nota, quod mali & peruersi homines tam in præsenti, H
quam in futuro diuiduntur

A
- Seipsis, — quando per negotia distrahuntur,
- Deo, — quando per nequitias dissoluuntur,
- Ecclesia, — quando per schismata disiunguntur,
- Proximis, — quando discordijs dirimuntur,
- Paradiso, — quando in infernis includuntur.

Et diuidunt mali

Aliena etiam bona, dum ipsa rapiunt & furantur

Bona etiam consortia, dum detractione proloquuntur.

Ista enim est quotuplex malorum diuisio passiua, & duplex actiua. Diuiduntur ergo mali à seipsis, dum distrahuntur per negotia. Omnis enim qui in exterioribus occupatur, necesse est, quod per multas sollicitudines diuidatur, & quod ab interioribus deuotionis & contemplationis vel studij meditationibus distrahatur, sicut Marthæ dictum fuit Lucæ 10. *Martha, Martha sollicita es, & turbaris erga plurima.* Vnde 1. Cor. 7. de vxoratis, & mundanis dicitur, *Qui cum vxore est, sollicitus est, quæ sunt mundi, & diuisus est.*

Item diuiduntur à Deo, dum corrumpuntur à nequitia. Peccatum enim mortale diuidit animam à Deo Esa. 59. *Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & Deum vestrum* ¶ Item diuiduntur ab Ecclesia & etiam à fide per schismaticam dissonantiam. Schismatici enim sunt illi, qui se à fide Catholica, & vnitate per diuersa diuidunt, & qui etiam ipsum Christum & eius fidem quantum in se est destruunt, atque scindunt, peiores, scilicet ipsis militibus, qui Christum crucifixerunt, quia, scilicet ossa ipsius non fregerunt, & tunicam Christi inconsutilem (per quam fides Christi vel Ecclesia designatur) indiuisam, & integram dimiserunt, dicentes, *Non scindamus eam, sed sortiamur cuius sit* De istis tamen potest Dominus dicere illud psalm. *Diuiserunt sibi vestimenta mea.* Tales erant primi illi Christiani, qui baptismum diuidebant, & ipsum quando ab vno dabatur, meliorem quam datum ab altero reputabant, dicentes 1. Corin. 1 *Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephe, ego autem Christi.* quos statim reprehendit apostolus dicens *Ergo diuisus est Christus,* quasi dicat. Non debet sic esse. Isti ergo diuiduntur à Christo & Ecclesia per schismaticam dissonantiam. ¶ Item diuiduntur à proximis dissensione & discordia, contra quod commendantur Saul & Ionathas. 2. Reg. 1. de hoc, scilicet, *quod amabiles erant in vita sua, in morte quoque non sunt diuisi.*

Sed de diuisione discordiæ dictum est supra eodem satis plene. Item diuiduntur à paradiso, damnatione & tristitia, seu à Dei punitione & iustitia. Vnde in iudicio verificabitur illud Iob 28. *Lapidem caliginis & vmbram mortis diuidet torrens à populo peregrinante.* Male enim qui lapis propter obstinationem, vmbra & caligo propter obnubilatam in eis rationem, dicuntur, torrens, id est, impetus iudicij diuidet, ne cum populo peregrinante, id est, cum sanctis in cœlorum habitaculis hospitentur. Vnde de Deo tunc irato contra eos, dicitur in Psalm *Diuisi sunt ab ira vultus eius.* Et merito, quia tunc de Deo verificabitur illud Esa. 28. *Dominus in monte diuisionum stabit.* ¶ Item dico, quod mali diuidunt, scilicet, inter se & suos aliena

bona

bona cum rapina & iniustitia. Vnde de raptoribus loquitur Psalm. dicens. *Dixit inimicus persequar, & comprehendam, diuidam spolia, implebitur anima mea.* De quibus conqueritur Dominus Iohel. 3 dicens, *Terram meam diuiserunt sibi, & super populum meum miserunt sortem.* Ad litteram, enim tyranni hodie inter se diuidunt & terram & spolia, id est, possessiones & mobilia aliorum. ¶ Item diuidunt alios detractoria eloquentia, quia, scilicet, detractio est illud, quod plus solet in communitate dissensionem & diuisionem & discordiam generare. Vnde de quolibet detractore dici potest illud 1. Reg. 23. *Vocauerunt hunc locum petram diuidentem.* Vt figuretur in illo Azahele Rege Syriæ, cui dictum est 4. Reg. 8. *Ciuitates succendes, & iuuenes interficies gladio, paruulos allides, & prægnantes diuides.* Constat enim quod per verba detractorum & maledicorum, ciuitates, id est, ciuium vnitates, & quælibet concordes communitates per iracundiam succenduntur. Multi etiam per eos ad literam interficiuntur, & illi; qui sunt prægnantes sufficientijs & meritis, quandoque per discordiam & odia diuiduntur. Sic ergo patet triplex generalis diuisio, scilicet, vna qua vtitur impius, alia qua vtitur iustus, alia qua vtitur Deus, sufficit, vide de separare, & similibus.

A **Diuinus. Diuinare.** Diuinare proprie dicitur res diuinas sibi attribuere, vel diuina opera exercere, videlicet de occultis & futuris scientiam vendicare. Sicut ergo prophetia vt communiter accipitur in bono, tanquam, scilicet, à Spiritu sancto inspirata, & reuelata, sic diuinatio in malo sumitur, tanquam res ad diuinos pertinens vsurpata, & per reuelationes dæmonum publicata. De talibus ergo quod isti sunt fallaces & seductores, patet. Hier. 27. & Hier. 29. *Non vos seducant diuini vestri, & ne attendatis ad somnia,* quod sint etiam mendaces prolocutores, patet Zach. 10. vbi dicitur, *Diuini viderunt mendacium, & somniantes frustra locuti sunt:* quod etiam sint finaliter confusionis & verecundiæ possessores, & successores, patet Mich. 3. vbi dicitur, *Confundentur diuini & operient vultus suos omnes.*

B ¶ Sed si vis, moraliter loquendo, dic, quod per diuinos intelliguntur illi, qui futura sperant inaniter, sicut, scilicet, sunt illi, qui quicquid imaginantur futurum, aduenire credunt, & maxime illi, qui sperant diu viuere, & in fine pœnitere, & similia. Diuinare enim videntur de futuris illud, quod forsitan nunquam erit. Sicut etiam sunt illi, qui de alijs male existimant nimis faciliter, sicut, scilicet, sunt illi qui modica occasione diuinant, & præsumunt malum vel bonum inesse homini cuicunque &c. similia. De rebus autem vel personis diuinis nihil dico ad præsens, sed solum quod illud negotium dicitur diuinum, quod est Catholicum atque sanctum, Sicut dicitur lex diuina, virtus diuina, plaga diuina, &c.

A **Docere. Doctrina.** Nota, quod docere nomẽ est auctoritatis, doceri est nomẽ vtilitatis. Doctores enim valde sunt necessarij in Ecclesia militante. Omnis enim ars & scientia ignoratur, nisi per aliquem doceatur. Doctores enim sunt in Ecclesia sicut os in animali, & sicut radix in arbore. Os enim cibos recipit, quos tandem ad corpus nutriendum transmittit. Radix etiam de terra sugit humorem de quo tandem rami arboris nutriuntur. Aquila etiam quando videt, quod pulli nimis iuuenes sunt, nec adhuc carnem possunt comedere, solet de præda sanguinem sugere & pullis esurientibus ministrare. Sic vere charissimi, doctores de terra, id est, de Deo, vel à libris humorem scientiæ, & doctrinæ primo solent studendo sugere, bibere & acquirere, & tandem in filios, id est, in auditores & subditos docendo, & prædicando diffundere, & eos verbo Dei salubriter enutrire. Ideo in persona cuiuslibet doctoris dicit Dauid in Psalm. *Venite filij, audite me, timorem Domini docebo vos.* Aduerte tamen, quod ille, qui vult alios docere, necesse est, vt primitus doceatur. Vt enim dicit quidam sapiens, Non debet formam doctoris accipere, qui formam discipuli non assumpsit. Nonne ad hoc quod animal quodcunque, vt communiter, lac possit habere, & fœtus lacte nutrire, necesse est, quod primitus imprægnetur? Certe sic, prægnaties enim lactationem præcedit. Sic vere dico, quod ad hoc, quod aliquis possit alijs lac doctrinę destillare necesse est, quod ipse prius scientia imprægnetur, & bonis doctrinis & vtilibus fœcundetur quia breuiter, qui alios vult docere, debet primo doctrina & sapientia prægnans esse. Vnde Dan. 11. *Docti populo docebunt plurimos,* ac si dicat, ad doctos non ad alios pertinet alios docere. Multi tamen sunt hodie, qui prius volunt docere quam addiscere, prius esse Magistri, quam discipuli, prius esse doctores quam auditores. Isti sunt similes gramini. Sicut enim Plinius dicit, gramen est quædam herba minuta, quæ quanto plus colligitur tanto plus multiplicatur. Si enim ad libitum crescere dimittatur, valde libenter prorumpit in semen, & sic faciliter desiccatur, & perdit pulchritudinem & decorem. Sic procul dubio charissimi, homo quanto plus conculcatur vilipenditur & disciplinatur, tanto, vt communiter, magis valet vel viret Ps. *Miserere mei Deus quoniam conculcauit me homo.* Multi enim sunt ita præsumptuosi, quod si ad libitum immittuntur, statim volunt in semen prorumpere & semen doctrinæ alijs effundere, aliosque instruere & docere. Et quia ita nesciunt, accidit, quod virorem famæ, & gratiæ cito perdunt. Et de talibus loquitur Hierem. ad Demetriadem. Multi (inquit) iuxta vetus elogium, cum loqui nesciunt, tacere non possunt, docentque scripturas, quas non intelligunt, & prius volunt esse imperitorum magistri, quam doctorum discipuli. Prudentes igitur docere & prædicare debent, non imperiti. Officium enim generandi viris non mulieribus est concessum. Sic & officium prædicandi prudentibus, non ignorantibus est mandatum vel creditum, siue licitum, & honestum 1. Timo. 2. *Docere autem mulieribus non permitto.*

¶ Primus igitur debemus discere, post docere. Vnde videtur mihi quod regula doctorum optime traditur 1. Esdr. 7. *Esdras parauit cor suum, vt inuestigaret legem Domini, & faceret & doceret.* Vbi ostenditur, quod doctor debet B

Voluptatem horrere (parauit inquit cor suum.)
Sollicite studere (inuestigauit inquit legem Domini)
Dicta factis implere (doceret inquit & faceret.)

Debet, dico, doctor nocumenta tollere, quod ostenditur, cum dicitur (Parauit inquit cor suum) Cor enim nostrum debet parari per vitiorum resecationem, & per virtutum acquisitionem. Sicut enim dicitur Sapient. 1. *In maleuolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis.* Ideo debet dicere quilibet talis illud Psalm. Paratum cor meum Deus, paratum cor meum, cantabo & psallam in gloria mea. Cor enim doctoris vel prædicatoris debet esse paratum per puram intentionem, quia sicut vas corruptum vinum positum ibi corrumpit, sic cor vitijs infectum doctrinam & scientiam inficit, & peruertit 1. Cor. 5. *Modicum fermentum totam massam corrumpit.* Et ideo hypocritæ, qui magis parant corporis conuersationem quam cordis intentionem, non bene possunt docere vel prædicare. *Peccatori enim dicit Deus, Quare tu enarras iustitias meas?* &c. & Rom. 2. *Qui alium doces, teipsum non doces, qui prædicas non furandum, furaris, &c.* Non sic pro certo, sed ipse debet nocumenta delere.

¶ Secundo dico, quod doctor habet continue studere (Inuestigauit inquit legem Domini) Sicut enim dicit Sene. Sine studio æger est animus. Et Eccl. 39. *Sapientiam omnium antiquorum exquiret sapiens.* Sicut enim sapiens medicus cum diligentia solet herbas salutiferas inuestigare & quærere, de malis vero & inutilibus non curare, sic vere doctor vel prædicator debet studendo & reuoluendo inuestigare, & quærere salubria documenta, vana, vero & inutilia relinquere & etiam refutare. Vnde Hugo. in lib. de Didoscalon. Prudens inquit, lector omnes libenter audit, omnia legit, non scripturam, non doctrinam, non personam respuit, ab omnibus indifferenter quod sibi deesse videt, quærit, non quantum sciat, sed quantum ignorat, considerat. Inuestigare ergo debet legem Domini. Vnde Eccl. 6. *Inuestiga illam, & manifestabitur tibi, & continens factus ne derelinquas eam.* Debet igitur sollicite studere.

¶ Tertio debet dicta factis implere (vt doceret inquit & faceret) Sicut enim vt inquit Greg. in Hom. loquentis auctoritas perditur, quando vox in opere non iuuatur. Et ideo de Christo legitur Act. 1. *Cœpit Iesus facere & docere.* Sicut etiam dicitur Iudicum 7. Illi ad prælium fuerunt electi qui aquam cum manu lambendo biberunt, & aquam prius manu, quam lingua tetigerunt.

Sic illi ad prædicandum contra vitia sunt accepti, qui aquam scientiæ & doctrinæ prius tangunt cum manu per operis executionem, quam cum lingua per doctrinæ eruditionem. Psittacus enim & Pellicanus pede vtuntur loco manus quia

quicquid

quicquid ab [illegible] prius ad morum hominis vngulis [illegible] cipitur [illegible] vere, [illegible], quicquid in [illegible], vt doceamus, [illegible] docet, vt faciendo & implendo manus primitus [illegible] amus. Vt enim dicit Gregor. in Mora. Tunc doctrina cum omni imperio docetur, cum prius agitur quæ dicatur. Nam doctrinæ fiduciam subtrahit, cum linguæ conscientia contradicit. Doctor igitur, charissimi, vitia deleat [illegible], quod dicat, studeat addiscendo, quod dicit impleat
C operando. Et hæc de doctore sufficiant. ¶ Sed nos possumus adhuc dicere, quod nos debemus valde velle instrui, & doceri in rebus vtilibus & honestis, non in rebus inutilibus atque vanis. Columba enim distinguit inter grana, meliora enim & puriora recipit, & alia prætermittit. Sic procul dubio nos debemus puram doctrinam, bona & honesta documenta eligere, de vanis autem & inutilibus non curare, vt sic Deo, vel cuicunque bono doctori dicatur Psalm. *Bonitatem, & disciplinam & scientiam doce me* Vbi nota, quod in tribus velle debemus principaliter edoceri, scilicet,

Ad { Habendum morum perfectionem (Bonitatem inquit) / Ferendum duram correctionem (Disciplinam inquit) / Discendum rerum cognitionem (Scientiam inquit)

Nobis enim est necessaria { Morum perfectio, / Dura correctio, / Rerum cognitio.

Illa auctoritas prudentiam & iustitiam & virtutem docet, quæ scribitur Sap. 8. & ponetur infra in titulo de spiritu, in omni tria vltima documenta videlicet, quod homo

Doceatur { Bona frequentare, / Dura tollerare, / Vera cogitare.

Petit ergo iustus, vt instruatur, & doceatur, ad sequendum virtutum regulam, (bonitatem inquit) Ad ferendum pœnarum ferulam (Disciplina) Ad habendum cunctorum speculam. (Scientiam doce me.)

¶ Primum notat bonitatis placidus titulus (bonitatem inquit.) Secundum notat disciplinæ rigidus stimulus (Disciplinam inquit.) Tertium notat scientiæ fulgidus oculus. (Et scientiam inquit doce me) Bene ergo dicit *Bonitatem & disciplinam & scientiam doce me*. Dico ergo primo, quod nos debemus petere & velle doceri, ad acquirendum virtutum titulum gloriosum vt ipsum sciamus iugiter frequentare. Et hoc ostenditur cum dicitur (Bonitatem) Bonitas enim omne genus virtutum signat. Et pro certo omnis homo bonus in bonitate desiderat edoceri. Ista est enim doctrina peroptima, per quam, scilicet, non docetur, nec discitur nisi bonum. Narrat enim Plin. quod in quibusdam partibus abundant herbæ venenosæ, & ideo dicit, quod apes illarum partium pro eo, quod floribus illarum herbarum pascuntur, mel conficiunt venenosum, & inde factum sit, vt ait, quod populus illarum terrarum, tributa faciebat Romanis de cera, & non de melle, aliæ vero prouinciæ, quæ talibus non abundant, semper mel simul cum cera in tributum portabant. Tale ergo mel quamuis esset dulce non propter hoc erat bonum, sed potius pestiferum & nociuum & à cunctis prudentibus præcauendum. Sic vere dicam, quod apes, id est, doctores, qui in bonis floribus, id est, in bonis & sanis libris pascuntur, & student, & à bonis doctoribus audiunt, atque discunt, tales, dico bonum mel, id est, bonam doctrinam conficiunt, & componunt. Illi vero, qui in floribus venenosis, id est, in scientijs perniciosis & libris superstitiosis student, mel venenosum [illegible] est, malam, & periculosam doctrinam alijs propinant, & docent, quapropter omnis Romanus, id est, quicunque sapiens & iustus talia debet horrere & tanquam pessima [illegible]. Vnde de malis doctoribus hæreticis & corruptis potest d[illegible] illud quod de illis corruptis populis dicitur Deut. 20. *De his autem ciuitatibus nullum permittes viuere. ne forte doceant te cunctas abominationes, quas ipsi operati sunt.* (Bonitatem ergo doce me inquit. ¶ Et si vis, nota quod sub nomine bonitatis continétur omnia illa, in quib. debemus petere & appetere à Deo, vel ab homine edoceri, videlicet res & opera virtuosa, & illa, quæ necessaria sunt saluti. Ipsa enim animalia docent filios suos vtilia eligere, noxia præcauere, sicut de vitulo marino legitur, quod catulos suos, in terra genitos tandem ad mare ducit, & eos natare docet, & instruit. De ceruis etiam legitur, quod filios suos solent ad præcipitia montium ducere, & docent eos currere & saltare. Aquila etiam desuper volitando, volare docet pullos, & eos exemplariter ad hoc instruit, & exercet. Sic vere Christus exemplariter, in scriptura literaliter, & prædicando vocaliter, eligere bonum & reprobare malum fideles docuit, & bonitatem sequi & facere eos instruxit, quod etiam debent prælati, & doctores facere, quia, scilicet auditores & subditos debent in bonis actibus exercere, & exemplariter, & verbaliter edocere: quia sicut dicitur Eccles. 36. *Qui docet filium laudabitur in illo, & qui docet filium, in zelum mittit inimicum suum.* Vnde etiam dicitur de Tobia Tob. 1. *Quod filium suum à pueritia timere Deum docuit & recedere ab omni peccato.* Notabo ergo, quod bonitatem docet Deus, docet iustus, docet impius. (Docet inquit Deus.) Et dico, quod nos debemus per affectionem & contemplationem ascendere ad Deum, vt doceatur à Deo, sicut bonus discipulus ad studium, vt doceamur à magistro. Moratur enim magister noster Deus in loco altissimo, & ideo ipse vult, quod inferiora mundi negotia dimittamus, & superius per amorem cœlestium ascendamus, vt spiritualiter doceamur ab ipso. Quod aduertens Esaias dicebat Esa. 2. *Venite ascendamus ad montem Domini, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius.* Quæ autem sunt viæ Dei, per quas peruenitur ad Deum? procul dubio sunt virtutes. Ipsæ enim sunt viæ, per quas ipse voluit ambulare, & per quas nos docet Deus incedere & calcare, Psalm. *Diriget mansuetos in iudicio, docebit mites vias suas. Vniuersa autem via Domini misericordia & veritas.* Magna enim misericordia & gratia fit illi, qui debet ire ad loca remota, & ignota si quis doceat eum viam.

Et ideo viam eundi ad paradisum, id est, viam virtutum petebat Dauid à Deo sibi doceri cum dicebat in Psalm. *Vias tuas Domine demonstra mihi, & semitas tuas edoce me* Dirige me in veritate tua, & doce me, quia tu es saluator meus. ¶ Dico ergo, quod D
Deus docet.

Viam { Æquitatis & iustitiæ, quæ nunquam deficit, / Pietatis & clementiæ, quæ multos reficit, / Veritatis & scientiæ, quæ falsa reijcit, / Claritatis & sapientiæ, quæ cunctis proficit, / Sobrietatis & temperantiæ, quæ bonis sufficit, / Taciturnitatis & moderantiæ, quæ mores perficit.

Docet ergo Deus æquitatem & iustitiam Psalm. *Bonus es tu, & in bonitate tua doce me iustificationes tuas.* Item docet pietatem, & clementiam, Ioan. 7. *Clamabat Iesus docens in templo,* sequitur. *Qui sitit, veniat ad me, & bibat.* Vnde Eccles. 18. *Misericordia Dei super omnem carnem*, qui misericordiam habet, docet & erudit, sicut pastor gregem suum item docet veritatem & scientiam Matth. 22. *Magister scimus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces.* Item docet mentis claritatem & sapientiam Iob 33. *Tace, & ego docebo te sapientiam.* Et merito, cum ipsa sapientia dicat Sap. 7. *Omnium artifex docuit me sapientia.* Item docet sobrietatem & temperantiam Sap. 8. *Sobrietatem enim & prudentiam docet. & iustitiam, & veritatem & patientiam.* Iob 34. *Si erraui, tu doce me, & si male locutus sum, vltra non addam.* Et il[illegible] ad prædictum Iob 33. *Tace, & ego docebo te sapientiam.* Istæ ergo sunt bonitates, quas docet Deus, & quas veniens docuit I E S V S Christus Deut. 4. *De cælo te fecit audire vocem suam, vt doceret te.* De multis tamen dicere potest illud Hierem. 32. *Verterunt ad me terga & non faciem, cum docerem eos diluculo.* (Bonitatem igitur docet Deus.)

¶ Item dico, quod bonitatem etiam docet iustus, scilicet, bo- B
nus doctor prædicator vel prælatus. Et sic notabis, quod boni doctores docere debent, &

Docent { Noxia fugere, / Diuina colere, / Hosti resistere, / Secure sistere, / Malos conuertere, / Peccata plangere, / Docte discernere, / Futura cernere, / Æterna quærere.

Docent ergo boni doctores immunda fugere, sanctè conuersando Leu. 15 *Docebit filios Israel, vt caueant immunditiam* Diuina colere, *Deum reuerendo seu sancta frequentãdo.* 4. Re. 17. *Cũ venisset vnus de sacerdotib. docebat eos quomodo colerent dominum.* hĩc *hosti resistere minime peccando* Psal. *Docet manus meas ad prælium.* & 2. Reg. 1. Præcepit ergo Dauid, *vt docerent filios Iuda arcum & sagittam super ad impugnandum hostes* Item secure v[illegible]ere, timorem pellẽdo Iob 4 *Ecce docuisti plurimos, & manus lassas roborasti, & vacillantes confirmauerunt*

*mas.*

*manu tua.* Item malos conuertere, peccata linquendo Psalm. *Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur.* Item pecca a plangere, corde pœnitendo Hierem. 9. *Docete filias vestras lamentum.* Item bene discernere, iuste meditando Ezech. 44. *Docebunt filios Israel, quid sit inter sanctum & prophanum.* Item futura cernere, alte contemplando Dan. 10. *Veni, vt docerem te, quæ ventura sunt.* Item æterna quærere cœlum affectando Matt. 21. *Docebat eos de regno.* Sic ergo patet quomodo bonitatem etiam docet iustus.

F ¶ Sed adhuc dico, quod bonitatem aliquando docet impios. Constat enim quod multi sunt mali, qui tamen sunt doctores subtiles, & scientifici, qui etsi non verentur mala facere, student tamen vera prædicare, & vtilia dicere & docere. Sicut enim videmus, quod homines in multis fuerunt edocti per bruta, sicut exemplificat Plinius de Hippotamo, qui docuit Phlebotomiam, de cane, qui docuit vomitum, de ciconia, quæ docuit farmaciam, de ceruo, qui docuit virtutem dictami extrahendo de corpore ferrum, de mustela, quæ docuit vires rutæ, dum dimicauit contra basiliscum, sic proculdubio à brutis, id est, peccatoribus & malis doctoribus & hypocritis edocemur quotidie multa bona, quapropter & si ipsorum opera imitari non debeamus, eorum tamen documenta retinere debemus, & quæ dicunt facere, facere, quæ autem faciunt, nequaquam facere. Et sic verificatur illud Iob 35. quod, scilicet, *Deus docet nos super iumenta terræ, & in auibus cœli erudit nos.* Et Iob. 12. *Interroga iumenta, & docebunt te.* Audiui enim & in scripturis legi de quadam vinea quam oculis vidi in ciuitate Vticensi, quod fructus eius nec canis nec porcus volunt comedere, vinum tamen, quod inde fit, est valde bonum. Sic vere sunt multi, quorum fructus, id est, quorum opera nec canis nec porcus, id est, quicunque & quantumcunque vilis peccator non dignaretur comedere, id est, imitari, aut facere, ita, scilicet, sunt horribilia facta sua, & tamen isti bonum vinum, id est, bonam doctrinam faciunt, & bene docent vtilia, quæ non agunt: tales videntur ab Apostolo & à Saluatore redargui. Dicit enim talibus Apostolus Rom. 2. *Qui alium doces, teipsum non doces. Qui dicis non mœchandum mœcharis,* &c. Christus etiam dicit, Matt. 5. *Qui ergo solueris, id est, mandata non feceris, & docuerit, minimus vocabitur in regno cælorum,* id est, parum reputari debebit. *Qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum.* Patet ergo quod bonitatem moralem docet impius, iustus, Deus. Patet ergo, quod debemus edoceri ad acquirendum virtutum titulum gloriosum, qui, scilicet, notatur sub nomine bonitatis. (Bonitatem inquit) Psalm. *In bonitate tua doce me.* Et Prouerb. 13. *Doctrina bona*

G *dabit gratiam.* Et Nee. 9. *Spiritum bonum dedisti eis, qui doceret eos.* Et istud est primum auctoritatis (Bonitatem ergo.) ¶ Secundo dico, quod nos debemus appetere edoceri ad tolerandum rigoris stimulum fructuosum, quod ostenditur, cum dicitur (Disciplinam.) Disciplina enim asperitatem correctionis importat, in qua, scilicet patienter & prudenter sustinenda debemus velle, & petere edoceri. De viso enim legitur, quod cum præ longo somno ventrem suum constrictum, & visum suum senserit hebetatum, lac comedit, vt laxetur, & apibus pungi circa oculos gaudet, vt fluente sanguine visus claritas reparetur. In quo quidem instruimur, quod mel bonæ doctrinæ debemus appetere, & puncturas apium, id est, correctiones doctorum & reprehensiones prælatorum & prædicatorum diligere, & appetere disciplinæque & tribulationum aculeos in patientia tolerare.

Ex disciplina enim & tribulatione, timor Dei concipitur, qui super omnia necessarius est homini, & vtilis, vt in eo doceatur Deuteronom. 11. *Docete filios Israel, vt metuant Dominum* Psalm. *Venite filij, audite me, timorem Domini docebo vos,* ac si dicat. Ista sit prima lectio vestra, quia sicut dicitur in Psalm. & Eccle. 1. *Initium sapientiæ timor Domini* De disciplina vero dicitur Eccle. 50. *Quod doctrinam sapientiæ & disciplinæ scripsit in codice isto Iesus filius* Sirach. q. d. sapientia & disciplina sorores sunt, quia, scilicet, de disciplina ad doctrinam sapientiæ peruenitur. Petamus igitur edoceri ad tolerandum rigoris stimulum fructuosum. (Disciplinam.)

Et merito, quia pro certo illi, qui disciplinati sunt atque docti, reputantur ad standum coram regibus esse digni. Vnde Dan. 1. *Præceptum est Præposito Eunuchorum, vt introduceret pueros, in quibus nulla esset macula, eruditos omni sapientia, decoros forma, cautos scientia, & doctos disciplina, qui possent stare in palatio Regis, vt doceret eos literas, & linguam Chaldæorum.* ¶ Tertio vero dico, quod appetere debemus edoceri ad procurandum splendoris oculum luminosum. (*Scientiam inquit doce me.*) Istud est enim in quo tota natura humana appetit informari, scilicet, in scientia, & cognitione rerum. Omnes enim homines naturaliter scire desiderant, vt dicit Aristot. 1. Meta. Psalm. *Qui docet hominem scientiam. Dominus scit cogitationes hominum,* sequitur. *Beatus quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum.* Patet igitur quomodo appetenda est à nobis doctrina, quæ facit ad rerum cognitionem, doctrina, quæ facit ad mali perpessionem, doctrina, quæ facit ad honesti perfectionem seu ad boni adeptionem. (Bene ergo, bonitatem & disciplinam & scientiam doce me.) Ista est enim bona & sana doctrina,

Quæ habet { Subtilitatem, Vtilitatem, Suauitatem, Facilitatem, Auctoritatem, Pretiositatem.

Habet (dico) subtilitatem. Exod. 28. *Pones in rationali iudicij doctrinam & veritatem.* q. d. Istam doctrinam concomitatur iudicium ratio & veritas. Item habet vtilitatem, exinde enim proueniunt fructus bonorum operum & virtutum, & ideo ista rori & pluuiæ comparatur in psalm. & habetur Deuteron. 32. *Concrescat in pluuiam doctrina mea, fluat vt ros eloquium meum.*

Item habet suauitatem. Prouerb. 24 *Fauum dulcissimum gutturi tuo, sic & doctrina sapientiæ.* Item habet facilitatem Prouerb. 14. *Doctrina prudentium facilis.* Item habet auctoritatem, à Deo enim procedit, non ab homine, quilibet enim doctor potest dicere illud Ioann. 7. *Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me patris.* Item habet pretiositatem, quia nihil comparatur eidem. Vnde Prouerb. 8. *Accipite disciplinam meam, & non pecuniam doctrinam magis quam aurum eligite: Melior est enim sapientiam cunctis.* Talem igitur doctrinam tam facilem, tam vtilem, tam nobilem, tam subtilem

Iusti recipiunt,
Docti respiciunt,
Stulti despiciunt.

Iusti, Inquit, recipiunt. Prouer. 9. *Doce iustum, & festinabit accipere.* Docti etiam accipiunt, Dan. 12. *Docti autem intelligent.* & Prouer. 18. *Auris sapientium quærit doctrinam* Mali enim despiciunt. Prouerbiorum 1. *Sapientiam atque doctrinam stulti despiciunt.* Et ideo bene consulitur, Prou. 22. *In auribus insipientium ne loquaris, quia despicient doctrinam eloquij tui.* Fatui enim, id est, obstinati & malitiosi docere non debent, quia doctrinam non respiciunt, sed derident, Eccl. 22. *Qui docet fatuum, quasi qui conglutinat testam* q. d. *In vanum laborat,* & ibidem. *Compedes in pedibus stulti doctrina.* Hæc I igitur de bona doctrina sufficiant. ¶ Sed si vis, dic adhuc, quod mali de bona doctrina non curant, malam autem doctrinam mundanam & vanam diligũt, & affectant. Patet de modernis, qui non quærunt, nec addiscunt nisi scientias lucratiuas, leges, canones, medicinam, vel etiam scientias perniciosas, & vanas, sicut est Negromantia, Pyromantia, Æromantia, Geomantia, Hydromantia, Spatulomantia, Augurimantia, & cæteræ scientiæ diuinatoriæ, quæ si forte fundatæ sunt in aliqua veritate, & in aliqua occulta & secreta naturæ maiestate, multum tamen abundant in curiositate & vanitate, & multum distrahunt hominem à salutis necessitate & vtilitate, contra ipsos loquitur Apost. 2. Tim. 4. *Erit tamen tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus, & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur.* Similes illi monstro marino, quod dicitur Kaloz, quod pluuia occidit & excæcat, quæ tamen alios pisces impinguat, sicut dicit liber de natura rerum. Sic vere sunt multi, quibus pluuia desursum veniens, scilicet doctrina sancta & sana Theologica mors est & excæcatio & obstinatio mentis suæ, tamen bonis est impinguatio gratiarum. Nihil enim ita lædit eos sicut gustare pluuiam salutarem, id est, audire doctrinam salutiferam atq; sanctam. Nihil etiam tantum placet eis sicut audire doctrinam pestiferam & inanem, & tamen scriptum est Prou. 21. *Quod vir, qui errauerit à via doctrinæ, in cætu gigantum commorabitur.* Notabis ergo, quod isti diligunt & doceri, & docere

Doctrinam { Mendacem, Fallacem, Tenacem, Voracem.

Volunt enim edoceri, loqui mendaciter. Hierem. 9. *Docuerunt linguam suam loqui mendacium, vt inique agerent laborauerunt.* Item student etiam edocteri fallaciter 1. Timo. 4. *In nouissimis quidem temporibus discedent quidam à fide attendentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum* Item amant edoceri viuere tenaciter. Doctrinæ enim mundanæ ad nihil aliud videntur tendere, quam ad auaritiam, & ad diuitias obtinendas. Istæ enim sunt doctrinæ hominum, de quibus dicitur Matth. 15. *Sine causa colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum.* Isti enim affectant edoceri viuere voraciter & carnaliter, sicut illi, qui legem & doctrinam Machometi sectantur, qui pro eo eam amant, quia gulam & coitum commendat. De qui. Apocal. 2. *Habes inquit tenentes doctrinam Balaam, qui docebat de sacrificijs idolorum & fornicari.* Sic ergo patet quomodo docere &, doctrina in bono significat & in malo.

A **Dolor. Dolere.** Nota, quod dolor multipliciter sumitur in scriptura. Est enim Dolor

Virtuosus, Vitiosus, Tædiosus.

Dolor virtuosus est dolor pœnitentiæ & compunctionis,
Dolor vitiosus est dolor auaritiæ, inuidiæ & detractionis,
Dolor tædiosus est dolor violentiæ & damnationis,

Primo } dolore dolent { Perfecti,
Secundo } dolore dolent { Infecti,
Tertio } dolore dolent { Deiecti seu damnati.

Dolor compunctionis est laudabilis. Psalm. *Dominus opem ferat illi super lectum doloris sui.* Dolor detractionis vel ambitionis est odibilis Psalm. *Sub lingua eius labor & dolor.* Dolor damnationis est terribilis Eccle. 2. *Cuncti dies eius doloribus & ærumnis pleni sunt.*

Primus } dolor est { appetendus,
Secundus } dolor est { fugiendus,
Tertius } dolor est { formidandus.

B ¶ Dicamus igitur aliquid de primo dolore, secundum, scilicet, quod

Dolor potest mihi assignare { Mentis compunctionem, Carnis afflictionem, Rerum amissionem.

Omnis enim talis dolor medicinalis est animæ, & ad salutem plurimum operatur. Et ideo talis dolor debet in patientia sustineri, dolor enim infertur infirmis, vt sanitatem cõsequantur, discipulis, vt assequantur sagacitatem, pueris, vt obliuiscantur lactis dulcorem & voluptatem. Cum dolore enim curantur infirmi, cum dolore & verbere docentur iusti, cum dolore etiam & amaritudine pueri à lactis vbere ablactantur. Sic reuera (charissimi) dolor compunctionis & afflictionis facit vulnera peccatorum sanari, virtutes & bonos mores addisci, & lac mundanæ dulcedinis obliuisci. Dolor igitur iste vtilis est, qui quamuis primo det desolationem, dat tamen multiplicem consolationem. Vnde in Psalm. dicitur. *Secundum multitudinem dolorum in corde meo, consolationes tuæ, lætificauerunt animam meam.* Dolere debemus igitur in hoc sæculo, vt gaudeamus in alio. Ita videbatur dolere Iob 6. dicens sic: *Verba mea dolore sunt plena, & sagittæ Domini in me sunt, & terrores eius militant contra me.* In quibus verbis notatur, quod dolor compunctionis & compassionis debet ex tribus causis in nobis generaliter introduci, primo videlicet

Ex terrore criminis commissi,
Præ furore turbinis immissi,
Præ timore luminis amissi.

¶ Vel, dico quod dolere debemus ex commissione lethalium delictorum. (Verba mea inquit.) Ex immissione præsentiũ tormentorum. (Sagittæ inquit Domini.) Ex amissione finalium gaudiorum. (Terrores, inquit, eius militant contra me.) Debemus igitur dolere pro delictorum commissione, quod ostenditur cum dicitur. (Verba mea dolore plena sunt.) Quando enim cor pro delictis commissis dolet & compungitur, verba dolore plena in confessione sequuntur. Iuxta illud 1. Regum 1. *Ex multitudine doloris, mœrorisque mei locuta sum.* De peccatis enim dolere debet homo, quia se videt homo Deum offendisse, gratiam perdidisse, infernum acquisisse. Ideo debet quilibet dicere illud Hiere. 8. *Dolor meus super dolorem, in me cor meum mœrens.* Agnus enim valde dolet quando matrem amisit, & ideo non cessat balare, & clamare quousque ipsam inuenerit. Equus etiam sicut dicit Plin. lætatur in præliando, gaudet si vicerit, dolet vero si victus fuerit. Sic vere (charissimi) quando homo per peccatum à diabolo vincitur, & à matre sua, scilicet, Christo diuiditur & seiungitur, tunc pro certo valde debet per contritionem dolere, & dolorosum balatum per confessionem & orationem emittere quousque istam matrem Deum, scilicet possit per pœnitentiam & gratiam inuenire, vt sic possit dici de quolibet illud Gene. 6. *Tactus dolore cordis intrinsecus pœnituit.* Doleamus igitur de peccatorum commissione.

¶ Secundo debemus dolere de tormentorum immissione, scilicet de tribulationibus, & miserijs huius mundi, quæ in nobis & in alijs cernimus omni die. Istæ enim debent nos mouere ad dolendum & condolendum, & ad mundi solatia contemnendum, quod quidem ostenditur, cum dicitur. (Sagittæ Domini) Mundi enim miseriæ & tribulationes sunt sagittæ Domini, quibus vulnerat, & affligit. Sagitta enim infixa dolorem infert, & quærere remedium compellit. Sic vere mundi miseria & tribulatio debet inferre dolorem cordi nostro, & nos mouere, & impellere, vt alibi solatium requiramus, scilicet, in gloria paradisi Psalm. *Sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, & confirmasti super me manum tuam.* C

Dolor etiam compassionis de miseria aliorum, debet transfigere corda. Equus enim secundum Plinium, dicitur ad modum hominis, affectum compassionis habere, & pro morte Domini sui lachrymari, & dolere. Passeres etiam vno ipsorum illaqueato solent dolere, & ibidem conuenire, & ipsum si possint de laqueo liberare. Boues etiam ad socios suos afficiuntur, & si ipsos amiserint, præ dolore mugiunt, & tristantur. De elephantibus etiam dicitur, quod ad casum sociorum conueniunt, ipsosque si possunt erigunt, quod si nequiuerint, præ dolore clamant & barriunt. Et breuiter omnia dolore compassionis transfiguntur, & dolentibus alijs condolent pariter & tristantur. Sic dolebat Dauid 2. Regum 1. dicens, *Doleo super te frater mi Ionatha, decore nimius, & amabilis super amorem mulierum.* Quia reuera (charissimi) de dolore, casu, miseria, & tribulatione amicorum, & vicinorum debemus tristari, & dolere, & ipsos prout possumus releuare. ¶ Sed dico etiam adhuc, quod dolor tribulationis exterioris debet transfigere corda nostra. Quando enim à Deo exterius sagittamur, tunc ad dolorem & timoré nec non ad pœnitentiam incitamur, quamuis multi homines possint dicere illud Prouer. 23. *Vulnerauerunt me, & non sensi.* Misera enim mũdi prosperitas ita allicit miseros peccatores, quod dolorem miseriarum mundi non sentiunt, nec aduertunt. Mandragora enim facit homines dormire, ita quod si scinduntur vel læduntur, non sentiunt penitus neque dolent. Talem etiam virtutem habet lapis, qui dicitur menophitis. Si enim cum aqua vel aceto positus sit, seu tritus vel permistus, & inde membra secanda fuerint perlinita, ita facit membra obstupescere, quod dolorem non sentiunt secationis. Sic vere (charissimi) talis menophitis, & talis mandragora est prosperitas temporalis, quia vere illi, qui ipsa fuerint perliniti, virtutem sensitiuam amittunt. Ita enim delectantur, & oblectantur in mundi prosperis, quod quamuis magnis tribulationibus feriantur, quamuis pœnis & miserijs sagittentur, isti tamen non sentiunt neque dolent, sed lætantur amplius atque gaudent, nec propter hoc à suis peccatis & vitijs recedunt. Vnde in persona Christi dicitur talibus illud Hier. 5. *Percussisti eos, & non doluerunt, attriuisti eos, & renuerunt accipere disciplinam, indurauerunt facies suas super petram, & noluerunt reuerti.* Non sic ergo, sed doleamus pro tormentorum immissione. *Sagittæ.* &c. ¶ Et sic nota, quod in hoc mundo multiplex sentitur dolor scilicet D

Dolor { Naturæ, quæ semper deficit,
Senectutis, quæ multum officit,
Infirmitatis, quæ corpus afficit,
Tribulationis, quam mundus efficit,
Sollicitudinis, quæ mentem conficit,
Peccati, quod cunctos inficit,
Fortunæ, quæ nullum reficit,
Mortis, quæ nos interficit.

Sentimus ergo hic dolorem naturæ, quæ continue solet deficere. De quo Eccle. 2. *Cuncti dies eius doloribus, & ærumnis pleni sunt.* Item dolorem senectutis, quæ finaliter solet accedere. Psalmista. *Si autem in potentatibus, octuaginta anni, & amplius eorum labor & dolor.*

*& dolor.* Item dolorem infirmitatis, quæ nos quandoque solet affligere, de qua Pſalmiſta. *Dominus opem ferat illi ſuper lectum doloris eius.* Item dolorem tribulationis, quæ ſæpiſſime ſolet contra nos inſurgere Pſalmiſta. *Ibi dolores vt parturientis in ſpiritu vehementi conteres naues Tharſis.* Item ſollicitudinis, quæ multas curas ſolet adducere. Pſalmiſta. *Surgite poſtquam ſederitis qui manducatis panē doloris.* Et Iob. 9. *Commutabo faciem meam, & dolore torqueor, &c.* Item dolorem peccati, quod in omnibus volumus repetere. Pſalm. *Concepit dolorem, & peperit iniquitatem.* Dolorem dico inuidiæ Pſalm. *Sub lingua eius labor & dolor.* Luxuriæ Eſa. 21. *Lumbi repleti ſunt dolore.* Gulæ Iob. 20. *Cum ſatiatus fuerit, arctabitur, & omnis dolor irruet in eum.* Detractionis Iob 4. *Qui ſeminant dolores, & metunt, eos vidi flante Deo periſſe.* De talibus ergo plangebat Iob 10. dicens. *Dimitte me, vt plangam paululum dolorem meum.* Item dolorem ſentimus fortunæ, quæ in eodem non ſolet ſiſtere. Prouer. 14. *Riſus dolori miſcebitur, & extrema gaudij luctus occupat.* Item mortis dolorem, quæ finaliter ſolet occidere. Baruc. 2. *Mortui ſunt in doloribus peſſimis.* Talibus ergo doloribus vanis affligitur anima noſtra, id eſt, vita Pſalm. *Defecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus.* Et iſtæ ſunt ſagittæ, quibus continue ſagittatur miſera ſors humana. *Sagitta* ergo *Domini in me ſunt* Pſalm, *Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus deſolatorijs.* Doleamus ergo præ tormentorum immiſſione.

E ¶ Tertio dico, quod dolere debemus de gaudiorum amiſſione. Nihil enim eſt tam dolorosum, tam triſtabile, ſicut amittere gaudia paradiſi. Iſtud oſtenditur cum dicitur. Terrores eius emittant ſupra me. Iſti enim terrores potiſſime debent nos terrere, ſcilicet, timor de amittendo gaudia cœleſtia. Iſte enim dolor eſt, de quo loquitur Dauid 10 Pſalm. *Circumdederunt me dolores mortis.* Mors enim proprie eſt cœleſtium amiſſio gaudiorum. Vnde in Pſalm. *Dolores inferni circumdederunt me.* Et ſic patet, quod doleodum eſt multipliciter in hoc mundo, ſcilicet, pro futuro ſolatio, ne amittatur, pro præſenti ſupplicio, ne incurratur, pro commiſſo flagitio, vt deleatur. De dolore autem, quo dolent miſeri in inferno, notare poteſt, quod ipſe eſt

Dolor { Perpetuus, qui ſemper durabit,
Continuus, qui nunquam ceſſabit,
Eximius, quem nullus curabit,
Mœſtiſſimus, qui corda grauabit,

Eſt (dico) dolor perpetuus. Hier. 15. *Factus eſt dolor meus perpetuus, plaga mea deſperabilis.* Item continuus. Iob. 16. *Si locutus fuero, non quieſcet dolor meus, & ſi tacuero non recedet à me: nunc autem oppreſſit me dolor meus, & in nihilum redacti ſunt omnes artus mei.* Item eximius Hierem. 8. *Dolor meus ſuper dolorem.* Et Threno. 1. *O vos omnes, qui tranſitis per viam, attendite & videte ſi eſt dolor ſicut dolor meus.* Iam mœſtiſſimus, ſeu turbatiſſimus. 2. Machab. 9. *Apprehendit eum dolor dirus viſcerum,* ſcilicet, peſſimum Antiochum Hierem. 50. *Anguſtia apprehendit eum, dolor quaſi parturientem.* Apocal. 16. *Commanducauerunt linguas ſuas præ dolore.* Beati vero in patria tales dolores non ſentient. Apocal. 21. *Abſterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum, & mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor neque dolor erit vltra, quia prima abierunt,* & hæc ſufficiant.

## Dolus.

Nota quod dolus, fraus, aſtutia, deceptio, idem ſunt. Et eſt proprie dolus quando aliquid fit ſub aliena diſſimulatione, quando vnum intenditur, & aliud ſimulatur. Et ſic accipitur Eccle. 19. *Eſt qui nequiter ſe humiliat, & interiora eius ſunt plena dolo.* Et ſic dolus & veritas contrariantur. Sic igitur veritatem debemus amare, ſic tenemur dolum fugere, & vitare, Et debemus notare quod triplex eſt dolus, ſcilicet

Dolus { Detractorum,
Auarorum,
Deceptorum, ſcilicet, hypocritarum.

Eſt (dico) dolus detractorum. Tales enim doloſe loquuntur. Iſti enim hominem, cui volunt detrahere, ſolent primitus commendare, vt dum charitatiue loqui videntur, eis inde credatur melius credatur. Sunt enim ſicut Barbitonſor, qui primo vngit, poſtea pungit. Iſti ſunt ſimiles ſerpenti, qui ita ſæpe, & cito mouet linguam, quod linguas habere videtur. Detractores enim pro certo duas videntur habere linguas, quia ſcilicet, nunc dicunt vnum, nunc aliud, nunc vngunt adulando, nunc mordent & pungunt detrahendo. Hierem. 9. *Sagitta vulnerans lingua eorum, dolum locuta eſt in ore ſuo, pacem cum amico ſuo loquitur, & occulte ponit ei inſidias.* Iſte eſt dolus detractorum. ¶ Se-
F cundo eſt dolus auarorum. Iſti enim fraudulenter, & doloſe inuoluunt pauperes in ſuis contractibus & vſuris, vt ipſos eſſe

redent, & deuaſtent. Similes araneæ, quæ occultatur in foramine ſuo, ſed quando videt muſcam captam in tela ſua, ſtatim currit, & eam occidit, & humiditatem eius ſugit. Sic vere vſurarij & auari ſtatim quod percipiunt aliquem ſuis laqueis & malitijs bene ligatum & inuolutum, ſolent ipſum inuadere, & exhæredare, & humorem ſuorum bonorum ſugere, & ſubripere, ipſumque depauperare & vacuare. Pſalm. *Non defecit de plateis eius vſura & dolus.* Iſte eſt igitur dolus auarorum Hier. 6. *A maiore vſque ad minorem omnes auaritiæ ſtudent, à propheta, vſque ad ſacerdotem omnes faciunt dolum* ¶ Tertio dico quod eſt dolus proditorū G ſeu deceptorum. Tales enim fingunt ſe eſſe fideles, vt de eis amplius confidatur, qui eum ſciuerint ſecreta humiori, produnt ipſum. Vnde 1. Mach. 1. *Locutus eſt eis verba pacifica in dolo.* Daniel. 1. *Poſt amicitias cum eo faciet dolum.* His ergo præmiſſis, patet quod omnis dolus & fallacia debet deteſtari, & nunquam diligi vel ſectari. Vnde nota, quod illa debent vitari,

Quia { Doloſos Deus deteſtatur,
Ipſorum vita breuiatur,
Ipſis malum imprecatur,
Doloſus bonis aduerſatur.

Doloſus { Malus prædicatur,
Doloſe ſemper meditatur,
Mendaciter loquitur & fatur,
Fraudulenter mala machinatur,
Cuncta mala operatur.

Dico ergo, quod falſos & doloſos Dominus deteſtatur Pſalm. *Virum ſanguinum & doloſum abominabitur dominus.* Item vita talium breuiatur. Pſalm. *Viri ſanguinum & doloſi non dimidiabunt dies ſuos.* Item ſcriptura malum talibus imprecatur. Pſalm. *Diſperdat Dominus vniuerſa labia doloſa, & linguam magniloquam.* Item bonis omnibus talis aduerſatur. Pſalm. *Muta fiant labia doloſa, quæ loquuntur aduerſus iuſtum iniquitatem in ſuperbia, & abuſione.* Item talis malus prædicatur, quia, ſcilicet, vnus doloſus, poſtquam cognitus eſt, ab omnibus diffamatur. Prouer. 14. *Filio doloſo nihil erit boni,* & Prou. 20. *Statera doloſa non eſt bona.* Item talis doloſe meditatur. Pſalm. *Locuti ſunt vanitates, & dolos tota die meditabantur.* Item talis verba falſa continue fatur. Pſalm. *Verba oris eius iniquitas, & dolus.* Contra illud. *Prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum.* Item talis mala ſemper machinatur. Pſalm. *Lingua tua ſemper concinnabat dolos.* Et alibi *Sicut nouacula acuta feciſti dolum.* Item talis malum ſemper operatur. Omnia enim mala opera omnium habent à dolo, videlicet,

Deceptio cunctorum,
Deſtructio regnorum,
Occiſio iuſtorum.

Cunctorum (dico) eſt deceptio Eccl 11. *Multæ ſunt inſidiæ doloſi.* Et ibi. *Ab vno doloſo augetur ſanguis,* id eſt, regnorum tranſlatio, & deſtructio Eccl 10. *Regnum transfertur de gente in gentem, propter iniuſtitias & iniurias & moleſtias & diuerſos dolos.* Iuſtorum etiam occiſio & interſectio. Vnde de Abner dicitur 2. Reg 3. quod *adduxit eum Ioab ad mediū portæ, vt loqueretur ei in dolo, & interfecit eū, &c.*

## Dominus. Dominari.

Dominus nomen auctoritatis & poteſtatis, A iuriſdictionis & prælationis, ſuperioritatis & ſublimitatis eſt. Et ideo nomē domini in duo principaliter eſt diuidendū, ſc. in diuinū & humanū. Diuinū n. dominium eſt cum omni reuerentia venerandum, humanum vero cum omni temperantia eſt moderandum. Dicamus ergo primo de dominio cœleſti & ſuperiori. Iſtud enim valde eſt iucundum, & honorandum. Omnia n. ſeruiunt, & obediunt ſuo ſuperiori, & per eius influentiam ſe regulant, & gubernant. Planetæ n. dominantur rebus inferioribus Et ideo ſicut videmus, ſecundū eorū motus & operationes, coniunctiones, oppoſitiones, in ſignis varijs & diuerſis, omnia iſta inferiora mutātur, & diuerſimode gubernantur. Et, pculdubio quia ſancti & Deus nobis dominantur, & præſunt, ideo eis debemus obedire, & ſecundū morū volūtatis ipſorū nos regere, & gubernare, notq; in ſuis cōditionibus & moribus confirmare. Unde ergo dicitur Deute. 6 *Dominum Deum tuum timebis, & illi ſoli ſerui es.* Vbi aduerte, quod iſte dominus eſt timendus, amandus & ſeruiendus propter tria: ſerui es illi, inquit, ſoli, ſcilicet

Quia habet { Conditionem liberiorem, quia Dominus,
Dilectionem vberiorem, quia tuus,
Prælationem ſuperiorem, quia ſolus eſt.

Eſt igitur liberioris conditionis, quia dominus, & per conſequens nō ſeruus. Res enim cœleſtes à corruptione ſunt liberæ,

res vero elementares non sunt sine corruptione: Deus ergo, qui non solum est cœlestis, sed supercœlestis, corruptioni, & mutationi non subiacet, sed ab omnibus liber manet. Malach. 3. *Ego Dominus, qui non mutor.* Alij enim Domini non sunt, proprie liberi, habent enim altum, cui subsunt, iste vero nulli subijcitur, sed cunctis alijs dominatur. Iuxta illud Daniel. 11. *Surget vero rex fortis, & dominabitur ditione* (alias potestate) *multa* Vbi nota, quod in isto est

Maiestas incomprehensibilis, quia Rex,
Stabilitas inconcussibilis, quia fortis,
Auctoritas indepressibilis, quia dominabitur ditione multa.

Nam sicut dicit Richar. lib. 2. de Trinit. c. 15. Ille est veraciter Dominus, cuius maiestas nulla potestate premitur, cuius potestas nulla possibilitate præpeditur. Veraciter autem dici dominus non poterit, qui alienæ potestati inuitus seruit aut seruituti cedit. Impossibile est ergo plures dominos esse. Est igitur iste li-
B berioris conditionis. (Dominom inquit.) ¶ Item dico, quod iste est vberioris dilectionis, quod ostenditur cum dicitur. (Tuus.) Ipse enim factus est tuus per charitatem & pietatem. Ipse enim dat seipsum nobis per sua beneficia, dicens in Psalm. *Ego enim sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti.* Ita quod quilibet potest dicere illud Ioan. 20. *Dominus meus, & Deus meus.* Ipse enim est de natura lucis, quæ liberaliter omnibus se donat: Statim enim quod homo aperit fenestram, lux subintrat, & domum illuminat, & illustrat Sic vere Deus valde liberalis est naturæ Vbique enim per suam gratiam se dare consueuit, omnibus se per diuersa beneficia distribuit, & si fenestram cordis nostri, apertam sine obiectione peccati inuenerit, sibi liberaliter subintrat Apocalyp. 3. *Ecce sto ad ostium, & pulso si quis aperuerit mihi, intrabo ad eum.* Iste ergo est Dominus liberalis. Vnde ipse est sicut Iupiter, planeta beneuolus, qui est Dominus sagittarij & signi piscium, & sub ipso continetur honor, diuitiæ, sapientia, & ratio, secundum Astronomos Sic vere (charissimi) si nos fuerimus sagittarij, peccata nostra sagittantes per contritionem pisces, in aqua gratiæ conuersantes per deuotionem, tunc vere in bonis dominabitur, Iupiter Deus, id est, iuuans pater, qui finaliter in paradiso honores & diuitias, rationem & sapientiam nobis dabit. (Ipse ergo est tuus.) Bene ergo dicitur Matt. 22. *Diliges Dominum Deum tuum* Est igitur vberioris dilectionis vel compassionis.

C ¶ Denique dico, quod ipse est superioris prælationis, quod ostenditur cum dicitur. (Illi soli.) Iste enim est solus per excellentiam singularem, & ideo solus & singulariter est amandus. In Sicilia enim sunt equi, qui Dominos suos cognoscunt, & ipsos solos ad sedendum supra se & nullos alios admittunt secundum Isidor. & Solinum. Sic vere nos Christiani debemus Dominum nostrum, scilicet Deum cognoscere, & quantum ad fidem ipsum solum recipere, & ei singulariter obedire. Nullus enim alius debet à nobis recipi, vel admitti in Deum vel magistrum quia, scilicet, non debemus recipere

| | | |
|---|---|---|
| Mundum | | auaritiam, |
| Carnem | qui dominari quærit per | luxuriam, |
| Diabolum | | superbiam. |

Imo omnes istos dominos debemus respuere, & istum solummodo per fidem, & charitatem recipere, & habere. (illi inquam soli serujes.) Iuxta illud Deut. 32. *Dominus solus dux eius fuit, & non erat cum eo Deus alienus.* Quod est, hodie contra multos, qui de carne, mundo, & diabolo faciunt Deum suum, & Dominum pariter, & magistrum, ita quod illi non seruiunt Deo soli, sed potius dijs pluribus & magistris. Sicut enim dicitur Rom. 6. *Eius serui estis, cui obedistis* Et quia tales obediunt mundo auare congregando, carni luxuriose viuendo, diabolo superbe se habendo, ideo talium dominorum seruos se efficiunt, & à Deo fugiunt, & recedunt. Et tamen quod nos debeamus istos tres dominos, scilicet superbiam, auaritiam, & luxuriam, euitare, & fugere, patet per scripturam. De superbia enim & de diabolo dicitur Tob. 4. *Superbiam in tuo sensu nunquam dominari permittas.* De auaritia etiam, & de mundo dicitur, in Psalm. *Non dominetur mei iniquitas,* id est auaritia, quæ æquitatem non seruat quia scilicet vni dat, & alij aufert, vni dat multum, & alij parum,

Vnde & de mundo potest dici illud Prou. 19. *Non decent stultum diuitiæ, nec seruum dominari principibus* De carne vero, & de luxuria dicitur 1, ad Tim. 2. *Docere mulieri non permitto, nec dominari in virum.* Tales dominos, & dominia debemus horrere, & ab eisdem fugere, & cauere Cuius proh dolor fit contrarium. Vnum de hoc plangendo dicitur Thren. 5. *Serui dominati sunt nostri.* Et in Psalm. *Dominati sunt eorum, qui oderunt eos.* Ideo de talibus potest dici illud Hierem. 16. *Seruietis dijs alienis die ac nocte, qui non dabunt vobis requiem.* Esa. 26. *Domine Deus noster possederunt nos Domini absque te.* Illi enim dij, & domini, scilicet mundus, caro, dæmonia, non dant seruitoribus suis requiem, sed laborem. Notum est enim omnibus quantum luxuriosi pro luxuria laborant complenda, quantum superbi pro superbia sua honoranda militant, quantum auari pro auaritia sua seruanda circumeunt, & certant. In seruitio enim talium dominorum non debemus morari, qui, scilicet, nec in die huius mundi, nec in nocte alterius sæculi requiem suis seruitoribus donant. Sicut enim dicunt Astrologi, illi, in quibus signum sagittarij, & cœlestis constellatio dominatur, sunt homines valde mobiles, & in motu quam plurimom delectantur. Sic vere (charissimi) illi peccatores in quibus isti domini principantur, semper in motu, & labore viuunt, & in illo quamplurimum se delectant. Non seruiamus ergo talibus dominis, qui suis seruitoribus dant laborem, sed seruiamus illi soli, scilicet Deo qui secundum Psalm. *Solus est altissimus, in omni terra.* Vnde Chryso. super Matth. Christus est dominus non solum animalium, sed etiam omnium hominum Rom. 10. *Idem Dominus.* Et 1. Cor. 8. *Nobis autem est vnus dominus Iesus Christus* Patet igitur, quod iste dominus est seruandus, & amandus, quia habet, vt dictum est,

Prælationem superiorem,
Dilectionem vberiorem,
Conditionem liberiorem.

Et hoc de domino cœlesti sufficit quo ad præsens. Et si vis adhuc probare, quod Dominus debet à nobis honorari, amari, & revereri, notare potes, quod hoc debet esse, quia pro certo est

Sapiens, & luminosus ad cunctos gubernandum,
Potens, & virtuosus, ad malos eneruandum,
Dulcis, & amarosus, ad bonos sociandum,
Iustus, & rigorosus, ad recte iudicandum,
Humilis, & obsequiosus, ad cunctis famulandum,
Pius, & solatiosus, ad tristes confortandom,
Altus, & gloriosus, ad cunctis imperandum,
Placidus, & gratiosus, ad boos delectandum;

¶ Dico ergo, quod ille est ad nos gubernandum seu iter monstrandum clarus, & luminosus. Esa. 60. *Erit tibi Dominus in lucem sempiternam.* Item ad malos eneruandum, potens, & virtuosus Psalm. *Dominus fortis, & potens, Dominus potens in prælio.* Item ad bonos associandum, dulcis, & amorosus, Psalm. *Dominus virtutum nobiscum.* Et 2. Paralip. 15. *Dominus vobiscum, quia fuistis cum eo.* Item ad recte iudicandum, iustus, & rigorosus Hierem. 23. *Hoc est nomen, quod vocabunt eum, Dominus iustus noster.* Et Esaiæ 23. *Dominus iudex noster, Dominus legifer noster.* Et Iohel. 2. *Rectæ viæ Domini, iusti ambulabunt in eis.* Item est ad nobis famulandum, humilis, & obsequiosus. Gal. 4. *Nihil differt à seruo, cum sit Dominus omnium.* Item ad nos confortandum, benignus, & solatiosus Ezech. 34. *Manus autem Domini erat mecum confortans me.* Item ipse est ad cunctis imperandum, celsus & gloriosus. Esaiæ 6. *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum.*

Item est ad omnes delectandum, placens & gratiosus, quod potissime fiet in patria, quando verificabitur illud Ioan. 20. *Gauisi sunt discipuli viso Domino.* Talis ergo Dominus debet timeri propter potentiam Psalm. *Timete Dominum omnes sancti eius.* Debet enim vereri propter iustitiam Psalm. *Iustus Dominus, & iustitias dilexit.* Debet amari propter clementiam. Psalm. *Misericors & miserator dominus patiens, & multum misericors.* Sic ergo patet, quod est vnum dominium summum & cæleste. ¶ Secundo D
principaliter dico, quod est vnum dominium prælationis. De quo 1. Reg. 9. *Ecce vir, quem dixeram tibi, iste dominabitur populo meo.* Et hoc est humanum dominium seu terrestre. Et sic dominium accipitur pro quacunque iurisdictione, prælatione, & superioritate.

Debet igitur dominari. Primo sibi, secundo alijs. Sibi dico, regulando motus mentis interiores, & refrenando actus carnis exteriores faciendo fructus morum vtiliores. Alijs etiam, scilicet, subditis, ordinando & gubernando personas inferiores. Dominari ergo debemus interioribus, exterioribus, & inferioribus. Dominemur igitur interioribus, id est, mentis appetitibus & voluntatibus, quia sicut dicitur Prouer. 16. *Melior est patiens viro forti, & qui dominatur animo suo, expugnatore*

*virtum*. Item dominetur exterioribus carnis desideriis & voluptatibus. Vnde Baruch. 3. *Dominantur super bestias, quæ sunt super terram*. Item dominemur subditis inferioribus Genes. 32. *Esto dominus fratrum tuorum*. Et Luc. 22. *Reges gentium dominantur eorum*. De talibus igitur dominijs potest exponi illud Gen. 1. *Dominamini piscibus maris & volatilibus cœli & vniuersis animantibus, quæ mouentur in terra*. Vbi nota, quod volucres cœli sunt animi motus, pisces maris sunt carnis affectus, animantia terræ sunt subditorum cœtus. De bono igitur domino, qui tam sibi quam alijs dominatur, potest intelligi illud Genes. 27. *Esto Dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante filij matris tuæ*.

E ¶ Ecce hic tres conditiones, quæ in bono homine iudice vel domino vel prælato debeat potissime reperiri: Debent enim habere

Constantiæ vigorem. (Esto inquit.)
Clementiæ dulcorem. (Fratrum tuorum.)
Iustitiæ rigorem. (Incuruentur ante te.)

¶ Sit igitur iudex vel prælatus constans & solidus & immutabilis, dulcis & fluidus, & incompassibilis, fortis & rigidus & inflexibilis. Habeat igitur dominus moralis, scilicet, superior, vel prælatus constantiæ vigorem. Debet enim esse constans, & in bono proposito perseuerans, quod ostenditur cum dicitur. (Esto inquit) Istud enim verbum sum, es, signat essentiæ vel existentiæ veritatem ad denotandum, quod illi, qui sibi & alijs volunt debite dominari, non debent esse mutabiles & inanes, sed magis stabiles atque firmi. Superiora enim sunt magis stabilia & durabilia, quam inferiora, sicut patet de cœlo & stellis, quorum essentia non mutatur. In quo instruimur, quod illi, qui sunt superiores & domini, debent esse stabiles atque firmi. Superiora enim sunt magis stabilia, quam inferiora. Non enim debent variari vel mutari ad modum puerorum, quia vere nec verba detractoria vel adulatoria sibi dicta debent ipsos faciliter immutare. Sicut enim dicit Hippocrates, subitæ mutationes fallaces sunt, & naturæ penitus inimicæ. Et ista sunt contra multos similes hyænæ, quæ est bestia mutabilis, mutatur enim sexus de masculo in fœmellam. Similes etiam cuidam fonti Idumææ, qui dicitur fons Iob, qui quater in anno mutat colorem. Similes etiam speculo, quod ad faciem cuiuslibet superuenientis nouam recipit imaginem. Sic proculdubio multi sunt hodie domini, prælati valde varij & mutabiles, nunc enim inueniuntur masculi per strenuitatem, nunc fœminæ per imbecillitatem contra illud Deuter. 22. *Non induetur vir veste fœminea*. Et Esa. 3. *Mulieres dominatæ sunt eis*. Ad impressionē enim cuiuslibet superuenientis, siue detractor alios accusans, siue sit adulator sibimet applaudens, nouam faciem ostendunt, ita quod nunc in lætitiam, nunc in tristitiam, nunc in iram, nunc in clementiam, vultum vertunt. Non sic debet esse (charissimi) quia vere bonus homo vel dominus, & prælatus debet habere constantiæ atque propositi firmitatem. (Esto inquit) vnde 1. Reg. 18. *Esto vir fortis, & præliare prælium domini*, & Eccle. 5. *Esto firmus in via Domini*. Habeat ergo constantiæ vigorem.

F ¶ Iterum debet habere clementiæ dulcorem. Quod ostenditur cum dicitur (Fratrum tuorum) subditos enim debet reputare fratres, & ad eos, vt ad fratres clementer, & benigniter se habere. Genes. 27. *Fratres tuos visitabis, si recte agant*. Dicat igitur quilibet subdito suo. *Ne quæso sit iurgium inter te, & me, fratres enim sumus*. Magis enim debet vti prælatus fraterna admonitione, quam aspera correctione. Vt enim dicit Seneca lib. de Clementia ad Neronem seruis imperare moderate, laus est. Et ibidem dicitur remissius imperanti, melius paretur. Quod vtique est contra multos dominos, & prælatos, qui non habent clementiam, sed sæuitiam, non pietatem, sed crudelitatem, non æquitatem, sed iniquitatem, ita quod ipsi non reputant alios fratres suos, sed magis famulos atque seruos. Istud patet in iudicibus & prælatis, exactoribus & tyrannis, qui recte sunt similes scorpioni. Est enim secundum Plinium, genus scorpionis, quod quindecim filios parit, sed postquam ipsos peperit, omnes eos interficit, & occidit. Quia vere multi sunt, qui proprijs filijs, scilicet fratribus & subditis taliter sunt infesti, quod per rapinas & exactiones ipsos depopulant, & occidunt, cum tamen possent eos per clementiam castigare. De talibus ergo malis dominis dicitur Esa. 52. *Dominatores eius inique agunt*. De diabolo ergo potest dici illud, quod de Bacbide dicitur 1. Machab. 9. quod ipse *elegit impios viros, & constituit eos dominos regionis*. Non sic ergo sed habeat clementiæ dulcorem.

G ¶ Debet insuper habere iustitiæ rigorem, quod ostenditur, cum dicitur: Incuruentur ante te filij matris tuæ. Curuare enim debet per iustitiam illos, quos nequit per clementiam emendare: vt enim dicit Gaius 10 epistola. Qui corripit peccantem, peccare impedit. Et ideo dicitur: Eccl. 32. *Iugum & lorum curuant collum durum*. Animalia enim syluestria verberibus domantur, sicut vrsus & elephas. Bubalus etiam tantæ est ferocitatis, quod nunquam vult laborare, nisi quamdiu annulo ferreo trahitur in eius naribus immisso, quo ab agricola ducitur, & tenetur. Sic vere multi sunt ita peruersi, & syluestres & indomiti, quod nunquam nisi cum manu potenti, & brachio excelso possunt corrigi, vel domari. Necesse est enim, quod cum annulo ferreo, id est, cum forti & dura correctione manu teneantur, & ad disciplinam, & obedientiam compellantur. Esa. 19. *Rex fortis dominabitur eorum*. Et Psalm. 88. *Tu dominaris potestati maris, motum autem fluctuum eius tu mitigas*. Mare enim subditum proteruum & fluctuosum designat.

Dominus enim habens bouem cornupetam, non debet ipsam libere dimittere, sed magis clausum tenere, alias si hominem occideret, teneretur homicidij, sicut dicitur. Exod. 21. *Bos cornupeta est subditus proteruus & insolens*, qui pro certo sub clausura disciplinæ & correctionis debet teneri per prælatum, alias crimina, quæ committeret, in prælatum & dominum redundabunt.

Incuruentur ergo Eccle. 30. *Curua ceruicem eius*, (scilicet filij tui) *in iuuentute, & tunde latera eius, dum infans est*. Sic ergo patet, quod bonus prælatus & dominus debet esse rigidus per iustitiam, fluidus per clementiam, solidus per constantiam. Sed si vis, inuehe & dic, quod moderni domini superiores, prælati, iudices & principes non sunt tales, imo pro certo sunt molles sine constantia, crudeles sine clementia, imbecilles sine audacia, ignobiles sine excellentia. Domini ergo moderni stabilitate carent, quia scilicet ipsi sunt effœminati & sine virtute Esa. 3. *Dabo pueros principes eorum, & effœminati dominabuntur eis*. Item isti crudelitate ardent, seu feruent Esaiæ 19. *Dabo Aegyptum in manu dominorum crudelium*. Item isti crudelitate virent, seu imbecillitate marcent, quia scilicet ipsi homines non sunt, nisi mulieres 2. Esdr. 4. Esa. 3. *Scite ergo ô viri vos oportet quoniam mulieres dominantur vestri*.

Item nobilitate carent. Threno. 5. *Serui dominati sunt nostri, non qui redimeret de manu eorum*. Serui dico, scilicet, vitiorum & iniquitatum. Et tamen scriptum est Prouerb. 19. *Non decet seruum dominari principibus*, id est, malos bonis, &c. Et hoc de domino sufficit quo ad præsens. De domino vero prout sumitur literaliter respectu seruorum, nihil volui ponere, pro eo quod opus istud non intendit agere de rebus nisi prout possunt moraliter intelligi, & ad salutem animarum exponi.

## Domus

A Nota, quod domus multipliciter sumitur in scriptura. Est enim domus humana, domus diuina, & domus mūdana. Primo dico, quod domus humana est triplex.

Prima est corpus, in qua anima commoratur,
Secunda est mundus, in qua totus mundus hospitatur,
Tertia est sepulchrū, in qua corpus sine anima copulatur.

De domo corporis dicitur 2. Cor. 5. *Terrestris domus nostra huius habitationis dissoluitur*. De domo huius mundi dicitur Hierem. 7. *Spelunca latronum facta est domus ista*. De domo sepulchri dicitur Ecclesiast. 12. *Ibit homo in domum æternitatis suæ*. Et in Psalm. dicitur. *Sepulchra eorum domus illorum in æternum*. Istæ sunt ergo domus humanæ. ¶ Secundo dico, quod sunt domus diuinæ, & istæ sunt B sex: habet enim Deus

Dumum { Interiorem, Exteriorem, Inferiorem, Secretiorem, Nobiliorem, Superiorem.

Domus interior est conscientia, de qua potest dici illud Psalm. *Domum tuam decet sanctitudo*. Domus exterior est religio vel Ecclesia, de qua Marci 11. *Domus mea, domus orationis vocabitur* Domus inferior est sacra scriptura, de qua Prouerb. 9. *Sapientia ædificauit sibi domum*. Domus secretior, est virgo Maria 1. Paralipom. [illegible] *cogitaui ædificare domum, in qua requiesceret arca Domini*. Domus nobilior est caro propria, quæ scilicet, est domus Diuinitatis Vnde de Hierusalem, id est, de beata Virgine,

gine, & de domo propriæ humanitatis dicitur Zac. 1. *Reuertar ad Hierusalem in misericordia domus mea ædificabitur in ea.* Domus superior est cœli patria, de qua in Psalm. *Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ.* Istæ igitur sunt domus diuinæ.

C ¶ Tertio dico, quod sunt etiam domus mundanæ, & illæ sunt status & habitationes hominum mundanorum, qui generaliter possunt esse tres, scilicet,

Status:
- Mundanæ prosperitatis,
- Mundanæ aduersitatis,
- Infernæ pœnalitatis.

In domo prosperitatis diuites lætantur, quia sicut dicitur in Psal. *Gloria & diuitiæ in domo eius.* In domo aduersitatis miseri tristantur. De quo Eccl. 7. *Melius est ire ad domum luctus, quam ad domum conuiuij.* In domo pœnalitatis damnati versantur scilicet in inferno dicentes illud Iob. 17. *Infernus domus mea est, & in tenebris straui lectulum meum.* Sic igitur patet, quod sunt aliquæ domus diuinæ, aliquæ domus humanæ, aliquæ domus mundanæ. De istis ergo domibus parum intendo dicere, quia satis dixi in tractatu de sermonibus, in sermone de purificatione qui dicitur:

D *Adduxit eum in domo Domini.* ¶ Ne tamen ita remaneat ista materia hic intacta, possumus notare, quod est

Domus:
- Laboris,
- Honoris,
- Dulcoris,
- Horroris.

Prima est domus laboris, quæ est domus huius mundi. Ista est enim plena miserijs & tribulationibus infinitis. Ista est illa domus de qua dicitur, quod venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt super domum illam, & cecidit. Istam ergo domum debemus fugere, & horrere. Formicæ enim in bono odore delectantur, & ideo si quis domos suas fumo malo & fœtido suffumigauerit, ipsas continue dimittunt, vt dicit Plinius. Tasus etiam inueniens domum suam stercore vulpis fœtidam, dimittit eam. Sic vere, charissimi, quia domus huius mundi est, fumo, scilicet, superbiæ & vanitatis plena, & est plena stercore fœtido luxuriæ & fœditatis, ideo debemus ipsam dimittere, & eam cordialiter abhorrere Esaiæ 6. *Domus impleta est fumo.* Et 2. Paral. 36. *Polluerunt templum Domini.* Ista est ergo domus laboris, quia ibi nulla perfecta requies inuenitur. Vnde ista est sicut quædam domus cœlestis, id est, quoddam cœleste signum, scilicet, quod dicitur scorpius, quod secundum Misael est domus mortis, timoris, delicti, & laboris, belli, & damni. Sic vere charissimi, mundus potest dici domus mortis, quia ad mortem æternam deducit: Prouerb. 2. *Inclinata est ad mortem domus eius.* Item domus est timoris. In mundo enim nulla est securitas. Ideo dicitur Ecclesi. 27. *Nisi in timore Domini tenueris te, instanter subuertetur domus tua.* Item mundus est domus delicti, laboris, belli, & damni, quia ad literam in mundo non est nisi scelus & corruptio, nisi labor & vexatio, nisi bellum & dissensio, nisi damnum & perditio. Vnde ista est domus, de qua dicitur Hiere. 9. *Ascendit mors per fenestras vestras, ingressa est domus vestras.* Et sic ergo patet, quod ista est domus laboris Prouerb. 5. *Labores tui erunt in domo aliena.*

E ¶ Secunda est domus honoris, & ista est domus status Ecclesiæ & religionis, qui vere status est decoris & honoris. Ista vero domus debet esse mundissima, quia sicut dicitur in Psalm. *Domum tuam Domine decet sanctitudo.* Apes enim valde diligunt munditiam, & ideo intra domos suas teatiles vbi manent nunquam aliquid stercorizant, imo vt dicit Plinius antequam intreut domos suas foris dimittunt & eijciunt fæces suas. Sic vere charissimi, domum Ecclesiæ, vel religionis in qua sumus, debemus mundissime seruare & tenere, nec ipsam debemus fæcibus alicuius peccati luxuriæ maculare, sed omnia foras eijcere & fugare Psalm. *Perambulabam in innocentia cordis mei in medio domus meæ.* Et debemus notare, quod in ista domo debent esse flores

- Honestæ conuersationis,
- Fructus vberis compassionis,
- Laudes diuinæ exultationis.

Sit igitur in ista domo conuersatio speciosa Psalm. *Plantati in domo Domini, in atrijs Domini Dei nostri florebunt.* Sit etiam compassio vel operatio fructuosa Psal. *Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ.* Vxor est bona voluntas, quæ debet bonis fructibus abundare. Sit insuper ibi exultatio gaudiosa scilicet lætitia spiritualis & laus diuina & gratiarum actio, &c. Psal. *Beati, qui habitant in domo tua Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te.* Sed proh dolor charissimi, hodie conqueritur Dominus de multis malis Ecclesiasticis, qui sunt in ista domo, dicens Hierem. 11. *Quid est, quod dilectus meus in domo mea facit scelera multa?* Scelera enim multa in ista domo committuntur, ita quod de illa domo potest dici illud, quod dicitur Esai. 13. *Replebuntur domus eorum draconibus, & habitabunt ibi struthiones, & pilosi saltabunt ibi, & respondebunt ibi vlulæ in ædibus eius, & Sirenæ in delubris voluptatis.* Dracones enim, qui ignem spirant, sunt illi, qui per auaritiam inflammantur. Struthiones aues ponderosissimæ sunt illi, qui pigritia aggrauantur. Pilosi qui videntur esse homines & tamen sunt bestiæ, sunt illi, qui per hypocrisim palliantur. Vlulæ, quæ sunt aues horribiliter clamantes, sunt illi, qui per inuidiam obloquuntur. Sirenæ, quæ sunt monstra fœminea, sunt illi, qui per luxuriam maculantur. Tales igitur bestiæ sunt personæ in Ecclesia sancta Dei, in magnis officijs constitutæ, bonæ vero & dignæ extra domum dimittuntur, & loco earum maligni & indigni substituuntur. Ideo isti possunt plangere illud Thren. 5. *Hæreditas nostra versa est ad alienos, domus nostra ad extraneos.* Non sic ergo, sed illi, qui sunt in ista domo, sint boni & sancti, quia est domus honoris.

¶ Tertio dico, quod est domus dulcoris, & illa est domus gloriæ paradisi, vbi sancti dulcissime recreantur, vbi angeli dulcissime modulantur, vbi Deus dulcissime speculatur, vbi homo dulcissime iucundatur. De ista domo dicit Dauid in Psalm. *Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, in domum domini ibimus.* In ista domo est claritas sine obscuritate, fertilitas sine paupertate & charitas sine odio, & satietas sine fastidio. Bene ergo dicitur in Psalm. *Replebimur in bonis domus tuæ sanctum est templum tuum, mirabile in æquitate.* Signum enim leonis est domus Solis in isto enim signo fuit Sol creatus & factus, & in ipso etiam est ipsius solis summa exaltatio. Et ista domus, secundum Misael dicitur esse domus filiorum, nouorum vestimentorum, librorum pariter, & honorum. Ista domus charissimi, est paradisus, quæ pro certo est illa domus, in qua sol iustitiæ Dei filius fuit æternaliter generatus, & in qua est humaniter exaltatus. Quia vere charissimi, ista est domus filiorum (ecce charitas) nouorum vestimentorum (ecce puritas) Librorum (ecce scientia) honorum (ecce eminentia.) In ista enim domo est charitas, quia omnes sunt eiusdem patris filij, est puritas, quia omnes sunt noui, est scientia, quia omnes sunt libri digito Dei scripti, est eminentia, quia omnes sunt honorati. De ista ergo domo dicitur Baruc. 3. *O Israel quam magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius.* Ista est ergo domus dulcoris.

¶ Quarto dico, quod est domus horroris, & ista est domus infernalis vbi vmbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. De ista domo potest dicere quilibet damnatus, vel damnandus illud præallegatum Iob 17. *Si dormiero domus mea infernus est.* Patet ergo, quod est quædam domus G

- Abhorrenda,
- Affectanda,
- Habitanda,
- Detestanda.

¶ Sed adhuc nota quod nos possumus loqui,

De domo Dei:
- secretiori,
- interiori,
- exteriori,
- Illustriori.

Domus:
- Prima est Virgo Maria,
- Secunda est conscientia,
- Tertia est præsens Ecclesia,
- Quarta vero cœlestis patria.

Prima, Secunda, Tertia, Quarta est frequentanda per:
- deuotionem,
- compunctionem,
- orationem,
- contemplationem & affectionem.

¶ Prima ergo domus est frequentanda per deuotionem. Ista est Virgo Maria, quæ fuit secretissima domus Dei, &c. Hæc est ergo domus frequentanda per deuotionem. Secundo dico quod est domus frequentanda per compunctionem, & ista est conscientia. Debet ergo frequentari domus conscientiæ, per compunctionem, contritionem, & considerationem. Vnde Luc. 15. dicitur de muliere, quæ drachmam perdidit, *quod accendit lucernam, & euertit domum, & quærit diligenter, donec inueniat.* Mulier H



Diction. Berchorij.

ista est ratio, pro certo quando se videt per peccatum drachmam diuinæ gratiæ amisisse, lucernam discretionis debet accendere, & domũ consciẽtiæ per compunctionem & discussionem debet euertere, & per diligentem sui examinationem debet inquirere, vt sic drachmam, quam amiserat, id est, gratiam & gloriam possit retinere vel habere. Ista est domus Dei, in qua principaliter dormit. Et ideo pro certo debet esse domus pura, domus clara, domus secura, pura (dico) per innocentiam clara per sapientiam, secura per spem & fiduciam, strata per humilitatem, lata per charitatem, apta per contemplationis sublimitatem, quia sicut dicitur in Psalm. *Domum tuam Domine decet sanctitudo in longitudine dierum*. De ista domo potest exponi illud quod dicit ille astrologus Misael, de domo solis, id est, de signo leonis, quæ est quædam cœli regio, quæ continet duodecimam eius portionem, quia sicut dicit ipse signum leonis est igneum masculum, diurnum, fixum. Domus solis est signum eius, exultatio cuius prima facies est Saturni, secunda Iouis, tertia Martis. Et ista etiam dicitur domus filiorum, librorum, nouorum vestimentorum, & honorum. Reuera (charissimi) ista scilicet conscientia debet dici

Domus
- Solis, id est, Christi per gratiæ habitationem,
- ignea per charitatem & dilectionem,
- masculina per probitatem & perfectionem,
- diurna per verbi diuini illuminationem,
- firma, quæ fundata supra firmam petram fidei, non

*cecidit ad impulsum ventorum*, sicut dicitur Matth. 7. Quamuis forte de multis potest verificari illud Hierem. 45. Vbi dicitur, quod *vnus rex conteret statuas domus Solis*. Et ideo bene sequitur, quod in tali domo bene debent hospitari tres hospites, id est, tres spirituales stellæ, scilicet, Saturnus, Iupiter, & Mars, Saturnus, qui dicitur à saturando, signat virtutem pietatis, quæ habet alios saturare. Iupiter qui etymologizatur iuuans pater, qui est planeta beneuolus, signat virtutem benignitatis, quæ habet benigniter adiuuare.

Mars qui dicitur Deus belli, signat virtutem constantiæ & probitatis, vel virtutem audaciæ & strenuitatis, quæ habet vitia debellare. Quia vere (charissimi) istæ tres virtutes scilicet pietas, & benignitas & strenuitas debent in domo conscientiæ nostræ & maxime prælatorum, & ecclesiasticorum iugiter hospitari. Et sic illa dicetur domus filiorum, librorum & nouorum vestimentorum. Quia vere charissimi, illi, qui sunt filij Dei per adoptionem, qui sunt libri per literatum eruditionem, qui sunt noua vestimenta per innocentiæ renouationem, debent tales domos scilicet conscientias puras habere, & in talibus habitare, iuxta illud Psalm. *Habitare facit sterilem in domo, matrem filiorum lætantem* Ista est ergo domus Dei per compunctionem frequentanda scilicet conscientia, quæ est domus solis, id est, Christi qui ibidem per gratiam requiescit. Ista enim figuratur in illis domibus in quibus legitur Dominus introisse, scilicet in domo Simonis, vbi febricitantem sanauit Luc. 4. Item in domo Simonis leprosi, vbi Magdalenam absoluit, Luc. 7. Item in domo Zachæi, vbi eum ad adamare eleomosynas inspirauit Luc 19. Item in domo Iayri, vbi filiam mortuam suscitauit Marci 5. & sic de alijs.

Quia vere cum Christus domum conscientiæ nostræ ingreditur per gratiam, tunc febris auaritiæ curatur, filia, id est, anima mortua suscitatur, culpa remittitur, & mens ad dandum eleemosynas dilatatur. Sed pro certo charissimi, multi sunt hodie, qui habent domum conscientiæ ruinosam per inconstantiam, luxuriosam per immunditiam, obscuram per ignorantiam, litigiosam per discordiam, fœdam & immundam per luxuriam Et ideo pro certo Christus in tali domo non quiescit, imo sicut taxus inueniens domum suam fœdatam à vulpe, ipsam abhorret & deserit. sic Christus domos, id est, conscientiam talium à diabolo per diuersa vitia maculatam abhorret, & derelinquit, di-

I censillud Hier. 7. *Spelunca latronum facta est domus ista*. ❡ Et si vis, dic, quod conscientia impij potest dici domus

Ruinosa, quia nimis inalcatur per superbiam,
Lata, quia nimis dilatatur per auaritiam,
Obscura, quia nimis obfuscatur per ignorantiam,
Non secura, quia bellis impugnatur per iracundiam.
Diuisa, quia nimis dissipatur per discordiam,
Vacua, quia bonis spoliatur per nequitiam,
Immunda, quia nimis maculatur per luxuriam,
Desertam, quia non habitatur per gratiam & iustitiam.

❡ Dico ergo, quod conscientia malorum domus est alta, quia superbia eleuatur, & tamen scriptum est Prouerbior. 17. *Qui altam facit domum, quærit ruinam*. Et Prouerbior. 15. *Domos superborum demolitur Dominus*. Item domus est lata, quia per auaritiam ampliatur. Omnia enim ambit & appetit. Et tamen scriptum est Prouerbior. 15. quod conturbat domum suam qui sectatur auaritiam. Item domus est obscura, quia per ignorantiam obscuratur Psalm. *Repleti sunt, qui obscurati sunt terræ domibus iniquitatũ*. Et Esa. 6. *Impleta est domus fumo*. Item domus non est secura, quia à culpis omnibus impugnatur. Vnde Benadad, id est, diabolus, dicit 3. Reg. 20. *Mittam seruos meos ad te, & scrutabuntur domum suam*. Item domus est diuisa, quia per discordiam dissipatur Prouerb. 17. *Melior est buccella sicca, cum gaudio, quam domus plena victimis cum iurgio*. Item domus est vacua, quia bonis omnibus spoliatur Prou. 3. *Egestas à domino in domo impij*. Item domus est immunda, quia luxuriæ fæcibus inquinatur Iob 4. *Qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum, consumentur velut à tinea*. Item domus est deserta, quia à Deo nullatenus, sed magis à latronibus, id est, à dæmonibus habitatur Iob 15. *Habitabit in ciuitatibus desolatis, & in domibus desertis, quæ in tumulos sunt redactæ*. Non sic, charissimi, sed habeamus conscientiam puram & mũdam. quia pro certo ista est domus interior frequentanda scilicet, conscientia. ❡ Et si vis notare de domo conscientiæ potes dicere, quod illa debet esse domus

Tuta, quod facit fidei fortitudo,
Lata, quod facit amoris amplitudo,
Alta, quod facit spei seu fidei celsitudo,
Longa, quod facit perseuerantiæ celsitudo,
Clara, quod facit sapientiæ limpitudo,
Clausa, quod facit diligentiæ sollicitudo,
Secreta, quod facit pœnitentiæ solitudo,
Munda quod facit continentiæ gratitudo,
Picta, quod facit apparentiæ pulchritudo.

Sit igitur tuta & firma per fidei fortitudinem inconcussibilem. Eccles. 3. *Benedictio patris firmat domos filiorum*. Benedictio est fides. Item sit lata per charitatis amplitudinem incoarctibilem. Debet enim ista esse lata, ita quod amicos & inimicos valeat continere. 1. Para. 2. *Domus, quam ædificare cupio, magna est*. Magnus enim est Deus noster, quem scilicet charitas in hac domo debet recipere.

Item sit alta per spei celsitudinem indepressibilem 3. Reg. 7. *Aedificauit Salomon domum in saltus Libani*. Saltus enim idem est quod altum promontorium. Item sit longa per perseuerantiæ certitudinem indesectibilem Psalm. *Domum tuam Domine decet sanctitudo in longitudine dierum*. Item sit clara per scientiæ limpitudinem inobfuscabilem, Matth. 5. *Ponit lucernam super candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo sunt*. Item sit clausa per diligentem sollicitudinem circumspectibilem Esa. 24. *Clausa est omnis domus nullo introeunte*. Item est secreta per pœnitentiæ solitudinem inaccessibilem Iob 39. Cui, scilicet Onagro, *dedi in solitudine domum, & tabernacula eius in terra salsuginis*. Item sit munda per continentiæ putredinem immaculabilem 3. Reg. 10. *Vniuersa supellex domus saltus Libani erat ex auro purissimo*. Libanus interpretatur candor, & signat castitatem. Item sit picta per apparentiæ pulchritudinem indeturpabilem Eccle. 26. *Mulieris bonæ species in ornamentum domus suæ*. Ista est ergo domus interior frequentanda per dilectionem. ❡ Tertio dico, quod est alia do- K
mus Dei exterior frequentanda per orationem. Et ista pro certo, charissimi, est domus Ecclesiæ & materialis & spiritualis. De qua dicitur Esa. 56. Matt. 21. & Io. 2. *Domus mea, domus orationis vocabitur*. Quia reuera charissimi, illi, qui sunt de domo Ecclesiæ scilicet viri catholici & Christiani, & maxime ecclesiastici & religiosi, debent vacare Dei seruitio & orationi, laudi diuinæ, & gratiarum actioni. Nam pro certo de ista domo videtur intelligi illud, quod dicit Misael de quadam domo cœlesti id est, de quadam regione, & de quodam signo, quod dicitur esse domus itineris, fidei, sapientiæ, magisterij, honoris, astrorum, diuinationis, & somniorum, illos etiam, qui in eius constellatione nascuntur facit in motu literarum, vt dicit idem. Sic vere, charissimi, domus ecclesiæ & religionis, quæ domus sumus nos, secundum apostolum, debet dici domus itineris, quia pro certo nos alij, potissime ecclesiastici, debemus esse in mundo sicut in itinere & peregrinatione sc. quousque ad patriã id est ad cœlestia possimus peruenire, quia quãdiu sumus in corpore, peregrinamur à Domino. Illud vtiq; est contra mul-

tos qui

tos, qui sunt in Ecclesia & religione, qui non sunt sicut in peregrinatione, sed sicut in patria quia sc. præsentibus non vtuntur, sed fruuntur. Item ista debet esse domus fidei, quia vere fides catholica & fidelitas amoris debet in religione & Ecclesia potissimæ inueniri, quod est contra multos, qui pro certo & quantum ad Deum, & quantum ad proximum, & quantum ad Ecclesiam, sunt proditores, & infideles, sicut hæretici, qui sunt contra Deum, schismatici, qui sunt contra Ecclesiam, falsi amici, qui sunt infideles contra proximum. Ideo Prou. 20. dicitur. *Virum autem fidelem quis inueniet?* Item ista debet esse domus sapientiæ, magisterij, & honoris, quia reuera viri Ecclesiastici debent esse præ cæteris sapientes, & per consequens magistri ductores & doctores aliorum, & sic erunt præ cæteris honorati. Ista enim se debent habere per ordinem sc. sapientia & magisterium & honor. Quod est contra multos, qui reuera non habent sapientiam, sed ignorantiam, non magisterium, sed vituperium, non honorem, sed horrorem. Ideo de talibus dicitur Hierem. 49. *Non vltra est sapientia in Theman, perijt consilium à filijs.* Item ista debet esse domus astrorum, & diuinationis, quia vere (charissimi) de istis astris & cœlestibus, i. de bonis æternis & perpetuis debemus diuinare, cogitare, & tractare Genes. 15. *Suspice cœlum, & numera stellas si potes.* Quod est contra multos, qui non diuinant, nec præcogitant de æternis, sed potius de terrenis, sicut sunt auari, qui oculos suos statuerunt declinare in terram. Item ista debet esse domus somniorum, quia reuera boni somniare debent de occultis per cōsiderationem, scil. cogitando de præteritis, i. de peccatorum peruersitate, de præsentibus, id est, de mundana volubilitate, de futuris, id est, de mortis & iudicij acerbitate, de inferioribus, id est, de ignis infernalis asperitate, de superioribus, id est, de patriæ supernæ iucunditate. Ideo de talibus somnijs dicitur Dan. 1. *Et Danieli dedit Deus intelligentiam omnium visionum & somniorum.* Et sic bene dico (charissimi) quod status Ecclesiasticus potest dici domus Dei, quæ debet frequentari per deuotionem. Quia etiam si quis ab ista domo abierit peccando, statim illuc per pœnitentiam reuenire debebit emendando; dicens illud Luc. 11. *Reuertar in domum meam vnde exiui.* Et de hoc potest exponi illud, quod de Moyse dicitur Actorum 7. *Nutritus est tribus mensibus in domo patris sui.* Tres enim menses sunt pœnitentiæ partes, quibus oportet in domo Ecclesiæ viuere, & manere. Ita est ergo propriè domus Dei, in qua multæ sunt cameræ, id est, multi status & officia, iuxta illud supra dictum Ioh. 14. *In domo patris mei, mansiones multæ sunt.* Vnde de illa domo dicitur 3. Reg. 10. *Videns Regina Saba omnem sapientiam Salomonis, & domum, quam ædificauerat, & cibos mensæ eius, & habitacula seruorum, & ordines ministrantium, vestesque eorum, & pincernas, & holocausta, quæ offerebat in domo Domini, non habebat vltra spiritum.* Quia reuera (charissimi) pulchrum est videre in domo Salomonis, id est, in Ecclesia sancta cibos mensæ eius, id est, sacræ scripturæ refectionem, habitacula seruorum, id est, diuersorum statuum discretionem, ordinem ministrantium, id est, Dei seruorum ordinatam conscientiæ conditionem, vestes eorum, id est, exteriorem honestam conuersationem, pincernas, qui vinum fundunt, id est, prædicatores lætificantes per consolationem, holocausta Domini, id est, bonorum operum immolationem. Et ideo de ista domo dicitur Prou. 9. *Sapientia ædificauit sibi domum, miscuit vinum, & posuit mensam.* Et nota, quod Ecclesia est domus, quam debent inhabitare, & in eius dignitatib. præeminere viri boni & non mali. Iuxta illud Ecclesiast. 11. *Non omnem hominem inducas in domum tuam.*

L ¶ Sint ergo ibi

- Simplices & innocentes,
- Stabiles & patientes,
- Humiles & abstinentes,
- Pauperes & indigentes,
- Concordes & consonantes,
- Flebiles & pœnitentes,
- Subtiles & contemplantes,
- Diuites & abundantes.

¶ Ibi ergo habitare debent viri simplicitatis & innocentiæ, Psalm. *Perambulabam in innocentia cordis mei in medio domus meæ.* Item viri stabilitatis & permanentiæ Psalm. *Qui statis in atrijs domus Dei nostri.* Item viri humilitatis & abstinentiæ. Humilitatis dico Psalm. *Non habitabit in medio domus meæ, qui facit superbiam.* Et abstinentiæ Prouerb. 27. *Sufficiat tibi lac caprarum in necessaria domus tuæ.* Item viri calamitatis & indigentiæ. Ad domum enim Dei non vadunt diuites, sed pauperes, sic nec ad beneficia Ecclesiæ Lucæ 14. *Voca pauperes, & nudos, & compelle intrare, vt impleatur domus mea.* Item viri concordiatis & amicitiæ Psalm. *In domo Dei ambulauimus cum consensu.* Item viri flebilitatis & pœnitentiæ. Vnde de Ezech. dicitur Esa. 37. *Quod obuolutus est sacco, & intrauit domum Domini.* Item viri subtilitatis & eminentiæ, scilicet viri, qui cœlestia contemplantur Esa. 2. *Venite ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob.* Item viri spiritualis facultatis & abundantiæ, scilicet, qui in virtutibus sunt diuites Psalm. *Gloria & diuitiæ in domo eius.* Et alibi in Psalm. *Replebimur in bonis domus tuæ.* Sed heu proh dolor, pro certo tales non videntur esse habitatores in domo Dei, quæ est Ecclesia. Non enim hodie promouentur tales sufficientes viri, sed potius inhabiles & inepti. Vnde Hierem. 32. *Posuerunt idola sua in domo, in qua inuocatum est nomen meum, vt pollueret eam.* Idola inquit sua, id est, nepotes & parentes, fatuales & ignorantes. Et ideo ista domus iam non videtur à sæculari statu differre, *Sicut enim populus, sic sacerdos,* Esa. 24. Vnde Ezech. 25. *Ecce sicut omnes gentes, domus Iuda,* quia sicut dicitur Ezech. 22. *Versa est mihi in scoriam domus Israel.* Et Oseæ 6. dicitur. *In domo Israel vidi horrenda.*

¶ Notabis ergo, quod domus Ecclesiæ potest hodie dici domus

- Ardoris & auaritiæ,
- Erroris & ignorantiæ,
- Horroris & immunditiæ,
- Furoris & pestilentiæ,
- Gulositatis & gastrimargiæ,
- Pompositatis atque superbiæ,
- Vacuitatis & indigentiæ,
- Impietatis & iniustitiæ,
- Rapacitatis & violentiæ,
- Mendacitatis atque fallaciæ,
- Dolositatis & fraudulentiæ,
- Aduersitatis atque miseriæ.

Dico ergo, quæ ista est domus auaritiæ & ardoris Abdiæ 1. *Erit domus Iacob ignis, & domus Ioseph flamma.* Item est domus ignorantiæ & erroris Ezech. 10. *Domus repleta est nube.* Item est domus immunditiæ, & horroris. Vnde illud prædictum Oseæ 6. *In domo Israel vidi horrenda.* & Hierem. 5. *Equi amatores in fœminas in domo meretricis luxuriabantur.* Item est domus pestilentiæ & furoris. Et tamen dicitur Eccl. 4. *Noli esse sicut leo in domo tua, euertens domesticos tuos.* Item ista est domus violentiæ & gulositatis Amos 2. *Vinum damnatorum bibebant in domo Dei sui.* Item est domus superbiæ & pompositatis. Amos 6. *Væ vobis, qui opulenti estis in Sion optimates, capita populorum, ingredientes pompatice domū Israel.* Item domus est indigentiæ & vacuitatis. Pauca enim bona spiritualia sunt ibi Aggæi 1. *Domus mea deserta est.* Item domus est iniustitiæ & impietatis 2. Paralip. 36 *Interfecit iuuenes eorum gladio in domo sanctuarij.* Item domus est violentiæ & rapacitatis Esaiæ 3. *Rapina pauperis in domo vestra.* Item domus est fallaciæ & mendacitatis Micheæ 1. *Domus mendacij in deceptionem Regibus Israel.* Item domus est fraudulentiæ & dolositatis Hier. 5. *Domus eorum plenæ sunt dolo.* Item domus est miseriæ & aduersitatis, quia scilicet propter prædicta mala vitia accidunt hodie domui Ecclesiæ multa aduersa Soph. 1. *Erit fortitudo eorum in direptionem, & domus eorum in desertum.* Non sic debet esse (charissimi) sed potius domus frequentanda per deuotionem.

¶ Quarto dico, quod est alia domus Dei, scilicet, cœlestis patria, quæ est frequentanda per affectionem & contemplationem, quia reuera ista debet contemplari & desiderari. & huc quia charissimi, ista videtur esse illa domus seu regio cœlestis, quæ dicitur aries, quæ est secundum Misael signum igneum & diurnum, vel est solis exaltatio, & istud signum dicitur domus vitæ, sic vere (charissimi) domus paradisi est domus ignea propter feruorem inextinguibilis charitatis, est domus diuina propter splendorem inoffuscabilis claritas, est domus vitæ propter vigorem indefectibilis firmitatis, quia scilicet ibi perpetuo viuitis, & sine fine. Vnde Psalm. *Beati, qui habitant in domo tua Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te.* Et ideo bene dicitur, quod ibi est solis exaltatio, quia vere in domo paradisi sol, id est, boni & iusti promouentur, & etiam exaltantur, quia reuera ista est M

Domus:
- Refulgens & speciosa,
- Abundans & copiosa,
- Relucens & luminosa,
- Suauis & odorosa,
- Honorabilis & gloriosa,
- Exultans & gaudiosa,
- Delectabilis & dulcorosa,
- Admirabilis & stuporosa.

Dico speciosa Psal. *Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ.* Et Thren. 2. *Haeccine est vrbs perfecti decoris, & gaudium vniuersæ terræ.* Speciosa Baruch. 3. *O Israel quam magna est domus Dei.* Copiosa. Vnde in Psalm. *Replebimur in bonis domus tuæ.* Luminosa etiam quia sc. ibi est beata visio & congregatio Psal. *Deus in domibus eius cognoscetur.* Item odorosa Ioan. 12. *Impleta est domus ex odore vnguenti.* Item gloriosa. Vnde Aggæi 2. *Implebo domum istam gloria,* & Esa. 11. *Domum maiestatis meæ glorificabo.* Item gaudiosa. Vnde illud Psalm. *Beati, qui habitant in domo tua domine, in sæcula sæculorum laudabunt te.* Et alibi. *Qui habitare facit sterilem in domo, matrem filiorum lætantem.* Et illud Psalm. *Psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ in domo Domini.* Item dulcorosa, quia scilicet ista est dulcissima fruitio Psal. *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis potabis eos.* Item stuporosa quia scilicet ista est præ cunctis admiranda. Psalm. *Introibo in locum tabernaculi admirabilis, vsque ad domum Dei.* Ista ergo domus speciosa, copiosa, luminosa, odorosa, gloriosa, gaudiosa, dulcorosa, stuporosa. Sed reuera (charissimi) talis domus non est miserabilis, sed mundus, quia vere iste ostenditur esse domus tota contraria & diuersa. Et ideo de mundo potest intelligi illud, quod dicit Misael de illa domo, seu signo aut regione cœlesti, quæ dicitur Pisces, quæ est domus inimicitiæ, & signat laborem, susurrationem, tristitiam, dolum, maleuolentiam, & carcerem. Quia reuera (charissimi) ad literam mundus quidem domus est miseriæ & laboris, lamentationis & doloris, tristitiæ & mœroris, sc. doli, maleuolentiæ, inuidiæ & liuoris, carceris etiam & languoris. Ideo de tali domo loquitur Esaias 13. *Replebuntur domus eorum draconibus, &c.* Vide ibi. Non sic paradisus (charissimi) quia iste est domus Dei illustrior. Non sic Ecclesia quia est domus Dei exterior. Non sic etiam bona conscientia, quia iste est domus Dei interior. Non sic etiam beata Virgo, quia est domus Dei secretior, ob hæc sufficiant.

A **Donare. Donum.** Quia supra satis dictum est de dare, parum dicendū est de donare. Nota ergo, quod est donum Dei, donum iusti, donum impij, donum mundi. Deus enim est principalis donator & dator, quia scriptum est Iacob 1. *Omne datum optimum, & omne donum perfectum, desursum est descendens à patre luminum.* Primo dico, quod Deus dat hominibus spiritualia, temporalia, æternalia. Donat spiritualia scilicet gratias & virtutes. Gratia enim à solo Deo datur. Fides etiam sine merito præcedente à domino conceditur, & donatur. Vnde Eph. 2. *Gratia enim estis saluati per fidem, & hoc non ex vobis. Dei enim donum est, non ex operibus, vt ne quis glorietur, ipsius enim sumus factura.* Vnde etiam de Christo ascendente legitur Ephes. 4. *Quod ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus.* Dona dico videlicet Spiritus sancti, quia sc. Deus pater & Deus filius miserunt nobis Spiritum San. quem dederunt nobis dispensatorem domus suæ, per quem dederunt etiam multa dona. Spiritus enim sanctus dicitur, & donum & donans: donum dico Hebr. 6. *Illuminati gustauerunt donum cæleste, participes effecti Spiritus S.* donans etiam dicitur, quia sc. iste est, qui dat hominibus septem dona spiritualia, quæ sc. sibi specialiter appropriantur, videlicet,

Donum:
- Timoris, vt Deum in reuerentia habeamus,
- Consilij, vt bona prudenter eligamus,
- Pietatis, vt proximo clementer subueniamus,
- Fortitudinis, vt mala valentes sustineamus,
- Scientiæ, vt naturalia & materialia sciamus & cognoscamus,
- Intellectus, vt spiritualia contemplemus & videamus,
- Sapientiæ, vt supernaturalia degustemus & sapiamus.

¶ Ista enim sunt septem dona Spiritus sancti communia, quæ enumerantur Esaiæ vndecimo. *Vbi de flore, qui egreditur de radice Iesse dicitur, quod requiescet super eum Spiritus Domini, Spiritus sapientiæ & intellectus, Spiritus consilij & fortitudinis, Spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eum Spiritus timoris Domini.* Igitur talia dona à Spiritu sancto dantur, & diuersis diuersimode conceduntur 1. Corinth. 7. *Vnusquisque proprium donum habet, alius sic, alius autem sic.* Et bene dicitur proprium. Sicut enim video, quod vnaquæque persona propriam sibi vendicat faciem seu faciei imaginem & figuram, in quo valde differre videntur vniuersi mortales, sic etiam in facie interiori, scilicet, in mente tanta est dissimilitudo & diuersitas, quod vnusquisque proprium habet donum. Et inde est, quod vnus præcellit in vno, & alius in alio, & quod vnus est sapiens ad vnam scientiam, alius ad aliam, vni placet vna virtus, & alteri altera, quia scilicet Spiritus sanctus diuidit singulis dona sua, iuxta illud Ephes. 4. *Vnicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi.* Consulit ergo scriptura Actorum 2. dicens, *Pœnitentiam agite, & accipietis donum Spiritus sancti.* Donum dico fidei, quæ dirigit in credendis. Donum disciplinæ, quæ dirigit in cauendis. Donum prudentiæ, quæ dirigit in agendis. De fide dicitur Sap. 3. *Dabitur, inquit, illi scilicet iusto fidei donum electum, & sors in templo Dei acceptissima.* De disciplina dicitur Sap 7. *Participes facti sunt amicitiæ Dei, propter disciplinæ dona commendati.* De prudentia vero dicitur Prou. 4. *Attendite, vt sciatis prudentiam, donum bonum tribuam vobis, legem meam ne derelinquatis.* Patet ergo, quod Deus donat spiritualia.

¶ Adhuc dico, quod ipse donat temporalia. Vnde etiam Iacob de gregibus missis Esau Genes. 33. dixit, *Suscipe donationem,* alias *benedictionem, quam donauit mihi Deus* & ibidem de liberis dicitur, *Paruuli sunt, quos donauit mihi Deus:* quasi diceret. Et filij & bona alia à Deo dantur. B

¶ Dei iq, dico, quod Deus donat æternalia, scil. gloriam paradisi. De qua Sap. 3. *Fideles in dilectione acquiescent illi, quoniam donum, & pax est electis Dei.* Ita quod Deus videtur dicere beatis illud Dan. 2. *Præmia & dona, & honorem multum accipietis a me* Illud est igitur donum Dei, quod concupiscendum est.

¶ Secundo principaliter dico, quod inuenitur donum iusti, quod est remunerandum. Iusti enim & se & sua consueuerunt donare, & charitatiue distribuere & communicare. Speculum enim receptam imaginem continuo repræsentat, & si etiam obijciatur sibi aliud speculum, illam quam recepit imaginem, sibi statim communicat. Et si aliud speculum obijcitur, etiam & illud sumptam imaginem sibi donat. In speculis ergo virtus donatiua & communicatiua abundat, quia alterum alteri, quod habet dat. Talia ergo specula spiritualiter debemus esse, quia bona nostra (quæ proculdubio non à nobis, sed aliunde habemus) alterutrum communicare, dare, & distribuere debemus, exemplo Dauid, qui sicut dicitur 1. Regum 30. *Misit dona de præda senioribus Iuda.* Talem etiam virtutem liberalem donatiuam dicebat se habere Paulus 2. Corin. 2. dicens, *Si quis autem aliquid donastis, & ego donaui.* Et pro certo donandum est, quia donum discrete & liberaliter datum, iram iudicis solet placare, amicitiam solet captare, cœli gloriam solet præstare. Dicam ergo, quod dona bene posita placare solent iracundiam Prouerb. 21. *Munus absconditum extinguit iram, & donum in sinu, indignationem maximam.* C

Et bene dicitur absconditum & in sinu, quia scilicet dona & munera & xenia siue dentur Deo siue pauperibus, siue etiam dentur diuitibus, occulte non publice debent dari, quia dare publice Deo, esset hypocrisis, pauperi esset iactantia, diuiti esset stultitia. Dico etiā, quod dona solent amicitiam captare, scilicet amicitiam illius cui dantur, & etiam Dei & Sanctorum, Vnde Prouerb. 19. *Multi colunt personam potentis, & amici sunt dona tribuentis.* Item talia dona præstare solent cœli Gloriam. Ideo dicitur Prou. 18. *Quod donum hominis dilatat viam eius, & ante principes scilicet Deum & Angelos, spatium ei facit.* Istud est igitur donum iusti, quod est remunerandum.

¶ Tertio dico, quod inuenitur donum impij, quod est abominandum seu vituperandum. Tales enim solent dona donare & accipere. Donare dico, quia cum parum habeant de sufficientia virtutum, nesciunt habere recursum nisi ad munera danda. Exemplo illius Menelai, qui aurea vasa furatus est de templo quæ donauit, vt interficeretur Onias, sicut dicitur 2. Macha. 4. *Dona enim malorum semper dantur vel male,* id est, *de male acquisitis,* sicut patet de illis, qui dant eleemosynas de alieno, vel ad malum finem, sicut de illis, qui dant, vt spiritualia acquirant, vel vt proximo præiudicium faciant. De talibus enim donis dicitur Eccles. 34. *Dona iniquorum non probat altissimus.* D

Solent

Solent etiam mali libenter dona recipere, sicut patet in malis iudicibus, qui dona accipiunt pro iudicio subuertendo, vel in malis prælatis, qui dona accipiunt pro beneficio conferendo. Isti enim male faciunt, quia sicut dicitur Eccles. 20. *Xenia & dona excæcant oculos iudicum.* Non sic debet persona publica facere, sed potius cuicunque dona inhoneste offerenti debet illud, quod Daniel. 5. scribitur, respondere. Munera tua tibi sint, & dona tua domus tuæ altera da. Sic ergo patet quomodo inueniuntur donum Dei, iusti, & impij. Vide supra de titulo date, vbi multa notaui, vide etiam infra vbi munus, &c.

A **Donec.** Cum donec, quod idem est quod vsq; vel vsquequo, sit aduerbium temporis, semper significans aliquam temporis præfinitionem, terminationem, & præcisionem, & præcedentis suspensiuis seu conditionis certificationem, & purificationem, & ideo donec semper supponit aliquid suspensum & dubium, quod præcedit, & aliquid certum & fixum quod succedit, possum bene moraliter dicere quod per istam dictionem donec possunt significari omnia dubia & suspensa & omnia etiam præfinita & certa. Donec enim ponitur quandoque exclusiue, quia scilicet excludit quicquid est præcedens, sicut illud Psalm. *Persequar inimicos meos, & comprehendam illos, & non conuertar donec deficiant:* quasi diceret. Quando defecerint, tunc cessabit & excludetur persecutio. Quandoque etiam ponitur inclusiue, & hoc quandoque ponitur localiter, sicut cum dicitur 1. Regum 15. *Percussit Saul Amelech ab Euila donec venit ad Assur.* Donec enim includit illud spatium terræ, quod erat inter Euilam & Assur. Quandoque etiam ponitur adiunctiue sicut enim Iudicum 4. dicitur: *Forti manu filij Israel, opprimebant Iabin regem Chanaan, donec delerent eum.* Istud enim donec addit ad præcedentem oppressionem. Quia tamen donec, vt communiter, ponitur exclusiue, notabo quod per donec potest intelligi

Tempus
- aduentus Christi, quod excludit legis austeritatem,
- pœnitentiæ, quod excludit culparum peruersitatem,
- peccati, quod excludit virtutum vtilitatem,
- futuræ mortis, quod excludit mundi vanitatem,
- futuri iudicij, quod excludit magnorum nobilitatem,
- damnationis & inferni, quod excludit omnem iocunditatem,
- gloriæ paradisi, quod excludit omnem aduersitatem.

Ista sunt enim septem donec, per quæ omnia suspensa, & dubia terminantur & etiam excluduntur.

B ¶ Dicam ergo, quod inuenitur donec excludens legales austeritates. Et istud fuit donec aduentus Christi, in quo expectatio patrum quæ suspensa fuerat ab origine mundi, fuit terminata, & legis austeritas temperata. Ideo bene dicitur Genes. 49. *Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium,* & si vis nota, quod illud fuit

Donec
- recreatiuum,
- informatiuum,
- benedictiuum,
- charitatiuum,
- illustratiuum,
- roboratiuum.

Recreatiuum dico, quia Christus veniens egenos satiauit 1. Regum 9. *Non enim comesturus est populus donec veniat Samuel, ipse enim benedicet hostiæ, tunc comedent qui vocati sunt.* Informatiuum etiam, quia Christus veniens obscura declarauit 1. Reg. 10. *Septem diebus expectabis me, donec veniam ad te & ostendam tibi quid facturus sis.* Benedictiuum etiam Matth. 23. *Non me videbitis amodo donec dicatis, Benedictus, qui venit in nomine Domini.* Item charitatiuum, quia tunc fuit ostensa maxima charitas inter Christum & Ecclesiam sponsam suam. Cantic. 2. *Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur in hortis, donec spiret dies, & inclinentur vmbræ.* Illuminatiuum etiam fuit. Vnde Esa. 62. Esaias de Christi aduentu sic. *Propter Sion non tacebo, & propter Hierusalem non quiescam, donec egrediatur, vt splendor iustus eius, & Sanctus eius vt lampas accendatur.*

Fuit insuper stabilitiuum & roboratiuum. Vnde ibidem videtur loqui Sanctis patribus de hoc donec, id est, de Christi aduentu, dicens. Ne taceatis, & ne detis silentium ei donec stabiliat, & donec ponat Hierusalem laudem in terra. Istud igitur fuit vnum donec excludens legales antiquitates, seu donec confortans Sanctorum patrum anxietates.

C ¶ Secundo dico, quod est vnum donec excludens culparum peruersitates. Et istud est donec gratiæ, & donec pœnitentiæ, per quas omnia vitia excluduntur, & bona omnia generantur. 2. Regum 10. *Manete in Hiericho, donec crescat barba vestra.* Hiericho Luna interpretatur, qua gratia & pœnitentia designatur, quibus mens illuminatur, & barba, id est, virtutum cæsaries augmentatur. Et nota, quod donec gratiæ seu pœnitentiæ est

Donec
- Virium fortificatiuum,
- Virtutum continuatiuum,
- Operum ædificatiuum,
- Hostium exterminatiuum,
- Lacrymarum exuberatiuum,
- Voluptatum suppeditatiuum,
- Operum fructificatiuum,
- Orationis accumulatiuum,
- Diuinitatis recogitatiuum.

¶ Istud est igitur vnum donec, quod vires solet fortificare. Vnde Iud. 5. *Cessauerunt fortes Israel donec surgeret Delbora.* Delbora enim quæ interpretatur apex vel eloquens, est gratia, quæ est apex eloquens per confessionis anxietatem. Item istud est vnum donec, quod virtutes solet continuare. Psal. *Persequar inimicos, & comprehendam illos, & non conuertar donec deficiant, quasi dicat, ergo perseuerabo donec victoriam obtineam.* Item est vnum donec, quod bona opera solet facere, & fabricare Nee. 4. *Nos ipsi faciamus opus, media pars nostrum teneat lanceas, donec egrediantur castra.* Item est vnum donec, quod hostes solet exterminare 2. Reg. 22. *Inimicos meos conteram, & non conuertar, donec consumam eos, & confringam, vt non consurgant.* Item est vnum donec, quod fletu solet exuberare 1. Reg. 30. *Leuauit Dauid & populus, qui erat cum eo voces suas, & planxerunt donec deficerent in eis lacrymæ.* Item est vnum donec, quod carnem suppeditat, quia scilicet istud aufert ei delitias 1. Reg. 1. *Mulier lactauit puerum suum, donec ablactaret eum.* Item est vnum donec, quod valde solet fructificare. Fructus enim bonorum operum gignit 1. Reg. 2. *Repleti prius pro panibus se locauerunt,* i. impinguati & diuites abstinuerunt, & mendicauerunt, & famelici isti tandem virtutibus saturati sunt, donec sterilis, i. pœnitentia peperit plurimos, i. plurimas virtutes. Item est vnum donec, quod orationes solet multiplicare Eccles. 35. *Oratio humiliantis se nubes penetrabit, & donec propinquet, non consolabitur, & non discedet, donec aspiciat altissimus.* Item est vnum donec, quod Dei virtutem solet manifestare. Vnde Nabuchodonosor dicitur Dan. 4. *Fœnum quasi bos comedes, & rore cæli infunderis, & septem tempora mutabuntur super te, donec scias quod dominetur excelsus in regno hominum.* Patet ergo, quod inuenitur vnum donec excludens culparum peruersitates.

D ¶ Tertio dico, quod inuenitur vnum donec excludens virtutum vtilitates, & istud nihil aliud est, quam peccatum, scilicet quod est vnum

Donec quod
- Excitat diuinum furorem,
- Maculat animæ candorem,
- Infestat iustorum valorem,
- Transportat ad orci dolorem,
- Vacuat virtutum vigorem,
- Æstuat per mentis ardorem,
- Aggregat pauperum humorem,
- Simulat perfectum amorem.

Peccatum dico, est vnum donec, id est, vna meta exclusiua, quæ diuinum furorem solet excitare. Vnde de peccatoribus dicitur 2. Paralipom. 36. *Quod paruipendebant sermones Domini, & illudebant prophetis eius, donec ascenderet furor Domini in populum suum, & nulla esset curatio.* Item peccatum est vnum donec, quod animi candorem solet maculare. Et ideo proprie sanguini comparatur 4. Regum 24. *Sanguinem innoxium multum fudit Manasses, donec impleretur Hierusalem,* scilicet, *sanguine peccati vsque ad os.* Item est vnum donec, quod iustorum valorem seu quietem solet infestare. Vnde illi impij dicebant de filijs Israel, Neem 4. *Nesciant donec veniamus, & interficiamus eos.* Item est vnum donec, quod ad orci seu inferni dolorem solet transportare. Peccatum enim post mundi prosperitates transfert peccatores ad inferni pœnalitates. Vnde peccatum videtur

detur peccatoribus dicere illud 4. Reg. 18. *Egredimini ad me, & comedat vnusquisque de vinea & de ficu sua, donec transferam vos.* Item est vnum donec, quod virtutum vigorem solet vacuare. Vnde de peccato gulæ dicitur Eccl. 13. *Confundet te in cibis suis, donec te exinaniat.* Item est vnum donec, quod per auaritiam solet æstuare Ecclesiast. 14. *Insatiabilis oculus cupidi, non satiabitur donec consumat animam suam.* Item est vnum donec, quod per rapinam solet diuitias aggregare Eccles. 23. *Anima calida, quasi ignis ardens, non extinguetur, donec aliquid glutiat*: & Num. 23. *Non accubabit leo donec rapiat prædam, & occisorum sanguinem bibat.* Sanguinem, inquit, id est, diuitias. Item est vnum donec, quod perfectum amorem solet dissimulare, & istud est peccatum adulationis, vnde de adulatoribus, & fallacibus dicitur Eccles. 29. *Dum accipiunt, osculantur manus dantis.* Istud est igitur vnum donec ex-
E cludens virtutum vtilitates. ¶ Quarto dico, quod est vnum donec excludens mundanas vanitates. Et istud est meta mortis, quæ s. est donec

Omnium immutatiuum,
Terrarum desolatiuum,
Diuitum relegatiuum,
Statuum varietatiuum.

Est dico, mors donec immutatiuum. In morte enim mutatur status naturæ, & status fortunæ. Vnde Iob 14. *Cunctis diebus, quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea.* Item est mors donec desolatiuum Esaiæ 6. *Vsquequo Domine?* (supple veniet homo) & respondet: *donec desolentur ciuitates absque habitatore, & domus sine homine.* Item mors est donec relegatiuum. Vnde de Sedechia à Nabuchodonosor relegando dicitur Hier. 32. *Ducet eum in Babylonem, ibique erit donec visitem eum.* Item mors est donec varietatiuum. Vnde in Psal. *Singulariter sum, donec transeam.* Est igitur vnum donec excludens mundanas prosperitates seu vanitates.

F ¶ Quinto dico, quod inuenitur vnum donec excludens magnorum nobilitates. Et istud est donec seu meta iudicij, vbi scilicet finis erit & terminus potentiæ tyrannorum. Et nota, quod iudicium est donec

Superborum eliminatiuum,
Meritorum remuneratiuum,
Mortuorum resuscitatiuum,
Perfectorum beatificatiuum.

Vnum donec, in quo superbi eliminabuntur. Vnde Eccles. 35. *Dominus, inquit, iudicabit iustos, & faciet iudicium.* Sequitur. Donec tollat plenitudinem superborum, & sceptra superborum contribulet. Item istud est vnum donec, in quo merita remunerabuntur. Vnde ibidem. *Donec reddat hominibus secundum actus suos, & secundum opera Adæ, & secundum præsumptionem illius.* Item istud est vnum donec, in quo mortui resuscitabuntur. Vnde Iob 14. *Homo cum dormierit, non resurget, donec atteratur cœlum, non euigilabit.* Quando cœlum atteretur, id est, in iudicio quando cœlum, & terra transibunt. Item istud est vnum donec, in quo sancti seu perfecti beatificabuntur. Vnde Eccles. 35. *Dominus, inquit, faciet iudicium plebi suæ, & oblectabit iustos anima sua.* Patet ergo quomodo est vnum donec excludens magnatum nobilitates, scilicet, tempus iudicij.

G ¶ Sexto dico, quod inuenitur vnum donec excludens gaudiorum iocunditates. Et istud est tempus inferni, quod procul dubio potest dici vnum donec, quod habet

Gladium consumptiuum,
Carcerem constrictiuum,
Infert tædium subiectiuum,
Aufert gaudium refectiuum.

Dico ergo, quod infernus est vnum donec, quod gladio solet occidere Hier. 9. *Mittam post eos gladium, donec consumantur.* Item est vnum donec, quod carcere solet constringere Matth. 5. *Aduersarius ponet te in carcerem. Amen dico tibi, non exibis inde, donec reddas nouissimum quadrantem.* Item est vnum donec, quod subiectione solet deprimere. Vnde de excæcato & captiuo Sedechia dicitur 2. Paral. 36. *Quod duxit in Babylonem seruiuit regi & filijs suis post eum donec imperaret Cyrus rex Persarum*, qui scilicet interpretatur hæreditator, id est, Deus, qui hæreditauit in omnibus gentibus, quia scilicet damnati seruiunt regi Babylonis diabolo, donec, id est, quamdiu Deus imperabit, hoc est, in æternum. Item infernus est vnum donec, quod desolatione solet affligere, quia scilicet per istud relegatus homo à Dei præsentia & sanctorum, & ab eorum consortio gaudioso, quod secundum sanctos maior est pœna damnatis, quam sit ignis inferni. Vnde 4. Reg. 24. *Irascebatur Dominus contra Hierusalem & contra Iudam, donec proijceret eos à facie sua.* Patet igitur quomodo est vnum donec excludens gaudiorum iocunditates.

¶ Septimo dico, quod est vnum donec excludens inferni H
pœnalitates. Et istud est donec seu tempus paradisi, quod procerto est vnum donec, quod est

Donec { Dei speculatiuum,
Hostis subiugatiuum,
Gaudij cumulatiuum,
Desiderij satiatiuum. }

Dico igitur, quod tempus, in quo beati sunt in patria, est vnum donec, quo Deus speculatur Matth. 16. *Sunt de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant filium hominis in regno suo*, id est, quamdiu videbunt filium hominis, quod scilicet erit semper. Item est vnum donec, quo hostis iugulatur, seu etiam subiugatur Psalm. *Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*, donec vnquam, i. quamdiu, hoc est dictum, semper. Item est vnum donec, quo gaudium exaltatur, seu cumulatur. Iob 8. *Deus non proijciet simplicem, nec porriget manum malignis, donec impleatur risu os tuum, & labia tua iubilo*, id est, in illo donec, in quo Deus implebit risu os tuum, ipse non proijciet simplicem, nec adiuuabit malignum. Item est vnum donec, quod desiderium satiatur, seu etiam refrigeratur. Vnde Iob 24. *Recede paululum ab eo, vt quiescat, donec optata veniat sicut mercenarij dies eius.* (Mercenarij dico) qui sc. valde gaudet, quando finito labore diurno quiescit, & quando facto seruitio mercedem recipit. Sic ergo patet quomodo ista dictio donec, & istud determinatum tempus significat tempus gloriæ supernaturalis, tempus tristitiæ infernalis, tempus iudicij finalis, temporis mortis seu defluentię corporalis, tempus culpæ seu nequitiæ criminalis, tempus gratiæ seu pœnitentiæ virtualis, tempus Christi aduentus seu pœnitentiæ personalis. Sufficit, vide de vsque, & de vsquequo, & de quousque & similibus.

## Dormire.

Nota, quod dormire pluribus modis sumitur in scriptura. Est enim dormitio A

Virtuosa,
Vitiosa,
Dolorosa,
Gloriosa.

¶ Dormitio virtuosa est quies contemplationis & deuotionis Matth. 26. *Dormite iam, & requiescite.* Item est dormitio vitiosa, quæ est status peccati. Peccator enim dicitur dormiens quia sicut dormiens caret vsu sensuum corporalium, sic peccator spiritualium. Vnde 1. Reg. 26. *Inuenerunt Saul iacentem & dormientem in tentorio.* Item est dormitio dolorosa, & sic dormitio signat mortem. Vnde Iob 7. *Ecce nunc in puluere dormio.* Item est dormitio gloriosa, & ista signat quietem gloriæ paradisi, de qua Marci 5. *Non est mortua puella, sed dormit.* Dormitio ergo quandoq; signat in bono, quandoq; in malo. In bono enim signat quietem deuotionis vel contemplationis, in malo vero signat quietem peccati & infectionis & mundanæ consolationis. Dicamus ergo primo de primo modo dormitionis, sc. de deuotione & contemplatione, & possumus dicere, quod ista est quædam dormitio valde appetenda. Multa enim sunt animalia, quæ dormiunt & impinguantur, & illa dormitio potissime accidit, in tempore hyemis, sicut patet de gliribus, quæ per totam hyemem dormiunt, & impinguantur, & in tempore æstatis euigilant, & à pristina pinguedine macerantur, vt dicit auctor proprietatum. Sic vere charissimi, illi, qui bene dormiunt per deuotionem & contemplationem, bene impinguantur per virtutem & gratiarum acquisitionem. Istud vero maxime accidit in hyeme, id est, in tempore tribulationis, & paupertatis. Tunc enim solet somnus deuotionis facilius accidere, & pinguedo gratiarum & meritorum amplius abundare Psalm. *Dormiui conturbatus.* Æstas enim mundanę prosperitatis istum somnum impedit, & virtutum macredinem seu pauperiem introducit. Vnde de Apostolis non legitur, quod dormirent, nisi quando erant in tristitia & dolore, scilicet, in nocte quando Dominus fuit captus, tunc enim dicitur, quod *Christus inuenit eos dormientes præ tristitia.* Luc. 22. & in Psalm. *Ego dormiui, & soporatus sum, & exsurrexi, quia dominus suscepit me.* De homine igitur qui taliter dormit, potest intelligi verbum illud Iob 40. *Sub vmbra dormit, in secreto thalami, in locis humentibus.*

¶ Et

B ¶ Et aduerte, quod qui quiete dormire desiderat, à tribus cauere debet, videlicet

A nimio calore (Sub vmbra inquit.)
A nimio clamore (Ideo debet esse in secreto.)
A nimio horrore seu fœtore. (Quia debet esse in thalamo, qui solet esse viridis & putus.) Sic vere charissimi illi, qui per deuotionem volunt dormire, debent esse
Sine calore auaritiæ, (quia sub vmbra.)
Sine clamore iracundiæ, (in secreto.)
Sine horrore immunditiæ, (thalam.)

Simus igitur sine auaritiæ feruore. (Sub vmbra inquit) Vmbra enim signat refrigerium pietatis, loci humentes designant dulcedinem benignitatis. Benignitas enim & pietas ardorem refrigerat cupiditatis. Dormire & requiescere. De Christo legitur Matth. 8. *Quod motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus, ipse vero dormiebat.* Ad denotandum, quod sancti per deuotionem & contemplationem melius dormiunt & requiescunt, quando motus fortiorum tribulationum insurgunt. Exemplo infantium, qui tunc facilius dormiunt, quando cunabula eorum nutrices vibrant & concutiunt, Psa. *Dormiui conturbatus.* Dicat ergo quilibet deuotus illud prædictum Psalm. *Ego dormiui, & somnum cepi, &c.* Vt per deuotionem homines dormiant & quiescant. Sub vmbra inquit, dormit. Vnde de Helia dicitur 4. Reg. 19. *Quod ille dormiuit sub vmbra iuniperi.* Draco est animal calidissimum, & ardentissimum, & sitientissimum, raris sime dormit, imo secundum Plin. quasi continue vigilat. Ad denotandum quod illi, qui per auaritiam sunt feruentes, & qui bona mundi sunt continue sitientes, sunt in continua vigilia, sollicitudine & labore, & sine quietis & deuotionis dulcedine & sapore. Vnde dicitur Eccl. 5. *Saturitas diuitis non sinit dormire eum.* Simus ergo sine auaritiæ feruore.

C ¶ Adhuc dico, quod si volumus per deuotionem dormire, nos debemus esse sine iracundiæ clamore, quod ostenditur cum dicitur. In secreto. Sicut enim clamor & tumultus impedit dormitionem, sic lites & contentiones, ita & detractiones impediunt deuotiones. In secreto enim debemus esse, & à mundanorum negotiorum strepitu segregari, si per deuotionem volumus quiescere, & dormire. Vnde enim dicit Auicenna, animalia quæ habent palpebras, dum dormiunt claudunt eas. Et ideo pisces non dormiunt, eo quod palpebras nullas habent. Sic revera charissimi, si dormire volumus per deuotionem, necesse est, quod oculos cordis claudamus per sensuum resecationem, & quod à mundi negotijs & tumultibus nos abstrahamus per pacis & concordiæ vnionem. Iuxta illud Psal. *In pace in idipsum dormiam, & requiescam.* Nam pro certo charissimi illi, qui carent talib. palpebris & clausuris, & qui ad exercenda negotia exteriora mundi solatia & litigia, oculos cordis habent apertos, nunquam possunt per deuotionem pausare, nec per contemplationem quiescere vel dormire. In secreto ergo extra turbas. Vnde Iudith. 8. *In superioribus domus suæ fecit cubiculum secretum sibi.* Superior enim pars est paradisus, in quo pro certo debemus cubiculum nostrum facere per contemplationem, quod debet esse secretius per exteriorem negotiorum resecationem. Simus ergo sine iracundiæ seu discordiæ clamore.

D ¶ Denique si volumus dormire spiritualiter, nos debemus esse sine luxuriæ fœtore. In loco enim florido, viridi, mundo & gratioso, melius dormitur, horror enim & fœtor loci impedit dormitionem. Sic vere charissimi, si per deuotionem dormire volumus, necesse est vt floridam castitatis munditiam habeamus, & quod horrore & fœtore luxuriæ careamus, quod ostenditur, cum dicitur (Calami.) Calami enim & iunci in cameris sparguntur, vt mundiores & gratiores habeantur, & vt ibi sopidius dormiatur, vt cuilibet viro mundo & puro dicatur illud Ezech. 16. *Stacten & calamus in negotiatione tua.* Stacten enim est pura myrrha & probatissima, quæ est species valde amara per quam pœnitentia denotatur, quia vere tunc munditia optime seruatur, quando amaritudo pœnitentiæ comitatur. Apes enim valde diligunt locum mundum habitare, & ibi dormire & cubare. Veruntamen cum munditia, quam habent interius, semper volunt habere amaritudinem exterius, quia vt dicit Plinius orificium aluearis sui solent succis amaris linire, ne subintrent animalia venenosa. Et sic vere charissimi, si munditiam castitatis & puritatis & charitatis volumus interius seruare, & in ipsa quiescere & dormire, necesse est succis amaris, id est, amaritudine pœnitentiæ exterius nos linire, ne forte animalia venenosa, id est, vitia, valeant nos per immunditiam maculare. Dicat igitur ille, qui taliter vult dormire, illud Prouerb. 7. *Myrrha, aloe & cinamomo aspersi cubile meum.* De quo potest intelligi illud Esa. 50. *In doloribus dormietis.* In doloribus enim pœnitentiæ & contritionis debemus per deuotionem dormire. Sic bene dico, quod si per deuotionem seu contemplationem dormire volumus, necesse est, quod immunditia, discordia, & auaritia careamus. Ista est igitur dormitio virtuosa & appetenda.

¶ Secundo principaliter dico, quod est quædam dormitio detestanda. Et ista est dormitio peccati. Peccator enim & dormiens æquiparantur. Vt enim dicit Arist. somnus est quædam mortis imago. Sicut enim dormiens & mortuus carent actu omnium sensuum corporalium, sic peccator spiritualium. E

Iste non audit, per obedientiam & subiectionem,
Iste non loquitur, per diuinam laudem & confessionem,
Iste non sentit, per clementiam & compassionem,
Iste non se mouet, per bonam & vtilem operationem.

Et ideo bene dico, quod talis dormitio, id est, quies & delectatio peccati est vituperabilis & detestanda. Ideo nos monet sapiens Prou. 9. dicens: *Vsquequo piger dormis?* Et Ephes. 5. dicitur; *Surge qui dormis, exurge à mortuis, & illuminabit te Christus.* Peccatum enim simile est veneno aspidis, quod patientem facit dormire, & dum dormit, ipsum interficit, & occidit. Sic vere charissimi peccatum cum hominem inuenenauerit, ipsum in vanis delectationibus & affectionibus dormire, & quiescere facit. Verumtamen dum in peccatis suis dormit & delectatur, sæpe fit, quod morte temporali præuenitur, & tandem, quod morte perpetua punitur. Isti figurantur Iudic. 4. Vbi dicitur, quod Sisara potatus lacte obdormiuit, & tunc venis Iahel, quæ infixo clauo in temporibus dormientis, soporem mortis socians defecit, & mortuus est. Sic reuera charissimi, cum Sisara, id est, peccator, lacte & dulcedine delectationis oblectatus, obdormit, & quiescit in peccato, subito dum non aduertit, venit Iahel, i. diabolus, qui claua & clauo mortis temporalis eum infigit, & ipsum temporaliter & æternaliter occidit, ita quod de tali dormitione potest dici illud Psalm. *Qui dormit, non adijciet, vt resurgat.* Ista est igitur dormitio vituperabilis. ¶ Et possumus notare generaliter, quod quatuor sunt, quæ faciunt hominem in peccato dormire.

Primum est adulatoris deceptio,
Secundum est carnalitatis infectio;
Tertium est cupiditatis affectio,
Quartum est tepiditatis seu negligentiæ compactio.

Quidam igitur obdormiunt per deceptorum verbositatem: Et isti sunt principes vanigloriosi & superbi qui libenter audiunt adulatores ipsos commendantes, & sua facta iustificantes, in quorum verbis delectantur, ita quod in verbis dormiunt, id est, in peccato & moriuntur. Isti sunt similes crocodilo, quod est maximum animal & crudele, qui quando quiescit iuxta fluuium, venit ad eum trochilos auis parua, quæ in Italia dicitur rex auium, quæ ante ipsum volitans, intrat in os eius, & primo leniter eum vnguibus scalpit, ita quod belua præ delectatione obdormit, & tunc trochilos, qui pennas habet scindentes, in ipsius ventrem intrat, & ipsum perforat atque necat. vt dicit Plinius. Sic vere charissimi, ante magnos crocodilos, id est, ante principes & tyrannos volitant, & discurrunt adulatores, qui reges auium possunt dici, eo quod tales præ alijs generibus hominum regnant hodie, & prosperantur in mundo. Ideo dicit quidam versificator. Si quis honorari desiderat atque ditari, discat adulari, quia tales sunt modo chari. Isti igitur charissimi, scalpunt & liniunt eos suis blandis sermonibus, adulationibus atque verbis, & sic aliquando in peccatis obdormiunt, quod finaliter per eos depauperantur, & temporaliter pereunt, & succumbunt. Adulatores enim non quærunt nisi verba placentia dicere, nisi homines sopire & decipere, facta mala eorum iustificare, ipsos à bonis temporalib. depauperare, & lucrum & commodum reportare, & in suis iniquitatib. enutrire. De tali ergo dormitione, i. de superborum electione potest intelligi illud Esa. 14. *Omnes reges dormierunt, vnusquisque in gloria sua.* Item isti adulatores sunt similes Sirenis, quæ dulcedine sui cantus nautas faciunt obdormire, vt tandem possint carnes dormientium deuorare. Totus enim finis & intentio istarum est, vt per cantus & dulcia verba homines sopiant, vt carnes

eorum,

torum, i. temporalem substantiam ipsorum deuorent & consumant. Mercurius enim (sicut dicitur in fabulis poetarum) cum virga somnifera, cum dulci cantu fistulæ fecit Argum dormire, qui centum habebat oculos, vt vnam vaccā, quam custodiebat, sibi posset subripere & furari. Sic vere accidit, quod adulatores cum fistula suorum dulcium & fallacium verborum, Argum, i. principes & prælatos quantumcunq; discretos & oculatos, faciunt obdormire, & hoc solum, vt vaccam, quam habent in custodia, i. officium, vel beneficium, vel aliud temporale lucrum possint subripere & habere: vnde de talib. dicitur in Psal. *Sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum non es memor amplius, & ipsi de manu tua repulsi sunt.* Istud tamen non debet esse, quia pro certo, custodes gregum nunquam dormire, sed semper vigilare leguntur. Vnde in Psal. dicitur. *Ecce non dormitabit, neque dormiet, qui custodit Israel.* Isti ergo obdormiunt propter deceptoriam verbositatem. ¶ Sunt aliqui, qui dormiunt

F propter infectoriam carnalitatem. Isti sunt luxuriosi, qui recte videntur similes elephanti, qui in deserto audito cantu puellarum, vadit ad ess, ad delambendum mammillas earum, ergo obdormit, & ab eisdem occiditur, & sanguis pro tingenda purpura recipitur ab eisdem, vt dicit Plin. Sic pro certo (charissimi) luxuriosi in deserto huius mundi cantibus, lusibus, & fallacijs puellarum & mulierum decipiuntur, delectantur & attrahuntur, qui tunc in earum amore obdormiunt, & indurantur, in tantum quod Dei & honoris & famæ propriæ obliuiscuntur, & sic per istas mulieres spiritualiter occiduntur, & per furta & rapinas, sanguine, i. e. temporali substantia vacuantur. Ad hoc enim tendit fallacia mulieris, primo attrahere & decipere, & tandem consopire, & in amore suo inuoluere, & finaliter spoliare atque rapere. Istud proprie figuratum est in Dalila Iud. 16. quæ primo fecit Samson super genua sua dormire, ipsumque dormientem totondit, & cum ab eo recessisset fortitudo, ipsum deseruit & fugit. Sic vere mala mulier statim quod videt hominem super eius genua dormientem, i. in amorem ipsius intendentem, non vacat, nisi ad rapiendum, tondendum & furandum. Cum vero recesserit fortitudo ab homine, i. status & diuitiæ & prosperitas temporalis, ipsum pro certo dimittere, & vilipendere consueuit, iuxta illud Eccl. 13. *Si habueris, conuiuet tecum, si nihil habueris, derelinquet te.* Communiter talib. qui sic in corporis delitijs obdormiunt, loquitur scriptura Amos 6. *Væ qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis vestris.* Isti igitur obdormiunt, & sopiuntur in infectiua carnalitate.

G ¶ Deniq; sunt, qui sopiuntur, & dormiunt per affectiuam cupiditatem. Cupiditas enim quanquam multum sollicitet & affligat, in ipsa tamen delectantur auari, & ibi obdormiunt & indurantur, ita quod quamdiu vixerint, actibus talib. occupantur. Bona enim mundi similia sunt semini papaueris, quod facit hominem dormire, habet enim virtutem somniferam. Quia vere semen bonorum temporalium facit hominem per auaritiam obdormire, in tantum, quod ex quo isto vitio imbutus fuerit, non quærit amplius resilire. Diabolus enim est sicut vitulus marinus, qui habet duas pennulas cum quib. se regit in mari in natando, quarum dextera si capiti alicuius fuerit supposita, statim somno vehementissimo sopietur, vt dicit Plin. Sic vere charissimi, diabolus in mari huius mundi vtitur duabus pennulis, quarum dextera est prosperitas, sinistra est aduersitas. Illi igitur, qui istam dexteram habuerint, & qui in prosperitate bonorum temporalium fuerint, faciliter in peccato auaritiæ obdormiunt, & succumbunt. Sicut enim ille qui dormit, non cogitat de futuris, sed per longum corporis super terram se extendit, sic vere auari, nec de futuris bonis Paradisi, nec de tormentis inferni cogitant, sed ex toto corde & etiam corpore in terra, i. in temporalibus se occupant & delectant Psalm. *Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis.* Diuitiæ enim nihil dicuntur, eo, quod nullam sodalitatem habere noscuntur. Diuitiæ ergo, quas in suis manibus inueniunt, nihil sunt, & quia eas amant, tanquam aqua decurrens ad nihilum deueniunt Amos 6. *Qui lætamini in nihilo.* Et istud charissimi, non debet esse, quia vere quamuis delitijs affluamur, quamuis delitijs abundemus, & quamuis in his delectemur & dormiamus, ad terram tamen, i. e. ad terrena nunquam debemus nos per immoderatum affectum deprimere, nec ibidem per auaritiam inclinare. Apes enim quando extra aluearia dormiunt, dicuntur dormire versa facie versus cœlum. Apes etiam semper solent dormire erecto capite. Elephas etiam quando dormit, nunquam ad terram penitus se prosternit, imo stans super duos pedes semierectus, super aliquam arborem se inflectit, quibus quidem exemplis instruimur & docemur, quod si in mundi prosperitate aliquoties dormire contingat, nunquam ex toto affectu debemus ad terram, i. ad amorem terrenorum nos prosternere, sed semper caput cordis nostri, & faciem mentis nostræ ad Deum erigere & leuare, & ad Deum & ad bona æterna semper principaliter habere, dicentes illud Cant. 5. *Ego dormio, & cor meum vigilat.* Istud potissime debet esse in prælatis & pastoribus. Isti per negligentiam nunquam deberent dormire, sed semper per diligentiam vigilare. Inter grues enim & apes illæ, quæ excubias custodiunt, nunquam dormiunt, imo semper vigilare dicuntur, dum sunt in officio prædicto, sic & isti debent esse similes leoni, qui, scilicet dormit oculis apertis, sic &c. Vnde Num. 24. *Accubans dormiuit, vt leo & quasi leæna.* Bene ergo consulit Apostolus 1. Thess. 5. dicens. *Non dormiamus sicut cæteri, sed vigilemus, & sobrij simus.* Et pro certo non sic auari, quia pro certo ipsi dormiunt per affecti- H
uam cupiditatem. ¶ Adhuc sunt mali, qui dormiunt per neglectiuam cupiditatem. Negligentia enim comparatur dormitioni, quia, sc. sicut dormiens nihil operatur, sic negligens in nullis bonis actibus occupatur. Isti enim videntur pati lethargiam, quæ occidit hominem dormiendo, sic & pigritia. Vnde Prouerb. 6. *Vsquequo piger dormis? paululum dormies, paululum dormitabis, paululum conseres manus tuas, vt dormias, & veniet tibi quasi viator egestas, & paupertas quasi vir armatus.* Patet ergo, quod inuenitur quadruplex mala dormitio, scilicet,

Negligentium atque pigrorum,
Cupientium & auarorum,
Incontinentium & immundorum,
Adulatores audientium & deceptorum.

Ista ergo dormitio vituperabilis est, quæ est detestanda. Ista est enim multipliciter mala dormitio, ex qua pro certo sequitur damnum & damnatio. Raro enim legitur ex dormitione bonum venisse, sæpe autem inuenitur ex dormitione mala contigisse. Lege obsecro scripturæ passus, & vide, vbi vnquam nisi rarissime dormitio profuit, quinimo magis sibi vel alijs obfuerit, & nocuerit.

De Christo enim legitur Matth. 8. *Quod ipso dormiente nauis periclitabatur.* De Iona etiam legitur, quod ipso dormiente nauigium cum nauigantibus submergebatur, quousque ipse in mare projciebatur, Ionæ 1. De Isboseth rege Israel etiam legitur, quod dum dormiret, latrones cameram eius intrabant, à quibus trucidabatur, & regnum eius ad exterorum potentiam & dominium vertebatur, sicut dicitur 2. Reg. 4. Christus enim legislator signat prælatos. Ionas propheta signat prædicatores & clericos. Isboseth rex signat mundi seculares principes, iudices & magistros, quia vere si tales per negligentiam dormiunt, & per malas complacentias somno vitiorum succumbunt, pro certo tunc nauiculæ, id est, Ecclesiæ vel patriæ eis subditæ & eorum regimini commendatæ dissoluuntur & fluctuant, & ipsi subditi naufragantur & pereunt. Et pro certo de multis necesse est, quod finaliter de nauicula Ecclesiæ vel patriæ ejciantur, & deponantur, & de multis etiam accidit, quod male occiduntur & moriuntur, & eorum regna & regimina ad exteros deuoluuntur.

De alijs vero necesse est, quod saltem à subditis excitentur & stimulentur, & vt vigilent, molestentur, sicut etiam de Christo dormiente legimus, & Apostoli excitauerunt eum, dicentes: *Domine salua nos, perimus*, vbi supra Matth. 8. De ipso etiam legitur ibidem, quod *excitatus à dormitione, imperauit ventis & mari, & facta est tranquillitas magna.* Quia reuera sæpe fit, quod prælatus negligens à subditis excitatus, impulsus & stimulatus ad curam pastoralem euigilat, & debite regendo cuncta pacificat & tranquillat. Vnde illud præfatum, *Ego dormiui, & soporatus sum, & exurrexi, quia Dominus suscepit me.* Debet enim rector communitatis, vt dictum est, esse non negligens, sed diligens, non dormiens, imo surgens, ita quod iste præ sollicitudine debet dicere illud Iob. *Si dormiero, dicam quando consurgam? & rursus expectabo vesperam, & replebor doloribus vsque ad tenebras.* Et breuiter contra malam dormitionem possum dicere, quod Samson dormiens fuit depilatus Iudic. 16. Isboseth dormiens regno fuit priuatus 2. Reg. 4. Ionas dormiens fuit naufragatus Ionæ 1. Tobias dormiens fuit excæcatus Tob. 2. Sisara dormiens fuit trucidatus Iud. 4. Holofernes dormi-

dormiens fuit [illegible] Iudith. 13. Saul dormiens aqua & lancea fuit ſpoliatus 1. Reg. 26. Chriſtus dormiens fuit excitatus Math. 8. & Marc. 4. Seruus dormiens increpatur, vt poteſt elici ex litera Marc. 13. Cœtus virginũ dormiens fuit à nuptijs relegatus Marc. 25. Paterfamilias dormiens fuit zizania locupletatus Math. 13. Quapropter certo chariſſimi illi, qui per negligentiã dormiunt, more Samſonis capillis virtutum ſpoliantur, more Isboth vita & regno gratiæ priuantur, more Ionæ in mare, i. in amaritudinem tribulationũ proijciuntur, more Tobiæ à lumine veræ ſapientiæ per ſtercora bonorum terrenorum exæcantur, more Siſſaræ clauo deſperationis infiguntur, more Holofernis capite rectæ intentionis priuantur, more Saulis aqua deuotionis & lancea orationis ſpoliantur, more Chriſti excitantur & moleſtijs ſtimulantur, more ſerui negligentis & non vigilantis à Domino veniente ad iudicium vel in morte increpantur & arguuntur, more fatuarum virginum à nuptijs cœleſtis patriæ finaliter excludũtur, & more patrisfamilias zizania malorum cogitatuum & affectuũ in agro ſuæ conſcientiæ per diabolum ſeminata fructibus malorum operum cumulantur. Non debemus ergo malo modo dormire ſed à ſomno negligentiæ ſurgere, & in bonis pœnitentiæ operibus vigilare. Iuxta conſilium ſapientis Prou. 6. vbi dicit ſic, *Ne dederis ſomnum oculis tuis, ne dormitent palpebræ tuæ. Eruere quaſi damula de manu, & quaſi auis de inſidijs aucupis.* Patet ergo quomodo eſt vna dormitio vituperabilis & vitioſa, quæ eſt deteſtanda, quod eſt ſecundũ principale. ¶ Tertio dico, quod eſt quædam dormitio ineuitabilis & doloroſa, quæ eſt expectanda. Et iſta eſt dormitio mortis. Nomine n. dormitionis, mors etiam literaliter deſignatur. De qua 3 Reg. 2. *Dormiuit Dauid cum patribus ſuis.* Et iſta dormitio pro certo eſt iuſtis ſuauis & pacifica, eſt malis infœlix & terrifica, eſt cunctis fatalis & fatidica. Eſt (dico) iuſtis amoroſa, quia per hanc deducuntur ad cœli gloriã Pſ. *In pace in idipſum dormiam & requieſcam.* Eſt etiam malis terribilis & doloroſa, quia per hanc deducuntur ad inferni miſeriam Hie. 51. *Dormiant ſomnum ſempiternum, & non conſurgant, dicit Dominus, & deducam eos quaſi agnos ad victimam.* De iſta etiam dicitur Iob. 27. *Diues cum dormierit, nihil ſecum auferet.* Et de damnatis dormientibus in inferno dicitur Ezec. 32. *Deſcenderunt, & dormierunt incircumciſi cum interfectis gladio.* Sequitur, *Quorum ſepulchra ſunt in nouiſſimis locis.* Eſt etiã omnibus miſerabilis & timoroſa, quia per hanc deducuntur ad priſtinam materiã Iob. 21. *Moritur in amaritudine animæ ſuæ abſq; vllis opibus, & tamen ſimul in puluere dormient, & vermes operient eos.* Iſta eſt ergo dormitio ineuitabilis, quæ eſt expectãda. Quarto dico quod eſt quædam dormitio ſummè laudabilis & glorioſa, quæ eſt affectanda. Et iſta eſt quies & dormitio gloriæ Paradiſi. Sicut n. video, quod in dormiendo infirmitates terminantur, vires corporis reparantur, viſiones inſpirantur, & ſomniantur, omnes potentiæ ſenſitiuæ fortificantur, & membra omnia delectantur, ſic vere dicam, quod illi, qui dormiunt per quietem gloriæ Paradiſi, cunctis infirmitatib. & languoribus ſunt abſoluti, perpetuis ſanitatibus ſunt reſtituti, viribus & virtutibus ſunt inſtituti, claris viſionibus & ſpeculationibus ſunt illuminati & imbuti, & cunctis delectationibus delibuti Iob. 33. *quando irruit ſopor ſuper homines & dormiunt in lectulo, tunc aperit aures virorum, & erudiens eos inſtruit diſciplina.* Et merito, quia pro certo iſti

Dormiunt { quieti ſine laboribus,
ſecuri ſine terroribus,
concordes ſine rancoribus,
illuſtres ſine magnis honoribus.

Dormiunt dico quieti cunctis laboribus abdicatis. Eccleſ. 31. *Dormiendo non laborabis.* Et Oſeæ 2. *Arcum & gladium & bellum conteram de terra, & dormire eos faciam fiducialiter.* Item dormiunt ſecuri terroribus amputatis Ezech. 34. *Saluabo gregem, & non erit vltra in rapinam.* Sequitur. *Ceſſare faciam beſtias peſſimas de terra, & ſecuri dormient in ſaltibus.* Et Iob 11. *Defoſſus ſecurus dormies, requieſces, & non erit, qui te exterreat.* Item dormiunt concordes, cunctis rancoribus, ſcilicet reſecatis Iob 38. *Concentum cœli quis dormire faciet?* Concentus n. cœli concordia eſt ſanctorum. Item dormiunt illuſtres cunctis honoribus vendicatis Iob 3. *Nunc enim dormiens ſilerem, & ſomno meo requieſcerem cum regibus & principibus terræ,* id eſt, cum Angelis & ſanctis. Patet igitur, quod eſt quadruplex dormitio, videlicet,

Glorioſa, quæ fit in Æthera,
Doloroſa, quæ ſopit corpora,
Vitioſa, quæ fouet ſcelera,
Virtuoſa, quæ facit opera.

Et hæc de dormitione ſufficiat; &c. Vide de quiete, requie & ſomno.

**Dorſum.** Cum dorſum ſit illa pars corporis, quæ retro eſt, & quæ non videtur, illa pars, quæ in fuga oſtenditur, & obijcitur, ac ſi de ea minus curetur, quæ ſemper ſecum portatur, atque trahitur, illa pars, quæ tanquam fortior oneribus ſupponitur aut verberibus exponitur illa pars, vbi inhoneſtum membrum latitat, & quæ magis tegitur vel operitur, poterò dicere, quod dorſum quandoque ſignat deſpectum & diſplicentiam. Quandoque fugam & deſiſtentiam. Quandoque fortitudinem & patientiam. ¶ Igitur notabo, quod in ſcriptura inuenitur dorſum Dei, quod ſignat ipſius diſplicentiam & indignationem, iuſti, quod ſignat ipſius patientiam & tolerationem, impij, quod ſignat negligentiam & obliuionem. Eſt igitur dorſum diuinæ indignationis. Indignatio enim, reprobatio, condemnatio, contemptus punitio Dei dorſum eius dicitur, pro eo quod ad illos, de quibus non curat, imo quos odit & ad pœnas reſeruat, iſtud dorſum, id eſt, indignationem ſuam & obliuionem vertit, & eos indignos faciei ſuæ gratiæ denotat, & oſtendit Pſal. Quoniam pones eos dorſum in reliquijs tuis, ac ſi dicat, parum de eis curabis, ſicut parum curatur de reliquijs. Et iſti ſunt potiſſime illi, qui nunc proſperitate gaudent, & iniquitate non carent. Crucifixus etiam in Eccleſia & imagines ſanctorum, faciem habent ad occidentem, dorſum vero verſus orientem, ad denotandum, quod dorſum diuinæ indignationis ad orientales, id eſt, ad illos, qui charitate proſperitatis rutilant, vertitur, facies vero ſuæ gratiæ occidentales, id eſt, frigidos & pauperes amplexatur. De quo dicit ipſe Dominus Hier. 18. *Dorſum & non faciem oſtendam eis in die perditionis eorum.* De dorſo vero Chriſti, quod ſignat ipſius humanitatem, quæ, ſcilicet, eſt eius pars poſterior & indignior, poteſt dici illud Pſal. *Pennæ columbæ deargentatæ, & poſteriora dorſi eius in pallore auri,* & etiam de corpore Chriſti myſtico, id eſt, de Eccleſia poteſt dici, quia, ſcilicet, pennæ eius, id eſt, prælati & doctores deargentati per eloquentiam, poſteriora vero dorſi, id eſt, ſubditi aurei eſſe debent per ſanctimoniam. Et de talibus dorſis nihil ad præſens. Eſt ergo dorſum diuinæ indignationis. A

Secundo dico, quod eſt dorſum perfectæ ſuſtentationis. Et iſtud, ſcilicet, eſt dorſum ſpirituale iuſtorum, id eſt, ipſorum patientia, quæ parata eſt aduerſa tolerare, ſeu eorum ſenſus atque prudentia, quæ parata eſt nociua fugere. Dorſum enim habent, id eſt, fortitudinem patientiæ, quam ſupponunt cunctis oneribus, ſimiles illis cancris orientalibus, de quibus dicit Solinus, quod dorſa habent oſſea, quia ſcilicet, illorum patientia debet eſſe fortis ad omnia tolerandum. Iuxta illud Pſal. *Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores.* Et Amos 8. dicitur, *Inducam ſuper omne dorſum ſaccum, ſuper omne caput caluitium.* Dorſum etiam habent iuſti, i. cautelam fugæ, quod oſtendunt cunctis criminibus, & cunctibus malis occaſionibus. Eſt enim vnum monſtrum marinum, quod dicitur ludolocra ſecundum librum de natura rerum, quod, ſcilicet, duas alas habet in facie, & duas in dorſo, quia natat & volat, facies ſignat præſentiam & audaciam, ad vlterius & altius procedendum, dorſum vero ſignat fugam & prudentiam ad (ſi neceſſe eſt) retrocedendum, alæ vero ſignant agilitatem ad vtrumque, cum neceſſe eſt, faciendum. Igitur iuſti exem ludulocræ non ſolum in facie, imo etiam in dorſo alas habere dicuntur, quia, ſcilicet, non ſolum debent velociter & audacter ad vtilia procedere, imo eadem facilitate & agilitate debent à nociuis fugere, & retrocedere, & dorſum oſtendere, & ibi alas ſuæ prudentiæ extendere, quia, ſcilicet, non tam eſt prudentia inaudacter aggrediendo, ſicut imprudenter celeriter (cum neceſſe eſt) fugiendo. Quod bene figuratur Ezech. 9. In fine, vbi *ipſe vidit virum indutum lineis, qui habebat tamen atramentarium ſcriptoris, in dorſo eius*, atramentarium enim ſcriptoris, prudentiam ſignat, quæ principaliter acquiritur ex ſcripturis, & quæ in dorſo appenditur, pro eo quod inuenitur in fugiendis nociuis. Iſtud eſt ergo dorſum iuſti, ſcilicet cautela mali, culpæ fugitiua, & patientia mali, pœnæ toleratiua. Dorſum ergo patientiæ iuſtorum oneratur tribulationibus in præſenti. Pſal. *Impoſuiſti tribulationes in dorſo noſtro.* Ab ipſis tamen li- B

I K

men liberabitur in futuro Psalm. *Diuertit ab oneribus dorsum eius.* Patet igitur, quod est vnum dorsum perfectæ sustentationis seu constantis tolerationis.

C ¶ Tertio dico, quod est vnum dorsum peruersæ obstinationis seu etiam obliuionis & negligentiæ, iniuriæ & ignorantiæ, quo mali proijciunt Deum & etiam verba sua, figurati in illis, qui dorsum habebant versum contra templum. Vide eam bene dilatatam supra de abominatione. Ideo de verbo sapientiæ dicitur Ecclesiast. 21. *Audiet luxuriosus, & displicebit ei, & post dorsum suum proijciet illud.* Cumpara malos si vis illi, qui vult habere vmbram ante faciem suam, quia talis necesse est quod dorsum suum vertat ad Solem. Ad denotandum, quod illi, qui in vmbra mundanæ vitæ & gloriæ delectantur, quique eam habent præ oculis, & in ea gloriantur, solem iustitiæ Christum retro se ponunt, & dorsum suæ obliuionis & obstinationis contra eum obijciunt atque vertunt 2. Paralipomen. 29. *Auerterunt faciem suam à tabernaculo Dei sui, & præbuerunt dorsa.* Patet ergo aliquid de dorso impij, iusti, & Dei. Vide infra de Tergum.

A **Draco.** Cum draco sit rex serpentum, & animal regium reputetur, venenosum tamen, maximum & potentissimum, quod solo attractu aues sursum volantes absorbet, & deglutit, cauda eius elephantem ligat & interficit, possum dicere, quod per draconem intelligitur diabolus, vt quilibet magnus & crudelis tyrannus, vel peccator malitiosus & auarus. Diabolus est enim rex serpentum, cum & *ipse sit rex super omnes filios superbiæ* Iob 40. Aues, id est, viros spirituales deuorat, cauda suæ malitiæ etiam elephantes, id est, magnos viros ligat, & casum eorum procurat, aeremque humanæ voluntatis flatu suæ tentationis inflammat. Diabolus enim est draco

Ad nocendum præparatus,
Ad resistendum angelis ordinatus,
Ad deuorandum animas dilatatus,
A Christo mirabiliter subiugatus,
Ad infernum perenniter condemnatus.

¶ Iste est enim contra homines fallax insidiator Psal. *Draco iste quem formasti ad illudendum ei, &c.* Item iste est contra Angelos proteruus rebellator, Apoc. 12. *Michael & Angeli eius præliabantur cum Dracone, & Draco pugnabat, & Angeli eius.* Item iste est ad animas deglutiendum rapacissimus deuorator. Vnde sibi dicitur Ezech. 32. *Leoni gentium assimulatus es, & draconi, qui est in mari.* Item de isto fuit Christus admirabilis triumphator, qui scilicet ipsum vicit in cruce Psal. *Super Aspidem & basiliscum ambulabis & conculcabis Leonem & Draconem.* Item iste est, & erit inferni perpetuus habitator. Vnde de inferno dicitur Esa. 34. *quod erit cubile draconum, & pascua struthionum.* Quicunque etiam peccator draco dicitur, & quilibet malus, draconis nomine designatur. Vnde notabis, quod draco potest dici quilibet

Superbus & præsumptuosus,
Auarus & ambitiosus,
Iracundus & litigiosus,
Proditor & malitiosus,
Gulosus & delitiosus.

B ¶ Dico ergo quod signat superbos & præsumptuosos. Draco enim ventum attrahit, cristam super caput portat, & caudam maximam post se trahit. Sic superbus vento vanæ laudis vult pasci, cauda pompæ & magnæ familiæ vult associari, & crista, id est, mitra vel corona dignitatis vel gloriæ vult coronari Hier. 14. *Onagri steterunt in rupibus, attraxerunt ventum quasi dracones.* Vnde superbus figuratur in dracone Babylonico, de quo dicitur Dan. 14. *Erat draco magnus in illo loco, quem colebant Babylonij,* quia superbus ab omnibus vult coli, & ab omnibus honorari. ¶ Item signat auaros & ambitiosos. Draco enim est animal sitibundum, mare pro habendo refrigerio & pro deuorandis piscibus inhabitans, & pro venti desiderio sursum ad nauium malos volans. Sic auarus semper sitit diuitias, propter quod mare, id est, fluctus mundi negotiorum solet inhabitare, vt possit pisces, id est, simplices deuorare. Ad malos etiam nauium, id est, ad altas dignitates solet per ambitionem volare, vt ardorem suæ auaritiæ valeat satiare. Draco enim virtutem habet attractiuam & absorptiuam, & auium sursum volantium inferius detractiuam, (vt dicit Plinius) Sic auarus aliena solet attrahere & absorbere, ita quod aues, id est, nobiles per vsuras suas ad terram & paupertatem scit detrahere & deducere Hier. 51. *Absorbuit me quasi draco, impleuit ventrem suum teneritudine mea.* ¶ Item signat iracundos & litigiosos. Draco enim habet bellum & odium perpetuum cum elephante, sic iracundi & inter se inuicem, & etiam contra alios mouent bella, vnde de talium iracundia dicitur Deu 32. *Fel draconum vinum eorum.*

¶ Item signat proditores & malitiosos. Vnde August. in sermone. Leo aperte irascitur, Draco occulte insidiatur. ¶ Item signat gulosos & delitiosos. Draco enim animal est gulosum. Vnde Ezech. 29. *Ecce ego ad te draco magne, qui cubas in medio fluminum.* Flumina enim mollitiem delitiarum designant. Tales ergo

Dracones { Bonis aduersantur,
Mundo dominantur,
A Deo tribulantur,
In inferno finaliter relegantur.

¶ Bonis (dico) solent aduersari. Vnde Iob de consortio aduersariorum suorum conquerens, dicit Iob 30. *Frater fui draconum, & socius struthionum.* In mundo etiam solent dominari, C
quia, scil. isti sunt qui occupant hodie totum mundum. Vnde Esa. 13. *Domus eorum replebuntur draconibus.* A Deo tamen temporaliter aliquoties destruuntur, & ad infortunia deducuntur Psa. *Contribulasti capita draconum in aquis. Dedisti eum escam populis Aethiopum.* Constat enim quod tales postquam bonos molestauerunt, à Deo per infortunia contribulantur, & populis Æthiopum, id est, balliuis & alijs exactoribus deuorandi traduntur. Isti etiam in inferno finaliter solent recludi & religari. Vnde de Babylone deserta loquitur scriptura Hier. 50. dicens, quod *ibi habitabant dracones cum fatuis ficarijs*, id est, peccatores cum dæmonibus effrenatis. Sicarij enim idem sunt quod fauni, id est, panes, satyri, vel pilosi, animalia, scilicet, humanam figuram habentia, ratione tamen carentia. Patet ergo quomodo peccator intelligitur per draconem.

¶ Si autem vis per Draconem potes intelligere Christum, qui, scil. Draco dicitur, quia nostræ carnis, peccati & venenosi similitudinem assumpsit, figuratus in virga Moysi, quæ conuersa est in Draconem Exod. 7. quia Dei filius de cœlo dimissus conuersus est in carnem. Et nota, quod iste est rex & dominus omnium. Draco enim diademate candido coronatur, &c. Si vis etiam dic, quod draco est iustus. Draco enim est animal cautum, animal etiam gratum, sicut exemplificat Plinius de dracunculo nutrito, tandem in desertum ducto, & libertati dimisso, qui post magna tempora nutritorem suum à latronibus in deserto oppressum intelligens clamantem liberauit, & inuitis in Æthiopia accidit hoc, vt dicit. Sic debet quilibet esse gratus, &c. & erga Deum & erga proximum. Vnde Esa. 43. *Glorificabit me bestia agri, dracones & struthiones.* Vnde etiam pœnitens debet dicere illud Micheæ 1. *Faciam planctum velut draconum, & luctum sicut struthionum.* Patet ergo, quod per draconem potest intelligi iustus, Christus, impius & diabolus. Vide in tabula, quia in hoc opere in multis locis fit mentio de dracone.

**Dubitare.** Cum pro tempore huius vitæ cuncta sint dubia & incerta, in tantum, quod academici philosophi dicere voluerunt, quod nihil certius, quam nihil esse certi, multa de dubietate dici possent, nisi auctoritates deficerent & desiderior. Constat enim, quod est A

Dubitatio { Sapientium,
Imbecillium,
Desperantium.

Sapientes enim nihil temere volunt asserere, sed potius volunt negotia prudenter sub quodam dubio palliare. Et de hoc dicitur, quod dubitare de singulis; non est inutile. Imbecilles vero solent vbi timor non est, trepidare, & nunquam securi esse, sed in omnibus dubitare, quod scilicet pertinet ad suspiciosos, qui de omnibus dubitant, & in nullo confidunt, ad timorosos, qui pro nihilo dubitant, & facile diffidunt, ad hæreticos, qui in fide vacillant, & firmiter non credunt, quos reprehendit dominus dicens: *Modicæ fidei, quare dubitasti?* Matt. 14. Desperantes etiam solent dubitare de salute æterna non sperare, propter quod solent ad mala omnia se laxare Matth. 28. *Quidam autem dubitauerunt.* Vide ergo infra de timere, & de certitudine.

Duce-

A **Ducere. Dux. Ductor.** Nota; quod ducere idem est quod aliquid ad aliquem locum dirigere, est idem quasi inter ostendere & docere. Et ideo ducere denotat discretionē & iurisdictionem. Duci vero denotat ignorantiam, obedientiam, & subiectionē. Per nomen igitur ducis potest prælatus vel superior & prædicator vel quicunq; discretior designari, qui alios habet ducere, regere & docere, & quem habent sequi, & ei credere & obedire, iuxta illud Iudic. 9. *Præcidentes ramos de arboribus sequebantur ducem* Sicut ergo videmus, quod ille, qui alium ducit, debet esse eo discretior & præstantior, sic vere prælatus, qui alios habet ducere & regere, in scientijs & morib. debet alijs præualere. Dux n. & rex apum duplo præstantior & maior est, quam aliæ apes. Inter elephantes etiam dle, qui maior est natu ducit gregem, sicut dicit Pli. In quibus exemplis innuit natura, quod prælati & principes, & alij qui alios habent ducere, debent in scientijs & morib. alijs plus valere. Debent n. esse maiores natu, i. antiquiores per se... m & discretionem. Debent etiam alijs esse duplo maiores, quantum ad moralem perfectionem, vt sicut sunt maiores in dignitate, sic sint maiores in bonitate. Ideo Ionathas, qui erat melior alijs, factus est eorum dux. Dixerunt itaq;. *Te eligimus hodie esse nobis in principem, & in ducem ad bellandum bellum.* De quolibet ergo à Deo, vel à prælato bene ducto potest exponi verbum illud Sap. 10. *Iustum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei, & dedit illi scientiam.*

¶ In quibus ostenditur, quod prælati & prædicatores debent alios ducere tempore claritatis, per viam veritatis, ad locum vbertatis. Ad ista n. tria debet homo gradatim duci. ¶ Primo ad veri cognitionem. Ideo dicitur [ Dedit illi scientiam. ] Secundo ad iusti perfectionem. Ideo dicitur [ per vias rectas. ] Tertio ad boni dilectionem. Ideo dicitur [ Ostendit illi regnum Dei. ]

Primum enim debet intelligere,
Secundum debet eligere,
Tertium debet diligere.

B ¶ Ducere ergo debet prælatus vel prædicator subditos vel auditores ad veritatis cognitionem. [ Dedit inquit illi scientiam. ] Ad hoc enim debet homo conduci, instrui, & deduci, vt sciat quæ sunt necessaria ad salutem. Nemo enim bene conducitur, nisi de die, quando habet lucem. Sic nec homo bene potest spiritualiter doci, nisi lumen fidei & scientiæ habuerit. Ideo dicitur in Psal. *Deduxit eos in nube diei, & in luce stellarum noctis.* Lux enim diei & nubes roris luæ doctrinæ necessariæ sunt ductori. Aries enim qui est dux gregis, duobus cornibus tortis & reflexis est munitus. Quod vtrque significare potest quod illi, qui alios bene volunt ducere, debent duo cornua, i. duo testamenta, i. e. duorum testamentorum scientiam habere, & ipsam cum suis difficultatibus continere, vt sic sciant alios instruere & docere. Istud significant duæ cornua mitræ episcopalis. Debet ergo ductor alios ducere ad veritatis cognitionem.

C [ Dedit inquit illi scientiam, doce me ¶ Secundo debere eos ducere ad sanctitatis perfectionem, quod ostēditur cum dicitur [ Deduxit eos per vias rectas. ] Viæ enim rectæ sunt viæ virtutū, quib. homo recte deducitur in hac vita, vt ad terminum veniat Paradisi. Et possumus notare, quod tres sunt viæ rectæ ad eundum in cœlum, vna secura, alia pura, alia dura.

Prima est paupertatis,
Secunda castitatis,
Tertia pœnitentiæ vel pœnalitatis.

Via enim, quæ est sine offendiculo & sine diuitijs est paupertas, via munda & sine carnalitate, est castitas, via breuis est pœnitentia & æquitas. In istis igitur tribus vijs debemus deduci dum sumus in hac vita. Iuxta illud Prou. 4. *Ducam te per semitas æquitatis, quas cum ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui, & currens non habebis offendiculum.* Elephantes n. ducunt paruulos suos ad fluuium, & docent eos natare, & se balneare, & lunæ & syderibus inclinare Vitulus etiam marinus in terra dicitur parere, sed tandem post duodecim dies catulos suos ad mare ducit, & ipsos ad natandum instruit & docet. Quibus exemplis docemur, quod qui alios habent docere & regere, debent eos ducere ad fluuium deuotionis, & mare pœnitentiæ & cōtritionis, vt purificentur lauacro confessionis, & vt lunæ & syderib. i. e. sanctis eius inclinentur per virtutem orationis, vt sic dicat talis ductor illud Oseæ 2. *Ego lactabo eam, & adducā eam in solitudinem, & loquar ad cor eius.* Debet loqui ad cor subditorum prædicando, & debet eos lactare benigniter inducendo, vel temporaliter nutriendo. Debet ipsos etiam ducere in solitudinem, idest, in pœnitentiæ asperitatem, ipsos salubriter corrigendo. Per vias ergo rectas non ducunt adulatores, quia sicut dicitur Prouerb. 16. *Vir iniquus lactat amicum suum, & ducit per viam non bonam.* Talis via non est via mundanæ prosperitatis, quia ista est via, quæ videtur hominibus recta, cuius nouissima ducunt ad mortem Prouerb. 14. *Ducant ergo eos ad sanctitatis perfectionem* ¶ Tertio D dico, quod ipsi debent eos ducere ad cœlestium affectionem, vel ad vbertatis repletionem, scilicet, ad regnum æternum. Ostendit inquit illi regnum Dei Abacu. 3. *Super excelsa deducet me victor, in Psalmis canentem.* Debet enim dicere auditoribus illud Matth. 25. *Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum.* Et sic patet, quod si bene volumus ducere, necessaria sunt lux, via, terminus. Lux, scilicet, scientiæ, via iustitiæ, terminus gloriæ, lux veritatis, via sanctitatis, terminus fœlicitatis, &c. ¶ Adhuc etiam possum notare & dicere, quod ducere pertinet ad Deum, ad iustum, seu prælatum, ad impium, ad diabolum. Duci vero pertinet ad bonum hominem quod iniquum. Ista enim sunt sex genera ductionum, quorum quatuor sunt actiuæ, & duæ sunt passiuæ. Inuenio igitur in scriptura, ducere

Auctoritatis æternæ,
Benignitatis paternæ,
Iniquitatis externæ,
Fœlicitatis supernæ,
Humilitatis fraternæ,
Fragilitatis internæ.

Nam

Ducit Deus regens sagaciter,
Ducit prælatus mouens suauiter,
Ducit diabolus trahens fallaciter,
Ducitur iustus parens humiliter,
Ducitur iniquus currens faciliter.

¶ Dico ergo primo, quod est ductus Dei, quo omnia reguntur. B Omnia enim, quæ sunt, per ipsum summum doctorem, Deum, certis & inuariabilibus legibus ad certos fines ducuntur, & ad hoc suis proprijs motibus inclinantur. Sicut enim video, quod in omnibus rebus sunt suæ quædam occultæ & propriæ qualitates, quæ ipsas ducunt ad fines & terminos sibi datos à natura, sicut est virtus & qualitas leuium, quæ ducit ea sursum, grauium, quæ ducit ea deorsom, & sic, de alijs, sic in intellectualibus necesse est dare inhabitare vnam superiorem virtutem, & quandam perpetuam legem, scilicet, ipsum Deum, qui actus eorum ducit ad finem intentum Deuter. 8. *Dominus Deus ipse est ductor tuus.* Constat enim, quod homo percepit in seipso, si bene & diligenter attendit, quod occulta quadam lege magis ducitur, quam per proprium liberum arbitrium deducatur? Nonne firmamentum ducit secum planetas contra suum proprium cursum. Nonne luna mare circumagitat & deducit, & fluxum & refluxum ipsius regulat & componit? Nonne nutrix ducit & regit puerum, cum regere non valeat semetipsum? pædagogus etiam discipulum ad scholas ducit, & eum ad addiscendum sollicitat & inducit? Sic dicam necesse est, quod nos à Deo principaliter ducamur, & quod ab ipso in agendis credendis & cauendis specialiter dirigamur. Istam ergo virtutem occultæ prouidentiæ actuum humanorum ductiuam atq; tractiuam vocauerunt philosophi fatum. Cuius leges crediderunt incommutabiles atque certas, æterna serie causarum sub certi ordinis nexu cuncta inexorabiliter constringentes. De tali tamen ductu diuino tam ineffabili & stupendo nihil intendo dicere, nec regimine sapientiæ suæ, quo, scilicet, cuncta rerum naturas, earumque effectus amplectitur (cum hoc vires excedat ingenij mei) nihil audeo definire, hoc solum dicens, quia sicut dicitur Sapient. 7. *Sapientia dux est & sapientium emendator.* In manu enim illius nos & sermones nostri, & omnis sapientia operum scientiæ disciplina, quantum tamen ad ductum gratiæ, quo scilicet, in via morum iustos ducere consueuit, iuxta illud prædictum. Iustum deduxit Dominus per vias rectas, aliquid est dicendum. Sicut enim video, quod ad hoc, quod nauis discrete & sine periculo ducatur ad terminum, multa sunt necessaria, videlicet rector gubernans, ventus portans, remigū ministerium adiuuans, veli & cordarum adiutorium cooperans, sic dicam, quod ad hoc, quod anima bene ducatur in via morum per fluctuosa maria vitæ eius, necesse est, quod ibi

intersit gubernator, id est, Deus, qui eam ducat, flatus, id est, Spiritus sanctus, qui eam deferat. remigium, id est, Angelorum ministerium, qui opem afferat veli, id est, sacræ scripturę chartarumque, id est, Dei mandatorum beneficium, quod vires conferat. Sic enim à Deo ductore anima deducetur ad portũ, & Angelis sanctis, scriptura & lege diuina cooperantibus, fœlicem conducetur ad terminum. Cõstat enim quod Deus ducit hominem per viam iustitiæ, quandoque interius inspirando, quandoq; per Angelos consulendo & confortando, quandoque per tribulationes impellendo, quandoque per sacram scripturam, per prædicatores & doctores viam ostendendo, & de necessarijs erudiendo. Vnde proprie Deus pater est ductor Deut. 1. *Dominus Deus, qui ductor est noster, ipse pugnabit pro nobis.* Filius est reductor Deut. 19. *Reducet te Dominus Deus tuus.* Spiritus sanctus est deductor Psalm. *Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam.* & Esa. 63. *Spiritus domini ductor eius fuit.* Angelus est conductor, sicut Raphael legitur dixisse Tobiæ Iob 5. *Sanum ducam & reducam filium tuum.* Et aduerte, quod Deus ducens filios Israel ad terram promissionis adhibuit duo remedia, scilicet, & nubem in die, quæ ardorem refrigeraret, & ignem in nocte, qui lumen & calorem præstaret. Vnde Exod. 13. dicitur: *Dominus autem præcedebat eos, ad ostendendum viam per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis, vt dux esset itineris in vtroque tempore.* Sic reuera in isto ductu suo vtitur & columna nubis, hæc est misericordia, & columna ignis illuminans & comburentis, hæc est Iustitia, quia pro certo sicut pastor quandoq; ducit gregem sibilando & vocando, & quandoque percutiendo & impellendo, sic Deus suos ducit ad gloriam, quandoque sibilando, inspirando, & consolando misericorditer Exod. 15. *Dux fuisti in misericordia tua populo, quem redemisti.* Et quandoque impellendo & tribulando seueriter Deut. 8. *Ductor tuus fuit in solitudine magna & terribili, vbi erat serpens flatu vrens, scorpio & dipsas.* Et si vis nura, quod iste ducit nos ad

Baptismum vt ibi mundemur,
Desertum, vt ibi probemur,
Iudicium vt ibi examinemur,
Paradisum, vt ibi coniocundemur.

F Ducit ergo ad lauacrum purificatiuum, scilicet, ad baptismum Eze. 47. *Ducit & conuertit me ad ripam torrentis.* Item ducit ad desertum mortificatiuum, scilicet, ad statum pœnitentiæ Oseæ 2. *Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius.* Item ducit ad iudicium examinatiuum Ioel 3. *Congregabo omnes gentes, & ducam eas in vallem Iosaphat, & disceptabo cum eis ibi.* Item ducit ad palatium glorificatiuum, seu ad conuiuiũ lætificatiuum, sc. ad paradisum Abacuc. 3. *Super excelsa deducet me victor in psalmis canentem.* Nos igitur habemus bonum ducem, qui scilicet nos

Defendit ab hostibus venenosis,
Dilatat virtutibus copiosis,
Exultat honoribus gloriosis,

Defendit dico, ne ab hostibus superemur 2. Paral. 13. Ergo in exercitu nostro dux Deus est. Item dilatat nos, vt virtutibus fœcundemur Psalm. *Dux itineris fuisti in conspectu eius, plantasti radices eius & impleuit terram.* Item nos exaltat, scilicet, finaliter in paradiso, vt præmiemur seu honoremur Deut. 32. *Dominus solus dux eius fuit, & non erat cum eo Deus alienus.* Constituit eum super celsam terram, vt comederet fructus agrorum, vt sugeret mel de petra. Patet ergo quomodo est ductus Dei, quo omnia reguntur.

G ¶ Secundum principaliter dico, quod est ductus prælati, quo subditi ducuntur, prælatus enim & prædicator duces dicuntur, eo quod subditi per eos & per eorum regimen, vitam, exemplum, doctrinam, & gloriam ducunt. Ad ducem enim pertinet, quod sit audacior ad præcedendũ, discretior ad ordinandum seu dirigendum, validior ad propugnandum. Debet enim dux plebem præcedere, vt demat timorem, plebem dirigere, vt tollat errorem, plebem defendere, vt mõstret amorem. Sic reuera ille, Qui vult digne populi dux vocari, & prælati vel principis digne nomen sortiri, debet esse audax & animosus, alios præcedens exemplariter, debet esse sagax & industriosus, alios ordinans regulariter, debet esse viuax & virtuosus, alios defendens virtualiter. Sit dico audax alios præcedendo, quia, sc. ad ducem, rectorẽ populi pertinet, quod bene & virtuose agendo omnibus exemplum det, quod quam alios bene agendo præcedat, si vult quod populus audacter & animose procedat, exemplo, scilicet, illius Imperatoris famosi, de quo dicit Suetonius, quod legitur militibus dixisse, dicitur, quod Dauid ducem futurum esse decreuit, qui primus hostes, scilicet Iebusæos percuteret, & primus Hierusalem, quam obsidebat intraret, & fistulas dogmatum tangeret, & cæcos & claudos exinde tulleret & auferret, quia quod Ioab Saruiæ filius fecit primus factus fuit de cætero princeps & dux. Sic vere dico, quod ille dux est & princeps esse meretur, qui ad hostes nostros, scilicet peccata & dæmones virtutibus impugnandum alios præcedere comprobatur, qui etiam de Hierusalem, id est, de Ecclesia scit Iebusæum, id est, diabolum repellere, fistulas dogmatum, id est, falsa dogmata & doctrinas inde eijcere, & cæcos & claudos, id est, ignorantes & vacillantes inde penitus extirpare. De tali ergo duce sic aliorum præcessiuo & malorum impugnatiuo & eradicatiuo dicitur Iudic. 10. *Qui primus ex nobis contra filios Ammon cœperit dimicare, erit dux.* Sit ergo audax alios præcedendo. Item sit sagax alios dirigendo. Ille enim, qui alium educit, debet clare videre. Scriptum est enim quod *si cæcus ducatum præstet cæco ambo in foueam cadunt* Matth. 15. Nautæ enim ad portum ducuntur, eo quod per aspectum stellarum, quæ scilicet, luminosæ sunt, diriguntur. Sic vere dico, quod ille, qui ducatum prælationis vult recipere, debet per prudentiam videns & luminosus esse, alias si cœcus per ignorantiam fuerit, & se & alios poterit præcipitare. Vnde de Salomone sapientissimo dixit Dauid 3. Reg. 1. *Ipse regnabit post me illique præcipiam, vt sit dux super Israel.* Item sit viuax alios defendendo. Dux enim belli debet esse fortis, vt se & alios possit defendere, quia si per ipsum succumbere contingeret, statim totus exercitus deflueret, & periret, quod etiam esse inter apes dicitur, vbi maior & fortior dominatur. Sic vere prælatus alijs constantior & virtuosior debet esse, vt se possit & alios adiuuare, Sicut dicitur 1. Paral. 7. quod *filij Aser principes cognationum electi fortissimi duces ducum.* Quod satis figuraliter in Saule potest videri, quem Deus in ducem Israel mandauit iniungi, sicut dicitur 1. Reg 9. quod in *Israel similis illi non erat, & quod omnem populum ab humeris supernus excedebat.* De isto ergo Dominus Samueli 1. Reg. 9. dicit sic, *Cras mittam ad te virum de terra Beniamin, & vnges eum ducem super populum meum Israel.*

¶ Vbi nota quod bonus dux describitur quantum ad tria, videlicet quantum ad propriam conditionem, quia debet esse vir de terra Beniamin, quantum ad ipsius electionem, quia Deus debet eum mittere [Cras inquit mittam ad te] quantum ad ipsius prælationem, quia ipse debet iniungi dux super populum. Igitur dico, quod hic describitur eius conditio virtuosa, eius electio seriosa, eius prælatio gloriosa, conditio virtuosa, quod ostenditur cum dicitur [Virum de terra Beniamin] Vbi nota primo, quod qui vult in ducem eligi, debet esse H

Ætate prouectus,
In mente deiectus,
Virtute perfectus.

Primum facit discretio vitalis existentiæ [Virum inquit] Sed secundum cognitio fatalis defluentiæ, scilicet, mortalitatis [de terra inquit] Sed tertium additio moralis excellentiæ [Beniamin inquit] qui, scilicet, interpretatur filius virtutum, vt sic ætatis ratio possit viriliter operari [Virum] vt mentis cognitio possit humiliter meditari, scilicet, se esse de terra vt morum perfectio possit nobiliter conuersari [Beniamin] Debet ergo qui debet esse dux, habere ætatis debitum & sufficiens complementum, quia, scilicet, ipse debet esse vir, non puer. [Virum inquit] Nemo enim iuuenes eligit duces, eo quod non constat esse sapientes, vt dicit Arist. Vnde etiam vt supra dictum est, inter Elephantes maior natu ducit gregem. In quo docet nos natura, quod illi, qui sunt ætatis prouectioris, & de quibus præsumptio est, quod plura sciuerint, atque viderint, & quod maturius debeant in suis factis procedere, eligi debent principes atque duces [Virum inquit] ac si dicat non puerum neque decrepitum, sed ætate & prudentia virtuosum, vt & puerili insolentia careat, & decrepitam impotentiam & pigritiam non habeat 2. Paralip. 8. *Ipsi, scilicet, filij Israel erant viri bellatores & duces populi.* sæpe enim potest contingere, quod prudentia suppleat ætatem, quia sicut dicitur Sapient. 4. *Senectus venerabilis est, non diuturna neq; annorum numero computata.* Sequitur. *Cani sunt sensus hominis & ætas senectutis vita immaculata.* Constat enim quod multi sunt ætate iuuenes, qui tamen virtute & pru-

dentia

deoria sont viriles, sicut de illo puero malos senes reprehendente dicitur Dan. 14. *Dixerunt ei senes, veni & sede in medio nostrum, quia tibi dedit Deus honorem senectutis.* Et ideo de puero legitur Matth. 18. quod Christus statuit eum in medio, & ipsum prætulit alijs commendando, dicens, *Qui non humiliauerit se sicut paruulus iste, non intrabit in regnum cælorum.* De adolescente etiam Ioanne legitur, quod ipse Christus iuuenem ad Apostolatum vocauit, & eum præ cæteris prædilexit, sicut dicitur Matth. 4. & Iohan. 20. Etiam apud Romanos Octauianus fuit viginti annorum consul & imperator electus. Scipio etiam Aphricanus valde ætate tenera fuit dux Hispaniarum effectus, quorum tamen quilibet alijs in factis egregijs est prælatus. Non ergo ætas corporis semper respicitur, quia sæpè fit, quod iuuenis prudens & senex fatuus reperitur. Ideo bene dicitur Esa. 65. *Puer centum annorum maledictus erit.* Cæteris tamen paribus dux & prælatus debet esse vir, id est, ætate congrua pollere, & virtuosis viribus renitere 5 Reg. 9. *Ecce vir, quem dixeram tibi, ipse dominabitur populo meo.* Vnde de prouecta ætate prælati potest intelligi illud quod scribitur Prouer. 28. *Vita dulcis longior erit.* Cuius tamen contrarium fit hodie, quia, scilicet, non viri, sed pueri dominantur in orbe, illi, scilicet qui pueri sunt & sapientia & ætate Esa. 3. *Dabo pueros principes eorum, & effeminati dominabuntur eis.* Non sic ergo, sed habeat, qui vult esse dux, ætatis debitum complementum. Virum inquit. Exemplo, scilicet Christi, qui virilis ætatis voluit esse antequam prædicationis vel prælationis officium
I vellet ostendere seu habere, sicut dicitur Luc. 3. ¶ Adhuc dico, quod ille, qui vult esse dux, debet habere humilitatis solidum fundamentum, quia scilicet ipse semper debet se considerare esse de terra, id est, esse hominem terreum & mortalem, & exinde concipere humilitatem & deiectionem mentalem. [De terra inquit.] Vnde etiam imperatores Constantinop. solebat esse statutum quod die inthronizationis suæ, vbi erat in maximo festo & gaudio, veniebant duo latomi coram populo, portantes in manibus lapides quosdam marmoreos, & dicentes, Iubebat Dominus imperator de quo genere marmoris vult fieri sepulchrum suum. Hoc autem introductum erat vt consideratio mortis futuræ, gloriam illam inanem reprimeret, & vt humilitate concepta erga subditos modestius se haberet. Sicut etiam apud Fiscanum insigne Galliarum Monasterium ordinatum est, quod dum abbas est in mensa, semper omni die certus numerus pauperum puerorum in aula sua reficitur, qui coram abbate pluries venientes hæc verba loquuntur, Domine vos morietnini de terra. Sicut enim dicitur Eccl. 17. *Deus creauit de terra hominem*, & Eccl. 40. *Omnia, quæ de terra sunt, in terram conuertentur.* Consideratio ergo propriæ terrestreitatis vtilis est in Duce. Quia etiam omnia animalia habent vultum suum inclinatum inferius, versus terram, homo etiam, qui habet staturam erectam, sæpius ad terram respicit, quam ad cœlum. Ad denotandum, quod omnes debemus terram nostræ mortalis conditionis respicere, & nos de terra genitos ad terram redituros iterum cogitare. Vnde Salomoni, qui erat dux & rex, dicitur Eccl. 47. *Terram retexit anima tua.* & Esa. 8. dicitur, *Aspiciet cælum sursum, & ad terram intuebitur.* Sed proh dolor pro certo de multis ducibus & maioribus nostris videtur hodie quod ipsi non credunt se esse de terra, nec esse terreos aut mortales, imo magis videntur se credere esse de cœlo, i. Deos & immortales. Exemplo illius Alexandri, qui se vt Deum adorari mandauit, & se Iouis filium appellari, sicut ponit Seneca. Exemplo etiam illius Gaij imperatoris, qui se voluit credi Deum, & idolum suum posuit iuxta Iouis idolum, vt simul cum eo adoraretur per populum, sicut ponunt historiæ Romanorum imperatorum. De Nabuchodonosor etiam legitur, quod *omnes Deos terræ mandauit exterminari, & se solum terræ Deum vocari*, Qui etsi aliquando recolunt sui terreitatem, nec tamen exinde concipiunt humilitatem, iuxta illud Ezech. 30. *Dux de terra Aegypti non erit amplius.* Et propter hoc tales debent timere futuram damnationem & aduersitatem, quia, scilicet Eccl. 10. dicitur, quod *sedes ducum superborum destruxit Deus.* Non sic, sed habeat dux humilitatis solidum fundamentum. ¶ Denique dico, quod talis, qui vult in
K ducem & rectorem assumi, debet habere moralitatis inclytum ornamentum, i. ornamentum virtutum, quod ostenditur cum dicitur Beniamin, quod interpretatur filius dextræ, filius virtutum filius asininus, siue filius asinorum, quia scilicet, tales debent esse filij propter humilitatem & charitatem, debent etiam esse filij dextræ propter perseuerantiæ diuturnitatem, dicitur

*Diction. Bersborij.*

filius virtutum, propter perfectionis multiplicitatem, dicitur filius dextræ propter bonorum operum strenuitatem, dicitur filius asinorum propter sanctorum, qui portauerunt opera, imitationē, sanctitatem, bonitatē, &c. dic sicut supra de Beniamin. Vnde de tali duce sic virtuoso potest dici illud Num. 10. *In tribu Beniamin erat dux Abidam, filius Gedeonis.* Abidam interpretatur pater meus iudex, Gedeon circuiens & diligens laborando. Patet ergo, quod qui aliorum dux & prælatus digne esse voluerit, virtutum nobilitatem, mentalem humilitatem, & ætatis congruitatem obtinere debebit. Ista est igitur in ducem vel principem promouendi conditio virtuosa, quæ ostensa est cum dictum est in auctoritate. [Virum de terra Beniamin.] ¶ Se- L
cundo dico, quod hic ostenditur ipsius ad ducatum seu prælationis officium promouendi electio seriosa. Et hoc ostenditur cum dicitur [Cras mittam ad te.] Quæcunque enim

Electio debet { debite protelari, / desuper ordinari, / subditis destinari.

Quia, scilicet ista debet esse ad tempus dilata, vt debite possit examinari. [Cras inquit.] Vnde electores debent alter alteri dicere illud Iosuæ 7. *Sanctificamini in crastinum* & illud Exod. 16. *Cras quodcunque est operandum facite.* Cras inquit, hoc est dictum deliberate. Vide supra de cras circa principium. De qua quidem deliberatione potest intelligi illud 2. Reg. 5. *Tu eris dux super Israel* Non enim dicit tu es, vel tu sis, sed tu eris in futuro. Deliberate enim vult procedere. Quod est contra illos, qui non cras, sed hodie, id est, nimis celeriter ad electiones prorumpunt, quibus, vt communiter, male cedit, dicentes illud 1. Macch. 10. *Constituimus te hodie summum sacerdotem gentis tuæ.* Habeat ergo discretam dilationem ad hoc, vt debite sit examinata [Cras inquit] Item habeat à Deo sollicitationem seu inspirationem ad hoc vt canonice sit originata. Nulla enim electio canonica dici debet nisi illa, quàm Deus inspirando facit & promouet. Teste enim Apostolo Rom. 13. *Non est potestas nisi à Deo.* Et Hebr. 5. dicitur, *quod nemo assumat sibi honorem nisi qui vocatus est à Deo sicut Aaron*, & hoc est, quod dicitur hic quia ipsemet Dominus dicit, Adducam, scil. ego Deus, vt sic de tali desuper facta à Deo ordinatione dicat quilibet rite electus Domino regratiando illud 2. Reg. 6. *Elegit me*, supple Dominus, *& præcepit mihi, vt essem dux super populum suum Israel*, quasi diceret, nullus se debet ingerere, sed præceptum, inspirationem & impulsum Domini expectare. Iuxta illud Eccles. 7. *Noli quærere ab homine ducatum.* Expectet ergo, quod ipsum adducat Dominus ad ducatum, vt & Dominus possit dicere illud Esaiæ 65. *Adducam eos in montem sanctum meum & lætificabo eos in domo orationis meæ.* Habeat ergo electio ducis à Deo progressionem, vt canonice sit originata. Adducam inquit. Item habeat debitam intentionem ad hoc, vt vtiliter sit determinata, scilicet, & ad vsum & ad vtilitatem populi. Ad te inquit, id est, ad vtilitatem tuam, Quod est contra multos, qui non eliguntur ad te, sed ad se, quia scilicet, electio & promotio sua tota vertitur ad vtilitatem sui & suorum, ac si Deus ad se, non ad te, id est, ad vtilitatem propriam non communem creasset eos. Contra illud, quod dictum fuit Moysi duci Israel, Num. 17. *Ibis & tu ad populum tuum.* Etiam contra illud, quod dicit Dominus filijs Israel præliaturis contra Beniamin de Iuda, Iudic. 20. *Iudas sit dux vester*, i. ad vtilitatem vestram creatus. Igitur dico, quod talis electio debet fieri cum populi vtilitate [ad te.] A superna diuinitate [adducam.] Cum discreta maturitate [cras] Et sic patet ipsius ducis electio seriosa, quod est secundum principale auctoritatis, quod ostensum est cum dictum est. [Cras adducam ad te.] ¶ Tertio M
principaliter dico, quod hic ostenditur ipsius electi prælatio gloriosa vel fructuosa, quæ ostenditur cum dicitur, *Vnges eum ducem super populum meum Israel.* Vbi aduerte, quod talis sit conditionatus, electus & promotus, vt dictum est, debet.

Benigniter conuiuere,
Vtiliter dirigere,
Seduliter intendere.

Probat benignitatem dulcedinis vnctura. [Vnges inquit eum.] Probat vtilitatem regiminis ductura. [ducem inquit.] Probat sedulitatem ligaminis iunctura. [super populum meum Israel.] quia, scilicet, ipse semper debet esse super populum per diligentiam circumspectam. Dico ergo, quod iste debet conuiuere valde benigniter. [Vnges inquit.] Res enim vncta ma-

 gis est

gis est suauis & dulcis: & minus exasperat contingentem. Et ideo reges & prælati & sacerdotes consueuerunt inungi, ad denotandum, quod ipsi debent mites, dulces, suaues & misericordes præ alijs inueniri. Psal. *Vnxit te Deus*. Et Exod. 15. *Dux fuisti in misericordia tua*, &c. Dic de misericordia prælati, sicut infra de rege. Et vide infra de vngere. Sed reuera hodie non sic, quia nos non habemus duces vnctos, sed duces vnctuosos, non duces clementes, sed duces dementes, non duces misericordes, sed duces vecordes, non duces fideles, sed duces crudeles. De his videtur loqui Dauid in Psalm. dicens *Herodij domus dux est eorum, montes excelsi ceruis, petra refugium erinacijs.* Herodius enim auis rapax signat duces crudeles cum mente rapaci. Ceruus animal cornutum, signat duces superbos cum pompa minaci. Erinacius autem spinis indutus, & animal nullius status, signat duces diuites & minaces cum manu tenaci, quia pro certo illi, qui tenent montes excelsos, id est, ecclesiæ vel sæculi dignitates, & qui in petra, id est, Petri nauicula dominantur aut sunt rapaces & furiosi, aut minaces, superbi atque pomposi, aut sunt auari, tenaces atque spinosi, & more ericij in seipsis constricti, parci, viles & inglorioſi. Itaq; si diuites sunt Herodij ad rapiendum. Si reges sunt cerui in altis montibus, id est, dignitatibus ad despiciendum. Si iure vrges, sunt ericij ad se spinarum, id est, violentiarum armis defendendum. Dilata, si vis, de conditionibus herodij, cerui, & ericij, contra modernos duces contra quos dicitur 2 Esdræ 1 *Duces populi Domini multa inique gesserunt & impie gesserunt super immunditias gentium, & polluerunt templum Domini.* Non sic bonus dux & vnctus, debet ergo conuenire valde benigniter [Vnges enim inquit.]

N ¶ Adhuc dico quod iste debet dirigere suos vtiliter. Et hoc importat etiam nomen ducis, qui dicitur à ducendo. Ducem inquit, quia tenetur iste tenetur ducere & dirigere suos subditos per semitas æquitatis Matt. 2. *Ex te enim exiet dux qui regat populum meum Israel*. Et si vis notare potes dicere, quod bonus dux debet subditos ducere

Ad { Montem contemplationis,
Fontem consolationis,
Pontem erudinonis,
Sortem tribulationis,
Artem diuinæ famulationis,
Partem æternæ delectationis.

¶ Isti ergo sunt boni duces, qui subditos suos ducunt ad contemplationis montem Iudic. 4. *Duc exercitum in montem Thabor*. Thabor enim interpretatur luminis aduentus, quia, scilicet prælatus debet alios ducere ad montem æterni luminis contemplandum. Exemplo Christi, de quo dicitur Matth 17. *Assumpsit Iesus Petrum, Iacobum & Ioannem & duxit eos ad montem excelsum seorsum*. Et bene dicit seorsum, quia contemplatio melius fit seorsum & secrete & ad patrem, quam in publico. Item eos deducunt ad consolationis fontem Iudic. 7. *Duc eos ad aquas, & ibi probabo eos*. Aquæ enim, quæ refrigerant, consolationem designant. Item ducunt eos ad eruditionis pontem. Doctores enim & prædicatores pontes sunt, quibus mediantibus pertransimus in cœlum Actor. 9. *Barnabas autem apprehensum Paulum duxit ad Apostolos*. Item ducunt eos ad tribulationis sortem, scilicet ad laborem pœnitentiæ Osee 2. *Ducam eam in solitudinem & loquar ad cor eius*, & Matth. 4 *Ductus est Iesus in desertum, vt tentaretur*. &c. Et etiam ad pugnam contra vitia Vnde 1. Reg. 17. *Duxerunt aciem ad pugnandum contra Philisthijm*. Exemplo Christi, de quo scribitur Esai. 53. *Sicut agnus ad occisionem*, inquit, id est, ad mortis & tribulationis tolerationem, *ducetur*. Item ipsos ducunt ad artem diuinæ famulationis [ artem, ] scilic. ad seruitium Dei. Exemplo Samuelis, de quo dicitur 1. Reg 1. quod *mater sua duxit eum vt appareret coram domino*. Item finaliter ducunt eos ad æternæ delectationis partem, scilic. ad gloriam Paradisi. Vnde Hester. 2. dicitur, quod *Hester ducta est ad cubiculum regis*. Vbi etiam ipsi consequuntur supernæ promotionis & exaltationis partem seu sortem, Vnde in Psalm. *Duxit eum in montem sanctificationis*. Patet ergo, quomodo bonus dux debet dirigere suos vtiliter. Ducem inquit 1. Mach 9 *Nunc itaque te hodie elegimus esse principem, & in ducem ad bellandum bellum nostrum*. ¶ Deniq;

O dico, quod bonus dux debet assistere suis sedulitet, quod ostenditur cum dicitur [Super populum meum. ] Sicut enim gallina super pullos incubat, vt eos custodiat & foueat diligenter, sic bonus superior subditos suos incubare debet, scilicet ipsos visitando, mouendo, fouendo, & curam pastoralis regiminis diligentius exercendo. [ Super populum inquit meum ] Vnde 2. Reg. 7 *Ego te tuli de pascuis sequentem greges, vt esses dux super populum meum Israel*. Quod est contra multos, qui, scilicet, super populum suum per diligentiam incubant, nec eum per personalem præsentiam visitant aut frequentant, sed sumptis spolijs & emolumentis de subditis nihil curant. Isti ergo non sunt super populũ, de quibus loquitur Dominus Hier. 23 *Ecce ego ad pastores, qui pascunt populum meum, vos dispersistis gregem meum, eiecistis eas, & non visitastis eos*, &c. Ista etiam sunt contra aliquos alios malos duces, qui, scilicet sunt plusquam necesse est, diligentes, quia, scilicet bene volunt esse super populum, ipsum, scilicet, visitando, crimina inuestigando, exactiones faciendo, machinamenta adinueniendo, & populum multipliciter molestando, contra quos dicitur, *Super populum tuum malignauerunt consilium, cogitauerunt aduersus sanctos tuos*, vt habetur in Psal. Vide supra de aduocato. Non sic ergo, sed sit dux super populum, quia ipse debet assistere suis sedulitet. Super populum inquit 3 Reg 16. *Posui te ducem super populum meum Israel* Igitur patet quomodo secundum auctoritatem ille, qui digne dux & superior esse vult suis, sedulitet debet assistere, suos vtiliter debet dirigere, cunctis benigniter debet conuenire, & hoc quomodo ad fructum suæ prælationis. Item patet quomodo iste debuit esse mature electus, à Deo datus, oblatus, & hoc quantum ad actum suæ electionis. Item patet quomodo iste erat ætate prouectus, in mente detectus, virtute perfectus, & hoc quantum ad statum suæ conditionis. Et sic patent tria præsentia, & nouem sub principalia in auctoritate prædicta. *Cras adducam ad te virum de terra Beniamin, & vnges eum ducem super populum meum Israel*. Et sic patet secundũ principale, scilicet quod est ductus prælati quo subditi ducuntur ¶ Tertio dico, quod est ductus iniqui, per quem mali aguntur. Sicut enim boni duces solent ad bonum deducere bonos, sic mali duces solent ad malum deducere malos. Omnia P

enim quæ violenter ducuntur, solent omnia, quæ sibi adhærent, secum ducere, & ad eam partem, ad quam tendunt, omnia se sequentia inclinare. Patet in rota, quæ clauos in se infixos secum ducit & voluit. Sic reuera mali, quos diabolus quadam malæ consuetudinis necessitate ducit ad impia, alios sibi adhærentes, scilicet suam societatem sectantes suo dominio subiacentes, & doctrinam malam suam audientes, facile ducunt ad similia. Mus marinus animal est, quod in terra facta fossa oua ponit, & terram operit, post triginta vero dies aperta fossa catulos genitos reperit, quos tandem ad mare ducit, & ad natandum erudit, sicut ponit liber de natura rerum, & Pli. li. 9. c. 18. Sic vere mali pullos, id est subditos & filios, auditores & discipulos, solent in terra, id est, in terrenorum amore parturire, & eos ad mare, i. ad peccatorum fluctus & ad inferni amaritudinem verbis & exemplis ducere, & eos in vitijs enutrire. Patet de malis prælatis & hæreticis doctoribus, de vsurarijs & mundanis peccatoribus, qui omnes nituntur filios suos tam naturales, quam spirituales, socios, scil. & vicinos, subditos, discipulos & parentes, in amore & industria terrenorum gignere, & ad peccata plus, quam ad virtutes pro præsenti tempore, & ad mortem æternam plus, quam ad gloriam ducere & docere. Ductio enim talium nihil aliud est, quam quædam tractio ad mortem æternam, & ad mare, i. ad amaritudinem infernalem Ose. 9. *Ephraim ducet ad interfectionem filios suos* Isti enim ducunt eos in via mala, scilicet in via errorum, vitiorum, & mundi fluctuum negotiorum. Et pro certo tales viæ licet prima facie videantur eis rectæ, ducunt eos tamen ad terminum tormentorum, quia sicut dicitur Prou. 14 *Est via, quæ videtur homini recta, nouissima autem eius ducunt ad mortem* Quia, scil. sicut iustitia est via, quæ ducit ad Paradisum, sic mundi prosperitas & nequitia viæ sunt, quæ ducunt homines ad infernum Prou. 12. *In semita iustitiæ vita iter autem deuium ducit ad mortem*. Et si vis notabis, quod mali per suos malos ductores, scilicet per diabolum & peccatores, per prosperitatem & mulieres ducuntur atq; trahuntur ad voluptates, quæ mentes maculant luxuriæ fæce, ad dignitates, quæ mentes iugulant superbiæ nece, ad facultates, quæ mentes stimulant vulcanica face, ad ærumnas, quæ malos vinculant barathri cruce. Ducuntur ergo mali

Ad { Luxuriæ fæces,
Superbiæ neces,

Ad { Auaritiæ faces,
Æternæ pestilentiæ cruces.

Ducũtur (dico) ad fæces luxuriæ, quæ carné maculant. Vnde de iuuene à mala muliere allecto dicitur Prou. 7. quod *statim eam sequitur*

*sequitur quasi bos ductus ad victimam, & nesciens quod ad vincula stultus trahatur.* Vnde etiam de Salomone narratiue dicitur Nee. 13. quod *in multis gentibus non erat similis illi, & tamen ad peccatum ipsum duxerunt mulieres alienigenæ.* Item ducuntur ad artes superbiæ, quæ malos iugulant. Vnde Luc. 4. dicitur, quod *illi mali Iudæi duxerunt Iesum ad præcipitium montis, super quod ciuitas sua sita erat, vt præcipitarent eum.* quod fecissent, nisi diuertisset. Item ducuntur ad faces auaritiæ, quæ mentes stimulant, contra illud Deut. 18. *Non inueniatur in te, qui lustret filium suum aut filiam ducens per ignem.* Item finaliter ducuntur ad cruces infernalis continentiæ seu pestilentiæ, quæ captos vinculant, scilicet ad pœnam & ad seruitutem inferni. Ibi enim ducuntur, vt captiui nunquam euasuri, vt peregrini nunquam redituri, vt damnati pœnas subituri. Dico, vt captiui, qui à carcere nonquã exeant Esa. 5. *Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam.* Et Thren. 1. *Paruuli eius ducti in captiuitatem a facie tribulantis.* Item ducuntur illuc vt peregrini, qui nunquam redeant Esai. 23. *Longe ducent eum pedes eius ad peregrinandum.* Item ducuntur, vt damnati, qui pœnas subeant Baru. 4. *Ducti sunt vt grex direptus ab inimicis.* Illi ergo non sont boni duces, qui ad tales terminos ducunt suos. Vnde nota, quod multi sunt hodie duces in Ecclesia & in mundo, qui, scilicet, sunt

Duces { Pauperes & indigentes, / Inscij & imprudentes, / Crudeles & sæuientes, / Infideles & mentientes. }

¶ Dico ergo, quod isti sont dulces miseri, quibus nihil potest sufficere. Vnde Prou. 28. *Dux indigens prudentia, multos opprimet.* Item isti sunt duces inscij, qui neminem sciunt instruere. Vnde Mich. 3. *Duces domus Israel numquid non vestrum est scire iudicium, qui odio habetis bonum, & diligitis malum?* Item isti sunt duces crudeles atque impij, qui nemini volunt condescendere. Ideo cuilibet tali dicitur Ezech. 21. *Prophane, impie dux Israel, pone cydarim, tolle coronam*, quasi diceret dux crudelis non est dignus tenere regimen vel ducatum. Item isti sunt duces infideles atque noxij qui amicos solent decipere. Ideo bene dicitur Mich. 7. *Nolite credere amico, & nolite confidere in duce.* Igitur tales mali duces digni sunt ad inferos duci, & ibidem concuti & confringi quod vtique faciet dominus finaliter, quando ipsos iudicabit seueriter Hierem. 51. *Collidam in te duces & magistratus.* Et Num. 24. *Consurget virga De Israel, & percutiet duces Moab.* Sic ergo patet, quod est ductus impij, quo multi sternuntur, seu læduntur.
¶ De alijs autem generibus ductionum nihil amplius, quia bene possunt sub præcedentibus contineri. Bene ergo dicitur, quod est

Ductio { Mali rectoris, / Boni pastoris, / Summi creatoris. }

¶ Quia sci, omnia sicut dictum est, vel actiue, vel passiue diuersimode possunt intelligi, &c. Vide supra de adducere, & deducere. Et infra de introducere & indocere.

A **Dulcedo. Dulcis.** Nota quod dulcedo multipliciter sumitur in scriptura.

Est enim dulcedo { Detestabilis & vitiosa, / Commendabilis & virtuosa, / Appetibilis & dolorosa. }

¶ Dulcedo vitiosa est triplex, scilicet.

Dulcedo { Mundanæ prosperitatis, / Carnalis impuritatis, / Verbalis fallacitatis. }

¶ De dulcedine prosperitatis & iucunditatis potest intelligi illud Esa. 24. capitul. *Cessauit gaudium tympanorum, quieuit sonitus lætantium, conticuit dulcedo cytharæ cum cantico, non biberunt vinum, amara erat potio bibentibus illam.* Prosperitas similis est quibusdam fructibus qui dicuntur mytobolani, qui in principio dum sunt virides, sont dulces, in fine vero quando maturi sunt, sunt amari. Sic vere (charissimi) mundi prosperitas modo est dulcis, finaliter tamen accidit, quod in inferno inuenitur amara, quando scilicet, omnis mundana dulcedo in amaritudinem conuertetur Iob. 6. *Anima esuriens*, id est, anima damnata, *etiam amarum pro dulci sumet*, id est, pœnam æternam loco mundanæ prosperitatis, contra quam dicitur de diuitibus Esa. 24. *Cessauit gaudium tympanorum, quieuit sonitus lætantium, conticuit dulcedo cytharæ cum cantico non biberunt vinum, amara erit potio bibentibus illam.* Item de dulcedine carnalitatis potest dici illud Prou. 5. *Fauus distillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius, nouissima vero illius amara velut absynthium, & lingua eius acuta velut gladius biceps.* Mala enim mulier similis est cuidam pisci, qui dicitur Fastem, in cuius ore, vt Ioiath auctor est, aqua maris dulcescit, cuius aquæ dulcedine allecti alteri pisces intrant in os eius, & ab eo deuorantur. Sic vere (charissimi) mulieres per dulcedinem oris sui attrahunt homines ad peccatum, quos finaliter temporaliter deuorant & consumunt, & infernales ipsos post mortem cruciant atque damnant. Ideo dicitur Prou. 7. *Dic sapientiæ vt custodiat te à muliere extranea, quæ verba sua facit dulcia.* Contra carnales etiam & gulosos finaliter potest dici illud Ioel 1. *Vlulate qui bibitis vinum in dulcedine quoniam perijt ab ore vestro.* De dulcedine vero fallacitatis, s. adulationis & deceptionis dicitur Prou. 20. *Suauis est homini panis mendacij* & Iob. 20. *Cum dulce fuerit in ore eius malum abscondit illud, sub lingua sua.* Et illud Rom. 16. *Per dulces sermones & benedictiones decipiunt mentes innocentium.* Ista est igitur duplex dulcedo vitiosa. ¶ Item dico, quod est dulcedo virtuosa, & illa finaliter triplex est, scilicet, B

Dulcedo { ore, / corde, / opere. } Dulcedo { oris est locutio verbalis, / cordis est deuotio mentalis, / operis est operatio realis }

Sit igitur in nobis

Dulcis { locutio, / deuotio, / compassio. }

Vt sic quantum ad ista quilibet possit dicere illud Eccl. 24. *Spiritus meus super mel dulcis.* Vbi ostenditur ꝙ in nobis debet esse

Dulcedo { locutionis, / deuotionis, / compassionis. }

Primum ostenditur, cum dicitur spiritus, quia per spiritum intelligitur locutionis status. Secundum ostenditur cum dicitur mel, quia per mel intelligitur deuotionis virtus. Tertium vero ostenditur cum dicitur dulcis per quod intelligitur compassionis actus, quia scilicet res dulces melius nutriunt. Habeamus igitur dulcedinem locutionis. Dulciter enim & benigniter debemus loqui inferioribus, & respondere superioribus, quod potissime pertinet ad prædicatores, qui dulcedine verborum debent alios attrahere ad virtutem, vt sic eis possit dici illud Can. 2. *Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis, facies tua decora.* Nihil enim nobis debet esse ita dulce, sicut scientia nobis per studium vel Prædicatoris eloquium propinata, vt Ezech. 3. & Apocal. 10. vbi dicitur, quod *liber comestus fuit in ore sicut mel dulce.* Nos enim debemus habere pulchritudinem in pelle conuersationis, & dulcedinem in voce locutionis similes pantheræ, quod est animal quod habet pellem pulcherrimam, & ex ore emittit vaporem suauissimum. Et ideo vt dicit Plin. omnia animalia ipsum sequuntur, diligunt & admirantur, & in odore oris sui & pellis pulchritudine delectantur. Sic vere (charissimi) nos debemus habere in pelle, id est, conuersatione, pulchritudinem honestatis. Et in ore id est, in locutione, dulcedinem benignitatis, & sic fiet quod à cunctis hominibus diligemur. Sicut enim dicitur Eccles. 6. *Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos.* Habeamus ergo dulcedinem locutionis. [ Spiritus inquit. ] Per spiritum enim quandoque intelligitur flatus & locutio, quæ procedit ab ore. Vnde Iohel 3. *Stillabunt montes dulcedinem & colles fluent lac.* Montes enim & colles dici possunt. Vnde Prædicatori potest dici illud Psalm. *Emitte spiritum tuum*, id est, verbum suum, *& creabuntur & renouabis faciem terræ.* Spiritus oris nostri Christus dominus. Et alibi. *Verbo Domini cæli firmati sunt. & spiritu oris eius omnis virtus eorum.* Quamuis pro certo de multis possit dici illud Psalm. *Neque enim est spiritus in ore ipsorum.* Item debemus habere dulcedinem deuotionis. [ Mel inquit. ] Per mel intelligitur dulcedo deuotionis & contemplationis, quia procul dubio debent viri spirituales nutriri, & maxime literati. Apes enim quæ pascuntur in floribus temperatis, sicut Amygdalorum faciunt mel valde dulce. Sumentes vero flores herbarum amararum, sicut est Absynthium, faciunt mel minus dulce. Sic vere (charissimi) illi, qui versantur circa flores dulces, id est, circa scientias & scripturas diuinas, mel deuotionis, & contemplationis faciunt dulcius, illi vero, qui herbas amaras scientiarum mundialium & negotiorum terrenorum frequentant, mel deuotionis non conficiunt ita dulce. Bene ergo dicitur Prou. 24. *Comede, fili mi mel, quod bonum est, & fauum dulcissimum*

*gutturi meo*. Habeamus ergo dulcedinem deuotionis, simus similes Salomoni, qui postquam inuenerit aquam dulcem, nunquam redit amplius ad amaram. Sic vere nos postquam deuotionem dulcedinis inuenerimus, ad amaritudinem peccatorum vel bonorum terrenorum, nunquam redire debemus. Cuius tamen contrarium faciebant filij Israel, qui manna dulcissimum abhorrentes, pepones Ægyptiacus affectabant, sicut dicitur Num. 11. *Habere ergo debemus dulcedinem deuotionis*, dicentes domino illud Psal. *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo*. Demum dico, quod habere debemus dulcedinem compassionis, quæ ostenditur cum dicitur [Dulcis.] Res enim dulces sunt magis nutritiuæ, ad denotandum, quod illi, qui per compassionem & pietatē sunt dulces, egenorum & pauperū sunt nutrices Psal. *Parasti in dulcedine tua pauperi*. Ista est igitur dulcedo virtuosa. ¶ Tertio dico, quod est dulcedo gloriosa, scilicet dulcedo gloriæ Paradisi.
C Et ista similiter est triplex, scilicet

Dulcedo { visionis, fruitionis, dilectionis.

Ibi enim dulciter Deus videtur Eccl 11. *Dulce lumen, & delectabile est oculis videre solem* Ibi etiam Deus dulciter gustatur, vnde Psal. *Gustate & videte quam suauis est dominus*. Ibi insuper Deus dulciter amatur Psal. *Dulcis & rectus dominus, &c.* Patet, quod est triplex dulcedo, scilicet, gloriosa, quæ consistit in visione, fruitione, dilectione. De qua scilicet in Psal. *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ domine, quam abscondisti timentibus te*. Virtuosa, quæ consistit in locutione verbali, in deuotione mentali, [illegible] compassione reali Cant. 2. *Fructus eius dulcis gutturi meo*. Vitiosa, quæ consistit in prosperitate, carnalitate & [illegible] ebriositate. De qua Iac 3. *De eodem fonte stillat dulcis & amara aqua*, quia, scilicet, talis mala dulcedo
A plus habet de amar[illegible] qua[illegible] de dulc[illegible]

DUO. Nota quod [illegible] bina[illegible] multipliciter in scri[illegible] repe[illegible] signat enim in bono scilicet & in ma[illegible] [illegible] distinctionem ab vnitate, & sic se[illegible] [illegible] nerican, iste vocatur numerus infamis, quia [illegible] ab vnitate recedit, & signat discordes, contrarios & diuersos, quia vere isti ab vnitate amoris & concordiæ recedunt. Tales enim non sunt vnum per charitatem, imo sunt duo per diuersitatem & contrarietatem. In cœlo enim sunt duæ stellæ seu duæ circulorum stellarum sectiones, quarum vna dicitur caput draconis, alia cauda draconis, & istæ ita diuersæ & contrariæ sunt, quod quando vna est in oriente, alia semper est in occidente, quia si vna est in vno signo, alia semper est in opposito. In signo etiam Geminorum duæ sunt stellæ, quarum vna dicitur Castor, alia Pollux, quæ tantam inter se habent contrarietatem, quod in æstate dum vna nobis oritur, alia occidit. Et ideo à poetis ficti sunt fuisse duos fratres, quorum vnus cœlos, alius inferos dicitur possedisse. Polus etiam arcticus & polus antarcticus duæ sunt stellæ immobiles, id est, quæ tamen in duobus cœli angulis oppositis diametraliter sunt locatæ. Ecce quomodo dualitas diuersitatem signat & quomodo illa quæ constituta sunt in dualitate, sunt constituta in contrarietate & diuersitate. Bene igitur dico, quod per numerum binarium intelliguntur illi, qui ab vnitate charitatis recedunt & diuiduntur & qui in diuisione discordiæ constituuntur, Eccl. 33. *Intuere in omnia opera altissimi, vnum contra vnum, duo contra duo* Sic igitur numerus iste signat in malo. Et ideo de discordibus qui semper sunt duo, & nunquam sunt vnum, potest dici illud Luc. 12 quod *duo in tres & tres in duos diuidentur*. Et illud Matth. 27. *Velum templi scissum in duo*. Vnde etiam de concordia viri & vxoris dicitur Matth. 19. *Itaque iam non sunt duo, sed vna caro* ¶ Sed adhuc dico, quod iste numerus signat in bono, & sic signat aggregationem, charitatem & coniunctionem, concordiam & vnitatem. Iste enim numerus est primus, in quo vnitates plures inuicem aggregantur, & ideo ille videtur concordiam & amorem designare, per quem plures personæ inuicem vniuntur, & sociantur Matth. 18. *Vbi duo aut tres congregati sunt in nomine meo, ibi sum in medio eorum*. Greg etiam dicit, quod minus quam inter duos charitas haberi non potest. In signum cuius prout dicitur Luc. 10. *Christus discipulos suos binos ante faciem suam misit*. Et aduerte, quod iste numerus magnæ prærogatiuæ. Iste enim inuenitur in multis figuris. Iste commendatur in multis naturis. Iste designatur in multis figuris. Iste commendatur in multis scripturis
B ¶ Dico igitur, quod iste numerus in multis naturis inuenitur. Et vide primo in animalibus quomodo membra omnia sunt binata. Homo enim habet duos pedes, duas manus, duas aures, duos oculos, duas nares. Vide etiam in sexibus quomodo Deus posuit ibi dualitatem. Non enim voluit quod in generatione conuenirent tres vel quatuor, sed duo solum, scilic. masculus & fœmella. In quibus pro certo innuitur, quod si perfecti esse volumus, semper duo & bini, id est, per charitatem ligati esse debemus. Natura enim solitudinem abhorret & ideo sub dualitate videtur omnia generasse. Iste igitur numerus inuenitur in naturis. ¶ Item dico, quod iste numerus designatur in figuris, quas de dualitate reperimus. Vide pro Deo quod in sacra Scriptura figuras de dualitate reperimus. Duæ enim fuerunt fidei tabulæ lapideæ Ex. 34. Duæ fuerunt tubæ argenteæ Nu. 10. Duæ etiam fuerunt columnæ æreæ, scil. in templo Salomonis 3. Re. 7. Duo fuerunt Cherubin in propitiatorio Exod. 27. Duo fuerunt altaria in tabernaculo, sc. altare holocausti & thymiamatis Exo. 27. Duo insuper fuerunt ostia in templo Ezech. 41. Apostolorum etiam fuerunt duo gladij Luc. 22. Circa sepulchrum inuenti sunt duo Angeli Luc. 24. Ascendente insuper domino, allocuti sunt Apostolos duo viri Actor. 1. Ecce igitur quomodo dualitas charitatis & amoris in figuris designatur. ¶ Sed adhuc illa dualitas in scripturis commendatur, & hoc pro certo in veteri & in nouo Testamento. Dicitur enim Eccle. 4. *Melius est esse duo simul, quam vnum*. In nouo vero Testamento dicitur, quod *in his duobus lex pendet tota & prophetæ*. Matth. 22. Ecce igitur patet, quomodo per istum numerum intelligitur liga & copula charitatis, ita quod de talibus potest dici illud Apoc. 11. *Hi sunt duæ oliuæ & duo candelabra lucentia in conspectu domini terræ stantes*. In quibus verbis aduerte, quod sicut illi, qui sunt duo, sunt clementiores, sunt scientiores, sunt constantiores Clementiores dico, quia vnus potest alij misereri, scientiores etiam, quia vnus potest ab alio doceri. Constantiores insuper, quia vnus potest ab alio adiuuari & tueri, sic vere dico spiritualiter, quod illi, qui sunt duo, id est, charitatiue combinati,

Habent { Clementiam ampliorem, quia sunt duæ oliuæ, scientiam clariorem, quia sunt duo candelabra, constantiam fortiorem, quia sunt stantes in conspectu Dei.

¶ Dico ergo primo, charissimi, quod si fuerimus duo per charitatem nos erimus clementiæ largioris. [Duo inquit oliuæ.] C
Palmæ enim quando binæ & binæ sunt plantatæ, melius solent fructificare, & ideo agricolæ quando seminant illas, semper solent simul duo germina ponere, vt sic duæ plantæ nascantur scilicet vna mascula, alia fœmella, vt etiam sic per vnius influentiam alia fructuosior habeatur. Sic vere (charissimi) illi, qui sunt coniuncti per charitatem, sunt, vt communiter, fœcundi & fructiferi per pietatem, illi, qui sunt charitatiui, sunt eleemosynarum emissiui. Et ideo bini & bini sunt plantandi, vt in pietatis operibus sint fœcundi. Quod quidem ostenditur cum dicitur, quod isti debent esse duæ oliuæ. Oliua enim à qua oleum eliquatur, signat viros pios, à quibus pietatis & eleemosynarum oleum distillatur, quando per charitatis, scilicet copulam combinantur. Istud figuratur in illis duobus Cherubin, quæ versis inuicem vultibus, super propitiatorium ponebantur, quæ quidem de lignis oliuarum facta fuisse perhibentur, sicut dicitur Reg. 6. Ista enim Cherubin, quæ erant figuræ & imagines aquilarum, significant viros pios. Aquila enim est auis valde liberalis, alijs distribuens prædam suam. Et ideo isti dicuntur duo per charitatem. Dicuntur oliuæ per pietatem, dicuntur se mutuo respicere per bonorum suorum communicationem. Dicuntur etiam propitiatorio incumbere, per facilem iniuriarum indulgentiam & remissionem. Et sic breuiter dicetur illud Zach. 4. vbi quæritur, quid sunt duæ oliuæ istæ. Et respondetur post pauca. *Isti sunt duo filij oliuarum*. Et nota, quod per oliua pax & concordia designatur. In cuius signum legati Romanorum cum oliuarum ramis solebant mitti. In signum etiam cuius columba Deum mundo placatum denuntians cum ramo oliuæ ad Noe dicitur rediisse, sicut habetur Gen. 8. In quo pro certo docemur, quod si duo per charitatem & amicitiam pietatemque fuerimus, tunc pacem & concordiam habebimus. Amor enim & pietas sunt duæ sorores, quæ semper inuicem comitantur. Vnde Zach. 6. *Consilium pacis erit inter duo*. Simus ergo duo, vt si sic simus clementiæ amplioris.

¶ Secun-

¶ Secundo Debemus duo esse, vt simus scientiæ clarioris. [Duo inquit candelabra lucentia.] melius enim illuminant luminaria quando sunt duo quam quando non est nisi vnum. Sic vere viri sancti, quando sunt duo, id est, per charitatem iuncti & combinati, melius lucent per scientiam, & melius illuminant per doctrinam. Scientia enim vnus addit ad scientiam alterius. Et ideo quantumcunque sit modicus socius, nunquam est vilipendendus, quia sæpissime fit, quod ab vno egeno & simplici scitur, quod à doctoribus ignoratur. Item bonum est charitatiue cum omnibus se habere, vt ab omnibus possimus addiscere, & sic per scientiam lucere, & per doctrinam docere. [Candelabra inquit lucentia.] Istud habemus in scriptura & in natura. *Deus enim à principio fecit duo luminaria* principalia scilicet *luminare maius, & luminare minus*, & hoc *vt lucerent super terram*, *&c.* quod vtique dicitur in scriptura Genes. 1. In quibus inuenitur, quod illi qui volunt esse luminaria lucentia per doctrinam & prædicationem, debent esse duo per charitatem & dilectionem, & per bonorum associationem. Vnde Hugo in Didascolon dicens, quomodo illi, qui volunt esse sapientes, debent omnes diligere & ab omnibus quod eis deficit inquirere, nullius societatem vilipendere, dixit sic. Sicut inquit qui ab omnibus accipiunt, sunt omnibus ditiores, sic qui ab omnibus volunt discere, fiunt sapientiores. Audi, inquit, Chrysippum in Prouerb. *Quæ tu non nosti fortassis nouit Ophillus.* Simus ergo duo, vt simus scientiæ clarioris [Candelabra inquit] vt de quolibet dicatur illud Zachar. 4. *Vidi candelabrum aureum totum.*

E ¶ Tertio simus duo, vt simus constantiæ fortioris, quod ostenditur cum dicitur, Stantes. Duo enim melius portant onus quam vnus. Duo etiam melius resistunt vni aduersario quam vnus solus. Sic vere (charissimi) illi, qui sunt duo per charitatem, sunt fortiores per constantiæ probitatem. Melius enim sustinent tribulationum & tentationum aduersitatem, quia vnus ab alio adiuuatur, & tam precibus, quam consolationibus roboratur. Vnde etiam dicitur Prouerb. 18. *Frater, qui adiuuatur à fratre, quasi ciuitas firma.* Ideo dicitur Ecclesiast. 4. *Si quispiam præualuerit contra vnum, duo resistent ei.* Isti ergo sunt stantes in conspectu domini Dei terræ Sap. 5. *Stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt.* Et sic igitur patet, quod nos debemus esse duo per charitatem, vt possimus sustinere potenter, vt possimus lucere patenter, vt possimus indulgere clementer, vel vt habeamus clementiam ad miserandum, scientiam ad informandum, constantiam ad sustinendum. Sed heu proh dolor, multi sunt hodie qui ista carent dualitate, id est amore & charitate. Hodie enim quasi omnes volunt esse soli per singularitatem & partialitatem, & ideo non habent constantiam, scientiam vel pietatem Eccles. 4. *Væ homini soli, quia si ceciderit, non est qui subleuet eum* Duo igitur simus & dualitatem, scilicet amorem & charitatem habeamus. Aquila enim semper in nido suo duos lapides æthytes dicitur habere, vt facilius possit parere, & vt pullos possit à reptilibus defendere. Sic vere (charissimi) si nidum cordis nostri à venenosis reptilibus, id est, à malis cogitationibus volumus defendere, & à tentationibus volumus custodire, & si partum bonorum operum volumus celeriter emittere, nos pro certo duos lapides, id est, duplicem charitatem & amorem, scilicet Dei & proximi ibi debemus ponere, tenere. Et sic nidus iste à prædictis reptilibus tutus erit, & partus bonorum operũ faciliter parietur. Viri enim pleni charitate, solent emittere bona opera sine difficultate. In æstate enim calor Solis myrrham arborem pretiosum liquorem, qui stacte dicitur, facit voluntarie & sine difficultate aliqua destillare, vt dicit Isid. Quia vere quãdo Sol & calor perfectæ charitatis corda nostra inflammat, tunc sine coactione liquorem pietatis & bonorum operum à nobis distillare procurat. Vt enim dicit Gregor. Nunquam est amor Dei otiosus, operatur enim magna si est, si autem renuit operari, amor non est. Sic igitur

F patet (charissimi) quod est quædam dualitas virtuosa, quædam dualitas vitiosa.

¶ Si vis notare de istis, qui sunt duo, & qui sunt in bono combinati, associati, & coniuncti, dic quod

Fulgent clarissime,
Sciunt doctissime,
Gemunt tristissime,
Volant citissime,
Pugnant fortissime,
Fantur verissime,
Meditantur profundissime,
Fœderantur coniunctissime,
Famulantur attentissime,
Contemplantur limpidissime.

Dico igitur, quod duo, id est, viri charitatiui conuersando sunt clarissimi. Fecit Deus duo magna luminaria Item cognoscendo sunt doctissimi. Vnde isti sunt Cherubin, qui interpretantur plenitudo scientiæ Exod. 37. *Fecit duos Cherubin de auro purissimo.* Item pœnitendo sunt tristissimi. Vnde isti figurantur in turturibus & columbis Deo oblatis, quæ sunt volucres gemebundæ Leuit. 14 *Offeret duos turtures aut duos pullos columbarum.* Item isti discurrendo sunt citissimi, quia valde cito debent discurrere per opera virtuosa Ioan. 20. *Currebant duo simul.* Item isti sunt propugnando sunt fortissimi Deut. 32. *Duo fugabant decem millia.* Item isti ad proloquendum sunt verissimi Deut. 17. & 2 Corint. 13. *In ore duorum testium stat omne verbum.* Item isti meditando sunt profundissimi, scilicet meditando de morte 1. Reg 10. *Inuenies duos viros iuxta sepulchrum Rachelis.* Item isti fœderando sunt coniunctissimi. Isti sunt enim duo de quibus dicitur Matth. 4. *Vidit Iesus duos fratres Simonem & Andream.* Boni enim ita sunt inuicem confœderati & charitatiue ligati, quod magis videntur vnum quam duo 2. Re. 6. *Opus vnum erat in duobus.* Item isti famulando sunt attentissimi. Vnde isti sunt discipuli *qui bini & bini fuerunt missi*, sicut dicitur Luc. 10. Vnde Marc. 11. dicitur, quod *Iesus misit duos discipulos, & ait illis, &c.* Item isti contemplando sunt certissimi, vel limpidissimi. Vnde Marc. 16. dicitur de duobus discipulis euntibus in Emaus, *Ostensus est Iesus in alia effigie.* Item isti laborando sunt occupatissimi Matth. 24. *Erant duo in agro.* Item quiescendo sunt deuotissimi. Ibidem. *Erant duo in lecto.*

¶ Et breuiter dico, quod de illis, qui dualitatem charitatis & bonæ societatis sectantur, dici potest, quod sint G

Duo {
Arietes,
Leones,
Boues,
Passeres,
Agni,
Viri,
Filij,
Deuoti,
}

Duo, dico, arietes, qui alios prudenter solent deducere Exod 29. *Tolle arietes duos immaculatos, &c.* Item sunt duo leones, quia impios per iustitiam solent corrigere seu corrodere. Vnde in sedili Throno Salomonis *erant duo leones, sculpti altrinsecus*, sicut dicitur 2. Paral. 9. Item duo sunt boues, quia omnibus per patientiam solent succumbere 3 Re. 18. *Dentur nobis duo boues.* Item sunt duo passeres, quia per Dei prouidentiam solent se regere Matth. 10. *Nonne duo passeres asse veneunt? & vnus non cadet in terram sine patre vestro*, id est, sine prouidentia patris. Item sunt duo agni, quia mentalem innocentiam solent eligere. Num. 28. *Offeres agnos anniculos immaculatos duos.* Item sunt duo viri, qui per fortem patientiam solent subsistere Num. 11. *Remanserunt in castris duo viri.* Et Luc. 24. *Ecce duo viri iusti astiterũt.* Item duo filij, quia per veram amicitiam solent diligere Matth. 21. *Homo quidam habebat duos filios.* Item sunt duo deuoti, quia humiliter solent petere & appetere Luc. 18. *Duo homines ascenderunt in templum.* Ecce ergo quomodo dualitatem charitatis concomitantur alia bona Ideo de talibus duobus, id est, de quibuslibet charitatiuis & iustis potest dici illud prædictum Galat. 4. *Abraham duos filios habuit.* quia reuera omnes tales sic dualitati & combinati possunt dici Abraham, id est, Dei filij & cognati.

¶ Et si vis adhuc commendare duos sanctos, vel duas sanctas, vel duo charitatis præcepta, seu etiam duo scripturæ sacræ testamenta, dic quod isti sunt

Duo {
Brachia,
Ostia,
Vbera,
Ligna,
Talenta,
Calami,
Annuli,
Gladij.
}

Duo

Duæ:
- Tabolæ,
- Columbæ,
- Tubæ,
- Catenæ,
- Virgæ,
- Pennæ,
- Mensæ.

Dico ergo, quod hæc sunt duo brachia ad nos amplexandum. Vnde de throno Salomonis dicitur 2. Paral. 9. *quod habebat brachiola duo altrinsecus.* Item duo ostia nos in fidem introducendum Ezech. 41. *Duo ostia erant in templo.* Item duo vbera ad nos lactandum & consolandum. Vnde sponsæ dicitur Cant. 4. *Duo vbera tua sicut duo hinnuli.* Item duo ligna ad nos sustentandum & inuitandum 3. Reg. 17. *En colligo duo ligna, &c.* Item duo talenta ad nos ditandum & redimendum Matth. 25. *Domine duo talenta tradidisti mihi, ecce & alia duo lucratus sum.* Item duo calami ad veritatem scribendum atque docendum Exod. 25. *Sint sphærulæ sub duobus calamis.* Item duo annuli ad nos æterna gloria subarrhandum & honorandum. Vnde de corona, quæ dicebatur aureola dicitur Moysi Exod. 30. *Facies duos annulos aureos sub corona.* Et Exod. 28. dicitur. *Facies duos annulos aureos, & pones in summitate rationalis iudicij.* Item sunt duo gladij ad verum à falso truncandum & diuidendum Luc. 22. *Ecce duo gladij hic.* Item sunt duæ tabulæ ad legem Dei continendum & ostendendum Exod. 32. *Reuersus est Moyses de monte portans duas tabulas scriptas ex vtraque parte, & factas opere Domini.* Item sunt duæ columnæ ad nos per spem & fiduciam sustinendum 3 Reg. 7. *finxit duas columnas æreas, quas statuit in porticu templi.* Item sunt duæ tubæ ad nos, ad fidem & pœnitentiam vocandum & excitandum Num. 10. *Fac tibi duas tubas argenteas ductiles, quibus conuocare possis multitudinem.* Item sunt duæ catenæ ad nos infra Dei mandata tenendum & alligandum Exod 39. *Annulos posuerunt in vtroque latere rationalis, ex quibus penderent duæ catenæ aureæ.* Item sunt duæ virgæ ad nos dirigendum & corrigendum Zach. 11. *Assumpsi mihi duas virgas, vnam vocaui decoram, alteram vocaui funiculum.* Item sunt duæ pennæ ad sursum volandum & cœlestia contemplandum Apoc. 12. *Datæ sunt mulieri alæ duæ, & volauit* Et Esa. 6. *Duabus alis velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant.* Item sunt duæ mensæ ad nos nutriendum, & spiritualiter refocillandum. Ezech. 40. *In vestibulo portæ duæ mensæ hinc & duæ mensæ inde.* ¶ Et breuiter omnes istæ dualitates possunt applicari

Ad duo testamenta deitatis, vbi sunt ostia,

Est:
- Sponsa charitatis, quæ habet vbera,
- Sylua venustatis, quæ habet ligna,
- Bursa largitatis, quæ habet talenta,
- Candelabrũ honestatis, quod habet calamos,
- Rationale veritatis, quod habet annulos,
- Manus veritatis, q̃ habet gladios, & sic de alijs.

Si etiam de sanctis hominibus id dicere, dic quod isti habent duo brachia, id est, duos amplexus charitatiuos, scilicet amorem Dei & proximi, duo ostia, id est, duos affectus hospitatiuos, quia scilicet, notos & ignotos debent recipere Iob 30. *Ostium meum viatori patuit, duo vbera,* id est, duos affectus consolatiuos & pietatiuos, scilicet opera pietatis, corporalia & spiritualia, duo ligna, id est, duo brachia, crucis & passionis deuotionem, duo talenta, id est, rectam intentionem & bonam operationem, duos calamos, id est, veri & falsi descriptionem, duos annulos, id est, fidei & charitatis subarrhationem, duos gladios, id est, sui & aliorum correctionem & punitionem, duas tabulas, id est, noui & veteris testamenti cognitionem, duas columnas, id est, in prosperis & in aduersis stabilem perfectionem duas tubas, id est, de virtutibus & vitijs eloquentem prædicationem, duas catenas, id est, appetitus carnis & mentis coërctionem & vinculationem, duas virgas, id est, sui & aliorum directionem, duas pennas, id est, ad considerationem, Inferni & Paradisi, volatum & meditationem, duas mensas, id est spiritualem & temporalem, scilicet ignorantium & pauperum refectionem, &c. Allega sicut supra. Dicat igitur quilibet Deo illud Prouerb. 30. *Duo rogaui te, ne deneges mihi.* Duo inquit, id est, quamlibet dualitatem prædictam. Patet ergo quomodo dualitas signat bonam concordiam & virtuosam. ¶ Sed adorabis, quod non solum dualitatem virtuosam, sed etiam est inuenire, ergo dico, quod in malo significatur

Dualitas:
- Distractiua,
- Deceptiua,
- Coniunctiua,
- Disiunctiua,

Est igitur quædam dualitas diuidens subiectum, & ista est, quando quis per variam mentis varietatem & inconstantiam, ab vnitate & integritate constantiæ, & soliditate mentis diuiditur in seipso. De quo potest dici illud Marc. 15. *Velum templi scissum est in duo.* Et talis sic diuisus non potest habere quietem, sed potius sollicitudinem & dolorem, sicut bene dicitur Eccl 3. *Cor ingrediens duas vias non inueniet requiem.* Item est quædam dualitas illudens obiectum. Et ista est dualitas duplicitatis, quando, scilicet, homo habet duas intentiones, vnam apparentem, & aliam occultam, & quando creditur esse fidelis & simplex, & ipse est vacuus atque duplex. Quandoque enim monstruose contingit, quod in vno corpore sunt duo capita, sic in vno operte duo intentionum genera. Et tales figurantur in veste lana linoque contexta, de qua præcipitur Leuit. 19. *Veste quæ ex duobus texta est, non indueris.* Et ideo talis male dicitur Ecclesiast. 2. vbi dicitur sic. *Væ duplici corde, labijs scelestibus, manibus malefacientibus & peccatori ingredienti terram duabus vijs.* Item est alia dualitas coniungens effectum, & ista signat malam concordiam, combinationem vel societatem malorum. De qua societate potest dici illud, quod scribitur Luc. 23 *Ducebantur alij duo nequam, vt interficerentur.* Teste enim Plinio, inter serpentes sunt coniugia, duoque simul cohabitare solent, scilicet masculus & fœmella. Sic vere inter malos sunt societates, & fœdera & consortia, quia scilicet, isti adinuicem combinantur ad faciendum opera sua mala Hierem. 24. *Ecce duo calathi pleni ficis,* & sequitur. *Ficus malas valde* Item est alia dualitas disiungens effectum, seu continens despectum, scilicet dualitas paritatis, diuisionis, inuidiæ & discordiæ separatæ. De quo 3 Reg. 16. *Tunc diuisus est populus Israel in duas partes, vna pars sequebatur Amri, & alia sequebatur Zambri,* & illud Genes. 25. *Duo populi ex ventre tuo diuidentur.* Hoc autem de duobus pueris in ventre Rebeccæ colluctantibus, scilicet Esau & Iacob fuit dictum. Quocunque prædictorum modorum mali possunt dici duo. Et sic dices, quod mali, duo, merito dici possunt, quia

Duobus:
- Funibus ligantur,
- Oculis priuantur,
- Asinis comitantur,
- Filijs orbantur,
- Coronibus ornantur,
- Vitijs grauantur,
- Vitulis famulantur,
- Vijs peregrinantur.

Et sic pro certo isti, qui tales dualitates habent, possunt dici

Duo:
- Falsi,
- Cæci,
- Visi,
- Eunuchi,
- Domini,
- Dracones,
- Latrones,
- Debitores,
- Senes.

Duæ:
- Meretrices,
- Deglutrices,

Dico ergo, quod tales dicuntur duo, quia duobus funibus ligantur, quod facit obstinatio, & isti duo funes sunt complacentia faciendi malum, & difficultas faciendi bonum, & de hoc Iud. 15. dicitur quod Philistæi ligauerunt Samsonem duobus funibus. Item isti duobus oculis priuantur, quod facit indiscretio, quia scilicet isti perdunt discretionem declinandi à malo, & faciendi bonum. Vnde de Samsone legitur, quod Philistiim abstulerunt sibi duos oculos, sicut ipsemet supponit Iud. 16. vbi dicit, *Redde mihi Deus pristinam fortitudinem, vt pro amissione duorum luminum, vnam recipiam vltionem.* Item isti duobus asinis associantur, quod facit rationis hebetatio, quia scilicet hebetes sunt ad præsentia gubernandum, & ad futura præuidendum. Vnde de Leuita dicitur Iudic. 19 *quod ipse habebat secum vnum puerum, & duos asinos.* Puer enim signat carnalem immunditiam. Asini vero duo significant præsentium & futurorum ignorantiam & inaduertentiam, & talibus pro certo accidit

sicque

sicut Leuitæ prædicto, cuius vxor à viris Gabaa fuit oppressa. & abutendo occisa, quia, scilicet vxor, id est, caro seu voluntas talium ab immundis actibus vel cogitationibus opprimitur, & per diuersa vitia suffocatur. 1. Reg. 30. *Duæ vxores Dauid captiuæ ductæ fuerant.* Item isti duobus filijs orbantur, quod facit enervatio. Anima enim habet duos filios, id est, duas fortissimas virtutes, scilicet fortitudinem ad acquirendum Paradisum & ad euitandum infernum, qui tamen filij dum peccat anima moriuntur 1. Reg. 4. *Duo filij mortui sunt.* Vel dic, quod duo filij animæ sunt intellectus & affectus, quia scilicet quando peccat homo, intellectus moritur male opinando, affectus male concupiscendo. Item isti duobus cornibus ornantur, quod facit superbia & elatio. Isti enim duplici cornu superbiæ sunt elati, scilicet de se præsumendo & alios contemnendo Daniel 8. *Efferatus hircus in arietem, comminuit duo cornua eius*, Hircus est iocus, aries est superbus. Item duobus vitijs grauantur, quod facit mali executio, & boni omissio & declinatio. Mali enim habent duo generalia vitia, quæ sunt declinare à bono, & facere malum Hierem. 2. *Duo mala fecit populus meus.* Dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas. Item isti duobus vitulis famulantur, quod facit verbalis adulatio, quia scilicet, adulatores, vitulos aureos, id est, diuites auro locupletes, & aureis refulgentes, & adorant & honorant. Vnde 3. Reg. 12. dicitur quod Hieroboam fecit duos vitulos aureos, & dixit, *Isti sunt Dij tui Israel.* Et sic pro certo, quia tales dualitates malas habent, possunt dici duo testes falsi, quia carent vera locutione. Potissime autem adulatores dicuntur duo falsi testes, quia, scilicet isti falso vituperant commendanda similes lamiæ monstro, quod faciem habet humanam, pedes equinos, quod duabus mammis catulos lactat, post eos laniat, secundum Isidor. Sic isti prædictis duabus mammis lactant, &c. Matth. 26. *Nouissime autem venerunt alij duo testes.* Item sunt duo cæci, quia carent vera discretione Matth. 20. *Ecce duo cæci sedentes secus viam.* Sunt duo vrsi, quia deuorant cum gulosa comestione. Visus enim animal est gulosum 4. Reg 2. *Egressi sunt duo vrsi de saltu, & lacerauerunt eos.* Sunt duo Eunuchi, quia carent bonorum operum generatione. Vnde isti sunt duo mali eunuchi, qui machinati sunt occidere Assuerum Hester. 2. Sunt duo mali domini, quia alios premunt tyrannica iurisdictione Matth. 6. *Nemo potest duobus dominis seruire.* Sunt duo dracones, quia inflammati sunt auara & ambitiosa affectione Hester. 10. *Duo autem dracones ego & Aman.* Sunt duo latrones, quia suspenduntur in æterna damnatione Matth. 26. & Luc. 23. *Crucifixi sunt cum eo duo latrones.* Sunt duo debitores, quia pressi sunt obligatione Luc. 7. *Duo debitores erant cuidam feneratori.* Sunt duo senes, quia indurati sunt peruersa obstinatione. Vnde isti sunt duo mali senes qui accusauerunt Susannam Daniel. 13. Sunt duæ meretrices, quia fœtent carnali inquinatione 3 Reg. 3. *Duæ mulieres meretrices venerunt ad regem Salomonem.* Sunt duæ deglutrices, quia feruent alienorum bonorum cupiditate & ambitione Prou. 30. *Sanguisugæ duæ filiæ sunt dicentes, affer, affer.* Sic ergo patet quomodo dualitas potest significare in malo diuersimode, &c. Vide supra vbi B nus.

A **Duodecim.** Duodenarius numerus potest significare in bono & in malo. Numerus enim iste constat ex denario, & ex binario. Et ideo per istum numerum significatur perfectio legis veteris, & legis nouæ. Lex enim vetus consistit in denario decalogi, lex vero noua consistit in binario charitatis. Et ideo per numerum duodenarium bene potest omnis virtus & perfectio denotari. Vnde videtur quod iste numerus in exemplis commendatur, igitur & in rerum naturis. Pauo enim duodecim oua ponit. Camela duodecim mensibus partum suum portat. Lepus duodecim vicibus & diebus in anno generat. Cœlum duodecim signa continet. Dies artificialis duodecim horas habet. Iste ergo numerus exemplis commendatur. Item iste figuris designatur. Duodecim enim fuerunt fontes in Helym, sicut dicitur Exod. 15. Duodecim fuerunt filij Iacob Genes. 35. *Erant autem filij Iacob duodecim.* Duodecim enim fuerunt Apostoli Christi, sicut dicitur Luc. 9. & Matth. 10 Item iste numerus in scripturis prædicatur. Vnde Io. 6. *Nonne duodecim vos elegi.* & Io. 11. *Duodecim sunt horæ diei.* Aduerte ergo generaliter, quod per istum numerum potest intelligi vtriusque legis perfectio, operum pietatis impletio, discipulorum Christi collectio, articulorum fidei deductio. Duodecim enim sunt legis mandata, scilicet decem legis antiquæ, & duo legis nouæ, duodecim sunt pietatis opera, scilicet sex corporalia, & sex spiritualia, duodecim sunt articuli fidei, duodecim Apostoli Christi. Est igitur

Quædam duodena { Tenenda, Habenda, Credenda, Imitanda, Affectanda, Detestanda.

Duodena est tenenda, scilicet duodena mandatorum legis antiquæ, & legis nouæ. Ista enim sunt duodecim signa cœli sacræ Scripturæ, in quibus & infra quorum ambitum planetæ, id est, viri perfecti, dum sunt in vita præsenti, solent continuo peragrare. Figurata in duodecim panibus propositionis, qui in mensa coram domino semper esse debebant, quos sacerdos in fine septimanæ, & illi qui de tribu sacerdotali & mundi erant, comedebant, quia mensa scripturæ istos duodecim panes continet, quos nullus nisi sacerdos, id est, vir bonus & sanctus comedit aut adimplet. Leuit. 24. *Accipies similam & coques ex ea duodecim panes.* Ista est ergo duodena tenenda.

B ¶ Secunda duodena est habenda, scilicet duodena operum pietatis, scilicet sex corporalia, quæ in isto versu ponuntur. *Vestio, poto, ciboque recolligo. visito, condo.* Et sex spiritualia, quæ in isto versu notantur. *Instrue, castigaque, remitte, solare, fer, ora.* Ista sunt duodecim oua, quæ pauo, id est, quilibet vir perfectus debet ponere, emittere & producere. Isti sunt duodecim fontes in helym, quod interpretatur deficiens, quia, scilicet deficientes & pauperes debemus cum duodecim fontibus, id est, cum duodecim pietatis operibus refrigerare, & ipsos spiritualiter & corporaliter recreare. Et sic erimus sicut illa arbor Apocal. 22. *quæ singulis mensibus fructus duodecim afferebat, & erant fructus eius in cibum, folia in medicinam.* Duodecim enim fructus sunt duodecim opera pietatis, quibus esurientes tam spiritualiter quam corporaliter recreantur. Et ista possunt figurari etiam in duodecim cophinis fragmentorum quæ superfuerunt de panibus & piscibus multiplicatis, sicut dicitur Matth. 14. Marc 6 Luc. 9 & Ioan. 6. In ista enim mensa Christus plus superfuit quam appositum fuerat, ad significandum, quod qui per pietatem alios pascit, bona sua Deus taliter multiplicat, quod magis recipit quam expendit. Folia vero bona sunt verba & documenta, quibus spiritualiter peccatorum vulnera medicantur.

C ¶ Tertia duodena est credenda, scilicet duodena articulorum fidei. Istæ sunt enim duodecim horæ diei, & duodecim distinctiones & particulæ veritatis & Christianæ fidei. Isti sunt duodecim anni quos Christus habebat quando in templo cum doctoribus disputabat, sicut dicitur Luc. 2. Ad denotandum, quod illi qui duodecim fidei articulos perfecte credunt de fide in veritate coram sapientibus loqui possunt. Isti etiam sunt *duodecim portæ & duodecim fundamenta pietatis ciuitatis Hierusalem*, id est, Ecclesiæ sanctæ Dei, de quibus fit mentio Apocal. 21. scilicet articuli fidei sunt portæ quibus ad Dei cognitionem intramus & fundamenta quibus sustentamur, ne per errores deficiamus. Ista est etiam *illa linea duodecim cubitorum, quæ mare templi ambiebat* 3. Reg. 7. quia scilicet fides, id est, mare, quæ nunc fluctuat, militantem Ecclesiam ambit, quæ duodecim cubitos, id est duodecim articulos habet, &c. Ista igitur duodena est credenda. —

D ¶ Quarta duodena est imitanda. Ista est duodena Apostolorum, per quam etiam denotatur cœtus omnium sanctorum & virorum quorumlibet perfectorum, qui pro tanto duodecim dicuntur, quia duodecim Apostolos imitantur, duodecim articulis imbuuntur, duodecim mandata prædicta sequuntur & exequuntur duodecim gaudia spiritus præstolantur. Ista est ergo duodena imitanda.

E ¶ Quinto dico, quod inuenitur duodena affectanda. Et ista est gloria Paradisi, quæ secundum Bernardum in quodam numero duodenario continetur. Vnde ipse dicit quodam sermone, quod ibi erit memoria sine obliuione, ratio sine deuiatione, voluntas sine perturbatione, impassibilitas sine corruptione, corporis claritas sine obscuritate, agilitas sine retardatione, subtilitas sine obturatione, diligere proximũ sicut te, videre proximũ diligentẽ te sicut se, diligere Deũ plus quam se, diligere seipsum

tantum

tantummodo propter Deum, videre Deum diligentem te plus quam diligas teipsum. Ista sunt duodecim gaudia animæ beatæ, de qua potest dici illud Apoc 11. vbi dicitur, quod *ipse vidit mulierem amictam Sole & Luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim.* Mulier est anima beata, quæ Sole vestitur, id est, immortali claritate, & calcat Lunam, id est, mutabilem mortalitatem, & quæ coronam habet duodecim stellarum. Mulier est anima beata, quæ Sole vestitur, id est, immortali claritate, id est, prædictorum gaudiorum duodecim multiplicitate. Ista
F est ergo duodena affectanda. ¶ Sexto dico, quod inuenitur duodena detestanda. Et ista est congregatio omnium iniquorum, quæ scilicet duodena dicuntur, quia scilicet duodecim articulis & duodecim misericordiæ operibus contrariantur. Et isti sunt proditores pleni fallacia Matth. 26 & Luc. 22. *Iudas autem Iscariothes vnus de duodecim, iuit ad principes Sacerdotum, &c.* Sunt carnales & luxuriosi, figurati in muliere quæ duodecim annis patiebatur fluxum. Sunt discordes & litigiosi, figurati in pallio Ahiæ, quod diuisit in duodecim partes 3 Reg. 11. Isti sunt duodecim leunculi, quos leo de tribu Iuda Christus noscitur genuisse, quibus rugientibus per prædicationem terra tremuit. Et ideo isti figurantur in duodecim leunculis aureis qui erant sub sex gradibus throni eburnei Salomonis 3. Reg 10. Figurantur etiam in duodecim bobus æreis, qui portabant mare æneum in ingressu templi, sicut habetur 3. Reg. 7. Per istud mare æneum, quod erat quoddam lauacrum in ingressu templi, vbi sacerdotes lauabantur, potest figurari Ecclesia militans & fides Christiana, per quam & in qua peccatores purificantur. Per thronum vero eburneum designatur Ecclesia triumphans, vbi beati sedent & quietantur. Per sex gradus istius throni possunt significari sex pietatis opera, per quæ ad istum thronum ascenditur & intratur. Isti ergo duodecim leones & duodecim boues signant duodecim Apostulos, qui reuera fuerunt

Boues per patientiam,
Leones per audaciam,
Aurei per sapientiam,
Ærei per eloquentiam.

¶ Isti igitur sustentauerunt mare Ecclesiæ militantis & prædicando & docendo per mundum portauerunt. Ista est ergo duodena imitanda, & etiam honoranda, quia, scilicet ibi sunt, qui à Deo per prædestinationis gratiam sunt signati Apoc. 7. *De Tribu Ruben duodecim millia signati*, qui etiam sub duodecimo numero continentur, & isti etiam sunt, qui in ciuitate Hierusalem finaliter collocantur, & hoc est quod supponitur Apoc. 21. vbi illius ciuitatis portæ, anguli, lapides, fundamenta & tituli sub titulo duodenario continentur, &c.

A **Duplex. Duplicitas.** Illud dicitur duplum quod bis est multiplicatum & additum. Et possumus notare, quod multiplex duplicatio seu duplicitas reperitur in scriptura. Est enim

Duplicitas { Gratiæ, Culpæ, Pœnæ, Gloriæ, } quam debes { quærere, fugere, tremere, petere.

¶ Est ergo quædam duplicatio virtuosa, & ista est duplicatio meritorum & operum virtuosorum & bonorum, quam scilicet sancti appetunt & requirunt, dicentes illud 4. Reg. 2. *Fiat Spiritus tuus duplex in me.* Diuites enim non vno vestimento contenti, sunt, imo vt communiter habent plura & dupla vestimenta. Etiam corpora animalium membra habent raro singularia, imo semper multiplicata & duplicia, sicut patet, quod oculi, aures, nares, manus, pedes, alæ, cornua, & alia similia omnia sunt dupla. Voluit enim sagax omnia duplicare natura, vt si vnum membrum casu aliquo deperiret, saltem aliud regnaret. Sic vere dico, quod omnes virtutes in anima debent esse duplicatæ & multiplicatæ, & continue in melius augmentatæ. Si enim vnã virtutem acquirimus, statim melius proficiendo ipsam duplicare debemus. Exemplo illius negotiatoris, qui à domino duo talenta recepit, qui propter hoc commendatur, quia ipsa duplicata domino reportauit Matth. 25. Et Esaiæ 61. *In terra sua duplicia possidebunt.* Et bene duplicia, scilicet oculos discretionis in spiritualibus & terrenis, aures auditionis, tam correctionum, quam consulationum, nares odorabilis meditationis tam suauitatis supernorum, quam fœtoris infernorum, & sic de alijs quia vere omnes virtutes debent in nobis esse duplices, scilicet in quantum possunt cernere, Deum & proximum vel in quantum recipiunt spiritualia & terrena, figuratæ in illo indumento Aaron, quod dicebatur rationale, quod quatuor pretiosis coloribus erat contextum, & quadrangulum, & duplex erat, sicut dicitur Exod. 28. Sic vestis virtuosæ conuersationis iustorum debet, vt dictum est, duplex esse, &c. Expone. Vnde de domesticis Ecclesiæ, id est, de sanctis hominibus dicitur, quod omnes domestici eius vestiti sunt duplicibus. Et Ecclesiast. 42. *Omnia duplicia.* Ista est ergo duplicatio virtuosa. B

¶ Secundo dico, quod inuenitur duplicatio vitiosa, & ista est duplicatio vitiorum, sicut quando peccator habet duplex odium seu cõtemptum, scilicet Dei & proximi, duplicem luxuriam, scilicet mentis & carnis, duplicem auaritiam scilicet acquirendi & retinendi, duplicem superbiam scilicet de se præsumendo, & alios cõtemnendo, & sic de alijs modis est dare Eccl. 12. *Duplicia mala inuenies.* Et aduerte, quod duplicitas inconstantiæ est potissime vitiosa, quando scilicet homo non est fidelis aut certus, nec integer, nec solidus, varius & incertus, similis lepori, qui duplicem habet sexum. Similis taxo, qui in cauerna sua semper duplicem habet introitum. Similis quibusdam hominibus Scythiæ, qui, sicut patet compatriotis vicinis, duplicem habent vultum, humanum, scilicet taurinum, quia reuera tales in omnibus inueniuntur duplices, & varie & infideliter se habentes, vnum realiter existentes, & aliud visibiliter apparentes. Semper enim volunt habere duos exitus, vel etiam duos vultus, ita vt vbicunque se verterint, nunquam appareant esse idem 3 Reg. 6. *Vtrumque ostium duplex erat.* Quibus loquitur scriptura Iac. 4. dicens, *Emendate manus peccatores, purificate corda duplices animo.* Et aduerte quod isti sunt duplices corde, ore, opere. Habent enim duplicitatem in cordiali intentione, in verbali locutione, in manuali operatione seu in visuali conuersatione. Dico ergo, quod quidam habent duplicitatem intentionis & istud pro certo fit, quando scilicet homo non potest in vna cogitatione seu proposito permanere, sed de vno ad aliud solet se faciliter se transferre. Alia est duplicitas oris, & ista est duplicitas adulatorum & detractorum, qui modo dicunt vnum, modo aliud, in præsentia adulantur, in absentia obloquuntur. Item est duplicitas operis & ista est duplicitas hypocritarum, qui vnum habent in conscientia, aliud in apparentia, vnum faciunt in publico, & aliud in occulto, vnum apparent & aliud sunt.

C Notemus igitur, quod est duplicitas Cogitationis, Adulationis, Simulationis. ¶ Et ideo de istis tribus potest exponi illud Eccl. 2. *Væ duplici corde, labijs scelestis, manibus malefacientibus, & peccatori terram ingredienti duabus vijs.* Væ (inquit) duplici corde, ecce duplicitas in intentione, & labijs scelestis, ecce duplicitas in locutione, & malefacientibus manibus, &c. ecce duplicitas in operatione. Quidam igitur habent duplicitatem intentionis, quæ procul dubio est contra naturam. Natura enim non dedit nisi vnum cor homini, ad denotandum, quod ipse debet habere vnitatem & stabilitatem intentionis Iac. 1. *Vir duplex animo inconstans est in omnibus vijs.* Plin. tamen lib. 11. cap. 38. dicit quod semel prodigiose accidit, quod cum Marcellus sacrificaret, cor duplex in hostia fuit inuentum. Sic tales duplicem habent mentem, contra illud Eccles. 1. *Et ne accesseris ad Deum duplici corde, nec fueris hypocrita in conspectu hominum.* Et 1. Par. 12. *Non in corde duplici*, quia sicut dicitur Iac. 1. *Vir duplex animo inconstans est in omnibus vijs.* ¶ Alij habent duplicitatem locutionis, quia tales cito mutant & duplicant linguam suam, loquendo, & pro, & contra. Similes catu, qui linguam habet flexibilem & versibilem, valde etiam leuem & suauem. Similes etiam quibusdam scorpionibus qui duplices habent aculeos, sicut dicit Plin. Similes etiam illis serpentibus quos Alexander vidit in India, sicut ipse dicit in Epistola, qui duo habebant capita, & in quolibet capite linguas duas. Quia vere multi sunt, qui linguam habent variam & duplam, ita quod ad omnem partem flectunt & duplicant verba sua, nunc scilicet ad adulandum, nunc ad detrahendum. Vnde Eccles 5. *Peccator probatur in duplici lingua.* Ista est ergo duplicitas locutionis. ¶ Alij habent duplicitatem operationis. Et ista est duplicitas hypocritarum, qui similes sunt Hermaphroditis, qui sunt homines habentes vtrumque sexum masculinum & fœmininum, quia isti in præsentia sunt masculini, id est, boni, in absentia vero fœminei

mini sunt, id est, mali. Similes enim sunt sambuco, quæ est arbor habens duplicem corticem, & cuius flores redolent, & fructus fœtent. Cortex enim suæ exterioris conditionis duplex est, quia, scilicet flos suæ conuersationis est redolens, fructus vero suæ operationis est fœtus & olens, &c. concorda. Vide in titulo de constantia Eccles. 42. *Omnia duplicia, vnum contra vnum.* Ista est ergo duplicatio vitiosa.

D ¶ Tertio vero dico, quod inuenitur duplicatio dolorosa. Et ista est duplicatio tormentorum, quia scilicet tormenta malorum duplicia dicuntur, pro eo quod in corpore & anima patiuntur, pro eo quod bonis perpetuis priuabuntur, & malis perpetuis affligentur. Hoc est dictum, quod pœna damni & pœna sensus mutabuntur, de quo Hierem. 17. *Duplici contritione contere eos domine Deus noster.* Et illud Esa. 40. *Suscepit de manu domini duplicia, pro omnibus peccatis.* Vnde dominus de mundo & damnato peccatore loquitur sic Apocal. 18. ad malos dirigens verba sua, & dicit sic in figura Babylonis destructæ, *Reddite ei sicut & ipsa reddidit vobis, duplicate duplicia secundum opera eius, in poculo, quo miscuit vobis, miscete ei duplum.* Ista est ergo duplicatio dolorosa.

E ¶ Quarto vero dico, quod est duplicatio gaudiosa, videl. gloriæ Paradisi, quod pro tanto duplex dicitur, quia de diuinitate & humanitate Christi perficietur, vel quia in anima & corpore recipietur, quando scilicet homo stola duplici, hoc est dictum, gloria animæ & corporis vestietur. Cuncti enim domestici Dei vestiti sunt duplicibus, quando corpus resurget & glorificabitur. Tunc enim gloria, quam nunc habet anima beata separatim, duplicata dicetur, inquantum, scilicet in corpus Christi diffundetur. Talis enim duplex gloria dabitur patientibus, præsidentibus, largientibus. Patientibus dico mundanas tribulationes. Vnde de Iob patiente, qui interpretatur dolens, dicitur Iob 42. quod *post eius percussionem addidit dominus omnia, quæ fuerant Iob duplicia.* Præsidentibus per multas damnationes, quia sicut dicitur 1. Tim. 5. *Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni sunt* Largientibus etiam, scilicet eleemosynas & subuentiones Eccles. 20. *Est datum cuius retributio duplex.* Sancti enim & iusti sunt primogeniti, de quibus scribitur Deuteronom. 21. quod *ipsi dabunt de bonis patris sui cuncta duplicia.* De manna etiam cibo dulcissimo legitur, quod duplum die veneris recolligebatur, vt inde in die sabbati (in quo non erat laborare licitum) viueretur, sicut dicitur Exod. 16. Ad denotandum, quod dulcedo duplicandæ gloriæ Paradisi in sexta die, id est, nunc in ista sexta ætate præsentis vitæ debet promerendo recolligi, & per merita apud iustitiam diuinæ retributionis à nobis per bona opera pro nostris futuris vsibus aggregari, vt inde in sabbato æternæ & futuræ requiei, quando laborare, vel amplius meteri non poterimus, possimus viuere, & sursum cum Deo gloriari Exod. 16. *Die sexta collegerunt cibos duplices.* Patet ergo quomodo inuenitur quadruplex duplicatio, videlicet gloriosa, dolorosa, vitiosa, & virtuosa. Vide supra de duobus.

## A Duritia. Durus.

Nota, quod duritia in scriptura sumitur multis modis. Sumitur enim in bono & in malo. In bono enim designat asperam correctionem & constantem perfectionem. Boni enim duri sunt contra impios corrigendos diu perseuerando. Res enim duræ diutius solent durare. Item constanter sustinendo. Sicut enim res, quæ est dura, melius sustinet res duras, sic homo fortis, constans & perseuerans melius sustinet res asperas & duras, scilicet correctiones, tribulationes, pœnitentias & afflictiones Psalm. *Propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras.*

¶ Item duritia in malo designat mentis obstinationem, morum indurationem, mundi tribulationem, inferni afflictionem. Dicamus igitur generaliter, quod tam in bono quam in malo accipiendo est quædam duritia virtuosa, vitiosa, dolorosa.

Prima est habenda, Secunda cauenda, Tertia timenda. ¶ Est igitur duritia virtuosa, quæ debet haberi, & ista est duritia constantiæ, pœnitentiæ, & iustitiæ. Duri & constantes debemus esse more adamantis, qui ita durus est, quod nec igne potest secari, quia vere ita debemus esse constantes & patientes, quod nullus ictus tribulationis, nullus ignis tentationis, debet nos per peccatum destruere, nec per impatientiam dissipare. Vnde Ezechiel 3. *Dedi frontem tuam duriorem frontibus eorum, quasi silicem & adamantem faciem tuam.* Item duri, iusti & rigorosi nobis & alijs debemus esse, sicut malogranatum, quod est pomum interius valde humidum, exterius, valde durum, corticem enim habet duram exterius, medullam vero valde habet humidam interius. Sic vere (charissimi) in cortice exterioris conuersationis debemus habere magnam duritiam, scilicet duritiam pœnitentiæ & constantiæ, quantum ad nos, duritiam vero correctionis & iustitiæ quantum ad alios. Sed tamen interius in corde debemus esse molles & teneri per pietatem & compassionem, humidi & fluidi per pietatem & deuotionem. Istud potissime pertinet ad Prælatos, quia vere semper debent esse duri, quia iusti exterius in apparentia, molles vero, pij & benigni interius in conscientia. Duros enim iustos & rigorosos se debent exterius ostendere, ne forte familiaritas pariat contemptum, & ne forte facilitas sit alijs occasio delinquendi. Quicquid tamen agant exterius, semper interius in corde humorem pietatis & compassionis, gratiæ & deuotionis debent habere, ita quod possint exteriorem iustitiam temperare. Similes enim debent esse ossibus quæ quamuis exterius valde sint dura, intus tamen medulla sunt plena. Sic proculdubio iudices & prælati quamuis sunt exterius duri, iustitiam exequendo, tamen intus debent esse medullosi, clementiam conseruando, vt de quolibet tali possit dici illud Matth. 25. *Scio quia homo durus es.*

Isti enim debent esse homines, quod est animal mansuetum per pietatem & compassionem, & debent esse duri per iustitiam & correctionem, quod est contra multos, qui solam habent iustitiam, & non clementiam, rigorem & non dulcorem, seueritatem, & non pietatem, vt sic subditi iuxta dictum domini scilicet Deuteronom. 32. *Sugere valeant mel de petra, riuumque de saxo durissimo.* Isti sunt similes ossibus leonis, quæ ita sunt dura & solida, quod nihil habent interius de medulla: Ita etiam sunt sicca, quod ex collisione eorum exit ignis. Sed vere multi sunt iudices & prælati, qui intus per credulitatem, & exterius per austeritatem sunt durissimi, quia nihil habent de medulla pietatis interius, & ideo ignem crudelitatis emittunt exterius. Thren. 1. *de excelso misit ignem in ossibus meis.*

Isti debent considerare illud, quod sequitur 3. Reg. 12. vbi dicitur, *quod cum populus peteret à Roboam filio Salomonis, quod minueret paululum de iugo durissimo, quo ipsos grauauerat pater suus, respondit populo dura, propter quod ab eius dominio recesserunt & alium Regem elegerunt.* Constat enim quod duritia & austeritas quando nimis excedunt in superiore, faciunt ei multa mala damna Exod. 6. *Non acquieuit populus propter angustiam & opus durissimum.* Non sic (charissimi) simus ex toto duri, sed potius sub exteriori duritia benignitatem & mollitiem interiorem habeamus, iuxta illud Deuteronom. 8. *Eduxit riuos de petra durissima.* Non sic ergo, sed cum duritia habeamus clementiam, & sic erit duritia virtuosa, quæ debet haberi.

¶ Secundo dico, quod est duritia vitiosa, quæ debet caueri: & ista est duritia obstinationis, malæ consuetudinis & crudelitatis. Tales enim duritias non debemus habere, sed ipsas fugere & cauere, quia sicut dicitur Eccles. 3. *Cor durum male habebit in nouissimo.* Obstinati enim similes sunt crocodilo, quod est animal, cuius cutis & dorsum sunt dura, quia nec ictibus læduntur, nec gladijs perforantur. Sic vere charissimi, multi sunt ita duri per obstinationem, & ita indurati per malam assuefactionem, quod quamuis à Deo vel à mundo ictibus tribulationum feriantur, quamuis à Prælatis & Prædicatoribus iaculis correctionum & reprehensionum, percutiantur, ipsi tamen non penetrantur nec emendantur per conuersionem. Ipsis ergo dicitur illud Esa. 48. *Sciui enim quia durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua.* In Ægypto enim crescunt fabæ, quæ ita duræ sunt, quod nullo igne coquuntur, nec vlla aqua possunt mollificari, vt dicit Plin. Sic vere multi sunt ita obstinati in malis consuetudinibus & indurati, quod nec igne correctionis vel tribulationis coquuntur, nec aqua dulcis monitionis & inductionis ad compassionem aliquam inclinantur, Istud patet de multis peccatoribus, maxime in auaris & parcis, & etiam in luxuriosis, & multis alijs fatuis & obstinatis, qui nec aqua nec igne possunt corrigi vel decoqui, nec à sua duritia temperari. Vnde *cor eius indurabitur quasi lapis. & restringetur quasi malleatoris incus.* Iob 14. Et nota, quod mali duri sunt

In { verbo dure respondendo,
intellectu parum retinendo,
corde fidem non credendo,
capite, non obediendo,
opere seu manibus alios grauando. }

Verbo dico Genes. 43. *Locutus est nobis dominus terræ dura*: & tamen dicitur Prouerbiorum. 15. quod *responsio mollis frangit iram, sermo durus excitat furorem*. Item in intellectu Esa. 46. *Audite me duro corde, & qui longe estis à iustitia*, & tamen Prouer. 28. dicitur quod *qui mentis est duræ, corruet in malum*. Item in corde. Vnde de incredulis dicitur Marc. 16. quod *Iesus exprobrauit incredulitatem illorum & duritiam cordis, quia his, qui viderant eum resurrexisse, non crediderant*. Item in capite Exod. 33. *Populus duræ ceruicis es*. Et Actor. 7. *Dura ceruice & incircumcisis cordibus semper Spiritui sancto restitistis*. Item in manu, Vnde pauperes possunt dicere illud 1. Reg. 5. *Dura est manus eius super nos*. Ista est ergo duritia vitiosa, quæ debet caueri.

C ¶ Tertio dico quod est quædam duritia dolorosa, quæ debet timeri. Et ista est duritia infernalium tormentorum, & iudicij domini. Deus enim modo est sicut agnus, peccatores benigniter sustinendo, sed pro certo in fine, id est, in iudicio erit aries cum duris cornibus peccatores dure iudicando, & in Inferno durius condemnando. Quia reuera (charissimi) nostris peccatis exigentibus sic fiet, quod ille, qui dulcissimus est & benignissimus, crudelis fiet & durissimus, ita quod quilibet damnatus poterit sibi dicere illud Iob. 30. *Mutatus es mihi in crudelem, & in duritia manus tuæ aduersaris mihi*. Sic enim de Deo est sicut de Corallo, qui quamdiu est in aqua intra mare vbi generatur, radix est lignea atque mollis, quando vero de aqua extrahitur, tunc in naturam lapidis induratur. Sic vere charissimi Deus modo latitat intra mare Paradisi in isto intermedio vsque ad diem iudicij, in quo à mortalibus non videtur. Ille proculdubio est sicut radix lignea scilicet plicabilis atque mollis per pietatem atque benignitatem quia sicut dicitur Sapient. 12. *ipse dissimulat peccata hominum propter pœnitentiam*.

Sed vere quando apparebit & quando exibit extra illud mare in die iudicij, quando de Paradiso ad vallem Iosaphat veniet, tunc pro certo indurabitur contra peccatores per iustitiam & rigorem, & lapis efficietur ad ipsos percutiendum per damnationis furorem. Ipse enim vt dicitur Sapient. 5. *Acuet iram duram in lanceam, & pugnabit cum eo orbis terrarum contra insensatos*. De ista ergo duritia diuina potest dici illud Iob 28. *In similitudinem lapidis durantur aquæ*. Sic ergo charissimi dico, quod ista est duritia timenda. Alia vero est quæ est cauenda. Alia autem quæ est habenda, &c. Sufficit.

A **Dum.** Nota, quod dum, dudum, & nondum seu necdum, sunt aduerbia temporis, semper enim significant tempus præsens, præteritum, & futurum. Dum enim signat tempus præsens. Dudum signat tempus præteritum. Nondum signat tempus futurum. De dudum autem propter defectum auctoritatum vocalium nihil pono, sed vide vbi olim & quondam. De nondum & necdum, vide in loco suo. De dum vero aliquid est dicendum. Notabis ergo quod dum aduerbium temporis semper signat præsens cum quadam tamen suspensiua seu defluxiua dilatione. Vnde dum sumitur pro cum vel pro quando, seu pro tempore quo, sicut cum dicitur Genes. 24 *Dum hoc mecum tacitus voluerem, apparuit Rebecca*, idest, tempore quo seu cum aliquando talia mecum voluebam. Nota ergo, quod nos inuenimus in scripturis.

vnum Dum { Defluxibile,
Non durabile,
Miserabile,
Terminabile,
Commendabile,
Execrabile,
Formidabile. }

Primum est Dum naturæ labentis, scilicet vitæ,
Secundum fortunæ fluentis,
Tertium fortunæ lædentis,
Quartum iacturæ sequentis, scilicet mortis,
Quintum gratiæ valentis,
Sextum peccati fœtentis,
Septimum tormenti furentis seu inferuentis.

Igitur dico, quod nos inuenimus vnum dum naturæ influentis, quod est singulorum. Et istud nihil aliud est quam vita nostra, quæ ( non est nisi vnum dum, id est, vnum modicum temporis suspensiuum, breue videlicet & incertum Et istud est vnum tempus valde dubium, quia scilicet vbi perseuerare creditur, terminatur, iuxta illud Esa. 38. *Dum adhuc ordirer, succidit me*. Et ideo sicut homo, qui modicum habet temporis determinatum ad aliquid faciendum, solet pro viribus in assumpto negotio festinare, sicut patet in electionibus per viam scrutinij & in alijs pluribus vbi certa candela ardens electoribus assignatur, quæ dum durat, possunt ad electionem procedere, & ea finita amplius nihil possunt. Cauent enim omnes electores, vt dum durat candela faciant & compleant quod cœperunt, ne forte ipsa extincta amplius nihil possint. Charissimi, vita nostra candela proprie potest dici, vbi scilicet ignis, id est, anima grossæ materiæ, id est, corpori est coniuncta. Dum enim ignis & candela, i. corpus & anima simul viuunt, homines bene operari & bene mereri possunt, ipsa vero mortua vel extincta, virtus merendi nobis prorsus excluditur. Et ideo necesse est, quod homo dum viuit, & durat candela vitæ præsentis bonum opus celeriter operetur. Vnde Galat. 6. *Dum tempus habemus, operemur bonum omnes*. Figura ad hæc Matth. 5. Vbi dicitur. *Esto consentiens aduersario tuo, dum es in via cum eo, ne forte tradat te aduersarius tuus iudici, & iudex tradat te ministro, & in carcerem mittaris. Amen dico tibi non exibis inde*. Charissimi, aduersarius noster est sinderesis conscientiæ nostræ. Iste est enim procurator fisci, id est, Dei, quem scil. pro iure suo seruando posuit in curia cordis nostri. Statim enim quod aliquid mali facimus, iste protinus contradicit, & clamat, & pro posse suo in quocunque actu peccati nobis obstat, & rebellat. Igitur dum sumus in via vitæ præsentis, simul cum isto aduersario viuimus, ipsumque pro peccatis nostris nobis aduersarij, & per remorsum rebellare, & pro iure Dei & iustitiæ stare sentimus, nos pro certo sibi consentire, & cum eo pacem facere, & sibi per pœnitentiam satisfacere debemus, dicendo scilicet sibi illud Genes. 13. *Ne quæso sit iurgium inter me & te, fratres enim sumus*, alias proculdubio iudici Deo tradimur, & per ipsum ministro Diabolo subijcimus, & carceri perpetuo mancipamur. Bene ergo dicitur de isto dum, Eccles. 33. *Cum adhuc superes & aspiras, non immutabit te omnis homo*, supple à bono opere & proposito. Bene ergo dicit ille versificator. Fac bene dum viuis post mortem viuere si vis. Vt & de corpore nostro dicatur illud Eccles. 30. *Tunde latera illius dum infans est*. Patet ergo, quod est dare vnum dum naturæ fluentis.

B ¶ Secundo dico, quod est dare vnum dum fortunæ florentis seu etiam labentis. Mundana enim gloria non est nisi vnum dum, Idest, vnum tempus modicum, & vna mora breuis, quia scilicet gloria mundana possessores suos etsi in mundanis honoribus alte leuat, ipsos tamen subito detrahit, atque grauat. Vnde in Psalm. *Deiecisti eos dum alleuarentur*. Sequitur, *Facti sunt in desolationem*, subito defecerunt. *perierunt propter iniquitatem suam*. Et bene dicit subito, quia scilicet isti dum sunt in mundi prosperis, taliter excæcantur, quod de futuris nihil aduertunt, quare subito dissipantur Esa. 30. *Subito dum non speratur, veniet contritio eius*. Et merito tales subito pereunt, quia pro certo suum breue dum, id est, suam durationem modicam non attendunt, imo super alios per superbiam se erigunt, & pauperes suppeditant, atque lædunt. Psalm. *Dum superbit impius, incenditur pauper*. Istud est ergo vnum dum fortunæ labentis seu florentis.

C ¶ Tertio dico, quod est dare vnum dum fortunæ lædentis. Aduersa enim fortuna sicut & prospera habet suum dum, id est, suam durationem transitoriam atque breuem, dum tamen ista est in furore suo, constat, quod illi, qui per eam opprimuntur, sustinent multa mala, videlicet

Mordaces detractiones,
Nugaces derisiones,
Audaces inuasiones.

¶ De mordacibus detractionibus dicitur in Psal. *Dum appropiant super me nocentes, vt edant carnes meas, qui tribulant me inimici mei.*

De

De nugacibus derisionibus dicitur in Psalm. *Dum confringuntur ossa mea, exprobrauerunt mihi, qui tribulant me inimici mei, dum mihi dicunt per singulos dies: Vbi est Deus tuus;* De audacibus autem inflictionibus & oppressionibus dicitur, in Psalm. *Contristatus incedo dum affligit me inimicus. & dum confringuntur ossa mea.* Illud est igitur vnum dum fortunæ lædentis.

D ¶ Quarto dico, quod inuenitur vnum dum iacturæ prementis, seu clausuræ stringentis, hoc est dictum, mortis cuncta finaliter terminantis. Mors enim est vnum dum, id est, vna breuis hora, ad quam oportet finaliter peruenire, vt de qualibet persona possit dici illud Ioan. 20. *Dum ergo fleret, inclinauit se, & prospexit in monumentum.*

E ¶ Quinto dico, quod est dare vnum dum gratiæ fulgentis. Status enim gratiæ est vnum dum, id est, vna certa dimensio, in qua iusti manent, & transeunt, dum rite seruiunt creatori, & dum ad patriam transeunt de hoc mundo. Et sic notabis de isto dum, id est, de tempore & statu gratiæ, quod hoc est.

vnum Dum {
Dolentis contritionis,
Stringentis purgationis,
Fluentis compunctionis,
Feruentis affectionis,
Petentis orationis,
Splendentis discretionis,
Manentis durationis,
Loquentis instructionis,
Sequentis saluationis.

Dico ergo, quod in isto dum, id est, in statu gratiæ inuenitur dolens contritio, quæ mentem stimulat Psalm. *Conuersus sum in ærumna mea, dum configitur spina.* Vt sic homo pœnitens & abstinens dicat illud 2. Reg. 12. Propter infantem, *dum adhuc viueret, ieiunaui, & fleui.* Item ibi inuenitur stringens purgatio, quæ animam & corpus per pœnitentiam cruciat Iob. 14. *Caro eius dum viuet, dolebit, & anima illius super semetipso lugebit.* Item ibi inuenitur fluens compunctio, quæ sese vapulat, & sic Dauid dicebat in Psalm. *Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur tui Sion.* Item inuenitur ibi feruens affectio, quæ quærens circulat, quia scilicet affectio circuit per omnes vias iustitiæ dominum quærens Esaiæ 5. *Quærite dominum dum inueniri potest.* Item inuenitur petens oratio, quæ laudes iubilat Esaiæ 55. *Inuocate eum, dum prope est.* Item inuenitur ibi splendens discretio; quæ clare rutilat Ioan. 12. *Ambulate dum lucem habetis, vt non tenebræ vos comprehendant.* Et ibidem. *Dum lucem habetis, credite in lucem, vt filij lucis sitis.* Inuenitur ibi manens duratio, quæ nunquam tremulat, id est, perseuerantiæ virtus. De qua scilicet dicitur Iudith. 5. *Quod filij Israel vsque dum non peccassent in conspectu Dei sui, erant cum eis bona.* Item inuenitur ibi sermocinatio, quæ verba pullulat, quia scilicet iusti dum in statu gratiæ viuunt, prædicando, & sermocinando alios instruunt. Prædicator enim est ille, de quo dicitur Luc. 8, & Matth. 14. *Quod exijt qui seminat seminare semen suum.* Et dum seminat, aliud cecidit secus viam, aliud supra petram, aliud inter spinas, aliud in terram bonam, &c. Dum enim prædicator prædicat semen verbi Dei, diuersimode recipitur per diuersos: prædicator autem dum tamen debitum suum faciat, meritum à domino semper reportat, 1. Machabæorum 2. *Caleph dum testificatur in Ecclesia, accepit hæreditatem.* Item inuenitur ibi plena salutatio, quæ bona cumulat scilicet finalis gloria paradisi. De qua 1. Machabæor. 2. *Iesum dum impleuit verbum, factus est dux Israel.* Helias dum zelat zelum legis, receptus est in cælum. Ibidem. Istud enim dum, id est, status & duratio gloriæ paradisi.

Caret timore,
Fragrat odore,
Pollet honore.

Caret dico timore, qui scilicet beati non timent in patria dum vident peccatores in inferno stupentes. Et ideo isti dicunt in Psalm. *Non timebimus dum turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris.* Fragrat etiam odore. Vnde anima beata potest dicere Canticorum 1. *Dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum.* Pollet insuper honore: vt sic beatis ad regnum Paradisi promotis dicatur illud Psalm. *Dum discernit cælestis Reges super eam niue dealbabuntur in Selmon, mons Dei mons pinguis.* Selmon enim interpretatur pax vel sensus, seu virtutis vmbraculum. Mons ergo Dei Selmon, qui est mons pinguis, & omnibus bonis opulentus dicitur, significat Paradisum vbi scilicet est pax à terris, quæ non perturbatur, lux æterna, quæ non obscuratur scilicet sensus & cognitio certa & vera, vmbraculum & refrigerium, pugnaculum & magisterium. Magisterium dico Regis Maiestatis, in quo beati à Deo discernuntur, & constituuntur, & niue candoris seu splendoris perpetui candidantur. Sic igitur patet, quod est dare vnum dum gratiæ fulgentis.

¶ Sexto vero dico, quod est dare vnum dum peccati nocentis. Status enim peccatorum dum dicitur, pro eo quod semper differunt bonum facere, & quod à bono faciendo plus debito suspenduntur, & pro eo quod dum in isto statu permanent multa mala facere comprobantur, & sic nota, quod apud impios inuenitur vnum dum, quod quærit F

Iras,
Turbationes,
Dilationes.

De talium ira dicitur Eccles. 28. *Ipse dum caro sit, reseruat iram.* De talium turbatione dicitur in Psalm. *Quare contristatus incedo, dum affligit me inimicus?* De talium dilatione seu inepta occupatione dicitur Matth. 25. *de fatuis virginibus, quod dum irent emere, venit sponsus, & clausa est ianua.*

¶ Septimo dico, quod est vnum dum tormenti furentis, id est, pœnæ infernalis, seu damnatorum. Misera enim damnatorum conditio dicitur dum, quod significat præsens tempus, quia nullus est eis spes de tempore futuræ liberationis, sed eis semper præsens est calamitas horridæ passionis: de talium finali desperatione & damnatione dicitur in Psalm. *Dum non est, qui redimat, neque qui saluum faciat.* Et sic ergo patet quomodo est dare vnum dum, quod est G

Damnatorum,
Peccatorum,
Iniustorum,
Mortuorum,
Miserorum,
Mundanorum,
Singulorum seu vinorum.

Et hæc de hoc titulo Dum sufficiant.

## E.

E Nota quod E propositio seruiens ablatiuo idem signat, quod a, vel de, vel ea. Et ideo vide in alijs titulis, quia auctoritates non habeo nisi paucas.

## Ea. Eam. Earum.

Nota, quod istud pronomen Ea, cum sit pronomen adiectiuum & relatiuum, videtur posse significare quicquid suum significat substantiuum. Verum plerumque fit, quod per talia pronomina generalia perfectiones contentæ in re, seu persona significantur. Ego dicam, quod per eam in bono significato potest intelligi B. Virgo, vel quælibet sancta persona, seu anima, vel etiam Ecclesia militans vel triumphans, quia scilicet ista omnia continentur sub genere fœminino. Notabis ergo, quo talis ea commendatur in scriptura, quia A

Tranquillitatis sede quietatur,
Diuinitatis corde adamatur,
Æternitatis fronte adiuuatur,
Sublimitatis monte subleuatur,
Sterilitatis forte maceratur,
Fœlicitatis fonte adæquatur.

Istam enim solet quietare pacis tranquillitas Matth. 10. *Veniet pax vestra super eam:* Et Esaiæ 56. *Ecce declinabo super eam quasi fluuium pacis.* Item istam solet adamare fraterna charitas. Vnde de Hester legitur Hester. 2. *quod Rex adamauit eam super omnes mulieres.* Ista enim est illa Sunamitis, de qua dicitur 3. Reg. 1. *quod adduxerunt eam ad Dauid Regem, Rex vero non cognouit eam.* Ad Regem enim, id est, ad Christum fuit beata Virgo, anima vel Ecclesia per fidem adducta, & eidem spiritualiter desponsata Psalm. 44. *Adducentur Regi Virgines post eam.* Item istam solet adiuuare Dei benignitas Psalm. *Adiuuabit eam Deus vultu suo, Deus in medio eius non commouebitur.* Item istam solet sublimare virtutum dignitas. Elegit eam Deus & præelegit eam. Item istam solet macerare pœnæ sterilitas seu asperitas, scilicet pœnitentia Ezech. 24. *Faciam eam desertam ab*

*austro* : & Oseæ 2. *Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius.* Item istam sulet inchoare cœli fœlicitas. *Deus in tabernaculo suo habitare facit eam.* Ista enim erit ibi, scilicet in Paradiso

Sponso sociata,
Fama diuulgata,
Gratia ditata,
Fœdere ligata,
Gaudio vallata.

Dico inquam sponso sociata. Vnde de filio Regis Amon, id est, de Christo dicitur 2. Regum 13, *quod ipse apprehendit eam, & dixit: Cuba mecum soror mea.* Fama etiam diuulgata Genes. 12. *Sublata est mulier in domum Pharaonis & laudauerunt eam apud illum.* Cantic. 6. *Et Reginæ laudauerunt eam.* Gratia etiam ditata 1. Paralip. 22. *Inuenit in ea auri pondo talentum, aurum enim gratiam designat.* Fœdere vero ligata, id est, pacificata 2. Paral. 9. *Portauerunt Leuitæ arcam, & intulerunt eam & omnem paraturam tabernaculi.* Gaudio etiam læta & consolata. Vnde ista est illa ea, de qua scribitur Esa. 51. *Gaudium & lætitia inuenietur in ea gratiarum actio & vox laudis.* Sic ergo patet quomodo ea potest accipi in bono significato in quantum scilicet significat beatam Virginem, sanctam animam, vel Ecclesiam.

B ¶ Sed si vis dic, quod ea potest etiam accipi in malo. Et sic per eam notabis animam peccatricem, seu Ecclesiam vel Religionem vitijs deprauatam & præuaricatam. Et sic nota, quod talis ea

Vitiorum fæcibus fœdatur,
Deitatis gratia priuatur,
Amicorum ope non iuuatur,
Inimicorum dente laceratur.

Dico, quod ista vitiorum fœdatur sterquilinio. Vnde de ista dicitur Esa. 14. *Ponam eam in possessionem Ericij, & in paludes aquarum.* Item ista deitatis priuatur sponsalitio. Deus enim sponsus eius repudiat & dimittit eam cum peccat Ezech. 23. *Recessit ab ea anima mea.* Item ista amicorum orbatur patrocinio, quia scilicet omnes Angeli & sancti, qui eam solebant diligere ipsam nunc abominantur, & horrent Thren. 1. *Non est qui consoletur eam ex omnibus charis eius.* Imo ibidem dicitur, quod omnes amici eius spreuerunt eam, & facti sunt ei inimici. Item ista inimicorum grauatur maleficio. Vnde Thren. 1. dicitur. *Inimici eius apprehenderunt eam inter angustias.* Istud potissime fiet in inferno, quando ista ea perpetuis doloribus affligetur. Hierem. 6. *Tribulatio apprehendit nos, dolores vt parturientem.* Sic ergo patet quomodo ea in bono sumitur & in malo.

A **Ebrietas.** Ebrietas in scriptura generaliter idem est, quod repletio, & siue in bono siue in malo accipiatur semper videtur repletionem & superabundantiam designare. Et possumus notare, quod est quædam

Ebrietas { virtuosa, vitiosa, dolorosa, gaudiosa.

Ebrietas virtuosa est abundantia gratiæ & deuotionis de qua potest dici illud Cantic. 5. *Comedite amici & bibite & inebriamini charissimi.* Ebrietas vitiosa est abundantia culpæ & spiritualis infectionis, & de ista potest dici illud Psalm. *Turbati sunt & moti sunt sicut ebrius, & omnis sapientia eorum deuorata est.* Ebrietas enim communi vocabulo, est abundantia vini & corporalis refectionis, de qua Prouerb. 20. *Luxuriosa est abundantia æternæ miseriæ, & tam æternalis quam temporalis afflictionis*, de quo Esa. 15. *Inebriabo te lachryma mea*: & Thren. 3. *Inebriauit me absinthio, &c.* Ebrietas gaudiosa est abundantia gloriæ & futuræ consolationis, & de ista potest dici illud Psalm. *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos, quoniam apud te est fons vitæ.* Est ergo quædam ebrietas spiritualis, quædam corporalis, quædam temporalis, quædam æternalis.

B ¶ Vt vero breuiter transeamus, primo dicamus, quod est ebrietas virtuosa, quæ signat spiritualem mentis alienationem, per quam homo ab humano sensu & conuersatione immutatur, de qua quidem potest exponi illud Cantic. 5. *Comedite amici mei & bibite, & inebriamini charissimi.* Vbi ostenditur, quod quatuor sunt quæ faciunt hominem spiritualiter ebrium, & ista sunt.

Contritio timorosa, quæ potest notari in verbo, (Comedite.)
Dilectio viscerosa. (Amici inquit & charissimi.)
Deuotio dulcorosa, quæ notatur in verbo (bibite.)
Instructio fructuosa, quæ notari potest in verbo (Inebriamini.)

¶ Dico ergo, quod hominem spiritualiter inebriat timorosa contritio. Delphini enim audito tonitruo ita timent quod quasi epileptici facti & ebrij, ad fundum maris cadunt, & se capi & illaqueari à piscatoribus permittunt. Sic vere charissimi, illi qui bene audiunt, & percipiunt diuinarum comminationum tonitruum, quod peccatoribus incutitur, statim fiunt ebrij, id est, timorosi & stupidi, & sic cadunt ad profundum maris, id est, inferni per considerationem, & permittunt capi & inuolui per confessionem. Ista vero contritio ostenditur cum dicitur (Comedite) Comedere enim nihil aliud est quam cibos terere vel masticare, & signat contritionem, quæ crimina facta, & præterita terit, diuidit, considerat, & masticat. Talem cibum comedebat Dauid, cum dicebat. *Cinerem tanquam panem manducabam, & potum meum cum fletu miscebam*: & Iohel 1. dicitur. *Expergiscimini ebrij, & flete, vlulate, qui bibitis vinum in dulcedine.* C

Sicut enim videmus, quod panis nigellæ comestus facit hominem ebrium, sic veretalis comestio, & masticatio; seu consideratio spiritualis, facit hominem stupidum, & spiritualiter ebriosum. Sicut enim videmus, quod ebrius titubat, cadit, spumat, faciliter plorat, & sine verecundia se denudat, parietibus innititur, ne corruat, sic vere ille, quem contritio facit ebrium per Dei timorem titubat, per confessionem spumat, per orationem parietibus, id est, sanctis innititur, per humilitatem cadit & deprimitur, & per compunctionem plorat & desolatur, iuxta illud prædictum Esaiæ 11. *Inebriabo, & lachryma mea, & etiam per peccatorum suorum, reuelationem sine verecundia denudatur.* Talibus ergo dicitur Esaiæ 29. *Obstupescite, & miramini fluctuate & vacillate, inebriamini, & non à vino, mouemini & non ab ebrietate*, & illud Psalm. *Visitasti & inebriasti terram, sana contritiones eius, quia commota est.* Ista est ergo ebrietas contritionis timorosæ.

¶ Adhuc dico, quod est ebrietas dilectionis viscerosæ. (Amici inquit mei.) Amor enim similis est ebrietati. Sicut enim videmus, quod ebrius solet sua liberaliter dare, vestimenta sua abijcere, de illatis iniurijs non curare, prælium audacius inire, & in prælio ictus & vulnera non sentire, sic vere charissimi, amor Dei, quando cor inebriat, facit hominem pium & liberalem, datorem vestimentorum, id est, bonorum temporalium contemptorem, illatas iniurias obliuiscentem, prælium contra vitia aggredientem, & pro Christo illicita verba non sentientem. Vnde Prouerbior. 7. de mutuo amore loquens illa amasio suo, dicebat sic. *Veni inebriemur vberibus, & fruamur cupitis amplexibus.* D

Talem ebrietatem habuerunt martyres qui se sicut homines ebrij, & sine sensu morti opponebant, & de illatis vulneribus non curabant. Isti enim fuerunt sicut elephas, qui ex industria solet inebriari, vt ad prælium animetur, & audacior efficiatur, quia vere quando amore diuino inebriati fuerunt, tunc prælia mundi tribulationum audacter intrauerunt, & viriliter sustinuerunt. Amor enim ebrietati proprie cumparatur, quia qui perfecte amat, sensum, modum & rationem non seruat. (Vt enim dicit Ouid.)

*Est in amore modus, non tenuisse modum.*

(Amici ergo & charissimi.) Ideo talibus fecit Deus iuxta consilium Ecclesiast. 6. *Si possides amicum in tentatione posside eum.* Ideo dicit Petrus Rau. Amor enim impenetrabilis est lorica, vulnera respuit, iaculum excutit, periculo insultat, mortem irridet, si amor est, omnia vincit. Vnde in Psalm. *Calix meus inebrians, quam præclarus est.* Exemplum de Apostolis Actor. 2. *qui pro feruore spiritus, ebrij putabantur.* Ista est ergo ebrietas dilectionis viscerosæ.

¶ Denique est ebrietas deuotionis dulcorosæ: & hoc ostenditur, cum dicitur (Bibite) Potus enim deuotionis & perfectæ contemplationis hominem inebriat, ipsumque facit stupidum & mirantem. Ebrietas enim habet lætitiam excitare. B

omnium

somnium etiam procurare, & de rebus inulsis scilicet de bonis paradisi somniat, & excogitat Gen. 9. *Noe plantauit vineam, bibensque vinum, inebriatus est.* Exemplo illius Annæ, quæ præ deuotione, *ebria ab Hely fuit credita quando pro Samuelis origine dominum precabatur.* 1. Reg. 1. Aduerte autem, quod talem ebrietatem non habent hypocritæ, licet habere videantur. Isti enim similes sunt cuidam lapidi, qui dicitur dionysias, qui sicut dicit Dioscorides, distemperatus cum aqua, vinum dicitur fragrare, sed quod mirum est, ebrietati resistit. Iste lapis proculdubio signat hypocritas. Isti enim dictis, & verbis, & simulationibus suis vinum æternæ voluptatis, & dulcedinem æternæ gloriæ fragrare, sapere, & desiderare videntur. Sed pro certo istud verum non est, quia ebrietati isti, id est, æternæ fœlicitati & fertilitati, contemplationi & deuotioni videntur factis & operibus resistere, & ei totis viribus contraire. Vnde Aggæi 1. *Bibistis multum, & non estis inebriati.* Non sic, sed simus spiritualiter ebrij scilicet ebrietate deuotionis dulcorosæ, dormiendo per deuotionem.

F ¶ Rursum dico, quod inuenitur ebrietas instructionis fructuosæ. Doctrina enim comparatur vino, quia scilicet mentem solet imbuere & inebriare, & bonis operibus fœcundare, de quo Esa. 55. *Descendit imber & nix de cœlo, & inebriat terram, & infundit eam, & germinare facit eam, & dat semen serenti, &c.* Simus ergo ebrij charissimi dormiendo per deuotionem, diligendo per affectionem, largiendo per compassionem, titubando per contritionem, hauriendo per instructionem. Et sic patet, quomodo est quædam ebrietas virtuosa.

G ¶ Secundo dico, quod est quædam ebrietas vitiosa, & ista proculdubio triplex est, quia scilicet

Vna est corporalis gulositatis,
Alia est mundialis prosperitatis,
Tertia est criminalis iniquitatis.

Dicuntur ergo

Ebrij qui replentur { vinositate, prosperitate, iniquitate.

Et ista est proculdubio vinosa, quia prout dicit August. ebrietas aufert memoriam, dissipat sensum, confundit intellectum concitat libidinem, inuoluit linguam, corrumpit sanguinem, omnia bona debilitat, vitam diminuit, & omnem substantiam exterminat. Et sic possumus dicere, quod ista ebrietas vitiosa est propter tria, quia scilicet per istam

Secreta reuelantur,
Animi concitantur,
Corpora maculantur.

H ¶ Quia sicut Quirinus lapis inuentus in nidis Vpupatum, quæ sunt aues valde immundæ, suppositus capiti dormientis, facit eum dicere secreta sua dormiendo, secundum Isidor. sic vere ebrietas, quæ in nidis immundorum ebriosorum inuenitur, facit hominem secreta abscondita reuelare. Quod bene figuratum est in Noe Genes. 9. *qui inebriatus discooperuit se, ita quod apparuerunt pudibunda sua*: quia vere quando homo ebrius efficitur tunc faciliter se discooperit per secretorum suorum reuelationem, ita quod pudibunda, id est, turpitudines quod peccata ipsius faciliter alijs ostenduntur. Ideo bene dicitur Prou. 31. *Noli regibus dare vinum ô Samuel*, quia nullum secretum est, vbi regnat ebrietas. Ideo dicitur Abacuc. 2. *Væ qui potum dat amico suo, mittens fel & inebrians vt aspiciat nuditatem eius.* Per hanc ergo secreta reuelantur.

I ¶ Item dico, quod per istam iurgia seminantur. Elephas enim licet sit animal valde mansuetum, quando tamen inebriatur, faciliter irascitur, & ideo magister suus solet ipsum inebriare, vt possit ad prælium excitare, secundum Plin. Sic vere sæpe fit quod homines etiam benigni & mites litigiosi & iracundi efficiuntur, & in iurgijs & litibus inuoluuntur, quando vino inebriantur, & propterea magister eorum diabolus eos inebriari procurat, vt sic ad prælia & seditiones ipsos attrahat, & inducat. Ideo Prou. 20. dicitur *Luxuriosa res vinum, & tumultuosa ebrietas. Per hanc ergo iurgia seminantur.*

K ¶ Item dico, quod per istam corpora maculantur, scilicet per luxuriam. Exemplum habemus de Loth Genes. 19. *qui inebriatus duas proprias filias fœdauit* Oseæ 4. *Vinum, fornicatio, & ebrietas auferunt cor.* Ista est ergo prima ebrietas vitiosa, scilicet ebrietas vinositatis. Et pro certo talis ebrietas abominabilis est, quia,

Potum solet prouocare,
Mentem solet turbare,
Sensum solet hebetare,
Vomitum solet excitare,
Superbiam solet eleuare,
Iracundiam solet inflammare,
Penuriam solet generare.

Dico ergo, quod ebrietas potum prouocat. Ideo Esa. 25. dicitur. *Væ qui surgitis mane ad ebrietatem sectandam, & potandum vsque ad vesperum.* Item mentem turbat Esa. 24. *Agitabitur terra sicut ebrius.* Item sensum hebetat Iob 12. *Palpabunt quasi in tenebris, & non in luce, & errare eos faciet quasi ebrios.* Item vomitum parit Esa. 19. *Errare fecerunt in Aegyptum, sicut errat ebrius.* Item superbiam eleuat Esa. 28. *Væ coronæ superbiæ, ebrijs Ephraim.* Item iracundiam inflammat Ecclesiast. 26. *Mulier ebriosa ira magna.* Item penuriam & paupertatem generat, & prouocat Ecclesiast. 19. *Operarius ebriosus non locupletabitur.* Patet ergo, quod est ebrietas vitiosa scilicet ebrietas vinositatis: Et de ista si vis, vide pulcherrimas auctoritates sanctorum in manipulo florum in titulo suo.

¶ Iterum dico, quod est ebrietas mundialis prosperitatis. L
Sicut enim qui repleti sunt vino & ebrietate, sunt, vt communiter, ratione carentes, vndique vacillantes, fortiter dormientes, iugiter sitientes, sic vere illi, qui diuitijs & prosperitate sunt pleni & ebrij, carent ratione debitæ discretionis, nesciunt enim cogitare de futuris, nec de pertinentibus ad salutem Psalm. Sicut ebrius sapientia eorum deuorata est. Item isti sunt vacillantes per imbecillitatem inconstantiæ & imperfectionis Psalm. Turbati sunt, & moti sunt sicut ebrius. Item isti sunt dormientes in lecto pigritiæ, & obstinationis 1. Thess. 5. *Qui ebrij sunt nocte & de die dormiunt.* Item isti semper sunt sitientes per ardorem auaritiæ & ambitionis 1. ad Corinth. 11. *Alius quidem esurit, alius ebrius est.* Esuries enim auaritiam signat Psalm. *Esurientes & sitientes, anima eorum in ipsis tabescebat.* Prosperitas enim est calix Babylonis, quæ inebriat vniuersam terram, sicut dicitur Hierem. 51. *Calix aureus Babylon in manu domini, de vino eius biberunt gentes, & ideo commota sunt.* Tales figurantur Apocal. 17. Vbi dicitur, *quod Ioannes vidit mulierem, sedentem super bestiam coccineam, quæ erat ebria sanguine martyrum Iesu, eratque circundata auro, & argento, & lapidibus pretiosis, & erat scriptum in titulo eius, Babylon mater fornicationum terræ.* Ista mulier charissimi, pro certo signat mundi diuites, & prosperitate repletos, quia reuera dicuntur sedere super bestiam, quia sedent, & quiescunt in mentibus sensualibus & bestialibus. Dicuntur isti ebrij sanguine martyrum Iesu, quia pleni sunt pauperum Christi substantijs, & bonis temporalibus. Dicuntur circundati argento, & auro, qui ornati sunt cunctis diuitijs, & mundanis facultatibus. Et ideo isti dicuntur Babylon mater fornicationum, quia pleni sunt fornicatione, & vitiorum confusionibus. Babylon enim interpretatur confusio. Et ideo breuiter tales videntur dicere illud Esa. 56. *Venite sumamus vinum, & impleamur ebrietate.* Aduertant tamen ista, quod ista ebrietas, quæ ipsos facit modo somniare, & multa falsa, & vana præsumere, deficiet eis, quando per mortem à somno huius vitæ euigilabunt. Ideo dicitur Iohel. 1. *Expergiscimini ebrij, & flete omnes, qui bibitis vinum in dulcedine, quoniam perijt ab ore vestro.*

¶ Denique dico, quod est ebrietas iniquitatis, & ista est, M
quando homo totaliter inuoluitur, & sopitur in vitijs, & peccatis, de quo dicitur Esa. 28. *Væ coronæ superbiæ, ebrijs Ephraim*: & Hier. 48. *Inebriate eum, quoniam contra dominum erectus est.* Ista est ergo triplex ebrietas vitiosa, scilicet iniquitatis, prosperitatis, & voluptatis. Sed pro certo tales ebrietates debet fugere perfectus, iuxta illud, quod de sacerdotibus & consecrandis, dicitur Leu. 10. & Num. 6. *quod vinum & omne, quod inebriare potest, bibere non debebant.*

¶ Tertio dico, quod est quædam ebrietas dolorosa, & ista N
est pœna Inferni, quæ ebrietati comparatur, pro eo, quod in damnatis absorbet vsum rationis, quia nesciunt quid faciunt. Et nota si vis, quod ebrietas Inferni habet secum

Fletum æternæ desolationis,
Opprobrium abiectionis & despectionis,
Amaritudinem desperationis,
Carentiam omnis miserationis.

Ibi enim est fletus & desolatio Iohel 1. *Ebrij flete, & vlulate,*

Item ibi est opprobrium, atque despectio Naum 3. *Inebriaberis & eris despecta.* Item ibi est tristitia, & desperatio. Vnde anima damnata dicit Thren. 3. *Repleuit me dominus amaritudinibus, inebriauit me absynthio.* Item ibi est nulla pietas, & miseratio. Vnde Hier. 46. *Deuorabit eos gladius, & saturabitur, & inebriabitur sanguine eorum.*

O ¶ Nota, quod secundum medicos, plura sunt, quæ ebrietati resistunt, & ab ebrietate præseruant, scilicet amygdalus, crocus, porrus, olus, amethystus portatus. Sic vere dico, charissimi, quod quinque sunt virtutes spirituales, quæ ab istis malis ebrietatibus, ne nobis noceant, nos præseruant scilicet amygdalus, quæ calorem febrilem reprimit, hæc est carnis puritas & castitas, crocus, quæ cordi dicitur subuenire, & hæc est benignitas, porrus, qui est amarus, est pœnitentiæ asperitas, olus, quod est cibus pauperum, est abstinentiæ parcitas. Amethystus vero, qui est lapis preciosus, est sapientia & sagacitas. Ista enim quinque scilicet sapientia, abstinentia, pœnitentia, benignitas & castitas ebrietati tam corporali quam mundiali dicuntur resistere, & nos ab eis præseruare. Castitas enim & abstinentia præseruant à corporali voluptate. Sagacitas vero & prudentia præseruant à nocumento prosperitatis mundialis. Benignitas autem, & pœnitentia præseruant à vitiorum iniquitate. Ostensum est ergo, quod est ebrietas dolorosa.

P ¶ Quarto vero dico, quod est ebrietas gaudiosa, & ista est opulentia gloriæ Paradisi, de qua potest notari, quod sicut ebrij lætantur, & iucundantur, delectantur, & impinguantur, quietantur & consolantur, sic illi, qui vbertate diuinæ gloriæ inebriantur, habent iucunditatem imperturbabilem Psalm. *Riuos eius inebrians multiplica genimina eius, in stillicidijs eius lætabitur germinans.* Item habent consolationem inæstimabilem Hierem. 31. *Conuertam luctum eorum in gaudium, consolabor, & lætificabo à dolore suo, & inebriabo animas sacerdotum pinguedine.* Item habent quietem, & satietatem interminabilem. Vnde Hierem. 31. *Inebriaui animam lassam, & omnem animam esurientem saturaui.* Sic ergo patet, quod est ebrietas gaudiosa, dolorosa, vitiosa, & virtuosa, & hæc sufficiant.

A **Ebron.** Nota quod Ebron, quæ fuit ciuitas regia in tribu Iuda, vbi primo regnauit Dauid super Iudam, potest significare conscientiam, Ecclesiam, cœli patriam. Conscientia enim est locus, vbi Deus solet habitare. Vnde Genes. 13. *Abraham habitauit iuxta conuallem Mambræ, quæ est in Ebron.* Ecclesia est locus, vbi quisque debet militare 2. Reg. 5. *Venerunt vniuersæ tribus Israel ad Dauid in Ebron.* Paradisus est locus, vbi cuncti debent congregari 1. Paralipomen. 12. *Venerunt in Ebron, vt constituerent Regem Dauid.* Ebron enim interpretatur transcendens significans conscientiam, vbi est transcensus altissimæ contemplationis. Vnde de Samsone dicitur Iudic. 16. quod *ipse portauit ianuas ciuitatis ad verticem montis, qui respicit Ebron.* Ebron interpretatur transiens, significans Ecclesiam, vbi fit transitus nostræ præsentis mortalis peregrinationis 2. Reg. 15. *Surrexit, & abijt in Ebron.* Ebron interpretatur coniugium, seu visio sempiterna, quæ signant culmen & claritatem æternæ gloriæ, & beatificæ visionis, & coniugium æternæ charitatis, & dilectionis 2. Reg. 2. *Interrogauit Dauid dominum dicens, Quo ascendam? & respondit ei, In Ebron.* Si autem per Ebron vis intelligere mundum, dic, quod Ebron interpretatur incantator, quia scilicet mundus omnes se diligentes decipit, & incantat, ipsosque morte culpæ afficit, atque grauat Genes. 23. *Mortua est Sara in ciuitate Arbee, quæ est sita in terra Chanaan.*

A **Ebur.** Ebur est res solida, res candida, res frigida, res munda, res rubicunda. Solida enim est, quia fit de dentibus, & ossibus elephantis. Et sicut aliqui volunt, tantæ soliditatis est, quod ignibus non faciliter concrematur. Per ebur ergo intelligitur multiplex virtus, videlicet

Patientia, quæ est candida, & non inficitur,
Continentia, quæ est solida, & non comburitur,
Temperantia, quæ est frigida, & non dissoluitur,
Innocentia, quæ est munda, & non corrumpitur,
Amicitia, quæ est ignea, & rubicunda & non extinguitur.

De tali ergo ebore, id est, de tam multiplici virtute debet in nostris conscientijs fieri thronus Christi 2. Paral. 9. *Fecit Salomon solium eburneum, & vestiuit illud auro.* De tali ebore debet ædificari Ecclesia sancta Dei Psalm. *A domibus eburneis delectauerunt te filiæ Regum*, id est, sanctæ animæ. De tali etiam ebore fuit sedes Christi, id est, ipsa beata Virgo composita Cant. 7. *Collum tuum sicut turris eburnea:* & Cant. 5. *Venter tuus eburneus distinctus sapphiris.* Vnde etiam cuilibet eburneo, id est, homini sancto, virtuoso & mundo potest dici illud Ezech. 27. *Transtra tua fecerunt tibi ex ebore Indico* Peccatori autem dicitur Apocal. 18. *Omnia vasa eboris recesserunt à te.* Vel si vis dic, quod iustus potest dici ebur, vel eburneus, & hoc propter soliditatem constantiæ, candorem continentiæ, frigiditatem temperantiæ, leuitatem mansuetudinis, & modestiæ, ponderositatem prudentiæ, munditiam innocentiæ, rubicunditatem charitatis & amicitiæ Thren. 4. *Candidiores niue, rubicundiores ebore antiquo sapphiro pulchriores.*

**Ecce.** Nota, quod Ecce est dictio demonstratiua, seu aduerbium demonstrandi. Demonstrat enim res miras, res nouas, res magnas, res insolitas, res promptas, res certas vel demonstratas, res præsentes, res viles, res miserabiles, res derisas atque despectas. A

¶ Sumitur ergo ecce admiratiue, quando loquitur de re mira, sicut de Virginis partu Esa. 7. *Ecce Virgo concipiet.* De re noua Apocal. 21. *Ecce noua facio omnia.* De re magna, sicut Luc. 2. *Ecce euangelizo vobis gaudium magnum, quia natus est vobis Saluator mundi.* De re insolita & ignota, sicut Malach. 4. *Ecce mittam vobis Heliam prophetam.* De re prompta Esa. 6. *Ecce ego, mitte me.*

¶ Item sumitur demonstratiue & sic sumitur, quando loquitur de re certa, sicut cum Marc. 16. dicitur. *Ecce locus, vbi posuerunt Dominum.* De re præsenti, seu ostensa, Ioan. *Ecce agnus Dei.* De re vili, Iudith. 4. *Ecce Holofernes iacet in terra.* De re miserabili seu pia, sicut cum dicitur Io. 19. *Ecce homo:* & Dan. 13. *Ecce morior cum nihil horum fecerim, quæ isti malitiose composuerunt aduersum me.*

Item sumitur derisiue, seu despectiue, & sic sumitur, quando quis loquitur de re improba, & contempta, sicut in Psal. *Ecce homo, qui non posuit Deum adiutorem suum.*

¶ His ergo præmissis quocunque modo sumatur ecce, possumus dicere moraliter loquendo, quod ecce potest omnibus rebus & materijs mortalibus conuenire. Cum ergo materiæ mortales aut tractent de personis, aut de rebus, aut de locis. De personis dico, sicut de Deo, de impio, de diabolo, de iusto. De rebus etiam, sicut de virtutibus, de temporalibus, de vitijs, de pœna & de gloria. De locis insuper, sicut sunt Ecclesia, mundus religio, Infernus & Paradisus, dicam ergo, quod hæc dictio ecce potest ad hæc omnia pertinere. Primo quidem dicamus aliquid de ecce, in quantum pertinet ad personas. Significat ergo ecce præsentiam

Supernæ deitatis,
Mortalis prauitatis,
Hostilis falsitatis,
Humanæ bonitatis.

¶ Inuenitur ergo vnum ecce, quod designat Dei præsentiam demonstratam. Res enim quanto plus habet de essentia, tanto plus potest habere de præsentia. Et inde est, quod Deus, qui habet esse infinitum, potest habere actum promptissimum & paratum. Si enim sol subito & præsentialiter radios suos ad loca quantumcunque remota transmittit, & lux quæcunque propter suam maximam subtilitatem, & agilitatem, ad loca varia se diffundit, multo fortius ipse Deus, lucis, & solis creator, potest se vbi voluerit præsentare, & ad omnes actus suos subito, & sine tarditate procedere iuxta suum arbitrium voluntatis, & dicere semper Ecce Esaiæ 25. *Ecce Deus noster iste.* In quibus verbis ostenduntur quatuor ecce, & quatuor demonstrationes ad ipsum Deum spectantes videlicet vnum B

Ecce quod concernit { Rerum creationem, Carnis assumptionem, Mali punitionem, Boni redditionem. }

Primum facit pietas immensa. (Ecce Deus.)
Secundum facit charitas impensa. (Ecce noster.)
Tertium facit æquitas offensa. (Ecce dominus.)
Quartum facit bonitas incensa. (Ecce iste.)
Primum ecce signat Dei potestatem imperatiuam. (Ecce Deus inquit.)

Secun-

Secundum ecce denotat Dei charitatem distributiuam. (Ecce [illegible] stet.)
Tertium ecce designat Dei seueritatem iudicatiuam. (Ecce dominus.)
Quartum ecce demonstrat Dei benignitatem præmiatiuam. (Ecce iste.

¶ Dico quod per ecce potest demonstrari Dei subtilitas ordinatiua seu imperatiua, videlicet ipse Deus in quantum Deus, & in quantum creator, prouisor, & gubernator est rerum, quod ostenditur cum dicitur, Ecce Deus. Deus enim à principio creationis rerum se diuersimode demonstrauit, dicens Ecce &c. Et continue se demonstrat. Et nota si vis, quod ipse se demonstrat, & repræsentat, vt scil.

Creatorem cuncta fabricantem,
Defensorem suos adiuuantem,
Correctorem suos castigantem,
Prouisorem suos ordinantem,
Visitatorem suos consolantem,
Benefactorem suis miserantem.
Iustum prætorem mala vindicantem,
Strenuum bellatorem diabolum vincentem.
Verum doctorem falsa detruncantem,
Ductum rectorem cuncta moderantem.

¶ Dicam ergo quid de Deo possumus dicere Ecce Deus creans & generans. Vnde ipse dicit Esai. 55. *Ecce ego creo cælos nouos, & terram nouam*, & Hier. 32. *Ecce tu fecisti cælum & terram*, Ecce Deus liberans & iuuans, Psal. *Ecce enim Deus adiuuans me, & Dominus susceptor est animæ meæ.* Ecce Deus pungens & verberans, quia scilicet Deus seueriter castigat suos, vt retrahantur à malis. Vnde ipse dicit Hier. 25. *Ecce in ciuitate in qua inuocatum est nomen meum, incipio affligere* & 45. *Ecce quos ædificaui, ego destruo, & quos plantaui, euello*, Ecce Deus regens, & imperans, quia scilicet ad Deum spectat regimen totius vniuersi Esaiæ 32. *Ecce in iustitia regnabit Rex*, Ecce Deus visitans, & consolans, Esaiæ 62. *Ecce saluator tuus venit*, Ecce Deus parcens & miserans Psalm. *Ecce oculi domini super metuentes eum, & in his, qui sperant super misericordia eius.* Ecce Deus lædens & vulnerans, scilicet peccatores Hierem. 23. *Ecce cibabo eos absynthio, & potabo eos felle.* Ecce Deus vincens & superans Apocal. 5. *Ecce vicit leo de tribu Iuda.* Ecce Deus docens & tolerans. Hierem. 1. *Ecce dedi verba mea in ore tuo.* Ecce Deus omnia moderans, quia scilicet ordinatio, & moderatio Ecclesiæ militantis, à Deo principaliter procedit sicut ipse dicit Esai. 54. *Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in sapphiris, ponam iaspidem propugnacula tua, & omnes portas tuas in lapides sculptos, & omnes filios tuos doctos à domino.* Potissime autem promotio, & institutio prælatorum ad ipsum pertinet Esa. 28 *Ecce mittam in fundamentis Sion lapidem probatum angularem.* Vnde etiam bono prælato à Deo promoto, dicitur illud verbum Hie. 1. *Ecce constitui te super gentes & regna*, &c. Et tamen proh dolor, sæpe contingit, quod Deus non dat nobis tales prælatos sicut essent necessarij, sicut & ipse comminatiue dicit Zach. 11. *Ego suscitabo pastorem in terra, qui derelicta non visitabit, dispersum non quæret, & contritum non sanabit, & id quod stat, non enutriet, & carnes pinguium comedet, & vngulas eorum dissoluet.* Deus enim nobis placatus, dat nobis bonos prælatos, indignatus autem, & iratus, dat nobis malos Patet ergo, quod per ecce potest designari Dei sublimitas imperatiua. Ecce Deus inquit.

C ¶ Deinde dico, quod hic ostenditur Dei benignitas reparatiua scilicet ipse Deus ad nostrarum animarum redemptionem, carnisque assumptionem intentus, quod ostenditur cum dicitur (Noster. Mysterium enim incarnationis ipsum specialiter fecit nostrum, nostrisque vsibus, & vtilitatibus ordinatum. Noster inquit Psalm. *Ecce manifeste veniet Deus noster, & non silebit*: & illud Esa. 40. *Ecce Deus noster.* Noster enim factus est, dum carnem nostram assumpsit, & dum viueret, nostris vtilitatibus militauit. Auis enim syluestris nostra efficitur, quando à nobis capitur, & in cauea posita nostris vsibus subiugatur, & ibi nos delectando, coram nobis dulciter modulatur. Sic Deus Dei filius, qui primo nobis syluestris & extraneus apparebat, caueam nostræ carnis intrauit, nobisque cecinit & prædicauit, & se humanitatis vsibus subiugauit & sic nostrum se fecit, & demonstrauit. Dicitur ergo noster. Et nota, quod iste noster factus est,

Quia {
virginaliter hominem intrauit,
personaliter nobis ministrauit,
spiritualiter nos associauit,
mirabiliter culpas nostras lauit,
salutariter nobis prædicauit,
nostra dulciter vulnera sanauit,
nostras acriter pœnas tolerauit.
carnem nostram fortiter suscitauit,
iter nostrum ad cœlos patenter indicauit,
efficaciter nostros liberauit,
finaliter suos præmiauit.
}

Dico ergo, quod iste nostrum se fecit, seu se nobis demonstrauit & præsentauit, vt virginaliter corpus subintrans. Vnde Esaiæ 7. *Ecce virgo concipiet & pariet filium.* Item præsentauit se, vt personaliter nobis ministrantem Luc. 5. *Ecce tot annis seruio tibi.* Item demonstrauit se, vt temporaliter seu spiritualiter nos associantem seu visitantem. Vnde ipse dicit Apoc. *Ecce ego sto ad ostium, & pulso, si quis audierit vocem meam, & aperuerit ianuam, introibo ad illum & cœnabo cum illo, & ille mecum.* Item præsentauit se, vt mirabiliter culpas expiantem Ioan. 1. *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Item præsentauit se, vt salutariter mundo prædicantem Esaiæ 52 *Ego qui loquar, ecce adsum.* Item præsentauit se, vt nostra dulciter vulnera sanantem. Vnde ipse dicit Hiere. 33. *Ecce ego obducam tibi cicatricem, & sanitatem & curabo eos.* Item præsentauit & demonstrauit se, vt corporaliter pœnas tolerantem scilicet in passione Apoc. 5. *Vidi inquit, & ecce in medio throni, &c.* Agnum stantem tanquam occisum, habentem cornua septem, & oculos septem, qui sunt septem spiritus Dei Marc. 14. *Ecce filius hominis tradetur in manus peccatorum.* Item præsentauit se, vt corpus fortiter nostrum suscitantem in resurrectione Hiere. 23. *Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & suscitabo Dauid.* Item præsentauit se, vt triumphaliter cœlos ascendentem Hier. 49. *Ecce quasi aquila ascendet, & euolabit & expandet alas suas super Bosram.* Item præsentauit se, vt efficaciter suos liberantem scilicet de inferno. Esa. 62. *Dicite filiæ Sion, ecce saluator tuus venit.* Item ipse præsentauit se, vt æternaliter suos præmiantem, dicens scil. illud Zach. 9. *Ecce Rex tuus venit tibi* & Esa. 62 *Ecce saluator tuus venit, ecce merces eius cum eo.* Patet ergo, quod hic in hoc verbo ecce, ostenditur Dei benignitas reparatiua, cum dicitur (Ecce noster.)

¶ Denique dico, quod per ecce ostenditur Dei seueritas iudicatiua, quod ostenditur cum dicitur. Ecce dominus. De re enim summe terribili nobis præsentata, & demonstrata, libenter dicimus ecce. Et quia Deus in iudicio terribilis apparebit, ideo admirando poterimus dicere verbum istud. (Ecce dominus (Esa 66. *Ecce dominus in igne veniet, & quasi turbo quadrigæ eius reddere in indignatione sua furorem suum & increpationem suam in flamma ignis.* Et nota quod ista Dei præsentia erit terribilis, quia D

Se reuelabit cunctis manifestum,
Se demonstrabit tristem & molestum,
Cito volabit per motum infestum,
Tunc quemque relegabit inhonestum,
Ignis cremabit impios per æstum,
His sociabit consortium mœstum,
Ipsos seruabit ne faciat festum,
His locum dabit tristem & funestum.

Dico ergo, quod in iudicio ecce dominus erit cunctis manifestus Apoc. 1. *Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus.* Ecce superbis durus erit, & molestus, quia scilicet Deus superbis & impijs apparebit crudeliter, dicens illud Hier. 51. *Ecce ego ad te mons pestifer qui conturbat vniuersam terram*, & illud Ezech. 29. *Ecce ego ad te Pharao Rex Aegypti, draco magne qui cubas in medio fluminum.* Deus enim tunc præcipue præsentialiter opponet se montibus pestiferis, id est, superbis draconibus inflammatis, id est, austris, habitantibus in medio fluminum, id est, delitiosis & luxuriosis. Item ecce furtim veniet citus, & infestus Iacob. 5. *Ecce iudex ante ianuam assistit* & illud *Ecce dies domini sicut fur in nocte ita veniet*: Et 1. ad Thess. 5. & Esaiæ 5. *Ecce festinus velociter veniet.* Item ecce relegabitur quisque inhonestus, id est, quilibet malus, qui scilicet à mundo & à Dei consortio relegabitur in infernum Hier. 10. *Ecce longe proijciam habitatores terræ in hac vice, & tribulabo eos.* Item ecce concremabitur per igneos æstus. Vnde Ezech. 1. *Ecce inquit ventus turbinis veniebat ab Aquilone, nubes magna, & ignis inuoluens.* Item ecce

sociabitur illis cœtus mœstus, scilicet cœtus dæmonum, cui perpetuo coniungentur Hierem. 8. *Ecce ego mittam vobis serpentes & regulos, quibus non erat incantatio.* Item ecce elongabitur ab his dies festus, id est, omne gaudium Hierem. 16 *Ecce ego auferam de loco isto vocem gaudij & lætitiæ vocem sponsi, & vocem sponsæ.* Item ecce his locus dabitur tristis & funestus scilicet locus inferni. Vnde Apocal. 6. de equo pallido dicitur, *Ecce inquit, equus pallidus & infernus sequebatur eum.* Patet ergo, quod per Ecce, designatur Dei seueritas iudicatiua. Ecce Dominus inquit, Esa. 13. *Ecce dies Domini veniet crudelis & indignationis plenus*, & Esa. 40. *Ecce Dominus in fortitudine veniet.*

E ¶ Demum dico, quod per Ecce designatur Dei liberalitas præmiatiua, & hoc ostenditur cum dicitur, Ecce iste. Iste est enim pronomen demonstratiuum, & signat Deum in patria, qui bona vere existentia & permansora finaliter demonstrabit. Nunc nihil est proprie demonstrabile, quia omnia, quæ videmus carent durabili quidditate, sed non sic in patria, quia ibi ipse poterit dici iste & hoc qui essentialiter demonstrabitur, & cum eo cuncta bona. Ecce, inquit iste. Vnde Cant. 2. *Ecce iste venit saliens in montibus.* Et si vis notare, dic quod ibi est vnum ecce scilicet

Nobilis generis,
Stabilis fœderis,
Fertilis muneris,
Quietæ tranquillitatis,
Completæ formositatis.

Ibi enim demonstrantur summi generis nobilitates, quia scilicet quotquot sunt ibi, Filij Dei sunt, Sap. 5. *Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est.* Item ibi demonstrantur initi fœderis fraternitates, seu stabilitates, seu fœlicitates. Psalm. *Ecce quam bonum & quam iucundum habitare fratres in vnum*, & maxime quia Deus est caput & particeps istius fœderis & amoris Apocalyp. 21. *Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis, & ipsi populus eius erunt, & ipse Deus cum eis erit eorum Deus.* Item ibi demonstrantur immensi muneris fertilitates, quia videlicet ibi est pax & societas, iucunditas, formositas & voluptas. Vnde Dominus dirigens verba sua peccatoribus & damnatis dicit sic. Esa. 65. *Ecce serui mei comedent, & vos esurietis. Ecce serui mei bibent, & vos sitietis. Ecce serui mei lætabuntur, & vos confundemini. Ecce serui mei laudabunt præ exultatione, & vos clamabitis præ dolore.* Quod etiam ibi demonstretur pax & tranquillitas sempiterna. Patet Esa. 66. Vbi dicit Dominus, *Ecce declinabo super eam quasi flumen pacis.* De formositate vero & pulchritudine sempiterna, quæ ibi spiritualiter demonstratur, patet Can. 1. Vbi sponsus a sponsa, & sponsa a sponso de pulchritudine demonstrabiliter commendatur. *Ecce inquit tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra, oculi tui columbarum. Ecce tu pulcher es dilecte mi & decorus, lectulus noster floridus.* Verba sunt Christi & animæ beatæ. De isto ergo Ecce dicit August. Ecce quid erit in fine sine fine. Quis ergo alius est finis nisi iste, vbi nullus est finis? Patet ergo quomodo Ecce refertur ad Deum

In patria se demonstrantem. (Ecce iste.)
In iudicio nos castigantem. (Ecce Dominus)
In carne nos redimentem. (Ecce noster.)
In seipso manentem. (Ecce Deus)
Primo notauit eius essentiam. (Ecce Deus.)
Secundum eius clementiam. (Ecce noster.)
Tertio eius iustitiam. (Ecce Dominus.)
Quartum vero suam beatificam præsentiam. (Ecce iste.)

Bene ergo dictum fuit de Deo. Ecce Deus noster iste. patet ergo quod per Ecce denotatur Dei perfectio multifarie demonstrata.

F ¶ Nota quod per ecce denotatur rerum conditio mirabiliter variata. De rebus enim subito apparentibus, & celeriter disparentibus, dicitur ecce. Et quia igitur

Mundus transit cum fortunæ cursu,
Vita perit temporum discursu,
Mors accedit cum tremendi pulsu.

Ideo videtur, quod hæc omnia fortunæ, scilicet impetus, & vitæ transitus, & mortis exitus, possunt denotari per ecce. De mundo ergo & mundi fortuna siue transitu potest dici ecce, quia

Habitatur arctissime,
Vacuatur citissime,
Terminatur tristissime.

De arcta mundi habitatione, quæ scilicet nulli est satis lata, potest dici illud 4. Reg. 6 *Ecce locus in quo habitamus coram te, angustus est.* De cita mundi vacuatione, cuius domus finaliter erit nuda, potest dici illud Luc. 13. *Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta.* De eius finali desolatione, quæ vtique finaliter erit magna, potest dici illud Hierem. 4 *Aspexi terram, & ecce vacua erat, & nihil, & cælos, & non erat lux in eis. Vidi montes, & ecce mouebantur, & colles omnes conturbati sunt, intuitus sum, & non erat homo, aspexi, & ecce Carmelus desertus erat.* Expone de diuersis mundi statibus, quomodo non sunt nisi vnum Ecce, id est, aliquid momentaneum atque præsens. De vita etiam humana, quod non sit, nisi vnum Ecce patet Deuter. 31. *Ecce prope sunt dies mortis tuæ*, quasi dicatur, Ecce, vita tua nihil est. Vnde etiam de malis & impijs dicitur in Psal. *Vidi impium superexaltatum & eleuatum sicut cedros Libani, transiui & ecce non erat.* Aduertendum tamen, quod breuitas huius vitæ vtilis est ad vitam perpetuam acquirendam, quia scilicet nunc est tempus merendi. Vnde 2. Corinth 6. *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis.* De morte, quod sit vnum Ecce, id est, statim & præsentialiter affutura, patet Deut. 4. vbi præsentialiter dicit Moyses: *Ecce morior in hac humo.* Et Iob. 7. *Ecce nunc in puluere dormio, & si mane me quæsieris non subsistam.* Patet ergo, quomodo per Ecce designatur rerum conditio mirabiliter variata. ¶ Se- G
cundo principaliter dico, quod per Ecce designatur malorum actio damnabiliter deprauata, de quolibet enim malo & impio potest dici. Ecce, quia scilicet tantæ sunt iniquitates malorum quod generant miraculum & stuporem. Sicut enim solus visus fulminis & fulguris & auditus & tonitrui stuporem generat in vidente, & aures fatigat audiendis, sic vere & visus, & auditus noster in admirando turbatur, quando vita malorum nostris aspectibus præsentatur, & tunc dicimus ecce. Ecce scilicet demonstrando suas vilitates, admirando suas prauitates, deridendo seu detestando suas vanitates. Notabis ergo, quod de malis & vitijs ipsorum dici potest sic

Ecce {
Phantasia perturbat oculos,
Luxuria maculat paruulos,
Discordia dissoluit nodulos,
Nequitia figit proditiosos,
Superbia mouet præsumptuosos,
Sæuitia inflammat furiosos,
Pigritia pauperat otiosos,
Iactantia extollit gloriosos,
Lasciuia adornat curiosos,
Auaritia succendit anxiosos,
Vinolentia occidit ebriosos,
Ignorantia excæcat obliuiosos,
Gastrimargia tenet delitiosos,
Malitia indurat obstinatos.
}

Dico ergo quod scriptura nobis ostendit multorum phantasias & vanitates, & de hoc potest dici illud Gen. 37. *Ecce somniator venit, venite occidamus eum.* Item nobis ostendit malorum luxurias & fœditates. Num. 25. *Ecce vnus de filijs Israel intrauit coram fratribus suis ad scortum Madianitidem vidente Moyse.* Item nobis ostendit malorum discordias & diuersitates. Iudic. 12 *Ecce in Ephraim orta est seditio.* Item nobis ostendit proditorum nequitias & aduersitates. Vnde de Absalon dixit Dauid 2. Reg. 16. *Ecce filius meus qui egressus est de vtero meo, quærit animam meam.* Item nobis ostendit inflatorum superbias & crudelitates. Hest. 11. *Ecce duo dracones magni parati contra se ad prælium.* Item nobis ostendit tyrannorum sæuitias & austeritates. Isti enim figurantur in illo pisce qui Tobiam voluit deuorare. Tob. 6. *Ecce piscis immanis exiuit ad deuorandum eum.* Item nobis ostendit desidiosorum pigritias & otiositates. Prouer. 24. *Per agrum hominis pigri transiui, & per vineam viri stulti, & ecce totam repleuerant vrticæ & spinæ, & maceria lapidum destructa erat.* Item nobis ostendit vanas gloriosorum iactantias & pomposit ates, Psal. *Ecce quomodo inimici tui sonuerunt & qui oderunt te, exaltauerunt caput.* Item nobis ostendit carnalium lasciuias & curiositates. Prou. 7. *Ecce mulier occurrit ei ornatu meretricio.* Item nobis ostendit iniquorum auaritias & cupiditates, de quibus Esai. 50. *Ecce vos omnes accendentes ignem accincti flammis.* Flamma enim & ignis ardorem auaritiæ signant. De viris etiam dicitur in Psa. *Ecce ipsi peccatores & abundantes in sæculo obtinuerunt diuitias.* Et alibi. *Famem patientur vt canes, ecce dispergentur ad manducandum, si non fuerint saturati, murmurabunt.* Item nobis ostendit malorum violentias & ebrietates, scilicet exemplo Holofernis, qui ebrius & dormiens fuit occisus. Iudith. 14 *Ecce Holofernes iacet in terra, &*

capus

*caput suum non est in eo.* Item nobis ostendit malorum ignorantias atque cæcitates. Esa.60. *Ecce tenebræ operient terram, & caligo populos.* Item nobis ostendit gastrimargias eorum & gulositates. Luc.7. *Ecce homo vorator & bibens vinum, publicanorum, & peccatorum amicus.* Item ostendit nobis eorum duritias & proteruitates, seu eorum malitias & obstinatas voluntates. Vnde isti sunt, qui dicunt illud Esai.59. *Expectauimus lucem & ecce tenebræ, splendorem, & in tenebris ambulauimus, palpauimus quasi cæci parietem, & quasi absque oculis attrectauimus, &c.* Patet ergo quomodo diuersæ malorum iniquitates significantur per ecce. Significatur ergo per ecce malorum actio damnabiliter deprauata.

H § Tertio dico, quod per ecce designatur hostis deceptio palliata. diabolus enim potest significari per ecce, pro eo scilicet quia semper est præsens & promptus ad nocendum & fallendum. Luc.22. *Simon ecce Satan expetiuit te, vt cribraret velut triticum.* Et illud prædictum 1. Reg.16. *Ecce spiritus malus exagitabat Saul.*

I § Quarto vero principaliter dico, quod per ecce designatur perfectio consummata. De iusto enim potest dici ecce, & hoc proculdubio propter virtutes

Excellentes & admirabiles,
Demonstratas & imitabiles,
Præsentatas & commeodabiles.

Ecce enim vt dictum est, ponitur admiratiue, demonstratiue, charitatiue seu præsentatiue, quia scilicet iustus est admirabilis propter sanctitatem, & demonstrabilis propter honestatem, & præsentabilis propter obsecutiuam charitatem & sedulitatem, semper enim dicit iustus Ecce, & semper vult esse promptus & præsens, vt possit obsequi & prodesse, dicens cuicunque præsenti vel auxilium postulanti illud Psalm. *Ecce concupiui mandata tua.* Et bene (Ecce) q.d. Paratus sum præsens & promptus, (Ecce.) Sicut enim myrrha, quæ facilius, prius & promptius stillat ab arbore, melior reputatur, & dicitur stacte, seu myrrha electa, illa autem, quæ tardius scilicet in autumno & difficilius scilicet cum clauorum perfectione de arbore exilit, illaudabilior iudicatur, sic vere charissimi, si volumus esse myrrha electa, & dare suauitatem odoris prompte, cito & faciliter debemus ad bona opera exire, dicentes, (ecce.) Esai.6. *Ecce ego mitte me.* Illi enim qui tarde exeunt ad labores pœnitentiæ tolerandos scilicet in autumno senectutis, vel qui difficiliter, id est, per violentiam aduersitatis, sunt illaudabiles apud Deum. *Non tardes ergo conuerti ad dominum, & ne differas de die in diem.* Ecclesiast.4. Sed accelera, dicendo (ecce) quasi diceres, paratus sum emendare, pœnitentiam facere, præterea plangere, futura non committere, imposita sustinere. Psalm. *Ecce ego in flagella paratus sum & dolor meus in conspectu meo semper.* Vbi aduerte, quod per pœnitentiam debet esse humiliatus ad subiectionem, quia scilicet ipse debet esse paratus & promptus ad flagella, contribulatus per contritionem. (Dolor inquit meus in conspectu meo) continuatus

K per durationem, cum dicitur, (Semper.) § Ergo circa istud vocabulum ecce, per quod promptitudo ad bonum intelligitur possumus notare, quod quatuor personarum genera debent habere promptitudinem virtuosam. Debent enim esse prompti & parati

Prælati ad iustitiam,
Clerici ad decentiam,
Regulares ad munditiam,
Sæculares ad clementiam.

Prælati (Dico) debent esse prompti ad iustitiam faciendam. Corpora enim cœlestia & etiam terrestria semper sunt prompta & parata ad suum officium exercendum, sicut sol ad illuminandum, ignis ad calefaciendum, aqua ad refrigerandum. Sic vere charissimi dico, quod quia prælatorum & superiorum officium est facere iustitiam & æquitatem, cum ipsi ministri iustitiæ nuncupentur, bene dico, quod ad istud officium exequendum debent continue esse prompti. (Ecce inquit.) Vnde Hierem.23. *Ecce dies veniunt dicit dominus, & suscitabo Dauid germen iustum, & regnabit Rex, & sapiens erit, & faciet iustitiam in terra.* Vbi aduerte quod Prælatus debet esse Dauid, id est, vultu desiderabilis per honestatem, germen iustum per æquitatem, regnans Rex per auctoritatem. Debet sapiens esse per prudentiam & maturitatem. (Ecce ergo.) Et videtur, quod ista promptitudo iustitiæ, quæ debet esse in prælatis, debet esse duplex, quia ipsi debent esse parati ad iustitiam erga bonos, ipsos iuste promouendo. Prælati enim debent esse sicut apes, quæ portant mel & aculeum, quia vere quantum ad bonos ipsos, semper debent esse parati eis præbere mel dulcis consolationis & debitæ promotionis Matth.21. *Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus.* Et quantum ad malos, semper prompti inferre aculeum correctionis & iustæ punitionis, vt de eis dicatur illud Genes.32. *Ecce vir luctabitur cum illo.* Quia scilicet vir, id est, virtuosus prælatus semper debet luctari per acrimoniam correctionis cum dyscolis & peruersis, exemplo domini, de quo dicitur Esaiæ 30. *Ecce nomen domini venit de longinquo, ardens furor, & grauis ad portandum.* Elephas enim est animal pudicissimum & mansuetissimum, & tamen secundum Plin. quando prouocatur, durissime fertur. Sic vere prælatus debet esse mansuetus & pius, veruntamen si per delicta peruersorum prouocetur, debet inueniri durissimus & seuerissimus. Vnde Bernard. Super Cant. Sit in vobis inquit materna pietas, & paterna seueritas, exhibete vos matres fouendo, patres corripiendo, suspendite vbera, producite verbera.

De isto ergo Ecce, id est, de ista promptitudine quam debent habere prælati ad iustitiam faciendam, potest dici figuraliter illud Apocal.6. *Ecce inquit, equus albus, & qui sedebat super eum, habebat arcum, & data est ei corona, & exiuit vincens, vt vinceret.* Iste sessor charissimi, signat prælatum, qui pro certo debet habere album equum, id est, corpus mundum per castitatem, debet habere arcum ad sagittandum malos, id est, iustitiæ seueritatem, debet habere coronam, id est, dignitatem & maiestatem, debet vincere per perseuerantiam & longanimitatem. Istud adhuc (Ecce) potest figurari Apocal.4. vbi dicitur, *Ecce in cælo sedes posita erat, & supra sedem sedens, & iris erat in circuitu sedis sedilia viginti quatuor, & supra thronos 24. Seniores sedentes circumamicti vestimentis albis, & de throno procedebant fulgura & voces & tonitrua & lampades ardentes.* Sedes ista, charissimi, est status prælationis qui in cœlo sanctæ Ecclesiæ collocatur, in quo sedes, id est, quilibet Iudex vel prælatus præsidet, atque sedet, pro certo iste debet habere circa se plurima. Et primo iridem arcum cœlestem per quem potest iustitia designari. Esa.32. *Ecce in iustitia regnabit Rex.* Item debet habere seniores, & isti significant bonam societatem, quia scilicet senes vestimenta alba, id est, castam & honestam vitam ducentes debent prælatis associari, & circa eos in sedibus, id est, in officijs & dignitatibus habitare. Ezech.8. *Senes Iuda sedebant iuxta me, & vidi, & ecce similitudo quasi aspectus ignis.* Item de ista sede debent exire fulgura terroris & correctionis, tonitrua clamoris & prædicationis, voces dulcoris & consolationis, lampades amoris & dilectionis. Bene ergo dicitur Ecce, quantum ad statum prælationis. Vnde Luc.19. *Ecce vir nomine Zachæus & ipse erat princeps.* Zachæus ergo interpretatur iustitia, iustificatio, iustus consilio, iustificatus aut festinatio. (Ecce ergo) Et si vis nota, quod prælati in iustitiæ executione prompti debent esse & parati vel apparere

Audaces & animosi,
Sagaces & studiosi,
Veraces & non dolosi,
Mordaces & rigorosi,
Viuaces & vigorosi,
Simplices & virtuosi,

Appareant (dico) animosi simul audaces. Ad prælatos enim pertinet, quod nihil timeant pro iustitia facienda. Hierem.50. *Ecce quasi leo descendit de superbia Iordanis.* & Apocalyp.5. *Ecce vicit leo de tribu Iuda.* Item appareant studiosi simul & sagaces. Ad prælatum enim pertinet, quod sit sapiens: Ezech.28. *Ecce sapientior es tu Daniel.* Omne secretum non est absconditum à te. Item appareant non dolosi, sed magis veraces. Ioan.1. *Ecce vere Israelita, in quo dolus non est.* Item appareant rigorosi simul & mordaces scilicet impios corrigendo, dicentes scilicet cuilibet malo illud prædictum Hierem.51. *Ecce ego ad te mons pestifer, qui corrumpis vniuersam terram.* Item appareant vigorosi simul & viuaces id est, fortes ad perseuerandum, & mala tolerandum, vt quilibet dicere possit illud Psalm. *Ecce ego in flagella paratus sum.* Et Ezechiel.9. *Ecce vir vnus, &c.* Item virtuosi appareant simul & simplices, quia scilicet ad prælatum pertinet, quod sit mitis & dulcis. Matth.21. *Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus.* Et de Iona, qui interpretatur columba dicitur Lucæ 11. *Ecce plus quam Iona hic.* & Ioan.1. *Ecce Agnus Dei.* Et sic patet, quod prælatorum promptitudo designatur per Ecce, quia sicut dictum est, ipsi debent habere promptitudinem iustitiæ. Sint ergo prompti &

L ti & parati ad iustitiam faciendam. ¶ Clerici sint parati ad decentiam obseruandam. Sicut enim videmus, quod corpora cœlestia sunt cæteris pulchriora, clariora, & formosiora, sic vere Ecclesiastici debent esse cæteris per decentiam pulchriores, per scientiam clariores, per vitæ eminentiam altiores. Vnde de isto ecce potest dici illud, quod dicitur Zacha. *Ecce, inquit, vir oriens nomen eius, & sub ipso orietur lux, & ipse fundabit templum, & portabit gloriam, & sedebit & dominabitur in solio suo.* Clerici enim debent dici oriēs, quæ est regio calida; quia pro certo ipsi debent habere charitatis feruorem & ex ipsis debet oriri lux, quia ipsi debent habere honestatis splendorem, & sic ipsi fundabunt templum per exempla & documenta, & habebunt gloriam & honorem. Clerici enim charissimi, debent esse similes illi bestiæ, quæ dicitur Camæleon, quæ in pelle sua habet omnes colores circumstantes, ad colorem enim rerum oppositarum & propinquarum promptissime & facillime se conuertit. Sic vere charissimi, Ecclesiastici colores honestarum conditionum, quæ in circumstantibus personis apparent, debent in se promptissime recipere, & ipsas in pelle suæ conuersationis facillime præsentare (Ecce inquit) (vnde Ezech. 10. *Ecce in firmamento, quod erat supra caput Cherubim, quasi lapis sapphirus.* Firmamentum est Ecclesia, Cherubin qui pro certo debet habere lapidem saphirum, qui colorem habet cœlestem, signat virtutem honestatis, quæ pro certo debet in Ecclesiasticis relucere, & non solum honestas, imo etiam famositas. Genes. 27. *Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus.* Sint ergo parati clerici ad decentiam obseruandum.

M ¶ Sæculares debent esse parati ad clementiam exequendam. Sicut enim corpora superiora præbent mundo lumen, sic inferiora præbent mundo nutrimentum. Terra enim arbores, aquæ fructus ad nutrimentum omnium viuentium, producunt. Ideo quamuis superioribus non possint in lumine coæquari, ipsos tamen in fructibus præexcellunt. Sic vere inferiores, id est, sæculares, quamuis superioribus scilicet Ecclesia in lumine scientiæ & honestatis non adæquantur, ipsos tamen in nutrimento pietatis debent superare, quia isti fructus bonorum temporalium, maxime eleemosynarum debent producere pro indigentibus nutriendis, vt sic dicant illud Matt. 22. *Ecce prandium meum paraui, tauri mei, & altilia mea occisa sunt, venite ad nuptias.* Exemplo illius Zachæi, qui dixisse legitur Lucæ 19. *Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus.*

N ¶ Regulares debent esse parati ad munditiam frequentandam. Sicut enim res, quæ cœlo sunt propinquiores, & quæ situ sunt altiores, sunt communiter puriores & mundiores sicut de superiori parte aeris patet, vbi pluuia vel quæcunque mala impressio non ascendit, sicut etiam patet de montibus vbi fæces ad modum vallium non abundant, sic vere quia religiosi & statu & gradu habent esse in cœlo, id est, Deo propinqui & vicini, & per contemplationem circa cœlestia occupati, ideo per castitatem debent esse lucidi atque mundi. Vnde de tali ecce dicitur Dan. 10. *Ecce vir vnus vestitus lineis, & renes accincti auro obryso, & corpus quasi chrysolitus, & facies eius quasi species fulguris, & oculi eius velut lampas ardens.* In quibus verbis aduerte conditiones boni religiosi, quia primo iste debet esse vir per stabilitatis vigorem, vestitus lineis per castitatis nomen, accinctus auro obryso per honestatis decorem. Et maxime circa renes, id est, quantum ad opera carnis, quia in istis & operando & loquendo se debet religiosus honestissime portare. Item debet habere faciem cordis velut speciem fulguris per charitatis ardorem & oculum intellectus velut lampas ardentem, per sapientiæ claritatis splendorem. Isti debent esse sicut apes, quæ valde diligunt munditiam, & ideo in volando antequam intrant aluearia, solent eijcere stercus & fæces, ne forte in alueari aliqua immunditia inueniatur vt dicit Ambro. & Plin. Sic vere religiosi summe debent amare & seruare munditiam & castitatem, & fœtorem & carnalitatem abhorrere. Et ideo extra alueare religionis debent eijcere fæces suas, id est, opera carnalia si quæ in sæculo habuerint, dicentes Christo illud Matth. 19. *Ecce nos reliquimus omnia.* Et sic patet charissimi, quomodo diuersi ad diuersa bona opera debent esse parati, scilicet regulares ad munditiam, seculares ad clementiam, Clerici ad decentiam, Prælati ad iustitiam, quod notatur in isto verbo Ecce. Et maxime hoc debet esse isto tempore sancto, in quo & iustitia & decentia & munditia & clementia semper debent in opere custodiri, quia secundum Apostolum, *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis.* 2. ad Cor. 6. Verumtamen, charissimi, multi sunt hodie, qui faciunt contrarium, quia vere multi sunt, qui non sunt prompti ad iustitiam, sed ad nequitiam, non ad decentiam, sed ad insolentiam, non ad pietatem, sed ad auaritiam & cupiditatem, non ad castitatem, sed ad carnalitatem. De iniustis enim & crudelibus dicitur Esai. 58. *Ecce, inquit, ad lites & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impie.* De inhonestis & insolentibus dicitur Apocalyps. 6. *Ecce equus pallidus, & qui sedebat super eum, nomen illi mors, & infernus sequebatur eum.* Insolentes enim habent equum pallidum per inhonestam conuersationem, & ideo ipsi sunt mors & venenum aliorum per malorum exemplorum dationem, & ideo infernus sequitur eos per æternam damnationem. De cupidis & auaris dicitur Luc. 14. *Ecce homo quidam hydropicus erat ante illum.* Hydropicus enim qui quanto plus bibit, tanto plus sitit, auaros signat, qui quanto plus habent, tanto plus cupiunt. Ideo de talibus potest modo dici illud Esa. 58 *Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, & omnes debitores vestros repetitis.* De immundis autem & carnalibus dicitur Dan. 8. *Ecce hircus caprarum veniebat ab occidente super faciem vniuersæ terræ.* Tales ergo charissimi, sunt prompti ad malum non ad bonum, ad vitia, non ad virtutes, ad opera vilia, non ad vtilia. Sed non sic, quia mundi & puri debent esse vt magis reputentur Angeli quam carnales. Machab. 3. *Ecce ego mittam Angelum meum ad vos, qui præparabit viam, &c.* Act. 12. *Ecce Angelus Domini astitit, &c.* Res enim puræ facilius ascendunt. Sic vere religiosi, qui per continentiam & innocentiam puri sunt ad contemplationem cœlestium facilius se extollunt. 3. Regum 18. *Ecce nubecula parua ascendebat de mari.* Patet ergo quod parati debent esse regulares ad munditiam, sæculares ad clementiam, Clerici ad decentiam, Prælati ad iustitiam, & hæc omnia sunt probata per ecce. Et sic patet, quod ecce pertinet ad iustum, ad diabolum, ad malum, ad Deum.

¶ De ecce autem in quantum potest dici de rebus puta vitijs & virtutibus, pœna & gloria, satis luculenter inserui in eo titulo, de vitijs quidem & de pœna quam vitia merentur, in 2. Membro principali. De virtutibus autem & de gloria quibus virtutes remunerantur, in 1. membro §. penult. & in quarto diuisionis membro. Denique si vis aliquid dicere de ecce in quantum pertinet ad loca, puta ad mundum, ad Ecclesiam, Religionem, Infernum, Paradisum, &c. passim in hoc titulo poteris auctoritates notare. Ne tamen diu vagabundus labores, partim loca in hoc titulo designare, partim auctoritates annotare deliberaui. Sic ergo (ecce) ad Ecclesiam velis aptare, dic auctoritatem Apocal. 21. *Ecce tabernaculum Dei cum hominibus* & Ezech. 6. *Ecce ego demoliar excelsa vestra*, id est, Ecclesias seu loca in quibus adoratis idola. & Zach. 9. *Ecce vir oriens nomen eius, & ipse ædificauit templum Domino* Si ad mundum & temporalia scilicet ad vitam & morbum, quæ cum tempore veniunt, require ibidem. Primo quidem dico in §. Nota quod per ecce. Si ad religionem, prout est locus vbi regularis vel canonicæ obseruantiæ fratres ad diuini cultus laudem & decus collecti morantur, dic illud Psalm. *Ecce quam bonum & quam iucundum, habitare fratres in vnum.* Si ad Infernum, vide ibidem. Primo quidem dico in §. Denique dico, &c. post medium. Si ad cœlum vel Paradisum, vel ibidem in §. Demum dico, &c. Et sic sufficit. O

## Etiam.

A Ista dictio etiam quandoq; affirmat, quandoque addit. Affirmat dico, & sic est idem etiam quod certe seu ita, seu tamen, sicut Matth. 11. Christus de beato Ioanne dixit, *Quid existis in desertum videre? prophetam? Etiam dico vobis plus quam prophetam.* Et Io. 21. *Petre Amas me? etiam Domine, tu scis quia amo te.* Addit etiam, & hoc vt communiter, quia vbicunque ponitur etiam semper addit ad conclusionem præcedentem. Videtur enim supponere idem, quod adhuc, idem quod &, idem quod atque, idem quod insuper, & sic de similibus. Igitur dicatur, quod etiam signat assensum & assertionem, vel etiam augmentum & additionem, siue bona fuerit siue mala. Est ergo etiam quod est

Habendum,
Agendum,
Cauendum,
Timendum,
Sperandum,

Primum est veritatis affirmatio,
Secundum est bonitatis aggregatio,

Testium

Tertium est prauitatis augmentatio,
Quartum est aduersitatis cumulatio,
Quintum est supernæ fœlicitatis aduentatio, seu additio.

¶ Dico ergo, quod est vnum etiam, quod signat assensum veritatis, quia scilicet nunquam debemus veritatem negare, sed ei potius assentiri, & eam affirmare. Istud enim vocabulum etiam, id est, veritatis assertio semper debet nobiscum esse & in ore nostro iugiter apparere. Vnde de Dauid dicitur 2. Reg. 6. *Dauid erat accinctus Ephod lineo.* Ephod enim est vestimentum lineum & album atq; clarum, & veritatem designat, qua Dauid, id est, quilibet iustus præcipue se induit & adornat. Talis autem veritas, & tale etiam ephod debet potissime apparere

In
- Propriæ fragilitatis cogitatione,
- Veritatis fidei confessione,
- Voluntatis Dei inuestigatione,
- Dei beneficiorum recognitione,
- Dei iudiciorum commendatione,
- Fraterna dilectione,
- Deuota oratione,
- Peccatorum confessione,
- Firma spe & deuotione,
- Diuinæ passionis compassione.

Appareat ergo nostrum Etiam, idest, nostra assertio veritatis propriam fragilitatem præmeditando, vt sic dicamus Iob 9. *Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea.* Item appareat nostrum (etiam) pro fidei veritate nos exponendo, vt sic dicamus Domino illud Matth. 26. *Etiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo.* Item appareat nostrum (etiam) Dei voluntatem inuestigando 1 Cor. 2. *Spiritus omnia scrutatur, etiam profunda Dei.* Item appareat nostrum (Etiam) diuina beneficia recognoscendo, vt etiam dicamus illud Lucæ 10. *Domine etiam dæmonia subijciuntur nobis in nomine tuo.* Item appareat nostrum (etiam) Dei iudicia recommendando dicendo scilicet illud Apoc. 16. *Etiam Domine Deus omnipotens, magna & vera iudicia tua.* Item appareat nostrum (Etiam) proximos amando & diligendo, vt dicamus cum Apostolo illud 1. Thessalon. 2. *Volebamus tradere vobis non solum Euangelium, sed etiam animas nostras.* Item appareat nostrum (Etiam) in feruenter pro fratribus orando & supplicando 2. Thess. 1. *In quo etiam oramus semper pro vobis.* Item appareat nostrum etiam nostra peccata confitendo, & diuinas laudes prædicando 1. Reg. 19. *Expoliauit se Saul vestimentis suis, & prophetauit.* Item appareat nostrum (etiam) in Deo sperando & confidendo, vt dicamus illud Iob 13. *Etsi occiderit me in ipso sperabo.* Item appareat nostrum (etiam) id est, nostra veritas diuinæ passioni compatiendo & dolendo. Apoc. 1. *Plangent se super eum omnes tribus terræ etiam, amen* Sic ergo patet quod (etiam) signat assensum & affectionem veritatis.

C ¶ Secundo dico, quod (etiam) signat augmentum & additionem bonitatis. Boni enim viri semper bona bonis adijcere, & virtutes virtutibus debent aggregare, & non solum vnam virtutem, seu vnum bonum actum, sed etiam alias & alias exercere. Vnde de tali etiam bonorum operum multiplicatione, & additione potest dici illud 3 Reg. 18. *Implete* (inquit Helias) *quatuor hydrias aqua, & effundite super holocaustum.* *Etiam* (inquit) *secundo hoc facite.* Sequitur. *Tertio idipsum facite.* Quatuor enim hydriæ sunt quatuor affectiones cordis, quæ scilicet aqua deuotionis & gratiæ seu etiam lacrymosæ compunctionis sunt implendæ. Hac ergo aqua holocaustum bonorum operum nostrorum debet rigari, & non solum semel, imo etiam secundo & tertio debet talis spiritualis irrigatio iterari. Notabis ergo, quod in nobis debet iterari, superaddi & augeri

- Stabilitatis forte fundamentum,
- Humilitatis bassum fulcimentum,
- Liberalitatis dulcioris tomentum,
- Castitatis purum vestimentum,
- Paupertatis nudum pauimentum,
- Charitatis grande alimentum.

Igitur superaddatur in nobis fundamentum fortis stabilitatis 2. Paral. 4 *Bases etiam fecit & conchas quas superposuit basibus.* Bases enim fundamentum stabilitatis & conscientiæ signant. Item superaddatur in nobis fulcimentum humilitatis, vnde de illo bono Rege dicitur 2. Paral. quod *ipse excelsa, & lucos de Iuda abstulit.* Excelsa enim superbiam signant, quæ a nobis aufertur, quando humilitas superadditur, & augetur. Iudith. 8. *Etiam de nostra humilitate glorietur.* Item superaddatur tomentum liberalitatis & pietatis, & sic accedat illud etiam, quod dicitur Tob. 4. *Si multum tibi fuerit abundanter tribue, & si exiguum libenter impartiri stude.* Hester. 5. *Etiam si dimidiam partem regni mei petieris dabitur tibi.* Item superaddatur vestimentum puræ castitatis. Vnde de Iudith dicitur Iudith. 16. *Erat etiam virtuti castitas adiuncta.* Item superaddatur pauimentum nudæ paupertatis. Luc. 10. *Etiam puluerem, qui adhæsit vobis abstergite.* Puluis enim diuitias signat. Item superaddatur alimentum dulcis charitatis seu benefactoriæ pietatis 2. Mach. 11. *Etiam deinceps bonorum vobis causa esse tentabo.* Sic ergo patet, quomodo etiam signat augmentum & additionem bonitatis.

¶ Tertio dico, quod quandoque etiam designat adiunctionem iniquitatis & prauitatis. In operibus enim iniquorum semper apparet, vnum etiam, id est, quidam perfectus in malo, quasi non sufficiat ei peccare semel, sed etiam plures, nec vno crimine corrumpi, sed etiam pluribus, nec vnum malum committere, sed etiam aliud & aliud iterare, nec vni homini malum facere sed etiam pluribus peccatoribus alijs in criminibus se alligare. Ista enim iteratio peccati implicat hodie multos & multas. Vnde Oseæ 4. *Corrues hodie, & corruet etiam propheta tecum.* Nota ergo si vis quod per etiam intelligitur. D

Additio
- Discordiæ, quæ mentes stimulat,
- Inuidiæ, quæ sese iaculat,
- Sæuitiæ, quæ bonos strangulat,
- Fallaciæ quæ mores simulat,
- Luxuriæ, quæ carnem maculat,
- Inconstantiæ, quæ cadens exulat,
- Ignorantiæ, quæ sensus tribulat,
- Pestilentiæ, quæ fine vapulat.

Dico ergo, quod etiam signat motum discordię bonis rebellantem. Iob 1. *Affuit inter eos etiam Satan*, id est, *aduersarius*, Hierm. 12. *Etiam ipsi pugnauerunt aduersum te.* Item significat ensem Inuidiæ suos iaculantem 1. Paral. 10. *Irruit etiam ipse* (scilicet armiger Regis Saul) *in gladium suum.* Item signat actum sæuitiæ bonos strangulantem. Vnde de crudelibus latronibus dicitur Lucæ 10. *Qui etiam spoliauerunt eum*, (scilicet sauciatum) *& plagis impositis abierunt.* Item signat tectum fallaciæ bona simulantem, id est, fictionem & hypocrisim. Vnde Baruch. 6. de Idolis dicitur, *Ipsa etiam deaurata, & inargentata falsa sunt.* Item signat fiscum luxuriæ carnē maculantem. Ezech. 15. *Nunc fornicabitur in fornicatione sua etiam hæc.* Et 4. Reg. 21. *Peccare fecit etiam Iudam in immunditijs suis.* Item signat fluxum inconstantiæ facile ruentem. Oseæ 5. *Ruet etiam Iudas cum eis.* Item signat fluuium ignorātiæ sensus hebetantem. Luc. 11. *Etiam corpus tuum tenebrosum erit.* Item signat ictum pestilentiæ impios in fine perdentem, & in inferno punientem, quia scilicet constat, quod illis, quibus nunc superadduntur quotidie culpæ mortales, finaliter superaddentur pœnæ & miseriæ infernales. Vnde de peccatore dicitur 4. Reg. 9. *Etiam hunc percutite in curru suo.* Quia scilicet Deus illos qui suos mala cōtinue supperaddentes, æterna morte percutiendos decreuit, ipsosque à facie sua segregauit & expulit 4. Regum 21. *Peccare fecit* scilicet Manasses Rex, *etiam Iudam in abominationibus suis* Propterea dicit dominus. Inducam mala super Hierusalem, & Iudam, vt quicunque audierint, tinniant ambæ aures eius. Sic ergo patet quomodo Etiam signat additionem iniquitatis & prauitatis.

¶ Quarto vero dico, quod signat additionem aduersitatis & paupertatis. Bonis enim quotidie superadduntur miseriæ temporales 2. Reg. 11. *Etiam seruus tuus Vrias Ethæus occubuit.* Et Pro. 14. *Etiam proximo suo pauper odiosus erit, amici vero diuitum multi* q. d. Pauperes odiosi sunt non solum extraneis & remotis, sed etiam vicinis & propinquis. Malis vero finaliter superaddentur mœstitiæ infernales. Ezech. 15. *Et cum esset integrum*, scilicet lignum vitis, *non erat aptum ad opus quanto magis cum illud consumpserit ignis.* E

¶ Quinto etiam dico, quod signat additionem æternæ vitæ fœlicitatis & dignitatis, de qua Ioan. 11. *Ego sum resurrectio & vita qui credit in me, etiam si mortuus fuerit viuet*, scilicet vita æterna. Patet ergo quomodo etiam significare potest diuersa incrementa & additamenta tam virtutum, quam viciorum, vel etiam possit significare personas siue in bono siue in malo proficientes, & siue vitia vitijs vel virtutes virtutibus cumulantes. Si vero ad Deum ipsum vocabulum referre contingit, dic, quod iste est etiam, qui affectum misericordiæ suæ cōtinue ho-

minis

minibus superaddit. Rom. 8. *Etiam proprio filio suo non pepercit.* Mala vero malis, impia impijs finaliter superaddet. Apocal. 16. *Sanguinem dedisti eis bibere.* Digni enim sunt etiam domine Deus omnipotens, &c. Sufficiet de etiam.

A **Ecclesia.** Nota quod Ecclesia idē est, quod congregatio. Et quia triplex est congregatio s. malorum, bonorum & beatorum, ideo potest triplex Ecclesia designari. Est enim Ecclesia

Malignantium,
Militantium,
Triumphantium.

Est dico Ecclesia, in qua conueniunt cuncti malignantes, & ista signat quascunq; congregationes & conspirationes hominum malignorum, de qua dicit Dauid in Psalm. *Odiui Ecclesiam malignantium, & cum impijs non sedebo.* Item est Ecclesia, in qua conueniunt iusti militantes, & ista est proprie Ecclesia militans, quæ est congregatio fidelium iustorum, qui scilicet sunt in militia & laboribus huius vitæ, de qua Eccl. 3. *Filij sapientiæ Ecclesia iustorum.* Item est Ecclesia, in qua conueniunt beati triumphantes, & iste est status gloriæ sempiternæ. De qua in Psal. *Cantate Domino canticum nouum, laus eius in Ecclesia sanctorum.* De Ecclesia

B vero materiali, id est, de oratorio nihil ad præsens.

¶ His ergo præmissis, dicamus aliquid de Ecclesia militante, & hoc inquantum comprehendit omnes fideles, vel specialiter inquantum comprehendit statum omnium Ecclesiasticorum. Igitur dicamus, quod sicut Reges terræ in ciuitatibus suis ædificant pallatia seu castra, quæ specialiter ipsorum habitationibus deputantur, quod etiam naturali exemplo firmatur de rege apum, quæ in medio alueari ædificat sibi domum, sic Deus licet totus mundus sit suus, & teneat vel tenere debeat fidem suam, in speciali tamen palatium & hospitium sibi fecit statum seu Ecclesiam Ecclesiasticorum virorum scilicet prælatorum, religiosorum & etiam clericorum, vt ibi specialius hospetetur, vt ibi diligentius escolatur, vt ibi deuotius honoretur. Mundus enim iste materialis duas habet partes scilicet inferiorem, quæ corruptionibus elementaribusq; impressionibus est subiecta, diuersisque flatibus & turbinibus, nubibus, & reuolutionibus obnoxia. Et superiorem, quæ clara est & quieta, & à cunctis tribulationibus absoluta. Sic dicamus, quod mundus spiritualis scilicet Christi fides & Ecclesia, duplicem habet partem, videlicet inferiorem, qud est status sæcularium, turbulentis tribulationibus & angustijs valde plenus. Et partem superiorem, quæ est status & habitatio clericorum, qui scilicet debet esse limpidus & serenus, & à cunctis malis impressionibus, id est, à cunctis vitijs alienus, in qua scilicet parte sol & stellæ, id est, Papa & Prælati luculenti morantur, & in qua securius viuitur & habitatur. Ecclesia enim comparatur ætheri stellas continenti, corpori ex membris constanti, manui iustos continenti, naui bonus deferenti, mari semper fluctuanti, cœlo stellis rutilanti, Arcturo nunquam occidenti. Est enim Ecclesia sicut Æther, quem septem planetæ solent inhabitare. Septenarius enim numerus vniuersitatem signat secundum Greg. Quia vniuersitas prælatorum, & Ecclesiasticorum peragrat, & inhabitat locum istum. Apocal. 1. *Septem stellæ, septem angeli, septem Ecclesiarum.* Est etiam Ecclesia sicut corpus, quod scilicet ex multis membris inuicem differentibus constat. Vnde Apostolus dicit 1. Corinth. 12. *Quia corpus vnum est, & membra habet plura.* In corpore enim sunt oculi cætera regentes, sunt lingua & labia verba proferentes, sunt aures sonos audientes, sunt nares de odoribus iudicantes, sunt manus pro membris pugnantes, sunt pedes corpus sustinentes. Sic vere etiam in Ecclesia sunt oculi & labia, quæ vices gerunt prædicatorum, nares, quæ vices gerunt deuotorum & religiosorum, qui scilicet suauitatem æternam odorant, manus quæ vicem gerunt militum, pedes qui vices gerunt agricolarum. Omnia enim ista membra sunt necessaria, & in Ecclesia diuersimode seruientia & obsequentia. Sicut enim dicit Apostolus Rom. 12. *Omnia membra non eundem actum habent, sic multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra.* Est etiam sicut manus, in qua, scilicet, Deus continue & manu tenet omnes saluandus. Sap. 3. *Iustorum enim animæ in manu Dei sunt*, quæ scilicet ex diuersis & differentibus constituitur digitis, id est, personis. Est insuper sicut nauis, in qua solum qui continentur, ad portum salutis portantur, illi vero, qui extra sunt, in profundum merguntur. Prouerbior. 31. *Facta est sicut manus institoris.* Et etiam sicut cœlum, quod stellis, id est, sanctis rutilat atque fulget. Gen. 1. *Stellas posuit in firmamento cæli.* Est etiam sicut Arcturus, constellatio septem planetarum, quæ circa polum mundi, id est, Christum per fidem circuit, & apparet, nunquam vero occidit, nec vnquam deficit seu perit. Ista enim per tribulationes continue est in motu, sed nunquam cadit aut occidit, imo semper in perpetuo statu sistit. Vnde Greg lib. 9. Moralium dicit, quod Arcturus Ecclesiam signat, semper enim vertitur, & nunquam mergitur, quia Ecclesia semper tribulationes tolerat, & sine termino semper durat, quinimo secundum sanctos, hoc habet proprium fides & Ecclesia Christiana, quia quanto plus tribulationibus angitur, tanto meritis & virtutibus plus augetur. Videtur enim esse similis viridario, seu prato, quod tunc magis ridet, & floret, quando tempestas, & pluuia magis vrget, tunc vero magis desiccatur & deficit, quando æstus & serenitas magis viget. Prosperitas enim Ecclesiæ solet nocere, aduersitas vero sibi solet prodesse & valere, vnde Valerius, alias Hilarius de tribus l. vlt. dicit sic: Hoc proprium habet Ecclesia, quia dum persequitur, floret, dum opprimitur, crescit, dum contemnitur, proficit, dum læditur, vincit, & tunc superat, cum superari videtur. Et idem ibidem. Hoc (inquit) habet proprium, vt tunc vincat cum læditur, tunc intelligat, cum arguitur, tunc obtineat, dum deseritur.

C ¶ De Ecclesia tamen nostra speciali vocabulo sumpta, notabis, quod ista debet esse exemplo materialis Ecclesiæ

Locus
- Stabilis durationis,
- Flebilis compunctionis,
- Humilis orationis,
- Veracis locutionis,
- Fidelis intentionis,
- Prudentis discretionis,
- Diligentis prælationis,
- Consilij & ordinationis,
- Auxilij & consolationis,
- Psalterij & iubilationis,
- Iudicij & iurisdictionis,
- Eloquij & prædicationis
- Fastidij & exaltationis,
- Coniugij & concordis alligationis,
- Repodij & exclusionis.

Sit ergo Ecclesia stabilis & duratiua. Ecclesia enim materialis fit, vt communiter de cemento bono & lapidibus firmis, vt scilicet diu possit stare & durare. Sic vere Ecclesia spiritualis de personis bonis & stabilibus, constantibus & virtuosis debet constitui, qui cemento fortis charitatis iungantur, ne faciliter ad vitia dilabantur. Et ideo isti comparantur stellis cœli, quæ à stante & stabilitate dicuntur. Vnde Christus de Ecclesia dicit Matth. 16. *Supra petram ædificabo Ecclesiam meam.* Et 3. Reg. 8 dicitur, *Omnis Ecclesia Israel stabat.* Quod tamen est hodie contra multos Ecclesiasticos, qui scilicet non habent constantiam virilem, sed potius mollitiem fœmineam, quia scilicet cum dicatur 1. ad Corint. 14. *Turpe est enim mulierem in Ecclesia loqui, cui si loqui turpe est, multo magis præesse.* Item sit Ecclesia flebilis & compunctiua. In Ecclesia enim materiali semper, vt communiter, inuenitur aqua benedicta. Sic vere apud Ecclesiasticos debet aqua lacrymarum & compunctionis vigere. Iudith. 7. *Factus est fletus & vlulatus magnus in Ecclesia magna, & clamauerunt dicentes*, Peccauimus. Item sit Ecclesia humilis & exoratiua. In Ecclesia enim materiali oratur passiue, in Ecclesia vero spirituali fit oratio actiue. Actor. 12. *Oratio autem fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deum pro eo.* Item sit Ecclesia veritatis prolocutiua. Psalm. *Etenim veritatem tuam in Ecclesia Sanctorum.* Item sit Ecclesia veritatis expressiua. Debent enim Ecclesiastici viri iuxta præceptum apostoli *prophana & vaniloquia deuitare.* 2. Tim. 2. Sed sic verba sua moderari, vt in veritate possint sibi vendicare illud Prouer. 8. *Veritatem meditabitur guttur meum.* Item sit Ecclesia fidelitatis executiua. Debet enim habere homines fideles 1. Machab. 3. *Congregauit Iudas congregationem & Ecclesiam fidelium secum.* Item sit Ecclesia prudens atque discretiua. Viros enim prudentes debet habere, qui prudenter de negotijs valeant ordinare Eccles. 21. *Os prudentis quæritur in Ecclesia.* Item sit Ecclesia diligens & sollicitatiua. Viri enim Ecclesiastici, & maxime prælati, debent esse in regimine & officio dili-

diligentes, & vigiles, cum Apostolo dicentes 2. Cor. 11. *Instantia mea quotidiana sollicitudo omnium Ecclesiarum.* Actor. 20. *Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo vos posuit Spiritus sanctus Episcopos regere Ecclesiam.* Item sit Ecclesia consulens & deliberatiua. Negotia n. Ecclesiæ debent consulte, & deliberate fieri, non promptè. 1. Mach. 5. *Conuenit Ecclesia magna cogitare quid facerent.* Item sit Ecclesia compatiens & adiuuatiua. Ibi n. debent esse viri misericordes & pij, à Deo auxiliū postulantes Iudith. 6. *Omnis populus per totam noctem intra Ecclesiam orauerunt, petentes auxilium à Deo Israel* Debent etiam esse alijs benefici, & eleemosynas misericorditer impendentes. Ecclesi. 31. *Eleemosynas eius enarrabit omnis Ecclesia sanctorum.* Veruntamen multi ecclesiastici non sic, quia scilicet multi sunt ecclesiastici, qui non libenter sua communicant, imo potius aliena vendicant, & affectant. Phi. 4. *Nulla Ecclesia mihi communicauit in ratione dati & accepti.* Item sit Ecclesia lætitiæ, & iubilei ostensiua. Etenim nō debent personæ diuinis mancipatæ mysterijs, instar pharisæorū facies exterminare dum vel orant, vel ieiunant, vel aliud quid boni operis perpetrant, quin potius hilarem vultū præferāt. Matt. 6. *Vnge caput tuū, & faciem tuam laua, &c.* Vt sic cum iubileo, & lætitia cœleste iugū Domini ferre cōprobent. *Dum iubilarent omnes filij Dei.* Iob 38. Item sit Ecclesia iuste iudicans & determinatiua. In Ecclesia n. debet vigere iustitia. Psal. *Annunciabo iustitiam tuā in Ecclesia magna.* Item sit Ecclesia docta, & prædicans, & enunciatiua. Viri enim ecclesiastici debent esse eloquentes & docti, & ad Deum laudandum, & proximum instruendum instructi & informati. Vnde de bono doctore dicitur Ecclesi. 15. *In medio Ecclesiæ aperuit os eius, & impleuit eum, Dominus spiritu sapientiæ.* Et in Psal. *In medio Ecclesiæ laudabo te,* Et alibi. *In Ecclesijs benedicam te Domine.* Item sit Ecclesia alte præsidens, & prædominans. Ista enim debet omnibus præeminere. Et viri ecclesiastici & maxime prælati debent honorabiliter omnibus præsidere. Psalm. *Exaltent eum in Ecclesia plebis, & in cathedra seniorum laudent eum.* Item sit Ecclesia bonos aggregans, & eorum concordatiua. Iudi. 20. *In Ecclesiam Dei populi conuenerunt.* Item sit Ecclesia malos superans, & eorum repudiatiua, quia scilicet sicut ab Ecclesia materiali arcentur, & expelluntur excommunicati, sic à

D statu ecclesiastico repudiari debēt viri impij, & infecti. ¶ Tria enim genera personarū prohibētur in lege antiqua ab ingressu Ecclesiæ, sicut dicitur Deut. 24. *Videlicet Eunuchi.* Manseres, Ammonites & Moabites. Eunuchi enim genitalibus priuati significant imbecilles, ignorantes, & desidiosos, qui scilic. per prædicationem nesciunt alios in fide, & morib. generare. Manseres autem ex scortonari significant scorti, id est, carnis filios, hoc est dictum, carnales & luxuriosos. Ammonitea vero, & Moabites, qui interpretantur iniqui vel coangustantes, significant crudeles & perniciosos, qui sc. alios persecutionib. coangustant. Tales n. ab Ecclesia debent arceri, & eis omnis promotio interdici. Et tamen proh dolor, hoc est contrarium hodie, quia scilic. iam multi iniqui Ecclesiam Dei ingrediuntur, & ad gradus ecclesiasticos promouentur. De quo Thr. 1. *Vidit gentes ingressas sanctuarium tuum, de quibus præceperas ne intrarent Ecclesiam tuam.* Et ideo pro certo Ecclesia hodie confunditur ordine turbato, cōcutitur turbine priuato, percutitur fulmine elato. Iam enim ecclesia subiacet ordinis confusioni. Patet, quia in multis ipsa potest dici Babylon, quæ interpretatur confusio, & etiam potest dici de terra miseriæ & tenebrarum, vbi vmbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror est inhabitans. Vnde Act. 19. *Erat n. Ecclesia confusa.* Iam enim ecclesiam seipsa subiacet discordiæ & turbationi, & vt verū fatear, miseriæ & desolationi. Vnde malis rectorib. Ecclesiæ potest dici illud Num. 20. *Cur eduxistis Ecclesiam Dei in solitudinem?* Iam insuper Ecclesia ab exteriori subiacet multiplici tribulationi. Vnde de Herode, qui tyrannorū gerit figuram, dicitur Act. 12. *Misit Herodes rex manus, vt affligeret quosdam de Ecclesia.* & Act. 8. *Persecutio magna facta est in Ecclesia.* Persecutio inquit, & vere persecutio, quia sicut videmus, tyranni non cessant Ecclesiā impugnare, sed tamen non semper videmus eam finaliter præualere. Tyranni n. similes sunt cuidam monstro marino, quod dicitur serra maris, quod pro tanto serra dicitur, quia supra dorsū habet pinnulas scindentes ad instar serrulæ, quib. sub naui occulte transiens, ipsam lacerat, atq; rumpit. De quo dicit lib. de natura rerū, quod cum habeat alas altas & magnas, quando videt nauem velificare per maria, inuidet ei, & simili modo econtrario velificare contendit, ipsamq; concursu suo, quantum potest impedit, sibique obuiat, & resistit. Postquam vero aliquamdiu in aquæ superficie natando, & volando sic fecerit, in se fatigatā deficit, & subsistit, & nauis libere tunc pertransit. Sic reuera maris huius mundi monstra, id est, monstruosi tyranni, qui scil. propter enormitatem morum dici possunt merito monstruosi, qui scilicet destruendo, rodendo, & rapiendo dici possunt merito serræ maris, & potissime, quia nauem Ecclesiæ occulte per machinationes, & fallaces adinuentiones, si aperte hoc facere non audeant, serrant, dissipant, & consumunt, isti (dico) videntes nauem istam Ecclesiæ sanctæ Dei cum suis priuilegijs, & immunitatibus per mundum libere transfretare, inuident ei, & dolent, quod secundum statum suum liberius, & facilius velificant per hunc mundum. Constat enim quod ecclesiastici secundum status suos magis honorabiliter, opulenter, & fœliciter ipsius mundi principibus ducunt, & transigunt cursum vitæ, propter quod ipsi sæculares ecclesiasticis inuident quantum possunt. Exemplifica quomodo mundi nobilibus videtur, quod nec clericus, nec monachus debet statum ducere, nec bonis vestibus indui, nec bonum equum etiam equitare, & sic de alijs. Vnde Greg. in Homil. dicit, quod dum electi præficiuntur, inuidi ad furoris rabiem animantur, bonaque nascentia, quæ imitari nesciunt persequuntur. Et ideo tales maligni, & monstruosi Ecclesijs libere velificantibus obuiare nituntur, sibique & suis priuilegijs obsistunt, & ei sinuoso velo contraire conantur, finaliter tamen lassati deficere comprobantur, & Ecclesia libere, flatu Spiritus sancti regente, oppressis tyrannis, ad patriam nauigans transportatur. Nauis enim Petri fluctuasse legitur, non perijsse, quia Ecclesia Christi fluctuare quidem poterit tyrannorum tribulationibus, nec tamen peribit, quinimo vt dictum est, plus valebit. Vnde Cassio. super Psalm. Nouit Ecclesia ingrauata in suis cladibus diuino beneficio triumphare. Persecutionibus enim proficit, tribulationibus augetur, sanguine martyrum rigatur, tristitia magis erigitur, angustia dilatatur, fletibus quoq; pascitur, ieiunijs satiatur, indeque potius crescit, vnde mundus deficere consueuit. Sed heu proh dolor, timeo, quod hæc solum dicta sint in primitiua Ecclesia, & quod modernæ Ecclesiæ non debeant conuenire. Teste enim scriptura, filij Israel Deum obliuiscentes, & gentilium se idololatrijs & vitijs polluentes, in ipsorum gentilium manibus à Deo tradebantur, vt ab eis depressi, à suis vitijs purgarentur. Iudic. 3. *Fecerant filij Israel malum in conspectu Domini, & obliti sunt Dei sui, seruientes Balaam & Astaroth, iratusque Dominus contra Israel tradidit illos in manu Chusanrasathaim regis Mesopotamiæ.* Sic vere timeo hodie, quod nos Israelitici seu ecclesiastici tanta mala facimus, & committimus, & ita Deum, & eius mandata obliuiscimur, & horremus, quod Dominus per inimicos suos, id est, per regem Mesopotamiæ & suos, id est, per ipsum diabulum, & peccatores sæculares, & tyrannos nos puniet, & nos in eorum manibus tradet, & per eos, vt in spiritualibus emendemur, in temporalibus nos confundet. Vnde de vitijs ecclesiasticorum loquitur Bern. in apologetico. O (inquit) vanitas vanitatum, sed non vanior quam insanior. Fulget ecclesia in parietibus, sed eget in pauperibus, suos lapides auro induit, & suos filios nudos deserit. De sumptibus enim egenorum seruitur oculis diuitum. Non sic charissimi, sed potius simus Ecclesia sancta, & immaculata & munda, vt scilicet de terrena Hierusalem transformemur in triumphantem, & cœlestem, Hierusalem claram, perpetuam, atque nouam, quod nobis concedat Christus Dei filius sponsus noster. Sufficit, quia in titulis valde multis fit mentio de Ecclesia, & ecclesiasticis, siue spiritualibus, siue bonis, siue malis.

## Econtra. Econtrario. Vide in titulo Contra. A

## Edere. Nota, quod in scriptura inuenitur.

Edere {
- Gulosorum,
- Tyrannorum,
- Peccatorum,
- Miserorum,
- Doctorum,
- Perfectorum,
- Beatorum.

Gulosi enim dicuntur edere cibos voraciter. Vnde de malo seruo dicitur Lucæ 12. quod *si ipse cœperit percutere seruos, & ancillas*

*tas & edere & bibere, & inebriari veniet Dominus serui, hora, qua nescit partemque eius ponet cum infidelibus.* Tyranni edunt pauperes crudeliter Psal. *Appropiant super me nocentes, vt edant carnes meas.* Peccatores edunt culpas suauiter. Mali enim peccata dicuntur edere, quia ipsa sibi solent incorporare, & per complacentiam intimare. Vnde Tob. 1. dicitur, quod *cum omnes ederent de cibis gentilium iste solus custodiuit animam suam.* Cibi enim gentilium sunt peccata. Pauperes edunt panem alacriter. Psalm. *Edent pauperes, & saturabuntur, viuent corda eorum in sæculum sæculi.* Docti humiles comedunt scripturas dulciter Matth. 15. *Catelli edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum.* Perfecte edunt Christum humiliter, quia scilicet iusti edunt Christum in altari Heb. 13. *Habemus altare, de quo edere non habent tantum, qui tabernaculo corporis deseruiunt.* Edunt etiam Christum per gratiã, ipsumque vna cum meritis & virtutibus sibi incorporant incessanter 1. ad Corinth. 9. *Qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt, edunt.* Beati vero edunt Deum fœliciter. Vnde Dominus dicit Ecclesi. 24. *Qui edunt me adhuc esurient, & qui bibunt me adhuc sitient.* & illud Apoc. 2. *Vincenti dabo edere de ligno vitæ, &c.* Vide supra de verbo comedere.

A **Edictum.** Edictum est ordinatio, vel statutum à superiore publice diuulgatum, quod scilic. pertinet ad Deum, iudicem, vel prælatum. Vide ergo de Rege.

A **Edom.** Nota. Quod Edom idem est, quod Esau, sicut dicitur Genes. 36. *Esau ipse est Edom.* Fuit enim primogenitus Isaac, cui debebatur primogenitura, qua priuatus fuit, & terram Idumææ & terram Edom inhabitauit, sicut patet in historia Genes. & per discursum Bibliorum in multis locis. Interpretatur enim Edom rufus vel fuluus, siue terrenus, aut sanguineus. Quia ergo Edom fuit regnum filijs Israel inimicum, etiam ipse Edom, vel Esau filius Isaac fuit malus. & ideo iure primogenituræ priuatus. Videtur, quod per Edom potest intelligi mundus, vel etiam quilibet vir iniquus, qui sc. filijs Israel, i. iustis hominibus continue se opponit, & eorum vitæ & moribus contradicit. De rege n. Edom legitur, quod transitum filiorum Israel impediuit. & eos pertransire penitus recusauit. Num. 20. *Respondit Edom. Non transibis per me alioquin armatus occurram tibi.* Quia sc. mali societates bonorum recusant. & eis benefacere semper negant, ipsisq; obedire recusant & rebellant. 2. Paral. 21. *Rebellauit Edom ne esset subditus Iuda.* Tales n. sunt rufi per falsitatem, fului per inuidiæ pallidiratem, terreni per cupiditatem. Sanguinei autem, quia sanguinem alienum libenter fundunt, vel quia finaliter sanguinis fusioni, & morti & occisioni sempiternæ succumbunt. Vnde Esa. 34.

A *Facta est interfectio magna in terra Edom.*

**Educere.** Nota, quod educere idem est, quod extraducere, id est, de vno loco ad alium extrahere. Notabo ergo, quod

Educere,
- Christus de sinu paterno,
- Anima à Deo superno,
- Iustus à mortis inferno,
- Impius de ventre materno,
- Diabolus de corde interno.

Et sic ergo dicam, quod educit Christum de patris gremio, vt mundum visitet. Educitur spiritus à Dei filio, vt carnem inhabitet. Educitur iustus à culpæ vitio, vt liber volitet. Educitur impius de statu proprio vt pauens hæsitet. Educitur diabolus de corde impio, dum ipse pœnitet. Dicam ergo, quod Christus educitur de patris gremio, & hoc quidem fit per æternam generationem, & productionem, vel per beatam ad nos missionem, & incarnationem. Vnde Baruch. 3. *Quis ascendit in cælos. & accepit eam* scilicet sapientiam increatam, *& eduxit eam de nubibus?* ¶ Item educit spiritus à Dei filio. Spiritus enim rationalis & humanus, cum cætera educantur de potentia materiæ, de nihilo creatur, & educitur ab ipso Deo per suam potentiam infinitam. Vnde de hoc potest dicere quilibet Exod. 13. *In manu forti eduxit te Dominus.* Item educitur iustus à culpæ vitio. Deut. 20. *Dominus Deus tuus tecum est, qui eduxit te de terra Aegypti,* i. de statu peccati. ¶ Item educitur impius à loco proprio, quia sc. diabolus educit malos de statu gratiæ & hoc sicut educitur piscis de fluuio, vt comedatur, vel sicut educitur mulier a serpentis sibilo, vt impiægnetur. Deus vero per mortem & damnationẽ de mundi prosperitate, & etiã de corpore educit eos, & hoc scilicet sicut educitur latro de carcere, vt suspendatur. De Samsone enim legitur, quod eductus de carcere, ludebat coram Philistijm excæcatus. Iudic. 16. De Athalia etiam nequissima præcipitur sic 2. Paral. 23. *Educite eam extra septa templi, & interficiatur foris gladio.* Tales enim à mundo, qui quamuis sit carcer, tamen videtur eis palatium seu templum, finaliter per mortem educuntur, & coram Philistæis, id est, coram dæmonibus in inferno ludentes, ab ipsis acriter occiduntur. Talis autem eductio fiet in iudicio potissime, vbi Angeli omnes homines de terra per resurrectionem educentes, & secus litus sedentes, eligent bonos in vasa sua, malos autem foras mittent. Vbi scilicet mali præ desperatione dicent illud Iob 10. *Quare de vulua eduxisti me? qui vtinam consumptus essem, ne oculus me videret.* ¶ Item educitur diabolus de corde impio, quod scilicet fit quando peccator conuertitur, & sic per gratiam diuinam diabolus educitur de eo, sicut Iob 26. dicitur, quia *obstetricante manu Dei eductus est coluber tortuosus,* quia scilicet dum manus diuinæ gratiæ, & potentiæ intercedere dignatur, necesse est, vt de corde peccatoris diabolus educatur. ¶ His ergo præmissis, B
solum de eductione liberatiua, qua scilicet Deus educit suos de periculo vel de malo aliquid est dicendum. Deus enim est sicut ceruus, qui scilicet vt ait Plin. libr. 8. *flatu suo potest serpentes de cauernis suis extrahere & educere,* vt sic possit eos incorporare sibi, & comedere. De serpente etiam legitur quod de corpore, quod intrauit, educitur, quando lactis calidi odoribus euocatur. Sic vere Deus serpentes, id est, peccatores flatu attractiuo suæ inspirationis, de cauernis suis, id est, de terrenorum amore, & de corpore diaboli solet educere, & sibi per fidem, & charitatem incorporare, adiungere & vnire, quod vtique melius fit, quando lac, & suauitas suæ dulcedinis, & misericordiæ ipsis peccatoribus ostenditur, per quod ad spem veniæ currentes, de corpore diaboli, id est, de iniquorum congerie facilius educuntur. Vnde in persona talium eductorum dicebat Dauid in Psal. *Educes me de laqueo, quem statuerunt mihi, & à scandalis operantium iniquitatem.* Et istud etiam ipse dicebat alibi, cum dicebat Domino Educ de custodia animam meam, ad confitendum nomini tuo, me expectant iusti, donec retribuas mihi. Vbi nota, quod quia homo potest subijci tribus malis, videlicet

Malo
- Culpæ, seu nequitiæ spiritualis,
- Noxæ, siue miseriæ temporalis,
- Pœnæ seu mœstitiæ infernalis.

Ideo ab istis tribus petit Dauid in his verbis educi, & liberari, à malo culpæ, seu nequitiæ, quæ mentes incarcerat. [Educ inquit animam meam ad confitendum] à malo noxæ seu miseriæ, quæ mentes macerat. [De custodia inquit] à malo pœnæ seu tristitiæ, quæ mentes lacerat. Me expectant inquit scilicet in Paradiso, donec retribuas mihi. Homo enim educitur à culpa per pœnitentiam, & confessionem [Educ (inquit) ad confitendum.] Homo etiam educitur à miseria per gratiam, & consolationem. [De custodia inquit, supple miseriæ præsentis.] Homo iustus educitur à pœna scilicet infernali, per gloriam, & retributionem. [Me inquit expectent, donec retribuas mihi.] Dic ergo, quod Deus nos educit à culpis, quæ nos incarcerant. Constat enim quod peccatum carcer est, ex quo nullus liberatur, nisi per confessionem, & pœnitentiam inde à Deo misericorditer extrahatur. Et hoc est, quod petit, cum dicit, *Educ de carcere animam meam ad confitendum.* Ps. *Eduxisti ab inferno animam meam, saluasti me à descendentibus in lacum.* Peccatum enim infernus & lacus dicitur, pro eo, quod ibi peccator per conscientiæ remorsum sicut in inferno affligitur, & ibi per diuersas immunditias sicut in lacu fœtido maculatur. ¶ Et nota si vis, C
quod Deus educit animam

| | |
|---|---|
| A tenebris ignorantiæ, | A palpebris excollentiæ, |
| A latebris auaritiæ, | A sepulchris gastrimargiæ, |
| A terebris inuidentiæ, | A feretris acediæ seu pigritiæ. |
| A terebris immunditiæ. | |

Educit Deus ab ignorantiæ tenebris. Psalm. *Eduxit eos de tenebris, & vmbra mortis, & vincula eorum disrupit.* Item educit à latebris auaritiæ. Contractus enim auaritiæ semper volunt latere. Ipsi enim auari tenent in latebris bona sua. Iudicum 6 *Eduxi vos de domo seruitutis.* Teste enim Apostolo ad Galat. 5. *Auaritia est idolorum seruitus.* Auaritia etiam ignis est, à quo suos educit Dominos, ne cremenius. Nee. 9 *Eduxisti Abraham de igne Chaldæorum.* Item educit Dominus de inuidentiæ terebris. Inuidia enim est sicut terebra, quæ terebrat, & perforat corda nostra. Ista

est enim fornax ferrea Babylonis, in qua Nabochodonosor diabolus cremat, & affligit pueros, i. simplices imperfectos, nisi inde à Domino misericorditer educantur. Deut. 4. *Vos autem tulit Dominus, & eduxit de fornace ferrea.* Item educit de immunditiæ tenebris. Tenebra enim humana membra sunt mollia, phlegmatica, & immunda, quæ scilicet multas immundas superfluitates emittunt, sicut luxuria. Et ideo ista comparatur lacui seu fæci, quæ faciliter maculat contingentes. Ideo dicebat Dauid in Psalm. *Eduxit me Dominus*, scilicet *de lacu miseriæ, & de luto fæcis*. Item educit ab extollentiæ palpebris, id est, à peccato superbiæ, quæ plerumque in palpebris designatur. Vnde in Psalm. *Educit vinctos in fortitudine similiter eos, qui exasperant.* Exasperare enim ad superbiam spectat. Item educit de gutturnargiæ sepulchris. Ezech. 37. *Aperiam tumulos vestros, & educam vos de sepulchris vestris.* Item educit de acediæ seu pigritiæ carceribus, seu feretris. Pigri enim & acediosi quasi in feretro sunt ligati, & quasi in carcere conuoluti. Psalm. *Educ de carcere animam meam.* Et Hierem. 52. *Eduxit eum de domo carceris.* Patet ergo quod Deus nos educit de peccatis, quæ nos incarcerant. [Educ in-
D quit.] ¶ Secundo dico, quod ipse nos educit de tribulationibus, quæ nos incarcerant, quod ostenditur, cum dicitur [De custodia.] Homo enim in mundo isto est in custodia, & miseria detentus, & corporis, & mundi vinculis alligatus, diuersis angustijs circumseptus. Actor. 4. *Posuerunt eos*, scilicet Apostolos *in custodia publica.* Vnde est terra Ægypti, in qua filij Israel in seruitute fuerunt. Ægyptus enim interpretatur angustia. Suos ergo Dominus de ista custodia, id est, de mundi tribulationibus, & angustijs eripit, quando ad statum religionis, & Ecclesiæ ipsos conuertit, & quando à mundo, & mundanis vitijs, & miserijs ipsos liberat, & educit. Psal. *Ego enim sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti.* Et Nee. 9. *Iste est Deus tuus, qui eduxit te de*
E *Aegypto.* ¶ Tertio dico, quod ipse educit à tormentis, quæ nos dilacerant, scilicet à purgatorio vel inferno, quod ostenditur, cum dicitur, *me expectant iusti, donec retribuas mihi.* Retributio enim æterna est liberatio, & saluatio, eductio, & ereptio à pœna, & angustia sempiterna. Prou. 13. *Iustis retribuentur bona.* Talis autem finalis retributio, & eductio continet multa bona. Ibi enim educitur homo bonus

A paupertate penuriosa, Ab angustia meticulosa,
A seruitute periculosa, A tristitia defectuosa.

Dico ergo, quod beati educti sunt à paupertate & indigentia. Psal. *Eduxit eos cum argento, & auro, & non erat in tribubus eorum infirmus.* Item educti sunt à seruitute, & subiacentia. Dan. 6. Danielem præcepit educi de lacu. Figura de Ioseph, de quo legitur Gen. 41. quod eductum de carcere totonderunt, & mutatis vestibus ipsum regi præsentauerunt. Item educti sunt ab arctitudine, & angustia. Psalm. *Eduxit me in latitudinem, saluum me fecit, quoniam voluit me.* Item educuntur à turbatione, & tristitia. Psal. *Eduxit populum suum in exultatione, & electos suos in lætitia.* Patet igitur quomodo iusti à Deo educuntur ab angustijs infernalibus. Sap. 10. *Ab altitudine infernorum eduxit illos.* ¶ De miserijs temporalibus dicitur Exod. 20. *Ego Dominus, qui eduxi te de terra Aegypti.* A nequitijs cordialibus. Sap. 10. *Eduxit eum* scilicet Adam *a delicto suo, & eduxit eum de limo terræ.* Et hoc de verbo educere sufficit. Vide de extrahere, & liberare.

**Efferre.** Vide de titulo portare, & infra de verbo ferre.

**Efficere. Effici. Effectus.** Vide in titulis facere, factus, factum & fieri.

**Effœminatus Effœminare.** Vide infra de Fœmina.

**Effodere.** Vide infra de titulo fodere.

A **Ephod.** Nota, quod ephod erat quædam vestis sacerdotalis, linea, & in antiqua lege, ad cuius præsentiam Dominus dabat responsum, sicut bene supponitur 1. Reg. 30. vbi Dauid applicato ephod, legitur responsum à Domino habuisse. In quo scil. notatur, quod illis, qui ephod lineum, id est, puritatem innocentiæ seruant, solet Dominus spiritualiter apparere, & eis secreta cœlestia reuelare. Castitas enim est propriè vestis sacerdotalis, quam qui habet, dignus est Domino ministrare & iubilare, & ab ipso reuelationes reportare, & pro ipso tribulationes tolerare. Ministrare dico, exemplo Samuelis de quo dicitur 1. Reg. 2. *Samuel ministrabat ante conspectum Domini, puer accinctus ephod lineo.* Iubilare etiam, exemplo Dauid, de quo dicitur 2. Reg. 6. quod *Dauid accinctus ephod lineo, ludebat ante arcam.* Reuelationes recipere insuper, sicut 1. Reg 30. dicitur, quod *Abiathar applicuit ephod ad Dauid, & consuluit Dominum.* Mala etiam ab impijs tolerare, quia sicut dicitur 1. Reg. 22. *Saul malus rex occidit 85. viros vestitos ephod lineo*, & ritum sacerdotalem transtulit ad dominium priuatum, contra Domini voluntatem, de quo grauiter est punitus, quia scilicet in vindictam omnes filij eius legitimi per vnum spurium sunt occisi, sicut dicitur Iud. 8. De Micha etiam legimus Iudic. 17. quod idolum sibi fecit, & quod factus Leuita sibi in ephod ministrauit, & sic vestem diuinis vsibus deputatam, in vsus idolorum conuertit. Ita rectè videntur facere hypocritæ, quia scilicet vestes sacerdotales, & lineas, id est, sanctam & honestam conuersationem, & castam, & mundam conditionem, quas exterius prætendunt, solent in vsus idolorum ad voluntatem dæmonum conuertere, & ad priuatas vtilitates lucraque temporalia ordinare. Et ideo sicut Iud. 14. legitur, ipse Michas fuit ab hostibus spoliatus, & in hoc, quod male egerat, est punitus; quia scilicet tales à Deo finaliter puniuntur, pro eo, quod illud, quod solum ad Dei laudem debet fieri, in contrarijs vsibus exequuntur.

**Effundere.** Nota, quod effundere idem est, quod extra fundere, vel ex toto fundere. Effundere enim pertinet ad res liquidas, vel ad res etiam separatas, sicut est aqua, vel sanguis, vel pecunia, sicut expandere pertinet A
ad res continuas atque siccas, sicut est pannus, vel liber, vel huiusmodi. Dicam ergo, quod effusio pertinet ad Deum, & iustum, & ad impium. Ad Deum dico pertinet, quia scilicet quanto res melior est, & perfectior, tanto solet se diffundere latius, & abundantius vniuersis. ¶ Et sic notabis, quod Deus effundit

Dulciter riuolos fluminis,
Dulciter radios flaminis,
Fortiter liquorem sanguinis,
Arctius splendorem luminis,
Effundet acriter feruorem fulminis,
Effundet granditer honorem culminis.

Ista enim sunt Dei negotia, quæ à Deo non solum diffunduntur, non etiam effunduntur. Dicam ergo, quod Deus effundit honorem hominis ad nos vegetandum, & ista est effusio suæ misericordiæ & gratiæ, quæ aquæ seu flumini comparatur, quia scilicet Deus gratiam suam spiritualem & temporalem non cessat effundere, & nos suis beneficijs irrigare. Effundit misericordiam suam, culpas indulgendo. Eccl. 18. *Patiens est Deus in illis, & propter hoc effudit misericordiam suam super illos.* Effundit gratiam, virtutes augendo. Ecclesiastic. 24. *Ego sapientia effudi flumina.* Effundit baptismum mentes abluendo. ad Tit. 3. *Per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abunde vt iustificati, &c.* effundit lacrymas pœnitentiæ, culpas abstergendo. Ezech. 36. *Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini.* Effundit etiam terrenam substantiam, cunctis succurrendo, quia scilicet sicut pluuia effunditur in locis fructuosis & infructuosis, sic Dei beneficia effunduntur tam bonis quam malis Iob 36. *Effundit imbres ad instar gurgitum qui de nubibus fluunt.* Effundit ergo Deus humorem fluminis ad nos vegetandum. ¶ Denique dico, quod ipse effundit vigorem flami- B
nis ad nos consolandum seu visitandum. Sicut enim leo inspirando, & Spiritum seu anhelitum effundendo & emittendo super catulos suos, ipsos viuificat & confortat, sic Deus Spiritum sanctum effundendo super fideles, ipsos viuificat & confortat. Vnde ipse est qui dicit Ezechiæ 36. *Effundam Spiritum meum super omnem domum Israel.* Et Ioel 2. *Effundam de spiritu meo super omnem carnem.*

¶ Adhuc dico, quod Deus effundit liquorem sanguinis ad C
nos redimendum, more scilicet pellicani, qui proprium sanguinem pro pullis viuificandis effundit. Hebr. 9. *Sine sanguinis effusione non fit remissio.* & Hebr. 11. *Fide celebrauit Pascha in sanguinis effusione.* Et illud Matth. 26. *hic est sanguis meus noui & æterni testamenti qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccato-*
*rum.* ¶ Insuper dico, quod Deus effundit splendorem luminis D
ad nos instruendum seu dirigendum, & iste est splendor & sapientiæ & doctrinæ, quem inspirando & prædicando, & per scripturam declarando diffundit. Eccles. 25. *Doctrinam quasi*
*prophetiam effundam.* ¶ Rursum dico, quod Deus effundet ardo- E
rem fulminis ad nos puniendum, hoc est dictum, vigorem suæ

Dulton.Berchory.

iustitiæ. Vnde pro certo iste est, qui effundit iram suam in gentes, quæ eum non cognouerunt, & in regna, quæ nomen eius non inuocauerunt. Iste est, qui *effundit frameam & concludit aduersus malos, vt non glorientur omnes qui operantur iniquitatem*, sicut ipse protestatur in Ps. Iste est qui dicit Ezech. 20. *In brachio extento & furore effuso regnabo super vos*: & cætera similia; quia scilicet Deus in iudicio contra impios se eriget, & iram suam in ipsos
F diriget & effundet. Hier. 14. *Effundam super eos malum suum*. ¶ Demum dico, quod Deus effundit honorem culminis ad humilitatem sublimandum. Patet in Saul, cuius humilitas facile deprehenditur, dum patris asinas quæ perierant, quæsiuit, & se de minima Tribu Israel, & de nouissima cognatione inter omnes familias de Tribu Beniamin fatetur, 1 Reg 9. & tamen Dei iussu & inspiratione ad regni Israelitici fastigium per Samuelem leuatur, 1. Reg. 10. *Tulit Samuel lenticulam olei, & effudit super caput eius*, scilicet Saul, *& deosculatus est eum, & ait: Ecce vnxit te Deus super hæreditatem suam in principem*. Dei autem hæreditas Israel. Esa. 19. *Hæreditas autem mea filij Israel*. Patet ergo quomodo effusio pertinet ad Deum.
G ¶ Secundo dico, quod effundere potest referri ad virum iustum. Iusti enim effundunt se & sua. Se dico, quod fit quando ad voluntatem Dei & vtilitatem proximi totaliter se exponunt. Ps. *Sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia ossa mea*. Proximi etiam, quod fit quando sua iuste distribuunt, & expendunt. Ioan. 2. *Nummulariorum effudit æs*. Sicut ergo videtur quod liquor effusus ad nihilum reducitur, terra exinde humectatur & imbibitur, aer etiam inde refrigeratur & temperatus efficitur, sic dicam, quod cor nostrum effusum, resolutum, liquefactum, ad nihilum deducitur in conspectu, scilicet sui ipsius per humilitatem, & contritionem. Terram etiam alienam scilicet pauperes humectat, & impinguat per eleemosynam & compassionem. Aerem vero conscientiæ temperat & refrigerat per gratiam & deuotionem. Rei etiam, quam tangit, id est, ipso Deo se applicat seu intimat per orationem & dilectionem. Et sic dico, quod est effusio tangens cor proprium, hæc est contritio, & est effusio quæ fit ad proximum, hæc est compassio & est confusio pertinens ad Deum, hæc est deuotio seu oratio aut dilectio. Sic ergo dico, quod iustus effunditur per

Contritionem delictorum memoratiuam,
Compassionem proximorum consolatiuam,
Deuotionem diuinorum amplexatiuam.

Effunditur, dico iustus per contritionem scelerum. Nubes enim effusa pluuias solet emittere, & in seipsa solet deficere, & consumptis vaporibus aerem seruare. Sic vere effusio contritionis nubem, id est, cor nubilosum solet resoluere, & aquam lacrymarum stillare, & aerem conscientiæ à vaporibus criminum emundare. Amos 5. *Vocat aquas maris, & effundit super faciem terræ*, & illud prædictum Ezech. 36. *Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini*. Aqua enim maris est lacryma amara, quæ tamen aqua mundana dicitur, quia quando per contritionem effunditur, anima lauatur, & à peccatis abstergitur. Vnde Thre. 2. dicitur, *Defecerunt præ lacrymis oculi mei, conturbata sunt viscera mea, ef-*
H *fusum est in terra iecur meum*, scilicet per contritionem. ¶ Item dico, quod effunditur iustus per compassionem viscerum. Quando enim ignis terram tangit, statim resoluitur, & præ ebullitione effunditur, & circumquaque exiens segregatur. Sic affectio nostra aliena miseria tacta, solet per compassionẽ resolui, & per exteriora beneficia ad proximos condiri & effundi, & maxime ista debent ad pauperes destillari, & misericorditer ordinari. Et ista proprie videtur oleum Magdalenæ, quod effudit super caput Iesu, sicut dicitur Matth. 26. quia scilicet vnguentum seu oleum misericordiæ & eleemosynæ in Iesum, id est, in pauperes Christum repræsentantes, debet effundi, & in vsus eorum expendi. Vt etiam sicut de Magdalena dicitur ibidem, *quia scilicet domus repleta est odore vnguenti*. Ioan. 12. sic de tali eleemosynaria & compassiua effusione odor bonæ famæ possit ab omnibus præsentari. Cant. 1. *In odore vnguentorum tuorum curremus, oleum effusum nomen tuum*. Dicit ergo quilibet pius homo illud Esaiæ 44 *Effundam aquas super sitientem, & flumina super aridam*, quia scilicet super pauperes sitientes & aridos debent aquæ & flumina beneficiorum effundi; & merito quia pro certo sicut dicitur Esa 58 *Cum effuderis esurienti animam tuam*, supple, per compassionem, *& animam afflictam repleueris*, scilicet per eleemosynã exteriorem tunc, inquit, *orietur in tenebris lux tua, & tenebræ erunt sicut meridies*. Ista est ergo effusio, qua effunditur iustus per com-
I passionem viscerum. ¶ Item dico, quod iustus effunditur per deuotionem diuinorum. Cor enim ad Deum eleuatum, per deuotionem effunditur, & in seipso per dilectionem liquescit, dissoluitur & mouetur, & sic homo per orationem ad Deum se effundere comprobatur. Effunditur ergo per deuotionem Ps. *Effundite coram eo corda vestra*. Deus adiutor vester in æternum. Item per dilectionem, Rom. 5. *Charitas Dei diffusa est in cordibus vestris*. Per prædicationem. Psal. *Diffusa est gratia in labijs tuis*. Per orationem. Psal. *Effundo in conspectu eius orationem meam & tribulationem meam ante ipsum pronuntio*. Sic ergo patet quomodo inuenitur effusio pertinens ad iustum. ¶ Tertio dico, quod inuenitur effusio pertinens ad impium. De malo enim homine nota, K quod ipse

Effundit { Gratiam, ipsam amittendo,
Sanguinem, proximos lædendo,
Seipsum, malis exponendo. }

Dico ergo, quod mali effundunt gratiam, virtutes deponendo. Fatui enim si quando habent aliquid gratiæ & virtutis, non solent illud seruare, sed potius facili occasione perdere & euacuare. Prouerbium enim commune est, quod miser vel infœlix nunquam habebit bonam scutellam, quin eam effundat. De Belidibus & filiabus regis Danai legitur, quos viros suos ad instinctum patris, prima nocte nuptiarum proditiose occiderunt, propter quod dicit fabula, quod ipsas dij ad pœnam æternam in inferno damnauerunt, quæ scilicet fuit, vt dolium sine fundo implere volentes, semper aquam infunderent, vt scilicet quantum à superiori possit infundi, semper à parte inferiori effunderetur, & sic in perpetuum laborarent. Sic vere dico, quod in mundo sunt multi peccatores infœlices, qui scilicet non possunt habere aliquam bonam scutellam (vt rudi & inusitato vocabulo vtar) id est, aliquam virtutum copiam congregatam, quin ipsa effundant faciliter & emittant, & peccando occasione facili ipsam perdant. Videntur enim habere dolium cordis perforatum, & fundo seu fundamento constantiæ & perseuerantiæ priuatum, quia scilicet quantum infundunt, tantum effundunt, & quantum boni laborando acquirunt, tantum peccando amittunt. Bene ergo dicitur Ecclesiast. 20. *Gratia fatuorum effundentur*. Et merito, quia sicut subiungitur. Ecclesiast. 12. *fatui quasi vas confractum, & omnem sapientiam non tenebat*. Patet ergo, quod mali effundunt gratiam, virtutes deponendo. ¶ Item dico, quod mali effundunt sanguinem, sim- L plices affligendo. Crudeles enim homines videntur similes leonibus, qui scilicet in sanguinis effusione se delectant. Sicut enim dicitur Prou. 1. *Pedes eorum ad malum currunt & festinant, vt effundant sanguinem*. Et isti pro certo sunt fatui quia scriptura nunquam fallitur, quæ dicit Gen. 6. *quicunque effuderit humanum sanguinem, effundetur sanguis illius*. Sed de hoc vide infra de sanguine. Effundunt ergo mali sanguinem humanum, impie agendo, vel proximum affligendo. Item dico, quod isti effundunt seipsos, peccatis exponendo. Ille enim aliquid dicitur effundere, qui nihil sibi vult retinere. Sic homo tunc temporis se effundit, quando ex toto vitijs se exponit. Et sic dico, quod aliqui effunduntur

| | |
|---|---|
| Delitiose edendo, | Rerum copiam aggregando, |
| Luxuriose agendo, | Opulentiam deserendo, |
| Seditiose viuendo, | Culpæ veniam desperando, |
| Impetuose loquendo, | |

Effunduntur (dico) dum edunt gulose vel delitiose contra illud Ecclesiastic. 35. *Non te effundas super omnem escam*. Item agendo impudice & luxuriose, sicut Ruben, qui fœdauit concubinam patris sui Iacob, vt dicitur Genes 49. *Ascendisti cubile patris tui effusus es sicut aqua, concresces*, Item viuendo iracunde, & litigiose, de quo in Psalm. *Effusa est contentio super principes*. Item loquendo indiscrete & impetuose, contra illud Ecclesiastic. 32. *Vbi non est auditus non effundas sermonem*. Quia sicut ibidem dicitur, *adolescens loquere in tua causa, vix, &c*. Item aggregando rerum copiam affectuose, sicut in persona auari terrena affectantis, dicit Hier. Thren. 2. *Effusum est in terra iecur meum*. In terra inquit, id est, in terrenis. Item effunduntur dimittendo opulentiam dolorose atque luctuose, scilicet in morte, quando scilicet ipsi moriuntur, & bona eorum vndique effundentur 3 Reg 13. *Altare scindetur, & effundetur cinis*. Item desperando culpæ veniam obstinate & præsumptuose, sicut scil. de Iuda desperante dicitur Act 1. quod *effusa sunt omnia viscera eius*. Mali ergo ad multa mala vitia effunduntur & etiam diffunduntur. Diffunduntur enim se in mundi prosperis dilatantes, & mundi opulentias ambi-

bien-

bientes. 2. Reg. 5. *Philisthim diffusi sunt in valle Raphaim.* Diffundentur autem postea omnino deficientes & pereuntes. Sap. 5. *Spes impij tanquam lanugo.* Sequitur. *Et tanquam fumus, qui à vento diffusus est.* Et Sap. 2. dicitur de morte eius, *Extinctus cinis erit corpus nostrum, & spiritus diffundetur tanquam mollis aer.* Sufficit de effundere seu diffundere.

A **Ephraim.** Nota quod Ephraim fuit vnus de fratribus Ioseph, qui inter filios Iacob duodecimum tenuit locum, & duodecimam fecit tribum. Ioseph enim in Ephraim & Manasse fratribus suis, duplicem sortem habuit, & sic in loco duorum successit, pro eo quod Leui, cui dabantur decimæ, nullam hæreditatem assumpsit. Igitur cum Ephraim interpretetur crescens seu augmentatus, seu etiam fertilitas vel augmentum, cum etiam tribus Ephraim fuerit illa, quæ magis idololatriæ vacauit, & quæ prima filios Israel ad Idololatrandum induxit, quia scilicet Ieroboam, qui regnum Israel diuisit, & contra dominum suum Salomonem se erexit, & qui vitulos aureos in Dan & Bersabee conflauit, de Ephraim tribu fuit, sicut dicitur 3. Reg. 11. & Eccl. 47. *Ex Ephraim imperare imperium durum, &c.* videtur, quod in bono & in malo possit assumi. Dicam ergo, quod per Ephraim potest intelligi vir iustus, Ecclesia, Paradisus, vel etiam vir impius seu iniustus. ¶ Primo ergo dicam, quod Ephraim significat virum iustum, qui scilicet crescens augmentatus dicitur, pro eo quod semper in melius proficiens, gratijs & virtutibus augmentat, & eo quod vsque ad magnæ perfectionis cumulum proficiscitur. Et ideo in scriptura in pluribus locis fit mentio de monte Ephraim. Ad denotandum, quod iustus semper debet esse in monte non in valle, id est, in perfectionis acumine, non in pede. Iud. 19. *Fuit quidam vir Leuites, habitans in latere montis Ephraim.* In quibus verbis ostendit, quod quicunque vult esse bonus Ephraim, id est, vir iustus atque perfectus, debet esse

A malis cœtibus resipiscens,
Virtutum vitibus reuiuiscens,
Perfectis actibus proficiscens,
A vanis motibus obliuiscens,
In cœli turribus concupiscens.

Primo fit, quia debet viuere singulariter. [Quidam inquit.] Secundum fit, quia debet proficere virtualiter. [Vir inquit.] Tertium fit, quia debet augeri efficaciter [Leuites i. additio & appositio.] Quartum fit, quia debet locari immobiliter. [Habitans.] Quintum fit, quia debet leuari supernaturaliter. [In latere montis Ephraim.] Sic ergo in ipso quædam singularitas separatiua, quia scilic. ipse debet esse quidam, non omnis. Teste enim Senec. in Epistola, Nusquam est, qui vbique est. Res enim solitariæ & singulares sunt in natura præ cæteris excellentes, Patet de Phœnice aue vnica & singulari, quam in natura præ cæteris admiramur. Patet de Margarita, quæ & vnio dicitur, quia vna & singularis semper in suo conchyli reperitur, quæ tamen in medicina præ cæteris lapidibus commeodatur. Patet de Polo Arctico, qui in nostro hemisphetio est vnica & singularis stella & immobilis, quæ dirigendum nautas, per astronomos, præ cæteris vtilior reperitur. Sic se vera dicã, quod illi, qui singulares & solitarij volunt viuere, & à communi cõsortio hominum plus abesse solent & possunt præ cæteris boni esse, & sibi & alijs proficere & prodesse. Sed de hoc videbitur infra de solitudine, vel etiam singularis, quod quidẽ ostenditur, cum dicitur, quidã, quod idem est, quod vnus & singularis. Qui ergo vult secum solus morari, magis potest esse Ephraim, id est, magis potest virtutibus augmentari. Oseæ 8. *Onager solitarius sibi Ephraim.* [Quidam inquit.] De quo potest exponi illud, q; scribitur Iudicum 17. *Fuit eo tempore vir quidam de monte Ephraim nomine Michas.* Michas n. interpretatur quis est hic, aut quis est iste, quia sc. tales singulares ita solent alios virtutib. excellere, q; admirando possumus dicere, qui sunt hi, & qui sunt isti dicere & clamare. Sic ergo in Ephraim, i. in viro iusto, augmẽtato virtutib. vel audacto, quædam est singularitas separatiua. ¶ Deniq; fit in ipso quædã virtualitas roboratiua. Vir inquit, qui scilicet dicitur à virtute vel à virescentia vel virore.

C Arbor enim nunquam augmentatur, nisi quamdiu virescit, sicca enim arbor nunquam crescit. Sic vere nec aliquis augmentatus efficit vel perfectus, nisi virore gratiæ fit humectatus. Vir inquit, 1. Reg. 2. *Fuit vir vnus de Ramatha in Sophim, de mõte Ephraim & nomen eius Helcana,* qui interpretatur zelus, vel Dei possessio, &c. Vide infra de virore in tabula in multis locis. Sit ergo in illo qui vult esse Ephraim, quædam virtualitas roboratiua. Psal. *Ephraim fortitudo capitis.* ¶ Adhuc fit in ipso quædam continuitas vegetatiua, quod ostenditur, cum dicitur Leuites, qui interpretatur appositio seu additio, quia scilicet sicut puer nunquam ad augmentum debitum perducitur, nisi nutrimentum continuum membris ipsis apponatur, sic nec homo complementum morum & virtutum attingit, nisi qui continue in virtutibus & bonis operibus vegetatur & crescit. [Leuites inquit] Iud. 18. *Cum venissent in montem Ephraim, intraauerunt domum Micha, agnoscentes vocem adolescentis Leuitæ.* Adolescens, qui adhuc est in crescendo, & Leuita, qui interpretatur appositus, incrementum & perfectum virtutum designat, de quo Hier. 31. *Audiui Ephraim transmigrantem,* id est, de bono in melius procedentem. Sic ergo in illo, qui vult esse Ephraim, i. iustus & augmentatus & completus, debet esse quædam continuitas augmentatiua seu vegetatiua. [Leuites inquit.] ¶ Insuper fit in ipso quædam immo- E

D

bilitas collocatiua, quod ostenditur cum dicitur habitans. Habitare enim moram & statum in aliquo loco designat, quia scilicet peregrinus, qui non facit nisi transire, non dicitur proprie habitare. Planta enim nunquam augmentatur, aut crescit, nec ad debitum complementum attingit, nisi illa, quæ in aliquo certo loco sine motatione residet atq; resistit. Teste enim Senec. in Epistola. Non conualescit planta, quæ sæpe transfertur, & nihil adeo sanitatem impedit, vt remediorum crebra mutatio. Sic vere dicam, quod status, quies, perseuerantia, & immobilitas in suo proposito seu loco, valde proficit ad obtinendum virtutum debitum complementum, & ad hoc, quod quis Ephraim spiritualiter possit dici, quia scilicet nemo in virtutibus magnus efficitur, nisi qui à motu mentis, & corporis quiescit, atque sistitur, & nisi qui magis habitator quam peregrinus censetur. [Habitans inquit.] Vide infra de habitare. Vnde Iud. 19. *Apparuit homo senex, reuertens de agro, qui & ipse erat de monte Ephraim, & habitauit in Gabaa.* Sit ergo in illo, qui vult esse virtuosus & iustus, quædam immobilitas quietatiua [habitans inquit.] ¶ Demum fit in ipso quædam supernaturalitas contemplatiua seu subleuatiua, scilicet contemplatio vel affectio superiorum & æternorum bonorum, quod ostenditur, cum dicitur. In latere montis Ephraim. Mons enim altitudinem contemplationis designat. Vnde de Moyse legitur Deut. 34. quod *ipse ascendit super montem Nebo, & ostendit ei Deus totam terram Ephraim.* Et de Gedeone Iud. 7. dicitur, quod *ipse misit nuntios in omnem montem Ephraim.* Et nota si vis, quod illi qui tali modo dicuntur Ephraim scilicet viri iusti, Deum F

Aspiciunt fide cognoscendo,
Suspiciunt mente diligendo,
Recipiunt sibi succedendo.

Talibus enim Deus manifestatur Psalm. *Qui sedes super Cherubin, manifestare coram Ephraim.* Apud tales & Dominus hospitatur, Psal. *Ephraim susceptio capitis mei.* Talibus insuper Deus communicatur, quia scilicet isti sunt filij & successores Dei in gloria Paradisi. Hier. 31. *Ephraim primogenitus meus:* Et ibidem: *Filius honorabilis mihi Ephraim.* Patet ergo quomodo per Ephraim intelligitur iusti conditio. ¶ Secundo dico, quod per Ephraim intelligitur Ecclesiæ seu religionis possessio. Ista est enim quæ virtutibus augetur, & quæ bonis operibus quotidie augmentatur. Dici ergo potest Ephraim, quia ibi G

Viget deuotio, Auditur prædicatio,
Clamat confessio, Sentitur castigatio.

De deuotione patet, quia in Psalm. dicitur illud prædictum. Ephraim susceptio capitis mei. De confessione etiam patet, quia sicut dicitur Iud 3. *Insonuit buccina in monte Ephraim.* De prædicatione vero potest dici illud Iud. 7. *Misit Gedeon nuntios in omnem montem Ephraim dicens, Descendite in occursum Madian.* Sequitur. *Clamauitque omnis Ephraim.* Et illud quod dicitur in Psal. *Ecce audiuimus eum in Ephrata.* De correctione vero potest dici illud Psal. *Filij Ephrem intendentes & mittentes arcum.* Et Iud. 5. *Ephraim deleuit eos.* ¶ Si vero velis per Ephraim potes intelligere augmentum, & opulentiam paradisi, quia videlicet ibi H

Conspicitur Dei essentia, Commendatur Dei potentia,
Percipitur Dei clementia, Vindicatur alta præsentia.

Est enim locus clarus, in quo Deus nude conspicitur. Ps. Manifestare coram Ephraim, &c. vt supra. Item est locus opulentus, vbi bonum omne percipitur, quia scilicet ibi est fœlicitas sempiterna. Gen. 48. *Ephraim posuit ad dexteram.* Dextera enim fœlicitatem æternam signat. Item ibi est locus lætus, vbi Deus alte

commendatur. Vnde illud prædictum Iud. 3. *Insonuit buccina in monte Ephraim.* Item ibi est locus almus, vbi iustis digne principatur. Vnde illud prædictum Iud. 19. *Habitans in latere montis Ephraim.* ¶ Tertio dico, quod per Ephraim potest intelligi vir iniquus. Constat enim quod mali cultum Dei derelinquunt, idola, id est, peccata seu bona terrena amplexantur, colunt vitulos aureos, id est, mundi diuitias deauratas adulando adorant & diligunt. Oseæ 4. *Particeps idolorum Ephraim.* ¶ Et nota, quod peccator potest dici Ephraim, quia

| | |
|---|---|
| Inuidus & maliciosus, | Auarus & calumniosus, |
| Superbus & præsumptuosus, | Inanis & vani gloriosus |
| Rixosus & seditiosus, | Instabilis & infructuosus, |
| Immundus & luxuriosus, | Infidelis & periculosus, |
| Languidus & desidiosus, | Finaliter ipse erit flebilis atque luctuosus. |
| Ignarus & obliuiosus. | |

Est (dico) inuidus & maliciosus. Esa. 9. *Vnusquisque carnem brachij sui vorabit, Manasses, Ephraim, & Ephraim Manassem, & simul ipsi contra Iudam.* Est etiam superbus & ambitiosus. Esa. 28. *Væ coronæ superbiæ: ebrijs Ephraim.* Item est rixosus & seditiosus. Iud. 12. *In Ephraim orta est seditio.* Item est immundus & luxuriosus. Oseæ 5. *Fornicatus est Ephraim.* Item est languidus & desidiosus. Ose. 6. *Vidit Ephraim languorem suum.* Item est ignarus & obliuiosus, Oseæ 7. *Factus est Ephraim quasi columba seducta non habens cor.* Item est auarus & calumniosus. Oseæ 12. *Calumniam dilexit, & dixit Ephraim.* Veruntamen diues effectus sum. Item est inanis & vani gloriosus. Oseæ 12. *Ephraim pascit ventum, sequitur æstum.* Item est instabilis & infructuosus Oseæ 9. *Ephraim quasi auis auolauit.* Item est infidelis & periculosus, quia (sicut dicitur Oseæ 9.) *Ephraim ducit ad interfectionem filios suos.* Item ipse erit finaliter fractus, & flebilis, atq; luctuosus, scilicet quando damnabitur in æternũ. Oseæ 10. *Confusio Ephraim capiet.* Et Zach. 9. *Disperdam quadrigam ex Ephraim.* Idem autem per omnia dic de mundo.

A

## Effugere.

Vid infra de fugere, vel infra de euadere, & alijs similibus.

## Egenus. Egestas.

Nota quod quadruplex est egestas, videlicet

Egestas { Commendabilis & veneranda, Detestabilis & cauenda, Miserabilis & subleuanda, Formidabilis & cauenda.

Prima, Secunda, Tertia, Quarta } egent viri { virtuosi, vitiosi, luctuosi, dolorosi, scilicet damnati.

¶ Primo ergo dico, quod inuenitur egestas hominum iustorum, & ista est quædã egestas temperantiæ & abstinentiæ, quia sci. isti voluntarie fiunt pauperes & egeni, vt in paradiso valeant abundare. Exemplo Christi, de quo dicitur 2. Cor. 8. quod *cum diues esset, pro nobis egenus factus est.* Tali autem egestate eguerũt sancti, dum viuerent in hoc mundo, quia sicut dicit Apost. Hebr. 11. *Isti fuerunt egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus, in solitudinibus errantes, in speluncis, & in cauernis terræ.* Et 2. ad Cor. 6. dicitur de sanctis, quod *ipsi fuerunt sicut egentes multos autem locupletantes, tanquam nihil habentes, & omnia possidentes.* Ista est ergo egestas hominũ iustorũ. ¶ Secundo dico, quod inuenitur egestas hominum malorũ, & ista est (spiritualiter loquendo) egestas raptorũ, egestas auarorũ, egestas etiam omnium peccatorum. Omnes enim isti sunt sicut ignis, qui cõsumit, & deuorat quicquit apponitur, & rursus indiget, vt rursum nutriatur. De raptoribus patet, qui omnia bona aliorum deuorant, & tamen semper pauperes sunt & egent. Figurati in illis vaccis macilentis Genes. 41. *quæ deuorata pinguedine aliarum nullum saturitatis dedere vestigium.* Ideo Prouerb 11. dicitur. *alij diuidunt propria, & ditiores fiunt, alij rapiunt non sua, & semper in egestate sunt.* Et pro certo multi nobiles nostri huiusmodi sunt & magni viri, qui recte videntur esse male dicti maledictione Ioab principis militiæ Dauid, de quo dicitur 2. Reg. 3. *Non deficiat de domo Ioab fluxũ seminis sustinens, & leprosus & tenens fusũ cadens gladio, indigens pane,* quia sc. tales nobiles seminifluũ sunt per luxuriam, leprosi sunt, id est, fœtentes per infamiam, tenent fusum per mollitiem effœminatam, cadunt gladio per iracundiam, & finaliter per diuinam iustitiã, & semper pane indigent per penuriam. Animalia enim rapacia sunt, vt communiter, paupe-

B

riora. Et ideo Eccles. 10. dicitur *Melior est, qui operatur & abundat, quam qui gloriatur & indiget pane.* Et vere tales gloriantes & gloriosi bene dicuntur, eo scilicet per superbiam, iactantiam & vanam gloriam præ cæteris extolluntur, non tamen propter hoc minus indigere & esse pauperes dignoscuntur. Et hoc est, quod dicitur in scriptura Prouerb. 14. quod *vbi verba sunt plurima, ibi frequenter egestas.* Quod etiam de inferioribus & balliuis cheotulisque dominorum sæpe videmus, quia scilicet isti aliena rapiunt, vt ditentur, sed tandem sua à superioribus aliquoties rapiuntur, & sic ad egestatem ampliorem deducuntur. Vnde Pro. 22. *Qui calumniatur pauperem, vt augeat diuitias suas, dabit ipse ditiori, & egebit.* Multi enim nobiles sunt, qui quanto plus rapiunt alienum, tanto amplius pauperes fiunt. De istis ergo determino, quod isti quibusdam suis pauperibus viliores, & quibusdam suis rusticis sunt peiores, quod bene testatur scriptura dicens Prouerb. 12. *Melior est pauper & sufficiens sibi quam gloriosus, & indigens pane.* Et merito, quia pro certo indigentia & insufficientia agrorum, oppressio est & destructio subditorum, quia sicut dicitur Prouerb. 29. *Dux indigens censu multos opprimet per calumniam.*

¶ De auaris vero, quod continue egeant, patet, quia scilicet sicut vorago seu charybdis aquas absorbens quanto plus de aquis recipit, tanto minus apparet, quod recipit, imo semper indigere videtur vt recipiat iterato, sic auari nunquam satiantur receptis, sed semper indigent recipiendis Psalm. *Diuites eguerunt, & esurierunt, inquirentes autem dominum non minuentur omni bono.* Isti videntur incurrisse maledictionem Tantali, qui secundum fabulas in inferno positus est in aqua vsque ad labrum inferius, sed quia caput inclinare non potest, quanto plus abundat, tanto magis eget, & quanto plus habet aquam, tanto plus habet sitim. Indigentia enim sua motilis, quia affluentiæ potentia amplius irritatur. Sic est de diuitibus & auaris, quanto enim plus habent, tanto magis egent. Vnde Seneca dicit, quod diues est non qui magis habet: sed qui minus eget. Et ideo de maledictione istorum dicitur Malach. 2. *Mittam in vos egestatem, & maledicam benedictionibus vestris,* id est, opulentijs vestris. Vnde diuitibus dicitur Apocal. 3. *Dicis (inquit) quia diues sum & nullius egeo, cum sis miser. & miserabilis & pauper, cæcus & nudus.* ¶ De peccatoribus autem patet, quia scilicet omnibus bonis spiritualibus indigent. Sunt enim sicut terra sterilis & deserta, in qua est carentia & indigentia omnis boni. Prou. 3. *Egestas à Domino in domo impij,* quod vtique non est de iustis. Isti enim non sunt egentes, sed potius abundantes: sicut enim dicitur Luc. 5. *Honesta nostra,* supple, *membra nullius egent.* Teste enim Senec. Iustus non eget nisi seipso, in hoc scilicet Deum imitans. De quo dicitur Ecclesiastic. 42. quod *neque adiectum est, neque minuetur, neque eget alicuius consilio,* & in Psalm. *Deus meus es, quoniam bonorum meorum non eges.* Sic vere iusti, qui Deum & seipsos secum habent, nullius prorsus egent. Ad quod monet scriptura Ecclesiastic. 40. *Fili in tempore vitæ tuæ non indigeas, melius est enim mori, quam indigere.* Non indigeas inquit, supple, virtutibus, vel non indigeas, supple, terrenis opibus, sed modico contentus ipsas abhorreas & contemnas, quia pro certo melius est mori, quam taliter indigere. Isti enim non indigent terrena opulentia, non indigent pœnitentia, non indigent sapientia, non indigent nisi frequenti confessionis munditia & æterni hospitij complacentia, & mutuæ firmitatis beneuolentia. Quod non indigeant opulentia, patet Prouerbiorum 31. vbi de muliere forti, id est, de diuina gratia dicitur, quod *confidit in ea cor viri sui & spolijs non indigebit.* Item quod non indigeat pœnitentia, quia scilicet non committit pœnitenda, patet Luc. 15. *de nonaginta nouem iustis, quod ipsi non indigent pœnitentia.* Quod isti non indigent sapientia, patet, quia scilicet ipsam administrat liberaliter eis Deus: patet Iacob. 1. vbi dicitur, *Si quis vestrum indiget sapientia, postulet à Deo qui dat omnibus affluenter,* scilicet solum quod isti indigeant purificatiua confessione & munditia, scilicet pro quotidianis venialibus, patet Ioan. 13. *Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet.* Item quod isti indigeant æterni hospitij complacentia, patet Iud. 19. vbi dicunt, *Nulla re indigemus nisi hospitio.* Item quod isti indigeant mutuæ charitatis firmitate & amicitia, patet, quia sicut omnia membra indigent vnum altero, sic homines. 1. Corinth. 12. *Non potest dicere oculus manui opera tua non indigeo, &c.* Sed reuera econtra mali omnibus indigent dicentes illud Hierem. 44. *Ex eo tempore, quo cessauimus sacrificare reginæ cœli, & libare ei libamina, omnibus indigauimus, & gladio & peste consumpti sumus.* Mali enim qui reginæ cœli, id est, beatæ

C

D

Virgini per bona opera non sacrificant, constat, quod bonis omnibus indigent, atque carent. Isti enim indigent

Gratia viuificante,
Gloria beatificante,
Doctrina rectificante,
Iocunditate lætificante,
Fidelitate iustificante,
Stabilitate fortificante.

Dico ergo quod mali indigent gratia, quæ viuificat Iob 30 *Vita ipsa putabantur indigni, egestate & fame steriles.* Item indigent gloria quæ beatificat Rom. 3. *Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei.* Item indigent doctrina quæ rectificat Hebr. 5. *Rursum indigetis, vt doceamini.* Item indigent iocunditate quæ lætificat. Vnde prouerb. 31. *Da mœrentibus vinum*, &c. Sequitur *Bibant & obliuiscantur egestatis suæ.* Item egent fidelitate, quæ iustificat. De quo Prouer. 11. *Qui despicit amicum, indigens est corde.* Item egent stabilitate, quæ fortificat, quia scilicet tales non habent constantiam & stabilitatem cordis Prou. 10. *Virga in dorso eius, qui indiget corde:* tales enim sunt mali egeni, seu indigentes qui scilicet non sunt digni stare inter bonos homines & volentes, iuxta illud, quod præcipitur Deut 15. *Omnino indigens & mendicus non erit inter vos.* Et Actor. 4. dicitur, quod *inter Apostolos & discipulos nullus penitus egens erat.* Patet ergo, quod est & inuenitur egestas & indigentia ho-
E minum peruersorum. ¶ Tertio dico, quod inuenitur indigentia hominum miserorum, & pauperum & egenorum & ista pro certo

A { Tyrannis solet despici crudeliter,
Clementibus solet aspici benigniter,
Domino solet liberari salubriter,
Eodem solet exaltari fœliciter. }

Dico ergo quod tyranni egenos crudeliter affligunt & despiciunt. Despiciunt enim eos, necessaria denegando Esa. 41. *Egeni & pauperes quærunt aquas & non sunt.* Ipsos decipiendo atque fraudando Amos 4. *Audite verbum hoc vaccæ pingues qui estis in monte Samariæ, qui calumniam facitis egenis, & confringetis pauperes.* Ipsos lædendo seu iniuriando Iob 24. *Mane primo consurgit homicida, vt interficiat egenum & pauperem* ¶ Item dico quod clementes egenos benigniter adiuuant, & respiciunt. Iuxta illud Eccl. 4 *Rogationem contribulati ne abiicias, & ne auertas faciem tuam ab egeno, & ab inope ne auertas oculos tuos.* Et aduerte, quod isti debent respici & videri, videlicet vt foueantur Esai. 58. *Egenos & vagos induc in domum tuam, cum videris nudum, operi eum.* Vt eruantur scilicet ab inopia oppressoribus Psalm. *Eripite pauperem & egenum, de manu peccatoris liberate eum.* Et vt præmia æterna exinde recipiantur, & promereantur, qui scilicet sicut dicitur in Psalm. *Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus.* ¶ Item dico, quod Deus & Sancti egenos salubriter liberant, & eripiunt Psal. *Ego vero egenus & pauper sum, Deus adiuua me*, & alibi dicitur de eo quod *ipse eripuit inopem de manu fortiorum eius, egenum & pauperem à diripientibus eum.* Item dico, quod Deus & sancti egenos quandoque temporaliter, semper, autem æternaliter exaltant & præficiunt, quia scilicet sicut dicitur 1. Reg. 2. *Deus est de puluere suscitans egenum, & de stercore erigens pauperem.* Ista est ergo indigentia hominum miserorum.

F ¶ Quarto principaliter dico, quod inuenitur indigentia seu egestas hominum damnatorum, isti enim indigent omni bono. Vnde damnatis maledicit dominus Deut. 28. *Percussit te Dominus egestate & febri frigore & æstu, & aere corrupto ac rubigine.* Et si vis nosse, quod egestas & paupertas æterna & etiam temporalis acquiritur propter

Indisciplinatam proteruitatem,
Immoderatam gulositatem,
Ineruditam fatuitatem,
Inexercitatam seu nimis sopitam ociositatem.

De proteruitate indisciplinata dicitur Prou. 13. *Et egestas & ignominia ei, qui deserit disciplinam.* De gulositate inordinata & immoderata dicitur Prouer. 21. quod *qui diligit epulas in egestate erit.* De fatuitate inerudita dicitur Pro. 10. *Qui indocti sunt, in cordis egestate morientur.* De pigritia & ociositate somnolenta & consopita dicitur Prouerb. 28. *Qui sectatur ocium replebitur egestate.* Et ibidem 21. *Omnis piger semper in egestate est.* Et ideo bene consulitur Prou. 20. *Noli diligere somnum ne te egestas opprimat.* Ista est ergo egestas damnatorum. ¶ De beatis vero constat, quod egestas eis non conueniat, quia scilicet sicut dicitur Apoc. 21. *Ciuitas hæc non eget sole & luna.* Et ibidem 22. dicitur de Sanctis, quia *ipsi non egent lumine lunæ, neque luminis solis, quoniam dominus illuminabit illos.* Hoc ergo de egestate seu indigentia sufficit.

**Ego.** Nota quod ista dictio ego est pronomen nominatiui casus, numeri singularis, primæ personæ, omnis generis, quod scilicet semper personam illius, qui loquitur signat, & semper primæ personæ se copulat atque ligat. Igitur dico quod ego ad omnia potest referri, scilicet ad A

Summum creatorem,
Iustum victorem,
Ducem vel pastorem,
Vnum peccatorem,
Hostem proditorem,
Mundum deceptorem,

Dicam ergo, quod (ego) potest prædicari de Deo, & quod Deus potest dici Ego, & etiam ipse de seipso potest dicere Ego. Est enim iste Ego nominatiuus propter diuulgatam famositatem. habet enim nomen admirabile in vniuersa terra. Vnde ipse dicit Esa. 42. *Ego dominus hoc est nomen meum.* Item ipse est singularis numeri propter summam & vnicam dignitatem Esa. 45. *Ego dominus & non est alter.* Et Deut. 32. *Videte quod ego sum solus & non sit alius Deus præter me, ego occidam, & ego viuere faciam, percutiam & ego saluabo.* Item ipse est primæ personæ propter superiorem excellentiam, propter antiquiorem existentiam, propter efficaciorem influentiam. Primus enim est, quia prior in dignitate, dum ab ipso cuncta gubernantur Esa. 41. & Apoc. 1. *Ego primus & nouissimus*, qui prior in æternitate & antiquitate, dum post ipsum cuncta generantur Ioan. 8. *Antequam Abraham fieret ego sum*, quia prior in bonitate, dum ab ipso sicut à primo principio omnia procedere comprobantur. Vnde ipse de seipso loquens dicit Io. 8. *Ego principium qui & loquor vobis.* Item est omnis generis propter omnem & vniuersalem superioritatem Esa. 45 *Ego dominus faciens omnia.* Item iste testimonium perhibet de seipso propter summam & ineffabilem veritatem. Ista enim dictio, Ego semper loquitur de seipsa, sicut Deus dum allegare nequeat aliud verius se, testimonium perhibet sibiipsi. Vnde ipse est, qui dicit Ioan. 8. *Si ego testimonium perhibeo de meipso, verum est testimonium meum, quia scio vnde venio & quo vado.* Vnde ipse est qui dicit de seipso illud Exod 3. *Ego sum qui sum.* In quibus verbis ostenditur, quod ipse de seipso prædicat suæ

Veritatis summam essentiam, quæ nunquam deficit,
Maiestatis summam potentiam, quæ totum efficit,
Bonitatis summam clementiam, quæ cunctis proficit.
Primum spectat ad eius diuinitatem,
Secundum ad eius auctoritatem,
Tertium ad eius humanitatem.

Eius { Essentia nunquam variatur. (Ego sum.)
Potentia semper operatur. (Qui inquit.)
Clementia cunctis præsentatur. (Sum inquit.) }

Ista enim dictio (sum) est dictio substantiua. Ista dictio (qui) est dictio effectiua, semper enim ad istam dictionem (qui) sequitur aliquis actus, vt cum dicitur, qui viuit, qui dormit, qui bibit, &c. Ista dictio (sum) est dictio repræsentatiua, vt cum dictum est Ioan. 18. *Quem quæritis, Iesum Nazarenum, dixi vobis, quia ego sum*, scilicet hic ad præsens. Et sic bene dixi, quod hic ostenditur de Deo per istud ego

Diuinitas durans perpetue. (Ego sum)
Sublimitas agens assidue. (Ego qui.)
Humanitas præsens continue. (Ego sum.)

¶ Dico ergo quod istud (Ego) potest prædicari de Deo quantum ad essentiam suæ diuinitatis. (Ego sum inquit.) Sum enim signat quandam existentiam inuariabilem & æternam, quæ vtique competit Deo soli, cum præter ipsum nihil sit reperire, quod B
proprie sit, quia scilicet omnis creatura, eo quod creatum est, à vere esse deficit & desistit. Quod patet de Angelis, de quibus dicitur Iob 4. *Ecce qui seruiunt ei, non sunt stabiles.* de cœlis dicitur 15. *Ecce cœli non sunt mundi in conspectu eius.* Quod patet etiam de hominibus de quibus dicitur Esa. 40. *Omnes gentes quasi non sint sic sunt coram Deo.* De terra etiam, & de mari dicitur Apoc. 21. *Primum cœlum & prima terra abiit & mare iam non est.* Ad Deum ergo solum pertinet dicere, *Ego sum*, quia scilicet ipse habet verum, & summum perpetuitatis & essentiæ fundamentum. Vnde ipse est, qui dicit Leuit. 18. & 19. *Ego dominus.* Et iterum, *Ego sum Dominus Deus vester.* Et sic notare potes, quod Deus

potest dicere de seipso, suam scilicet æternam essentiam prædicando,

Ego sum
- Imperator fortissimus,
- Liberator tutissimus,
- Veudicator durissimus,
- Expiator sanctissimus,
- Reuelator verissimus,
- Speculator doctissimus,
- Fabricator certissimus,
- Domioator altissimus.

Dicit ergo se esse fortissimum Imperatorem. Vnde ipse dixit Iscob Gen. 56. *Ego sum fortissimus Deus patris tui, noli timere.* Itē dicit se esse tutissimum liberatorem, de quo ipse dicit Gen. 56. *Ego sum Deus Abraham patris tui, noli timere, quia ego tecum sum* ( supple) paratus liberare & iuuarere. Item ipse dicit se durissimum vindicatorem. Vnde ipse, qui dicit Exod. 20. *Ego enim sum fortissimus Zelotes Deus tuus visitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem.* Item ipse se dicit esse sanctissimum expiatorem, scilicet nostrorum criminum & culparum. Vnde ipse est, qui dicit Leuit. 20. *Sanctificamini & estote sancti, quia ego sum sanctus Dominus Deus vester.* Et sequitur. *Ego Dominus qui sanctifico vos.* Item se esse dicit verissimum reuelatorem. Vnde ipse dicit se esse locem: quæ omnia abscondita reuelat Ioh. 8. *Ego sum lux mundi.* Item ipse se dicit certissimum speculatorem Hierem. 7. *Ego sum. Ego vidi dicit Dominus.* Item ipse se dicit doctissimum procreatorem & fabricatorem. Vnde ipse ait Apocal. 1. *Ego sum primus & nouissimus.* Et ibidem. *Ego principium & finis.* Item ipse dicit se esse altissimum dominatorem Leuit. 24. *Ego sum Dominus Deus vester.* Et aduerte, quia communiter vbicunque Deus dicit, Ego sum, ipse videtur loqui comminatiue & etiam prohibitiue, quasi dicat, Caueatis à malo, quia ego Dominus, qui punirem vos. Leuit. 19. vbi in principio dicitur, *Ego Dominus Deus vester. nolite conuerti ad idola:* Sequitur. *Ego Dominus Deus vester, non facietis furtum, non mentiemini, nec decipiat vnusquisque proximum suum, &c.* Quia reuera valde debet à vitijs quis cauere, qui scit talem Dominū se habere, qui scilicet paratos sit bonos & obedientes remunerare, proteruos vero & dyscolos castigare Vnde Leuit. 25. *Nolite affligere contribules vestros, sed timeat vnusquisque Deum suum, quia ego Dominus Deus vester. Facite præcepta mea, & iudicia mea custodite & implete ea, vt habitare possitis in terra absque vllo pauore.* Patet ergo, quod (ego) potest dici de Deo, quantum
C ad essentiam suæ diuinitatis. (Ego sum inquit.) ¶ Adhuc dico, quod (ego) potest dici de Deo, quantum ad potentiam suæ sublimitatis; & hoc ostenditur cum dicitur. (Qui) Qui enim est vnum pronomen; quod solet factum aliquod sequens notare, & significare, vt dictum est, vtpote cum dicitur, *Qui viuit in æternum, creauit omnia simul.* Et Eccl. 18. & in Psalm. *Qui habitas in cælis miserere nobis.* Et Prouerb. 12. *Qui operatur terram suam, saturabitur panibus.* Et ideo dico, quod quandoque Deus, qui esse dicitur, in quo operatiua ipsius potentia designatur. Vnde ipse est

Qui
- Sanctificat,
- Saluificat,
- Iustificat,
- Lætificat.

Est enim sanctificatio deuotorum ipsos continens in fœlicitate Leuit. 20. *Ego Dominus, qui sanctifico vos.* Est etiam saluificatio, seu liberatio depressorum ipsos eripiens ab aduersitate Esa. 63. *Ego qui loquor iustitiam & qui propugnator sum ad saluandum.* Est etiam iustificatio peccatorum ipsos mundificans ab iniquitate Esai. 43. *Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me.* Est insuper lætificatio miserorum ipsos tutificans à captiuitate, & ideo iste est, qui dicit in Psal. *Ego enim sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, dilata os tuum, & implebo illud.* Sic ergo dico, quod (ego) refertur ad Deum, quantum ad potentiam suæ sublimitatis ( Qui inquit. ) Vide infra de qui, in titulo suo in litte-
D ra. Q ¶ Denique dico, quod (ego) potest referri ad Deum quantum ad clementiam suæ humanitatis, quod ostenditur, cum dicitur (Sum) Sum enim vt dictum, est verbum substantiuum, signat enim substantiam. Substantia autem accidentia sustentat. Sicut Christo diuinitas humanitatem sustinet, atque portat, ipsamque in personam filij suppositat, personat & limitat, & eius dependentiam determinat, atque sedat. Vnde ipse est qui dicit illud Actor. 9. *Ego sum Iesus Nazarenus* ( Ego inquit sum.) Ecce quomodo diuinitas substat humanæ naturæ. (Iesus inquit, Id est, Saluator. Ecce quomodo obuiat humanæ naturæ Nazarenus inquit ) id est, floridus. Ecce quomodo portat flores sanctitatis puræ. Et aduerte, quod iste ego scilicet Christus de seipso humanato & incarnato potest & poterat dicere quæ sequuntur videlicet,

Ego fom
- Procurator supernæ deitatis,
- Prædicator & nuncius veritatis,
- Mendicator & regula paupertatis,
- Consultor magnæ sagacitatis,
- Consectator charæ fraternitatis,
- Imperator grandis sublimitatis,
- Famulator grandis humilitatis,
- Illustrator omnis obscuritatis,
- Consolator tristis aduersitatis,
- Conseruator iugis sedulitatis,
- Expiator omnis iniquitatis,
- Castigator duræ seueritatis,
- Suscitator omnis mortalitatis,
- Gubernator grandis auctoritatis,
- Erogator dulcis benignitatis,
- Attestator veræ fidelitatis,
- Triumphator inuictæ potestatis,
- Contemplator excelsæ dignitatis,
- Præmiator immensæ largitatis,
- Damnator præclaræ maiestatis.

Ecce ergo quot modis in scriptura Christus dicitur ego. Iste enim supernæ veritatis fuit procurator. A patre enim processit, & ab ipso fuit legatus & procurator in mundum missus, dicens: Eccl. 24. *Ego ex ore altissimi prodij.* Et Ioan. 7. dicit: *Ego scio eum, quia ab ipso sum, & ipse me misit.* Item iste æternæ veritatis fuit prædicator. Vnde ipse dicit: Ioan. 13. *Ego sum via & veritas, & vita* Et Ioa. 18. *Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni, vt testimonium perhibeam veritati.* Vel etiam ipse humanæ roditatis fuit informator. Vnde ipse dicit Isa. 48. *Ego Dominus docens te vtilia.* Iste egenæ paupertatis fuit frequentator, quia scilicet quamdiu Christus vixit, fuit pauper Psalm. *Pauper sum ego & in laboribus à iuuentute mea.* Item iste magnæ sagacitatis fuit consolator Prouerb. 8. *Ego sapientia habito in consilio.* Item iste charæ fraternitatis fuit consectator. Prouerb. 8. *Ego diligentes me diligo* Et Cant. 6. *Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi.* Item iste grandis sublimitatis fuit imperator Ecclesiast. 1. *Ego Ecclesiastes fui rex Israel.* Item iste grandis humilitatis fuit famulator. Iste enim dicebat Luc. 22. *Ego in medio vestrum sum sicut qui ministrat.* Item iste omnis obscuritatis fuit illustrator. Vnde iste dicit Ecclesiast. 24. *Ego feci in cælis vt oriretur lumen indeficiens*, quia scilicet ab ipso reuelata est lux fidei & scripturæ, patefacta rerum obscuritas, quæ latebat. Vnde ipse dicebat Ioan. 8. *Ego sum lux mundi.* Et Ioan. 12. *Ego lux in mundum veni.* Item iste aduersitatis fuit consolator. Vnde ipse dicit se esse vitem & vineam, quia *vinum lætificat cor hominis.* Ioan. 5. *Ego sum vitis vera.* Et Eccles. 23. *Ego quasi terebinthus, quasi vitis.* Vnde etiam ipse dicit Luc. 24. *Ego sum noli timere.* Item iste magnæ sedulitatis fuit conseruator. Valde enim diligens est, & fuit ad animam & Ecclesiam conseruandum. Vnde de vinea dicit ipse Esa. 27. *Ego Dominus qui seruo eam.* Sequitur. *Nocte & die seruo eam.* Item iste omnis iniquitatis fuit expiator. Vnde iste est, qui dicit Ezec. 37. *Ego Dominus sanctificator Israel.* Item iste duræ seueritatis fuit castigator. Acriter enim reprehendebat peccatores sicut legitur Matth. 21. & Ioan. 2. vbi fecit flagellum, ad vendentes eiiciendum de templo. Vnde ipse est, qui dicit Ezech. 29. *Ecce ego ad te Pharao rex Aegypti, &c.* Et Ezech. 26. *Ecce ego super te Tyre, &c.* Bonos etiam quandoque castigat & tribulat ne delinquant, quia ipse est, qui dicit Apocal. 3. *Ego, quos amo, & arguo, & castigo.* Item iste nostræ mortalitatis est, & erit suscitator, quia scilicet iste suscitabit in iudicio mortuos corporaliter, nunc vere quotidie ipse per gratiam suscitat mortuos spiritualiter scilicet peccatores. Vnde ipse dicit Ioan. 11. *Ego sum resurrectio & vita, qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, viuet.* Item iste grandis auctoritatis fuit gubernator. Pastor enim erat, & greges fidelium pascebat & gubernat Ioan. 10. *Ego sum pastor bonus.* Item iste dulcis benignitatis fuit erogator. Libenter enim pauperibus benefaciebat, & alios pauperibus benefacere mandabat. Vnde ipse dicit Ioan. 6. *Ego sum panis viuus, & ego sum panis vitæ* (supple) ad alios nutriendum. Et Oseæ 11. dicitur; *Ego quasi nutritius Ephraim.* Item iste magnæ fidelitatis fuit attestator. Vnde ipse dicit Hier. 29. *Ego sum iudex & testis.* Et Ioan. 8. *Si ego testimonium perhibeo veritati, testimonium meum*

*verum*

*vitam est.* Item iste inuictæ potestatis triumphator. Vnde ipse est, qui dicit: *Confidite, ego sum, qui vici mundum.* Ioan. 17. Item iste excelsæ ciuitatis fuit speculator, seu contemplator Eccles. 24. *Ego in altissimis habito & thronus meus in columna nubis.* Item immensæ largitatis fuit præmiator, quia scilicet præmia vitæ æternæ dat iustis, sicut ipse dicit: Ioan. 10. *Ego cognosco oues meas & sequuntur me & ego vitam æternam do eis.* Item præclaræ maiestatis est dominator. Vnde ipse est qui dicit Apoc. 22. *Ego sum genus, & radix Dauid stella splendida & matutina.* Et si vis, dic quod iste dicitur, Ego, quia præcedit alios antiquitate & æternitate, quia scilicet ipse est, qui dicit Ioan. *Antequam Abraham fieret, Ego sum.* dicitur genus & radix, quia ipse influit alijs bonitate & pietate. Genus enim communicat se speciebus, & radix influit in ramos: dicitur Dauid, id est, vultu desiderabilis, quia iste præcessit alios conuersationis pulchritudine & honestate. Dicitur stella splendida & matutina, quia omnes alios præcedebat scientia & claritate & sublimitate. Patet ergo, quod Ego prædicatur de Deo, & quantum ad suam humanitatem, qua se præsentauit nobis proficue. (Sum inquit) Et quantum ad suam auctoritatem, quia se repræsentat agens assidue. (Qui inquit) Et quantum ad suam diuinitatem, qua semper extitit durans perpetue. (Ego sum.) Bene ergo dicit, Ego sum qui sum.) Patet ergo, quod Ego potest dici de summo creatore, scilicet de Deo. Et hoc est primum principale.

E ¶ Secundo dico, quod Ego potest dici & prædicari de iusto viatore. Iustus enim dicitur Ego, quia, sicut dictum est, Ego est primæ personæ, & verbo primæ personæ coniungitur, nominatiui casus, & numeri singularis. Pronomen est, quod scilicet pro nomine ponitur, omnis generis est, & semper signat personam illius, qui loquitur: sicut supra de Deo declaraui. Iste enim scilicet iustus viator debet esse primæ personæ, quia alios debet præcedere, scilicet bona opera inchoando & anticipando. Vnde illud Apocal. 1. *Ego primus* & Esa. 45. *Ego ante te ibo.* Primæ personæ debet coniungi, quia scilicet primoribus, id est, Deo & Sanctis & melioribus se debet iungere, ipsorum bonos mores imitando & societatem sectando. Vnde iste bonis personis debet dicere illud Matth. vlt. *Ego autem vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi.* Nominatiui casus debet esse, scil. bonum nomen & famam habendo, & vendicando Eccles. 41. *Curam habe de bono nomine.* Numeri singularis debet esse, scilicet alios virtutibus singulariter excellendo vel societatem aliorum fugiendo, & solitarie singulariter habitando Psalm. *Singulariter sum ego donec transeam.* Pronomen debet esse, quia scilicet pro alijs debet ponere, opponere & exponere, ipsos adiuuando & defendendo, & pro eis orando & supplicando Lucæ 22. *Ego rogaui pro te vt non deficiat fides tua* & 3 Reg. 2. optime loquitur, *Ego loquar pro te regi.* Omnis generis debet esse scilicet omnibus subueniendo, & se omnibus conformando 1. Corinth. 9. *Omnibus omnia factus sum.* Sequitur. *Ego autem sic curro.* De seipso autem libenter loquitur, scilicet se reprehendendo, & propriam fragilitatem recolendo. Et etiam bona sua vt sit exemplum alijs recitando, dicens illud Ioan. 8. *Ego testimonium perhibeo de meipso.* Et aduerte, si vis, quod per Ego potest prædicare & dicere

Suæ
- Naturæ fragilitatem,
- Fortunæ sterilitatem,
- Miseriæ calamitatem,
- Præcedentis culpæ iniquitatem,
- Pœnitentiæ pœnalitatem,
- Abstinentiæ austeritatem,
- Clementiæ benignitatem,
- Patientiæ stabilitatem,
- Efficaciæ fœcunditatem.

¶ Item dico, quod ipse potest prædicare per hoc pronomen Ego

Suæ
- Doctrinæ amplitudinem,
- Munditiæ pulchritudinem,
- Iustitiæ rectitudinem,
- Fiduciæ certitudinem,
- Charitatis vicissitudinem,
- Humilitatis bassitudinem,
- Sublimitatis celsitudinem,
- Orationis fortitudinem,
- Deuotionis quietudinem,
- Prælationis statum seu subditorum multitudinem,
- Finalis mortalitatis mœstitudinem,
- Præsentis aduersitatis magnitudinem,
- Futuræ fœlicitatis plenitudinem.

Item si sibi dicatur, & ab eo quæratur, Quis es tu, quantum ad naturæ fragilitatem? Respondet Sap. 7. *Sum quidem homo mortalis similis hominibus, & ex genere terreno illius, qui primo factus est.* Item qui es tu, quantum ad fortunæ tenuitatem seu sterilitatem? Respondet illud Psalm. *Pauper sum ego, & in laboribus à iuuentute mea.* Item qui es tu, quantum ad miseriæ calamitatem? Respondet illud Psalm. *Ego sum vermis & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis.* Item qui fuisti, quantum ad præcedentis culpæ peruersitatem? Respondet cum Dauid 2. Reg. 24. *Ego sum qui peccaui, ego qui inique egi*. & cum Apostolo Roman. 7. *Ego carnalis venundatus sum sub peccato.* Item quid fecisti, quantum ad pœnitentiæ carnalitatem? Respondet illud Psalm. *Ego autem cum mihi molesti essent, induebar cilicio.* Item quid fecit quantum ad abstinentiæ austeritatem? Respondet illud Tob. 12. *Ego inuisibili cibo & potu vtor.* Item qualis es tu, quantum ad clementiæ dulcedinem & pietatem? Respondet in Psal. *Ego quasi oliua fructificans in domo Dei.* Item qualis es tu quantum ad patientiæ stabilitatem? Respondet illud Psalm. *Ego autem in flagella paratus sum.* Item quid fecisti quantum ad operum efficaciæ fœcunditatem? Respondet Eccles. 24. *Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris & flores mei fructus honoris & honestatis & gratiæ.* Si vero vlterius procedendo quæratur quid fecerit, quantum ad doctrinæ amplitudinem? Respondet Ecclesi. 24. *Ego sapientiam effudi luminosam:* & ibidem *Ego quasi trames aquæ immensæ exiui de flumine. Ego quasi fluuius Dorix dixi, Rigabo hortum plantationum mearum.* Item si quæritur qualis sit, quantum ad munditiæ seu castimoniæ pulchritudinem? Respondet illud Cant. 2. *Ego flos campi & lilium conuallium.* Item si quæritur qualis est quantum ad iustitiæ rectitudinem? Respondet illud Esai. 63. *Ego, qui loquor iustitiam.* Item si quæritur qualis sit quantum ad fiduciæ certitudinem? Respondet illud Psalm. *Ego autem in Domino sperans exultabo. & lætabor in misericordia.* Item si quæritur qualis est quantum ad charitatis vicissitudinem? Respondet illud prædictum Prouerb. 8. *Ego diligentes me diligo.* Item si quæritur qualis est quantum ad humilitatis bassitudinem? Respondet illud Psal. *Ego vero egenus & pauper sum:* & illud *Ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ, &c. Ego autem humiliatus sum nimis.* Iustus enim libentius allegat illud, quod pertinet ad humilitatem. Exemplo Amos prophetæ, qui dicebat Amos capite septimo. *Non sum Propheta, nec sum filius Prophetæ, sed armentarius ego sum, vellicans sycomoros.* Item si quæritur qualis est quantum ad contemplationis celsitudinem. Respondet illud prædictum Ecclesiast. 24. *Ego in altissimis habito*, Item si quæritur qualis sit quantum ad orationis fortitudinem. Respondet illud Psalm. *Ego autem orabam* & illud: *Ego clamaui & exaudiuit me.* Item si quæritur qualis est quantum ad deuotionis quietudinem. Respondet illud Cantic. 5. *Ego dormio & cor meum vigilat.* Item si quæritur qualis est quantum ad prælationis statum, seu quantum ad subditorum multitudinem: Respondet illud prædictum Ioan. 10. *Ego sum pastor bonus & cognosco oues meas & cognoscunt me meæ.* Item si quæritur qualis est quantum ad mortis mœstitudinem. Respondet illud 2. Tim. 4. *Ego enim iam delibor, & tempus meæ resolutionis instat.* Et illud 3 Reg. 2. *Ecce ego ingredior viam vniuersæ carnis.* Item si quæritur qualis est quantum ad omnis perfectionis sanctitatem. Respondet illud prædictum Apoc. 22. *Ego sum genus & radix Dauid stella splendida & matutina.* Vide eam expositam & diuisam infra de stella. Item si quæritur qualis sperat se esse quantum ad æternæ gloriæ & saluationis plenitudinem. Respondet dirigendo verba sua ipsi Deo & dicit illud Psa. *Ego autem in iustitia apparebo in conspectu tuo, satiabor cum apparuerit gloria tua.* Ecce ergo quomodo istud vocabulum, Ego, comprehendere potest omnes virtutes & opera virtuosa. Patet ergo quomodo Ego potest intelligi de quolibet viro iusto. ¶ Et etiam si vis applicare ad beatam Virginem Mariam, dic, quod per ego potest intelligi, & prædicari suæ

Puritatis candescens flosculus,
Pietatis frondescens hortulus,
Charitatis ardescens lectulus,
Vbertatis concrescens riuulus,
Dignitatis splendescens titulus.

De sua puritate potest dicere illud prædictum. *Ego flos campi, &c.*

De sua

De sua pietate potest ipsa dicere illud prædictum. *Ego autem sicut oliua, &c.* De charitate vero sua potest dicere ipsa, illud prædictum Cant. 2. *Ego dilecto meo, &c.* De vbertate vero sua potuit dicere illud prædictum. *Ego quasi vitis fructificaui* &c. De dignitate vero, & finali fœlicitate potest dicere illud prædictum. *Ego sum genus & radix,* &c. Dici potest igitur *Ego de iusto viatore, & etiam de cæli possessore, quod est secundum.*
G ¶ Tertio dico, quod (ego) potest dici de quolibet peccatore enim volunt esse primæ personæ, alios præcedendo per prælationem & dominationem, primis personis volunt coniungi, per magnorum seruitia & associationem, & per suam præsumptuosam reputationem. Omnis generis sunt, per vanationem, & adulationem: nominatiui casus volunt esse, per suæ famæ & nominis inanem diuulgationem. Singularis etiam numeri volunt esse, per singularem conditionem, & per alienæ vitæ contemptum, abominationem, & præsumptionem. Semper etiam de seipsis loqui gestiunt per iactantiam & elationem. Et breuiter notare potes, quod peccator dicitur (Ego,) propter multa, videlicet, quia

Auaritiæ fame cruciatur,
Violentiæ dente effrenatur,
Immunditiæ fæce maculatur,
Præsumptionis verbis efferatur.
Obstinationis clausura ducatur,
Desperationis timore turbatur,
Tribulationis carcere ligatur.

Dico igitur, quod peccator denotatur per (ego,) quia cruciatur auaritiæ fame, & ideo ipsi comparantur cani, qui semper famescit & filio prodigo, qui dure languescit. Vnde iste potest dicere cum Goliath. *Nunquid canis sum ego, quia tu venis ad me cum baculo* 1. Reg. 17. & cum filio prodigo Luc. 15. *Quanti mercenarij in domo patris mei, abundant panibus? ego autem fame hic pereo.* Quia reuera bonis sufficit, quod habent & sic abundant. Malis autem nihil sufficit, & sic esuriunt & mendicant. Item peccator dicitur Ego, quia effrenatur violentiæ dente. Similis scilicet illi Roboam, qui superbe loquens populo dicebat 2. Paral. 10. *Pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cædam vos scorpionibus.* Item quia maculatur immunditiæ fæce scilicet carnalitate & luxuria, dicere potest illud prædictum Psalm. *Ego autem sum vermis & non homo, & illud prædictum.* Rom. 7. *Ego autem carnalis.* Item dico, quod ille potest significari per Ego, quia efferatur per præsumptionem, videtur enim sibi, quod perpetuo non deficiet prosperitas status sui. Vnde iste est, qui dicit illud Psal. *Ego dixi in abundantia mea, non mouebor in æternum.* Item quia induratur per obstinationem. Peccator enim induratus in malitia, non vult audire vel dicere quicquam boni Psalm. *Ego autem tanquam surdus non audiebam &c.* Item quia conturbatur per desperationem. Videtur enim peccatori quod perpetuo non potest veniam adipisci. Vnde iste dicit domino illud Psal. *Ego dixi in excessu mentis meæ, proiectus sum à facie oculorum tuorum.* Item quia carceratur scilicet in inferno per æternam tribulationem. Vnde talis Ego potest dicere illud Esa. 48. *Ego dixi in dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi.* Et illud Iob. 7. *Nunquid mare sum ego aut cetus, quia circumdedisti me carcere?* Patet igitur quomodo Ego potest referri ad impium, ad iustum & ad Deum. De alijs autem nihil amplius volo notare, quia possunt sub præcedentibus contineri. Sufficit igitur de Egó.

A **Egredi. Egressus.** Nota quod egredi idem est, quod de aliquo loco discedere, vel exire vel ad alium locum procedere & abire. Vnde proprie egredi signat de termino à quo, ire ad terminum ad quem. Et ideo sicut est dare bonum locum, & malum, vitiosum & virtuosum, sic proculdubio possumus distinguere egressum & exitum vtilem & inutilem, commendabilem & detestabilem, meritorium & damnatorium. Egressus ergo commendabilis potest de creatore & creatura intelligi, & breuiter dico, quod duplex est egressus, diuinus scilicet ac humanus. ¶ Est ergo egressus dominicus seu diuinus. Sicut enim video, quod egreditur à sole radius, egreditur à fonte fluuius, egreditur à domo nuncius, egreditur de bello sanctus, sic vere diuersimode egreditur diuinus filius, à patre per æternam generationem. A matre per humanam propagationem. A cœlo, per temporalem incarnationem. A mundo per corporalem mortem & passionem. Egressus est ergo Dei filius à patre per generationem æternam Ioan. 6. *Exiui à patre & veni in mundum.* Et Mich. 5. *Egressus eius à diebus æternitatis.* & iste est egressus radij ab ipsius solis substantia. Ab ipso enim continue egreditur & manat, & tamen cum ipso perpetuo indiuisibiliter manet & durat. Sic difficilius à patre exit, & in patre semper est, & fuit Ioan. 14. *Ego in patre & pater in me.* Iste est ergo egressus à patre, per generationem æternam. Item dico, quod est egressus à matre, per propagationem humanam, & ista fuit in die natiuitatis, quando ipse exiuit de vtero matris in mundum. De quo Iohel. 2. *Egrediatur sponsus de cubili suo,* & Esa. 11. *Egredietur virga de radice Iesse.* Et iste sicut egressus floris à stipite, qui sine eius corruptione foras exit Esa. 26. *Egredietur Dominus de loco sancto suo.* Item dico, quod egressus est de cœlo, per incarnationem temporalem. Vnde in Psal. *A summo cœlo egressio eius.* Item egressus est à mundo per passionem corporalem. Vnde Ioan. 16 *Exiui à patre & veni in mundum, iterum relinquo mundum, & vado ad patrem.* Et iste egressus fuit sicut hospitis, qui exit de hospitio, vt scilicet ad proprium domicilium reuertatur, dicens cum Iacob Gen. 32. *In baculo meo transiui Iordanem, nunc cum duabus turmis regredior.* Christus enim in crucis baculo, Iordanem nostræ mortalitatis transiuit, & cum duabus turmis, id est, corpore & anima ad patris gremium est regressus. Et si vis, nota, quod Christus est egressus in mundum ad

Refrigerandum benigniter,
Illuminandum mentaliter,
Saluificandum vtiliter,
Affligendum seueriter,
Erudiendum subtiliter,
Miserandum dulciter,
Regendum sagaciter.

Egressus est (dico) ad nos benigniter refrigerandum, quod scilicet fecit in baptismi institutione vel gratiæ infusione Iohel. 3. *Fons de domo domini egredietur ad irrigandum torrentem spinarum.* Item ad nos spiritualiter illuminandum Genes. 19. *Sol egressus est super terram, & Loth ingressus est Segor.* Item ad nos vtiliter saluificandum Abacuc. 3. *Egressus es in salutem populi tui, in salutem cum Christo tuo.* Item ad se pro nobis corporaliter affligendum per passionem scilicet ad mortem *Iesus egressus est trans Torrentem Cedron* scilicet ad locum *vbi à Iuda tradi, à Iudæis capi, ad Pilatum ad probra & ad flagella & ad mortem se trahi præsciuit* Ioa. 18. Vt supra. Item ad nos subtiliter erudiendum Marc. 1. *Egressus Iesus cœpit prædicare.* Item ad nos dulciter & misericorditer miserandum Luc. 22. *Egressus Iesus ibat in montem oliuarum.* Oliua enim pietatem signat, veniam & dulcorem. Item ad nos sagaciter regendum & gubernandum Gen. 49 *Inde pastor egressus est Lapis Israel.* Iste est ergo egressus dominicus.

¶ Est etiam egressus humanus, & iste proculdubio multiplex est, videlicet virtuosus, vitiosus, laboriosus, dolorosus, formidolosus, luctuosus, & gloriosus. B
¶ Primus ergo est egressus seu exitus virtuosus & iste est quando homo exit à vitijs, & procedit ad virtutes. Sicut enim vapor ab inferioribus egreditur, & sursum in cœlestibus inalteratur, sic vere ab inferioribus bonis, & oblectamentis, nec non à peccatis, & vitijs egredi, discedere, & sursum ad bona spiritualia, & æternalia nos transferre debemus. Ita fecisse videtur Abraham Genes. 12. *Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & veni in terram quam monstrauero tibi* ¶ In quibus verbis ostenduntur duo à quibus est nobis egressus, & exitus inchoandus & duo ad quæ est terminandus & ordinandus. Egredi enim debemus ab infectione cupiditatis, ideo dicitur Egredere de terra, ab infectione carnalitatis, ideo dicitur. *Egredere de cognatione tua & de domo patris tui.* Quorsum ergo, ad propinquitatem charitatiuam, ideo dicitur veni, id est, appropinquare. Quorsum; ad serenitatem contemplatiuam, ideo dicitur, in terram, quam ego monstrauero tibi. Egrediamur ergo à terrenorum cupiditate. Egredere (inquit) de terra tua. Terra enim nostra est mundus, à qua pro certo tunc temporis egredimur, cum terrenas cupiditates & bona temporalia detestamur: Serpentes enim dum de terra egrediuntur visum quem præ obscuritate amiserant respiciendo solem recuperare dicuntur, vt dicit Isidor. Hirundines autem & ciconiæ terram propriam in hyeme exeunt, & dimittunt, & in remotis partibus pascua sibi quærunt. In quibus proculdubio nostra docetur infirmitas, quod terram propriam, scilicet mundum & mundanas cupiditates debemus, quantum ad affectum, exire & relinquere, & ad solem iustitiæ Christum per deuotionem nos conuertere, & ad terram remotissimam scilicet ad paradisum per affectum & de-

side-

[illegible]ctium nos transi[illegible] de Gen. 2. *Fons descendebat de terra.* Sequitur *Fluuius egrediebatur de loco voluptatis.* Terra enim & locus voluptatis dicitur mundus iste, à quo pro certo quantum ad affectum egrediuntur, qui fontes, per puritatem, fluuij, per prælatione nuncupari merentur. Quod vtique est contra multos, qui ita sunt immixti & inuoluti affectibus terrenis, quod exinde egredi nunquam queunt. Isti sunt similes cuidam api (alij), quæ dicitur labion, quæ secundum Plinium quando potest intrare alueare tanto ardore in mel infigitur, vt comedat, quod amplius egredi non potest, sed ab apibus ibi inuenitur, à quibus necatur & occiditur. Et similes etiam sunt muscis, quæ in telis araneatum, dum incaute volitant, circa ipsas taliter se inuoluunt, quod exinde amplius egredi nequeunt, imo quandoque ibi ab araneis captæ inueniuntur, capiuntur & occiduntur. Reuera charissimi sic accidit multis peccatoribus huius mundi, quia vere tanto impetu, & appetitu, tanta afflictione, & delectatione tam incaute & tam indiscrete in melle voluptatum carnalium, & in rete cupiditatum temporalium se infigunt, immergunt & inuoluunt per luxuriam & auaritiam, quod exinde non possunt amplius resilire. Sicut patet de luxuriosis & auaris, induratis & ob[illegible] qui nunquam exinde quærunt caire, imo vsque ad mortem perseuerantes, ibidem capti & irretiti istis criminibus, ab araneis, id est, à dæmonibus inueniuntur, pœna perpetua inferni feriuntur. De quo Matth. 5. *Amen dico tibi non exibis inde.* Vnde isti possunt dicere illud 3. Reg. 2. *Non egrediar, sed hic moriar.* Non sic charissimi, sed egrediamur à terrenorum cupiditate. De terra [illegible] nquit tua. Hierem. 50. *Recedite de medio Babylonis & de terra chaldæorum egredimini,* & Hierem. 51. *Mutus Babylonis corruet, egredimini de medio eius populus meus & saluet vnusquisque animam suam.* § Et notabis si vis, quod nos debemus egredi de mundo, & etiam de omni mundana conuersatione, & delectatione. Egredere ergo de mundo, sicut

C

De { [illegible]tio delitioso,
Officio laborioso,
Consortio pernitioso,
Incendio periculoso.

Igitur egrediendum est à mundo, quia inficit voluptatibus, Vnde illud Gen. 2. *Fluuius egrediebatur de loco voluptatis.* Et ideo Angelus monet Loth, quod egrediatur de Sodomis, quia scilicet per carnis immunditiam erat locus infectus Gen. 19. *Surgite & egredimini de loco isto, quia delebit dominus ciuitatem istam.* Item quia affligit aduersitatibus. Mundus enim est Ægyptus, in quo filij Israel diuersis aduersitatibus sunt afflicti, & ideo inde egressi fuerunt Exod. 12. *Egressus est exercitus Domini de terra Aegypti.* Item quia coniungit malis hominibus. Ibi enim sunt malæ societates, quæ merito sunt fugiendæ Esa. 48. *Egredimini à Babylone,* id est, à mundo, quia vt dicitur Esa 13. *Ibi habitant Dracones, struthiones, pilosi, vlulæ, sirenæ,* &c. Per quæ animalia peccatores varijs pollutionibus criminibus designantur, quorum societas est abhorrenda, quia *cum peruerso peruerteris* Psalm. Item quia succedit cupiditatibus. Vnde mundus est sicut fornax Babylonica, à qua pueri sancti illæsi egressi fuerunt Dan. 3. *Sydrach, Misach & Abdenago egredimini & venite.* Sequitur, *quod statim egressi sunt de medio ignis.* A mundo ergo debemus mentaliter egredi, & cum corpaliter detestari Gen. 31. *Surge & egredere de terra hac.* Egrediendum est ergo à terrenorum cupiditate.

D ¶ Item egrediamur ab amicorum carnalitate. A carnali eorum afflictione, & à nimia parentum nostrorum dilectione debemus discedere & egredi quod ostenditur cum dicitur: De cognatione tua, & de domo patris tui. Quia scilicet cognatorum & parentum debet à nobis affectio & carnalitas vilipendi & de hoc commendatur Aaron Deut. 33. de quo dicitur ibidem. *Qui dixerit patri suo & matri suæ nescio vos, & fratribus suis ignoro vos, nesciuerunt filios suos, hi custodierunt eloquium tuum.* Sicut enim aquila non curat de proprijs filijs, & maxime de illis, qui apertis oculis sine lachrymatione solem aspicere nequeunt, (imo secundum Arist. tales consueuit de nido proprio ejicere, & sicut alienos dimittere, & de eis penitus non curare,) sic vere maxime nos Prælati & clerici de nostris carnalibus filijs, id est, nepotibus & cognatis non nimis debemus per affectionem curare. Sed de ordo cordialis affectionis ipsos expellere & fugare nisi ita forte perfecti fuerint, & prouecti, quod solem Christum per contemplationem possint respicere, & videre. Tales enim solos de cognatis & consanguineis nobis in nido cordialis affectus retinere debemus, & ipsos promouere & fouere, & de alijs vero imperfectis & insufficientibus non curare. *Egredere ergo de cognatione tua & de domo patris tui.* Psalm. *Obliuiscere populum tuum, & domum patris tui, & concupiscet Rex decorem tuum.* Quod (proh dolor) est contra multos tam clericos quam prælatos, qui ad consanguineos carnales taliter afficiuntur, quod contra Deum & iustitiam illos tam ignorantes, quam imperfectos promouere nituntur. Isti sunt sicut Pellicanus, qui pro salute filiorum mortis periculo se exponit. Sic reuera multi sunt, qui pro carnalibus filijs & cognatis ditandis non timent multas iniustitias committere, & se mortis æternæ periculis obligare. Isti possunt figurari Apoc. 14. Vbi dicitur, *Quod vir vidit supra montem Sion agnum stantem & in conspectu eius quadraginta quatuor millia habentium nomen eius, & nomen patris eius scriptum in frontibus suis.* Mons enim Sion signat statum Ecclesiæ & prælationis. De isto enim dicitur Esa. 2. *Venite ascendamus in montem domini.* Sed pro certo charissimi, multoties accidit, quod agni, id est, simplices & ignorantes in isto monte præficiuntur, & ad prælationis apicem promouentur. Iuxta illud Esaiæ 3. *Dabo pueros principes eorum, & effœminati dominabuntur eis.* Quid vltra & pro certo statim, quod tales indigni & insufficientes sunt promoti ipsi proculdubio nunquam cessabunt, quousque in conspectu suo in patria, id est, in Ecclesia in præbendis & dignitatibus, officijs & beneficijs Ecclesiæ suæ fecerint venire, & stare quadraginta quatuor millia, id est, quam plurimos poteruot de illis, qui portant nomen suum, & patris sui, id est de proprijs parentibus & cognatis, compatriotis, familiaribus atque notis. Isti ergo non egrediuntur de domo patris, & carnalium parentum affectione Exod. 12. *Nullus vestrum egrediatur ostium domus suæ.* Non sic charissimi, non, sed egrediamur ab amicorum carnalitate. Vnde Iohel 2. *Egrediatur sponsus de cubili suo,* id est, de affectione carnali. Isti sunt ergo duo termini à quibus est egrediendum scilicet carnalis affectio, & temporalis possessio. ¶ Sed adhuc dico, quod sunt alij duo termini ad quod est gradiendum. Et isti sunt sicut dictum est, propinquitas charitatiua, & leuitas contemplatiua. Dico ergo, quod egredi debemus ad amorem charitatis, quod ostenditur cum dicitur Veni. Venire ergo idem est, quod appropinquare & de loco remoto egredi & exire, & ad locum propinquum se trahere Cant. 2. *Surge amica mea & veni.* Surge dico de loco, in quo stas egrediendo. Veni etiam ad Deum per amorem appropinquando. Egrediamur ergo ad amplexum charitatiuum. Murena enim serpentis sibulo euocata de fluuio egreditur, & ad amplexum serpentis venit & attrahitur, & sic à serpente concipit & impregnatur. Sic vere (charissimi) ad sibilum, & euocationem Dei (qui Num. 16. per æneum serpentem figuratur) de fluuio mundanæ prosperitatis & voluptatis debemus egredi & exire, ad Christum per charitatem nos trahere, & venire, & sic ab ipso poterimus per gratiam impregnari, & per bona opera fœcundari. Isto etiam modo egressa mulier Chananæa à finibus Tyri & Sydonis accessit ad dominum, & curationem filiæ suæ precibus impetrauit. Tyrus enim angustia interpretatur, Sidon vero venatio dicitur, quæ vtique peccatum & mundum designat, vbi & angustia tribulationum, & venatio tentationum inuenitur. Vnde cum quis egreditur & ad Christum per charitatem accedit, curationem filiæ suæ, id est, animæ impetrat & acquirit. Notabis autem, si vis, quod iustus debet ad Deum venire, & egredi ad plura bona opera facienda, videlicet

E

Ad { Plorandum luctuoso fletu,
Orandum clamoroso pulsu,
Pugnandum virtuoso nisu,
Consolandum amoroso risu,
Meditandum timoroso passu,
Increpandum rigoroso iussu.

De luctu contritionis dicitur Matth. 26. *Quod Petrus postquam negauit dominum, egressus foras fleuit amare.* De clamore orationis dicitur Exod. 10. *quia egressus Moyses de conspectu Pharaonis, orauit dominum.* De pugna vero bonæ resistentiæ & virtuosæ operationis dicitur Exod. 17. *Egressus pugna contra Amalech.* De dulcore consolationis dicitur Esa. 7. *Egredere in occursum Achaz & dices ei, noli timere.* De timore meditationis dicitur Gen. 24. *quia Isaac fuerat egressus ad meditandum in agro.* De rigore autem punitionis & castigationis dicitur Exo. 2. *quia Moyses egressus ad fratres suos, cum vidisset Aegyptium percutientem Hebræum sepeliuit eum sabulo & occidit.* Egredi du[illegible] est ergo ad amplexum charitatiuum, veni Da. 3. *Egredimini & venite.* ¶ Item dico, quod nos debemus egredi ad aspectum contem- F

plati-

platiuum. *Veni* (inquit) *in terram quam mo astrauero tibi.* Igitur terra, quam monstrat nobis Deus, est paradisus, ad quam pro certo videndam, & contemplandam debemus de peccatis & vitijs, & de mundi negotijs & delitijs egredi, & exire. Iuxta illud Can. 7. *Egrediamur in agrum, commoremur in villis, mane surgamus ad vineas,* &c. Exemplum. Apes quando de aluearij suo egrediuntur, statim sursum versus cœlum celeriter eleuantur. In quo docemur, quod ad hoc de inferioribus egredi debemus, vt sursum ad contemplationem cœlestium ascendamus Cant. 3. *Egredimini filiæ Sion, & videte Regem Salomonem in diademate, &c.* Zach 6. *Isti sunt quatuor venti cœli, qui egrediuntur, vt stent coram dominatore omnis terræ.* Sic ergo patet charissimi, quod egressus esse debet contemplatiuus, charitatiuus, detestatiuus carnalitatis, & fugitiuus cu-
G piditatis. ¶ Secundo dico, quod est quidam egressus hominis vitiosus, & iste est quando quis egreditur de bono ad malum de virtute ad vitium, de religione ad sæculum, de gratia ad peccatum. Tales ergo sunt similes talpæ quæ incaute de cauernis suis egreditur exterius super terram, ita quod sæpe à miluo rapitur, vel ab aliquo capitur, atque necatur. Sic vere faciunt multi qui cauernas, scilicet humilitatem & religionem deserunt & exeunt, & exterius ad mundi negotia se conuertunt, sicut patet de multis religiosis, qui claustrum abominantur, & ad exteriora negotia & beneficia exeunt, qui cum nesciant se regere à miluo, id est, diabolo diuersis criminibus capiuntur. Quod figuratum est in Dina Genes. 34. *quæ egressa, vt videret mulieres regionis, ab Emor est corrupta.* Quia vere dum anima à suæ conscientiæ secreto, vel à religionis claustro ad exteriora egreditur, sæpe fit quod ab Emor, i. diabolo corrumpitur. De isto ergo vitioso egressu potest dici illud Ge. 4. *Egressus Cain à facie domini habitauit vagus & profugus in terra.* Iste est ergo egressus vitiosus. Et si vis, potes de malis dicere, quod egrediuntur ad malum & ipsis etiam procedunt & egrediuntur omnia mala. Egrediuntur dico ad mala scilicet

Ad { Inaniter gaudendum,
Subtiliter fallendum,
Crudeliter nocendum,
Carnaliter viuendum,
Verbaliter iniuriandum,
Perenniter depereundum.

Dico quod in malis inuenitur egressus ad prosperitates, gaudia prosequenda. Vnde de filijs malorũ diuitũ dicitur Iob 21. quod egrediuntur quasi greges paruuli eorum, & infantes eorum exultant lusibus, tenent tympanum & Psalterium, & gaudent ad sonitum organi, ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Ista enim est veritas, & illi qui à Deo & à statu gratiæ ad mundi prosperitatem egrediuntur, finaliter ad mundi aduersitatem regrediuntur. Exemplum de Aman, de quo legitur Hester. 5. *quod egressus est Aman die illa lætus & alacer, & tamen* sequitur, *quod in crastino fuit suspensus.* Item egrediuntur mali ad fallacitatis studia peragenda. Vnde 3. Reg. 22. *Egressus est spiritus, & stetit coram domino & ait, Ego decipiam Achab.* Sequitur *Egrediar, & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum.* Sequitur. *Egredere & fac ita.* Item egrediuntur ad crudelitatis scelera committenda scilicet ad nocendum & ad grauandum bonos. Vnde diabolus videtur præcipere cuilibet malo illud, quod Nabuchodonosor præcepit Holoferni, dicens Iudith. 2. *Egredere aduersus omne regnum occidentis, & contra illos præcipue qui contempserunt imperium meum, non parcet oculus tuus vlli regno.* Diabolus enim præcipue vult per malos molestare, illos scilicet qui contemnunt imperium suum. Item egrediuntur ad carnalitatis opera facienda, figurati in malis senibus & impudicis Dan. 13. de quibus dicitur, *& egressi recesserunt à se.* Et de garrula muliere legitur Prouerb. 7. & fatuo iuuene loquebatur dicens. *Egressa sum in occursum tuum. desiderans te videre. & reperi te. &c.* Item egrediuntur mali ad rixositatis verba proferenda. Exemplo Goliæ, de quo dicitur 1. Reg. 17. *Egressus est vir spurius de castris Philisthinorum nomine Golia*, & dicitur ibi, quod ipse exprobrabat agminibus Israel. Item finaliter isti egredientur ad aduersitatis verbera sustinenda, scilicet ad pœnas inferni subeundas. De quo 3 Reg. 2. *Quacunque die egressus fueris de Hierusalem, scito te interficiendum.* Qui enim de Hierusalem, id est, de statu gratiæ egreditur, necesse est, quod in inferno perpetuo occidatur. Vnde quilibet damnatus potest dicere illud Hierem. 13. *Si egressus fuero ad agros ecce occisi gladio. & si introiero ciuitatem, ecce attenuati fame.* Et Hierem. 5. *Eijce illos à facie mea, & egrediantur, & si dixerint, quo egrediemur? dic eis, Hæc dicit dominus. Qui ad mortem, ad mortem, qui ad gladium, ad gladium, qui ad famem, ad famem, & qui ad captiuitatem, ad captiuitatem.* Iste est ergo egressus malorum ad mala.

¶ Sed adhuc notabis, quod inuenitur egressus malorum à malis. A mala enim arbore nunquam egreditur nisi malus fructus. Sic à malis hominibus non potest egredi, nec emanare nisi malus actus. Vnde nota, quod ab ipsis malis egreditur actus

Nequitiæ, male iudicando,
Sæuitiæ, bonos molestando,
Fallaciæ, cunctos venando.

Ab ipsis (dico) egreditur actus nequitiæ & iniustitiæ, Abacuc. 1. *Ideirco egreditur iudicium peruersum*, quia impius præualet aduersus iustum. Item ab eis egreditur actus sæuitiæ & violentiæ. Vnde Iob. 41 *de Leuiathan dicitur, quod flamma ex ore eius egreditur* Halitus enim prunas ardere facit. Item ab ipsis egreditur actus fallaciæ & fraudulentiæ Esai. 14. *De radice colubri, egredietur regulus.* Patet ergo quod est multiplex egressus vitiosus. ¶ Tertio dico H
quod inuenitur egressus laboriosus & iste est egressus ad vitam mortalem. De quo Iob 3. *Nudus egressus sum de vtero matris meæ, nudus reuertar illuc.* De quo quidem egressu plangendo dicebat Hieremias Hier. 20. *Quare de vulua egressus sum, vt viderem laborem & dolorem & consumerentur in confusione dies mei?* ¶ Quarto di- I
co, quod est egressus dolorosus, & iste est egressus de mundo, qui fit per mortem 1. Reg 19. *Egressus Helias stetit in ostio speluncæ*, id est, sepulchri. ¶ Quinto dico, quod inuenitur egressus formi- K
dolosus & iste est egressus Christi ad iudicium. Vnde de Christo tunc à patre egrediente & veniente poterit dici illud Dan. 7 *Fluuius igneus rapidusque egrediebatur à facie eius.* Tunc enim verificabitur illud Hier. 4. *Egrediatur vt ignis indignatio.* ¶ Sexto L
dico, quod est egressus luctuosus, & iste est egressus ad damnationem & infernum. De quo supra immediate vbi agitur de egressu vitioso in fine. ¶ Septimo inuenimus egressus gaudiosus M
& gloriosus, de quo Esa. 55. *In lætitia egrediemini.* & Ecclesiast. 4. *Quod interdum egrediatur de carcere quis ad regnum, &c.* Sufficit.

**Egregius.** Nota quod illud egregium esse dicitur, quod A
nobile & notabile, bonum & vtile in suo genere reperitur. Dicitur ergo aliquid esse egregium temporaliter, aliquid virtualiter, aliquid æternaliter. Primum signat rerum mortalium amœnitatem, & tale nihil aliud est, quam prosperitas temporalis, vel formositas corporalis, vel nobilitas popularis. Prospera enim mundi dicuntur egregia, quæ sunt contemnenda Nu. 18. *Non peccabitis super hoc pinguia vobis & egregia reseruantes.* id est, non retinentis vobis talia egregia, ne peccetis. Pulchri etiam iuuenes dicuntur egregij. Vnde de Ooliba meretrice dicitur figuraliter Ezech 23. quod *ipsa insaniuit libidine in adolescentibus, qui erant forma egregia.* Nobiles etiam viri dicuntur egregij, & quicunque diuites & præclari Ezec 31. *Omnia ligna voluptatis egregia atque præclara in Libano, vniuersaque irrigabantur.* Ista est ergo egregietas, quæ signat rerum mortalium amœnitatem.

¶ Secundo signat gratiarum virtualium vtilitatem. Et sic quilibet iustus egregius potest dici. Vnde de Sadoch. dicitur 1. Par. 12. quod *ipse erat puer egregiæ indolis.* De Dauid vero dicitur 2. Reg. 23. *Egregius Psaltes.* &c. Tertio signat bonorum æternalium fœlicitatem. Vnde de terra, id est, de habitatione paradisi dici potest, quod dixit Moyses filijs Israel Deut. 4 *Vos transibitis Iordanem & possidebitis terram egregiam.* Et Ezech. 20. dicitur, quod *ista est egregia inter omnes terras.*

**Eius.** Vide in titulo Ea & Eam.

**Eijcere.** Nota, quod eijcere idem est, quod expellere, fugare, contemnere, non curare. Res enim quæ eijciuntur, signum est, quod non diliguntur, imo quod potius A
contemnuntur, & quod de eis non curatur. Possumus ergo breuiter notare, quod peccatores eiectionem triplicem faciunt. Eijciuntur enim.

A statu { Virtutis & bonitatis.
Mundanæ prosperitatis,
Supernæ fœlicitatis.

¶ Primo eijcitur peccator à gratiæ sinceritate, & hoc fit quando B
peccat mortaliter, tunc enim perdit status gratiæ securitatem, & Dei & Angelorum societatem. Apes enim mortuas ab alueari eijciunt, & ipsas secum esse non permittunt. Sic vere Deus

mor-

mortuum, id est, peccatorem, de alueari, id est, de statu gratiæ eijcit, & ipsum à Sanctorum angelorum societate banniuit & expellit. Tales enim mortui à Deo contemnuntur, & ab alueari status gratiæ vel etiam Ecclesiæ expelluntur. In signum huius Adam statim quando peccauit, de paradiso fuit eiectus, & ad laborem & culturam exterius in mundo miserabiliter condemnatus. Et possumus notare, quod ab isto statu differentiæ vel Ecclesiæ eijciuntur, vel eijci merentur ambitiosi, luxuriosi, inuidiosi, desidiosi, & furiosi. Primo ambitiosi. Istud patet in Lucifero qui æqualitatem Dei ambiens, de empyreo cœlo est eiectus. Sic vere qui vltra quam debent ambiunt & superbiunt, de statu gratiæ eijciuntur, & finaliter statu gloriæ priuantur Psal. *Deiecisti eos, dum alleuarentur*. & Ezech. 28. *Peccasti, & eieci te de monte sancto Dei, & perdidi te ô Cherub.* Item eijciuntur luxuriosi. Et isti figurantur in leprosis, de quibus dicitur Num. 5. *Præcipe filijs Israel, vt eijciant de castris omnem leprosum, & qui semine fluit.* Item eijciuntur inuidiosi, qui figurantur in Cain, qui inuidia motus fratrem occidit. Et ideo Genes. 4. dixit, *Ecce eijcis me hodie à facie terræ, & à facie tua, &c.* Item eijciuntur desidiosi. Vnde Matth. 25. dicitur de seruo, *qui talento operari noluit*. Seruum inutilem eijcite in tenebras exteriores. De furiosis autem & obstinatis, qui scilicet non faciunt nisi turbare alios, similes dæmonibus, dicitur Matth. 10. *Infirmos curate, dæmones eijcite.* Isti ergo peccatores à Deo eijciuntur, ab eius amore, acceptione, & gratia expelluntur. Eijciuntur ergo à gratiæ sinceritate. ¶ Secundo dico, quod

C peccatores eijciuntur à mundana prosperitate. Aranea enim muscam captam in laqueis suis, ipsam primo in cauernam suam portat, diligenter reponit, humiditatem ipsius paulatim hauriens, cum vacuata fuerit, ipsam expellit, citius eijcit, & emittit. Sic vere charissimi, cum aranea, id est, diabolus aliquem in laqueo malarum suggestionum, & tentationum ceperit, ligauerit & inuoluerit, ipsum primo in cauernam suam, id est, in amorem mundanæ, & terrenæ prosperitatis portat, vbi totum humorem gratiæ, & deuotionis, quam habebat, sibi aufert, extrahit, & exhaurit. Cum vero ipsum in profundo mundani amoris viderit, in cunctis scilicet vitijs inuolutum, omni humore gratiæ, & deuotionis & compassionis vacuatum, tunc à cauerna huius mundi ipsum per mortem eijcit, & ad inferos transmittit. Et iste bene figuratur in Samsone, qui cum supra genua Daliæ dormiuisset, incepit ipsum tondere, & cum septem crines sibi abstulisset, eiecit eum, dicens. Philistijm super te Samson. Charissimi Dalila ista signat diabolum, qui procul dubio duo genua habet, id est, duplicem mundi prosperitatem scilicet delitias, diuitias, supra quæ cum homo per malas complacentias obdormit, primo ab ipso diabolo vellere diuitiarum, & gratiarum tondetur, & septem crinibus, id est, septem donis Spiritus sancti vacuatur, & priuatur, & tandem per mortem temporalem de mundo eijcitur, & inferni funibus colligatur. Isti figurantur in Nabuchodonosor, rege gloriosissimo & potentissimo, qui dum gloriaretur in gloria Babylonis, & diceret. *Nonne ista est Babylon, quam ædificaui in domum regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei? audiuit vocem de cælo dicentem sibi. Regnum transibit à te, & ab hominibus te eijcient, & cum bestijs, ferisq; erit habitatio tua.* Quia pro certo tales gloriosi & præsumptuosi sæpe de societate hominum per mortem eijciuntur, & feris infernalibus exponuntur. Vnde Hierem. 16. dicitur, *Eijciam vos de terra hac, in terram, quam ignoratis vos, & patres vestri, & seruietis dijs alienis die ac nocte, qui non dabunt vobis requiem die ac nocte.* Terra enim quam ignoramus, est infernus, vbi sunt dij alieni, id est, dæmones, quibus damnati à mundana prosperitate eiecti seruiunt, & obediunt omni hora, vbi tamen non inueniunt requiem aut quietem. Isti ergo eijciuntur à mundana prosperitate.

D ¶ Tertio dico, quod peccatores eijciuntur à superna fœlicitate. Mali enim in die iudicij de cœlesti hæreditate, & gratia fugabuntur, non quod ibi sint vel fuerint, sed quod ibi essent si non peccassent. Sicut enim dicit Ambro. & Plin. Apes otiosas valde odiunt, & ipsas à se eijciunt, & secum viuere non permittunt. Sic vere Deus, Sancti, & Angeli in die iudicij peccatores, qui in opere bono fuerunt desides & otiosi, ab hæreditate paradisi possidenda eijcient, & priuabunt, & à tam iucunda societate bannient, & fugabunt. Vnde Iud. 11. *Eiecerunt Iephte fratres sui, dicentes, Hæres in domo nostra esse non potes, quia de adultera natus es.* & Hierem. 15. *Eijce eos, & egrediantur. & qui ad mortem, ad mortem, & qui ad gladium, ad gladium, & qui ad famem, ad famem, qui ad captiuitatem, ad captiuitatem.* Sic ergo patet quod mali eijciuntur à gratiæ sinceritate, à mundana prosperitate, à superna fœlicitate. ¶ Possumus adhuc notare, quod eiectio potest accipi in bono, & in malo. In bono enim quando nociua eijcimus, & fugamus. Vnde Gal. 4. *Eijce ancillam & filium eius*, id est, concupiscentiam, & peccatum. In malo vero, quando vtilia & proficua expellimus, & de eis non curamus. Vnde in Psal. *Proiecisti sermones meos retrorsum.* ¶ Notabis ergo, quod inuenitur

E

Eiectio { Perfectorum, Fatuorum, Tyrannorum, Prælatorum.

Est ergo eiectio perfectorum, qui eijciunt res vitiosas. Sicut enim videmus, omnia naturaliter solent eijcere suas superfluitates, & illa propter quæ sibi vident periculum imminere. Et ideo est, quod arbores omni anno solent folia sua eijcere, & etiam superfluum exterius emittere. Elephantes etiam scientes, & quodam sensu naturali aduertentes se venari propter dentes suos ebureos, solent ipsos frangere, & excutere, & ne sibi sint causa periculi, ipsos sponte dimittere venatoribus & cassare. Quid dicam de castoribus, qui propter testiculos medicinales quos gestant, videntes se persequi à venatore, & ob hoc timentes capi, & periculum incurrere, ipsos sponte cum dentibus truncant, & rumpunt, & venatoribus eijciunt, & dimittunt, & sic solent euadere periculum, quod timebant. His ergo exemplis instruimur, quod bona mundi superflua per contemptum eijcere debemus, & peccata & crimina si qua insunt, à nobis penitus abdicare, cum reuera ista sint nobis causa periculi mortis æternæ, propter ista enim à venatoribus, i. à tyrannis & dæmonibus, tentationibus, & exactionibus infestamur. Sic ergo si tuti esse volumus à periculo, oportet, vt quantum ad desiderium & affectum hæc omnia dimittamus. Eijciamus ergo testiculos carneos, id est, totius carnalitatis, & luxuriæ fœditatem. Eijciamus insuper folia, & fructus arboris, id est, temporalis substantiæ facultatem. More etiam cerui eijciamus cornua, i. elationis & superbiæ vanitatem. Scriptum est enim Marc. 9. *Si oculus tuus scandalizet te, eijce eum abs te*, quasi dicat. Quicquid habemus, quod nobis est periculo & scandalo à nobis est eijciendum, & cum diligentia dimittendum. Si enim ista à nobis saltem quantum ad mortem & desiderium eijciamus, & truncemus, mortis æternæ periculum euademus. Vnde de tali eiectione potest dici illud Matth. 7. & Lucæ 6. *Eijce trabem de oculo tuo.* Sicut enim trabs si esset in oculo, periculum cæcitatis induceret, & ideo statim eijcienda esset, sic vere talia quia periculum cæcitatis mortis æternæ possunt inducere, ideo statim debemus de oculo cordis emittere, & eijcere. Ista est ergo eiectio perfectorum, qui eijciunt res vitiosas ¶ Est etiam eiectio fatuorum, qui eijciunt res virtuosas. Mali enim sunt sicut stomachus infirmus, qui euomit, & eijcit medicinam, quæ ipsum poterat curare, & etiam nutrimentum quod ipsum poterat sustentare, quia scilicet isti proijciunt illa bona, quæ sibi possunt esse vtilia ad salutem Oseæ 8. *Proiecit Israel bonum, & inimicus persequetur eũ.* F

Mali enim proijciunt legem, nolentes dirigi, Dei timorem, nolentes terreri, disciplinam, nolentes corrigi, doctrinam, nolentes doceri. Proijciunt (dico) legem Dei & eius mandata Hiere. 6. *Verba mea non audierunt, & legem meam proiecerunt.* Item Dei timorem, atque iudicia Ezech. 5. *Iudicia mea proiecerunt, & præcepta mea non custodierunt.* Item disciplinam & bona monita Psal. *Tu vero odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos retrorsum.* Item Dei scientiam, atque documenta 1. Reg 15. *Proiecisti sermonem domini & proiecit te dominus.* Et proculdubio tales sunt vt mali & imbecilles milites, qui arma sua proijciunt vt fugiant, qui cum comprehensi fuerint, non habent cum quo defendere se possint. Sic isti proijciunt virtutes, quæ sunt arma spiritualia 1. Mach. 7. *Proiecerunt arma sua & fugerunt*, & ideo contra dæmones non defenduntur, sed ab eis capiuntur. quæ propterea tanquam inutiles à Deo proijciuntur Ezech. 5. *Proijcies eos in medio ignis.* & in Ps. 139. *In ignem deijcies eos in miserijs, & non subsistent.* Deus enim eijcit reprobos ab acceptione sua, & à beneplacito gratiæ suæ, quod vtique videtur nunc facere, de eorum salute non curans, sed propriæ voluntati ipsos dimittentes Hier. 14. *Nunquid proijciens abiecisti Iudã?* Sicut de Saul abiecto & reprobato dicit dominus Samueli, 1. Reg. 16. *Vsquequo tu luges Saul cum ego proiecerim eum?* finaliter vero proijciet eos à consortio beatorum, scilicet in iudicio, quando verificabitur illud Psalm. *Proiectus sum à conspectu oculorum tuorum.* Et ideo de diabolo & membris eius dicitur

Apoc. 12. *Proiectus est Draco ille magnus.* Sequitur. *Proiectus est in terram, & Angeli eius, &c.* & Hier. 22. *Sepultura asini sepelietur, putrefactus & proiectus extra portas Hierusalem.* Patet ergo quod est eiectio fatuorum. ¶ Est denique eiectio tyrannorum. A superbis enim & tyrannis contemnuntur & eijciuntur pauperes atque iusti. Eijciunt enim eos, abominantes ipsis cohabitare. Vnde de cæco nato dicitur quod Pharisæi dicebant sibi, *In peccatis natus es totus, tu doces nos, & eiecerunt eum extra ciuitatem, & duxerunt eum ad supercilium montis, vt præcipitarent eum.* Istud autem fecerunt, vt patet ibi quia reprehendebat eos, atque docebat. Non solum enim cæcus natus, imo etiam Christus, hoc est dictum, non solum ignorantes, imo etiam sapientes à superbis eijciuntur, & contemnuntur, dum ipsos reprehendere nituntur 2. Paral. 13. *Eiecistis sacerdotes domini, & fecistis sacerdotes vobis, sicut omnes populi terrarum.* Item superbi eijciunt pauperes cupientes exhæredare, locis & habitationibus spoliare 2 Par. 20. *Filij Amon Moab & Seyr nituntur eijcere nos de possessione, quam tradidisti nobis.* & Michææ 2. dicitur talibus, *Mulieres populi mei eiecistis de domo deliciarum suarum.*
H Hæc est eiectio superborum & tyrannorum. ¶ Demum inuenitur eiectio prælatorum. Et ista est illa, qua boni & prudentes prælati de Domo Ecclesiæ malos eijciunt, bonos vero retinent & extollunt. Vnde nota, ab Ecclesia domini eijci

| | |
|---|---|
| Simoniacos, | Verbis effrænatos, |
| Dæmoniacos, | Carne maculatos, |
| Excommunicatos, | Mente eleuatos. |

De simoniacis dicitur Io. 2. quod Deus eiecit ementes & vendentes de templo, dicens, *Nolite facere domum patris mei, domum negotiationis.* De Dæmoniacis, id est, de ostinatis dicitur Luc. 14. *Ecce dæmonia eijcio, & sanitates perficio, &c.* De excommunicatis vero dicitur 3. Reg. 2. *Eiecit Salomon Abiathar, ne esset sacerdos.* Abiathar interpretatur peccator vigilans. De verbosis dicitur Prou. 22. *Eijce derisorem & exibunt cum eo iurgia.* De luxuriosis dicitur Matth. 8. *quod Iesus eijciebat spiritum immundos.* De superbis autem dicitur *Nabuchodonosor fuit eiectus ab hominibus cum bestijs.* Dan. 4. Et hoc de eijcere sufficit.

A **Eleazar,** Fuit filius Aaron, qui immediate successit sibi in sacerdotio, & post eum vna cum Iosue populum rexit, & terram promissionis cum filijs Israel intrauit. Interpretatur autem Eleazar, Deus adiutor, vel adiutorium Dei. Talis ergo potest significare bonum prælatum Aaron, id est, Christi vicarium & successorem, plebis rectorem & introductorem, & finaliter terræ promissionis paradisi possessorem, & aliorũ adiutorem & benefactorem. Adiutorium enim Dei dicitur, eo quod eo mediante alij à Deo adiuuantur. Si vis, dilata quomodo iste fuit vestitus, & iussu domini institutus. Numer. 19. & 20. Cætera omitto gratia breuitatis.

A **Eligere, Electio,** Quia materia de electione valde est prolixa, ideo breuiori modo quo possumus, de ipsa aliquid distinguamus, dicamus ergo quod electio idem est quod meliorum acceptatio. Res n. quanto melior, tanto eligibilior, imo vt communiter, nihil eligitur, nisi ratione boni alicuius eligatur, dum tamen in eligente rectitudo iudicij nullatenus vitietur. Est igitur electio diuina & humana. ¶. Primo dico, quod diuina electio nihil aliud est quã sua prædestinatio, per quam Deus eligit saluandos, & contemnit damnandos. Vnde Matth. 13. *Elegerunt bonos in vasa sua, malos autem foras miserunt.* Et possumus notare breuiter, quod eliguntur generaliter tria personarum genera, scilicet illi, qui habent

Benignitatem,
Humilitatem,
Sagacitatem.

In illis ergo, qui à Deo eliguntur, siue ad dignitatem temporalem, siue ad æternam, requiritur virtus benignitatis. Sicut enim aliquæ sunt species, quæ quanto plus habent de humore, tanto plus habent de valore, vnde catiophyllũ à medicis diligitur, & eligitur, pomum etiam citrinum, quod dicitur Arenchia, tunc eligibilius est, quando interius humore inuenitur plenius, sic vere ille à Deo eligitur & assumitur, qui humore passionis & clementiæ plus repletur. Et ideo si instantijs & supplicationibus pauperum premimur, statim nos eis applicare, intimare & fauere debemus, & sudorem & humorem compassionis & clementiæ eis emittere tenemur, alias a Deo eligi non meremur. Vnde Matth. 12. & Esai. 42. *Ecce puer meus quem elegi, dilectus meus, in quo complacuit sibi anima mea.* Puer enim faciliter lachrymas emittit, & ideo nomine pueri vir pius & compatiens designatur. Sit igitur in illis virtus benignitatis. Iterum debet in eis esse virtus humilitatis. Balsamus enim tanto melius eligitur, quanto magis ad fundum descendere comprobatur. Sic vere illi, qui per humilitatem descendunt, & fiunt inferiores, sunt Deo acceptiores & eligibiliores. Illi vero, qui per superbiam supernatare videntur, indigni ab omni electione tam diuina quam humana censentur. Istud patet in Dauid, qui cunctis suis fratribus minor erat, & minori & humiliori officio, scilicet custodiæ animalium seruiebat: & ideo Rex Israel est electus. Vnde dicitur in Psalm. *Elegit Dauid seruum suum, de post fœtantes accepit eum.* De superbia vero, quod à Deo non eligantur, dicitur illud Baruch. 3. *Isti fuerunt gigantes nominati, statura magna, scientes bellum, non hos elegit dominus.* Sit igitur in illis virtus humilitatis.

¶ Denique Dico, quod in eis debet esse virtus sinceritatis siue puritatis. Columba enim pura grana & munda dicitur eligere, de putridis vero & immundis non dicitur curare. Sic vere charissimi, Deus castos & mundos eligit, & ipsos in statu fœlicitatis post mortem, in statu vero prælationis, dum viuerent, collocat & reponit Ephel. 1. *Elegit nos Deus, vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius.* Et ideo Num. 16. dicitur, *Quemcunque dominus elegerit, ipse erit sanctus.* Ista est ergo electio diuina, qua eligit & acceptat sanctitate nitentes, humilitate pollentes, benignitate madentes.

B ¶ Secundo possumus dicere, quod est electio humana, & ista est quandoque bona, quandoq; mala. Bona enim est, quando omissis deterioribus, eligentes meliora sectantur, quod fit quando ad regimen prælationis meliores & digniores assumuntur, quando æterna temporalibus, virtutes criminibus præferuntur. De quo dicitur Deu. 30. *Elige ergo tu vitam, vt viuas.* Mala enim electio est, quando homo de priuato iudicio rationis mala eligit, & bona dimittit, sicut patet, quia mali quandoque malos eligunt in magistros melioribus contemptis. Vnde 1. Mach. 9. *Elegit Bacchides viros impios, & constituit eos dominos regionis.*
¶ Dicamus ergo aliquid de bonorum electione. Et primo dicamus de electione, qua eliguntur bona. Eligendi sunt enim ad prælationem magis sufficientes. Sicut enim natura bene disposita de cibis eligit, quod est melius & purius ad corporis nutrimentum, sic subditus in collegio debet eligere meliorem ad Ecclesiæ regimentum, exemplo Alexandri magni, de quo narrat Iustinus, quod cum esset in lecto mortis, & peteretur ab eo, quem eligerent tanti imperij successorem? Respondit dignissimum, & quamuis haberet fratrem, & filium, neutrũ nominauit, sed potius designauit debere eligi meliorẽ, & ad regimen digniorem. Tunc n. secundum Vegetium & Senecam, bene respublicæ regebantur, quando non poterat esse maior, nisi qui melior. Iuxta illud 4 Reg. 10. *Eligite meliorem de filijs domini vestri, & eum, qui vobis placuerit, & ponite eum super solium patris sui.* Dicamus ergo de quolibet bono electo, & exponamus illud Eze. 18. vbi dicitur, quod *Moyses electis viris strenuis de cunctis Israel, constituet eos principes populi, & tribunos & centuriones quinquagenarios & decanos, vt iudicarent populum omni tempore.* Vbi ostenditur, quod prælati debent esse assumpti cum deliberatione, ideo dicitur (electus (Repleti omni perfectione, ideo dicitur. (Viris strenuis.) Promoti sine acceptione, ideo dicitur. (Ex omni Israel.) Occupati etiam iustitiæ executione, quia constituit eos, &c. Vt iudicarent populum omni tempore. Sed quia istorum prosecutio nimis esset prolixa, ideo aliã auctoritatem breuiorem
C accipiamus Esa. 40. *Forte lignum & imputribile elegit artifex sapiens.* ¶ In quibus verbis ostenditur conditio boni electi. Debent enim habere.

Constantiæ vigorem. (Forte Inquit.)
Clementiæ dulcorem (quia debet esse lignum.)
Munditiæ nitorem, (quia debet esse imputribile.)

Sit igitur firmus & solidus, pius & fluidus, mundus & nitidus. Firmitatem probat virtutis probitas. (Forte.) Pietatem notat ligni fœcunditas. (Lignum inquit.) Puritatem monstrat fæcis immunitas. (Imputribile.) Sit ergo electus constans & solidus, plenus firmitate, quia scilicet ipse debet esse fortis. Columnæ enim fortes & stabiles solent eligi, vt domus ædificia possint firmiter sustentari. Sicut etiam dicit Plinius, cerui fluuium transituri solent fortiorẽ eligere & ipsum alijs proponere, & eius cornibus innitendo fluuium pertransire. Sic vere charissimi, ille, qui in prælatum eligitur, alijs fortior & solidior debet esse, quia nisi fuerit fortis, solidus atque constans, onus officij sui & pondus

regi-

regiminis pastoralis sustinere nequibit, nec ad transeundum fluuium, id est, cursum fluxibilis vitæ huius subditos adiuuare. (Forte igitur.) Fortis enim debet esse, constanter aduersa sustinendo, potens, subditos protegendo, strenuus, alios animando. Sit ergo fortis aduersa sustinendo 1. Reg. 18. *Esto vir fortis, & prœliare prælia domini.* Item sit fortis, subditos protegendo valenter Luc. 11. *Si fortis armatus custodit atrium suum.* Item sit fortis alios animando valenter. Vide 2. Macb. 6. *Adolescentibus forte exemplum relinquã.* Tales ergo fortes & solidi sunt præ alijs eligendi, iuxta illud 1. Par. 19. *Elegit viros fortissimos ex Israel.* Debet ergo
D electus esse fortis & solidus plenus firmitate. (Forte inquit.) ¶ Item dico, quod ipse debet esse dulcis & fluidus, plenus pietate, quod ostenditur, cum dicitur, quod ipse debet esse lignũ. Lignum enim liquorem fluidum solet emittere, sicut patet de pino, & cedro. Fructus etiã solet ad nutriendũ homines parturire, sicut patet de pomo & moro. Sic vere bonus electus vel prælatus debet esse interius gummosus per benignitatẽ & compassionẽ, exterius fœcundus & fructuosus per eleemosynarum emissionem, & per bonorum operũ vbertatem Gen. 3. *Vidit mulier lignum, quod esset pulchrum visu, & ad vescendum suaue.* Et sicut lignum quamuis exterius sit durum, intus tamẽ semper est medullosum, quia sc. vix aut nunquã est dare lignũ quin intus habeat aliquid de medulla, sic vere prælatus quamuis exterius ostendat duritiam iustitiæ, intus tamen in corde semper debet habere medullã clementiæ & misericordiæ. Vnde prælatus debet esse similis cedro, quæ est arbor alta, pulchra, gummosa, & ad malos nauiũ apta. Sic vere videtur dicere scriptura Eze. 27. *Cedrum de Libano tulerunt, vt facerent tibi malum.* Ad denotandũ, quod illi qui in malum nauium, i. prælati esse eliguntur, cedri, i. viri perfecti, scilic. gummosi per pietatem, pulchri, per honestatem, alti, per contemplationis sublimitatẽ esse tenentur. Iuxta illud Cant. 5. *Species eius vt libani, electus vt cedri.* Ps.
E *Beatus quem elegisti & assumpsisti, habitabit in atrijs tuis.* Sit igitur dulcis & fluidus, plenus pietate. ¶ Insuper dico, quod electus debet esse castus & nitidus, plenus puritate. Et hoc ostenditur, quando dicitur, imputribile. Ligna enim imputribilia debent esse illi, qui ad prælationẽ eliguntur, quia quamuis in aquis deliciarũ ipsos esse cõtingat, quamuis foris ad mundana negotia ipsos exire oporteat, quamuis ventos & turbines tentationum ipsos sentire & sustinere sæpe accidat, ipsi tamen nunquã debent per luxuriã vel impudicitiam putrefieri, nec per peccatũ aliquod corrumpi. De qua quidem putredine dicitur Iohel. 1. *Computruerunt iumenta in stercore suo.* Ad ædificandũ n. arcam testamenti, & altare thymiamatis, electa fuerunt ligna imputribilia & incremabilia, sc. ligna Sethim, sicut dicitur Exo. 38. Ad denotandũ, quod illi, qui in tabernaculo sanctæ Ecclesię habẽt esse arca testamenti, i. prælati, qui sc. virga correctionis, manna cõpassionis, & tabulas scriptas scientiæ & discretionis cõtinere debent, qui etiã more altaris thymiama deuotionis & orationis semper debent habere, de lignis imputribilib. & incremabilibus, i. de personis. quæ nec per auaritiam crementur, nec per luxuriã corrumpantur, debent ædificari, eligi, assumi, vt de tali possit dici illud Ps. *Non dabis sanctũ tuum videre corruptionem.* 2. Pet. 1. Fugientes eam, quæ in mundo est concupiscentiæ corruptionem. Vt sic de tali electo possit dici illud Num. 16. *Quẽcunq; dominus elegerit, ipse erit sanctus,* i. purus & mundus. Vnde illud Esa. 44. *Noli timere serue meus Iacob* & rectissime, quem elegi. Item Esa. 42. & Matth. 12. *Ecce puer meus, quem elegi, &c.* Ideo de bono electo potest dici illud Cant. 5. *Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus.* Vide etiam supra vbi de titulo dilectus prosequitur. Et nota quod dicitur dilectus, ecce benignitas. Debet n. facere, quod diligatur, dicitur, q maxime facit mansuetudo, dicitur candidus & ecce dicitur, ex millibus electus esse, & ecce pretiositas, raritas & singularitas. Inter mille n. debet eligi, qui debet alijs principari. Vnde de Moyse dicitur Eccl. 45. quod *Deus in fide & lenitate ipsius sanctum fecit illum, & elegit eum ex omni carne,* Patet ergo, quod electus debet habere puritatem & munditiã, pietatem & clementiam, firmitatem &
F constantiam. Et ista est electio, qua eliguntur boni. ¶ Sed adhuc dico, quod est quædam electio, qua eliguntur bona, & hęc est virtuosa. Vnde nota, quod nos debemus eligere specialiter bona spiritualia, non temporalia, cœlestia, non terrena, virtutes, non crimina. Esa. 7. *Sciat reprobare malum, & eligere bonum.* Buso n. dicitur habere duo iecora, vnum medicinale, & aliud venenosum, quæ secundum Plinium taliter cognoscuntur,

quia busone mortuo in formicario proiecto formicę iecur medicinale eligunt & comedunt. Aliud vero, quod venenosum & intactum relinquunt. Sic vere charissimi, tantum duo sunt in mundo bona scilicet spiritualia & temporalia quorum quidem prima sunt animæ medicinalia, alia venenosa. Nos procul dubio illa debemus eligere & bona & vtilia reputare. quæ dudum à formicis, id est, à Christo & à sanctis fuerunt electa, & frequentata, & illa etiam refutare, quæ ab eis fuerunt refutata. Ita dico, quod nos similiter ista bona diligere & eligere debemus, quæ sancti & sanctæ elegerunt scilicet humilitatem, paupertatem, tribulationem, & compassionem. Iuxta illud Iob. 34. *Iudicium eligamus nobis, & interea nos videamus, quod sit melius.* Et si vis nota, quod nos debemus

Eligere {
Humilitatem forte fundamentum,
Tenuitatis arctum nutrimentum,
Aduersitatis graue nocumentum,
Sublimitatis almum leuamentum,
Maturitatis tardum iuramentum,
Stabilitatis tutum firmamentum,
Veracitatis nudum pauimentum,
Sagacitatis verum documentum,
Fœlicitatis summum munimentum.
}

Eligamus ergo humilitatem Psal. *Elegi abiectus esse in domo Domini.* Item eligamus paupertatem & deiectionem, quia sicut dicitur Iacob. 2. *elegit pauperes Deus.* Item eligamus aduersitatem & tribulationem sicut Moyses, de quo dicitur Hebr. 11. *Magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere iucunditatem:* Exemplum de Susanna, quæ magis elegit occidi, quam fornicari. Dan. 13. Exemplum 2. Machab. 13. de Razia, qui eligens nobiliter mori potius, quam subditus fieri peccatoribus, gladio se petijt interimi. Item eligamus sublimitatem & contemplationem. Vnde Iob. 6. *Elegit suspendium anima mea.* Item eligamus maturitatem & discretionem 3. Reg. 18. *Eligite vobis bouem vnum.* Bos enim maturitatem signat. Item eligamus stabilitatem & durationem Esa. 62. *Planum facite iter, & eligite lapides.* Item eligamus veritatem & rationem Ps. *Viam veritatis elegi, & iudicia tua non sum oblitus.* Item eligamus docilitatem, & electionem Pro. 8. *Accipite disciplinam, & non pecuniam, doctrinam magis, quam aurum eligite.* Item finaliter eligamus summam fœlicitatem & saluationem, sc. d. gloriam paradisi, & vitam æternam. Vnde illud Deut. 30. *Elige ergo vitam, vt & tu viuas.* Vita enim est summum & optimũ eligibile, potissime autem vita æterna. Ideo de Maria dicitur Luc. 10. *Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.* Ista est ergo electio qua eliguntur bona. ¶ Sed adhuc est vltima electio, G
qua eliguntur mala, quæ est vitiosa. Sicut enim mulier imprægnata bonos cibos fastidit, viles vero cibos, scilicet carbones, fructus acidos, & alia talia solent eligere & comedere, sic vere multi sunt, qui conceptu diabolico impręgnati, bonos cibos, i. Spiritualia bona vilipendunt, vilia vero, scilicet bona temporalia, & vitia & crimina eligunt, & diligunt. Sicut enim camelus secundum Plinium aquam turbidam elegit, aquam vero claram contemnit, sic vere multi sunt, qui aquam turbidam bonorum temporalium diligunt & eligunt, aquam vero clarã spiritualium virtutum contemnunt. Quibus dicitur Hie. 2. *Et nunc quid tibi vis super viam Aegypti, vt bibas aquam turbidam?* Isti figurantur in filijs Israel. Nu. 11. qui contemptu manna dulcissimo cibo, Ægyptias mensas affectabant. Figurantur etiam in illis Pharisæis, qui in conuiuio primos recubitus eligebant Luc. 14. Figurantur etiam in Loth, qui interpretatur declinans, qui dimissa societate Abrahæ, elegit regionem circa Iordanem, & habitauit cum Sodomis, vbi postmodum fuit vi & vehementia Sodomorum afflictus Gen. 19. & 2. Pet. 2. Sic vere tales declinantes peccatores, qui oculos suos statuerunt declinare in terram, societatem & amorem Abrahæ, id est, Dei relinquentes, & manna, id est, bonorum spiritualium dulcedinem abhorrentes, regionem Iordanis, id est, statum prosperitatis mundanæ sectantes, cibos Ægypti, id est, bona temporalia eligunt & affectant. Iuxta illud Esa. 65. *Faciebatis malum in conspectu meo, & quæ nolui elegistis.* Et sic ergo patet, quod est quædam electio diuina, quædam humana, quædam virtuosa, quædam vitiosa. ¶ Sed si vis H
notare, adhuc potes dicere, quod in scriptura reperiuntur tria genera electorum, quibus scilicet quidam sunt, qui

Eliguntur ad {
Saluationem,
Prælationem,
Damnationem.
}

Primos electos eligit Dominus, secundus electos eligit populus, tertios electos elegit mundus. ¶ Primo ergo dico, quod est electio qua elegit Deus ad salvatione, & ista est electio iuxta occultæ prædestinationis. Deus enim est sicut campsor, qui omnes quidem pecunias in saccum suum recolligit, tandem in statera omnis ponderans, quod melius est eligit, & in melius reseruando reponit, quod vere minus iuste ponderat, tanquam reprobam ad partem ponit, & ad conflandum vendit, vel ad expendendum exponit. Sic vere Deus omnes quidem ad bursam Ecclesiæ vocat, sed in statera iudicij sui, oculisque præscientiæ illos, qui habent vel habituri sunt debitū pondus virtutis & gratiæ, elegit, cęteros vero repudiat & repellit Dan.15. *Appensus est in statera, & inuentus est minus habens.* Sic ergo constat quod omnes quidem ad fidē vocantur, pauci vero & optimi sunt electi. Mat. 20. *Multi sunt vocati, pauci vero electi.* Et ideo Dominus Matth. 13. comparat talem fidem & Ecclesiam sagenæ missæ in mari, vbi scilicet piscatores, id est, prædicatores informando & loquendo, Deus vero & Angeli inspirando & reuelando, ex omni genere piscium, id est, hominum congregauerunt, in fine tamen, scilicet in iudicio ad limites, & ad terminum fluctuosæ vitæ detracti, examinabuntur. Boni vero in vasis & receptaculis paradisi eligentur & reponentur, mali vero reprobabuntur, & foras in infernum mittentur. Elegerunt (inquit) bonos in vasa sua, malos autem foras miserunt, &c. Tales igitur

A { Dei prouidentia præordinantur,
Dei sapientia illuminantur,
Virtutum opulentia accumulantur,
Constanti residentia fortificantur,
Cœlorum præeminentia beatificantur.

Dico ergo, quod electi Dei commēdari possunt, quia Deo sunt accepti, & præordinati. Accepti sunt dico Mat. 12. *Ecce puer meus, quem elegi, dilectus meus, in quo bene complacuit anima mea.* & Act. 9. *Vas electionis est mihi iste.* Præordinati sunt etiam Ioan. 13. *Ego scio quos elegerim.* Item quia fide sunt illustres & illuminati Iac. 2. *Nonne pauperes elegit Deus, diuites in fide.* Sapien. 3. *Dabitur inquit illi fidei donum, & sors in templo Dei acceptissima.* Item quia virtutibus sunt diuites & accumulati. Vnde ipsis dicitur illud 1. Pet. 2. *Vos genus electum, genus sancta populus acquisitionis.* Vnde de accumulatione virtutum potest dici illud Col. 3. *Induite vos sicut electi Dei, viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, supportantes inuicem, & donantes.* Item quia sunt stabiles & fortificati. Ad hoc enim eligūtur, vt contra diabolum, & vitia prælientur. Vnde de Christo potest dici illud Iud. 3. *De vniuersis autem vrbibus accepit sibi auxiliarios viros fortes & electos ad bellum.* Item quia in cœlis erunt fœlices atque beati. Ad hoc enim electio operatur, vt æterna beatificatio subsequatur. Sapien. 3. *Fulgebunt iusti, & tanquam scintillæ in arundineto discurrent, iudicabunt nationes & dominabuntur populis.* Sequitur. *Quoniam donum & pax est electis Dei.* Ibi enim electi Deum laudant perenni carmine, semper gaudent sine turbamine, clare vident sine caligine, alte sedent in summo culmine. De laude dicitur in Ps. *Ad videndum in bonitate electorum tuorum, vt lauderis cum hæreditate tua.* De lætitia dicitur in Ps. *Eduxit populum cum exultatione, & electos suos in lætitia.* De visione æterna dicitur 2. Reg. 6. *Congregauit Dauid omnes electos Israel.* Israel autem interpretatur videns Deum. De honorabili vero sublimatione dicitur in Psal. *Exultaui electum de plebe mea.* Ista enim bona æterna electis Dei finaliter distribuuntur, & ista Dei hæreditas ipsis disponitur, atque datur, Psal. *Disposui testamentum electis meis.* Et ideo bene concluditur illud Psal. *Beata gens cuius est Dominus Deus eius, populus, quem elegit in hæreditatem sibi.* Patet ergo, quod est electio, qua quis eligitur ad salutem ¶ Secundo dico, quod est electio, qua quis assumitur ad prælationem, nullus enim debet officium prælaturæ propria auctoritate accipere, sed potius ab illis, qui potestatem ad hoc habent, debet eligi, vt digne possit aliis imperare. Grues enim (vt sæpe dictum est) eligunt sibi ducem, & apes, scilicet eligunt sibi regem. De vinea etiam videmus quod quando est plena fructibus custos sibi eligitur, & præponitur, à quo & fructus & vinea custoditur. Sic ergo & nos nobis, & vineæ nostræ, id est, præsenti Ecclesię debemus regem, ducem & custodem eligere, qui scilicet nos possit cum diligentia custodire. Sed reuera admirando & stupendo, & inquirendo dicitur Hierem. 46 *Et quis erit electus quem ego præficiam ei,* q. d. Pauci sunt digni eligi. Et ideo cum magna diligentia sunt eligendi. Isti enim debent esse sancti, quod eorum participatione alij boni & electi possint esse, iuxta illud Psalm. *Cum sancto sanctus eris, & cum electo electus eris.* Aduerte ergo, quod sicut rebus naturalibus duæ causæ concurrunt, videlicet causa propinqua & remota, mediata & immediata, superior & inferior, constat enim quod in generatione, homines facit homo & sol, homo enim visibiliter agit, sol vero & cœlum inuisibiliter influit, quinimo ipso pater nihil faceret, nisi virtus superior hunc moueret. Sic vere dicam, quod in electione hominis non solum operatur causa extrinseca, visibilis & apparens, videlicet ministerium electorum, verum etiam primo & principaliter ipse Deus tanquā causa superior & cœlestis, ipse enim est, qui principaliter elegit, & quo voluerit eligentium corda vertit, vel veretiā à diabolo permittit. Vnde etiam sæpe fit, quod in vindictam & odium nostri, malos eligi sustinet, quos etiam ipse se elegisse dicit, sicut clare patet de Saul, qui contra Dei voluntatem fuit electus, & qui regimine fuit malus, & tamen electus Domini fuit dictus. Quod contra Dei voluntatem fuerit electus, patet ex eo, quod cum maiores nam Israel peterent à Samuele, vt super se regem constitueret, orantī propterea ad Dominum Samueli responsum est, *Non te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos.* 1. Reg. 8. quæ verba vtique displicentia & indignatione plena sunt. Quod vero fuerit malus in regimine, patet, quia reprobatur à Samuele 1. Reg. 13. *Nequaquam regnum tuum vltra consurget.* Causa ponitur 1. Reg. 19. *Spiritus Domini recessit à Saul, & exagitabat eum spiritus nequam.* Quod autem fuerit dilectus domini dictus, patet 2. Reg. 12. *Crucifigamus eos in Gabaa Saul quondam electi Domini.* Et tamen de eo ironice dicitur 1. Reg. 21. *Nunc igitur præsto est rex vester, quem elegistis & petistis, ecce dedit vobis Dominus regem.* Et ipse Dominus dicit. *Dabo tibi regem in furore meo* Oseæ 13. Deus enim quandoque eligit malos malis, vt per malos inferat mala malis. Ad Deum ergo spectat principaliter electio. Et ideo ad ipsum debet haberi recursus & deuotio. Et inde est, quod Veni creator Spiritus, in electionibus cantitur, vt Spiritus sancti gratia in electionibus effundatur, & vt ille, quem Deus eligibilem iudicat, ab electoribus eligatur. Ideo cuilibet electori dicitur Deuteron. 17. *Eum constitues, quem Dominus Deus tuus elegerit.* ¶ Vbi K
nota aliquid quantum ad

Electum accedentem,
Subditum eligentem,
Dominum dirigentem seu influentem.

¶ Ista enim tria sunt necessaria in electione videlicet, electus accedens qui sit virtuosus. (Eum inquit) Subditus procedens qui sit studiosus (Constitues inquit) scilicet in elector. Dominus dirigens, qui sit gloriosus, quem Dominus Deus tuus elegerit. Requiritur ergo à parte electi conditio virtuosa, quod ostenditur, cū dicitur. Eum. Istod enim pronomen relatiuum [eum] refertur ad ipsum electum, qui scilicet debet esse virtuosus, bonus Bonitas etiam ipsius electi in hoc pronomine denotatur. Est enim (eum pronomen adiectiuum, accusatiui casus, numeri singularis. Ad denotandum, quod electus debet esse pronomen, quod pronomine ponitur, quia scilicet pro alijs se debet ponere, ipsos adiuuando, & pro eis apud Deum intercedendo, & gregem suum contra diabolum & tyrannos defendendo, Ps. *Elegit Dauid seruum suum, de post fœtantes accepit eum.* De post fœtantes inquit, quas scilicet regebat & defendebat. Accusatiui casus debet esse, quia scilicet seipsum debet accusare, & se indignum ad officium reputare. Scriptum est enim Prouer. 18. quod *iustus prior est accusator sui.* Vnde de bonis arboribus quas aliæ arbores, voluerunt in regem eligere, scilicet de ficu, oliua, & vite legitur Iud. 9. quod se excusauerunt, & regnum accipere noluerunt, quia scilicet boni suam imperfectionem accusantes, & se cum quadam displicentia excusantes, debent magis inuite trahi ad officia, quam voluntarie accedere. Vnde de Paulo dicit Act. 9. *quod circumfulsit eum lux de cælo.* Sequitur. *Ad manum autem illum trahentes, introduxerunt Damascum.* Et subditur. *Vade, quia vas electionis est mihi iste.* Trahi enim debet electus, & non se ingerere. Trahi dico per diuinam inspirationem, per sociorum supplicationem, per malorum impositionem, & per vtilitatis publicæ, quam sperat se facturum, desiderium & affectionem. Numeri etiam singularis debet esse, quia scilicet iste debet esse, singularis vitæ & perfectionis, & à multis singulariter electus, & inter multos singulariter perfectus. Vnde de isto (eum) dicitur Ecclesi. 45 *Elegit eum ex omni carne.* Debet etiam adiectiuum dici, quia scilicet semper debet virtutes virtutibus adijcere & merita meritis aggregare. Et breuiter iste est illud (eū,) qui à Deo est electus à Deo erit vnctus, & in alto regimine cōstitutus & finaliter

et in cœli gloriis coronanus, sicut in Psal. dicitur. *Elegit eum dominus sacerdotem sibi ad sacrificandum ei hostiam laudis. Inuenit dominus Dauid seruum. Oleo sancto suo vnxit eum. Amauit eum dominus & ornauit eum, stola gloriæ induit eum, & ad portas paradisi coronauit eum.* Ecce ergo qualiter in isto pronomine (eum) intelligitur iusti
L electio virtuosa, quia reuera istud est summe necessariũ, quod electus sit virtuosus, & iustus. ¶ Vnde nota, quod iste debet

Durabilis constantiæ fundamento fundari,
Notabilis iustitiæ libramento librari,
Amabilis munditiæ velamento velari,
Spectabilis decentiæ paramento parari,
Humilis subiacentiæ pondere subiugari,
Fertilis opulentiæ opere fœcundari.

¶ Electus enim debet esse constans & fortificatus, videlicet ad perseuerandum in bono 2. Paral. 29. *Vos elegit Deus, vt stetis corã eo.* Ad resistendum malo Dan. 11 *Consurgent electi ad resistendum.* Item debet esse iustus & rectificatus Esa. 44. *Noli timere serue meus Iacob. & rectissime, quem elegi,* &c. Item debet esse mundus & purificatus Matth. 12. & Esa. 42. *Ecce puer meus, quem elegi.* Puer n. munditiam puritatis signat. Item debet esse decens seu venustatus Dan 12. *Eligentur, & dealbabuntur, & quasi ignis probabuntur.* Item debet esse subditus & humilis ms Esa. 44. *Audi serue meus Israel, quem elegi.* Item debet esse fertilis atq; fœcundãs, [illegible]ple in bonis operibus Ioan. 15. *Elegi vos & posui vos, vt eatis, & fructum afferatis, fructus vester maneat.* Sic ergo ostenditur, quod in electione debet esse ex parte electi conditio virtuosa. [Cum inquit.] ¶ Item ibi debet esse ex parte populi intentio
M studiosa [Constitues inquit.] Constituere n. eligere, & nominare pertinet ad subditos electores 4 Reg. 10. *Eligite meliorẽ de filijs domini vestri* Et 1 Re. 17. *Eligite ex vobis virum.* Ecce instantia accelerativa, eligite. Ecce notitia consideratiua, ex vobis. Ecce iustitia præponderatiua [virum inquit] Accelerare n. debent electores, personam etiam debent cognoscere, & ideo ex ipsis, si idoneum reperiunt virum, id est, personam virilem & iustam debent eligere, non effœminatum aut imbecillẽ. Quæ tamen sunt contra multos, qui inter se inuidi & discordes, solent magis extra se quam ex se eligere, & magis fœminas quam viros, i. magis imbecilles quam prouidos promouere. Talibus ergo sæpe contingit, sicut figuraliter contigit arboribus quæ elegerunt rhamnũ, arborem quandam degenerem & indignã, de qua tamẽ electa & promota dicitur Iud. 9 *Exeat ignis ex ea, & succendat etiam cedros Libani.* Quia reuera quando aliquis rhã[illegible] sp[illegible]nolus, degener, insufficiens, extraneus & indignus eligitur sæpe fit, quod ignis rapinæ & inuidiæ ab eo finaliter succẽditur, á quo ipsi sui electores etiam quamuis sint Cedri Libani, scil. quamuis sint magni & boni & nobiles molestantur. Ex vob[is] ergo constituite si potestis, & si idoneum inuenietis. Vnde Deut. 17 dicitur, *Non poteris alterius gentis regem facere, qui non sit frater tuus, cum[q]; fuerit constitutus, non multiplicabit sibi equos.* Aduerte tamẽ quod multi possunt dicere illud 1. Io. 2. *Ex nobis prodierunt sed ex nobis non erant.* Quia pro certo sæpe accidit, quod illi, qui eliguntur ex gremio, sunt peiores, quam extranei & crudelius agunt in subditos, quam quicunq; remoti. Inuehere contra tales, quia etiam secundum veritatem, vtilius est quandoque constituere extraneos, quam propinquos, & maxime quando quis inuenerit eos idoneos atque bonos. Dicit enim Plinius, quod coturnices mare transituræ, eligunt sibi duces, extraneos, scilicet comites, qui eas defendant ab aduersarijs auibus, cum de se sint debiles & imbecilles. Sic vere si nos, qui mare huius fluctuosæ vitæ transimus, videmus, quod nullus est inter nos idoneus & defensator, qui gregem nostrũ ab aduersarijs dæmonibus & tyrannis digne possit defendere, vel tueri, debemus ducem exteroi gregis eligere, & extra gremium nostrum extraneum aliquem procreare, potissime cum nullus proprie sit extraneus, imo omnes sumus ciues Sanctorum & domestici Dei eiusdem fidei & Ecclesiæ Christi deuoti. Non est enim dicere apud nos, *Ego sum Pauli, ego sum Apollo, ego sum Cephe,* cum proculdubio in corpore Christi mystico, sicut dicit Apostolus Col. 3. *Non est masculus & fœmina, gentilis & Iudæus circumcisio & præputium, Barbarus & Schyta, seruus & liber, sed Christus in omnib. Induite ergo vos sicut electi Dei.* q. d. Ad hoc, ꝙ possins electi Dei esse, nullũ oportet extraneum reputare, nec patriæ conditionis, aut generis allegare varietatẽ, cum omnes simus Christi i[n] fide, & debemus alterutrum tanquam vno gremio



reputare. Eligite ergo ex vobis virum. Dic si vis sicut infra de viro, & istis omnia ostenduntur, cum dicitur Constitues 2. Par 10. *Omnis Israel conuenerat, vt constitueret regem,* &c. Vide supra de constituere. Istud est ergo secundum requisitum in electione, scilicet ex parte populi intentio studiosa, seu collectio amorosa. Constitues inquit à con, quod est simul, & statuo quasi simul N
statuens. ¶ Etiam in prælati electione requiritur ex parte Dei acceptio gratiosa. Quem (inquit) Dominus elegerit. q. d. ille per homines debet institui, qui à Deo meretur eligi, & assumi. Deus enim proprie dicitur eligere, in quantum scilicet vt supra dictum est, electionem solet inspirare, & tandem tanquam gratam & vtilem acceptare. [Deus elegerit inquit] Vnde Dauid de seipso dicit 1. Par. 28. *Elegit me Dominus Deus Israel, vt essem rex super Israel.* Sequitur. *Placuit ei, vt me eligeret regem.* Et subditur. *Dominus elegit Salomonem filium meum, vt sederet in throno Domini super Israel.* Et procul dubio tales, qui à Deo eliguntur & acceptantur, & qui ẽ carne & sanguine, prece, timore, & fauore non introducuntur, proprie electi Dei dici merentur 1. Petr. 2. *Vos estis genus electum,* &c. sicut supra. Ideo bene concluditur in Psalm. *Beatus, quem elegisti, & assumpsisti, habitabit in atrijs tuis.* Et bene dicit habitabit, quia scilicet tales diligunt in suis Ecclesijs & in suis beneficijs remanere, non in alienis locis inutiliter diuagari. Cum qui contrarium faciunt, electi proculdubio non sunt, imo de talibus non Dei, sed diaboli electis, sic in mundi negotijs inuolutis dicitur. Exod. 15. *Electi principes eius submersi sunt in mari rubro Abyssi operuerunt eos, descenderunt in profundum quasi lapis,* &c. Expone & inuehere contra tales, & vide infra de malo electo, qui scil. eligitur ad damnationem. Patet ergo quomodo in qualibet electione requiritur, videlicet Dei acceptatio, occulte prouidens. Quem (inquit) Dominus elegerit. Plebis assensio, operis præsidens. [Constitues inquit.] Iusti scilicet eligendi perfectio grandis & euidens. [Eum inquit] Et sic bene dictum fuit. [Eum constitues, quem elegerit Dominus.] Sic ergo patet, quod est quædam electio ad prælationem.

¶ Sed si forte vis loqui de vna sancta, vel de vna electa, in genere fœminino, dic, quod pretiosæ margaritæ eliguntur, vt in O
coronis regum & principum apponantur, vt super caput honorabiliter deferantur. Sic vere dico, quod sanctæ fœminæ eliguntur à Deo, vt in corona Dei, quæ est congeries, seu collegium prælatorum, possint coram alijs rutilare, & in dignitatis capite comparere. Elegit eam Deus, & præelegit eam, & habitare eam fecit in tabernaculo suo. Et si vis, notabis, quod in scriptura reperio electam

Ad { Dei filium concipiendum,
Carnis lilium custodiendum,
Mundi solium recipiendum,
Cœli gaudium accipiendum.

Prima fuit beata Virgo, de qua dicitur Cant. 6. quod *ipsa est pulchra vt luna, electa, vt sol, terribilis vt castrorum acies ordinata.* Vnde de ea & Christo potest dici illud Iud 5. *Pulcherrima fœminarum eligitur ei.* Secunda est quælibet sanctimonialis vel aliqua virgo munda, & casta. De qua Hester 2. *Deambulabat ante vestibulum domus, in qua electæ virgines seruabantur,* scilicet Mardochæus. Tertia potest dici quælibet prælata vel abbatissa, de qua scilicet potest dici illud prædictum. Elegit eam Deus, & præelegit eam, &c. Quæ etiam debet esse talis, quod possit dicere de seipsa illud Eccl. 24. *In platea sicut cinnamomum & balsamum aromatizans, odorem dedi quasi myrrha electa dedi suauitatem odoris.* Quarta est quælibet sancta anima vel persona, quæ scilicet à Deo eligitur, vt sibi in gloria perpetuo vniatur 2. Paral. 6. *Elegi Hierusalem, vt sit nomen meum in ea* Vnde etiam de Deo in patria potest dici illud Eccles. 1. *Cum electis fœminis graditur, & cum iustis & fidelibus agnoscitur.*

¶ Si vero de sancta Ecclesia dicitur, quod ista sit electa, dic, quod de hoc dicitur Can. 6. *Vna est columba mea, perfecta mea, vna est matri suæ electa genitrici suæ.* Patet ergo, quod est electio, qua quis assumitur ad prælationem.

¶ Tertio dico, quod est electio, qua quis assumitur ad damnationem & ista est electio diaboli siue mundi. Ipsorum enim P
fœlices scilicet mundi diuites peccatores videntur esse cæteris prælecti, quia scilicet ita sunt mundi prosperitate fulgentes, quod respectu ipsorum omnes alij videntur esse reprobati & ipreti. Vnde de Bacchide, id est, de diabolo dicitur 1. Macb. 9. quod *ipse elegit viros impios, & constituit eos dominos regionis.* Aduerte tamen, quod tales electi

Succidentur à statu mundanæ prosperitatis,
Comedentur ex haustu dæmonum gulositatis,
Occidentur in lacu æternæ crudelitatis.

Dico, quod succidentur à mundi prosperitate. Vnde in persona Nabuchodonosor, id est, diaboli dicitur 4. Reg. 19. & Esaiæ 37. *Succidam excelsa cedrorum eius & electa abietes illius.* Item comedentur dæmonum gulositate, scil. per tentationem quod fit quando per peccata de corpore vel societate eius efficiuntur, & in congeriem malorum trahuntur. Abac. 1. *Incrassata est pars eius, & cibus eius electus.* Item occidentur æterna crudelitate, scil. in inferno Hier. 48. *Electi iuuenes eius descenderunt in occisionem.* Sic ergo patet, quod mali eliguntur ad damnationem, digni ad prælationem, iusti ad saluationem, & hoc de eligere sufficit.

A **Eleuare.** Nota, quod eleuare idem est, quod se de inferioribus ad superiora transferre, & leuare. Et sic ista vocabula sunt eiusdem significati, sc. eleuatio, exaltatio sublimatio, surgere, sursum, supra uolare, ascendere, & potest accipi communiter in bono & in malo. In malo enim eleuatur homo per superbiam & eleuationē, & hæc est eleuatio vitiosa peccatorum. In bono vero eleuatur per cœlestium contemplationem, & per bonorum æternorum desideriū & affectionem, & per temporalem, seu perpetuam promotionem, & ista est eleuatio virtuosa. Prima est eleuatio peccatorum, & ista est duplex, quia vna est vanitatis, & superbiæ, secunda prosperitatis & mundanæ gloriæ. ¶ Primo de eleuatione vitiosa superbiæ & vanitatis potest dici illud Oseæ 13. *Eleuauerunt cor suū, & obliti sunt mei.* Istis n. accidit sicut in terræmotu aliquando solet contingere. Ventus n. in interioribus cauernis terræ, terram concutit, interius quasi tonitruum facit, quærensque sibi exitum, terram in altum eleuat quasi montem, quæ tandem crepat, & rumpitur, & sic nihil de illo monte nisi vorago seu concauitas inuenitur. Sic vere fit, quod interior ventus, id est, interior cogitatio, seu præsumptio in seipsa concutitur, & effertur, ita quod homo in seipso quasi vnus mons per superbiam erigitur & leuatur, & istud fit quando homo præsumit de se, vtpote de diuitijs, nobilitate, pulchritudine vel fortitudine Ezec. 28 *Eleuatum est cor tuum in decore tuo.* Per mortem tamen subito rūpitur, ita quod tota eleuata sua montuositas ad nihilum computatur, & in voraginem infernalem inclinatur. 2. Paral. 32 *Eleuatum est cor eius, & facta est contra eum ira.* ¶ Si autem vis, potes

B adhuc notare & dicere, quod

| | |
|---|---|
| Eleuātur mali | Super alios ipsos opprimēdo, |
| | Super seipsos, de se præsumendo, |
| | Contra Dominum, ipsum & omnes contemnendo. |

Eleuantur dico super alios Num. 27. *Cur eleuamini super populum Domini.* Super seipsos Thren. 3. *Sedebit solitarius, & tacebit, quoniam leuauit se supra se.* Contra Dominum Esa. 3. *Eleuatæ sunt filiæ Siō, & ambulauerunt extento collo, &c.* Et tamen Dominus prohibet tales superbas eleuationes Hier. 13. *Nolite eleuari, quia Dominus locutus est:* & merito, quia pro certo de tali eleuatione sequitur mors æterna sicut de illo rege dicitur 2. Paral. 26. *Cum roboratus esset, eleuatum est cor eius in interitum suum contra Dominum* Illi figurantur in illa cedro eleuatissima, fœcūdissima, & pulcherrima, q̄ tamē subito legitur corruisse, de qua dicitur Eze. 31 Vnde dicitur in Psal. *Vidi impium superexaltatum sicut cedros Libani, transiui, & ecce non erat.* Ista est ergo eleuatio vanitatis, quæ est vitiosa.

C ¶ Adhuc dico, quod est eleuatio vitiosa prosperitatis scilicet mundanæ gloriæ, quæ est periculosa. Cornix enim nucem, quam frangere nequit, sursum eleuat, vt dum ab alto ceciderit, ipsam frangat. Sic vere diabolus hominem per præsumptionē & superbiam facit eleuari & erigi, quandoque etiam per mundi prosperitatem ipsum facit exaltari, vt primo cadat per peccatum, tandem frangatur per mortem, finaliter comedatur per pœnam æternam Iob. 30. *Eleuasti inquit me, & quasi super ventum ponens collisisti me valde,* & illud Psalm. *Quia eleuans allisisti me.* Illa enim auis maxima, quæ dicitur Ruc. elephantem rapiens sursum leuat & eum dimittit cadere, & dum sic occiditur, eum deuorat, vt dicit Marcus Paulus in libello suo de regionibus Orientis. Sic diabolus tales Ezech 31. *Eleuatum est cor eius in altitudine sua.* Ista est ergo eleuatio duplex peccatorum, quæ est vitiosa.

D ¶ Secundo dico, quod inuenitur eleuatio virtuosa & perfectorum, & ista est eleuatio, qua boni apud Deum & homines tam spiritualiter quam æternaliter eleuantur. Vapores enim quanto puriores, tanto facilius eleuantur sursum. Et inde est, quod res cœlestes, quæ sunt sursum eleuatæ & superiores, sunt cæteris puriores. Sic vere charissimi, illi, qui sunt puri & sancti semper sunt sursum spiritualiter per affectum & desiderium eleuati. Quia vere homo quanto sanctior fuerit, tanto ab inferioribus & inferiorum amore, magis remotus & eleuatus erit. Vnde huic potest dici illud Esa. 52. *Ecce intelliget seruus meus, exaltabitur & eleuabitur, & sublimis erit valde,* quibus verbis ostenditur, quod triplex est eleuatio, qua boni diuersimode sublevantur.

| | |
|---|---|
| Vna est interior, | Vna est cordialis affectionis, |
| Alia est exterior, | Alia est temporalis promotionis, |
| Alia est superior. | Tertia est supernalis prælationis. |

Vna est (dico) interior & cordialis. Et ista est quando intellectus & affectus ad affectum & aspectum superiorum per contemplationem & desiderium eleuantur, quando quis à vitiorum casu ad statum gratiæ erigitur, quando à terrenorum affectu ad amorem cœlestium extollitur, quando quis à cura & notitia inferiorum ad contemplationem leuatur. De eleuatione enim à statu peccati ad gratiæ perfectionem dicitur Esa. 52. *Eleuare eleuare, consurge Hierusalem.* Et illud Exod. 19. *Sanctificabis illos eleuans coram Domino,* quod potest dici de sacerdotibus, de pœnitentibus, de conuersis. De eleuatione terrenorum ad æternorum affectionem dicitur Ezech. 1. quod *Cherubin,* id est, *instituti cum stabant, & cum flamentibus flabant, & cum eleuata à terra pariter eleuabantur.* De eleuatione vero ab inuestigatione inferiorum ad superiorum contemplationem potest dici illud Numer. 24. *Eleuans Balaam oculos, Israel vidit in tentorijs suis,* id est, Sanctos in patria. De ista ergo triplici virtuosa eleuatione potest dici illud. *Ecce puer meus exaltabitur & eleuabitur.* Alia est exterior & mundialis. Et ista est quando boni & digni ad promotiones & dignitates eriguntur & sublimantur. De quo dicitur illud. *Seruum meus exaltabitur, &c.* Tertia insuper est superior & æternalis & ista est, quando boni & digni, post huius mundi labores, ad cœli celsitudinem prouehuntur. Ideo dicitur Sublimis erit valde. Istam ergo triplicem eleuationem & exaltationem aliquantulum latius prosequamur. ¶ Dicamus ergo, quod est quædam eleuatio interior & cordialis seu virtualis. Lignum enim sub aqua positum superius se eleuat, & nisi per violentiam tenetur, naturaliter sursum natat. Ignis etiam inferius esse naturaliter dedignatur, quod ideo naturaliter sursum fertur, & eleuatur. Arbores etiam statim, quando de terra nascuntur, & exeunt sursum, versus cœlum se eleuant, & ascendunt. Aues etiam quamdiu sunt inferius, sunt in periculo, quando vero superius se eleuant sunt in tuto. Sic proculdubio, charissimi, nos nunquam debemus inferiora mundi bona diligere, nec ibidem manere nisi per quandam violentiam, vtpote quia nostrum officium, seu negotium hic requirit remanere, sed sursum ad bona per affectionem & contemplationem debemus ferri & eleuari, vt sic possimus à peccatis & periculis liberari. Et hoc maxime erit, si nos fuerimus lignum, id est, teneri per pietatem, ignis, id est, calidi per charitatem, arbores, id est, sursum eleuati per contemplationem, aues, id est, spirituales per sanctitatem. Iob 39. *Ad præceptum tuum eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidum suum.* Quod tamen est contra multos, qui sunt similes quibusdam lignis, quæ ita sunt solida & ponderosa, quod more lapidis ad fundum descendentia nunquam sursum natant, aut eleuantur sicut dicit Plinius, videlicet de buxo, hebeno, fico Ægyptiaca. Similes etiam sunt quibusdam auibus, quæ ita sunt carnosæ & ponderosæ, quod nunquam superius volant, nec de terra surgunt, aut se eleuant, sicut patet de struthione. Similes etiam sunt quibusdam arboribus, quæ ita sunt debiles, quod nunquam possunt sursum crescere vel eleuari, sed semper circa terram solent repere & inclinari, sicut patet de vepribus & de cucurbis. Et reuera, charissimi, tali modo impediuntur multi, ne per contemplationem sursum ad cœlestia eleuentur

Primi sunt delitiosi.
Secundi sunt desidiosi,
Tertij sunt auari & ambitiosi.

Delitiosi enim aquis delitiarum se immergunt, nunquam sursum ad contemplandum vel desiderandum æterna, se eleuant vel extollunt Struthiones etiam, id est, desidiosi, tanto pondere pigritiæ vel acediæ comprimuntur, quod nunquam sursum ad contemplationem vel affectionem cœlestium eriguntur. Vepres insuper, id est, auari & ambitiosi ita circa terram & terrena & auaritiā se dilatant & diffundunt, quod ad cœlestia nunquam eleuantur vel crescunt. Vnde his potest dici illud Iud. 8.

*Non poterant vltra certi... are.* Non sic ergo charissimi, sed eleuemur ad Deum ... bona æterna, bona terrestria vilipendendo, ... commissa crimina præmeditando, secreta cœlestia inuestigando. Eleuemur ergo a terrenorum affectione. Hierem. 1. *Eleuat nebulas ab extremis terræ*, Item eleuemur a peccatorum delectatione. Ezech. 3. *Eleuauit me spiritus, & assumpsit, & abij amarus in indignatione Spiritus mei.* glo. Quanto dulcescit, supple spiritus, quanto minus videt, tanto in amaritudinem vertitur, quod foris habet. Item eleuemur in supernorum perscrutatione. Vnde Ezech. 43. *Eleuauit me spiritus & introduxit me in atrium interius, & ecce gloria erat repleta domus Domini.* Ista est ergo eleuatio interior & cordialis. Intelligit inquit & eleuabitur. Inde dicitur Deut. 32. *Vtinam saperent & intelligerent, & prudenter nouissima prouiderent.* D. Christo vero dicitur Act. 1. quod *eleuatis manibus ferebatur in cœlum.* Et si vis, potes notare, quod boni debent eleuare cor per affectionem, oculos per contemplationem, vocem per laudem & confessionem, faciem per spei consolationem, manus per orationem: debet (dico

Eleuari
- Affectus.
- Aspectus,
- Affatus,
- Conspectus,
- Effectus.

Eleuetur igitur primo superius ad Dominum affectus cordialis. Quod bene figuratur in hostia, cuius pectusculum debebat eleuari coram Domino. Pectus enim cordialem affectionem designat: Leuit. 8. *Tulit pectusculum eleuans coram Domino.* Et Leuit. 10. *Eleuauerunt armum & pectus coram Domino.* Item eleuetur aspectus visualis, id est, consideratio 1. Paral. 21. *Eleuans Dauid oculos vidit Angelum.* Et Genes. 22. dicitur de Abraham, *quod eleuatis oculis vidit locum procul.* Item eleuetur affatus verbalis per honestam locutionem quia pro certo iusti eleuant vocem amare plangendo, Dominum laudando, culpas confitendo. Amare dico plorando scilicet pro culpæ commissione, sicut 1. Reg. 11. dicitur. *Eleuauit omnis populus vocem suam & fleuit*, præfraterna compassione sicut de Ioseph dicitur Genes. 45. quod *videns fratrem suum, eleuauit vocem cum fletu.* Dominum laudando. Psalm. *Eleuauerunt flumina vocem suam.* Culpas etiam confitendo. Iob 48. *Eleuabis in nebula vocem tuam.* Et illud 1. Esdræ 3. *Eleuabant vocem in lætitia* Item eleuetur conspectus facialis per spem, fiduciam & deuotionem Iob 21. *Eleuabis ad Deum faciem tuam, rogabis eum, & exaudiet te.* Item eleuetur effectus manualis per deuotam supplicationem. Nee. 8. *Eleuantes manus, incuruati sunt.* Et Exod. 7. dicitur. *Cumque leuaret Moyses manus, vincebat Israel, &c.* Ista est ergo eleuatio interior & virtualis. Est etiam quædam eleuatio exterior & temporalis, & ista est eleuatio dignitatum & promotionum, ad quas boni & iusti sunt assumendi & eleuandi, quod ostenditur cum dicitur, *Seruus meus exaltabitur* Illi enim qui sunt serui Dei per humilitatem & sedulitatem, debent elegi, & exaltati ad temporalem & ecclesiasticam dignitatem, quia sicut dicitur Luc. 14. & 18. *qui se humiliat, exaltabitur*, & secundum Gregorium. Non est æquum, vt alijs præsint, qui subesse non didicerint. Natura enim istam arborem solet exaltare, & eleuare, quæ aquis seu fontibus irrigatur, quæ in terræ profundo radicatur, quæ ramis & frondibus inferius non grauatur. Sic vere ille debet ad statum prælationis exaltari, qui aquis deuotionis fuerit irrigatus. Iuxta illud Ezech. 13. *Aquæ nutrierunt ipsum, abyssus exaltauit ipsum.* Itē qui per humilitatem fuerit profundatus, quia sicut dicitur Eccles. 11. *Sapientia humiliati exaltabit caput.* Item qui ramorum, id est, nepotulorum, & cognatorum multitudinem circa radicem, id est, circa cordialem affectum non fuerit prægrauatus, vel etiam ramorum, id est, bonorum temporalium. Qui a vere illi merentur promoueri, exaltari, prælati & superiores fieri, qui quantum ad desiderium & amorem ramis bonorum temporalium sunt nudati. Vnde Luc. 1. *Exaltauit humiles & esurientes impleuit bonis* Ista est ergo eleuatio exterior & temporalis. 2. Regum 3. *Eleuetur thronus Dauid super Israel*

C ¶ Adhuc dico, quod est eleuatio superior & æternalis Et ista est eleuatio & exaltatio gloriæ Paradisi, quod ostenditur cum dicitur, sublimis erit valde. Contrariæ enim substantiæ, contrarios habent actus, contraria loca, contrarias habent consuetudines. Et ideo ista de se vera communiter inueniuntur, quod qui in vno loco deprimitur in loco eius contrario & sublimatur & eleuatur. Istud patet in planetis, qui in diuersis & contrarijs signis habent suas exaltationes, & suas depressiones. Vnde planeta, qui in vno signo deprimitur, in signo contrario exaltatur. Reuera charissimi sic est, quod mundus & paradisus, vita præsens & futura sunt quasi duo signa, duæ regiones, duæ habitationes quæ contrariantur, & aduersantur, & in moribus & conditionibus. Dic si vis quomodo sic est, quod in vno istorum scilicet in mundo boni deprimuntur & tribulantur, mali vero exaltantur & prosperantur. Ergo dignum & iustum est, quod in contrario signo, scilicet in statu post mortem & in futura vita mali damnentur, & deprimantur, boni vero promoueantur & exaltantur. Et pro certo ita fit, quia illi, qui modo sunt in tribulatione & depressione, scil. pauperes & depressi, in alia vita erunt in Paradiso, in exaltatione & promotione [ Sublimis inquit ] erit valde Genes. 7 *multiplicatæ sunt aquæ, & eleuauerunt arcam in sublime à terra.* Aquæ, inquit, scilicet tribulationum temporalium, quia scilicet istæ sunt causa finalis eleuationis & saluationis. Vnde de Sanctis dicitur in Psalm. *Quoniā dij fortes terræ eleuati sunt.* Illi vero, qui modo sunt in debita & iniuste in mundi exaltatione & gloria, erunt in alia vita in inferni depressione & miseria Vnde Esai. 2. *Humiliabitur sublimitas virorum.* Et sic verificabitur illud Euangelicum Lucæ 1. *Deposuit potentes de sede & exaltauit humiles.* Et Ezech. 11. *Eleuauerunt Cerubim alas suas, & rota cum eis, & gloria Domini erat supra eas.* Patet ergo triplicem esse bonorum exaltationem, eleuationem & sublimationem, scilicet interiorem & cordialem, exteriorem & temporalem, superiorem & æternalem, & hæc sufficiant. Vide supra vbi ascendere, & infra in alijs titulis supra in principio notatis, & vide supra vbi adducere, vbi inuenies illam auctoritatem diuersam Ezechiel. 8. *Eleuauit me spiritus & adduxit me Hierusalem in visione Dei, &c.*

## Eleemosyna.

A Nota quod eleemosyna proprie dicitur largitas, quæ diuino amore, & pietatis compassione erga pauperes exercetur. Bona enim mundi ideo diuitibus sunt concessa à Deo, vt necessitatis tempore Dei procuratoribus scilicet pauperibus eius personam præsentantibus restituantur, & per eleemosynas concedantur. Sicut enim natura humorem radicalem arborum posuit in radicem & medullam, vt inde ad ramos deriuetur, sanguinem etiam fontalem posuit in corde & hepate, vt inde ad nutrienda membra formatur & deriuetur. Sic vere Deus in diuitibus sanguinem, & humorem & honorem bonorum temporalium, voluit reponi, vt tandem membris & ramis, id est, pauperibus valeant, per eleemosynas circumfundi, condiuidi, pariter & largiri. ¶ Largiendæ sunt ergo eleemosynæ B

Vt
- Calamitas pauperum temperetur,
- Criminum malignitas eripietur,
- Bonorum fœcunditas propinetur,
- Cœlorum fertilitas procuretur,
- Inferni pœnalitas declinetur.

Eleemosyna ergo temperat pauperum calamitatem. Sicut enim ros, quī à boue erigitur, & emittitur, aqua, quæ à fonte destillatur, ros, qui à cœlo diffunditur, terram aridam imbuunt & fœcundant. Sic eleemosynæ, quæ à viris pijs & misericordibus distribuuntur, aridos paupertate terreant, nutriunt & confortant. Aridi enim & pauperes, non diuites, sunt donis & eleemosynis fœcundandi iuxta illud Daniel. 4. *Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum.* Temperat ergo eleemosyna pauperum calamitatem. ¶ Item eleemosyna eripit criminum iniquitatem. Sicut enim animal, quod dicitur muscelus, apostemate timens mori, ad arborem se fricat, & apostema rumpens humorem emittit, & sic infirmitatem & mortem euadit. Sic diues sentiens se infirmum per plura peccata, fricet se ad arborem crucis per deuotionem, rumpat & aperiat apostema suum, vbi sunt amores diuitiarum reconditi, scilicet arcam vel bursam per eleemosynarum largitionem, faciatque illud fluere pauperibus erogando, & sic ab infirmitate peccati liberabitur, Dei misericordiam consequendo, quia *beati misericordes quoniam ipsi misericordiam consequentur.* Matth. 5. Sicut enim dicitur. Ecclesiastic. 3. *Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna resistit peccatis.* ¶ Item eleemosyna propinat bonorum fertilitatem. Sicut enim fons quanto plus de aqua per riuulos mittit, tanto sibi natura ab inferioribus occultis meatibus de aqua amplius trans-

transmittit, sic vere illi, qui … misericordes, quando plus per eleemosynas ex… pauperibus largiuntur tanto per occultam Dei prouisionem sibi à Deo ampliora donantur, sicut de Ioanne eleemosynario dicitur, quod quanto plus dabat, tanto plus abundabat. Iuxta illud prouerbiorum 11. *Alij diuidunt propria & ditiores fiunt. Alij rapiunt non sua, & semper in egestate sunt.* Vnde Ecclesiastici 17. & 19. *Eleemosyna viri quasi sacculus cum ipso.* ¶ Item eleemosyna procurat cœlorum fertilitatem. Vnde August. lib. de verbis Domini. Si vis (inquit) esse mercator optimus, fœnerator egregius, da, quod non potes amittere, da modicum vt accipias centuplum, da temporalia, & accipe æterna. ¶ Item eleemosyna declinat inferni pœnalitatem, quia sicut dicit Hierem. vel Gregor. Non recolo me vidisse hominem male mortuum, qui libenter exercet opera pietatis. Vnde Tob. 5. & 12. dicitur: *Eleemosyna à morte liberat & ipsa est, quæ purgat peccata,*
C *& facit inuenire vitam æternam.* ¶ Sed si vis adhuc aliquantulum curiosius & plenius distinguere, dic, quod cum eleemosyna nihil aliud sit quam misericordia vel pietas indigentibus per effectus demonstrata, possum dicere, quod eleemosyna facienda & exequenda est propter multa, videlicet quia hæc

Docetur à rerum natura, Augetur bonorum structura,
Iubetur in sacra scriptura, Cauetur pœnarum vstura,
Arcetur pauperum iactura, Habetur cœlorum pretura.
Deletur peccati punctura,

Dicam ergo, quod facienda est eleemosyna, quia hoc docetur à rerum natura. Ius enim naturale dictat hoc, vt quod nobis ab alijs volumus fieri hoc alijs faciamus, & econuerso, vt quicquid nobis oderimus fieri hoc ne faciamus alteri. Prima istarum regularum naturalium ponitur à Christo Matthæi 7. Secunda vero ponitur Tob. 4. Cum ergo nos omnes si essemus indigentes vellemus nobis ab alijs eleemosynas dari, & beneficia impendi, oderimus etiam ipsa nobis negari & impie contradici, inde possumus concludere, quod indigentibus ex naturali instinctu debemus eleemosynas dare & non negare, & secundum quod nostra requirit facultas, & ipsorum necessitas, ipsis misericorditer subuenire. Natura enim non creauit bona sua pro singulis sed pro omnibus. Et ideo quia eiusdem naturæ sumus & fratres, debemus & naturæ bonorum simul esse participes & consortes: Pauper enim caro & frater noster est, & ideo ipsum sicut carnem propriam debemus diligere, & ipsi tanquam fratri bona nostra condiuidere atque dare. Et hoc allegando clamat Esaiæ 58. *Frange* (inquit) *esurienti panem tuum, & egenos, vagosque introduc in domum tuam, cum videris nudum, operi eum & carnem tuam ne despexeris.* Et bene dicit carnem tuam, id est, pauperem, quia sicut dicitur Ephes. 5. *Nemo vnquam carnem suam odio habuit sed nutrit & fouet eam.* Et reuera natura rerum & naturas animalium ad eleemosynas nos inducit. Sicut enim sæpe dixi, omnia opera naturæ diffundunt & communicant semetipsa. Aues etiam nobiles quamuis rostra habeant pungentia & acuta, habent tamen digitos non contiguos, sed diuisos. Manus etiam humana non est contigua neque clausa, sed in plures partes & digitos est distincta. Quod quidem sagax ordinauit natura, vt se facile posset extendere & ad erogandum seu operandum faciliter dilatare. De re enim diuisa, & discontinua, & fixa facile cadit quod habet. Et ideo in forma manus hominis, & pedis auis nobilis, satis videtur natura innuere & manus nostras debemus alijs extendere, bona nostra cunctis diuidere & dimittere, & sola necessaria retinere. Et merito, quia pro certo bona nostra melius seruantur erogando, quam retinendo. Frumentum enim in arca non multiplicatur, imo lapsu temporis corrumpitur, seminatum vero in agro fertili multiplicatur, & successiue si non in se, tamen in suo simili melius conseruatur & pro grano seminato, pro vno quidem multiplex, pro corrupto integrum, pro veteri nouum finaliter reportatur. Sic vere dico, quod bona nostra in agro pauperum per eleemosynas seminata & sparsa, melius seruantur & multiplicantur, quam si à nobis retineantur. Ager enim pauperum fertilis est, restituit enim magna pro paruis, multa pro paucis, æterna pro caducis, cœlestia pro terrenis. Vnde August. In sermone de dedicatione. Eleemosyna peccata mundat & pro nobis ad Deum interpellat. Quicquid enim pauperibus dederimus, integre possidemus. Et ideo Chrysostomus super Matth. dicit sic. Melius seruatur pecunia in dextera pauperis, quam in arca. Hanc calumniator non extorquebit, inuidus non criminatur, latro non aufert, fur nocturnus non … seruus fugam … non tollit, sed semper est tuta, semper integra, semper … Et August. libro de verbis Domini dicit, quod fœcundus ager pauperum cito reddit donantibus fructum. Vt ad cœlum … Patet ergo, quod eleemosyna facienda pauperibus erogare. Patet ergo, quod eleemosyna facienda est, quia hoc docetur à rerum natura. ¶ Secundo facienda est, quia hoc iubetur in scriptura. Inter cætera enim opera virtuosa sacra scriptura solet eleemosynam mirabiliter commendare, & singulariter imperare. Præcipit enim & commendat eleemosynam

Vt { Numinum exoratricem,
Omnium emundatricem,
Hostium debellatricem.

Præcipitur ergo vt numinum exoratrix. Ecclesiast. 29. *Conclude eleemosynam in sinu pauperis, & ipsa pro te exorabit.* Item vt hostium debellatrix. Narratur de quodam, qui omni sero consueuerat vnum pauperem hospitari & pascere & contigit quodam sero, quod vnum inuenit & inuitauit, vxor hoc nesciens, alium inuenit & inuitauit, famulus suus hoc ignorans, alium inuenit & inuitauit, Dominus vero vnum solum se habere credens, & in sero tres inueniens, omnes tres gaudens recipit & pauit, in sero ipse raptus ad iudicium cum in quadam domo inclusus à dæmonibus obsideretur, affuerunt tres pauperes supradicti, qui ianuas custodientes, hostes repulerunt, & eum defenderunt. Ideo de eleemosyna dicitur Ecclesiastic. 29. quod *eleemosyna viri quasi sacculus cum ipso.* Sequitur. *Super scutum potentis, & super lanceam aduersus inimicum suum pugnabit.* ¶ Item præcipitur vt omnium emundatrix. Luc. 11. *Date eleemosynam & omnia munda sunt vobis.* Et ideo breuiter Tob. 14 concluditur sic. *Filij* (inquit) *vestris mandate, vt faciant eleemosynas & iustitias, vt sint memores Dei.* Patet ergo quod eleemosyna facienda est, quia hoc iubetur in sacra scriptura.

¶ Tertio dico, quod facienda est, quia hac fouetur pauperum iactura. E
Pauperes enim morerentur, nisi eleemosynis diuitum fouerentur, & ideo diuina prouidentia quosdam pauperes esse decreuit, vt ipsi ex sua patientia lucrarentur, & vt propter inopiam à malis cohiberentur, & vt pietas diuitum in eis probaretur & exercitaretur. Et ideo dicit Basilius in quadam homil. quod non iniustus est Deus, res inæqualiter distribuens, vt alter pauper sit, alter abundet, quia hoc fecit, vt & tu dispensationis merita consequaris, ille autem patientiæ brauijs coronetur. Panis famelici ergo est panis, quem tu tenes, nudi tunica, quam tu recludis, discalceati calceus, quem tu reseruas, argentum, quod possides indigentis, & tot iniurias facis, quot subuenire dum vales omittis. Fiat ergo eleemosyna, quia hac fouetur pauperum iactura. Pauperum (dico) viuorum, qui per eleemosynas corporaliter recreantur. Pauperum etiam mortuorum qui per amicorum eleemosynas à purgatorio liberantur. Eleemosyna enim opus est satisfactorium non solum pro proprijs, imo etiam pro alienis peccatis. Cum enim pro mortuo eleemosyna pauperi datur, Pauper ille, qui languet in purgatorio, consolatur, & sua miseria liberatur, in quantum per hoc diuinæ iustitiæ satisfactio impenditur, quæ placatur. Igitur faciamus sicut facere solebat Crates (alijs puto Thraces populi tunc pagani) in mortibus amicorum. Sicut enim ponit Pomponius, in funeribus mortuorum amici conueniebant, & circa corpus quicquid pretiosarum opum & quicquid armorum habebant, exponebant & plicabant. Parati cum fato iacentis si daretur aut pacisci cum diuitijs, aut decernere, seu bellare, cum armis. Sic vere dico, quod pro amicis nostris mortuis debemus exponere & opes & arma. Opes dico diuitiarum, eleemosynas pro eis faciendo. Arma etiam orationum, pro eis apud Deum intercedendo. Sic ergo cum fato istius mortui, id est, cum morte vel purgatorio, seu cum diuina iustitia poterimus decertare, vel pacisci. Decernere & bellare per orationem, pacisci & concordare per eleemosynarum largitionem. Vt & sic possimus dicere cum Esaiæ 28. *Pepigimus fœdus cum morte & cum inferno fecimus pactum.* Et ideo ad talem eleemosynam mortuis impendendam scriptura inducit Eccl. 4 vbi dicit sic, *Eleemosynam pauperis ne defraudes, & oculos tuos ne transferas à paupere, animam esurientem ne despexeris,* Fiat ergo eleemosyna, quia hac fouetur pauperum iactura.

¶ Quarto dico, quod facienda est eleemosyna, quia hac deletur peccati punctura. F
Peccata enim per eleemosynas redimuntur. Vnde Nabuchodonosori fuit dictum Daniel. 4. *Peccata tua ele-*

*Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum.* Istud potissime pertinet ad sæculares, qui non possunt vacare ad alia opera satisfactoria, scilicet orationem, electionem, contemplationem, quia videlicet isti per eleemosynas debent saluari, & præ cæteris pijs operibus insudare. Legitur enim in vita beati Antonij, quod dum ipse Antonius iret per deserta videre Paulum primum Eremitam, inuenit hominem equo mixtum, cui tus dato, quod verba non intelligeret, sibi tamen viam ostendit & statim fuga voluit aufugere per desertum, tandem inuenit in alto loco homunctionem aduncis naribus, fronte cornibus asperata, qui ei dactylos porrigebat, à quo peteret quis esset, respondit: Mortalis ego sum, vnus ex accolis eremi, legatione fungor progiege populi mei, vt communem Deum ores pro nobis peccatoribus, &c. Tunc etiam legitur dixisse Antonius. Væ tibi Alexandria, bestiæ Christum loquuntur, & homines ignorant. In his ergo oo tabu, quod equo mixti, id est, viri lubrici & luxuriosi, homunciones vero, id est, simplices & ignari, in naribus deuotionis diminuti, & cornibus bestialitatis muniti, solent sanctos & pauperes præ cæteris recognoscere, & dactylos bonorum terrenorum per eleemosynas largiri & viam veritatis ipsis qui bestiæ sunt, demonstrare. Et secundum tu, ei veritatem ista quotidie fiunt, quia scilicet bestiæ melius loquuntur Christum quam homines simplices, & laici plus insistunt eleemosynis quam clerici, imo etiam isti laici viam vitæ de facto ostendunt, & bene agendo, male agentes clericos reprehendunt. Asina enim Balaam melius vidit Angelum & eius gladium quam propheta, & ideo à gladio mortem declinabat, à quo tamen propheta Balaam non cauebat, quem asina postea reprehendit, & ipsius insaniam increpauit, sicut dicitur Num. 22. Prophetæ enim id est Ecclesiastici viri, Angelum, id est, Deum & gladium suæ diuinæ sententiæ non videntur aduertere, ideo non curant à via vitiorum discedere. Asinæ vero, id est, simplices & Deum & eius gladium aduertunt & attendunt, & ideo à malis via fugiunt & diuertunt, & sic de facto prophetas, id est, clericos reprehendunt. Breuiter ergo ista est veritas, quod sicut inter animalia fœminæ magis vacant nutritioni fœtuum, & pullorum, quam masculi, vero inter homines sæculares, imbecilles & fœminei plus solent vacare nutritioni pauperum, quam clerici vel prælati. Et in hoc quidem ipsi benefaciunt, & nos male, quia scilicet peccata sua eleemosynis redimunt, & iniquitates suas misericordijs pauperum. Quia sicut dicitur Ecclesiast. 3. *Sicut aqua extinguit ignem, sic eleemosyna resistit peccatis.* Faciamus ergo eleemosinam, quia hac deletur peccati punctura.

G ¶ Quinto dico faciendam est, quia hac augetur bonorum structura. Bona enim non solum spiritualia & æterna, imo etiam temporalia vel terrena per eleemosynam augentur, multiplicantur & confirmantur. Pone exemplum, si vis de montibus salis in Cathalonia, qui exhaustis incolis ibidem sal accipientibus, & foueas magnas facientibus, statim aduenienta pluuia foueam replente, & in naturam salis se vertente, ipsi montes redintegrantur, & ad naturam pristinam reuertuntur. Sic dicam de multis, qui non possunt tantum per eleemosynas, & per bonorum suorum communicationem minui, quin virtute diuina ipsos videmus in diuitijs non minus, sed augeri. Narratis vis, de simplici, qui vnicam vaccam suam dedit pro Deo, vt centum haberet, audito scilicet verbo euangelico. Date & centuplum accipietis. Tandem mendicus factus, cum in domo regis cum alijs pauperibus eleemosynam peteret, in fero & in obscuro rogauit Deum, quod pro vna de centum vaccis suis lumen tunc temporis sibi daret. Statim ergo cereus splendens de cœlo descendit, qui totum palatium illuminauit. Quo audito rex propter verificationem euangelij nonaginta nouē vaccas sibi dari præcepit. Per eleemosynam ergo etiam bona temporalia augentur. Vide hoc supra de (date) in fine secundi membri. De bonis vero æternis constat, quod illa per eleemosynas augentur & in infinitum multiplicantur. Eleemosyna enim est semen, de quo fructus æternæ felicitatis succrescit. Vnde Leo super illud Luc. 6. *Date & dabitur vobis.* Da, inquit, quod accipias, sere, quod metas, sparge, quod colligas, quamuis enim non habeas nisi quod acceperis, non poteris tamen non habere, quod dederis. Fatuus enim est, qui sibi non vult esse perpetuum, quod existimat diligendum. Ideo consulitur Luc. 12. *Vendite, quod possidetis, & date eleemosynam, facite vobis sacculos, qui non veterascunt, thesaurum indeficientem.* Faciamus ergo eleemosynam, quia hac augetur bonorum structura.

H ¶ Sexto dico, quod facienda est, quia hac cauetur pœnarum visura. Per eleemosynam enim liberatur homo à pœnis temporali & æterna. Constat enim quod multi sic liberantur à pœnis, dando munera iudicibus vel eorum amicis. Sic ergo si Christo in persona pauperum eleemosynas damus, maxime cum isti sint ipsius amici specialissimi, constat, quod apud eum gratias impetramos, & sic mortem temporalem & perpetuam euitamos. Vnde Tob. 4. *Eleemosyna à peccato & à morte liberat, & non patietur animas ire in tenebras.* Ista est enim veritas, quod quicquid fit pro Christo pauperi, Christus sibi reputat esse factum, iuxta illud Matthæi 25. *Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.* & ideo bene consulebat cuidam, qui non poterat ieiunare, quod scilicet quoties ieiunium frangeret, vnum pauperem secum vocaret ad comedendum, vt scilicet si ipsum Dominus in iudicio argueret, quod in die ieiunabili comedisset, posset respondere, & dicere, Domine & tu mecum. De quodam etiam Burgense duro & tenaci legitur, quod cum quadam die, cuidam pauperi importuno dedisset panem vnum, & eum despectiue præ tædio percussisset proijciens sibi panem, nocte tractus ad iudicium, præponderauit panis proiectus, contra omnia mala sua, qui euigilans, eleemosynas multas fecit, & tandem tunicam propriā cuidam pauperi dedit, qui statim eam vendidit, sed postea apud emptorem cognita doluit, & se indignum dicebat, quod pauperis tunica vteretur. Nocte eadem vidit Christum eius tunica indutum, & euigilans aiebat, Heu mihi, quilibet pauper Christus est, ego ergo volo esse Christus, volo esse pauper. Omnibus ergo suis venditis & datis, seipsum finaliter vendi fecit & pretium erogari, & in vitam perfectam creuit, & multa pro eo miracula Deus fecit. Bene ergo dico, quod eleemosyna facienda est, quia hac cauetur pœnarum visura.

I ¶ Septimo vero dico, quod facienda est, quia habetur cœlorum præstura, scilicet gloria Paradisi. Constat enim quod per eleemosynam, cœlum emitur, & pro temporali bono quod datur, cœlestis gloria promeretur. Et ideo dicit Petrus Rauennas sermone quodam. Da pauperi terram pro cœlo, nummum pro regno, quia quod pauperi dederis, hoc habebis, quod non dederis, habebit alter. Et ideo bene dicitur Tob. 12. *Eleemosyna à morte liberat, & ipsa est, quæ purgat peccata & facit inuenire vitam æternam.* Et pro certo ista est veritas, quod ille qui hic dare nō vult aliquid in persona pauperum ipsi Christo, nunquam se debet sperare aliquid ab eo recepturum in cœlo. Et ideo sicut videmus, quod mercatores in alienis partibus laborantes, quicquid acquirunt, ad domum suam portantes ibidem recolligunt & reponunt, aues etiam ad nidos suos rapinam solent deferre & formicæ, & ericij & apes solent illa, quæ foris acquirunt, ad sua domicilia, vbi habitaturi sunt, reportare, sic vere & nos si sapientes mercatores fuerimus, bona, quæ sunt in ista aliena patria possidemus vbi tanquam peregrini transimus ad domum nostram, quæ Paradisus est, per manus pauperum transmittemus. Vnde August. in quadam Epistola dicit sic. Si vis esse mercator optimus, fœnerator egregius, quod non potes tenere, vt accipias, quod nō potes amittere, da modicum, vt accipias centuplum, commuta temporalia cum æternis. Præmittamus, ergo illuc per pauperes bona nostra, quia secundum Chrysost. super illud Matth. 6. *Nolite thesaurizare thesauros in terra.* Stultitia est illic relinquere, vnde exituri sumus, & illic nun præmittere quo mutuis es. Illic ergo substantiam tuam colloca, vbi te habere patriam cognoscis. Et sequitur. Qui in terra thesauros collocat non habet, quod speret in cœlo. Ad quid inquit cœlum respicis, vbi nihil repositum habes? Quicquid pro anima tua dederis, tuum est quicquid reliqueris perdidisti. Sic ergo dico, quod septem rationibus eleemosynæ sunt faciendæ. Vide infra de misericordia pietate, date, erogate & similibus.

# Eloqui. Eloquiū. Eloquentia.

A Quia infra in tit. de loquitatis diffuse de hoc tractabo, ideo parum habeo dicere de locutionis materia loco isto. Nota ergo, breuiter, quod in scriptura fit mentio de eloquio diuino & humano. ¶ Primo ergo aliquid de diuino eloquio dicamus. Per eloquia enim Dei intelliguntur propriæ verba sacræ scripturæ, quibus scilicet ipse Deus nobis loquitur, & quibus nos debemus credere, sicut illis eloquijs, quæ ore diuino promuntur. Vnde Apostolus Roman. 3. loquens de populo Iudæorum, dicit, quod *quidem credita sunt illis eloquia Dei.* Sicut enim in Psalm. dicitur, *Dens emittit eloquium suum terræ, velociter currit sermo eius.*

• Breu-

Breuiter ergo notabo, quod eloquium Dei (id est sacra Dei verba & diuina scriptura) est credendum, tenendum, legendum, & frequentandum multiplici ratione, videlicet quia

Viuificat morientes,
Iustificat pœnitentes,
Lætificat confidentes,
Tristificat metuentes,
Certificat contemplantes,
Rectificat operantes,
Flammificat affectantes,
Dulcificat Christum degustantes,
Salsificat hosti rebellantes.

Dico ergo, quod eloquium Dei morientes viuificat per gratiæ restitutionem. Psalm. *Eloquium tuum viuificauit me.* Item pœnitentes salsificat seu iustificat per virtutum reparationem. Psalm. *In eloquium iustitiæ tuæ fac cum seruo tuo secundum misericordiam tuam, & iustificationes tuas doce me.* Item confidentes lætificat per spem, & consolationem, seu per futurorum bonorum repromissionem. Psalm. *Lætabor ego super eloquia tua sicut qui inuenit spolia multa.* Item metuentes tristificat per timorem & contritionem. Psalm. *Statue seruo tuo eloquium tuum in timore tuo.* Item contemplantes certificat per doctrinam & instructionem. Psalm. *Iuxta eloquium tuum da mihi intellectum.* Item operantes rectificat per prudentem gubernationem seu directionem. Psalm. *Gressus meos dirige secundum eloquium tuum.* Item affectantes flammificat per desiderium & dilectionem. Psalm. *Ignitum eloquium tuum vehementer, & seruus tuus dilexit illud.* Et de Ioseph dicitur in Psal. *Eloquium Domini inflammauit eum.* Item Christum degustantes dulcificat per deuotionem. Psalm. *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua.* Item quia hosti repugnantes tutificat per adiutorium & subuentionem. Psalm. *Intret postulatio mea in conspectu tuo, secundum eloquium tuum eripe me.* Et illud: *Iudica iudicium meum & eripe me propter eloquium tuum.* Et breuiter omnia bona possunt inueniri in eloquijs diuinis. Ista enim sunt eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum. Et ideo procul dubio ista sunt meditanda, prædicanda, audienda, & in corde perpetuo reponenda & conseruanda. Meditanda dico. Psalm. *Præuenerunt oculi mei ad te diluculo, vt meditarer eloquia tua.* Prædicanda etiam Psalm. *Pronunciabit lingua mea eloquium tuum quia omnia mandata tua æquitas.* Audienda insuper Prouerb. 4. *Fili mi ausculta sermones meos & ad eloquia mea inclina aurem tuam.* Conseruanda insuper, & in cordibus abscondenda Psalm. *In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi.* Istud ergo eloquium Dei, quod est venerandum.

B ¶ Secundo dico, quod inuenitur eloquium humanum, quod est duplex. Vnum iusti, quod est moderandum. Sicut enim video, quod flatus artificis in instrumento musico facit diuersos dulcificos sonos promi, sic flatus & inspiratio tactus & admonitio Spiritus sancti diuersa bonorum eloquiorum genera fideles homines fecit loqui sicut bene dicitur Actor. 2. quod *Apostoli loquebantur varijs linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis.* Eloquentia enim est quoddam speciale Spiritus sancti donum, quod proculdubio valde necessarium est cuilibet oratori, qui scilicet prædicando, docendo, allegando alijs habet loqui. Teste enim Cassio. Eloquens est ille, qui scit magna granditer, parua submisse, & media dicere temperate, qui scit inuenire præclare, nunciare magnifice, apte disponere, varie figurare. Ad mores ergo applicando, dico, quod in iustis inuenitur multiplex bonum eloquium, videlicet eloquium

Confessionis, quo se debet fortiter accusare,
Orationis, quo Deum debet dulciter reclamare,
Responsionis, quo cuilibet debet suauiter verba dare,
Prædicationis, quo quandoque debet vtiliter informare,
Eloquium gratiarum actionis, quo debet Deum verbaliter laudare & commendare.

De eloquio confessionis sui ipsius accusatiuo dicitur Iob 10. *Dimittam aduersum me eloquium meum, loquar in amaritudine animæ meæ.* De eloquio orationis Dei & sanctorum deprecatiuo dicitur Iob 5. *Quamobrem Dominum deprecabor, & ad Deum ponam eloquium meum.* De eloquio responsionis cuilibet dulciter satisfactiuo dicitur Gen. 49. *Nephthalim ceruus emissus, dans eloquia pulchritudinis.* Et Cant. 4. dicitur. *Sicut vitta coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce.* Et in Psal. *Erunt vt complaceant eloquia tua.* De eloquio prædicationis aliorum vtiliter informatiuo, dicitur illud Ecclesiastic. 39. *Tanquam imber emittet eloquia sapientiæ suæ.* & Deut. 32. *Concrescat in pluuiam doctrina mea, fluat, vt ros eloquium meum.* De eloquio autem gratiarum actionis diuinæ laudis emissiuo, & depromptiuo, dicitur in Psalm. *Iucundum sit ei eloquium meum, ego vero delectabor in Domino.* Istud est ergo eloquium iusti, quod est moderandum. C

¶ Sed adhuc dico, quod inuenitur eloquium impium quod est refutandum. Et sic dico quod, est

Eloquium { Derisionis, Iactationis, Detractionis, Simulationis.

De eloquio derisorio dicitur Iob 6. *Ad increpandum tantum eloquia concinnatis, & in ventum verba profertis.* De eloquio iactatorio dicitur Iob. 29. *Verbis meis addere nihil audebant, & super ipsos stillabat eloquium meum.* De eloquio detractorio dicitur Esaiæ 29. *Et erit quasi Pythonis de terra vox tua, & de humo eloquium tuum mussitabit.* De eloquio autem simulationis, seu hypocriticæ fictionis dicitur ibidem Esa. 29. *Humiliaberis, de terra loqueris & de humo audietur eloquium tuum.* Sic ergo patet, quod est eloquium impij iusti & Dei. Vide titulo loqui, vox & verbum.

## Elongare,
Vide in titulo longe, de longe à longe. A

## Emere,
Cum emere nihil aliud sit quam aliquid acquirere pretio mediante, possumus notare & dicere, quod in scripturis inuenitur

Emptio { Dei, quæ est speciosa, Iusti quæ est virtuosa, Impij, quæ est vitiosa.

Emit Deus humanas animas, seipsum tribuens. Emit iustus virtutes optimas, se culpis exuens. Emit impius merces vilissimas, se culpis imbuens. Est ergo emptio, qua Deus emit humanas animas. Et ista pro certo nihil aliud est, quam humani generis redemptio, qua semetipsum dedit & morti exposuit pro eo habendo, emendo, & redimendo. Istud enim pretium nimis charum, cuius calor in infinitū mercium valorem excedit, sed hoc fecit, vt amorem suum erga nos declararet, & nos ad se amandum obligaret. Et ideo quia tam charitatiue & ne in seruitutem pristinam labamus, summopere præcauete. Elephas enim suum liberatorem de fouea diligit, & panthera suum benefactorem agnoscit. Cum ergo Deus in fouea peccati & seruitute diaboli nos emerit, & libertati restituerit, valde debemus ipsum diligere 1. Corinth. 6. *Empti enim estis pretio magno, glorificate & portate Deum in corpore vestro.* Et etiam ab omni seruitute peccati de cætero præcauere & etiam abstinere 1. Corinth. 7. *Pretio empti estis nolite fieri serui.* Ista est ergo emptio, qua Deus emit nostras animas, quæ est emptio pretiosa. Sed de hoc vide infra de verbo redimere & de pretio. ¶ Secundo dico, D quod est emptio, qua iustus emit merces optimas, & ista proculdubio nihil aliud est quam bonorum operum exercitatio. Homo enim quando bene operatur, cum Deo contrahit, & pretium soluit, quo Dei beneuolentiam & gratiam in præsenti, & gloriam in futuro emit. Vnde August. in persona Christi dicit sic. Venale habeo, quod paupertate emitur. Emamus ergo terra cœlum, paupertate regnum, labore requiem, morte vitam. Et ideo scriptura vocat nos ad talem virtuosam emptionem faciendam, dicens Esai. 55. *Omnes sitientes venite ad me, properate, emite & comedite.* Et si petis, quæ sunt illa emenda & per bona opera à Deo vendicanda & acquirenda, respondeo, quod tu debes emere

Charitatis igniculum, qui semper ardeat,
Veritatis spectaculum, quod semper luceat,
Pietatis cœnaculum, quod fratres foueat,
Firmitatis tenaculum, quod semper maneat,
Benignitatis riuulum, qui Christum mulceat,
Iucunditatis poculum, quo semper gaudeat,
Æternitatis hortulum, qui semper floreat.

Emamus ergo charitatem semper ardentem. Apocal. 3. *Suadeo tibi emere aurum probatum, vt locuples fias, & indumentis albis induaris.* Item emamus veritatem clare lucentem. Veritas enim & sapientia emitur, quando studendo, legendo & audiendo, inter-

interrogando & inuestigando, ad acquisitionem ipsius laboratur. De quo Prouerbior. 23. *Veritatem eme & noli vendere sapientiam & doctrinam & intelligentiam.* Item emamus pietatem pauperes fouentem. Marci 6. *Euntes emamus ducentis denarijs panes, & dabimus his manducare.* Item emamus firmitatem semper permanentem 4. Re. 12. *Emantur ligna & lapides ad instaurandum templum.* Item emamus benignitatem Christum demulcentem. Marci. 16. *Emerunt aromata, vt venientes vngerent Iesum.* Item emamus iucunditatem in Deo gaudentem. Esaiæ 55. *Emitte absque argento & vlla commutatione vinum & lac.* Vinum enim lætificat cor hominis. Item emamus fœlicitatem semper abundantem scilicet gloriam Paradisi, quæ scilicet est *thesaurus & margarita in agro cæli, quem qui inuenit homo, abscondit, & emit agrum illum, &c.* Matth. 13. Vnde de sagaci muliere dicitur Prouerbior. 55 *Considerauit agrum, & emit illum.* Ista est ergo emptio, quia iustus emit merces optimas.

C ¶ Tertio dico, quod est emptio vitiosa, qua impius emit opes pessimas. Et ista nihil aliud est, quam peccatum. Homo enim peccando cum diabolo contrahit & ab ipso primo mundi delectabilia, tandem inferni terribilia emit. Siue enim agatur de emptionibus auarorum, de quibus prouerbiorum 20. *Malum est, malum est, dicit omnis emptor,* siue de emptione simoniacorum, qui scilicet emunt spiritualia beneficia, de qua Matth. 21. dicitur quod *Christus cœpit ejcere vendentes & ementes de templo,* siue de emptione quorumlibet peccatorum, qui scilicet seipsos dant diabolo, & ab eo emunt delectabilia mundi dicentes illud Genes. 47. *Eme nos in seruitutem.* Ista tamen est veritas, quod ea tali emptione mors æterna sequitur, & damnationis lucrum & præmium reportatur. Vnde Lucæ 10. *Emebant & vendebant, & venit diluuium, & inuoluit omnes.* Sic ergo patet quomodo inuenitur emptio impij quæ est vitiosa, iusti, quæ est virtuosa, Dei, quæ est pretiosa. Vide in titulo vendere & mercator.

A **Eminere. Eminens.** Eminere dicitur quasi extra manere, vel extra manere. Est autem eminentia idem quod notabiliter apparentia. Vnde inuenitur eminentia interior, exterior, superior, inferior. Iusti enim eminent in virtutibus interioribus, figurati in domo Salomonis, quæ cedro intrinsecus vestiebatur, habens curuaturas & tornaturas & cælaturas eminentes. Principes & prælati, eminent in potentijs exterioribus. Vnde de Saule dicitur 1. Re. 9. *Ipse ab humero sursum super omnes alios eminebat.* & Neee. 8. *Aperuit Esdras librum coram omni populo, super vniuersum quippe populum eminebat.* Beati eminent in excellentijs superioribus. Vnde de beatis dici potest in persona Dei Ezech. 17. *Super montem excelsum & eminentem in sublimi monte Israel plantabo illud.* Mali eminent in fallacijs deterioribus. Vnde de peccatore potest dici illud 2. Mac. 6. *Vidit Eleazar bestiam quæ erat eminens super cæteras bestias.* Vide de excellentia, &c.

A **Emittere.** Nota, quod emittere idem est, quod extra mittere, & potest referri ad hominem, & ad Deum. Est enim emissio humana & emissio diuina. ¶ Primo dico, quod est emissio humana, quando homo ab interiori corde & affectione aliquod bonum opus extra mittit, & effundit. Sicut enim aliquæ arbores sunt, quæ interius multum habent de humore gummoso, in tantum quod ipsum solent exterius emittere & stillare, sicut patet de pinu & de thure, sic vere illi, qui sunt interius pleni liquore pietatis, gratiæ deuotionis, debent illum exterius emittere & ostendere per eleemosynarum largitionem, & per bonorum operum executionem. Cant. 4. *Emissiones tuæ Paradisus malorum punicorum.* De medulla enim arboris florida, fructus & folia emittuntur, ex quibus homines pascuntur. Quia vere (charissimi) flores bonæ affectionis, fructus bonæ operationis, folia sanæ locutionis, de interioris cordis medulla emittuntur, ex quibus exteriores homines spiritualiter recreantur, & etiam temporaliter nutriuntur. Fons enim continue emittit aquam, sol continue emittit lucem. Lapis, qui enhydros dicitur, continue emittit lacrymas, & voluntarie emittit liquorem, rosa notorie emittit odorem, cariophyllum etiam si premitur, emittit sudorem. Sic vere boni & perfecti continue debent emittere & effundere lucem eruditionis, aquam piæ compassionis, lacrymam compunctionis. Sapient. 7. *Primam vocem similem omnibus emisi plorans.* Etiam debet liquorem eleemosynarum & pietatis voluntarie, & prompte emittere, odorem bonæ famæ diffundere, & sudorem doloris & compassionis super aliorum miserijs desudare. De ista ergo emissione multa possunt exempla adduci, sed paucæ sunt auctoritates, ideo omitto. ¶ Secundo dico, quod est emissio diuina. Vbi possumus breuiter notare, quod Deus emittit, id est, extra se mittit & fundit. Deus enim misit nobis filium ad redimendum, spiritum ad renouandum, gratiam ad viuificandum, scientiam ad informandum, pœnam temporalem ad castigandum, pœnam æternam ad condemnandum, malos de mundo ad occidendum, bonos de corpore ad præmiandum.

¶ Emisit (dico) filium ad redimendum. Sicut enim pecunia & thesaurus de arca, seu bursa emittitur, vt vendita hæreditas redimatur, sic vere Deus pater de throno Paradisi filium per incarnationem emisit, & sic hominem venditum restituit, & redemit. Figuratus in Noe Genes. 8. qui emisit columbam de arca quæ tandem cum ramo oliuæ ad eum rediJt, & cessationem diluuij designauit, quia vere columba Christus à Noe, id est, à Deo patre de arca Paradisi emissus iterum ad patrem per ascensionem rediJt & ramum oliuæ, id est, humanitatem assumptam secum portauit & diluuium damnationis, & mortis cessasse prognosticauit. Ideo peribat humanum genus. *Emitte manum tuam de alto, eripe me & libera me de aquis,* vt dicitur in Psalm. Emisit ergo filium ad redimendum. ¶ Emittit spiritum ad renouandum. Spiritus enim, id est ventus & maxime Fauonius vel australis terram facit germinare, florere scilicet & virere. Et sic vere spiritus à Deo infusus & emissus, facit terram, id est, peccatorem per gratiam reuirere, & ab antiqua consuetudine per conuersionem penitus renouari. Vnde Psalm. *Emitte spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ.* ¶ Emittit gratiam ad viuificandum. Sicut enim pellicanus per emissionem sanguinis sui pullos suos viuificat, sic vere Deus per emissionem sanguinis in passione & gratiæ suæ, & misericordiæ largitione, viuificauit spiritualiter mortis peccatores. Vnde Zach. 9. *Tu autem in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu in quo non erat aqua. Ipse enim emittit fontes in conuallibus,* sicut dicitur in Psalm. ¶ Emittit doctrinam ad erudiendum, quia sicut à cœlis lux nobis continue emittitur, à qua tenebrarum obscuritas effugatur, sic vere à Deo lux fidei & scientiæ fuit emissa, inspirata & infusa, per quam à mundo fuit errorum obscuritas effugata. Psalm. *Emitte lucem tuam & veritatem tuam, &c.* ¶ Emittit pœnam temporalem ad castigandum. Sicut enim manus patris de sinu emittitur, vt delinquens paruulus feriatur, sic Deus duritiam pœnæ temporalis emittit, ex qua paruulos suos castigat sæpius atque ferit. Vnde Ecclesiastic. 34. *Ab altissimo fuit emissa visitatio.* ¶ Emittit pœnam æternam ad condemnandum, quia scilicet ipse emittit sagittam, & gladium mortis vt in inferno feriat peccatores. Psalm. *Emitte sagittas tuas & conturbabis eos.* ¶ Emittit malos de mundo ad occidendum qui scilicet sicut bos pinguis de stabulo educitur & mittitur, vt in macello occidatur, sic Deus emittit peccatores de hoc mundo, vt in macello inferni ipsos occidat. Genes. 3. *Emisit eum de Paradiso voluptatis.* Isti sunt enim sicut fæces, quæ de ventre huius mundi emissæ in cloacam inferni proijciuntur, sicut Matth. 15. dicitur. *In ventrem vadit & per secessum emittitur.* Emittit bonos è corpore ad præmiandum. Iuxta illud Ioan. 10. *Cum emiserit oues suas ante eas vadit.* ¶ Sed si vis alio modo distinguere, dic, quod est emissio diuina, humana & mundana. Diuina est d

- Emissio nostræ
  - Redemptionis,
  - Conuersionis,
  - Purgationis,
  - Directionis,
  - Correctionis,
  - Saluationis,
- Emisit insuper
  - Filium, vt nos redimeret,
  - Spiritum, vt nos conuerteret,
  - Aquam vt nos ablueret,
  - Lucem, vt nos dirigeret,
  - Virgam, vt nos corrigeret,
  - Dexteram, vt nos eriperet.

Igitur dico, quod Deus emisit filium ad mundum redimendum. Constat enim quod Dominus pater filium suum perpetuo generat & emittit quantum ad diuinam generationem. Ipsum autem temporaliter in mundum emisit, id est, inisit per beatam incarnationem ad humani generis redemptionem, & de hoc Esaiæ 16. dicitur *Emitte agnum Domine dominatorem terræ, de Petra deserti ad montem filiæ Sion.* Item Deus emisit spiritum

rum ad mundum renouandum. Sicut enim per spiritum siue ventum australem quando super terram emittitur, flores & folia generantur, & terræ facies renouatur, sic per emissionem spiritus sancti in homines fit virtutum generatio, & moralis existentiæ renouatio. Psalm. *Emitte spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ.* ¶ Item emittit Deus aquam scilicet gratiæ ad culpas abluendum Psalm. *Qui emittis fontes in conuallibus, inter medium montium pertransibunt aquæ.* ¶ Item emittit Deus lucem, scilicet Scripturæ ad mundum dirigendum & illuminandum. Constat enim quod fides & scriptura à Deo fuit immediate emissa, & mundo spiritualiter reuelata. Psalm. *Emitte lucem tuam & veritatem tuam, ipsa me deduxerunt, &c.* Item emittit Deus virgam scilicet iustitiæ ad mundum corrigendum & puniendum. Iustitia enim diuina nunc dicitur virga quia emittitur ad benignam correctionem. Psalm. *Virgam virtutis tuæ emittet &c.* In iudicio vero finali dicetur sagitta, quia tunc emittetur ad malorum occisionem, & damnationem. Psalm. *Emitte sagittas tuas & conturbabis eos.* Talis emissio fuit facta, quando Deus emisit Adam de Paradiso post peccatum. Gen. 3. Item Dominus emittit manum suam scilicet dexteram misericordiæ ad nos saluandum, & liberandum. Ezech. 8. *Emissa similitudo manus apprehendit me in concinno capitis mei, & eleuauit, &c.* Talem autem manum diuinæ misericordiæ petebat Dauid in Psal. dicens, *Emitte manum tuam, de alto eripe, & libera me de aquis multis.* Talis autem emissio misericordiæ facta est quando Christus captiuos de inferno emisit, & liberauit. de quo Zach. 9. *Tu autem in sanguine testamenti tui emi-*
D *sisti vinctos tuos de lacu.* Ista est ergo emissio diuina. ¶ Item adhuc inuenitur emissio humana. Iustus enim emittit bona, ipsa faciendo & producendo, sicut scilicet bona arbor quæ emittit exterius bonos fructus. De quo Cant. 4. *Emissiones tuæ Paradisus malorum punicorum cum pomorum fructibus.* Emittit etiam à se mala, ipsa relinquendo & deserendo, & etiam malos societatem eorum fugiendo & declinando. Sicut præcipitur, quod hircus, qui portabat peccata & malas increpationes populi. In desertum emitteretur, & deuorandus feris dimitteretur, sicut dicitur Leuit. 16. quia reuera hircus, id est, luxuria fœtentes illos etiam, quibus alij imprecantur mala, omnibus displicentes, peccata etiam aliorum per imitationem habentes & possidentes, debemus à nobis emittere, & eorum societatem dimittere & vitare Hierem. 5. *Equi amatores in fœminas & emissarij facti sunt.*
E ¶ Vltimo dico, quod inuenitur quædam emissio mundana & ista est illa, qua mundus peccatores finaliter emittit & eijcit in infernum sicut emittuntur stercora in latrinam. Matthæi 14. *Omne, quod in os intrat, in ventrem vadit & in secessum emittitur.* Iste est etiam illa, qua mali emittuntur à Deo tanquam reprobi & inutiles & vitijs & dæmonibus exponuntur. De quo potest dici illud Apocalyp. 6. *quod stellæ ceciderunt de cœlo, sicut ficus emittunt grossos suos.* Sic ergo dico, quod est emissio mundi, iusti, & Dei.

## Emortuus. Vide infra in titulo mortis.

## Emundare. Emundatio. Vide infra de mũdicia.

A **En,** Nota, quod istud aduerbium En, quandoq; signat idem quod pro certo, seu idem, quod vere vel certe, quandoq; etiam signat idem quod ecce. Est enim aduerbium demonstrãdi, signat enim rem certam demonstrabilem atq; veram. Propositio enim demonstratiua ita est certa & vera, quod impossibile est aliter se habere. Dicamus ergo, quod En potest dici

De { Dei veritate infallibili,
Iusti bonitate perdurabili,
Impij voluntate obstinabili.

Primo ergo dico, quod per en possumus demonstrare commendare, & prædicare Dei veritatem infallibilem. Deus enim summe est demonstrabilis, quia quicquid in eo est, totum est verum inuariabile atque certum. Et sic nota, quod per eo demonstratur,

Sua { Clementia cunctos reficiens,
Iustitia scelera puniens,
Potentia nunquam deficiens,
Præsentia bonos eripiens,
Scientia suos erudiens,
Amicitia bonos alliciens.

Demonstratur dico per en Dei clementia, qua cuncti reficiuntur Deut. 1. *En, inquit, tradidi vobis terram, ingredimini, & possidete eam.* Item demonstratur per (en) Dei iustitia, qua scelera puniuntur. Vnde de venditione Ioseph in Ægypto dixerunt ipsi venditores fratres sui illud Genes. 42. *Peccauimus in fratrem nostrum, &c.* Sequitur. *En sanguis eius exquiritur.* Item demonstratur per (en) Dei potentia, qua cuncti perficiuntur, & sic dicitur Deuteronom. 10. *En domini tui cœlum est, & cœlum cœli & terra, & omnia, quæ in eis sunt.* Item demonstratur per (en) Dei præsentia, qua boni eripiuntur. Vnde Iudic. 4. Delbora legitur dixisse Barach. *Hæc est,* inquit, *dies, qua tradidit Deus Sisaram in manus tuas, en ipse est ductor tuus.* Sequitur, quod *perterruit dominus Sisaram & currus eius.* Item demonstratur per (en) Dei scientia, qua cuncti erudiuntur. Vnde sapientia increata, id est, ipse Deus dicit Prouerb. 1. *Conuertimini ad correctionem meam, en proferam vobis Spiritum meum & ostendam vobis verba mea.* Item demonstratur per (en) Dei charitas & amicitia, qua sancti alliciuntur. Et sic in persona deuotæ animæ dicitur Cant. 2. *En dilectus meus loquitur mihi. Surge, propera amica mea.* Sic ergo patet, quomodo per (en) demonstratur Dei veritas infallibilis. ¶ Secundo dico, quod per E
(en) demonstratur iusti bonitas commendabilis. Et sic dico, quod iusti per hanc dictionem (en) solent iuste demonstrare

Suæ { Naturæ fragilitatem,
Miseriæ calamitatem,
Insufficientiæ ignauitatem,
Intelligentiæ sagacitatem,
Molestiæ aduersitatem,
Diligentiæ sedulitatem.

Ostenditur ergo per (en) nostra fragilitas naturalis vnde Iacob dicit Genes. 49. *En morior, in sepulchro meo sepelite me,* & Genes. 48. dicitur. *En ego morior, & erit Dominus vobiscum,* Item per (en) ostenditur nostra calamitas temporalis Genes. 44. *En omnes serui sumus.* Item per (en) ostenditur nostra ignauitas personalis. Et de hoc dicebat ipse Moyses suam insufficientiam recognoscens Exod. 6. in fine. *En incircumcisus labijs sum, quomodo audiet me Pharao?* Item per (en) ostenditur nostra sagacitas virtualis. Vnde Deut. 4. *En populus sapiens & intelligens magna.* Item per (en) ostenditur nostra aduersitas mundialis. Et sic dicebant filij Israel ab Ægyptijs se flagellari Exod. 5. *En famuli tui flagellis cæduntur, & inique agitur erga populum tuum.* Item per (en) intelligitur nostra sedulitas spiritualis, illa scilicet sedulitas, qua iusti Dei seruitio se mancipant, & qua erga Deum per deuotionem vacant. De qua Cant. 3. *En lectulum Salomonis 70. fortes ambiunt ex fortissimis Israel, omnes tenentes gladium propter timores nocturnos.* Fortes enim Israel, id est, viri iusti lectulum Paradisi vbi Salomon Christus iacet, per deuotionem ambiunt, & gladius orationis continue secum ferunt. Patet ergo quomodo in scriptura per en demonstratur iusti bonitas commendabilis. ¶ Tertio dico, quod per en de- C
monstratur impij prauitas detestabilis. Et sic nota, quod inuenitur

En { Gulositatis,
Calliditatis,
Mendacitatis,
Loquacitatis,
Crudelitatis,
Futuræ aduersitatis.

Breuiter enim peccatores omnes videntur dicere en, id est, ecce, hoc est dictum, quod cito, & indeliberata volunt perficere mala sua. Patet in voracibus atque gulosis, qui figurantur in Esau propter cibum sua primogenita dante, qui dicebat Genes. 25. *En morior* (supple) nisi statim comedam: & *quid proderunt mihi primogenita mea?* Patet in callidis & malitiosis, figuratis in illis Gabaonitis, qui ad astruendam suam malitiam dicebant Ios. 9. *En panes, quando egressi sumus, calidos sumpsimus.* Patet in mendacibus atque adulatoribus, figuratis in illis falsis prophetis, qui alter alterius dolum confirmans, fallacia regi dicebant. De quo 2. Paral. 18. *En verba omnium prophetarum vno ore bona annunciant regi.* Patet de loquacibus atque verbosis, qui scilicet sine deliberatione loqui volunt. De quo Iob. 32. dicebat Heliu iuuenis verbosus, *En venter meus, quasi mustum absque spiraculo, quod lagunculas nouas dirumpit.* Patet de crudelibus & furiosis, qui scilicet in promptu & sine deliberatione ad iniurias prorumpunt. In quorum persona dicitur Threnor. 2. *Fremuerunt dentibus, dixerunt deuorabimus.*

*...est dies, quam expectabamus, inuenimus, & vidimus.* De tribulationibus vero & calamitatibus, quibus scilic. æterna aduersitas sibi accidit, potest dici illud quod de Aman superbo dicitur Hester. 7. *En lignum, quod parauerat Mardochæo stat in domo eius.* Sequitur. *Appenderunt eum in eo. Suspensus est itaque.* &c. Vide supra de tractatu, Ecce.

## Enarrare. 
Vide infra in titulo narrare.

## A Enim. 
Cum enim sit aduerbium assertiuum, videtur quod (sicut supra de ante dictum est superius) potest omnem affirmationem ... certitudinem designare. Dicam ergo quod per istud aduerbium asseritur & firmatur & certificatur aliquid, quod spectat ad Deum, aliquid, quod spectat ad iustum, aliquid, quod spectat ad impiū, aliquid, quod spectat ad diabolum, aliquid, quod ad mundum, aliquid, quod ad infernum, aliquid, quod ad Paradisum. Et ... notabis, quod inuenitur.

vnum enim {
Summi creatoris,
Iusti viatoris,
...an peccatoris,
Hostis fraudatoris,
Mundi deceptoris,
...æci voratoris,
Cœli receptoris.

Primo ergo dico, quod est vnum (enim) quod pertinet ad Deum summum creatorem. Nihil enim est certius, aut verius ipso Deo, & ideo quicquid de eo potest dici, vere & certe potest asseri & firmari. *Ipse enim est via & veritas & vita*, & ideo ipsum possumus tanquam viam perambulare, tanquam veritatem annuntiare, tanquam vitam participare. Igitur dico, quod istud aduerbium (enim) affirmatur.

de Deo {
Essentia,
Potentia,
Clementia,
Scientia,
Mœstitia,
Iustitia,
Misericordia,
Munificentia.

Igitur dico, quod per (enim) affirmatur Dei essentia, quæ persistit immutabiliter. Vnde de Deo dicitur Daniel. 9. *Ipse enim Deus viuens, & æternus in sæcula.* & Malach. 3. dicitur, *Ego enim dominus, & non mutor*: & Ioann. 8. *Ego enim ex Deo processi & veni.* ¶ Item per (enim) prædicatur Dei potentia, quæ præsidet imperialiter 1. Paralip. 29. *Tua ... enim domine magnificentia, potestas, gloria, & victoria*, & 1 Reg. 2. dicitur. *Non est sanctus, vt est dominus. Neq; n. est alius Deus extra te, non est fortis sicut Deus noster*, Sequitur. *Domini enim sunt cardines terræ*, & E... hes... dicitur, *Ipsius enim factura sumus.* ¶ Item per enim dec...tur Dei clementia, quæ succurrit ineffabiliter ... ... Iste enim fuit clemens carnem assumendo. Luc. 2. *E... e enim annuntio vobis gaudium magnum, quia natus est vobis saluator mundi.* Est etiam clemens, culpas remittendo. Matth. 1. *Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.* Est insuper clemens, pœnas minuendo, seu in pœnis, & tribulationibus subueniendo & adiuuando. Psalm. ... *ce enim Deus adiuuat me, & dominus susceptor est animæ meæ.* & alibi. *Ab ipso enim salutare meū, nam & ipse & Deus meus, & salutaris meus, susceptor meus, non mouebor amplius.* ¶ Item per (enim) ...mmēdatur Dei scientia, quæ agnoscit infallibiliter. Nam ist... ...cil. Deus verus & certus nouit præterita & futura, in... & extrinseca, superiora & inferiora, temporalia & æterna. Vnde de ipso dicitur Sap. 8. *Sobrietatem enim & prudentiam docet ... ...titiam & virtutem.* Sequitur. *Scit præterita, & de futuris æstimat. S... ver...utias sermonum, & dissolutiones argumentorū signa & monstra scit, antequam fiant.* Et breuiter. Iste enim nouit omnia, & ipsa corda intima & secreta. Ps. *Ipse enim nouit abscondita cordis.* ¶ Item per enim deploratur Dei mœstitia, qui moritur miserabiliter sc. in passione. Vnde Luc. 18. *Tradetur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur, & occident eum.* ¶ Item per (enim) deb... ...tur Dei iustitia, quæ affligit valde seueriter. Vnde propter ...ritatem suæ iustitiæ, ipse enim Deus comparatur igni. Malach. 3. *Ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullorum.* Illud potissime apparebit in die iudicij, quando v...tificabitur, quod sequitur ibidem cap. 4. *Ecce enim dies veniet succensa quasi caminus, & erunt omnes superbi, & omnes facientes impietatem stipula, & inflammabit eos.* Nam in iudicio ab isto (enim) impij percutientur, & inferos sup-

plicijs exponentur. Esa. 30. *A voce enim domini pauebit Assur virgâ percussus.* ¶ Item per (enim) designatur Dei misericordia, quæ dimittit largiter. *Conclusit enim Deus omnia in incredulitate, vt omnium misereatur.* Rom. 11. Nec desperet impius peccatorum pressus multitudine, sed confidat de misericordiarum vbertate. *Multæ enim misericordiæ eius* 2 Reg. 24. Item per (enim) denotatur Dei gratia, seu munificentia, quæ præmiat delectabiliter. Vnde de isto enim dicitur ipsis bonis illud Ioan. 16. *Ipse enim pater amat vos*, & Rom. 1. dicitur de eo, *Virtus enim Dei est in salutem omni credenti.* & Luc. 11. *Omnis enim qui petit, accipit.* Patet ergo, quomodo est vnum enim, quod pertinet ad Deum summum creatorem. ¶ Secundo B dico, quod est vnum (enim) quod spectat ad quemlibet iustum viatorem. Nam (enim) vt dictum est, assertionem & certitudinem signat, & sic viros certos & veritatis assertores designat. Deut. 4. *Quæ est enim alia gens tam inclyta, vt habeat cæremonias, iustaque iudicia, & vniuersam legem?* & 2. Reg. 7. dicitur. *Quæ est enim gens, & vt populus tuus Israel?* Et nota si vis, quod quilibet talis (enim) multis virtutibus solet pollere. Istud (enim)

Prudentiæ liberat maturitas,
Iustitiæ regit auctoritas,
Obedientiæ premit humilitas,
Misericordiæ rigat humanitas,
Diuinæ gratiæ audit sublimitas,
Summæ clementiæ acceptat charitas,
Magnificentiæ extollit dignitas,
Claræ scientiæ erudit veritas,
Æternæ gloriæ ditat fœlicitas,

Igitur dico, quod istud enim, id est, virum liberat maturitas magnæ prudentiæ 1. Reg 4. *Senex enim erat vir & grandæuus.* ¶ Item ipsum regit auctoritas magnæ iustitiæ 1 Regum 8. *Rex enim erit super nos & iudicabit nos Rex noster.* Rex enim proprie dicitur, qui iuste se, & alios regit, & moderatur: & aduerte, si vis, quod nomine iustitiæ, omnis virtutum congeries, morumque perfectio designatur, & ideo quando tales (enim) iusti dicuntur, virtute & gratia abundare prædicantur. Iniustitia enim istorum comprehenditur

Fidei veritas & notitia,
Corporis castitas & munditia,
Amoris vanitas & concordia,
Animi libertas & constantia,
Mentalis claritas & prudentia,
Cordis humilitas & subiacentia.

Dico ergo, quod isti (enim) dicuntur iusti propter fidei veritatem. Galat. 3. *Omnes enim filij Dei estis per fidem, quæ est in Christo Iesu.* Item propter corporis castitatem. Vnde ipsi dicunt illud 2. Corinth. 10. *In carne enim ambulantes, non secundum carnem militamus, arma enim militiæ nostræ non sunt carnalia.* Item propter amoris vanitatem. Galat. 3. *Omnes enim vos vnum estis in Christo Iesu.* Item propter animi libertatem. Galatar. 5. *Vos enim in libertatem vocati estis.* Item propter sensuum claritatem 1. Thessal. 5 *Omnes enim vos filij lucis estis* Item propter cordis humilitatem 1. Pet. 5. *Omnes enim inuicem humilitatem insinuate.* Ista est ergo vera iustitia, virtutum congeries & abundantia. Sap. 1. *Iustitia enim perpetua est & immortalis.* Patet igitur quomodo (enim) iustum regit auctoritas magnæ iustitiæ. ¶ Item ipsum premit humilitas obedientiæ. Talis enim proprie dicitur seruus Dei, seruus vero humilitatis est nomē. 1. Reg. 7. *Tu enim scis seruum tuum domine Deus.* & secundo Regum 14. dicitur, *Seruus enim tuus Ioab præcepit istud.* Et alibi. *Etenim seruum ... dilexit illud.* ¶ Item ipsum rigat humilitas misericordiæ 1. Regum 24. *Multæ enim sunt misericordiæ eius.* Item ipsum audit sublimitas diuinæ gratiæ. Deus enim libenter exaudit eum, id est, virum iustum. Vnde sibi potest dici illud 3. Reg. 2. *Neque enim negare tibi potest quicquam* & ibidem legitur Rex dixisse, *Petes neq; enim fas est, vt auertas faciem meam.* Et vt talis (enim) securus sit de impetrādo à domino quicquid petit, sibi dicitur illud Tob. 4. *Ita enim fiet, vt nec à te auertatur facies domini* ¶ Item ipsum acceptat charitas diuinæ clementiæ. Constat enim quod Deus societatem iustorum diligit & acceptat, & ideo ipsos fratres suos & amicos, vocat. 3. Reg. 2. *Ipse enim est frater meus maior me*, & eos secum semper habere, & retinere tentat. Vnde si quandoq; iustus à Deo per peccatum velit recedere, dominus dicit sibi illud 3. Regum 1... *Qua enim re apud me indiges, vt quæras ire?* Ipsosque quærit & diligit. & procurat 1. Reg 17. *Virum enim virum tu quæris.* ¶ Item iustum ex-

 o tollit

tollit dignitas magnificentiæ, quia sc. tales tanquam digni à Deo spiritualiter eliguntur & etiam quandoque ab ipso ad dignitates sæculi extolluntur, 3 Reg. 14. *Constituet enim dominus regem Israel.* 2. Para. 26. *Ipsam enim elegi mihi in filium.* & 2. Para. 7. *Elegi enim & sanctificaui locum istum.* & merito; talis enim à Deo eligitur, omni sanctitate & veritate fulcitur. Sanctitas enim & innocentia ipsum ornant. 2. Para. 9. *Sanctus est enim hic.* Veritas vero, timor Dei & reuerentia ipsum iuuant. Nee. 7. *Ipse enim quasi vir verax & timens.* ¶ Item istum erudit veritas maioris scientiæ. Psal. *Ipse enim nouit abscondita cordis.* & 3 Reg. 4. *Ipse enim indicabit tibi, quid euenturum sit* & merito. Quia tales Angelos Dei secretarios habent, qui eos in omni scientia instruunt & informant. Tob. 5. *Credo enim quod Angelus Dei bonus comitetur eum.* Et ideo sapientia & scientia istorum, quam sc. isti per deuotas orationes & reuelationes acquirunt, iuxta illud Prou. 2. *Si enim sapientiam inuocaueris, intelliges timorem domini.* Rebus omnibus antefertur Prou. 8. *Melior est enim sapientia cunctis opibus.* vnde Sapient. 1. dicitur. *Benignus est enim spiritus sapientiæ.* Et ideo alij ab istis sagaciter & veraciter instruuntur Matt 7. *Erat enim docens eos quasi potestatem habens,* & hoc, quia tales Dei secreta scrutantur & meditantur 1. Corinth. 2. *Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei.* Item istum ditat fœlicitas æternæ gloriæ. Constat enim quod illi, qui sunt (enim,) id est, viri iusti, certi & veri, in isto sæculo pœnis affliguntur, Thr. 2. *Magna enim velut mare contritio tua.* Diuinis gratijs semper imbuuntur. Ezech. 31. *Erat enim radix illius iuxta aquas.* Dei auxilia spetare noscuntur. Dan. 13. *Erat enim cor eius fiduciam habens in domino.* Iusta iudicia libenter sequuntur Dan. 3. *Iudicia enim vera fecisti.* Atque seueriter malos persequuntur. Es. 10. *In virga enim sua percutiet te, & baculum suum leuabit super te in via Ægypti.* Et propter hoc post hanc vitam æternæ gloriæ fructus consequuntur. Sap. 3. *Laborum enim bonorum gloriosus est fructus & nomen æternum cum hoc consequuntur* Sap. 4. *Immortalis enim est memoria illius* & Baruch. 5. *Nominabitur enim tibi nomen à Deo in sempiternum.* Sicut (enim) dicitur Luc. 10 *Dignus est enim operarius mercede sua.* & Luc. 18. *Talium est enim regnum Dei.* & Luc. 20. *Neque enim vltra mori poterant.* Ecce igitur quomodo per (enim) intelligitur vir perfectus. Patet igitur, quod est vnum enim quod concernit iustum viatorem.

¶ Tertio dico, quod est vnum (enim) quod concernit vanum peccatorem. Ista dictio (enim) siue accipiatur pro quia, siue pro certe, semper potest significare virum rebellem & malum, qui sc. nunquam confitetur se male fecisse, imo semper nititur reddere rationem & causam, quod bene egerit, dum deliquit, semper enim dicit (quia) seu (enim) Quia (inquit) ista fuit rationem vel illa, seu, ego enim feci vel sic. Per (enim) igitur intelligitur vel malorum rebellis obstinatio, & suorum vitiorum defensio, vel sui in vitijs affirmatio, & omnium malorum assertio & multiplicatio. Vnde ipsi mali possunt dicere illud 1. Reg. 12. *Addidimus enim vniuersis peccatis nostris malum.* ¶ Notabis igitur, quod per (enim) designatur peccator multiplici ratione, videlicet quia est C

Pauidus & timorosus,
Fluidus & ruinosus,
Infamis & maculosus,
Auarus & ambitiosus,
Immundus & luxuriosus,
Ignorans & obliuiosus,
Superbus & præsumptuosus,
Rebellis & litigiosus,
Inuidus & malitiosus,
Iracundus & seditiosus,
Crudelis & facinorosus,
Tristis atque luctuosus,
Damnatus atque dolorosus.

Est (dico) pauidus timorosus, quia sc. mali secundum Psalm. *Trepidauerunt timore, vbi non erat timor.* Vnde de isto malo (enim) dicitur Iudic. 8. *Timebat enim quia adhuc puer erat* & 1. Reg. 31. *Fuerat enim nimio timore perterritus* Item iste est debilis & ruinosus. Mali enim sunt spiritualiter debiles, & faciliter corruunt in peccatum. Iudi. 16. *Statim enim ab eo fortitudo recessit.* Vnde Iob 6. *Quæ est enim fortitudo mea, vt sustineam? aut quis finis meus, vt patienter agam?* Item iste est infamis & opprobriosus. Vnde de infamia talium scilicet hominum malorum dicitur 1. Reg 2. *Non est enim bona fama, quam audio.* 2. Reg. 8. *Erant enim viri confusi turpiter.* ¶ Item iste est auarus & ambitiosus. Vnde de talibus enim dicitur Amos 9. *Auaritia enim in capite omnium, & nouissimum eorum gladio interficiam.* Item iste est immundus & luxuriosus, Prouerb. 23. *Fouea enim profunda meretrix. &c.* 1. Cor. 3. *Adhuc enim carnales estis.* & Prou. 7. dicitur, *De fenestra enim domus meæ considero vecordem iuuenem.* Sequitur. *Et ecce mulier ornata meretricio occurrit ei. &c.* & Marc. 6. *Erat enim cor illorum excæcatum.* Item iste est ignorans & obliuiosus. Ignorans dico Es. 29 *Peribit enim sapientia* & tamen dicitur 1. Thessal. 4. *Non enim vocauit nos Deus in immunditiam & obliuiosus.* Baruch. 4. *Obliti enim estis eum, qui nutriuit vos.* ¶ Item iste est superbus & præsumptuosus. Soph 2. *Hoc enim eueniet eis pro superbia sua.* Item iste est rebellis & litigiosus. Eccl. 28. *Homo enim iracundus incendit litem.* ¶ Item iste est inuidus & malitiosus. Prouerb. 28. *Erit enim inuidus animæ tuæ.* ¶ Item iste est iracundus & seditiosus. Eccl. 1. *Iracundia enim animositatis illius, subuersio ipsius est.* Item iste est crudelis & facinorosus. Es. 1. *Manus enim vestræ sanguine plenæ sunt.* & Ezech. 24. *Sanguis enim eius in medio eius est.* & Prou. 1. *Pedes enim eorum ad malum currunt & festinant, vt effundant sanguinem.* Item iste est tristis, & luctuosus sc. in extremo iudicio, cum audiat Deum euangelico insultantem oraculo sibi & alijs peccatoribus. *Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare.* Matth. 25. *Audiet enim Deum pœnas comminantem.* Matth. 24 *Audituri enim estis prælia,* quæ scilicet sunt tam luctuosa & tristia, vt animæ mortem inferant. Eccl 30. *Multos enim occidit tristitia.* ¶ Item iste finaliter afflictus erit atque dolorosus, quod scilicet fiet in inferno, vbi inueniet pœnas nec tempore, nec modo temperatas vnde Matth. 24. *Erit enim tunc tribulatio magna,* tunc scilicet quando diuina sententia impios in profundam inferni voraginem mittet, inde nunquam exituros. Matt. 5. *Amen dico tibi, nõ exies inde.* Ecce ergo quomodo per (enim) potest intelligi vir iniquus, vel quomodo per istud aduerbium (enim) assertus mala conditio viri mali. Patet quod ergo, est vnum (enim) quod concernit vanum peccatorem. Quod autem (enim) possit referri ad diabolum, ad mundum, ad infernum, ad cœlum, & ad alia multa, patet per multas auctoritates, sed omitto gratia breuitatis.

**Enumerare.** Vide infra in titulo numerus, vel numerare. A

**Enunciare** Vide infra in titulo nunciare & nuncius, & supra in titulo annunciare.

**Enutrire.** Vide in titulo nutrire.

**Episcopus.** De Episcopo possunt dici multa, sed paucissimę sunt auctoritates, & in plurib. locis dicuntur plurima, quæ ad prælatum & ad episcopum pertinẽt *Episcopus enim debet esse perfectus & integer, in vita fama, & doctrina.* Vita dico. vnde ad Tit 1. dicitur. *Oportet episcopũ sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem non superbum, non iracundum, non vinolentum, nec percussorem, non turpis lucri cupidum, sed hospitalem, benignum, prudentem, sobrium, iustum, sanctum.* De fama vero & conuersatione dicitur 1. Tim. 3. *Oportet (inquit) episcopum irreprehensibilem esse, vnius vxoris virum,* i. e. vnius ecclesię sponsum. *sobrium, ornatum, prudentem, pudicũ.* De doctrina vero, seu prudentia, quæ necessaria est ad regimen aliorum, Act. 20. *Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo posuit vos spiritus sanctus episcopos regere ecclesiam Dei, &c.* Vide de prælato.

**Epistola.** Nota, quod epistola dicitur illa litera, vel scriptura, in qua consensus & voluntates absentium sibi inuicem scribuntur, & manifestantur. Et sic dicam quod per epistolam potest intelligi Christus, qui à Deo patre missus, nobis voluntatem ipsius declarauit, seu quilibet prædicator, qui Christi mandata nobis prædicando declarat, vel sacra scriptura, quæ voluntatem Dei sicut legimus manifestat. Igitur possumus dicere tria esse genera epistolarum, videlicet B

in scriptura loquitur,
Epistulam, quæ in choro legitur,
à nobis mittitur.

Epistolæ scriptæ sunt nostræ fidei firmamentum. Epistolæ lectæ sunt legis veteris signamentum. Epistolæ missæ seu directæ sunt peccatoris velamentum seu parlamentum. ¶ Primo epistolæ scriptæ sunt illæ, quæ in Biblijs continentur, scilicet quas scripsit C
Paulus, & septem canonicæ dictæ, quarum Petrus duas, Iacobus vnam, Ioannes tres, Iudas vnam scripserunt. Istæ enim ab apostolis absentibus seu in carceribus degentibus scriptæ fuerunt, in quibus sc. fideles nouiter conuersi, in fide informabantur, & ad resistendum tribulationibus, animabantur. Et sic in istis apostolis nostra fundamenta iaciebantur. Plus enim potuerunt Ecclesiæ apostoli in carceribus detenti vel absentes, quam liberi vel præsentes. Tunc enim epistolas istas scripserunt, quæ ad sustentationem fidei & amorum, quam plurimum valuerunt, quia to-

tum

... vbi nunc sunt suæ dispersæ epistolæ, quantum in ... conuerterunt, præsentes, pro paucis regionib. & populis ... sunt, qui nunc pro magna parte à fide diuerterunt. De omnibus enim populis, quibus apostoli præsentialiter prædicauerunt, paucos inuenio, exceptis, duntaxat Romanis, Cypris & Co... alijs, quin omnes sint falsi & schismatici Christiani, vel Saraceni perfidi, vel pagani. Epistolæ vero ad remotas partes delatæ proficiunt, & de die in diem fideles ad Christum conuertunt. Et ... dico, quod plus valuerunt epistolæ, quam verba, & magis scripta, quam dicta, & plus absentia, quam præsentia. De quo potest dici illud 2. Cor. 10. *Epistolæ* (inquiunt) *graues sunt & fortes, præsentia corporis infirma, & sermo contemptibilis.* Constat enim de Aug. Hiero. Sen. & alijs scriptorib. quod eorum epistolæ plus quotidie proficiunt, quam ipsi per suam præsentiam profecerunt. Istæ sunt ergo epistolæ scriptæ, quæ nostræ fidei fundamentum.

C ¶ Secundo dico, quod sunt epistolæ lectæ, quæ sunt veteris legis significatiuæ, & istæ sunt epistolæ, quæ leguntur in Missis, istæ enim leguntur ante euangelium, & dum leguntur, homines sedent. Euangelium vero post legitur, quod dum legitur homines stant. Epistola vero veterem legem signat, euangelium, legem nouam. Igitur epistola, i. e. lex antiqua ordine legendi præcedit. Auditores vero antiquæ legis, i. san... patres sedendo in tenebris, & vmbra mortis, istam epistolam, i. e. sacram prophetarum scripturam audiebant, & aduentum veri luminis expectabant. Auditores vero legis nouæ f...eles, stare dicuntur, quia parati debent esse fidem defendere, & quia quasi gaudentes, & Christum quasi præsentem in sacris literis audientes sibi assurgere comprobantur, de quo potest ... illud 2 Par. 30. *Scripsit Ezechias epistolas ad Ephraim & Manassem, vt venirent in Hierusalem in domum domini, & facerent Phase.*

D ¶ Tertio dico, quod sunt epistolæ directæ, & istæ sunt quotidianæ, vel literæ, quas alijs destinamus, & quibus conceptus nostros alijs declaramus, & istæ proculdubio debent scribi discrete, claudi secrete, celari fideliter atque tute. Scribi, inquam, discrete, valde enim magnum periculum est indiscrete scribere, & nimis conceptus suos exprimere, vel nimis effluere, quia faciliter possunt aperiri, & inde mala plurima euenire. De hoc ponit exemplum Orosius, quod cum Rex Xerxes suum horrendum exercitum vbi mille millia hominum, & quinque millia nauium fuisse dicuntur pararet contra Græciam, Rex quidam Græcus, qui apud eum in Persia exulabat, voluit scribere Græcis, quod præcauerent, sed non ausus, accepit licentiam scribendi filiæ suæ in cera, & non in litera. Ille autem cautelam adhibens, literam continentem negotium & regis contra Græcos apparatum, super tabulas extendit, & post super epistolam lignũ cera vestiuit, & post in cera extensa, aliqua superficialiter scripsit, & sic nuncius cum talibus tabulis in Græciam venit, Filia vero cautelam patris cognoscens, secretum Græcis aperuit. Cautelas similes adhibent illi, qui scribunt cum succo cæparum in papyrum, vbi tandẽ nihil videtur scriptum sed cum calefactum fortiter ad ignem fuerit, tunc rubescente litera legi potest. Scribendum est ergo caute & discrete. Itẽ claudi debent secrete, ne sc. forsitan inueniantur, & impediantur, & ideo mos fuit apud Ægyptos epistolas alis columbarum, quas de alienis & diuersis terris ad hoc deportauerunt, ligare, quæ causa statim ad loca natiuitatis suæ vel ad castra obsessa & ad remota amicorum loca volabant, quas alij cognoscentes recipiebant, & epistolam inueniebant. Etiam debent esse fideles & tutæ. Constat enim quod de iure naturæ secretum debet celari, de iure enim gentium legati vbique poterant ire libere, & prophanum erat ipsos aliqualiter violare, & exinde exiuit forte illud prouerbium gallicanum, quod sc. dicitur quod nuncius nec debet bonum audire, nec malum recipere. *Messager ne bien oyr, nec mal auoir.* Cum igitur Epistolæ nostri sint legati & nuncij nostri, & secreta intima mentis nostræ in se contineant, pro certo ire debent liberæ ad illos ad quos mittuntur, quinimo qui ipsas iniuriose violat, aut aperit hoc voluntate mittentis, iuris gentium violator dici poterit. In hoc commendatur ille quondam victoriosus Iulius Cæsar, qui cum haberet bellum contra Pompeium, quem postea superauit, & gentes suæ in mari cepissent literas plurium senatorum, quæ Pompeio mittebantur, ipsas aperiri noluit, nec alienum secretum, quanquam esset inimicorum suorum, passus fuit reuelari, sed eas inuiolatas remisit, &c. Dilata, si vis de epistolis instructorijs, allectorijs, deceptorijs, comminatorijs. Et pone, si vis, doctrinam inter epistolam & concionem. Concio enim est ornata locutio, quæ fit præsentibus verbo. Epistola vero est illa locutio, quæ fit absentibus facto.



# Epulari Epulæ.

A Quia supra de comedere, cibare, cibus, conuiuium, & infra de esca, manducare, & alijs synonymis multa dicuntur, restabit de epulatione, quæ pro conuiuio supponit, paululum apportare. Notabo ergo, quod est epulatio

Cunctorum, quæ fit ad naturæ sustentationem,
Malorum, quæ fit ad corporis impinguationem,
Iustorum, quæ fit ad gratiæ reparationem,
Sanctorum, quæ fit ad gloriæ delectationem.

Per epulas enim potest intelligi quælibet delectatio vel consolatio, siue fuerit bona siue mala. ¶ Primo ergo dico quod est quædam quæ fit ad naturæ sustentationem, & ista pro certo necessaria est omni viuenti ad restaurationẽ humidi radicalis, quod per calorem naturalem cõsumitur omni hora. Et proculdubio talis

Epulatio debet fieri cum {
Bonorum sociatione,
Sanctorum inuocatione,
Ciborum moderatione,
Egenorum recordatione.

Dico cum associatione bonorum. Magna est enim & valde delectabilis consolatio cum bonis sanctis iustis & discretis hominib. conuiuari. Plus enim proficiunt bona verba, quam pinguia cibaria. Non enim in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Ideo bene consulebat Tobias filio suo dicens, Tob. 3. *Vade* (inquit) *& adduc aliquos de Tribu nostra timentes Deum, vt epulentur nobiscum.* Item debet esse cum inuocatione sanctorum, quia sc. in principio debet fieri benedictio, in fine vero gratiarum actio. De benedictione vero dicitur Tob. 7. *Epulati sunt benedicentes Deum.* De gratiarum autem actione dicitur in Ps. *Iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei, & delectentur in lætitia.* Idem debet fieri epulatio cum moderatione ciborum. Vnde Eccles. 37. præcipitur sic, *Noli* (inquit) *esse auidus in omni epulatione, & non te effundas super omnem escam, in multis enim escis erit infirmitas,* & ideo bene dicitur Ecclesi. 29. quod *melior est victus pauperis sub tegmine asserum, quam epulæ splendidæ.* Item debet fieri epulatio cum recordatione egenorum. Vnde de Pharaone legitur Gen. 42. quod *inter epulas recordatus est magistri pincernarum, qui erat in carcere.* Ista est ergo epulatio, quæ fit ad naturæ sustentationem.

B ¶ Secundo inuenitur epulatio, quæ fit ad corporis impinguationẽ. Et ista est epulatio gulosorum, quæ proculdubio multis vitijs est referta. Hanc enim concomitatur

Obliuio fraterni mœroris,
Omissio diuini timoris,
Detractio inuidi liuoris,
Derisio alieni valoris,
Infectio luxuriæ fœtoris,
Incursio sempiterni terroris.

Tales enim epulationes fraterno mœrori nolunt cõdolere, quia sc. tales non cogitant in misericordia de pauperum miserijs, figuratum in diuite illo, qui epulabatur quotidie splendide, indutus purpura & bysso, de quo legitur Luc. 16. quod Lazaro non dignabatur dare micas seu reliquias mensæ suæ, qui tamen guttam aquæ postea ab ipso petijt in inferno. Item diuino timori nolunt subiacere. Non enim epulãtur in timore Dei, sed potius in superbia & elatione. Vnde Iudas in canonica dixit, *Hi sunt in epulis suis maculæ conuiuantes sine timore, pascentes semetipsos.* Item isti aliena facta solent remordere. Iudi. 16. *Inter epulas & pocula maledicebat Abimelech.* Item aliena mala solent deridere, sicut de fœminis deridentib. Samsonem excæcatum dicitur Iudi. 16. quod *sumptis iam epulis præceperunt, vt vocaretur Samson, vt luderet ante eos.* Item isti facta luxuriæ solent exercere. Iacob 5. *Epulati estis super terram, & in luxurijs vestris enutristis corda vestra.* Item isti in inferni tormentis debent lugere, seu mortis pericula debent sustinere, sicut patet Luc. 12. vbi illi diuiti, qui dicebat, *Anima mea, multa bona habes reposita in annos plurimos requiesce, comede, bibe, epulare,* dictum fuit, *Stulte hac nocte repetent animam tuam à te.* Ideo Prou. 21. dicitur, *Qui diligit epulas, semper in egestate erit scil. in inferno.* Patet ergo quod inuenitur quædam epulatio quæ fit ad corporis impinguationem.

C ¶ Tertio dico, quod inuenitur quædam epulatio, quæ fit ad gratiæ restaurationem, & ista est satietas, comestio, seu epulatio spiritualium epularum scil. studium scripturæ & doctrinæ, receptio Eucharistiæ & similia. Talis enim

Epulatio debet fieri in {
Innocentiæ puritate,
Conscientiæ sinceritate,
Mutua charitate,
Mentis iucunditate.



In

In innocentiæ (dico) puritate 1. Corint. 5. *Itaque epulemur non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ, &c.* Item in conscientiæ sanctitate. Deut. 14. *Comedes corā domino Deo tuo, & epulaberis illud.* Istud enim fit coram domino non coram mundo, quando fit in conscientia, corde puro. Item in mutua charitate 2. Esd. 9. *Abierunt epulari, & dare muneris his, qui non habebant.* Item in cordis iucunditate. Vnde proprio in die Paschæ, quando recipitur corpus Christi, quilibet debet dicere fratri suo illud Luc. 15. Epulari & gaudere oportebat, quia frater tuus sc. Christus, mortuus fuit, D & reuixit. Hæc est ergo epulatio, quæ fit ad gloriæ reparationem. ¶ Quarto dico, quod inuenitur epulatio, quæ fit ad gratiæ delectationem, & ista nihil aliud est, quam fruitio ipsius Dei, vel præceptio ipsius voluptatis æternæ, quæ sc. erit gaudiosa & copiosa, perpetua, durabilis, & gloriosa. Ps. *In voce exultationis sonus epulantis.* Et Deut. 16. *Epulaberis in festiuitate tua, &c.* Vide in alijs titulis synonymis, sc. vbi cibus, conuiuium, prandium, cœna, societas, esca, alimentum, comedere, & cætera similia.

A
## Eques. Equites.

Proprie dicuntur illi, qui equorum auxilio & adminiculo deuehuntur. Proprijssime autem illi equites vocantur, qui in bello equis vtuntur, & in factis militiæ super equos aguntur. Cum igitur equites respectu peditum sint, vt communiter,

Conditione nobiliores,
Factis bellicis vtiliores,
Ad inuadendum audaciores,
Ad fugiendum agiliores,

Videtur, quod per equites intelliguntur omnes illi, qui alios virtute & potentia præcellunt, & qui alijs præeminent & præsunt. Dicam ergo, quod Equites significant

Animos corpora fouentes,
Prælatos subditus tegentes,
Tyrannos pauperibus nocentes.

Primo ergo dico, quod equites possunt dici animi, qui in humanis latent corporibus. Animus enim seu spiritus est quasi eques, corpus vero est sicut equus, iuxta illud Es. 31. *Equi eorum caro, & non spiritus*, quia sc. sicut equus equiti solet obedire, & mediante freno & calcarib. ad voluntatem eius incedere, & suos proprios impetus ad votum ipsius equitis cohibere, sic vere corpus ad voluntatem spiritus debet regi mediante freno temperantiæ, & calcari diuini timoris à suis vanitatibus cohiberi. Istorum enim conditio nobilior est & vtilior, quia sc. isti semper debent peccata fugere & hostes animæ impugnare. Quod ergo spiritus tam humani, quam angelici significentur per equites, patet Can. 1. vbi Christus loquens animæ sponsæ suæ dixit sic, *Equitatui meo assimilaui te.* Equitatus enim Christi sunt Angeli, quibus sc. anima assimilatur, quando donis & virtutib. decoratur. Equites ergo sunt B animi, qui in humanis latent corporibus. ¶ Secundo dico quod equites sunt Prælati, qui subditis præsunt hominibus, quia sc. isti sunt qui subditos fræno mandatorum & statutorum regulant, & calcaribus rigoris & iustitiæ stimulant & pungunt. Isti enim alijs nobiliores debent esse in bello contra mores malos fortius debent pugnare, sagacius debent peccata fugere, & bona audacius & fortius attentare. Vnde de exercitu Iudæ dicitur 2. Mach. 13. quod *exercitus erat ordinatus, bestiæ & equites opportuno loco compositi.* Etiam bono prælato potest dici illud 2. Mach. 11. quod cum *filij Iudæ pariter & prompto animo procederent Hierosolymis, apparuit præcedens eos eques in veste candida, armis aureis vibrans.*

C ¶ Tertio dico, quod equites sunt iniqui, qui egenis nocent & pauperib. videlicet mali diuites huius mundi, qui sc. equites esse dicuntur. Pro eo quod alijs altiores & potentiores, & ad nocendum agiliores sunt, ad bene autem agendum fugaciores esse noscuntur. Eccl. 10. *Vide seruos in equis, & principes ambulantes super terram.* ¶ Et si vis, nota, de talibus equitibus diaboli, quod isti

Terrenorum opibus induuntur,
Vitiorum fluctibus imbuuntur,
Tormentorum cladibus puniuntur.

Induuntur (dico) vestibus seu operib. terrenorum. Vnde Ezech. 23. *Insaniuit*, sc. Hierusalem *O Oliba in amatores suos Assyrios vestitos hyacintho, principes & magistratus, cupidinis iuuenes, vniuersos equites, & ascensores equorum.* Expone si vis, sicut in Psalm. dicitur, *Hi in curribus & hi in equis.* Item isti ambiuntur fluctibus vitiorum figurati scilicet in equitibus Pharaonis, qui omnes in Mari rubro submersi sunt, sicut dicitur Exod. 14. quia scil. equites diaboli mali diuites & tyranni in mari & amaritudine vitiorum continue demerguntur. Vnde Exod. 15. *Ingressus est enim Pharao cum curribus, & equitibus in mare.* Item isti inferni cladibus puniuntur, vnde Babyloni, i. e. Inferno potest dominus dicere illud Hier. 51. *Collidam in te equum & equitem, &c.* quod bene figuratur Ezech. 39. vbi dicitur sic, *Dic omni volucri, & vniuersis auibus cunctisq; bestijs agri, conuenite, properate, concurrite vndiq; ad victimam meam.* Sequitur. *Et saturabimini super mensam meam de equo, & equite forti, & de vniuersis viris bellatoribus ait dominus.* Bestiæ enim volucres & aues sunt dæmones, qui sc. finaliter conuocantur ad tales equites deuorandum, & in Inferno crudeliter puniendum. Sic ergo patet, quod equites possunt dici diuites mali, prælati, & boni spiritus.

## Equus.

Equus in scriptura multipliciter significat. Denotat enim quandoq; bonum, quandoq; malum. A Vnde generaliter quandoq; equus significat subditum obedientem, carnalem luxuriantem, proteruum superbientem. ¶ Primo dico, quod equus signat hominem obedientem. Equus enim super omnia animalia frænis, & capistris ligatur, & sine rebellione non ad suam, sed ad voluntatem ducitur præsidentis. Sic vere subditi debent fræno obedientiæ ligari Ps. *in camo & freno maxillas eorum constringe.* Non ad suam, sed ad voluntatem sessoris sui & prælati regere se & ordinare. Figura Apoc. 6. *Ecce (inquit) equus albus, & qui sedebat super eum, habebat arcum* Et Abac 3. *Viam fecisti in mari equis tuis.* Signat ergo subditum obedientē ¶ Secundo dico quod equus designat mundum luxuriantem. Equus enim est animal valde luxuriosum. Omni enim tempore si adest opportunitas, vult luxuriari. Sic vere multi sunt, &c. Ideo dicitur Es. 31. *Equi eorum caro & non spiritus.* Et Hier. 5. *Equi amatores in fœminas, vnusquisq; ad vxorem proximi sui hinniebat.* Isti figurantur Apoc 6. *Ecce inquit equus rufus, & qui sedebat super eum, nomen illi mors.* ¶ Tertio dico, quod equus designat proteruum superbientem. Equus enim animal est superbum, in nullo enim animali tantum apparet superbia sicut in equo, est enim animal ita superbum, quod sonitu tubarum audito, magis incitatur ad bellum, quam terreatur. Sic multi sunt ita proterui & superbi, quod sonitu tubarum, i. terrore diuinorum iudiciorum non terrentur, nec à bellis & contentionib. retardantur, sed (quod peius est) amplius animantur. Nahum. 3. dicitur. *Vox impetus rotarum & equi frementis.* Isti figurantur Zach 6. *in equis varijs & fortibus, qui quærebant discurrere per vniuersam terram.* Breuiter ergo tam in bono, quam in malo per equum intelligitur superbiens, pelliciens & obediens, &c. Vide in tabula exemplorum & vocabulorum quæ in fine fiet. ¶ Sed si vis aliter B distinguere, dico quod in scriptura reperio

Equos { Splendentes & æthereos, Fœtentes & corporeos, Mordentes & tartareos.

¶ Dico ergo, quod inueniuntur equi æthereis virtutibus splendentes, & isti pro certo significant Angelos, vel quoslibet viros iustos, qui sc. more equi, vt dictum est, fræno diuinæ legis stringuntur, diuini amoris calcari punguntur à Prælato per correctionem victu satis sterili, sc. fœno, grano & aqua, id est, cibo macilento pascuntur: Ad voluntatem sui ductoris, scil. Dei per Prælati per obedientiam reguntur atque ducuntur. Vnde Iacob 3. in persona Prælatorum superiorum & antiquorum de subditis dicitur, *Equis frenos in ora mittimus ad consentiendum nobis, & omne corpus eorum circumferimus.* Et si vis scire conditionem boni equi, dic, quod iste debet esse

Pedibus agilis,
In fræno docilis,
Frontis non humilis,
Visus terribilis,
Soleæ stabilis,
Vocis hinnibilis.

Sic vere dico, quod istud est pedibus agilis per diligentiam Hier. 4. *Velociores aquilis equi eius.* Et bene dicit aquilis, quæ est auis, quia sc. iusti debent esse similes illi equo fictitio qui Pegasus dicebatur, qui secundum fabulas, alas in pedibus habebat, & volando per aera magistrum suum Perseum vna die ab oriente in occidentem portabat, quia sc. boni debent esse alati per virtutem agilitatis, & ad votum magistri sui Dei, vel prælati citissime debent volare per impetum bonæ sedulitatis, Abacuc. 1. *Leuiores pardis equi eius* ¶ Item debet esse talis equus in fræno docilis per obedientiam & subiectionem Vnde illud prædictum Iacob. 3. *equis frenos in ora mittimus.* Equus enim qui fræno non obediet, periculosus est. Vnde de iustis & obedientib. potest dici illud 2. Mach. 10.

*Apparue-*

[illegible] adınıs [illegible] Iudæorum [illegible] Timoth [illegible] exer [illegible] pœnæ mun [illegible] & [illegible] Asianu *quinque* [illegible] *genus aureum* [illegible]. Item debet [illegible] frontis [illegible] humilis, [illegible] & erectæ veritatis per audaciam & spretere [illegible] mentis [illegible] elevationem. Eius enim [illegible] audax & nobilis caput gerit directum. Sic vere ad iustos pertinet, quod sint audaces & superbi contra fidei inimicos, sicut exemplificat Solinus de equo regis Scytharum, qui occisorem magistri sui cum eum spoliare vellet, dentib. laniauit. Altum etiam debent caput mentis habere, in quantum sc. semper debent de altis & cœlestibus cogitare Apoc. 9. *Capita equorum erant tanquam capita leonum.* ¶ Item talis equus debet esse visu seu aspectu terribilis per ferocem contra malos indignationem. Ioel 2. *Quasi aspectus equorum, aspectus eorum.* ¶ Item debet esse solex stabilis per perseuerantiam & durationē. [illegible] *Vngulæ equorum eius vt silex.* ¶ Item debet esse vocis hinnibilis per laudem & confessionem, seu prædicationem, & gratiarum actionem, & per asperam malorum reprehensionem, & redargutionem. Nah. 3. *Vox flagelli, & vox impetus rotæ, & equi frementis, & quadrigæ feruentis.* ¶ Et breuiter & iusti & Angeli possunt dici equi. Angeli enim apparuerunt quandoq; in specie equorum igneorum, ad figurandum feruorem charitatis eorum. Vnde 4. Reg. 2. dicitur, quod *equi ignei & currus Heliam leuauerunt in cœlum.* Et 4. Reg. 6 dicitur, quod *puer Helisæi vidit plenum montem equis & curribus igneis. Aperuit* [illegible] *Dominus oculos pueri, & vidit. Et ecce mons equorum & curruum igneorum in circuitu Helisæi.* Constat enim quod illi erant Angeli, qui pro eo equi dicuntur, quia per eos iusti in cœlū

C portantur. Abac. 3. *Qui ascendis super equos tuos, & quadriga tua saluatio.* ¶ Secundo dico, quod inueniuntur equi corporei, criminibus fœtentes. Et isti sunt proprie peccatores, quos diabolus ducit & equitat quocunque vult, & isti proprie dicuntur equi, quia sunt

| | | |
|---|---|---|
| Bestiales | per | ignorantiam, |
| Carnales | | immunditiam, |
| Discurrentes | | inconstantiam, |
| Hinnientes | | malam eloquentiam, |
| Deficientes | | fraudulentiam. |

Sunt enim isti per ignorantiam bestiales. Ps. *Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus.* Item per immunditiam sunt carnales. Tob. 6. *Suæ libidini ita vacant sicut equus & mulus.* Item per inconstantiam sunt currentes, quod sc. facit obstinatio & præsumptio. De qua Eccl. 30. *Equus indomitus euadet durus.* Item per eloquentiam sunt hinnientes. Hier. 12. *Quomodo contendere poteris cum equis?* Item per desistentiam sunt deficientes Psal. *Fallax equus ad salutem.* Isti sunt ergo equi, qui à Deo [illegible] repeoduntur, quia sicut dicitur in Ps. *Non in fortitudine equi voluntatem habebit.* Et finaliter æternis pœnis & vinculis supponuntur. Prou. 26. *Flagellum equo, & camus asino.* Et merito, quia isti dum viuunt, semper contra pauperes fremere, & eos lædere dignoscuntur. Hier. 8 *A Dan auditus est fremitus equorum.* Isti sunt ergo equi corporei, criminib. fœten-

D tes. ¶ Tertio inueniuntur equi tartarei, hominibus nocentes. Isti sunt dæmones figurati in *locustis de Abysso ascendentibus, similibus equis paratis ad prælium, quorum potestas nocere hominibus.* Apoc. 9 Vide ibi, &c. Sufficit.

A **Eradicare. Euellere.** Idem sunt vsq; ad radicem aliquid extirpare, & possunt significare in bono & in malo. In bono enim significant bonam mutationem. In malo vero designant pauperum destructionem & euulsionem. Olus enim & porrum de vno loco solet euelli, & eradicari, vt in alio loco plantatum melius proficiat. Sic & nos de amore mundi debemus eradicari & euelli, & in agrum Paradisi per affectum & desiderium transplantari, vel etiam in agrum pœnitentiæ commutari. Vnde Luc. 17. *Eradicare, & transplantare in mare.* Ibi enim melius fructificabimus, & proficiemus per opera virtuosa.

¶ Vel distingue melius, quod est eradicatio vitiorum, iniquorum, egenorum, perfectorum. Vitia enim eradicantur à corde per contritionem. Iniqui à mundo per damnationem. Egeni à propria domo per exhæredationem. Boni vero ab hoc sæculo per contemptum & abominationem. Eradicantur ergo vitia per contritionem, quia sc. à radice, i. à corde debent euelli, quæ enim à corde non eradicantur, iterum more zizaniorum repullulare noscuntur. Matt. 15. *Omnis plantatio, quam non plantauit pater meus, eradicabitur.* & Prou. 15. *Cogitationes impiorum eradicabantur.* Item eradicantur iniqui sc. de mundo per damnationem. Elephas enim secund. Plin. etiam maximas arbores solet eradicare, signi-

[illegible] in [illegible] quia [illegible] Christus [illegible] potentes & [illegible] per mortem & damnationem eradicat & subuertit. Vnde Eccl. [illegible] *Substantia superbi eradicabitur* & Sap. 4. *A nimietate ventorum eradicabuntur.* Item eradicantur pauperes per exhæredationem. Vnde de ciuitate Hierusalem dicitur 1. Mach. [illegible] quod *Antiochus eradicauit eam, & accepit spolia eius.* Item eradicantur boni de mundo per conuersionem & mutationem, sicut porrum vel olus eradicantur, & alibi transplantantur, vt proficiant. Vide supra in principio. Luc 17. *Eradicare, & transplantare in mare, &c.*

**Eregione.** Nota quod eregione, sicut mihi videtur est vna dictio composita de ē, quod est contra, & regio, quasi contra regionem. Est enim vt opinor, aduerbium loci, & signat idem quod econtrario. Signat igitur contrarietatem & oppositionem, & ideo sicut contrarietas ponitur in bono & malo significato, sicut supra patuit in litera C. Sic istud vocabulum eregione. Nota ergo breuiter, quod eregione signat omnem oppositionem seu diuisionem, siue bona fuerit siue mala. Signat enim contrarietatem, qua mali opponūtur bonis, & sic de Ismahel dicitur Gen. 16. *Manus eius contra omnes & manus omnium contra eum, & eregione vniuersorum fratrum suorum figet tabernacula.* ¶ Item signat diuisionem, qua boni distinguuntur à malis, & sic dicitur Deut. 27. quod *tribus ignobiles, quæ ordinatæ fuerant ad maledicendum, eregione tribuum nobilium ad benedicendum ordinatarum stare debebant.* ¶ Item signat distinctionem, qua boni distinguuntur à bonis, & sic dicitur Num. 8. quod mensa (quæ signat pietatem) ponebatur ad partem Borealem, quæ signat aduersitatem. Lucerna vero cōtra Boream eregione ponebatur, sc. versus Austrum, qui signat prosperitatem. Quia sc. lucerna prudentiæ necessaria est in prosperitate, virtus vero clementiæ in aduersitate. ¶ Item signat oppositionem, qua contrariantur mali malis, sicut de illis, qui se inuicem occiderunt dicitur 2. Re. 2. quod *eregione steterunt hi ex vna parte piscinæ, illi ex altera.* ¶ Item signat distinctionem, qua mutuo subueniunt boni bonis, sicut dicitur, 3 Reg. 7. quod *Cherubin erant supra propitiatorium eregione se respicientes.* & de Agar filio compatiente dicitur Gen. 21. quod *ipsa sedit eregione procul, ne scilicet videret filium morientem, &c.* Vide supra vbi contrarietas, & infra ex aduerso.

A **Erga.** Idem est, quod iuxta, circa, prope. Et ideo erga potest significare amicitiam & propinquitatem, societatem & sedulitatem. Quandoq; vero per antiphrasim designat contrarietatem. Quod ergo significet charitatem, patet Gen. 31. vbi dicitur, quod *Iacob animaduertit, quod facies Laban non erat erga se.* Item quod significet sedulitatem, patet Luc. 10. vbi dicitur. *Martha, Martha sollicita es, & turbaris erga plurima.* Ille enim qui erga aliquid moratur, de eo sollicitus esse videtur. Item quod significet contrarietatem, patet Iob. 7. *Ad quid* (inquit) *apposuisti erga me cor tuum?* Vide supra de circa, & infra de iuxta & de prope. Et potes adducere exempla de societate, propinquitate & sedulitate.

A **Ergo.** Ergo signat finalem metam, & conditionem propositionis. Istud enim (ergo) semper sequitur post præmissas, siue accipiatur (ergo) per modum quæstionis, siue per modum rationis, siue per modum finalis conclusionis, semper se habet consecutiue ex aliquibus præcedentibus & præmissis. Igitur de hoc (ergo) interrogatiuo patet Ioan. 1. *Quid ergo baptizas, si tu non es Christus?* Istud enim (ergo) interrogatiuum secutum est ex eo, quod Ioannes prædixerat se non esse Christum, aut Prophetam. ¶ Item de (ergo) rationatiuo patet Hebr. 4. vbi dicitur. *Habentes ergo Pontificem, &c.* ergo inquit, i.e. sicut ex præmissis. ¶ Item de (ergo) conclusiuo patet generaliter in omnibus exemplis, semper enim (ergo) sequitur post præmissas, & naturam etiam sequitur præmissarum, & ideo secundum quod præmissæ sunt bonæ vel malæ, veræ vel falsæ, congruæ vel incongruæ, secundum hoc ergo, i.e. conclusio notatur generaliter. Charissimi per præmissas intelligitur vita præsens, per conclusiones vero mors notatur. Possumus ergo dicere, quod sunt generaliter tres præmissæ, quæ possunt dici

| | |
|---|---|
| Vita | Temeraria, |
| | Misera, |
| | Prospera. |

Ex vita temeraria concluditur (ergo) damnationis. Ex vita prospera concluditur (ergo) afflictionis. Ex vita misera concluditur (ergo) saluationis. Damnatio enim est finalis conclusio peccatorum. Saluatio est finalis cōclusio perfectorum. Afflictio est finalis conclusio prosperorum. ¶ Dicamus ergo notando breuiter,

quod est quoddam (ergo) & quadam necessaria conclusio quod sequitur ex vitæ fragilitate, quoddam quod sequitur ex morum iniquitate, quoddam quod sequitur ex miseriæ calamitate. Primo
B igitur (ergo) est mors temporalis. Sed secundũ est mors æternalis. Et tertium est lux supernaturalis. ¶ Primo igitur (ergo) signat mortem temporalem. Ista enim conclusio est mora omnium terum sensibilium, seu terribilium. Sicut enim videmus, quod flumina dulcia semper mouentur, & fluunt quousq; veniant ad suam conclusionem & terminum sc. mare, vbi omnis eorum fluxus sistitur, omnis eorũ dulcedo amaricatur, omnis eorum pulchritudo turbatur, sic revera quamdiu sumus in hac vita, semper fluimus & laboramus ad mare, i. ad amaritudinem mortis. Sicut enim dicitur 1. Reg. 14. *Omnes morimur, & quasi aquæ delabimur in terram.* Sicut enim Seneca dicit, quotidie diminuitur aliqua pars vitæ nostræ, & tunc quoq; cum crescimus, vita decrescit. Istud igitur ergo, istud mare sc. mors, est nostri fluxus terminatiuum. In isto enim ergo includitur, & inuoluitur omnis humana conditio. Nullus est enim tam bonus Logicus, qui istud ergo valeat vitare. Iste enim est locus, ad quem quotidie declinamus, & terminus ad quem quotidie properamus, portus, ad quem quotidie nauigamus. Vnde Sen. Epist. 88. An putas te ad aliud peruenturum, quam quo semper ibas? nullum iter est, seu exitus alibi, &c. Alibi etiam dicit Sen. quod portus aliquando petendus est, nunquam autem recusandus. Istud est (ergo) conclusiuum. Et ideo Iob timens conclusionem istius argumenti, & videns per istud argumentum se necessario concludi, dicebat Iob. 10. *Dimitte ergo me, vt plangam paululum dolorem meum, antequam vadam ad terram tenebrosam, & opertam mortis caligine.* Istud (ergo) damnationis bene declinauit ille scholaris Parisiensis, cui cum magister suus post mortem appareret, cum vna cappa de schedulis, aut de lacera papyro contexta, quam dicebat ponderare magis, quam aliqua turris mundi, & scholaris eidem diceret, quod sibi videbatur, quod non magnam pœnam sustinebat, dimisit ergo magister vnam guttam sudoris sui cadere super brachium discipuli, quę statim brachium cum carne & ossibus penetrauit: tunc scholaris clamans intrauit religionem, & composuit istos versus: *Linquo coax ranis, cras coruis, vanaque vanis. Ad Logicam pergo, quæ mortis non timet ergo.* Vanigloriis ergo huius mundi quando veniunt ad mortem, potest dici illud Rom. 3. *Vbi est ergo gloriatio tua? exclusa est.* Illud est ergo primum ergo, quod scil. signat mortem temporalem,
C 1. Reg. 31. *Mortuus est ergo Saul* ¶ Secundo, dico, quod (ergo) potest significare mortem æternalem. Sicut enim sophista postquam per fallacias diu euasit, quandoque tamen venit ad vnum argumentum demonstratiuum, vbi necesse est ipsum concludi, sicut etiam lupus, postquam diu per nemora hianti fauce circuierit, multas bestias inuadendo, finaliter tamen quandoq; ad pedicam vel ad foueam venit, vbi arrestatur, capitur & concluditur, sic mali & impii postquam per nemora huius mundi vtendo fallaciis & rapinis, diu transiuerint dies suos, ipsi tamen finaliter veniunt ad metam conclusionis & redargutiuonis, sc. ad foueam Inferni, ad laqueum damnationis, & ad pedicam mortis æternæ, vbi sistuntur & capiuntur, & perpetuo concluduntur. Peccata enim interiora & gaudia mundi exteriora sunt præmissa, quæ ducunt ad istam conclusionem. Vnde Rom. 7. *Quod ergo bonum est mihi factum est mors.* Bonum enim de se est mundi prosperitas, quando tamen mors efficitur male viventi. Isti ergo dicunt illi Sap. 5. *Ergo errauimus à via veritatis, & lux iustitiæ non luxit nobis.* Vnde de isto ergo dicitur Rom. 6. *Quem ergo fructum habuistis, in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors est.* Patet igitur, quod (er-
D go) signat pœnam æternalem. ¶ Tertio dico, quod (ergo) signat lucem æternalem, sc. gloriam paradisi. Sicut enim motus & labor peregrinorum sistitur, quando ad hospitium reuertuntur, quando à peregrinatione redeunt, quando in domo propria quietantur, quando ab exilio reuertuntur, sic vere gloria æterna est terminus, conclusio, & finis omnium laborum & pœnarum. Pœnæ enim & miseriæ huius mundi sunt præmissæ, quæ ducunt ad istam conclusionem. Vnde possumus dicere, quod istud (ergo) ista conclusio ducit ad libertatem, confert securitatem, præstat immunitatem, vehit ad dignitatem. Ducit (inquam) ad libertatem. Vnde Ioan. 8. *Si ergo filius vos liberauit, vere liberi eritis.* Et Matth. 17. dicitur: *ergo liberi sunt filii.* Item confert securitatem, Hebr. 4. *Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ eius.* Item præstat immunitatem, sc. à damnatione & pœna Rom. 8. *Nihil ergo damnationis est his, qui in Christo sunt.* Item vehit ad dignitatem. Vnde Io. 18. *Ergo Rex es tu? tu dicis, quia rex sum ego.*

Sic igitur patet triplex ergo, sc.

Ergo { Gloriæ & saluationis,
Miseriæ & damnationis,
Mortis & afflictionis.

Sed si vis, potes adhuc notare, quod inuenitur

vnum Ergo { Reprehensiuum,
Redargutiuum,
Eruditiuum,
Definitiuum,
Desolatiuum,
Dissolutiuum,
Consolatiuum.

¶ Primo dico, quod est vnum ergo reprehensiuum, quod se-
E quitur ex sceleribus, quæ committuntur, & sic loquitur scriptura Iob 12. Vide de præsumptione amicos suos redarguit, dicens: *Ergo vos estis soli homines, & vobiscum morietur sapientia?* Et ideo de malis ipsos arguendo concluditur ad Hebr. 12. *Ergo adulteri, & non estis filii.* Istud enim (ergo) proprie pertinet ad Prælatum, malum corrigentem, ad prædicatorem, culpas reprobantem. Finaliter autem pertinet ad dominum, malos iudicantem & punientem, in iudicio. Prælatus enim dicit (ergo) dum malos corrigit, Iob. 8. *Audite ergo correctiones meas*, & execrando culpas subditorum, ipse debet dicere illud Hebr. 7. *Nunquid ergo spelunca latronum facta est ista domus.* Prædicator etiam dum contra malos inuehitur, dicit. Et hoc pro certo recitando ipsorum iniquitatem, execrando ipsorum prosperitatem, approbando ipsorum futuram pœnalitatem. Prædicator ergo concludit contra malorum iniquitates, & sic dicit Hier. 13. *Et hi ergo abierunt post Deos alienos.* Et 1. Cor. 6 dicit. *Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis.* Item concludit contra malorum prosperitates. Et sic dicit Iob 21. *Quare ergo impii viuunt?* & Hier. 12. *Quare bene est omnibus, qui præuaricantur, & inique agunt?* Item concludit iniquorum pœnalitates, dum cuilibet malo dicit illud Ezech. 32. *Tu ergo in medio incircumcisorum contereris, & dormies cum interfectis gladio.* Christus insuper cum iudicabit impios, dicit ergo. Christus enim tunc erit optimus argumentator. Sicut enim dicitur Es. 11. *Ipse tunc iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate pro mansuetis terræ.* Et ideo de isto ergo dicitur Oseæ 12. *Iudicium ergo Domini cum Iuda.* Et ipse Dominus dicit Ezech. 20. *Dixi ergo, vt effunderem furorem meum super eos in deserto.* Tunc enim Christus contra malos concludit, quando eos à suo consortio perpetuo excludet, & eos in Infernum concludet dicens, scilicet illud Ezech. 20. *Eieci ergo eos de terra Ægypti, & eduxi in desertum.* De damnato ergo quolibet sic concluso & confutato dicit scriptura Iob. 18. *Hæc sunt ergo tabernacula iniqui, & iste locus eius qui ignorat Deum.* Patet ergo quod est vnum (ergo) reprehensiuum.

¶ Secundo dico, quod est vnum (ergo) redargutiuum seu in-
F uolutiuum, & istud est (ergo) peccati. Diabolus enim est subtilissimus logicus, præmittit enim quasdam apparentes propositiones, sc. delectabilia mundi, spem longæ vitæ & finalis pœnitentiæ, & cætera similia, & nunc subito infert conclusionem suam, sc. malum consensum seu peccatum, & sic dicit ergo q. d. Captus es & conclusus, inuolutus, victus, proditus & confusus. Vnde diabolus videtur concludere, & dicere illud Iob. 9. *Terra data est in manus impii*, quod si non ille est, quis ergo est? Etiam ipsi peccatores per remorsum conscientiæ contra seipsos concludunt. Et idem apud seipsos loquentur, & dicent illud Sap. 5. *Ergo errauimus à via veritatis, & sol intelligentiæ non est ortus nobis.* Istud est ergo vnum (ergo) redargutiuum, seu conclusiuum.

¶ Tertio dico, quod est vnum (ergo) eruditiuũ. Scriptura enim ratiocinando nos instruit, & viam mandatorum esse sanctam & vtilem nobis ostendit, & ideo in multis passib. dicit (ergo.) Vnde Prou. 8. *Nunc ergo filii audite me.* Consulit ergo disciplinam, & correctionem, mundiciam, & orationẽ, prudentiam & discretionẽ, audaciam, & spei fortificationem, zelum legis, & æmulationem, mandatorum adimpletionem, pœnitentiam & confessionem. Disciplinam consulit Iob 6. dicens: *Increpationem ergo Domini ne reprobes.* Memorationem consulit Hier. 3. dic. *Ergo saltem à modo voca me.* Item discretionem consulit Prou. 6. *Fac ergo, quod dico fili mi* supp. apprehendens sapientiam & discretionem, quam te doceo. Item consulit audaciam 1. Machab. 2. *Vos ergo filii confortamini, & viriliter agite.* Item zelum legis 1. Machab. 2. *Nunc ergo ô filii æmulatores estote legis.* Item adimpletionem mandatorum consulit Matth. 23. dicens: *Omnia ergo quæcunq; dixerint vobis, seruate, & facite.*

... Non ... ergo ... Illud est igitur ergo ... 
G altiuum.

¶ Quarto dico, quod est vnum ergo definitiuum. Et sic dico, quod per ergo determinatur Dei iudicia. Rom. 9. *Ergo cuius vult miseretur Deus, & quem vult, indurat.*

H ¶ Quinto est vnum (ergo) quod est desolatiuum. Et sic dico, quod homo desolatus & tristis multipliciter dicit ergo. Dicit enim (ergo) conquerendo

De { Malorum vita prospera, / Suipsius vita misera, / Gaudiorum dilatione, / Tormentorum illatione.

De malorum dico prosperitate & opulentia, & sic loquitur in Ps. *Super iniquos pacem peccatorum videns Et dixi: Ergo sine causa iustificaui cor meum.* De propria vero calamitate & miseria dicitur Iob 10. *Dimitte ergo me, vt plangam paululum dolorem meum.* De dilatione vero, & cœlorum alimentiadiem: Iob 18. *Vbi est ergo nunc præstolatio mea?* De pœnarum vero pestilentia dicitur 1. Machab. 2. *Quid ergo adhuc nobis est viuere.* Et Ezech. 9. *Ergo ne disperdes omnes reliquias*

K *Israel?* Istud est igitur (ergo) desolatiuum. ¶ De ergo autem dissolutiuo, i. de conclusione mortis satis dictum est supra. ¶ De ergo vero consolatiuo, i. de gloria paradisi, de quo 1. Machab. 2. *Et ergo filij confortamini,* satis dictum est supra. Sufficit de ergo, vide de titulis igitur, itaque, & propter.

A # Erigere.

Nota, quod erigere idem est, quod sursum vel superius eleuari, sublimari & exaltari, & potest accipi in bono & in malo. Est enim quædam

Erectio { Virtuosa, / Fructuosa, / Gloriosa, / Vitiosa, / Periculosa.

Virtuosa est, quando quis à depressione peccati ad statum virtutum, erigitur per contritionem & conuersionem. Fructuosa est, quando quis à terrenis se erigit per contemplationem. Gloriosa est quando quis de statu paupertatis, & mundanæ miseriæ erigitur ad cœli prælationem. Vitiosa est quando quis erigitur per superbiam & elationem. Periculosa est quando quis erigitur per temporalem honorem & promotionem. De primis ergo tribus erectionibus bonis potest exponi illud Iob 40. *Circumda tibi decorem, & in sublime erigere, & esto gloriosus.* In quibus verbis ostenditur triplex erectio, qua boni in hoc sæculo eriguntur. Nam.

Eriguntur { Peccatis, ipsa dimittendo, / Terrenis ipsa detestando, / Mundanis, cœlum occupando.

Eriguntur { Peccatis per gratiæ inspirationem, / Terrenis per cœlorum contemplationem, / Miserijs mundanis per supernam præmiationem.

Gratiæ infusionem probat decor moralis. Ideo dicitur. [Circunda tibi decorem] Cœlorum affectionem probat vigor mentalis qui notatur, cum dicitur [In sublime erigere] Cœlestem promotionem probat dulcor finalis. Ideo dicitur [Esto inquam gloriosus.]

B ¶ Primo ergo dico, quod est erectio virtuosa, qua boni eriguntur à peccatorum depressione, quod notat gratiæ inspiratio, quæ notatur, cum dicitur [Circunda tibi decorem.] Decor enim animæ est gratia, quam tunc anima recuperat & recipit, quando à depressione peccati se erigit & auertit. Herba enim calcata & lutcata perdit decorem, tote tamen superflua solet iterum erigi, & ad pristinam pulchritudinem restitui. Sic vere anima luteata, & fœdata diuersis peccatis, & per diuersas malas consuetudines calcata & pressa, decore spirituali priuatur, iuxta illud Thren. 1. *Recessit à filia Sion omnis decor eius.* Quando vero rore gratiæ perfunditur, tunc iterum ad statum spiritualis rectitudinis erigitur, & ad spiritualem pulchritudinem reparatur, ita quod tunc temporis de ea potest dici illud Ps. *Confessionem & decorem induisti, amictus lumine sicut vestimento.* Et Prou. 31. *Fortitudo & decor indumentum eius.* Talis est enim similis Elephano, qui quando cadit, non potest surgere per se, per aliorum tamen auxilio aliquando erigitur, & leuatur. Sic vere, charissimi, peccator, qui per peccatum cecidit, per se surgere nunquam potest, quando tamen Deus sibi gratiam tribuit interius, & boni proximi ipsum per orationes adiuuant ... tunc ad pœ... & adiut & ... rectitudinem ... & malorum consuetudinum ... erigitur. De tali ergo erectione potest intelligi illud Ps. *Dominus erigit elisos, Dominus soluit compeditos, Dominus illuminat.*

Ideo talibus sic erectis, & conuersis loquitur Deus Leuit. 26. *Confregi catenas ceruicum vestrarum, vt incederetis erecti.* Talis autem erectio bonis prælatis & socijs iniungitur Hebr. 12. vbi dicitur *Manus remissas & soluta genua erigite.* Tales figurantur Luc. 13. in illa muliere infirma & inclinata, quæ per 18. annos non poterat respicere sursum quam cum vidisset Iesus, imposuit illi manus, & confestim erecta est. Ista enim mulier signat animam peccatricem, quæ tunc temporis curua & inclinata efficitur, quando infestus ad bona mundi solum modo de eis cogitando per auaritiam curuatur. Tunc vero respicere nequit sursum, quando in malis consuetudinib. induratur, & ab amore cœlestium diffluetur. Sed tunc à Christo sibi manus porrigitur, quando adiutrix gratia Dei totaliter inspiratur. Et tunc vltimo ab ipso erigitur, quando ad statum innocentiæ & perfectionis reducitur. Et sic tali proprie potest dici illud, quod Act. 9. dicitur de Thabita, quia *Petrus dans illi manum, erexit eam.*

¶ Erigamus ergo à peccato caput nostræ intentionis, aures nostræ attentionis & subiectionis, oculos nostræ discretionis, pedes nostræ affectionis, & flectamus genua nostræ deuotionis. Erigat ergo anima caput intentionis, sicut aries, qui semper dormit capite erecto. Vnde illud Leu. 26. *Confregi catenas ceruicum vestrarum, vt incederetis erecti,* & Luc. 21. *Respicite, & leuate capita vestra.* Item erigat aures attentionis, & sit sicut elephas, qui quando pugnat cum dracone, aures solet erigere, & cum eis draconem ferire. Iuxta illud Nehem. *Aures omnis populi erectæ erant ad librum.* Item erigit ad Deum oculos dilectionis, & sit similis aquilæ, quæ stans solitaria super rupem, tempestes commanitet, oculos habet erectos ad salutem. Tob. 2. *Oculos meos erigo ad te.* Item erigat à peccato pedes affectionis. Vnde 2. Paral. 3. de Cherubim templi dicitur: *Ipsi stabant erectis pedibus: facies autem eorum erant auersæ ad exteriorem domum.*

Item genua suæ deuotionis & orationis flectat. Vnde Dan. 10. *Erexit me super genua mea.* In tali ergo erectione à peccato consistit spiritualis decor animæ, qui ostensus est quando dictum est. Circunda tibi decorem. Et sic quando omnia membra spiritualia animæ erunt bene erecta & directa, sibi poterit dici illud Cant. 7. *Pulchra es & decora filia Hierusalem terribilis, vt castrorum acies ordinata.* Et ipsa etiam poterit dicere illud Ezech. 27. *Perfecti decoris ego sum, & in corde maris sita.* Istud est ergo primum genus erectionis, scil. à peccatorum depressione, quod notat gratiæ inspiratio 1. Reg. 13. *Erexit se Israel aduersum Philistijm.* Vt & de Deo dicatur illud, quod de Moyse dicitur Num. 7. *Erexit tabernaculum, & vnxit & sanctificauit illud.* Et hæc erectio ostenditur, cum dicitur, *Circunda tibi decorem.*

¶ Secundo dico, quod est erectio fructuosa, qua nos debemus G erigere à terrenorum affectione, quod notat sublimis contemplatio [In sublime inquam erigere] Simia quamuis naturaliter pedibus & manibus terram tangat, cum sit animal quadrupes, tamen quandoque docetur sursum se erigere, & super posteriores pedes incedere sicut homo. Sic vere charissimi, quamuis homo naturaliter sit animal quadrupes, quia, sc. per quatuor affectiones dicitur curuatus & inclinatus ad terrenum, ipse tamen à terrenorum affectu se debet sursum ad cœlestia contemplanda erigere, & sicut homo, i. tanquam persona rationalis erectus ad cœlestia ambulare. Ita quod ipse de se, & alijs peccatoribus possit dicere illud Ps. *Ipsi obligati sunt & ceciderunt, nos autem surreximus, & erecti sumus.* Et sic de tali erectione & sublimatione potest dici illud Es. 52. *Ecce intelliget seruus meus, & exaltabitur, & eleuabitur, & sublimis erit valde.* Vnde de ista erectione dicitur Iob. 39. *Cum tempus venerit, in altum alas eriget.*

¶ Tertio dico, quod est erectio gloriosa, quo nos possumus D erigi à mundana afflictione, quod facit finalis præmiatio, quæ ostenditur, cum dicitur [Et esto gloriosus] In quibus verbis notatur, quod erectio gloriæ paradisi consistit in tribus, scilicet in charitate & dilectione, quod notat dictio copulatiua [Et] Firmitate & directione, quod probat dictio substantiua [Esto] dignitate & promotione, quod mõstrat dictio honoraria [Gloriosus] Per istam ergo promotionem eriguntur miseri & depressi, quia sicut pars rotæ, quæ est inferior, quãdo rota vertitur, & erigitur, sit superior, sic e conuerso pars, quæ superius eminet, si rota vertitur, inferior

inferius descendit & deprimitur. Sic charissimi, illi, qui modo sunt pauperes & depressi, in die iudicij, quando rota huius mundi voluetur, tunc ad statum æternæ superioritatis & gloriæ erigentur, econuerso autē illi, qui modo sunt in exultatione & gloria, tunc erunt in depressione & miseria. Vnde Prou. 29. *Superbum sequitur humilitas, & humilem spiritu suscipiet gloria.* De tali ergo erectione potest dici illud Iob 5. *Ponit humiles in sublimi, & mœrentes erigit sospitate.* Figura Num. 8. vbi dicitur, quod *candelabrum in australi parte erigatur.* Australis enim pars vbi est ardor & splendor, Paradisum signat, vbi est charitas & veritas, vbi sc. candelabra, i. e. viri sancti, & iusti finaliter eriguntur. Eccl. 51. *Erexit eum ab humilitate.* Patet ergo, quod est quædam erectio gloriosa finalis, & præmiatiua, quædam fructuosa, mentalis, & contemplatiua, quædam virtuosa, vitalis & eleuatiua. Vna erigimur, vt dictum est, à mundi depressione, alia à terrena affectione, alia à peccati infe-
E
ctione. Et sic patet de erectione virtuosa. ¶ Quarto dico, quod est quædam erectio vitiosa. Et ista est erectio superborum & obstinatorum, elatorum & presumptuorum, qui eriguntur contra Deum per obstinationem, contra proximum per dedignationem, contra seipsum per elationem, prælatis inobediendo, & subditos ipsos deprædando. De talibus ergo potest dici illud Iob 11. *Vir vanus in superbiam erigitur, & quasi pullum onagri se liberum natum putat.* ¶ Et possumus notare, quod mali tripliciter eriguntur. Nam

Eriguntur per { Ambitionem, / Elationem, / Rebellionem.

Ambitio quærit principari.
Elatio cupit honorari,
Rebellio non vult subiugari.

Eriguntur ergo quidam per ambitionem, vt principentur. Dra co enim ad velum nauis vbi sentit flare ventum, valde desiderat volare & erigi, vt ardorem suum possit venti oraculo temperare. Sic vere charissimi, ambitiosi ventum & flatum desiderant vanæ laudis, & ideo nihil aliud quærunt quam sursum in naui Ecclesiæ ad velum, i. ad prælationis statum erigi & leuari, vt sic vento vanæ laudis possit ardor suæ ambitiosæ & vanæ voluntatis temperari & recreari. Isti figurantur in Dathan & Abyron & Cohre, qui contra voluntatem Dei ad sacerdotium Dei ambientes, quidam igne sunt consumpti, alij vero à terra viuentes sunt absorpti. Ideo illis dictum est Num. 16. *Multum eriguntur filij Leui.* Isti enim sunt sicut ille Adonias, de quo dicitur 3. Reg. 1. qui eleuabatur dicens (Ego regnabo) Isti sunt ergo qui eriguntur per ambitionem, vt principentur. Item quidam eriguntur per elationem, vt glorientur. Isti sunt quidam superbi, qui in se eriguntur & efferuntur, sc. se iactando, de se præsumendo, & se præ alijs reputando, similes illi serpenti, qui dicitur cenchris, qui semper dicitur erectus incedere, si enim se inclinaret vel incuruaret, statim creparet. Sic vere quidā sunt ita superbi & eleuati, quod nullo modo volunt se inclinare per humilitatem, sed magis & magis se erigere, erecto collo incedere, de se vltra debitum præsumere, de alijs vero nihil curare. Et breuiter ita grossi & inflati sunt, quod citius creparent, quam se ad aliquam humilitatem, seu misericordiam incuruarent. De talibus potest dici illud Iob 15. *Cucurrit aduersus Deum erecto collo, & pingui ceruice armatus est.* Figurati in Saul, qui erexit sibi fornicem triumphalem, & in Absalon, *qui erexerat titulum nomini suo*, sicut dicitur 1. Reg. 15. & 2. Reg. 18.

¶ Quidam etiam eriguntur per rebellionem. Isti sunt superbi & inobedientes subditi, qui contra prælatos eriguntur. Isti sunt balbi, qui contra pauperes animantur. Isti sunt etiam principes tyranni, qui ad deprædandos subditos roborantur. Vnde tales similes sunt basilisco, qui est serpens venenosissimus, qui semper dicitur incedere erectus. Ideo possunt alij dicere de eisdem illud Thren. 1. *Vide Domine afflictionem meam, quoniam erectus est inimicus.*
F
Ista est ergo triplex erectio vitiosa. ¶ Quinto dico, quod est quædam erectio periculosa, mundanæ sc. dignitatis & prosperitatis, qua quandoq; mali plus eriguntur, quam boni, qui tamen similes sunt locustis, quæ quandoq; saltant sursum & eriguntur, statim tamen cum se sursum tenere nesciant, ruunt inferius & deprimuntur, quia vere tales, quos mundana prosperitas ita eleuās erigit & extollit, statim eriguntur & statim deprimuntur, subito promouentur, subito annihilantur. Et vere sicut alte, i. e. ad alta officia se subito erigunt & saliunt, ita iusto Dei iudicio cito perennis & delaendum, deficiunt & corruunt, iuxta illud Num. 2. *Quomodo erigentur, ita & deprimentur.* De talibus loquitur Sen. lib. de tranquillitate animi [illegible] medium. [illegible] bis, quos fortuna nunquam respexit, qu[illegible] quos deseruit. No[illegible] huic tranquillitati confidere, in momento mare euertitur, & eodem die, quo nauigia luxuriant, absorbentur. Et breuiter charissimi ex ista erectione non sequitur nisi depressio, etsi non in hoc mundo, tamen in alto. Ista est ergo erectio periculosa. Periculosa enim est sibi ipsis, qui eriguntur, quia per ipsam in Infernum præcipitantur. Periculosa etiam est alijs, quia sc. dum tales sunt in sua prosperitate & erectione, omnes alios volunt deprimere, omnes volunt subiugare, omnibus volunt præfici, ab omnibus volunt honorari, omnibus volunt nocere & paucis seu nemini complacere. Exemplum habemus de Aman, qui ad dignitatem euectus, Mardochæum, qui ipsum non venerabatur suspendere procurauit, & etiam in despectum ipsius, & vindictam, totum voluit destruere suum genus, nisi Deus alias prouidisset, sicut habetur Hest. 15. Exemplum etiam habeamus de Abimelech, qui erectus in Regem, omnes fratres suos occidit, sicut dicitur Iud. 9. Isti ergo bene propter figurantur in statua aurea, quam fecit erigi Nabuchodonosor Rex, quæ 60. cubitos in altum, sex vero in latum habebat, coram qua omnia genera instrumentorum citharizabantur, & qui non flectebant genua ante eam, & qui non adorabant, in caminum ignis mittebantur, sicut dicitur Dan [illegible] Sic vere charissimi, sæpe fit, quod Rex Nabuchodonosor, i. e. aliquis princeps, aut prælatus erigit in aliquo officio alto & statu, aliquā statuam, i. e. aliquem hominem ignorantem, quam sc. facit aureani, i. diuitem & potentem: coram talibus igitur sic promotis & erectis oportet citharizare per adulationem, oportet genua flectere per obedientiam & subiectionem, alioquin caminus ignis, i. e. tribulatio & aduersitas sequitur, alioquin mors & destructio procuratur, sicut dicitur 2. Macab. 15. quod Nicanor quadam summa superbia erectus, cogitauerat committere trophæum de Iuda. Patet ergo generaliter, quod quintuplex est erectio, prima virtuosa, secunda fructuosa, tertia gloriosa, quarta vitiosa, quinta periculosa. Sufficit ergo. Vide supra vbi eleuare, ascendere, & in pluribus alijs locis & titulis.

## Eripere Eruere.

Idem signant, quod liberare. Pertinet enim eripere, & eruere ad hominem potentem, clementem, atq; prudentem, eripi vero pertinet ad hominem miserum, & se defendere non valentem. Inuenio ergo, quod eripit iustus, & Angelus, & Deus A

Eripit { Iustus, pressis succurrendo, / Angelus, hostem repellendo, / Deus, vires ad augendo.

Primo dico, quod iustus eripit succurrendo pressis & miseris. Ad virum enim iustum pertinet, quod pro posse miseros & iniuriatos eripiat de manibus tyrannorum. Prou. 24. *Erue eos, qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum, liberare ne cesses.* Vnde filij Israel, vt à Gentilibus eriperentur, inuocabant auxilium Machabæi, dicentes 1. Macha. 5. *Congregatæ sunt gentes, vt auferant nos, nunc ergo veni, & eripe nos de manibus eorum.* Iuxta illud Ps. *Eripite pauperem & egenum de manu, &c.* ¶ Secundo dico, quod Angelus eripit obuiando casibus asperis, seu se opponendo hostibus teneris scil. dæmonibus. Vnde Tobias de Angelo loquens Tob. 12. dicit sic, *Meipsum à deuoratione piscis eripuit.* Petrus etiam ab Angelo liberatus dicebat Actor. 12. *Misit Dominus Angelum suum, & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudæorum.* Et ideo dicit Psal. *Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos.* ¶ Tertio dico, quod Deus eripit submouendo sarcinam sceleris, id est, vitia & peccata, & etiam præcauendo ne incurramus pericula & tormenta. Eccl. 51. *Eruis sustinentes te Domine, & liberas eos de manu angustiæ Domine Deus noster.* Deus enim semper est præsens suis, vt ipsos eruat, vt & eis in omni necessitate subueniat. & succurrat. Vnde ipse loquens Hieremiæ, dicit sic Hier. 1. *Ne timeas à facie eorum, quia tecum sum, vt eruam te.* Et ista est procerto magna consolatio homini, quando scilicet cogitat, quod semper Deum & bonum Angelum secum habet, qui ipsum possunt eripere, & saluare. Deut. 23. *Dominus Deus tuus ambulat in medio castrorum tuorum, vt eruat te.* ¶ Si vis nota, quod Deus eripit, atque saluat B

Humiles & timoratos,
Flebiles & lachrymosos,
Deuotos in se sperantes,
Contritos ad se clamantes.

Quod

Quod dominus ergo eripiat humiles & [illegible], patet [illegible] Psal. vbi dicitur, *Vide humilitatem meam, & eripe me.* Item quod [illegible] lat flebiles & luctuosos, patet in Psalm. vbi dicitur, *Animam meam eripuit de morte, oculos meos a lachrymis, pedes meos a lapsu.* Item quod eripiat in se sperantes, atque deuotos, patet in Psalm. vbi dicitur, *Sperauit in Domino, eripiat eum, saluum faciat eum, quoniam vult eum.* Item quod eripiat ad se clamantes atq; contritos, patet Baruch. 4. vbi dicitur. *Clamate ad Dominum, & eripiet vos.* Et Iudic. 10. & Numer. 10. *Clamastis ad me, & erui vos de manu eorum.* Et aduerte quod Deus eripit suos ab omnibus tribulationibus, periculis, & delictis.

Eripuit enim eos à
- Cupiditate inflammatiua,
- Carnalitate maculatiua,
- Obscuritate excæcatiua,
- Crudelitate molestatiua,
- Dæmonum malignitate,
- Societate defraudatiua,
- Timiditate perturbatiua,
- Iniquitate deprauatiua,
- Aduersitate tribulatiua,
- Calamitate æternatiua.

Dico ergo, quod Deus eripit eos à mundi cupiditate Gal. 1. *Dedit semetipsum, vt eriperet nos a præsenti sæculo nequam.* ¶ Item a fœtenti carnalitate, seu voluptate. Prou. 2. *Eruaris de via mala, & à muliere aliena & extranea, quæ mollit sermones.* Et in Ps. petit Dauid a Domino dicens. *Eripe me de luto vt non infigar, & de profundis aquarum.* Item ab ignorantiæ obscuritate 1. Cor. 1. *Eripuit nos de potestate tenebrarũ,* ¶ Item à tyrannorum crudelitate. Ps. *Eripe me de inimicis meis Deus meus.* Et alibi. *Erue me de manu filiorum alienorum, & a persequentibus me.* ¶ Item à Dæmonum malignitate. Psal. *Erue a framea Deus animam meam, & de manu canis, &c.* Et alibi. *Eripe animam meam ab impio.* Item a fallaci societate. Psa. A viro iniquo & doloso erue me. ¶ Item à mentali timiditate. Ps. A timore inimici eripe animam meam. ¶ Item a criminum iniquitate. Ps. ab omnibus iniquitatibus meis erue me. Et alibi, eruat à morte animas eorum (Morte dico s. culpæ) ¶ Item à temporali aduersitate. Ps. *Ex omni tribulatione eripuisti me.* ¶ Item ab Infernali calamitate. Ps. *Eruet animam meam de manu Inferi, cum acceperit me.* Et alibi. *Eripuisti animam meam de Inferno.* Breuiter ergo loquendo, dicere possum, quod Deus semper paratus est suos eruere & eripere, & à culpa interiori, miseria exteriori, pœna seu tristitia posteriori misericorditer liberare, & eos in loco tuto Paradisi constituere, & locare. Ps. *Clamauit ad me, & ego exaudiam eum, cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum, &c.* Vide infra de liberare.

A **Error. Errare.** Errare idem est, quod deficere cum credulitate benefaciendi. Accipitur enim proprie errare pro illo defectu, quem facit homo credens se benefacere, quamuis improprie pro quocunq; defectu sæpissime sumatur. Moraliter autem dicere possumus, quod errare nihil aliud est, quam aliquem à rectitudine deuiare. Et ideo possumus aduertere, quod plura sunt genera errorum, & plura sunt, quæ faciunt nos errare in via morum. Et quia de errore fit mentio in isto opere in multis exemplis, ideo breuiter transeundo possumus notare, quod multiplex est error in moribus Est enim

Error
- Affectionis,
- Electionis,
- Cogitationis,
- Progressionis.

Quidam enim errant in
- Diligendo,
- Eligendo,
- Cognoscendo,
- Ambulando.

B ¶ Primo igitur est error in affectione, & iste est quãdo illud, quod minus est, affectatur, illud vero, quod plus est & melius, contemnitur. Et sic videntur errasse filij Israel, qui pepones, porros, & alia, & ollas affectantes carnium, manna dulcissimum abhorrebant, sicut dicitur Num. tr. significantes auaros & carnales, qui mundi bona, & carnis oblectamenta per auaritiam & luxuriam affectant & diligunt, manna vero, i. e. bona spiritualia & æterna contemnunt & negligunt. De tali ergo errore potest exponi illud 1. Tim. 6. *Radix omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes errauerunt.* Iste est ergo error affectionis.

¶ Secundo dico, quod est error electionis, & iste est, quando nescitur quid est melius, ita vt quandoq; peius pro meliori reseruatur, & econuerso. Istum vero errorem inducit cæcitas ignorantiæ, quæ non sinit hominem recte eligere, vel iudicare. Si enim denarius aureus vel plumbeus cæco anteferretur, faciliter erraret eligendo. Tali modo errauit Iacob, cui de nocte supposita est Lya pro Rachel, ipse vero Lyam pro Rachele suscepit, & cum ea delicias duxit, qui tamen eam non suscepisset, si eam clara luce vidisset. Tali modo decipiuntur multi in electionibus prælatorum, quia enim cæcitas ignorantiæ, cæcitas etiam affectionis ipsos excæcat, ideo sæpe fit, quod vnum pro alio, plumbum pro auro, malum pro bono, hypocritam pro viro sancto eligunt & assumunt. Vide supra de electione. Vide Thren. 4. *Errauerunt cæci in plateis.* C

¶ Tertio dico, quod est error cognitionis, & isto modo potissime errant prælati in promotionib. subditorum, figurati in Isaac, qui cæcutiens, & Iacob Esau esse credens, pellibus caprinis, quibus mediantib. ipsum tetigerat deceptus, benedictionem primogenitis secundo genito concessit, sicut dicitur Gen. 27. Quia vere prælatus, quando est cæcutiens & ignorans, maxime quando tangit personam mediante pelle carnalis affectionis, sæpe taliter errat & decipitur, quod primogenitos & filios Ecclesiæ suæ subditos meliores & antiquiores impromotos dimittit. Iuniores vero & imperfectiores, ad quos afficitur, promouet & extollit, & benedictionem, i. beneficiũ, quod ad alios pertinebat, ei, indebite concedit. De isto ergo errore Eccl. 10 dicitur, *Est malum, quod vidi sub sole, quasi per errorem à facie principis positum stultum in dignitate sublimi, & diuites sedere deorsum.* Isto etiam modo errant iudices in iudicijs. Ignorantes enim quid agere debeant & ignorantes merita personarum, sæpe fit, quod malos dimittunt, bonos puniunt. Exemplo Lamech, qui cæcus credens sagittare bestiam, hominem interfecit, sicut dicitur Gen. 4. in historia Scholastica. Isto etiam genere errorum erratur in fide & veritate, quando sc. hæresis fides creditur, & quando mendacium veritas reputatur. Es. 53. *Omnes nos quasi oues errauimus.* D

¶ Quarto dico, q; est error profectionis. In via enim malorũ faciliter erratur, quia quandoq; via, quæ ducit ad mortem, eligitur, via vero quæ ducit ad vitam, contemnitur. *Quia est via, quæ videtur homini recta, nouissima vero ipsius ducunt ad mortem,* sicut dicitur Prou. 14. Sicut enim cursor, qui tenet aliã viam, quam debet tenere, & maxime si tenet viam contrariam, nunquam venit ad terminum quo tendebat, sic vere si vitam ducimus aliter quam debemus, & à viæ rectitudine deuiemus, nunquam ad terminum Paradisi veniemus. Ps. *Errauerunt in solitudine in inaquoso, viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt.* Si igitur in ista via errauerimus, faciamus sicut apes, quæ quando ab acie errauerunt, & deuiauerunt solent odore sentire, quam viam aliæ tenuerunt, & ea odore prosequi, & ad aciem reuenire. Sic vere charissimi, si ab acie sanctæ Ecclesiæ, & à congregatione fidelium errare per peccatum nos contingat, proculdubio debemus odorari, & sentire, per deuotionem & per considerationem, quam viam alij tenuerunt, & quam viam illi, qui præcedunt nos, sc. sancti & sanctæ inuenerunt & incesserunt, & inueniemus, quod per humilitatis viam, paupertatis & martyrij, &c. ambulauerunt. Per tales ergo vias debemus post eos ire, si ab errore volumus reduci, & ad rectitudinem peruenire. Et sic poterimus domino dicere illud Ps. *Posuerunt peccatores laqueum mihi, & de mandatis tuis non erraui.* Sic ergo patet, quod est multiplex error, sc. perambulando, cognoscendo, eligendo, affectãdo, &c. E

¶ Sed si vis, potes adhuc notare & dicere, quod errare generaliter sumitur pro peccare. Prou. 14. *Errant, qui operantur malum.* Sicut enim videmus, quod natura dicitur errare, quando monstrum, vel partum defectuosum contingit facere & generare, generalis enim intentio naturæ est, vt formet fœtum perfectum, errat tamen quandoq;, quia vel ex abũdantia, vel diminutione materiæ, procreat aliquoties imperfectum, & monstruositate varia deformatum, sic dicam quod tunc anima proprie errat, quando partum monstruosum, i. opus defectuosum procreat, Constat enim quod generalis intentio animæ est benefacere, & benefaciendo ad beatitudinem peruenire, quod bene apparet in synderesi, quæ est pars potentiæ rationalis, quæ semper reclamat, & remordet quoties animã ad malũ actũ declinare sentit & videt. Sic reuera sæpe fit, quod per superfluitatem, vel diminutionem materiæ, i. per superabundantiam, vel penuriam bonorum terrenorum, mundiq; delectabiliũ decipitur, & sic mõstruosa defectuosa & deformia opera per errorẽ procreari videntur 4. Reg. 17. *Errauit Iuda, & ambulauit in erroribus.* F

Homo

Homo enim qui nescit viam, si ductorem suum dimittit, faciliter errabit, cum ergo via vitæ homini sit ignota, nisi (inquam) ductorem habemus Dominum nostrum Iesum Christum, sicut dicit in sermone Aug. de resurrectione, restat, quod si peccando mortaliter iustum ductorem dimittimus, faciliter errabimus, & per diuersas malas vias deuiabimus, & vademus. Figuratur in Agar, de qua dicitur Gen. 21. quod *cum abijsset, & ab Abraham recessisset, errabat in solitudine.* Et notabis, quod multa sunt, quæ sunt, & fuerunt occasio hominibus peccati erroris, videlicet

Defectus veri luminis,
Aspectus falsi numinis,
Despectus sancti agminis,
Obiectus rerum turbinis.

G ¶ Primo errant quidam propter veri luminis defectum de nocte, quia quando lumen deficit, erratur facilius, quam de die. Sic vere dico, quod quando lux diuinæ gratiæ, sacræq; doctrinæ & scientiæ deficit, restat, quod error & ignorantia suboriatur & succrescat. Et ideo sicut cæci, qui lumen directum non vident, faciliter errant, sic illi, qui per ignorantiam vel per malitiam cæci sunt faciliter deuiant, atque peccant. Errant enim, quia ignorant Dei iudicia, errant, quia obdurantur forti malitia. Errant, quia defraudantur fratris astutia. De simplicitate & ignorantia dicitur Matt. 22. *Erratis nescientes scripturas.* Et illud Psalm. *Erraui sicut ouis, quæ perijt.* Et illud Sapient. 5. *Ergo errauimus à via veritatis, & lumen intelligentiæ non est ortum nobis.* De obstinatione & malitia dicitur Sap. 2. Hæc cogitauerunt & errauerunt, excæcauit enim illos malitia eorum. Vnde etiam de malitiosis & obstinatis dici potest illud Prou. 13. *Animæ dolosæ errant in peccatis.* Dolus enim malitiam voluntariam importat. De aliena fraude & astutia patet, quia scil. multi sunt, qui ex aliorum malis suggestionibus peccant, & multi sunt ita mali, quod non solum ipsi errant, sed alios ad errores sollicitant & inclinant 2. Timoth. 3. *Errantes, & in errorem mittentes.* Isti sunt proprie illi, qui coram cæco ponunt offendiculum. De quibus dicitur Deut. 27. *Maledictus, qui cæcum facit errare in itinere.* Non sic enim debet esse, quia sc. non debemus simplices in errorem ducere, sed ab errore potius reuocare. Figura Exod. 23. vbi dicitur. *Si occurreris boui inimici tui, vel asino erranti, reduc eum.* Inimicus noster est diabolus, bos autem est quilibet eius subditus, & suæ seruitutis iugo pressus, quem si in fide & moribus videmus errare, pro viribus debemus reducere, & ad viam veritatis monendo, docendo, corrigendo & dirigendo trahere, & à suis erroribus releuare. Deut. 22. *Non videbis ouem fratris, vel bouem errantem, & præteribis.* Patet ergo, quod aliqui errant propter veri

H luminis defectum. ¶ Secundo dico, quod aliqui errant propter falsi numinis aspectum. Et iste est error Idololatrarum, qui Idola picta & bene pulchra credunt deitatem habere, quod bene innuitur Sap. 14. vbi dicitur, *Prouexit autem ad horum culturam & hos, qui ignorabant, artificis eximia diligentia.* Vnde Ezech. 44. *Longe recesserunt à me in errore filiorum Israel, & errauerunt à via post Idola sua.* Iste enim fuit summus error, sc. adorare Idolum pro Deo, & credere Deum, quod ipse homo fecerat, qui credebat, credere etiam deitatem esse non solum in syderibus & planetis, verum etiam in multis animalibus, serpentibus, atq; ranis Sap. 11. *Quidam errantes colebant mutos serpentes, & bestias superuacuas.* Ista ad literam vera fuerunt de Babylonijs, qui errantes, pro Deo adorabant draconem, sicut dicitur Dan. 14. Ista fuerunt vera de Romanis, qui ab Epidauro accersierunt Æsculapium, i. quendam horrendum serpentem, quem loco Æsculapij pro Deo adorauerunt, & pestem epidemiæ iuxta libros Sibyllinos cessare pro eo crediderunt, sicut ponit Ouid. de Transformatis lib. vlt. fabula pen. Ista etiam fuerunt vera de Libero, qui sc. Iouem Ammonem in specie draconis cum arietino capite adorabat. De errore ergo Idololatriæ dicitur Sap. 17. *Indisciplinata errauerunt.* In quem quidem errorem se non incidisse gloriabatur sapiens, cum dicebat Sap. 15. *Non in errorem induxit nos hominum malæ artis excogitatio, nec vmbra picturæ, labor sine fructu, effigies sculpta per varios colores.* Errant ergo aliqui propter falsi numinis aspectum. ¶ Tertio dico, quod aliqui errant propter boni agminis despectum, qui enim illorum, qui sciunt viam, sequi vestigia dedignantur, errare facile comprobantur. Bonorum enim & prudentium societas errare hominem non permittit, solicitudo vero & singularitas in errorem faciliter inmittit. Ps. *Errauerunt in solitudine, & in inaquoso.* & Es. 16. *Errauerunt in deserto, & in solitudinibus errantes.* ¶ Quarto dico, quod aliqui errant propter rerum turbinis obiectum. Obiectio enim & præsentatio aeris turbidi & obscuri sunt causa sæpissime deuij vel erroris. ¶ Sic vere dico de rebus mundi, quæ reuera turbidæ sunt & obscuræ, nihil habentes limpidi vel tranquilli, quia quando alicui plus abundanter debito præsentantur, & quando in mundi bonis aliqui superflue prosperantur, pro certo in multis errare, & deficere, & multos errores incurrere comprobantur. Hominem enim errare faciunt

Sæculi dignitates per superbiam,
Carnales voluptates per luxuriam,
Terrenæ facultates per auaritiam,
Blandæ verbositates per complacentiam,
Hostiles facultates per nequitiam.

¶ Dico igitur, quod mali errant per superbiam, quod faciunt sæculi dignitates. De quo potest dici illud Ezech. 34. *Errauerunt greges mei in cunctis montibus.* Montes enim altitudinem dignitatum designant. Isti enim superbi, sunt nubes sine aqua, & sydera errantia, sicut dicitur in canonica Iudæ. Item errant mali per superbiam quod procurant carnis voluptates: de quo Es. 28. *Errauerunt præ ebrietate, absorpti sunt à vino.* ¶ Item errant per auaritiam, quod faciunt terrenæ facultates. De quo Iudas. *Væ illis, qui in viam Cain abierunt & errore Balaam mercede effusi sunt.* ¶ Item errant in malo per complacentiam, quod faciunt subtiles verbositates, sc. verba adulatorum. Vnde in persona diuina dicitur adulatoribus Esa. 3. *Loquimini nobis placentia, videte nobis errores, diuinate nobis somnia, cessat a facie nostra sanctus Israel.* Ad literam enim verba adulatorum & malorum consiliariorum sunt causæ, quare mundi Principes in multis deuiant & aberrant. Vnde Es. 19. dicitur, *Sapientes consiliarij Pharaonis dederunt consilium insipiens.* Sequitur. *Errauerunt principes Mempheos deceperunt Ægyptum, angulum populorum.* ¶ Item errant per infidelitatem & nequitiam, quod faciunt hostium falsitates, seu dæmonum prauitates. Constat enim, quod diaboli fallacia multos in errorem inmittit, quod potissime fit in tempore Antichristi, Matth. 24. *Surgent enim pseudochristi & pseudopropheta, & dabunt signa magna & prodigia, ita vt in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi.* Illa potissime verificabuntur de Antichristo, qui causa errorum & deuij multis erit. Et ideo Apostolus 2. Thes. 2. vocat eum operationem erroris, dicens: *Eo quod charitatem veritatis non receperunt, vt salui fierent, mittet illis operationem erroris, vt credant mendacio.* Sic ergo patet quomodo mali multis erroribus seducuntur. Eccl. 11. *Error & tenebræ peccatoribus concreata sunt.* Errantes autem à Deo odiuntur & contemnuntur. Eccl. 15. *Omne execramentum erroris odit Deus.* Et ideo finaliter tales errantes & erronei cum dæmonib. quibus credunt & obediunt, disponuntur, & partem sortiuntur Prou. 21. *Vir, qui errauerit à via doctrinæ, in cœtu gigantum commorabitur.* Et sic patet, quomodo quatuor modis generaliter errant mali, scilic. per rerum obiectum seu affectum, per bonæ societatis despectum, per Idololatriæ aspectum, & per ignorantiæ defectum, &c.

## Erubescere, Erubescentia.

A Idem est quod verecundia seu confusio. Et accipitur quandoq; in bono, quandoq; in malo. Et ideo nota breuiter, quod quædam est verecundia seu erubescentia virtuosa, quædam vitiosa, quædam dolorosa. Virtuosa est, quando homo erubescit crimina. Vitiosa est, quando confunditur crimina dicere: dolorosa est, quando compellitur crimina pandere. ¶ Prima ergo verecundia virtuosa est de peccati commissione, de qua potest dici illud Ezech. 36. *Erubescite super vijs vestris.* ¶ Secunda verecundia vitiosa est de peccati cōfessione. Dan. 13. *Erubescebant indicare sibi.* Vnde in Ps. *Erubescant impij, & deducantur in infernum, muta fiant labia dolosa.* Ad literā enim ista erubescentia, labia facit muta, quia peccata confiteri non sinit. Verecundia dolorosa erit in inferno de peccatorum ostensione. Ibi enim perpetuum opprobrium æterna verecundia, sempiterna confusio, & immortalis erubescentia semper erit Ps. *Erubescant & conturbentur omnes inimici mei, conuertantur & erubescant valde velociter.* Dicamus B ergo aliquid de qualibet istarū trium cōfusionum. ¶ Primo ergo est quædā erubescentia virtuosa, & ista est quādo homo erubescit de malis factis & perpetratis, quādo homo verecūdatur de re cōfusibili & inhonesta, si eam cōmiserit, vel si sibi imposita fuerit. Elephas enim ab alio victus, in tantū verecundatur, quod in præsentia ipsius non audet amplius apparere, sicut dicit Plin. Si vocem victoris audierit, statim fugit. Sic vere (charissimi) si aduersarius noster diabolus nos vicerit per tentationē, & nos induxerit in peccatū, nos proculdubio debemus verecundari & pudere,

& nos

...isse, verecundum & indecens reputare. Debemus enim dicere ...ud 1. Esd. *Deus confundor, & erubesco leuare faciem meam Deus meus ad te.* Istius ergo victoriã diaboli debemus consortium fugere, & vocem suæ suggestionis non libenter attendere vel audire, ipsamque horrere pariter, & timere. Et sic loquitur Ambrosius libro de morte Abel. Erubescere (inquit) debemus, & non contemnere peccatum, non defendere, quia pudore culpa minuitur, defensione cumulatur. Erubescere enim debet homo, & potissime iuuenis & maxime quando reprehenditur à maiore. Ideo dicitur Hieremi. 31. *Postquam ostendisti mihi femur meum confusus sum, & erubui.* Ista enim virtus valde est commendabilis & in natura, & in scriptura. In natura etiam commendatur pluribus exemplis sicut dicit Solinus de mirabilibus mundi. In signum enim verecundiæ, si corpora viri & mulieris flumine submerguntur, corpus viri supinum, corpus vero mulieris ad terram pronum inuenitur. Natura enim vult celare sexum, & abscondere verenda mulieris. Patet in aliis exemplis. Canes enim venatici, aures habentes pendentes præ aliis nobiles reputantur. Elephas etiã aures pendentes habet, ipsasq; nunquam erigit nisi quando contra draconem contendit. In India etiam dicuntur esse homines mute, & loquela carentes. In quibus proculdubio exemplis possimus instrui, quod verecundiam debemus sectari. Ista est enim, quæ aures submittit, os, i. audaciam loquendi deponit, quicquid verecundum & inhonestum est, celat, contegit, & abscondit. De ista ergo virtute loquitur Bernard. super Cant. Quid inquit amabilius verecundia? hæc enim spei bonæ nuntia, bonæ indolis radix, virga disciplinæ, expugnatrix malorum, propugnatrix puritatis, gloria conscientiæ, famæ custos, vitæ decus, virtutum hæres, gratiarum primitiæ, naturæ laus, insigne totius honestatis. Sed heu, proh dolor. O quam maxime ista virtus hodie in multis deficit, & cessauit, quia vere multi sunt inuerecundi & frontosi, qui non erubescunt crimina facere, correctiones audire, suas inuerecundias detegere. Non enim erubescunt si sua facta mala sciuntur, imo quod peius est, in hoc gloriantur & lætantur. In India enim est quædam insula vbi homines communiter vadunt nudi & manifesti, ita quod omnia eorum crimina & pudibonda sciuntur, & videntur, ipsi vero non confunduntur. Iuxta illud Genes. 2. *Erant autem nudi Adam & vxor eius & non erubescebant.* Tales etiam sunt similes asinis Indicis qui in fronte more vnicornis inter oculos vnicum habent cornu, vt dicit Plinius. Vere, charissimi, tales inuerecundi & frontosi in fronte, i. in apparentia & in fronte cornu, obstinationis & inuerecundiæ sunt armati, quia vere si arguuntur ab aliquo, statim inuenit eos inuerecundos aurosos, proteruos & obstinatos, ita quod de eis potest dici illud Hierem. 3. *Frons meretricis facta est tibi, noluisti erubescere.* Et de publicis vsurariis videtur loqui Hiere. 8. *Confusi sunt, quia abominatio nem fecerunt:* quin potius confusione non sunt confusi, & erubescere nescierunt. Patet ergo, charissimi, quod est quædam verecundia virtuosa. Vnde Hier. 31. *Postquam conuertisti me, egi pœnitentiam, confusus sum, & erubui, quoniam sustinui opprobrium adolescentiæ meæ.*

C ¶ Secundo dico, quod est quædam verecundia vitiosa, & ista est, quando homo verecundatur dicere peccata in confessione. Sicut enim infirmus quantumcunque vlcera ipsius sint horribilia & pudenda, discreto tamen & sano medico ipsa ostendere non erubescit, sic vere crimina nostra quantumcunque vilia & enormia nõ debemus verecundare medicis, i. e. sacerdotibus confiteri. Psal. *Deus meus in te confido, non erubescam.* Talis enim verecundia valde est periculosa. Ipsa enim æquiparatur infirmitati squinantiæ, quæ gutturem ita stringit, quod anhelitum ab interioribus exire non permittit, quæ statim hominem interficit nisi celeriter succurratur. Sic vere verecundia confitendi guttur hominis facit ita strictum, quod de interioribus conscientiæ sinę non potest anhelitus & flatus confessionis exire, & ideo sine remedio mors æterna talib. est propinqua. Narratur enim de quodam sancto, quod cum prędicaret confessionem, vidit diabolum, qui in singulorum auribus consedebat, a quo cum peteret quid ageret, respondit, Facio inquit emendas meas, & quod abstuli hominibus reddo. Abstuli enim eis verecundiam quando peccabant, nunc ipsam eis restituo quando confiteri debent. Isti sunt sicut reus, qui ducitur ad patibulũ, qui prę verecundia non audet appellare. Isti sunt sicut ouis, quam lupus strangulat, quæ quia tenetur ad guttur, non potest clamare. Isti sunt sicut ille, qui submergitur, qui præ aquæ multitudine non potest spirare, quia breuiter verecũdia talib. ita claudit os; quod appellationis clamorem & spirationem confessionis celant & sic mortem æternam inducit. Vnde 2. Timot. 1 dicitur. *Noli erubescere testimonium,* i. e. confessionem. Pone hic, si vis quomodo leo capitur duplici fouea secund. Hieron super Ezech. 19. Sed omitto causa breuitatis. Vide supra de tractatu ... verbi abscondere vbi posui. ¶ Nota vero, quod est aliud genus malæ verecundiæ prouenientis ex superbia. Et ista est, non detegere suam conditionem seu possessionem. Conditionem dico, sicut sunt multi, qui erubescunt confiteri paupertatem suæ parentelæ, pauperesque socios & cognatos pudent recognoscere & amare, imo ipsos solent refugere & negare. Deut. 33. *Dixit patri & matri suæ nescio vos, & fratribus suis, ignoro illos.* Professionem dico sicut illi, qui erubescunt se dicere Christianos, de quibus dicitur Luc. 9. *Qui me erubuerit coram hominibus, erubescet eum filius hominis coram Angelis eius.* De talibus ergo verecundis malis dicit Psal. *Verecundia mea contra me est semper,* id est, peccatum meum contra me est semper. Ista est ergo verecundia vitiosa,

D ¶ Tertio dico, quod est alia verecundia dolorosa, & ista signat confusionem & opprobrium mortis æternæ. O quam magna & ponderosa erit illa verecundia, quando omnia crimina damnatorum Deo & Angelis sanctis & damnatis sine aliquo operculo apparebunt & monstrabuntur, quando tanquam excommunicati de bonorum consortio expellentur, quando tanquam scelerati infernalib. carceribus mancipabuntur, & quando tanquam publici inimici & malefactores propter defectum suum tormentis & incendiis exponentur. Ideo de talibus poterit dici illud Rom. 6. *Quem fructum habuistis in illis, in quibus nunc erubescitis?* Nam fructus vel finis eorum mors est. Et Hierem. 1.. *Confunderis, & erubesces ab omni malitia.* Sic ergo patet, quod triplex est verecundia, scilicet,

Vna { Virtuosa, quæ est habenda,
Vitiosa, quæ est cauenda,
Dolorosa, quæ est timenda.

Sufficit. Vide de Verecundia.

A **Erudire.** Nota, quod erudire idẽ est, quod docere, instruere, informare. Et sic ille dicitur eruditus qui est

Sapiens,
Prudens,
Bene doctus,
Disciplinatus,
Instructus,
Informatus.

Et videtur esse differentia inter docere & erudire, quia erudire semper accipitur in bono, docere vero quandoq; in bono, quandoq; in malo accipitur. ¶ Nota ergo, quod homo eruditur & instituitur, scilicet,

Per { Interiorem meditationem,
Exteriorem tribulationem,
Superiorem inspirationem,
Creaturarum manuductionem,
Scripturarum reuolutionem.

Eruditur (dico) per meditationem interiorem. Vnde Prou. 8. *Ego, sapientia habito in consilio, & eruditis intersum cogitationibus.* Item eruditur per tribulationem exteriorem. Vnde Hier. 31. *Castigasti me Domine, & eruditus sum quasi iuuenculus indomitus.* Item eruditur per inspirationem superiorem. Vnde Thre. 1. *De excelso misit ignem in ossibus meis, & erudiuit me.* Item eruditur per manuductionem creaturarum. Vnde Iob 35. dicitur, quod *Deus docet nos super iumenta terræ, & super volucres cœli erudit nos.* Item eruditur per reuolutionem scripturarum. Vnde Act. 22. *Eruditus iuxta veritatem paternæ legis.* Possumus ergo dicere, quod duo genera personarum debent esse principaliter erudita, videlicet,

Doctores, &
Rectores.

Erudiri enim debent esse Doctores, vt sciant, quid dicendum est, & quid tacendum.

Rectores vero, vt sciant, quid agendum, & quid non agendum,

Ideo breuiter de talibus potest intelligi illud Dauidicum verbum Ps. 2. *Et nunc Reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terram.* In quibus verbis ostenduntur tria, ad quæ eruditio & sapientia est necessaria. Ista enim necessaria est, vt prudenter

Nos ipsos regulemus [Reges, inquit.]
Occulta cogitemus [intelligite, inquit.]
Subditos gubernemus [Qui iudicatis, inquit, terram.]

Erudiamur ergo

Ad { Regulandum nostras cogitationes,
Meditandum eternam perfectiones,
Gubernandum subditas nationes.

B ¶ Primo ergo erudiamur, vt debite regulemus affectus interiores, sc. motus, desideria cordis & carnis, quod ostenditur, cum dicitur Reges.) Ille enim veraciter est Rex, qui nouit seipsum regere, & suis passionibus imperare, & mentem & carnem rationis legi, & viribus subiungare. Ioa. 18. *Rex ergo es tu? Tu dicis: quia Rex sum ego.* Vide infra de Rege. Ideo de homine sic moraliter erudito potest intelligi illud Prou. 15. *Semita vitæ super eruditum, vt declinetur de inferno nouissimo* Et notabis, quod homo, qui se discrete vult regere, debet esse eruditus circa modum

Comestionis,
Locutionis,
Conuersationis,
Obseruationis.

De modo viuendi dicitur Eccl. 31. *Quam sufficiens vero erudito vinum exiguum.* De modo loquendi dicitur Prou. 16. *Eruditus in verbo reperiet bona.* De modo conuersandi dicitur Eccl. 21. *Stultus à fenestra respiciet in domum, vir autem eruditus foris stabit.* De modo vero suæ propriæ à malo obseruationis dicitur Eccl. 40. *Vir disciplinatus & eruditus custodiet se.* Sic ergo debent in se erudiri, qui alios voluerint erudire, Regibus & maioribus assistere, & se digne in minoribus gubernare. Exemplo sanctorum puerorum, de quibus dicitur Dan. 1. quod *ipsi erant sine vlla macula, decori forma, eruditi omni sapientia, cauti scientia, docti disciplina.* Ista est ergo eruditio, qua regulamus affectus interiores. (Reges, inquit.)

C ¶ Secundo dico, quod erudiri debemus, vt cognoscamus naturas exteriores (Intelligite, inquit.) Ille enim eruditus & sapiens debet dici, qui scit cognoscere & intelligere illa,

Quæ sunt { Agenda,
Credenda,
Horrenda,
Amanda,
Timenda.

Bona enim opera debemus agere,
Fidei articulos debemus credere,
Peccata & mundi bona debemus horrere,
Veritatem & bona æterna debemus amare,
Infernum & Dei iudicium debemus timere.

Psalm. *Intelligite insipientes in populo, & stulti aliquando sapite* Et sic de quolibet sic intelligente, cogitante, & desiderante potest dici illud Es. 52 *Ecce intelliget seruus meus &c.* Vide eam prosecutam supra in titulo Eleuare. Actor. 7. *Eruditus est Moyses in omni sapientia.* Ista autem sapientia & intelligentia.

Christi legem facit meditari,
Sanctum gregem facit informari,
Summum Regem facit honorari.

Ista enim Christi legem iugiter meditatur. Psalm. *Beatus, quem tu erudieris, Domine, & de lege tua docueris eum.* Ista etiam sanctum gregem, id est, subditos corrigit & sectatur. Prou. 10. *Labia iusti erudiunt plurimos.* Et Ecclesiast. 6. *Filij tibi sunt, erudi illos.* Summum regem, scilc. Christum limpide contemplatur. Daniel. 12. *Qui ad iustitiam erudiunt plurimos, quasi stellæ in perpetuas æternitates fulgebunt.* Erudiamur ergo, vt cogitemus naturas secretiores vel vtiliores.

D ¶ Tertio debemus erudiri, vt gubernemus subditos & inferiores. (Qui iudicatis terram, inquit.) Illi enim, qui alios habent erudire & corrigere, debent esse

Eruditi & correcti,
Disciplinati & ordinati.

Cœlum enim, & stellæ, quæ terram & inferiora habent regere, sunt in suis motibus & cursibus ordinatissimi; nunquam enim deficiunt a solido cursu suo, vt communiter. Sic vere (charissimi) illi, qui alios regunt, iudicant & gubernant, debent præ aliis esse eruditi, docti, disciplinati & regulati, ita quod à debito cursu suo, scilicet, à prudentia & iustitia nunquam debent aliqualiter variari, iuxta illud Sap. 1. *Diligite iustitiam, qui iudicatis terram.* Ista tamen sunt contra multos, qui sunt similes stellis erraticis, quæ quandoque fiunt retrogradæ, ita quod tunc temporis ipsæ perdunt sui directi vel stationarii cursus & regulæ disciplinam. Sic vere multi sunt hodie iudices & prælati, qui multimode à cursu & motu suæ ordinatæ gressionis, eruditionis, prudentiæ, iustitiæ, & disciplinæ retrogradi efficiuntur, quod vtique

Quandoque facit { Affectio,
Munerum acceptio,
Odium & iracundia,
Timor & ignauia,
Error & ignorantia.

Multis scil. modis retrograduntur illi, qui iudicant terram a rectitudine veritatis. Non sic, ergo, sed simus eruditi, vt gubernemus subditos & inferiores, quia sicut dicitur Eccl. 37. *Vir sapiens plebem suam erudit.* Simus ergo eruditi, scil.

Subditos gubernando,
Discrete cogitando,
Nos ipsos relaxando.

Vide supra de titulo Docere. Et Eccl. 37. *Vir peritus multos erudiet.* Et infra de tractatu Instruere & informare.

## Erumpere.

Nota, quod erumpere idem est, quod emanare, cito egredi, exire & apparere. Vnde Erumpere idem est, quod de interiori loco extra rumpere, & impetuose procedere Signat ergo Erumpere aliquem A

Actum { Violentum,
Celerem &
Promptum.

Significat ergo quandoque

Promptam & cogentem compassionem,
Ingentem promotionem,
Vigentem damnationem,
Rigentem malorum multiplicationem.

De passione patet de Ioseph, Gen. 43. qui visis fratribus, non poterat se continere, quia erumpebant lachrymæ. De promotione potest dici illud Esaiæ 58. *Si videris nudum, operi eum.* Sequitur *Tunc erumpet quasi mane lumen tuum.* De damnatione vero malorum, quæ erumpit, id est, quæ cito venit, dicitur Ezechiel. 13. *Erumpere faciam spiritum tempestatum* &c. De eruptione autem iniquorum in communi, quæ continue erumpunt ad nocendum, dicitur Esaiæ 59. *Oua aspidum ruperunt, telas araneæ texerunt.* Sequitur: *Quod confotum est, erumpet in regulum.* Et 1. Reg. 30. dicitur: *Dedit latrunculos, qui erumpebant aduersus nos.* Et si vis, dic, quod à nobis debent emanare & erumpere cuncta bona. Nam sicut erumpunt

De { Terra radices,
Nubibus voces,
Montibus fontes,
Arboribus flores,
Floribus fructus,
Vineis luctus, id est, lacrymæ, seu stillæ,
Abyssis fluctus.

Sic dico, quod ab homine sancto & iusto erumpit radix bonæ intentionis. Oseæ 13. *Erumpet radix eius, vt Libani.* Erumpit vox laudis & confessionis. Galat. 4. *Erumpe, & clama, quæ non parturis.* Erumpit lux honestæ conuersationis. Esa. 58. *Erumpet quasi mane lumen tuum.* Erumpit fons sapientiæ & discretionis. Deut. 8. *In cuius campis & montibus erumpunt fluuiorum abyssi.* Et Prou. 3. *Sapientia illius eruperunt abyssi.* Erumpit flos bonæ affectionis. Numer. 17. *Turgentibus gemmis erumpebant flores.* Erumpit fructus bonæ operationis. Ezech. 17. *Erumpet in germen, & faciet fructum.* Erumpit luctus, id est, lachryma compassionis. Gen. 43. *Commota sunt viscera sua super fratre suo, & erumpebant lachrymæ.* Erumpit fluctus asperæ correctionis, & malorum punitionis. Iob 38. *Conclusit ostiis mare, quando erumpebat quasi de vulua procedens &c.* Sufficit de eruptione. Vide in titul. Egredi, & Exire, & similibus.

## Esca.

Nota, quod Esca dicitur ab Edo, i. e. comedo. Cum ergo alibi sit actum A

De { Comedere,
Cibo,
Pane,
Manducare,
Epulari & similibus.

Hinc est, quod de Esca breuiter transeundum erit. Nota ergo breuiter quod sicut supra dictum est de epulatione, in scriptura reperitur

Cum-

Cunctorum,
Malorum,
Esca — Iustorum,
Sanctorum.

Cunctorum est necessaria,
Esca — Malorum est deceptoria,
Iustorum est refectoria,
Sanctorum est saluatoria.

Prima solet naturam sustentare,
Secunda solet carnales impinguare,
Tertia solet virtutes reparare,
Quarta solet animas delectare.

¶ Esca cunctorum est sobria & temperata. Constat enim quod natura non parauit mortalibus escas omnis delicatas, nec confectas, nec farcitas, sed potius simplices, & non nimis lautas. Gen. 1. *Dedi vobis omnem herbam, vt sit vobis in escam.* ¶ Esca malorum est sapida & venenata, siue enim sint carnis gulositates, siue peccata vel iniquitates, siue diuitiæ vel facultates (quæ sc. omnia possunt dici escæ malorum) semper venenum diabolicæ deceptionis occultatur ibidem, ex quo tandem sequitur mors æterna. Ecclesiast. 37. *In multis escis erit infirmitas.* ¶ Esca iustorum est aspera & medicatiua, & istæ sunt escæ spirituales, quæ sc. animam refocillant, & quæ medicinæ sunt & remedia contra peccata. 1. Corinth. 10. *Omnes eandem spiritualem escam manducauerunt.* ¶ Esca sanctorum est suauis & delicata, scilicet, esca gloriæ Paradisi. De qua in Psal. *Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserator, Dominus escam dedit timentibus se.*

B ¶ His igitur præmissis, dicendum est generaliter, quod inueniuntur

Escæ malæ & periculosæ,
Escæ bonæ & fructuosæ.

Primo enim malæ & periculosæ escæ possunt dici omnia illa, in quibus delectantur mali. Sicut enim dicit Plinius, aliqui sunt populi Indorum, qui escas comedunt venenosas, imo ipsum venenum est eis delectamentum & esca. Sicut etiam in Epistola Aristot. ad Alexandrum dicitur, quod puella nutrita veneno fuit ei oblata. Odoricus etiam dicit, quod serpentes sunt esca communis multis Indorum populis. In partibus enim illis sunt plurimi serpentes, & maxime, alia vero animalia, rara, propter loca arenosa, sterilia & deserta. Et ideo homines necesse habent assuescere serpentes comedere, cum alia animalia non habeant, quia est regula generalis, quod omnis natio consueuit sibi facere escas de illis rebus & animalibus, quæ in suis partibus abundant. Et inde est, quod Cumani & Aquilonares comedunt equos, Occidentes vero oues & boues, Arabes & persæ comedunt camelos, Indi leones, serpentes, & elephantes, Æthiopes vero dracones. Ad quod sc. allusit scriptura, dicens in Psalmo. *Tu confregisti capita draconis, dedisti eum escam populis Æthiopum.* Breuiter ergo concludo, quod aliquæ sunt gentes, quibus esca sunt, atque cibus illa, quæ de sui natura venenosa sunt & nociua. Reuera tales gentes sunt homines mali, quia sc. isti de rebus venenosis, id est, inuidis & nociuis faciunt sibi escas. Patet de luxuriosis, quorum escæ sunt malæ mulieres. Sapien. 19. *Tanquam equi deprædauerunt escam.* Equi enim luxuriosi sunt, & carnales, qui loco escarum carnes appetunt mulierum, similes illis equis Dionysij tyranni, quorum escæ erant carnes humanæ, secundum Homerum. Numer. 11. *Quis dabit nobis escas carnium?* Patet de golosis etiam, quibus escæ sunt venena, in quantum sunt vitiorum & criminum incentiua. Contra quos loquitur Eccles. 36. *Omnem escam manducabit venter, & est cibus cibo melior.*

Cibus dico, scilicet spiritualis,
Cibo, scilicet, corporali.
Quia scilicet cibus spiritualis animam nutrit,
Corporalis vero, si superflue sumatur, illam occidit.

Ideo consulit Sapiens Ecclesiast. 37. dicens. *Noli esse auidus in omni epulatione, & non te effundas super omnem escam.* Patet etiam in tyrannis, qui de pauperibus & egenis faciunt sibi escas, in quantum se. ipsorum carnes, id est, ipsorum temporales substantias deuorãt, sapiunt atque edunt. Psalm. *Deuorant plebem meam sicut escam panis.* Isti enim sunt sicut aquilæ, quæ de auibus innocentibus, id est, de pauperibus sibi & pullis suis faciunt escas. Iob 9. *Quasi aquila volans ad escam* Item in persona pauperum dicebat Dauid in Psal. *Dedisti nos sicut oues escarum, & in gentibus dispersisti nos.* Patet etiam

*Dimion. Berchor 9.*

redæmones, quia scilicet de peccatricibus animabus faciunt sibi escas, ... eorum scilicet in eorum corpora, i. in corpora peccatorum. & in ... iniquorum primo traijciuntur, & peccando comedunt eas, & in fine, in quantum in eorum pœnis & miserijs delectantur. Vnde Hierem. 6. *Dabo cadauer eorum in escam volatilibus cœli.* Cadauer enim & morticinium animas peccatrices designant, quæ scilicet mortuæ sunt, & fœtentes & putridæ coram Deo. Tales enim sunt diuitiæ, malæ escæ malorum, quæ sc. bonarum escarum, id est, bonorum spiritualium & virtutum fastidium generant. Psalm. *Omnem escam abominata est anima eorum, & appropinquauerunt vsque ad portas mortis.* Et Dei & sanctorum indignitatem procurant, Psalm. *Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos.* Et merito, quia pro certo istæ sunt,

In quibus scandalizamur,
Pro quibus exhæredamur,
A quibus non confortamur.

Ab istis (dico) scandalizamur. 1. Corinth. 8. *Si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum.* Pro istis etiam exhæredamur, scilicet, a gloria Paradisi. Hebræ. 12. *Propter vnam escam perdidit Esau primogenita.* Ab istis non roboramur, nec in bono confortamur. Hebræ. 13. *Optimum enim est gratia stabilire cor, non escis, quæ non profuerunt, &c.* Istæ ergo sunt malæ escæ, & periculosæ.

C ¶ Secundo dico, quod inueniuntur escæ bonæ, & fructuosæ, & istæ pro certo signant omnia, quibus boni spiritualiter pascuntur, & in quibus spiritualiter delectantur. Et sic dico, quod boni pascuntur

Pœnitentiæ & tribulationis,
Gratiæ atque deuotionis,
Escis — Doctrinæ legis & lectionis,
Eucharistiæ & sacræ refectionis,
Cœlestis gloriæ & consolationis.

Contritio enim & pœnitentia sunt esca laborantium. Vnde illud Psalm. *Cinerem tanquam panem manducabam, & potum meum cum fletu miscebam.* Christus etiam dicit per Psalm. Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Deuotio etiam & gratia sunt escæ incipientium seu religiosorum & simplicium. Psa. *Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus eum.* Iumenta enim sunt simplices & laici, pulli vero coruorum sunt religiosi atque clerici, magis hispidi & pœnitentia squalidi, & ad inuocandum Dominum ordinati. Doctrina scripturæ & Eucharistia sunt cibus proficientium. Scriptura enim sacra est illa arbor pulcherrima, de qua fit mentio Daniel. 4. *cuius rami pulcherrimi, & fructus eius nimium & esca vniuersorum in eo*, quia scilicet in ista arbore vniuersi scilicet, docti & indocti, simplices & prouecti, diuites, & egeni, maiores & paruuli inueniunt sibi escam, i. doctrinam & scientiam, vnicuique secundum statum suum proportionatam. Et ideo sequitur ibidem, quod bestiæ gentium habitabant sub arbore, aues vero cœli in ramis ipsius volitabant, ad denotandum, quod bestiæ, id est, simplices sub arbore scripturæ quiescunt, simplicem escam doctrinæ rudioris

Sumendo,
Firmiter credendo.
Simpliciter confitendo.

Aues vero, id est, subtiles & prouecti, per ramos, id est, per libros eius volitant

Studendo,
Disputando,
Altiora intelligendo.

Quia breuiter scriptura sacra est sicut arca Noe, vbi, sicut dicitur Genes. 6. pro nutriendis omnibus generibus animalium reposita sunt omnia genera escarum. Vnde ibidem dicitur: *Tolles tecum ex omnibus escis, quæ manducari possunt, & comportabis apud te & erunt tam tibi, quam illis in cibum. &c.* Expone. Ergo bene regratiando dicit Dauid in Psalm. *Confitemini Deo cœli, qui dat escam omni carni.* Vnde etiam de nubibus, id est, de prædicatoribus, prælatis, & doctoribus, qui sacræ doctrinæ & scientiæ sunt ministri, dicitur Iob 36. *Per hæc enim iudicat populos, & dat escas multis mortalibus.* Eucharistia etiam proficientium esca est; panis enim cor hominis confortat, ne deficiat in labore. Vnde de Christo escam istã hominibus ministrante, dici potest illud 1. Machabæorũ 6. *Posuit in ciuitate auxilia, & apparatum escarum.* Æterna enim gloria esca est perfectorum & contemplantium. Ista enim est esca, quæ datur

Orantibus & supplicantibus Dei largitatem,
Sperantibus & expectantibus Dei bonitatem,
Videntibus & speculantibus summam veritatem,
Cupientibus & desiderantibus supernam vbertatem.

Datur (dico) Dei largitatem postulantibus. Psalm. *Catuli leonum rugientes, vt rapiant & quærant à Deo escam sibi.* Datur Dei bonitatem seu pietatem sperantibus. Psalm. *Omnia a te expectant, vt des illis escam in tempore.* Datur insuper summam veritatem speculantibus. Vnde de aquila, quæ est auis limpidissimi visus, dicitur Iob. 39. *In inaccessis rupibus commoratur, inde contemplatur escam, & de longe oculi eius prospiciunt.* Datur nihilominus supernam vbertatem cupientibus & affectantibus. Psalm. *Fecit mirabilium suorum, misericors & miserator Dominus: escam dedit timentibus se.* Esurire enim idem est, quod escam auide desiderare. Sic ergo patet, quomodo inueniuntur escæ fructuosæ, & escæ periculosæ. Vide supra de Cibo, & alijs similibus.

D ¶ Sed si vis, alio modo breuiter distingue, dic & nota, quod esca seu cibus multipliciter signat in scriptura. Est enim Esca.

Temporalis,
Spiritualis,
Sacramentalis,
Sempiternalis.

Esca temporalis signat bonorum temporalium vbertatem.
Esca spiritualis signat virtutum & gratiarum puritatem.
Esca sacramentalis signat sanctæ Eucharistiæ dignitatem.
Esca sempiternalis signat bonorum supernaturalium voluptatem.
Esca temporalis est grauiosissima ad digerendum.
Esca spiritualis est purissima ad nutriendum.
Esca sacramentalis est aptissima ad roborandum.
Esca supernaturalis seu æternalis est dulcissima ad recreandum.

¶ Esca temporalis est temperate sumenda, quia secundum quod dicitur Eccl. 37. *multis escis erit infirmitas.*

¶ Esca spiritualis, scilicet, gratia & scientia seu doctrina est auide procuranda. Vnde 1. Corinth. 10. *Omnes eandem escam spiritualem manducauerunt &c.*

¶ Item esca sacramentalis est deuote suscipienda. Vnde Psalm. *Omnia te expectant, vt des illis escam in tempore.*

¶ Esca vero æternalis est ardenter desideranda & considerand. Vnde Iob. 39. *Inde (inquit) contemplatur escam, & oculi eius de longe prospiciunt.*

¶ Esca temporalis est vituperanda, Vnde in Psalm. *Omnem escam abominata est anima eorum.*

¶ Esca spiritualis est desideranda. Psalm. *Oculi omnium in te sperant, Domine, & tu das illis escam &c.*

¶ Esca sacramentalis est reuerenda. Vnde Psalm. *Escam dedit timentibus se.*

¶ Esca æternalis est affectanda, *vt sic simus quasi aquila volans ad escam,* sicut dicitur Iob. 9. De istis ergo escis posset fieri magnus tractatus, sed quia supra dictum est de Cibo, & de Comedere satis prolixe, ideo omitto causa breuitatis.

A ESSE. Nota de Erat supra in titulo de Abraham, vbi satis inuenies. Nota autem de Esse in generali, quod istud verbum sc. Esse, quanto in locis pluribus inuenitur, tanto plura significare dignoscitur. Istud est enim verbum anomalum, quod non sequitur regulam aliorum. Istud est etiam verbum substantiuum, quod signat substantiam & rationalem existentiam subiectorum. Et ideo secundum istam ipsius duplicem naturam possumus denotare duo ipsius significata, vnum bonum, & vnum malum. Notemus ergo, quod Esse potest pertinere.

Ad { Vitiosos,
Virtuosos,
Gloriosos.

¶ Primo quidem dico, quod Est pertinet ad malos & vitiosos. Sicut enim Sum, Es, Est, verbum est anomalum, quod regulas aliorum non sequitur, quod nulli coniugationi subijcitur, quod singularem modum seruare dignoscitur, & quod etiam quandam immutabilem existentiam significare videtur, quod alijs verbis secundum coniugationem assimilari videtur dedignari: sic vere (charissimi) multi sunt ita protерui, inobedientes & obstinati, quod alijs verbis, i. alijs socijs dedignantur assimilari per conformitatē, regulis Dei & prælatorum non volunt subijci per obedientiā & humilitatem, null[illegible] n sequuntur coniugationem, i. nullam sequentur coniunctionē, vnitatem, charitatē, & societatem, sed sunt in malo existen[illegible] perseuerant[illegible] obstinationem & malitiæ prauitatem. Ideo proprie [illegible] dici verba anomala, qui sc. isti alieni sunt [illegible] norma, & [illegible] disciplinæ. De talibus ergo solis singularibus ob[illegible] immutabilibus & anomalis potest dici illud [illegible] 9. *Vnus* [illegible] *secundum non habet.* Vbi aduerte, quod tales mali

Alijs non coniunguntur per charitatem quia vnu[illegible] est, singularis.
Alijs non conformantur per societatem, quia [illegible] non habent
Alijs etiam non subiugantur per humilitatem, quod [illegible] ditur in vocabulo Non.

Omnibus enim contradicunt, omnibus sunt rebel[illegible]. Iu[illegible] Hierem. 2. *A seculo confregisti iugum, dixisti, non seruiam* [illegible] ergo

Singulares sine conformitate (Vnus, inquit [illegible]
Solitarij sine societate (quia non habent [illegible]
Inobedientes sine humilitate (quia scilicet [illegible] Non.)

¶ Dico ergo, quod isti sunt sine conformitate (V[illegible] est.) Multi enim sunt qui gloriantur esse vnus, [illegible] tales, sicut sunt superbi, quia alijs non dignantu[illegible] conformari, similes illi capræ caninæ, seu squillæ, quæ quand[illegible] seu sola inuenitur, semper est venenosa, quando vero duæ [illegible] inueniuntur, tunc vtriusque malitia temperatur. Similes etiā illi aui, quæ dicitur Phœnix, quæ vna & sola est in natura, quæ iam alijs auibus in conditionibus est difformis. Similes etiā vni generi margaritarum, quod dicitur vnio, eo quod vna [illegible] & nunquam duæ simul inueniuntur. Sic vere charissimi m[illegible] sunt hodie, qui singularitatem & vanitatem in moribus v[illegible] seruare, & nulli alij se dignantur cōformare; omnibus enim nobiliores & meliores se reputant, ideo per charitatem & c[illegible] cordiam nequaquam alter alteri se conformant. Isti figurantur in illo Thoma Apostolo, de quo dicitur Ioan. 20. quod *Thomas vnus de duodecim non erat cum discipulis quando venit Iesus.* Et ideo quādiu vnus solus fuit, sibi non legitur Christus apparuisse, sed tunc, quando cum alijs est inuentus. In quibus verbis instruimur, quod illi, qui sunt Thomas, qui interpretatur Abyssus, id est, tales singulares, qui more abyssi via possunt cognosci, vel inuestigari, talibus (dico) Christus non dicitur apparere, sed nisi ad societatem & congregationem aliorum redierint, ipsos inuisitatos relinquere. ¶ Nota ergo, quod tales, qui consistunt in tali singularitate & vnitate, sunt

Frigidi sine charitate,
Fragiles sine firmitate,
Impij sine pietate,
Proditores sine fidelitate.

Sunt (dico) frigidi sine charitate. Ecclesi. 4. *Duo fouebuntur mutuo, vnus quomodo calefiet?* Sunt etiam fragiles sine firmitate, faciliter enim cadunt in peccatum. Vnde Psalm. *Sicut vnus ex principibus cadetis.* Itē ipsi sunt crudeles sine pietate. Ecclesiast. 11. *A scintilla vna augetur ignis, & ab vno doloso augetur sanguis.* Tales ergo insuper sunt proditores sine fidelitate. Vnde Ioan. 13. *Vnus ex vobis tradet me.* Patet ergo, quod isti sunt singulares sine conformitate. ¶ Itē isti sunt solitarij sine societate quia s. isti non habent secundum. Habere enim secundum nihil aliud est, nisi quam habere socium. Vnde 2. Esdræ 3. *Secundo loco sedebit à Dario, & cognatus Darij vocabitur.* De quo Matth. 22. *Secundum vero simile est huic,* quo vtique tales carere noscuntur, quia sc. societatem & amicitiam detestantur. Apocalyp. 11. *Secundum abijt.* ¶ Item dico, quod isti sunt superbi sine humilitate; quod ostenditur, cum dicitur, Non. Istud enim vocabulum soliti sunt dicere superbi. Non enim volunt maioribus obedire, sed eis negatiue contradicere & contraire, dicentes: Non ibo, non faciam, non dicam. Isti respondent sicut Ioannes Ioan. 1. cum peteretur: *Tu quis es? Respondit, se non esse Christum, Et dixerunt. Helias es tu? Respondit, Non. Propheta es tu? Respondit, Non.* Tales enim negant se esse Christum, & Heliā, & Prophetā. Christus enim Græce interpretatur vnctus. Helias vero interpretatur robustus. Propheta autē interpretatur videns. Quia vere isti non sunt Christus, i. vncti per pietatem. Non sunt Helias, id est, robusti per firmitatem. Non sunt Prophetæ, id est, occulti per prouidentiam & sagacitatem. Vnde tales possunt dicere illud Amos 7. *Non sum Propheta, nec filius Prophetæ, armentarius ego sum, vellicans sycomoros.* Isti sunt ergo illi, qui sunt malo modo essendi, qui sc. in malo stabiles & firmi sunt, non in bono.

Falla-

Fallaces pleni nequitia,
Tenaces pleni ... ia,
Procaces sine modestia,
Sagaces sine constantia,
Loquaces pleni iactantia,
Voraces sine sufficientia.

§ Vnde nota, quod isti sunt, sunt ( dico ) fallacitate velati. Ecclesiast. 19. *Est, qui nequiter se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo.* Item sunt tenacitate ligati. Ecclesiast. 11. *Est, qui locupletatur parce agendo.* Item sunt procacitate effrenati. Ecclesiast. 20. *Est odibilis, qui procax est ad loquendum.* Item sunt sagacitate seu infidelitate deprauati. Eccles. 6. *Est amicus socius mensæ, & non permanebit in die necessitatis.* Item sunt iactantia & verbositate immoderati. Prouerb. 13. *Est quasi diues, cum nihil habeat.* Item sunt voracitate non satiati, seu cupiditate ab omni sufficientia vacuati. Prouerb 13. *Est quasi pauper, cum in multis diuitijs sit.* Tales igitur sunt, qui in malo scilicet perseuerant & sistunt, ita quod cuilibet tali sic indurato & existenti potest dici illud Esaiæ 48. *Scio enim, quia durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua, & frons tua ærea.* Et Exod. 7. *Induratum est cor Pharaonis.* Et breuiter tales, qui sic sunt, possent dicere illud Psalm. *Factus sum sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber, &c.* & similia. Vide supra de Ego in malo significato, & infra de Tu, & vos, & in locis alijs plurimis, vbi ponitur Est, siue Sunt, in malo significato, siue in bono. Sic ergo patet, quod istud verbum Sum, Es, signat quandoque malos & vitiosos.

B § Secundo dico, quod quandoque pertinet ad bonos & virtuosos. Esse enim signat

Substantiæ realitatem, &
Essentiæ veritatem,

Et illos signat, qui sunt

Reales,
Perfecti,
Fortes,
Stabiles & firmi,
Existentes & perseuerantes,
Non hypocritæ, neque superficialiter apparentes.

Quilibet ergo talis potest dicere illud Lucæ 24. *Videte manus meas, & pedes meos, quia ego ipse sum.* In quibus verbis aduerte, quod ille, qui veraciter existit, est

Humilis ad operandum, quia habet manus,
Agilis ad ambulandum, quia habet pedes.
Stabilis ad permanendum, ideo dicit: Quia ego Ipse sum.

Tales enim { Suos ostendunt effectus, ideo dicunt ( Videte manus ) / Suos detegũt affectus, ideo dicũt ( Videte pedes ) / Nullos incurrunt defectus, quia scil. semper perseuerant, ideo dicunt ( Quia ego ipse sum ) }

Tales enim homines veri & non ficti nihil sciunt celare, imo illa, quæ in eis sunt, volunt omnibus apparere. Vnde ipsi ostendunt alijs, quid

Sunt,
Volunt,
Agunt.

§ Dicamus ergo, quod si volumus esse virtuosi, reales, & existentes, nos debemus habere virtuosos effectus, quod ostenditur, cum dicitur ( Videte, inquit, manus meas. ) Per manus enim intelligitur virtus operatiua, quam pro certo quilibet debet habere; si tamen veram & realem existẽtiam capiat obtinere. Idola enim non habent verum esse, sed fictum, & ideo non habent virtutem operatiuam, quia scil. nihil possunt facere, iuxta illud, quod dicitur in Psalm. *Manus habent, & non palpabunt.* Talibus enim dicitur Esaiæ 41. *Bene autem, aut male, si potestis, facite.* Sic vere charissimi; multi sunt hodie idolum, id est, similitudo hominis, & non homo, sicut sunt multi, qui habent apparentiam, non existentiam; videlicet, ficti & hypocritæ, quia vere tales carent virtute operandi & bonum faciendi, & ideo isti non proprie sunt, imo quasi sunt. Similes enim sunt sicarijs, qui sunt monstra humana, humanam speciem habentia, non tamen existentia, quia quamuis homines esse videantur exterius in figuras, constat tamen, quod non sunt homines in natura. Opera enim humana non faciunt, nec ratione vtuntur, imo proprie bestiæ sunt, & bestialiter operantur. Sic vere, charissimi, tales non sunt homines, sed quasi homines quia scilicet, quamuis isti habent apparentiam, non tamen habent existentiam. Quia breuiter isti opera rationabilia non faciunt, sed more bestiarum opera bestialia, irrationabilia, & carnalia operantur & agunt. Vnde de talibus potest dici illud, quod dictum est de cæco nato, Ioan. 9. *quia alij dicebant, quia hic est, alij vero dicebant, non, sed similis eius est.* Non sic ergo, sed habeamus manus, id est, virtutem bene operandi & faciendi, vt sic dicamus illud Cantic. 5. *Manus meæ stillauerunt myrrham.* Dico ergo, quod nos debemus habere virtuosos effectus ( Manus, inquit. ) Vide infra de Manus.

§ Insuper dico, quod nos debemus habere laudabiles affectus, quod ostenditur, cum dicitur ( Videte pedes meos. ) Per pedes enim affectiones intelliguntur, quia secundum Augustin. Pes meus enim affectus meus & eo feror, quocunque feror. Et nota sicut ad naturalem hominis existentiam requiritur, quod habeat pedes, quibus ambulet: sic ad moralem perfectionem requiritur, quod habeant affectus, quibus desideret. Habeat ergo pedes, non scilicet vnum, sed duos, quia scilicet duæ naturæ corporales cæteris nobiliores, videlicet, natura hominis, & natura auis, non vni pedi, nec tribus, nec quatuor, sed tantum duobus innituntur. Sic vere, charissimi, illi qui sunt homines, id est, personæ ratione vtentes, illi etiam qui sunt aues, id est, per contemplationem sursum in cœlestibus habitantes, proculdubio duobus pedibus debent muniri, quia scilicet duas principales affectiones debent habere,

Vnam scilicet, quæ ad Deum erigatur,
Aliam, quæ ad proximum dirigatur.
Vnam, per quam sursum cœlestia contemplentur,
Aliam, per quam inferius in temporalibus gubernentur.

Est enim genus aquilę, secundum Plinium, quę vnum pedem habent claudum more auis natatilis, quo natat, & vadit per aquam; alium vero habet diuisum & apertum more auis rapacis, cum quo rapit & accipit prædam suam. Sic vere charissimi, viri perfecti duobus pedibus, id est, duabus affectionibus vtuntur.

Vna spirituali,
Alia temporali,
Vna contemplatiua,
Alia actiua.
Vna est temporalis, quæ clauditur,
Alia spiritualis, quæ aperitur,

Vna, cum qua se dirigunt in aquis deuotionis,
Alia, cum qua graduntur ad laborem operationis.

Est istud potissime pertinet ad Prælatos, qui debent habere vtrumque pedem, id est, vtramque vitam, scilicet,

Actiuam, &
Contemplatiuam.

Figurati in illo Angelo, Apoc. 10. qui posuit pedem suum dexterum super mare, sinistrum vero super terram. Prælatus enim dicitur Angelus, quia scilicet iste debet esse totus Angelicus & cœlestis Malach. 2. *Labia sacerdotis custodiunt scientiam, quia Angelus Domini exercituum est.* Iste ergo vnum pedem ponit in aqua, alium in terra, quia scilicet dextrum pedem, id est, affectum spiritualem, debet ad mare, id est, ad Paradisi opulentiam extendere per deuotionem: sinistrum vero, id est, affectum temporalem debet ad terram, id est, ad regimen terrenorum dilatare per bonum exercitium & operationem. Habeamus ergo pedes, id est, laudabiles affectus, si nos volumus esse stabiles, i. perseuerantes, iuxta illud Eccl. 26. *Columnæ aureæ super bases argenteas, & pedes firmi super plantas stabilis mulieris.* Nehem. 9. *Non sunt atriti pedes eorum.* Et in Psal. *Stantes erant pedes nostri in atrijs tuis Hierusalem.* Quamuis proculdubio multi possunt dicere illud Psalm. *Mei autem penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei.* Sed pro certo remedium ponitur alibi Psalm. vbi dicitur: *Si dicebam, motus est pes meus, misericordia tua Domine, adiuuabit me.* Et possumus notare, quod isti pedes nostri sunt

Lauandi,
Vngendi,
Stringendi,
Tegendi.

Sunt ( dico ) Lauandi per lachrymationem. Gene. 19. *Lauate pedes vestros, & requiescite sub arbore.* Et Leuit. 1. *Intestina & pedes lauabunt.* Item sunt vngẽdi per compassionẽ. Vnde Ioan. 12. dicitur, quod *Maria vnxit pedes Iesu.* Item sunt stringendi per inanis gloriæ excussionem. Luc. 9. *Excutite puluerem de pedibus vestris.* Item sunt tegendi & celandi per discretæ custodiæ absconsionem & tuitionem.

Exod. 12. *Calceamenta habebitis in pedibus vestris.* Debemus ergo habere laudabiles affectus. (Videte, inquit, pedes meos.)

C ¶ Adhuc dico, quod si moraliter esse & existere volumus, oportet nos cauere à vitiosis defectibus, quia sc. nos semper debemus in bonis perseuerare, non deficere, nec cessare, quod ostenditur, cum dicitur: Ego ipse sum, istud enim verbum, Sum, quod est præsentis temporis, signat veram existentiam, & perseuerantiam. Alia enim tempora, scilicet, præterita, vel futura, semper denotant mihi

Aliquem fluxum,
Aliquem defectum,
Aliquam distantiam,
Aliquem transitum, seu motum, sicut cum dicitur (Fui, Eram, Ero)

Solum vero præsens tempus, veram & realem existentiam designat. Ideo dicit (Quia ego ipse sum.) Et ideo, cuius essentia non nouit præteritum, vel futurum, suam continuam essentiam per verbum præsentis temporis declarauit Exod. 3. vbi dicit: (*Ego sum, qui sum*) *Sic dices eis. Qui est misit me ad vos.* Dicat ergo quilibet illud prædictum (Ego ipse sum.) Et notemus, quod nos debemus esse stabiles, & principaliter perseuerantes, & hoc principaliter in sex conditionibus, scilicet, in

Perfectione,
Locutione,
Dilectione,
Fidelitate,
Humilitate,
Tranquillitate.

B ¶ Simus ergo stabiles in perfectione, & perseueremus in bono, dicentes illud 1 Cor. 15. *Gratia Dei sum, id quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit, sed gratia eius semper in me manet.* Quod est contra leues & instabiles, qui modo sunt, modo non sunt, quia scilicet, si bene facere incipiunt, statim desistunt, & desinunt iuxta illud Sap. 5. *Sic & nos nati continuo desinimus esse,* & nullum quidem virtutis signum valuimus ostendere, similes pisci, qui dicitur Ephimera, qui moritur eodem die, quo nascitur, ita quod isti possunt dicere illud Iob. 10. *Fuissem, quasi non essem, de vtero translatus ad tumulum.* Isti enim in vita morali non perseuerant, quia statim quando viuere per gratiam incipiunt, per peccatum moriuntur, & deficiunt; quia si de vtero mundi vel carnis per gratiam quandoque egrediuntur, statim ad cumulum bonorum temporalium per auaritiam transferuntur, vel statim per peccata moriuntur, & in tumulo malarum consuetudinum inuoluuntur. Ideo talibus bene potest dici illud Eccl. 44. *Perierunt, quasi qui non fuerunt; & nati sunt, quasi non nati.*

¶ Iterum simus stabiles & perseuerantes in locutione, Habeamus scil. verba vera, stabilia, & firma, iuxta illud Matth. 5. *Sit sermo vester, Est, est. Non non.* Et ista habebat Apostolus 2. Cor. 1. dicens: *Sermo noster, qui fuit apud vos, non fuit in illo, Est & Non, sed est in illo. Fuit.*

¶ Iterum simus perseuerantes in dilectione, iuxta illud Senec. Sic diligamus, quasi desinere non liceat. Quod est contra multos, qui non diligunt vere, sed ficte, non in aduersitate, sed tantum in prosperitate. De quibus dicitur Eccles. 6. *Est amicus socius mensæ, & non permanebit in die necessitatis.*

¶ Item simus perseuerantes in fidelitate, vt de nobis dicatur, quod de Moyse dicitur. Num. 12. *At non talis seruus meus Moyses qui in tota domo mea fidelissimus est.*

¶ Item simus perseuerantes in humilitate. Item non simus, sicut multi, qui quamdiu sunt pauperes valde sunt humiles, statim vero, quando diuites fiunt, vel quando ad aliquam dignitatem ascendunt, præ alijs sunt superbi, sicut apparuit de Saule. Simus igitur sicut Apostolus, qui dicebat 1. Cor. 15. *Ego sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus.*

¶ Item simus perseuerantes in tranquillitate & stabilitate, quia siue succedant prospera, siue aduersa, semper debemus esse solidi & tranquilli. Non enim debemus propter casus fortuitos esse alij & alij, sed semper ijdem & ipsi, vt sic nobis possit dici illud Psal. *Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.* Similes cœlo, quod quamuis continue voluatur & moueatur, nunquam tamen propter hoc sua essentia variatur, imo semper eadem reperitur. Sic & nos debemus esse, dicentes illud Iob. 19. *Quem visurus sum ego ipse, & non alius.* Et sic ergo patet, quod si nos veraciter esse volumus, necesse est, quod

Caueamus defectus vitiosos,
Habeamus affectus virtuosos.
Producamus effectus seriosos & fructuosos.

¶ Sed adhoc nota, quod cum duplex sit Esse sc. substantiale, & accidentale, quorum primum est permanens, & firmum aliud vero transitorium, & debile & ineptum. Sic vere duo sunt Esse moralia, scilicet substantiale, & permanens, quod pertinet ad bonos, accidentale & transiens, quod pertinet ad malos. Et ideo possumus notare, quod tria sunt genera hominum, qui proprie possunt dici non existere, vel non esse, qui scilicet non habent perseuerantiam in bono, nec permanentiam virtuosam, qui scilicet non habent Esse verum & substantiale, sed Esse fictum & accidentale. Et isti pro certo sunt D

Nugacis amicitiæ sectatores,
Fallacis apparentiæ professores.
Fugacis opulentiæ possessores.
Primi sunt amici mundani,
Secundi sunt hypocritæ vani,
Tertij sunt diuites insani.
Primi carent durabili dilectione,
Secundi carent durabili perfectione,
Tertij carent durabili possessione.

Primi ergo, qui dicuntur non esse, sunt nugacis amicitiæ sectatores, sc. amicitiæ mundanæ. Isti enim non habent permanentem existentiam, quia sc. nunquam in amicitia perseuerant. Si enim hodie sunt amici, in crastino sunt inimici. Amici enim sunt, dum durant prospera; inimici vero sunt, dum veniunt aduersa. Isti enim sunt similes muscis & locustis, quæ sunt in æstate, quando terra solet esse munita fructibus; in hyeme vero deficiunt omnes. In vere enim, quando virent flores, folia generantur; in autumno vero, adueniente frigore, moriuntur. Sic vere falsi & mundani amici in vere & in æstate, id est, in prosperitatis tempore, quando fructus possunt inuenire, ipsi pro certo

Tunc { Sunt,
Durant,
Perseuerant.

Sed procul dubio si æstas illa transiuerit, si tempus prosperitatis defecerit, si frigus aduersitatis deuenerit,

Tunc { Certe desinunt esse,
Non inueniuntur, sed absconduntur,
Non accedunt, sed recedunt.

Istud bene apparuit in Petro, qui semper fuit amicus Domini, quousque ad aduersitatem, sc. cum diceretur ei: *Tu es ex discipulis eius?* Ipse enim tunc quam cito & statim desijt esse, dicens: *O homo, non sum.* De quibus dicitur Ezech. 13. *Non est paries, & non sunt, qui liniunt eum.* Statim enim vt paries, i. mortalis homo desinit esse, & perdit esse prosperitatis & status sui, statim pro certo illi, qui liniebant eum, qui applaudebant ei, sc. adulatores, & falsi amici incipiunt non esse. Hierem. 31. & Matth. 2. *Rachel plorans filios suos, noluit consolari, quia non sunt.* Isti ergo dicuntur non esse, qui scilicet sunt nugacis amicitiæ sectatores.

E ¶ Sunt alij, qui possunt dici non esse, qui sc. sunt fallacis apparentiæ professores, scil. hypocritæ. Isti enim videntur esse, & non sunt. Tales enim non habent esse permanens, sed transitorium & transcurrens, quia quamuis aliquandiu perseuerent in sua ficta essentia istud tamen durare non potest, quia, vt communiter, prauitas istorum manifestatur, & sic tota sua ficta existentia euanescit. Sicut enim dicit Seneca: Nihil, quod simulatum & fictum est, potest esse diuturnum. Ideo talibus dicitur illud Esa. 41. *Ecce vos estis ex nihilo, & opus vestrum ex eo, quod non est.* Item isti sunt sicut poma, quæ nascuntur circa lacum Asphalti, vbi dudum fuit ciuitas Sodomorum, quæ habent apparentiam, sed non existentiam, sunt enim exterius pulcherrima, interius autem sunt fauillosa & cinerea, quia vere tales

Habent { Apparentiam, non existentiam,
Formositatem, non bonitatem,
Honestatem, non sanctitatem.

Contra quos loquitur Chrysostomus: O hypocrita, inquit, aut appare, quod es, aut esto, quod appares. Isti ergo sunt fallacis apparentiæ professores.

F ¶ Sunt tertij, qui dicuntur non esse, qui sunt fugacis opulentiæ possessores. Et isti sunt mali diuites, qui exaltantur subito, subito pereunt & deprimuntur, modo sunt, modo non sunt. Isti enim sunt similes illis torrentibus, qui per aggregationem aquarum plun-

plurimarum subito crescunt, sed æstate & siccitate adueniente amplius non sunt, imo esse desinunt & desistunt. Sic vere tales per aggregationem aquarum, i. diuitiarum, efficiuntur potentes & magni, sed tandem æstate & feruore mortis vrgente, ita subito pereunt, quod non possunt amplius inueniri. Psalm. *Vidi impium superexaltatum sicut Cedros Libani: transiui, & ecce non erat; quæsiui, & non est inuentus locus eius.* Isti figurantur in hædera Ionæ, quæ subito super caput eius exorta fuit, & subito siccata periit. Figurantur etiam in illa bestia, quæ portabat mulierem ebriam sanguine martyrum Iesu, quæ erat ornata auro & argento, & lapide pretioso. De qua tamen dicitur Apocal. 17. *Ego tibi dicam, sacramentum mulieris, est bestia, quæ portat eam, Bestia, quam vidisti, fuit, & non est, & ascensura est de abysso, & in interitum vadit.* Bestia enim ista significat tales malos homines peruersos & bestiales, more bestiæ de futuris non cogitantes, & de sanguine martyrum Iesu, id est, de rapinis pauperum suas mulieres inebriantes & replentes, ipsasq; auro, & argento, & lapide pretioso parantes & ornantes; vere tales subito in interitum mortis & inferni ruunt & vadunt. Ita quod de eis potest dici: *Fuerunt & non sunt. Bestia* (inquam) *quam vidisti, fuit & non est.* Ezec. 27. *Ad nihilum deducta es, & non eris vsque in perpetuum.* Patet ergo, quod tria sunt genera hominum, quæ non habent esse durabile, scilicet,

Diuites inhumani,
Hypocritæ vani,
Amici mundani.

Sic ergo patet, quomodo Esse refertur

Ad viros inutiles & vitiosos, &
Ad viros laudabiles & virtuosos.

Et hoc est secundum.

G ❡ Tertio vero dico, quod Esse pertinet ad sanctos, mirabiles, & gloriosos, scilicet ad Deum & ad Angelos, & ad bonos. Isti enim proprie sunt, qui ab existentia suæ beatitudinis nunquam perpetuo cadere possunt. Vnde de sanctis & beatis dicitur Apocalyp. 7. *Hi, qui amicti sunt stolis albis, qui sunt, & vnde venerunt?* Hi sunt, qui venerunt ex magna tribulatione, ideo sunt ante thronum Dei, & seruiunt ei die ac nocte. De Angelis etiam potest dici illud Apoc. 14. *Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati, sine macula sunt ante thronum Dei.* Apocaly. 1. dicitur: *Angeli sunt.* De Deo vero dicitur, quod ipse proprie est, & nullus alius præter ipsum. Esa. 43. *Ego sum, ego sum Dominus &c.* Vide supra de Ego, & vbi de essentia exponitur illa auctoritas. Ego sum, qui sum. De Deo enim proprie non dicitur, Fuit, vel Erit, sed semper est, quia vere æternitas & essentia summa non nouit præteritum, neque futurum, imo est tota simul, tota præsens, præterita & omnia futura considerat in præsenti, & ideo dicit, Est, quia illud verbum significat

Rei { Existentiam, Præsentiam, Quantitatem.

Sicut enim videmus, quod corpora cælestia semper sunt, & nunquam deficiunt, nec corrumpuntur, imo in suis proprietatibus perpetuo perseuerant, (nam licet cœlum quandoque operitur, ita quod quoad apparentiam videatur aliqualiter se immutare, semper tamen in se incorruptibile & immutabile perseuerat, sic vere (charissimi) Deus, quamuis in assumpta carne videatur nubibus, id est, purissimis virginis visceribus vel sacratissimis humanis carnibus inuolutus, propter quod, quantum ad apparentiam, aliquam mutabilitatem habere visus fuerit, nullam tamen commutationem, corruptionem, vel alterationem habuit, quantum est in rei veritate, imo sub nube humanitatis semper videtur diuinitas existens & immobilis latitare, Est, inquit. Ideo de isto potest dici illud Ioan. 6. *Hic est vere Propheta, qui venturus est in mundum* Si ergo quæritur,

Quis est?
Quantus est?
Qualis est?
Vbi est?
Vnde est?

Ad omnia possumus respondere per Est. Si ergo quæritur, Quis est? potest respondere & dicere illud Exod. 30. *Ego sum, qui sum Qui est, misit me ad vos.* Eccle. 20. *Est qui multa redimat pretio modico.* Prouerb. 13. *Est quasi diues, cum nihil habeat, & est quasi pauper, cum in diuitiis sit.* Item si quæratur, Quantus? potest dici illud Iob. 11. *Excelsior cælo est, & quid facies? profundior inferno est, & vnde cognosces? longior terra mensura eius, & latior mari.* Item si quæratur, Qualis est? potest respondere & dicere: *Bonus est*, Thre. 3. *Misericors est*, Deut. 4. *Iustus est*, 2. Paral. 12. Item si quæratur; Vbi est? pro certo ipse poterit respondere illud Esa. 65. *Cælum mihi sedes est, & terra scabellum pedum meorum.* Item possumus & nos sibi dicere illud Psal. *Si ascendero in cælum, tu illic es, si descendero in infernum, ades.* Si quæratur; Vnde est? ad hoc potest dici illud Ioan. 3. *Qui de terra est, de terra loquitur; qui de cælo venit, super omnes est.* Illud est, pro certo est contrà multos mutabiles, instabiles, diuisibiles, corruptibiles, fragiles, & destructibiles, qui proprie loquendo non sunt, quia scil. non habent aliquam existentiam firmitatis, nec perseuerantiæ, nec virtutis, quia scil. ad modicum impulsum tentationis de Esse in non esse, de gratia in peccatum, de virtute in vitium conuertuntur, & tales ideo non sunt, & ideo ipsi possunt dicere illud Sap. 5. *Nos autem vt nati sumus, continuo desinimus esse.* Sicut enim videmus, quod nix habet debilissimam existentiam, quia sc. ad modicum calorem dissoluitur, & desinit esse: sic vere multi sunt, qui habent debilissimam existentiam in moribus suis, sicut hypocritę & falsi amici & leues, instabiles & variabiles personæ, quæ scilic. ad modicum calorem, i. ad modicam displicentiam & tentationem & occasionem resoluuntur & desinunt esse, quod potissime verum est de falsis aduocatis, qui non habent aliquam firmitatem, similes linguæ stateræ, quæ nihil habet de stabilitate, quia scil. modo pendet ad vnam partem, quamdiu nihil ponitur ad aliam, statim vero cum pondus ponitur ad alteram se declinabit ad partem oppositam. Sic vere multi sunt tales, qui non perseuerant cum vna persona, quamuis ei promiserint, quia si alia pars magis offert de pondere pecuniæ, dimissa prima parte ad aliam se conuertunt. Tales ergo non sunt. Et ideo talibus hypocritis & talib. falsis amicis omnibus duplicibus, & fictis adulatoribus & aduocatis potest dici illud Esai. 41. *Ecce vos estis ex nihilo, & opus vestrum ex eo, quod non est.* Sic ergo quilibet talis potest cum Petro dicere illud Lucæ 22. *O homo non sum.* Hypocrita enim & falsus amicus apparet, & non est. Et ideo dicitur Ioan. 9. *Alij dicebant, quod hic est, alij dicebant quod hic non est: similis enim eius est.* Charissimi, sic non Christus, quia reuera ipse habuit

Existentiam { Veritatis, Stabilitatis, & Firmitatis,

Et potissime quantum ad diuinitatem, quia vere ipse

Est { Æternitas, Diuinitas, & Incommutabilitas.

Est, inquit. Ideo de isto potest dici illud Matth. 27. *Hic est Iesus Nazarenus, Rex Iudæorum.* Et aduertamus, quod illud Est, significat

Essentiam, vt dictum est,
Præsentiam, quia est præsentis temporis,
Singularitatem, quia est verbum anomalum,
Generalitatem, quia omnibus rebus indifferenter conuenit Esse.

Omnia enim conueniunt in essendo, Et ideo pro certo (charissimi) tales proprietates habet proprie Deus, & etiam quilibet Ecclesiasticus debet habere, sicut patet in auctoritate prædicta. Competenter enim significat, sicut dictum est,

Præsentiam, & ideo dicitur, Est.
Anomalitatem, ideo dicitur, Rex.

Et dicamus, quod exemplo Dei ista debent nobis moraliter inesse. Sit ergo in nobis

Amicitiæ præsentatio,
Patientiæ sustentatio,
Singularitas perfectionis,
Generalitas affectionis.

Habeat igitur quilibet Prelatus vel Ecclesiasticus amicię fidelitatem quoad petitiam, quia debet esse Hic, quod est pronomen demonstratiuum.

Habeat patientiæ sustentationem, quod notatur in hoc verbo, Est, quod significat existentiam, quæ ad accidentia recipienda patiens est, & parata.

Habeat perfectionis singularitatem, quoad vitam, quia debet esse Nazareous.

Habeat affectionis generalitatē, quia debet esse Rex. Nam sine acceptione personarum debet generaliter iudicare.

❡ Primo, dico, quod debemus habere exemplo Dei amicitiæ H

iuuamentum. Hic (inquit) quis sicut pronomen Hic, est demonstratiuum, & rem promptam & præsentem signat: sic vere quilibet vir perfectus, & maxime prælatus, semper se debet promptum & præsentem exhibere alijs

Ad { Iuuandum & consolandum,
Instituendum & corrigendum,
Subueniendum & succurrendum. }

De tali Ad, potest dici illud Iob 39. *Vbicunque cadauer fuerit, statim adest.* Et sic pro certo facit Deus. Ideo de ipso dicit Ambr. in li. de Virginib. Omnia (inquit) Christus est,

Si { Caro impugnat, victor est,
Febribus æstuas, fons est,
Grauaris iniquitate, iustitia est,
Auxilio indiges, virtus est,
Mortem times, vita est. }

Hæc Ambr. Ista est adiutrix Christus præsentia, & ostenditur, cum dicitur, Hic, quia hoc pronomen Hic, demonstratiuum est. ¶ Ad hoc notandum, quod nos debemus modis prædictis nos præsentare & demonstrare, vt de quolibet dicatur illud Luc. 23. *Vere hic homo iustus erat.* Vbi nota, quod huius præsentiam admittere debet

Communis fidelitas in affectu (Vere)
Benignitas in aspectu (Homo)
Soliditas in affectu (Iustus)

Homo est animal naturaliter mansuetum. Sed pro certo charissimi, tales Hic nō sunt hodie multi; quia vere charissimi, pauci sūt hodie, qui habent veritatem amicitiæ, & qui se velint alijs in necessitatibus præsentare. Hodie homines non se præsentant in necessitate, sed in prosperitate, non ad subueniendum, sed ad congaudendum; non ad adiutorium, sed ad beneficium, sicut omnia patent de falsis amicis, qui ad accipiendum habent manus apertas, ad dandum clausas, contra doctrinam Sapientis Eccl. 4. *Non

G sit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandum collecta.* Patet & in alijs Ecclesiasticis, qui nunquam sunt præsentes in Ecclesijs seruiendo, sed optime ad accipiendum fructus. Tales ergo nō sunt Hic, quia non sunt pronomen demonstratiuum. Quilibet enim talis aliquando creditur esse Hic, sc. bonus & iustus in necessitate, pro certo ipse est alius, scil. duplex, falsus, diuisibilis, & variabilis, & inconstans. Similis cuidam animali, quod dicitur Hyæna, quod immutat sexum, secundum Plin. & Isid. quia scil. inuenitur vno tempore sexus masculini, alio tempore inuenitur sexus fœminei. Sic vere (charissimi) tales mutant sexum, i. conditionem, quia vere quando in tempore necessitatis & aduersitatis quis credit eos inuenire masculos, i. bonos & legales, amicos & constantes, ipse pro certo inuenit eos fœmellas, id est, variabiles & vanos. Talis ergo non est Hic, & ideo de tali cuilibet potest dici illud Ioan. 18. *Non hunc, sed Barrabam. Erat enim Barrabas latro.* Non sic charissimi, quia ipse in assumpta carne cum hominibus conuersatus, exhibuit nobis amicitię iuuamentum. *Quia bene omnia fecit, & surdos fecit audire, & mutos loqui,* Marc. 7. Fuit Hic, quod est pronomen demonstratiuum, quia se nobis in nostris necessitatibus adiutorem pijssimum demonstrauit, maxime dico, in isto in carnem aduentu 2. Paral. 1. *Hic stetit in medio agri, & defendit eum.* Ad denotandum, quod prælatus debet ditioni suæ commissos, ab omni infestatione tam temporali, quam spirituali vtcunque poterit defendere, Ioan. 9. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis.

¶ Secundo dico, quod nos debemus habere patientię sustentationem. Est, inquit illud enim Verbum, Sum, Es, Est, sicut

I dictum est, significat existentiā, & firmitatem, eo quod ipsa est fundamentum omnium accidentium exteriorum. Nam quamuis accidentia varientur, semper tamen manet essentia. Reuera charissimi, talis essentia est virtus patientiæ & constantiæ, quando est perfecta, quia vere ista debet in perfectis & Ecclesiasticis esse tanta, quod omnis accidentia exteriorum tribulationum & tentationum sine sui corruptione & mutatione æquanimiter tolleret, quod ostenditur, cum dicitur, Est, quia nunquam debet in eis desinere patientiæ & constantiæ firmitas. Psal. *Tu autem idem ipse es, &c.* vt supra. Et talem essentiam non habent hodie multi. Vnde possumus notare, quod peccatores desinunt esse

Per { Auaritiam,
Inconstantiam,
Imprudentiam. }

Per auaritiam ergo. Vnde dicitur Iob 9. *Terra data est in manibus impij,* quod si ille non est, quis ergo est? quasi diceret: Illi, qui habent terram per auaritiam; non sunt propter persistentiam. Item alij desinunt esse per inconstantiam, sicut falsi amici, de quibus in Psalm. *Transiui, & ecce non erat, quæsiui eum, & non est inuentus locus eius,* Eccles. 6. *Est amicus socius mensæ, & non permanebit in die necessitatis.* Item mali desinunt esse per imprudentiam. Ideo dicitur Esa. 37. *Non est populus sapiens, ideo non miserebitur eius, qui fecit eum.* Tales ergo, qui perseuerantiæ constantiam & essentiam habent, sunt similes vitro; vitrum enim cum sit splendidum & clarū, habet tamen debilissimam existentiam, quia non potest aliquantulum percuti, quin frangatur, & quin resonet & tinniat atque clamet. Sic vere multi sunt, qui quamuis videantur boni & clari, lucidi atq; sancti; quando tamen tanguntur per correctionem vel reprehensionem à Deo vel prælato, ipsi pro certo nequeunt sustinere, imo statim franguntur, statim per impatientiam & desperationem incipiunt recalcitrare, & per murmurationem & detractionem sonare. Talis proprie non est, de eo enim potest dici illud Ioan. 9. *Non est hic homo à Deo.* Non sic charissimi, sed habeamus patientiæ forte fundamentum. Est, inquit.

¶ Tertio dico, quod tu debes habere excellentissimi moris paramentum, quia tu debes esse exemplo Christi Nazarenus, i. floridus. Istud enim verbum Est, est verbum anomalum, quia non sequitur regulam aliorum verborum. Est etiam singularis numeri, & ex hoc datur intelligi, quod Ecclesiasticus, & maxime prælatus debet habere excellentiam morum & perfectionum. Debet itaque habere eminentiam & singularitatem vitæ, pariter & sanctitatem. Debet esse anomalus, i. à regulis aliorū superexcellere. Et ideo de hominis singularitate dicitur illud Eccl. 4. *Vnus est & secundum non habet.* Et hoc ostenditur, cum dicitur, Nazarenus, quia Nazarenus interpretatur K

Virgultum,
Floridus,
Custodiens,
Separatus,
Mundus,
Sanctus,
Vinctus,
Consecratus.

Quis reuera charissimi, nos debemus esse

Virgultum quod dicitur à viriditate, per honestatis apparentiam,
Floridi, per sanctitatis redolentiam,
Custodes, scilicet tegere per pastoralem diligentiam,
Separati, scilicet à conditionibus aliorum,
Mundi, per purgatam conscientiam,
Sancti, per mandatorum Dei obseruantiam,
Vncti, per dulcissimam locutionem,
Consecrati, per dignissimam vocationem.

Et sic erimus Nazaræi, singulares, anomali, perfecti. Et sic de nobis dicetur illud Thr. 4. *Candidi facti sunt Nazaræi eius.* Sequitur: *Candidiores niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, Sapphiro pulchriores.* Et talis pro certo fuit Christus in carne, & ideo Nazaræus dicitur Matt. 21. *Hic est Iesus Propheta à Nazareth Galilææ.* Et pro certo charissimi, ista hodie sunt contra multos, quia vere multi sunt hodie in sæculo & in claustro, qui nō debent dici Nazaræi, sed Iebusæi, i. non florentes, sed fœtidi; non alios custodientes, sed suffodientes; non ab alijs separati, sed communib. vitijs inquinati; non vncti, nō consecrati, sicut Christus. De istis potest dici illud Act. 24. *Inuenimus hunc hominem pestiferum, & concitantē seditiones, & auctorem seditionis sectæ Nazarenorum.* Non sic charissimi, sed habeamus excellentissimum moris paramentum. (Nazarenus, inquit.) Exemplo Christi, qui fuit excellens, & singularis perfectionis, in perfectionis sanctitate, in discretionis claritate, in conditionis puritate. Nec etiam ipse habet aliquem similē, nec parem. Vnde ipse est sicut Phœnix, quæ est auis vnica & singularis, nullum habens comparem aut consimilem in natura, Ps. *Quis similis est tui in Dijs, Domine: non est secundum opera tua?* Et ideo de eo potest dicere illud Deut. 6. *Deus vnus est.* Habuit ergo excellentiæ singularitatem Nazarenus.

¶ Quarto dico, quod iste habuit præsidentiæ iustā æquitatē, quia Rex Iudæorū, charissimi, istud verbū Est, est generalissimæ significationis, omnib. n. reb. potest competere, & de reb. omnibus prædicari & applicari, omnia. n. participant essentiā & esse, cuiuscunq; cōditionis existant. Reuera, charissimi, tale verbū debet esse prælatus, quia iste debet se generaliter & æqualiter ad omnia habere, & sine acceptione personarū omnib. suis subditis se cōmunicare, & omnib. æqualiter secundū merita personarū, & se-

& secundum proportionē, & correctionem iuste & debite dilatare, & de tali prælato dici potest, quod de Deo dicitur Sap. 6 *Æqualiter est cura illi de omnibus.* Talis enim Deus est, quia sicut dicitur Act. 10. *In veritate comperi, quia non est acceptio personarum apud Deum.* Tales enim debent esse ecclesiastici, maxime prælati, iudices, principes & rectores, sicut præcipitur Deut. 1. *Sine ciuis sit ille, siue peregrinus, nulla erit distantia personarum*, quod ostenditur, cum dicitur [Rex.] Rex enim dicitur à regendo, eo quod omnes suos subditos debet æque regere, & generaliter debet ad omnes suū prouidum regimen dilatare. Et de hoc Ezec. 37. *Vnus erit omnibus imperans.* Et nota, quod prælatus potissime debet imperare, & comparari regi apum, qui summam habet mansuetudinem, & sine acceptione omnes æqualiter regit. Applica de rege apum quicquid volueris. Sed vere ista sunt contra multos, quia vere nō sunt sicut reges apum per benignitatem, mansuetudinem & clementiam ac æquitatem, imo sicut rex auium per crudelitatem & iniquitatem, per superbiam & vanitatem. Dic de aquila contra infideles prælatos principes, iudices & rectores sicut volueris. Et ita possunt dicere subditi illud Dan. 3. *Tradidisti nos in manus inimicorum pessimorum, præuaricatorumque & regi iniusto & pessimo.* Rex enim iniustus est crudelis, raptor, & personarū acceptor, qui non expedit & promouet nisi notos, familiares & compatriotas. Præuaricatores enim iniqui & mali sunt talium coadiutores & officiales & aduocati. Applica quicquid volueris de acceptione personarum. Non sic charissimi, non, sed habeat quilibet ecclesiasticus, & maxime prælatus, exemplo Christi, videlicet,

Præsidentiæ iustam æqualitatem,
Excellentiæ singularitatem,
Patientiæ fortem firmitatem,
Amicitiæ promptam charitatem.

Et sic cuilibet dicetur Est. Ista enim sunt quatuor membra auctoritatis. Et sic erimus conformes Deo Christo, quia sicut dictum est habuit veram & realem existentiam quantum ad diuinitatem, quia vere ipse fuit æternitas, diuinitas & incommutabilitas, quod ostenditur, cum dicitur Est. Ista ergo de tractatu Est, Esse, Essentia, gratia breuitatis, sufficiant.

A ## Esto. Estote.

Nota, quod istud vocabulum Esto cum sit dependēs de Sum, Es, potest significare

Realem {
Existentiam,
Veritatem,
Perfectionem,
Robur,
Constantiam,
Perseuerantiam.

Sicut Sum, Es, quæ tunc temporis nobis iubentur, quando per imperatiuum Esto, vel Estote nobis dicitur sicut illud Exod. 24. *Ascende in montem ad me, & esto ibi*, id est, perseuera ibi. Et illud 1. Reg. 18. *Esto vir fortis, & præliare prælia Domini.* Et illud 2. *Estote filii fortitudinis* Exponamus ergo illud Apo. 2. *Esto fidelis vsque ad mortē, & dabo tibi coronam vitæ.* Et aduertamus, quod quatuor sunt, quare athleta in stadio fortius pugnat, & perseuerat, scilicet,

Exterior exhortatio,
Interior obligatio,
Breuior tribulatio,
Largior præmiatio.

Sic vere dico, quod nos debemus stabiles & fortes esse, quia ad hoc districtius exhortamur. [Esto.] Quia ad hoc veracius obligamur [Fidelis inquit] Quia in hoc breuissime tribolamur, quia scilicet tantum vsque ad mortem quæ nihil durat. Quia ex hoc ditissime præmiamur. Dabo (inquit) coronam vitæ, istæ enim sunt quatuor causæ, quæ faciunt hominem stabilem & constantem, laborantem & perseuerantem, scilicet,

Exhortatio,
Obligatio,
Vitæ breuitas,
Lucri quantitas seu bonitas.

Primo ergo estote constātes, quia Deus ad hoc exhortatur, quod ostenditur, cum dicitur [Esto] quod est imperatiui modi. Equi enim tunc temporis melius & audacius currunt & pugnāt, quando tubarum acclamationibus exhortātur. Accipiter etiam melius volat & rapit, quando ab aucupe exhortatur & acclamatur. Canes etiam tunc feruentius laborant, & currunt, quando à magistris suis exhortantur & excitantur. Sic vere charissimi, quia videmus, quod magister noster Deus, prælati & prædicatores & boni fuerunt non cessant nos continue exhortari, monere, & excitare, ideo pro certo debemus ad bene operandum animari & roborari [Esto inquit.]

¶ Et ideo notare possumus, quod Deus ad multa nos principaliter exhortatur per Esto, scilicet B

Ad {
Charitatis vicissitudinem,
Pietatis plenitudinem,
Sobrietatis sanctitudinem,
Sagacitatis limpitudinem,
Honestatis pulchritudinem,
Firmitatis fortitudinem.

¶ Item Esto {
Pacificus in conuersando,
Benignus in agendo,
Cautus in respondendo,
Diligens legem scrutando,
Prouidens mortem meditando,
Stabilis fidem obseruando,
Agilis in obediendo,
Vigil fidem prædicando,
Humilis de te non præsumendo,
Sanctus culpas non committendo,
Doctus virtutes omnes admittendo.

¶ Ad charitatis dico vicissitudinem. Vnde ad Gal 4. *Estote sicut ego, quia & ego sicut vos* ¶ Item ad pietatis plenitudinem. Luc 6. *Estote misericordes, sicut & pater vester misericors est.* ¶ Item ad sobrietatis sanctitudinem 2. Tim 4. *Ministerium tuum imple, sobrius esto.* ¶ Item ad sagacitatis limpitudinem, 1. Petr. 4. *Estote itaque prudentes, &c.* ¶ Item ad honestatis pulchritudinem, Iob. 40. *Esto gloriosus, & speciosis induere vestibus.* ¶ Item ad firmitatis fortitudinem. Ecclesi. 5. Esto firmus in via domini. Et 1. Reg. 18 *Esto vir fortis, & præliare prælia domini* ¶ Item dico, quod per Esto nos exhortamur ad pacifice viuendum, Matth. 5. *Esto consentiens aduersario tuo, dum es in via cum eo.* ¶ Item ad benigniter agendum, Ephes. 4. *Estote inuicem benigni.*

¶ Item ad sapienter loquendum, Eccle. 32 In multis esto quasi inscius, & audi tacens simul & quærens, & loqui in medio magnatorum non præsumas, & vbi sunt senes non multum loquaquaris.

¶ Item ad legem Dei diligenter cogitandum atque seruandum. Ecclesi. 27. *In medio cogitantium legem Dei assiduus esto.* ¶ Item ad futura prudenter meditandum scilicet mortem, iudicium & infernum, Eccl. 14. *Memor esto, quoniam mors non tardabit*, & Ecclesi. 38. *Memor esto iudicii mei.* ¶ Item ad fidelitatem firmiter obseruandum. Apoc. 2. *Esto fidelis vsque ad mortem* ¶ Item ad agiliter obediēdum, & bene operandum. Eccl. 31. *In omnibus operibus tuis esto velox.* ¶ Item ad vigilanter alios informandum Apoc. 3. *Esto vigilans, & confirma cætera quæ moritura erant* ¶ Item ad humiliter te regendum & ordinandum Eccl. 13. *Rectorem te posuerunt, noli extolli, esto in illis quasi vnus ex ipsis* ¶ Item ad sancte & sinceriter perseuerandum, atque manendum. Leu. 29. *Sanctificamini, & estote sancti:* & Leu. 11. *Et vos sancti estote, quoniam ego sanctus sum.* ¶ Item ad docte, virtuose, & sagaciter omnia faciendum, Matth. 10. *Estote prudentes sicut serpentes &c.* In quibus etiam verbis ipse exhortatur ad sapientiam & subtilitatem [Estote inquit prudentes] Exhortatur etiam ad virtutes scilicet ad patientiam & fidelitatem, sicut inquit serpentes, qui scilicet totum corpus pro defendendo capite exponunt, ad temperantiam & benignitatem. Simplices inquit sicut columbæ. Simus ergo constantes, permanentes, & perseuerantes, quia ad hoc Deus exhortatur. [Esto inquit]

¶ Secundo, quia ad hoc nos obligatur, quod ostenditur cum dicitur Fidelis. Fidelis enim dictus à feudo, eo quod illi, qui feudum à domino suscipiunt, ad fidelitatem seruandam se obligant & exponunt, & ideo tales vasalli & fideles dominum suū tenentur defendere, & pro ipso pugnare & laborare. Sic vere quia Christus plura feuda, id est, plura beneficia dedit, & per consequens ad fidelitatem sibi seruandam & impendendam nos omnes plurimum obligauit, bene dico, quod pro ipso debemus constanter & fideliter laborare. Pone exemplū, quomodo elephas liberatus à fouea sequitur venatorē. Item de leone, de quo in historia Hierosolymitana, qui per militem liberatus à quodā serpente, qui ipsum intoxicauerat, ipsum militem secutus, contra hostes pro eo pugnabat, & prædas, quas capiebat, eidem apportabat. Bene ergo præcipitur Ecclesi. 22. *Fidem posside cum amico* C

*tuo, & in tempore tribulationis permane illi fidelis.* Simus ergo constã-tes & perseuerãtes, quia ad hoc obligamur. [Fidelis inquit] Act. 23. *Esto constans Paule.*

D ¶ Tertio, quia ad tempus breue limitatur scilicet vsque ad mortem. Miles enim fortius pugnat, & constantius perseuerat, quando scit, quod labor habet modicum durare. Sic vere quia labor bonorum non habet durare nisi modicum scilicet dum durat misera vita nostra [vsque inquit ad mortem] bene sequitur quod constanter debemus pugnare, operari & laborare, iuxta illud Eccl. 4. *Vsque ad mortem certa pro iustitia.* Et Matth. 2. *Esto ibi, vsque dum dicam tibi.*

E ¶ Quarto vero debemus esse constantes & laborantes, quia scilicet lucrum magnum reportatur, quod ostenditur, cum dicitur (Dabo tibi coronam vitæ) Corona enim vitæ est gloria Paradisi quæ corona dicitur, quia ipse Deus, qui ad modum coronæ caret fine & principio, est merces laborantium, & corona. Ista enim est corona stellarum duodecim, id est, duodecim particularium gaudiorum, quæ sunt in patria, quibus mulier, id est, anima beata extitit coronata. Vide supra de duodecim numero è beato Bernard. circa finem &c. Veruntamen valde consideranda sunt verba Apo. 2. Tim. 2. *Nemo coronabitur, nisi qui legitime certauerit.* Et ideo bene sequitur ibidē (Labora sicut bonus miles Christi) quia prout dicitur Iac. 1. *Beatus vir, qui suffert tentationē, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se.* Sequitur ibidem: *Estote factores verbi, & non auditores tantum.* Bene ergo dictum est, quod standum est, & strenue laborãdum

Propter
- Lucrum, quod reportatur,
- Terminum, qui breuiatur,
- Animam seu hominem, qui obligatur,
- Dominum, qui exhortatur.

A **Esuries, Esurire.** Nota, quod esuries, & fames idē sunt: esuries enim nihil aliud est quam vehemens appetitus sumēdi cibum, sicut de Christo dicitur Matth. 4. *Cum ieiunasset 40. diebus postea esuriit.* Potest tamen transsumptiue significare indigētiam qualemcunq; , sicut dicitur In Psal. *Diuites eguerunt & esurierunt.* Vel etiam significare potest quodcunq; desiderium vel affectū, sicut, Matt. 5. *Beati, qui esuriunt & sitiunt iustitiam.* Notabis ergo, quod in scriptura reperitur

Esuries
- Iustorum,
- Miserorum,
- Iniquorum,
- Beatorum.

¶ Primo esuriunt iusti

- Cœlum æquitatis,
- Velum honestatis,
- Zelum charitatis,
- Cœlum fœlicitatis.

Esuriunt enim iustitiam, vt mali puniantur. Isti enim affectant & zelant pro iustitia. Matt. 5. *Beati, qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.* ¶ Item esuriunt sanctitatem & gratiam seu eucharistiam, vt inde nutriantur. Omnia enim naturam suum & sibi conuenientia appetit, & esurit nutrimentum. Gratia autem & Eucharistia, sapientia & doctrina sunt animæ nutrimenta, quinimo etiam pœnitentiam & abstinētiam quanquam sint de se tristia & amara, esurit & affectat anima Deo grata. Vnde Prou. 27. *Anima esuriens amarum pro dulci sumet.* Item esuriunt charitatem vt inde reficiantur. Vnde de primis patribus Ecclesiæ dicitur in Psal. *Quod Deus collocauit illic esurientes & constituerunt ciuitatem habitationis.* (Ciuitatem inquit) id est, ciuium vnitatem, quæ scilicet charitas est. ¶ Item esuriunt cœlum fœlicitatis, in qua satientur. Boni enim in miseria huius vitæ valde esuriunt satietatem gloriæ paradisi. Luc. 4. *Consummatis diebus esuriit.* Sic ergo patet, quomodo esuriunt iusti.

B ¶ Secundo dico, quod esuriunt pauperes miseri, generaliter enim per esuriem intelligitur inopia, paupertas & miseria, indigentia, vacuitas, & tenuitas bonorum temporalium, quæ vtique valde est commeodabilis, quia per istam venitur ad satietatem bonorum æternorum, iuxta illud Lucæ 1. *Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes,* & nota, quod talis esuries potest esse valde vtilis.

Per hanc enim
- Mundum contemnimus,
- Cœlum appetimus,
- Deum requirimus,
- Culpas euadimus.

¶ Dico ergo, quod per esuriem paupertatis, mundus contemnitur. Sicut n. puer cum aliquo amaro solet à matris vberibus, ablactari & separari, sic vere homo quando videt, quod mater sua mundus infert ei tot amaritudines, tot miserias & paupertates, solet ipsum contemnere, & opera suarũ fallacium voluptatum effugere & horrere. Vnde Act. 10. *Cum esuriret, voluit gustare.* ¶ Item dico, quod per esuriem cœlum appetitur. Aquila enim filios & pullos suos in nido facit esurire, vt necessitate compulsi nidum dimittant, & volare superius assuescant. Sic vere Deus in mūdo isto facit homines bonos sitire, & esurire, indigere, & miserias sustinere, vt sic compellantur alibi solatium quærere, nidũ huius mundi contemnere, & sursum ad cœlum per desiderium euolare. De tali esurie dicitur Lucæ 6. *Beati, qui nunc esuritis, quia saturabimini.* Nunc enim, id est, in hoc sæculo bonum est esurire, vt in alio possimus cum Angelis manducare. Nam sicut mercenarius, qui per totum diem laborauit in agro esuriens solet sero à patrefamilias benigniter recolligi, & affluenter refici & sanari, sic vere illi, qui in hoc mundo sunt in esurie & labore, in sero mortis à Deo recolligentur, & voluptate æternæ gloriæ replebūtur. Quia sicut dicitur Apoc. 7. *non esurient, neque sitient amplius, neq; cadet super illos sol, neque vllus æstus,* per hanc ergo cœlum appetitur. ¶ Adhuc dico, quod per esuriē Deus requiritur. Sicut enim pulli quando esuriunt, solent ad matrem recurrere, & clamore etiam Gallinæ & anseres sunt famelicæ, tunc solent ad homines recurrere, & ipsos, vt aliquid accipiant infestare, in æstate vero quando satis quidem comedere inueniunt, tunc petere ab hominibus dedignantur, sic vere quamdiu homo est in esurie paupertatis, tamdiu ad Deum recurrit, & ipsum supplicat & requirit. Genes. 41. vbi dicitur, *quod plebs esuriens clamauit ad Pharaonem, alimenta petens.* Quando vero homines mundi cibis replentur, & satiantur, tunc ad Deum recurrere non dignantur. Vnde Baruch. 2. *Oculi deficientes & anima esuriens dant tibi gloriam.* Per hanc ergo esuriem Deus requiritur. ¶ Denique dico, quod per istam esuriem culpa euaditur seu diluitur. Sicut enim esuries & abstinentia impediūt infirmitates, & reddunt hominem quietum & sanum corporaliter, sic vere quando homo præ paupertate compellitur esurire, & à mundi diuitiis & delitiis abstinere, tunc pro certo infirmitates multorum peccatorum euadit, & à talibus præseruatur, quia communiter per talem diætam sanatur homo à febre auaritiæ & ab apostemate superbiæ. Vnde Apostolus talem esuriem elegit, sicut dicitur 1. Cor. 4. *Adhuc inquit esurimus, & sitimus, alapis cædimur, & nudi sumus.* Talis ergo esuries quanquam sit tristabilis & amara, est tamen animabus vtilis, atque sana. Et ideo talibus sic esurientibus est miserandum & compatiendum & etiam subueniendum, iuxta illud Esa. 58. *Frange esurienti panem tuum* &c. Et de Tobia dicitur Tob. 1. quod *esurientes alebat, nudis vestimenta præbebat.* Cum tamen contrarium faciant impii, quia scilicet esurientes & pauperes molestant & lædunt ipsosque per rapinas & iniurias & exasperant, & confundunt. Vnde Iob. 22. *Esurienti subtraxisti panem.* Ista est ergo esuries virtuosa & sustinenda, qua scilicet esuriunt pauperes & miseri.

¶ Tertio dico, quod alia esuries detestanda & fugienda, qua esuriunt nequam & iniqui. Et ista esuries significat C

Famem
- Temporalis auaritiæ,
- Crudelitatis & sæuitiæ,
- Infernalis indigentiæ.

¶ Famem dico auaritiæ. Sicut enim canis semper esurit, & famescit, sic multi sunt, qui per famem auaritiæ semper diuitias esuriunt & affectāt Prou. 19. *Anima eorum in ipsis defecit.* Isti enim semper esuriunt & nunquam satiari possunt Esa. 9. *Declinabit ad dexteram, & esuriet, & comedet ad sinistram, & non saturabitur.* ¶ Item est esuries crudelitatis & sæuitiæ, quia sicut animalia crudelia semper esuriunt & cupiunt aliis nocere, sic crudeles principes & tyranni semper esuriunt & desiderant alios infestare. Prouerb. 28. *Leo rugiens & vrsus esuriens, princeps impius super populum pauperem.* Vnde de famelicis nobilibus dicitur Esa. 8. *Cum esurierit, irascetur, & maledicet regi suo* ¶ Item est esuries infernalis indigentiæ, de qua Esa. 65. *Ecce serui mei comedent, & vos esurietis.* Et sic patet, quod est esuries, qua languent iniqui.

¶ Quarto dico, quod est esuries quam habent superi, scilicet, beati, qui semper Deo fruuntur, & tamen ipsum semper desiderant, & cum quadam continua esurie in eo delectantur, de quo Eccles. 24. *Qui edunt me, adhuc esurient, & qui bibunt me, adhuc sitient.* Sufficit. D

**Et.** Nota, quod ista dictio Et, est dictio copulatiua & aggregatiua, solet enim dictiones dictionibus copulare, & sententias A

tias sententiis aggregare. Sine ista enim dictione nulla oratio orationi, nec verbum verbo, seu sententia sententiæ iungerentur. Cum ergo ista semper significet copulam vel augmentum (Copulam dico, sicut cum dicitur Act. 3. *Petrus & Ioannes ascendebant in templum*. Augmentum dico, seu additamentum, sicut cum dicitur Gen. 1. *In principio creauit Deus cælum & terram*. Et in Psal. *Domini est terra, & plenitudo eius &c.* Et enim semper addit aliquid ad præcedentia, & semper addit cumulum dictionis. Psalm. *Et auxit populum suum vehementer*) possumus dicere, quod per Et, potest intelligi omnis additio, seu societas, siue bona fuerit, siue mala. ¶ Nota ergo, quod in scriptura reperitur vnum Et,

Quod pertinet ad { Supernam diuinitatem,<br>Fraternam societatem,<br>Internam mentis charitatem,<br>Externam gentia prauitatem.

¶ Dico ergo, quod inuenitur in scriptura

Vnum Et { Quod ad Deum spectat, & pertinet,<br>Fraternum, per quod vir iustus splendet & eminet,<br>Internum, quod diuersa ligat & continet,<br>Externum, quod terrena ambit, & retinet.

B ¶ Primo ergo est vnum (Et) quod pertinet ad supernam diuinitatem. Ista dictio (Et) in quantum est copulatiua & adiunctiua, potest significare ipsum Deum, qui sc. manu tenendo copulat vniuersa, & per suam æternam prouidentiam moderatur & colligat totius harmoniam vniuersi. Interum n. machina nunquam tot diuersæ naturæ inuicem moderarentur, nisi per istum Et, id est, per ipsum Deum pariter iungerentur, & ad proportionem debitam reducerentur Psal. *Et tu domine in principio terrā fundasti, & opera manuum tuarum sunt cæli*. Sequitur. *Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient* Homines etiam copulatiue & charitatiue ligat & vnit, ipsosque inuicem in vnitate fidei & charitatis coniungit. Nu. 16 *Separauit vos ab omni populo, & iunxit sibi, vt seruiretis ei*. Potissime autem ista dictio, Et, spectat ad Dei filium, qui coniungit Deum & hominem in vnitate personæ, & qui mediator est Dei & hominum, homo Christus Iesus. Spectat etiam specialiter ad Spiritum sanctum, qui scil. patris & filii amor est atque nexus, quia sc. sicut dicitur 1. Ioan. 5. *Pater & verbum & Spiritus sanctus, hi tres vnum sunt*. Et filius Io. 10. *Ego & pater vnum sumus*. Vnum dico, sc. per Et, id est, Spiritum, qui nos vnit. Et etiam, id est, ipse Deus non solum habet virtutem copulatiuam, vt visum est, imo etiam habet virtutem additatiuam, & adiunctiuam, per istum enim omnia bona in homine multiplicantur, & virtutes virtutibus adaugentur, & post merita præmia cumulantur Psal. *Et benedixit eis, & multiplicati sunt nimis*. Et possumus notare de isto (Et) id est, de Deo copulatiuo & charitatiuo, & bonorum omnium augmentatiuo & multiplicatiuo, quod ipse est & fuit

Fabricator mundi palatii,<br>Habitator carnis hospitii,<br>Expiator nostri flagitii,<br>Tolerator grandis supplitii,<br>Frequentator huius exilii,<br>Prædicator dulcis eloquii,<br>Imperator alti fastigii,<br>Defensator tuti refugii,<br>Præmiator magni stipendii,<br>Castigator duri iudicii.

C ¶ Dico ergo, quod iste (Et) est, & fuit huius mundi palatii fabricator. Vnde in principio Gen. legitur omnia fecisse, & creaturarum omnium ordinem diuisisse. Vnde ibidem dicitur. *Et vidit lucem, quod esset bona, & diuisit lucem a tenebris*. Sequitur. *Et fecit firmamentum, & diuisit aquas ab aquis* Sicut enim in Psa. dicitur. *Ipse dixit, & facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt*. Et similiter. *Domini est terra, & plenitudo eius, orbis &c.* ¶ Item iste est nostræ carnis hospitii habitator, qui scilic. ipse Deus in virgine nostram humanitatem assumpsit. Apoc. 10. *Et vidi Angelum alium fortem descendentem de cælo, amictum nube. & iris erat in capite eius, & facies eius vt sol, & pedes eius tanquam columnæ ignis, & habebat in manu sua libellum apertum, & posuit pedem dextrum super mare, sinistrum autem super terram*. Et sequitur quod *leuauit manum suam ad cælum*. Iste enim (Et) id est, Deus filius, dicitur

Angelus propter puritatem,<br>Alius propter singularitatem,<br>Fortis propter æternitatem,<br>Descendens propter humilitatem,<br>Amictus nube propter humanitatem,<br>Iris in eius capite propter dignitatem vel diuinitatem,<br>Facies eius, vt sol, propter maiestatem,<br>Pedes habens igneos propter charitatem,<br>Libellum habens in manu propter scripturæ auctoritatem,<br>Per terram & mare tenens pedes, & ad cœlum etiam leuans manus, propter generalem rerum omnium potestatem.

De isto ergo Et, in quantum fuit nostræ carnis inhabitator, & nostræ humanitatis assumptor, dicitur Baruch 3. *In terris visus est, & cum hominibus conuersatus est* ¶ Item iste nostri fuit flagitii expiator. Psal. *Et suscepit eos de via iniquitatis eorum*. Vnde Dauid in Ps. Petebat per istum (Et) id est, per ipsum Christū, à suis iniquitatibus liberari dicens: *Et in peccatis concepit me mater mea. Et secundum multitudinem miserationum tuarum dele &c. Et spiritum rectum innoua in visceribus meis, & spiritum sanctum tuum ne auferas à me* ¶ Item ipse fuit duri supplicii tolerator, scil. in cruce. Ps. *Et sustinui, qui simul contristaretur: & alibi: Et fui flagellatus tota die*. ¶ Item ipse fuit huius exilii frequentator, fuit enim sicut peregrinus in mundo Psalm. *Et intrauit Israel in Ægyptum, & Iacob accola fuit in terra Cham*. ¶ Iste etiam fuit dulcis eloquii prædicator, sc. dum viueret in hoc mundo, Ps. *Et suscitauit testimonium in Iacob, & legem posuit in Israel*. Et Luc. 1. *Et loquebatur benedicens Deum*. ¶ Item iste fuit celsi fastigii imperator, quod sc. summe apparuit, quando triumphauit de morte resurgendo & ascendendo. Et ideo de isto etiam dicitur in symbolo Athanasii: Et incarnatus est de Spiritu sancto & resurrexit tertia die, & ascendit in cœlum, sedet ad dexteram patris, de dominio autem imperiali dicitur in Ps. *Et dominabitur a mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum*; & canit Ecclesia *Ecce aduenit dominator dominum, & regnum in manu eius, & potestas & imperium*. De perpetuitate autem ipsius dicitur in Psalm. *Et permanebit cum sole & ante lunam, in generatione & generationem*. Sicut enim dicitur Dan. 7. *Potestas eius potestas æterna, & regnum eius quod non auferetur*. ¶ Item iste (Et) fuit tuti refugii defensator. Ad imperatorē enim pertinet defendere gentem suam. Et ideo Christus verus imperator defendit & protegit omnes suos, vt de sanctis in isto Et, id est, in Deo sperantibus, & de Deo ipsos adiuuante & protegente dicitur Sap. 10. *Et fuit illis in velamento diei, & in luce stellarum nocte*. Et transtulit illos per mare rubrū, & transuexit eos per aquam nimiam, & ab altitudine inferorum eduxit illos. ¶ Item est & fuit magni stipendii præmiator, quia sc. iste & temporaliter & spiritualiter & æternaliter ditat & præmiat deuotos. Iste enim dat suis

Temporalia, vt nutriantur,<br>Scientialia, vt erudiantur,<br>Sacramentalia, vt reficiantur,<br>Spiritualia, vt prouehantur,<br>Æternalia, vt perpetua lætitia potiantur.

De temporalibus dicitur in Psalm. *Et dedit eis regiones gentium*. Et alibi. *Et eduxit eos cum argento & auro & non est in tribubus eorum infirmus*. De scientialibus dicitur in Psal. *Eduxit aquam de petra, & deduxit tanquam flumina aquas*. Petra enim est sacra scriptura, de qua aqua flumina, id est, diuersa scientiarum genera educuntur. De sacramentalibus dicitur in Psalm. *Et pluit illis manna ad manducandum, & pane cæli saturauit eos*. De spiritualibus autem & virtualibus dicitur in Psal. *Et mandauit nubibus desuper, & ianuas cæli aperuit. Et eduxit eos in nube diei, & tota nocte in illuminatione*. Illuminatio enim nihil aliud est, quam gratiarum infusio. De æternalibus vero, id est, de bonis æternis, quæ ab isto Et, idest. à Deo distribuūtur, dicitur Matth. 25. *Et tradidit illis bona sua. & vni quidem dedit quinque talenta, alii autem duo, alii vero vnum*. Et Lucæ 12. dicitur, quod *præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis*. Iste ergo fuit & est largi stipendii munerator. Iste enim (Et) amat & remunerat omnes iustos suos. Vnde de iusto beatificando canitur illud Eccl. 15. *Amauit eum dominus, & ornauit eum, stola gloriæ induit eum, & ad portas paradisi coronauit eum* ¶ Item dico, quod iste (Et) est & erit duri iudicii fulminator scilicet contra malos. Et ideo de seueritate sua dicitur in Psa. *Et occidit pingues eorum, & electos Israel impediuit, & conuertit in sanguinem flumina eorum & dedit erugini fructus eorum & tradidit grandini iumenta eorum, & possessionem eorum igni*. Ecce ergo quomodo Christus

Omnia faciens,

In car-

In carnem veniens,
Scelera diluens,
Tormenta subiens,
Exilium patiens,
Saluberrime erudiens,
Infernum adiens,
Ad cœlos rediens,
Suos defendendo protegens,
Iustis retribuens,
Malos puniens.

Potest intelligi per (Et) Patet ergo primum principale scilicet vnum Et, quod pertinet ad supernam diuinitatem.

D ¶ Secundo dico, quod in scriptura inuenitur vnum (Et) quod pertinet ad fraternam charitatem & bonitatem. Et enim vt dictũ est copulat & addit, & sic potest significare quemlibet virum iustum, quia sc. viri iusti sunt copulatiui, seipsos aliis charitatiue associando, & inter alios charitatiue conuiuendo & conuersando, & etiam inter discordes mediando, & eos ad concordiã reducendo. Vnde Apoc. 1. beatus Ioannes de ipso dicebat sic. *Ego Ioannes frater vester particeps & socius in tribulatione & regno.* Esa. 11. *Vitulus & Leo & ouis simul morabuntur, & puer paruulus minabit eos.* quasi dicat. Isti quidẽ morabuntur simul charitatiue conuersando, & puer minabit eos, inter eos mediando. Isti enim iusti non solum copulatiui sunt, vt dictum est, imo etiam additiui semper in melius proficiendo, & virtutes virtutibus aggregando, & vsq; ad æternam gloriam & fœlicitatem crescendo Luc. 2. *Crescebat & confortabatur plenus sapientia, & gratia Dei erat in illo.* Ad quod suadet scriptura Gen. 1. dicens, *Crescite & multiplicamini, & replete terram.* De tali ergo, Et, id est, de viro iusto sociatiuo, charitatiuo & bonorum aggregatiuo & multiplicatiuo possumus notare & dicere, quod iste multiplicatur.

Florendo per bonam affectionem,
Virendo per bonam conuersationem,
Madendo per deuotam lacrymationem,
Ardendo per feruentem dilectionem,
Viuendo per gratiam & deuotionem,
Manendo per perseuerantem durationem,
Videndo per limpidam contemplationem,
Gaudendo per æternam consolationem.

¶ Iustus enim per affectionem consueuit florere Psal. *Et florebit in æternum ante dominum* & Eccl. 24. *Et flores mei fructus honoris & honestatis.* ¶ Item per conuersationem consueuit virere Hier. 17. *Et erit folium eius viride, nec aliquando desinet facere fructum.* ¶ Item per lacrymationem solet madere Psal. 1. *Et erit tanquam lignum, quod plantatum est, secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo.* ¶ Item per dilectionem solet ardere. Luc. 12. *Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi vt ardeat?* ¶ Item per gratiam solet viuere, seu vigere. Vnde in Psal. *Et viuet, & dabitur ei de auro Arabiæ,* Aurum signat gratiam. ¶ Item per perseuerantiam solet manere Ps. *Et mansi in solitudine* Et Ioan. 15. *Et maneo in eius dilectione.* ¶ Item per limpidam contemplationem solet videre. Ezech. 1. *Aperti sunt cœli, & vidi visiones Dei* Et Io. 9 *Abij & laui & vidi.* ¶ Item per æternam gloriam solet gaudere Ps. *Exultabit Iacob, & lætabitur Israel.* & Esai 6. *Gaudens gaudebo, & exultabit anima mea in Deo meo.* Vnde de iustis simul associatis & iunctis dicitur Matth. 2. *Et videntes stellam, gauisi sunt gaudio magno valde & intrantes domum &c.* In Ps. *Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum.* Patet ergo, quomodo Et pertinet ad fraternam bonitatem.

E ¶ Tertio dico, quod Et, quandoque pertinet ad maternam charitatem. Non solum enim per Et intelligitur vir charitatiuus & augmentatiuus, vt dictum est, imo etiam ipsa charitas, quæ sc. habet ligare & coniungere, habet etiam augere, & virtutes alias cumulare. Charitas enim dicitur Et, quia coniungit Deum cum homine Apoc. 21. *Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & ipsi populi eius erunt, & ipse Deus cum eis, erit eorum Deus.* Coniungit etiam hominem cum Deo. Vnde in Ps. Dauid loquens Domino dicit; *Et ego semper tecum.* Ista etiam coniungit hominem cum homine. Ps. *Simul in vnum diues & pauper.* ¶ Et si vis, nota, quod ista dictio, Et, id est, charitas.

Mentem lætificat,
Carnem mortificat,
Vires fortificat,
Statum magnificat,
Gentes pacificat.

¶ Charitas (dico) mentem lætificat Psal. *Et immisit in os meũ canticum nouum, carmen Deo nostro.* ¶ Item solet carnem tristi[...] *Et posui vestimentum meum cilicium, & operui in ieiunio animam meam &c.* Item solet vires fortificare. Apoc. 2. *Et tenes nomen meum, & non negasti fidem meam.* Et Apoc. 2. *Sustinuisti propter nomen meum, & non defecisti &c.* Item solet seipsam magnificare Psalm. *Et benedictum nomen maiestatis eius in æternum* ¶ Item solet omnes pacificare Psal. *Factus est in pace locus eius, & habitatio eius in Sion.* Ecce ergo quomodo Et, signat internam charitatem.

¶ Quarto dico, quod Et signat externam prauitatem, quia scilicet per coniunctiuum & additiuum potest intelligi mala societas, quæ semper est malorum adunatiua & etiam auaritia seu cupiditas, quæ semper est terrenorum aggregatiua & cumulatiua Vel etiam possunt intelligi ipsi mali, qui sunt cum aliis malis & cum diabolo confœderatiui & coniunctiui, & vitiorum accumulatiui, & semper in deterius perfectiui, & terrenorum per auaritiam congregatiui. De mala malorum confœderatione dicitur in Psalm. *Et commixti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, & seruierunt sculptilibus eorum, & factum est eis in scandalum.* De malo malorum profectu & vitiorum cumulatione dicitur in Psalm. *Et apposuerunt peccare ei.* De eorum autem ditatione, & terrenorum acquisitione dicitur in Psalm. *Ecce ipsi peccatores, & abundantes in sæculo obtinuerunt diuitias.* Isti ergo sunt Et. ¶ Et si vis, notabis, quod dicuntur mali Et, quia sunt

Carnales & delitiosi,
Verbales & iniuriosi,
Fallaces & malitiosi,
Fugaces & defectuosi.

Sunt (dico) carnales & delitiosi seu luxuriosi Psal. *Et manducauerunt, & saturati sunt nimis.* Item sunt verbales & iniuriosi. Psalm. *Et male locuti sunt de Deo.* Item sunt fallaces & malitiosi. Psalm. *Et dilexerunt eum in ore suo, & lingua mentiti sunt ei.* Cor autem eorum non erat rectum cum eo &c. Item sunt fugaces & defectuosi [...]. *Et defecerunt in vanitate dies eorum, & anni eorum cum festinatione.* Sic ergo patet quomodo Et, in scriptura sumitur multis modis.

## Etenim.

A Cum Etenim sit aduerbium affirmandi, quod idem signat grammaticaliter quod (pro certo) possum dicere, quod per Etenim potest intelligi

Certitudo
- Dei carnem assumentis,
- Eius alte præsidentis,
- Eius pœnas sustinentis,
- Dei malos punientis,
- Eius bonos extollentis,
- Iusti Deo obsequentis,
- Impii Deum non timentis.

Etenim ergo signat certitudinem Dei clementiæ Psal. 85. *Etenim Dominus dabit benignitatem, & terra dabit fructum suum.* Item signat certitudinẽ suæ altæ præminentiæ Ioan. 13. *Vos vocatis me Magister & Domine, & bene dicitis, sum etenim.* Item signat certitudinẽ suæ mœstitiæ, suæ passionis & tristitiæ 1. Cor. 5. *Etenim pascha nostrum immolatus est Christus* Item signat certitudinem suæ iustitiæ Psal. *Etenim sagittæ tuæ transeunt, vox tonitrui tui in rota* Psal. *Etenim correxit orbem terræ, qui non commouebitur.* Et Heb. 12. *Etenim dominus noster ignis consumens est.* Item signat certitudinem suæ munificentiæ. Ps. *Etenim benedictionem dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus Deorum in Sion.* Item signat certitudinem nostræ obedientiæ Psalm. *Etenim passer inuenit sibi domum, & turtur nidum, vbi reponat pullos suos, altaria tua domine virtutum.* Passer enim est anima deuota, quæ scilicet apud altaria Dei, id est, in religione & statu obedientiæ domum inuenit atque nidum Psal. *Iudica domine [...]ra &c.* Sequitur. *Etenim seruus tuus custodit ea, in custodiendis illis retributio multa.* Item signat certitudinem incredulitatis & obstinatæ malitiæ &c. Psalm. *Etenim non credentes inhabitare Dominum Deum &c.* Vide de hoc titulum Enim.

## Etheus.

A Ethi fuerunt quidam populi, qui terram promissionis inhabitauerant, sed per aduentum filiorum Israel partim subiecti fuerunt. Et credo, quod Sydonii & Tyrii fuerunt reliquiæ Etheorum. Interpretatur autẽ Etheus, stupens, aut formidans, seu stupidus, aut formido. Vrias autem fidelis miles, quem Dauid occidi fecit, de isto populo, id est, de reliquiis huius populi fuit, sicut dicitur 2. Reg. 11. Vnde ibidem dicitur, *Seruus tuus Vrias Etheus mortuus est,* & quæ sequuntur.

## Euadere.

A Nota, quod euadere sumitur pro eripi, liberari & fugere, vel exire. Pertinet ergo ad illum, qui fuit in angustia vel dolore, qui scilicet cupit euadere & saluari. Cum ergo sint generaliter tria mala, videlicet

Pœniten-

Pœnitentium, qui euadunt malum spirituale,
Sapientum, qui euadunt malum temporale.
Triumphantium, qui euadunt malum æternale.

¶ Est ergo euasio à loco periculoso, scilicet à statu peccati, à quo solent homines euadere, quando per pœnitentiam fugiunt, & in statu gratiæ, qui est locus securitatis se ponunt, sicut dicitur Deuter. 4. quod ciuitates refugii institutæ sunt, ad quas euadere poterat, qui homicidium commiserat. Talis ciuitas est gratia & pœnitentia, quia sc. qui ad istam euadit, & eripitur, qui animam suam per peccatum occidit, & ex hoc at Hier. 50. *Vox fugientium & eorum, qui de terra Babylonis euaserunt.* Vox, quasi fugientium quasi dicat, ad talem euasionem [illegible] vox confessionis, & fuga totius malæ occasionis.

¶ Item est euasio ab onere bonorum. & sic euadunt illi, qui per prudentiam sciunt euadere mundi tribulationes vel etiam eas per patientiam superare. Illi qui onus temporalium bonorum sciunt & volunt per paupertatem voluntariam declinare Iudi. 15. *Relictis omnibus euadere conabantur.* Isti enim videntur gloriari quia aliis in mundi periculis manentibus, ipsi se sentiunt liberatos, exemplo illius nuncii Iob, qui aliis mortuis dicebat Iob 1. *Euasi ego solus vt annunciarem tibi.* ¶ Idem est euasio à tormento periculoso, scilicet [illegible] periculo infernali, quod scilicet propter euaserunt beati. Vnde de periculo maris dicitur Act. 27. quod *fracta naui factum est periculum vt omnes animæ euaderent ad terram*, vt sic quilibet beatus possit de diabolo dicere illud 2. Cor. 11 *Euasi manus eius in nomine domini &c.*

**Euacuare.** Vide in titulo vanitas, in litera V.

A **Euaginare.** Cum euaginare nihil aliud sit, quam gladium de vagina sua extrahere, notare possum quod secundum diuersitatem gladiorum inuenitur diuersitas euaginationum. Signat enim gladius iracundiam & punitionem, verbum Dei & orationem, euaginatio vero signat huius gladii executionem, & actuum applicationem, sicut vagina signat huius gladii correctionem. Dicam ergo, quod inuenitur Euaginatio

Malorum, quæ fit contra bonorum innocentiam,
Bonorum, quæ fit contra malorum iniustitiam,
Dei & sanctorum, quæ fit contra reproborum insolentiam.

B ¶ Dico ergo primo, quod mali euaginant gladios suos, vt lædant homines innocentes, quia scilicet

Euaginant gladium { Crudelitatis ad lædendum corporaliter, Linguæ ad infamandum personaliter, Malitiæ ad malignandum pertinaciter. }

De ista euaginatione dicitur in Psal. *Gladium euaginauerunt peccatores, intenderunt arcum suum.*

C ¶ Item secundo iusti euaginant gladios, vt corrigant fatuos delinquentes, quia scilicet

Prælatus euaginat gladium iustæ correctionis,
Doctor gladium prædicationis,
Religiosus gladium orationis,
Primo gladio percutitur malus subditus,
Secundo gladio percutitur peccator obstinatus,
Tertio gladio percutitur diabolus effrenatus.

Iosue 5. *Vidit Angelum euaginatum tenentem gladium.* Item est gladius Petri, qui reponi præcipitur in vaginam Io. 18. *Mitte gladium tuum in vaginam*, quia gladius iustitiæ & punitionis vel etiam excommunicationis pro certo

Magis est { Reponendus, quam extrahendus, Hebetandus quam acuendus, Retinendus, quam vibrandus. }

Eze. 21. *Reuertere in vaginam tuam ô mucro domini.* Quod tamen est contra multos crudeles iudices & magistros, qui gladium istum faciliter euaginant. Vnde isti videntur dicere illud Eze. 21. *Mucro, mucro euaginare ad occidendum.* Imo etiam isti de baiulis & filiis suis gloriantur, quando gladios euaginatos habent, & ad occidendum paratos. Iud. 9 *Euagina gladium tuum, & percute me.*

D ¶ Item tertio dico, quod Deus & Angelus euaginant gladios suos vt puniant impios decedentes: quod scilicet fiet in iudicio quando Dominus dicet illud Deut. 32. *Euaginabo gladium meum, & interficiet eos manus mea* Vide de Gladio.

A **Euangelium, Euangelizare.** Nota, quod euangelium dicitur ab Eu, quod est bonum, & Angelus, quod est nuncius, seu Angelos, quod est nuncium, quasi bonum nuncium. Est etiam euangelium ipsa fides & regula legis nouæ, & ipsa doctrina Domini Saluatoris. Euangelista vero Dei, qui istam legem credit, prædicat, aut sectatur. Notandum ergo est, quod euangelizare est officium, scilicet,

Dignitatis, quia dominicum,
Puritatis, quia angelicum,
Veritatis, quia catholicum,
Vtilitatis, quia fructiferum.
Tranquillitatis, quia pacificum,
Subtilitatis, quia scientissimum.

Dico ergo, quod euangelizare est officium dominicũ, quo probatur ipsius dignitas. Ipse enim legitur euangelizasse & prædicasse, & euangelicam veritatẽ verbo suo confirmasse. Vnde Luc. 8 dicitur, quod *Christus iter faciebat per ciuitates euangelizans, & prædicans regnum Dei* ¶ Item istud est officium euangelicum, quo probatur ipsius puritas. Angeli enim qui sunt purissimi, euangelizasse leguntur. In quo notatur, quod prædicatores seu euangelistæ puri & Euangelici esse tenentur. Luc. 2. dixit Angelus, *Euangelizo vobis gaudium magnum.* Vnde Apoc. 14. dicitur, quod *ipse vidit angelum habentem euangelium, vt euangelizaret sedentibus super terram.* ¶ Item est officium catholicũ, quo probatur ipsius veritas. Scriptura n. euangelica verissima est, quia ab ore veritatis deprompta, & ipsius euangelizatores veri, fideles & catholici debent esse. Gal. 2. *Veritas Euangelii permaneat.* ¶ Item est officium fructiferum, quo probatur eius vtilitas, quia scilicet fructus gloriæ Paradisi per hoc euangelizatur, & annunciatur, qui est vtilissimus. Vnde Eph. 3 *Mihi autem omnium sanctorum minimo data est gratia in gentibus euangelizare inuestigabiles diuitias gratiæ* Dei. ¶ Item est officium pacificum, quo probatur eius tranquillitas. Prædicatores enim debent esse homines pacifici & benigni, quia scilicet euangelium pacis, quod tempore pacis, à Deo pacis factum est, euangelizant. Euangelizant enim euangelium pacis, vt dicitur Eph. 6. *Calceati pedes in præparatione euangelii pacis.* Et ideo euangelizantes pacifici esse iubentur Ro. 10. *Quam speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona.* ¶ Item est officium scientificum, quo probatur eius subtilitas, seu sagacitas. Prædicatores enim debẽt esse viri scientifici, & contemplatiui, & diuinæ reuelationis receptiui, scriptum est enim in Psalm quod *dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa*, Et Esa. 40. dicitur, *Super montem excelsum ascende tu, qui euangelizas Sion*, quia scilicet talis debet à Deo illuminari, & diuinis verbis per reuelationem informari, & in monte contemplationis iugiter conuersari. ¶ Et breuiter dico, B quod Euangelium est

Firmiter credendum,
Aperte fatendum,
Diligenter colendum,
Viriliter defendendum.

Firmiter (dico) credendum. Mat. 3. *Pœnitemini, & credite euangelio.* Aperte etiam seu publice fatendum. Rom. 1. *Non enim erubesco Euangelium.* Diligenter colendum. 2. Tim. 1. *Collabora in Euangelio:* Viriliter insuper defendendum. Philip. 1. *Habeo vos in defensione & confirmatione socios euangelii.* Præmissa enim omnia scilicet credere, dicere, colere & defendere, alta contemplari, pacifice conuersari, & puritatem sectari, sunt opera quæ decent prædicatores & euangelistas. De quo 2. Tim. 4. *Tu vero vigila, in omnibus labora opus fac euangelistæ, sobrius esto &c.* Vide etiam infra de titulo prædicare &c.

**Euge.** Nota, quod Euge est interiectio, quæ quandoq; est derisiua, quandoq; congratulatiua. Est, dico, quandoq; congratulatiua, & pertinet ad Dei charitatem. Et sic loquitur Deus beatis & benemeritis & ad cœlestem gloriam acceptatis Luc. 19. dicens. *Euge serue bone & fidelis, intra in gaudium domini tui.* Et idem Matth. 25. Quandoque etiam est derisiua, & pertinet ad malorum superbiam & prauitatem Psalm. *Ferant confestim confusionem suam qui dicunt mihi Euge, Euge.* Signat ergo derisionem & contemptum, quas nunc à malis sustinent boni. Psalm. *Dixerunt, Euge, Euge, viderunt oculi nostri.* Signat etiam derisionem, quam in inferno à dæmonibus sustinebunt damnati. Quam derisionem petebat euitare Dauid dicens in Psalm. *Dicant in cordibus suis, Euge, Euge, animæ nostræ, nec dicant, deuorabimus eum &c.* Vide supra, vbi deridere. A

**Euellere.** Nota, quod euellere idem est, quod eradicare, extirpare, & aliquid de loco suo tollere & auferre. A

ferre. Et potest accipi in bono; veruntamen communiter accipitur in malo. ¶Primo in bono accipitur, & significat mutationē, scilicet,

De {Mundo ad claustrum,
Sæculo ad paradisum,
Infidelitate ad fidem,
Peccato ad gratiam,

Sicut enim bonæ herbæ solent euelli, & eradicari de exterioribus syluis & nemoribus, vt in hortis & viridariis transplantētur: sic Deus de sylua peccati, seu mundi prædestinatos suos per gratiam & vocationem, seu etiam finaliter per mortis affectionem eradicat & euellit, vt in spirituali horto suo, scilicet

In Ecclesia per fidem,
In regulatione per conuersationem, vel etiam
In Paradiso per beatitudinem transplantentur.

Et sic fuerit dictum Hie. 1. *Ecce te constitui super gentes & regna, vt euellas & destruas, & ædifices, & plantes.* Boni enim per mortem destruuntur & euelluntur, vt in Paradiso ædificentur & plantētur. Hie. 31. *Sicut vigilaui super eos vt euellerem & demolirer, dissiparem, disperderem, & affligerem, sic vigilabo super eos vt ædificem & plantem.* Ista est ergo euulsio bona & virtuosa, in quantum scilicet, Euellere potest accipi in bono.

B ¶Secundo dico adhoc; quod euulsio communiter accipitur in malo. Et sic possum notare, quod euellere est aliquid ex toto pellere & corrigere. Et sic possumus dicere, quod est

Euulsio {Crudelitatis,
Aduersitatis,
Pœnalitatis.

¶Prima est euulsio, qua pauperes à raptoribus de domiciliis euelluntur. De qua Ezech. 17. *Aquila grandis venit ad Libanum, tulit medullam Cedri, summitatem frondium eius euulsit.* Aquila grandis est crudelis & raptor, qui Cedros, id est, subditos frequenter solet visitare, vt si modes bonorum suorum exteriorum possit per rapinam ab eis euellere & auferre.

¶Secunda est euulsio, qua diuites per infortunia subuertūtur. Multos enim videmus euulsos & euersos à fortuna, qui per ipsam plantati fuerant, & erecti. Ideo fortuna potest dicere illud Hierem. 45. *Quos plantaui, ego euello.*

¶Tertia euulsio est, qua impii per mortis imperium destruuntur, de quibus dicitur in Psalm. *Euellet te, & eradicabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viuentium.* Sicut enim herba euellitur, vt in sterquilinio ponatur, & ab equis & bestiis comedantur, vel vt siccata incendiis exponatur: sic vere mali de mundo & de vita ista per mortem euelluntur, vt in inferni sterquilinio positi, à bestiis, i. e. à dæmonibus deuorentur, & vt perpetuis incendiis comburantur. Psa. *Fiant sicut fœnum tectorum, quod priusquam euellatur, exaruit.* Et proprie tales dicuntur euulsi, quia sicut arbor, quādo euellitur, nihil de ea remanet, quia scil. vsq; ad radicem eradicatur: sic vere talium mors propria est euulsio, quia sci. post ipsos nihil remanet de ipsis, quia nec fama, nec substantia, nec memoria. Nomen enim, & fama talium perditur, & substantia eorum post mortem dispergitur, memoria vero sua obliuiscitur. Ideo in persona talium loquitur Iob 19. *Expoliauit me gloria mea, abstulit coronam de capite meo, & destruxit me vndique, & pereo, & quasi euulsæ arbori abstulit spem meam.* Sic ergo patet, quod duplex est euulsio, scilicet, bona & mala. Vide supra de Eradicare.

A **Euenire, Euentus.** Nota, quod euenire idem est, quod accidere, seu aduenire. De fortuitis ergo & subitis accidentibus & euentibus rerū, quæ scilicet ab occulta Dei prouidentia insperato procedunt, multa possunt dici, sed breuiter transeo. Hoc solū nota, quod inuenitur

Euentus {Necessitatis,
Prosperitatis,
Asperitatis.

Euentus necessitatis contingit cunctis viuētibus. Et iste est euētus mortis. Eccle. 9. *Eadem cunctis eueniunt.* Euentus prosperitatis contingit iustis credentibus, quia sc. iustis eueniūt finaliter prospera, vel in hoc sæculo, vel in futuro. 2. Par. 20. *Credite Prophetis eius, & cuncta euenient prospera.* Euentus aduersitatis contingit mœstis lugentibus. Iob. 3. *Timor, quem timebam, euenit mihi.*

¶Aduerte ergo, quod euentus rerum, & futura contingentia debent præcogitari, & per prudentiam præueniri. Sap. 8. *Signa & monstra scit, antequam fiant, euentus temporum & sæculorum.* Cogitare enim debet homo, quod euentus prosperi possunt aspero fine claudi, vt non infletur. Et euentus asperi plerumque bono fine clauduntur, vt propter hoc non turbetur. Mens enim humana debet esse solida atque firma contra biformes euentus fortunæ, & scire, quia sicut dicitur 2. Reg. 11 *Varius est euentus belli, & nunc hunc, & nunc illum consumit gladius.* Ideo si infortunatus euentus eueniat tibi, constanter debet sustinere, & virili animo tolerare. Exemplo Tobiæ, de quo dicitur Tobi. 2. quod non est contristatus cōtra Deum, quod plaga cæcitatis euenerit ei, &c. Vide supra de Aduenire, & Accidere, & de Contingere.

**Euertere.** Nota, quod euertere idem est, quod ex toto vertere, vel extra vertere, destruere, vel euellere. Est ergo A

Euersio {Pœnitentiæ, qua euertitur machina vitiorum,
Iniustitiæ, qua euertitur sectes animorum,
Pestilentiæ, qua euertitur gloria malignorum.

¶Est (dico) euersio pœnitentiæ, quæ vitia subuertit. Vnde de muliere, id est, de ratione, quæ drachmam gratiæ per peccatum perdiderat, dicitur Luc. 15. quod *ipsa euertit domum*, id est, congeriem vitiorum, *& quærit diligenter, donec inueniat.* De Hieremia etiam dicitur Ecclesia. 49. quod *consecratus est Propheta euertere & perdere.*

¶Est etiam euersio iniustitiæ, quæ animos peruertit. Mens enim quorundam per obstinationem & peccata quasi totaliter euertitur, & omnis virtutum machina in eis dissipatur. Quam euersionem timens Dauid dicebat. *Impulsus euersus sum, vt caderem, sed Dominus suscepit me.* Et Dan. 13. de malis senibus dicitur, quod *euerterunt sensum suum, & declinauerunt oculos suos, vt non viderent cælum, & non recordarentur iudiciorum iustorum.*

¶Est insuper euersio pestilentiæ, quæ malignos euertit, quia scilicet mali tyranni à Deo per infortunia quandoq; temporaliter, semper autem æternaliter destruuntur, & eorum status & gloria dissipantur. De malis enim & simoniacis prælatis dicitur Matt. 21. quod *Christus cathedras vendentium euertit.* De tyrannis etiam dicitur Sapient. 5. quod *malignitas euertet sedes potentium, &c.* Vide supra de titulo Destruere, & similibus.

**Euphrates,** Fluuius, Mesopotamiam à Syris diuidens, in montibus maioribus Armeniæ visibiliter in Paradiso vero terrestri subterraneæ & inuisibiliter, portū sumens tandem in mare Persicum, iuncto sibi fluuio Tigride se diffundens. Interpretatur autem Euphrates frugifer, vel crescēs, vel humus, aut puluerulentus. Igitur per istum potes notare omnia, quæ de fluuio inferius annotantur. Significat enim A

Gratiam, qua cuncta vegetantur,
Scientiam, qua mores augmentantur,
Vitam præsentem, qua fluctus agitantur,
Mortem sequentem, qua cuncta terminantur.

Omnia prosequere, & concorda, si vis, quia omitto gratia breuitatis.

**Euigilare.** Cum euigilatio nihil aliud sit, quam à somno, vel à dormitione excitatio, videtur, quod secundum diuersa genera somniorum, diuersa sunt genera vigilationum. Dicam ergo breuiter, quod euigilat A

Deus malos ad puniendum,
Iustus ad bona faciendum,
Impius ad malum prosequendum,
Mortuus ad vitam resumendum.

¶Primo (dico) quod est quædam euigilatio, quæ denotat Dei iustitiam. Patientia n. Dei videtur esse quidam somnus, Deus n. tunc videtur dormire, malorum crimina patienter ferendo. Stimulus tamen suæ iustitiæ ipsum quandoq; excitat & euigilat, & ad puniendum impios se armat. Scelera enim humana quandoque excitant Dei iustitiam, vt feriat. Hier. 51. *Euigilabit contra Babylonem cogitatio Domini.* Et in Psa. *In ira excitauerunt excelsum in iniquo.* Miseriæ vero & clamores pauperum & tribulatorum excitant suam clementiam, vt eis succurrat, & subueniat. Ista duo lethargicum excitant, scilicet, quando pungitur, & quando circa eum clamatur. Sic Deus suscitatur à somno suæ dissimulationis, vel per puncturam malæ & horrendæ malorum actionis, vel per clamorem feruentis bonorum orationis. Iob 8. *Si diluculo surrexeris, & ad omnipotentem fueris deprecatus, euigilabit ad te, & placatum reddet tabernaculum tuū.* In Psal. dicitur: *Et excitatus est tanquam dormiens Dominus:* & sequitur: *Et percussit inimicos suos in posteriora.* Ista est ergo excitatio, seu euigilatio, quæ denotat Dei iustitiam.

¶Secun-

B ¶ Secundo dico, quod inuenitur euigilatio, quæ stimulat iustitiam. Iusti enim per pigritiam quandoque dormite quo ad benefaciendum videntur. Et ideo necesse est ad euigilandum, quod vel per Dei tribulationes, vel per superiorum minas & orationes, vel per diuinorum iudiciorum tonitrua & comminationes, vel per fumi infernalis considerationes stimulentur & excitentur. 1. Corinth. 2. *Euigilate iusti, & nolite peccare.* Ista enim est Euigilatio

- A peccato, cum incipimus culpas horrere,
- Ab ignorantia, cum incipimus clare videre,
- A pigritia, cum incipimus bona vigere, seu bona opera exercere.

Euigilant ergo boni peccata diluendo per contritionem. Vnde de Petro in carcerato & catenato legitur Actor. 12. quod *Angelus percussit latere eius excitauit eum, dicens: Surge velociter.* Angelus enim, id est ratio, latus conscientiæ peccatoris carcere peccati detenti, & catena mala consuetudinis ligati, per contritionem percutit, & peccato ipsum expergiscens excitat, & reducit. Gen. 45. *Iacob autem quasi de graui somno euigilans, &c.* Item euigilant secreta meditatione per contemplationem. 3. Reg 3. *Euigilauit Salomon, & intellexit, quod Dominus* [illegible] Esdræ 2. dicitur, quod *multi, quorum sensus excitatus est, ascenderunt in Hierusalem.* Item euigilant & excitantur a [illegible] dum per bonam operationem. Eccles. 6. *Si videris* [illegible], *euigila ad eum.* Sequitur: *Cogitatum habe in præceptis Dei.* [illegible] enim valde mane excitantur ad opera, & qui [illegible] dormierant, mane euigilant ad agenda. Pone, si vis, quod [illegible] Orbe [illegible] bestiola in ortu caniculæ euigilat, & tripudiat, quod [illegible] & [illegible] abijt, insilentque vapores ignei Solis, vt [illegible] floribus, herbasque proferat, & fructus, sicut alibi dixi. [illegible] ergo [illegible], & contra obstinatos, quomodo sicut glires & [illegible] difficulter euigilant, sic mali Iob. 14 *Donec atteratur cælum non euigilabunt.* Multi enim sunt, qui ita fortiter dormiunt [illegible], quod non, nisi forti clamore prædicationis, vel forti concussione tribulationis excitari possunt. De Lazaro [illegible], quod ad eius excitationem necessarium fuit [illegible] & etiam ipsius clamor & eloquentia. Legitur enim Christum fleuisse, & alta voce clamasse, *Lazare, veni foras.* Sic vere ad hoc, quod Lazarus, id est, peccator, quatriduanus & fœtidus, & malis consuetudinibus inuolutus, & sub lapide duræ obstinationis sepultus excitetur, & euigilet à peccato, necesse est, quod Christus præsentialiter per suæ gratiæ [illegible] & quod vox scripturæ vel prædicationis intercedat per [illegible] bonorum exhortationem Ioan 11. *Lazarus amicus noster dormit, vado, vt à somno excitem illum.* Est ergo euigilatio, quæ [illegible] pigritiam.

¶ Tertio dico, quod est quædam euigilatio, quæ agitat mali [illegible] ad malum euigilant, & ad malos actus ex[illegible] & [illegible]. Vnde & ebriosus dicit Prouerb. 23. *Quando* [illegible] *merum reperiam.*

D ¶ [illegible] co, quod erit quædam euigilatio, quæ deuincet mortem [illegible], scilicet, resurrectio vltima. De qua dicitur Dan c. 12: *qui dormiunt in puluere terræ, euigilabunt, &c.* Vide infra de Vigilare, & supra de Dormire, & infra de Exurgere, &c.

A **Eum. Ei. Eo, &c.** Vide infra post Eacutere.

A **Eunuchus.** Eunuchus est ille, qui truncatis genitalibus est castratus. In quibusdam enim partibus iuuenes [illegible], vt ipsis prouectis mulierum custodia securius [illegible]. Signat enim eunuchus in bono, & in malo. In bono [illegible] castitatem atque munditiam, in malo vero designat sterilitatem [illegible] impotentiam. Dico ergo, quod teste scriptura *sunt eunuchi, qui sic ex vtero matris nati sunt,* & isti sunt illi, quos [illegible] inhabiles reputamus. Sunt eunuchi, *quos fecit* [illegible] *violentia,* scilicet illi, qui ex certa scientia castrantur & detruncantur. Vnde ad idem: *Sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus. Sunt eunuchi, quos fecit virtutis continentia,* illi scilicet qui seipsos, quantum ad actus libidinis, castrant, & in castitate & munditia perseuerant. Vnde ad idem: *Sunt eunuchi, qui se castrauerunt propter regnum cælorum.*

¶ [illegible] am ergo moraliter, quod per eunuchos significantur quandoque viri steriles & vitiosi, quandoque viri nobiles & virtuosi.

¶ Primo dico, quod eunuchitas signat omnium virtutum sterilitatem. Peccatores enim eunuchi dicuntur,

[illegible]

Quia
- Virtutem generatiuam bonorum operum perdiderunt,
- Vires constantis fortitudinis, & virilem audaciam amiserunt,
- Barbam atque prudentiam dimiserunt,
- Cantum spiritualem, id est, Dei laudem & gratiarum actionem promere cessauerunt.

Animalia enim castrata

Perdunt
- Audaciam & fortitudinem, patet, quia bos & capo non ita pugnant, sicut taurus & gallus.
- Decentiam & pulchritudinem, quia scilicet homo perdit barbam & gallus cristam.
- Lætitiam & mentis latitudinem.
- Generandi efficaciam, & perductiuam aptitudinē.

Sic vere dico, quod peccatores

Perdunt
- Audaciam, & contra tentationes nesciunt pugnare.
- Decentiam, quia cristam & barbam, id est, honestā & virilem conuersationem nesciunt gestare.
- Lætitiam, quia Deum laudando nesciunt cantare.
- Generandi potentiam, quia bona opera nesciunt generare.

De talibus ergo eunuchis & peccatoribus dicitur Genes. 40. *Accidit, vt peccarent duo eunuchi Pharaonis, iratusque contra eos, misit eos in carcerem.* Breuiter ergo tales eunuchi, id est, peccatores, æterna gloria priuabuntur. Vnde Deuter. 23. dicitur: *Non introibit eunuchus attritus aut amputatis testiculis in templum Domini.* Ista est ergo eunuchitas, quæ signat virtutum omnium sterilitatem. D

¶ Secundo dico, quod eunuchi signant omnium virtutum pluralitatem. Eunuchi enim, qui à carnis immunditia sunt liberi, viros puros & mundos designant, qui per votum continentiæ, vel per constantiam boni propositi sese castrant, & societatem castratarum personarum frequentant. Hester 2. *Aegeus eunuchus custos virginum.* Sicut ergo eunuchi troncati & castrati

Sunt
- Puritatis maioris,
- Pietatis amplioris,
- Dignitatis eminentioris,

(Solent enim palatia frequentare, regum seruitijs insudare, & reginas & regum filias custodire, & cum eis habitare, sicut dicitur 4. Reg. 20. *Erant eunuchi in palatio regis,* & in multis alijs locis.) Sic dico, quod illi, qui spiritualiter sunt casti & castrati,

Sunt
- Mundi per innocentiam,
- Pij per clementiam,
- Et erunt digni per finalem dignitatem & eminentiam.

De pietate enim talium habemus exemplum Hierem. 38, in Abdemelech Æthiope eunucho, qui Hieremiam à lacu extrahi procurauit, & eum de mortis periculo liberauit. De puritate habemus exemplum Act. 8. de illo eunucho Candacis reginæ Æthiopum, qui venerat ad adorandum in Hierusalem, & fuit baptizatus, lotus, & purificatus. De finali vero dignitate & cæli fœlicitate, quæ talibus dabitur, dicitur Esa. 56. *Non dicat eunuchus, ecce ego lignum aridum, quia hæc dicit Dominus eunuchis: Dabo eis in domo mea, & in muris meis locum & nomen melius à filijs & filiabus, &c.* Vide supra de Castitate, & Castrare, & similibus.

**Euomere.** Vide infra de Vomere.

A **Ex.** Nota, quod ista præpositio Ex, semper signat aliquam causam, siue efficientem, siue formalem, aut certe materialem, aut finalem, siue quocunque modo principiatiuam. Semper enim videtur supponere pro termino inchoatiuo, & alicuius rei vel negotij productiuo. Sic ergo dico moraliter, quod Ex significat

Æternam diuinitatem,

Processum
- Filij à patre,
- Filij à matre,
- Spiritus sancti à filio & à patre,
- Bonorum omnium ab ipsa beatissima Trinitate.

Virtutum vtilitatem,
Bonorum societatem,
Gratiæ fœcunditatem,
Æternæ gloriæ satietatem,
Dei filij humanitatem,
Cœlorum immensitatem,

Dæmonum peruersitatem,
Terrenam vanitatem,
Mundanam varietatem.

¶ Primo ergo dico, quod Ex signat processum, qui spectat ad summam diuinitatem, & sic signat processum filij, dico, à patre. Ioan. 8. *Ego autem ex Deo processi.* Filij etiam à virgine matre. Num. 24. *Orietur stella ex Iacob*, Et in symbolo Apostolorum: *Natus ex Maria virgine.* Spiritus sancti à filio & à patre.* Vnde in symbolo Athanasij: Qui ex patre filioque procedit. Bonorum etiam omnium ab ipsa beatissima Trinitate. Ioan. 8. *Qui ex Deo est, verba Dei audit, propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.* Sicut enim omnes radij luminis sunt ex sole, sicut ex quodam principio causatiuo: sic omnes iusti & omnes iustorum virtutes ex Deo procedunt, & per quandam spiritualem emanationem ab eodem oriuntur & fluunt. Vnde Apostulus dicebat 2. Cor 3. *Non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis, tanquam ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est.* Non solum autem bona, imo etiam omnis boni causæ ex Deo sunt. Vnde Ioan. 4. *Nos ex Deo sumus, qui autem non est ex Deo, non audit nos.* Signat ergo Ex processum, qui spectat ad supremam diuinitatem.

B ¶ Secundo dico, quod signat processum spectantem ad virtutum vtilitatem. Iustus enim & sua iustitia ex virtutibus procedunt. De veste enim sacerdotali dicitur Exod. 28. quod *ipsa quoque textura, & cuncta operis varietas erit ex auro, & hyacintho, & purpura, coccoque bistincto.* De ciuitate etiam noua Hierusalem dicitur Apoc. 21. quod *structura muri eius erat ex lapide Iaspide, ipsa vero ciuitas aurum mundum.* Vnde in hymno canimus: *Platea & muri eius ex auro purissimo:* Sic re vera dico, quod ciuitas noua Hierusalem, id est, interior conscientia; vestis sacerdotalis, id est, exterior apparentia; ex auro & Iaspide, id est, ex virtutum pretiositate contexitur, & varijs bonis habitibus, operibus, & actibus fabricatur. Oritur enim ex bono cogitatu interiori. Matth. 12. *Ex abundantia cordis os loquitur.* Item ex affatu exteriori. Ibid. *Ex verbis tuis iustificaberis.* Item ex fructu seu actu vberiori & vtiliori. Ibid. *Ex fructu arbor cognoscitur.* Signat ergo Ex processum spectantem ad virtutum vtilitatem.

C ¶ Tertio dico, quod Ex significat processum spectantem ad iustorum societatem. Ex enim denotat congregationem bonorum. Actor. 2. *Erant autem in Hierusalem viri religiosi, ex omni natione, quæ sub cælo est.*

D ¶ Quarto significat processum spectantem ad gratiæ sinceritatem. Vnde de gratia baptismi dicitur Ioan. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non intrabit in regnum cælorum.*

E ¶ Quinto signat cœlestis gloriæ societatem Psal. *Cibauit eos ex adipe frumenti, & de petra melle saturauit eos.*

F ¶ Sexto dico, quod Ex signat Dei filij humanitatem, & sui sacramenti bonitatem. Vnde Luc. 1. de Christi incarnatione dicit beata virgo: *Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* De sacramento vero altaris dicitur Ioan. 6. *Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.*

G ¶ Septimo dico, quod Ex significat immensitatem testimonij Gen. 1. *Vocauit Deus firmamentum cælum.* Cœlum vero moraliter diuinam scripturam repræsentat, de qua in glossa interlineari, super Verbo, Fiat firmamentum in medio aquarum. Gen. 1. dicitur: *Cælum sicut liber plicabitur.* Et Apoc. 6. *Cælum recessit sicut liber inuolutus.* Vere cœlum, id est, sacra scriptura liber inuolutus & plicatus est, ita vt nulla arte, nullo ingenio, nulla ratione possit commode explicari, vel alicuius calami longitudine mensurari, quin potius iuxta Psalm *Ex hoc os hoc inclinat & inducit*, puta de sensu historico in allegoricum, & de litera ad intelligentiam moralem, de terrenis ad cœlestia, de humanis ad diuina, ita vt iure poteris de illa dicere illud Iob. 11. *Excelsior cælo est, profundior inferno, longior terra mensura eius, & latior mari.* Signat ergo Ex cœlorum immensitatem. Psal. *Ex hoc in hoc, &c.*

H ¶ Octauo dico, quod in malo signat malorum omnium communitatem & processum, qui spectat ad diaboli peruersitatem. Omnes enim mali ex diabolo procedunt. Ioann. 8. *Vos ex patre diabolo estis.* Et Ioan. 10 *Non creditis, quia non estis ex ouibus meis.*

I ¶ Nono signat bonorum terrenorum vanitatem & inualiditatem. Ioan. 4. *Omnis, qui bibit ex hac aqua, sitiet iterum*, quasi dicat ista non replet.

K ¶ Decimo signat mundi status varietatem & mutabilitatem. Psal. *Et inclinauit ex hoc in hoc, veruntamen fex eius non est exinanita, bibent omnes peccatores terræ, &c.*

# Exaltare.

Nota, quod exaltare idem est, quod extra saltare. Vnde exaltatio idem est, quod quædam excellens & superior, saltatio & eleuatio, & potest significare in bono, & malo. Diuide, sicut in alijs titulis similibus. Et ideo vide supra de Altitudine, vbi ponitur illa auctoritas, scilicet, *Ascendam super altitudinem nubium.* Et adiunge illud: *Super astra cæli exaltabo solium meum.* Item vide supra de Eleuare, vbi exponitur illa auctoritas: *Ecce intelliget seruus meus Iacob, eleuabitur & exaltabitur, & sublimis erit valde.* Item vide supra de titulis Ascendere, Ambitione, Erigere, & infra de Sublimitare; & vide supra de verbo Adducere, vbi exponitur illa auctoritas: Eleuauit me spiritus, & adduxit in Hierusalem. Et infra de Excelso. Vide, si vis, in Mauritio, de Exaltatione Christi, vbi satis bene prosequitur. ¶ Sed si vis, dic, quod in scriptura reperitur multiplex eleuatio, promotio, seu honoratio, videlicet, A

Eleuatio { Dei, Impij, Iusti.

Nam { Deus exaltatur humanis vocibus, Impius exaltatur humanis opibus, Iustus exaltatur diuinis nutibus.

¶ Primo ergo dico, quod inuenitur exaltatio Dei, qui exaltatur laudibus humanorum. Exaltatio enim Dei nihil aliud est, quam eius laus & honoratio, & suæ potentiæ æstimatio & cogitatio. Deus enim de se nec minuitur, nec exaltatur, sed ex æstimatione humana eius virtus & magnificentia exaltabilis prædicatur. Proprie autem Deus altus & exaltatus dicitur, quia eius altitudinis & immensitatis cogitatio nunquam ab humano corde attingitur, imo quanto plus cogitauerimus, & locuti fuerimus de eodem, ipsumque cognoscere tentauerimus, tanto supra cognitionem nostram amplius exaltatur Psalm. *Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus.* Eccles. 43. *Glorificate Dominum, quantumcunque potestis, superualebit adhuc, & admirabilis magnificentia eius. Benedicentes Dominum, exaltate eum, quantum potestis: maior est enim omni laude. Exaltantes eum, replemini virtute, non enim comprehendetis.* B

¶ Aduerte autem, quod Dei, quantum ad humanitatem, triplex est exaltatio, videlicet,

In { Cruce, sicut in equo bellum aggressurus est, Cœlo, sicut in solio regnum obtenturus, Iudicio finali, sicut in palatio iura redditurus.

¶ Dico, quod fuit exaltatio Dei in cruce, in qua fuit exaltatus ad mundum redimendum. Ioan. 3. *Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, sic exaltari oportet filium hominis.* Ipse enim exaltatus fuit in cruce, sicut in palatio, & etiam ipse per hoc exaltauit crucem, & magnificauit gloriam ligni crucis, quod antea in vituperium habebatur. Psal. *Exaltabuntur cornua iusti.* Et Ezechiel. 17. *Exaltaui lignum humile, florere feci lignum aridum.* In Psalm. *Exaltabuntur ligna campi, & Cedri Libani, quas plantauit, illic passeres nidificabunt.* Pone, si vis, quomodo crux fuit exaltata & honorata, & quomodo factum est ornamentum Imperatorum, quæ fuerat supplicium malefactorum. Pone, quomodo Helena clauum in freno trodi fecit, & cum alio ferro misceri, vt causa esset victoriæ Constantino, quod quidem ostenditur hodie in Carpentoracte prope Auinionem in Ecclesia sancti Cifredi. Et breuiter de cornu, id est, de cruce cornuta dicitur 1. Reg. 2. *Exaltatum est cornu meum in Deo meo.* Et Eccles. 47. *Exaltauit cornu gentis suæ.* Ista est ergo exaltatio Dei, quæ facta est in cruce ad mundum redimendum. C

¶ Item in dico, quod est exaltatio Dei, quæ facta fuit in cœlo ad cunctis præsidendum. Sicut enim dicitur Phil. 2. *Christus humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, propter quod Deus illum exaltauit, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen &c.* Quod petens Dauid dicebat in Psalm. *Exaltare super cælos Deus, & super omnem terram gloria tua.* Quanto enim sagitta plus in arcu deprimitur, tanto emissa altius exaltatur. Sic quia Christus in arcu, id est, in ligno crucis magis per mortem fuit depressus, tanto ad altitudinem Paradisi ad ipsius patris dexteram fuit amplius exaltatus. Esa. 55 *Sicut exaltantur cæli à terra, sic exaltata sunt viæ meæ à vijs vestris, dicit Dominus.* Ista est ergo exaltatio Dei in cœlo ad cunctis præsidendum. D

¶ Insuper dico, quod erit exaltatio Dei in iudicio ad malos puniendum. Sua enim iustitia, quæ nunc videtur perdita & depressa, tunc erit famosa, sublimis, & exaltata. Et nota quod Deus in iudicio exaltabitur

Ad

Ad { Vindicandum pauperes potenter,
Iudicandum humiles clementer,
Eradicandum superbos patenter. }

Tunc enim pauperes de perpessis iniurijs vindicabit. Psal. *Exurge Domine, & exaltetur manus tua, ne obliuiscaris pauperum.* Item tunc humiles misericorditer liberabit, & iustificabit. Esa. 30. *Exaltabitur Dominus parcens vobis, quia Deus iudicij est.* Item tunc impios seueriter eradicabit. Esai. 2. *Exaltabitur Dominus solus in die illa, quia dies Domini super omnem superbum & excelsum, & arrogantem, &c.* Et in Psalm. dicitur: *Exaltare, qui iudicas terram, redde retributionem superbis.* Patet ergo, quod est exaltatio Dei, qua exaltatur immensis laudibus. Et hoc est primum principale.

F ¶ Secundo principaliter dico, quod in scriptura inuenitur exaltatio impij, qui exaltatur mundanis opibus, vel qui eleuatur peruersis moribus. Constat enim, quod illa, quæ sunt leuia & inania, facilius exaltantur; & inde est, quod nubes, quæ nullam habent in se firmitatem, aut stabilitatem, exaltantur in aere ad altam sublimitatem. Sic vere in moribus illi, qui sunt inanes, & virtutibus vacui, qui sunt instabiles, & nubei, facilius inaltantur, & mentaliter & temporaliter exaltantur. Exaltantur enim

Mentaliter, per præsumptionem & superbiam,
Verbaliter, per elationem & iactantiam,
Realiter per vanam operationem & inanem gloriam,
Temporaliter, per terrenam promotionem & potentiam.

Quia breuiter mali Exaltantur in { Corde,
Ore,
Visu,
Opere & in effectu,
Rebus seu in statu. }

In corde (dico) superbiendo & irascendo Prouerb. 18. *Antequam conteratur, exaltatur cor hominis; & antequam glorificetur, humiliatur.* Et Eccl. 28. *Homo iracundus exaltabit iram suam.* In ore, iactando & deridendo. Ecl. 21. *Fatuus in risu exaltat vocem suam.* In visu alios despiciendo, & elate oculos circumferendo; cuius tamen contrarium facit iustus, dicens cum Dauid in Psal. *Domine, non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei.* In actu, superbe agendo, & cuncta sua opera pompatice faciendo. Vnde de Goliath superbe agente, & de suis viribus præsumente, & verba superba dicente, dicitur Eccles. 47. quod Dauid deiecit exaltationem Goliath. Et 2. Esdr. 8. *Iniquitates nostræ exaltatæ sunt vsque ad cœlum.* Opera enim iniqua ad cœlum exaltari dicuntur, quando sursum ad diuinæ iustitiæ notitiam perueniunt, vt exinde vindicta sumatur. In statu etiam exaltantur, bonis mundi præ cæteris abundando, & altas sæculi dignitates sibi vendicando. Iudith. 1. *Exaltatum est regnum Nabuchodonosor.* ¶ Et aduerte, quod alicuius ter exaltatio habet fieri quandoque per

Radicis vegetationem, sicut arboris,
Continuam appositionem, sicut turris,
Desuper attractionem, sicut vaporis,
Violentam impulsionem, sicut sagittæ vel lapidis.

G ¶ Primi sunt, qui exaltantur à parentibus, sicut nobiles nostri radice, id est, parentum successione sunt exaltati. De quo Ezechiel 31. *Ecce Assur quasi Cedrus, &c. Aquæ nutrierunt illum Abyssus exaltauit eum.* Sequitur: *Erat enim radix illius super aquas.* Vnde cuilibet tali potest dici illud Psal. *Exaltabit te, vt hæreditate capias terram.* Secundi sunt, qui exaltantur lucris ingentibus, sicut sunt vsurarij & mercatores, qui postea fiunt milites, quia scilicet tales appositione grossorum lapidum, id est, acquisitione nummorum lucrorum alti fiunt, sicut turres. Iudith 1. *Posuit turres eius in altitudine cubitorum centum.* ¶ Tertij sunt illi, qui exaltantur suis agentibus, id est, auxilio suorum, sicut compatriotæ, familiares, & nepotuli prælatorum, vel officiales tyrannorum. Isti enim per desuper attractionem, sicut vapores exaltantur. Virtute enim aliena sursum attrahuntur, & à sole suo, id est, auunculis vel dominis ad altas dignitates & officia Ecclesiæ vel sæculi exaltantur. Vnde Hester 3. *Rex Assuerus exaltauit Aman filium Amadathi.* De quo etiam potest dici illud Eccles. 13. *Exaltabit illum* (Fortuna supple) *apud proximos suos.* ¶ Quarti sunt illi, qui exaltantur causis latentibus seu fortunæ flatibus. Et isti sunt illi, qui sine causa apparenti subito promouentur. Videntur enim sicut vna sagitta subito sursum iacti, & quasi fortunæ impetu sublimati; quod quidem potest facere & procurare diabolus, vt per ipsos bonis noceat, vel vt eos tandem in profundum infortuniorum mundialium, & tormentorum infernalium demergat. Et hoc dicitur in Psalm. *Inimici vero Domini, mox vt honorificati fuerint, & exaltati, deficientes, quemadmodum fumus deficient.* Mali enim sunt sicut locustæ, quæ subito saliunt, & exaltantur, sed quia in alto stare aut perseuerare nequeunt, subito cadere comprobantur. Negotia enim subita non sunt bene stabilia, sed potius defectibilia & transitiua. Vnde Psalm. *Vidi impium superexaltatum, & eleuatum sicut Cedros Libani, transiui, & ecce non erat, quæsiui eum, & non est inuentus locus eius.* Et breuiter omnes, qui iniuste exaltantur, necesse est, quod finaliter deprimantur, quod quandoque temporaliter, semper autem æternaliter confundantur. Vnde pars rotæ, quæ se exaltando erigit, quando ad altum & ad altitudinis vltimum punctum venerit, protinus ima petit, & vsque ad vltimum depressionis punctum descendit. Impij rota sunt, quia scilicet continue de malo ad malum, de statu ad statum, de officio ad officium variabiliter fluunt & currunt. 1. Reg. 25. *Anima inimicorum tuorum rotabitur, quasi impetu & circulo fundæ.* Ista ergo rota etsi nunc exaltatur, & erigitur per mundi promotiones, & per mentis elationes, finaliter rotando cadit & deprimitur per tribulationes. Planetæ enim, qui in suo signo exaltantur, & regnant, in eius opposito cadunt, deprimuntur, & exultant, secundum Astrologos. Sic tales, qui hic in hac vita indebite exaltantur, in altera vita, quæ huic est contraria, per tribulationes & depressiones corruunt atque ruinant. E contra etiam est de bonis, quia scilicet in isto signo, id est, in ista vita premuntur & tribulantur, in eius contrario, scilicet in vita futura exaltabuntur. Et hæc est sententia Saluatoris. Luc. 14. & 18. *Qui se exaltat, humiliabitur; & qui se humiliat, exaltabitur.* Inuenitur ergo in scriptura exaltatio impij, qui eleuatur peruersis moribus. Et hoc est secundum principale. ¶ Tertio H
dico, quod inuenitur exaltatio iusti, qui exaltatur gratiæ viribus. Iustus enim est sicut arbor, quæ vsque ad debitum complementum semper exaltatur, & crescit. Humor enim, qui latet interius in radice, & calor Solis, qui ipsam penetrat inuisibiliter sub cortice, ipsam in altum faciunt crescere, & transire. Sic vere dicam, quod calor Solis, id est, radius diuinæ gratiæ desursum veniens, humor deuotæ ac lacrymosæ mentis intus obediens, ita vegetant & imbuunt spiritualiter corda iustorum, quod sursum ad Dominum eleuantur, & varijs bonis & proficuis eleuationibus exaltantur. Vnde in Psalm. *Dextera Domini exaltauit me, dextera Domini fecit virtutem.* Non moriar, id est, viuam, & narrabo opera Domini. Est ergo quintuplex bona bonorum exaltatio, videlicet,

Exaltatio { Mentalis, quæ ima abdicat,
Moralis, quam virtus duplicat,
Vulgaris, quam fama prædicat,
Temporalis, quam honor iudicat,
Supernalis, quam Deus vendicat. }

¶ Et sic inuenitur

Exaltatio { Affectionis,
Perfectionis,
Famæ seu reputationis,
Dominij seu prælationis,
Cœli seu cœlestis saluationis. }

Quia videlicet iusti exaltantur mentaliter cœlestia desiderando. Psal. *Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus.* Et Eccles. 51. *Domine Deus, exaltasti super terram habitationem meam.* Et Ezech. 10. *Eleuantes Cherubim alas suas exaltata sunt à terra.* Moraliter, virtutes accumulando. Eccles. 40. *Facultates & virtutes exaltant cor, super omnia timor Domini.* Vulgariter seu opinaliter, famam & nomen acquirendo. Eccles. 15. *Exaltabit illum apud proximos suos.* Sequitur: *Et nomine æterno hæreditabit illum.* Temporaliter, ad prælationem ascendendo. Psal. *Exaltaui electum de plebe mea.* Et alibi: *Exaltent eum in Ecclesia plebis, & in cathedra seniorum laudent eum.* Æternaliter, cælestem gloriam adipiscendo Psal. *Exaltabit te, vt hæreditate capias terram.* Istæ sunt ergo exaltationes bonæ, quibus scilicet exaltantur

Viri { Humiles, quos firmat patientia,
Simplices, quos domat temperantia,
Prudentes, quos ornat sapientia. }

De humilibus dicitur Luc. 1. *Et exaltauit humiles.* Et Iac. 4. *Humiliamini, & exaltabit vos.* De simplicibus dicitur in Psalm. *Exaltabit mansuetos in salutem.* De prudentibus vero dicitur Eccl. 11. *Sapientia humiliati exaltabit caput.* Plura dici possent, quia tamen de talibus exaltationibus supra in locis plurimis, vt dictum est, fit mentio, supersedeo, quoad præsens. ¶ De exaltatione tamen

qua beata virgo, vel qualibet sancta anima quinque modis prædictis vel aliquo eorundem exaltatur à Deo, potest dici illud Eccles. 24 *Quasi Cedrus exaltata sum in Libano. & quasi platanus exaltata sum iuxta aquas, &c.* Vide infra de Quasi. Et dic, quod ista fuit exaltata propter

Cedrum contemplationis,
Cupressum fortitudinis & durationis,
Oliuam compassionis,
Montem Sion contemplationis, &c.

Prosequere sicut ibi, si vis. Vide de Sursum, Infra, & supra in tit. Ascendere, Eleuare, & similia.

A **Exaudire.** Idem est, quod cum cõsensu audire, vel idem, quod ex toto audire. Vnde: Ille exaudit vocem alterius, qui eius precibus annuit & applaudit. Et ideo Exaudire signat misericordiam, pietatem, benignitatem, indulgentiam, liberalitatem, concessionem, consensum, & complementi executionem. Est ergo exaudire idem, quod aduertere, attendere, auscultare, concedere, consentire. Et generaliter in scriptura Exaudire pertinet ad Deum, & vix aut nunquam inuenitur Exaudire, nisi ad personam Dei referatur. Possumus ergo notare, quod quatuor genera personarum solent à Deo exaudiri, videlicet,

Feruentius amantes,
Attentius clamantes,
Dulcius miserantes,
Amplius indigentes,

¶ Primo ergo dico, quod exaudiri merentur illi, qui feruentius amant. Ista est ratio naturalis, quod ille, qui amat plus, facilius impetrat. Fumus enim, quanto à fortiori igne procedit, tanto ascendit altius, & penetrat intimius. Sic oratio, quanto ab igne charitatis fortiore noscitur procedere, tanto solet ad intima diuini beneplaciti profundius & altius penetrare. Vnde
B Psal. *Dilexi, quoniam exaudiet Dominus vocem orationis meæ.* ¶ Secundo dico, quod exaudiri merentur illi, qui attentius clamant. Diligentia enim supplicantis facit supplicationem exaudiri, quando enim pulli in nido clamant ad matrem, solet eis alimenta procurare. Pauperes vero, quando clamant ad pium eleemosynarium, solet eos misericorditer exaudire. Ideo dicebat Psal. *Ad Dominum cum tribularer, clamaui, & exaudiuit me.* Ideo dicit. Psal. 91. *Clamauit ad me, & ego exaudiam eum; cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum.* In quibus verbis aduerte, quod Deus tripliciter exaudit clamantes ad se, scilicet,

Ipsos in { Terris associando (Cum ipso sum.)
Pœnis auxiliando (in tribulatione eripiam.)
Cœlis beatificando (Glorificabo eum.) }

C ¶ Exaudit ergo iste vt amicissimus visitator. (Cum ipso sum.) Esse enim cum aliquo, signat præsentialem visitationem; quia vere Deus semper est præsens inuocantibus eum. Iuxta illud Ps. *Prope est Dominus omnibus inuocantibus eum.* Cum ipsis enim est sicut doctor ad docendum, sicut tutor ad protegendum, sicut ductor ad dirigendum. Est ergo Deus nobiscum sicut doctor, vt nos doceat, quia ipse Dominus, qui docet manus nostras ad prælium, & digitos nostros ad bellum. Item nobiscum est sicut tutor, vt nos protegat. Esai. 43. *Cum transieris per aquas, tecum ero, & flumina non operient te* Genes. 26. *Noli timere, quia ego tecum sum.* Item iste est nobiscum sicut ductor, vt nos dirigat. 1. Paral. 17. *Fui tecum quocunque perrexisti.* Iste est ergo visitator amicissimus. Iste enim sicut verus amicus desiderat nobiscum esse, & nos per gratiam & charitatem secum habere. Grues enim societates & vicinitatem hominum amant, & ideo iuxta hominum habitacula faciunt nidos suos. Canis etiam societatem hominis amat, & ideo quantumquam verberatus fuerit, & repulsus semper se solet in societatem hominum ingerere, & cum ipsis habitare. Sic vere Deus amicissimus visitator noster semper diligit nobiscum per gratiam esse, & societatem nostram per charitatem & amicitiam frequentare, & maxime, si fuerimus homines, id est, viri rationabiles & perfecti. (Cum ipso sum, inquit.) Vnde Prouer. 8. *Delitiæ meæ esse cum filijs hominum.* Fuit ergo amicissimus visitator. Iste enim frequentauit societatem, scilicet,

Paternam,
Maternam,
Fraternam.

Fuit enim (dico) in societate paterna. Ideo in persona patris sibi potest dici illud. Luc. 15. *Fili, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt.* Item fuit in societate materna. Vnde Angelus dixit virgini matri suæ: *Dominus tecum, benedicta tu,* Luc. 1. Vbi dicit Augustinus: Dominus, inquit, tecum in ventre, tecum in mente, tecum in vtero, tecum in auxilio. Item ipse fuit in societate fraterna, scilicet, cum animalibus in præsepio, cum discipulis in sæculo, cum latronibus in patibulo, cum captiuis in inferno, cum Angelis in Paradiso. Fuit ergo cum animalibus, per quæ intelliguntur simplices & innocentes, quos Deus libenter visitat & frequentat. Vnde Marc. 1. *Erat cum bestiis, & Angeli ministrabant ei.* Item fuit cum discipulis, per quos intelliguntur viri humiles & obedientes. Ioan. 11. *Ibi morabatur cum discipulis suis.* Item fuit cum latronibus, qui erant in cruce, per quos designantur viri afflicti & pœnitentes. Esai. 53. *Cum sceleratis reputatus est.* Item ipse fuit cum patribus in inferno, per quos intelliguntur viri sperantes & expectantes. Vnde illi possunt dicere illud Iudith 13 *Aperite portas, quia nobiscum Deus* Num. 14. *Dominus nobiscum, & nolite timere.* Item ipse est & fuit cum Angelis in Paradiso, per quos intelliguntur viri discreti & contemplantes. Matth. 16. *Filius hominis venturus est in gloria patris sui cum Angelis suis.* Iustorum enim solet Deus frequentare societatem, scilicet,

Simplicium & innocentium,
Humilium & obedientium,
Contritorum & pœnitentium,
Sperantium & expectantium,
Prudentium & contemplantium,

[Cum ipso inquit sum] Ideo cuilibet tali potest dicere ipse Deus illud Matth. vlt. *Ego autem vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi.* Dico igitur quod Deus exaudit nos, vt amicissimus visitator. Esa, 49. *In tempore placito exaudiui te.*

¶ Item dico, quod Deus exaudit clamantes vt strenuissimus defensator, quod ostenditur cum dicitur. In tribulatione eripiam eum. Istud est enim certum & verum, & homo qui est in tribulatione, si deuote ad Deum clamauerit, exaudietur, & liberatur & eripietur. Et ideo cessante causarum inferiorum adiutorio, ad superiores est recurrendum. Sicut enim à grauamine iudicis inferioris ad superiorem est appellandum: sic vere charissimi, quando causæ & iudices inferiores, id est, mundi tribulationes & miseriæ affligunt nos, tunc debemus ad superiorem Deum per orationem recurrere, & nos totos sibi committere, & tunc pro certo ipse exaudiet nos, & misericorditer liberabit. Tunc enim, vt dicit quidam sanctus, promptius sentitur Dei auxilium, quando deficit humanum præsidium. Deus enim est sicut cetus, qui pisces marinos solet à crocodilo defendere, & protegere, & ideo pisces videntes crocodilum ipsos deuorare volentem, & contra ipsos fumum venenosum & fœtidum emittentem, solent se post caudam ceti ponere. cetus vero solet pro ipsis contra crocodilum pugnare, & sic pisces ab eius malitia eruere & saluare, sicut dicit Plinius. Sic vere charissimi, crocodilus, id est, mundus, vel diabolus vult nos venenare per delectationes, vel deuorare per tribulationes, nos pro certo debemus de ceto, id est, de Deo, scutum nostrum facere, eum sequi, & nos sibi per spem, & orationem committere, & sic ipse pugnabit pro nobis, & clementer eripiet, & saluabit. *In tribulatione,* inquit, *eripiam eum* Ideo dicebat Dauid: *Quoniam tribulor, velociter exaudi me.* Et sic poterimus dicere illud Psalm. *Eripuit me de inimicis meis fortissimis, & ab his, qui oderunt me, quoniam confortati sunt super me.* Istud figuratum fuit in Tobia iuniore, quem piscis volebat comedere, nisi ipsum Angelus eripuisset. Vnde ipse dicit Tob. 12. *Me,* Inquit, *sanum duxit & reduxit. pecuniam à Gabelo suscepit, vxorem me habere fecit, dæmonium ab ipsa compescuit, gaudium parentibus eius fecit, & me ipsum à deuoratione piscis eripuit.* Iste ergo exaudit clamantes, vt strenuissimus defensator.

¶ Denique dico, quod ipse exaudit egentes, vt benignissimus erogator; quia scilicet iste dat & erogat præmium æternæ gloriæ quod ostenditur, cum dicitur: *Glorificabo eum,* id est, in gloria beatificabo. Sicut enim rex solet militem post labores & victorias glorificare, & præmiare: sic Deus post labores huius mundi, & post victorias vitiorum & tormentorum solet homini honorem & gloriam distribuere & dispensare. 1. Reg. 2. *Quicunque honorificauerit me, glorificabo eum.* Psal. *Gloria & honore coronasti eum Domine:* Ideo dicebat Dauid: *Eduxit me in latitudinem Dominus, saluum me fecit, quoniam voluit me* Sic ergo patet. Deum esse

Benignissimum distributorem,
Strenuissimum defensatorem,
Amicissimum visitatorem.

Et

Et ideo exaudit clamantes ad se. Visum est ergo quomodo Deus exaudit firmiter amantes, fortiter clamantes.

F Tertio dico, quod libenter exaudit largiter donantes, scilicet, viros pios & misericordes; qui scilicet libenter exaudiunt deprecationes pauperum, tales enim à Deo merentur exaudiri. Vnde Esa. 48. *Frange esurienti panem tuum & egenos induc in domum tuam.* Sequitur: *Tunc inuocabis, & Dominus exaudiet; clamabis & dicet. Ecce adsum.* Et econtra qui preces pauperum exaudire nolunt, à Deo non exaudientur, quia sicut dicitur Iacob. 2. *Iudicium sine misericordia fiet illi, qui non facit misericordiam.* Seneca dicit. Ab altero exspecta, alteri quod feceris. Et ideo secundum sententiam Salomonis Prouerb. 21. *Qui obturat aures suas ne audiat pauperem clamabit ipse, & non exaudietur.*

G ¶ Quarto dico, quod libenter exaudiet Deus magis vel amplius indigentes, cuiusmodi sunt innocentes, peccatores, pauperes. Indigent enim innocentes custodia, ne ruant. Gen. 21. *Exaudiuit Dominus vocem pueri*, id est, Innocentes; & *Custodit innocentiam*, Prouerb. 13. Indigent peccatores venia, ne pereant. Exod. 22. *Exaudiam, quoniam misericors sum, & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur.* Esa. 66. Indigent pauperes alimonia, vt viuant. Psalm. *Desiderium pauperum exaudiuit Dominus*, dans scilicet victui necessaria. Psalm. *Pauperes eius saturabo panibus.* Exaudiuntur à Deo.

Multipliciter egentes,
Dulciter donantes,
Fortiter clamantes,
Firmiter amantes.

Vide supra de Audire, in diuersis titulis, de Oratione, & supra de Clamare, &c. Sufficit.

A **Excelsus.** Nota, quod excelsus idem est, quod altus, sublimis, erectus, eleuatus, exaltatus. Et potest accipi multipliciter in scriptura. Est enim

Excelsus { Deus, Status, Locus, Actus.

Est enim excelsus Deus per dominationem. Vnde Psal. *Excelsus super omnes gentes Dominus.* Est excelsus status, scilicet status prælationis per iurisdictionem. Vnde Eccles. 45. *Excelsum fecit Aaron fratrem suum.* Est excelsus locus, scilicet Paradisus per eleuationem. Vnde Matth. 17. dicitur, quod *Iesus assumpsit Petrum, & Iacobum, & Ioannem, & duxit eos in montem excelsum seorsum.* Est etiam excelsus actus per contemplationem. Vnde Esa. 58. *Attenuati sunt oculi mei, suspicientes in excelsum.* Potest enim accipi celsitudo in bono & malo. In bono enim significat

Vitæ perfectionem,
Status promotionem,
Mentis erectionem,
Cœli possessionem.

Istis enim quatuor modis potest homo esse spiritualiter erectus vel excelsus, vt de tali celsitudine exponatur illud Deuter. 32. *Constituit eum super excelsam terram, vt comederet fructus agrorum; vt sugeret mel de petra, oleumque de saxo durissimo.* In quibus verbis ostenditur, quod homo quandoque à Deo quadrupliciter fit excelsus, scil. quandoque

Per {
Prælationem temporalem. ( Constituit, inquit eum.)
Promotionem æternalem. ( Super excelsam terram.)
Perfectionem virtualem. ( Quæ notatur per fructus agrorum.)
Contemplationem vel affectionem cordialem ( Quæ notatur per suctionem olei & mellis. Vt, inquit, sugeret mel de Petra.)
}

B ¶ Primo ergo dico, quod est celsitudo temporalis prælationis, quod ostenditur, cum dicitur ( Constituit eum.) Constituere enim idem est, quod in aliquo officio statuere [illegible]nere, sicut dicitur in Psalm. 2. *Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum eius.* Et de Ioseph etiam legitur in Psal. *Constituit eum dominum domus suæ, & principem omnis possessionis suæ.* Constitutio ergo nihil aliud est, quam ad aliquem gradum facta per superiorem eleuatio. Superior enim debet in officijs & dignitatibus viros bonos constituere, & sine affectione vel acceptione personarum ipsos secundum seruitutes & merita promouere. Vnde Pharao Rex Ægypti præcepit Ioseph, qui erat dispensator domus suæ, de fratribus suis: *Si quos, inquit, nouisti in eis viros industrios, constitue eos magistros pecorum meorum.* Et reuera magistri pecorum, id est, prælati subditorum non debent constitui, nisi viri industrij & discreti. Tales enim, qui sic constituuntur, debent esse

Discussi & examinati ( Si quos, inquit, nouisti.)
Discreti & illuminati ( industrios.)
Perfecti & fortificati ( Viros inquit.)

Tales consulebat Iethro sacerdos Madian socero suo Moysi, quos ipse constitueret super populum, dicens Exod. 18. *Prouide, inquit, de omni plebe viros potentes & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam, & constitue tribunos, centuriones, & decanos.* Tales enim constituendi sunt

Cum deliberatione ( Prouide.)
Sine omni acceptione ( Quia ex omni plebe.)
Pleni magna perfectione ( Quia debent esse viri potẽtes.)

Taliter enim constitui debent esse præ cæteris

Discretiores
Perfectiores seu maturiores,
Audaciores, &
Benigniores.

¶ Discretiores, dico, quia sicut aquila, quæ super omnes aues clarius videt, regina est auium constituta: sic vere illi reges & prælati aliorum debent constitui, qui clariori discretionis visu præ cæteris sunt muniti. Vnde 3. Reg. 1. dicitur iam illud prædictum ( *Constituet eum dominum* ) Et sequitur: *Vt erudiret principes eius, & senes eius prudentiam doceret.*

¶ Item debent constitui cæteris maturiores. Bos enim qui est animal maturissimum, patientissimum, laboriosissimum, est constitutus rex omnium iumentorum, sicut dicit Greg. super Ezech. Ad denotandum, quod illi, qui alijs debent præesse, maturi & humiles, fortes & patientes & stabiles debent esse. Vnde Dan. 4. *Dominatur excelsus in regno hominum, & hominem humilem constituet super illud.*

¶ Item debent esse audaciores. Leo enim est rex ferarum, qui super omnia animalia audacior fertur esse. Vnde Prouerb. 30. *Leo fortissimus bestiarum ad nullius pauebit occursum.* Ad denotandum, quod illi, qui dominantur, & qui super alios imperant atque regnant, debent esse audacissimi ad malos corrigendum, & ad iura Ecclesiæ defendendum, vt dictum fuit Hierem. 1. *Ecce constitui te super omnes gentes & regna, vt euellas & destruas, ædifices & plantes.* C

¶ Item dico, quod isti debent esse cæteris benigniores. Homo enim, qui est animal mansuetum, naturaliter est rex omnium aliorum animalium. Vnde in Psalm. 8. *Constituisti eum super opera manuum tuarum.* Rex etiam apum aculeo carere dicitur, quamuis alijs apibus maior in duplo esse noscatur. Ad denotandum, quod illi, qui sunt aliorum reges, domini, & prælati debent esse humiles, pij, & benigni. Vnde Luc. 7. *Nam & ego homo sum sub potestate constitutus.* Et breuiter, charissimi, ista sunt vera, quod illi, qui prælati constituuntur, prudentiores, sapientiores audaciores, & etiam benigniores esse tenentur. Quod est pro certo contra multos in dignitatibus constitutos, qui vere non habent

Prudentiam aquilinam,
Patientiam bouinam,
Audaciam leoninam,
Benignitatem humanam.

Imo multi pro certo sunt, qui alio modo possunt dici

Aquilæ, Bos, Leo, Homo,

Quia scilicet multi sunt

Aquilæ per crudelitatem,
Leones per voracitatem,
Boues per ignorantiam & tarditatem,
Homines per debilitatem & fragilitatem.

Et ideo multi videntur figurati in prælato Abimelech, qui constitutus rex, occidit omnes fratres suos, sicut dicitur Iudic. 9. *Quia vere multi sunt qui statim, quando sunt constituti reges*, id est, prælati, iudices, & maiores, ipsi conuertuntur ad crudelitatem & iniquitatem, ita quod fratres, id est, subditos suos depellunt, exhæredant, & deuastant. Et ideo de constitutione talium potest dici illud 1. Machab. vbi dicitur, quod *Bacchides elegit viros impios, & constituit eos dominos regionis.* Adhuc, si vis, pone exemplum, quomodo Iuppiter dedit ranis regem truncum, qui nihil faciebat eis, postea hydrum, qui omnes deuorabat, &c. Sic ergo patet, quod est quædam celsitudo prælationis temporalis, quæ ostenditur, cum dicitur: Constituet eum. Ideo de tali celsitudine

dine poteſt dici illud Iudic. 10. *Erat turris excelſa in medio ciuitatis.* Vbi aduerte, quod prælatus debet eſſe
Fortiſſime roboratus (Turris.)
Altiſſime ſublimatus (Excelſa.
Æquiſſime regulatus) In medio ciuitatis.)
Dico ergo, quod eſt celſitudo prælationis temporalis.

D ¶ Secundo dico, quod eſt quædam celſitudo ſupernaturalis ſeu æternalis promotionis, quæ oſtenditur, cum dicitur (Super excelſam terram.) Excelſa enim terra Paradiſus eſt, vbi pro certo

Eſt { Status ſublimitas (Super.)
Loci ſecuritas (Excelſam.)
Vitæ ſtabilitas vel victus fertilitas (Terram.) }

Terra enim eſt ſtabilis & fertilis,
Status ſublimis eſt ſuperior,
Locus excelſus eſt ſecurior,
Terra infima eſt fertilior.

Dico ergo, quod iſte locus habet dignitatem; quia Super. Vnde Eſai. 7. *Pete tibi ſignum à Domino Deo tuo in profundum maris, ſiue in excelſum ſupra.* Item iſte locus habet ſecuritatem. Excelſam. Loca enim & caſtra, quæ ſunt excelſa & alta, ſunt magis tuta & ſecura. Et ideo de iſto loco ſecuro & excelſo poteſt dici illud Pſalm. *Super excelſa ſtatuens me, qui docet manus meas ad prælium, poſuiſti, vt arcum æreum, brachia mea.* Item iſte locus habet fertilitatem. Terram. Vnde Ezech. 34. *In montibus excelſis paſcam eos.* Sequitur: *Ibi requieſcent in herbis virentibus.* Iſta eſt ergo celſitudo æternalis promotionis.

E ¶ Tertio dico, quod eſt celſitudo virtualis perfectionis. Sicut enim aggregatio & cumulus paruarum arenarum facit, quandoque montem magnum & excelſum: ſic quando particulares virtutes in homine aggregantur, vir magnus, perfectus, excelſus etiam efficitur; quod oſtenditur, cum dicitur: Fructus. Fructus enim agri ſunt virtutes, gratiæ, & merita boni viri, quæ ipſum faciunt perfectum & excelſum. Vnde Luc. 12. *Hominis cuiuſdam diuitis vberes fructus ager attulit.* Ideo de tali celſitudine poteſt dici illud Eccleſ. 43. *Sol in aſpectu annuncians in exitu, vas admirabile opus excelſi.* Vir enim perfectus dicitur
(Sol) propter claritatem honeſtatis,
(Vas) propter capacitatem charitatis,
(Admirabile) propter plenitudinem ſanctitatis.
Et ſic iſta celſitudo eſt virtualis perfectionis.

Quarto dico, quod eſt celſitudo cordialis affectionis. Et iſta eſt, quando cor efficitur altum & excelſum per ſupernorum affectionem & contemplationem. Vnde Iob. 16. *Ecce in cælo eſt teſtis meus, & conſcius meus in excelſis.* Et hoc oſtenditur, cum dicitur: *Vt ſugeret mel de petra, oleumque de ſaxo duriſſimo.* Contemplatio enim & affectio ſugunt, attrahunt, & ſibi incorporant mel & oleum, id eſt, dulcedinem gloriæ Paradiſi. Mel enim, quod eſt dulce, ſignat dulcedinem fruitionis. Oleum autem, quod ignem nutrit, & lampadum lumina, ſignat plenitudinem dilectionis, & claritatem beatiſſimæ viſionis; quia vere gloria æterna conſiſtit in perfecta fruitione, & completa dilectione, & clariſſima viſione. Et ideo contemplatiuo, qui iam bonis æternis nutritur, poteſt dici illud Ezech. 16. *Similam & mel, & oleum comediſti, & decora facta es vehementer.* Sicut enim agnus poplites flectit, caput erigit, & vbera matris ſugit, & inde ſuum nutrimentum extrahit: ſic debemus poplites cordis flectere per humilitatem, caput erigere per intentionis ad Deum eleuationem, & vbera matris noſtræ, id eſt, dulcedinem illius, quæ ſurſum eſt Hieruſalem, quæ eſt mater noſtra, ſugere, & nobis incorporare per contemplationem. Eſa. 66. *Gloriam gentium ſugetis, & ad vbera portabimini.* Sed pro certo multi ſunt, qui alio modo ſugunt non ſuperiora, ſed inferiora; non æterna, ſed terrena; non ſuperna, ſed temporalia. Iſti ſunt diuites & auari, qui ſunt ſimiles araneis, quæ non ceſſant ſugere & haurire humiditatem muſcarum. Similes etiam ſunt ſanguiſugis, quæ non ceſſant ſanguinem membrorum, quibus inſident, ſugere & haurire. Sic vere tales non ceſſant ſugere, attrahere, haurire, & auare capere & ſumere humiditatem & ſanguinem, id eſt, temporalem ſubſtantiam aliorum, & maxime muſcarum, id eſt, pauperum, & illorum, quibus inſident, id eſt, vicinorum. De tali ergo ſuctione dicitur Iob. 30. *Caput aſpidum ſuget, & occidet eum lingua viperæ.* Caput enim aſpidis eſt intentio auari, qui non ceſſat ſugere bona aliorum, & ideo lingua viperæ eum finaliter occidet. Non ſic ergo, ſed ſugamus æterna & ſuperiora, & ſic per contemplationem erimus alti & excelſi, vt ſic de nobis & noſtrum quolibet poſſit Dominus dicere illud Eſa. 40. *Super montem excelſum aſcende tu, qui euangelizas Sion, &c.* Patet ergo, quod quadruplex eſt celſitudo, ſcilicet,
Prælationis temporalis,
Promotionis ſupernalis,
Perfectionis virtualis,
Contemplationis cordialis.
Et ſic patet, quod quidam ſunt excelſi in bono.

G ¶ Sed ſi forte alio modo velis diſtinguere de excelſo, dic, quod in ſcriptura reperitur multiplex celſitudo, videlicet,

Celſitudo { Potentes fulminans,
Mentes contaminans,
Malos exterminans,
Mentes illuminans,
Cœlum examinans,
Honorem germinans,
Perpetuo dominans. }

Eſt, dico, quædam celſitudo potentis fulminatiua, & iſta eſt celſitudo Dei & ſuæ potentiæ inattingibilis magnitudo. Iob. 11. *Excelſior cælo eſt, & quid facies?* Iſta eſt enim celſitudo potentiæ diuinæ, quæ ſcilicet eſt
Ad imperandum ſatis egregia,
Ad miſerandum ſatis propitia,
Ad operandum ſatis proficua,
Ad conſiderandum ſatis proſpicua.
Iſta eſt ergo celſitudo ſumma & imperatiua. Vnde de filio dicit pater 10 Pſalm. *Et ego primogenitum ponam illum, excelſum præ regibus terræ, & ponam in mari manum eius, &c.* Res enim celſiores ſunt cæteris potentiores. Patet de fulmine, quod de excelſis venit. Sic dico, ſecundum Pſalm. *Quoniam excelſus eſt Dominus, terribilis Rex eſt ſuper omnes Deos.* Item iſta eſt celſitudo dulcis & miſeratiua. Res enim excelſiores & ſtabiliores ſunt, & molliores. Patet in arborum ſummitatibus, reſpectu ſtipitum & ramorum. Patet etiam in nubibus excelſis, quæ ita ſunt humidæ & teneræ, quod ros & pluuia ab eiſdem deſcendit. Sic à Deo ros gratiæ, pluuia miſericordiæ, & flexibilitas indulgentiæ prouenit. Iſte enim habet gratiam immutatiuam à culpa. Pſalm. *Hæc mutatio dexteræ excelſi.* Et gratiam liberatiuam à pœna. Deus excelſus redemptor eorum eſt. Item iſta eſt celſitudo virilis & operatiua. Vnde de ipſa dicitur in Pſalm. *Ipſe eduxit filios Iſrael de Aegypto, in manu potenti & brachio excelſo.* Item iſta eſt celſitudo ſublimis & conſideratiua. Excelſa enim corpora proſpicua ſunt, & luminoſa, ſicut dicitur in Pſalm. *Excelſus Dominus, & humilia reſpicit, & alta à longe cognoſcit.* Oculos enim habet aquilinos & luminoſos, qui de excelſo vident. Pſalm. *Proſpexit de excelſo ſancto ſuo. Dominus de cælo in terram aſpexit.* Iſte eſt ergo excelſus & ſummus, cui ſcilicet mali male contradicunt & officiunt. Pſalm. *In ira exacerbauerunt excelſum in inaquoſo.* Boni vero obediunt atque ſeruiunt, & ideo gratiam & gloriam ab ipſo finaliter perpendunt & percipiunt. Vnde bonis dicitur in Pſalm. *Ego dixi, Dij eſtis, & filij excelſi omnes.* Iſta eſt ergo quædam celſitudo potentes fulminatiua. ¶ Ad- H
hoc eſt quædam celſitudo cordium maculatiua, ſeu etiam eleuatiua. Et iſta ſignat altitudinem ſuperfluæ mentalis præſumptionis, vt quando ſcilicet quis in ſuis oculis eſt excelſus; & ſe putat in virtutibus genere, & pulchritudine, & opibus præeminentem. Talis enim excelſitas ſuperbiæ valde eſt abominabilis Deo. Conſtat enim, quod antiquitus dæmones in excelſis colebantur, & propter hoc excelſa deſtrui à Deo præcipiebantur, ſicut patet Numer. 33. Sic vere dico, quod excelſus locus, id eſt, cor quod eſt excelſum per ſuperbiam, eſt proprie locus dæmonibus dedicatus, & cultibus dæmonũ & vitiorum aptatus. Ideo Deus talia excelſa, id eſt, ſuperbiæ elationem mãdat deſtrui nec vult talia altaria, ſeu tales ſuperbiæ cultus in terra Iſrael fabricari, ſed potius [illegible] ſuos vult in imo humilitatis ſacrificia bonorum operũ [illegible]crare. 2. Paral. 32. *Nunquid non iſte eſt Ezechias qui deſtruxit excelſa?* De multis enim regibus Iſrael legitur, quod boni fuerunt, ſcilicet, Deum adorauerunt, & idola contempſerunt, verumtamen in hoc reprehenſibiles iudicantur, quia excelſa non abſtulerunt, & quia populum in excelſis ſacrificare etiam Domino permiſerunt, contra prohibitionem diuinam. Populus enim in excelſis immolare delectabatur, qui tamen ſolum ſacrificare in templo domini iubebatur. 3. Reg. 3. *Attamen populus immolabat in excelſis.* Et de Salomone dicitur ibidem, *quod ipſe ambulauit in viis patris ſui, excepto quod in excelſis immolabat,*

*molabat.* Sic vere dico, quod multi sunt, qui quamuis sint boni, & bonorum operum ministri, excelsa tamen, id est, superbiam & fastum, & quandam elationem & præsumptionem, laudemque & iactantiam quam ex bonis suis concipiunt, solent diligere & in gloria se plurimum delectare. Vix enim est dare aliquem ita sanctum quin glorietur & eleuetur, si commendari audiat factum suum. Talis ergo Deum colit, sed excelsa non aufert, quando scilicet bene quidem operatur, sed exinde eleuatur in gloriā propter laudem, quam aliena adulatio sibi affert, 3. Reg. 15. *Fecit Asa rectum in conspectu domini, sicut Dauid pater eius, abstulit effeminatos, purgauit sordes idolorum, subuertit specum Priapi, destruxit idolum turpissimum, excelsa autem non abstulit.* Soli enim tres de omnibus regibus Iuda abstulisse excelsa leguntur videlicet Iosias, Iosaphat, & Ezechias. De Iosia 3. Reg. 23. *Excelsa quoque, quæ erant in Hierusalem, polluit rex, &c.* De Iosaphat. 2. Paral. 17. *Etiam excelsa & lucos de Iuda abstulit.* De Ezechia 4. Reg. 18. *Dissipauit excelsa*, scilicet Ezechias. Ad denotandum, quod pauci sunt, qui talia excelsa, inanis gloriæ laudem & eleuationem non libenter admittant. Ista est ergo excelsitas cordium eleuatiua 2. Paral. 33. *Instaurauit*

I *excelsa, & fecit lucos.* ¶ Tertio dico, quod est excelsitas malorum dissipatiua & ista est altitudo status & prosperitatis & eminentiæ malignorum, quæ causa est suæ damnationis & mortis. Istud potissime dico de illis, qui per vsuras & rapinas, & per vana fortunæ lenocinia subito efficiuntur excelsi, & de humili plebe ad sublimem statum erecti sicut patet de multis aduocatis, & aliis de nihilo procreatis, tandem ad statum militiæ assumptis, & inter maximos computatis, ita quod de multis potest intelligi illud Deut. 2. *Fuerunt habitatores eius populus magnus & validus, & tam excelsus vt de Enachim stirpe quasi gigantes crederentur*; quasi diceret: Multi talium ita sunt magna prosperitate leuati, & ita in diuitiis & pompa ornati, quod per gigantes, id est, nobiles antiquos videntur esse progeniti & creati, vt talibus dicetur illud Esa. 52. *Ex-*

K *tulisti in excelso memoriale.* ¶ Aduerte autem, quod mundanorum statuum celsitudo contemnenda est & timenda, quia est

Status
- Infestus & periculosus,
- Desertus & penuriosus,
- Molestus & laboriosus.

Loca enim excelsa ad ascendendum sunt difficilia & laboriosa, ad remanendum sunt inutilia & penuriosa, ad descendendum sunt terribilia & periculosa. Inuenitur ergo labor difficilis in ascendendo. Per multas enim ambages, per multos laboriosos nexus, per multos graues accessus perueniunt homines ad excelsa. Sic per multas ambages fraudum, labores corporum, & sollicitudines mentium ascendunt homines ad suprema, Esaiæ

L 16. *Laborauit Moab super excelsis suis.* ¶ Item inuenitur squalor, seu horror inutilis in possidendo. Excelsa enim loca sunt aliis magis sterilia. Sic mundi dignitates & officia alta & magna sterilia dicuntur, vel quia bonorum spiritualium vbertate priuantur, vel quia mens humana nunquam ab eis nec in eis satiatur, Esa. 42 *Desertos faciam montes excelsos; concomitatur, vt in pluribus, frigus & fames.* Sicut de monte ventoso prope Ammonem dicitur, quod quisquis ad summitatem eius ascenderit, se famelicum experitur. Sic dico de celsitudine mundi officiorum & statuum, quia pro certo ibi viget frigus indeuotionis, famea auaritiæ & ambitionis, flexibilitas omnis sufficientiæ & repletionis. Vnde proprie ista sunt excelsa Baalim, qui interpretatur deuoratores, quia scilicet illi, qui ibidem ascendunt, solent mundi bona continue occupare & deuorare, & tamen nunquam se possunt reficere vel replere, Hierem. 19. *Ædificauit excelsa Baalim.*

M ¶ Item inuenitur terror tristabilis in descendendo, seu amittendo. Loca enim excelsa periculosa sunt, & hoc ideo, quia per terræmotum faciliter destruuntur, & cadunt, & quia illi, qui ibi sunt, facile corruunt, & inde vix sine malo descendunt. Sic vere est de excelsis mundi statibus; faciliter enim à Deo concutiuntur, & per terræmotum infortuniorum ad nihilum deducuntur, & ipsi, qui ibi habitant, mortis æternæ periculum consequentur. De quo Esa. 2. *Ecce dies Domini super omnem superbum & excelsum, & super arrogantem omnem, & humiliabitur, & super omnes Cedros Libani sublimes & erectas, & super omnes quercus Basan, & super omnes montes excelsos & eleuatos, & super omnem turrim eleuatam, & murum munitum, & super omnes naues Tharsis, & super omne lignum, quod visu pulchrum est.* Patet ergo, quod inuenitur excelsitas malorum subuersiua seu tribulatiua & destructiua.

N ¶ Tertio dico, quod inuenitur celsitudo cumulatiua, &c Vide supra de quadruplici celsitudine viri iusti, quæ sequitur in distinctione, videlicet,

- Virtuali,
- Cordiali,
- Temporali,
- Æternali.

(Virtuali) dico, quam facit cumulata morum perfectio,
(Cordiali) quam facit eleuata mentis affectio,
(Temporali) quam facit vendicata digna prælatio.
(Æternali) quam facit occupata cœli possessio.

Vide supra de eodem in principio in auctoritate diuisa & prosecuta, & supra de Exaltare, & locis aliis.

**Exclamare.** Idem est, quod ex toto conatu clamare, vel excessiue clamare, vel excellenter clamare. A
Et iterum potest significare feruorem orationis, prædicationis, & similia. Vide supra de Clamare.

**Excitare.** Nota, quod excitare idem est quod de somno euigilare. Et quia per somnum intelligimus statum peccati, ideo per excitationem seu euigilationem potest intelligi resurrectio à peccato. Possumus ergo breuiter notare quod tribus modis excitatur homo à somno peccati, scilicet, A

Per
- Timorem,
- Rigorem,
- Clamorem.

(Per timorem) Hominem enim à somno peccati

Excitat
- Timor damnationis,
- Rigor correctionis,
- Clamor monitionis seu præconis.

¶ Primo ergo quidam excitantur per damnationis timorem: Grues enim, quæ alternatim seruant excubias, solent lapillum in pedem ponere, vt ex eius casu, si dormierint, possint à somno euigilare, & excitari. Casus etiam horologii, quando fluxit vsque ad certum punctum suum, dormientes ad surgendum excitat & inuitat. Sic vere charissimi, dico, quod lapidem, i. pœnæ æternæ vel iudicii diuini duritiam debemus per considerationem portare, & casum horologii, i. mortem aliorum attendere, vt sic per timorem inde conceptum possimus excitari & euigilare. Tonitruum, quod est sonus terribilis, hominem excitat, & ipsum, ne dormiat, impedit & retardat. Quia vere si quis tonitruum diuini timoris, terroremque suæ sententiæ & iudicialis clamoris attenderit, nunquam per peccatum dormitabit. Bene ergo monet Apostolus 1. Cor. 15. *Euigilate iusti, & nolite peccare.* Dicit enim Plinius, quod si homo propter morsum aspidis efficitur lethargicus, i. violenter dormiens & sopitus, tunc cinis mustelæ combustus bibitus excitat patientem. Quia vere cinis, i. consideratio mortis, & maxime mustelæ combustæ, i. malorum hominum combustorum in inferno, & damnatorum, etiam excitat hominem à somno desidiæ & peccati. Tales ergo excitantur à peccato timore damnationis.

¶ Secundo dico, quod quidam excitantur rigore correctionis. Sicut enim lethargici fortibus verberibus & medicinis asperis, vtpote sinapi vel pipere excitantur, si in naribus mittatur: sic isti sunt ita dormientes & sopiti in vitiis & peccatis suis, quod non possunt euigilare, nisi duris & asperis correctionibus excitentur, sicut dicitur Esa. 28. *Sola vexatio dat intellectum.* Quod bene figuratum fuit in Petro catenato dormiente & incarcerato, de quo Actor. 12. quod *Angelus percusso latere Petri excitauit eum, dicens: Surge velociter.* Quia vere charissimi, quando homo est per peccatum dormiens & sopitus; quando etiam est per malas complacentias alligatus, & incatenatus, & per malas consuetudines incarceratus, tunc necesse est, quod Angelus, id est, prælatus per correctionem ipsum percutiat, & affligat, ad hoc, vt à tali somno euigilet, & exurgat. Isti ergo excitantur rigore correctionis. B

¶ Tertio dico, quod aliqui excitantur clamore monitionis seu præconis. Clamor enim tubarum solet equos ad prælium excitare. Clamor etiam leonis solet catulos suos à morte suscitare. Sic vere, charissimi, clamor præconis & exhortationis solet mortuos peccatores à somno peccati excitare, & ad prælium virtutum monere & animare. Ose. 11. *Leo rugiet, & formidabunt filii maris.* Sic ergo patet, quod fit C

Excitatio per
- Clamorem,
- Rigorem,
- Timorem.

Sufficit.

A **Excutere.** Nota, quod excutere dicitur, quasi extracutere, id est, extra proiicere, vel expellere. Dicam ergo, quod excutiuntur, scilicet,

Peccata per confessionem,
Terrena per reiectionem,
Impii per damnationem,
Iusti per tribulationem.

¶ Est ergo excussio vitiorum, quæ fit per flagellum confessionis. Sicut enim sputum cum lingua de ore excutitur, & exterius spuitur, & eiicitur: sic peccatum cum lingua (id est) per confessionem debet excuti, vt palatum conscientiæ inde valeat mundificari. Sicut enim equus nobilis de stabulo surgens, solet torporem excutere, & per membrorum excussionem ad iter se concutiens præparare: sic homo, qui quandoque iacuit in peccato, quandoque se per contritionem concutit, & quicquid in ipso torporis & peccati fuerat, per confessionem excutit, & sic liber ad bona opera deambulat, & discurrit, Genes. 27. *Tempus veniet, vt soluas, & excutias iugum eius de ceruicibus tuis.*

¶ Item est excussio terrenorum. Sicut enim puluis de pannis excutitur, vt vestis mundior habeatur: sic pulueres terrenorum debemus contemnere, & excutere, vt mundi possimus Domino seruire. Vnde Apostolis præcipitur Matth. 10. *Excutite puluerem de pedibus vestris.* Vnde animæ consulitur Esa. 52. sic: *Excutere de puluere, consurge Hierusalem.*

¶ Item inuenitur excussio iniquorum, quia scilicet Deus de mundo malos excutit, & eos in infernum proiicit, & intromittit, Iob. 38. *Excussisti impios ex ea,* scilicet, ex Ecclesia, vel ex terra.

¶ Item est excussio iustorum, seu perfectorum, quos scilicet Deus cum flagello mortis more tritici excutit, & in horreo Paradisi reponit. Vnde Iudicum 6. dicitur, quod *Gedeon intrauerat in torcular, vt excuteret & purgaret frumentum, &c.*

A **Eum. Eo. Ei.** Nota, quod istud pronomen Is, Eius, cum suis casibus, cum sit adiectiuum & relatiuum, potest referri

Ad { Personas, Res, Loca.

¶ Ad personas, dico, & sic potest referri

Ad { Deum, Iustum, Diabolum, Impium.

¶ Item ad res, & sic refertur

Ad { Gratiam, Gloriam, Miseriam, Pœnam. Seu

Ad { Virtutes, Præmia, Peccata, Tormenta.

¶ Item ad loca, & sic refertur

Ad { Mundum, Religionem seu Ecclesiam, Infernum seu iudicium, Paradisum.

Ad ista enim omnia possunt dicta pronomina applicari, de ipsis ad omnia concordari. Ad euitandum tamen tantam congeriem prolixitatum, dicamus solum, in quantum refertur ad personas. Et sic dico, quod per Eum potest intelligi

Deus, & eius dignitas insuperabilis,
Christus, & eius charitas inæstimabilis,
Iustus, & eius bonitas incomparabilis,
Angelus, & eius puritas immaculabilis,
Impius, & eius vanitas incorrigibilis,
Diabolus, & eius prauitas intolerabilis.

¶ Primo ergo dico, quod per Eum intelligitur ipse Deus, quantum ad suam propriam dignitatem, seu etiam Deitatem. Deus enim propriè innominabilis est. Non enim potest sua perfectio aliquo certo nomine designari. Vnde & ipse dixit Gen. 32. *Cur quæris,* inquit, *nomen meum, quod est mirabile:* quia piu certo, sicut dicitur Esa. 9. *Vocabitur nomen eius*

Admirabilis,
Consiliarius,
Deus fortis,
Pater futuri sæculi,
Princeps pacis,
Multiplicabitur eius imperium, &
Pacis non erit finis.

Et ideo conueniens reputatur, quod ipsa Dei proprietas, ipsiusque magnificentia & perfectio infinita per aliquod generale pronomen debeat designari. Designatur ergo per istud pronomen Eum, Eo, vel Ei. Vnde Apoc. 1. dicitur: *Gratia vobis & pax ab eo, qui est, qui erat, qui venturus est.* Deus enim pater significatur per Eum, sicut patet Ioan. 14. vbi dicitur: *Domine, ostende nobis Patrem. Philippe, qui videt me, videt & Patrem meum, & amodo cognoscetis eum, & vidistis eum, scilicet patrem.* Deus etiam filius intelligitur per Eum. Vnde in persona patris loquentis de filio dicitur 3. Reg. 7. *Ego ero ei in patrem.* Deus etiam Spiritus sanctus designatur per Eum, sicut de Spiritu sancto Christus loquens dicit Io. 16. *Cum assumptus fuero, mittam vobis eum.*

¶ Breuiter ergo dicam, quod iste Eum, scilicet ipse Deus, sic generaliter nominatus, debet B

Adorari,
Honorari,
Exaltari,
Commendari,
Amplexari,
Frequentari,
Contemplari,
Formidari,
Visitari.

¶ Debet (dico) adorari affectu mentali. Psalm. *Adorate eum omnes Angeli eius, audiuit, & lætata est Sion.* ¶ Item debet honorari affectu reali, Eccl. 38. *Dedit hominibus scientiam altissimus, honorari in mirabilibus suis.* ¶ Dicitur etiam exaltari affatu verbali, Eccles. 43. *Exaltate eum, quantum potestis, maior est enim omni laude.* ¶ Item debet commendari sono musicali Psal. *Laudate Dominum de cælis, laudate eum in excelsis. Laudate eum in sono tubæ, laudate eum in psalterio & cithara. Laudate eum in tympano & choro, laudate eum in chordis & organo. Laudate eum in cymbalis benesonantibus, laudate eum in cymbalis iubilationis. Omnis spiritus laudet Dominum.* Item debet amplexari manu chordiali. De quo potest dici illud Matth. 26. *Ipse est, tenete eum.* Et Cantic. 3. *Tenui eum, nec dimittam.* ¶ Item debet frequentari nexu sociali. Vnde de Sapientia potest dici illud Eccles. 1. *Omnis sapientia à Domino Deo est, & cum eo fuit semper, & est ante æuum,* vt sic quilibet dicat illud Prou. 9. *Cum eo eram cuncta componens.* ¶ Item debet contemplari sensu visuali, Num. 24. *Videbo eum, sed non modo, intuebor eum, sed non prope.* ¶ Item debet formidari metu filiali. De quo Matt. 10. *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere,* sed potius timete eum, qui potest corpus & animam occidere, & mittere in gehennam. ¶ Item debet visitari gressu supernali, sc. finaliter in Paradiso, quando verificabitur illud Io. 14. *Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.* Et sic breuiter patet, quomodo per istud pronomen potest ipse Deus, & ipsius perfectio designari.

¶ Dicam ergo, quod iste est perfectissimus & excellentissimus propter multa, quæ scili. omnia per istud pronomen signatur, videlicet, quia habet C

Essentiam incommutabilem.
Potentiam insuperabilem,
Clementiam incomparabilem,
Scientiam inæstimabilem,
Iustitiam irrefragabilem,
Præsentiam multo amabilem. Quia

Eius { Essentia nunquam moritur, Potentia nunquam vincitur, Clementia nunquam auertitur, Scientia nunquam decipitur, Iustitia nunquam variatur, Præsentia nunquam effugitur.

¶ Dico ergo, quod Deus timendus est & adamandus propter suam essentiam incommutabilem. Res enim durabiliores sunt in suo genere meliores, & ideo amabiliores. Patet in auro respectu metallorum, cuius essentia etiam in igne durat: cum ergo essentia Dei sit immutabilis & æterna, bene dico, quod efficaciter est amanda. Psalm. *Benedictum nomen maiestatis eius in æternum*

&a-

& alibi *Sit nomen eius benedictum in sæcula, ante Solem permanet nomen eius.* Vnde illud prædictum: *ipse est, timete eum.* Item timendus est vel amandus propter suam potentiam insuperabilem. Qui enim habet fortes hostes bene diligit habere adiutorem potentem, & adiuuare volentem. De isto autem adiutore legitur, Daniel. 7. quod *potestas eius potestas æterna, quæ non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur.* Vnde etiam dicitur, quod millia millium ministrabant ei, & decies centena millia assistebant ei. Ista enim potentia non solum est inferius, sed etiam superius: quia sicut dicitur in Psalm. *Magnificentia eius & virtus eius in nubibus*, nec solum superius, sed inferius, quia sicut dicitur Iob. 41. *Non est potestas super terram, quæ comparetur ei*, & merito, quia sicut dicitur Iob. 25. *Potestas & terror apud eum est.* ¶ Item timendus est vel amandus propter suam clementiam incomparabilem. Reus enim valde diligit iudicem clementem. Pauper vero libenter sequitur diuitem pium & compatientem. Deus autem Iudex clemens & diues misericors & compatiens est. Vnde Lucæ 1. *Misericordia eius à generatione in generationem timentibus eum.* Et in Psalm. *In æternum misericordia eius, & à generatione in generationem veritas eius.* Clementia enim & misericordia illius ap-

C parer, quia

Dat { Vitam morientibus,
Panem indigentibus,
Quietem laborantibus,
Salutem pereuntibus.

Dat (dico) morientibus vitam gratiæ, quod scilicet facit quando peccatores conuertit, Deuteron. 30. *Adhæreas ei, quoniam ipse est vita tua.* Dat etiam indigentibus panem Eucharistiæ Oseæ 9. *Sacrificia eius quasi panis lugentium.* Genes. 49. *Aser, pinguis panis eius, & præbebit delitias regibus.* Dat insuper laborantibus quietem pacis & concordiæ. Iob. 22. *Acquiesce ergo & habeto pacem*, quia sicut dicitur. Prouerb. 3. *Viæ eius viæ pulchræ, & omnes semitæ illius pacificæ, longitudo dierum in dextera eius, & in sinistra illius diuitiæ & gloria.* Dat insuper pereuntibus salutem securitatis & æternæ gloriæ. Vnde de naufragare timentibus Apostolis dicitur Matth. 8. quod *accesserunt ad eum discipuli eius, & suscitauerunt eum dicentes: Domine salua nos, perimus: qui surgens imperauit ventis & mari, & facta est tranquillitas magna.* Sequitur. *Venti & mare obediunt ei.*

D ¶ Item timendus & amandus est, frequentandus & adorandus propter scientiam indeceptibilem. Magister enim qui omnia scit docere, diligitur. Iudex vero, qui omnia scit, timetur. Sic Deus. Ipse enim habet sapientiam & scientiam infinitam, nihil enim latet eum. Et ideo dicitur Eccles. 39. quod *collaudabunt multi sapientiam eius.* Vnde in Psalm. dicitur, quod *oculi eius super gentes respiciunt, palpebræ eius interrogant filios hominum.* Vnde etiam de oculis suæ clarissimæ notitiæ dicitur Apoc. 1. quod *oculi eius velut flamma ignis, caput & capilli eius candidi velut lana alba.*

¶ Item timendus est & amandus propter iustitiam irrefragabilem seu inuariabilem. Iustus enim iudex diligitur, & timetur. Diligitur (dico) à bonis, timetur à malis, vel diligitur, quia remunerat bonos, timetur, quia punit malos. Talis est Deus. Vnde in Psal. *Iustitia eius manet in sæculum sæculi.* Et alibi. *Annunciabunt cœli iustitiam eius.* Ista autem iustitia eius potissime apparebit in iudicio, quando *ignis à facie eius exardescet, & inflammabit in circuitu inimicos eius*, secundum Psalm. Et quando verificabitur illud Apocal. 1. *Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt, & plangent se super eum omnes tribus terræ.* Illud ergo iudicium & ista iustitia eius figuratur Dan. 7. vbi dicitur, *Aspiciebam* (inquit) *donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit, vestimentum eius quasi nix candidum, & capilli eius quasi lana alba, thronus eius quasi flamma ignis, rotæ eius ignis accensus, fluuius igneus rapidusque egrediebatur à facie eius, &c.* Expone si vis. ¶ Item amandus & venerandus est, quia habet præsentiam valde amabilem, quod potissime erit in patria, vbi principaliter videbitur, quando scilicet ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus, quando scilicet accedemus ad eum vt illuminemur, & facies nostræ non confundentur, quando etiam præueniemus faciem eius in confessione, & quando procidemus & adorabimus ante eum, quando insuper *ibi eum videbimus sicut dixit nobis*, sicut dicitur Marc. 16. & quando nos perpetuo diligemus eum, *quoniam ipse prior dilexit nos* 1. Ioan. 4. & quando erimus similes ei, 1. Ioan. 3. *Nos scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est.* Patet ergo, quomodo per eum denotatur Dei præsentia, iustitia, scientia, clementia, potentia, Essentia. Et sic dico, quod per Eum intelligitur ipse Deus, scilicet, quantum ad suam Deitatem.

E ¶ Secundo dico, quod per Eum intelligitur ipse Christus scilicet, quantum ad suam humanitatem. Et hic notabo, quod illud pronomen signat Christum

A patre exeuntem æternaliter,
A matre prodeuntem temporaliter,
Per mundum transeuntem corporaliter,
In cruce pereuntem visualiter,
A morte redeuntem virtualiter,
Ad cœlum ascendentem mirabiliter,
A cœlis venientem terribiliter,
In cœlis se monstrantem facialiter.

¶ Igitur dico, quod per Eum & Eius intelligitur Christus à patre exiens Psalm. *A summo cœlo egressio eius, & occursus eius vsque ad summum eius.* & Mich. 5. dicitur, *Egressus eius à diebus æternitatis.* ¶ Item intelligitur Christus à matre prodiens, scilicet, per natiuitatem corporalem. Luc. 2. *Inuenerunt puerum cum Maria matre eius, & procidentes adorauerunt eum, & apertis thesauris suis obtulerunt ei munera.* ¶ Item intelligitur Christus per mundum transiens, Ioan. 1. *In propria venit, & sui eum non receperunt.* ¶ Item per Eum intelligitur Christus in cruce moriens. Esaiæ 53. *Vidimus eum, & non erat aspectus, vnde nec reputauimus eum.* Vere dolores nostros ipse portauit, & languores nostros ipse tulit, & nos putauimus eum quasi leprosum, percussum à Deo, & humiliatum. *Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras.* Sequitur. *Disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus.* ¶ Item per Eum denotatur Christus ad vitam rediens, Galat. 1. *Deus suscitauit eum à mortuis.* De Deo, enim potest intelligi illud Iob. 37. *Abscondit lucem, & præcipit ei vt rursus adueniat.* Lux enim est Christus, qui absconditus est per sepulturam & mortem, sed rursus aduenit per resurrectionem. ¶ Item per Eum designatur Christus ad cœlos adiens. Actor. 1. *Quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum, ita veniet.*

¶ Item per eum designatur Christus à cœlis veniens, scilicet, ad iudicium. De quo Malach. 3. *Et quis poterit cogitare diem aduentus eius, & quis stabit ad videndum eum?* Ipse enim quasi ignis conflans. Vnde de eo ad iudicium veniente potest dici illud Iohel. 2. *Post eum solitudo deserti, neque est qui effugiat eum.* Et ibidem. *Ante faciem eius ignis vorans, & post eum comburens flamma.* ¶ Item per Eum designatur Christus in cœlis glorians. Vnde Deus Patri potuit dicere de Christo illud Ps. 8. *Gloria, & honore coronasti eum domine:* & illud: *Gloriam, & magnum decorem impones super eum, quoniam præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis, &c.* Et illud Esa. 60 *Gloria Libani data est ei, decor Carmeli & Saron.* Sic ergo patet quomodo per Eum vel Eius, vel Ei, vel Eo, intelligitur Christus quantum ad suam humanitatem.

F ¶ Tertio dico, quod per Eum potest intelligi homo iustus quantum ad suam bonitatem & virtuositatem, vt etiam quilibet perfectus, & potissime vir talis, cuius virtutes non facile particulatim exprimantur, imo necesse est, quod aliquo generali vocabulo denotentur. De tali Eo seu Eum potest dici, quod Deus talem Eum solet

Benigniter recipere,
Vtiliter eripere,
Mentaliter diligere,
Nobiliter erigere.

¶ Dico ergo, quod talem Eum solet Christus secum recipere. Vnde Dominus dicit Ioan. 6. *Eum, qui venit ad me non eiiciam foras.* Deus enim qui vult venire ad eum per fidem, religionem & pœnitentiam, nunquam repudiat, aut eiicit, sed eum potius lætanter recipit atque nutrit. Lucæ 19. *At ille excepit eum in domum suam gaudens.* Similis enim videtur ossifrago, qui recipere & nutrire consueuit pullum ab aquila derelictum. Secundum historias etiam Romanorum, antiqui duces exercituum transfugas libenter recipiebant, & eos cum suis militibus admittebant. Tales autem transfugæ quandoque multa bona iis, ad quos transfugerant faciebant, ita quod eis mediantibus sæpe alios superabant, sciebant enim secreta partis aduersæ, & ideo quando volebant esse fideles, quam plurimum vtiles erant. Sic vere Deus neminem repudiat aut refutat, sed omnes, qui de exercitu diaboli ad ipsum per pœnitentiam refugiunt vel quos diabolus repulit & eiecit, scilicet pauperes & egenos, libenter recipit & acceptat.

Transfuga enim fuit Paulus, & Dionysius, & qui primo fue-

fuerant milites diaboli, facti sunt milites Christi. Isti enim multa de secretis aduersæ patris, scilicet Diaboli sciuerunt: & ideo nostris plurimum persecuerunt. Eos ergo non debuit Christus eiicere, sed potius recipere, & amare, Ps. *Suscepit eos de via iniquitatis eorum.* Vnde videtur, quod quilibet talis Eum figuratur in illo pisce Tob. 6. qui primo voluit deuorare Tobiam, qui apprehendens eum, attraxit eum ad terram, & inuenit in eo fel, de quo illuminauit postea patrem suum, & per eius fumum dæmonium effugauit. Talis piscis fuit Paulus cum Philosophis primitiuis, quia scilicet isti primo Tobiam, id est, Christum & eius fidem deuorare & destruere conati sunt, iste tamen Tobias, eos ad se per fidem attraxit, & ad se conuertit, Ezech. 32. *Expandam super eum rete meum, & capietur in sagena mea*, & sic eorum felle & fumo vsus fuit. Felle dico, id est, sua spirituali contra vitia indignatione. Fumo, id est, sua deuota oratione & affectione. Istis enim mediantibus patrem suum cæcum, id est, populum Iudaicum quo ad multas personas Christus illuminauit, & dæmonũ potentiam effugit, 1. Reg. 23. *Fecit eum Dauid auricularium & secretarium.* Vnde de quolibet tali Eum, potest dici illud Psal. Inuenit eum in terra deserta, in loco horroris & vastæ solitudinis. *Circumduxit eum & docuit, custodiuit eum quasi pupillam oculi, posuit in eo verba signorum suorum, & custodiuit quasi pupillam oculi sui.* Patet ergo, quod illum, qui dicitur Eum, solet Christus benigniter secum recipere.

¶ Item dico, quod talem Eum, solet Christus à malis eripere. Psal. *Immittet Angelus domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos.* Sicut enim quodam naturali instincto animalia solent catulos suos defendere, & iuuare, sic Christus eos, quos suos nouit esse.

Istos enim à tentationibus eripit.
Istos à mundi tribulationibus protegit.
Istos ab inferni damnationibus liberat & defendit.

Psal. *Eruet eos à peccatorib. & saluabit eos, quoniam sperauerunt in eo.* Et alibi: *Eripiet eos à contradictionibus populi, &c.* Et alibi: *Eripiam eum, & glorificabo eum.*

¶ Iterum dico, quod talem Eum solet Christus summe diligere. Vnde Genes. 32. dicitur; *Israel autem diligebat eum*, scilicet Ioseph *super omnes filios suos, eo quod in senectute sua genuisset eum.* Et Genes. 44. *Pater eius tenerrime diligit eum.* Signum autẽ, quod Deus diligit eos, id est, sanctos & iustos, satis potest esse euidens, quia scilicet sicut pater filium, quem diligit, solet induere magis honeste, solet arguere magis moleste, solet honorare & promouere magis manifeste: sic quia Christus bonos & iustos stola gratiæ honestæ induit, 1. Mach. 10. *Induit eum purpura*, zelo iustitiæ moleste arguit, Matth. 18. *Corripe eum inter te & ipsum solum*: & Esa. 27. *Qui formauit eum, non parcet ei. Corona gloriæ honorabiliter eum astruit*, Psalm. *Gloriam & magnum decorem impones super eum domine.* Bene est verisimile, quod eos amat, & quod bonum & salutem eorum affectat. Vnde de tali Eum canit Ecclesia: *Amauit eum dominus, & ornauit eum, stola gloriæ induit eum, & ad portas Paradisi coronauit eum.* Vnde 1. Mac. 10. dicitur, quod *rex scripsit eum inter primos amicos.* Et 1. Macch. 11. dicitur, quod *rex exaltauit eum ante eum conspectum amicorum.* Patet ergo, quod talẽ eum solet Christus summe diligere.

¶ Adhuc dico, quod talem Eum solet Christus digne erigere. Constat enim quod Christus illos qui sunt eum, id est, viros iustos & bonos erigit & eleuat interius per contemplationem & affectionem. Act. 1. *Eleuatus est, & nubes suscepit eum.* Exterius per promotionem & prælationem. Deus enim de modico statu quandoque hominem erigit & ad statum altæ promotionis deducit. Vnde de Dauid dicitur in Psal. quod *sustulit eum de gregibus ouium, & de post fœtantes accepit eum.* Et alibi: *Constituit eum dominum domus suæ, & principem omnis possessionis suæ.* Posterius per finalem saluationem, & per æternæ gloriæ adeptionem, Deuter. 34. *Constituit eum super excelsam terram, vt comederet fructus agrorum, &c.* Christus enim sanctos finaliter erigit, & eos ad societatem & satietatem æternam secũ aduocat, & extollit, 2. Reg. 11. *Vocauit eum Dauid vt comederet coram eo.* Vnde in cantico canit Ecclesia dicens: *Et rege eos, & extolle illos vsque in æternum.* Et breuiter isti beati à Deo in cœlo honorabiliter recipiuntur, 1. Mach 11. *Delectatus est rex in aduentu eorum.* Ab Angelis admirabiliter associantur, Genes. 32. *Iuerunt ei obuiam Angeli Dei*, quia sicut dicitur 1. Macch. 10. *Scripsit Alexander rex Ionathæ, vt veniret obuiam sibi.* Ab omnibus sanctis delectabiliter & festinanter alliciuntur Matth. 25. *Ecce sponsus venit exite obuiam ei.* In pace perpetua constituuntur, Hier. 33. *Reuelabo eis deprecationem pacis.* Et in Psalm. *Factus est in pace locus eius, & habitatio eius in Sion.* Et ideo omnia, quæ desiderant, eis finaliter conceduntur, Psalm. *Desiderium cordis eius tribuisti ei, non sunt fraudati à desiderio suo.* Et alibi in Psal. dicitur: *Pluit illis manna ad manducandum, & panem cœli dedit eis, panem angelorum manducauit homo, cibaria misit eis in abundantia.* Patet ergo, quod illi, qui dicitur Eum, scil. quilibet vir perfectus, est à Deo

Receptus & non eiectus,
Ereptus & non derelictus,
Dilectus & non spretus,
Erectus & non despectus.

¶ Et sic patet quomodo per Eum, & Eos potest intelligi perfectio virtualis. Et ideo breuiter de quolibet viro perfecto potest dominus dicere illud Cantic. 5. *Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus, caput eius aurum optimum, comæ eius sicut elatæ palmarum. Oculi eius sicut columbæ, genæ illius sicut areolæ aromatum, labia eius distillantia myrrham primam, manus eius tornatiles, aureæ plenæ hyacinthis, venter eius eburneus distinctus sapphiris, crura illius columnæ marmoreæ, species eius vt Libani, electus vt cedri.* In ista auctoritate sunt nouem genitiui pronominales, qui possessionem & perfectionem virtutum signant.

¶ Et sic nota, quod ille, qui denotatur per Eum, vel per Eius, debet habere G

Intentionis rectitudinem. [Caput eius aurum.]
Affectionis celsitudinem. [Comæ eius sicut elatæ palmarum.]
Discretionis limpitudinem. [Oculi eius sicut columbæ.]
Verecundiæ gratitudinem. [Genæ eius sicut areolæ.]
Eloquentiæ sanctitudinem. [Labia eius distillantia.]
Efficaciæ fortitudinem. [Manus eius tornatiles.]
Abstinentiæ mœstitudinem. [Venter eburneus.]
Permanentiæ firmitudinem. [Crura eius sicut columnæ.]
Apparentiæ pulchritudinem. [Species eius vt Libani.]

¶ Dico ergo, quod iste Eius, debet habere intentionem rectissimam, quod ostenditur, cum dicitur: (Caput eius aurum optimum) Caput enim, quod est primum & principale membrum corporis, quo infirmo cætera membra dolent, intentionem signat, quæ prima & principalis pars est cuiuslibet actionis, quæ si sana fuerit, & recta, totum corpus actionis sanum est, & sincerum, & etiam econuerso. Caput ergo eius debet esse aurum optimum, quia scilicet intentio nostra debet esse aurea & sincera, & sic omnia sequentia erunt salubria atque sana. Bonitas enim vel malitia omnis actus à capite intentionis dependet. Sit ergo Eius, id est, intentio cuiuslibet viri iusti, aurum optimum. Vnde de sancta muliere, id est, de sancta anima dicitur Apocalyp. 12. *quod in capite eius corona stellarum duodecim.* Duodecim enim stellæ, fidem duodecim articulorum designant, quæ scilicet in capite nostræ intentionis continue est tenenda, quia scilicet omnia, quæ agimus, cum intentione veræ fidei sunt agenda, Psalm. *Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso.* Vnde etiam canit Ecclesia, & accipitur ab Ecclesiast. 45. *Corona aurea super caput eius expressa signo sanctitatis, gloria honoris, & opus fortitudinis.* Habere ergo debet iste eius intentionem rectissimam. (Caput eius, inquit, aurum.) Daniel. 2. *Caput statuæ ex auro erat.*

¶ Item debet habere affectionem altissimam, quod ostenditur, cum dicitur (Comæ eius sicut elatæ palmarum) Comæ procedentes à capite, sunt affectiones procedentes à corde, quæ scilicet sicut folia palmarum, quæ omnia tendunt sursum, debent esse, in quantum sursum, ad cœlestia debent esse erectæ & sublimes. Cant. 7. *Coma capitis eius sicut purpura.*

¶ Item debet habere discretionem clarissimam, quod ostenditur, cum dicitur, quod iste habet oculos. (Oculi, inquit, eius sicut columbæ super riuos aquarum.) Columbæ enim ita habẽt oculos claros, quod visa vmbra accipitris in aqua, statim refugiunt. Sic oculi ad foramen discretionis nostræ debent esse clarissimi, quia scilicet in aqua sacræ scripturæ, vel in aqua lacrymosæ pœnitentiæ statim debemus v[illegible] pendere, & sic ab accipitre diabolo præcauere & ad foramen con-

...iæ refugere & transire. Daniel. 10. *Oculi eius vt lampas ardens.*

¶ Item debet habere verecundiam simplicissimam, quod ostenditur, cum dicitur (Genæ eius sicut areolæ aromatum.) In genis enim summe apparet verecundia, quæ areolæ aromatum comparatur, quia scilicet nihil fragrantius vel odorosius verecunda facie iudicatur. Vnde Cantic. 4. *Sicut fragmen mali punici genæ tuæ.* Et Ecclesiastic. 7. dicitur. *Gratia verecundiæ super aurum.*

¶ Item dico, quod debet habere eloquentiam verissimam, quod ostenditur, cum dicitur, quod labia eius sunt destillantia myrrham primam. Myrrha enim prima, quæ sine infectione & violentia stillat ab arbore, est veritas, quæ scilicet prima est inter virtutes, & sine difficultate debet à nostris labiis sponte & voluntarie destillare. Ista est ad modum myrrhæ odorosa sed amara, quia scilicet fama veritatis est magna licet quandoque multis sit displicibilis & amara. Psal. *Scuto circumdabit te veritas eius.* 1. Pet. 3. *Prohibeat linguam suam a malo, & labia sua ne loquantur dolum,* & Prouerb. 16 *Labia eius addet gratiam.* Econtra tamen mollia sunt labia, quæ non destillant myrrham veritatis, sed fœtentem immunditiam falsitatis, & venenosæ & detractoriæ loquacitatis. Psalm. *Venenum aspidum sub labiis eorum.* Venenum aspidis dormire primo facit, & post dormiendo occidit, & venenat. Vnde Esaiæ 33. *Labia eius repleta sunt indignatione, & lingua eius quasi deuorans ignis.*

¶ Item debet habere efficaciam fortissimam, quod ostenditur cum dicitur, quod manus eius tornatiles, aureæ, distinctæ hyacinthis. Manus enim virtutem operatiuam, & bonorum operum effectum designant, quam scilicet quilibet Eius, id est, quilibet iustus debet habere, vt scilicet hyacinthis virtutum in ipsis suis manibus, id est, in suis operibus debeant coruscare. Tornatiles etiam debent dici, pro eo, quia operationes nostræ bonæ nunc ad Deum, nunc ad nos, nunc ad proximum tornari debent & verti. Psalm. *Manus eius in cophino seruierunt.* Et alibi. *Ponam in mari manum eius, & in fluminibus dexteram eius.* Et breuiter de bonis operibus potest dici illud Psalm. *Opera manuum eius annunciat firmamentum.* Et Iob 1. dicitur: *Operibus manuum eius benedixisti, & possessio eius creuit in terra.* Multi enim sunt, qui habent manum aridam ad bene operandum, & cæcum oculum ad videndum. De quo dicitur Zachar. 11. *Brachium eius dextrum ariditate siccabitur, & oculus eius dexter tenebrescens obscurabitur.*

¶ Item dico, quod talis Eius debet habere abstinentiam arctissimam seu continentiam mundissimam, quod ostenditur, cum dicitur [Venter eius eburneus.] Ebur enim quod est candidum & frigidum, castitatem designat, quæ per puritatem est candida, & per temperantiam frigida & modesta. Vnde Iob. 7. *De ventre eius fluent aqua viua.* Et Thren. 4. dicitur, *Candidi facti sunt Nazaræi eius.* Sequitur: *Candidiores niue rubicundiores ebore antiquo, sapphiro pulchriores.* Talem tamen ventrem eburneum cum aquis niuis, castitatis & puritatis non habent aliqui, sed potius ventrē vbi habitat ignis cupiditatis & carnalitatis. Vnde Ecclesiast 40. *In ventre eius ignis ardebit.*

¶ Item dico, quod iste debet habere permanentiam firmissimam, quod ostenditur cum dicitur quod crura eius sicut columnæ marmoreæ, quæ fundatæ sunt super bases aureas. Marmoreæ enim columnæ stabiles sunt, basea aureæ oneri non succumbunt. Sic perseuerantia nostra nunquam debet deficere, sed in firmitate roboris continui & perpetui perdurare. Vnde talis Eius potest figurari in illo Angelo Apo. 10. de quo dicitur, quod *amictus erat nube, & iris in capite eius, & facies eius erat vt sol, & pedes eius sicut columna ignis.*

Signat enim
- Nubes puritatem,
- Iris, quæ fit ex resplendentia lucis, diuinæ gratiæ luminositatem,
- Sol, charitatem,
- Columna, perseuerantiam & stabilitatem,
- Ignis, imputribilitatem.

¶ Item dico, quod talis Eius debet habere apparentiam pulcherrimam, quod ostenditur cum dicitur. Species eius vt Libani, electus vt Cedri, quasi dicat: Species eius debet esse per honestatem pulcherrimam more Libani, qui est mons Syriæ semper virens. Vnde de tali specie dicitur Danielis 10. *Ecce vir, inquit, vestitus lineis, renes eius accincti auro obryzo, corpus eius quasi Chrysolitus, & facies eius velut species fulguris, &c.* Si vis expone, & dic, quod

Vestitus lineus est innocentia,
Aurum est castitas est continentia,
Corpus lapideum est permanentia,
Facies & species fulguris est clara & honesta apparentia.

Sic ergo patent octo bonæ conditiones istius Eius. Et ideo breuiter fuit in vita ista Deo placens & gratiosus, in se bonus & virtuosus. Et ideo finaliter in Paradiso ipse est & fuit altè regnans & gloriosus. Iste enim Deo placuit Sapient. 4. *Placita erat Deo anima eius.* Iste etiam mores coluit. Psalm. Anima eius in bonis demorabitur. Iste insuper cœlum meruit. Psalm. Gloria, & diuitiæ in domo eius, & iustitia eius manet in sæculum sæculi. Et Prou. 3. dicitur, quod *longitudo dierum in dextra eius & in sinistra illius diuitiæ & gloria.* Sic ergo patet quomodo per Eum, & per Eius, potest intelligi conditio viri iusti, &c.

¶ Si vero de pluribus simul loqui volueris, dic, quod per Eos & Eis, & Eorum potes intelligere virtutes & conditiones sanctorum. Isti sunt enim quorum

Affectus à Deo
- Respiciuntur,
- Exaudiuntur,
- Remunerantur.

Aspectus à Deo illuminantur,
Processus per Deum rectificantur,
Successus in Deo saluificantur.

¶ Deus enim complet iustorum affectum Psalm. *Desiderium eorum attulit eis, non sunt fraudati a desiderio suo.* Et alibi in Psal. *Præparationem cordis eorum audiuit auris tua.*

¶ Deus etiam exaudiuit iustorum affatus, id est, eorum orationes & preces Psalm. *Oculi Domini super iustos, & aures eius in preces eorum, vt eruat morte animas eorum, & alat eos in fame.*

¶ Deus insuper remunerat iustorum effectus, i. bona opera & virtutes eorum, Psal. *Da illis secundum opera eorum, & secundum opera manuum eorum tribue illis.*

¶ Deus nihilominus illuminat iustorū aspectus, i. intellectus & notitias eorundem, Psal. *Eduxit eos de tenebris & vmbra mortis, & vincula eorum dirupit.* Et alibi. *Expandit nubem in protectionem eorum & ignem vt luceret eis per noctem.*

¶ Deus etiam rectificat iustorum processus, Psal. *Eduxit eos in viam rectam, vt irent in ciuitatem habitationis.*

¶ Deus insuper saluificat seu beatificat iustorum successus, Psalm. *Et saluauit eos propter nomen suum, vt notam faceret potentiam suam.* Sequitur: *Et saluauit eos de manu odientium, & redemit eos de manu inimici*, infinita alia possent hic applicari de Eos referendo ad omnem virtutem, sed omitto gratia breuitatis. Patet ergo quomodo per istud pronomen Eos, Eorum, Eis, Eum, Ei, Eius, &c. intelligitur homo iustus quantum ad suam bonitatem.

¶ Quarto dico, quod per istud pronomen potest intelligi vir malus quantum ad suam prauitatem seu iniquitatem. Aliqui enim sunt ita mali, quod aliquo speciali vocabulo, non possunt commode definiri, & ideo solent à scriptura aliquo generali vocabulo appellari. Quandoq; ergo tales per istud pronomen Eum & Eos designantur, & eorum nequitiæ tali generali vocabulo appellantur. Notabis Ergo, quod mali, qui denotantur per Eos, H

Indurantur diuino verbere,
Impinguantur carnali vbere,
Colligantur dæmonum fœdere,
Maculantur criminum scelere,
Excæcantur ignorantiæ errore,
Molestantur laborum onere,
Deuorantur crudeli vulnere,
Relegantur à cœli munere.

¶ Isti enim sunt obstinati, nec corriguntur diuinis verberibus & ideo Hierem. 5. dicitur: *Domine percussisti eos & non doluerunt. Attriuisti eos, & renuerunt accipere disciplinam, indurauerunt facies suas supra petram, noluerunt reuerti.*

¶ Item isti sunt impinguati & delectantur carnis vberibus. Vnde isti sunt illi equi, de quib. dicitur Esa. 31. *Equi eorum caro, & non spiritus.* Carnales enim equi dicuntur, eo scil. quia sicut equus & mulus sensu & ratione priuantur, Ioel. 2. *Quasi aspectus equorum aspectus eorum.*

¶ Item

¶ Item isti sunt desperati, & sociantur hostis fœderibus. Vnde Iob. 1. *Affuit inter eos Sathan.* Videntur enim mali magis fœderari diabolo quam Deo Psal. *Auerterunt se, & non seruauerunt pactum, quemadmodum patres eorum.*

¶ Item isti sunt deprauati, & inquinantur multis sceleribus. Vnde Ezech. 32. *Fuerunt iniquitates eorum in ossibus eorum.*

¶ Item isti sunt excœcati, nec illustrantur veris splendoribus, quia scilicet plerumque mali cœcitate ignorantiæ sunt percussi, Psal. *Obscurentur oculi eorum, ne videant, & dorsum eorum semper incurua.* Et Luc. 24. dicitur, quod *oculi eorum tenebantur, ne eum agnoscerent.*

¶ Item isti sunt tribulati, & fatigantur multis laboribus. Constat enim, quod mali in vita ista multis miseriis & tribulationibus affliguntur: Vnde in Psalm. dicitur, quod *Dominus misit in eos iram indignationis suæ, indignationem, & iram, & tribulationem, immissionem per Angelos malos.* Et sequitur ibidem, quod *ipse conuertit in sanguinem flumina eorum, & imbres eorum ne biberent. Misit in eos cynomiam; & comedit eos rana, & disperdidit eos. Dedit erugini fructus eorum, & labores eorum locustæ. Et tradidit grandini iumenta eorum, & possessiones eorum igni.* Ecce ergo quomodo isti Eos, & Eorum, idest, mali multi in præsenti vita miseriis affliguntur.

¶ Item dico, quod isti sunt condemnati, vt deuorentur, seu crucientur diris vulneribus, quod vtique fiet finaliter in inferno, quando scilicet verificabitur illud, quod dicitur Deuteronom. 32. *Congregabo super eos mala, & sagittas meas complebo in eis. Consumentur fame, & deuorabunt eos aues morsu amarissimo. Dentes bestiarum immittam in eos cum furore, &c. Foris vastabit eos gladius, & intus pauor.* Sequitur: *Vua eorum vua fellis, & botrus amarissimus. Fel draconum vinum eorum, & venenum insanabile.* Et iterum: *Mea est vltio, & ego retribuam eis in tempore, vt labatur pes eorum.* Isti ergo erunt condemnati, & truncabuntur multis vulneribus, scilicet, in inferno.

¶ Item dico, quod isti erunt exulati, quia spoliabuntur summis honoribus, scilicet, gloria & fœlicitate cœlesti, quia scilicet isti non solum habebunt pœnam sensus, quam sustinebunt in inferno, imo pœnam damni, quam patiuntur priuati Dei & sanctorum consortio. Vnde Oseæ 9. *Propter nequitiam adinuentionum eorum de domo mea eiiciam eos.* Breuiter ergo concludo, quod per Eos, Eorum, & Eis, possunt pluraliter intelligi viri mali.

¶ Sed si vis, potes dicere, quod etiam in singulari numero per Eum, Ei, & Eius, &c. potest intelligi singulariter quilibet vir iniquus. Et hoc, quia sicut probari potest per scripturam, iste

Ignorantiæ cœcatur errore,
Immunditiæ fœdatur horrore,
Auaritiæ crematur ardore,
Iracundiæ vexatur stridore,
Sapientiæ priuatus splendore.

¶ Dico ergo, quod talis excœcatur per ignorantiam, Esa. 6. *Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua.* Et 3. Reg. 14. dicitur: *Caligauerunt oculi eius præ senectute.* De Tobia etiam legitur Tob. 2. quod *stercora calida excæcauerunt oculos eius.* Sic faciunt plerumque stercora & immunditiæ vitiorum.

¶ Item iste maculatur per immunditiam. Vnde de immundo & luxurioso potest dici illud Thren. 1. *Sordes eius in pedibus eius, nec recordata est finis sui.* Vnde Prou. 7. dicitur de luxurioso: *Et ecce ornatu meretricio occurrit ei mulier.*

¶ Item iste inflammatur per auaritiam, Psalm. *Ignis in conspectu eius exardescet, & in circuitu eius tempestas valida.* Auaritia enim & ignis dicitur, & tempestas.

¶ Item iste infatuatur per imprudentiam. De iusto enim dicitur, quod collaudabunt multi sapientiam eius, &c. De peccatore vero dicitur Prouerbiorum 27. *Non auferetur ab eo stultitia eius.*

¶ Item iste incitatur per iracundiam. Vnde de iracūdo potest dici illud Psalmi: *Ignis à facie eius exarsit, carbones succensi sunt ab eo.* Patet ergo, quomodo singulariter & pluraliter per illud pronomen Eum potest intelligi, scilicet

Vir iniquus,
Vir iustus,
Homo impius,
Deus summus.

¶ Sed si ad hoc vis aliquid dicere de Ea, in genere fœminino, nota & pone illud, quod supra positum est de Ea. Nota, quia supra in litera d, conditionem naturæ Angelicæ, & eius moralizationem similiter etiam diaboli rationem moraliter discussimus, ea hic iterare superfluum arbitramur. Ideo ne vel incuria, vel negligentia putet quis factum esse, vt in capite huius tituli diuidendo, Angelum & diabolum per Eum, Ei, Eo, posse intelligi meminerimus, nec, id authorum testimonio deduxerimus, voluimus lectori supra in locu designato esse satisfactum, vt ibi aptas intentioni suæ auctoritates comportet, & colligat.

## Exemplum, Exemplar.

Nota, quod exemplum, & exemplar est illud, ad cuius similitudinem fit aliud. Et siue accipiatur in bonu vel in malo, semper denotat aliquam similitudinem. Est ergo quadruplex exemplum, scilicet, A

Exemplum {
Tenendum,
Cauendum,
Timendum,
Quærendum.

Exemplum tenendum, est exemplum bonorum, quorum scilicet viæ & semitæ sunt sequendæ 1. Petri 2. *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius.* Exemplum cauendum, est exemplum malorum, quorum viæ, viæ, & semitæ sunt fugiendæ. Vnde Numer. 5. dicitur, quod mulier adultera post ventris disruptionem, & post amaram aquarum potationem, erat in maledictionem, & in exemplum omni populo. In exemplum (dico) non imitandum, nec assimilandum, sed magis cauendum & euitandum. Exemplum timendum, est exemplum damnatorum. Pœna enim istorum est aliis in exemplum, id est, in signum, quod scilicet qui similiter fecerit, similiter damnatus erit. Vnde in Canonica Iudæ dicitur, quod *Sodoma & Gomorra factæ sunt in exemplum ignis æterni.* Exemplum quærendum, est exemplum bonorum, quia scilicet datur aliis exemplum, quod qui similia fecerit, similiter recipiet & habebit, Exod. 25. *Attende, & fac iuxta exemplar, quod tibi in monte monstratum est.*

¶ De exemplo tenendo, sequendo, & imitando possumus aliquantulum dilatare, quod vita, conditio, & conuersatio bonorum & perfectorum sunt quædam exempla, quæ debemus sequi & imitari, & quibus debemus conformari. Chamæleon enim est animal Æthiopicum, quod talis est conditionis, vt dicit Isidor. quod ad formam, figuram, & colorem rerum exteriorum dicitur proprium colorem vertere & mutare, siue fuerit paries albus, siue fuerit color rubeus, siue fuerit arbor viridis. Sic pro certo, charissimi, dico, quod colores, id est, exteriora opera & exempla, quæ in aliis existunt, debent à nobis per imitationem recipi, quia scilicet, D

Albedo castitatis,
Rubedo charitatis,
Viror honestatis,

Quæ in aliis personis inueniuntur, à nobis debent recipi, & exemplariter imitari, & ad ipsa in debemus conditionem nostram vertere, & nos eis moraliter conformare, vt sic dicamus illud Prouerb. 24. *Quod cum vidissem, posui in corde meo, & exemplo didici disciplinam.* Accipiamus ergo bona exempla à superioribus, & simus tales, quod bona exempla demus inferioribus. Medicus enim bonas herbas solet colligere, & de malis & inutilibus non curare. Columba etiam bona grana solet colligere, mala autem & inutilia refutare. Apes etiam flores bonos & puros solent frequentare, vt inde possint mel conficere & generare. Sic vere, charissimi, bonos flores, bona grana, bonas herbas, id est, bona aliorum exempla debemus per imitationem recipere & colligere, mala vero respuere & horrere. Vt enim dicit Plin. Apes, quæ flores amaros frequentant, sicut est flos absinthii, solent mel amarius facere. Quia vere illi, qui amara & mala aliorum exempla recipiunt, eamdem mel amarum, id est, opera mala & inutilia conficiunt. Bona ergo bonorum exempla frequentemus, mala autem malorum opera, id est, exempla respuamus. Ideo nobis dicitur in persona bonorum Iudic. 9. *Quod me videritis facere, hoc instanter facite.* Boni ergo exempli acceptio pertinet ad subditos, boni etiam exempli datio pertinet ad prælator. Sicut enim videmus, quod formica, quando non potest portare onus suū, solet ipsum præcedere, & præcedendo ipsum ore post se trahere Apri etiam videntes venatorem filios suos inuadere, vt dicit Plinius, præcedunt eos, & pro eis pugnant & eos defendunt. Sic pro certo, charissimi, prælatus, qui habet aliquod onus, i. aliquem onerosum subditum, volens eum portare ad Pa-

radisum, & à venatore diabolo tueri & defendere, tutissimum est & optimum, quod eum per boni exempli dationem præcedat, & quod eum ore, id est, verbo consolatorio & exhortatorio secum ducat. Faciat ergo talis iuxta consilium Apostoli 1. Tim. 4. *Exemplum*, inquit, *esto fidelium in verbo, in conuersatione, in charitate, in fide, & in castitate.* In quibus verbis quinque ostenduntur, in quibus prælati & viri perfecti alios præcedere, & alijs dare bona exempla tenentur, scil.

In eloquentiæ veritate (In verbo)
In apparentiæ venustate (In conuersatione)
In amicitiæ firmitate (in charitate)
In sapientiæ claritate (In fide)
In continentiæ puritate (In castitate.)

Ista enim quinque debent in viris perfectis principaliter esse, vt alij minus perfecti possint ibi bonum exemplum accipere. Ad bonos enim pertinet, vt habeant

In verbo veritatem,
In conuersatione honestatem,
In charitate firmitatem,
In fide stabilitatem,
In castitate puritatem.

Ista omitto prosequi gratia breuitatis, quia hoc vocabulum exemplum satis tarum est in scriptura. Multa enim poteris ad propositum inuenire in alijs titulis. Et ideo vide infra de imitari. Et si vis prosequi prædictam auctoritatem, vide prosecutionem in alijs particularibus titulis.

A **Exercere.** Nota, quod exercitium idem est, quod diligens & frequens circa aliquid occupatio. Vnde exercere idem est, quod aliquid diligenter & frequenter facere, vel circa aliquid laborare. Est ergo duplex exercitium seu opus, sc. vnum virtuosum, aliud vitiosum, vnum perfectorum, aliud peccatorum. Est ergo exercitium virtuosum, & ista est bona occupatio & operatio, quam debemus semper facere & continue exercere. Creaturæ ergo quanto plus habent de perfectione, tanto plus habent de exercitio & occupatione. Istud patet in Angelis, qui continue se exercitant Deum contemplando, patet in stellis, quæ continue se exercitant nobis influendo, patet in terra, quæ continue se exercitat fructum producendo, patet etiam in mari, quod continue se exercitat sese purgando & agitando. Et breuiter non est dare aliquam nobilem creaturam, quin exercitium diligat, & frequenter. Sic vere charissimi, loquendo spiritualiter, omnes illi, qui volunt esse nobiles & perfecti, debent seipsos exercere & in bonis operibus occupare, quia vere aut debemus sicut Angeli superiorum contemplationi vacare, aut sicut stellæ per pietatem in aliquos influere, & eis bene facere. Iuxta illud 1. Tim. 4. *Exerce teipsum ad pietatem.* Aut sicut terra fructus bonorum operum continue producere. Aut sicut mare per contritionem & nostri status discussionem continue nos agitare, & per confessionem nos purgare. Sicut enim per Philosophos, motus maris est causa quare ipsum non putrescit nec corrumpitur, sic vere motus & exercitium bonorum operum est causa, quod homo per peccatum non corrumpitur, quia scil. dum homo in honestis operibus occupatur, à peccatorum corruptionibus præseruatur. Ideo bene consulebat Hier. dicens: *Semper aliquid boni facito, ne te diabolus inueniat otiosum.* Quia vero paucæ sunt auctoritates de isto vocabulo exercere, ideo nolo aliquam auctoritatem diuidere, sed breuiter aliquid volo distinguere & notare.

B ¶ Notemus ergo, quod bonum exercitium, bonus labor, bona occupatio, bonum opus debet ex causa triplici frequentari, quia scilicet

Per bonum exercitium { Virtus excitatur, Fructus reportatur, Culpa resecatur.

Primo dico, quod per bonum exercitium virtus excitatur. Siue enim in corporalibus, siue in scientialibus, siue etiam in moralibus, nulla virtus sine exercitio conualescit. Quia sicut dicit Vegetius de re militari, omnes aeres, & opera iugibus exercitijs conualescent. Apes enim vt dicunt Plinius & Ambrosius, si diu quiescant, infirmantur. Si vero opera sua & labores suos continuauerint, in sanitate perseuerant, & vegetantur. Animalia etiam syluestria sunt domesticis, vt communiter, fortiora & meliora, sicut patet de apris respectu domesticorum porcorum, quod vtique facit continuitas motus & laboris, cibi etiam siccitas, & aeris puritas. Nam per motus continuitatem mali humores consumuntur, pori aperiuntur, virtus roboratur & vigoratur. Cuius tamen in animalibus domesticis totum contrariũ inuenitur. Sic vere charissimi, illi, qui maioribus studijs & exercitijs occupantur, saniores & fortiores & meliores efficiuntur, & tam in temporalibus, quam spiritualibus roborantur. Puritas enim aeris, id est, puritas conscientiæ, cibi siccitas, id est, parcitas abstinentiæ, motus continuitas, id est, labor exercitij & obedientiæ præseruant hominem ab infirmitate, & morali, & corporali, quam tamen quies, i. otium introducit. Ideo dicit Hugo in lib. 9. Exemplorum. Constat omnem operam ægre resumi, si diu ab exercitio quiescatur. Cum enim non frequentantur studia consueta, & ingenia in artibus, & brachia in corporibus irrigescunt. Per exercitium ergo virtus roboratur. Et ideo videmus de multis, qui nullo bono exercitio sese occupant, quod in eis reperitur

Nullius { Virtus, Vigor, Fortitudo, Bonitas.

Similes quibusdam hominibus, qui sunt in Æthiopia, qui secundum Plinium dicuntur Ganphasantes, qui nullo penitus exercitio se occupant, sed sicut bestiæ continue vadunt nudi. Ad denotandum, quod illi, qui bonis exercitiis, studijs & laboribus non occupantur, nudi scientiis & moribus, nudi etiam bonis temporalibus, nudi etiam gratiis & virtutibus inueniuntur. Vnde tales possunt dicera illud Iob 1. *Nudus egressus sum de vtero matris meæ, nudus reuertar illuc.* Exerceamur ergo, & occupemur in bono, nec aliqualiter vacemus ocio vel quieti, quia vere per exercitium virtus roboratur.

C ¶ Secundo dico, quod per exercitium fructus reportatur. Terra enim si bene colitur, vinea si bene foditur, arbor si bene purgatur, solet melius fructificare, & fructus magis vberes producere & portare. Et econuerso, si debita cultura deficiat, tunc terram vepres & vrticæ occupant, vineæ & arbores à fructibus se retardant. Sic vere charissimi, per culturam & exercitium bonorum operum fructus meritorum & præmiorum reportatur, acquiritur & habetur. Alias enim nisi bonum exercitium frequentetur, vepres peccatorum in nobis oriuntur, & fructus æternæ gloriæ retardantur. Vnde Prou. 24. *Per agrum hominis pigri transiui, & per vineam viri stulti, & ecce totum repleuerant vrticæ, operuerant faciem eius spinæ, & maceria lapidum destructa erat.* Spinæ significant peccata, quæ conscientiam per remorsum continue pungunt. Vrticæ, quæ carnem pungunt, designant mala desideria, quæ non cessant mentem inflammare. Talibus ergo spinis & vrticis ager, id est, cor peccatoris repletur quando per bonum exercitium non colitur. Vnde Prou. 23. *Diligenter exerce agrum tuũ.* Dico, quod per exercitium fructus reportatur. Vnde ad Heb. 12. *Omnis disciplina in præsenti non videtur esse gaudij, sed mæroris, postea autem exercitatis per ipsam fructum pacatissimum reddet.*

D ¶ Tertio dico, quod per exercitium culpa resecatur. Sicut enim vestes, quæ sæpe concutiuntur, & verberantur, sæpe à tineia præseruantur, aqua etiam putei, in quo sæpe hauritur, propter motum & exercitium à putredine præseruatur, sic homo qui sæpe mouetur, & bonis exercitiis occupatur, nec tinea malarum cogitationum roditur, nec à corruptione peccatorum mortalium vitiatur. Sicut enim dicit Ioannicius, exercitium est vnum de illis septem accidentibus, quæ ad conseruationem humanæ vitæ requiruntur, quæ sc. sunt aer, cibus, potus, somnus, vigilia, exercitium, requies. Quia reuera charissimi, ad vitæ spiritualis conseruationem ista requiruntur, scil.

Aer, id est, gratiæ deuotionis sinceritas,
Cibus, id est, verbi Deisuauitas,
Potus, id est, passionis Christi acerbitas,
Somnus, id est, contemplationis profunditas;
Vigilia, id est, discretionis subtilitas,
Exercitium, id est, occupationis sedulitas,
Requies, id est, stabilitatis tranquillitas.

Exercitium ergo valet ad vitæ spiritualis conseruationem, & per consequens ad mortis, id est, peccati destructionem & expiationem. Sicut enim dicit Constantinus exercitium ad tria valet, scil. ad caloris naturalis excitationem, ad membrorum solidationẽ, ad superfluorum consumptionem. Quia vere charissimi, bonum exercitium, bona occupatio, bonus labor, calorem excitat charitas, vigorem solidat firmitatis, superflua vero, id est, peccata destruit & deuastat. Et propter hoc pulcherrime loquitur de exercitio Fulgentius tractans illud Prouerb. vlt. *Panem otiosa non*

*cumulat.* In quodam sermone allegans dicta sapientis cuiusdam, sic dicens. Honestus labor vitæ humanæ est custodia fida dormientis naturæ vigil, stimulus sopiti caloris, lima superfluitatis, consumptio vitiorum, languorum medicina, lucrum temporis, iuuentutis debitum, adolescentiæ disciplina, senectutis gaudium, salutis adiutorium, nutricis omnium malorum, scilicet, acediæ & ocij inimica. Ille nempe solus ab exercitio se subtrahat & labore, qui fœlicitatis gaudijs vult carere. Et sic patet charissimi, quod exercitium ad multa est vtile, quia, scilicet, sicut dictum est,

Bonum exercitium est {
Culparum impeditiuum,
Bonorum acquisitiuum,
Virtutum roboratiuum.

Nam vt dictum est,

Per exercitium {
Annullatur culparum prauitas,
Procuratur cœli fertilitas,
Excitatur virtutum probitas.

Paucissimæ sunt auctoritates de exercitio in scriptura, & ideo nihil diuisi. Sed vide in alijs titulis, qui eundem habent sensum, scilicet, de labore, de occupatione, de operatione, de facere, de profectu, de motu, de currere, & cæteris similibus.

E ¶ Item dico, quod exercitium potest accipi in malo, & sic significat malum malorum laborem. Isti enim sunt similes araneæ, quę capiendo muscas continue se exercitat. Sic mala sunt in continuo exercitio & labore ad alios capiendum. Vnde Iudith 9. *Exercebant latrocinia*, &c. Vide alia in prædictis titulis.

A **Exercitus.** Nota, quod exercitus nihil aliud est, quam congregatio hominum ad prælium faciendum, siue pro hostium inuasione, siue pro hostium defensione. Exercitus ergo loquendo spiritualiter, potest denotare societatem, communitatem, concordem & indiuiduam vnitatem. Et propter hoc nos possumus distinguere, quod quadruplex est Exercitus, scilicet.

Exercitus {
Hominum perfectorum,
Hominum peruersorum,
Dæmonum malignorum,
Ciuium supernorum,

De exercitu perfectorum, id est, de bonorum congregatione potest dici illud 2. Paralipomenon. 12. *Ergo in exercitu nostro Deus Dux est.*

¶ De exercitu peruersorum, id est, de societate malorum, qui quasi vnanimes non cessant contra pauperes præliari, dicitur 4. Reg. 24. *Persecutus est exercitus Chaldæorum Regem, comprehenditque eum.* Et Hierem. 32. *Exercitus Regis Babylonis obsidebat Hierusalem.*

¶ De exercitu vero dæmoniorum dicitur Iudith. 5. *Ita multiplicati sunt*, scilicet, *Madianitæ, vt eorum exercitus numerari non posset:* De exercitu beatorum dicitur 4. Regum 22. *Vidi Dominum sedentem super solium suum, & omnem exercitum cæli assistentem ei.*

¶ Quamuis ergo exercitus multis modis potest accipi, generaliter tamen per exercitum quis posset accipere statum Ecclesiæ vel religionis. Illi enim, qui sunt eiusdem exercitus

Communiter {
Viuunt,
Iacent,
Laborant,
Ad communem finem tendunt.

B ¶ Sicut enim exercitus sequitur superiores, impugnat exteriores, diligit interiores, inter se bene ordinatur, exterius hospitatur, continue laborat & agitatur, sic proculdubio exercitus fidelium debet superioribus, scilicet Deo & prælatis obedire. Ideo de verbo Dei dicitur Apoc. 19. *Exercitus, qui in cælo sunt, sequebantur eum in equis albis.* Debet exteriores, scilicet, hostes spirituales impugnare. Iosuæ 10. *Exercitu disposito oppugnabat eam.* Debet etiam interiores scilicet, socios & vicinos diligere & amare Iud. 20. *Comportent exercitui cibaria.* Debet etiam per prudentiam bene ordinari 2. Mach. 15. *Exercitus erat ordinatus.* Debet sicut hospes in mundo peregrinari 2. Corinth. 5. *Quamdiu sumus in hoc corpore, peregrinamur a domino.* Debet etiam semper in bonis exercitijs occupari. Semper enim debemus esse parati contra hostes præliari, & nos per bona opera defendere & tueri. Vnde Eze. 37. *Ingressus est in ea spiritus, & reuixerunt, steteruntque super pedes suos exercitus magnus nimis.* Vbi nota, quod illi, qui in hoc exercitu congregantur, debent habere

Ductorem præcipientem. (Spiritus,)
Gratiam perficientem. (Vixerunt,)
Vigorem stabilientem. (Steterunt,)

Vide vbi ponitur, quomodo exercitus apum est bene ordinatus & occupatus, &c. Omitto gratia breuitatis, quia pauca themata inueniuntur. Vide supra de bello, &c.

**Exire.** Quia supra satis tractatum est de egressu, quod idem est, quod exitus, ideo parum dicere intendo de exitu. A
Notare ergo possumus, quod est exitus diuinus & humanus. Primo dico, quod est exitus diuinus, qui est multiplex:
Nam Deus

Exiuit à {
Patre per generationem,
Matre per incarnationem,
Mundo per mortem & passionem.

Exiet de paradiso ad iudicij promulgationem,

Exitus {
Primus,
Secundus,
Tertius,
Quartus.
} fuit {
Valoris,
Amoris,
Doloris,
Terroris.

Est ergo exitus Dei à patre per generationem æternalem, & iste propriè est exitus sicut exitus radij à sole, sicut exitus riuuli à fonte, sicut exitus caloris ab igne, quia quamuis filius à Patre exeat, cum ipso tamen continue perseuerat Ioan. 16. *Exiui à patre & veni in mundum, iterum relinquo mundum, & vado ad patrem.*

¶ Item est exitus Dei à matre per incarnationem temporalem. De ista enim exiuit sine matris corruptione, sicut flos exit de arbore, sicut odor exit de flore, sicut vitor exit de calamo, sicut sponsus exit de thalamo. Vnde iste fuit sicut torrens, quæ ad sibilum exit de fluuio, & cum eo carnaliter coniungitur. Sic vere Christus ad sibilum orationis & deuotionis serpentis, id est, virginis prudentis, fluuium Paradisi exiuit, & cum ea mirabiliter se coniunxit. Vnde de tali exitu dicitur Esaiæ 2. *De Sion exibit lex, & verbum Domini de Hierusalem.* Sancta enim virgo dicitur Sion, quod interpretatur specula, dicitur Hierusalem, quæ interpretatur visio pacis: quia vere ista semper fuit diuinæ Maiestatis speculatrix, & Dei & hominum concordatrix & pacificatrix. Ab ista ergo exiuit lex & verbum, id est, Dei filius benedictus, qui dicitur lex totius æquitatis, & verbum totius veritatis. De isto ergo exitu, quo Christus exiuit ab vtero matris in exilium mundi, dicitur in Psalm. *Exibit homo ad opus suum & ad operationem suam vsque ad vesperam.* Vbi nota, quod ille

Exitus est ad {
Mœrorem,
Laborem,
Dolorem.

Mœrorem contulit flebilis natura (Homo) Laborem intulit pœnarum iactura. (Ad opus suum) Dolorem attulit termini clausura, scilicet mors, quæ notatur per aduerbium vsque, & per nomen vesperam.

¶ Item Christus exiuit de mundo per passionem corporalem, & pro certo fuit sicut exitus peregrini de hospitio, sicut exitus militis de stadio, sicut exitus victoris de prælio. Vnde de isto exitu mortis potest dici illud Psalm. *Exibit spiritus eius, & reuertetur in terram suam.* De Christo enim exiuit spiritus eius per passionem, & sic reuersus fuit in terram suam, scilicet, in paradisum per resurrectionem & ascensionem.

¶ Item iste exibit, scilicet, de Paradiso ad discussionem generalem, scilicet, ad iudicandum viuos & mortuos, & sic iste exibit sicut Rex de palatio ad exterius præliandum, sicut gladius exit de vagina ad alios occidendum, sicut fulgur exit de nube ad aliquid exterius comburendum. Vnde Mat. 24. *Sicut exit fulgur ab oriente, & apparet in occidente, sic erit aduentus filij hominis.* Et Zach. 9. *Exibit vt fulgur iaculum eius.*

¶ Item est exitus Regis apum, qui quando exit de alueari, tota turba tumultuatur, ita quod per tres dies ante demonstratur exitus eius. Quando etiam exit, solet à turba apum circumdari & vallari, quia pro certo exitum Regis Christi ad iudicium circumdabit turba Angelorum, prognosticabit clamor tubarum, ipsum etiam venturum denunciauit per tres dies, scilicet, tempore legis, naturæ, & gratiæ turba prophetarum. Vnde 2. Mach. 3. *Exiuit Rex ab Antiochia.* Sic ergo patet, quod est quadruplex exitus Christi, scilicet,

Primus de patre, qui est mirabilis,
Secundus de matre, qui est amabilis,
Tertius de mundo, qui fuit instabilis,
Quartus de Paradiso, qui erit terribilis.

Bene ergo dicitur illud in persona Dei Eccl. 24. *Ego quasi fluuius Dorix, & quasi aquæductus exiui de Paradiso.* Ista est ergo exitus diuinus.

¶ Secun-

¶ Secundo dico, quod est exitus humanus, & iste est multiplex. Quia est

Exitus { Virtuosus, Vitiosus, Dolorosus, Gaudiosus.

C ¶ Exitus ergo virtuosus est, quando homo exit de mundo per voluntariam paupertatem, de carne per meritoriam castitatem, de delitijs per purgatoriam asperitatem, de eminentijs per depressoriam humilitatem, de carcere peccati per gratiæ libertatem. Ideo ad talem exitum inducimur ad Heb. 13. *Exeamus ad eum extra castra improperium eius portantes, &c.*

¶ Item exitus vitiosus est, quando homo exit de
Bona societate,
Gratiæ puritate,
Fidei vel religionis vnitate.

Vnde Luc. 22. *Tanquam ad latronem existis comprehendere me.*

¶ Item exitus dolorosus est, quando homo compellitur exire
De diuitijs ad paupertatem,
De vita ad mortem,
De mundo ad infernum,
De fortuna ad infortunium.

Vnde Marc. 1. *Exclamans voce magna exijt.*

¶ Item exitus gaudiosus est, quando exitur de mundo ad paradisum, de miseria ad fastigium, de tristitia ad solatium. Vnde Deut. 33. *Lætare Zabulon in exitu tuo.* Possumus ergo de bono & morali exitu diuidere illam auctoritatem prædictam. *Exibit homo ad opus suum & ad operationem suam vsq; ad vesperam.* In quibus verbis ostenditur triplex exitus moralis. Est enim exitus naturalis. Exit homo in mundum naturaliter viuendo. Virtualis. Exit homo in mundo virtualiter operando. Personalis. Exit homo in mundo personaliter recedendo.

Primus est exitus mœroris, qui ostenditur cum dicitur. (Exibit homo.)

Secundus est exitus laboris, cum dicitur. (Ad opus suum.)

Tertius est exitus doloris, Id est, mortis, quod ostenditur cum dicitur. Vsque ad vesperam.)

D ¶ Dico ergo, quod exitus naturalis est exitus mœroris, qui ostenditur, cum dicitur: (Exibit homo.) Quando enim homo exit in mundum per generationem naturalem, pro certo exit ad lacrymas & ad luctum. In cuius signum puer statim quando est natus incipit clamare, plorare, & dicere, A, si sit masculus. Vel dicere, E, si sit fœmella. Per literam, A, denotans Adam. Per literam vero E, denotans Euam. In signum, quod per Adam & Euã venerunt nobis causæ luctus & fletus, scil. miseria huius mundi. Ille vero mœror ostenditur cum dicitur (Homo,) quod est animal flebile & lacrymabile. Vnde Sap. 7. *Sum quidem mortalis homo, similis hominibus de genere terreno illius, qui prior factus est.* sequitur: *Et ego natus accepi communem aerem, & primam vocem similem omnibus emisi plorans.* Ad quod quidẽ facit verbum Bern. in quodam sermone. Consideranti tibi quid sis, occurrit tibi homo nudus sic plorans & murmurans. Quod sic homo (inquit) nascitur de muliere, ideo cum reatu. Breui viuens tempore, ideo cum metu repletus multis miserijs, ideo cũ fletu. Addit multis, quia animæ & corporis. Hæc Bernhard. Iste est ergo exitus naturalis, qui est ad mœrorem. (Homo) Sicut enim dicunt naturales, & maxime Constantinus. Et Auicenna, nullum respectu corporis habet ita magnum, nec ita humidum cerebrum sicut homo, & ideo potest super omnia etiam plorare & flere, & inde est quod pueri qui cerebrũ habent humidius, cæteris gentibus plorant facilius. Charissimi, per cerebrum, vbi est sedes rationis possumus intelligere prudentiam & disciplinam siue discretionem, quæ reuera in hominibus solet esse maior, quam in alijs corporalibus creaturis, & ideo ad istum potius pertinet flere quam alia animalia. Magis enim abundat in humore, id est, in miseria & fragilitate, & ideo plures habet causas fletus & mœroris. Melius etiam debet causas ipsas cogitare, in quantum [illegible] cæteris participat rationem. Plores ergo, & mœreat homo de

Sua vili conditione,
Præsentis vitæ miseria & afflictione,
Futuræ mortis tristabili defunctione,
Futuræ vitæ tam longa & incerta dilatione.

Homo enim quantum ad originem est vilissimus. Vnde Eccles. 17. *Deus de terra creauit hominem, &c.* Item in quantum ad præsentem vitam est miserrimus. Vnde Iob 13. *Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miserijs.* Item quantum ad statum futurum est timidissimus. Timere enim debet de mortis certitudine. Vnde ad Hebr. 9. *Statutum est hominibus semel mori.* Item timere debet de futuræ salutis incertitudine. Vnde Eccles. 6. *Nescit homo vtrum amore vel odio Deo dignus sit.* Patet ergo, quod est exitus naturalis, qui est ad mœrorem. Vnde de causis istius mœroris dicitur, Eccles. 40. *Occupatio magna creata est omnibus hominibus, & iugum graue super filios Adam à die exitus de ventre matris suorum.*

E ¶ Insuper dico, quod est exitus virtualis, qui est ad laborem. Ibit ad opus suum. Sicut enim homo exit de lecto ad operandũ, cursor exit de hospitio ad ambulandũ, auis exit de nido ad volandum, sic vere charissimi, nos debemus exirẽ exterius ad labores, & hoc, vt operemur per virtuosam actionem, vt volitemus per altam contemplationem. (Ad opus suum inquit.) Omnia enim quæ sunt, certis laboribus seu operibus occupantur, sicut patet in apibus & formicis, quia apes operantur flores colligendo. Formicæ vero laborant grana congregando, vt enim dicit Amb. & Plin. Mira est inter apes solertia operis & laboris. Nulla enim est inter eas, quin aliquibus laboribus occupetur: aliæ enim, vt dicitur, contra alias sicut in bello campestri certant: aliæ circa victum vigilant: aliæ vero futuros imbres præmeditantur, & explorant, seu nubium concursus attendunt: aliæ vero ceras & mella conficiunt: aliæ domos cellulasq; componunt; & tamen vt dicit, inter tam diuersa opera nulla alterius laboribus insidiatur, nulla raptu victum quærit, sed proprio volatu inter herbas & flores cibaria recolligit & requirit. Et reuera charissimi, mirum exemplum operandi bene & laborandi in tam paruis animalibus nobis datur, quia proculdubio (charissimi) nullus vacare debet inter nos ocio vel torpori, quia pro certo (charissimi) nos semper debemus ad aliqua bona opera vacare, nunquam vero ociosi esse. Vnde dicitur Eccles. 33. *Omnia mala docuit ociositas.* Aut enim debemus regi nostro Christo assistere per contemplationem, dicentes cum Helisæo, 4. Reg. 3. *Viuit Dominus, in cuius conspectu sto.* Aut futuros imbres prosperitatis æternalis, vel futuros concursus aduersitatis infernalis præmeditari per prudentiæ circumspectionem. Iuxta illud Senecæ. Futura præcaue, præsentia ordina, meditare præterita, aut circa victum, id est, circa acquisitionem bonorum temporalium ad humanæ vitæ necessitatem opportunorum inuigilare per diligentem attentionem. Vnde Iob 24. *Vigilantes ad prædam præparant panem liberis.* Aut domos & cellulas nobis in paradiso ædificare per operum pietatis executionem. Vnde Zach. cap. 1. *Reuertar ad Hierusalem in misericordia, domus mea ædificabitur in ea:* aut cellas seu mella conficere, id est, dulcedinem & deuotionem. Vnde Cant. 5. Comedi fauum cum melle meo. Aut saltem nulli alteri inuidere, nec alios quodam modo lædere per aliquam machinationem, nec etiam raptu victum quærere per aliquam exactionem, sed magis laboribus & operibus insistere, & vacare. Et sic dico, quod multis generibus bonorum operum debemus laborare, & nos dum viuimus occupare. (Ad opus inquit suum.) Vnde Eccles. 9. dicitur: *Quodcunque potest manus tua facere, instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec scientia, nec sapientia erunt apud inferos.* Iste est ergo exitus virtualis, qui est ad laborem, id est, bona opera exequenda. Vnde Matth. 13. dicitur, *Exiit qui seminat seminare semen suum.* Ista tamen sunt contra multos, qui vere non exeunt ad bona opera, sed ad mala, scilicet, ad mundi ludibria & negotia, quibus accidit sicut apibus, quæ dum exterius exeunt ad pastum, quandoque apprehendit eos pluuia vel tempestas, per quam pereunt, & necantur. Sic vere multi sunt, qui dum incaute exeunt ad exteriora opera & negotia mundana, quandoque accidit, quod pluuia voluptatis, vel tempestas tentationis ipsos obruit, vel submergit, & sic mortem æternam de suo exitu, & de suis operibus & laboribus reportant, quia sicut dicitur Esa. 59. *Opera eorum opera inutilia, & labores eorũ sine fructu.* Ista potissime patent in religiosis, qui claustra exeunt, & dimittunt & curias principum frequentant vt mundi negotia administrent, qui proprie figurantur in Esau, qui exiens foras ad venationẽ perdidit benedictionẽ. Quia vere religiosi & ecclesiastici, qui exterius ad mundi negotia exeunt sine causa benedictionẽ cœlestem perdunt. Vnde 1. Mach. 5. dicitur, *Ceciderunt sacerdotes in bello dũ sine consilio exierunt in prælium.* Nõ sic ergo, sed habeamus exitũ virtualẽ, qui est ad laborẽ. (Ad opus suum inquit.)

F § Adhuc dico, quod est quidam exitus personalis qui est ad dolorem. Et iste est exitus mortis. Et iste notatur, cum dicitur. (Vsque ad vesperam.) Istud enim aduerbium, vsque, est aduerbium limitatiuum & terminatiuum, semper enim signat terminum loci vel temporis vsq; ad quem potest homo procedere, & vlterius non transire. Et sic proprie istud vocabulum vsq; potest intelligi terminus mortis, vsq; ad quem possumus procedere & viuere, sed vltra non possumus pertransire, tunc enim de sæculo, & de mundo exire necessario oportet. Vt sic homini dicatur illud Iob 38. *Circumdedi mare terminis meis & dixi, vsq; huc venies & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos.* Mare (charissimi) signat hominem mortalem, & fluctuosum quem pro certo Deus infra duos terminos circumdedit, & conclusit, sc. inter natiuitatem, & mortem. Sibi ergo potest dici, vsq; huc venies, sc. vsq; ad mortem, & amplius non procedes, ac si, tunc de mundo exies, & fluctus vitæ tuæ ibi terminabis & cōfringes. De isto ergo vsq;, i. e. de termino vitæ humanæ potest dici illud 4. Reg. 20. *Aegrotauit Ezechias vsq; ad mortem*, i. vsq; ad vesperam. Vespera enim quæ est finis diei, significat mortem, quæ reuera finis est & terminus diei vitæ nostræ. Sicut enim sol per totum diem super nostrum hemisphærium lucet, quando vero vsq; ad occidentem discurrerit, tunc sol de nostro hemisphærio exit, & aduesperascente die nox succedit, sic vere charissimi, quamuis sol, id est, homo per diem vitæ præsentis appareat, circumeat & discurrat, quando tamen veniet ad vesperam senectutis necesse est, quod de mundo exeat, & discedat, & quod nox, id est, mors veniat & succedat Psal. *De mane vsq; ad vesperam finies me.* Et Eccl. 18. *A mane vsq; ad vesperam immutabitur tempus.* De tali ergo exitu mortis potest dici illud 2. Reg. 15. *Heri venisti, & hodie compelleris egredi.* Scriptura enim non facit differentiam inter vitam & mortem, nisi quantum inter heri & hodie. (Compelleris inquit egredi) Sicut enim hyæna mortuos de sepulchris eijcit, & euellit, sic pro certo mors animas de sepulchris, i. e. de suis corporibus exire compellit. Vnde Psal. *Exibit spiritus eius, & reuertetur in terram suam.* Patet ergo quod est triplex exitus, scilicet

Naturalis,
Virtualis,
Personalis,
Primus ad mœrorem,
Secundus ad laborem,
Tertius ad dolorem, &c.

Vide supra de egressu.

## Existimare.

Vide supra æstimare.

A **Expandere,** Nota, quod expandere idem est, quod extendere, aperire, & dilatare, cooperire, defendere, capere, inuoluere. Notare ergo possumus, quod

Expanditur {
Vestis ad calefactionem,
Manus ad orationem,
Alæ ad protectionem,
Rete ad inuolutionem,
Tegumen ad absconsionem,
Nubes ad refrigerationem,
Liber ad instructionem.

Dico ergo, quod expanditur vestis ad calefaciendum. Vestis enim signat bona nostra temporalia, quæ pro certo debemus expandere & per misericordiam ad proximos dilatare. Vnde Ruth. 3. dicitur, *Expande pallium tuum super ancillam tuam quia propinquus es.*

§ Item dico, quod expanditur manus ad Deum deprecandum. Vnde Psal. *Expandi manus meas ad te.* Et alibi. *Si expandimus manus nostras ad Deum alienum.*

§ Item expanduntur alæ ad protegendum. Per alas enim intelligitur potentia defensiua. Vnde 10 Psal. *In tegmine alarum tuarum sperabo.* Ideo Deuteron, 32. dicitur, *Expandit alas suas, & assumpsit eos.*

§ Item expanditur rete ad capiendum. Per rete enim intelligitur tentatio, vbi peccatores capiuntur. Vel per rete intelligitur mors, in qua omnes homines inuoluuntur. Vnde Ezech. 17. *Expandam super eum rete meum, & capietur in sagena mea.*

§ Item expanditur tegumen ad operiendum, & istud tegumen potest significare virtutem honestatis, quæ omnia verecunda operit atque tegit. Vnde Ezech. 16. *Expandi amictum meum super te, & operui ignominiam tuam.*

§ Item expanditur nubes ad refrigerationem. Et ista significat virtutem clementiæ super orum, quam ipsi tenentur expandere, vt possint pauperes recreare. Vnde in Psal. dicitur, *Expandi nubem in protectionem eorum.*

Item expanditur liber ad informandum. Et iste signat virtutem scientiæ & discretionis quæ alijs est prædicanda, & expandenda. Vnde Ezech. 2. *Ecce manus missa ad me, in qua erat liber inuolutus, & expandit illum coram me.* Manus enim ista doctorem vel prædicatorem signat, qui librum sacræ scripturæ in pectore clausum habet, quem pro certo debet alijs expandere, & per doctrinam, & eruditionem aperire. Sic ergo patet, quod expansio sumitur multis modis. Vide supra alia multa in titulo dilatare, & infra de extendere.

A **Expendere. Expensæ.** Nota, quod expendere idem est quod expandere, i. extra dispergere, distribuere, expendere, dispensare, disponere. Expendere est quando aliquis rem suam extra se pandit, & in alios alienat. Et possumus dicere, quod expensa dicitur illud pretium, quod pro alia re traditur, seu datur, quia vero vocabulum expendere rarum, imo quasi nullum est in scriptura, quanquam multa inueniantur extra, ideo omitto gratia breuitatis. Verumtamen possum notare, quod

Quidam expendunt bona {
Naturalia,
Spiritualia,
Temporalia,

Primo ergo dico, quod quidam expendunt bona naturalia, quę sunt gratiæ naturales, sicut sunt fortitudo, pulchritudo, subtilitas, seu limpitudo, quæ procul dubio in Dei laudibus & in bonis vsibus sunt expendenda & dispensanda. Cuius tamen contrarium multi faciunt, qui scilicet

Expendunt {
Fortitudinem in stultitia,
Pulchritudinem in luxuria,
Subtilitatem in malitia.

Et sic tales figurantur in filio prodigo, *qui portione bonorum à patre recepta abijt in regionem longinquam, vbi dissipauit omnia bona sua viuendo luxuriose*, Luc. 15. Quia charissimi, multi sunt, qui portionem bonorum naturalium, quæ eis pater ipsorum Deus distribuit, & dispensat, in regione peccati, quæ longinqua est, quia *longe est Dominus ab impijs.* Prou. 15. dissipant omnia ista bona, scilicet, viuendo luxuriose, ipsis superflue vtendo, & ea indebite expendendo.

B § Secundo dico, quod quidam expendunt bona spiritualia, quæ sunt gratiæ spirituales sc. virtutes tam Theologicæ, quam morales, quæ sc. in bono debent expendi, quia sc. ipsis est debite vtendum non vltra debitum præsumendum, sicut faciebat ille Pharisæus Luc. 18. dicens, *Ieiuno bis in sabbatho, decimas do omniū, quæ possideo.* Tales enim qui bona sua spiritualia vltra modū reputant, & dilatant, & qui de se plus merito præsumunt ipsa incaute expendunt, & perdunt. Nota etiam circa hoc, quod ille dicitur male sua expendere qui pro modicis dat magna, pro nociuis vtilia, pro vilibus nobilia. Sic vere multi sunt, qui bona spiritualia, sc. gratiam & virtutes, quæ reuera sunt magna, vtilia & nobilia, dant pro delectabilibus huius mundi, quæ procul dubio sunt modica, inutilia, vilia, & nociua. Isti sunt similes fatuis nobilibus, qui ab vsurarijs accipiunt mutuo pecuniā ad tempus aliquod ad soluendam hæreditatem suam obligantes & bona propria distrahentes, quibus pro certo accidit, quod cū illa bona recepta fuerint expensa, cum ad hæreditatem suam non habeant regressum, oportet eos miserabiliter mendicare. Sic vere charissimi, illi, qui hæreditatē gratiæ & gloriæ obligant vsurarijs infernalibus, i. dæmonibus & ab eis vsq; ad tempus, i. vsq; ad mortem accipiunt bona temporalia, & mundi delectabilia, isti pro certo cū tempus hoc transiuerit, & tempus mortis aduenerit, tunc pro certo incipient mendicare, cum sc. hæreditatem suam expenderint indiscrete. Et sic tales possunt plangere cum Hier. Thr. 5. *Hæreditas mea versa est ad alienos.* Talibus n. facit diabolus sicut tabernarius istis ribaldis quando videt eos habere pecuniā, cupiens n. bursam eorum euacuare, ponit eis mensam, offert eis liberaliter vinum, & carnes, incipit cū eis ludere cum tribus talis. Et sic primo perdunt, & expendunt pecuniā, quæ erat in bursa, deinde vestimenta, cum nihil habuerint nudi de taberna eijciuntur, & q peius est egregie sæpissime verberantur. Reuera sic facit diabolus talibus. Aperit n. eis huius mundi delectabilia, ponit eis mensam prosperitatis, administrat eis panem, & vinum, i. e. omnia genera voluptatis, ludit cum ipsis tribus

talis,

talis, id est, cum triplici concupiscentia, & sic bursam eorum euacuat à gratia. Ipsos etiam finaliter spoliat, & denodat ab honesta conuersatione & bona, & sic nudus & pauperes de taberna ista, id est, de mundo per mortem eijcit, & in inferno verberat, & confundit. Vnde Iob 24. *Nudos dimittunt homines, vestimenta tollentes.*

C ¶ Tertio dico, quod quidam expendunt bona temporalia, quæ sunt diuitiæ temporales, quæ pro certo debent libere expendi, & bene & meritorie dispensari. Ille enim inter tauros nobilior dicitur secundum Plinium, qui arenam cum pedibus altius spargit & qui in arena eijciendo & spargendo amplius se delectat. Dicit enim Plinius, quod ille taurus dicitur generosus, qui

Frontem habet cornutam,
Aspectum ferocem,
Aures acutas,
Dimicationem alijs præoffert,
In altum spargit arenam.

Sic vere charissimi, ille moraliter dicitur generosus, nobilis pariter & perfectus,

Qui
- Frontem habet cornutam, id est, duriorem per inconstantiam,
- Aspectum ferocem per audaciam,
- Aurem acutiorem, id est, ad audiendum veritatem negotiorum promptiorem,
- Etiam alijs bella præoffert per rigorem & iustitiam,
- Arenam diuitiarum altius & liberalius eijcit, & spargit per eleemosynam & clementiam.

Vnde in Psalm. de personis liberalibus dicitur, *dispersit, dedit pauperibus.*

D ¶ Vnum tamen circa huiusmodi sparsionem est aduertendum, quia pro certo expensæ temporales faciendæ sunt

Non nimis lautæ, ne depauperemur,
Non nimis parcæ, ne vituperemur,
Sed moderatæ, vt commendemur.

Nam

Primum facit fatuitas, & prodigalitas,
Secundum facit parcitas seu cupiditas,
Tertium facit largitas, seu liberalitas.

In casu enim expendendi quidam sunt superflui, quidam sunt diminuti. Sicut enim in spinis quædam sunt rectæ & exteriores, quæ quamuis acriter pungant, nihil tamen sibi retinent, quædam vero sunt curuæ, quæ pungunt, & illud quod pungunt retinent, nec dimittunt, sic vere charissimi, plura sunt genera spinarum, id est, raptorum pungentium & excoriantium, & aliena bona occupantium. Quidam enim sunt extenti & liberales, & isti sunt prodigi nobiles, qui per rapinam bene pungunt, veruntamen nihil sibi retinent, sed in superfluitatibus totum expendunt. Et ideo isti pauperes & vacui semper manent. De quibus dicitur Prou. 11. *Alij rapiunt non sua, & semper in egestate sunt:* Alij vero curui sunt & retracti, id est, parci, & per auaritiam restricti & reflexi, sicut sunt vsurarij & auari, qui bene rapiunt, & pungunt, veruntamen capta vel acquisita, nec dimittunt, nec expendunt, sed totum sibi retinent, atque seruant. Vnde isti possunt dicere illud Exod. 5. *Nescio Dominum, & Israel non dimittam.* Non sic charissimi, non simus prodigi, vel auari, non simus vltra debitum expendentes, nec vltra debitum retinentes. Nam sicut corpus ex nimio sudore & egestione debilitatur, & vacuatur: ex nimia vero retentione & constipatione inflatur, torquetur, & perimitur, sic vere illi, qui vltra debitum egerunt, & expendunt, efficiuntur vacui, pauperes & debiles. Illi vero, qui vltra debitum bona retinent,

Inflantur per superbiam,
Torquentur per inuidiam,
Constipantur per parcitatem,
Moriuntur per iniquitatem.

Non ergo oportet nimis retinere, nec nimis expendere, sed proculdubio aliqua sunt retinenda, & aliqua expendenda. Sicut enim pinus & aliæ arbores gummosæ humorem pro sui & ramorum suorum nutrimento intus retinent: illud vero, quod eis superest de gummi seu humore, exterius emittunt, sic vere charissimi illa, quæ sunt nobis & ramis nostris, id est, propinquis & parentibus necessaria de humore nostrorum bonorum temporalium debemus retinere. Illa vero, quæ sunt superflua debemus emittere & expendere, & ad alios deriuare. Homo enim plus tenetur sibi, quam alijs, quia charitas incipit à seipsa. Ideo dicebat Helias 3. Reg. 17. *Fac mihi prius subcinericios panes, tibi autem & filio tuo facies postea.* Sic ergo patet qualiter tria genera bonorum sunt expendenda, scilicet

Naturalia,
Spiritualia,
Temporalia.

Possumus tamen adhuc aduertere, quomodo bona aliquorum indebite expendantur sicut quorundam in superbia, quorundam in luxuria. Multa omitto gratia breuitatis.

**Expectare.** Nota, quod istud vocabulum Expectare idem est, quod sperare, seu sustinere. Expectare enim semper refertur ad aliquod futurum. Et ideo breuiter loquendo, expectare, videtur significare quandoq; in bono, quandoque in malo. In bono enim designat patientiæ longitudinem, confidentiæ certitudinem. In malo autem signat pigritiæ seu acediæ magnitudinem. Dico ergo, quod quidam expectant cum patientiæ longanimitate. Vnde in Ps. dicitur: *Improperium expectauit cor meum & miseriam.* Item alij expectant cum spei seu confidentiæ firmitate. Vnde in Ps. dicitur, *Expectabam eum, qui saluum me fecit à pusillanimitate spiritus & tempestate.* Item quidam expectant cum pigritia & tarditate, sicut sunt illi, qui expectant conuerti, & confiteri vsq; ad mortem, & qui expectant, & sperant habere paradisum sine operibus. De quibus dicitur Iob 3. *Expectet lucem, & non videat, nec ortum surgentis auroræ.* A

¶ Dico ergo breuiter charissimi, quod est quædam expectatio virtuosa, & est expectatio vitiosa.

Primo dico, quod est expectatio virtuosa, quando sc. aliqua prosperitas seu consolatio futura cum spe & fiducia expectatur, sicut resurrectio mortuorum, quam in die iudicij expectamus. Ad Phil. 3. *Saluatorem expectamus Dominum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ.* Vel etiam quando aliqua futura aduersitas cum patientia præstolatur. Vnde de certa correctione mortis futuræ dicebat, Iob 14. *Cunctis diebus, quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea.* Seneca etiam dicit, quod sapiens eadem patientia mortem aliorum sustinet, qua suam expectat. Nam reuera charissimi, sicut videmus, quod agricola expectat tempus quo fructus sunt recolligendi, nec cessat per totum annum laborare, vt fructum expectatum valeat reportare; sic vere charissimi, fructum æternæ gloriæ expectare, & sperare debemus, & vt ipsum tempore suo, i. e. in morte colligamus, continue per bona opera laborare debemus. Vnde Iac. 5. dicitur: *Ecce agricola expectat & pretiosum fructum terræ, patienter ferens, donec accipiat.*

¶ Possum ergo notare, quod triplex est bona expectatio; B

Vna quæ est sapientiæ & maturitatis,
Alia quæ est patientiæ & stabilitatis,
Tertia quæ est confidentiæ & eduritatis,

Dicamus ergo quod est quædam expectatio maturitatis & sapientiæ: Et sic expectatio opponitur

Scurrilitati,
Leuitati,
Mobilitati.

Sapiens enim quando est ad mensam diuitis, non se solet replere grossis cibarijs quæ sibi in principio offeruntur, imo sapienter expectat, & dissimulat quousque veniant cibaria delicata. Pulli etiam in nido quanquam famem sustineant, de nido propter hoc non exeunt, neq; volant, sed matrem suam eis cibum afferentem patienter expectant. Expectans etiam beneficium in bona collatione, multa parua beneficia quandoque refutat, vt post longam expectationem melius recipiat, & habeat. Sic vero certo charissimi, illi, qui sunt prudentes & sapientes, non sunt nimis celeres, præcipites, & festinantes, quia sicut dicit Sen. Velox consilium sequitur pœnitudo, imo proculdubio vsq; ad tempus opportunum expectant, vt finem meliorem consequantur, & habeant, quia sicut dicit Eccl. 1. *Vsq; ad tempus sustinebit patiens, & postea redditio iucunditatis.* Tales ergo praua beneficia huius mundi, & grossa cibaria bonorum temporalium respuunt, & refutant, & vsq; dum veniant noua beneficia & cibi delicati bonorum æternalium sapienter expectant. Vnde Thren. 3. *Bonum est præstolari cum silentio salutare Dei.* Inter pullus etiam, qui sunt in nido religionis & ecclesiæ, ista debent esse, maturitas, & prudentia, quia, scil. non debent nimis festinare, vt

Nidum exeant,
Claustra dimittant,

F Exteriora beneficia habeant.

Imo pro certo ipsi debent expectare, quod mater ipsorum, scil. prælatus ipsos, secundum merita sua promoueat, & quod ipsos nutriat, atque pascat. Iuxta illud Iudith. 8. *Expectemus humiles consolationem eius.* Sed pro certo charissimi, ista sunt hodie contra multos, quia reuera non expectant tempus suæ temporalis promotionis, vel etiam tempus futuræ saluationis & recreationis. Isti sunt mundani diuites, qui ad modum rusticorum se grossis replent cibarijs, scil. bonis temporalibus, vt finaliter non repleantur, nec satientur delicatis, quia secundũ Hieronymum; Impossibile est, quod hic ventrem, illic mentem impleas, & quod in vtroq; sæculo appareas gloriosus. Isti etiam sunt subditi ambitiosi, qui tempus suæ promotionis nolunt expectare, similes filijs viperarum, qui in partu solutionem naturæ non expectantes, ante tempus volunt ventrem exire. Et ideo quia mater non potest eos parere & emittere, quia tempus eorum nondum venit, ideo solent matrem corrodere, & dentibus laniare, & violenter exterius exire. Sic vere charissimi, multi sunt ita ambitiosi, & in tantum desiderant promoueri, quod pro certo ipsi nolunt expectare tempus suæ promotionis, & parturitionis, id est, tempus, sc. quo possint formari, & perfici quo ad mores, vt tandem mereantur promoueri & exterius parturiri ad honores, imo matrem suam prælatum, dentibus, i. iniurijs, & appellationibus mordent & corrodunt, ipsumq; depauperant, attenuant, & affligunt, & sic ante tempus promouentur, & exeunt. Omnes autem filij animalium, quæ sunt gulosæ, & voracis naturæ, sicut sunt filij canum & luporũ, imperfecti generantur. Catuli enim Leonis nascuntur mortui, catuli canum nascuntur cœci, catuli vrsorum nascuntur informati, & hoc quia propter eorum gulositatem natura non expectat quod in vtero formentur, ne forte dentibus & vnguibus corroderent matrem suam. Et ideo ad vitandum matris periculum, solet eos natura ante tempus emittere, & ideo necesse est istos imperfectus parturiri. Sic vere charissimi, tales gulosi & ambitiosi imperfecti partusiuntur, & promouentur, quia enim propter gulositatem ambitionis, tempus suæ formationis, & perfectionis expectare nequeunt, ideo ne forte in matres, i. in prælatos insurgant, necesse est, quod cœci, ignorantes, & imperfecti, peccatores, mortui, & incorrecti ante tempus debitum promoueantur, & pariantur; expectare ergo oportet, non festinare. Vnde Prou. 10. *Expectatio iustorum lætitia, &c.* Vnum tamen circa hoc aduertendum est, quod multi sunt, qui nimis haberent expectare, si expectarent promotionem prælatorum suorum, quia vere vix hodie per Prælatos suos aliquis bene meritus promouetur quia nisi promotores, aut fautores habuerit, nunquam ab aliquo respicitur vel iuuatur. Figura ad hæc habetur Ioan. 5. de probatica piscina, in quã primus descendens post aquæ motum sanabatur, ita quod erat ibi magna multitudo languentium expectantium aquæ motum, veruntamen erat ibi vnus languidus circa aquas, qui 30. annis expectauerat, & nunquam sanatus fuerat, ideo quia hominem, qui ipsum portaret non habebat, & propter hoc alius ante eum se ponebat, qui sanitatis beneficium recipiebat. Reuera charissimi, ista piscina signat ecclesiam vel religionem, in qua pro certo tunc aqua mouetur, quando aliquis prior vel canonicus moritur, & decedit. Et ideo circa istam piscinam, est hodie magna multitudo expectantium aquæ motum, i. desiderantium & expectantium mortem alicuius, tunc quando aliquis sanatus à languore desiderij sui, scil. ille, qui tunc temporis promouetur. Sed proculdubio (charissimi,) aliqui sunt, qui bene possunt expectare per triginta annos, i. e. illi, qui non habent auunculum, aut parentem, qui non habent fautorem, adiutorem, vel promotorem. Et pro certo tales quasi perpetuo remanent sine promotione, quanquam sint boni & sufficientes, ita quod ipsi lamentando, & conquerendo possint dicere illud Esa. cap. 59. *Expectauimus iudicium, & non est, salutem, & elongata est, à nobis.* Non sic ergo, faciant eos Prælati vltra debitum expectare, sed solum vsq; ad ipsorum perfectionem & moralem formationem, quia sicut quando materia est disposita, natura amplius non expectat, imo statim solet infundere sibi formam, sicut etiam artifex metallo liquefacto, & præparato, solet ipsum fabricare, & formam quam intendit, imprimere, quia si nimis diu expectat, infrigidabitur, & sic non poterit operari, sic vere charissimi, statim quando subditus est liquefactus, paratus, & dispositus ad promotionem, artifex prælatus non debet expectare, nec differre, sed statim ipsum secundum merita promouere & formare. Sæpe enim fit, quod illi, qui vltra debitum postponuntur, refrigerantur per indeuotionem, indurantur per obstinationem, & sic in omnibus peiorantur. Et sic isti dicunt illud Iob 30. *Expectabam bona & venerunt mihi mala.* Patet ergo, quod est quædam expectatio maturitatis & sapientiæ.

§ Insuper dico, quod est quædam expectatio stabilitatis & C patientiæ. In patientia enim sunt expectanda infortunia futura, Non est enim bonus miles, qui in campo non audet aduersariũ expectare, & qui ante fugit, quam percutiatur. Expectari ergo & sustineri debent tentationes & tribulationes à militantibus in hoc sæculo. Et potissime expectatio patientiæ spectat principaliter ad prælatos, qui nunquam in promouendo & iudicando debent esse celeres vel festini, quinimo multa debent expectare & tolerare, & vsq; ad tempus dissimulare, sicut etiam facit ipse Deus, qui modo diu expectat peccatores, vt ad pœnitentiam conuertantur, sicut dicitur Esa. 30. *Expectat Dominus, vt misereatur vestri.* Vnde etiam dicitur 2. Pet. 3. *Patienter agit Deus circa nos, nolens aliquem perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti.* Ipse enim vt dicitur Sap. 11. *Dissimulat peccata hominum propter pœnitentiam.*

§ Aduertant tamen illi, qui istam expectationem & patien- D tiam vilipendunt, quia pro certo quanto ipsos pro tempore huius vitæ expectat diutius, tanto pro certo ipsos, nisi conuersi fuerint, percutiet acrius & impetuosius. Sicut enim lapis quanto altius & remotius elongatur à terra, tanto rediens fortius ipsam percutere consueuit, sicut etiam aries quanto amplius retrocedit, tanto rediens fortius percutit, atq; ferit, sic vere Deus quanto peccatores diutius sustinet & expectat, & quanto plus ab eorum percussione & punitione in præsenti dissimulando se elongat, tanto ipsos durius percutit in mundo & tanto etiam ipsos finaliter crudelius condemnabit. Vnde in Ps. dicitur: *Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrauit, arcum suum tetendit, & parauit illum, & parauit in eo vasa mortis, &c.* Ista videmus quandoque ad oculum in hoc mundo in tyrannis & peccatoribus, quos Deus diu permittit viuere, vt ad eum conuertantur, quod quia finaliter facere nolunt solet ipsos morte subita percutere, tam temporaliter, quam æternaliter cruciare, dicens illud Esa. 42. *Tacui, semper silui, patiens fui, quasi parturiens loquar, dissipabo, & absorbebo simul.* Isti enim sunt sicut illa vinea, Esa. 5. de qua dicit Dominus: *Expectaui, vt faceret vuas fecit autem spinas.* Ista est ergo expectatio patientiæ & stabilitatis, &c.

§ Adhuc dico, quod est expectatio confidentiæ, sc. expecta- E tio spei, quia futuram gloriam expectamus. De qua Ose. 3. *Diebus multis expectabis me.* De ista ergo expectatione potest dici illud Psal. 26. *Expecta Dominum, viriliter age.* Vide eam supra expositam titulo de Agere. Et Tob. 2. *Illam vitam expectamus, quam Deus daturus est fidelibus suis.* Et sic patet quod est triplex expectatio virtuosa, sc. spei & confidentiæ, patientiæ, sapientiæ.

§ Secundo dico, quod est quædam expectatio tarditatis. Prima pertinet ad vsurarios deceptores, qui ita expectant pauperes ipsis insidiando, sicut cattus expectat murem, & venator talpam. Ideo dicunt ipsi pauperes illud Psalm. 118. *Me expectauerunt peccatores, vt perderent me.* Et Hierem. cap. 3. *In vijs sedebas expectans eos sicut latro.* Secunda pertinet ad tardiloquos conuersores, scilicet ad illos qui vsque ad mortem expectant, & continue procrastinant conuerti ad Dominum. Istis dicitur illud Hier. 13. *Expectabitis lucem, & ponet eam in vmbram mortis & caliginem.* Et ista est expectatio vitiosa. Vide de tarditate, &c. Sufficiunt ista de expectatione.

## Expellere.

Nota, quod expellere idem est, quod ejicere A & emittere, & extra aliquid pellere. Possumus ergo dicere, quod est

Expulsio quædam { Virtuosa, Vitiosa, Dolorosa.

Prima est facienda,
Secunda fugienda,
Tertio præuidenda.

§ Dico ergo primo, quod est quædam expulsio virtuosa, & ista est qua expelluntur peccata per cõfessionem, vel qua expelluntur bona temporalia per eleemosynam & compassionẽ. Sicut n. videmus, quod fortis medicina stomacho recepta ventrem mouet & malos humores expellit, sic vere timor Dei quando in stomacho cordis recipitur & concipitur, solet vehementẽ conscientiæ mouere per contritionem, humores peccatorum expellere per confessionem, sicut dicitur Eccles. 1. *Timor Domini expellit peccatum.*

catum, sicut enim herba, quę dicitur dictamnus, sagittam de corpore cerui dicitur expellere, sic vere contritio, vel timor Dei, spes etiam veniæ seu gratia sagittam peccati seu desperationis de corde expellit. Vnde Eccl. 30. dicitur, *Contine & congrega cor tuum in sanctitate, & tristitiam longe expelle à te.*

¶ Per istam etiam expulsionem debemus expellere malos homines de societate nostra, sicut etiam de apibus dicitur, quia si aliqua ipsarum in alueari suo mortua fuerit, statim aliæ apes ipsam extra proijciunt & expellunt. Hoc idem dicuntur facere nautæ, quia cadauer mortuum nunquam secum portant, sed ipsum statim eijciunt & emittunt. In quo docemur socios mortuos, id est, corruptos & obstinatos fugere, & ipsos à nobis expellere, & vitare, ne forte si nobiscum remaneant, per ipsos corrumpamur. Et sic patet, quod ista est expulsio virtuosa.

B ¶ Secundo dico, quod est quædam expulsio vitiosa. Et ista est quando Deum per peccatum expellimus, vel quando amicos pauperes refutamus, & eijcimus. Quidam enim expellunt Deū de conscientia: sicut enim formicæ de domibus suis per fumum expelluntur sic Deus quando in domo conscientiæ fumum malarum cogitationum inuenerit, ex inde expellitur, & recedit. Ideo dicit quidam, quod fumus, & mulier, & stillicidia expellunt hominem de domo propria.

¶ Item alij expellunt proximum, isti sunt crudeles, impij & ingrati, qui recipiunt homines, dum sunt eis vtiles & necessarij, id est, dum durat eorum prosperitas, ipsos vero fugiunt, & expellunt cum eis superuenerit aduersitas. Isti sunt similes apibus quæ quasdam alias apes steriles & non mellificantes, quæ dicuntur fuci, bene recipiunt secum ad laborandum, & ad domos suas ædificandum, sed quando eis plus non indigent, ipsas expellunt, & de melle suo comedere non permittunt, vt dicit Plin. Sic vere charissimi, multi sunt, qui proximos suos steriles & pauperes bene recipiunt ad laborandum, non tamen ad consolandum, quia, scilicet, dum eorum auxilio indigent, ab eis recipiuntur, si vero eis amplius non indigent, ab eis eijciuntur & expelluntur. Vnde Eccl. 13. *Diues commotus confirmatur ab amicis, humilis autem cum ceciderit, expelletur etiam à notis.* Ista est ergo expulsio vitiosa.

C ¶ Tertio dico, quod est quædam expulsio dolorosa. Et ista est, quando homo expellitur de mundo per mortem. Mors enim est durissimus ianitor, qui de conuiuio huius mundi omnes expellit: Vnde Iob 18. dicitur, *Expellet eum de luce in tenebras.* Et posses hic allegare de illo Rege, qui post annum expellebatur, de quo narratur in floribus sanctorum in Historia Barlaam, &c. Patet ergo, quod est expulsio virtuosa, vitiosa, dolorosa, &c. Vide supra de eijcere, & abijcere.

A **Extendere.** Nota, quod extendere idem est, quod extra tendere. Et est idem extendere quod dilatare, porrigere, seu expandere. Quia ergo extensio potest referri ad Deum & hominem, ideo de vtroq; potest aliquid annotari. Est ergo extensio diuina & humana.

¶ Primo ergo dico, quod est extensio diuina, quæ potest significare suam

Iustitiam & correctionem,
Clementiam & largitionem,
Veniam & receptionem,
Potentiam & ereptionem.

¶ Et ista quatuor possunt significari per extensionē manus, quia

Manus extenditur ad {
Percutiendum,
Largiendum,
Recipiendum,
Protegendum & eripiendum.

Per manus enim virtus operatiua designatur. Et ideo per manū Dei, omnia eius opera denotantur. Extenditur enim manus diuinæ operationis ad percutiendum malos durissime. Postquam enim Deus malos diu sustinuerit ipse solet manum suam extendere & ipsos atrociter verberare. Elephas enim quamuis sit benignæ, & mitis naturæ, quando tamen procuratur, grauiter solet irasci, ita quod aures & promuscidem suam, id est, rostrum suum, quo vtitur loco manus, extendit, & dure percutit, atque ferit. Sic vere Deus quanquam sit benignissimus, quando tamen diu per mala opera peccatorum ad iracundiam prouocatur, solet contra impios manum suæ iustitiæ extendere, & ipsos per mortem subitam percutere, & per mortem perpetuam vulnerare. Vnde Esaiæ 5. dicitur, *Iratus est furor Domini super populum suum, & extendit manum suam super eum.* Talibus ergo dicitur, Ezech. 20. *In manu forti & brachio extento, & in furore effuso, regnabo super vos.*

¶ Insuper dico, quod manus diuinæ operationis extenditur ad retribuendum bonis largissime. Ipse enim extendit manum misericordiæ suæ, scil. filium suum vsque ad nos per incarnationem, ipsamque continue nobis extendit per beneficiorum suorum collationem, & concessionem. Et ideo Deus pater figuratur in Assuero rege, qui extendit virgam auream, quam manu tenebat, vsq; ad Hester reginam, in signum clementiæ, per quam extensionem ipsa petitionem suam impetrauit, & populum suum de Aman malitia liberauit, sicut dicitur Hest. 5. Quia vere charissimi, Assuerus, qui interpretatur beatitudo, id est, Deus pater, extendit ad Hester reginam, id est, ad beatam Virginem, Virgam virtutis suæ, quam emisit ex Sion per beatam incarnationem, & sic ergo nobis ostendit suam clementiam & dilectionem, & nobis concessit humani generis liberationem & ereptionē. Vnde Iud. 6. dicitur: *Extendit Angelus summitatem virgæ, &c.* Nunc etiam charissimi, quotidie extendit manum suam ad nos sua bona largiendo. Finaliter autem & præcipue extendet nobis cœlestem gloriam dispensando Psal. 54. *Extendit manum suam in retribuendo.* Et tunc dicet homo illud P∫. 137. *Extendisti manum tuam, & saluum me fecit dextera tua.* Extenditur ergo ista manus ad distribuendum bonis largissime. B

¶ Denique, quod ista manus extenditur ad recipiendum suos dulcissime. Sicut enim manus extenduntur ad amplexandum, & ad recipiendum, sic vere charissimi, porriget nobis manum misericordiæ suæ, nos ad veniam recipiendo, & nos charitatiue amplexando, & diligendo. Et in signum huius Christus fuit crucifixus extensis manibus, & pectore perforato, ad innuendum, quod paratus est omnes ad misericordiam recipere, & cordialem affectum omnibus aperire. Vnde leproso à Iesu mundato dicitur Luc. 5. *Extendens manum Iesus tetigit eum, dicens. Volo mundare.* Extenditur ergo manus ad recipiendum suos dulcissime. C

¶ Rursum dico, quod manus diuinæ misericordiæ extenditur ad eripiendū suos tutissime. Sicut enim homini, qui in foueam cecidit, manus porrigitur, vt extrahatur, sicut etiam manus extendendo alios defendimus, & contra eorum aduersarios dimicamus, sic vere manum misericordiæ suæ Deus nobis porrigit, & nos de fouea peccati extrahit, & educit per ipsam, & ab hoste nostro diabolo nos protegit & defendit. vnde Hier. 21. dicitur; *Debellabo ego vos in manu extenta & in brachio forti.* Sic ergo patet, quod manus diuinæ virtutis nobis extenditur D

Vt {
Ereptrix tutissima,
Receptrix dulcissima,
Retributrix clementissima,
Castigatrix seuerissima.

Ista est ergo extensio diuina.

¶ Secundo dico, quod est extensio humana. Sicut enim videmus, quod auis quando volat, totum, sc. quicquid habet extendit, scil. collum & caput ad partem anteriorem pedes & caudam ad posteriorem partem, duas vero alas ad partem exteriorem, sic vere charissimi si volumus sursum ad Paradisum volare, & nos transferre de mundo ad cœlum, necesse est quod quicquid in nobis moraliter extendamus, quia, scilicet, & caput quod est membrum principale, id est, bona intentio, & collum per quod vox exit, id est, bona locutio, pedes cum quibus gradimus, id est, bona affectio, cauda quæ est finis corporis, id est, finalis perseuerantia & duratio, alæ vero quæ sursum aues portant, id est, spiritualis contemplatio & meditatio, omnia ad bonos actus debemus extendere, & ad diuina beneplacita ordinare, vt sic extenti & dispositi possimus ad cœlestia finaliter transuolare. Ideo de viro perfecto sic extento & sic ad cuncta bona opera disposito potest exponi illud Psal. *Extendens cœlum sicut pellem, qui tegis aquis superiora eius.* Vir enim perfectus dicitur cœlum, qui sicut pellis debet extendi, & aquis spiritualibus debet contegi. Ecce ergo hic tria ad quæ debemus extendere nosmetipsos. Debet enim homo extendi. E

Ad {
Deum,
Seipsum,
Proximum.

Debet enim extendi ad Deum, ipsum contemplando, quod ostenditur cum dicitur cœlum. Debet etiam extendi ad seipsum, sese castigando, quod ostenditur cū dicitur Pellis. Debet extendi ad proximum ipsum adiuuando, quod ostenditur cū dicitur quod ipse tegitur aquis per quas intelligitur fortificatio pietatis.

Extendamur ergo ad Deum, contemplando supernaturalia. Ad nosipsos, macerando corporalia. Ad proximum, erogando temporalia.

F ¶ Dico ergo quod quilibet extendi debet superius Deum contemplando, quia, sc. homo debet esse sursum per Dei & bonorum æternorum contemplationem, & per istorum inferiorum superationem, contemptum, & abominationem. Vnde Prou. 25. dicitur, *Cælum sursum, & terra deorsum*. De talibus ergo cœlis sic extentis potest dici illud Hierem. 51. *Extendit cælos prudentia sua*. Cœli enim extenduntur suprema tangendo, infima tegendo, cuncta cõtinendo. Sic viri perfecti debent esse extenti tangendo superiora, sc. Deum & bona æterna per contemplationem & orationem. Vnde Eccl. 51. dicitur, *Manus meas extendi in altum*. Tangendo inferiores, sc. subditos per protectionem & defensionem. Vnde Iob 36. dicitur, *Extendat quasi nubes tentorium suum*. Continendo etiam omnia, sc. bonos & malos generaliter per charitatem & dilectionem. Vnde Esa. 54. dicitur: *Dilata locum tentorij tui & pelles tabernaculorum tuorum extende*. Extendi ergo debemus superius, Deum contemplando, quia dicitur Cœlum. Vnde Iob 9. *Qui extendit cælos suos &c.*

G ¶ Denique nos debemus extendi inferios nosipsos castigando, quod ostenditur cum dicitur. Pellis extendens inquit sicut pellem. Pellis enim de qua fit pergamentum, primo in ligno extenditur, deinde instrumentis ferreis raditur & à carnositate & pinguedine depuratur, creta alba delinitur, in librum postea formatur, qui primo literis nigris scribitur & postea literis azureis & rubeis decoratur, & tandem alij in ipso docentur & informantur. Sic vere charissimi nos si fuerimus pellis, quæ adhæret carni, i. viri carnales & delitiosi, si libri, i. viri perfecti voluerimus fieri, ista sunt nobis necessaria per ordinem, sc. quod extendamus in ligno crucis per dominicæ passionis meditationem & compassionem. Secundo quod à carnalitate radamur & abstergamur per pœnitentiam & macerationem. Tertio quod in nobis scribantur literæ, id est, scientiæ per doctrinam & eruditionem. Quarto quod illuminemur & purgemur & decoremur per bonorum exemplorum receptionem. Et sic poterimus esse libri, id est, viri perfecti aliorum informatiui & instructiui. Vnde Baruch 4. dicitur, *Hic est liber mandatorum Dei, & lex quæ est in æternum*. De tali ergo pelle dicitur Esa. 54. *Pelles tabernaculorum tuorum extende*. Et aduerte quod pellis quando est bene extenta & bene sicca, optime sonat, sicut patet in tympano. Sic vere Charissimi illi qui bene sunt extenti per pœnitentiæ asperitatem, qui bene sunt sicci per paupertatem, optime sonant apud Deum per orationem & laudem & spiritualem iucunditatem. Debet ergo vir perfectus esse extentus, iuxta illud Ezech. 28. *Tu Cherub extentus & protegens in Paradiso Dei fuisti &c.* Et potissime charissimi manus debet habere extentas ad Deum, quia scilicet, manus extenduntur

Ab { Orantibus, Natantibus, Amplexantibus.

Prima est extensio deuotionis, quia, scil. homo extendit manus suas ad Deum orando. De quo dicitur 3. Reg. 6. *Extendebant alas suas* Secunda est extensio euasionis, quia, sc. ille qui est in aqua manus extendendo, & aquam post se proijciendo natat, & à submersione seruatur. Sic vere charissimi illi qui sunt in aquis delitiarum siue diuitiarum extendentes manus ad pauperes per eleemosynam, & aquam diuitiarum pulsando & se vilipendendo, saluantur & eripiuntur. Vnde Esa. 25. dicitur. *Extendit natans ad natandum manus suas*. Tertio est extensio dilectionis, quando, scilicet, aliquis ab alio amplexatur &c. Explica si vis sicut de alijs duobus.

H ¶ Insuper dico quod nos debemus extendi exterius proximos adiuuando. Sicut enim lux est naturæ communicabilis, ita quod non est contenta in seipsa consistere, imo in instanti sui ortus solet se vsque ad nos diffundere, communicare & extendere, sic vere charissimi nos debemus esse communicati per pietatem, quia, sc. debemus nos vsque ad alios diffundere, dilatare & extendere per misericordiam & largitatem quod ostenditur cum dicitur. Tegis aqua superiora eius. Aquæ enim signãt pietatem, quia, scil. sicut aquæ continue se extendunt quousque inueniant aliquem locum vacuum quem impleant, sic vere pietas & misericordia incessanter se solent diffundere, & extendere, vt locos vacuos, id est, pauperes & inanes possint replere beneficijs & iuuare. Aqua enim de se est male terminabilis, & difficulter termino alieno, quia vere vir pius non debet quiescere quousque terminum inueniat alienum, sc. in quo sistat, id est, pauperem vel debilem, vnde de hoc Prou. 31. dicitur: *Palmas suas extendit ad pauperem*. Tegis inquit aquis. Quia vere charissimi arbores, i. homines, qui aquis pietatis teguntur & nutriuntur magis ad alios dilatantur, sicut de illa credo metaphorice dicitur Ezech. 31. *quæ erat pulcherrima in dilatatione arbustorum suorum*. Erat enim radix illius super aquas multas. Extendamur ergo exterius proximos adiuuando Eccl. 24. *Quasi terebynthus extendi ramos meos*. Vide de dilatare & expandere, vide de cherubin, vbi auctoritas diuisa. *Tu cherub extentus*, &c. Patet ergo quod est triplex bona extensio, sc. Extensio proximi iuuatiua. Extensio nostri maceratiua. Extensio Dei contemplatiua.

I ¶ Sed adhuc dico quod est alia mala extensio, quando, sc. aliquis extenditur ad furandum & ad male operandum, quando, scil. homo transgreditur limites sibi datos & vltra debitum se extendit. Psal. *Non extendant iusti ad iniquitatem manus suas &c.*

# Extinguere.

A Nota, quod extinguere illud aliud est, quam lumé vel splendorem vel calorem vel ardorem destruere vel annihilare. Potest ergo significare, moraliter loquendo in bono & in malo. Vnde quadruplex est extinctio, scilicet,

Quædam { Virtuosa, Vitiosa, Dolorosa, Gaudiosa.

¶ Primo dico quod est extinctio virtuosa, quæ est extinctio peccatorum, vnde Ecclesi. 3. *Ignem ardentem extinguit aqua, sic & eleemosyna extinguit peccatum.*

B ¶ Secundo dico, quod est extinctio vitiosa, quæ est extinctio meritorum. Et ista est quando gratiæ & virtutes extinguuntur & perduntur, quod vtiq; magis facit prosperitas quam aduersitas. Quia sicut dicitur quod apes oleo extinguuntur, quæ aceto viuificantur: calx etiam oleo extinguitur, quæ aqua calescit, & inflammatur, (quod etiam dicitur de lapide qui dicitur gagates) carbunculus etiam in igne extinguitur, qui aqua superfusus recuperat claritatem, sic vere oleum & ignis mundanæ prosperitatis quæ dicitur oleum, quia fœdat & inficit per carnalitatem, quæ dicitur ignis, quia inflammat & vrit per cupiditatem, extinguit in homine lucem meritorum, & gratiarum claritatem. Aqua vero & acetum miseriæ & tribulationis, de qua dicitur in Psal. *Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam*, sunt recte causa & occasio quod tales virtutes & gratiæ conualescunt. Et ideo fatuæ virgines videntes quod suum oleum, i. mundi prosperitas, vel carnalitas nihil valebat, alienum oleum petebant, dicentes Matth. 25. *Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguuntur*. Aqua enim tribulationum in viris perfectis, virtutes & gratias non extinguit, quia sicut dicitur Can. 8. *Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem.*

C ¶ Tertio dico quod est extinctio dolorosa, scilicet, extinctio gaudiorum vitæ mortalis, vel prosperitatis temporalis. De qua dicitur Iob 18 *Nonne lux impij extinguetur.*

D ¶ Quarto est extinctio gaudiosa tormentorum, sicut accidit illis qui de tribulationibus mundi vel purgatorij eripiuntur. De quo ad Hebr. 11. dicitur, *Extinxerunt impetum ignis &c.*

E ¶ Aduerte tamen, quod multiplex est ignis, qui non patitur extinctionem, scilicet,

Ignis { Perfectæ dilectionis, Auaræ affectionis, Æternæ damnationis.

¶ Primus ergo ignis, scil. perfectæ dilectionis est inextinguibilis. Iste enim nunquam potest extingui, quia verus amor non potest ab alio dissipari. Vnde ad Rom. 8. dicitur, *Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio, an angustia?* & sequitur. *Certus sum enim quia neque mors neque vita &c.* quasi dicatur. Nec aduersitas, nec prosperitas possunt veram charitatem extinguere. Vera enim charitas est sicut carbunculus, cuius splendor de nocte non extinguitur, sed amplius augmentatur. Sic vere nox tribulationum veram charitatem non extinguit, sed eam potius manifestat, & relucere facit. Vnde Prou. 31. dicitur, *Non extinguetur in nocte lucerna eius.*

¶ Secundus ignis inextinguibilis est ignis, sc. auaræ affectionis. Ex quo enim aliquis igne auaritiæ semel fuerit inflammatus, vix aut nunquam potest amplius extingui, vnde Eccl. 23. dicitur, *Anima calida quasi ignis ardens non extinguetur, donec aliquid glutiat.*

¶ Ter-

¶ Tertius est ignis æternæ damnationis, quia, scil. sine aliqua extinctione vel refrigeratione corpus & anima damnatorum æternis ignibus succendentur. Vnde Esa. 1. *Succendetur vtrumq; simul, & non erit qui extinguat.* Damnati enim sunt sicut lapis, qui dicitur asbestos, qui semel accensus perpetuo non potest extingui, quia breuiter sicut dicitur Esa. 66. & Marc. 9. *Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, &c.* Vide in tabula.

A **Extra. Exterius. Exterior.** Nota, quod ista vocabula signant diuersimode in Scriptura. Possunt enim denotare circumstantiam loci, & circumstantiam rei. Quando enim ista concernunt rem signant illa, quæ nobis sunt apparentia atq; nota, sicut sunt bona temporalia, & facta corporalia. Ista enim sunt quædam extrinseca, quæ hominibus possunt apparere, & quæ extra & præter rei substantiam velut accidentia possunt esse. Vnde ista proprie signant exteriorem conuersationem & conditionem, vel exteriorem subuentionem seu possessionem. Quando vero concernunt locum, signant à loco exclusionem, elongationem, & remotionem, sicut dicitur, Ioannes est exterius vel extra, vel exterior. Moraliter ergo accipiendo, ista verba exterius, & extra, & exterior mihi possunt notare, scil.

Exteriorem { conditionem, possessionem, eiectionem, } quæ est { præparanda, detestanda, formidanda.

¶ Primo ergo dico, quod est quædam exterioritas conditionis, quæ præparanda & ordinanda est, sc. exterior conuersatio. Sicut enim color & pictura ponitur in superficie, non in centro, pulchritudo consistit in pelle exteriori, non in carne interiori, sic vere color, pulchritudo & pictura conuersationis in interioribus principaliter consistit. Ista enim exteriora, scil. operatio & conuersatio principaliter ab hominibus aspiciuntur, & aspectibus hominum principaliter obijciuntur. Et ideo à prudentibus ista mundius & pulchrius & honestius ornantur, & gubernantur. Sicut enim radij solares inclusi in ventre nubis causant exterius arcum cœlestem, in quo pulcherrimi colores apparent, sic vere radius diuinæ gratiæ si in ventre nubis, i. e. in corde nostro habitauerit, ipse pro certo exterius in apparentia coloris pulcherrimæ, & honestæ conuersationis efficiet, & causabit. Et cetera omitto, quia nullas habeo auctoritates. Maledicatur qui in concordantijs dimisit. Sed vide infra vbi foris & foras, vbi satis poteris inuenire. Vide etiam supra de apparere, & de conuersatione. Et vide de hypocrisi, quia, sc. hypocritæ magis student exteriora parare, quam interiora, magis laborant circa honestatem exteriorem, quam circa honestatem interiorē. Cuius tamen contrarium facit natura, quia primo format membra interiora, sc. cor, hepar, cerebrum, & talia, & postea membra exteriora, sc. manus, pedes, & similia. Ad denotandum, quod primo & principaliter debemus curare de interiori conscientia parand a, ordinanda, & virtutibus perficienda, & postea de exteriori conuersatione, & apparentia est tractandum. Vnde Ma[tth]. dicitur: *Munda prius quod intus est calicis & paropsidis, vt fiat & illud, quod de foris est mundum.* Ex munditia enim interiori solet exterior munditia redundare. Sic ergo patet, quod exterioritas signat exteriorem conditionem, quæ est præparanda.

B ¶ Secundo dico, quod signat exteriorem possessionem, quæ est contemnenda, sc. bona temporalia & mundana, quæ exterius apparent. Ista enim sunt causa multorum malorum. Calor enim accidentalis & exterior solet esse causa mortificationis & euaporationis caloris naturalis. Aperit enim poros & vias per quas calor interior euaporat, & inde est, quod quanto homo est frigidior exterius, tanto solet esse interius calidior, & dispositior. Sic vere charissimi bona temporalia, quæ causant calorē auaritiæ exterius, sunt causa, quod conscientia & cor interius calore diuinæ gratiæ priuantur, & euacuantur. Quando enim homo est exterius frigidus & pauper quantum ad temporalia tunc est interius calidior quantum ad spiritualia. Exterius enim picturæ phreneticis & melancholicis sunt nociuæ: augent enim melancholiam & furorem. Et ideo tales infirmi non sunt in locis pictis & coloratis ponendi. Sic vere exteriora bona, quę non sunt nisi picturæ quædam, quia, non habent existentiam veram, infirmis peccatoribus non sunt necessaria. Augent enim imagines malorum desideriorum, & sunt causa furoris & melancholiæ, i. diuersorum peccatorum. Et breuiter talia exteriora non sunt quærenda vel diligenda, sed magis timenda & fugienda. Vnde Greg. lib. moral. c. 1. Sancti (inquit) viri eum sibi suppetere & prospera conspiciunt, pauida suspitione turbantur. Timent enim ne hic laborum suorum fructus recipiant, timentq; quod diuina iustitia eos exterioribus muneribus cumulans, ab internis repellat. Ista est ergo exterioritas quæ est contemnenda.

¶ Tertio dico quod est alia exterioritas formidanda, & hæc C est exterioritas peccati mortalis, quæ ponit hominem exterius à statu gratiæ. Vel ista est damnatio infernalis, quæ extra paradisum eijcit peccatores. Ideo de peccatore fiet quod in die iudicij *quando rex veniet de paradiso vt videat discumbentes, & videbit ibi non habentem vestem nuptialem*, i. gratiam, *ipse pro certo ligatis manibus & pedibus faciet eum mitti in tenebras exteriores*, sicut dicitur Mat. 22. & Hierem. 22. *Sepultura asini sepelietur, putrefactus, & proiectus extra portas Hierusalem.* Et sic patet triplex exterioritas. Sed adhuc nota, quod quidam proijciuntur extra gratiam per iniquitatem, extra mundum per mortem, extra veniam, per desperationem, extra gloriam per damnationem.

¶ Primi ergo per iniquitatem, extra statum gratię eijciuntur. D Vnde talis quilibet est recte sicut piscis exiens extra aquam, qui necessario moritur. Sicut ouis exiens extra tectum, quæ à lupis deuoratur. Sicut etiam malefactor exiens extra locum priuilegiatum, qui à balliuis capitur, & suspenditur. Ista bene figuraliter dicuntur Num. 35. vbi dicitur interfector quamdiu erat in aliqua ciuitate refugij, tutus erat, sed statim quando erat extra in periculo, quia occidi poterat ab amicis & parentibus interfecti. Sic vere illi, qui animam suam occiderunt, & interfecerunt per peccatum mortale, debent pro certo recurrere ad ciuitatē refugij, scil. ad statum gratiæ vel pœnitentiæ, alias si extra istam ciuitatem inueniuntur mortis æternæ periculo subiacere noscuntur, quia vere in die iudicij, quando venient amici parentes istius animæ sic interfectæ, sc. Deus & Angeli nisi istum malefactorem, i. peccatorem in loco tuto & priuilegiato inueniant, i. statu gratiæ, ipsum occidant. Status enim gratiæ est sicut vmbra cuiusdam arboris, quæ dicitur Persidion, in qua vmbra quamdiu columbæ manserint, draco non potest eis nocere, statim vero quando extra vmbram exierint, solet eas deuorare, quia pro certo quamdiu in vmbra, i. in refrigerio gratiæ manserimus, à dracone diabolo non lædemur. Si vero extra istam vmbram, i. extra statum gratiæ fuerimus à dracone diabolo rapiemur. Ista potissime videmus de apostatis, cum quibus recte ludit diabolus sicut lupus cum boue ludit, vt ipsum extra societatem vsq; ad nemus paulatim deducat, quem cum in nemore tenuerit ipsum strangulat, & occidit. Sic vere diabolus per malas suggestiones ludit cum religiosis, ipsosq; extra religionem vsq; ad nemus mundi pertrahit, vbi per diuersa peccata ipsos permittit. Ista figurantur in vitula illa Num. 19. quam extra castra tantummodo erat licitum cremari. Deus enim, & diabolus fecerunt partitum ludum, quia illa, quæ sunt intra, sunt Dei, & quæ extra sunt, diaboli. Ideo de pessima Athalia dicitur 4 Reg. & 2. Paral. 23. *Educite eam extra septa templi, & interficite ibi.* Tales ergo per culpam extra gratiam eijciuntur.

¶ Secundi per mortem extra mundum proijciuntur. Sicut e- E nim facto & finito conuiuio, ianitor solet inuitatos extra emittere, & bene cauet, quod secum de bonis hospitij nihil portent, sic vere mors, quæ est ianitor in conuiuio huius mundi, omnes finaliter extra conuiuium huius mundi mittit, & de bonis huius mundi portari aliquid non permittit, vnde de morte potest dici, quod de Iudæis dicitur Act. 7. quod *eijcientes Stephanum extra ciuitatem lapidabant, &c.*

¶ Tertij per desperationem extra veniam constituuntur. F Istis accidit sicut accipitri, qui extra manum magistri sui dimissus, ita fortiter indignatur, quod redire renuens extra taliter diuagatur, quod syluestris efficitur. Sic vere charissimi, sæpe accidit, quod dum homines extra manum Dei per peccatum mortale ponuntur, ita quandoque desperant, & obstinantur, quod vlterius redire ad ipsum per pœnitentiam dedignantur. Figurati in coruo, Genes. cap. 8. qui extra arcam dimissus redire ad Noe amplius noluit, sed cadaueribus contentus circa ea penitus se occupauit. Isti sunt similes corallo, qui dum est in aqua, radix dicitur, cum vero extra ponitur, in lapidis duritiam commutatur. Quia vere multi sunt, qui libenter exeunt de arca & de aqua, id est, de statu gratiæ per peccatum, sed vere cum extra fuerint, vix aut nunquam tractant amplius de reditu, imo circa bona temporalia & circa cadauera carnalia taliter occupantur quod eis totaliter conteriti, de alijs curare non videntur, sed quod peius est in lapideam duritiam

ritiam vertuntur, & commutantur per obstinationem, de quibus dicitur illud Iob 41. *Cor eius indurabitur quasi lapis &c.* Isti ergo extra veniam per desperationem constituuntur.

G ¶ Quarti extra gloriam per damnationem stabiliuntur. Sicut enim apes expellunt sorores suas mortuas extra alueare suum, nec secum habitare permittunt, sic Deus & Angeli expellent in die iudicij à societate sua peccatores, quod figuratur de leproso Leu. 13 qui solus extra castra debebat habitare, quia vere leprosi & infecti peccatores in die iudicij de castris, id est, de Angelici exercitus congregatione expellentur, & extra Paradisum scilicet, in inferno damnabuntur, & relegabuntur. Vnde Num. 12. dicitur *Separentur septem diebus extra castra.* Sic ergo patet, quod est quadruplex malum extra.

H ¶ Sed adhuc possumus dicere, quod istud vocabulum extra potest sumi in bono significato, sicut cum aliquid ponitur. Extra periculum, Extra peccatum, Extra malum consortium, seu locum. Et sic loquitur Apostolus ad Heb. 13. *Exeamus ad eum extra castra, improperium eius portantes.* Vide supra de Egredi, & Exire, quia ista denotant recessum extra locum.

A **Extraneus.** Nota, quod extraneus idem est, quod peregrinus, aduena, alienus. Et potest significare in bono, & in malo. Extraneus enim significat virum perfectū, à mundo & à mundi negotijs alienum, sicut fuerunt sancti, quos mundus extraneos reputabat, & velut extraneos à suis promotionibus repellebat. Vnde Sap. 19. dicitur, *Inuiti recipiebant extraneos.* In malo vero illos, qui nullam habent nobiscum familiaritatem, sicut sunt pauperes & ignoti. Spiritualiter etiam loquendo, extranei sunt illi, qui per peccata sua à Deo sunt alieni, & qui in hæreditate Paradisi nihil habent, sed sicut extranei, i.e. extranati, ipsa perpetuo priuabuntur. Vnde Prou. 14. dicitur. *In gaudio eius non miscebitur extraneus.*

¶ Boni ergo pauperes possunt dici extranei in hoc mundo. Nam sicut extranei non cognoscuntur, non honorantur, vilipenduntur, & nulla certa domo, vel hæreditate ditantur, sic vere pauperes & viri perfecti, in hoc mundo, sunt sicut extranei, quia sc. ipsi sunt sine honore, ab omnibus contempti & conculcati, nullus enim vult ipsos cognoscere, imo etiam fratres & amici dignoscuntur de talibus non curare. Aspides enim Afris & Mauris non nocent, extraneos vero lethaliter occidunt, vt dicit Isid. Ideo Afri & Mauri volentes probare de pueris, an sint filij sui, solent eos aspidibus apponere, & si aspides eos non læserint, solent eos vt proprios retinere. Si vero ipsos aspides amomorderint, solent eos tanquam extraneos & degeneres refutare. Sic vere aspides, i. venenosi tyranni ballius, Mauros & Afros, id est, mundi nigros peccatores, & maxime vsurarios non lædunt, imo sicut notos, & amicos ipsos protegunt, & defendunt. Sed proculdubio extraneos, & ignotos, id est, pauperes, & debiles, rapinis & excoriationibus vulnerant & occidunt. Ideo dicunt tales cum Psal. 68. *Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus filiis matris meæ.*

¶ Item nota, quod sicut ciues, & non extranei ad ciuitates officia, & consilia solent admitti, iuxta illud Eccl. 8. *Coram extraneo ne facias consilium.* sic in ciuitate Ecclesiæ boni & non mali debent promoueri, & ordinari. Cuius tamen contrarium fit hodie. Ideo modo plangunt veri filij Ecclesiæ dicentes illud Thren. 5. *Hæreditas nostra versa est ad alienos, domus nostra ad extraneos &c.* Cætera omitto, quia paucæ sunt auctoritates. Et inuenies de extraneo supra de acceptione, & de equo, & infra de peregrino, & supra de alieno, & aduena. Et breuiter multa inueniremus exempla, sed copia auctoritatum deficit, &c.

A **Extrahere.** Nota, quod extrahere idem est, quod extra locum trahere. Et potest significare in bono, & in malo. In bono enim signat de peccato, seu aliquo periculo ereptionem, & saluationem. Vnde 2. Reg. 22. *Misit de excelso, assumpsit me, & traxit me de aquis multis,* & Dan. 14. *Extraxerunt Danielem de lacu leonum.* In malo autem signat de propria hæreditate eiectionem, vel de mundo expulsionem. Sicut enim hyæna extrahit mortuos de sepulchro, vt eos deuoret, piscator etiā extrahit pisces de fluuio, vt eos manducet, sic raptor extrahit hominem de propria domo, diabolus extrahit peccatores de fluuio, i. de deliciarum irriguo, mors vero extrahit omnes de corporis hospitio. Vnde de peccatoribus dicitur Ezech. 29. *Ecce ego ad te draco magne, qui cubas in medio fluminum, extraham te de medio fluminum.* Pauperibus etiam possunt dicere vsurarij & raptores illud Ezech. 32. *Extraham te in sagena mea &c.* Multa exempla habemus de extrahere, sed auctoritates deficiunt. Vide supra de similis Eijcere & Expellere, & infra Detrahere.

**Extremus. Extremitas.** Nota, quod extremus idem est, quod vltimus seu nouissimus, & signat fidem siue posteriorem partem rei. Et ideo loquendo moraliter, possumus dicere, quod extremitas potest significare humilitatem, tepiditatem, mortalitatem. Et ideo possumus dicere, quod est quædam A

Extremitas commendabilis,
Quædam detestabilis,
Quædam formidabilis,
Prima est desideranda,
Secunda vituperanda,
Tertia consideranda.

¶ Primo ergo est quædam extremitas commendabilis & desideranda, & ista est extremitas humilitatis. Vir enim humilis super alijs se postponit, seq; alijs non ingerit, aut præponit, imo respectu omnium aliorum se omnium extremum, & vltimum reputat, & supponit. Catuli enim secundum Plin. qui nascuntur vlteriores, sunt, vt communiter, cæteris meliores. Sic vere illi qui vltimi & extremi sunt per humilitatem, & qui etiam ab alijs vltimi reputantur propter corporalem miseriam & paupertatem, sunt quo ad Deum meliores, quod figuratum est in Beniamin, qui inter fratres Ioseph fuit vltimo natus, qui tamen à Ioseph amplius fuit dilectus, & in mensa sua ferculis amplioribus satiatus, sicut dicitur Gen. 43. Quia vere charissimi, verus Ioseph Christus illos plenius in mensa Paradisi reficit, quos in hoc mundo vera humilitas, & paupertas vltimos & extremos facit. Ideo de Iuda Machabæo in figura Christi dicitur 1. Mach. 5. *Erat Iudas congregans extremos:* & Esa. 49. *Salus mea vsq; ad extremum terræ,* quia breuiter secundum regulam saluatoris, erunt primi nouissimi, & nouissimi primi Math. 20. quia sicut dicitur Math. 20. *Paterfamilias incepit à nouissimis denarium diurnum* [illegible] *dispensare.* Ad denotandum, quod illi, qui sunt nouissimi per humilitatem & temporalem paupertatem, erunt primi in gloria paradisi. Sic ergo patet, quod est quædam extremitas commendabilis & desideranda.

¶ Secundo dico, quod est alia extremitas detestabilis & vituperanda. Et ista est extremitas illorum, qui ad omne bonum faciendum volunt esse vltimi atq; tardi, & ista est extremitas atq; vltimitas pigritiæ, negligentiæ, seu accidentiæ quæ valde est vituperabilis. Tales enim extremi si fugiunt, primi à persecutoribus comprehenduntur. Extremi etiā pauperes per eleemosynam minus laute reficiuntur. Illi etiam, qui extremi ad operandum veniunt minus de labore reportare merentur. Sic vere illi, qui volunt esse vltimi & extremi ad bene operandum, minus in Paradiso de præmio reportabunt, & persecutoribus inuasoribus & tentatoribus subiacebunt Exemplum habemus Num. 11. vbi dicitur, quod *ignis deuorauit extremam partem castrorum.* Extremum enim fructus ficuum, quæ scilicet, circa autumnum nascuntur, nihil valent, quia, scilicet nunquam possunt maturescere. Quia vere charissimi, illi, qui bene operando volunt esse extremi, sicut sunt illi, qui tempus autumni, id est, senectutem expectant, vere tales vix possunt in moribus maturescere, vel ad bonum aliquod peruenire. Vnde Num. 24. dicitur, *Principium gentium Amalech, cuius extrema perdentur.* Ista est ergo extremitas detestabilis & vituperanda. B

¶ Tertio dico, quod est extremitas formidabilis & præmeditanda. Et ista est extremitas vitæ & finis corporis, terminus & meta prosperitatis, quæ pro certo timenda sunt & cōsideranda. Cœlum enim habet duas extremitates immobiles, sc. polum arcticum & polum antarcticum, quæ sunt stellæ immobiles, inter quas tota cœli substantia continue rapitur & mouetur. Sic vere homo habet duas extremitates, sc. natiuitatem & mortem. Isti enim sunt duo poli, i. duo termini sibi inuicem cōtrarij, in quorum vtroque homo immobilis reperitur. Ante enim natiuitatem, & post mortem homo non mouetur, sed vere infra istos terminos vita humana voluitur, & cōtinue diuersis variationibus agitatur. Totum enim cœlum, i. tota mens nostra continue volui per considerationem infra istas duas extremitates, sc. nūc cogitando de natiuitatis vilitate, nunc de mortis acerbitate meditando. Vnde sicut Eccles. 48. dicitur *Spiritu magno vidit vltima.* Ista enim vltima, & extrema quæ finaliter contingent, scilicet, mors, iudicium, infernus, Paradisus, sunt spiritu magno præuidenda & consideranda. Animal enim quod extremitatem, i.e. C

caudam

caudam perdidit, à sacrificio repellebantur, sicut dicitur Leuit. 22. Sic vere illi, qui talem extremitatem, id est, extremorum considerationem non habent nec Deo sacrificare, nec ab eo acceptari merentur. Ideo dicitur in Psal. *Si sumpsero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris, etenim illuc manus tua deducet me.* Extrema enim maris sunt ista, eo quod multis amaritudinibus sunt respersa.

D ¶ Aduerte tamen quod quidam sunt sicut simiæ, & sicut homo, qui sunt animalia ingeniosa, quæ tamen talibus extremitatibus, scilicet cauda carere noscuntur. Ad denotandum, quod illi, qui ingenio, & ratione amplius vigent, de mortis consideratione minus habent. Istis facit diabolus sicut formica grano, cui scilicet extremitates aufert, ne possit fructificare. Sic diabolus aufert peccatoribus futurorum considerationes, ne aliquod bonum opus possint facere: Non sic charissimi, &c. Sufficit, replica distinctionem.

A **Exurgere.** Nota, quod exurgere idem est, quod ex toto surgere vel ex affectu vel ex appetitu surgere, & se superius eleuare. Sicut de beata virgine dicitur Luc. 1. *Exurgens Maria abijt in montana cum festinatione.* Potest ergo referri ad Deum & hominem. Deus enim exurgit

Ad { Adiuuandum per potentiam,
Puniendum per iustitiam,
Miserandum per clementiam.

Deus enim aliquos adiuuat per potentiam. Vnde in Psalm. 43. dicitur. *Exurge Domine, adiuua nos.* Item aliquos cruciat per iustitiam. Vnde Psal. 67. *Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius.* Item aliquibus parcit per clementiam. Vnde Psal. 101. *Tu exurgens misereberis Sion &c.* Item exurgit homo à cadendo, à sedendo, à dormiendo.

B ¶ Sic vere exurgere debet homo spiritualiter, quando cadit per iniquitatem, quando dormit per carnalitatem. ¶ Surgamus ergo à casu iniquitatis. Vnde Mich. 7. *Ne laeteris inimica mea quia cecidi, consurgam* Item à somno carnalitatis. Vnde Ephes. 5. *Surge qui dormis, exurge à mortuis, & illuminabit te Christus.* Item surgamus à sede, seu quiete tepiditatis. Vnde Luc. 1. *Exurgens Maria abiit in montana cum festinatione.* Vide supra de eleuare & erigere & exaltare, & infra de surgere & de sursum. Et si vis pone illam auctoritatem. Exurgens Saul spelunca pergebat coepto itinere. Istam diuide sicut in illo sermone. Exurge in occursum meum, & vide &c.

A **Exuere. Expoliare.** Nota, quod expoliare siue exuere idem est, quod vestes deponere, seu exterioribus apparatibus se nudare. Et ideo sicut sunt tria genera vestimentorum moralium, scilicet,

Bona { Spiritualia,
Temporalia,
Æternalia.

Ideo secundum hæc possumus dicere & distinguere triplicem expoliationem, scilicet,

Quandam { Virtuosam,
Vitiosam,
Dolorosam.

Virtuosa est illa, qua nos exuimus temporalibus per largitatem. Vitiosa est illa qua nos denudamus spiritualibus per prauitatem: Dolorosa est illa, qua priuamus nos æternalibus per iniquitatem. Prima est seruitorum, qui se expoliant vt possint melius seruire. Et ista est expoliatio, qua se expoliauit Dauid vt luderet coram arca 2. Reg. 6. De qua etiam dicitur, Cant. 5. *Expoliaui me tunica mea, quomodo induam illam.*

B ¶ Secunda est ebriorum, qui impudenter quandoque se expoliant ita quod apparent pudibunda sua, sicut apparuit Noe, Genes. 9. quia scilicet illi, qui vino peccati sunt ebrij, vestimentis virtutum se expoliant, & sic pudibunda suorum malorum operum omnibus manifestant. Vnde 1. Reg. 5. dicitur. *Expoliauerunt Saul armis suis.*

C Tertia est expoliatio miserorum, quæ fit his qui non possunt soluere quod expenderunt, qui proprijs vestibus expoliantur. Sic vere damnati in die iudicij quando rationem de commissis & omissis reddere non poterunt, vestibus æternæ gloriæ priuabuntur. Vnde 1. Reg. 31. *Venerunt Philistæi vt expoliarent interfectos.* Sunt ergo, vt dictum est, aliqua vestimenta, quæ debemus exuere scilicet, vestes exterioris possessionis, vel etiam vestes exterioris malæ conuersationis. Item sunt aliæ vestes, quibus expoliauit Iudith, vt posset Holofernem decipere & occidere. Istæ etiam sunt illæ veteres pelles, quibus se solent serpentes expoliare, & exuere, vt iuuentutem possint recuperare. Quia vere charissimi, qui contra Holofernem, id est, diabolum vult præualere & iuuentutem moralis conuersationis recuperare, necesse est, quod pellem veteris & malæ conuersationis expoliet, & quod vestibus bonorum temporalium saltem quantum ad affectum se denudet. Sicut de Ionatha dicitur 1. Reg. 18. *Expoliauit se Ionathas tunica sua, & dedit eam Dauid.* Ideo de Iudith dicitur, Iudit. 16. *Exuit vestimentis viduitatis suæ, lauit corpus suum, & vnxit se myrrho optimo.* In quibus verbis notatur

Quid tu debes { Deponere,
Abstergere,
Corrigere.

Rerum facultates sunt deponendæ, culpæ prauitates sunt abstergendæ, carnis voluptates sunt corrigendæ.

¶ Primum probat vestis nudatio [Exuit se vestimentis viduitatis suæ] Secundum probat faciei ablutio [Lauit corpus suum] Tertium probat carnis afflictio [Vnxit se myrrho optimo] igitur deponamus rerum possessionem, abluamus mentis infectionem, habeamus carnis afflictionem. Quæ scilicet denotatur per myrrham, quod est vnguentum valde amarum. Ista possumus valde notare, & de expoliare exempla plurima reperire, sed quia paucæ sunt auctoritates, ideo omitto. Et propter hoc vide de vestimento, de nuditate, & de spoliare.

**Exultatio.** Nota, quod exultare idem est, quod extra saltare. Et est exultatio quædam lætitia quæ in tantum abundat interius, quod per certa signa apparet exterius. Est ergo exultatio excellens gaudium seu lætitia aliquibus certis indicijs declarata. Possumus ergo notare, quod multiplex est exultatio, scilicet. A

Quædam { Temporalis & transitoria,
Spiritualis & meritoria,
Criminalis & damnatoria,
Æternalis & permansoria.

¶ Primo ergo dico, quod est quædam exultatio temporalis. Et hæc est illa, quam aliquod bonum temporale, seu aliqua temporalis prosperitas introducit, & ista est exultatio puerorum, qui in rebus modicis & inutilibus magis exultant, quam in magis vtilibus. Est enim sicut exultatio nautarum, qui quandoque eadem die qua exultauerunt à mari absorbentur, quia extrema gaudij, quia scilicet, temporalis luctus occupat, sicut dicitur, Prou. 14. vnde Iacob 4. *Omnis exultatio talis maligna est.* Et dicitur. Iacob 3. *Terrena animalis & diabolica.* Vide istam auctoritatem prosecutam supra in titulo.

¶ Secundum est quædam exultatio spiritualis, & ista est iustorum, qui in rebus spiritualibus exultant, scilicet, in conscientiæ puritate, in amicitia bonorum & charitate, in spei securitate, in pacis tranquillitate. Vnde in Psal. dicitur, *Exultate iusti in Domino, rectos decet collaudatio.* Et iterum. *Sancti eius exultatione exultabunt.*

¶ Tertio est quædam exultatio criminalis, & ista est quando aliquis exultat de peccato proprio vel de alterius incommodo, sicut illi, de quibus Prou. 2. *qui lætantur cum malefecerint & exultant in rebus pessimis.* Et in Psal. 12. dicitur, *Qui tribulant me, exultabunt si motus fuero.*

Quarto est exultatio æternalis. Et hæc est illa, quam sancti post huius vitæ, laborem superius in Paradiso habebunt, quia tunc exultabunt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis, tunc exultabunt filiæ Sion, i. animæ, In rege suo, dicentes. Hæc est dies, quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea. De talibus ergo exultationibus, quibus, scil. sancti in hoc mundo per spem in alio per speciem exultant, potest exponi illud, Esa. 9. *Exultant victores capta præda, quando diuidunt spolia.* In quibus verbis ostenditur, quod de tribus est principaliter exultandum, scil.

De vitiorum superatione [Exultant victores]
De meritorum acquisitione [Capta præda.]
De præmiorum distributione [Diuidunt spolia]

¶ Exultemus ergo quando vitia superamus [Victores] Simusq; sicut elephantes, qui scilicet, secundum Plinium, exultant, & gaudent quando vincunt, tristantur, & dolent quando vincuntur. Quia reuera boni & iusti, qui contra hostem diabolum in hoc mundo sicut in stadio sunt locati, quando hostem diabolum & eius iacula, scilicet, mundi tribulationes & tentationes superant atque vincunt, valde exultant, & lætantur, quia tunc exultationes Dei in gutture eorum, & gladij ancipites in manibus B

eorum:

eorum. Si vero contingat, quod aliquo casu vincantur, & quod à diabolo vel eius tentationibus superentur, valde solent per contritionem dolere, & signum doloris per confessionem & pœnitentiam ostendere. Vnde Iud. 16. *Per tres menses huius victoriæ gaudium celebratum est.* Tres isti menses sunt exultatio cordis, vocis, & operis. Sicut enim videmus, quod Gallus post victoriam cantat, & exultat, exultationemque suam voce & alis denotat, & demonstrat. Sic vere iusti superato & victo diabolo lætantur, & gaudent, & exultando Deo regratiantur, & cantant, Habac. 3. *Super excelsa deducet me victor, in Psalmis canentem.* Vnde in Psal. 117. dicitur: *Vox exultationis & salutis in tabernaculis iustorum.* Lætemur ergo & exultemus, quando vitia superamus.

C ¶ Iterum dico, quod nos debemus exultare quando merita cumulamus, quod ostenditur, cum dicitur: Capta præda, præda enim quam debemus sequi & insequi, venari pariter & inquirere sunt merita, gratiæ, virtutes, boni habitus, bonæ dispositiones & conditiones. Sicut enim videmus, quod canis nobilis prædam suam diligenter quærit, qua inuenta solet saltare & exultare, & nouo latrandi genere gaudium sui animi declarare, sic vere charissimi, prædam virtutum & meritorum tenemur diligenter quærere, quam si acquirere possumus, valde gaudere & exultare debemus. Vnde Psal. 64. *Pinguescent speciosa deserti & exultatione colles accingentur.* Induti sunt arietes ouium, & valles abundabunt frumento, quasi dicat: Sicut desertum gaudet de pluuiæ irrigatione, sicut colles lętantur de roris madefactione, sicut arietes exultant de pabuli ministratione, sicut insuper valles videntur iocundari de frumenti productione, abundantia & multiplicatione. Sic vere boni lætantur, & gaudent de virtutum & meritorum acquisitione. Ista est ergo præda nostra (Capta inquit præda.) Vnde de quolibet viro iusto potest dici illud, Ezech. 19. *Leo factus est, & didicit capere prædam.* Talis enim dicitur Leo, quia prædam, quam cepit, non solet libenter dimittere, imo si aliquam viderit, solet eam cum pedibus amplexari, & pro ipsa defendenda præliari. Sic vere prædam virtutum, quam cepimus, & acquisiuimus debemus custodire, ipsamque viriliter defendere, & pro ipsa contra hostes infernales strenuissime militare. Et sic dicitur de eo, Leo factus, &c. Vbi aduerte, quod talis, qui taliter accipit talem prædam, debet habere

Fortitudinis firmamentum (Leo)
Sanctitudinis complementum (Factus est)
Certitudinis documentum (Didicit.)

Et sic habebit spiritualis plenitudinis nutrimentum, quia capiet prædam. Debemus ergo exultare, scilicet quando merita cumulamus.

D ¶ Denique dico, quod nos tunc possumus exultare, quando gloriam occupamus, quod ostenditur, cum dicitur: Quando diuidunt spolia. Istud enim aduerbium, quando signat terminum finalem temporis, in quo aliquid est faciendum. Et vere istud est quando mortis, in quo sancti diuidunt inter se secundum diuisionem meritorum, spolia & diuitias præmiorum æternorum, quia secundum Apostolum 1. ad Cor. 12. *Diuisiones gratiarum sunt, vnus autem spiritus diuidens singulis prout vult.* Ideo de isto quando dicitur in Psal. *Quando diuidebat altissimus gentes, quando separabat filios Adam*; quasi dicatur; In isto quando, scilicet in gloria Paradisi, altissimus diuidit gentes, vnumquemque secundum meritum diuersimode præmiando, & separabat filios Adam, id est, bonos à malis perenniter distinguendo. Sicut ergo videmus, quod nautæ post maris pericula valde exultant, quando perueniunt ad securum portum. Operarius post laborem exultat, quando in sero recipit præmium. Cursor post cursum lætatur, quando pro mercede recipit brauium; Miles etiã gaudet quando post triumphum acquirit salarium. Sic vere illi in paradiso, qui in isto mundo fuerunt sicut in mari nauigarent, sicut in opere, vt laborarent, sicut in stadio, vt properarent, sicut in prælio, vt dimicarent, tunc proculdubio lætantur, & exultant, quando perueniunt, scil.

Ad portum securitatis,
Ad præmium fœlicitatis,
Ad brauium æternitatis,
Ad solium sublimitatis.

Tunc enim percipiunt, quod verum est verbum Tobiæ, Tob. 3. vbi dicitur, *quod Deus post tempestatem tranquillum facit, & post lacrymationem & fletum exultationem infundit.* Isti enim modo exultant,

Quia {
Dulcissime recreantur,
Tutissime collocantur,
Largissime præmiantur,
Lætissime modulantur.

Isti (dico) delectantur siue recreantur dulcissime. Ideo dicunt illud Psal. 89. *Exultauimus, & lætati sumus.*

¶ Item collocantur, seu situantur tutissime, i. e. in protectione & saluatione Domini Psal. *In velamento alarum tuarum exultabo.*

¶ Item isti præmiantur, & remunerantur largissime. Vnde in Psal. 125. *Venientes cum exultatione portantes manipulos suos.* Et Psal. 125. *Qui seminant in lacrymis, in exultatione metent.*

Isti insuper modulantur, & regratiantur lætissime. Vnde in Psal. 117. dicitur: *Vox exultationis & salutis in tabernaculis iustorum.* Et Psal. 170. *Exultabunt labia mea cum cantauero tibi.* Tunc ergo exultamus, vt dictum est, quando cœlestem gloriam occupamus, quod ostenditur, cum dicitur: Quando diuidunt spolia. Vnde in Psal. 107. dicitur: *Exultabo & diuidam Sichimam.* Sichima enim interpretatur laboriosa, & signat gloriam paradisi, quæ acquiritur laboribus infinitis, quæ tamen quando diuiditur seu attribuitur, tunc æternum gaudium & exultatio in homine cumulatur. Patet ergo, quod est triplex bona exultatio, scil. vna de superatione vitiorum, alia de acquisitione meritorum, tertia de distributione præmiorum.

## F.

**FAber. Fabricare.** Nota, quod fabricare idem est, quod aliquid artificiose operari vel facere. Pertinet autem fabricare ad illos artifices mechanicos, qui cum manualibus laboribus percussionibusque & ictibus solent aliquid construere, vel formare, & sic solemus fabrum dicere illum qui de ferro, ære, ligno, vel lapide solet aliquid fabricare. Moraliter igitur loquendo dicam, quod in scriptura reperitur multiplex faber, videl. Faber A

Gloriosus, qui fabricat opus mirabile,
Virtuosus, qui fabricat opus laudabile,
Vitiosus qui fabricat opus inutile,
Odiosus, qui fabricat opus damnabile,
Gloriosus est mundi creator,
Virtuosus est iustus viator,
Vitiosus est vanus peccator,
Odiosus est hostis tentator.

¶ Primo igitur dico, quod in scriptura reperitur faber mirabilis & gloriosus. Et iste est Deus, qui sine malleo vel securi fabricauit, & fabricat vniuersa. Vnde etiam quantum ad diuinitatem iste dictus est faber, quia fuit omnium creator, Ps. *Tuus est dies, & tua est nox, tu fabricatus es auroram & solem. Tu fecisti omnes terminos terræ, æstatem & ver, tu plasmasti ea.* Quantum etiam ad humanitatem iste dictus est faber, quia fuit mundi creator. Vnde de Christo dicitur Matth. 12. *Nonne iste est fabri filius? Nonne mater eius dicitur Maria?* Si enim fabri filius, ergo faber. Quia scilicet, *non potest filius facere, nisi quæ viderit patrem facientem, & quæcunque ille fecerit hæc & similiter filius facit.* Iohan. 5. Quantum vero ad vtrumque faber dici potest, quia ipse est in viris iustis virtutum omnium generator. Vnde sibi potest dici illud Iob 27. *Fabricatus est cælos, qui solidissimi quasi ære fundati sunt.* Iste enim quotidie fabricat cœlos, id est, viros, quos scilicet, per interiorem gratiæ infusionem & exteriorem tribulationem & tunsionem facit solidos atque firmos. Et sic dico, quod Deus est faber mirabilis & gloriosus.

¶ Secundo dico, quod iustus est faber laudabilis & virtuosus. B
Iustus enim templum Dei in seipso fabricat, quando congeriem virtutum aggregat, & ibidem habitaculum Deo parat. Alios etiam fabricat & ædificat, quando per bonam eruditionem vel correctionem ipsos ad bonum instruit & informat, & sic eos in Christi habitaculum construit, & format. Sibi etiam in paradiso domum construit, quando per bona opera Deo seruit. Bonorum enim operum executio æternæ possessionis & habitationis est constructio. Sicut enim dicitur Heb. 3. *Omnis namque domus fabricatur ab aliquo.* Vnde de bono fabro, id est, de viro iusto virtualiter fabricante & operante potest dici illud Esa. 44. *Faber ferrarius lima operatus est, in prunis & in malleis formauit illud, & operatus est in brachio fortitudinis suæ.* Iustus n. faber ferrarius dicitur, eo quod cõtra labores ad modum ferri duratur, in lima etiam operari dicitur, eo quod lima pœnitentiæ se carpinat, & alios etiam lima disci-

disciplinæ, & iustitiæ cupit à suis vitijs expiari. In prunis etiam opera sua facit, eo quod in feruore charitatis facit & fabricat quicquid agit. Malleos etiam quandoq; adhibet, quia sæpe necesse est quod seueritatis ictibus & timoris diuini tunsionibus se & alios fabricet atque domet. Sic igitur in brachio fortitudinis operatur, quando faciendo bonum & declinando à malo contra dæmones fortiter præliatur. De tali ergo fabro videtur Dominus loqui Esa. 54. *Ego creaui fabrum sufflantem in igne prunas, & producentem vas in opus suum.* Sed heu pro certo pauci tales fabri, qui sciant se & alios in bonis motibus fabricare, inueniuntur in mundo. Dicitur enim figuraliter 1. Reg. 13. quod *in omni terra Israel non inueniebatur faber ferrarius*, quod pro tanto erat, quia Philistijm, qui filios Israel sibi subiecerant, ordinauerunt, quod nullus faber ferrarius in terra Israel habitaret, ne forte lanceas aut gladios fabricarent. Sic verè videtur hodie factum. Nam quia Philistijm, id est, dæmones Israelitas, id est, Christianos sibi per vitia subiecerunt, ideo eorum ordinatione factum est, quod de terra Israel, id est, de statu Ecclesiæ vel fidei Christianæ fabri ferrarij, hoc est dictum, boni virtutum fabricatores, vel boni prælati, & prædicatores, qui se, alios in motibus fabricent atque forment, quasi in pluribus defecerunt. Nolunt enim dæmones, quod peccatores à suæ seruitutis iugo possint resurgere, & ideo nolunt quod arma spiritualia valeant fabricare, quapropter bonos fabros studuerunt in medio submouere. De quo Hier. 29. *Egressus est faber & inclusor de Hierusalem.* Non sic charissimi, sed sint in nobis boni fabri, id est, boni prædicatores & prælati, & homines alij virtuosi. Vnde Eccl. 38. dicitur, quod *omnis faber & architectus noctem tanquam diem transigit, qui sculpit signacula* &c. Sequitur. *Faber ferrarius sedens iuxta incudem, considerans opus ferri, vapor ignis vrit carnes eius, & in calore fornacis concertatur.* Vox mallei renouat aurem eius & contra similitudinem vasis oculus eius, cor suum dabit in consummationem operum. Expone si vis de bono fabro, id est, de homine virtuoso, qui noctem & diem transigit in bono perseuerando, in nocte & die benefaciendo, signacula sculpit virtutum imagines in se pingendo, iuxta incudem patientiæ sedet ictibus tribulationum se assuefaciendo. Opus ferri considerat omnem difficultatem & duritiem virtute vincendo & superando. Carnes suas igne contritionis vrit abstinentia & pœnitentia carnem attenuando & macerando. In fornace infernali concertatur ibi iugiter meditando. Vocem mallei, id est, comminationis diuinæ libenter audit, scripturis & sermonibus vacando, & attendendo, & sic ad consummationem operum attingit virtutum multitudinem aggregando, & tandem operum præmia reportando. Patet igitur, quod iustus est faber laudabilis & virtuosus.

C ¶ Tertio dico, quod impius est faber inutilis & vitiosus. Impius n. faber dicitur, qui in se per peccatum domum diabolo fabricat, & etiam pro se in inferno habitaculum operatur. Quodlibet enim peccatum, quod facit, vnus est ictus ædificij diabolici, hic in congerie vitiorum, & postea in congerie tormentorum. Et nota, quod impij dicuntur fabri seu fabricatores, quia

Percutiunt iustos crudeliter,
Conficiunt fraudes subtiliter,
Decipiunt bonos faciliter,
Recipiunt opes rapaciter,
Superbiunt nimis inaniter,
Inficiunt sese carnaliter.

Et sic dicam, quod est vna fabricatio crudelitatis & sæuitiæ. Sicut enim fabri percutiunt super ferrum, sic tyranni non cessant tribulationum malleis percutere pauperem populum atq; iustum Psal. 128. *Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, prolongauerunt iniquitatem suam.*

¶ Item est fabricatio malitiæ & iniquitatis, scil. machinatio fraudum peruersarum, quam viri malitiosi non cessant quotidie contra alios fabricare. Ideo dicitur Eccl. 11. *Attende tibi à pestifero, fabricatur enim mala, ne forte inducat super te subsannationem in perpetuum.*

¶ Item est fabricatio fallaciæ & mendacitatis, sc. à patre ipsorum agentium seu ignorantiæ & fatuitatis, sc. à parte fatue credentium & obedientium. Sic introductores sectarum malarum fuerunt, mali prædicatores, & aliorum deceptores, sicut fuit Machometus & similes. Contra quos dicitur Esa. 25. *Abierunt in confusione fabricatores errorum.*

¶ Item est fabricatio auaritiæ & cupiditatis. Constat enim, quod auari per malos quæstus fabricant, & ædificant ædificium status sui, & opum congeriem & structuram Baruch 3. *Argentum fabricant, & soliciti sunt, nec est inuentio operum illorum* Baruch 6. *Accepto auro fabricata sunt idola*, scilicet coronas certe habent aureas super capita sua.

¶ Item est fabricatio superbiæ & pomposititatis, sicut patet de superbis, qui fabricant alta palatia, qui sibi procurant, & fabricant altos status 4. Par. 21. *Dereliquerunt Dominum Deum patrum suorum, insuper excelsa fabricatus est &c.*

¶ Item fabricatio luxuriæ & carnalitatis Ezech. 16. *Fabricasti tibi lupanar, & fecisti tibi prostibulum.* Sic ergo patet quomodo peccator dicitur faber inutilis & vitiosus.

¶ Quarto vero dico, quod diabolus est faber damnabilis & odiosus. Iste est enim qui fabricat omne malum in cordibus impiorum. Vnde dicit, quod diabolus ita fabricat quemadmodū Sap. 13. dicitur de fabricatore idolorum. Si quis artifex faber de sylua lignum rectum secuerit, & huius docte eradat omnem corticem, & arte sua vsus diligenter fabricet vas inutile in conseruationem vitæ. Constat enim quod iste faber de sylua Ecclesiæ, ligna, id est, recta, viros iustos per tentationes secat, & cortice bonæ conuersationis denudat, & eos in vasa inutilia fabricat atq; format &c. Et sicut videmus, quod fabri vtuntur malleis & securibus, limis, serris, terebris & dolabris, & varijs vtensilibus, & sicut faber ferrarius materiam suam in igne mollificat, & super incudem ipsam fortiter percutit atque domat, sic diabolus impios igne infernali inflammabit, & eos malleis æternæ tribulationis percutiet & grauabit. Vnde Zach. 1. dicitur, quod *ipse primus vidit quatuor, quæ erant cornua, quæ ventilauerunt Iudam. Postea vidit quatuor fabros, qui venerant deterere cornua supradicta.* Quatuor enim cornua significant vniuersitatem malorum, & maxime superborum & tyrannorum, qui in quatuor mundi plagis grauant, & ventilant innocentes. Fabri autem isti dæmones sunt, qui scil. in quatuor mundi plagis omne malum fabricant & componunt. Quatuor autem fabri quatuor cornua deterunt, quia sc. dæmones ipsos tyrannos & superbos finaliter in inferno confundunt, Esa. 40 *Nunquid sculptile conflabit faber?* Sic ergo patet quomodo diabolus & impius, iustus etiam, & Deus diuersimode fabricare dicantur &c. Vide infra de facere, & de ædificare, & construere.

FACERE. Nota, quod istud verbum facere est commune omni potentiæ & virtuti actiuæ & operatiuæ. Vnde facere, proprie est ille actus, qui à potentia immediate elicitur & causatur. Et est facere idem quod componere, construere, agere, peragere, ædificare, operari & fabricare. A

¶ Et ideo breuiter possumus distinguere, quod est multiplex factio, sc. Diuina, & superior Humana & inferior. Diabolica & confusoria. Nam

Facit { Deus,
Iustus & impius,
Diabolus.

In rebus enim nihil est ociosum, nec est aliquid datum, quin continue faciat opus suum. De Deo enim dicitur in Psal. quia *ipsius est mare, & ipse fecit illud, & aridam fundauerunt manus eius.* Et alibi. *Tu es Deus qui facis mirabilia.* De iusto vero dicitur Prou. 21. quod *gaudium est iusto facere iudicium.* De impijs vero dicitur Prou. 2 quod *ipsi lætantur cum malefecerint & exultant in rebus pessimis.* De diabolo vero dicitur Matt. 13. *Inimicus homo hoc fecit*, sc. seminauit Zizaniam.

¶ Primo ergo dicamus aliquid de factione diuina, quæ est superior. Facere enim Dei nihil aliud est quam suum velle, siue suum imperare. Et ideo quantum ad Deum facere semper denotat potestatem & auctoritatem. Vnde Psal. 148. *Ipse dixit, & facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt.* Sicut enim bonus artifex solet bona opera facere, bona causa solet bonum effectum producere, bona arbor solet bonum fructum procreare, sic vere Deus cum sit artifex, qui errore nō decipitur, cum sit causa quæ occasione non deluditur, cum sit arbor, quæ accidentibus non impeditur, bonos affectus in mundo producit, & sicut rex, aut imperator omnia ad votum suum facit, atque ordinat. Vnde Gen. 1. *Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona, &c.* Mirabiles enim causæ non faciunt nisi mirabiles effectus, & vere iste mirabilis causa quæ non necessario, aut violenter sed libere & voluntarie & omnipotenter atque supernaturaliter operatur, Psal. *Tu es Deus qui facis mirabilia.*

¶ Item sibi potest dici illud Hester 14. *Tu fecisti cœlum, & terram, & quicquid cœli ambitu continetur*, quia breuiter omnia, quæ

sunt, siue prospera siue aduersa, siue media, à Dei factione, prouidentia vel ordinatione vno modo vel alio procedunt. Et ideo hic possumus videre, quod Deus facit summa, facit infima, facit media. Ipse enim facit superiorum prosperitatem, quæ notatur per cœlum, inferiorum aduersitatem, quę notatur per terram: exteriorum varietatem, quæ notatur per ea quæ cœli ambitu continentur.

Ab eius factione procedit { Promotio superiorum, Depressio inferiorum, Conditio exteriorum.

Ipse enim facit quandoque opera notabilia in aliquorum promotione, et opera terribilia in aliquorum depressione, opera mirabilia in aliquorum ostensione. Facit dico delectabilia, quæ bonis placeant, contristabilia, quæ malos terreant, admirabilia quæ cunctos stupeant.

§ Dico, quod Deus multa facit laudabilia. Et ista pro certo sunt promotiones bonorum tam temporales, quam æternæ, quæ per cœlum designantur. Quia vere nullus bonus efficitur cœlum, i. e. vir cœlestis quantum ad bonitatem, vir altus quantum ad dignitatem, vir clarus quantum ad honestatem, nisi à Deo principaliter fiat, & nisi Deus ipsum faciat, & componat. Vnde Psal. 135. *Qui fecit cælos in intellectu.* Ideo de talium factione dicitur Gen. 1. quod factum est firmamentum in medio aquarum superiorum & inferiorum. *Fecit*, inquit *firmamentum in medio aquarum, & diuisit aquas ab aquis.* Sequitur. *Vocauitq; Deus firmamentum cælum*, quia vere illi, qui sunt firmamentum siue cœlum per eminentiam dignitatis, debent esse in medio aquarum, id est, subditorum per temperantiam æquitatis, & debent diuidere, & discernere aquas ab aquis, id est, bonos à malis per sapientiam veritatis.

B § Aduerte ergo, quod illi, qui volunt fieri cœlum, id est, superiores, debent habere principaliter tria, scilicet

Constantiam sine defectione,
Iustitiam sine acceptione,
Prudentiam plenam absque diminutione.

Constantiam probat status stabilitas, quia debet esse firmamentum. Iustitiam probat localis æquitas, quia debet esse in medio aquarum. Prudentiam probat sensus subtilitas, quia debet diuidere aquas ab aquis. Habeant ergo tales constantiæ firmitatem. (Fiat inquit firmamentum.) Sicut enim corallus quamdiu est in aqua, semper fit mollis sicut radix, quando tamen super aquas ponitur, & infra aquas extrahitur, efficitur corallus, vt lapis solidus atq; firmus: sic vere quamdiu homo est inter aquas, id est, inter socios & inferiores, scilicet, in statu subiectionis, fit quandoque mollis, fragilis, & sine firmitate, ipse tamen, quando exinde trahitur, & super aquas, id est, super socios, inter quos nutritus fuerat, ponitur, & perficitur, ipse durus, constans, firmus, solidus, & lapideus ea tunc esse tenetur. Vnde Ezech. 10. *Ecce in firmamento lapis saphirus.* Vnde ipse debet esse firmus, in se stabiliter perseuerando, firmamentum aliorum, ipsos fouendo & protegendo. Vnde de quolibet tali potest dici illud Psalm. *Erit firmamentum in terra in summis montium & super extolletur super Libanum.* Sic enim firmamentum.

Habet { Claritatem, Sublimitatem, Capacitatem, Stabilitatem,

Sic vere vir perfectus maxime prælatus debet habere claritatem discretionis. vnde Gen. 1. *Fiant luminaria in firmamento cæli.* Sublimitatem contemplationis. Vnde Eccl. 43. *Vas castrorum in excelsis in firmamento cæli resplendens gloriose.* Capacitatem dilectionis Eccle. 27. *In tempore angustiæ inuenietur firmamentum.* Stabilitatem durationis. Vnde de Ioseph dicitur Eccl. 49. quod *ipse erat firmamentum gentium, rector fratrum, stabilimentum populi.* Isti ergo debent habere constantiæ firmitatem.

C § Insuper dico, quod isti debent habere iustitiæ æquitatem, quod ostenditur, cum dicitur (In medio) Res enim, quæ est in medio, æqualiter se habet ad omnes partes, sicut patet de centro, quod æqualiter distat ab omnibus partib. sphæræ. Sicut etiam patet de medulla, quæ æqualiter se habet ad omnes partes ligni. Sic vere charissimi, prælatus sine aliqua affectione vel acceptione personarum se debet ad omnes partes sphæræ suæ, id est, ad omnes subditos collegij sui vel Ecclesiæ sibi commissæ æqualiter se habere. Vnde ipse debet dicere omnibus subditis illud, Luc. 22. *Ego autem in medio vestrum sum sicut qui ministrat &c.* Vide de isto medio supra in titulo. Habeat ergo iustitiæ æquitatem.

§ Deinde dico, quod ipse qui vult taliter firmamentum fieri à Deo vel formari, debet habere prudentiæ claritatem, quia scilicet ipse debet esse talis vt ipse sciat diuidere aquas ab aquis. D Aquæ enim signant subditos, quia sicut dicitur Apoc. 17. *Aquæ multæ populi sunt.* Inter quos pro certo diuidendum est, & prudenter distinguendum & discernendum. Diuidendæ enim sunt aquæ ab aquis, id est, boni à malis, sapientes ab ignaris, scil. vt sciatur, qui sint promouendi, & qui repellendi, qui puniendi, & qui dimittendi. Ideo de ista diuisione dicitur Genes. 1. *Fiat lux, & facta est lux, & diuisit lucem à tenebris.* Et ibidem dicitur, quod Deus diuisit aquas quæ erant in firmamento, ab his quæ erant super firmamentum, quia vere charissimi valde debet prælatus diuidere & discernere quæ aquæ & qui subditi sunt super & subtus. Qui, scil. sunt sursum per contemplationem, & per cœlestium affectionem, & qui sunt deorsum per terrenorum ambitionem, & per auaritiæ excæcationem. Secundum enim Isidorum, in mari sunt aquæ dulces & fluuiales, mixtæ cum marinis & amaris. Sed dulces dicuntur in pluuiam resolui, & sursum ascendere, marinæ vero, quæ grossæ sunt, ponderosæ & amarę, dicuntur inferius remanere. Ad denotandum quod illi, qui sunt dulces & boni, sursum ascendunt, cœlestia desiderando, illi vero, qui sunt peccatores & amari, deorsum manent terrestria frequentando. Dulces enim sunt à prælatis superius eleuandi per promotionem, amari vero, rudes, ponderosi atque graues sunt inferius relinquendi per depressionem, iuxta illud Deuteron. 28. *Ipse ascendet, & erit superior, tu autem descendes, & eris inferior, &c.* Diuidendum est igitur & discernendum inter aquas superiores & inferiores, sicut dicitur in Psalm. *Diuisit mare rubrum in diuisiones.* Sic igitur patet quomodo aliquis potest fieri cœlum, id est, vir cœlestis & altus per diuinam promotionem. [Tu inquit fecisti cœlum] Vnde dicitur quod *Dominus fecit cælum & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt.* Et sic patet, quod Deus multa facit notabilia.

§ Adhuc dico quantum ad secundam Dei factionem, quod E Deus multa facit tristabilia. [Terram inquit] & istæ sunt depressiones inferiorum, quia vere sicut Dei misericordia aliquos facit esse cœlum, ipsos alte promouendo, sic eius iustitia, aliquos facit esse terram ipsos in statu paupertatis dimittendo & conculcari per tribulationes ab alijs faciendo. Terra enim quæ inferius collocatur, & quæ ab omnibus conculcatur, & quæ nullo splendore vel colore decoratur, signat statum paupertatis aduersitatis & calamitatis, quæ cæteris est inferior, cóculcatior & vilior, & splendore prosperitatis est priuatior. De qua dicitur, Hier. 17. *Habitabit in deserto, in siccitate, in terra salsuginis & inhabitabili.* Et de hoc etiam dicitur in Psal. *Suscitans à terra inopem de stercore erigens pauperem*, quia sicut dicitur 1. Reg. 2. *Dominus pauperem facit, & ditat, humiliat, & sublimat.* Talem igitur terram, id est, talem pauperiem & aduersitatem facit & causat, quia sicut dicitur, Amos 3. *Non est malum in ciuitate, quod non faciat Deus.* Malum supple pœnæ, non culpæ. Vnde ipse dicit Hierem. 27. *Ego feci terram, & homines, & iumenta, quæ sunt super faciem vniuersæ terræ.* Sicut enim secundum naturales, sol est causa amaritudinis maris, & hoc quia dulces partes aquæ maris euaporare facit, & pro magna parte consumit, & remanent grossæ & terreæ partes, quę magis ac magis decoquuntur & in salsedinem commutantur, sic vere charissimi, Deus est causa, quare amaritudo paupertatis & aduersitatis in mari huius sæculi generantur. Iste enim per radios suæ occultæ prouidentiæ aquas dulces, id est, dulcedinem consolationis quandoq; ab hominibus aufert, & tollit, ipsosq; in salsedine & amaritudine tribulationum constituit, & dimittit. Vnde breuiter de Deo dicitur in Psal. *Omnia quæcunq; voluit fecit in cælo & in terra, in mari, & in omnibus abyssis.* Patet igitur, quod Deus facit multa tristabilia.

§ Denique dico quantum ad tertiam Dei factionem, quod F ipse facit multa mirabilia, & ista sunt conditiones exteriorum seu vniuersorum, quod ostenditur cum dicitur. (Quicquid cæli ambitu continetur) Quia breuiter charissimi, *nihil fit in terra sine causa*, sicut dicitur Iob 5. Et ideo quicquid in mundo agitur, totum à Dei dispositionibus ordinatur. Quilibet enim sentit & percipit in seipso quanta quotidie circa eum virtus diuinę prudentiæ operetur, quando, scilic. in eum speratur, vel deuote per orationem ad eum clamatur. Psal. 36. *Spera in eo, & ipse faciet.*

Et

E 4.Reg. 2. *Postula quod vis, & faciam tibi.* Vnde dicunt quidam solennes Theologi, quod non est ita modicus vermis in mundo, quin oporteat, quod Deus animam ipsius faciat, creet atq; formet. Omnia etiam alia, quæ nobis casualia videntur, à Deo dispositiue fiunt, quia sicut dicitur Matth. 10. *Nec capillus perit de capite, nec aucula in laqueos capitur, nec passer pretio venditur*, quin totum à Deo fiat, & disponatur, quod satis videtur mirabile, vt scil. illa Dei tam immensa prouisio se de tam modicis intromittat. Ideo bene dicitur de Deo illud Psalm. *Omnia in sapientia fecisti, impleta est terra possessione tua.* Patet igitur, quod Deus facit mirabilia, terribilia, amabilia. Et sic notabis, quod Deus solet facere

Facta { Potentiæ, Prudentiæ, Iustitiæ, Clementiæ.

Ipse enim per potentiam creat, & peragit, Per prudentiam regit & dirigit, per iustitiam perimit & corrigit, per clementiam iuuat & porrigit. Sunt igitur quædam facta Dei, quæ concernunt suam potentiam, & ista sunt facta creationis, de quo Luc. 1. *Fecit potentiam in brachio suo.* Et in Psalm. *Tu fecisti omnes terminos terræ.* Et alibi *fecit magnalia in Aegypto, mirabilia in terra Chanaan, terribilia in mari rubro.* Et Iob 10. *Memento quæso, quod sicut lutum feceris me, & in puluerem reduces me.*

¶ Item quædam sunt facta, quæ concernunt suam prudentiam, & ista sunt facta prudentiæ Dei & ordinationis & gubernationis rerum, qua scilicet facit omnia certis ordinibus conuenire Iob 25. *Facit concordiam in sublimibus suis.* Omnia enim per Dei sapientiam & prouidentiam fiunt. Vnde Esa. 66. *Omnia hæc manus mea fecit.*

¶ Item quædam sunt facta, quæ concernunt suam iustitiam, ista autem sunt immissiones tribulationum siue in bonos siue in malos Dan. 3. *Iustus es in omnibus, quæ fecisti in nobis.* Et ibidem. *Omnia quæ fecisti nobis Domine in vero iudicio fecisti.* Et sunt verba puerorum, quiescant in igne. Potissime autem talia facta fient in vltimo iudicio. De quo in Psal. *De cœlo auditum fecisti iudicium, terra tremuit, & quieuit.*

¶ Item aliqua sunt Dei facta, quæ concernunt suam clementiam Luc. 1. *Fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius. Et misericordia eius à progenie in progenies timentibus eum.* Ista autem eius clementia seu misericordia apparet in infinitis gratijs, quæ nobis facit, iste enim

A culpis liberat,
In pœnis temperat,
Occulta reserat,
In cœlis munerat.

Liberat (dico) à culpa Psal. *Saluum me fecit à pusillanimitate spiritus & tempestate.* Temperat etiam à pœnis Psal. *Saluum me fecit dextera tua.* Informat etiam in occultis Deut. 4. *De cœlo audire te fecit vocem suam.* Remunerat etiam in excelsis Psal. *Notas fecisti mihi vias vitæ, adimplebis me lætitia cum vultu tuo, delectationes in dextera tua vsque in finem.* Et sic patet, quod est quædam factio superior & diuina.

¶ Secundo dico, quod est quædam factio seu operatio inferior & humana quæ quidem nihil aliud est, quam actio, operatio, occupatio, exercitium &c. Ista igitur quandoque est bona, quandoq; est mala, de bona dicitur Gal. 6. *Bonum autem facientes non deficiamus.* De mala vero dicitur in Psalm. *Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt; non est, qui faciat bonum.* Est itaque factio iusti & impij.

G ¶ Dicamus aliquid de factione bona, quam facit & operatur iustus. Omnis enim homo tenetur bonum facere, & à malo etiam præcauere iuxta illud Psal. *Declina à malo, & fac bonum.* Sicut enim causæ naturales semper & continue faciunt suos effectus, sicut patet de igne semper calefaciente, de terra continue fructificante, de sole continue illuminante, de cœlo continuo se mouente & currente, sic pro certo charissimi homo nunquam debet esse ociosus, semper enim debet aliquid boni facere, & se in aliquo bono continue occupare, iuxta illud Hieron. Semper aliquid boni facito, vt te diabolus inueniat occupatum. Debet enim alios calefacere per charitatem & dilectionem, aut fructus Eleemosynarum emittere per pietatem & compassionem, aut alios illuminare per prudentiam & discretionem. Vnde ad Col. 3. *Omnia in nomine Domini Iesu Christi facite.* Nobis igitur præcipitur, quod bona faciamus, & quod à malis actibus caueamus. Vnde cuilibet dicitur illud Exod. 25. *Respice, & omnia fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est.* In quibus verbis ostenduntur tria necessaria cuilibet, qui vult aliquid boni facere. Est enim sibi necessaria Attenta meditatio, ideo dicitur. [Respice.] Magna informatio, ideo dicitur. [Fac.] Regularis informatio, ideo dicitur. [Secundum exemplar.]

¶ Debet igitur habere, qui bene vult facere opus suum, attentam meditationem, quia vere nullus potest bene facere, nisi sit diligens & attentus, quia sicut dicitur, Hier. 48 *Maledictus qui facit opus Domini negligenter.* Alia littera habet fraudulenter. Ideo præcipitur 2. Paral. 19. *Cum diligentia cuncta facite*, quod ostenditur cum dicitur, *Respice*, id est, considera, delibera, & attende. Vnde Iud. 18. dicitur, quod missi sunt viri fortissimi, vt explorarent terram, & diligenter inspicerent. Sicut enim artifex, qui opus difficile vult facere, circa opus suum diligenter inspicit & attendit, sicut patet de scriptoribus, qui nihil possunt bene facere nisi continue inspiciant, & considerent opus suum, alias enim nisi bene inspicerent, nunquam recte aut congruè scriberent, imo de facili deuiarent, & vnam literam pro alia faciliter facerent, aut locarent, sic vere charissimi, ad hoc quod bene possimus operari & facere, necesse est, quod diligenter inspiciamus & attendamus, & quod prudenter consideremus, & videamus qualiter opera nostra secundum debitum ordinem faciamus, ipsa sc. ad bonum finem ordinando, bona intentione incipiendo & ipsa bonis circumstantijs circumdando & circumuallando. Alias faciliter poterimus deficere, & vnam literã pro alia, id est, vnum malum opus pro vno bono facere, & locare. Vnde de tali circumspecta attentione dicitur Deut. 29. *Intelligatis vniuersa, quæ facitis.* Nota illi, qui de nocte aliquid facit, necessaria est lucerna. Nos autem omnes in nocte sumus, & ideo lucerna attentæ discretionis indigemus Exod. 25 *Facies & lucernas septem & pones eas super candelabrum, vt luceant ex aduerso.* Respiciendum est igitur. Ideo de Anna dicitur Tob. 11. *Anna sedebat in supercilio montis, vnde respicere poterat.* Supercilium enim est locus altus, ad denotandum, quod illi, qui facta sua bene volunt inspicere & videre, ab infimis & humanis debent mentem & animam eleuare. Sic igitur nos debemus habere attentam meditationem.

¶ Item dico, quod si bene volumus facere nos debemus habere magistri exercitationem seu informationem, quod ostenditur cum dicitur, Fac. Fac enim est imperatiui modi, & præsentis temporis, ad denotandum, quod illa, quæ nobis à nostris superioribus imperantur, à nobis prompte ac præsentialiter exequi, & impleri debent. Fac igitur. H

¶ Et si quærimus iuxta Euangelium dicendo illud Luc. 10, & 18. *Magister, quid faciendo vitam æternam possidebo?* Et aliud Luc. 3. *Magister, quid faciemus?* Possumus notare, quod à Deo & à scriptura multa nobis iniunguntur facienda, & implenda. Nobis enim præcipitur, & mandatur vt

Faciamus opera pietatis,
Impleamus opera sanctitatis,
Doceamus opera veritatis,
Rependamus opera charitatis.

Faciamus igitur eleemosynam & pietatem. Iuxta illud Luc. 16. *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis.* Et Luc. 12. *Facite vobis sacculos, qui non veterascunt, thesaurum indeficientem in cœlis.*

¶ Item impleamus sanctimoniam & bonitatem, Deut. 6. *Fac quod beneplacitum est & bonum in conspectu Domini.*

¶ Item doceamus sapientiam & veritatem. Num. 10. *Fac tibi duas tubas argenteas*, id est, prædicationem vtriusque testamenti. Vnde 2. Tim. 4. *Tu vero vigila, in omnibus labora, opus fac Euangelistæ, ministerium tuum imple.* Item rependamus amicitiam & charitatem, ad quam, scil. pertinet illud affirmatiuum, Matt. c. 7. *Omnia quæcunq; vultis, vt faciant vobis homines, ita & vos facite illis.* Et illud negatiuum Tob. 4. *Quod tibi oderis fieri vide ne alij facias.* Et ratio redditur à Seneca, qui dicit. Ab altero expecta, alteri quod feceris. Nullus enim vnquam debet facere alij, nisi quod sibi fieri vellet, quia vere istud ex Dei iustitia sæpissime fit, vt quod quis alicui fecerit, siue bonum fuerit siue malum, hoc eidem ab altero fiat. Ideo de illo rege qui dicebatur Adonibesech, qui abstulerat extremitates manuum 70. regibus qui colligebant reliquias mensæ suæ dicitur Iudic. 1. quod summitates manuum suarum sibi filij Israel abstulerunt, & ideo ipse compulsus est dicere, vt habetur ibidem. *Sicut feci ita reddidit mihi Deus.* Ad quod facit illud Hier. 50. *Iuxta omnia, quæ fecit, reddite ei.* Et ibidem.

*Sicut fecit facite ei.* Patet igitur quomodo ad benefaciendum necesse est habere magistri informationem. Vnde & bonos magistros debemus diligere, & eos, vt nos doceant implorare, dicentes sicut dicebat Saul Samueli 1. Reg. 28. *Vocaui ergo te, vt ostenderes mihi quid faciam.* Habeamus igitur magistri informationem. [Fac inquit.] Imperatiue loquitur enim & informatiue & ideo procerto isto verbo imperiali debemus obedire, & quicquid nobis præcipitur, facere, & implere Deuteronom. 22. *Quod præcipio tibi, hoc tantum fac.* Nos vero respondendo dicamus illud Iosuæ 1. *Omnia, quæ præcepisti nobis faciemus*, Iosuæ 24. *Sicut præceperat Dominus Moysi, ita fecerunt filij Israel.* Bonus enim obediens magis intelligitur facere voluntatem Dei vel prælati quam propriam, exemplo Christi dicentis Ioan. 6. *Descendi de cælo non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me.* Et merito, quia pro certo omnis, qui facit voluntatem Domini, manet in æternum 1. Ioan. 2. *Facite vobis cor nouum, & spiritum nouum.* Ezech. 18. *Facite fructus dignos pœnitentiæ*, Matth. 3. *Facite iudicium & iustitiam*, Hier. 22. *Bonas facite vias vestras, & studia vestra*, Hier. 7. *Quæcunque dixerit vobis Christus facite*, Ioan. 2. *Sic facite vt salui sitis*, Eccles. 3. Valet igitur ad benefaciendum, quod habeamus magistralem informationem, quod ostenditur cum dicitur [Fac]

I ¶ Insuper dico, quod si bene volumus facere, nos debemus habere regulæ conformationem, quod ostenditur cum dicitur. [Secundum exemplar.] Ista enim præpositio secundum, semper denotat similitudinem, conformitatem, imitationem & consecutionem. Sicut enim videmus, quod scriptor & pictor, artifex lignarius & cementarius operantur, & cædunt, pingunt & scribunt secundum regulam & exemplar cui conformatur & quam sequi & imitari tenentur, sic vere charissimi, cum Deus dederit nobis aliqua exemplaria certa, & aliquas certas regulas, scil. vitam Christi & Sanctorum (quia omnis Christi actio, nostra est instructio secundum Aug.) proculdubio necesse est, quod ista exemplaria sequamur, & quod secundum eorum regulam operemur, quodq; eis in omnibus conformemur. Vnde de isto secundum, i. de ista exemplari conformitate dicitur, Esd. 8. *Omnia secundum legem Dei fiant.* Et 1. Cor. 15. *Omnia honeste & secundum ordinem fiant in vobis.* Apes enim reges suos sequuntur, & eis quantum plus possunt conformantur. Et ideo secundum Plin. Apum rex quantumcunque præcesserit, statim sequitur eum exercitus apum: tantam enim regi suo reuerentiã exhibent, quod de cellis suis non exeunt, donec primo rex earum exiuerit, & sibi volatus vendicauerit principatũ. Sic vere charissimi debet esse de nobis. Reges enim nostros, id est, Christũ & Sanctos tenemur sequi, & nos ipsi attentius conformare, & ad omnia bona opera ad quæ ipsi nos præcesserunt per instructionem, exire post eos, & proficisci per imitationem. Sicut enim dicitur, Ioan. 5. *Quæcunq; viderit filius patrem facere, hæc & similiter filius facit.* Ideo dicitur, Iud. 9. *Quod me videritis facere, hoc instanter facite.* Sic igitur patet, quod ad hoc quod iustus bene faciat aliquod bonum opus, tria requiruntur, scilicet,

Attente considerare,
Magistro obtemperare,
Regulæ se conformare.

K ¶ Nonc restat dicere de factione impiorum quia quam pauci sunt, qui hodie faciunt ista, quæ iam dicta sunt, hodie enim multi sunt, qui non operantur cum deliberatione, sed subito absq; præmeditatione. Non sequuntur magistri mandatum, sed suæ voluntatis impetum & appetitum. Non se conformant bonis exemplaribus, sed malis personis & infamibus. Et ideo tales nõ possunt bene facere, imo solent quam plurimum deuiare. De quo conqueritur Dominus dicens Hier. 9. *Quid est, quod dilectus meus in domo mea facit scelera multa?* Vnde nota, quod tales faciunt

Opera { Carnalitatis, Cupiditatis, Fallacitatis, Pomposittatis, Crudelitatis.

¶ Faciunt igitur opera carnalitatis & luxuriæ. Vnde Ezech. 8. *Ecce vides abominationes quas ipsi sibi faciunt.*

¶ Ita ipsi faciunt opera cupiditatis & auaritiæ, vnde Ier. 6. & 8. *A maiore vsq; ad minorem omnes auaritiæ student.* A Propheta vsq; ad Sacerdotem omnes faciunt dolum.

¶ Item faciunt opera fallacitatis, Apoc. 22. *Foris ciuitatem stat omnis, qui amat, & facit mendacium* ¶ Item ipsi faciunt opera pompositatis & superbiæ. De quo in Psal. *Non habitabit in medio domus meæ, qui facit superbiam.*

¶ Item ipsi faciunt opera crudelitatis & inimicitiæ. Vnde in Psalm. *Noli æmulari in eo, qui prosperatur in via sua, in homine facientem iniustitias.* De talibus ergo dicitur generaliter Hier. 32. *Erant filij Israel & filij Iuda iugiter facientes malum.* Et bene dicti facientes, quia scilicet isti continuant incessanter Iudic. 2. *Addiderunt filij Israel facere malum.* Et tamen In Psal. dicitur, *Ipse retribuet abundanter facientibus superbiam*, & Eccles. 27. quod *facienti nequissimum consilium reuertetur super eum.* Non sic charissime, sed declina à malo & fac bonum. loquere pacem, & persequere eam,

¶ Tertio dico, quod est quædam factio inferna, & sceleratior, scilicet diabolica, quæ nihil aliud est quam malitia & nequitia diaboli, cui semper & in omni loco fuit, est & erit intentus. Sicut enim à Deo optimo, qui est omnis bonitatis & æquitatis auctor & origo, nil nisi bona & æqua emanant iuxta illud Gen. 40. *Dabo vobis omnia bona*, & Psal. *Omnia mandata tua æquitas* sic à diabolo iniquissimo, qui est omnium vitiorum & sordium artifex & magister, iuxta illud, Eccles. 25. *Non est caput super caput colubri*, quia nil nisi fraudes & iniquitates operantur & procurantur iuxta illud Hieremiæ loquentis diabolo Hier. 22. *Tui vero oculi, & cura ad calumniam & ad cursum mali operis.* Et vere Spiritus ille nequam paratus est facere cursum mali operis, & in omni tempore, & in omni loco. Fecit enim malum & in cœlo, facit malum & hoc in mondo, faciet malum & hoc in mundi termino & in inferno. Fecit (dico) malum, scilicet superbiæ in cœlo, dum dicebat in corde suo, *Ascendam super altitudinem nubium, & similis ero altissimo*, Esa. 14. Propter q; dicitur ei in Dei persona per Ps. *Non habitabit in medio domus meæ, qui facit superbiam* & Hier. 3. *Fecisti mala, & potuisti. Ergo detraheris in profundũ laci*, Es. 14. L

¶ Item facit quotidie mala hominibus scelera suggerendo. Suggerit enim & inspirat, dat & suadet ad omnia scelera licentiam & cupidinem, imo & perpetrationem, dicens 1. Paral. 17. *Omnia, quæ in corde tuo sunt, fac.* Et 1. Reg. 18. *Fac omnia quæ placent animo tuo.* Nec aduertit miser peccator quod facit sibi vincula & catenas, ponitque in collum, vt trahatur in infernum Hier. 27. *Fac tibi vincula, &c.*

¶ Item faciet malum in mundi termino & in Inferno, dum quos hic suis fraudulentiis & inspirationibus venenosis infecit, decepit & illaqueauit, secum post extremi iudicij sententiam ad inferni tormenta trahet & deducet. Quæ etsi peccatorum malignitas iusti Dei iudicio meruit, diabolus tamen non amor iustitiæ, sed furore inuidiæ, fallaciæ, sæuitiæ & exquisitæ nequitiæ, improbæ malorum cohorti debita præmia dispensabit, iuxta Dei edictum dicentis. *Sicut fecit, sic facite ei.* Hier. 50. *Fecit scelera, sustineat tormenta.* Baruch 4. *Sustinete iram, quæ superueniet vobis.* Hinc diabolus auctoritate sumpta à Deo dicet sibi & tristibus damnatis. *Cum inferno fecimus pactum.* Esa. 28. Dicet etiam Deo. *Ego cibabo populum istum absinthio, & potum dabo eis aquam fellis* Hier. 9. Et Esa. 6. *Erit populus iste quasi esca ignis &c.* Possent hic plura adiungi, sed quia de pœnis, flamma, igne, inferno, tormento &c. satis inuenies, statui hic iam esse cessandum. Patuit ergo triplex facere diaboli, sc. in cœlo superbiendo, in mũdo suggerendo, in inferno nequiter puniendo. Sic igitur patet charissimi, quomodo est alia factio diuina & superior, alia humana & inferior, tertia diabolica vel inferna & sceleratior.

## Factus, Facta, Factum.

A Nota, quod factus participiũ semper denotat alicuius operis complementum, siue bonum fuerit siue malũ. Quod possumus ad tria hominum genera referre, sc. ad hominem iustum, ad Dei & hominum mediatorem Deum & hominem Iesum Christum.

¶ Primo ergo dicamus in bono significato, q; illud dicitur esse factum, quod est in virtutibus bene dispositum & complerũ, seu in bonis moribus consummatum. Sic igitur sancti viri & iusti facti dicuntur, quia virtutum perfectione & complemento lætantur. Hominem enim non in fieri, sed in facto esse dicimus a quando virtutum plenitudine consummatur, vt sic quilibet iustus bene compositus atque formatus dicat illud, Psal. *Vigilaui, & factus sum.* In quibus verbis aduerte, quod ad hoc, quod virtutibus factus proprie dici possit, necessaria sunt tria, videlicet

Vnum { Inchoatiuum, Mediatiuum, Terminatiuum.

Primum est ornamentum animi studiosi. [Vigilaui.]

Secun-

Secundum est incrementum operis copiosi. (Et factus) quod scilicet additionem significat.

Tertium est fundamentum roboris virtuosi. (Sum)

¶ Adesse igitur debet in homine diligens oculus clare prospiciens, bonorum riuulus semper proficiens, roboris titulus nunquam deficiens.

¶ Ita enim tria necessaria sunt homini qui vult fieri vel factus esse, scilicet,

Studiosa discretio, quæ scit incipere. (Vigilans)
Operosa profectio, quæ scit insistere. (Et inquit.)
Virtuosa perfectio, quæ scit persistere. (Sum)

B ¶ Dico igitur, quod habenda est solers discretio clare prospiciens & hoc ostenditur cum dicitur. (Vigilaui) Vigilia enim quæ contraria est dormitioni, & vbi oculi, & alij sensus non sunt per somnum impediti vel ligati, solertiam & diligentiam, discretionemque & prudentiam signat, quæ pro certo necessaria est, ad quod aliquis possit in moribus fieri vel componi. Ædificia enim non solent fieri ab artifice dormiente, sed potius vigilante. Illa enim, quæ à dormiente fiunt, non proprie dicuntur facta, sed potius dicuntur ficta, sicut sunt somnus & somnia, quæ contingunt. Naturales etiam virtutes in corpore semper vigilare & nunquam dormire videntur & sic corpus perficitur & completur. Vigilia igitur, i. e. diligentia & discretio, requiritur ad hoc, quod quis virtutum complemento dotetur, quia proculdubio siue agamus de scientijs siue de diuitijs, siue de virtutibus siue de quibusdam fortunæ, gratiæ, vel etiam gloriæ operibus nihil in suo complemento perficitur, nisi quod diligentia & vigilia præuenitur. Vnde Eccl. 38. dicitur de artifice diligente: *Vigilia sua perficit opus.* sequitur. *Cor suum dabit in consummationem operum, & vigilia sua ornabit imperfectionem*, & sic de homine per diligentiam & discretionem facto & perfecto posset dici illud Gen. 2. *Inspirauit Deus spiraculum vitæ in faciem eius & factus est homo in animam viuentem.* Homo enim rationem & discretionem signat, vita vero viuens motum diligentiæ designat. Vigila igitur 2. Tim. 4. *Tu vero vigila, in omnibus labora, opus fac Euangelistæ* Et Hier. 1. *Vigilabo super verbo meo vt faciam illud.* Patet igitur, quod ad virtutum actionem seu perfectionem habendam necessaria est solers discretio somnum discutiens, vel clare prospiciens sicut Salomon dicebat Eccl. 1. *Ecce magnus effectus sum, & præcessi sapientia omnes qui fuerunt ante me in Hierusalem, & mens mea contemplata est multum sapienter.* (Vigilaui inquit.)

C ¶ Iterum dico, quod ad talem factionem requiritur viuax adiectio semper proficiens. Profectus enim in bono & consummatio virtutum & bonorum operum requiritur ad hoc, vt quis possit dici factus, id est, ad hoc vt perfectus efficiatur, quod ostenditur, cũ dicitur, Et, quod est dictio aggregatiua & dictionum dictionibus negotiorumq; negotijs adiunctiua, signans, scil. profectum in virtutibus quo, sc. vires viribus & mores moribus aggregantur, vt quis ad perfectum attingere mereatur. Nunquam enim perfectus seu completus quis fieret, nisi in eo vires viribus adderentur & nisi corpus ipsius augmentaretur. Sic vere nullus factus aut perfectus efficitur, nisi ille, qui crescit in virtutibus & augetur. Vnde Gen. 21. *Creuit puer, & moratus est in solitudine & factus est iuuenis sagittarius & habitauit in deserto Pharan.* Vbi nota quod ipsum augmentauit & perfecit & in bono proficere fecit Gratia, quæ ipsum vegetauit (Creuit inquit) Prouidentia, quæ ipsum ordinauit (Moratus,) id est, morosus siue morigerosus fuit. Pœnitentia, quam ipse frequentauit, quia ipse fuit in solitudine & deserto. Constantia, quæ ipsum roborauit (Iuuenis inquit) Iustitia, qua multos castigauit (Sagittarius) Abstinentia qua corpus macerauit, quia habitauit in deserto. Eloquentia qua multos informauit, quia in Pharan, quod interpretatur frugifer siue onager. Prædicator enim frugifer est, quia fruges doctrinæ profert. Onager etiam dicitur, quia horas diei, & noctis, id est, conditiones gratiæ & peccati clamat & refert. Factus est igitur iuuenis sagittarius (Et inquit.) Vnde de quolibet tali potest dici illud quod de Isaac dicitur Gen. 26. *Et ibat proficiens atq; succrescens donec vehementer magnus effectus est.* Requiritur igitur ad talem factionem seu completam perfectionem, morum adiectio semper proficiens, vide supra de Et.

D ¶ Adhuc dico, quod requiritur constans duratio nunquam deficiens (Sum inquit) Sum enim verbum substantiuum signat durabilem existentiam & vigorem, sicut supra de esse satis apparet, & etiam in multis alijs locis. Existentia, enim stabilitas & duratio rei bene factæ sunt conditio. Nullus enim domum bene factam fuisse diceret, quæ statim, cum esset facta corrueret. Sum inquit, seu factus sum, 1. Cor. 13. *Factus sum vir, & euacuaui quæ erant paruuli.* Vnde de quolibet viro durabili atq; forti potest dici illud Psal. & Mat. 21. *Hic factus est caput anguli, à Domino factum est illud.* Et nota, quod iustus factus & perfectus dicitur

Propter
- Animi dulcem affectionem,
- Virtutum latam possessionem,
- Morum claram conuersationem,
- Oris sanam locutionem,
- Auris mutam eruditionem,
- Humilem mentis subiectionem,
- Communem plebis dilectionem,
- Deuotam laudis confessionem,
- Flebilem miserorum compassionem,
- Delectabilem æternorum consolationem.

Quia igitur isti bene sunt facti & formati quantum ad animi affectionem, patet in Psalm. vbi dicitur, *Factum est cor meum tanquam cera liquescens in medio ventris mei.*

¶ Item quantum ad virtutum possessionem, patet 1. Cor. 1. *In omnibus diuites facti estis in Christo.*

¶ Item quantum ad moralem & honestam conuersationem 1. Cor. 4. vbi dicitur, *Spectaculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus.* Sancti enim spectaculum alijs fiunt, propter admirabilem conuersationem ipsorum. Item quantum ad oris locutionem 1. Cor. 13. *Factus sum velut æs sonans, cymbalum tinniens.*

¶ Item quantum ad auris auditionem, seu quantum ad patientiam iniuriarum tolerantem Psalm. *Et factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones.*

¶ Item quantum ad humilitatem seu subiectionem Psal. *Opprobrium factus sum multis & tu adiutor fortis.*

¶ Item quantum ad mutuam charitatem & subuentionem. 1. Cor. 9. *Omnibus omnia factus sum, vt omnes facerem saluos.*

¶ Item quantum ad laudem & confessionem 1. Cor. 9. *Factus sum Iudæis Iudæus* Iudæus interpretatur confitens.

¶ Item quantum ad pietatem & compassionem 1. Cor. 9. *Factus sum infirmus infirmis, vt infirmos lucrifacerem.*

¶ Item finaliter bene erunt facti formati & perfecti quantum ad æternam consolationem Psal. *In conuertendo Dominus captiuitatem Sion facti sumus sicut consolati.* Tunc repletum est gaudio os nostrum, & lingua nostra exultatione. Tunc dicent inter gentes &c. Isti igitur, qui taliter sunt facti, & sic tam virtualiter quã æternaliter sunt completi, bene dicuntur durabiles & perfecti. Sunt inquit 2. Esdr. 8. *Et ego constans animo factus sum.* Vnde istis dicitur Eph. 2. *Vos, qui aliquando fuistis longe, facti estis prope*, & merito, quia *participes facti sunt Spiritus sancti.* Hebr. 6. *Et fortes facti sunt in bello.* Hebr. 11. Patet igitur quomodo ad sancti vel iusti viri factionem, completionem, seu perfectionem moralem requiritur, seu necessaria est

Existentia nunquam deficiens (Sum)
Excrescentia semper perficiens [Vigilaui]

Bene ergo dicitur [Vigilaui & factus sum.]

E ¶ Secundo dicamus de homine iniusto & peccatore, qui magis dicitur infectus quam factus. Agens enim perfectum semper in materia bene disposita facit opus perfectum & bonum sicut supra dixi in titu. præcedenti. Imperfectum autem non solet perfectum opus facere, sed imperfectum potius, & ineptum, sicut patet in monstris & faunis, vbi virtus naturæ debilis, fœtus malefactos & deformes producit. Sicut vere dicam, quod cũ mali non sint facti à Deo qui est agens perfectissimum, sed potius à diabolo male suggerente, vel à fortuna, seu à mundo male promouente, quæ quidem sunt agentia imperfectissima necesse est quod sint mali, & male formati & facti, maleque morigerati. Vnde isti possunt dicere illud Psal. *Facti sumus opprobrium vicinis nostris, subsannatio & illusio his, qui in circuitu nostro sunt.* Isti autem sunt similes monstris Æthiopiæ, quia vere isti non sunt ita facti, sed potius modo contrario. Sunt enim homines in Æthiopia, vt dicit Solinus, qui non sunt facti sicut alij homines, quia, scilicet, aliqui sunt illi, qui habent oculos in humeris, alij qui carent capite, alij, qui os habent in ventre. Sic vere in mundo isto multi sunt, qui in moribus facti seu perfecti nullatenus dici possunt, quia, scilicet, aut carent capite rectæ intentionis, aut in humeris, id est, in suis humeralibus & collateralibus amicis, habent oculos acceptionis, affectionis & attentationis, aut in ventre habent os per gulositatem voracis comestionis, habentque nigredinem malæ conuersationis & turpitudinem ma-

le operationis. Et breuiter isti sunt contrario modo facti, iuxta illud Ier. 7. *Factiq; sunt retrorsum, & non ante*, ita quod proprie isti non debent dici facti, sed potius imperfecti, Ezech. 22. *Omnes isti æs, & stannum, & ferrum, & plumbum in medio fornacis, scoria argenti facti sunt.* Isti enim dicuntur æs, quod facile rubiginatur, stannũ, quod facile dissoluitur & eliquatur, ferrum, quod præ alijs induratur, plumbum, quo manus facile maculatur. Quia, scil. isti cito rubiginantur per inuidiam corrosiuam, dissoluuntur, & eliquantur per inconstantiam defectiuam, duri sunt per crudelitatem & iniustitiam inuasiuam, alios maculant per carnalitatem & luxuriam infectiuam. Et sic scoria loco veri argenti fiunt per generalem nequitiam bonorum omnium destructiuam.

¶ Et possumus notare, quod mali facti sunt inepti propter pigritiam, quæ ipsos vinculat, disiuncti, propter inuidiam, quæ ipsos stimulat: elati propter superbiam, quæ ipsos exaltat, immundi, propter luxuriam, quæ ipsos maculat, indocti, propter stultitiam quæ ipsos taculat, infirmi, propter inconstantiã qua virtus tremulat, seducti per fraudulentiam quam hostis cumulat, perditi, per pestilentiam quæ ipsos iugulat.

¶ Dico igitur, quod isti facti sunt inepti propter pigritiam, Psal. *Simul inutiles facti sunt, non est, qui faciat bonum.*

¶ Item facti sunt disiuncti propter inuidiam. Thren. 1. *Omnes amici eius spreuerunt eam, & facti sunt ei inimici.* Inuidia autem de amicis facit inimicos.

¶ Item facti sunt elati propter superbiam Ps. *Homo vanitati similis factus est dies eius sicut vmbra prætereunt.* Ad literam enim elatio superborum parum durat.

¶ Item facti sunt immundi propter luxuriam Psalm. *Abominabiles facti sunt in studijs suis*, Hier. 5. dicitur; quod *equi amatores in fœminas & emissarij facti sunt, & vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat.*

¶ Item facti sunt indocti propter stultitiam, Hier. 10. *Stultus factus est omnis homo à scientia*, Hier. 23. *Factus sum quasi vir ebrius, & quasi homo madidus vino*, qui sc. vsu debitæ rationis caret. Et Hier. 49. dicitur quod *mutilis facta est superbia eorum.*

¶ Item facti sunt infirmi per inconstantiam, Hier. 51. *Deuoratum est robur eorum, facti sunt quasi mulieres.* Et Heb. 5. *Imbecilles facti estis.*

¶ Item facti sunt seducti per fraudulentiam, Ose. 7. *Factus est Ephraim quasi columba seducta, non habens cor.*

¶ Item facti sunt perditi per pestilentiam, quod potissime fiet in inferno, quando damnatus quilibet poterit dicere illud Psal. *Factus sum quasi vas perditum, quoniam audiui vituperationem multorum, &c.* Et ideo factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos. Sic igitur patet, qui fiunt vel qui facti sunt ipsi mali.

F ¶ Tertio dicamus de humanitatis Christi factione. Etenim quantum ad diuinitatem nunquam dicitur factus, sed patri & sancto flamini coæternus. Et ideo in symbolo Athanasij dicitur Genitum, non factum. Et ideo Arrius reprehenditur, qui ipsum inter res factas computat, filiumque Dei adoptiuum & creaturam fuisse opinatur, sicut patet in historia tripartita, vbi etiam dicitur, quod idem Arrius crepuit, & intestina sicut Iudas in Constantinopolim effudit. Sed reuera quantum ad humanitatem factus dicitur, & vera creatura fuisse in quantum homo perhibetur, & de parua quantitate ad magnam creuisse creditur, & docetur. Scribitur enim Rom. 9. quod *verbum abbreuiatum fecit Dominus super terram.* Et Ioan. 1. dicitur: *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis.* Et Gal. 4. dicitur, *quod Deus misit Filium suum, factum ex muliere, factum sub lege vt eos qui sub lege erant redimeret.* Quantum autem ad virtutes, constat, quod ipse ab instanti suæ conceptionis Deitate fuit vnitus, & per consequens beatus, & sic de necessitate perfectus, & cunctis virtutibus completus, & quantum ad diuersos effectus erga nos id quod ante fuerat, fuit factus.

¶ Vnde nota, quod Christus in mundum veniens factus est
Humilis carnem assumendo,
Similis nobis conuiuendo,
Flebilis, pœnas sustinendo,
Nobilis, cœlos ascendendo,
Vtilis, cunctis succurrendo.

De humilitate suæ incarnationis dicitur 2. Cor. 8. *Egenus factus est cum diues esset.*

De similitudine suę cõuersationis dicitur in Ps. *Similis factus sum pellicano solitudinis.* Et iterum: *Factus sum sicut nycticorax in domicilio.*

¶ De flebilitate suæ passionis dicitur, Gal. 3. *Factus est pro nobis maledictum*, ita vt sibi possit dici illud, Esa. 14. *Et tu vulneratus es, sicut & nos, & nostri similis factus es.*

¶ De nobilitate suæ ascensionis dicitur Heb. 7. *Segregatus à peccatoribus, & excelsior cœlis factus.*

¶ De vtilitate vero suæ subuentionis, qua, scil. nunc subuenit gratiam infundendo, & à tentationibus & tribulationibus liberando, finaliter vero subueniet à tormentis infernalibus eruendo, & salutem concedendo, potest dici illud Psal. *Fortitudo mea & laus mea Dominus, & factus est mihi in salutem.* Et Heb. 5. *Factus est in omnibus obtemperantibus causa salutis.*

¶ Si autem adhuc de facta in fœminino genere, vtpote de aliqua sancta vel persona honesta facias mentionem, dic, quod talis facta, id est, completa & perfecta dicitur, quando cunctis virtutibus adornatur, Prou. 31. *Facta est quasi nauis institoris de longe portans panem suum*, & de Bersabea dicitur, 2. Reg. 11. quod *introduxit eam Dauid in domum suam & facta est ei vxor.* Et in Psal dicitur: *Facta est Iudæa sanctificatio eius.* Et alibi: *Hæc facta est mihi.* Et Ezech. 16. *Facta est mihi, & laui te aqua, & emundaui sanguinem tuum ex te, vnxi te oleo, vestiui te discoloribus, &c.* E conuerso autẽ de mala muliere potest dici illud pronunciatum, facta est quasi sub tributo, & Esa. 1. *Quomodo facta est meretrix, ciuitas fidelis, &c.* & Ier. 18. *Facta est terra in desolationem, &c.* G

## Facies.

Nota, quod facies est illud membrum, quod primo & principaliter alijs ostenditur & apparet, & inde est quod per faciem habetur notitia personæ, secundum Greg. super Ezech. quia, vt communiter, nullus ad plenum cognoscitur, nisi per faciem videatur, vt enim dicit Isid. Facies ab effigie dicitur, quia in facie est certa figura hominis, & plena personæ cognitio. Et ideo facies dicitur vultus, quasi voluntatis testis, quia voluntas interior siue tristis fuerit, siue læta per vultum & per faciem denotatur. Igitur spiritualiter per faciem potest intelligi illud, per quod aliquis cognoscit. Et ideo possumus distinguere, sc. faciem Dei, & faciem hominis. Facies Dei, per quam cognoscitur, est duplex, sc. iustitia, & misericordia. Facies hominis est quadruplex, scilicet A

Interior conscientia,
Exterior apparentia,
Fauor etiam & amicitia,
Rigor insuper seu iustitia.

Primu ergo dicamus de facie hominis.

Nam cognoscitur homo à
- Deo per faciem conscientiæ,
- Homine per faciem apparentiæ,
- Pauperibus per faciem amicitiæ,
- Peccantibus per faciem iustitiæ.

¶ Facies conscientiæ debet esse mundissima, iuxta illud Matt. 6. *Innunge caput tuum & faciem tuam laua.*

¶ Facies apparentiæ debet esse honestissima, 2. Macb. 4 *Ornauerunt faciem templi coronis aureis.*

¶ Facies amicitiæ debet esse fidelissima, quia, scil. ista debemus alijs in tempore necessitatis ostendere, & eis fauorem nostrum & amicitiam declarare, Tob. 4. *Non auertas faciem tuam ab vllo paupere.* Cuius tamen contrarium faciunt multi, qui necessitatis tempore alijs dorsum non faciem semper monstrant, iuxta illud Ier. 32. *Verterunt ad me terga, & non facies.* Isti sunt similes situlæ, in qua hauritur aqua, quæ tamdiu vertit faciem fonti quamdiu potest aquam recipere, statim vero cum plena fuerit, reijcit ei dorsum. Sic vere falsi amici quamdiu possunt ab alijs lucrum & emolumentum recipere vertunt ei faciem, applaudunt ei, videntur eum diligere & fauorem ei promittunt impendere, si vero quis ad talem statum veniat, quod inde aliquid amplius recipere vel habere non possunt, tunc proculdubio dorsum ei vertunt, de ipso amplius non curantes. Hier. 18. *Dorsum & non faciem ostendam eis.*

¶ Facies iustitiæ debet esse seuerissima, quia, scil. *per tristitiam vultus, corrigitur animus delinquentis*, Eccles. 7. Vnde dicitur iudicibus Ezech. 4. *Obfirma faciem tuam aduersus ciuitatem.* Ista est igitur facies quadruplex moralis, quam viri perfecti, maxime prælati debent habere, vt de quolibet exponatur illud Ezech. 1. *Quatuor facies vni, & quatuor pennæ vni.* In quibus verbis ostenditur, quod quilibet vir perfectus debet esse multimode notificatus, omnimode simplificatus, altimode leuificatus. Debet (dico) esse multimode notificatus, quod ostenditur cum dicitur, quod ipse debet habere quatuor facies, i. quatuor modos se notificandi. Item debet esse omnimode simplificatus, quia debet esse vnus. (Vni inquit.) Debet esse omnimoda leuificatus, quia, B

scilicet,

scilicet, ipse debet habere quatuor pennas, id est, quatuor modos se eleuandi per contemplationem. Iustus enim solet ostendere, quod loco fulgeat virtutum qualitas. (Quatuor facies.) Solet existere ne à se transeat simplex identitas. (Vni inquit.) Solet ascendere vt sursum sedeat eius sedulitas: (Quatuor pennæ.)

¶ Dico ergo, quod vir iustus debet esse multimode notificatus, quia, scilic. ipse debet habere quatuor facies, id est, quatuor modos notificandi, sicut superius dictum est, scilicet

Mundam conscientiam, per quam à Deo cognoscatur,
Honestam apparentiam, per quam ab hominibus videatur,
Veram amicitiam, per quam ab omnibus diligatur,
Seueram iustitiam, per quam à male agentibus timeatur.

Hæ sunt illæ quatuor facies, quas habebant animalia, Ezech. 1. & 10. Ipse enim videbat *vnum animal, quod habebat quatuor facies, scilicet, faciem hominis anterius, faciem aquilæ superius, faciem leonis ad dexteram, faciem bouis ad sinistram.*

¶ Facies enim hominis quæ est munda, signat conscientiæ puritatem, facies aquilæ, quæ est clara & pennis induta, signat apparentiæ claritatem: facies leonis, quæ est curua signat iustitiæ seueritatem: facies bouis, quæ est benigna signat amicitiæ bonitatem. Nos igitur in facie conscientiæ debemus esse homines, quia sicut facies hominis est sensibus ornata, capillis nudata, munde conseruata, sic vere facies conscientiæ debet esse ornata sensibus discretionis, Eccles. 19. *Ab occursu faciei cognoscitur sensatus.* & Prou. 26 *In facie prudentis lucet sapientia.* Nudata crinibus malæ affectionis, Bar. 6. *Extergunt facies eorum propter puluerem.* Nudata fæcibus totius inquinationis & infectionis. Vnde Gen. 43. *Loth à facie egressus continuit se.*

C ¶ Et si vis nota, quod facies voluntatis & interioris conscientiæ & mentis nostræ,

Est manifestanda,
Est purificanda,
Est exhilaranda,
Est alte leuanda,
Est fortificanda,
Est basse premenda.

Dico igitur, quod ista facies est manifestanda per compassionem, iuxta illud Dan. 2. *Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis.* Aures enim Dei, sunt confessores quibus pro certo est facies conscientiæ reuelanda, & vox confessionis declaranda. Quod vtique est contra multos, qui faciem conscientiæ non denudant per confessionem, sed ipsam operiunt atque velant per peccatorum excusationem & absconsionem, Exod. 3. *Abscondit Moyses faciem suam.*

Item dico, quod ista facies est purificanda per lacrymationem. Vnde Iob 16. *Facies mea intumuit à fletu.*

Item dico, quod facies conscientiæ eahilaranda per spem & consolationem. De quo dicitut in Psalm. *vt exhilaret faciem in oleo.*

¶ Item ista facies est alte leuanda per externorum contemplationem, seu per deuotionem & orationem, Iob 22. *Super omnipotentem delitiis afflues, & laudabilis ad Deum faciem tuam, rogabis eum, & exaudiet te.*

¶ Item ista facies est fortificanda per constantiam & durationem. Facies enim est membrum corporis, quod magis exponitur frigoribus atque ventis. Sic voluntas iustorum debet esse solida & fortis contra tribulationes Ezech. 3. *Dedi faciem tuam valentiorem facibus eorum, & frontem tuam duriorem frontibus eorum, & quasi silicem & adamantem dedi faciem tuam.* Facies enim cordis debet esse fortis & firma in bono opere, & in bono proposito solida & fundata, Luc. 6. *Firmauit faciem suam, vt iret in Ierusalem.*

¶ Item ista facies est inclinanda per humilitatem, timoremque; & deuotionem, & prudentem dissimulationem, Eccl. 19. *Est iustus, qui nequiter se submittit à multa humilitate, & est iustus qui inclinat faciem & dissimulat se non videre.* Ista est ergo facies hominis. Vnde Apoc. 9 *facies earum quasi facies hominum.*

¶ Aduerte tamen quod multi sunt similes cuidã bestiæ, quæ dicitur manticora vel mammonetus, quæ fertur habere faciem hominis & tamen bestia est crudelissima. Habet enim tres ordines dentium in ore, cum quibus carnes humanas diligit deuorare. Sic vere charissimi, multi sunt hodie, qui videantur habere facies, id est, conscientias mundas, nudas & sanctas, qui tamen in operibus sunt crudeles, quia scilicet cum tribus ordinibus dentium alios deuorant & corrodunt, habent enim dentes detractionis, cum quibus corrodunt aliorum personam, habent A insuper dentes rapacitatis, cum quibus deuorant aliorum substantiam. Et ideo de ista bestia dicitur, quod in cauda portat aculeum, quia vere tales quamuis per fictam conscientiam & apparentiam se esse homines dissimulent, cauda tamen, id est, finis suorum operum & executio ipsos scorpiones esse probant. Et ideo isti figurantur in illis locustis, quæ ascenderunt de puteo abyssi Apoc. 9. *quæ habebant facies hominum, sed aculei erant in caudis earum, & de ore earum exibat ignis & sulphur & fumus, &c.* Non sic igitur, sed simus in facie conscientiæ homines. Sicut enim facies est illa pars corporis, quæ ab aliis libentius inspicitur, & quæ in signum amoris ad hominem conuertitur, sic voluntas & conscientia nostra Deo est magis placens & amabilis, quapropter ipsam ad eum in signum amoris semper debemus conuertere, & eum complacendo, vel opem ipsius implorando, faciem cordis ad eum applicare. De suspensis enim experimentaliter, vt communiter, videtur, quod facies eorum versus solem conuertuntur. Facies etiam solsequij solem dicitur sequi, & ad eũ conuerti & aperiri. Sic homo, maxime per contemplationem suspensus, & à terrenis per contemptum eleuatus faciem cordis ad eum conuertit, & eum libenter respicit atque cernit. Tob. 4. *Ad te Domine faciem meam conuerto, & ad te oculos meos erigo.* Ista est igitur facies hominis quæ signat interiorem conscientiam.

¶ Item dico, quod in facie apparentiæ debemus esse aquilæ. D
Facies enim aquilæ habet oculos paruos & profundos, rostrum demissum & inclinatum, cutem plumatam atque pennatam. Sic vere charissimi, facies nostræ apparentiæ debet esse plumis diuersarum virtutum vestita, oculis profundis & non eleuatis & vigilis munita, rostro locutionis verecundo & inclinato ornata. Ista enim tria faciem nostræ apparentiæ faciunt aptam & gratam, scil. humilis conuersatio, quæ notatur per opertura plumarum, sensuum reseratio, custodia & cohibitio, quæ notatur per profundam inclusionem oculorum, verecunda locutio, quæ notatur per inclinationem rostrorum. De ista igitur facie aquilæ dicitur Ezech. cap. 1. *Facies aquilæ desuper ipsorum quatuor.* Ista enim facies apparet desuper, scilicet exterius in visu hominum. Et nota si vis, quod ista facies, scilicet, nostra præsentia & apparentia

A mulieribus est auertenda,
Pauperibus est ostendenda,
Per lætitiam est exhilaranda,
Per sapientiam est moderanda.

De auersione à vanis appetitibus mulierum dicitur Eccl. 9. *Auerte faciem tuam à muliere compta.* De affabilitate pauperum & egenorum dicitur Tob. 4 *Noli auertere faciem tuam ab vllo paupere.* De spirituali lætitia dicitur in Ps. *Vt exhilaret faciem in oleo.* De prudentia vero & sapientia quæ in facie nostræ conuersationis debet apparere, dicitur Prou. 17. *in facie prudentis lucet sapientia.*

¶ Et aduerte si vis, quod ista facies est testis interiorum habituum. Vt enim dicit Isidorus: Facies est quædam mentis imago Eccl. 34. *Ante faciem hominis similitudo alterius hominis* Ad quod facit scriptura, Eccl. 13 *Cor hominis immutat faciem eius siue in bono siue in malo.* Quia breuiter secundum Greg. Per hæc, quæ foris apparent, quod intus lateat, aperitur. Cuius contrarium in hypocritis inuenitur, quorum scilicet conuersatio conscientiæ non est testis. Vnde isti non habent faciem Aquilæ, imo vero videntur habere faciem chamæleontis, qui secundum Plin. habet similitudinem porci & simiæ, quia vere facies conuersationis talium in parte similis est simiæ quantum ad simialem simulationem, in parte similis est porco, quantum ad immunditiam & infectionem Esa. 13. *Facies combusta vultus eorum.* Talibus accidit sicut mulieribus fucatis, quæ quamuis ad tempus faciem suam decorare & clarare videantur, illa tamen proculdubio ad modicum flatum venti deficit, & turpitudo pristina reuiuiscit, quia vere charissimi ficta & colorata facies hypocritarum nõ potest diu durare, imo per mala opera solet turpitudo rursum apparere. Vnde isti sunt sicut illi, de quibus dicitur Thren. 4. *Candidiores niue, pulchriores saphiro.* Et statim sequitur: *Denigrata sunt facies eorum super carbones.* Non sic igitur, sed in facie apparentiæ simus aquilæ, id est, toti spirituales & aquilini.

¶ Item dico, quod in facie iustitiæ debemus esse Leones. Viri E
enim perfecti & maxime prælati debent quandoque induere faciem leoninam, iustitiam exequendo, & more leonis ad impios acriter irrumpendo, vt de talibus dicatur illud 1. Paral. 12. quod de quibusdam viris fortissimis dicitur, scilicet, quod *facies eorum*

*quasi leonis, & veloces quasi capreæ in montibus*. Sicut enim facies leonis habet constantiam inflexibilem, habet audaciam inuincibilem, habet potentiam insuperabilem respectu aliorum animalium, sic vere tales semper debent habere, & ostendere faciem constantem, audacem, & potentem. (Constantem dico) ad perseuerandum. Vnde Luc. 9. *Firmauit faciem suam, vt iret in Hierusalem*, audacem ad aggrediendum, scil. malos. Vnde Hierem. 1. *Ollam succensam ego video, & faciem eius à facie aquilonis*, potentem ad resistendum. Vnde Ezech. 3. *Dedi frontem tuam duriorem, &c.* & Esa. 50. *Faciem meam non auerti ab increpantibus & conspuentibus in me*. Et alibi. *Posui faciem meam, vt petram durissimam, sciens quoniam non confundar*. In facie enim posuit Deus signa seueritatis & asperitatis, sc. oculos, vt contra inimicos coruscent, dentes, vt fremescant, cornua vt percutiant. Sic dico spiritualiter, quod in facie & præsentia viri iusti contra malos debent apparere iustitiæ & seueritatis signa, & zelus diuinæ legis & iustitiæ figurari, vt scil. loco & tempore sciat, indignatione aspiciendo ostendere frendorem dentium reprehendendo, & arguendo prætendere percussuram cornuum, id est, læsionem, corporalem & castigationem inferre. Vnde nota, quod talis facies, id est, talis iustitiæ seueritas debet acui & ostendi.

Superbis clericis, & doctoribus,
Iniustis & auaris raptoribus,
Falsis & iniquis scrutatoribus,
Fictis & velatis deceptoribus.

De malis clericis & subtilibus, qui dici possunt Israel, id est, videns Deum dicitur Ezech. 6. *Fili hominis pone faciem tuam super montes Israel*. De auaris raptoribus, qui possunt dici Sydon, qui interpretatur Pharao, qui interpretatur nudans & discooperiens virum, quia sc. isti alios nudant, & discooperiunt bonis suis, potest dici illud Ezech. 29. *Pone faciem tuam contra Pharaonem*. De falsis vero scrutatoribus, qui explorando venantur, dicitur Ezech. 28 *Pone faciem tuam contra Sydon*. Sydon interpretatur venatio tristitiæ. De fictis deceptoribus, id est, iniquis doctoribus & prophetis, qui prophetant de corde suo, & docent & hominum mandata &c. dicitur ad Gal. 2. *In faciem ei restiti*. Et Tob. 4. *Non auertere faciem tuam ab vllo paupere*. Ista est igitur facies leonis, quæ est iusti.

¶ Item dico, quod in facie amicitiæ debemus esse boues. Sicut enim bos est animal hominis maxime iuuatiuum, in tantum quod tempore Pythagoræ, qui bouem occidebat, criminis reus erat, quia scilicet fratrem & incolam enecabat, vt dicit Plinius sic verus amicus semper dat alijs solatium & iuuamen Ezech. 1. *Facies bouis à sinistris*, quia pro certo (charissimi) facies & fauor bonorum amicorum semper præcipue inuenitur in parte sinistra, id est, in tempore aduersitatis & paupertatis, iuxta illud Eccles. 4. *Nec auertas faciem tuam ab egeno*. Quod tamen est contra multos, qui faciem fauoris & amicitiæ suæ tempore necessitatis alijs non ostendunt, sed ipsam auertunt, & abscondunt. Vnde isti videntur dicere illud Hier. 18. *Dorsum & non faciem ostendam eis in die perditionis eorum*. Non sic igitur, sed habeamus quatuor facies, id est, quatuor modos prædictos notificandi nos. Vnde Matth. 17. *Resplenduit facies eius, sicut sol*. Facies enim conscientiæ debet resplendere sicut sol per innocentiæ puritatem. Facies exterior apparentiæ debet relucere per bonam conuersationem & honestam: facies iustitiæ debet refulgere per veritatem & æquitatem. Facies vero amicitiæ debet rutilare per clementiæ pietatem & bonitatem. Sic igitur dico charissimi, quod vir perfectus, maxime Prælatus, debet esse multimode notificatus. Denique dico, quod vir iustus debet esse omnimode simplificatus, quod ostenditur, cum dicitur, (Vni.) Vnus enim & simplex debet esse homo intentione, quia quamuis multipliciter operetur, meditetur & contempletur, omnia tamen ad vnum finem, qui Deus est, ordinare tenetur. Sis igitur vnus, non binus, simplex non duplex, id est, non varius, Ecclesiast. 4. *Vnus est, & secundum non habet*, &c. Vide infra de vno. Naturaliter enim vnum animal contentum est vna facie alias esset monstrū. Sic vere homo in suo genere vnitatem & simplicitatem in suis faciebus, i. in intentione interiori & in apparentia exteriori debet habere, quia sc. in intentione, & in conuersatione, & in locutione, & operatione duplicitas reprobatur, & tamē proh dolor hodie sunt multi, qui per varietates, & fraudes diuersimodos habent vultus, similes illis hominib. qui in mōtibus Scythiæ habitare dicuntur, qui duplicem faciem, sc. humanam & caninam habere noscuntur. Sic isti, sc. proditores & hypocritæ falsi amici, &c. Dan. 5. *Facies regis commutata est*. Et Ezech. 10. *Quatuor facies habebat vnum*. Quatuor enim facies malæ sunt quatuor varietates, scilicet, in intentione, conuersatione, locutione, & operatione.

¶ Et si vis nota, quod facies malorum sunt & esse consueuerunt G

Facies
- Obstinatæ per contrariam rebellionem,
- Palliatæ per hypocrisis deceptionem,
- Inclinatæ per terrenorum affectionem,
- Dilatatæ ad terrenorum promotionem,
- Maculatæ per carnalium infectionem,
- Exornatæ ad luxuriæ attractionem,
- Concitatæ per iracundiæ turbationem.

De facie obstinata dicitur Iud. 20. quod *illi, qui prius simulauerant fugam versa facie fortius resistebant*. De facie palliata dicitur in Psal. *Vsquequo iudicatis iniquitatem, & facies peccatorum sumitis?* De facie inclinata dicitur 2. Reg. 1. *Cecidit super faciem suam*. Et 2. Reg. 2. *Leuare non potero faciem meam*. De facie dilatata, seu ad exteriora bonores elargita, & expansa dici potest illud 2. Par. 3. *Facies eorum versa ad exteriorem domum*, i. e. ad mundum. De facie maculata dicitur illud prædictum Naum 2. *Facies omnium sicut nigredo ollæ*. De facie exornata dicitur Iudith 16. quod *Iudith in facie speciei suæ dissoluit eum*, scilicet, Holofernem. De facie vero iracunda, & concitata dicitur Ezech. 10. *Impetus singulorum ante faciem suam*. Istæ sunt enim malæ malorum facies, quas pro certo Deus non habet gratum videre, sed potius ipsas solet confundere, & horrere Psal. *Imple facies eorum ignominia*. Vnde ipse finaliter dicet 1. Mach. 7. *Nolite mihi ostendere faciem eorum, & occidit eos exercitus*.

¶ Isti igitur non sunt facies vna, sed multæ. Non sic: sed sit vir iustus omnimode simplificatus. (Vni inquit) Adhuc dico, quod vir iustus debet esse omnimode leuificatus, quia scilicet quatuor pennas debet habere, per quas scilicet volitet ad remota, id est, quatuor genera considerationis & meditationis: cum vna volare debet H

Ad considerandum
- Carnis fragilitatem,
- Mundi labilitatem,
- Mortis, inferni & iudicij asperitatem,
- Paradisi fœlicitatem & securitatem.

Et sic ipse erit illa bestia, de qua dicitur Dan. 7. quod *ipsa habebat alas quasi auis quatuor super se*. Ezech. 10. *Quatuor vultus vni, & quatuor pennæ vni*. Vide supra de ala. Sic igitur patet, quod

Vir perfectus debet
- Notificari,
- Simplificari,
- Aleuificari.

Et sic patet, quod est quædam facies inferior & humana, &c.

¶ Secundo dico, quod est facies superior & diuina. Et ista facies est illud per quod Deus nobis notificatur. Et quia Deus notificatur mundo per filij sui incarnationem, per iustitiæ suæ executionem, & per suæ misericordiæ distributionem, ideo in scriptura triplex Dei facies reperitur, habet enim

Faciem
- Honorabilem,
- Amicabilem,
- Formidabilem.

¶ Facies Dei honorabilis est filij humilitas seu humanitas. Per istam enim faciem fuit nobis Deus ostensus & manifestatus. Et I ideo est facies honorabilis, & desiderabilis, iuxta illud Prouerb. commune, scilicet, *honora faciem senis*. Et in Psal. dicebant Sancti. *Ostende faciem tuam, & salui erimus*. Ista tamen facies est duplex, quia scilicet in Christo est facies diuinitatis, & humanitatis, vt sic bene figuretur, Ezech. 41. vbi dicitur, *Duas facies habebat Cherub*. Cherubin enim erat facies auis, seu aquilæ alias ignotæ, quæ in templo erat depicta, quæ duas facies habebat. Ad denotandum, quod Cherub, qui interpretatur plenitudo scientiæ, scil. Christus, qui plenus est scientia per discretionem, figuram habet aquilæ per contemplationem. Duas enim habet facies per vtriusque vnionem & coniunctionem. Istam igitur faciem desiderabant sancti Patres dicentes in Psal. *Non auertas faciem Christi tui*. Et de istius faciei dilatione conquerebantur, dicentes: *Quare faciem tuam auertis, obliuisceris inopiæ nostræ, & tribulationis nostræ? quia vere, auertente te faciem tuam, turbabuntur*. Ista est igitur facies honorabilis.

¶ Insuper dico quod est quædam facies Dei, sc. facies formidabilis. Et ista est facies suæ iustitiæ, quam in fine peccatoribus K ostendet. Panthera est animal, quod à cunctis alijs diligitur, & inse-

inſequitur, quia tamen vultum habet quodammodo terribilem, ideo facies eius toruitate terrentur, vt dicit Plinius. Sic vere chariſſimi, quamuis Deus ſit ſumme laudabilis, & amabilis, quia tamen facies ſuæ iuſtitiæ & ſuæ occultæ prouidentiæ eſt terribilis, ideo quando ipſam bene conſideramus terreri & formidare debemus. Iſtud bene figuratur Exo. 34. vbi dicitur, quod *filij Iſrael viderunt faciem Moyſi cornutam, & timuerunt prope accedere.* Quia vere qui bene intuetur faciem diuinæ iuſtitiæ & æquitatis, ipſam pro certo inuenit armatam cornibus magnæ ſeueritatis. Vnde Exod. 34. dicitur, *Facies Moyſi cornuta erat ex conſortio ſermonis Domini.* Iſta autem eſt facies, quam Dauid formidabat dicens. *Auerte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele.* Iſta eſt igitur facies quæ peccatores in inferno deuaſtat Leuitic. 26. *Ponam faciem meam contra vos.* Iſta eſt facies, quam omnes debemus timere, & per timorem eius à vitijs abſtinere. Latro enim eſſet bene fatuus, qui non timeret committere furtum ante faciem iudicis. Ideo Iob dicit, *A facie eius ſum turbatus ſum, & conſiderans eum timore ſollicitor,* Iob 23. Et merito, quia pro certo in iudicio facies eius erit ſicut ſpecies fulguris, ſicut dicitur Dan. 10. *Quia, ſcilicet, ignis à facie eius exardeſcet, ſuccendentur carbones ab eo,* ſicut dicitur in Pſal. Et alibi. *A facie Domini mota eſt terra à facie Dei Iacob.* Sicut enim dicitur Iohelis 2. *A facie eius cruciabuntur populi, omnes vultus redigentur in ollam.*

L ¶ Adhuc dico, quod eſt facies Dei amicabilis. Et iſta eſt eius clementia & benignitas. Et iſtam faciem oſtendit Deus tripliciter, ſcilicet,

In { Peccatorum correctione,
Spiritualium largitione,
Æternorum conceſſione.

Facies igitur diuinæ miſericordię oſtenditur in correctione delinquentium, quia pro certo quando Deus dimittit hominem ſecundum voluntatem ſuam vagari per vitia & peccata, nec ipſum corrigit vel caſtigat, ſignum eſt diuinæ iracundiæ non clementiæ, indignationis, non compaſſionis, contemptus, & non affectus. Sicut enim dicitur 2. Machab. 6. *Etenim non ſinere peccatoribus ex ſententia agere, magni beneficij eſt indicium.* Et ideo Deus ſimilis eſt illi aui, quæ dicitur Caladrius, &c. Vide de hoc, & dic ſicut ſupra titulo de auertere. Tunc enim videtur Deus à peccatoribus faciem auertere, quando ipſos non dignatur percutere, vel punire Pſalm. *Auertit faciem ſuam, ne videat in finem.* De quo timens Dauid dicebat. *Auertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus.* Vnde alibi. *Ne proijcias faciem tuam à me, & Spiritum ſanctum tuum ne auferas à me.*

¶ Item dico, quod facies diuinæ miſericordiæ oſtenditur in largitione ſpiritualium Pſalm. *Miſericordia & veritas præcedent faciem tuam.* Ideo dicitur Apoc. 10. *Facies eius vt ſol,* qui ſcilicet gratiarum radios mittit.

¶ Item iſta facies oſtenditur in æternorum conceſſione. Et iſta eſt facies *in qua & Angeli, & beati reſpicere delectantur.* De qua 2. Paral. 9. *Omnis populus deſiderabat videre faciem Salomonis, & audire ſapientiam eius.* Deus enim ſimilis eſt ſpeculo, cui ſi faciem oſtenderis, faciem oſtendet tibi, & ſi dorſum ſibi verteris, dorſum ſimiliter tibi vertet. Sic vere chariſſimi, ſi faciem cordis, & conſcientiæ ad Deum conuerterimus per deuotionem, ipſe pro certo faciem ſuæ miſericordiæ ad nos conuertet per gratiæ & gloriæ largitionem. Iuxta illud Exod. 33. *Loquebatur Dominus facie ad faciem.* Si vero dorſum eidem verterimus de eo non curando, & nos ad eius oppoſitum, ſcilicet, ad bona temporalia conuertendo, ſiue etiam ad peccatum, ipſe vere dorſum ſuæ indignationis ad nos vertet, & nos tanquam extraneos reſpuet, & contemnet. Iuxta illud prædictum, *Dorſum & non faciem oſtendam eis.* Hierem. 18. Et rationem reddit Hierem. 2. *Verterunt ad me tergum, & non faciem* Ideo Dauid in Pſalm. dicebat, *Exquiſiuit te facies mea, faciem tuam Domine requiram.* Iſta eſt igitur facies, quæ ſanctis Paradiſo erit lætiſſima, quando, ſcilicet, verificabitur illud Iob 33. *Videbit faciem eius cum iubilo,* &c. Ipſiſq; erit tutiſſima & certiſſima Iudic. 6. *Vidi Angelum Domini de facie ad faciem.* Iſta erit *facies deſideratiſſima & amantiſſima* 2. Paral. 9. *Omnis populus deſiderabat videre faciem Salomonis, & audire ſapientiam eius.* Et merito quia pro certo iſta eſt mirabiliſſima, & gratioſiſſima Heſt. 15. *Valde enim mirabilis es Domine, & facies tua plena eſt gratiarum.* Sic igitur patet, quod triplex eſt facies diuina. Et quadruplex facies humana. ¶ De facie vero diaboli fallaci & proditioſa, minaci & tumultuoſa, mordaci & periculoſa, poteſt dici illud Eccl. 21. *A facie colubri fuge,* &c. Sufficit de facie.

# Facilitas

A Nota, quod illud dicitur facile, quod ex rei natura vel ex agentis virtute ſine difficultate & labore eſt factibile. Eſt ergo

Facilitas, quæ pertinet ad { Dei voluntatem,
Rerum qualitatem,
Cordis leuitatem,
Morum ſanctitatem.

Primo ergo dico, quod eſt facilitas diuinæ voluntatis, quia, ſcilicet, apud voluntatem diuina omnia ſunt facilia, & nihil eſt difficile, ſeu impoſſibile apud eum, Gen. 18. *Nunquid Deo eſt quicquam difficile.* Difficultas enim rebus prouenit ex agentis impotentia & defectu virtutis, quia, ſcilicet, virtus & potentia agentium naturalium creata eſt, & ad certum quid determinata & contracta. Potentia autem & virtus diuina cum ſit increata, infinita eſt, nec limitata ad aliquid, ſed ad omnia indifferenter extenta. Et ideo nihil eſt difficile apud illum. Hierem 32. *Non erit tibi difficile omne verbum.* Iſta autem facilitas videtur, quod appareat in tribus, videlicet

In { Egenorum promotione,
Præliorum commiſſione,
Præmiorum redditione.

¶ Apparet (dico) in miſerorum ſubita promotione: Videmus enim, quod Dei prouidentia mediante pauper quandoque ad magnum ſtatum erigitur, & intra facilitate contra ſpem omnium à Domino promouetur. Vnde Eccl. 11. *Facile eſt in oculis domini ſubito honeſtare pauperem.*

¶ De præliorum commiſſione & victoriæ inſperata conceſſione patet. Sæpe enim fit, quod quadam facilitate fortunæ, vel quadam diuinæ prouidentiæ inopinata virtute fortiores à debilioribus ſuperantur, & plures à paucioribus faciliter debellantur. Vnde 1. Mach. 3. *Facile eſt concludi multos in manu paucorum.* Et 1. Reg. 14. *Non eſt difficile Domino vel in multis, vel in paucis ſaluare.*

¶ De præmiorum redditione ſeu de meritorum retributione patet, quia, ſcilicet, cum ipſe ſit omnipotens, facile eſt ſibi retribuere iuxta merita vel demerita ſingulorum, Eccleſ. 11. *Facile eſt enim in conſpectu Dei in die obitus retribuere vnicuique ſecundum vias ſuas.* Iſta eſt igitur facilitas diuinæ voluntatis, quæ, ſcilicet, faciliter operatur omnia iuxta votum.

¶ Secundo dico, quod facilitas inuenitur realis qualitatis. Aliquæ enim res de ſui natura & qualitate ſunt faciles, vel difficiles. *Facile eſt enim homini bono facere & intelligere bonum.* Prou. 14. Doctrina prudentium facilis. Difficile vero facere malum, & adhærere malo. Plus eſt enim difficultatis in malo faciendo, quam in bono. Nihil enim difficilius aui, quam volare contra flatum venti, nauiæ, quam nauigare contra æſtum freti, planetæ, quam currere contra impetum firmamenti. Sic vere dico, quod maior difficultas eſt homini contra flatum Spiritus ſancti volare & contra æſtum ſeu contra fluctum propriæ conſcientiæ, redarguentis & remordentis agere, & contra firmamentum Dei mandatorum currere. Sicut enim dicitur Eccl. 46. *Pugnare contra Deum non eſt facile.* Vnde etiam ſcriptura introducit ipſos malos in iudicio deſolatos, deſperantes & dicentes illud Sap. 5. *Laſſati ſumus in via iniquitatis, & perditionis, & ambulauimus vias difficiles.* Nota tamen, quod inuenitur

Difficultas { Virtutis ſocia,
Homini noxia,
Plurimis anxia.

C ¶ Eſt (dico,) difficultas virtuoſa, & iſta eſt illa, quam adhibet homo virtuoſus ad terribilia & ad ardua opera facienda. Secundum enim Philoſophos, virtus eſt circa bonum, & circa difficile: nec enim homo virtuoſus quis dicitur, niſi qui circa res arduas & difficiles occupatur. Vnde etiam Hercules, Perſeus, Iaſon, & alij mirabiles homines magnis laudibus extolluntur, quod aggreſſi fuiſſe & viciſſe res difficiles dignoſcuntur. Teſte enim Seneca, res difficilis eſt virtus. Ideo Heliſæo ſpiritum Heliæ petenti dictum eſt 4. Reg. 2. *Rem difficilem poſtulaſti.* Iſta eſt igitur difficultas virtuoſa. Et iſta eſt

Difficultas, quæ eſt in { Scientijs pectoralibus,
Diuitijs temporalibus,
Nequitijs criminalibus.

De difficultate ſcientiarum dicitur Prouerb. 30. *Tria ſunt mihi difficilia, & quartum penitus ignoro.* Et Eccleſ. 1. dicitur, *Cunctæ res difficiles, nec poteſt eas homo explicare ſermonibus.* Vtilis igitur eſt facilioribus ſcientijs vacare, quam difficilibus, quia etiam potius, ſecundum

cundum Medicos, quia facilius traijcitur, vilior & notabilior est quam cibus.

¶ De difficultate diuitiarum patet. Istæ enim sunt difficiles in acquisitione, in custodia, in perditione, & potissime in regni cœlestis executione, quæ fit per ipsas. Constat enim quod malus diues difficiliter saluatur, & quod per male quæsitas diuitias cœlestis ianua clauditur, & seratur. Teste enim scriptura Matt. 19. *Facilius est intrare Camelum per foramen acus, quam diuitem in regnum cælorum.* Funiculus enim, quo ligantur diuites triplex est, scilicet, Funiculus male acquirendi, male detinendi, male expendendi, seu etiam de eis male ordinandi. Et ideo dicitur Ecclesiastic. 4. quod *funiculus triplex difficile rumpitur.* Vnde etiam Marc. 10. dicitur, quod *difficile, qui pecunias habent, intrabunt in regnum cælorum.*

¶ De difficultate nequitiarum patet. Constat enim, quod ipsa peccata semper habent annexam difficultatem resurgendi Eccl. 1. *Peruersi difficile corriguntur, & stultorum infinitus est numerus.* Ista est igitur difficultas vitiosa.

¶ Item dico, quod est difficultas periculosa & tædiosa, scilicet, ipsa pœna æterna, quæ est difficilis atque grauis. De quo 2. Mach. 12. dicitur, *Erat enim præsidium Carnion inexpugnabile, accessuque difficile propter locorum angustias.* Carnion enim infernum significat, quia interpretatur discindens mœrentes, aut diuisio murmurantium, quia scilicet in inferno damnati qui sunt mœrentes, murmurantes, desperati & dolentes, per tormenta scinduntur, & ab omni societate charitatiua diuiduntur. Patet igitur, quod inuenitur facilitas seu difficultas realis qualitatiua.

D ¶ Tertio inuenitur facilitas cordialis leuitatis, hæc est, qua quis faciliter inclinatur ad malum, & qua facile conuertitur ad iniquitatem, similis signo seu gallo, quod est supra campanile, quod ad flatum venti se conuertit. Sic mali ad modicam tentationem diaboli. Vnde Prou. 29. *Qui ad indignandum facilis est, erit ad peccandum procliuior.*

E Quarto inuenitur facilitas moralis bonitatis, & ista est illa, qua quis Deo & Prælatis faciliter obedit. Vnde de Manna cœlitus dato dicitur Sapient. 19. quod *facile dissoluebatur sicut glacies.* Sic isti per compassionem, confessionem & affectionem facile dissoluuntur, & ideo Deo & Prælatis obediendo à glacialitate immutantur. Et hoc sufficit de facili & difficili, quo ad præsens, quia paucæ sunt auctoritates, & ideo transeo, &c.

A **Falsitas.** Nota, quod falsitas idem est, quod fraus, deceptio, fallacia, seu calliditas. Et est proprie falsitas quando aliquid apparens simulatum & fictum pro vero & certo traditur, & habetur. Et sic falsitas & veritas contrariantur. Possumus igitur notare breuiter, quod triplex est falsitas. Est enim

Falsitas in { Affectione, Locutione, Ostensione, Intentione, Operatione.

Prima denotat amicitiam fugacem,
Secunda denotat eloquentiam mendacem,
Tertia denotat apparentiam fallacem,
Quarta designat malitiam pertinacem,
Quinta denotat efficaciam non veracem.

¶ Dico igitur, quod est quædam falsitas amicitiæ. Et ista est illa, quam falsi amici fingunt se habere, per quam alios decipiunt & defraudant. Sub specie enim amicitiæ fictæ & palliatæ fiunt hodie omnes fraudes, deceptiones, & proditiones. Sicut enim illa bestia, quæ dicitur hyæna, dicitur fingere vocem humanam, ita quod vox eius secundum Plin. cum fistula potest misceri, & ideo tabernacula pastorum solet circuire, & canes eũ dulcedine vocis suæ ad se sequendum inuitare, & sic solet eos comedere. (Et ista est illa bestia, quæ dicitur de sepulchris mortuos eijcere, & carnes eorum deuorare) sic vere charissimi, tales falsi cõsiliarij & amici & etiam vsurarij fraudulenti habent vocem humanam, & verba dulcia attractiua & allectiua, promissiua & adulatiua, & sic dum alij sophisticatias illorum sequuntur, & dum eorum consilijs obtemperant, sæpe ad damnum & periculum ab eis protrahuntur. Vnde Prou. 12. *Consilia impiorum fraudulenta.* Istud potissime patet de vsurarijs, qui primo multa pauperibus fallaciter promittunt, & tandem ipsos de suis sepulchris, id est de suis habitationibus eijciunt, & expellunt. De talibus igitur fraudulentis amicis dicitur Hierem. 9. *Vnusquisque (loquit) à proximo suo se custodiat, & in omni fratre suo non habeat fiduciam, quia omnis frater supplantans supplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet.* Isti enim similes sunt malæ mulieri, quæ sub mala intentione falsam amicitiam prætendit. De qua dicitur Prou. 5. *Ne intenderis fallaciæ mulieris. Fauus enim distillans labia eius.* Sequitur. *Nouissima eius amara sicut absynthium.* Ista est igitur falsitas amicitiæ, quia vere tales habent

Amicitiam non { Veram, sed fictam, Existentem, sed apparentem, Realem, sed verbalem, Stabilem, sed mutabilem.

¶ Secundo dico, quod est quædam falsitas eloquentiæ. Et ista B est falsitas mendacij. Mendaces enim habent falsitatem in verbis, vnum enim dicunt, & aliud sentiunt, vnum loquuntur, & aliud meditantur, vnum habent in ore, & aliud in pectore. Prouerb. 24. *Fraudes labia eorum loquuntur.* Et hoc etiam dicitur Prou. 26 *Lingua fallax non amat veritatem.* Et ista falsitas tunc temporis est summe nociua, quando ad alienam perniciem est intenta. Venenum enim serpentis, quod habet in dentibus, & in ore, quamuis semper de sui natura sit malum, tamen efficitur pessimum quando in alios diffunditur, & quando quis inde læditur, aut mordetur. Sic vere quamuis venenum mendacij semper sit malum, tunc tamen efficitur pessimum, quando per detractionem, deceptionem vel falsum testimonium extenditur in proximum seu in proximi nocumentum Psal. *Alienati sunt peccatores à vulua, errauerunt ab vtero, locuti sunt falsa.* Et tamen scriptum est, Exod. 20. *Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium* Et merito, quia sicut dicitur Prou. 19. *Falsus testis non erit impunitus.* Ista est igitur falsitas eloquentiæ.

¶ Tertio dico, quod est quædam falsitas apparentiæ. Et ista C est falsitas hypocritarum, qui fingunt se esse vnum, & sunt aliud, qui videntur esse optimi, & sunt pessimi, figurati in illo supplantatore Iacob, qui se esse Esau finxit, vt benedictionem illius reportaret. Vnde de eo dictum est Gen 27. *Venit germanus tuus fraudulenter & surripuit benedictionem tuam* Fingunt enim se alios quã sunt, vt beneficia, quæ primogenitis, id est, bonis & iustis debentur, reportent Prouerb. 12. *Consilia impiorum fraudulenta*, & Dan. 11. *Obtinebit regnum in fraudulentia.* Sicut enim cerastes pulchritudine cornuum suorum corollatorum aues fallit, & decipit, quia, scilicet, toto reliquo corpore sub arena occultato dum aues ista cornua credunt esse vermes, ad ipsa descendunt credentes ipsa comedere, quæ tamen econuerso à ceraste comeduntur, & deuorantur, sicut dicit Isidorus & Plinius. Sic vere sæpe fit vt hypocritæ & hæretici toto corpore, id est, tota malorum suorum congerie sub arena pœnitentiæ exterioris abscondita, ab auibus, id est, à simplicibus, vermes, id est, viri benigni & humiles esse credantur, iuxta illud Psalm. *Ego sum vermis, & non homo:* qui tamen serpentes nequissimi esse realiter comprobantur, quia cum simplices hoc errore decepti vsque ad ipsos accesserint, ab eis malis suggestionibus inuaduntur, & malis eorum exemplis & operibus spiritualiter perimuntur. Tales figurantur in Elyma magno cui dicitur Act. 13. *O plene omni dolo & omni fallacia, fili diaboli, & inimice omnis iustitiæ, non desinis subuertere vias Domini rectas.* Tales igitur habent falsitatem seu fallaciam apparentiæ. Pulchri enim sunt exterius in conuersatione, venenosi tamen interius in intentione. Prou. 31. *Fallax gratia & vana est pulchritudo.*

¶ Quarto dico, quod est quædam falsitas malitiæ. Quidam D enim ita sunt falsi, ita cauti, ita malitiosi, tot sciunt vias alios decipiendi, quod non potest bene quis euadere manus suas, sicut patet de proditoribus, qui per multas vias, cautelas, simulationes, & fraudes sciunt alios decipere, inuoluere, & irretire. De quibus Threnorum 2. dicitur: *Prophetæ tui viderunt tibi falsa.* Et 2. Corinth. 11. *Periculum in falsis fratribus, &c.* Istud etiam patet de fallacibus aduocatis. Vnde videtur, quod tales sunt similes Pardo, qui est animal multis coloribus & maculis picturatum, quia reuera charissimi, tales sunt hodie toti pleni maculis & oculis cautelarum, fallaciarum & fraudum. Isti enim sunt sicut illud animal Ezech. 1. quod *erat ante & retro plenum oculis*, quod etiam vna facie contentum non erat, *imo quatuor facies habebat*, quia, scilicet, in *vna parte habebat faciem hominis, in alia faciem Leonis, in alia faciem Aquilæ, in alia faciem bouis.* Sic vere charissimi, tales sunt hodie multis oculis, id est, multis cautelis & malitijs oculati Apocalyp. 4. *Totum corpus in circuitu erat plenum oculis.* Et ideo pro certo de talibus vix potest sciri quid sunt, vel quid intendunt.

tendunt. Habent enim plures facies, id est, plures modus cum alijs e habendi. Nunc enim videntur habere faciem hominis per benignitatem, quandoque faciem bouis per laborem & pœnalitatem, nunc faciem Leonis per sæuitiam & crudelitatem, nunc faciem Aquilæ per fallaciam & subtilitatem. De istis dicitur Dan. 11. *Impij in testamentum simulabunt fraudulenter*, vt eis possit dici illud Eccles. 1. *Cor tuum plenum est dolo & fallacia*. De istis loquitur Hierem. 6. *Principes declinantium ambulantes fraudulenter*. Ista est igitur falsitas malitiæ.

E ¶ Quinto dico, quod inuenitur quædam falsitas mali operis, seu efficaciæ. Et ista est illa, quæ à falsarijs falsæ monetæ, vel falsæ literæ fabricantur. Vnde nota, quod sic est de falsarijs sicut de humoribus venenatis, qui commixti cum corporis humoribus tanquam veri humores in venis recipiuntur, vbi naturæ destructionem, & mortem, & periculum operantur. Sic vere isti homines venenosi cum tales esse nesciantur, ab alijs non cauentur. Quapropter totum corpus, id est, totam patriam inuenenant, & sub specie veritatis, suæ falsitatis nocumenta propinant. Isti igitur inter & super omnes malos sunt periculosi, & toti Reipublicæ plus damnosi 2. Cor. 11. *Periculum in falsis fratribus*. Igitur sicut acri medicina venenosi humores ejciendi sunt de corpore, sic acri & seuera disciplina falsarij ejciendi sunt de populo, vel de plebe. Dicunt enim auctores Ambrosius & Plin. quod inter veras apes quandoq; inueniuntur quædam falsæ apes, quæ dicuntur furati, quæ, scil. nunquam mellificant, sed aluearia subintrantes, mel aliarum deuorant, quas tamen veræ apes aculeo pungunt, & ab aluearì fugant. Sic vere falsæ apes, id est, falsarij, qui proprie furati dicuntur, pro eo quod furtiue officium alienum vsurpant, & furantur, societas, & collegia, præbendas & beneficia falso modo subintrant, & mel alienum, id est, beneficia vbi non habent ius, surripiunt, & deuorant, quapropter veræ apes, id est, quilibet bonus & maxime iudices & prælati, quando suam percipiunt falsitatē, aculeo iustitiæ ipsos pungunt, ejciunt & trucidant. De talibus dicit Apostolus ad Gal. 2. quod *falsi fratres subintrauerunt explorare libertatem nostram, quam est in Christo, vt nos in seruitutem redigerent*. Isti figurantur in illa falsa bestia, & in illo Pseudopropheta, de quo legitur Apoc. 13. qui, scilicet, *habebat cornua sicut agnus, & loquebatur sicut draco, qui seducit habitantes in terra propter signa, quæ data sunt illi facere, & fecit omnes pusillos & magnos habere characterem bestiæ*. Et sequitur Apocal. 19. quod *apprehensus est Pseudopropheta & omnes, qui acceperunt characterem, & adorauerunt imaginem bestiæ, & viui missi sunt in stagnum ignis & sulphuris*. Recte a sic erit de talibus Pseudoprophetis seu falsarijs, qui, scilicet, faciunt signa & sigilla, characteres & imagines falsas & qui seducunt vrbem & orbem, & qui fingunt se habere cornua agni, id est, potestatem Papæ vel Prælati, & tamen loquuntur sicut draco, pro eo, scilicet, quod verba eorum plena sunt malitia & veneno, quia vere illi, qui suos adorant characteres & imagines, id est, qui suis falsis viuunt literis, in stagnum ignis finaliter mittuntur, in quantum ardori tribulationum supponuntur. Contra tales loquitur scriptura Hierem. 10. *Stultus* (inquit) *factus est omnis homo à scientia sua*. Confusus est omnis artifex à sculptili, quoniam falsum est, quod conflauit, & non est spiritus in eis. Vana sunt, & opus risu dignum, in tempore visitationis suæ peribunt. *Stultus* (inquit) *factus est omnis homo à scientia sua*, quia reuera scientia & subtilitas talium infatuat eos, qui falsa sculptilia & literas componunt. Et ideo merito debent esse confusi, quia illi præ cæteris confessione digni sunt. Et ad literam ista sunt vana opera & risu digna, in quibus non est spiritus, id est, in quibus non est aliqua efficacia seu virtus. Et ideo tempore visitationis necesse est, quod pereant, & quod deprehendantur, & quod autores scelerum puniantur. Inter alia enim omnia crimen falsi est illud, quod minus potest celari, & quod finaliter est necesse inueniri, scil. seueriter corrigi & puniri Prouerb. 19. *Falsus testis non erit impunitus*. Sicut enim dicit Seneca, nihil, quod simulatum & fictum est, potest esse diuturnum. Stultum est igitur tale facere, vel sperare, quod non potest proficere vel durare Psalm. *Beatus, cuius est dominus Deus spes eius, qui non respexit in vanitates & insanias falsas*. Patet igitur, quomodo quotuplex fraus seu falsitas inuenitur, scilicet, falsitas efficaciæ, malitiæ, apparentiæ, eloquentiæ, amicitiæ & similia. Sufficit.

A **Fama.** Fama ideo est, quod bonum nomen, bonus rumor, vel bona opinio de aliquo. Etiā est recte fama quasi quoddam accidens, quod de virtutis substantia solet emanare. Sicut enim videmus, quod arbores aromaticæ à sua interiori substantia solent aliqua bona accidentia emittere, sc. bonos odores & liquores, sicut patet in Cedro & cypresso, quæ sunt arbores bonæ & perfectæ interius, & suauem odorem fragrant, & diffundunt exterius, sic vere charissimi bona fama est quoddam spirituale accidens, quod de virtutibus viri perfecti diffunditur & emanat, quia enim isti sunt boni & perfecti interius, ideo odorem bonæ famæ fundunt, & emittunt exterius. Nam sicut odor sentitur à re, ex qua exit, sic vere bona fama longe lateque potest diffundi, & ad loca remotissima dilatari. Sicut de Christo dicitur Luc. 4. quod *fama exiit per vniuersam regionem de illo*. Et aduerte, quod secundum sententiam sapientis summe curandum est de habenda bona fama, sicut dicitur Eccles. 41. *Curam habe de bono nomine*. Sicut enim dicitur Prou. 22. *Melius est nomen bonum, quam diuitiæ multæ*. Seneca in Prou. dicit quod honestus rumor alterum est patrimonium.

¶ Triplici vero ratione possumus dicere, quod fama bona est habenda, quia scilicet ista est

Bonorum lætificatiua,
Malorum tristificatiua,
Virtutum manifestatiua.

¶ Dico igitur, quod bona fama est bonorum lætificatiua, omnia enim, quæ sunt (vt communiter) solent in bonis odoribus delectari. Vnde de istis paruis animalibus, apibus, scil. & formicis legitur quod in bonis odoribus delectantur, & à malis fœtoribus occiduntur, & ideo flores & arbores odoriferas solent frequentare, à lucis vero fœtidis solent fugere, recedere & abire. Sic vere charissimi, boni & iusti in bono odore & in bona fama aliorum bonorum solent delectari, & iocundari, & etiam recreari (quia sicut dicitur Prou. 27. *Vnguentis & odoribus varijs delectatur cor*) & societatem talium frequentare, á societate vero fœtentium seu infamium personarum debent summopere resilire. Tali modo fecit Regina Sabæ, quæ á finibus terræ sensit & audiuit famam Salomonis, sicut dicitur 2. Paral. 9. & ideo venit eum personaliter visitare, & videre & eius sapientiam audire, dicens sibi, *Non credebam narrantibus mihi, donec ipsa veni, & vidi, & probassem, quod media pars mihi narrata non fuisset: vicisti famam virtutibus tuis*. Fama enim est illud, quod summe appetit cor generosum & ideo pro fama sequirenda antiqui omnia ardua opera faciebant, gloriamq; & famam pro finali præmio suorum operum expectabant. Et hoc quia veram cœli gloriam verumque sempiternum præmium ignorabant. Fama etiam est talis conditionis, quod velociter & etiam inuito homine ad remotissima loca transit. Et ideo secundum Fulgentium, per Pegasum equum Persei, qui alas in pedibus habebat, & per aera celeriter volitabat fama intelligebatur, per quam illius virtuosi militis virtus, & notitia vndique vehebatur. Ad literam enim fama equus alatus dicitur, pro eo quod citissime circumfertur. Ruth 1. *Velox apud cunctos fama percrebuit*. Est igitur fama bonorum lætificatiua.

C ¶ Secundo dico, quod bona fama est malorum tristificatiua. Mali enim & maxime inuidi in infamia aliorum lætantur, & in bona fama tristantur. Cum enim omnia animalia diligant panthera[o] de suaui odore, quem de ore emittit, quam plurimum delectantur, solus draco istum odorem refugit, & abhorret, & eum non valens sufferre, fugit & absconditur in cauerna, vt dicit Plin. Sic vere charissimi, cum omnes homines naturaliter debeant diligere odorem bonæ famæ, bonarum personarum, & in eo delectari, & ex eo ad eos sequendum, frequentandum, & diligendum animari, iuxta illud Cant. 1. *In odorem vnguentorum tuorum curremus, oleum effusum nomen tuum, ideo adolescentulæ dilexerunt te*. Draco tamen, id est, detractor inuidus tales odores refugit, & ipsos nequiens sustinere á talium præsentia se abscondit. Bufo etiam odorem vineæ florentis sustinere non valens, exinde fugit, & exit. Sic vere inuidus & detractor odorem bonæ famæ aliorum sentiens & audiens, solet exinde recedere, & exinde dolorem & tristitiam concipere, & habere. Ideo dicebat Apostolus 2. Cor. 2. *Christi bonus odor sumus Deo in his, qui pereunt, alijs quidem odor mortis in mortem, alijs odor vitæ ad vitam*. Et breuiter bene dicit Sen. quod quotquot sunt bona fœlicium, tot sunt tormenta inuidorum. Aiunt enim illud 1. Reg. 2. *Non est bona fama, quam audio*. Isti enim sunt sicut porci, qui magis delectantur in fœtoribus, quam in odoribus, quia magis volunt audire mala de alijs quam bona Dan. 11. *Fama turbabit eum ab oriente*. & Hierem. 6. *Audiuimus famam eius, dissoluta sunt manus nostræ*.

¶ Ter-

D ¶ Tertio dico, quod bona fama est virtutum manifestatiua. Sicut enim durus & bonus odor demonstrat substantiam rei, de qua emanat, esse putam & bonam, sicut patet in rosa, sic vere bona fragrantia declarat (vt communiter) illum cuius est, esse virtuosum & bonum. Mala enim herba nonquam (vt communiter bonum fundit odorem. Sic malus nunquam bonam famam diffundit, quamuis sæpe accidit, quod aliqui falsis vulgi opinionibus famam magnam acquirant, & famosi efficiantur antequam virtuosi. Vnde dicit Boetius 3. de consolatione. Plures (inquit) falsis vulgi opinionibus magnum nomen acceperunt, quo tamen nihil turpius esse credo. Tales potissime sunt hypocritæ, qui habent nomen sine re, gloriam sine dignitate, & sine bonitate, famam sine virtute. Sed procul dubio talis fama non potest durare, vel perseuerare, quia sicut accidens naturaliter non perseuerat nisi in substantia radicetur, sicut patet de fictis pomis ambræ, quæ quia in loco, vbi ambra fuit aliquandiu, teneutur, ideo vera poma propter odorem creduntur, quia tamen ambræ substantia deficit, ideo odor citu dilabitur, & recedit, & sic falsum pomum à falso factum apothecario se ostendit. Sic nec talis fama potest durare, quæ in virtutis substantia non fundatur. Ideo dicit Cassio. lib 8. Melius est cogitare de vita, quam de fama, post mortem enim si aliquid egimus, nostrum est, si aliquid habuerimus, alienum est. Aduerte igitur, quod fama est recte sicut vmbra, quã si secutus fueris, fugiet, & si ipsam fugeris, te sequetur. Sic vere secundum Alanum de planctu naturæ, veræ famæ hæc est gloriosa proprietas, vt appetitores sui contemnat, & appetat contemptores, famamq; fugiendo consequimur, quam perdimus insequendo. Et ideo de famæ appetitoribus pulchre loquitur Pet. Rauen. in quadam epistola. Qui (inquit) laudes hominum vilipendunt, tu hoc sunt laudabiles, qui in omni tempore famam sæculi venantur, omni tempore sunt infames. Bene igitur dico, quod bona fama est virtutum manifestatiua, & malorum tristificatiua, & bonorum lætificatiua. Et hæc de fama sufficiant.

A **Fames.** Nota, quod fames est indigentia ciborum, vel accipitur pro desiderio & appetitu comedendi. Et ideo fames in scriptura potest designare

Ieiunium & afflictionem,
Desiderium & affectionem,
Supplicium & vexationem.

Signat (dico) ieiunium & afflictionem 2. Cor. 11. *In fame & siti, in frigore, & nuditate.* Et Ruth. 1. *Facta est fames magna in Samaria.*

¶ Item signat desiderium & affectionem. Et sic signat quandoque desiderium bonum, vt Amos 8. *Mittam famem in terra, non famem panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbum domini.* Quandoque etiam desiderium malum, scilicet, appetitum auaritiæ, de quo dicitur in Psalm. *Famem patientur, vt canes, & circuibunt ciuitatem.*

¶ Item signat indigentiam & vexationem, & sic accipitur communiter in scriptura Esa. 5. *Nobiles eius interierunt fame, multitudo eius siti exaruit.*

¶ Generaliter igitur possumus dicere, quod in scriptura reperitur

Fames { Habenda, Linquenda, Horrenda, Ferenda, Petenda.

Et sic dico quod est

Fames { Virtuosa, Vitiosa, Tædiosa, Gloriosa, Dolorosa.

B ¶ Primo dico, quod fames virtuosa est appetitus æternorum. Tales enim famelicos requirit Dominus ad mensam suam. Vnde Luc. 1. *Esurientes impleuit bonis* Iob 5. *In fame eruet de morte.*

¶ Item est fames vitiosa. Et ista est fames auaritiæ, seu desiderium terrenorum, Hier. 14. *Si introiero ciuitatem, ecce attenuati fame.* Istam famem quotidie patiuntur auari, qui recte videntur habere bolisinum spiritualem. Bolisinus enim est infirmitas, quæ continue facit hominem esurire, & appetitum caninum habere. Quia vere tales bonis mundi satiari nequeunt, imo per auaritiam continue more canis esuriunt, & famescunt. Sicut etiam dicitur Prouerb. 13. *Venter impiorum insaturabilis.* Vnde possumus notare, quod quidam nituntur temperare istam famem per sæuitiam & crudelitatem sicut sunt mali nobiles & raptores. De quibus dicitur illud prædictum Esa. 5. *Nobiles eius interierunt fame.* Alij nituntur eam supplere per vsuram & cupiditatem, sicut sunt vsurarij & auari mercatores, qui sicut canes famelici non cessant vndique circuire. Iuxta illud Psalm. prædictum. *Famem patientur, vt canes, & circuibunt ciuitatem.* Alij vero sunt, qui istam famem nituntur temperare per fallaciam & calliditatem, sicut sunt mali aduocati, & deceptores. De quibus Iob 5. *In vastitate & fame ridebis.* Et ibidem. *Cuius messem famelicus comedet.* Tales enim ridendo & dissimulando messem, id est, bona temporalia aliorum acquirunt, & sic famem auaritiæ suæ satiare intendunt. Ista est igitur fames vitiosa, de qua dicitur Prou. 10. *Non affliget Dominus fame animam iusti.*

¶ Tertio dico, quod est fames tædiosa, scil. fames paupertatis, & pauperum, calamitatis, quæ, scil. est in patientia sustinenda & hoc quia talis fames meretur æternam satietatem, & talis calamitas in æternam mutabitur fœlicitatem Matth. 5. *Beati qui nunc esuritis, quia saturabimini.* Et 1. Reg. 2. *Infirmi accincti sunt robore, & famelici saturati sunt.*

¶ Quarto dico, quod est fames gloriosa. Et ista est fames, quam habent in patria comprehensores de essentia diuina videnda & contemplanda, quia, scil. ipsi dum esuriunt, satiantur, & dum satiantur, desiderant, & amplius animantur. Iuxta illud Psalm. *In diebus famis saturabuntur.* Et Eccles. 24. *Qui edunt me, adhuc esurient.* ¶ Quinto dico, quod est fames dolorosa. Et ista est illa, quam sustinent iniqui & peccatores. Sicut enim videmus, quod talpa dum est viua, non scit nisi nocere, & prata & possessiones hominum dissipare, quando vero capitur, tunc per pedes suspenditur, & fame interficitur, & necatur. Miluus etiam, qui dum viuit, non cessat pullos, mures, minutas bestias infestare, quando ad senectutem peruenerit, rapere non potest, imo præ pigritia & ignauia fame moritur, sic vere peccatores & maxime auari & raptores, qui modo dum sunt in vita ista, non cessant terras & possessiones hominum inuadere, & vsurpare, & pullos, id est, simplices & pauperes lædere, & molestare, finaliter capiuntur per mortem, & in inferno fame perpetuæ afflictionis & indigentiæ perimuntur. Vnde de talibus dicitur Apoc. 18. *Vna die venient plagæ eius, scilicet, mors & luctus, fames & ignis.* Tales enim habent

Mortem interminabilem,
Luctum inconsolabilem,
Famem insatiabilem,
Ignem inextinguibilem.

Quia breuiter sicut dicitur Eccles. 39. *Ignis, fames, grando & mors, hæc omnia ad vindictam creata sunt.*

¶ Sic igitur patet, quod est quintuplex fames, scilicet

Fames { Infernalis afflictionis, Supernalis dilectionis, Corporalis vexationis, Mundialis & pectoralis ambitionis, Virtualis affectionis.

Sic igitur patet, quod multi affliguntur triplici fame, videlicet

Fame { Carnalitatis & penuriæ, Cupiditatis & nequitiæ, Aduersitatis & tristitiæ.

De fame miseriæ seu penuriæ & paupertatis satis patet. Iusto enim iudicio fit, quod peruersi nobiles & tyranni semper indigent, & famescunt, & semper, cum nihil eis sufficiat, esuriunt, & languescunt. Prou. 11. *Rapiunt non sua, & semper in egestate sunt.* Quod bene figuratur Genesis 41. *Consumptura est,* (inquit) *fames omnem terram.* Et dicitur ibidem, quod ipse vidit septem vaccas squalidas, famelicas, atque macras, quæ septem vaccas pinguissimas deuorauerunt, quæ tamen propter hoc nullum saturitatis dedere vestigium. Sic vere dico, quod terra Ægypti, id est, generatio nobilium & raptorum, fame & indigentia Dei iudicio consumitur, quia semper macri & pauperes esse noscuntur, quia dato quod vaccas pingues, id est, subditos & vicinos per rapinas & extorsiones consumant, famem tamen suæ miseriæ ex hoc non satiant neque replent, similes illi ericio, de quo narrant fabulæ, vt refert Ouidius, quod quia arborem Cereris violauit & scidit, tanta famis violentia est percussus, quod primo omnia sua consumpsit & deuorauit, tandem carnē propriam consumpsit & deuorauit, & in hoc vitę periit & decessit. Sic

isti

isti quia arbores Cereris, id est, bonos & simplices deuorant & violant per rapinam, fame paupertatis & miseriæ affliguntur inceantum, quod sua & aliena consumere, & in fame & miseria viuere, & tandem mori, & deficere dignoscuntur. Vnde Esa. 5. illud prædictum, *Nobiles eius interierunt fame.* Et Ecclesiast. 40. *mors, & contritio, & flagella super impios.*

¶ De fame vero nequitiæ patet. Constat enim quod omne peccatum semper solet habere famem annexam, id est, desiderium continuandi, patet hoc de luxuria, de qua dicitur Ecclesiastic. 23. *Homini fornicario omnis panis dulcis, non fatigabitur transgrediens vsque in finem.* Patet de auaritia, *quæ est ignis, qui nunquam dicit, sufficit.* Prouerbiorum 30. Patet de inani gloria & superbia, de qua dicitur Ecclesiast. 1. quod *non satiatur oculus visu, nec auris auditu impletur*, id est, vana laude, & sic de alijs Gen. 43. *Fames omnem terram vehementius premebat.*

¶ De fame vero  ...ititiæ & indigentiæ satis dictum est in §. præcedenti. Sufficit. Vide supra, de esurire & infra de ieiunio.

A **Familia.** Nota, quod familia dicitur illa gens, quæ in vna domo vni domino familiariter famulatur, seu ille populus, qui in vna congregatione seu consanguinitate ab alijs distinctus moratur. Sicut patet ex decursu scripturæ, vbi dilucide patet, quod populus Israel per tribus, & familias, & domos distinguebatur. Notare igitur possumus (sicut de qualibet congregatione) quod est

Familia { Superior, / Secretior, / Interior, / Exterior, / Deterior, } quæ est { beatorum, / angelorum, / deuotorum, / mundanorum, / damnatorum.

Ista est igitur quintuplex familia. Sed vt breuius dicamus, ponamus solummodo duas familias scil. familiam Dei, de qua sunt omnes boni, & familiam diaboli de qua sunt omnes mali.

¶ Primo ergo dico, quod boni de familia Dei sunt, quia ei famulantur, & subsunt, & ab eo sicut proprij familiares priuilegia gratiæ, vestes conuersationis honestæ, cibos Eucharistiæ, stipendia cœlestis gloriæ recipiunt & acquirunt. Vnde de Ioseph dicitur Lucæ 2. quod *ipse erat de domo & de familia Dauid, propter quod venit in Bethlehem, vt describeretur ibidem.* Ioseph enim interpretatur augmentum vel appositio. Bethlehem vero domus panis interpretatur. Ad denotandum, quod illi, qui in virtutibus se augmentant, (iuxta illud Genes. 49. *Filius accrescens Ioseph, &c.*) de familia Dauid, id est, Christi esse noscuntur, quapropter Christiani dicuntur, & ideo in domo panis, id est, in cœlesti habitatione finaliter describuntur. Ista est enim familia quam iustus prælatus debet gubernare, quam ipse Christus solet vendicare, quæ Christum Dominum solet adorare. Hæc enim debet habere fidelem hominem dispensatorem Matthæi 24. *Quisquis putas est fidelis seruus quem constituit Dominus super familiam, vt det illis cibum in tempore?* Hæc enim habet ipsum Deum pro possessore & vendicatore Genes. 12. *Fuerunt ei oues, & boues, & familia.* Hæc insuper istum adorat, & ei seruit pro Deo & creatore. Psal. *Adorabunt in conspectu eius omnes familiæ gentium.* Aduerte autem, quod illi, qui sunt de familia, dicuntur familiares & famuli. Et ideo nota, quod sicut

Famuli & serui { Per dominos solent castigari, / Pro dominis solent præliari, / Cum dominis debent fœderari, / A dominis solent munerari.

Sic dico, quod famuli & familiares Christi per Christum castigantur per tribulationes Exod. 5. *En famuli tui flagellis caduntur.* Pro Christo præliantur contra tentationes Num. 32. *Nos autem famuli tui omnes expediti pergemus ad bellum.* Cum ipso fœderantur per charitatis & fidei colligationes 1. Regum 20. *Fœdus me famulum tuum inire fecisti.* Ab eo præmiantur per æterni præmij retributiones 3. Regum 3. *Fecit Salomon grande conuiuium vniuersis seruis suis.* Ista est igitur familia bona, de qua sunt famuli Christi.

B Secundo dico, quod inuenitur familia mala, de qua sunt omnes iniqui generaliter, qui scilicet, sunt famuli diaboli. Sicut enim famuli dominorum portant vestes, arma, & signa magistrorum suorum, per quæ statim possunt cognosci de cuius familia sint: sic vere mali in sua conuersatione mala, portant signa magistri sui diaboli, quæ sunt diuersa mala opera & peccata. Vnde mali videntur dicere diabolo illud, quod dictum est Holoferni Iud. 3. *Omnes facultates nostræ & familia in potestate tua sunt, sint omnia sub lege tua. Nos etiam & filij nostri serui tui sumus, veni nobis pacificus dominus, & vtere seruitio nostro, sicut placuerit tibi.* Sic igitur patet de famulis & familijs malis.

Diction. Berthorij.

C ¶ De familiaritate vero prout accipitur communiter, potest dici, quod valde caute est & prudenter in ea procedendum. Facilius est enim in familiaritatem incidere, quam quandoque necesse est dimittere. Teste enim Seneca, Turpissimum est cum illo bellum gerere, cum quo familiariter vixeris. Sicut enim videmus, quod cum omne dulce familiare & amicabile sit naturæ cauendum, est tamen quod cum dulci nullum sit venenum admixtum, sic valde cauendum est quod homo in familiarem non recedat, qui venenum malitiæ sub specie amicitiæ habeat. Teste enim sententia sapientum, Nulla pestis grauior, quam familiaris inimicus. Cauendum est etiam ne contra naturam status nostri ita nos familiares alijs ostendamus, quod contemptibiles nos reddamus. Aliqui enim sunt, qui illos quos sibi vident familiares, viciniores & amiciores, solent aliqualiter contemnere, extraneos vero magis recipere & amare. Exemplo quorundam animalium, quæ teste Odorico, sunt in quadam prouincia regni Cælati in India quæ vicinos inuenenare solent & lædere, extraneos vero non lædere nec grauare. Sic vere multi sunt, qui propinquos & familiares contemnunt, & contemnendo lædunt, extraneos vero diligunt. Figura ad hoc de muliere, quæ plus gauisa est de drachma vna nouiter inuenta, quam super nouem quas antea habebat & possidebat, dato quod illæ nouem multo plus valerent quam illa. De Angelis dicitur ibidem, scilicet, Luc. 15. quod *maius est eis gaudium super vno peccatore pœnitentiam agente*) qui scilicet, extraneus eis fuerat & remotus) *quam super 99. iustis, qui non indigent pœnitentia*, quos, scilicet, semper familiares habuerunt & amicos. Ad idem etiam facit alia figura de filio prodigo, item Lucæ 15. qui, scilicet, extraneus patri fuerat, cum dicitur ibidem, quod *pater fecit sibi maius festum, ipsumque amplius honorauit quam primogenito filio qui semper familiariter cum eo permanebat.* Sic reuera dico de multis, qui quotidianos & familiares quanquam sint meliores, contemnunt, extraneos vero & nouiter venientes prædiligunt. Noua enim magis solent placere. Et teste Terentio, nimia familiaritas solet contemptum & odium generare. Cum tamen dicat in scriptura Ecclesiast. 9. *Ne derelinquas amicum antiquum: nouus enim non erit similis illi.* Aduertendum etiam, quod quidam econuerso familiares suos nimis diligunt ipsosque quantum possunt ditant, commendant, promouent & extollunt, omnes etiam alios vilipendunt, & impromotos relinquunt. Sed de hoc vide satis vbicunque agitur de acceptione personarum. Sufficit igitur de familia, famulo, & familiari.

**Fanum.** Nota, quod fanum idem est, quod templum, sed proprie fanum est vbi adorantur idola, vel dæmonia, templum vero vbi Deus colitur & adoratur. Vnde Iud. 9. dicitur quod *ingressi sunt fanum Dei sui Berit.* & 2. Par. 24. dicitur quod *Athalia impiissima ornauerat fanum Baalim.* Dico igitur, quod fanum vbi coluntur dæmonia, signat malam constantiam, mundum, & magnatum tyrannidem. Et cætera omitto. Vide infra de templo. A

**Farina.** Nota, quod Farina, de qua fit panis, significare potest sacram scripturam, quæ scilic. mola intellectus teritur, cortex rudis historiæ per expositionem frangitur & tandem cibus seu panis sanctæ doctrinæ vitæ conficitur, & adiuncta aqua vel oleo diuinæ gratiæ in cibos varios transformatur. Vel etiam farina, quæ est materia ciborum ad vitæ humanæ sustentationem, signat diuinam gratiam, quia optimum est gratia stabilire cor. Ista est enim farina, qua Helisæus cibum amarum temperat, & indulcorat 4. Regum 4. Ista est farina, quam in tribus satis mulier euangelica fermentat Matth. 13. Ista est farina, quæ apud viduam indeficiens Heliæ precibus perseuerat 3. Regum 17. Ista est farina quam conspersam populus Israel Ægyptum exiens secum portat Exod. 12. Ista est farina de qua Gedeon Angelo panes parat Iud. 6. Ista est farina, de qua libamina Deo Moyses fieri mandat Leuitic. 6. Quia proculdubio charissimi, farina diuinæ gratiæ, seu etiam diuinæ scripturæ omne amarum temperat per consolationem in tribus satis, id est, in fide Sanctæ Trinitatis continentur, & ibi fermentatur, & conficitur per expositionem & per feruorem, & dilectionem. Fermentum enim dicitur à feruendo, quia pastam facit feruere. Transituri mare rubrum, id est, huius amaræ vitæ periculum, istam secum portant per fidem & deuotionem, hanc Gedeon, id est, quicunque fidelis, Angelo testamenti Christo offert & præsentat per gratiarum actionem, eamque Deo sacrificat atque libat per puram & sanctam

ctam intentionem. Sicq; ista apud viduam sanctam, id est, apud Ecclesiam indefectibilis perseuerat per Heliæ, i. per Dei prouidentiam, & ordinationem. Vnde 3. Regum 17. *Fac mihi de farinula subcinericium panem hæc enim dicit Dominus, Hydria farinæ non deficiet, & lecythus olei non minuetur.* Bene igitur dicitur Es. 47. *Tolle molam, mole farinam, denuda turpitudinem tuam.*

B ¶ Sed si in malo significatio vis farinam accipere, dic, quod per farinam, quæ est res subtilis, potest qualibet subtilitas malitiæ designari. Malitia enim est illa farina diabolica de qua Thamar, id est, anima peccatrix facit sorbitiunculas, id est, complacentias Amon, id est, diabolo fratri suo, à quo tamen per diuersa vitia opprimitur, sicut dicitur 2. Regum 13. Caueant tamen illi, qui farinam malitiæ secum portant, quia sicut dicitur Gene. 40. pincerna Pharaonis, qui secundum somnii sui visionem tria canistra farinæ super caput suum portabat, à Pharaone fuit crucifixus, & à cœli auibus laceratus, quia scilicet, qui farinam malitiæ & nequitiæ in tribus canistris, id est, in corde, ore, & opere portant, ipsos finaliter Pharao cum suis auibus, id est, lucifer cum suis dæmonibus crucifigunt, lacerant, & cruciant, &c. Vide de simila.

**Fas.** Vide infra in titulo Licere.

A **Fasciculus.** Cum fasciculus sit aliquarum rerum cumulus seu gibbus inuicem colligatus & strictus, possum dicere, quod multiplex est fasciculus, id est, congregatio in scriptura, videlicet

Fasciculus { Bonorum, Malorum, Meritorum, Tormentorum.

Fasciculum iustorum ligat charitas. Vnde de Dauid dicitur 1. Regum 25. quod *ipse custodiebatur quasi in fasciculo viuentium.* Fasciculum iniquorum stringit prauitas scilicet cupiditas & mala societas Esa. 24. *Congregabuntur congregatione vnius fascis in lacum.*

¶ Fasciculum virtutum, seu meritorum iungit bonitas, seu sanctitas Leuit. 23. *Eleuabit fasciculum coram Domino.*

¶ Fasciculum dolorum seu tormentorum adunat aduersitas, ipsumque lenit, ac temperat pietas & benignitas. Vnde Esa. 58. *Solue fasciculos deprimentes, & omne onus dirumpe.*

**Fatigatio.** Nota, quod fatigatio, lassitudo, labor, & fessio idem sonant, & significant. Et ideo vide de labore seu lassitudine.

A **Fatuus.** Nota, quod fatuus est ille, qui sensu & discretione caret. Vnde fatuus, insipiens, stultus & stolidus idem sunt. Et potest dici fatuus à fateor fateris, quod idem est quod reuelo reuelas, quia tales nesciunt secreta tenere, quia sicut dicitur Eccles. 21. *Cor fatui quasi vas confractum.* Sic breuiter fatuus dicitur ille, qui moribus rationis non regitur, sed sensualitatis & propriæ voluntatis ductibus gubernatur. Et potest intelligi literaliter, & spiritualiter.

¶ Et breuiter per fatuum potest intelligi vir peccator, quia sicut fatuus sine causa lætatur, sine causa irascitur, faciliter currit & mouetur, alte & indeliberate loquitur, amicitiam non seruat, secreta reuelat, sapientes non amat, nec frequentat, dominium non honorat, de vtilitate propria non curat, de periculo vitando non certat, nec de futuris cogitat, seu tractat.

¶ Vel si vis dic, Sicut

Fatuus { Sine causa gaudet inaniter, Iracunde frendet faciliter, Vagabunde currit mobiliter, Indiscrete loquitur iugiter, Vim secreti prodit faciliter, Sapientes odit lethaliter, In amore non durat firmiter, De vtili non curat libenter, Non vult corrigi patienter, De futuris non certat prudenter, Inhonesta agit imprudenter, Pericula non cauet studenter.

Sic procul dubio charissimi, peccator potest dici spiritualiter fatuus, quia sine causa lætatur per ineptam consolationem. Ecclesiastic. 21. *Fatuus in risu exaltat vocem suam.* Item sine causa irascitur per iracundiæ concitationem, quia sicut dicitur Prou. 12. *Fatuus statim indicat iram suam.* Item faciliter currit, & mouetur pes in-constantiam & mutationem. Vnde Eccl. 21. *Pes fatui facilis.* Item alte & indeliberate loquitur per iactantiam, stultiloquii & multiloquii prolationem. Es. 32. *Stultus autem fatua loquetur.* Et ideo dicitur Eccl. 20. quod *ex ore fatui reprobatur parabola, quia non dicit eam tempore suo.* Et merito, quia sicut dicitur Eccl. 21. *Narratio fatui quasi sarcina in via.* Item secreta sua & aliena reuelat per iactantiam & proditionem. Vnde isti sunt sicut serpens, qui habet cor iuxta guttur, quia scilicet, tales quicquid habent in corde, statim transit ad guttur & ad linguam. Vnde Eccl. 21. *In corde sapientium os eorum, & in ore stultorum cor eorum.* Tales n. nihil sciunt celare. Vnde Eccl. 19. *A facie verbi parturit fatuus.* Item talis societatem bonorum & prudentium refugit, & non amat, propter dissimilem conuersationem Eccl. 8. *Cum fatuis consilium non habeas, non enim poterunt diligere nisi quæ eis placent.* Item talis amicitiam non seruat propter duplicitatem, & varietatem. Vnde Eccl. 20 *Fatuo non erit amicus.* Et maxime hoc est verum de amicitia Dei & sanctorum, quam tales per peccatum perdunt. Item talis de vtilitate propria non curat, per stultitiam & indiscretionem, quia, sc. de diuitiis gratiarum & virtutum non curant, bona paradisi non procurant, pericula inferni non deuitant, imo omnia bona sua perdunt per peccatorum obligationem. Vnde Eccl. 20. *Gratiæ fatuorum effundentur.* Item talis nunquam potest corrigi, propter mentis duritiam & obstinationem, quia sicut dicitur Eccl. 1. *Peruersi difficile corriguntur & stultorum infinitus est numerus.* Et Eccl. 22. *Qui docet fatuum, quasi qui conglutinat testam.* Item talis nunquam cogitat de futuris, per mortis, inferni, iudicii, & paradisi considerationem. Vnde Eccles. 4. *Melior est puer pauper & sapiens, rege sene & stulto, qui nescit prouidere in posterum.* Item inhonesta agit imprudenter Prou. 17. *Expedit magis vrsæ occurrere raptis fœtibus, quam fatuo confidenti sibi in stultitia sua.* Is enim sibi omnia putat licere. Item pericula non cauet, iuxta illud prædictum Prou. 12. *Stultus statim indicat iram suam.* Et ideo breuiter de talibus fatuis, qui scilicet, plus amant pomum quam castrum, mundum quam cœlum, sæculum quam paradisum, potest dici illud Hier. 50. *Habitabunt dracones cum fatuis ficariis, & habitabunt in ea struthiones.* Vbi ostenditur quod fatui possunt dici tria genera peccatorum, scilicet, illi qui sunt inflammati crudelitate, dracones. Illi qui sunt palliati calliditate scilicet, hypocritæ: ficarii inquit, qui sunt bestiæ, & tamen videntur homines. Item illi qui sunt aggrauati cupiditate, struthiones, quæ sunt aues nunquam à terra se eleuantes, &c. Si vis potes dilatare materiam istam sed non est necesse, quia multa inuenies in meditationibus contra sapientiam. Et ideo sufficit, vide infra de stultitia.

**Fauces.** Nota, quod fauces sunt illæ concauitates oris in quibus lingua voluitur & mouetur, quæ & locutioni conferunt & gustui famulantur. Dico igitur quod inueniuntur A

Fauces { Gulosæ comestionis, Bonæ locutionis, Intimæ deuotionis.

Fauces comestionis debent obseruari per abstinentiam Eccl. 31. *Super mensam magnam sedisti, ne aperias faucem tuam super illam prior.* Fauces locutionis debent moderari per temperantiam Psalm. *Adhæsit lingua mea faucibus meis.* Fauces deuotionis, quæ, scilicet, gustant spiritualia debent reserari per sapientiam Psalm. *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo.* Dic igitur breuiter quod fauces signant virtutem discretionis, virtutem bonæ locutionis, virtutem deuotionis. Istæ sunt enim quæ saporem, id est, virtutem rerum dijudicant & distinguunt, & verborum varietatem amittunt Iob 12. *Nonne auris verba diiudicat, & fauces comedentis saporem*, &c. vide de ore infra.

**Fauilla.** Nota, quod fauilla & scintilla, nihil aliud sunt quam illa subtilissima & tenuissima particula, quæ de materia post ignis consumptionem resoluitur. In hoc tamen differre videntur, quia scintilla dicitur dum est viua: fauilla vero dum est mortua vel extincta. Dico igitur fauilla idem est quod cinis vel cineris particula valde vilis est. Dico, quod per fauillam potest intelligi vilitas humanæ conditionis seu nostræ mortalis resolutionis Iob. 30. *Comparatus sum luto & assimulatus sum fauillæ & cineri.* Seu vilitas diuitiarum vel terrenæ possessionis, quia scilicet, more fauillarum facile dispergitur & faciliter congregatur. Bona enim mundi vel etiam ipsa *vita humana fuit sicut palea ante faciem venti, aut sicut fauilla, quam turbo dispergit* Iob 21. Seu asperitas pœnitentiæ & macerationis, seu ardens mortis memoria & compunctionis Iob 24. *Ipse me reprehendo, ago pœnitentiam* A

*auertuntur in fauilla & cinere*. Sed quæcunque vanitas aut leuitas, vel etiam defectus fortitudinis & durationis. Vnde cuilibet potest dici qui est imbecillis illud Esaiæ 1. *Erit fortitudo vestra vt fauilla stupæ, & opus vestrum quasi scintilla.* Et Esa. 5. *Radix eorum velut fauilla erit, & germen eorum vt puluis ascendet*, &c. Vide supra de cinere, & infra de scintilla.

A **Fauus.** Nota, quod fauus est illa materia in qua mel recolligitur, scilicet cera vna cum melle ibidem præterito. Est enim fauus illa materia cerea quæ diuersis cellulis distinguitur, in qua apes velut in domicilijs hospitantur, & in qua mel conficitur, & ex qua postmodum destillatur & eliquatur. Fauus etiam est res dulcissima & sapidissima. Et ideo per fauum potest omnis spiritualis dulcedo intelligi, vt sic de fauo spiritualiter possit dici illud Cant. 4. *Fauus destillans labia tua sponsa.* In quibus verbis ostenditur quadruplex spiritualis dulcedo. Est enim

Dulcedo quædam { Interior, Inferior, Exterior, Superior,

Dulcedo Interior est deuotio quæ ostenditur cum dicitur. Fauus quæ dicitur à fauore, quia, scilicet, deuotis familiaritatem & fauorem Dei impetrat & inducit. Dulcedo inferior est compassio quæ ostenditur cum dicitur. Destillans. Dulcedo exterior est locutio, quæ ostenditur, cum dicitur. Labia tua. Dulcedo superior est dilectio, scilic. ille perfectus amor qui habetur in patria, quæ ostenditur cum dicitur, sponsa. Ista igitur verba, Fauus destillans labia tua sponsa, possunt referri ad quamlibet sanctam animã, vel etiam ad quamlibet virginem, vel etiam ad quamlibet honestam personam quæ pro certo debet habere

Fauum dulcis deuotionis,
Destillationem dulcis compassionis,
Labia dulcis locutionis,
Sponsalitatem dulcis & perfectæ dilectionis.

B ¶ Habeamus igitur fauum & fauorem deuotionis. Fauus enim nihil aliud signat quam illum fauorem, illum dulcorem, illam suauitatem, quam homo inuenit gustando, contemplando & considerando bona spiritualia & diuina. Vnde Canticorum 5. *Comedi fauum cum melle meo.*

¶ Item habeamus fauum & feruorem compassionis. Destillans inquit. Talem enim fauum debent apes, id est, viri misericordes componere & ipsum pauperibus destillare. Canticorum 5. *Manus mea destillauerunt myrrham.* Et Prouerbiorum 24. *Fauum dulcissimum gutturi.*

¶ Item habeamus fauum & dulcorem deuotæ locutionis, quia scilicet, dulcedinem diuinorum eloquiorum debemus gustare. Quod ostenditur cum dicitur labia tua. Vnde Prouerbiorum 16. *Fauus mellis labia composita.* Vnde dicitur in Psalm. *Dulciora super mel & fauum.*

¶ Item habeamus fauum & fauorem dilectionis, quod ostenditur, cum dicitur. (Sponsa) quia scilic. cum domino debemus desponsari, & per charitatem vniri, quod potissime fiet in patria, vbi est perfecta dulcedo dilectionis quia sicut dicitur Eccles. 24. *Spiritus meus super mel dulcis, & hæreditas mea super mel & fauum*, &c. Sufficit. Potes dilatare hic quomodo anima, vel quælibet virgo potest dici sponsa Christi, & maxime beata virgo, quæ ad modum fauis intra cellulas ventris sui, mel, id est, Dei filium portauit.

A **Fœdus.** Nota, quod fœdus idem est, quod pactum, promissio, obligatio, contentio. Et si aduertamus verba scripturæ, inueniemus, quod semper loquitur de percussione fœderis. Sicut 2. Regum 5. *Percussit Dauid Rex cum eis fœdus.* Et 1. Regum 11. *In hoc feriam vobiscum fœdus quod, &c.* Vt vnde talis vsitatus modus loquendi in scriptura inoleuit, nescio, nisi forte pro tanto, quod quando fiunt aliquæ pactiones, solet quilibet contrahentium manum alterius tangere & percutere, in signum, quod dicta pactio debet firmiter teneri & obseruari. Possumus igitur dicere, quod est

Fœdus { Tenendum, Rumpendum, Timendum, Petendum.

Fœdus tenendũ est illa pactio vel conuentio vel obligatio, quæ est inter nos & Deum quam in baptismo secum pepigimus. Et de hoc 2. Paral. 16. dicitur. *Inter me & te fœdus est.*

Fœdus rumpendum est, hoc est illa confœderatio, quam facit homo cum diabolo, vel cum carne, quando eius suggestionibus consentit & obedit. De quo Iud. 2. *Non ferietis cum habitatoribus terræ huius.*

¶ Fœdus timendum est illud pactum & illa connexio, quam videntur habere damnati cum inferno à quo perpetuo non recedunt. De quo Esa. 28. *Pepigimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum.*

Fœdus amandum est nempe illa connexio quam habent sancti in patria cum Deo. De quo Hiere. 50. *Apponentur ad dominum fœdere sempiterno.*

¶ Dicamus aliquid de spirituali confœderatione, seu dilectione. B Sicut enim homines contrarij & diuersi aliquando inuicem confœderantur, ita quod vnum & idem efficiuntur, quod vtique per communia matrimonia solet esse, sic Deus & homo qui inter se fuerunt diuersissimi & contrarijssimi, quia altissimus odio habet peccatores Ecclesiastic 12. *Confœderati sunt inuicem & vniti.* Deus enim filiam humani generis, scilicet, naturam humanam in vnitatem assumpsit, & sic de nostro genere factus fuit, & nos de suo, & ita inter nos & ipsum fœdus perpetuum est ligatum, amor perpetuus est combinatus, obligatio mutua interiecta, quod perpetuo dissoluere nullus debet. Vnde Deus pater poterat dicere illud Genesis 9. *Ponam arcum meum in nubibus & erit signum fœderis inter me & inter terram.* In nubibus enim, id est, in puris Mariæ visceribus fuit positus arcus fœderis. id est, Dei filius benedictus, qui inter Deum & terram fœdus, pactum, & amicitiam reparauit. Antiquitus enim pacta fiebant, & treugæ seu fœdera ligabantur quando manus ad manum applicabatur & extendebatur. Et talis fœderatio vocabatur dextera: Vnde 2. Machab. 11 *Damus dexteras securitatis.* Et ibidem. *Bene igitur feceris si dexteram dederis.*

¶ Item quandoque vitulus occidebatur, & in duo diuidebatur, & illi, qui erant fœderati, per vituli medium transibant, sicut ad plenum innuitur Hierem. 34. *Vitulum conciderunt in duas partes, & transierunt inter diuisiones eius Principes Iuda & principes Hierusalem, &c.* supple volentes inire fœdus. Et etiam Nee. 6. *Veni, & percutiamus fœdus in vitulis.*

¶ Item quandoq. aqua super terram effundebatur in signum; quod sicut de terra & aqua superessusa efficitur vnum, sic Deo & populo sibi fœderato debebat ex tunc perfecta vnitas, amor, & charitas reperiri, & sic loquitur 1. Regum 7. *Conuenerunt in Masphat, hauserunt aquam, & effuderunt in conspectu Domini.* Et reuera charissimi, istis modis fuit, vt videtur, nobis Dominus fœderatus in cruce. Ibi interuenerit sanguinis effusio, manuum in cruce extensio, aquilæ de suo latere effusio. Et sic pro certo nobiscum fuit confœderatus; & perpetuis amicitiæ vinculis alligatus, vt ipse cuilibet viro iusto possit dicere illud Genesis 9. *Hoc est signum fœderis, quod do inter me & te.* C

¶ In quibus verbis potest ostendi, quod istud fœdus, quo nos sumus cum Domino fœderati, & etiam quodcunque fœdus seu conuentio nostra debet habere

Stabilitatem indefectibilem,
Fidelitatem inuiolabilem,
Communitatem indissolubilem.

Fœdus igitur & confœderatio charitatis & amicitiæ nostræ debet esse stabiliter firmata, quod ostenditur cum dicitur, hoc est, fideliter seruata (Fœdus inquit) quod secundum Isidor. dicitur à fidus, da, dum, seu à fide. Communiter ligata, quia debet esse Inter me & te.

¶ Primo igitur dico, quod omnis fœderatio debet habere durabilem stabilitatem, non enim debet homo, qui cum Deo fœderatus est, per peccatum aliquod illud irrumpere, nec eius aduersario diabolo consentire (hoc est inquit.) Sicut enim vasallus, qui ratione feudi Domino suo fœdus & fidelitatem fecit, si rupto fœdere eius aduersario se copulat, feudum amittit, & etiam proditor reputatur. Sic vere charissimi, homo, qui in baptismo Deo fœderatur & copulatur & fœdus gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro, ab ipso se tenere & sperare probatur, si suo aduersario diabolo per peccatum coniungitur (contra illud Iud. 2. *Non ferietis fœdus cum habitatoribus terræ huius*) tunc fœdus, quod initum fuerat, violatur, & ius, quod habebat in feudo Paradisi, penitus annullatur. Stabilis igitur debet esse ista fœderatio, quod ostenditur, cum dicitur. (Hoc est) ac si durabilis est, & non deficiet nec cessabit. Vnde 2. Paralip. 10. *Inter me & te fœdus est* Sicut enim membra inter se & cum capite sunt perpetuo fœdere copulata, sic inter nos & inter nos similiter & cum capite nostro

Christo ita debemus firmiter fœderari, quod nullo modo debemus ab huiusmodi fœdere separari. Quod tamen est contra multos, qui reuera non seruant nec Deo nec proximo fidelitaté nec fœdus, ita quod de eis potest dici illud Esa.24. *Terra infecta est ab habitatoribus suis, quia* (inquit) *transgressi sunt leges, mutauerunt ius, dissipauerunt fœdus sempiternum.* Et reuera charissimi, inter Deum & hominem & proximum debet esse fœdus sempiternum & firmum, quod tamen hodie multipliciter rumpitur, & diuersimode violatur, iuxta illud Os.8. *Transgressi sunt fœdus meum.* Vnde nota, quod quidam fœdus Dei rumpunt, confœderando se cum carne per luxuriam, quidam confœderando se cum mundo per auaritiam, quidam confœderando se cum dæmonibus per errorem & idololatriam, quidam confœderando se cum principibus per adulationem & fallaciam. Omnes isti figurati sunt in filijs Israel, qui quamuis fœdere perpetuo se Domino coniunxissent, ipsi tamen contra formam pacti, *vxores alienigenas acceperunt, & eis confœderati fuerunt,* sicut dicitur Neem.9.& 10.

D ¶ Vxores enim alienigenæ sunt prædictæ diaboli filiæ, sc. luxuria, auaritia, infidelitas, adulatio.

¶ Quidam igitur confœderantur cum luxuria, & istud est fœdus nimis fœdum, quod cum initũ est vix potest dissolui. Istud enim est sicut bitumen asphalti, quod indissolubiliter ligat & iungit, ita, quod nec aqua nec igne potest dissolui, quia vere luxuria ita fortiter ligat, quod si quis ipsa ligatus fuerit vel linitus, vix aut nunquam se poterit expedire. De isto malo fœdere loquitur scriptura Esa.57. *Suscepisti* (inquit) *adulterum, dilatasti cubile tuum, & pepigisti cum eis fœdus.*

¶ Quidam fœderantur cum auaritia. Auaritia enim est filia diaboli ditissima, cum qua pro certo videntur fœderati omnes diuites huius mũdi, ita quod recedere ab ea nunquam possunt. Vnde ipsi possunt dicere illud prædictum, Esa.48. *Pepigimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum.* Auaritia enim & mors & infernus dicitur propter insatiabilitatem suam, quia sicut dicitur Prou. 27. *Infernus & perditio non implebuntur, similiter & oculi hominum insatiabiles.*

¶ Quidam insuper confœderantur cum dæmonibus per infidelitatem. Et isti sunt sortilegi hæretici, & alij similes qui cum dæmonibus habent secreta pacta & fœdera. Figurati in populo Iabes Galaad, cui Rex Amon se confœderare voluit, sub tali tamen pacto & fœdere, vt oculos eorum dextros erueret, sicut dicitur 1.Reg. 11. Iabes enim interpretatur siccitas, Galaad interpretatur testes transmigrantes, quia vere tales hæretici, qui siccitate indeuotionis carent, & qui testes falsitatis existentes pacta Dei transmigrant & transgrediuntur, cum Rege Amon diabolo tale fœdus inijsse videntur, quia pro certo dextrum oculum, id est, lumen veræ & certæ fidei eis aufert, & sinistrum oculum, id est, malam & falsam fidem eis dimittit & infert Iudic.c.8. *Filij Israel fornicati sunt cum Baalim percusseruntque cum Baal fœdus.*

¶ Quidam insuper fœderantur cum principibus & magnatibus per adulationem & fallacitatem, adulatores enim nihil aliud quærunt nisi per adulationem decipere, vt sic possint se cum talibus fœderare. Vnde Ose.12. *Fœdus cum Assyrijs iniit, & oleum in Aegyptum ferebat.* Vide illam auctoritatem expositam supra de adulatione Ose 10. *Ferietis fœdus cum mendacio.* Et pro certo qui cum potentibus adulantur, necesse est, quod fœdus cum mendacio percutiant & sectentur. Nunc sic charissimi, nec confringamus nec irritum faciamus fœdus, quod habemus cum Deo per quascunque alias confœderationes, sed istud fœdus stabiliter & inuiolabiliter confirmemus, quia vere sicut dictum est, fœdus debet habere durabilem stabilitatem. Ait enim præco, pacto seruato, hoc est inquit; *Recordaberis fœderis sempiterni quod pepigit tecũ.*

E ¶ Secundo dico, quod istud fœdus debet habere notabilem fidelitatem, quod ostenditur in isto nomine fœdus, quod dicitur à fidus vel à fide, quia vere illi, qui sunt per fœdus & pactum inuicem confœderati, debent sibiipsis esse fidi, fideles & securi. Quod tamen est contra multos qui reuera quanquam per amicitiam vel per genus sint inuicem fœderati, ipsi tamen sibijpsis fidelitatem non seruant, sed per proditiones & deceptiones fœdus suum multipliciter interrumpunt & lacerant. De quibus potest dici illud Rom.1. vbi Apostolus ait de talibus, quos vocat *insipientes, incompositos, sine affectione, sine fœdere, sine misericordia.*

F ¶ Tertio dico, quod istud fœdus debet habere indiuisibilem communitatem, quod ostenditur cum dicitur: Inter me & te. Ista enim verba inter me & te denotant quandam mutuam cõmunitatem & æqualitatem, quia pro certo inter fœderatos debet esse communitas & æqualitas. Ita enim ligatur & obligatur vnus, vt alius pauper sicut diues, & econuerso. Quando enim ad fœdus amicitiæ venitur, omnes æquales esse censentur, quãdo nulla cõsideratur in maioritate diuersitas, quando in fœdere charitatis est vnitas & communitas, quod ostenditur in ista præpositione inter: quæ est præpositio duos diuersos terminos ligans, & ad communitatem reducens. Vnde de ista communitate dicitur Zach.6. *Concilium pacis erit inter illos.* Et 2.Par.16. *Fœdus inter me & te est.* Inter adamantem & ferrum est quædam naturalis confœderatio, seu connexio, ita quod Adamas ferrum attrahit & ipsum sibi copulat, & coniungit. Inter rutam & ficum videtur esse quædam amicitia naturalis, quia sc. ruta melius dicitur proficere, si iuxta ficum fuerit seminata. Inter oliuas & mala granata est quædam naturalis conformitas, quia sc. si vna fuerit iuxta aliam plantata, dicuntur sibi inuicem proficere, & altera alteram in suis operationibus adiuuare. Sic vere charissimi inter Deum & hominem, & vxorem, & virum, & proximũ cum proximo debet esse quædam confœderatio, seu quædam amicitia spiritualis, qua procul dubio vnus tenetur alteri, ita quod alter virtute & efficacia alterius debet proficere, & perfectionem aliquam exinde recipere & habere. Vnde Prou.14. *Inter iustos morabitur gratia.* Sit igitur inter tales perfecta charitas & cõmunitas, vt sc. ille, qui est perfectior & potentior, alterũ adiuuet & supportet. Quando enim pauperes sunt situati & plantati iuxta diuites, ignari iuxta sapientes, imperfecti iuxta perfectos, iuuenes iuxta prouectos, exinde debent proficere, & tẽporaliter atq; spiritualiter adiuuari, vt de talibus sic adiutis & ad communitatem meliorum admissis dicatur illud, Sap.5. *Computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est.* Ista etiam possunt dici de confœderatione Dei & hominum. Ex quo n. fuit inter eos confœderatio incarnationis, ferrum, ruta & oliua, i. peccator durus, vt ferrum per obstinationem, amarus, vt ruta per desperationem, debilis, vt oliua per imperfectionẽ, fuit ad bonũ attractus & inclinatus, & virtute tantæ cõmunitatis bonis operibus fœcũdatus. De tali igitur fœdere, & communi colligatione põt dici illud iam prædictum 2. Paral.16. *Inter me & te fœdus est.* Ista n. sunt contra multos, quia vere multi sunt hodie, qui quãuis sint inuicem fœderati, vel per genus, vel per amicitiam colligati, nullam tamen inter se videntur habere communitatem, quia sc. nullus alteri bona sua communicat, aut ipsum adiuuat aut supportat. Istud videmus de illis qui sunt eiusdem generis, eiusdem operis, eiusdẽ regionis, eiusdem religionis, eiusdem ecclesiæ, eiusdem patriæ, ipsi tamen non habẽt inter se communitatẽ, sed cõtrarietatem, non pacem, sed litem, non amorem sed rancorem, nõ dilectionem, sed dissensionem; non concordiam, sed inuidiam. Sicut n. pluma aquilæ & penna columbæ nullam habent contrarietatẽ exterius apparentem, habent tamen occultam contrarietatem, quia pluma aquilæ pennam columbæ attenuat & corrodit, sic vere charissimi multi sunt, qui quamuis prima facie videantur esse similes & cõformes, amici & fœderati, sæpe tamen fit, quod intus habent aliquam occultam contrarietatem sc. aliquam radicem odij vel inuidiæ, per quam vnus alteri inimicatur, & per quam detrahendo, nocendo, inuadẽdo publice vel occulte alter ab altero corroditur & grauatur. Vnde de tali potest dici illud Luc.22. *Facta est dissensio inter eos, quis eorũ videretur esse maior.* Ista tamen dissensio seu contrarietas, vt communiter habet fieri inter tales ratione bonorum temporalium. Canes enim tunc inter se habent litigam, quando habent aliquod os inuicem corrodere, quilibet enim vult ipsum rodere solus, & ideo solent contra alium pro ipso pugnare. Guerræ etiam, vt constat, non fiunt inter animalia nisi ratione cibi, vel ratione vxorum, vt dicit Aristot. Sic vere charissimi, istæ dissensiones & lites, inuidiæ & contentiones inter tales solent consurgere ratione ciborum temporalium, vel ratione vxorum, id est, præbendarum & beneficiorum spiritualium. Istæ enim solent inter homines iurgia suscitare, iuxta illud Prouerbiorum.13. *Inter superbos, semper sunt iurgia.* Quod bene figuratum est Genes. cap.13. vbi dicitur, quod *quia substantia Loth & Abraham erat nimia, non simul habitare poterant, & ideo facta est rixa inter pastores vnius, & pastores alterius.* Quia breuiter istud est verum, quod illi, quorum possessio est nimia, scilicet, mundi diuites & potentes vix possunt pacifice habitare. Non sic charissimi, non simus contrarij vel diuersi, sed habeamus charitatem & concordiam atque pariter vnitatem, inter me & te, fratres enim sumus. Igitur dico, quod inter nos debet esse fœdus, vt, scilicet, alter alterum diligamus & alter alteri fidelitet

delitet siccat ramus. Deus enim fœdus & fidelem ligam & amicitiam summe videtur diligere, quod patet quia ipse cum genere humano, vt visum est fœdus legitur fecisse, & in arca fœderis & in tabernaculo fœderis dicitur habitasse. In scriptura enim inuenitur

Tabernaculum fœderis,
Arca fœderis,
Volumen fœderis,
Verba fœderis,
Sanguis fœderis,
Tectum fœderis,
Arcus fœderis.

G ¶ Tabernaculum fœderis est ecclesia. Arca fœderis est virgo Maria. Volumen fœderis est S. Scriptura. Verba fœderis sunt diuina eloquia. Sanguis fœderis sunt Christi tormenta. Tectum fœderis est cœli patria. Arcus fœderis est Christi persona. Ecce igitur quomodo omnia, quæ ad Deum spectant, nomen pacis & fœderis secum portant.

¶ Est igitur tabernaculum fœderis, id est, Ecclesia, quod debemus per fidem sectari, Numer. 8. *Leuitas separabis de medio filiorum Israel, vt sint mei, & ingrediantur tabernaculum fœderis, vt seruiant mihi.*

¶ Item est arca fœderis, id est, B. virgo Maria, cui debemus famulari Ios. 3. *Ecce arca fœderis Domini.*

¶ Item est volumen fœderis, id est, S. Scriptura, in qua debemus meditari, Exod. 24. *Assumens Moyses volumen fœderis Domini, legit coram omni populo.*

¶ Item sunt verba fœderis, quæ sunt Dei mandata, quæ debemus operari, Deut. 29. *Hæc sunt verba fœderis, quæ præcepit Dominus Moysi.*

¶ Item est sanguis fœderis, qui signat Christi passionem, quo debemus per compassionem aspergi, & irrigari. In Scotia enim sunt quædam prouinciæ, vbi homines fœdus inituri, sanguinem alter alterius bibent, & confœderati amplius se diligunt. Tale est fœdus Dei, & hominum. Ipse enim bibit sanguinem nostrũ, carnem & sanguinem assumendo. Nos autem sanguinem suum bibimus, ipsum in sacramento recipiendo, Exod. 24. *Hic est sanguis fœderis, quod Dominus pepigit vobiscum.*

¶ Item tectum fœderis, quod signat cœlestem patriam, vbi debemus læte gloriari. Et de hoc dicitur Num. 14. *Apparuit gloria Domini super tectum fœderis.*

¶ Item est arcus fœderis, qui signat diuinam secundam personam, quæ pro hominibus voluit incarnari. Et de hoc dicitur Gen. 9. *Arcum meum ponam in nubibus*, i. e. Filium in Mariæ visceribus, & erit signum fœderis inter me & terram. Patet igitur, quomodo inter Deum & hominem sunt multa fœdera, quomodo Deus multis modis nobiscum iungit amicitias atque pacta. Inter me (inquit) & te. Nos etiam econuerso cum ipso fœdus iungamus, vt à fide ipsius nunquam per peccatum & hæresin recedamus, 2. Paral. 29. *Placet mihi, vt ineamus fœdus cum Domino, &c.* Vide de pacto. Sic igitur patet, quod fœderatio nostra debet habere communitatem indiuisibilem, fidelitatem indissolubilem, stabilitatem indefectibilem semper durabilem, &c.

A **Fel.** Nota, quod Fel, quod est res amarissima, potest plurima significare: signat enim

Contritionis amarum saporem,
Vexationis mundanæ dolorem,
Infectionis peccati liuorem,
Damnationis inferni furorem.

¶ Est igitur Fel interioris contritionis. Fel enim amarum est, & tamen vtile medicinæ, quæ scil. Fel auium rapacium valet ad claritatem oculorum. Vnde vir contritus, & pœnitens potest dicere de Domino illud Thren. 3. *Circumdedit me felle & labore, collocauit me in obscuris.*

¶ Est etiam Fel exterioris vexationis seu tribulationis. Amara enim est tribulatio mundana, sed sana & vtilis peccantibus & patienter sufferentibus. Figurata, sc. in felle piscis, quo Tobiæ oculi sunt sanati, Tob. 6. & 11. Ideo Christus poculum fellis voluit pro nobis sumere, vt nos posset à cæcitate culpæ & miseriæ liberare Ps. *Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto.*

¶ Item est Fel deterioris infectionis scilicet, Fel peccati. Peccatum enim Fel dicitur, eo quod sicut Fel est amarum & corporis caterem fœdat quando in corpore nimis abundat, sicut patet in ictetica passione, sic peccatum amaritudinem remorsus conscientiæ secum portat, & cutem conuersationis si abundet, maculat, & inquinat. Vnde diabolus potest de peccatoribus dicere illud Hier. 23. *Ecce ego cibabo populum meum absinthio, & potum dabo eis aquam fellis.* Potissime autem peccata, quæ de sui natura sunt amara, intelliguntur per Fel, sicut est inuidia, iracundia & tristitia. Vnde Actor. 8. *In felle amaritudinis & obligatione iniquitatis video te esse.*

¶ Item est Fel posterioris damnationis, scilicet, turbationis infernalis de qua Deut. 32. *Vua eorum, vua fellis, & botrus amarissimus.*

**Fœlix. Fœlicitas.** Sicut & beatitudo, status est omnium bonorum aggregatione perfectus. Quamuis autem fœlicitas quandoque sumatur pro fortuna, seu pro gloria temporali, sicut illud Sen. Infœlicissimum genus infortunij est aliquando fuisse fœlicem: & illud Senecæ in epistol. Res est inquieta fœlicitas, alios in superbiam, alios in luxuriam agitans, proprie tamen loquendo fœlicitas sumitur pro primo significato. Paucæ vel nullæ sunt auctoritates. Transeo gratia breuitatis. Vide vbi beatitudo, vbi gloria æterna, & vbicunq; agitur de prosperitate. A

**Fœmina.** Nota quod cum fœmina sit nomen sexus mollioris, infirmioris, frigidioris, calidioris, ideo spiritualiter loquendo potest in scriptura diuersimode designare. Potest enim significare in bono, & in malo. In bono enim potest significare hominem clementem, misericordem, mollem, pium, visccrosum, & benignum. Vnde de creatione hominis dicitur Gen. 1. *quod Deus ad imaginem suam creauit eum, masculum & fœminam creauit eos.* Item potest significare in malu, & sic per fœminam intelliguntur viri imperfecti, & peccatores virtute & fortitudine carentes. Vnde Deut. 22. *Vir non vtetur veste fœminea*, quasi diceret; Fœmineitas non decet virum. A

¶ Primo igitur potest fœmina accipi in bono, & sic potest significare quemlibet virum misericordem. vel quemlibet virum subditum & inferiorem. Et potissime per fœminam in scriptura potest intelligi B. Virgo, & etiam quælibet sancta. Sicut enim fœmina de natura sua est pulchrior & formosior, mollior & humidior etiam circa fœtum diligentior & attentior, & naturaliter clementior, & benignior, sic vere B. virgo fuit & spiritualiter & corporaliter pulcherrima. Vnde Cant. 5. dicitur, *Pulchra es & decora filia Ierusalem.* Fuit etiam & est per benignitatem mollissima. Vnde dicitur mulier quasi mollis aer. Vnde Prou. 11. *Mulier gratiosa inueniet gloriam.* Fuit etiam & est circa fœtus suos, id est, erga peccatores sibi deuotos defendendos, scil. & miserandos diligentissima, & ad eis benefaciendum clementissima. Figurata in illa fœmina, quæ defendendo se alios Abimelech interfecit Iud. 9. De quo dicitur ibid. *Manus fœminæ deiecerunt eum.* Istam igitur fœminam Dei filius concupiuit. Huic fœminæ se matrimonialiter copulauit. Infra sinum istius fœminæ per incarnationis gratiam reclinauit. Iuxta illud Ier. 31. *Creauit Deus nouum super terram.* Fœmina circumdabit virum. De ipsa igitur potest intelligi illud Iud. 5. *Pulcherrima fœminarum eligitur ei.* Aduerte igitur quod ista fœmina habet venustatem gloriosissimam, quia dicitur pulcherrima. Pietatem fluentissimam quia dicitur fœmina fœminarum. Dignitatem affluentissimam quia eligitur eis Ista enim

| | | | |
|---|---|---|---|
| Quantum ad | Exteriora<br>Interiora,<br>Superiora | fuit | gratissima,<br>pijssima,<br>dignissima. |

Dico igitur, quod ista habuit gratiosissimam venustatem, quia dicitur pulcherrima. Ista enim fuit pulchra facie, sed pulchrior fide, pulchra honestate, sed pulchrior sanctitate, pulchra in apparentia exteriori, sed pulchrior in conscientia interiori. Ista o. est sicut panthera inter animalia, cuius pellis est pulchrior, cuius anhelitus est suauior, cuius animus est liberalior, cuius etiam modus est familiarior. Et ideo ista bestia ab omnib. præter draconem diligitur & frequentatur, à dracone vero fugitur & timetur. Talis proculdubio fuit, B. virgo, ipsa enim omnium aliarum mulierum fuit pulcherrima non solum spiritualiter imo & corporaliter in tantum, quod B. Dionysius (cui Paulus Apostolus ipsam ostendit) fertur dixisse ista verba, nisi inquit fide illuminatus essem, alium Deum non crederem præter istum. Vnde de ipsa potuit dici illud Cantic. *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.* Anhelitum etiam, id est, vocem habuit suauem & dulcem, omnibus dulciter respondendo & nulli iure loquendo. Canticorum cap. 4. *Sicut vitta coccinea labia tua, & elo-* G

*quam tuam dulce.* Ista etiam habet animum liberalissimum, nulli enim denegat benefacere, omnibus paratum est subuenire. *Ista enim est fons patens domus Iacob*, Zach.13. Et ideo breuiter istam debent omnes per deuotionem, & orationem frequentare, diligere & honorare, cum parata sit omnes benigniter adiuuare. A facie n. istius draco diabolus timet & turbatur, & in eius præsentia apparere nō audens tota virtus eius virtute virginis eneruatur. Ideo de eius virtute & pulchritudine dicitur Cant.6. *Pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castrorum acies ordinata.*

¶ Ista est pulchra vt luna, propter candidissimam castitatem, electa vt sol, propter feruentissimam charitatem, terribilis, scil. draconi diabolo propter excellentissimam potestatem, ordinata, propter rationabilissimam voluntatem.

¶ Ista enim fuit pulchra respectu sui, electa respectu Dei, terribilis respectu diaboli, ordinata respectu proximi, pulcherrima igitur. Ideo breuiter recurrere potest ad eam quilibet deuotor, & dicere illud Cant. 7. *Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis filia Principis.* Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis, & facies tua decora. Dico igitur, quod ista quantum ad exteriora fuit gratissima, & in hoc potest etiam dici fœmina, quia sic fœminæ habent, vt communiter facies magis gratas & pulchras, quam viri, ideo etiam potest dici illud Cant.5. *Qualis est dilectus tuus ô pulcherrima inter mulieres.*

¶ Insuper dico, quod ista potest dici fœmina, quia quantum ad interiora fuit pijssima, quod ostenditur, cum dicitur: (Fœminarum.) Fœmina enim de sui natura est valde mollis, & humida. Et ideo propter abundantiam humorum facilius solet lacrymari, quam vir. Sic vere charissimi, ista super omnes est plena humore pietatis, & ideo stillas & lacrymas dulcoris & compassionis emittit, quibus peccatores rigantur, & quibus suæ indeuotionis ariditas temperatur. Vnde ipsa potest dicere illud Gen. 31. *Iuxta consuetudinem fœminarum accidit mihi.* De consuetudine enim est, quod ipsæ debent esse clementer & benignæ. Et ideo ad istam debent aliæ fœminæ, i. aliæ personæ piæ & deuotæ recurrere, & ab ipsa pietatem recipere & haurire. Ista est n. de qua potest dici illud Hest.1. *Vasthi regina fecit conuiuium fœminarum.* Ista igitur quantum ad interiora fuit pijssima.

¶ Denique dico, quod ista quantum ad superiora fuit dignissima quia scilicet eligitur ei. Dignissima enim reputatur puella, quæ Regi Franciæ eligitur in vxorem, multo igitur fortius ista est dignissima, quæ ei, id est, filio Dei est electa. *Elegit eam Deus, & præelegit eam, & habitare eam fecit in tabernaculo suo*, vt dicitur in Psal. De ista enim dicit Dei filius in Psalm. *Hæc requies mea in sæculum sæculi, hic habitabo, quoniam elegi eam.* Vnde de ista & alijs sanctis virginibus dicitur Ecclesiast.1. *Cum electis fœminis graditur, & cum iustis & fidelibus agnoscitur*, scilicet, Deus Sic igitur patet, quod ista est fœmina gratissima, pijssima, dignissima. Sed heu proh dolor, quam paucæ sunt hodie fœminæ, quæ istis tribus conditionibus sunt dotatæ. Quia reuera paucæ sunt hodie curantes de pulchritudine spirituali, multæ vero de corporali. Quia vere hodie multæ curant de corporis ornamento, parum vero de cōscientiæ paramento. Item paucæ sunt quæ habent pietatē, multæ vero, quæ habent auaritiam & cupiditatem. Istud potissime patet de vxoribus vsurariorum & aduocatorum quæ magis sunt crudeles & cupidæ quam viri. De istis igitur est sicut de Leopardis & vrsis, inter quos, vt dicit Aristoteles fœminæ sunt fortiores & crudeliores, quia vere inter raptores & vsurarios solent quandoque mulieres crudeliores & auariores esse, & etiam crudelitatem & cupiditatem solent aliquando viros & masculos incitare ita quod pauperes possunt dicere illud Iud.9. *A fœmina interfectus sum.* quia breuiter sicut dicitur Eccles. 25. *Breuis omnis malitia super malitiam mulieris.* Item paucæ sunt, quæ habent dignitatem, multæ vero quæ habent indecentiam & vilitatem.

B ¶ Secundo dico, quod fœmina potest accipi in malo, & sic de malis fœminis possumus dicere, quod ipsæ carent dignitate spirituali, quando

Carent { Humilitate, / Fidelitate / Puritate. }

Humilitate dico, sicut sunt quædam fœminæ brigosæ, rebelles & litigiosæ, quæ non cessant voluntatibus virorum esse contrariæ similes phocis vel boacis, id est, vaccis marinis, inter quas secundum Arist. Fœminæ contra masculos dicuntur pugnare in tantum quod à suis fœminis quandoque masculi perimuntur. Sic vere multæ sunt malæ fœminæ, quæ sine humilitate & reuerentia non cessant contra viros proprios debellare, & quicquid possunt, contra eos machinari, quia sicut dicitur Eccles.25. *Mulier si primatum habeat, contraria est viro.*

¶ Item indignæ possunt dici, quando carent fidelitate, sicut sunt illæ, quæ proprios viros non diligunt, neque seruant, sed quandoque inueoenant, atq; necant. Dicit enim Aristot. quod fœmina masculo est naturaliter infidelior. Vnde dicit, quod inter eos sæpius masculus pugnat pro fœmina, non tamen econuerso, quia fœmina non pugnat pro masculo, sed potius contra ipsum. Sic vere multi sunt hodie viri fœminas suas amantes, & pro eis vestiendis & honeste reneodis laborantes, qui tamen ab ipsis non amantur sed quandoque ab eis morti traduntur & decipiuntur. Exemplum de Samsone per Dalilam decepto. De qua dicitur Iud.16. *Tradidit eum Dominus in manu fœminæ.*

¶ Item indignæ sunt illæ, quæ carent castitate. Quia secundum quod dicitur Ecclesiast. 26. *Non est comparatio animæ continentis.* Sic vere econuerso nulla est tanta vilitas & indignitas sicut fœminæ luxuriantis. Vnde Dan.11. *Et erit in concupiscentiis fœminarum.* Ad quod facit illud Hester. 2. *De triclinio fœminarum ad Regis triclinium transibant*, scilicet, puellæ. Non sic, charissimi, sed ad modum bonæ fœminæ sitis, vt dictum est supra §. Primo igitur, dignitate pollentes, pietate fulgentes, venustate excellentes.

¶ Sed adhuc dico, quod fœmina potest intelligi in malo. Et sic proculdubio per fœminam significatur mollities, imperfectio vel inconstantia, vel etiam quilibet vir imperfectus vel etiam quilibet malos actus. Fœmina n. parum habet de calore, parum de vigore, de barba nihil, & multum de humore. Sic peccator nihil habet de calore charitatis, parum de vigore, constātiæ & firmitatis, nihil de barba prudentiæ & sagacitatis, multum vero de humore carnalitatis & voluptatis, vnde talis proprie fœmina dicitur, quia mores fœmineos imitatur. Sicut enim in regno Amazonum non sunt nisi mulieres, viri enim exinde expelluntur & ibi viuere non permittūtur, sic vere inter illos, qui sunt Amazones, ab, a, quod est sine, & mazo, quod est mām̄illa, quasi sine mām̄illa misericordiæ, sc. inter mundi peccatores auaros & crudeles, nō diligūtur viri hodie, i. e. personæ virtuosę, sed potius mulieres, i. e. personę imperfectę & infructuosę. Tales n. i. e. viros bonos peccatores secū viuere nō permittunt, sed eos eijciūt & expellunt, malos vero & fœmineos magis diligūt, & ipsos secum retinent, promouent & extollunt Iob 36. *Vita eorum inter effœminatos.* Istud potissime videmus hodię in multis collegijs & Ecclesijs, in quibus plus promouentur fœminæ, quā masculi, simplices, quam eruditi, imperfecti, quam perfecti, iuxta illud Hier. *Populus meus mulieres in medio tui.* Diabolus enim est sicut Pharao, qui sicut dicitur, Exod.1. *Pueros Hebræorum præcepit destrui & submergi, fœminas vero reseruari.* Sic vere diabolus summe nititur de Ecclesia viros & virtuosos homines eradicare, & ibidem fœminas, i. e. imperfectos & inscios plantare. Iuxta illud 3. Reg.14. *Effœminati fuerunt in terra.* Vnde etiam de mollibus & imbecillibus Principibus, & Pręlatis dicitur, Esa.3. *Dabo pueros Principes eorum, & effœminati dominabuntur eis.* Ideo hodie conqueritur Moyses, i. e. Christus Num.31. *Cur (inquit) fœminas reseruastis, nonne istæ sunt, quæ deceperunt filios Israel?* Et reuera isti non essent reseruandi, sed potius de mundo eradicandi 3. Reg.15. *Abstulit effœminatos de terra*, scilicet, Aza Rex Iuda, *purgauitque vniuersas sordes idolorum.* Patet igitur, quod fœmina potest accipi in bono, & in malo, &c. Vide infra de muliere, & supra in pluribus titulis, sicut in tabulis poteris inuenire.

A **Fœmur.** Cū fœmora sint partes corporis cœteris carnosiores, in quibus natura inseruit genitalia, & in quib. vis luxuriæ & virtus generatiua quiescit, possumus dicere quod per fœmur intelligatur ipsa caro, vel ipsa carnis lascivia, seu ipsa carnalis fomitis corruptela. Notabis ergo quod

Fœmur propriæ carnis quidam { Amant & protegunt, / Velant & contegunt, / Nudant & detegunt. }

Dico igitur, quod quidam fœmur suum solent protegere. Fœmur enim carnis, i. e. ipsa conditio & inclinatio carnalis valde est debilis, & ad luxuriæ peccata procliuis, & ideo necesse est, quod gladio diuini timoris armetur, ense orationis tueatur, & cingulo temperantiæ stringatur. Vnde Psalm. *Accingere gladium tuum super fœmur tuum potentissime.*

Item

¶ Item quidam fœmur solent contegere, & isti sunt honesti viri, qui pallio honestæ conuersationis contegunt actus venereos, & pudendos, quod potissime spectat ad viros Ecclesiasticos & Prælatos. Vnde de Aaron & filiis eius dicitur Exod. 28. *Facies fœmoralia linea, vt operiant carnem turpitudinis suæ à renibus vsq; ad fœmora.* Hebraicarum species ab Ezechiele fœminalia dicuntur, quibus sacerdotum verenda operiebantur, in signum quod casti & pudici esse tenebantur Ezech. 44. *Fœminalia linea erunt in lumbis eorum.*

¶ Item quidam istud fœmur solent detegere, & isti sunt illi, qui actibus libidinosis vacant. De quo Eccl. 47. dicitur ipsi Salomoni, qui valde fuit libidinosus, *Inclinasti fœmora tua mulieribus, habuisti potestatem in corpore tuo, dedisti maculam in gloria tua.* Et Ier. 13. *Nudaui fœmora tua ante faciem tuam, & apparuit ignominia tua.* Et bene dixit, apparuit ignominia tua, quia feminunditiæ fœmorales, id est, opera luxuriæ cito per infamiam diuulgantur, vixq; diu possunt latere, imo faciliter reuelantur, quod satis ad præsens figurari potest in statua Nabuchodonosor, de qua dicitur Dan. 2. quod *fœmora eius erant ex ære*, quod scil. est metallum valde clamorosum. In quo notatur, quod clamur & sonus infamiæ fœmora carnalitatis, & luxuriæ comitatur. Et breuiter luxuriosis dicitur Numer. 5. *Putrescere faciat fœmur tuum, & tumens venter tuus dirumpatur.*

B ¶ Nota vero si vis, quod antiqui Patriarchæ quando aliquem iuramento obligare volebant ipsum super fœmur suum iurare faciebant, sicut patet Genes. 47. vbi Iacob dixit Ioseph; *Pone manum tuam super fœmur meum, & iura mihi quod non sepelias me in Ægypto* Hæc autem pro tanto faciebant, quia Christum de suo semine & de suis fœmoribus corporaliter propagari sciebant, & sic in Christo venturo ipsos iurare intendebant. Nota etiam, quod per fœmur, quod est carneum, Christi caro seu humanitas intelligitur. Et ideo Apoc. 19. dicitur, quod *in fœmore & vestimento Dei erat scriptum, Rex regum, & Dominus dominantium*, ad denotandum, quod ipse Christus etiam in quantum homo Rex & Dominus Regum erat.

A **Fœnus.** Nota, quod fœnus in malo significato sumitur pro vsura, Deut. 23. *Non fœnerabis fratri tuo.* Quandoque sumitur pro eleemosyna, quia sc. sicut in fœnore amplius reportatur, quam detur, sic in eleemosyna modicum datur, & cœli gloria retribuitur. Ideo bene dicitur Prou. 19. *Fœneratur Domino qui miseretur pauperis.* Quandoque pro contributione mortua. Vnde Luc. 6. *Peccatores peccatoribus fœnerantur, vt recipiant æqualiter, &c.* omitto. Vide de vsura, vel vide si vis Mauritium.

A **Fenestra.** Nota, quod fenestra est illa domus particula, per quam domus illuminationé recipit, & per quam ille qui interius est, exterius respicit, & per quam quis intrat & exit. Igitur dico, quod est

Fenestra { Numinis, Luminis, Hominis.

Prima, scilicet, numinis fuit humana natura, per quam Deus mundum intrauit. Secunda scilicet, luminis est diuina Scriptura, per quam fides mundum illustrauit. Tertia est multiplex structura, quæ facturam hominis temperauit.

¶ Fenestra numinis est potissima, & ista est beata virgo, vel etiam humanitas ipsius Christi, quia non per ostium, sed per fenestram, quæ est via extraordinaria & inconsueta, ingressus est Dei filius in mundum, id est, per virginem gloriosam, qui ingressus valde exorbitauit à communi aliorum regula. Vnde de Salomone dicitur 3. Reg. 6. quod *ipse fecit in templo fenestras obliquas.* Et Ezech. 40. dicitur, quod *super ostia erant fenestræ clausæ.* Quia pro certo ipsa virgo & ipsa Christi humanitas, fenestræ sunt obliquæ & clausæ. Clausæ dico per virginitatem, obliquæ per extraordinariam & naturæ contrariam qualitatem.

¶ Fenestra luminis est clarissima. Ista est enim fenestra sacræ scripturæ, per quam lux Dei in Ecclesiam subintrauit. Ista est etiam fenestra per quam homo videt, & considerat quod est extra. Ex inde enim videt Paradisum, iudicium & infernum, bonos & malos, & quicquid ad fidem pertinet & ad mores. Vnde de Doctoribus & de contemplatiuis dicitur Esaiæ 60. *Qui sunt isti, qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas?* Et Prou. 7. dicebat Salomon: *De fenestra domus meæ per cancellos prospexi.*

¶ Fenestra hominum est latissima. Homo enim multas habet fenestras, quæ omnes ita sunt latæ & magnæ, quod per istas homo omnia comprehendit.

B ¶ Et sic nota, quod homo habet

Fenestram ad { Ingrediendum, Recipiendum, Prospiciendum, Egrediendum.

Fenestra ad ingrediendum est natiuitas corporalis. Per natiuitatem enim intrat homo in mundum 4. Regum 13. *Aperi fenestram orientalem.* Fenestra etiam ad ingrediendum spiritualiter est pœnitentia siue fides. Per has enim fenestras intrat homo in Ecclesiam militantem, & finaliter in Ecclesiam triumphantem, & per istas exit peccatum seu mundi periculum & iactantiam. Vnde Apostolus dicebat 2. Corint. 11. *Per fenestram demissus sum in sporta, & sic euasi manus eius in nomine domini.* Aduerte enim quod ista fenestra pœnitentiæ semper debet habere verecundiam & ruborem. Et inde est, quod sicut dicitur Ios. 2. *Domus eius cuius fenestra funiculus pendebat coccineus à destructione est saluata.*

¶ Fenestra ad recipiendum est sensualitas. Quinque enim sensus quinque fenestræ sunt, per quas intra mentem recipimus omnia bona & mala Ezech 40 *Erant enim in vestibulis fenestræ.* Istæ enim sunt fenestræ quæ debent esse clausæ, & quæ semper debét esse per diligentiam custoditæ. Per istas enim proiicit diabolus sagittas ad animam per tentationem occidendam. Hiere. 9. *Mors ascendit per fenestras nostras, ingressa est domos nostras.* Per istas etiam fenestras multa vana inaniter respicimus, propter quæ Deum offendimus, & turbamus Eccles. 21. *Stultus à fenestra respicit in domum* De Michol eriam legitur 2 Reg 6. quod *ipsa per fenestram, vidit Dauid saltantem, & contempsit eum* De vana etiam lætitia quæ in fenestris oris & oculorum apparet, dicitur Soph. 2. quod *vox cantantis in fenestra eorum in superliminari.*

¶ Fenestra ad prospiciendum est rationalitas, Id est, intellectus vel voluntas Cant. 2. *En ipse dilectus stat post parietem nostrum respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos.*

¶ Fenestra ad egrediendum est mortis necessitas. Mors enim est quædam fenestra strictissima, in tantum, quod qui per eam de mundo egreditur, nihil secum portare permittitur, imo nudus necesse est, vt emittatur, Ioan. 2. *Per fenestras cadent, & non demolientur*, scilicet, quantum ad animam. Et hæc sufficiant de fenestris. Vide de ostio, & de foramine, & de similibus.

**Fœnum.** Cum fœnum sit herba, quæ pro pabulo ignium vel pastura animalium colligitur & siccatur quæ scilicet, eodem anno, quo nascitur ca terra euellitur, & cum ardorem solis sustinere non possit, rore, & humore faciliter spoliatur, videtur, quod per fœnum possunt illa omnia denotari, quæ facile solent deficere, vel euelli. Omne enim quod habet esse omnino defectibilem atq; ratam per fœnum intelligitur, quod scilicet in suo esse non durat, sed continuo dissipatur. A

¶ Sic igitur dicam quod per fœnum intelligitur

Mundi prosperitas, quæ cito pallescit,
Carnis formositas, quæ cito marcescit,
Vitæ labilitas, quæ statim arescit,
Malorum prauitas, quæ cito sordescit,
Virtutum puritas, quæ cito virescit,
Doctrinæ sanitas, quæ nunquam putrescit,
Pauperum vilitas, quæ dolens stupescit,
Culparum raritas, quæ cito euanescit.

¶ Igitur dico, quod per fœnum intelligitur facile pallescẽs mundi prosperitas. Ista est cibus iumentorum, i. e. hominum studium mundanorum, Psalm. *Producens fœnum iumentis, & herbam seruituti hominum.* Ista est etiam, quæ parum solet durare, quia etsi cito solet crescere, cito tamen solet deficere, Esa. 40. *Omnis gloria eius quasi flos fœni.* Et Iacob 1. *Exortus est sol cum ardore suo, & arefecit fœnum, & flos eius decidit.* Ardor enim aduersitatis faciliter desiccat fœnum, & florem prosperitatis. B

¶ Item per fœnum intelligitur facile marcescens carnis formositas Esa. *Omnis caro fœnum.* Et ibidem. *Vere fœnum est populus.* Caro n. defectibilis est, & vana pulchritudo ipsius, subito per antiquitatem vel mortem est pertransibilis & caduca Eccles. 14. *Omnis caro sicut fœnum veterascet.* Esa. 40. Exsiccatum est fœnum, & cecidit flos, & decor vultus eius deperiit. C

¶ Item per fœnum intelligitur facile decrescens vitæ labilitas. Vita enim humana ad modum fœni cito deficit. Et si hodie est, cras perit Matth. 6. *Fœnum agri, quod hodie est, cras in clibanum mittitur.* D

¶ Item per fœnum intelligitur facile sordescens culpæ malignitas, seu malorum prauitas. Ipsi enim peccatores fœnum di- E

cuntur, & hoc quia parum in vigore suæ prosperitatis durabunt, imo per mortem siccabuntur, & à iumentis, id est, à dæmonib. deuorabuntur & inferni incendiis cremabuntur & exsiccabuntur. Exsiccabuntur dico. Vnde 4. Reg. 19. *Facti sunt sicut fœnum agri, & virens herba tectorum, quæ arefacta est antequam veniat ad maturitatem.* Psal. *Fiant sicut fœnum tectorum, quod priusquam euellatur, exaruit.* Deuorabuntur etiã. Vnde de diabolo dicitur Iob 40. quod *fœnum quasi bos comedet.* Cremabuntur insuper, & comburentur Apoc. 8. *Omne fœnum viride combustum est.*

F ¶ Item per fœnum intelligitur iugiter virescens virtutum puritas. Ipsi enim viri iusti sunt sicut prata virentia, vbi fœnum, id est, virtutum congeries nascitur, quo iumenta, id est, simplices per bona opera nutriuntur, Prouerb. 27. *Aperta sunt prata, apparuerunt herbæ virentes, & collecta sunt fœna de montibus.* Ipsi enim viri iusti virtuosi per fœnum intelliguntur, qui semper virentes & florudi esse noscuntur. Psalm. 101. *Percussus sum, vt fœnum, & aruit cor meum.*

G ¶ Item per fœnum intelligitur nequaquam putrescens, seu torpescens doctrinæ sanitas. Ipsa enim simplex doctrina S. Scripturæ per fœnum intelligitur, in qua iumenta, id est, simplices impinguantur. Vnde Matth. 14. & Marc. 6. dicitur, quod *Iesus præcepit turbis discumbere super fœnum.* Istud est fœnum, quod montes, id est, contemplatiui doctores, Prophetæ & Apostoli produxerunt & nutrierunt, Psal. *Producit in montibus fœnum, & herbam seruituti hominum.* Aduerte tamen, quod mali montes producunt malum fœnum, id est, mali doctores & hæretici malam scientiam, & corruptam. Dicit enim Plin. lib. 2. c. 106. quod in ponto fluuius est astaces in cuius pratis oues, quæ ibi nutriuntur, vel quæ fœno ipso pascuntur lac nigrum proferre noscuntur. Tales enim corrupti doctores, seu talia mala prata, quos scilicet fluuius corruptæ scientiæ rigauit, fœnum malæ doctrinæ proferunt, & ideo qui talium fœno pascuntur, lac nigrum, id est, opera mala producunt, Psalm. 105. *In similitudinem vituli comedentis fœnum.*

H ¶ Item per fœnum intelligitur facile gemiscens pauperum vilitas. Fœnum enim est herba tenuis & minuta, modici pretii vel momenti, quæ ab animalibus depascitur, & etiam conculcatur. Sic pauperes à tyrannis per crudelitates & rapinas conculcantur, & depascuntur, Zach. 12. *Ponã duces Iuda, quasi facem ignis in fœno.* Et tamen Apo. 9. dicitur, quod *malis locustis præceptum est ne læderent fœnum terræ*, quia scilicet pauperes nunquam debent lædi à principibus & tyrannis, qui tamen contrarium faciunt, quia etiam de locusta & bruco dicitur in Psalm. 104 *quod comedit omne fœnum in terra ipsorum, & comedit omnem fructum terræ eorum.*

I ¶ Item per fœnum intelligitur cito euanescens culparum raritas, sc. ipsa peccata venialia, quæ leuia sunt, & facile igne purgatorii seu pœnitentiæ consumptibilia sicut fœnum. De quo 1. Cor. 3. *Si quis superædificauerit aurum, argentum, & lapides pretiosos, lignum, fœnum, stipulam, vniuscuiusq; opus manifestum erit.* Per lignum enim fœnum, & stipulam intelliguntur venialia, quæ facile consumuntur. Sufficit de fœno.

A **Fera.** Cum feræ sint illa animalia, quæ per syluas & deserta loca vagantur, nullique iugo disciplinæ subduntur, humanis viribus nullatenus submittuntur, ab hominum consortio segregantur, & inter se solitarie commorantur, notare possum moraliter, quod in scriptura reperitur

Fera terribilis, animas iugulans,
Fera damnabilis, pauperes tribulans,
Fera laudabilis, mundo exulans.

Est (dico) fera terribilis & perniciosa. Et ista est diabolus. Feræ enim naturaliter sunt crudeles & bestiarum innocentium inimicæ, sicut patet de leonibus & pardis & similibus. Sic dæmones crudeles sunt hominum inimici. Vnde Gen. 37. *Fera pessima deuorauit filium meum Ioseph.*

B ¶ Est etiam fera damnabilis & periculosa. Et sic per feram intelligitur tyrannus & quilibet impius, quia impius & tyrannus è societate hominum, id est, Dei & Sanctorum, bonorumque & rationabilium personarum alienus, animalium simplicium, id est, pauperum est inimicus, & sanguinis eorum, id est, eorum temporalis substantiæ sitibundus. Vnde in figura talium de Nabuchodonosor dicitur Dan. 4. *Cum feris sit pars eius in herba terræ, cor eius ab humano commutetur, & cor feræ detur ei.* Sequitur: *Et cum feris sit pabulum eius.* Istæ enim feræ à ferocitate dicuntur, quia contra pauperes, & innocentes velociter debacchantur. Vnde de Ismael dictum est Gen. 1. *Hic erit ferus homo, manus eius contra omnes.*

C ¶ Est insuper fera laudabilis atque virtuosa. Et sic per feras intelliguntur omnes eremitæ, & homines solitariæ vitæ, qui societatem hominum fugientes, syluas & eremos frequentant, & sic à mundi pompis & vitiis se abdicant vt liberius Deo vacent. De talibus dicit Dominus illud Ps. 49. *Meæ sunt omnes feræ syluarũ, iumenta in montibus & boues, meæ sunt omnia volatilia, &c.* Vnde etiam de illis sanctis hominibus à crudelitate tyrannorum & idololatriæ periculo fugientibus dicitur 2. Mach. 5. quod *inter feras vitam agebant.*

A **Fermentum.** Nota, quod fermentũ dicitur à ferueo, ferues. Facit enim pastam eleuari, intumescere, & feruere. Modicum enim fermentum in magna farinæ massa positum, ipsam solet ab ipsa naturali azymali puritate quam primitus habebat, corrumpere, & in aliam conditionem conuertere & mutare. Potest igitur in bono & in malu significare. Sic dicam, quod

Fermentum significat
- Charitatis feruorem,
- Malitiæ liuorem,
- Iracundiæ furorem,
- Luxuriæ fœtorem,
- Hypocrisis pallorem,
- Fallaciæ errorem.

Ista enim omnia fermento comparãtur, vel quia feruere faciunt suo modo, vel corrumpere comprobantur.

B ¶ Est igitur fermentum, charitatis & amicitiæ. Istud est enim quod mentem facit feruere, & homines desideriis æstuare. Panis enim fermentatus sauior est, vt communiter, quam azymus. Et inde est, quod mulier euangelica commendatur, quia fermẽtum in tribus satis farinæ posuisse prædicatur, sicut dicitur Luc. 13. In hostia etiam pacificorum panes fermentati iubebantur sicut patet Leu. 7. Panes etiam duo fermentati pro primitiis Domino iubebantur offerri, & cum eis septem agni anniculi, & vnus vitulus, & vnus aries immolari, sicut dicitur Leu. 23. In quo notatur, quod mulier euangelica, i. e. ecclesia vel anima, cum tribus satis farinæ, i. cum fide Trinitatis, miscere debet fermentum intimæ charitatis, nec enim hostia pacificorum, i. pax & concordia celebratur, nec Deo debitæ primitiæ offeruntur, nisi fermentum charitatis adhibeantur, & sibi septem agni, i. septem dona Spiritus sancti, cum vitulo spiritualis lætitiæ, & ariete fortitudinis & audaciæ adiungantur, Amos 4. *Offerte mane victimas vestras, tribus diebus decimas vestras, & sacrificato de fermentato.* Istud est igitur fermentum charitatis & amicitiæ.

C ¶ Insuper dico, quod inuenitur fermentum malignitatis & inuidiæ. Quando enim fermentum malitiæ & inuidiæ cor exagitat, ipsum pro certo feruere facit & inflammat, & omnem in eo puritatem corrumpens, ipsum in alienam naturam mutat.

D ¶ Idem etiam dicitur de fermento iracundiæ, luxuriæ, hypocrisis & hæresis, seu falsæ doctrinæ. Scriptum est enim 1. Cor. 5. quod *modicum fermentum totam massam corrumpit.* Et ideo ibidem dicitur: *Expurgate vetus fermentum, vt sitis noua conspersio, sicut estis azymi.* Itaque epulemur non in fermento malitiæ & nequitiæ, sed in azymis sinceritatis & veritatis. Quod bene figuratur Leu. 5. vbi præcipitur sic: *Omnis*, inquit, *oblatio, quæ offertur Domino, absq; fermento fiet, nec quicquam fermenti aut mellis adolebitur in sacrificio.* Et ideo in omni bono opere quod Deo offerimus, seu quod pro Deo facimus, à fermento malæ intentionis, seu malitiæ, nequitiæ, inuidiæ, hæresisque, hypocrisis & fallaciæ, nec nõ à melle adulationis blanditiæ abstinere debemus, Luc. 12. *Attendite à fermento Pharisæorum*, quod est hypocrisis. Vnde Leu. 6. *Comedet Aaron cum filiis suis absq; fermento.* Et Os. 7. dicitur; *Quieuit paululum ciuitas à commixtione fermenti.* Et Matth. 16. dicitur: *Cauete à fermento Pharisæorum & Sadducæorum.* Exponit Dominus ibid. A fermento, i. e. à mala doctrina. Sic igitur patet quomodo fermentum in bono sumitur & in malo.

A **Ferre.** Cum istud verbum ferre multifarie exponatur, videtur, quod ipsum simpliciter omnia illa significet, quæ sua composita significant. Et sic patet, quod sumitur pro portare seu deferre, Geneſ. 7. *Arca ferebatur super aquas.* Et Ioan. 2. *Haurite nunc & ferte architriclino.* Item sumitur pro dare seu conferre, Psal. 40. *Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius.* Item sumitur pro sustinere seu sufferre Iac. 5. *Ecce agricola expectat fructum pretiosum terræ, patienter ferens donec accipiat.* Item accipitur pro dicere seu referre, &

[illegible], & [illegible] pro d[illegible] Hester. 13. *Apud nullum seruatur interpositum.* Iudic. 19 *Ferte sententiam, & in commune decernite.* Item accipitur pro producere, seu proferre, vel etiam pro adducere, seu [illegible], Iohan 15. *Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum, & omnem qui fert fructum purgabit eum, vt fructum plus afferat.* Item sumitur pro tollere, seu pro auferre Tob. 1. *Iussit eum occidi & tulit omnem substantiam eius.*

¶ Item sumitur pro prolongare seu pro differre, Prouerb. 27. *Impetum concitati Spiritus quis poterit ferre*, id est, differre? Et Sap. 12. dicitur, *Molestè ferebant, in quibus patientes indignabantur.* Item sumitur pro [illegible] mittere seu pro inferre 4 Reg 23. *Tulit populus terræ Ioachaz, & constituerunt eum in Regem.* Item sumitur pro circumagi seu pro proferri. Et sic dicitur Gen. 1. quod *Spiritus Domini ferebatur super aquas.* Item sumitur pro auferre, pro extrahere. Et sic de naufragantibus dicitur Act. 2[illegible]. quod *alios iussit natando euadere, alios autem in tabulis ferebant.* Igitur cum longum esset dicere deferre secundum omnia ista signat[illegible] solum notabo, quod in scriptura inuenitur loquendo spiritualiter, ferre Dei, ferre iusti, & ferre impii.

B ¶ Primo igitur dico, quod ferre spectat ad Deum, & sic dico quod Deus habet

Vnum Ferre, quod est { Potentiæ, / P[illegible]niæ, / Amicitiæ.

Nam per potentiam ipse fecit omnia Esa. 46. *Ego feci, & ego feram, & ego portabo & saluabo.* Per patientiam hic fert inimania, quia scilicet ipse tulit pr[illegible]bis tormenta Esa. 53. *Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit.* Et etiam continue ipse suffert & tulerat humana delicta. Per amicitiam hic fert vtilia quia scilicet, ipse fert, profert & affert nobis multa proficua atque bona, scilicet, gratiam in præsenti, & gloriam in futuro Psal. *Dominum opem ferat illi &c.* Istud est igitur vnum ferre diuinum. Dilata si vis de patientia seu de potentia Dei.

C ¶ Secundo dico, quod est vnum ferre, quod spectat ad iustum. Et sic notare potes, quod homo fert quantum

Ad { Deum, onus humilis subiugationis, / Mundum, ictus flebilis tribulationis, / Seipsum, fructum vtilis operationis, / Proximum, opem fertilis consolationis.

Ferre dico debet humiliter Dei onera Esa. 52. *Mundamini, qui fertis vasa Domini* &c. Quicquid enim nobis iniungit Deus, humiliter ferre debemus, dicentes illud 4 Reg. 18. *Peccaui, recede à me, omne, quod imposueris mihi, feram.* Item ferre debet homo patienter seu stabiliter mundi verbera. Debet enim esse homo sicut illæ aquæ, de quibus narrat Seneca in naturalibus quæstionib. quæ cuncta grauia ferre possunt, sicut est ille lacus Persiæ Arethusa, sic homo ferre debet omnia grauia patienter. Vnde Seneca in prouer. Libenter feras quod necesse est.

¶ Itē ferre debet homo fertiliter bona opera, sc. quantū ad se, Io. 15. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum.

¶ Item ferre debet homo vtiliter grata munera, scil. quantum ad proximum Dan. 14. *Abacuc ferte Dei fer prandium in Babylonem Danieli, qui est in lacu leonum.* Et 1. Mach. 8. dicitur, *Si institerit bellum Romanis, auxilium feret gens Iudæorum prout tempus dictauerit.* Sic igitur patet, quod est vnum ferre, quod spectat ad iustum. Potes si vis dilatare quomodo diuersæ arbores diuersos & varios fructus ferunt, id est, diuersa bona opera & virtutes.

C ¶ Tertiō dico, quod est vnum ferre quod spectat ad impium. Et istud sunt mala opera. Sunt enim aliquæ arbores, quæ fructū venenosum ferant Psal. 39. *Ferunt confestim confusionem suam, qui dicunt mihi [euge euge]* Mali enim ferunt fructum ad diabolum pabulandum, & recreandum Iob 40. *Huic montes herbas ferunt &c.* Vide de portare & sustinere, vbi magis plene inuenies, & infra de tollere.

## Ferire. Vide in titulo Percutere.

A
## Ferrum.

Nota, quod per ferrum generaliter intelligitur duritia. Et ideo quia duritia moralis multiplex est, quod per ferrum designatur quædam

Duritia { Virtuosa, / Vitiosa, / Dolorosa.

Duritia virtuosa est firmitas durationis, de qua Deut. 33. *Ferrum & æs calceamentum eius.* Duritia vitiosa est immutabilitas obstinationis. De qua 3. Reg. 22. *Fecit sibi Sedechias cornua ferrea.* Duritia dolorosa est acerbitas tribulationis. De qua dicitur in Psal. 106. *Vinctos in mendicitate & ferro.* Dico igitur, quod est

Ferrum { Stabilitatis, / Malignitatis, / Pœnalitatis.

Primum ferrum debemus habere, sed secundum debemus cauere, tertium debemus horrere.

¶ Primo igitur est quoddam ferrum firmitatis, constantiæ & stabilitatis, quia sicut ferrum trahitur ab adamante propter quandam similitudinem quam habent adinuicem, sic vere viri fortes & constantes qui non facile corrumpuntur, nec ad peccatum inclinantur, ab adamante, id est, à Christo tanquam sibi in hoc casu consimiles, attrahuntur, & inuitantur, & ad cœlum & cœlestia finaliter deducuntur, Vnde Iob 28. *Ferrum de terra tollitur.* Tali enim ferro, id est, fortitudine & virtute debemus esse armati contra mundi tribulationes, ne facile ab eis superemur 2. Reg. 23. *Armabitur ferro, & ligno & lancea*, vt sic de quolibet tali dicatur illud Hier. 1. *Dedi te in ciuitatem munitam & in columnam ferream, & in murum æneum & bellabunt aduersum te, & non præualebunt.* Istud est igitur ferrum stabilitatis, quod debemus habere. B

¶ Secundo dico, quod est aliud ferrum quod debemus cauere. Et istud est ferrum, i. e. obstinationis duritia interius, & crudelitas seu sæuitia exterius. Elephas enim habens ferrum in corpore bibit oleum, & sanatur. Ceruus etiam si ferrum in corpore habuerit herbam, quæ dicitur dictamnus, quærit, & ipsam comedens ferrum expellit, & periculum euadit. Sic vere charissimi, si ferrum duræ desperationis vel duræ obstinationis vel crudelitatis in corde habemus, pro Deo recurrere debemus ad dictamnum, i. ad verba sacræ scripturæ, & videre quid ibi cōtineatur. Eccle. 23. *Cor durum male habebit in nouissimo.* Bibe etiam & tibi incorpora oleum diuinæ misericordiæ, vel etiam pietatis humanæ & hoc procul dubio istud ferrum, i. e. istam duritiam superabit, & te à mortis æternæ periculo liberabit. Dictamnus n. sacræ scripturæ remollit ferrum obstinationis: oleum diuinæ misericordiæ liberat à ferro desperationis: oleum pietatis & eleemosynæ liberat à duritia crudelitatis & inflammationis Esa. 45. *Portas æreas conteram, & vectes ferreos confringam.* Possum igitur notare, quod istud ferreum, ista duritie s temperatur, & mollitur aliquando per scripturæ meditationem. Aliquando per diuinæ misericordiæ considerationem. Sicut de istis duobus posita sunt exempla etiam de ceruo & elephante. Item per contritionis liquefactionem, per pœnitentiæ confricationem, & per mortis meditationem. Sicut enim lima seu sabulum ferrum fricando corrodit, & ipsum limat, & polit, sic vere charissimi quamuis homo sit durus, ferreus & etiam obstinatus, si cum igne contritionis calescat, & resoluatur, si arena, id est, mortis meditatione fricetur, si etiam lima, i. e. infernalis pœnæ corrosione per considerationem vrgeatur, vel lima etiam temporalis tribulationis acriter corrodatur, sæpe fit, vt qui erat rubiginosus efficiatur clarus, qui erat durus & obstinatus, efficiatur mollis, tractabilis, & benignus, qui erat malus, efficitur bonus. Sicut enim dicitur, Iob 28. *Ferrum de terra tollitur, & auro locus est, in quo conflatur, & lapis solutus calore in æs vertitur.* Sed videmus hodie, quod multi sunt ita duri & obstinati, quod nullo modo possunt ad bonum conuerti. Quidam enim sunt duri & ferrei per inuerecundiam & obstinationem: quidam per crudelitatem, rapinā & exactionē: quidam vero per malam consuetudinem, & induratam contradictionem. De obstinatis dicitur, Esa. 48. *Scio enim quia durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua, & frons tua ærea.* Peccator enim potest dici ferreus propter tria, sc. propter durinam obstinationis, frigiditatem indeuotionis, ponderositatem suæ onerosæ conditionis. Sicut enim dicitur Eccles. 22. *Arenam & salem & massam ferri facilius est portare quam vnum stultum.* De crudelibus etiam dicitur quod ipsi sunt similes illi crudeli bestiæ de qua dicitur Dan. 7. quod *habebat dentes & vngues ferreos, & deuorabat & comminuebat & reliqua pedibus conculcabat* De induratis etiam propter malam consuetudinem possumus dicere, quod ipsi sunt sicut statua Nabuchodonosor, cuius tibiæ erant ferreæ & pedum quædā pars, lapis, tamen dicitur de monte cecidisse, qui totam statuam dicitur confregisse, sicut dicitur Dan. 2. Quia vere charissimi, qui habent pedes, i. finem vitæ ferreos, id est, per malam consuetudinem induratos, subito dum non aduertunt, venit de monte, id est, à Deo lapis occultæ sententiæ Dei, qui ipsos per mortem destruit & confundit, quia sicut dicitur in Psalm. 106. *Dominum* C

*contriuit portas æreas & vectes ferreos confregit.* Istud est igitur ferrum quod debemus cauere.

D ¶ Tertio dico, quod est aliud ferrum, quod debemus timere. Et ista est duritia magis pœnæ tam temporalis, quam æternæ. Sicut enim bubalus, qui nullo modo domari potest, quando capitur, circulo ferreo in naso immisso circumducitur per violentiam & tenetur, & sicut etiam latro ferreis vinculis ne euadat ligatur, homicida etiam ferro percutitur & necatur, sic vere mundi peccatores, qui tecte a indomabiles, fures, homicidæ possunt dici, eo quod Dei legibus non subiiciuntur, & quod animam suam propriam per peccatum interficientes Deo furantur, quando per mortem capiuntur, circulo & catena ferrea, id est, duritia mortis æternæ inuoluuntur, & violenter aggrauantur Eccles. 34. *Iugum eius, iugum ferreum.* Et in Psalm. 149. dicitur, *Reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis.* Aduerte tamen, quod per ferrum quandoque intelligitur pœna, temporalis, seu rigor iustitiæ, qui procul dubio quandoque necessarius est, quia sicut de Psittaco dicitur, quod caput habet ita durum, quod ad hoc quod loqui doceatur, est necesse, vt caput eius virga ferrea percutiatur, sic vere multi sunt ita duri & ita obstinati, quod ad nullum bonum possunt instrui vel doceri, nisi virga ferrea, i.e. duri rigoris & iustitiæ vinculo mediante, Ps. 2. *Reges eos in virga ferrea* &c. Patet igitur, quod triplex est ferrea duritia, videlicet virtuosa, vitiosa, & dolorosa, Vide supra de tractatu afferre, vbi inuenies auctoritatem diuisam, & supra de Acre &c.

A **Fertilitas.** Cum multiplex sit fertilitas, scil. meritorum, seu præmiorum terrenorum, vitiorum, tormentorum, plurima possemus dicere, sed deficiunt auctoritates vocales. Vnde igitur de titulis fructificate, vbertate, pleonudine, & replere.

A **Feruor. Feruere.** Feruor idem est, quod excessiuus calor. Vnde & olla feruere dicitur, quæ mediante calore compellitur ebullire. Ergo tam in bono, quam in malo dico, quod in scriptura reperitur

Feruor { Virtuosus, qui est charitas & deuotio,
Vitiosus, qui est cupiditas & affectio,
Dolorosus, qui est aduersitas & afflictio.

¶ Primo dico, quod feruet iustus per charitatem & deuotionē, quia, sc. sicut fontes quidam virtute sui caloris innati feruere & bullire non cessant, sic iusti, qui perfecta desiderant, semper ad Deum, & ad bona æterna feruent, ebulliunt & anhelant, sicut de Apollo dicitur Act. 18. quod *feruens spiritu loquebatur, quæ Iesu sunt.* Et aduerte, quod sicut olla feruens spuma purgatur, aqua pauperatur, & à muscis insidentibus liberatur, sic dico quod homo bono spiritu feruens spumam vitiorum emittit, aquam voluptatis dimittit, muscas malarum cogitationum non admittit. Bene ergo consulit Apostolus Rom. 12. dicens, *Spiritu feruentes, Domino seruientes.* Feruet ergo iustus per charitatem & deuotionem.

B ¶ Secundo dico, quod feruet impius per cupiditatem & malam affectionem. Mustum enim quamdiu impurum est, semper feruet, cum vero depuratum fuerit, tunc quiescit. Sic homo peccator & impurus semper per mala desideria fremit & feruet. Si vero purus fuerit, tunc per animi tranquillitatē in Deo quiescit, Es. 57. *Cor impii quasi mare feruens, quod quiescere non valet.* Feruet n. impius per auaritiam, per superbiam, per iracundiam, per luxuriam, & per superbiam, spumamq; malorum verborum, fluuium malorum desideriorum contra Dei voluntatem emittit. De auaritia enim dicitur Iob 41. quod *Leuiathan*, quod interpretatur additamentum, i.e. auaritia, quæ semper studet diuitias addere, *feruescere facies quasi ollam profundum maris*, i.e. cor auari. De superbia dicitur Prou. 19. *Stultitia hominis supplantat gressus eius, & contra Deum feruet animo suo.* De iracundia vero seu de iracundo dicitur, Iob 41. quod *de naribus eius procedit fumus sicut olla succensa atque feruens.* Crudeles enim & iracundi figurantur in illo mari, de quo dicitur, Ionæ 1. quod *stetit mare cum feruore cum Ionam absorbuisset*, quia sc. feruor furoris talium non quiescit donec absorbeant, & destruant innocentem. De luxuria vero siue de luxurioso potest exponi illud, quod de equo, quod animal luxuriosum est, dicitur Iob 39. *Feruens & fremens sorbet terram, nec reputat tuba personare clangorem* ad litteram enim equi, & luxuriosi ad actus venereos sunt i... mentes sonosq; tubæ, id est, diuinæ scripturæ seu prædicationis verba modicum reputantes. Patet igitur, quod feruet impius per malam affectionem

¶ Tertio dico, quod feruet mundus & etiam infernus per dolorem & tribulationem. Omnis enim feruor afflictiuus est & consumptiuus. Feruor igitur mundanæ tribulationis est vtilis. Feruor æternæ damnationis est flebilis. Arbores enim medicinales sicut est palma, piper & cinamomum, in locis feruentibus solent crescere, quia scilicet boni, & medicinales viri feruore mundi tribulaminum solent proficere & valere, Gen. 18. *Apparuit Dominus Abrahæ sedenti ad ostium tabernaculi sui in ipso feruore diei.* Dracones etiam & feræ crudeles in locis feruidis, scil. in Æthiopia habitare dicuntur, quia scil. impii & damnati in ipso feruore inferni perpetuo commorantur. Vnde de damnatis dicitur illud Amos 4. *Leuabunt vos in contis, & reliquias vestras in ollis feruentibus.* De quolibet vero beato dicitur Eccl. 14. *Protegetur sub tegumento illius*, sc. Dei à feruore, & in gloria requiescet.

¶ Sed si vis alio modo dicere, dic quod feruere idē est, quod bullire. Feruor enim nihil aliud est quam excellens calor, vel ardor. Est autem differentia inter ardere & feruere, quia ardere est in materia sicca, feruere vero in materia liquida. Feruor igitur spiritualiter loquendo, nihil aliud est, quam motus cordis, & eleuatio, & quædam desideriorum ebullitio, quæ quandoque mala dicitur, & quandoque bona.

¶ Nota igitur quod est D

Feruor { Deuotionis & amicitiæ,
Turbationis & iracundiæ,
Vexationis & angustiæ.

Est igitur Feruor { Amoris,
Furoris,
Doloris.

¶ Est (dico) feruor amoris, & iste est, quando quis per deuotionem & dilectionem est totus feruidus & accensus. Calor enim facit aquam feruere & superius eleuari. Sic calor charitatis & amoris facit quem per bona desideria feruidum & sursum ad Deum per deuotionem & contemplationem erectum. Vnde Rom. 12. *Spiritu feruentes, Domino seruientes.* Helitropium est lapis pretiosus, qui ad radios solis positus in aqua facit aquam feruere, & ebullire. Sic vere charitas vna cum radio diuinæ gratiæ faciunt feruida corda nostra Act. 18. *Feruens spiritu loquebatur cum fiducia.*

¶ Deinde dico, quod est feruor furoris. Et iste est feruor auaritiæ, luxuriæ, sæuitiæ, & iracundiæ, quibus cor peruersorum quotidie feruet & inflammatur. Sicut n. mare in parte mundi circa deserta inhabitabilia Lybiæ & Æthiopiæ dicitur innauigabile propter hoc, quod propter nimium solis calorem illud mare sicut olla dicitur feruere & cōtinue ebullire. Sic vere charissimi cor peccatoris propter ardorem concupiscentiæ quæ ipsum cōtinue exurit, continuis feruoribus malorū desideriorum æstuat & ebullit. Feruet enim per luxuriosam affectionem, feruet per auaritiam & ambitionem, feruet per crudelitatem, iracundiam, vindictam, punitionem. Vnde Esa. 57. *Cor impii quasi mare feruens, quod quiescere non valet.* Iob 41. *Deus feruescere faciet quasi ollam profundum maris.* Iste est igitur feruor furoris.

¶ Denique dico, quod est feruor doloris. Et iste est feruor tēporalis tribulationis, & feruor infernalis afflictionis. Sicut enim in regionibus feruidis inueniuntur species aromaticæ, sicut patet de pipere, quod inuenitur in feruoribus montis Caucasi, sic vere sub feruore & ardore tribulationum continentur, & habitant viri virtuosi & aromatici & famosi. Sicut Gen. 18. dicitur, quod *in ipso feruore diei apparuerunt Abrahæ tres viri.* Sicut etiam in feruoribus desertorum habitant basilisci & dracones & animalia venenosa, sic vere in feruoribus inferni tenentur & affliguntur venenosi & impii peccatores, vnde Amos 4. *Leuabunt vos in contis, & reliquias vestras in ollis feruentibus.* Sic igitur patet, quod est feruor dolorosus, furiosus & amarosus &c. vide supra de tractatu ardere, calore.

**Festinare.** Nota, quod festinare idem est, quod accelerare, properare, vel aliquid celeriter exercere.

¶ Et est quadruplex

Festinatio { Virtuosa,
Vitiosa,
Dolorosa,
Gaudiosa.

Virtuosam debemus habere. De qua Prou. 9. *Doce iustum, & festinabit accipere.* Vitiosam debemus cauere. De qua Prou. 1. *Pedes eorum ad malum currunt & festinant, vt effundant sanguinē.* Dolorosam debe-

debemus timere. De qua dicitur Deut. 32. *Iuxta eſt dies perditionis, & adeſſe feſtinant tempora.*

¶ Primo igitur dico, quod eſt feſtinatio virtuoſa, quæ debet haberi, & iſta eſt celeritas obedientiæ & bonæ operationis, quia vere nos debemus eſſe ſolliciti & feſtini ad faciendum bona opera & virtuoſa, iuxta illud Eccleſ. 31. *In omnibus operibus tuis eſto velox, & omnis infirmitas non occurret tibi.* Sicut enim viator, qui magis feſtinat currere, citius peruenit ad terminũ, operarius quanto magis feſtinat opus complere, citius peruenit ad brauium, nauis quanto plus feſtinat transfretare, citius peruenit ad portum. Sic vere chariſſimi quanto quis magis feſtinans eſt bona opera exequi, tanto citius peruenit ad Paradiſum. Ideo cuilibet dicitur Prouerb. 6. *Diſcurre, feſtina, ſuſcita amicum tuum ne dederis ſomnum oculis.* In quibus verbis aduerte, quod nos debemus feſtinare

Obediendo maioribus [Diſcurre]
Subueniendo minoribus [Suſcita]
Compatiendo charioribus. [Amicum inquit tuum]

Feſtinemus igitur obedire ſuperioribus & maioribus, i. e. Deo & prælato (diſcurre inquit.) Sicut enim ad nutum aucupis ſolet accipiter diſcurrere, & volare, & totis viribus feſtinare, vt prædã ſibi oſtenſam capiat, & attingat, canis etiam nobilis ad inſtinctũ magiſtri ſui oſtenſa ſibi præda diſcurrit, & feſtinat, planetæ etiã, qui ſunt ſub firmamento, ſecundum curſum firmamenti non ceſſant diſcurrere, & ſub ipſo continue properare, ſic reuera, chariſſimi, ad vocem, mandatum, & inſtinctum, voluntatem, & regulam ſuperiorum, & magiſtrorum noſtrorum, Dei ſc. & prælatorum debemus per obedientiam ad exercitium bonorum operum celeriter feſtinare & diſcurrere (Feſtina.) Vnde Ezech. 1. *Hæc erat viſio diſcurrens in medio animalium, ſplendor ignis, & de igne fulgur egrediens.*

B ¶ Vbi notatur, quod ille qui bene vult currere, & feſtinare, neceſſe eſt, quod habeat directricem ſubtilitatem (Viſio inquit) adiutricem ſocietatem, (quia ipſe debet eſſe in medio animalium,) charitatis fortitudinem (Ignis) voluntatis promptitudinem (Fulgur) Et ſic pro certo debent diſcurrere & feſtinare viri ſancti ad voluntatem ſuperiorum. Iuxta illud Zach. 6. vbi dicitur, quod *equi fortiſſimi & robuſtiſſimi quærebant diſcurrere per vniuerſam terram* (Diſcurre ergo & feſtina.)

¶ Et poſſumus notare, quod ad mandatũ magiſtrorum & ſuperiorum noſtrorum debemus feſtinare principaliter ad quatuor, ſcilicet,

Ad { Aſcenſum fœlicitatis,
Deſcenſum humilitatis,
Egreſſum iniquitatis,
Tranſgreſſum proſperitatis.

Feſtinemus igitur fœlicitatem acquirere. Iuxta illud Hebræo. 4. *Feſtinemus ergo ingredi ad illam requiem.* Item feſtinemus per humilitatem deſcendere. Vnde Luc. 19. *Zachæe, feſtinans deſcende, quia hodie in domo tua oportet me manere.* Item feſtinemus egredi iniquitatem 2. Reg 17. *Tranſite ram feſtinanter guſtata paululum aqua.* Item feſtinemus tranſgredi vel exire proſperitatem. Vnde Ioſuæ 4. *Feſtinauit populus & tranſiuit Iordanem.* Sic igitur dico, quod nos debemus diſcurrere & feſtinare (Diſcurre inquit & feſtina) iſta enim ſunt duo verba imperatiui modi, quæ pertinent ad ſuperiores & principales.

C ¶ Denique dico, quod nos debemus feſtinare ſubueniendo inferioribus, id eſt, pauperibus, quia ſicut aliquo membro læſo natura ſtatim feſtinat illuc ſanguinem mittere, vt membrũ poſſit ſanare & adiuuare, ſic vere in corpore Eccleſiæ ſi aliquod membrum, id eſt, aliquis Chriſtianus per paupertatem fuerit læſus, vel per aliud infortunium vulneratus, nos proculdubio debemus ſanguinem noſtrum, id eſt, ſubſidium bonorum noſtrorum ad ipſum mittere feſtinanter, & ipſum quam citius poterimus erigere & iuuare, quod oſtenditur cum dicitur (Suſcita) Suſcitare enim eſt aliquem de ſtatu infimo ad ſtatum ſuperiorem leuare iuxta illud Pſ. 112. *Suſcitans de terra inopem & de ſtercore erigens pauperem.* Vnde de iſta feſtinatione quam debemus habere ad benefaciendum pauperibus, figuraliter poteſt dici illud 1. Reg 25. vbi dicitur, quod *Abigail feſtinauit, & tulit ducentos panes, & portauit ad Dauid in deſertum.* Feſtinemus igitur ſubueniendo pauperibus.

D ¶ Inſuper feſtinemus nos inclinando ſeu coniungendo proximioribus (Amicum inquit tuum) Omnia enim quæ inter ſe habent amicitiam, ſeu ſimilitudinem, cum quadam feſtinatione cupiunt inuicem copulari. Sicut patet de lapide vel de quocunque graui ſurſum iacto, quod cum magna feſtinatione iterum deſcendit ad centrum, cum quo habet naturalem ſimilitudinem atque nexum. Sic proculdubio quilibet amicus debet amicum diligere, & ſi aliqua occaſione ab ipſo fuerit ſeparatus vel diſtinctus, ad ipſum feſtinanter & ſine violentia ſe transferre. Exemplo virginis glorioſæ, de qua Lucæ 1. dicitur, *Exurgens Maria abiit in montana cum feſtinatione, & ſalutauit Eliſabeth.* Feſtinanter ergo debemus noſtris proximioribus copulari (Amicum tuum) Iuxta illud Eccl 22 *Eſt enim egreſſus ad amicum.* Vide ſupra de amicitia vbi ſatis habes. Patet igitur, quæ ſunt feſtinanter facienda, quia charitas erigenda, paupertas ſubleuanda, maieſtas obſequenda. Debemus ergo feſtinanter, vt dictum eſt, obedire ſuperiorib. ſubuenire pauperiorib. nos vnire proximioribus. Et iſta eſt feſtinatio virtuoſa.

¶ Secundo dico, quod eſt quædam feſtinatio vitioſa. Et iſta E eſt illa, qua mali libenter, celeriter & feſtinanter mala opera faciunt, ſicut patet de raptoribus qui feſtinanter ad rapiendum debacchantur, de iracundis & crudelibus, qui motiue & feſtinanter contra alios ſine deliberatione deſtruuntur. De quo poteſt dici. Sicut *Aquila feſtinans ad comedendum omnes ad prædam venient.* Abacuc 1. Et illud Prou. 1. & Eſa. 49. *Pedes eorum ad malum currunt, & feſtinant, vt effundant ſanguinem innocentem.*

¶ Item etiam eſt quædam alia feſtinatio vitioſa, ſcilicet illa cum aliquis feſtiue, ſubito & celeriter efficitur diues vel fœlix, quia ſicut dicitur Prou. 28 *Qui feſtinat ditari, non erit innocens.* Et etiam tales ſubitas promotiones ſequitur infortunium, vel in præſenti, vel in futuro, quia ſicut dicitur Prou. 20. *Hæreditas, ad quam feſtinatur in fine benedictione carebit.* De hoc ſupra in titulis Cito, & Currere.

¶ Tertio dico, quod eſt quædam feſtinatio doloroſa. Et iſta F procul dubio eſt pœna æterna, vel etiam mors, quæ contra malos ſatagit & feſtinat. De quo Eccli. 20. *Caſus malorum feſtinanter venient.*

¶ Quarto autem poteſt dici quod eſt quædam feſtinatio gaudioſa. Et iſta eſt illa qua Deus feſtinat preſſis & miſeris ſubuenire. De quo in Pſalm 69. *Domine ad adiuuandum me feſtina.* De quo etiam 1. Reg. 23. *Feſtina & veni, quia infuderunt ſe Philiſtæi ſuper terram.* Et hoc de feſtinatione ſufficiat. Vide ſupra de cito, & infra de tractatu Velociter & Subito.

## Feſtum. Feſtiuitas.

A Nota, quod feſtiuitas nihil aliud eſt quam gaudioſa & celebris ſolemnitas. Dicam igitur, quod feſtiuitas in bono ſumitur, & in malo.

¶ Dico igitur primo, quod feſtiuitas ſumitur in bono. Aues enim & animalia ſuo modo faciunt feſta ſua. Vno enim tempore magis quam alio ſimul conueniunt, & exultando & cantando Deum laudant, & ſignum amoris & lætitiæ ſimul oſtendunt & tandem pro victu quotidiano ad conſuetos labores redeunt & aſcendunt, ſic vere dico debent facere iuſti. Quandoque n. neceſſe eſt, vt feſta Deo & ſanctis etiam ſibiipſis faciant, vbi læte & charitatiue conueniant, & vbi recreationem à laboribus capiãt, & Deo ſeruiant atque viuant Naum. 1. *Celebra Iuda feſtiuitates tuas.* Nota bis igitur, quod tria vel quatuor ſunt genera bonarum feſtiuitatum, videlicet

Feſtum { Spirituale, quod eſt interius,
Temporale, quod eſt exterius,
Supernale, quod eſt inferius,
Æternale, quod eſt ſuperius.

Dico igitur, quod inuenitur feſtiuitas interior & ſpiritualis ſeu virtualis. Apud iuſtos n. interius in conſcientiis & in corde bonæ cogitationes & affectiones, virtuteſq; habitus virtuales faciunt, ſpiritualiter feſta ſua in præſentia Dei ſui, qui ſe ipſis per gratiam præſentatur. Ibi enim oratio, confeſſio & gratiarum actio cantant. Ibi laus & prædicatio tubicinant. Ibi fides & deuotio citharizant. Ibi charitas, ſpes & lætitia tripudiant. Ibi temperantia & prudentia feſtum ordinant. Iuſtitia vero & fortitudo iſtud feſtũ defendunt, cuſtodiunt atq; ſeruant De tali igitur ſpirituali feſto loquitur Dauid in Pſ. 75. *Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquiæ cogitationis diem feſtum agent tibi.* Et reuera talia feſta ſpiritualia hodie in cordibus noſtris in Eccleſiaſticis deficiunt, & omnes luctus & triſtitiæ ſubincreſcunt. Vnde dæmones videntur dicere illud Pſ. 73. *Cognatio eorum ſimul, quieſcere faciamus dies feſtos Dei à terra* Iſta eſt igitur feſtiuitas interior & ſpiritualis.

B ¶ Deinde dico, quod apud iuſtos inuenitur feſtiuitas exterior & tem-

& temporalis. Et istæ sunt festiuitates, quæ ab Ecclesia sunt institutæ, & ad Dei laudem & gloriam ordinatæ, vt, scilicet homo relictis exterioribus negotiis, ad dominum se conuertat, & per deuotionem, orationem & contemplationem seipsum ad Deum contrahat, & reducat. In festiuitatibus enim debemus esse deuotiores, & bonis operibus pleniores. Sunt enim quædam arbores, quæ ac si virtutem festorum sentirent, solent circa aliqua foliis, floribus & fructibus plus solito abundare, sicut de quibusdam nucibus est expertum, quæ siccæ vsque ad festum B. Ioannis solent perseuerare, nullum vultum viroris ostendere, vel monstrare, sed aliis virorem & fructum facientibus, ariditate, faciem hyemalem prætendere, & seruare. At vbi ad vigiliam festiuitatis S. Ioannis attingunt, quadam occulta & mirabili virtute flores, fructus & folia producunt, ita quod in mane ab aliis nucibus nō differunt, sed in ipsa festiuitate fructiferas & floridas se ostendunt, multæ tales inueniuntur in variis locis. Et de vna tali exemplificat Geruasius in libro de otiis imperialibus quæ in Prouincia apud Ville de Variolis in Aquensi diœcesi illis temporibus habebatur. Istud igitur adducam ad propositum, & dicam, quod isti nuci homines similes debent esse, quia scilicet, dato quod antea aridi fuerint atque sicci virore gratiæ, foliisque, & floribus honestæ apparentiæ, & fructibus boni operis, id est, efficaciæ per diuersa vitia denudati, quando venit festiuitas Dei vel alicuius sancti, statim debent virtutibus se induere, & de nouo bonis operibus se vestire: nunquam enim debent (maxime in festiuitatibus) virtutibus esse nudi, imo si ante peccatores fuerint, tunc debent fieri iusti & iustis aliis similes inueniri. Vnde de Iudith dicitur, quod *ipsa erat diebus festis procedens in gloria magna.* Iudith. 16. Et aduerte, quod sicut in festis communiter diuitum & magnatum inueniuntur

Cibi lautiores, Vultus lætiores,
Vestes pulchriores, Cantus altiores.

Sic in festis spiritualibus, epulandum est lautius, dulcius etiam atque sapidius per deuotionem & Eucharistiæ sumptionem & etiam pauperibus largitionem Deut. 16. *Epulaberis in festiuitate tua,* vnde Tob. 2. dicitur, quod *cum esset dies festus domini, factum est prandium bonum in domo Tobiæ.* Vestiendum est pulchrius, atque mundius per mundam & honestam conuersationem Eccles. 43. *A luna signum diei festi.* Luna, inquit, id est, pulchritudo conuersationis. Exultandum est lætius & iucundius per spirituale gaudium 3 Reg. 8. *Fecit Salomon in tempore illo festiuitatem celebrem, & omnis Israel cum eo.* Sequitur. *Lætantes & alacri corde.* Vociferandum est altius per Dei laudem & gratiarum actionem, seu per confessionem & orationem Ioan. 7. *In die magno festiuitatis stabat Iesus & clamabat,* & Ioan. 12. *Ascenderunt, vt adorarent in die festo.* Et sic igitur dicam, quod festa debent esse tempora

Lætitiæ & exultationis,
Innocentiæ & iustificationis,
Misericordiæ & miserationis.

Quod festa sint tempora lætitiæ, visum est statim supra. Item, quod debeant esse tempora iustitiæ & innocentiæ, & quod nihil iniustum aut crudele debeat in festiuitatibus committi, patet per verba etiam ipsorum crudelium Iudæorum, qui scilicet, in die festo Christum quem occidere animo & mente decreuerūt, corpore tamen occidere metuebant. Vnde ipsi dicebant Matth. 26. & Marc. 14. *Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo.* Tumultus dico, id est, scandalum, quia, scil. magnum scandalum est quando in festiuitatibus fiunt mala. Item quod festa debeant esse tempora misericordiæ, clementiæ & indulgentiæ, patet, quia tunc debemus indigentibus potius subuenire, & in nos delinquentibus indulgere. Et inde dicitur Luc. 23. quod *iudex necesse habebat dimittere vnum vinctum in die festo.* De illis igitur, qui nō seruant festa, multa possent dici. Constat enim quod ille, qui sabbathum non coluit, sed in eo ligna collegerat, domino iubente lapidatus est, sicut dicitur Num. 15. Secundum etiam fabulas, Pentheus rex Thebarum qui festum Bacchi colere contemnebat, & colentes insuper impediebat, à matre & sororibus propriis fuit trucidatus & ab eis Bacchi iusto iudicio interfectus. Sic igitur qui festa Dei & sanctorum non colunt, vindictæ, & periculo subiacebit, quia, scilicet, propria mater cum sororibus, id est, Deus cum sanctis in eum vindicabit. Sed vide infra de sabbatho, quia transeo gratia breuitatis. Dico igitur, quod in scriptura inuenitur festiuitas exterior & temporalis.

C ¶ Insuper dico, quod apud iustos inuenitur festiuitas inferior & supernalis. Et ista est festiuitas, conuiuium & solennitas, quam iusti inter se quandoque faciunt gratia communitatis & mutuæ charitatis. De quo Num. 10. dicitur sic, *Si quando habebitis epulum & dies festos, id est, Calendas, canetis tubis &c.* Tales enim gaudiosæ festiuitates & societates videntur hodie penitus defecisse, & luctus & tristitia tribulatioque & angustia vndique successisse, ita quod iam videtur verificatum illud Thren. 2. *Obliuioni tradidit dominus in Sion festiuitatem & sabbathum, & in opprobrium & indignationem furoris sui regem & sacerdotem.*

¶ Denique dico, quod in scriptura reperitur festiuitas superior & æternalis. Et ista est solennitas beatorum, qui scilicet, supernus cum Deo & Angelis quiescunt, iubilant, festiuant. De quo potest intelligi illud Ioan. 5. *Erat dies festus Iudæorum, & ascendit Iesus Hierosolymam.* Hierosolyma, quæ interpretatur visio pacis, signat Paradisum, vbi est pax, tranquillitas atque festum commune, quia scilicet, (sicut dicit Augustin. in Homilia super Ioannem.) ibi est festiuitas sine labe, serenitas sine nube, æternitas sine fine. Sic igitur patet quomodo festum accipi potest in bono. D

¶ Secundo principaliter dico, quod festiuitas sumi potest in malo, & per festum intelligi potest gaudium & prosperitas, gloria & solemnitas impiorum. Siue igitur agamus de festis & conuiuiis temporalibus malorum, siue de eorum prosperitatibus, gloriis & statibus fortunatis, possumus notare, quod talia festa E

Bonos afficiunt,
Cito deficiunt,
Luctus adducunt.

Bonos (dico) grauant & afficiunt. Constat enim quod mali diuites de substantiis pauperum faciunt festa sua. In festo paschali apud Iudæos necesse erat occidi agnum, quia scilicet, in festis, & in conuiuiis talium cum ipsi de suo non possint ea facere, necesse est, quod agni, id est, subditi innocentes grauentur, & pelle, id est, exteriori substantia spolientur Luc. 22. *Appropinquabat dies festus azymorum, qui dicitur Pascha.* Vnde taliter festiuantibus videtur dominus dicere illud Esa. 1. *Neomeniam, sabbathum, & festiuitates alias non feram, iniqui sunt cœtus vestri.* Vnde cito etiam cessant & deficiunt. Vnde de superba synagoga dicitur Oseæ 2. *Cessare faciam omne gaudium eius, & solennitatem eius.* Neomeniam eius, sabbathum eius, & omnia festa temporum eius. Luctus insuper generant & adducunt, quia, vt communiter, omnia festa & solatia mundi finaliter vel conuertuntur in temporalem tribulationem & luctum, vel in æternale supplicium, & tormentum Amos 8. *Tenebrescere faciam terram in die luminis, & conuertam festiuitates vestras in luctum, & omnia cantica vestra in planctum.* Tales igitur festiuitates mundanæque lætitiæ & prosperitates à Deo odiuntur, & in perniciem taliter festiuantium conuertuntur. Vnde Amos 5. dicit dominus. *Odi & proieci festiuitates vestras, & non capiam odorem cœtuum vestrorum.* &c. Vide de gloria mundi, gaudio, prosperitate, & fortuna, & cæteris similibus.

# Fœtor.

Cum fœtor nihil aliud sit, quam malus vapor à corrupta aëris substantia euaporans, sensum olfactus afficiens atque lædens, videtur quod fœtor semper signat malum. Signat enim A

Culpam internam,
Infamiam externam,
Pœnam æternam.

Est (dico) fœtor culpæ. Nihil enim tantum fœtet Deo & Angelis sicut peccator. De peccatore autem Antiocho dicitur 2. Mac. 9. quod *vermibus de carne eius scaturientibus, exercitus fœtore ipsius grauabatur.* Vermes sunt peccata, quæ per remorsum conscientiæ mentem lacerant, atque mordent. Est etiam fœtor infamiæ. Vapor enim malæ opinionis quandoque de substantia operum alicuius personæ falsè vel verè eructat, qui alios per malam imitationem inficit, vel displicentiam grauat. Vnde Esaiæ 34. *De cadaueribus eorum ascendet fœtor.* Est insuper fœtor pœnæ seu miseriæ. Constat enim quod fœtor est grauissima pœna ipsum continue sustinenti. Vnde pœna æterna fœtor dicitur, quia grauat & inficit eos à quibus sufferetur. Et ideo cōminatiue dicitur ipsis malis Esa. 3. quod *ipsis erit pro suaui odore fœtor, & pro zona funiculus, & pro crispanti crine caluitium* &c. omitto, quia paucæ sunt auctoritates vocales. Vide de odore, & de fama & de infamia, & similibus.

# Fœtus.

Nota, quod fœtus sunt animalium filii, seu fructus. Et inde dicitur fœtus seu fœtosus adiectiuū, idem quod in generando fructuosus & copiosus. Vide igitur infra in titulo filius, & de Generare. A

Fæx.

A **Fæx.** Cum fæces sint partes seu superfluitates rerum quæ natura tanquam inutiles eijciuntur, seu ad fundum vasorũ à pluribus liquoribus segregatæ mundantur, consequens est quod fæces sunt res cæteris inferiores, viliores, & immundiores. Igitur possumus dicere, quod in scriptura reperiuntur, scilicet, fæces

Terrenorum,
Vitiorum,
Tormentorum.

Fæces (dico) terrenorum, qui in imo locantur. In liquoribus enim partes puriores & meliores sunt superius, fæces vero inferius subsunt. Istæ sunt fæces vbi anguillæ & ranæ versantur, & vbi scabrones & porci delectantur & volutantur, quia, scilicet, porci, id est, luxuriosi, scabrones, id est, auari & circa diuitias diligentes & studiosi, anguillæ, id est, cautelosi, qui scilicet, ad similitudinem anguillæ difficiliter tenentur, & de manibus cito labuntur. Ranæ, id est, detractores & clamosi, ad fæces bonorũ terrenorum versantur, & ibidem mente & corpore detinentur Psal. 74. *Fæx eius non est exinanita, bibent omnes peccatores terræ.*

¶ Item sunt fæces vitiorum, quæ in corde velantur. Peccata enim fæces sunt, in quibus scilicet, mundi peccatores delectantur, & sistunt. Multi enim sunt sicut onocrotali, aues immundæ, quæ magis fæces diligunt quam res mundas quibus tamen Dominus comminatur Soph. 1. *Visitabo, inquit, super viros defixos in fæcibus suis.*

¶ Item sunt fæces tormentorum vbi mali iactantur. Primaenim comparatur fæcibus, quia scilicet, ista est inferius in profundo, & quia scilicet, in isto horribili loco proijciuntur damnati. Quod igitur per fæces tribulatio & miseria designetur, patet Ezech. 23. vbi animæ damnatæ in figura idololatræ ciuitatis Hierusalem comminatur Dominus dicens, *Calicem sororis tuæ bibes, profundum & latum, & eris in derisum & subsannationem, qui est capacissimus. ebrietate & dolore repleberis, calice mœroris & tristitiæ, calice sororis tuæ Samariæ, & bibes illum, & potabis vsque ad fæces.* Et ideo Dauid gloriabatur se à talibus fæcibus liberatum, dicens in Ps. 39. *Eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fæcis, & statuit supra petram pedes meos* &c. Vide de lacu & luto.

A **Ficus.** Vide supra de adducere, vbi est illa auctoritas. Num. 20. *Adduxisti nos in locum istum pessimum, qui nec ficum gerit* &c. Vide etiam supra de arbore, vbi est illa auctoritas. Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua, &c.

## Fingere, fictio, fictum, figmẽtum,

A **Figulus.** Nota, quod fictum dicitur illud, quod apparet, aliud quam sit. Exinde est, quod omne illud opus fictile dicitur, quod de terra in alienam figuram efficitur, & formatur. Signat ergo fictio vel fictilitas

Animi humilem subiectionem,
Corporis fragilem conditionem,
Culparum mobilem receptionem.

¶ Primo ergo est fictilitas virtuosa. Et ista est quando homo se reputat fictilem, terreum & mortalem, & per consequens deiectum, humilem, atque vilem vnde Num. 5. dicitur. *Accipiat sacerdos aquam sanctam in vase fictili*, id est, in corde humili, in quo, scilicet, aqua sancta, id est, gratia continetur, si tamẽ terra pauimenti, id est, mortis seu mortalitatis consideratio eidem adiungatur. Gratia enim Dei est quidam liquor pretiosissimus, qui secundum rei veritatem in tali vase fictili vult seruari, vnde Apostolus dicebat 2. Corin. 4. *Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus.* Aduerte tamẽ, quod nos viles & fideles debemus Deum recognoscere sicut proprium figulum & fictorem. Ipse enim dicit Hier. 18. *Sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea domus Israel.* Nam sicut dicitur Rom. 9. *Iste figulus ex eadem massa facit vas in honorem, & vas in contumeliam.* Et bene proh dolor, quia sicut multi qui eum non cognoscunt vt fictorem suum, quamuis ipse sit verus Prometheus, de quo fingunt fabulæ, quod imagines & statuas fictiles fecit ambulare & viuere, nihilominus nos ipsum ac si non esset fictor noster, contemnimus Sap. 5. *Cinis est enim cor eius, & terra superuacua spes illius, & luto vilior vita eius, quoniam ignorat qui se finxit, & qui inspirauit illi animam* & eidem contradicimus, & contra eum superbimus. De quo admiratiue dicitur Roman. 9. *Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, & quare fecisti me sic:* & Esaiæ 29. *Hæc est cogitatio vestra quasi si contra figulum lutum cogitet, & dicat opus factori suo, non me fecisti, & figmentum dicat fictori suo, non intelligis.* Non sic charissimi, sed honoremus figulum & fictorem nostrum, quia secundum Psalm. *Ipse est qui cognouit figmentum nostrum, & qui finxit sigillatim corda nostra.* Ista est igitur fictilitas seu fictio virtuosa.

B ¶ Secundo dico, quod inuenitur fictilitas ruinosa. Et sic per res fictiles intelligitur terrea & fragilis vita nostra, quæ, scilicet, per tentationes frangitur, & maxime quando alicui morticinio vel immundo per malam complacentiam sociatur Leuitic. 15. Vas fictile quod immundum tetigerit, confringetur, quando etiam mortalitate finaliter dissipatur, sicut de statua Nabuchodonosor dicitur Dan. 2. quod *partem pedum eius quæ erat fictilis, lapis, qui desuper cecidit, dissipauit.* Pes enim finem vitæ signat, quam quia fictilem & terream, lapis, id est, mortis duritia inuenit, ipsam cassat. Istud etiam patet de diuitibus, qui fictitijs bonis modo pinguntur, sed prælectoribus, & futuris tribulationibus à Deo confringuntur Esa. 30. *Comminuetur sicut conteritur lagena figuli contritione perualida.*

C ¶ Tertio dico, quod inuenitur fictio vitiosa. Et ista est fictio quæ fit in moribus, quando, sc. malitiosi & hypocritæ mala fingunt esse bona, & etiam bona mala, & quando exterius in verbis & conuersatione vnum simulant, atque fingunt: in corde vero & intentione aliud cogitant atque gerunt, similes statuis & figmentis Sap. 10. *Stans figmentum salis.* Talem autem fictionem Spiritus sanctus abominatur, & omnes fallaces & fictitios detestatur Sapient. 1. *Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum.* Vnde que multi fictilis comminantur, dicens. *Eiulabo, & clamabo ad viros muri fictilis lamentantes* Hier. 48. Sapiens etiam ista fictione se carere dicebat Sapient. 7. *Hanc sine fictione didici, & sine inuidia communico.* Apostolus vero non in ficta charitate aliquid faciendum esse dicebat 2. Corint. 6. *In charitate non ficta.* Figulus autem istorum est diabolus, qui eos fingit, & efficit fictos. Vnde de multis Ecclesiasticis lamentatur Hier. Thren. 4. dicens, *Quomodo* inquit *reputati sunt in vase testea, opus manuum figuli?* Et bene testea, quia vere tales testæ à sua ficta conuersatione franguntur. Vnde Psal. 2. *Tanquam vas figuli confringes eos.* Non sic charissimi, quia sicut dicitur 2. Mach. 6. *Non enim ætate nostra dignum est fingere.*

D ¶ Aduerte tamen, quod fictio quandoque capitur in bono, quæ nihil aliud est, quam discreta simulatio. sicut de Christo dicitur, quod *ne cognosceretur, finxit se longius ire.* Luc. 24. Talis autem fictio potissime spectat ad prælatos & iudices &c. Vide de mala fictione vbicunq; infra agitur de hypocrisi, malitia siue fraude, & similibus.

A **Fides.** Nota, quod fides est fundamentum & subiectũ omnium aliarum virtutum, & ideo sicut subiectum subijcitur bonis & malis accidentibus, ipso inuariabili permanente, sic fides potest perseuerare, & inuiolabili permanẽtie sub peccatis & virtutibus. Est etiam fides informis, & fides formata. Fides informis est, quæ forma gratiæ & charitatis caret propter concomitantiam peccati mortalis. Formata vero dicitur, quando charitati & gratiæ est coniuncta. Describitur autem fides ab Apostolo Heb. 11. *Fides est sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium.* Describitur ab Isidoro, Fides est, qua veraciter credimus id, quod nunquam videre valemus. Describitur insuper à Chrysostomo. Fides est sanctissimæ religionis fundamentum. Fides enim fundamentum dicitur, quia sicut sine fundamento nihil potest ædificari, sic impossibile est aliquam sine fide virtutum congeriem fabricari, quia sicut dicitur Heb. 11. *Sine fide est impossibile quemquam placere Deo.* Est enim fides inter virtutes sicut mater inter filias, sicut stipes inter frõdes, sicut caput inter membra exteriora, sicut cor inter membra interiora. Et ideo sicut in natura secundum Arist. primo formatur cor inter omnia alia membra, sic vere nobis debet esse principalis & præcipua cura de fide nostra, primo & ante omnia bene formanda & ordinanda. Quia recta fides est

Sicut { Pes ad sustentandum,
Oculus ad dirigendum,
Cor ad viuificandum.

Per fidem enim sustentatur nostra fragilitas. vnde Col. 1. *Permanetis in fide fundati.* Item per fidem dirigitur erroris cæcitas, vnde Heb. 12. *Aspicientes in autorem fidei & consummatorem Iesum*, ita quod de istis duobus potest dicere ipsa fides illud Iob 29. *Oculus fui cæco, & pes claudo.* ¶ Item per fidem viuificatur nostra mortalitas, quia sicut dicitur Ro. 1. Gal. 3. Heb. 10. *Iustus ex fide viuit.* Et ideo charissimi, diabolus videtur esse similis astuto luctatori, draconi decepitori, accipitri raptori. Luctator n. pedes socij sui supplantat, B

plantat, draco pugnans cum elephante oculos sibi si potest extrahit, vt cœcus efficiatur, accipitur autem capta præda, cor ipsius eradicat, vt exinde satietur. Nihil enim sapidius accipiter, quam cor comedere prædæ suæ. Et proculdubio charissimi sic facit diabolus, quia vere summe dicitur nobis auferre pedem fidei sustentantis, oculum fidei dirigentis, cor etiam fidei viuificantis. Scit enim diabolus, quod sine tali pede non stamus, vel in bono perseueramus, sine tali oculo illa, quæ sunt credenda non intelligimus nec consideramus, sine tali corde vitam gratiæ habemus nec continuamus. De diabolo igitur bene præmonemur 1. Pet. 5. *Aduersarius vester diabolus, tanquam Leo rugiens circuit quærens quem deuoret, cui resistite fortes in fide.* Diabolo est enim fortiter resistendum, quod tamen non faciunt qui per errores, hæreses & sortilegia videntur cor & pedem & oculum amisisse. De quibus 2. Tim. 2. *A veritate exciderunt & subuerterunt quorundam fidem.* Non sic charissimi, sed contra diabolum viriliter dimicemus & cor, pedem & oculum fidei seruemus. Iuxta illud 2. Tim. 4. *Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui*, ideo reposita est mihi corona iustitiæ &c. In quibus verbis ostenditur, quod per fidem mundi prælium superamus. Bonum inquit certamen. Vitæ terminum consummamus. Cursum inquit. Cœli brauium reportemus. Ideo inquit reposita est mihi corona iustitiæ. Fides enim iuuat in prælijs viriliter dimicare, facit in stadijs fœliciter consummare, facit in brauijs valiter reportare. Dat igitur fides

Constantiam roboratiuam,
Perseuerantiam consummatiuam,
Cœli gloriam præmiatiuam.

C ¶ Dico igitur quod per talem fidem

Verba toleramus,
Opera consummamus,
Munera reportamus.

¶ Primo igitur dico, quod per fidem verbera toleramus, quod ostenditur cum dicitur. Bonum certamen certaui. Istud est enim bonum certamen certare, tribulationes & angustias sustinere pro fide & iustitia, iuxta illud Eccles. 4. *Vsque ad mortem certa pro iustitia.* Sicut enim dicit Auicenna & Ambros. in hexameron, Apes pro defensione regis sui certant & pugnant, & pro eo perire pulchrum putant. Serpens etiam pro capite suo ne lædatur corpus obijcit, & plagis & verberibus, pro seruando capite totum corpus exponit. Sic vere charissimi si fideles & boni fuerimus, pro rege & capite nostro, scilicet, pro Christo & eius fide defendendo & sustinendo, certare & præliari debemus, scilic. contra dæmonum tētationes, contra mundanas tribulationes, & etiam contra infidelium impugnationes, corpusque nostrum & membra pœnis & laboribus exponere propter ipsum, iuxta illud 1. Tim. 6. *Certa bonum certamen fidei.* Istud verbum potissime potest dici militibus cruce signatis, vel alijs contra infideles vel contra quibuscunque iustum prælium ingressuris, quia pro certo fides pro qua pugnant, quam sciunt esse certam & veram debet eis maximum esse in certamine fundamentum, & audaciæ fulcimentum. Bonum ergo certamen certaui. Et hoc, quia pro certo sicut dicitur 2. Tim. 2. *Non coronabitur, nisi qui legitime certauerit.* Et si vis, potes hoc dilatare quomodo certandum est contra mundum, carnem, & hostem, & quot modis succumbitur, & quot modis in hoc certamine præliatur. Et vide supra de Bello. Patet igitur, quod per fidem verbera viriliter toleramus.

D ¶ Secundo dico, quod per fidem opera terminamus. Cursum consummaui. Fides enim quam de Deo & de rebus inuisibilibus & futuris habemus, valde iuuat hominem, vt ad virtutum complementum perueniat, & attingat. Fides enim mentem dirigit, spes mentem erigit, charitas mentes inflammat & accendit. Igitur aliæ virtutes possunt bona opera incipere, sed ad fidē pertinet consummare, & ad finem debitum debite ordinare [Cursum inquit consummaui.] Sicut enim carens oculis non potest bene consummare, seu perficere cursum suum, sic vere charissimi, cursum bonorum operum non possunt perficere, seu complere illi, qui fidei lumine sunt priuati. Ideo bene dicitur Hebr. 12. *Curramus ad propositum nobis certamen aspicientes in autorem fidei nostræ & consummatorem Iesum.* Per fidem igitur opera terminamus, seu consummamus. Et nota, quod in isto verbo potest applicari de perseuerantia, & vide supra de tractatu Currere.

E ¶ Tertio dico, quod per fidē munera reportamus, quod ostēditur, cū dicitur, mihi corona. Et vere charissimi, corona gloriæ reponitur, & reseruatur illis, qui fidē Dei cū operibus sectantur. Vnde dicitur Tob. 2. *Vitam illam expectamus, quā Deus daturus est illis, qui fidē nunquā mutant ab eo* Quid n. charissimi, est apud Deū magis meritoriū, quā sit fides, vt homo magis credat alieno, quā sibi, vt captiuet propriū intellectū & compellat ipsum credere, id quod penitus excedit limites rationis. Secundū n. Greg. Fides non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentū. Excedit n. omnē sensum, ideo valde meritoria debet esse. Et ideo pro certo charissimi, sancti meruerunt per fidem miracula facere, mundi tribulationes vincere, & in fine cœlestem gloriam acquirere. Per fidem enim sancti miracula fecerunt Mat. 21. *Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, transi hinc & transibit & nihil impossibile erit vobis.* Item per fidē pericula euaserūt, vnde Heb. 11. *Fide transierunt mare rubrum.* Item Petro super mare timēti periculum dicitur Matt. 14 *Modicæ fidei quare dubitasti?* Item si per fidem tormenta superauerunt, & Paradisum acquisierunt. Vnde ibidem Heb. 12. *Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones, obturauerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugauerunt aciem gladij, conualuerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello.* Ecce quot præmia, quot munera, quot priuilegia habet fides nostra. Et breuiter charissimi, si fides non moriatur per peccatum mortale, ab ipsa reportabimus bona spiritualia & æterna. *Corona* inquit *reposita est mihi* Et ideo cuilibet præcipitur Apost 2. *Esto fidelis vsq; ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.* Ad quod facere potest, quod scribitur Hester vlt *Cognoscantur omnes qui fideliter Persis obediunt, dignam pro fide mercedem recipere* ¶ Si vis, potes hic inuehere contra illos, qui habent fidem sine operibus. Potes etiam applicare hic de corona gloriæ, vbi sunt duodecim gaudia particularia &c. in loco 12. lapidum pretiosorum: omitto tamen omnia gratia breuitatis. Patet igitur, quod per fidem

Cœli munera reportantur,
Bona opera terminantur,
Pœnæ verbera tolerantur.

Et breuiter charissimi, fides in scriptura comparatur illi lapidi, qui dicitur Iaspis, quia sicut dicitur Apoc. 21. *In cœlesti Hierusalem fundamentum primum Iaspis.* Sicut enim Iaspis secundum Dioscoridem facit hominem tutum inter pericula, maleficijs & incantationibus obuiat, & resistit, oculos acuit, ardorem temperat, & castitatem diligit, sic vere charissimi, fides facit hominem tutum per constantiam Col. 2. *Firmamentum eius, quæ in Christo est fidei vestræ.* Incantationibus & suggestionibus dæmonum & hæreticorum obuiat per veram scientiam Eph 6. *Sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela inimici ignea extinguere.* Oculos intellectus acuit per prudentiam: ardorem etiam concupiscentiæ temperat per sanctitatem & castimoniam. Ideo de I spide fidei dicitur Apoc. 21. *Hierusalem, lumen eius simile lapidi pretioso, tanquam lapidi Iaspidis.*

¶ Et breuiter dicere possum, quod fides seruanda est, & habenda, quia F

Deum iratum solet placare,
Mentis peccatum solet purgare,
Quemque grauatum solet iuuare,
Mortis hiatum solet vitare,
Cœli optatum solet præstare.

Per fidem dico Deus placatur: fides enim signum regis est, quo viso in prælio huius mundi, Deus cognoscens eum esse ex parte sua, parcit ei. Fides enim est sicut ille lapis, qui portatus reconciliat inimicos, quia scilicet faciliter Deus reconciliatur homini, quem inuenit catholicum & fidelem. Nam teste scriptura ad Hebr. 11 *sine fide impossibile est placere Deo*, & sicut dicitur Ecclesiastic. 1. *Beneplacitum est Deo fides & misericordia.*

¶ Item per fidem culpa purgatur. Sicut enim aer purificatur G aduentu luminis, sic mens per illuminationem fidei Prou. 15. *Per fidem & misericordiam purgantur peccata, & per timorem domini declinat omnis à malo.*

¶ Item per fidem homo saluatur, id est, à peccati & inferni periculo liberatur. Vnde illi mulieri infirmæ dicitur Luc. 7. *Confide filia, fides tua te saluam fecit.*

¶ Item per fidem vita seruatur. Fides enim tenet locum cordis in virtutibus moralibus, quia scilicet virtutes non viuunt sine ista Abac. 2. *Iustus autem ex fide viuit.* Ista est enim quæ à morte culpæ & pœnæ nos liberat.

¶ Item per fidem salus donatur 1. Pet. 1. *Reportantes finem fidei vestræ, salutem animarum vestrarum.* Et ideo breuiter de eius perfectionib pulcherrime loquitur Aug. li. de verbis domini. Nulla (inquit)

(inquit) maior substantia, vel thesaurus, nullæ maiores diuitiæ vel honores, quam sit fides nostra: quia

Homines saluat,
Cæcos illuminat,
Infirmos sanat,
Catechumenos baptizat,
Fideles iustificat,
Pœnitentes reparat,
Iustos augmentat,
Martyres coronat,
Virgines & viduas casto pudore conseruat,
Clericos ordinat,
Sacerdotes constituit,
Homines cum angelis sursum locat.

A **Fidelis. Fidelitas.** Nota, quod fidelitas est quædam mentis inuariabilis rectitudo, quæ inter amicos & inimicos, inter pauperes & diuites, seruos & dominos generaliter locum habet; hanc enim virtutē omnes possunt habere; ad hanc etiam & natura voluit omnes homines generaliter & naturaliter obligare. Est igitur fidelitas mentis rectitudo, seu obligatio naturalis, qua quis ad amicitiam rependendam, ad secretum commissum celandum, ad firmitatē propositi & etiam cuiuslibet promissi reddendam & habendam se sentit efficaciter obligatum. Vnde possumus notare, quod nos debemus esse fideles erga Deum, ipsum credendo, erga proximum, ipsum diligendo, erga seipsum quilibet, se fideliter conseruando, ergo susceptum officium ipsum fideliter exercendu & dispensando, iuxta illud 1. ad Cor. 4. *Hic quæritur inter dispensatores, vt quis fidelis inueniatur.*

B ¶ Notemus igitur, quod nos debemus inuicem

Fideliter { Diligere, Diuidere, Persistere.

Dico igitur primo, quod ad virum fidelem pertinet fideliter diligere. Fidelitas enim requirit, vt vnusquisque nostrum alterum diligat, alter alteri subueniat, alter alterum supportet & foueat. Inter elephantes enim videtur esse maxima fidelitas, vnus dicitur alterum diligere, & ipsum si ceciderit subleuare. Inter passeres etiam tam fidelis dicitur esse amor, quod si vnus laqueo capiatur, statim (si possunt) ab alijs concurrentibus liberabit. Quod de porcis etiam videmus, isti enim quodam fideli nexu alter ad clamorē alterius concurrunt & si possunt ei subueniunt & succurrunt. Sic proculdubio charissimi, debet esse de vobis. Quia vere charissimi, erga amicos nostros debemus esse fideles, & ipsos perfecte diligere, & eis in tempore tribulationis quātō magis poterimus subuenire, iuxta illud Eccles. 22. *Fidem posside cum amico tuo in paupertate illius*, id est, in tempore tribulationis ipsius mane illi fidelis. Istam tamen regulam non tenent falsi amici, quia scilicet non amant, nec fideliter, nec veraciter, quia scilicet diligunt personam, sed fortunam, non hominis bonitatem, sed propriam vtilitatem. Istud patet, quia si in prosperitate aliquem diligunt, si superuenit aliqua tribulatio, vel tentatio, ab ipso recedunt, iuxta illud Eccl. 6. *Est amicus socius mensæ, & non permanebit in tempore tribulationis.* Ideo admirando loquitur sapiens, Prou. 20. *Multi sunt misericordes, virum autem fidelem quis inueniet.* Non sic igitur, sed sue simus subditi, siue prælati, siue domini, siue vasalli, siue superiores, siue inferiores, siue maiores, siue minores, alter alterum diligamus, & alter alteri fidelitatem seruemus, quia sicut dicitur Prouerb. 28. *Vir fidelis multum laudabitur.* Et quia sicut dicitur Ecclesiast. c. 6. *Amicus fidelis protectio fortis, & amico fideli nulla est comparatio*, debemus igitur fideliter diligere.

C ¶ Secundo dico, quod nos debemus fideliter diuidere. Dispensator enim & procurator, qui habet reddere salarium, debet fideliter operarijs reddere, quod merentur. Si enim odio vel fauore inæqualiter diuideret, vel si vltra voluntatem domini sui retineret, non fidelis, sed infidelis diceretur. Furtum enim committeret, ex quo bona domini contra voluntatem ipsius dispensaret. Pro certo charissimi, talis fidelitas requiritur in quolibet Ecclesiastico vel prælato, cui commissum est regimē, seu administratio domus Dei. Iste enim subditis suis debet bona sibi cōmissa sine acceptione personarum distribuere & diuidere, & nō sibi aut suis indebite retinere, quia sicut dicitur 1. Corint. 4. *Iam quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur.* Quod vtique est contra multos, qui reuera non diuidunt fideliter & æqualiter, sed maligniter & dispariter, quia scil. bona ecclesiæ suis compatriotis, familiaribus & consanguineis (quanquam indignis) distribuunt, bonis vero sufficientibus nihil donant. Isti sunt similes lupo, qui talis est conditionis, quod totam prædam suam solus cum catulis suis vellet comedere, & nihil alijs distribuere. Vnde iste non fidelis nec bonus dispensator est, nec etiam est similis leoni, qui prædam suam extraneis, & alijs animalibus diuidit & largitur. Sic vere multi sunt hodie in ecclesia auari & lupini, rapaces, atque tenaces, qui bona sua alijs non diuidunt, sed pro se, catulis & parentibus ipsa reseruant & custodiunt. Vnde isti non sunt dispensatores fideles, sed fures, & impij & crudeles. De istis dicitur Esa. 1. *Principes infideles, & socij furum.* Nō sic charissimi, sed pro certo nos debemus fideliter diuidere.

D ¶ Tertio dico, quod nos debemus fideliter persistere. Vir etenim fidelis, stabilis & firmus dicitur,

Veraciter loquendo,
Tenaciter celando,
Simpliciter viuendo,
Stabiliter hærendo.

Veraciter (dico) loquendo, quia scil. vir fidelis non debet vnum dicere, & aliud cogitare, quia sicut dicitur Prou. 14. *Testis fidelis nō mentietur.* Item tenaciter celando, quia sc. illud, quod suæ fidelitati committitur, non debet quacunque occasione alicui reuelare, quia sicut dicitur Prou. 11. *Qui fidelis est, celat amici commissum.* Item simpliciter viuendo, quia sc. vir fidelis non debet esse duplex sed simplex, non debet vnum promittere, & aliud facere, non vnum fingere, & aliud sentire. Vnde de tali firmitate potest dici illud, Esa. 22. *Figam illum paxillum in loco fideli.* Item in amicitia stabiliter adhærendo, quia vere sicut canis est animal fidele domino suo, sicut pluribus de canis fidelitate posset ostendi exemplis, sicut de cane Lysimachi regis exēplificat Solinus, quod dominum suum comitans, cum corpus eius mortuum combureretur, in flammas cum eo se iniecit, sic vere charissimi dominis nostris superioribus & magistris debemus esse fideles, eis. sc. fideliter famulando, nulli alij adhærendo, sed cum ipsis stabiliter perseuerando, iuxta illud Apoc. 2. *Esto fidelis vsq; ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.*

E ¶ Et breuiter notare potest, quod fidelitas

Præcipitur diuinis legibus,
Præficitur humanis gregibus,
Extollitur immensis laudibus,
Erigitur æternis sedibus,
Diligitur à cunctis gentibus.

Dico n. quod fidelitas diuinis legibus præcipitur, vnde Io. 20. dicitur imperando, *Noli esse incredulus, sed fidelis.* Et illud prædictum Apoc. 2. *Esto fidelis vsque ad mortem.*

¶ Item dico, quod humanis gregibus præficitur. Deus n. non vult habere præfectos vel prælatos in populo suo, nisi fideles & bonos Math. 24. *Fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus super familiam suam.* Et 1. Regum cap. 2. *Suscitabo mihi sacerdotem fidelem.*

¶ Item immensis laudibus extollitur. Fidelitas enim inter omnes virtutes summe laudatur, iuxta illud prædictum Prou. 28. *Vir fidelis multum laudabitur*, & merito sic laudatur, quia pro certo ista est virtus cæteris rarior, cæteris charior, cæteris sanior. Rarior dico Pro. 20. *Virum autē fidelem quis inueniet?* Charior ēt Sap. 3. *Fideles in dilectione acquiescent illi.* Sanior insuper Pro. 13. *Legatus fidelis sanitas.* Ista igitur immensis laudibus extollitur.

¶ Item ista æternis sedibus erigitur. Deus enim in conuiuio suo æterno, cum & ipse fidelis sit, iuxta illud Psal. *Deus fidelis, & absq; vlla iniquitate iustus & rectus*, vult habere conuiuas fideles, Ps. 100. *Oculi mei ad fideles terræ, vt sedeant mecum.*

¶ Item ista à cunctis gentibus diligitur. Tanta est enim fidelitatis virtus, quod ipsam in alijs diligunt etiam infideles, Eccl. 33. *Seruus fidelis sit tibi, quasi anima tua.* Et breuiter charissimi, fidelitatem nullus debet infringere, sed ipsam potius conseruare, quia sicut dicit Sen. in Prou. Viri boni est pollicitam seruare fidem. Et idem ibidem, malo mihi deesse successum, quam fidem frāgere. F

¶ Sed pro certo charissimi, istud non faciunt hodie multi, quia proculdubio valde pauci sunt hodie viri fideles, infringunt enim aliqui fidelitatem

Per promissorum non impletionem,
Per secretorum reuelationem,
Per amicorum defraudationem & proditionem,
Per dominorum impugnationem.

¶ Infideles enim sunt promissorum violatores, iuxta illud Rom. 4. *Exinanita est fides, abolita est promissio.* Item isti sunt secretorum reuelatores, nesciunt enim aliquid celare, quinimo sæpe fit quod fideles & bonos se fingunt esse, vt sub tali specie secreta hominum inquirant, vt tandem ipsa reuelent, & prodant, similes vasis crystallinis, quæ ita sunt peruia & etiam lucida, quod quicquid intus est declaratur, quia vere quicquid talium fidelitati committitur, statim exterius reuelant. Et ideo bene cauendum est, cui vel quali secreta committuntur, iuxta illud Eccl. 8. & Prou. 25. *Secretum extraneo non reueles*, quia pro certo falsi & proditores veniunt in vestimentis ouium, intrinsecus aût sunt lupi rapaces. Quod figuratū est in illo Ismael Ier. 41. de quo dicitur, quod *ipse in occursum aliorum incedens & plorans ibat*, scilicet fingendo se eis compati, & condolere, *dissimulans se velle ipsos ad locum securitatis ducere, ipsos tamen opportunitate habita interfecit.* Et sic in talibus impletur illud, Eccl. 12. *Oculis suis lacrymabitur inimicus, & cum inuenerit tempus, non satiabitur sanguine.* Isti igitur sunt secretorum reuelatores.

¶ Item isti sunt amicorum defraudatores. Amicos enim suos, i. illos, qui se confidunt velut amicos, solent tales infideles decipere, & sub specie boni mala consilia suggerere, fidem insuper & veram amicitiam alijs tanquam propinquis, & proximioribus non seruare, vnde 1. Tim. 5. *Qui suorum, maxime domesticorum, curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior.*

¶ Item isti sunt dominorum impugnatores. Sæpe enim fit, quod infideles serui dominos, discipuli magistros, subditi prælatos, quanquam eis multa bona fecerint, solent decipere, côtra eos insurgere, & eos accusare. Et istud patet in Absalon & Achitophel 2. Reg. 17. quorum vnus filius, alter fuit côsiliarius & secretarius regis Dauid, & tamen contra eum insurrexerunt, & ipsum de regno proprio expulerunt. Taliter n. faciût hodie mali serui suis dominis, mali subditi suis prælatis, mali filij suis patribus, mali ingrati suis benefactoribus. Isti enim sunt sicut Iupiter qui Saturnum patrem suum de regno fingitur eiecisse. Tales igitur infideles sunt, qui in fidelitate stabilitatis & amicitiæ non persistunt, ita quod proprie de talibus potest dici illud, Deu. 32. *Generatio enim peruersa est, & infideles filij.* Non sic igitur charissimi, sed simus fideles & boni, & persistamus stabiliter, diuidamus æqualiter, diligamus veraciter, &c. Vide sup. de tit. Estote, & in illa autoritate: Esto fidelis vsque ad mortem.

A **Fiducia.** Nota, quod fiducia idem est, quod confidentia, spes seu securitas.

¶ Primo igitur possumus breuiter notare, quod est quædam fiducia cômendabilis & virtuosa. Et ista est fiducia qua in Deo & in sanctis confidimus & speramus. Deus enim est sicut lapis Adamas, qui gestatus timores dicitur pellere, & hominem securum reddere. Epistitea etiam facit, vt dicit Diosc. hominem inter pericula tutum esse. Sic vere Deus illos, qui in ipso habent fiduciam, & qui ipsum per iugem deuotionem & fiduciam secum portant, tutos in periculis facit esse. Vnde Ier. 39. *Erit anima tua in salutem, quia in me habuisti fiduciam.* Ista est igitur fiducia commendabilis & virtuosa.

¶ Secundo est fiducia detestabilis & vitiosa. Et ista est fiducia, quam quidam habent

In mundi diuitijs,
In proprijs malitijs,
In amicorum multitudine,
In propriarum virium fortitudine.

Habent (dico) fiduciam in diuitiarum plenitudine, vnde Iob 8. *Sicut tela araneæ fiducia eius*, & Iob 31. *Si dixi obryzo, fiducia mea es.* Itê in malitiarum promptitudine, Esa. 47. *Fiduciam habuisti in malitia tua.* In amicorum multitudine Iob. 39. *Nunquid habebis fiduciam in magna fortitudine eius?* contra illud Iere. 9. *In omni fratre suo nô habeat fiduciam.* In propria fortitudine, nec attendunt, quod subito atteratur. Ideo dicitur Esa. 36. *Quæ est fiducia ista, qua confidis?* ac si nulla.

¶ Tertio dico, quod est fiducia affectabilis & gloriosa, & ista est illa perfecta securitas & fiducia, quam habent sancti in patria, de qua Esa. 32. *Sedebit populus meus in requie opulenta in tabernaculis fiduciæ.* Et hoc sufficit, quia supra satis dictum est de confidentia.

A **Fieri.** Nota, quod fieri signat mihi quandam continuationem, & quendam transitum & mutationem, & de vno esse ad aliud alterationê. Signat etiâ imperfectionê, omnisq; complementi carentiam, & necdum adeptam perfectionem. Igitur cum significare possit in bono & in malo, dicamus quod fieri in bono significato potest referri ad Deum, & ad quemlibet virum iustum. In malo significato ad quemlibet impium & peccatorem.

¶ Primo ergo de fieri Dei dicamus. Quâuis enim Deus quâtum ad essentiam suam nunquam consistat in fieri, sed potius in facto esse, cum nullam imperfectionem habeat, nec in aliquo transitu aut alteratione consistat, respectu tamen nostri quotidie fit & efficitur, in quantum in nobis secundum merita in diuersa mutatur. Quamuis enim sol in sua essentia est immutabilis, in suis tamen effectibus & quantum ad exteriorem faciem secundum quod in diuersis signis currit, multipliciter alteratur, Sic Deus quamuis semper idem ipse sit, tamen ad effectus, & secundum signa per quæ decurrit, id est, secundum qualitatem hominum in quos agit, multipliciter variatur. Et sic notado, quod Deus B

Fit nobis
- Hospes & habitator,
- Tutor & defensator,
- Pater & consolator,
- Concordator & mediator.

Quod fiat nobis hospes & visitator seu cohabitator, patet Ioh. 1. vbi dicitur, *quod verbum caro factum est, & habitauit in nobis.* Ista etenim fuit quædam factio & alteratio mirabilis, quia sc. factus est Deus homo, summus, imus, æternus, mortalis. Istam factionem propheta desiderauit, natura stupuit & expauit. Maria tamen credidit & acceptauit. Propheta (dico) desiderauit, dicens in Ps. 23. *Fiat misericordia tua Domine super nos, quemadmodum sperauimus in te.* Et illud: *Fiat manus tua super virum dexteræ tuæ & super filium hominis quem confirmasti tibi.* Natura etiam ipsam reformidauit. Vnde propter mutationem ordinis naturæ, B. virgo expauescendo dicebat Luc. 1. *Quomodo fiat istud, quoniam virum non cognosco?* Maria tamen ipsa credidit & humiliter acceptauit, dicens ibidem. *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.* Sic igitur dico, quod Christus quantum ad diuinitatem non fit, nec fuit factus. Vnde in Symbolo canitur: *Genitum, non factum, consubstantialem patri per quem omnia facta sunt.* Quantum vero ad humanitatem fuit in fieri, & etiam fuit factus, vnde Gal. 4. *Misit Deus Filium suum factum de muliere, factum sub lege.* Iste igitur fit nobis spes & visitator patet in Ps. vbi dicitur, *Fiat manus tua, vt saluet me.* Itê quod nobis fiat tutor & defensator, patet in Ps. vbi dicitur. *Fiat manus tua, vt saluet me.* Item quod nobis fiat pater & consolator, patet in Psal. 121. vbi dicitur: *Fiat misericordia tua, vt consoletur me.* Item quod nobis fiat concordator & mediator, patet in Ps. vbi dicitur, *Fiat pax in virtute tua* Sic igitur patet quomodo fieri spectare potest ad Deum.

¶ Secundo dico, quod fieri potest referri ad virum iustû. Iustus enim continue fit & perficitur, & de bono in melius alteratur, vt sc. ad supremum factum ad summam perfectionem, i. ad æternam beatitudinem attingere mereatur. Sicut enim puer in vtero non cessat formari & fieri, quousque ad maturam perfectionem ipsum contingat parturiri, sic in vtero huius mundi semper debemus esse in fieri quousque mater nostra Deus, bene formatos & factos, in lucem æternitatis emittat Matt. 8. *Sicut credidisti, fiat tibi.* Deus enim talem factionem in nobis appetit, & nos bonos fieri concupiscit, vnde 2. Tim. 2. dicitur, quod *ipse omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.* Et sic nota, quod ipse vult nos

Fieri
- Stabiles & solidos,
- Humiles & timidos,
- Clementes & fluidos,
- Feruentes & auidos,
- Honestos & fulgidos,
- Modestos & prouidos.

Igitur fiamus stabiles & solidi Gen. 1. *Fiat firmamentum in medio aquarum.* Item Matth. 4. *Dic vt lapides isti panes fiant.* Item fiamus humiles & pauidi, Luc. 22. *Qui maior est vestrum: fiat minor*, & illud Iac. 3. *Nolite plures magistri fieri, fratres mei, scientes, quon iam maius iudicium sumitis*, Rom. 3. *Subditus fiat omnis mundus Deo.* Item fiamus clementes & fluidi Luc. 12. *Dicitis, nimbus venit, & ita fit.* Nimbus enim fluorem pietatis designat.

¶ Item fiamus feruentes & auidi, sc. in oratione & deuotione 1. Cor. 16. *Omnia vestra in charitate fiant:* & Act. 12. *Fiebat autem oratio sine intermissione ab ecclesia ad Deum pro eo.* D

¶ Item fiamus honesti & lucidi Rom. 8. *Conformes fieri imaginis filij sui*, & Gen. 1. *Fiat lux.* Et ibidem: *Fiant luminaria in firmamento cæli.*

*rocatis.* Loa enim & imago honestam conuersationem designat.

¶ Itē fiamus modesti & prouidi 1. Cor. 14. *Omnia secundum ordinem fiant in vobis.* Ista sunt igitur, quæ oportet fieri Apoc. 1. *Quia si ista non fierent, non fieret salua omnis caro.*

¶ Tertio dico quod fieri potest referri ad peccatores, qui nō fiunt modo tam dicto. Sunt enim istis monstra, quæ faciendo errat natura, quia pro certo omnia videntur in eis modo inordinato & rationi contrario esse facta. Isti enim fiunt

Rebelles & litigiosi,
Imbecilles & desidiosi,
Carnales & luxuriosi,
Crudeles & iniuriosi,
Instabiles & defectuosi.

¶ Quod fiant rebelles & litigiosi patet in Ps. vbi dicitur, *Fiant contra Dominum semper.*

¶ Item quod fiant imbecilles & desidiosi, patet 2. Reg. 18. vbi dicitur; *Fiant sicut puer inimici Domini,* & Eiud. 15. *Fiant immobiles quasi lapis.*

¶ Item quod fiant carnales & luxuriosi, patet Ephes. 5. vbi de luxuriosis dicitur, quod *quæ in occulto ab eis fiunt, turpe est dicere.* & tamen in Ps. dicitur, *Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus.*

¶ Item quod fiant crudeles & iniuriosi, patet Gen. 49. vbi dicitur. *Fiat Dan coluber in via cerastes in semita, mordens vngulas equi.*

¶ Item quod fiant instabiles & defectuosi patet Hier. 18. vbi dicitur; *Fiant corruentes in conspectu tuo, defectuosi,* scil. breues & imperseuerantes Ps. *Fiant dies eius pauci.*

¶ Item quod isti finaliter fiant miserabiles & penitiosi, scil. post mortem in inferno, patet in Psal. vbi dicitur: *Fiant habitatio eius deserta fiant filij eius orphani. fiant nati eius in interitum.* Et alibi: *Fiant tanquam puluis ante faciem venti, & Angelus Domini persequens eos, &c.* Iustificat de fiat tam in bono, quam in malo significato.

E ¶ Sed si vis potes dicere, quod istud verbum fiat dicitur imperatiue, supplicatiue, execratiue seu maledictiue, & ordinatiue: Imperatiue dico, sicut illud (*Fiat lux, &c.*) Supplicatiue, sicut illud (*Fiat misericordia tua Domine super nos*) Maledictiue seu execratiue, sicut cum dicitur (*Fiant nati eius in interitum, in generatione vna deleatur nomen eius*) Ordinatiue, sicut illud (*Omnia vestra in charitate fiant.*

F ¶ Adhuc dico, quod est vnum fiat quod est

Potentiæ,
Clementiæ,
Iustitiæ,
Nequitiæ,

Fiat potentiæ pertinet ad Deum creatorem Gen. 1. *Fiat lux.* Fiat clementiæ pertinet ad Christum redemptorem, vnde Dauid in Ps. *Fiat pax in virtute tua.* Fiat iustitiæ pertinet ad viatorem bonū Prou. 18. *Longi fient dies eius* Fiat nequitiæ pertinet ad vanum peccatorem Ps. *Fiat ei,* supple maledictio, *sicut vestimentum quo operitur, &c.*

A
## Figere. Fixus. Fixio.

Nota, quod cum illud, quod fixum est siue sit palus, siue sit clauus, stabiliter adhæreat rei, cui infigitur, videtur, quod loquendo moraliter, fixio stabilitatem designet. Homo enim fixus dicitur, qui in aliquo proposito efficaciter stabilitur. Sumitur igitur figere in bono & in malo significato. In bono enim significat perseuerantiam & durationem. In malo vero designat eiusdis proteruiam & obstinationem.

¶ Bonus enim debet esse fixus, & in bono proposito stabilisus Sicut enim pali tabernaculorum quanto profundius in terra figuntur, tanto ipsa tentoria contra ventorum impetum efficacius statuuntur, sic homo bonus cum in profundo per bonum propositum in virtutibus radicatur, contra tentationum flatus & fluctus stabiliter roboratur. Arbor enim faciliter euertitur, quæ in terra non figitur, aut cuius radix nullatenus profundatur. Igitur figamur in Deo per fidem, ipsi perfecte credēdo, Esa. 22. *Figam illum paxillum in loco fideli:* figamur in proximo per charitatem, ipsum fortiter amando Eccl. 6. *Amicus si permanserit fixus, erit tibi sicut coæqualis* Figamur in cœlo per spē, bona æterna cordialiter affectando. Vnde illud quod dicitur in collecta. Ibi nostra fixa sint corda, vbi vera sunt gaudia. Quidam enim sanctus pater cum rogaretur à discipulis verbum salutis proponere, solum ista duo aduerbia dicebat: Ibi, vbi: & rogatus exponere dictam collectam, dixit. Ibi inquit nostra fixa, &c. Spes enim, fides & charitas sūt tres claui tabernaculi cordis nostri, & tres radices arboris mentis nostræ & tres columnæ ædificij virtutum nostrarum, quæ si stabiliter fixa fuerint, nunquam cadere p[...] sunt aut perire. Exod. 1[...] *Israel fixit tentoria è regione montis.* ¶ Et breuiter in nobis debes esse B



Fixa { Intentio, Affectio, Locutio.

De fixa intentione potest dici illud Eccles. 27. *In medio compaginum palus figitur.* De fixa affectione potest dici illud Eccles. 6. *Amicus, &c.* vt supra. De fixa locutione potest dici illud 2. Reg. 19. *Fixum est quod locutus sum.* De malis etiam & obstinatis quomodo in suis opinionibus & malis propositis fixi sunt, patet. Arbores infructuosæ, vt communiter, profundius figuntur in terra, & maiores & excellentiores existunt quam arbores fructuosæ, patet de quercubus & de vlmis respectu mali punici seu mori. Sic vere mali & infructuosi, profundius figuntur in suo malo proposito, quam boni figantur in bono, figuratur Act. 27. in illa naui cuius prora in bithalasso ita stabat immobilis, quod ante fracta est quam laxata. Sic mali vsq; ad fractionem mortis fixi & stabiles permanent in delictis. Vnde de Ismael dicitur Gen. 16. quod *è regione vniuersorum fratrum suorum figet tabernacula.*

## Figulus. Figmentum

Vide in titulo fingere. A

## Figura.

Nota, quod figura accipitur pro exteriori imagine seu forma. Et inde est, quod in scientialibus illud figura dicitur, vbi sub exteriori apparentia historiæ vel literę interiora mysteria continentur. Nota igitur, quod figura secundum vtrumque suum significatum, quo vel secundum literam, vel secundum literæ mysticam intelligentiam signat, significare potest

Caliginem velatæ veritatis,
Imaginem ornatæ venustatis,
Æruginem mundanæ qualitatis.
Prima figura debet intelligi,
Secunda figura debet corrigi,
Tertia figura debet negligi.

Inuenitur igitur figura quam debemus intelligere. Et ista est figuralis & ænigmaticus scripturarum processus, sub quo verus intellectus latet, de qua dicitur 1. Cor. 10. quod *sanctis patribus omnia in figura contingebant.* Nā facta antiquorum ex veris historiis processerunt, & futurorum legis nouæ sacramentorum signa & figuræ fuerūt. Parabolæ etiā Christi figuratiue dictæ sunt, quia vnum quidem interius, aliud vero exterius significant & prætēdunt. Cognitio etiam nostra pro tempore huius vitæ nunquam est nuda facialis, sed potius obscura, ænigmatica & figuralis. Cuius tamen contrarium erit in patria, quia ibi non erit parabola vel figura, sed nuda veritas atque clara, ita quod de quolibet beato poterit dici illud Num. 12. *Non per figuras & ænigmata, sed facie ad faciem Deum videt.* ¶ Item inuenitur figura quam debemus emendare & corrigere. Et ista est figura exterioris conuersationis, quæ sc. per vitiores ornatur, atq; pingitur, 4. Reg. 1. *Cuius figura & habitus est vir, qui occurrit vobis? Responderunt, vir pilosus, & zona pellicea præcinctus renibus.* Per vitia autem hæc figura deformatur, & inficitur. Vnde Leu. 19. *Neq; figuras aliquas, aut stigmata facietis vobis.* Figuras (dico) id est, malæ conuersationis imagines. Per pœnitentiam vero antiquæ & malæ figuræ destruuntur 4. Reg. 23. *Figuras idolorum & immunditias abstulit Iosias.* Noua vero & sancta figura reparatur & reficitur, sicut Nabochodonosor Dan. 4. De seipso prius in bestiam mutato & tandem reformato dicit: *Figura mea reuersa est ad me.* ¶ Item inuenitur figura quam debemus contemnere & negligere. Et ista est figura cursus & imago prosperitatis mundanæ de qua 1. Cor. 7. *Præterit enim figura huius mundi,* &c. Vide infra de imagine, & de forma, & alijs similibus.

## Filius.

A Nota, quod filius est nomen subiectionis, nomen dilectionis, nomen vtilitatis, nomen nobilitatis, nomen conformitatis.

Nomen dico {
Subiectionis, quia patri debet subiugari,
Dilectionis, quia à patre debet amari,
Vtilitatis, quia patri debet subrogari, sc. in successione,
Nobilitatis, quia liber debet iudicari,
Conformitatis, quia debet patrem in virtutibus imitari.
}

Istis quinque modis, charissimi, debemus pro certo esse filij Dei & sanctorum, quia pro certo (charissimi) boni & perfecti viri istis quinque rationibus possunt spirituales filij nuncupari, scilicet, quia isti habeot

Humilitatis subiectionem,
Charitatis dilectionem,
Nobilitatis conditionem,
Hæreditatis successionem,
Conformitatis applicationem.

Boni enim humiliter maioribus subiugantur, vnde Sap. 9. & etiam in Ps. *Ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ.*

¶ Item alternatim diligunt & diliguntur, scilicet, tam à Deo, quam ab hominibus. Vnde Gen. 22. *Tolle filium tuum, quem diligit Isaac.* & Luc. 3. *Tu es filius meus dilectus.*

¶ Item isti sunt nobiles moraliter & liberi, quia scilicet isti sunt filij & non serui, *qui enim facit peccatum, seruus est peccati.* Ioan. 7. Et ideo quia sancti sine tali seruitute fuerunt liberi, & nobiles spiritualiter dici potuerunt. Vnde Sap. 2. *Si est vere filius Dei, liberabit eum.*

¶ Isti vtiliter hæreditantur, quia scilicet filij spirituales Dei & Ecclesiæ, habens ius in hæreditate & successione patris & matris, id est, in bonis Ecclesiæ, in bonis gratiæ, in bonis gloriæ. Vnde Gal. 4. *Quod si filius, & hæres.*

¶ Item isti conformiter imitantur, quia patres spirituales, videlicet Deum, prælatos, & sanctos viros debent imitari, & eis in virtutibus conformari, vnde Gen. 5. *Genuit Adam filium ad imaginem suam.* Et sic pro certo charissimi, si istas quinque conditiones quis habuerit, bene spiritualis, id est, Dei filius dictus erit. Et sic poterit dici de ipso illud præallegatum Luc. 3. *Tu es filius meus dilectus.* In quibus verbis ostenditur, quod ad hoc, quod quis filius Dei possit dici, tria principaliter requiruntur. Debet enim esse habilis ad æternam susceptionem quia dicitur [Filius] Humilis per internam subiectionem, quia dicitur [Meus] Amabilis per supernam dilectionem, quia dicitur (Dilectus)

Isti enim sunt Dei { Successores, Seruitores, Amatores.

Dei successores, quod probat conditio, quia (Filius vel filij) Dei seruitores, quod probat possessio (Meus) i. e. mihi subditus, vel à me possessus. Dei amatores, quod probat affectio (Dilectus inquit) Si enim à Deo est dilectus, per consequens ipsum supponere diligitur, iuxta illud Senec. Ama si vis amari.

B ¶ Primo ergo dico, quod iustus dicitur filius Dei, quia succedit in hæreditatem, & hoc ostenditur cum dicitur. (Filius.) Filius enim dicitur patri naturaliter succedere. Sic sancti & iusti qui per gratiam Filij Dei constituuntur, in hæreditate sua, id est, sequenti gloria, vel in præsenti Ecclesia, hæredes & successores fieri merentur. Et ideo videmus, quod Deus facit talibus, sicut vitulos marinus, qui est animal natans in aquis, & graditur in terris, qui filios suos in terra generat atq; parit, ipsosq; finaliter ad mare ducit, & ibidem ipsos natare docet, instruit & inducit, sicut dicit Plin. Sic vere charissimi, Deus pater filios suos fideles, in terra, id est, in hoc mundo generat per gratiam, & tandem in morte ipsos ad mare, id est, ad affluentiam Paradisi perducit, & regni Paradisi successores tanquam legitimos filios eos facit. Ideo de talibus potest dici illud Ioan. 8. *Seruus non manet in domo in æternum.* Ideo de tali filio loquitur Christus Luc. 15. *Fili, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt.* Sic igitur dico, quod quicunq; iustus dicitur Dei filius, quia succedit in hæreditate.

C ¶ Secūdo dico, quod filius potest dici, qui præcellitur in humilitate, illud n. nomen est humilitatis, istud enim vocabulum, filius, importat de se quod sit in paterna potestate, cū sit vocabulum relatiuum. Et hoc etiam ostēditur cum dicitur Meus, quod est pronomen possessiuum. Ista enim pronomina, meus, tuus, & suus significant quasi possessionem & subiectionem, ad denotādum, quod illi, qui filij spirituales Dei & Ecclesiæ volunt esse, debent per humilitatē Deo & suis maioribus subijci, & per abdicationem propriæ voluntatis alterius iuris fieri, & non sui. (Meus inquit.) vnde Matt. 17. *Hic est filius meus,* vt sic quilibet dicat illud Gen. 27. *Ego sum filius tuus Esau.* Vbi nota, quod talis humilitas debet habere obedientiæ promptitudinem, quod notatur, cū dicitur. (Ego.) quod est primæ personæ. Ad denotandū, quod ad prompte obediendum debet inter cæteros primus esse. Item debet habere perseuerantiæ firmitudinem, quod ostenditur cum dicitur. (Sum.) Item debet habere humilitatis promptitudinem, quod notatur cum dicitur (Tuus. [illegible] habere fœcunditatis plenitudinem, quia dicitur Esau, [illegible] preratur terra. De isto igitur meus, id est, de ista subie[illegible] sessione potest quilibet talium dicere illud Ps. *Dominus dixit ad me, filius meus es tu.* Iustus igitur filius Dei dicitur, quia præcel[illegible] in humilitate.

¶ Tertiū dico, quod talis filius Dei dicitur quia fundatur in charitate, quod ostenditur cum dicitur Dilectus Quia enim tales à Deo sunt dilecti, ideo supponitur, quod ipsi Deum diligat, quia Deus non diligentes se, non diligit, iuxta illud Prou. 8. *Ego diligentes me diligo.* Et in persona talium dicitur 1. Ioan. 4. *Nos igitur diligamus Deum, quoniam ipse prior dilexit nos.* Amor enim habet naturam reciprocam, diffunditur enim de vno in alium, quia sicut humor à radice transfunditur in ramos, sicut patet tēpore verno, & econuerso à ramis diffunditur in radicem, sicut patet in tempore hyberno, sic vere à radice, id est, à Deo, patribus & prælatis & maioribus amor transfunditur vel transfundi debet primo & principaliter in ramos, id est, in filios & subditos quoslibet viros iustos, sicut dicebat Dauid in persona talium superiorum 2. Reg. 1. *Sicut mater vnicum amat filium, ita te diligebam.* Sed pro certo ab istis ramis, id est, inferioribus debet iste humor, id est, iste amor iterum in Deum & superiores vice reciproca refundi, quia valde est consonum rationi, vt illos à quibus diligimur, totis affectibus diligamus, iuxta illud Ioann. *Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem,* &c. Sic ergo patet breuiter quod si filius Dei quis esse voluerit, sicut à Deo & superioribus suis diligitur, sic ipsos diligere tenetur. Dilectus inquit, de Matth. 17 *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* S[illegible] heu proh dolor charissimi, quam pauci sunt hodie filij, qui [illegible] stum amorem expendant aut repensant. Amor enim quem [illegible] bet Deus ad homines, non rependitur, quia quamuis [illegible] Deo diligamur, ipsum tamen non diligimus nec timemus: Pellicanus enim sicut dicit magister Iacobus in lib. de mirabilibus orientalium regionum, quamuis pro viuificandis filijs suis [illegible] vulnerat & debilitat, vt virtute sui effusi sanguinis filios ipsos suscitet & viuificet, fit tamen vt dicit idem, quod quidam pionum filiorum de patre sic pro eis debilitato non curant, nec ei necessaria ministrant, quod aduertens ipse pater, quando ad sanitatem peruenit, ipsos filios punit, & à nido suo eijcit, & expellit. Istud charissimi, quotidie videmus in nobis, qui sumus filij Dei per creationem. Quamuis enim pater noster Deus sanguinem suum in cruce fuderit vt nos mortuos viuificaret & suscitaret, nos tamē tanti beneficij immemores, sibi in persona pauperum suorum debilitato, depresso, & fatigato non subuenimus, nec de ipso curamus, quamuis ipse clamet in scriptura Esa. 28. *Reficite lassum, & hoc est meum refrigerium.* Nec etiam vulneribus, quæ pro nobis sustinuit, in aliquo condolemus, quamuis ipse clamet Thren. 1. *O vos omnes, qui transitis per viam, attendite & videte si est dolor sicut dolor meus.* Et ideo vere propter ipse potest de nobis dicere illud Esa. 1. *Filios enutriui, & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me.* Et ideo finaliter de nido Paradisi tales eijciet, & in die iudicij consortio suo & hæreditate Paradisi tanquam ingratos priuabit, & in infernum deijciet, & fugabit, dicens illud Esa. 1. *Vagenti peccatrici semini nequam, populo graui iniquitate, filijs sceleratis.* Ista etiam, scilicet, ingrata filialitas apparet in multis Ecclesiasticis qui quamuis sint Ecclesiæ vel religionis filij & ministri, & quamuis ab ipsius scientia fuerint educati, nutriti, edocti & augmentati, viuificati, & ad statum promoti, ipsi tamen hoc non videntur aduertere, nec de matris suæ necessitatibus curare. De vtilitate enim communi non curant, sed de propria tantum, quin vero vt propriam vtilitatem faciant, de[illegible] re communi quodammodo non formidant, ita quod de talibus dicitur Baruc. 3. *Non est qui consoletur eam ex omnibus filijs, quos genuit* Sed quid dicemus charissimi, de naturali filialitate? Inueniturne ibi prædicta ingratitudo: sic procul dubio, quia vere multi sunt filij ita ingrati, & peruersi, quod quamuis à parentibus suis omnia bona recipiant, quamuis patres vel parentes eorum omnia bona expendant pro eis, vel sanguinem suæ temporalis substantiæ in eorum vtilitate, & viuificatione & promotione expenderint, ita quod sæpe fit, quod exinde ad debilitatem paupertatis veniunt, ipsi tamen ingrati filij, pauperes parentes & depauperatos contemnunt, nec eisdē subueniunt aut succurrunt, ita quod bene de talibus potest dici illud Deut. 32. *Generatio enim peruersa est, & infideles filij* Non sic charissimi, non habeamus ingratitudinem, sed amicitiæ firmitudinem. Nō obliuiscamus

... amatores. Sic ergo patet charissimi, quod qui spiritualis filius esse voluerit, necesse est sicut dictum est, quod habeant nobilem conditionem, humilem subiectionem, vtilem dilectionem. Sic ergo dictum est ... es filius meus dilectus.) ¶ Sed adhuc dico, quod istud vocabulum filij in plurali potest in scriptura multipliciter inueniri. Ideo generaliter quoties istud vocabulum filij pluraliter inuenitur, vel ponitur in scriptura, potest allegari illa auctoritas 1. Ioan. 3. *Nunc filij Dei sumus.* In quibus verbis ostenditur, quod illi, qui volunt esse filij Dei spirituales, vt filij naturales habeant

L

Voluntatis promptitudinem, cum dicitur (Nunc)
Dignitatis celsitudinem, cum dicitur (Filij Dei)
Firmitatis fortitudinem, cum dicitur (Sumus)

Dico ergo primo, quod illi, qui boni filij Dei esse volunt, necesse est quod habeant voluntatis promptitudinem, quod ostenditur cum dicitur. Nunc: promptitudo enim & præsentia denotantur per istud aduerbium nunc, quia illi, qui veri filij Dei volunt esse, debent esse

Promptissimi ad { Obediendum, Compatiendum, Consentiendum.

Boni enim filij tenentur maioribus obedire. Vnde Col. 3. *Filij obedite parentibus vestris, &c.* Item debent suis minoribus subuenire, vnde in Psal. dicitur, *Filij tui sicut nouellæ oliuarum.* Item debent suis consortibus consentire, quia scilicet, sicut filij eiusdem patris sunt, vt communiter, inuicem consentientes, & inuicem pacifici & concordes, sic boni & iusti debent alter alteri consentire, & inter se pacifice conuersari, iuxta illud Matt. 5. *Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.* Habemus enim vnum patrem, & vnam matrem, scilicet, Deum & Ecclesiam, vnde Gen. 42. *Omnes filij vnius viri sumus.* Et Malach. 2. *Vnus pater est omnium nostrum.* Habeamus igitur mentalem promptitudinem ad obediendum isti patri & matri. Nunc inquit Prou. 8. Nunc ergo filij audite me, quia sicut Aquila filios suos excitat ad volandum, & ad ipsam earum nidum sequendum, quod nisi prompte fecerint, solet eos percutere, vel vnguibus perforare, sic vere filij Dei, scilicet, sancti & sanctæ, exemplo patris sui Christi debent ad bonum animari, & ipsum extra nidum mundani amoris prompte obediendo insequi, nec per pigritiam retardari. Quod quia quandoque non faciunt, sed aliquibus oblectamentis detenti, in mundo diutius sistunt, ideo sæpe fit vt à Deo corrigantur, & varijs tribulationibus festiantur, & sic quasi per violentiam contemnere, & dimittere mundi ludibria compellantur Heb. 12. *Flagellat enim Dominus omnem filium, quem recipit.* Et ideo charissimi, qui in hoc mundo incorrecti dimittuntur, & in nido mundi delectabilium sine tribulatione relinquuntur, nec Deum prompte sequuntur, vel ei obsequuntur filij Dei dici non merentur, & ideo sicut alieni, hæreditate cœlestis gloriæ priuabuntur. Isti enim sunt sicut filij illegitimi, de quibus pater parum curat, eis de hæreditate propria nihil donat. Oseæ 2. *Filij fornicationum sunt, quia fornicata est mater eorum.* Non sic ergo, sed simus sicut veri & legitimi filij, voluntati Dei nostri prompte parentes & obedientes, quia vere si filij Dei esse voluerimus, nos debemus habere voluntatis promptitudinem. (Nunc inquit.)

F ¶ Secundo dico, quod nos debemus habere dignitatis celsitudinem, quia debemus esse filij Dei, quod est summa dignitas. Gratia enim nos facit filios Dei, peccatum vero filios diaboli. Et maxime & specialiter filij Dei possunt dici viri Ecclesiastici & religiosi, qui à Deo sunt specialiter adoptati, & Deo specialiter dedicati: vnde illud 1. Ioan. 3. *Videte qualem charitatem fecit nobis Deus vt filij Dei nominemur, & simus.* Sed pro certo charissimi, tempus modernum videtur retrotractum ad tempora Noæ, in quibus, sicut dicitur Gen. 6. *Videntes filij Dei filias hominum, quod essent pulchræ, acceperunt sibi vxores ex omnibus, quas elegerant.* Et ideo illis temporibus factum fuit diluuium, quo totus fuit populus dissipatus. Sic vere charissimi, hodie filij Dei, id est, viri Ecclesiastici & religiosi fæce luxuriæ maculati, vxores & concubinas de filiabus hominum sibi accipiunt, & sic Dei Ecclesiam maculantes, diluuium Ecclesiasticæ ruinæ introducunt. Ideo Iob 1. dicitur, quod *cum filij Dei comparerent in conspectu Domini, affuit etiam inter illos & Sathan.* Sathan n. qui interpretatur aduersarius, signat peccatum luxuriæ, quod pro certo inter Dei filios habitat & versatur, & eis totis viribus aduersatur. Non sic, sed simus filij Dei, Deum collaudantes, Deum adorantes, Deo seruientes, &c. Deum (dico) collaudantes Iob 38. Vbi eras cum me laudarent simul astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei? Item Deum adorantes, iuxta illud Psa. 28. *Afferte Domino filij Dei, afferte Domino filios arietum.* Item Deo famulantes Rom. 8. *Quicunque spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt.* Tales ergo habent dignitatis celsitudinem, quia filij Dei.

¶ Tertio dico, quod tales habent vel habere debent firmitatis fortitudinem, quod ostenditur, cum dicitur [Sumus] quod est verbum substantiuum, quia scilicet, tales debent sequi modum substantiæ, cum patre suo Deo stabiliter perseuerando, non modum accidentis, ipsum faciliter dimittendo, vel occasione mundanarum tribulationum, delectationum vel tentationum ab eo faciliter discedendo, vt sic dicamus illud Tob. 2. *Filij Sanctorum sumus, &c.* Dic de isto sumus complicando & inuehendo sicut habet bene supra vbi Esse. & vbi Estote. Vel si vis, dic quod sicut ligna Sethim sunt incremabilia & imputribilia, sic isti nec aliqua voluptate debent esse putrefactibiles nec igne concupiscentiæ cremabiles, imo semper sunt stabiles, & durabiles, vt dum sic in vita habuerint firmitatem constantiæ, post vitam habituri sint perpetuitatem æternæ gloriæ Heb. 4. *Initium substantiæ eius vsque in finem firmum retineamus,* & Exod. 15. *Introduces eos & plantabis in monte hæreditatis tuæ, firmissimo habitaculo tuo quod operatus es Domine.* Sic ergo patet, quod illi, qui spirituales filij dici volunt, firmitatem, dignitatem & promptam voluntatem habere debent & possunt. G

¶ Sed si vis, adhuc dic, quod de bonis filijs potest exponi illa auctoritas Psal. 128. Filij tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ tuæ. Vbi nota, quod boni dicuntur filij Dei, Propter H

Intimiorem dilectionem. (Tui)
Similiorem conditionem (Sicut nouellæ oliuarum)
Humiliorem subiectionem (In circuitu)
Vtiliorem successionem (Mensæ tuæ)

Primo propter intimiorem dilectionem (Tui, inquit, &c.) Nota, quod filius proprius perfectius diligit instigante natura vel instigatione naturæ, quam putatiuus. Exemplum de tribus sagittantibus contra patrem iudicio Salomonis, quorum verus noluit sagittare, alij autem sagittauere &c. Nota historiam, quia sc. veri filij, id est, iusti, non libenter per peccata sagittant Christum, putatiui vero, i. e. mali, audacter peccando irritant Christum. Sed hoc est hodie proh dolor contra multos, quos in Ecclesia comperimus, qui sunt non vero filio, sed illi malo & putatiuo similes, quia scilicet, ad hunc finem, quod hæreditatem bonorum & Ecclesiasticorum beneficiorum & præbendarum possint habere, non veraciter parentes suos, sc. prælatos aut Ecclesiam, qui eos genuerunt aut nutrierunt diligunt, imo detractionibus, aut litibus sagittare, appellationibus lacerare & brigis, & contentionibus vulnerare non verentur, quinimo sic est hodie, quod qui profundius patrem, prælatum, vel matrem Ecclesiam sagittat, & atrocius & grauius vulnerat, depauperat ac diffamat, hæreditatem beneficiorum Ecclesiæ citius se habiturum sperat, sicut ad literam de ambitiosis & brigosis religiosis possumus videre, qui pro beneficijs extorquendis solent brigas & lites contra suos prælatos & Ecclesiam suscitare. Similes illis populis in India, quorum mos est parentes proprios mortuos loco sepulturæ comedere, & ad eos comedendum amicos alios inuitare, & sic credunt eos mirabiliter honorare. Sic vere tales litigosi & ambitiosi, parentes, id est, prælatos & Ecclesias suas contentionibus comedunt, & ad hoc etiam amicos suos excitant, & inducunt, ita quod iam impletum videtur illud Matth. 10. *Insurgent filij in parentes, & eos morte afficient, &c.* Morte inquit, id est, infamia vel tribulatione, quia scilicet, mors quæ affligit & fœtere facit tribulationem & infamiam protendit. Isti ergo non sunt filij parentum dilectores, sed inuasores, non sunt pij, sed impij, non sunt fideles, sed potius infideles. Ideo in Psal. & originaliter Deut. 32. bene dicitur quod *generatio peruersa est, & infideles filij.* Sed non sic isti pro certo, vt iam dictum est. Illi dicti fuerunt filij propter fideliorem dilectionem. (Filij inquit tui.) Vnde Domino potest optime de istis dici hodie, illud Esa. 60. *Filij tui de longe venient,* & Tob. 2. *Ipsi sunt, qui fidem suam nunquam mutant ab ipso.*

¶ Secundo dico, quod isti fuerunt dicti filij propter similiorem conditionem, quia sicut filius naturaliter consueuit esse similis parentibus, sic isti conformari voluerunt Deo, & Sanctis patribus & superioribus, dicentes illud 1. Ioan. 3. *Nunc filij Dei sumus.* Et hæc moralis imitatio & conformatio ostenditur cum dicitur. Sicut nouellæ oliuarum. Illud enim aduerbium similitudinis I

 sicut

sicut conformitatem signat, nouella vero oliua, quæ est tenera, & quæ faciliter vbi quis voluerit se inclinat, illum signat qui per imitationem bonis hominibus vel in omnibus se conformat, quales proculdubio fuerunt isti, & quales debent esse quilibet viri iusti, qui fuerunt sicut oliuæ speciosæ in campis. Et sicut dicitur Zach. 4. *Ipsi fuerunt filij olei splendoris, qui assistunt dominatori vniuersæ terræ.* Sed heu proh dolor charissimi, vbi sunt hodie in Ecclesia filij qui studeant suis parentibus, id est, Christo & suis bonis prædecessoribus assimilari, & ipsorum virtutes & gratias imitari? Videamus pro Deo quis prælatus imitatur suos prædecessores, vel melior est in regimine? quis clericus imitatur suos bonos superiores? quis religiosus imitatur primos sui ordinis fundatores? Reuera nulli, quia pro certo mores filiorum Ecclesiæ taliter à primis suis parentibus & prædecessoribus diuersificantur, quod Ecclesiastici moderni nunquam talium patrum vestigia sequi videntur. Vnde videtur, quod nos non simus veri filij Dei vel Sanctorum, imo videmur esse spurij vel bastardi. Constat enim quod multæ sunt matres, quæ non à suis maritis, sed ab adulteris concipiunt. Et ideo talium filij non viris ipsorum, sed adulteris similes sunt. Vnde etiam inter bruta reperimus, quod quandoq; visa est mulier serpentem peperisse. Equa etiam in exercitu Xerxis regis comperta est volpem parturijsse, secundum Orosium. Secundum etiam naturales, leæna adulterans cum pardo leopardum generat, qui à generositate leonis multum deuiat & discordat. Sic igitur fit, quod tales matres filios dissimiles viris suis generant, eo quod de adulteris non de viris proprijs ipsos habent. Sic reuera charissimi mater nostra, scil. Ecclesia vniuersalis, quæ scil. vnico & vero sponso, scilicet, Christo extitit desponsata, & etiam religiones & Ecclesię particulares iam videntur proprios viros, scilicet, Christum & Sanctos prædecessores & fundatores & spernere, & adulteros, scilicet, mundum, sanguinem, carnem & diabolum eligere, & sic filios degeneres, & prædictis maritis dissimiles, à talibus adulteris generare. Et inde est, quod istæ matres quandoque pariunt vulpes, id est, homines malitiosos, quandoque serpentes per auaritiam, quandoque leopardos per superbiam. Isti enim filij nunc per carnalem affectionem, nunc per fraudem & hypocriticam fictionem, nūc per simoniacam munerum acceptionem in Ecclesia concipiuntur, quapropter dissimiles suis bonis prædecessoribus esse cōprobantur. Et si vis, exemplifica quomodo moderni religiosi sunt dissimiles præcedentib. & in habitu, & in gestu, & in scientia, & conscientia. Dan. 7. *Dissimilis erat cæteris bestijs, quas videram ante eam.* Et si quæritur quare, pro certo potest responderi, quia de adulterio sunt producti. Et ideo sicut leo vxorem adulteram dicitur lacerare, sic vere Christus hodie videtur Ecclesiam tribulationibus infestare. Vnde proprie inuehitur contra Ecclesiam Oseæ 2. Vbi dicitur in persona domini tales filios alloquentis, *Iudicate*, inquit, *matrem vestram, iudicate quoniam ipsa non est vxor mea, & ego non vir sum, auferat fornicationes suas à facie mea & adulteria sua de medio vberum suorum, ne forte expellam eam nudam, & statuam eam secundum diem natiuitatis suæ, & interficiam eam, sui & filiorum eius non miserebor, quoniam filij fornicationum sunt, quia fornicata est mater eorum.* Sic proculdubio videtur hodie posse loqui Dominus Ecclesiæ modernæ. Ipsa enim iam non videtur esse vxor sua, nec ipse etiam sponsus suus, & hoc quia plures fornicationes vitiorum commisit, ex quibus malos & adulteros filios, id est, insufficienter & illicite promotos in suis visceribus concepit, quapropter ipsam iam admonet, quod tales fornicationes suas, id est, iniustas & carnales promotiones & aliorum criminum commotiones à facie sua auferat, alioquin ipsam minatur tanquam adulteram puniri ipsamque iam nititur nudam virtutibus & etiam bonis temporalibus dimittere, & eam gloria quam hactenus habuit spoliare, ipsam etiam videtur ad statum natiuitatis suæ, id est, ad paupertatem quam antiquitus habuit velle reducere, & eam siti inopiæ vel auaritiæ infestare, & filiorum adulterorum, id est, malorum subditorum & clericorum non potius misereri, sed potius necare, & ideo breuiter talibus malis filijs insultat Dominus Esa. 57. *Accedite huc filij auguratricis, adulteri semen & fornicariæ.* Sed non sic isti charissimi, quia pro certo isti fuerunt filij veri non spurij, & ideo habuerunt, vt dictum est, similiorem conditionem. Sicut inquit nouellæ oliuarum, quia scilicet, arbor nouella, vt dictum est, faciliter alteri conformatur Psal. *Quorum filij sicut nouellæ plantationes in iuuentute sua.*

K ¶ Tertio dico, quod isti dicuntur filij propter sedulıorem affectionem. Et hoc ostenditur cum dicitur, in circuitu, quia, scilicet, filij debent esse in circuitu parentum, scilicet, parati & seduli ad eis obsequendum, & ad eos etiam si necesse fuerit defendendum. Sic iusti erga parentes, scil. per deuotionem circa Deum, & per obedientiam circa prælatum, & per charitatem & compassionem erga proximum solent stare, & ipsis sedulo ministrare. Quia pro certo sicut stellæ circa polum immobilem circuire non cessant, sic boni filij, boni subditi & deuoti circa parentes spirituales, sc. circa Deum, prælatum & Ecclesiam circuire, ministrare, & per honesta obsequia sedulo discurrere semper debent. In circuitu inquit Eccl. 1. *Lustrans vniuersa in circuitu pergit Spiritus*, i. vir spiritualis, & Apo. 7. dicitur, quod *omnes Angeli stabant in circuitu throni*, vt sic de talibus dicatur illud Col. 3. *Filij obedite parentibus.* Et Iob 1. dicitur quod *venerunt filij Dei, & steterunt coram Domino.* Et pro certo tales fuerunt isti, & ideo filij dicti sunt propter sedulıorem affectionem.

¶ Quarto vero dicti sunt filij propter vtiliorem successionem [ Mensæ inquit tuæ ] Filius enim ille dicitur, cui hæreditas reseruatur. Sic vere, quia sancti habuerunt, & admissi fuerunt ad hæreditatem patris, scilicet, ad gloriam sempiternam, merito filij possunt dici ad Galat. 4. *Et si filius, & hæres.* Ista autem hæreditas ostenditur, cum dicitur [ Mensæ tuæ ] quia scilicet, gloria æterna est illa mensa, ad quam soli filij admittuntur, & de cuius micis canes comedere non sinuntur, quia scilicet, ibi est panis filiorum, qui canibus merito denegatur. Matth. 15. *Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus, &c.* Nota tamen quod pater noster Deus quatuor generaliter habet mensas, figuratas in illis, de quibus dicitur Ezech. 40. quod *quatuor mensæ erant in templo*, videlicet L

Mensa { Scripturæ. Pasturæ, Gratiæ, Gloriæ.

Prima est mensa scientiarum,
Secunda est mensa diuitiarum,
Tertia est mensa meritorum,
Quarta vero est mensa cælestium præmiorum.

Sed reuera moderni filij Ecclesiæ parum curāt de tribus mensis patris sui, scilicet, de mensis scientiæ, gratiæ & gloriæ, sed pro certo de quarta mensa, sc. de mensa bonorum & beneficiorum Ecclesiæ vel terrenæ opulentiæ optime noscuntur curare, ibiq; lumine appetunt sedere, & sanctitatem ipsius vendicare. Aliam enim mensam non somniant & aliam satietatem non curant Psalm. *Et dixerunt, Nunquid poterit Deus parare mensam in deserto?* Et tamen isti deberent cauere maledictionem, quæ sequitur. *Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in retributiones & in scandalum. Obscurentur oculi eorum, ne videant, & dorsum eorum semper incurua, &c.* Quia pro certo talis mensa, id est, terrenorum bonorum abundantia, est ipsis laqueus ad cupiendum, retributio ad bona, si quæ fuerint vel fecerint remunerandum, scandalum, id est, occasio vel occisio ad cadendum, obscuritas ignorantiæ incuruatio auaritiæ. Et breuiter de istis filijs, qui in ista mensa à Deo pascuntur, potest Dominus dicere illud Esa 1. *Filios enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me.* Et illud Lucæ 22. *Ecce manus tradentis me, mecum est in mensa.* Expone si vis contra ingratos Ecclesiasticos, qui in mensa Dei opulenter ditati ipsum offendere non verentur, similes quibusdam filijs pelicani, qui viuificati ab eo, ipsum fugere dicuntur, sibique vulnerato compati non dignantur. Quia pro certo illi, quos Deus per mundi & Ecclesiæ diuitias suo sanguine acquisitas viuificat, & ditat, eum contemnunt, & per vitia afficiunt & offendunt. Etiam sæpe fit, quod ipsa mater Ecclesia ab ipsis suis amplius spernitur qui in eius bonis crassius impinguantur. Sicut ad literam patet de diuitibus religiosis & clericis, qui nunquam intrant ad horas cantandum, vel ad labores Ecclesiæ sustinendum, sed potius, ad gaudia, luxurias & conuiuia celebrandum &c. Vnde talibus potest dici illud Baruc. 4. *Exacerbastis eum, qui fecit vos, obliti estis eum qui nutriuit vos & conturbastis nutricem vestram Hierusalem* Non sic isti, quia pro certo isti elegerunt vtiliorem successionem, scilicet, gloriam paradisi [ Mensæ inquit tuæ. ] Dico ergo, quod propter hæreditatem oblatam, humilitatem delatam, conformitatem relatam, fidelitatem innatam isti dici potuerunt filij Dei.

¶ De filijs autem naturalibus possumus notare, quod M

Filij

Filij naturales à patribus sunt { Corrigendi, Instruendi, Diligendi.

Ista enim sunt, quæ patres debent filijs impendere, scil. correctionem, instructionem & dilectionem.

¶ Correctionem, dico per castigationem & verbera debent corrigere, ne delinquant, sicut supraponitur exemplum de aquila. Qui sicut dicitur Ecclesiast. 30. *Qui diligit filium, assiduat ei flagella.*

¶ Item instructionem, quia scil. ipsum debet instruere, & informare ad illa, quæ pertinent ad salutem, sicut elephantes, qui filios suos balneare docent, & nouæ lunæ inclinare, & cœli luminibus quodam modo reuerentiam exhibere. In quibus proculdubio instruitur pater nostra sedulitas, vt filios suos doceat & moueat per confessionem balneari, & purificari, cœlum & cœli lumina, i. e. Deum & sanctos honorare & venerari, ad cœlum & cœlestia mentaliter respicere, & eleuari. Sic videtur fecisse Tobias, quia sicut dicitur Tob. 1. *Genuit filium, nomen suum imponens ei, & à iuuentute timere Deum docuit, & etiam abstinere ab omni peccato.* Sic docebat filium suum sapiens, Eccl. 2. dicens, *Fili accedens ad seruitutem Dei sta in iustitia & timore.* Et 21. *Fili peccasti, ne adijcias peccare vltra.* Et 32. *Fili sine consilio nihil feceris*, & similia.

¶ Item quod patres debeant filijs dilectionem & subuentionem, patet, quia sc. sicut natura omnia animalia docuit filios diligere & in eis necessarijs subuenire, ita pater tenetur filium diligere & eidem necessaria ministrare iuxta illud 2. Cor. 12. *Non debent filij thesaurizare parentibus sed parentes filijs.* Et ista sunt charissimi, hodie contra multos fatuos parentes, qui filios suos non corrigunt, nec diligunt, nec instruunt, vt deberent, qui scilicet filios suos propriæ voluntati dimittentes, faciunt eos insolentes, incompositos, male doctos. Ideo bene dicitur Prou. 13. *Qui parcit virgæ odit filium.* Et Eccles. 30. *Lacta filium tuum & pauentem te faciet, &c.*

N ¶ Sed adhuc dico, quod amor filiorum est quandoque homini valde nociuus. Et ideo sicut aquila sentiens se grauatam in educatione filiorum omnes solet de nido eijcere præter vnum vel duos, sic nos videntes, quod amor filiorum carnalium nobis efficit multa mala, ipsos de nido affectionis nostræ debemus quantum ad excessiuum amorem eijcere, & de ipsis vltra licitum non curare. Nã sicut videmus, quod simia propter pondus filiorum quos nimium diligit impeditur ne fugiat, & sic à venatore capitur, tigris etiam respiciendo specula, in quibus videt imaginem suam, in tantum in eis delectatur, quod à cursu & à recuperatione captorum catulorum impeditur, sic proculdubio fit, quod illi, qui filios suos per nimium affectum secum portant, & qui in speculis, id est, in suis vxoribus & imaginibus, id est, suis filijs ex ipsis genitis vltra debitum se delectant, à cursu bonorum operum impediuntur, & ab inferni venatoribus per multa vitia capiuntur. Constat enim quod multi ratione filiorum fiunt auari, vsurarij & raptores, & sic filij sunt causa suæ captionis seu detentionis, & suæ finalis damnationis. Et sic de talibus dicitur sicut de Sennacherib dicitur 2. Paral. 32. *Filij eius interfecerunt eum, &c.* Tales enim à filijs interfici dicuntur, quando ipsorum occasione in perpetuum damnati promerentur. E contra vero sæpissime fit, quod ratione patrum filij damnantur quando scilic. mali filij malis parentibus succedentes, occasione bonorum male acquisitorum, in quibus mala succedunt, post patres suos damnantur. Sicut enim venenum Salamandræ dicitur esse tam perniciosum, quod si radicem arboris infecerit, omnes rami per consequens inficiuntur, quinimo etiam omnia poma arboris sunt infecta, sic vere charissimi venenum vsurarum, rapinarum, & iniquitatum talis est naturæ quod ex quo radix, id est, primaria patris hæreditas tali labe fuerit infecta, & per prauitatem vsurariam acquisita, omnes pro certo rami & omnia poma, i. omnes particulares filiorum successores labe inficiuntur. Et ideo succedentes filij, qui istis ramis & pomis adhærent eis succedendo, morte perpetua condemnantur. Et sic breuiter sicut amor filiorum est causa damnationis patrum, ita possessio substantiæ & successio patrum est causa damnationis filiorum. Ideo de talibus patribus sic male acquirentibus, & de talibus filijs male succedentibus potest dici illud Ps. *Immolauerũt filios & filias dæmonijs.* Ista etiam quibusdam exemplis familiaribus probantur. Narratur enim in vitis patrum, quod quidam sanctus raptus in infernum vidit in quodam maximo igne hominem supinum, de cuius ventre arbor altissima ascendebat, in cuius ramis homines erant suspensi, qui omnes eodem igne vna cum suo stipite cremabantur, quo viso miratus est Sanctus, & responsum est sibi ab angelo, qui ipsum ducebat, quod ille supinus fuerat quidam vsurarius, qui illam magnam arborem, id est, magnam possessionem & hæreditatem acquisierat, qui quia plures successores in diuersis ramis, i. in diuersis possessionis suæ particulis habuerat, ideo igne infernali vna cum dictis suis successoribus damnatus est. Istud etiam patet per aliud exemplum, quia in vitis patrum legimus, quod quidam religiosus habens patrem vsurarium, & fratrem qui dicto patri successerat, qui ambo mortui fuerant, rogauit Deum, vt statum patris & fratris sui sibi ostenderet mortuorum, qui sibi ostensi sunt in quodam puteo pleno igne in duabus situlis igne plenis, alternatim ad fundum putei descendentes & ascendentes, qui quando alter alteri obuiabat, alter alterum cum dentibus deuorabat. Pater enim dicebat filijs. Væ tibi fili, quia per te damnatus sum, quia scilicet vt te ditarem, vsurarius & auarus fui, & male bona plurima acquisiui. Filius vero replicabat, imo væ tibi pater, quia per te damnatus sum. Nam quia male acquisiueras, ideo male successi, nec restitui quod male fuerat acquisitum. Et ideo proh dolor damnatus sum. Sic igitur pater damnatus damnatum filium salutabat, atque vice reciproca filius patri respondebat. In persona ergo talium filiorum potest dici illud Eccl. 41. *De patre impio conquerantur filij, quoniam per ipsum sunt in opprobrio.* Breuiter ergo filij maxime quando sunt mali, magna incommoda faciunt suis patribus. Et ideo bene dicitur Eccl. 16. *Quod melius est decedere sine filijs quam relinquere hæredes impios.*

¶ Si autem vis adhuc notare de filijs bonis tam naturalibus, quam moralibus dic, quod bonus filius debet esse O

Filius {
Humilis & obsequiosus,
Agilis & operosus,
Subtilis & ingeniosus,
Hilaris & solatiosus,
Mundus atque formosus,
Fidus & morosus,
Benignus & viscerosus,
Patris similis & imaginosus,
Patri amabilis & gratiosus,
Succedens & in diuitijs copiosus,
Ex patre nobilis & in domo ipsius gloriosus,
Honorabilis, pius & gloriosus,
Stabilis, perseuerans & obsequiosus,
Propter disciplinam & labores dolorosus. Sic fit
In statu & in gloria spatiosus.

Istæ sunt ergo 14. *Conditiones bonorum filiorum*, quia reuera filius est nomen humilitatis. Vnde 1. Timoth. cap. 3. de Episcopo dicitur, quod *filios debet habere subditos in omni castitate.* Vnde Eph. 6. *Filij obedite parentibus vestris.* Et illud in Ps. *Ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ.*

¶ Item filius est nomen agilitatis. Filij enim respectu patrum debent esse agiles ad operandum, quia sicut dicitur Roman. 8. *Quicunque Spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt.* Et 2. Reg. 2. *Estote filij fortitudinis.*

¶ Item filius est nomen subtilitatis seu sagacitatis. Filij enim iuuenes communiter habent sensus acutiores, & intellectus promptiores. Sic vere illi boni, qui filij Dei vel prælati dici merẽtur, discretione & sapientia illustrantur Baruch. 4. *Filij Agar exquisierunt prudentiam.* Vnde de illa stella luminosa, quæ dicitur lucifer vel hesperus, dicitur Iob 38. *Quod Deus producit luciferum in tempore suo, & hesperum super filios terræ consurgere facit.* Lucifer enim iste signat sapientiæ & veritatis lucem, vt & talibus dicatur illud 1. Thes. 5. *Omnes vos filij lucis estis, & filij diei.*

¶ Item filius est nomen hilaritatis, seu iucunditatis. Constat enim quod iuuenes sunt naturaliter cæteris lætiores. Sic boni sunt in spiritu & diuinis laudibus iucundiores Iob. 38. *Cum me laudarent simul astra cœli, & iubilarent filij Dei.*

¶ Item filius est nomen formositatis. Filij, enim, i. e. iuuenes sunt, vt communiter, cæteris formosiores, sic sancti viri virtutum pulchritudine & honestatis decentia sunt pulchriores Psal. *Speciosus forma præ filijs hominum, diffusa est gratia in labijs tuis.*

¶ Item filius est nomen fidelitatis. Nihil enim tam fidele debet esse patri, sicut filius 1. Cor. 4. *Misi ad vos Timotheum, qui filius est meus charissimus, & fidelis in Domino.*

¶ Item filius est nomen benignitatis. Iuuenes enim sunt, vt communiter, benigniores, quam senes, & ad parcendum & ad subue-

ſubueniendum etiam proniores. Ideo cœci & leproſi quando Chriſti miſericordiam implorabant, ipſum eſſe Dauid filium allegabant. *Miſerere*, inquit, *mei fili Dauid*. Marc. 10.

¶ Item filius eſt nomen conformitatis. Filius enim ſimilis debet eſſe patri, homo enim generat hominem & non bouem. Sic vir iuſtus ſemper debet ſe patris ſui, ſcilicet, Dei vel Prælati, vel boni parentis vel inſtructoris bonis moribus conformare, & eius in ſe virtualem imaginem præſentare. Vnde Ioan. 8. *Si filij Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite*. Et Ioan. 5. *Non poterit filius facere niſi quod viderit patrem ſacientem, quæcunque enim ille fecerit, hæc & ſimiliter filius facit.*

¶ Item filius eſt nomen amabilitatis. Non enim meretur dici filius, qui patrem nō diligit, & econuerſo. Sic vere ad bonum filium ſpiritualem & moralem pertinet, quod charitatiue diligatur & diligat vniuerſos Ioan. 5. *Pater enim diligit filium, & omnia demonſtrat ei*. Et Matth. 3. *Hic eſt filius meus dilectus*.

¶ Item filius eſt nomen vtilitatis. Filius enim de ſui conditione debet ſuccedere in hæreditate paterna, ſic iſti in Paradiſo. Vnde Luc. 15. *Fili tu ſemper mecum es, & omnia mea tua ſunt*.

¶ Item filius eſt nomen nobilitatis. Filij enim ſunt liberi, & non ſerui. Sic iuſti à peccatis ſunt liberi, non viciorum ſeruitutibus ſubiugati Matth. 16. *Ergo liberi ſunt filij*.

¶ Item filius eſt nomen honorabilitatis, quia ſcilicet filij ſolent in domo paterna præ cæteris honorari. Sic iuſti, qui per virtutes Dei & Sanctorum ſunt filij, merentur honorabiliter venerari Hiere. 31. *Filius honorabilis mihi Ephraim*.

¶ Item filius eſt nomen perſeuerantiæ & ſtabilitatis, quia ſcilicet mercenarij facilliter recedunt, filij autem cum patre perſeuerant, & ſiſtunt. Sic vere mali in ſuis conditionibus ſunt inconſtantes, boni vero ſunt in bonis perſeuerantes. Perſeuerāt enim cum Deo per gratiam, cum ſuperiore per obedientiam, cum ſocijs per amicitiam, cum quolibet per fidelitatem & iuſtitiam Iohan. 8. *Seruus non manet in domo in æternum, filius manet in æternum*. Et illud prædictum. *Fili tu ſemper mecum es*. Luc. 15.

¶ Item filius nomen eſt pœnalitatis. Filius enim à patre laboribus & diſciplinis exponitur, & etiam ſi delinquat, à patre corrigitur. Sic vere iuſti à Deo. Hebr. 12. *Flagellat Deus omnem filium, quem recipit*. Et Eccleſ. 30. *Qui diligit filium aſſiduat ei flagella*.

¶ Item fit filius in ſtatu & gloria ſpacioſus, qui his conditionibus eſt ornatus. Iſtæ enim ſunt conditiones bonorum filiorum, id eſt, virorum humilium & iuſtorum, quos ſcilicet Deus per gratiam in filios adoptauit, & quibus hæreditatem cœleſtem gloriam reſeruauit Gal. 4. *Quod ſi filius, & hæres per Deum*.

P ¶ Sed pro certo multi ſunt, qui non ſunt tales filij, videlicet peccatores & impij, quia vere iſti dici poſſunt illegitimi, & ſpurij. Et ſic notabis, quod in ſcriptura reperitur

Filius
- Proteruus & ſeditioſus,
- Inuidus & proditioſus,
- Auarus & ambitioſus,
- Aſtutus & malitioſus,
- Superbus & præſumptuoſus,
- Prodigus atque ſumptuoſus,
- Rebellis & tumultuoſus,
- Carnalis & luxurioſus,
- Bilinguis & detractorioſus,
- Negligens atque ocioſus,
- Inſolens atque curioſus,
- Mentiens & ſemper verboſus,
- Moriens atque luctuoſus.

Dico ergo, quod mali filij, ſcilicet, peccatores poſſunt dici filij proterui & ſeditioſi. Vnde Deut. 21. *Filius noſter iſte proteruus & contumax eſt, monita noſtra audire contemnit, comeſſationib. vacat, luxuria & conuiuijs.*

¶ Item inueniuntur inuidioſi & proditioſi. Infideles n. ſunt Dei, cui non ſeruant pactum. Eccleſiæ, cui procurant vituperium, prælato, cuius affectant damnum, proximo, cuius non volunt bonum Deut. 32. *Generatio enim peruerſa eſt, & infideles filij*. Et tamen iſti deberent attendere ad illud, quod dicitur Eccl. 15. vbi dicitur, quod *Deus non concupiſcit multitudinem infidelium filiorum, & inutilium*.

¶ Item inueniuntur filij auari & ambitioſi. Peccatores enim per auaritiam fameſcunt & ardent. Fameſcunt (dico) cum nihil eis ſufficiat Pſalm. *Nutantes transferantur filij eius, & mendicent*. Et Hier. 18. *Da filios eorum in famem*. Ardent vero, cum mens eorum ad habendum ſemper anhelet atq; ambiat. Vnde de dæmonibus dicitur, Hier. 19 *Ædificauerunt excelſa Baalim, ad comburendum filios ſuos igni*. Baal n. interpretatur deuorator, ſignificat autem deuoratricem, ſc. auaritiam, cuius cultores igne cupiditatis vruntur.

¶ Item inueniuntur filij aſtuti, & malitioſi. Vnde Luc. 16. *Filij huius ſæculi prudentiores filijs lucis in generatione ſua ſunt*.

¶ Item inueniuntur filij ſuperbi, & præſumptuoſi. Vnde de diabolo legitur Iob 40. quod *ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ*.

¶ Item inueniuntur filij prodigi atque ſumptuoſi: expendunt enim indebite bona gratiæ & fortunæ & naturæ, vt Luc. 15. dicitur de iuniore filio & prodigo, quod *ipſe diſſipauit bona ſua viuendo luxurioſe*.

¶ Item inueniuntur filij rebelles & tumultuoſi, quod maxime de malis ſubditis patet reſpectu Prælatorum, de quibus dicitur Matth. 10. *Inſurgent in parentes filij, & morte eos afficient*, & Morte dico ſaltem infamiæ, quæ genus eſt mortis, figurati in Cham filio Noe Gen. 6.

¶ Item inueniuntur filij carnales & luxurioſi Oſeæ 1. *Fac filios fornicationum* Et Oſe. 2. *Filij fornicationum ſunt*, &c. Et Ge. 6. *Videntes filij Dei filias hominum, quod eſſent pulchræ, elegerunt ſibi vxores*.

¶ Item inueniuntur bilingues & detractorioſi Pſa. *Filij hominum dentes eorum arma & ſagitta & lingua eorum gladius acutus*, &c.

¶ Item inueniuntur filij negligentes & deſidioſi. Negligentes enim ſunt mali & ad bene operandum, & ad Dei gratiam conſeruandam. Ad bene operandum Prou. 10. *Qui congregat in meſſe, filius ſapiens eſt, qui autem ſtertit in æſtate, filius confuſionis eſt*. Ad Dei vero gratiam retinendam 1. Reg. 26. *Viuit Dominus, quia filij mortis eſtis, qui non cuſtodiſtis Chriſtum*, &c.

¶ Item inueniuntur filij laſciuientes ſeu inſolentes, atque curioſi Pſal. *Filij tui ſicut nouellæ oliuarum in circuitu menſæ tuæ* Et alibi. *Quorum filij ſicut nouellæ plantationes in iuuentute ſua*. Filiæ eorum compoſitæ, circumornatæ, vt ſimilitudo templi.

¶ Item inueniuntur filij mendaces, & ſemper verboſi Pſalm. *Filij alieni mentiti ſunt mihi, filij alieni inueterati ſunt, & claudicauerunt à ſemitis ſuis*.

¶ Et finaliter dico, quod inueniuntur filij morientes atq; luctuoſi, quando ſc. pereunt in inferno Thren. 1. *Facti ſunt filij mei perditi, quoniam inualuit inimicus*.

**Filia.** Nota, quod filia eſt nomen humilitatis, nomen benignitatis, nomen formoſitatis, nomen vere[cu]ndiæ & honeſtatis, nomen inſuper clementiæ & pietatis, nomen lætitiæ & iucunditatis. A

¶ Eſt (dico) nomen humilitatis. Vnde Eſaiæ 47. *Deſcende, ſede in puluere virgo filia Babylonis*. Item nomen benignitatis & virginitatis. Iud. 19. *Habeo filiam virginem*. Item nomen eſt formoſitatis. Vnde Pſal. 44. *Audi filia & vide, & obliuiſcere populum tuum*, &c. *Et concupiſcet Rex decorem tuum* Item nomen eſt verecundiæ & honeſtatis Pſ. 143. *Filiæ eorum compoſitæ, circumornatæ vt ſimilitudo templi*, &c.

¶ Item nomen eſt clementiæ & pietatis Pſal. *Filiæ Tyri in muneribus vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis*.

¶ Item nomen eſt lætitiæ & iucunditatis. Vnde Zach. 9. *Exulta ſatis filia Sion, iubila filia Hieruſalem*. De qualibet ergo tali filia ſpirituali poteſt breuiter exponi illud Cant. 3. *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias*. In quibus verbis aduerte, quod ad hoc aliqua perſona ſeu anima poſſit dici filia, quatuor requiruntur. Debet enim habere puritatem interiorem, quia debet eſſe ſicut lilium, pœnalitatē exteriorem, quia debet eſſe inter ſpinas, charitatem feruentiorem, quia debet eſſe inter filias. Filia enim naturalis ſe debet munde ſeruare, in pœnitentia debet verſari, amicos debet amare & venerari, bona conſortia debet ſectari.

¶ Dico primo, quod talis filia debet habere purā caſtitatem, quia debet eſſe ſicut lilium. Lilium enim quod integrum redolet, fractum vero fœtet, cuius color eſt candidus, cuius decor eſt pallidus, cuius venter continet grana aurea, cuius figura ſex habet folia, ſignat caſtitatem. Quia reuera caſtitas cum integra perſeuerat, redolet per bonam famam, ſi vero per luxuriam frangitur, tunc per infamiam valde fœtet. Iſta eſt etiam placida & candida per puritatem, pallida per conſtantiā decorem, fert aurea grana per cordis pudici florem, exterius habet ſex folia, id eſt, ſex virtutum multiplicitatem, quæ ſunt humilitas, verecundia, abſtinentia, rariloquium, occupatio, occaſionis viſitatio. Iſtæ enim ſex virtutes ſunt caſtitatis cuſtodes, quia ſi quis iſtas virtutes habuerit, grana aurea, id eſt, caſtitatis merita poterit illæſa & integra cuſtodire, ſic erit lilium, videlicet B

Lilium

Lumen { Purum, Mundum, Placidum, Nitidum,

Vt sic dici possit idem illud Cant. 7. *Venter tuus quasi crater tornatilis, distinctus lilijs.* Istam tamen castitatem perdidit Dina filia Iacob *quando egressa est, vt videret mulieres regionis, & corrupta est ab Emor filio Regis Sichem*, sicut dicitur Genes. 34. Sic vere hodie sont multæ filiæ, quæ quia nimis & indiscrete volunt discurrere, & vagari, scilicet, ad festa, ad villas, hospitia & ludibria, sæpe corrumpuntur, & luxuriantur. Vnde 1. Timoth. 5. *Discunt circuire domos.* Et cum fornicatæ fuerint, volunt nubere. Non sic bona & spiritualis filia, quia ista semper seruat puram castitatem. Vnde Exod. 2. *Descendebat filia Pharaonis, vt lauaretur in flumine.* Lotura enim puritatem significat.

C ¶ Secundo dico, quod omnis talis filia debet habere vrgentem pœnalitatem, quia scilicet ipsa debet esse inter spinas. Spinæ enim significant asperitatem pœnitentiæ, sedulitatem diligentiæ, puncturam diuini timoris, læsuram diuini amoris. Istæ enim sunt quædam spinæ, quæ animam debent continue pungere, & animam ad bonum sollicitare, & à malo etiam retardare Oseæ 2. *Sepi autem vias tuas spinis, & sic ista erit filia maris filia amaritudinis*, de qua Esaiæ 23. *Transi terram tuam filia maris, non cingulum vltra tibi.*

D ¶ Tertio dico, quod ipsa debet habere firmam charitatem, (Amica inquit mea) amicitiam enim debet habere filia spiritualis, & maxime anima, & erga Deum & erga proximum, & erga seipsam. Deum enim debet diligere, proximo tenetur benefacere, seipsam debet charam & nobilem reputare, & non pro modico seipsam dare, ne sic dicat sibi diabolus illud Canticorum 2. *Surge amica mea, & veni.* Nos etiam spiritualiter loquendo, filiam nostram, scilicet, animam, debemus chare diligere, ipsamque caute seruare & custodire iuxta illud Eccl. 26. *In filia non auertente se, firma custodiam.*

¶ Vnde possumus notare, quod filia nostra scilicet anima debet à nobis amari

Propter suam { Naturalem formositatem, Virtualem nobilitatem, Æternalem hæreditatem, Cordialem sagacitatem, Spiritualem iucunditatem.

Istis enim causis diliguntur filiæ iuuenes, scilicet, quando sont pulchræ, quando sunt nobiles, quãdo sunt diuites, quando sunt prudentes, quando sunt hilares. Sic vere anima seu persona vel conscientia sancta istis quinque rationibus debet amari. Est enim in ipsa quædam formositas naturalis, quia scilicet, in ea resultat imago totius Trinitatis. Vnde Canticorum 6. *Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis filia Principis.* Et Cantic. 6. *Pulchra es & decora filia Hierusalem.*

¶ Item in ipsa est nobilitas virtualis. Ista enim est filia summi Regis 4. Reg. 9. filia Regis est & ideo non debet maritari cum fatuo, id est, cum diabolo, qui pro vna sola superbia perdidit hæreditatem paradisi. Nec etiam cum rustico, id est, cum mundo, qui plus diligit grossa cibaria, quam delicata bona, scilicet, temporalia, quam æterna. Nec cum puero, id est, cum carne, qui more pueri se solet sæpissime maculare. Vnde Deuterono. 7. *Filiam suam non dabis filio eius vxorem.* Cuius tamen multi faciunt contrarium. Et ideo quia dãt filiam suam alicui talium maritorum sæpissime efficitur vilissima & pauperrima, quia per abusum talium maritorum hæreditatem perdit, scil. gratiam in præsenti, & gloriam in futuro. Vnde in Psa. *Filia Babylonis misera.* Quidam vero sont adhuc omnibus deteriores, quia scilicet, istam filiam suam prostituunt omnibus vitijs & peccatis, contra illud Leuit. 19. *Ne prostituas filiam tuam.* ¶ Item dico, quod ista filia adamari debet propter suam æternalem hæreditatem, quia scil. ad istam pertinet maxima successio bonorum, scilicet, paradisi: Vnde dicitur Num. 37. *Ad filiam transibit hæreditas.*

¶ Item propter suam concordialem sagacitatem. Vnde Eccl. 22. *Filia prudens hæreditas est viro suo.*

¶ Item propter suam spiritualem iucunditatem Psalm. *Filiæ Sion exultent in rege suo.* Ergo dico, quod filia spiritualis siue sit anima siue bona persona, debet per charitatem amari, & per charitatem amare. (Amica inquit mea.) Debet ergo habere firmam charitatem.

E ¶ Quarto dico, quod omnis talis filia debet frequentare competentem societatem, quia sc. ipsa debet esse inter filias & inter [illegible] personas humiles & deuotas. Vnde Gen. 19. *Duæ filiæ eius cum eo*, &c. Dic de isto vocabulo inter, sicut in titulo suo patebit. Vnum tantummodo nota, scilicet, quod aliqui sunt, qui filiam suam, id est, animam prostituunt per luxuriam, quidam eam interficiunt per inuidiam, quidam eam dæmonio tradunt per idololatriam. Contra primum dicitur Leuit. 19. *Ne prostituas filiam tuam.* De secundo dicitur Matth. 9. *Filia mea modo defuncta est.* De tertio dicitur in Psalm. *Immolauerunt filios suos & filias suas dæmonijs.* Matth. 15. *Filia mea male à dæmonio vexatur.*

¶ Et breuiter potes notare, quod in scriptura reperitur F

Filia { Superba & præsumptuosa, Crudelis & perniciosa, Lasciua atque curiosa, Impudica & luxuriosa, Auara & ambitiosa.

De filia superba, & præsumptuosa dicitur Esa. 3. *Eleuatæ sunt filiæ Sion, & ambulauerunt erecto collo*, &c. De filia crudeli & perniciosa dicitur Threnorum 4. *Filia populi mei crudelis quasi struthio in deserto.* De filia lasciua atque curiosa dicitur in Psalm. *Filiæ eorum compositæ circumornatæ vt similitudo templi.* De filia impudica & luxuriosa dicitur Ecclesiast. 24. *Super filiam luxuriosam confirma custodiam.* De filia amara & ambitiosa dicitur Prouerbiorum 30. *Sanguisugæ duæ sunt filiæ dicentes, Affer, Affer.* Et breuiter quælibet talis potest dici filia latronis, filia Pharaonis, filia Babylonis. Filia dico latronis, quia per diabolum Deo furatur & subtrahitur. Ideo sibi dicitur Mich. 5. *Nunc vastaberis filia latronis.* Filia Pharaonis, *quia delitijs rigatur & imbuitur*, Exod. 2. *Descendebat filia Pharaonis vt lauaretur in flumine*: Filia etiam Babylonis, quia finaliter damnatur & confunditur. Babylon enim interpretatur confusio Psalm. 136. *Filia Babylonis misera.* Et hæc causa vel gratia collationis dicta de filia sufficiant. Vide si vis in Matthæo, vbi inuenies de filia mortua suscitata, & de filia Chananæa à dæmonio liberata.

**Finis.** Nota, quod finis in singulari signat terminum alicuius rei, scilicet, extremitatem alicuius corporis, vel terminum alicuius temporis. In plurali vero signat distinctiones vel contactus terrarum & locorum. Generaliter vero finis significat, communiter loquendo, A

Locorum distinctionem,
Vltimam dimensionem,
Postremam durationem,
Mentalem intentionem,
Complementum & perfectionem,
Fundamentum & reductionem,
Durationis defectionem,

Significat (dico) locorum distinctionem. Vnde in Psalm. *Viderunt omnes fines terræ salutare Dei.* Item signat vltimam dimensionem, scilicet, extremitatem corporum, temporum & locorum. Vnde Sapient. 8. *Attingit à fine vsque ad finem fortiter.* Ezech. 43. *Finis eius cubitus vnus.* Item signat postremam durationem Psalm. *Omnis consummationis vidi finem.* Item signat mentalem intentionem. Vnde Threnorum 5. *Periit finis meus, & spes mea Domino.* Et iste finis Philosophicus, scilicet, finalis causa & intentio quare liquid fit, de isto fine nihil ad præsens. Item signat complementum & perfectionem Matthæi 23. *Qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.* Item signat fundamentum & reductionem, quia scilicet, finis est illud ad quod omnia reducuntur, sicut dicitur Roman. 10. *Finis legis Christus* 1. Tim. 1. *Finis præcepti est charitas.* Item signat defectum & corruptionem. Vnde Genesis 6. *Finis vniuersæ carnis venit coram me.* De fine ergo quantum signat vltimitatem vel posteritatem durationis, finem ætatis vel temporis, mortis vel senectutis, aliquid breuiter distinguamus.

¶ Dicamus ergo, quod finis hominis est in quadruplici differentia ¶ Est enim B

Finis { Laudabilis, Damnabilis, Horribilis, Amabilis.

Primo ergo dico, quod est finis laudabilis & virtuosus & iste est finis senectutis & mortis, sc. quando homo in bonis virtutibus terminatur, & quando quicquid in iuuentute fecerit per bonitatem finis & ætatis emendatur, &c. Fructus enim in principio sunt acidi, in fine tamen fiunt dulces, sapidi & maturi. Sic etiam

iam vere charissimi, virgs etiam quanto altius in arbore ponitur, tanto gracilior inuenitur, & eius gracilitas semper in fine amplior quam in principio comprobatur. Sic vere charissimi quamuis homo in principio iuuentutis sæpissime sit viridis, & immaturus & insolens, scilicet, male compositus, & male doctus, quandoque tamen per actionem diuinæ inspirationis taliter dirigitur, corrigitur & castigatur, quod in fine fit dulcis per benignitatem, maturus per honestatem, bonus & sapidus per pietatem. Sicut enim dicit Apostolus, *Vbi abundauit delictum, ibi superabundauit & gratia* Roman. 5. Sicut enim dicit Isidorus de summo bono, Deus non respicit quales antea fuimus vel vixerimus, sed quales in fine erimus. Ambrosius etiam super epistolam ad Galat. dicit sic. *Non quæritur qualis quis fuerit, sed quid sit*, præterita enim non iudicant, nec damnant. De bono ergo fine habendo, de bono finali perseuerantia finaliter tenenda, valde debemus certare, & ipsum totis viribus procreare. Finis enim non pugna coronat, quia sicut dicitur Ecclesiast. 7. *Melior est finis orationis quam principium.* Et iste est finis, qui est commendabilis & virtuosus.

C ¶ Secundo dico quod est quidā finis detestabilis & vitiosus. Et ille est finis etiam instabilium & imperfectorum. Ista enim quatuor genera hominum, scilicet, falsorum amicorum, proditorum, hypocritarum, inconstantium, solent bene incipere, & male finire. Falsi enim amici quamuis in principio boni & veri esse videantur, in fine tamen contrarij esse comprobantur. De quibus dicitur Ecclesiast. 37. *Sodalis amico coniocundabitur in oblectatione, & in tempore tribulationis aduersarius erit.* Sic etiam faciunt proditores, qui in principio fingunt se esse bonos & veros, sed in fine inuenta occasione nocendi ostendunt se crudeles & inimicos, similes illi bestiæ, quæ dicitur manticora, quæ faciem hominis habet, in cauda vero habet aculeum instar scorpionis, quia scilicet, tales in facie & principio videntur esse homines, id est, iusti, benigni & fideles, in fine vero ostendunt se esse scorpiones, id est, pungentes, impios & crudeles, fallaces pariter & infideles. De istis potest intelligi illud Prouerbiorum 5. *Fauus distillans labia meretricis: nouissima vero illius amara velut absinthium & acuta velut gladius biceps.* Hypocritæ etiam finem vt communiter habent vituperabilem, quia quamuis aliquamdiu videantur perseuerare, tamen tam cito eorum ficta perfectio dilabitur & cassatur. Vnde Ecclesi. 14. *Omne opus corruptibile in fine deficiet, & qui operatur illud, ibit cum illo.* Inconstantes insuper & instabiles finem habent vituperabilem, quia scilicet, quamuis in principio quandoque inueniantur feruentes, & boni, in fine tamen inueniuntur tepentes & mali. Secundum enim Philosophum. Acres in principio, franguntur in fine. Isti sunt sicut pilosi, qui ab effigie humana incipiunt, & in bestialem similitudinem terminantur, quia, scilicet, in principio homines, viri deuoti rationabiles & perfecti videntur esse, qui tamen à pristino feruore paulatim deficientes, finaliter bestiæ, id est, viri bestiales & carnales fiunt, iuxta illud Galat. 3. *Sic stulti estis, vt cum spiritu cœperitis, carne consumamini.* Iste est ergo finis vituperabilis. Vnde Threnor. 4. *Appropinquauit finis noster, completi sunt dies nostri, quia venit finis noster.* Et Ezechielis 7. *Finis venit, venit finis super quatuor plagas terræ*, &c. De tali ergo malo fine dicitur in Psalm. *Irritat aduersarius nomen tuum in finem.*

D ¶ Tertio dico, quod est quidam finis abominabilis, & iste est finis malorum & peruersorum, qui nihil aliud est, quam mors æterna Philip. 3. *Quorum finis interitus & gloria in confusione eorum qui terrena sapiunt.* Vt communiter enim, ex malo semine gignuntur malæ plantæ, ex malis præmissis sequitur mala conclusio, ex mala vita sequitur mala mors, ex malis principijs sequitur malus finis, iuxta illud 2. Corint. 11. *Quorum finis erit secundum opera eorum.* Vnde Ecclesiast. 21. *Via impiorum complantata lapidibus & in fine illorum inferi, & tenebræ, & pœnæ.* Finis enim altarum nubium est conspersio, herbarum viridium finis est desiccatio, finis est delinquentium damnatio & destructio Psalm. *Propterea Deus destruet te in finem, euellet te & eradicabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viuentium.* Iste est ergo finis abominabilis.

E ¶ Quarto dico, quod est quidam finis desiderabilis, & iste est finis bonorum, scilicet, gloria Paradisi, & vita beata. Sicut enim agricola post multos labores in fine recolligit fructum, nauta post multa pericula finaliter venit ad portum, operarius post multas pœnas in fine venit ad præmium. Sic Sancti & iusti post multas mundi miserias veniũt finaliter ad Paradisum. Iste enim finis vltimus est, ad quem debent omnia ordinari. Iste enim est finis & perf[illegible] nunquam potest amplius de[illegible] pari, & merito, [illegible] Deus proprius & præcipuus [illegible] est, sicut ipsemet dicit Apoc. 1. *Ego sum Alpha & Omega, principium & finis.* Vnde 1. Cor. 15. *Deinde finis cum tradiderit Deo regnum* [illegible]. Et 1. Petri 1. dicitur, *Reportantes finem fidei vestræ, salutem animarum vestrarum.* De quo fine dicit Augustinus de ciuitate Dei lib. 22. Ipse finis erit desideriorum nostrorum qui sine fine videbitur, sine fastidio amabitur, sine fatigatione laudabitur. S[illegible] ibid. Vacabimus & videbimus, videbimus & amabimus [illegible] dabimus, ecce quid erit in fine sine fine, & quis ergo noster e[st] finis, nisi esse vbi nullus est finis? Quem finem nobis conce[dat] ille, qui sine fine viuit, & regnat, &c. Vide supra de extremitat[e] & infra de vltimo & nouissimo, & de post seu posterius.

¶ Si autem adhuc vis dicere aliquid de finibus in plurali, potes notare, quod in scriptura reperiuntur

Fines
- Iniquorum, quos debes fugere,
- Perfectorum, quos debes petere,
- Beatorum, in quibus debes manere,
- Damnatorum, quos debes horrere.

Dico ergo primo, quod sunt fines iniquorum quos iusti fugiũt, & isti pro certo signant statum mundi vel peccati. In istis enim finibus abũdant omnia mala & pericula. Isti enim sunt fines periculosi, in quibus pro certo latrones & animalia venenosa, impij & tyranni, & etiam ipsi dæmones infernales dominant[ur] & conuersantur ibidem, figurati in finibus Ægypti, de qui[bus] dicitur Exod. 10. quod *innumerabiles locustæ ascenderunt in vniuersam terram Ægypti, & in omnibus finibus Ægyptiorum, operueruntque vniuersam superficiem terræ omnia deuastantes.* Locustæ istæ sunt dæmones, & etiam iniqui homines & crudeles, & etiam ipsa peccata & culpæ interiores, quia, scilicet, in finibus peccatorum, id est, in ipsorum interiori conscientia, locustæ, id est, interiora vitia omnia deuorant, & destruunt virtuosa. In finibus etiam peccatorum, id est, in suo statu & in mundi opulentia, locustæ, id est, dæmones confundunt omnia seriosa. Vel in finibus eorum, id est, in ipsorum comitiua & confratria, locustæ, id est, mali & raptores abundant qui deuastant omnia speciosa Psalm. *Dixit & venit cynomia & cinifes in omnibus finibus eorum.*

¶ Et si vis nota, quod

Ab istis finibus iusti repelluntur,
In istis finibus stulti extolluntur,
In istis finibus sancta non gustantur,
Ab istis finibus sancti separantur.

Iusti (inquit) inde repelluntur. Constat n. quod boni non recipiuntur, nec diliguntur, aut promouentur in finibus iniquorum. Nolunt n. habere Sanctos sibi dissimiles, vel socios sibi dissimiles, sed conformes. Vnde Num. 20. dicitur, quod cum filij Israel dicerent populo Edom, *In extremis finib. tuis positi obsecramus, vt nobis transire liceat per terrã tuam*, Edom dicitur respondisse, *Non transibis per me, alioquin armatus occurram tibi*, quia, sc. mali nunquam volunt bonos secum habere, nec vt boni secũ gaudeant sustinere. Vnde de Christo dicitur Mat. 8. quod illi de regione Gerasenorum viso miraculo de dæmoniacis curatis, & porcis mortuis & submersis rogabant dominum, vt transiret à finibus eorum, nolebant enim secum habere ita sanctum hominem qui, scilicet, malos vellet corrigere vel sanare. Vnde Num. 21. dicitur, quod Rex Amorrhæorum noluit concedere quod transiret Israel per fines suos, &c. Ab istis ergo finibus boni secluduntur.

¶ Item stulti, seu mali extolluntur Prou. 17. *Oculi stultorum in finibus terræ*, Exod 10. *Sederunt in omnibus finibus Ægyptiorum.*

¶ Item in istis finibus sancta non gustantur. Vnde Exo. 16. dicitur quod vbi filij Israel attigerunt fines Chanaan, defecit eis manna, quia in finibus malorum, manna deuotionis non inuenitur, nec bonorum spiritualium dulcedo. ¶ Item ab istis finib. boni separantur. De muliere n. Chananæa legitur Mat. 15. quod à finibus illis egressa erat, quando curationem filiæ à Domino impetrauit, quæ ante à dæmonio vexabatur. In quo notatur, quod nulla mulier, i. e. nulla persona curationem filiæ suæ, i. e. propriæ conscientiæ à dæmone per vitia occupatæ impetrat, nisi quæ à malorum finibus se elongat. Vnde Luc. 11. dicitur, quod regina Saba de finib. terræ venerat, vt sapientiam Salom. audiret, quia, sc. diuina sapientia non cognoscitur, nisi cum quis à mũdi finib. segregatur. Patet ergo quod sunt fines iniquorum, quos iusti fugiunt. ¶ Deniq; dico, quod sunt fines iustorum & perfectorum, quos iusti cupiunt. Et isti fines proculdubio signãt statum gratiæ & iustitiæ, statumq́; religionis & Ecclesiæ, vbi, scilic. iusti G

delectau-

[illegible] est [illegible] antiquitus q[illegible] [illegible] oterat quis sine [illegible] peribat & corp[illegible] ipsius T[illegible] [illegible]. Si quis [illegible] exinde exierit, & ex[illegible] [illegible] rupe[illegible] pro certo vita gratiæ priuabit[illegible] [illegible] put[illegible]dine corrumpetur. Ara ergo & [illegible] legis [illegible] nobis datur in si[illegible]um [illegible] eam transcendamus, & ne de iustitiæ finibus excamus Prou. [illegible] *componebat aquis ne transirent fines suos*. ¶ [illegible] nota quod [illegible] non [illegible] transeundi vel di[illegible] [illegible] scilicet [illegible]

> Diuinæ legi [illegible] p[illegible]atio,
> Supern[illegible] [illegible],
> [illegible] legis [illegible],
> Æterni dus [illegible].

It[illegible] ibidem { Laud[illegible] [illegible] betur, / Æter[illegible] [illegible] liberatio, / Int[illegible] [illegible] exoratio. }

[illegible] finium [illegible] traditur. Vnde de prædicato[illegible] dicitur in Psal. *In omnem terram exiuit sonus eorum & in fines orbis terræ verba eorum*.

¶ It[illegible] [illegible] rex [illegible], quia scilicet prudentia [illegible] gubernatio di[illegible] perci[illegible] manifeste Psal. *In manu eius sunt [illegible] terræ*.

¶ Item ibi [illegible] grex [illegible], quia scilicet inter iustos inueni[illegible] pacis & [illegible] concordiæ Psalm. *Posuit fines tuos pacem, & adi[illegible] ment[illegible] te*.

¶ [illegible] in Dei virtus timetur Psalm. 66. *Timeant eum om[illegible] [illegible]*.

¶ [illegible] dem laudis fructus habetur Psalm. *Laus eius vsque ad [illegible]*.

¶ I[illegible] m[illegible] luctus cauetur 1. Mac. 10 *Hierusalem sit [illegible] cum fin[illegible]*.

¶ It[illegible] precis actus videtur, Psalm. *A finibus terræ ad te clamaui*. De aliis duobus finibus, scilicet, beatorum & damnatorum concorda, si vis sicut in principio de finibus malorum. Et hæc de finibus iustorum sufficiant.

A **Firmare. Firmitas.** Nota, quod Firmitas idem est quod stabilitas, fortitudo & immobilitas. Et est firmitas quando aliquid fortiter, & stabiliter & sine mutatione, corruptione & varietate perseuerat. Est ergo quædam

Firmitas { Habenda, / Horrenda, / Cauenda, / Petenda. }

Firmitas habenda est stabilitas durationis, scilicet, perseuerantia in bono. De qua Eccle. *Esto firmus in Domino*. Firmitas horrenda est immobilitas obstinationis, quam scilicet habent illi, qui in malo suo proposito volunt firmiter & immobiliter permanere. De qua in Psalm. 63. *Firmauerunt sibi sermonem nequam*. Firmitas cauenda est prosperitas mundi, potentiæ & dominationis De qua Iob 5. *Vidi stultum firma radice, & maledixi pulchritudini eius statim* Firmitas petenda est immortalis æternæ durationis, quam Sancti habebunt in patria. Vnde Exod. 15. *Firmissimo habitaculo tuo quod operatus es Domine*. De prima ergo firmitate, scilicet, de stabilitate constantiæ & perseuerantiæ, fortitudinis & durationis possumus dicere, & notare, quod sicut illa quæ sunt aliorum fundamentum, debent esse cæteris magis solida atque firma, sicut patet de stipitibus & columnis sic vere nos Ecclesiastici debemus esse sustentatio & fundamentum aliorum, debemus esse solidi atque firmi perseuerantes, stabiles & constantes, iuxta illud Roman. 15. *Debemus autem nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere*, vt sic de quolibet exponatur illud Prouerb. 18. *Frater, qui adiuuatur à fratre, quasi ciuitas firma*. Vide supra vbi adiutoriũ, vbi ponitur prædicta auctoritas prosecuta & diuisa. Item vide supra vbi diligentia & ædificare, vbi ponitur illa auctoritas. *Aedificauit Roboam ciuitates & firmauit eas summa diligentia*, &c. Si autem de firmitate constantiæ & virtutis vis aliquantulũ loqui magis, notabis, quod res firma est summopere diligenda. Ista est enim cui quis secure potest inniti, & à qua potest sine periculo sustentari. Et ideo bona spiritualia & æterna, quæ de sui natura solida sunt & firma, & à principiis firmis & solidis progressiua debemus summe diligere, cum ista fiant, quæ non

[illegible] sustentare. Vnde de Dau[illegible] *Morabatur [illegible] loca firm[illegible]*.

¶ Et aduerte, quod [illegible] ple[illegible] bona firmi[illegible] [illegible]

Firmitas { Interna, / Externa, / Æterna. }

[illegible] firmitas vi[illegible]tualis, quam [illegible] [illegible] firmit[illegible] temporalis, quam [illegible] [illegible] Tertia est firmitas supe[illegible]ualis, quam [illegible] [illegible]

¶ [illegible] de firmitate intern[illegible] dico, quod [illegible] firmitatem gr[illegible], tam [illegible] virtutum vbertas, [illegible] in verbo Da[illegible]. Morabatur inquit Dauid. [illegible] [illegible], quam de[illegible] bonorum [illegible], quæ [illegible] [illegible] Inde [illegible] inquit) [illegible] tatem gloriæ, [illegible] [illegible] cœl[illegible] ertas, quod notatur per verbu[illegible] [illegible] celsis. Ista enim sunt ista, quæ faciun[illegible] [illegible]

> V[illegible] terior,
> S[illegible] inferior,
> [illegible] superior.

Dicam er[illegible], qu[illegible] firmitas status [illegible] firmitas iustorum, [illegible] scilicet in omni bo[illegible] [illegible]. Arbores enim [illegible] quanto profundiore[illegible] [illegible]bent [illegible] sunt communiter firmiores, & cõtra quo[illegible] [illegible] res. Magnitudo enim radicum est cau[illegible] firmitati[illegible]. V[illegible] Plinius, quod cum exercitus Romanus seme[illegible] [illegible] cum nauigaret, apparuerunt eis de longe multæ aliæ [illegible] protensæ, erectæ super aquas natantes, & se per [illegible] amplitudinem contra flatus firmiter sustentantes, all[illegible] [illegible] nim radicatæ fuerant & sic erectæ super aquas natab[illegible]. Exercitus ergo Romanus obuium exercitum esse credens, dir[illegible]xit aciem contra ipsas. Et quia iusti, qui proprie possunt di[illegible] arbores fructuosæ, (Marc. 8. *Video homines quasi arbores, quia*, scili[illegible] *bona arbor bonos fructus facit*. Matth. 7. Ideo habent radices [illegible]ordis valde protensas & longas, quia scilicet cordis sui affect[illegible] attingit vsque ad Paradisum, vt eum apperat, cordis sui timor attingit vsque ad infernum, vt eum fugiat, cordis sui dolor attingit vsq; ad proprium delictũ, vt ipsum defleat, cordis sui amor attingit ad Deum vt sibi faueat, cordis sui dilcor attingit vsque ad amicum, vt eum foueat. Vnde dico, quod firmi in bono proposito possunt esse, & contra lapsum, quem introducunt delitiæ, contra impulsum, quem irritant diuitiæ, contra insultum, quæ machinantur inuidiæ, contra ruinam & casum, quem patiuntur eminentiæ firmi & solidi apparere Eccl. 15. *Qui timet Deum, faciet bona*, Sequitur. *Firmabitur in illo*, scilicet, in Deo, *& non flectetur, & continebit eum & non confundetur* Iusti enim etiam in fluctibus tribulationum & tentationum mediante radice cordis latitudine recte nauigant, & contra quoslibet impetus firmi natant Gen. 1. *Fiat firmamentum in medio aquarum*. Et illud Sap. 14. *Dedisti in mari viam & in fluctibus semitam firmissimam*. ¶ Et bona G
quod res efficitur firma.

Quando { Innititur solido fundamento, / Constringitur valido ligamento, / Eripitur ab hostium nocumento, / Protegitur plurium iuuamento. }

Moraliter autem loquendo, dico, quod solidum fundamentum est veritas: validum ligamentum est charitas: Hostium nocumentum est dæmonum iniquitas: plurium iuuamentum est virtutum commoditas. Firmi sunt ergo iusti, quæ innituntur fundamento solidæ veritatis, videlicet ipsi Christo, qui est via, veritas & vita, quia *firmamentum est Dominus timentibus eum*, secundum Psal. Et fidei Christianæ, quæ est firmissima & tutissima Coloss. 2. *Firmamentum eius, quæ in Christo est, fidei nostræ*. Et bonis etiam spiritualibus & æternis, quæ sunt incorruptibilia Ec[illegible].43. *Vas castrorum in excelsis in firmamento resplendens*, vt & sic figitur in illa domo euangelica Matthæi 7. quæ fluctibus & flatibus nõ fuit obruta vel cassata. Et causa subiungitur, fundata enim erat supra firmam petram. Illud est ergo fundamentum solidæ veritatis 2 Tim. 2. *Firmum fundamentum Dei stat habens signaculum*.

¶ Item firmi sunt iusti, quia constringuntur ligamento validæ charitatis. Vinculum enim charitatis quando cõstringit hominem, vel attin[illegible] Deo & proximo, facit eum firmum [illegible] bono Eccle. 7. *Non te pigeat visitare infirmum, ex his enim in dile[illegible]tione firmaberis*.

¶ Item firmi sunt iusti quando carent nocumento [illegible] R[illegible] quæ carent nocumento exterius [illegible] omni uniter, magis firmæ, [illegible] cœlestibus quæ nec interius nec exterius habent ali[illegible] [illegible] patiuntur, & ideo in firmitate perpetua [illegible] iusti & maxime isti, qui per spem affectionum & [illegible] superius sunt erecti, à cunctis vitiorum cor[illegible]bus, & in bono per consequens sunt magis firmi Hier. 5. *Firmauit in excelso robur suum*, Et Ecc. 43. *Altitudinis firmamentum pulchritudo eius.*

¶ Item firmi sunt iusti, quando pollent fulcimento totius bonitatis. Sicut enim multi stipites vndique sustentantes faciunt
D firmam arborem, sic multæ virtutes hominem. ¶ Et sic dico, quod homo efficitur bene firmus quando ipsum

Sustentat & fulcit:
- Iustitia librans æqualiter,
- Clementia cribrans suauiter,
- Constantia vibrans audacter,
- Concordia ligans similiter,
- Mœstitia rigans fle biliter,
- Facundia orans humiliter.

De iustitia dicitur Prouerbiorum 16. *Iustitia firmatur solium* De clementia dicitur Prouerbiorum 25 *Aufer impietatem de vultu Regis & firmabitur clementia thronus eius.* De constantia dicitur in Ps. 135. quod *Deus firmabit terram super stabilitatem suam, non inclinabitur in sæculum sæculi.* De concordantia dicitur Leuit. 26. *firmabo pactum meum vobiscum* De lacrymosa vero mœstitia dicitur in Psal. quod *Deus firmauit terram super aquas.* Vnde de illa cedro dicitur Ezec. 17. quod *transportata fuit in vrbe negotiatorum, vt firmaret radices super aquas.* De facundia vero seu eloquentia dicitur 2. Paralipomenon 6. *Firmetur sermo tuus, quem locutus es.* Sic ergo patet quomodo inuenitur firmitas status virtualis, & hoc ostenditur [illegible] dicitur. Morabatur Dauid. Mora enim & assuefactio in bono [illegible] dat, atque firmat, quia secundum Ouidium libro de remedio amoris. Mora facit vites, teneras quoque præcoquit vuas. Et validas segetes, quod fuit herba, facit. Dauid etiã manu fortis & vultu desiderabilis signat virum iustum, multis virtutibus adornatum, & bonis moribus cõfirmatum. Vide supra de Dauid si vis, vnde de tali firmitate dicitur 2. Regum. 5. *Cognouit Dauid quod firmasset dominus eum in regem.* Ista autem omnia possunt dici de firmamento & firmitate Ecclesiæ militantis, quæ scilicet firma est & perpetua ratione fundamenti, ligamenti & iuuamenti. Et ideo Ecclesia propriè dicitur firmamentũ, quod in medio aquarum, id est, in mundi fluctibus est factum, & luminaribus, id est, sanctis hominibus adimpletum Gene. 1. *Fiat*
E *firmamentum in medio aquarum* & ibidem. *Fiant luminaria in firmamento cœli.* Ista est ergo firmitas status virtualis. ¶ Secundo dico, quod inuenitur firmitas exterior status tẽporalis. Et ista est propriè illa firmitas, quam habent pauperes voluntarij, qui scilicet in infimo statu iacent, & modicis sunt contenti. Nihil enim tam firmum sicut illud, quod infimum & profundum. Status infimus teste Ouidio, *non habet vnde cadat*, vnde in libro de Ponto dixit, quod *fortuna miserrima tuta est*, & in libro de tristibus dixit, *Ardua per præceps gloria vadit iter.* Et ideo, qui arduas mundi glorias contempserunt, & status pauperes elegerunt, firmi & stabiles in fide & moribus permanserunt Ps. 88. *Posuisti firmamentum eius formidinem*, quasi dicat, Paupertas, quæ mundi diuitibus est formido, est sanctis hominibus firmamentum, quod ostenditur, cum dicitur. In deserto Sapien. 11. *Iter fecerunt per deserta, quæ non inhabitantur, & in locis secretis fecerunt casas* Fixio enim firmitatem signat. Ista est ergo firmitas status temporalis. In deserto inquit.

F ¶ Tertio dico, quod inuenitur firmitas æterna status supernalis, scilicet, firmitas gloriæ Paradisi. Res enim cœlestes sunt cæteris firmiores. Vnde Tob. 37. dicitur de cœlis, quod *solidissimi quasi ære fundati sunt.* Sic vere beati & bona æterna solida sunt & firma nulli defectui vel corruptioni subiacentia, sed perpetuo duratiua sicut in Psal. dicitur, *Etenim Deus firmabit orbem terræ, qui non commouebitur, parata est sedes tua ex tunc.* Et hoc ostenditur, cum dicitur (in locis firmissimis.) Loca enim illa sunt firma & tuta Psalm. *Erit firmamentum in summis montium, superextolletur super Libanum fructus eius, & florebunt de ciuitate Domini sicut fœnum terræ.* Et quia locus iste firmus est purus & altius eleuatus, floridus & amœnus, ideo illuc introducentur solũ personæ floridæ, firmę pariter atq; puræ, cũ locus locato debeat respondere. Vnde dicitur Eze. 10. *Vidi & ecce in firmamẽto, quod erat super caput Cherubin quasi sapphirus, & quasi species similitudinis soli apparuit super eũ.* Ibi enim est

- Claritas lucis (Vidi,
- Diuitas patris, (Ecce,
- Veritas fulgens Cherubin,)
- Plenitudo scientiæ (Quasi,)
- Firmitas constans (lapis)
- Puritas vernans (Saphirus)
- Dignitas regnans. (Species inquit similitudinis [illegible]

Et sic patet quomodo iusti gaudent, vt visum est triplici firmitate, vel suo in triplici firmamento, scilicet, Interiori, quæ est gratiæ, exteriori, quæ est fortunæ, superiori, quæ est gloriæ.

# Flagellum.

Nota, quod flagellum est instrumentum de ligno & corrigijs factum, ad verberandum animalia ordinatum. Signat ergo flagellum quamcunque correctionem, punitionem, vel castigationem, vel quamcunque [illegible] inuoluntariam læsionem. Dicimus ergo, quod [illegible] est flagellum in scriptura, videlicet flagellum corre[illegible] flagellum filiorum, leniter verberans pro tionis, & est flagellum peccatorum, turpiter lacerans: Damnationis, & est fla[illegible] minatorum grauiter macerãs ¶ Primo ergo dico, quod inuenitur flagellum correctionis, verberans leniter. Homo enim [illegible]plici flagello vtitur, scilicet, flagello quo lædit filios, & flagello grosso quo lædit asinos. Sic vere Deus in vita ista vtitur d[illegible] tribulatione, scilicet, quadam parua & charitatiua, quæ est ad bonorum correctionem, de qua in Psal 72 *Fui flagellatus tota die & castigatio mea in matutinis.* Et quædam grossa, quæ pertinet ad superborum afflictionem & punitionem, de qua dicetur infra ¶ Et aduerte, quod (sicut video)

Flagellatur:
- Vestis, vt puluis excutiatur,
- Puer, vt doctus efficiatur,
- Stultus, ne periculis subijciatur,
- Vrsus, vt pinguis inueniatur,
- Catulus vt Leo terreatur.

Sic vere dico, quod boni à Deo flagellantur, corriguntur, & tẽporaliter puniuntur, vt mundentur à pulueribus vitiorum. Constat enim quod flagella exteriora compellunt hominem redire ad cor & sic faciunt eum excutere culpas suas, exemplo serpentis, qui flagellatus dicitur venenum euomere. Et sic etiam tympanum percussum & flagellatum solet sonum & vocem emittere, quia scilicet iusti per tribulationem flagellati, venenum vitiorum per confessionem euomunt Psal 37. *Quoniam ego in flagella paratus sum & dolor meus in conspectu meo semper & per gratiarum actionem ad diuinas laudes insurgunt* 2. Mach. 3 *Tu autem flagellatus annuntia mirabilia Dei.* Item vt instruantur in operibus mandatorum Eccles 22 *flagella, & doctrina in omni tempore sapientia.* Et Eccles. 30 *qui diligit filium, assiduat ei flagella.* Sequitur. *Qui docet filium, lætabitur in illo.* Item, vt liberetur à periculis tormentorum scilicet, futurorum. Constat enim quod per flagella stulti abstinent à committendis sceleribus, & liberantur à pœnis, & à verberibus. Sic vere mundi flagella & tribulationes hominẽ à peccando impediunt & sic à pœnis æternis liberum eum reddunt Tob. 13. *Quoniam tu flagellas, & saluas deducis ad inferos, & reducis* Itẽ vt impinguentur sanguine meritorum. Vrsus enim verberatus efficitur pinguior, & polypus verberatus efficitur tenerior, quia, scil. quando iusti tribulantur, solent teneriores & humiliores fieri, & per consequens virtutibus impinguari. Constat n. quod per talis tribulamina iustus in melius conualescit Marc. 10. *Conspuent eum & flagellabunt, & tertia die resurget.* Item vt terreantur animi peruersorum. Sicut enim Leo timet quando videt catulũ verberari, sic mali timent & corriguntur quando vident iustos à Domino tribulari, cogitantes illud Euangelicum. Si in viridi hoc faciunt, in arido quid facient vel fiet? Et ista est causa quare sicut dicitur ad Heb. 12. *Flagellat Deus omnem filium quem recipit.* Vnde de Iesu innocẽte dicitur Ioan 19. *Et Pilatus flagellauit eum.* Post dixit. *Ecce homo*, quasi dicat, Ecce exemplum & bene facientibus & male: comparatiue loquendo. Patet ergo, quod inuenitur flagellum correctionis verberans leuiter. ¶ Secundo B dico, quod inuenitur flagellum punitionis seu vexationis vulnerans grauiter. Et istud est illud flagellum, quo Deus in hoc sæculo punit malos. Mos n. fuit apud Romanos, quod omnes, qui securi percutiebantur, primo virgis flagellabãtur, sicut patet in Tito Liuio & Val. Maximo & in plurib. locis. Vnde etiã de Christo morte à Pilato damnando dicitur Marc. 15. quod *tradidit Iudæis Iesum flagellis cæsum, vt crucifigeretur.* Sic proculdubio videtur Deus facere, malos enim & æternis supplicijs fustigandos solet

etiam

[illegible], & [illegible] de P[illegible] tamen in [illegible] .40. *Contritio &* [illegible] *Multa flagella peccatoris sperantem autem* [illegible] *circumdabit.* [illegible]ud est ergo flagellum vexans, [v]ulnerans grauiter.

¶ Tertio dico, quod inuenitur flagellum damnationis lacessciter. Et sic per flagellum intelligitur pœna æterna, qua, [scili]cet, corpus & anima flagellabuntur, & c[ru]ciabuntur in æ[ter]num. Vnde Sapient. 16. *Impij per fortitudinem brachij tui flagellati* [sunt,] *nouis aquis & grandinibus & pluuijs persecutionem passi sunt & per* [ig]*nem consummati sunt.* Vnde etiam de Christo in iudicio impios [fla]gellante dicitur Naum. 3. *Væ ciuitas sanguinum vniuersa mendacij* [dila]*ceratione plena, non recedet a te rapina. vox flagelli, & vox impetus ro*[tæ, &] *equi frementis, & quadrigæ feruentis, & equitis ascendentis, & mi*[cantis] *gladij, & fulgurantis hastæ, & grauis ruina, nec est finis cadauerum.* [illegible] [illegible] ciuitas sanguinum est anima peccatrix, quæ, scili[cet, m]endaciorum, idest, vitiorum laceratione confusa, voce flag[elli], id est, verb[is] seuerissimi iudicis concutitur, & turbatur quia [illegible] statim vocem flagelli sequitur vox rotæ, id est, tumultuosa consc[ie]ntia, vox equi frementis, idest, dæmonum austera violentia, vox equitis ascendentis & gladij micantis, &c. id [est] [illegible] poten[tia] [illegible], & mœstitia, & vox grauis ruinæ, id [est] [illegible] desperatio & tristitia. A tali ergo flagello se gaude [illegible] anima liberatem, dicens illud Iob. 5. *A flagello linguæ absconderis, & non timebis calamitatem cum superuenerit.* In vastitate & fame ridebis, & bestiam terræ non formidabis, sed cum lapidibus regionis pactum tuum, & bestiæ regionis pacificæ erunt tibi. Et sic patet quomodo triplex flagellum est, scilicet, fructuosum, quo ad iustos, luctuosum quo ad proteruos. Pe[c]cuniosum, quo ad damnatos. Vide de verberare, percutere, & lædere.

A **Flamma.** Nota, quod flamma nihil aliud est quam ignis accensus in materia aerea, sicut carbo est ignis in materia terrea. Est enim ignis de sui natura subtilis & inuisibilis, verumtamen quando corporali materiæ coniungitur, tūc visibilis efficitur. Et si in subtili materia & aera incorporatus fuerit, tunc flamma efficitur, si grossa vero fuerit materia, scilicet, lignea, ferrea, vel terrestris, tunc potest dici carbo. Moraliter ergo loquendo, possumus dicere, quod flamma multipliciter sumitur in scriptura. Sumitur enim flamma

Pro { Angelo spirituali,
Homine virtuali,
Ardore criminali,
Splendore scientiali,
Dolore noxiali.

Sumitur (dico) pro Angelo spirituali. Vnde ad Hebr. 1. *Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis.* Item sumitur pro viro iusto & virtuali. Vnde Apoc. 1. dicitur, quod *ipse vidit similem filio hominis cuius oculi, vt flamma ignis, & pedes similes auricalco.* Item sumitur pro ardore criminali, scilicet, ardore auaritiæ, iracundiæ vel luxuriæ. Vnde in Psalm. 105. *Flamma combussit peccatores &c.* Item sumitur pro splendore scientiali. Vnde Sapient. 17. *Ignis quidem nulla vis poterat illis lumen præbere, nec siderum limpida flamma illuminare poterant illam noctem horrendam.* Item sumitur pro dolore sensibili & noxiali, scilicet, pro ardure mundanorū & infernalium tormentorum. Vnde Esa. 47. cap. loquens de

B damnatis, & idololatris dicit sic, *Animam suam non liberabunt de manu flammæ.* ¶ Quamuis ergo flamma possit quandoque accipi in bono, communiter tamen & generaliter in malo accipitur. Vnde per flammam intelligitur

Ardor { Culpæ interioris,
Pœnæ exterioris,
Gehennæ posterioris.

Sicut enim flamma calefacit, vrit, & consumit, sic flamma culpæ & concupiscentiæ per mala desideria calefacit, flamma temporalis pœnæ per diuersas tribulationes nos vrit, flamma pœnæ æternæ suis perpetuis ignibus malos lædit.

¶ Notare ergo possumus, quod quadruplex flamma in scriptura generaliter inuenitur, videlicet

Flamma { Appetenda,
Fugienda,
Sustinenda,
Metuenda.

*Diction. Bercborg.*

[illegible] & v[illegible] [e]st flamma [illegible] [illegible] [ch]aritatis flammæ Canticor. 8 *Fortis est vt m[ors dilectio]* [illegible] Sequi[tur] [illegible] *eius ignis atque flammarum.* Sicut enim Salamandra [viuit in fl]amma & in igne, sic iustus viuit in amore & charitate. [Et sicut] flamma eleuari potest magis [illegible] quam ag[i] quia [illegible] [pyra]midaliter versus cœlum: sic vera flamma & feruor cha[ritatis] [illegible] inflammatum eleuat ad Paradisum. [illegible] [Iud]. [illegible] vbi dicitur quod *in flamma sacrificij Angelus ascendit in cælum,* [illegible] pro certo illi, qui sunt Angeli per puri[tatem] [illegible] [illegible] per charitatem, ascendunt feliciter ad cœl[um] [illegible] de[sideri]orum & voluntatis. Ista est enim flamma

Illuminans nostram cæcitatem,
Eliminans nostram prauitatem,
Conglutinans Dei bonitatem, scilicet, ad homines.

Isti enim sunt tres effectus flammæ, scilicet, illuminare, purgare, calefacere, quia sol[et] flamma charitatis nostras mentes nostras solet illuminare Apoc. 19. *Oculi eius flamma ignis.* Culpas nostras solet purificare Num. 31. *Omne quod potest transire per flammas igne purgabitur.* Deum erga nos solet calefacere, & inflammare

C Exod. 3. *Apparuit Dominus in flamma ignis.* Ista est ergo flamma appetenda, scilicet, flamma charitatis. ¶ Flamma, quæ est fugienda, est flamma mundanæ cupiditatis, scilicet, luxuriæ, auaritiæ, inuidiæ, & iracundiæ. Ista est enim sicut ignis, qui comburit il[la]nam, & sicut flamma comburens montes. Ista est in flamma fornacis Babylonicæ, quæ arripuit & incendit, quos reperit iuxta fornacem de Chaldæis, sicut dicitur Dan. 3. Fornax enim Babylonis est mundi prosperitas, vel flamma concupiscentiæ, vel iracundiæ, quæ Chaldæos, id est, peccatores diuersimode accendit, & vrit, iuxta illud Psalm. prædictum, *Flamma combussit peccatores.* Tales enim flammæ bonos non lædunt, nec eos calefaciunt, aut comburunt. Sapient. 19. *Flammæ econtrario corruptibilium animalium non vexauerunt carnes coambulantium.*

D ¶ Flamma, quæ est sustinenda est pœna temporalis aduersitatis, vnde est illa flamma, in qua phœnix seipsam accendit, & inflammat & in qua seipsam renouat, & post incinerationem in auem pristinam transformat. Quia recta chatissimi multi igne temporalis tribulationis efficiuntur meliores, ita quod antiqua conuersatione renouantur & in melius commutantur. Ista enim flamma licet cruciet, & affligat, iustos tamē Sion destruit, neque damnat, sunt enim sicut illæ aues caryst[i]æ, quæ secundum Solinum in flammis impune volāt. Vnde Dominus videtur cuilibet tali dicere illud Esa. 43. *Cum ambulaueris per ignem, non combureris, & flamma non ardebit in te.*

E ¶ Flamma metuenda est pœna æternæ calamitatis. Vnde dines Luc. 16. petijt vt Lazarus gutta aquæ temperaret ardorem linguæ eius, *quia* inquit *crucior valde in hac flamma.* Ideo de talibus damnatis, qui flammis æternis accenduntur, potest dici illud Esa. 50. *Omnes vos accendentes ignem, accincti flammis.* Et Esa. 47. *Non liberabunt animam suam de manu flammæ.* Sic ergo patet, quod in scriptura multiplex flamma inuenitur. Vide infra de Igne.

**Flare. Flatus.** Nota, quod flatus est illud spiraculum quod ab ore emittitur & perflatur. Ac- A cipitur autem pro quolibet spiraculo venti. Et moraliter loquēdo, flatus qui ab ore emittitur, signat quamlibet verbalem ordinationem, seu sententiæ prolationem, suggestionem pariter & diffusionem. Dicam ergo, quod inuenitur in scriptura quidam flatus superni numinis

Flatus { Dei, qui est mirabilis,
Hominis, qui est mutabilis,
Hostis, qui est damnabilis.

Flatus Dei signat suæ voluntatis ostensionem, & suæ gratiæ inspirationem. Et sic dicam, quod à Deo procedit quidam flatus æstuantium temperatiuus, quidam flatus nauigantium præparatiuus, quidam flatus fluctuantium dissipatiuus. ¶ Primo igitur dico, quod est flatus Dei mirabilis, vel flatus diuini ominis, qui est flatus diuinæ gratiæ, & suæ inspirationis. Flando enim, i. inspirando, gratiam & Spiritum sanctum emittit, & ignem charitatis accendit, & ignem cupiditatis extinguit, & naturam, idest, animam ad Paradisi portam finaliter ducit. Constat ergo, quod per eundem flatum vnus ignis extinguitur, & alius inflammatur. Temperat ergo iste flatus ignem improbæ cupiditatis. Vnde de pueris qui erant in fornace Babylonis, dicitur Dan. 4. quod *fecit Dominum in medio fornacis quasi ventum roris flantem, qui impediuit ut læderentur ab igne.* Vnde in Psalm. 147. *Flauit spiritus eius, & fluent*

 *aquæ.*

*aqua.* Aquæ dico gratiarum vel lacrymarum, quæ scilicet, temperant malos ardores.

¶ Item iste flatus accendit ignem amoris & charitatis Luc. 12. *Cum videritis austrum flantem, dicitis, æstus erit.* Item conducit ad portum salutis & tranquillitatis Act. 28. *Flante austro secunda die venimus Puteolos.* ¶ Item est flatus diuinæ iustitiæ, & per eum immensæ tribulationis. Constat enim, quod

Per flatum { Lutum desiccatur, / Aqua congelatur, / Puluis effugatur, / Iter properatur, / Lacryma generatur. }

Talis pro certo spiritualis Dei flatus, qui scilicet, ipsius prudentiam & iustitiam ordinat. Ista enim lutum carnalitatis desiccat Esa. 40. *Repente flauit, & exaruerunt, &c.* Aquam fragilitatis constringit, fortificat, & congelat Iob. 37. *Flante Deo concrescit gelu, puluerem cupiditatis effugat.* Vnde Exod. 14. *Abstulit illud Dominus flante vento vehementi.* Illud dicit, scilicet, mare, per quod insatiabilitas auaritiæ designatur. Item ad Paradisum accelerat Actor. ... *Secundum flatum aura tendebant ad litus.* Lacrymas vero compunctionis inducit & generat Psalm. *Flauit spiritus eius, & fluent aquæ.* Item est flatus diuinæ potentiæ & suæ iurisdictionis. Erit flatus in iudicio, quando flatus diuinæ scientiæ malos in æternam damnationem vrgebit. Flatus enim intemperatus & excessiuus lucernas extinguit, flammas accendit, naues subuertit, mare concutit, domos subuertit vel destruit, & frigus generat, & inducit. Sic pro certo sententia iudicialis, quæ ore diuino flabitur, & ipsa pœna æterna, quæ per eum impijs infligetur, lucernâ vitæ extinguet, flammas æternas succendet Esa. 30. *Flatus Domini sicut torrens sulphuris.* Naues, i. mundi diuites oneratos subuertet Ex. 15. *Flauit spiritus tuus & operuit eos mare. submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus.* Domos, i. mundi flatus destruet, & confundet Mat. 7. *Flauerunt venti, & irruerunt super domum illam, & cecidit.* Frigus æterni doloris inducet Eccl. 43. *Frigidus ventus aquilo flauit, & gelauit crystallus ab aqua.* Sic ergo patet, quomodo inueniuntur quidam flatus superni numinis. ¶ Secundo dico, quod inueniuntur quidam flatus mortalis hominis. Et sic dico, quod inueniuntur in homine

Flatus { Vitalis, qui cito deperit, / Verbalis, qui bonos conterit, / Moralis, qui mentem aperit. }

Est ergo *flatus in homine vitalis, qui morte desistit.* de quo Danielis 5. Porro Deum, qui habet flatum tuum in manu sua, & omnes vias tuas, non glorificasti. Item in eo est flatus verbalis, qui bonis resistit & iste est flatus detractionis, qui est sicut flatus vrens, qui inflammat aerem. Et ideo detractor potest dici ille serpens flatu adurens, de quo fit mentio Deuter. 8. Item est in eo flatus moralis, qui Deo assistit, & iste est flatus deuotionis & orationis, de quo potest dici illud Iob 34. *Si direxerit* (sc. homo) *ad Deum cor suum spiritum eius & flatum ad se trahet.* Iste est ergo quidam flatus mortalis vel moralis hominis. ¶ Tertio dico, quod inuenitur flatus hostilis turbinis, i. diabolicæ suggestionis. Vnde de dæmonibus dicitur Deut. 8. quod *in deserto*, id est, in mundo *erat serpens flatu adurens, & scorpio ac dipsas, & nulla omnino aqua.* Sufficit de flatu, vide etiam infra de Spiritu & de Vento.

A **Flectere.** Nota, quod moraliter loquendo, ego inuenio, s.

Vnum flectere, quod est { Fragilitatis, / Humilitatis, / Benignitatis. }

¶ Primo ergo dico, quod est vnum flectere fragilitatis, quod significat inconstantiam. Aliqui enim sunt inconstantes & molles, & statim à constantia & iustitia se flectentes, similes columnis salicum & vlmorum, quæ non sunt solidæ neque firmæ, & quæ vnerecito deficiunt, & flectuntur, quia scilicet tales nesciunt in firmitate, & soliditate iustitiæ permanere. Contra quos Deut. 25. de muliere manum ad verenda viri mittenda mittente dicitur sic, *Abscindes manum illius, nec flecteris super illa aliqua misericordia,* q. d. Si flecteris, talis flexio est inconstantiæ, non iustitiæ, quê etiam rigorem ipse Deus contra obstinatos obseruauit, & potissime contra damnatos. Vnde Hierem. 21. dicitur quod *Dominus percutit eos in ore gladij, & non flectetur, neque parcet, neque miserebitur.* Et breuiter illi qui nimis flectuntur, vituperabiles iudicantur, quia etiam sicut dicitur Iud. 7. Illi, qui flexerunt poplites, vt biberent, fuerunt à prælio repudiati, illi vero, qui bibendo stererunt, fuerunt ad prælium approbati. Istud est ergo flectere fragilitatis, quod significat inconstantiam. ¶ S[illegible] inde d[illegible] vnum flectere humilitatis, quod signat [illegible] E[illegible] quod flexio genuum reuerentiam signat & humiliat [illegible] de genua flectimus, quando aliquid humiliter supp[illegible] vel reuerentiam exhibemus. Genua enim sunt [illegible] sunt flexibilia, ad significandum quod omnis superb[illegible] hu[illegible] na loco & tempore debet flecti, & ad humilitatem & obed[illegible] tiam inclinari 2. Paralipom. vlt. *Et nunc flecte genua cordis mei [illegible] cans à te bonitatem Domine.* ¶ Aduerte tamen quod [illegible] h[illegible] num flectuntur in posterius, genua vero bruto[illegible] niter, flectuntur in anterius. E conuerso autem est [illegible] minum, & de genubus anterioribus animalium, qu[illegible] cubitus humani flectuntur in anterius, & genua anteri[illegible] malium flectuntur in posterius. Ista est ergo regula quod [illegible] bra anteriora in homine flectuntur in anterius, posteri[illegible] posterius, sicut congruum est rationi: in brutis vero ante[illegible] posterius, posteriora in anterius, contra regulam ration[illegible] S[illegible] vere dicam loquendo moraliter, quia tam homines qua[illegible] b[illegible] ta, id est, tam boni quam mali duo habent genera membro[illegible] scilicet anteriora, quæ signat opera intellectiuæ, & poster[illegible] quæ signat opera sensitiuæ, sic est igitur quod homine[illegible] sti flectunt membra sua eo modo, quo debent videlicet [illegible] riora in anterius & posteriora in posterius, quia lic[illegible] id est, sensualia tendant naturaliter in posterius, [illegible] temporalia & terrena, quæ, scilicet, post nos remanebunt, propter necessitatem corporis & fragilitatem vitæ, tame[illegible] a[illegible] ia, quæ sunt ratio & consideratio, contemplatio & a[illegible] [illegible]lium, semper flectuntur in anterius, scilicet superius vers[illegible] lum Phi. 3. *Quæ retro sunt, obliuiscens, ad ea vero, quæ priora sunt, [illegible] dens me ipsum destinatum prosequor ad brauium.* In brut[illegible] in peccatoribus, anteriora, id est, rationalia flec[illegible] rius ad mundi bona, posteriora vero eorum, id [illegible] sen[illegible] flectuntur in anteriora, id est, ad cœlestia bona, [illegible] quod mali videntur quandoque brutaliter æterna pe[illegible] men constat quod mentaliter solent ad posteriora, id e[illegible] temporalia inhiare Eccl. 1. *Gyrat per meridiem, & flectitur ad a[illegible] nem.* Est ergo vnum flectere quod signat humilitatem & [illegible] rentiam Dan. 6. *Tribus temporibus in die flectebant genua sua, & adorabant.* Allega contra illos, si vis, qui similes [illegible] nequeun[illegible] flectere genua cordis sui. ¶ Tertio dico, quod est vnum flect[illegible] quod signat benignitatem & clementiam. Aurum enim purum optime flectitur, cuprum & ferrum non sic. Sic vero boni ad [illegible] sericordiam cito flectuntur, mali citius rumpuntur quam fle[illegible] ctantur 2. Mach. 4. *Flexus ad misericordiam, Lacrymas fudit.* Suffi[illegible] Vide de Genu.

**Fletus. Flere.** Nota, quod fletus, planctus, ploratus, lacrymatio, luctus, lamentum, quasi [illegible] eodem accipiuntur in scriptura Significant enim generaliter d[illegible] lorem, angustiam, tristitiam & miseriam. ¶ Et ideo possumus distinguere, quod est quidam

Fletus { Interior, / Exterior, / Posterior. }

¶ Est enim

Fletus { Interioris contritionis, / Exterioris vexationis, / Posterioris damnationis. }

Fletus contritionis est exercendus. Sic faciebat Esaias, qui Esa. 22. dicit sic, *Recedite à me, & amare flebo.* Et idem 33. *Angeli pacis amare flebunt.* Fletus tribulationis est sustinendus. Vnde Iud. 2. *Ascendit Angelus Domini de Galgala ad locum flentium.* Fletus vero damnationis est metuendus & præcauendus. Vnde de fletu perpetuo infernalis miseriæ loquitur Mat. 8. & 13. *Ibi erit fletus, & stridor dentium.* Dico ergo, quod est quidam fletus virtuosus, & iste proculdubio est fletus contritionis pro peccatorum c[illegible] deratione. Fletus compassionis pro proximorum depressio[illegible] Fletus desolationis pro gaudiorum dilatione, & pro huius mundi miseriæ prolongatione, &c. Pro his o. trib. causis solêt sancti flere in isto mundo, & spiritualiter cõtristari, quia pro certo ex huiusmodi fletibus sequitur cõsolatio Paradisi, iuxta verbũ Saluatoris Io. 16. vbi dicitur, *Amen amen dico vobis, quia plorabitis, [illegible] vos, mundus autem gaudebit, vos autem cõtristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudiũ.* Sicut n. videmus, quod post resolutionẽ pluuiarum aer remanet serenus, & clarus, sic proculdubio post resolutionẽ lacrymarũ sequitur status Paradisi quietus, [illegible] Luc. *Beati, qui nũc fletis, quia ridebitis.* Istud bene prӕuiderat Esaias, q[illegible]

[illegible] tumEsa. *Recedite a me, & amare* [illegible] [illegible] mnia animalia de mu[illegible] [illegible] ebr[illegible], & quod [illegible]bentius lacrymas emittit, [illegible] q[illegible] le[illegible]ndú aliquos, facit ita crebri[illegible] [illegible] dumos doceri, quod nos alij quanto magis [illegible] quanto magis sumus rationales, tanto plus [illegible] debemus flere & dolere, & à mundi solatijs absti[illegible] [illegible] sumus rationales, & rationabiliter considerantes [illegible] est nostræ naturalitatis vilitas, qualis est nostri incolatus [illegible], quanta est mundi miseriarum immensitas, quá du[illegible] est mortis futuræ necessitas, quam longe distat æternorum bonorum fœlicitas, pro certo nos dolebimus & flebimus, & vitam nostram in planctu & gemitu deducemus, iuxta consiliū Apostoli dicentis: *Oportet flere cum flentibus, & gaudere cum gaudentibus*. ad Roma. 12. Flere scilicet cum flentibus in præsenti miseria, & sic gaudebimus cum gaudentibus in cœlesti gloria. Exponere ergo possimus illud Psalm. 136. *Super flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus, dum recordaremur tui, Sion.* in quibus ostenditur triplex causa, quare iusti & boni in hoc sæculo solent flere. Flent enim & contristantur

Propter { Mun[illegible]ctionem, / V[illegible] defectionem, / [illegible] ationem. }

Mundi afflictionem [illegible] ex flumine super quo nos sedemus, quia nos [illegible] super flumina, scilicet tribulationum. Morum defectio patet ex [illegible] rdine, quo nos caremus, quia scilicet nos sumus in Babylone, i. in con[illegible]. Cœli dilatio patet ex cultime, quo nos dolemus, quia scilicet nos recordamur tui Sion. Fleamus ergo chã[illegible] propter illatam multitudinem tormentorum, propter ionatam [illegible] pitudinem seu aptitudinem vitiorū, propter dilatā plenitudinem gaudiorum. ¶ Dico ergo primo, quod debemus flere ex tormentorū afflictione, quod ostenditur, cum dicitur q̄ nos sedemus super flumina. In fluminibus tribulationum sedemus eum, scilicet præsenti miseria fluctuamus. Vnde quilibet potest comparari ciuitati Alexandrinæ, de qua dicitur Nau. 3. *Alexandria populorum habitas in fluminibus.* Sicut ergo ceruus à canib. arctatus & infestatos, considerans se non posse euadere, solet flere, & mugire, & ad hominem viro refugere, & vocite, sicut dicit Auicenna lib. 8. sic proculdubio iusti, dū videot se in hac miseria à canibus & à venatoribus, i. à diuersis generib. tribulationum & afflictionum infestari, & certi sunt, quod dum viuunt nunquam eusdem poterunt mundi pœnas, ipsi non immerito flere, mugire, & dolere tenētur, & ad hominem, i. ad Deum recurrere compelluntur. Vnde de talibus dicitur Hiere. 50. *Venient filij Iuda, ipsi & filij Israel simul ambulantes & flentes properabunt, & Dominum Deum suum quærent, in Sion interrogabunt viam.* Filij (inquit) Iuda & filij Israel, id est, boni viri & iusti Deum confitentes, & Deum videntes & contemplantes, dum hic in terris viuunt, per tot causas luctus & fletus Deum pro certo compelluntur quærere, & ad ipsum recurrere, & viam in Sion, i. viam ad cœli gloriam procurare. Sicut enim dicit Greg. Mala, quæ hic nos premunt, cunt ad Deum venire compellunt. Ista sunt ergo flumina tribulationum & mundanarum afflictionum quæ proculdubio debent nobis esse causa luctus & fletus Math. 7. *Venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt super domum illam*. Istam miseriam bene percipit homo, cum nascitur, qui statim incipit flere, & primam vocem plorando emittere, & suo fletu miseriā in quam intrat, indicijs præsignare & prognosticare. Vnde dicit Bern. tractans illud Iob 14. *Homo natus de muliere, breui viuens tempore.* Homo inquit natus de muliere, ideo cum reatu, breui viuens tempore, ideo cum metu, repletur multis miserijs ideo cum fletu Flere ergo debemus propter tormentorum afflictionem. Vnde Hie. 31. *In fletu venient, & per torrentes aquarum deducam eos in viam rectam.* Istud tamen non aduertunt multi, qui quantum sunt in loco fletus & luctus, scilicet in miseria vita ista, ipsi tamen gaudent & solantur, & quia hic flere nolunt ad fletum æternæ miseriæ deducentur. Vnde dicit Greg. in moral. Lacrymarum causas quidam ridentes peragunt, & mortis suæ negotium tripudiantes exequuntur. Istis ergo dicitur illud Lucæ 6 *Væ vobis diuitibus, qui hic habetis consolationem, quia lugebitis, & flebitis.* Ista est prima causa quare debemus flere, scilicet propter tormentorum afflictionem. Super flumina enim sedimus & fleuimus Nee. 1. *Cumq. audissem verba huiusmodi, sedi & fleui.* ¶ Secundo dico, quod nos debemus flere propter vitiorum infectionem vel defectionem, quod ostenditur, cum dicitur Babylonis. Babylon [illegible] in consilio interpretatur. Babylon fuit enim [illegible] [illegible] Babylon [illegible] in Dei cultum. Babylon à rege [illegible] Nabuchodonosor fuit ædificata. Babylon modo à [illegible] *de generibus bestiarum est inhabitata*, sicut dicitur Dan. 4. & [illegible] 13. [illegible] a ciuitas charissimi, proculdubio significat statum peccati, qui ideo confusio interpretatur, quia in peccato omnia [illegible] sine ordine inueniuntur, ibi enim ancilla, i. caro dominatur [illegible] mina, id est, anima famulatur. Ibi etiam illud, quod debet [illegible] se superius per contemplationē, id est, mens & affectus [illegible] ciontur inferius per terrenorum auaritiam & ambitionem. Vn[illegible] de Ap. 18 dicitur: *Væ, væ, væ, Babylon ciuitas illa magna.* Vnde de ista confusione dicit Bern. Ancillam dominari, vel dominam ancillari, magna abusio est. In ista n. ciuitate Nabuchodonosor, i. diabolus sicut dominus imperat, ibi etiam multitudo bestiarū, id est, peccatorum inhabitat. Quando ergo viri boni & iusti ad istam ciuitatem, i. ad confusionem peccati aliquo casu peruenerint, vel olim se peruenisse senserint, tūc merito graui fletu & mœrore se afficiunt, dū sc. in ciuitate peccati se detentos & captiuos aspiciunt. Et ideo dicitur in lib. Thr. 1. *Postquam in ciuitatem redactus est Israel, sedit Hieremias flens & planxit Lamentatione.* Sicut enim mandragora dicitur clamare, quādo à terra eradicatur, sic proculdubio viri iusti & boni, quando à suo fundamentali principio, sc. à Deo per aliquod peccatum se viderint auelli, ipsi pro certo clamare, & flere noscūtur, & perfecte etiā pœnitere sicut apparuit in Petro Matt. 26 *qui postquam Dominum negasset, egressus foras fleuit amare.* Et ideo sicut Petrus per fletum impetrauit peccati sui remissionem, Ezechias autem ita impetrauit per fletum vitæ suæ prolongationem sicut dicitur Esai. 38. *Fleuit Ezechias fletu magno &c.* per fletum quoque Sosanna sperauit de manibus falsorum iudicū liberationē, sicut dicitur Dan. 13. sic pro certo per fletū compunctionis & doloris veniam à Deo reportamus, vitæ gratiæ prolōgamus, & nosipsos de manibus dæmonū liberamus. Sicut enim narratur in fabulis poetarū, Cygnus Sthenelei filius, ex materno genere frater Phaetontis, cū fleret de fulminatione sui fratris, quem Iupiter fulminauerat, conuersus fuit in auem fluuialem albissimam, quæ nunc cygnus vt cōmuniter appellatur quæ solet in fluminibus habitare, & pro cantu gemere seu flere. Ouidius lib. 2. Meta. fab. 3. &c. Sic pro certo, charissimi si fletum compunctionis continuamus, & compassionis frequētabimus, pro certo nos de homine in volucrē, de peccatore in virum spiritualem mutabimur & conuertemur & fluuiales & candidi, flebiles pariter & gemebundi, i. perfecti, deuoti & casti de cætero efficiemur: sic loquitur Iohel 2. *Conuertimini in ieiunio, & fletu, & planctu.* Flendum est ergo propter propriam iniquitatem. Vnde dicitur Iohel 1. *Expergiscimini ebrij, & flete.* Propter proximorum necessitatem, sicut faciebat Iob, qui 30. c. dicebat *Flebam quondam super eo, qui afflictus erat* & Luc. 19. dicitur *prouidens Iesus ciuitatem, fleuit super illam.* Item propter mutuum amorem, & charitatem, sicut dicitur de Ioseph Gen. 46. quod *inter amplexus Beniamin fleuit*, & Tob. 11. dicitur quod *fleuerunt ambo præ gaudio.* Sic ergo patet, quod nos debemus flere propter vitiorum confusionem, quæ confusio notatur in nomine Babylonis, quia sicut dicitur in Psalm. *Filia Babylonis misera &c* ¶ Tertio dico, quod sancti & iusti in isto mundo flent propter gaudiorum dilationem, quæ ostenditur, cum dicitur. *Dum recordaremur tui Sion.* Sicut enim captiui solent flere, quando vident perditam libertatē, fures & miseri solent flere, quando considerant venditam hæreditatem, banniti & legati solent flere, quando considerant vetitam & interdictam patriæ dulcedinem & amœnitatem, quia scilicet secundum leges vniuscuique patria sua est dulcissima, sic & nos captiui in hoc mondo, & à libertate hæreditate, & patria Paradisi exclusi, bāniti & relegati, debemus suspirare & flere dum ipsam cœlestem patriam vel cœlestem gloriam recordamur, & dum ab ipsa sicut peregrini, & hospites exulamus. *Dum recordaremur inquit tui Sion.* Et ad hoc monet nos Esa 46. *Redite præuaricatores ad cor, recordamini prioris sæculi.* Paradisus enim dicitur prius sæculum, quia & homo & Angelus ibidem prius habitauerunt, sed suis demeritis exigentibus exinde banniti, relegati, & expulsi fuerunt. Ergo pro patriæ dilatione debemus flere, suspirare, & dolere, & ad ipsam totis desiderijs anhelare, exemplo Susannæ, de qua dicitur Daniel 13. quod *fleus suspexit ad cœlum.* Istud est ergo irriguum superius, quod dedit Calephi filiæ suæ in hæreditatem, sicut dicitur Iosue 5. & Iudicum 1. Secundum enim Greg. filia ista significat animam quæ à patre, Deo pro præsenti hæreditate accipit duplex

trigonum, id est, duplices lacrymas seu fletus, scilicet inferius, & superius, in quantum, scilicet, ipsa plorat pro præsentis miseriæ tribulatione, & pro superioris gloriæ dilatione. ¶ Iste est ergo
E triplex fletus bonorum & perfectorum, quia scilicet flere debemus

Pro { Dilatione cœlestium gaudiorum,
Commissione mentalium vitiorum,
Afflictione terrestrium tormentorum.

¶ Fleamus ergo pro istis causis, vt exinde ad lætitiam veniamus vt tempus nostrum debite expendamus, vt ad talem fletũ alios prouocemus, & inuitemus. Flendum est ergo propter futuram consolationem. Vnde Tob. 3. *Post lacrymationem & fletum, exultationem infundis &c.* Item flendum est propter temporis conditionem, quia sicut dicitur Eccle. 3. *Tempus flendi.* Item flendum est propter aliorum prouocationem, sicut dicitur 2. Esd. 10. quod *flente Esdra, fleuerunt alij.* Et ideo pro ista vltima causa legitur Christum ter fleuisse, scilicet, in Lazari suscitatione, super ciuitatis futura tribulatione, in cruce & in passione &c. Vide si vis in distinctionibus Mauritij, vnde illud vltimum accepi. Et nota, quod bonus fletus frequentandus est,

Quia facit { Ad Deum currere,
Æterna cernere,
Mortem effugere,
Cœlum ascendere.

Per fletum enim ad Deum currimus celeriter. Citius enim vadit homo per aquam nauigando, quam per terram itinerando. Vnde Hierem. 50. *Ambulantes & flentes properabant ad Dominum Deum suum.* Item per fletum æterna cernimus celeriter, scilicet, contemplando. Cœlum enim melius videtur post pluuiam aere purificato. Vnde de Susanna dicitur Dan. 13. quod *flens suspexit in cœlum.* Item per fletum mortem effugamus sagaciter. Vnde de Ezechia rege dicitur Esai. 38. quod *audita morte sua, vertit se ad parietem, & fleuit fletu magno, & impetrauit prolongationem vitæ.* Item per fletum cœlum ascendimus finaliter 2. Reg. 15. *Dauid ascendebat cliuum oliuarum flens, & cooperto capite.* Et hæc de bono fletu
F sufficiant. ¶ Sed si volumus, possumus notare de malo fletu, quod triplex est generaliter malus fletus. Est enim

Fletus { Fictæ compassionis,
Tristis damnationis,
Falsæ deceptionis.

Fletus ergo fictæ compassionis pertinet ad vsurarios deprædatores, qui recte videntur flere, & miserijs pauperum cõdolere dum eis aliquid accommodant, seu præstant, qui tamen finaliter ipsos exhæredant, & molestant. Vnde tales sunt similes crocodilo, qui inueniens hominem iuxta fluuium occidit eum, & postmodum plorat eum, & finaliter deuorat ipsum. Sic vere tales vsurarij pauperes primo occidunt ipsos in suis contractibus interlendo, & obligando, tandem ipsos flent, & plorant, eis ficte compatiendo, & eis ad mutuum præstando, finaliter vero ipsos deuorant, eos exhæredando & penitus consumendo. Vnde isti secundum dictum Apostoli possunt dici illi, qui *flent tanquam non flentes, & qui gaudent tanquam non gaudentes.* 1. Corinth. 7. ¶ Fletus vero deceptionis pertinet ad falsos amicos & proditores, de quibus dicitur Eccle. 12. *Oculis suis lacrymabitur inimicus si venerit tempus, non satiabitur sanguine.* De quibus Ouidius ait. *Vt flerent oculos erudiere suos.* ¶ Fletus vero finalis damnationis pertinet ad miseros mortuos peccatores, qui scilicet, perpetuo habent flere in inferno, similes illi lapidi, qui dicitur enydros, qui scilicet, perpetuo & continue emittit lacrymas. Vnde de ipso dicitur in lapidario, *Perpetuus fletus lacrymas destillat enydros*, quia sc. isti damnati perpetuo habent lacrymas emittere, & perpetuis fletibus suspirare, iuxta illud Lu. 13. *Ibi erit fletus & stridor dentium.* Et hæc de triplici malo fletu sufficiant.

A **Flos. Florere.** Nota, quod flos nihil aliud est, quam quædam originalis materia respectu fructus. Flos enim prædicit fructum, sicut via prædicit terminũ, sicut premissæ præcedunt conclusionem, sicut materia præcedit rei perfectionem.

Est enim flos illud, quod in arbore exterius videtur, & illud quod primo & principaliter oculus intuetur. Potest ergo flos diuersimode significare in scriptura. Per florem enim intelligitur,

Interior affectio,
Exterior conuersatio,
Virtutum accumulatio,
Iuuentutis inchoatio,
Prosperitatis consolatio

Per florem (dico) intelligitur interior affectio, quia sicut flos præcedit fructum, & est eius materia, sic bona affectio præcedit bonum opus, & est eius principium, & origo Eccl. 24 *Flores mei fructus honoris & honestatis*, & Gen. 40. *Videbunt post florem vuas maturescere.* Item per florem intelligitur exterior conuersatio. Vnde Cant. 2. *Flores apparuerunt in terra.* Item per florem intelligitur gratiarum & virtutum decoratio. Ideo nobis præcipitur Eccl. 39. *Florete flores, & quasi lilium date odorem.* Item per florẽ intelligitur iuuentutis inchoatio Iob 13. *Quasi flos egreditur.* Item per florem intelligitur mundi prosperitas, seu transitoria consolatio, quæ habet naturam valde debilem, & faciliter decidit. Sic mundi prosperitas valde est fragilis, & faciliter transit & perit. Vnde 1. Pet. 1. *Gloria eius quasi flos fœni, exiccatum est fœnum, & cecidit flos.* Sic ergo patet, quomodo flos diuersimode sumitur in scriptura. ¶ Dicam ergo breuiter, quod est quidam

Flos { Virtualis perfectionis,
Temporalis successionis,
Æternalis recreationis.

Primus est flos quem debemus habere,
Secundus est flos quo debemus horrere,
Tertius est flos quo debemus gaudere.

Dicamus ergo primo aliquid de flore virtualis perfectionis, & dicamus, quod sicut arbor non est perfecta quæ floribus non decoratur, & quæ fructibus non fœcundatur, sic homo non potest dici perfectus, qui floribus virtutum non est ornatus, & qui fructibus bonorum operum non est repletus. Et ideo ad habendum tales flores monet scriptura, dicens Eccles. 39. *Florete flores, & quasi lilium date odorem* ¶ In quibus verbis ostenditur, B
quod sicut in flore est dare humorem, colorem, odorem: sic in virtuali perfectione est dare humorem, seu fluorem pietatis. Florere inquit, id est, florem habere, quia flos dicitur à fluendo. Item colorem seu decorem honestatis, quæ ostenditur cum dicitur flos. Item odorem seu virorem castitatis, quasi inquit lilium. Dico ergo, quod si volumus esse floridi per sanctitatem, nos debemus esse fluidi per pietatem, quod ostenditur in vocabulo florere, id est, fluorem pietatis habere. Flos enim est naturaliter mollis & humidus, in tactu suauis & fluidus, quia vere illi, qui per sanctitatem volunt esse flores & floridi, debent per pietatem & benignitatem esse molles & humidi, semper enim debent in alios fluere, & per pietatem se & sua ad alios dilatare, iuxta illud Iohel. 3. *Stillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lac & mel.* Montes enim sunt viri perfecti, qui dulcedinem pietatis & clementiæ, lac benignitatis & modestiæ, mel deuotionis & dulcis eloquentiæ debent sicut veri flores alijs destillare. Ideo de talibus floribus possumus dicere illud Cantic. 7. *Videamus si vinea nostra floruit, & si flores fructum parturiunt.* Vinea enim, quæ parum habet de cortice, & multum de medulla, significat viros pios & misericordes, qui quia sunt pleni medulla pietatis ideo parum eis remanet de cortice temporalis facultatis. Istorum ergo flores fructus parturiunt, quando ipsorum piæ & fluidæ affectiones fructus bonorum operum producunt. Patet ergo, quod nos debemus esse fluidi per pietatem. ¶ Item dico, quod nos debemus esse nitidi per honestatem, quod etiam ostenditur in vocabulo flores. Sicut enim patet in naturalibus, dico, quod

Flores sunt { Arborum ornamentum,
Apum nutrimentum,
Morborum medicamentum.

Sic reuera flores bonorum exemplorum & honestæ conuersationis sunt recte sicut quoddam gratissimum paramentum in homine virtuoso. Pulchrum enim est videre hominem, in quo relucet viola humilitatis, rosa rubea charitatis, lilium castitatis, amygdalum pietatis, & tales possunt dicere illud prædictum. *Flores apparuerunt in terra nostra.* Apes enim, id est, viri simplices & imperfecti quando inueniunt tales flores, id est, talia bona exempla vel virtutes ibi proculdubio suum nutrimentum spirituale i. suas bonas informationes accipiunt, quia pro certo tales flores contra omnia vitia medicina sunt quando discrete recipiuntur, & quando ad bona opera applicantur. Vnde

[illegible] *... iter locusta.* Quando enim [illegible] us vel præl tus floret per bonam con[illegible] ... sta id est, simplex imperfectus aut [illegible] ... ipsius imitationem. Adueritendum ... dixeris. quod scilicet apes, quæ [illegible] ... colligunt flores amaros, faciunt, vt com[illegible] amar[illegible] ... dendum, quod illi, qui frequen[illegible] ... ines ... aros, & qui ab ipsis amaros flores, [illegible] est, ... exempla ... piunt & accipiunt, tales dico mel a[illegible] ... mala & amara opera faciunt. Adonides enim [illegible] ... poetarum inuenis pulcherrimus fuisse di[illegible] ... flores iube ... ortuus est & ideo à pa[illegible] ... ngebatur, sicut dicitur Ezech. 8. vbi dicitur, *... plangentes Adonidem.* Tales ergo sunt malo[illegible] ... collectores qui qui colligunt ab alijs flo[illegible] ... carnales & mala exempla, ideo spiritualiter ... M ... ergo flores, id est, mala malorum exempla ... ere & bonos flores, id est, bona exem[illegible] ... entia ... illud Sap. 2. *Coronemus nos rosis an[illegible] ... tur. Non prætereat nos flos temporis.* Ille est ... bonæ ... tionis, quem debemus habere. Aduer[illegible] ... hypocritæ habent istum florem sine fru[illegible] ... sambuco, cuius flores redolent, fructus ... nuetsationis hypocritarum est odori[illegible] ... perationis est malus & pestiferus. Quia ... *Mala arbor malos fructus facit.* Illi enim sunt ... quæ est quædam herba, cuius tota virtus ... est in flore. Sic vere tota perfectio talium ... tione, cum nihil habeant de bona opera[illegible] ... o, sed iam is florentes & nitidi per honesta ... illud Psalm. 91. *Iustus vt palma florebit, sicut cedrus Libani multiplicabitur.*

D ¶ Item dico, quod nos debemus esse florentes & candidi per castitatem, quod ostenditur, cum dicitur, *Quasi lilium date odorem.* Lilium enim est flos purissimus & candidissimus, cuius color est gratiosissimus ac purissimus & candidissimus, cuius color est gratiosissimus ad videndum, & cuius odor est suauissimus ad odorandum & signat virtutem castitatis, quæ cum sit virtus purissima, Deo & Angelis est gratissima, & apud omnes famosissima & fragrantissima. Et ideo de isto flore dicitur in Psalm. Iustus germinabit sicut lilium & florebit in æternum ante dominum, &c. Vide supra vbi lilia, in illa auctoritate. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. Patet ergo, quod flos, id est, vir perfectus vel spiritualis perfectio, debet habere annexam pietatem, honestatem & castitatem, vt sic quilibet vir perfectus dicat illud Cant. 2. *Ego flos campi & lilium conuallium.* Iste est ergo flos virtualis perfectionis.

E ¶ Secundo per florem intelligitur amœnitas temporalis ... s. Sicut enim flos est quoddam debilissimum & ... quidem dico vento diruitur, modica nebula corrumpitur, modico calore siccatur, sic vere mundi prosperitas, quæ licet, consistit in fortitudine, pulchritudine, sen[illegible] ... udine, iuuentute & rerum quantitate, fragilis est & caduca.

Ista ergo omnia flori comparantur, qui à fluendo dicitur, quia senescit, hæc omnia faciliter fluunt, & labuntur & tribulatione vel morte siccantur, & destruuntur. De quo dicitur Esa. 40. *Omnis* (inquit) *caro fœnum & omnis gloria eius quasi flos fœni, exsiccatum est fœnum & cecidit flos.* Ista etiam possunt applicari ad hypocritas & instabiles & inconstantes, quorum ficta perfectio quamuis sit florida & gratiosa, non est tamen durabilis neque firma quia scilicet modica tentatione fluunt & labuntur & deficiunt & franguntur. Vnde Iob 8. *Cum adhuc sit in flore, nec carpatur manu, ante omnes herbas arescit.* Iste est ergo flos temporalis prosperitatis.

F ¶ Tertio dico, quod inuenitur in scriptura flos æternalis fœlicitatis. Vnde Psalm. 71. *Florebunt de ciuitate Domini sicut fœnum terræ.* Item in Psalm. *Plantati in domo Domini, in atrijs domus Dei florebunt.* Quod per florem accipitur beata virgo, patet per prædictum, Can. 2. *Ego flos campi, &c.* vel Christus, sicut illud Esa. 11. *Egredietur virga de radice Iesse & flos de radice eius ascendet.* Potest applicari quod dictum est supra, scilicet, quod flos habet humorem, odorem, colorem, &c. per omne, sicut supra & plura alia, sed omitto gratia breuitatis, quia etiam in multis alijs locis fit mentio de flore.

# Fluctus.

Fluctus. Nota, quod fluctus, qui ... aliud sunt quam maris, vel aquæ circumuolutio, vel inundatio, seu motus, vt communiter in scriptura accipiuntur in malo. A
Fluctus enim communiter signant

- Superborum elationes
- Terrenorum possessiones,
- Tormentorum turbationes,
- Cordiales tentationes
- Infernales damnationes.

Significant (dico) superborum elationes, quia communiter fluctus maris emittunt magnum clamorem, generant magnum terrorem, producunt spumæ fœtorem, frequentant mortis horrorem. Sic proculdubio superbi & impij sunt clamorosi per iactantiam, discordiam, & comminationem Psalm. 92. *Eleuauerunt flumina fluctus suos à vocibus aquarum multarum.* Sunt terrentes per uilipensam & contemptionem Esa. 57. *Redundant fluctus eius in conculcationem & in lutum*, id est, in simplices & humiles: sunt etiam spumantes & immundi per luxuriam, carnalitatem & infectionem. Vnde Iudas in sua Canonica, *Fluctus feri maris despumantes suas confusiones.* Sunt etiam continue se mouentes per inconstantiam & mutationem, nec non per tristitiam & cordis afflictionem 2. Machab. 6. *In quos fluctus tristitiæ ego deueni.* Et ideo de talibus loquitur scriptura Esa 57. *Impij quasi mare feruens, quod quiescere non valet, & redundant fluctus eius.* Illi etiam dicuntur impij, ratione crudelitatis. Dicuntur mare feruens, ratione cupiditatis. Dicuntur quiescere non valentes, ratione mobilitatis. Dicuntur redundare fluctus eorum, ratione multitudinis iniquitatis.

¶ Secundo dico, quod per fluctus intelliguntur terrenorum possessiones. Recte etenim sicut fluctus impetuosa collisione agitantur, sic mentes eorum qui terrena cum affectione nimia possident, contrarijs & repugnantibus cogitationibus concutiuntur. Suadet enim in parte vna, superbia ad magnificentiæ ostentationem possessa debere conuerti, nec aurum semper in arca esse claudendum, sed in apparatus ædium, supellectilis conuiuiorum, & iocatiorum ac aliarum mundi vanitatum expendendum, exemplo *diuitis epulonis, induti purpura & bysso & epulantis quotidie splendide.* Lucæ 16. Econtra suadet auaritia, possessam, scilicet, minam inuoluit, infodit & quidem nec ad videndum exhiberi, exemplo inutilis & timidi serui, Lucæ 16. B

Hinc igitur ambitio ad superba tractanda sollicitat, & leuat, hinc auaritia ad humilia deprimit & arctat. Illa vult effossum aurum ad sæculi pompam extolli, ista vult ipsum in penetralibus infimis sepeliri, quo fit, vt eorum mentes dissensione turbari & confusi, iustas æstuantis freti fluctent atque fremant, iuxta illud Hierem. 51. *Ascendit super Babylonem mare, multitudine fluctuum eius operta est,* & Iac. 1. *Similis est fluctui maris.* Fluctus ergo signat terrenorum possessiones.

¶ Tertio dico, quod per fluctus intelliguntur tormentorum turbationes. Per fluctus enim mundi tribulationes intelliguntur, quibus in huius maris pelago homines velut naues mouentur, & quatiuntur Matth. 8. *Motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus.* Talibus enim fluctibus subiacet homo dum nauigat per pelagus huius mundi: & ideo ne huiusmodi fluctibus absorbeatur, debet facere, sicut quidam pisciculus qui dicitur Æthettus, qui videns mare fluctuosum & tempestuosum, timens ne forte fluctibus extra eijciatur ad siccum, & ne piscatorum sportulis imponatur, solet ad fundum descendere, & alicui lapidi fortiter adhærere, & ibi tamdiu remanere quousque transierint dicti fluctus. Sic vere charissimi, si fluctus magnæ tribulationis taliter abundauerint, quod ab ipsis timeamus spiritualiter subrui vel submergi, nos proculdubio debemus inferius ad fundum inferni per considerationem tormentorum ascendere, & lapidem, id est, pondus diuini timoris seu etiam futuræ sortis per meditationem accipere: sic pro certo poterimus fluctus mundanarum tribulationum faciliter superare. Sic faciebat Iob 31. dicens sic. *Semper,* inquit, *quasi tumentes fluctus, timui Deum, & pondus eius ferre non potui.* Et pro certo charissimi, si timor Dei, & iudiciorum suorum seueritas & si status mortis, & suæ incertitudinis dubietas, si pœna inferni & suæ pœnalitatis asperitas debite consideratur, fluctus mundanarum tribulationum modicum reputabuntur & faciliter superabuntur. Sic superauerat illos ille, qui dicebat Ecclesiast. 24. *Profundum abyssi penetraui* C

*netiam, & in fluctibus maris ambulaui, & in omni terra steti.* Fluctus ergo signant tormentorum tribulationes.

D ¶ Quarto dico, quod per fluctus intelliguntur interiores tentationes. Tentationes enim & carnis & cordis sunt recte sicut quidam fluctus, in quos dum homo peruenerit, mortis peccati periculum vix euadit. Diabolus enim est sicut balena, quæ videns filium circa arenam maris attestatum, magnos fluctus aquæ super ipsum euomit, & ipsum ad mare trahit & deducit. Sic vere diabolus quando videt, quod aliquis filius suus, id est, peccator circa arenam pœnitentiæ aliqualiter restatur, fluctus tentationum super eum eijcit, & sic eum ad mare, id est, ad maris peccati amaritudinem reducit. Vnde in Psal. 41. *Fluctus tui super me transierunt.* Vnde Matth. 14. *Nauicula in medio mari iactabatur magnis fluctibus.* Per fluctus ergo intelliguntur lethales tentationes, superfluæ cogitationes: impij enim desiderijs & tentationibus fluctuare non cessant & ideo fumos & spumas multorum criminum euaporant. Et ideo sicut fluctus arenis circumstantibus sistitur, sic fluctus tentationum arena & timore mortis & pœnitentiæ ariditate finitur. Vnde cordi peruerso dicitur illud Iob 38. *Circumdedi mare termino meo, & dixi hucusque venies & non procedes amplius & hic confringes tumentes fluctus tuos.*

¶ Quinto dico, quod per fluctus intelliguntur inferni vexationes. Vnde Lucæ 21. *Erit in terris pressura gentium, præ confusione sonitus maris & fluctuum arescentibus hominibus.* Ista ergo de quintuplici fluctu sufficiant.

A **Fluere. Fluxus.** Nota, quod fluere idem est quod destillare, liquescere, currere, accedere & in se subsistere, sed ad alium locum transire. Et potest accipi in bono & in malo. In bono enim signat clementiam & pietatem, diligentiam & sedulitatem, in malo vero signat inconstantiam & labilitatem, luxuriam & carnalitatem. Signat ergo fluens iste clementiam & pietatem Iohel. 3. *Stillabunt montes dulcedinem & colles fluent lac & mel.* Item signat diligentiam & sedulitatem. Vnde Esa. 2. *Erit in nouissimis diebus præparatus mons domus Domini & fluent ad eum omnes gentes.* Item signat inconstantiam & labilitatem & sic status & prosperitas malorum dicitur fluxibilis, quia de facili est defectibilis. Vnde Psal. 57. *Sicut cera quæ fluit auferentur, supercecidit ignis, & non viderunt solem.* Mundi enim prosperitates sunt sicut montes facti de niuibus qui ad modicum calorem fluunt, atque deficiunt. Sic vere mali & eorum status niuei esse videntur, quia per ardorem tribulationum, vel Dei vltimam sententiam & iudicium in nihilum defluunt & soluuntur, Psalm. 96. *Montes sicut cera fluxerunt à facie Domini omnis terra.* Et bene dicit montes, quia non est dare ita magnum montem, id est, ita diuitem vel superbum, ita excellentem regem vel regnum, quin à statu suo finaliter habeat defluere, vel perire. Teste enim Seneca, Certus cuncta temporibus nasci debent, crescere & extingui. Iob 14. *Mons cadens defluit & alluuione paulatim terra consumitur.* Iste est enim fluxus rerum, quæ semper tendit de esse in non esse. Vnde Esa. 2. *Fluxit & defluxit terra & infirmata est, defluxit orbis terræ & infirmata est altitudo populi terræ & terra infecta est ab habitatoribus suis.* Sic autem non erit in patria, quia scilicet, de quolibet sancto dicitur in Psalm. *Quod folium eius non defluet & omnia, quæcunque faciet, semper prosperabuntur.* Signat autem fluere inconstantiam & labilitatem.

¶ Item signat luxuriam & carnalitatem. Vnde 2. Machab. 12. dicitur, *Quod stagnum Hierusbo sanguine interfectorum videretur fluere.* De luxuriosis etiam dicitur Ezech. 23. *Quorum carnes sunt vt asinorum & sicut fluxus equorum fluxus eorum.*

B ¶ Primo ergo aliquid de morali fluxu & virtuoso dicamus, quod, scilicet, sicut metalla quamuis sint durissima, tamen per fortem ignem efficiuntur fluxibilia sicut aqua, sicut etiam flores & herbæ in alembico ponuntur, & per actionem ignis in aquam & fluunt & destillantur, sic vere charissimi quamuis homo quandoque sit durus & obstinatus, quando tamen ignis Spiritus sancti ipsum inflammat interius, vel etiam ignis tribulationis exterius, tunc vere per contritionem resoluitur taliter, quod ab ipso aqua lacrymarum fluit & dilabitur, & quod totus per compunctionem & compassionem in virum mollem & fluxibilem dilatatur. Vnde in Psalm. 147. *Flauit spiritus eius, & fluent aquæ.* Breuiter ergo loquendo, dico, quod boni quadrupliciter fluunt, sc.

Fluunt per { Lacrymarum destillationem, | Eleemosynarum largitionem, | Bonæ famæ diffusionem, | Bonæ doctrinæ eruditionem. }

Fluunt ergo boni per lacrymarum destillationem, quia scilicet, in vere quando vinea scinditur, de ea fluit aqua. Sic vero quando homo scinditur per contritionem, tunc ab eo fluit aqua lacrymarum per compunctionem. Vnde Psalm. 77. *Percussit petram, & fluxerunt aquæ.* Petra enim est durum cor peccatoris, quod quando per contritionem vel exteriorem tribulationem percutitur, tunc per lacrymarum destillationem fluit, & eliquatur. ¶ Item boni fluunt per lacrymarum largitionem. Sicut enim myrrha, balsamum, & aliæ medicinales arbores omni anno fluunt, & stillant liquorem ad hominum iuuamentum, sic viri pij continue fluunt, & diffundunt eleemosynas ad pauperum nutrimentum Iohel. 3. *Stillabunt montes dulcedinem & colles fluent lac & mel.*

¶ Item fluunt iusti per bonæ famæ diffusionem, sicut arbores aromaticæ fluunt & fundunt odorem. Vnde Can. 4. *Surge aquilo, perfla hortum meum & fluent aromata illius.*

¶ Item fluunt iusti per bonam & vtilem doctrinam & locutionem. Vnde Deut. 32. *Concrescat vt pluuia doctrina mea, fluat vt ros eloquium meum.* Et sic patet, quod est quidam fluxus moralis & virtuosus.

C ¶ Secundo dico, quod est quidam fluxus lethalis & vitiosus. Et iste est fluxus vitiorum, & iste fluxus denotatur in fluxu sanguinis illius mulieris, quæ (sicut dicitur Matth. 9. *Duodecim annis fluxum sanguinis patiebatur.* Sicut enim serpens, qui dicitur hæmorrhois, quando percutit hominem, dissoluit omnes venas eius, ita quod fluxu sanguinis facit eum vitam finire sicut dicit Isid. lib. 12. & ideo hæmorrhois dicitur ab hæma quod est sanguis, & rhois, quod est fluxus. Sic vere charissimi, diabolus quando aliquem mordet, & inficit quocunque modo per malas tentationes & complacentias, facit eum sanguinem peccatorum fluere, & emittere taliter fluendo vitam gratiæ amittere & perdere. Vnde talis fluxus vitiorum figuratur Leuit. 13 & 15. vbi dicitur, *quod vir de cuius capite capilli fluunt, & albus vel rufus color fuerit exortus, vel qui patitur fluxum seminis, immundus in lege reputabatur, similiter & mulier, quæ patitur fluxum sanguinis:* quia pro certo illi, à quibus fluit, & emanat semen malæ doctrinæ, capillus malorum exemplorum, & sanguis peccati & luxuriæ, tales dico apud Deum sunt immundi. Ideo dicitur in Psalm. *Sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei.* Talia enim habent quendam fluxum eminentiæ, in quantum oriuntur ab ipsis malis. Sed pro certo ipsi habent vlterius vnum fluxum desistentiæ, quia scilicet, talia mala & maxime malitiosa facta non diu perseuerant. Vnde Esa. 24. *Omnis malitia eorum defluet sicut defluit folium de vinea.* Sic ergo patet, quod est fluxus laudabilis & vituperabilis.

A **Flumen. Fluuius.** Nota, quod flumen seu fluuius diuersimode sumitur in scriptura. Est enim

Fluuius { Scripturæ, | Gratiæ, | Gloriæ, | Prosperitatis, | Aduersitatis, | Moralitatis, | Perfectionis, | Confessionis, | Deuotionis. }

¶ Primo ergo dico, quod est fluuius scripturæ, in quo scilicet, aqua scientiarum abundat, & in quo pisces, i. viri virtuosi & studiosi inueniunt spiritualia nutrimenta. De quo dicitur in Psal. 64. *Flumen Dei repletum est aquis, parasti cibum illorum.* Et iste fluuius ita est profundus, quod vix potest sciri vel inuestigari: Soli enim sagaces nautæ, id est, soli excellentes doctores profunditatem illius attingunt. Vnde Iob 28. dicitur de talibus doctoribus, *Profunda fluuiorum scrutatus est, & abscondita produxit in lucem.* Scriptura enim est fluuius nitidus, in quo emundamur, fluuius frigidus, in quo recreamur, fluuius sapidus, in quo satiamur, fluuius viuidus, in quo vegetamur, fluuius splendidus, in quo speculamur. Est dico purus & nitidus, emundans delinquentes. Vnde de Naaman dicitur 4. Reg. 5. *Quod à lepra in flumine est mundatus,* & Ezech. 32. *Tunc purissimas*

[illegible] *aquas co[illegible] flumen [illegible] quasi oleum.* Item iste fluuius [illegible] recens & [illegible] gans æstuantes. Vnde Exod. 2. [illegible] *a Pharaonis [illegible] lauaretur in flumine.* Item est dulcis & lapi[illegible] lens sanctos [illegible] Gen. 40. *Putabam me stare super ripam flu[illegible].* [illegible] quitur, quod ibi septem vaccæ pingues vitei[illegible] car[illegible] pe[illegible]ant. Item iste est fortis & viuidus irrorans arescentes Gen. 2. *Fluuius egrediebatur, [illegible] irrigans, &c.* Ioann. 7. *Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.* Item est lucens & splendidus, docens specu[illegible]es. Vnde Ezechiel. [illegible] *Iuxta flumen Chobar vidit visiones.* & Apoc. 22. *Ostendit mihi fluuium aquæ vitæ splendidum quasi cristallum.*

B ¶ Secundo dico, quod est fluuius gratiæ. Iste est fluuius vegetatiuus, quia scilicet, terram, id est, animam, quam irrigat, facit bonis fructib. i. bonis operibus abundare. Ideo de sic irrigatis dicitur Nu. 24. *Tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Israel, vt valles nemorosæ, vt horti iuxta fluuios irrigui, & tabernacula quæ fixit Dominus, quasi cedri iuxta aquas.* In quibus verbis ostenditur, quod illi, qui isto flumine sunt irrigati, seu per istum fluuium fortificantur per constantiam, quia dicuntur Iacob, qui interpretatur luctator: clarificantur per prudentiam, quia dicuntur Israel, quod interpretatur, videns Deum: rectificantur per iustitiam, quia dicitur quasi cedri. In isto enim fluuio debent viri sancti habitare, & se ibidem continue balneare, &c. Castores enim iuxta flumina morantur, vbi domos suas miro ædificio fabricare d[illegible]ntur, vt caudam suam, quæ de natura sua piscis est, ne putrescat possint continue balneare. Sic pro certo charissimi, sancti, quorum caput est intellectus & quorum cauda est voluntas, circa fluuium gratiæ habitantes morantur, in quo cauda sua defectiua voluntas, quæ pro certo naturaliter est piscea, id est, corruptibilis, mutabilis & varia, ne per peccata corrumpantur, iugiter balneatur. Illud bene patet Ezech. 1. *Vbi Ezechiel erat iuxta fluuium Chobar, & aperti sunt cœli, & vidit visiones Dei.* Iste enim est fluuius gratiæ, qui etiam potest dici fluuius, per quem potest intelligi Spiritus sanctus vel Spiritus sancti dona, de quibus dicitur Ioan. 7. *Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.* Iste enim Spiritus sanctus est ille fluuius, de quo dicitur Dan. 7. *Fluuius igneus, rapidusq; egrediebatur à facie eius, qui diuiditur in quatuor capita.*

C ¶ Vbi aduerte, quod huius fluuij, scilicet, Spiritus sancti ortus est nobilis, quia egreditur de loco voluptatis. Finis est vtilis, quia iste progreditur ad irrigandum Paradisum, id est, Ecclesiam vel animam. Actus est fertilis, quia iste diuiditur in quatuor capita. Frequentemus ergo istum fluuium, quia nobilis est quantum ad egressum, quia scilicet, iste egreditur de loco voluptatis, id est, de mente & intrinseca substantia patris & filij. Iste enim spiritus qui à patre procedit, dicens illud Eccles. 24. *Ego quasi fluuius Dorix exiui de Paradiso.* Vnde recte videtur, quod Dei filius sit similis balenæ, de qua dicit ille Philosophus Iorath, quod videns catulum suum propter aquæ paucitatem in cumulo sabuli arrestatum, ita quod ipsum per maris profunda sequi non valet, sed ibidem necesse habet sistere, in sui periculum, & commodum piscatorum, ad profundum maris pergens magnam quantitatem aquæ haurit & bibit, quam tandem super catulum arrestatum, sicut quendam fluuium euomit, & sic ipsum ad mare retrahit & reducit, à periculo liberat & educit. Sic vere charissimi, quia balena nostra Christus videbat catulos suos, id est, Apostolos & fideles propter arenas asperas, id est, propter tribulationum timorem, à sui sequela penitus arrestatos, pauidos, debiles & infirmos, ipse in ascensione iuit ad profundum maris, scilicet. Paradisi, & tandem hodie reuertens, super catulos suos apostolos euomit maximum fluuium, id est, Spiritum sanctum, qui istos fortificauit & confirmauit, & à prædicta arrestatione liberauit, & ad sequendum per fidem & dilectionem animauit & solidauit. Ideo de tali fluuio dicitur Ioann. 7. *Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.* Figura Apocalyp. 12. vbi dicitur, *Quod serpens emisit de ore suo aquam tanquam flumen, vt mulierem faceret trahi à flumine.* Sic vere Christus serpenti comparatur in scriptura Ioan. 3. ibi, *sicut Moyses exaltauit serpentem, &c.* Fluuium Spiritus S. euomuit hodie, & emisit, vt mulierem, id est, Apostolos & fideles, qui ad modum mulieris erant debiles & infirmi, attraheret, & moneret ad fidei negotium exercendum. Egreditur ergo iste de loco voluptatis, id est, de mente patris & filij. Vnde de illo potest dici illud Iob 41. *Flamma de ore eius egreditur.* Et illud Ioel. 3. *Fons de domo Domini egredietur ad irrigandum torrentem spinarum.* Et [illegible] quod Spiritus sanctus egressus est in mundum vt [illegible]ret, vt ductor, vt doctor & prætor,

Vt {
Tutor ad defendendum,
Ductor ad dirigendum,
Doctor ad instruendum,
Prætor ad corrigendum.
}

Vnde [illegible] potest quilibet dicere illud Esa. 1. *Egressus est saluator meus.* Est ergo Spiritus sanctus fluuius nobilis, quantum ad egressum. ¶ Insuper dico, quod fluuius, Spiritus sanctus est vtilis quantum ad egressum, quia scilicet, iste venit ad irrigandum superficiem terræ. Sicut enim fluuius est vtilis, qui terram irrigat & fœcundat, & qui maculas abluit & lauat, sic vere & Spiritus sanctus, qui terram cordis humani irrigat interius inspirando, fœcundat exterius prouocando, lauat & purgat peccatorum maculas abluendo. Vnde iste dicit illud Eccles. 24. D
*Exiui de Paradiso, dixi rigabo hortum plantationum mearum, penetrabo vsque ad inferiores partes terræ, & illuminabo dormientes in Domino.* Vbi aduerte quod iste spiritus habet ortus [illegible]udinem, quia exiuit de Paradiso. Habet fructus plenitudinem, quia rigat hortum plantationum. Habet actus fortitudinem, quia penetrat inferiores partes terræ. Habet status pulchritudinem, quia illuminat dormientes. Et ideo Charissimi istum fluuium frequentemus, & simus similes elephanti, qui secundum Plinium est animal valde fluuiale, diligit enim habitare iuxta flumina, natare in aquis, & se balneare, quod maxime facere in nouilunio consueuit. Sic vere charissimi, debemus

Fluuio spiritus per {
Deuotionem frequentare,
Dilectionem subintrare,
}
& in
Fluuio spiritus per confessionem balneare.

Et maxime quamdiu durat nouilunium vitæ huius, quæ propter velocem transitum nouilunio comparatur, quia in momento perficitur, & completur. Et sic erimus sicut filia Pharaonis, quæ dum veniret, vt se lauaret in fluuio, inuenit ibi puerum vagientem, quem in filium adoptauit, vt dicitur Exod. 2. Sic vere in flumine Spiritus sancti debemus nos per deuotionem balneare, & puerum IESVM per fidem quærere, & ipsum per spem & desiderium inuenire, & per charitatem adoptare in nostris cordibus, & nutrire: quia

Fides quærit,
Spes inuenit,
Charitas nutrit.

Ad irrigandum igitur. Nam de virtute irrigatiua dicit Greg. super Cant. 4. Spiritus sanctus mentem, quam replet illuminans irrorat, & irrorans illuminat, vt de luce eius videat, quod appetit, & de rore eius se refrigeret ne lassescat. Iste est ergo fluuius vtilis quantum ad progressum.

¶ Deniq; dico, quod iste est fluuius fertilis quantum ad successum, quia sc. fertiliter se distribuit illis, quos inuenit dignos se, quod ostenditur, cum dicitur, quod ipse diuiditur in quatuor capita. Diuiditur enim iste fluuius E

In Fluuium {
Lætificatiuum,
Fructificatiuum,
Purificatiuum,
Pacificatiuum,
}

Iste enim fluuius lætificat, quia fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei, Genes. 2. *Et ideo est fluuius Gyon, qui circuit terram Æthiopiæ,* quia scilicet, Spiritus sanctus illos, qui in Æthiopia, id est, in feruore tribulationum morantur circuit, lætificat & consolatur. Item iste amplificat, seu fructificat, quia flumen Dei repletum est aquis. Vnde iste est Euphrates, qui interpretatur crescens, vel frugifer, quia scilicet, iste facit hominem crescere spiritualiter, & fruges bonorum operum procreare. Item iste purificat. Exod. 2. *Descendebat vt lauaretur in flumine.* Ideo iste est fluuius tigris, qui interpretatur velox, quia scil. fluuius quanto velocior, tanto mundior & medicabilior. Vnde iste est quasi fluuius violentus, *Quem spiritus Domini cogit.* Esa. 59. Item iste pacificat, pacem iustorum & bonorum conseruat, quia ad modum fluuij defendit ciuitatem Ecclesiæ ab hostibus, & seruat pacem ciuium & quietem. *Ideo iste est fluuius physon, qui circuit terram Euilath, vbi est aurum optimum,* quia scilicet, Spiritus sanctus viros sanctos & aureos circuit, vegetat atque souet, protegit, pacificat, & defendit. Vnde Esaiæ 66. *Declinabo super eum quasi fluuium pacis.* Iste est ergo fluuius qui diuiditur in quatuor capita, quia sicut dicitur 1 Corinth. 12.

*Diuisio-*

*Diuisiones gratiarum sunt, vnus autem spiritus diuidens singulis prout vult.* Sed heu charissimi, quot sunt hodie miseri peccatores, qui de isto flumine non curantes alia flumina sibi quærunt, videlicet

Quidam qu erunt fluuium { Delitiarum, Diuitiarum, Scientiarum.

Et bene dicuntur ista esse flumina, quia sicut flumina semper sunt in fluxu, & semper defluunt vsque ad mare vbi terminantur, iuxta illud Ecclesiast. 1. *Omnia flumina intrant mare*, sic vere mundi prosperitas, quæ consistit in delitijs, diuitijs, scientijs, pulchritudine, fortitudine, nobilitate, celsitudine continue fluit, & nunquam proprie potest stare, imo ad mortis & inferni amaritudinem semper tendit Psalm. 104. *Abierunt in sicco flumina.* Ecclesiast. 40. *Substantia impiorum quasi fluuius siccabuntur.*

In flumine delitiarum morantur luxuriosi. In flumine diuitiarum & eminentiarum morantur auari & ambitiosi. In flumine scientiarum & corporalium elegantiarum natantur, & delectantur superbi & præsumptuosi. Talibus accidit sicut ceruo, qui calefactus, & à venatoribus fatigatus, in flumine se submergit, vbi taliter refrigescit, & frigescit, quod tandem fugere nescit, & nequit, & à venatore capitur, atque perit.

Sic vere charissimi, illi, qui tribulatione fatigati, tentationibus calefacti, in fluuio mundanæ prosperitatis se immergunt, ibi quandoque frigescunt per indeuotionem in tantum, quod non possunt fugere nec cauere per bonam operationem, imo necesse est eos capi per æternam damnationem; Vnde Iob 22. *Sublati sunt ante tempus suum, & fluuius subuertit fundamenta eorum.* Isti igitur possunt lamentari cum Dauid. Psalm. 136. *Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus.* Vbi notandum, quod quatuor dicuntur esse flumina Babylonis. Item dic de eis sicut in tabula & allega figuram *de dracone magno qui cubat in medio fluminum.* Ezech. 29. sicut habes ibidem, vel in morali titulo de dracone. Non sic igitur charissimi, non frequentemus ista flumina, sed fluuium Spiritus sancti, quia reuera iste est fluuius fertilis, vtilis, nobilis. Iste est igitur fluuius, de quo dicitur Genes. 2. *Fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum vniuersam superficiem terræ.* Hic est igitur fluuius gratiæ.

F ¶ Tertio dico, quod inuenitur fluuius gloriæ. Gloria enim Paradisi dicitur fluuius

Quia { Generat iucunditatem, Continet fertilitatem, Etiam perfectam continet claritatem.

Generat (dico) iucunditatem, iuxta illud Psalm. 45. *Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei.* Continet etiam fertilitatem, quia sicut dicitur Ecclesiast. 39. *Benedictio illius quasi fluuius inundabit.* Habet insuper omnimodam claritatem: quia sicut dicitur Apocalyp. 22. *Ostendit mihi Angelus fluuium aquæ vitæ, splendidum sicut crystallum.* Hic est igitur fluuius gloriæ, in quo perfecto beati perfectissime satiantur; ad quem perfecti anhelant & attrahuntur. Ceruus enim sitiens fatigatus non sistit in riuulo, vt bibat sciens quod ibi non potest commode recreari, sed continue currit quousque inueniat fluuium, vbi perfecte refrigeratur, & vbi plenissime satiatur.

Sic vere charissimi, viri iusti quamuis æstibus desideriorum aliquoties inflammentur: tamen in riuulo bonorum temporalium non sistunt per affectionem: imo continue currunt per bonam operationem, quousque ad bona Paradisi perueniant per finalem præmiationem: vbi, scilicet, in flumine æternæ voluptatis perfectam possunt inuenire satietatem & recreationem. Vnde de isto plenissimo fluuio potest dici illud Apocal. 22. *Ex vtraque parte fluminis lignum vitæ afferens fructus duodecim.* Iste est igitur fluuius gloriæ.

G ¶ Quarto dico, quod est fluuius prosperitatis. Mundi enim prosperitas potest vni fluuio comparari: quia, scilicet, ista semper fluit & non perseuerat, & finaliter quando mare intrat dulcedinem suam perdit, id est, quando mortis amaritudo succedit: *omnia* enim *flumina intrant mare*, sicut dicitur Ecclesiast. 1. quia, scilicet, omnia mundi dulcia ad finalem amaritudinem conuertuntur. Iste enim est fluuius, qui dicitur in scriptura

Fluuius { Turbidus, Rapidus, Igneus, Piceus, Sanguineus, Tumultuosus, Periculosus, Defectuosus.

Turbidus est per falsitatem, quia, scilic. veritas ibi non videtur ad plenum, quod maxime apparet in cognitione veræ amicitiæ, quæ pro certo prosperitatis tempore non cognoscitur. Vnde Seneca dicit, quod ob hoc solum amanda est paupertas quia à quo ameris ostendit. E conuerso, igitur de prosperitate, quæ est contraria paupertati, quia pro certo ista est turbida, & obscura. Vnde Hierem. 2. *Quid tibi vis in via Assyriorum, vt bibas aquam fluminis.*

¶ Item rapidus est per austeritatem. Illi enim qui in isto flumine habitant, vt communiter pauperibus sunt austeri. Vnde Esa. 18. *Diripuerunt flumina terram eius*, Abac. 3. *Nunquid in fluminibus furor tuus?*

¶ Item igneus est per cupiditatem, vnde Dan. 7. *Fluuius igneus rapidusque egrediebatur à facie eius.*

¶ Item piceus est per carnalitatem, quia, scilicet, luxuria ad modum picis maculat, quicquid tangit Esa. 34. *Conuertentur torrentes eius in picem, & humus eius in sulphur.*

¶ Item sanguineus est per crudelitatem. Ideo iste est fluuius Ægypti, qui versus fuit in sanguinem, idest, in crudelitatem Exod. 4. *Quicquid hauseris de fluuio, vertetur in sanguinem.* Et in Psalm. 77. dicitur, *Conuertit in sanguinem flumina eorum, & imbres eorum.*

¶ Item tumultuosus est per rixositatem. In fluuio enim prosperitatis multæ sunt rixæ & discordiæ. Istæ enim sunt aquæ rapidæ, quæ non vadunt cum silentio. Vnde in Psalm. *Eleuauerunt flumina vocem suam eleuauerunt flumina fluctus suos.*

¶ Item periculosus est propter frequentantium societatem, quia sicut fluuium, qui dicitur Nilus, frequentant animalia crudelia, scilicet, hippopotami, equi fluuiales, crocodili & dracones, sic vere fluuium prosperitatis frequentant multa genera peccatorum & dæmoniorum Ezech. 29. *Draco magne qui cubas in medio fluuij.* Et ideo periculosum est habitare ibidem, quia sicut dicitur 2. Corinth. 11. *Periculum in mari, periculum in flumine.*

¶ Item defectuosus est, quia scilicet, parum durat, cito deficit, & in amaritudinem commutatur. Vnde Esa. 19. *Desolabitur fluuius, & siccabitur*, & Eccl. 40. *Substantia iniustorum sicut fluuius siccabuntur.* Iste enim est fluuius in quo masculi Hebræorum fuerunt submersi, Exod. 1. *Quicquid masculinum fuerit, in flumen proijcite*, quia vere charissimi, Pharao diabolus summe cupit, quod masculi, id est, perfecti in fluuio prosperitatis ponantur, vt ibidem per vitia submergantur. Et hoc pro certo pro tanto videtur facere, quia iste fluuius est de natura illius fluminis Cyconum, de quo dicit Plinius quod non solum virgulta imo volatilia in illo proiecta tactu temporis lapidescunt, quia vero vix est dare aliquem ita spiritualem & scientificum atque bonum, quin prosperitas faciat ipsum malum. Exemplifica de Alexandro, Tiberio, Nerone, & similibus antea virtuosis, qui tamen in prosperitate facti sunt vitiosi. Figura Apoc. 9. vbi dicitur, *Quod quatuor Angeli erant alligati in flumine magno Euphrate.* quia scilicet, etiam viri angelici in isto flumine vitijs alligantur Sap. 19. *Eructauit fluuius ranarum multitudinem.* Vitandus est igitur fluuius iste, quia aqua ipsius perniciosa est. Ideo præcipitur Esa. 49. *Transite flumina, &c.* Iste est igitur fluuius prosperitatis.

¶ Quinto dico, quod est fluuius aduersitatis. Sicut enim fluuius solet impetuose currere, & terras circumiacentes subuertere & dissipare: sic aduersitas impetu suo omnes quos tangit diuersimode destruit, & etiam subuertit. Ideo dicitur de impijs Iob 22. *Nunquid semitam sæculorum custodire cupis, quam calcauerunt viri iniqui: qui sublati sunt ante tempus suum, & fluuius subuertit fundamenta eorum.* Fluuius aduersitatis siue sit temporalis, siue iudicialis, siue æternalis, siue infernalis, est ille fluuius cyconum de quo loquitur Seneca, Ouidius & Solinus, qui scilicet, omnia quæ tangit, lapidea efficit, quia scilic. fluuius tam præsentis, quam vltimæ aduersitatis homines facit immobiles quasi lapides & etiam frigidos, miseros & egenus, similes illi capiti ... monstri

... quod ... ad ... lapides ... & superficies ab ... consumuntur. ... breuiter ... & iudica. De aduersitate igitur tempor ... fluuius, in quo pauperes submerguntur p... potentia ... annorum, sicut scilicet, dicitur Apoc. 12. *Quod quidam draco volens quandam mulierem impedire ne fugeret, aquam ad in ... dum flumen post eam vomit, & transijt.* Quia vere dracones, ... & ... potentes non ... fluuium tribulationum ... vt mulieres, i. debiles & pauperes possint contra iustitiam perturbare. Sed quid dicitur ibidem Apoc. 12. pro certo dicitur, *quod terra aperit os suum*, idest, sepulchrum aperiet: *& nuper mortem recipiet in ipsam & tunc flumen mundanarum tribulationum siccabitur* ita quod ea tunc ab omnibus mundi periculis eruemur. Vnde mors potest dicere illud Esa. 5. *Ponam flumina in siccum*, vt ad mortem referamus illud Psal. *Dirupisti fontes, & torrentes, tu siccasti fluuios Etham.* Mors est enim sicut quidam lapis, qui dicitur achates virtute cuius secundum Isidor. flumina sistuntur, quia tempestas tribulationum, tentationum, delectationum, ... istum ... fœdantur, limitantur, & arrestantur quia sicut dicitur ... Si multi sunt, qui tibi mortem intentant, vt usice ... de manibus aliorum, quia breuiter mors est illud ... & prospera & aduersa. Vnde in Psal. 7 4. ... *unt in sicco flumina.* De isto vide supra de fletu, vbi ponitur illa auctoritas. *Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus.* Iste est igitur fluuius aduersitatis.

¶ Sexto dico quod est fluuius mortalitatis. Vita enim ista mortalis comparatur fluuio, & quantum ad naturalia, & quantum ad moralia. Quantum dico ad naturalia, quia sicut fluuius quotidie labitur, & fluit, & continue descendit ad mare, multa enim sunt flumina, quæ ab arenis absorbentur, sicut de Euphrate & Nilo exemplificant tam Seneca, quam Solinus, sic homo naturaliter est in continuo fluxu & motu, quia scilicet, *ipse egreditur & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquam in eodem statu permanet* Iob 14. Et finaliter ad mare, i. ad ... amaritudinem compellitur deuenire. Vnde Eccles. 1. *Omnia flumina intrant mare, & ab arenis etiam absorbetur*, in quantum sub terra velateoa finaliter sepellitur Hier. 5. *Posuit arenam terminum mari* Et illud prædictum Apocal. 12. *Aperuit terra os suum, & absorbuit flumen.* Fluit enim iste fluuius de iuuentute ad senectutem, de sanitate ad infirmitatem, de diuitijs ad paupertatem, de prosperitate ad aduersitatem, de vita ad mortem.

¶ Item vita ista mortalis quantum ad moralia etiam fluuio comparatur, quia sicut fluuius semper labitur, & currit nunquā in se permanet aut sistit, sed semper tortuosè incedit, semper ad ima descendit, & finaliter ad mare tendit, sic pro certo homo nonquam in eodem statu permanet, etiam quantum ad modum, quia scilicet, continue variatur de cogitatione ad cogitationem de affectione ad affectionem, iuxta illud Iob 20. *Cogitationes variæ succedunt sibi, & mens in diuersa rapitur*, de tristitia ad lætitiam de peccato ad gratiam & econuerso. Iste etiam nunquam rectè incedit, quia scilicet homo naturaliter non quam tenet rectitudinem iustitiæ, imo per malitiam naturaliter nititur incedere tortuosè, idest, fallaciter, peruersè & ad ima, idest, ad peccata naturaliter declinare, quia sicut dicitur Gen. 8. *Sensus & cogitatio humani cordis prona sunt in malum ab adolescentia sua.* Et ideo iste fluuius ad mare pertenit, quia nisi Deus impediat ad amaritudinem mortis inferni (quantum est de se) labitur, atque tendit. Vnde Eccles. 24. *Flumen meum appropinquat ad mare.* Iste est igitur fluuius humanæ mortalitatis & conditionis.

K ¶ Septimo dico, quod fluuius signat cumulum perfectionis Fluuius enim signat virum perfectum, qui scilicet, more fluuij est purus per castitatem, est humidus per pietatem, est clarus per honestatem, est deorsum descendens per mentis humilitatem, est ad mare perueniens, considerando mortis & inferni pœnalitatem, & aduersitatem, est etiam cito & velociter currens & circuiens per diligentiam & sedulitatem, vt sic quilibet talis dicat illud Eccles. 24. *Ego quasi fluuius Dorix & sicut aquæductus exiui de Paradiso, dixi. Rigabo hortum plantationum, & inebriabo partus mei fructum.* Dorix enim interpretatur medicamentum, quia vere viri iusti & perfecti medentur alijs per compassionem subueniunt que eos per gratiam & deuotionem. Et ad- ... quod quilibet vir perfectus potest dici fluuius mul ...

... m ... ubat se communicat, imagines in se repræsentat, ... & ... perat, ... liter iuuat, & munere ... Sic vere ... am, quod vir iustus

Habet { Charitatem communicatiuam,
Integritatem repræsentatiuam,
Fertilitatem munitiuam,
Bonitatem auxiliatiuam }

Iustus enim communicatur generaliter, ideo dicitur (Ego) quod est omnis generis. Bonitatur vt maliter, ... tur (Quasi) Continuatur actualiter (Fluuius) qui dicitur à fluendo. Auxiliatur supernaturaliter, ideo dicitur Dorix, id est, medicamentum. Item, &c. Ego &c. vide supra de ... Ego, & applica sicut vis. Vnde Eccles. 24. *Ego sapientia ... di flumina.* Vnde de virtute communicatiua dicitur illud Eccles. 2. *Fluuius egrediebatur ad irrigandum.* Item &c. Quasi fluuius enim recipit imagines speculariter, sic iustus per imitationem virtutes recipit aliorum. (Quasi inquit) vide infra de quasi. Vnde Amos 8. *Ascendit quasi flumen vniuersum, & defluet quasi riuus Ægypti.* Item, &c. Fluuius alluendo, conti ... leuiora ... in immensum, Hester ... *Fons paruus creuit in fluuium magnum.* Item, &c. Dorix, quod interpretatur medicamentum, quia scilicet, iustus suis dictis & exemplis est alijs medicina Apocal. 22. *Ex vtraque parte fluminis lignum vitæ.* sequitur. *Et folia ligni ad medicinam.* Iste est igitur fluuius perfectionis.

¶ Octauo dico, quod fluuius signat lauacrum confessionis, baptismi & pœnitentiæ & lacrymationis, vel cuiuslibet spiritualis purificationis. Compara si vis istum fluuium illi, qui est L in Sicilia, de quo dicitur in lib. de naturis rerum, quod oues nigras si inde biberint, facit albas. Sic vere de animabus peccatricibus facit sanctas. Et breuiter iste est fluuius ad quem delecto dante elephantes, vt balneentur. Iste est fluuius ad quem venit vxor leonis post fornicationem cum pardo, vt lauetur. Ad quem filia Pharaonis lauanda descendit: & puerum vagientem inuenit: sicut dicitur Exod. 2. Iste est fluuius in quo Naaman Syrus lotus, à lepra sanitatem recuperauit: sicut dicitur 4. Reg. 5. Quia reuera charissimi, in flumine baptismi, in pœnitentiæ vel confessionis, debet quilibet fidelis balneari & lauari, quia in isto

Fœtor luxuriæ mundatur,
Lepra auaritiæ expurgatur,
Puer Iesus per gratiam inuenitur & recuperatur,

In isto homo perfectè lauatur & balneatur Exod. 2. *Ecce descendebat filia Pharaonis, vt lauaretur in flumine.* Iste est igitur fluuius confessionis. ¶ Nono dico, quod fluuius signat piscinam deuotionis. Et iste est fluuius, qui venit de Paradiso, qui transit per M Babylonem in quo lignum pretiosum aloes reperitur, vt dicit Isid. Quia vere charissimi, fluuius deuotionis, compunctionis, & lacrymationis, de Paradiso, i. à superna inspiratione & influentia venit, & generatur. In quo procul dubio lignum aromaticum, i. odor & memoria ligni crucis potest à deuotis mentibus inueniri. In isto fluuio latitabat humana, i. beata virgo, quando serpens magnæ prudentiæ Deus pater, per sibilum suum, idest, per Gabrielem, ipsam ad connubium euocauit, & in ipsa Dei filium generauit. Iste est fluuius, de quo dicitur Iob 20. *Non videat riuulos fluminis torrentes lactis & mellis.* Iste est enim fluuius qui à Deo principaliter procedit, iuxta illud Eccles. 24. *Ego sapientia effudi flumina, ego quasi trames aquæ immensæ.* Sic igitur patet de fluuio deuotionis, confessionis, perfectionis, mortalitatis, aduersitatis, prosperitatis, gloriæ, gratiæ, scripturæ vel scientiæ. Vide supra de aqua, vbi inuenies illam auctoritatem diuisam & prosecutam. *Ostendit mihi Dominus fluuium aquæ vitæ.* Item vide supra de fletu, vbi inuenies illam auctoritatem. *Super flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus.* Hæc igitur de flumine sufficiant.

## Fodere.

Nota, quod cum fodere idem sit, quod terram aperire & euertere, dicam, quod cum A

Fodiendo { Fontes aperiamus,
Fundamenta faciamus,
Thesauros abscondamus,
Vineas excolamus,
Secreta inquiramus,
Terras eijciamus. }

Potero

Poter... ...ficare in scriptura, moraliter ... ...cato accipiendo,

...
Profundam humilitatem,
Discretam sagacitatem,
Pœnitentiæ fertilitatem,
Sapientiæ subtilitatem,
Eleemosynæ liberalitatem.

Nam Si { Studiosus es, Si humilis, Si discretus, Si pœnitens, Si subtilis, Si liberalis, } tu fodis { scripturas & fontes aperies, cor tuum, & bases congeris, virtutes & eas operis, carnem tuam & eam conteris, altius & quæstiones loqueris, res tuas, & eis exberis.

8 ¶ Est igitur quædam fossura, quæ signat studij diligentiam. Homo enim qui studendo, exponendo & inuestigando scripturam laborat, potest dici spiritualis agricola siue fossor, per cuius diligentiam puteus aquarum viuentium, id est, sapientiæ & doctrinæ aperitur, vt sic dicat quilibet bonus doctor illud Genes. 21. *Ego fodi puteum istum.* Aduerte tamen quod Gen. 26. dicitur quod puteos quos Isaac & serui sui fodiendo aperiebant Philistæi operiebant, signantes hæreticos, qui puteos scientiarum & doctrinarum, quos sancti doctores aperuerunt, per malas & hæreticas compositiones claudunt. Vnde Genes. 26. *Inuidentes Palæstini, puteos quos foderant serui Abraham obstruxerunt implentes humo.* Hæc est igitur ea fossura, quæ signat studij diligentiam, Genes. 26. *Foderunt in torrente, & repererunt aquam viuam.*

¶ Item est fossura, quæ signat humilem subiacentiam. Tantum enim fundamentum non iacitur in profundum, nisi fundum primitus fodiatur. Nos igitur in profundu fodimus, quando nos humiliamus, & sic virtutes nostras firmiter stabilimus Matth. 21. *Fodit torcular, & ædificauit turrim.*

¶ Item est quædam fossura, quæ signat sagacem prouidentiam, & ista est illa, qua cum fossorio prudentiæ cautelas & circumstantias adhibemus, per quam tam virtutes nostras quam vitia sepeliamus & abscondamus, Tob. 8. *Abierant & foderunt sepulchrum.*

¶ Item est quædam fossura, quæ signat fertilem pœnitentiam. Pœnitens enim hortum & vineam proprij cordis per contritionem scindit, per confessionem aperit, & per satisfactionem & laborem fodit. & sic seipsum ad virtutum fructum disponit: & maxime quando aquis lacrymarum se perfundit, & stercora, id est, propriæ vilitatis & mortis memoriam apponit. Vnde de ficu sterili dicitur Luc. 13. *Sine fodiam circa illam, & mittam stercora.*

¶ Item est quædam fossura, quæ signat inquisitiuam sapientiam. Fodiendo enim radices bonarum herbarum inquirimus, & thesauros absconditos, & pretiosos lapides, & metalla in terræ visceribus inuestigamus. Sic facit sapiens per fossuram sapientiæ, & à Deo & proximo bona & vtilia perficit & acquirit, Esa. 37. *Ego fodi & bibi aquam.* Item est fossura quædam quæ signat eleemosynam & affluentiam. Fodiendo enim terram e[...]ij imus, & ipsam dispergimus & mouemus. Sic liberalis homo bona sua solet per eleemosynam fodere, & ipsa alijs erogare. Taurus enim & equus gl[...]iatur terram cum vngula fodere, & eam retro iacere vel iactare Iob 3[...]. *Terram vngula fodit, & exultat, & in occursum vadit armatus.* Sic igitur dico, quod fodere sumitur in bono.

C ¶ Sed adhuc dico, quod fodere sumi potest in malo. Vnde nota, quod est

Vnum Fodere { Malitiæ, Stultitiæ, Sæuitiæ, Nequitiæ, Auaritiæ, Pestilentiæ }

De fossura malitiæ, qua scilicet sæpe fit, quod mali fodiunt alijs fo[...]as, & [...] tr[...]la & offendicula, in quibus incidunt, dicitur [...] *[...] fodit foueam, incidet in eam.* De fossura stultitiæ, contra illos qui [...]te scrutantur scientias sæculares, dicitur Hierem. 2. *[...] dissipatas, [...] liquerunt fontem aquæ viuæ.* De [...] uitiæ, qua scil. [...] fodiunt & lacerant pauperes, dicitur in Psal. 21. *Foderunt [...] meas & pedes meos, &c.* De fossura nequitiæ, qua sc. dæmo[...]diunt homini foueas tentationum, dicitur Hier. 18. *Foderunt [...] meam animæ meæ.* De fossura auaritiæ, qua sc. diuites f[...]diunt [the]sauros in terra, &c. dicitur Matth. 25. *Alius fodit in terram, [...] scondit talentum.* De fossura æternæ damnationis & n[...]cessi[...]tæ [...] citur in Psal. *Donec fodiatur peccatori fouea,* & hæc sufficiant.

# Folium.

Nota, quod folium diuersimode sumitur in scriptura. Est enim folium illa pars arboris ex[...]tior, debilior & fragilior, & ad casum, seu desiccationem [...]lior & insuper ad flatum venti mobilior. Et

Folium signat { Verbalem locutionem, Moralem conuersationem, Mundanam prosperitatem, Humanam mortalitatem. }

Signat (dico) verbalem loquacitatem, quia sicut quædam arbores quandoque plus abundant in folijs quam [in] fructibus, quia vt communiter arbores, quæ vltra debitum abundant in folijs: vt communiter fructibus non abundant, si[c] quidam homines plus abundant in verbis quam in oper[ibus], & isti figurantur in illa ficulnea, Mar. 11 *in qua non inuenit Iesus nisi folia* & d[e]eo ab ipso exiuit maledicta: & penitus desiccata. ac den[...]dum, quod illi, qui verbis vltra mensuram sunt abun[dantes] sunt vt communiter fieri, i. virtute & perfectio[n]e carentes. [Con]tra illud Prouerb. 14. *Vbi sunt verba plurima, ibi [fre]quenter e[gestas].* Sicut etiam arbores quandoque habent folia [me]dicinalia & [v]tilia, sic boni habent verba salubria, & honesta Dan. 4. Ezech. 57. & Apoc. 22. *Folia eius ad medicinam.* Item dico, quod signat moralem conuersationem, quæ aliquando in aliquibus est bona. Sicut dicitur Hierem. 17. de viro iusto. *Erit folium eius viride nec aliquando desinet facere fructum.* Aliquando in aliquibus est mala, sicut in hypocritis, qui consuunt folia ficus, id est, qui connectunt suam fictam conuersationem ad pudenda sua, ad sua mala opera contegenda. Ista tamen folia cito desiccantur, quia scilicet, ficta conuersatio talium faciliter dilabitur Esa. 1. *Et erunt quasi quercus defluentibus folijs.* Item folium signat mundanam prosperitatem, quia scilicet, ad modum folij solet faciliter desiccari Esa. 24. *Omnis malitia terræ desinet, sicut defluit folium de vinea & de ficu.*

¶ Item folium signat humanam mortalitatem, seu fragilitatem. Vnde Iob 13. *Contra folium, quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam.*

# Fons.

Nota, quod fons nihil aliud est, quam aquarum in[de]ficiens origo in concauitate aliqua recepta, qu[æ] quot aquas ab interiori recipit, tot exterius per riuulos emittit. Et si[gn]at fons multipliciter in scriptura, signat n. pro maiori parte illa, quæ significat fluuius seu aqua. Accipitur enim

Fons pro { Morali perfectione, Gratiæ diffusione, Gloriæ recreatione, Baptismi mundatione, Purgationis confessione, Lacrymarum inundatione, Sacræ scripturæ conditione, Carnalitatis infectione. }

Accipitur (dico) fons pro morali perfectione. Et sic per fontem intelligitur Christus, vel beata virgo, vel etiam quilibet vir perfectus. Vnde dicitur Cant 4. *Hortus conclusus, fons signatus.* Item dico quod sumitur pro gratiæ diffusione. Num. 20. *Aperi Domine thesaurum tuum fontem aquæ viuæ.* Item accipitur pro glo[ri]æ inexhaustibili consolatione Esa. 12. *Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris.* Item accipitur pro baptismi mundatione Vnde Iudith. 12 *Exibat noctibus in vallem Bethuliæ & baptizabat se in fonte aquæ* Item accipitur pro confessione purgationis. Vnde Zachar. 13. *Erit fons patens domus Iacob in ablutionem peccatoris & menstruatæ.* Item accipitur pro lacrymarum inundatione. E[t] H[ier.] 9. *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum.* Item accipitur pro sacræ scripturæ humectatione Prouerb. *Torrens redundans fons sapientiæ.* Potest etiam accipi pro car[nali]tatis infectione, sicut Marci 5. accipitur, vbi dicitur *Quod [sta]tim est fons sanguinis.* Et Sap. 11. dicitur *Pro fonte sempiterni fluminis sanguinem dedisti eis bibere.*

¶ Vt ergo de cæteris taceamus, dicamus aliquid de

m[...]

moralis perfectionis, hoc est dictum, in quantum per fontem potest intelligi vir perfectus, vt de hoc exponamus illud Cant. 4. *Fons hortorum, puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano.* In quibus verbis aduerte, quod sicut fons naturaliter est herbarum multiplicatiuus, ideo dicitur fons hortorum, est sui cursus continuatiuus, quia dicitur puteus aquarum viuentium, est aquæ suæ communicatiuus, quæ fluunt inquit impetu. omnium sordium purificatiuus, quod ostenditur cum dicitur, de Libano: quia Libanus interpretatur candor, qui scilicet, est purior inter colores, sic pro certo dico, quod vir iustus & perfectus solet in alijs herbas, id est, virtutes multiplicare per scientiam, & sic dicitur fons hortorum, quasi fouens bonos. Solet etiam fluxum bonorum operum continuare per constantiam, quia dicitur puteus aquarum viuentium, quæ scilicet, continue perseuerant. Solet etiam bona communicare vel clementiam, quod ostenditur in verbo Fluunt. Solet insuper se & alios purificare per continentiam, quod ostenditur in verbo Libano. Iustus enim facit alios per sanctitatem fructificare. Solet seipsum perseuerando continuare. Solet bona sua per pietatem communicare. Solet corpus suum per castitatem purificare.

¶ Dico igitur primo, quod vir perfectus dicitur fons, quia facit alios per bona opera fructificare, quia dicitur fons hortorum. Fons enim dicitur à fouendo, secundum Isidor. quia fouens & fœcundans hortos. Sicut enim fons hortos, quos irrigat, fœcundat, sic vir perfectus illos quos per doctrinam & prædicationem irrigat, facit bonis operibus abundare. Vnde Iohelis 3. *Fons de domo Domini egredietur ad irrigandum torrentem spinarũ,* Fons enim est prælatus, doctor, vel quilibet vir perfectus, qui de domo Dei, qui est Ecclesia, debet ad mundum egredi per prædicationem, & torrentem spinarum, id est, populum conscium peccatorum debet irrigare per doctrinæ & boni exempli eruditionem, & sic facere eum fructificare per bonam operationem: ita quod ipsi erunt quasi hortus irriguus: cuius non deficient aquæ. Multi tamen sunt homines forte alterius conditionis, qui, scilicet, per doctrinam & bona exempla non causant in alijs virtutum seu operum vbertatem, imo per suam malam vitam & doctrinam causant in eis omnium bonorum operum sterilitatem. Similes illi fonti, qui dicitur esse in Sicilia, qui dicitur causare in potantibus sterilitatem, potantes enim de aqua fontis illius, efficiuntur steriles, & ad generationem inhabiles & inanes, quia pro certo multi sunt hodie fontes mali, id est, prælati, prædicatores, vel etiam periti in omnibus: & per omnia vitiosi, de quibus dicitur 2. Pet. 2. *Hi sunt fontes sine aqua, & nebulæ turbinibus exagitatæ, quibus caligo tenebrarum reseruatur.* Isti igitur per suam malam vitam & doctrinam auditores & imitatores suos faciunt steriles, & à fructu bonorum operum vacuos & inanes. Figurati in fonte Hierichs, qui terram quam irrigabat, quanquam esset optima, sterilem faciebat, sicut dicitur 4. Reg. 2. Quia certe multi sunt prædicatores, prælati & Ecclesiastici mali, quam terram quam irrigant, id est, populum quem docent & gubernant, suis malis verbis & exemplis, bonis virtutibus sterilizant. Non sic igitur sic vir perfectus, sed sit fons hortorum, i. vegetans circumstantes, & faciens eos (vt dictum

D est) per bona opera fructificare.

¶ Secundo dico, quod qui vult esse fons spiritualis, ipse debet bona opera continuare: quia, scilicet, ipse debet esse puteus aquarum viuentium. Aquæ enim viuentes sunt illæ, quæ nunquam deficiunt nec cessant: sed continue scaturiunt atque manant. Quia vere vir perfectus sine cessatione & defectu debet aquas viuas, id est, virtutes & gratias semper habere & indefectibiliter continere. Et sic erit ille fons: de quo dicitur in Psalm. 35. *Apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen.* Et Numerorum 20. dicitur, *Aperi thesaurum tuum, fontem aquæ viuæ.* Quatuor autem videntur esse genera aquarum viuentium, i. aquarum, quæ in nobis viuere, & perseuerare debent. Et istæ sunt.

Aquæ { gratiæ & deuotionis,
clementiæ & compassionis,
lacrymarum & compunctionis,
scientiæ, doctrinæ & lectionis. }

Isti enim sunt aquæ viuæ. & etiam aquæ vitæ, quia sc. nunquam debent in nobis siccari, vt per ipsas vitam æternam possumus amplexari. Et sic quilibet fons dicetur *fons aquæ salientis in vitam æternam.* sicut dicitur Ioan. 4. Sed proh dolor videtur hodie in



multis, quod ipsi non habent aquas viuas, quia, scilicet, multi inueniuntur homines in quibus aquæ istæ penitus sunt siccatæ, vt de eis posset dici illud Iohelis 1. *Exsiccati sunt fontes aquarum, & ignis consumpsit speciosa deserti.* Ignis enim auaritiæ, ignis luxuriæ, ignis iracundiæ, & sæuitiæ consumit hodie in multis fontibus tales aquas iuxta illud Psalm. *Tu dirupisti fontes, & torrentes, tu siccasti fluuios Ethan.* Non sic igitur, sed simus puteus aquarum viuentium. Puteus enim est profundus inferius, est apertus superius, ast aqua plenus interius. Sic proculdubio nos debemus esse putei, sc. putei profundi, per humilitatem & subiectionem: putei sursum aperti, per superiorem contemplationem, & affectionem, putei interius aqua pleni, per gratiam, continentiam, & repletionem. Puteus igitur aquarum viuentium. Et sic de quolibet tali puteo dicitur illud Gen. 16. *Appellauit puteum viuentis & videntis.* Et Eccl. 50. *Emanauerunt putei aquarum.* Debet igitur talis fons bona opera continuare.

¶ Tertio dico, quod ille qui vult esse fons spiritualis, debet se alijs communicare, quod ostenditur in verbo fluunt impetu. Sicut n. fons aquam quam ab interiori recipit, sibi non retinet, imo continue per riuulos ipsam fluit, & emittit, ita quod liberaliter aquam suam omnibus indifferenter communicat, & diffundit, sic vere vir perfectus bona sua temporalia, & etiam spiritualia, quæ scilicet ab interiori, i. à Deo meruit recipere, & habere (iuxta illud 1. Cor. 4. *Quid habes homo, quod non accepisti?*) continue non cesset per pietatem alijs hominib. sine personarum acceptione diffundere, & communicare, iuxta illud Prouerb. 5. *Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide* (Fluunt inquit) Vnde Psalm. *Flauit spiritus, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerunt.* Vnde talis est fons qui ascendebat de terra irrigans vniuersam faciem terræ. Viri enim pij, & misericordes dicuntur de terra ascendere, temporalia contemnendo, & dicuntur alios illustrare, temporalia ministrando, & erogando. Ista tamen sunt contra multos, & maxime contra auaros, qui pro certo non sunt, sicut fons, aquam bonorum temporalium communicando, imo vere sunt sicut stellio, seu maris vorago, ipsa vndique absorbendo, & attrahendo. De quibus Iob 40. *Absorbebit fluuium, & non mirabitur,* habet enim fiduciam, quod influat Iordanis in os eius. Non sic ergo, sed si volumus esse fontes spirituales, nos debemus nos alijs communicare.

¶ Quarto dico, quod vir perfectus more fontis debet se à culpis purificare, quod ostenditur cum dicitur. De Libano, sicut n. fons naturaliter est purus & purificatiuus, & scoriæ reiectiuus, macularum & sordium ablatiuus, sic pro certo viri perfecti debent esse fontes puri per castitatem, iuxta illud Virgi. *Ad liquidi fontes, (&c.) absint.* Ouidi. *Fons sonat à dextra, tenui perlucidus vnda.* Et debent esse fontes purificatiui per boni exempli & per bonæ doctrinæ sanctitatem. Vnde illud prædictum Zac. 13. *Erit fons patens domini Iacob in ablutionem peccatoru.* Et illud est contra multos, qui non sunt fontes puri, sed fontes obscuri, quia, scilicet, non habent puritatem castitatis, sed immunditiam carnalitatis. Vnde isti sunt fontes sanguinei non aquei, similes fonti Iacob, qui dicitur esse in Idumæa, qui quamuis aliquoties inueniatur clarus, quater tamen in anno efficitur sanguineus, vt dicit Isid. Sic vere sunt multi, qui quamuis aliquando, scilicet in iuuentute sint puri, & mundi per castitatem, fiunt tamen quandoq; rubei & sanguinei per carnalitatem. Figurati in fluuio Ægypti, qui cum esset clarus & purus, percussus tamen virga Moysi, factus fuit sanguineus: ad denotandum, quod illi, qui virga tentationis percutiuntur, in sanguinem luxuriæ, carnalitatis & immunditiæ conuertuntur. Vnde de talib. fontibus dicitur Sap. 11. *Pro fonte sempiterni fluminis sanguinem dedisti iniustis.* Non sic Charissimi, sed simus fontes puri & mundi, casti & sancti, quod ostenditur, cum dicitur. (De Libano) Libanus enim interpretatur candor vel candidus, per quem quidem colorem puritas atq; castitas denotatur. Libanus n. est mons, qui perpetuis niuibus candidatur, qui etiam herbis aromaticis atq; arboribus adornatur, qui vere illi candidantur niuea castitate, sunt vt communiter odoriferi & aromatica famositate. Vnde Eccl. 24. *Quasi Libanus non incisus odor meus, &c.* Patet igitur, quod vir perfectus potest dici fons, ratione castitatis purificatiuæ, ratione pietatis communicatiuæ, ratione firmitatis, seu longanimitatis continuatiuæ, ratione fœcunditatis multiplicatiuæ. Bene ergo dictum est, *Fons hortorum, puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano.*

¶ Aduerte tamen, quod Christus potest dici fons multipli- G

citatione. Fons enim est sui renouatiuus, fons est aquarum suarum indifferenter omnibus distributiuus, fons est suipsius ad æqualitatem operis sui & altitudinem eleuatiuus.

¶ Sic pro certo Christus fuit sui renouatiuus in incarnatione. Fuit aquarum suarum distributiuus in gratiæ & doctrinæ diffusione & collatione. Fuit etiam suipsius ad illam, de qua descenderat altitudinem eleuatiuus in ascensione, vt de istis tribus dicatur illud Genes. 2. *Fons ascendebat de terra, irrigans vniuersam superficiem terræ.* Iste enim fuit fons de terra per ortum, & natiuitatem, fuit fons irrigans per gratiæ & doctrinæ fœcunditatem, fuit fons ascendens per reassumptam cœlestium fœlicitatem. Ostenditur igitur illa auctoritate Christi natiuitas & incarnatio, quia fons de terra: Christi benignitas atque com-
H passio quia irrigabat. Christi sanctitas & eleuatio, quia ascendebat. ¶ Nota, quod per fontem potest intelligi beata virgo, quia pro certo ista fuit.

Per castitatem purificata,
Per pietatem communicata,
Per humilitatem amplificata.

Fuit (dico) purificata per virginitatem, quia sicut dicitur Can. 4. *Iste est hortus conclusus, fons signatus.* Item ista fuit communicata per pietatem, *quia ista est ille fons patens, domus Iacob*, de quo fit mentio Zach. 13. dicitur enim fons patens, quia quilibet potest ibi haurire, & bibere secundum Bernardum, sc.

Peccator veniam,
Iustus gratiam,
Angelus lætitiam,
Deus gloriam.

Ista enim gratia plena fuit, de cuius plenitudine accipiunt vniuersi. Item ista fuit amplificata per humilitatem, *quia ista fons paruus, qui creuit in fluuium magnum*, sicut dicitur Hester 10. &c. Applica si vis primam auctoritatem diuisam per omnia sicut
I de viro iusto. ¶ Sed adhuc dico, quod est inuenire.

Quendam fontem { Purificatiuum, Damnificatiuum, Refrigeratiuum.

Fons purificatiuus est { Baptismus vel pœnitentia, Deuotio seu gratia, Lacrymatio, seu spiritualis tristitia.

Sicut enim accipiter antiquatus ascendendo sursum fortiter volando, & tandem in fonte viuo se balneando, plumas antiquas eijcit & deponit, nouas vero plumas recipit, & resumit, & sic iuuentus ipsius renouatur, eius fortitudo recuperatur, & sui visus cæcitas purificatur, & clarificatur, sic pro certo peccator sursum ascendendo per cœlestium considerationem, fortiter volando per bonorum operum exercitationem, antiquas plumas, i. peccata dimittendo per contritionem & confessionem, seipsum in fonte gratiæ & pœnitentiæ balneando per lacrymationem & compunctionem, plumas nouas, i. e. virtutes & gratias recipiendo per moralem conuersationem & imitationem, proculdubio poterit spiritualiter se renouare, & oculos cordis sui poterit purificare & mundare. Vnde de quibusdam sic balneatis, renouatis, & lotis, cantat Ecclesia dicens. Isti sunt agni nouelli, &c. sequitur, modo venerunt ad fontes aquarum, induti sunt claritate. Pœnitentia enim est sicut quidam fons, qui dicitur esse in Epyro, in quo faces extinctæ, si immerguntur, iterum accenduntur, sicut dicitur August. lib. de ciui. Dei 21. c. 5. Cuius similis inuenitur circa Gratianopolim in Gallia Lugdunensi, quia vere illi, qui sunt extincti per peccatum, si in fonte pœnitentiæ intingantur, possunt iterum reaccendi, & lumine gratiæ iterum illustrari. Vnde dicit Bernar. quod pœnitentia cæcos illuminat, mortuos viuificat, virtutes reparat, peccata purgat, &c. Iste est igitur fons purificationis. Vnde iste est fons Sardiniæ qui dicitur oculis infirmis mederi. Verumtamen si fures dato iuramento in isto fonte lauantur, cæcitate prope feriuntur, secundum Isid. Quia vere fons confessionis & pœniten-
F tiæ oculo cordis medetur, præterquam in illis qui male confitendo peccata propria furantur. ¶ Insuper dico, quod est fons damnificatiuus, & iste est fons prosperitatis, deliciarum, seu carnalitatis. Damnificatiuus enim est fons iste.

Quia { Inflammat affectionem, Obfuscat cognitionem, Effrænat rationem.

Inflammat dico affectionem. Vnde iste est sicut fons Tantali, de quo quanto plus bibebat, tanto plus sitiebat, quia [illegible] mundanæ prosperitatis quanto plus qui habuerit, tanto plus cupit, & sitit. vnde Ioan. 4. *Omnis qui bibit ex hac aqua sitiet iterũ, sed aqua quam ego dabo fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternã.* Es. 29. *Somniat sitiens quod bibit, & cum expergefactus fuerit, lassus adhuc sitit.*

¶ Item obfuscat cognitionem. Vnde iste est fons Bœotiæ qui dicitur inducere obliuionem, quia vere illi, qui aqua mundanæ prosperitatis sunt repleti, Deum faciliter obliuiscuntur, nec salutis etiam propriæ recordantur. Ideo conqueritur Dominus Hierm. 2. *Me dereliquerunt, fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas.* Et ibidem dicitur. *Populus meus oblitus est mei diebus innumeris.* Iste enim est sicut quidam fons, qui est in Noruegia, in quo secundum Isidorum omne corium immissũ, in lapidis substantiam induratur. Quia vere qui in isto fonte ponuntur, lapides per obstinationem & Dei obliuionem efficiuntur. Vnde Iob 40. *Cor eius indurabitur quasi lapis.*

¶ Item iste fons effrænat rationem, seu discretionem. Vnde iste est sicut quidam fons, qui secundum Isidorum est in Æthyopia rubei coloris, de quo qui biberit, lymphaticus efficitur. Iste est fons prosperitatis, & maxime carnalitatis, quia pro certo illos, quos rapuit, facit per malum humorem lymphaticos, id est, vltra limites rationis effrænatos, & totaliter insensatos. Vnde dicit Seneca, quod fortuna, quem nimium fouet, stultum facit. Iste est igitur fons damnificatiuus. Et de isto vide latius supra de aqua in vltima distinctione, vbi multa inuenies de fonte prosperitatis, & de fonte aduersitatis, &c.

¶ Denique dico quod est quidam fons refrigeratiuus, & iste est fons gloriæ Paradisi. Et de isto poteris videre supra de desiderio, vbi exponitur illa auctoritas. Psal. 14. *Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum.* Sancti enim sunt sicut cerui, qui post mundi aduersitates tribulationes & calefactiones nihil aliud sitiunt quam gloriam paradisi, dicentes illud Psalmi quadragesimi secundi. *Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quãdo veniam & apparebo ante faciem Domini?* ¶ Et nota, quod gloria L
æterna dicitur fons.

In quo { Satiamur, Recreamur, Speculamur, Continuamur, seu perpetuamur, Lætificamur.

Dico igitur, quod iste fons est satiatiuus, in fonte enim melius satiatur sitiens quam in riuo. Sic anima melius satiatur in patria, quam in mundo, Num. 20. *aperi eis Domine thesaurum tuum, fontem aquæ viuæ, vt satiati cesset murmuratio eorum.*

¶ Item iste est fons recreatiuus seu delectatiuus Ps. *Quia apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen.* ¶ Item est fons speculatiuus: in isto enim potest omnis veritas videri, & omne dubium reuelari, Psalm. 17. *Apparuerunt fontes aquarum, & reuelata sunt fundamenta orbis terrarum.* In isto enim fonte & in isto speculo æterno possunt beati videre & cognoscere quicquid volunt.

¶ Item iste est fons perpetuatiuus: quia, scilicet aqua fœlicitatis æternæ, quæ ab isto fonte prorumpit, nunquam deficiet in æternum. Iste est enim fons iuuentutis, quem posuerunt poëtæ in quo senes iuuenescunt. Esaiæ 58. *Erit quasi hortus irriguus, & sicut fons aquarum, cuius non deficient aquæ.*

¶ Item iste est fons lætificatiuus, Es. 12. *Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris.* Et breuiter iste est fons ardoris, splendoris, & vigoris.

¶ Est enim in isto fonte ardor perfectæ charitatis. Vnde ille est fons ignium, de quo loquitur Plinius libro secundo capite de miraculis ignium, qui exiens de petra, etiam in alienam transit materiam, quia scilicet, fons igneæ charitatis, de petra, id est, de Christo exit, & alienam materiam, id est, sanctos & Angelos incendit. Vnde iste *est fons solis*, de quo fit mentio Iosuæ 15. In Paradiso etiam sunt fontes calidi. Est etiam ibi fons ille qui omnem materiam combustibilem statim accendit. Est etiam ibi ille fons ignis, qui in montibus Caspijs iuxta ciuitatem Barue inuenitur, quia, scilicet, fons charitatis est in Paradiso, quo statim inflammatur omnis, qui moratur in illo, Hester 10. *Fons paruus creuit in fluuium maximum, & in lucem solemque conuersus est.*

Est igitur in isto ardor perfectæ charitatis. Item In ipso est splendor sinceræ veritatis, quia scilicet, sicut dicitur Eccles. 1.

clesi. 1. *Ibi est fons sapientiæ verbum Dei*, Item ibi est vigor perpetuitatis & continuationis, quia, sc. sicut dicitur Cant. 4. *Iste est fons hortorum puteus aquarum viuentium, &c.*

A **Fores.** Nota, quod fores, ianuæ seu portæ sunt illæ partes ciuitatis vel domus, per quas fit introitus & ingressus. Et quia in foribus ciuitatum antiquitus fiebant iudicia, in foribus fiebant prædicationes, indictiones & præconia, in foribus dantur pauperibus eleemosynæ & beneficia, in foribus examinantur intrantes, ne forte velint machinari aliqua maleficia, ibique ponuntur custodiæ ad præcauendum ne subintrantes hostes operentur flagitia, in foribus fiebant orationes & sacrificia, videtur, quod cum Ecclesia, quæ est domus Dei, & ciuitas summi Regis, habeat duas portas, videlicet forinsecam, quæ est pars militans, & intrinsecam, quæ est triumphans, videtur inquam, quod per fores quæ deforis apparent, potest ipsa militans Ecclesia designari. In istis enim foribus præsident prælati, ad bonos introducendum, & indignos excludendum exemplo Loth, de quo dicitur Genes. 19. *quod eo sedente in foribus ciuitatis, cum vidisset Angelos, iuit eis obuiam, rogans quod ad domum ipsius declinarent.* Ibidem etiam dicitur, *quod cum mali homines de nocte vellent intrare, ita vt properasset, quod fores frangerent, non sunt permissi quod interius introirent.* Quia reuera Loth, id est, bonus prælatus, qui in foribus Ecclesiæ, id est, in loco publico & statu iudiciario præsidet, atque sedet, debet Angelos, id est, viros Angelicos intus in Ecclesiam ad officia & beneficia Ecclesiastica admittere, imo ipsos rogare, & trahere. malos vero & malitiosos, qui violenter intrare nituntur, debet excludere, & fugare Exod. 40. *Applicabis Aaron & filios eius ad fores tabernaculi, & lotos aqua indues sanctis vestibus, vt ministrent mihi.* Cuius tamen contrarium fit hodie, quia, scilicet, moderni ianitores libentius recipiunt malos quam bonos. Vnde Hester 3. *Cuncti serui regis qui in foribus palatij versabantur, flectebant genua, & adorabant Aman, Mardochæus autem istud nullatenus faciebat*, quia scilicet, mali prælati, & non boni admittunt Aman, id est, indignos quoslibet ad fores.

¶ Item in istis foribus sunt boni iudices, ad iura reddendum, & iustitiam faciendum. Vnde Hester 6. dicitur, *quod Mardochæus Iudæus, qui sedebat ante fores palatij, fuit pro rege mirabiliter honoratus.*

¶ Item in istis foribus sunt boni præcones, id est, prædicatores, ad edicta regis promulgandum & enunciandum. Proue. 8. *Stans iuxta portam ciuitatis in ipsis foribus loquitur, dicens: O vir ad vos clamito, intelligite paruuli astutiam.*

¶ Item in istis foribus, i. in statu Ecclesiastico sunt boni dispensatores, ad eleemosynas pauperibus largiendum, & concedendum, i. boni actiui & pij viri, Gen. 44. *In ipsis foribus accedentes ad dispensatorem locuti sunt.*

¶ Item in istis foribus examinantur per custodes hi, qui volunt intrare, ne maleficium vel flagitium machinentur, imo, personæ de his suspectæ ingredi prohibentur, Deut. 22. *Eijcient eam extra fores domus.*

¶ Item in istis foribus sunt deuoti viri, ad Deum orandum, & ei sacrificandum. Constat enim quod antiquitus in foribus tabernaculi fiebant sacrificia. Ibi etiam ante fores per populum, quem non erat licitum intus ingredi, orationes & suffragia Sic vere in Ecclesia militante sunt multi deuoti adoratores, & sacrificiorum bonorum operum oblatores Exod. 33. *Adorabant per fores tabernaculorum suorum?* Et de consecratione Aaron & filiorum suorum, & sacrificijs adhoc necessarijs, dicitur Leu. 8. *quod facta est ante fores tabernaculi.*

B ¶ De foribus vero potest adhuc dici, quod denotant quemcunque locum publicum & communem, pro eo, scilicet, vt dictum est, quod omnia negotia publica fiebant antiquitus, & fiunt adhuc in aliquibus partibus in foribus ciuitatum. Et sic loquitur scriptura Gen. 4. vbi dicitur, *Nonne si bene egeris, recipies, sin autem statim peccatum in foribus aderit*, id est, publice scietur? quasi diceret. Nihil occultum quod non reueletur quia secundum Aug. Si tegis, Deus detegit, si detegis, Deus teget. Etiam quod fores pro publico sumantur, patet Pro. 9. vbi de mala muliere stulta & clamosa dicitur, *quod sedet in foribus domus suæ super sellam in excelso vrbis loco, vt vocet transeuntes viam, &c.* Vide infra de ianua & de porta.

A **Foris. Foras.** Nota, quod foris, seu foras idem est, quod extra, signat enim partem exteriorem rei vel loci. Denotat enim foras exclusionem à loco, vel extra locum emissionem, vel extrinsecam rei dimensionem. ¶ Et ideo possumus breuiter notare, quod reperitur in scriptura videlicet

Vnum foris, quod est {
Viatorum,
Egenorum,
Proditorum,
Damnatorum,
Peccatorum,
Conuersorum,
Singulorum.
}

Mundus est quædam forinseca peregrinatio, paupertas, est quædam forinseca abominatio, proditio est quædam forinseca inhabitatio, infernus est quædam forinseca relegatio, peccatum est quædam forinseca transpositio, pœnitentia seu gratia est quædam forinseca liberatio, habitus vero seu apparatus est quædam forinseca conuersatio.

¶ Dicam igitur, quod est vnum foris, quod est viatorum, Et sic dico, quod istud aduerbium foris signat mundi peregrinationem. Quamdiu enim viui sumus in mundo, nos stamus foris à Paradiso, & à paradisi conuiuio seu hospitio, vnde viri sancti reputant se esse in mundo, sicut exterius in quadam forinseca peregrinatione & expeditione. Vnde Christo ostenditur, Matth. 12. *Ecce mater tua & fratres tui foris stant.* Et aduerte, quod religio potest intelligi per intus, mundus autem per foris. Sicut enim illa, quæ parum valent, foris eijciuntur, bona vero & vtilia intus retinentur & custodiuntur, sic dico, quod bonos in domo religionis & Ecclesiæ collocat, malos autem & inutiles foris ad mundum, & mundanos eijcit atque fugat. Vnde illud Apoc. 11. *Atrium autem, quod est foris templum, eijce foras, & ne metiaris illud, quoniam datum est gentibus.*

Et aduerte, quod in isto loco forinseco, sc.

In mundo {
Mali relegantur,
Iusti tribulantur,
Lites generantur,
Impij conuersantur.
}

Foris dico, scilicet, in mundo mali relegantur. Vnde de Esau dicitur Genes. 27. quod sibi dictum est, *egredere foras*, scilicet ad venandum. Et dicitur ibidem, quod dum esset foras, frater suus, qui remanserat domi reportauit benedictionem, & ipse non: quia, scilicet, illi, qui in religione & Ecclesia remanent, benedicuntur, illi vero, qui foris vagando, ad mundi negotia discurrunt, benedictione priuantur. Et ideo de amicis suis dicit Christus Ioan. 6. *Eum qui venit ad me, non eijciam foras.* Item in isto foris, scilicet, in mundo iusti tribulantur. Foris enim abundant leones & bestiæ, quæ deuorant bestias innocentes. Sic in mundo abundant tyranni, qui lædunt & tribulant impotentes. Vnde Gen. 4. dicitur, quod Cain volens Abel occidere, dixit: *Egrediamur foras.* Et sequitur *quod eum in agro foras occidit.* Vnde Prouerbior. 22. *Leo est foris, occidendus sum.* Deut. 32. *Foris vastabit eos gladius.* Item in isto foris, scil. in mundo lites generantur. Foris enim plures ventorum fiunt impetus quam in domo. 2. Cor. 7. *Foris pugnæ.* Item foris scilic. in mundo impij conuersantur, quia sc. latrones magis habitant foris quam in domibus, seu villis. Vnde Oseæ 7. *Fur ingressus est spolians latrunculus foris.* Istud est igitur vnum foris, quod est viatorum, i. mundus.

¶ Secundo dico, quod est vnum foris quod est miserorum, B
Pauperes enim in bonis domibus non recolliguntur, sed foris in miseria permittuntur, quod vtique de bonis Ecclesiasticis potest dici, quia. scilic. foris in statu paupertatis extra statum, & promotionem Ecclesiasticam dimittuntur iacere. Vnde de Maria dicitur, Ioan. 20. *Maria autem stabat ad monumentum foris plorans.* Et de Petro dicitur Iuan. 18. *Petrus stabat ad ostium foris.* Foris enim Paradisum sunt sancti in præsenti mundo. Foris etiam Ecclesiam dimittuntur boni sine aliqua promotione, &c. Veruntamen isti finaliter in conuiuium Paradisi introducentur, ita quod cuilibet dicetur illud Genes. 24. *ingredere benedicte Domini, quid foris stas?* Vt sic de bonis Ecclesiasticis & etiam de alijs pauperibus dicamus illud Iob 31. *Foris non mansit peregrinus, ostium meum viatori patuit* Alij vero qui videntur modo esse intus, & non foris, sicut sunt multi, qui in magnis statibus Ecclesiæ sunt introducti finaliter foras mittentur, & in tenebras exteriores eijcientur, iuxta illud Matth. 13. *Elegerunt bonos in vasa sua, malos autem foras miserunt* Istud est igitur vnum foris egenorum.

¶ Tertio dico, quod inuenitur vnum foris quod est proditorum C

rum. Proditores enim & detrectatores ab interiori amicitia recedunt & vt liberius obloquantur, & noceant, foris in absentia esse volunt. Psal. 40. *Et si ingrediebatur, vt videret, vana loquebatur, cor eius congregauit iniquitatem sibi.* Egrediebatur foris, & loquebatur in idipsum.

D ¶ Quarto dico, quod est vnum foras quod est damnatorũ. Nam foris signat inferni relegationem, quia sicut canes foris conuiuium eijciuntur, latrones foris ciuitatis suspenduntur, illa, quæ nihil valent, foris domicilium dimittuntur, sic mali peruersi foris mundum per mortem, foris paradisum per iudicis sententiam banniuntur. Mat. 5. *Ad nihilum valet vltra, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus.* Et Esa. 43. dicitur, *Educ foras populum caecum, & oculos habentem, & surdum, & aures ei sunt.* Apoc. 22. *Foris canes, & venefici homicidæ, & idolis seruientes, & omnis, qui amat, & facit mendacium.* Istud autem potissime verificabitur in iudicio. Luc. 13. *Cum autem intrauerit paterfamilias, & clauserit ianuam, incipietis foris stare.* Istud est igitur vnum foris quod est damnatorum.

E ¶ Quinto dico, quod est vnum foris, quod est vitiosorum, quia, scilic. foris potest significare peccati extra positionem. Diabolus enim sicut ceruus qui volens serpentes comedere, ipsos cum anhelitu suo foras de cauernis extrahit, & educit. quos cum foris venerint, ipsos libere deuorat, & transglutit. Est etiam diabolus sicut draco, qui insidians columbis, si extra vmbram arboris quæ dicitur Phidion ipsas foris inuenerit, statim ipsas deuorat atque rapit. Est etiam diabolus sicut piscator, qui cum linea sua pisces de aqua foris extrahit, & tũc ipsos accipit, & occidit. Quia pro certo charissimi, quãdiu homo est in aqua gratiæ, & deuotionis, & in vmbra memoriæ crocis, & dominicæ passionis in cauerna humilitatis, & suæ mortis considerationis, tamdiu pro certo diabolus, qui est recte, sicut draco insidians per fallaciam, sicut ceruus cornutus per superbiam, sicut piscator acutus per diligentiam, non potest ei nocere, sed seipsum exinde cum flatu suę suggestiuois, cum linea suę tentationis extrahere foris ad statum peccati peruenit ipsum proculdubio faciliter deuorabit, quod bene figuratum est 2. Par. 23. *Vbi Athalia nequissima educta est extra septa templi, vt interficeretur foras* Ad denotandum, quod peccator primo extra templum, i. extra statum gratiæ ponitur, vt foris in statu peccati liberius occidatur. Vnde de peccatore dicitur Ioan. 15 *Mittetur foras sicut palmes. & arescit, & colligent eum, & in ignem mittent & ardet.* Istud est igitur foris peccatorum, quod signat peccati exclusionem.

F ¶ Sexto dico, quod vnum foris, quod est conuersorum, seu perfectorum, quod signat gratiæ, seu pœnitentiæ liberationem. Sicut enim piscis qui potest exire foras sportulam piscatoris, & fera quando potest exire chordulam venatoria, efficitur extra periculum, & restituitur libertati, sic peccator quando de laqueo peccati potest exire, & foris ad statum gratiæ vel pœnitentiæ transferre, tunc tutus, & liber efficitur. & à mortis æternę periculo liberatur. Sic fuit liberatus Petrus de quo dicitur Matth. 26. *quod recordatus peccati egressus foras, fleuit amare.* Sic etiam liberatus fuit Lazarus de quo dictum est Ioan. 11. *Lazare, veni foras.* Bene igitur signat foris gratiæ libertatem. Vnde istud est foris de quo Prou. 1 *Sapientia foris prædicat. in plateis dat vocem suam.* De quo dicitur Prouerb. 24 *Prepara foris opus tuum.* In isto enim foris, id est, statu gratiæ, vel pœnitentiæ & libertate desiderat Dominus deuotos suos inuenire, dicẽs cuilibet illud Cant. 8. *Quis mihi det te fratrem meum sugentem vbera matris meæ, vt inueniam te solum foris, & deosculer te?* &c.

G ¶ Septimo dico, quod est vnum foris, quod est singulorũ, quod potest significare exteriorem conuersationem. Illud enim de foris est in aliqua re, quod primo oculis obijcitur, & quod principaliter intuetur. Sic vere conuersatio est illud in homine, quod principaliter attenditur, & quod ab hominibus præcipue consideratur. Homines enim non vident cor secundum quod vident foris in conuersatione, iudicant de interiori intentione & cogitatione. Quia secund. Greg. in homilia per hæc, quæ foris apparent, quid intus lateat, aperitur. Figurati in illa arca Exod. 25. *quæ erat vestita auro purissimo intus & foris.* Et in illo libr. Apoc. 5. *qui intus & foris erat scriptus*, quia, scilicet viri sancti habent auream sanctitatem, & scripturæ etiam veritatem foris & in conuersatione, & intus in intentione.

Hypocritæ contrarium tamé faciunt, sua n. forinseca & exteriora non signant sua interiora, quia sicut dicitur Matt. 23. *Isti mundant quod est de foris calicis & paropsidis, intus tamen pleni sunt rapina & immunditia* Sicut enim mala granata videntur esse exterius & de foris dura & sicca, interius autem sunt valde mollia, & aquosa, sic tales foris in conuersatione per pœnitentiam & abstinentiam sunt duri & sicci, intus tamen in corde per delitias & luxuriam sunt molles, atque fluidi. Non sic debet esse, quia vnum debet alij correspondere, imo etiam intentio & affectio semper debet esse melior, quam conuersatio. Vnde 2. Corinth 4. *Si is qui foris est noster homo, corrumpitur, ille tamen qui intus est renouatur de die in diem, &c.* Vide supra de extra vel exterius, & vide de conuersatione & hypocritis, &c.

Forma. Cum forma sit in duplici differentia, scilicet, substãtialis, quæ dat esse rei, & accidentalis, quę dat apparentiam rei, de forma substantiali (quæ moraliter loquendo, diuiditur in naturalem, & sic est anima, in virtualem, & sic est gratia, in temporalem, & sic est fortuna, & supernaturalem seu æternalem, & sic est gloria) nihil ad præsens, pro eo quod nullæ sunt auctoritates in Biblijs de tali forma mentionem vocaliter facientes Sed si vis, vide in reductorio meo morali l. 6. c. 2. vbi de talibus formis inuenies satis dictum. De forma vero accidentali & superficiali, quę scil. nihil aliud est, quam exterior apparentia vel figura potes notare, quod talis forma reperitur multiplex in scriptura, videlicet. A

| | | | |
|---|---|---|---|
| Forma | Corporalis, | quæ est | cinerea, |
| | Temporalis, | | aërea, |
| | Virtualis, | | ætherea, |
| | Supernalis, | | syderea, |
| | Criminalis, | | sulphorea. |

Primo igitur est quædam forma seu figura, quæ est aërea seu corporalis. Et ista est forma, figura, & pulchritudo corporis, quæ, scilicet, de sui natura redit in cinerem & in terram. De qua dicitur Daniel. 1. quod rex præcipit introduci coram se pueros de semine regio, decoros forma & eruditos omni sapientia, in quibus nulla esset macula. Istam tamen formã ille qui est speciosus forma præ filijs hominũ, scilicet, Christus creditur assumpsisse, & in mundu sub ea latuisse, similis illi loui, de quo dicunt fabulæ quod formam tauri accipiens rapuit & acquisiuit illam puellam regiam Europam. Quia, scilicet, sicut dicitur Philip. 2. *Humiliauit semetipsum formam serui accipiens, & habitu inuentus vt homo*, vt scilicet puellam regiam, i. e. animam acquireret, & haberet. Aduerte tamen, quod isti sic transformato accidit sicut Actæoni, qui trãsformatus in ceruum, & non cognitus à proprijs canibus ab eis fuit deuoratus, quia, scilicet, Deus transformatus in hominem à suis priuignis sequacibus & canibus, scilicet, à Iudæis, fuit incognitus, & etiam crudeliter morti datus. Forma enim diuina est inuisibilis. Et ideo quia Deum sub aliena forma viderunt, ipsum crudeliter occiderunt. Deuteron. 4. *Vocem quidem eius audistis, sed formam penitus non vidistis.* Ista est igitur forma, quę est corporea seu cinerea. Iob 33. *Ecce & me sicut te fecit Deus, & de eodem luto formatus sum.*

¶ Secundo dico, quod inuenitur quædam forma, quę est aërea. Et ista est forma fortunæ. Homo enim exterior in suo esse fortunali, habet suam formam specificam, i. e. ipsum statum mundialem, ipsam gloriam temporalem, quæ, scilicet, forma aërea potest dici, quia debilissimum habet esse. Ista enim est sicut forma, quæ apparet in speculo, vel sicut forma, quam accepit diabolus vel Angelus, quæ magis est aërea, quã corporea, magis vana quam firma. Subito enim apparet, & subito desistit. sic status fortunæ. Vnde de quolibet sic formato atq; formoso potest dici illud Hier. 46. *Vitula elegans atq; formosa Aegyptus, stimulator ab aquilone veniet ei* Re. 28. *Deos vidi.* supple ergo Pythonissa, *Ascendentes de terra & dixit* (supple Saul) *qualis est forma eius.* De illis igitur, qui bene, i. et fortunam formati sunt, potest dici illud Ezech. 23. *Adolescentibus formam cunctis egregia.* B

¶ Tertio dico, quod est quędam forma, quæ est ætherea. Et ista est forma virtutum & morum, quia, scilicet, boni exterius sunt cõpositi & formati. Puer enim bene formatus & figuratus dicitur, quando membra ipsius in se & inter se debite disponuntur. Sic vere boni bene dicuntur formati quando bonis morib. in omnib. suis membris, id est, in omnibus suis actibus & conditionibus sunt dotati. Psalm. 44. *Speciosus forma præ* C

*ma præ filijs hominum, diffusa est gratia in labiis tuis.* Iusti enim ita sūt formati, quod ipsi sunt forma & regula aliorum. Vnde Apost. dicebat talibus illud 1. Thess. *Imitatores nostri facti estis, ita vt & facti sitis forma omnibus credentibus.* Bonus enim artifex istos format, scilicet, Deus, & ideo non mirum si congrue sunt formati. Esa 43 *Ego creaui eum, formaui eum, & feci eum.* Et Esaiæ 49. *Et nunc hæc dicit Dominus, formans me ex vtero seruum sibi.* Ratione igitur talis formæ, id est, talis virtualis imaginis vel figuræ, isti possunt dici formosi, & morali pulchritudine decori Esa. 63. *Iste formosus in stola sua gradiens, in multitudine fortitudinis suæ.*

¶ Sanctæ etiam animæ sic virtutibus formatæ & formosæ loquuntur sponsus, Cant. 2, dicens: *Surge, propera amica mea, speciosa mea, & veni.* Vt communiter enim formosi viri volunt habere formosas sponsas. Et ideo cum Christus sit speciosus forma præ filijs hominum, vult quod anima sponsa sua etiam virtutibus sit formosa, dicens illud Cant. 1. *Nigra sum, sed formosa, filiæ Hierusalem.* Patet igitur, quod est vna forma virtualis & ætherea.

D ¶ Quarto dico, quod est quædam forma, quæ est syderea, & ista est forma beatifica, quæ, scilicet, sanctos in patria facit sydereos atque claros. Forma enim cœlestis ita replet omnes materiæ appetitus, & materia non appetit amplius alienam formam. Sic Deus, qui est forma beatifica, & ipsa summa ratio beatitudinis, omnia animæ desideria satiat, ipsam taliter perficit atque format, quod nihil aliud appetit seu affectat. *Deus enim,* sicut dicitur Esa 43. *Est creans Iacob, & formans Israel.* Iacob luctator, signat iustum viatorem. Israel videns Deum, signat beatum comprehensorem, quia sc. & iusti & beati formātur à Deo per gratiam in præsenti, & per gloriam in futuro. *Faciens est igitur eos conformes imagini filij Dei,* Sicut dicitur Rom. 8. *Iste enim tunc reformabit corpus humilitatis nostræ* sicut dicitur ad Phil. 3. Vnde ipse potest dicere illud Esa. 44. *Omnem, qui inuocat nomen meum, in gloriam meam formaui, & creaui, & feci eum.* Iste est igitur forma syderea.

E ¶ De forma vero sulphurea, id est, de statu, moribus, & consuetudinib. hominis peccatoris, & de figura exteriorum conditionum suarum multa possunt dici. Similes enim videntur hominib. monstruosis, quos quia natura nescit bene formare propter indispositionem materiæ format eos pessime. Sic diabolus tales, &c. Excoquit enim tales in fornace tentationis, percutit eos malleis suggestionis, fricat eos runcina cōminationis, & sic introducit in eos formam omnis iniquitatis & corruptionis. Vnde de artifice formante idolum dicitur Esa. 44 *Faber ferrarius operatus est in prunis, & in malleis formauit illud, &c.* Sic igitur patet de multiplici forma & figura.

F ¶ Sed si vis potes adhuc dicere de multiplici formatore. Vnde nota, quod formare est idē quod facere vel creare. Et proprie formare idem est, quod formam, id est, figuram dare. Et potest significare moraliter quamlibet moralem exemplarem compositionem & instructionem, quæ quidē pertinet ad spirituales artifices, sc. ad Deum, qui format formam scientiæ fidei, influendo. Ad prælatum, qui format formam virtutum & morum, per correctionem imprimendo. Deus igitur format spiritualiter hominem quo ad mores per spiritualem inspirationem. Doctor format eum per bonam doctrinam & eruditionem. Prælatus vero format eum per bonam monitionem & correctionem. Quomodo igitur homo spiritualiter formatur, conuertitur, & perficitur, possent multa dici, sed quia omnia pertinent vel ad correctionem, vel ad conuersionē, vel ad perfectionem, de quibus in suis titulis satis est dictum, vel postea dicetur, ideo omitto gratia breuitatis, & maxime quia paucæ sunt auctoritates ad propositum facientes.

¶ Breuiter tamen possumus dicere, quod quidam formantur à Deo per specialem inspirationē, & sic fuit formatus Paulus, dicens 1. Cor. 15 *Gratia Dei sum id quod sum.* Sicut enim multa sunt animalia, quæ solum per influentiam cœlestem creantur, & formantur, sicut sunt illa, quæ fiunt sine carnis copula & sine carnali generatione, sic vere per fluentiā gratiæ Dei multi formantur, & perficiuntur, nullo humano exercitio suffragante, vt de talibus dicetur illud Gen. 2. *Formauit itaque Deus hominem de limo terræ, &c.*

¶ Item quidam formantur à prædicatoribus per doctrinam & eruditionem. Vrsa enim fœtus suos, qui informes nascuntur, (scilicet ad modum vnius frusti carnis) lambendo dicitur formare, & ad eam certam formam perducere, ita quod bene formati & viui finaliter efficiuntur. Sic vero doctores & prædicatores cum lingua, id est, cum verbis fœtus suos, id est, subditos & auditores informes, id est, sine forma virtutum, & carnalitate plenos solent lineare & formare, perficere pariter, & complere, & formam seu figuram virtutum in eis introducere & creare. Vnde Esa. 43. *formaui eum, & feci eum.*

¶ Item quidam formantur à prælatis & à maiorib. per correctionem: sicut enim in operib. mechanicis formæ & figuræ introducuntur per multas scissuras & sculpturas, & maxime quando materia est valde dura, sic prælatus quando habet aliquem durum & obstinatum subditum, quem ipse vult perficere in morib. vel formare, pro certo necesse est, quod scissura vel sculptura foris correctionis intercedat, vt sic talis formatus dicat illud Psalmi. 138. *Tu formasti me, & posuisti super me manum tuam.*

¶ Aduerte tamen, quod omnia animalia rapacia & gulosa vt communiter generant filios informes & imperfectos. Patet de vulpe & cane, qui generant filios cæcos, de leone, qui generat mortuos, &c. Sic vere istud est continuum & generale, & illi, qui sunt partes gulosi, i. prælati cupidi & auari generant vt communiter filios informes, quia, sc. filij, i. subditi talium male, vt communiter, formantur, & informantur. Accipiunt enim munera, & promouent seu generant informes personas i. inscios & ignaros, antequam formentur & probentur in scientijs & virtutibus, &c. Isti enim præposterant ordinem naturæ. Natura enim primo format, postea parit & generat, vt cōmuniter, isti vero antequam forment filios subditos vel nepotes, ipsos pariunt promouendo. Non sic, sed primo dicant illud Hier. 1. *Priusquam te formarem in vtero, noui te, & antequam exires de ventre, sanctificaui te, & prophetam in gentibus dedi te, & constitui te super gentes & regna, &c.* Homo enim antequam exeat de ventre, i. de claustro, debet primo sanctificari, & tandem super gētes & regna promoueri & collocari, vt sit speciosus forma præ filijs hominum, &c. Sic igitur acquirit homo formam virtutum, quando, sc. interuenit Dei inspiratio superna, doctoris informatio interna, & prælati castigatio externa. Sufficiat. Vide infr. de imagine. Forma enim vt communiter in scriptura accipitur pro exemplo, imagine, vel figura.

## Formidare. Formido.

Cum formidare idē sit, quod timere, seu A dubitare potest dici, quod inuenitur.

Formido { Iustorum, quæ facit cautiorem,
Vanorum, quæ reddit laxiorem,
Malorum, quæ facit tristiorem. }

Primo modo formidant filij mandatum paternum.
Secundo formidant deorij dolorem externum,
Tertio formidant impij stridorem æternum.

Dicam igitur, quod est quædam formido, qua timent humiles regis imperia. Item est alia formido, qua timent debiles mūdi cauteria. Itē est etiam alia formido qua timent flebiles orci suspiria.

¶ Primo igitur dico, quod inuenitur formido virtuosa, quæ est filialis, & ista est illa qua iusti semper trepidant & formidāt. Omne enim inferius quodam instinctu naturali reueretur, & formidat suum superius, sicut patet de filio respectu patris, de famulo respectu regis, de seruo respectu domini, & discipulo respectu magistri.

¶ Cum igitur Deus sit pater, & rex, & Dominus, & etiā magister, dignum est, quod à iustis tanquam à filijs, seruis & discipulis formidetur sua clementia paternalis, sua iustitia regalis & principalis, sua doctrina & sapientia magistralis. Formida igitur Deum patrem tuum, qui te potest exhæredare Ose. 11. *Formidabunt filij maris.* Item formida Deum regem regum, qui te potest transuerberari, Ps. *Ab increpatione tua fugient, à voce tonitrui tui formidabunt.* Item formida Deum doctorem tuum qui te nouit docere & informare, Ps. 103. *A verbis tuis formidauit cor meum.* Ista est igitur formido virtuosa, quæ est filialis.

B ¶ Secundo dico, quod est formido vitiosa, quæ est noxialis. Et ista formido seruilis, quia scilicet, imbecilles & formidolosi trepidauerunt timore vbi non erat timor. Formidant enim.

Mortis angustias & turbationes,
Hostis versutias & tentationes,
Mundi sæuitias & vexationes.
Carnis blanditias & deceptiones.

Dei iustitias & punitiones.

Dico igitur, quod mali semper formidant mortis angustias, Psalm. 44. *Formido mortis cecidit super me.* Qui enim non sperant bonum post mortem, ideo terret eos pœna mortis. ¶ Item formidant hostis versutias. Timidi enim ad modicum insultum formidare solent, & se & castrum suum reddere inimicis. Sic vere imbecilles & imperfecti solent insultus tentationum valde metuere, & nulla soliditate suffulti solent in suis hostibus cito dare. De quo reprehenduntur Hierem. 42. *Nolite timere à facie regis Babylonis, quem pauidi formidatis*, Nam debilis est hostis qui non potest vincere nisi volentem, & à viro forti minime formidandus, & maxime qui pro libito voluntatis potest habere fortissimum adiutorem, quoties voluerit Deum inuocare. Ideo 1. Machab. 4. dicitur *impetum inimicorum ne timueritis, memores estote, quomodo salui facti sunt patres nostri, & tunc clamemus in cœlum, & miserebitur nostri Deus noster.* Mali igitur & imperfecti formidare solent hostis versutias.

¶ Item isti formidant mundi molestias, patet de diuitibus & mundanis, qui semper sunt in formidine & terrore. Formidant enim.

Tyrannos, quia prædantur,
Pauperes, quia furantur,
Amicos, quia inuident,
Inimicos, quia nocent,
Hostem, ne eos feriat,
Mortem, ne eos hauriat.

Et breuiter de quolibet tali dicitur Iob 18. *Vndique terrebunt eum formidine, & inuoluent pedes eius.* Esa. 24. *Formido & fouea & laqueus super te, qui habitator es terræ*, Psalm. 88. *Posuisti firmamentum eius formidinem.* ¶ Item formidant carnis delitias. Molles enim & delicati sic carnis & corporis curam agunt, sic quoque carni & corpori aduersa formidant, vt nec diuina præcepta, nec humana iussa custodiant, ita vt cuilibet tali possit iure dici illud Baruc. 6. *Sicut in cucumerario formido nihil custodit.*

¶ Item isti solent formidare Dei iustitias. Latro enim qui deprehensus est in flagitio, valde formidat iudicem, quem scit iustum. Sic reuera de iusto iudicio Dei dicitur, 1. Reg. 2. quod *Dominum formidabunt aduersarij eius, & super ipsos in cœlis tonabit.* Et sic igitur patet, quod quædam est formido vitiosa, seu etiam noxialis.

C ¶ Tertio dico, quod est quædam formido luctuosa, quia æternalis. Et ista est formido, quia in inferno patiuntur damnati. Ipse enim terror hostis est ipsis causa formidinis & horroris, quia sicut dicitur Iob 41. *Per gyrum dentium eius formido.* ita quod cuilibet damnato potest dici illud Iob 22. vbi enumeratis multis criminib. quæ faciunt, dicitur sic: *Propterea circumdatus es laqueis, & conturbat te formido subita.* Sed pro certo iusti talia non formidant. Et merito quia.

A { Deo personaliter visitantur,
Iustis actualiter consolantur,
Prælatis regulariter gubernantur,
Deo & sanctis virtualiter comitantur.

Visitantur (dico) à Deo personaliter. Ideo Ioan. 14. dicitur, *Non turbetur cor vestrum, neque formidet: vado, & venio ad vos.* ¶ Item à iustis consolantur socialiter, Iudi. 7. *Si solus vis formidas, descendat tecum Phara puer meus.* ¶ Item à prælatis gubernantur regulariter, Hierem. 23. *Suscitabo super eis pastores qui pascant eos, & non formidabunt vltra.* ¶ Item à Deo & sanctis comitantur virtualiter. Vnde Deut. 20. *Nolite credere, neque formidetis, quia dominus Deus vester in medio vestri est, &c.* Vide de timore, pauore, terrore, & metu.

A **Fornax.** Nota, quod fornax est incendium dilectionis, tentationis, tribulationis, damnationis. Fornax dilectionis figuratur in monte ardente, in quo Dominus legē dedit, de quo dicitur Exod. 19. *quod inde fumus quasi de fornace exibat.* ¶ Fornax tentationis figuratur in igne ferrum mollientem, de quo Ecclesiast. 38. quod faber ferrarius, id est, diabolus *sedet iuxta incudem, & in fornace concertatur, vox mallei innouat aurem eius.*

¶ Fornax tribulationis figuratur in fornace Babylonis sanctos pueros continente, in qua, scilicet, non fuerunt læsi, dato quod essent igne maximo conflagrati, sicut dicitur Dan. 3. Fornax enim tribulationis bonos purgat, & eos examinat atque probat Eccl. 27. *Vasa figuli probat fornax.*

¶ Fornax damnationis, id est, ignis infernalis figuratur in fornace ferrea Ægypti de qua filij Israel, id est, sancti eripiuntur, sicut dicitur Deuteron. 4. & in quo mali consumuntur, & deuorantur Ezechiel. 22. *Omnes isti, scilicet, damnati, æs, & stannum, & ferrum, & plumbum in medio fornacis scoria argenti facti sunt, &c.* Vide infra de igne, & supra de ardore. Vel vide, si vis in distinctionibus Mauritij, vbi ista materia bene tractatur.

**Fornicatio. Fornicatus.** Cum fornicatio accipiatur pro omni actu lubrico vel luxurioso, quandoque tamen transsumitur ad actus idololatriæ vel erroris. Sicut n. mulier, quæ spreto viro suo alteri se coniungit, dicitur fornicaria, sic anima, quæ viro derelicto, diabolo per idololatriam se connectit, fornicaria potest dici. Dicam igitur, quod in scriptura inuenitur. A

Fornicatio, quæ { Carnem maculat per luxuriam,
Mentem iugulat per nequitiam,
Hosti copulat per idololatriam.

Dicam igitur, quod inuenitur fornicatio carnem maculans. Et sic per fornicationem intelligitur quicunque actus lubricus vel carnalis, de quo Ephel. 5. *Fornicatio autem & omnis immunditia non nominetur in vobis.* Et merito, quia pro certo fornicatio carnalis facit, & causat in homine multa mala. Ista est enim.

Quam Deus despicit,
Quæ mores inficit,
Quæ mentem allicit,
Quæ pœnis afficit,
Quæ regno deijcit.

Primo igitur dico, quod fornicationem Deus despicit. Constat enim quod omnes res abominantur suum contrarium. Cum igitur Dominus sit mundissimus, & ex mundissima matre natus, necesse est quod omnem carnis immunditiam vilipendat, homines que fornicarios & immundos contemnat. Et ideo Tobiæ 4. dicitur, *Attende tibi ab omni fornicatione, & præter vxorem tuam nunquam patiaris crimen scire.* Iotantum enim videtur Deus abominari & despicere vitium fornicationis, quod non dignatur corrigere delinquentes, sed dimittit eos secundum desideria cordis sui, vt vadant in adinuentionibus suis. Ad quod etiam facit lex ciuilis, quæ mulierem maritatam publice fornicantem non reputat dignam subijci legibus, nec pœna adulterij puniendam. Sic vere Deus reseruans talibus fornicarijs pœnas æternas, non dignatur eos in hoc mundo punire. Vnde Oseæ 4. *Non visitabo super filias vestras cum fuerint fornicatæ.* Iste est libellus repudij, qui dudum dabatur vxoribus propter corporis fœditatem, sicut dicitur Deuteronom. 24. Psalm. *Dimisit eos secundum desideria cordis eorum, ibunt adinuentionibus suis.* Et ideo bene consulit Apostolus Ephes. 5. dicens: *Fornicatio autem & omnis immunditia non nominetur in vobis.*

¶ Secundo fornicatio mores inficit: nullum enim peccatum est, quo tantum inficiantur mores, sicut per luxuriam. Alia enim peccata quadam honestate possunt velari, fornicatio autem ita habet insolentiam annexam, quod in verbis & operibus se reuelat. Fornicatio enim est sicut ille serpens, qui dicitur sepa, qui mordens hominem, omnia membra & etiam ossa dissoluit, & in massam carneam totum corpus reducit, sic fornicatio ita inficit hominem, quod omnia membra, id est, omnes virtutes & omnes mores confundit, & carnales, dissolutos & inutiles eos facit. Hierm. 3. *Posuisti terram in fornicationibus tuis.* Ita enim fornicatio inficit mores, quod cum alia vitia velit celari, istud glorietur videri, sicut de illis dicitur Esaiæ 3. *quod peccata sua sicut Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt.* Vnde Ezech 23. dicitur. *Denudauit fornicationes suas, & discooperuit ignominiam suā.* Igitur mores inficit. Et vere mores, sed non solum proprios, imo etiam alienos. Constat enim quod vnus fornicator inficit multos alios, quando ipse habet socios vel vicinos. Ideo consulitur 1. Corin. 5. *cum fornicarijs nec cibum sumere:* Et merito, quia sicut dicitur Eccles. 19. *Qui se iungit fornicarijs, erit nequam.* Fornicatio igitur mores inficit.

G ¶ Tertio dico quod ista mentem allicit. Constat enim quod in valle lubricosa quanto quis labendo vlterius progreditur, tanto impetuosius labitur. Non enim facile est, quod ille, qui in lubrico labi incipit, arrestetur, nisi forte alicui solido adhæreat, quo sistatur. Sic est de luxuria. Immunda enim & lubricosa

cosa est ista via, qui igitur ibidem labi incipit, semper in deterius procedere consueuit. Ista n. est vorago Charybdis, quæ semper aquas attrahit, & naues deuorat, & transglutit. Scriptũ est enim quod *homini fornicario omnis panis dulcis, non fatigabitur trãsgrediens vsque ad finem.* sicut dicitur Eccl. 23. Stimulus enim carnis fornicatione non satiatur, sed magis ad deterius prouocatur. Ezech. 16. *Fornicata es in nomine tuo, & exposuisti fornicationem tuam omni transeunti vt eius fieres.* Sequitur. *Et postquam fornicata es nec sic es satiata, sed multiplicasti fornicationem tuam.* Ista igitur mentem afficit, seu nunquam deficit.

D ¶ Quarto dico, quod ista pœnis afficit. Quæ n. maior pœna, quam vita fornicaria, in qua mens inquietatur, tempus perditur, fama læditur, substantia diminuitur, corpus laborib. fatigatur, humoribus exhauritur, fœtoribus maculatur? Vrsus n. est animal valde luxuriosum & immundum, & inter omnia animalia istud est animal magis inquietũ. Sic pro certo charissimi, luxuriosi nunquã sunt in quiete. Pœnis igitur afficit luxuria quod potissime fiet in inferno, quando verificabitur illud Psal. 72. *Perdidisti omnes qui fornicantur.* Vnde dæmonibus potest dici illud Ezec. 16. referẽdo verba ad personã fornicariam, quãdo venit post mortem, *Lapidabunt te lapidib. trucidabunt te gladijs suis, & comburent domos tuas igni, & facient in te iudicia, & desines fornicari.*

E ¶ Quinto dico, quod ista à regno deijcit. Non enim decet fornicarios, qui sunt immundi, quod in illo mundissimo, scil. in regno Paradisi locentur. De ciuitate enim Hierusalem per quam intelligitur Paradisus, dicitur Apocalyp. 21. quod *nihil inquinatum intrabit in illam.* Per viam enim lubricosam & immundam non faciliter ascendunt ad excelsa. Cum igitur via fornicationis sit immunda, per illam non erit ascensus ad cœlum. Eph. 5. *Omnis fornicator, aut immundus non habet hæreditatem in regno Christi & Dei, &c.* Vide infra de luxuria.

A **Forte. Forsitan.** Nota, quod ista vocabula forte seu forsitan sunt aduerbia dubitandi, & vbicunque ponuntur in scriptura, significant dubietatem & incertitudinem, casum etiam & fortunam. Ideo quicquid est incertum & dubiũ, potest per ista aduerbia denotari. Possumus igitur distinguere, quod istud forte potest significare tria, quæ in mundo valde sunt dubia & incerta, scilicet.

Vitæ fragilitatem,
Mundi prosperitatem.
Mortis necessitatem.

¶ Primo dico, quod dubia est vitæ fragilitas. Nescitur enim vbi quando qualiter finietur, vnde propriè vita nostra non est nisi vnum forte, quia sicut res casuales & fortuitæ possunt venire vel non venire, sic vita nostra potest durare, vel deficere. Vnde dicitur Iacob 4. *Quid enim est vita nostra, nisi vapor ad modicũ parens &c.* Ideo bene consulitur homini, Eccles. 6. *Ne te extollas in cogitatione tua sicut taurus, ne forte elidatur virtus tua.*

B ¶ Secundo dico, quod dubia est mundi prosperitas. Qualem enim prosperitatem, qualem gradum, qualem statum homo sit in mundo habiturus, totum est fortuitum & casuale, totum enim dependet à casu & à fortuna, id est, à Dei occulta prouidentia actiua vel passiua quam in isto casu fortunam voco. Vnde homo dum hic viuit, forte affligitur paupertate, forte premitur aduersitate, forte ditatur rerum facultate, forte honoratur magna dignitate. Forte dico affligitur paupertate. Vnde Hier. 5. *Forsitan pauperes sunt & stulti, & ignorantes viam Dei sui.* Forte etiam deprimitur aduersitate Ps. 123. *Cum exurgerent homines in nos, forsitan viuos deglutissent nos. Cum irasceretur furor eorum in nos, forsitan aqua absorbuisset nos.* Forte insuper ditabitur rerum omnium facultate. Vnde Iud. 5. *Forsitan nunc diuidit spolia, & pulcherrima fœminarum eligitur ei.* Forte et honorabitur alta dignitate. Vnde de Baal dicitur 3. Reg. 18. *Forsitan loquitur, aut in diuersorio est, aut forte dormit.*

C ¶ Tertio dico, quod fortuita est dubia mortis necessitas. Forte enim erit mors ad damnationem, forte ad saluationem. Ad damnationem dico, sicut est mors malorum de qua potest dici illud Ps. 138. *Forsitan tenebræ conculcabunt me.* Forte ad saluationem, Iob 11. *Forsitan vestigia Dei comprehendes, & vsq; ad perfectum omnipotentem reperies, &c.*

D ¶ Et aduerte adhuc si vis, quod istud aduerbium forte, seu forsitan cum semper quandam dubitationem importet, potest signare:

Prudentiam deliberatiuam,
Fiduciam consideratiuam,
Stultitiam vituperatiuam.

Iusti enim semper per forsitã cauent & deliberant. Teste enim scriptura Eccl. 18. *Sapiens in omnibus metuit.* Et ideo quicquid agit, semper forsitan, adhibet atq; dicit. Semper enim habet oculum ad casus fortuitos, & semper timet ne forsitan male agat vel forte male sibi accidat, vel succedat. Ita fecit illa mulier Eua quando primo respondit serpenti, *Cur præcepit vobis Deus, ne comedatis de ligno vitæ &c. Ne forte moriamur.* Est igitur istud vocabulum forte quando adiungitur sibi illa negatio Ne, vnum signum prudentiæ & cautelæ ad omnia pericula præcauenda. Et sic notabis quod prudentia timorosa, quæ scilicet notatur per Ne forte, cauet.

Malorum detractiones,
Verbales derisiones,
Crudeles inuasiones,
Ineptas locutiones,
Ingratas obliuiones,
Fortunæ concussiones,
Culparum deceptiones,
Æternas damnationes.

Timeat ergo prudens & caueat linguas detractorum. Psal. *Ne forte dicant in cordibus suis, euge euge animæ nostræ, nec dicant, deuorabimus eum.* Item timeat verba derisorum, sicut Saul 1. Re. 31. *Interfice me, ne forte veniant incircumcisi, & illudant mihi.* Item timeat pœnas inuasorum, sicut Dauid inuasiones proprij filij timebat dicens 2. Reg. 15. *fugiamus à facie Absalon, ne forte veniens occupet nos.* Item timeat immanitatem verborum. Ec. 28. *Attende tibi, ne forte labaris in lingua, & cadas in conspectu inimicorum tuorũ insidiantiũ tibi.* Item timeat obliuisci bonorum Proue. 31. *Noli regibus dare vinum, ne forte obliuiscantur iudiciorum iustorum.* Item timeat casum fortuitorum, Eccl. 6. *Ne te extollas in cogitatione tua sicut taurus ne forte elidatur virtus tua.* Item timeat fraudes inimicorum, Ec. 11. *Attende à pestifero, fabricat enim mala, ne forte inducat super te subsannationem.* Item timeat, & caueat pœnas suppliciorum scilicet pœnas inferni, & iudicij. Hier. 4. *Auferte præputia cordium vestrorum viri Iuda, ne forte egrediatur vt ignis indignatio mea, & succendatur & non sit qui extinguat.* Patet ergo quomodo iusti per forte vel forsitan timendo cauent & deliberant. ¶ Adhuc dico, quod iusti per forte optando sperant & considerant. Et istud potissime fit quãdo dicimus, si forte. Est n. dubitatio mixta spei. Thr. 3. *Ponet in puluerem os suum si forte sit spes.* Sperat enim forte.

Peccatorum pœnitentiam,
Diuinitatis indulgentiam,
Orationis complacentiam,
Prouisionis opulentiam.

Ergo speranda est peccatorum pœnitentia. Eze. 2. *Loqueris verba mea ad eos, si forte audiant & quiescant, quoniam irritatores sunt.* Item speranda est diuinitatis indulgentia & misericordia. De qua Amos 5. *Odite malum & diligite bonum, constituite in porta iudicium, si forte misereatur Dominus reliquijs Ioseph.* Item acceptio & complacentia. Vnde de filio suo moriente dicit Dauid 2. Reg. 12. *Propter infantem cum adhuc viueret, ieiunaui & fleui, dicebam enim quis scit si forte donet eum mihi Dominus.* Item speranda est necessariorum sufficientia 3. Reg. 18. *Si forte inuenire possimus herbam.* Dico igitur, quod iusti per forte optando sperant & desiderãt. ¶ Postremo dico, quod mali per forte deridendo nugant & vituperant. Vt communiter enim derisores vtuntur isto aduerbio forsan, forsitan & forte scilicet dicẽdo alijs derisorie, Forsitan tu fecisti hoc, vel forsitan tale notabile factũ & huiusmodi. Et sic sumitur Iob 37. *Tu forsitan cum eo fabricatus es cælos, qui solidissimo quasi ære fundati sunt?* De ouinatiani stultitiis mirabiliter in arena confectis, derisorie loquebantur amici Iob dicentes 39. c. *Quando derelinquit in terra oua sua, tu forsitan in puluere calefacies ea?* Sic ergo quomodo forte & forsitan significant varia & diuersa. Et si vis, potes dicere, quod forsitan in bono potest significare scilicet hominem timorosum, prudentem, & deliberatiuum, qui nihil audet asserere, vel firmare. Vel in malo significato significare potest hominem imbecillem, dubiũ & ignarum, &c. Sufficit. Vide infra in alijs titulis sc. de vita, de prosperitate, & morte.

**Fortitudo.** Nota, quod fortitudo dicitur illud, quod faciliter non labitur, i. quod faciliter non frangitur i. quod faciliter non vincitur. Est enim quædam fortitudo corporalis, quędã temporalis, quędam criminalis, quędam virtualis. Accipitur enim fortitudo pro robore corporali quod consistit in potẽtia, in constantia seu firmitate, & stabili- A

tate. Fortitudo autem corporalis est vilipendenda, iuxta illud Hierem. 9. *Non glorietur fortis in fortitudine sua.* Fortitudo, id est, potentia temporalis non est diligenda. Illam enim comitantur multa vitia & peccata. Vnde 4. Reg. 5. *Erat Naaman vir fortis & diues, sed leprosus.* Fortitudo constantiæ firmitatis seu stabilitatis non est extollenda, quia recedit, nec est concitanda præsertim in mollibus. Iud. 16. *Statim fortitudo ab eo discessit.* Et 2. Par. 20. *In nobis nō est tanta fortitudo.* Et Iob 6. *Quæ est fortitudo mea, vt sustineam.* Fortitudo criminalis est eliminanda, de qua Esa. 5. *Væ qui potentes estis ad bibendum vinum, & fortes ad miscendum ebrietatem.* Et Nehe. 4. *Debilitata est fortitudo portantis.* Fortitudo virtualis est continuanda. Vnde Ios. 14. *Illius temporis fortitudo in me vsq; hodie*

B *perseuerat.* ¶ De quarta igitur fortitudine, scilicet, virtuali, cæteris omissis intendo aliquid balbutire, quamuis supra de accumbere in illa auctoritate Isachar. *Asinus fortis*, & supra de eligere illa auctoritate. *Forte lignum imputribile, &c.* de ista aliquid sit iam dictum. Est ergo fortitudo virtus animi, qua homo potens & habilis efficitur ad resistendum malo, & ad perseuerandum in bono. Et sunt huiusmodi secundum Macrobium septem species, scilicet, magnanimitas, fiducia, securitas, magnificentia, constantia, tolerantia, perseuerantia. Ista est ergo vna de quatuor virtutib. cardinalibus, quam qui non habuerit ab aduersario suo diabolo faciliter victus erit. Sicut enim athleta, qui in stadio habet pugnare, columna, quæ magnum pondus habet portare, viator qui magnum cursum habet consummare, vel continuare, debet habere fortitudinem & vigorem, sic proculdubio nos alij, qui in stadio præsentis pugnæ ad militandum sumus positi, qui oneribus tribulationum sustinendis sumus suppositi, qui cursui & laborib. bonarum operationum ad continuandum sumus expositi, debemus esse stabiles atq; fortes, quia sc. sine spirituali fortitudine nec pugna tribulationum tolerator. Ideo dicitur Hebr. 11. *Fortes facti sunt in bello conualuerunt de infirmitate.* Nec pondus tribulationum sustinatur. Ideo dicitur Thren. 1. *Abierunt absq; fortitudine ante faciem tribulantis.* Ideo dicitur Esa. 25. *Factus es fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione.* Nec cursus bonorum laborum cōtinuatur. Ideo dicitur Dan. 8. *Concurrit ad eum impetu fortitudinis suæ.* Et de Helia dicitur 3. Reg. 19. quod *ipse ambulauit in fortitudine cibi illius vsque ad montem Dei Oreb.* Et ideo de eo huiusmodi fortitudine virtuosa potest breuiter exponi illa auctoritas Es. 40. *Sancti, qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinē, assument pennas vt aquilæ.* In quibus verbis ostenditur, quod spiritualis fortitudo tripliciter potest acquiri. Sicut enim aliquis dicitur fortis innitendo in rē fortiorem, dimittendo rem debiliorem, ascendendo locū tutiorem, sic pro certo efficitur homo spiritualiter fortis, quādo Deo innititur, in ipso penitus confidendo, quod ostenditur cū dicitur *Sancti, qui sperant in Domino.* Ista est enim virtus fortior. Item cum à malo conuertitur, ab ipso penitus recedendo, quod ostenditur, cum dicitur [ Mutabunt fortitudinem ] Iste enim est status vilior & debilior. Item cum in cœlo erigitur, superna cordicitus ascendendo seu contemplando, quod ostenditur, cum dicitur [ Assument pennas vt aquilæ. ] Cœlum enim est locus tutior, &c. Fit ergo homo spiritualiter fortis, quando Deo innititur per intentionem, cum à malo reuertitur per conuersionem, cum in cœlo erigitur per affectionem.

C ¶ Dico ergo primo, ꝙ homo fit spiritualiter fortis, quando forti per confidentiam innititur, scilicet ipsi Deo, quod ostenditur, cum dicitur. Sancti, qui sperant in domino. Dominus enim est tutor & defensor fortissimus, cui si quis per spem & confidentiam innixus fuerit, fortis & stabilis factus erit. *Turris enim fortissima nomen Domini, ad eam fugit sanctus saluabitur.* Ps. 18. Stellæ enim efficiuntur in suis effectibus fortiores, quando stellis & signis fortibus coniunguntur. Sic vere ille efficitur stabilior & fortior, qui cum illo, qui fortissimus est, scilicet Deo, per confidentiam & deuotionem iungitur & qui per spem & charitatem cum ipso penitus copulatur. Sancti inquit, qui sperant in Domino. Vnde Hierem. 17. *Beatus vir qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius.* Sic ergo patet hominem esse fortem, quando forti per confidentiam innititur. Fortis enim est turris supra firmam petram fundata, fortis est arbor in profunda terra plantata, fortis est domus columnis fortibus sustētata. Sic pro certo fortis est anima quando per spem & deuotionem est in Deo fortiter radicata. A Deo enim principaliter venit fortitudo, quia sicut 1. Machab. 3. dicitur. *De cælo* (inquit) *fortitudo*, quia nullus ad resistendum peccato fortis efficitur nisi à Deo mentaliter solidetur. Ideo dicebat Dauid in Ps. *Diligam te Domine fortitudo mea. Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus.* ¶ Et nota, quod fortitudo diuina.

Bonos tangit, ipsos corrigendo,
Malos frangit, ipsos puniendo,
Hostem angit, ipsum reprimendo,
Sanctos regit, ipsos defendendo,
Cuncta regit, ipsa gubernando.

Dico, quod diuina fortitudo corrigendo solet tangere. Psalm. 38. *A fortitudine manus tuæ ego defeci in increpationibus propter iniquitatem corripuisti hominem.* ¶ Item puniendo solet frangere, scilicet bonos & malos, quod potissime fiet in iudicio. Esa. 2. *Introibunt in speluncas petrarum, & in voraginem terræ à facie fortitudinis Domini cum surrexerit percutere terram.* ¶ Item reprimendo solet angere, scilicet diabolus. Psal. 60. *Deduxisti me, quia factus es spes mea, turris fortitudinis à facie inimici.* ¶ Item defendendo solet regere, 1 Es. 27. *Dominus fortitudo plebis suæ, & protector saluationum Christi sui est.* ¶ Item prouidendo solet regere. Vnde illud Iob. 12. *Apud illum est, sapientia & fortitudo.* Ideo in persona Dei dicitur Prouerb. 8. *Meum est consilium & æquitas, mea est prudentia, mea est fortitudo.* Ipsi ergo tanquam fortissimo est per spem & fiduciam innitendum vt fortes efficiamur, vt in eius fortitudine roboremur. Vt sic dicat quilibet sic fortificatus illud 2 Regum 22. *Quis fortis præter Dominum Deum, qui præcinxit me virtute & fortitudine?* Patet ergo quod homo fit fortis, quando forti per fiduciam innititur. Sperant (inquit) in Domino.

¶ Secundo dico, quod homo fit spiritualiter fortis cū à malo per pœnitentiā conuertitur, quod ostenditur cum dicitur [ Mutabunt fortitudinem ] Pœnitentia enim mutat hominem quia ille, qui fuerat fortis ad resistendum bono, efficitur fortis ad resistendum malo, ille, qui erat fortis in criminib. efficitur fortis in virtutibus, ille, qui fuerat fortis & durus per obstinationem, efficitur fortis per constantiam & perfectionem. Ista apparuerunt in Paulo & Magdalena, in quibus vbi abundauerat peccatum, ibi superabundauit & gratia, quia secundū Greg. Magdalena quod in se habuit oblectamenta, tot de se fecit Deo holocausta. Sicut enim teste scriptura, lapis fortis & durus per decoctionem ignis mutatur & efficitur metallum vel vertitur in metallum, & sic efficitur magis fortis, ita quod eius primaria fortitudo in meliorem fortitudinem commutatur iuxta illud Iob 28. Lapis solutus calore in æs vertitur, sic pro certo sæpe fit, ꝙ illi qui prius erant lapides duri per obstinationem, & qui ad faciendum malū erant fortes per malam assuefactionem, quando igne Spiritus sancti decoquuntur interius, & igne tribulationis & pœnitentiæ affliguntur exterius, tunc ipsi mutant fortitudinem, quia sc. ipsi efficiuntur metallum, i. e. viri sancti & boni, firmi, & fortes per constantiam, sonori & resonantes per eloquentiam, & sic isti mutantur in virum alterum, quia hæc est mutatio dextræ excelsi. Vnde de ista mutatione fortitudinis loquitur Dominus Es. 41. *Accedant* inquit *ad me insulæ, & gentes mutent fortitudinem.* Tali modo nō faciunt multi peccatores, qui tenera suam fortitudinem mutant in deterius, & non in melius, quia sicut infantes primo sunt magis habiles & fortes in parte superiori, sc. quantum ad cor & manus, processu tamen temporis mutant fortitudinem ad partes inferiores, ita quod finaliter eorū inferiora fiunt duriora & fortiora. Sic multi qui fortitudinē, quam habent in parte superiori, i. in bonis spiritualib. commutant ad partem inferiorem, i. e. ad bona temporalia & terrena, vel etiam vitia, & peccata fiunt finaliter fortes ad faciendū mala, similes asino, qui fortior est in parte posteriori, quam in parte anteriori, vbi est crux, quia vere multi sunt asini, qui fortiores sunt in parte posteriori, in criminib. quam in virtutib. ad laborandum pro mundo, quam pro Deo, ad acquirendum temporalia, quæ debent postponi, quam spiritualia, quæ debent anteponi. Istud patet in auaris, qui plus sūt fortiores ad laborandum pro diuitijs quam pro virtutib. Vnde illud Iob 22. *In fortitudine brachij tui possidebas terrā.* Tales potissime sunt raptores & tyranni, qui optime allegant illud Philosophi, Omnia sunt virorum fortium. Et illud Prouerbior. 12. *Manus fortium dominatur.* Videntur enim sentire, quod bona mūdi occupanti conceduntur, & quod scindit gladius inter duos, fortioris est. Et ideo ipsi dicūt illud Sap. 2. *Opprimamus pauperem & nō parcamus viduæ. &c.* Sequitur. *sit fortitudo nostra lex iustitiæ.* Patet etiā illud in luxuriosis, qui optime sūt fortes ad suā impudicitiam exercendā. Vnde de fortitudine taliū dicitur in

Psalm.

Psalm. quod *Dominus atque in fortitudine volupe at & habebit.* Patet etiam in superbis, qui valde sunt fortes ad laborandum pro mundi gloria acquirenda. Vnde isti dicunt illud Amos. 5. *Nunquid in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua?* Patet etiam in iracundis, qui optime sunt fortes ad suam iracundiam vindicandum, quia isti sũt sicut leo fortissimus bestiarum, *qui ad nullius pauebit occursum* Pr. 30. Patet ẽt in gulosis, & ebriosis, qui optime sunt fortes ad suam gastrimargiam faciendam Es. 5. *Væ qui fortes estis ad bibendum vinum &c.* Non sic charissimi, sed mutemus fortitudinem malam in bonam, quia pro certo ille spiritualiter est fortis qui à malo conuertitur, vt sic de quolibet tali forti dicatur 1. Re. 19. *Ecce vidi filium Isai Bethleemitem scientẽ psallere fortissimum robore, & virum bellicosum, prudentem in verbis & virum pulchrum Dominus cum eo* Expone, si vis. Iste est ergo fortis

B qui à malo conuertitur. ¶ Tertio dico, quod ille est spiritualiter fortis, qui in cœlo erigitur. Sicut n. turris, quę in alto loco situatur, fortior, vt communiter, reputatur quia sc. hostes non possunt ita faciliter ipsam cum suis machinis impugnare, sic vere homo quando sursum in paradiso per contemplationem est erectus, tunc fortis est spiritualiter, & robustus, & ab hostiũ spiritualium machi[n]is, i. tentationib. satis tutus, quod ostenditur, cum dicitur. Assument pennas vt aquilæ 2. Reg. 1. *Aquilis velociores, leonib. fortiores.* Pennæ n. aquilę, per quas in altum fertur significant virtutem contemplationis, quæ hominem eleuat mentaliter ad æterna, & dicuntur pennæ aquilæ, quia s. tria sunt genera aquilarum, vnum videl. quod rapit in terra, aliud quod rapit in aqua, aliud quod rapit sursum in aëre, inter quas illæ, quæ sursum in aëre rapiunt, iudicantur nobiliores, fortiores animosiores, sicut dicit Aristot. Apes etiam, quæ in montib. pascantur fortiores & velociores esse dicuntur, quam illæ quæ in vallibus conuersantur, sic proculdub. tria sunt genera bonorum hominum, quia sc. quidam prędam æternę vitæ quærunt in terra: isti sũt boni actiui, qui terrena ministrando lucrantur vitam æternam, illud Pro. 12. *Qui operatur terram suam, saturabitur panib.* Alij sunt, qui istam prædam quærunt in aqua & isti sunt boni doctores & clerici, qui in aqua scripturæ versantes, æternam vitam laborando mereantur. Alij sunt qui istam prædam quærunt in aëre, & isti sunt boni contemplatiui, qui sc. sursum in aëre paradisi per iugem meditationem & contemplationem morantur, de quibus dicitur Deu. 33 *Habitaculum eius sursum.* Isti sunt apes, quæ pascuntur de floribus mõtanorum, quia contemplatiui iam nutriuntur de florib. i. e. de gaudiis cœlestium regionũ, iuxta illud Ez. 34. *In excelsis montibus Israel pascam eas, ibi erunt in herbis virentib.* Quid vltra? pro certo dico charissimi, quod tales cõtemplatiui sunt cæteris fortiores, & in bono constãtiores, & perfectiores, & ad bona opera velociores, & ad resistendum tentationib. & ad subsistendũ tribulationib. aptiores. Ideo dicitur Esa. 51. *Consurge, consurge, induere fortitudinem brachium Domini Sion.* Vnde de quolibet tali potest dici illud Apoc. 14. *Vidi Angelum Dei fortem volantem per medium cœli.* Assument ergo pennas vt aquilæ. Vnde Apoc. 8. *Audiui vocẽ vnius aquilæ volantis per medium cœlum.* Sic ergo patet, quod spiritualem fortitudinem introducit æternorum contemplatio, peccatorum detestatio, robustorum amplexatio, seu Dei & sanctorum fiducia & inuocatio. Isti ergo sunt fortes, qui digni sunt.

Hosti resistere,
Regi assistere,
Tute persistere,
Cœpta perficere,
Nunquam deficere,
Semper proficere.

Illa enim est fortitudo moralis & virtualis, quæ hosti fortiter resistit 1. Petri *Cui resistite fortes in fide* sc. aduersario & ad Heb. 11. *Conualuerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello, castra verterũt exterorum.* ¶ Item regi sc. Christo feruenter assistit. Can. 3 *En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel omnes tenentes gladios* Item tute & secure persistit. Vir enim fortis semper est securus & tutus. Pro. 30. *Leo fortissimus bestiarum ad nullius pauebit occursum.* ¶ Item bonum opus complet & perficit ad fortem enim oportet operari 1. Paral. 9. *Fortissimi robore ad faciendum opus* Item perseuerat, & nunquam deficit. Vnde de viro forti, duro & perseuerante dicitur Esa. 40. *Forte lignum & imputribile elegit sibi artifex sapiens*, & Amos 2. *Altitudo cedrorum sublimitas eius, fortis ipse quasi quercus.* Item in melius valet, & proficit. Vnde illud Hier. 20. *Fortior fuisti & inualuisti.* & 2. Reg. 1. *Aquilis velociores, leonib. fortiores.* Sed proculdubio videtur, quod hodie talis spiritualis fortitudo cessauit, & fugit à nobis & recessit. De Samsone enim legitur quod *cum capillos per Dalilam perdidisset recessit ab eo fortitudo* sicut dicitur Iud. 16. Sic vere video quod Dalila siobunda, i. caro cęsariem virtutum multis subtrahit, & sic ab eis omnem fortitudinem tollit. Vnde Prou. 7. dè mala muliere dicitur quod *fortissimi quiq. ab ea interfecti sunt.* Nos enim non sumus fortes, sed potius infirmi & vacillantes. Amos 2. *Peribit fuga à veloce, & fortis non obtinebit virtutem suam.* Non sic, sed simus spiritualiter fortes & in bene agendo & mala tolerando validi & potentes 2. Reg. 2. *Confortentur manus vestræ, & estote filij fortitudinis.* Et hęc de bona fortitudine sufficiunt.

# Fragilis. Fragilitas. debilis. debilitas.

Nota, quod in scriptura reperitur triplex fragilitas, seu debilitas, videlicet. A

Fragilitas { Naturalis quæ est meditanda, Temporalis, quæ est supportanda, Criminalis, quæ euitanda.

¶ Primo ergo est quædam fragilitas naturalis, quę debet iugiter meditari. Et ista est illa, qua *sensus & cogitatio hominis prona sunt in malum ab adolescentia sua.* Genes. 8. In castro n. obsesso partes magis debiles sæpius reuisantur, & diligentius muniuntur. In corpore etiam humano cum oculus sit membrũ delicatissimæ & fragilissimæ conditionis, ideo diligentius custoditur quoniam etiam ipsa natura ipsum voluit diligentius custodire inquantum ipsum in concauitate voluit ossium claudere, & palpebris operire. Ista est ergo veritas, quod res fragiliores diligentius debẽt seruari, & sæpius visitari. Sic vere dico, quod cum castrum personę nostræ, & ẽt oculus mentis nostrę duplicem habeat portionem, videlicet quandam magis fortem, quę est rationabilitas, aliam debilem, quæ est sensualitas, sẽper debemus circa fragilitatẽ istius intendere, & eam per iugem meditationẽ continue visitare. Considerari n. fragilitas debet, vt humilitas cõcipiatur ne superbiat, & vt præcaueatur ne cadat, Esa. 35. *Confortate manus dissolutas, genua debilia roborate.* Et de tali cõsideratione quomodo proficit, vide supra in titulo de cõsideratione & similibus. Ista est ergo quædam fragilitas naturalis, quæ debet iugiter meditari. ¶ Secundo dico, quod inuenitur B quædam fragilitas tẽporalis, quæ debet dulciter supportari. Et ista est debilitas, qua quis est debilis corporaliter per infirmitatẽ vel tẽporaliter, per paupertatẽ. Talis n. infirmitas est à fortib. perfectis & diuitib. supportanda, & misericorditer subleuanda, quia pro certo tales fragiles & debiles vult Dominus per eleemosynam sustentari, vult dominus à ditioribus honorari. Vult ergo vt per eleemosynas sustententur. Lu. 14. *Cum facis conuiuium, voca pauperes & debiles, claudos & cæcos, & beatus eris.* Itẽ vult quod à diuitibus honorentur, exemplo Dauid, qui Mephiboseth debilem & claudum honorauit & in mensa sua sedere fecit, & huc quia erat filius Ionathæ amici sui, sicut dicitur 2. Re. 4. In quo notatur, quod nullus bonus, & maxime amicus, consanguineus vel vicinus est, propter debilitatem status sui contemnendus, sed potius honorandus, sicut de Iuda & suis militibus dicitur 2. Mac. 8. quod *prædam omnibus diuiserũt æquam portionem debilibus, pupillis & viduis, sed & senioribus facientes.* Item vult quod secum in patria glorientur ideo dicitur Mat. 18 *Bonum est tibi ad vitam ingredi debilem & claudum, &c.* Ista est ergo debilitas C temporalis, quæ debet dulciter supportari ¶ Tertio est debilitas criminalis, quæ debet acriter castigari. Et ista est illa debilitas seu fragilitas, quam introducit infirmitas vitiorum. Infirmi enim solent esse fragiles, & se sustinere non valentes, & multas immunditias emittentes. Et ideo infirmi ad mensas nobilium non admittuntur, nec debiles, ac fragiles ad prælia deducuntur. Sic vere dico, quod peccatores vitiorum humoribus pressi, solent debilitatem incurrere, tentationibus & tribulationibus non subsistere, sed faciliter de peccato in peccatum cadere, & corruere, & tandem immunditias malorum operum emittunt. Quapropter contra dæmones prœliari non possunt, & ideo Deus & Sancti ipsos ad mensam Paradisi non recipiunt, sed eos reijciunt, & repellunt. Quod bene figuratum est Leu. 21. & 22. vbi personæ & animalia debilia informia & mutilata à diuino sacrificio repelluntur. Ideo dicitur Mal. 1. quod *maledictus est qui immolat domino debile.* & Deut. 15. *debile non immolabitur domino.* Multa & quasi infinita applicari possẽt fragilitati

gilitati morali, sed omnino deficiunt auctoritates vocales. Et ideo vide de infirmo, ægro & mobili.

A **Frangere.** Vide supra de titulo cõfringere. Cum fractio diuisionem & rei dissolutionem & totius liberi integritatis dissipationem designet, possum dicere, quod fractio in bono sumitur & in malo. Nota ergo, quod in scriptura reperitur

Fractio { virtuosa, / vitiosa, / dolorosa } qua frangitur { iustus, / stultus, / cunctus.

¶ Primo ergo est fractio iustorum, & ista est illa, qua iusti mentem frangunt diuino timore, qua iusti frangunt panem pauperum amore, qua iusti frangunt carnem pœnarum labore. Dico ergo quod mens iustorum frangitur per diuinum timoré, quia scilicet boni faciliter franguntur, & inclinantur ad bonum, & retrahuntur à malitia & obstinatione proterua. Scilicet per timorem concutientem vel per dulcorem allicientem. Et sic loquitur Prouerb. 15 vbi dicitur, quod *responsio mollis frangit iram.* ¶ Item dico, quod panis iustorum frangitur pauperum amore. Et sic dicitur Esa. 58. *Frange esurienti panem tuum. &c.* Et 1. Corin. 11. *Accepit panem, & benedicens fregit, & dixit, Accipite, & manducate, hoc est corpus &c.* Talis enim fractio & bonorum terrenorum diuisio mentem illuminat ad Deum cognoscendum Luc. 24. *Cognouerunt Dominum in fractione panis.* Talis fractio Christum lætificat. Vnde de Magdalena dicitur, quod *fracto alabastro effudit vnguentum super caput Iesu &c.* Mar. 14. Talis etiam fractio mentem fortificat. Vnde Actor. 27. dicitur, quod Paulus ieiunijs naufragantibus dixit, *Rogo vos accipere cibum.* Sequitur, *& cum fregisset, cœpit manducare.* Panis ergo iustorum frangitur per pauperum amorem. ¶ Item caro iustorum frangitur per pœnarum laborem, scilicet, per pœnitentiam vel martyrium. Iusti enim in vita ista voluerunt frangi, & lacerari, vt in alia vita redintegrarentur. Cribones enim de sua natura sunt valde frangibiles, & tamen præ cæteris rebus sunt imputribiles & incorruptibiles, quia scilicet illi, qui martyrio & pœnitentia franguntur, in æternum durare, & viuere dignoscuntur. Speculum enim quando frangitur, plures repræsentat imagines quam integrum faciebat, quia, scilicet, sancti per martyrium fracti & mortui, multo plures virtutum & miraculorum imagines repræsentant quam dum viuerent, faciebant. Fractio enim martyrum fuit salus & consolatio & consolidatio fidei, & confirmatio fidelium, ita quod quilibet potest dicere illud Rom. 11. *Fracti sunt rami, vt ego insererer.* Et reuera talis fractura tribulationum in vita æterna consolidatur, & firmitate perpetua roboratur. Vnde Dominus dixit Ezec. 34. *quod fractum fuerat alligabo, & quod infirmum fuerat*
B *consolidabo.* Sic ergo patet, quod inuenitur fractio istorum. ¶ Secundo dico, quod inuenitur fractio malorum. Mali enim malleo tentationis franguntur, & à soliditate constantiæ dissipantur. Apoc. 16. *Facta est ciuitas magna in tres partes,* & loquitur de Babylone, quia vere mali finaliter in tres partes franguntur in quantum intus, quoad culpam, exterius, quo ad temporalem pœnam, & posterius quo ad æternam miseriam dissipantur. Esa. 22. *Frangetur, & cadet, & peribit.* Et nota, quod faciliter franguntur illi, qui sunt vacui, qui sunt fatui, qui sunt ardui. De vacuis, qui virtutibus carent, dicitur Ezec. 29. *Quando apprehenderunt te manu confractus es,* & loquitur de baculo arundineo interius concauo. De fatuis dicitur Eccl. 21. *Cor fatui quasi vas confractum.* De arduis vero, id est, superbis dicitur Iudith. 2. quod *Holofernes*
C *fregit omnes ciuitates excelsas.* Hæc est ergo fractio malorum. ¶ Tertio est fractio cunctorum, scilicet, mors. Hier. 30. *Insanabilis fractura tua &c.* Sufficit.

A **Frater. Fraternitas.** Nota quod frater est nomen communitatis, vnitatis, & æqualitatis, charitatis, & societatis. Significat ergo frater, vt communiter in bono quamuis aliquoties signet in malo. Per fratres enim generaliter intelliguntur illi, qui æquales in conditione, successione, & dilectione. Et ideo fratres spirituales possunt dici illi.

Qui eiusdem sunt { Religionis, / Communicationis, / Fidei, & professionis.

Sicut enim fratres solent æqualiter diuidere, veraciter diligere, concorditer habitare, vel conuiuere, sic vere nos omnes christiani, & maxime Ecclesiastici & religiosi debemus inter nos bona nostra communicare per mutuam distributionem, Pro. 17 *Inter fratres hæreditatem diuidet.* Debemus alter alterum diligere per mutuam affectionem. Prou. 18. *Vir amabilis ad societatem magis amicus erit quam frater.* Debemus concorditer conuersari & viuere per mutuam vnionem & coniunctionem. Vnde Psalm 132. *Ecce quam bonum & quam iucundum habitare fratres in vnum.* Exponamus ergo de spirituali fraternitate illud quod dictum est Gen. 13. *Ne quæso sit iurgium inter me & te, fratres enim sumus.* Videamus ergo, quod non possimus dici, fratres, quia.

Fratres { Faciliter reconciliantur, / Communiter simul conuersantur, / Æqualiter nobiles censentur.

Sic vere dico, quod inter nos debet concordia faciliter reformari (Ne quæso sit iurgium) Societas communiter frequentari (Inter me inquit & te) Nobilitas æqualiter reputari (Fratres enim sumus.) ¶ Dico ergo primo, quod fratres tam spirituales, quam temporales decet faciliter reconciliari (Ne quæso inquit sit iurgium) Illa enim, quæ sunt contra naturam, faciliter reuertuntur ad regulam naturalem. Vnde cum aqua secundum Isid. de sui natura habeat in superficie esse æqua, ideo si in casu aliquo moueatur faciliter postmodum tranquillatur, & quietatur. Sic vere cum fratres & naturales & spirituales habeant & debeant naturaliter in tranquillitate & pace viuere, ideo si aliqua occasione turbati fuerint vel commoti, statim debent inter se tranquillari, & reconciliari, & ad pristinam concordiam reuocari, exemplo Ioseph, qui quamuis à fratribus suis fuisset venditus atq; læsus, ipsis tamen fuit faciliter reconciliatus Gen. *Osculatus est Ioseph omnes fratres suos* (Ne quæso inquit sit iurgium
B q.d. Non decet vt illi, qui fraterno amore ligantur, aliquo iurgio moueantur. Et ideo *qui inter fratres seminat discordias, a Deo in sacra pagina reprobatur* Proue. 6. Talibus etiam comminatur scriptura Prou. 17. *Semper enim iurgia quærit malus,* Angelus autem crudelis mittetur contra eum (Ne quæso ergo sit iurgium) Et reuera charissimi, inter fratres non debet esse iurgium vel iurgium aliquale, sed pax seu concordia sempiterna. *Concordia enim fratrum est vnum de illis, quæ bene placida sunt sapientiæ* Eccl. 25. Et ideo illi, qui istum amorem rumpere conantur, pessimi esse præ cæteris comprobantur. Dicit enim Plin. quod bufo in dextro suo latere habet vnum os occultum, quod si in aqua feruenti fuerit positum, statim aqua desinit ebullire, paulatim refrigerata cessat totaliter à feruore. Sic vere charissimi multoties accidit, quod bufones, i. mali prælati & principes quandoque habent circa se in latere dextro aliquod os occultum i. occultos laterales consiliarios, detractores, & accusatores, qui reuera quando miscentur cum aqua feruenti, i. cum personis, quæ vero & feruenti amore se diligunt, ipsi pro certo suis detractionibus siue malis consilijs & machinationibus faciunt ipsos tepescere à feruore, & dilectione, atque introducto iurgio, & odio feruorem, & amorem faciunt in eis deficere, & cessare. Vnde de talibus bene consulitur Prou. 22. *Ejice derisorem, & exibit cum eo iurgium, cessabuntq; rixæ & contumeliæ.* ¶ Et si vis, nota, quod iurgia inter fratres & socios concitantur. C

Per { Superbiæ timorem, / Iactantiæ clamorem, / Inuidiæ liuorem, / Iracundiæ furorem, / Auaritiæ feruorem, / Gastrimargiæ sudorem, / Luxuriæ & immunditiæ fœtorem.

Dico, quod iurgia concitantur per superbiam præsumptuosam Vnde illud Prou. 13. *Inter superbos semper iurgia sunt,* & Gen. 31 *Tumens Iacob cum iurgio ait.* Item per iactantiã tumultuosã Pr. 28. *Qui se iactat vel dilatat iurgia concitat &c.* Item per inuidiam malitiosam Pro. 6. *Homo apostata, vir inutilis, terit pede, digito loquitur, ore peruerso graditur, & in omni tempore iurgia seminat.* Item per iracundiam seditiosam Pro. 25. *Quæ viderunt oculi tui, ne proferas in iurgio cito, ne forte pœniteas cum dehonestaueris amicum tuum.* Item per auaritiam ambitiosam. Constat n. quod diuitiæ sunt materia iurgiorum. Vnde Gen. 26. cum Abimelech dixisset Isaac, *Recede à nobis quia potentior nobis factus es:* sequitur statim: quod *inter ipsorum pastores factũ est iurgium,* quia sc. quilibet dicebat, nostra est aqua. ¶ Itẽ per gastrimargiam delitiosam Pr. 17. *Melior est buccella panis cum gaudio quam domus plena victimis cum iurgio,* & Exo. 17. *Iurgatus est populus contra Moysen, dicens da nobis hodie aquam vt bibamus &c.* Sequitur *Vocauit nomen loci illius tentatio propter iurgiũ* ¶ Item per luxuriam contagiosam Leu. 24. *Filij mulieris Israelitidis, quem pepererat de viro*

*Aegyptio*

*Aegyptio iurgatum est in castris cum viro Israelita.* Non sic ergo charissimi, non simus inuicem litigantes, sed conuenienter Exod. 17. *Quid iurgamini contra me?* Patet ergo, quod illi, qui temporaliter volunt esse fratres debent faciliter reconciliari. Vnde Mat. 18. *Si peccauerit in me frater meus dimittam ei septies, Et dixit illi Iesus Non dico tibi septies, sed vsque septuagesies septies.* Vnde Actor. 7. dicitur de Moyse, *quod ipse duobus litigantibus dixit viri fratres estis, ad quid nocetis alterutrum?* Debent ergo fratres faciliter reconciliari.

D ¶ Secundo dico, quod ipsi debent concorditer sibi sociari (Inquit inter me &c.) Ista enim præpositio inter, semper habet esse in medio duorum terminorum, solet enim in ordine orationis duas extremitates coniungere & ligare & sibi inuicem copulare, & signat copulam charitatis coniunctionis & societatis. Quia reuera quamuis simus diuersi termini, diuersæ extremitates, diuersæ personæ, quia tamen sumus eiusdem fraternitatis, ideo debemus inuicem copulari, & per charitatem & amicitiam colligari. Inter me inquit & te. De isto inter, dicitur Prouerbior. 17. *Seruus sapiens, inter fratres hereditatem diuidet &c.* Et Ioan. 21. Exijt sermo inter fratres. Sed quid? pro certo charissimi, paucæ sunt hodie inter fratres amicitiæ, societates & fidelitates, imo quod necessarium est, sunt hodie inter eos odia, inuidiæ, contrarietates. Dicitur enim Hierem. 9. *Vnusquisque à proximo suo se custodiat, & in omni fratre suo non habeat fiduciam, quia omnis frater supplantans supplantabitur & omnis amicus fraudulenter incedet, & veritatem non loquetur.* Miche. 7. Vir fratrem suum venatur ad mortem: & Inimici hominis domestici eius. Ista enim videmus hodie ad sensum quia sicut inter canes nullus viget fraternitatis amor, quinimo quamuis sint vel fuerint ex eodem patre & matre nati, solent tamen multoties se mordere, & cibũ alter alteri auferre, & alter alterum sicut extraneum impugnare, sic vere multi sunt hodie ita rabidi & canini, quod inter se charitatem, & amicitiam non possunt habere, imo quamuis sint eiusdem fraternitatis, tamen non habent inter se concordiam vel amorem, sed odium, inuidiam, & rancorem, alter enim bona alterius prædari conatur, alter alterum per detractionem occidere molitur, alter etiam in alterum per lites & iurgia debacchatur. Et breuiter, verum est hodie, quod dicitur Hierem. 12. *Fratres tui & domus patris tui pugnauerunt aduersum te.* Istud potissime videmus de pauperibus quos nec fratres nec amici dignantur respicere, iuxta illud Prouerbior. 19. *Fratres pauperis hominis oderunt eum, & insuper & amici eius longe recesserunt ab eo.* Vnde quilibet pauper potest dicere illud Psalm. 68 *Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus filijs matris meæ.* Non sic ergo charissimi, sed simus concordes, communes, & sociales. (Inter me inquit & te) Vnde Zach. 6. *Consilium pacis erit inter illos.* & Iob.
E 42. *Dedit eis pater earum hæreditatem inter fratres suos* Illi ergo debent concorditer sibi sociari. ¶ Tertio dico, quod illi, qui naturaliter seu spiritualiter sunt fratres, debent æqualiter nobiles vocari, vel debent æqualiter à patre ditari. Fratres enim inquit sumus (Fratres inquantum fratres, & maxime si sint legitimi fratres participant eadem nobilitatem, vt quia nati sunt de eisdem parentibus. Item ipsi admittuntur ad eandem hæreditatem, quia quamuis admittantur secundum diuersos gradus, omnes tamen ad ipsam admittuntur. Sic vere charissimi, illi, qui sunt fratres in eadem fide, religione, vel Ecclesia, videntur esse eiusdem nobilitatis, quia, scilicet, vnus pater, vnus Deus, vel vnus prælatus, vel vnius religionis, vel Ecclesiæ fundator, vna etiam mater scilicet, vna fides, Ecclesia vel religio ipsos generat, concipit, atque portat. Vnde Genes. 42. *Duodecim fratres sumus, filij vnius hominis.* Vnde etiam hæreditas eis debetur, scilicet hæreditas gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro. Vnde de Christo potest dici illud Num. 27. *Habebit successores fratres suos.* Et ideo pro certo dico, quod isti debent æqualiter nobiles vocari, vel æqualiter à patre ditari. Debemus enim ad hæreditatem gratiæ seu gloriæ æqualiter seu generaliter paratos admittere, quamuis non ad æquales portiones, sicut de Ioseph habemus Gen. 43. qui fratres suos ad mensam & conuiuium generaliter admisit, non tamen æqualiter omnibus diuisit, quia, scilicet, *fratri suo vterino Beniamin dedit maiorem & meliorem cæteris portionem.* Sic vere Christus licet omnes homines bonos ad mensam gratiæ vel gloriæ recipiat, æquales tamen portiones non omnibus donat, quia sicut dicitur 1. Cor. 12. *Diuisiones gratiarum sunt, vnus autem spiritus diuidens singulis prout vult.* Fratribus enim veterinis, id est, personis magis Sanctis & iustis solet abundantius ministrare, iuxta illud Nu. 33. *Pluribus latiorem partē dabitis* Debemus ergo similiter à patre ditari, quia fratres, inquit, sumus. Gen. 32. *Duodecim sumus tui fratres sumus.* Atque si vis, inuehe hic contra fratres spurios, qui nihil participant de hæreditate, sicut supra de filijs. Infer etiam quomodo prælati, qui sunt spirituales fratres debēt alios visitare, castigare, informare, solidare, & sublimare. Visitare dico, de illis & eorum defectib. inquirendo. Re. 17. *Fratres tuos visitabis si recte agant* & Gen. 37. *Fratres meos quæro, indica mihi vbi pascant greges.* Item castigare eorum crimina puniēdo. Vnde Mar. 18. *Si peccauerit in te frater tuus, corripe eũ* Itē informare, docēdo & prædicando. Ps. 21. *Narrabo nomē tuũ fratrib. meis.* Itē solidare ipsos salubriter cōsolando Lu. 22. *Tu aliquādo cōuersus cōfirma fratres tuos* Itē sublimare ipsos benigniter promouendo Za. F
7. *Misericordiā & miseratiõ facite vnusquisq. cũ proximo suo fratre &c.* ¶ Et si vis, adhuc potes dicere, quod frater in bono significato est.

Nomen {
Consolationis,
Supportationis,
Eruditionis,
Enutritionis,
Iubilationis,
Fœderationis,
Dilectionis.

Bonus, n. frater solet consolare miseros & flebiles, exemplo, sc. Assueri, qui Hester, scilicet timorosam consortans, dicebat, *quid habes Hester? Ego sum frater tuus.* Hest. 15. Item solet supportare fractos & debiles Prou. 18. *Frater, qui adiuuatur à fratre tanquam ciuitas firma.* Ideo Gal. 6. dicitur. *Fratres si occupatus fuerit homo in aliquo delicto alter alterius onera portate.* Itē solet informare rudes & inhabiles, Col. 4. *Omnia nota faciet vobis Tychicus charissimus frater vester.* Itē solet impugnare pauperes & steriles 2. Pari. 35. *Fratres eorum Leuitæ parauerunt eis cibos.* Item solet enarrare laudes mirabiles, scil. laudando Deum & sanctos Psalm. *Narrabo nomen tuum fratribus meis in medio Ecclesiæ laudabo te.* Item solet procurare nexus amabiles. Psalm. *Ecce quam bonum & quam iucundum habitare fratres in vnum.* Item solet adamare iustos & humiles. 2 Reg. 1. *Doleo super te, frater mi, Ionatha, decore & amabilis* Sequitur. *Sicut mater vnicum filium, ita te diligebam* ¶ Sed pro certo hodie inueniuntur in religione & alibi multi fratres contrariæ conditionis, Nam inueniuntur.

Fratres {
Falsi & proditiosi,
Discordes & seditiosi,
Dyscoli & litigiosi,
Queruli & iniuriosi,
Insolentes & impetuosi,
Voraces & gulosi,
Ingrati & obliuiosi,
Ignari & tenebrosi,

¶ Item, quod sint falsi & proditiosi, patet 2 Cor. 11 vbi Apostolus dicit quod *periculum in falsis fratribus.* Vnde de Hypocritis etiam dicitur Gal. 2. quod *falsi fratres subintrauerunt explorare libertatem nostram.* Item quod sint discordes & seditiosi patet Hier. 13. vbi dicitur, *Dispergam eos virum à fratre suo.* Itē quod sint rebelles & litigiosi, patet Et. 19. vbi dicitur, *Pugnabit vir contra fratrem suũ,* Item quod sint queruli & iniuriosi, patet in Ps. 49. Vbi dicitur, *Sedēs aduersus fratrem tuum loquebaris.* Itē quod sint insolētes & impetuosi patet 2. Th. 3. *Subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate.* Itē quod sint voraces & valde gulosi, patet Iob 2. vbi dicitur, quod cum filij Iob biberent vinum in domo fratris sui primogeniti, oppressi sunt. Item quod sint ingrati & obliuiosi, patet in Psalm. vbi pauper dicit, *Extraneus factus sum fratribus meis. & peregrinus filijs matris meæ.* & Deut. 33. *Dixit patri suo & matri suæ, nescio vos, & fratribus suis ignoro illos.* Item quod sint ignari & non studiosi, patet Hierem. vbi dicitur, *Non docebit vltra vir proximum suum & fratrem suum.* Non sic, sed simus boni fratres, dulces, amabiles, & cōcordes Psalm. *Propter fratres meos & proximos meos loquebar pacem de te.* Patet ergo, quod fratres tam naturales, quam spirituales debēt faciliter reconciliari, concorditer sibi sociari, æqualiter à patre ditari Et hoc de fratrib. sufficit. Vide supra de fœdus, quia eadem videtur esse materia.

## Fraus. Fraudare.

Nota quod fraus, deceptio, dolus fallacia & malitia, pro eodem supponunt. Est autem fraus quando quis præter intentionem suam per aliquam apparentiam falsam decipitur ab altero. Fraudulenti enim semper solent fraudem & deceptionem suam sub aliquo veritatis vel amicitiæ velamine tegere, vt possint simpliciter non præcauentes in periculum præcipitare & inducere. Si- A

militẽ

gilitati morali, sed omnino deficiunt auctoritates vocales. Et ideo vide de infirmo, ægro & mobili.

A **Frangere.** Vide supra de anulo cōfringere. Cum fractio diuisionem & rei dissolutionem & cuius libet integritatis dissipationem designet, possum dicere, quod fractio in bono sumitur & in malo. Nota ergo, quod in scriptura reperitur

Fractio { virtuosa, vitiosa, dolorosa } qua frangitur { iustus, stultus, cunctus.

¶ Primo ergo est fractio iustorum, & ista est illa, qua iusti mentem frangunt diuino timore, qua iusti frangunt panem pauperum amore, qua iusti frangunt carnem pœnarum labore. Dico ergo quod mens iustorum frangitur per diuinum timorē, quia scilicet boni faciliter franguntur, & inclinantur ad bonum, & retrahuntur à malitia & obstinatione proterua. Scilicet per timorem concutientem vel per dulcorem allicientem. Et sic loquitur Prouerb. 15 vbi dicitur, quod *responsio mollis frangit iram.* ¶ Item dico, quod panis iustorum frangitur pauperum amore. Et sic dicitur Esa. 58. *Frange esurienti panem tuum. &c.* Et 1. Corin. 11. *Accepit panem, & benedicens fregit, & dixit, Accipite, & manducate, hoc est corpus &c.* Tales enim fractio & bonorum terrenorum diuisio mentem illuminat ad Deum cognoscendum Luc. 24. *Cognouerunt Dominum in fractione panis.* Talis fractio Christum lætificat. Vnde de Magdalena dicitur, quod *fracta alabastro effudit vnguentum super caput Iesu &c.* Mat. 14. Talis etiam fractio mentem fortificat. Vnde Actor. 27. dicitur, quod Paulus ieiunijs naufragantibus dixit, *Rogo vos accipere cibum.* Sequitur, *& cum fregisset, cœpit manducare.* Panis ergo iustorum frangitur per pauperum amorem. ¶ Item caro iustorum frangitur per pœnarum laborem, scilicet, per pœnitentiam vel martyrium. Iusti enim in vita ista voluerunt frangi, & lacerari, vt in alia vita redintegrarentur. Carbones enim de sua natura sunt valde frangibiles, & tamen præ cæteris rebus sunt imputribiles & incorruptibiles, quia scilicet illi, qui martyrio & pœnitentia franguntur, in æternum durare, & viuere dignoscuntur. Speculum enim quando frangitur, plures repræsentat imagines quam integrum faciebat, quia, scilicet, sancti per martyrium fracti & mortui, multo plures virtutum & miraculorum imagines repræsentant quam dum viuerent, faciebant. Fractio enim martyrum fuit salus & consolatio & consolidatio fidei, & confirmatio fidelium, ita quod quilibet potest dicere illud Rom. 11. *Fracti sunt rami, vt ego inserar.* Et reuera talis fractura tribulationum in vita æterna consolidatur, & firmitate perpetua roboratur. Vnde Dominus dixit Ezec. 34. *quod fractum fuerat alligabo, & quod infirmum fuerat*

B *consolidabo.* Sic ergo patet, quod inuenitur fractio istorum. ¶ Secundo dico, quod inuenitur fractio malorum. Mali enim malleo tentationis franguntur, & à soliditate constantiæ dissipantur. Apoc. 16. *Facta est ciuitas magna in tres partes,* & loquitur de Babylone, quia vere mali finaliter in tres partes franguntur in quantum intus, quo ad culpam, exterius, quo ad temporalem pœnam, & posterius quo ad æternam miseriam dissipantur. Esa. 22. *Frangetur, & cadet, & peribit.* Et nota, quod faciliter franguntur illi, qui sunt vacui, qui sunt fatui, qui sunt ardui. De vacuis, qui virtutibus carent, dicitur Ezec. 29. *Quando apprehenderunt te manu confractus es,* & loquitur de baculo arundineo interius concauo. De fatuis dicitur Eccl. 21. *Cor fatui quasi vas confractum.* De arduis vero, id est, superbis dicitur Iudith. 2. quod *Holofernes*

C *fregit omnes ciuitates excelsas* Hæc est ergo fractio malorum. ¶ Tertio est fractio cunctorum, scilicet, mors. Hier. 30. *Insanabilis fractura tua &c.* Sufficit.

A **Frater. Fraternitas.** Nota quod frater est nomen communitatis, vnitatis, & æqualitatis, charitatis, & societatis. Significat ergo frater, vt communiter in bono quamuis aliquoties signat in malo. Per fratres enim generaliter intelliguntur illi, qui æquales in conditione, successione, & dilectione. Et ideo fratres spirituales possunt dici illi,

Qui eiusdem sunt { Religionis, Communicationis, Fidei, & professionis.

Sicut enim fratres solent æqualiter diuidere, veraciter diligere, concorditer habitare, vel conuiuere, sic vere nos omnes christiani, & maxime Ecclesiastici & religiosi debemus inter nos bona nostra communicare per mutuam subuentionem, Pro. 17 *Inter fratres hereditatem diuidet.* Debemus alter alterum diligere per mutuam affectionem. Prou. 18. *Vir amabilis ad societatem magis amicus erit quam frater.* Debemus concorditer conuersari & viuere per mutuam vnionem & coniunctionem. Vnde Psalm. 132. *Ecce quam bonum & quam iucundum habitare fratres in vnum.* Exponamus ergo de spirituali fraternitate illud quod dictum est Gen. 13. *Ne quæso sit iurgium inter me & te, fratres enim sumus.* Videamus ergo, quod non possimus dici, fratres, quia.

Fratres { Faciliter reconciliantur, Communiter simul conuersantur, Æqualiter nobiles censentur.

Sic vere dico, quod inter nos debet concorditas faciliter reformari (Ne quæso sit iurgium) Societas communiter frequentari (Inter me inquit & te) Nobilitas æqualiter reputari (Fratres enim sumus.) ¶ Dico ergo primo, quod fratres tam spirituales, B
quam temporales decet faciliter reconciliari (Ne quęso inquit sit iurgium) Illa enim, quæ sunt contra naturam, faciliter reuertuntur ad regulam naturalem. Vnde cum aqua secundum Isid. de sui natura habeat in superficie esse æqua, ideo si in casu aliquo moueatur faciliter postmodum tranquillatur, & quietatur. Sic vere cum fratres & naturales & spirituales habeant & debeant naturaliter in tranquillitate & pace viuere, ideo si aliqua occasione turbati fuerint vel commoti, statim debent inter se tranquillari, & reconciliari, & ad pristinam concordiam reuocari, exemplo Ioseph, qui quamuis à fratribus suis fuisset vēditus atq; læsus, ipsis tamen fuit faciliter reconciliatus Gen. 45. *Osculatus est Ioseph omnes fratres suos* (Ne quæso inquit sit iurgium) q.d. Non decet vt illi, qui fraterno amore ligantur, aliquo iurgio moueantur. Et ideo *qui inter fratres seminat discordias, à Deo in sacra pagina reprobatur* Proue. 6. Talibus etiam comminatur scriptura Prou. 17. *Semper enim iurgia quærit malus,* Angelus autem crudelis mittetur contra eum (Ne quæso ergo sit iurgium) Et reuera charissimi, inter fratres non debet esse iurgium vel litigium aliquale, sed pax seu concordia sempiterna. *Concordia enim fratrum est vnum de illis, quæ bene placida sunt sapientiæ* Eccl. 25. Et ideo illi, qui istum amorem rumpere conantur, pessimi esse præ cæteris comprobantur. Dicit enim Plin. quod bufo in dextro suo latere habet vnum os occultum, quod si in aqua feruenti fuerit positum, statim aqua desinit ebullire, paulatim refrigerata cessat totaliter à feruore. Sic vere charissimi multoties accidit, quod bufones, i. mali prælati & principes quandoque habent circa se in latere dextro aliquod os occultum i. occultos lateraLes consiliarios, detractores, & accusatores, qui reuera quando miscentur cum aqua feruenti, i. cum personis, quæ vero & feruenti amore se diligunt, ipsi pro certo suis detractionibus siue malis consilijs & machinationibus faciunt ipsos tepescere à feruore, & dilectione, atque introducto iurgio, & odio feruorem, & amorem faciunt in eis deficere, & cessare. Vnde de talibus bene consulitur Prou. 22. *Eijce derisorem, & exibit cum eo iurgium, cessabuntq; rixæ & contumeliæ.* ¶ Et si vis, nota, quod iurgia inter fratres & socios concitantur. C

Per { Superbiæ timorem, Iactantiæ clamorem, Inuidiæ liuorem, Iracundiæ furorem, Auaritiæ feruorem, Gastrimargiæ fœdorem, Luxuriæ & immoditiæ fœtorem.

Dico, quod iurgia concitantur per superbiam præsumptuosam Vnde illud Prou. 13. *Inter superbos semper iurgia sunt,* & Gen. 31 *Tumēs Iacob cum iurgio ait.* Item per iactantiā tumultuosā Pr. 28. *Qui se iactat vel dilatat iurgia concitat &c.* Item per inuidiam malitiosam Pro. 6. *Homo apostata, vir inutilis, terit pede, digito loquitur, ore peruerso graditur, & in omni tempore iurgia seminat.* Item per iracundiam seditiosam Pro. 25. *Quæ viderunt oculi tui, ne proferas in iurgio cito. ne forte pœniteas cum dehonestaueris amicum tuum.* Item per auaritiam ambitiosam. Constat n. quod diuitiæ sunt materia iurgiorum. Vnde Gen. 26. cum Abimelech dixisset Isaac, *Recede à nobis quia potentior nobis factus es:* sequitur statim: quod *inter ipsorum pastores factū est iurgium,* quia sc. quilibet dicebat, nostra est aqua. ¶ Itē per gastrimargiam delitiosam Pr. 17. *Melior est buccella panis cum gaudio quam domus plena victimis cum iurgio,* & Exo. 17. *Iurgatus est populus contra Moysen, dicens da nobis hodie aquam vt bibamus &c.* Sequitur *Vocauit nomen loci illius tentatio propter iurgiū* ¶ Item per luxuriam coniugiulam Leu. 24. *Filius mulieris Israelitidis, quem pepererat de viro*

*Aegyptio*

[illegible] *[illegible] astra cum [illegible] rachita.* Non sic ergo charis[illegible] in [illegible], sed conuenientes Exod. 17. [illegible] ergo, quod illi, qui temporaliter [illegible] debent [illegible] ter reconciliari. Vnde Mat. 18. *[illegible] frater [illegible] mittam ei septies, Et dixit illi Iesus Non [illegible] septies.* Vnde Actor. 7. dicitur *quod ipse [illegible] litigantibus dixit viri fratres estis, ad quod [illegible] alterutrum* Debent ergo fratres faciliter reconciliari. [illegible] dico, quod ipsi debent concorditer sibi sociari (In-

D [illegible] ter me &c. Ista enim [illegible] præpositio inter, semper habet esse [illegible] duorum terminorum, solet enim in ordine oratio[illegible] extrem[illegible] tates coniungere & ligare & sibi inuicem co[illegible] copulam charitatis coniunctionis & societa[illegible] quamuis simus diuersi termini, diuersæ exte[illegible] personæ, quia tamen sumus eiusdem fraterni[illegible] emus inuicem copulati, & per charitatem & a[illegible] gati Inter me inquit & te. De isto inter, dicitur [illegible] *Seruus sapiens, inter fratres hereditatem diuidet &c.* [illegible] sermo inter fratres. Sed quid? pro certo cha[illegible] paucæ sunt hodie inter fratres amicitiæ, societates & [illegible], [illegible] quod [illegible] latum est, sunt hodie inter eos odia, in[illegible] tates. Dicitur enim Hierem. 9. *Vnusquisque à [illegible], & in omni fratre suo non habeat fiduciam, quia [illegible] supplantabitur & omnis amicus fraudulenter [illegible] non loquetur.* Miche. 7. Vir fratrem suum ve[illegible] & inimici hominis domestici eius. Ista enim vide[illegible] ad [illegible] quia sicut inter canes nullus viget [illegible], quinimo quamuis sint vel fuerint ex eodem patre & [illegible] nati, solent tamen multoties se mordere, & cibū alter alteri auferre, & alter alterum sicut extraneum impugnare, sic [illegible] sunt hodie ita rabidi & canini, quod inter se charitatem & [illegible] non possunt habere, imo quamuis int [illegible] fraternitatis, tamen non habent inter se concordiam [illegible] tem, sed odium, inuidiam, & rancorem, alter [illegible] prædari conatur, alter alterum per detra[illegible] me, alter etiam in alterum per lites & [illegible] debacchatur. Et breuiter, verum est hodie, quod dicitur [illegible] em. [illegible] *Fratres tui & domus patris tui pugnauerunt aduersus te.* [illegible] potissime videmus de pauperibus quos nec fratres nec a[illegible] dignantur respicere, iuxta illud Prouerbior. 19. *Fratres pauperis hominis oderunt eum, & insuper amici eius longe recesserunt ab eo.* Vnde quilibet pauper potest dicere illud Psalm. 68 *Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus filiis matris meæ.* Non sic ergo cha[illegible] simus concordes, communes, & sociales. (Inter me [illegible] & te Vnde Zach. 6. *Consilium pacis erit inter illos.* & Iob.

E 42. *Dedit eis pater earum hereditatem inter fratres suos* Illi ergo de[illegible] concorditer sibi sociari ¶ Tertio dico, quod illi, qui naturaliter seu spiritualiter sunt fratres, debent æqualiter nobiles vocari, vel debent æqualiter à patre ditari. Fratres enim inquit [illegible] Fratres inquantum fratres, & maxime si sint legitimi fratres participant eandem nobilitatem, vt quia nati sunt de eisdem parentibus. Item ipsi admittuntur ad eandem hæreditatem, quia quamuis admittantur secundum diuersos gradus, omnes tamen ad ipsam admittuntur. Sic vere charissimi, illi, qui sunt fratres in eadem fide, religione, vel Ecclesia, videntur esse eiusdem nobilitatis, quia, scilicet, vnus pater, vnus Deus, vel vnus prælatus, vel vnius religionis, vel Ecclesiæ fundator, vna etiam mater scilicet, vna fides, Ecclesia vel religio ipsos generat, concipit, atque portat. Vnde Genes. 42. *Duodecim fratres sumus, filij viri vnius.* Vnde etiam hæreditas eis debetur, scilicet hæreditas gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro. Vnde de Christo potest dici illud Num. 27. *Habebit successores fratres suos.* Et ideo pro certo dico, quod isti debent æqualiter nobiles vocari, vel æqualiter à patre ditari. Debemus enim ad hæreditatem gratiæ seu gloriæ æqualiter seu generaliter paratos admittere, quamuis non ad æquales portiones, sicut de Ioseph habemus Gen. 43. qui fratres suos ad mensam & conuiuium generaliter admisit, non tamen æqualiter omnibus diuisit, quia, scilicet, *fratri suo vterino Beniamin dedit maiorem & meliorem cæteris portionem.* Sic vere Christus licet omnes homines bonos ad mensam gratiæ vel gloriæ recipiat, æquales tamen portiones non omnibus donat, quia sicut dicitur 1. Cor. 12. *Diuisiones gratiarum sunt, vnus autem spiritus diuidens singulis prout vult.* Fratribus enim vterinis, id est, personis magis Sanctis & iustis solet abundantius ministrare, iuxta illud Nu. 33. *Pluribus latiorem partē dabitis.* Debemus ergo similiter à patre ditari, qui fratres, inquit, sumus Gen. 22. *Duodecim serui tui fratres sumus.* Atque si vis, inuehe hic contra fratres spurios, qui nihil participant de hæreditate, sicut supra de filijs. Infer etiam quomodo prelati, qui sunt spirituales fratres debent alios visitare, castigare, informare, solidare, & sublimare. Visitare dico, de illis & eorum defectib. inquirendo 1. Re. 17. *Fratres tuos visitabis si recte agant* & Gen. 37. *Fratres meos quæro, indica mihi vbi pascant greges.* Item castigare eorum crimina puniēdo. Vnde Mat. 18. *Si peccauerit in te frater tuus, corripe eū* Itē informare, docēdo & prædicando, Ps. 21. *Narrabo nomē tuū fratrib. meis.* Itē solidare ipsos salubriter cōsolando Lu. 22. *Tu aliquādo cōuersus cōfirma fratres tuos* Itē sublimare ipsos benigniter promouendo Za. 7. *Misericordiā & iudiciū facite vnusquisq; cū proximo suo fratre &c.* ¶ Et F si vis, adhuc potes dicere, quod frater in bono significatio est.

Nomen {
- Consolationis,
- Supportationis,
- Eruditionis,
- Enutritionis,
- Iubilationis,
- Fœderationis,
- Dilectionis.

Bonus, n. frater solet consolare miseros & flebiles, exemplo, sc. Assueri, qui Hester, scilicet timorosam confortans, dicebat, *quid habes Hester? Ego sum frater tuus.* Hest. 15. Item solet supportare fractos & debiles Prou. 18. *Frater, qui adiuuatur à fratre tanquam ciuitas firma.* Ideo Gal. 6. dicitur. *Fratres si occupatus fuerit homo in aliquo delicto alter alterius onera portate.* Itē solet informare rudes & inhabiles, Col. 4. *Omnia nota faciet vobis Tychicus charissimus frater vester.* Itē solet impugnare pauperes & steriles 1. Pari. 35. *Fratres eorum Leuitæ parauerunt eis cibos.* Item solet enarrare laudes mirabiles, scil. laudando Deum & sanctos. Psalm. *Narrabo nomen tuum fratribus meis in medio Ecclesiæ laudabo te.* Item solet procurare nexus amabiles. Psalm. *Ecce quam bonum & quam iucundum habitare fratres in vnum.* Item solet adamare iustos & humiles. 2 Reg. 1. *Doleo super te, frater mi, Ionatha, decore & amabilis.* Sequitur. *Sicut mater vnicum filium, ita te diligebam* ¶ Sed pro certo hodie inueniuntur in religione & alibi multi fratres contrariæ conditionis, Nam inueniuntur.

Fratres {
- Falsi & proditiosi,
- Discordes & seditiosi,
- Dyscoli & litigiosi,
- Queruli & iniuriosi,
- Insolentes & impetuosi,
- Voraces & gulosi,
- Ingrati & obliuiosi,
- Ignari & tenebrosi,

¶ Item, quod sint falsi & proditiosi, patet 2 Cor. 11 vbi Apostolus dicit quod *periculum in falsis fratribus.* Vnde de Hypocritis etiam dicitur Gal. 2. quod *falsi fratres subintrauerunt explorare libertatem nostram.* Item quod sint discordes & seditiosi patet Hier. 13. vbi dicitur, *Dispergam eos virum à fratre suo* Itē quod sint rebelles & litigiosi, patet Et 19. vbi dicitur, *Pugnabit vir contra fratrem suū.* Item quod sint queruli & iniuriosi, patet in Ps. 49. Vbi dicitur, *Sedēs aduersus fratrem tuum loquebaris.* Itē quod sint insolētes & impetuosi patet 2. Th. 3. *Subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate.* Itē quod sint voraces & valde gulosi, patet Iob 2. vbi dicitur, quod cum filii Iob biberent vinum in domo fratris sui primogeniti, oppressi sunt. Item quod sint ingrati & obliuiosi, patet in Psalm. vbi pauper dicit, *Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus filijs matris meæ.* & Deut. 33. *Dixit patri suo & matri suæ, nescio vos, & fratribus suis, ignoro illos.* Item quod sint ignari & non studiosi, patet Hierem. vbi dicitur, *Non docebit vltra vir proximum suum & fratrem suum.* Non sic, sed simus boni fratres, dulces, amabiles, & cōcordes Psalm. *Propter fratres meos & proximos meos loquebar pacem de te.* Patet ergo, quod fratres tam naturales, quam spirituales debēt faciliter reconciliari, concorditer sibi sociari, æqualiter à patre ditari. Et hoc de fratrib. sufficit. Vide supra de fœdus, quia eadem videtur esse materia.

## Fraus. Fraudare.

Nota quod fraus, deceptio, dolus fallacia & malitia, pro eodem supponunt. Est autem fraus quando quis præter intentionem suam per aliquam apparentiam falsam decipitur ab altero. Fraudulentienim semper solent fraudem & deceptionem suam sub aliquo veritatis vel amicitiæ velamine tegere, vt possint simplices non præcauentes in periculum præcipitare & inducere. Si- A

mile

miles enim sunt venatoribus luporum & ferarum qui foueas operiunt herbis & folijs, ita quod fera se tute credens incedere, labitur in profundum. Et mirum quod cum inter fraudem & veritatem sit maxima contrarietas, fraus tamen semper vult induere pallium veritatis, ne appareat dolus eius. Turpes n. & vetulæ mulieres solent pulchrius, & curiosius se ornare, ne forsan sua appareat turpitudo, quia alias quilibet eas abhorreret. Et vere qui videret faciem mentis fraudulentorum & eorum corruptam intentionem, nunquam ad eos accederet, sed ab eis potius declinaret. Isti enim duas habent facies Ezech. 41. *Duas facies habebat Cherub.* scilicet quandam pulchram & allicientem, quam ostendunt, & quandam turpem, tristem, & terribilem, quam abscondunt. Similes enim sunt illis monstris quæ sunt in desertis Scythiæ, quę duos vultus habere dicuntur, caninum, scilicet & humanum, & sunt quædam species cynocephalorũ: quia scilicet, isti in parte prima, id est, in principio & in præsentia videntur homines, sed pro certo à parte post, id est, in absentia inueniuntur canes, hoc est dictum, insatiabiles & mordaces. Canis enim lambit & mordet. Sic isti lambunt applaudendo sed tandem mordent acriter nocendo. Ideo bene dicitur Prou. 27. quod *meliora sunt vulnera diligentis, quam fraudulenta odientis oscula.*

B ¶ Et nota, quod inuenio quatuor genera fraudulentorum videlicet, Fraudulentos.

In consilijs.
In auxilijs,
In colloquijs,
In beneficijs,
In apparentijs.

¶ In consilijs fraudant proditores, qui scilicet, ex certa scientia dant consilia mala, vt sub specie fidelitatis noceant atque fraudent. Vnde Hierem. 9. *Omnis amicus fraudulenter incedet, & veritatem non loquetur: inimici hominis domestici eius.* In consilijs enim cõmittitur duplex fraus, scil. vna falsa, vel falsa consulendo Prou. 12. *Consilia impiorum fraudulenta.* Est & alia fraus, consilia reuelãdo, & detegendo Prouerb. 11. *Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana.*

C ¶ Item in auxilijs fraudant fœneratores qui sub specie dãdi auxilij fraudant pauperes hæreditatibus suis. & tamen sicut dicitur Leui. 6. talia tenetur *reddere omnia quæ per fraudem voluit obtinere.* & pro certo talia bona fraude quæsita non perseuerant, imo sicut perdix auis fraudulenta furatur omnium aliarum auium oua, quæ tandem fota & adulta istam falsam, & fraudulentam matrem euolando dimittunt, sic bona fraudulenter acquisita non perseuerant, sed fugiunt. Prouerb. 12. *Non inueniet fraudulentus lucrum.* Ideo bene dicitur Prouerb. 23. *Ne erigas oculos tuos ad opes quas habere non potes.* id est, non debes, *quia facient sibi pennas, & sicut aquilæ volabunt.* ¶ Item in colloquijs fraudant adulatores. Isti enim sunt, qui fraude & dolo verborum suorum decipiunt superiores, vt surripiant ab eis beneficia & præmia, quæ magis meritis debebantur. Figuratur in supplantatore Iacob qui per falsitatem verborum & pelles animalium & coperturas manuum fratris primogeniti benedictionem obtinuit, quia, scilicet, adulatores (de quibus dicitur, vox quidem vox Iacob est) loquendo fraudulenter patri, id est, prælato vel principi, & adhibendo in manibus suis coopertura munerum & donorum tantum sæpe faciunt quod ab ipsis etiam in alienum præiudicium obtinent quicquid volunt Dan. 11.

D *Veniet clam, & obtinebit regnum in fraudulentia.* Ideo bene potest dicere prælatus taliter defraudatus quando à benemeritis præmia vel salaria requiruntur, illud Genes. 27. *Venit germanus tuus fraudulenter & surripuit benedictionem tuam.* Ideo de fraudulentis colloquijs dicitur Mich. 6. *Loquebantur mendacium, repleti sunt iniquitate. & lingua eorum fraudulenta in ore ipsorum.*

E ¶ Item in beneficijs fraudant mali dispensatores, qui scilicet, non diuidunt æqualiter, sed sibi & suis potiora reseruant, & alios decipiunt, atque fraudant, quod non solum potest dici de malis prælatis beneficia male dispensantib. imo etiam de malis domorum Dei ministris pauperum deceptoribus, & fraudatoribus contra illud Eccl. 4. *Eleemosynas pauperum non defraudes fili, & oculos tuos ne transuertas à paupere, &c.* Item deberẽt aduertere ad illud quod dicitur Ecclesi. 34. *Panis egentium vita pauperis est, qui defraudat eum homo sanguinis est,* & sequitur. *Qui effundit sanguinem, & qui fraudem facit mercenario fratres sunt.* Et illi tam primi, quam secundi figurati videntur in illo Anania, & vxore eius qui quia fraudauerunt de pretio agri, sibi, scilicet, retinentes quod communitati pauperum erat diuidendum, morte subita sunt percussi, Act. 5. O quot mali prælati, & mali dispensatores percuterentur hodie mala morte si omnes illi, qui mala diuidunt, & dispensant, & qui sufficientes personas & pauperes [portionibus] debitis sibi fraudant, sibique & suis omnia retinent & reseruant in præsenti seculo punirentur, quia pro certo quasi videtur impleta prophetia Hier. qui dicit Hier. 6. quod *omnes isti principes declinantes sunt, ambulantes fraudulenter.* Sequitur. *Vniuersi corrupti sunt, & bene corrupti,* quia scilicet, tales non conferunt aliquid nisi corruptionibus simoniæ suffragantibus. ¶ Item in apparentijs fraudant dissimulatores, seu hypocritæ, deceptores enim isti fraudant se, & mundum. Dico se, quia fraudantur bonis præsentibus, & futuris, alij autem peccatores solum bonis futuris fraudantur, quia saltem in hoc mundo aliqua delectabilia consequuntur, hypocritæ non. Vnde quilibet potest dicere illud Eccles. 4. *Cui laboro, & fraudo animam meam bonis,* quod etiam de parcis, & miseris potest dici &c. Mundum etiam fraudant isti, quia volunt credi iusti, cum sint mali, & sub pallio sanctitatis quam exterius prætendunt iniquitates suas intus fraudulenter abscondunt De quo dicitur Dan. 11, quod *impij in testamentum simulabunt fraudulenter,* vt se. Impleant visionem. Et tamẽ isti debent attendere ad illud quod scribitur Hie. 48. vbi dicitur, quod *maledictus qui facit opus Domini fraudulenter.* Isti enim opus domini i. bona opera faciunt fraudulenter, inquantum, sci. cum mala intentione peragunt incessanter. Et sic patet quomodo fraus committitur multis modis, iusti tamen neminem fraudant iuxta illud 1 Cor. 7. *Nolite fraudare inuicem.* Et ideo isti bonis perpetuis finaliter non fraudabuntur, sed ab ipsa secundũ merita admittentur. Ps. *Desiderium animæ eius tribuisti ei, & voluntate labiorũ eius non fraudasti eum.* Ipsi etiam fraudes, quæ sibi machinãtur, præuident, & de ipsis se liberant. Prouer. 1. *Ipsi quoque contra sanguinem suum insidiantur, & moliuntur fraudes contra animas suas.* Moliuntur dico & insidiantur, i. præcauent & imaginantur.

# Frænum.

A Nota quod frænum est instrumentum quod equos dirigit, vel equos corrigit, & quod equos affligit. Corrigit dico ipsos à deuijs diuertẽdo. Dirigit etiã ipsos in stadijs conuertẽdo. Affligit in super ipsos à noxijs coercẽdo.

| | |
|---|---|
| Frænum enim equum | Vertit à cursu vetito. |
| | Regit ingressu debito, |
| | Cogit impulsu subito. |

Isti enim tres affectus sunt fręni, scil. equi correctio, directio, & attestatio. Dico moraliter loquendo quod in scriptura reperiũtur tria spiritualia fręna, quibus sci. homines & hominũ impetuosæ voluntates vel corriguntur vel diriguntur, vel ex toto sistuntur, videlicet.

| | |
|---|---|
| Frænum | Iustitiæ, |
| | Prudentiæ, |
| | Potentiæ. |

Iustitia enim est fręnum, quod rector subditum à malo reducit. Prudentia est fręnum, quo iustus animum per recta deducit. Potentia est fręnum, quo Deus impium ad pœnam inducit.

B ¶ Primo ergo est quoddam fręnum, quod est iustitiæ, Frenum n. vt communiter, est ferreum, & ori & dentibus, ne equus mordeat, applicatum, quo scil. equus ab itinere erroneo reducitur, & ad iter idoneum reuocatur: talis est virtus iustitiæ, quæ, sc. de sui natura ferrea & dura est. Ista est enim mediante qua mali corriguntur, & à malis suis itineribus, & operibus reducuntur, aut ne mordeant cohibentur. Vnde prælatus debet dicere cuilibet delinquenti illud Ezech. 29 *Ecce ego ad te Pharao draco magne, qui cubas in medio fluminum tuorum, & ponam frænum in maxillis tuis, & extraham te de medio fluminum tuorum & proijciam te in desertum &c.* Pharao enim interpretatur denegans virum, & significat peccatorem, qui malis operibus negat Deum, qui, scilicet, est de illis, qui secundum Apostolum, *confitentur verbis se nosse Deum, factis autem negant.* ad Titum 1. Qui enim est draco per auaritiam inflammatus, & delitiarum fluminibus assuetus, fręna iustitię debet per prælatum teneri, & corrigi, & ad desertum pœnitentiæ extrahi, reduci Psalm. 31. *In chamo & fræno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te.*

C Istud est ergo frænum, quod est iustitiæ. ¶ Secundo dico, quod vnum est fręnum quod est prudentiæ. Iusti n. motus carnis & mentis suæ per prudentiæ & temperantiæ frænum frænant, ita quod corpus & mẽtem dirigunt & deducunt sine vitiorũ offendiculo per semitas æquitatis. Ideo Iac. 3. dicitur; *Equis frænos in ora mittimus ad consentiendum nobis, & totum corpus circumferimus.* Et bene dicit in ora. quia pro certo inter cæteras partes hominis ora maxime sunt frænanda.

frænanda. In ore enim notatur edacitas, quæ est frænanda per abstinentiam. In ore notatur loquacitas quæ est frænanda per continentiam. In ore notatur mordacitas, quæ est frænanda per patientiam. De fræno abstinentiæ potest dici illud Esai. 37. *Frenum ponam in labijs tuis, & reducam te.* De fræno taciturnitatis & moderantiæ verborum dicitur Eccl. 28. *Verbis tuis facito stateram, & frenos ori tuo rectos.* De fræno vero patientiæ dicitur 2. Macha. 10. de quinque viris è cœlo ducatum præstantibus Hebræis, *Frenis aureis decori.* Aurum enim percussum non resonat, patientiam signat, & ideo omnes iusti possunt figurari in illis militibus, qui habebant frænos aureos &c. Fræna n. aurei sunt virtutes, quibus vt dixi, mentis & carnis appetitus frænantur. Patet ergo, quod est vnum frænum quod est prudentia. ¶ Tertio dico, quod est vnum frænum, quod est potentiæ, & illud est illud, quo Deus refrænat & tenet proteruitates malorum, scilicet mors, iudicium, & pœna æterna. De quo potest quilibet damnatus dicere illud Iob 30. *Pharetram suam aperuit, & afflixit me, & frenum posuit in os meum.* Istud est frænum, quo, sc. equi, id est, superbi & luxuriosi violenter in inferno tenentur. Beati vero frænati sunt in patria fræno contrario, scilicet fræno laudis diuinæ, quo ornati Domino præsentantur Esa. 48. *Laude mea infrenabo te.* Sic ergo patet, quod est frænum iustitiæ, prudentiæ, & potentiæ. Et possumus addere frænum nequitiæ, quo, scilicet diabolus frænat omnes malos, & eos sibi vult ad iniqua deducit. Et istud est frænum tributi, quod *est in maxillis omnium populorum.* sicut dicitur Esa. 30. Sufficit.

## Frequentia. Frequenter.

Nota, quod frequenter & frequentia sæpe idem significant. Est autem frequentia bona & mala. Boni enim frequentant bona, & mali similiter mala. De bona ergo & virtuali frequentatione potest dici, quod non sufficit semel bonum facere, nisi homo enim multoties ipsum studeat frequentare. Sicut enim sumptio cibi est frequentanda propter deperditi nutrimenti restaurationem, alias non posset vita vel sanitas conseruari, sic dico, quod executio bonorum operum est continuanda si volumus in vita gratia vegetari. Et nota, quod (sicut videmus) ad bonos pertinet.

Frequenter
- Ministrare,
- Visitare,
- Ieiunare,
- Segregare,
- Cogitare,
- Tolerare.

Debet (dico) iustus frequenter ministrare, sua largiendo. Luc. 10. *Martha autem satagebat circa frequens ministerium.* Item debet frequenter visitare, tristes consolando. Vnde illa matrona visitata quandoque per Helisæū dicebat illud 4. Reg. 4. *Vir iste Dei Sanctus est, qui transit per nos frequenter.* Item debet frequenter ieiunare, carnem macerando. Matth. 9. *Nos & discipuli Ioannis frequenter ieiunamus.* Item debet se frequenter segregare, alta contemplando. Vnde Ioan. 18. dicitur, quod *trans torrentem Cedron erat hortus, vbi Christus frequenter conueniebat cum discipulis suis.* Item debet frequenter cogitare, aspera meditando, scilicet, mortem, iudicium, & infernum Eccl. 12. *Frequens meditatio carnis est afflictio.* Item debet frequenter tolerare tristia supportando. Et sic dicebat Apost. 2. Cor. 11. quod *ipse fuerat in plagis supra modum: in mortibus frequenter.*

E ¶ E contrario vero de malis dico, quod ipsi videl.

Frequentant
- Gaudenter vanas lætitias,
- Fœtenter carnis spurcitias,
- Ardenter mundi diuitias,
- Audenter vocis iactantias.

Dico, quod frequentant vanas lætitias, vt patet Esa. 23. vbi dicitur sic, *Sume citharam, circui ciuitatem meretrix obliuioni tradita, bene cane, frequenta canticum.* Item quod frequentant carnis spurcitias patet Dan. 13. Vbi de impudicis senibus dicitur, quod *frequentabant domum Ioachim, cuius, scilicet, vxorem cupiebant fœdare.* Item quod frequentant mundi diuitias, ipsas, scilicet, auare congregando patet Eccl. 6. vbi dicitur, *Est aliud malum, quod vidi sub sole & quidem frequens apud homines: Vir, cui dedit Deus diuitias & substantiam &c.* sequitur. *Nec tribuit ei Deus potestatem, vt comedat.* Item quod frequentant verborum iactantias patet Prou. 14. vbi dicitur, quod *vbi verba sunt plurima, ibi egestas frequenter &c.* Vide infra de sæpe, & similibus.

## Frigus.

Nota, quod frigus habet repercutere, habet stipare & restringere, habet etiam nocere, & affligere. Est enim frigus seu frigiditas, quædam qualitas passiua, quæ habet motum à circumferentia versus centrum. Et ideo ista habet partes materiæ, in quam agit congregare, & versus centrum constringere, & arcere. Et ideo per frigus potest intelligi pœnitentiæ castitas vel abstinentia, quæ carnis voluptates habet restringere, timor Dei, qui vanas cogitationes habet repercutere, mundi vel inferni tribulatio, quæ homines habet affligere, gratiæ & deuotionis refrigeratio, quæ ardores habet reprimere. Frigus enim pœnitentiæ desiccat carnis infectiones. Vnde Eccl. 43. *Frigidus ventus aquilo flauit, & gelauit crystallus ab aquis.* Istud est frigus propter quod *piger arare noluit, mendicabit ergo, & non dabitur ei.* Prou. 20.

¶ Frigus diuini timoris restringit mentis diuagationes. Ideo, Apoc. 3. *Vtinam calidus esses aut frigidus,* quasi dicat, aut timorosus, aut charitatiuus. Item frigus tribulationis mundi desiccat omnes delectationes, Ps. 147. *Mittit crystallum suū sicut buccellas ante faciem frigoris eius, quis sustinebit?* Frigus vero æternæ damnationis tollit omnes consolationes. Deu. 28. *Percutiet Dominus egestate, febre & frigore, ardore, & æstu, & aere corrupto, & rubigine.*

¶ Item frigus gratiæ & deuotionis refrigerat ardores, & tentationes. Iste est *calix aquæ frigidæ, quem qui dederit, non perdet mercedem suam.* Matth. 10. Frigus enim deuotionis extinguit amoris inflammationes, Zach. 14. *In die illa non erit lux, sed frigus & gelu &c.* omitto, quamuis materia de se potest esse multum fertilis, quia paucæ sunt in Biblijs auctoritates. Vide in tabula quæ fiet super opus istud.

## Frons. A

Nota, quod frons est pars corporis apparentior, durior, & solidior, & ideo frons diuersimode signat in scriptura. Signat enim,

- Exteriorem conuersationem,
- Interiorem obstinationem,
- Solidiorem constantiam & perfectionem,

¶ Primo ergo dico, quod frons signat apparentiam conuersationis, secundum Aristot. enim frons est quædam imago mentis, quia, scilicet in fronte apparent interiores animæ passiones, sicut est tristitia vel lætitia. Sic pro certo in apparentia, & conuersatione exteriori apparent interiores animæ passiones, siue bonæ fuerint, siue malæ, vt enim dicit Greg. Per hæc, quæ foris apparent, quid intus lateat aperitur. In ista enim fronte, id est, in nostra exteriori apparentia debent relucere gratiæ, & virtutes, sicut quædam spiritualis signa. Apoc. 7. *Signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum.* ¶ Reluceat ergo ibi.

Virtus
- Contritionis & pœnitentiæ,
- Honestatis & verecundiæ,
- Firmitatis & permanentiæ.

Reluceat ibi virtus pœnitentiæ, & contritionis. In fronte enim solet interior tristitia apparere. Vnde Ezech. 9. *Signa Thau super frontem virorum gementium, & dolentium.* Item reluceat ibi signum verecundiæ & deiectionis, quæ etiam solet in fronte hominis verecundi relucere. Et ista est illa lamina aurea, quam *summus pontifex in fronte portare debebat,* sicut dicitur Exod. 28. Quia vere in fronte & apparentia cuiuslibet pontificis, seu Ecclesiastici cuiusque nulla lamina clarior, nullus lapis pretiosior, nulla virtus decentior, quam verecundia, & honestas. Istud est signum Dei viui, quo *turba sanctorum signata, stare meruerunt ante thronum, & quo serui Dei signati, nocumentum angelicum euaserunt,* sicut dicitur Apoc. 7. Item reluceat in ea fronte signum constantiæ & perfectionis. Virtus enim & audacia cuiuslibet animalis in fronte præcipue apparet, vt dicit Aristoteles ad denotandum, quod quilibet Christiani, maxime Ecclesiastici vel prælati, pro fide & Ecclesia defendenda debent esse frontosi & animosi. Et isti sic figurabuntur in illis, de quibus dicitur Apocal. 14. quod *illi habeant nomen agni & nomen patris sui scriptum in frontibus eorum,* sicut proprie fuerunt Apostoli & martyres, qui in fronte, & in promptu, & apparentia manifeste & notorie nomen Dei cum constantia prædicauerunt. Ista ergo est frons bonæ conuersationis. B

¶ Secundo dico, quod inuenitur frons duræ obstinationis, Sicut enim vnicornis cornu habet in fronte cum quo solet omnia alia animalia ventilare, sic multi sunt peccatores, qui in fronte obstinationis suæ cornua crudelitatis & superbiæ semper portant quibus omnes socios durissime feriant & molestant, figurati in illo hirco Dan. 7. *qui inter oculos vnicum cornu habebat, & contra meridiem & orientem fortitudinem ventilabat, & omnem bestiam*

*rumam ledebat, & subiugabat.* In quo procul dubio viri obstinati figurantur à quib. omnes alij molestãtur. Ideo de Philistæo dicitur 1. Reg 17. quod *percussus est in frõte, & infixus est lapis in fronte eius*. Philistæi enim, i. mali, in fronte percutiuntur, quãdo in publico & in apparentia vitijs inficiuntur. Lapis vero infigitur, quando ibi obstinatio & inuerecundia, proteruitas & inobedientia, crudelitas quoque & duritia generatur. ¶ Nota ergo, quod in tali fronte apparent generaliter tria vitia, scilicet.

Vitium { Impœnitentiæ, Inuerecundiæ, Impudicitiæ.

Dico ergo impœnitentiæ. Vnde Esa. 48. *Scio enim quia durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua, & frons tua ærea.* Item vitium inuerecundiæ. Vnde Hier. 3. *Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere.* Item vitium impudicitiæ. Vnde Apoc. 13. dicitur, quod pusilli, & magni diuites & pauperes liberi & serui acceperunt characterem bestiæ in frontibus suis. De quibus tamen dicitur Apo. 14. quod *omnes tales cruciabuntur igne & sulphure &c.* Et reuera in frontibus ad literam apparet signum luxuriæ, sicut de malis mulieribus constat, quæ inuerecundæ sunt & frontosæ, figuratæ in *illa meretrice magna* de qua fit mentio Apoc 17. *quæ habebat in fronte scriptum Babylon magna mater fornicationum.* Ista est ergo frons obstinationis. ¶ Tertio dico, quod est frons constantiæ & perfe-
C ctionis, de qua supra satis dictum est. De qua etiam dicitur Ezec. 3. *Dedi frontem tuam duriorem frontibus eorum. & faciem tuam valentiorem faciebus eorum, quasi silicem, & adamantem dedi faciem tuam &c.* Et sic patet de fronte.

A **Fructus. Fructificare.** Nota, quod fructus est illud quod vltimo de arbore expectatur. Ad fructum enim velut ad vltimum finem ordinantur omnes arboris partes, sc. germen, flos, folium &c. Est n. fructus illud, quod pro vtilitate hominum ab arboribus colligitur, & dicitur à fruendo, eo quod ab hominibus fruitur vel etiam manducatur. Et ideo breuiter fructus potest multipliciter accipi in scriptura. Accipitur enim vt communiter, pro.

Operatione humana,
Prosperitate seu possessione mundana,
Refectione superna.

Fructificat enim vir iustus per bonam operationem. Vnde Eze. 17. dicitur *Vinea fructificauit in palmites, & emisit propagines, &* Matt. 7. *Arbor bona fructus bonos facit.* Fructificat impius per malorum operum executionem. Vnde ibidem. *Arbor mala fructum malum facit.* Fructificat mundus per bonorum suorum productionem & emissionem. Vnde Luc. 12. *Hominis cuiusdam diuitis ager vberes fructus attulit:* Fructificat etiam paradisus per auditorum propinationum, & per beatorum recreationem. Vnde Esa. 4. *Erit fructus terræ sublimis,* & Canticor. 2. *Fructus illius dulcis gutturi meo.* Ergo.

Fructus { Iusti est virtuosus, Impij est perniciosus, Mundi est periculosus,
B Cœli est delitiosus.

¶ Dicamus ergo primo aliquid de fructu humano, qui est duplex, scilicet bonorum & malorum. De fructu bonorum, qui est virtuosus dico, quod sicut arbor, quæ naturaliter radicem habet in terra inferius, staturam autem erectam superius, primo germina, deinde flores & tandem fructus producit, sic vere vir iustus, qui radicem cordis habet inferius per humilitatem, erectus autem est ad cœlum superius per contemplationis sublimitatem, primo emittit germina bonarum cogitationum, deinde flores sanctarum affectionum diffundit, & tandem fructus bonarum operationum producit. Vnde dicitur Cantic. 7. *Videamus si vinea nostra floruit, si flores fructus parturiunt.* Nam sicut arbor, quæ fructum non facit, inutilis reputatur, & ne vlterius terram occupet succiditur, & in ignibus applicabitur, sic vere apud Deum ille, qui fructus bonorum operum non producit reputatur penitus nihil valere, quin imo ab ipso finaliter de horto huius mundi per mortem succiditur, & ignibus perpetuis deputatur. Vnde Matthæi 3. *Iam securis ad radicem arboris posita est. Omnis arbor, quæ non facit fructum, excidetur, & in ignem mittetur.* & Ioan. 15. dicitur. *Ego sum vitis, & vos palmites, omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum, & omnem, qui fert fructum, purgabit eum, vt fructum plus afferat.* Et ideo charissimi, faciamus iuxta Euangelium Matthæi 3. *Facite fructum dignum pœnitentiæ* vt sic ad nos videatur directum illud Eccles. 39. *Quasi rosa plantata super riuos aquarum fructificate.* In quibus verbis aduerte, quod sicut arbor ad hoc, quod fructificet, debet habere tria, scilicet.

Culturam,
Staturam,
Loturam.

Culturam (dico) quantum ad superfluorum resecationem, quod notatur in verbo rosa, quæ, scilicet, omni anno indiget secundum Plinium, vt eius superflua resecentur. Item staturam quantum ad firmam radicationem, quod ostenditur in verbo, [Plantata] Item loturam quantum ad iugem humectationem, quod ostenditur in verbo (Riuos aquarum) quia breuiter ista tria requiruntur in arbore ad hoc vt fructificet, scilicet, vt excolatur, vt radicetur, vt irrigetur: sic vere charissimi dico spiritualiter loquendo, quod ad hoc, quod homo possit per bona opera fructificare, ista tria sunt necessaria, scilicet, vt excolatur per pœnitentiam asperiorem, quia, scilicet, debet esse rosa, vt radicetur per permanentiam solidiorem, quia, scilicet, debet esse plantata, vt irrigetur per influentiam superiorem, quia, scilicet, ipse debet esse super riuos aquarum.

¶ Dico ergo quod si volumus fructificare per bona opera, nos debemus per pœnitentiam mala resecare. Et hoc ostenditur, cum dicitur (Rosa) Quasi rosa inquit. Rosa enim sicut vinea, teste Plinio, indiget cultura, debet enim fodi, putari, resecari, & transplantari. Quia sicut idem dicit, rosa proficit per incisionem & transplantationem, alias si domestica fuerit, degenerat in syluestrem. Ad denotandum, quod si bene fructificare volumus, necesse est, vt culturam pœnitentiæ subeamus, quia qui per pœnitentiam non colitur, de domestico syluestris, id est, de bono malus efficitur, quia reuera nobis proficit incisio correctionis & transportatio moralis conuersationis & munitionis (Quasi rosa inquit) Et sic erit homo iuxta illud Eccle. 24. *quasi palma exaltata in Cades, & quasi plantatio rosæ in Hiericho, quasi oliua speciosa in campis.* C

¶ Et nota, quod ipse dicit, quod necesse est fructificare per pœnitentiam sicut palmam, sicut rosam, & sicut oliuam. Palma enim fructificat in feruida regione, rosa fructificat in humida mansione, oliua vero fructificat in temperata habitatione. Simus ergo sicut palma, & fructificemus per feruorem veræ dilectionis. Sicut enim secundum Plinium, palma fructificat in locis feruidis & soli expositis, in locis vero frigidis nequaquam, sicut patet in Italia, quæ est regio frigida, vbi sunt palmæ nihil fructificantes, quæ si quandoque fructus faciunt, ipsi tamen minime maturescunt, sic pro certo charissimi si fructum bonorum operum producere volumus, necesse est, vt in feruore diuini amoris, vel etiam in feruore pœnitentiæ sedeamus. Nunquam enim bonorum operum fructibus fœcundantur illi, qui frigore indeuotionis stringuntur. Sicut enim dicitur Gal. 5. *Fructus spiritus est charitas*, quia vere charissimi, sola charitas & dilectio facit fructificare per bona opera. Quia sicut dicit Psalm. *Iustus vt palma florebit, sicut cedrus Libani multiplicabitur.* Sicut ergo palma exaltata sum in Cades. Cades enim interpretatur murata. Ad denotandum quod illi qui sicut palma volunt fructificare, debent de loco frigido ad calidum, de malo ad bonum, de virtute ad optimum sanitatem. Isti ergo fructificant sicut palma, per feruorem dilectionis Cant. 7 *Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius.*

¶ Item quidam fructificant sicut rosa in Hiericho, per humorem compassionis. Rosa enim in locis humidis melius solet fructificare, quia vere nullus potest fructum bonorum operum producere, nisi humor pietatis & gratiæ ipsum valeat irrigare. Vnde de vinea dicitur Ezech. 17. quod *in terra bona super aquas multas plantata est, vt faciat frondes, & portet fructum.* Et de rosa dicitur Eccl. 50. *Quasi rosa in diebus veris, & quasi lilium, quod est in transitu aquæ.*

¶ Item dico, quod quidam fructificant sicut oliua per temperamentum sufficientis possessionis. Dicit enim Plinius, quod oliua melius fructificat in temperata terra, quæ, scilicet, sit mediocris inter humiditatem & siccitatem, & inter caliditatem & frigiditatẽ, quia si terra nimis pinguis aut nimis macra fuerit, tũc oliua fructus producere non consueuit. Sic vere charissimi, multi

sunt

sunt, qui nec in terra pingui prosperitatis, nec in terra macra paupertatis & aduersitatis fructificare possunt, imo status temperamentum & medium exigunt & requirunt. Talis videbatur esse Salomon, qui dicebat Prou. 30. *Nec diuitias, nec paupertatē dederis mihi Domine, sed tantum victui meo tribue necessaria.* Quia vere multi sunt, quibus non proficiunt, nec prospera nec aduersa, quia in prosperis corrumpuntur superfluecis vtendo, in aduersis vero deficiunt, impatienter ferendo & desperando. Talibus enim esset necessaria temperata sufficientia vt (sicut Apostolus dicebat, 1. Tim. 6.) *Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus.* Tales ergo tenentes medium statum possunt per bona opera fructificare, qui si tenerent aliquem extremorum nullum possent fructum bonorum operum procreare. Patet de extremo diuitiarum & prosperitatis, in ficulnea Lucæ 13. *in qua erant folia, ad quam dum Christus se diuerteret, non inuenit ibi fructum*, quia vere sæpe fit, quod illi, qui folijs diuitiarum vestiuntur, fructibus bonorum operum non ditantur, quia sicut dicitur Ecclesi. 5. *Qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis, &c.* Patet etiam de extremis miseriarum & calamitatis. Scribitur enim Matthæi 13. quod *semen, quod super petram cecidit caruit fructu, quia non habuit humorem.* Ad denotandum quod carentia humoris, i. temporalis substantiæ vel sustentationis, est causa quandoque carentiæ fructuum bonorum operationis & hoc propter vitium impatientiæ, furti, inuidiæ, murmuris & desperationis Psalm. *Fructum eorum de terra perdes.* Ideo de oliua, id est, de homine mediocriter temperato & sufficienter ditato, quod producat fructus bonorum operum & virtutum patet in Psalm. vbi dicitur, *Ego autem sicut oliua fructificans*, & Hier. 11. dicitur, *Oliuam pulchram vberem, fructiferam, speciosam vocauit Deus nomen tuum.* Breuiter ergo bene dico, quod qui bene vult fructificare, debet per pœnitentiam resecare, quod ostansum est in verbo (Rosa.)

D ¶ Insuper dico, quod vir iustus debet per permanentiam se radicare, quod ostenditur cum dicitur. Plantata. Plantatio enim signat radicationem, stabilitatem, & durationem. Nam sicut arbor, quæ non habet radicem bene fundatam, & radicatam, non potest fructus facere, sic spiritualiter homo qui per perseuerantiam in fide & moribus non est fundatus & firmiter radicatus, non potest fructu bonorum fertiliter esse dotatus. Vt enim dicit Sen. Non conualescit planta, quæ sæpe transfertur. necesse est ergo perseuerare, qui bonum fructum voluerit procreare (Plantata inquit.) Vnde de viro iusto dicitur in Psalm. *quod erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo, & folium eius non defluet.* Palma enim diu perseuerans plantata & profunde radicata, solet melius fructificare. Solet enim palma antiquior, tanto esse fœcundior, secundum Plinium. Sic vere homo quanto diutius in bono antiquatur, & perseuerat, tanto melius & fertilius per bona opera fructificat Esa. 37. *Mittet radices deorsum, & faciet fructum sursum* Debet ergo per permanentiam se radicare.

E ¶ Denique dico, quod si fructificare volumus, nos debemus per influentiam nos irrigare, quod ostenditur, cum dicitur (Super riuos aquarum) Riui enim aquarum, qui à fonte paradisi procedunt sunt diuina gratia, & deuotio cordis, clementia & compassio, exterior modestia & alloquutio, sacra etiam scriptura & eruditio: talibus enim riuis debet homo rigari, & humectari, & ad fructificandum per bona opera habilitari. Vnde de quolibet tali dicitur Hierem. 17. *Benedictus vir qui confidit in Domino, & erit tanquam lignum, quod plantatum est super aquas, quod ad humorem mittit radices, & non timebit cum venerit æstus, & in tempore siccitatis non erit sollicitum, & erit folium eius viride, nec aliquando desinet facere fructum.* Vbi aduerte, quod huiusmodi irrigatio valet ad obtinendum fidei fundamentum quia ad humorem mittit radices. Valet ad sustinendum pœnarum nocumentum, quia non timebit cum venerit æstus, valet ad contemnendum bonorum detrimentum, quia in tempore siccitatis non erit sollicitum. Valet ad procurandum virtutum paramentum, quia erit folium eius viride, valet ad producendum operum complementum, quia aliquando non desinet facere fructum.

¶ Isti ergo riui spiritualis influentiæ optime figurantur Apoc. 22. Vbi dicit Ioannes, *Ostendit mihi Dominus fluuium aquæ vitæ, splendidum tanquam crystallum.* Et dicitur ibidem, quod ex vtraque parte fluminis lignum vitæ afferens fructus duodecim per menses singulos, & folia ad sanitatem gentium. Iste fluuius charissimi, signat fluuium gratiæ & scientiæ, deuotionis & compassionis, quæ etiam dicuntur *aqua vitæ, salientis in vitam æternam.* Ioan. 4. Lignum ergo, quod aquis istis rigatur est vir iustus, qui pro certo per menses singulos fructus duodecim habet portare, si aquis istis debite fuerit irrigatus. Isti vero duodecim fructus spirituales enumerantur ab Apostolo ad Galat. 5. *Fructus* inquit *spiritus sunt charitas, gaudium, pax, patientia, bonitas, longanimitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas.*

De istis enim fructibus quidam sunt, qui reficiunt Deum, sicut est fides, gaudium, charitas. Quidam reficiunt proximum, sicut est pax, patientia, bonitas. Quidam nutriunt animam, sicut est longanimitas, benignitas, mansuetudo, quidam sunt qui reficiunt corpus, sicut est modestia, continentia, castitas. Fructificemus ergo super riuos aquarum, & simus sicut amygdalus, sicut ficus, sicut palma, sicut vinea. Amygdalus enim sterilis & antiqua fructificat & fœcundatur per radicis fixionem, & mali humoris emissionem. Ficus antiqua & sterilis vel sterilizata fœcundatur per fimi ad radicem appositionem, & per dulcis aquæ irrigationem. Palma vero fœcundatur, quando sal vel cinis ad eius radicem immittitur. Vinea vero sterilis fœcundatur, quando foditur atque scinditur. Sic vere charissimi, istis quatuor modis possumus fœcundari, & fructu bonorum operum ampliari. Radix enim cordis nostri ad modum amygdali debet scindi per contritionem. Rigari debemus sicut ficus per gratiam & deuotionem. Sal & cinerem debemus habere sicut palma per prudentiam & discretionem, & per nostræ cinereitatis considerationem. Superfluos ramos diuitiarum debemus præscindere more vineæ, per eleemosynarum largitionem. Per contritionem ergo radicem cordis scindamus, vt per confessionem exeat corruptus humor peccatorum. Vnde Iohelis 2. *Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra.* Per deuotionem nosipsos rigemus, & humectemus vt habeamus incrementum meritorum. Vnde Ecclesiast. 24. *Rigabo hortum plantationum, inebriabo partus mei fructum.* Per considerationem sal discretionis & cinerem nostræ mortalitatis nobis adiungamus, vt euitemus periculum mundi gaudiorum. Iuxta illud Marc. 9. *Habete in vobis sal.* Per eleemosynarum largitionem scindamus, & euellamus superfluitatem nostrorum ramorum, siue bonorum temporalium Ecc. 35. *Ego quasi terebinthus extendi ramos meos &c.* F

¶ Et sic pro certo charissimi, si ista quatuor fecerimus, fructus bonorum operum producemus. Fructificabimus, id est, habebimus.

Fructus { Rubeos, Albos, Longos, Rotundos, Duros, Molles, Amaros, Dulces,

Habeamus ergo fructus rubeos charitatis, quia sicut dicitur Galat. 5. *Fructus spiritus est charitas.* Habeamus fructus calidos castitatis. Vnde Ecclesiast. 39. *Quasi rosa super riuos aquarum fructificata, quasi Libanus odorem suauitatis habete, florete flores quasi lilium.* Habeamus fructus longos patientiæ & maturitatis. Vnde Iac. 5. *Agricola expectat pretiosum fructum terræ suæ.* Habeamus fructum rotundum obedientiæ & velocitatis Prouerbior. 3. *Primi & purissimi fructus eius.* Item habeamus fructus duros iustitiæ & seueritatis Iacob. 3. *Fructus iustitiæ in pace seminatur.* Item fructus molles pacis & benignitatis. Vnde Iob. 22. *Acquiesce & habeto pacem & per hoc habebis fructus optimos.* Item habeamus fructus amaros pœnitentiæ & asperitatis. Vnde Lucæ 3. *Facite dignos fructus pœnitentiæ.* Item habeamus fructus dulces clementiæ, & pietatis. Vnde Can. 2. *Fructus eius dulcis gutturi meo.* Sic ergo dico, quod nos poterimus fructificare per bona opera si fuerimus.

Per { Influentiam irrigati, Permanentiam radicati, Pœnitentiam resecati.

Visum est ergo supra de fructu bonorum, qui est fructus bonus & virtuosus.

Item restat videre de fructu malorum, qui est malus & perniciosus. Teste enim scriptura *mala arbor malos fructus facit*, Matt. 5. quia sicut quædam sunt arbores, quæ habent fructus malos

& venenosos, sicut dicitur de iusquiamo, cuius fructus, seu semen comedentibus est venenum, sic vere multi sunt homines, qui non fructificant nisi malos fructus malorum operum, qui, scilicet comedentibus seu imitantibus sunt mortiferi & venenosi. Sapientiæ 4. *Fructus eorum inutiles, & acerbi ad manducandum.* Tales n. sunt sicut sambuca quæ flores habet albos & odoriferos, fructus tamen habet fœtidos atque nigros, quia vere mundi peccatores quamuis in mundo pulchre floreant per prosperitatem, habent tamen fructus operum nigros per iniquitatem. De talibus fructibus loquitur Prouerbior. 15. *In fructibus impij conturbatio.* Et Prouerbior. 16. dicitur, quod *multi fructus cum iniquitate.*
G Breuiter ergo fructus operationis malorum est fructus perniciosus. Et hæc de fructu humano, bono & malo sufficiant. ¶ Secundo dico, quod est quidam fructus mundanus periculosus. Et iste est fructus huius mundi, qui scilicet, diuiditur in fructus amaros diuitiarum Eccles. 5. *Qui amat diuitias fructum non capiet ex eis.* qui, scilicet, amarus dicitur, quia ipsum multæ sollicitudines comitantur. Vnde Luc. 8. de diuitijs dicitur, quod *exortæ spinæ suffocauerunt fructum.*

Item in fructus dulces delitiarum Ecclesiast. 11. *Initium dulcoris habet fructus illius.* Item in fructus pulchros scientiarum Ephes. 5. *Fructus lucis est in omni bonitate.* Scientiæ enim lucratiuæ videntur hominibus fructus pulchri, propter lucrum, quod apportant. De quo potest dici illud Psalm. 4. *A fructu frumenti, vini, & olei multiplicati sunt.* Frumentum, quod est grossius, signat scientiam legum: vinum, quod est dulcius, scientiam canonum: oleum, quod est lympidius, scientiam medicorum. Istæ enim tres scientiæ & isti tres fructus faciunt homines multiplicari, & diuitijs augmentari. Fructus diuitiarum est periculosus, quia nimis stringit per auaritiam. Vnde de diuite dicitur Iob 20. *Cum satiatus fuerit arctabitur.* Fructus delitiarum est periculosus, quia nimis laxat per luxuriam. Iste est enim fructus illius arboris quæ dicitur taxus, qui in laxat hominem, quod ipsum interficit, quia sicut dicitur 1. Tim. 5. *Vidua viuens in delitijs, mortua est.* Fructus scientiarum periculosus est, quia nimis inflat per superbiam. Vnde 1. Corinth. 9. *Scientia inflat, charitas autem ædificat.* Et nota, quod iste etiam fructus periculosus, quia verum aufert saporem, quia malum affert soporem quia magnum infert dolorem. Iste (dico) aufert saporem, quia sicut fructus peruertunt gustum, ne inueniat saporem in bono vino, sic mundi bona peruertunt animæ gustum & appetitum, ne in bonis spiritualibus inueniat saporem quod figuratur in filijs Israel Num. 11, qui fuerunt repleti fructibus Ægyptijs, scilicet, porris, cœpis, allijs, & peponibus, ideo manna dulcissimum abhorrebant, & ad prædictos fructus anhelabant. Fuit etiam figuratum Iosuæ 5. vbi dicitur, quod *postquam filij Israel comederunt de fructibus terræ, defecit eis manna,* ad denotandum, quod illi, qui mundi fructibus satiantur, nunquam in manna, id est, in fructibus bonorum spiritualium dulcedine delectantur. Vnde Prouerbior. 12. *De fructu oris sui vnusquisque replebitur.* Iste ergo fructus tollit bonum saporem.

¶ Item iste fructus affert malum soporem. Sicut enim fructus mandragoræ odore suo facit homines dormire, sic bona temporalia huius mundi faciunt adoratores & amatores suos in peccato delectari & quiescere. Istud apparuit in illo diuite Luc. 12. Cuius ager vberes fructus attulit, & ideo ipse dicebat animæ, *Anima mea multa bona habes reposita in annos plurimos epulare &c.*

¶ Item iste fructus infert magnum dolorem, quia sicut arbor, quæ est multis fructibus onerata, à transeuntibus solet impeti, & pro extorquendis fructibus baculis & lapidibus infestari, quandoque etiam frangi penitus & cassari. Sic pro certo in mundo isto accidit, quod illi, qui fructibus bonorum temporalium præ cæteris sunt repleti, vt communiter à transeuntibus Id est, à balliuis & principibus, à tyrannis & raptoribus, ab inuidis & latronibus præ cæteris sunt impugnati. Vnde Psalm *Venit, que locusta, & bruchus, cuius non erat numerus & comedit omne fœnum in terra eorum, & fructum terræ eorum &c.* Et alibi in Psalm. 77. *Dedit ærugini fructus eorum & labores eorum locustæ.* Locusta enim quæ non cessat rodere quamdiu inuenit herbas & fructus, significat mundi raptores, qui tamdiu non cessant simplices molestare, quamdiu fructus bonorum temporalium sperant ab eis reportare. Etiam de fructu delitiarum patet cum quantis laboribus acquiritur & habetur. De fructu vero scientiarum cum quantis doloribus & sudoribus colligitur, & postea possidetur, patet. Isti enim qui habent scientias lucratiuas, non possunt habere requiem quia, scilicet, pro dandis consilijs ab hominibus fatigantur, sicut patet Luc. 13. vbi dicitur, quod *Iesus venit ad ficulneam, quærens in ea fructum, quæ tamen non habebat nisi folia.* quia, scilicet, tales non habent veros fructus rerum, sed folia verborum. Et sic ergo bene dico, quod iste fructus est causans dolorem, soporem, & saporem. Et hæc de fructu mundano sufficiant. ¶ Tertio dico, quod H
est quidam fructus supernus & delitiosus, & iste fructus est triplex, sc. gratiæ, Eucharistiæ, gloriæ.

Fructus { Gratiæ est sustentatiuus,
Eucharistiæ est roboratiuus,
Gloriæ est satiatiuus &c. } Vel alio modo dico sic, quod

Fructu { Gratiæ sustentantur incipientes,
Eucharistiæ roborantur proficientes,
Cælestis gloriæ satiantur peruenientes. }

Fructus { Gratiæ dat sanitatem peccatoribus,
Eucharistiæ dat firmitatem viatoribus,
Cœlestis gloriæ dat satietatem apprehensoribus. }

¶ Fructus ergo gratiæ malis denegatur. Vnde Gen. 3. dicitur, quod *post peccatum fructus ligni vitæ fuit homini denegatus*, Vnde in Psalm. 20. dicitur, *Fructum eorum de terra perdes &c.* Fructus eucharistiæ bonis tantum datur. Vnde iste est sicut fructus amygdalarum, qui secundum Plinium hominibus dat sanitatem, vulpibus autem dat mortem. Ad denotandum quod fructus corporis Christi est hominibus, id est, bonis personis sanitas, vulpibus vero & peccatoribus est mors & æterna calamitas. Iste est ergo fructus, quem terra nostra, id est, beata Virgo nobis protulit, atque dedit iuxta illud Psalm. 66 *Terra nostra dabit fructum suum.* Iste est ille fructus, quem duo exploratores attulerunt de terra promissionis in desertum, vt filios Israel allicerent ad illuc eundum, sicut dicitur Num. 13. Duo enim exploratores isti fuerunt Gabriel & beata Virgo, qui de terra promissionis paradisi, istum fructum dulcissimum in veste humanitatis nobis ad desertum huius seculi detulerunt, vt exinde ad vbertatem cœlestis patriæ moueremur. Iste est fructus, de quo beatæ virgini dictum fuit Luc. 1. *Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui.* Et Deut. 28. dicitur, *Benedictus fructus ventris tui & terræ tuæ.* Iste est ergo fructus roboratiuus, quia in fortitudine cibi istius potest ire Helias vsque ad montem Dei. Panis enim sicut dicitur in Psalm. *Cor hominis confirmat.*

¶ Sed adhuc dico, quod fructus gloriæ est satiatiuus. De isto dicitur in Psalm. *Satiabor, cum apparuerit gloria tua.* Sicut enim fructus in mensa diuitum dantur vltimi, sicut fructus, qui sunt in summitate, sunt suauissimi, quamuis ad habendum sunt difficillimi, sicut etiam fructus qui nascuntur in montibus sunt suauissimi, sicut dicit Isaac in diætis, sic pro certo fructus gloriæ paradisi, qui in superiori monte & summitate cæli nascuntur, suauissimi esse creduntur. Et ideo in mensa cœlestis regis in fine, scilicet, post mortem sanctis hominibus conferuntur, vt exinde perpetuo satientur quamuis ad istos faciendum non modica difficultas habeatur, quia sicut dicitur ad Hebr. 12. *Omnis disciplina præsenti non videtur esse gaudij, sed mœroris, postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet.* Quia sicut dicitur Sap. 3. *Bonorum laborum gloriosus est fructus.* Et ideo breuiter de isto fructu potest intelligi illud Deut. 33. De benedictione Domini terra eius, de pomis fructuum solis & lunæ, de pomis collium æternorum fructibus terræ, & plenitudine eius. Et sic patet, quod triplex est fructus, supernus & delitiosus, scilicet fructus inchoatiuus, qui est gratia, prosecutiuus, qui est Eucharistia, fructus consummatiuus, qui est cœlestis gloria. Et sic patet in generali triplex fructus, scilicet, supernus & delitiosus, mundanus, & perniciosus, humanus, qui est virtuosus & vitiosus. Et hæc de fructu sufficiant. Vide infra de Sterilitate.

## Frumentum.

Nota quod frumentum signat quodcunque spirituale vel temporale nutrimentum. Signat enim A

Nutrimentum { Spiritualis gratiæ,
Eucharistiæ,
Doctrinæ vel scientiæ,
Temporalis affluentiæ,
Cœlestis gloriæ. }

Signat (dico) nutrimentum spiritualis gratiæ. Et istud est frumentum, quo Ioseph incepit implere saccos fratrum suorum, sicut

sicut dicitur Gen. 44. *Imple saccos eorum frumento, &c.* Quia vere frater noster Christus summe cupit, vt plenos saccos frumento, id est, conscientias gratia plenas habeamus. Vnde Iudith. 4. *Congregauerunt frumenta in praeparationem pugnae.* Item signat nutrimentum Eucharistiae. Et ideo de ipso dicitur in Ps. 80. *Cibauit illos ex adipe frumenti.* Istud est enim granum frumenti quod in hortum virginalis vteri fuit seminatum per incarnationem, tandem in cruce fuit mortificatum per passionem, modo est summe multiplicatiuum per gratiae & gloriae pullulationem. Sicut enim dicitur Ioan. 12. *Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet, si vero mortuum fuerit, multum fructum affert.* Et ideo de illis, qui habent iustum fructum, dicitur in Ps. 4. *A fructu frumenti vini & olei multiplicati sunt.*

¶ Item est nutrimentum doctrinae & scientiae, & de hoc dicitur in Psalmo 64. *Induti sunt arietes ouium, & valles abundabunt frumento, & clamabunt & hymnum dicent.* Valles enim sunt humiles, qui prae caeteris frumento scientiae & doctrinae sunt repleti, & ideo ad clamandum, & ad docendum vera sunt, vt communiter magis apti. De isto frumento dicitur Iob 37. *Frumentum desiderat nubes, & nubes spargunt lumen suum.* ¶ Item est nutrimentum temporalis opulentiae Oseae 1. dicitur, *Dedi eis frumentum, vinum & oleum, argentum & aurum multiplicaui &c.* ¶ Vltimo vero est nutrimentum gloriae, vel affluentiae. Et ideo de hoc dicitur Zacha. 9. *Quid bonum eius, & quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum?* Et de isto frumento dicitur Hie. 31. *Confluent ad bona domini super frumento vino, & oleo.* Sufficiant & haec.

A **Frustra.** Nota, quod illud dicitur esse frustra, cuius legitima cessat ratio sine causa. Frustra enim proprie dicitur, quod factum inutiliter reperitur. Et ideo frustra ad impios qui, scilicet, nihil sciunt mirabiliter facere, sed semper frustra & inutiliter laborare. Deus autem & natura & viri iusti nihil faciunt frustra, quia si multa facta frustra videantur nobis, tamen si causas videremus eorum, quae scilicet, apud eos sunt occulte facta, non frustra, sed rationabiliter viderentur. Vnde Iob 5. dicitur, *quod nihil in terra sine causa fit.* Et Iob 34. dicitur *quod vere Deus non condemnabit frustra, nec omnipotens subuertet iudicium* Notabis ergo breuiter, quod.

Mali solent frustra {
Congregare,
Laborare,
Vigilare,
Incedere,
Confidere,
Viuere.

¶ Item

Mali frustra {
Conturbantur,
Castigantur,
Consolantur,
Operantur,
Componuntur,
Colloquuntur,
Extolluntur,
Decipiuntur.

Dico ergo quod mali frustra congregant per auaritiam. Constat enim quod auari non gaudent de bonis suis, imo ipsi frustra accumulant alienis. Vnde in persona talium dicitur Ecclesiast. 2. sic *Coaceruaui mihi argentum & aurum &c.* Sequitur. *Cumque me conuertissem ad vniuersos labores, quibus frustra sudaueram vidi in omnibus vanitatem.* Vnde auari post mortem suam possunt dicere illud 1 Regum 25. *Vere frustra seruaui omnia.* Istud enim frustra seruatum dicitur, quod non ad vtilitatem propriam sed ad alienam ordinatur. Vnde talibus dicitur Leuit. 26. *Frustra seretis sementem quae ab alienis deuorabitur.* ¶ Item mali frustra laborant per diligentiam. Mali enim valde laborant, sed labores frustra, & inutiliter fiunt, inquantum ipsos ad bonum finem non ordinant Iob 6. *Impius sum quare frustra laboraui?* E conuerso autem de bonis dicitur, Es. 65. *Non laborabunt frustra, quia semen benedictorum est.*

¶ Item mali frustra vigilant per sapientiam Psalm. 126. *Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam.* Item frustra ambulant per ignorantiam. Ille enim, qui vadit & nescit quo debeat tendere? frustra dicitur incedere. Vnde dicitur Iob. 12. *Deus decipit eos*, id est, permittit decipi, *vt frustra incedant per inuium. Palpabunt quasi in tenebris & non in luce, & errare faciet eos quasi ebrios.* ¶ Item frustra sperant per confidentiam. Mali enim sperant finaliter ad gloriam paradisi venire, sed hoc est frustra Iob. 15. *Non credat frustra errore deceptus, quod aliquo pretio redimendus sit.* ¶ Item frustra viuunt per insolentiam. Vita enim malorum frustra est, & pro nihilo, quia ad nullum bonum ordinatur, quinimo melius fuisset talibus si nati non fuissent Eccl. 6. *Frustra venit, & pergit ad tenebras, & obliuione delebitur nomen eius.*

¶ Item frustra conturbantur per vanum timorem. *Mali enim trepidant timore vbi non fuit timor.* Psalmo 38. Veruntamen in imagine pertransit homo, sed & frustra conturbatur. Item frustra castigantur per poenae rigorem. Obstinati enim sunt, nec proficit correctio & tribulatio, quae infertur Hierem. 2. *Frustra percussi filios vestros, disciplinam non receperunt.* ¶ Item frustra consolantur per verbi dulcorem: Consolationes enim factae per malos frustra fiunt, quia semper ad adulationem, & malum tendunt Iob 21. *Quare frustra consolamini me, cum responsio vestra ostensa sit contradicere veritati?* ¶ Item frustra operantur per vanum sudorem. Constat enim quod *opera eorum sunt opera inutilia, & labores sine fructu*, sicut dicitur Sapientiae 3. Et hoc quia de ipsorum operibus cum sint mortua, non sequitur vita aeterna. Vnde de talibus videtur Hierem. 46. *frustra multiplicasti medicinam, sanitas non erit tibi.* Ideo malis sacerdotibus dicitur Esa. 1. *Ne offeratis mihi sacrificium frustra.* ¶ Frustra componuntur per fictum decorem sicut sunt hypocritae, qui frustra & sine fructu ornant, componunt conuersationem suam. Vnde Hierem. 4 in persona meretricis ornatae dicitur, *Cum vestieris te coccineo, cum ornata fueris monili aureo, & pinxeris stibio oculos tuos. frustra compoueris.* Vnde etiam de hypocritis potest intelligi illud Prouerbior. 26. *Pulchras frustra habet claudus tibias.* ¶ Item frustra colloquuntur per vanum clamorem. Verba enim malorum vana & frustatoria, & mendacia sunt Iob. 35. *Igitur Iob frustra aperuit os suum.* Iob interpretatur dolens, significans peccatorem, qui dolendo & inuidendo loquitur contra bonos, contra illud Prou. 24. *Ne sis testis frustra contra proximum tuum.* Item frustra extolluntur per vanum honorem contra quos dicitur 2. Mach. 7. *Tu autem scelestissime noli frustra extolli.*

¶ Item frustra decipiuntur per vanum errorem. 2. Machab. 7. *Noli frustra errare.* Ideo reprehensiue dicitur Eccles. 2. *Risum reputaui errorem, & gaudio dixi, quid frustra deciperis? &c.* Patet ergo quomodo frustra signat multitudinem vitiorum, quae scilicet frustra fiunt, vel per quae homines frustrantur, & decipiuntur, &c. Sufficit. Vide de Vano.

**Fruges.** Nota breuiter, quod per fruges in scriptura intelliguntur bona temporalia, opera virtuosa, praemia aeternalia, primae fruges sunt pauperibus distribuendae. Vnde Prou. 3. *De primitijs frugum tuarum da pauperibus.* ¶ Secundae fruges Deo sunt attribuendae. Vnde Num. 18. *Vniuersa frugum initia, quae gignit humus, Domino deportantur.* De istis vero frugibus, id est, de nostris operibus potest dici illud Gen. 47. *Accipite semina, & seminate agros. & fruges habere possitis.* ¶ Tertiae vero fruges sunt bonis contribuendae scilicet electis. Vnde Ecclesiast. 20. *Qui operatur terram suam, inaltabit aceruum frugum.* A

**Fugere.** Nota, quod fugere idem est, quod ab aliquo termino cum celeritate abire & recedere. Et ideo secundum quod terminus, à quo quis fugit, potest esse bonus vel malus, secundum hoc fuga ab ipso termino potest esse virtuosa vel vitiosa. Possumus ergo distinguere duplicem fugam, vnam sc. laudabilem, aliam vituperabilem, vnam bonam & aliam malam, vnam meritoriam, & aliam deceptoriam. Fuga bona est, quando à malo fugimus, quando recedemus à mundo, à diabolo, vel à peccato. Vnde 1. Regum 19. *Fugit Dauid, & saluatus est.* Fuga mala est quando recedimus à Deo, à bono, consortio vel ab opere perfecto. Et sic videbatur Ionas fugere, qui *abijt, vt fugeret à facie Domini*, & ideo (sicut dicitur Ionae 2.) *à mari & à ceto fuit absorptus.* A

Notabo ergo, quod est quaedam fuga mobilitatis & inconstantiae, de qua dicitur Iob. 14. *Homo quasi flos egreditur, & conteritur & fugit velut vmbra* ¶ Est fuga debilitatis & impotentiae. Et ista est fuga diaboli, qui recte similis est hyenae, quae fugientem hominem sequitur, sequentem fugit, &c. Quia diabolus fugientes & tepidos solet inuadere, audaces vero & resistentes solet timere, & fugere. Vnde Iacob. 4 *Resistite diabolo, & fugiet à vobis.* ¶ Item est fuga sagacitatis & prouidentiae. Et ista est fuga bonorum sapientium, qui prudenter fugiunt, cauent, & relinquunt illa, quae sibi vident contraria & nociua. De qua dicitur B

cium Eccles. 21. *Quasi à facie colubri fuge peccatum, &c.* Et de ista si placet latius differemus. Dicamus enim quod (sicut videmus) naturaliter omnia fugiunt suum contrarium. Et inde est, quod in æstate fontes & putei solent esse frigidiores, quod vtique accidit propter frigiditatem quæ exteriorem aëris calorem refugit, & ab ipso sicut à suo contrario in terra in interioribus se abscondit. Et inde etiam est, quod natura quibusdam impotentibus animalibus dedit summam corporis leuitatem, sicut sunt lepores & capreoli, & hoc fecit, quia qui non poterant se saluare à suis contrarijs eis resistendo, se saluarent ab eis fugiendo: quibus exemplis vtique docemur, quod à nostris contrarijs debemus fugere, & ne forsitan succumbamus, ab eis cautius resilire. Constat enim quod sumus impotentes & inualidi, & ad resistendum tentationibus & tribulationibus valde debiles & infirmi, & ideo non habemus remedium nisi prudenter fugiamus quod à peccati occasionibus caueamus, exemplo Ioseph, qui relicto in manu Dominæ suæ pallio, ab ipsa fugit, & recessit. Vt sic de ipso, & de quolibet fugere volente possit dici illud Amos 2. *Robustus corde inter fortes nudus fugiet.* Et de quolibet exponatur illud Ps. 113. *Mare vidit & fugit, Iordanis conuersus est retrorsum.* Et videtur, quod in verbis istis ostenduntur tria, quæ ad bene agendum sunt necessaria. Oportet enim.

Exonerare sarcinam quam deferimus,
Considerare terminum detestabilem quem dimittimus,
Desiderare terminum delectabilem ad quem tendimus.

Per ista enim tria excitamur ad bene agendum scilicet per expoliationem sarcinæ scilicet peccatorum vel bonorum temporalium quando ipsam videmus importabilem, quod ostenditur cum dicitur mare, quia mare habet se purificare ab hominibus superfluis. Per considerationem termini à quo, quando illum videmus detestabilem, quod ostenditur cum dicitur, *Vidit & fugit.* Per desiderationem termini ad quem, quando ipsum videmus delectabilem, quod ostenditur, cum dicitur. *Conuersus est retrorsum*, ad Deum vel ad Paradisum, quem retro nos antea tenebamus. Oportet ergo eum, qui vult fugere, deponere deteriora. [ Mare inquit ] Relinquere anteriora. ( Vidit inquit & fugit. ) Diligere posteriora scilicet Deum & Paradisum, quæ post mortem acquiruntur. ( Conuersus inquit est retrorsum. ) Primo igitur dico, quod debemus fugere abijciendo sarcinam
C deteriorem, quod ostenditur, cum dicitur. ( Mare, ( quia sicut mare quando feruet, solet omnes immunditias abijcere, & superfluis omnibus & rebus mortuis se purgare, sic qui bene vult fugere, debet per contritionem feruescere, iuxta illud Iob. 41. *Feruescere faciet quasi ollam profundum maris.* & omnibus malis onerantibus, id est, omnibus peccatis & bonis temporalibus quantum ad affectum debet se exonerare & expedire. Vnde Psalm. *Conuertit mare in aridam.* Et Apoc. 20. *Mare dedit mortuos suos.* Sicut enim videmus, ille, qui bene vult currere & fugere, solet ab omnibus sarcinis se exonerare. Vnde de leone dicit Plinius, quod si quando repletus est cibarijs, inuadatur à venatore, timens ne propter repletionem fugere nequeat, solet comestos cibos euomere, & ipsos cum proprijs vnguibus de gutture suo eijcere. Simia enim propter onus forulatium, quibus se impudenter dicitur ligare, cum ipsos ad voluntatem dimittere nequeat, propter pondus etiam filiorum quos impudenter dicitur portare, veniente venatore fugere non valens, capi necessario se permittit. Aper etiam propter ardorem suæ intestinis vrinæ in fugiendo grauari dicitur, & ideo nisi ipsam eiecerit, faciliter capitur, & superatur. Quibus vtique exemplis docemur, quod omnia, quæ ad fugam vitiorum nobis sunt grauia & onerosa, debemus abijcere, vt sic sine periculo possimus fugere & recedere. Repletio enim ciborum, id est, abundantia bonorum temporalium, onus filiorum, id est, nimia affectio parentum carnalium, ardor etiam vrinæ siue humorum, id est, infectio interiorum criminum cordialium, nos grauant & impediunt ad virtualiter fugiendum, iuxta illud Amos 2. *Peribit fuga à veloce, & fortis non obtinebit virtutem suam.* Necesse est ergo, vt cibos temporalium per eleemosynas eijciamus, vt filijs, id est, parentum carnalium amore nos sagaciter excutiamus, vt vrina ardenti, id est, interioribus criminibus nos per confessionem expediamus Et sic cum ab omnibus istis fuerimus denudati, & ad modum maris purgati & purificati, tunc fugere poterimus, & à cunctis periculis nos saluare. Vnde Amos 2 *Robustus corde inter fortes nudus effugiet.* Sicut enim castor truncat sibi testiculos, sicut elephas rumpit dentes eburneos, vt fugere dimittatur, sic quicquid potest in nobis esse causa periculi, debemus dimittere, vt à periculo possimus fugere. Vnde 1. Mach. 7. *Proiecerunt arma sua, & fugerunt.* Ideo de motu, de fuga, & de recessu istius maris dicitur in Psalm. *Moueatur mare, & plenitudo eius.* Et iterum. *Quid est tibi mare, quod fugisti?* Fugiamus ergo abijciendo sarcinam deteriorem. Mare inquit. ¶ Secundo dico, quod si bene volumus fugere, nos debemus respicere terminum anteriorem. [ Vidit inquit & fugit ] D
Homo enim tunc animatur ad bene agendum, & fugiendum de aliquo loco, quando videt locum illum esse periculosum. Pisces enim videntes periculum retis, non libenter intrant. Vnde mugil est piscis, qui perpendens rete piscatoris, ita cito fertur resilire, & fugere, quod rectius videatur volare, quam saltare. Pisces etiam secundum Plin. libro 10. ( vt assumit Vincentius in speculo naturali libr. 13. c. 7. ) generaliter locum occisionis vel ablutionis alterius piscis solent fugere, & odorem sanguinis suorum sociorum horrere. Nautæ etiam pericula maris attente fugiunt, & cum ipsa perpendunt, ad ea non accedunt. Sic vere charissimi, quia diabolus, mundus & caro sunt sicut quidam termini periculosissimi, quia scilicet erga diabolum inueniemus rete deceptionis quia *periculum in falsis fratribus*. 2. Cor. 11. Erga mundum inueniemus periculum turbationis quia periculum in mari. Ibidem. Erga carnem inueniemus periculum falsæ delectationis, quia *periculum in fluminibus*. Ibidem. Et sic erga peccatum inueniemus periculum mortis & damnationis, quia sicut dicitur Eccles. 4 *Qui amat periculum, peribit in illo.* Ideo dico, quod debemus ab inde fugere & recedere, & ibidem aliqualiter non manere. Fugiamus ergo diabolum, qui semper parat nobis rete alicuius tentationis. Vnde Amos 5. *Fugiat vir à facie leonis*, Fugiamus mundum, quia vere iste est mare, vbi est periculum multiplicis tribulationis. Ibi enim est fluctus superbiæ. Ibi vorago seu stilla auaritiæ, ibi bithalassus luxuriæ, ibi cantus Sirenarum, id est, deceptio falsorum amicorum, ibi piratæ, id est, societates hominum peruersorum. Mundus ergo est illa ciuitas, de qua Hierem. 51. *Fugite de medio Babylonis vt saluet vnusquisque animam suam.* Item fugiamus carnem, quia pro certo iste est locus talis delectationis. Exemplo nautarum, qui cantus & saltus fugiunt Sirenarum. Vnde de fuga malæ mulieris potest dici illud Prouerb. 4. *Fuge ab ea, nec transeas per illam, declina, & desere eam.* Et Ecclesiast. 7. dicitur, *Vincula sunt manus eius, qui placet Deo, effugiet illam.* Item fugiamus peccatum, quia pro certo iste est locus occisionis, & perditionis. In isto enim loco fuerunt occisi, & interfecti, damnati pariter & perditi multi socij nostri, qui præcesserunt nos. Et ideo quando sentimus odorem & infamiam suæ occisionis & damnationis, dico, quod istum locum, id est, istum actum debemus fugere, & ab ipso quanto poterimus abstinere, iuxta illud Ecclesiast. 21. *Quasi à facie colubri fuge peccatum, quia dentes, leonis dentes eius, interficientes animas hominum.* Quasi romphea bis acuta omnis iniquitas. Vidit (inquit) ergo & fugit. Quasi diceret. Si homo ista pericula viderit, & prudenter considerauerit, ipse, si sapiens est, fugiet, & cauebit, vt in persona mundi, diaboli vel peccati, dicatur illud Psalmo *Qui videbant me foras fugerunt à me.* Et Hester 14. dicitur, quod *Hester regina confugit ad dominum, pauens periculum, quod imminebat.* Ille est ergo terminus à quo, qui est periculosus, & ideo ab eo est fugiendum. Nota ergo, quod.

Fugiendum est
- A detractione verbali, quæ interficit,
- Ab inquinatione carnali, quæ nos inficit,
- Ab affectione mensali, cui nihil sufficit,
- A congregatione mundiali, quæ nos perficit,
- Ab inflammatione temporali, quæ nos afficit.

¶ Fugiamus ergo linguam detractionis Iob 19. *Fugite ergo à facie gladij.* Lingua enim ad modum gladij est facta, & ideo per gladium intelligitur vitium linguæ. Psalmo *Lingua eorum gladius acutus.* quod scilicet fugiendum est, & merito, quia sicut dicitur Hierem. 44. *Qui fugerint gladium, reuertentur de terra Aegypti.* ¶ Item fugiamus maculam infectionis, sc. peccatum luxuriæ. 1. Cor. 6. *Fugite fornicationem, &c.*

¶ Item fugiamus faculam affectionis, id est, vana desideria. 2. Tim. 2. *Iuuenilia desideria fuge.* ¶ Item fugiamus chordulam mundanæ fœderationis, scilicet societates malorum, exemplo scilicet, Tobiæ de quo dicitur Tob. 1. quod *fugiebat consortia hominum, qui adorabant vitulos aureos, & solus pergebat ad Hierusalem ad templum Domini, & ibi adorabat.* Et pro certo fuga malæ societatis & occasionis summe est necessaria. Psal. 54. *Ecce elongaui fugiens & mansi in solitudine.*

¶ Item

¶ Item fugiamus similiam auaritiæ & ambitionis 2. Pet. 1. *Fugientes eam, quæ in mundo est concupiscentia corruptionem.* Isti ergo sunt mali termini à quibus est fugiendum & recedendum 1. Tim. 6. *Tu autem homo Dei hoc fuge.* Fugiamus ergo respiciendo terminum anteriorem.

¶ Tertio fugiamus aspiciendo terminum vtiliorem vel po-
E steriorem. Conuersos est inquit retrorsum. Ille enim qui ab aliquo loco fugit, & resilit, necesse est vt se alium retrouertat. Et ideo tunc homo ad fugam fortius animatur, quando ex bonitate sperata vtilitate ad terminum, ad quem tendit, allicitur, & delectatur. Et quia charissimi, à diabolo, mundo, & carne vel peccato debemus fugere, terminus, ad quem fugere debemus, est ipse Deus vel Paradisus, qui scilicet terminus est valde vtilis & delectabilis, &c. ideo dico quod ex eius consideratione debemus ad ipsum fugere, & ad eius adiutorium nos transferre. Sicut enim.

Puer læsus fugit ad matris gremium,
Homo grauatus fugit & recurrit ad superioris præsidium.
Populus impugnatus fugit ad castri refugium.

Sic vere nos in quacunque nostra tribulatione refugere debemus ad Dei adiutorium & remedium, quia vt dicitur Prouerb. 18. *Turris fortissima nomen Domini, ad ipsum fugit iustus & saluabitur.* Et bene saluabitur. transfugæ enim apud antiquos seruabantur ab illis, ad quos transfugiebant sicut patet de Dauid, qui fugit ad Achis à facie Saulis mali regis sicut dicitur 1. Reg. 21. Ad quod facit scriptura Deut. 33. Vbi præsens præcepit sic, *Non tradas seruum Domino suo, qui ad te confugerit.* Quia reuera si ad Dominum confugerimus, à diabolo (qui in statu peccati noster Dominus fuerat) eripiemur. Deus enim & status gratiæ est sicut ciuitas refugij. ad quam oportebat transfugere, si quis volebat ab homicidio tutus esse Deut. 19. Quia pro certo si animam nostram occiderimus per peccatum necesse est, quod ad Deum, & ad Ecclesię & gratiæ statum fugiamus, si mortem æternam effugere cupiamus 1. Reg. 4. *Fugit vnusquisque in tabernaculum suum.* Conuertamur ergo retrorsum, & fugiamus.

Ad protractionem diuini nominis,
Ad refectionem superni culminis,
Ad creationem æterni luminis.

Iuxta illud Esa. 44. *Conuersi sunt sapientes retrorsum.* Deus enim & bona Paradisi dicuntur esse retrorsum, eo scilicet quia cum ad ea recesserimus per peccatum, & ipsa retro nos posuerimus, ad ea debemus retro nos conuertere, & per pœnitentiam ab ipsa confugere, & ab illis, quæ prius amaueramus, retrocedere, & resilire. Vnde Thre. 1. *Ipsa autem gemens conuersa est retrorsum.* Fugiamus ergo ad Deum & ad Paradisum sicut ad montem protectionis, sicut ad fontem refectionis, sicut ad pontem saluationis. Fugiamus (dico) ad istum sicut ad montem protectionis. Vnde Cant. 8. *Fuge dilecte mi, assimulare capreæ hinnuloque ceruorum super montes Bethel.* Simus ergo sicut Loth, cui dictum est Gen. 19. *Non stes in omni circa regione, sed in monte saluum te fac.* Vnde 1. Machabeorum 2. *Fugit ipse & filij eius* (ipse scilicet Mathatias) *in montes* Matt. 24. *Qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes.* Item fugiamus ad ipsum sicut ad fontem refectionis, quia sicut ceruus & fugiens & sitiens currit ad fontes aquarum, vt plenarie satietur. Sic & nos debemus fugere ad Deum, vt eis gratijs recreemur Exod. 14. *Fugientibus Aegyptijs occurrerunt aquæ.* Item fugiamus ad ipsum. sicut ad pontem saluationis. Nam sicut videmus, quod ille, qui vult transire fluuium, fugit & vadit ad pontem ne periclitetur, sic nos qui transire habeamus fluuium huius mortalis vitæ, recurrere debemus ad Deum sicut ad pontem per quem possumus tute transire. Iuxta illud prædictum Hester. 14. *Hester quoque regina pauens periculum fugit ad Dominum.* Patet ergo, quod si virtualiter volumus fugere, necesse habeamus aspicere terminum posteriorem, attendere terminum anteriorem, deponere sarci-
F nam deteriorem. Et hæc de bona fuga sufficiant. ¶ Sed pro certo dico, quod multi econuerso frequentant malam fugam & non bonam, sicut sunt illi, qui libenter fugiunt à bono, & accedunt ad malum. Vnde possumus notare, quod mali generaliter fugiunt quatuor, scilicet.

Amicitiam & societatem,
Pœnitentiam & pœnalitatem,
Iustitiam & seueritatem,
Constantiam & stabilitatem.

Fugiunt (dico) societatem & amicitiam. Aues enim prædales societatem fugiunt, & solitudinem amant vt dicit Gre. in moral. Vnde vnum par vulturum non libenter nidificat in loco, vbi scit aliud par vulturum habitare. Sic vere multi sunt, qui societatem, charitatem, & amicitiam aliorum refugiunt, & declinant. Volunt enim viuere soli, soli ab hominibus videri, & reputari, socium in bonis suis non habere, sed soli bona sua consumere & deuorare. Vnde isti dicunt illud Psalm. *Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine.* Istud potissime pertinet ad auaros, qui bona sua volunt soli comedere, & ideo nolunt aliquem socium inuenire. Pertinet etiam ad falsos amicos, qui pro certo societatem amicorum suorum fugiunt, & potissime tunc temporis quando ad paupertatem & aduersitatem ipsos deuenisse cernunt. Sicut enim serpens naturaliter hominem nudum dicitur fugere, sic tales falsi amici pauperum denudatorum, & in aduersitate positorum solent consortium abhorrere. Et ideo in persona pauperum loquitur Iob 19. *Noti mei quasi alieni recesserunt à me, dereliquerunt me proximi mei, & qui me nouerunt obliti sunt mei* Iob 20. dicitur, *abominantur me, & longe fugiunt à me.* Et in Psalm. dicitur, *Qui videbant me, foras fugerunt à me.* Isti ergo fugiunt societatem & amicitiam.

¶ Insuper dico, quod quidam fugiunt pœnalitatem & pœni- G
tentiam. Sicut enim serpens naturaliter fugit rutam, quæ est herba valde amara, vnde etiam in locis, vbi est ruta, nec serpentes nec animalia venenosa raro inueniuntur, sic peccatores venenosi & serpentini, rutam amaram, id est pœnitentiæ amaritudinem fugiunt, & in luco vbi ruta est, id est, vbi pœnitentia viget, libenter aut faciliter non subsistunt & isti sunt fatui, quia dum fugiunt pœnam temporalem ipsi incurrunt finaliter æternalem. Vnde Iob 30. *Fugiet arma ferrea, & incidet in arcum æreum* Isti ergo fugiunt pœnalitatem & pœnitentiam

¶ Denique dico, quod quidam fugiunt seueritatem & iusti- H
tiam, & isti sunt illi, qui nec à Deo, nec à prælato volunt corrigi, nec puniri, imo vt possint fugere, solent quandoque contra correctores suos insurgere, & ipsos per appellationes, vel alijs impugnare similes illi bestiæ, quæ dicitur bonnacon, quæ dicitur stercus fœtentissimum contra venatorem proijcere, & sic eam persequi dimittit, & bestia recedit & fugit. Sic vere multi sunt, qui venatores, & persecutores suos, id est, iudices & correctores cum stercoribus suis ardentibus, id est, cum verbis diffamatorijs & exasperantibus faciunt à correctione cessare, & recedere, & sic correcti dimittunt abire, & fugere. Vnde de hoc potest dici illud Genes. 16 *Affligente eam Sarai fugam iniit.* Sicut enim dicit Solinus, templum Herculis non intrabant muscæ, clauam vero Herculis quæ in templo pendebat solo odoratu fugiebant canes. Sic vere dico, quod templum religionis & clauam correctionis, quam Hercules, id est, Christus fortissimus insigniuit, solent muscæ, id est, mundi homines fugere, & clauam correctionis solent canes & impij declinare. Ista est enim veritas, quod mali & peruersi & impij semper solent templum deuotionis fugere, & à locis, & à statibus & mundis, & puris recedere, correctionis baculum euitare. Psalm. 103. *Ab increpatione tua fugient, à voce tonitrui formidabunt.* Isti ergo fugiunt seueritatem & iustitiam.

¶ Adhuc dico, quod quidam fugiunt stabilitatem & con- I
stantiam. Et isti sunt illi, qui in bono nolunt perseuerare, nec tentationibus resistere, quia statim quando aliqua tentatione vel tribulatione impinguantur, solent fugere, & à bono proposito desistere. Vnde de talibus dicitur Prouerb. 28. *Fugiet impius nemine persequente* Et Leu. 26. *Fugietis nemine persequente.* Et tamen isti deberent considerare, quod diabolus admodum crocodili est animal fugax & fugientes insequitur, resistentes fugit, & ideo isti deberent fortiter resistere, vt ipsum cogerent retroire Iac. 4.
*Resistite diabolo, & fugiet à vobis* ¶ Sed si vis, nota, quod fuga incō- K
stantiæ est quadruplex, scilicet

Fuga {
Naturæ,
Fortunæ,
Miseriæ,
Culpæ.

Prima est fuga omnis viuentis. Natura enim humana semper est in transitu & in fuga. Iob 13. *Quasi flos egreditur & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquam in eodem statu permanet.*

¶ Secunda est fuga fortunæ, vel mundi labentis. Omnia n: bona mundi fugitiua sunt, & ēt suos fugiunt appetitores. Vnde de qualibet re temporali potest dici illud Esa. 13. *Et erit quasi damula fugiens.* Tertia est fuga miseriæ vel fluidæ mentis, quæ sci:

neſcit tentationi, vel tribulationi reſiſtere, nec in eodem propoſito remanere. Similis illi Cain, de quo dicitur Geneſ. 4. quod *ipſe fugit vagus & profugus ſuper terram, &c.* Quarta eſt dominum delinquentis, ſcilicet cuiuſlibet peccatores à Deo recedentis, vel apoſtatæ religionem dimittentis. Tales enim fugitiui videntur ſimiles illi lapidi, qui ſecundum Plinium ſolebat eſſe in porta Cyzini in Aſia minori, qui lapis fugitiuus dicebatur, eo quod quando illuc alligarentur naues, & fugere, & neſcio qua virtute recedere ad alium locum dicebatur, quouſque ſcilicet per incolas fuit plumbo ligatus, & ne fugeret adiuncto pondere aggrauatus, ſicut dicit Plinius libro 36. capite 15. Sic proculdubio dico, quod ſunt multi in ſtatu perfectionis, qui ſcilicet naues, id eſt, ſeculares deberent ſuis doctrinis & exemplis à vanis fluctibus ſtabilire, & in bonis propoſitis anchorare, qui tamen per peccatum à Deo vel per apoſtaſiam à religionis clauſtro fugiunt, & per mundum & peccati ſtatum vagabundi diſcurrunt. Geneſ. 16. *A facie Sarai Dominæ meæ fugio.* Quapropter iſti quandoque per prælatos ligantur, & vinculis ad literam arreſtantur figurati in Iona, qui dum fugeret à facie Domini, vt iret in Tharſis, in mare fuit proiectus, & à piſce deuoratus. Ideo de talibus dicitur illud 1. Reg. 25. *Hodie increuerunt ſerui qui fugiunt Dominos ſuos,* qui tamen deberent dicere illud Pſalm. 138. *Quo ibo à ſpiritu tuo, & quo à facie tua fugiam?* Quia ſicut dicitur Tobię 13. *Non eſt qui effugiat manum Dei.* Et ſic ſufficit de fugere.

A **Fulgor. Fulgere.** Nota, quod fulgor cum nihil aliud ſit, niſi quædam reſplendentia corporis lucidi vel politi, poſſum notare, quod quadruplex fulgor in ſcriptura reperitur, ſcilicet.

Fulgor {
Virtualis & ſanctificus,
Temporalis & damnificus,
Criminalis & phanaticus,
Æternalis & beatificus.

Primus eſt gratiæ, quo fulgent pectora iuſtorum,
Secundus eſt opulentiæ, quo fulgent corpora magnorum,
Tertius eſt falſæ apparentiæ, quo fulgent corpora fictorum,
Quartus eſt æternæ gloriæ, quo fulgent æthera ſanctorum.

¶ Primo ergo dico, quod eſt fulgor hominum iuſtorum, & iſte eſt fulgor gratiæ, quæ illuminat mentem ſanctitate interius, & exteriorem iuſtum & habitum honeſtate. Iſti enim fulgent in hac vita triplici radio vel fulgore, ſcilicet.

Gratiæ,
Scientiæ, &
Honeſtatis.

Gratiæ dico Tob. 13. *Luce ſplendida fulgebis.* Scientiæ etiam ſeu doctrinæ Dan. 12. *Qui autem docti fuerint, fulgebunt ſicut ſtellæ in perpetuas æternitates.* Honeſtatis vero & bonæ apparentiæ. Heſter 8. *Fulgebat Mardochæus veſtibus regijs & hyacinthinis, &c.* Sicut ergo video, quod vaſa fulgentia ſolent acceptari in.

Diuinis templis,
Theſauris amplis,
Diuitum menſis.

Sic iuſti taliter fulgentes digni ſunt, vt ad templum, id eſt, ad ſtatum Eccleſiaſticum, debeant aſſumi, vt in theſauro diuinæ acceptionis & prædeſtinationis debeant reponi, in conuiuio ſummi regis in paradiſo debeant apponi. Iſta ſunt ergo vaſa æris fulgentis optimi, quæ Eſdras de Babylone in Hieruſalem reportauit, ſicut dicitur 1. Eſdr. 8. Vnde ſancta Heſter dicitur Heſter 5. quod *die tertio accepit veſtimenta ornatus ſui, & circumdata gloria ſua, & fulgens regio habitu inuocauit omnium rectorem.* Dica enim tertius eſt dies gratiæ. Tres enim dies ſunt ſpirituales, ſcilicet.

Dies {
Naturæ
Legis,
Status ſeu gratiæ.

Tali ergo die tertio, ſcilicet in ſtatu gratiæ (de quo dicitur Oſeæ 6. *Viuificauit nos Deus poſt duos, die tertia ſuſcitabit nos,*) debet quælibet Heſter abſcondita, id eſt, quælibet humilis perſona, veſtibus honeſtæ apparentiæ doctrina gloriæ & ſapientiæ, regio habitu ſanctitatis & gratiæ refulgere, & rectorem omnium inuocare. Sap. 3. *Fulgebunt iuſti, & tanquam ſcintillæ in arundineto diſcurrent.* Patet ergo, quod eſt fulgor omnium iuſtorum.

B ¶ Secundo dico, quod eſt fulgor diuitum magnorum & iſte eſt fulgor hominum peccatorum, vel vitioſorum. Fulgor enim oculos intuentium lædit. Et ideo aues debilis viſus in fulgore ſolis ſe ſolent abſcondere, cum non ſufficiant huius fulgorem videre. Sic fulgor gloriæ & proſperitatis mundanæ oculos mentis ſolet lædere, & eos lumine gratiæ ſpoliare, Eccleſiaſt. 43. *Refulgens radijs ſuis excæcat oculos.* Quapropter viri perfecti, qui oculos diſcretionis habent debiles, debent talem fulgorem fugere & proſperitatis gloriam euitare. Poſt magnum fulgorem coruſcationis ſequitur tempeſtas grandinis & turbationis, quia ſcilicet vbi fulgor proſperitatis præceſſerit, veri ſimile eſt, quod damnationis tonitruum vel grando ſubibit Pſ. 17. *Præ fulgore in conſpectu eius nubes tranſierunt, grando & carbones ignis.* Iſte eſt ergo fulgor diuitum magnorum.

C ¶ Tertio dico, quod eſt fulgor hominum fictorum, ſcilicet hypocritarum, qui ſcilicet fulgent ad modum ligni putridi quod quandoque fulget de nocte, de die nunquam, quia ſcilicet iſti in nocte ignorantiæ, ſcilicet apud eos, qui non bene cognoſcunt eos, fulgent, & per ſanctitatem apparentem reſplendent. Iſti figurantur in imaginibus lapideis auro pictis, quæ non intus, ſed extra fulgent. Sic hypocritæ fulgorem ſanctitatis non habent intus, ſed ſolum extra in apparentia. Vnde de idolis dicitur Baruc. 6. *Niſi aliquis æruginem extorſerit, non fulgebunt.* Iſti hypocritę & maxime falſi proditores ſunt ſimiles gladio limato & polito, & excauato, qui ſcilicet fulget & ſcindit, quia ſcilicet tales, vt communiter, fulgent per fictam ſanctitatem & bonitatem, & per adulatoriam falſitatem, ſcindunt tamen per detractionis & proditionis iniquitatem. Vnde Ezech. 21. de gladio dicitur, quod *vt ſplendeat limatus eſt, vt cædat victimas exacutus eſt.* Et ſequitur. *Dedit in omnibus portis eorum conturbationem gladij limati ad fulgendum & ad cædendum.*

D ¶ Quarto inuenitur fulgor hominum ſanctorum, id eſt, beatorum, qui ſunt in patria, qui fulgent.

Mente per cognitionem inæſtimabilem,
Et corpore per claritatem inobfuſcabilem,
Et fama per miraculorum gloriam admirabilem.

Matth. 13. *Tunc fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno patris illorum.* Vnde de fulgore gloriæ Paradiſi poteſt dici cuilibet ſancto illud Iob 11. *Meridianus fulgor conſurget tibi ad veſperam, & cum te conſumptum putaueris, orieris vt Lucifer, & habebis fiduciam propoſita tibi ſpe & defoſſus ſecurus dormies, requieſces, & non erit qui te exterreat, & deprecabuntur faciem tuam plurimi.* Iſta enim poſſet optime dici de ſanctis & fulgore miraculorum ſuorum, &c. Vide infra de lucere & ſplendere.

A **Fulgur.** Nota, quod fulgur nihil aliud eſt, quam quædam impreſſio naturalis e a ſubtilioribus elementorum partibus generata. Eſt fulgur quędam ſubſtantia ignea valde penetratiua & actiua. Et ideo in ſcriptura multipliciter accipitur. Accipitur enim in bono & in malo. Accipitur pro.

Obedientiæ celeritate,
Auaritiæ cupiditate,
Æternæ miſeriæ crudelitate.
Exterioris apparentiæ claritate vel famoſitate.

Primo dico, quod eſt quoddam fulgur magnæ velocitatis, & iſtud eſt fulgur obedientiæ, quia ſicut fulgur velociſſime mouetur, & diſcurrit, ſic bonus obediens ad voluntatem Dei, vel prælati debet velociſſime diſcurrere, & moueri. Vnde Iob 38. *Nunquid mittes fulgura, & ibunt, & reuertentia dicent tibi, adſumus?*

B ¶ Secundo dico, quod eſt aliud fulgur magnæ caliditatis, & iſtud eſt fulgur auaritiæ, rapinæ ſeu fœnoris. Sicut enim fulgur in ſe eſt ardentiſſimum inanium (prout dicit Plinius) quod ſuæ igneæ violentiæ nihil poteſt reſiſtere, ſic crudeles, & auariti ſunt ignei ardentes, & per cupiditatem inflammati, quod volunt nocere in omnibus & ſuæ auaritiæ ardorem exercere. Et potiſſime vſurarij ſimiles ſunt fulguri. Eſt enim quoddam genus fulguris ſecundum Plinium, quod ex dolio vinum, quod in eo eſt, imperceptibiliter exhaurit, & pecuniam in ſacculis ſine ſacculi combuſtione mirabiliter liquefacit. Sic pro certo vſurarij ardore ſuæ auaritiæ imperceptibiliter hauriunt, bibunt, liquefaciunt, annihilant, & conſumunt aliorum facultates. Ipſi enim non videntur dolia noſtra & ſaccos noſtros tangere, vel præſentialiter tetigiſſe, & tamen bene percipiuntur vina noſtra exhauſiſſe, & noſtras nobis pecunias extraxiſſe. Vnde de

talibus

... fulguribus potest dici illud 2. Regum 22. *Fulgura multiplicauit & consumpsit eos.* Istud est ergo fulgur magnæ calliditatis.

C ¶ Tertio dico, quod est fulgur magnæ pœnalitatis. Et istud est fulgur pœnæ æternæ. Sicut enim fulgur omnia, quæcunque dura & torta solet penetrare, & scindere, super alta loca etiam, sicut sunt campanilia, & turres, solet facilius cadere, sic fulgur æternæ damnationis vel sententiæ diuinæ iudicialis solet duros obstinatos, altos, superbos, elatos impetere & percutere, penetrare & dissipare. Vnde Deut. 32. *Si acuero, vt fulgur gladium meum, & arripuerit iudicium manus mea, reddam vltionem ab hostibus meis, & his qui oderunt me retribuam.*

¶ Et aduerte, quod tria dicuntur valere contra fulgur, scilicet laurus, ceraunius, & corallus. Sic vere tria valent contra fulgur æternæ damnationis, scil. laurus arbor, ista est memoria crucis. Ceraunius, qui cum tonitruo descendit, iste est timor diuinæ comminationis. Corallus, qui est lapis, qui in mari inuenitur, qui est amaritudo pœnitentiæ & afflictionis. Ista enim tria, scilicet pœnitentiam, timorem Dei, memoriam crucis si in corde habuerimus, fulmine damnationis æternæ lędi vel fulminari non poterimus. Vnde dicitur Hier. 10. *Fulgura in pluuiam fecit.* Fulgur enim æternæ pœnæ in pluuiam diuinæ misericordię vertitur si istud triplex remedium habeatur. Istud est ergo fulgur magnæ pœnalitatis.

D ¶ Quarto dico, quod est quoddam fulgur magnæ formositatis. Et istud est fulgur claritatis, & splendor bonorum exemplorum, magnorum miraculorum, bonę doctrinę, & bonorum documentorum. Nubes enim, i. sancti miserunt nobis talia fulgura, quibus scilicet apud nos coruscauerunt, & mundum illuminauerunt. Vnde Ezech. 1. *Nubes magna & ignis inuoluens, splendor ignis, & de igne fulgur egrediens.* Isti enim sunt nubes per pietatem, sunt ignis per charitatem, sunt fulgus per omnimodam sanctitatem, &c. Vide infra de splendore, & in alijs titulis similibus.

## Fumus.

Nota, quod fumus est quædã materia aërea, quæ de corporibus combustis vi caloris exhalat. Illud enim aëreum & aqueum quod non potest calor consumere, facit in fumum euaporare. Accipitur enim fumus in scriptura in bono & in malo. Vnde generaliter possumus dicere triplicem esse fumum, scilicet,

Quendam { Virtuosum & laudabilem,
Vitiosum & damnabilem,
Dolorosum & tristabilem. }

¶ Primo ergo dico, quod venit quidam fumus laudabilis & virtuosus, & iste est.

Fumus { Feruidæ orationis,
Bonæ affectionis,
Altæ contemplationis. }

Sicut enim videmus, quod fumus ab igne exit, ignem esse in loco vnde est, ostendit, & sursum supra ignem in cœlum alte ascendit, sic vere charissimi talis fumus de corde & de fornace, vbi est ignis amoris & dilectionis, solet ascendere, & sursum ad Deum se erigere, & eleuare. ¶ Istud patet de fumo orationis, de quo dicitur Apoc. 8. *Ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum in conspectu Dei, de manu Angeli.* Iste est enim fumus pulmonis asini, de quo secundum Plin. si domum suffumigaueris, ab omni reptili mundabis. Quia vere fumus orationis, qui à pulmone, id est, à deuotione animorum, id est, bonorum & simplicium emanat, omnia reptilia vitiorum de domo conscientiæ fugat. Esa. 6. *Impleta est domus Domini fumo.* Istud etiam dicitur de fumo bonorum desideriorum & feruidæ affectionis, de quo dicitur Ex. 19. & 20. quod *cum Dominus descendisset in igne in monte Synai, totus mons Sinai fumigabat.* Ad denotandum, quod illic Deus vult per gratiam suam descendere, vbi solét bona desideria fumigare. Et ideo sicut videmus, quod in fumo ollæ bullientis non resident muscæ, sic in effectiuæ cordis charitate feruentis nunquam resident cogitationes malæ. Iste est fumus ille, de quo dicitur Tob. 6. *Fumus eius exterminat omne genus dæmoniorum.* ¶ Istud etiam patet de fumo contemplationis. Contemplatio enim seu vir contemplatiuus ad modum fumi semper solet sursum ascendere, & de rebus superioribus, cogitare. Vnde Cant. 3. *Quæ est ista, quæ ascendit sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris.* Iste est igitur quidam mistalis fumus, qui est laudabilis & virtuosus.

¶ Secundo dico, quod in scriptura inuenitur quidam fumus damnabilis & vitiosus. Et est. B

Fumus { Malæ affectionis,
Vanæ elationis,
Fœtidæ infamationis,
Erroris & deceptionis. }

Ista enim sunt quatuor genera mali fumi. Fumus enim à fornace ardenti solet procedere. Fumus quanto plus ascendit, tanto magis solet deficere. Fumus fœtorem solet continere. Fumus obscuritatem solet generare. Primus est fumus malæ affectionis, seu malorum desideriorum, qui ea fornace ardentis tentationis ascendit. Figuratus Apoc. 9. vbi dicitur, quod *apertus est puteus abyssi, & exiuit fumus sicut fornacis magnæ, & obscuratus est sol de fumo putei.* Puteus enim abyssi est humana caro, quia *puteus angustus aliena.* Prouerbio. 23. In isto puteo semper ardet fornax concupiscentiæ, à qua pro certo semper euaporant, & exeunt fumi malorum desideriorum, qui rationis aërem obnubilant, & obscurant. Vnde Esa. 34. *Ascendit fumus eius à generatione in generationem.* Iste est igitur fumus malæ affectionis. ¶ Item est fumus vanæ elationis. Et iste est fumus superbiæ, quæ semper ad modum fumi solet sursum ascendere, alta petendo, & ambiendo solet quando plus ascendit amplius se dilatare, & diffundere, iactando, & præsumendo solet etiam quando plus se dilatat magis deficere, & euanescere, & ab omni firmitate & veritate cessando, & desistendo. Vnde in Psalmo 67. dicitur *Sicut deficit fumus, deficient.* Deficiunt enim per modum fumi, quia quamuis per mundi prosperitatem aliquoties sursum feruntur, per ventum tamen, id est, per aduersitatem faciliter deficiunt, & dilabuntur. Vnde dicitur in Psalm. 36. *Inimici vero Domini mox, vt honorificati fuerint, & exaltati, deficientes, quemadmodum fumus deficient.* Fumus igitur signat superbum, ac etiam signat superbiam. Quia scilicet superbus semper solet verba fumosa & ventosa, iactatoria & præsumptuosa emittere, & expirare, similis illi serpenti, qui dicitur Chelydrus, qui rectus & erectus incedit, & nunquam ad aliquam partem se deflectit, & fumum venenosum continue emittit & expirat, sicut dicunt Isidor. & Lucanus. Sic pro certo superbi erecti vadunt per pomposiratem, nunquam se deflectunt per pietatem, sed continue fumum spirant per superbiam, & vanitatem. Et ideo isti figurantur in illis equis, Apo. 9. *de quorum ore procedebat fumus & sulphur, & ignis.* Quia vere de ore equorum, id est, superborum, vt communiter, non exit nisi fumus superbiæ & vanitatis, nisi ignis iracundiæ & crudelitatis, nisi sulphur luxuriæ & fœditatis. Ideo de talibus superbis dicitur Iob. 41. *de naribus eius procedit fumus.* Iste est igitur fumus vanæ elationis. ¶ Item est quidam fumus prauæ & infamis conuersationis. Sicut enim fumus, vt communiter, est fœtidus, in tantum quod fumus candelæ extinctæ facit equam prægnantem abortiuum, sic pro certo conuersatio aliquorum est ita infamis, fœtida, fumosa, quod eorum exempli sequi, id est, simplices pariunt, & faciunt malorum operum abortiuum. De tali fumo loquitur Iudith. 9. Vbi dicitur, quod *de fumo & igne mille homines sunt necati.* Item dico, quod est quidam fumus erroris & deceptionis, & iste est fumus malæ doctrinæ & hæretieæ, quæ totam domum mentis humanæ reddit obscuram & nebulosam. Vnde Apoc. 15. *Impletum est templum domini fumo.* Iste est igitur quadruplex malus fumus, fumus horrendus, scilicet & fugiendus. Et ideo nos debemus esse sicut apes, quæ naturaliter horrent fumum, fumus enim ipsis mirabiliter est nociuus, quia pro certo nos debemus istum quadruplicem fumum abhorrere & tanquam nociuum totis viribus declinare. Quia pro certo sicut dictum est, iste est fumus damnabilis & vitiosus.

G ¶ Tertio dico, quod est quidam fumus tristabilis & dolorosus. Et iste est fumus ignis infernalis & pœnæ æternalis, de quo dicitur Apocal. 14. *Fumus tormentorum ascendet in sæculum.* Iste est enim fumus, qui damnatos facit flere per æternam desolationem, nos vero debet facere flere per timorem & contritionem. Sicut enim videmus, quod sæpe suspenduntur ad fumum, vt melius seruent, & durent minent, & sapidiora efficiantur, sic vere nos debemus per iugem considerationem ad fumum tormentorum infernalium applicari, vt à fructificatione malorum operum impediamur, sed vt in bono seruemur, & custodiamur, & vt sapidiores & meliores apud Deum efficiamur. Vnde Apocalypſ. 18. *Viderunt fumum incendij eius, longe stantes, propter timorem tormentorum eius,* ista dicta sunt de Babylone

Babylone præcipitata & damnata. Patet ergo, quod triplex eſt fumus, ſcilicet.

Fumus { Doloroſus, Vitioſus, Virtuoſus,

Et hæc de fumo ſufficiant.

A **Fundamentum.** Nota qnod fundamentom idem eſt quod fundi ſtabilimentum. Fũdamentum enim habet eſſe.

Prius,
Fortius,
Profundius.

Prius dico, quia ab iſto debent omnia alia, ſicut quædam ſecundaria dependere. Fortius, quia iſtud habet pondus totius ædificij ſuſtinere. Profundius quia ſuper iſtud habet totum ædificium ſuſtinere. ¶ Debet ergo habere ſundamentum ſcilicet.

Naturam { Prioritatis, Stabilitatis, Profunditatis.

¶ Secundum igitur iſtas tres conditiones fundamentum poteſt triplicitet accipi iu ſcriptura. Accipitur enim

Pro { Fidei prioritate, Patientiæ ſtabilitate, Humilitatis infirmitate.

Primo igitur dicam de fundamento prout accipitur pro fidei puritate, eſt enim fides fundamentum digreſſiuum ratione prioritatis. Fides enim eſt primum fundamentum morum & virtutum, ſine iſto enim nullus poteſt couſtruere ædificium virtutum, quia teſte Apoſtolo *ſine fide impoſſibile eſt placere Deo*, ad Hebr. 11. Sicut cor ſecundum Auicennam eſt fundamentum vitæ, & eſt primum membrum, & eſt primo à natura formatum, ſic fides eſt primum ſundamentum vitæ gratiæ, Chriſtianæque religionis, & Eccleſiæ, & ideo primo eſt ædificandum, & à nobis primario ſtatuendum Apocal. 21. *Fundamentum primum Iaſpis.* Iſtud fundamentum diuiditur in duodecim particularia fundamenta, id eſt, in duodecim articulos fidei, ſicut de ciuitate Hieruſalem dicitur Apocalyp. 21. quod *murus ciuitatis habebat duodecim fundamenta.* Iſtud enim fundamentum poteſt ſignificare bonam intentionem, quæ primo eſt ædificanda, & in quolibet opere ſtatuendo, quam quia hypocritæ non habent, ideo eorum opera & ædificia ſtabilia non perſeuerant. Vnde in Pſalm. 81. dicitur, *Mouebuntur fundamenta terræ*, potiſſime autem conſtat, quod ſuper fundamento fidei fundatur Eccleſia ſancta Dei. Et pro certo bene fuit neceſſe, quod fundamentum eſſet ſolidum atque firmum ſuper quod tantum ædificium, ſcilicet Eccleſia ſeu Chriſtiana religio fundabatur. ¶ Vnde nota, quod iſtud fun-
B damentum, ſcilicet fides, fuit.

Altum, ne inuaderetur,
Solidum, ne foderetur,
Sanguineum, ne diſſolueretur,
Siccum, ne corrumperetur,
Prudentes factum, ne contemneretur,
A ſummo rege iactum, vt honoraretur.

Dico igitur, quod ſundamentum fidei fuit altum, ne inuaderetur. Caſtra enim in locis altis fundata ſunt magis inexpugnabilia. Sic quia iſtud fundamentum in cœlis eſt, & in rebus altis & inexterminabilibus, hinc eſt, quod per hoſtes malignos non poteſt facile expugnari. Pſalm. 86. *Fundamenta eius in montibus ſanctis, diligit Dominus portas Sion.* ¶ Item fuit ſolidum, ne ſuffoderetur. Petra enim quæ Chriſtus eſt, & lapides viui, id eſt, Apoſtoli & ſancti viri ſunt in hoc ſundamento. Vnde de Chriſto dicitur illud Matthæi 7. *Fundata erat ſuper firmam petram* Et Eſa. 28. *Mittam in fundamento Sion lapidem probatum, angularem, pretioſum in fundamento fundatum.* De alijs vero lapidibus dicitur Epheſ. 2. *Sed eſtis ciues ſanctorum, & domeſtici Dei, ſuperædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum.* Diabolus igitur non poteſt iſtud fundamentum ſuffodere, quod conſtat ſuper tam fortes lapides ſitum eſſe. Ideo de fide & articulis eius viriſque fidelibus atque firmis, poteſt dici illud Iob 37. *Fabricatus eſt cælos, qui ſolidiſſimo quaſi ære fundati ſunt.* Aduerte tamen, quod hoſtes quandoque ſuffodiunt potentiſſima fundamenta: extrahunt enim per occultos & ſubterraneos tumulos lapides & terram de fundamento, & ſupponunt columnas ligneas ad ædificium ſuſtentandum, in quibus tandem ignis ponitur, & ſic cadit ædificium & eaſſatur. Sic vere dæmones per occultas vias fraudum ſuarum de fundamento Eccleſiæ quandoque ſubtrahunt lapides viuos, id eſt, viros ſanctos & catholicos prælatos & columnas ligneas, & hæreticos, articulos vel perſonas in hoc fundamento ſupponunt, ſicut apparuit in ſchiſmaticis & in Græcis, qui pro fundamento crediderunt ſe habere lapides, & habuerunt ligna, fideles doctores, & habuerunt hæreticos, & ideo totus ſtatus eorum igne tribulationis & tentationis perijt, & tota ſancta Eccleſia ad nihilum quaſi venit Pſal. 17. *Fundamenta montium conturbata ſunt, & commota ſunt, quoniam iratus eſt ei*, ſcilicet Deus.

¶ Item fuit iſtud fundamentum ſanguineum, ne diſſolueretur. Cæmentum enim de ſanguine ſactum indiſſolubibile eſt. Sic fides, quæ de Chriſti ſanguine eſt confecta Leu. 8. *Fudit ſanguinem ad fundamenta altaris.* Et pone ſi vis hiſtoriam Merlini, de turri, quæ non potuit ſtare quouſque de ſanguine pueri ſine patre liniti ſunt lapides fundamenti. Hæc eſt igitur fides ſanguinis & paſſionis Chriſti. Vnde Eccleſia potuit figurari in ciuitate Hiericho, de cuius ædificatione dicitur 3. Regum 16 quod *Abiel*, qui interpretatur viuens, id eſt, Deus pater, *in primitiuo ſuo fundauit eam.* ¶ Item fuit iſtud fundamentum ſiccum, ne corrumperetur. Locus enim ſiccus melius eſt fundamento ædificij, quam humidus vel lutoſus. Eccleſia igitur ſundata eſt in ſiccitate, & aſperitate pœnitentiæ non in luto diuitiarum, & in delitiarum cœno, quod figuratum eſt 2. Eſdr. 5. vbi dicitur, quod *filij Iſrael fundauerant templum in nouilunio.* In nouilunio enim luna parum habet de lumine, ſic prima Eccleſia parum habuit de mundi proſperitate, ſatis vero de obſcura aduerſitate Pſalmo 23. *Super maria fundauit eum, & ſuper flumina præparauit eum.* Maria enim & flumina amaritudinem & fluctus aduerſitatum deſignant. ¶ Item iſtud fuit ſundamentũ prudenter ſactum ſeu ordinatum, ne contemneretur. Et vere qui conſiderat fundamentum Chriſtianæ religionis & Eccleſiæ, & etiam particularium Eccleſiarum, bene apparet, quod ſapientiſſime fuit ſactum. Prouerbiorum 3. *Dominus ſapientia fundauit terram, ſtabiliuit cælos prudentia.* Vnde 1. Corinth. 3. *Ego vt ſapiens Architectus fundamentum poſui.* ¶ Item iſtud fundamentum fuit à ſummo rege iactum, vt honoraretur. Ipſe enim Deus, & non alius eſt fundator iſtius templi Eſaiæ 48 *Manus mea fundauit terram.* Bene igitur patet, quod fundamentum iſtud eſt durabile, & nunquam deſectibile aut delebile Pſalmo 105. *Fundaſti terram ſuper ſtabilitatem ſuam, non inclinabitur in ſæculum ſæculi.* Patet igitur quod fundamentum accipitur pro fidei prioritate Pſalm. 101. *Initio tu Domine terram fundaſti.*

¶ Secundo dico, quod fundamentum accipitur pro virtuali ſtabilitate. Sicut enim ſundamentum habet ſuſtinere, quicquid ei imponitur vel iniungitur. Fundamentum etiam debet eſſe firmiſſimum, ſolidiſſimum, ſtabiliſſimum, alias ſi debile fuerit fundamentum, totum ædificium cadet. Sic vere fundamentum patientiæ, conſtantiæ, perſeuerantiæ noſtræ debet eſſe ſtabile atque firmum, quia ſcilicet nulla tentatione debet concuti, nulla tribulatione moueri, alias niſi aliud fundamentum ſtabile fuerit homo cadet in peccatum, & faciliter corruet in infernum, ſic apparuit Matthæi 7. *in domo iuſti, quæ fundata erat ſupra firmam petram ideo ſtetit, & in domo impij, quæ fundata erat ſupra debile fundamentum, ideoque impulſu fluminum & ventorum corruit, & cecidit.* Firma enim petra eſt fortitudo patientiæ, vel rectitudo intentionis bonæ vel etiam ipſe Deus, in quibus ſi fuerimus ſundati, nunquam ventis tribulationum poterimus deturbari. Si vero fundamentum debile elegerimus, ſcilicet, C

Fundamentum arenoſum mundanæ proſperitatis,
Fundamentum lutoſum humanæ carnalitatis,
Fundamentum fluctuoſum proſanæ pompoſitatis.

Nos pro certo ad ſtatum peccati ſaciliter corruemus, ad locum inferni finaliter deſcendemus. Ideo dicitur Prouerbiorum 10. *Quaſi tempeſtas tranſiens impius non inuenietur, iuſtus autem quaſi ſtabile fundamentum.* Tempeſtati enim tranſeunti comparatur impius, quia ſcilicet tempeſtas non habet ſtabile fundamentum Fundatur enim in nubibus & vaporibus ſuperius congregatis, quæ.

Non ſunt ſtabiles, ſed fluibiles,
Non ſunt manentes, ſed defluentes,
Non ſunt firmæ, ſed tranſitoriæ & infirmæ.

Et ideo

Et ideo tempestas non potest durare, quia quamuis quandoque videatur fortis & terribilis, solet tamen cito deficere & cessare, sic proculdubio impij huius mundi, qui in rebus mundanis & vanis posuerunt fundamentum spei suæ, scilicet in nubibus & vaporibus, id est, in mundi diuitijs, amicitijs & honoribus, non possunt esse stabiles neque fortes, licet videantur esse terribiles & sublimes. Ipsi enim ad modum tempestatis tonant per iactantiam, coruscant per pomparum euidentiam, pluunt per bonorum abundantiam, fulgurant, & grandinant per crudelitatem & sæuitiam, ipsi tamen propter defectum fundamenti durare, & perseuerare nequeunt, sed Dei mediante iustitia faciliter per mortem vel aduersitatem deficiunt, & pereunt. Ideo pulchre loquitur scriptura cuilibet viatori, dicens sic Iob 22. *Nunquid semitam sæculorum custodire, quam calcauerunt viri iniqui, qui sublati sunt ante tempus suum, & fluuius subuertit fundamenta eorum?* quasi diceret, non. Ergo non sic, sed habeamus & quæramus fundamentum firmum, scilicet ipsum Deum, bonam intentionem, virtutem patientiæ & perseuerantiæ, & sic erimus stabiles & durabiles, & in bono permanentes & perseuerantes Eccles. 26. *Fundamenta æterna supra petram solida, pedes firmi super plantas stabilis mulieris*, id est, stabilis animæ. Sic igitur accipitur fundamentum pro virtuali stabilitate. ¶ Et aduerte, quod ad hoc, quod cor humanum possit esse bene stabilitum, necesse est videlicet.

Quod sit { Quadratum per Iustitiam,
Ligatum per concordiam & amicitiam,
Celatum & calcatum per pœnitentiam.

De iustitia dicitur Esa. 54. *In iustitia fundaberis, recede procul à calumnia.* De charitate vero & cōcordia dicitur ad Ephe. 3. In charitate radicati & fundati, vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit.

Longitudo,
Latitudo,
Stabilitas, &
Profundum.

De pœnitentia vero dicitur ad Heb. 6. *Iacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis.* Patet igitur quod fundamentum accipitur pro virtutis stabilitate.

D ¶ Tertio dico, quod fundamentum accipitur pro cordiali profunditate, & sic accipitur pro virtute humilitatis, & pro consideratione mortis. Sicut enim radix est arboris fundamentum, quæ quanto plus in terra fundatur, tanto arbor solidior, viuacior, fœcundior inuenitur, sic vere quando radix cordis nostri in terra humilitatis & nostræ mortalitatis fuerit magis profundata, tanto arbor nostræ moralis conuersationis erit magis virtutibus fœcundata. Sicut enim fundamenta stabilia & fortia solent fieri de calce, lapidibus & arena, sic pro certo fundamentum omnium virtutum constituitur, quando arena humilitatis lapides constantiæ & firmitatis, calx seu cæmentum amicitiæ & charitatis, scilicet nostris cordibus apponuntur, humilitas igitur & consideratio mortis sunt quædam infima & profunda animæ fundamenta. Istæ enim duæ virtutes semper volunt loca profunda & infima tenere, & de rebus profundis & infimis cogitare, scilicet.

De { Morte,
Iudicio,
Inferno.

Vnde Hierem. 31. *Nunquid mensurari potest cælum desursum, & inuestigari fundamenta terræ deorsum?* Istud est igitur triplex bonum fundamentum, scilicet primum, quod est Deus, fides seu bona intentio, quia sicut dicitur 1. Corinth. 3. *Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positum, quod est Christus Iesus.* Item secundum fundamentum, quod est constantia Dei, & sanctorum spes seu fiducia. De quo fundamento dictum est 2 Tim. 2. *Firmum fundamentum Dei stat.* Item tertium fundamentum profundum quod est virtus humilitatis, & consideratio nostræ mortalitatis 2. Paral. 31. *Cœperunt aceruorum iacere fundamenta.* Et sic si ista tria fundamenta habuerimus, omnem virtutum congeriem superædificare poterimus, ita quod de bonis poterit dici illud Esa. 54. *Sternam per ordinem lapides tuos & fundabo te in saphiris & ponam iaspidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides sculptos.* ¶ Sed

B sivis, dic quod tria sunt quæ habent valde debilia fundamenta, videlicet hypocrisis, auaritia & superbia. Hypocritis enim habet pro fundamento malam integritatem. Auarus habet pro fundamento rerum possessionem. Superbus habet pro fundamento cordis elationem. Fundamentum hypocritarum finaliter reuelatur, scilicet ficta intentio. Vnde Ezech. 13. loquens Dominus de hypocritis dicit sic. *Destruam parietem, quem liniſtis absque temperamento, adæquabo eum terræ, & reuelabitur fundamentum eius, & cadet.* Fundamentum auarorum faciliter dissipatur, scilic. eorum temporalis possessio. Eccl. 16. *Commouebuntur fundamenta terræ.* Fundamentum superborum debilitet situatur, quia scil. situatur in vana gloria & vana laude, & ideo parum valet, cedit in nihilum. Sapient. 4. *Disrumpet illos inflatos & sine voce, & commouebit illos à fundamentis.* Et Iud. 16. *Montes mouebuntur à fundamentis, &c.* Sufficit.

## Funis. Funiculus.

A Nota, quod per funem intelligitur quodcūq; vinculum vel ligamen, & potest accipi moraliter in bono, & in malo, sicut videmus, quod cum funibus fiunt multa bona, & multa mala. Funibus enim vtimur.

Ad ligandum,
Ad stringendum,
Ad trahendum,
Ad suspendendum,
Ad cingendum,
Ad mensurandum.

¶ Et ideo breuiter per funem possum intelligere quamlibet ligaturam, siue bonam siue malam. Vnde notare breuiter possum, quod est.

Funis { Obedientiæ & subiectionis,
Amicitiæ & affectionis,
Pœnitentiæ & contritionis,
Cœlestis gloriæ & finalis distributionis.

Et isti sunt boni funes, figurati in illis funibus Hester. 1. *qui erant in tentorio regis Assueri*, quia scilicet tentorium regis Christus, quod est Ecclesia, talibus funibus, id est, talibus virtutibus est repleta. Vnde Esa. 54. dicitur ciuitati Hierusalem, *Longos fac funiculos, clauos tuos consolida.* Item in malo funes signant ligaturam malarum affectionum, malorum complacentiam & delectationem malarum consuetudinum, & obstinationem æternam etiam & malarum pœnarum & damnationum. Ligantur enim superbi funibus vanitatis. Ligantur auari funibus cupiditatis. Ligantur luxuriosi funibus carnalitatis. Ligantur obstinati funibus induratæ voluntatis. Ligantur funibus æternæ clausuræ & calamitatis. Et breuiter peccatores in hoc mundo ligantur funibus peccatorum; post mortem vero ligantur tormentorum, sicut dicitur Prou. 5. *Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum quisque constringitur.* ¶ Notare ergo possum, quod sunt funes. B

Virtuosi,
Vitiosi,
Dolorosi.
Gaudiosi.

Funes { Virtutum debemus habere;
Vitiorum debemus horrere,
Tormentorum debemus cauere;
Gaudiorum debemus optare.

Dico ergo primo, quod sunt funes boni, quibus sumus ligandi; Et isti pro certo sunt quatuor, scilicet.

Funis { Amicitiæ & dilectionis,
Obedientiæ & subiectionis,
Pœnitentiæ & confessionis,
Æternæ gloriæ & saluationis.

Nam boni funes.

Amicitiæ pariter coniunguntur,
Obedientiæ firmiter subiunguntur;
Pœnitentiæ à culpis extrahuntur,
Cœlestis gloriæ læte distribuuntur, seu retribuuntur.

Funis amicitiæ & dilectionis, quo debemus ligari est funiculus triplex, quia scilicet charitas debet ligare se cum Deo, cum amico, & cum inimico. Et sic est ille funiculus, de quo dicitur Eccl. 4. *Funiculus triplex difficile rumpitur.* Simus igitur ligati fune amicitiæ & dilectionis. Per istum enim funem.

Inuicem iungimur,
Fortiter stringimur;

Pariter

Pariter vnimur,
Firmiter trahimur.

De isto dicitur Oseæ 11. *In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis.* Iste est ille funiculus coccineus, cum quo exploratores de vrbe Hiericho fuerunt emissi, & à mortis periculo liberati, & per quem Raab meretrix post mundum de vrbis excidio est saluata, sicut dicitur Iosuæ 2. & 6. Quia vere charissimi funis coccineus & igneus, i. feruor & amor, charitas & vnitas, ligatura & iunctura quando interuenit inter personas, solet ab omnibus periculis liberare. Ideo de quolibet viro charitatiuo potest dici illud Ezec. 40. *Ecce vir cuius erat species quasi species æris & funiculus lineus in manu eius.* ¶ In quibus verbis aduerte, quod funis amicitiæ debet habere.

C Constantiam & firmitatem,
Decentiam & honestatem,
Munditiam & puritatem.

Debet (dico) habere firmitatem & constantiam, quod ostenditur cum dicitur, Ecce vir, quia scilicet illi, qui diligunt se, debent esse viri, id est, in amore constantes & perfecti. Iste enim funis non debet modica occasione rumpi, iuxta illud Sen. Sic diligamus, quasi desinere non liceat. Quamuis multi possunt dicere illud Hierem. 10. *Tabernaculum meum vastatum, omnes funiculi mei disrupti sunt.* Iste est funis amicitiæ & dilectionis. Sicut enim nauis funibus vincitur, & cum funibus velum erigitur, per funes tota nauis ad portum applicatur, sic vera nauis animæ vel Ecclesiæ funibus veræ dilectionis ad portas Paradisi trahitur. Velum cordis nostri cum funibus amoris sursum erigitur. Et tota vita nostra talibus funibus regitur, & dirigitur, &c. ¶ Item debet habere honestatem & decentiam, quod ostenditur, cum dicitur. Cuius erat species quasi species æris, quia illi, qui se diligunt, præsertim Ecclesiastici, debent esse ærei, id est, per bonæ & commendabilis vitæ apparentiam & existentiam, sicut æs, quod est splendidum & rutilum, corrusci, & alter alterius mutui amoris officio decenter & honeste vti, figurati in vasis æreis, quæ vsui tabernaculi fuerunt deputata Exod. 27. *Omnia vasa ex ære fabricabis*, sed proh dolor, sunt multi, quorum scelerata societas non est splendida per decentiam & honestatem, sed omnino tenebrosa per malitiam & iniquitatem, quibus iuste potest imprecari illud Esa. 5. *Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis.* Item debet habere puritatem & munditiam, quod ostenditur cum dicitur. Funiculus lineus in manu eius, quia illi, qui se diligunt, debent habere funiculum lineum, qui est albus & purus, in manibus, i. in omnibus operationibus, i. debent omnia opera sua æquitatis funiculo metiri, & ligare, vt sic quilibet eorum possit dicere domino illud Ps. 138. *Semitam meam & funiculum meum inuestigasti.* Sed reuera sunt consortia malorum, quæ habent in manu funiculum,

Non lineum, sed neruiceum,
Non album, & purum, sed squalidum & cruentatum,
Non vt opera sua pietate & iustitia, sed crudelitate & malitia conglobent.

Et tales sunt maxime tyranni & eorum officiales raptores, & auari, qui vel subditos & pauperes multis iniurijs & exactionibus
D illaqueant, ita vt miseri oppressi crudelioribus illis recte dicant illud Psalm. 139. *Funes extenderunt in laqueum, &c.* vel per malam consuetudinem obstinati se nullis patiuntur religionis vel honestatis funibus vniri, sed omnes funes rumpunt, sicut de Samsone dicitur Iud. 16. Non sic charissimi, sed sinous amicitiæ fune sic ligati, vt habeamus.

In animo constantiam & firmitatem (Viri)
In conuersatione decentiam, & honestatem. (Species æris)
In opere munditiam & puritatem (Funiculus lineus, &c.

Dilata si placet. ¶ Adhuc est alius funis obedientiæ, scilicet & subiectionis, quo debemus etiam ligari. Sicut enim animalia syluestria funibus ligantur vt domentur, & vt ad voluntatem domini sui ducantur, & ne etiam fugiant & diuagentur, sic funibus obedientiæ & diuinorum mandatorum debemus ligari, vt scilicet ad voluntatem magistri nostri Dei scilicet, & prælati possimus melius circumduci, & in disciplinis & moribus edomari. Ligemur igitur circa collum funibus humilitatis, dicentes illud 3. Reg. 20. *Ponamus saccos in lumbis, & funiculos in capitibus nostris.* Item ligemur circa renes funibus castitatis. Vnde Iob 20. *Dissoluit balthea regum & præcingit fune renes eorum.* Item ligemur circa eos funibus charitatis. Vnde illud Oseæ 11. *In funiculis Adam traham eos in vinculis charitatis.* Est igitur funis obedientiæ & subiectionis. ¶ Est & alius funis pœnitentiæ & remissionis. Sicut enim per funes homines de profundis carceribus extrahuntur, per funes onera grauia sursum ad alta subleuantur, sic per virtutem pœnitentiæ peccatores extrahuntur de fouea & de carcere peccati, eleuantur, & portantur, ad altum ædificium Paradisi. Vnde iste est funis, de quo dicitur Hier. 38. *Extraxerunt Hieremiam funibus de lacu.* ¶ Est denique funis æternæ prouidentiæ & distributionis. Sicut enim per funes sortes distribuuntur, & hæreditates diuiduntur & metiuntur, sic per funiculum diuinæ distributionis & suæ occultæ prouidentiæ & ordinationis, hæreditas Paradisi nobis distribuitur, & vnicuique secundum propria merita certa sibi portio dispensatur. Et de talibus funibus loquitur Psalm. dicens, *Funes ceciderunt mihi in præclaris, etenim hæreditas mea præclara est mihi.* Et illud Psalm. 77. *Sorte diuisit eis terram in funiculo distributionis.* Sic ergo patet quadruplex funiculus bonus. ¶ Secundo dico, quod multiplex est funiculus malus. In malo e- E
nim significato per funem intelligitur quælibet mala ligatura. Et sic per funem intelligitur.

Ligamen { Cupiditatis,
Carnalitatis,
Induratæ obstinationis,
Æternæ damnationis. }

Ligantur enim auari funibus cupiditatis. Auaritia enim est quidam funis, qui cum hominem ligauerit ita fortiter eum stringit quod vti proprijs manibus ad aliquid largiendum ipsum aliqualiter non permittit. Vnde de isto fune dicitur Iud. 15. *Ligauerunt Samsonem duobus nouis funibus.* Duo enim funes significant duplicem auaritiam, scilicet, male acquirendi, & male acquisita seruandi, qui quidem dicuntur noui, propter hoc quod auaritia quotidie innouatur, quia secundum Senecam, Cæteris vitijs in senectute senescentibus, sola auaritia iuuenescit. Item ligantur luxuriosi funibus carnalitatis. Actus enim & nutus & cantus & gestus mulierum sunt quidam funes, quibus homines per malas complacentias alligantur. Vnde mala mulier fertur dixisse iuueni luxurioso Prouerb. 7. *Intexui funibus lectum meum.* ¶ Item ligantur peccatores funibus obstinationis. Malæ enim consuetudines sunt quidam mali funes, quibus homo per obstinationem taliter ligatur, quod vix potest à malo amplius resilire. Isti sunt funes quibus ligatus fuit Samson à Dalila, de quibus dicitur Iud. 16. Si ligatus fuero septem neruiceis funibus ero infirmus sicut cæteri homines. Septem enim funes sunt septem crimina mortalia, quibus si homo ligatus fuerit, & in illis per obstinationem & malam consuetudinem implicatus, ipse pro certo taliter fiet spiritualiter infirmus, quod alicui tentationi non poterit contraire, ita quod tunc poterit dicere cum Psalmo 118. *Funes peccatorum circumplexi sunt me.* Isti sunt funiculi, quibus Hieremias fuit submissus in lacum Hierem. 38. *Submiserunt Hieremiam funibus in lacum*, id est, in infernum. De istis igitur funibus dicitur Prouerb. 5. illud præallegatum. *Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum quisque constringitur.* ¶ Item ligantur damnati funibus damnationis. Æterna enim damnatio est quidam funis & quoddam indissolubile vinculum quo qui ligati fuerint, nequeunt amplius deligari. Iste est enim funis quo suspenduntur latrones, id est, peccatores. Vnde 2. Reg. 22. *Funes inferni circumdederunt me.* Iste est funiculus ad occidendum, de quo loquitur 2. Reg. 8. *Mensus est* (scilicet Dauid) *suos funiculos vnum ad occidendum.* Ideo de talibus dicitur Soph. 2. *Væ qui habitatis funiculum maris gens perditorum.* Sic igitur patet quomodo funiculus in bono & in malo signat, &c.

**Fur.** Nota, quod Fur est ille, qui fraudulenter detinet rem alie- A
nam inuito Domino. Et breuiter loquendo quintuplex Fur potest in Scriptura notari. Est enim fur, scilicet, diabolus, simoniacus, vsurarius, hæreticus, & hypocrita,

Diabolus furatur animam,
Simoniacus furatur præbendam,
Vsurarius furatur pecuniam,
Hæreticus furatur scripturam,
Hypocrita furatur famam.

Omnes isti dicuntur fures, quia sicut fur subtiliter intrat, in obscuro vadit, solitarius incedit, à nemine vult assuetari vel videri, in fine tamen suspenditur dum deprehenditur, sic quilibet istorum in occulto vult facere facta sua. *Omnis enim qui male agit, odit lu-*

*odit [illegible] & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius.* Ioan. 3. [illegible] sicut cati, qui mel ustro obscuro venantur. Sunt etiam [illegible] aues lucifugæ, quæ communiter de nocte prædantur. [illegible] breuiter tales nullo modo volunt quod videantur nec ingressus nec progressus ipsorum ¶ Notare ergo possumus breuiter, quod

Furtum est { Diabolicæ monitionis, Simoniacæ promotionis, Mammonicæ surreptionis, Hæreticæ infectionis, Sophisticæ deuotionis.

Diabolus enim dicitur fur nobis animam sobtrahendo. Vnde de isto [illegible] dicitur Io. 10. *Fur non venit nisi vt furetur, & mactet, & perdat.* ¶ Simoniacus dicitur fur, occulte & fallaciter ingrediendo, quia sicut dicitur ibidem Ioan 10. *Qui non intrat per ostium in ouile, ille fur est & latro* Isti enim sunt sicut quædam falsæ apes, quæ dicuntur fures, quæ, vt dicit Plin. habent mirabiliter magnum ventrem, & furtiue intrant aluearia aliena aliarum apum & ipsarum mella comedunt, & furantur, quando tamen deprehenduntur, occiduntur, & de alueari eijciuntur. Sic vere Simoniaci, qui ventrem, id est, appetitum habent valde magnum per ambitionem, quia sicut dicitur Prouerb. 13. *Venter impiorum insatiabilis*, furtiue hodie subintrant aluearia, id est, ecclesiastica beneficia & officia, & mella, id est, bona temporalia occulte comedunt, & acquirunt. Tales igitur finaliter in tenebras eijcientur, & per damnationem perpetuam occidentur. De isto igitur Simoniacorum ingressu dicitur Ioh. 2. *Per fenestras intrabunt quasi fures.* ¶ Item vsurarius dicitur, bona aliorum occulte & furtiue surripiendo Iob. 24. *Interficit egenum & pauperem, de nocte vero erit quasi fur.* ¶ Item hæreticus dicitur fur, verum intellectum scripturæ [illegible]endo, & subtiliter peruertendo. Ideo prælati contra istum furem vigilare debent, quia sicut dicitur Luc. 12. *Si sciret paterfamilias qua hora fur veniret, vigilaret vtique, & non sineret perfodi domum suam* ¶ Item hypocrita dicitur fur, bonam famam mundi sibi vendicando & bonam intentionem Deo furando. Et iste furatur *vt esurientem pascat animam* sicut dicitur Prou. 6 Furatur enim, id est, sibi appropriat alienam famam, vt animam suam, quæ vanam gloriam esurit, possit aliqualiter recreare. Vnde iste est de illis, de quibus dicitur Hier. 23. *Qui furantur Dei sermones, &c.* Et breuiter isti fures finaliter suspendentur in inferno per damnationem, & extra ciuitatem Paradisi eijcientur & bannientur, quia sicut dicitur 1. Cor. 6 *Neque fures, neque auari regnum Dei possidebunt*, &c. Omitto materiam istam, quia valde est sterilis.

A **Furor.** Nota, quod furor generaliter signat motum & feruorem fortis iracundiæ. Vnde proprie furor est quædam animi passio ex conditione complexionis cholericæ generata. Et ideo furor proprie pertinet ad animalia cholerica & iracunda, transsumptiue tamen potest accipi tripliciter in scriptura. Vnde possumus notare, quod est

Furor { Diuinæ seueritatis, Humanæ crudelitatis, Æternæ pœnalitatis,

Primo dico, quod est furor diuinæ iustitiæ & seueritatis. Et iste est furor, id est, iustitiæ feruor, qui contra peccatores mouetur ad ipsos puniendum, & ad vindictam de eis accipiendum. Vnde 2. Paralip. 28. *Magnus furor domini imminet nobis* Est enim duplex furor iustitiæ diuinæ, scilicet, quidam, qui est vtilis ad corrigendum, & quidam, qui est implicabilis, ad condemnandum. ¶ Vnus infert mundi tribulationes, de quo in Psalm. 87. *Super me confirmatus est furor tuus, & omnes fluctus tuos induxisti super me.* Et iste est pro certo non contemnendus, sed maxime formidandus Psalm. *Ab ira tua defecimus & à furore tuo turbati sumus.* Puer enim valde timet, quando patrem sentit iratum, qui vult eum verberare. Quidam enim sunt ita dyscoli, quod Dei minas non metuunt, & ideo necesse est, quod pro eis corrigendis furore rigoris vtatur Ezech. 20. *In brachio extenso in furore effuso regnabo super vos.* Alius furor infert æternas afflictiones. Et iste furor proprie apparebit in die iudicij, quando verbum illud Prouerbior. 6. implebitur, *Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ, nec acquiescet cuiusuis precibus nec recipiet pro redemptione dona plurima.* Deus enim erit tunc sicut leo, quod est animal furibundum, & potissime quando perdit prædam suam. Tunc enim frendet dentibus, tunc cauda terram verberat, tunc signis exterioribus animi furorem ostendit. Sic vere in die iudicij, verus leo de tribu Iuda, radix Dauid, scilicet, Christus quando videbit, quod prædam suam, scilicet, animas Christianas necesse habebit pro maiori parte dimittere, contra peccatores apparebit furibundus, & in summa seueritate iustitiæ constitutus efficietur omnibus tremebundus. Et ideo contra ipsos frendebit dentibus per duræ sententiæ promulgationem & afflictionem. Vnde Esa. 10. *Consummabitur indignatio mea & furor meus super scelus eorum.* Istum furorem timebat Dauid in Psalm. 6. dicens, *Domine ne in furore arguas me* & Hierem. 10. dicitur *Corripe me Domine, veruntamen in iudicio, & non in furore tuo, ne forte ad nihilum redigas me.* ¶ Aduerte tamen, quod furor iste diuinæ indignationis

Habet ardorem inextinguibilem,
Infert timorem inconsolabilem,
Confert laborem intemperabilem.

Istum enim furorem concomitatur ardor incensus Deuter. 32. Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima. Item ipsum concomitatur timor intensus Psalm. *Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos* Item *ipsum concomitatur labor immensus* vnde Hier 6 *Idcirco furore domini repletus sum, laboraui sustinens.* Iste est igitur furor iracundiæ Dei,

Qui { Percutit malos præsidentes, Reprimit dure resistentes, Arguit mundi sapientes, Perdit mala machinantes, Detrahit alta præsumentes.

De malis præsidentibus dicitur Zach 10. *Super pastores iratus est furor meus & super hircos visitabo.* De dure resistentibus, id est, de obstinatis dicitur Leuit. 26. *Si ambulaueritis contra me, & ego incedam aduersus vos in furore contrario.* De mundi sapientibus & maxime de malis clericis dicitur 4. Reg. 13. *Iratus est furor domini contra Israel.* De malitiosis dicitur Esa. 34. *Indignatio domini super omnes gentes, & furor super vniuersam malitiam earum.* De superbis vero & præsumentibus dicitur Iob 40. *Disperge superbos in furore tuo, & omnem arrogantem humilia.* Patet igitur, quod est furor supernæ auctoritatis, iudiciariæ potestatis. Et iste est furor, id est, austeritas rigoris quem prælatus contra proteruos exercet. Vnde illud prædictum Prouerb. 6. *Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ, &c.* Hic est igitur furor diuinæ seueritatis.

¶ Secundo dico, quod est furor humanæ crudelitatis. Et sic furor idem est, quod ira, vindicta, sæuitia, &c. Iracundi enim comparantur animalibus furibundis, eo quod, scilicet, in suis iracundijs non seruant ordinem rationis, sed potius motu brutali mouentur. Vnde in Psalm. 57. dicitur *Furor illis secundum similitudinem serpentis, sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas.* Et notandum, quod illum furorem inducit quandoq; mundi prosperitas. Sicut enim abundantia humoris causat febrem, febris vero furorem solet inducere, sic vere humores bonorum temporalium febrem auaritiæ solent inducere. & exinde solet furor iracundiæ, superbiæ & sæuitiæ prouenire. Sicut enim dicit Plinius, semen iusquiami immoderate sumptum furorem & amentiam inducit, quod etiam facit semen coriandri si immoderate comedatur, vt dicit idem, quæ tamen si moderate sumpta fuerint medicinalia sunt & bona. Sic proculdubio charissimi, semina bonorum temporalium quamuis moderate & licite eis vtentibus medicinalia sint & vtilia ad salutem eis, tamen male vtentibus, scilicet, ipsa male acquirentibus seruantibus & dispensantibus periculosa sunt & non bona, inducunt enim furorem & ardorem auaritiæ, iracundiæ, sæuitiæ, luxuriæ, & superbiæ, quibus mali contra alios efferantur, & quibus ad impugnandum alios incitantur. Quod bene apparuit Hester 1. vbi dicitur, *quod Assuerus in conuiuio iratus est, & nimio furore succensus deposuit reginam Vasthi à sua regia maiestate.* Sicut enim dicitur Prouerb. 27 *Ira non habet misericordiam, nec erumpens furor.* Ideo breuiter de talibus furibundis dicitur Eccles. 39. *In furore suo confirmauerunt tormenta sua.* Iste est igitur furor humanæ crudelitatis. B

¶ Tertio dico, quod est furor extremæ pœnalitatis, & iste est furor dæmonum deuorantium animas in inferno, qui, scilicet, sine aliqua misericordia, sicut animalia furibunda, peccatores confundunt. Vnde Deut. 32. dicitur de damnatis. *Dentes bestiarum immittam in eos cum furore trahentium super terram atque serpentium foris vastabit eos gladius, & intus pauor.* Et hæc de triplici malo furore sufficiant. G

A **Futurum.** Cum teste Sen. ad prudentem virum pertinet præterita recordari, præsentia ordinare, futura præuidere, videtur, quod sicut rector nauis semper respicit ad nauis posteriora, sic prudens homo semper debeat attendere ad illa, quæ sunt posterius &

Futura, quæ debent { Præcaueri, / Sustineri, / Abhorreri, / Obtineri.

Præcauere debes culpas & scelera,
Sustinere debes fatorum aspera,
Abhorrere debes inferni verbera,
Obtinere debes cœlorum munera.

Dico ergo primo, quod sunt quædam futura quæ debemus prudenter præcauere, & ista sunt futuri casus tam culpæ quàm miseriæ. *Qui enim stat, videat ne cadat.* 1. Corinth 10. Nullus est ita sanctus, quin possit cadere in peccatum, si Dominus laxet manum. Et ideo teste Amb. Nullus debet sibi quicquam vendicare de meritis, qui & de præterito meminit se habere quod doleat, & de futuro videt sibi superesse quod timeat. Per lubricam enim viam habemus incedere, & ideo ne in futurum cadamus necesse est præcauere. Constat enim quod hostis antiquus nobis insidiabitur, iuxta illud Matth. 2. *Futurum est, vt Herodes quærat animam pueri.* Et ideo oportet, quod ipsius futura mala iis caueatur. Vnde Luc. 2. *Vigilate itaque omni tempore, orantes, vt digni habeamini fugere omnia ista, quæ futura sunt, & stare ante filium hominis.* Etiam quantum ad temporalem prosperitatem & ad præsentem & ad futuram, oportet considerationem nostram in futura prospicere, & casus fortunæ, qui nobis & alijs possunt contingere, cogitare. De illo enim maximo, fortunatissimoque rege Nabuchodonosor dicitur Dan. 2. *quod licet esset pessimus cœpit tamen in statu suo cogitare quod futurum esset post hæc, & sic ostendit sibi dominus visionem statuæ tam mirandæ,* quia reuera nullus est ita superbus, aut malus quin cogitare debeat de futuris Eccles. 11. *Si annis multis vixerit homo, & in omnibus lætus fuerit, meminisse debet temporis tenebrosi, dierumque multorum.* De alijs vero, quorum prosperitatem in præsenti videmus, constat quod semper considerare debemus ad eorum futura infortunia quæ sequuntur, & hoc tam ex consideratione aliorum præcedentium, quibus multa contigerunt aduersa, quam ex communicatione scripturarum, quæ ad considerandum talia nos hortantur, dicentes Eccles. 9. *Non zeles gloriam & opes peccatoris, non enim scis, quæ futura sit illius subuersio.* Et breuiter concludo quod quilibet vir perfectus debet habere oculum ad futura mala, vt ea præcaueat, & ad futura bona, vt ea perseueranter faciat, atque compleat, dicens, scilicet, cum illa sancta anima illud Eccles. 24. *Creata sum, & vsque ad futurum sæculum non desinam, & in habitatione sancta coram ipso ministraui, & in Hierusalem potestas mea.* Istam autem præcauentiam, prouidentiam & cautelam nobis satis videtur dominus indixisse, in quantum nobis abstulit notitiam futurorū, sicut enim dicitur Eccles. 9. *Omnia in futurum seruantur incerta.* In hoc enim voluit nos instruere, vt simus vigiles ad considerandum per industriam, quod scire non possumus per naturam. Patet igitur, quod sunt quædam futura, quæ debemus prudenter præcauere.

B ¶ Hic potes inuehere, si vis contra illos, qui futura nituntur per scientias scire, scilicet, per septem scientias diuinatorias, quæ sunt

Pyromantia,
Aerimantia,
Hydromantia,
Geomantia,
Spatulamantia,
Augurimantia,
Extamantia.

Magis enim proficit ad salutem ignorare futura, quam scire, cum ex hoc reddatur homo magis diligens atq; cautus, & maxime quia ad Dominum spectat proprie notitia futurorum. Solius est proprium scire futura Dei. Et Esa. 42. dicitur. *Annunciate quæ ventura sunt, & dicemus quia dij estis vos.* Ista sunt igitur futura, quæ debemus prudenter præcauere.

C ¶ Secundo dico, quod sunt quædam futura, quæ debemus potenter sustinere, & ista sunt futuræ aduersitates & mors. Dicit enim scriptura, quod non contristabit iustum quicquid ei acciderit Prouerb. 12. *Vir enim perfectum semper debet esse indifferens ad subeundum futura prospera vel aduersa.* Nullus enim est in tanta gloria constitutus quin secundum occulta Dei iudicia tribulationibus & miserijs obnoxius forsitan sit futurus. Vnde Abrahæ eximio patriarchæ dictum fuit Gen. 15. *Scito prænoscens, quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, subijcient eos seruituti, & affligent.* Et ipsi Dei filio dicitur Hier. 14. *Quare* (inquit) *sicut colonus futurus es in terra, & quasi viator declinans ad manendum.* Talia igitur futura debemus sustinere.

¶ Tertio dico, quod sunt quædam futura, quæ debemus stupenter formidare, & ista sunt, Dei iudicium, & infernus, quæ in futurum seruantur iniquis. Carnifex enim animalia sua pascit, vt in futurum occidat, sic diabolus malos, &c. Ista figurantur in illa arbore fici Luc. 13 de qua dicitur agricolæ, *quod nisi fructum fecerit in futurum succidat eam.* Ideo Antiocho in persona cunctorum dicitur 2. Mach. 7. *Tu autem non existimes tibi impune futurum, quod contra Deum pugnare tentaueris.* Ista sunt igitur futura, quæ debemus stupenter formidare. D

¶ Quarto dico, quod sunt quædam futura, quæ debemus ardenter affectare, & ista sunt gaudia paradisi. Ista est enim differentia inter bonos, & malos, quia mali semper proponunt sibi, & semper sperant & anhelant ad futuram prosperitatem, & tamen ipsi incurrunt futuram aduersitatem, boni econuerso timent, & præuident futuras aduersitates, & ideo ipsis à Deo reseruantur futuræ prosperitates, & fœlicitates, quæ bene figuratæ videntur in duobus seruitoribus Pharaonis in carcere deputatis simul, sed diuersimode somniantibus de futuris, quia scilicet, pistor vidit tria canistra, & omnia ciborum genera, & desuper volatilia comedentia, qui tandem patibulo fuit suspensus. Pincerna vidit vitem, & tres propagines, vuasque maturas erumpentes, quas in calice Pharaonis exprimebat, & poculum regi dabat, & iste fuit ad pristinum officium restitutus, sicut ponitur Gen. 40. *Isti enim duo significant malos, & bonos mundi, & carnis carcere nunc detentos.* Vterq; enim licet diuersimode somniat, & quilibet de futuris cogitat, atque tractat, & ideo dispar salarium vnusquisque reportat. Mali enim qui per pistorem intelliguntur, non somniant nisi canistra farinæ cibos, & volucres, id est, diuitias, & honores. Diuitiæ enim significantur per canistra farinæ, quæ faciliter disperguntur, delitiæ per cibos, quibus corpora delectantur, honores per volatilia, quæ supernis erigantur Breuiter enim omnia somnia, id est, omnes spes, & cura futurorum apud ipsos malos vertitur circa ista. Sed reuera futurum præmium contrarium datur istis, quia scilicet quando isti de carcere mundi extrahuntur, statim inferni patibulo suspenduntur Prou. 24. *Non habent futurorum spem mali, & lucerna impiorum extinguetur.* Boni vero, qui intelliguntur per pincernam, ponunt cor suum atque curam ad vitam cum tribus propaginibus, id est, ad fidem trinitatis tenendum atque credendum, & ad vinum consolationis in calice tribulationis pauperum propinandum, & exinde regem Christum lætificandum vt vinum lætificet cor hominis Psalm. 103. *Quapropter isti in futurum beatificantur, & ad Christi ministerium admittuntur.* Et ita boni possunt modo dicere illud Rom. 8. *Non sunt condigna passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.* Et merito, quia pro certo tunc iusti erunt cum illa personaliter, *qui est pater futuri sæculi, princeps pacis.* Esa. 9. Ex his patet, quod est

Vnum Futurum in { Cœlis triumphantium, / Inferno lamentantium, / Mundo vacillantium, / Noctua meditantium & præcauentium.

¶ Adhuc est vnum futurum, scilicet, dissolutorum in operibus virtuosis præcrastinantium, & negligentium, quia scilicet multi sunt, qui in præsenti nolunt bonum incipere, sed semper procrastinare, & in futurum differre, & quandoque ex toto solent dimittere, & obliuioni dare Eccles. 2. *Futura tempora cuncta obliuione pariter operient, &c.* Vide de Cras, & de post, & posterius, & similibus. Sufficiant iam dicta de tractatu Futurum. F

G.

**GAbaa.** Nota, quod Gabaa interpretatur vallis eius, vel prœlium eius. Et est Gabaa nomen ciuitatis de tribu Beniamin, de qua fuit Saul. Et potest significare in bono, & in malo. A

In bono signat Ecclesiam vel statum religiosis, vbi est vallis, id est,

id est, humilitatis descensus. In malo signat mundum, vbi est ochutum, id est, iniquitatis decursus. Signat igitur gabaa humilitatis statum. Nam in gabaa arca reponitur, in gabaa buccina canitur, de gabaa princeps eligitur. Sic vere in valle humilitatis, id est, in statu vel in mente humili reponitur arca diuinæ legis 1. Reg. 7. *Venerunt viri Chariathyarim, & reduxerunt arcam domini, & intulerunt eam in domum Aminadab in gabaa.* Exauditur tuba supernæ legis, scilicet, prædicationis, orationis, & laudis Ose. 5. *Clangite buccina in gabaa tuba in Rama.* Eligitur princeps humani gregis, quia scilicet humiles debent eligi in principes, non superbi 2. Reg. 21. *Gabaa Saul quondam electi domini*, & 1. Reg. 11. dicitur, *quod Saul qui erat rex, morabitur in gabaa*, quia quilibet scilicet rex vel princeps debet in valle humilitatis manere, signat igitur statum humilitatis.

B ¶ Secundo dico, quod potest significare statum cupiditatis, scilicet, mundum, qui est vallis miseriæ, & nequitiæ, semper tendens, & declinans ad ima. Est enim gabaa, id est, mundus locus

Luxuriæ & crudelitatis,
Superbiæ & pompositatis,
Tristitiæ & aduersitatis.

De carnalitate constat, quod vxor Leuitæ in gabaa fuit fœdata. Iudith. 19. *De pompositate constat, quod domus superbi regis Saul in gabaa fuit parata.* 1. Reg. 15. *Saul descendit in domum suam in gabaa.* De aduersitate vero constat, quia ciuitas gabaa fuit finaliter deuastata, sicut patet Iudith. 20. scilicet, *propter scelus luxuriæ, &c.* Sufficit.

A **Gabaon.** Nota, quod Gabaon fuit ciuitas gentilium, quæ quamuis iudicata fuisset, quod per filios Israel deleretur, Gabaonitæ tamen præsentientes hebræorum aduentum, longe ierunt eis obuiam, fingentes se esse de alio populo, quam de illo, cuius terra hebræis erat concessa, & in testimonium longinquitatis acceperunt panes siccos, & antiquos, vestes diruptas, & consumptas, calceamenta dirupta atque fracta ac si de longe venissent, & in via diutius remansissent. Sic igitur pacem cum hebræis impetrauerunt, quam eis iurauerunt, tandem cognita pia fraude, frangere noluerunt, sed eos secum viuere permiserunt, ipsos tamen ad templi seruitutem ordinauerunt & subiecerunt, & in cultum diuini nominis receperunt, sicut patitur Iosuæ 9. *Tabernaculum autem Moysi cum altari æneo fuit tandem positum in excelso gabaon, vbi vsque ad templi fabricationem fuit locus orationis*, sicut bene patet 2. Paralip. 1.

B ¶ Dicam igitur breuiter, quod Gabaon, quæ interpretatur vallis tristitiæ, potest significare multa, scilicet, pœnitentiam, & conuersionem, vbi, scilicet, est tristitia de peccatis, quia etiam gabaonitæ de ritu gentili ad diuinum officium conuersi sunt, & cum signis pœnitentiæ, & humilitatis se liberauerunt, sicut patet vbi supra. Item sapientiam & discretionem, quia scilicet prudentissime cogitauerunt de illa pia deceptione. Item concordiam, & fœderationem. Vnde ipsi dixerunt. *Serui vestri sumus, pactum inite nobiscum.* Item obedientiam & subiectionem, quia subiugati seruituti tabernaculi. Item reuerentiam, & religionem, quia scilicet in Gabaon fuit tabernaculum sicut dicitur 2. Paralip. 1. *Item cœli gloriam, & Dei visionem*, quia sicut dicitur 3. Regum 9. *Apparuit dominus Salomoni, sicut apparuerat in gabaon.* Item eminentiam, & mentis eleuationem 3. Reg. 3. *Abyt Salomon in gabaon, vt immolaret ibi.* Istud enim erat excelsum maximum.

A **Galaad.** Interpretatur cumulus testis. Et est galaad locus montuosus in terra Israel, vbi Iacob & Laban sibi mutuo iurauerunt. Potest igitur galaad significare Ecclesiam militantem, vbi inter Iacob & Laban, fidelem, scilicet & idololatram, Iudæum & gentilem, facta est in vnitate fidei confœderatio sine liga, & vbi cumulus, id est, mors & passio Christi testia est fidei Christianæ, & adimpletionis iuramenti quo Deus iurauit patribus nostris daturum se nobis. ¶ Et aduerte, quod iste galaad est

Locus {
Diuinæ possessionis,
Præclaræ cognitionis,
Excelsæ prælationis,
Perfectæ curationis,
Fraternæ compassionis,
Noxialis tentationis,
Triumphalis victorizationis.
}

*Diction. Berchorij.*

Isti enim galaad, id est, ecclesia vel religio est specialis Dei possessio Psalm. 59. *Meus est galaad, & meus est Manasses & Ephraim susceptio capitis mei.* Item ibi est visualis Dei cognitio, scilicet, per contemplationem 2. Reg. 17. *Castra metatus est Israel (qui interpretatur videns Deum,) in terra galaad.* Itẽ est ibi supernalis, & alta promotio Hie. 46. *Ascende galaad, & tolle resinam.* Item ibi est virtualis culpæ curatio, quia scilicet ibi sunt remedia sacramentorum, quibus animæ medicantur Hier. 8. *Numquid Resina non est in galaad aut medicus non est ibi?* Item ibi est fraternalis, & pia compassio, quia scilicet ibi exercentur opera pietatis, sicut de sepultura mortuorum 2 Regum 2. dicitur, *quod viri Iabes galaad sepelierunt Saul.* Item ibi est noxialis hostis tentatio, quia scilicet mundus, caro, dæmonia, ibi contra nos præliantur. Vnde de Naas dicitur 1. Reg 11. *Naas Amonites pugnare cœpit contra Iabes galaad.* Et dicitur ibi *quod oculos eorum dextros volebat eruere. Bellum etiam regis Syriæ contra regem Israel fuit factũ in Ramod galaad*, sicut dicitur 2. Par. 22. Item *ibi est triumphalis victorizatio.* Iudic. 11. *Fuit tempore illo Iephte galaadites vir fortissimus, & pugnator.* & hæc sufficiant.

**Gad.** Interpretatur succinctus latro, vel accinctus latrunculus. Fuit autem gad vnus de filijs Iacob, sicut dicitur Gen. 30. *Fuit etiam alius tempore Dauid*, sicut dicitur 1. Reg. 22. A

**Galilæa. Galilæus.** Nota, ꝙ Galilæa fuit quædam portio terræ chanaan, à Iosue & filijs Israel acquisita, & in vsum filiorum Israel conuersa. Interpretatur autem galilæa, rota vel volubilis, transmigrans vel transmigratio facta. Galilæus vero interpretatur transmeans, volubilis, vel rotatus. Notare ergo possumus, quod per galilæam potest intelligi A

Status Ecclesiæ, & perfectionis,
Status mundanæ opulentiæ, & corruptionis,
Status cœlestis gloriæ, & saluationis.

¶ Primo igitur dico, quod per galilæam potest intelligi status Ecclesiæ vel religionis. Ista enim potest dici transmigrans vel transmigratio, quia scilicet religio vel Ecclesia ad modum rotæ volubilis nunquam in eodem persistit, semper enim est in motu tribulationum, & in profectu virtutum, & in quadam transmigratione de hoc mundo ad patrem, quia breuiter ista galilæa, scilicet, religio vel Ecclesia, non est nisi quædam via, quidam transitus, & quædam transmigratio ad eundem in cœlum Esa. 9. *Aggrauata est via maris trans Iordanem galilææ gentium*, de Christo, & de discipulis dicitur Marc. 9. *quod profecti prætergrediebantur galilæam.* Vnde quod etiam per galilæam intelligitur Ecclesia, patet Actor. 9. vbi dicitur, *quod Ecclesia per omnem Iudæã, & Galilæam & Samariam habebat pacem.* Et aduerte, quod in ista galilæa, id est, in religione, & Ecclesijs debent habitare sex genera personarum, scilicet, B

Contemplantes subtiliter rerum negotia,
Refutantes viriliter hostis imperia,
Prædicantes vtiliter Dei iudicia,
Defensantes salubriter fratrum consortia,
Conuersantes communiter, & cum lætitia,
Habitantes simpliciter, & cum iustitia.

Est igitur ista galilæa regio subtiliter contemplantium, quia scilicet, ibi debent habitare prophetæ, id est, viri spiritualia contemplantes Math. 21. *Hic est Iesus propheta à Nazareth galilææ.* In ista enim galilæa per fidem, & contemplationem, & non alibi videtur Deus Math. 28. *Præcedit vos in galilæam, ibi eum videbitis.* ¶ Item est regio viriliter resistentium. Vnde de Nabuchodonosor, qui signat diabolum, dicit Iudith 1. *quod ipse misit nuncios suos ad illos, qui erant in galilæa, qui omnes vno animo contradixerunt ei.* ¶ Item ista est regio vtiliter prædicantium. Vnde de Christo dicitur Matth. 4. *quod ipse circuibat totam galilæam, docens synagogis eorum.* & Luc, 4 dicitur, *quod ipse erat prædicans in synagogis galilææ.* ¶ Item ista est regio salubriter adiuuantium, quia scilicet viri Ecclesiastici debent alterutrum adiuuare 1. Mach. 5. *Dixit Iudas Simoni fratri suo, Libera fratres tuos, qui sunt in galilæa.*

¶ Item est regio communiter viuentium, & conuersantium, vnde Ioan. 2. dicitur *quod nuptiæ factæ sunt in Chana Galilææ, & erat mater Iesu ibi, vocatusque est Iesus, & discipuli eius ad nuptias.* ¶ Item ista est regio simpliciter habitantium. Vnde de Nathanaele, qui interpretatur datus à Deo, & de quo scribitur Ioan. 1. *Hic est vere Israelita in quo dolus non est:* dicitur Ioan. 1. quod Nathanael erat à Chana Galilææ. Breuiter igitur dico, quod omnes isti galilæi dicuntur, qui transire per mundum, & non manere, & volui & rotari in laboribus comprobatur Act. 2. *Omnes isti qui*

*loquuntur Galilæi sunt*. Sed pro certo proh dolor, ista Galilæa habet hodie alios habitatores non tales. Nam Ioan. 7. dicitur, *quod propheta à Galilæa non surgit*. Et 1. Mach 5. dicitur, *quod Galilæa repleta est alienigenis*. Signat igitur Galilæa statum Ecclesiæ, & perfectionis.

C ¶ Secundo dico, quod signat statum nequitiæ, & damnationis, scilicet, statum mundi seu peccati, quia scilicet & mundus, & peccatum nunquam in eodem statu, imo & mente, & te semper voluuntur, & rotantur. *In Galilæa imperauit Herodes, & ibi fuit tetrarcha* sicut dicitur Luc. 3. Istam Galilæam pertransiuit Christus, quia sicut dicitur Ioan. 6. *Abijt Iesus trans mare Galilææ, quod est Tyberiadis*, quia scilicet in istu mundo mali solent regnare, boni vero inde recedere, & abire. Signat igitur statum mundanæ nequitiæ, & damnationis.

D Tertio dico, quod potest significare statum cœlestis gloriæ, & saluationis. Vnde de Christo ascendente potest dici illud Ioan. 4. *Abijt iterum in Galilæam*. & Matth. 26. *Cum autem resurrexero, præcedam vos in Galilæam*, &c. *Viri Galilæi quid admiramini aspicientes in cælum.*

A **Gaudium. Gaudere.** Nota, quod gaudium idē est, quod lætitia, exultatio, iocunditas, & mentis dilatatio. Et est gaudium multiplex in sacra scriptura. Inueniuntur enim

Gaudium
- Internum, quod est iocunditas spiritualis,
- Externum quod est iocunditas temporalis,
- Æternum quod est alacritas supernaturalis.

Primum est gaudium iustorum, quod mentem perficit,

Secundum est gaudium malorum, quod mentem inficit,

Tertium est gaudium sanctorum, quod mentem reficit.

Dico igitur primo, quod est gaudium Internum, & commendabile, & illud est lætitia spiritualis, quia scilicet homo gaudet in Domino. ¶ Vnde possumus notare, quod sicut homo temporaliter gaudet de periculi euasione, de magni hospitis receptione, de lucri acquisitione, de gratæ societatis adiunctione, sic boni & iusti spiritualiter lætantur, & gaudent, quando considerant, quod peccati, mundi, & inferni pericula euaserunt, dicentes Domino illud Psalm. 29. *Conuertisti planctum meum in gaudium mihi, conscidisti saccum meum & circumdedisti me lætitia.* ¶ Item gaudent iusti quod cogitant, quod summum hospitem Deum in corde suo per gratiam receperunt, tunc enim dicunt illud Esa. 61. *Gaudens gaudebo in Domino*, quia sicut dicitur Ioan. 20. *Gauisi sunt discipuli viso Domino*. Et bene apparuit Luc. 19 de Zachæo recipiente Christum, vbi dicitur. *At ille excepit eum gaudens in domum suam.* ¶ Item gaudent iusti quando perpendunt quod lucrum æternæ gloriæ meruerunt. Et istud est gaudium spei, quia sancti iam gaudent de spe futuræ gloriæ, quam expectant. Vnde Rom. 12. *Spe gaudentes in tribulatione.* ¶ Item iusti gaudent, quando vident, quod per gratiam in qua sunt, societatem Dei, sanctorum & Angelorum acquisierunt. Ista est enim magna lætitia viro iusto, quando, scilicet, cogitat se esse per gratiam, Dei & sanctorum socium & amicum. Vnde dicitur Gen. 45. *Venerunt fratres Ioseph, & gauisus est Pharao, & omnis familia eius.* Istis procul dubio quatuor rationibus gaudet vir iustus, & in Domino spiritualiter iocundatur, iuxta illud quod dicitur Eccles. 9. *Vade igitur, & comede in lætitia panem tuum, & bibe in gaudio vinum tuum, quia Deo placent opera tua.* Et ideo breuiter de isto spirituali gaudio possum exponere illud Matth. 2. *Videntes stellam, gauisi sunt gaudio magno valde, & intrantes domum, inuenerunt puerum cum Maria matre eius.* Et videte, quod in hac auctoritate quatuor ostenduntur, quæ debent gaudium generare, sicut ad sensum apparet. Ille enim qui est in tenebris, debet gaudere, quando lumen ostenditur, & hoc notatur in verbo [*videntes stellam*] Peregrinus debet gaudere quando in hospitio noctu recipitur, & hoc notatur quando dicitur [*Intrantes domum*.] Ille qui aliquid quærit solet gaudere quando res quæsita ei porrigitur, & hoc notatur quando dicitur. [*Inuenerunt puerum*.] Ille, qui est solus, solet gaudere quando bona societas ei adiungitur, quod notatur cum dicitur. [*Cum Maria matre eius*.] Istis quatuor modis gaudent spiritualiter viri iusti. Gaudent enim

Quando sunt liberati à criminum obscuris fæcibus, quando scilicet sunt videntes stellam, &c.

Quando sunt collocati in fidei securis sedibus, quando scilicet intrauerunt domum Ecclesiæ per fidem.

Quando sunt quietati à laboris sedulis motibus, quando scilicet inuenerunt quod quærebant.

Quando sunt combinati cum supernis, & cœli ciuibus, quando scilicet iam habent puerum cum Maria matre eius.

¶ Duo istorum pertinent ad statum viæ, alia duo ad statum patriæ. In via enim gaudent sancti quando se vident per gratiam illustratos, & quando se vident per fidem in domo Ecclesiæ receptatos. In patria vero lætantur, quando iam inuenerunt quod quæsierant, & quando iam sunt in societate quam amauerant. ¶ Dico igitur, quod gaudendum est cum quis per gratiam illuminatur. Videntes inquit stellam. Lux enim est maxime gaudij causatiua, & ideo cœci, qui non vident lucem, sunt, vt communiter, semper tristes, iuxta illud Tob 5. *Quale gaudium mihi est, qui in tenebris sedeo, & lumen cæli non video?* quasi dicat nullum. Sic pro certo sine lumine gratiæ nullum potest esse gaudium spirituale. Et ideo illi, qui per peccatum isto lumine sunt priuati, sunt vt communiter, tristes, timidi, desolati. Peccatores enim nunquam perfecte gaudent, quia semper portant causam secum tristitiæ suæ, scilicet, remorsum conscientiæ pro criminibus, quæ fecerunt Psalm. 40. *Non gaudebit inimicus meus super me.* Sed pro certo iusti gaudent, quia se vident per gratiam illuminatos, & à cœcitate criminum liberatos, quod bene apparuit Act. 8. vbi dicitur, quod ille eunuchus postquam fuit baptizatus, & per fidem illuminatus, ibat per viam gaudens. *Videntes igitur stellam, gauisi sunt.* Et ideo de isto gaudio spirituali potest dici illud Hest. 8. *Iudæis noua lux oriri visa est, gaudium, honor, & tripudiū.* ¶ Tunc enim scilicet quando est illuminatus, gaudet iustus triplici ratione, videlicet

Quantum ad
- Se, quem sentit sanatum,
- Proximum, quem videt saluatum,
- Deum, quem credit placatum.

C ¶ Gaudet dico quantum ad se, quem sentit sanatum. Infirmus n. summe gaudet, quando videt periculū vbi fuit, & sentit, q̄ euasit, scit enim quod (sicut dicitur Eccl. 30.) *Non est census super sanitatem corporis, & non est oblectatio super cordis gaudium.* Nam

Gaudet iustus in
- Amara contritione,
- Spei consolatione,
- Bonorum associatione,
- Laborum toleratione,
- Pœnitentiæ maceratione,
- Diuinæ laudis iubilatione,
- Diuinæ scientiæ acquisitione.

Gaudet (dico) vir iustus in contritionis amaritudine. Mulier p. quæ de nouo cōcepit magis gaudet in saporibus acetosis quam dulcibus. Sic etiam anima, quæ per fidem & deuotionem concepit Christum, vnde Prou. 14. *Cor, quod nouit amaritudinem animæ suæ, in gaudio eius non miscebitur extraneus.* Contritio enim semper habet timorem admixtum, qui etiam gaudium generat, in timente, quia sicut dicitur Eccl. 1. *Timor domini delectabit cor, & dabit lætitiam, & gaudium.* Item gaudet in spei consolationis certitudine Luc. 10. *Gaudete, & exultate, quia nomina vestra scripta sunt in cælis* Item gaudet in bonorum associata multitudine Ro. 12. *Gaudete cum gaudentibus.* Item gaudet in laborum perpessa mœstitudine Act. 5. *Ibant Apostoli gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.* & Iac. 1. *Omne gaudium existimate fratres mei, cum in tentationes varias incideritis* Item gaudet in pœnitentiæ austera arctitudine Hier. 31. *Conuertam luctum eorum in gaudium* Item gaudet in sancta rectitudine Prou. 21. *Gaudium, iusto facere iudicium.* Item gaudet de diuinæ laudis pulchritudine. Vnde de Hierusalem, idest, de anima bona dicitur Esa. 51. *Gaudium & lætitia inuenietur in ea, gratiarum actio, & vox laudis.* Item gaudet de scientiæ acquisita plenitudine Esaiæ. 12. *Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris.* Taliter autem gaudet vir illuminatus per gratiam quantum ad se, quem sentit sanatum. D

¶ Gaudet etiam iustus quantum ad proximum, quem sperat saluatum. Iusti enim valde gaudent in bonis aliorum iustorum, maxime quando eos vident

A vitijs diuertere, Deum diligendo,
Pacifice conuersari, simul assistendo,
Vnitatem coniungere, idem sapiendo,
Veritatem diligere, nunquam mentiendo.

De aliorum conuersione dicitur in Psalm. 125. *In conuertendo Dominus captiuitatem Sion facti sumus sicut consolati.* Tunc repletum

est

es gaudio os nostrum. ¶ De pacifica conuersatione dicitur Prouerb. 12. *Qui autem pacis ineunt consilia, sequitur eos gaudium.* ¶ De vnitate fraternæ dilectionis dicitur Philip. 2. *Implete gaudium meum, vt idem sapiatis.* ¶ De veritatis dilectione dicitur 1. Corinth. 13. *Non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati.* Taliter igitur gaudet vir illustratus per gratiam quantum ad proximum quem sperat saluatum.
E ¶ Gaudet denique iustus quantum ad Deum, quem credit placatum. Et sic dico, quod ipse gaudet in Domino

De { Incarnatione superni numinis,
Reparatione interni hominis,
Acquisitione moralis regiminis,
Consolatione finalis luminis.

Dico ergo, quod iusti gaudent de verbi incarnatione Luc. 2. *Euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est hodie saluator mundi.* ¶ Item gaudent de interni reparatione Luc. 15. *Epulari autem, & gaudere oportebat, quia frater tuus,* scilicet, homo interior, *mortuus fuerat, & reuixit.* ¶ Item gaudent virtutum acquisitione Esa. 61. *Gaudens gaudebo in domino, quia induit me indumento salutis.* Item gaudent de finali salutatione Matth. 5. *Gaudete & exultate, quoniam merces vestra multa est in cælis:* & Philip. 4. *Gaudete (dico) in domino semper, iterum dico gaudete.* Sic igitur gaudet vir per gratiam illuminatus. *Videntes* inquit *stellam gauisi sunt.* 1. Reg. 6. *Viderunt arcam & gauisi sunt.* Istud est igitur primum gaudium iu-
F storum, videlicet, quod per gratiam sunt liberati. ¶ Denique dico, quod iusti gaudent, quia per fidem sunt hospitati [Intrantes inquit domum.] Sicut enim peregrino deuiato, & in periculis hostium constituto, magnum gaudium est, quando potest domum intrare, & a periculis hostium se seruare, sic procul dubio iusti gaudent, quia vident, quod domum Ecclesiæ per fidem intrauerunt, extra quam non est salus, & extra quam quicunque latronibus infernalibus est subiectus. Sicut enim membrum gaudet se esse coniunctum corpori, summe vero dolet si ab eo diuidatur, sic pro certo iustus gaudet se corpori Christi mystico esse coniunctum per fidem, & summe debet tristari si ab eo separetur per culpam, quia sicut ouis, quæ extra domum in sero remanet, à lupis deuoratur, peregrinus qui extra ciuitatem in nocte remanet, à latronibus spoliatur, obses si extra exierit, ab hostibus iugulatur, sic illi, qui extra domum, castrum, & ciuitatem Ecclesiæ sunt per infidelitatem, hostibus, latronibus, & lupis infernalibus exponuntur, & ab eis per multa vitia deuorantur. Bonum est igitur esse intra domum. vnde Matth. 25. *Intra in gaudium domini tui.* Quod tamen est contra miseros infideles, qui magis gaudent de sua infidelitate, quam nos facimus de nostra credulitate. Similes enim sunt cygno, qui est auis fluuialis, qui tunc dicitur cantare, & gaudere, quando debet mori. Similes etiam sunt delphinis, & sirenis, & multis generibus piscium, qui tunc dicuntur in mari gaudere & saltare, quando tempestas debet insurgere, & venire. Tales procul dubio sunt infideles, & vt communiter omnes peccatores, quia vere isti gaudent, saltant, tripudiant, & lætantur in mari mundanæ prosperitatis, vel in mari, id est, in amaritudine peccati, cum tamen ex tali suo gaudio sequatur tempestas, & mors damnationis æternæ. Vnde de istis dicitur Iob 21. *Gaudent* (inquit) *ad sonitum organi, ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.* Non sic charissimi, sed gaudeamus intrare domum Ecclesiæ, & ibi per fidem, & gratiam manere, iuxta illud 1. Mach. 14. *Gauisi sumus introitu.* Quia vere charissimi, summum gaudium iustorum est, quando vident, quod per fidem sunt hospitati
G [Intrantes inquit domum.] ¶ Insuper dico, quod iusti tunc potissime gaudent, quando per gloriam sunt saturati seu quietati, quod ostenditur cum dicitur [Inuenerunt.] Sicut enim ceruus summe gaudet quando post nimiam sitim inuenit fontem, canis tunc gaudet, & saltat quando post multum cursum inuenit prædam, laborans tunc gaudet summe, & exultat quando post laborem inuenit quietem; sic vere sancti tunc temporis summe lætantur, & gaudent, quando post mundi labores, & dolores, post sitim, famem, penuriam, & miseriam, fontem, prædam, & quietem inueniunt gloriam Paradisi. Tunc enim recreantur, & satiantur, tunc quietantur, & consolantur, tunc lætantur, & delectantur. Vnde de gaudio istius inuentionis dicitur Luc. 15. *Congratulamini mihi, quia inueni drachmam meam:* & Matth. 13. quod *simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro, quem qui inuenit homo, abscondit, & præ gaudio illius vadit, &c.* Tale gaudium charissimi, non est in hoc mundo, sed in gloria, quia vere mundi gaudia non sunt in inuentione, sed in continua quærendi inuestigatione, cum enim vnum habeant, aliud semper quæritur & ambitur, nunquam enim ibi est perfecta inuentio, imo quidam continuus labor, & inuestigatio. In Paradiso vero est contrarium, quia ibi perfectissime inuenitur quod diu in hoc mundo quærebatur. Et ideo epulari, & gaudere oportebat, quia *frater tuus,* scilicet, paradisus *perierat,* scilicet, quantum ad te, *& inuentus est* Luc. 15. Vnde isti dicunt illud Thren. 2. *Hæccine est vrbs perfecti decoris gaudium vniuersæ terræ?* Sequitur. *Et hæc est dies, quem expectabamus, inuenimus, & vidimus.* Et illud prædictum Esa. 51. *Gaudium & lætitia inuenientur in ea, gratiarum actio, & vox laudis.* Gaudent igitur iusti quando sunt per gloriam quietati. Inuene-
H runt. ¶ Rursum (dico) quod sancti gaudent, quia sunt optime sociati, quod ostenditur, cum dicitur, quod ipsi habent puerum cum Maria matre eius, gaudiosum enim est habere gratam, & mundam societatem. Nulla vero societas potest esse gratiosior, quam societas iuuenum, & puellarum. Et ideo isti modo sunt in grata societate, quia scilicet ibi est puer & puella, id est, Christus & Maria mater eius. O quam grata est, & gratiosa talis societas, esse scilicet, cum tali puero, & cum tali puella, & vere est istud gaudiosum, & delectabile. Simiæ enim magis gaudent cum pueris ludere, & cum pueris, & paruulis esse. Nulla mirabile. Elephantes etiam in cantu puellarum delectantur, & ad eas lambendum, & osculandum quodam naturali instinctu inclinantur. Quid dicam de vnicorni, qui puellæ virgini se reddit, & subiugat, & omni feritate deposita, virginis gremio se reclinat. De quodam etiam delphino legi, quod quendam puerum solitum in mare natare, summe diligebat, & cum eo ludere, & solari gaudebat, quare cum quadam die puer ita in tenoris maris ludendo cum belua enatasset, deficiens viribus mortuus est, belua vero de puero dolens ipsum ad littus eduxit, & extra mare exiens, præ nimio dolore mortua est. Mater vero, quæ ex auditu habuerat, quod in mari erat quidam delphinus, qui cum eo ludebat, perpendit ex rei euentu, quod iste erat piscis qui cum puero ludebat, & lætabatur, vt recitat Plinius, & Solinus. Ecce igitur si est gaudiosum brutis, & animalibus cum pueris, & puellis habitare, quanto magis sancti in patria gaudent esse cum illo puero, & puella, qui nunquam aliquam peccati maculam contraxerunt. Isti enim *qui in mundo isto flebant cum flentibus, gaudent modo cum gaudentibus* Roman. 12. Et breuiter de gaudio illius ciuitatis, & illius societatis potest dici illud Actor. 8. *Factum est gaudium magnum in illa ciuitate.* Et de ista societate potest dici illud Act. 1. *Erant omnes perseuerantes cum mulieribus & Maria matre eius.* Ista est igitur societas perfecti gaudij, vbi scilicet quilibet est in perpetua quiete, in æterna societate, in perfecta fœlicitate, vbi scilicet nullus est, qui insidietur, nullus est qui contristetur, nullus est qui malum faciat, nullus est, qui malum sentiat, nullus est, qui bonum nesciat. Vbi est claritas sine obscuritate, leuitas sine grauitate, subtilitas sine tarditate, impassibilitas sine mortalitate. Et breuiter de isto gaudio dicitur Esa. 51. *Venient in Sion laudantes, & lætitia sempiterna super capita eorum, gaudium & exultationem tenebunt & fugiet dolor, & gemitus, quia ego ipse consolabor eos, dicit Dominus* ¶ Gaudent igitur sancti in patria. I

De { Periculorum euasione,
Beatorum aduocatione,
Diuinitatis contemplatione,
Victoriæ consecutione,
Perfectissima repletione.

Gaudent igitur de periculi euasione, quia scilicet *omnis disciplina in præsenti non videtur esse gaudij, sed mæroris.* Hebræor. 12. Sed tunc omnis mæror præteritus in gaudium conuertetur Ioan. 16. *Tristitia vertetur in gaudium.* Gaudent etiam de læta, & sancta sociatione, quia scilicet ibi est societas gaudiosissima, scilicet, Dei sanctorum Angelorum 3. Reg 1. *Dixit omnis populus, viuat rex Salomon, & ascendit vniuersa multitudo post eum, populus canentium tibijs, & lætantium gaudio magno.* Gaudent insuper de Deitatis visione, & contemplatione Psalm. 20. *Lætificabis eos in gaudio cum vultu tuo.* & Ioan. 20. *Gauisi sunt discipuli viso Domino.* Gaudent vlterius de victoriosa triumphatione Esa. 61. *Darem eis coronam pro cinere, & oleum gaudij pro luctu.* Gaudent vero super omnia de nimis plenitudinis adeptione Ioan. 16. *Petite, & accipietis, vt gaudium vestrum plenum sit.* Summe autem gaudent de sui gaudij perpetuatione, quia sicut dicitur Io. 16. *Videbo vos, gaudebit cor vestrum & gaudium vestrum nemo tollet à vobis.* Sic igitur patet fratres charissimi quadruplex gaudium bonorum, scilicet, gaudium in patria duplex,

& duplex in via, quia scilicet in patria gaudent de amabili societate, quia sunt cum puero & Maria matre eius. Item de notabili vtilitate, quia scilicet quod in mundo quæsierant iam inuenerunt. In via vero gauisi fuerant de stamis fidei securitate, quia scilicet intrauerunt domum. De lucis gratiæ sinceritate, quia scilicet ipsi fuerunt videntes stellam. Bene igitur dictum est, quod *videntes stellam, gauisi sunt, & intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria matre eius.*

K ¶ Secundo dico quod est gaudium externum, & damnabile. Et istud est lætitia eorum, qui in hoc mundo plus gaudent in cæcitate, quam in claritate, in peccato, quam in merito, in culpa, quam in gratia, in bonis temporalibus, quam in spiritualibus. Isti sunt similes latronibus, qui plus gaudent de nocte, quam de die, & hoc quia de nocte furantur, & capiunt alienum. Sunt etiam similes bubonibus, qui in obscuritate luminis lunæ lætantur, & in claritate luminis solis tristantur. Sunt etiam similes bufonibus, qui de nocte solent discurrere, & gaudere, de die vero solent torpescere, & in absconditis se celare. Sic charissimi, pro certo mundi peccatores, qui proculdubio possunt latrones, alienum appetentes per auaritiam, bubones aues immundæ per luxuriam, bufones animalia inflata per superbiam, non gaudent esse in lumine gratiæ, sed magis in nocte, & obscuritate peccati. Vnde de malo gaudio talium loquitur scriptura in Esa. 22. *Vocauit Dominus ad fletum, & planctum, ad caluitium, & cingulum sacci, & ecce gaudium, & lætitia, occidere vitulos, iugulare arietes, comedere carnes & bibere vinum.* Dominus enim in mundo isto vocauit nos ad pœnitentiam, isti vero se exercent ad magnam lætitiam. Vnde in ista authoritate ponitur quadruplex mala malorum lætitia, scilicet, lætitia superborum, & nobilium, lætitia auarorum & crudelium, lætitia detractorum, lætitia gulosorum.

¶ Lætitia superborum, & nobilium est occidere vitulos, id est, impugnare alios superbos, & contra ipsos luctari, & debellare, sicut patet de fatuis nobilibus, qui non gaudent nisi esse in tyrocinijs & in guerris, sicut dicitur Prouerbior. *Stultitia gaudium stulto.*

¶ Est etiam lætitia auarorum, & crudelium. Isti enim non gaudent nisi iugulare arietes, id est, dissipare, & exheredare simplices, & imbecilles. Vnde Esa. 32. *Gaudium onagrorum, pascua gregum.*

¶ Adhuc est lætitia detractorum. Isti enim summe gaudent comedere carnes, id est, alienæ vitæ detrahere, iuxta illud Hierem. 19. *Vnusquisque carnes amici sui comedet.* Vnde tales dicere possunt illud Eccl. 8. *Deprehendi nihil esse melius, quam comedere, bibere & gaudere.*

¶ Est denique lætitia gulosorum. Isti enim summe gaudent bibere vinum, id est, in commessationibus, & ebrietatibus delectari. Vnde bene audiunt consilium illud Eccles. 9. *Bibe cum gaudio vinum tuum.* Et sic patet quadruplex malum gaudium, scilicet, gaudium superborum, gaudium auarorum, gaudium detractorum, & gaudium gulosorum. Isti igitur magis debent de obscuritate peccati, quam de claritate gratiæ, & tamen isti deberent aduertere, quod ex talibus malis gaudijs sequitur tristitia sempiterna. Sicut enim dicitur Prouer. 14. *Risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat,* quia scilicet gaudia malorum sunt defectiua, & sunt in dolorem, & amaritudinem conuersiua Esaiæ 24. *Cessauit gaudium tympanorum, quieuit sonitus lætantium, conticuit dulcedo cytharæ, cum cantico non bibent vinum, amara erit potio bibentibus illam.* Et ideo finaliter de gaudio dicitur Esa. 24. *Translatum est gaudium terræ.* & Thren. 5. *Defecit gaudium cordis nostri, versus est in luctum chorus noster, cecidit corona de capite nostro, væ nobis, quia peccauimus.* Et breuiter bene dicitur Iob 20. quod *gaudium hypocritæ ad instar puncti, &c.* Non sic charissimi, non gaudeamus in criminibus, sed in virtutibus, non in iniquitate, sed in bonitate, non in malitia, sed in iustitia, non in peccati obscuritate, sed in gratiæ claritate.

L ¶ Tertio esset dicendum de gaudio æterno, sed de illo dictum est in hoc tit. in §. Insuper dico, & in §. Rursum dico, & hoc propter authoritatis prosecutionẽ, ideo illuc est regrediendum. Et hæc de gaudio sufficiant.

A **Gaza.** Ciuitas Philistinorum, interpretatur robusta, seu fortitudo eius.

**Gazophylacium.** Nota, quod gazophylacium erat vestibulum, atrium seu deambulatorium, seu vestiarium in domo regia, & in templo. A

**Gehenna.** Accipitur pro pœna æterna, & interpretatur vallis tristitiæ, seu de valle sunt. Paucæ sunt auctoritates, ideo omitto. A

**Gelu,** Vide de frigore, glacie, & similibus. Signat enim tribulationem temporalem, vel terrenam. A

**Gelboe.** Nomen est montium, vbi Saul & filij sui ceciderunt. Et interpretatur aceruus, per antiphrasim. Vnde Dauid dicebat 2. Reg. 1. *Montes Gelboe, nec ros nec pluuia veniat super vos.* A

**Gemma,** Lapis preciosus signat merita vel virtutes, sed omitto causa breuitatis. A

**Gemere. Gemitus.** Nota, quod gemitus est, quidam motus mentis qui ex aliquo dolore seu tristitia generatur cum alicuius signi exterioris emissione, & ostensione. Et ideo quia homo potest dolere de bono, & de malo, idcirco possumus distinguere multiplicem gemitum. ¶ Est enim A

Gemitus {
- Afflictorum, & indigentium,
- Contritorum, & pœnitentium,
- Perfectorum, & meditantium,
- Damnatorum, & desperantium.

Gemunt enim afflicti de præsentis pœnæ impositione. Vnde isti sunt sicut asinus, qui gemit quando verberatur, & quando pondere prægrauatur Exod. 2. *Ingemiscentes filij Israel propter opera vociferati sunt.* Vnde dicitur Esaiæ 59. *Rugiemus quasi vrsi, & quasi columbæ meditantes gememus.* Vnde de tyrannis, qui sunt causa istorum gemituum, dicitur Iob. 24. *De ciuitatibus fecerunt viros gemere, & anima vulneratorum clamabunt, & tamen Deus tales gemitus solet audire, & attendere, & gementes miseros liberare.* Psalm. 11. *Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum nunc exurgam, dicit Dominus.* ¶ Item gemunt contriti de transactæ culpæ commissione. Vnde isti sunt sicut turtur, quæ pro cantu gemitum reddit, & amisso compare dolet. Quia vere pœnitentes, quando vident, quod propter peccata, suum comparem, id est, Christum perdiderunt, nunquam debent lætari, vel gaudere, sed per contritionem gemere, & plorare, dicentes cum Dauid: *Lauabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo.* Talis autem B

Gemitus contritionis {
- Carnis lasciuiam domare,
- Cordis lætitiam frænare,
- Dei clementiam orare,
- Diuinam gratiam captare,
- Culpæ nequitiam vitare,

} solet

Domat (dico) contritionis gemitus carnis lasciuiam Ezech. 21. *Ingemisce in contritione lumborum, in amaritudinibus ingemisces coram eis.* Frænat etiam iste gemitus cordis lætitiam Esa. 24. *Ingemuerunt qui lætabantur corde, cessauit gaudium tympanorum.* Orat etiam talis gemitus Dei clementiam Tob. 3. *Ingemuit Tobias, & orare cœpit Dominum* & Dan. 13. dicitur, quod *ingemuit Susanna & ait angustiæ sunt mihi vndique* Captat etiam Dei beneuolentiam. Exod. 6. *Audiui gemitum filiorum Israel.* Vitat etiam talis gemitus culpæ nequitiam, quia scilicet conuertit animam à peccato Thre. 1. *Ipsa autem gemens conuersa est retrorsum.* Et ideo etiam sperandum est, quod iste gemitus auferat, & tollat, omnem angustiam, quia sicut dicitur Ezech 9. *Solæ frontes virorum dolentium, & gementium fuerunt signatæ, & ipsi à percussione Angeli liberati.* & Exod. 3. dicitur, quod *Dominus audiuit gemitum filiorum Israel, & liberauit eos.* Merito igitur gemunt contriti de transactæ culpæ commissione. ¶ Item gemunt perfecti de cœlestis patriæ dilatione. Vnde isti sunt sicut cygnus, quæ est auis albissima, quæ in fluminibus versatur, quæ semper solet gemere, & nunquam solet cantare nisi solum quando debet mori, vel vitã finire. Quia pro certo viri perfecti, qui in fluminibus deuotionis versantur, & qui candore castitatis vestiuntur, pro dilatione cœlestis patriæ semper gemunt, & solum quando mortis instat, quando sperãt se cito ad patrem transire, gaudent, tripudiant, & exultant. Vnde de gemitu talium dicitur Thre. 1. *Sacerdotes eius gementes, virgines eius squalidæ, & ipsa oppressa amaritudine.* Iste est gemitus amorosus, quem habet anima desiderio videndi sponsum. Vnde Rom 8. *Ipsi intra nos gemimus adoptionẽ filiorum expectantes* & 2. Cor. 5. *In hoc ingemiscimus habitationem nostram, quæ ex cœlo est, superindui cupientes.* C

¶ Item gemunt damnati per æternæ pœnæ oppressionem D

vnde

vnde Iob 26. *Gigantes gemunt sub aquis, & qui habitant cum eis.* & 5. *Videntes turbabuntur timore horribili, dicentes intra se, pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritum gementes.* Vnde isti sunt proprie sicut vrsus, qui de nouo captus in nemore, & in catenis ferreis ligatus, incipit gemere, & rugire, & præ desperatione cadere, rodere, & mordere. Quia pro certo damnati, quando de nemore huius mundi educuntur, & in catenis infernalibus astringuntur, tunc præ desperatione habent necessario gemere, & rugitum, & lamentum facere, & ducere. Vnde isti dicunt illud Psa. 7. *Afflictus sum, & humiliatus sum nimis, rugiebam à gemitu cordis mei.* Sic igitur patet, quomodo à diuersis diuersimode gemitur, & quomodo diuersi gemitus ad diuersa tendunt, omitto causa breuitatis. Vide supra de desiderio dolore, Fletu, & infra de suspirio.

A **Generare. Gignere.** Nota, quod illi spiritualiter generantur, qui de bonis mali, vel de malis boni efficiuntur. Generare enim spiritualiter loquendo, nihil aliud est, quam quædam conuersio, mutatio, & spiritualis formatio, vel creatio, vel etiam quædam ad aliquem statum promotio, vel introductio. Potest ergo accipi in bonum, & in malum.

¶ In bono ergo accipitur quando à Deo vel à prædicatore vel à prælato aliquis ad bonum conuertuntur, Deus enim generat per bonam inspirationem, prædicator per bonam informationem, prælatus vero per bonam castigationem. Generat (dico) Deus interius inspirando. Et de hoc dicitur Iob 38. *Quis est pluuiæ pater, aut quis genuit stillas roris? De cuius vtero egressa est glacies, & gelu de cœlo quis genuit?* Peccatores enim dicuntur glacies, ratione fragilitatis, dicuntur gelu ratione indeuotionis, & spiritualis frigiditatis, qui tamen ros, & pluuia ad irrigandum alios efficiuntur, quando à Deo per inspirationem generantur, & conuertuntur sicut apparuit in beato Paulo, qui per diuinam generationem de gelu, & glacie factus est ros, & pluuia. Item generat prædicator exterius informando, & sic generabat beatus Paulus illos, quibus dicebat 1. Corint. 4. *Per Euangelium ego vos genui.* Ideo præcipitur Prouerb. 23. *Audi patrem tuum, qui genuit te.* Item generat prælatus per bonam correctionem, & per bonorum exemplorum dationem, & ostensionem. Vnde de Adam dicitur Genes. 5. quod *ipse genuit filium ad imaginem & similitudinem suam.* Ista est generatio bona, & virtuosa. De ista ergo bona generatione, & conuersatione possumus dicere illud 1. Petri 2. *Quasi modo geniti infantes lac concupiscite.*

B ¶ Sed adhuc dico, quod est alia generatio mala, & vitiosa, & ista est generatio, qua homines mali efficiuntur. Et sic generantur quidam à diabolo per suggestionem superbiæ, quidam à carne per infectionem luxuriæ, quidam à mundo per inflammationem auaritiæ. Vnde de istis malis generationibus dicitur Ose. 5. *Præuaricati sunt, quia filios alienos genuerunt.* Et ideo breuiter de ista generatione bona, & mala dicitur illud prædictum Iob 37. *Quis est pluuiæ pater?* Vide eam supra. In quibus verbis ad literam quod sicut in aere diuersæ, & contrariæ fiunt impressiones, aliæ bonæ, aliæ malæ, sic etiam in cordibus humanis generantur aliquæ passiones, & conditiones, quædam bonæ, & virtuosæ, quædam vero malæ, & perniciosæ hic vitiosæ. Dicimus ergo, quod in aliquibus generatur fœcunditas compassionis, ista est generatio pluuiæ. Quis est (inquit) pluuiæ pater? Humiditas deuotionis, ista est generatio roris. Aut quis inquit genuit stillas roris? Consideratio suæ fragilitatis, ista est generatio glaciei. De cuius vtero (inquit) egressa est glacies? Consideratio suæ labilitatis, ista est gelu. Et gelu inquit quis genuit? Generatur ergo in nobis compassio proximi adiutiua seu fœcundatiua. [Pluuiæ inquit.] Deuotio tentationum refrigeratiua [Roris inquit.] Discretio nostri cognitiua. [Glacies inquit.] Turbatio nostri constrictiua. [Gelu inquit.]

C ¶ Primo ergo dico, quod in nobis debet generari compassio fœcundatiua. [Pluuiæ inquit.] Sicut enim pluuia generatur quando virtute caloris vapores humidi congregati in corpus nubis dissoluuntur, & fluere compelluntur, sic vere quando calor diuinæ gratiæ dissoluit hominem per compassionem, tunc vapores sui congregati, id est, bona sua temporalia, quæ ad modum vaporis fragilia sunt, & faciliter euaporabilia, conuertuntur in pluuiam per eleemosynarum largitionem, ea qua quidem alij irrigantur, & inundantur per beneficium, & subuentionem. vnde Eccles. 35. in fin. *Speciosa misericordia Dei in tempore tribulationis, quasi nubes pluuiæ in tempore siccitatis.* Sed proh dolor, multi sunt in quorum cordibus ista pluuia non generatur. Sicut enim quando calidi, sicci, & humidi vapores sursum à terra exhalant, & in nubium sinu inuoluuntur, non solent pluuiam generare, sed fulgura, & tempestates, sic quia multi pleni sunt calore, & ardore, cupiditate & siccitate, indeuotionis, & spiritualis ariditatis, in talibus non solet pluuia pietatis generari, sed fulgur rapinæ, & crudelitatis, tempestas exactionis, & aduersitatis in eis generatur quibus vicini affliguntur, & diuersimode cruciantur. Vnde in Psalm. *Posuit pluuias eorum grandinem, ignem comburentem in terra eorum.* Non sic charissimi, sed generetur in nobis compassio fructificatiua.

D ¶ Secundo dico, quod in nobis debet generari deuotio refrigeratiua [Stillas inquit roris.] Ros enim qui de cœlo venit, & qui de nocte occulte descendit, & qui ardorem aeris refrigerat, atque tollit, & siccitatem herbarum temperat, eas vegetat atque nutrit, significat virtutem deuotionis, quæ desursum à Deo principaliter immittitur, & de qua ardor tentationum refrigeratur, & temperatur, & per quam homo spiritualiter vegetatur, & nutritur Eccl. 18. *Ardorem refrigerabit ros* De talis roris generatione dicitur Num. 11. *Cum descenderet super castra ros, descendebat pariter & manna.* Manna enim significat gratiam, quæ tunc temporis super hominem abundantius descendit, quando ros deuotionis ipsam præcedit. Sed vere multi sunt sicut montes Gelboe, qui fuerunt à Deo maledicti, ideo in eis nullus ros potest generari, iuxta illud 2. Reg. 1. *Montes Gelboe nec ros nec pluuia cadat super vos.* Sic vere multi sunt, ita à Deo maledicti, quod nec ros deuotionis, nec pluuia compassionis descendere potest super eos.

E ¶ Tertio dico, quod in nobis generari debet discretio nostri cognitiua, quia scilicet, ibi debet esse glacies. Glacies enim dum est integra, lucet & est pulchra, modico tamen calore soluitur, modico ictu frangitur, & in lotum finaliter conuertitur, & mutatur. Sic nostra misera conditio, & mundana prosperitas, & possessio quamuis aliquando splendeant, & luceant, tamen, vt communiter, non diu durant, facile enim deficiunt, & annihilantur, & per mortem vel aduersitatem franguntur, & dissipantur. Ista ergo glacies, id est, nostræ glacialis fragilitatis conditio, seu consideratio debet in nobis generari, & à nobis continue meditari, vt sic de nobis dicatur illud Psal. *Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum &c.* Per istas enim impressiones spiritualiter intellectas, debet in nobis vel in nostris cordibus per considerationem generari ignis, id est, ardor infernalis pœnalitatis. Item debet generari grando, id est inuasio temporalis aduersitatis, nix, id est, fluxibilitas temporalis prosperitatis, glacies, id est, fragilitas nostræ naturalis infirmitatis. Ista ergo, id est, istorum consideratio, debent in nobis generare turbationem nostri constrictiuam, id est, constrictiuam diuini timoris, quæ notatur per gelu.

F ¶ Quarto igitur dico, quod à nobis debet generari gelu. Gelu enim omnia exteriora humida constringit, contrahit, & desiccat, & signat frigus diuini timoris, qui quando bene in nobis generatur, omnis humor luxuriæ constringitur, & omnes affectiones fluxibiles coarctantur. Vnde tali gelu constrictus fuit Iacob, cum dicebat Genes. 31. *Æstu vrgebar, & gelu, fugiebatque somnus ab oculis meis.* Quia vere charissimi, illi à somno mondanæ delectationis extinguuntur, qui æstu diuini amoris inflammantur, & gelu diuini timoris turbantur. vnde Iob 37. *Flante Deo concrescit gelu, & rursum latissime funduntur aquæ.* Sic igitur patet, quomodo quadruplex impressio spiritualis in nostris cordibus generatur. Sed quia de ista generatione moritoi vel virtuosam parum, aut nihil possum notabiliter concordare, idcirco supersedeo ad præsens. Materia enim ista quantum ad auctoritates valde sterilis est, quantum ad exempla mirabiliter fertilis posset esse. Et ideo vide supra titu. de fructificare, & infra titu. de sterilitate.

A **Generatio.** Nota, quod generatio est omne illud, quod generatur, vel omne illud, quod successione temporis variatur. Vnde generatio idem est, quod proles, progenies, prosapia, seu parentela. Et sic accipitur Tob. 14. vbi dicitur, quod *ipse vidit quintam generationem, & filios filiorum.* ¶ Item accipitur generatio pro ipso modo generandi, & producendi, & sic accipitur Esa 53. vbi dicitur de Christi generatione, *Generationem eius quis enarrabit?*

¶ Item accipitur pro qualibet particulari progenie, & natione. Vnde Matth. 12. *Generatio mala, & adultera signum quærit.* Et in Psalm. 77. dicitur, *Vt cognoscat generatio altera.* ¶ Item accipitur pro temporis successione, & sic accipitur in Psalm. vbi dicitur, *Donec annunciem brachium tuum generationi omni, quæ ventura est.* Per generationem igitur, vt communiter, intelligitur communitas vnius nationis, societas vnius conditionis, consanguinitas eiusdem propagationis, conformitas eiusdem religionis. Et sic notare possumus, quod est duplex generatio, vna bona & alia mala, vna virtuosa, alia vitiosa, vna laudabilis, alia damnabilis. ¶ De generatione igitur bona notare possumus, quod

B ista debet habere tres conditiones. Debet enim

Debite generari,
Modeste conuersari,
Deuote famulari.

Debet (dico) debite generari. Generatio enim bona dicitur, quæ de legitimo matrimonio generatur. Et sic per bonam generationem possunt spiritualiter intelligi, qui sunt in sancta matre Ecclesia iuste, & licite introducti, illi videlicet, quos non introduxit ambitio, quos non procreauit carnis affectio, quos non promouit, vel exaltauit aliqua simoniaca munerum datio, vel exceptio. Omnes enim qui taliter generantur, generatio adultera, & spuria spiritualiter appellantur, eo scilicet, quod ex legitimo Christi & Ecclesiæ matrimonio non nascuntur. Vbi isti sunt sicut generatio multorum, quæ habet fieri de parentibus diuersarum specierum. Quando enim asinus conuenit cum vxore equi, tunc generatur ibi mulus, quod est animal ita frigidum, quod non potest fructificare vel generare. Sic pro certo charissimi, simoniaci ex quodam adulterino concubitu generantur. Quando enim asinus, id est, malus prælatus coniungitur cum vxore equi, id est, cum aliqua Ecclesia vel prælatura, quæ equi, id est, boni prælati debuerat esse vxor, tunc procul dubio generantur ibidem muli, id est, viri simoniaci, contra Deum, & rationem introducti & promoti, qui reuera sunt ita frigidi per intentionem, quod non possunt fructum producere per bonam operationem. Vide pro Deo de simoniace promotis & generatis qualiter in Ecclesia fructificant, certe pessime, quia, vt communiter, nec temporaliter, nec spiritualiter prosperantur. Et ideo sicut dicitur Matth. 12. *Isti sunt generatio mala, & adultera, quæ signum quærit, sed signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ*, qui scilicet in mare proiectus est, & deuoratus à ceto, quia pro certo tales finaliter in mare, id est, in inferni amaritudinem proijcientur, & à ceto, i. à diabolo deuorabuntur. Non sic charissimi, quia si volumus esse bona generatio, nos debemus debite generari, id est, iuste in ecclesia promoueri, quia sic dicitur in Psalm. *Dominus in generatione iusta est*, exemplo Noe, de quo dicitur Genes. 6. *Noe vir iustus atq; perfectus in generationibus suis fuit.* Et ideo in arcam fuit introductus, quia scil. soli iusti in arca Ecclesiæ debent admitti Gen. 7. *Ingredere in arcam quia te vidi iustum coram me.*

C ¶ Secundo dico, quod si volumus esse bona generatio, nos debemus modeste conuersari Psalm. 23. *Hæc est generatio quærentium Dominum*, quia pro certo illi, qui non conuersantur pacifice, & modeste, generatio bona dici non debent. Isti enim sunt sicut generatio canum. Quamuis enim omnes canes sunt eiusdem speciei, eiusdem generis, eiusdem generationis, isti tamen inter se modeste vel pacifice non conuersantur, imo alter ab altero sæpissime mordetur & impugnatur. Sic vere multi, qui quamuis sint eiusdem generis, vel sanguinis, eiusdem regionis vel religionis, ipsi tamen nolunt pacifice viuere, sed per detractionem, & iniuriæ illationem alter alterum mordere, & impugnare. Vnde ista est illa generatio de qua dicitur Prouerb. 30. *Generatio, quæ patri suo maledicit.* Generatio, quæ pro dentibus gladios habet. Non sic igitur, quia nos debemus modeste conuersari.

D ¶ Tertio dico, quod si volumus esse bona generatio, nos debemus deuote famulari. De qua dicitur in Psalm. 111. *Generatio rectorum benedicetur.* Non est enim bona generatio quæ suis genitoribus humiliter non obedit. Et ideo multi sunt qui mala generatio dici possunt, illi videlicet, qui genitoribus suis, scilicet Deo, vel prælato, vel parentibus carnalibus nolunt fideliter obedire, sed potius eis infideliter contraire. Isti sunt generatio viperina, quæ proprijs dentibus proprios parentes interficit, & corrodit, quia vere multi sunt hodie mali filij, & mala generatio, qui, proprios parentes, scilicet prælatum, vel Ecclesiam, in qua sunt, dentibus & morsibus, id est, diffamationibus, litibus, & tribulationib. afficiunt, & molestant. Isti sunt generatio peruersa, & infideles filij. vnde eis dicitur Deut. 32. *Generatio praua atque peruersa hæccine reddis Domino popule stulte, & insipiens?* Non sic charissimi, sed simus generatio bona vt possimus deuote famulari, quia reuera sicut dictum est, illi sunt bona generatio, qui deuote famulantur, qui modeste conuersantur, qui debite generantur, quia sicut dicitur in Psalm. *Hæc est generatio quærentium Dominum, quærentium faciem Dei Iacob.* ¶ De generatione mala supra in singulis paragraphis clausula subinserta est.

## Gens.

Nota, quod gens est nomen collectiuum sicut populus, signat enim personarum pluralitatem inuicem congregatam. Vnde gens idem est, quod natio, generatio, populus & plurium personarum collectio. Et accipitur, vt communiter, vel pro bona vel pro mala vnione, & congregatione. Gens igitur in bono signat bonam concordiam, & vnitatem. Et sic intelligitur illud Esa. 2. *Non leuabit gens contra gentem gladium.* Et illud Ioan. 3. *Congregabo omnes gentes &c.* In malo signat malam amicitiam, & societatem, & sic accipitur 1. Mach. 1. *Congregatæ sunt gentes aduersus Israel.* Gentes enim fuerunt omnes illæ nationes dictæ, quæ erant per vniuersum mundũ præter filios Israel, & ideo dicebantur gentes, quasi sine rege viuentes. Et sic gentes poterunt significare omnes mundi peccatores, & iniquos, qui legi Dei non subijciuntur, qui à filijs Israel, id est, à viris sanctis separantur, & distinguuntur, qui etiam idolis, id est, diuersis vitijs supponuntur, subiugantur, quia sicut dicitur in Psal. *Simulachra gentium argentum, & aurum.* A

¶ Dicamus igitur aliquid de gentibus in bono significato. Dicamus ergo, quod nos debemus esse gentes, id est, nos simul per concordiam coniungentes, vel gentes, id est, nos per prudentiam bene regentes, vel gentes, id est, peccata nostra per pœnitentiam lugentes, atque plangentes. Et si tales fuerimus, nobis poterit dici illud 1. Petr. 2. *Vos estis genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis.* In quibus verbis ostenditur, quod illi sunt bonæ, & virtuosæ gentes, qui sunt

Inter se concorditer fœderati. [Genus inquit.]
A malis singulariter segregati. [Electum.]
Domino specialiter dedicati. [Regale sacerdotium.]
A Deo virtualiter vendicati. [Populus acquisitionis.]

¶ Dico igitur primo, quod isti sunt bonæ gentes, qui inter se fœderantur concorditer, & hoc ostenditur cum dicitur Genus. Sicut enim in genere intellectuali, & logico vniuntur, & aggregantur diuersæ species, & diuersa indiuidua, & in genere sanguinis seu corporali aggregantur, & continentur diuersi gradus consanguinitatis, sicut insuper in gente vel in populo aggregantur plures personæ diuersæ & contrariæ qualitatis, sic pro certo quanquam simus diuersi, & contrarij, qualitate & conditione, consanguinitate & natione, patria, loco & regione, debemus tamen in vno genere, id est, in vna communi concordia conuenire. [Genus inquit.] Actor. 17. *Ex vno omne genus hominum propagatum est.* Et ideo de Abraham, qui interpretatur pater multarum gentium, dicitur Actor. 13. *Filij generis Abraham, &c.* Sed proh dolor charissimi, quam multæ sunt hodie gentes, congregationes, nationes, quæ non habent concordiæ vnitatem, sed potius totius controuersiæ diuersitatem. Vnde isti non constituunt genus communitatis, sed magis constituunt species diuisionis & partialitatis. Vnde 1. Macha. 5. dicitur, quod *audierunt gentes, quod ædificatum est altare, & cogitabant tollere genus Iacob.* Isti sunt proprie detractores, inuidi & iracundi, qui genus communitatis concordiæ, & amicitiæ nequeunt sustinere, sed ipsum omnino tollere, & dissipare. Isti sunt sicut quædam gens, quæ est in quadam insula Indiæ, vbi pater filium, & filius patrem solet quandoque occidere, quando vident se inuicem infirmari, & occisos eos solent manducare. Dicunt enim quod melius est occidere amicos suos, cum mori debeant secundum responsum deorum suorum, quam ipsos diu dimittere infirmari. Melius est etiam, vt dicunt, eos comedere, quam quod vermes ipsos comederent vel vorarent. Ista narrantur in libro de mirabilibus orientis. Pro certo charissimi, tales gentes videntur esse vsurarij, & detractores, ipsi enim amicis proprijs non parcunt, sed omnes deuorant, & corrodunt. Videntur enim sentire, quod melius est amicos, socios & vicinos comedere, vel corrodere, quam ipsos ab alijs deuorari permittere. Ideo de istis dicitur Hierem. 19. *Vnusquisque carnes amici sui comedet.*

*modū*. Isti sunt igitur illa gens, de qua dicitur Luc. 21. *Exurget gens contra gentem, & regnum aduersus regnum.* Non sic, sed simus fœderata concorditer. [Vos estis inquit genus.]

C ¶ Secundo dico, quod illi sunt à malis segregati, quia nos debemus esse genus electum. Illud enim quod per excellentiam bonitatis est ab alijs separabile, est illud etiam, quod inter multos eligitur, & ab alijs separatur, & seiungitur. Sic vere charissimi, cum nos Christiani, & maxime Ecclesiastici simus à Deo inter omnes nationes electi (iuxta illud Ioan. 15. *Elegi vos, vt eatis, & fructum afferatis*) dico, quod per excellentiam virtutum debemus esse ab omnibus distincti, & separati. Et vere charissimi, istam nostram electionem, & vocationem summe debemus attendere, & eius occasione nos ab alijs separare. Istud proprie pertinet ad nos, & alios Ecclesiasticos, qui ad Dei seruitium sumus electi. *Nos enim sumus populus sapiens, & intelligens, gens magna* Deut. 4. Ideo dicitur ibidem, *Quæ est alia gens sic inclyta, quæ habeat cæremonias, iustaque iudicia?* Ista tamen sunt contra multos, qui pro certo non sunt electa gens, sed gens infecta, non gens inclyta, sed gens perdita, non gens virtuosa, sed gens vitiosa. Talibus dicitur Esa. 1. *Væ genti peccatrici populo graui iniquitate, semini nequam, filijs sceleratis.* Isti sunt sicut quædam gentes, quæ sunt in aliquibus desertis Æthiopiæ, quæ à pecudibus non videntur esse separatæ vel distinctæ. Quidam enim sunt, qui vadunt nudi sine aliquo vestimento, imo mirantur quando vident aliquem vestitum, dicentes hoc esse malefactum, cum Deus creauerit Adam nudum. Alij vadunt prona facie super manus. Alij matrimonij leges non seruant, imo mulieres omnes, cuiuslibet, & singulæ omnium. Sic vere charissimi, inter mundi peccatores sunt quidam qui nudi sunt sine virtutum vestimento, & maxime isti sunt insolentes, & viri inuerecundi, & viri inhonesti, qui quia non portant pallium honestatis, monstrant omnia sua pudibunda. *Beatus enim, qui custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet*, dicitur Apocal. 17. Mirantur etiam isti dum alij sunt vestiti, quia vere mali mirantur quomodo alij possunt esse boni, & quod in se vident impossibile, in alijs credunt mirabile. Istos spoliauit Deus, sicut dicitur Abac. 2 *Tu spoliasti gentes multas.* Nuda igitur est ista gens per virtutum carentiam. Alij sunt curui ad terram per auaritiam Psalm. *Oculos suos statuerunt declinare in terram.* Et in Psalm. 46. *Gentes sub pedibus eius.* Sunt sine matrimonio, per luxuriam. Vnde ista est gens abominata, de qua loquitur Esa. 49. *Non sic, sed simus gentes electæ, inclytæ, & virtuosæ*, quia sicut dicitur Prou. 14. *Iustitia eleuat gentem, miseros facit peccatum populos.* Simus igitur à malis segregati virtualiter. [Electus inquit.]

D ¶ Tertio dico, quod si volumus esse bonæ gentes, & virtuosæ, nos debemus esse Deo dedicati specialiter, quia nos debemus esse regale sacerdotium, & gens sancta. Sacerdotium enim est officium diuinis vsibus aptum, & deputatum. Et ideo quando vocat nos sacerdotium, debemus Deo specialiter dedicati, quod potissime pertinet ad Ecclesiasticos, qui quia sunt assumpti ad sacerdotium regale iuxta illud Apocal. 5. *Fecisti nos Deo nostro regnum, & sacerdotes*, ideo debemus esse gens sancta, & immaculata, quia vere illi, qui ad Ecclesiasticos gradus, seu officia assumuntur, sanctitatem habere, & seruare tenentur, iuxta illud Esa. 26. *Aperite portas, & ingredietur gens iusta, & custodiens veritatem.* Tales enim gentes debent portas Ecclesiæ intrare, tales personæ debent intra Ecclesiam habitare, aliæ vero gentes, quæ sunt alterius conditionis non debent Ecclesiam introire. Vnde nota, quod Deus prohibuit ingressum Ecclesiæ suæ trib. generibus gentium, sicut dicitur Deuteronom. 23. *Qui sunt, scilicet Manseres*, id est, filij meretricum, *Amonites*, id est, populus illius patriæ, *& Moabites*, &c. Istæ tres gentes charissimi, significant tria genera hominum quos Deus ab Ecclesia sua abdicat, & repellit. Manseres, id est, filij meretricum significant Simoniacos. Simonia enim meretrix dicitur, quia non diligit nisi donantem. Et Amonitea, qui interpretatur filij generis, significant parentes, & nepotulos. Moabitæ, qui interpretantur de patre geniti, significant proteruos, & ambitiosos, quia de istis dicitur Ioan. 8. *Vos ex patre diabolo estis.* Istas enim tres gentes, scilicet, illos, qui per simoniacam prauitatem ad beneficia promouentur, illos, qui per affectionem carnis, vel generis exaltantur, illos, qui per ambitionem superbiæ in Ecclesiam introducuntur, non vult Deus Ecclesiam suam intrare, nec ibi locum aliquem obtinere, iuxta illud Iudic. 3. *Hæ sunt gentes, quas dereliquit Dominus.* Sed proh dolor, isti qui à Deo repudiantur, nostris temporibus (sicut videmus) amplius eliguntur. Vix enim aliqui sunt, qui hodie promouentur, nisi per carnalem affectionem, aut per ambitionem aut per simoniam assumantur. Vnde videtur verificatum illud Luc. 21. *Hierusalem calcabitur à gentibus*, quia vere Hierusalem, id est, Ecclesia est hodie, vt communiter, à talibus gentibus occupata, & per eos diuersis oppressionibus conculcata. Ideo plangit scriptura Thren. 1. *Vidit gentes ingressas sanctuarium tuum, de quibus præceperas, ne intrarent Ecclesiam tuam.* Non sic igitur charissimi, sed simus gens sancta, vt regale sacerdotium assumamur, & vt simus Deo dedicati specialiter. *Regale*, inquit, *sacerdotium, gens sancta.* Et sic potes hic applicare quomodo diuersæ gentes non Deo, sed diuersis dæmonibus, seu numinibus dedicantur, sicut in India, vbi quidam adorant carnem, & quidam bouem, & antiquitus quidam Baal, quidam Astaroth: applica si vis, hoc est igitur tertium.

¶ Quarto dico, quod nos debemus esse bonæ gentes, quia sumus per Deum vendicati virtualiter, quod ostenditur cum dicitur. Populus acquisitionis. Sicut enim populus per aliquem acquisitus, id est, de manibus hostium liberatus, liberatori suo tenetur fidem, id est, amorem seruare, & facere, & erga ipsum melius se habere, sic vere quia Deus nos de dæmonum potestate liberauit, & acquisiuit, ideo tenemur necessario erga eum fideles esse, & boni. Nos enim sumus ille mons, de quo dicitur in Psalm. *Montem, quem acquisiuit dextera eius.* Nunc ergo patet, quod ratione vendicationis quia sumus populus acquisitionis, ratione deprecationis, quia sumus regale sacerdotium, id est, gens sancta, ratione acceptationis, quia sumus gens electa, ratione colligationis, quia sumus genus, id est, communitas &c. nos debemus esse gentes bonæ & virtuosæ. Et sic patet, quod nomen gentis accipitur in bono. ¶ Sed si vis, adhuc potes notare, quod sub nomine gentis possunt intelligi vniuersi mali gentes, & peccatores. ¶ Vnde nota, quod per gentes intelliguntur illi qui habent B F

Crudelitatem, & nequitiam,
Diuersitatem, & discordiam,
Aduersitatem, & miseriam.

Peccatores enim habent sæuitiam, & crudelitatem. Vnde illi sunt illa gens, de qua Amos 6. *Suscitabo super vos gentem, quæ conteret vos.* Item habent malitiam & fallacitatem. Vnde Esa. 10. *Ad gentem fallacem mittam eum.* Item habent nequitiam, & iniquitatem. Vnde Ezech. 7. *Adducam pessimos de gentibus.* Item habent discordiam, & diuersitatem. Vnde Luc. 21. *Exurget gens, contra gentem.*

¶ Item finaliter habebunt miseriam, & aduersitatem. Vnde in Psal. dicitur, *Manus tua gentes disperdidit.* Et Luc. 21. *In terris pressura gentium, &c.* Et Soph. 3. *Disperdidi gentes, & dissipatæ sunt.* Et sic patet, quomodo nomen gentis accipitur in malo. Et posset multum dilatare, qui vellet, sed sufficit, quod dictum est supra in inuectionibus.

## Genua.

A Nota quod genua sunt membra flexibilia. Ista enim membra sunt illa in corpore, quæ facilius deflectuntur, & quibus mediantibus corpus ad terram prosternitur, & inclinatur. ¶ Primo ergo dico, quod moraliter accipiendo, per genua potest intelligi mentis humilitas seu benignitas. Ista enim sunt duo genera animæ deuotæ, quæ scilicet, faciliter inclinantur, & ad omne, quod iustum fuerit, incuruantur, sicut de Petro dicitur Act. 9. *Petrus ponens genua orauit.* Elephas enim quando dormit, super anteriora genua se inclinat. Camelus quando oneratur, se solet super anteriora genua incuruare. Inter genua etiam, & oculos dicitur esse conuenientia, quia puer, quando est in vtero complicatus, solet duo genua super duos oculos tenere, & inde est, vt dicunt aliqui, quod homo flexis genibus facilius flere solet. Sic pro certo charissimi, genua mentis nostræ, id est, affectionem & voluntatem debemus flectere per humilitatem & ipsa coram Deo curuare per benignitatem, & sic lacrymas debemus emittere per compunctionem, & Deum humiliter requirere per orationem, exemplo Danielis, qui (sicut dicitur Dan. 6.) *Tribus vicibus in die flectebat genua sua.* Et hoc præcipitur Phil. 2. *In nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum.* Per ista igitur genua intelligitur mentis humilitas.

B ¶ Secundo dico, quod per genua intelligitur carnis infirmitas. Et sic intelligitur in Ps. 108. *Genua mea infirmata sunt à ieiunio.*

Ista

Ista enim genua flectuntur ad mundi delectabilia, & ad omnia vitia, & peccata. Ideo figuraliter dicitur Iud. 7. quod illi, qui flexis genibus biberunt aquam fluminis fuerunt à Gedeonis exercitu reprobati. Ad denotandum, quod illi, qui genua, id est, desideria cordis sui flectunt, & faciliter se inclinant ad aquam fluminis, id est, ad delectabilia huius mundi digni sunt à Dei exercitu relegari, & à Deo perpetuo reprobari. Vnde & Ezech. 21. & 7. dicitur, *Tabescet omne cor, & dissoluentur vniuersa manus, & infirmabitur omnis spiritus, & per cuncta genua fluent aquæ.* Et sic per genua intelligitur carnis infirmitas.

C ¶ Tertio dico, quod per genua intelligitur mundi prosperitas. Sicut enim nutrix super genua tenet puerum, vt ei blandiatur, iuxta illud Esa. 66. *Super genua blandientur vobis*, sic pro certo mundus super duo genua suæ mundanæ prosperitatis, quæ sunt diuitiæ & delitiæ, pueris suis, id est, mundi peccatoribus blanditur, & eos diuersimode consolatur. Pleiades enim sunt quædam stellæ, quæ sunt sitæ inter genua Tauri, vt dicit Isid. quæ sunt stellæ pluuiales, quia pro certo mundi peccatores, qui pluuiam mundanæ prosperitatis desiderant, & affectant, situati sunt inter duo genua tauri, id est, inter delitias & diuitias huius mundi figurati in Samsone, qui super genua Dalilæ meretricis obdormiens, tonsus est capillis suis, & fortitudinem suam amisit, & sic à Dalila expulsus fuit, & suis traditus inimicis, à quibus fuit postmodum excæcatus. Dalila enim meretrix signat mundum, qui more meretricis non diligit nisi illos, à quibus lucrum reportat, quando igitur homo dormit super genua eius, id est, quando delectatur in mundi prosperitate ipse pro certo capillis gratiarum, & virtutum primo spoliatur, & sic fortitudo suæ constantiæ eneruatur, inimicis vero suis, id est, dæmonibus per diuersa peccata traditur & obligatur, à quibus etiam per obstinationem excæcatur, & per quos finaliter inferni carceribus ligatur. Et ideo Iob se super genua talia fuisse plangebat, dicens Iob 3. *Quare non in vulua mortuus sum? egressus ex vtero non statim perij? Cur exceptus genibus? cur lactatus vberibus?* &c. quasi dicat. Damnosum, & damnabile mihi est super genua mundanæ prosperitatis quiescere, & ab vberibus carnalis dulcedinis lac gustare. Sic igitur patet, quod per genua intelligitur mundi prosperitas.

D ¶ Quarto dico, quod per genua potest intelligi cœli fœlicitas. Sicut enim homo dormit super genua amici sui, sic beati in patria dormiunt in amore Dei sui. Et ideo cœlestis gloria per genua intelligitur, super quæ spes beatorum omnium quietatur. Vnde potest dici illis illud Esa. 66. *Inundantem gloriam sugetis, ad vbera portabimini, & super genua blandientur vobis.* Sic igitur patet, quomodo per genua intelligitur cœli fœlicitas, mundi prosperitas, carnis infirmitas, & mentis humilitas.

A **Genus.** Nota, quod genus accipitur pro vniuersitate, pro consanguinitate, & pro qualibet generali cōmunitate. Accipitur (dico) pro vniuersitate, & sic genus est terminus vniuersalis, sub quo sunt species, & in quo indiuidua continentur. De quo Dan. 3. *Sonitum sambucæ, & vniuersi generis musicorum.* Et Eccles. 23. *Duo genera hominum abundant in peccatis.* Item accipitur pro consanguinitate, & sic genus idem est, quod parentela. Vnde Sapient. 8. *Sum quidem homo mortalis, similis hominibus alijs, ex genere terreno illius, qui prior factus est.* Item accipitur pro omni communitate vel generalitate, & sic genus signat illa, quæ sunt eiusdem societatis, conformitatis, æqualitatis, sicut Matth. 13. vbi dicitur, quod *simile est regnum cœlorum sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti.* Quia igitur genus quocunque modo accipiatur, signat quandam collectionem, & congregationem, ideo specialiter per illos, qui dicuntur eiusdem generis, possumus intelligere illos, qui sunt eiusdem consanguinitatis, communitatis, & societatis, & vniuersitatis, quia scilicet, originaliter ab vno patre, & ab vna matre & ab vno fundatore vel ab vno creatore principium assumpserunt.

B ¶ Possumus etiam notare, quod illi, qui taliter sunt eiusdem generis, debent habere

Parem nobilitatem,
Morum conformitatem,
Cordium vnitatem.

Parem dico nobilitatem, & ideo fatui sunt, qui de suis generibus gloriantur. Constat enim quod omnes sumus de eodem genere naturali, scilicet, de genere Adæ, sicut dictum est supra Sapient. 7. *Sum quidem homo, &c.* Item de eodem genere spirituali, scilicet, eiusdem fidei, vel eiusdem Ecclesiæ vel religionis. Sicut enim dicitur Actor. 17. *Ex vno omne genus hominum propagatum est.* Eandem igitur nobilitatem habemus, quantum est de natura, & ideo nullus se debet alteri anteferre, nisi ipsum morum, & scientiæ nobilitas anteponat. Vnde Hiero. in quadam epistola dicit, quod nobilitas corporis solet ignobilitatem parere mentis. Et ideo Chrys. exponens illud, *Nos habemus patrem Abraham* Ioan. 8. dicit sic. Melius est de contemptibili clarum, quam de claro genere contemptibilem nasci. Ita melius est, quod parem nobilitatem habeamus. Quod tamen est contra multos, qui quamuis sint eiusdem generis vel conditionis, se tamen reputant alijs nobiliores, se vident alijs fœliciores vel ditiores, imo quod peius est, sæpe fit, quod illi rustici, qui fauente fortuna milites, vel diuites, efficiuntur, alios genere suo aduocare, & recognoscere dedignantur. Isti sunt sicut papiliones, qui quamuis à natura originaliter sint erucæ, quæ tandem assumptis alis tales auiculæ sunt effectæ, sicut dicit Isid. Ipsi tamen videntur esse alterius speciei vel generis, quam erucæ, nolunt enim cum pedibus per terram repere, imo volant per aera sicut aues. Sic vere tales licet de erucis papiliones, id est, de rusticis nobiles sunt effecti, ipsi pro certo ea tūc à suo proprio genere se discernunt, & cum auibus, id est, cum nobilibus volare, & discurrere contendunt, proprios etiam parentes contemnunt, & ac si essent alterius speciei vel generis, se nouos factos homines esse credunt. Istis igitur non natis nobilibus, sed factis, nihil est crudelius, vt dicit Seneca libr. de sententijs oratorum, iuxta versiculum. *Crudelius nihil est humili, cum surgit in altum* Non sic charissimi, quia vere illi, qui sunt eiusdem generis, habent, vt communiter, parem nobilitatem. ¶ Item habeat, vt communiter, C morum conformitatem. Illi enim qui sunt eiusdem generis, & maxime quando sunt propinqui, sicut fratres &c. vt communiter habent inter se aliquas similitudines corporales, vt communiter etiam quilibet nititur imitari & assimilari illis, à quorum genere ortum sumpsit. Et ideo nos omnes, qui spiritualiter eiusdem generis sumus, vt dictum est, debemus in bono nostris prædecessoribus conformari, & alterum bonis moribus imitari. Vnde Sapient. 19. *Omnis creatura à principio ad suum genus refigurabatur.*

¶ Item dico, quod illi, qui sunt eiusdem generis, debent habere cordium vnitatem. Animalia enim eiusdem speciei solent inter se pacifice viuere, vnum aliud diligere, & defendere, & quodam consanguinitatis nexu insimul habitare. *Omne enim animal diligit simile sibi*, sicut dicitur Eccl. 13. Vnde etiam auctor dicit, quod animalia eiusdem speciei nunquam se solent comedere præter pisces. Ad denotandum, quod nos, qui sumus de eodem genere, vel naturali, vel morali, debemus nos inuicem diligere, & per pacem, & concordiam alter alterum frequentare, nulli nocere, sed omnes iuuare, & sic erimus sicut Tobias, de quo dicitur Tob. 1. quod *omnia, quæ habere poterat, quotidie cum captiuis fratribus qui erant de genere suo, impartiebat.* Sit igitur in nobis amoris vnitas, morum conformitas, compar nobilitas. Et hæc de genere sufficiunt. Vide supra de cognatione, de consanguinitate, & in tabula vide in multis titulis vbi fit mentio de illis, qui sunt eiusdem generis vel sanguinis.

**Germen. Germinare.** Nota, quod germinare idē est, quod fructificare emittere, & aliquid exterius effundere. Et est proprie germen principium fructuum, i. illud, quod ad creationem fructus natura primo emittit. Et ideo moraliter loquendo, germen, pro cogitatione, pro affectione, vel pro cuiuslibet operis inchoatione sumitur. Sicut enim in herbis & arboribus germen primo ab arbore exit, & tandem in flores & folia prorumpit, & in fine in fructus multiplices se diffundit, sic vere in moralibus, homo primo emittit germen cogitationis, tandem flores desiderij & affectionis, & postea folia locutionis vel exterioris conuersationis, finaliter vero fructus bonæ operationis Prouer. 11. *Iustus quasi virens folium germinabit.* Et breuiter de germinatione spiritualiter possumus exponere illud Ezech. 17. *Sumam ego de medulla cedri, & plantabo, super montem excelsum, & erumpet ibi germen, & faciet fructum.* In quibus verbis ostenditur quod sicut ad hoc, quod arbor germinet, requiruntur tria, scilicet,

Humor sufficiens, quia debet habere medullam,
Radix stabiliens, quia debet esse plantata,
Locus expediens, quia debet esse super montem.

Sic

...ad ... quod homo proferat germen gratiæ & ...rum, ipse debet per charitatem dulciter vegetari, ista est e... medulla glutinosa, per fidem firmiter radicari, ista est enim quæ mentem stabilitat, quia plantat, per spem cœlitus collocari ... enim super montem excelsum paradisi leuat mentem. Charitas enim mentem vegetat, fides mentem firmat & plantat, spes vero in debito loco ipsum situat, atque locat. ¶ Primo

B igitur dico, quod si volumus spiritualiter germinare necesse est vt dulciter vegetemur. [Sumam inquit de medulla.] Medulla enim quæ naturaliter est tenax & glutinosa, & arborem nutrit & vegetat, quæ in medio arboris latitat, & sine qua arbor non germinat, nec fructificat, signat charitatem, quæ tenax & glutinosa est, quia per ipsam diuersa corda tenaciter iunguntur & glutinantur ... sicut dicit Apostolus ad Col. 3. *Charitatem debemus super omnia habere, quod est vinculum perfectionis.* Ista enim in medio arboris quasi in corde hominis habet principaliter sedem ... ibidem enim existens, totam animam spiritualiter per deuotionem & gratiam nutrit, & per virtutes & bona opera germinare, & fructificare multipliciter ipsam facit. Ista est enim sicut quidam ros spiritualis, quo si mens irrigata fuerit, affluenter vtique germinabit, vt ipsa dicat illud Ose. 14. *Ero quasi ros, & Israel germinabit quasi lilium.* Sicut enim arbores, quæ multum habent de medulla, solent faciliter germinare, sicut patet in vinea, quæ multum abundat in medulla, sic proculdubio illi, qui abundant in medulla charitatis, in medulla pietatis, in medulla benignitatis, in medulla deuotionis, in medulla compassionis, solent per bona opera germinare & fructus virtutum faciliter procreare, vt de eis dicatur illud Ose. 14. *Viuent tritico, & germinabunt quasi vinea.* Et ideo de ista medullæ irrigatione potest dici illud Iob 21. *Viscera eius plena sunt adipe, & medullis ossa illius irrigantur.* Sed heu, de multis videtur verificatum illud, quod dicitur Ezech. 17. *Aquila grandis venit ad libanum, tulit medullam cedri, &c.* Quia vere charissimi, aquila alte volans, id est, superbus diabolus, venit hodie ad libanum, quæ interpretatur candidus, id est, ad corda illorum, qui candore prosperitatis vestiuntur, & maxime ad cedros, id est, ad illos, qui superbiam, vt cedrus libani eleuantur, ad istos enim venit diabolus, & de ipsorum cordibus medullam charitatis subtrahit, & sic virtutem germinandi spiritualiter eis tollit. Et ideo de multis videtur hodie dici illud Abac. 4. *Ficus non florebit, & non erit germen in vineis. Mentietur opus oliuæ, & arua non afferent cibum.* Non sic charissimi, sed si volumus germinare, necesse est, vt per charitatem dulciter irrigemur [Sumam inquit medullam.]

C ¶ Secundo dico, quod si volumus spiritualiter germinare, necesse est, vt per fidem firmiter radicemur, quod ostenditur cum dicitur. Plantabo. Sicut enim arbor quæ non est plantata, & ... profunde radicata, non potest bene germinare, sic nec homo, qui non est per fidem bene radicatus & plantatus, non potest germen virtutum nec fructum bonorum operum procreare. Ideo de iusto dicitur in Psalm. *Iustus germinabit sicut lilium, & florebit in æternum ante Dominum plantatus in domo Domini.* Et nota, quod ipse dicit germinabit sicut lilium, lilium enim habet vnum modum satis mirabilem germinandi, si enim hasta illius curuetur & terra cooperiatur, dum tamen semper se teneat cum radice, inuenies post paucos dies, quod ea quolibet nodo generabitur vna bulla seu cassa, quod etiam ab Arist. in lib. de vegetabilibus satis mirabile reputatur. Sic vere charissimi, vir iustus, quando cum radice, id est, cum Deo coadiungitur per fidem & deuotionem, quando inferius incuruatur per humilitatem & subiectionem, quando terra cooperitur per mortis considerationem, tunc vere fit, quod ea quolibet nodo eius, id est, ea qualibet affectione ipsius prorumpit aliquod bonum germen, id est, aliquod bonum opus. Vnde Exod. 1. *Quasi germinantes multiplicati sunt.* Et Ose. 14. *Germinabit quasi lilium, & erumpet radix eius.* Necesse est igitur, vt firmiter radicemus per fidem.

D ¶ Tertio dico, quod si volumus germinare, necesse est, vt per fidem cœlitus collocemur, quod ostenditur cum dicitur. Super montem excelsum. Sicut enim arbor non bene germinat nisi in terra bona situetur & plantetur, sic nec homo nisi in terra bona paradisi per spem & desiderium collocetur. Paradisus enim intelligitur per montem excelsum, quia sicut in montibus excelsis solent quandoque fontes emanare, aues cantare, herbæ, & arbores germinare, sic vere illi, qui in alto monte paradisi per speciem & desiderium conuersantur, solent aquis fluere per deuotionem, solent velut aues cantare per gratiarum actionem, solent velut arbores germinare per bonam operationem iuxta illud Gen. 1. *Germinet terra herbam virentem.* & Ezec. 14. *In montibus excelsis Israel erunt pascua eorum, ibi requiescent in herbis virentibus.* ¶ Et possumus notare, quod

B

Germinant quidam sicut:
- Lilium per castitatem,
- Folium per honestatem,
- Vinea per pietatem,
- Terra per humilitatem.

Germinant (dico) quidam per castitatem sicut lilium. Lilium enim candidum, castitatem denotat, in scriptura. Vnde in Psal. *Iustus germinabit sicut lilium.* Item quidam germinant per honestatem sicut folium. Vnde Prou. 11. *Iustus quasi virens folium germinabit.* Item quidam germinant per pietatem sicut vinea. Vnde illud Ose. 14. *Germinabit quasi vinea.* Quidam germinant per humilitatem sicut terra. Terra enim quæ est infimum elementum, signat personam humilem. Quidam sicut vinea, quæ est medulla plena, & signat personas misericordes. Vnde Zach. 8. *Vinea dabit fructum suum.* Sic igitur patet, quomodo diuersimode diuersi germinant, quanquam videamus malos male multipliciter germinare. Germinant enim mali germen vanum per superbiam, germen amarum per inuidiam, germen profundum per auaritiam (germen dico vanum per superbiam.) Vnde Ezech. 7. *Floruit virga, germinauit superbia.* Item germen amarum per inuidiam. Vnde Deuter. 29. *Ne sit inter vos radix germinans fel & amaritudinem.* Item germinant germen siccum per auaritiam. Vnde Dan. 4. *Germen radicum eius in terra finite.* Est igitur terra illa maledicta de qua dicitur Genes. 3. *Maledicta terra in opere tuo, cum operatus fueris eam, non dabit fructus suos, spinas & tribulos germinabit tibi.* Non sic (charissimi) non, non germinetis mala germina, sed bona, non opera vitiosa, sed virtuosa, quia vere de talibus germinibus in præsenti, sequitur fructus gloriæ in futuro. Ideo cuilibet dicitur in Psalm. 63. *Riuos eius inebrians, multiplica genimina eius, in stillicidijs eius lætabitur germinans.* Patet igitur, quod nos poterimus spiritualiter germinare, si per spem debite collocemur, si per fidem firmiter radicemur, si per charitatem dulciter humectemur. Et hæc de germinatione sufficiant.

## Gyrus.

Nota, quod gyrus idem est, quod circuitus. Vide supra de circuudare vel circuitu, scilicet, in littera C.

## Gladius.

A Nota, quod gladius in scriptura accipitur in bono & in malo. Cum igitur gladius ... commanitet fiat ad occidendum, possumus notare, quod est

Quidam gladius:
- Commendabilis,
- Detestabilis,
- Formidabilis.

¶ Gladius commendabilis est gladius verbi, quo dæmones impugnantur, & quo peccata & vitia detruncantur. Vnde Ephes. 6. *Gladium salutis accipe, quod est verbum Dei.* ¶ Sicut enim gladius

Habet:
- Leuitatem,
- Splendorem,
- Acutiem.

Sic verbum Dei debet esse leue & suaue per dulces consolationes, quandoque splendens & clarum per planam interpretationem, quandoque pungens & acutum per duram & asperam correctionem. Vnde Ezech. 21. *Gladius exacutus est, & limatus.* Vt cedat victimas exacutus est, vt splendeat, limatus est. ¶ Secundo dico, quod est gladius detestabilis, & iste est gladius peccati. Iste est enim cum quo diabolus occidit animas peccatorum. B
Sicut enim dicitur Eccl. 21. *Quasi romphea bis acuta omnis iniquitas.* Et iste gladius diuiditur in septem partes. Est enim (sicut bene deducit Mauritius)

Gladius:
- Superbiæ,
- Inuidiæ,
- Iracundiæ,
- Acediæ,
- Auaritiæ,
- Gulæ,
- Luxuriæ.

Est igitur gladius superbiæ. Iste fuit prohibitus Adam ab introitu paradisi, qui superbe appetierat æqualitatem Dei. Iste est gladius igneus & versatilis. Superbia enim dicitur ignea quia alios solet per rapinam & sæuitiam deuorare. Dicitur versatilis,

quia

quia ad superbe agendum contra Deum, superiores & pares, solet diuersimode se mutare, & se vertendo & ostendendo multipliciter dilatare. Iste gladius signatur in tribus lanceis, quibus Absalon aspirans ad regnum, & in alta arbore suspensus, à Ioab extitit interfectus, sicut dicitur 2. Regum 18. quia, scilicet, dum homo aspirat, & ambit ad regnum, & emortuam & dignitatem, & dum in alto per ambitionem extollitur & suspenditur, tribus lanceis, id est, triplici superbiæ genere, quæ sunt superbiæ

Contra { Maiorem, Minorem, Parem.

A Moab, id est, à diabolo foditur & necatur Hierem. 50. *Gladius ad equos, & ad currus.* Equus enim animal superbum & pomposum denotat 1. Reg. 21. *Ecce Gladius Goliæ.* Iste est igitur gladius superbiæ. ¶ Item est gladius inuidiæ, isto percutitur homo in corde. Iste enim est gladius Goliæ, qui magistrum suum interfecit, quia scilicet, inuidus dum nocere alium nititur, ipse primo interius gladio inuidiæ perforatur. Vnde Psal. 36. *Gladius eorum intret in corda ipsorum.* ¶ Item est gladius iracundiæ. Isto gladio percutiunt iracundi publice iniuriando, & occulte detrahendo. Lingua enim detractorũ, gladius acutus. Iste est gladius Aioth, qui fecit sibi gladium ancipitem, vt secrete interficeret Eglon regem Moab Iud. 3. Detractio enim est gladius anceps, id est, ad duas partes scindens, quia scilicet, tales diuersimode scrutantur, & detrahunt. Nam secreto dum homo non aduertit, à detractoribus inficitur, & ab ipsis per vitæ, & famæ diminutionem impie laceratur Psalm. 63 *Exacuerunt, vt gladium linguas suas, intenderunt arcum rem amaram, vt sagittent in occultis immaculatum,* &c. Iste etiam gladius quandoque manifeste vulnerat, quia enim more apri homo iracundia motus, in venatoris gladium se infigit, exemplo Saul, *Qui irruit super gladium suum, & mortuus est,* sicut dicitur 1. Reg. 31. Iste est igitur gladius iracundiæ ¶ Item est gladius acediæ. Isto gladio auferuntur hominum pedes, vt ad aliquod bonum opus nequeant se mouere. Iste est gladius, quo Isboseth dormiens extitit interfectus, sicut dicitur 2. Reg. 4. ¶ Item est gladius auaritiæ, quo diabolus percutit hominem in manibus, vt ad aliquid largiendum ipsas extendere non possit. Vnde Amos 9. *Auaritia in capite omnium, & nouissimum eorum gladio interficiam.*

¶ Item est gladius gulæ, & isto percutitur homo in gutture, vt scilicet appetat ad superfluitatem, non ad necessitatem. Et iste est gladius, quo Ioab tenens mentum Amasæ, eximens gladium, quem habebat absconditum percussit eum, porro Amasa non obseruauit gladium Ioab, sicut dicitur 2 Reg. 20. Ioab enim, id est, diabolus dum in manu sua tenet mentem hominis, id est, gulam, dum homo non cauet gladium suum, id est, vitium gastrimargiæ, subito percutit eum, & spiritualiter occidit, dum scilicet, sub specie necessitatis facit eum prorumpere ad opera superfluitatis. vnde Psal. 58. *Gladius in labijs eorum.* Item est gladius luxoriæ, & isto percutiuntur homines in renibus vnde Iob 16. *Circumdedit me lanceis suis conuulnerauit lumbos meos, effudit in terra viscera mea, concidit me vulnere super vulnus.* Vbi notatur, quod in isto peccato est

Continua stimulatio [Lanceis &c.]
Cordialis eneruatio. [Effudit in terra viscera mea.]
Perseuerans iteratio. [Vulnere inquit super vulnus.]

Isto gladio percutiuntur omnia genera personarum, scilicet, pueri, sacerdotes, religiosi, populi seu subditi, &c. Pueri dico. Vnde Iob 1. *Pueros percusserunt gladio*, Item sacerdotes Psalm. 77. *Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt.* Item religiosi Hier. 2. *Deuorauit gladius prophetas vestros.* Item subditi. Vnde Psalm. 77. *Conclusit in gladio populum, &c.* Aduerte tamen, quod isto gladio percutit diabolus indirecte quando facit peccare contra naturam, & sic figuratur in Abner, qui *percussit Asael versa hasta in inguine*, sicut dicitur 2. Reg. 2. Hasta enim diaboli, id est, luxuria tunc vertitur, quando, contra naturam circa hanc aliquid operatur. Iste est gladius malignus, de quo dicebat Dauid, *De gladio maligno eripe me.* & sic igitur patet charissimi quomodo cum multiplici gladio diabolus nos inuadit. Qualiter igitur tot gladios euademus, qui nudi sine armis vnicuique in inimicorum medio residemus? Nõ restat enim nisi, quod faciamus sicut Leo: Leo enim quando videt gladios venatorum, ne ab eis terreatur, solet ad terram aspicere, & solet contra gladios & spicula insurgere & bellare. Sic vere charissimi, si gladij tentationum prædictarum nos terrent iuxta illud Iob, *Non credit, quod reuerti possit de tenebris ad lumen circumspectans vndique gladium*, non restat nisi, quod respiciamus ad terram, ad memoriam mortis nostræ, & quod ibi profundius cogitemus, & sic pro certo gladium peccatorum superabimus, & contra venatores dæmones præualere poterimus. Iuxta illud Eccl 7. *In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis.* Vnde de equo dicitur Iob 39. quod *contemnit pauorem, nec cedit gladio.* Iste est igitur multiplex gladius detestabilis.

¶ Tertio dico, quod est quidam gladius formidabilis, & iste gladius est triplex iuxta illud Ezechiel. 21 *Duplicetur gladius & triplicetur.* Est enim

Gladius { Diuinæ iurisdictionis, Mundanæ tribulationis, Æternæ flagellationis.

Iste est gladius iustitiæ & sententiæ Dei. Iste enim est gladius bis acutus, qui *de ore sedentis in throno dicitur exire.* Apocal 1. Iste est gladius, quem tenebat Angelus, quando asina Balaam videns eum non audebat vlterius pertransire, sicut dicitur Num. 22. Iste est gladius, quo angelus populum Israel interficit, quando Dauid ipsum indiscrete fecerat numerari, sicut dicitur 1. Paral. 21. vbi dicitur, quod Dauid *eleuans oculos, vidit angelum inter cælum & terram stantem, euaginatum gladium habentem, versum contra Hierusalem.* Angelus enim magni consilij Deus, gladium suæ iustitiæ aliquando habet in ore sententialiter definiendo, aliquando habet in manu, actualiter operando & exequendo. Cum isto enim gladio, qui bis acutus dicitur, eo quod ad destructionem animæ & corporis omnium delinquentium ordinatur, peccatores in iudicio à bonis diuidet & abscindet Esa. 49 *Posuit os meum quasi gladium acutum.* Cum isto etiam gladio malos in inferno puniet, & affliget, quia *foris vastabit eos gladius, & intus pauor, iuuenem simul & virginem, lactantem cum homine sene.* Deut 32. Illum Angelum cum isto gladio debet videre asina, id est, quilibet simplex & humilis Christianus, quia dum gladium diuinæ seueritatis considerat, ab incessu malorum operum se retardat. Sicut enim illa asina plus timebat gladium, quam calcaria, plus reuerebatur Angelum, quam proprium sessorem seu Dominum, sic homo magis debet timere gladium diuinæ iustitiæ, quam calcaria cuiuscunque temporalis angustiæ, iuxta illud Iob 19. *Fugite à facie gladij, quoniam vltor iniquitatum gladius est.* Magis enim debemus reuereri Angelum, id est, Deum, quam quemcunq; temporalem Dominum aut magistrum, quinimo magis nos debemus per pœnas temporales nos permittere lacerari, quam contra voluntatem ipsius Angeli aliquid temere operari, quia sicut dicitur Actor. 5. *Obedire oportet Deo magis quam hominibus.* Iste est igitur gladius diuinæ iurisdictionis. ¶ Insuper est alius gladius formidabilis, scilicet, mundanæ tribulationis, & iste est gladius quo mundus bonus percutit & detruncat, de quo dicitur Hebr. 11. quod *Sancti in occisione gladij mortui sunt.*

¶ Adhuc est gladius formidabilis, scilicet, æternæ damnationis, de quo potest dici illud Exod. 15 *Euaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea* Et Hierem. 50. *Gladius ad Chaldæos gladius ad habitatores Babylonis gladius ad principes gladius ad sapientes, gladius ad diuinos: gladius ad fortes, gladius ad equos & currus.* In quibus verbis ostenditur, quod multa sunt genera personarum quæ isto gladio ferientur. Et isti sunt

Efferati crudelitate. [Chaldæos inquit,] qui interpretantur quasi feri.
Alligati cupiditate, isti sunt [habitatores Babylonis,] qui non curant nisi de habitatione huius mundi.
Eleuati pompositate. [Principes inquit.]
Informati calliditate, & isti signantur per [sapientes & diuinos.]
Animati temeritate, isti sunt [fortes.]
Inflammati carnalitate, isti sunt [equi.]
Roborati auctoritate, isti sunt [currus,] qui faciunt strepitum.

Omnes igitur isti gladio æternę damnationis ferientur, quia sicut dicitur Amos 9. *In gladio morientur omnes peccatores populi mei.* Iste igitur gladius est formidabilis. Sufficit.

**Gloria.** Nota, quod gloria idem est, q; honor, maiestas, solẽnitas. Et accipitur gloria pro quacunq; cordis lætitia, consolatione, gaudio, seu laude. Possumus igitur distinguere gloriam temporalem, & gloriam æternalem. Gloria enim A

tempo-

[illegible]is est transitoria, gloria æternalis est permansoria. Ali[illegible]

Gloriantur in { Criminum peruersitate, / Mundana prosperitate, / Æterna fœlicitate. }

[illegible]um peruersitate gloriantur peccatores, de quibus di[citur] Psalm. 51. *Quid gloriaris in malitia, qui potens es iniquitate?* In mundana prosperitate gloriantur viatores, & hoc patet, quia [qui]dam gloriantur in diuitijs, quidam in scientijs, quidam in [for]titudine, quidam in pulchritudine, contra illud Hiere. 9. *Non glorietur sapiens in sapientia sua, nec fortis in fortitudine sua, nec diues in diuitijs suis, glorietur autem [sci]re, & nosse me.* Succedit enim male glorianti in sapientia, vel in scientia: Exemplum de Plinio, qui cum vellet inquirere causam incendij montis Æthnæ, nimis appropinquans combustus est. Item & in fortitudine, exemplum de Milone &c. narra. Item in diuitijs exemplum de illo, cui dictum est, *Hac nocte repetent animam tuam à te.* Luc. 12. In cœli fœlicitate gloriantur comprehensores, & de ista dicitur Prouerbiorum 29. *Humilem spiritum suscipiat gloria.* Sicut enim sapiens non gloriatur, nisi de [...] vtili & honesta, stulti vero & pueri in rebus vanis & in[...] gloriantur, sic vere boni & iusti gloriantur tantummodo in bonis spiritualibus, ex quibus possunt fructus multiplices reportari, stulti vero & fatui in rebus superuacuis huius [m]undi, sc. diuitijs & delitijs, &c. volunt summo-

B pere [glori]ari. Vnde de bonis dicitur in Psalm. *Gloria mea in Deo est.* ¶ Igitur cæteris omissis, de gloria æterna aliquid dicamus. E[t] p[ossum]us dicere, quod gloria idem est, quod beatitudo. Et est gloria q[u]oddam nomen generale perfectissime significans bonorum omnium complementum. Sicut enim dicit Boetius: Beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus. Et ideo gloria nihil aliud est, quam illa cœlestis fœlicitas, quam post mundi labores sancti in patria consequuntur. Breuiter igitur de ista gloria potest dicere quilibet beatus illud Iob 29. *Gloria mea semper innouabitur, & sicut palma multiplicabo dies.* Et quia ipse comparat gloriam æternam palmæ, videte, quod secundum tres palmæ proprietates, sunt in cœlesti gloria tria bona. Secundum enim naturales,

Palma habet { Decoris pulchritudinem, / Fructus plenitudinem, / Temporis longitudinem. }

Quia secundum Plinium palma super omnes arbores diutius durat. Sic procul dubio æterna gloria

Habet amœnitatem gratiosissimam, quod ostenditur in verbo [Innouabitur.]

Habet fertilitatem opulentissimam, quod ostenditur in verbo [Palma.]

Habet æternitatem diuturnissimam, quod ostenditur in verbo [Spes] & in verbo [Multiplicabo dies.]

Istius e[ni]m gloriæ pulchritudo nunquam deformatur. Plenitudo nunquam minuitur. Longitudo nunquam terminatur. Dico igitur [pr]imo, quod in ista gloria pulchritudo est valde gratiosa quod ostenditur in verbo innouabitur. Res enim quæ sunt nouæ, [sol]ent esse magis gratiosæ, & magis placentes. Et ideo gloria noua illa dicitur, quia quicquid est gratiosum & placidum ibi inuenitur. Est enim ibi noua lex, nouus rex, noua lux, nouus dux, noua ciuitas, noua iucunditas. Est dico ibi nouus rex. Vnde Exod. 1. *Surrexit rex nouus super Aegyptum.* Est etiam noua lex. Vnde Hest. 3. *Nouum est populum & nouis vtens legibus.* Est insuper noua lux Hest. 8. *Noua lux oriri visa est, gaudium, honor & tripudium.* Est insuper nouus dux, quia sicut dicitur Hebr. 9. *Ille qui est ductor, testamenti noui mediator est.* Et ibi noua ciuitas Apocalyp. 21. *Vidi ciuitatem nouam Hierusalem.* Est ibi noua iucunditas. Vnde Apoc. 14. dicitur, quod *illi, qui sunt ibi, cantabant canticum nouum ante sedem Dei & agni.* Quia igitur omnia sunt ibi, vt visum est, bene sequitur, quod ibi est pulchritudo valde gratiosa. [Innouabitur inquit.] Vnde Eccl. 36. *Innoua signa, & immuta mirabilia,* vt de pulchritudine istius gloriæ dicatur illud Esa. 35. *Gloria Libani data est ei, decor Carmeli & Saron.*

¶ Secundo dico, quod in ista gloria est plenitudo valde copiosa, quod ostenditur in verbo Palma. Per palmam enim quæ semper viret, & quæ multos fructus dulcissimos portat, & de qua victores antiquitus coronabantur, & quæ ab elephantibus frequentantur, intelligitur gloria paradisi, cuius vigor & pulchritudo semper durat, quæ in fructibus omnium bonorum affluens abundat, de qua etiam Deus victores & beatos præmiat & coronat, & quam insuper elephas, id est, quilibet vir deuotus per spem & desiderum circuit, & frequentat. Ideo de beatis dicitur Apocalyp. 7. quod *ipsi erunt stantes in conspectu agni, amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum.* Vnde de filijs Israel figuraliter dicitur Exod. 15. quod *ipsi venerunt in Helim, vbi erant duodecim fontes, & 70. palmæ.* Et Ezech. 41. dicitur quod *in templo inter Cherub & Cherub erat palma,* ad denotandum, quod illi, qui sunt filij Israel, id est, Deum videntes & contemplantes, & illi qui sunt cherub, id est, plenitudo scientiæ per spiritualem discretionem, fontibus aquarum æternæ voluptatis merentur satiari, & palma æternæ fœcunditatis merentur recreari. Quod bene senserat ille, qui dicebat Cantic. 7. *Ascendam in palmam, & apprehendam fructum eius.* Est igitur in illa gloria plenitudo opulentissima, quia sicut dicitur in Psalm. *Gloria & diuitiæ in domo eius.* Et Prou. 3. dicitur, *Longitudo dierum in dextera eius, & in sinistra illius diuitiæ & gloria.* Istæ enim sunt diuitiæ, de quibus loquitur Greg. Si vere induites esse cupitis, veras diuitias amate. Ista est plenitudo copiosa. Vnde Ezech. 43. *Repleta est gloria domus Domini.* Domus enim Domini, id est, paradisus repletur gloria, quia scilicet nihil deficit ibidem. Est enim ibi

Iucunditas inæstimabilis,
Sublimitas inattingibilis,
Satietas infastidibilis,
Societas communicabilis,
Claritas inoffuscabilis,
Suauitas incontristabilis.

Est (dico) ibidem plenitudo iucunditatis. Vnde in Psal. dicitur, *Exultabunt sancti in gloria.* Est etiam ibi plenitudo sublimitatis seu auctoritatis. Vnde in Psalm. 149. *Gloria hæc est omnibus Sanctis eius.* Est insuper ibi plenitudo satietatis. Vnde in Psalm. *Satiabor cum apparuerit gloria tua.*

¶ Item est ibi gratitudo societatis, dum omnis beatorũ chorus mente & voce socia Deum laudat, dicens, *Tibi gloria in sæcula sæculorum* 1. Par. 36. Item ibi est plenitudo veritatis, seu claritatis, certitudinis, seu sagacitatis, quia scilicet ibi videtur Deus facie ad faciem Psal. 101. *Videbitur in gloria sua.* Et Act. 7. dicitur de beato Stephano, quod *aspiciens in cœlum, vidit gloriam Dei.* ¶ Item ista est dulcedo, seu gratitudo omnis suauitatis Esa. 66. *Diuitijs affluens ab omnimoda gloria eius.* Ecce igitur quomodo est ibi copia omnium bonorum. Ibi enim nihil deficit, ibi quicquid est, proficit, ibi quicquid est, animæ sufficit, ibi quicquid est, animam reficit. Et ideo dicit Bernardus. Festinemus inquit ad locum tutiorem, & ad agrum vberiorem, vt habitemus sine metu, abundemus sine defectu, iucundemur sine tædio, epulemur sine fastidio. Patet igitur quomodo in ista gloria est plenitudo imminuibilis.

¶ Tertio dico, quod ibi est longitudo interminabilis, quod ostenditur cum dicitur [Multiplicabo dies,] & cum dicitur D [Semper.] Multiplicate enim dies, perpetuitatem, semper vero continuitatem signat, quia scilicet ista gloria nunquam cessat, sed perpetuo continuatur & durat. Vnde Eccl. 31. dicitur, *Perfectus inuentus est, & erit illi gloria æterna.* In æternum enim durat ista gloria, quia habet causam & fundamentum æternorum, scilicet, Deum. Sicut enim lux de se est perpetua, & immortalis, quia à causa indefectibili & incorruptibili, scilicet, à Sole habet continue emanare, sic illa gloria, quæ in Deo inuisibili & immortali principaliter fundatur nunquam perpetuo terminatur. [Multiplicabo inquit dies.] Vnde Iob. 36. *Complebunt in bono dies suos, & annos suos in gloria.* Ista est igitur gloria æterna, gloria superna, gloria fraterna. Gloria dico æterna per durationem. Vnde illud 2. Cor. 4. *Aeternum gloriæ pondus operatur in nobis.* Est gloria superna per prælationem. Vnde in Psalm 107. *Super cœlos Deus, & super omnem terram gloria eius.* Est gloria fraterna per dilectionem, quia sicut dicit Aug. super Ioan. Non erit ibi inuidia disparis claritatis, vbi regnabit in omnibus vnitas charitatis. Sed quid charissimi? pro certo sicut videmus, quod gloriæ & dignitates huius mundi acquiruntur magnis laboribus, conceduntur solis maioribus, denegantur viris peioribus, sic pro certo gloria paradisi magnis laboribus acquiritur, quia sicut dicitur Rom. 8. *Passiones huius temporis non sunt condigna ad futuram gloriam quæ reuelabitur.* Item gloriæ & dignitates huius mundi conceduntur viris maioribus, id est, qui virtutibus sunt maiores &

maxime personis
- Paratis & agibilibus,
- Astutis & subtilibus,
- Infirmis & debilibus,
- Timidis & flebilibus,
- Deuotis & humilibus.

Gloriam ergo paradisi possidebunt illi, qui sunt agiles & obedientes Iob 36. *Si audierint & obseruauerint, complebunt dies suos in bono, & annos suos in gloria.* Illi etiam, qui sunt astuti & prudentes Prou. 3. *Beatus homo, qui inuenit sapientiam, & qui affluit prudentia.* Sequitur. *In sinistra illius diuitiæ & gloria.* Illi etiam, qui sunt infirmi & patientes Luc. 24. *Oportuit pati Christum & ita intrare in gloriam suam* Illi insuper, qui sunt flebiles & Deum timentes Eccl. 1. *Timor domini gloria & gloriatio.* Illi nihilominus, qui sunt humiles, & sese spernentes Prou. 15. *Gloriam præcedit humilitas.* Et Prouer. 29. *Humilem spiritum suscipiet gloria.* Et Iob. 22. *Qui humiliatus fuerit erit in gloria.* Patet igitur, quod gloria ista maioribus conceditur. ¶ Item viris peioribus denegatur. Vnde Esa. 26. secundum aliam literam, *Tollatur impius, ne videat gloriam Dei.* Vnde etiam in persona Dei dicitur Esa. 42. *Gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam sculptilibus.* Et Baruch 4. *Ne tradas alteri gloriam tuam, & dignitatem tuam genti alienæ:* ac si dicat: Ista gloria non est concedenda peccatoribus, qui à Deo alieni reputantur, & qui sculptilibus & reptilibus comparantur. Patet igitur, quomodo ista gloria habet æternitatem indefectibilem, habet fertilitatem imminuibilem, habet amœnitatem inoffuscabilem, & hoc sufficit de gloria

E spirituali. ¶ Sed nota adhuc, quod est alia gloria mala & ista est gloria huius mundi. Et sic gloria accipitur pro

Mundi prosperitate,
Vana iucunditate,
Quacunque mundani status solennitate

Et possumus notare, quod

Est
- Magnæ deceptionis,
- Breuis durationis,
- Nullius repletionis,
- Totius distractionis.

Est dico magnæ deceptionis, quia sicut papilio decipitur in candelæ claritate, quia ibi taliter delectatur, quod circumuolans comburitur & crematur, sicut etiam perdix cum claritate luminis capitur, quæ dum de nocte lumen videt & credit esse diem, in reti aucupis inuoluitur, sic illi pro certo decipiuntur, qui in lumine mundanæ gloriæ delectantur. Credunt enim esse diem, quod est candela, credunt esse verum, quod est falsum, credunt esse vtile, quod est damnabile. Et ideo dum non aduertunt, à diabolo ligantur & capiuntur, & igne cupiditatis cremantur, & comburuntur. Et de hoc dicitur in Psalm. *Vsquequo*

F *peccatores Domine, vsquequo peccatores gloriabuntur* ¶ Item ista est gloria breuis durationis, quia ista est sicut gloria fatuorum, qui in festis ab alijs fatuis eriguntur in regem, ita quod vna die fit eis magnum festum, in crastino vero deficit gloria sua, & sunt viles sicut ante. Sic vere mundi diuites habent vnam gloriam valde breuem, quæ non durat nisi modicum. Festum enim suæ solennitatis & gloriæ, in quo modo gloriantur & honorantur, statim post istam vitam deficit, & qui gloriosus fuerat, remanet sine gloria & honore. Vnde in Psalm. dicitur, *Ne timueris cum diues factus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit gloria domus eius, quoniam cum interierit, non sumet omnia, nec descendit cum eo gloria eius.* Et Esa. 17. *Attenuabitur gloria Iacob, &c.* Et Esai. 21. *Auferetur gloria Cedar.* Cedar enim interpretatur tenebrosus. Iacob interpretatur supplantator, quia vere charissimi, gloria peccatorum deceptorum & supplantatorum breuiter durat & perseuerat, & faciliter deficit, atque cessat, imo quod peius est, quanto in principio habent de gloria, in fine tantum habent de miseria. Vnde illud Ose. 4. *Gloriam eorum in ignominiam commutabo.*

G ¶ Item ista est gloria nullius repletionis, nunquam enim satiat mentem gloriosi, imo quantum magis augetur gloria, tanto magis augetur gloriæ cupido. Patet in Alexandro magno, cui non sufficiebat esse gloriosum in regno Græcorum, quin potius gloriam suam vsque ad terræ fines dilatare multo labore, multa cæde, multis periculis & angustijs conabatur, de quo vide 1. Mach. 1. in principio. Patet in Nabuchodonosor, qui gloriam suam intra limites Assyriorum contineri duxit inglorium, sed quo gloria potiretur ampliori, omnem cogitationem suam eo coniecit, vt orbem suæ ditioni & imperio subiugaret, vt habetur Iudith 2. nec fuit gloria contentus humana, sed omnes Deos terræ iussit exterminari, vt sibi soli diuini nominis gloriam vendicaret, sicut patet Iudith 3. Igitur non satiat, sed euacuat mundi gloria, quæ non est fertilis, sed sterilis, & inanis. Quare bene præcipit Galat. 5. *Non efficiamini inanis gloriæ cupidi.* Et Ecclesiastic. 59. comparatur nebulæ. (*Inter nebulas inquit gloria.* Sicut enim nebula replet infecto aere, & nec nutrit nec satiat sic mundi gloria replet veneno superbiæ, quæ mentem exhaurit, & macerat. Vnde 1. Mach. 2. *Gloria eius, scilicet mundi, stercus & vermis est.* Vermis quo ad repletionem, stercus quantum ad fœtorem, &c. dilatetur ad placitum. ¶ Item dico, quod ista gloria est tristis conclusionis, quia sicut videmus, quod post magnam lucem sequuntur magnæ tenebræ, post magnum calorem sequuntur magnæ pluuiæ, post magnam serenitatem sequuntur magnæ tempestates, sic pro[…]ro post magnam prosperitatem sequuntur magnæ aduersitates, & post mundi felicitatem inferni pœnalitates, vt patet Apocal. 18. Vbi dicitur de ciuitate Babylonica. *Quantum* inquit *glorificauit se, & in delitijs fuit, tantum date illi tormentum & luctum.* Et hæc de gloria temporali sufficiant quod ad præsens. ¶ Sed adhuc dico, quod viso quid gloria spiritualis, & quid est gloria temporalis, adhuc potest [dici], quod est quædam gloria cordialis, & ista potest esse b[ona vel] mala. Bona, quando quis de bono gloriatur, sicut 2. Cor[…] *benter gloriabor in infirmitatibus meis* Mala, vt quando quis [glorja]tur inaniter de aliquo bono, quod credit se habere, vel qu[…] gloriatur maligniter de aliquo malo quod potuit implere Id[eo] de inani gloria loquitur Hiero. ad Nepotianum. Ne nimis r[eli]giosa velit videri, ne plus humilis quam necesse est. Et Sen. dicit *Gloriam fugiendo non quæras.* Ille enim gloriam fugiendo sequitur, qui de humilitate vel aliqua alia virtute, quam habet, tanquam de bono proprio gloriatur Et de talibus loquitur Greg. in moralibus, Sub hoste, quem prostrauit, moritur, qui de culpa, quam superat gloriatur. Et ideo dicit Chrysost. in Hom. Si gloriari cupis, gloriam despice, & eris omnibus gloriosior. Quod tamen hypocritæ non faciunt, quia isti sunt, de quibus dicit idẽ Greg. Qui potestatem gloriam amantes, assequi petunt, quasi despiciendo sequuntur. Et breuiter, fatui sunt, qui gloriantur in rebus temporalib. quia vere illi, qui gloriantur in pulchritudine, sunt sicut qui gloriantur in ornamento sibi accommodato, qui in fortitudine, sunt sicut illi, qui gloriantur in fortitudine inimici sui, qui in diuitijs, sunt sicut illi, qui gloriantur in vinculis vel in sarcina, quæ in profundum proijcit, qui in mulieris specie, sunt sicut illi, qui gloriantur in simulachri facie, qui in scientia gloriantur, sunt sicut illi, qui gloriantur in candela sibi accõmodata, qui in genere, sunt sicut illi, qui gloriãtur in aliena virtute, qui in proprijs virtutibus, sunt sicut illi, qui gloriantur in armis magistri sui, quæ portant, qui in gratia diuina, sunt sicut illi qui gloriantur in equo magistri sui sibi accommodato. Ista sunt enim multa genera inanium gloriarum. Fatui ergo gloriantur in

Carnis pulchritudine,
Corporis fortitudine,
Rerum plenitudine,
Mulieris gratitudine,
Scientiæ limpitudine,
Generis magnitudine,
Virtutum sanctitudine,
Diuinæ gratiæ habitudine.

Isti igitur omnes gloriantur inaniter, quia scilicet gloria ta[lium] habet debile fundamentum. Dico ergo, quod fatui gloria[ntur] in corporali pulchritudine similes pauoni & columbæ, qui [glo]riantur in pulchritudine plumarum, & equo, qui gloriatur [in] pendentia iubarum, quia scilicet tales gloriantur in pulchritudine

Pellis,
Vestis, &
Crinis.

Et tamen de gloria ista dicitur Esaiæ 40. *Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos agri. Exsiccatum est enim fœnum, & cecidit flos, & decor vultus eius deperijt.* Et Ecclesiast. 11. *In vestitu ne glorieris vnquam.* ¶ Item alij gloriantur in corporis fortitudine, sicut milites nostri, qui gloriantur in armis, similes illis populis ventorum, qui sibi de ære faciebant dicas secundum Solinum. Ad quod facit, quod dicit Iustinus lib. 43. quod ante inuentionem idolorũ homines adorabant lanceas. Ideo de talibus fatuis nobilibus dicitur Iudith 9. *Confidunt in multitudine sua, & in cantu & in sagittis*

*suis*

*fu... & in lance ... gloriantur, & nesciunt, quod tu ipse es Deus noster, qui ... bella.* ¶ Item alij gloriantur in diuitiarum plenitudine. ... 48. In *multitudine diuitiarum suarum gloriantur.* ¶ Item alij gloriantur in mulieris gratitudine. Psalm. 96. *Gloriantur in simulachris suis.* ¶ Item gloriantur in scientiæ limpitudine. Vnde Hierem. 50. de Babylone, quæ gloriabatur in scientijs diuinatorijs, dicitur, *Terra sculptilium est, & in portentis gloriatur.* Vnde Roman ... mali clerici reprehenduntur. *Requiescis* inquit *in lege, & gloriaris in Deo, & nosti voluntatem eius* Sequitur. *Alium doces, teipsum non doces.* ¶ Item alij gloriantur in generis magnitudine. Istis dicitur Roman. 11. *Quid gloriaris? non tu radicem portas, sed radix te.* ¶ Item aliqui gloriantur in suarum virtutum sanctitudine, sicut sunt hypocritæ, qui gloriantur sicut cattus in pulchritudine pellis, id est, conuersationis, Iacob. 3. *Nolite gloriari, & mendaces esse.* Isti enim sunt, qui bona opera sua gloriantur se habere non à Deo, sed à seipso, cum dicatur Eph. 2. *Dei enim donum est, non ex operibus ne quis glorietur.* ¶ Item quidam gloriantur in diuinæ gratiæ habitudine. Istis dicitur illud Hierem. 13. *Date Deo gloriam.* De talibus igitur male gloriantibus dicitur Psalm. 93. *Vsquequo peccatores Domine, vsquequo peccatores gloriabuntur?* & 1. Cor. 5. *Non est bona gloriatio vestra* Hæc igitur de gloria corporali, temporali & supernali sufficiant. &c.

A **Glorificare.** Nota, quod glorificare idem est, quod laudare, magnificare, honorare, & commendare. Vnde nota, quod Deus glorificatur ab homine per laudẽ & gratiarum actionem. Homo enim glorificatur à Deo per cœlestis gloriæ distributionem à mundo per præsentis honoris assecutionem, ab homine per vanorum verborum adulationem. Breuiter ... glorificatione, qua Deus glorificatur ab homine, dicitur Lucæ 1 ... *quod mulier curua erecta est, & glorificabat Deum.* Et 23. dicitur. *quod Centurio videns quod factum fuerat, glorificabat Deum.* De glorificatione, qua homo glorificatur à Deo, dicitur in Psalm. 90. *Eripiam eum & glorificabo eum, cum ipso sum in tribulatione.* Timentes enim Deum glorificabat Deus, quia sicut dicitur Prouerb. 27. *Custos Domini sui glorificabitur.* De glorificatione qua homo à mundo glorificatur & honoratur, dicitur 1. Machab. 10 quod *Alexander rex addidit adhuc glorificare Ionathan.* De glorificatione, qua homo ab homine glorificatur per adulationem, dicitur Thren. 1. quod *omnes, qui glorificabant eam, spreuerunt eam, & facti sunt ei inimici.* Et loquitur de ciuitate Hierusalem, quæ dum fuerat in prosperitate, ab omnibus glorificabatur, quæ tandem quando venit ad aduersitatem, ab omnibus contemnebatur & spernebatur, quia scilicet adulatores nõ glorificant hominem nisi quamdiu est in statu prospero, similes cicadis, quæ in tempore claro solent cantare, turbulento autem tacere, &c. De glorificatione vero, quæ dicit gloriæ adeptionẽ vel corporum glorificationem, nihil ad præsens, vide supra de gloria, & de claritate.

A **Gomorrha.** Nota, quod Gomorrha fuit vna de ciuitatibus Sodomorum, quæ terræ motu, & igne, & peste fuit subuersa. Interpretatur autem Gomorrha cæcitas, vel seditio, timor popularis, vel timens populum. Et breuiter ista signat peccatores, qui sunt cœci, & ignorantes, seditiosi, & rebellantes, timorosi, & pauescentes, qui scilicet à Deo finaliter subuertuntur, & in inferno igne, & sulphure comburuntur. Allega, concorda, dilata sicut vis.

A **Gratia.** Nota, quod gratia generaliter diuiditur in gratiam gratis datam, & gratiam gratum facientem. Est enim gratia gratis data, illa Dei beneuolentia, quam ex liberalitate suæ bonitatis in animam infundit, per quam ipsam ad faciendum, quod iustum est excitat & inducit. Et Ista etiam dicitur gratia præueniens, quia scilicet Deus in quantum in se est, paratus est hominem spiritualiter præuenire, & ipsum ad bene agendum disponere & iuuare. Ista gratia dicitur gratis data, quia scilicet à Deo nobis, etiam cuique, & quanquam peccatori conceditur semper, & offertur. Et ideo dicit August. super Ioann. Si gratis tibi gratiam Deus dedit, ipsum gratis ama, si noueris ... præmium diligere, Deus ipse sit præmium tuum. Ista etiam ... citur gratia præueniens, quia sicut homo quantumcunque bonus artifex, tum sine instrumento non potest operari, ... vere nec spiritualiter, quanquam homo polleat virtutibus ... libus, nunquam tamen potest facere aliquod bonum meritorium, nisi gratia gratis data præ manibus sibi de... ...cut enim lux solis generaliter diffunditur super omnes, quod quantum est in se, parata est omnes illuminare, illi tamen qui sunt cœci illo beneficio non vtuntur, sic gratia gratis data super omnes homines generaliter destillatur, & quantum in se est, parata est omnia ad bonum disponere, quanquam illi, qui cæci sunt, scilicet peccatores, eius non velint influentiam recipere, sed ipsam potius refutare. Boni vero, qui habent oculos intellectus, istius gratiæ beneficium recipiunt, & exinde in bonis operibus proficiunt, quia sicut dicitur Prouerbior. 12. *Qui bonus est, gratiã hauriat sibi à Domino.* Illa gratia similis est rori, quia sicut ros de cœlo super omnes herbas generaliter descendit, in omnibus tamen herbis æqualiter virtutem suam non ostendit, quia s. aliquæ sunt herbæ siccæ & mortuæ, quæ per roris influentiam nequeunt vegetari, sic gratia gratis data generaliter omnibus conceditur, iuxta illud Ephes. 4. *Vnicuique nostrum data est gratia*, peccatores tamen sicci & mortui ab ista gratia non adiuuantur, boni vero spiritualiter per ipsam vegetantur, quia sicut Prouerb. 14. dicitur, *Inter iustos morabitur gratia.* B

¶ Gratia gratum faciens est illa mentis dispositio, per quam anima Deo placita efficitur, & per quam eius beneuolentiam assequitur, & per quam imago Dei quæ in anima fuerat per peccatum turbata, iterum reformatur, & per quam boni à malis separantur, & distinguuntur, quia secundum August. de verbis Apostoli: Sola Dei gratia redempti à perditis sunt distincti, & est ista gratia quædam forma spiritualis, quæ in anima immediatè à Deo generatur, per quam anima ipsi Deo conformatur, & per quam à Deo diligitur & acceptatur. Sicut enim speculum conuersum ad hominem recipit eius imaginem, auersum vero ab homine primam dispositionem perdit, & eius imaginem recipit ad quam vltimo se conuertit, sic pro anima quando ad Deũ per bonam affectionem cõuertitur, & à diabolo per peccati displicentiam auertitur, tunc imago Dei in ipsa per gratiam generatur. Si vero à Deo per peccatum auersa fuerit, & ad diabolum conuersa, tunc dispositio gratiæ, quam habebat perditur, & tota ipsius species deformatur. ¶ De ista igitur gratia aliquid diffusius proferamus, & dicamus generaliter, quod ista gratia ratione suorum effectuum multiplicium multis rebus, & multipliciter comparatur. Ista enim

Gratia comparatur {
Rori,
Flori,
Fonti,
Ponti,
Claui,
Naui,
Flumini,
Lumini,
Semini.

Gratia (dico) comparatur rori, quia confert humorem deuotionis, comparatur flori, quia confert decorem conuersationis, cõparatur fonti, quia purgat horrorem infectionis, comparatur ponti, quia portat fluorem nostræ conditionis, comparatur claui, quia per hanc cœlestem gloriam ingredimur, comparatur naui, quia per hanc sine periculo transuehimur, comparatur flumini, quia per hanc virtutum riuulis vegetamur, comparatur lumini, quia per hanc per dona Spiritus sancti illustramur, comparatur semini, quia per hanc gloriæ fructibus fœcundamur. Est igitur Gratia

Ros humectatiuus,
Flos decoratiuus,
Fons depuratiuus,
Pons sustentatiuus,
Nauis transportatiua,
Clauis apertiua,
Flumen vegetatiuum,
Lumen illustratiuum,
Semen fœcundatiuum.

¶ Dico primo, quod gratia comparatur rori, quia est mentis humectatiua. *Ista est enim sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion.* Psalm. 132. Sicut enim ostrea de mari egreditur, & aperta testa à rore perfunditur, & sic margarita in ipsa cõcipitur, sic quando homo de mari peccati exit per contritionem, quando etiam se aperit per confessionem, tunc pro certo in ipsum descendit ros gratiæ & deuotionis, & generatur in ipso margarita sanctitatis & perfectionis, & sic posset dici cuilibet tali homini illud Gen. 27. *Ex rore cœli & ex pinguedine terræ erit benedictio tua.* Ideo dicitur C

in Psalm 44 *Diffusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus
D *in æternum*. Comparatur igitur gratia rori, quia est mentis humectatiua.
¶ Secundo dico, quod gratia comparatur flori, quia
est mentis decoratiua. Sicut enim flus solet arborem, in qua est,
decorare, & spem fructus futuri verisimiliter declarare, sic gratia animam decorat & venustat, & fructum futuræ gloriæ Paradisi affuturum declarat. Ista enim duo, scilicet gratia & gloria
habent se sicut flos & fructus, quia scilicet vbi flos gratiæ non
præcedit, ibi fructus gloriæ non succedit, & arbor, id est, homo
qui floribus gratiæ non ornatur, nunquam post mortem fructibus gloriæ fœcundatur, sicut dicitur in Psalm. 83. *Gratiam & gloriam dabit Dominus*, quasi dicat, gratiam primo, gloriam subsequenter. Et de isto flore dicitur Ecclesiastic. 39. *Florete flores, quasi
lilium date odorem, & frondete in gratiam.* Et sic patet quod gratia
E est flos mentis decoratiua. ¶ Tertio dico quod gratia comparatur fonti, quia est mentis depuratiua. Sicut enim fons habet virtutem purificatiuam, & sordium & fæcium abductiuam,
sic gratia mentem purificat atque mundat. Et sicut ab vno fonte exeunt plures riuuli, sic à Dei gratia emanant plures virtutes.
Et sicut accipiter senescens, altissime ascendit, & tandem in
fontem viuum descendit vbi plumas veteres dimittit, & sic renouatur & iuuenescit, sicut dicit Plin. sic proculdubio peccator
debet alte ascendere per contemplationem, debet in fonte gratiæ se balneare per deuotionem, debet plumas veteres, id est,
malos mores deponere per pœnitentiam, & contritionem, &
sic renouabitur, & iuuenescet per moralem mutationem, conuersionem, & iustificationem. Vnde ad Tit. 3. *Iustificati gratia ipsius heredes simus, secundum spem vitæ æternæ.* Et sic fons magis fluit
ad locum inferiorem, sic gratia magis fluit ad mentem humiliorem. Psalm. *Qui emittit fontes in conuallibus, inter medium montium
pertransibunt aquæ.* Ideo dicitur Iacobi 4. *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.* Ista est igitur more fontis depuratiua.
F ¶ Quarto dico, quod gratia comparatur ponti, quia est mentis
sustentatiua. Pons enim portat, & sustinet hominem ne in fluuium cadat. Pons etiam est illud, quo mediante de vna ripa ad
alteram homo transit, & sine quo homo sine periculo rapidum
fluuium non transcurrit, qui pro certo charissimi, de ripa huius
mundi ad ripam Paradisi non transimus, & fluminis inferni periculum non euadimus, nisi super pontem gratiæ maneamus.
Gratia enim est sicut pons stabilissimus, super quo quamdiu sumus, mortis æternæ periculum non timemus. Ideo bene dicit
G Apostolus Hebr. 13. *Optimum est gratia stabilire cor.* ¶ Quinto dico, quod gratia comparatur claui, quia est Paradisi apertiua. Ideo de iusto dicitur Esaiæ 22. *Dabo clauem domus Dauid super humerum eius, & aperiet, & non erit qui claudat, & claudet, & non erit qui aperiat.* Sine claue autem Dauid homo non potest Paradisum aperire, id est, sine gratia Dei, vt de eo possit intelligi illud, quod
de bona anima dicitur Prouerbior. 11. *Mulier gratiosa inueniet gloriam.* Vnde de Stephano pleno gratia & fortitudine cauetur,
quod ipse vidit cœlos apertos, vidit, & introiuit, beatus homo,
H cui cœli patebunt. ¶ Sexto dico, quod gratia comparatur naui,
quia est nostri transportatiua. Ista enim omnes quos continet
de periculo maris inferni liberat & saluat. Ionas enim quamdiu in naui fuit, à ceto non fuit absorptus, statim vero quando
à naui fuit eiectus, & in mare proiectus, à ceto extitit deuoratus sicut dicitur Ionæ 2. quia pro certo quamdiu homo est in
naui, id est, in statu gratiæ, ipse non habet ad cetum, id est, diabolum pertinere. Si vero per peccatum mortale de ista naui eijcitur statim à ceto, id est, diabolo subiugatur, & ab eo finaliter
deuoratur. Siue vero ista naui homo ad portum Paradisi nunquam perueniet. Vnde Sapient. 14. *Transeuntes mare per ratem libe-
I rati sunt.* & Actor. 15. *Per gratiam credimus saluari.* Gratia igitur
dicitur nauis, quia est ad portum transportatiua. ¶ Septimo dico gratia dicitur flumen, quia est animæ vegetatiua. Sicut enim
flumen terram circumiacentem penetrat, & imbibit, & ipsam
vegetat, humectat, & infundit. sic Dei animã spiritualiter vegetat, & humectat, & per deuotionem & per compassionẽ ipsam
irrigat & fœcundat. Ideo de ista dicitur Eccl. 40. *Ad oram fluminis omne fœnũ euelletur, & gratia sicut Paradisus in benedictionib. & mi-
K sericordia abundabit, &c.* ¶ Octauo dico, quod gratia comparatur
lumini, quia est mentis illustratiua seu informatiua. Sicut enim
lumen fluit à corpore luminoso, & aerem cui infunditur, illuminat, sic gratia à Deo emanat, & humanam mentem informat
& illustrat. Vnde peccatori dicitur Eph. 5. *Surge qui dormis, & exsurge à mortuis, & illuminabit te Christus.* Gratia enim est lumen ad
reuelationem gentium, quia sicut dicitur ad Tit. 2. *Apparuit gratia Dei & saluatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos.* Ideo multi
sunt, qui quamuis habeant claros oculos & intellectus quia tamen eis deficit lumen gratiæ nesciunt se dirigere ad salutem, imo sæpissime errant per peccata & vitia. ¶ Nono dico, quod
gratia comparatur semini, quia est mentis fœcundatiua. Sicut enim semen in terram proijcitur, vt exinde fructus fœcunditer
generetur, sic semen gratiæ à Deo homini conceditur, vt fructus bonorum operum procreetur, & vt per ipsum anima bonis
virtutibus fœcundetur, quia sicut dicitur Luc. 8. *Semen cecidit in
terram bonam, & ortum, fecit fructum centuplum.* Vnde 2. Corinth. 9.
*Potens est autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis, vt in omnibus omnem sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum.* Et
sic igitur patet, quomodo gratia diuersis rebus diuersimode
potest comparari, secundum quod diuersos effectus potest introducere & operari. Ista est enim sicut influentia cœlestis, quæ
per sui diffusionem solet terram siccam & squalidam immutare, & ipsam diuersis fructibus fœcundare. Sic diuina gratia, quãdo hominem penetrat & infundit, diuersis bonis fructibus &
operibus abundare facit, & eum spiritualiter renouat, & conuertit. Sæpe enim fit, vt vbi abundauit delictum, ibi superabundabit & gratia. Vnde etiã Paulus Apostolus dicebat de se ipso,
qui scilicet de pessimo fuerat factus optimus, diuina gratia mediante, 1. Cor. 15. *Gratia Dei sum id quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit.* quasi dicat, Gratia est forma spiritualis, quæ dat esse
spirituale & mortale, sine qua homo spiritualiter non est, quia
secundum Augustin. Peccatum nihil est, & nihil fiunt homines
cum peccant. ¶ Nam M

Gratia { Viuificat,
Pacificat,
Fortificat.

Gratia (dico) viuificat, quia tollit peccati mortalitatem. Vnde
Genes. 12. *Viuat anima mea ob gratiam tui.* Item pacificat, quia
tollit cordium diuersitatem. Vnde 1. Pet. 1. *Gratia vobis & pax à
Deo patre vestro multiplicetur.* Item gratia fortificat quia confert
stabilitatem. Vnde Hebr. 13. *Optimum est gratia stabilire cor.* Actor
6. *Stephanus plenus gratia & fortitudine, &c.* Quia igitur gratia tot
& tantos habet virtuosos effectus ipsam debemus summe quærere & ipsam cum omni diligentia procurare. Dicit enim Ambros. super Lucam, quod vberior est gratia quam precatio: semper enim plus tribuit Dominus quam rogatur. Et quia secundum Gregor. Petentis negligentia reprehenditur, vbi de dantis
misericordia non dubitatur, necesse est igitur, quod pro gratia
impetranda ad eum recurramus, vt ipsam inuenire cum efficacia valeamus, iuxta illud Ecclesiastic. *Quanto maior es, humilia te,
& inuenies coram Deo gratiam.* Ista igitur dicta moraliter de gratia
sufficiant quo ad præsens.

## Gratiarum actio. Gratitudo.

Nota, quod gratiarũ actio est quædam virtus, qua homo beneficia recepta confitetur,
& recognoscit, & est virtus, ad quam omnis creatura quodã naturali iure mouetur, & inclinatur: Generaliter enim omnia quæ
sunt, benefactores suos recognuscunt, & quasi vices rependendo, gratias exhibent atque reddunt. Et ideo gratiarum actio nihil aliud est quam

Quædam { Laus,
Confessio,
Recognitio perceptorum.

Sicut enim aues in mane beneficium solis & luminis sentientes, solent exultare, & lætari, atque dulcimode modulari,
sic homo quando sentit se vel à Deo, vel ab alio beneficium aliquod recepisse, debet quadam naturali lætitia profundi, & ad
laudandum per gratiarum actionem efficaciter animari. Vnde sic faciebant filij Israel. 2. Machab. 1. dicentes, *De magnis periculis à Deo liberati, magnifice gratias agimus ipsi.* Animalia bruta recognoscunt suos benefactores & liberatores, sicut de elephante legitur, quod cum in foueam ceciderit, venatorem
qui ipsum liberat, sequitur, & omni syluestritate deposita, per
susceptũ beneficium edomatur. De tigride vero legitur, quod
cum in foueam cecidisset, & quidam miles transiens ipsam ex
inde trasisset, fera extracta liberatorem suum cõducebat, & sequebatur, & cum cauda blandiendo gratias agere videbatur,
sicut exemplificat Plin. Quid dicam de quodam leone, de quo

...tio in historia Hierosolymitana. Sicut enim ibidem di... cum vltra mare esset exercitus Christianus, quidam miles quendam leonem inuenit, quem quidam serpens taliter ligauerat, quod non poterat se mouere. Miles vero pietate commotus, serpentem occidit, & leonem liberauit. Leo autem tanquam gratum animal se seruituti militis mancipauit. Solebat enim accipere prædas per nemora, & ad militem deferebat, in tantum, quod non solum militi, sed etiam magnæ parti exercitus commoda plurima conferebat. Quid vltra? non sufficit leoni tanta gratitudine, quinimo milite ad patriam redeunte, mare & nauem intrante, & leonem dimittere volente, leo mare ingreditur, & magistrum vsque in nauem sequitur, & ibi aliquamdiu commoratur, sed tandem deficientibus victualibus leo in mare proijcitur, & sic pium animal pro pia gratitudine mortis periculo subiugatur. Quid igitur dicemus charissimi nos alij, qui sumus rationales creaturæ cum videamus, quod animalia carentia ratione tali & tanta gratitudine sint dotata? Re-vera nos debemus super omnia grati esse & benefactoribus gratam vicissitudinem exhibere. Sicut enim dicit Sen. epist. 83. Iustitiæ conueniens est beneficio gratias & iniuriæ reddere talionem. Quia vero beneficia à Deo accepta digne non possumus compensare, necesse est per gratiarum actionem Dei liberalitati humiliter complacere. Ideo monet Apostol. 1. Thess. 5. *Semper* inquit *gaudete. sine intermissione orate in omnibus gratias agite*, in quibus verbis ostenditur, quod gratiarum actio debet fieri quatuor modis, quia scilicet ista debet habere

Iugem continuitatem. (Semper inquit, &c.)
Vultus iucunditatem (Gaudete inquit)
Vocis humilitatem. (Orate inquit.)
Magnam integritatem. (In omnibus inquit gratias agite.)

Gratiarum actio debet esse

Cum { Continuitate,
Iucunditate,
Humilitate,
Generalitate seu integritate.

B § Primo dico, quod ista debet habere iugem continuitatem. (Semper inquit sine intermissione) Beneficium enim receptum nunquã debet de mente recedere, quia sicut dicit Chrys. super Matth. Homil. 23. Optima beneficiorum custos est ipsa memoria eorundem, & perpetua confessio gratiarum. Sen. etiã dicit, quod ista beneficiorum lex est, vt alter statim obliuiscatur dati, alter vero nunquam accepti obliuiscatur. Flumina enim continue à mari exeunt, & vt iterum fluant, ad mare continue reuertuntur. Quia pro certo flumina beneficiorum, quæ à Deo vel ab homine recepimus ad ipsum semper & continue per gratiarum actionem reducere debemus, & sic ad recipiendum ampliora ipsius animum inuitabimus, quia secundum Cas. super Psalm. Meliora recipere meretur, qui iam collata de corde perdere non probatur. Quod tamen est contra multos, qui ex quo beneficium acceperunt, nunquam volunt amplius suum benefactorem videre, nec de beneficio accepto mentionem facere, vel audire. Non sic barbarissimi, sed semper & sine intermissione

C sunt gratiæ referendæ. Vnde 2. Thessal. 2. *Gratias agere debemus semper*. Ista igitur debet habere operis continuitatem. § Secundo dico quod debet esse cum iucunditate. Homo enim quando agit gratias, debet præcedere lætitiam facilem. Nam sicut dicit Seneca. 2. lib. de benefic. Qui gratis, id est, læuanter beneficium suscipit, primam eius pensionem soluit, & Bernard. ad eremitam Quintinum dicit, quod danti nequit rependere aliquod gratiosius, qui accepit, quam quod sit gratum, quod gratis accepit. Beneficium igitur nobis datum debemus gratum habere, & gratiarum actiones debemus gratanter, & hilariter nostris benefactoribus exhibere. Quod tamen est contra multos, qui videntur similes barillis seu cadis, qui aquam vel quemcunque alium liquorem in se gratanter & sine strepitu recipiunt, ipsum tamen sine magno strepitu & tumultu exterius non emittunt. Quia pro certo multi sunt, qui aliena beneficia gratanter & sine murmure recipiunt, sed quoties habent aliquid reddere, aliquid tribuere vel conferre, semper aliquem tumultum, aliquod murmur, aliquam displicentiam faciunt, & ostendunt, contra illud Ecclesiastic. 35. *In omni dato tuo hilarem fac vultum tuum*, quia sicut dicitur 2. Cor. 8. *Hilarem datorem diligit Deus*. Gaudendum est igitur in quacunque gratiarum actione, sicut de beata ciuitate dicitur Esa. 51. *quod gaudium, & lætitia inuenietur in ea, & gratiarum actio, & vox laudis*. Debet igitur esse gratiarum actio cum vultus iucunditate. § Tertio principaliter dico, quod ista debet esse cum vocis humilitate, quod ostenditur, cum dicitur, Orate, Quicunq; enim gratias refert, debet humiliter se habere, & non ex proprijs meritis, sed è largitoris gratia debet se habiturum aliquid dubitare. Vnde Mich. 6. *Quod dignũ offeram Domino? curuabo genu Deo excelso*. Genuum enim curuatio nihil aliud est, quam quod denotatur humilis gratiarum actio. D

Vnde 2. Paral. 29. *Incuruato genu adorauerunt*. Debet igitur habere gratiarum actio vocis humilitatem. (Orate inquit.) Col. 4. *Orationi instantes vigilantes in ea cum gratiarum actione*. § Quarto dico, quod debet habere perfectam integralitatem, quod ostẽditur, cum dicitur. In omnibus gratias agite. In omnibus enim de omnibus debent agi gratiæ, quia scilicet E

In magnis & in modicis,
In asperis & in prosperis,
In bonis, & in malis.

Sic faciebat Aug. super illud Psalm. *Repleatur os meum laude dicens sic*. Laudare inquit te debeo Deus meus in prosperis, quia consolasti in aduersis, quia castigasti, antequam essem, quia me fecisti, cum essem, quia salutẽ dedisti, cum peccassem, quia indulsisti, cum in aduersitate essem, quia adiuuisti, cum perseuerassem, quia coronasti. In omnibus igitur debemus gratias agere & in prosperis & in aduersis, similes philomelæ, quæ de nocte & die solet cantare. Quod tamen est contra illos, qui bene gratias agunt in prosperis, quod tamen nunquam faciunt in aduersis, nõ aduertentes ad illud, quod dicit Chrysost. in tract. de sym. bo. Semper benedicendus est Deus, quia si benedicitur in aduersis, dissoluit, si benedicitur in prosperis perseuerat. In omnibus igitur benedicendus est Deus. Vnde Ephe. 5. *Gratias agentes semper pro omnibus*. Sic igitur patet quomodo gratiarum actio debet fieri

Generaliter,
Humiliter,
Hilariter, &
Perseueranter.

Et hæc de gratiarum actione sufficiant. Vide infra de ingratitudine.

## Gradi. Gressus.

A Nota, quod gradi idẽ est, quod ambulare & incedere. Et pertinet gradi proprie ad animalia. Et est gressus idem, quod incessus quem homo facit ambulando. Moraliter igitur per gressum intelligitur spiritualis incessus, id est, animæ actus & profectus. Signat igitur gressus interiores affectiones, seu exteriores operationes. Per istas enim sicut per spirituales gressus & motus ad bonum vel ad malum, ad virtutem, vel ad vitium, ad Paradisum vel infernum gradimur & etiam properamus. Breuiter igitur notare possumus, quod sunt

Quidam gressus { Dirigendi,
Corrigendi,
Erigendi.

Primo ergo dico, quod bonos gressus, id est, actus debemus dirigere, id est, directe regere, & continuare, dicentes illud Num. 21. *Non declinabimus per agros aut vineas aut bibemus ex puteis aquas, sed via regia gradiemur, donec transeamus terminos terræ tuæ*. Ita enim dixerunt filij Israel Seon regi Amorrhæorum. Seon, qui interpretatur calor vel calidus, est diabolus, qui semper est feruens & calidus ad malefaciendum. Amorrhæi vero, qui interpretantur amari, significant homines mundanos. Nos igitur filij Israel, qui volumus esse sancti, qui habemus trãsire per terminos Seon regis Amorrhæorum, id est, per limites huius mundi, vbi diabolus in peccatoribus dominatur, debemus facere tria prædicta, vt secure & sine periculo transeamus. Nos enim rerum facultatem debemus cauere. (Non declinabimus inquit, per agros, aut vineas.) Carnis voluptatem debemus horrere. § (Non bibemus inquit aquas ex puteis.) Vitæ veritatem debemus tenere. (Via inquit regia gradiemur.) Via enim regia est via virtutum in qua Christus gressus fuit. Vnde 1. Reg. 12. *Nunc rex graditur ante vos*, & vbi etiam Sancti viri qui sciunt gressus suos regere, gradiuntur, quia sicut dicitur in Psal. 36. *Apud Dominum gressus hominis dirigetur, & viam eius volet*. Aduerte tamen, quod Prouerb, 30. dicitur, quod *tria sunt, quæ bene gradiuntur*, scilicet

Leo,
Gallus,
Aries.

B ¶ In quo potest notari, quod tria genera personarum tenentur præ alijs bene gradi, id est, bene viuere & operari, videlicet Leo, qui rex animalium, id est, mundi præsides & superiores. Isti enim aliorum sunt duces. Vnde illud 1. Reg. 12. *Nam rex graditur ante vos*, vt sic figurentur in illis Cherubin, de quibus dicitur Ezech. 1. quod *vnumquodque ante faciem suam gradiebatur*. Isti enim significabant superiores, quia in eis erant facies hominis, qui est rex animalium, leonis, qui est rex ferarum, bouis, qui est rex iumentorum, aquilæ, qui est rex volatilium. Si vis, dic latius de istis. Et nota, quod ibidem dicitur, scilicet Ezech. 10. quod *in quatuor partes gradiebantur*, quia scilicet homo debet quandoque ad quatuor dirigere gressus suos, scilicet

Ad { Se, vt sancte viuat,
Deum, vt ipsum timeat,
Malos, vt eos puniat,
Iustos, vt eos promoueat.

Gallus, qui cantat, & horas noctis declarat signat clericos & prædicatores. Isti enim sunt aliorum magistri, & ideo debent similiter bene gradi. Istis enim videntur alij dicere illud Psalm. 31. *In via hac qua gradieris, firmabo super te oculos meos*, & Prou. 15. *Vir prudens dirigit gressus suos*. Aries, qui rudi vellere induitur, signat religiosos simplices humiles professores, quia scilicet debēt bene gradi, & hoc quia sicut dicitur Prou. 2. *Deus proteget gradientes simpliciter*. Tales enim potissime vidētur habere videlicet gressus

Latos, quod facit charitas,
Rectos, quod facit æquitas,
Altos, quod facit mentis subtilitas,
Præuisos, quod facit mentis sagacitas,
Præostensos seu directos, quod facit Dei benignitas.

Et sic habemus gressus pulchros, quod facit bonitas atq; sanctitas, de gressuum latitudine charitatiua dicitur in Ps. 17. *Dilatasti gressus meos subtus me, & non sunt infirmata vestigia mea*. De gressuum rectitudine mensuratiua dicitur Mic. 2. *Nonne verba tua bona sunt cum eo qui recte graditur?* De gressuum altitudine contemplatiua dicitur Amos 4. *Gradiens super excelsa terræ, &c.* De gressuum præuisione meditatiua dicitur Prouerb. 4. *Pulchra tua præcedant gressus tuos*. De egressuum præuisione præostensiua, qua scilicet Deus habet præcedere, & dirigere gressus nostros, dicitur Hier. 10. *Scio Domine, quia non est hominis via eius, nec viri, vt ambulet & dirigat gressus suos*, ac si dicat, Ad Deum spectat gressuum directio humanorum, & Prouerb. 16. *Domini est dirigere gressus eius*. Et sic cuilibet animæ sic directæ dici poterit illud Cantic. 7. *Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis tuis filia principis*. Isti igitur gressus dirigendi sunt, iuxta illud Psal. 16. *Dirige gressus meos in semitis tuis*

C ¶ Secundo dico, quod aliqui gressus sunt, qui sunt corrigendi. Et isti sunt gressus malarum operationum. Peccatores enim per peccatū male gradiuntur. Isti enim sunt cancer, qui est piscis retrogradus, nunquam enim directe graditur, sed semper retrograde & oblique. Sic peccator nunquā tendit recte versus Paradisum, sed oblique currit & graditur ad peccatum, & ideo figuratur in serpente cui dictum est Gen. 3. *Super pectus tuum gradieris, & terram comedes omnibus diebus vitæ tuæ*. Quia pro certo charissimi, serpentes, id est, serpentini peccatores, super pectus suum gradiuntur, in quantum per pectoralem affectionem inferius ad peccatum inclinari videntur, & terram dicuntur comedere, quoniam se solent in bonis terrenis plus debito delectare. Isti figurantur Leuit. 11. Vbi dicitur, quod *omne animal quadrupes, quod super pectus gradiebatur, immundum erat*. Ibi etiam dicitur, quod omnis volucris, quæ super quatuor pedes gradiebatur erat immunda. Quia pro certo charissimi, & inter quadrupedes, id est, inter sæculares, & inter volucres, id est, inter clericos, & inter regulares, illi coram Deo sunt immundi, qui sunt quatuor pedibus, id est, cum quatuor affectionibus & cum pectore, id est, cum cordis desiderio & amore gradiuntur inferius circa terram, id est, circa bona delectabilia, & terrena. De quibus dicitur Ezech. 20. *Post idola gradiatur cor eorum*. Et de talibus gressibus dicitur Prouer. 5. Vbi loquitur de mala muliere dicens, quod *pedes eius descendunt in mortem & ad inferos gressus eius penetrant*.

Nam gradiuntur mali { Elate per superbiam,
Immature per stultitiam,
Obscure per ignorantiam,
Malitiose per iracundiam.

De superbia dicitur Dan. 4. *Gradientes in superbia potest humiliare*. De stultitia dicitur 3. Reg. 9. *Incessus quasi incessus leba videtur, præcipitanter graditur*. Prou. 19. *Stultitia hominis supplantat gressus eius*. De ignorantia dicitur Prou. 7. *In obscuro graditur ad vesperum*. De iracundia dicitur 2. Reg. 16. quod *Semei gradiebatur maledicens David*: isti igitur sunt gressus corrigendi, iuxta illud Hebr. 12. *Rectos gressus facite pedibus vestris* ¶ Tertio dico, quod sunt quidam gressus erigendi, & ab his temporalibus eleuandi. Vnde Amos 4. *Faciens matutinam nebulam, & gradiens super excelsa terræ*. Et sic igitur patet triplex gressus, scilicet dirigendus, corrigendus, & erigendus. Et hæc de gressu sufficiant, quo ad præsens.

## Gradus.

A Nota, quod gradus signat quandoq; locum eminentem, vel ascensum ad altum locum per distinctionem passuum ordinatum, & vt communiter gradus accipitur pro distinctione statuum vel dignitatum. Et sic notabo, quod inuenitur multiplex distinctio gradualis, scilicet

Gradus ad { Imperandum,
Prædicandum,
Ministrandum.

Primo igitur dico, quod quidam adipiscuntur gradum imperatoris. Et isti sunt illi, qui ad altos gradus dignitatum ascen[dunt,] vt communiter. Sicut n. per gradus inferiores ascēditur ad [supe]riores, sic per status minorum ascenditur ad maiores. Fig[uratur 3.] Reg. 10. vbi ad ascendendum thronum eburneum Salo[monis] sex facti fuerunt gradus, & vestiuit eum auro fuluo nimis, & sedile tenebant duæ manus, & iuxta manus duo leones hinc atq; illinc, & duo leunculi ex vtraque parte cuiuslibet gradus. Talis igitur thronus, mundi signat dignitates, quæ auro vestitæ dicuntur, pro eo quia ibi aurum diuinæ sapientiæ & ebur innocētiæ abundare tenentur. Manus vero bonæ operationis, & leones fortis iustitiæ & seueræ iurisdictionis hinc atque inde cubare tenentur, quia vere thronus, id est, officium iudiciarium ista quinque debet habere, videlicet ebur mūdanæ intentionis, aurum splendidæ discretionis, manus executiuæ operationis, sedile maturæ tranquillitatis & deliberationis, & leones seueritatis iustitiæ & correctionis, vel leones, id est, assistentes sanctæ & regiæ conditionis, Psalm. *Sedisti super thronum, qui iudicas iustitiam*. Ad tales tamē thronos dignitatum per gradus ascenditur, quia scilicet gradatim ad honores venitur. Isti tamē gradus de ebore sunt, qui scilicet per candorem innocentiæ iuste, & canonice ascendere tenentur. Leunculi etiam qui sunt animalia audacia & fortia, eis assistunt ad denotādum, quod illi, qui per istos gradus ascendunt, audacia aggressiua, & constantia perseueratiua necessaria iudicantur Ezech. 40. *In gradibus septem ascendebatur ad portam australem*. Per gradus enim ordinatæ distinctionis, vel per gradus septemplicis virtutis & perfectionis ascendendum est, & non per gradus consanguinitatis & agnationis, quia scilicet talis ascensus prohibetur Exod. 20. *Non ascendes per gradus ad altare Domini*. Cuius tamen contrarium fit, quando quis consanguineos & nepotes quanto in gradu consanguinitatis sunt propinquiores, tanto magis ac magis extollit. Iste est igitur gradus Imperatoris, vel prælatorum, vel prælati, de quo dicit Greg. quo quanto gradus altior, tanto casus grauior. Imperator noster Christus non sedit in hoc mundo in gradibus dignitatis, sed in gradibus humilitatis, scilicet in vtero Virginis, de quo dicitur Neh. 8. *Stetit Esdras scriba super gradum ligneum*. De gradu igitur dignitatis dicitur 1. Tim. 3. quod *qui bene ministrauerit, gradum bonum sibi acquiret* Patet igitur, quod aliqui adipiscuntur gradum

B Imperatoris. ¶ Secundo dico, quod aliqui adipiscuntur grad[um] prædicatoris. Vnde 2. Paral. 9. dicitur, *De lignis Thyinis fecit Salomon gradus in domo Domini, & in domo regis citharas quoque & psalteria cantoribus*.

C ¶ Tertio dico, quod quidam adipiscuntur gradū subditi seu ministratoris. Neh. 8. *Populus autem in gradu suo stabat*. Et breuiter ista est veritas, quod quilibet debet esse contentus statu & gradu, officio, & beneficio sibi dato. Vnde Dan. 10. *Daniel vir desideriorum*, intellige verba, quæ ego loquor ad te, & sta in gradu tuo.

## Grandis.

A Nota, quod grande dicitur id, quod in magnitudine alia præcellit: Vnde illud est pro[prie] grande, quod quantum ad omnes dimensiones suas perfectum continet complementum. Et potest accipi in bono & in malo. In bono enim grande dicitur illud, quod ex pluribus bonis partibus aggregatis ad crementum completū producitur, & econuerso. De vtroque igitur notare possumus, quod in scriptura multa grandia inueniuntur. Inuenitur enim quædam

Granditas { [illegible]tatis, Bonitatis, Fœlicitatis, Iniquitatis, Prosperitatis, Aduersitatis.

Primo igitur dico, quod inuenitur granditas dignitatis & sic dicuntur grandes, boni & sublimes prælati. De quo dicitur 3. Reg. 21. *Grandis auctoritatis es, & bene regis regnum Israel.* Sic etiam di[cu]ntur grandes magni impij & tyranni, de quibus Ezech. 17. *Aquila grandis venit ad Libanum, tulit medullam cedri & summitatem fr[o]ndium eius euulsit.* Potentes enim huius mundi & tyranni dicuntur grandes, per temporalem auctoritatem dicuntur aquilæ, per sæuissimam crudelitatem, dicuntur venire ad libanum, qui est mons altus, per superbiam & vanitatem, dicuntur euellere ramos & medullas cedrorum, id est, substantias pauperum, per auaritiam & rapacitatem. Ista est igitur granditas di[gnit]atis.

B ¶ Secundum dico, quod est alia granditas bonitatis. Et [qu]i ille, qui est melior, est grandior. Grandes enim sunt illi, qui [su]nt alti per contemplationem, qui sunt lati per dilectionem, qui sunt longi per [perse]uerantiam & durationem & sic tales figurantur in throno eburneo Salomonis, de quo dicitur 2. Par. [9]. *Rex Salomon fecit solium eburneum grande, in quo erant sex gradus & quod [vest]iuit [auro] mundissimo.* In quo notatur, quod illi, qui sunt [...] [gr]andes, sunt sedes & solium Christi [...] per pacem [& tr]anqu[il]litatem, quia in pace factus est locus eius, sunt eburnei per munditiam & puritatem, habent sex gradus, id est, sex opera misericordiæ per vniuersalem clementiam & pietatem. Ista est igitur granditas bonitatis.

C ¶ Tertio dico, quod est granditas fœli[c]itatis. Et ista est granditas & excellentia bonorum æternorum, quæ ita grandia sunt, quod nequeunt per hominem digne promereri. Ibi est enim illud grande conuiuium, quod fecit Abraham in ablactatione filij sui Isaac. de quo dicitur Gen. 21. & 2 Paral. 30 *Facta est grandis solennitas in Hierusalem.*

D ¶ Quarto dico, quod est granditas iniquitatis. Et ista est granditas peccat[or]um & vitiorum, de qua Nee. 9. *Fecerunt grandes blasphemias.* Et granditas iniquorum & peruersorum, qui scilicet figurantur i[n] grandi statua, quæ stabat coram Nabuchodonosor, sicut dicitur Dan. 2. & in grandi pisce, qui Ionam in pelago deuorauit. Coram enim rege, id est, coram mundi principibus & prælatis apparent hodie multæ statuæ & multi magni pisces, à

E quibus mundi pauperes deprimuntur. ¶ Quinto dico, quod est granditas prosperitatis. Et ista signat

Grandes { Status, Diuitias, Delitias & Honores.

Et sic mundi prosperitas est illud grande conuiuium, quod fe[cit] Balthazar rex Babylonis, sicut dicitur Dan. 5. in quo dum se deteni[t] Baby[lo]n fuit capta & Balthazar interfectus. Istud est grande [co]nuiuium, quod facit rex Assuerus, in quo regina Vasthi perd[it] p[o]testatem suam, sicut dicitur Hester. 1. Quia vere ch[arissi]mi [...] quanto conuiuium mundanæ prosperitatis est [g]randius, [tanto i]bi homo per peccatum facilius interficitur & tanto a te[rren]a dignitate & potestate mundanorum turpius

F quandoque deijcitur & deponitur. ¶ Sexto dico, quod est granditas aduersitatis. Et ista est granditas pœnæ æternæ, quæ [res]pectu omnium aliarum pœnarum grandis dicitur & cuius respectu omnes aliæ modicæ reputantur. Et de ista potest dici illud [...] *Visitabit Dominus in gladio suo duro forti & grandi super Leuiathan [ser]pentem tortuosum & occidet cetum, qui est in mari.* Serpent[es] [...] qui & tortuosi, id est, viri peccatores serpenti[n]i, per [...]itatem malitiæ deprauati & cetus qui est in mari, id est, mu[ndi] diuites in magnis affluentijs educati, finaliter visitabuntur & g[l]adio grandi & duro diuinæ sententiæ ferientur, & per æternam miseriam occidentur. Vnde Dominus de talibus dicit Ezech. [1]3. *Dabo lapides pergrandes desuper irruentes & ventum procellæ dissipantem*, vt sic ad quemlibet damnatum referatur illud, quod dicitur 2. Reg. 18. *Proiecerunt Absalon in saltu in foueam grandem.* Et sic igitur patet, quomodo istud vocabulum grande, seu grandis diuersimode sumitur in scriptura. Vide infra de magnitudine.

## Grando.

Nota, quod grando idem est, quod impressio aeris de pluuiæ guttis in glaciem congelatis (vt dicunt aliqui) generata. Et quia grando habet cum impetu descendere, habet fortiter percutere, habet quem tangit acriter lædere, ideo generaliter per grandinē potest intelligi quæcunque tribulatio, seu afflictio, siue temporalis, siue æterna, siue ab homine, siue à Deo sit illata. Possumus igitur dicere, quod est

Grando { Diuinæ seueritatis, Mundanæ aduersitatis, Æternæ pœnalitatis.

Prima grando est metuenda, quia sicut dicitur Esa. 28. *Ecce validus & fortis dominus sicut impetus grandinis.* Ista est enim grādo. qua animalia Ægyptiaca fuerunt mortua & occisa, quia scilicet illi, qui sunt animales, id est, bestiales, grandine diuinæ seueritatis, & iustitiæ finaliter occidentur, iuxta illud Iosuæ 10. *Mortui plures lapidibus grandinis.* ¶ Secunda grando est sustinenda. Grando enim mundanæ aduersitatis faciliter frangitur & facili ter transit & faciliter dissoluitur. Vnde Eccles. 43. *Confracti sunt lapides grandinis.* ¶ Tertia grando est præcauenda, scilicet grando æternæ pœnalitatis & damnationis, de qua dicitur in Psal. 148. *Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, pars calicis e[o]ru[m]*, & Eccl. [...] dicitur, *Ignis, grando, fames & mors omnia hæc in vindictā creata sunt.* Ista est illa grando, de qua dicitur Apocal. 16. quod gra[n]do magna sicut talentum descendit de cœlo in homines & blasphemauerunt Deum propter plagam grandinis. Et hæc dicta de grandine sufficiant gratia breuitatis.

## Gratis.

A Nota, quod gratis accipitur pro voluntarie & gratus sumitur pro homine, qui gratitudinem seu gratiositatem habet. Sed de virtute gratitudinis vide supra de gratiarum actione. De ista enim dicitur Matth. 10. *Gratis accepistis, gratis date*, & Apoc. 22. dicitur, quod *qui vult, accipiat aquam vitæ gratis.* De virtute vero complacentiæ & bonæ gratiositatis dicitur Actor. 7. Moyses etiam fuit gratus Deo & similia. De arbitrio vero liberæ voluntatis, quæ scilicet gratis, id est, voluntarie & libere facit quod vult, dicitur in bono 2. Cor. 11. *Gratis Euangelium Christi euangelizaui vobis.* In malo vero de malis, qui gratis, id est, sola voluntate sine iusta causa faciunt malum, dicitur in Psalm. 119 *Impugnauerunt me gratis.* 34. Et alibi: *gratis absconderunt mihi interitum laquei sui.*

## Grauis.

A Nota, quod graue idem est, quod ponderosum, tædiosum, difficile seu tristabile. Est enim graue omne illud, quod habet motum à circumferentia versus centrum, vel quod à superiori inferius descendit naturaliter & mouetur. Et ideo breuiter graue dicitur illud, quod est

Difficile { Ad sustinendum, Ad ascendendum, Ad faciendum.

Breuiter igitur possumus notare, quod est quædam

Grauitas { Virtuosa, Vitiosa, Dolorosa.

Grauitas virtuosa signat pondus humilitatis, grauitas vitiosa signat pondus iniquitatis, grauitas dolorosa signat pondus aduersitatis. Dico igitur primo, quod est quædam grauitas humilitatis, quæ est virtuosa. Sicut enim illud, quod est graue, naturaliter vult inferius descendere, & difficile potest moueri vel discurrere, sic spiritualiter loquendo, illi, qui sunt graues, id est, maturi, ponderosi, honesti, humiles & virtuosi, semper volunt inferius descendere per subiectionem, habent subsistere per perfectionem, nec faciliter possunt moueri per tentationem. Multæ enim sunt species, inter quas illa, quæ est grauior, est melior, sicut de cassia fistula dicitur & sicut de pomis, qui haranchæ alij sharanchiæ dicuntur comprobatur. Inter ista enim illa. quæ est grauior & melior & hoc quia humore dignoscitur esse plenior. Sic pro certo charissimi, illi, qui sunt humoribus grauiores sunt apud Deum & homines meliores. Plenitudo enim humoris gratiæ & pietatis ipsos graues efficit & meliores apud Deum eos facit. De ista igitur grauitate, id est, de ista morali honestate & mentali humilitate dicitur ad Tit. 2. *Teipsum præbe exemplum bonorū operum, in doctrina, in integritate & grauitate morum.* Quod est contra multos, qui grauitate morum non pollent. quia sicut dicitur Mat. 23. *Ipsi reliquerunt, quæ grauiora sunt legis*, &c. Ita quod de ipsis dici potest illud Prouer. 8. *Nec dum montes graui mole consistebant.* Ista est igitur grauitas humilitatis, quæ est vir-

B tuosa. ¶ Secundo dico, quod est grauitas iniquitatis, quæ est vitiosa. Peccatores enim & iniqui faciliter descendunt inferius ad terrena desideranda, difficiliter enim possunt moueri ad bona opera facienda, & exequenda. Isti enim sunt sicut elephan-

 tes,

tes, qui ita sunt ponderosi & graues, quod si deciderint, non possunt surgere. Isti etiam sunt sicut struthiones, quæ quamuis sint aues, ita tamen graues sunt, quod nunquam possunt volare, vel ascendere. Quia pro certo mundi peccatores ita sunt graues & inuoluti vitijs & peccatis & ad omnem motum bonorum operum inhabiles effecti, quod à vitijs in quibus ceciderunt nequeunt surgere, nec sursum ad cœlestia per aliquod bonum desiderium se eleuare. Et ideo tales à scriptura maledicuntur, reprehenduntur, vilipenduntur & vituperantur. Dico, quod isti in scriptura maledicuntur. Vnde Esa. 1. *Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, filijs sceleratis*. Item isti in scriptura reprehenduntur, vnde in Psal. 4. dicitur, *Filij hominum, vsquequo graui corde? ad quid diligitis vanitatē, & quæritis mendacium?* Item ab omnibus vilipenduntur. Vnde cuilibet tali dicitur Sap. 2. *Grauis est nobis etiam ad videndum, quoniam dissimilis est alijs vita eius*. Item tales ab alijs sobrijs fugiuntur, quia sicut dicitur Prou. 27. *Graue est saxum & onerosa arena, sed ira stulti vtroque grauior*. Ista est igitur grauitas iniquitatis, de qua dicitur in Psal. 37. *Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum & sicut onus graue grauatæ sunt super me*. Peccatores enim sunt ita graues, quod difficiles sunt

Ad { Dimicandum contra vitia,
Audiendum vituperia,
Defendendum mala propria,
Speculandum salutaria,
Sustinendum temporalia. }

Grauat igitur malos contra vitia dimicare 3. Reg. 22. *Educ me de exercitu, quia grauiter vulneratus sum*. ¶ Item grauat eos correctionem tolerare Actor. 28. *Auribus suis grauiter audierunt & oculos suos compresserunt*. ¶ Item grauat eos propria crimina sustentare, quia mala nostra sunt tanta, quod non possumus sustinere Esa. 24. *Grauabit terram iniquitas sua*. ¶ Item grauat eos salutaria cogitare Marc. 14. *Oculi eorum erant grauati*. ¶ Item grauat eos gubernare temporalia 2. Reg. 14. *Grauabat eum cæsaries capillorum*, scilicet Absalonem. Ista est igitur grauitas iniquitatis, quæ est vitiosa.

C ¶ Tertio dico, quod est grauitas aduersitatis, quæ est dolorosa. Et ista grauitas quandoque est vtilis & castigatiua, quandoque est intolerabilis & desolatiua, quandoque est dissipabilis, damnabilis & dissipatiua. Grauitas vtilis est tribulatio temporalis, quæ quando non excedit vires nostras, multa bona conferre solet, quia sicut dicitur Eccl. 31. *Infirmitas grauis sobriam facit animam*. Grauitas flebilis est tribulatio æternalis, de qua Eccl. 40. *Occupatio magna creata est omnibus hominibus, iugum graue super filios Adam*. Grauitas damnabilis est tribulatio æternalis, de qua Esa. 30. *Ardens furor eius & grauis ad portandum*, & Esa. 46. *Onera vestra graui pondere contabuerunt*. Sic igitur patet, quod grauitas est triplex, scilicet grauitas miseriæ, quæ est dolorosa. Grauitas culpæ, quæ est vitiosa. Grauitas gratiæ, quæ est virtuosa.

A **Grex.** Nota, quod grex & armentum nihil aliud sunt, quam congregatio animalium simul & communiter viuentium. Et est grex

Nomen { Communitatis,
Societatis,
Humilitatis,
Pluralitatis. }

Et ideo Grex potest significare illos, qui habent gregatim & communiter conuersari, sicut sunt illi, qui sunt eiusdem Ecclesiæ, eiusdem patriæ, eiusdem regionis, eiusdem religionis. Nos autem sumus eiusdem regis, eiusdem legis, eiusdem gregis. Sicut enim animalia mansueta gregatim viuunt, gregatim vadunt, gregatim comedunt, sic vere nos alij, qui sumus in pace Ecclesiæ constituti, debemus gregatim, & socialiter per charitatem viuere, & in vnum per concordiam habitare, & sic erimus grex dominicus per charitatem & per vniuersalem concordiam & vnitatem, vt de nobis dicatur illud Ezech. 36. *Multiplicabo eos, vt gregem hominum, vt gregem sanctum, vt gregem Hierusalem*. In quibus verbis ostenditur, quod grex nostræ societatis ad similitudinem animalium debet habere

Sensus subtilitatem,
Morum conformitatem,
Pacis tranquillitatem.

Nos enim debemus viuere sagaciter, quod ostenditur, cum dicitur Gregem hominum. Homines enim sunt animalia vtentia ratione.

¶ Item nos debemus viuere conformiter, quod ostenditur in verbo. (Sicut) & in verbo. (vt) quæ sunt aduerbia similitudinis. ¶ Item nos debemus viuere concorditer, quod ostenditur in verbo Hierusalem, quod interpretatur visio pacis. ¶ Dico igitur primo, quod si volumus esse de grege domini, nos debemus habere mentis sagacitatem, quia scilicet nos debemus esse grex hominum, non grex bestiarum, gregem hominum inquit. Animalia enim quæ gregatim viuunt, solent cæteris esse sagaciora. B
Istud patet in apibus mellificantibus, in formicis grana procurantibus, in elephantibus regem cognoscentibus & lunam nouam adorantibus in columbis inter accipitres discernentibus. Ista sunt enim animalia, quæ gregatim viuunt, ad quorum naturalem prudentiam sensus hominis vix ascendunt. Mira enim videtur esse sagacitas in apibus, quæ bene considerant mellis compositionem & cellularum suarum ordinationem. Item in formicis magna industria, quæ bene considerant suæ prouidentiæ executionem. In elephantibus etiam magna videtur esse prudentia, in hoc, quod regis videntur habere cognitionem & in hoc, quod nouæ lunæ dicuntur facere reuerentiam & inclinationem. In columbis etiam magna dicitur esse discretio, quia scilicet istæ sciunt discernere inter accipitrum capientium in terra & rapientium, in aere variam & diuersam conditionem & contra vtriusque insidias adhibere remedium & cautelam sicut omnia dicit Plinius & alij Philosophi naturales. Quid etiam dicemus de gruibus, quæ gregatim volant, quæ tanta naturali industria sunt dotatæ, quod excubias noctis sciunt ordinare, & vnam sociarum suarum ad vigilandum super custodiam totius gregis constituere? Et breuiter circumeamus, nos inueniemus, quod animalia gregatim viuentia solent esse cæteris sagaciora, & ad rationis opera aptiora. In quibus proculdubio instruimur nos alij, qui grege, id est, in communitate fidei, Ecclesiæ vel religionis viuimus & manemus, quod nos debemus esse prudentes & sagaces, & in omni spirituali prudentia efficaces. Et ideo breuiter habeamus sagacitatem apum, conficiendo mel deuotionis, prudentiam formicarum præcauendo famem futuræ hyemalis seu infernalis damnationis, discretionem elephantum, cognoscendo regem Christum per familiarem contemplationem: industriam columbarum, præcauendo accipitrem, id est, diabolum & eius tentationem. Sapientiam etiam gruum, de nocte vigilando per diligentiam & discretionem. Et si istas proprietates habuerimus, nos erimus grex hominum, id est, societas & congregatio personarum rationabilium & bonarum. Et ita poterit de nobis dici illud 1. Reg. 10 *Obuium habebis gregem prophetarum descendentium de excelso, & ante eos citharam & psalterium, tibiam & tympanum, ipsosque prophetantes*. Vbi nota, quod nos debemus esse sicut grex prophetarum, per futurorum & absconditorum discretam meditationem. Debemus de excelso descendere per omnis superbiæ & elationis abdicationem. Debemus etiam citharam & psalterium habere per diuinæ laudis confessionem & per gratiarum actionem. Sic igitur patet, quod si volumus esse grex domini nos debemus habere sensus viuacitatem. Gregem hominum inquit. Vnde Ezech. 34. *Vos autem greges mei, greges pascuæ meæ homines estis*. ¶ Secundo dico, quod si C
volumus esse grex domini, nos debemus habere morum conformitatem, quod notatur cum dicitur. Sicut & vt, quæ sunt aduerbia similitudinis, quia sicut animalia eiusdem gregis solent esse, vt communiter, similia in specie & natura, sic illi qui sunt eiusdem gremij vel societatis, debent esse in bonis operibus similes & conformes. Non enim decet vt illi qui sunt eiusdem societatis, sint contrariæ conformitatis. Debent enim esse

Similes in { conuersatione,
habitus conditione,
legum & statutorum obseruatione. }

Sint igitur similes peiores melioribus eos imitando, minores superioribus, eis obediendo, superiores inferioribus, eos iuste regendo & ditiores pauperibus, eis compatiendo. Breuiter enim nihil valet in communitate contrarietas, sed in omnibus & præ omnibus præexcellit morum vnitas & conformitas, quod insensum est in verbo [vt] & in verbo [sicut] ideo de isto sicut potest dici illud Can. 4. *Capilli tui sunt greges caprarum, dentes tui sicut greges tonsarum* & Can. 6. *Dentes tui sicut greges ouium*. Et breuiter, vbicunque est vnus grex, ibi debet esse vnum sicut, id est, vbicunque est eadem communitas, ibi debet esse eadem vitæ & morum conformitas, vt sic alter dicat alteri illud Gal. 4. *Estote*

*sicut*

*sum ego, quia ego sicut* ... Vide rogo te, quomodo animalia eiusdem gregis sunt, vt communiter, eiusdem legis, & quomodo illa, quæ frequentant eandem conditionem, & quomodo illa, quæ viuunt in eodem consortio, deputantur eidem officio & hospitio, sicut discurrendo per singula potest notari. Patet enim de formicis, apibus, castoribus, elephantibus & alijs gregatim viuentibus. Omnibus enim est similis figura, similis natura, similis modus pascendi, similis modus viuendi. Sed istud proh dolor, non fit hodie apud multos, quia pro certo hodie gloriantur homines in singularitate, non in conformitate. Gloriantur soli videri, non alijs similes haberi. Istud videmus in bono & in malo. Primo in bono, videmus enim aliquos homines, qui ita volunt esse singulares in abstinentia, in pœnitentia, in vestium vilitate & in familia, quod recte non videntur esse eiusdem collegij vel gregis. Vnde isti videntur dicere sicut dicebat ille Pharisæus Luc. 18. dicens, *Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut cæteri homines, raptores, adulteri, iniusti, velut etiam hic publicanus, ieiuno bis in sabbato, decimas do omnium quæ possideo.* Nouit vero Deus vtrum illa difformitas veniat ex sanctitate, vel ex inanis gloriæ vanitate. Contra tales loquitur Hiero. ad Nepotianum. Ne nimis (inquit) vel religiosa velis videri, nec plus humilis, quam necesse est gloriam inquit fugiendo non quæras. ¶ Item vide in malo qualiter aliqui ab alijs difformantur. In omni enim statu inuenies aliquos, qui & in vestibus & in gestibus & in actibus dedignantur alijs conformari. Hodie enim inuenies monachos, venatores, clericos, bellatores, prælatos, mercatores. Et breuiter hodie gloriantur homines alijs suis partibus difformari, & personis gregis & collegij sui dedignantur in bonis moribus conformari. Et ideo turpe est & graue bonis personis tales videre sic à rectis consuetudinibus deuiare, vt de quolibet dicatur illud Sap. 2. *Grauis est nobis etiam ad videndum quoniam dissimilis est alijs vita eius.* Et ideo videtur, quod multi clerici figurantur Matth. 8. vbi dicitur, quod *erat ibi grex porcorum multorum, in quos legio dæmonum intrauit, ita quod omnis grex præcipitatus abijt in mare.* Quia pastores moderni gregis non ita magis videntur esse porcorum, quam hominum, quia propter eorum insolentias agitari, & in mare, id est, amaritudinem omnium vitiorum præcipitari. Hier. 10. Stulte egerunt pastores, Dominum non quæsierunt, propterea non intellexerunt, & omnis grex eorum dispersus est. Non sic charissimi, sed simus vicinis nostris & socijs & bonis personis gregis & gremij nostri in bonitate similes & conformes, quod notatum est in verbo sicut, quod, sicut dictum est, signat similitudinem, vt de ista conformitate dicamus illud Esa. 40. *Sicut pastor gregem suum pascit*, sicut enim (id est) similitudo & conformitas est recte quasi pastor spiritualis, à quo grex Dominicus nutritur, pascitur & fouetur. Sic igitur patet, quod si volumus esse grex Domini, nos debemus habere morum conformitatem.

D ¶ Tertio dico, quod si volumus esse grex Domini, nos debemus habere pacis tranquillitatem, quod ostenditur, cum dicitur [ gregem Hierusalem, &c. ] quia Hierusalem interpretatur visio pacis, vel pacifica. Sicut enim animalia eiusdem naturæ vel speciei solent pacifice viuere, se inuicem diligere, ptu se inuicem pugnare & inter se concorditer habitare: sic pro certo nos alijs debemus pacifice, concorditer, cum amore & amicitia alter alterum frequentare, vt de tali grege sic vnito, concordato & in vnum pacificato, dicatur illud Hier. 12. *Congrega eos quasi gregem.* De ista vero pacifica Hierusalem dicitur in Psalm. *Rogate quæ ad pacem sunt Hierusalem.* Sed nota, quod ad hoc quod iste grex possit viuere pacifice & quiete, necesse est, quod à pastoribus regatur, quod à pastoribus ducatur, quod à pastoribus educatur. Pastores enim, id est, prælati debent sibi commissos regere per directionem, vnde Actor. 20. *Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo posuit vos Spiritus sanctus regere Ecclesiam Dei.* ¶ Item isti debent gregem ducere per viæ veritatis ostensionem. Vnde in Psalm. 77. dicitur, quod *perduxit eos tanquam gregem in deserto, & posuit sicut oues familias.*

¶ Item isti debent gregem commissum pascere per doctrinam & prædicationem vel eleemosynarum largitionem. Vnde 1. Pet. 5. *Pascite eum, qui in vobis est, gregem Dei.* Sed pro certo charissimi, non sic fit hodie, quia pro certo moderni greges à prælatis & à pastoribus non reguntur, sed negliguntur, non ducuntur, sed dimittuntur, non pascuntur, sed à bonis pascuis expelluntur. Ideo plangit Ecclesia Hier. 50. *Grex perditus factus est populus meus, pastores eorum seduxerunt eos, fecerunt que vagari in montibus.* Sicut enim videmus, greges dispergunturur & distrahuntur aliquando

Propter {
Pastorum crudelitatem,
Luporum rapacitatem,
Raptorum iniquitatem,
Leonum malignitatem.
}

Pastores enim sine causa aliquando percutiunt. Lupi totum gregem inficiunt. Latrones totum gregem decipiunt. Leones totum gregem subripiunt. Pastores enim sunt mali prælati, subditos impie ferientes. Et de hoc dicitur Ezech. 34. *Nonne greges pascuntur à pastoribus? Lac comedebatis, & lanis operiebamini, quod crassum erat, occidebatis, gregem autem meum non pascebatis, quod infirmum fuit, non consolidastis, &c.* Multa vide ibi, quia ibi ponitur tota regula crudelium prælatorum. Lupi rapaces sunt exteriores principes & tyranni, à quibus grex fidelium multimode molestatur. Vnde Hier. 23. *Væ pastoribus qui dispergunt & dilacerant gregem pascuæ meæ.* Latrones sunt interiores hæretici. Vnde Iob 24. *Diripuerunt greges, & pauerunt eos.* Leones sunt dæmones malefici, à quibus per diuersas tentationes homines inquietantur. Vnde Hier. 50. *Grex dispersus factus est Israel, leones deiecerunt eum.* Quilibet enim tyrannus (sicut dicitur Mich. 5) *est quasi leo inter iumenta syluarum, & quasi catulus leonis rugiens in gregibus pecorum.* Hi a igitur multimodis occasionibus inquietantur greges, id est, congregationes ouilis Dominici, & eorum pax multimode perturbatur, ita quod ipsi iam non sunt sicut greges dominici, id est, greges pacifici, quia sicut dicitur Hier. 32. *Exercitus regis Babylonis obsidebat Hierusalem.* Et propter hoc pastores gregis summe debent vigilare ad pacem istius gregis tuendam & defendendam. Figurati in illis pastoribus Luc. 2. qui custodiebant vigilias noctis super gregem suum, iuxta illud Hier. 12. *Congrega eos*, scilicet, subditos, *sicut gregem.* Et hoc ne forte Dominus dicat tibi in die iudicij illud Hier. 13. *Vbi est grex, qui datus est tibi, pecus inclitum tuum.* Et sic si grex iste bene à pastoribus regatur, viuet concorditer, viuet conformiter, viuet sagaciter. Et hæc de grege sufficiunt.

## Gubernare.

A Nota, quod gubernare idem est quod regere. Vnde gubernator potest dici ille, qui est aliorum index, Dominus & prælatus. Et quamuis materia posset multum dilatari quantum ad figuras & exempla, quia tamen sunt paucæ auctoritates vocales, ideo breuiter transeo quantum possum. Notare tamen possumus, quod gubernator debet

Habere {
Sapientiam,
Patientiam,
Diligentiam.
}

Debet (dico) habere sapientiam, sagacitatem & subtilitatem, vnde Ezech. 27. *Sapientes tui ô Tyre facti sunt gubernatores tui.* Sicut enim gubernator nauis si est ignarus, potest faciliter esse causa periculi, sic rector communitatis, nisi sit sapiens totam nauem Ecclesiæ sibi commissæ facit periculum sustinere. Sicut enim dicitur Prou. 11. *Vbi non est gubernator, populus corruet, salus autem vbi multa consilia.* & Prouerb. 1. dicitur, quod *intelligens gubernacula possidebit.*

¶ Item dico, quod gubernator debet habere patientiam & benignitatem. Reges enim apum carent aculeo, ad denotandum quod illi, qui sunt aliorum gubernatores & rectores debent magis vti clementia & benignitate, quam iustitia pungitiua & seueritate. Sic faciebat ille rex, qui dicebat Hest. 13. *Dum totum orbem ditioni meæ subiugassem, nequaquam volui potentiæ abuti magnitudine sed clementia & lenitate gubernare subiectos.*

¶ Tertio dico, quod gubernator debet habere diligentiam & sedulitatem. Nisi enim gubernator nauis sit diligens circa officia subditorum, nauis faciliter deperiret. Et ideo dicitur Ionæ 2. quod cum Ionas in naui dormiret, gubernator nauis videns periculum imminere, dixit ei, *Vsquequo grauis somno deprimeris? surge, inuoca Deum tuum.* Et dicitur ibidem, quod propter ipsum Ionam nauis periclitabatur, ideo gubernator fecit eum de naui in mare eijci & expelli. In quo instruuntur prælati & gubernatores, quod si in naui religionis vel Ecclesiæ sibi commissæ vident aliquem in vitijs obdormire, debent ipsum excitare per monitionem, & ne nauis propter eum pereat, in mare, id est, amaritudinem pœnæ proijcere per fortem correctionem. Vnde Prou. 20. *Gubernaculis tractanda sunt bella.* Et sic igitur patet, quod bonus gubernator debet habere Iustitiã & seueritatem,

cle-

clementiam & benignitatem, prudentiam & sagacitatem. Et hæc de gubernatione sufficiant.

A **Gustus.** Nota, quod per gustum, qui est sensus corporis, discernens, inter sapores ciborum, qui pro nutrimento recipiuntur, potest intelligi moraliter virtus animæ, quę inter actus & fructus spirituales discernit, ex quibus anima est spiritualiter nutrienda. Et sic per eum potest intelligi

Virtus { Affectionis, Discretionis, Deuotionis.

Anima enim habet suos sensus naturales. Ibi enim est visus fidei, odoratus spei, auditus obedientiæ, tactus compassionis, gustus deuotionis seu affectionis. Possumus igitur breuiter distinguere aliquid de gustu. Est enim

Gustus { Infectus, Perfectus, Refectus.

Gustus infectus est gustans temporalia: gustus perfectus est gu-
B stans spiritualia: gustus refectus est gustans æternalia. ¶ Primo modo gustant peccatores, qui scilicet habent gustum voluptatis ita infectum & repletum grossis cibarijs bonorum temporalium, quod in cibis delicatis spiritualium nullatenus delectantur, similes mulieri prægnanti, cuius gustus infectus magis appetit viliora, quam meliora, & quandoque plus delectatur in carbonibus quam in caponibus. Figuratum est in filijs Israel, quorum quia gustus erat infectus cibis Ægypti, ideo abhorrebant manna deserti, sicut dicitur Nu. 11. Quia pro certo charissimi, quando gustus voluptatis cibis Ægypti, id est, bonis temporalibus per auaritiam inficitur, dulcedinem bonorum spiritualium detestatur. Et ideo mundus & mundana sunt recte sicut olla Helisæi, in qua herbæ amarissimæ sunt decoctæ, quas cum gustassent filij prophetarum, exclamauerunt, *Mors in olla vir Dei* 4. Reg. 4. Herbæ enim amaræ sunt bona temporalia, quę multis amaritudinibus sunt respersa, quæ quamuis gustum mundanorum per auaritiam inficiant, filij tamen prophetarum, id est, viri sancti, quando ista per considerationem gustant, optime percipiunt, quod mors est in olla & gustus, qui in temporalibus delectatur, morte plurium criminum prægrauatur. Et ideo simus sicut salmo, qui cum gustauerit aquam dulcem, nunquam redit amplius ad amaram, quia ex quo dulcedinem gratiæ & scripturæ gustauimus, nunquam amplius ad amaritudinem bonorum temporalium redire debemus. Et ideo faciamus sicut Christus, qui oblata sibi potione amara, cum gustasset, noluit bibere Matth. 27. Et hoc est, quod præcipitur Ionæ 3. *Homines & iumenta non gustent quicquam, nec pascantur, nec bibant*
C *aquam.* Isto igitur modo gustant peccatores. ¶ Secundo modo gustant contemplatores. Viri enim spirituales postquam bona spiritualia gustauerunt, nunquam amplius in bonis temporalibus seu carnalibus delectantur. Isti sunt autem sicut Ionathas, de quo dicitur 1. Reg. 14. quod *cum gustasset paululum de melle, illuminati sunt oculi eius*, &c. ¶ Tertio modo gustant comprehensores. Isti enim gustant in patria in mensa æternę beatitudinis suauitatem dulcedinis sempiternæ 1. Pet. 2. *Si tamen gustatis, quoniam dulcis est Dominus.* Et in Psalm. 33. dicitur, *Gustate & videte, quoniam suauis est Dominus, Beati omnes*, &c. Veruntamen sicut in parabola euangelica dicitur Luc. 14. quod tria genera personarum ne venirent ad cœnam Domini, se excusauerunt, scilicet ille, *qui villam emerat*, ille, *qui quinq. iuga boum comparauerat, & ille qui vxorem duxerat*, & propter hoc à patrefamilias suo condemnati, ne cœnam istam possent amplius gustare. (Amen, inquit, dico vobis, quia nemo virorum illorum, qui vocati sunt, gustabit cœnam meam) sic pro certo multi sunt, qui à gustatione huius cœnæ diuersimode impediuntur. Illi, scilicet, qui emunt villam, id est, illi, qui emendo & vendendo circa bona temporalia per auaritiam meditantur. ¶ Item illi, qui emunt quinque iuga boum, id est, qui circa delectabilia quinque sensuum corporis occupantur. ¶ Item illi, qui ducunt vxorem, id est, illi, qui carnis delitijs per luxuriam delectantur. Omnes enim isti cœnam æternæ beatitudinis non gustabunt, nec dulcedinem illius cœnæ percipient vel habebunt. Boni enim tantum & non mali gustabunt istam cœnam, quia sicut dicitur Sap. 16. *Hi autem in breui inopes facti nouam gustauerunt escam.* Sic igitur patet aliquid de gustu bonorum, aliquid de gustu malignorum, &c. Vide supra de titulis comedere, bibere, cœna, conuiuium, esca, & infra de sapore.

**Guttur.** Nota, quod guttur est membrum, in quo vox formatur, & per quod cibus ad nutrimentum corporis recipitur, & per quod sapores ciborum discernuntur, & per quod in saporibus siue in opere delectantur. Potest igitur guttur accipi in bono & in malo. Primo in bono per guttur designatur A

Bona locutio,
Dulcis deuotio,
Sagax discretio.

Bona enim locutio sonos verborum vtilium modulatur. Et sic guttur Sanctorum aliquando emittit sonum lætum per gratiarum actionem. Aliquando sonum altum per feruentem prædicationem. Aliquando sonum bassum per deuotam orationem. Sancti enim per gratiarum actionem sonant lætissime. Isti enim sunt sicut cicadæ, quæ secundum Isid. miram formant cantilenam, quia sicut dicitur in Psalm. 149. *Exultationes Dei in gutture eorum.* Isti etiam per prædicationem clamant fortissime. Vnde isti sunt sicut aquila, in cuius gutture formatur vox fortis, quæ est terror auium aliarum, iuxta illud Ose. 8. *In gutture tuo sit tuba quasi aquila super domum domini.* ¶ Item isti per humilem & profundam orationem clamant bassissime. Vnde isti sunt sicut cygnus, in cuius gutture formatur vox gemebunda, & cuius guttur est valde longum, eo quod de profundo aquarum extrahit cibum suum, vt de talibus dicatur illud Prouerb. 8. *Veritatem meditabitur guttur meum.* Istud est igitur guttur bonæ locutionis, per quod verbis vtilibus modulatur. ¶ Secundo dico, quod per guttur intelligitur feruens deuotio, per quam in cibis spiritualibus delectamur, vnde Cant. 2. *Sub vmbra eius, quem desiderabam, sedi & fructus eius dulcis gutturi meo.* ¶ Tertio per guttur intelligitur sagax discretio, per quam ad discernendum bonum à malo informamur, vnde Iob 34. *Auris enim verba probat, & guttur escas gustu dijudicat.* Et sic guttur potest accipi in bono. ¶ Secundo dico, quod per guttur intelligo,

Detractoriam loquacitatem,
Infectoriam gulositatem,
Deceptoriam fallacitatem.

Intelligitur igitur per guttur loquacitas detractoria. Vnde in Psalm. 5. dicitur, *Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant. Venenum aspidum sub labijs eorum.* Guttur enim detractorum comparatur sepulchro patenti quod solet eructare pestiferum fœtorem. Comparatur linguę dolosæ, quę solet promulgare venenosum clamorem, quia proculdubio de gutture detractorum exit fœtor malorum verborum, inficiens illos, de quibus loquuntur, & exinde procedit sapor malæ complacentiæ, decipiens illos, coram quibus fabulantur. Comparantur etiā veneno aspidis, quod solet generare mortiferum soporem. ¶ Item per guttur intelligitur gulositas voratoria. vnde Hier. 2. *Prohibe pedem tuum à nuditate, & guttur tuum à siti.* ¶ Item per guttur intelligitur fallacitas deceptoria, & maxime deceptio pulchritudinis mulierum, quia scilicet inter membra corporis mulieris, guttur solet esse amplius delicatum. Vnde Prou. 5. *Ne intenderis fallacijs mulieris.* Fauus enim destillans labia meretricis & nitidius oleo guttur eius. Sic igitur patet quomodo guttur signat in bono & in malo. Sed quia paucæ sunt auctoritates, quæ dicta sunt breuitatis gratia sufficiant.

H.

**HAbere.** Nota, quod habere signat possessionem, & ideo secundum quod res, quæ habetur, potest esse bona vel mala, secundum hoc possumus distinguere, quod habere in bono sumitur & in malo. Sumitur enim in bono, quando habentur res vtiles & fructuosæ, sumitur in malo, quando habentur res damnabiles & vitiosæ. Et ideo breuiter possumus dicere, quod inuenitur habitio A

Virtuosa,
Vitiosa,
Dolorosa,
Gaudiosa.

Prima } est habitio { spiritualium meritorum,
Secunda } est habitio { criminalium vitiorum,
Tertia } est habitio { infernalium tormentorum,
Quarta } est habitio { æternalium gaudiorum.

Primum habent viatores perfecti: secundum habent peccatores

tes infecti: tertium habent maledicti damnati: quartum habent dicti beati. ¶ Habent igitur viri perfecti meritorum plenitudinem. Vnde 2. Cor. 9. *In omnibus omnem sufficientiam habentes, abundantes in omne opus bonum.* ¶ Habent viri infecti peccatorum multitudinem. Et isti sunt illi, de quibus dicitur Marc. 6. *Adduxerunt ad IESVM eos, qui male habebant, sanauit eos* ¶ Habent viri damnati tormentorum mœstitudinem. Vnde Apoc. 2. *Habebitis tribulationem diebus decem*, id est, semper. ¶ Habent viri beati gaudiorum multitudinem. Vnde quilibet istorum potest dicere illud Phil. 4. *Habeo autem omnia & abundo.* Breuiter igitur de bona habitatione & possessione, qua scilicet, nos debemus habere gratiam in præsenti, & gloriam in futuro, possumus exponere illud euangelium Luc 19. *Omni habenti dabitur, & abundabit: ei autem, qui non habet, etiam id quod habet, auferetur ab eo.* In quibus verbis ostenditur, quod virtutum possessio est habenda triplici ratione, quia per hoc

Excitatur Dei largitio,
Procuratur cœli adeptio,
Declinatur rerum defectio.

Per istam enim possessionem, excitamus Dei largitatem & amicitiam, procuramus cœli bonitatem & opulentiam, declinamus summam paupertatem & indigentiam. Per istam (dico) possessionem excitamus Dei largitatem, quod ostenditur in verbo [Omni habenti dabitur inquit.] ¶ Item per istam procuramus cœlestium rerum facultatem, quod ostenditur in verbo [abundabit.] Item per istam declinamus summam paupertatem, quod ostenditur in verbo [etiam, quod habet, auferetur ab eo.]

B ¶ Primo igitur dico, quod habere debemus possessionem virtutum, quia per hoc Dei largitas excitatur, quod ostenditur cum dicitur. Habenti dabitur. Omne enim simile attrahit suum simile. Vnde videmus, quod in prata & herbas, quæ multum habent de humore, facilius descendit ros, quod vtique ex quadam similitudine attrahente, suum simile potest esse. Sic vere in spiritualibus ros diuinæ abundantiæ & gratiæ facilius descendit in illos, in quibus aliquam similitudinem & humorem gratiæ poterit inuenire. Et ideo necesse est, vt aliquid habeamus, vt nequam aliud recipiamus. [habenti inquit dabitur.] Habenti pœnitentiam dabitur venia, habenti peccati displicentiam dabitur gratia: habenti vero gratiam dabitur gloria. *Gratiam enim in cœlo & gloriam dabit Dominus, nec priuabit bonis eos, qui ambulant in innocentia* Psal. 83. Adamas enim non dat influentiam suam ferro ipsum mirabiliter mouendo, sed ipsum ferrum habet aliquam occultam dispositionem seu similitudinem, propter quam ad recipiendum prædictam influentiam magis est aptum. Sic vere (charissimi) Deus non dat influentiam gratiarum & virtutum alicui, nisi habeat primo aliquam spiritualem dispositionem, per quam prædicta influentia sibi detur. [Habenti inquit dabitur] iuxta illud Eccl. 13. *Si habueris aliquid, conuiuet tecum, si nihil habueris, derelinquet te*, & Luc. 8. dicitur, *Qui habet, dabitur ei.* Et ideo possum notare, quod nos debemus habere

Erga Deum fiduciam & credulitatem,
Erga proximum concordiam & vnitatem,
Erga nos ipsos munditiam & charitatem,
Erga subditos diligentiam & sedulitatem.

Sit igitur in nobis fiducia vel credulitas Matth. 3. *Nolite timere, habete fiduciam, ego sum.* Sit in nobis amor, concordia, seu tranquillitas Iob 22. *Acquiesce igitur ei, & habeto pacem, & per hoc habebis fructus optimos*, & Marc 9. *Habete in vobis sal & pacem habete inter vos.* Item sit in nobis munditia & mentis puritas seu sanctitas. Vnde Matth. 1 *Inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto* ¶ Item sit in nobis erga subditos cura, diligentia, atque sedulitas, quia Luc 10. stabulario dictum est de sauciato, *Curam illius habe & quodcunque supererogaueris, reddam tibi.* Et sic charissimi, si ista habuerimus, nos pro certo Dei liberalitatem erga nos prouocabimus. [Habenti dabitur.] Deus enim est sicut canis ioculatoris, qui opplaudit illi, quem videt meliores vestes habere. Quia sicut dicitur in parabola Euangelica, quando *ipse in nuptijs vidit hominem non habentem vestem nuptialem, ligatis pedibus & manibus, fecit eum proijci in tenebras exteriores.* Matt. 22. Ad denotandum, quod Deus non diligit illos, qui in virtutibus sunt pauperes, sed illos, qui vestes virtutum & gratiarum sunt habentes. Et ideo iuxta dictum Apostoli 1. Tim. 6. *Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus.* Patet igitur, quod per virtutum possessionem diuina largitas excitatur.

¶ Secundo dico, quod per virtutum possessionem cœli fœlicitas procuratur, quod ostenditur in verbo [abundabit.] Ille C
enim abundat qui tantum habet quod nihil sibi deficit. Et ideo sicut homo qui in principio solet habere & congregare, finaliter potest sine indigentia abundare, sic illi, qui hic incipiunt habere & possidere per gratiam, solent abundare finaliter per gloriam, Quando enim homo paulatim & particulariter habet virtutes & gratias in hac vita, finaliter ipse peruenit ad abundantiam plenissimam in alia [Abundabit inquit] vnde Philip. 4. *Habeo autem omnia, & abundo.* Arbores enim quæ in iuuentute sunt steriles, sunt in fide & in senectute communiter abundantes, sicut de palma dicitur, quæ in sua iuuentute consueuit valde parum fructificare, & ideo in senectute quando habet centum annos solet fructibus abundare. Econuerso autem arbores, quæ in sua iuuentute solent fructibus abundare, solent in senectute fructibus sterilescere & carere. Humor enim radicalis per nimis repentinam fructificationem consumitur, & sic ante tempus arbor desiccatur, & per consequens fructuum abundantia impeditur. Sic vere (charissimi) arbor, id est, homo (quia sicut dicitur Marc. 8. *Video homines quasi arbores*) qui in principio & in iuuentute sua, hoc est dictum, in ista vita, vbi non facit nisi incipere viuere, fructibus mundanæ prosperitatis abundat, solet in sua senectute, scilicet, in tempore post mortem prosperitatis fructibus deficere & carere & econuerso illi, qui modo sunt consolationibus indigentes, erunt tunc temporis abundantes, quia sicut dicitur 2. Corinth 8. *Altissima paupertas eorum abundauit in diuitias simplicitatis eorum.* Tunc enim *Dominus esurientes implebit bonis, & diuites dimittet inanes*, quia *sicut modo abundat passio Christi in nobis, ita & per Christum abundabit consolatio nostra* 2. Corinth. 1. Diuites enim sunt sicut leæna, quæ in iuuentute sua solet parere abundantius, quam in senectute. Primo enim anno parit sex catulos, secundo quinque, tertio quatuor, quarto tres, quinto duos, sexto vnum, & tunc totaliter sterilescit secundum Plinium. Sic vere mundi diuites in suo principio, scilicet, in hac vita sunt multum diuitiarum fructibus abundantes, sed vere quando senectus mortis aduenerit, tunc vero omnis paupertas & indigentia ipsos grauabit, quia quantum in hoc mundo de gloria & abundantia habuerunt, tantum post mortem de pœna & miseria sustinebunt, iuxta illud Apocal. 18. *Quantum glorificauit se & in delitijs fuit, tantum date illi tormentum & luctum.* Quia enim abundantia temporalium est eis causa culpæ, iuxta illud Ezech. 16. *Hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, abundantia panis & superbia vitæ*, ideo erit eis finaliter causa pœnæ. Et propter hoc istis consulitur Eccl. 18. *Memor esto paupertatis in diebus abundantiæ.* Sed econuerso pauperes sunt sicut oliua quæ si vno anno deficiat, in alio plus abundat, quia scilicet, isti in anno præsentis vitæ esuriunt & deficiunt, & ideo in sequenti anno futuræ vitæ gloriæ fructibus abundabunt, videlicet,

Pacis tranquillitate,
Plena satietate,
Perfecta charitate,
Longa stabilitate.

Isti (dico) abundabunt pacis tranquillitate, quia tunc orietur in diebus illis iustitia & abundantia pacis, vt dicitur in Psalmo: & illud: *Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis.* ¶ Item isti abundabunt plena satietate, sicut enim dicitur Luc. 15. *Multi mercenarij in domo patris mei abundant panibus*, sicut enim dicitur in Psa. *Cibaria nisi eis in abundantia.* Item isti abundant in perfectissima charitate iuxta illud Philip. 1. *Oro, vt charitas vestra magis ac magis abundet.* Item isti abundabunt in longinqua stabilitate. Vnde in Psalm. *Ego dixi in abundantia mea, non mouebor in æternum.* Et sic igitur patet, quomodo ex virtutum habitatione plenitudo fœlicitatis procuratur. Abundabit inquit. ¶ Tertio dico, D
quod habenda est virtutum possessio, quia per hanc summa calamitas euitatur, quod ostenditur, cum dicitur. Et qui non habet, etiam quod habet, auferetur ab eo, ac si dicat. Si nihil de bonis operibus habuerimus, etiam quod habemus virtutes naturales & etiam temporalia bona amittemus totaliter & perdemus Vnde etiam Matth. 25. Præceptum est, quod ab illo, qui non laborauerat ad habendum, & ad talenta multiplicandum, auferetur talentum quod habebat. *Tollite, inquit, talentum ab eo, & date ei, qui habet decem talenta.* Habeamus igitur gratiam, ne perdamus gloriam, habeamus virtutem, ne perdamus salu-

salutem, quia scilicet, peccatoribus dictum est Matth. 21. *Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius.* Illi enim qui nihil habent pauperes sunt, sic illi, qui virtutibus carent, paupertatem infernalem incurrent. Ficulnea enim quæ nullos habebat fructus, sed folia, quando dominus visitauit eam, perdidit illud quod habebat, scilicet, virorem & humorem, statim enim fuit maledicta, & propter fructuum carentiam aruit, vt dicitur Matth. 21. Sic vere (charissimi) quando Deus videt hominem, qui non habet fructus bonarum operationum, quanquam habeat humorem interiorem virtutum naturalium, & folia exteriora bonorum temporalium, ipse pro certo aufert sibi quod habet, quia & naturalia & temporalia sibi aufert, in quantum ariditati & paupertati æternæ ipsum subiugat & submittit, vnde Esa. 5. de vinea, quæ noluit habere bonos fructus, dicitur, *Auferam sepem eius, & erit in direptionem, & nubibus mandabo desuper ne pluant super eam.* Tali enim infructuosæ personæ aufertur sepes Angelicæ custodiæ. Datur etiam in direptionem diabolicæ malitiæ. Nubes etiam, id est, sancti non pluunt super eam, scilicet, per adiutorium suæ orationis & gratiæ. Non sic igitur (charissimi,) sed habeamus, scilicet, virtutum possessionem, & ipsam ne nobis auferatur sollicite conseruemus, iuxta illud Apoc. 3. *Tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam*, & hoc quia per hanc euitatur calamitas infernalis, quia per hanc procuratur fœlicitas æternalis, quia per hanc excitatur benignitas
E liberalis. Et hoc de tractatu habere in bono sufficit. ¶ Sed quamuis sit satis dictum, quod est quædam habitio bonorum spiritualium, possumus tamen dicere, quod est quædam habitio & possessio bonorum temporalium. Et si vellemus, possumus breuiter notare, quod ista habitio & possessio est

Malis vitiosa,
Bonis virtuosa,
Sanctis tædiosa.

Bona enim mundi sunt recte sicut seruitutes, quæ secundum iura non possunt proprie possideri, quia scilicet ista bona, quæ suos amatores faciunt seruos, non sunt habenda proprie nec ex toto, quia non sunt habenda nisi pro parte, quia scilicet si possidentur corporaliter, non tamen possunt possideri cordialiter, vt sic habentes sunt quasi non habentes, sicut dicitur 2. Cor. 6. *Quasi nihil habentes, & omnia possidentes*, vt de quolibet dicatur illud Prouerb. 13. *Est quasi diues, cum nihil habeat, & quasi pauper, cum multis in diuitijs sit.* Vir enim sanctus si nihil habet de temporalibus, diues tamen est in virtutibus. Sufficit etiam sibi quod habet, & sola sufficientia diuitem facit. Item dato, quod iste in multis diuitijs sit, ipse tamen est quasi pauper, quia scilicet ibi non ponit cogitatum vel affectum, sed sic diuitias possidet, ac si penitus nihil haberet, &c. Et quia nomen habendi est communissimum, ideo potest multipliciter dilatari, & maxime posset applicari ad auaritiam, quæ nihil aliud est, quam amor habendi. ¶ Item ad diuersa peccata, quia secundum quod homo potest habere plures corporis infirmitates, sic potest habere ex diuersis causis multas in anima prauitates. Vnde nota, quod mali

Habent {
Luxuriæ fœditatem,
Superbiæ vanitatem,
Malitiæ prauitatem,
Inuidiæ malignitatem,
Proteruiæ fatuitatem,
Ignorantiæ cæcitatem,
Pigritiæ tarditatem.

De habitione luxuriæ dicitur Eccl. 17. *Inclinasti femora tua mulieribus, potestatem habuisti in corpore tuo, dedisti maculam in gloria tua.* & Ezech. 16. dicitur, *Habens fiduciam in decore tuo, maculata es.* De superbia dicitur Baruch. 6. *Coronas quidem habent aureas in capitibus suis.* De malitia dicitur Esa. 47. *Fiduciam habuisti in malitia tua.* De odio vero & inuidia dicitur 2. Reg. 19. *Diligis odientes te.* De fatuitate vero & proteruia dicitur Amos 5. quod *odio habuerunt in porta corripientem.* De cæcitate & ignorantia dicitur Hier. 5. *Oculos habentes non videns.* & Esa. 43. *Educ foras populum cæcum, & oculos habentem.* De inutilitate vero & pigritia dicitur in Psal. quod *oculos habent, & non videbunt, manus habent, & non palpabunt.* Aures habent & non audient, pedes habent & non ambulabunt, ac si dicat, iniqui habent omnia inutilia. Nota, quia de habitione criminalium peccatorum, infernalium tormentorum, æternalium gaudiorum supra & infra vbi dolor, vbi damnatio, vbi interitus, vbi cœlum, vbi [illegible], &c. abunde dictum est, ideo hic omitto gratia breuitatis.

# Habitare.

Nota, quod habitare nihil aliud est, quam in aliquo loco diuturnam facere mansionem. A
Morari n. habitare, & manere pro eodem supponunt. Et ideo spiritualiter loquendo, per habitationem possum intelligere locum, actum, opus, occupationem, in quo homo quantum ad affectionem diutius immoratur. Sicut enim videmus, quod inter animalia quædam habitant in aere, sicut sunt volucres & aues, quædam in aqua, sicut sunt ranæ & pisces, quædam in terra, sicut sunt oues & boues, quædam sub terra, sicut sunt talpæ & serpentes, sic pro certo (charissimi) boni diuersas & diuersimode sibi spirituales vendicant mansiones. Quidam enim habitant sursum in aere, id est, in cœlo per contemplationem, quidam in aqua sacræ scripturæ per studium & lectionem, quidam in terra, id est, in mundo per bonam actionem & occupationem, quidam sub terra, id est, in inferno per timorem & considerationem. Sicut enim in domo Paradisi mansiones multæ sunt, in quibus sancti in patria habitant & versantur sic in domo Dei, quæ est Ecclesia, multæ sunt spirituales mansiones, in quibus boni spiritualiter commorantur. Vnde 4. Reg. 13. *Habitauerunt filij Israel in tabernaculis suis.* Notare igitur possumus generaliter, quod multiplex est habitatio. Est enim

Habitatio {
Supernalis,
Spiritualis,
Temporalis,
Corporalis,
Infernalis,
} quæ est, {
beatorum,
perfectorum,
mundanorum,
viatorum,
damnatorum.

In cœlo enim habitant beati, quia sicut dicitur Psalm. 83. *Beati, qui habitant in domo tua Domine, in secula seculorum laudabunt te.* In Ecclesia habitant perfecti, quia sicut dicitur in Psalm. Habitabunt recti cum vultu tuo, delectationes in dextera tua. In mundo habitant infecti Gen. 4. *Egressus Cain à facie Domini, habitauit profugus in terra.* In corpore habitant delicati Vnde Iob 4. *Habitant domos luteas, & terrenum habent fundamentum.* ¶ In inferno vero habitant damnati. Vnde in Psalm. 93. *Nisi quia Dominus adiuuit me, paulominus habitasset in inferno anima mea.* De istis igitur quinque habitationibus possemus notare, quod habitatio B

Supernalis est appetenda,
Spiritualis frequentanda,
Temporalis seu mundialis est declinanda,
Corporalis est contemnenda,
Infernalis est euitanda.

Est igitur habitatio supernalis, quæ debet affectari. Sicut enim homo naturaliter affectat habitare in locis altis propter securitatem, in locis claris propter iucunditatem, in locis gratis propter amœnitatem, in locis plenis propter fertilitatem, in locis pacificis propter tranquillitatem, in locis fructificis propter satietatem, sic pro certo dico, quod affectabile & desiderabile est in Paradiso habitare, quia est locus

Altissimus & securissimus,
Iucundissimus & lætissimus,
Gratissimus & amœnissimus,
Pacificus & tranquillissimus,
Fructificus & repletissimus.

Dico ergo, quod ista habitatio est securissima, ita enim est alta, quod nullus potest ei hostiles insidias machinari, sicut enim caprea rupes altissimas habitat, vbi venatorum difficilis est accessus, sic sancti modo sunt in altissimo loco paradisi, vbi nullus hostis potest attingere vel nocere. *Deus enim altissimum posuit tabernaculum suum*, Deut. 33. *Habitaculum eius sursum*, quia sicut dicitur 1. Reg. 24. *Habitauit Dauid in locis tutissimis.* Istum igitur locum debemus affectare, vt ibi secure possimus habitare, qui nos in hoc mundo sentimus omnibus impugnationibus & periculis subiacere, iuxta illud Leu. 26. *Comedetis panem vestrum in saturitate, & absque pauore habitabitis in terra vestra, dabo pacem in terminis vestris dormietis, & non erit qui exterreat.* Auferam malas bestias & gladius non transibit terminos vestros. Ibi est igitur habitatio securissima quia sicut dicitur in Psal. 124. *Non commouebitur in æternum, qui habitat in Hierusalem.*

¶ Item dico, quod ista habitatio est iucundissima. Sicut enim C
delectabilius est habitare in locis nemorosis & montuosis, propter aues, quæ modulantur ibidem, sic quia in monte & nemore paradisi est congregatio Angelorum & Sanctorum, qui per

[illegible] non cessant, di- [illegible] *Beati qui habitant* [illegible] *laudabunt te*. Ps. 83. Valde n. [illegible] societate. Vnde etiam apes in [illegible] retinentur, quando sonitus [illegible] audiuntur. Ad denotandum, [illegible] habitationem paradisi allici, quã- [illegible] & lætitiam, quæ est ibi, sicut dicitur [illegible] *habitatio est in te*. Psal. 86. Et loqui- [illegible] in qua Deus *habitare facit sterilem in* [illegible] Psalm. 112. Quia *ipse in sancto habi-* [illegible] igitur habitatio iucundissima. Vnde [illegible] *& quam iucundum habitare fratres in vnũ.* [illegible] Deum, de quo Deut. 6. *Dominum Deum* [illegible] habitatio est amœnissima. Sicut n. diui- [illegible] commorati fuerant in ciuitatibus & in villis, quã- [illegible] ad loca delectabilia & amœna, sic [illegible] qui in hyeme præsentis vitæ habitauerant [illegible] mundi, quando veniet æstas, i. feruor mortis, [illegible] habitationem ad amœnitatem paradisi, & vt ibi [illegible] nuerunt. Nos etia quantũ ad effectũ debemus [illegible] derelinquere, & ad amœnitatem gloriæ paradisi per [illegible] transferre Leuit. 23. *Sumetis vobis fructus arboris pulcherrimæ* [illegible] *palmarum*. Sequitur. *Habitabitis in vmbra-*

D *culis septem diebus* [illegible] ista habitatio est tranquillissima, ibi n. est pax pe[illegible] tas æterna, concordia sempiterna. Ideo de quo [illegible] tante potest dici illud Psal. *Factus est in pace lo- cus eius* [illegible] *habitatio eius* Ps. 75. ¶ Item ista habitatio est fer- tilis [illegible] sicut habitatio insulæ fortunatæ, vbi est sum- m[illegible] ita quod nunquã deest satietas come- d[illegible] sicut dicitur Prou. 21. *Thesaurus incompara- bilis &* [illegible] *iusti*. Ista est igitur, charissimi, habitatio cœle[illegible] in qua Sancti, qui sunt in patria, habitant, & n[illegible] ud Isa. 65. *hereditabunt eam electi mei, & ser- ui mei habitabunt* [illegible] qui vero sunt illi electi, & illi serui? audi Ps. dicente. *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requies- cet in monte sancto tuo* Ps. 14 Et respondet, *Qui ingreditur sine ma- cula, & operatur iustitiam.* Qui loquitur veritatem in ore suo, &c. In quibus verbis ostenduntur tria genera hominũ, qui ad ha- bitationem eius admittuntur, scilicet, illi, qui habent mundam conuersationem. [Sine macula inquit.] Rectã operationem. [[illegible] iustitiam inquit.] Certam prædicationẽ. [Qui in- qui[illegible] veritatem in corde suo, & non egit dolum in lin- gua sua. [illegible] Esa. 33. dicitur, quod *ille, qui ambulat in iustitijs, & lo- quitur veritatem, qui proijcit auaritiam, & excutit manus suas ab omni* [illegible] *obturat aurem suam ne audiat sanguinem, claudit oculos suos ne* [illegible] *malum, iste in excelsis habitabit, munimenta saxorum sublimi-* [illegible] *dam, regem in decore suo videbit*. Ista est igitur ha- bi[illegible] quæ est affectãda. Secundo dico, q est habi- ta[illegible] quę est frequentanda, & ista est habitatio gra- tiæ [illegible] habitaculũ religionis, habitaculũ de- uotionis [illegible] sicut n. videmus, quod rex habet generaliter aliquod magnum palatium, vbi familiares sui in diuersis habitaculis & diuersoriis habitant, & morantur, cœlum etiam generaliter est habitatio stellarum, ipsæ vero stellæ in diuersis habitatio- nibus & orbibus, locis & spatijs particularibus commorantur sic vero in sancta matre Ecclesia est quoddam habitaculum, seu pa[illegible] summi regis, in quo sunt diuersæ mansiones & di- stinctiones, diuersi status & actus diuersæ bonæ occupationes & operationes, in quibus, scilicet, boni viri diuersimode etiam occupantur. [illegible]nde sicut video, quod inter animalia

Aliqua habitant { Maris fluctibus, Aquis dulcibus, Desertis partibus, Altis montibus, Magnis societatibus.

Quia, scilicet, in mari habitant vituli marini, in aquis fluentib. habitant castores & fibri, in montibus habitant aquilæ volan- tes, in deserto vero habitant onagri currentes, in societatibus versantur pecudes pascentes, sic proculdubio dico loquendo spiritualiter, quod virorum perfectorum Quidã habitant in mari, id est, in amaritudine contritionis, Quidã in aqua dulci, id est, in dulcedine deuotionis, Quidam in locis desertis, id est, in solitudine pœnitentiæ & afflictionis, quidã in altis locis, i.



in celsitudine contemplationis, Quidam vero in magnis gre- gibus, id est, in communitate amoris, concordiæ & dilectio- nis. Dico igitur breuiter, quod quidam habitant in mari, id est, in amaritudine contritionis, quia sicut dicitur Mich. 1. *Infirmata est in bonum quæ habitat in Marath*, id est, in amaritudine. Sicut e- nim vitulus marinus est animal in terra gradiens, & in mari na- tans, sic peccator postquam per terram diuersimode circumie- rit per suæ voluntatis adimpletionem, ipse debet per mare pœ- nitentiæ natare per amaram contritionem, & per amaritudinis inferni considerationem, iuxta illud Psal. *Si sumpsero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris, etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit &c*. Psal. 138. Boni enim accipiunt pennas discretæ considerationis, quia, scilicet, ipsi considerant mala, quæ fece- runt, pœnas quas meruerunt, bona quæ perdiderunt. Et sic pro certo isti habitant in extremis maris, id est, in profunditate a- maræ contritionis. Et ita ibidem tenentur, & deducuntur dex- tera diuinæ protectionis. Istud potissime debet esse in religio- sis, quia isti semper debent esse in amaritudine & dolore. Vnde Gen. 49. *Zabulon in littore maris habitabit.* Isti igitur habitant in a- maritudine contritionis. Item quidam habitant in fluminibus, id est, in dulcedine gratiæ & deuotionis, quia sicut castor sem- per vult habitare iuxta flumina, ne cauda sua, quæ est de natura piscis, putrescat, sic sancti viri semper volunt in fluminibus, id est, in profluuio gratiæ, deuotionis & compunctionis habitare vt esse suum spirituale possint debite conseruare Naum 3. *Nun- quid melior est Alexandria populorum, quæ habitat in fluminibus?* Sicut enim piscis extra habitationem aquæ non potest viuere, sic nec homo extra fluuium gratiæ vel deuotionis potest in bono per- seuerare. Vnde 3. Regum 2. dicitur, *Habita*, inquit, *in Hierusalem, & non egredieris inde huc, atque illuc, quacunque enim die egressus fueris, & transieris torrentem Cedron, scitote interficiendum.* Ista enim verba fuerunt dicta à Salomone Semei, qui interpretatur audi me. Quia vere (charissimi) Hierusalem, id est, sanctæ matris Ecclesiæ status, torrens Cedron, id est, fluuius deuotionis & gratiæ sunt tectæ quædam spirituales habitationes, à quibus non licet egre- di huc, atque illuc per peccatum, si autem taliter inde egredi- mur, statim mors peccati infligitur, & mors inferni inde prome- retur. Habitandum est igitur in deuotionis dulcedine. Pone e- tiam exemplum de Salomone, qui libentius habitat in aqua dul- ci, quam in salsa. ¶ Item quidam habitant in desertis, id est, in solitudine afflictionis, sicut fuerunt eremitæ, similes onagris, qui semper volunt in desertis vagari, & solitarij habitare. Vnde Iob. 30. *In desertis habitabant torrentium in cauernis terræ, vel super glaream.*

¶ Item quidam habitant in altitudine contemplationis, simi- les Aquilæ, quæ semper secundum Gregor. in arduis solet po- nere nidum suum, & in altis rupibus solet habitare, & raro nisi pro præda capienda ad terram solet descendere & venire, quia, scilicet viri contemplatiui semper solent alta loca paradisi fre- quentare, & à terrenis & infimis se absentare, sed in monte cœli per considerationem & affectionem iugiter habitare, vt sic qui- libet possit dicere illud Eccl. 24. *Ego in altissimis habito, & thronus meus in columna nubis.*

¶ Item quidam habitant in societate, id est, in communitate G concordiæ, amoris, & dilectionis. Sicut enim animalia pacifica & modesta solent in societate viuere, & insimul pacifice habi- tare, sicut patet de bobus, ouibus, ceruis, & elephantibus, sic vere pacifici & modesti simul per concordiam habitant, & so- cietatem & vnitatem frequentant. Vnde Psal. *Ecce quam bonum & quam iucundum habitare fratres in vnum*. Ista igitur sunt quinque genera bonarum personarum, quæ in sancta Ecclesia habitare noscuntur. Et ideo breuiter quælibet sancta persona potest di- cere illud Eccl. 24. *In habitatione sancta coram ipso ministraui, & sic in Sion firmata sum, & in ciuitate sanctificata similiter requieui, & in Hierusalem potestas mea*. In quibus verbis aduerte, quod illi, qui in Hierusalem, id est, in Ecclesia habitant, debent habere quatuor conditiones, scilicet,

Obedientiæ sedulitatem,
Permanentiæ stabilitatem,
Castimoniæ sinceritatem,
Amicitiæ conocordiãtem.

In eis enim debet esse humilitas in obediendo, quia, scilicet, i- sti debent esse ministri. [Coram ipso inquit ministraui.] ¶ Item

stabilitatis in perseuerando, quia debent esse firmi. In Sion inquit firmata sum. ¶ Item sinceritas in mundo viuendo, quia sc. ipsi sunt in ciuitate sanctificata. ¶ Item concorditas in pacem seruando, quia ipsi debent simul requiescere [similiter inquit
H requieui. ¶ Dico igitur, quia illi, qui in Ecclesia habitant debent esse humiles ad obediendum, quia scilicet, ipsi debent esse ministri [Ministrani inquit] Ministrare enim nomen est humilitatis, nomen etiam sedulitatis, quia scilicet, habitatores Ecclesiæ debent esse seduli in ministrando, & humiles in obediendo. Vnde in Psalm. 101 dicitur, *Filij seruorum tuorum habitabunt & semen eorum in sæculum dirigetur.* Dicitur enim in Euangelio. *Qui mihi ministrat, me sequatur, & vbi ego sum, illic & minister meus erit.* Omnes enim quotquot sumus in Ecclesia, sumus ministri Dei, quia sicut dicitur Hebræor. 1. *Omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi.* ¶ Insuper dico, quod nos debemus esse stabiles ad perseuerandum, quod ostenditur in verbo firmata. Firmati enim debemus esse in fide & bonitate. Quia sicut stellæ in habitaculis suis firmiter perseuerant, ita quod nunquam à lumine suo deficiunt, nec à locis suis cadunt, sic nec nos debemus cadere à loco nostræ professionis, nec à lumine fidei, gratiæ & deuotionis, iuxta illud Eccl 5. *Esto firmus in via Domini.* Quia sicut dicitur in Psalm. *Non commouebitur in æternum, qui habitat in Hierusalem.* ¶ Denique debemus esse sinceri ad castè viuendum, quod ostenditur, quia ipsi habitant in ciuitate sanctificata. Non enim decet immundam personam esse, & habitare in loco sancto, quia scilicet, inter locatū & locum debet esse proportio, quam satis potest figurari Exod. 3. & Iosue 5. vbi dicitur, *Tolle calceamenta de pedibus tuis, locus enim in quo stas, terra sancta est.* Calceamenta enim quæ de pelle & carne mortua fiunt, possunt significare carnalitatem seu carnis peccata, quæ pro certo illi debent à se tollere, qui in terra sancta Ecclesiæ digne voluerint habitare, vt sic cuilibet tali dicatur illud Psal. *Tu autem in Sancto habitas laus Israel.* Debemus igitur esse sinceri ad caste viuendum.

¶ Adhuc dico, quod nos debemus esse concordes ad pacem tenendum, quod ostenditur, cum dicitur. [Similiter requieui.] Illi enim similiter habitant, & morantur, quia in pace & concordia, vt communiter, quiescunt & versantur. Patet de stellis, quæ similiter in cœlo sunt sitæ, quarum altera locum alterius non inuadit, nec ipsam in suis motibus retardat, seu impedit. Quæque enim stellæ contentæ sunt locis & orbibus suis, & ideo inter se pace & ordine perpetuo quietantur, sicut dicunt Astrologi, & etiam sicut dicit scriptura Eccles. 16. vbi loquitur de corporibus cœlestibus, dicens quod *vnusquisque proximum suum non coarctabit.* Apes etiam, quæ simul habitant pacifice inter se quiescunt & viuunt. Generaliter enim omnia, quæ simul habitant, & in societate viuunt, vt communiter, in pacis & concordiæ tranquillitate: ad denotandum quod nos alij qui in religione, in Ecclesia, in collegijs simul viuimus & manemus, in pace & concordia habitare & requiescere debemus. Alter enim non debet alterum lædere, nec pacem ipsi perturbare. Similiter inquit requieui] vt dicat quilibet de pace religionis illius illud Psal. 131. *Hæc requies mea in sæculum sæculi, hic habitabo, quoniam elegi eam.* Et ideo de tali communi, concordi & pacifica habitatione, quæ debet esse inter nos in Ecclesia, quanquam simus natione & conditione diuersi, potest dici illud Esa. 11. *Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hædo accubabit, vitulus & leo & ouis simul morabuntur.* Vitulus & vrsus pascentur simul, quasi dicat, nulli debent esse tam diuersæ conditionis & nationis, quin debeant esse similis charitatis, pacis & dilectionis, quoniam sunt eiusdem societatis & habitationis. Sic igitur patent quatuor genera personarum, quæ debent in Ecclesia habitare. Sed heu proh dolor quam multi sunt hodie in ista Hierusalem, id est, in Ecclesia habitatores alterius conditionis, quia pro certo hodie habitant in Ecclesia habitatores

Non { Pacifici, sed venefici,
Sanctificati, sed maculati,
Stabiles, sed debiles,
Seduli, sed æmuli,
Humiles ministratores, sed superbi imperatores. }

Et ideo proh dolor scriptura plangit Esaiæ 1. *Quomodo*, inquit, *facta est meretrix ciuitas fidelis, plena iudicij? iustitia habitauit in ea, nunc autem homicidæ.* Et 1. Mach. 1. dicitur. *Fugerunt habitatores Hierusalem, & facta est habitatio exterorum, & facta est extera à semine suo, & nati eius reliquerunt eam.* Quia pro certo (charissimi) ciuitas Ecclesiæ, quæ dudum dicebatur Hierusalem propter pacis vnitatem, fidelis propter fidei firmitatem, plena iudicij & iustitiæ propter æquitatem, modo inquit (proh dolor) facta est meretrix propter venalitatem simoniæ. Ibi habitant homicidæ propter malignitatem inuidiæ. Habitatio est exterorum, id est, peccatorum, propter subuersionem iustitiæ. Extera est à semine suo. Semen enim de quo fuit seminata Ecclesia, fuit gens iusta, à qua, scilicet nunc facta est multipliciter aliena Matt. 13. *Domine, nonne bonum semen seminasti in agro tuo, vnde igitur habet zizania? inimicus homo hoc fecit*, id est, Diabolus enim seminauit ibi zizania, id est, malos habitatores, figuratos in illo Cadmo, qui seminauit in agro dentes serpentis, de quibus nati sunt milites armati, qui se mutuo occiderunt, sicut ponit Ouidius lib. 3. meta. fabula 1. Sic vere diabolus hodie seminauit in agro Ecclesiæ dentes serpentinos, id est, homines peccatores & venenosos, qui etiam transformantur in milites, quia, scilicet, ad literam multi sunt Ecclesiastici, qui actus & habitus gerunt & deferunt sæculares, & etiam se inuicem occidunt, quia, scilicet, discorditer & irreligiose viuunt. De talibus igitur malis habitatoribus dicitur Apoc. 18. *Cecidit, cecidit Babylon ciuitas illa magna, & facta est habitatio dæmoniorum, & omnis spiritus immundi, & omnis volucris immundæ & odibilis.* Dæmones, qui nunquam possunt conuerti, significant obstinatos. Spiritus immundi, significant hypocritas fictos & luxuria maculatos, & licet spirituales appareant carnis immunditia defœdatos. Volucres etiam odibiles, quæ scilicet, de nocte clamant, detractores & verbis friuolis effrænatos signant, talibus dicitur Lucæ 11. quod *vnus immundus spiritus assumit alios septem nequiores se, & ingressi habitant ibi.* Non sic igitur (charissimi) sed sint ibi habitatores

Boni & non mali,
Sancti & non ficti,
Perfecti & non infecti,
Pacifici & non malefici.

Quia pro certo sicut dictum est, ista est habitatio spiritualis, quæ est frequentanda. Et hoc est secundum principale. De malis autem habitatoribus Ecclesiæ potes dicere sicut infra. §. sequenti, vbi agitur de habitatoribus mundi.

¶ Tertio dico, quod est habitatio mundialis, quæ est detestanda, & de ista possunt dici multa, quæ non possunt portari modo. Si enim omnia exempla, quæ faciunt ad propositum, vellemus ponere, dies forte non sufficeret ad scribendum. Breuiter tamen possumus dicere, quod ista est illa habitatio, de qua scribitur Esa. 13. vbi loquitur de ciuitate Babylonis. [Non habitabitur inquit. Et reddit rationem, quia (inquit) *non ponet ibi tentoria Arabs, nec pastores requiescent ibi, sed requiescent ibi bestiæ, & replebuntur domus eorum draconibus, & habitabunt ibi struthiones, & pilosi saltabunt ibi, & respondebunt ibi vlulæ in ædibus eius, & Sirenæ in delubris voluptatis.* In quibus verbis ostenditur, quod iste mundus non debet mentaliter habitari, quia est locus ambitiosus. Ibi enim non habitat Arabs, qui interpretatur humilis, quia est locus penoriosus. Ibi non sunt pastores, id est, aliqui, qui alios possint pascere, quia est locus laboriosus. Ibi enim non requiescunt, scilicet, habitatores, quia est locus periculosus. Ibi etiam sunt multa genera bestiarum, quæ, scilicet, periculum inducunt. Vnde etiam nota, quod ibi habitant vniuersa genera peccatorum. Sunt enim ibi carnaliter viuentes bestiæ, crudeliter vrentes, dracones, qui, scilicet, ignem spirant, lethaliter torpentes, struthiones, scilicet, quæ sunt aues ponderosissimæ, significantes otiosos. Ioaniter gaudentes [pilosi inquit saltabunt ibi.] Verbaliter mordentes, [vlulæ inquit] quæ sunt aues de nocte vlulantes, id est, in absentia detrahentes, fallaciter fraudantes, Sirenæ, quæ, scilicet, suis cantibus faciunt nautas dormire. De istis igitur habitatoribus & peccatoribus, de istis ciuibus & gentibus, de istis animalibus & criminalibus à quibus mundus iste diuersimode habitatur possemus multa dicere, sed longum est omnia dilatare. Solum igitur sufficiat, quod mundus est habitatio malorum, plusquam bonorum, vt de hoc dicatur illud Exod. 25. *Dabo Rabath in habitaculum camelorum.* Et ista habitatio non est sequenda, sed potius fugienda, iuxta illud Hier. 49. *Non habitabit ibi vir, nec incolet eam filius hominis.* Vir enim id est, personæ virtuosæ & perfectæ. Filius, id est, personæ humiles & deuotæ, homines, id est, personæ rationales & discretæ non habitant hodie in mundo, sed pro certo ibi habitant Moab
I

& Aga-

[illegible] ra, isti sunt [illegible] manent [illegible] *Quis ex vobis* [illegible] ¶ Item qui [illegible] habitant in a- [illegible] loti & luxurio[illegible] *& qui habitant cum eis* ¶ Item [illegible] dracones, isti sunt immundi, & de- [illegible] semper viuunt in amaritudine [illegible] conis spirant verba flammea, & [illegible] Eccl. 32. *Leonis gentium assimulatus es [illegible]* Ideo talibus dicitur Soph. 2. *[illegible] qui ha[illegible] perditorum.* Cum istis habitauerat Eze- [illegible] tur Eze [illegible] *Impij & subuersores sunt te- [illegible]*, &c. Multa nimis possemus dice- [illegible] dra [illegible] ibus habitatoribus dicitur Hier. [illegible] *habitator Moab.* Quia breuiter [illegible] die in pauore vigenti timoris & tri- [illegible] a luxuriæ, [illegible] laqueo stringenti auaritiæ [illegible] te de habitatoribus Chananæorum, [illegible] orum plurium hominum, quos in con- [illegible] xente, sed omissi propter tædium prolixi- [illegible] nomitto, quod huiusmodi habitatores fi- [illegible] ur, & pœnis infernalibus punientur, quia si- [illegible] *[illegible] perdam habitatores de Azoto*, & ibidem, [illegible] *de campo idoli.* Ista est igitur habitatio mun- [illegible]

K ¶ [illegible] co, quod est habitatio corporalis. In ista enim [illegible] in tempore huius vitæ. Ista enim est similis [illegible] m, qui continue sunt in motu, cum enim [illegible] & necesse habeant de pascua ad pascuam [illegible] volunt ædificare ciuitates vel domos, [illegible] habitationes portatiles, vbi manent. Sic [illegible] *manentem ciuitatem, sed futuram inquiri- [illegible]*, quo habitatio corporis nostri esset [illegible] mobilis & portatilis, quæ iuxta vo- [illegible] nt necesse, de vita ad mortem, vt ad [illegible] ationem cœlestem veniamus, cito [illegible] De qua 2. Cor. 5. *Scimus quoniam si terre- [illegible] itationis dissoluitur, ædificationem ex Deo ha- [illegible] manu factam, sed æternam in cœlis.* Nam & in hoc [illegible] bitationem nostram, quæ de cœlo est, super- [illegible] Ista est igitur habitatio corporalis toleranda. [illegible] od est habitatio infernalis, quæ est formidan- [illegible] habitatio tenebrosa, dolorosa, tædiosa, clamo- [illegible] ista habitatione dicitur Apoc. 8. *Cecidit Babylon, [illegible] tio dæmoniorum, & omnis volucris immunda & odibi- [illegible]* sunt immundi & obstinati, volucres, superbi & [illegible] luxuriosi & maculati, odibiles sunt de- [illegible] onibus effignati. Infernus enim est habita- [illegible] quia sicut dicitur Iob. 26. *Ecce Gigantes ge- [illegible] habitant cum eis.* Sub aquis enim æternæ mi- [illegible] gigantes, id est, dæmones, & qui habi- [illegible] damnati peccatores. Ista est igitur habita- [illegible] quæ est formidanda. Et sic patet, quod quintu- [illegible] habitatio humana, quædam

[illegible] ormidanda,
[illegible] eranda,
[illegible] etestanda,
[illegible] quentanda,
Affectanda.

L ¶ [illegible] mus aliquid dicere de habitatione diuina. Et de hac [illegible] dicere, quod Deus volt habitare spiritualiter in [illegible] iuxta illud Eph. 3. *Habitare Christum per fidem in cordibus vestris.* [illegible] eruntamen sicut apes volunt habitare in lo- [illegible] o mundo, [illegible] quieto, in loco odoroso, in loco non vento- so, in loco non fumoso, quia scilicet apes odiunt fumum, ven- tum, fœtorem, clamorem, sic vere spiritualiter Deus vult habi- tare in corde mundo per sanctitatem Psalm. *Tu autem in sancto habitas laus Israel.* Item in loco quieto per loci tranquillitatem, quia sicut dicitur in Psal. *Factus est in pace locus eius, & habitatio eius in Sion.* In loco odorifero per virtutum aromaticitatem. Vn- de Ca[illegible] *Quæ habitas in hortis, amici auscultant te.* Vnde facto fu-



mo Aromatum [illegible] Reg. [illegible] Salomon quod *dominus dixit, quod habitaret in nebula, in loco vbi non sit ventus super- biæ, & vanitatis vbi non est fumus infamiæ & iniquitatis, vbi non est fœtor luxuriæ & fœditatis, vbi non est clamor discordiæ & rixositatis.* Vnde i- pse dixit Prou. 8. *Ego sapientia habito in consilio, & eruditis intersum cogitationibus.* Item ibidem *Ego in altissimis habito & thronus meus in [illegible]* Vos nota quod Deus spiritualiter habitat in locis eleuatis per mentis sublimitatem. Ego inquit in altissimis ha- bito. In locis quietatis per pacis tranquillitatem. Thronus in- quit meus, qui scilicet debet esse locus quietus. In locis robora- tus per mentis stabilitatem. In columna inquit, quæ scilicet de- bet esse firma in locis irrigatis per dulcem benignitatem. Nu- bis inquit, quæ scilicet stillat pluuiam, sed longum esset prose- qui, & ideo sufficit, quod dictum est. Et vide supra de domo, & infra de similis manere & loco stare, sedere & morari.

**Hasta.** Nota, quod hasta, & lancea pro eodem supponunt. Cum enim hasta possit significare in bono & in ma- lo, possum dicere, quod cum hasta sit bellicum instrumentum ad pugnandum hostem ordinatum, quod scilicet debet esse longum rectum, planum, solidum, flexibile, & acutum. Hasta in bono signat A

Verbi diuini eloquentiam,
Orationis efficaciam,
Crucis virturem, & memoriam,
Seueritatem, & iustitiam.

Istæ enim sunt quatuor hastæ, quibus iusti debent esse armati B
ad prælandum contra hostes animæ Figura 2. Paral. 9. Vbi di- citur, quod *Salomon fecit 200. hastas aureas.* Et 2 Paral. 26. dicitur, quod *Osias præparauit exercitui clypeos, hastas, & galeas*, sic scil. Chri- stus, qui est verus Salomon & Osias, vult quod exercitus iusto- rum hastis huiusmodi sit armatus. Verbum enim Dei est hasta prædicatorum, qua debellant hæreticos, dæmones, & peccata 1. Paral. 11. *Leuauit hastam suam contra 300. vulneratos vna vice.* Isti tamen quandoque similantur Sauli, qui hastam suam infixit in terra, & obdormiuit. Et ideo Dauid sibi eam subtraxit & etiam aquæ scyphum. Sic multi sunt doctores, qui hastam verbi Dei per corruptam intentionem in terrenis inuniscent, & obdor- miunt in peccatis, & ideo merentur quod sibi à Dauid, id est, à Christo surripiatur 1. Paral. 11. *Rapuit* scilicet Banaia *hastam quam tenebat* scilicet *vir Aegyptius, & interfecit eum* ¶ Item oratio est ha- sta religiosorum. Ista enim si longa perseuerans, & recta sim- plexque fuerit, diabolum de longe percutiet 2. Mach. 5. *Contigit in cœlo videri equites discurrentes, auratas stolas habentes, & hastas* ¶ Item memoria crucis est hasta omnium deuotorum. Ista est hasta, quam petijt Dauid Saulem fugiens sibi dari 1 Reg. 21. *Da mihi hastam vel gladium.* ¶ Item iustitia est hasta prælatorum, qua scilicet vtuntur pungendo malos, & tuendo bonos 1. Reg. 26. *Ecce hasta regis, transeat vnus de pueris, & tollat eam.* Sed tamen tan- dem ibi conquerendo dicitur. Et nunc vbi est hasta regis, id est, iustitia prælatorum, quasi diceret (Perijt.) Tali etiam hasta sci- licet executione iustitiæ vtitur ipse Deus. Ipse enim vti videtur quadruplici hasta, videlicet, Hasta

Clementiæ, hostem subijciendo,
Potentiæ iustis subueniendo,
Iustitiæ, beatos alliciendo,
Misericordiæ, iustitiam temperando.

Hasta enim clementiæ hostem verberauit, & ista fuit crux Chri- sti qua ipse contra dæmonem dimicauit, & eum ibi moriens su- perauit 2. Reg. 1. *Saul incumbebat super hastam suam.* Hasta potentiæ bonos liberauit. Deus enim semper est paratus contra inimicos nostros vibrare hastam istam ad nos iuuandum, & liberandum 2. Mach 11. *Cum pariter prompto animo procederent Hierosolymis appa- ruit præcedens eos eques in veste candida aureis armis, hastam vibrans.* Ha- sta iustitiæ beatos præmiabit. Teste enim Iustino antiquitus, an- tequam inuenirentur idola, hastæ & lanceæ adorabantur loco Deorum. Cuius simile tangit Solinus. c. de vent. In quo nota- tur, quod hasta iustitiæ, & maxime diuinæ, est præcipue hono- randa, & etiam adoranda, nihil enim vtilius reipublicæ, quam iustitia, quia ista mediante mali puniuntur, & boni præmian- tur. Vnde de beatis potest dici illud Abacuc. 3. *Sol & Luna stete- runt in habitaculo suo, in luce sagittarum tuarum ibunt in splendore ful- gurantis hastæ tuæ.* Aduerte autem, quod sicut hasta est flexibilis,

sic flexibilitas misericordiæ semper debet hastam iustitiæ comitari. Hasta enim recte percutit, quando vibrando flectitur & mouetur. Sic iustitia prælati melius operatur, si flexione misericordiæ temperetur: quod etiam in correctionibus apparet, vbi sæpe plus operatur benignitas, quam seueritas, &c. Et ideo ipse Deus semper solet clementiam cum seueritate miscere Ps. *Misericordiam, & iudicium cantabo tibi domine.* Sic igitur patet, quod

C quadruplex hasta bona reperitur in scriptura. ¶ Sed adhuc dico, quod in malo significato inuenitur multiplex hasta mala, videlicet

Hasta { Detractionis, Tentationis, Damnationis.

De hasta detractionis potest dici illud 2. Reg. 2. quod *Abner percussit Asael in inguine versa hasta, & occidit eum.* Quia scilicet mali cum hasta detractoriæ linguæ quasi ex aduerso, & ab obliquo solent summopere murmurare. De hasta tentationis, qua scilicet vtitur diabolus contra nos, potest dici illud, quod de Goliath dicitur 1. Reg. 17. quod *hasta eius erat quasi liciatorium texentium.* De hasta vero damnationis dicitur Naum 3. *Vox flagelli, & vox impetus rotæ, & equi frementis, micantis gladij, & fulgurantis hastæ, & multitudinis interfectæ.* Fatui tamen peccatores videntur esse sicut ille Behemoth, de quo dicitur Iob. 41. *Quasi stipulam æstimabit malleum, & deridebit vibrantem hastam*, quia scilicet mali non videntur hastam æternæ damnationis timere, sed eam potius deridere. Vnde de præsumptuosis potest dici illud Iob 39. *Contemnit pauorem, nec cedit gladio, super ipsum sonabit pharetra, vibrabit hasta.* Patet igitur quomodo hasta in bono sumitur & in malo. Vide de lancea, & de gladio.

A **Haurire.** Cum haurire nihil aliud sit, quam aquam vel alium liquorem de loco profundo extrahere potest dici, quod secundum quod multa sunt, quæ hauriri possunt, haustus diuersimode signatur in scriptura. Vnde nota, quod ego inuenio triplicem haustum bonum, videlicet

Haustum { Sanguinis, Luminis, Fluminis.

Sanguinem hauriunt crucem meditantes, illi, scilicet qui deuote recogitant mortem, & sanguinem passionis: exemplo autem nobilium quarum vita est in sanguine, mustela etiam occiso cuniculo, vel gallina delectatur hauriendo eo sanguine. Sic sancti & deuoti viri summe delectantur hauriendo, & cogitando sanguinem Iesu Christi Leuit. 4. *Hauriet de sanguine vituli*, id est, Christi passi, & inferet illud in tabernaculum testimonij, id est, interiora cordis sui per memoriam & compassionem. ¶ Item lumen, seu ignem hauriunt Christum diligentes, de quo Nu. 16. Vbi dicitur Aaron per Moysem. *Tolle thuribulum, & hausto igne de altari mitte incensum desuper pergens cito ad populum vt roges pro eis.* Aquam seu flumen hauriunt iuste conuersantes, videlicet sancti viri, qui hauriunt à domino aquam vitæ, de qua Ioan. 4. *Domine da mihi hanc aquam vt non sitiam iterum neque veniam huc haurire.* Iusti enim hauriunt triplicem aquam vitæ, scilicet

Aquam { Scripturæ, & eruditionis, Gratiæ, & inspirationis, Gloriæ seu lætitiæ, & consolationis.

Aqua scripturæ est vitæ puteus,
Aqua gratiæ est gratus alueus,
Aqua gloriæ est tutus clypeus.

B Primo igitur dico, quod aquam scripturæ hauriunt docti. Sicut enim dicitur Ioan. 4. *Mulier de Samaria venit ad hauriendum aquam, & inuenit dominum supra puteum, qui ipsam in pluribus informauit.* Sic deuota anima, quæ de Samaria (quæ custos interpretatur) esse dicitur, pro eo quod seipsam à peccato custodire conatur, quando venit ad hauriendum aquam doctrinæ à puteo profundissimo scripturarum, statim inuenit dominum inspirantem, & doctrinam & scientiam reuelantem. Ista enim aqua hauritur

Ad { Simplices adaquandum, Castrum animæ muniendum, Internam lætitiam generandum, Sitim auaritiæ temperandum.

Per talem enim haustum simplices adaquantur, & per doctores in fide, & moribus informantur. Vnde doctor videtur dicere domino illud Gen. 24. quod dixit seruus Abrahæ, Ecce ego sto iuxta fontem aquæ, & filiæ habitatorum huius ciuitatis egredientur ad hauriendam aquam. Igitur puella, cui ego dixero: Inclina hydriam tuam vt bibam, & illa responderit, Bibe, quin & camelis tuis dabo potum: ipsa est, quam præparasti seruo tuo Isaac. Rebecca ergo seruo Abrahæ, *Camelis tuis aquam hauriam, donec cuncti bibant, & effundens aquam in canalibus, recurrit ad puteum, vt hauriret aquam, & haustam omnibus camelis dedit.* Ista enim v[illegible] [illegible]rum, & diligentem doctorem, quia scilicet doctores [illegible] gæ valde mundi esse tenentur. Iste igitur de puteo scripturæ non cessat haurire, & exhaurire aquam doctrinæ studendo, meditando, & eam effundere docendo, & prædicando, donec camelos Abraham, id est, simplices Christi adaquauerit [illegible] citer erudiendo. ¶ Item per talem haustum castrum animæ [illegible] nitur. Constat enim quod illi, qui timent obsidionem [illegible] hauriunt aquam ad muniendum castrum. Sic nos, qui semper sumus in periculo, quod castrum mentis per dæmones & hæreticos impugnetur, debemus aquam doctrinæ haurire, v[t] tali periculo possimus inimicis fidei contraire. Naum [illegible] *[illegible] bit igni vectes tuos, aquam propter obsidionem haurire tibi, extrue munitiones tuas, intra in lutum, & calca.* Scriptura enim lutum di[citur] qua per figulum, id est, per doctorem calcando, & studendo vasa pulchra formantur.

¶ Item per talem haustum reges & principes iucundantur & recreantur. Vnde Iu. 2. dicitur, quod de aqua conuersa in vinum architriclinus bibit. *Haurite, inquit, nunc, & portate architriclino.* Et Prou. *Qui inuenit mulierem bonam,* id est, scripturam sacram, *inuenit bonum, & hauriet iucunditatem à Domino.* ¶ Item per talem haustum sitis auaritiæ, & cuiuslibet mali desiderij temperatur. Vnde Exo. 2. *Vir Aegyptius liberauit nos de manu pastorum, insuper & hausit aquam nobis, & potum dedit ouibus.* Aduerte tamen, quod multi sunt, qui bene hauriunt sententiam, sed propter malum vsum conuertitur eis in sanguinem Exod. 4. *Quicquid hauseris de fluuio vertetur in sanguinem.* Aliqui sunt qui bene vadunt ad puteum vel ad studium scientiæ, sed non quia curant haurire vel addiscere, solent vacui reuenire Hier. 14. *Venerunt ad hauriendum aquam, & non inuenerunt, reportauerunt vasa sua vacua.* Alij autem sunt, qui libenter haurirent, & addiscerent, sed illi, qui seruant puteum scilicet doctores, non dignantur aperire veritatem, nec simplices instruere, vel docere. Vnde Holoferni dictum est Iudith. 7. *Iube custodiri fontes, vt non hauriant aquam, & sic sine gladio interficies eos.* Patet igitur, quod aquam scripturæ hauriunt docti. Secundo dico, quod aquam gratiæ hauriunt iusti. Dilatasti vis Pro. 12. *Qui bonus est, hauriet à Domino gratiam.* ¶ Tertio dico, quod aquam gloriæ hauriunt beati Prouer. 8. *Qui me inuenerit inueniet vitam, & hauriet salutem à Domino.* Et Esa. 12. *Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris, &c.* Sic igitur patet, quod à plerisque hauritur, & acquiritur potus aqueus, haustus igneus, liquor sanguineus.

**Hebræus.** Nota, quod Hebræus interpretatur vincens vel transiens, vel transitus iusti. Per Hebræos A igitur possunt denotari sancti viri, qui scil. in hoc mundo sunt sicut in transitu, & in motu, quia scil. *non habent hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirunt* ad Heb. 13. Et ideo iusti Dei, vel superioris carnem, mundum, & hostem vincunt & continue proficiendo in melius pertranseunt, atque vadunt, & ideo Apostolus qui scilicet in mundo nihil proprium possidebat, de se & sui similibus dicebat 2. Cor. 11. *Hebræi sunt, & ego.* Quia re vera ad religiosum & Apostolicum virum pertinet, quod sit verus Hebræus, i. per mundum non adhærendo transiens, sed à mundanis potius fugitiuus 1. Reg. 14. *En Hebræi egrediuntur de cauernis, in quibus absconditi fuerant,* ac si diceret isti deberent de cauernis mundi amoris egredi, & exire, & ibidem non sistere nec manere. Et aduerte, quod ad bonum Hebræum pertinet, quod caueat prauam societatem, quod arceat hostis crudelitatem, quod videat cœli sublimitatem. Verus enim Hebræus praua consortia debet dimittere. Hoc enim non decet, quod mali sint in societate bonorum, laici clericorum, sæculares religiosorum. Vnde Gen. 43. dicitur, quod *illicitum est Aegyptijs comedere cum Hebræis.* ¶ Item cuncta crudelia debet confundere. Vnde Iudith. 4. dicitur, quod *vna mulier Hebræa fecit confusionem in domo Nabuchodonosor regis*, & hoc quia occidit Holofernem. ¶ Item cœli solatia debet aspicere scilicet per contemplationem. Vnde de Ioseph, qui fuit expositor somniorum, & cognitor occultorum, dicitur Gen. 41. quod *puer Hebræus erat in carcere*, qui scil. omnia exposuit Pharaoni. Ideo contemplatiui possunt dicere illud prædictum 2. Cor. 11. *Hebræi sunt, & ego, Israelitæ sunt, & ego.* Israelitæ n. interpretantur videntes Deũ ¶ Sed si vis, in malo significato B potes dicere, q Hebræi significent procuratores qui s. nihil habent

sibi

... si,
... uosi.
... mptuosi.
... te, pater Exod. ... vbi dicitur
... *rantes adinuicem.* ¶ Item quod
... tæ st ... oorate, patet 1. Reg. 13.
... lemenes *cauebant ne Hebræi*
*posse... t defendere se.* Item quod int
... q ... tate, patet Act. ... vbi
... ran ... am ind ... enot, & *ideo fa*
... *Hebræi, eo quod contemnerentur*

... mal lætum, simplex & lasci-
... macrum, & hirsutum, interius
... que sanum, mundumque &
... quod per hædus intelligun-
... diuersa personarum genera, sci-

... m intelligitur Christus saluator,
... ssimus De... ara crucis in-
... guine mundaretur, & expiaretur
... b iuxta ritum agni præci-
... guine postes ... vt sic possit
... ng... o custodiri. quia scilicet cum
... fuit virtute sui sanguinis de po-
... cunq; etiam sanguine huius
... Pharaonis, id est, à diaboli do-
... *Manue hædum de capris, & libamenta,*
... *domino, qui facit mirabilia.* Manoe
... um Iudaicum, qui sc. super petram,
... ædum istum, id est, Christum im-
... ... libaunt Gen. 37. *Tinxerunt tunicam*
... *quem occiderant.* Patet igitur quod per hæ-
... Christus saluator.

... q... per hædum intelligitur iustus viator
... cui hædi gregi dominici, qui scilicet
... em c... latione, simplices per perfectam
... macri per carnis macerationem, hispidi
... ati... nem, intus pingues per gratiam, &
... s sacrificij, & seruitij sunt apti per
... nem, D... oque specialiter immolantur
... gionis dedicationē. Isti sunt igitur duo
... gustu Isaac ita delectatus fuit, quod
... dicitur Gen. 27. Isti sunt illi 12. hædi qui
... ac fuerunt immolati, sicut dicitur 2. Es-
... illi hædi, qui à Deo meruerunt pasci, &
... prælatis, & pastoribus committi Cant. 1.
... *tabernacula pastorum.* Quia pro certo in tali-
... viris sanctis, & iustis, qui scilicet quandoq;
... m castitatem, quandoq; duodecim pro-
... les dicuntur, ipse verus Isaac Deus mira-
... ita quod eorum precibus benedictionem
... & peccata expiat, & remittit. Per hædum
C ... ur iustus viator.

... o, quod per hædum intelligitur vanus pecca-
... eius est vilis, & inhonestæ conuersationis, in-
rui ... carnalis conditionis, odoris vero grauis, id
est ... opinionis. Et ideo tales hædi finaliter dæ-
monibus immolandi sunt & in inferno decoqui, & cremari. Fi-
gura Matth. ... dicitur, *quod agni à dextris, hædi vero à sinistris*
*per iudicem statuentur.* Tunc illis, qui à sinistris erunt, dicetur, *Ite*
*maledicti in ignem æternum.* Quia pro certo tales hædi non sunt
d... n ... ne, id est, in affluentia pietatis diuinæ de-
coq... ed, *Non coques hædum in lacte matris suæ.* Exod. 34.
& ... o certo digni sunt cum dæmonibus
in ... ma... & ibi cum eis perpetuo commorari Esa.
11 *Pardus cum hædo accubabit.* Patet igitur quomodo hædus si-

Diction. Berthorij.

gnat Christ... ta... to-

**Helias.** Cum Helias fue... A
p... eta, qui m... cut ascendens Dominus,
p... ndi... ere, quod per Heliam potest intelligi Christus, qui
c... os ... dit vt Dominus. Propheta fuit eximius, & supe o-
mnes alios virtu... sus. Christus enim comparatur Heliæ propter
... humanitatem, quia sicut d... *Helias homo erat simi-*
*lis nobis.* Propter m... ulorum mu... itatem, quia sicut ...
... Ec... 48. *Amplificatus est Helias in mirabilibus.* Propter pœnarū
a... bitatem, quia sicut dicitur Marci 9. *Helias venit, & fecerunt in*
*eum quæcunque voluerunt.* Propter res... ctionis mirabilitatem,
quia sicut dicitur Eccl. 48. *Surrexit Helias quasi ignis constans.* Pro-
pter ascensionis potentiam, & sublimitatem, quia sicut dicitur
4. Reg. 2. *Helias in curru igneo raptus est in cælum.* Et propter aduen-
tus ad iudicium fin... le au... toritatem, quia sicut dicitur Malac. 4.
*Helias circa tempus iudicij venturus est.*

¶ Sed quia per Heli... m magis communiter potest intelligi B
vir perfectus & sanctus, possumus dicere, quod Helias

Fuit vir {
Squaloris & pœnitentiæ,
Feruoris & amicitiæ,
Rigoris & iustitiæ,
Splendoris & scientiæ,
Dulcoris & clementiæ,
Laboris & diligentiæ,
Valoris & potentiæ,
Honoris & excellentiæ.
}

Iste enim Helias sicut patet ex scriptura, propriam carnem ma-
cerauit. Item pro lege zelauit. Malos increpauit. Occulta vel
futura cognouit. Viduas nutriuit. Promptus obediuit. Mira
perpetrauit. Cœlum vendicauit. Sic vere dico, quod sancti viri
per pœnitentiam corpus debilitant. Helias enim legitur *sub iu-*
*nipero dormiuisse, & comedisse subcinericium panem, & bibisse de torrente,*
*& zona pellicea succinctum fuisse, & in deserto fleuisse.* sicut patet 3. Reg.
19 Sic sancti solent per pœnitentiam, & abstinentiam carnem
macerare atque asperare, sicut fecit beatus Ioannes, qui fuit exi-
mius eremita. Vnde de tali Helia dicitur 4. Reg. 1. *Vir pilosus oc-*
*currit nobis, zona pellicea succinctus renibus.* Sequitur. *Helias Thesbites*
*est.* Item Sancti per zelum fidei malos suppeditant. Helias enim
zelo legis falsos Prophetas occidit, sicut dicitur 3 Reg 18. Sic
vere sancti maxime zelo fidei hæreticos debent deprimere 3.
Reg 9 *Quid hic agis Helia?* Qui respondit, *zelo zelatus sum pro do-*
*mino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum domini filij Israel.* Item
summa constantia tyrannos agitant, sicut de Helia legitur 4.
Reg. 1. quod *Ochoziam moriturum prædixit, & duos quinquagenarios*
*combussit.* Sic sancti pro iustitia hominem non timuerunt, sed
etiam ipsos principes, & maiores arguerunt, & punierunt. Vn-
de de Helia dicitur Eccl. 47. *Amplificatus est Helias in mirabilibus,*
Sequitur. *Qui deiecisti reges in perniciem, & confregisti facile potentiam*
*ipsorum.* Item isti summa sententia futura cogitant. Iste enim
fuit summus Propheta. Sic sancti de rebus futuris meditando,
& sperando prophetare videntur Malac 4. *Mittam vobis Heliam*
*Prophetam.*

¶ Item isti summa clementia pauperes visitant. De Helia e-
nim legitur, quod farinam, & oleum in domo pauperis viduæ
multiplicauit. Sic sancti multiplicant cibaria pro egenis 3.
Reg 17. *Iuxta verbum Heliæ comedit & illa & domus eius* Et ex illa
die hydria farinæ non defecit, & lecythus olei non est dimi-
nutus.

¶ Item sancti obedientia seipsos agitant. De Helia enim le-
gitur, quod ad vocem, & suscitationem Angeli surrexit, & com-
edit & bibit, & ambulauit quadraginta diebus & noctibus vs-
que ad montem Dei. Quia sancti ad mandatum prælati non ti-
muerunt labores subire, sed voluerunt in montibus obedire 3.
Reg 18. *Dic Domino tuo, Helias adest.* Et ideo iste dictus est Helias
Thesbites, qui interpretatur festinus, ad intelligendum quod
signat obedientem.

¶ Item mira perpetrant, quia magna potentia mortuos susci-
tant. De Helia enim legitur, quod *filium viduæ suscitauit* 3. Reg. 17.
Sic Sancti realiter multos mortuos suscitauerunt, vel saltem de
morte peccati ad vitam gratiæ prædicando plurimos reduxe-
runt. Vnde de Helia fuit dictum Eccl. 48. *Quis similis tui, qui edu-*
*xit mortuum ab inferis* Item sancti cum summa gloria ad cœlos
volitant sicut de Helia legitur 4. Reg. 2. quod *in curru igneo raptus*

 *est in*

*est in cælum.* Vnde [illegible], *receptus est in cælum.* Tales igitur [illegible] Heliæ, [illegible] Heliæ proprie comparari, sicut de Ioanne dicitur Luc. 1. *Ipse præibit ante Christum in spiritu & virtute Heliæ* Matth. 11. *Ioannes ipse est Helias.* Sed pro certo pauci sunt hodie tales, quia vere multi sunt qui sibi non sunt similes, sed difformes, ita quod sibi peteretur ab eis illud Ioan. 1. *Helias es tu,* possint respondere, *non sum.* Vnde proprie redargui possunt moderni ecclesiastici per illud, quod requiritur ibi. *Cur igitur baptizas,* id est, qua fronte audes spiritualia ministrare *si non es Christus neque Propheta, neque Helias:* Patet igitur quomodo per Heliam potest intelligi Christus, vel etiam quilibet vir perfectus.

A **Herba.** Nota generaliter, quod in scriptura reperitur herba in triplici significato, quia scilicet ibi est

Herba { Bonorum,
Malorum,
Cunctorum.

Boni enim inueniunt in horto fidei Christianæ multiplex genus herbarum. Nam sicut Apothecarius in horto suo plantat bonas, & multiplices herbas, vt sint infirmis remedia sanitatum, sic in horto fidei suæ multiplices virtutes posuit pro medendis infirmitatibus vitiorum Genes. 1. *Protulit terra herbam virentem, afferentem semen, & lignum pomiferum faciens fructum.* Terra dico, id est, Ecclesia seu fideles, quæ scilicet herbam virtutum producit, de qua semen meritorum oritur, à quo tandem fructus gloriæ generatur. Et aduerte, quod in isto horto generantur quatuor species herbarum medicinalium & bonarum, videlicet

Quædam { Fluidi liquoris,
Splendidi viroris,
Placidi decoris,
Sapidi dulcoris

Prima herba est sacræ scripturæ eruditio,
Secunda herba est gratiæ Dei vegetatio,
Tertia herba est honestæ vitæ conuersatio,
Quarta herba est cœli gloriæ consolatio.

Per primam herbam visus illuminatur quia scriptura mentem clarificat: per secundam herbam culpa eliminatur, quia gratia mentem purificauit: per tertiam herbam virtus fortificatur, quia honesta vita mentem lætificat: per quartam vero herbam ita continuatur, quia gloria totum rectificat.

Primum fit ratione liquoris,
Secundum fit ratione valoris,
Tertium fit ratione viroris,
Quartum fit ratione saporis.

B Dico igitur, quod ibi colligitur herba scripturæ, visum clarificans. Sunt enim quædam herbæ, quarum liquor expressus, vel per ignem in alembico destillatus, solet turbatos oculos clarificare, sicut patet de fœniculo vel de ruta. Sic vere dico, quod succus doctrinæ, qui herba sacræ scripturæ, igne Spiritus sancti operante, vel diligentia studij mediante producitur, oculum intellectus illuminat, & caliginem errorum & ignorantiæ inde fugat. Ideo de herba scripturæ dicitur in Psalm. 103. quod *Deus producit fœnum iumentis, & herbam seruituti hominum,* ac si dicat, fœnum, id est, rudis doctrina scilicet ciuilis & canonica, ministratur, iumentis, id est, rudibus, herba vero, id est, sacra scriptura datur hominibus, id est, rationabilibus, & subtilibus. Insuper dico, quod in horto Ecclesiæ colligitur herba gratiæ, mentem mortificans, seu sordes purificans. Sunt enim aliquæ herbæ, quæ solent malos humores purgare, & ardores etiam refrigerare, & temperare. Sic facit herba diuinæ gratiæ. Ista n. peccata per confessionem purgat, & ardorem tentationum temperat. Psal. *Sicut imber super herbam, & sicut stillæ super gramina, quia nomen domini inuocabo.* Et sicut ex herba prouenit fructus, sic ex gratia prouenit gloriæ gladius & successus Mat. 4. *Terra* (inquit) *primum germinat herbam deinde spicam, &c.* Ista est herba fullonum, quæ valde mundificat, de qua fit mentio Mala. 3. Veruntamen proh dolor, multi sunt, in quib. ista herba est nimis tenue radicata quia faciliter desiccatur Hie. 12. *Lugebit terra, & herba omnis regionis siccabitur à malitia inhabitantium in ea.* Hæc est igitur herba gratiæ mentem mortificans, seu purificans.

C ¶ Deinde dico, quod ibi inuenitur herba honestæ apparentiæ corda lætificans. Nihil enim gratius est oculis, quam viror & color variarum herbarum. Ad quod facit illud Ec. 40. vbi dicitur, [illegible] *oculus desiderabit, & super hoc virides sationes.* Sic pro [illegible] virides, & [illegible] es bonorum exemplorum, & vi[illegible] operum, quæ apparent in p[illegible] conuersatione honestæ, [illegible] me delectant al[illegible] nimi aspectu [illegible] uerb. [illegible] *Aperta sunt prata, & apparuerunt herbæ virentes, & [illegible] sunt fœna de montibus.* Apes enim id est, simplices in talibus herbis colligunt flores gratiæ ex quo tandem conficiunt sibi mel gloriæ. Sed pro certo tales herbæ honestæ conuersationis in multis hodie sunt siccatæ, iuxta illud Exod. 1[illegible] *Deuorata est herba terræ.* Et ideo simplices bene possunt conqueri de tali siccitate, & de tali bonorum exemplorum vastitate Iob 6. *Nunquid rugiet onager cum habuerit herbam?* q.d. sic. Talis enim herba, pluuia doctrinæ, & gratiæ vegetatur, & crescit 2. Reg. 23. Pluuijs germinat herba. Et ideo si homini pluuia deficit, necesse est, quod herba honestæ vitæ sicca fiat. Hæc est igitur herba honestæ apparentiæ, corda lætificans. Adhuc dico, quod in isto viridario inuenitur, & colligitur herba cœlestis gloriæ, plene fructificans. Constat enim quod herba est vita mortalium, & quod sine herbis vita humana non continuatur Gen. 3. *Et comedes herbas terræ.* Et etiam secundum Plin. lib. 26. c. 4. Vbi allegat Democritum quædam herba dicta lactacem quam reges Persarum suis legatis solebant dare quando ab eis mittebantur pro eo quod illa tantæ fertur esse virtutis, quod eam portantibus vbicunque venient omnium rerum & bonorum procurat abundantiam. Talis herba est gloria paradisi, quia pro certo ista est quæ nullam inopiam sustinet, & quæ omnem abundantiam introdu[illegible] & ideo nos qui in hoc mundo sumus sicut legati, & nuncij [illegible] *non habentes hic manentem ciuitatem, sed potius futuram inquirentes* (Heb. 13.) & potissime nos ecclesiastici, qui secundum Apostolum *pro Christo legatione fungimur,* 2. Cor. [illegible] debemus istam herbam per spem, & desiderium semper portare, vt tandem ibi possimus realiter quiescere, & manere quando de Sanctis verificabitur Ezec. 34. *In pascuis vberrimis pascam eas, in montibus [illegible] erunt pascua earum, ibi requiescent in herbis virentibus.* Sic igitur patet quomodo iusti colligunt de horto fidei, & ecclesiæ quadruplicem herbam, scilicet

Herbam { Scripturæ, quæ clarificat,
Gratiæ, quæ purificat,
Honestæ vitæ, quæ lætificat,
Cœlestis gloriæ, quæ fructificat.

Istæ sunt igitur herbæ bonorum quod est primum principale. Secundo dico, quod inueniuntur herbæ malorum: inueniuntur enim quædam speciales herbæ, quæ in solo horto diab[illegible]lico, id est, in corde peccatoris, vel in mundo crescunt. Et istæ sunt

Herba { Criminalis iniquitatis,
Temporalis prosperitatis,
Corporalis fragilitatis.

Peccata enim dicuntur herbæ, quia in istis diabolus delectatur, & in ipsis pascitur, & recreatur. Vnde de Behemoth dicitur Iob 40. *Huic montes herbas ferunt, omnes bestiæ agri ludent ibi.* Montes inquit, id est, superbi. Sicut enim quædam sunt herbæ venenosæ in quibusdam terris, sicut est Napellum, & similes, sic peccatores producunt herbas, id est, opera venenosa. Figuratur in seruo Helisei, qui collegit herbas agrestes. Et sequitur ibidem. *Mors in olla vir Dei,* sicut dicitur 4. Reg. 4. ¶ Item mundi prosperitas dicitur herba, quia facile perit & desiccatur Esa. 15. *Aruit herba, defecit semen.* Prosperitas enim mundi est sicut herba

Qua mali solent lætificari,
Qua corda solent alienari,
Cuius flos cito solet siccari.

In hac igitur herba mali lætantur. Vnde malis dicitur Hier. 50. *Exultatis, & magna loquimini, diripientes hæreditatem meam, quoniam effusi estis sicut vituli super herbam, & mugistis sicut tauri.* In hac etiam corda mutantur. Prosperitas n. similis est illi herbæ, quæ dicitur iusquiamus, quæ indiscrete comesta mentem alienat, & furorem inducit, semenque ipsius mortiferum est, & somnum generat, quod facit secundum Isidor. quia scilicet mundi prosperitas facit hominem dormire per Dei, & propriæ salutis obliuionem. Mentem quoque solet alienare per debitæ rationis perditionem, & ipsius immutationem, furoremque & insaniam procurat per superbiam, & elationem. Figura Dan. 4. Vbi de superbissimo rege Nabuchodonosor qui in bestiam mutatus est di-

[illegible] cum [illegible] bam [illegible] dan [illegible] flus. & pulchri[illegible] care [illegible] de quo dicitur [illegible] *manu ante omnes herbas* [illegible] herba [illegible] ctorum. Ete[illegible] etiam corporalis [illegible] unitet, habere esse ad vesperam [illegible] ccatur, & si [illegible] ficatur. Si vita humana senectutis arescit. Et si in hoc [illegible] tame multis defi[illegible] & palles[illegible], *vespere decidat, & arescat.* Et hæc

[illegible] hæreditas est illod ius, illa pos[illegible] portio, quę à parentibus ad filios [illegible] m & acquisitum differunt, quia substantialia, acquisitiua vero sont [illegible] igitur signat possessionem, diui[illegible] illam, quæ de iure homini debe[illegible] nter ad hominem noscitur pertine[illegible] ab eo expectatur. Et ideo loquendo [illegible] distinguere multiplicem hæreditatem. Est

[illegible]

[illegible] æ temporalis,

[illegible] æ infernalis.

[illegible] procuranda. Gratia enim est illa fi[illegible] *prudens est hæreditas vero suo.* Hæredi[illegible] ta. Ista enim est illa de qua dicitur [illegible] *atem suam, speciem Iacob, quam dilexit.* [illegible] d tenenda Psal. 36. *Iusti autem hæ*[illegible] *nat in sæculum sæculi super eam.* Hære[illegible] nenda. Vnde Ps. *Abominatus est* [illegible] *em suam spreuit.* Hæreditas infernalis [illegible] sicut dicitur Eccl, 6. *Improperium &* [illegible]

[illegible] de bona hæreditate generaliter, hoc [illegible] Ecclesiæ militantis vel etiam Ecclesię [illegible] s quod sicut hæreditas acquiritur filijs [illegible] hæreditas Ecclesiæ vel gloriæ per mor[illegible] acquisita. Et ideo bona Ecclesiæ di[illegible] tatis, eo quod in virtute sanguinis & [illegible] editas ista extitit nobis data, & ad nos [illegible] a. Ideo de ista hæreditate potest dici il[illegible] *lecti mei, & serui mei hæreditabunt ibi.* [illegible] ad hæreditatem paternam admittun-

[illegible]

[illegible] ati,

[illegible] ngrati.

[illegible] rocreati, quia scilicet spurij ad hæredita[illegible] criminibus non grauati, quia scilicet cri[illegible] æ lulæ maiestatis hæreditate priuantur, [illegible] ngrati, quia scilicet propter vitium ingra[illegible] editate priuari merentur, sic loquendo [illegible] d hæreditatem præsentis Ecclesiæ vel [illegible] k admitti, qui legitime procreantur per [illegible] em, isti sunt, qui dicuntur mei. Qui eti[illegible] per sanctificam conditionem, isti sunt [illegible] entibus subiugantur per salutificam [illegible] dicuntur serui. Dico igitur primo, [illegible] isti hæredes, non debemus esse cano[illegible] ice nos debemus esse filij legitimi, non [illegible] mali, [illegible] proprij, non alieni, filij canonice [illegible] ce introducti, quod ostenditur, quando

[illegible] cat [illegible] quam [illegible] prop [illegible] hoc [illegible] vocatione fuerunt [illegible] dicitur Iu[illegible] *eres in domo nostra* [illegible] *quia de adultera natus es.* Et [illegible] en proh dolor [illegible] ugere cum [illegible] al dicen[illegible] s, *Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt Hierusalem in pomorum custodiam.* [illegible] ssumus etiam plangere [illegible] tenor 5. *Hæreditas nostra versa est ad alienos, domus n[illegible] ad extraneos.* Hæreditas e[illegible] nostra, quæ est Ecclesia, [illegible] ad alienos vertitur & magis a peccatoribus, quam [illegible] magis ab illegitimis Christi [illegible] ijs, quam a proprijs, m[illegible] à malis quam à bonis (quod dolendum est) occupatur. His igitur temporibus veniunt gentes in istam Christi hæreditatem. Gentes [illegible] co, id est, sine lege viuentes, hoc est dictum, viri peccatores, legem Dei & Ecclesiam negligentes, à quibus proculdubio templum Dei per diuersa peccata polluitur, & tota ciuitas Hierusalem dissipatur. Pater enim spiritualis scilicet, prælatus valde deb[illegible] attendere quales filios introducit & generat in hæreditate Ecclesiæ. De Abraham enim legitur, quod cum haberet filium legi[illegible] num de vxore scilicet Isaac, & filium spurium de ancilla scilicet Ismael, bene cauit, quod spurio hæreditatem suam non dedit, sed legitimo, sicut bene dicitur Genes. 21. *Eijce ancillam & filium eius, non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ.* Sic vere cum prælatus habeat duo genera filiorum scilicet legitimos, id est, sufficientes, & veros Ecclesiæ filios, & sufficientes in ancilla, id est, in carnia affectione genitos, valde debet attendere, quod in hæreditate Ecclesiæ promoueat liberos & non seruos & illos, quibus de iure debetur ista hæreditas, non alios. cuius tamen fit contrarium, non propter peccata Ecclesiasticorum Deus permittit, quod ipsorum hæreditas ad manus veniat alienas Hierem. 8. *Verbum inquit Domini proiecerunt, & sapientia nulla est in eis, propter hoc dabo mulieres,* id est, Ecclesias, *eorum exteris. & agros eorum alienis hæredibus.* Et breuiter, tales alieni subintroducti videntur velle contra legitimos & bonos machinari, & Christi hæreditatem inter se diuidere & partiri, dicentes illud Matthæi 21. *Hic est hæres, venite occidamus eum, & nostra erit hæreditas.* Et in Psal. 82. *Hæreditate possideamus sanctuarium Dei in terra.* Et ideo sicut videmus quod animalia munda dicuntur habitationem immundam derelinquere, & exinde recedere & fugere sicut dicitur de apibus & formicis, quæ domos suas deserunt quando fumo, vel aliquo malo odore ipsas plenas inueniunt, sicut etiam de taxo dicitur, qui domum suam dicitur derelinquere, quando ipsam stercoribus vulpis inuenit maculatam, sic proculdubio Deus qui hæreditatem suam, quæ est Ecclesia, videt hodie multis vitijs maculatam & infectam & à vulpibus ibidem habitantibus, id est à suis malis possessoribus diuersimode deturpatam ipsam videtur hodie reliquisse, & in manibus principum secularium velut extraneam dimisisse. Ibi enim est tantus fumus superbiæ, ibi est tantus fœtor luxuriæ, ibi est tantus ardor auaritiæ, quod ipsam necessario Deus abominatur, & deserit, & velut extraneam respuit & dimittit. Vnde in Psalm. 150. dicitur, *Iratus est furore Dominus in populum, & abominatus est hæreditatem suam & tradidit eos in manus gentium, & dominati sunt eorum qui oderunt eos.* Non sic charissimi, non simus illegitimi hæredes sed legitimi, nec simus indebite in Ecclesia generati, sed à Deo iuste & canonice procreati (Mei inquit) vt sic de quolibet nostrum dicat illud Genes. 15. *Ecce vernaculus meus hæres erit.*

¶ Secundo dico, quod si volumus esse Dei spirituales hæredes, nos debemus esse à vitijs liberati, quod ostenditur cum dicitur electi. Ad hæreditatem enim non quilibet filius admittitur, sed ille qui à patre in testamento specialiter eligitur. Hæreditate etiam paterna non omnes generaliter ditantur, sed illi solum, qui sunt personæ habiles, ad eam admittuntur. Et inde quod est, criminosi hæredes non fiunt, imo propter sua crimina ius hæreditatis & possessionis perdunt. Sic vere ad habendum hæreditatem gloriæ Paradisi vel etiam hæreditatem Ecclesiæ militantis, necesse est, quod simus viri electi per diuinam prædestinationem, viri sancti, non habentes criminum maculam seu infectionem, viri perfecti, possidentes virtutum perfectionem. Talibus enim electis, id est, viris iustis, & perfectis distribuitur hæreditas cœlestis gloriæ, & in talibus G

 est

... hæreditatem ... in hæreditate ... Psalm. ... præcipi ... inhabitat ... tabis quod ... lem vel superni ... hæreditate. Deus in ... præ pagina scribit, & eligit omnes bonos. El ...

Penuriæ squalore marcidos,
Constantiæ vigore ... dos.
Iustitiæ rectore rigidos,
Fruct... feru... te auidos,
Clementiæ dulcore fluidos,
Tristitiæ stupore trmidos,
Sapientiæ fulgore splendidos,
Eloquentiæ clamore feruidos,
Præsidentiæ honore prouidos,
Patientiæ tepore stupidos,
Compatientiæ decore placidos,
Continentiæ pudore nitidos.

Ista enim sunt duodecim genera bonorum personarum, quæ ad hæreditatem ... Ecclesiæ militantis pro præsenti tempore debent admitti, & qui ad hæreditatem paradisi finaliter admittentur. ... hæreditatem obtinebunt penuria marcentes. Iacob. *Dominus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, hæredes fieri regni promissi ...* ¶ Item constantia vigentes scilicet ... Eccl. ... 46. *Fortis in bello Iesus naue expugnauit insurgentes ... ut conse queretur hæreditatem.* Item iustitia vigentes ... *Omnes iusti in perpetuum hæreditabunt terram.* ¶ Item fiducia feruentes ... *Qui fiduciam habent mei hæreditabunt terram.* Item Clementia affluentes 1. Reg 10. *Vnxit te Deus super hæreditatem suam.* Vnctio enim modestiam & pietatem designat. Vnde in Psalm.36. *Mansueti autem hæreditabunt terram.* ¶ Item ... timentes Ps. 60. *Dedisti hæreditatem timentibus nomen tuum.* ¶ Item prudentia seu sapientia fulgentes Eccle. 4. *Qui tenuerit sapientiam vitam hæreditabit.* Vnde de sapiente sermo dicitur Prouerbiorum 17. quod *inter fratres hæreditatem diuidet.* Item eloquentia docentes ... boni doctores & prædicatores 2. Mach. 2. *Caleph dum testificatur est in Ecclesia, accepit hæreditatem.* Item digne præsidentes Ecclesiastic 37. *Sapiens in populo hæreditabit honorem.* ¶ Item viri patientes Psalm. 36. *Sustinentes autem Dominum ipsi hæreditabunt terram.* Item viri compatientes Esaiæ. 34. *Hi sunt viri misericordiæ.* Sequitur. *Et cum semine eorum perseuerabit hæreditas.* Item viri continentes & innocentes Psal. *Nouit Dominus dies immaculatorū, & hæreditas eorū in æternum permanet.* Isti igitur sunt, qui ad Christi hæreditatem debent admitti, & non ab ea deijci & expelli. Mali vero conuerso de ea debent eijci & excludi. Sicut enim sunt aliquæ insulæ in quibus aues immundæ intrare non possunt, sicut dicitur de Creta quæ est insula maris, in quā nō potest intrare noctua neque bubo, sic procul dubio hæreditatem Paradisi non intrabunt viri peccatores & immundi, nec etiam ad hæreditatem bonorum Ecclesiæ quoquo modo admitti debent vel recipi, sed ipsis debent priuari penitus & excludi. Et hoc est, quod dicitur Eph 5. *Scitote (inquit) intelligentes quoniam omnis fornicator & immundus aut auarus non habet hæreditatem in regno Christi & Dei.* Non sic igitur abaristimi, sed simus electi, non infecti, simus iusti, non iniusti, simus Deo placidi & accepti non criminibus marcidi vel despecti. Quia sicut dicitur in Psal. *Iusti autem hæreditabunt terram, & inhabitabunt in sæculum sæculi super eam.* Et ibidem dicitur quod *mansueti hæreditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis*: simus igitur criminibus non grati.

D ¶ Tertio dico, quod si volumus esse hæredes Dei, non debemus esse parentibus non ingrati, sed maioribus subiugati, quod ostenditur cum dicitur. (Serui mei. Sicut enim ... qui patri ingratus efficitur, & ei necessitate seruire dedignatur paterna hæreditate priuari meretur, sic procul dubio nos si Deo & prælatis de tantis diuitijs & beneficijs ingrati fuimus & sibi debita seruitia impendere negligimus, pro certo iis hæreditatis paternæ perdimus & amittimus, nec etiam ad hæreditatem Ecclesiæ admitti debemus. Nos igitur debemus esse serui Dei, id est, seruitijs eius mancipati, quia sicut dicitur Esai. 54 *Hæc est hæreditas seruorum Domini.* ... ideo proh dolor, video, quod ... hæreditate Domini, quæ est Ecclesia, sunt multi, qui ... debe... ... e, qui scilicet in illo se volunt diuinis offic... pare. ... enim sunt sicut bubones, qui totam Ecc... omnino ... sustentant ... dent & ... ... satiare, quæ quando repletæ fuerint & ... clamant dedignantur ... vere mul... tant Ecclesiae, & bibunt oleum, id est, accipiunt fructus & distribuciones, & ... ipsam tamen ... bunt, id est, ... turpibus maculare. De quibus d... Hier. 2. *... contaminastis terram meam & hæreditatem meam posuistis in abominationem*, qui ... mo statim, quod tales fru... ... um fuerint satiati, nunquam volunt amplius ... ... eniendum, sed magis curant vndique recede... ad ... & solatiandum. Vnde Hier. 2. *Locutus sum tibi in abundantia tua dixisti non seruiam.* Non charissimi, quia ... esse hæredes Dei, oportet quod simus ipsius ... ut dictum est. Hæc est hæreditas seruorum ... dicitur, *Habitabunt ibi, & hæreditate acquirent ... rum eius possidebit eam, & qui diligunt nomen eius habitabunt in ea.* Sic igitur patet quomodo hæreditas Patris ... ipsam hæreditas Ecclesiæ militantis distribuunt illis, qui ... rati per canonicam promotionem. Meinque ... criminibus grauati per sanctificam conditionem ... Illis qui sunt maioribus sobiugati per salutem subiectionem (Serui inquit. Et hæc de hæreditate seu hæreditate sufficiant quo ad præsens. Vide supra de domo & habitatione.

## Heremus.

Heremus, Vide vbi desertum. Et si vis dic, quod heremus locus aridus est, & desertus ab ariditate sic dictus Et signat multipliciter in scriptura. Signat enim mundum impium & infernum. Heremus ergo est locus sterilis, incultus & horribilis. Et sic dicu, quod

Mundus est aridus, & sine fructu,
Peccator est stolidus, & sine cultu,
Infernus est horridus, & plenus luctu,

Quis mundus dicatur heremus sine fructu, patet Sap ... vbi dicitur, quod *ad heremum perducet omnem terram iniquitas eorum* scilicet habitatorum ipsius: ad heremum dicitur id est, carentem omnium bonorum. Quis peccator dicatur heremus sine cultu & sine cultura pœnitentiæ vel laboris, patet Eccl ... vbi dicitur sic, *Ne extollaris in cogitatione tua sicut taurus, ne forte elidatur virtus tua per stultitiam & folia tua comedas, & fructus tuos perdas, & relinquaris velut lignum aridum in heremo.* Quis etiam infernus dicatur heremus plenus luctu, vbi scilicet habitant feræ, & vbi animalia imbecilla à crudelibus deuorantur, patet Eccl. 13. Vbi dicitur quod *venatio leonis onager in heremo*, & Deut. 1. dicitur, *Transiuimus per heremum terribilem & maximam solitudinem.* In bono vero significato heremus signat statum pœnitentiæ, seu etiam hominem pœnitentem, squalentem & abstinentem & frigoribus diuitiarum & deliciarum carentem. Iste enim commouetur per contritionem Sapient. 18. *Commotio in heremo facta est.* Iste plorat per compunctionem Psalm. 77. *Interrupit petram in heremo & adaquauit eos.* &c. Iste siccus est per carnis macerationem Eccl. 6. *Relinqueris sicut lignum aridum in heremo.* Talis igitur heremi fuit habitator beatus Ioannes, sicut dicitur in hymno, Heremique cultor maxime vatum. Sufficiat, quia paucæ sunt auctoritates. Vide satis plenius supra de Deserto.

## Hærere.

Hærere. Vide supra vbi adhærere.

## Hæresis.

Hæresis. Nota quod hæresis latine loquendo, posset denotari ab herendo, pro eo quod hæreticus nimis hæret opinioni falsæ. Dicitur autem hæreticus ille, qui veritati fidei ex certa scientia contradicit. Si enim ex ignorantia hoc faceret, dum tamen non esset crassa vel supina, tunc diceretur errans & non hæreticus. Quia secundum Aug. Errare potero, hæreticus non ero. De hæreticis igitur aliter sapientibus, quam catholica fides supponat, multa possunt dici, sed auctoritates deficiunt in scriptura. Et ideo transeo quia in multis materijs fit mentio de eisdem hæreticis. Die tamen si vis, quod hæreticus

Solet obstinari temere credendo,
Debet euitari propere cedendo,
Debet extirpari aspere tundendo.

Primo dico, quod hæretici solcat obstinati credendo, tamen similes hirundinibus, quæ sunt aues multorum in cantu flexuum, à locis occultis omni anno venientes: de quibus dicit Plinius quod

[illegible] t. Sic & hæ[illegible] & [illegible] millenarum [illegible] rem [illegible] dumesti: [illegible] d [illegible] V. de A [illegible] contra Do [illegible] re, q[illegible] se habet [illegible] amando se [illegible] entiam suam, [illegible] qui ad præ[illegible] dendæ commu- [illegible] hæresis sacrilegium peruerti- [illegible] lio autem alieni sapore, quam [illegible] lio. Carne itaque homines su- [illegible] us, quibus similes in resurrectione [illegible] igitur non habemus perfectionem [illegible] assumpti nem diaboli. Isti igitur fo- [illegible] temere. ¶ Secundo dico, quod hære- [illegible] do[illegible] opere, quia scilicet talium socie- [illegible] tas leprosorum. Dicit enim Pli- [illegible] quidam fons dictus Lunaris, qui [illegible] quod est in yom, vbicunque se transtu- [illegible] nsportat & ducit. Illi autem pisces [illegible] bent enim virtutem præsagatiuam, & [illegible]. Et ideo si aliequ petenti respōsum [illegible] ibum de manu eius accipiebant. & [illegible] e sibi successurum esset, cibum de [illegible] nis est Ecclesia, vbi aqua baptis- [illegible] quotidie mutat loca, primo enim [illegible] a, tandem in meridie, in Ægy- [illegible] ca [illegible] septentrione, id est, in Græcia & [illegible] ente scilicet in Italia, Germa- Sed pro certo fons veros pisces suos, scili- [illegible] lectum. Isti etiam pisces nunquam [illegible] et Ecclesiam seu fidem. Sciunt [illegible] *Computrescent pisces sine aqua,* [illegible], qui non erant sui, scilicet [illegible] his- [illegible] b remanserunt, nec fidei, nec Ec- [illegible] *mea vocem meam audiunt, & co-* [illegible] o certo isti pisces, id est, catholici [illegible] uam, quia scilicet ipsi debent di- [illegible] os, hæreticos & catholicos cibum [illegible] a malis & hæreticis recipere, sed [illegible] mum æternum eisdem prędicare. [illegible] bent applaudere, societatem eorum [illegible] de suis manibus recipere. Ideo [illegible] *ticum hominem post primam & secundam cor-* *reptionem deuita, sciens quia subuersus est eiusmodi.* 1. Cor. 5. dicitur [illegible] Illi igitur debent euitari cedendo

[illegible], quod hæretici debent extirpari radendo a- [illegible] Geruasius, repertum est, quod quando [illegible] cum alio, quam cum compare suo, alij a- [illegible] solent eam verberare & deplumare & [illegible] atam mori, & frigori exponere. Sic ve- [illegible] persona à suo vero coniuge Christo fornica- [illegible] orem, & alteri scilicet diabolo se coniun- [illegible] axime Episcopi & prælati debent contra [illegible] mmunione fidelium diuidere, pluma, id [illegible] temporalia confiscare & ab eo tollere, [illegible] duum putridum ab Ecclesia segregare & [illegible] condemnare. Quod etiam propriè fiet in [illegible] Angeli congregati hæreticos igne perpetuo [illegible] de adulteris mulieribus Oolla & Ooliba [illegible] quod *viri iusti sunt, & iudicio adulterarum iudica-* [illegible] ticulis multis, vbi fit mentio de hæreticis [illegible] auctoritatum defectum, vide in tabula, [illegible] artes, &c.

A **Heri.** [illegible] in litera N. vbi fiet mentio de nudius ter- tius, vbi [illegible] mes satis de Heri, &c.

**Herodes. Herodias.** Nota, quod cum fuerint tres Herodes prout ea di- stin[illegible] bene deducit magister in historia scholastica: om- nes tamen fuerunt principes, impij & crudeles, quapropter ge- neral[illegible] loquendo, per Herodem possumus quamcunq; tyran- [illegible] & [illegible] um dignitate. Interpretatur autem Herodes pelli- bus [illegible], vel pelliceus gloriosus, quia scilicet tales solent in [illegible] & in spolijs innocentium & simplicium gloriari, quan- do ipsi [illegible] sunt rapere & furari. Impropriè etiam [illegible] pulchritudine gloriantur, quando per inanem glo[illegible] [illegible] specie delectantur. De talibus igitur notari potest, quod [illegible] ipsi

Dei laudes molestè tolerant,
Innocentes grauant & lacerant,
Sanctos contemnunt & vituperant,
Cum iniquis sese confœderant,
Ecclesiam grauant & onerant,
Adulantes amant & munerant,
Hos in fine dæmones verberant

Dico igitur, quod isti solent Dei laudes molestè tolerare. Vnde de Herode dicitur Matthæi. 2. quod *magos regem Iudaeorum adorare volentibus, & stellam miraculosam referentibus, audiens Herodes turbatus est & omnis Hierosolyma cum illo* ¶ Item isti solent innocentes iniustè lacerare. Vnde Matthæi 2. dicitur, quod futurum erat, vt *Herodes quæreret puerum ad perdendum eum.* Ibi etiam dicitur, quod *Herodes misit in Bethleem, & occidit omnes pueros*, & Matthæi 14. & Marci 16 dicitur quod *Herodes Ioannem in carcere decollauit.* ¶ Item isti solent sanctos contemnere atq; vituperare. Vnde de Christo legitur Lucæ 23. quod *spreuit illum Herodes cum exercitu suo, & illusit indutum veste alba* ¶ Item isti solent cum iniquis sese confœderare. Vnde Lucæ 23, dicitur quod *facti sunt amici Herodes & Pilatus* ¶ Item solent Ecclesiam iniustè molestare Actor. 12, *Misit Herodes manus vt affligeret quosdam de Ecclesia.*

¶ Item solent adulatores laude remunerare. Vnde Matth. 14. dicitur quod *cum filia Herodiadis saltasset & placuisset Herodi, & simul discumbentibus promisit ei dimidium regni sui.*

¶ Item finaliter isti solent male mori, & turpiter expirare. Vnde Actor. 12 de Herode dicitur, quod *percussit eum Angelus Domini & consumptus à vermibus expirauit.* Istis igitur septem rationibus possunt tyranni & iniqui reges & principes Herodi crudelissimo comparari. Vide si vis, quomodo loquitur pulchre contra crudelitatem Herodis Ioannes Chrysostomus de Ioanne Baptista.

**Hester.** Cum Hester virgo pulcherrima primo captiua postea regina fuerit, Assuero regi nupserit, iram suam placauerit, populum suum liberauerit: & Aman populi sui hostem superauerit, & suspendi procurauerit, videtur, quod per Hester potest intelligi beata virgo, vel etiam quælibet Christiana sancta, vel quælibet anima humilis & deuota, quæ de captiuitate huius vitæ ad regnum cœlestis gloriæ traducitur, vbi Assuero, qui interpretatur beatificans, id est, Christo beatifice iungitur & innectitur, ita quod eius precibus deuotus sibi populus liberatur, & Aman superbus, diabolus superatur. Vnde notas quod ista sunt A

Decens & speciosa,
Placens & gratiosa,
Pauens & timorosa,
Latens & pudorosa,
Fidelis & amorosa,
Stabilis & vigorosa,
Nobilis & gratiosa.

Istas enim septem conditiones habuit Hester regina, quæ reuera debent in Sancta muliere, vel virgine reperiri. Sit igitur decens & speciosa per puritatem. Vnde de Hester dicitur Hester 2. quod *Hester erat pulchra nimis & decora facie* ¶ Item sit placens & gratiosa per honestatem: Vnde Hester præ cæteris placuit regi & eunucho, quia & de Hester legitur 2. quod *inter cæteras puellas placuit, & inuenit gratiam coram eo.* Et ibidem dicitur quod *adamauit eam rex super omnes mulieres & inuenit gratiam & misericordiam coram eo.* ¶ Item sit pauens & timorosa per humilitatem Hester 14. *Hester autem confugit ad Dominum pauens periculum quod imminebat.*

¶ Item sit latens & pudorosa per secreti profunditatem, quia scilicet ad virginem spectat, quod sit abscondita & secreta & à publico reposita & remota. Vnde Hester interpretatur abscondita. Vnde Hester 14. dicitur quod *depositis vestibus regiis & fletibus & luctui apta vestimenta suscepit.* ¶ Item sit fidelis & amorosa per charitatem sicut fuit ista Hester, quæ vt fidem & morem suum erga populum Iudaicum, quem Assuerus à puero vsque ad senem iussit deleri, indicaret, contra regis edictum, se morti & periculo traditurum intrusamque regiam aulam accessi-

tam

[illegible] hære[illegible] Ela[illegible] nob [illegible] hæreditas [illegible] quam [illegible] P[illegible]lin [illegible] Ecclesi[illegible] *inhabita* [illegible] *frat*[illegible] *la meu mitte* [illegible] tabit [illegible] ad ist[illegible] v[illegible] sup[illegible] naturale[illegible] hæreditatem Dei in [illegible] pag[illegible]næ [illegible], & eligit omnes bonos. E[illegible]

Pe[illegible]untiæ squ[illegible]re marcidos,
Constan[illegible]tiæ v[illegible]re [illegible]lidos,
I[illegible] [illegible]nore [illegible]gidos,
F[illegible]duciæ feruore auidos,
C[illegible]entiæ dulcore flutdos,
Tristitiæ stupore timidos,
Sapientiæ fulgore splendidos,
L[illegible]quentiæ clamore feruidos,
Præsidentiæ honore prouidos,
Pati[illegible]ntiæ [illegible]pore stupidos,
Compatientiæ decore placidos,
C[illegible]ntinentiæ pudore nitidos.

[illegible] im sint duodecim genera bonarum personarum, quæ [illegible] hæredit[illegible] Ecclesiæ [illegible]tantis pro præsenti tempore de- b[illegible] & qui ad hæreditatem paradisi finaliter admit- [illegible] hæreditatem obtinebunt penuria marcen- te[illegible] *Dominus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, here- des fieri regni* [illegible] *ntibus se.* ¶ Item constantia vigentes sci- licet vt [illegible] *Forte in bello Iesus naue expugnauit* [illegible] *vt consequeretur hæreditatem.* Item iusti- tia v[illegible] *in perpetuum hæreditabunt terram.* ¶ Item fiducia [illegible] Esaiæ [illegible]. *Qui fiduciam habent mei hæredi- tabunt terram* [illegible] C[illegible]tia fluentes 1. Reg. 10. *Vnxit te Deus super hæreditatem suam.* V[illegible]ctio enim modestiam & pietatem de- signat. Vnde in [illegible]. 36. *Mansueti autem hæreditabunt terram.* ¶ I- te[illegible] stitia timentes Ps. 60. *Dedisti hæreditatem timentibus nomen tuum.* ¶ Item prudentia seu sapientia fulgentes Ecclesi. 4. *Qui te- nuerit sapientiam vitam hæreditabit.* Vnde de sapiente sermo dicitur Prouerbiorum 17. quod *inter fratres hæreditatem diuidet.* Item elo- quentia docentes [illegible] doctores & prædicatores 1. Mach. 2. *Caleph dum testificatus est in Ecclesia, accepit hæreditatem.* Item di- gne præsi[illegible] Ecclesiastic. 37. *Sapiens in populo hæreditabit hono- rem.* ¶ Item [illegible] entes Psalm. 36. *Sustinentes autem Dominum i- psi hæreditabunt terram.* Item viri compatientes Esaiæ 44. *Hi sunt viri misericordiæ.* Sequitur. *Et cum semine illorum perseuerabit hæredi- tas.* Item viri continentes & innocentes Psal. *Nouit Dominus dies immaculatorum, & hæreditas eorum in æternum permanet.* Isti igitur sunt, qui ad Christi hæreditatem debent admitti, & non ab ea deijci & expelli. Mali vero conuerso de ea debent eijci & excludi. Sicut enim sunt aliquæ insulæ in quibus aues immundæ intrare non possunt, sicut dicitur de Creta quæ est insula maris, in quã nõ potest intrare noctua neq; bubo, sic proculdubio hæredita- tem Paradisi non intrabunt viri peccatores & immundi, nec et- iam ad hæreditatem bonorum Ecclesiæ quoquo modo admit- ti debent vel recipi, sed ipsis debent priuari penitus & excludi. Et hoc est, quod dicitur Eph. 5. *Scitote inquit, intelligentes quoniam omnis fornicator & immundus aut auarus non habet hæreditatem in re- gno Christi & Dei.* Non sic igitur charissimi, sed simus electi, non infecti, simus iusti, non iniusti, simus Deo placidi & accepti non criminibus marcidi vel despecti. Quia sicut dicitur in Psal. *Iusti autem hæreditabunt terram, & inhabitabunt in sæculum sæculi super eam.* Et ibidem dicitur quod *mansueti hæreditabunt terram, & de- lectabuntur in multitudine pacis.* Simus igitur criminibus non gra-
D uati. ¶ Tertio dico, quod si volumus esse hæredes Dei, nos debemus esse parentibus non ingrati, sed maioribus subiuga- ti, quod ostenditur cum dicitur. ( Serui mei. ) Sicut enim filius, qui patri ingratus efficitur, & ei necessitate seruire dedi- gnatur paterna hæreditate priuari meretur, sic proculdubio nos si Deo & prælatis de tantis diuitijs & beneficijs ingrati su- mus & sibi debita seruitia impendere negligimus, pro certo tunc hæreditatem paternæ perdimus & amittimus, nec etiam ad hære- ditatem Ecclesiæ admitti debemus. Nos igitur debemus esse serui Dei, id est, seruitijs eius mancipari, quia sicut dicitur Esai. 54. *Hæc est hæreditas seruorum Domini.* Et ideo proh dolor, video, [illegible] hæreditate Domini, quæ est Ecclesia, sunt multi, qui i- p[illegible]am debe[illegible]t amittere, q[illegible] scilicet in nullo se volunt diuinis of- ficijs manc[illegible]pare. [illegible]enim sunt sicut bubones, qui intrant Ecc-

le[illegible]iam non v[illegible] D[illegible] serui[illegible] [illegible] s[illegible]cr[illegible]bos mac[illegible]eot & ti[illegible] [illegible] x[illegible] æstate, q[illegible] æ qu[illegible]od[illegible] teplerat hic[illegible] & [illegible] lau[illegible] sed g[illegible]an ut seruire Q[illegible]a vere mul[illegible] [illegible] bibunt oleum, id est, accipiunt [illegible] [illegible] ipsa tamen n[illegible] vererunt [illegible] us[illegible] st, ut [illegible] minibus maculare[illegible] qui[illegible] ad[illegible] [illegible] *taminasti terram meam, hæreditatem meam posuistis in abominationem*, quinimo statim, qu[illegible] de fruc[illegible]ibus [illegible] rum fuerint satiati, nunquam v[illegible]lunt amp[illegible]us v[illegible] [illegible] seruiendum, sed magis curant vndique rec[illegible] ad spa[illegible] & solatiandum. Vnde Hier. 2. *Locutus sum* [illegible] *dixisti non seruiam.* Non charissimi, quia pro c[illegible] si v[illegible]lumus esse hæredes Dei, oportet quod simus ipsius [illegible] ut dictum est. Hæc est hæreditas seruorum D[illegible] P[illegible] dicitur, *Ha[illegible]itabunt ibi & hæreditate acquirent* [illegible] *rum eius possidebit eam, & qui diligunt nomen eius ha*[illegible] sic igitur patet quomodo hæreditas Parad[illegible]si, [illegible] tas Ecclesiæ militantis distribuitur illis, qui [illegible] tati per canonicam promotionem (Me inq[illegible] qui [illegible] criminibus [illegible] per sanctificam conditio[illegible] [illegible] illis qui sunt maioribus subiugati per salutificam [illegible]ctionem (Serui inquit. E[illegible] hæc de hæreditate sco hærede sufficiant quo- ad præsens. Vide supra de domo & habitatione. A

# Heremus.

Vide vbi desertum. Et [illegible] dic, quod here- mus l[illegible]cus aridus est, & desertus ab and[illegible] sic dictus. Et signat multipliciter in scriptura. Signat enim m[illegible] dum impium & infernum. Heremus ergo est locus sterilis, [illegible] cultus & horribilis. Et sic dico, quod

Mundus est aridus, & sine fructu,
Peccator est stolidus, & sine cultu,
Infernus est horridus, & plenus luctu,

Quis mundus dicatur heremus sine fructu, patet Sapient[illegible] vbi dicitur, quod *ad heremum perducet omnem terr*[illegible] *iniquitas eorum* scilicet habitatorum ipsius: ad heremum di[illegible] est, carentem omnium bonorum. Quis peccator dicatur heremus sine cultu & sine cultura pœnitentiæ vel laboris, patet Eccl. 6. vbi dicitur sic. *Ne extollas te in cogitatione tua sicut taurus, ne forte elidatur virtus tua per stultitiam & folia tua comedat, & fructus tuos perdas, & relinquaris velut lignum aridum in heremo.* Quis etiam infernus dicatur here- mus plenus luctu, vbi scilicet habitant feræ, & vbi animalia im- becilla à crudelibus deuorantur, patet Eccl. 13. Vbi dicitur quod *venatio leonis onager in heremo*, & Deut. 1. dicitur, *Transiuimus per he- remum terribilem & maximam solitudinem.* In bono vero significa- to heremus signat statum pœnitentiæ, seu etiam hominem pœ- nitẽtem, squalentem & abstinentem & fructibus diuitiarum & deliciarum carentem. Iste enim commouetur per contritionem Sapient. 18. *Commotio in heremo facta est.* Iste plorat per compun- ctionem Psalm. 77. *Interrupit petram in heremo & adaquauit eos.* &c. Iste siccus est per carnis macerationem Eccl. 6. *Relinqueris sicut lignum aridum in heremo.* Talis igitur heremi fuit habitator beatus Ioannes, sicut dicitur in hymno, Heremique cultor maxime va- tum. Sufficiat, quia paucæ sunt auctoritates. Vide satis plenius supra de Deserto.

# Hærere.

Vide supra vbi adhærere. A

# Hæresis.

Nota quod hæresis latine loquendo, posset de- riuari ab hærendo, pro eo quod hæreticus nimis hæret opinioni falsæ. Dicitur autem hæreticus ille, qui veritati fidei ex certa scientia contradicit. Si enim ex ignorantia bocfi- ceret, dum tamen non esset crassa vel supina, tunc diceretur er- rans & non hæreticus. Quia secundum Aug. Errare potero, hæ- reticus non ero. De hæreticis igitur aliter sapientibus, quam ca- tholica fides supponat, multa possunt dici, sed auctoritates de- ficiunt in scriptura. Et ideo transeo quia in multis materijs fit mentio de eisdem hæreticis. Dic tamen si vis, quod hæreti- cus

Solet obstinari temere credendo,
Debet curari propere credendo,
Debet extirpari aspere tundendo.

Primo dico, quod hæretici solent obstinari credendo, tamen si- miles hirundinibus, quæ sunt aues multorum in cantu flexuum, à locis occultis omni anno venientes: de quibus dicit Plinius quod

[illegible] & hæc [illegible] & va[illegible] [illegible] tem vix [illegible] Vide Aug[illegible] Do[illegible] habet [illegible] amar[illegible] iam, [illegible] vsque ad præs[illegible] dendæ commu[illegible] hæresis facil[illegible] perueni[illegible]. In nullo autem aliter sapore, quam [illegible] perfectio. Carne itaque homines su[illegible]mus, quibus similes in resurrectione [illegible]u igitur non habemus perfectionem [illegible] præsumptionem diaboli. Isti igitur so[illegible] temere. ¶ Secundo dico, quod hære[illegible] propere, quia scilicet talium socie[illegible]tas leprosorum. Dicit enim Pli[illegible] quidam fons dictus Lunaris, qui [illegible]od est nigrum, vbicunque se transtu[illegible] [illegible]portat & ducit. Illi autem pisces [illegible] enim virtutem præsagationis, & [illegible] Et ideo si alicui petenti responsum [illegible]um de manu eius accipiebant, & [illegible] sibi successurum esset, cibum de [illegible] fons est Ecclesia, vbi aqua baptis[illegible] [illegible]otidie mutat loca, primo enim [illegible]tia, tandem in meridie, in Ægy[illegible] [illegible] septentrione, id est, in Græcia & [illegible]cidente scilicet in Italia, Germa[illegible] [illegible] pro certo fons veros pisces suos, scili[illegible] [illegible] secum. Isti etiam pisces nunquam [illegible] Ecclesiam seu fidem. Sciunt [illegible] 50. *Computrescent pisces sine aqua*, [illegible] pisces, qui non erant sui, scilicet hæ[illegible] partib[illegible] remanserunt, nec fidei, nec Ec[illegible] [illegible] n. 11. *Oues meæ vocem meam audiunt*, & co[illegible] Et pro certo isti pisces, id est, catholici [illegible] cretiuam, quia scilicet ipsi debent di[illegible] [illegible] malos, hæreticos & catholicos cibum [illegible] bent à malis & hæreticis recipere, sed [illegible] [illegible] æternum eisdem prædicare. [illegible] debent applaudere, societatem eorum [illegible] [illegible]trinæ de suis manibus recipere. Ideo [illegible] *hominem post primam & secundam cor*[illegible] *aduersus est eiusmodi*. 2. Cor. 5. dicitur [illegible] Isti igitur debent euitari cedendo

C ¶ [illegible] co, quod hæretici debent exstirpari radendo a[illegible] [illegible] vsius, repertum est, quod quando [illegible]o, quam cum compare suo, aliq[illegible] [illegible] eam verberare & deplumare & [illegible] amotam, & frigori exponere [illegible] ve[illegible] [illegible] suo vero coniuge Christo fornica[illegible] [illegible] & alteri scilicet diabolo se coniun[illegible] [illegible] Episcopi & prælati debent contra [illegible] & [illegible] ione fidelium diuidere, pluma, id [illegible] & bona temporalia confiscare & ab eo tollere, & [illegible] brachium potius ab Ecclesia segregare & [illegible] condemnare. Quod etiam propriè fiet in [illegible] Angeli [illegible]gregati hæreticos igne perpetuo [illegible]bunt. Vide de adulteris mulieribus Oolla & Ooliba [illegible] quod *viri iusti sunt, & iudicio adulterarum iudica*[illegible] [illegible] multis, vbi fit mentio de hæreticis quia [illegible] auctoritatum defectum, vide in tabula, quæ te d[illegible] vbi quæres, &c.

A **Heri.** Vide infra in littera N. vbi fiet mentio de nudius ter[illegible]nas, vbi inuenies satis de Heri, &c.

**Herodes. Herodias.** Nota, quod cum fuerint [illegible]tres Herodes prout ex dictis scripturæ bene deducit magister in historia scholastica: omnes tamen fuerunt principes, impij & crudeles, quapropter generaliter loquendo, per Herodem possumus quemcunq; tyrannum & impium designare. Interpretatur autem Herodes pellibus glorians, vel pe[illegible] ceus gloriosus, quia scilicet tales solent in pellicibus, & in spolijs innocentium & simpliciū gloriari, quan[illegible] [illegible] ipsas p[illegible] rapere & furari. Impropriè etiam [illegible] [illegible] per inanem gloriam [illegible] carnis fæce delectantur. De talibus igitur notari potest, quod [illegible] scilicet isti

Dei laudes molestè tolerant,
Innocentes grauant & lacerant,
Sanctos contemnunt & vituperant,
Cum iniquis sese confœderant,
Ecclesiam grauant & onerant,
Adulantes amant & munerant,
Hos in fine dæmones verberant

Dico igitur, quod isti solent Dei laudes molestè tolerare. Vnde de Herode dicitur Matthæi 2. quod *magis regem Iudæorum adorare volentibus, & stellam miraculum referentibus, audiens Herodes turbatus est & omnis Hierosolyma cum illo*. ¶ Item isti solent innocentes iniustè lacerare. Vnde Matthæi 2. dicitur, quod futurum erat, vt *Herodes quæreret puerum ad perdendum eum*. Ibi etiam dicitur, quod *Herodes misit in Bethleem, & occidit omnes pueros*, & Matthæi 14. & Marci 16 dicitur quod *Herodes Ioannem in carcere decollauit*. ¶ Item isti solent sanctos contemnere atq; vituperare. Vnde de Christo legitur Lucæ 23. quod *spreuit illum Herodes cum exercitu suo, & illusit indutum veste alba*. ¶ Item isti solent cum iniquis sese confœderare. Vnde Lucæ 23. dicitur quod *facti sunt amici Herodes & Pilatus*. ¶ Item solent Ecclesiam iniustè molestare Actor. 12. *Misit Herodes manus vt affligeret quosdam de Ecclesia.*

¶ Item solent adulatores laude remunerare. Vnde Matth. 14. dicitur quod *cum filia Herodiadis saltasset & placuisset Herodi, & simul discumbentibus promisit ei dimidium regni sui.*

¶ Item finaliter isti solent male mori, & turpiter expirare. Vnde Actor. 12. de Herode dicitur, quod *percussit eum Angelus Domini & consumptus à vermibus expirauit*. Istis igitur septem rationibus possunt tyranni & iniqui reges & principes Herodi crudelissimo comparari. Vide si vis, quomodo loquitur pulchre contra crudelitatem Herodis Ioannes Chrysostomus de Ioanne Baptista

**Hester.** Cum Hester virgo pulcherrima primo captiua postea regina fuerit, Assuero regi nupserit, iram suam placauerit, populum suum liberauerit: & Aman populi sui hostem superauerit, & suspendi procurauerit, videtur, quod per Hester potest intelligi beata virgo, vel etiam quælibet Christiana sancta, vel quælibet anima humilis & deuota, quæ de captiuitate huius vitæ ad regnum cœlestis gloriæ traducitur, vbi Assuero, qui interpretatur beatificans, id est, Christo beatifice iungitur & innectitur, ita quod eius precibus deuotus sibi populus liberatur, & Aman superbus, diabolus superatur. Vnde nota, quod ista fuit A

Decens & speciosa,
Placens & gratiosa,
Pauens & timorosa,
Latens & pudorosa,
Fidelis & amorosa,
Stabilis & vigorosa,
Nobilis & gratiosa.

Istas enim septem conditiones habuit Hester regina, quæ reuera debent in Sancta muliere, vel virgine reperiri. Sit igitur decens & speciosa per puritatem. Vnde de Hester dicitur Hester 2. quod *Hester erat pulchra nimis & decora facie*. ¶ Item sit placens & gratiosa per honestatem: Vnde Hester præ cæteris placuit regi & eunucho, quia & de Hester legitur 2. quod *inter cæteras puellas placuit, & inuenit gratiam coram eo*. Et ibidem dicitur quod *adamauit eam rex super omnes mulieres & inuenit gratiam & misericordiam coram eo*. ¶ Item sit pauens & timorosa per humilitatem Hester 14. *Hester autem confugit ad Dominum pauens periculum quod imminebat.*

¶ Item sit latens & pudorosa per secreti profunditatem, quia scilicet ad virginem spectat, quod sit abscondita & secreta & à publico reposita & remota. Vnde Hester interpretatur abscondita. Vnde Hester 14. dicitur quod *deposuit vestes regias & fletibus & luctus apta vestimenta suscepit*. ¶ Item sit fidelis & amorosa per charitatem sicut fuit ista Hester, quæ vt fidem & morem suum erga populum Iudaicum, quem Assuerus à puero vsque ad senem iussit deleri, indicaret, contra regis edictum, se morti & periculo traditura inuissamque regiam aulam accessitam

ram Mardochæo pr[illegible], [illegible] popul[illegible] deprecaturam, vt habetur Hester 4. Et sicut dicitur Hester 4. [illegible] regi, *Da mihi populum meum pro quo obsecro.* Magni vtique animi & fidei iudicium in fœmina, quæ cum diuitiarum & imperandi flagrent cupidine, sicut de Semiramide dicit Orosius l. 1. & de multis alijs legitur, hæc tamen contra mores fœmineos, neutro illorum [illegible] posuit, nam rex ei medietatem regni, & imperij obtulit, sed populi sui amore victa vtrumque contempsit, & Iudæis vitã & salutem impetrauit. Item [illegible] stabilis, & vigorosa per constantiæ firmitatem, sicut fuit ista Hester, quæ vanis precibus Aman flecti nequiuit, quousq; de eo factum est iustitiæ complementum, sicut dicitur Hester 7. quod etiam moraliter loquendo, de virgine potest dici, quæ precibus & deprecationibus hostis sui, id est, proprij corporis non debet consentire, sed eũ potius subiugare. ¶ Item sic erit finaliter nobilis, & gloriosa per æternam fœlicitatem, sicut de Hester dicitur Hest. 2. quod *placuit regi super omnes mulieres, & posuit diadema regni sui super caput eius.* Vnde de finali gloria istius potest dici illud Hester 5. *Induta est Hester regalibus vestimentis, & stetit in atrio domus regiæ.* Vide figuras de Hester in multis locis dispersis in hoc opere, &c.

A **Heu.** Nota, quod heu si sit simplex, videtur interiectio dolentis, si vero sit triplex, & cum simul dicitur, heu, heu, heu, tunc videtur interiectio admirantis. Iusti enim dolent, & stupent, & verba seu signa doloris & stuporis, secundum quod res exigit manifestant. Dico igitur breuiter quod heu siue sit simplex siue triplex dicatur, quod cum dicitur, ad maiorem assertionem dicitur heu, Est enim

Signum { Desolationis, / Miserationis, / Æmulationis, / Detestationis. / Admirationis, / Dubitationis, / Formidationis,

Dico igitur primo, quod heu signat desolatiue seu lamentatiua, quia scilicet homo quando sentit se miserum atque tristem, & videt præsentem vel timet futuram causam miseriæ, & doloris, præ desolatione solet dicere heu, & dolorem tali signo vocis demonstrare. Dolet enim homo & desolatur

Quando { Videt statum damnabilem, / Sentit locum horribilem, / Perdit fructum amabilem.

Dolet (dico) seu desolatur dicens heu propter miseriam noxij status, quia scilicet quando homo videt & considerat, quod status suus, tam corporaliter quam spiritualiter est malus, valde debet dolere & dicere heu, sicut faciebat illa vidua 2. Reg. 14. quæ dicebat, *Heu quia mulier vidua ego sum, mortuus est enim vir meus.* Dolet etiam & desolatur homo dicens heu propter angustiam anxij loci, sicut videlicet quando se videt detentum & incarceratum in loco sterili & horribili & vili, & à patria relegatum, & cum feris & latronibus sociatum. Sic dolent iusti in vijs, id est, in mundo isto, vbi sunt banniti, & elongati à patria & vbi impijs hominibus sunt coniuncti, & bonis omnib. spiritualibus priuati. Sic dicebat in persona talium Dauid in Psalm. *Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est, habitaui cum habitantibus Cedar multum incola fuit anima mea.* Dolet insuper & desolatur homo, dicens heu propter carentiam proprij fructus, quia scilicet homo multum tristatur quando perdit socios, filios & amicos. Sic etiam spiritualiter iustus tristatur & desolatur, quando Deum & sanctos, qui filij & socij sui erant per gratiam (iuxta illud verbum Matth. 12. *Quicunque fecerit voluntatem patris mei, qui in cœlis est, ille frater meus, soror, mater mea est*) à se per peccatum sentit fieri alienos. Et sic desolabatur Tobias Tob. 10. pro filio à se absente dicens, *Heu me fili mi, ad quid te misimus peregrinari lumen oculorum nostrorum.* Sic desolari etiam, & tristari debent patres spirituales, id est, prælati, quando filios id est, subditos vident per peccatum mortuos, & consumptos, sicut de propheta, à leone occiso dicitur 3. Re. 13. *Planxerunt eũ Heu heu mi frater.* Patet

B igitur quomodo heu significat desolatiue. ¶ Secundo dico, quod heu signat miseratiue seu compassiue. Homo enim de miserijs alienis debet contristari, & eisdem compati & flebiliter misereri, dicens illud Iudic. *Heu me filia mea decepisti me & ipsa decepta es.* Et sic loquebatur miserando Ezechiel videns seuera Dei iudicia erga populum, dicens sic Ezechiel 6. *Heu, heu, heu, Domine Deus, ergo ne[illegible] omnes reliquias Israel effundens [illegible] per Hierusalem,* & Ezech. 11. *Heu, heu, heu, Domine Deus, consummationem tu facies reliquiarum Israel?* Quamuis enim iusti [illegible] ment voluntatem suam voluntati diuinæ, compatiuntur [illegible] quando vident contra alios Dei iudicia seueriter [illegible] cut de Samuele legitur, quod *plorabat Saulem* præ com[illegible] pro eo quod *Dominus abiecerat eum* 1. Reg. 1[illegible]. Sumitur igitur, vt dictum est, miseratiue seu compassiue.

¶ Tertio dico, quod heu sumitur æmulatiue seu vindicatiue. Ille enim qui zelat & appetit vindictam inimicorum di[illegible] heu, sicut Dominus dicit Esa. 1. *Heu consolabor super hostibus meis, & vindicabor super inimicis meis.*

¶ Quarto dico, quod heu sumitur detestatiue. Ille enim qui de re abominabili & displicenti loquitur, consueuit cum [illegible] gnatione dicere heu. Et ideo Eze. 6. dicitur, *Percute manum tuam & allide pedem tuum, & dic heu ad omnes abominationes malorum domus Israel.*

¶ Quinto dico, quod heu sumitur quandoque ad[illegible]ratiue quia scilicet quoties homo videt rem insolidam atque nouam magnam, mirabilem & stupendam, solet dicere heu. Et sic [illegible] ratur homo

De { Superna Dei potentia, / Seuera Dei iustitia, / Occulta Dei prudentia seu prouidentia.

Homo igitur dicit heu, considerans Dei potentiam. Et sic loquitur Hieremias, dicens Hierem. 32. *Heu, heu, heu Domine Deus, ecce tu fecisti cœlum & terram, in fortitudine tua magna.* E[illegible] Num. 24. *Heu quis victurus est quando faciet Deus:* Item homo dicit he[illegible] considerans Dei iustitiam. Ex consideratione en[illegible]im m[illegible]rum & occultæ iustitiæ diuinæ solet oriri admiratio, seu stupor. Sic videbatur admirari Hieremias propheta de hoc, quod Deus videbatur ordinasse punitionem malorum, dato quod eis pax publice promitteretur, dicens sic Hier. 4. *Heu, heu heu, ergo ne Domine decepisti populum istum dicens, pax erit vobis & ecce peruenit gladius vsque ad animam.* Item homo dicit heu, considerans Dei prouidentiam, seu eius occultam prudentiam. Et sic 4. Reg. [illegible]. Vbi dicitur quod exercitus trium regum videbantur propter aquæ carentiam consumpti, sed diuina prouidentia ad preces H[illegible]lisæi remediauit, qui aquas contra spem omnium procurauit, dicit[illegible] per regem Israel sic, *Heu, heu, heu, congregauit nos Deus tres reges, vt traderet in manus Moab.* Sic igitur dico, quod heu sumitur quandoque admiratiue.

¶ Sexto dico, quod heu quandoque sumitur dubitatiue seu formidatiue. Sic dicebat ille puer Helisæi videns exercitum regis Syriæ missum ad capiendum magistrum suum, dicens 4. Re. 6. *Heu, heu, heu Domine mi, quid faciemus?* Sic ergo patet, quod heu est interiectio dubitatiua, detestatiua, admiratiua, indignatiua seu æmulatiua, miseratiua & desolatiua. Vide supra in prologo, de A, A, A.

**Hic aduerbium loci.** Nota, quod istud aduerbiũ hic, quod est aduerbium loci, semper significat certum locũ, sed moraliter loquendo, inueniuntur bona & mala loca, ergo in bono sumitur, & in malo. Et primo dico, quod hic signat in bono, quia scilicet per hic potest intelligi omnis locus vtilis, virtuosus & bonus. Est enim vnum hic interius in conscientia, & est aliud hic exterius in Ecclesia, & hic superius in patria, A

Hic in { Corde est locus secretus, / Ecclesia est locus completus, / Cœlo est locus quietus.

Primo igitur dico, quod hic est locus secretus, habilis ad contemplandum, quia scilic. viri contemplatiui solent venire & intrare ad istud hic, id est, ad secretum conscientiæ, exemplo Heliæ, qui in monte Dei Oreb mansit in spelunca, & post egressus stetit in monte coram Domino, sibique dictum est, *Quid hic agis?* Respondit: *zelo zelatus sum, &c.* 3. Reg. 19. Quia scilicet illi, qui sunt in isto hic, id est, in spelunca profundæ conscientiæ meditantes, & stant coram Domino in culmine eminentiæ contemplantes, possunt dicere, quod ipsi sunt hic pro domo Domini zelantes, & Deum videntes & considerantes Gen. 16. *Hic vidi posteriora videntis me.* Posteriora enim Dei sunt ipsius humanitas, itaque futuri iudicij seueritas & Paradisi fœlicitas, quæ scilicet posterius euenient in futurum, quæ scilicet in isto hic id est conscientia debent videri & contemplari. Regum 9. *Num hic*

[illegible] *responderunt, hic est.* Hic est igitur locus secretus, ha[illegible] [illegible] planduin.

¶ Secundo dico, quod hic est locus completus vtilis ad ha[illegible]. Et iste est locus Ecclesiæ & religionis, statusque gratiæ. Nam

Hic est locus
- Expectationis alta sperantibus,
- Requietionis pacem amantibus,
- Liberationis mala timentibus,
- Dispensationis bonis egentibus,
- Eruditionis parum scientibus,
- Adorationis Deum quærentibus,
- Castigationis culpas horrentibus,
- Peregrinationis ad cœlum volantibus,
- Longæ mansionis perseuerantibus,
- Meditationis considerantibus,
- Introductionis pro hospitantibus.

[illegible] de isto [illegible] est, de statu Ecclesiæ, religionis, vel gratiæ [illegible] locus expectationis, quia scilicet hic oportet [illegible] spe & patientia, *& expectare beatam spem & aduentum gloriæ magni Dei.* [illegible] Vnde Abraham ascendens in monte [illegible] dixit [illegible] pueris suis Genes. 22. *Expectate hic cum asino* [illegible] designat, quia scilicet Abraham [illegible] Christus qui [illegible] montem Paradisi ascendit, in spe & expectatione [illegible] pueros & fratres suos viuere persuasit Matt. 14. *Sustinete* [illegible] ¶ Item hic est locus liberationis. Hic enim liberatur homo de periculo damnationis æternæ per fidem & charitatem quod [illegible] figuratum est Genes. 19. vbi Loth audiens Sodomam peritura, dixit Domino, *Non possum (inquit) saluari in monte* [illegible] *hic iuxta parua, ad quam possum fugere & saluabor* [illegible] [illegible] in monte eminentiæ huius mundi non est [illegible] parua [illegible], quæ est hic iuxta, id est, in religione [illegible]. ¶ Item hic est locus requietionis. In statu enim mundi vel peccati non est nisi labor, in statu vero Ecclesiæ, vel religionis, vel gratiæ est pax, ideo cuilibet quietem [illegible] dicitur illud Ruth. 4. *Declina parumper, & sede hic* & [illegible] Reg. 4. *Sede hic, quia Dominus misit me.* Sedere enim quietem signat. ¶ Item hic est locus dispensationis, quia scilicet hic sunt prælati, qui bene meritis dispensant beneficia, & curati, qui [illegible] dispensant sacramentorum remedia, & Deus & sancti qui [illegible] dispensant gratiarum & virtutum suffragia 1. Corinth. 4. *Hic iam quæritur inter dispensatores, & fidelis quis inueniatur.* ¶ [illegible] est locus eruditionis. Et ideo figuraliter dicitur [illegible] *puer vnus hic, qui habet quinque panes hordeaceos, & duos pisces.* Puer enim est Christus, qui hic in Ecclesia administrat egentibus, & communicat quinque panes, id est, scientiam quinque librorum Moysis, & duos pisces, id est, scientiam Euangeliorum, & Epistolarum noui testamenti. ¶ Item hic est locus adorationis 1. Reg. 1. *Stetit coram te hic orans.* ¶ Item hic est locus castigationis, quia hic debet homo coercere, & corrigere suos vagos, & deuios appetitus Iob 38. *Hic confringes tumentes fluctus tuos.* ¶ Item hic est locus peregrinationis, quia scilicet ciuitas ista non est manens, sed transiens de hoc mundo ad patrem Hebr. 13. *Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus.* ¶ Item hic est locus longæ mansionis, quia hic scilicet in loco determinato & certo, scilicet in claustro & in religione & fide oportet perseuerare vsque ad mortem, non per mundum, & mundi negotia diuagari 3. Reg. 2. *Non egrediar, sed hic moriar.* Et Exod. 24. *Expectate hic donec reuertar.* Vnde de bene perseuerantibus dicitur Matthæi 16. *Sunt aliqui hic stantes, qui non gustabunt mortem donec videant filium hominis in regno suo.* ¶ Item hic est locus meditationis, seu considerationis. Ideo dicitur Lucæ 23. *Sustinete hic, & vigilate.* ¶ Item hic est locus introductionis quia scilicet ista est via, & porta eundum in cœlum Genes. 28. *Vere non est hic aliud nisi domus Dei, & porta cœli.* Patet igitur, quod est quidam locus completus vtilis inhabitandum.

C ¶ Tertio dico, quod est hic locus quietus & nobilis ad cooperandum seu ad soporandum vel dormiendum. Et iste est locus Paradisi, qui est vnius hic, vbi est perfecta requies. In mundo enim non est requies, sed labor. Ideo bene dicitur Michæ. 2. *Surgite & ite, quia non habetis hic requiem.* Sed certo in Paradiso est hic quies, iuxta illud Ioan. 16. *In mundo pressuram habebitis, in me autem pacem.* Ideo de tali hic, id est, de quiete Paradisi dicitur in Psalm. *Hic requies mea in sæculum sæculi, hic habitabo, quoniam elegi eam.* Sic igitur patet, quod hic signat locum quietum, locum completum, locum secretum. Et sic signat in bono.

¶ Sed adhuc dico, quod hic significare potest in malo, & sic dico, quod D

Hic signat
- Cor impium,
- Mundum deuium,
- Infernum anxium.

Primus est locus tumultuosus, quem Dominus solet fugere. *Cor enim impij quasi mare feruens quod quiescere non valet,* Esa. 57. De Christo vero constat, quod *factus est in pace locus eius, & habitatio eius in Sion* Psal. 52. Et ideo in tali hic, id est in corde impio non potest Christus pacifice requiescere, vel manere Mat. 24. *Si dixerint, ecce hic est Christus aut illic, nolite credere, quia oportet primum hæc fieri, &c.* Mat. 16. *Surrexit, non est hic.* Et certe male quia homo potest sibi dicere illud Ioan. 11. *Domine si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus.* Secundus est locus defectuosus scilicet mundus, cui vir iustus debet cedere. Et merito, quia pro certo per opera virtuosa mundus non colitur Mat. 20. *Quid hic statis tota die otiosi.* Imo quilibet iustus ibi grauatur, & contemnitur Gen. 40. *Hic innocens in lacum missus sum.* Et ideo non mirum si finaliter veniat ad confusionem, & ad exilium deducatur, quia [illegible] dicitur Mat. 24. *Non relinquetur hic lapis super lapidem.* Et propter hoc Dominus in scripturis consulit, quod iste deseratur, & quod à bonis hominibus condemnatur 3. Reg. 19. *Quid hic agis Helia, &c.* sicut supra, & Tob. 14. *Nolite manere hic filij, dirigite gressus vestros, vt exeatis hinc, video enim quod sua iniquitas finem dabit ei.* Deridendo etiam loquitur contra mundi habitatores, dicens Es. 22. *Tu quis hic, aut quasi quis hic, quia excidisti tibi hic sepulchrum &c.* Subiungit *Ecce asportari te faciet Dominus sicut asportatur gallus gallinaceus, &c.* Eapone, &c. ¶ Tertius est locus tempestuosus scilicet infernus, à quo debet quisque metuere. Et merito quia ibi est labor & miseria. Michæ, 2. *Non habebitis hic requiem.* Ibi est fames & penuria. Vnde damnatus quilibet potest dicere illud Luc. 15. *Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo.* Sic igitur patet quomodo hic aduerbium in bono signat & in malo.

## Hic pronomen.

Nota, quod illud pronomen hic est pronomen demonstratiuum & est nomen singularitatis significatiuū. Et ideo per istud pronomen hic, potest significari quilibet vir perfectus, qui est in scientia, & moribus præ alijs singularis, & qui ratione perfectionis & sanctitatis est alijs speculabilis & exemplaris. Demonstrātor per hic, alijs res mirabiliores, res excellentiores, res insolitiores, seu rariores & nouiores. Et ideo vir perfectus potest dici hic quia pro certo nihil ipso mirabilius. Vide de ipso dicitur Eccl. 31. *Quis est hic, & laudabimus eum.* Fecit enim mirabilia in vita sua, qui probatus est in illo, & perfectus inuentus est. Item viro perfecto nihil excellentius, excellit enim alios in scientiarū & morum virtute & quantitate, vt de isto hic dicam istud Luc. 1. *Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur.* ¶ Item viro perfecto nihil insolitius, rarius, seu nouius. Et ideo de tali hic potest dici illud, quod dictum fuit visa nouitate signorum & miraculorum passionis Christi Luc. 23. *Vere hic homo iustus erat.* Et propterea hoc de tali hic, id est de tali viro perfecto sic demonstrabili, sic speculabili, sic singulari, sic exemplari, possumus breuiter exponere illud, quod dicitur Ioan. 6. *Hic est vere Propheta.* ¶ In quibus verbis ostenditur quod homo potest dici hic, hoc est dictum, virtutis demonstrabilis, & singularis, triplici ratione, scilicet quando habet B

- Constantiæ vel permanentiæ fortitudinem,
- Facundiæ vel eloquentiæ rectitudinem,
- Prudentiæ vel sapientiæ limpitudinem.

Ista enim tria faciunt hominem spectabilem & demonstrabilē atque clarum scilicet permanentiæ fortitudo, quæ ostenditur, cum dicitur, hic est. Eloquentiæ certitudo, quæ notatur in aduerbio verè. Sapientiæ limpitudo, quæ notatur, cum dicitur propheta. Vir enim perfectus debet habere

- Constantiam sine vanitate & varietate,
- Facundiam sine falsitate,
- Prudentiam sine ruditate.

¶ Debet enim habere
- Constantiam perseueratiuam. (Hic est inquit.)
- Facundiam certificatiuam. (Vere
- Prudentiam consideratiuam. (Propheta.)

Primo

Primum igitur dico, quod si volumus esse hic, id est, viri demonstrabiles singulares & exemplares, nos debemus habere constantiæ fortitudinem, quod ostenditur, cum dicitur, id est. Ille enim veraciter dicitur esse, qui propter exteriora accidentia nescit deesse. Istud enim verbum sum, es, secundum Grammaticos est substantiuum verbum, ad denotandum, quod ipse est ad modum substantiæ, qui propter mutationem accidentium non variatur. Quia scilicet ille, qui spiritualiter vult esse, nunquam propter accidentium tribulationem vel tentationem debet ab esse morali deficere vel cessare, sed semper in bono constare, & perseuerare; quod ostenditur cum dicitur, hic est, quod est præsentis temporis, ad denotandum, quod nos debemus esse semper & continue, & præsentialiter existentes, & in bono perseuerantes, exemplo primæ materiæ, quæ est immutabilis incorruptibilis & immutabilis. Quanquam enim formæ & accidentia, quibus ipsa substat varientur, alterentur, & corrumpantur, ipsa tamen semper eadē manet, nec quoquo modo corrumpitur, vel mutatur. Quia pro certo vir perfectus semper debet esse in bono constans, perseuerans, incommutabilis & æternus. Et quamuis forma sua exterior, hoc est dictum, sua prosperitas tēporalis, sua sublimitas sæcularis, sua etiam sanitas corporalis varietur, multiplicetur, mutetur, vel per tribulationem penitus destituatur, ipse tamen propter hoc non debet mutari vel deficere, nec per peccatum à bono statu resistere sed semper in bono perseuerare & persistere. Sicut enim dicitur Prouerb. 12. *Non contristabit iustum quicquid ei acciderit*: ita quod de essentia, id est, de perseuerantia talium potest dici illud Psal. *Tu autem idem ipse*

C *es, & anni tui non deficient.* Hic est igitur. ¶ Et nota, quod talis debet existere & perseuerare

In { Fraternitate & amicitia,
Humilitate & innocentia,
Æqualitate & iustitia.

Debet (dico) perseuerare in amicitia & fraternitate, vt de ipso dicatur illud 2. Macch. 15. *Hic est fratrum amator, qui multum orat pro populo.* Debet etiam permanere in humilitate & innocentia, vt de ipso dicatur illud quod de Christo Matthæi 3. *Hic est filius meus dilectus.* Debet etiam persistere in iustitia, seu æqualitate, vt de ipso dicatur illud Lucæ 23. *Vere hic homo iustus erat.* Sed heu pro dolor, videtur hodie, quod multi sunt, qui tali essentia, existentia, seu perseuerantia sunt carentes. Non enim habent esse duratiuum, sed defectiuum. Non habent statum existentem, sed desistentem. Non statum stabilem, sed mutabilem. Istud patet inter mondanos amicos, qui perseuerant in prosperitate, deficiunt tamen in aduersitate. Istud patet inter alios mundanos, qui sunt innocentes & humiles in tempore paupertatis, sunt vero superbi & iniqui tempore prosperitatis. Istud etiam patet generaliter inter omnes inconstantes, & leues, qui si quandoque sunt iusti, occasione modica fiunt iniusti. Omnes enim isti habent esse debile, & non durabile, modo enim sunt, modo non sunt, modo apparent, modo disparent modo existunt, modo desistunt. Isti sunt sicut stellæ, quæ dicuntur cometæ, quæ sunt stellæ temporales, non æternales, stellæ fluidæ, non solidæ, stellæ apparentes, non existentes. Istæ enim videntur stellæ & non sunt, sed sunt quædam impressiones aeris, quæ ad tempus veniunt, & ad tempus recedunt, quia sicut dicitur Apocalyp. 2. *Isti sunt illi qui se dicunt Iudaeos, & non sunt, sed sunt synagoga sathanæ.* Quia procul dubio tales homines incōstantes faciliter mutantur & variantur, & de bono ad malum, ne veritate ad mendacium commutentur, vt de talibus dicatur illud Esai. 41. *Ecce vos estis ex nihilo, & opus vestrum ex eo quod non est.* Et ideo de falsa apparentia talium, & de falsa apparentia hypocrytarum, qui recte videntur esse & non sunt, potest despectiue dici illud Esaiæ 22. *Tu quis hic, aut quasi quis hic, quia excidisti tibi hic sepulchrum?* Tales enim falsi amici, hypocritæ & falsi humiles non possunt dici hic, sed quasi hic, non possunt dici quis, sed quasi quis, quia scilicet isti vt dictum est non habent existentiam, sed solum apparentiam, & hoc est, quod sequitur. Quia excidereunt sibi hic sepulchrum, Sepulchrum enim, quod est pulchrum exterius, interius vero vile & fœtidum, signat vitium hypocrisis & cuiuscunque simulationis, quæ scilicet exterius est pulchra per siccam apparentiam, interius vero est vilis & turpis per malam & falsam existentiam. Quia scilicet tales mali sunt in intentione, sed bonis assimilantur in apparentia, similes miluis, qui in rostro & pluma sunt similes auibus prædabus, non tamen in efficacia, vel virtute, quia scilicet tales in pluma, id est, in habitu & conuersatione, in rostro, id est, in verbis, & locutione, bonis viris & fidelibus amicis sunt similes, nunquam tamen in virtute & perfectione. De talibus igitur dicitur Ioan. 9. quod dicebatur de cœco nato, *Alij dicebant quia hic est alij autem dicebant non sed similis est ei.* Non sic charissimi, Non habeamus est & non, non habeamus accidens, sed subiectum, non apparentiam, sed existentiam, vt de quolibet scilicet dicatur hic est, vt sic dicatur illud Ioa. 1. *Hic est vere Israelita in quo dolus non est.* Patet igitur quod si volumus esse demonstrabiles, singulares & exemplares, nos debemus habere existentiæ seu permanentiæ firmitatem. (Hic est inquit.)

¶ Secundo dico, quod si volumus esse hic, id est, viri demonstrabiles, singulares & exemplares, non debemus habere eloquentiæ certitudinem (vere inquit.) Istud vero aduerbium vere est adfirmatiuum & certificatiuum, quia scilicet ad hominem perfectum pertinet vere, certe, firmiter & ineffabiliter loqui. Sicut enim sanctitas debet esse talibus in intentione, sic veritas in locutione, vt eis dicatur illud Iudicum 8. *Omnia quæ locutus es, vera sunt, & non est in sermonibus tuis vlla reprehensio.* Rostra enim auium rapacium sunt curua & acuta, rostra vero auium mansuetarum & simplicium sunt plana & recta. Ad denotandum, quod sicut rostra, & ora rapacium, & malorum sunt curua per falsitatem, sic rostra & ora bonorum & simplicium debent esse recta & plana per veritatem. Vnde Prouerbior. 8. *Aperientur labia mea, vt recta prædicent, veritatem meditabitur guttur meum.* De tali igitur hic, id est, de tali eloquentiæ veritate potest dici, quod de Apolline dicitur Actorum 18. *Hic erat edoctus viam Domini, & feruens spiritu loquebatur ea, quæ sunt Iesu.* Sequitur. *Hic ergo fiducialiter agebat in synagoga.* Habeamus igitur eloquentiæ certitudinem.

¶ Tertio dico, quod si volumus esse hic, habeamus sapientiæ limpitudinem. Propheta inquit. Propheta enim est ille, qui tractat & cogitat de rebus secretioribus, superioribus, futuris & occultioribus, & signat virum sapientem, & prudentem, qui scilicet de rebus futuris & occultis scilicet de pœnis inferni, de gaudijs Paradisi, de terrore iudicij, de offensa Dei, de vilitate peccati, de vanitate mundi, de fragilitate corporis humani solet cogitare & considerare, meditari pariter, & tractare. Ista est igitur vera prophetia, quæ cogitat de rebus absentibus non de præsentibus, de occultis, non de manifestis, de æternis, non de mundanis. Et sic de tali poterit dici illud Ioan. 6. *Hic est verè propheta, qui venturus est in mundum* & Matthæi 21. dicitur, *Hic est Iesus propheta à Nazareth Galilææ.* Talis enim hic dicitur per singularitatem perfectionis, dicitur Iesus, id est, saluatus per benignitatem compassionis, dicitur propheta per sagacitatem discretionis, dicitur à Nazareth, quod interpretatur floridus per formositatem conuersationis, dicitur esse de Galilæa, quod interpretatur volubilis, per celeritatem bonæ operationis. Sic ergo patet charissimi, quod ille qui vult esse hic, id est, vir spiritualis demonstrabilis & exemplaris, perfectus & singularis, debet habere sapientiam consideratiuam, eloquentiam certificatiuam, existentiam perseueratiuam. Et breuiter tali huic, qui scilicet sic est demonstrabilis atque clarus, solet Dominus pacem concedere, tute defendere & bona tribuere, cęlo recipere, honorem pandere, saluum efficere, Mariæ iungere, Deus enim talibus pacem concedit Matthæi 10. *Pax huic.*

¶ Item tales Dominus iuuat & defendit, & bona eis tribuit Matthæi 20. *Volo & huic nouissimo dare sicut & tibi.* Item istum Dominus in cœlum introducit Ioan. 10. *Huic ostiarius aperit.* Item istum Dominus honorari facit Lucæ 14. *Da huic locum.* Et finaliter ipsum saluat, & in Paradisum deducit Lucæ 19. *Hodie huic domui salus facta est.* Et istum beatæ Virginis associat & coniungit, quia sicut dicitur Lucæ 18. *Huic erat soror nomine Maria.*

Hæc. Nota, quod illud pronomen hæc, sicut & hic signat singularitatem, & excellentiam virtuosam, est enim pronomen demonstratiuum, & per consequens exemplaris excellentiæ & euidentiæ designatiuum. Siue igitur referatur ad beatam Virginem, vel ad quamcunque sanctam, siue ad superbam lætitiam & ciuitatem, potest breuiter notari, quod istud pronomen hæc in scriptura signat quandam excellentiam singularem in materia de qua agitur. Et ideo possum dicere, quod illud pronomen hæc significat A

Per;

[illegible] m,

[illegible] nat [illegible] erſonæ bonitatem, & ſingula- [illegible] ini generis [illegible] no [illegible] inatiui caſus, [illegible] ſancta, de qua agimus, fuit fœmina [illegible] N [illegible] per famoſitatem. Singularis numeri [illegible] oralitatem. Et ideo de tali hæc [illegible] nibus dicitur: Hæc eſt virgo [illegible] a- [illegible] entum, quæ ſecum acceperunt [illegible] pades ſuas. In quibus verbis Eccleſia

[illegible] re,

A [illegible]

[illegible] te.

[illegible] æc ſt virgo ſapiens, & vna de numero [illegible] m, quia hæc eſt virgo ſapiens, quæ ac- [illegible] ſecum oleum in vaſis. A caſtitate) [illegible] orum in delictis, habebit fructum [illegible] ſit ideo breuiter de perfectione iſtius [illegible] eſt exponi illud Ezech. 1. *Hæc erat vi- animalium, ſplendor ignis & de igne ful-* [illegible] is aduerte quatuor rationes, quare [illegible] demonſtrabilis, & exemplaris ſcilicet [illegible] ccupatur, quia hæc erat viſio diſcur- [illegible] boratur, quia hæc erat in medio qua- [illegible] charitate inflammabatur, quia ignia [illegible] rorabant, quia dicebatur ignis, ſplen- [illegible] uia [illegible] ſemper lucet hæc operando, fuit om- [illegible] ens hæc perſeuerando, fuit ſolida, quia in [illegible] it fecunda, quia ignis hæc conuerſan- [illegible] ut & ſplendor. Fuit igitur iſta obediens [illegible] ilis Marthæ, quæ ſatagebat circa fre- [illegible] ac. [illegible], Geneſ. 2. *Hæc vocabitur virago*, qui [illegible] A [illegible] *Hæc erit plena operibus bonis.* ¶ Item hæc [illegible] lidens & [illegible] tuoſa, quia fuit in medio: illud enim [illegible] dio, magis eſt firmum Pſalm. *Hæc mutatio dexteræ* [illegible] *Hæc eſt mater tua* Item hæc fuit feruens & amoro- [illegible] *hæc eſt mulier*, [illegible] *hic eſt filius eius.* Amor enim denota- [illegible] ¶ Item hæc fuit lucens & luminoſa Sapien. 7. *Eſt* [illegible] *ſpecioſior ſole.* Et bene ſpecioſior, quia ſcilicet in ipſa re- [illegible] iuſtitiæ firma ſanctio Leuit. 7. *Hæc eſt lex clementiæ, dul-* [illegible] *vnctio* Exod. [illegible]. *Hæc eſt vnctio Aaron*: & Matth. 27. *Mittens e- hæc mulier hoc vnguentum in corpus meum, ad ſepeliendum me fe-* cit & Marc. 12. *Vidua hæc pauper plus omnibus miſit.* Munditiæ pura [illegible]. Vnde de Suſanna dicitur Daniel. 13. quod *egreſſa eſt hac cum [illegible] puellis*, vt ſcil. *lauaretur in pomerio.* Decentiæ pul- chritu[illegible], quia ſcilicet ſicut dicitur Ruth. 1. *Hæc eſt illa Noemi*, quæ [illegible] interpretatur pulchra. Vide proſecutionem iſtius auctoritatis in diuerſis [illegible] diſcurrens, ſupra de titulis currere, & d[illegible]urrere. In medio, ſupra vbi Cherub, in illo verbo vbi di- citur. In medio lapidum ignitorum. Vide vbi fulgur, & fulgor vel in tabula. Patet igitur, quod iſtud pronomen hæc ſignat per- ſonæ bonitatem.

B ¶ Secundo dico, quod ſignat cordis iucunditatem, ſeu gra- tiæ vel lætitiæ claritatem. Vnde de ſapientia dicitur Sapien. 7. *Hæc ſpecioſior eſt ſole.* Et en. *Hæc venditum iuſtum non dereliquit.* De gratia vero dicitur 1. Pet. 2. *Hæc eſt gratia propter Deum.* De lætitia vero dicitur in Pſalm. *Hæc eſt dies, quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea.* Et breuiter ſi per hæc intelligatur Eccleſia vel reli- gio, iuxta illud Exod 12. *Hæc eſt religio phaſe*, vel etiam ſtatus gra- tiæ, ſapientiæ vel gloriæ, dic, quod hæc eſt locus peregrinatio- nis Geneſ. 47. *Ad peregrinandum in terram hanc venimus.* Eſt locus ſalutis, & promiſſionis Geneſ. 15. *Semini tuo dabo terram hanc.* Eſt locus viſionis & contemplationis Exod. 3. *Vadam & videbo viſio- nem hanc magnam.* Eſt locus amoris & dilectionis Iudic. 14. *Hanc mihi accipe, quia placuit oculis meis.* Eſt locus iuſtitiæ & perfectio- nis Geneſ. 7. *Te vidi iuſtum coram me in generatione hac*: Eſt locus conſtantiæ & liberationis Iudic. 6. *Vade, in hac fortitudine tua li- berabis Iſrael.* Signat igitur hæc gratiæ, vel Eccleſiæ liberta- tem.

C ¶ Tertio dico, quod ſignat vitæ ſingularitatem ſcil. ſtatum perfectionis, ſicut ibi Eſa. 30. *Hæc eſt via, ambulate in ea, neque decli- netis ad dexteram, neque ad ſiniſtram.*



D ¶ Quarto dico, quod poteſt ſignificare cœli fœlicitatem. Vnde pro certo iſtud pronomen hæc prædicatur ſæpiſſime de ciuitate Eccleſiæ militantis & etiam triumphantis. De militan- te enim cantamus *Hæc eſt domus Domini firmiter ædificata*, & De Eccleſia vero triumphante dicitur Iohan. 17. *Hæc eſt vita æterna.*

E ¶ Et nota, quod iſta dicitur hæc, id eſt, clara & demonſtrabi- lis propter multitudinem rationum, ſcil.

Propter { Perfectam iucunditatem,
Completam amœnitatem,
Quietam tranquillitatem,
Immotam ſecuritatem,
Honeſtam ſocietatem,
Inuentam fœlicitatem.

Eſt enim ibi locus perfectæ iucunditatis, ita quod illi, qui ſunt ibi, dicunt illud Pſal. *Hæc eſt dies, quam fecit Dominus, exultemus, & lætemur in ea.* ¶ Item ibi eſt locus completæ formoſitatis. Vnde Thre. 2. *Hæccine eſt vrbs perfecti decoris. gaudium vniuerſæ terræ?* ¶ Item ibi eſt locus quietæ tranquillitatis. Vnde Pſal. *Hæc requies mea in ſæculum ſæculi, hic habitabo, quoniam elegi eam.* ¶ Item ibi eſt locus æternæ ſecuritatis. Vnde Soph. 2. *Hæc eſt ciuitas glorioſa habitans in confidentia.* ¶ Item ibi eſt locus honeſtæ ſocietatis, ibi enim non ſunt niſi ſancti & iuſti. Gloria enim hæc eſt omnibus ſanctis eius. Vnde Pſal. *Hæc porta Domini iuſti intrabunt per eam.* ¶ Item ibi eſt locus inuentæ fertilitatis vel fœlicitatis. Vnde ſancti poſſunt modo dicere illud Thre. 2. *En hæc eſt dies, quam expectabamus, inue- nimus & vidimus.* Sicut enim laborans, quando inuenit requiem, famelicus, quando inuenit panem, operarius, quando inuenit mercedem, obſeſſus, quando inuenit pacem, ſolent gaudere, & diem illam plurimum commendare, ſic ſancti in patria, vbi pro certo inueniunt requiem, & tranquillitatem, panem & ſatieta- tem, mercedem, & vtilitatem, pacem, & ſecuritatem, perfecte exultant. & quia talem locum inuenerunt, ſumme iocundan- tur, & gaudent. Et breuiter de hæc, id eſt, de ciuitate iſta & de eius opulentia, & fœlicitate dicitur Eſa. 54. *Hæc eſt hæreditas ſeruo- rum Domini*: & 10 Pſalm. *Hæc eſt generatio quærentium Dominum.* De mundi vero proſperitate vel de mundana iniquitate, quod demonſtrari poſſet per pronomen hæc, allega illud Dan. 4. *Nonne hæc eſt Babylon illa magna?* De impietate etiam dicitur Zach. 5. *Hæc eſt oculus eorum.* Et de fine talium dicitur 1. Mach. 13. *Hæc proſpectum habebat in præceps.* Iſta eſt igitur terra, de qua eſt e- grediendum Geneſ. 31. *Surge egredere de terra hac*: & Gen. 19. *Om- nes qui tui ſunt, educ de hac vrbe.* Et merito, quia ſc. Dominus contra huiuſmodi eſt indignatus propter quod alibi eſt fugiendum Hier. 33. *Abſcondam faciem meam à ciuitate hac*, quia ſcil. iſta con- demnata eſt ad venundandum, & deſtruendum Luc. 19. *Et qui- dem in hac die, quæ ad pacem tibi, ſed venient dies, in quibus non relinquent in te lapidem, &c.* Et ſic igitur patet, quomodo iſtud prono- men hæc poteſt in fœminino genere magna, & mirabilia deſi- gnare.

## Hi. Horum. His. Hos.

A Nota, quod ſicut de hic dictum eſt, ita & illud pronomen hi quandoq; ſumitur relatiue, quandoque demon- ſtratiue. Et ſic dico, quod moraliter loquendo, dici & prædicari poteſt, de impijs, & de iuſtis. Impij enim ſunt relatiui per ma- lam malorum imitationem, & malam ſui ad malos relationem, applicationem & conformationem. Boni vero & iuſti ſunt re- latiui, quia Deum ſolent imitari. Demonſtratiui etiam quia per ſuam vitam claram & honeſtam poſſunt alijs tanquam regula, & exemplum demonſtrari. Igitur de malis qualiter dicuntur hi, & qualiter malos imitantur, & qualiter propter ſuam vitam horribilem, & infamem alijs digito demonſtrantur, poſſum notare, quod hoc eſt, quia

Diſcordiam per mundum ſeminant,
Iactantiam pompoſe fulminant,
Conſtantiam rumpunt & terminant,
Munditiam fœdant & inquinant,
Sæuitiam inferni ruminant.

Mali enim diſcordiam ſolent ſeminare. Nam quia hi pacem o- diunt, & contemnunt (Pſal. *Cum his, qui oderunt pacem, eram paci- ficus*) ideo aliorum pacem diripiunt, & diſcingunt Thre. 7. *Ab his diuiſæ ſunt inſulæ gentium* Geneſ. 10. Item iſti hi iactantiam ſolent fulminare. Tales enim vt communiter pompoſi ſunt, & ſuper- bi Pſal. *Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine Domini in- uocabimus.*

¶ Item tales hi constantiam solent terminare, seu etiam non seruare, quia scil. mali parum perseuerant in bono Luc. 8. Et radices non habent, quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. ¶ Item tales hi munditiam solent liquidare scil. per luxuriam. Vnde isti sunt illi, qui delectantur in lacuna, id est, immunditiam & fœtorem. Figurati in illis, de quibus dicitur Luc. 8. quod *hi sunt, qui à sollicitudinibus*, id est, peccatis, & diuitijs *& voluptatibus suffocantur*, Ezech. 31. *Detrahe multitudinem Aegypti ad terram vltimam cum his qui descendunt in lacum*. Et ideo breuiter dico, quod tales hi, id est, tales, qui taliter sunt per enormem, infamem & malam vitam demonstrabiles inferni lætitiam, miseriam, seu tristitiam solent perpetuo ruminare, ipsamque experiri realiter & tentare. Vnde de damnatione talium dicitur Ezec. 32. *Omnes hi incircumcisi dicuntur*, quia ipsorum superfluitas, & vitia nunquam per pœnitentiæ vel disciplinæ cultum resecantur. Et ideo non mirum si damnationis gladio feriuntur. Vnde Sapien. 6. *Iudicium durissimum fiet his*. Patet igitur

B quomodo mali dicuntur hi. ¶ Si vero vis notare. Boni etiam dicuntur hi, pro eo, scil. quia suos bonorum imitatores, & tales demonstrabiles & spectabiles, &c. dic, quod de talibus dicitur Rom. 8. quod *quicunque spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt*. Vnde de talibus his, id est, de talibus filijs potest dici illud Io. 1. quod *Dedit potestatem filios Dei fieri his qui credunt in nomine eius, qui non ex sanguinibus, &c. sed ex Deo nati sunt*. Et si vis dicere de talibus his, dic, quod isti

Habent veritatis splendorem limpidum,
Tenent charitatis amorem feruidum,
Seruant æquitatis tenorem rigidum,
Orant Deitatis dulcorem placidum,
Habent honestatis fulgorem splendidum,
Habent securitatis auctorem solidum.

Tales igitur hi in cognoscendo sunt valde limpidi 1. Tim. 4. *His, qui cognoscunt veritatem, omnis Dei creatura bona*. ¶ Item diligendo sunt valde feruidi Rom. 8. *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum vocati sunt sancti*. ¶ Item isti iuste agendo sunt valde rigidi Psalm. 35. *Et iustitiam tuam his, qui recto sunt corde*. ¶ Item isti Deum rogando sunt valde placidi 2. Tim. 2. *Sectare iustitiam, fidem, charitatem & pacem cum his, qui inuocant dominum corde puro*. ¶ Item isti honeste viuendo sunt valde fulgidi Lucæ 1. *Illuminare his, qui in tenebris, & in vmbra mortis sedent*. Item isti secure manendo sunt valde solidi, quia scilicet semper habent Deum iuxta se ad auxiliandum paratum Psalm. *Iuxta est Dominus his, qui tribulato sunt corde, &c.* Sed pro certo de malis his dicitur contrarium, quia scilicet isti pacem dissipando sunt valde acidi Psal. *Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus*. Et ideo isti æterne lugendo erunt valde stupidi, quia sicut dicitur Sap. 6. *Iudicium durissimum fiet his, qui præsunt*. Et ista de His, & Hi sufficiant.

A **Hiericho.** Nota, quod Hiericho, quæ interpretatur luna vel odor eius, fuit ciuitas gentilium, quæ à Deo circumdante Iosue cum exercitu Israel, & tubis & buccinis resonantibus & populis processionaliter euntibus vndequaque fuit destructa, & muris miraculose corruentibus dissipata, & à filijs Israel occiso populo cum suis bonis omnibus igni data, sicut dicitur Iosuæ 6. Lapsu vero temporis iuxta imprecationem Iosuæ serui Dei ab Ahiel de Bethel reædificata est, & in morte primogeniti filij sui fuit fundata, & in morte sui vltimogeniti consummata. Iosue enim maledixerat Hiericho, vt *quicunque eam amplius reædificaret, in primogenito suo iaceret fundamentum eius, & in vltimogenito poneret valuas eius*, quod scilicet postea factum est, quia scilicet Ahiel, qui eam reædificauit, *quando fundamenta eius posuit, primogenitum suum perdidit, quando vero completo ædificio valuas apposuit, vltimogenitum amisit*, sicut dicitur 3. Reg. 16. in fine applicando igitur ad mores, dico, quod Hiericho potest significare statum

Horribilem mundi vel peccati,
Laudabilem populi sacrati,
Spectabilem sæculi beati,
Damnabilem barathri cœcati.

Isti enim quatuor status hominum, & eorum habitationes & loca, videlicet mundus & sceleratus, Ecclesia & iustificatus, Paradisus & beatus, Infernus & damnatus possunt per Hiericho

B signari. ¶ Primo igitur dico, quod per Hiericho possumus intelligere statum horribilem mundi deceptoris. Mundus enim proprie dicitur Hiericho, id est, luna, quia scilicet ille continue ad modum lunæ variatur, vnde [illegible] ille versus quod scilicet. *Stat [illegible] fortuna variatur imagine lunæ, [illegible] in eodem sistere nescit* [illegible] mutabilis & minuitur [illegible] *Stultus vt luna mutatur*. Mundus [illegible] est Hiericho, quem [illegible], id est, Christus cum exercitum impugnare, & tubando, id est, prædicando circuire [illegible] cessat, ita quod muros suæ obstinationis quandoque subuertit & truncat, & vitia [illegible] tendo, populum eius spiritualiter necit, dum ipsum conuertendo in melius mutat Heb. 11. *[illegible] muri Hiericho corruerunt*. Ille est etiam Hiericho cuius dilectores ædificatores primogenitum suum sc. animam primo perdunt, deinde vltimogenitum sc. corpus amittunt. ¶ Nota igitur, quod in isto Hiericho sunt

Insidiatores parcentes nemini,
Cœcutientes rebelles lumini,
Afficientes nocentes homini.

Ibi enim dæmones insidiantur Luc. 10. *Homo quidam descendebat de Hierusalem in Hiericho, & incidit in latrones, qui etiam spoliauerunt eum, & plagis impositis abierunt semiuiuo relicto*. Quia reuera quando homo discedit ab Hierusalem, id est, dimisso statu gratiæ ecclesiæ vel pœnitentiæ, descendit scilicet ad complacentias mundiales, statim incidunt latrones dæmones, qui ei insidiantur, scilicet ipsum bonis spiritualibus spoliantes, per diuersa desideria plagantes & vulnerantes, ipsum semiuiuum, in tantum scilicet anima mortuo corpore solum viuit, dimittere comprobantur. ¶ Item ibi simplices obtenebrantur, seu per ignorantiam excæcantur, sicut Matth. 20. dicitur, quod *duo cæci sedentes in Hiericho clamauerunt ad Christum, vt illuminarentur*. [illegible] vero existens in Hiericho, id est, in mundo, cæcus [illegible], si ad Christum per pœnitentiam & per mundi contemptum egreditur, statim videt. Christus enim egredientes [illegible] mundo per fidem, gratiam & sapientiam illuminat, quasi modo secum rediens cæcos (?) Lucæ 18. *Cum appropinquaret Hiericho, cæcus quidam sedebat secus viam mendicans*. ¶ Item ibi homines exercebrantur (?), id est, capiuntur per dæmones, & damnantur Hier. 52. *Exercitus Chaldæorum apprehenderunt Sedechiam in deserto, quod est iuxta Hiericho & omnis comitatus eius diffugit ab eo, & adduxerunt Sedechiam ad regem Babylonis*. Quia scilicet in deserto huius mundi exercitus dæmonum solent Sedechiam, id est, hominem peccatorem per mortem comprehendere, & eum ad regem Babylonis luciferum in infernum deducere vel portare. Signat igitur Hiericho statum horribilem mundi deceptoris.

C ¶ Secundo dico, quod Hiericho signat statum laudabilem legis professoris, id est, hominis seu populi iusti. Hoc est dictum statum Ecclesiæ fidei, vel pœnitentiæ, quæ scilicet luna dicitur, propter fidei splendorem, & odor eius propter deuotionis feruorem. Talis enim Hiericho seu talis status aut ciuitas est

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Locus | Tutus | ad | habitandum, |
| | Gratus | | visitandum, |
| | Aptus | | pullulandum. |

Dico igitur, quod Hiericho, id est, status religionis, vel Ecclesiæ est locus tutæ habitationis Ios. 6. *Hiericho clausa erat atque munita*. Muri enim diuinæ legis claudunt & ambiunt istum locum, & ideo tutum est habitare ibidem, exemplo Helisæi, de quo dicitur 4. Regum 4. *At ille habitabat Hiericho*. Item iste est locus gratiæ visitationis seu etiam spatiationis, quia scilicet in loco isto sunt flores & fructus bonorum operum & virtutum, & copia etiam arborum & herbarum, id est, bonarum & sanctarum personarum Eccles. 24. *Quasi plantatio rosæ in Hiericho, quasi oliua speciosa in campis*. Et inde est quod sancti solent hic spatiari, & per gratiam habitare Lucæ 19. *Egressus Iesus perambulabat Hiericho*.

¶ Item iste est locus aptæ pullulationis, ibi enim crescunt virtutes & merita incessanter. Vnde seruis Dauid qui carebant barba, dictum est 2. Reg. 10. *Manete in Hiericho, donec crescat barba vestra*. Barba enim quæ ornat faciem, signat virtutes, quæ ornant animam seu mentem. Sic igitur patet quod Hiericho signat statum laudabilem legis professoris.

¶ Tertio dico, quod signat locum mirabilem summi creatoris scilicet paradisum, qui bene dicitur luna vel odor, pro eo quia ibi claritas lucis æternæ, iuxta illud Esa. 60. *Non occidet vltra sol tuus, & luna tua non minuetur*. Et etiam quia ibi est fragrantia suauitatis immensæ Cantic. 4. *Odor eius super omnia aromata*. D

Su

de ista Hiericho, quod hæc est locus, vbi sunt pulchra, [i]ideantur, læta, quæ desiderantur, iusta, quæ remunerantur, [t]uta, quæ nō vulnerantur seu verberantur. ¶ Dico quod pulchra digna considerari Iof. 2. *Considerate terrā vrbemque Hiericho.* ¶ Item hic sunt bona digna desiderari, quia scilicet conuiuium sempiternum Iof. 5. *Fecerunt phase in campestribus Hiericho* ¶ Item hic sunt iusta, digna remunerari, quia scilicet ibi est locus remunerationis triumphalis, & ideo Hiericho in scriptura ciuitas palmarum dicitur, quæ scilicet significat victoriam. Vnde de filijs Israel dicitur, quod ipsi adduxerunt filios Iuda in Hiericho ciuitatem palmarum ad fratres suos, 2. Paral. 28. Filij enim Israel Deum videntes sunt Angeli, qui scilic. filios Iuda, id est, homines Deum confiteotes, in Hiericho, id est, in paradisum deducunt, vbi palmam, i. triumphum & victoriam iuxta merita cum fratribus suis, i. cum sanctis recipiunt. ¶ Item ibi sunt tuta, digna non vulnerari seu non impugnari. Ista enim ciuitas valde tuta est, quia sc. ista est extra omnem tumultum inimicorum sc. extra limitea huius vitæ Num. 21 *Trans Iordanem Hiericho sita est.* Patet igitur quod Hiericho signat locum mirabilem summi creatoris.

E ¶ Quarto dico, quod signat locum terribilem hostis tentatoris sc. infernum, qui proprie dicitur luna, quia s. ibi est perpetua eclipsis. Et ad hoc applica de Sedichia, qui in deserto iuxta Hiericho fuit captiuatus, & ad regem Babyloniæ ductus, per eum excæcatus & ligatus, & in Babylonem, i. in confusionem & perpetuam seruitutem tractus, sicut dicitor Hier. 52. Vel si vis, dic de Hiericho aliomodo, quæ interpretatur luna seu odor eius. Fuit enim primo ciuitas idololatriæ dedita, à Deo maledicta, & filijs Israel dissipata, clangentibus buccinis à diuino plus quam humano opere diruta, subuersa, trans Iordanem situata, & à quibusdam vrbs palmarum vulgariter nuncupata, & tandem ab Ahiel, qui interpretatur pater meus, vel patris Deitas, mediante morte sui primogeniti filij fundata & renouata, & mediante morte sui vltimogeniti consummata, & tandem solennis ciuitas magis, quam antea reputata: sicut hæc omnia patent Iof. 6 & 3. Reg. 16. & deinceps. Possum ergo dicere, quod per Hiericho potest significari in scriptura mūdi prostibulum, in quo iacent qui sæpe delinquunt, Christi latibulum, in quo gaudent qui mundum relinquunt. Legis vmbraculum, in quo sedent qui fidem addiscunt.

F ¶ Dico igitur, quod per Hiericho intelligitur prostibulum mundanæ corruptionis, quia pro certo mundus est ciuitas idololatrarum, id est, peccatorum, quæ à filijs Israel, i. à sanctis hominibus fuit superata, vltra Iordanem qui interpretatur riuus iudicij, i. vltra omnem rationem & iudicium fuit fundata, lunæ quæ semper est in mutatione & motu, propter inhabilitatem suorum fluctuum comparata. Et si vis, nota, quod Hiericho signat mundum propter tria, videlicet, quia est

Locus { Penuriosus, Periculosus, Ruinosus.

Est dico locus penuriosus, quia caret virtutum fructibus. Vnde Hier. 52. dicitur, quod iuxta Hiericho erat desertum, in quo apprehensus Sedechias & exercitus eius fugit ab eo, quia scilicet desertum, id est, carentia omnis boni inuenitur hic, vbi cū quis deducitur à suis mundanis amicis & comitibus deseritur & oditur. Item est locus periculosus quia abundat prauis hominibus. Vnde Luc. 10. dicitur, quod *homo quidam descendebat à Hierusalem in Hiericho, & incidit in latrones, &c.* ¶ Item est locus defectuosus, seu etiam ruinosus Hebr. 11. *Fide muri Hiericho corruerūt.* Istud est igitur Hiericho quod signat prostibulum mundanæ corruptionis.

G ¶ Insuper dico, quod Hiericho signat latibulum fidei Ecclesiæ vel religionis. Hiericho enim, id est, Ecclesia de antiqua facta fuit noua, inquantum de synagoga, nostra noua, & fidelis Ecclesia fuit orta, quæ sub Ahiel, i. Deo patre in morte sui primogeniti Christi fuit fundata, & gratijs & virtutib. reparata, & trans Iordanem, i. vltra fluxum mundanæ habitationis mirabiliter collocata, Num. 21. *Trans Iordanem Hiericho sita est.* Et aduerte quod status fidei religionis vel Ecclesiæ intelligitur per Hiericho, scilicet quia

Vallatur clausulis mandatorum,
Scrutatur oculis prælatorum,
Ditatur plantulis meritorum,
Sectatur cumulis perfectorum.

*Dictiona. Berchorij.*

Ista enim Hiericho est Dei mandatis clausa vel vallata Iosuæ 6. Hiericho autem clausa erat atque vallata, & nullus egredi audebat. ¶ Item ista est à bonis prælatis visa vel scrutata, hoc est, dictum, correcta vel visitata. Vnde exploratoribus dictum fuit, Iof. 2. *Considerate terram, vrbemque Hiericho.* ¶ Item ista est virtutum plantulis aucta vel ditata. Vnde ipsa etiam potest dicere illud Eccles. 24. *Quasi palma exaltata sum in Cades, & quasi plantatio rosæ in Hiericho*, & bene dicitur quasi palma, quæ scilicet signat victoriam, quia scilicet ibi solet de vitijs victoria reportari, 2. Para. 28. *Imposuerunt eos in iumentis, & adduxerunt in Hiericho ciuitatem palmarum.* ¶ Item ista est à viris honestis semper habitata. Nam 2. Reg. 14. dicitur, quod seruis Dauid præceptum est, quod *manerent in Hiericho donec cresceret barba sua.* Barba dico, id est, sapientia seu virtus & 4. Reg. 2. dicitur, quod *Helisæus habitauit in Hiericho.* Sequitur: *Ecce habitatio ciuitatis huius optima est.* Patet igitur, quod Hiericho signat latibulum Ecclesiæ vel religionis.

H ¶ Denique dico, quod Hiericho signat vmbraculum synagogæ & antiquæ traditionis. Ista enim fuit ciuitas per filios Israel destructa & in nouam ecclesiam transformata. Ad istam enim Christus personaliter venit, & ipsam lumine fidei & gratiæ illustrauit, & moribus & virtutibus informauit, Vnde Luc. 18. dicitur, quod *cum Christus appropinquaret Hiericho, cæcus quidam clamauit, Iesu fili Dauid, miserere mei, qui statim illuminauit eum.* Cæcus enim iste fuit populus Iudaicus, qui in aduentu Christi ad Hiericho, i. ad synagogam, fuit illuminatus, & fide & miraculis illustratus, sic igitor patet quod Hiericho potest mundum, Ecclesiam & synagogam signare, &c. Sufficit.

## Hierosolyma.

A Nota, quod Hierosolyma idem fuit, quod Hierusalem, caput scil. regni & ciuitatum Iudeæ, antiquitus etiam apud infideles mirabiliter commendata. Solinus enim de Iudæa loquens dicit sic. Huius inquit Iudææ vrbs est Hierosolyma, vrbium orientis longe clarissima. Interpretatur autem Hierosolyma, pacifica, vel visio pacis. Et sic ponit magister in historia scholastica. Ista primo fuit dicta Salē, vbi fuit rex Melchisedech, sicut dicitur Gen. 14. in fine. Tandem pro eo, quod populus Iebusæorum habitauit ibi, sicut dicitur Iof. 15. dicta est Hiebusalem, & sic b, mutata in r. Hierusalem finaliter nuncupata. Tandem vero tempore Salomonis à Hierusalem Hierosolyma fuit dicta, & visio pacis nominata. Dicā igitur, quod quia Hierosolyma interpretatur pacifica, vt dictum est, secundum quod in rebus inuenio triplicem pacem, sic dicam triplicem esse Hierosolymam. Inuenitur enim

Pax { pectorea, temporea, æthera. } quæ est { mundialis, spiritualis, æternalis.

Prima est malorum,
Secunda iustorum,
Tertia sanctorum.

Sic vere dicam, quod in scriptura fit mentio de Hierosolyma exteriori, quæ signat statum mundanorum, interiori quæ signat statum perfectorum, & superiori, quæ signat statum electorum. Prima spectat ad iniquos cum sæculo prosperantes, secunda spectat ad electos in sæculo militantes, tertia spectat ad beatos de sæculo triumphantes. Et sic dico, quod est triplex Hierosolyma sc. mundus, Ecclesia, Paradisus. ¶ Primo igitur dico, quod B inuenitur Hierosolyma exterior, & ista proprie signat mundum & statum hominum mundanorum, qui sc. in prosperis & terrenis rebus viuunt pacifici & quieti. In ista enim Hierusolyma sc. in mundo

Ficta pace mali vtuntur,
Falsa luce vani fruuntur.
Dira falce boni cruciantur.

Primum, Secundum, Tertium } facit { rerum prosperitas, mundi calliditas, dira crudelitas.

C ¶ Dicam igitur, quod Hierosolyma sc. mundus, gaudet facta pace, quia sc. ibi mali videntur esse in quiete & pace, & tamen ista non est pax vera, imo instabilis atque vana. Diabolus enim videtur peccatoribus pacem ad tempus concedere, vbi tamen non sperant, solet confringere, & eos temporaliter & æternaliter molestare. Figura 1. Mach. 5. vbi dicitur, quod Appolonius intendens omnes Iudæos perfectæ ætatis interficere, mulieres & paruulos vendere, cum venisset Hierosolymam, pacem simulans, quieuit vsq; ad diē Sabbathi. In Sabbatho vero armasi se-

ri fecit suum exercitum contra ipsos, & vbi non præcauebant, omnes, qui ad spectaculum venerant interfecit. Qui reuera Apollonius, qui interpretatur exterminans, i. diabolus, qui ad nihil aliud intendit, nisi genus humanum perdere & occidere, in Hierosolyma huius mundi solet ficte & fallaciter pacem & prosperitatem ostẽtare & prætendere. Sed reuera in Sabbatho requiei mundanæ, & vbi homo se sperat esse in maiore quiete, solet tribulationes & infortunia suscitare Ioan. 10. *Facta sunt encenia in Hierosolymis, & hyems erat*, quia sc. semper cum encenijs, & cum festis hyems tribulationis insurgit. Gaudet igitur ista Hierosolyma ficta pace.

¶ Insuper dico, quod ista lucet seu splendet vana facie, i. vana sapientia. Vnde 1. Macch. 1. dicitur, quod *iniqui filij Israel ædificauerunt Gymnasium Hierosolymis*. Gymnasium enim, i. studium quia studium fallacis sapientiæ viget ibi.

¶ Deniq; dico, quod ista Hierosolyma stridet dira seu dura falce, i. dura crudelitatis strage. Ibi boni iniustè grauantur, & molestantur à malis. Vnde Marc. 10. *Ecce ascendimus Hierosolymã & filius hominis tradetur, &c.* Et condemnabunt eum morte, &c. Ista est igitur Hierosolyma exterior.

D ¶ Secundo dico, quod inuenitur Hierosolyma interior, & ista est Ecclesia militans seu religio vel status quilibet saluandorum, quia scilicet ista habet pacem interiorem in via & videt & sperat pacem superiorem in patria. Et sic bene interpretatur visio pacis & pacifica. Dic autem, quod ista Hierosolyma est

Locus { Obsecrationis,
Expectationis,
Inquisitionis,
Visitationis,
Prædicationis,
Expiationis,
Emundationis,
Fœderationis,
Castigationis,

Nam pro certo hic adoratur diuinitas Ioh. 4. *Hierosolymis est locus vbi adorare oportet.* Item hic expectatur dignitas, scilicet gloriæ paradisi Act. 1. *Præcepit illis ab Hierosolymis ne discederent, sed expectarent promissionem patris.* Item hic expectatur veritas Matth. 2. *Ecce Magi ab oriente venerunt Hierosolymam, dicentes, vbi est, qui natus est rex Iudæorum.* ¶ Item hic visitatur charitas. Vnde Apostolus ad Galat. 1. *Deinde post annos tres veni Hierosolymam videre Petrum, & mansi apud eum diebus quindecim.* ¶ Item hic prædicatur sanitas, id est, pœnitentia & remissio peccatorum Luc. 24 *Oportebat prædicari pœnitentiam in remissionem incipientibus à Hierosolyma.* ¶ Item hic expiatur prauitas, quia scilicet oblatio pura & immaculata offertur ibidem pro peccatis & culpis. Vnde de Machabæo dicitur 2 Mach 12. quod *ipse misit duodecim millia drachmas argenti Hierosolymam offerri ea ibi pro peccatis mortuorum* ¶ Item hic procuratur puritas, quia, scilicet sicut dicitur Ioan. 5. *Erat autem Hierosolymis probatica piscina, circa quam iacebat multitudo languentium, cæcorum, claudorum, & aridorum. & qui, mota aqua per Angelum, prius descenderat sanus erat.* ¶ Item hic fœderatur seu colligatur vnitas seu etiam amor, charitas & fraternitas. Vnde 2. Mach. 1. *Fratribus qui sunt per Aegyptum Iudæis salutem dicunt fratres, qui sunt Hierosolymis.*

¶ Item hic castigatur vnitas, quia, scilicet illi qui in Ecclesia peccant, debent acriter castigari, & potissime simoniaci exemplo illius, quod dicitur Io. 12. videlicet, quod *Iesus ascendit Hierosolymam, & inuenit ementes & vendentes in templo, & facto flagello eiecit eos, & dixit: Auferte ista hinc. & nolite facere domum Patris mei domum negotiationis* Ista est igitur Hierosolyma exterior. Si vis facere tertium de Hierosolyma morali & interiori, sc. de mente vel de anima, potes dicere omnia quæ hic sunt dicta. quia scilic. omnia possunt ad morale propositum applicari. ¶ Tertio dico,
E quod inuenitur Hierosolyma superior, & ista signat paradisum, quæ scilicet est habitatio pacifica & pacis visio. Ibi enim non solum pacifice & tute viuitur, sed insuper ille qui est pax nostra, & fecit vtraque vnum, ibi visibiliter contemplatur, iuxta illud ad Galat. 1. *Veni Hierosolymis videre Petrum &c.* Ibi enim est beata visio, & beata tentio & fruitio, & bonorum omnium fœlix & lauta acquisitio, iuxta illud 2. Esdr. 1. *Fecit Iosias Pascham Hierosolymis.* Pascha enim signat conuiuium paradisi, vbi ipse agnus Dei qui tollit peccata mundi, præsentialiter recipitur & gustatur: Et sic patet, quomodo Hierosolyma potest accipi multis modis, scilicet pro futuro statu sanctorum, pro præsenti statu iustorum, pro nefando statu malorum, &c. Vide infra de Hierusalem.

Hierusalem. Nota, quod istud vocabulum Hierusalem quadrupliciter sumitur in scriptura. A
Sicut enim dicit Innocentius in sermone quadragesimæ quæ dicitur: *Lætare Hierusalem*, est Hierusalem.

Quædam { Superior, Superior est in patria,
Inferior, Inferior est Ecclesia, quæ est in miseria.
Interior, Interior est conscientia,
Exterior. Exterior est in Syria.

¶ Accipiendo igitur Hierusalem pro ciuitate sancta, in qua Dominus dicitur spiritualiter habitare (iuxta illud Eccl. 24. *In ciuitate sanctificata similiter requieui, & in Hierusalem potestas mea*) possumus dicere quod est Hierusalem superior, quæ est gloriosa. Et ista est Ecclesia triumphans, iuxta illud Esa. 46 *Dabo in Sion salutem, & in Hierusalem gloriam meam* ¶ Item inferior quæ est virtuosa Et ista est Ecclesia militans, de qua dicitur Esa. 60. *Surge, illuminare Hierusalem quia venit lumen tuum* ¶ Itẽ interior, quæ est speciosa. Et ista est bona conscientia vel bona anima, de qua Can. 6 *Pulchra es amica mea suauis & decora sicut Hierusalem* ¶ Item exterior, quæ est dolorosa. Et ista est Hierusalem terrestris, quæ nunc ab infidelibus occupatur, de quo in Psal. *Deus, venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt Hierusalem in pomorum custodiam*, & Gal. 4. *Quæ nunc est Hierusalem, seruit cum filijs suis* ¶ De isto igitur vocabulo Hierusalem possumus dicere, quod signat paradisi habitationem. *Quia non commouebitur in æternum qui habitat in Hierusalem* Psal ¶ Ecclesiæ congregatione Luc. 2. *Homo quidem erat in Hierusalem nomine Simeon.* ¶ Bonæ personæ seu bonæ conscientiæ perfectionem. Vnde 1. Mac. 10. *Ierusalem sit sancta & libera.* ¶ Hierosolymæ mansionem seu regionem de qua Hier. 38 *Factum est, vt caperetur Hierusalem.* De ista igitur quadruplici Hierusalem possent multa & mirabilia dici sed quia in pluribus locis particulariter dictum est de eisdem, ideirco supersedeo quo ad præsens. Vide igitur de Hierusalem superiori supra in titulo adducere, in illa auctoritate: *Eleuauit me spiritus, & induxit in Hierusalem.* Ezec. 8. De Hierusalem vero inferiori, i. Ecclesia, vide supra in tit. custodire, vel in titulo constituere, in illa auctoritate diuisa. *super muros tuos Hierusalem constitui custodes*, Esa. 62. & infra: *Lætare Hierusalem.* De Hierusalem interiori, i. de bona conscientia vel bona persona vide in sermone. Mater toa lexna. De assumptione beatæ virginis, in illa auctoritate diuisa. *Illa quæ sursum est Hierusalem libera est, quæ est mater nostra*, Gal 4. in sermone. Quæ sursum est Hierusalem. Item in sermone. Videbunt filium hominis, in illa auctoritate, Venit lumen tuum Hierusalem. De Hierusalem vero exteriori & terrestri vide bene in sermone de passagio, qui incipit, Recordamini priorum sæculi, & Hierusalem ascendat super cor vestrum. In istis enim & pluribus alijs locis de Hierusalem fit mentio, & ideo æstimaui superfluum amplius dicere, ex quo in tot locis de Hierusalem memini me dixisse. ¶ Sed si vis istam B
materiam dilatare, dic quod in scriptura reperitur

Hierosalem { Speciosa latens interius,
Virtuosa manens inferius,
Vitiosa viuens deterius,
Gloriosa gaudens superius,
Luctuosa gemens exterius.

Dicamus igitur primo, quod inuenitur vna Hierusalẽ latens interius, quæ est speciosa. Et ista est anima sancta aut conscientia pura, vel beata virgo, vel quælibet virgo sancta. Ista enim dicitur Hierusalem, pro eo, quod sicut in Hierusalem fuit antiquitus sedes regis. Templum legis. Fidelitas gregis Quia, scil. ibi fuit

Sedes æquitatis, quam Dauid tenuit,
Templum pietatis, quo cultus viguit,
Populus sanctitatis qui Deum coluit seu timuit,

Sic vere dico, quod in ista spirituali Hierusalem est sedes & habitatio summi regis, qui, scilicet ibi per gratiam habitat, & qui iustitiam ibidem suscitat, atq; plantat Hier. 3. *Vocabunt Hierusalem solium Domini* ibi etiam est templum deuotionis, in quo scilicet Deus spiritualiter colitur, & in quo per spiritum contribulatum quotidie sacrificatur, & hostia laudis, & orationis offertur Psal. *In templo tuo. quod est in Hierusalem, tibi offerent reges munera*, 2. Para. 30. *Facta est grandis celebritas in Hierusalem.* Ibi etiam est populus videns, id est, congregatio virtutum, quæ sc istam ciuitatem inhabitant, & illam ornant, visitant & frequentant. Sicut enim

enim in Psalm. dicitur: *ista est Hierusalem, quæ ædificatur vt ciuitas, participatio eius in idipsum.* Ciuitas idem est, quod ciuium vnitas. [Quam] scilicet Hierusalem anima sancta habet in se spiritualem [vn]itatem, id est, virtutum & affectionum vnitatem & bonorum spiritualium participationem & fertilitatem Psalm. *Rogate, quæ ad pacem sunt Hierusalem, & abundantia diligentibus te.* Ista est igitur speciosa, quæ est interius. De qua potest dici illud Cantic. 6. *Pulchra es amica mea, suauis & decora, sicut Hierusalem.* ¶ In quibus verbis aduerte, quod ista spiritualis Hierusalem describitur:

Vt { Purificata nitoris flosculo,
Fortificata vigoris angulo,
Lætificata amoris osculo,
Magnificata honoris titulo,
Lætificata dulcoris riuulo,
Gratificata vitoris hortulo,
Assimilata decoris speculo,
Turbificata timoris scrupulo.

Fuit enim in ista Hierusalem
Flosculus nitoris & innocentiæ [Pulchra]
Angulus vigoris & permanentiæ [Es]
Nodulus amoris & amicitiæ [Amica]
Titulus honoris & excellentiæ [Mea]
Riuulus dulcoris & patientiæ [Suauis]
Hortulus vitoris & apparentiæ [Decora]
Modulus decoris & adiacentiæ [Sicut]
Scrupulus timoris & reuerentiæ [Hierusalem]

¶ Dico igitur, quod istam spiritualem Hierusalem commendat flosculus puritatis [Pulchra inquit] Nihil enim tam pulchram facit animam sicut puritas & innocentia. Pulchritudo enim corporis consistit in debita membrorum proportione, & in omnis maculæ carentia & defectione. Sic vere anima spiritualiter pulchra dicitur, quando omnia mēbra sua spiritualia, s. omnes interiores affectiones & potentiæ in Deum ordinantur & in se debite regulantur, Can. 7. *Quam pulchra es & quam decora charissima in delitijs.* Vnde ista fuit ciuitas noua Hierusalem quam vidit Ioannes descendentem de cœlo Apoc. 21. *Ego inquit Ioannes vidi ciuitatem sanctam Hierusalem nouam descendentem de cœlo, à Deo paratam, sicut sponsam ornatam viro suo.* Ista enim habuit pulchritudinem vnitatis, quia ciuitas, id est, ciuilis vnitas, Pulchritudinem bonitatis, quia sancta, pulchritudinem puritatis, quia noua, pulchritudinem humilitatis, quia descendens, pulchritudinem dignitatis, quia de cœlo, pulchritudinem honestatis, quia parata, pulchritudinem charitatis, quia sponsa, pulchritudinem decoris, quia ornata, pulchritudinem fidelitatis, quia viro suo pulchra. Vide de pulchritudine Hierusalem Cant. 1. Sequitur. *Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra, oculi tui columbarum.* Istam igitur commendat flosculus puritatis. Insuper dico, quod istam commendat angelus firmitatis, quod ostenditur cum dicitur [Es] Istud enim verbum es signat boni propositi [firm]itatem, [&] constantis perseuerantiæ stabilitatem. Es enim verbum est substantiuum, substantia enim stat, accidentia vero fluunt. Ideo de ista Hierusalem sic ente & manente dicitur Ezech. 5. *Ista est Hierusalem in medio gentium posui eam.* Vide eam infra vbi Iste. Vnde Esa. 33. *Oculi tui videbunt Hierusalem habitationem opulentam, tabernaculum, quod nequaquam vltra transferri poterit, nec auferentur claui eius in sempiternum.* Nullus enim hostis potest sanctam animam vincere, nec eam à soliditate suæ constantiæ immutare. Vnde Zach. 14. *Anathema non erit amplius, sed est Hierusalem secura.* ¶ Deinde dico, quod istam Hierusalem commendat nodulus charitatis. Et hoc ostenditur cum dicitur [Amica] vide supra de amicitia. Ista enim amica dicitur, quia magno zelo à C[hri]sto diligitur & zelatur Zach. 1. *zelatus sum Hierusalem zelo magno.* Quia reuera sicut homo tantum diligit sponsam vel amicam quod nullo modo vult quod præter ipsum aliquis tangat illam, imo si cum alio amatore coniungitur, acriter animaduertit in ipsam, sic Deus ita zelotype diligit animam amicam suam, quod si alicui alteri amatori scil. mundo, carni, vel diabolo se peccando coniungit, Deus ipsam per tribulationes verberat, & si emendare noluerit ipsam destruit & occidit Tob. 13. *Hierusalem ciuitas Dei, castigauit te Dominus.* Veruntamen sicut homo perfecte diligens amicam, licet irascatur ei dum intelligit, quod alteri se fecerit gratam & placidam, illi tamen reconciliatur dum de offensa pœnitet, & lacrymatur, sic Deus perfecte diligens animam hominis, eam despicit & abominatur, cum se

*Diction. Berchorij.*

peccati & diaboli amplexibus polluit, tamen ipsam pœnitentem non excludit, sed recipit, dicens illud Cantic. 2. *Iam hyems transijt, imber abijt & recessit, surge amica mea & veni.* Vnde ipse est, qui dicit Zach. 1. *Reuertar ad Hierusalem in misericordia, domus mea ædificabitur in ea.* Commendat igitur istam perfectæ nodulus charitatis. ¶ Deinceps dico, quod istam commendat profectæ F
titulus dignitatis, cum dicitur [Mea.] Magna enim est dignitas esse amicam vel sponsam regis, multo plus igitur Dei 2. Par. 6. *Elegi Hierusalem, vt sit nomen meum ibi.* Vnde de tali dignitate dicitur Baru. 5. *Exue te Hierusalem stola luctus & vexationis tuæ, & induere decore & honore eius, quæ à Deo tibi est in sempiterna gloria.* Sequitur. *Exurge Hierusalem, & sta in excelso.* ¶ Et nota si vis, quod

Dignitas ista consistit in { carentia seruitutis,
decentia iuuentutis,
prudentia senectutis,
munditia sanctitatis,
facundia veritatis,
lætitia iucunditatis.

Ista enim habuit carentiam malæ seruitutis, quia, scilicet peccatis & vitijs non fuit subiecta 1. Mach. 10. *Hierusalem sit sancta & libera,* & Galat. 4. *Quæ sursum est Hierusalem libera est* ¶ Item habuit decentiam sanctæ iuuentutis, id est, innocentiam & puritatem. Vnde ista dicitur noua Apocal. 3. *Scribam super illum nomen meum & nomen ciuitatis Dei mei nouæ Hierusalem.* ¶ Item habuit prudentiam doctæ senectutis Hier. 6. *Erudire Hierusalem, ne forte recedat anima mea à te.* ¶ Item habuit munditiam puræ sanctitatis Esa. 52. *Induere vestimentis gloriæ tuæ Hierusalem ciuitas sancti.* ¶ Item habuit facundiam magnæ veritatis Zach. 8. *Vocabitur Hierusalem ciuitas veritatis.* ¶ Item habuit lætitiam summæ iucunditatis Psal. *Lauda Hierusalem Dominum, lauda Deum tuum Sion.* Esa. 65. *Ego creo Hierusalem exultationem* Sic igitur dicam, quod istam commēdat prouectæ titulus dignitatis. ¶ Denique dico, quod ipsam commen- G
dat benignæ riuulus pietatis, & hoc notatur, quando dicitur [Suauis.] Suauitas enim lenitatem, misericordiam, & benignitatem designat Psalm. *Suauis est misericordia tua.* Res enim suauis tangentem non lædit, sed ipsum delectat potius atque lenit. Sic persona pacifica & benigna non solet alios contingentes & secum conuersantes lædere sed mulcere, & ad omnes dulciter & pacifice se habere Psal. *Rogate quæ ad pacem sunt Hierusalem.* Et sequitur *Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis.* Suauis igitur, Cantic. 5. *Guttur illius suauissimum.* Etiam dico, quod ipsam commendat vitiacis hortulus honestatis, quia dicitur decora. Vnde Thre. 2. *Cui assimilabo te filia Hierusalem.* Sequitur. *Haccine est vrbs perfecti decoris gaudium vniuersæ terræ.* Vide vbi decor. ¶ Adhuc H
dico, quod ipsam commendat voluntatis modulus qualitatis, quod ostenditur cum dicitur. Sicut Aduerbium similitudinis, quia, scilicet ista per virtutem humilitatis & obedientiæ volebat se ad omnem actum virtutis, & se bonis personis omnibus conformabat [Sicut inquit] Vnde illud Apoc. 21. *Vidi ciuitatem sanctam Hierusalem à Deo paratā sicut sponsam ornatam viro suo.* Vide infra in titulo. Sicut, vt & ipsa dicat illud Eccl. 24. *Sicut cinnamomū & balsamum aromatizans odorem dedi.* Vltimo vero dico, quod istam commendat turbatæ scrupulus voluntatis, quod ostenditur in verbo Hierusalem, quia Hierusalem interpretatur perfectus, quia, scilicet ad sanctam animam, virginem vel personam pertinet, quod perfecte timeat Deum suum Baruc. 4. *Contristati Hierusalem nutricem vestram.* Timor enim filialis deducit ad [secu]ritatem perpetuæ consolationis, vnde Esa. 60. *Surge illuminare Hierusalē, quia gloria Domini super te orta est Quia ecce tenebræ operient terram, & caligo populos. Super te autem orietur Dominus, & gloria eius in te videbitur,* quasi dicatur de caligine præsentis timoris peruenitur ad lumen gloriæ & honoris. Pone hic de finali beatitudine seu gloria æterna, quæ dabitur isti Hierusalem propter merita supradicta, iuxta illud Esa. 46 *Dabo in Sion salutem, & in Hierusalem gloriam meam.* Patet igitur quomodo inuenitur vna Hierusalem latens interius, quæ est speciosa, s. anima vel quælibet virgo sancta. Et hoc est primum principale. ¶ Secundo principali- I
ter dico, quod inuenitur vna Hierusalem manens inferius, quæ est virtuosa. Et ista est ecclesia militans, seu religio, vel quicunq; perfectionis status. Ista est enim Hierusalem, quam Christus inhabitauit, & vbi habitationem fidelium ordinauit, & vbi specialiter credi, & coli voluit, & mandauit, vbi Christus de Deo patre loquens videtur dicere illud 2. Par. vlt. & 1. Esdræ 1. *Omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus cœli, & ipse præcepit mihi, vt ædificarem ei domum in Hierusalem, quæ est in Iudæa,* id est, quæ est in fidei

K confessione. ¶ Et notabis, quod ecclesia vel religio dicitur Hierusalem propter multa, videlicet quia est

Locus { tutæ habitationis, lautæ cumulationis, doctæ prædicationis, cautæ inquisitionis, certæ eruditionis, iustæ iurisdictionis, multæ dimicationis, altæ contemplationis, lætæ exultationis, sanctæ congregationis, dignæ visitationis, magnæ consolationis.

Ibi igitur est habitatio tuta. Tutum enim & securum est habitare in castro forti & maxime quando rex & fortissimi defensores habitant ibi. Sic est ista Hierusalem, quia Deus & Angeli ipsam inhabitant & defendunt, & ideo hostes spirituales [illegible] non capiunt nec offendunt Thren. 4. *Non crediderunt omnes habitatores vrbis, quod ingrederetur hostis per portas Hierusalem.* Securum est igitur ibi viuere, & ibidem per gratiam habitare 2. Reg. 19. *Veni mecum*, dixit rex Dauid Barzalai, *vt securus requiescas in Hierusalem.* ¶ Item ibi est cumulatio lauta, id est, diuitiarum spiritualium, scilicet gratiarum & virtutum abundantia Psalm. *Hierusalem quæ ædificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in idipsum.* Vnde 3 Reg. 10. dicitur, quod *Salomon fecit vt abundantia tanta esset argenti in Hierusalem, vt lapidum* ¶ Item ibi est prædicatio docta, vnde Esa. 41. *Hierusalem Euangelistam dabo:* & Esa. 2. *De Sion exibit lex, & verbum Domini de Hierusalem*, & Hier. 2. *Vade & clama in auribus Hierusalem* ¶ Item ibi est inquisitio seu tentatio cauta, quia *regina Saba audita fama Salomonis, venit in Hierusalem, vt tentaret eum in ænigmatibus* 3. Reg. 10. ¶ Item ibi est eruditio certa, quia, scilicet veritas sapientiæ & fidei viget ibi. Vnde illud Zach. 8. *Vocabitur Hierusalem ciuitas veritatis*, & Esa. 60. *Surge illuminare Hierusalem.* ¶ Item ibi est iurisdictio iusta Hier. 3. *Dabo vobis pastores iuxta cor meum.* Sequitur. *Et vocabitur Hierusalem solium Domini.* ¶ Item ibi est dimicatio multa, quia, scilicet ibi viget bellum tentationum & tribulationum 2. Par. 17. *Bellatores & robusti erant in Hierusalem.* ¶ Item ibi est contemplatio alta Ezech. 8. *Eleuauit me spiritus inter cœlum & terram, & adduxit me in Hierusalem in visione Dei.* ¶ Item ibi est exultatio læta, quia, scil. ibi læte & iucunde laudatur Deus Neem. 12. *Audita est lætitia in Hierusalem.* ¶ Item ibi est congregatio sancta, quia, scilicet ibi est societas hominum sanctorum & innocentium Psal. *Ædificans Hierusalem Dominus, dispersiones Israel congregabit.* ¶ Item ibi est visitatio digna, quia scilicet ibi sunt prælati, qui habent subditos custodire & visitare Soph. 1. *Scrutabor Hierusalem in lucernis, & visitabo super viros defixos in fæcibus suis*, & Esa 62. *Super muros tuos Hierusalem constitui custodes, &c.* ¶ Item ibi est consolatio magna, quia, scilicet ibi est spes diuini consilij & auxilij, & arrha gloriæ sempiternæ, ideo illud prædictum, Esa. 46. *Dabo in Sion salutem, & in Hierusalem gloriam meam*, vnde Esa. 40. dicitur: *Consolamini consolamini popule meus, dicit Dominus Deus vester.* Sequitur: *Loquimini ad cor Hierusalem, &c.* Ista est igitur Hierusalem vbi debemus per gratiam habitare, & Deo humiliter deseruire, quia sicut in Psalm. dicitur: *Te decet hymnus Deus in Sion, & tibi reddetur votum in Hierusalem.* Exemplo Christi, de quo dicitur Luc. 2 *Remansit puer Iesus in Hierusalem, &c.* Quia reuera, qui in ista Hierusalem per gratiam non manserit, mortis æternæ periculis subiacebit. Quod bene figuratum est Luc. 10. vbi *homo qui descendebat de Hierusalem in Hiericho, incidit in latrones, qui spoliauerunt eum, & plagis impositis abierunt semiuiuo relicto.* Quia pro certo qui statim per peccatum & cupiditatem & affectum vult Hierusalem istam, id est, statum gratiæ, religionis vel Ecclesiæ dimittere, & in Hiericho, quæ interpretatur luna, id est, in mundum varium & mutabilem per auaritiam, & negotiationem descendere, sciat latrones, id est, tentationes & dæmones præsto esse, qui, scilicet solent eum gratuitis virtutibus spoliare, & in naturalibus vulnerare, & semiuiuum, hoc est solo corpore viuentem, anima iam occisa dimittere, & abire, ita quod media pars compositi mortua est ea quo mortali crimini subiugatur. Bene igitur præcipitur 3 Reg. per Salomonem illi Semei sic, *Ædifica tibi in Hierusalem domum, & non exeas inde huc, atque illuc, quacumque enim die exieris, scito te interficiendum.* Ista est igitur Hierusalem manens interius, quæ est virtuosa, & illud est secundum

L principale. ¶ Tertio dico, quod inuenitur vna Hierusalem viciosa deterior, quæ est vi[illegible] [illegible], quod sicut Hierusalē quandoq. [illegible] ciuitas [illegible] cultui [illegible] specialiter de[illegible] ciuitas nobilis, regia, & [illegible], tamen relicto cultu di[illegible] facta est dolis subiugata & a [illegible] tempore & a gentibus conculcata, sic vere anima & ecclesia fuit in principio sp[illegible] ciuitas summi regis, quam videlicet in baptismo pe[illegible] ibidem cultui suo specialiter dedicauit, vbi per gratiam regnauit & habitauit, ita quod ornatam virtutibus ipsam præ al[illegible] peculiau[illegible] Nunc vero proh dolor, videtur in multis ista sponsa proprium sponsum Christum contemnere, cultum diuinæ legis dimittere & idolis, i. dæmonib. vel peccatis, mundoq; & sæcularib. negotijs damnabiliter adhærere. Et ideo Deus istam ciuitatem præuaricatricem, i. animam vel Ecclesiam peccatricem iam videtur in gentilium, i. in tyrannorum manib. dimisisse, & se ab ea elongasse, qui reuera non cessant ipsam quotidie conculcare, & pœnis & iniurijs molestare. De hoc videtur plangere Dauid & dicere in Psal. *Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam polluerunt templum sanctum tuum posuerunt Hierusalem in pomorum custodia.* Et [illegible] nota, quod tres reges leguntur Hierusalem specialiter afflixisse, videlicet Nabuchodonosor rex Babylonis, qui eam cepit combussit, captiuauit. & dissipauit, & regem ipsius excæcauit Hier. 39. *Sesach rex Ægypti, qui thesauros domus Domini & scuta aurea quæ fecit Salomon, inde tulit. & vniuersa diripuit & vastauit*, sicut dicitur 3. Reg. 14. Et *Antiochus rex Syriæ qui muros Hierusalem destruxit, templum spoliauit. & idolū abominationis in templo posuit*, sicut dicitur 1. Mach. 1. ¶ Primus istorum regum Nabuchodonosor, qui interpretatur sedens in angustia, qui fuit rex Babylonis, quæ interpretatur confusio, signat peccatum auaritiæ, quia, sc. ista est, quæ [illegible] dat in angustia, quia, sc. auaritia angustiat cor auari vel desiderio adquirendi, vel studio conseruandi, vel timore perdendi. Nullus [illegible] cor magis est in angustia positū quam auari Dan. [illegible] *Angustiæ mihi sunt vndiq; quid eligam ignoro.* Illud etiam peccatum rex Babylonis, i. confusionis debetur, pro eo quod diligentes pecuniam finaliter confunduntur, & ad nihilum deducuntur Phil. 3. *Gloria in confusione eorum, qui terrena sapiunt* Iste igitur rex, sc. auaritia, nostram Hierusalem, scil animam vel ecclesiam captiuat vel dissipat, & sibi submittit & subiugat, & per desiderium habendi incendit pariter & inflammat Psal. *Ignis accensus est in Iacob, flamma combussit peccatores.* ¶ Secundus istorum regum fuit Sesach, rex Ægypti, & iste signat peccatum luxuriæ. Sesach enim interpretatur humecta, Ægyptus, tenebræ. Luxuriosi enim volunt esse in humorib. carnalium deliciarum, & in latebris, & absconditis tenebrarum Iob 24. *Oculus adulteri obseruat caliginem* Et iste rex, i. luxuria de templo Domini, i. de Ecclesia vel anima aufert & surripit thesauros & scuta aurea. Thesauros dico gratiæ & deuotionis, scuta aurea bonæ & splendentis conuersationis Thre. 4. *Quomodo obscuratum est aurum.* ¶ Tertius istorum regum fuit Antiochus rex Syriæ, qui interpretatur pauper silens. Et Syria interpretatur sublimia & signat peccatum superbiæ, quæ, scil. vt plurimum facit hominem pauperem & mendicum, sublimem tamen & eleuatum, & per superbiam exaltatum, & altum. Et iste rex, sc. superbia, istam Hierusalem, animam sc. vel Ecclesiam inuadit, & superpeditat, & murum regularis obseruantiæ & diuinorum mandatorum subuertit, & dissipat Neem. 2. *Considerabam murum Hierusalem dissipatum.* Templum, id est, clericorum & religiosorum, seu deuotionis statum, bonis spiritualib. deprædat, & spoliat, & idolum abominandum, i. ignauas & inutiles personas, vel vitia ibidem collocat ipsosq; munere vel fauore ibidem promouet & exaltat, & honorarios in alias prælationes eleuat & prælentat 4. Reg. 21. *Posuit idolum luci in templo Domini.* Illi sunt igitur tres reges, i. tria capitalia crimina, quæ Hierusalem spiritualem captiuant, confundunt, quia scil. Auaritia ipsam succendit Baru. 1. *Ceperunt Chaldæi Hierusalem, & succenderunt eam igni.* Luxuria ipsam confundit Thre. 1 *Facta est Hierusalem quasi polluta menstruo*, & 2. Par 21. *Fornicati sunt habitatores Hierusalem* Superbia ipsam offendit Hier. 13 *Putrefaciā superbiam Hierusalem multam.* Et breuiter illa Hierusalem repleta est hodie vitijs & malitijs, quia, scil.

In ista Hierusalem regnant { [illegible]litas & sæuitia, Fallacias & malitia, Contrarietas & discordia, Instabilitas & inconstantia.

De crudelitate dicitur 4 Reg 21. quod *Manasses repleuit Hierusalem cruore innocentium.* De fallacitate vero dicitur 1. [illegible] *Tetenderunt insidias in Hierusalem.* De rebelli contrarietate dicitur 1. Esdr. 4.

[illegible] *contra bellum.* Dei stabilis te[illegible] *Hierusalem, propterea insta-* [illegible] Hierusalem inuenitur aduersi[illegible] vnde 2. Par. 24. *Dereliquerunt templum Domini* [illegible] *seruierunt lucis & sculptilibus. Et facta est ira Domi-* [illegible] *& Hierusalem.* Sic igitur patet, quod inuenitur [illegible] inuenitur [illegible], quæ est vitiosa. ¶ Quarto re[illegible] inuenitur vna Hierusalem gaudens superius, quæ [illegible] & ista est Hierusalem cœlestis scilicet paradisus, [illegible] [illegible] Christus imperat atque regnat. Sed quia [illegible] in quantum denotat paradisus, satis dixi alibi, [illegible] superius in principio huius tituli, ideo parum di[illegible]um de, quod ista Hierusalem, scilicet cœlestis pa[illegible]da & desideranda propter multa, videlicet, [illegible] quia,

> Fertilitas, quæ cunctis sufficit,
> Tranquillitas, cui nullus officit,
> [illegible] est & inuenitur Iucunditas, quæ corda reficit,
> Æternitas, quæ nunquam deficit,
> Securitas, quæ totum perficit,
> Subtilitas, quæ cuncta conspicit,

¶ [illegible] sufficit mira fertilitas, quia scilicet [illegible] notum Psal. *Videas bona Hierusalem* [illegible] *Hierusalem abundantia in turribus tuis* [illegible] *salem ciuitatem opulentam.* ¶ Item [illegible] pacis tranquillitas. Ibi enim est pax & [illegible] *quæ ad pacem sunt Hierusalem.* ¶ Item ibi [illegible] iucunditas. 2. Par. 20. *Reuersus est omnis* *Iuda* [illegible] *Iosaphat ante eos in Hierusalem cum* *læ[titia]* [illegible] prædictum Neh. 12. *Audita est lætitia in Hie-* *rusalem.* ¶ [illegible] quæ cuncta perficit vera securitas Zach. 14. [illegible] ¶ Item ibi est, quæ cuncta conspicit [illegible], quia ibi est perfecta visio & intuitiua co[illegible] *[illu]minare Hierusalem,* & illud Ezech. 8 *Eleua-* *uit me spiritus & adduxit in Hierusalem in visione Dei,* &c. Sic igitur

N [illegible] quod [illegible] Hierusalem gaudens superius, quæ est glo[illegible]. ¶ Quinto dico quod inuenitur quædam Hierusalem ge[illegible], quæ est luctuosa & ista est Hierusalem terrestris, quæ [illegible] teste Apostolo Gal. 4. *Nunc seruit cum filijs suis.* Ista est e[illegible] de qua lamentando dicitur Thr. 5. *Hæreditas no-* *stra versa est ad alienos domus nostra ad extraneos.* Constat enim quod Hie[rusalem] & terra sancta est specialis & peculiaris hæreditas popu[li] Christiani, quæ scilicet ibi per Christum extitit acquisita, [illegible] vaticinijs insignita, lege Dei præ cæteris erudita, diuino cibo dedicata Christi præsentia decorata, & eius sa[illegible] consecrata. Ista enim est quam Melchisedech sacerdos Dei [illegible] primitus habitauit. Ista est quam Dauid de ma[nu] Iebusæorum abstulit & regni Israel caput effecit. Ista est quam S[alo]mon templo & mirandis ædificijs insigniuit, & immensis diuitijs cumulauit. Ista est quam destructam à Chaldæis Nehemias reædificauit. Ista est quam Christus personaliter visitauit & [illegible] redemptionis humani generis ministerium celebrauit ipsamque proprio sanguine decorauit. Ista est in qua sub Constantino & alijs Romanis imperatoribus fides catholica pullulauit, & quam tandem per Turcos possessam Francorum populus acquisiuit, in qua per annos plurimos regnauit & imperauit. Ista est quæ sub Melchisedech Salem fuit dicta. Tandem à Iebusæorum populo ibidem habitante fuit Hierusalem quasi Iebusalem appellata. Postea vero tempore Salomonis Hierosolyma nuncupata. Postremo vero ab Adriano Imperatore Romano qui Helisæus fuit, reparata & Helia nuncupata & ab ipso Iudæis interdicta & Christianis assignata. Sed proh dolor ista est quam tandem Agareni ceperunt & vastauerunt, Ægyptij tenuerant & possederunt, Tartari afflixerunt & confuderunt & Sarraceni fœdauerunt & subiecerunt. Ista igitur est proh dolor quæ à Sarracenis calcatur, quæ ab infidelibus regitur, quæ à fidelibus plangitur, quæ à gentilibus occupatur. Iam igitur proh dolor videtur impletum illud Luc. 21. *Hierusalem calcabitur à gentibus donec impleantur tempora nationum.* Ad istam igitur Hierusalem debemus anhelare, istam debemus desiderare, istam debemus appetere, & [illegible] petere & pro recuperatione ipsius totis conatibus laborare. Dicam igitur Christi fidelibus illud Hier. *Recordamini procul Domini & Hierusalem ascendat super cor vestrum.* [illegible] *[confusi su]mus, quoniam audiuimus opprobrium, quia venerunt alieni su[per]* *sanctificationem domus Dei.* Dicat igitur populus Christianus illud Zach. 1. *Reuertar ad Hierusalem in misericordia, domus mea ædi[ficabitur] in ea,* vt & de quolibet deuoto Christiano dicatur illud Luc. 9 *Firmauit faciem suam vt iret in Hierusalem.* ¶ Et nota, quod O tria principaliter debent nos monere ad Hierusalem visitandum & maria transeundum, videlicet,

> Iniquitas gentis impiæ, quam persequimur,
> Hæreditas gentis propriæ quam prosequimur,
> Vtilitas raræ veniæ, quam consequimur.

Dico igitur, quod monere nos debet iniquitas gentis impiæ, scilicet paganorum & Sarracenorum, qui in signum nostri vituperij tenent & possident terram sanctam & qui vilipendunt & vituperant nomen Christi & calcant, & inficiunt illa loca, quæ Christus suo sanguine dedicauit. Ad vindicandum igitur Christi mortem & iniurias illatas nomini Christiano & ad extirpandum sectam impij Mahometi, nos zelo fidei & iustitiæ moniti, illuc debemus accedere, & terram istam præsentialiter visitare. Excessus enim criminum monere debet animum viri iusti ad vindictam de impijs sumendam. Vnde aliam causam non allegat Dominus in scriptura, quare deleuit habitatores antiquos istius terræ sanctæ, scil. Eueos, Amorrhæos, Iebusæos, &c. nisi quia horrendis criminibus abundabant, quæ dominus non potuit amplius sustinere & ideo terrã illã filijs Israel voluit dare & Chananæorum populos extirpare, sicut patet Deut. 4. & deinceps; horror vero criminum mouit eum. De filijs etiam Israel legitur. Iud. 19. & 29. Qualiter congregati fuerant ad delendam ciuitatem Gabaa propter scelus commissum in vxorem Leuitæ quam scilicet occiderant abutendo. Etiam ipsa bruta animalia quodammodo nos incitant ad hoc ipsum. quia, scilicet, si bos aliquis alicubi occisus fuerit, alij boues odorem sanguinis sentientes quodam horrore commoti mugiunt atque clamant, & de morte socij sui tumultuant atque fonant. Cum igitur socius noster Christus occisus fuerit in Iudæa, & vir Leuitæ, id est, filij Dei vxor, hoc est humanitas ibidem mortua fuerit, & occisa indebite & iniuste, constat, quod odor istius sanguinis & excessus istius criminis debet nos monere ad illuc eundum & ad istud facinus vindicandum, & sceleratos homines puniendum. Vnde de iniquitate istorum, qui nunc calcant & habitant terram sanctam potest dici illud Ps. *Deus, venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum posuerunt Hierusalem in pomorum custodiam. Effuderunt sanguinem filiorum & filiarum tuarum tanquam aquam in circuitu Hierusalem, & non erat qui sepeliret.* Igitur nos monere debet iniquitas gentis impiæ. ¶ Item dico, quod monere P nos debet hæreditas gentis propriæ. Constat enim quod terra illa hæreditas nostra est, & nobis à Deo distributa & data. Ista enim terra promissionis dicitur, pro eo quod à Deo fuit promissa Abrahæ patri nostro & semini eius distributa, scilicet Iosuæ. Cum igitur nos simus Abrahæ verum semen, restat quod ista est propria terra nostra. Deus enim qui est verus terræ & rerum Dominus, dedit eam plebi Israeliticæ, & voluit vt ibi primo vigeret & cultus & fides ipsius, & exinde diffunderetur in orbem. *Terra mea* inquit Dominus, *& cui voluero dabo ipsam,* ergo cum omnia naturaliter diligant loca propria, quia scilicet quidã naturalis amor & quædam proportio est insita inter locum & locatum, inter auem & nidum suum, inter patriam & virum, inter hominem & illud quod est suum. Aues enim pro nidis suis pugnant, & ipsos perditos recuperant, Canes etiam ad domos dominorum suorum de longinquis partibus redeunt, & solo odore præcedentium viam quærunt. Reuera dico, quod terram sanctam tanquam hæreditatẽ nostram & domum domini Dei nostri. & tanquam proprium nidum nostrum debemus amare & repetere, & ipsam pugnando recuperare & acquirere, & odor veri domini nostri, scilicet Christi, & patrum nostrorum, scilic. prophetarum & Apostolorum qui ibi fuerunt nos ad hoc debet trahere & monere 2. Paral. 20. *Reuersus est omnis vir Iuda in Hierusalem cum lætitia magna.* Similes Naboth qui pro hæreditate sua seruanda mortem recepit 3. Reg 21. Et Es. 54. *Hæc est hæreditas seruorum Domini,* vt sic dicat quilibet illud Eccl. 24 *In omnibus requiẽ quæsiui, & in hæreditate domini morabor.* Sequitur. *In ciuitate sanctificata similiter requieui, & in Hierusalem potestas mea.* Moneat igitur nos hæreditas gentis propriæ. ¶ Dico quod monere nos debet vtilitas datæ veniæ, quia scilicet illi qui istam viam aggrediuntur, peccatorum suorum plenam indulgentiam consequuntur. Nonne mercatores pro lucro temporali mare transeunt, & diuersis periculis se exponunt? Turtures etiam, hirundines & ciconiæ mare solent transire, & in tempore hyemis ad vbe-

tiora loca, ad regiones calidas se transferre. Vultur etiam odorem corporum mortuorum vltra mare sentit, illucque transuolat & accedit sicut patet per Plin. & Solinum. Multo igitur fortius pro lucris spiritualibus & æternalibus acquirendis, scilicet pro venia peccatorum & gloria seu copia cœlestium præmiorum transire debemus maria & in terram sanctam transfretare, & Christum etiam mortuum deuotis cordibus adorare & etiã ad spiritualia pascua & æterna mentaliter & corporaliter nos transferre. Cum enim Dominus nũc velit in terra sancta fidem suam seminare, & deuotum etiam populum habitare, ipse pro certo vult & præcipit, quod nos eum præcedamus, & quod inimicos suos exinde tollamus & subuertamus & quod locum & habitaculũ eidem præparemus Marc. 14. *Iussit Iesus discipulos suos descendere in nauiculam, & præcedere eum transfretum.* Et ad hoc monet scriptura 1 Esd. 1. vbi dicitur, quod *suscitauit Dominus spiritum Cyri regis Persarum, ita vt diceret sic. Deus cœli præcepit mihi vt ædificarem ei domum in Hierusalem quæ est in Iudæa. Quis est in vobis de vniuerso populo eius? Sit Dominus illius cum eo. Ascendat in Hierusalem, quæ est in Iudæa, vt ædificet domum Dei Israel.* Dico igitur, quod

Propter { Vtilitatem, quam consequimur,
Hæreditatem, quam prosequimur,
Gentilitatem, quam persequimur, }

Nos debemus Hierusalem transfretare, & ad terræ sanctæ acquisitionem totis conatibus anhelare exemplo Iudæ Machabæi dicentis 1 Mach. 4. *Ecce contriti sunt inimici nostri, ascendamus nunc mundare sancta & renouare*, & dicitur ibidem, quod *congregatus est omnis exercitus & ascenderunt in montem Sion.* Sic igitur patet, quomodo inuenitur in scriptura Hierusalem exterior, superior, dexterior, inferior, interior. Et hoc sufficit. Vide de Hierosolyma.

A **Hyems.** Cum hyems sit tempus frigidum & humidum, varijs impressionibus obnoxium & subiectum, notare possum, quod in bono signat & in malo. ¶ Et sic nota, quod in scriptura reperitur primo in bono

Hyemem { latentem & solitariam,
striogentem & necessariam,
sedentem & secretariam. }

In bono significato dico, quod prima hyems latet in conscientia timorosa, sed secunda scatet in pœnitentia rigorosa, vltima patet in opulentia gaudiosa. Dico igitur primo, quod in scriptura reperitur hyems timorosæ conscientiæ, quia reuera conscientia viri iusti hyemi comparatur. Sicut enim in hyeme abundat algor ingens, dolor pungens, humor vrgens, candor iungens vapor vrgens, feruor vigens & nitor exurgens, sic constat, quod in bona conscientia nos sentimus dolorem pungentem, hoc est ictus contriti stuporis, nos sentimus humorem vrgentem, hoc est fletus deuoti mœroris, nos sentimus candorem iungentem hoc est decor precati pudoris, nos sentimus vaporem vigentem, hoc est flatus spiritus valoris, nos sentimus feruorem vigentem, hoc est æstus ambitus amoris, nos sentimus pingentem nitorem, hoc est virtus ornatus decoris. Istæ sunt enim bonæ conditiones hyemis, id est conscientiæ viri iusti. Quia igitur deficientibus auctoritatibus vocalibus non possem omnia concordare, hoc solum allego, quod de tali hyeme, id est, de conscientia iusti viri potest dici illud Hier. 36. *Rex sedebat in domo hyemali mense nono, & posita erat coram eo arula plena prunis.* Rex enim Christus in tali conscientia stat & sedet, quem mensis nonus, id est, nouem Angelorum numerus circuit & sidet, & astat, & quem arula & prunæ, id est, feruor charitatis visitat & frequentat. Hæc est igitur hyems virtuosæ conscientiæ. ¶ Secundo B dico, quod inuenitur hyems rigorosæ pœnitentiæ, quæ, scilicet est

Turbida per mentis meditationem,
Frigida per diei trepidationem,
Nuda per culpæ reuelationem,
Hirta per pœnæ satisfactionem,
Arida per carnis macerationem.

Et breuiter pœnitentia est hyems post cuius transitum sponsa, id est, anima vocatur ad gloriam, & quia præcedente per sponsum trahitur ad coronam, dicentem illud Cantic. 2. *Iam hyems transijt, imber abijt & recessit, surge amica mea, & veni.* Ista est etiam Nichopolis, quæ interpretatur germinans, de qua Apostolus ad Titum 3. dicit *festina ad me venire Nichopolim, quia ibi statui hyemare.* Ista est etiam illa hyems de qua dicitur Matth. 24. *Videte ne fiat fuga vestra in hyeme.* Hæc est igitur hyems rigorosæ pœnitentiæ.

¶ Tertio dico, quod inuenitur Hyems gloriosæ permanentiæ. C Vita enim æterna hyemi comparatur, quia scilicet post labores æstatis homo solet in hyeme quiescere, & fructibus in æstate recollectis in hyeme perfrui, & vtilitatem recipere de campis, ad domum se recolligere, circa ignem versari & in viribus naturalibus plus valere. Sic vere dico quod in hyeme futuræ vitæ nos

A laborum leuamur ictibus,
Præmiorum gaudemus fructibus,
Supernorum sedemus domibus,
Charitatis ardemus ignibus,
Æternitatis vigemus viribus.

¶ Et breuiter de cœlo vel de paradiso potest dici illud Esa. 18. *Volucres & omnes bestiæ terræ super eum hyemabunt.* Sic igitur patet quomodo inuenitur hyems timorosa, rigorosa & gaudiosa. Et sic sumitur in bono. ¶ In malo vero dico quod in scriptura reperitur

Hyems { culpæ latentis,
vitæ præsentis,
pœnæ sequentis, }

Hyems { culpæ est sterilis carens virtutibus fructuosis,
vitæ est mobilis vigens laboribus tædiosis,
pœnæ est flebilis stridens oneribus luctuosis. }

De hyeme culpæ quæ est sterilis carens virtutibus, dicitur Ioan. 10. *Quod Christus non inuenit fructum in arbore, quia hyems erat propter quod ei maledixit & aruit.* De ista dicit Apostolus 2. Timot. 4. *Festina ante hyemem venire.* De hyeme vitæ seu præsentis miseriæ quæ est labilis & plena laboribus, dicitur Gen 8. *Æstas & hyems non requiescent.* De hyeme vero pœnæ quæ est flebilis stridens oneribus, dicitur Amos 3. *Percutiet Dominus domum hyemalem.* Sufficit quod paucæ sunt auctoritates, &c.

**Hilaris.** Nota quod in scriptura reperitur hilaritas temporalis, quæ est vana & transitoria. Hilaritas spiritualis quæ est sana & meritoria. Hilaritas supernalis, quæ est A plena & salutatoria. ¶ Primo est hilaritas mundanorum qui lætantur in superfluis. Exemplo Assueri de quo dicitur Hest. 1. *Quia cum factus esset hilarior & vino incaluisset post nimiam potationem præcepit introduci reginam Vasti*, ad denotandum, quod talis hilaritas luxuriam excitat, & violentiam diligit & procurat. Talis igitur superflua hilaritas viris prudentibus prohibetur Eccl. 7. *Filiæ tibi sunt, serua corpus illarum & non ostendas vultum tuum hilarem ad illas.* Filiæ scilicet sunt subditi imperfecti, quibus scilicet pater, id est prælatus nunquam debet vultum nimis familiarem aut hilarem ostendere, ne forte contingat ipsos præ confidentia veniæ ad peccandum procliuiores esse. Ista est igitur hilaritas mundanorum qui lætantur in proficuis. ¶ Secundo dico, quod B est hilaritas perfectorum: qui lætantur in superficuis. Viri enim perfecti in omnibus operibus suis se ostendunt hilares atque lætos, siue contingant prospera siue aduersa. Vnde Ecclesiastes 26. *Diuitis autem & pauperis cor bonum, omni tempore vultus illorum hilaris*, quasi diceret: siue contingant diuitiæ, siue accidant paupertates, semper tamen in ipsis vultus hilaris debet esse. Istud autem potissime debet esse, quando quis alteri benefacit, quia scilicet ille, qui alteri dat gratiam & beneficium, semper debet vultum hilarem ostendere, vt sic gratiam quam impendit, possit per adiunctam lætitiam plus augere, vnde Eccles. 35. *In omni dato tuo hilarem fac vultum tuum.* Et Rom. 12. *Qui miseretur in hilaritate.* Quia pro certo sicut dicit Apostolus 2. Corin. 9. *Hilarem datorem diligit Deus.* Ista est igitur hilaritas perfectorum, qui lætantur in proficuis.

¶ Tertio dico, quod inuenitur hilaritas beatorum, quæ lætatur in perpetuis. Beati enim semper sunt hilares, nunquam D tristes. Et hoc quia hilarem regem continue conspiciunt, à quo vitam perpetuam apprehendunt Prouerbior. 16. *In hilaritate vultus regis vita & clementia eius quasi imber serotinus.* Transeo, quia paucæ sunt auctoritates. Vide de gaudio, lætitia, iucunditate.

**Hymnus.** Nota, quod hymnus signat lætitiam, canticum, gaudium seu laudem. Et videtur, quod hymnus deriuationem habuit ab hinnitu, qui est sonus & vox A equorum, signans lætitiam eorundem. Hymnus igitur, vt communiter, semper signat in bono. Et sic notabo, quod in scriptura reperio.

Hymnum

Precum & orationis,
Laudum & confessionis,
Voti & promissionis,
Gaudij & exultationis,
Beneficij & gratiarum actionis.

De hymno orationis dicitur 2. Regum 8. *Audi hymnum & orationem, quam seruus tuus orat coram te.* De hymno confessionis dicitur in Psal. *In hymnis confitemini illi.* De hymno voti & promissionis dicitur in Psal. *Te decet hymnus Deus in Sion, & tibi reddetur votum in Hierusalem.* De hymno gaudij & exultationis dicitur in Psalm. *Hymnus omnibus sanctis eius, filijs Israel, populo appropinquanti sibi.* De hymno vero gratulationis vel gratiarum actionis dicitur in Psal. *Hymnum cantate nobis de canticis Sion.* Et Matth. 14. dicitur *Christus cum Apostolis post cœnam hymno dicto exierunt in montem oliueti.* Et breuiter istud est verum, quod virtuosi debent spiritualiter psallere & se in canticis spiritualibus occupare, [illegible] inquit *commonentes in psalmis vosmet ipsos hymnis & canticis spiritualibus in gratia cantantes in cordibus vestris Domino.*

A **Hircus.** Nota quod hircus est animal pilis hispidum, carne ma[illegible]dum, vultu torridum, carne fœtidum, capite cornutum. Sic vere dico spiritualiter, quod hircus signat

Vitos { [illegible]dos per squalorem pœnitentiæ, [illegible]os per rigorem abstinentiæ, [illegible]dos per rigorem excellentiæ, [illegible] per horrorem immunditiæ, cornutos seu rigidos per terrorem violentiæ.

Sic igitur dicam, quod hircus in bono signat viros pœnitentes & abstinentes, iustos, rigidos & excellentes & sic bene supponitur in pluribus locis scripturæ, quod hircus Domino offerebatur, & quod sacrificium pro peccato optimum & congruum habebatur, sicut patet Leuit. 4 & 9. & 16. vbi scilicet de hirco pro peccato oblato, & alio in desertum misso fit mentio. Ad denotandum, quod virorum iustorum quidam pro alijs se morti obtulerunt, sicut martyres in fide nostra fecerunt. Et sicut apud Romanos Curtius & duo Decij, qui se pro legibus & exercitu, & pro salute populi pijs manibus deuouerunt, & mortem voluntarij incurrerunt, vt dicit Valerius Maximus lib. 5. cap. 6. Vnde etiam dicit Dauid in Psal. *Offeram tibi boues cum hircis. Offerte pro peccato hircum caprarum.* Quidam etiam se à mundi cœtibus abdicauerunt, & in deserta solitarij recesserunt, & ibidem Domino seruierunt, sicut scilicet fuerunt eremitæ, *in solitudinibus & in speluncis errantes, quorum dignus non erat mundus.* Heb. 11. Et isti pro certo sunt [illegible] hirci, de quibus dicitur Deut. 32 quod *Deus dedit filijs Israel, vt sugerent mel de petra &c. & hircos cum medulla tritici & sanguinem vuæ biberent meracissimum.* Patet igitur, quod hircus signat in bono.

B ¶ Sed adhuc dico, quod quandoque signat in malo. Et sic nota quod hircus oculis ardet, carne fœtet, cornibus pollet per superbiam. Et ideo breuiter sicut patet in scriptura, hircos, id est, peccatores dominus abominatur & eorum conditionem, & vitam mirabiliter detestatur. Vnde ipse est, qui dicit Esa. 1. *Holocaustum arietum & adipem pinguium & sanguinem vitulorum, & agnorum & hircorum nolui.* Expone &c. Vnde in Psal. dicitur *Nunquid manducabo carnes taurorum, & sanguinem hircorum potabo?* quasi diceret non, imo sicut ibidem dicit. *Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos.* Tales igitur hircos Dominus non acceptat, sed eos potius punit atrociter, & condemnat. Pone figuram de hirco cum vnus cornu, in quo erant oculi & quomodo ventilabat vndique. Danielis 8. Et expone contra malos principes & prælatos sicut alibi. Vnde contra tales dicit Dominus comminando illud Zac. 10. *Super pastores iratus est furor meus & super hircos visitabo.* Sic igitur patet, quomodo hircus in bono sumitur & in malo.

A **Hodie.** Nota quod hodie signat tempus præsens. Et ideo generaliter per istud aduerbium possunt intelligi illa, quæ in præsenti habent fieri, & sic potest significare

Promptam hominis voluntatem,
Æternam cœlorum fœlicitatem,
Breuem huius vitæ varietatem.

Signat (dico) promptam hominis voluntatem, quia scilicet homo non debet expectare vsque cras si potest benefacere hodie, iuxta illud psal. *Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra.* Signat æternam Dei fœlicitatem. Tota enim æternitas non est nisi vnum hodie, tota enim simul non nouit præteritum nec futurum. Vnde in Psal. dicitur, *Dominus dixit ad me filius meus es tu, ego hodie genui te.* Latroni etiam dictum est Lucæ 23. *Amen dico tibi hodie mecum eris in Paradiso.* ¶ Item signat humanæ ætatis breuitatem seu varietatem, quia scilicet nihil habemus de vita nisi illud quod habemus hodie. Secundum enim Senecam, futurum tempus nec dum est, præteritum mors iam tenet, præsens quoque tempus cum morte diuidimus. Et ideo dicitur Eccl. [illegible] *Hodie est rex & cras morietur.* Et de peccatore dicitur 1. Mach. 2. *Gloria peccatoris quasi stercus & vermis, hodie extollitur & cras non inuenietur.* In persona etiam cuiuslibet mortui dicitur cuilibet nunc viuenti illud Eccl. 38 *Memor esto iudicij mei sic enim erit & tuum mihi heri & tibi hodie.* De isto tamen triplici hodie possumus aliquantulum loqui. Dico igitur quod est

Vnum hodie, quod est { bonum voluntarium & meritorium, vanum transitorium & damnatorium, summum permansorium & salutatorium.

B ¶ Dico igitur primo, quod est vnum hodie quod est meritorium, & istud est promptitudo voluntatis ad bonum, & perseuerantia in statu gratiæ. Status enim gratiæ designatur per hodie, quia hodie signat tempus præsens, nihil autẽ præsentat hominẽ Deo nisi gratia, peccatum vero non sic, quia absentat hominem à Deo & ideo non posset per hodie propriè designari, vnde signatur Iudic. 19 Vbi socius legitur dixisse Leuitæ *Mane apud me hodie &c.* & dicimt ibi, quod manendo cum eo saluus fuit cum vxore statim autem quando recessit vxor eius fuit stuprata & extincta. Sic vere Deus dicit nobis, quod maneamus cum eo hodie, id est quod sibi nosipsos per gratiam præsentemus, & quod in gratia perseueremus, & quod prompti sibi ad obediendum sine procrastinatione simus Deut. 29. *Vos statis hodie cuncti coram Domino.* Et Iud. 19. *Quæso vt hodie hic maneas.* Si igitur sibi obedierimus, sine periculo erimus. Si vero istud hodie contempserimus à Gabaonitis, id est, à dæmonibus corrumpemur & vxorem nostram, id est, animam amittemus. Ideo bene consulit scriptura Deut 6. dicẽs. *Timeamus Dominum, vt bene sit nobis cunctis diebus sicut est hodie.* Igitur taliter accipiendo hodie, dico, quod nos debemus

Hodie { Nos Deo confœderare, Nocuis exonerare, Diuina considerare, Constanter perseuerare, Feruenter Deum orare, Lætanter obtemperare, In bonis exuberare, Exemplis illuminare, Honores recuperare.

Igitur dico, quod in tali hodie, id est, in statu gratiæ homo Deo confœderatur Deut. 27 *Hodie factus est populus Domini* Et Deu. 26. *Dominum elegisti hodie vt sit tibi Deus. & Dominus elegit te hodie, vt sis ei populus peculiaris.* Ipse enim dicit illud Luc 19. *Hodie in domo tua oportet me manere* ¶ Item in tali hodie homo nociuis exoneratur, scilicet peccatis & terrenorum affectu Deuter. 2. *Tu transibis hodie terminos Moab,* id est, mundum vel peccatum, Exo. 13 *Hodie egredimini mense nouarum frugum* ¶ Item in tali hodie quicquid est veri, consideratur Deut. 11. *Cognoscite hodie quæ ignorant filij vestri.* ¶ Item in tali hodie forti animo perseueratur Hier. 1. *Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æneum, & prœliabuntur aduersum te, & præualere non poterunt.* ¶ Item in tali hodie feruenter Deus oratur, vnde Deu 30 *Inuoco hodie cœlum & terram,* & 3 Reg. 8. *Seruus tuus orat coram te hodie. vt sint oculi tui aperti.* ¶ Item in tali hodie mandatis obtemperatur, vnde illud psal. *Hodie si vocem eius audieritis,* & illud Deut. 7 *Custodi ergo præcepta & ceremonias atq; iudicia, quæ ego mando tibi.* ¶ Item in isto hodie bonis operibus exuberatur Prou. 7. *Victimas pro salute deuoui, hodie reddidi vota mea.* ¶ Item in isto hodie populus illuminatur, scil. per bona documenta & exempla maiorum. Vnde ipsis perfectioribus dicitur Deut. 1 *Vos estis hodie sicut stellæ cœli.* & Exod. 19. *Sanctifica eos hodie & cras* ¶ Item in isto hodie homo remuneratur, & secund. merita honoratur Hier. 1. *Ecce constitui te hodie super gentes & regna, &c.* Patet igitur, quod est vnum hodie quod est bonum voluntarium, & meritorium. ¶ Secundo dico, quod est vnum hodie, quod est vanum & transitorium. Et sic signat præsentiã humanæ vitæ, de qua supra satis tetigi, & præsentiã mundanæ calamitatis & prosperitatis. Et de ista figuratur Mat. 16. vbi C dicitur.

dicitur, quod *cum cœlum mane rubicundum videtur, hodierna tempestas figuratur.* Hodie inquit erit tempestas, rutilat enim triste cœlum. Quia pro certo decor & rubor prosperitatis hodiernæ non est nisi vnum signum tempestatis futuræ Deut. 30. *Prædico tibi hodie quod pereas.* Et nota, quod hodie præsentis prosperitatis & iniquitatis, est vnum

Hodie {
breuis durationis,
vilis conditionis,
grandis subuersionis,
duræ vexationis,
tristis conclusionis.
}

Dico igitur, quod istud hodie habet breuem durationem. Quia si de vita mortali loqueris, scriptum est Eccl. 10. quod *hodie est rex, & cras morietur.* Si de mundi gloria loqueris, scriptum est, 2. Reg. 16. *Heri venisti, hodie compelleris nobiscum egredi.* Si de instabilitate peccatoris loqueris, scriptum est Eccl. 20. quod *hodie fœneratur quis, cras repetit.* ¶ Item istud habet vilem conditionem: omnes enim subijcit seruituti 1. Reg. 25. *Hodie increuerunt serui qui fugiunt dominos suos.* Et Nee. 9 *Ecce nosipsi hodie serui sumus.* ¶ Item istud hodie habet grandem subuersionem. Cor eorum malorum auersum est à Domino, contra illud Deut. 29. *Ne forte sit hodie inter vos vir aut mulier, aut tribus, cuius cor auersum est à Domino.* ¶ Item istud hodie habet duram vexationem, quia, scilicet ibi abundant opera crudelia & horribilia, sicut patet de illis matribus, quæ dixerant proprios filios deuorare, dicentes 4. Regum 6. *Da mihi filium tuum vt comedamus eum hodie, & filium meum comedemus cras.* Tale vero peccatum fit adhoc hodie inter impias matres, id est, inter tyrannos Ecclesiasticos & mundanos, de filijs, id est, subditis deuorandis. Et ideo sequitur quod istud hodie habet tristem conclusionem, quia, scilicet, ignis inferni erit finis talium Matth. 6 *Fœnum quod hodie est, cras in clibanum mittitur.* Patet igitur quod est vnum hodie, quod est vanum, transitorium & damnatorium ¶ Tertio principaliter dico

D quod est vnum hodie quod est somnium & permansorium seu saluatorium. Et istud est ciuitas & gaudium Paradisi & præsentia fœlicitatis æternæ. Et nota, quod istud est

Vnum hodie quo {
destruitur omnis calamitas,
restituitur fœlix hæreditas,
constituitur regni sublimitas,
distribuitur superna claritas,
retribuitur merita bonitas,
instituitur perfecta charitas,
rite colitur vera iucunditas,
rura redditur vitæ securitas.
}

Dicam igitur quod istud hodie est vnum tempus liberationis, quia scilicet ibi cessat omne opprobrium atque malum Ios. 5. *Hodie abstuli à te opprobrium Aegypti.* ¶ Item est tempus restitutionis 2 Regum 16. *Hodie restituet mihi Dominus Israel regnum patris mei.* ¶ Item est tempus exaltationis Ios. 3. *Hodie incipiam te exaltare coram populo meo.* Et Hierem. 1. *Hodie constitui te super gentes & regna.* ¶ Item est tempus reuelationis, quia scilicet ibi videtur Deus facie ad faciem Leuit. 9. *Hodie Dominus apparebit vobis.* Et illud. *Hodie scietis quod veniet Dominus, & mane videbitis gloriam eius.* ¶ Item est tempus retributionis Zach. 9. *Hodie quoque annuncians duplicia reddam tibi.* ¶ Item est tempus fœderationis seu dilectionis. Vnde illud Luc. 23. *Hodie mecum eris in Paradiso.* ¶ Item est tempus exaltationis 2. Reg. 6. *Ecce gloriosus fuit hodie rex Israel, &c.* ¶ Item est tempus salnificationis seu saluationis Luc. 19. *Hodie huic domui salus à Deo facta est, eo quod & ipse filius sit Abrahæ, &c.* Sufficit de hodie, &c.

A **Holocaustum.** Nota quod holocaustum erat quoddam genus sacrificij, quando scilicet, tota hostia domino offerebatur & incendebatur, ita quod nihil sacerdoti aut parti reseruabatur, sed totum Domino immolabatur. Et ideo Holocaustum dicitur ab Holon, quod est totum & cauma, quod est incendium, quasi totum incensum. Igitur dico quod holocaustum in bono sumitur & in malo. In bono enim signat pectora, quæ charitatis ignibus totaliter inflammantur, corpora quæ Deitatis vsibus totaliter dedicantur, opera, quæ bonitatis legibus totaliter moderantur. Ista sunt enim spiritualia holocausta, quæ scilicet Deus acceptat, & quæ iustus soli Deo dedicat, & nulli alteri diuidit aut dispensat. Vnde 3 Reg. 8. *Sanctificauit rex medium atrij interioris & fecit holocaustum.* Medium enim atrij est medium cordis, quod, scilicet debet esse sanctificatum, vt holocaustum bonarum cogitationum occupationum & operationum ibidem digne valeat esse factum, iuxta illud Ezech. 46. *Faciet holocaustum Domino quotidie.* Sed pro certo iam videtur verificari illud Dan. 3. *Non est in tempore hoc princeps & propheta & dux, neque holocaustum neque sacrificium neque oblatio, neque incensum, neque locus primitiarum coram te.* Et ratio est, quia reuera sicut dicitur 1. Mach. 1. *Misit* (scilicet Antiochus) *nuncios suos in Hierusalem, qui prohiberent holocausta & sacrificia & placationes fieri in templo Dei & celebrari sabbathum & dies solennes.* Quia reuera Antiochus, id est, diabolus mittit hodie in Hierusalem, id est, in Christianitatem nuncios suos, id est, vitia, quibus mediantibus in templo Ecclesiæ, vel cordis humani fieri holocausta bonorum operum prohibet & impedit, sabbathaque, id est, mentis quietam & spiritualem requiem inde tollit. Non sic, sed offeramus Domino spiritualia holocausta, id est, totam mentem, totum corpus & tota opera nostra Domino offeramus, & nos totos diuinis voluntatibus immolemus, iuxta illud Psalmi: *Holocausta medullata offeram tibi cum incenso arietum offeram tibi boues cum hircis.* Patet igitur, quomodo holocaustum sumitur in bono.

B ¶ Sed ad hoc dico, quod quandoque accipitur in malo. Et sic dico, quod holocausta significant mentes, personas, vel opera, quæ diabolo, mundo vel carni penitus dedicantur, & quæ in malis vsibus totaliter occupantur. Talibus enim holocaustis Deus non delectatur, sed ipsa potius detestatur. Psal. *Prog holocaustis non delectaberis.* Et Esa. 1. *Holocausta arietum, & adipem pinguium & sanguinem vitulorum & agnorum & hircorum nolui, incensum abominatio est mihi.* Et Hierem. 6 *Holocaustamata vestra non sunt accepta, victimæ vestræ non placuerunt mihi.* Patet igitur, quomodo holocaustum in bono sumitur & in malo. Transeo breuiter. Vide de Hostia, Victima, Sacrificio, Oblatione.

**Holofernes.** Nota quod Holofernes, qui fuit dux exercitus, & princeps Nabuchodonosor Regis Babylonis, & qui interpretatur infirmitas, vel infirmans vitulum saginatum, potest significare tyrannos & potentes huius sæculi, qui scilicet videntur Regis inferni, exercitus iniquorum esse principes atque duces, & qui etiam in se infirmi sunt, in quantum faciliter in peccatum cadunt & vitulos etiam saginatos, hoc est dictum, diuites agricolas infirmos reddunt, in quantum ipsos spoliant & depauperant & comprimunt. ¶ Igitur cum tales sint præ cæteris nequiores, nota, quod ipsi A

Indignantur iustorum verbulis,
Efferuntur irarum stimulis,
Euagantur incautis oculis,
Inflammantur carnis faculis,
Alligantur acediæ vinculis,
Ebriantur cibis & poculis,
Hilarantur ineptis iocolis,
Eleuantur superbis titulis,
Iugulantur inferni iaculis.

¶ Dico igitur quo mali principes iustorum verbulis indignantur. Exemplo scilicet illius, qui vnacum principibus suis indignatus est contra Achior de hoc, quod de filijs Israel veritatem dicebat, quia scilicet isti nunquam volunt inuenire, qui dicat coram eis veritatem. Vnde Iudith 9. dicitur, quod *Indignatus est Holofernes vehementer* ¶ Item isti irarum stimulis agitantur. Vnde Iudith 5. dicitur, quod *irati sunt omnes magnates Holofernis* Et Iudit. 5. dicitur, quod *Holofernes præcepit vt comprehenderent Achior* ¶ Item isti incautis oculis euagantur, Vnde Iudith. 10. dicitur quod *duxerunt Iudith ad tabernaculum Holofernis & statim captus est in suis oculis Holofernes.* ¶ Item isti carneis faculis inflammantur, scilicet, per luxuriæ appetitum, sicut de ipso dicitur Iudith 12. quod *cor Holofernis concussum est, & dixit Iudith. Bibe nunc & accumbe in iucunditate.* ¶ Item isti acediæ vinculis alligantur, scilicet per pigritiam. Vnde de isto legitur Iudith 10 quod *Iudith vidit Holofernem sedentem in canopeo* ¶ Item isti cibis & poculis ebriantur. Vnde de isto dicitur Iudith 12. quod *Holofernes iacebat in lecto nimia ebrietate sopitus.* ¶ Item isti ineptis iocolis hilarantur, quia scilicet isti in lætitijs plurimum delectantur. Vt de Iudith patet, quæ vt honestum negotium, quod factura erat, dissimularet, gesticulationem ita prætendit, vt dicerent ei serui Holofernis. *Scias quoniam cum steteris in conspectu Holofernis, bene tibi faciet, & eris gratissima in corde eius.*

¶ Item isti superbis titulis eleuantur. Vnde Iudith 14. dicitur, quod *caput Holofernis suspensum est super muros.* Caput enim, id est,

[illegible] per [illegible] est suspen- [illegible] Vnde Iudith 24. [illegible] Ezech. 15. *Cum* [illegible] *fugit.* Sic ergo patet, qu[illegible] [illegible] es Holofernes signat impios [illegible] nos. [illegible] ergo & dilata, prout vis.

**Homo.** [illegible] multipliciter accipitur in scri[illegible]. Accipitur enim quandoque naturaliter. Homo enim habet naturaliter natu[illegible] ita sicut dicitur Psal. *Veruntamen vni*[illegible] Homo enim spiritualiter habet [illegible] licet habet naturam participem [illegible] *mine, quid est homo quod memor es eius:* [illegible] *eum?* Sequitur. *Omnia subiecisti sub pe*[illegible] [illegible] per hominem potest intelligi

[illegible]s & virtuosus,
[illegible]s & vitiosus,
[illegible]s & luctuosus.

E[illegible] licem modum aliquid de quolibet d[illegible] ¶ [illegible] primo, quod per hominem intel[illegible] quia sicut homo est animal natu[illegible] et esse spiritualiter sanctissimũ, & v[illegible] emus, naturaliter loquendo, hu[illegible] [illegible] legiata. Quia sicut dicunt Pli[illegible] o & S[illegible]

[illegible] bus regitur,
S[illegible] erigitur,
O[illegible] nne proditur,
G[illegible] o flectitur,
[illegible] bus pingitur,
[illegible] ens percipitur,
V[illegible] e parcitur,
Se[illegible] s distinguitur,
[illegible] verbum coniungitur,
[illegible] tis præficitur.

[illegible], quod [illegible] homo habet caput capillis velatum [illegible] us nudum. ¶ Item constat, quod solus homo inter [illegible] rectus incedit. ¶ Item si quis occidat hominem, san[illegible] erumpere in præsentia homicidæ. ¶ Gladius etiam, [illegible] fuerit, nunquam (vt dicitur) amplius rectus [illegible] ¶ [illegible] etiam p[illegible] speciali priuilegio figuram humanam [illegible] bus rebus depingi; quia scilicet, secundum Plinium, quandoque [illegible] in cœlestibus stella cometa figuram habens [illegible] nam. In brutis sunt monstra speciem humanam habentia, [illegible] Fauni, Satyri, & Pilosi. In serpentibus autem sunt similes [illegible] gnibus, sicut Dracopedes, qui habent faciem virgineam. In volatilibus, sicut sunt Spynges & Harpyæ. In natantibus sunt sicut Nereides & Syrenæ. In mineralibus, sicut sunt Camahu. E[illegible] Mandragoræ. ¶ Etiam fera animalia pu[illegible] [illegible] nobi[illegible] tatem humanam cognoscunt & riment, sicut de [illegible] anthera exempl[illegible] ficat [illegible] nius, quæ inueniens passum homi[illegible] [illegible] d[illegible] statim mutat catulos. Elephantes etiam, si hominis passum inuenerunt, sistunt gradũ ¶ Fulgur alia animalia per [illegible] semper occidit, hominem vero non semper. ¶ Aqua videtur distinguere in sexu humano, quia si homo & mulier submergantur, masculus supinus, mulier prona fluctuabit. ¶ Istam [illegible] naturam tanquam nobiliorem assumpsit verbum, & isti omnia sunt animalia subiecta, & sic humana dignitas multis rebus vel [illegible] bitur, vel præficitur. Igitur moraliter loquendo bene po[illegible] homine hominis quæcunque moralis & virtualis nobilitas designari. Et quicunque iustus potest homo proprie nuncupari [illegible] *[illegible] homo iustus erat.* Et Lucæ 19. *Homo quidam nobilis, &c.* [illegible] morali eius virtute exponatur illud Eccle. 3. *Homo [illegible] sapientia manet sicut Sol* In quibus verbis aduerte, quod secundum quatuor proprietates hominis non debemus habere quatuor speciales virtutes, si spirituales homines volumus inueniri. Homo enim naturaliter est

Animal {
Humidum, & ideo dicitur ab humo, siue ab humore,
Nudum, & ideo dicitur sanctus, id est, sine terra,
Rationale & discretum, & ideo dicitur, quod in sapientia manet,
Sursum eleuatum & erectum, & ideo dicitur esse sicut Sol.
}

¶ Sic proculdubio loquendo spiritualiter, si nos volumus B esse spirituales homines, & perfecti, nos debemus habere istas quatuor virtutes moraliter intellectas, quia sic nos debemus

Esse {
Humidi per dulcem benignitatem,
Homo, id est, nudi, per [illegible] rum tenuitatem,
Sanctus, id sine terra, discreti per cordis sagacitatem
Sicut Sol, i. e., manere in sapientia erecti per mentis sublimitatem.
}

Habeamus igitur dulcem benignitatem & simus Homo, qui dicitur ab humore. Secũdum enim Auicennam, Humo est animal valde humidum. Vnde etiam ipse dicit, quod homo inter omnia animalia respectu corporis sui magis abundat in medulla. Ad denotandum, quod illi, qui spiritualiter volunt esse homines, debent esse

Humorosi & medullosi,
Mansueti pariter & benigni,
Pij,
Misericordes,
Dulcorosi & viscerosi,

Homo enim, secundum Aristotelem, est animal mansuetum. Nam in brutis signum

Homo non habet {
Vngues sicut leones,
Dentes sicut apri,
Cornua sicut cerui.
}

Imo penitus est animal imbecille. Ad denotandum, quod nihil debet habere feritatis vel crudelitatis, multum vero pietatis & benignitatis. Nullum enim debet lædere vel percutere, sed erga omnes dulciter & benigniter se habere, iuxta illud Prouerb. 19. *Homo indigens misericors est.* Et Prouerb 26. dicitur, quod *homo iracundus suscitat rixas, qui autem patiens est, mitigat suscitatas.* Ista tamen sunt hodie contra multos, qui pro certo nihil habent de benignitate, multum vero de crudelitate. Vnde isti dicuntur esse non homines imo feræ. Sunt enim similes illi bestiæ, quæ dicitur Manticora, quæ licet videatur habere faciem hominis, in nullo tamen imitatur naturam hominis; habet enim os maximum & horrendum, tribus ordinibus dentium circumseptum carnes autem humanas summe deuorare diligit & ad modum tubæ clamat, tumultuat atque barrit, sicut dicit Plin. qui istam bestiam vocat Manticuram, sicut etiam dicit Auicen. qui istam bestiam vocat barritum. Sicut etiam dicit Arist. qui istam bestiam vocat lupum Indicum. Tales proculdubio (charissimi) sunt multi, qui solummodo

Habent faciem humanam, id est, apparentiam, non existentiam. Nam
Non sunt benigni sed maligni,
Non sunt misericordes sed discordes,
Non sunt propitij sed impij,
Non sunt fideles, sed crudeles.

Tales potissime sunt iracundi & tyranni, tales etiam sunt detractores & magniloqui. Isti enim semper ore patulo nituntur carnes & vitam bonorum consumere & deuorare & sua voce horrenda & iubali omnes alios perturbare. Vnde Ecclesi. 9. dicitur *Terribilis in ciuitate sua homo linguosus.* Vnde tales figurantur in illo leone Ezechiel. 19. de quo dicitur, quod *leo factus est & didicit capere prædam.* Homines deuorare, quia sc. tales deuorant homines ipsos in corpore, & in rebus iniuriose lædendo, ipsorum temporalem substantiam auferendo, ipsorum vitam & famam impie mordendo & corrodendo. De tali homine sic crudeli, inhumano & inbenigno dicitur Genesis 16. quod dictum est de Ismaele *Hic erit ferus homo, manus eius contra omnes & manus omnium contra eum, & è regione omnium fratrum suorum figet tabernacula* Tales figurantur in illo Nabuchodonosore crudelissimo, qui de homine in bestiam est mutatus. Vel etiam in illo Lycaone Arcadiæ tyranno raptore, qui de homine factus est lupus, secundum Ouidium libr. 1. fabula 6. Vnde de talibus impijs & inhumanis dicitur Daniel. 4. *Cor eius ab humano immutetur & cor feræ detur ei, alligetur vinculo ferreo, & cum feris sit pars eius.* Isti enim perdiderunt penitus cor humanum, & cor habent impium, & ferinum, & ferarum, id est, aliorum crudelium & iniquorum sectantur & amant consortium. Talibus igitur dicitur illud Iob 10. *Nunquid sunt dies hominis dies tui, & anni tui sicut humana sunt tempora?* quasi diceret, Non. Nos vero non sic, sed simus homines, & humani, quod potissime debent esse iudices & prælati, qui præ ceteris debent esse humani,

comparientes erroribus, & esse fluidi, patentes interdum delinquentibus. Vnde de spiritu, id est, de vero spirituali dicitur Sap. 12. quod ipse est

Humanus,
Benignus,
Stabilis,
Certus,
Securus.

*Qui enim propriam fragilitatem attendit, erga alios benignus existit.* Rom. 6. Humanum dico propter infirmitatem carnis vestræ. Et merito prælatus debet humanus esse & dulcis, quia certe corda bonorum & nobilium subditorum melius vinciuntur per humanitatem, quam per seueritatem. Teste enim Seneca. Generosus animus facilius ducitur, quam trahitur. Exemplum de elephante, qui voluntarie obediuit illi, qui eum de fouea liberauit, humanitatem sibi factam humiliter recompensans. Ideo bene dicitur 1. Petri 2. *Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter Deum.* Ergo charissimi, habeamus dulcem benignitatem.

C ¶ Item si volumus esse spirituales homines, nos debemus habere rerum tenuitatem, quod ostenditur, cum dicitur (Sanctus) quia sanctus etymologizatur, quasi sine terra. Sicut enim homo est animal naturaliter nudum, nascitur enim sine pilis sic nos, si volumus esse spirituales homines, nos debemus esse nudi, quantum ad amorem omnis temporalis possessionis & pilis diuitiarum carere, & sine terra temporalium bonorum manere, quantum ad amorem cordialis affectionis. (Sanctus, inquit.) Vnde Exod. 22. *Viri sancti eritis mihi.* Et 2. Petri 1. *Locuti sunt sancti Dei homines.* Serpens enim timet hominem nudum, & audacter insilit inuestitum, secundum Isidorum. Quia vere serpens diabolus illos, quos videt nudos ab omni terrena affectione, timet inuadere, vbi homines vestitos vestibus bonorum temporalium solet intrepidus impugnare. Et ideo docet Gregor. in homilijs. Nudi, inquit, cum nudo luctemur, quia vestitus si cum nudo luctatur, facilius ad terram deijcitur. Simus ergo sancti, iuxta illud Leu. 19. *Sancti estote, quoniam sanctus sum, dicit Dominus.* Sed pro certo illud est hodie contra multos, qui pro certo non videntur homines nudi, sed ad modum bestiarum pilosi, quia recte videntur similes simijs, quæ in effigie formam humanam prætendunt, quæ tamen quia pilosæ sunt, non esse homines se ostendunt. Quia vere multi sunt, qui tanto vellere diuitiarum se solent induere, quod recte videntur à natura hominum, quæ naturaliter nuda est deuiare. Luc. 16. *Homo quidam erat diues, &c.* Isti non sunt sancti, id est, sine terra, seu sine terrenorum affectu. Et ideo plangit Psal. dicens: *Saluum me fac Domine, quoniam defecit sanctus, quoniam diminutæ sunt veritates à filijs hominum.* Et Eccl. 13. *Quæ comparatio hominis sancti ad canem?* ac si dicat, nulla, quia scil. canes, id est, auari non possunt diuitijs satiari. Homo vero sanctus solet paucis opibus contentari. Non sic igitur, charissimi, sed habeamus rerum tenuitatem. Esa. 2. *In die illa proijciet homo idola auri sui, & argenti sui sculptilia.*

D ¶ Item si volumus esse spirituales homines, nos debemus habere sensus subtilitatem, quod ostenditur, cum dicitur: In sapientia manet. Homo enim est animal rationale, de quo etiam scriptura miratur, Iob 38. *Quis posuit in visceribus hominis sapientiam?* quasi dicat: Mirabile, qualiter in carne, sanguine & ossibus potest intellectus & ratio reperiri. Rationabiles igitur debemus esse, quia scilicet illa, quæ pertinent ad salutem, debemus

Rationabiliter præuidere,
Subtiliter meditari, &
Sagaciter cogitare.

¶ Et nota, quod sapientiam hominis iusti

Comitantur { Decor in aspectu,
Timor in affectu,
Splendor in intellectu.

Quia scilicet aspectus hominis per honestatem debet relucere, quia sicut dicitur Eccles. 8. *Sapientia hominis lucet in vultu eius.* Affectus hominis pericula debet timere Eccles. 18. *Homo sapiens in omnibus metuit.* In seren[it]ia debet resplendere. Iob 38. *Quis posuit in visceribus hominis sapientiam? aut quis dedit gallo intelligentiam?* De multis autem videtur impletum illud Hierem. 10. vbi dicitur, quod *stultus factus est omnis homo à scientia.* Quia vere multi sunt, qui quanto su[n]t in ratione & sapientia mundana subtiliores, tanto sunt in spirituali sapientia stultiores, sicut sunt multi mundi sapientes, quos ita excæcauit mundi prosperitas, quod nihil cogitant de futuris, nec de pertinentibus ad sal[u]tem. Similes sunt simijs & pilosis qui videntur esse homines in apparentia & tamen sunt animalia bruta existentia. Et certe melius esset illis penitus nihil scire, quam saluti necessaria non sentire. Eccles. 19. *Melior est homo, qui minuitur sapientia, & deficiens sensu in timore, quam qui abundat sensu & transgreditur legem altissimi.* I[sti] igitur, proprie loquendo, non sunt homines sed iumenta [v]a quod proprie potest dici de talibus illud, quod dicitur in P[s]. *Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus & similis factus est illis.* Non sic igitur, sed habeamus se[ns]us subtilitatem.

E ¶ Item si volumus esse spirituales homines, nos debemus habere mentis sublimitatem: quod ostenditur, cum dicitur S[o]l. Sicut enim homo habet naturaliter vultum ad cœlestia erectum, & staturam corporis sursum eleuatam ad cœlum: sic [si] volumus esse spirituales homines, nos debemus esse ad cœlestia desideranda & affectanda erecti, & ab affectu bonorum temporalium eleuati. Iuxta illud Eccl. 7. *Hoc inueni, quod fecit Deus hominem rectum.* Et hoc ostenditur cum dicitur S[ol]. Quia sicut Sol habet esse sursum, superius & non inferius [in] cœlo sursum, & non in terra deorsum, habet etiam Sol radios rectos, qui nunquam reflectuntur à rectitudine sua, nisi quando cadunt super corpus opacum & grossum: sic nos debemus esse

Mentaliter in cœlo, non in mundo
Sursum non deorsum,
In Paradiso non in sæculo.

Vt ibi fixa sint nostra corda, vbi vera sunt gaudia, iuxta i[ll]ud Coloss. 3. *Quæ sursum sunt, quærite, non quæ super terram.* V[t] & de quolibet dicatur illud Iosue 10. *Stetit Sol in medio cœli*, ita quod radij voluntatis, id est, ipsius cogitatus & actus semper debent esse recti & bene ordinati & dispositi, nisi forte per contactum corporis grossi, id est, per affectionem terrenorum fuerint obliquati. Ista tamen sunt contra multos, qui ad cœlestia per desideria non eleuantur, sed magis ad terrestria per auaritiam incuruantur & propter obicem terrenorum à sua rectitudine [re]flectuntur, iuxta illud Esa. 2. *Incuruabit se homo & humiliabitur vir.* Isti sunt similes quibusdam hominibus Æthiopiæ, de quibus dicit Isidorus, quod in desertis Æthiopiæ sunt homines non erecti seu recti incedentes, sed super pedes & manus vultu inclinato ad terram more pecudum ambulantes. Et isti, prout dicit A[u]gustinus raptici vocantur. Quia vere in Æthiopia huius mundi sunt qui faciem cordis sui nunquam erigunt ad cœlum, & ad cœlestia affectando & contemplando, imo ipsum semper habent depressum ad mundum, bona temporalia desiderando, & ambiendo.

Istud videtur plangere scriptura, Micheæ 7. vbi dicitur: *Periit sanctus de terra & rectus in hominibus non est.* Non sic charissimi, sed simus spirituales homines, non carnales & habeamus, sicut dictum est,

Mentis sublimitatem,
Sensus subtilitatem,
Rerum tenuitatem,
Cordis benignitatem,

Et sic erimus homines, & non bruta. Dico

Homines { Nostra porrigentes affectu materno,
Nostros corrigentes obiectu paterno,
Cunctos diligentes conuictu fraterno,
Stultos dirigentes aspectu superno,
Nosmet subigentes deiectu inferno
Bona colligentes in victu æterno.

F ¶ Nos enim debemus nostra porrigere liberaliter. Matth. 12. *Bonus homo de thesauro suo profert bona.* ¶ Item nostros corrigere paternaliter. Vnde Daniel. 7. dicitur, quod *filius hominis veniebat, & fluuius igneus rapidusque egrediebatur à facie eius.* ¶ Item cunctos diligere fraternaliter. Eccl. 13. *Omne animal diligit sibi simile, & omnis homo proximum sibi.* ¶ Item debemus alios dirigere exemplariter. Lucæ 22. *Occurret vobis homo amphoram aquæ portans sequimini eum, quocunque introierit.* ¶ Item debemus nosmet subigere cordialiter Lucæ 7. *Nam & ego sum homo sub potestate constitutus, &c.* Et sic poterimus gloriosa bona colligere æternaliter, quia scilicet lo[n]ge victi in æternum viuere comprobantur. Eccles. 12. *Ibit homo in domum æternitatis suæ, & benedictione cœlesti gloriæ perfruetur.* Psal. *Ecce sic benedicetur homo qui timet Dominum.* Et sic pro certo nos

... pecudes, quia vero homine ... eo tenerrime diligemur. Leo ... est valde liberalis circa hominem, in ... nem nunquam lædit, nisi maxima fame ... certo le... de tribu Iuda Christus talibus homi... mis... tur, ipsosque per damnationem ... lædit, nec vulnerat atque grauat, quinimo ... Luc. ... *O homo remittuntur tibi peccata tua.* Chri... propriceft ... ut canis, qui semper vult cum homini... Et etiam sicut columbæ, vel ciconiæ, quæ nidos volunt ... habitationem hominum fabricare. ... elephas, qui naturaliter diligit hominem, ipsum... contra draconem nititur adiuuare. Quia pro certo, Christus Deus noster, qui est recte

... magnæ fidelitatis,
... magnæ fœcunditatis,
... magnæ continentiæ, & castitatis,
... magnæ benignitatis.

... spirituales naturaliter diligit, & eorum affectat so... tualiter ... cum eis, & frequentat, dicens il... Del... *est cum filijs hominum.* Et Apocal. 21. ... *cum hominibus, & ipsi populus eius erunt, & ha-* ... *cum eo ... erit eorum Deus.* Ista tamen sunt ... homines, id est, bonas spiritua... ..., imo ipsos prosequuntur, odiunt, & ... *vsquequo ruitis in hominem, interficitis vos ... parieti inclinato, & materiæ depulsæ?* Patet igi... quod per homines intelliguntur viri perfecti & vic...

G ¶ ... quod per hominem possunt intelligi viri ... homo est naturaliter

A... de... gile, in tantum, quod quando nascitur: nec potest incedere, nec se mouere,
... valde debile, in tantum, quod omni armatura noscitur carere,
... super animal valde confusibile, in tantum, quod nullum operimentum confusionis suæ, nec caudam, nec pilos, nec alia talia noscitur habere.

... certo peccator est valde fragilis per inconstantiam. Vnde ... *Ægyptus homo, & non Deus & equi eorum caro, & non spiri...* ... debilis per impotentiam. Vnde Rom. 7. *Infelix ego homo,* ... *abit me de corpore mortis huius?* Est enim confusibilis & ... per omnium virtutum carentiam & indigentiam. Caret ... tegumento bonæ conuersationis, & cauda, id est, memo... ... suæ, & suæ finalis resolutionis. Vnde in Psalm. dici... od... *cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumen...* ... *& similis factus est illis.* Et si vis, potes hic applicare h... ibus monstruosis, de quibus supra dictum est in eodem ... de ... mentio in morali per librum de proprie... tat... rerum ... de Æthiopia, & c. de Indis, de Faunis & P... quæ significant diuersa genera peccatorum, quæ omitto ad præsens, causa breuitatis. ¶ Hoc solum nota, quod homo potest significare peccatorem.

Propter {
Vanitatem inconstantiæ,
Falsitatem eloquentiæ,
Ruditatem ignorantiæ,
Superbiam & elationem,
Duritiam & obstinationem.
}

¶ Dico propter vanitatem inconstantiæ. Vnde in Psalm. *Verumtamen vniuersa vanitas omnis homo viuens.* ¶ Item propter falsitatem eloquentiæ. Vnde in Psal. *Ego dixi in excessu meo, omnis homo mendax.* Vnde etiam de proditore dicitur in Psal. *Etenim homo pacis meæ, in quo speraui, magnificauit super me supplantationem.* Et alibi: *Tu vero homo vnanimis, &c.* ¶ Item propter ruditatem ignorantiæ. Vnde 1. Corinth. 2. *Animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei.* Item propter superbiam & elationem. Ecclesiast. 8. *Dominatur homo homini in malum.* Item propter duritiam & obstinationem. 1. Regum 15. *Neque enim est, vt agat pœnitentiam.* A talibus igitur hominibus est cauendum, iuxta illud Matth. 10. *Cauete ab hominibus.* Phœnix enim & Pelicanus, & Aquilæ dicun... societates hominum fugere, & in desertis solitarijs habita... In quo docemur, quod societatem hominum peccatorum ... relinquere, & nos ab eorum consortijs absentare. E... o Deorum, de quibus dicitur Daniel. 2. *Exceptis Dijs, quorum non est cum hominibus conuersatio.* Sicut etiam faciebat Apostolus dicens Galat. 1. *Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem.* Sic igitur dico, quod per hominem intelliguntur viri infecti & vitiosi, vt de quolibet dicatur illud Psalmi: *Ecce homo, qui non posuit Deum adiutorem suum, nec sperauit in Deo salutari suo, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum, & præualuit in vanitate sua.*

*Diction. Berchorij.*

¶ Et si vis, generaliter potes notare, quod homo in malo significatio est H

Nomen {
Deceptionis & fallaciæ,
Detractionis & inuidiæ,
Inuasionis & calumniæ,
Præsumptionis & superbiæ,
Defectionis & inconstantiæ,
Corruptionis & immonditiæ,
Obliuionis & ignorantiæ.
}

¶ Mali igitur homines sunt mendaces, qui veritatis carent eloquio. Ps. *Diminutæ sunt veritates à filijs hominum.* ¶ Item sunt mordaces, quia charitatis carent incendio. Ps. *Filij hominum dentes eorum arma & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus.* ¶ Item sunt rapaces, quia pietatis carent officio, quod potissime pertinet ad crudeles, contra quos dicitur in Ps. *Erue me à calumnijs hominum, vt custodiam mandata tua.* ¶ Item sunt procaces seu nugaces, quia vanitatis vacant fastigio, quod scilicet pertinet ad superbos. Psalm. *Filij hominum vsquequo graui corde, ad quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?* Item sunt fugaces, quia stabilitatis carent refugio. Psalm. *Vos autem sicut homines moriemini, & sicut vnus de principibus cadetis.* Item sunt procaces, quia carnalitatis fœtent coniugio. Genes. 11. *Cumque cœpissent homines multiplicari, acceperunt sibi vxores, &c.* Item sunt efficaces, quia stoliditatis stupent diluuio, & hoc pertinet ad obliuiosos & desides, de quibus dicitur in Psalm. *Dominus de cœlo prospexit super filios hominum, vt videat, si est intelligens aut requirens Deum.* Et illud prædictum: *Homo cum in honore esset, non intellexit.* Et breuiter 2. Esd. 4. concluditur de hominibus talibus, & dicitur, quod *iniqui omnes filij hominum.* Bene ergo dico, quod nomine Hominis intelliguntur viri infecti & vitiosi.

¶ Tertio dico, quod per hominem possunt intelligi viri flebiles & dolorosi. Istud enim nomen Homo, est I

Nomen magnæ {
Fragilitatis,
Flebilitatis,
Pœnalitatis.
}

Nomen magni {
Laboris,
Doloris,
Timoris,
Miseriæ,
Penuriæ,
Tristitiæ.
}

¶ Homine enim inter mortalia quid fragilius? Ipse enim propter suam maximam fragilitatem comparatur vermi. Vnde in Psalm. *Ego sum vermis, & non homo; opprobrium hominum, & abiectio plebis.* ¶ Item inter mortalia quid flebilius? Ipse enim statim quando nascitur, Incipit flere, & fletu suo illam, quam intrat, miseriam declarare, dicens illud Sap. 7. *Sum quidem mortalis homo similis hominibus de genere illius, qui prior factus est.* Et sequitur: *Et ego natus accepi communem aerem, & primam vocem omnibus similem emisi plorans.* ¶ Item inter animalia quid pœnalius? Statim enim quando homo nascitur, pœnis & miseriæ subijcitur, dicens Zach. 13. *Homo agricola ego sum, quando Adam exemplum meum à iuuentute mea.*

¶ Item inter mortalia quid laboriosius? *Homo enim nascitur ad laborem, vt auis ad volatum,* sicut dicitur Iob 5. *Omnis enim labor hominis in ore eius, sed anima eius non implebitur.* Eccl. 6. ¶ Item inter animalia quid dolorosius? Iste enim sine dolore diem non transigit, & sine cordis vel carnis molestia horam modicam vix pertransit. *Cunctis enim dies eius laboribus & ærumnis pleni sunt, nec per noctem mente requiescit,* Eccles. 2. ¶ Item rogo, quid inter mortalia timorosius? Certe nihil. Iste enim timet

Mala {
Præterita, ne forte redeant,
Præsentia, ne forte non transeant,
Futura, ne forte remaneant,
}

Dicit enim cum Psalm. *Timor & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebræ.* ¶ Item etiam obsecro, quid in rebus inuenies homine miseriosius, penuriosius, seu tristabilius? Alia enim animalia,

malis, quando nascuntur, secum portant suæ indigentiæ supplementa, quia scilicet

Apportant secum { Pellem duram quo operiantur. / Fortitudinem, qua ambulent & moueantur, / Naturalem industriam, qua mammillas matris requirere docentur.

Homo vero est animal, quod cæteris miserabilius nascitur.

Nascitur enim { Nudus sine operimento, / Debilis sine cuiuscunque virtutis fulcimento, / Ignarus & inscius sine cuiuscunque industriæ documento.

Et breuiter iste fame & frigore moritur, nisi aliunde tegatur, & nutriatur. Et ideo breuiter concluditur Iob 13. vbi dicitur: *Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miserijs. Qui quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquam in eodem statu permanet.* Vbi notare possis

Vilem creationem (Quia natus de muliere)
Curtam durationem (Quia viuens breui tempore)
Paucam consolationem (Quia repletur multis miserijs)
Labilem complexionem (Quia quasi flos egreditur)
Finibilem conclusionem (Quia conteritur & fugit velut vmbra)
Mutabilem conclusionem (Quia nunquam in eodem statu permanet)

¶ De istis igitur miserijs humanis admiratur Psalm. 90. dicens: *Domine quid est homo, quia innotuisti ei?* Et ad istam quæstionem diuersimode respondetur in scriptura. Et primo, quando quæritur quid est homo? Respondit idem Psalm. *Homo vanitati similis factus est, dies eius sicut vmbra prætereunt.* Ad hoc etiam videtur respondere Iob. 7. dicens, quod *militia est vita hominis super terram.* Et Iob: 14. dicitur: *Breues hominis dies sunt, numerus mensium eius apud te est, constituisti terminos eius, qui præteriri non poterunt.* Ad hoc etiam respondet Sapiens Eccles. 3. vbi dicit, quod *vnus est interitus hominum & iumentorum, & æqua vtriusque conditio.* Et Eccles. 9. dicit, quod *nescit homo, vtrum amore vel odio dignus sit.* Vltimo ad istam quæstionem respondet Hierem. & dicit illud, quod dicitur Hierem. 10. *Scio, inquit, Domine, quod non est hominis via eius nec viri, vt ambulet, & dirigat gressus suos.* Sed ad hoc quid respondet B. Bernardus, quando quæritur, Quid est homo? Homo, inquit, nihil aliud est, quam

Sperma fœtidum,
Saccus stercorum,
Cibus vermium.

Innocentius autem, lib. de miseria conditionis humanæ, flebiliter valde respondet: O, inquit, *quis det oculis meis fontem lachrymarum, vt fleam miserabilem humanæ conditionis ingressum, damnabilem humanæ dissolutionis egressum.* Et multa pulchra & rhetorica, quæ idem Innocentius ibidem recitat.

K ¶ Et nota, quod hominis miseria apparet in multis, videlicet.

Quia { Componitur carne cinerea, / Corrumpitur sorde Venerea, / Concutitur lite foranea, / Excutitur luce syderea, / Dissoluitur morte funerea, / Concluditur Styge tartarea.

¶ Igitur dico, quod miseriam hominis denotat suæ carnis vilis conditio, quia scilicet non est nisi terra & cinis. Ideo dicitur *Memento homo quia cinis, es & in cinerem reuerteris.* Vnde Eccles. 10. *Omnes homines terra & cinis.* Item suæ sordis grandis infectio, videlicet, concupiscentia carnis, quæ sibi est innata. Vnde Rom. 7 *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* Sequitur: *Igitur mente seruio legi Dei, carne seruio legi peccati.* Item mundi luctis dura turbatio, scilicet, fluctus & tumultus negotiorum, quibus est subditus homo Eccles. 1. *Occupationem pessimam dedit Deus filijs hominum.* Et Eccles. 40. *Occupatio magna creata est omnibus hominibus iugum graue super filios Adam.* ¶ Item veræ lucis pauca cognitio, hoc est dictum, vitium ignorantiæ, quo fuscatur mirabiliter mens humana, quia proprie nulla veritas cognoscitur Psalm. *Diminutæ sunt veritates à filijs hominum.* ¶ Item mundi cladis dura percussio, hoc est dictum, vexatio & tribulatio hominum peruersorum. De qua Prouerb. 28. *Regnantibus impijs ruinæ hominum.* Homo enim in vita ista sustinet a malis hominibus multa mala. Petiam enim fuit à quodam Philosopho, quid erat [illegible] homo [illegible] homo [illegible] lis eum sustine[illegible] à de[illegible] Com[illegible] *sertum hominum, & deuoratores sanguinis, bonorum di[illegible]* Prou. 19. *Homines pestilentes dissipant ciuitatem.* Et Iob. 24. *Nudos miseros homines vestimenta tollentes.* Item corporum destitutionem seu læsionem. Eccles. 41. *Luctus hominum in corpore[illegible]* Et in Psalm. *Posuisti tribulationes in dorso, imposuisti homines [illegible] put nostro.* Ista est igitur mundi cladis dura percussio ¶ [illegible] stinetur hic à nobis vitæ finis, & mortis solutio, quia sicut dicit Apostolus Hebr. 9. *Statutum est omnibus hominibus semel mori.* ¶ Item vltimo denotat hominis miseriam infernalis tristis conclusio. Inter miserias enim humanas ista est summa, quia scilicet homo est in periculo descendendi finaliter ad infernum Lucæ 16. *Homo quidam erat diues.* Sequitur: *Mortuus est autem & sepultus est in infernum.* Sic igitur patet, quomodo hominis miseria patet ex multis, ita breuiter, quod quando quæritur, Quid est homo? non possumus respondere & dicere quod

Homo est sicut { Mare magnæ mobilitatis, / Flumen magnæ velocitatis, / Flos magnæ debilitatis, / Vmbra magnæ [illegible]gacitatis. / Ventus magnæ [illegible]abilitatis, / Vitrum magnæ fragilitatis,

In Psal. *Sciant gentes, quoniam homines sunt.* Et breuiter de senectute, de iuuentute, de vita & morte humana multa possent [illegible] sed ista sufficiant, quo ad præsens, quia satis in suis titulis de [illegible]gulis disseremus. Sic igitur patet generaliter, quod per hominem intelliguntur

Viri { Fragiles & dolorosi, / Impij & vitiosi, / Perfecti & virtuosi.

¶ Si vero de Christo, qui fuit Deus & homo, [illegible] aliqua dicere, nota, quod iste dicitur homo, quia L

Destinatus de summis sedibus,
Incarnatus submotis sordibus,
Perforatus acutis sudibus,
Reuocatus à mortis cladibus,
Sublimatus supremis sedibus,
Expectatus ab altis ædibus.

¶ Dico igitur, quod iste est homo grandis auctoritatis, quia de summis sedibus fuit destinatus. Deus enim pater misit ipsum, tanquã salutis humanæ legatum. Ioan. 1. *Fuit homo missus à Deo.* Et Galat. 4 *Misit Deus filium suum, &c.* ¶ Item est homo dulcis humanitatis, quia fuit submotis sordibus incarnatus. Phil. 2. *In similitudinem hominum factus, & habitu inuentus, vt homo,* figuratus Apoc. 14. in filio hominis ascendente super nubem candidam, id est, virginem gloriosam. Et ideo cantatur. *Natus de Maria virgine, & homo factus est.* Et Sap. 7. *Sum quidem mortalis homo, &c.* ¶ Item iste est homo fortis stabilitatis, quia acutis sudibus fuit perforatus, scil. in passione. Vnde de eo flagellato dixit Pilatus Ioan. 19 *Ecce homo,* & Rom. 6. dicitur, *Homo noster crucifixus est.* Figuratus Apoc. 19. in illo rege regum, qui habebat vestes aspersas sanguine. ¶ Item iste est homo mirandæ nouitatis, quia à mortis cladibus fuit reuocatus, scilicet in resurrectione. Figuratus Apoc. 1. in illo filio hominis cum septem stellis & candelabris, &c. qui dicit *Fui mortuus, & ecce sum viuens.* Figuratus etiam 2. Reg 1. vbi dicitur, quod *die tertio apparuit homo veniens de castris Saul veste conscissa.* ¶ Item est homo præcelsæ dignitatis, quia supremis sedibus fuit sublimatus, scilicet, in ascensione Psalm. *Accedet homo ad cor altum & exaltabitur Deus.* ¶ Item est homo diuturnæ seueritatis, quia ab altis sedibus nunc est expectatus, scilicet, vt veniat ad iudicium. Figuratus Dan. 7. vbi dicitur, *Ecce in nubibus cœli filius hominis veniebat, &c.* vide ibi.

¶ Si vero diabolum velis vocare hominem, dic figuram de zizania, vbi de diabolo dicitur. Inimicus homo hoc fecit. Et applica omnia, quæ supra dicta sunt de homine vitioso. Sufficit de homine, quo ad præsens.

## Honestas.

A Nota, quod honestas est virtus, qua mores hominum intrinsecus & extrinsecus componuntur, & quæ sub quadam regula disciplinæ omni turpitudine resecata feruntur. Dicam igitur breuiter, quod quicquid est in homine Christiano, siue interius, siue exterius, debet esse fulgidum & honestũ, vt omnia quæ facimus cum corpore, mentaliter perula sint, & luminosa, quo ad intus & extra sint bona conuersa-

semper plena, & omni sui parte fulgida atque clarescere debet: & illud, quod est intra nos, scilicet, cogitatio, & illud, quod est extra nos, scilicet actus, gestus, & affatus, debent fulgere limpida claritate, & relucere veritate, & carere qualibet inhonesta & stolida vili[tate]: illud Apost. 1. Corinth. 14. *Omnia honeste, & secundum ordinem* [...] quod potissime spectare debet ad ecclesiasticos: quia vere in ipsis debent esse præ cæteris omnia limpida & honesta. Legitur enim quod Nero Imperator fecit templum [...] de quibusdam lapidibus lucentibus, vt crystallis, & [...] lucidis atque claris, quæ in Arabia & Cappadocia inueniuntur, sicut dicit Plin. lib. 36. cap. 22. ita quod intrantibus illud [templ]um cuncta clara & perlucida videbantur. In quo notandum est, quod templum, quod summus Imperator Christus fecit, scilicet, vel status Ecclesiæ synagoga debet esse de lapidibus [...] lucidis & honestis, vitiorum caligine non fœdatis. [...] *luce splendida fulgebis.* Sequitur. *Beatus ero, si fuerint [reliquiæ seminis] mei ad videndum claritatem Hierusalem, ex Sapphiro & [smar]agdo ædificabitur.* Ista tamen sunt contra multos, qui si ho[nesti su]nt.

In verbis, tamen non in factis,
In conuersatione, sed non intentione,
In gestu corporis, non fructu operis.

[Contra ta]les loquitur Seneca epistol. 21. melius, inquit, probas honesta, quam sequeris, vbi posita sit fœlicitas, sed ad illam accedere [non a]udes. Non sic, sed omnia honeste & secundum ordinem fiant [...] iuxta doctrinam Apostoli ad Romanos 13. *Abiiciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis, sic vt in die honeste ambulemus.* Vnde notabo, quod nos debemus honeste

Cogitare, interius mentem ruminantes,
V[igilare], asperius carnem macerantes,
Laborare, exterius bene operantes,
Nos ornare, sincerius mores ornantes,
Continuare, vlterius bonum perpetrantes,
Nos armare, posterius mala tolerantes.

B ¶ [Pr]imo dico, quod necesse est honeste cogitare, quia sicut dicit [Tull]ius in Officiis lib. 3. Etiam si Deos & homines lateas, nihil [tamen] bono viro turpiter faciendum. Satis, inquit, nobis, si modo [in philosop]hia aliquid profecimus, persuasum esse debet, si omnes [De]os, hominesque celare possemus, nihil tamen auare, [nihil inius]te, nihil libidinose, nihil incontinenter esse faciendum. [V]nde de vino, id est, de gratia Dei dicitur 2. Esd. 3. *Præcordia sunt honesta.* ¶ Item necesse est honeste vigilare, scil. studendo [&] contemplando ad maiorem carnis edomationem. Quia [...] sicut dicitur Eccl. 31. *Vigilia honestatis tabefaciet.* ¶ Item necesse est honeste laborare. Vnde de iusto dicitur Sap. 10. quod *honestauit illum in laboribus, & compleuit labores illius.* Et Sap. 8. *In [ope]ribus manuum illius honestas.* ¶ Item necesse est nos ornare, scilicet, per [hon]estam & exemplarem conuersationem. Vnde Ec[cles. 2]4. *Ego [quasi] vitis fructificaui suauitatem odoris, & flores mei fructus honoris & honestatis.* Et bene dicit fructus, quia flores amœni honoris & honestatis producunt odores amœnitatis, & gignunt fructus vbertatis. Ideo bene dicitur 1. Thes. 4. *Honeste ambuletis ad eos, qui foris sunt.* ¶ Item necesse est honeste continuare. Non enim sufficit honestatis amplexus in principio vel semel factus, sed requiritur, & sæpius & sine intermissione, & in omni opere honestatem obseruare. Sap. 8. *Honestas sine defectione.* ¶ Item necesse est honeste mala portare, scilicet, paupertatem, & abstinentiam, & finaliter mortem. Vnde Eccles. 11. *Bona & mala, vita & mors, paupertas & honestas à Deo sunt*, & ideo toleranda. Ista de honestate morali sufficiant, quia de honesta conuersatione in locis infinitis est actum; de honestate vero, in quantum signat pompam & claritatem status mundani, nihil ad præsens.

A **Honor.** Nota, quod honor accipitur in bono, & in malo. Est enim honor idem, quod gloria, maiestas, excellentia, dignitas. Et ideo honor potest distingui

In temporalem & æternalem,
In diuinum etiam & humanum.

Nam honor { Temporalis est contemnendus,
Æternalis est appetendus,
Diuinus est frequentandus,
Humanus est fugiendus.

¶ [Su]mmatim vero dicam, quod inuenitur

*Dictum. Berchorij.*

Honor { Temporalis, qui est contemnendus,
Æternalis qui est appetendus,
Imalis, qui est impendendus.

¶ Primo igitur dico, quod est honor temporalis, quem debemus contemnere. Iste enim honor est valde periculosus. Post magnum enim honorem incurrit sæpe homo magnum vituperium & pudorem. Exemplum habemus in Aman, coram quo cuncti serui Regis flectebant genua & adorabant eum, sicut dicitur Hester 3. qui postmodum vituperabiliter est suspensus, sicut dicitur Hester 7. Et sic verificatur illud Gregorij, qui dicit: Non est tanti honoris excelsa tenuisse, quanti mœroris de excelsis corruisse. ¶ Constat enim, quod honor mundanus

Sensum peruertit,
Mores subuertit,
A Deo auertit,
Ad inferna diuertit.

¶ Dico igitur, quod honor mondanus sensum peruertit. Homo enim quando in locum nimis altum ascendit, cerebrum ipsius solet turbari, ita quod de rebus infimis bene iudicare non potest. Noctua enim quanto altius de die volat, tanto minus videt. Sic multi in altis honoribus & in die & in claritate mundanæ dignitatis & prosperitatis constituti visum veræ discretionis perdunt, quod patet, quia tunc etiam proprios benefactores, aut socios non cognoscunt. Vnde de quodam nobili scholari narratur, quod solitus erat dicere omnes mundi prælatos esse cœcos, eo scilicet, quod magistro suo, qui erat solennis clericus, beneficium non dabant. Tandem factus prælatus de magistro non cogitabat, propter quod cum quodam die ciuitatem intraret, magister in hora meridiei cum magnis luminaribus & accensis iuit ei obuiam in introitu ciuitatis, & quærenti discipulo, quid hoc esset? respondit magister: Illumino tibi, inquit, Domine, quia cœcus es, sicut & alij. De quodam etiam Papa legitur, qui cum socium non cognosceret, illi quærenti & dicenti: Pater sancte, non cognoscitis me? Respondit: Vade miser, & quomodo te cognoscerem? quia meipsum non agnosco. Bene igitur dicitur in Psalm. *Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis.* Honor igitur mundanus sensum peruertit. B

¶ Item mores subuertit. Nota, quod multi primo sunt boni, tandem honorati, facti sunt mali. Exemplum de Nerone & Saul. *Honores enim mutant mores.* Et tamen, proh dolor, isti honores hodie summe petuntur. Vnde Saul dicebat Samueli 1. Reg. 15. *Honora me coram senioribus.* ¶ Item iste honor à Deo auertit. Exemplum de Iuliano, qui factus Imperator, apostatauit à fide. Ideo in Psalm. dicitur, *Impij mox vt honorati fuerint, & exaltati, deficientes quemadmodum fumus deficient.* Ideo bene consulitur Eccl. 7. *Noli quærere ab homine ducatum, nec à Rege cathedram honoris.* ¶ Item talis honor ad inferna diuertit. Sicut enim videmus, quod aues prædales, quamdiu viuunt, in honore tenentur, & habentur, super perticam ponuntur, & diligentius coluntur & custodiuntur, quando vero mortui sunt, in sterquilinium projciuntur; & econuerso gallinæ & anseres, quamdiu viuunt modiconi reputantur; quando vero mortuæ sunt, & paratæ, coram Rege honorabiliter deportantur: sic pro certo tales diuites & auari officiales & aduocati hodiernis temporibus à magistro suo diabolo honorifice promouentur Ecclesiast. 10. *Est homo, qui honorificatur propter substantiam suam*, qui tamen post mortem sine honore in inferni sterquilinio infodietur. Iuxta illud Iudith 1. *Remiserunt eos vacuos, & sine honore abiecerunt.* Vnde Sapient. 3. *In nihilum computabuntur, & sine honore erit nouissima senectus eorum.* Gallinæ vero, id est, pauperes & miseri, qui, dum viuunt, nihil reputantur, imo ab omnibus fugantur, & vilipenduntur, quando post mortem igne tribulationum decocti fuerint, & parati, coram Deo honorabiliter deportabuntur, & in mensa cœlesti & regia locabuntur. Vnde Roman. 2. *Honor & pax omni operanti bonum.* Vnde mali de istis finaliter dicent illud Sapient. 5. *Vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, &c.* Iste est igitur honor temporalis, quem debemus contemnere.

¶ Secundo dico, quod est honor æternalis, quem debemus appetere. Et iste est honor cœlestis gloriæ, quia sanctis in patria confertur, de quo dicit Augustinus quod nulli denegabitur digno, & nulli concedetur indigno. Et in Psalm. 8. dicitur: *Gloria & honore coronasti eum Domine.* Iste honor figuratur Hester 6. vbi C

 dicitur:

dicitur: *Homo, quem Rex honorare cupit, debet indui vestibus regijs, & imponi super equum, qui est de sella Regis, & accipere regium diadema super caput suum, & primus de regijs principibus, teneat equum eius, & per plateam ciuitatis incedens, clamet & dicat: Sic honorabitur, quemcunque Rex voluerit honorare.* Charissimi, vestes regiæ sunt virtutes. Istæ sunt enim vestes nuptiales quibus si homo indutus non fuerit, in tenebras exteriores missus erit. Equus super quem Christus equitauit, est crux vel pœnitentia. Ista est enim aliquis equus de sella Regis. Abac. 3. *Qui ascendis super equos tuos, & quadriga tua saluatio.* Homo igitur qui a Rege Christo in Paradiso voluerit honorari, debet indui vestibus regijs, id est, virtutibus, debet ascendere super equum Regis, id est super crucem per compassionem vel etiam in pœnitentiæ operibus, & sic diademate æterni honoris signetur. Et á primo principum, scilicet á Michaele per plateam ciuitatis Paradisi honorabiliter deducetur. Quia pro certo sic honorabitur, quemcunque Rex decreuerit honorare. Vnde 2. Pet. 1. *Accipiens á Deo patre gloriam & honorem.* Et in Psal. 8. *Gloria & honore coronasti eum Domine, &c.* Signum enim leonis, secundum Michaelem, est domus nouorum vestimentorum & honorum. Ad denotandum, quod nullus est verus honor nisi ille qui in domo leonis, id est, in Paradiso, vbi regnat leo de tribu Iuda, conceditur, vbi quilibet sanctus potest dicere illud Daniel. 4. *Sensus meus reuersus est ad me, & ad honorem regni mei decoremque perueni.* Iste est igitur honor æternalis, quem debemos appetere.

C ¶ Tertio dico, quod est honor finalis, quem debemus impendere. Et iste est honor, quem Deo & superioribus nostris debemus exhibere. Apes enim honorant regem suum, in tantum, quod nulla audet volare, quousque rex ibi vendicauerit principatum, scilicet, quando omnes habent exire. Elephantes etiam docentur honorare & adorare regem, noue etiam Lunæ dicuntur inclinare & ipsam suis modulis honorare. Quanto magis igitur nos viri rationabiles debemus Deum honorare & nostris superioribus reuerentiam exhibere? Pro. 3. *Honora Dominum in tua substantia.*

D ¶ Et nota, quod istæ personæ sunt, quas tanquam superiores & maiores honorare debemus, scilicet

Deus,
Prælatus,
Pater,
Doctor,
Religiosus.

Ergo honora
- Deum creatorem,
- Patrem genitorem,
- Prælatum rectorem,
- Virum seniorem,
- Prudentem doctorem,
- Pium nutritorem,
- Viduam continentem,
- Religiosum Deo seruientem.

E ¶ Honorandi sunt Dij, cuncta tenentes, scilicet, Deus & Angeli, iuxta illud Prouerb. 7. *Honora Dominum, & valebis.* Et 1. Tim. 1. *Soli Deo honor & gloria.* ¶ Item genitores atque parentes. Eccles. 7. *Honora patrem tuum, & gemitus matris tuæ ne obliuiscaris.* ¶ Item dominos atque præsidentes. 1. Tim. 6. *Serui dominos suos omni honore dignos arbitrentur.* Item seniores & reuerentes. Leuit. 19. *Honora personam senis.* ¶ Item prudentes & sapientes. Eccl. 37. *Sapiens in populo honorem hereditabit.* ¶ Item beneficus atque clementes. Prou. 2. *Victoriam & honorem acquiret, qui dat munera.* ¶ Item viduas & continentes. 1. Tim. 5. *Viduas honora, quæ vere viduæ sunt.* ¶ Item religiosos & Deo seruientes. 1. Timot. 5. *Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni sunt.* Bene igitur consulitur 1. Petri 2. *Omnes honorate, fraternitatem diligite, Deum timete, Regem honorificate.* Aduerte tamen, quod multi vel non honorant, sicut dicitur Malach. 1. *Si ego pater sum, vbi est honor meus?* Aut si honorant, false honorant Matth. 7. *Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est á me.* Contra multos etiam, qui nimia ambitiose honores diligunt, dicitur illud Eccl. 7. *Noli quærere cathedram honoris.* Contra illos etiam, qui honore quæsito impudenter vtuntur, dicitur Eccl. 11. *In die honoris tui ne extollaris.* Sic igitur patet, quod in scriptura reperitur

Honor
- Contemnendus,
- Appetendus. &
- Impendendus.

Vide, vbi Prælatus, vbi Subditus, & vbi Humilitas.

# Hora.

A Nota, quod hora est quædam mensura motus cœli, continens diei naturalis vicesimam quartam partem, illud scilicet spacium temporis, quo medietas vnius signi, hoc est dictum, quindecim gradus zodiaci supra nostrum hemisphærium eleuantur, ita quod sicut

Annus per menses,
Mensis per septimanas,
Septimanæ per dies,
Dies per horas,
Horæ per puncta, & per minuta distinguuntur diuersimode.

Sic possum dicere, quod per horas possunt intelligi quæcunque distinctiones, & conditiones quorumuis temporum & ætatū. Reducendo enim ad mores, horæ signant diuersa puncta

Fidei.
Meriti.
Peccati,
Mundi,
Paradisi,
Inferni.

¶ Et sic notabo moraliter, quod in scriptura reperiuntur horæ bonæ, & horæ malæ. Bonæ, dico, videlicet,

Horæ
- Luminosæ, clausa reserantes,
- Pluuiosæ, mala temperantes,
- Fructuosæ, bona perpetrantes.

Primæ designant fidei splendorem,
Secundæ designant gratiæ dulcorem,
Tertiæ designant gloriæ decorem.

¶ Primo igitur dico, quod inueniuntur horæ fidei & articulorum. Istæ autem horæ sunt diei, & non noctis, scilicet, duodecim articuli fidei, quia scilicet dies artificialis, qui nihil aliud est, quam Solis latio super terram, id est, notitia veræ fidei, quæ Solis iustitiæ, continet vero motus, suique status articulos atque puncta. Vnde de istis horis, id est, de duodecim articulis dicitur Ioan. 11. *Nonne duodecim sunt horæ diei?* Onager enim in æquinoctio horas suo rugitu denotat duodecies de nocte clamat, quia scilicet onager, id est, Prophetæ & Apostoli, horas & puncta nostræ fidei cecinerunt, & tam de die, quam de nocte, id est, tam prosperitatis, quam aduersitatis tempore duodecim articulos docuerunt. Istæ sunt igitur horæ fidei & articulorum, quæ scilicet habent & docent limpidam veritatem. Ioan. 12. *Venit hora, vt clarificetur filius hominis.* Ista autem hora istius claritatis & notitiæ non semper fuit, quia scilicet post mortem & resurrectionem Christi præcipue rutilauit. Ideo ante istud tempus fuit dictum illud Ioannis 2. *Quid mihi & tibi mulier? nondum enim venit hora.*

¶ Et aduerte, quod Christus habet vel habuit quatuor principales horas, videlicet, B

Horam venientis ad hoc exilium,
Horam patiendi crucis supplicium,
Horam redeuntis ad carnis hospitium,
Horam sedentis sui iudicium.

¶ Christus igitur habuit vnam horam, qua carnem assumpsit. Et ista est hora diuinæ incarnationis, qua scilicet Christus venit vocare peccatores ad pœnitentiam. Vnde de Deo patre dicitur Luc. 14. *Quod homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos, & misit seruum suum hora cœnæ dicere inuitatis, vt venirent.* Cœna enim magna seu conuiuium generale quod Deus fecit á principio fuit fides, sed hora cœnæ fuit ille punctus fidei, in quo comedendus erat vitulus saginatus, id est, sacramentum altaris & status gratiæ. In ista igitur hora misit Deus pater seruum Christum per beatam incarnationem, vt scilicet homines inuitaret ad tam latam & lautam refectionem. Ista est igitur hora, qua carnem assumit. ¶ Item habuit Christus vnam horam, qua mors hunc consumpsit. Ista fuit hora passionis, qua scilicet quo ad vitam corpoream ipse fuit absumptus Iob 33. *Consumpta est caro eius á supplicijs.* Vnde de ista hora dicitur Matth. 26. *Ecce appropinquabit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum.* Vnde Ioan. 19. dicitur, quod *Christus hora sexta emisit spiritum.* ¶ Item habuit Christus vnam horam, qua corpus resumpsit. Ista enim fuit hora resurrectionis & propriæ glorificationis, de qua Ioan. 17. *Pater venit hora clarifica filium tuum.* ¶ Item est alia hora Christi, qua magna præsumpsit, sumendo scilicet præteritum pro futuro, id est, hora futuri iudicij & vltimæ resurrectionis aut reparationis, de qua Ioan. 5. *Venit hora, & nunc est*

*& quando mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint, viuent.* Et Apoc. 14. *Venit hora iudicij eius.* Patet igitur quomodo in scriptura reperitur hora, seu horæ fidei & articulorum.

C ¶ Secundo dico, quod ibi reperiuntur horæ gratiæ & sacramentorum. Dies enim gratiæ habet suas horas & sua puncta. ¶ Circa quod nota, quod in scriptura reperitur hora

Prima, quæ est hora meditantium,
Tertia, quæ est hora pœnitentium,
Sexta, quæ est hora miserantium,
Nona, quæ est hora contemplantium.

¶ Prima igitur hora diei gratiæ est hora meditantium seu cogitantium seu vigilantium, quando scilicet homo euigilat à peccato & vigilat, considerans quid agere debeat Matth. 27. *Non potuisti vna hora vigilare mecum?*

¶ Tertia est hora pœnitentium.

Tres enim partes

Pœnitentia habet { Cordis contritionem, Oris confessionem, Operis satisfactionem.

Et ista est illa hora tertia, de qua dicitur Matth. 20. quod *paterfamilias circa horam tertiam inuenit in foro ociosos, & misit eos in vineam suam.* Vinea enim laborem pœnitentiæ signat, paterfamilias ociosos peccatores inuitat, & laboris & abstinentiæ eos arctat Act. 2. *Non enim sicut existimatis hi ebrij sunt, cum sit hora diei tertia.* ¶ Sexta hora est hora miserantium, illorum scilicet, qui sex opera misericordiæ libenter exercent. Et ista est illa hora, qua febris, id est, ardor auaritiæ curatur, sicut de filio illius dicitur Io. 4. quod *hora sexta reliquit eum febris.* Pro eo, quia ad opera misericordiæ liberalis existit, nunquam per auaritiam inflammatur. Vnde etiam in eodem cap. dicitur, quod quando *mulier Samaritana venit ad hauriendum aquam, vbi inuenit Iesum iuxta puteum ex itinere fatigatum, hora erat quasi sexta.* Ad denotandum, quod hora sexta, id est, virtus misericordiæ Iesum in suis pauperibus fatigatum recreet. Iuxta illud Esa. 28. *Reficite lassum, & ecce hoc meum refrigerium est.* Virtus misericordiæ etiam puteum & aquam beneficiorum communicat, & mulierem, id est, pauperes refrigerat, & confortat. ¶ Nona hora est hora contemplantium. Et ista bene vadunt per ordinem, vt scilicet

Hora prima homo vigilet, statum suum considerando,
Tertia hora pœniteat, à peccatorum ocio surgendo & laborando,
Sexta hora homo ad puteum vadat, Iesum in persona pauperum adaquando & recreando,
Nona vero contemplationi intendat, Deum orando, & cœlestia cogitando.

Act. 3. *Petrus & Ioannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam.* Ista enim Angelorum hora, qui nouem ordinibus continentur, & ideo horam nonam, i. virtutem contemplationis sectantur. Vnde & Act. 10. dicitur, quod *hora nona Angelus apparuit Petro.* Sicut enim ponit Rasiel in lib. suo, Certi Angeli deputati sunt super horas, & singuli supra singulas. Ad quod satis alludit illud verbum scripturæ Apoc. 9. vbi dicitur *Angeli parati erant in horã & diem, mensem & annum.* In quo moraliter notabo, quod Angeli beati solent istas spirituales horas & puncta gratiæ & virtutum seruare, & ad bene operandum homines adiuuare.

D ¶ Generaliter igitur de hora & statu gratiæ notabo, quod ista est

Hora { Veniæ & remissionis, Salutis & curationis, Feruoris & orationis, Audaciæ & expugnationis, Laboris & occupationis, Studij & meditationis, Doctrinæ & prædicationis, Connubij & coniugationis, Laudis & benedictionis, Gaudij & exultationis.

¶ Ista igitur hora culpa remittitur Iob 11. *Peccaui, & ad horam pepercisti mihi.* Item ista hora salus immittitur Matth. 7. *Sanatus est puer in illa hora.* Item ista hora feruor emittitur, scilicet orationis Luc. 1. *Omnis multitudo populi erat orans foris hora incensi.* ¶ Item ista hora hostis excutitur. Vnde Iudith Holofernem percussura & occisura dicebat, Iudith 13. *Confirma me Deus in hac hora.* ¶ Item ista hora opus peragitur. Eccl. 39. *Omne opus in sua hora subministrabitur.* ¶ Item ista hora studio sistitur. Dan. 5. *In eadem hora apparuerunt digiti scribentis in pariete.* ¶ Item ista hora quis cogere loquitur, scilicet prædicando & docendo Matth. 10. *Dabitur vobis in illa hora quid loquamini.* ¶ Item ista hora Mariæ iungitur, sc. per charitatis & deuotionis connubium. Vnde de illa dicitur Ioan. 19. quod *ex illa hora accepit eam discipulus in suam.* ¶ Item ista hora laus Dei promittitur. Vnde Luc. 2. dicitur de Anna prophetissa, quod *hac ipsa hora superueniens, confitebatur Domino, & loquebatur de Iesu.* ¶ Item ista hora gaudium gignitur, scilicet exultatio in sancto Spiritu. Vnde Luc. 10. dicitur, quod *in ipsa hora exultauit Iesus in Spiritu sancto.* Sic igitur patet, quomodo hora diuinæ gratiæ varia habet puncta, & varia virtutum & spiritualium bonorum remedia. Dico igitur, quod in scriptura reperiuntur horæ & gratiæ sacramentorum.

¶ Tertio dico, quod in scriptura reperiuntur horæ gloriæ & cœli bonorum. Et ista est hora beata, in qua prædestinati recipiuntur ad vitam, & misera post labores recipiuntur ad gloriam. Pauperes enim post marculi, id est, mallei sonitum seu lignum à dispensatore regis vel domus datum conueniunt, & post hora ordinata mediante signo vel marculo procedente domum seu conuiuium introeunt, vel ascendunt. Sic vere prædestinati & iusti mediante signo gratiæ, hora certa à Deo instituta intrant ad conuiuium Paradisi, & pertingunt ad prandium Dei viui. Vnde Christus videtur dicere cuilibet animæ vel personæ sanctæ illud, quod scribitur Ruth. 2. *Quando hora vescendi fuerit, veni huc & comede panem.* Et breuiter de ista hora cœlestis gloriæ potest exponi illud, quod scribitur Apoc. 8. vbi dicitur, quod *factum est silentium in cœlo, quasi dimidia hora.* Quia scilic. nullum est verum silentium, nulla quies, nisi in cœlo, id est, in gloria Paradisi, quod tamen quasi media hora duntaxat modo tribuitur, pro eo quod isto tempore, scilicet ante iudicium sola anima sine corpore beatificatur, & sic media pars hominis & non totus homo in pace & silentio collocatur. Patet igitur quod in scriptura reperiuntur horæ gloriæ & cœli bonorum, Et sic patet, quod hora sumitur in bono.

¶ Si vero vis accipere in malo, nota, quod sicut secundum Astrologos in anno sunt multæ horæ infortunatæ & malæ, & hoc ratione malorum Planetarum, qui dominantur in illis, sicut patet de illis horis, vbi ascendunt gradus puteales, in quibus puer, qui nascitur, cæcus, aut alias monstruosus, vel mancus efficitur, sicut etiã patet de certis horis, quæ sunt in diebus Ægyptiacis, in quibus non est bonum aliquid facere alias non solet exinde finis laudabilis prouenire, tales horæ pro certo videntur esse status & conditiones malorum, & vitæ ipsorum, tempora vel momenta, vel etiam istius mundi prosperitas seu status. Omnia n. ista sunt mala, & à malis Planetis, id est, à malis spiritibus vel hominibus gubernata, & ideo non possunt esse aliqua bene facta. Et ideo nota, quod in scriptura reperitur

Hora { Caliginosa, Periculosa, Insidiosa, & tempestatiua.

¶ Est sic dico hora caliginosa, & ista est vita peccatorum quam concomitantur tenebræ ignorantiæ vel peccati, de qua Lucæ 23. *Tenebræ factæ sunt fere ab hora sexta vsque ad horam nonam.* Et illud Eccl. 11. *Malitia horæ oblitionem facit.* ¶ Item est hora periculosa, & ista est hora prosperitatis mundanæ, quæ scilicet quando videtur clara & serena, & tamen subito fit terribilis & obscura Exo. 9. *En pluam hac ipsa hora iras grandinem multam nimis.* ¶ Item est hora insidiosa & tempestuosa. Et ista est hora mortis, est hora futura iudicij & inferni, quæ scilicet occulta est & ignota, & subito proueniens, & incerta. Vnde hora mortis & iudicij & inferni, comparatur aduentui furis, qui bene cauet, quod aduentus ipsius non sciatur Luc. 12. *Si n. sciret paterfamilias, qua hora fur veniret, vigilaret vtiq., & non sineret perfodi domum suam, vigilaret itaque, quia nescitis diem neq. horam.* Et breuiter dicã, quod

Hora { Mortis est hora præuidenda, Iudicij est hora metuenda, Inferni est hora præcauenda,

Nam hora mortis subito nos tenebit Matth. 24. *De die illa & hora nemo scit.* Hora iudicij grauiter nos terrebit. Apoc. 11. *In illa hora factus est terræmotus.* Et Apoc. 18. *Vna hora venit iudicium tuum.* Hora inferni penitus non delebitur. Apoc. 14. *Venit hora, vt metatur, quoniã maturauit messis terræ.* Et Apoc. 18. *Vna hora destituta sunt tantæ diuitiæ.* Expone, si vis, istas duas auctoritates per modum

dum figuræ. Et vide ibi. Sic igitur patet, quomodo hoc in bono sumitur, & in malo.

A **Hordeum.** Nota, quod hordeum, quod est granum, interius medullosum, exterius vero palea seu stipula coopertum, signat tripliciter in scriptura. Signat enim

Scripturarum sensum historicum,
Simplicium modum canonicum,
Terræ fructum grossum & rusticum.

¶ Primo ergo dico, quod per hordeum intelligitur scripturarum sensus historicus. Iste enim est exterius rudis & grossus, interius tamen quando frangitur, inuenitur alba & suauis medulla, hoc est dictum, intellectu & sensu spirituali plenus ad nutriendum spiritualem hominem aptus & sanus. Vnde de scriptura dicitur 1. Paralipom. *Erat ager regionis illius plenus hordeo.* Ager (dico) sacræ scripturæ. Hierem. 41. *Habemus thesaurum in agro frumenti & hordei.* Aduerte tamen, quod istud hordeum quandoque læditur & corrumpitur, per falsas & hæreticas oppositiones, ita quod sanum nutrimentum exinde minime reportatur vt patet Exod. 9. vbi dicitur, quod *linum & hordeum læsum fuit*, scilicet, *per locustas*. Ita quod tunc potest dici illud: *Pro frumento oriatur mihi tribulus, & pro hordeo spina.* Frumentum enim subtilem doctrinam signat, & hordeum grossam historicam. Patet ergo, quod per hordeum designatur scripturarum sensus historicus.

B ¶ Secundo dico, quod per hordeum intelligitur simplicium modus canonicus. Viri enim humiles & simplices per hordeum intelliguntur, quia scilicet alterius rudi, grossa & humili conuersatione reguntur, intus tamen in conscientia munda & pura medulla intentionis & deuotionis ditantur. Vnde tales figurantur in illo pane subcinericio, qui fuit ex hordeo, sicut dicitur 3. Regum 19. Vnde *Dominus promisit se daturum filijs Israel terram frumenti, hordei & vinearum.* Quia simplices & humiles sunt

Terra, per subiectam humilitatem,
Frumentum per suauem benignitatem,
Hordeum per exteriorem ruditatem,
Vineæ, per spiritualem iucunditatem.

Sume ergo frumentum & hordeum, &c. Ezech. 4.

C ¶ Tertio dico, quod per hordeum intelligitur mundi fructus grossus & rusticus, scilicet, superbia temporalis, quæ scilicet ad modum hordei rusticis, & equis & asinis, scilicet, sæcularibus hominibus est apta. 3. Reg. 4. *Hordeum quoque & paleas equorum deferebant.* 2. Paral. 2. *Dabo in cibaria hordei coros, &c.*

A **Hortus. Horti.** Cum hortus sit locus, in quo herbæ & arbores hortenses & domesticæ plantantur, notare possumus, quod in scriptura inuenitur multiplex hortus, scilicet,

Hortus { Interior, Exterior, Superior.

Primus est hortus conscientiæ interius latitantis.
Secundus est hortus religionis & exterius militantis.
Tertius est hortus cœlestis patriæ superius triumphantis.

¶ Primo ergo dicamus aliquid de horto interiori, & dicamus quod sicut hortus debet

Aquis rigari,
Herbis plantari,
Muris vallari,
Aeri bono exponi, vel
Vento congruo perflari.

Sic spiritualiter dico, quod hortus conscientiæ debet esse rigatus per gratiam & deuotionem, & per lacrymationum irrigationem & humectationem. Esai. 59. *Erit anima eorum quasi hortus irriguus, cuius non deficient aquæ.* Item debet herbis, id est, doctrinis & documentis inseri & plantari per scientiæ studium & lectionem. Eccl. 2. *Feci hortos & pomaria, & consevi ea cuncti generis arboribus.* Item debent claudi & muris vallari, per prudentiam & discretionē. Cant. 4. *Hortus conclusus, fons signatus.* Item vento Spiritus sancti perflari per interiorem inspirationem. Cantic. 4. *Veni Auster, perfla hortum meum, & fluant aromata ipsius.*

B ¶ Secundo dicamus aliquid de horto exteriori, scilicet de Ecclesia, vel religione, vel etiam de sacra scriptura. Et dicamus, quod sicut

Hortus corporalis solet causa spatiandi à bonis personis visitari,
Hortus solet super auibus modulantibus iocundari,
Hortus solet etiam fontibus & fluminibus humectari,
Hortus nihilominus solet fructibus atque floribus fœcundari,
Hortus etiam solet mundè & cautè seruari, vt à porcis & animalibus valeat præseruari:

Sic vere dico, quod hortus religionis, Ecclesiæ, & scripturæ à Deo & ab Angelis spiritualiter visitatur. Cantic. 5. *Veniat Dilectus meus in hortum suum.* Item in isto horto aues, id est, viri contemplatiui & spirituales Deum laudando modulantur. Canticorum 8. *Quæ habitas in hortis, amici auscultant te.* Item iste hortus lachrymarum fontibus & scientiarum fluminibus irrigatur. Cantic. 4. *Fons hortorum, puteus aquarum viuentium.* Item iste hortus fructibus bonorum operum, & floribus bonæ conuersationis decoratur. Canticor. 5. *Veni in hortum meum, soror mea sponsa, messui myrrham meam cum aromatibus meis.* Item iste hortus

Per diligentiam clauditur,
Per correctionem purgatur,
Per pœnitentiam colitur,
Per castitatem mundè seruatur.

Vt sic à bestijs, id est, à dæmonibus & vitijs defendatur, & vt soli Deo seruetur & custodiatur. Canticor. 4. *Hortus conclusus soror mea sponsa*, id est, religio vel Ecclesia. *Hortus conclusus fons signatus.*

¶ Tertio de horto superiori possumus dicere, quod iste hortus C

Continet { Aromata omnis suauitatis, Flumina omnis prosperitatis, Delitias omnis fœlicitatis.

De aromatibus suauitatis dicitur de quolibet beato: *Dilectus meus descendit in hortum suum ad areolam aromatum, vt pascatur in hortis & lilia colligat.* Cantic. 6. De fluminibus prosperitatis dicitur Numer. 24. *Quam pulchra tabernacula Iacob, tanquam valles nemorosæ & horti iuxta fluuios irrigui.* De delitijs vero fœlicitatis dicitur Esaiæ 51. *Ponet desertum eius quasi delitias, & solitudinem quasi hortum Domini.*

¶ Si vero per hortum vis intelligere virginem gloriosam, potes dicere, quod ista fuit hortus D

Clausus per castitatem,
Mundus per puritatem,
Fœcundus per gratiarum omnium vbertatem,
Speciosus per bonorum exemplorum gratiositatem.

De ista enim dicitur Ezech. 36. *Illa terra inculta, facta est quasi hortus voluptatis.* &c. Concorda sicut supra.

¶ Sed adhuc si per hortum vis intelligere statum prosperitatis mundanæ, potes dicere, quod iste est hortus, E

In quo { Diabolus colligit opera peccatorum, Christus relinquitur à cœtu discipulorum, Christus afficitur multitudine tormentorum, Adoratur & colitur multitudo spiritualium idolorum.

De horto olerum habes 3. Re. 21. vbi Achab. Rex pessimus Naboth occidit, & vineam suam in hortum olerum commutauit. Quia pro certo diabolus, *qui est rex super omnes filios superbiæ*, vineam Domini Sabaoth pro posse suo destruit, ipsamque in hortum olerum peccatorum conuertit. De horto vero, vbi Dominus à discipulis derelinquitur, habes Ioan. 18. vbi dicitur, quod *in horto Christus captus est, & in horto à discipulis derelictus.* Ad denotandum, quod illi faciliter Christum deserunt, qui in horto mundi delitiarum viuunt. De horto vero, vbi Christus crucifigitur, dicitur Ioan. 19. *Erat autem in loco vbi crucifixus est hortus, &c.* Quia pro certo illi, qui in horto delitiarū viuunt, Dominum per peccatū iterū crucifigunt. De horto vero, vbi idola adorabātur, habes Esai. 1. vbi idololatris dicitur, *Erubescetis super hortis quos elegeratis.* Ad denotandum, quod illi, qui in horto delitiarum volunt viuere, solent idola, id est, vitia adorare. Sufficit.

**Horreum.** Nota, cum horreum sit illud, seu illa concauitas vbi grana pro custodia reponuntur. Ideo in scriptura potest multiplex horreum reperiri, tam in bono, quam in malo, videlicet, A

Horreum

Horreum { Mundi, Impij, Inferni, Iusti, Christi, Cœli,

Primum est horreum, quo auari terrena reponunt.
Secundum est horreum, quo maligni peccata componunt.
Tertium est horreum, quo damnati seipsos supponunt.
Quartum est horreum, quo deuoti virtutes disponunt.
Quintum est horreum, quo præfati fideles apponunt.
Sextum est horreum, quo Angeli beatos deponunt.

¶ Primo igitur est vnum horreum hominum auarorum, quia ... cetisti summe cupiunt bona terrena accumulare, & in horreis recondere & seruare, exemplo illius, qui dicebat Lucæ 12. *Hoc faciam, destruam horrea, & maiora faciam, & illuc congregabo omnia quæ nata sunt mihi, & dicam animæ meæ: Anima multa bona habes reposita in annos plurimos, comede & bibe, &c.* Ista igitur est cogitatio tota auarorum, omnia in horreis congregare, ipsaque claudere & seruare & nihil pauperibus erogare, cum tamen ipsa deberent potius aperire, & necessitatis tempore pauperes enutrire. Exemplo Ioseph, qui aperuit horrea, & vendidit Ægyptijs. Et merito, quia pro certo per talem apertionem & erogationem horrea huius mundi solent amplius exuberare, & bonis omnibus abundare. Prouerb. 3. *Honora Dominum de tua substantia & de primitijs frugum tuarum da pauperibus, & implebuntur horrea tua saturitate, & vino torcularia redundabunt.* Et merito, quia pro certo, sicut Prou. 2[illegible] dicit Sapiens. *Qui dat pauperi, non indigebit.* Istud est igitur horreum hominum auarorum.

B ¶ Secundo dico, quod est vnum horreum hominum impiorum, & istud est arca proprij cordis sui, vbi scilicet ipsi reponunt vitia & peccata. Ista autem horrea, id est, impiorum corda, sunt hodie per vitia demollita, & multipliciter dissipata. Ioel. 1. *Computruerunt iumenta in stercore suo, demolita sunt horrea, dissipatæ sunt apothecæ.*

C ¶ Tertio dico, quod est vnum horreum hostium malignorum. Et istud est infernus vbi diaboli reponunt suum pretiosum thesaurum, quem cum tantis diligentijs nunc acquirunt, scilicet homines impios & damnatos. Vnde diabolo potest dici illud Deuteron. 28. *Maledictum horreum tuum & maledictæ reliquiæ tuæ.*

D ¶ Quarto dico, est vnum horreum cordium deuotorum & istud nihil aliud est, quam mens & conscientia viri iusti, vbi sc. reponit merita & virtutes. Vnde Christus videtur cuilibet dicere illud Malac. 3. *Inferte omnem decimationem in horreum meum*, id est omnem virtutem in cor vestrum, vt sit cibus in domo mea. Et 2. Paralip. 31. *Præpararent horrea in domo Domini.*

E ¶ Quinto est vnum horreum hominum perfectorum, & istud est Ecclesia vel religio, quæ proprium est horreum, vbi Christus sub fidei disciplina fideles reponere consueuit. Lucæ 3. *Triticum congregabit in horreum suum.* Ecclesia n. potest dici horreum publicum, vbi scilicet beneficia pro sufficientibus, & diuitiæ pro indigentibus reponuntur, sicut Genes. 47. dicitur quod ea horreis publicis dabantur cibaria sacerdotibus, & ideo non sunt compulsi vendere hæreditatem suam. Ista tamen horrea non videntur hodie esse publica, quia scilicet inde plus recipiunt filij & nepotes, quam viri scientifici, aut Domini sacerdotes.

F ¶ Sexto dico, quod est vnum horreum hominum beatorum scilicet, Paradisus, vbi thesaurus æternæ gloriæ & sanctorum societas reponuntur. Vnde Christus in iudicio dicet Angelis illud Matth. 13. *Colligite primum zizania ad comburendum, triticum autem congregate in horreum meum.* Et ideo de talibus horreis potest dici illud Christo Deuter. 28. *Benedicta casa ouium tuarum, & benedictæ reliquiæ tuæ.* Patet igitur, quomodo horreum in bono sumitur & in malo.

A **Horror. Horribilis.** Cum horror sit animi passio causata ex improportionalitate potentiæ ad obiectũ, vtpote quia quando obiectum in tantum præcellit vires potentiæ, quod nõ sufficit ad comprehensionem ipsius, quidam stupor & quædam detestatio generatur in ipsa, quæ horror vulgariter nuncupatur. Notabo igitur quod aliquid dicitur horribile vel horrendum

Ratione { Auctoritatis immensæ, Iniquitatis intensæ, Calamitatis extensæ, Fallacitatis offensæ, Pœnalitatis incensæ.

Et sic dico, quod horribilis potest dici & admirabilis & stupenda.

Maiestas creatoris, quæ omnem virtutem creatam excedit;
Prauitas peccatoris qui Deo non obedit,
Vanitas deceptoris mundi qui non procedit,
Falsitas tentatoris, qui nihil boni concedit, vel cui nullus tuto credit.
Grauitas exustoris, scilicet inferni, qui perpetuo lædit. B

¶ Dicam igitur primo, quod inuenitur quidam horror, qui cõcipitur de Deo summo creatore. Sicut enim videmus omne quod est imbecillis virtutis, solet horrere illud quod est respectu suæ infirmitatis

Inæstimabilis quantitatis,
Intolerabilis claritatis,
Insuperabilis potestatis,
Immitigabilis seueritatis.

Et sic dico, quod

Horret { Sensus cœlorum tenorem, Visus solarem splendorem, Auditus nubium fragorem, Tactus ignium ardorem, Gustus amarum saporem, Olfactus fœtidum odorem.

Hæc duo membra si quis vult prosequi, accipiat quod sibi congruit ex auctoritate. Sapien. 11. *quod Deus immittere potuit &c.* quæ ponitur infra §. Secundo dico. Nunc ad deductionem priorum quatuor. ¶ Nota, quod inter sensum & sensatum debet esse proportio. Et ideo quando sensatum nimis excedit, in sensu generatur quædã horroris & stuporis concussio & incursio. Vnde de illa insolita & mirabili visione, de qua fit mentio Ezechiel. 1. vbi scilicet *Ventus turbinis veniebat ab aquilone, & nubes magna & ignis inuoluens, & splendor in circuitu, quem scilicet quatuor stupenda animalia, & quatuor rotæ mirabiles concomitabantur, dicitur quod statura erat in rotis, & horribilis aspectus, & totum corpus in circuitu plenum oculis.*

¶ Tali igitur modo dicam, Deum esse nostræ infirmitati horribilem & stupendum, ratione essentiæ, quæ manet infinita. Et ideo comparatur cœlo cuncta continenti. Ezechiel 1. *Similitudo firmamenti quasi aspectus crystalli horribilis & extenti.* ¶ Item ratione scientiæ, quæ nihil est oblita & dico, comparatur Soli semper radianti. Vnde de profunditate diuinæ scientiæ dicitur Iob 4. *Porro ad me dictum est verbum absconditum in horrore visionis nocturnæ, quando solet sopor occupare homines, pauor tenuit me, & tremor.* Et Iob 7. dicitur: *Terrebis me per somnia, & per visiones horrore concuties.* ¶ Item ratione potentiæ, quæ nunquam est contrita, & ideo cõparatur nubi fulmen emittenti. Vnde illud prædictum Ezech. 1. *Nubes magna & ignis inuoluens.* Sequitur. *Et horribilis aspectus.* Vnde de sua potentia potest dici illud Malac. 1. *Horribile nomen meum in gentibus* Et 2. Paral. 6. *Horribilis dominus super omnes Deos* ¶ Item ratione iustitiæ, quæ nunquam est lenita, & ideo comparatur igni cuncta deuoranti. Vnde Gen. 15. dicitur, quod *pauor irruit super Abraham, & horror magnus.* Sequitur, quod *facta est caligo tenebrosa, & apparuit clibanus fumans & lampas ignis transiens.* Iste horror potissime erit in die iudicij, vbi pro certo Christus apparebit horribilis vniuersis, & maxime peccatoribus & damnatis. Nam qui modo nolunt horrere, nec timere suam potentiam, horrebunt tunc suam iustitiam. Mal. 4 *Dies Domini magnus & horribilis.* Vnde de ista die dicitur ipsis peccatoribus Sap 6 *Horrende & cito apparebit, quia iudicium durissimum fiet his, qui præsunt.* Nam quia tunc Christus habebit iudicare peccatores terribiles & horrendos, congruum erit, quod horribilis appareat & horrendus vt scilic. horrende & terribiliter timeatur, iuxta illud Sap. 8 *Disponam populos & nationes mihi erunt subiectæ, timebunt me audientes Reges horrendi.* Et sic patet, quod in scriptura reperitur quidam horror qui concipitur de summo creatore.

C ¶ Secundo dico, quod inuenitur quidã horror, qui cõcipitur de vili peccatore, quia reuera sicut sunt aliqua animalia, quæ tantæ sunt deformitatis, crudelitatis, venenositatis, quod hor-

horrorem faciunt intuentibus. Secundo dico, quod multi sunt peccatores, qui ita in moribus sunt deformes, in actibus sic crudeles, in exemplis & gestis & sermonibus sic venenosi & infames, quod sine dubio ipsi sunt horribiles ad videndum, detestabiles ad conuersandum, & intolerabiles ad sustinendum. Vnde de peccatoribus notabis, quod ipsi sunt

Horrendi ratione {
Superbiæ,
Iactantiæ,
Sæuitiæ,
Auaritiæ.
}

De superbia horrenda dicitur Sapien. 10. quod *Moyses stetit contra reges horrendos in portentis & signis.* Reges horrendi sunt superbia. De iactantia horrenda dicitur Ose. 31. *Loquente Ephraim horror inuasit Israel.* De sæuitia seu crudelitate horrenda dicitur Sap. 11. quod *Deus immittere potuit Aegyptijs multitudinem vrsorum aut audaces leones, aut noui generis ira plenas & ignotas bestias, aut vaporem igneum spirantes, aut ardorem fumi proferentes, aut horrendas scintillas ab oculis emittentes.* De horrore vero auaritiæ potest dici illud Abac. 1. vbi Dominus dicit, sic comminatiue loquendo: *Suscitabo inquit, Chaldæos, gentem amaram & velocem, ambulantes super multitudinem terræ vt possideant tabernacula non sua, horribilis & terribilis est ex semetipsa.* Iste est igitur horror, qui concipitur ex vili peccatore.

D ¶ Tertio dico, quod inuenitur quidam horror, qui concipitur ex mundo desertore seu deceptore, quia sc. mundus bene consideratus, nihil aliud est, quam quoddam desertum horribile & vitandum Psal. *Inuenit eum in terra deserta, in loco horroris & vastæ solitudinis.*

E ¶ Quarto dico, quod concipitur horror ex hoste tentatore, scilicet ex diabolo, quia pro certo dæmones dici possunt horribiles & stupendi. Vnde de peccatoribus & dæmonibus ipsos opprimentibus dicitur Iob 20. *Vadent & venient super eos horribiles.*

F ¶ Quinto vero dico, quod est horror qui concipitur ex graui combustione, id est, ex pœnis infernalibus quia sc. in inferno est terror, horror & error. De terrore dicitur Sap. 5. quod *videntes turbabuntur terrore horribili:* & Sap. 17. *Pauentes horrende, & turbatione nimia perturbati.* De hoc horrore dicitur Iob 10. quod infernus est terra miseriæ & tenebrarum, vbi vmbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. De errore vero dicitur Exod. 10 quod *tenebræ horribiles factæ sunt in vniuersa terra Aegypti, ita quod tribus diebus nemo vidit fratrem suum.*

## Horrere.

Vide supra in titulo contemnere & fugere, similiter in alijs titulis.

## A Hospes. Hospitalitas. Hospitium.

Nota, quod hospitalitas est illa liberalitas, qua quis peregrinos & extraneos solet hospitio recipere, & eis necessaria ministrare. hospes vero non solum est ille, qui recipit, imo etiam ille qui recipitur, quia iuxta sententiam Grammaticorum ibi: *Hospes qui recipit & quisque receptus habetur. Sic est, qui nutrit, & qui nutritur, alumnus.* Accipiatur igitur hospes siue actiue, siue passiue, notabo, quod in scriptura inuenitur

Hospes {
Magnus & admirabilis,
Malus & detestabilis,
Vanus & semper mobilis,
Iustus & miserabilis,
}

Primus hospes est Christus, qui debet percipi,
Secundus hospes est diabolus, qui debet excipi,
Tertius hospes est homo vanus, qui debet corripi
Quartus hospes est egenus, qui debet recipi.

¶ Primo igitur dico, quod Christus est hospes mentaliter recipiendus. Ipse enim est hospes honestatis & auctoritatis immensæ, & ideo hospitium latum, mundum, tutum & quietum requirit, quia videlicet cum iste de corde humano faciat hospitium suum, necesse est, quod istud

Per innocentiam sit purum,
Per charitatem sit latum,
Per tranquillitatem sit quietum,
Per fidem & constantiam sit valde firmum.

¶ In tali autem hospitio vult Christus hospitari, & ibidem humiliter honorari, & cum suis fidelibus recreari. Vnde ipse est qui regratiando dicit Matth. 25. *Hospes eram & recepistis me, nudus eram, & me operuistis, in carcere eram, &c.* Et merito recepistis, quia iste istos qui eum honorabiliter hospitantur, solet ditare & gratijs & virtutibus impinguare. Sicut ad literam faciunt nobiles liberales, qui illis apud quos hospitantur, solent quandoque plura apportare, quam ibi expendere & plura tribuere, quam auferre. Ad quod facit narratio quam facit Ouid. de paupercul. coniugib. Philomene & Baucid: lib. 8. fab. 7. qui Iouem & Mercuriũ ab alijs refutatos hospitio recepêre, qui eos liberauerunt, & alios submerserunt, & de eorum domo templum fecerunt, vbi ipsos in sacerdotium promouerunt. Et finaliter Philomenem in fruticem & Baucidẽ in aliam mutauerunt. In quo notatur, quod illi qui in domo cordis sui volunt Iouem & Mercurium, i. Christum & sanctos hospitio recipere, ipsi solent bona spiritualia eorum, sic illos hospitio recipientiũ multiplicare & à cunctis eorum periculis liberare & ipsorum corda in templum domicilij consecrare, & eos per deuotionem sacerdotes facere, & finaliter in arbores, i. in immortales & durabiles commutare. Tales igitur hospites in corde debent deuote recipi per quos tot bona possent recipi. Figura Ge. 19. vbi dicitur, quod *Angelus quem Loth recepit hospitio ipsum liberauit a submersione & incendio.* Vnde de nuncijs Cornelij ab Angelo missis dicitur Act. 10. quod *Petrus introducens eos recepit hospitio.* Patet igitur, quod Christus est mentaliter percipiendus.

¶ Secundo dico, quod diabolus est hospes viriliter rejiciendus. B Hostes enim sub figura hospitium quandoque ciuitates & hospitia subintrant, sed cum introducti fuerint & recepti, omnia iugulant & deuastant. Sic ille falsus hospes diabolus hospitium cordis sub figura boni quandoque solet intrare & in corde sub aliquo bono colore aliquam malam contemplationem generare. Sed statim cum ibi fuerit, cuncta bona solet rapere & auferre, ignem concupiscentiarum accendere, & omnia desolare. Similis illi auiculæ, quæ scalpendo intrat ventrem crocodili, quem cum intrauerit, omnia viscera eius lacerat, & sic pariter facit diabolus, quod potest applicari contra falsas hypocritas, contra etiam proditores, etiam contra falsos consanguineos ac amicos, qui sub specie boni intrant & postquam introducti fuerint, omnia diripiunt, & molestant. Patet de hypocritis, qui sub specie sanctitatis intrant Ecclesias, occupant prælaturas, cum autem ibi fuerint, hostes non hospites se declarant. Itẽ de proditoribus, qui sub specie societatis intrant aliorum consortia, vt secreta scrutentur, & postea nocumenta machinentur. Item etiam de malis amicis & consanguineis, qui sub specie consanguinitatis hospitia dominorum solent intrare, vbi cum recepti fuerint cuncta nituntur cum luxuria maculare. Quod etiam de falsis religiosis multoties est compertum. Et ideo tales mali hospites figurari possunt in illo principe tributorum Antiochi. *qui loquens verba pacifica in dolo, receptus est in Hierusalem, sed statim vbi feruentem vidit, ciuitatem occupauit & spoliauit, ipsam succendit. & muros eius dissipauit,* sicut ponitur 1. Machab. 1. Sic vere diabolus in cor humanum, & hypocrita in Ecclesiæ vel prælaturæ domum & proditor iniquus conscientiæ arcanum, & luxuriosus sub specie pacis & amici introeunt, sed cum intrauerint, omnia bona inde rapiunt, & quidem

Diabolus per suggestionem,
Hypocrita per exactionem,
Proditor per rapinam,
Luxuriosus per concupiscentiam vniuersa succendunt, murosque omnis disciplinæ subuertunt.

De tali igitur fraudulento hospite dicitur Eccl. 29. *Vbi hospitabitur, non fiducialiter aget, hospitabitur, & pascet & portabit, &c.* ¶ Sed nota, quod diabolus non solum est fraudulendus hospes, accipiendo hospitem passiue, imo etiam accipiendo actiue. Quia reuera iste est sicut hospes seu stabularius, qui hospites gratanter recipit, sed tandem receptos spoliat & occidit, similis illi hospitissæ, seu stabulariæ, de qua loquitur Augustin. lib. 18. de ciuitate Dei, cap. 18. quæ hospites suos mutabat in asinos. Vel illi Circe filiæ Iouis, quæ omnes ad suum hospitium declinantes, continue mutabat in porcos & diuersas bestias, sicut de socijs Vlyssis ponit Ouidius in reditu de exilio Troiano, l. 14. fa. 5. Similes etiam illi giganti, qui vocabatur Cercion, qui hospites grate recipiebat, & pro pedib. lauandis super arbores, quas violenter complicuerat, sedere faciebat, inter quas cõpressi & vincti examinabantur, & postea in mare projciebantur. Ouidius lib. 7. fa. 24. Quia pro certo diabolus & hæretici, & etiam mali prælati solent illos, qui ad sua hospitia veniunt, blande attrahẽdo decipere, sed tandẽ solent eos destruere & grauare. Diabolus enim peccatores ad suum hospitiũ, i. ad mundanum statum benigne

recipit, ita quod plerosque super arborem, i. ambitionē ... præficit & ... pomis, plures tamen porcos per delitias ... asinos laboriosos per auaritiam commutat, & ... pro certo finaliter omnes destruit & occidit & in mare ... amaritudinem proijcit & subuertit. Quod etiam ... faciunt, quia ... simplices & illiteratos blande attrahūt ... tandem destruunt & corrumpunt. Et hoc etiam mali prælati solent facere, quia omnes subditos suos solent suis malis exemplis corrumpere, & in porcos & in asinos, i. in luxuriosos & ... mutare. De tali igitur hospitalitate, imo certe in hospitalitate potest dici illud Sap. 19. *Etenim, inquit, detestabilem hospitalitatem instituerunt.* Alij quidem ignotos non recipiebant aduenas ... bonos hospites in seruitutem redigebant. Ista est igitur pessima hospitalitas tam passiua quam actiua. Et sic bene ostensum ... diabolus est hospes viriliter reijciendus.

C ¶ ... co, quod peccator est hospes verbaliter exasperandus. Hospes enim est ille, qui per alia vagatur hospitia non per ... Et ideo mundani hospites dicuntur, quia scilicet sicut qui ... sunt, qui rarissime penes se, sæpissime autem penes alios hospitantur, sicut hodie faciunt multi milites & Barones, qui ... presbyteri ... penes alios continue deuastando ... quando spiritualiter mundani in nullo sunt stabiles neque fixi ... in hospitio proprio, scilicet in fide vel in gratia, vel etiam ... in cœlesti patria sunt fixi, sed in mundi hospitio circa ... & ... circumcurrunt vagabundi. Vnde ... *transi hospes & orna mensam*, &c. Exemplo Thesei, de quo narrat Ouidius, quod rediens à vellere aureo conquirendo, à patre suo Rege Atheniensium non fuit cognitus, sed prima fronte repellitur. V ... de isti enim sunt, qui alienis hospitijs tam diu per ... morantur, & reuera timendum est, quod quādo ad suum proprium reuenient hospitium, scilicet ad paradisum à patre & fratribus, id est, à Christo & Angelis minime cognoscentur. Iud. 9. *Sedebant in platea ciuitatis & nullus eos recipere volebat hospitio.* Isti igitur caueant ne eos oporteat ad malum hospitium & hospites malos scilicet ad infernum diuertere, vbi ... hospitatoris, nūquam possunt de cætero reuenire. Talium ... gorum hospitium in terra vagatio reprehenditur Sap. 5 vbi dicitur quod *spes impij tanquam lanugo, quæ à vento tollitur, tanquam spuma gracilis, quæ à vento dispergitur, & tanquam fumus, qui à vento diffusus est, & tanquam memoria hospitis vnius diei prætereuntis.* Hic ... verbaliter exasperandus seu corrigendus Actor. 17. *Athenienses ... & aduenæ hospites ad nihil aliud vacabant, nisi ad dicere aut audire aliquid noui.* Sed reuera tales hospites non sunt iusti, quia ipsi non sunt ciues & domestici Paradisi. Vnde Ephes. 2. *Fratres iam non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum, & domestici Dei, &c.* ... igitur hospes corrigendus & exasperandus.

D ¶ Quarto vero dico, quod iustus seu egenus est hospes realiter recipiendus seu refocillandus. Omnes enim iusti spiritualiter dicantur hospites, quia cum in hoc mundo manentem non habeant ciuitatem, nequeunt proprie dici ciues Heb. 11 *Peregrini & hospites sunt super terram.* Isti enim peregrini sunt in hoc mūdo quia istorum hospitium est in cœlo. ¶ Vnde nota, quod mūdus est hospitium, in quo cuncti nascuntur, omnes boni & mali conueniunt ibi sicut in hospitali communi. In isto enim hospitio per natiuitatem intramus, & inde per mortem eximus. Iud. 19. *Ingressus est domus hospitium meum.* ¶ Item Ecclesia, vel religio est hospitium, in quo iusti versantur, vel in quo cuncti saluantur, quia sc. in hospitio Ecclesiæ per fidem, gratiam & pœnitentiam est proprie vera salus. In tali igitur hospitio morabatur Petrus de quo dicitur Act. 10 *quod hic hospitabatur apud Simonem coriarium super mare.* Mare enim amaritudinem pœnitentiæ signat. ¶ Item infernus est hospitium in quo mali ligantur, seu incarcerantur. Illud est hospitium Cerasturum, qui omnes hospites suos dijs suis immolabant, propter quam crudelitatem, secundum fabulas, ipsos mutauit in tauros. Ouid. li. 19 fab. 6. Sic vere maligni spiritus illos, quos in hoc suo hospitio recipiunt, vulnificant & occidunt, & ideo taurus est, superbi & petuli dici possunt. Vnde de damnatis dici potest illud Iudith. 13. vbi dicitur, quod *serui Holofernis festinauerunt ad hospitia sua, & clausit vagao ostia cubiculi.*

¶ Item Paradisus est hospitium, in quo beati lætantur quia sicut operarij, qui tota die laborauerunt, & pondus diei & æstus sustinuerunt. Viatores etiam, qui tota die decurrerunt, ... quandoq; de sero ad hospitium veniunt exultare & ibi epulari & gaudere, sic iusti qui in hoc mundo sunt cursores & laboratores, in sero mortis ad hospitium Paradisi veniunt, & ibi pascuntur, & lætantur, exultant, dormiunt & quiescunt. Istud enim est hospitium summe necessarium, quia pro certo illi, qui extra istud hospitium remanent, lupis & latronibus, id est, dæmonibus, subiacent. Nos igitur bene possumus dicere illud Iud. 19. *Nulla re indigemus nisi hospitio.* Igitur qui in hoc mundo adhuc laborare & peregrinari noscuntur, & qui ad istud hospitium properant, & mouentur, hospites proprie nominantur, iuxta illud prædictum Heb. 11. *Peregrini & hospites sunt super terram.* In cœlo autem erimus in proprio hospitio, non in alieno, ita quod tunc proprie non erimus hospites imo ciues. Ad quod facit illud prædictum, *Fratres iam non estis hospites & aduenæ, &c.* Ad quod facit Aug. de verb. Domini, c. 32. dicens, est Christianus qui & in domo sua peregrinum se esse noscit. Patria nostra sursum est, ibi hospites non erimus. Istis ergo hospitibus & omnibus alijs extra propriam domum ex iusta causa peregrinantibus & maxime pauperibus & egenis, domum aut hospitium non habentibus, sed ad cœli hospitium anhelantibus, debet hospitalitas fieri & omnis humana liberalitas impartiri. Virtus & hospitalitas summe Deo solet placere. Et ideo ipsam debent, qui possunt libenter & liberaliter exercere. In arca enim Noe ad animalia introducēda fuit ostium sicut dicitur Ge. 6. & tabernaculum fœderis à parte orientis fuit apertum sicut dicitur Exod. 27. In quo notatur, quod ostia nostra debent semper esse aperta bonis & honestis hospitibus, & maxime peregrinis & pauperib. vt dicamus illud Iob 31. *Foris non mansit peregrinus, ostium meum viatori patuit.* Et ad hoc hortamur ad Heb. 13. vbi dicitur: *Hospitalitatem nolite obliuisci.* Et merito hospitalitas obliuisci non debet, quia pro certo

Hospitalitas facit
- Deo placere,
- Opes augere,
- Malum cauere,
- Cœlum habere.

E ¶ Deo dico, facit hospitalitas placere, quia reuera quicquid per hospitalitatem fit pauperi, Deus reputat factum sibi, sicut ipse dicit Matt. 25 *Hospes eram, & collegistis me* Sequitur. *Quando te vidimus hospitem & collegimus te? &c Et respondet. Amen, dico vobis, quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.* Et quod talis munificentia Deo placeat, satis patet Gen. 19. *vbi Angeli recepti hospitio, suos hospites saluauerant.* Non solum enim Angeli, imo etiam Christus quandoq; sub figura hospitis latuit. Vnde Aug. l. contra quinq; hæreses dicit sic. Discite Christiani, non indiscrete exhibere hospitia, ne forte cui domum clauseritis, ipse sit Christus. Quæ tamen omnia sunt contra multos, qui scilicet aut recipiunt nullos, aut malos. Quia pro certo multi sunt, qui bene faciunt hospitalitatem

Malis & non bonis,
Diuitibus & non pauperibus,
Superbis & non humilibus.

Similes mari mortuo, quod nihil viuum potest in se recipere, nec immergere, omne vero mortuum solet in se continuo profundare, sicut ponit Solinus & Magister in historia scholastica: Sic vere isti recipiunt in hospitio

Mortuos quam viuos,
Sæculares quam religiosos,
Malos quam bonos.

Quia scilicet malos solent in suis hospitijs honorare, bonos autem aut refutare, aut de eis non curare. Talis igitur hospitalitas non placet, imo displicet ipsi Deo, quia pro certo boni potissime sunt recipiendi & ad hospitium præ cæteris admittendi. De Athlante enim Rege Aphricæ legimus, quod in corde suo disposuerat nunquam se aliquem Iouis filium hospitio recepturū & hoc quia poma aurea, quæ hortus ipsius producebat, se metuebat per Iouis filios amissurum, in cuius vindictam Perseus Iouis filius ab eo refutatus, ipsum mutauit in lapidem & corpus eius giganteum transformauit in montem, sicut ponit Ouidius de transformat. li. 4. fa. 17. Sic vere multi sunt magni & gigantei diuites, qui omnino abominabantur filios Iouis, id est religiosos bonos & clericos hospitio recipere, semper timētes quia poma sua aurea, id est, vxores eorū vel filias debent rapere vel fœdare. Perseus igitur, id est, Christus ab his in persona taliū refutatus, finaliter tales punit & eos lapidificat, id est, in malo facit obstinari & montes per superbiam fieri patitur & permittit. Non sic igitur sed exerceamus hospitalitatē, quæ Deo debeat placere, & nos Deo faciat cōplacere iuxta illud prædictū He. 13.

Hospita

*Hospitalitatem nolite oblivisci. Per hanc enim placuerunt quidam Deo, Angelis hospitio receptis.*

F ¶ Et si vis potes notare, quod ad hoc, quod hospitalitas Deo placeat, necesse est quod

Hospitalitas { Liberalis in inuitatione, Hilaris in prosecutione, Fidelis in defensatione.

Quia pro certo boni hospites debent
Feruenter hortari, vt introeant,
Decenter affari, vt remaneant,
Fidenter tutari, vt non timeant.

¶ Dico igitur, quod hospites debent, vt introeant, feruenter hortari, seu diligenter & efficaciter inuitare. Quod est contra illos, qui superficialiter & lente & sine ostensione interioris affectus inuitant hospites ad manendum, sed boni non sic, similes illi Laban filio Bathuelis, Genes. 24. qui inueniens seruum Abrahæ, qui de longe venerat, dicebat sic: *Ingredere benedicte Domini, cur foris stas. praeparaui locum & domum.* Sequitur. *Et introduxit eum in hospitium.* ¶ Item dico, quod hospites debent, vt maneant, decenter & dulciter affari, quia, scilicet iucunda verba & vtilia, non vana nec detractoria debemus hospitibus nostris dare, 1. Petr. 4. *Hospitales inuicem sine murmuratione.* Et merito, quia sicut dicitur 2. Corin. 9. *Hilarem datorem diligit Deus.* ¶ Item debent hospites, ne timeant, fidenter tutari, quia, scilicet ex quo quis ad nostrum venit hospitium, ipsum debemus tutari, defendere, & sicut nosipsos defendere, protegere & fouere. Sic faciebat ille Iudi. 19. qui dicebat illud de Leuita hospitio recepto, volens ipsum ab impudicis defendere: *Nolite, inquit, facere malum hoc, ingressus est homo hospitium meum.* Si igitur hospitalitas talis fuerit, non est dubium, quod Deo & Angelis complacebit. Sic igitur dicam, quod bona hospitalitas facit Deo placere.

G ¶ Item hospitalitas facit opes augere. Quia reuera homines hospitales solent præ cæteris abundare, & temporalium sufficientia plus gaudere. Exemplo Heliæ, qui hospitatus à vidua, & ipsius farinula recreatus fecit, quod suus filius sint à mortuis suscitatus, & quod farina in hydria, & oleum in lechyto multiplicata fuerunt. Et de Helisæo etiam legitur, quod suæ hospitæ oleum multiplicauit, eiusque filium suscitauit. Et de Christo quod Marthæ, cuius comederat panem, resuscitauit Lazarum fratrem, sicut hæc omnia patent 3. Reg. 18. 4. Reg. 3. & Ioan 11. In Ouidio etiam legitur, quod cum Latona mater Apollinis & Dianæ fugitiua & vagabunda propter iram Iunonis, non inueniret in orbe, qui eam auderet aut vellet recipere hospitio, nec vt apud se pareret sustinere, tandem insula Delos, quæ tunc temporis erat mobilis & errans, ei tanquam compatiens ipsam recepit & in ea apud se parturire permisit, propter quam humanitatem ipsa insula virtute Deæ Latonæ de errante & mobili stabilis & immobilis facta fuit. Quia pro certo ista est veritas, quod illi, qui Heliam, Helisæum & Latonam, & Christum, id est, bonos hospites & indigentes recipiunt hospitio, promerentur ditari temporali & spirituali beneficio. Nam Deus talium bona terrena solet multiplicare & si errantes, seu mobiles fuerint & vagantes, ipsos solet stabiles facere, & contra motum tentationum firmare, fratrem & filios mortuos, id est, interiores affectus per peccatum mortuos & sopitos solet in eis viuificare, & eos in bonis temporalibus & spiritualibus ampliare, iuxta illud Luc. 6. *Date & dabitur vobis.* Quia sicut dicitur Prou. 11. *Alij diuidunt propria & ditiores fiunt, alij rapiunt & non sua & semper in egestate sunt.* Bene igitur monet Apostolus Rom. 12. dicens: *Necessitatibus sanctorum communicantes, hospitalitatem sectantes:* Hospitalitas igitur facit opes augere.

H ¶ Item hospitalitas facit malis carere. Constat enim quod boni hospites grarantur, & honeste recepti, sunt sæpissime suis receptoribus causa damni vitandi, & etiam lucri captandi. Exemplum de meretrice, quæ quia recepit nuncios Iosue, & eos fideliter celauit, & seruauit, ab eis tandem capta Hiericho liberata fuit, sicut patet Iosue 6. Christus etiam receptus à Zachæo dixit Luc. 19. *Hodie huic domui salus facta est.* Exemplum etiã de Loth, qui per Angelos hospites à subuersionis periculo fuit saluatus Gen. 19. Vnde Aug. contra quinq; hæreses dicit sic. Obsecutus Loth Angelis tanquam peregrinis, pro consuetudine hospitalitatis liberatus est, ciuitatis temporale euasit incendium, æternum consecutus est præmium.

I ¶ Item hospitalitas facit coelo gaudere, quia scilicet est quæ procurat vitam æternam. Communiter enim iure seruatur, quod qui aliquem extraneum hospitio recipit, si ab eo in suis partibus repetatur, vicem receptam sibi reddit, ipsumque gaudens recipere consueuit. Sic vere illi qui nunc in hac peregrinatione Christum in persona peregrinorum recipiunt, ab eo tandem post . . . ortem in sua patria, . . . id est a sæculo cognoscuntur, & in coeli hospitio recep. . . antur Matt. 25. *Hospes eram, & collegistis me.* Sequitur. *Venite benedicti patris mei percipite paratum vobis regnum.* Pater igitur, quod in scriptura quadruplex hospitalitas reperitur, &c. Vide vbi recipere, & introducere,

## Hostia.

Vide vbi sacrificium. Vel dic, si vis breuiter, quod hostia generaliter signat quicquid Deo porrigi- A tur vel offertur. Dico igitur, quod Deo offertur

Hostia { Vitalis, Mentalis, Vocalis, Realis, Lethalis.

¶ Hostia (dico) vitalis, & ista est Christus, qui patri fuit oblatus, qui fuit hostia pacificorum, quia mors eius pacem inter Deum & homines reformauit. Martyres etiam sancti hostiæ et potuerunt, quia Deo immolati fuerunt Deut 15. *Sanguinem hostiarum fundes in altari.* ¶ Item est hostia mentalis seu spiritualis, & ista nihil aliud est, quam bona cogitatio vel affectio, & etiam bona actio vel operatio. Istæ enim omnia sunt spirituales hostiæ quæ Deo sunt acceptabiles 3. Reg. 3. *Mille hostias in holocaustum obtulit Salomon.* 1. Pet. 2. cap. *Offerte spirituales hostias acceptabiles.* ¶ Item est hostia vocalis. Vnde 10 Psalm. *Tibi sacrificabo hostiam laudis.* ¶ Item est hostia realis. Vnde Esa. 19 *Cognoscent Dominum Aegypty & colent eum in hostijs & muneribus* Vnde Heb. 8. *Omnis Pontifex ad offerendum munera constituitur.* ¶ Item est hostia lethalis, & ista signat malos, qui de se faciunt hostiam diabolo Iudic. 16. *Philistijm obtulerunt. hostias Dagon Deo suo.* Vel mala opera, quæ à malis quotidie offeruntur, Prou. 21. *Hostiae impiorum abominabiles.*

¶ Si vis, potes applicare, quomodo peccator conuertendo se ad Deum, facit de se tanquam spiritualem hostiã. Et ideo sicut hostia primo ad ostium tabernaculi ad sacerdotes adducebatur, manus sacerdotis eius capiti imponebatur, sanguis effundebatur, pellis à toto corpore detrahebatur, artus in frusta concidebantur, omnia tandem lauabantur, cuncta generaliter concremabantur (sicut per omnia dicitur Leu. 1.) sic proculdubio talis hostia debet esse homo. Debet enim ad sacerdotes applicari, per bonorum hominum consilium & frequentationem. Vnde Eccl. 6. *In multitudine presbyterorum prudentium sta & sapientia eorum ex corde coniungere.* Debet manus eius capiti imponi in boni cõsilij collatione, & per diuinæ gratiæ implorationẽ. Quia sicut dicitur Act. 19. de Paulo *Cũ imposuisset eis manum, venit spiritus sanctus super eos.* Debet sanguis peccati defluere, per omnis carnalitatis expiationem. Pellis omnis exculationis debet extrahi, per puram & mundã confessionem. Vnde Iob 1. *Pellem pro pelle, & cuncta, quæ habet homo, dabit pro anima sua.* Debent artus eius in frusta comminui, per omnium actuum circumstantibus declarationem. Debet postmodum totaliter lauari, per omnis vanæ gloriæ abstersionem Esa. 1. *Lauamini, mundi estote, auferte mala cogitationum vestrarum.* Debet tandem ignis omnia cremare, per poenam, dolorem & satisfactionem. Sicut enim dicitur Heb. 9. *Sanguis hircorum & vitulorum, vt cinis vitulæ aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem.* Sic igitur peccator poterit Deo offerri, & eius sacrificium & hostia spiritualiter ordinari. Vnde Rom. 12. *Exhibeatis membra vestra Deo hostiam viuentem, sanctam Deo placentem rationabile obsequium vestrum, & nolite conformari huic sæculo, sed reformamini in nouitate sensus vestri.* Vide hostia vbi sacrificium. Et vide in tabula de Eucharistia, & vide de pane.

## Hostis.

Nota quod hostis potest sumi in bono & in malo. A Bonus enim hostis est ille, qui se opponit, & hostem & rebellem ostendit

Malis hominibus per iustitiam,
Mundo & vitijs per poenitentiam,
Hæreticis per fidem & sapientiam,
Dæmonijs per innocentiam.

Omnibus enim talibus inimicis debemus nos hostes ostendere & eos totis viribus impugnare, & dicimur nostræ hostiliter subiugare, vt de tali bona hostilitate dicatur illud quod dictum est filijs Israel Nu. 25 *Hostes vos sentiant Madianitæ.* Sed de tali hostilitate nihil amplius ad præsens, cum vocales auctoritates desint.

Malos

[illegible], vel ob malam [illegible] umque hostiliter odit, & contra eum [illegible] dico, quod in scriptura reperiuntur

[illegible] qui sunt temporales,
[illegible] iusti qui sunt spirituales,
[illegible] Dei qui sunt criminales

Hostes
Temporales debemus placare facto vel loque-
Spirituales debemus placare vigoris tutela,
Criminales debemus vitare debita cautela.

[illegible] dico, quod sunt hostes placandi dulciter, & isti [illegible] temporales, quos scilicet nos pro viribus de[illegible] placare [illegible] reconciliare, & ad pacem & concordiã [illegible] à nobis victi vel superati fuerint, ipsos debemus [illegible] tractare, & petentibus veniam dulciter indulgere. [illegible] 8 lib. de compunctione cordis super Mat. 6. di[illegible] qualem vis erga te Deum esse, talem te debes erga ho[illegible] bere. A[illegible] quod facit Isid. 3. de sum. bo. dicens, quod [illegible] m quærit, qui delinquenti proximo [illegible] catur. Et nih[illegible] tam contrarium in natura quin possit [illegible] ordinari [illegible] sicut patet de igne & aqua, quæ sunt [illegible] elementa, quæ tamen mediante forma cœlesti in [illegible] vnum, vtrumque enim aciem sui rigoris [illegible] temperat & coniungat. Sic vere nullos debet [illegible] vel hostu, quin mediante forma cœlesti, [illegible], ubi esse debeat beneuolus atque mitis, & [illegible] rigorem odij taliter debeat temperare, quod [illegible] conuenire. Igitur rancorem animi dimittamus & [illegible] actus deponamus & nostris hostibus indul[illegible] gentes, [illegible] os cordialiter vniamus. Sicut enim dicit Petrus Rau[illegible] sermone [illegible] mittendo alteri tibi pareis, & Seneca in [illegible] bus dicit, quod magnarum virium est contemnere læ[illegible] dentem. Quod est contra illos, qui nunquam volunt hostibus [illegible], imo sine pietate quacunque volunt de eis vindica[illegible] [illegible] sicut Scythæ, qui postquam hostes suos occide[illegible] [illegible] tenti tamen hac crudelitate, etiam solent sangui[illegible] eorum bibere, & cum cratere capitis in memoriam perpe[illegible] [illegible] quamdiu viuunt, potum sumere, vt dicit Plinius. *Quia vere multi sunt ita crudeles, vt non solum hostes suos ad interem[illegible] proficiunt, imo etiam eorum sanguinem*, id est eorum con[illegible] annihilare & exhaurire volunt, & post mortem in [illegible] pitibus, id est, capitalibus prædis potum sumunt. Vn[illegible] *Iudas interfectio parabatur, & hostes eorum inhiabant san[illegible]* sic, sic charissimi, hostibus nostris insidiemur, sed fa[illegible] inter ipsos nobis reconciliare curemus. Ad quod [illegible] tum Senecæ in Prouer. vbi dicit: *Optimum est sem[illegible], tanquam si tu ipse quotidie pecces.* Sequitur. *Alteri sæpe[illegible]* Dico igitur, quod sunt quidam hostes [illegible] ¶ Secundo dico, quod sunt quidam hostes fort[illegible] placandi, id est impugnandi, & isti sunt hostes animæ, qui [illegible] triplici differentia solent esse, quia scilicet anima habet

Hostem
Superbum, qui allicit ad eminentiam,
Auarum, qui allicit ad opulentiam,
Infectum, qui allicit ad immunditiam.

Et de istis tribus hostibus

Primus est diabolus, qui in alta animos eleuat,
Secundus est mundus, qui in terris animos degrauat,
Tertius est propriũ corpus, quod ad fœda animus depravat.

Sic igitur dico, quod inueniuntur vnus

Hostis
Potens & callidus,
Ardens & auidus,
Foetens & sordidus.

Et isti tres hostes videntur esse similes tribus generibus aquila[illegible] rum, quæ sunt auibus innocentibus inimicæ. Nam vt dicit Ma[illegible] gister, de proprietatibus allegans Plinium, aliquæ sunt aquilæ, quæ venantur in aere, aliquæ in terra, aliquæ in aqua. Sic vere de nostris spiritualibus hostibus aliqui sunt aerei, scilic. dæmones, & mundanæ eminentiæ; aliqui sunt terrei, isti sunt mundus & mundi opes & diuitiæ, aliqui aquei, isti sunt caro, & carnis luxus & deliciæ. Isti enim sunt tres hostes, qui nos impugnant, & multa vita nos debellant. Isti autem tres hostes potue[illegible] figurari in illis tribus hostilibus documentis, de quibus fit [illegible] Paralip. 21. vbi dicitur sic; *Vnum de tribus tibi elige, aut [illegible] fugere te hostes tuos, & gladium eorum non posse euadere, aut tribus annis pestilentiam, aut tribus diebus gladium Domini, & mortem versari in terra tua, & Angelum Domini percutientem in vniuersis filijs Israel.*

Angelus enim percutiens est diabolus, qui superbiæ morte nos percutit.
Hostis persequens est iste mundus, qui auaritiæ face nos succendit.
Pestilentia bona corrumpens est propria caro, quæ luxuriæ nos fæce confundit.

¶ Primus hostis, scilicet diabolus, ferit in tempore, id est, in capite, quia scilicet superbia est illud vitium, quod summe facit hominem phantasiari, & vana & inutilia imaginari. Vnde Thr. 1. *Facti sunt hostes eius in capite* ¶ Secundus hostis, scilicet, mundus ferit in pectore, quia scilicet auaritia est illud, quod pectus & eos facit inflammari, & ad bona temporalia dilatari. 2. Paral. 36. *Incenderunt hostes domum Domini.* ¶ Tertius hostis, scilicet caro, fecit in iecore seu in fœmore, quia scilicet luxuria facit illas partes principaliter inquinari. Vnde Hester 9. *Hostes eorum inhabitabant sanguinem.* Et breuiter ego possum concludere, quod tales hostes non faciliter suppeditantur, nisi Dei auxilia nos defendant. Dicamus igitur Deo & sanctis illud Iob 6. *De substantia vestra donate mihi, de manu hostis liberate me, & de manu robustorum eruite me.* Patet igitur quod sunt quidam hostes fortiter placandi, seu viriliter impugnandi. Iosuæ 23. *Vnus ex vobis hostium persequetur decem millia.* Quod tamen est contra multos, qui scilicet ita sunt imbecilles, quod hostibus nunquam fortiter resistunt, imo ad primos insultus deficiunt & succumbunt, cum tamen isti hostes ita debiles sint, quod voluntarios solos vincunt, debilis est enim hostis, qui non potest vincere, nisi volentem. Vnde Iosuæ 7 dicitur: *Domine Deus, quid dicam videns Hierusalem hostibus suis terga vertentem?* Et Deuterono. 28. *Tradet te dominus corruentem ante hostes tuos.* Et reuera superbia de victoria habita & inanis gloria exinde concepta, vanaque securitas, & defectus diuini timoris, propriæque considerationis, sunt quandoque causa, quod Deus dimittit hominem quandoq; corruere ante hostes suos, & tandem multiplicitet in peccata, vt scilicet discat cognoscere seipsum, & in virtute diuina, non propria triumphasse. Vnde Iudicum 8. *Percussit castra hostium, qui securi erant & nihil aduersi suspicabantur.* Isti igitur sunt hostes fortiter placandi ¶ Tertio dico, quod inueniuntur hostes prudenter vitandi. Et isti generaliter sunt omnes peccatores, qui sc. Dei, sanctorum innocentium aduersarij sunt & hostes, quia reuera sicut necessarium est, quod homo vitet societates hostium temporalium, & hoc, ne forte per eos capiatur: sic homo debet vitare societates malorum, ne ipsorum malis erroribus corrumpatur. Homo enim solet libenter vitare illos, quos amici sui odiunt, & illis, qui suis principibus inimicis confœderati sunt. Cum igitur mali sint inimici Dei & sanctorum, qui sunt amici nostri specialissimi & dæmonibus confœderati videntur, qui sunt nostri hostes crudelissimi, restat quod eorum societas est vitanda & ipsorum conditio contemnenda. ¶ Et nota, si vis, quod tales hostes, scilicet peccatores

Indignando solent respicere,
Subsannando solent despicere,
Dissipando solent diripere,
Inaniter solent se tollere,
Faciliter solent deficere.

¶ Tales igitur hostes sunt indignantis aspectus. Iob 16. *Hostis meus terribilibus oculis me intuitus est.* ¶ Item sunt subsannantis despectus, quia scilicet tales non cessant ridere, & subsannare facta bonorum. Threnor. 1. *Viderunt ea hostes, & deriserunt sabbatha eius.* ¶ Item sunt dissipantis effectus, quia scilicet omnia bona aliorum nituntur rapere & furari. Thre. 1. *Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia eius.* ¶ Item sunt superbientis affectus, quia isti sunt, qui volunt super alios honorari, & in honoribus eleuari. Exemplum in Aman, de quo dicitur Hester 3. quod *Rex exaltauit Aman filium Amadathi.* Sequitur cap. 7 *Hostis & inimicus noster pessimus est iste Aman* ¶ Item isti sunt corruentis defectus, quia videlicet tales à statu prosperitatis solent cadere, & temporaliter & æternaliter deperire. Vnde de casu temporali talium dicitur Esaiæ 11. *Hostes Iuda peribunt.* De casu vero talium, & de punitione qua Deus eos puniet in inferno, dicitur Esai. 1. *Heu consolabor super hostibus meis & vindicabo super inimicis meis.* Et Hierem. 48. *In descensu Oronaim hostes vlulatum audierunt*, id est in descensu inferni, quia scilicet Oronaim interpretatur foramen tristitiæ.

Sio

Sic igitur patet, quod inueniuntur hostes, quos debes vincere, Hostes, quos debes flectere, hostes quos debes fugere, &c. Sufficit. vide de amico.

A **Huc.** Nota, quod huc sicut hic, est aduerbium loci, signat etiam illum locum, vbi inuitans personaliter commoratur, & ad quem aliquis per alium inuitatur. Secundum igitur diuersos inuitatores inuenire possumus diuersa Huc, & sic notabo, quod in scriptura inuenitur

Vnum Huc, quod est { Laboris, Valoris, Honoris, Doloris,

Primo igitur dico, quod est vnum Huc, quod signat statum laboris, hoc est, humanam pestilentiam. Istud est vnum Huc, ad quod semper diabolus nos inuitat, & hoc vt nos polluamus per immunditiam, vt res acquiramus per auaritiam, vt alios lædamus per insolentiam. Hic est enim locus infectionis & luxuriæ. Vnde de isto Huc dicitur Gen. 19. *Educ viros huc, vt cognoscamus eos.* Et Esa. 57. *Accedite huc filij augurat ricis, semen adultera & fornicaria.* Item huc est locus ambitionis & auaritiæ. Et ideo istud Huc, id est, sitim auaritiæ iustus refutat, & ab eo pro viribus se elongat dicens cum Samaritana Christo illud Io. 4. *Domine da mihi hanc aquam, vt non sitiam iterum, & non veniam huc haurire*, quasi dicat: Omnis aqua, id est, omnis temporalis substantia, quæ est Huc non sufficiens ad sitim auaritiæ temperandam, nec est facilis ad acquirendum seu hauriendum. Item iste est locus seditionis & violentiæ, quia scilicet illi, qui huc, id est in mundi officijs & statibus se ingerunt, bonos libenter fatigant & offendunt. Vnde de Saulo Act. 9. dicitur sic: *Et huc ad hoc venit, vt vinctos duceret in Hierusalem, scilicet illos, qui nomen Domini inuocabant.* Iste autem erat Saulus, qui erat spirans minarum & cædis in discipulos Domini. Istud est igitur vnum Huc, quod signat statum laboris, hoc

B est, mundanam pestilentiam. ¶ Secundo dico, quod est vnum Huc, quod signat statum valoris, hoc est, gratiam & pœnitentiam. Pœnitentia enim & gratia, religio seu Ecclesia sunt quædam Huc, ad quæ Dominus nos aduocat, & ad veniendum & accedendum istud huc iugiter excitat & inuitat. Et merito, quia pro certo istud Huc est locus seu status, vbi

Probantur & examinantur cœlum possessuri,
Docentur & illuminantur fidem professuri,
Sanantur & emundantur culpas dimissuri,
Morantur & spatiantur iuste conuicturi.

Est enim istud Huc locus examinis & probationis. Ideo Isaac dixit Iacob Gen. 28. *Accede huc, vt tangam te, & probem, si tu sis filius meus.* Item est locus scientiæ & instructionis, quia scilicet auditur & dicitur verbum Dei. Iosu. 3. *Accedite huc, & audite verbum Domini.* Item est locus salutis & curationis, quia scilicet ibi possunt omnes qui per vitia sunt infirmi, per pœnitentiam mundari & curari, quia scilicet ibi curantur illi, qui sunt lunatici per inconstantiam. Vnde de lunatico Matth. 17. dixit Christus. *Afferte huc illum ad me, & exiuit ab illo dæmonium, & curatus est puer.* Illi etiam, qui sunt debiles per simplicitatem & ignorantiam Luc. 14. *Exi cito in plateas & vicos ciuitatis, & quoscunque inueneris, debiles & pauperes, cæcos & claudos introduc huc.* Illi insuper, qui sunt sine auribus id est, qui audire & obedire dedignantur per obstinationem malitiam & insolentiam. Vnde de illo, qui aurem perdiderat, dixit Christus Luc. 22. *Sinite vsque huc, & cum tetigisset auriculam eius sanauit eum.* Istud est igitur Huc: id est, locus salutis & curationis. Item istud est locus moræ & habitationis, quia scilicet in isto huc conuersantur, & morantur omnes viri iusti & boni, & quicunque Deo volunt esse confœderati & coniuncti, dicentes illud 1. Re. 14. *Accedamus huc ad Deum.* Vnde 4. Reg. 8 dicitur: *Vir Dei venit huc.* Sic igitur patet, quod est vnum Huc, quod signat

C statum valoris, scilicet gratiam & pœnitentiam. ¶ Tertio dico, quod est vnum Huc, quod signat statum honoris, hoc est dignitatis eminentiam. Ad istud enim Huc, id est, ad statum honoris & dignitatis inuitantur boni, & inde repudiantur mali. Boni, dico, ad istud Huc diuina gratia deducuntur & ad dignitatis excellentiam sublimantur. Vnde Dauid suam regiam dignitatē admirans dicebat Domino 1. Reg. 7. *Quæ est domus mea, quia adduxisti me huc usque?* quasi dicat: Non eram dignus tanto honore. Mali etiam ab isto huc repudiantur. Et sic aduerte, quod tria genera personarum repudiantur inde, videlicet, Carentes priuilegio libertatis illi scilicet, qui sunt in seruitute peccati. 2. Par. 28. *Non introducetis huc captiuos.* Item torpentes sub contagio falcaturis, illi, qui sci[...] amore bon[...] terreno[...] lori, & oppressi. Figurati in Moyse calceato, cui dicitur [...] *Non appropries* inquit *huc, solue calciamenta de pedibus tuis. locus enim in quo stas, terra sancta est*, quasi dicat. Locus Ecclesiasticæ di[...] sanctus est, & ideo non vult habere homines calceatos, id e[st] terrenorum affectibus inuolutos. Item gentes, qui panniteg[io] honestatis, id est, ille, qui vestibus honestæ conuersationis carent. Vnde illi qui non habebat vestem nuptialem, & tamen ad nuptias Regis intrauerat, dicitur Matth. 22. *Amice quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem.* Et sequitur, *quod ligatis manibus & pedibus proiectus est in tenebras exteriores.* Quia reuera illi, qui in[di]gentes honestatis amœnæ pannitegio, illi qui sunt torpentes falcaturis terrenæ subcontagio, illi qui sunt carentes libertatis [æ]ternæ priuilegio, si ad istud Huc, id est, si ad dignitates Ecclesiasticas præsumunt accedere, digni sunt tenebras exteriores se [ini]re, & duplici morte perire. Vnde breuiter talibus indigne huc intrantibus & se indigne ingerentibus dici potest repressiue illud Iud. 18. *Quis te adduxit? quid hic agis? quam ob causam huc venire voluisti?* Patet igitur quod est vnum Huc, quod signat statum honoris, id est, dignitatis eminentiam.

¶ Quarto, dico, quod est vnum Huc, quod signat statum [do]loris, hoc est mortalem defluentiam. Mors enim est vnum [Huc] ad quod oportet omnes accedere & in quo oportet omnes manere & persistere & vltra quod non est licitum transire, vel procedere. Vnde Dominus loquens de fluctuoso mari, id est, de [mundo] dicit Iob 38. *Circumdedi mare terminis meis & posui vectem & ostia & dixi, huc usque venies, & hic confringes tumentes fluctus tuos.* Mors etiam est vnum Huc, quod est malis ad damnationem, bonis vero ad gaudium & saluationem, seu vitæ æternæ acquisitionem. Vnde Hier. 50. dicitur de iustis: *In tempore illo venient filij Israel, & filij Iuda simul ambulantes & flentes properabunt, & Dominum Deum suum quærent, in Sion interrogabunt viam, huc facies eorum venient, & apponentur Domino fœdere sempiterno, quod nulla obliuione delebitur.* Ista est enim veritas, quod flendo oportet Dominum quærere, si viam in Sion, id est, in cœli speluncam volumus inuenire, & si huc volumus nos Deo coniungere & vnire, & fœdere perpetuo copulare. Sic igitur patet quod in scriptura inuenitur vnum huc quod est doloris, vnum hoc, quod est honoris, vnum hoc, quod est valoris, vnum huc, quod est laboris. Hoc est dictū, status mortis, qui est vltimus; status dignitatis, qui est maximus; status gratiæ seu meriti, qui est optimus; status mūdi seu peccati, qui est pessimus.

**Humerus.** Cum humerus sit pars corporis sustinendis [A] oneribus magis apta, in quod quicquid ponderis corpori supponitur, per humeros faciliter sustentatur, dicam, quod moraliter & spiritualiter loquendo vel etiam in corpore ciuili & politico, per humeros significantur illi, qui in corpore Ecclesiæ militantis sunt & possunt sustentare alios, sicut sunt prælati & viri perfecti. Vel in corpore morali per humeros designantur illæ virtutes quæ omnia mala tolerant, & quæ sine murmure cūcta portant, sicut est virtus potentiæ, constantiæ, misericordiæ & prudentiæ. Constat enim quod illæ virtutes sunt humeri spirituales, quia scilicet temperantia & prudentia sunt humerus dexter, qui æquanimiter sustinet prospera. Potentia vero & misericordia sunt humerus sinister, qui fortiter sustinet aduersa.

¶ Dicam igitur, quod in scriptura inuenitur

Humerus { Dei, qui portat omnia, Iusti, qui portat grauia, Impij, qui portat leuia.

¶ Primo igitur dico, quod inuenitur humerus Dei, qui portat [B] omnia. Ad Heb. 1. *Portans omnia verbo virtutis suæ.* Deus enim est sicut elephas, qui ita fortes habet humeros, quod castrum ligneū super se portat. Sic iste non castrū ligneum, sed stelleum scilicet ipsum cœlum & quicquid cœli ambitu continetur portat. Deus enim habet duos humeros, id est humerum dextrū, qui signat eius protectionem & potentiam; & humerum sinistrum, qui signat dissimulationem eius & patientiam. Et sic dicam, quod

Diuini Humeri { Mala supportant, Bonos transportant, Bona reportant.

Mala (dico) supportant, quia scil. isti humeri sustinuerunt crucem, & patienter dissimulando sustinent quotidie cuncta mala. Esa. 22. *Erit scil. Eliachim quasi pater habitantibus in Hierusalem & domui Iuda. Et dabo clauem domus Dauid super humerum eius, & aperiet & non erit qui claudat, claudet, & non erit, qui aperiat.* Claus Dauid est

crux

Bonos dic[...] transportant scilicet ad gloriam cœli, & ad [...] Paradisi. [...] similes aquilæ, qui humeris suis pullos suos [...] eleuat, & claritatem luminis illis monstrat. Vnde [...] *Expandit alas suas, & assumpsit eum, atque portauit in humeris* [...]tur. *Constituit eum super excelsam terram, vt eum comederet* [...], &c. Bona insuper reportant, quia scilicet digni[...] excellentia, tranquillitas, complacentia inuenitur in istis [...] De dignitate enim dicitur Es. 9. quod *factus est principatus super humerum eius, & vocabitur Deus fortis, &c.* De tranquillitate [...] dicitur in persona cuiuslibet beati, Deuter. 33. *Bene dictissimus Domini habitabit confidenter in eo, quasi in thalamo [...] morabitur & inter humeros illius requiescet.* Sic igitur pates, quod [...] tur humerus Dei.

C ¶ Secundo dico, quod inuenitur humerus iusti, qui portat [...] Humerus enim patientiam signat, qua mediante, grauia & [...] cuncta portat. Vnde de homine patiente dicitur Ge[...] *Issachar asinus fortis, accubans inter terminos, vidit requiem, quod esset bona, & terram, quod esset optima, & supposuit humeros ad portandum, factusque est tributis seruiens.* Et benedicitur Asinus, qui scilicet p[...] crucem super humeros; quia scilic. omnis crux, id est, o[...] cruciatus debet a iusto in patientia tolerari. ¶ Et sic nota, quod humeri patientiæ & temperantiæ, charitatis & clementiæ, debent

Portare & supportare { Infirmitatem fraternam, Aduersitatem externam, Seueritatem supernam, Authoritatem paternam, Sagacitatem internam.

¶ Portetur [...] ab humeris nostris infirmitas fraterna, pie cōpatiendo, [...] de illo, qui ouem perdiderat, dicitur Luc. 15. quod *cum inuenerit eam, imponit in humeros suos gaudens, &c.* Ouis enim perdita infirmos fratres signat, & maxime illos, qui sunt perditi per peccatum, & qui a domo Ecclesiæ vel fidei sunt erraturi, qui [...] pie sunt supportandi, & ad Ecclesiæ domicilium reducendi, quia sicut ibi dicitur, *est Angelis Dei gaudium super vno peccatore sic super suos humeros reportato.*

¶ [...] portetur istis humeris aduersitas externa, id est, cuiuscunq; temporalis tribulatio. Sic enim dicitur 2. Par. 2. *In ædificatione templi erant septuaginta millia virorum, qui onera propriis humeris deferebant.* Ad denotandum quod illi, qui in templo Dei famulantur, debent propriis humeris cuncta grauia & difficilia sustinere. [...]anto enim quis est templo Dei coniunctior, & gradu [...] maior, specialior, tanto debet esse ad sustinendum [...] fortior & promptior. Figura Num. 7. vbi dicitur, quod *filii Caath, qui in tabernaculo secretius Leuiticæ cæteris seruiebant, onera non in plaustro, sicut cæteri, sed in propriis humeris deferebāt.* Quia enim [...] arcam & altare, & vasa tenebantur portare, non audebant ea bobus & plaustris committere, imo tenebantur ea propriis humeris sustentare. Ad denotandum, quod quanto quis maiorem & De[...] familiariorem in Ecclesia tenet gradum, tanto ad portandum ve[...] Domini, i. ad sustinendum onus & difficultatem Dei mandatorum, & Ecclesiæ negotiorum, laborumq; & tribulationum, debet præbere humerum magis promptum, 1. Par. 15. *Sanctificati sunt igitur sacerdotes & Leuitæ, vt portarent arcam Domini Dei I[...] ad & tulerunt filii Leui arcā Dei sicut præceperat Moyses, iuxta verbum Domini humeris suis in vectibus.* Quod tamen est hodie contra multos ecclesiasticos & prælatos, de quibus scilicet dicitur Matt. 23. quod *ipsi imponunt in humeros hominum onera grauia & importabilia, digito autem suo nolunt ea mouere.* Non sic, sed portetur a nobis aduersitas externa. ¶ Item portetur ab humeris nostris seueritas superna, hoc est dictum, correctio Dei & prælatorum, sicut dicebat Iob 31. *Librum scribat ille, qui iudicat, vt in humero meo portem illum.* ¶ Item portetur in istis humeris auctoritas paterna, id est, reuerentia & timor Dei & parentum, sicut de filiis Noe legitur Gen. 9. quod *imposuerunt pallium humeris suis & retrocedendo cooperuerunt patrem nudatum, ne viderent pudibunda sua;* quia scil. pallium excusationis paternæ, & quicquid facere potest ad maiorum amicorum nostrorum verecundiam submouendam, debemus libenter tollere, & istud onus patienter portare.

¶ Item portetur humeris istis sagacitas interna, hoc est dictum, onus sapien[tiæ] & doctrinæ & cuiuslibet disciplinæ. Vnde de sapientia dicitur Eccl. 6. *Iniice pedem tuum in compedes illius, in torques illius collum tuum, subiice humerum tuum, & porta illam.* [...] Sic igitur fructuosis oneribus, debemus humeros patientiæ [...] obedientiæ supponere, & omnia difficilia pro Domino sustinere, Sophon. 3. *Tunc reddam populis labium electum, vt inuocent omnes nomen domini, & seruiant ei in humero vno.* Et merito, quia pro certo ista onera parum durabunt, quia in morte a nostris humeris deficient, & cessabunt. Vnde de iugo & onerib. huius mundi, quo sc. nunc premuntur iusti, dicitur Es. 13. quod *auferetur ab eis iugum eius & onus eius de humero eorū tolletur,* & hoc, quia pro certo Christus *virgam humeri eius & sceptrum exactoris eius superabit, sicut in die Madian,* sicut dicitur Es. 9. Talis igitur humerus, id est, talis patientiæ virtus nos facit præ cæteris apparere, & regnum Israel, id est, cœlestem gloriam possidere, sicut de Saul legitur 1. Re. 8. quod *ab humero eminebat super omnes, & quod præ cæteris fuit in Regem Israel sublimatus;* quia pro certo ille, in quo humerus patientiæ præ cæteris eminet, super alios regnare debet, & regnum Paradisi finaliter obtinet. Sed aduerte, quod summus Pontifex legis diuinæ habebat vnum nobilissimum ornamentum, quo sui humeri tegebantur, quod superhumerale communiter vocabatur, quod scilic. auro, hyacintho, purpura, cocco & bysso erat textum, & duobus Onychinis pretiosis lapidibus, in quibus sculpta erant nomina duodecim Patriarcharum, erat ornatum, & annulis aureis & catenis, vt stringeretur, cum rationali iudicii, quod erat ornamentum pectoris, etiam in angulis coniugum. Istud igitur ornamentum Pontifex super humeros portabat, quando sacrificium Domino faciebat. Et hoc vt filiorum Israel memoriam coram Domino haberet, & sanctorum patrum meritis se muniret. Sic reuera dico, quod humeri interiosis virtutis sacerdotum & pontificum nostræ legis debent superhumerali, id est, virtute patientiæ, fortitudinis & constantiæ principaliter adornari, ita quod ibi aurum honestatis, hyacinthus, id est, affectus cœlestis fœlicitatis, purpura roseæ verecundiæ & fragrantis famositatis, coccus igneæ charitatis, & byssus Innocentiæ & puritatis resplendeant & lucescant. Duoq; lapides pretiosi Onychini, qui sc. faciunt oculos tremere, id est, timor Dei, qui scilicet duplex dicitur, pro eo, quod homo debet timere gloriam perdere, & miseriam incurrere, ibi appareant & lucescant. Sanctorum patrum nomina, id est, ipsorum merita, & exempla ibi refulgeant, & splendescant. Catenæ quoq; & annuli, id est, vnitas & concordia, rationale iudicii, id est, veritas & iustitia ibi reluceant & virescant. Si enim tale superhumerale, i.e. talis virtutum congeries humeros prælati ornauerit, proculdubio pro filiis Israel, id est, pro subditis suis intercedere dignus erit Exod. 28. *Portabat Aaron nomina filiorum Israel super vtrunq; humerum ob recordationem.* Patet igitur, quod in scriptura inuenitur humerus iusti, qui portat grauia.

¶ Tertio dico, quod in scriptura inuenitur humerus impii, qui quærit leuia. D

Virtus enim & fortitudo malorum ita est debilis, quod onera leuia semper quærit. Isti enim sunt sicut argentum, quod modicum pondus auri sustinere non potest, magnū vero pondus lapidum seu ferri sustinet valde bene. Sic mali pondus auri, i.e. pondus spirituale & meritorium non sustinent, ferrum vero & lapides, id est, onera temporalia, grauia & inutilia bene portant, quia reuera isti nunquam volunt subiicere humeros suos Dei seruitio, imo isti ab omni opere & onere meritorio vertunt humeros, & recedunt, Neh. 9. *Dederunt humerum recedentem, & ceruicem suam indurauerunt, nec audierunt.* Sed reuera ipsos bene subiiciunt mundi iugo, carnis officio, & diabolico laborioso dominio, Baruch 2. *Inclinate humerum, & seruite Regi Babylonis,* quia scilicet nullus labor mundanus est eis durus, nec aliqualiter difficilis aut austerus. Figurati in illis Babyloniis, de quibus dicitur Baruch. 6. *Videbitis in Babylonia Deos aureos, & argenteos, & lapideos, & ligneos in humeris portari.* Babylonia enim est mundus, vbi scilicet a malis diligenter portantur, & sustinentur onera grauia atque dura, dum tamen spectent ad aurum & argentum, id est, ad terrenum emolumentum vel lucrum. Vel ista possunt dici contra malos prælatos ecclesiasticos, qui Deos suos, id est, prædilectos nepotulos & consanguineos per nimiam diligentiam semper portant, & in humeris sustinent, atque fouent, cum sint lapidei & lignei, id est, hebetes & ignari, ipsos tamen argenteos & aureos per diuitias fieri procurant. Vnde de idolo dicitur Esa. 46. quod *magistri illum producunt aurum de sacculo, & argentum statera ponderant, vt conducant artificem, vt faciant Deum, & procidunt, & adorant ante eum, & portant illum in humeris gestantes.*

O quot sunt hodie tales, qui sc. auro & argento artifices, i. superiores conducunt, & præmiant, vt filios suos in Deos, i. in magnos diuites promoueāt, ita quod præ nimia cura videtur, quod

Diction. Berthorq.



semper

semper in humeris eos portant. ¶ Et breuiter nota, quod mali habent

Humeros { Denudatos, quos nesciunt velare,
Amputatos, qui nolunt laborare,
Obstinatos, qui solent non cessare,
Laceratos, quos decet dissipare.

¶ Et sic dico, quod apud malos inueniuntur humeri nudi per inuerecundiam & luxuriam. Vnde Es. 47. de Babylone in figura mulieris malæ dicitur sic, *Discoperi humerum, reuela crura, transi flumina, reuelabitur ignominia tua, videbitur opprobrium tuum.* Ista potissime possunt dici de dominab. modernis, quæ humeros portant ad literam discoopertos, vt appareat alba caro & incitent homines ad venerem.

¶ Item inueniuntur humeri abscissi per imbecillem ignauiam, quia scilic. multi sunt ita inepti & ignaui ad bene operandum, quod recte videntur habere humeros amputatos 2. Macha. 15. *Manum Nicanoris cum humero abscissum iussit Iudas perferri Hierusalem.* Et Iob 31. *Humerus meus à iunctura sua cadat, & brachium meum cum suis ossibus confringatur.*

¶ Item inueniuntur humeri duri per obstinatam malitiam. Vnde obstinatis & crudelibus dicitur Ezech. 34. *Lateribus & humeris impinguabatis, & cornibus ventilabatis omnia infirma pecora, donec dispergerentur foras.*

¶ Item inueniuntur humeri lacerati per futuræ damnationis pestilentiam, quia scil. sicut teste Plinio, dracones volant super humeros elephantum, vt eorum sanguine satientur: sic dæmones finaliter super humeros malorum volabunt, & eos per damnationem perpetuam lacerabunt Es. 11. *Volabunt in humeros Philisthym, prædabuntur filios orientis.* Vnde diabolo potest dici illud Ezech. 29. quod Pharaoni Regi Ægypti dictum fuit: *Fuisti baculus arundineus domui Israel, & quando comprehenderunt te confractus es, & lacerasti humerum eorum, & dissoluisti omnes renes eorum, & innitentibus eis super te comminutus es.* Diabolus enim his, qui in eo confiduNT, baculus est arundineus, qui scilicet innitenti frangitur, ita quod per damnationem æternam is, qui sibi innititur, laceratur. Sic igitur patet, quod inuenitur humerus impij qui quærit leuia, humerus iusti, qui suffert grauia, humerus Dei, qui portat omnia.

A **Humilitas.** Nota, quod humilitas accipitur in bono & in malo. In bono enim accipitur pro virtuali subiectione. Vnde 1. Petr. 5. *Humiliamini sub potenti manu Dei, vt vos exaltet.* In malo accipitur pro pœnali depressione & tribulatione. & sic accipitur Esa. 13. *Arrogantiam fortium humiliabo.* Et illud sæpe dictum in Euangelio Matth. 18. & 23. *qui se exaltat, humiliabitur.* Accipitur etiam in malo pro ficta & humilitatis professione & compassione, sicut de hypocritis dicitur Eccl. 19. *Est qui nequiter se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo.* Et in Ps. *Humiliati sunt in iniquitatibus suis.* Sed quia non intendo aliquid dicere nisi de humilitate morali, dico, quod triplex est humilitas. Est enim

Humilitas { Bona & virtuosa,
Mala & vitiosa,
Dura & dolorosa.

B ¶ Primo igitur de humilitate bona & virtuosa dico, quod nos debemus esse humiles multiplici ratione. Nam

Ad humilitatem { Excitat scriptura,
Inducit natura,
Admonet figura.

¶ Scriptura enim semper prædicat humilitatem. Christus enim dicit Matth. 11. *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.* Eccles. etiam 7. dicitur & præcipitur: *Humilia valde spiritum tuum, quia vindicta carnis impij, ignis & vermes.*

¶ Item natura inducit humilitatem. Nulla enim natura fragilior, nulla natura vilior, nulla natura ad humilitatem habilior, quam humana. Homo enim est plenus fœtoribus & sudoribus, humoribus & stercoribus, coloribus & laboribus. Ideo sibi dicitur Mich. 6. *Humiliatio tua in medio tui*, id est, causa humilitatis meæ.

¶ Item figura admonet humilitatem, quia sicut dicitur Esaiæ 40. *Omnis mons & collis humiliabitur, & erunt praua in directa, & aspera in vias planas.* Quia scilicet ad hoc, quod prauitas vitiorum vertatur in directum virtutum, & ad hoc, quod asperitas tribulationum vertatur in planitié consolationum, necesse est, quod omnis mons & collis, i.e. omnis tumor & elatio superbiæ humilietur, & quod humilitas cum diligentia frequentetur. Quia sicut dicitur Luc. 18. *Qui se humiliat, exaltabitur; & qui se exaltat, humiliabitur.* Humiliemur igitur, & simus sicut spica, quæ quando est granis plena, solet inclinari, & versus terram inferius incuruari. Si vero vacua fuerit, & inanis, tunc solet sursum erigi, & extendi, & versus cœlum sine incuruatione aliqua eleuari. Sic vere, charissimi, qui granis virtutum sunt pleni, semper solent inclinari inferius per humilitatem. Illi vero, qui virtutibus sunt vacui, se solent sursum erigere, & erecti etiam incedere per superbiam & vanitatem. Breuiter enim, quanto quis est melior tanto efficitur humilior. Et quanto quis est deterior, tanto efficitur elatior & superior. Et hoc est, quod dicitur Eccl. 3. *Quanto maior es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam.* Boni igitur debent humiliari, quia sicut dicit Gregor. 27. Moral. Virtutis origo humilitas est. Illa igitur virtus tantummodo pullulat, quæ in ista radice proprie perseuerat. De bonorum igitur humilitate possumus exponere illud Es. 2. *Incuruabitur sublimitas hominum, & humiliabitur altitudo virorum.*

¶ In quibus verbis aduerte, quod humilitas habenda est propter tria bona, quæ per eam nobis insunt, sc. quia per hanc

Efficimur { Sagaciores,
Constantiores,
Excelsiores.

Humilitas enim facit nos sagaciter occulta considerare, quia sc. facit nos homines, id est, rationabiles. (Hominum, inquit.)

Item facit nos in bono stabiliter perseuerare, quod ostenditur, cum dicitur (Virorum.) Facit enim nos viros, id est, stabiles & virtuosos.

Item facit nos fœliciter ad summa accelerare, vel fœliciter excelsa participare, quod ostenditur, cum dicitur (Altitudo.)

Humilitas enim { Acuit humanam sagacitatem, quia facit homines. (Hominum, inquit.)
Roborat æternam fœlicitatem, quia facit nos viros (Virorum, inquit.)
Eleuat ad summam fœlicitatem, quia nos facit altos. (Altitudo, inquit.)

¶ Igitur dico, quod bona virtuosa humilitas est habenda, quia nos facit sagaciores, quod ostenditur in verbo Hominum. C
Humilitas enim nos facit homines, i.e. discretos & rationabiles, & ad considerandum propriam vtilitatem. Sicut enim dicitur Eccles. 11. *Sapientia humiliati exaltabit caput eius.* Sicut enim videmus, animalia minora & inferiora sunt, vt communiter, sagaciora & ingeniosiora, sicut patet de formicis, apibus & araneis, ad quorum operum subtilitatem humana ratio non attingit, sicut dicit Plinius. Dicit enim idem, quod animalia parui corporis habent sensus valde acutos; vident enim, audiunt, & olfaciunt miro modo, sicut videmus de pulicib. quæ statim, quando quis vult eas capere, solent fugere & saltare. Sicut etiam videmus de araneis, quæ statim vident muscam, quando est in laqueis suis capta. Sic vere, charissimi, spiritualiter loquendo, illi, qui sunt minores per humilitatē, sunt, vt communiter, sagaciores per spiritualem sapientiam & subtilitatem; habent enim sensus spirituales, acutos, subtiles & discretos, per humilitatem absconditos & velatos. Quia sicut dicitur Prouerb. 11. *Vbi fuerit humilitas, ibi & sapientia.* Et hoc ostenditur in verbo, Hominum, quia scilicet humilitas facit nos esse homines, id est, rationabiles & discretos, scilicet, ad rationabiliter consideranda illa, quæ pertinent ad salutem. Vnde Prou. 18. *Cor hominis antequam exaltatur, humiliatur.* Istud est contra superbos, qui recte non videntur esse sapientes, vt homines, sed stulti & ignorantes, vt bestiæ. Nihil enim videntur sapere vel sentire de humana vilitate vel fragilitate. Figuratur in Nabuchodonosore, Daniel. 4. qui cum esset homo superbissimus, mutatus fuit in bestiam, nec potuit sibi humana figura reuenire, nisi *quousque humiliatus fuit, oculos ad cælum leuauit, & Altissimo benedixit, & quod dominatur excelsus in regno hominum recognouit. Tunc enim figuram humanam recuperauit, & sensum suum humilitate reparauit.* Quia breuiter sicut superbia de hominibus facit bestias, & de sapientibus stultos, iuxta illud Prou. 11. *Vbi fuerit superbia, ibi erit & contumelia.* Et Eccl. 15. dicitur, quod *sapientia longe abest à superbia & dolo*: sic humilitas de bestijs faciat homines, & de ignorantibus sapientes. 1. Macchab. 5. *Per loca humilia ibant caute & ordinate.* Patet igitur, quod humilitas nos facit sagaciores.

¶ Deinde

D ¶Deinde dico, quod humilitas virtuosa nos facit constantiores; facit enim nos esse viros, i. e. constantes & virtuosos. (Virorum, inquit.) Vnde Es. 2. *Incuruauit se homo & humiliatus est vir.* Sicut enim arbor, quæ radicem habet profundam in terra, fortior est contra ventorum impetus & insultus: sic illi, quorum radix, i. cor, est profunde radicatum per humilitatem, est contra ventos tribulationum & tentationum magis forte per constantiæ firmitatem. Eccl. 10. *Plantauit humiles ex ipsis gentibus.* Radix enim, & quæ est totius arboris fundamentum, & etiam nutrimentum, signat virtutem cordialis humilitatis. Ista enim

Est { Inferior per subiectionem, Humidior per deuotionem, Flebilior per compassionem, Fundamentum per constantiam, Nutrimentum per diuinam gratiam. }

*Deus enim superbis resistit, humilibus autem dat gratiam*, 1. Pet. 5. Et nota, quod dicitur, quod humilib. debet dare gratiam; *quia sicut aqua semper currit ad loca infima: sic diuina gratia ad loca & corda humilia*, Et sicut valles & loca humilia sunt, vt communiter, fertiliora & fœcundiora, iuxta illud Psalmi. *Valles abundabunt frumento.* Sic pro certo corda humiliora sunt vt communiter fructibus, id est, virtutibus pleniora. In alueari enim apum fani, qui sunt inferiores, sunt melle pleniores & repletiores. Illi vero, qui sunt superiores, sunt magis vacui & inaniores. Sic vere, charissimi, inter personas illæ, quæ sunt inferiores & infimæ per humilitatem, sunt melle deuotionis & gratia magis plenæ per donorum spiritualium vbertatem. Illi vero, qui per arrogantiam & superbiam volunt esse superiores & eleuari, vt communiter, melle deuotionis & gratiæ priuati sunt, & euacuati. *Deus enim deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes.* Humilitas igitur nos facit viros, id est, constantes, perfectos & virtuosos, & virtutibus & gratijs plenos, fertiles & fœcundos. Ista est enim sicut radix, de qua venit fructuum, id est, virtutum origo. Quia secundum Gregor. Virtutum origo est humilitas, & est sicut fundamentum, de quo prouenit omnium spiritualium fortitudo. Vnde Augustin. Cogitans magnam fabricam construere celsitudinis, de fundamento cogitet humilitatis. Dico igitur, quod humilitas nos facit constantiores.

E ¶ Insuper dico, quod habenda est humilitas virtuosa, quia nos facit sublimiores seu fœliciores. (Altitudo, inquit.) Altitudo enim cœlestis gloriæ per humilitatem acquiritur & habetur. Sicut enim palma, quæ profundas & infixas habet radices, ad magnam altitudinem eleuatur, parui etiam, & puri vapores sursum faciliter exaltantur, sagitta etiam, quanto inferius in corda trahitur, tanto superius & altius sublimatur: sic pro certo dico, quod illi, qui per humilitatem, sunt profundiores, minores, & depressiores, sunt finaliter in cœlesti gloria altiores. Humiles enim, puros & sanctos Sol iustitiæ Christus sursum ad cœli gloriam eleuat, & quanto hic deprimuntur inferius, tanto illic superius eos ordinat, atque locat, Quia sicut dicitur Prou. 15. *Timor Domini disciplina sapientia, & gloriam præcedit humilitas.* Prouer. etiam 29. dicitur, quod *superbum sequitur humilitas, & humilem spiritu suscipiet gloria.*

Viri enim humiles & perfecti sunt sicut ficus Ægyptiaca, cuius lignum in aqua positum, continue petit fundum, & cum inferius descenderit, & aquis repletum fuerit, & imbutum, tunc contra naturam aliarum arborum solet supernatare sursum, & sicut testatur Plin. ad aquæ superficiem reuenire. Sic pro certo viri humiles locum & gradum inferiorem solent petere, & se maioribus, æqualibus & minoribus, secundum diuersos humilitatis gradus submittere & supponere. Quia sicut dicitur Eccl. 19. *Est iustus, qui nimium se submittit à multa humilitate.* Cum vero in tali loco & gradu infimo & profundo isti imbuti fuerint, & repleti aquis gratiæ & deuotionis, aquis lacrymarum & compunctionis, aquis insuper clementiæ & compassionis, finaliter ipsi post mortem ad superficiem Paradisi ascendunt, & eleuantur per gloriam, supernatant & sublimantur. Et hoc est, quod dicitur Iob 5. quod *Deus ponit humiles in sublimi, & mœrentes erigit sospitate.* Et Iob 22. dicitur, quod *qui humiliatus fuerit, erit in gloria, & qui inclinauerit oculos saluabitur.* Bene igitur consulitur 1. Pet. 5. *Humiliamini sub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore visitationis. Exemplo Christi, qui humiliauit se, formam serui accipiens, &c.* Sequitur: *Propter quod Deus exaltauit illum*, Phil. 2. Sic igitur patet, quod nos debemus esse humiles, quia

Per Humilitatem { Sublimius & altius eleuamur, Constantius & fortius roboramur, Sagacius & doctius informamur. }

¶Et hæc sunt tria membra auctoritatis nostræ. Nos igitur debemus esse

Humiles { Veraciter, & non fallaciter, Perfecte, & non ficte, Existenter, & non apparenter. }

Quia sicut dicit Valerius Episcopus in sermone:

Humilitas { In amicitijs grata, In violentijs otiosa, Inter amicos blanda, Inter inimicos officiosa, Non extorquet seruitium, Nec requirit voces adulantium. }

Hæc igitur dicta sint de humilitate vera.

¶ Secundo de humilitate mala & vitiosa possumus dicere, quod est

Humilitas { Deceptiua, Defectiua, Deiectiua. }

¶Humilitas deceptiua est humilitas hypocritarum. Isti enim fingunt se humiles, vt boni & sancti ab hominibus reputentur, & vt ad dignitates & officia libentius assumantur, similes vulpi, quæ finxit se mortuam in via vt venientes bubulci, qui ducebant quadrigam pullorum, ipsam propter pellem habendam sursum proijcerent in quadriga, vbi cum fuit posita, incepit viua, non mortua apparere, quia sc. omnes pullos incepit occidere & deuorare. De quibus dicit Ecclesiast. *Est, qui nequiter se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo.* Tales enim, quando sunt in Ecclesia vel collegio, solent se fingere mortuos & deiectos, humiles pariter & deuotos, & hoc vt super cathedram prælationis ponantur, vt ad aliquem gradum Ecclesiasticum assumantur, vbi si assumpti fuerint promoti, statim incipiunt pullos, id est, subditos rodere, & suam fictam humilitatem in crudelitatem & superbiam commutare. De talibus potest dici illud 2. Machab. 11. *Humiliatus ad terram in gestatorio portabatur.* Hypocritæ enim sunt sicut Cerastes, qui cum sit serpens venenosissimus, solet tamen mitiorem seu mortuum se fingere, & auibus, vt ipsas alliciat & suscipiat, solet cornua sua, quæ habet ad modum arietis, demonstrare, quia pro certo tales solent se alijs ostendere mitissimos & humiles, quamuis in veritate sint serpentini, venenosi & crudeles. Ad nihil enim intendunt, nisi alios decipere, & sub humilitatis fictione venenosam malitiam suam palliare. De humilitate vero talium loquitur Beatus Bernardus sic:

Hypocritæ volunt esse { Humiles sine despectu, Pauperes sine defectu, Bene vestiti sine solicitudine, Delicate pasti sine labore, Alijs adulantes, & Alijs detrahentes, Mordaces vt canes, Dolosi vt vulpes, Superbi vt leones, Rapaces vt lupi, Lasciui vt vrsi. }

Hi volunt esse { Sine auctoritate iudices, Sine visu testes, Postremo false accusantes, Omni veritate carentes. }

Ista est igitur humilitas deceptiua.

¶Secundo dico, quod est quædam humilitas defectiua. Et ista est humilitas, quam habent imbecilles & molles prælati, qui quandoq; erga subditos se habent ita humiliter, quod parum aut modicum reputantur, & quod ab eis negliguntur & contemnuntur. Teste enim Innocentio in libro de Miseria humana: *Crudelitas generat odium, & familiaritas parit contemptum.* Non decet enim semper esse humilem & benignum, sed quandoque authenticum & austerum, iuxta illud Ecclesiast. 13. *Noli esse humilis in sapientia tua*, vt qui per humilitatem non emendantur, per seueritatem & iustitiam corrigantur. Mare enim talis est conditionis, quod erga debilia debile efficitur, & forte erga fortia reperitur. Vnde in terra mea circa mare tale est prouerbium, quod mare à debili vincitur, illud vero, quod forte F C

est, à mari superatur. Istud nihil aliud est dicere, nisi quia loca lutosa, sabulosa & paludosa, quæ sunt circa mare, per aggregationem luti & sabuli continue dilatantur, & sic mare circa talia setrahitur, & quodammodo vincitur. Loca vero fortia, dura, & petrosa à mari fortiter impelluntur, & paulatim ab eo corroduntur. Et sic verum est, quod dictum est, quod mare dura & fortia superat, à debilibus vero & mollibus superatur. Sic pro certo debet esse de prælato, quia vere quando inuenit personas molles, benignas & humiles, non debet contra ipsas fremere, nec rigorose procedere, sed benigniter & humiliter se habere. Si vero inueniat rupem duram, id est, subditum obstinatum & proteruum, tunc debet

Humilitatem deponere,
Superbam apparentiam induere,
Contra ipsum per rigorem & iustitiam procedere.
Contra ipsum per violentiam præualere.

Decet enim quod prælatus ab humilium precibus vinci se permittat, quodq; viros pestiferos & superbos feriat atque vincat. Et de hoc Leo Papa in Sermone, & ponitur in Decreto 87. d. Odio habeantur peccata, & non homines corripiantur tumidi, tolerentur infirmi. Et quod seuerius necesse est castigare, non puniatur sæuientis animo, sed medentis. Non decet igitur prælatum nimis esse humilem, quia talis humilitas defectiua. Et de hac dicitur Esa. 29. *Vox Pythonis vox tua, & humiliaberis, de terra loqueris, & de humo eloquium tuum mussitabit*, quasi dicat: Tale a vix audent aperte loqui.

H ¶ Item inuenitur humilitas deiectiua. Et ista humilitas nihil aliud est, quam peccati deiectio & vilitas, de qua Thren. 5 *Mulieres in Sion humiliauerunt, & virgines in ciuitatibus Iuda*. Et Thre. 2. *Repleuit Dominus in filia Iuda humiliatum & humiliatam*. Sic igitur patet, quod inuenitur

Humilitas { Deiectiua, Defectiua, & Deceptiua.

Et sic patet quod in scriptura inuenitur humilitas non solum virtuosa, imo etiam vitiosa.

I ¶ Tertio dico, quod est humilitas dura & dolorosa. Et sic

Humilitas signat { Depressionem, Tribulationem, vel Damnationem.

Possumus ergo breuiter dicere, quod illi, qui in hoc mundo plus cæteris per superbiam eriguntur, in futuro amplius deprimentur & humiliabuntur, iuxta illud Psalm. *Tu humiliasti sicut vulneratum superbum, in brachio virtutis tuæ dispersisti inimicos tuos*. Sicut enim lapis, quanto ab altiori descendit, tanto in terram profundius se figit; & quanto pars rotæ est superior, tanto versa rota efficitur inferior: sic illi, qui in hoc mundo sunt superiores, quando per mortem ceciderint, & rota vitæ versa fuerit & mutata, ipsi efficientur humiliores & depressiores, & in inferno inferiores & viliores, quia sicut dicitur Baruch. 5. *Constituit Dominus humiliare omnem montem excelsum*. Et Es. 45. dicitur, *Gloriosos terræ humiliabo*. Et Iob 40. dicitur Domino, *Disperge superbos in virtute tua, & omnem arrogantem humilia*. Oseæ 7 *Humiliabitur superbia Israel*. Patet igitur, quod triplex est humilitas.

Prima, quæ est moralis & virtuosa,
Secunda, quæ est lethalis & vitiosa,
Tertia, quæ est pœnalis & dolorosa.

Et hæc de humilitate sufficiant, quo ad præsens, quia in multis titulis huius libri tractatum est, sine tractabitur de eadem, & tabula te diriget, vbi fiet. Vide etiam si vis, in Mauritio, vbi satis pulchram theoricam de Humilitate poteris inuenire.

A **Humus.** Nota, quod humus multipliciter accipitur in scriptura. Signatur enim

Per Humum { Humanæ vilitatis labilis natura, Terrenæ facultatis sterilis iactura, Diuinæ ciuitatis nobilis structura, Infernæ fœditatis flebilis vstura.

Dico igitur, quod humus signat labilem naturam vilitatis humanæ. Humus enim dicitur ab humore, quia sc. humana conditio ex humoribus constat. Vnde nota quod humana conditio deuoratur per humum,

Ratione { Vitalis ingressus, Fatalis progressus, Finalis egressus.

¶ Primo igitur dico, quod humus signat naturam labilem vilitatis humanę. Homo enim de humo creatur originaliter. Vnde de eo dicitur Es. 41. quod *adducet magistratus quasi lutum, & quasi plastes conculcans humum*. Et Sophon. 1. dicitur: *Effundetur sanguis eorum sicut humus*: quasi dicatur: Nostra corporalis complexio constat ex humoribus, sc.

Sanguine,
Adipe, atque
Humo.

Homo enim super humum viuit temporaliter, Deut. 12. *Cunctis diebus, quibus super humum gradieris, facies præcepta & iudicia*. Homo insuper ad humum tendit corporaliter, scilicet in fine per mortem. Esa. 2. *Ingredere in mortem, & abscondere in fossa humo*. Sic igitur patet, quod humus signat naturam flebilem vilitatis humanæ.

¶ Secundo dico, quod humus signat iacturam sterilem facultatis terrenę. Terrena enim possessio humus dicitur, quia de humo principaliter generatur Zach. 9. *Ædificauit Tyrus munitionem suam, & coaceruauit argentum, quasi humum, & aurum quasi lutum platearum*. Et pro certo terrena substantia humus dicitur quia immunda animalia, id est, peccatores ibidem nascuntur & conuersantur. Constat enim, quod animalia, quæ ex humo nascuntur, & quæ sine generatione maris & fœminæ producuntur, sicut sunt mures, limaces & huiusmodi, viliora cæteris iudicantur. Sic reuera mali, quorum ortus & conuersatio est in humo facultatis terrenæ, debent viliores cęteris iudicari. Vnde de peccatoribus, in humo terrenorum iacentibus dicitur figuraliter Leu. 11. quod *omne quadrupes quod super pectus suum per humum trahitur, immundum reputabatur, & tangi vel comedi a filiis Israel vetabatur*. Et sicut etiam lacerta & alia animalia quatuor pedes habentia, pectore tamen humum tangentia, & per humum corpus trahentia, immunda erant, nec filij Israel talib. vesci debebant: sic reuera dico, quod illi homines, qui quatuor pedibus, id est, quatuor affectionibus, humo, i.e. terrenæ facultati, pectore, hoc est dictum, cordialiter inhærent circumeundo mundi negotia, & ibi trahuntur, volutant & delectantur, immundi apud Deum reputantur, & tangi per associationem, & manducari & sibi incorporari per imitationem ab Israelitis, i. à quibus suis Christi fidelibus prohibentur. Et ideo breuiter possum concludere, quod talis humus, id est, talis terrena possessio

B

Affectus macerat curis ingentibus,
Animos obserat culpis stringentibus,
Animas onerat pœnis vrgentibus,
Homines lacerat verbis pungentibus.

¶ Igitur humus ista solet curis affectus lacerare. Vnde Es. 32. *Super humum populi mei spinæ ascendent*. ¶ Item ista humus solet culpis animos obturare. Vnde Gen. 25. dicitur; *Obstruxerunt serui Abimelech puteos Isaac, implentes humo*. ¶ Item ista humus solet pœnis animas onerare, quia sc. terrena possessio trahit hominem in infernum. Vnde de Dathan & Abyron dicitur Num. 16. quod *descenderunt in infernum operti humo*. ¶ Item ista solet verbis homines calcare, quia sc. ista facit homines & contumeliosos & detractores, & aliorum verbis laceratiuos, & pungentibus afflictores. Vnde detractoribus dicitur illud Es. 29. *Humiliaberis, de terra loqueris, & de humo eloquium tuum mussitabit*. Signat igitur humus iacturam sterilem facultatis terrenæ.

¶ Tertio dico, quod humus in scriptura signat structuram nobilem, seu fertilem ciuitatis amœnæ animæ, vel Ecclesiæ. Ista est enim humus fertilis, quæ si bene & rite colitur, fructus vberes & gloriosos producit. Est enim humus secretior, quę producit fructus meritorum. Et ista est anima quælibet, vel conscientia sancta, de qua Num. 25. *Terra quam circuiuimus, valde bona est, si propitius fuerit nobis Dominus, inducet nos in eam, & tradet nobis lacte & melle manantem*. ¶ Item est humus vberior, quæ producit plantas electorum. Et illa est humus religionis vel Ecclesiæ, de qua dicitur Genes. 2. *Produxit Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suaue*. ¶ Item est humus fœlicior, quæ producit fructus gaudiorum. Et ista est humus Paradisi, & habitatio mansionis cœlestis, vbi est quies & gaudium sempiternum. Vnde Dominus videtur dicere post iudicium ipsis beatis illud Ezech. 37. *Scietis (inquit) quia ego Dominus, cum aperuero sepulchra vestra, & eduxero vos de tumulis vestris, & dedero spiritum meum in vobis, & vixeritis, & requiescere vos faciam super humum vestram*. Et bene dicit, Requiescere: quia sc. illa requies erit perpetua & quieta. Vnde Amos 9. *Plantabo eos super humum suam, & non euellam eos vltra*

C

*de terra*

*he terra sua, quam dedi eis* ¶ Et si vis, nota, quod humus animæ debet esse sicca, carens voluptatis humore Iof. 3. Sacerdotes, qui portabant arcam fœderis Domini, stabant super humum siccam in medio Iordanis. Humus Ecclesiæ debet esse opulenta plena splendore. Neh. 9. *Humum pinguem possederunt, & domos plenas cunctis bonis.* Humus cœlestis patria semper erit læta, plena charitatis tenore. Vnde Ezech. 11. *Congregabo vos de populis, & adunabo vos de terris, & dabo vobis humum Israel.* Sequitur: *Dabo eis cor vnum, & spiritum vnum tribuam in visceribus eorum.* Sic igitur patet, quod humus signat structuram nobilem ciuitatis amœnę.

D ¶ Quarto dico, quod humus significare potest vlturam flebilem fœditatis æternę seu infernę, hoc est dictum, habitationem infernalem. Et de hac potest dici Amos 7. *Filij tui, & filiæ tuæ gladio cadent, humus tua funiculo metietur, tu in terra polluta morieris.* Et Es. 34. de tali humo dicitur sic: *Victima Domini in Bozra, & interfectio magna in terra Edom. Et descendent vnicornes cum eis, & tauri cum potentibus, inebriabitur terra eorum sanguine, & humus eorum adipe pinguium, quia dies vltionis Domini, annus retributionis iudicij Sion, &c.* Vide ibi. Sic igitur patet, quod est quadruplex humus, scilic. infernalis, Virtualis, Temporalis & Corporalis. Sufficit. Vide infra de Terra.

A **Hydria.** Nota, quod hydria est vas aquaticum de terra, vel de lapide, vt communiter, factum. Sumitur autem in scriptura moraliter.

Pro { Diuina scriptura,
Fragili natura,
Doctrinæ litura,
Lacrymæ lotura.

¶ Primo igitur est hydria nobilis, quæ denotat scripturam, quia scilic. hydria, quæ est repositorium liquoris, signat scripturam, quæ est repositorium scientiæ. Vnde de Salomone dicitur 3. Re. 7. *quod ipse fecit hydrias, & fuscinulas in templo.*

B ¶ Secundo dico, quod est hydria fragilis, quæ denotat naturam. Natura enim corporis, quæ fragilis est, potest per hydriam designari, quæ scil. faciliter frangitur & cassatur. Vnde Eccl. 12. *Ibit homo in domum æternitatis suæ, & circuibunt in platea plangentes, antequam rumpatur funiculus argenteus, & recurrat vita aurea, & conteratur hydria super fontem, & confringatur rota super cisternam, & reuertatur puluis in terram suam vnde erat, & spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum.*

¶ Aduerte tamen, quod in fragili hydria latent aliquoties multa, quia sc. sub humani corporis velamento latent quandoque virtutes dignæ mirabili munimento.

Quandoque enim ibi reconditur { Aqua,
Farina,
Lucerna.

¶ Dico, quod ibi reconditur aqua lacrymosæ deuotionis Ioan. 2. *Implete hydrias aqua.* ¶ Reconditur etiam ibi farina piæ & viscerosæ compassionis, quia scilic. nutrit, & sustentat miseros indigentes. Vnde illa est hydria farinæ, quæ pauperculæ Heliam nutrienti fuit multiplicata, ita quod licet quotidie eamde comederunt, nunquam tamen consumebatur, sicut dicitur 3. Reg. 17. In quo nota, quod hydria, id est, virtus compassionis, subuentionis, clementiæ, & beneficentiæ tantæ est efficaciæ, quod suam farinam, id est, bona sua temporalia, quibus Helias, id est, iusti & pauperes sustentantur, non minuit sed auget. Quia sicut dicitur Prouerbiorum 11. *Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt.* Et Luc. 6. *Date, & dabitur vobis.* Prouerbiorum 28. *Qui dat pauperi, non indigebit.* Ad quod etiam applicari potest illud de nuptijs Galilææ Ioan. 2. vbi dicitur, quod *aqua, quæ fuit in sex hydrijs posita secundum purificationem Iudæorum, conuersa fuit in vinum.* Ad denotandum, quod sex opera misericordiæ, quæ hydriæ lapideæ, id est, firmæ & solidæ, continuantes & permanentes debent esse, & quæ etiam ad purificationem criminum institutæ fuerunt, tantæ sunt efficaciæ, quod semper

Aqua mutatur in vinum,
Minus mutatur in maius,
Bonum mutatur in melius,
Modicum mutatur in magnum,
Terrenum conuertitur in æternum.

3. Reg. 17. *Hydria farinæ non deficiet, & lechytus olei non minuetur, vsq; ad diem, qua Dominus Deus daturus est pluuiam super faciem terræ* ¶ Reconditur insuper in hydria etiam lucerna claræ & miraculosæ conuersationis. Lucerna enim vitæ sanctitatis quandoq; latet sub fragilium corporum velamento, quæ quando exterius manifestatur, virtus latentis luminis declaratur, quod potissime patet in martyribus, qui in hydrijs fragilium corporum lumen veritatis & fidei continuerunt, quibus tandem morte confractis, lux suæ virtutis emicuit, quæ mundum exemplis & miraculis illustrauit, quod potissime apparuit in Christo, in cuius corpore hydria, id est, in cuius corpore lux diuinitatis latuit, quæ fracto corpore & mortuo per fidem miracula resplenduit & refulsit. Figura ad hoc in hydrijs Gedeonis, Iudic. 7. vbi dicitur, quod *fractis hydrijs lucernæ intus positæ apparuerunt quæ Madianitas taliter terruerunt, quod filij Israel fugatis & victis hostibus victoriam habuerunt.* Quia scilicet fractura hydriarum, id est, mors Christi & martyrum, & maceratio corporum hominum, iustorum, & apparentia lucis, id est, bonorum exemplorum documentorum & miraculorum, est & fuit terror, & horror dæmonum, & omnium Impiorum. Patet igitur, quod inuenitur hydria fragilis, quæ denotat corporis naturam.



¶ Tertio dico, quod est hydria vtilis, quæ designat doctrinæ lituram. Hydria enim quæ, vt supra dictum est, fundit aquam, ministrat farinam, occultat lucernam, signat doctores, qui scil. fundunt C

Aquam, id est, simplicem doctrinam, pro imbecillibus & incipientibus,
Farinam, i. e. doctrinam fortiorem, pro proficientibus,
Lucernam, id est, doctrinam subtiliorem, pro perfectis & excellentibus

3. Regum. 18. *Implete quatuor hydrias aqua, & fundite super holocaustum.* Quatuor enim hydriæ, doctores Euangelicos, & doctrinam quatuor Euangelistarum designant. Qui aqua sapientię repleti, holocausta, id est, illos, qui Deo offeruntur, docendo & prædicando irrigant & humectant. Si enim aliquis petierit à doctore, dicendo illud Genes. 24 *Inclyna hydriam tuam, vt bibam,* statim debet aquam doctrinæ infundere, & eum in salutaribus informare, iuxta illud, quod sequitur ibidem: *Effundens hydriam in canalibus, recurrit ad puteum, vt hauriret aquam, & haustam omnibus camelis dedit.* Doctor enim debet illud, quod hausit, & studuit effundere, & pro iterum hauriendo ad puteum recurrere, vt iterum hausta doctrina possit alios adaquare. Vnde ibidem dicitur: *Celeriter deposuit Rebecca hydriam in vlnam suam, dedit potum,* sc. seruo Abrahæ. Hæc est igitur Hydria vtilis, &c.

¶ Quarto dico, quod in scriptura reperitur hydria flebilis, quæ designat animæ loturam, id est, pœnitentiam lacrymosam. Et de hac dicitur Gen. 24. quod *Rebecca descenderat ad fontem aqua, & repleuerat hydriam, & reuertebatur.* Quia reuera dum anima peccatrix ad fontem diuinæ misericordiæ descendit, hydriam cordis solet aqua lacrymarum implere, & sic ad domum Ecclesiæ, & statum gratiæ solet reuerti per pœnitentiam & redire. D

¶ Si vis adhuc de hydria alio modo, cum hydria sit vas concauum, continendis liquoribus aptum, possum dicere, quod hydriæ significant tam personas, quam virtutes, liquorum gratiæ continentes. Sic iuxta Mauritium nota, quod in scriptura reperitur E

Hydria { Continentium,
Pœnitentium,
Sapientium,
Meditantium,
Miserantium,
Contemplantium.

¶ Prima est hydria virginitatis. Et ista est illa, quam Rebecca dicitur portasse, quæ vt dicitur Gen. 24. erat *puella decora nimis, virgoque pulcherrima, habens* scilicet *hydriam in scapula.* Ponit autem Maurinus, quod *sicut hydriæ, quæ erant in nuptijs, vbi vocatus est Iesus, continebant quælibet metretas binas vel ternas:* sic istæ spirituales hydriæ binos vel ternos habent gradus. Virginitas enim habet metretas binas, quia scil. ipsa debet esse

In corde, & In carne.

Vel ternas, quia triplex est castitas, scil.

Castitas { Virginalis,
Vidualis,
Coniugalis.

¶ Secunda est hydria pœnalitatis, quam scilicet deferunt pœnitentes, & figurati in illis, qui erant in exercitu Gedeonis, qui frangentes hydrias, & lampades ostendentes, hostes suos superarunt. Quia scilicet hostis animæ superatur, quando hydria corporis & carnalitatis per pœnitentiam frangitur & mortificatur, & lampas, scilic. splendor bonorum operum declaratur.

Pœnitentia etiam, secundum Mauritium, binas habet metretas, quia mortificat

Malos affectus, & Malos actus.

Vel ternas, quia constat ex tribus, scil.

Cordis contritione,
Oris confessione,
Operis satisfactione.

¶ Tertia est hydria sagacitatis, figurata in hydrijs aureis, quas Salomon sapientissimus fabricauit in templo, sicut dicitur 3. Reg. 7. *Quia sapientia per splendorem aureum denotatur.* Et ista similiter binas habet metretas, in quantum scilic. ista apparet in circumspectione

Spiritualium, & Temporalium.

Vel ternas, quia scil. ista prudenter agit

In { Recordatione præteritorum,
Ordinatione præsentium,
Cautela futurorum.

¶ Quarta est hydria fragilitatis, quam sc. viri meditatiui debent considerando portare, & quia fragilis, ipsam modicum reputare. Eccl. 12. *Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, antequam veniat tempus afflictionis tuæ & veneratur, &c.* Et sequitur: *Antequam conteratur hydria super fontem.* Duæ autẽ metretæ istius sunt,

Labor præsentium, & Incertitudo futurorum.

Ternæ sunt,

Carnis infirmitas,
Rerum tenuitas,
Mortis necessitas.

¶ Quinta est hydria benignitatis, seu clementiæ & pietatis, figurata in hydria farinæ, & lecytho olei, quibus Helias fuit in Sareptanutritus, quæ sc. hauriendo non fuit diminuta. Et ista similiter habet metretas binas, quæ sunt,

Iniurias indulgere, & Miserias proximorum releuare.

Vel ternas, quæ sunt,

Corde diligere,
Ore instruere,
Opere prouidere

¶ Sexta est hydria temporalitatis, quam sc. contemplantes debent dimittere, vt soli Deo possint vacare, figurata in illa muliere, Ioan. 4. *quæ hydriam deposuit, Christique sermonibus vacauit.* Et istius binæ metretæ sunt,

Contemptus terrenorum, & Affectus cœlestium.

Ternæ vero sunt,

Curarum abdicatio,
Mentis deuotio,
Scripturarum lectio & inuestigatio.

Si igitur istas hydrias habuerimus, vinum cœlestis dulcedinis pro aqua miseriæ præsentis reportabimus.

A **Hypocrisis.** Nota, quod hypocrisis dicitur ab hypos, quod est falsum, & crisis, quod est iudicium, quasi falsum iudicium. Hypocrisis enim falso facit de homine iudicare, in quantum scilic. facit eum reputari bonum, cum sit pessimus & iniquus. Est autem vitium hypocrisis, tanquam vituperabile, & deuitandum multiplici ratione, quia sc.

Hypocrita habet { Latentem infectionem,
Patentem perfectionem,
Turgentem præsumptionem,
Mordentem detractionem,
Lambentem locutionem,
Labentem durationem.

Omnia enim ista vitia solent in hypocritis abundare, & ideo nullus debet seipsum per hypocrisim palliare. ¶ Primo ergo dico, quod hypocritæ habent infectionem in corde latentem. Isti enim sunt sicut Scytale serpens stellatus & coloratus, de quo dicit Isid. quod quot habet colores, tot habet dolores, quia scilicet quanto maior est in ipso exterior pulchritudo, tanto latet in ipso venenosior turpitudo. Quia scilicet tales, quamuis habeant exterius pulchram & patentem, pictam & honestam conuersationem, habent tamen continue interius in corde falsam, latentem & venenatam intentionem. Isti enim sunt sicut Cerastes, qui corpus habet serpentis, & cornua arietis, corpus abscondit sub sabulo, & arietina tantum cornua monstrat, vt dum à transeuntibus arietina simplicitas non timetur, iuxta voluntatem suam serpentina calliditas nequitiam operetur. Quod vtique exemplum ad luxuriosos hypocritas dignoscitur pertinere, qui, quia latent sub sabulo pœnitentiæ, & arietinam simplicitatem ostendunt, ideo sæpe fit, quod à multis frequententur, & serpentinis inductionibus ad peccatum luxuriæ inclinantur. Vnde dicit Chrys. Nulla res ita exterminat bonum, sicut simulatio hypocrisis. Nam malum sub specie boni celatum, dum non cognoscitur, non cauetur. Vnde etiam Petrus Rauen. in sermone dicit, quod

Hypocrisis est { Subtile malum,
Secretum virus,
Venenum latens,
Virtutum fucus,
Tinea sanctitatis.

Isti ergo habent in corde infectionem latentem. Ideo dicit Dominus Matt. 23. *Væ vobis Scribæ & Pharisæi, hypocritæ tristes, qui similes estis sepulchris dealbatis, quæ apparent quidem foris hominibus preciosa, intus autem plena sunt spurcitia & iniquitate.*

B ¶ Secundo dico, quod hypocritæ habent perfectionem foris apparentem. Sicut enim sambucus habet totam virtutem suam in flore, quia fructus ipsius nihil valet, flos enim redolet, & fructus fœtet. Thymus etiam est herba, cuius tota virtus est in flore: sic vere tota virtus hypocritarum est in exteriori florida conuersatione, quia scilicet flos suæ conuersationis redolet per famositatem, fructus vero suæ operationis fœtet per iniquitatem. Vnde dicit Petrus Rauen. in sermone: Iniuria nulla capitalior, quam malum agere, & bonum velle videri. Vnde quidam:

*Nunquam te fallant lupi sub vulpe latentes,*
*Impia sub dulci sæpe venena latent.*

Habent ergo perfectionem foris apparentem. Vnde Chrysost. O hypocrita, si bonum est, bonum esse, ad quid vis apparere, quod non vis esse, sc. bonus? Vide etiam in manipulo florum tit. isto.

C ¶ Tertio dico, quod hypocritæ habent præsumptionem superbe turgentem. Tales enim vt communiter, sunt arrogantes & turgidi, superbi, præsumptuosi, & inflati, similes oleo, quod quamuis sit naturæ infirmitiuæ, vult tamen omnibus liquorib. supereminere, & omnibus superesse. Sic vere isti, licet sint infirmi per immunditiam, sunt tamen semper eminentes & præsumptuosi per superbiam. Nam vbicunq; sunt commorantes, siue in collegio, siue in claustro, semper volunt alijs præeminere, & eis in prælationib. præfici, & super omnes apparere. Sicut enim dicitur Iob 34. *Deus quandoq; regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi.* Vnde Greg. 8. Moral. Quid (inquit) in cunctis operibus suis sperat hypocrita, nisi reuerentiam honoris, gloriam laudis, ab omnibus metui, sanctus ab omnibus appellari? Ecce quomodo adulteratur liquor balsami. Isti ergo habent præsumptionem superbe turgentem. Vnde de hypocritis dicit Saluator Matt. 23. quod *ipsi dilatant phylacteria, & magnificant fimbrias, & amant primos recubitus in cœnis, primas cathedras in synagogis, salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi.*

D ¶ Quarto dico, quod isti habent detractionem aspere mordentem. Hypocritæ enim, vt communiter, sunt detractores; omnes enim alios quærunt diffamare, vt ipsi soli boni valeant apparere. Isti enim sunt sicut Manticora, vel Mammonetus, qui faciem hominis videtur habere, habet tres tamen ordines dentium in ore, quibus non solum animalia, imo etiam homines deuorat & consumit, secundum Plinium. Sic vere, charissimi, hypocritæ, qui in facie, id est, in conuersatione homines, id est, boni esse videntur, ad deuorandum alios, & mordendum trib. ordinibus dentium, id est, triplicibus sermonibus & verbis detractorijs solent vti, quibus scil. mordent tria genera personarum, sc. superiores, mediocres & inferiores. Vnde dicit B. Bernardus, quod sunt

Alijs adulantes, &
Alijs detrahentes,
Mordaces, vt canes,
Dolosi, vt vulpes,
Superbi, vt leones,
Rapaces, vt lupi,
Lasciui, vt vrsi.

Hi volunt esse { Sine auctoritate iudices,
Sine visu testes,
Postremo falsi accusatores, &
Omni veritate carentes.

Habent ergo detractionem aspere mordentem.

E ¶ Quinto dico, quod isti habent locutionem dulciter lambentem. Isti enim dulcissime & facundissime, & adulantissime

loquun-

loquuntur, vt ad amorem suam attrahant auditores, similes Sirenis, quæ dulcissime cantando decipiunt nauigantes. Similes etiam sunt Hyænis, quæ vocem simulantes humanã, pastorum tabernacula subintrant, & ipsos deuorant & occidunt, sicut dicit Plinius. Quia vere per dulcedinem cantus, i.e. dulcium sermonum suorum decipiunt auditores, in tantum, quod ad ingressum tabernaculorum pastorum, i.e. domus & hospitij prælatorum & principum, & magnatum multoties admittuntur, vbi mala quam plurima aliquoties operantur. Ista possunt videri de multis religiosis, qui quandoq; ad ostia principum recipiuntur, propter suam hypocriticam fictionem, vbi cum introducti fuerint, omnia solent sibi officia vendicare, domus regimen vsurpare, alios laudare, & alios accusare, nemini subiacere, & omnibus imperare, totamq; communitatem curię vel hospitij solent suis adinuentionibus perturbare, ipsum etiam pastorem, prælatum, & principem solent depauperare, & temporaliter deuorare. Isti sunt ergo illi, de quibus dicit Apostolus, quod *per dulces sermones decipiunt mentes innocentium*, Rom. 16 Vnde Petrus Rauen. in lectione dicit sic: Hypocrisis, inquit,

Mentitur affectu,
Oculis fallit,
Aspectu illud videntes,
Decipit audientes,
Seducit turbas,
Trahit populos,
Famam vendit,
Emit clamorem,
Præsensq; quærit præmium, non futurum.

Isti ergo habent locutionem dulciter lambentem.

¶ Sexto dico, quod isti habent durationem breuiter labentẽ.
F Status enim talium parum durat, quia sicut Iob 20. dicitur: *Gaudium hypocritæ ad instar puncti.* Sicut enim glacies, niues, vitrum, & flores habent esse debile, non durabile, quia quamuis luceant & splendeant, quamdiu sunt in statu, modico tamen vento diruuntur, modico calore soluuntur, & modico impulsu franguntur: sic vere hypocritæ, quamdiu sunt in statu suæ fictæ perfectionis, valde sunt pulchri & famosi, honesti & virtuosi, formosi & gratiosi; sed vere ista non continue possunt durare, imo occasione modica solent perire & cessare, ita quod eorum nequitia solet omnib. apparere. Orichalcum enim quandoq; videtur esse aurum propter splendorem, veruntamen cito rubiginatur, & sic non esse aurum euidentissime declarat, quia sc. hypocrita, quamuis quandoque in conuersatione splendeat, splendor tamen eius nunquam diutius perseuerat. Vnde Iob 20. *Hoc scio à principio, à quo positus est homo super terram, quod laus impiorum breuis sit, & gaudium hypocritæ ad instar puncti.* Vnde dicit Hugo lib. de meditatione: Exitus manifestat, quod à principio latebat; & quæ dubia sunt in origine, probantur a fine. Seneca etiam dicit, quod ficta cito in naturam suam recidunt; quæcunque autem ex solido nascuntur, in maius meliusque procedunt. Sic ergo patet conditio hypocritarum in sex partes diuisa. Vide supra, & infra in multis titulis, sicut per tabulam, quæ fiet super hoc opus, poteris edoceri.

A **Hyacinthus.** Nota, quod Hyacinthus est

Nomen { Hominis, Lapidis, Fructus, Coloris.

Hyacinthus enim { Fuit iuuenis gratiosus, Est lapis pretiosus, Est frutex ramosus, Est color speciosus.

Et sic dico, quod est

Nomen { Iuuenis, Lapidis, Coloris, Floris.

¶ Fuit (dico) iuuenis gratiosus, à Phœbo plurimum adamatus. Ponit enim Ouidius li. 10. fab. 5. quod Hyacinthus fuit quidam iuuenis, quem Phœbus, Deus luminis plurimum adamauit, qui ludens cum Phœbo, casu perijt, & ideo Phœbus ipsum in florem sui nominis transformauit.

¶ Item Hyacinthus est lapis plurimum pretiosus, fundamentis cœlestis Hierusalem applicatus. Quia sicut supponitur Apocalyp. 21 *in noua Hierusalem fundamentum vndecimum erat Hyacinthus.* ¶ Item Hyacinthus est color plurimum pretiosus, sacris altaribus dedicatus. Est enim color cœlestis, vnus ex quatuor principalibus, de quibus facta sunt sacerdotum, legis, & tabernaculi fundamenta & paramenta. ¶ Item Hyacinthus est flos plurimum virtuosus, medicinis varijs deputatus, quia sc. Hyacinthus est nomen herbæ & floris, cœlestem colorem habentis. Et credo, quod est ille flos, qui à medicis Vreos appellatur. Et sic dico, quod

Hyacinthus { Fuit puer placans Apollinem, Est lapis mutans imaginem, quia scil. secundum tempus variat colorem, Est color decorans velamen, Est herba, quæ sanat hominem.

Breuiter tamen applicando ad mores, dico, quod per Hyacinthum possunt intelligi variæ gratiæ & virtutes, colorem cœlestem & spiritualem imaginem prætendentes, Phœbo, id est, Soli iustitiæ placentes, templum & sacerdotes, id est, statum Ecclesiæ decorantes, genus humanum spiritualiter medicantes, & morbos vitiorum pellentes. Tales enim Hyacinthos voluit Christus portare, & talibus se voluit adornare. Vnde Cantic. 5. dicitur de sponso, quod *manus erant tornatiles & aureæ, plenæ Hyacinthis.* Et aduerte, quod Hyacinthus, id est, cœlestis gratia, sapientia, conuersatio siue virtus ad diuersos vsus animæ spiritualiter conuertitur.

¶ Vnde nota, quod secundum scripturam B

De Hyacintho fit { Velamentum, Ornamentum, Fundamentum, Ligamentum, Calceamentum, Opertimentum.

¶ Sic vere dico, quod virtus seu gratia animæ conuertitur in velum seu velamentum puritatis & innocentiæ. Exod. 26. *Facies velum de Hyacintho, & purpura, & cocco bis tincto, & bysso retorta.* ¶ Item in decorem seu ornamentum castitatis & continentiæ. Vnde de Aaron scribitur Eccles. 45 quod *Dominus induit eum stolam sanctam auro, Hyacintho, & purpura, opus textile viri sapientis.* Et dicitur ibidem, quod circum pedes & femoralia imposuit ei. Femoralia enim, quæ applicantur membris pudibundis, virtutem castitatis designant. ¶ Item in fundamentum firmitatis & patientiæ. Apocalyp. 21. *Fundamentum vndecimum Hyacinthus.* ¶ Item in ligamentum charitatis & amicitiæ. Vnde Exod. 28. *Stringatur rationale annulis suis, cum annulis super humerale vitta Hyacinthina, vt maneat iunctura fabrefacta.* ¶ Item in calceamentum humilitatis & subiacentiæ. Calceamentum enim tenet inferiorem locum: sic & humilitas. Vnde anima dicitur Ezech. 16. *Calceaui te Hyacintho, cinxi te bysso, indui te subtilibus, ornaui te ornamento.* ¶ Item in mantellum, seu opertimentum honestatis atq; decentiæ. Vnde generaliter quicquid erat in tabernaculo fœderis, pallijs Hyacinthinis, vel pellibus debebat operiri. Ad denotandum, quod in tabernaculo Ecclesiæ non debet esse aliquod vas, id est, aliqua persona, quin Hyacintho honestæ vitæ & conuersationis specialiter sit vestita. Num. 4. *Vasa altaris aperiant velamine Hyacinthinarum pellium.* Pelles enim quæ remanent post animalia mortua, significant exempla sanctorum, quę post eos hominibus remanserunt, quæ quia Hyacinthina, i. cœlestia & spiritualia fuerunt, ideo vasa altaris, i. ministri Ecclesiæ se talib. induere debuerunt. Figura Nu 4. vbi dicitur, *quod candelabrum luminis, mensa, & altare aureũ, & vasa alia, operienda erant pallijs Hyacinthinis, & postea etiam desuper omnia debebant inuolui opertimẽto pellium Hyacinthinarum.* Quia re vera non est dare in Ecclesia altare aureum, i. virũ sanctitate nitentem, nec candelabrum luminis, i. virum sanctitate nitentem, nec candelabrum luminis, i. virum veritate fulgentem, nec mensam propositionis, i. virum pietate pollentem, quin Hyacinthino pallio vel opertimento, i.e. cœlesti & honesta conuersatione debeat operiri, & virtutum colorib. insigniri. Hest 8. *Mardochæus autem de palatio, & de conspectu Regis egrediens, fulgebat vestibus Hyacinthinis.* Aduerte tamen, quod istud pallium Hyacinthinum, i.e. honestæ conuersationis decorem accipiunt hodie multi mali, & maxime viri hypocritæ atq; ficti, figurati in idolis Gentiliũ, de quib. dicitur Hier. 10. vbi dicitur, *quod lignum sunt, argento inuolutum*, hyacinthus & purpura indumentũ eorum, artificiũ vniuersa hæc. Quia pro certo vniuersa idola, i. hypocritæ aliud prætendentes, q̃ ipsi sint, lignum

sunt pro certo argento inuolutum, quia sc. interius valent modicum, extra multum, interius sunt lignei, id est, impij, exterius apparent aurei, i. e. iusti, quia sc. artificiosè sunt facti, & Hyacintho honestæ conuersationis, & purpura fictæ charitatis & dilectionis induti. Vnde Apoc. 9. dicitur de illis locustis mirabilibus, *quòd habebant loricas igneas & Hyacinthinas.* Applica, si vis, totam figuram contra tales.

C ¶ Sed adhuc dico, quod Hyacinthus, cum sit color cœlestis, quandoq; transsumitur ad illas res, quæ colore cœlesti sunt colloratæ. Et sic dico, quod in scriptura

Hyacinthus sumitur pro { Flore, Lapide, Veste, Pelle.

¶ Inuenitur enim flos, qui dicitur Hyacinthus, de quo fingunt fabulæ (sicut ponit Ouidius lib. 10. fabu. 5.) quod fuit puer pulcherrimus, à Sole prædilectus, sed dum luderet, per locum alterius discum sursum iaciendo, eo capiti suo iniecto, dum præceps decideret, mortuus est, & per Phœbum in florem sui nominis mutatus est.

¶ Lapis etiam inuenitur cœlestis coloris, qui Hyacinthus dicitur, *qui in fundamento ciuitatis Hierusalem applicatur*, sicut dicitur Apoc. 21.

¶ *Vestes etiam coloris cælestis dicuntur* Hyacinthus, quibus Aaron fuit ornatus, sicut dicitur Exod. 28.

¶ Pelles tali colore tinctæ Hyacinthinæ vocabantur, *de quibus tabernaculum tegebatur*, sicut dicitur Exod. 26. Breuiter ista est veritas, quod color Hyacinthinus diuinis vsibus specialiter fuit dedicatus, & sacerdotalibus vestibus applicatus, templi velis & operitorijs deputatus, & ad ornamentum regum & principum ordinatus. De Hyacintho, id est, de panno Hyacinthino fiebant vela ad interiora templi celandum, ad separata ligandum, ad pallia & sancta vasa inuoluendum, vestes ad sacerdotes ornandum, operitoria ad tabernacula operiendum. Dicam igitur, quod talis color potest significare viros cœlestes, cœlestem vitam & conuersationem habentes, cœlestia contemplantes, & spiritualia diligentes. Isti enim

Dicuntur { Flores, ratione sanctæ affectionis, Lapides, ratione solidæ intentionis & durationis, Vestes, ratione honestæ conuersationis, Pelles, ratione pœnitentiæ & carnis mortificationis. Pelles enim de mortuis animalibus fiunt.

Et ideo isti quandoque sunt vela puritatis & innocentiæ. Exod. 26. *Facies velum de Hyacintho.* Quandoque sunt tunicæ charitatis & amicitiæ. Tunica enim defendit à frigore. Leu. 8. *Vestiuit pontificem subucula linea accingens eum balteo, & induens tunica Hyacinthina.* Quandoque sunt vittæ, seu ligamina pacis, seu tranquillitatis. Exod. 39. dicitur, *quod cingulum Aaron erat de Hyacintho & purpura &c.* Quandoque sunt pallia honestatis & apparentiæ. Numer. 4 *Mensam inuoluens Hyacinthino pallio.* Quandoque sunt operimenta pellicea humilitatis & patientiæ. Illud enim operimentum erat expositum pluuijs & tempestatibus: sic etiam patientia est exposita exterioribus nocumentis Num. 4. *Arcam Domini & vasa altaris operient velamine Hyacinthinarum pellium.* Talibus igitur cœlestibus velamentis debemos esse vestiti, & talib. virtutibus adornati, exemplo Mardochæi, de quo dicitur Hester 8. quod egrediens, *fulgebat vestibus Hyacinthinis, coronam auream habens in capite.* Aduerte tamen, quod hypocritæ vsurpant sibi falsè tales vestes, quia scilicet, quamuis mali sint, cœlestem tamen conuersationem moliuntur habere. Figurati in idolis, de quibus dicitur Hierem. 10. *quod Hyacinthus & purpura indumentum eorum.* Figurati etiam in Chaldæis, de quibus Ezechiel. 23. dicitur: *Insaniuit libidine Oolla in amatores suos Assyrios, vestitos Hyacintho &c.* Figurati etiam in illis locustis, Apoc. 9. *quæ habebant loricas Hyacinthinas.*

I

A IAcere. Nota, quod iacere idem est, quod ad terram ex longo corporis pronú prostratumq; esse. Et accipitur iacere pro quiescere, & pro dormire. Et potest accipi in bono & in malo. In bono enim signat depressionem humilitatis. In malo designat incuruationem cupiditatis. In mediocri autem potest significare inclinationem aduersitatis. Est igitur

Iacere { Virtuosum, Vitiosum, Dolorosum.

¶ Primo igitur dico, quod est quoddam Iacere, quod est virtuosum. Et sic nota, quod

Iacet Homo { Stupens miracula, Petens oracula, Cauens pericula.

¶ De stupente miracula patet Daniel. 10. vbi viso illo admirabili Angelo, stupens Daniel de seipso dicebat: *Non remansit in me fortitudo, sed species mea immutata est in me, & emarcui.* Sequitur: *Et audiui vocem sermonum eius, & audiens iacebam consternatus, vultusque meus hærebat terræ.*

¶ De petente vero oracula dicitur 1. Esdræ 10. quod *orante Esdra, & implorante Deum, & flente & iacente ante templum Dei, collectus est ad eum de Israel cœtus grandis.* Istud enim Iacere humilitatis. Sic enim solebant Iacere, & ad terram se prosternere antiqui, in signum humilitatis, quando Deum volebant orare. Sic fecit Moyses, sicut ipse dicit Deuter. 9. *Iacui coram Domino quadraginta diebus.*

¶ De timente vero pericula, quod Iacere debeat, patet. Cautela enim est, quod homo leoni, vel apro obuius iacet in terra. Sicut enim aper non potest nocere hominem iacentem, vel ad terram prostratum, sic nec diabolus hominem contritum & humiliatum. Aper enim erectos, non iacentes solet inuadere. Et diabolus superbos, & non humiles solet in peccatum deijcere, & tentationibus infestare. Ideo de Dauid legitur 2. Reg. 12 *quod dum de peccato, quod in Vriam commiserat, timeret & poeniteret, quod mors puerum formidaret, ingressus seorsum iacuit in terra.* Illud est Iacere virtuosum, quod est humilitatis.

¶ Secundo dico, quod est Iacere vitiosum, quod est iniquitatis. Et sic Iacere, secundum diuersas considerationes, signat diuersa genera peccatorum. Ille enim, qui iacet non operatur, nó sc. exercet aliquod bonum opus, nisi forte ad impudicitias, & ad malum; & sic Iacere signat vitium otiositatis, quia otiosi videntur iacentes, non operantes, non enim ambulant, nec operantur per diligentiam & vigorem, imo iacent, dormiunt, & quietantur per ignauiam & torporem. Vnde 4. Regum 4. *Puer mortuus iacebat in lectulo.* Tales enim dicuntur B

Pueri, propter hebetationem sensus & rationis,
Mortui, propter carentiam bonæ operationis,
Esse in lectulo propter quietem malæ dilectionis.

¶ Item ille, qui iacet, quasi ex toto corpore est expansus & extensus super terram. Et sic per iacentem significantur auari, qui sc. ex toto corpore, id est, ex toto affectu & appetitu terram, id est, terrena & temporalia per auaritiam amplexantur. Ergo tales auari figurantur in illo idolo Dagon, *quod cum esset iuxta arcam Domini situatum, ipsum tamen inuentum est iacens capite detruncato*, sicut dicitur 1. Reg. 5. Quia vere, charissimi, non sunt hodie positi in ara Ecclesiæ, iuxta arcam testamenti, id est, iuxta corpus Christi in diuersis Ecclesiæ gradibus constituti, quia sc. dicuntur idolum, quia sc. habent apparentiam, & non existentiam; imaginem, & non veritatem; fictionem, & non perfectionem, 1. Corinth. 8. *Idolum nihil est.* Dicuntur etiam Dagon, qui interpretatur piscis inutilis, quia scilicet isti sunt pisces, quia in aquis delitiarum versantur; dicuntur inutiles, quia nihil vtile in Ecclesia operantur. Esa. 59. *Opera eorum opera inutilia.* Tales igitur inueniuntur hodie iacentes in terra, id est, in terrenis bonis per auaritiam quiescentes, & capite rectæ intentionis per malitiam carentes. Figurati etiam in Holoferne, cui mulier abstulit caput, sicut dicitur Iudith 14. De quo dicitur: *Ecce Holofernes iacet in terra, & caput eius non est in eo.* Mulier enim ista est auaritia, quæ talibus aufert caput, id est, rectam intentionem. Et ideo ipsi iacent in terra per cupiditatem, & per terrenorum affectionem. Figurati in socru Simonis Matth. 8. *quæ erat iacens & febricitans.* Vnde nota, quod quidam iacent

In cauernis terræ, sicut cuniculi, per auaritiam,
In luto sicut porci, per luxuriam,
In stercoribus, sicut vpopa, per pigritiam,
In arboribus altis, sicut aues, per superbiam.

¶ Et breuiter hodie esset multum necessaria probatica piscina, vbi (sicut dicitur Ioan. 5.) *Iacebat multitudo magna languentium*, quia reuera multi inueniuntur diuersimode languentes. Vnde nota bo, quod quidam iacent

In

Terra, perquirentes bona terrestria,
Platea, procurantes mundi negotia,
Sanguine, diligentes lites & prælia,
Igne, suscitantes rixas & odia,
Deserto, languentes falsa mœstitia,
Lecto, exercentes carnis officia,
Domo, incurrentes mortem & ocia,
Vmbraculo, haurientes vinum & brodia,
Ostio ambientes ad beneficia,
Monticulo, tumentes vana superbia.

C ¶ Ista ... igitur multitudo languentium & iacentium in spiri... languoribus atque culpis. Ergo dicā, quod in terra iacēt bona terrestria perquirētes. Thre. 2. *Iacuerunt in terra foris puer & senex.* ¶ Item ... in platea iacent mundi negotia procurantes. Tob. 2. *Nunciauerunt vnum ex filiis Israel iugulatum in platea iacere.* ¶ Item in sanguine iacent lites & prælia diligentes, 2. Reg. 20. *Amasa conspersus sanguine iacebat in via.* ¶ Item in igne iacent rixas & odia suscitantes. Nu. 16. *Præcipe Eleazaro sacerdoti, vt tollat thuribula, quæ iacent in incendio.* ¶ Item in deserto iacent languētes falsa mœstitia, s... poe... Vnde Num. 14. *Cadauera vestra iacebunt in solitudine, filij vestri vagi erunt in deserto.* ¶ Item in lecto iacent carnis officia frequentantes. Vnde de Holoferne temulento & Iudith amplexus expectante dicitur Iudith. 13. *quod Holofernes iacebat in lecto.* Et Iudith. 19. *Concubina iacebat ante ostium.* ¶ Item in domo iacent somnos & ocia exercentes. Exod. 12. *Nulla erat domus, in qua non iaceret mortuus.* E Marc. 2. dicit. *quod per tectum submiserunt grabatum, in quo iacebat paralyticus.* ¶ Item in vmbraculo iacent vinum & pinguia ... entes. Vnde de Noë ebrio dicitur Gen. 10. *quod nudatus iacebat in tabernaculo.* ¶ Item in ostio iacent ad beneficia ambientes, illi sc. qui necdum intrauerunt, sed sperant & expectant ingressum. Vnde illud Luc. 16. *Lazarus iacebat ad ianuam diuitis vlceribus plenus, cupiens saturari de micis, quas canes manducabant, & nemo illi dabat, sed veniebant canes, & lingebant vlcera eius.* Iste enim ambitiosus peccator, qui expectat ad ianuam, vt de micis, quas canes, i. e. insatiabiles ecclesiastici comedunt, satietur. Et tamen sæpe fit, quod paucos inuenit dantes, sed solum lambentes vlcera, i. e. fallaces promissores, verbales & deceptores. ¶ Item in monticulo iacent alta dominia considerantes, seu vana superbia tumescentes. Vnde de Philisthæis, i. e. dæmonib. dicitur 1. Reg. 31. *quod inuenerunt Saul, & filios eius iacentes in monte Gelboe, & præciderunt caput Saul.* Et bene dicit, Præciderunt, quia reuera superbi & potentes qui in montibus dignitatum iacent, capite, i. e. sensu & discretione hodie carent, quia scil. isti non vtuntur in suis actibus ratione, sed potius voluntate & affectione. Vnde illud Iudith. 14. *Caput Holofernis non est in eo*, qui scilicet mortuus iacebat in tentorio. Igitur de quolibet tali iacente & languente, id est, de quolibet peccatore dici potest, & exponi illud Matth. 7. *Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur.* Peccator enim dicitur puer, quia libenter maculatur per carnalitatem, sicut de Amon luxurioso dicitur 2. Reg. 13. *quod ipse iacebat in lecto, expectans Thamar.*

Dicitur { Iacere, quia ad terram applicatur per cupiditatem,
Paralyticus, quia ad nullum bonum opus mouetur per sedulitatem,
Male torqueri, quia mentaliter anxiatur.

Vnde Matth. 9. *Erant vexati & iacentes sicut oues*, per inuidiam scilicet & malignitatem. Et aduerte, quod sicut porcus secundum Plin. quando iacet in luto, semper pro maiori parte iacet in dextero latere: sic tales peccatores sic iacentes semper solent in dextera parte diuinæ misericordiæ quiescere, semper enim sperāt, quod in fine misericordiam consequentur, & sic ad dexteram diuinæ misericordiæ, non ad sinistram suæ iustitiæ respicere dignoscuntur. Vnde 1. Reg. 26. *Inuenerunt Saul iacentem & dormientem.* Dormientem, dico, i. e. in spe veniæ quiescentem. Illud est igitur iacere vitiosum, quod est iniquitatis. Iosu. 7. *Surge cur iaces

D pronus in terra?* ¶ Tertio dico, quod est iacere dolorosum, quod est aduersitatis. Iacere n. significat statū depressionis, sicut erigi signat statum promotionis. Ille n. qui iacet, ad terram deprimitur. Sic pauper & tribulatus inferius sub aliorum pedibus conculcatur. Vnde Iudic. 3. *Inuenerunt Dominum suum mortuum iacentem in terra.* Et ideo miseri & tribulati, qui iacent sub cladibus fortunæ, possunt figurari in Sisara, qui à Iahel fuit occisus, postquam sitiens satis de lacte bibisset, ita quod iacens & mortuus est inuentus. Vnde Iudic. 4. dicitur. *Vidit Sisaram mortuum iacentem, & clauum in tempore.* Quia reuera sæpe fit, quod post potus lactis, i. post haustus dulcedinis mundanæ prosperitatis, aliquis à statu deijcitur, & iacens & mortuus, i. depressus & miserabilis inuenitur, 2. Machab. 3. *Ille quidem per diuinam virtutem iacebat mutus, & omni spe & virtute priuatus.* Tales igitur sic iacentes sunt misericorditer eleuandi, sicut de asino ponitur exemplum Exod. 23. *quod si iacere sub onere cecidisset, subleuari debebat.* Veruntamen mali in fine in inferno iacebunt, & ibi sine remedio remanebunt. Prou. 14. *Iacebunt mali ante bonos, & impij ante portas iustorum.* Et sic igitur patet, quod est iacere dolorosum, vitiosum & virtuosum. Vide supra de verbis Cadere & Dormire & Habitare.

## Iacere. Iactus.

A Nota, quod iacere vel proijcere signat multipliciter in scriptura. Nam

Iacitur { Semen, vt fructus faciat,
Telum, vt hostem feriat,
Rete, vt feram capiat,
Fundamentum, vt domum fulciat,
Lapis, vt ictu noceat,
Pondus, ne damnum pariat.

¶ Primus est iactus gratiæ Saluatoris, qui s. in corde humano solet semen gratiæ præuenientis iacere, vt fructus gratiæ gratū facientis valeat pullulare. Vnde Marc. 4. *Sic est regnum Dei.* quēadmodum si homo iaciat semē in terrā, & dormiat, & exurgat die ac nocte, & semen germinet & increscat. Et tamen multis potest dici illud Deut. 28. *Sementem multam iacies in terram, & modicum congregabis, quia locustæ omnia deuorabunt.* ¶ Secūdus est iactus iaculi tentatoris, sc. sagittæ diabolicæ, 2. Par. 18. *Accidit, vt vnus e populo in incertum sagittam iaceret, & percussit Regem Israel.* ¶ Tertius est iactus boni prædicatoris, qui sc. rete prædicationis peccatorib. tendit. Et tamen de obstinatis superbis dicitur Prou. 1. *quod frustra iacitur rete ante oculos pennatorum.* ¶ Quartus est iactus prudentis promotoris, qui sc. in omnib. quæ facit, iacit debitum fundamentum, sicut in credibilib. fidem, in agibilibus intentionem rectam, &c. Vnde Ios. 6. *In primogenito suo iaciat fundamentum.* Primogenitus est fides, vel recta intentio. ¶ Quintus est iactus inuidi vexatoris, qui videlicet contra iustum iacit mala opera vel mala verba. Ioan. 8. *Tulerunt lapides, vt iacerent in eum.* ¶ Sextus est iactus terrenorum contemptoris, illius sc. qui iacit & proijcit terrena, ne patiant periculum, sicut ad literam fit in naui, quando est nimis onerata, vnde Act. 27. *Secunda die iactum fecerunt.* ¶ Vel si vis, dic B adhuc alio modo. Et sic nota, quod aliquid iacitur vel iactatur multiplici ratione, sc. quia iactatio seu iactantia solet fieri,

Vt quid { Multiplicetur,
Fortificetur,
Saluificetur,
Damnificetur,
Decipiatur,
Percutiatur,
Exaudiatur.

¶ Et sic dico, quod

Iacitur { Sementum, vt magis exeat,
Fundamentum, vt pondus subeat,
Frumentum, ne panis pereat,
Telum, vt nocens lugeat,
Rete, vt pisces capiat,
Lapis, vt quicquid feriat,
Verbum, vt alte iaciat.

¶ Primus est iactus prædicatorum. Isti sunt enim qui semen verbi diuini solent iacere, vt fructus bonorum operum inde possit multipliciter prouenire. Marc. 4. *Sic est regnum Dei, quemadmodum iaciat homo sementem in terram, & dormiat, & exurgat die ac nocte, & semen germinet & increscat.* Multi sunt tamen, qui parum proficiunt semina iaciendo, quia cor indeuotorum non proficit fructificando. Vnde Deu. 28. *Sementem multam iacies in terram, & modicum congregabis.* ¶ Secundus est iactus hominū deuotorum, C qui sc. fundamentum fidei charitatis, & spei, rectæque intentionis & deuotionis, in omnib. operib. suis solent præiacere, vt virtutū ædificium possint stabiliter fabricare. Agg. 2. *A die, qua fundamenta iacta sunt tēpli Domini, ponite super cor vestrū.* Et ideo de iactu fundamenti spei dicitur Ps. *Iacta super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet.* ¶ Tertius est iactus hominum piorum seu largitorum, qui s. ad modum illorū, qui sunt in mari, & vident nauem suam nimis oneratam, & ex hoc timent submergi, iactant in mare & in fluctus merces suas: sic pij & timorati diuitias suas solent in mare, i. e. in pauperes iacere & dispergere, & se à mortis æternæ periculis liberare. Aduerte tamen, quod secundum legem

Rhodiam

Rhodiam de iactu, talia tempore periculi iactata, si ad portum & litus applicabant & impellebantur à mari, suis Dominis reddebantur, quia sc. talia, quæ iactantur & proijciuntur, pauperib. in portum & litora Paradisi suis restituentur iactorib. Act. 27. *Alleuabant nauem iactantes triticum in mare.* Et sequitur, *quod Paulus & socij sui saluati fuerunt à periculo.*

E ¶ Quartus est iactus bonorum prælatorum, qui sc. sagittas & tela correctionis iaciunt in filios pestilentes. Figura 2. Machab. 10. vbi dicitur, *quod quinq; viri cælitus missi in equis frenis aureis decori, ducatum Iudæis præstabant & Machabæum medium protegebant, & in aduersarios tela iaciebant,* quia s. boni & cœlestes duces, qui equos, id est, corpora sua per temperantiam frænant, bonos protegunt & malos sagittant. Vnde de Iesu Naue dicitur Eccles. 46. *Quod gloriam adeptus est tollendo manus suas, & iactando contra ciuitates Rompheas.*

F ¶ Quintus est iactus dæmonum tentatorum, qui scilicet retia tentationum iaciunt, vt pisces, feras & aues, id est, vt inferiores defraudent. Veruntamen de prudentibus, qui sciunt tentationum retia præcauere, dicitur Prouerb. 1. *Frustra iacitur rete ante oculos pennatorum, ipsi enim contra sanguinem suum insidiantur.*

G ¶ Sextus est iactus hominum peruersorum, qui scil. pœna & tormenta detractionis & murmuris iaciunt contra bonos, sicut dicitur 2. Mach. 10. *Quod illi, qui erant intus sermones nefandos contra filios Israel iactabant.* Et Ioan 8. dicitur, *Quod Iudæi tulerunt lapides, vt iacerent in IESVM.* De tali autem iactu vel iactura, quæ idem est, quod tribulatio, seu damnum, dicitur Matth. 5. *Nauicula in medio maris iactabatur fluctibus.*

H ¶ Septimus est iactus hominum verbosorum, qui scilic. verba sua iactant, efferunt & extollunt & seipsos propalant per iactantiam & præponunt. Istud est enim vitium iactantiæ, quo multi mirabiliter sunt infecti, qui scilicet tantum solent in suis operibus & prosperis successibus gloriari, quod non possunt à iactantia moderari. Isti tamen debent attendere, quod in homine infirmo acuto morbo, signum est mortis, quando sæpe & inquiete solet brachia iactare & denudare sicut dicitur in prognosticis. Sic vere, quando infirmus vir simplex vel peccator, brachia sua, id est, opera & facta & alia bona, si quæ habet, inquiete & inordinate denudat & ipsa ostentat & publicat, atque iactat, signum est perditionis & mortis. Quia sc. tales magis videntur in moribus esse mortui, quam viui & magis esse inutiles, quam prouecti. Nam, vt dicit Valerius Maximus, nihil est, quod magis diminuat laudes præconum, quam suos iactare successus. Et isti videntur similes Hispanis, quorum mos est brachia non tegere, nec vestire, sed nuda & discooperta habere & tenere. Sic etiam tales, &c. Esaiæ 59. *Minabit Rex Assyriorum captiuitatem Ægypti nudam, discalceatam & discoopertis natibus.* Et nota, quod dicit, Natibus, contra illos, qui etiam sua pudibunda denudant. Istud enim vitium tunc est pessimum, quando homo non solum se iactat de bonis suis, sed etiam de malis & vitijs, similes istis mendicantib. qui turpiora & magis horribiliora & morbida membra libentius ostendunt. Vnde istis accidit, sicut antiquitus accidebat Insulæ Cypri, de qua dicit Geruasius, quod antiquitus nullum mortuum retinebat, imo terra illius Insulæ, quicquid mortuũ sepeliebatur, idipsum protinus euomebat. Helena tamen Constantini mater de Hierosolymis rediens, crucem boni latronis, quam cum cruce Christi inuenerat, ibidem reliquit, virtute cuius terra mortuos retinuit & sepultos euomere nunc cessauit, sicut dicit Geruasius in lib. de otijs Imperialibus. Sic vere videntur esse multi, qui nihil sepultum aut secretum sciunt tenere, quinimo mortuos suos, id est, peccata sua solent per iactantiam euomere, & coram omnibus ostentare. Esa. 4. *Peccata sua sicut Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt.* Necesse est igitur talibus, quod crucis memoriam habeant, vt verecundia ducti, mortuos suos, id est, peccata sua teneant & abscondant, nec ea per iactantiam publicent & ostendant. Talibus igitur dicitur Iob 18. *Vsque ad quem finem iactabis? quare reputati sumus vt iumenta, & sorduimus coram te?* Vnde de tali vomitu dicitur Prou. 29. *Verbum custodiens filius extra perditionem erit.* Et sequitur Prouerb. 30. in principio. *Verba congregantis filij vomentis.* ¶ Et nota, quod vitium iactantiæ fugiendum est, quia

Signum est imperfectionis,
Causa est indignationis,
Finis est desperationis.

¶ Istud enim imperfectum denotat sæ iactantiam. Perfecti enim viri nunquam sunt, vt communiter, iactatores, imo probitatũ, virtutum, & vitium occultatores, iuxta illud Sen. Esto occultator virtutum, sicut alij vitiorum. E contra autem est de imperfectis, quia isti solent præ alijs se iactare, quia sicut dicit Sen. Debilior canis magis indulget latratibus. Vnde Hier. 47. dicitur: *Audiuimus superbiam Moab, superbus est valde.* Sequitur: *Ego scio, dicit Dominus, iactantiam eius, quod non sit iuxta eam virtus eius, nec iuxta quod poterat, conata sit facere,* quasi diceret: Maior est iactantia, quam potentia. ¶ Item ista grauat & irritat audientem. Quia procerto sæpe fit, quod per iactantias fatuorũ multi audientes prouocantur & indignantur. Vnde scriptum est Prou. 28. *quod qui se iactat & dilatat, iurgia concitat.* Vnde de Æsculapio, qui mirabiles curas faciebat in medicina, ita quod mortuos videbatur ad vitam reducere, scriptum est, quod fulmine perijt. Et dicit fabula Ouidij, quod quia nimium se iactabat, & artem suam omnium propalabat, Dij indignati fulminauerunt eum. ¶ Item iactantia vertit & agitat desperantem. Quanto enim quis fuit prius gloriosius se iactando, tanto quando venit ad infortunium, fit miserabilior desperando. Vnde de damnatis dicitur Sapi. 5. *quod ipsi præ desperatione dicent: Quid nobis, inquient, profuit superbia? quid diuitiarum iactantia attulit? transierunt omnia sicut vmbra, & tanquam nuncius percurrens, & tanquam nauis pertransiens fluctuosam aquam.* Patet igitur, quod iactantia designat imperfectionem, prouocat indignationem, augmentat desperationem. Transeo, quia paucissimæ sunt auctoritates vocales. Vide de titulis, Lingua, Labio, Sermo, Loqui.

## Iacob.

Quamuis istud nomen Iacob sit nomen proprium, quia tamen commune est in scriptura, aliquid est dicendum. A

Nota igitur, quod Iacob aliquando sumitur pro populo, aliquando pro persona. Pro populo sumitur Num. 23. vbi dicitur: *Non est idolum in Iacob.* Pro persona etiam sumitur Gen. 29. *Profectus Iacob venit in terram Orientalem.* Vt igitur aliquid morale de isto nomine extrahamus, possumus dicere, quod per istud vocabulum potest intelligi perfectus populus, vel perfectus homo. Per Iacob enim, in quantum repræsentat personam Patriarchæ, intelligitur vir perfectus. Iacob enim interpretatur supplantator. Iacob cum Angelo fuit luctator. Iacob mutato nomine dictus est Israel, i.e. speculator. Sic procerto vir perfectus debet esse supplantator diaboli, ipsum decipiendo. Vnde Gen. 27. *Recte vocatum est nomen eius Iacob,* & alia vice *supplantauit me.* Debet etiam esse luctator, mundi tribulationes & tentationes sustinendo, & contra eas propugnando. Vnde de Iacob dicitur Ose 12. *In vtero supplantauit fratrem suum, & in fortitudine sua directus est cum Angelo.* Debet insuper esse Israel, id est, Deum videns, ipsum subtilissime contemplando. Vnde Gen. 32. *Nequaquam (inquit) Iacob vocabitur nomen tuum, sed Israel.*

B ¶ Item per Iacob, in quantum repræsentat populum Israeliticum, qui ab ipso Iacob descendit, possum intelligere populum Christianum, vel Ecclesiam militantem, quæ adhuc in hoc mundo luctatur, tribulationes sustinendo, sed finaliter, quãdo diabolum supplantauerit, vocabitur Israel, quando fiet Ecclesia triumphans, Deum in patria speculando. Vnde in Psalmo. *Exultabit Iacob, & lætabitur Israel.* Et Esa. 14. *Miserebitur enim Dominus Iacob, & sanabitur Israel.* Quocunque igitur modo accipiatur Iacob, siue pro populo, siue pro persona, semper potest significare virum perfectum. Ideo de tali Iacob possumus exponere illud, quod dicitur Genesis 28. *Egressus Iacob de Bersabea, pergebat Aran.* In quibus verbis ostenditur, quod Iacob, scilicet, quilibet vir perfectus ad modum Iacob debet facere tria. Iacob enim in simplicitate vixit, quia scilicet fuit pastor ouium. Item propriam patriam dereliquit, timebat enim fratrem suum Esau, cuius benedictionem surripuerat. Item aliam terram adiuuit, vbi plurima acquisiuit, sicut hæc omnia narrantur Gen. 28. & 29. & deinceps. Sic vere vir perfectus ad hoc, quod sit spiritualis Iacob, ipse debet esse suæ simplicitatis declaratiuus, ideo dicitur: Egressus. Mundi prosperitatis detestatiuus, quod notatur in verbo, Bersabea, quod interpretatur puteus securitatis. Cœli sublimitatis affectiuus, quod notatur, cum dicitur, quod pergebat Aran, quia Aran interpretatur excelsum. Omnis enim vir bonus & perfectus debet detegere suam simplicitatem, quia iste debet egredi de velamine omnis simulationis, & falsitatis, & manifestare qualitatem suæ bonitatis & simplicitatis. Egressus, inquit. Item debet deserere mundi prosperitatem, quod ostenditur, cum dicitur, quod debet exire de Bersabea, id est, de puteo securitatis. Item debet appetere cœli sublimitatem, quia scilicet

... per desiderium, & affectum debet pergere Aran, quod ... etatur excelsus

C ¶ Primo igitur dico, de Iacob, prout signat personam, quod si ... Iacob, serua simplicitatem. Egressus, inquit. Debes e- ...re, id est, qualis es intrinsecus, talem debeas foris per simplicitatem & veritatem manifestare. Vir enim simplex in- nocens & fidelis, nescit aliquid dissimulare, vel tegere, imo quicquid habet in corde, solet omnibus declarare. Et ideo talis dicitur egredi, quasi scilicet ad modum egredientis, & exterius de tubulo exeuntis solet alijs manifestari, vt ab omnibus co- gnosci valeat, vel videri, iuxta illud, quod dictum est Iacob Ge- nes. 31. *Surge & egredere*. Sicut enim aqua de occultis terræ meati- bus egreditur, & exterius qualis est, visibiliter manifestatur, i- gnis etiam à nube solet egredi, & exterius coruscare & apparere, puer insuper de ventre egreditur, & qualis in ventre latuerat, manifestatur: sic vere vir simplex & rectus timens Deum, nun- quam vult latere, vel velari per simulatam fallacitatem, imo semper vult egredi, & manifestari per veritatem. Ita faciebat Iob, cum dicebat Iob 1. *Nudus egressus sum de vtero matris meæ, nudus reuertar illuc.* Nudus, inquit, sine operimento, id est, sine cuiusl- cunq; simulationis velamento. Ista sunt contra hypocritas, qui magis dicuntur ingredi, quam egredi, intrare quam exire, & magis volunt celari, quam videri; & magis in occidente, & in obscuro, quam in oriente limpido seu claro. Similes limacibus, quæ sunt animalia vilia limosa, quæ si quandoque de testa sua egrediuntur, in ipsa tamen occasione modica recluduntur. Ra- næ etiam si quandoq; exterius apparent, ad modicum tamen strepitum iterum ingrediuntur. Et statim cum se videri perce- perint, ingrediuntur & disparent. Sic vere multi sunt, qui nullo modo volunt, quod opera sua videantur, quia sicut dicitur Io- han. 3. *Omnis, qui male agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non manifestentur opera eius.* Isti sunt hypocritæ, qui ad modum li- macis

Sunt { Viscosi per immunditiam,
Corrupti per superbiam,
Tardi per acediam.

Qui scilic. in testa suæ fictæ & simulatæ conuersationis inclu- duntur, ita quod suorum actuum prauitas ab hominibus non videtur. Isti cum boni videntur in conuersatione & locutione, mali vero sunt in operatione, ita quod proprie de talibus potest dici illud Gen. 27. *Vox quidem vox Iacob est, sed manus sunt Esau.* Isti habent vocem Iacob, id est, eloquentiam hominis simplicis, & perfecti, sed manus habent Esau, id est, opera viri impij, & per- uersi. Non sic, sed simus Iacob, non Esau, quia sicut dicitur Gen. 27 *Esau homo pilosus extitit, Iacob lenis.* Vnde Malach. 1. *Iacob dilexi, Esau autem odio habui.* Habeamus igitur vitæ simplicitatem. E- gressus, inquit.

D ¶ Secundo dico, quod si volumus esse Iacob, necesse est, quod abhorreamus mundi prosperitatem; quia sicut Iacob propriam patriam dereliquit, & domum fratris sui, ne à fratre peruerso oc- cideretur: sic & nos debemus domum & patriam huius mundi derelinquere, hoc est, mundi prosperitatem, quantum ad affe- ctum, deserere, ne forte Esau, i. e. Lucifer primogenitus frater noster nos posset per vitia trucidare; quod ostenditur, cum dici- tur. Bersabea, quæ interpretatur (vt dictum est) puteus propter exeundi difficultatem, & vbi est saturitas, propter temporalium vbertatem. Et hoc est, quod videtur præceptum Amos 5. *In Gal- galam nolite intrare, & Bersabeam non intrabitis.* Galgala enim inter- pretatur collis circumcisionis, & signat collem, id est, eminen- tiam dignitatum & honorum, vbi homo à virtutibus faciliter circumciditur & priuatur. In Galgalam igitur, id est, in status e- minentiam, quantum ad affectum, non est intrandum, nec in Bersabeam, id est, in diuitiarum opulentiam est transeundum. Vnde de tali Iacob dicitur Genesis 32. *Hæc dicit Iacob frater tuus. Apud Laban peregrinatus sum vsque modo*, quasi dicat, in mundo isto debemus sicut peregrini viuere, & sicut hospites, & non ciues in mundi prosperis habitare 1. Pet. 2. *Obsecro vos tanquam aduenas & peregrinos.* Et Es. 17. *Attenuabitur gloria Iacob. & pingues carnes eius marcescent.* Horreamus igitur mundi prosperitatem.

¶ Tertio dico, quod si volumus esse spirituales Iacob, neces- se est, quod adeamus cœli sublimitatem, quia scilic. sicut Iacob patria derelicta adijt ciuitatem Aran, quæ interpretatur excel- sus, vbi vxorem, & liberos & possessionem plurimam acquisi- uit: sic vere, charissimi, relicta quantum ad affectum, patria hu- ius mundi, nos debemus ire Aran, id est, nos mentaliter trans- ferre ad celsitudinem Paradisi, vel scilicet vxorem & liberos ibi ducamus, id est, vt cœli gloriam & gaudia sempiterna ibi peren- niter habeamus. Vnde Genesis 29. *Profectus Iacob, venit in terram Orientalem.* Et vt possessione virtutum perpetuo polleamus. Vn- de Psa. *Intrauit Israel in Ægyptum, & Iacob accola fuit in terra Cham.* Vir enim perfectus, qui dicitur Iacob per tolerantiam tribula- tionum, qui dicitur Israel, per claritatem contemplationum, debet primo intrare Ægyptum, i. e. angustiam pœnitentiæ, vt fi- naliter fiat accola in terra Cham, id est, in possessione cœlestis opulentiæ. Sicut enim Iacob primogenito fratre repulso obti- nuit paternam benedictionem, & hæreditatem: sic bonus & perfectus homo obtinebit Dei patris benedictionem, i. e. gra- tiam in præsenti & hæreditatem, id est, gloriam in futuro, vnde frater suus primogenitus diabolus exhæredatur, & priuatur. Et ideo talis potest dici Iacob, id est, supplantator, eo scilicet, quod fratrem suum diabolum supplantauit, in quantum benedictio- nem & hæreditatem ipsius reportauit, vt de talibus dicatur il- lud Genes. 11. *Venerunt vsque Aran, & habitauerunt ibi.* Genesis 32. *Iacob quoque abijt itinere quo cœperat, fueruntque ei obuiam Angeli Dei.* Aran enim interpretatur aceruus tritici, & signat opulentiam Paradisi, vbi pro certo nos debemus mentaliter accedere, & venire, & ibi cordialiter habitare, vt nobis possint Angeli fina- liter obuiare. Sic igitur erimus Iacob, id est, viri spirituales, & perfecti. ¶ Circa quod notandum, quod si volumus esse tales F Iacob, nos

Debemus esse { Deo præcipue dedicati,
In Deo cordibus ordinati,
A Deo dulciter habitati,
Per Deum fortiter adiuuati,
Cum Deo firmiter colligati,
Pro Deo grauiter flagellati.

¶ Deo (dico) totaliter dedicati, quia sicut dicitur Num. 23. *Non est idolum in Iacob, nec augurium in Israel.* ¶ Item in Deo cordibus ordinati, quia sicut dicitur In Ps. *Lætabitur Iacob, & exultabit Israel.* ¶ Item à Deo dulciter habitati Ecclesi. 24. *In Iacob inhabita, & in Israel habitare.* ¶ Item per Deum fortiter adiuuati. Vnde Psalm. *Beatus cuius Deus Iacob adiutor eius.* ¶ Item cum Deo firmiter colli- gati. Vnde in Psal. *Iacob elegit sibi Dominus, Israel in possessionem sibi.* ¶ Item pro Deo grauiter perturbati. Vnde Hier. 30. *Tempus tri- bulationis Iacob.*

¶ Illi igitur, qui sic sunt, & dicuntur Iacob, sc. viri vel populi G ecclesiastici, vel

Perfecti { Mancipantur Dei seruitijs,
Liberantur culparum vitijs,
Consolantur spei blanditijs,
Frequentantur plebis officijs,
Informantur veris scientijs,
Releuantur mundi mœstitijs,
Sublimantur cœli fastigijs,
Quietantur summis solatijs.

¶ Tales (dico) Dei seruitijs mancipantur. Vnde in Psal. *Semen Abraham serui eius filij Iacob electi eius.* Et alibi. *Iacob funiculus hæredi- tatis eius.*

¶ Item tales culparum vitijs liberantur, quia scilic. Deus ta- les liberat à captiuitate peccati. Psalm. *Benedixisti Domine terram tuam, auertisti captiuitatem Iacob.* Et alibi dicitur, quod *Deus redemit in brachio suo filios Iacob, & Ioseph.* ¶ Item tales spei blanditijs con- fortantur. Vnde quemlibet talem videtur Dominus consolari Hierem. 30. *Tu igitur ne timeas, serue meus Iacob, & ne paueas Israel.* ¶ Item tales plebis officijs honorantur, seu frequentantur. Vnde de alijs videntur dicere illud Es. 2. *Venite, ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias suas.* ¶ Item tales veris scientijs informantur. Vnde Baruch 3. de sapientia vera dicitur, quod *Deus dedit illam Iacob populo suo, & Israel electo suo.* ¶ Item tales à mundi mœstitijs releuantur. Vnde Amos 7. dici- tur: *Quis suscitabit Iacob, quia paruulus est.*

¶ Item tales cœli fastigijs sublimantur. Luc. 1. *Regnabit in domo Iacob in æternum.*

¶ Item tales summis solatijs quietantur. Hierem. 30. *Reuerte- tur Iacob, & requiescet, & cunctis affluet bonis, & non erit, quem formidet.* Vnde etiam de loco futuræ habitationis istos Iacob dicitur Num. 24. *Quam pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Israel, sicut valles nemorosæ, sicut horti iuxta fluuios irrigui.* Et benedicit, Irri- gui, quia scilic. ibi in delitijs æternis pascuntur, & bonis omni- bus recreantur. Psa. *Pascere Iacob seruum suum, & Israel hæreditatem suam*,

*suam.* Sed heu, proh dolor, quam pauci sunt hodie tales Iacob. quia reuera moderni Ecclesiastici, & etiam Christiani, qui sc. deberent esse veri Iacob,

| | | |
|---|---|---|
| Nihil | Auctoritatis | habent. |
| | Stabilitatis | |
| | Securitatis | |
| | Iucunditatis | |
| Multum | Iniquitatis | |
| | Pœnalitatis | |

¶ Isti igitur carent auctoritate & excellentia. Vnde Es. 17. *attenuabitur gloria Iacob, & pinguedo carnis eius marcescet.* ¶ Item ipsi carent stabilitate & permanentia 1. Mach. 1. *Commota est terra super habitantes in ea, & vniuersa domus Iacob induit confusionem.* ¶ Item ipsi carent securitate & confidentia, quia sc. Deus, mundus, & diabolus pugnant in dies contra eos, Thren. 1. *Mandauit Dominus aduersus Iacob in circuitu eius hostes eius.*

¶ Item isti carent iucunditate & complacentia, 1. Machab. 3. *Ablata est voluptas à Iacob, & defecit ibi tibia & cithara.* ¶ Item isti abundant iniquitate atque malitia, Es. 58. *Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, annuncia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum.*

¶ Item isti finaliter abundabunt aduersitate atque miseria, sc. in inferno. Vnde Hier. 30. *Væ, quia magna est dies illa, nec similis eius, tempusque est tribulationis Iacob.* Non sic, charissimi, non sumus mali, sed boni Iacob, sc.

Affectando cœli sublimitatem,
Detestando mundi prosperitatem,
Demonstrando nostram simplicitatem.

H ¶ Sed adhuc dico, quod per Iacob potes intelligere populum seu regionē populi Israelitici. Vnde possumus notare, quod est

Vnus Iacob { Interius latens, / Exterius patens, / Superius petens.

¶ Primum signat domum humanæ conscientiæ, in qua Deus debet habitare. Eccl. 24. *In Iacob inhabita.* Ista est pulchra & sincera habitatio, nisi forte per vitia sit fœdata, Num. 24. *Quam pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Israel.*

¶ Secundum signat domum fidei, vel Ecclesiæ. Ecclesia enim militans bene dicitur Iacob, quia in ea est locus luctus, & tribulationis. Iacob enim fuit luctator, & etiam ista est in laboribus, & in luctu, Hier. 30. *Tempus tribulationis Iacob.* Item militans Ecclesia est locus redemptionis & miserationis, Psal. *Auertisti captiuitatem Iacob, remisisti impietatem plebis tuæ.* Est locus lectionis, vel eruditionis, Es. 2. *Venite, ascendamus ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias suas* Est etiam locus afflictionis & macerationis, 1. Mac. 3. *ablata est voluptas à Iacob.*

¶ Tertium signat domum cœli, seu patriæ, quia sc. Iacob finaliter fuit vocatus Israel, quod interpretatur videns Deum, pro eo sc. quod in isto Iacob, id est, in cœlo Deus beatifice videtur, Deut. 33. *Oculus Iacob in terra frumenti.* Et illud Psal. *Iacob elegit sibi Dominum, & Israel in possessionem suam.*

I ¶ Ista igitur de Iacob sufficiant, nisi velis dicere in malo significato, quod Iacob fuit luctator, & seditiosus, quia luctatus est contra Angelum, sicut mali faciunt contra bonos. Item fraudator & malitiosus, quia surripuit benedictionem fratris, & consensit in furto idolorum Laban. Item adulator & deceptiosus, sicut apparuit, Gen. 33. vbi adulando dixit Esau, quod *ipse viderat faciem eius, sicut faciem Dei.* Expone, applica, & concorda reliqua, quæ sequuntur.

A **Iacobus.** Dic de Iacobo, quicquid dictum est de Iacob, quia quasi eadem est interpretatio vtriusq;. Et si vis, nota, quod

Iacobus fuit { Speculator Dei secretorum, / Prædicator Dei præceptorum, / Consecrator hominum iustorum, / Castigator durus peccatorum, / Detestator verus terrenorum.

¶ Quod fuerit secretorum Dei contemplator, patet Matth. 17. vbi dicitur: *Assumpsit Iesus Petrum, Iacobum & Ioannem, & figuratus est ante eos.* Et 1. Cor. 15. *Deinde visus est Iacobo.* ¶ Item quod fuerit cœlestium mandatorum prædicator, patet Actor. 15. vbi dicitur: *Postquam tacuerunt respondit Iacobus, dicens: Viri fratres, audite me.* ¶ Item quod fuerit iustorū hominum consectator seu frequentator, patet Act. 1. vbi dicitur, quod *discipuli ascenderunt ad superiora, vbi manebant Petrus & Ioannes, Iacobus & Andreas, Philippus & Thomas, &c.* ¶ Item quod fuerit peccatorum durus castigator, patet Luc. 9. vbi dicitur, quod *Iacobus & Ioannes petierunt à Christo, quod faceret ignem de cælo descendere, qui Dominum refutarent* ¶ Item quod fuerit terrenorum verus detestator, patet Matth. 4. vbi dicitur, quod *Iacobus & Ioannes, relictis retibus & patre, secuti sunt Dominum* ¶ Vel si vis, dic adhuc, quod Iacobus interpretatur supplantans festinantem, vel supplantator consilij, quia videlicet beatus Iacobus diaboli consilia supplantauit, & illum, qui bonos festinat decipere, ab intentione sua defraudauit. Et ideo potest figurari in Iacobo, qui interpretatur supplantator. Et sic quicquid de Iacob dicitur, de eo potest dici. Et nota, quod B

Iacobum Christus inuitauit,
Iacobo se Christus monstrauit,
Iacobus secreta gustauit,
Iacobum Christus adamauit,
Iacobus bonos frequentauit.

¶ Beatus enim Iacobus, teste scriptura, à Christo fuit vocatus, & inuitatus specialiter. Vnde Matth. 3. *Procedens Iesus, vidit alios duos fratres, Iacobum & Ioannem, & vocauit eos.* Et Marc. 5. dicitur, quod *Iesus non admisit quenquam sequi, nisi Petrum, Iacobum & Ioannem.* ¶ Item beatus Iacobus per Christum fuit visitatus personaliter. De isto enim legitur, quod Christus post passionem sibi personaliter apparuit, 1. Cor. 15. *Deinde visus est Iacobo.* ¶ Item iste à Christo fuerit reuelatus, seu secretorum reuelatione doctus specialiter. Matt. 17. *Accepit Iesus Petrum, Iacobum & Ioannem, & duxit eos in montem seorsum, & transfiguratus est ante eos.* ¶ Item iste fuit adamatus fraternaliter. Vnde Iacobus in Euangelio frater Domini dicebatur Galat. 1. *Apostolorum neminem vidi, nisi Iacobum fratrem Domini.* ¶ Item iste per bonos fuit comitatus socialiter, quia sc. sanctorum societatem sectabatur. Vnde Act. 1. dicitur, quod *simul manebant Petrus & Ioannes, Iacobus & Andreas, &c.* Vide de Iacob, quod idem signat, quod Iacobus. Et si vis dicere de miraculis B. Iacobi, vide flores sanctorum, vel vide speculum historiale, vbi ponuntur miracula eius excepta de lib. B. Calixti, de miraculis eius confecto.

**Iactantia. Iactare.** Cum iactantia nihil aliud sit, quam aliquid concutere, vel mouere, possum dicere, quod quādoq; iactare sumitur pro motu fluctuantis conscientiæ, sicut dicitur Matth. 14. quod *nauicula in medio mari iactabatur fluctibus.* Quandoq; pro contemptu temporalis opulentiæ, sicut fit, quando nautæ timentes periculum, iactant in mare diuitias suas, vt alleuent nauem, super quo factus est ille titulus iuris ciuilis, ad legem Rhodiam de iactu. De quo Act. 27. *Alleuabant nauem, iactantes triticum in mare.* Quandoque sumitur pro appetitu diuinæ prouidentiæ, seu gratiæ, sicut cum dicitur in Ps. *Iacta super Dominum curam tuam, & ipse te nutriet.* Quandoq; pro actu filialis reuerentiæ, sicut cum dicitur Luc. 19. quod *discipuli iactantes vestimenta sua super pullum, imposuerunt Iesum.* Quandoq; pro iactu iracundiæ, sicut 2. Machab. 10. dicitur de illis maledictis, quod *nefandos sermones iactabant.* Quandoq; vero pro æstu intemperatæ eloquentiæ, & hoc est, quando quis iactat & dilatat apud alios bona sua, ipsa sc. extollendo, & per inanem gloriam ostendendo. Et istud est vitium iactantiæ, de quo fit mentio in scriptura, de qua multa possent dici, sed paucę sunt auctoritates. ¶ Notabo tamen, quod A B

Iactantia { Raro proficit, / Multum officit, / Cito deficit.

Raro (dico) solet proficere, quandoq; tamen, quia sc. cautela est, quod illi, qui volunt ab alijs honorari & timeri, iactant se de bonis habitis, & non habitis, vt sic possint à subditis timeri, sicut de Numa Rege Romanorum dicitur, quod se iactabat vxorem nomine Egeriam habere, & cum ea secrete in quodam nemore conuenire, & ab ea cultum Deorum, & populi regimen accipere, & hoc faciebat, vt populus timore & reuerentia Deæ doctus, sibi vellet & posset melius obedire. Simile fecit Lycurgus Rex Lacedæmoniorum, qui leges suas ab Apolline accepisse fingebat, vt ad earum obseruantiam populū incitaret. Simile videtur Assuerus Hest. 1. vbi dicitur, quod *ipse fecit illud solemnissimum conuiuium, vt ostenderet diuitias gloriæ regni sui, & magnitudinem atque iactantiam potentiæ.* Iactantia igitur aliquando, sed raro proficit. Sed pro certo sæpius officit, quia scil. illi, qui se, genus, facta, & diuitias suas iactant, se magis apud prudentes vituperant, quam exaltant. Vnde Valerius Maximus dixit, quod nihil est, quod magis diminuit laudis præconium,

quam

... iactare successus. Quandoq. etiam fit, quod præ in... ... audientium iurgia suscitant, iuxta illud Prouerb 28. *...ctat, & dilatat, iurgia suscitat.* Quandoque insuper ad sibi ... ... aliorum auaritiam irritant, & inuitant. Coruus e... ...u est, qui quando habet filios, semper grunnit, ita quod ... sono se prodit, sicut ponit liber de natura rerum. Et id... ...cui volucris similitudine dictos fuit. Sic vere est de mul... quando habent filios, id est, sufficientes vel diuitias ali... ...n possunt abstinere à garrulitate, id est, à iactantia, vel ... ideo sæpe fit, quod seipsos produnt, ita quod occasi... ...ctantiæ propriæ alijs præda fiunt. Vnde Gregor. Hostes ... ad rapinam, qui suas eorum notitiæ diuitias denudat. Ierem 48. *Iactantiam eius scio, ideo super Moab eiulabo.* Sed pro cer... ...to deficit, quia, vt communiter, tales vani gloriosi sunt ..., qui minus in prosperis perseuerant, vnde Sap 5. *Quid nobis superbia? quid diuitiarum iactantia? transierunt omnia velut vm... ...* in ... infinitis.

**Iaculum.** Nota quod in scriptura inuenitur

Iaculum <
- Correctionis,
- Contritionis,
- Detractionis,
- Tentationis,
- Afflictionis,
- Damnationis.

¶ Correctio ... pungit delinquentes, vnde prælatis & prædicatoribus ... Ier. 50. *Non parcatis iaculis, quia Domino peccauit.* scilicet Babylon.

¶ Contritio pungit pœnitentes, 4. Reg. 13. *Percute terram iaculo, & percussit tribus vicibus.* Terra enim cordis nostri percutienda est ...culo contritionis. Et hoc non semel, imo tribus vicibus, vt sc. homo conteratur de peccato cordis, oris, & operis.

¶ Detractio pungit innocentes. Psal. *Molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula.*

¶ Tentatio pungit negligentes, qui non sunt bene armati virtutibus, vnde 1. Paral. 12. *Inuenerunt Saul sagittarij, & vulnerauerunt eum iaculis.*

¶ Afflictio seu tribulatio pungit hic viuentes, quia sc. & boni, & mali subiacent iaculis tribulationum. Et certe magis boni, quam mali, vnde de Ioseph dicitur Gen. 49. quod *fratres sui exasperauerunt eum, inuideruntque illi, habentes iacula.*

¶ Damnatio pungit impios morientes. Vnde de Deo malos iudicante & puniente dicitur Zach. 9. *Dominus Deus super eos videbitur, & exibit vt fulgur iaculum eius, & Dominus Deus in tuba canet, & vadet in turbine Austri.* Vide Sagitta.

¶ Cum iaculum sit instrumentum bellicum, quod scilicet est long..., & strictum, pro maiori parte ligneum, in sui tamen extremitate ferreum & acutum, in ligno tamen, & in ferro rectum ad iaciendum, & de longe feriendum aptum, & ideo à iaciendo iaculum nuncupatum, possumus notare, quod per iaculum in scriptura potest intelligi

- Punctura correctionis,
- Læsura detractionis,
- Iactantia damnationis.

Nam, charissimi,

- Correctio pungit, & discutit,
- Detractio turbat, & concutit,
- Damnatio lædit, & percutit.

¶ Primo igitur dico, quod iaculum signat correctionis puncturam. Iaculum enim debet habere lignum, & ferrum, lignum molle, & ferrum durum; lignum & ferrum curtum, vtrumque tamen planum & rectum. Et sic proprie signat correctionem, seu iustitiæ executionem, quæ sc. semper debet habere lignum, quod est molle, id est, mollitiem benignæ pietatis, & ferrum, quod est durum & acutum, id est, acutiem & duritiam austeritatis & seueritatis, vt sc. pungendo vngat, & vngendo pungat: Et vt etiam à iustitia pietas non recedat, nec alterum ab altero se disiungat. Debet etiam ibi plus esse de ligno, quam de ferro, id est, de molli dulcedine misericordiæ, quam de duritia seueritatis & iustitiæ, quia sc. sicut dicitur: *Superexaltat misericordia iudicium*, vtrumque debet esse planum & rectum, vt scilicet, ibi sit pla... in executione, rectitudo vero in intentione. Intentio e... ...ius, qui profert iaculum correctionis & iustitiæ, scilicet iudicis vel prælati, debet esse recta, executio vero debet ... plana & aperta veritate, & cunctis manifestissima nudita...

Dictinn. Berchor. ij.

te. Iosu. 4. *Filij quoque Ruben incedebant per plana atq; campestria.* In factis enim iudiciarijs omnia debent plane, nude, deliberate, & sine exasperatione fieri, & debita rectitudine moderari. Quia scilicet tam lignum, quam ferrum, id est, tam benignitas, quam seueritas, semper debent habere rectitudinem æquitatis, & planam certitudinem veritatis. Vnde Esa. 40. *Erunt praua in directa, & aspera in vias planas.*

¶ Et aduerte, quod iaculum correctionis valet ad quatuor, videlicet,

- Ad informandum incipientes,
- Ad stimulandum proficientes,
- Ad castigandum deficientes,
- Ad vulnerandum superbientes.

Dico, ad incipientes informandum. Vnde 1. Reg. 20. dicitur sic: *Venit puer ad locum iaculi, quod miserat Ionathas.* Puer enim de nouo incipientem designat. Item valet ad proficientes stimulandum, vt scilicet magis ac magis proficiant in aratro virtutum. Vnde Ecclesiast. 30. *Qui tenet aratrum, & qui gloriatur in iaculo, stimulo boues agitat, & conuersatur in operationibus eorum.* Item valet ad deficientes castigandum, vnde 4. Regum 13. *Percute terram iaculo.* Et 2. Regum. 11. *Direxerunt iacula sagittarij ad seruos tuos ex muro desuper.* Item valet ad superbientes vulnerandum & occidendum, vnde 1. Paral. 12. *Aggrauatum est prælium contra Saul, & inuenerunt eum sagittarij, & vulnerauerunt eum iaculis.* Patet igitur, quod iaculum signat correctionis puncturam.

¶ Secundo dico, quod iaculum signat detractionis læsuram. C
Lingua enim & verbum detractoris iaculo comparatur. Percutit enim à longinquo, & vbi homo non sperat, & licet à principio videatur planum, molle, & tactum, & quadam intentionis rectitudine, & compassionis vel amicitiæ planitie vallatum, & rectum, in fine tamen lædendo & diffamando inuenitur acutum, Psalm. *Molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula.* Similes sc. illi serpenti, qui dicitur iaculus, qui est in India, maximus & pennatus, de quo dicit Plin. quod subito volat super humeros elephantum, & boum, & sanguinem eorum sugendo, ipsos occidit. Sic vere detractores, vbi homo non cauet, subito insiliunt in hominem, & sanguinem, vbi est vita, id est, bonam eius famam sugendo & auferendo, ipsum in aliorum opinione mortificant, & occidunt, vnde Prou. 25. *Iaculum & gladius, & sagitta acuta, & sic homo, qui loquitur contra proximum suum.* Signat igitur iaculum detractionis læsuram.

¶ Tertio dico, quod signat damnationis iacturam. Siue enim D
per iaculum accipiamus sententiam Christi iudicantis (iuxta illud Zach. 9. *Exibit vt fulgur iaculum eius, & Dominus Deus in tuba canet, & vadet in turbine australi*) siue per iaculum accipiamus tormentum dæmonis punientis (iuxta illud, quod dæmonibus videtur dici de peccatore, Ierem. 50. *Non parcatis iaculis, quia domino peccauit*) illud tamen est verum, quod istud iaculum plus habet de ligno, quam de ferro, quia sc. secundum doctores, Deus semper punit citra condignum. De peccatore igitur inferni iaculis interfecto potest dici illud Exod. 19. *Lapidibus opprimetur aut confodietur iaculis.* Et sic patet triplex iaculum in scriptura, scil. iaculum correctionis, detractionis, damnationis. Vide de Lancea, Gladio, Sagitta, & similibus.

**Iam.** Cum Iam sit aduerbium temporis, significat quandoq; A
tempus præteritum, quandoque præsens, quandoque futurum. Præteritũ dico, sicut cum dicitur Gen. 31. *Iamq; Iacob tetenderat tabernaculum, cum scilicet Laban consecutus fuit eum.* Præsens, sicut Genes. 32. vbi Angelus dixit Iacob: *Dimitte me, iam enim ascendit aurora.* Futurum, sicut Genes. 46. vbi Iacob dixit Ioseph: *Iam lætus moriar, quia vidi faciem tuam.*

¶ Iterum nota, quod istud aduerbium Iam sumitur pro pluribus alijs aduerbijs, signat enim idem, quod de cætero, sicut Ioan. 14. *Iam non multa loquar vobiscum.* Item idem, quod tunc, sicut Exo. 14. *Iam aduenerat vigilia matutina.* Item idem, quod nunc sicut Ioan. 15. *Iam vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis.* Igitur quocunque modo sumatur Iam, dico, quod communiter accipitur pro tempore præsenti perfecte completo.

¶ Et sic notabo moraliter, quod in scriptura reperitur B

Vnum Iam, quod spectat ad <
- Deum,
- Iustum,
- Impium,
- Beatum.

¶ Primo dico, quod est vnum Iam, quod spectat ad Deum, quia



pro

pro certo Deus præsentialiter, cito, statim, iam, & celeriter facit opera sua. Nescit enim tarda molimina Spiritus sancti gratia. Et sic dico, quod Deus habet

Vnum Iam, quod est { Præsentiæ, Clementiæ, Potentiæ.

Deus enim se præsentat omnibus patenter, videlicet, per beatam incarnationem. Vnde Exod. 19. *Iam nunc veniam ad te in caligine nubis, vt audiat populus me loquentem ad te.* Et ideo nos debemus dicere de isto iam illud, quod canitur: Iam lucis orto sydere, Deum precemur supplices, &c. Denique Deus nos vocat clementer, nos ab æterno prædestinando, gratiam infundendo, & in fine gloriam nobis concedendo. Vnde de prædestinatione dici potest illud Eccles. 6. *Qui futurus est iam, vocatum est nomen eius.* De gratia vero & gloria dicitur animæ sanctæ in persona ipsius Dei illud Cantic. 2. *Iam hyems transijt, imber abijt, & recessit. Surge amica mea, & veni.* Deus insuper nos gubernat potenter, scilicet, quia pro certo iste est in se perpetuus, sicut dicitur Roman. 6. *Christus resurgens ex mortuis iam non moritur mors illi vltra non dominabitur.* Erga malos vero est rigidus & seuerus. Vnde de isto Iam dicitur Exod. 14. *Iam aduenerat vigilia matutina, & Dominus respexit super castra Aegyptiorum, & interfecit exercitum eorum, & subuertit rotas curruum eorum ferebanturque in profundum,* illud potissime faciet in iudicio, quando verificari poterit illud Iam, de quo dicitur Exod. 19. *Iam aduenerat dies tertius, & mane inclaruerat, & ecce cœperunt audiri tonitrua, & micare fulgura, & nubes densissima operire montem, clangorque buccinæ vehementius perstrepebat.* Illud est igitur vnum Iam, quod spectat ad Deum.

C ¶ Secundo dico, quod est vnum Iam, quod pertinet ad iustum. Iusti enim bona opera non procrastinant, sed iam, id est, statim, & celeriter ad bene operandum festinant. Et sic nota, quod isti habent

Vnum Iam, quod est { Charitatis & amicitiæ, Puritatis & innocentiæ, Libertatis & eminentiæ, Fidelitatis & prouidentiæ, Stabilitatis & permanentiæ, Sedulitatis & diligentiæ, Humilitatis & pœnitentiæ, Sagacitatis & sapientiæ.

¶ Iusti igitur habent vnum Iam magnæ charitatis, quia scil. alter alterum principaliter diligit, & ad amoris amplexus vocat celeriter, & intendit. Marc. 10. *Itaque iam non sunt duo, sed vna caro* ¶ Item habent vnum Iam magnæ puritatis, semper enim volunt esse innocentes & continentes. Vnde illud Ioan. 15. *Iam vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis.* ¶ Item habent vnum Iam magnæ libertatis, quia scilicet iam sunt soluti ab omni seruitute mortalis peccati, & constituti in libertate filiorum Dei Ioan. 15. *Iam non dicam vos seruos, sed amicos, &c.* ¶ Item habent vnum Iam, quod est magnæ fidelitatis, quia scilicet iusti semper volunt inueniri fideles & veri, & maxime in administrationibus sibi creditis, & commissis. 1. Corinth. 4. *Hic iam quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur.* ¶ Item habent vnum Iam, quod est stabilitatis. Nolunt enim de cætero vacillare. Ephes. 2. *Iam non sumus paruuli fluctuantes.* ¶ Item habent vnum Iam, quod est sedulitatis. Nolunt enim de cætero dormire in peccato, sed iam surgere de peccato. Roman. 13. *Hora est iam nos de somno surgere* ¶ Item habent vnum Iam, quod est humilitatis, quia scilicet humiliter pœnitent & humiliter reuertuntur ad Christum, figurati in illo prodigo reuertente ad patrem, Luc. 15. *Pater, peccaui in cœlum, & coram te & iam non sum dignus vocari filius tuus, fac me sicut vnum de mercenarijs tuis* Et merito, quia isti audiunt præceptum Apostoli, Ephes. 4. *Qui furabatur, iam non furetur.* ¶ Item habent vnum Iam, quod est auctoritatis, seu sagacitatis, scilicet, officium alios docendi, & eis prædicandi & conuertendi. Vnde Christus dixit Petro Lucæ 5. *Ex hoc iam eris homines capiens.* Istud est igitur Iam, quod spectat ad iustum.

¶ Tertio dico, quod est vnum Iam, spectans ad impium. Et
D sic notabo, quod

Impij Iam { Sæuitia sunt effrænati, Luxuria sunt maculati, Infamia sunt deprauati, Altaria sunt detestati, Ab Ecclesia sunt elongati.

¶ De sæuitia patet Genes. 19. vbi dicitur, quod *iam prope erat vt portas effringerent,* vt scilicet violenter intrarent in domum L[...] ¶ De luxuria potest dici illud Numer. 12. *Ecce iam dimidium carnis deuoratum est à lepra* ¶ De infamia dicitur Ioan. 11. *Domine iam fœtet, quatriduanus enim est.* ¶ De indeuotione vero seu fuga ab altari, vel Ecclesia dicitur 2. Machab. 4. quod *sacerdotes non iam circa altaria dediti erant, sed contempto templo satagebant participes fieri palestræ* Et 1. Corinth 11. dicitur ipsis malis: *Conuenientibus vobis in vnum, iam non est dominicam cœnam manducare, &c.* Illud est igitur vnum Iam, spectans ad impium.

¶ Quarto dico, quod est vnum Iam, spectans ad beatum. Beati enim iam sunt extra miseriam, & laborem. Et sic nota, quod illud est

Vnum Iam { Perspicui splendoris, Continui saporis, Proficui valoris, Perpetui honoris.

¶ Beati igitur iam vident Dominum splendore lucido. Vnde [...]nitur illud. *Ecce iam noctis tenuatur vmbra, Lux & aurora rutilans* [...]iat Et illud: *Aurora iam spargit polum* ¶ Item beati iam se[...] co[...]mitantur sopore placido. Vnde Apocal. 14. *Amodo iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis.* ¶ Item beati iam fructus colligunt valore splendido. Ioan. 4. *Videte regiones, quia albæ sunt iam ad messem* Et Luc. 21. *Videte ficulneam, & omnes arbores, cum iam producunt ex se fructum, scitis, quia prope est æstas sic & vos, cum videbitis hæc fieri, scitote, quia prope est regnum Dei* ¶ Item beati iam caput erigunt [...] nore solido. Vnde ipsis dicitur Eph. 2. *Fratres, iam non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum, & domestici Dei.* E Galat. 4. dicitur de quolibet beato: *Itaque iam non est seruus, sed filius, quod si filius, & hæres per Deum.* Quod nobis concedat &c.

¶ Sed si his adhuc dicere, nota, quod iam est aduerbium temporis, quod idem significat, quod statim, vel nunc, vel de cætero. Signat enim tempus illud præteritum, quod immediate præcessit, vel illud præsens, quod iam accessit, vel futurum, quod immediate successit. F

¶ Signat, dico, præteritum tempus, quod immediate præcessit, sicut cum dicitur Can. 2. *Iam hyems transijt, imber abijt, & recessit, &c.* ¶ Item signat tempus præsens, quod iam accessit, sicut cum dicitur Gen. 24. *Iam nunc experimentum vestri capiam.* Et illud: *Hora est iam nos de somno surgere.* Roman. 13. ¶ Item signat tempus futurum seu succedens, sicut cum dicitur Luc. 5 *Ex hoc iam eris capiens homines.* Et Exod. 19. *Iam nunc veniam ad te in caligine nubis.*

¶ Cum igitur Iam signat quandam temporis subitam breuitatem, possum notare moraliter, quod in scriptura inuenitur.

Vnum Iam, spectans ad { Mortales, Morales, Lethales, Pœnales, Vitales.

¶ Primo ergo dico, quod est vnum Iam, significans vitæ breuitatem, quia scilicet vita ista mortalis non est, nisi vnum iam, id est vnum quid momentaneum atque præsens. Vnde Genes. 46 *Iam lætus moriar, quia vidi faciem tuam.* Et illud Rom. 4. *Non considerauit Abrahæ corpus suum iam emortuum.* Et Matth. 3. *Iam securis ad radicem arboris posita est.*

¶ Secundo dico, quod est vnum Iam, significans mortem bonitatem, seu promptam voluntatem, & istud est, quando quis in statu gratiæ semper est promptus ad bonum aliquod faciendum. Et sic dico, quod boni habent vnum Iam, id est, vnum statum gratiæ, pœnitentiæ, & virtutis. Istud est enim G

Iam { Pœnitentiæ, quod est lacrymosum, Diligentiæ, quod est operosum, Pudicitiæ, quod est gratiosum, Amicitiæ, quod est dulcorosum, Fidelitatis, rite diuidendo, Legalitatis, nihil subtrahendo, Nobilitatis, nihil seruiendo, Stabilitatis, bonis inhærendo, Fœcunditatis, bona producendo, Societatis, simul conuiuendo.

¶ Dico igitur, quod boni habent vnum Iam, id est, vnam horam pœnitentiæ. Talis fuit illa hora, & illud Iam, de quo dicitur Lucæ 15. vbi filius prodigus pœnitens dicebat patri: *Pater peccaui in*

*cœ.um,*

[illegible] *Ro filium tuum, ac nos sicut* [illegible] habet vnum Iam dilig[illegible] & nasp[illegible]ritualis hora, in [illegible] bores su[illegible]gendum, & in[illegible] [illegible] *omnes de somno surgere, nunc enim pro* [illegible] habent vnū Iam pudicitiæ. Ioan. [illegible] *nem, quem locutus sum vobis.* ¶ Item [illegible]. Ioan. 15. *Iam non dicam vos ser* [illegible]ent vnum Iam fidelitatis. 1. Cor. 4 [illegible] *delis quis inueniatur.* ¶ Item isti ha[illegible] [illegible]ra enim statu gratiæ non admit[illegible] [illegible]tum Eph. 4. *Qui furabatur iam non furetur.* [illegible] nobilitatis, seu libertatis. Ista e[illegible] [illegible]in seruitutem peccati. Ioan. 15. *Iam* [illegible] Et Galat. 4. *Itaque iam non est seruus, sed* [illegible] habent vnum Iam stabilitatis. Vnde [illegible] 4. *Iam non simus paruuli fluctuantes.* ¶ I[illegible] fertilitatis, seu fœcunditatis, quia scil. ho[illegible] [illegible]onorum operum fructibus abundare. [illegible]*am, & omnes arbores, cum producunt iam* [illegible] habent vnum Iam societatis, quia [illegible] concordiam & vnitatem requirit. [illegible] *duo, sed vna caro.* Istud est igitur Iam, [illegible]æ, in qua spiritus mittitur, Deos quæ[illegible] [illegible]tus dico) mittitur. Vnde canit Ec[illegible]

[illegible] *caderat,*

[illegible]

[illegible] *rre.*

[illegible] *rum.*

[illegible] Vnde illud: *Iam lucis orto sydere, Deum pre*[illegible] [illegible]m bone pastor Petre &c. Denique [illegible]de illud. Doctor egregie Paule, mores in[illegible] [illegible] etiam fuit dictum Luc. 5. *Ex hoc iam eris* [illegible]tionem. Istud est enim Iam, significans [illegible]anctitatem.

[illegible]d est vnum Iam, quod signat culpæ praui[illegible] [illegible]andoque refertur ad tempus culpæ, quia sc. [illegible]uum Iam, id est, suum tempus transitorium, [illegible]u, quod istud est

Fœtoris & immunditiæ,
[illegible]anguoris & negligentiæ,
Faroris & violentiæ,
Erroris & ignorantiæ,
Ardoris & auaritiæ.

[illegible]am est in fœtore vir luxuriosus, similis Laza[illegible], de quo dicitur Ioan. 9. *Domine, iam fœtet,* ¶ Item est in languore vir delitiosus, & ma[illegible] [illegible] ecclesiasticis, qui valde sunt negligentes [illegible]erunt. 2. Maccbabæ. 4. *Erat autem mande*[illegible]*ctium non circa altaris officia dediti essent.* ¶ I[illegible] [illegible] malitiosus, sicut de illis pessimis dicitur [illegible]*at, vt fores effringerent.* ¶ Item Iam est in errore [illegible]tam vir ignorans, & caliginosus. Vnde i[illegible] [illegible]. Dominus dicere illud Ioan. 16. *Modicum iam,* [illegible] ¶ Item Iam est in ardore vir ambitiosus & po[illegible] [illegible]tus, & simoniacus, de quo Nom. 13. *Iam dimidium* [illegible] *stum fit a lepra.* Et sic dico, quod est vnum Iam, [illegible]æ prauitatem.

¶ [illegible] quod est vnum Iam, quod signat pœnæ gra[illegible] [illegible]tum, statum & tempus hominum damnato[illegible] [illegible]od istud est vnum Iam, id est, vnum tempus [illegible] & [illegible]ntuorum, quia scilicet præsens vita pro mo[illegible] [illegible]o reputatur. Iam enim, id est, subito, & ex in[illegible]sperato

Veniet Christus { Qui pompas absterget, / Qui malos submerget, / A quo ignis emerget.

[illegible]ristus enim ad iudicium veniens, pompas absterget, & era[illegible]cabit. Vnde de isto Iam dicitur, vel dicere potest ipse Dominus [illegible] peccatori illud Exod. 33. *Iam nunc depone ornatum tuum,* [illegible] *quid faciam sim tibi.* Ornatus enim luxum & pompam [illegible] designat. ¶ Item malos submerget atque suf[illegible] [illegible] Vnde Exo. 14. *Iamque aduenerat vigilia matutina, & ecce* [illegible] *spiciens super castra Aegyptiorum per columnam ignis & nubis,* [illegible] *[illegible]* 

*[illegible]nterfecit exercitum eorum, & subuertit rotas curruum eorum, ferebantur que in profundum.* ¶ Item ab eo ignis emerget, qui cuncta cre[illegible]on. Exod. 9. *Iam aduenerat dies tertius, & cœperunt audire tonitrua, & micare fulgura, & nubes densissima operire montem.* Sequitur. *Et descendit Dominus super montem in igne, & ascendit fumus ex eo, sicut de fornace.* Ista enim possunt intelligi de igne, qui præcedet iudicium, vel de igne inferni, qui sequitur. Signat igitur illud aduerbium (Iam) infernalis pœnæ grauitatem.

¶ Quinto dico, quod inuenitur vnum Iam, significans vitæ sanctitatem, sc. vitam æternam, & gloriam beatorum. Et signo[illegible]ta, quod istud est vnum Iam K

Lucis atque claritatis,
Pacis atque charitatis,
Honoris & auctoritatis,
Quietis & securitatis.

¶ Ibi enim vigebit claritas cognitionis veræ. Genes. 32. *Dimitte me, iam enim ascendit aurora.* Aurora, dico, id est, claritas æterna, de qua cantatur: *Aurora iam spargit polum, terris dies illabitur.* ¶ Item ibi vigebit tranquillitas seu sinceritas dilectionis charę. Vnde Cantic. 2. dicitur: *Iam hyems transiit, imber abiit, & recessit. Surge amica mea, & veni.* ¶ Item ibi vigebit auctoritas conditionis claræ, quia scil. omnes erunt ciues & domestici Dei. Ephe. 2. *Fratres iam non estis hospites, & aduenæ, sed estis ciues sanctorum, & domestici Dei. &c.* ¶ Item ibi vigebit dulcor quietis porę. Vnde Apoc. 14. *Amodo iam dicit spiritus vt requiescant à laboribus suis.* Sic igitur patet, quomodo Iam signat diuersorum temporum, seu statuum qualitates, sc. gloriæ, pœnæ, culpæ, gratiæ, & naturæ.

## Ianua.

Nota, quod ianua idem est, quod introitus domus, ostium, porta, & ingressus. Et possumus notare, quod in scriptura reperitur multiplex ianua, tam in bono, quam in malo. ¶ Primo igitur dico, quod ianua potest significare in malo. Et sic dico, quod in scriptura inuenitur Ianua, A

Per quam ingredimur,
Per quam egredimur,
Per quam aggredimur,
In qua congredimur.

¶ Est igitur ianua vitæ, per quam est ingressus, id est, ad mundū. Ista enim est ianua, de qua dicitur Matth. 26. quod *exeunte Petro ianuam vidit eum alia ancilla,* quia sc. ancilla, id est, seruitus miseriarum apprehendit quemlibet istam ianuam exeuntem. ¶ Est etiam ianua mortis, per quam est egressus, scilicet, de carcere corporis ad iudicium. Iaco. 5. *Iudex ante ianuam assistit.* ¶ Denique est ianua sensuum, per quam fit aggressus, quia scil. ibi hostes animæ faciunt prælium, & ibi semper nituntur apponere vitiorum incendium. Psalm. *Exciderunt ianuas eius in idipsum, incenderunt igni sanctuarium tuum in terra.* ¶ Insuper est ianua inferni, in qua erit mortalis congressus, vbi sc. peccator claudetur in perpetuæ seruitutis domicilium. Vnde de seruo dicitur Deut. 15. *Perforabis autem eum in ianua, eritque tibi seruus sempiternum.* Et sic ianua potest significare in malo.

¶ Secundo dico, quod ianua potest significare in bono. Et sic dico, quod in scriptura inuenitur Ianua B

Culminis & eminentiæ,
Fidei & pœnitentiæ,
Pacis & affluentiæ,
Cordis & conscientiæ.

¶ Est (dico) Ianua prælaturæ vel eminentiæ, per quā s. intratur ad beneficia ecclesiastica. Et ideo in ea debet sedere prudens ianitor vel prælatus, qui sc. debet esse vigil & diligens, iuxta illud Matth. 13. *Ianitori præcepit vt vigiles.* Et etiam debet esse prouidus, sc. ad præcauendum, ne mali intrent, & ad introducendum bonos. &c. 2. Paral. 35. *Ianitores per portas singulas obseruabant.* Quia ianuæ suo ibonis aperiendæ, malis claudendæ & obseruandæ. Actor. 21. *Statim clausæ sunt ianuæ.* Nota tamen, quod Lazarus plenus vlceribus stabat ad ianuam. Sic ambitiosi &c. ¶ Item est ianua fidei vel pœnitentiæ, istæ enim sunt duæ ianuæ, per quas itur ad cœlum. Hester 7. *Reuersus est Mardochæus ad ianuam palatij.* ¶ Itē est ianua pacis & affluentię, s. ianua Paradisi. Psa. *Ianuas cœli aperuit, & pluit illis manna ad manducandum.* ¶ Item est Ianua cordis & conscientiæ. Vnde Act. 12. *Præ gaudio non aperuit ianuam.* ¶ Sed si vis, nota breuiter, quod in scriptura sunt quædam Ianuæ C

Claudendæ,
Aperiendæ,
Obseruandæ,
Intrandæ.

Ianua claudenda est ianua sensuum corporis humani, istam enim debemus claudere, ne mala desideria valeant subintrare. Taxos enim cauda pilosa ianuam cauernæ, per quam ventus intrat dicitur claudere, aliam vero ianuam, per quam ventus non venit, dicitur aperta, quia scilic. ianuam sensuum corporis, per quam ventus vanitatis intrat, cum cauda, id est, cum mortis memoria debemus obstruere. Ianuam vero bonorum affectionum debemus Deo & bonis spiritualibus reserare. De hoc dicitur Ioan. 10. *Venit Iesus clausis ianuis, & dixit: Pax vobis.* Iesus autem venit ad nos per gratiam, quando sensus corporis sunt clausi per diligentem custodiam. Et tunc habet homo pacem interius, quando non possunt intrare hostes exterius. Sed quando ianuæ sensuum sunt apertæ, latrones & hostes, delectationes & tentationes sunt ad intrandum vsque ad animam statim promptæ. Vnde Iob 30. *Aperta ianua irruerunt in me.* Ianuæ enim sensuum non solent incendi solum per malas delectationes vel fraudulenter aperiri per falsas suggestiones, imo etiam frangi, & violenter intrari per fortes tentationes. Psalm. *Quasi in sylua lignorum securibus exciderunt ianuas eius in idipsum.*

¶ Ianua aperienda est ianua cordis nostri, quam scil. debemus Deo aperire per bonum desiderium & affectum, vt per gratiam ad nos intret. Vnde Apoc. 3. *Ecce sto ad ostium, & pulso, si quis aperuerit mihi, intrabo ad eum, & manducabo cum illo.*

¶ Ianua obseruanda est ianua Ecclesiæ, seu ingressus status ecclesiastici, ista est enim ianua palatij Christi, vbi prælati sicut boni ianitores sedent, vt indignos arceant, dignos vero recipiant, & admittant. Hester 2. *Mardochæus ad ianuam Regis morabatur.*

¶ Ianua intranda est ianua Paradisi, de qua Esa. 45. *Aperiam ante eum ianuas.* Ista tamen est sicut ianua ordinati conuiuij, quæ solis honestis & nobilibus aperitur, inhonestis vero clauditur. Exemplo virginum Matth. 25. quia scil. *ianua nuptiarum prudentibus fuit aperta, & fatuis fuit clausa.* Vnde Act. 21. *Statim clausæ sunt*
D *ianuæ.*

¶ Et sicut, circa hoc nota, quod sicut ianitor portæ palatij Papæ, vel Regis habet officium

Iudicantis, quia discernit,
Intrantis, quia recipit,
Refutantis, quia excludit,
Expectantis, quia continue ibi persistit,
Defendentis, quia custodit,
Vigilantis, quia non dormit.

¶ Sic prælatus custodiens ianuam Ecclesiæ, debent iudicare, & discernere inter ingredientes. Iacob. 5. *Iudex ante ianuam assistit.* ¶ Habet intrare & recipere, scilicet, bonos, sicut de ancilla Apostolorum dicitur Actorum 12. quod *audiens Petrum stare ante ianuam, præ gaudio non statim aperuit, sed introcurrens ad Apostolos, tandem Petrum interius introduxit.* Quia revera ad bonam ancillam ostiariam, id est, ad bonam prælatum pertinet, quod quando videt Petrum, id est, aliquem sanctum virum, ianuam Ecclesiæ, statumque Ecclesiasticum introire volentem, multum debet gaudere, non tamen ipsum statim debet introducere, quia scriptum est 1 Tim. 2. *Nemini cito manus imponas.* Imo debet cum Apostolis, id est, cum alijs bonis personis consilium habere, & cum tandem gaudenti animo acceptare. ¶ Item habet refutare & excludere, scilicet malos 2. Paralipomen. 35. *Ianitores per portas singulas obseruabant* (supple) *ne intrarent hostes.* ¶ Item habet expectare, vt audiat, quæ ad eam deferantur, iuxta illud prædictum Hester 2. *Mardochæus ad Regis ianuam morabatur.* ¶ Item habet defensare, & protegere, scilicet contra hostes Ecclesiæ, hoc est, contra dæmones, hæreticos, & tyrannos, quod scilicet per prædicationem solet potissime fieri. Vnde Nehem. 10. *Ibi erant sacerdotes, & cantores, & ministri.* Cantores enim prædicationem designant. ¶ Item habet vigilare, & attendere, scilicet ad horam, ne fur veniat, & ne sinat perfodi domum suam, & etiam qua hora dominus ipsius sit venturus. Vnde Marc. 13. *Ianitori præcepit, vt vigilet,* &c. Vide de Ostio & de Porta, & Intrare, Ingredi, Claudere, Aperire, & similibus.

A **Ibi.** Nota, quod ibi est aduerbium loci, semper significans aliquam certam dimensionem localem, habitatione, seu mansionem. Nihil enim est dare in hoc mundo quin habeat suum Ibi. Ergo loquendo moraliter dico, quod istud aduerbiũ Ibi potest referri ad illa loca quæ concernunt Christum, & ad illa loca, quæ concernunt iustum, & ad illa loca, quæ concernunt beatum, & ad illa quæ concernunt iniustum.

¶ Et primo quidem dicam de Ibi, quod concernit Christum. Constat enim quod Christus habuit [illegible] diuersa loca, in quibus mansit corporaliter, & [illegible] quibus manet spiritualiter. Sic igitur notabo, quod [illegible] buit

Vnum Ibi, in quo
- Latitauit,
- Dimicauit,
- Reclinauit,
- Triumphauit,
- Disputauit,
- Festinauit
- Habitauit.

Latitauit sub vmbra corporis in m[illegible]
Dimicauit sub ramis arboris in cruci[illegible]
Reclinauit sub petra marmoris in sepulch[illegible]
Triumphauit de morte splendoris re[illegible]
Disputauit cum zelo pectoris de culpæ [illegible]
Festinabit post fluctus æquoris in cœli [illegible]
Habitabit in cordis anchoris gratiæ folio.

¶ Primum Ibi est corpus virginis, in quo latitauit [illegible] Ezech. 8. *Ecce ibi gloria Domini.* In isto enim Ibi, id est [illegible] virginis gloriosæ fuerunt factæ nuptiæ diuinitat[illegible] tatis Ioan. 2. *Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ, &* [illegible] *ibi.*

¶ Secundum Ibi est lignum sanguinis, in quo d[illegible] humanitas. Abacuc. 3. *Cornua* scil. crucis, *in manibus* [illegible] Christi, *ibi abscondita est fortitudo eius.* Sequ[illegible] *Ante* [illegible] *eius ibit mors.* ¶ Tertium Ibi est sepulchrum [illegible] scilicet reclinauit carnis necessitas. Gene. 49. *Ibi sepultus* [illegible] *sunt*

¶ Quartum Ibi est status luminis, quo [illegible] superauit [illegible] sublimitas, sc. in resurrectione & ascensione Exod. 24. *Ascende ad me in montem & esto ibi.* Verbum est patris ad fili[illegible]

¶ Quintum Ibi est vallis turbinis, in qua iudicabit, seu disputabit alta seueritas, scilicet in valle Iosaphat. Ioan. 3. *Ibi sedebo vt iudicem omnes gentes* ¶ Sextum Ibi est domus numinis, in qua [illegible] festinabit seu properabit regnans æternitas, quia scilicet [illegible] citor Marc. 16 *Ipse præcedet vos in Galilæam,* id est, in Parad[illegible] *eum videbitis, sicut dixit vobis.* Visio enim tota merces est. ¶ [illegible] mum Ibi est pectus hominis, quod inhabitabit [illegible] bei[illegible] tas, quia scilicet Deus per gratiam habitat in corde huma[illegible] quando ipsum purum inuenit atque mundum, de quo p[illegible] dicere anima cordi suo illud 4. Reg. 4. *Animaduerte, quod* [illegible] *sanctus est, qui transit per nos frequenter. Faciamus* [illegible] *cenaculum paruum, & ponamus in eo lectulum, & mensam, & sellam, & candelabrum, vt veniens, maneat ibi.* In isto enim ibi, hoc est, in [illegible] de humano tunc spiritualiter requiescit & manet, quando m[illegible] ditiam ibi reperit & quando [illegible] mensam misericordiæ, sellam iustitiæ, & candelabrum sapientiæ noster animus ibi tene[illegible] propone dicat homo illud Ezech. 1. *Ecce ibi super me manus Domini.* Sed quid? pro certo iste vir sanctus Christus, dimitt[illegible] multis hominibus istud Ibi propter peccata, & inmu[illegible] [illegible]as vitiorum Esa. 13. *Non habitabit ibi vir, nec incolet eam* [illegible] *nis.*

¶ Sic igitur patet quomodo istud aduerbium, Ibi, qu[illegible] quo refertur ad iustum. Et sic dico, quod istud ibi signat qu[illegible] certa, & determinata loca, iustis hominibus deputata. E[illegible] notabo, quod in scriptura reperitur vnum Ibi vel vnu[illegible] dium.

In quo
- Pugnant iusti militantes,
- Vetitant iusti contemplantes,
- Regnant iusti triumphantes.

Primum Ibi signat ecclesiam, vbi viget gratiæ puritas.
Secundum Ibi signat scripturæ sophiam, vbi viget d[illegible] næ veritas,
Tertium Ibi signat cœlestem gloriam, vbi viget æte[illegible] claritas.

Dicã igitur, quod est vnum Ibi, id est, vnus certus locus in quo pugnant iusti, sicut in stadio, & istud est Ecclesia militans, in qua scilicet semper abundat labor & pugna, tribulatio & angustia, seu dolor. Ibi enim dolores vt parturientis, *in spiritu vehementi conteres naues Tharsis* Psal. 47. Nauicula enim Petri semper iactatur magnis fluctibus, & vnda tribulationũ & tentationum ince[illegible] impellitur, ita quod necesse est, quod ad Deum deuotis precibus continua recurratur, & quod *Domine salua nos, perimus.*

vocibus clamemus, Matth. 8. Et aduerte, quod sicut existens in mari, dum imminent maria pericula, nonnunquam habet ibidem residere, cum inde exire nequeat, nisi ad periculum, & ad mare: sic cum extra statum Ecclesiæ non sit salus, necesse est, quod continue per fidem & gratiam maneamus ibidem, & quod inde nullatenus recedamus. Ita dico de religione, quod quicunque per professionem ibi intrauit, inde amplius sine periculo non exibit. Luc. 19. *In quamcunque domum intraueritis, ibi manete.* Istud enim Ibi videtur simile nemori, vbi habitabant puellæ fatuatæ, sicut ponitur in historia Alexandri, quæ quamdiu morabantur ibidem, viuebant, si vero aliquo casu vmbram nemoris dimitterent, morti continuo subiacebant. Nemus est religio, vel Ecclesia. Vmbra vero est fides, seu gratia. Ista enim sunt, intra quorum ambitum puellæ, id est, animæ possunt viuere, & si inde recesserint, necesse est primo per culpam, & post per pœnam miserabiliter interire. Et ista bene videntur figurata 1. Reg. 2. vbi rex Salomon dixit Semei: *Ædifica tibi domum in Ierusalem, & habita ibi, & non egredieris inde huc atque illuc, quacunque autem die egressus fueris, & transieris desertum, Cedron scito, te interficiendum.* Quod sc. postea factum est, quia scilic. tandem Semei oblitus mandata, iuit in Geth, ad repetendū seruos suos qui illuc fugerant, & sic à Salomone fuit occisus. Sic vere charissimi, ciuitas Hierusalem, i. Ecclesia militans vel religio sic nobis assignata ad habitandum, & sub pœna mortis æternæ abinde non exeundum, testat, vt quicunque inde per peccatum vel apostasiam exiuerit, mortis æternæ periculis subiacebit. Seruos igitur nostros, i. e. mundi diuitias non debemus velle repetere, nec in Geth, qui interpretatur torcular, vel opprimens, in mundum, vel in peccati oppressionem redire, alioquin necess. habebimus æternaliter interire. In ista igitur Ierusalem maneamus, & inde nullatenus recedamus, Numer. 11. *Egressi, sc. filij Israel, de sepulchris concupiscentiæ, venerunt in Asseroth, & manserunt ibi.* Asseroth interpretatur beatitudines mortales, significans ecclesiæ, vel religionis statum, vbi & non alibi possunt beatitudines mortales, i. e. quæ haberi possunt à mortalibus, inueniri.

C ¶ Et nota si vis, quod istud Ibi est inhabitandum, quia est

Locus { Redemptionis pro delinquentibus,
Deuotionis pro Deo seruientibus,
Eruditionis pro ignorantibus,
Contemplationis pro speculantibus,
Peregrinationis pro mundi contemplantibus,
Sanctificationis pro Deum laudantibus, & ei ministrantibus.

¶ Item quod ibi sit locus redemptionis patet, quia ibi sunt septem sacramenta, & alia salutis remedia, per quæ redimitur, & mundus redditur omnis homo Mich. 4. *Ibi liberaberis, ibi redimet Dominus te de manibus inimicorum tuorum.* Item quod ibi sit locus deuotionis, patet Gen. 35. vbi de Iacob dicitur, *quod ibi ædificauit altare Domino.* Altare dico, i. e. cultum deuotionis & orationis.

¶ Item quod sit locus eruditionis, patet Lucæ 4. vbi de Iesu dicitur, quod *ipse descendit Capharnaum, ibique docebat Sabbathis.*

¶ Item quod ibi sit locus contemplationis, patet in Psal. vbi dicitur, quod *ibi Beniamin adolescentulus in mentis excessu.* ¶ Item quod ibi sit locus peregrinationis, patet Genes. 26. *Quiesce in terra quam dixero tibi, & peregrinare ibi* ¶ Item quod ibi sit locus Sanctificationis seu sanctæ habitationis, patet Nee. 10. vbi sic dicitur. *Ibi erant sacerdotes, Leuitæ, cantores, & ianitores,* vbi ostenduntur quattuor genera personarum, quæ habitant in hoc ibi, sc. hi, qui

præbent diuinitati thura (Sacerdotes)
Assistunt mente pura (Leuitæ)
Colunt scripturarum rura (Cantores)
Regunt iustitiæ iura (Ianitores)
Christo præbent thura, sacerdotes innocentes,
Assistunt mente pura Leuitæ ministrantes,
Iustitiæ iura reddunt ianitores præsidentes,
Scripturarum rura colunt cantores prædicantes.

De istis igitur quattuor generibus personarum, sc. innocentibus & simplicibus sacerdotibus, puris Leuitis & ministrantibus, præsidentibus & iura ecclesiæ custodientibus, scientificis & prædicantibus, potes dilatare, quomodo ipsi sunt in isto Ibi, i. in ecclesia militante, & potes videre in alijs, sc. vbi sacerdos, Leuita, ianitor vel ianua, & vbi cantor, &c. Breuiter igitur de isto Ibi, id est, de Ecclesia militante, & de bonis personis ibidem Deo seruientibus in gradibus & statibus diuersis potest dici illud E-



saiæ 65. *Educam de Iacob semen, & de Iuda possidentem montes sanctos, & hæreditabunt eam electi mei, & serui mei habitabunt ibi.* Patet igitur, quod est vnum Ibi, in quo iusti pugnant, sicut in stadio, scilicet Ecclesia.

D ¶ Secundo dico, quod est vnum Ibi, in quo docti vernant sicut in studio, & istud nihil aliud est, quam locus sacræ Scripturæ, quæ scil. est proprius locus, & certum Ibi, vbi viri scientifici studendo cogitant, & laborant. Figuratum in Helia, de quo dicitur 3. Reg. 17. quod Dominus sibi dixerit: *Vade, & absconde te in torrente Carith, qui est contra Iordanem, & de torrente ibi bibes, coruisque præcepi, vt pascant te ibi.* Carith interpretatur signum occurrens, Iordanis, riuus iudicij, significant scripturam, vbi multa signa mirabilia inueniuntur & occurrunt, & vbi sicut in riuulo, vel in fonte scaturiunt iudicia veritatis. Helias igitur, i. e. quilibet doctus homo, de tali semper torrente, i. e. de fluentis S. Scripturæ debet bibere, & ibi se abscondere, vt melius studeat, & latere. Et tunc fiet, quod corui, i. sancti doctores per pœnitentiam denigrati, ipsum nutrient per doctrinam, sibique ministrabunt, & dabunt veræ scientiæ disciplinam. Istud est igitur illud Ibi, vbi viri speculatiui meditantur. Psal. *Ibi Beniamin adolescentulus in mentis excessu.* Et vbi simplices docentur & informantur. Cant. 8. *Apprehendam te & ducam te in cubiculum genetricis meæ, ibi me docebis.* Verba sunt discipuli ad magistrum, Mater enim nostra est Ecclesia, cubiculum est scriptura. Ibi igitur doctor introducitur à discipulo, quando aliquid ab eo postulatur. Scriptura enim est

Vnum Ibi, & vnus locus, vbi { Boni reficiuntur,
Mali concutiuntur,
Cuncti recipiuntur.

Vbi (dico) reficiuntur boni, quia sc. isti per cōsolationem scripturarum spem concipiunt futurorum Iob. 3. *Ibi requieuerunt fessi robore, & quondam vincti pariter sine molestia non exaudierunt vocem exactoris.* Vbi etiam concutiuntur mali, quia scil. comminationes scripturarum per timorem concutiunt malos, ipsosque retrahunt á peccatis. Iob 3. *Ibi impij cessauerunt à tumultu.* Vbi insuper cuncti fouentur & recipiuntur, quia sc. Scripturæ omnibus sunt communes. Iob 3. *Paruus & magnus ibi sunt, & seruus liber à Domino suo.* Patet igitur, quod est vnum Ibi, in quod docti vernant sicut in studio.

¶ Tertio dico, quod est vnum Ibi, in quo beati regnant sicut in prædio, vel sicut in solio. Et istud Ibi signat Paradisum, seu etiam ipsum cœlum, vbi scil. est locus gloriæ & triumphi. Principes enim, & duces olim, postquam in diuersis partibus bella contra inimicos gesserant, & victores extiterant, Romam reuertebantur, & ibi triumphabant, & secundum merita honorabantur, & cum triumpho, id est, cum certo honore, victoriæ suæ debito, sedendo in curru, quattuor equis albis vecto, vrbem ingrediebantur, sicut ponit Titus Liuius in multis. Sic vere dico, quod iusti, qui in hoc mundo contra hostes animæ pugnauerunt, & victoriam ab eis reportauerunt, digni sunt ad vrbem vrbium paradisum finaliter accedere, & ibidem in curru proprij corporis quattuor equis albis, id est, quattuor dotibus insignito, laudem & gloriam reportare. Vnde quilibet beatus potest dicere illud Ezech. 4. *Veni, inquit, ad transmigrationem, ad aceruum nouarum frugum, & ad eos, qui habitabant iuxta flumen Chobar, & sedi, vbi illi sedebant, & mansi ibi tribus diebus.* Chobar enim interpretatur iuxta electum, quia reuera sancti & iusti finaliter ad illos, qui iuxta electum Christum in flumine delitiarum Paradisi habitant, sc. ad angelos veniunt & accedunt, & cum eis sedent perpetuo, vel quiescunt, vel tribus diebus, qui sunt tres animæ dotes, manent perenniter, & persistunt. Tres enim dies isti sunt

Clara fruitio,
Clara cognitio,
Vera duratio, seu æterna securitas seu tentio.

¶ Est enim ibi clara fruitio, gustans suauiter, quia sc. Paradisus potest dici illud cœnaculum grande stratum, vbi Christus præcepit parari cœnam. *Ibi, inquit, parate nobis,* Luc. 22. Psal. *Ibi lætabimur in ipso.* Vnde & Aug. de verb. Apost. c. 11. dixit: Quid est, inquit, sursum habere cor, ibi spera, ibi ama, ibi spera virtutem, ibi expecta mercedem. Vnde Aug. de ciu. Dei, c. 21. dixit sic: Ibi beata vita in suo fonte bibitur, vbi veritatis visio clarissime speratur. ¶ Item ibi est clara cognitio videns veraciter. Mat. 6. *Ibi eum videbitis, sicut dixit vobis.* De quo idem Aug. ib. dicit: Ibi, inquit, tota virtus erit videre, quod amas, & summa fœlicitas, amare, quod videas. Item est ibi vera duratio viuens perenniter. Vnde Christus potest dicere de quolibet beatificando illud, quod dicitur

BB 6 s. Reg.

B

1.Reg.1. *Ducam eum, vt appareat in conspectu Domini, & maneat ibi iugiter.* Vnde de ista securitate æternitatis dicit August. vbi supra. Ibi (inquit) vacabimus & videbimus, amabimus & laudabimus. Ecce, inquit, quod erit in fine sine fine. Nam quis noster est finis, nisi peruenire ad regnum, cuius nullus est finis? Vt de isto Ibi, & de animarum fœlicitate, & beatorum ibidem existentiú dicatur illud Ezech.34. *In montibus excelsis Israel erunt pascua eorum, ibi requiescent in herbis virentibus, & in pascuis pinguibus.* Pascua enim ista sunt vera, & æterna, & semper virentia, gaudia paradisi, quæ sc. habent oriuntur ex grata Sanctorum & Angelorum societate, Esa.65. *Serui mei habitabunt ibi.*

¶ Item habent ortum gaudia paradisi ex sublata malorú perpetuitate, quia sc sicut dicitur Esa.35. *Tunc (inquit) saliet sicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum.* Sequitur: *Et erit ibi semita, & via sancta vocabitur. Non erit ibi leo, & mala bestia non ascendet per eam, nec inuenietur ibi.*

¶ Item ex ostensa Dei præsentia, & suæ gloriæ claritate, quia sicut dicitur Ezech.8. *Ecce ibi gloria Domini.* Et Ezech.48. *Nomen ciuitatis ex illa die, Deus ibidem.*

¶ Item ex perfectæ vitæ decentia & status nobilitate, & libertate, quia scilicet, ibi cessabit omnis seruitus, & omnis principatus, nec aliquis erit alteri subditus, sed quilibet alteri socius & amicus, Iob 3. *Paruus & magnus ibi sunt, & seruus & liber à Domino suo.* Et ideo breuiter de isto Ibi loquitur Prosper lib. de vita contemplatiua, vbi dicitur: Futura, inquit, vita ibi creditur esse beate sempiterna, & sempiterne beata, vbi est certa securitas, & secura tranquillitas, &c. sicut supra, vbi gloria. Sic igitur patet, quod iusti habent vnum Ibi, vbi regnant cum summo gaudio; vnum Ibi, vbi vacant sicut in studio; vnum Ibi, vbi certant sicut in stadio. Et sic patet, quomodo illud aduerbium Ibi quandoque refertur ad iustum.

F ¶ Quarto dico, quod quandoque ibi spectat ad iniustum. Et sic per Ibi possunt intelligi tria loca, videlicet

Vnum Ibi, in quo { Rigent culpæ sectatores, / Vigent rerum delectores, / Lugent mortis possessores.

Primum Ibi est interius,
Secundum Ibi est exterius,
Tertium Ibi est inferius.
Primum Ibi nocet & inficit,
Secundum Ibi trahit & allicit,
Tertium Ibi necat & officit.
Primum Ibi est peccati status,
Secundum Ibi est caro vel mundus,
Tertium Ibi est sequens infernus.

¶ Dicam igitur, quod est vnú Ibi, quod est peccatorum, quod inhabitantes fœdat, & inficit. Et istud pro certo signat statum peccati, quia illi, qui ibi habitant, diuersis malis morbus inficiuntur, & de vitio ad vitium dilabuntur. Patet in figura Matth. 12. vbi dicitur; *quod spiritus immundus rediens ad hominem, assumpsit secum septem alios nequiores se, qui intrantes habitant ibi, & fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus.* Spiritus immundus peccatum signat, quia sc. vnum septem secum adducit, in quantum sc. teste Greg. suo pondere ad aliud trahit, ita quod vnum septem, id est, aliorum vniuersitatem introducere consueuit. Istud igitur Ibi non est inhabitandum, sed omni diligentia fugiendum. Esa. 23. *Consurgens transfreta ibi, quoniam non erit requies.* Ibi, quia reuera qui in tali Ibi, sc. in peccato habitauerit, morti perpetuæ subiacebit, iuxta illud Ier. 42. *Omnes viri, qui posuerunt faciem suam, vt ingrediantur Aegyptum, vt habitent ibi, morientur fame gladio & peste.* Ægyptus enim quæ interpretatur tenebræ, signat peccatum, quod mentem facit hispidam & obscuram. In tali igitur Ægypto, i.e. peccato, sunt illa tria mala, videl. Pestis, seu epidemia, h.e. tam proprij subiecti, quam aliorum infectio & corruptio. Gladius, i. vermis cordis, punctura, & remorsio. Fames, i. desideriorum inquietus & indeterminatus appetitus & affectio. Quod autem istud Ibi, sc. peccatorum, sit sui & aliorum corruptiuum & infectiuum, patet Cant. 8. vbi dicitur: *Ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua.* Mater enim & genitrix est voluntas.

¶ Item quod istud Ibi sit more gladij pungitiuum, & remorsiuum, patet Hier. 42. vbi dicitur, *Si intraueritis Aegyptum, vt ibi habitetis, gladius quem vos formidatis, ibi comprehendet vos.*

¶ Item quod istud Ibi sit infamis appetitus inquietatiuum & inflammatiuum, patet ibid. vbi dicitur: *Fames, pro qua solliciti estis, adhærebit vobis in Aegypto, & ibi moriemini.* Quia breuiter in peccato non est dare requiem sufficientem, aut quietem. Esa. 23. *Ibi non erit requies tibi.* Patet igitur, quod est vnum Ibi, quod est terrenorum, quod inhabitantes fœdat & inficit.

G ¶ Deinde dico, quod est vnum Ibi, quod est terrenorú, quod inhabitantes trahit & allicit. Et istud pro certo est mundus, qui recte est vnum Ibi, seu vnus locus more Charybdis attrahens & absorbens. Charybdis enim est locus seu vorago aut periculum in mari, quod naues attrahit, & absorbet. Sic mundus attrahit mentem hominis alliciendo, & absorbet, & sibi incorporat glutiendo. Alij enim attrahantur ad delitias, alij ad diuitias, alij ad eminentias. Postquam autem attracti fuerint, aut allecti, inde amplius vix exeunt, aut euadunt. Dicunt enim illud Hier. 42. *Pergemus (inquiunt) vbi non videbimus bellum, clangorem tubæ non audiemus, famem non sustinebimus, & ibi habitabimus.* Et aduerte, quod tale Ibi est euitandum propter honoratos, qui inde recedunt, propter sceleratos, qui ibi procedunt; propter effrenatos, qui nocent & lædunt. ¶ Ibi enim est nobilium & honoratorum indigentia, quia scil. Ibi, vt communiter, non habitant viri sancti, Esa. 34. *Nobiles eius non erunt ibi, regem potius inuocabunt, & omnes principes eius erunt in nihilum.* Et Esa. 14. dicitur; *Non figet ibi tentoria Arabs, nec pastores requiescent ibi.* Arabs interpretatur vigilans pater, significans contemplatiuos. Pastores vero significat bonos prælatos & actiuos, qui sc. non habitant hodie in hoc mundo, vnde illud Ier. 50. *Non habitabit ibi vir*, i. virtuosus. ¶ Item quia Ibi est debilium & sceleratorum opulentia, quia s. mali & scelerati florent præ cæteris in hoc Ibi, vnde Esa. 13. *Requiescent ibi bestiæ, & replebuntur domus eorum draconibus, & habitabunt ibi struthiones, & pilosi saltabunt ibi, & respondebunt ibi vlulæ in ædibus eius, & Sirenæ in delubris voluptatis.* Vide eam expositam in titulo de Delubris. ¶ Item quia ibi est crudelium & efferatorum violentia, quia sc. ibi habitant crudeles, & tyranni, qui grauant & lædunt homines innocentes, de quibus Baruch 3. dicitur: *Ibi fuerunt gigantes nominati à principio, statura magna, scientes bellum, non hos elegit Dominus.* Et Esa. 34. *Occurrent (inquit) dæmonia, onocentauris & pilosus clamabunt alter ad alterum, ibi cubauit Lamia, & inuenit sibi requiem, ibi habuit foueam ericius, & nutriuit catulos.* Vide eam expositam in titulo De. Et applica, quomodo dæmonia significant impios & crudeles. Onocentauri mixti ex asino & tauro, significant rusticos nobilitatos & nobiles factos. Pilosi hypocritas. Lamia luxuriosos, quæ monstrum est fœmineum, cum equinis. Ericius cum pedib. spinis signat auaros. Omnes enim tales in múdo habitant, & ibi bonos impetunt atque grauant. Et breuiter ego dico, quod

Ibi locus est { Immunditiæ corpus maculantis, / Insolentiæ bona dissipantis, / Inconstantiæ praua machinantis, / Iniustitiæ Deum prouocantis, / Defluentiæ cito corruentis.

¶ Dico igitur, quod in hoc Ibi per immunditiam corpus maculatur. Et hoc pro certo tam in sæculo, quam in claustro. Oseæ 6. *In domo mea vidi horrendum ibi fornicationes Ephraim, contaminatus est Israel & Iuda.* ¶ Item Ibi per insolentiam virtus dissipatur. Sic vere de filio prodigo dicitur Luc. 15. *quod accepta portione sua à patre, iuit in regionem longinquam, & ibi dissipauit substantiam suam viuendo luxuriose*, id est, superflue. In mundo enim qui recte à Deo longinquus, & remotus dicitur, homo substantiam virtutum & gratiæ dissipat, dum ibi luxuriose, id est, superbe & insolenter habitat. ¶ Item ibi per inconstantiam homo variatur, Iac. 3. *Ibi inconstantia, & omne opus prauum.* ¶ Item ibi per iniustitiam Deus prouocatur, Ose. 9. *Ibi exosos habui propter multitudinem adinuentionum eorum.* ¶ Item ibi per defluentiam vigor eneruatur, quia scil. ibi faciliter corruitur in peccatum, Psal. *Ibi ceciderunt, qui operantur iniquitatem, confusi sunt, quoniam Deus spreuit eos.* Et merito, quia pro certo ibi impellimur ab hoste, à quo etiam armis spiritualibus spoliamur, quia sc. sicut dicitur in Ps. *Diabolus ibi confregit potentias, arcum, scutum, gladium, & bellum, &c.* Expone. Sic igitur patet, quomodo per ibi intelligitur mundus. Et sic dico, quod est vnum ibi, quod est terrenorum, quod inhabitantes trahit, & allicit.

H ¶ Insuper dico, quod est vnum Ibi, quod est damnatorum, quod inhabitantes lædit & affligit. Et istud est infernus, vbi damnati cruciantur & dolent, & vbi desolantur & lugent. Infernus enim est quoddam ibi, seu quidam locus metuendus, & fugiendus, multiplici ratione, videlicet, quia

Ibi est dura cordis anxietas,
Ibi est nulla cibi satietas,

Ibi est

Fœda loca proprietas,
est Multa pœnæ varietas,
Dira gentis societas,

¶Ibi sc. in inferno malum est habitare propter duram cordis anxietatem, quia sc. sicut dicitur Matth. 8. *Ibi erit fletus, & stridor dentium.* ¶Item propter nullam cibi satietatem. Esa. 42. *Ibi morientur gladio, & fame.* ¶Item propter malam loci proprietatem, quia iste locus est lacus fœtidus, & etiam carcer obscurus, Es. 2. *Congregabuntur congregatione vnius fascis in lacum, & claudentur ibi in carcere.* ¶Item propter multam pœnæ varietatem, quia scilicet *ibi dolores vt parturientis.* Psal. 47. vnde de damnando, Ezech. 12. dicit Dominus sic: *Extendam rete meum super illum, & capietur in sagena mea. & ducam eum in Babylonem, & ipsam non videbit, ibique morietur.* Ibi enim capitur, & inuaditur, quia capitur in sagena. Ibi etiam & inuoluitur, quia extenditur super eum rete. Ibi vituperatur & confunditur, quia adducitur in Babylonem, quæ interpretatur confusio. Ibi etiam obtenebratur, & obtunditur; ipsam inquit non videbit. Ibi exterminatur, & occiditur, ibique moritur. Igitur horrendus est locus iste, propter multam pœnæ varietatem. ¶Item propter diram loci societatem, quia scil. ibi sunt dæmones, & damnati. Vnde si vis scire qualia genera personarum habitant ibi, dic illud Ezechiel. cap. 32. *Ibi Assur, ibi Elam, ibi Mosoch & Tubal, & ibi Idumæa, & reges eius, ibi principes Aquilonis omnes, & vniuersi venatores.* Vide eam diuisam, & prosecutam infra in titulo de inferno in §. Item est locus malæ societatis. Et sic igitur patet, quod ibi, in quantum spectat ad iniustum,

Peccatum, statum iniquorum,
Denotat hunc mundum, nidum malignorum,
Infernum, locum damnatorum.

Et sic bene patet, quod ibi quandoque refertur ad iniustum, quandoque ad beatum, quandoque ad iustum, quandoque ad Christum. Sufficit. Vide de illic

A **Id.** Nota, quod id idem est, quod illud, quod signat eam rem de qua agitur, & maxime rem solidam atque certam. Et si vis, dic, & nota, quod in scriptura reperitur

Vnum id, quod est:
Prouidentis,
Pœnitentis,
Miserantis,
Iudicantis,
Contemplantis,
Patientis,
Permanentis,
Submittentis,
Obedientis.

¶Dico igitur, quod nos debemus habere vnum Id, quod spectat ad prouidentem, scilicet Id, quod est necessarium ad vitam, vnde Exod. 15. dicitur de Manna, quod *singuli sexta id, quod edere poterant, congregauerunt*

¶Item vnum id, quod spectat ad pœnitentem, & istud est lauare crimina pœnitendo, & confitendo, vnde præcipitur, Leu. 13. quod *si sacerdos viderit lepram non creuisse, præcipiet, & lauabunt id, in quo est lepra* Et sic verificatur illud 2. Mach. 12. quod *id, quod factum fuerat, delictum obliuioni traderetur.* ¶Item vnum id, quod spectat ad miserantem, & illud est virtus clementiæ, vnde Deut. 23. *Fratri autem tuo id, quo indiget sine vsura commodabis.*

¶Item vnum id, quod spectat ad iudicantem, seu ad præsidentem, & istud est factum iustitiæ, vnde Iob. 6. *Respondete, obsecro, absque contentione, & loquentes id, quod iustum est, iudicate.*

¶Item vnum id, quod spectat ad contemplationem, & istud est illuminatio mentis luce scientiæ, vnde Dan. 8. *Id, quod videram in principio vidi in visione mea.* ¶Item vnum id, quod spectat ad patientem seu sustinentem, istud est virtus fiduciæ, sc. spes illius, quod sequitur de patientia aduersorum, scilicet gloria paradisi, de qua 2. Corinth. 4. *Id enim, quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis, &c. æternum gloriæ pondus operabitur in nobis.* Illud etiam, quod concomitatur illum actum tribulationis & tentationis, scilic. auxilium diuinæ gratiæ & virtutis, de quo 1. Corinth. 10. *Fidelis Deus est, & non permittet vos tentari vltra id, quod potestis.*

¶Item est vnum id, quod spectat ad stabiliter permanentem, & istud est virtus constantiæ, de qua Esa 6. *Semen sanctum erit id, quod steterit in ea.* Ad quod hortatur scriptura, Apoc. 2. *Tamen id quod habetis, tenete, donec veniam.*

¶Item vnum id, quod spectat ad humiliter submittentem, & ista est virtus humilitatis, qualem scil. videbatur habere Christus, quando illis, quibus benefecerat, *præcipiebat vehementer, vt nemo id sciret*, vt dicitur Marc. 5 ¶Item est vnum id, quod spectat ad obedientem, & ista est virtus promptæ voluntatis, de qua dicitur 2. Cor 8. quod *si voluntas prompta est, secundum id, quod habet, accepta est, non secundum id, quod non habet.* Sic igitur patet, quod istud pronomen Id quandoque signat in bono.

¶ Sed videtur, quod Id etiam quandoq; habet significare in malo. Vnde quandoq; signat vitiū, quandoq; pœnam. Vitium, dico, sicut de vitio hypocrisis scribitur Matt. 24. *Væ vobis Scribæ & Pharisæi, hypocritæ, qui mundatis, quod de foris est.* Pœnam etiam signat sicut de peccatoribus patet Ioh. 2. quod cum inebriati fuerint, supple, vitiis in hac vita, datur eis tunc id, quod deterius est, hoc est dictum, de pœna æterna. Et hoc sufficit de Id. Vide de Huius, & his similibus in lit. H, & de Idipsum infra, & de Idem in fin. B

**Idcirco.** Nota, quod idcirco sicut & ideo, est coniunctio causalis, significans idem, quod ergo, & similia. Signat enim quandam conclusionem, & quandam præmissarum probationem, & consequentiam. Dicam igitur moraliter, quod sicut ex præmissis sequitur conclusio, ex veris vera, & ex falsis falsa. sic etiā in moribus, secundū quod boni vel mali præcesserint, conclusiones & consequentiæ bonæ, vel malæ sequentur. Ideo possumus dicere, quod Idcirco potest accipi in bono, & in malo. In bono, dico, quia sc. ex bonis præmissis, id est, ex bona intentione & voluntate, ex bona fide & veritate, ex bona dilectione & charitate, sequitur in quolibet iusto bonum Idcirco, id est, bona conclusio, videlicet, vitiorum detestatio, bonorum habituum & virtutum generatio, bonorum operum productio, & vitæ æternæ acquisitio. Ex bona enim radice prouenit bonus fructus, ex bono semine bona planta, ex bonis principiis bonus finis. A

¶ Primo igitur notabo, quod boni & iusti habent B

Vnum Idcirco:
Charitatis fœderatiuæ,
Æquitatis distributiuæ,
Sedulitatis executiuæ,
Auctoritatis imperatiuæ,
Humilitatis deprecatiuæ,
Sagacitatis dispositiuæ,
Turbationis meditatiuæ,
Locutionis moderatiuæ,
Compassionis desolatiuæ,
Afflictionis maceratiuæ,
Consolationis retributiuæ.

¶ Istæ enim sunt fines, & conclusiones iustorum, quæ inferuntur categorice per Idcirco Dico igitur, quod

In istis viget & est:
Charitatis fœdus,
Æquitatis modus,
Sedulitatis actus,
Auctoritatis status,
Humilitatis virtus,
Sagacitatis fructus,
Meditatio timorosa,
Collocutio seriosa,
Compassio viscerosa,
Afflictio dolorosa,
Consolatio seu retributio gloriosa.

¶Dico igitur, quod in sanctis est charitatis modus omnia fœderans. Vnde de Phinees dicitur Numer. 25. *Phinees auertit iram meam, ne delerem filios Israel, idcirco loquere ad eum: Ecce pacem fœderis mei.* ¶Item in ipsis est æquitatis modus omnia temperans, Deut. 19. *Idcirco præcipio tibi, vt tres ciuitates æquali inter se spatio diuidas.* ¶Item in ipsis est sedulitatis actus, iustis obtemperans. 2. Reg. 19. *Agnosco ego seruus tuus peccatum meum, idcirco hodie primus veni de omni domo Ioseph, descendique in occursum domini mei regis.* ¶Item in ipsis est auctoritatis status, aliis imperans. Constat enim quod Deus promouet quandoque iustos ad arduas dignitates, vt iuste iudicent, & vt proficiant aliena, vnde de isto Idcirco dicitur 2. Paral. 9. *Diligit Iesus Israel, & vult seruare eum, idcirco posuit te super eum regem, vt facias iudicium atque iustitiam.* ¶ Item in ipsis est humilitas prece exuberans, vnde 1 Paralip. 17. *Idcirco inuenit seruus tuus fiduciam, vt oret coram te.* ¶ Item in ipsis est sagacitas deliberans Nehem. 4. *Idcirco nunc veni, vt ineamus consilium pariter.* ¶ Item est in ipsis meditatio mentem reuerberans. Iusti enim turbantur, & timent, quando considerant maiestatem diuinam. Iob. 23. *Idcirco à facie ipsius turbatus sum, & considerans eum, timore sollicitor.* Et etiam, quando animaduertunt iniquitatem in humanam, vnde Ecclef. 2. *Idcirco tædet me in vita mea videns.*



mea viden-

*mea videntem mala vniuersa quæ sunt sub cælo.* ¶ Item in ipsis est discretio sermones moderans. Eccles 5. *Deus,* inquit, *in cælo, & tu super terram, idcirco sint pauci sermones tui.* ¶ Item est in ipsis compassio fletus exuberans. Thren. 1. *Idcirco ego plorans, & oculus meus deducens aquas.* Iterum dico, quod in ipsis est afflictio corporis macerans. Vnde quilibet potest dicere illud Iob 42. *Idcirco ipse me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla & cinere.* Cinis enim & fauilla mortificationem & macerationem carnis designat. ¶ Item ego dico, quod in ipsis est consolatio salutem operans, & ista est finalis consolatio paradisi, in qua omnis dolor aufertur, & omnis lætitia, quies, atque fœlicitas subinfertur. Vnde animæ desolatæ, & in præsentibus tribulationibus afflictæ dicitur Esa. 51. *Quæ contristabitur super te? vastitas, & contritio, & fames, & gladius. Quis consolabitur te?* Sequitur: *Idcirco audi paupercula, & ebria, non à vino. Ecce tuli de manu tua calicem soporis, & fundum calicis indignationis meæ.* Sic igitur patet, quod inuenitur vnum Idcirco, quod spectat ad iustum.

C Secundo dico, quod est vnum Idcirco, spectans ad iniustum. Mali enim in triplici statu suo, qui est culpæ, miseriæ, & pœnæ, habent in quolibet suum Idcirco, id est, suam definitiuam decisionem, suumque finem & conclusionem. Dico igitur, quod isti habent

Vnum Idcirco {
Possessionis & opulentiæ,
Infectionis & immunditiæ,
Confusionis & verecundiæ,
Turbationis & inconstantiæ,
Dormitionis & negligentiæ,
Obliuionis & ignorantiæ,
Elationis & superbiæ,
Obstinationis & malitiæ,
Desolationis & tristitiæ,
Vacuationis & penuriæ,
Visitationis & iustitiæ,
Definitionis & sententiæ,
Relegationis & impotentiæ,
Executionis & violentiæ.

In istis igitur quatuordecim particulis possum (vt videtur) includere, quicquid conclusione pertinet ad malos, generaliter loquendo, quantum ad statum præsentis miseriæ, latentis culpæ, sequentis pœnæ, & possum probare omnia per Idcirco.

¶ Dicam igitur, quod isti habent vnum Idcirco opulentiæ & possessionis, quia sc. mali in hoc mundo prosperitate & diuitiis florent. Vnde Ierem. 48. *Fertilis fuit Moab ab adolescentia sua, non est transfusus de vase ad vas, idcirco remansit gustus eius, & odor ipsius non est immutatus.* ¶ Item isti habent vnum Idcirco immunditiæ & infectionis; quia scil. mali, vt communiter, luxuriæ veneno sunt infecti. Vnde in persona luxuriosæ mulieris fatuum iuuenem alloquentis dicitur Prou. 7. *Victimas pro salute deuoui, hodie reddidi vota mea, idcirco egressa sum in occursum tuum, desiderans te videre, & reperi.* ¶ Item isti habent vnum Idcirco verecundiæ & confusionis, quia omnia sunt apud eos inordinata & confusa. Vnde de turri, vbi confusum est labium vniuersæ terræ, dicitur Gen. 11. *quod idcirco vocatum est nomen eius Babel*, quod interpretatur confusio. ¶ Item habent vnum Idcirco inconstantiæ & turbationis; semper enim sunt in volutione, & motu, & cum animo inquieto. Iob 20. *Idcirco cogitationes variæ succedunt sibi, & mens in diuersa rapitur.* ¶ Item habent vnum Idcirco negligentiæ & dormitionis. Sunt enim sicut homines mortui, sine motu bonorum operum & virtutum. Vnde illi infirmo & pessimo Regi Achab dictum est 4 Reg. 1. *Idcirco de lectulo, super quem ascendisti, non descendes, sed morte morieris.* ¶ Item habent vnum Idcirco ignorantiæ & obliuionis. Isti enim obliti sunt Dei creatoris sui, & ideo ab ipso finaliter obliuioni tradentur, vnde Iob. 34. *Nouit enim opera eorũ, & idcirco inducet noctem, & conterentur.* Nox enim designat ignorantiam & errorem. ¶ Item isti habent vnum Idcirco superbiæ & elationis, Ier. 5. *Confregerunt iugum, ruperunt vincula, idcirco percussit eos leo de sylua.* Leo n. superbiam signat, qui illos percutit & inuadit, qui vincula disciplinæ, legis & iustitiæ rũpunt. ¶ Item isti habent vnum Idcirco malitiæ & obstinationis. Isti n. ita obstinati sunt in malo, quod per quamcunq; tribulationem nunquã possunt flecti ad bonum; quinimo multi sunt, qui videntur positi esse à Deo sicut ad sagittã, vt Deus miracula potentiæ suæ ostendat in afflictione ipsorum, sicut de Pharaone legitur, vnde de tali Idcirco legitur Exod. 9. *Idcirco autem posui te, vt ostendam in te fortitudinem meam. Et loquitur Dominus Pharaoni.*

¶ Item isti habent vnum Idcirco tristitiæ & desperationis seu desolationis. Constat enim, quod mali desperant de vita futura, & ideo nunquam habent veram lætitiam, imo semper sunt in mentali tristitia atque dolore. Vnde de tali Idcirco dicitur Es. 16. *Audiuimus superbiam Moab, &c.* Sequitur: *Idcirco vlulabit Moab, ad Moab vniuersus vlulabit.* Vlulabit, dico, id est, desolabitur, & desperabit. ¶ Item isti habent vnum Idcirco penuriæ & vacuationis. Mali enim habent penuriam & vacuationem bonorum spiritualium, & etiam quandoque temporalium. Quia etiam sæpe fit, quod etsi abundant diuitiis, instigante tamen auaritia semper sunt in indigentia & penuria. Teste enim Senec. *Diues est non, qui magis habet, sed qui minus cupit.* Sæpe etiam fit, quod cum Deus dederit in manibus eorum omnia, ipsi tamen vtuntur eis in superbia, nec benefactorem modo debito recognoscunt: ideoque ipse Deus indignatus solet bona sua retrahere & auferre & eos ad paupertatem ducere & deserere. Vnde de tali Idcirco dicitur Ose. 2. *Ego dedi ei frumentum, & vinum, & oleum, & argentum multiplicaui ei, & aurum, quæ fecerunt Baal. Idcirco conuertar, & sumam frumentum meum in tempore suo, & vinum meum in tempore suo.* ¶ Item dico, quod tales habent vnum Idcirco iustitiæ & visitationis, quia sc. Deus videns iniquitates istorum, solet eos iustitialiter visitare, & eos inde merita iudicare, quod potissime fiet in die iudicii vel particularis vel generalis, de quo Idcirco dicitur Ier. 6. *Confusione (inquit) non sunt confusi, erubescere nescierunt.* Idcirco cadent inter corruentes, in tempore visitationis suæ corruent. Deus enim illos, quos amplioribus dotauit, & fauoribus maioribus ampliauit, solet, si ingrati sunt, acrius visitare, & eos seuerius castigare. Vnde Amos 3. dicitur: *Tantummodo vos cognoui ex omnibus cognationib. terræ, idcirco visitabo super vos omnes iniquitates vestras.* ¶ Item isti habent vnum Idcirco sententiæ, & definitionis. Vnde de Balthasaro, quod superbe egerat, dicitur Daniel. 5. *Idcirco missus est à Deo articulus manus, quæ scripsit in pariete Mane, Thecel, Phares.* Expone: Scriptura enim significat sententiam definitiuam, quæ secundum iura, dari debet in scriptis. ¶ Item isti habent postea vnum Idcirco miseriæ, & relegationis. Excludentur enim à visione diuina, & à gloria paradisi. Vnde 2. Reg. 5. Idcirco dicitur in prouerbio, *cæcus & claudus non intrabunt templum.* ¶ Item vltimo dico, quod isti habent vnum idcirco, i. vnum finem, & conclusionem violentiæ, & executionis. Iudex enim sententiam suam debet exequi, & eam per violentiam, & potentiam consectari. Vnde Ezech. 21. *Idcirco egredietur gladius meus de vagina sua ad omnem carnem ab austro vsq; ad Aquilonem, vt sciat omnis caro, quod ego Dominus eduxi gladium meum de vagina sua irreuocabilem.* Et 2. Par 34. *Idcirco stillabit furor meus super locum istum, & non extinguetur.* Et certe si conquerantur damnati quare talia patiuntur, potest eis responderi per Idcirco, & dici illud quod scribitur 1. Reg 28. *Quia non obedisti voci Domini, idcirco quod pateris, fecit tibi Dominus hodie.* Item quod etiam ipsimet confitendo propriosceatus, recognoscent finaliter culpam suam, & se confitebuntur necessario iuste pati, dicente quolibet illud idcirco, quod scribitur Ier. 6. *Idcirco furore Domini plenus sum, laborans sustinens.* Vnde breuiter concludendo, de eis potest dici illud, quod scribitur 3. Reg. 9. *quod quia Dominus eduxit patres eorum de Ægypto, & ipsi adorauerunt deos alienos, & adorauerunt eos, & coluerunt, idcirco induxit Dominus super eos omne malum hoc.* Patet igitur quomodo inuenitur vnum idcirco spectans ad iniustum.

¶ Tertio vero possum dicere, quod inuenitur vnum idcirco, quod spectat ad Deum. Et sic dico, quod Deus habet D

vnum Idcirco quod {
Mundum redimit,
Iustos eximit,
Malos perimit.

Deus enim definitiue, & conclusiue mundum voluit redimere & ideo ipse dicit Esa. 28. *Idcirco hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, angularem, pretiosum, in fundamento fundamentum.* Iste enim lapis angularis fuit Christus, qui per incarnationem in mundum redimendum fuit missus, & Sion, i. ecclesiæ fundamentum effectus. ¶ Item Deus bonos & iustos à malis intendit liberare & eximere. Vnde ipse est, qui dicit de homine iusto illud, Ierem. 31. *Filius honorabilis mihi Ephraim, adhuc recordabor eius. Idcirco conturbata sunt viscera mea super eum, miserans miserebor eius*, ait Dominus. ¶ Item Deus malos decreuit condemnare, & deprimere. Vnde Ezech. 5. ipse dicit, *Iudicia*, inquit, *mea proiecerunt, & in præceptis meis non ambulauerunt. Idcirco hæc dicit Dominus Deus.* Sequitur: *Faciam in te iudicia, & ventilabo vniuersas reliquias tuas in omnem ventum. Idcirco viuo ego,*

[illegible] *parcet oculus meus & non* potest spectare [illegible] diutius.

¶ Sed si velles alio modo sum ere, pos[illegible] bono significato potest designare [illegible] & discretos, qui scil. sciunt ad omne pro[illegible] omnem bonam conclusionem, finem, & [illegible] rte. Vnde proprie tales possunt di[illegible] quod isti sunt ideirco Charitatis, æquitatis pa[illegible]. Primo igitur notabo. Et alle[illegible] ¶ [illegible] lo ve[illegible] significato dic, quod id[illegible] homi[illegible] m rebellem, & litigiosum, qui sc. [illegible] vult acquiescere sed de omnibus fa[illegible] edd[illegible] re, & vnum ideirco de omnibus as[illegible] test dici [illegible] go, vnde, ideo, vel ideirco, dic [illegible] quæ supra dicta sunt in paragrapho, Se[illegible] estid [illegible] uco poss. illiunis, infectionis, & cô[illegible]

[illegible] deo est coniunctio causalis, signat n. cau[illegible] ctus, siue bonus fuerit, siue malus. [illegible] et per [illegible] odum causatiuæ respon[illegible] m quæstionem, quæ per Ideo non [illegible] uo [illegible] erbia, Quare & Ideo, videtur fui[illegible] ns, alius respondens, vnus disci[illegible] re se habet per modum disci[illegible] li[illegible] het per modum magistri vel [illegible] n, qui semper secum habeat Bac[illegible] un[illegible] et, vocantur, Vt & Quia. Sic[illegible] istus fuit incarnatus? Respondebi[illegible] o esset saluatus, vel quia ad hoc [illegible] s & [illegible] Tis. Igitur dic, quod Ideo semper [illegible] o [illegible] equentis effectus designationem. [illegible] ertinens ad bonos, & Ideo pertinens

[illegible] quod Ideo signat allegationem vel con[illegible] bonos. Et ideo dico, quod quia iusti [illegible] nt, Deum timuerunt, Deum dilexerunt, [illegible] mnes adiuuetuur, illis respondetur per [illegible] Ide[illegible]

[illegible] tentiam, ne pereant,
[illegible] entiam, ne egeant,
[illegible] atentiam, vt maneant,
M[illegible] tinentiam, ne fœteant,
[illegible] letitiam, vt placeant,
[illegible] h[illegible] ælentiam, vt pareant,
[illegible] entiam, vt sedeant,
[illegible] tiam, vt gaudeant.

[illegible] & iustorum, quia boni & iusti per [illegible] tas & virtutes, in futuro vero glo[illegible] ntur, quod sc. eorum potest probari [illegible] o vocantur ad pœnitentiam. Vo[illegible] fidem, ex occulta Dei prædesti[illegible] *in charitate perpetua dilexi te, ideo attra[illegible]* ¶ I[illegible] co, quod per Ideo ditantur per opu[illegible] iter, datur sufficientia terreno[illegible] ft: *Non affliget Dominus fame animam iu[illegible]* sæpe [illegible] prouidentia occulta, quod diuitiæ ma[illegible] cruantur [illegible], sicut apparuit de terra promissionis, quæ d[illegible] h[illegible] malignorum, quos Deus expulit, & deleuit, [illegible] I fac[illegible] ntroduxit. Vnde dicitur Pro. 13. quod *custoditur* [illegible] *iustitia peccatoris*. Vnde Sap. 10. dicitur, quod *iu*[illegible] *sti tulerunt* [illegible] *impiorum & decantauerunt: Domine, nomen sanctum tuum, &* [illegible] *victricem tuã laudauerunt pariter*. ¶ Item dico, quod Ideo firman[illegible] er[illegible] atientiam. Etenim, quia iusti probãtur per paupe[illegible] inueniuntur per constantiam, sicut de Abraham [illegible] cl[illegible] *Ideo stabilita sunt bona illorum in Domi*[illegible] *no*, Eccles. 31. ¶ [illegible] co, quod Ideo mundantur per continen[illegible] tiam. Luc. 1. *Ideoque & quod nascetur ex te sanctum vocabitur*. Sancti[illegible] tudo enim [illegible] undi[illegible] mentis & carnis designat. ¶ Item dico, [illegible] Ideo [illegible] mantur per redolentiam, Cantic. 1. *Oleum effusum nomen tuum, ideo adolescentulæ dilexerunt te nimis*. Quia enim nomen [illegible] ideo in eo ab adolescentulis, id [illegible] nubus men[illegible] bus adamatur. ¶ Item dico, quod quia [illegible] ct[illegible] tur [illegible] ll præsentiam. Astant enim Chri[illegible] Vide Apoca. cap. 7. dicitur, quod [illegible] *lauerunt stolas in sanguine agni*. Ideo *sunt ante thronum Dei, seruiunt ei die ac nocte*. Iustus enim plus a[illegible] obedire diuinis mandatis, quam abundare diuitiis infinitis. Vt de Psalm. *Ideo dilexi mandata tua super aurum & topazion*. ¶ Item dico, quod quia iusti sunt, Ideo leuantur ad eminentiam, quia reuera iusti per prouidentiam diuinam quandoque leuantur, & exaltantur ad prælationem & eminentiam temporalem, sicut de Abraham dicitur Ecclesiastic. 44. quod *quia inuentus est fidelis, ideo iureiurando dedit illi gloriam in gente sua*. ¶ Item dico, quod quia iusti sunt, Ideo portantur ad æternalem excellentiam, sicut Sap. 5. dicitur quod *ideo iusti recipient regnum & diadema speciei de manu Dei*. Istud autem fiet in patria, quando verificabitur illud Psalm. *Ideo conuertetur populus meus hic, & dies pleni inuenientur in eis*. Patet igitur, quod istud aduerbium Ideo potest significare quandam allegationem vel consequentiam, quæ spectat ad bonos.

¶ Secundo dico, quod Ideo potest significare quandam allegationem vel consequentiam, quæ spectat ad malos. Et sic dico, quod quia mali sunt, & peruersi, Ideo C

Leuat ipsos vana superbia cordialis,
Turbat ipsos grauis inuidia pectoralis,
Grauat eos tristis molestia corporalis,
Damnat illos grandis sententia supernalis.

¶ Mali enim, quia mali sunt, Ideo per superbiam leuantur cordialiter, Psalm. *Ideo tenuit eos superbia, operti sunt impietate & iniquitate sua*. Et causa redditur, quia scilicet *prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum*. ¶ Item dico, quod quia mali sunt Ideo per inuidiam læduntur pectoraliter. Vnde Eccl. 31. de oculo nequam, per quem intelligitur oculus inuidus dicitur: *Memento quoniam malus est oculus nequam*. Nequius oculo quod creatum est. Ideo ab omni facie sua lacrymabitur, ac si dicat. Inuidus solet per malum oculum insidiari, etiam quandoque, quando lædere non potest, lacrymari. Vnde de detractoribus, & inuidis dicitur Eze. 5. *Ideo patres comedent filios in medio tui, & filii comedent patres suos*. ¶ Item dico, quod mali quia mali sunt, ideo per molestiam læduntur corporaliter. Constat enim quod propter malũ culpæ sequitur etiam corporaliter malum pœnæ vtpote infirmitas, vel tribulatio temporalis, sicut de rege Israel Achab scribitur 4. Reg. 1. quod *quia miserat ad consulendum Deum Accaron, dictum est sibi, ideo de lecto super quem ascendisti, non descendes sed morte morieris. Mortuus est igitur &c.* ¶ Item dico, quod mali, quia mali sunt, ideo per iustitiam damnantur seu premuntur æternaliter, quia sc. in iudicio non resurgent ad gloriam, sicut sancti, imo comprimentur ad miseriam, vt iniusti. Vnde in Psalm. dicitur. *Ideo non resurgunt impii in iudicio, neque peccatores in consilio iustorum*. Sic igitur patet, quomodo Ideo est, quædam allegatio, quæ spectat ad malos, & ad bonos. Vide de titulo Propter infra in litera P. & etiam de Ideirco, & de Igitur, & de Quare, & de Quapropter. ¶ Si vis autem, dic de Ideo sicut de Ideirco, quia scilicet per Ideo intelliguntur homines sententiosi, & respondentes, & homines querulosi, & contradicentes &c. Vide de Ideirco in §. vlt.

**Idem.** Nota, quod Idem signat quandam integritatem, quandam conformitatem, & quandam essentiæ quidditatem Et sic notabis, quod est A

Identitas { Realis, Moralis, Localis.

¶ Dico igitur primo, quod est Identitas realis. Et ista est

Identitas diuinæ { Essentiæ, quæ est immutabilis, Iustitiæ, quæ est immobilis, Præsentiæ, quæ est habitabilis.

Clarum enim est iustitiam, & præsentiam diuinam nihil aliud esse, quam diuinam essentiam, quæ scilicet nec re mutatur, nec tempore, imo semper eadem, & in eodem statu perseuerat. De rebus autem creatis non sic, quia istæ continue variantur, quinimo sunt, & fuerunt Philosophi, qui dixerunt, quod omnia temporalia mutantur cum tempore, æterna vero stant, & eadem essentialiter perseuerant. Vnde etiam isti dixerunt, & homo nunquam est idem. Non enim idem, vt aiunt, iuuenis, quod senex. Non idem in vno loco, quod in alio. Non idem dexter, quod sinister. Non idem mortuus, quod viuus, & cætera similia. Ad quod satisfacit illud, quod scribitur Iob. 13. *Homo natus de muliere breui viuens tempore repletur multis miseriis. Qui quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquam ipse est, qui in eodem statu permanet*. Sed pro certo de Deo est aliud, quia scilicet dicit: *Ego Dominus, qui non mutor*, Malach. 3. *Ipse* [illegible], *de quo dicitur*

*dicitur. Non est Deus, vt mentiatur, nec tanquam filius hominis vt mutetur.* Numer. 23. *Iste semper vnus & idem est, & in eodem statu immutabilis permanet & consistit.* Et hoc est, quod bene dicitur in Psalm. & Heb. 1. *Ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes, sicut vestimentum veterascent, & velut amictum mutabis eos, & mutabuntur. Tu autem ipse es, & anni tui non deficient.* Et ideo 1 Corinth. 12. dicitur, *Diuisiones gratiarum sunt, idem autem spiritus. & diuisiones ministrationum sunt, idem autem Dominus. & diuisiones operationum sunt, idem autem Deus.* Et sequitur *Idem autem spiritus, diuidens singulis, prout vult.* Ista est igitur Identitas, quæ est realis.

B §Secundo dico, quod est Identitas quæ est moralis. Et sic dicam, quod est Identitas

Constans & solida,
Instans & fecunda,
Astans & prouida.
Primam facit vigoris fortitudo,
Secundam facit amoris certitudo,
Tertiam facit moris similitudo.

§Dico igitur, quod inuenitur Identitas firmitatis, quæ est informatiua, & hæc est illa summa, & inæstimabilis fortitudo, quæ mentem ita format, firmat, & informat in bono proposito, quod siue veniant prospera, siue insurgant aduersa, siue interueniãt varia, & diuersa, semper tamen in virtute, & constantia manet. Idẽ, vt nec sit motus varietatis in pectore, nec gestus cõtrarietatis in corpore, nec actus difformitatis in opere. Semper igitur debet esse Idem, iuxta illud 1. Corinth. 1. *Sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem scientia.* Philip. 3. *Idem sapiamus, & in eadem permaneamus regula.* Allega hic Senecam, qui in multis passibus loquitur de tali Identitate. Et si vis, inuehe contra illos, qui carent huiusmodi virtuosa, & stabili identitate, & qui nunquam in eodem statu persistunt, imo ad modicum flatum fortunæ, vel asperæ, vel secundæ, tam interius, quam exterius statum mutant. Similes illi lapidi Seleniti, qui secundum Lunam mutat imaginem, quia scilicet sicut Luna mutatur in cœlo, sic imago Lunæ, quæ est in lapide, mutatur & variatur in ipsius corpusculo. sic tales ad mutationem lunæ, id est, fortunæ, mutant imaginem status sui. Similes Tiresiæ vati, qui secundum fabulam, de viro in fœminam, & de fœmina in virum fuit mutatus, qui tamen oculorum lumine fuit priuatus, vt dicit Ouid. lib. 3. fabula 4. Sic tales quandoque sunt viri, quandoque fœminæ, quandoque fortes, quandoque infirmi, quandoque læti, quandoque tristes, quandoque magnanimi, quandoque parui. Et sic nunquam sunt idem Iob 15. *Nunquam in eodem statu permanet.* Quod potissime patet in nobis ecclesiasticis, quod fortunæ subiicimus nosmetipsos, & facili occasione voluimur, & rotamur. Iob 4. *Ecce, qui seruiunt ei, non sunt stabiles.* Ista est igitur Identitas firmitatis, quæ est informatiua.

C §Item dico, quod in moribus inuenitur Identitas charitatis, quæ est transformatiua. Amor enim transformat amantem in amatum. Et ideo amor proprie comparatur igni, qui scilicet duo metalla solet taliter liquefacere, & ignire, quod efficiuntur vnum, & idem: sic etiam amor. Vnde Seneca in Epistola dicit de amico: Est enim amicus quasi alter idem.

D §Item dico, quod inuenitur moribus Identitas qualitatis, quæ est conformatiua. Idem enim quandoque accipitur pro simili. Vnde quando vnum est alteri simillimum, tunc dicitur esse idem cum ipso, sicut cum dicitur Roman. 2. *Eadem enim agis, quæ iudicas.* Eadem enim dico, id est, similia. Et sic dico, quod nos inuenimus Identitatem bonorum, & Identitatem malorum. Bonorũ, dico, qui scilicet volunt se bonis aliis conformare, & cum eis esse idem in moribus, & in vita, quia scilicet isti solent idem credere, idem sapere, idem facere, idem sistere. Habent enim iusti eundem locum, quia scilicet omnes sunt in Ecclesia militante. Et omnes, qui sunt eiusdem religionis, debent esse eiusdem habitationis Actor. 3. *Erant autem omnes discipuli pariter in eodem loco.* Credunt etiam iusti eundem Deum 2. Cor. 4. *Habentes autem eundem fidei spiritum &c.* Habent etiam iusti eundem scientiæ fructum, quia scilicet omnes eadem doctrina, & scientia sunt instructi 1. Corinth. 10. *Omnes enim vnum potum spiritualem biberunt.* Et Phil. 3. *Idem sapiatis, eandem charitatem habentes, vnanimes idipsum sentientes.* Faciunt etiam iusti eundem bonæ operationis actum, quia scilicet in actibus, & ritibus, vnus alteri se conformat. Numer. 15. *Tam indigenæ quam peregrini eodem ritu offerent sacrificia.* Eccl. 4. *Et Isaac eodem fecit modo.* Inuenimus etiam Identitatem malorum, quia [illegible] habent Identitatem obstinationis, & Identitatem conuersa[illegible] se, ita sunt obstinati in malo, quod sem[illegible] à suo malo proposito possunt aliqualiter [illegible] tionis etiam, quia semper se solet vniuersalite[illegible] mare, eosdem actus facere, & idem dicere & [illegible] *Idem autem ipse sequitur amis w[illegible]* [illegible] id est, quilibet [illegible] idem cõ formatanibus volantibus, id est, aliis vanis hominibus, & [illegible] ptis. Et sic patet, quod est quædam Identitas, quæ est [illegible]

§Tertio dico, quod est quædam Identitas, quæ est [illegible] Quia pro certo iusti habent eundem locum [illegible] militantem in via. Iosue 5. *Manserunt in eodem castrorum loco donec sanarentur.* Et Paradisum seu Ecclesiam triumphante[illegible] to Num. 9. *Cunctis diebus, quibus stabat nubes super tabernaculum, manebant in eodem loco.* Et mali etiam in eodem loco mane[illegible] scilicet in vita sua isti habent eandem habitationem, & [illegible] in inferno eandem habent damnationem. Vnde de [illegible] Andronico, qui Oniam occiderat, dicitur 2 Mach. 4. *eodem loco in quo Oniam interfecerat, iussit rex Antiochus [illegible] ta priuari.* Et hæc de Idem, & de eodem sufficiant. Vid[illegible] iusmodi in litera H.

A

# Idipsum.

Quia idipsum videtur significare illu[illegible] Idem, notare possum, quod nos debe[illegible]

Idipsum {
Sapere,
Dicere,
Facere,
Sperare,
Laudare.

§Idipsum, dico, sapere. Rom. 15. *Deus autem pacis, & solatii det vobis idipsum sapere in alterutrum.*

§Item idipsum dicere. 1. Corinth. 1. *Obsecro autem vos fratres, vt idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata.*

§Item idipsum facere. Phil. *Gaudeo & congratulor vobis idipsum autem, & vos gaudete, & congratulamini mihi.*

§Item idipsum sperare. Psalm. *In pace in idipsum dormiam, & requiescam.*

§Item idipsum laudare. Psalm. *Exultemus nomen eius in idipsum.*

# Is.

Nota, quod Is, vt communius, accipitur demonstratiue, designat enim certitudinem personæ. Et ideo quia omnis persona aut est bona, aut est mala, dicam, quod Is potest in bono, & in malo significare, & designare hominem virtuosum, & hominem vitiosum. §Primo ergo dico, quod Is signat hominem virtuosum. Virtuosus enim potest dici Is, quia scilicet iste est demonstrabilis & spectabilis apud omnes ratione vitæ, apparentiæ, & doctrinæ. Et sic notabis, quod homo potest dici Is, id est, monstrabilis, & virtuosus.

Ratione {
Sapientiæ speculatiuæ,
Fiduciæ postulatiuæ,
Constantiæ toleratiuæ,
Charitatis retributiuæ,
Voluntatis renouatiuæ,
Humilitatis subiugatiuæ.

§Talis enim Is solet subtiliter speculari. Vnde Actor. 10. dicitur quod *Is vidit in visu manifeste, quasi hora nona, Angelum Dei.* §Item Is solet suppliciter rogare. Vnde de illo claudo, qui sedebat ad portam speciosam, dicitur Act. 3. quod *is videns Petrum, & Ioannem, incipientes introire in templum, rogabat vt eleemosynam acciperet.* §Item Is solet stabiliter portare, supple, tribulationes. Vnde 2 Mach. dicitur de sexto martyre Machabæorum, quod *is morti incipiens Antiochum arguebat.*

§Item is solet sinceriter amare, supple, Deum & quemlibet benefactorem. Vnde Luc. 7. *Quis, inquit, eum plus diliget? Respondens: Existimo, quod is, cui plus donauit.*

§Item solet animum renouare, scilicet per pœnitentiam opportunam. Vnde 2. Corinth. 4. *Licet is, qui foris est noster homo corrumpatur, is tamen, qui intus est renouatur de die in diem.* §Item Is solet se Deo subiugare. Vnde de dæmoniaco dicitur Luc 8. *Is, vt vidit Iesum, procidit ante illum.* Sic igitur dico, quod Is designat hominem virtuosum.

B §Secundo dico, quod potest designare hominem vitiosum, qui scilicet demonstratiuus potest dici, propterea, quod quandoque sic abundat in vitiis, quod tanquã monstrum vel spectaculum per alios digito demonstratur. Et hoc merito, quia pro certo Is

Abundat mendaciis sine veritate,
Prædicat eloquiis plenis falsitate.

Pessun-

[illegible] & prauitate,
[illegible] & cupiditate.
[illegible] solet mendacium seminare. 1. Ioh. 2. *Quis est men-[illegible], quoniam Iesus non est Christus?*
[illegible] tradicat e, 2. Corint. 11. *Si is, qui venit, alium [illegible]* (quem nos non prædicamus supple) falsum &c.
[illegible] solet in vitiis abundare, scilicet, in luxuria, & auaritia, [illegible] *Si is, qui frater nominatur inter vos, est fornicator, aut auarus, [illegible], &c.* Cum huiusmodi nec cibum sumite.
[illegible] ad [illegible] a concitare, seu pro docere, scilic. alios suis [illegible] & s, 1. Thess. 3. *Misi ad cognoscendum fidem vestram, [illegible] vos is, qui tentat, & inanis fiat labor vester.* Transeo, [illegible] est [illegible]

[illegible] Nota, quod Id est, potest accipi pro vna dictione, vel pro d[illegible]. Quocunque tamen modo accipiatur, [illegible] positiua, & declaratiua. Et sic nota, [illegible] ocabulum Id est, signat prudentem sagacitatem, [illegible] tate, præ[illegible]em prosperitatem, mundanam ad-[illegible], & cœleste [illegible]bertatem. Ista enim omnia habent [illegible] alterius, quam ostendant significati-[illegible] est, notatur morum sanctitas in pro-[illegible] est, notatur vitæ prauitas in fatuis, per [illegible] vanitas in prosperatis, per quartū [illegible] aupertas in tribulatis, & per quintum Id est, nota[illegible] in beatis.

B ¶ Item [illegible]co, quod ista dictio, Id est, signat in prouidis, & p[illegible] anctitatem. Prudens enim homo nihil [illegible] id est, quia sc. isti sui sciunt interpretari res [illegible] Ipsi sunt etiam aliud aliquoties, quam [illegible] quamuis non semper appareant,
[illegible] & [illegible] doloris,
[illegible] gni vigoris,
[illegible] & [illegible] gni vigoris,
[illegible] grandis valoris.
[illegible] quidam sunt viri pœnitentes dolore con-[illegible] bet dicatur illud Gen. 35. quod sc. *Rachel [illegible] [illegible]noni*, Id est, filius doloris.
[illegible] permanentes vigore muniti, vt scil. de [illegible] Genes. 35. *Pater vero vocauit eum Beniamin*, id [illegible] ta enim fortitudinem bonæ operationis [illegible]
[illegible] am sunt viri continentes, decore flo-[illegible] catur illud Iud. 6. *Nazaræus*, id est, con-[illegible] zaræus autem floridus interpretatur.
¶ [illegible] quidam sunt viri præcellentes valore sui [illegible] licet modici videantur, sciunt tamen, & p[illegible] magnis resistere, & pro fide magna, & g[illegible] bu[illegible]icatur illud Dan. 4. *Viri autem hi tres*, id [illegible], Misac. & Abdenago, *cecinerunt in medio ignis [illegible], & ambulabant in medio flammæ laudantes Deum*. Habes autem de [illegible] ibidem quomodo prouinciam Babylonis rexerunt, & quomodo [illegible] regi[illegible] tionibus contradixerunt, vt de quolibet [illegible] dicatur illud [illegible] Reg. 7. *Vocauit columnam Iachin*, id est, firmitat[illegible] igitur dicat, quod illud Id est, signat morum sanctitatem.

C ¶ S[illegible]ndo dico, quod ista dictio, Id est, signat in fatuis vitæ prauitatem, per Id est intelligi possunt quidam, qui & in verbis, & in factis n[illegible] sunt nisi vnum Id est, vnum aliud quam ostendant. I[illegible], co, sicut sunt rebelles & litigiosi, & hæretici, & superstiti[illegible], mendaces, & proditiosi. Isti enim habent sua verba semper du[illegible], & obscura, quia nunquam sunt talia sicut esse viden[illegible] no semper vnum Id est, id est, vna fallaci expositione glossata, & interpretatiua noscuntur, & tamen verba nostra deben[illegible] ita solida, quod nulla calua occasione vel ficta interpretatione debent mutari, sed in ea intentione, q[illegible] prolata sunt immutabiliter, debent effari. Leu. 27. *Si quis vo-[illegible] sanctum erit, nec mutari poterit*, id est, nec melius malo, nec peius bono. In factis etiam, sicut sunt hypocritæ, & malitiosi, quorum vita non est nisi vnum Id est, quia sc. alia est exsteria, quam apparens, alia conuersatio, quam operatio, alia vestis, quam [illegible] Vnde de [illegible] alis dicitur Iud. 19. *Venerunt viri ciuitatis illius filii Bel[illegible]*, id est, absque iugo. Vnde de peccatis talium potest dici illud Deut. 2[illegible] *abominationes, & sordes, id est, idola eorū*. Patet igitur, quod Id est, quandoq; sumitur, & designat vitæ prauitatem.

¶ Tertio dico, quod Id est, signat in prosperitatis mundi vanitatem. Mundi n. gloria non est nisi vnum Id est, vnū enim ostendit, & aliud prætendit, vnum est, & aliud erit, vnum patet, & aliud latet. Quia reuera mundus videtur splendere, & tamen solet fœtere, videtur ridere, & inuenitur lugere, videtur gaudere, & solet tædere, quia reuera, & in mundo, & in mundanis plus est de amaritudine, quam de dulcedine plus de tædio, quā de gaudio, plus de labore, quam de sopore. Et ideo de tali Id est, potest talis mundana persona dicere illud Ruth 1. *Non vocetis me Noemi*, id est, pulchram, *sed vocetis me Mara*, id est, amaram, quia amaritudine repleuit me omnipotens. Talis autem amaritudo, & tale Id est, tunc præcipue complebitur, quando per damnationem æternam omne, quod dulce fuerat, in amaritudinem conuertetur, & quando mundana gloria futuris infortuniis destruetur. Vnde de futuris infortuniis dicitur Ier. 51. *Sonabunt fluctus, quasi aquæ multæ, quia venit super eam*, id est, super Babylonem, *prædo & apprehensi sunt fortes eius, & emarcuit arcus eorum, quia fortis vltor Dominus retribuet*. Patet igitur, quod Id est, quandoq; designat mundi vanitatem. ¶ Quarto dico, quod Id est, designat in tribulatis rerum paupertatem. Constat n. quod status præsentis tribulationis, & paupertatis non est, nisi vnum Id est. Signat n. pro tempore futuro aliud, quam pro modo, quia pro certo molestia præsentium tribulationum signum est futurarum consolationū. Quod bene figuratum est Gen. 48. vbi dicitur, quod *Ioseph posuit Ephraim ad sinistram suam*, id est, ad dexteram Israel. Quia reuera quando Ioseph, qui interpretatur augmentum vel appositio, id est, mundi prosperitas, in qua est bonorum terrenorum augmentum, ponit aliquem ad sinistram suam, id est, in statu tribulationum, istud non est, nisi vnum Id est, hoc est dictum, vnum signum, & vna demonstratio, quod ipse erit finaliter ad dexteram Israel, id est in fœlicitate æternarum consolationum, & in societate *Israel, id est, Deum videntium*, h. e. spiritualium contemplationum. Signat igitur Id est, rerum paupertatem, & aduersitatē. ¶ Quinto dico, quod Id est, signat in beatis cœli voluptatem, & fœlicitatem. Id est enim signat declarationem, & expositionem illorum, quæ dicta sunt. Et quia in cœlo omnia sunt clara, nuda, exposita, & aperta, bene dico, quod cœli vita potest dici Id est.

D

B

F

¶ Vnde nota, quod ibi est declaratio & manifestatio
Veritatis & scientiæ,
Charitatis & lætitiæ,
Securitatis & fiduciæ,
Tranquillitatis & conscientiæ,
Libertatis & indulgentiæ,
Saturitatis & opulentiæ.

¶ Ibi enim refulget veritas, & cognitio, quia sc. ibi sunt Cherubin, qui interpretatur plenitudo scientiæ 3. Reg. 6. *Mensuræ paris opus vnum erat in duob. Cherubin*, id est, altitudinem habebant decē cubitorū. Hoc est dictū, altitudinem mentis ad cognoscendum verū denarium retributionis æternæ. ¶ Itē ibi refulget charitas, & dilectio: vnus n. alterum affectat, desiderat alterum intueri, & per charitatē, & inuicem consolari, Rom. 1. *Desidero n. videre vos*, id est, simul consolari in vobis per eā, quæ inuicē est fidem vestram atq; meā. ¶ Item ibi refulget securitas, & tuitio, quia sc. est secura habitatio, quæ à nemine perturbatur. Vnde istud *est tabernaculum nō manu factum*, id est, non huius creationis, Heb. 9. vnde Gen. 32. dicitur: *quod Iacob cum obuiā habuisset angelos, appellauit nomen loci illius Manaim*, i. castra. Et Gen. 33. dicitur, *quod appellauit nomen loci illius Cochoth*, i. tabernacula, vnde de cœlesti habitatione dicitur Heb. 11. *Nunc autē, inquit, meliorē appetūt*, supple, habitationē seu patriā, i. cœlestē, parauit n. illis ciuitatē. ¶ Item ibi refulget tranquillitas & quietio Leu. 23. *Die primo, & die octaua erit sabbathū*, i. e. requies.
¶ Item ibi refulget libertas & remissio, *quia sc. omne opus seruitutis remittetur, & cessabit ibi*, sicut Num. 26. & Leu. 27. dicitur, *quod cū iubileus, i. annus remissionis aduenerit, restituetur hæreditas pristino possessori*. Hæc est autem hæreditas seruorum domini, sc. gloria sempiterna. ¶ Item ibi declaratur saturitas, & refectio, quia sc. diuinitas & humanitas Christi sunt duo fercula, quib. animæ beatorū reficiantur, & corpora, vnde Exod. 16. dicitur, *quod filii Israel de manna cœlesti colligebant cibos duplices*, i. e. duo Gomor per singulos homines. Et Exod. 12. *Est enim Phase, id est, transitus domini*. Phase n. id est, Pascha, erat festum, vbi comedebatur agnus Paschalis.

**Idolum.** Nota, quod idolū est illa imago, figura, statua, seu similitudo, quæ antiquitus ab infidelib. pro Deo colebatur. Verūtamen quamuis generaliter idolū in scriptura significet A

g ii

gnificet deos gentilium, possunt tamen designare diuersa genera peccatorum, vel etiam diuersa genera vitiorum. Et breuiter dico, quod in Scriptura inueniuntur

Idola { Bonorum exteriorum, Deorum deteriorum, Vitiorum interiorum, Peruersorum & peccatorum.

Bona enim terrena dicuntur idola, quia ista non sunt veræ res, imo imagines rerum. Quædam etiam fictiones dicuntur esse idola, quas hebetes, & stulti faciunt deos suos. Et ideo consulitur Esa. 2. *In illa die, proiciet homo idola argenti sui, & simulacra auri, quæ fecerat, vt adoraret.* Ad literam enim antiquitus per totum orbem fuerunt idola, in quæ fatui idololatræ crediderunt, & ea coluerunt, & adorauerunt, de quibus Ezech. 20. *In idolis Ægypti nolite pollui.* Peccata etiam possunt dici Idola, quia sc. multi sunt, qui de diuersis peccatis deos suos faciunt, & in cordibus suis ea adorant, & colunt, sicut patet de carnalibus, qui recte videntur luxuriam deificare. Et de auaris, qui videntur auaritiam adorare. Eph. 5. *Auaritia, quæ est idolorum seruitus.* Peccatores etiam dicuntur idola, qui pro certo sicut idolum nullius erat virtutis quamquis magnæ esset auctoritatis, sic peccatores nullius sunt virtutis apud Deum, quamuis magnæ sint auctoritatis apud mundum. Et sicut idola de diuersis metallis, & materiis solebant fieri, quia scilicet

Quædam erant Idola { Lignea, Lapidea, Aurea, Ærea.

Sic vere mundi peccatores dicuntur esse lignei per fragilitatem, lapidei per insensibilitatem, aurei per pompositatē, ærei, id est, faciliter resonantes per iactantiam, & detractoriam prauitatem, iuxta illud Psal. *Simulacra gentium argentum & aurum.* De talibus igitur, & eorum malis operibus potest dici illud Sapient. 13. *Infandorum enim idolorum cultura omnis mali causa est.* Et breuiter possumus notare, quod per idola possunt accipi tria vel quatuor genera peccatorum, sc. illi, qui magnis statibus sublimantur, qui falsis tionibus palliantur, qui à bonis moribus elongantur. Primi sunt superbi & ambitiosi, secundi sunt hypocritæ & proditiosi, tertii sunt pigri & acediosi.

B ¶Primo igitur dico, quod Idolum signat superbos elatos, & ambitiosos. Sicut enim idolum quamuis esset sine virtute, & sine sensu, tamen antiquitus in alto loco ponebatur, tanquā Deus adorabatur, coram ipso thurificabatur, & diuersis cultibus, & muneribus ab infidelibus colebatur, sic vere hodie multi sunt ambitiosi qui quamuis careant omni sensu & ratione, omni virtute, & discretione, omni motu, & bona operatione, ipsi tamen hodie in altis dignitatibus & officiis sublimantur, vbi dii, id est, viri excellentes, & perfecti esse creduntur, vbi etiam ab infidelibus, id est, ab adulatoribus coluntur, & honorantur, & vbi per adulationem, & vanæ laudis exhibitionem thurificantur, & incensantur. Isti figurantur in illo idolo, id est, *in illa statua, quam fecit erigi Nabuchodonosor rex coram quo instrumentis variis cantabatur, & quam qui adorare nolebant, in fornacem igneam ponebantur*, sicut dicitur Dan. 3. Sic vere charissimi, videmus, quod hodie multa idola, id est, multæ statuæ, id est, multæ personæ inutiles, & ignorantes à Rege Nabuchodonosor, id est, à Papa, rege vel Imperatore in altis dignitatibus, officiis, prælaturis & beneficiis erigūtur, & statim pro certo assunt coram talibus cantores, musicatores, id est, fallaces adulatores, mali consiliarii, & suggestores & suorum malorum actuum iustificatores. Tales enim coram talibus idolis continue *resonant, & adulantur, & per sonos vana laudis coram eis modulantur*, iuxta illud Esa. 30. quod proprie videtur esse dictum talium Idolorum laudes adulatorum diligentium. Loquimini inquiunt nobis placentia, videte nobis errores, auferte à me viam, declinate à me semitam, cesset à facie nostra sanctus Israel. Et breuiter pauperes subditi talia idola adorare, & munera dare coguntur, quod si facere noluerint, igne diuersarum tribulationum cremantur. Quia vere si tales talibus malis principibus vel prælatis, officialibus vel balliuis non offerunt munera statim incurrunt lites, & verbera. De talibus igitur idolis loquitur Ezech. 8. *quod ipse vidit, in templo vniuersa idola domus Israel depicta in parietibus, quibus seniores Israel thurificabant.* Hoc enim in templo Ecclesiæ idola, id est, personæ malæ sunt in dignitatibus sæpius constitutæ. Quia reuera sunt viri picti, & ficti, coram quibus seniores; id est, illi, qui debent esse consilio saniores,

non cessant thus, & incensum adulationis incendere, & verba placentia incensare. Quia vere istud fit hodie in domibus prælatorum, & magnatum quod seniores, id est, illi, qui in eorum curiis sunt maiores, & in consiliis secretiores, & ad quos pertinet, magis verum magistris suis dicere, & ipsos de malefactis corrigere, sunt hodie ad thurificandum, & adulandum promptiores, & ad dicendum veritatem remotiores. Sicut enim [illegible] Seneca, Cum diuites omnia habeant, hoc eis solum deficit, [illegible] qui eis verum dicat. Tales enim non curant verum dicere [illegible] magis magistros suos per adulationem decipere vt scilicet possint in magistri sui diuitias exhaurire, & suas proprias amp[illegible] inde est, quod talia idola, id est, tales principes vel prælati [illegible] hodie pauperes, seniores vero isti, scilicet sui balliui & [illegible] tii sunt diuites, & potentes. Istud figuratur Dan. 14. vbi dicitur, *quod in Babylone erat vnum idolum, coram quo magna in similas [illegible] omni die ponebatur. & quod totum comedere, à populo credebatur.* [illegible] re enim apponebantur cibaria, sed de nocte sacerdotes, qui seruabant istud idolum, cum vxoribus, & paruulis omnia occulte comedebant, ita quod in crastino nulla coram idolo cibaria apparebant, populus vero stupebat quomodo illud idolum tam subito tot, & tanta comedebat. Sic vere charissimi, coram idolis nostris, id est, coram ignaris principibus, & prælatis apponuntur hodie infiniti cibi, id est, infinitæ diuitiæ, quæ de eorum redditibus quotidie apportantur. Quia sicut dicitur Prouer. 13. *Multi cibi in noualibus patrum.* Mensa vero ipsorum non videtur esse in crastino propter istos ferulior vel repletior, quia scilicet sacerdotes, qui sunt circa idolum, id est, seruitores, consiliarii & officiales talium totum occulte deuorant, furantur, & subtrahunt, & sic nihil apparet coram idolo, quare scilicet pauperes, & miseri semper fiunt. Ideo bene consulitur Eccles. 5. *A consiliario malo absconde animam tuam.* Quia breuiter, mensæ dominorum sunt inanes, & vacuæ, mensæ vero talium sacerdotum bonis dominorum sunt repletæ. Vnde Eccles. 30. *Quid proderit idolo libatio? nec enim manducabit, nec odorabitur.* Tales igitur dicuntur idola, scilicet viri ambitiosi, de quibus dicitur, *quod rex Antiochus posuit abominandum idolum desolationis in templo*, sicut dicitur 1. Machab. 1. Quia scilicet hodie in templo Ecclesiæ sunt multa talia idola constituta, propter quod ipsa est hodie quasi penitus desolata. Multa sunt igitur talia idola. Et certe malum est eis thurificare, & eis colere, & eis seruire. Vnde 1. Corinth. 10. *Fugite à cultura idolorum.* Et merito, quia sicut dicitur Sap. 14. *Infandorum idolorum cultura omnis mali causa est.* Et sequuntur ibidem vitia talium idololatrarum, id est, talium curialium & adulatorum. Aut enim inquit, dum lætantur insaniunt, aut certe vaticinantur falsa, aut viuunt iniuste, aut peierant cito, dum enim confidunt in idolis, quæ sunt sine anima, male iurantes nocere se non sperant. O Deus quot viris hodie tales idolantur. Vt enim dicit ille poeta. *Nulla fides pietasque viris, qui castra sequuntur.* Veruntamen quandoque fit, quod in talium curiis, & seruitus sunt aliqui qui in medio cursu vadunt, quia scilicet, & bonam conscientiam seruare volunt, & magistris suis seruiunt, & obediunt, quod satis est impossibile, cum nemo potest duobus dominis seruire. Isti figurati sunt in Samaritanis, qui simul Deum, & idola colere voluerunt. Vnde 4. Reg. 17. in fine dicitur, *quod fuerunt gentes timentes Deum, & nihilominus idolis suis seruientes.* Breuiter igitur istud est verum, quod hodie sunt multi, qui gaudent se esse in seruitio vnius talis idoli, dicentes illud Oseæ 12. *Veruntamen diues effectus sum, inueni idolum mihi.* Significant igitur ista idola illos qui indigni in dignitatibus sublimantur.

C ¶ Secundo dico, quod per idola possunt hypocritæ significari, qui falsitatibus palliantur. Sic enim idolum nihil habet nisi exteriorem apparentiam, quia scilicet non habet nisi membra exteriora, scilicet, os, oculos, manus, faciem &c. de membris vero interioribus nihil habet, quia cor, viscera, medullam & sanguinem non habet, sic hypocritæ optime sunt formati, & figurati in exterioribus, sed nunquam in interioribus, quia scilicet illud, quod in eis exterius apparet, scilicet, os locutionis, oculi discretionis, manus operationis, est in ipsis optime compositum sed vere illa, quæ latent interius, scilicet cor internionis, viscera compassionis, medulla deuotionis, sanguis &c. id est, memoria dominicæ passionis, non sunt in eis facta, vel formata nec composita vel figurata. Omnibus enim talibus membris, id est, virtutibus interioribus carent, & illa solum habent, quæ exterius apparent, figurati idolo Bel, quod erat in Babylone,

[illegible] Dan. 14. [illegible] quit) *rex ipse intrinsecus la-* [illegible]. Vnde de deceptione, & fictione talium i- [illegible] vnum vt sentiur exterius, & aliud sunt interius di- [illegible] 1. *Deceperunt eos idola sua.* Isti sunt igitur hypocritæ [illegible] palliati.

§ [illegible] ut idola illi, qui sunt à bonis motibus elon-

[illegible] {Sensu,
[illegible] {Motu,
{Actu.

[illegible] non cogitat, non videt, non audit, non operatur, [illegible] non odorat, non ambulat, non loquitur. De idolis [illegible] in Ps. *quod os habent, & non loquentur, oculos habent,* [illegible] vere viri pigri, ociosi, peccatores, & desidiosi [illegible] boni exercitij mouentur, nec io aliquo bono ope- [illegible]. Non enim cogitant per contemplationem, non [illegible] ctionem, non audiunt per informationem, non [illegible] per aliquam bonam operationem, non sentiunt per [illegible], non adorant per deuotionem, non ambulant [illegible] bonam affectionem, non loquuntur per confes- [illegible] & gratiarum actionem. De talibus loqui- [illegible] *Confidunt* [illegible] inquit) *in idolo, quæ sunt sine anima.* Talia i- [illegible] id est, tales mundi peccatores à Deo finaliter de- struentur, & confundentur. Quia sicut dicitur Oseæ 10. *Disper- gentur eccle-* [illegible] patri igitur, quomodo per idola possunt in- telligi aced [illegible] & torpidi sectatores, hypocrisis fallaces professores, A [illegible] tum indigni possessores.

## Idumæa. Idumæus.

Nota, quod Idumæa fuit regio Arabiæ in confini- [illegible] commissionis, vbi habitauit posteritas Edom, id est, [illegible] orem populus Idumææ semper filijs Israel inuidio- [illegible] lus omnium in omnibus, quæ potuit, odiosus. Inter- [illegible] autem Idumæa, rufa vel sanguinea, rubea vel terrena. Ig[illegible] per Idumæam possunt intelligere

{Hominis pœnitentis,
Status{Sæculi pestilentia,
{Inferni punientis.

[illegible] dico, quod Idumæa potest significare statum sinceræ pœ[illegible]ntiæ. Pœnitentis enim dicitur rubea, propter igneum [illegible] seu feruorem, qui fit in contritione sanguinea, pro- pter [illegible] rosecum, qui fit in verecunda confessione: tertia [illegible] terrena, propter pondus graue, & difficile, quod fit in [illegible] tione. Et sic dico, quod in Idumæa, id est, in statu pœni- tentiæ, religionis vel Ecclesiæ, est obsequium humilitatis, est præsidium securitatis, est solatium societatis. Ibi enim est hu- militas obsequiosa, quia ibi proprie seruitur Deo 2. Re. 8. *Facta est Idumæa seruiens Dauid.* Et Esa. 11. *Idumæa & Moab præceptum manus eorum, & filij Ammon obedientes erunt.*

Item ibi est securitas præsidiosa, quia scilicet in statu pœni- tentiæ viget potissime custodia, & defensio Euangelica. Vnde de Dauid, id est, de Christo dicitur 2. Reg. 8. quod *ipse posuit cu- stodes in Idumæa.*

§ Item ibi adest societas solatiosa quia scil. Deus adest pœ- nitentibus & deuotis, dicens illud Ps. *In Idumæam extendam calcea- mentum meum, mihi alienigenæ subditi sunt. Quis deducet me in ciuitatem munitam, quis deducet me vsq; in Idumæam.* Deus enim diligit cum talibus habitare, & eos tanquam suos protegere, & seruare Nu. 24. *Erit Idumæa possessio eius.* Et ideo vult, & præcipit, quod quilibet talis foueri debeat, & amari. Deut. 23. *Non abominaberis Idumæum, quia frater tuus est.* Peccator enim quando pœnitet, ef- ficitur proximus, qui antea fuerat alienus. Patet igitur, quod I- B dumæa signat statum sinceræ pœnitentiæ.

§ Secundo dico, quod signat statum mundanæ insolentiæ. Status enim peccati, & mundi significatur per Idumæam, quia sibi est filiorum Israel, id est, iustorum odium, & inuidia. Ibi est rubor, & rufedo, id est, caliditas, & malitia. Ibi est sanguineitas, id est, crudelitas & sæuitia: ibi est terrestreitas, i.e. cupiditas & auaritia. Sunt enim tales Idumæi, id est, mundani, vel pecca- tores

Ignorantes & stultissimi,
Indigentes & paupertimi,
Malignantes & sæuissimi,
Machinantes & falsissimi.

In istis enim viget ignorantia, seu fatuitas. Vnde Abdiæ 1. *Per- dideo* [illegible] dam sapientes in Idumæa. § Item in istis viget indigentia seu cupi- ditas Hierem. 49. *Erit Idumæa deserta.* Cupiditas enim deserta di- citur, pro eo quod propter defectum sufficientiæ semina steri- lia, & vacua reperitur. § Item ibi est sæuitia, seu crudelitas. Vo- de 1 Reg. 22. dicitur, quod *Doech Idumæus irruit in sacerdotes Domi- ni, & occidit eos:* & 2. Eldr. dicitur, *quod Idumæi incenderunt templum Domini.* § Item ibi est fallacia seu calliditas Ps. 82. *Simul aduersum me testamentum disposuerunt tabernacula Idumæorum, & Ismaelitæ.* Si- gnat igitur statum mundialis insolentiæ.

§ Tertio dico, quod signat statum infernalia pestilentiæ. I- C dumæa enim signat infernum, & Idumæi significant Dæmones infernales. Isti enim sunt qui contra filios Israel, id est, contra fi- deles per tentationes, & tribulationes opponuntur, & ipsos pro viribus persequuntur 2. Paral. 28 *Venerunt Idumæi, & percusserunt multos ex Iuda, & ceperunt prædam magnam.* Idumæa enim, id est, infernus potest dici

Refusus, & rubeus propter furorem,
Sanguineus propter fœtorem,
Terrens seu terrenus propter longum tenorem.

{Furor percutiens,
Ibi enim est{Fœtor inficiens,
{Tenor irretiens.

Furor (dico) percutiens, quia sic Idumæa interpretatur rufa vel rubea, qui sunt colores hominis furiosi. Vnde de Christo ma- lo ain inferno pereuntiere, & puniente potest dici illud, quod de rege Israel dicitur 4. Reg. 8. *Venit Ioram & omnis exercitus cum eo, & surrexit nocte, percussitque Idumæos.*

§ Fœtor etiam inficiens, quia scilicet Idumæa interpretatur sanguinea. Vnde Esa. 34. dicitur sic: *ecce super Idumæam descendet, & super populum interfectionis meæ ad iudicium.* Sequitur. *Descendent vnicornes cum eis, & tauri cum potentibus, inebriabitur terra eorum san- guine, & conuertentur torrentes eius in picem & humus eius in sulphur,* &c. Vide ibi.

§ Tenor insuper irretiens, quia sc. pœna illa in æternum du- rabit. Et inde est, quod Idumæa interpretatur terrena, quia ter- ta est solidissimum elementum, iuxta illud Ecclesiast. 1. *Terra autem in æternum stat.* Vnde de æterna conclusione, & captiuita- te, seu seruitute damnatorum potest dici illud Amos 1. *Transtu- lit captiuitatem perfectam, vt concluderet eam in Idumæam.* Vnde tali Idumæa concluditur illud Iohelis 3 *Aegyptus in desolationem erit, & Idumæa in desertum perditionis.* Sic igitur per Idumæam potest designari

{Damnatorum,
Status{Mundanorum,
{Conuersorum.

Nota adhuc alio modo, quod Idumæa fuit partis filiorum E- dom, qui ab Esau descenderunt, quæ in principio Abrahæ in a- renis fuit sita, & quæ semper fuit filijs Israel inimica, quæ rufa vel rubea interpretatur, seu sanguinea vel terrena, de semine primitus genita, sed à cultu diuino paulatim facta est aliena. Igitur per istam potest moraliter intelligi status claustri, mun- di, & Inferni. Signat enim Idumæa

{Religionis & meriti,
Statum{Perditionis & peccati,
{Damnationis & tormenti.

§ Signat (dico) statum conuersionis seu religionis, & meriti, D quia scil. status pœnitentiæ per memoriam dominicæ passionis est rubeus, seu sanguineus, per asperitatem arenosus, per con- templationis eminentiam montuosus. Ista enim Idumæa scili- cet pœnitentia, religio vel Ecclesia, montuosa dicitur, eo quod perinde ad cœlorum altitudinem peruenitur 4. Reg. 3. *Per quam viam ascendemus. Respondit per desertum Idumææ,* ac si dicat, ista est via ascendendi ad cœlum. Et merito, quia pro certo in ista Idu- mæa domino seruitur, ex hac Idumæa ad Christum venitur, in hac Idumæa iustus custoditur, ab hac Idumæa dominus au- ditur.

§ Ibi dico domino seruitur 2. Reg. 8. *Facta est Idumæa seruiens Dauid:* & Numer. 24. *Erit Idumæa possessio eius.* § Item ex hac Idu- mæa ad Deum venitur Marci 3. *Multa turba secuta est Iesum ab I- dumæa* § Item in hac Idumæa iustus custoditur 2. Reg. 8. *Posuit Dauid custodes in Idumæa statuitque præsidium.* § Item per hanc do- minus auditur, quia scilicet præcepta diuina percipiuntur ibi- dem. Vnde Esa. 11. *Idumæa & Moab præceptum manus eorum, & filij Ammon obedientes erunt.* Idumæa igitur signat statum religionis & pœnitentiæ.

B ¶ Secundo dico, quod quandoque signat statum perditionis & iniustitiæ, sc. statum mundi vel peccati. Constat enim quod Idumæa, id est, peccatores & mundani ab Abraham, i. à Christo geniti, & creati fuerunt, & tamen à cultu veræ fidei recesserunt, & idolis, id est, bonis terrenis, & vitijs adhæserunt. Et ideo sanguinei per luxuriam, terreni per auaritiam, rufi per malitiam interpretari merito debuerunt. Et merito, quia filiorum Israel, id est, sanctorum, & iustorum inimici sunt, & fuerunt, Psal. *Aduersum me testamentum disposuerunt tabernacula Idumæorum & Ismaelitæ, Moab & Agareni Gebal, &c.* Et nota, quod talis Idumæa debeat vitari,

Quia ibi { Deest virtutum vbertas,
Cessat animi libertas,
Adest prudentium paupertas.

Ista igitur Idumæa caret bonorum omnium vbertate. Vnde Hier. 49. *Erit Idumæa deserta, omnis qui transibit per eam stupebit.*

¶ Item caret virtutis animi libertate, quia scilicet illa subiacebit seruituti peccati, vnde diabolus potest dicere illud Psal. *In Idumæam extendam calceamentum meum, mihi alienigenæ subditi sunt.*

¶ Item non caret prudentium hominum paupertate. Abdiæ 1. *Perdam sapientes de Idumæa.* Ista est igitur Idumæa, cuius habitatores, scilicet dæmones vel peccatores templum Dei succendunt, & sacerdotes occidunt, sicut dicitur 2. Esdræ 4. & 1. Regum 22. Quia scilicet mali semper nituntur templum Ecclesiæ destruere & sacerdotes, id est, ecclesiasticos dissipare 2. Paralipomen. 28. *Venerunt Idumæi, & percusserunt multos ex Iuda, & acceperunt prædam magnam.* Signat igitur Idumæa statum perditionis, & iniustitiæ.

¶ Tertio dico, quod Idumæa signat locum damnationis & pestilentiæ scilicet infernum. Vnde Ioelis 3. *Aegyptus in desolationem erit, & Idumæa in desertum perditionis.* Ideo dicitur Esa. 34. *Inebriatus est in cœlo gladius meus, super Idumæam descendet & super populum interfectionis meæ, & ad iudicium inebriabitur terra eorum sanguine, & conuertentur torrentes eius in picem. &c.* Vide vbi de inferno, &c.

A

## Ieiunium.

Nota, quod Ieiunium est abstinentia à rebus comestibilibus, ob diuinam reuerentiam ad carnis macerationem completa. Est autem duplex ieiunium. Vnum sc. spirituale quo abstinemus à vitijs. Aliud corporale quo abstinemus à corporalib. cibarijs. De ieiunio spirituali loquitur Esa. 58. *Hoc est n. ieiunium quod elegi, dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes, dimitte eos qui confracti sūt liberos, & omne opus dirumpe.* De ieiunio vero corporali dicitur Hester. 14. *Humiliauit corpus suum ieiunijs & cinere & stercore impleuit caput.* Sed quia plene tractaui supra de abstinentia, de ieiunio vero supra in aliquo loco, vel in aliquo sermone, de quo ad præsens non recordor, satis plene scripsi, ideo omitto gratia breuitatis, hanc solū expono auctoritatem. *Genua mea infirmata sunt à ieiunio, & caro mea immutata est propter oleum.* Ps. 108. In ista igitur auctoritate ostenditur quod sunt vero ieiunio necessaria ad hoc, quod Domino sit acceptum. Habeat igitur

Humilem orationem. (Genua inquit mea infirmata sunt.)
Corporis afflictionem. (Ieiunio inquit & caro.)
Moralem conuersionem. (Mutata est inquit.)
Clementem compassionem. (Oleum inquit.)

¶ Ista enim sunt necessaria in vero ieiunio. sc.

Feruens oratio,
Carnis afflictio,
Morum conuersio,
Pia compassio.

De istis igitur dicitur Tob. 12 *Bona est oratio cum ieiunio & eleemosyna magis quam thesauros auri condere.* Ista enim quatuor requiruntur ad hoc quod ieiunium acceptum habeatur, videlicet, Quantum ad Deum feruens oratio cum humilitate. Genua infirmata sunt: Quantum ad corpus proprium mordens afflictio spreta voluptate. Ieiunio inquit & caro. Quantum ad animam seu ad spiritum, morum conuersio ab iniquitate. Mutata inquit. Quantum ad pauperem seu ad proximum, pia compassio cum humanitate. Propter oleum, quod scilicet compassionem signat.

¶ Dico igitur primo quod ieiunium debet comitari oratio
B feruens & humilis. Sputum enim hominis ieiuni valde est virulosum, occidit enim serpentem si ex ipso gustauerit. sicut dicit Isidor. In quo notatur quod sputum, quod exit ex ore, id est, oratio quæ ideo est humilis & deuota, valde est vtilis atque digna. Serpentem enim, id est, diabolum vel peccatum superat, & eum in corde mortificat atque necat: quod bene figuratur Matth. 17. & Marc. 9. vbi dicitur de dæmonio quod *discipuli eijcere nequiuerunt, quia hoc genus dæmoniorum non eijcitur nisi in oratione & ieiunio.* Ista enim duo semper simul debent esse, sc. ieiunium & oratio, sicut Luc. 2 dicitur de Anna prophetissa quod *Non recedebat de templo, ieiunijs & obsecrationibus seruiens die ac nocte.* Vas enim vacuum melius sonat quam plenum cithara concaua, sicca & vacua & dulciter modulatur, quæ si plena esset, vel humecta, vel solida, nullum sonum emittere posset, nec melodia ipsius audiretur. Sic vere homo siccus, macer, ieiunus & vacuus, & macerationi corporis assuetus, solet per orationem dulcius canere, & in diuinis auribus acceptius & melodiosius resonare. Ille vero qui per voluptatem est humidus, & per carnis delitias, cibis & potibus semper plenus, raro fit sono orationis deditus, nec sonus ipsius Deo acceptabilis siue gratus. Bene igitur dicebat Dauid in Psalm. 34. *Humiliabam in ieiunio animam meam, & oratio mea in sinu meo conuertetur.* Ista autem oratio ostenditur cum dicitur, Genua mea infirmata sunt. Quando enim oratio fit, genua solent incuruari, & ex incuruatione hebetari & infirmari. Neem. 8. *Incuruati sunt, & adorauerunt Deum.* Requiritur igitur ad ieiunium oratio feruens humilis (Genua inquit mea infirmata &c.)

¶ Secundo dico, quod ad ieiunium requiritur afflictio macerans & flebilis, quia scilicet ieiunium debet fieri cum maceratione carnis, non cum cibarijs delitiosis, quod ostenditur in verbo, à ieiunio, & in verbo, caro mea. Constat enim quod per ieiunium maceratur caro. 3. Regum 21 *Scidit Achab vestem suam & operuit cilicio carnem suam, ieiunauitque & dormiuit in sacco, & ambulauit demisso capite.* Et de regina Hester dicitur Hester. 14. quod *ipsa pauens periculum, confugit ad dominum, & dimissis vestibus regijs luctui apta indumenta suscepit, & pro vnguentis varijs cinere & stercore impleuit caput, & corpus suum humiliauit ieiunijs.* 1. Machab. 3. *Fatigati sumus ieiunio hodie.* Requiritur igitur ad ieiunium afflictio macerans & flebilis. C

¶ Tertio dico, quod ad ieiunium requiritur conuersio volens & mobilis quod ostenditur cum dicitur, immutata. Quia tunc bonum ieiunium reputatur, si à peruersis motibus animus immutatur. Vnde illis qui ieiunantes immotantur nec conuertuntur, dicitur Esa. 58. *Ecce inquit in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra & omnes debitores vestros repetitis.* Ecce ad lites & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impie. Sequitur. *Numquid tale est ieiunium, quod elegi, per diem affligere hominem, contorquere quasi circulum caput suum, & saccum & cinerem sternere, numquid non vocabis istud ieiunium & diem acceptabilem domino?* q. d. Non sequitur. *Nonne hoc est magis ieiunium quod elegi. Dissolue colligationes impietatis, &c.* sicut supra in principio illius tituli. Isti igitur non bene ieiunant, qui se à vitijs nō immutant, immutata, inquit. Vide igitur de mutare Dā. 5. *Vultus regis immutatus est* Et Dan. 10. *Species mea in me immutata est.* Vnde de tali conuersione potest dici illud Iohel 2. *Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio & fletu & planctu & scindite corda vestra, &c.* Requiritur igitur ad ieiunij perfectionem conuersio volens & nobilis. Immutata est inquit &c. D

¶ Quarto dico, quod ad bonum ieiunium requiritur compassio iuuans & vtilis & hoc ostenditur cum dicitur oleum. Oleum enim habet lætificare & lenire. Ad denotandum, quod ille qui ieiunat, debet esse lætus & hilaris quantum ad se scilicet, læta sit sustinens propter Christū, & debet esse vngens & leniēs per compassionem & eleemosynam quo ad proximum Matt. 6. *Cum ieiunatis nolite fieri sicut hypocritæ tristes, exterminant enim facies suas vt appareant hominibus ieiunantes. Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum & faciem tuam laua.* Caput tuum Christus est, quia scilicet à ieiunāte inungitur, quando in pauperum persona per eleemosynam visitatur. Psal. *Exhilaret faciem in oleo & panis cor hominis confirmet* Hominis dicit scilicet pauperis. Vide de oleo. Patet igitur quadruplex conditio boni ieiunij. &c. Vide supra de abstinentia. E

A

## Iebusæus.

Nota quod Iebusæus, qui interpretatur præsepe vel cōculcatio fuit vnus de populis Chananæorum quos Dominus deleri præcepit, & quorum terrā filijs Israel assignauit. Filij tamen Israel populū istū Iebusæorum delerg

potuerunt, sed ipsum subiugauerunt, & sic secum sub viuere permiserunt. Iosu. 15. *Iebusæum non potuerunt delere* &c.

¶ Iste igitur populus moraliter mortuos carnales significat, scilicet sunt quoddam præsepe, vbi diabolus se impinguat, & quo mediante motus rationis subiugat & conculcat. Istos igitur non possunt filij Israel, id est, quicunque & quantumcunque iusti de terra sua, id est de corpore suo penitus delere, imo necesse est vt eos permittant secum viuere & manere. Ipsos tamen iugo seruitutis debent premere & sub rationis ferula subiugare, nec ad votum permittere lasciuire Iud. 1. *Iebusæum non deleuerunt filij Beniamin.*

A **Ieremias.** Nota quod Ieremias interpretatur excelsus Domini, vel celsitudo Domini. Fuit autem Ieremias Propheta, speculator Dei secretorum, tolerator mundi tormentorum, procurator cœli gaudiorum. Iste enim Dei secreta contemplabatur, vnde Ier. 1. *Quid tu vides Ieremia: ollam succensam ego video, &c.*

¶ Item iste mundi tormenta amplexabatur, quia scilic. multas pœnas sustinuit pro veritate Hierem. c. 32. *Exercitus Babylonis obsidebat Hierusalem & Ieremias erat clausus in atrio carceris.*

¶ Item pro peccatoribus deprecabatur 2. Mac. 15. *Hic est qui multum orat pro populo Ieremias propheta.* Exemplifica, si vis, quomodo in vtero sanctificatus fuit, quomodo ad prædicandum destinatus fuit, quomodo murus ferreus ratione suæ constantiæ reputatus fuit, &c. sicut patet Ierem. 1. & deinceps.

A **Ieroboam.** Nota, quod Ieroboam fuit ille rex, quia maiorem partem regni Salomonis occupauit & rapuit & qui schisma inter filios Israel primo fecit, qui vitulos fecit conflatiles & in populo Domini idololatriam introduxit. Interpretatur autem Ieroboam causa populi. Diuisio populi. Discernens populum, aut supernus diiudicans. Per istum igitur possunt intelligi tyranni alienorum bonorum occupatores. Diuisionum & discordiarum & schismatum introductores. Idololatriæ, id est, vitiorum & iniquitatum in suo populo glorиatores. Et inferiorum per potentiam iudices & imperatores. Ista autem omnia possunt haberi per historiam 4. Reg. 12. & deinceps. Et 2. Paral. 10. &c. Sed vlterius non curo prosequi: nisi solum quod tales

Sopiuntur in vitijs mortalibus,
Farciuntur malitijs fallacibus,
Feriuntur supplicijs lethalibus, vel finalibus.

De obdormitione in vitijs quam facit obstinatio, dicitur 3. Regum 14 *Dormiuit Ieroboam cum patribus suis.* De occupatione in malitijs quam facit machinatio, dicitur 2. Paral. 13 *Ieroboam retro moliebatur insidias.* De afflictione seu inflictione in supplicijs quod facit condemnatio seu æternæ mortis vulneratio dicitur Amos 7. *In gladio morietur Ieroboam.* Quia breuiter tyranni in vitijs totaliter obstinantur. Malitijs totaliter occupantur. Supplicijs finaliter lacerantur seu terminantur. Et sic isti sunt Ieroboam, &c.

A **Iesus.** Nota, quod istud nomen Iesus signat vt communiter Dominum Saluatorem. Et quamuis possit diuersimode applicari sicut alia nomina, non decet tamen, quod ad significandum aliquid aliud transmutetur, quod ad significandum personam Saluatoris singulariter est assumptum. Distinguamus igitur breuiter de isto nomine, & dicamus, quod istud nomen

Iesus, est nomen { Benignitatis, Vtilitatis, Humilitatis, Nobilitatis.

Iesus enim { Benigniter miserebatur, Vtiliter operabatur, Humiliter conuersabatur, Nobiliter dominabatur

Dico quod Iesus benigniter miserebatur. Vnde ipse dicebat illud Marc. 8. *Misereor super turbam, quia ecce iam triduo sustinent me, nec habent quod manducent.* Et ideo quia benignus & misericors, ad ipsum est præcipue currendum, & eius auxiliũ implorandũ, exemplo cerui, qui arctatur à canibus desperans de euasione, vltro refugit ad hominem secundum Isid. sentiens ipsum instinctu naturæ esse animal misericors & benignum. Sic faciebat ille cæcus Lucæ 18. dicens. *Iesu præceptor miserere mei.* Misericordia vero sua bene apparuit Luc. 19. vbi prævidens miserias ciuitatis Ierusalem fleuit super eam, & Ioh. 11. vbi condolens Lazaro mortuo lacrymatus est super sepulchrum.

*Diction. Berchorij.*

¶ Item iste vtiliter operabatur. Opera enim quæ faciebat testimonium perhibebant de ipso *Iste enim operatus est salutem in medio terræ*, sicut dicitur Abac. 3. Vnde de ipso dicitur Act. 1. quod *cœpit Iesus facere & docere.*

¶ Item iste humiliter conuersabatur. Iste enim fuit humilis in moriendo, quia sicut dicitur Philip. 2. *Hoc sentite in vobis, quod in Christo Iesu, qui cum in forma Dei esset, semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, & habitu inuentus vt homo, humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem.*

¶ Item nobiliter dominabatur, quia scil. Iste est ille *homo nobilis, qui venit in regionem longinquam huius mundi accipere sibi regnum* Luc. 19. Et ideo de isto scribitur, quod *iste est Iesus Nazarenus Rex Iudæorum.* Ioh. 19. & Lu. 23. vnde ipse poterat dicere omnibus sive deuotis illud Act. 22. *Ego sum Nazarenus, quem, &c.* In quibus ostenditur, quod est Iesus amandus, Quærendus, Laudandus & Magnificandus, triplici ratione, scil. quia iste est

Fortissimus sustentator,
Pijssimus liberator.
Mundissimus conuersator.

Primum } probat dictio { solida (Ego sum)
Secundum } probat dictio { fluida (Iesus) i. Saluator.
Tertium } probat dictio { florida (Nazarenus) i. florens.

Iste enim fuit { Solidus sustentando (Ego sum, inquit) Fluidus in adiuuando (Iesus) Floridus munde conuersando (Nazarenus.)

¶ Primo igitur dico & consulo, quod quæramus & diligamus Iesum sicut solidum sustentatorem, quia dicitur (Ego sum) Omne enim debile & fragile quod per se nequit stare, indiget aliquo forti & solido cui sua fragilitas innitatur. Et ideo videmus, quod debiles & infirmi indigent aliquo magno & forti cui possint inniti & per quem portentur & sustineantur. Aquæ etiam naturaliter indigent terrena firmitate inferius, vt per terræ firmitatem earum fluxibilitas portetur. Et indiguerũt firmitate cœli superius, vt per cœli soliditatem aquea labilitas sisteretur Ideo dicitur Genes. 1. *Fiat firmamentum in medio aquarum.* Vineæ etiam, quæ sunt debiles, indigent aliqua alia firmitate, & ideo palis fixis & solidis solent alligari, vt earum possit fragilitas sustentari. Et quia igitur charissimi nos, qui sumus in hac vita, faciliter per tentationes vincimur, sumus infirmi, quia faciliter per affectiones labimur, sumus aquæ, quia faciliter per delectationes flectimur, sumus vineæ. Ideo valde indigemus, quod ad Christum Iesum sicut ad quid forte & solidum recurramus. Quia scilicet ipse est ita solidus atque firmus, quod ipse potest nostram fragilitatem portare, nostram labilitatem sistere, & nostram flexibilitatem firmiter sustinere, quod ostenditur, cum dicitur: (Ego sum.) Istud enim verbum sum, est verbum substãtiuum, significans essentiam, substantiam, fortitudinem & firmitatem. Quod bene notauit cum dixit Moysi illud Exod. 3. *Ego sum qui sum.* Sequitur. *Qui est, misit me ad vos*: Vnde Luc. 23. *Hic est Iesus Nazarenus rex Iudæorum*, & Ioh. 18. *Quem quæritis?* Responderunt, *Iesum Nazarenum*: dixit eis, *Ego sum*, & Act. 9. *Ego sum Iesus Nazarenus, quem tu persequeris.* Ad denotandum, quod iste est per se & non per participationem. Iste est enim sicut Adamas, cuius existentia non ferro vincitur, nec igne crematur. Est etiam sicut columna cypressina, quæ onere non deprimitur, nec aliquo graui flectitur, quia sc. tanta est sua firmitas, bonitas & fidelitas, quod quicunque ei per deuotionem & confidentiam innititur, ab ipso iuuatur, fouetur & sustentatur, & in omnibus tribulationibus sustinetur. *Ego sum*, inquit. Et si quæreretur ab eo, quod quæsitum est ab ipso Ioanne, Ioh. 8. *Tu quis es?* ipse pro certo respondere & dicere potest.

Ego sum { Sustentator omnis debilitatis, Illustrator omnis obscuritatis, Expiator omnis iniquitatis, Renouator omnis antiquitatis, Imperator grandis auctoritatis, Prædicator magnæ sagacitatis, Satiator magnæ fertilitatis, Consolator magnæ securitatis, Gubernator magnæ benignitatis, Amplexator magnæ fidelitatis,

Ego sum { Tolerator omnis aduersitatis, / Ministrator omnis humilitatis, / Reparator omnis mortalitatis.

C ¶ Dico igitur, quod respondendo ad quæstionem. Tu quis es? ipse potest se vocare debilitatis sustentatorem. Et ideo ipse potest dicere illud Genes. 47. *Ego sum fortissimus Deus patris tui.*

¶ Item vocat se obscuritatis illustratorem, vnde ipse potest dicere illud Ioan. 8. *Ego sum lux mundi.* & illud Ioh. 12. *Ego lux veni in mundum.* ¶ Item vocat se iniquitatis expiatorem, vnde Esaiæ 43. *Ego sum qui deleo iniquitates propter me, dicit Dominus.* ¶ Item vocat se iniquitatis renouatorem, vnde Esa. 43. *Ecce ego facio noua.* & 44. *Ego sum Dominus faciens omnia.* ¶ Item ipse vocat se auctoritatis imperatorem, vnde ipsemet dixit Pilato: *Tu dicis, quia Rex sum ego.* & Esa. 43. *Ego sum Dominus & absq; me non est saluator.*

¶ Item vocat se sagacitatis prædicatorem, vnde Esa. 43. *Ego qui loquor iustitiam & propagnator sum ad saluandum.* ¶ Item vocat se sterilitatis satiatorem, vnde ipse dicit Ioh. 6. *Ego sum panis vitæ.*

¶ Item vocat se securitatis consolatorē, vnde ipse dixit Matt. 14. *Ego sum nolite timere.* & Esa. 51. *Fugiet dolor & gemitus, ego ipse, qui consolabor vos.* & Esa. 66. *Ego consolabor vos, & in Hierusalem consolabimini.* ¶ Item vocat se benignitatis gubernatorem, vnde ipse dixit Ioh. 10. *Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas.* ¶ Item vocat se fidelitatis amplexatorem, vnde Ioh. 12. *Quæ ego loquor, sicut dixit mihi pater sic loquor,* q. d. Nolo loqui nisi quod mandatum est mihi à patre, qui misit me, qui descendi de cœlo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me.

¶ Item iste se vocat aduersitatis toleratorem, vnde Act. 9. *Quis es? Ego sum Nazarenus, quem tu persequeris.* ¶ Item ipse se vocat humilitatis executorem vel ministratorem, vnde Lucæ 22. *Ego autem in medio vestri sum sicut qui ministrat.* ¶ Item vocat se mortalitatis reparatorem, vnde Ioan. 11. *Ego sum resurrectio & vita, qui credit in me, etiam si mortuus fuerit viuet.* Et Ioan. 14. *Ego sum via veritas, & vita.* Ad Iesum igitur est recurrendum, & ipsius auxilium deuotissime requirendum, quia sc. tot bona potest hominibus facere, & tantis beneficijs fragilitatem hominum sustinere, quod totum ostenditur, cum dicitur (*Ego sum*) Act. 9. sc. *Iesus Nazarenus quem tu persequeris.* Requiramus ergo & diligamus ipsum sicut sustentatorem.

D ¶ Secundo dico, quod debemus ipsum quærere & diligere sicut prouidum liberatorem, quod sc. ostenditur, quando dicitur Iesus, quia sc. Iesus interpretatur Saluator. Saluare enim nihil aliud est quam aliquem de periculo liberare. Et ideo canimus, *Iesu Saluator sæculi.* Et de eius nomine dicitur Luc. 1. *Et vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.* Et nota, quod iste dicitur Saluator seu liberator, quia sicut vincti & incarcerati per virtutem Sapphiri secundum Dioscor. de vinculis liberantur, vt dicitur in lapidario. Hic lapis (vt perhibent) educit carcere vinctos, sic iste vinctos in mendicitate & ferro, de inferno primitus liberauit, & saluauit. Nunc etiam illos, qui sibi deuoti sunt, de vinculis peccatorum educit. Sed sicut ille lapis non saluat, nec liberat hominem, nisi mundus fuerit, atque castus, sic pro certo nec Iesus saluat aliquos, nisi illos, qui vitam bonam duxerunt, & mundam. Et nota, quod iste

Liberauit nos { Discordes ad concordiam reuocando, / Tormenta pro hominibus tolerando, / Miranda inter homines operando.

Iste enim discordes ad concordiam reuocauit. Fecit enim vtraque vnum sc. ex populo Iudæo & gentili vnam ecclesiam constituit, & etiam discordiam Dei patris & huiusmodi concordauit. Iste enim fuit sicut adamas, qui est lapis reconciliationis, vnde de ipso dicitur Ioan. 20. *Stetit Iesus in medio, & dixit: Pax vobis.* Item iste tormenta pro hominibus tolerauit. Vnde ipse fuit aries Abraham per cuius mortem fuit Isaac liberatus: quia scil. per mortem Christi fuit genus humanum liberatum & saluatum, vnde Matth. 28. *Iesum, qui crucifixus est, quæritis.* Item iste miranda inter homines demonstrauit, vnde Ioh. vlt. *Multa quidem & alia signa fecit Iesus.* Et ideo sicut elephas sequitur suum de fouea liberatorem, sic nos debemus diligere istum nostrum Redemptorem & Saluatorem, dicentes illud Ioh. 12. *Domine volumus Iesum videre.* Iste enim non solum liberat de fouea peccati, imo etiam animas existentes in fouea inferni. Legitur enim quod quidam sanctus vidit in inferno quendam qui erat totus in igne, & requisiuit quare caput suum non patiebatur, respondit, Quia inquit nomen Iesus cum digito in fronte scribere deuote solebam. Istum enim diligamus sicut prouidum liberatorem.

¶ Tertio diligamus & quæramus eum, sicut floridum conuersatorem, quod notatur cum dicitur Nazarenus, quod interpretatur floridus. Iste enim habuit floridam conuersationem, i. mundam, puram, placidam & honestam, Matth. 21. *Hic est Iesus propheta à Nazareth Galilææ.* Figuratus in Nazaræo, sicut dicitur supra de abstinentia, & applica de flore ad perfectionem, vel ad conuersationem sicut supra. Ideo de isto dicitur Iohan. 19. *Hic est Iesus Nazarenus rex Iudæorum.* Et vide istam auctoritatem diuisam & prosecutam in secundo sermone. Prope est æstas, &c. Patet igitur istius conuersatio, quæ fuit nobilis, istius liberatio, quæ fuit vtilis, istius sustentatio, quæ fuit stabilis.

¶ Si autem de Iesu vis magis aliquantulū dilatare, dic quod illud nomen Iesus est nomen omnis perfectionis & virtutis. In isto enim inuenit homo omnia necessaria ad salutem. Teste Bernardo super Cant. Nomen Iesus, quam carum, quam vtile. Si vtile inquit non esset non me locrae tot. Iesus mel in ore, melos in aure, iubilus in corde. Ista est n. veritas, quod si nomen ad nominatum referimus, & status & conditiones Iesu attendimus, certe in ipso sex exempla vtilia reperimus. Ergo

Vide Iesum { Nascentem, ecce signum dulcoris, / Pendentem, ecce signum doloris, / Surgentem, ecce signum vigoris, / Scandentem, ecce signum honoris, / Solantem, ecce signum fauoris, / Tonantem, ecce signum rigoris.

In Iesu nascente concipies humilitatem, in Iesu pendente seu moriente concipies asperitatem sc. pœnitentiæ, in Iesu surgente & de inferis redeunte concipies strenuitatem, in Iesu ascendente & triumphante concipies fœlicitatem, in Iesu solante seu dona Spiritus sancti tribuente concipies liberalitatem, in Iesu tonante vel iudicante concipies seueritatem.

Ista enim sunt sex exempla quæ nos inuenimus in Iesu, videlicet.

- Exemplum dulcoris & amicitiæ & hoc cum nascitur humiliter,
- Exemplum doloris & pœnitentiæ & hoc cum moritur flebiliter,
- Exemplum vigoris & permanentiæ & hoc cum resurgit viriliter,
- Exemplum honoris & excellentiæ & hoc cum triumphat nobiliter,
- Exemplum fauoris & beneuolentiæ & hoc cum consolatur discipulos liberaliter,
- Exemplum rigoris atq; iustitiæ & hoc cum iudicabit terribiliter.

¶ Dico igitur, quod in Iesu nascente nos inuenimus exemplū dulcoris. Quid enim dulcorosius. Quid humilius. Quid benignius, quam quod Deus homo fieret, carnem sumeret, pauper viueret, nullum læderet, omnibus subueniret. Sicut enim dicitur Ioh. 1. *Vidit Ioannes Iesum venientem ad se, & ait, Ecce agnus Dei: ecce qui tollit peccata mundi.* Agno enim nihil mansuetius, humilius seu dulcius. Vnde ipse est qui dixit Ier. 11. *Ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimam,* & bene agnus, in quo quicquid est, totum est bonum & vtile sc. pellis, lana & caro. Quia pro certo in Iesu nihil fuit nisi bonum, & nisi humano generi vtile, & proficuum, & hoc non solum in carne fluidæ compassionis, aut in lana doctrinæ & eruditionis, imo etiam in pelle honestæ conuersationis. ¶ Et sic notabis, quod Iesus nascens fuit hominibus exemplum & signum

- Puritatis & innocentiæ,
- Veritatis & sapientiæ,
- Humilitatis & patientiæ,
- Debilitatis & impotentiæ,
- Benignitatis & sustinentiæ.

Fuit enim Iesus innocentissimus sine malitia, & ideo dicitur Luc. 2. *Remansit puer in Ierusalem.* ¶ Item fuit Iesus sapientissimus sine stultitia, vnde Luc. 2. *Iesus autem proficiebat sapientia & ætate coram Deo & hominibus.* ¶ Item fuit Iesus patientissimus sine proteruia seu superbia. Vnde cum se posset defendere quando voluerunt eum lapidare, tamen dicitur Ioh. 8. *Iesus autem abscondit se, & exiuit de templo.*

¶ Item

[illegible] Vnde [illegible] *contaret* [illegible] per [illegible] perstatem de [illegible] us sine ductu, [illegible] ut [illegible] *Lachrymatus est* [illegible] cæcus [illegible] dicebat, *Iesu præceptor miserere* [illegible], id est, Saluator, quia omnibus semper [illegible] misericorditer adiouare, Luc. 1. *voca-* [illegible] tur, quod nos inuenimus in Iesu [illegible].

[illegible] Iesu pendente seu moriente exemplum [illegible] quod Christi passio fuit nobis in exem- [illegible] ro ipso sostinere loco & tempore de- [illegible] *est pro nobis, nobis relinquens exemplum,* [illegible] Pet. 2. Vnde de Christo dicitur Ioan. [illegible] *nam & purpureum vestimentum.* Et [illegible] ret. Ecce exemplum pœniten- [illegible] dus super Can. dicit sic, habemus [illegible] centem, in patre cubantem, etiam [illegible] te pendentem, à patre ambulan- [illegible] patre morientem.

H [illegible] us in Iesu surgente exemplū [illegible] us in triduo illo dæmones de- [illegible] liberauit, & tandem resurgens [illegible] proprio vigorem suæ infinitæ po- [illegible] um pugnandi contra vitia & [illegible] s dedit Eccles. 46. *Fortis in bello* [illegible] *crucifixus est, quæritis, surrexit, non* [illegible]

¶ [illegible] Iesu scandente seu ascendente exem- [illegible] quod *Christus Iesus* (teste Apostolo) [illegible] *serui accipiens, & humiliauit semetipsū,* [illegible] *propter quod Deus exaltauit illum & de-* [illegible] *omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu fle-* [illegible] *m, & infernorum, & omnis lingua confitea-* [illegible] *Christus in gloria est Dei patris.* sicut dicitur [illegible] plum fidelibus quod per viam pœnæ, [illegible] peruenitur ad fastigium excelsi præmij vel [illegible] per exercitium laboriosum nomen acquiri- [illegible] *nomine inquit Iesu omne genu flectatur.* Et reuera [illegible] num & honorabilissimum Angelis, est [illegible] monibus vero est terribilissimum. Teste [illegible] Can. Nomen Iesu lucet prædicatum, pascit [illegible] inuocatum. Hoc enim reparat sensus, roborat [illegible] bonos mores, castas fouet affectiones. Si vis [illegible] e qui cum iuisset peregrinari Hierusalem, & [illegible], quæ Christus in scriptura legitur ambu- [illegible] ad Oliuetum vnde Iesus in cœlum a- [illegible] us sequi non valens nimia cordis affe- [illegible], & prodentibus Medicis quod præ [illegible] st corpus eius, in medio cordis inuentum est [illegible] reuite istud est nomen summi ho- [illegible] *est rex Iudæorum.* Ergo vide in Iesu scan- [illegible].

K [illegible] in Iesu solante Apostolos, & promissio- [illegible] te, exemplum fauoris. Ad Regem enim in [illegible] potenter dominantem, & diuitijs abun- [illegible] quod se fauorabilem & liberalem osten- [illegible] is omnibus sibi deuotis sibi largites tel- [illegible] fecit Christus, qui iam regnans in cœlis [illegible], & discipulos suos donis varijs ditauit, [illegible] multiplici consormauit omnibus scilic. [illegible] qui [illegible] iunt & possunt, debent alijs & [illegible] s & desolatis benefacere & cunctis fauo- [illegible] præbe[illegible] enim confert

Gra[illegible] pœnitentibus,
Lætit[illegible] contemplantibus,
Corona[illegible] triumphantibus.

[illegible] tibus gratiosus Ioan. 1. *Gratia & veritas* [illegible] 14. Est etiam Iesus contemplantibus gau- [illegible] ituit, *Ego autem in Domino gaudebo, & ex-* [illegible] Est insuper Iesus beatis seu triumphanti- [illegible] V[illegible] icere possunt illud Heb 2. *Videmus Ie-* [illegible] *honore coronatum.* Et illud Act. [illegible] *Ecce video cælos aper-*

D[illegible] Bir[illegible]

[illegible] quod [illegible] exemplum fauoris.

¶ [illegible] os in Iesu tonante exemplum [illegible] vide ante. Decet enim principem [illegible], imo [illegible] stum & rigorem [illegible] malis. [illegible] tus [illegible] est prius gratiam bonis dando, [illegible] non etiam est in [illegible] & [illegible] punendo. Vide Act. 10. dicitur *Verbum misit Dominus* [illegible] *rael, annuncians pacem per Iesum Christum.* Sequitur. *Quem* [illegible] *iudicem* [illegible] *atque mortuorum:* De rigore etiam Iesu [illegible] exemplum Ioan. 2. *Vbi eiecit ementes & vendentes e templo facto flagello de funiculis:* & Marc 3. dicitur quod *circumspiciens eos cum ira contristatus est.* Et sic igitur bene dico [illegible] secundum diuersos status suos datus est nobis in exemplum Rig[illegible]is, Fauoris, Honoris, Vigoris, Doloris, Amoris seu Dulc[illegible]. Hæc [illegible] de Iesu. Vide de Christo, &c. L

Iehu. Fuit rex Israel qui quam[illegible] malus, [illegible] diu niendam totam quiet[illegible] dete[illegible] del[illegible] domum ipsius, nec non ad extirpandum cultum Baal & Prophetas ipsius, fuit à Domino rex electus. Sed quia in multis [illegible] cauit & exequendo Dei voluntatem ex[illegible], ideo *domus eius* *maliter perijt, & semen eius de regno Israel abiit* [illegible], sicut [illegible] Oseæ 1. interpretatur autem patiens, v[illegible] co[illegible] ficus seu maleficium. Vide historiam Iehu 4 Reg [illegible] & 2. Paral. 19. Et applica prout volueris, &c. A

Iezrael. Nota, quod Iezrael fuit quædam partic[illegible] prouincia in terra promissionis, agris fertilibus Insignita; vbi finaliter illa regio Iezabel vxor Achab fuit à canibus deuorata, propter hoc quod idem Naboth occidi fecerat sine causa, &c. *interpretatur* autem *semen Dei, vel seminauit dominus,* sicut hæc apparent 3. Reg. 21. & 4. Reg. 9. Expone si vis quomodo mundi fertilitas & posteritas possessores suos facit diuersis vitijs inquinari, propter quod necesse est ipsos finaliter ab infernalibus canibus deuorari &c. A

Iezabel. Vxor Achab regis Israel quæ interpretatur fluxus vanus, vel fluxus sanguinis, siue cohabitatrix aut sterquilinium. Fuit A

Iezabel mulier { luxuriæ plena fœtoribus,
sæuitiæ spirans ardoribus,
angustia pressa doloribus. }

Ista enim habitu meretricio legitur ornata, Prophetarum seu innocentium supplicio fuit satiata, & tandem canina laceratione fuit deuorata sicut hæc omnia patent 3. Reg. 18. & 21 & 4. Re. 9. Et sic bene fuit interpretata fluxus vanus quo ad luxuriam qua fuit possessa, fluens sanguine quod ad sæuitiam quam fuit professa, sterquilinium quo ad miseriam seu angustiam, qua fuit depressa.

§ Et si vis hæc applica contra malas & improbas dominas & reginas quæ fœtent luxuriæ carnalitate. Vnde de ista legitur 4. Reg. 9 *quod ita ornauit se & depinxit stibio oculos suos, vt Iehu ad libidinem prouocaret,* Et ideo de talibus dicitur Apo. 2. *Permittis mulierem Iezabel quæ se dicit prophetam, docere & seducere seruos meos, fornicari, & comedere de idolothytis, & dedi illi tempus vt pœnitentiam ageret.* Item quæ strident sæuitiæ crudelitate, sicut de ista legitur quod *Prophetam Domini occidit. Heliam etiam summum prophetam occidere voluit, & Naboth iustum, quia vineam suam noluit vendere, interfici procurauit* 3. Reg. 18. *Cum interficeret Iezabel prophetas domini tulit Abdias centum prophetas & abscondit eos.* B

§ Item quæ finaliter dolent angustiæ seu miseriæ calamitate videlicet in inferno, quia scilicet sicut canes Dei iudicio comederunt istam pessimam mulierem corporaliter, sic tales à canibus infernalibus deuorabuntur æternaliter 3. Reg. 21. *Canes comedebant Iezabel in campo Iezrael & sufficit.*

Igitur. Cum igitur sit aduerbium conclusiuum & definitiuum & allegatiuum & alicuius præsomptiuæ vel veræ certitudinis ostensiuum, notabo quod moraliter loquendo Igitur significat conclusionem & terminum omnis rei & correctionem & conclusionem ad aliquid faciendum vel ad aliquid sustinendum. Et sic notemus quod igitur siue actiue siue passiue sumatur potest referri ad Deum, ad iustum, ad hominem, ad mundum, ad impium. Per Igitur enim potest intelligi conclusio A

Summi creatoris,
Viri viatoris,
Mundi deceptoris.

Diaboli turbatoris,
Iusti sectatoris,
Vani peccatoris.

Dico igitur primo, quod est vnum igitur spectans ad creatorem. Istæ enim & orationes sanctorum & eorum merita & opera sunt. Vnum igitur quo Deus a[illegible] & concluditur ad quæsita misericorditer concedendũ. 1. Par. 22. *Probate igitur corda vestra & animas vt quæratis Dominum Deum vestrum.* Sic volebat eum concludere ille Ezech. 2. Paral. 29. vbi dicebat sic: *Nunc igitur placet mihi vt ineamus fœdus cum Deo nostro, & auertet a nobis furorem iræ suæ.* Et iterum dic, quod ad Deum spectat multiplex igitur conclusiuum & determinatiuum, tam actiue quam passiue, videlicet vnum igitur

Prædestinationis,
Diuinæ punitionis,
Tutæ saluationis,
Totæ confessionis.

Ad Deum enim spectat vnum Igitur cuncta prædestinans. Cõclusiue enim & determinatiue potentia prædestinatiua permanet apud ipsum, vnde Rom. 9. dicitur. Igitur *Non est volentis neq; currentis, sed Dei miserentis.*

¶ Item ad eum spectat vnum igitur malos exterminans. Iste enim finaliter conclusiue perdit & dissipat omnes malos Ezec. 9. *Igitur & meus nõ parcet oculus, neque miserebor.* Et Ezech. 20. *Ego igitur leuaui manum meam super eos in deserto, ne introducerem eos in terram fluentem lac & mel.*

¶ Item ad ipsum spectat vnum Igitur bonos illuminans, quia sc. finaliter & conclusiue omnes boni per eum saluabuntur Iob 36. *Eripiet pauperem de angustia sua, & releuabit in tribulatione aurem eius* Igitur saluabit te de ore angusto latissime, & non habente fundamentum subter se. Istud autem igitur, id est, ista conclusio erit in patria, quando sc. Deus cessare faciet à beatis omne malum dicens illud Genes. 8. *Non igitur vltra percutiam omnem animam viuentium.* Et quando quis conferet omne bonum, Matth. 12. *Igitur perueniet in vos regnum Dei.*

¶ Item ad ipsum spectat vnum Igitur laudans & criminans, quia sc. Sancti & Angeli laudant & magnificant ipsum in patria, dicendo illud 1. Par. 29. *Nunc igitur Deus noster confitemur & laudamus nomen tuum inclytum.* Patet igitur quod est vnum Igitur spectans ad creatorem.

B ¶ Secundo dico, quod est vnum Igitur spectans ad viatorem id est, ad hominem mortalem, iste enim habet Igitur actiuum & non passiuum, concluditur enim & non concludit, quia sc. mors & sepulchrum ipsum solent finaliter concludere, & infra suos limites coarctare 4. Regum 13. *Mortuus est igitur Helisæus, & sepelierunt eum.*

C ¶ Tertio dico, quod est vnum Igitur quod spectat ad deceptorem, i. ad mundum, qui sc. decipiendo mentes humanas, & eas ad voluptates alliciendo videtur inferre illud igitur & illam conclusionem quæ scribitur Ecc. 8. vbi in persona mundi potest dici: *Laudaui igitur lætitiam & quod non esset homini bonum sub sole nisi quod comederet, biberet & gauderet.* Et secundum veritatem istud est euidens, quod scil. mundus & mundani nullam aliam conclusionem commendant, nisi quod homo sit in præsenti gaudio vel quiete.

D ¶ Quarto dico, quod est vnum Igitur quod pertinet ad turbatorem i. ad diabolum tentatorem, qui sc. ad nihil aliud videtur concludere aut intendere, quam ad lædendum vel ad occidendum damnando Iob 2. *Egressus igitur Sathan à facie Domini, percussit Iob vlcere pessimo.*

E ¶ Quinto dico quod est vnum igitur seu vana conclusio quæ spectat ad iustitiæ sectatorem, h. e. dictum, ad virum iustum. Item potest dici igitur & dicere igitur, quia sc. vir iustus debet bonam conclusionem facere, & ex omnib. præmissis cogitationum & affectionum suarum aliquem bonum finem & bonam definitionem inferre 2. Para. 22. *Surge igitur & fac, & erit Dominus tecum.*

F ¶ Supponendu igitur quod per Igitur intelliguntur sancti viri & homines virtuosi & docti, qui optime sciunt concludere facta sua & omnia fine & conclusione debitis terminare, iuxta illud 3. Reg. 6. *Igitur ædificauit Salomon domũ, & consummauit eam.* Notare possum quod tales sunt & dici possunt

vnum igitur
C[illegible]uersationis & pœnitentiæ,
[illegible]ifcretionis & sapientiæ,
Remissionis & indulgentiæ,
Subiectionis & obedientiæ,
De[illegible]ctionis & subiacentiæ,
Affectionis & confidentiæ,
Orationis & reuerentiæ,
Subiectionis & prouidentiæ,
Turbationis atque tristitiæ,
Compassionis atque clementiæ,
Prædicationis & eloquentiæ,
Expectationis & temperantiæ, vel
Perdurationis & permanentiæ,
Emundationis & continentiæ,
Conuersationis & apparentiæ,
Inquisitionis & diligentiæ,
Contemplationis & eminentiæ,
Circumspectionis & vigilantiæ,
Fœderationis & amicitiæ,
Tolerantiæ & patientiæ,
Delectationis & affluentiæ,
Sublimationis & excellentiæ,
Consolationis & c[illegible]acentiæ.

Dico igitur quod in iustis inuenitur vnum igitur, [illegible] sio pœnitentiæ atque conuersionis. Vnde Act. 3. *Pœnitemini [illegible] & conuertimini vt deleantur peccata vestra.* ¶ Item habent vnum Igitur sapientiæ & discretionis Rom. 16. *Gaudeo [illegible] in vobis Sed volo vos sapientes esse in bono.* ¶ Item habent vnum [illegible] indulgentiæ vel remissionis, indulgent enim mirab[illegible] linquentibus in se, vt cuilibet dicatur illud Matth. [illegible] *offers munus tuum ad altare, &c. Vade prius reconciliari fratri tuo, post veniens offeres munus tuum.* Talibus etiam remittuntur peccata Actor 13. *Notum igitur sit vobis fratres, quia remissio peccatorum vobis annunciatur.* ¶ Item isti habent vnum Igitur obedientiæ subiectionis, quia scilicet isti seruiunt, obediunt, & subsunt aliis diligenter. Quia reuera ad iustum pertinet quod sit diligens & seruitialis Deo, sibi, & proximo. Deo dico Rom. 7. *Igitur ego ipse mente seruio legi Dei* iuxta illud Deut. 5. *Custodite & facite quæ præcepit vobis Dominus.* Sibi etiam 1. Corinth. 8. *Ego igitur sic curro* &c. Sequitur. *Et castigo corpus meum & in seruitutem redigo.* Proximo insuper Rom. 15. *Nunc igitur proficiscor in Hierusalem ministrare sanctis.* Item isti habent vnum Igitur subiacentiæ & dejectionis seu humiliationis 1. Petr. 15. *Humiliamini igitur sub potenti manu Dei vt vos exaltet, &c.* ¶ Item isti habent vnum Igitur confidentiæ seu spei & deuotionis, quia scilicet isti in Deo & cœlestibus spem & deuotionem reponunt. Vnde 2. Cor. 3. *Habentes igitur talem spem, multa fiducia vtimur.* ¶ Item isti habent vnum Igitur reuerentiæ & orationis 1. Tim. 2. *Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus. & pro regibus omnibus qui in sublimitate sunt constituti, vt tranquillam vitam agamus in omni pietate & castitate.* ¶ Item isti habent vnum Igitur prouidentiæ seu beneficentiæ & subuentionis, quia scilicet isti subueniunt & prouident indigentibus iuxta posse, & ad hoc tendit totum suum igitur, id est, sua conclusio & intentio vniuersa. Vnde indigens [illegible] micus loquitur tali igitur 1. Reg. 21. *Nunc igitur si quid habes ad manum, vel quinque panes da mihi* Et 3. Reg. 25 *Festinauit igitur [illegible] gail. & tulit ducentos panes,* scilicet *ad Dauid in desertum.* ¶ Item habent vnum Igitur tristitiæ & turbationis, quia scil. iusti via ista semper sunt in tristitia & tremore Ioan. 16. *Et vos nunc tristitiam quidem habetis, iterum autem videbo vos, & [illegible] cor vestrum.* ¶ Item isti habent vnum Igitur clementiæ [illegible] passionis, quia scilicet clementer & flebiliter solent compati desolatis. Vnde de amicis Susannæ casui suo compatientibus dicitur Dan. 13. *Flebant igitur sui, & omnes qui nouerant eam.* ¶ Item isti habent vnum Igitur eloquentiæ & prædicationis, quia scilicet isti solent instruere & docere Act. 8. Igitur *qui dispersi erant, pertransibant euangelizantes regnum Dei*, vt cuilibet tali dicatur illud 2. Reg. 19. *Nunc igitur surge & procede, & alloquens satisfac seruis tuis.* ¶ Item isti habent vnum Igitur temperantiæ & moderationis, seu expectationis & perdurationis, quod maxime debet esse quando prouectiores loquuntur. Vnde dicitur Iob. 32. Igitur *Heliu expectauit Iob loquentem.* ¶ Item isti habent vnum igitur continentiæ & emundationis. Vnde 2. Corin. 7. *Has igitur promissiones habentes charissimi, mundemus nos ab omni inquinamento.* ¶ Item isti habent vnum Igitur apparentiæ & conuersationis. Vnde Ruth 3. *Lauare igitur & vngere, & induere cultioribus vestimentis.* ¶ Item ipsi habent vnum Igitur diligentiæ & inquisitionis

[illegible] *conuenientis, interrogabat* [illegible] [illegible] ¶ Item isti habe[illegible] [illegible] plati[illegible] quia sc. mens tali- [illegible] & eleuata se c[illegible] st a appetendo & c[illegible] [illegible] *Igitur sicut portauimus imaginem* [illegible] Vnde ad Col. 3. *Si consurrexistis cum* [illegible] *quae sursum sunt* [illegible] *vbi Christus est in dextera Dei sedens* [illegible] *non quae super terram*, *exemplo illius qui dicebat*. Da- [illegible] *rum ego Nabuchodonosor oculos meos ad cœ-* [illegible] beris vnum igitur vigilantiæ & medi- [illegible] bus operibus suis sunt circumspecti & [illegible] *igitur non dormiamus sicut & cæteri, sed vigile-* [illegible] ¶ [illegible] isti habent vnum igitur amicitiæ & se- [illegible] guunt guerram, sed pacem habere cum [illegible] *e igitur in & habete pacem*, *& per hoc habebu-* [illegible] *Iustificati igitur ex fide pacem habeamus.* [illegible] igitur patientiæ & tolerantionis Iac. 3. [illegible] *ad aduentum Domini nostri Iesu Christi.* [illegible] 2. *Libenter igitur gloriabor in infirmitati-* [illegible] *virtus Christi quasi diceret. Non solum patiens* [illegible] ¶ [illegible] isti finaliter habebunt vnum igitur [illegible], videl. in patria vbi abundabunt & [illegible] oria paradisi ad Ro. 15. *Habeo igitur* [illegible] *cum.* ¶ Item isti habebunt vnum igitur [illegible] nts, quomodo sc. in honore perpetuo [illegible] us cuilibet beato dicet illud Hest. 12 [illegible] m. Sceptrum enim honorem & digni- [illegible] *vobis igitur honor credentibus.* Igitur isti ha- [illegible] entiæ & consolationis, quod sc. fiet [illegible] u cogitabunt de securitate salutis, di- [illegible] t ad Ro. 5. *Igitur magis nunc iustificati in* [illegible] *a ira per ipsum.* Sic igitur patet quod est [illegible] ctat ad iustitiæ sectatorem. ¶ Sexto vero [illegible] igitur quod spectat ad nequitiæ professo- [illegible] catot n. potest dici igitur, quia sc. sicut [illegible] cat immutabilem conclusionem, de- [illegible] urbabilem rebellionem, sic peccator. Est [illegible] tinus, quia pro certo sicut igitur est vnũ [illegible] ũ & vna dictio quæ videtur ponere & im- [illegible] sic peccator ita est fatuus & obstinatus, & [illegible] imatus, quod quicquid dicit & facit [illegible] itate & nihil de malis operib. immutare. Est [illegible], quia sicut igitur est vna dictio quæ scribitur [illegible] orthographia quod vnum i. quæ est lite- [illegible] super vnũ g. quæ est litera grossa, & ma- [illegible] sæpe fit quod peccator paruus & tutens [illegible] ræest & præficitur grossæ literæ, i. alicui [illegible] u, vel quod alicui magno vitio per super- [illegible] præficit & proponit. Est etiam perturba- [illegible] sicut igitur semper habet vim redargui- [illegible] ationis, sic vere peccator semper vult rebel- [illegible] redarguere & omnibus quæ dicuntur [illegible] fuerint obuiare. Et breuiter de igitur, i. [illegible] annotare quod concludite & obstinate.

[illegible] fœdatur,
[illegible] ter effatur,
[illegible] liter prædatur,
[illegible] aliter damnatur.

[illegible] rnaliter, quia sc. tales vt cõmuniter sunt luxu- [illegible] munda persona cum suo igitur, i. cum sua ob- [illegible] dicitur Ezec. 23 *Fornicata est igitur Oolla, & in-* [illegible] *suos.* Effatur etiam mendaciter, quia sc. tales [illegible] mendaces atque verbosi. Vnde 2. Par. 18. *Nunc* [illegible] *num mendacij in ore omnium prophetarũ.* Præ- dat[illegible] liter, quia scil. tales vt communiter sunt ra- paces & [illegible] de rege Antiocho legitur 2. Mac. 5. *Igitur Antiochus multis* [illegible] *ablatis de templo talentis velociter Antiochiam* *regressus est*, ex [illegible] præ superbia terram ad nauigandum, [illegible] vero ad [illegible] agendum deducturum. Antiochus inter- [illegible] rapei [illegible], quia scilicet raptores vt communiter [illegible] pau[illegible] es licet hoc taceant & sileant Pro. 21. *Alij non* [illegible] *& semper in egestate sunt.* Damnatur enim talis igitur [illegible] & per[illegible] iter quia sc. tales finaliter mortis & damna [illegible] & obt[illegible] ox 5. Vnde Pro. 1. dicitur sic: *Come-* [illegible] *sui, consilijs suis saturabuntur.* Et Hierem. 5.

[illegible] *igitur fiet in nouissimo* [illegible] de supra in 1. 5. cotir. Patet igi- [illegible] quomo[illegible] igitur in malo sumitur & in bono: vide de ergo & similibus.

Ignis. Nota quod ignis multipliciter significat in scriptura, significat enim quemcunque ardorem vel feruorem, bonum vel malum, vel quodcunque feruens desiderium vel appetitum. Distinguamus igitur breuiter de igne quia est mul- A
tiplex ignis sc. ignis

Luminosus,
Virtuosus,
Vitiosus,
Dolorosus.

Ignis { luminosus est Spiritus sanctus,
virtuosus est amor inclytus,
vitiosus est feruor vetitus,
dolorosus est dolor infitus. }

¶ Primo igitur dico, quod est quidam ignis qui est luminosus & iste est ignis Spiritus sancti, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. sicut enim in tempore noctis obscuro non habemus lumen nisi per ignem: sic in tenebrosa vita præsenti non possumus habere lumen quod nos dirigat nisi ignem sancti Spiritus habeamus. Iste est enim *illa columba ignis quæ filios Israel de nocte illuminabat quando de Aegypto ipsos Dominus ducebat.* sicut dicitur Exod. 13. Vnde in Ps. *Expandit nubem in protectionem eorum, & ignem, vt luceret eis per noctem.* Spiritus enim sanctus

Est { fortificatiuus, illuminatiuus, refrigeratiuus, } quia dicitur { colomna, ignis, nubes. }

Vnde de eo dicitur Esaiæ 50. *Ambulate in lumine ignis.* Quare? Certe quia dicitur Esa. 10. *Erit lumen Israel in igne.* De isto igitur igne, i. de Spiritu S. non oportet amplius dicere, quia in primo membro distinctionis vltimæ inuenies satis plene. Iste est ignis luminosus. ¶ Secundo dico, quod est quidam ignis qui est virtuosus & iste est ignis dilectionis & amoris vel cuiuscunque bo- B
ni desiderij ac feruoris. De isto igne loquitur Dominus Luc. 12. *Ignem veni mittere in terram & quid volo nisi vt ardeat.* Iste est ignis inflammatiuus, quo sc. viri sancti fuerunt accensi, & quo totum mundum accenderunt & inflammauerunt, sicut enim dicit Plin. est quidam mons in India vbi crescit piper, ibi tamen est tanta serpentum copia, quod nullus audet accedere. Incolæ igitur pipere maturo, in æstate ignem in silua accendunt, & sic serpentes ignem metuentes, fugiunt, & incolæ piper accipiunt, quod postmodũ ad nos mittitur. Sic vere (charissimi) quia serpentes, i. dæmones totam siluam huius mundi solebant occupare, ideo dominus ignem charitatis per incolas suos, i. per Apostolos in ista silua accendit & sic eos fugauit & expulit. Et piper quod custodiebant, i. peccatores quos sibi tenebant, mediante isto incendio ad partem suam resumpsit. Vnde Tbr. 4. *Succendit dominus in Sion ignem.* De isto n. igne possumus exponere illud Luc. 22. vbi dicitur, *quod accenso igne in medio atrij, & circũsedentibus illis erat Petrus in medio illorũ.* In quibus verbis nota, q sicut ignis habet virtutem inflãmatiuam, virtutem induratiuam, virtutem copulatiuam, quia s. per ignem ligna inflammantur, per ignem mollia indurantur, sicut patet in vasis luteis, per ignem metalla copulantur, sic dico. quod ignis charitatis habet inflãmare cordiũ tepiditatem. Accenso inquit igne in medio atrij, i. in corde. Roborare cordium debilitatem quod ostenditur in verbo Petrus, quia dicitur de petra. Copulare cordium diuersitatem, quod ostenditur, cũ dicitur (in medio illorũ.) ¶ Dico ergo, quod per charitatem corda tepentia inflãmantur, quia s per charitatẽ in in medio atrij, s. in corde, q est in medio hominis accẽditur ignis i. feruor affectionis & sanctorum desideriorum. Sicut n. ignis facit aquam feruescere & sicut sursum facit flãmam ascendere, & sicut ceram & metalla solet liquefacere & dissoluere, sic C
vere charitas corda liquefacit per deuotionem & compunctionem, corda facit feruere per desiderium & affectionem, & ipsa sursũ accendere, sc. ad Deũ per amorem & dilectionem. Iste est igitur ignis ascensus in medio atrij, i. in corde, quia sicut præcepit dominus Le. 6. *Ignis in altari debebat semper ardere.* Altare n. Dei st cor, quod per quatuor cardinales virtutes debet esse quadratum, in quo s. ignes charitatis & Spiritus S. nunquam debet decrescere vel cessare. Aduerte tamen quod *Duo filij Aaron qui super altare domini ignem alienum posuerunt, igne cælesti perierunt*, sicut dicitur Leu. 10. Ad denotandum, quod ille qui in altari cordis sui,

 quod

quod Deo debet esse tot[illegible] conlect[illegible] & sed ca[illegible], [illegible]ferunt ignem alienum, [illegible], ardorem & [illegible] rum [illegible] tum, sc. ig[illegible] gnem cup[illegible], &c. à Deo [illegible] ernenrur, & [illegible] petuo [illegible], vnde de tal bus proprie [illegible] c. [illegible] *Dominus egrediens tur, & ignis consumet eos* Quia enim tales egrediu[illegible] igne [illegible] tum de[illegible] linquendo, ideo ipsos co[illegible] ignis perpetuæ aduersitatis, pœnam æternam infligendo. In [illegible] edio igitur atrij cordis debet accendi ignis. Vnde Ezech. [illegible] *Sume ignem de medio rotarum, & imple manum tuam prunis ignis quæ sunt inter cherubin* Quattuor rotæ sunt quattuor cordis aff. ctiones, sub quib. is & super quas cor semper voluitur & monetur. Medi[illegible] igitur istarum rotarum, i. profunda cordis nostri ingrediamur per [illegible] ditationem, & de igne, qui est inter cherubin, i. de perfectione charitatis, quæ est inter bonas personas & sanctos viros, debemus [illegible] plere manus nostras per ipsius actualem executionem. Accenso igitur igne in medio atrij. Accendamur igitur isto igne, sicut asbestos lapis, qui si semel accensus fuerit, nunquam à quocunq; vento potest amplius extingui. Quia, sc. ignis charitatis nunquam per tribulationem debet extingui, sed potius augmentari. Vnde Prouer. 31. *Non extinguetur in nocte lucerna eius.* Et illud Ezech. 1[illegible]. *Vtramque partem eius consumpsit ignis.* Charitatis

D igitur corda tepida inflammantur. ¶ Denique dico, quod per ignem charitatis corda debilia roborantur. Sicut enim vasa testea valde sunt mollia & debilia, tandem vero cum igne cocta fuerint, fiunt stabilia atq; dura, sicut patet de lateribus, sic vere cor quantum est de se, valde est debile, atque molle, & ad cadendum in peccatum facile, & ad resistendum fragile. si vero i gnis charitatis ipsum perfecte decoxerit, tunc efficitur stabile, atq; firmum, & ad perseuerandum durabile seu durum Iob 40. *Cor eius indurabitur quasi lapis.* Vnde Gen. 11. *Venite faciamus lateres, & coquamus eos igni, habueruntque lateres pro saxo & bitumen pro cæmento. & dixerunt. Venite faciamus nobis ciuitatem, & turrim cuius culmen pertingat ad cælum.* Quando enim lateres, id est, homines igne charitatis coquuntur, tunc saxei per firmitatem, bituminosi per concordiam & vnitatem efficiuntur, & sic ciuitatem paradisi sibi ædificant, & turrim cœlestis celsitudinis sibi parant, quod ostenditur cum dicitur Petrus, qui dicitur à petra, quia, sc. tales sic cocti, fortes & petrei efficiuntur. Vnde Marc. 15. *Petrus*

E *vero sedebat cum ministris, & calefaciebat se ad ignem.* ¶ Insuper dico, quod per ignem charitatis corda cóttaria concordantur, quod ostenditur, cum dicitur. In medio eorum. Sicut enim ignis habet diuersa corpora conglutinare & inuicem vnire, sic charitas habet diuersa corda conglutinare & inuicem adunare. Interrogatus enim Diogenes, qui essent veri amici, respondit quod illi, qui in duobus corporibus habent animam vnam, quasi diceret, Amor est tantæ potentiæ, quod in diuersis personis vnam efficit voluntatem. Vnde Bernardus dicit. O felix amor, quam dulcitet capis. Vide eam supra de charitate. [In medio inquit eorum] Charitas enim est sicut medium, quod habet coniungere extrema. Vnde de hoc potest proprie dici illud quod Dan. 3. de tribus pueris dicitur, *quod ceciderunt in medio camini ignis colligati.* Per istū igitur ignem corda contraria concordantur. Patet igitur, quod ignis charitatis est inflammatiuus & clarificatiuus, est induratiuus & roboratiuus, est concordatiuus & conglutinatiuus. Tali igitur igne fuerunt sancti inflammati, figurati in filio hominis Apoc. 1. *qui habebat oculos quasi flammā ignis. & pedes eius similes aurichalco ardenti.* Et Ezech. 8. vbi dicitur. *Et vidi & ecce similitudo quasi aspectus ignis ab aspectu lumborum eius. & deorsum ignis.* Figurati etiam Eze. 1. in illis sanctis animalibus quorum similitudo quasi aspectus carbonum ignis ardentium, & quasi lampadarum, quia, sc. christiani, sancti viri quicquid habent, debent totum habere igneum, quia, scil. in omnibus actibus suis debet ignis charitatis relucere, iuxta illud Apost. 1. Cor. 16. *Omnia opera vestra in charitate fiant.* In oculis enim discretionis, in pedibus suæ affectionis, in lumbis suæ dilectionis, in a[illegible]ctu suæ benignitatis & cōpassionis, in omnibus dico istis debet ignis charitatiui amoris apparere, & bonus amor & feruor, & bona intentio & affectio relucet. Et sic e unt illi ministri, de quibus dicitur Hebr. 1. *Facit Angelos su[illegible] spiritus, & ministros suos flammam ignis.* Et istam aucto[illegible] tem [illegible] pr[illegible] cutam supra de Angelis, & ibi inuenies qu[illegible] [illegible] per[illegible] & igni & An[illegible] comparatur. Iste est ignis [illegible]. S[illegible] materiam [illegible] quod d[illegible] ur infra in §. Adhuc dico, [illegible] est [illegible] sumitur.

¶ Te[illegible] & [illegible] nos [illegible] prop[illegible] ci.

Ig[illegible] habet { [illegible] ad[illegible] / [illegible] quef[illegible] / [illegible] & affliger[illegible] / [illegible] }

Et secundum ist[illegible] quattuor inuen[illegible] scriptura

Ignis { Nubeus, / Aqueus, / Flammeus. / Terreus. }

Ignis nubeus est super[illegible], qui significat [illegible]. [illegible] aqueus est [illegible], qui significat [illegible]. Ignis flammeus est exter[illegible], qui significat [illegible]. [illegible] terreus est inferior, qui signifi[illegible] [illegible] sumptione[illegible]. Est igitur primus ignis, [illegible] est ignis nubeus. Isto enim igne inflammantur [illegible] nostræ, idest viri alti & in prælationibus & [illegible]. Iste est enim ignis superior [illegible] ascendens [illegible] scilicet, semper fac[illegible] homines super[illegible] appetere, & [illegible] tem statum contemnere, & de summit ad [illegible] potest conscendere. Exemplum [illegible] luc[illegible], qui [illegible] superius appetebat dicens Esaiæ 14. *Ascendam in cælum* [illegible] *cæli exaltabo solium meum, & similis ero altissimo.* Ist[illegible] beus & superior. De hoc Ezech. 1. *Nu[illegible] magna [illegible] ig[illegible] & splendor in circuitu.* Tales enim nubes [illegible] ignem ambitionis, qui dici[illegible] ignis [illegible] lvens, quia, cuncta cupit inuoluere & su[illegible] od sag[illegible]. [illegible] igitur ignis nubeus & super[illegible].

¶ Item est ignis aqueus interior & iste est [illegible] aquæ sc. delitiarum non possunt ex[illegible] augere. Iste enim ignis græcus, qui aqua [illegible] n ext[illegible] guitur, sed aceto. Q[illegible] sc. acetum, id est, acredo pœnitentiæ, igne luxuriæ extinguit iuxta illud Eccl. 3. *Ignem ardentem extinguit aqua.* Aqua vero [illegible] luptatis & delitiarum ipsum accendit. Iste enim aqua est aqua ardens, quæ fit de vino, quæ videtur habere naturam quia, scil. ignem non extinguit, sed accendit. Vnde Sap. 16. *In aqua quæ omnia extinguit plus ignis valebat, & aqua extinguentia naturæ obliuiscebatur.* In talem igitur aquam non extinguentem, sed flammantem submergit hodie diabolus peccatores. Et d[illegible] o filio, qui erat obsessus à dæmone, dicitur Marc. 9. quod *diabolus frequenter ipsum in aquam & in ignem misit, vt eum perderet.* Vt igitur nos simus sicut ligna sethim, quæ nec igne cremari, neca- qua putrefieri valebant, vt sic nobis possit dicere Dominus illud Esa. 43. *Cum transieris per aquas, tecum ero, & flumina non operient quando ambulaueris per ignem, non comburreris, & flamma non ardebit* *in. Tecum,* inquit, *ero,* quia scil. bene est necessarium quod Deum per gratiam socium habeant, qui per aquas & flum[illegible] delitiarum habent transire, si volunt, quod ignis & flamma carnalis tentationis ipsos vrere nequeat, vel cremare. Iste est [illegible] tur ignis aqueus & interior.

¶ Item est ignis flammeus, & exterior, & iste est ignis [illegible] crudelitatis, & iracundiæ, inuidiæ pariter & discordiæ. Si[illegible] enim dracones tantæ sunt caliditatis, quod flammas ab ore [illegible] tunt, quibus aerem circumiacentem inflammant, sic crudeles iracundi ignem iracundiæ & crudelitatis semper spirant, quibus omnes alios inflammant, cruciant & molestant. Exemplum [illegible] Antiocho, de quo dicitur 2. Mach. 9. quod *superbia repletus, ignem spirans animo, in Iudæos negotium accelerari iussit,* &c. Ista patent de raptoribus, balliuis, tyrannis, crudelibus, & vindicatiuis à [illegible] vatis in Nabuchodunosor Dan. 3. *qui omnes, qui sibi obedire nolebant, in fornacem ignis mittebat.* Figurati etiam in parabola de rhamno Iud. 9. *qui electus ad regem arborum, egressus est ignis ab eo, qui deuorauit cedros Libani.* quia, scil. crudeles & tyranni, iniqui & vindicatiui quando ad regnum, seu aliquod aliud officium assumuntur, omnes subditos & vicinos, verbis, minis, exactionibus, & iniurijs comburere, & inflammare nituntur. Vnde Ioel 2. *Ante faciem eius ignis vorans, & post eum exurens flamma.* De igne vero iracundiæ & inuidiæ proprie potest dici illud Ezech. 28. *Ignem producam de medio tui, qui comedat te.* Quia sc. iste ignis quādo vig[illegible] in medio cordis humani, primo & principaliter suū vrit, & [illegible] lat possessorē. Iste est ignis flammeus & exterior. *Iste est enim gladium igneum & versatilem, qui prohibet introitum Paradisi,* sicut dic[illegible]

H

I ¶ Item est ignis terreus & inferior, & iste est ignis auaritiæ, qui circa terram & terrena habet interius operari. In quibusdam enim montibus Aluerniæ & Ruchinæ est ignis qui terram continue cremat & vrit, ipsamque vsque ad magna interualla deuorat & consumit. Sunt enim in illis montibus lapides, & terræ combustibiles, qui continue comburantur, ita quod de terra iam combusta etiam carbones fabrorum in magna copia extrahantur. Sic vere (charissimi) in mundi superbis diuitibus est hodie ignis auaritiæ, qui terras circumiacentes, id est, possessiones vicinorum suorum consumit, deuorat, & ipsas annihilat & deuastat. *Iste est ignis vsque ad consumptionem deuorans* Iob 31. *Iste est ignis qui nunquam dicit, Sufficit* Prouerb. 30. *Iste est ignis, qui secundum quod plus de lignis apponitur, amplius exardescit*, sicut dicitur [illegible]. *Quia scilic. ignis auaritiæ per struem lignorum*, id est, diuitiarum quando apponitur, *non minuitur, sed augetur*. Iste est igitur ignis terreus & inferior, quia scilicet per istum ignem terræ & possessiones hominum ab auaris & impijs consumuntur. Vnde [illegible] *Erit terra eius in picem ardentem*. Et Soph. 1. *In igne zeli eius deuorabitur omnis terra*. Patet igitur, quod est ignis terreus, flammeus, aqueus & nobeus.

K ¶ Quarto principaliter dico, quod est quidam ignis, qui est dolorosus. Et iste est duplex, vnus est ignis præsentis tribulationis, qui est in patientia tolerandus. Alius est ignis futuræ damnationis, qui est cū vigilantia formidandus. Ignis dolorosus præsentis tribulationis, quamuis sit afflictiuus, est tamen purificatiuus. Quia sicut ignis à metallis rubiginem tollit, & ipsa ad fabricam & ad figurationem disponit, ita quod quamdiu durat ignis, possunt formari & figurari, statim vero cū virtus ignis defecerit, figurari nequeunt, vel malleari, sic vere tribulatio tantum [illegible] hominibus, quod ab ipsis rubiginem peccatorum tollit, & ad obediendum dispositioni artificis Dei vel prælati ipsos disponit & in figuras & in formas variarum virtutum ipsos [illegible] aliter mutari facit. Aurum enim in igne purgatur & [illegible] ratur. Sic homo in tribulatione emendatur. Sic enim dicitur Eccl. 2. *In igne probatur aurum & argentum, homines vero receptibiles in camino humiliationis*. Et istud patet in multis, qui dum [illegible] in igne tribulationis, fiunt malleabiles, conuertibiles [illegible], si vero ignis iste recesserit, tunc sicut prius indurantur & obstinantur, & ad conuersionem inhabiles efficiuntur. Sancti [illegible] talem ignem sustinuerunt, qui sc. *extinxerunt impetum ignis, effugauerunt aciem gladij*, sicut dicitur Heb. 11. & inde probati & purgati sunt, iuxta illud Ps. *Igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas*. Sancti enim sunt sicut quoddam genus salis, quod est in Sicilia, quod in igne positū, ab igne non resilit, sed ibi sicut aqua liquescit. Quia scil. boni non refugiunt ignem tribulationis, [illegible] etiam resoluuntur per virtutem deuotionis, & compassionis. Multa possent dici de isto igne, sed in alijs titulis inuenies. Iste est igitur ignis in patientia tolerandus. Quod tamen [illegible] stulti, similes sali nostro, seu etiam castanea non [illegible]. Sal enim nostrum, igni applicatum statim crepitat atq. [illegible] castanea vero in igne posita, ab igne resilit, & [illegible] magnum facit. Sic vere multi sunt, qui ab igne correctionis vel tribulationis refugiunt, & si eos à Deo vel à maioribus tali igne castigari contigerit, statim strident murmurando & statim clamorem faciunt impatientiam ostendendo & statim fugiunt & resiliunt totum onus sibi impositum dimittendo. Ista patent in illis, qui pœnitentias iniunctas facere nolunt, vel in illis qui apostatant occasione correctionis, &c. Sicut enim dicitur Pro. 15. *Non amat pestilens eum qui se corripit*. Sed pro certo quia tales fugiunt ignem temporalis correctionis, ipsi finaliter ponentur in igne infernalis damnationis. Tales enim fugiunt arma ferrea & incidunt in arcum æreum Iob 20. *Decidit in scyllam, qui vult vitare Charybdim*. Et de hoc Eze. 15. *De igne egredientur, & ignis consumet eos*. Iste est igitur ignis dolorosus præsentis tribulationis, qui est tolerandus, scil. in patientia.

L ¶ Ignis vero dolorosus futuræ damnationis est ignis formidandus sc. tribulatio infernalis. Sicut enim ligna inutilia & arbores, quæ nec pro ædificijs, nec pro fructibus aliquid valent, in ignem mittuntur, sic infructuosi peccatores, qui paradisi ædificijs nihil valent, ignibus infernalibus cremabuntur, iuxta sententiam Saluatoris, qui dicit Matth. 3 & Luc. 3 *Omnis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur*. Infernus enim est sicut quædam regio, quæ dicitur Theozonia, quæ perpetuo igne inflammatur, vt dicit Geruas. in lib. suo de mirabilibus mundi. Est autem dicta regio in finibus Æthyopiæ à partibus meridiei, vbi præ nimio solis ardore Oceanus dicitur feruere vt cacabus. Sic procul dubio in inferno est ignis & flamma perpetua, & feruor & ebullitio sempiterna. Ibi enim diabolus *faciet feruescere sicut ollam profundum maris*, sicut dicitur Iob 41. Ibi etiam sicut dicitur ibidem, halitus diaboli prunas ardere facit, quia sc. *ignis eorum non extinguetur, & vermis eorum non morietur* Esai. vlt. & Mar. 9. *Ignis enim, sulphur & spiritus procellarum, pars calicis eorum*. Psal. In isto igne reponentur finaliter peccatores, vnde Apo. 14. *Qui adorauerit bestiam, cruciabitur igne & sulphure*. Et Apoc. 19 dicitur quod *bestia & pseudopropheta missi sunt in stagnum ignis & sulphuris*. Bestia enim significat dæmones, pseudopropheta malos, qui in iudicio pariter igni infernali cremabuntur, ideo de diabolo & collegio reproborum dicit Dominus Ezech. 38. *Ignem & sulphur pluam super eum & super exercitum eius*. Hic est igitur ignis dolorosus futuræ damnationis, qui est formidādus, ignis sc. infernalis. De igne autem purgatorij nihil ad præsens dico, neq; de igne conflagrationis in iudicio, timens prolixitatem. Vide de eis alibi. Et sic igitur patet quadruplex ignis, scil. luminosus, virtuosus, vitiosus & dolorosus. ¶ Sed si adhuc vis aliquid superaddere, dic, quod in scriptura reperitur sextuplex ignis, scilicet, M

| | | | |
|---|---|---|---|
| Ignis | Æthereus, | qui erit | Spiritualis bonitas, |
| | Pectoreus, | | Mentalis charitas, |
| | Fulgureus, | | Ambiens vanitas, |
| | Sulphureus, | | Carnalis vilitas, |
| | Cinereus, | | Opum cupiditas, |
| | Tartareus, | | Pœnæ crudelitas. |

¶ Primo igitur dico, quod in sacra pagina reperitur ignis æthereus, & iste pro certo significat diuini spiritus bonitatem. Ignis enim cœlestis luminis triplicis est virtutis. Nam sicut dicit Dionis. de diuinis nominibus, ignis habet virtutem communicatiuam, virtutem viuificatiuam, virtutem purificatiuam. Ignis n. sese communicat, quod patet quia vna candela potest accēdere mille sine sui detrimento. Ignis etiam cuncta viuificat. Nam secundum naturales, nihil potest viuere sine virtute ignei caloris & solaris. Ignis insuper purificat, sicut patet ad sensum, quod sordes metallorum purificātur in igne. Et reuera charissimi, talis ignis est Spiritus sanctus, quia vere iste sese communicat per liberalem compassionem, mentes viuificat per cordialem dilectionem, corda purificat per criminalem abstersionem. Habet (dico) Spiritus sanctus cōpassionem cōmunicatiuam. Vnde iste est, qui per septem dona non cessat quotidie se communicare & distribuere. Ideo dicitur à Dionys. vbi supra quod ignis per omnia dare se venit. Vnde de ista virtute cōmunicatiua dicit Greg. quod per septem gradus erit ascensus per ciuitatem cœlestem scilicet Hierusalem, id est, per spiritum septiformem, vt s. simus per timorem humiles, per pietatem misericordes, per scientiam discreti, per fortitudinem liberi, per consiliū cauti, per intellectū prouidi, per sapientiam maturi. Iste est igitur ignis compassionis communicatiuæ. ¶ Item Spiritus S. est ignis dilectionis viuificatiuæ. Sicut enim salamādra ex igne viuit, halec ex aqua, chamæleon ex aere, talpa de terra, quia sc. ista quatuor viuunt ex istis quatuor elementis, sic vere charissimi, nos debemus viuere igne Spiritus sancti, sc. charitatis, aere innocentiæ & puritatis, aqua clementiæ & pietatis, terra patientiæ & firmitatis. Ideo de ista virtute viuificatiua dicit Innocētius in sermone de Spiritu sancto. Spiritus sanctus ad discipulos in igne mittitur, vt splendeā: per sapientiam, & calescant per charitatem. Charitas enim instruit vitam, & sapientia informat doctrinam.

¶ Item Spiritus sanctus est ignis abstersiuus purificatiuæ. Sicut enim ignis aufert immunditiam à metallis, iuxta illud Eccl. 2. *In igne probatur aurum sic Spiritus sanctus ab animabus tollit maculas peccatorum*. Vnde Innocentius ibidem. Ignis per splendorem illustrat, per calorem purificat. Spiritus sanctus illuminat mentem hominis per sapientiam, purificat per charitatem. Igitur Spiritus sanctus est ignis purificatiuus, viuificatiuus, communicatiuus. Cum enim ignis habeat duplicem qualitatem, sc. calorem & ardorem, ista tamen quandoq; ab inuicem separantur. Ignis enim est in empyreo cum splendore & sine ardore, & in inferno cum ardore & sine splendore, in hoc mundo cum splendore simul & ardore. Iste ignis, qui est in hoc mundo, comparatur Spiritui S. qui ardet & splendet, quia Spiritus S. est splendens per veritatem & est ardens per charitatem. Ideo de isto igne dicitur Ecclesi. 39. *Initium necessariæ rei vitæ hominum aqua, ignis, & ferrum*. Aqua (dico) pietatis, ignis charitatis, ferrum firmitatis.

¶ Secun-

N ¶ Secundo dico, quod inuenitur ignis pectoreus, & iste pro certo designat perfectam animi charitatem. Sed de isto plene

O dictum est in isto eodem titulo supra. ¶ Tertio dico, quod inuenitur ignis fulgureus significans ardentis ambitus vanitatem. Quia sc. fulgur de materia terrea fortiter ignita est sursum ascendens, sed finaliter deorsum cadens. Sic ambitiosus igne & ardore dominandi accensus, sursum quamdiu viuit semper nititur ascendere, sed finaliter in morte compellitur vsq; ad infernum descendere & transire. Vnde Ezech. 1. *Has tractus (io) deorsum splendor ignis, & de igne fulgur egrediens*, vbi aduerte quod

Ambitio habet mentis { Laborem (discurrens) / Ardorem (ignis) / Furorem (fulgur)

Iste est igitur ignis fulgureus.

P ¶ Quarto dico, quod inuenitur ignis sulphureus, significans carnalis impetus vilitatem. Quia scil. ignis sulphureus significat peccatum luxuriæ, quod valde fœtet, in quo balneantur luxuriosi. Vnde istud peccatum est illud *stagnum ignis & sulphuris, in quo posita est bestia & pseudopropheta* Apoc. 19. Vnde in Ps. *Ignis, sulphur & spiritus procellarum, pars calicis eorum.* Vbi aduerte, quod istud peccatum vnit affectionem (ignis) habet infectionem (sulphur) Infert damnationem (spiritus procellarum, pars calicis

Q eorum.) Hic est igitur ignis sulphureus. ¶ Quinto dico, quod inuenitur ignis cinereus, significans auari animi prauitatem, & ardorem auaritiæ, qui sub cineribus, id est, sub mundi diuitijs custoditur. Diuitiæ enim sunt similes cineri iuniperi, qui seruat ignem græcum inextinguibilem. Sic diuitiæ ignem auaritiæ nō dimittunt extingui, imo semper augent ipsum. *Hic est ignis, qui nunquam dicit sufficit* Prou. 30. Vnde Iob 31. *Ignis est vsque ad perditionem deuorans.* Hic est igitur ignis cinereus.

R ¶ Sexto dico, quod inuenitur ignis tartareus, significans tormenti pessimi grauitatem. Quia scil. ignis iste est damnatio æterna, qua inflammantur damnati similes illi lapidi, qui dicitur asbestos, qui semel accensus nunquam amplius extinguitur. Sic vere anima peccatricis igne infernali semel accensa nunquam amplius extinguitur. Vnde Esa. vlt. *Ignis eorum non extinguetur, & vermis eorum non morietur.* Quod vtiq; prædictum erit non solum in anima, imo etiam in corpore. Vnde Esa. 1. *Succendetur vtrumque simul, & non erit qui extinguat.* Sed de istis ignibus vide plenius in alijs præcedentibus. De æthereo In §. primo dico, quod est quidam ignis qui est luminosus. De pectoreo In § Secundo dico, quod est quidam ignis qui est virtuosus. De fulgureo sulphureo, cinereo per ordinem In §. Tertio dico, quod est quidam ignis, qui est vitiosus. De tartareo In §. Quarto dico, quod est quidam ignis, qui est dolorosus.

S ¶ Nota. Si placet specialiter de igne Spiritus S. disserere, expone istum versiculum Psalmistæ. *Expandit nubem in protectionem eorum, & ignem vt luceret eis per noctem.* In ista enim auctoritate patet, quod sicut

Ignis habet virtutem { Sui diffusiuam, / Cito commotiuam, / Rerum seruatiuam, / Foris ostensiuam, / Simul coniunctiuam, / Sordis consumptiuam, / Visus allectiuam, / Vmbræ fugatiuam.

Quia scil. ignis sine sui diminutione se diffundit, communicat & expandit. Ignis enim in quam agit materiam, cito mouet, & viuificat. (Nubem) ignis sc. bene proportionatus res custodit & tonificat. (In protectionem) Ignis res ostendit atq; demonstrat. (Eorum inquit) quod est pronomen relatiuum. Ignis res coniungit & consolidat. Et coniunctio copulatiua. Ignis fæces consumit & res expurgat (Ignem) Ignis visum reficit atq; delectat (Luceret) Ignis vmbram tollit & aerem illuminat. (Per noctē) Sic secure dicamus quod Spiritus sanctus admodū materialis ignis solet se vtiliter diffundere, quia Deus ipsum expandit. Solet mobiliter se diffundere, quia vocatur nubes, quæ semper est in motu, solet viriliter nos defendere, quia datur in protectionem, facit vocaliter verum dicere, quia facit nos esse eorum, id est, pronomina relatiua, solet similiter corda iungere, quia dicitur &, quæ est coniunctio copulatiua, solet totaliter culpas tergere, quia dicitur ignis, qui scilicet metalla purgat, solet mentaliter lætum facere, quia dicitur luceret. Et luce nihil consolabilius est oculis, solet finaliter pandere, quia dicitur illuminare per noctem.

¶ Primum igitur dico, quod iste ignis, scilicet Spiritus sanctus solet vtiliter se diffundere, quia scilicet sicut ignis habet naturam sui ipsius diffusiuam & multiplicatiuam, quod patet extensiue, quia de vna candela possunt accendi mille & sine sui diminutione. Patet etiam intensiue, quia ignis multiplicatur in infinitum si materia ministretur, sic Spiritus S. per diuersas gratias in homines diffunditur, & secundum quod inuenerit cordis materiam ignibilem, & ad recipiendam influentiam ipsius præparatam, continue augmentat. Quod bene apparuit in Apostolis Act. 2. *super quos Spiritus S. in specie ignis descendit, supra singulos eorum sedit, & domum vbi erant sedentes repleuit, & varijs donis spiritualibus ipsos impleuit, semper in eis diffudit & multiplicauit.* Qui a scilicet sicut ibidem dicitur, *repleti sunt omnes Spiritu S. & cœperunt loqui* Et hoc ostenditur cum dicitur (Expandit,) quia scilicet Deus pater istum ignem expandit, diffundit, dilatauit & multiplicauit per diuersa charismata gratiarum. Vnde de Spiritu sancto potest dici illud Esaiæ 6. *Erit in ostensionem sicut terebinthus, & sicut quercus quæ expandit ramos suos.* De multiplicata autem magnitudine istius ignis dicitur Deut. 4. *De cœlo audire te fecit Dominus vocem suam, vt doceret te, & in terra ostendit tibi ignem suum maximum.* Solet igitur ignis iste vtiliter se diffundere. (Expandit inquit.)

¶ Secundo, dico quod ipse solet mobiliter nos perfundere, seu se infundere. Et hoc ostenditur cum dicitur, Nubes. Nubes n. est inquit valde mobile, & suispsius ad diuersas partes aeris translatiuum, & sui etiam in formas varias conuersiuum, terræ etiam siccitatis irrigatiuum, & ardoris solis refrigeratiuum. Ignis etiam valde mobile quid esse dignoscitur, quia semper se agitat & mouetur. Et illam, in quam agit materiam mouere & agitare dignoscitur & probatur. Sic vere Spiritus sanctus mobilis est, vbi vult, se diffundit, vnum dimittit, alterum tangit, iuxta illud Ioan. 3. Spiritus vbi vult spirat. Sicut patet, quia Dauid suscepit & Saul dimisit, Paulum vocauit, Iudam contempsit, gentiles conuertit, Iudæos excæcauit. Vnde Sapient. 7 dicitur, quod *Iste est spiritus intelligentiæ, vnicus, multiplex, subtilis, mobilis, incoinquinatus sicut* Mobilis etiam dicitur, pro eo quod illos, quos inhabitat, ad bonum mobiles, diligentes & agiles facere comprobatur. Nescit enim tarda molimina Spiritus sancti gratia, sicut dicit Ambrosius in quadam homilia. Et breuiter, iste est qui terram cordis humani solet donis & gratijs irrigare ardorem tribulationum & tentationum temperare, & totum subiectum, quod inhabitat, bonis operibus fœcundare. Nubem inquit Vnde Ezechiel. 1. *Nubes magna, & ignis inuoluens, splendor in circuitu.* Quia sicut dicitur in Psalm. *Transiuimus per ignem & aquam & eduxisti nos in refrigerium.* Compara si vis istum ignem illi, de quo dicit Plinius, quod bitumen, quod dicitur Naphtha, quod alio nomine vocatur oleum de Bacuth, talis est naturæ, quod ignem vbicunque visum rapit. De longe enim solet ignis prosilire, & accendi in re, quæ tali bitumine fuerit inuncta. Vnde luminaria inuncta tali bitumine per se videntur accendi, ac si vna candela etiam à longe ostendatur eidem. Est enim istud bitumen cognatum ignibus, sicut ait. Tale bitumen est gratia diuina. Ista enim cognata est igni Spiritus S. quia reuera vbicunque fuerit statim ignis iste Spiritus S. rapitur, & cor illud per sancta desideria inflammatur Psal. *Accendatur velut ignis zelus tuus.* Solet igitur iste ignis mobiliter se infundere. (Nubem inquit.)

¶ Tertio dico, quod solet viriliter nos defendere, (In protectionem inquit.) Nonne gladios igneus & versatilis datus est Angelo ad defendendum, & custodiendum Paradisum, & viam etiam vitæ & ligni vitæ? Iste est spiritus, qui scilicet & ignis, & gladios potest dici, quia scilicet ab inimicis nostris nos protegit & defendit. Vnde Zach. 2. *Ego ero murus ignis in circuitu Hierusalem, & in gloria ero in medio eius.* Vnde iste est qui dicit Gen. 15. *Noli timere Abraham, ego protector tuus sum.* Sequitur. *Apparuit clibanus fumans, & lampas ignis.*

¶ Quarto dico, quod iste ignis facit vocaliter vera dicere, & hoc ostenditur, cū dicitur, Eorū, quia istud est pronomen relatiuū, quia sc. sicut ignis non est sine vocali sono & strepitu, sicut dicitur Exo. 19. quod *clangor buccinæ vehementius perstrepebat, totusq; mons Sinai fumigabat, eo quod descendisset Dominus super Israel in igne,* sic dico, quod istū ignē semper cōcomitatur sonitus laudis Dei. Quia pro certo quādo super aliquos venerit, facit eos in Dei laudem

semper prædicationem prorumpere, facit eos relatius, in ... m facit eos verba prædicare & referre. (Eorum inquit) Vnde Actor. 2. dicitur, quod *apparuerunt, scilicet Apostolis, dispertitæ linguæ sicut ignis, seditque super singulos eorum & repleti sunt omnes Spiritu sancto & cœperunt loqui varijs linguis prout Spiritus S. dabat eloqui*. Facit igitur vocaliter vera dicere (Eorum inquit) Esaiæ *... eorum non extinguetur*. figura de illo filio hominis Apoc. *... habebat oculos sicut scintillas ignis, & vox eius erat tanquam vox aquarum multarum*. Quicunque istum ignem habuerit, prædicando & laudando vocem suam faciliter exaltabit Hie. 5. *Ecce dabo verba mea in ore tuo in ignem*. Facit igitur vocaliter vera dicere (Eorum inquit)

¶ Quinto vero dico, quod iste ignis solet simul corda iungere. Sicut enim ignis habet virtutem consolidatiuam & coniunctiuam, & diuersorum metallorum in vnum effectiuam, sic Spiritus ... quando est in cordibus hominum, ipsos ad vnitatem & concordiam reuocat, & per pacis & charitatis vinculum eos ligat, hoc est, quod ostenditur cum dicitur, Et, quæ est coniunctio copulatiua. Quia ignis Spiritus S. solet diuersa inuicem copulare. Et inquit Ioel 2. *Super seruos meos & ancillas meas effundam spiritum meum & dabo prodigia in cælo & in terra sanguinem & ignem & vaporem fumi*. Aduerte tamen, quod per ignem non consolidantur aut vniuntur nisi aliqua pinguedine mediante, sicut patet quando aliquod metallum deauratur & quando vnum alteri copulatur quod non vniunIur sibi inuicem, nisi aliqua terra pingui interueniente. Sicut etiam patet, quando ferrum cum ferro iungitur, quia semper lutum vel terra pinguis interuenire & apponi probatur, quo sc. mediante vnum efficiuntur. Sic vere dicam, quod mediante igne Spiritus S. nunquam possunt diuersa corda ligari, vel vnum per charitatem fieri nisi terra & lutum, i. consideratio nostræ terreæ mortalitatis intermediat, aut nisi pinguedo diuinæ gratiæ intercedat. Vnde de tali terra, & de tali igne potest dici illud Luc. 12. *Ignem veni mittere in terram & quid volo nisi vt ardeat*. Reuera quando cum igne, i. e. cum Spiritu S. ... terra idest, nostræ terreitatis consideratio iungitur, necesse est quod per charitatem & concordiam accendatur Ei... *Succendetur vtrumque simul & non erit qui extinguat*. Solet igitur ignis iste simul corda iungere.

¶ Sexto dico, scil. quod iste ignis solet totaliter culpas tergere. Ignis inquit) ignis enim habet virtutem abstersiuam, purgatiuam & mundificatiuam. Patet in metallis sophisticatis, sicut ... argentum vel aurum cum plumbo vel cupro mixtum. Quin ... igne purgantur, virtute ignis totũ illud inutile, quod superadditum fuerat consumitur & vera auri substantia purgata remanere, probatur. Sic vere dicam de Spiritu S. quia pro certo, quando in cor humanum diffunditur, omnem peccati maculam & omnem mixtionem malorum desideriorum, vel labem quamcunq; superfluam vitiorum exinde tollere, annihilare & consumere noscitur, ita quod homo nudus & purus, sanctus & impollutus efficitur dum purgatur Deut. 4. *Deus tuus ignis consumens est*. Teste enim Plinio fulgur quando percutit animal venenosum, omne venenum in ipso consumere consueuit. Sic Spiritus sanctus, quando insufflat in hominem peccatorem, omne peccatum seu omne peccati venenum consumit & destruit in eodem, sicut apparuit in Paulo & similibus. Vnde illud Sap. 16. *In aqua quæ omnia extinguit, plus ignis valebat*. Bene igitur dicitur de talibus sic purgatis illud Ecclesiast. 2. *In igne probatur aurum*. Quia sicut dicitur Es. 9. *Succensa est quasi ignis impietas*. Solet igitur totaliter culpas tergere (Ignis inquit.)

¶ Septimo dico, quod iste ignis solet mentaliter lætum facere, quod ostenditur quando comparatur luci, vt luceret inquit eis. Nihil enim consolabilius luce, quia sicut dicitur Ecc. 11. *Dulce lumen & delectabile est oculis videre Solem*. De Spiritu vero sancto dicitur Io. 14. quod *paracletus*, id est, consolator & per ipsum dominum appellatur. Bene igitur dicitur Esa. 10. *Erit lumen Israel in igne* (vt luceret inquit) Prou. 15. *Lux oculorum lætificat animam*. Solet igitur ignis iste mentaliter lætum facere.

¶ Octauo dico, quod ignis iste solet totaliter vmbram tollere, i. vmbram ignorantiæ vel erroris, quod ostenditur cum dicitur; Per noctem) Quia sc. iste est, qui mentem per inspirationem & reuelationem illuminat, & omnem noctem erroris in defugat Ps. *Eduxit eos in nube diei, & tota nocte in illuminatione ignis*. Patet igitur quomodo iste ignis errores tollit, lætum facit, culpas tergit, simul coniungit, vera proponit, tute defendit, cito operatur & agit, & vbique se communicat & diffundit. Et sic bene dico quod Deus expandit nubem in protectionem eorum & ignem, vt luceret eis per noctem. Iste est igitur quidam ignis, qui est de Spiritu sancto specialiter expositus. ¶ Adhuc dico, quod est quidam ignis qui est ad virum iustum & etiam ad charitatis & dilectionis affectum referendus. Dicamus ergo aliquid de viro iusto, prælato vel quolibet sancto viro, de Angelo, de Christo. ¶ Primo de viro iusto, prælato vel sancto dico, quod est ignis quia T

Ignis est suis { Purgatiuus, Diffusiuus, Occultatiuus, Augmentatiuus.

Sui (dico) purgatiuus. Ignis enim est elementum purissimum, non recipit enim aliquã virtutem quia scil. quicquid ei accidit, consumit, & sic in puritate sua necessario sistit ¶ Item ignis est elemẽtum communicatissimum, quia sc. in omnia se diffundit, & virtutem suam cunctis distribuit & effundit. Et inde est, quod omne corpus penetrat & intime cum corpore se coniungit. ¶ Item ignis est elementum occultissimum, quia scilicet ignis de sui natura est inuisibilis, nec ab oculo corporali videtur, nisi quando alicui materiæ terrestri vel aereæ incorporatur. ¶ Item ignis est elementum infinitum seu maximum, quia scilicet ignis si applicetur materia in quam agat in infinitum solet recrescere, & se continue augmentare, sicut hæc omnia patent per sanctum Dionys. c. 12. Angelica hierarchia. ¶ Sic vere dico, quod vir iustus habet puritatem immaculabilem. Nihil enim immundum recipit, quia quicquid malæ suggestionis vel cogitationis sibi adiungitur, illud statim consumere cõprobatur. Nullam enim prauam imaginationem per dilectionem recipit, imo statim per firmitatem boni propositi illam annihilat & confundit, & sic purus & immaculatus persistit. Et sic dico, quod iustus secundũ Psal. *est sicut ignis qui comburit syluam*, i. cogitationũ. Et *sicut flamma comburens montes vanarum*, s. elationum. ¶ Item dico, quod habet bonitatem concreabilem amicitiæ quia sc. neminem solet contemnere, sed cunctis benigniter se incorporare & coniungere & beneficia sua communicare & diffundere Act. 2. *Ignis sedit super singulos eorum, & repleti sunt omnes*, sc. beneficijs huius ignis. ¶ Item dico, quod iste ignis habet inuisibilitatem non demonstrabilem. Quia sc. iustus semper vult esse incognitus & ignotus, & per iactantiam & obstinationem nunquam hominibus propalatus. Et nunquam nisi per adiunctionem terrestris materiæ, i. nisi per incorporationem alicuius actualis operis virtuosi fit libenter hominibus manifestus. Vnde Sen. Esto occultator virtutum sicut alij vitiorum. Vnde iste est ignis ille absconditus, de quo dicitur 2. Mac. 1. quod *sacerdotes, qui tunc Dei cultores erant acceptum ignem de altari occulte absconderũt, in valle vbi erat puteus altus & siccus*. Expone de iusto s. qui semper vult abscondi in puteo profundo humilitatis & in siccitate abstinentiæ & paupertatis Pro. 6 *Nunquid potest quis abscondere ignem in sinu suo?* Ps. *Considerabam ad dexteram & videbam, & non erat qui cognosceret me*. ¶ Item habet quantitatem supercrescibilem, quia s. iustus non cessat quamdiu viuit virtutibus crescere & si ligna, i. occasiones & bene operandi materia eidem apponitur, se semper solet in melius augmentare Eccl. 11. *A scintilla vna augetur ignis*. Et Eccl. 28. *Secundum ligna syluæ ignis ardebit*. Breuiter igitur dico, quod vir iustus ignis dicitur, & igni merito comparatur. Vnde de Helia propheta dicitur Eccl. 48. *Surrexit Helias propheta quasi ignis*. ¶ Vbi aduerte, quod sicut V.

Ignis { Superius gaudet, Interius ardet, Exterius splendet, Aspetius mordet:

Sic vere iustus gaudet superius Deitatis cœlo (Surrexit) Ardet interius charitatis zelo (Helias) Splendet exterius decentię velo (Propheta) Mordet aspetius iustitiæ zelo (Quasi ignis.) Primo igitur dico, quod spiritualis & moralis ignis, scil. homo iustus & maxime bonus Ecclesiastic. vel prælatus superius gaudet contemplando cœlũ (Surrexit inquit) Quia reuera sicut ignis habet regionem suam superius, ita quod inferius nunquã detinetur nisi quando terrestri materiæ incorporatur, & tunc continue sursum tendit, & vt sursum euadat, & erumpat, continue agitatur, sic vere iusti superius per contemplationem habitant, & cœlum visitant & frequentant, dicentes scilic. illud Philip. 3 *Conuersatio nostra in cælis est*, quinimo si necessitate alicuius negotij in

terra

terra, id est, in terrenis occupationibus detinentur, nunquam ibi mente quiescere comprobantur, imo semper tentant & conantur inferiora dimittere, & superius agitantur, sursumq; per desiderium circumeunt & mouentur, dicentes scil. illud, *Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus* Heb. 13. iuxta illud Col. 3. *Quæ sursum sunt quærite, vbi Christus, &c.* (Surrexit inquit) Ios. 7. *Surge, cur iaces pronus in terra?* Vnde de talis ignis motu & ascensu dicitur Iudic. 6. *Ascendit ignis de petra, & carnes azymosque panes consumpsit.* Expone igitur dico, quod talis spiritualis ignis superius gaudet cōtemplando cęlum. (Surrexit inquit)

§ Secundo dico, quod iustus interius ardet demonstrando cœlum. Et hoc ostenditur cum dicitur. Helias, qui scil. inter cæteros sanctos plus inuenitur zelasse pro fide & veritate, sicut ipse dicit 3. Reg. 19. *Zelo zelatus sum pro domino exercituum, &c.* Et iste zelus satis apparuit quando ignem super quinquagenarios descendere iussit 4. Reg. 1. Et quando prophetas Baalim interfecit 3. Reg. 18. Sicut enim ignis ex natura propria feruet & ardet sic iustus pro fide & veritate zelat Psalm. *Ascendit velut ignis zelus tuus.* 1. Mac. 1. *Helias cum zelat zelum legis, receptus est in cœlum*, quod scilic. factum fuit in curru igneo, sicut dicitur 4. Reg. 2. *Igitur iustus ad modum ignis interius ardet*, demonstrando zelum (Helias inquit) ignis enim zeli & profundi amoris est ille ignis qui in stuppis contineri non potest quin appareat. Vnde Hieremias de sermone Domini ad se facto dicit sic Hiere. 20. *Dixi, non recordabor domini, neque loquar in nomine illius.* Sequitur. *Et factus est in corde meo quasi ignis exæstuans, claususque in ossibus meis, & defeci, ferre non sustinens.* Ignis igitur iste interius ardet demonstrando zelum (Helias inquit.)

§ Tertio dico, quod iustus exterius splendet illustrando velum, id est, exteriorem habitum. Quia scil. sicut ignis habet innatum splendorem annexum essentiæ suæ, per quem non solum in se splendet & rutilat, imo etiam alia illustrat & illuminat, sic vere iustus habet annexum duplicem spiritualem splendorem, scil. vnum interius, qui est splendor veritatis, fidei & sapientiæ, de quo illud Esa. 4. *Creauit Dominus super omnem locum montis Sion splendorem ignis flammantis in nocte.* Et alium exterius, & iste est splendor honestatis & decentiæ seu bonæ apparentiæ, de quo Esa. 10. *Erit lumen Israel in igne.* Igitur talis ignis, scilicet homo iustus & in se lucet & alios illuminat, quia scil. in se lucet interius per fidem, sapientiam & veritatem, exterius per decentiam & honestatem seu conuersationis sanctitatem. Et alios illuminat quantum ad primum per scientiam, & doctrinæ vtilitatem & subtilitatem & quantum ad secundum per bonorum exemplorum regulam & puritatem. Vnde de tali directiuo splendore dicitur Ezec. 1. quod *illa sancta animalia viros iustos significantia erant splendentia & ignea.* Vnde ibidem dicitur sic. *Hæc erat visio discurrens in medio animalium, splendor, ignis & de igne fulgur egrediens* Fulgur (dico) scil. bonorum exemplorum. Igitur iustus exterius splendet auferendo velum, scil. caliginis & erroris, seu illustrando velum, id est habitum honestatis. Et hoc ostenditur, cum dicitur propheta, quia scil. propheta, & interius splendet per diuinas reuelationes, & exterius fulget per conuersationes directiuas, & exemplares sanctitatis conditiones, ita vt sibi ab alijs possit dici illud Ioan 4. *Domine, video quia propheta es tu*, & Matt. 11. *Quid existis videre? Prophetam* inquit, quasi dicat. Tales propter suam exemplarem vitam digni sunt ab omnibus inspici & videri. Ignis igitur, id est, iustus exterius splendet auferendo velum. Propheta inquit. § Quarto vero dico, Quod iustus aspernis mordet, infigendo telum Et hoc ostenditur; cum dicitur. (Quasi ignis.) De natura enim ignis est non solum, quod splendeat, imo etiam quod lædat, affligat atque mordeat. Vnde etiam apes habent telum, quod igneæ fertur esse virtutis, quia sc. dolorem & adustionem inducit. Ignis enim qualibet res ignea vel ignita, habet lædere & affligere, purgare & abstergere, attenuare & consumere. Sic vere dico, quod iustus, & maxime iudex vel prælatus debet habere exemplo apum telum igneum, id est, rigorem & seueritatem iustitiæ, quia scil. & verbo corrigendo, & opere puniendo, & vultu seueritatem prætendendo debet esse igneus, vt scil. possit malos corrigere, abstergere & purgare, & si forte noluerit, possit eos consumere vel delere Mala. 3. *Ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum, & sedebit conflans & emundans argentum, & purgabit filios Leui, & colabit eos quasi aurum & quasi argentum & erunt offerentes Domino sacrificia in iustitia.* Et breuiter de talibus dicitur Zac. 12. *In die illa ponam duces Iuda sicut caminum ignis in lignis & sicut facem ignis in fœno.*

§ Aduerte tamen quod ignis in metallis nobilibus non consumit substantiam, sed accidens & fæculentiam interminus sicut est argentum & aurum. Ad denotandum, quod ignis boni iudicis & iusti prælati debet esse ad exterminandam [illegible] & non naturam, & ad purgandum & purificandum hominem [illegible] non damnandum, similes illi igni, vbi fuerunt positi Sydrach, Misach & Abdenago, qui scil. viros ipsos non læsit aut conturbauit, vincula tamen disrupit, & eos liberauit. Ad denotandum quod iudex quamuis igneus seu seuerus, non debet ad corruptioné personarum intendere, sed ad dissolutionem & confractionem vinculorū, id est, culparū principaliter anhelare Matt. 3. *Congregabit triticum in horreum, paleas autem comburet igni inextinguibili.* Cuius tamen contrarium est in multis, qui sc. non curant nisi, quod possint emendas & munera reportare, de purgatione vero vel emendatione personæ parum solent attendere, vel curare, similes eidem speciei fulguris, id est cœlestis ignis, de quo facit Plinius mentionem dicens, quod est species fulminis quæ dissoluit aurum in sacculis, ipsis sacculis & sigillis sacculorum intactis, vinum etiam consumit dolio, & gladium in vagina, intactis & illæsis dolio & vagina. Illud enim quod [illegible] est, accipit iste ignis, illud autem, quod nihil valet, non [illegible], sed dimittit. Sic vere sunt multi, qui in punitionibus & correctionibus suis non curant, nec quærunt nisi aurum à barbaris extorquere, vinum & arma, & omnia pretiosa subripere, de [illegible] calis vero vagina & dolija, id est, de inutilibus & parum valentibus, imo etiam de culpis & vitijs delinquentium non curare, quinimo multi sunt, qui magis amant seditiosos, quam pacificos, eo quod ab ipsis solent vtilitatem & commoditatem ratione suorum criminū reportare Ioel 1. *Ignis consumpsit speciosa deserti.* Non sic igitur, sed debite & cum intentione sincera ignis spirituali mordeat, iustitiæ velo splendet charitatis zelo ardeat, eminenti cœlo gaudeat. Et sic bene dicitur (Surrexit Helias propheta quasi ignis.) Iste est igitur ignis ad virum iustum referendus. § Si vero velis ad Angelos applicare, & ipsos igneos appellare, dic, quod sicut

Ignis inter elementa
- sedet superius,
- volat celerius,
- splendet vberius,
- ardet feruentius,
- agit potentius,

Sic dico Angeli sunt in statu superiores sunt in motu celeriores, sunt in intellectu splendidiores, sunt in affectu feruentiores sunt in effectu potentiores. Bene igitur dicitur in Ps. quod *Deus facit Angelos suos & ministros suos ignem vrentem.* § Si vero ad Christum applicare velis, dic sicut supra de Spiritu sancto, vel etiam hic de iusto, &c. Nota quod omnia quæ de igne viri iusti moralizata sunt à § qui incipit. Adhuc dico, quod est quidam ignis qui est ad virum iustum, &c. possunt applicari supra ad §. vbi agitur de igne virtuoso.

## Ignobilis, tas.

Vide In titulo Nobilis vel nobilitas.

## Ignominia.

Nota quod ignominia habet contrarietatem cum nomine. Est enim ignominia illa confusio seu infamia, quæ priuat hominem bono nomine. Et ideo ignominia nihil aliud est, propriè loquendo, quam boni nominis priuatio vel carentia. Accipitur autem, vt communiter, pro confusione. Et ideo cum ignominia semper accipiatur in malo, scriptura vero non faciat mentionem generaliter nisi de triplici malo, videlicet,

De malo
- Culpæ,
- Miseriæ,
- Pœnæ.

Hinc est, quod de triplici ignominia possumus facere mentionem. Et sic dico, quod est

Igoominia
- plena vitijs,
- cum criminibus,
- cum supplicijs,

| | | |
|---|---|---|
| Prima, | est ignominia | culpæ latentis, |
| Secunda, | | vocis seu famæ patentis, |
| Tertia. | | pœnæ scientis. |

§ Primo igitur dico, quod est quædam ignominia latens, quæ est interior & ista nihil aliud est quam culpa. Peccatum enim est illud quod facit hominē ignominiosum, i. sine nomine (Nomine dico digno coram Deo nominari, vel digno in libro vel in volumine vitæ scribi) vnde de peccatore dicitur Prou. 17. *Natus est stul-*

[illegible] *pater in fatuo latabitur*, quasi [illegible] ignominiam natus est, id est, in [illegible] factus est, & ideo pater eius, scil. Christus [illegible] letabitur in ipso in æternum, quia, sc. nomen [illegible] non inueniet scriptum, sed inde potius igno[illegible]. Quia enim ignominiose sese habebant in bel[illegible] fugiebant, vel se capi sine magna causa ab hosti[illegible]ebant, a militib[us] olim ignominiose remittebantur, [illegible]abantur & nihilominus pœnis & improperijs [illegible] sicut accidit Romanis militibus, qui in bello Can[nensi] prælio ignominiose fugerunt, quos senatus in Siciliam [illegible] ibi sub ignominiosa militia militare coegit, & [quamdiu] Hannibal esset in Italia, ibi non intrarent, ipsos [c]ondemnauit sicut ponit Titus Liuius de bello [illegible], qui in bello contra vitia ignominiose pu[gnant] & [illegible] resistendo per culpam hostibus subiu[gantur] [illegible] apud Deum fiunt, ita quod quousque se à [illegible] [red]ierint, & hostem ab Italia, id est, diabolum à suis [illegible] [rem]ouerint, à statu iustorum, & societate spiritualium [lo]nge desistunt. De alijs etiam militibus legitur, quod [illegible] pugnauerunt damnati fuerunt ab Imperatore suo, [illegible] cætero stando alijs recumbentib. manducarent, quo[usque] ignominiam virtuose pugnando in alijs prælijs compensa[rent]. [illegible] *operiet te ignominia vestra*. Et Prou. 17. *Impius cum in profundum peccatorum venerit, contemnet, & sequitur eum ignominia & opprobrium*. ¶ Et ad docte, quod scriptura facit mentionem de multiplici ignominia, videlicet

B

Ignominia {
Carnalitatis & immunditiæ,
Cupiditatis & auaritiæ,
Proteruitatis & pertinaciæ,
Verbositatis & adulatriæ,
Infidelitatis & idololatriæ.
}

Est igitur quædam ignominia carnalitatis, & ista potissime est in actibus luxuriæ damnatæ, sicut est adulterium & incestus, & [illegible]. De adulterio enim dicitur Prou. 6. *Qui adulter est, propter cordis inopiam perdit animam suam, turpitudinem & ignominiam congregat sibi*. De incestu vero communiter loquitur in scriptura, sicut Leu. 2[0]. vbi dicitur, quod *qui acceperit sororem suam & viderit turpitudinem eius*, sequitur, *Ignominiam conspexerit ignominiam fratris sui, nefariam rem operati sunt, occidentur in conspectu populi*. Per ignomi[niam] [illegible] in scriptura intelligitur actus luxuriæ, & etiam ipsa membra pudibunda Hier. 13. *Nudaui femora tua contra faciem tuam, & apparuit ignominia tua, adulteria tua, & hinnitus tuus, scelus fornicationis tuæ*. Vnde etiam peccatum sodomiticum, quod valde est ignominiosum & infame, sub nomine ignominiæ continetur Rom. 1. *Tradidit eos Deus in passiones ignominiæ, vt faciant quod eis non expedit*. Ista est igitur ignominia carnalitatis. ¶ Item est ignominia cupiditatis. Patet enim ad sensum quod illi, qui incidunt in auaritiam & cupiditatem, sicut sunt vsurarij, &c. vltra modum sunt tenaces & parci, qui sc. apud omnes sunt tenaces & ignominiosi. Vnde de istis, & alijs ipsos contemnentibus & abominantibus potest dici illud Thren. 1. *Viderunt eam hostes, & deriserunt sabbatha eius*, id est, pompas & superba solaria, vtpote quia dum alij se præferunt, & milites fieri seu nobilitari quærunt, alij qui ignominiam vsurarum, a quibus ista prouenerunt, cogitant, ipsos merito vilipendunt, imo quandoque talia ipsis improperant & opponunt Ezech. 23. *Ipsi discooperiunt ignominiam eius*. ¶ Item est ignominia proteruitatis. Proterui enim homines, qui s. parentes tam naturales quam spirituales non reuerentur, sed eis proterue & obstinato animo opponuntur, ignominiosi merito reputantur Prou. [19]. *Qui affligit patrem, ignominiosus erit & infœlix*. ¶ Item dico, quod est ignominia adulatricis verbositatis. Homines enim adulatores & mendaces, & qui solent placentia dicere, & malos in suis malis confouere, infames & ignominiosi apud bonos & veridicos solent esse Hie. 8. *Sanabant contritionem filiæ populi mei, dicentes, pax, pax, & non erat pax*. ¶ Item est ignominia idololatricis infidelitatis. Hæresis enim & idololatria sunt vitia valde ignominiosa. Vnde de idololatris, qui adorauerunt vitulum conflatilem, dicitur Exod. 32. *Spoliauerat eos Aaron propter ignominiam sordis*. Patet igitur, quod est ignominia latens, quæ est interior. ¶ Secundo principaliter dico, quod est ignominia patens, quæ est exterior. Et ista nihil aliud est, quam

Exterior {
confusio & infamia,
paupertas & miseria,
tribulatio & angustia.
}

De ignominia confusionis & infamiæ dicitur Hie. 46. *Audierunt gentes ignominiam tuam, & vlulatus tuus repleuit terram*. De ignominia paupertatis & miseriæ dicitur Prou. 14. *In paucitate plebis, ignominia principis*. De ignominia vero aduersitatis & angustiæ dicitur Psal. *Imple facies eorum ignominia*. Ista est igitur ignominia patens, quæ est exterior. ¶ Tertio principaliter dico, quod est ignominia scatens seu fœtens, quæ est posterior. Et ista est ignominia & confusio infernalis. Valde enim ignominiosum est homini nobili, quando relegatur, & magis, quando in insulam deportatur, homini libero, quando incarceratur, & magis, quando seruituti & vinculis subiugatur, homini diuiti & glorioso, quando depauperatur, homini delicioso, quando laboribus & angustijs deputatur. Sic vere quia D

Infernus est {
exilium & relegatio,
seruitus & subiugatio,
paupertas & attenuatio,
aduersitas & dolorosa tribulatio.
}

Ideo maxima est ignominia & confusio peccatoribus, & maxime diuitib. huius mundi, quando deputantur ibidem, & quando ad illas pœnas & miserias condemnantur. Tunc o. potest dici de quolibet damnato illud Ose. 4. *Gloriam eius in ignominiam commutabo*. Quia reuera quanto maior præcessit gloria dum florebant, tanto maior sequitur ignominia quando cadunt. 1. Mac. 1. *Secundum gloriam eius multiplicata est ignominia eius*. Vnde breuiter animæ peccatrici potest dici illud Eze. dictum est meretrici Ooliba. *Ecce ego tradam te in manus eorum, quos odisti, in manus, de quibus satiata est anima tua, & agent tecum in odio, & tollent omnes labores, & dimittent te nudam & ignominia plenam, reuelabitur ignominia fornicationum tuarum*. Sic igitur patet, quomodo inuenitur

Ignominia {
Infernalis,
Mundialis,
Criminalis.
}

Vide de confusione & verecundia, &c. ¶ Si vis adhuc dic, quod ignominia idem est quod confusio, verecundia, opprobrium, seu infamia valde magna. Et ideo ignominiosus dicitur ab In, quod, est non, & nomen, quod est fama, quasi sine nomine seu fama. ¶ Et ideo nota quod in scriptura triplex confusio seu ignominia reperitur, videlicet, E F

Ignominia quæ {
continet gratiam,
spectat ad culpam,
spectat ad pœnam.
}

Prima, Secunda, Tertia, } est ignominia {
quam in mundo vir iustus sustinet,
quam ob culpam impius continet,
quæ in pœna damnatos detinet.
}

Et sic dicam, quod in scriptura reperitur

Ignominia {
transitoria,
destructoria,
permansoria,
} quæ est {
pœnitentium conuersorum,
delinquentium iniquorum,
gemiscentium damnatorum.
}

Dico igitur primo, quod est quædam ignominia temporalis & transitoria. Et ista est ignominia temporalis tribulationis, quam scil. electi patiuntur in mundo, vt necessitate compulsi veniant ad salutem. Parum. n. reputat pater ignominiam filij pestilentis si verberaretur in scholis, vt ex tali ignominia corrigatur, & tandem gloriam consequatur. Sicut. n. dicitur Eccl. 4. *Est confusio adducens gloriam*, & de tali ignominia dicitur in Psa. *Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine* ¶ Secundo dico, quod est ignominia criminalis & confusoria seu destructoria. Et ista est ignominia peccati, nihil. n. confusibilius quam peccatum, & ideo sicut video, quod illi in mundo sunt ignominiabiles & infames G

Qui {
proditiose dominos respuunt,
vituperose sese prostituunt,
penuriose sese bonis exuunt,
præsumptuose sese stultos astruunt.
}

Sic vere dico spiritualiter, quod illi abominabiles possunt dici, qui sunt proditiosi per peccatum & idololatriam, sicut, s. sunt illi qui Deum proprium dominum derelinquunt, & eius aduersario, s. diabolo se coniungunt. Vnde de populo idololatrico dicitur Exo. 32. quod *Aaron ipsum spoliauerat propter ignominiam sordis, & inter hostes nudum constituerat*. Et Prou. 19. dicitur, quod *qui affligit patrem suum, ignominiosus erit & infœlix*. ¶ Item illi, qui sunt vituperosi per abusum vel immunditiam, quia, sc. omnes actus luxuriæ sunt ignominiosi. Vnde etiam illa membra pudibunda ignominiosa nominantur. Vnde Hie. 13. *Nudaui femora tua contra faciem tuam & apparuit ignominia tua*. Et mulieri meretrici loquitur scriptura Esa. 47. dicens: *Reuelabitur ignominia tua, & vide-*

*& videbunt opprobrium tuum.* ¶ Item illi, qui sunt periculosi per virtutum relictam copiam, quia, scilicet sicut ille, qui fuit diues & omnia vendens & inhoneste expendens efficitur pauper & ignominiose viuit, sic illi, qui virtutes vendunt & expendunt, & in bonis spiritualibus inopes fiunt, ignominiose quo ad Deum viuunt. Et ideo à Deo & à sanctis contemni, & vilipendi digni sunt. Vnde Thre. 1. *Peccatum peccauit Hierusalem, propterea instabilis facta est.* Omnes, qui glorificabant eam, spreuerunt eam, quia viderunt ignominiam eius. Sequitur. *Deposita est vehementer, non habens consolatorem.* ¶ Item illi, qui sunt præsumptuosi seu tumultuosi per fatuam insipientiam. Vnde Prou. 18. *Impius cum in profundum peccatorum venerit, contemnit, & sequitur eum ignominia & opprobrium.* Et Prouerb. 3. *Stultorum exaltatio ignominia.*

H Ista est igitur ignominia criminalis. ¶ Tertio dico, quod est ignominia infernalis & damnatoria, & de ista dicitur Ose 4. *Gloriam eius in ignominiam commutabo*, & 1. Mach. 1. *Secundum gloriam eius multiplicata est ignominia eius.*

A **Ignorantia.** Nota, quod ignorantia nihil aliud est, quam carentia scientiæ. Et est quandoque vitium naturæ, quandoque vitium personæ. Homo enim naturaliter est inscius & ignarus, quamuis anima creetur à Deo capax omnis scientiæ. Quia secundum Aristotelem, nihil est difficile apud potentiam intellectam, ipsa tamen quando creatur, est sine scientia actuali. Est enim sicut tabula rasa, in qua nihil est depictū. ¶ Distinguamus igitur, quod est triplex ignorantia, sc. quædam

Ignorantia { naturalis, criminalis, virtualis.

Primo igitur dico, quod est ignorantia naturalis, & est illa, quæ nobis insita est à natura. Multa enim sunt, quæ nobis natura scire negat. Et hoc fit ex naturæ debilitate, vel ex Dei ordinatiua voluntate. Sicut enim quædam sunt animalia, quæ naturaliter nascuntur cæca, sicut sunt canes, vulpes, lupi, leones, & generaliter omnia animalia rapacia, & gulosa, sic vere charissimi nos alij quando nascimur, sumus cæci naturaliter, & originaliter ignorantes, & quid debemus facere nescientes. ¶ Vnde nota, quod nos naturaliter ignoramus 3. Reg. 3. *Ego sum puer paruulus, ignorans egressum, & introitum meum*, sc.

Meritorum qualitatem,
Futurorum veritatem,
Mortis nostræ propinquitatem,
Mortuorum conditionem,
Iudicij discussionem.

Ignoramus (dico) meritorum nostrorum qualitatem. Quia sicut dicitur Eccles. 9. *Nescit homo vtrum amore, vel odio dignus sit.* Iob 9. cap. *Nempe & si iustus fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea.* ¶ Item ignoramus futurorum veritatem Eccles. 8. *Multa inquit hominum afflictio, quia ignorat præterita, & futura.* ¶ Item ignoramus mortis nostræ propinquitatem, Genes. 27. *Vides inquit, quod senuerim, & ignorem diem mortis meæ.* ¶ Item ignoramus mortuorum conditionem. Eccles. 11. *Ignoras quæ sit via spiritus.* ¶ Item ignoramus discussionem iudicij seu accelerationem, quia sicut dicitur Matth. 24. *Veniet dominus serui illius hora, qua ignorat, & partem eius ponet cum peccatoribus.* Ignorantia enim istorum quandoque charissimi, est nobis insita naturaliter, quia scil. nos non scimus quantum Deo placemus, nec quid de futuris dicemus, nec etiam quando moriemur, nec quo post mortem ducemur, nec quando in iudicio discutiemur. Ista est igitur ignorantia naturalis. ¶ Secundo dico, quod est ignorantia criminalis, & ista est quando ignoramus, quæ scire tenemur. Ignorantia enim facti quandoque excusat, quia scilicet omnia facta non possumus scire, & maxime si crassa non fuerit vel supina. Sed ignorantia iuris non excusat. Ius autem voco, quicquid scire tenemur, sicut sunt illa, quæ pertinent ad salutem. Ignorare enim talia, est peccatum, & periculosum. Sicut enim dicitur 1. Cor. 14. *Si quis ignorat, ignorabitur.* Sicut enim aues, & animalia, quæ habent visum debilem, faciliter capiuntur, quia scilicet non vident nec percipiunt retia venatorum, ita quod in illis faciliter inuoluuntur, sicut patet de leporibus, & anetis, quæ aues sunt in sero volantes circa nemora, quæ in magnis retibus ab arboribus pendentibus capiuntur, sic vere illi, qui visum scientiæ, & intelligentiæ per ignorantiam habent debilem, & obscuram, in retibus peccatorum, & vitiorum faciliter irretiuntur. Dū. n. non vident nec intelligunt, quid sit malum, ipsum fugere nequeunt nec vitare. Non enim euitatur malum, nisi prius cognitum. ¶ Et aduerte, quod quadruplex est mala ignorantia sc.

Ignorantia { Sperandorum, Credendorum, Agendorum, Cauendorum.

Ignorantia sperandorum est ignorantia bonorum Paradisi, pro certo multum est periculosa. Illa enim si ignorantur, non appetuntur. Ideo de malis, qui nihil sperant de bonis æternis, dicitur Iob. 24. *Perfodiunt in tenebris domos, & ignorauerunt lucem.* Ignorantia credendorum est ignorantia articulorum fidei, & diuinæ scientiæ, & scripturæ, de qua Rom. 10. *Ignorantes Dei iustitiam, & suam volentes statuere, iustitiæ Dei non sunt subiecti*, & Esa. 28. *Sacerdos, & propheta ignorauerunt* [illegible] Ignorantia agendorum, & ignorantia operum bonorum, quæ facere tenemur, de qua 1. Re. 20. dicitur. *Quid ageretur penitus ignorabat*, & Phil. 1. *Coarctor autem ex duobus, & quid eligam ignoro* & 1. Re. 26. *Appareat quod stulte egerim, & ignorauerim multa nimis.* Ignorantia cauendorum est ignorantia vitiorum, & ignorantia infernalium tormentorum. De ignorantia peccatorum dicitur Prouerb. 7. de illo iuuene, qui per mulierem introductus erat multis sermonibus. *Statim eam sequitur sicut bos ductus ad victimam, & quasi agnus lasciuiens, ignorans, quod ad vincula stultus trahatur.* De ignorantia vero tormentorum dicitur in Psalm. in persona peccatorum, *Congregata sunt super me flagella, & ignoraui.* Ideo bene sicut videmus, quod aues ignorantes laqueos capiuntur, & homines ignorantes insidias hostium occiduntur, sic dico, quod illi, qui ignorant pericula cauenda scilicet laqueos vitiorum, & insidias dæmoniorum, faciliter in eis inuoluuntur, & per damnationem perpetuam moriuntur. *Veniat super eum laqueus quem ignorat* Iob. 18. e. *Hæc sunt igitur tabernacula iniqui, & iste locus eius, qui ignorat.* Ista est igitur ignorantia criminalis. Sed ista est periculosa, & vitiosa in quolibet viro iusto, multo fortius, in prælato. Magis enim damnificaretur mundus si sol efficeretur obscurus, quam si omnes aliæ stellæ obscurarentur. Sic maius est reipublicæ præiudicium, si sol, id est, superior vel prælatus efficiatur ignorans quam de alijs quibuscunque, & exemplifica, sicut supra in pluribus locis. Esa. 56. *Pastores ignorauerunt intelligentiam.* Ideo dicitur admiratiue. Ioan. 3. *Tu es magister in Israel, & hæc ignoras?* Ista est igitur ignorantia criminalis. ¶ Tertio dico, quod est ignorantia virtualis. Et ista C est ignorantia bonorum simplicium, nam boni simplices debent

Ignorare { Se, Suos, Sua.

Se dico. Vnde Cant. 1. *Si ignoras te, ô pulcherrima mulierum egredere, & abi.* Supple, à peccato. Suos, sicut sunt illi qui per carnalem affectionem neminem cognoscunt. Deut. 33. *Dixit patri suo, & matri sua, nescio vos, & fratribus suis, ignoro illos.* Sua insuper, sicut sc. sunt illi, qui cor in diuitijs non apponunt, imo ipsas ignorant, & vilipendunt. Tob. 5. *Quomodo pecuniam hanc exquiram ignoro.* &c. Vide supra de cæcitate, & visu & de visu, de vmbra, de obscuritate, de luminari, de luce, de lumine, & similibus.

**Ignoscere.** Nota, quod ignoscere idem est, quod indulgere vel remittere. Dicitur autem ignoscere quasi non noscere, ab in & nosco. Ille enim qui indulget, & ignoscit iniurias sibi factas, videtur obliuisci vel ignorare, & non noscere, vel pro oblitis, & ignoratis, ignotis, & non recolitis habere. Talia enim A

Ignotio spectat ad { Deum, Iustum, Impium.

Ad Deum dico. Iste enim est sicut puer, qui solo risu vel applausu, solo pomo vel solo trocho indulget, & ignoscit homini se lædenti, & sibi iniuriam facienti. Quia scilicet nunquam possumus tantum isti puero iniuriasse peccando, quin ignoscat continuo si sibi arriserimus conuertendo, & applauserimus pœnitendo. Quod bene videtur dici Ionæ 3. vbi Rex audito malo, quod delere volebat dominus Niniuitas, præcepit ieiunare, & indui sacco, & clamare ad dominum diligenter, dicens scilicet, ista verba. *Quis scit, inquit si conuertatur, & ignoscat Deus:* &c. Ignoscere igitur spectat ad Deum. ¶ Item ignoscere spectat ad iustū. B Ad iustum enim & generosum virum pertinet iniurias dimittere, & vbi plus vindicare potuit indulgere, similis ligno viridi, quod vbi plus calescit, magis efficitur humidum, & flexibile. Sic vere generosus, & virtuosus homo, quanto plus calescit,

& lacel-

[illegible] iniurijs, tanto plus debet molliri, flecti, & inclinari misericordia, & indulgentijs. Magnæ enim virtutis est, quod [illegible] tunc velit ignoscere, quando se sentit maioribus iniurijs [illegible] esse. Vnde Seneca dicit, quod nobile genus vindictæ est ignoscere, exemplo illius Imperatoris Romani Pompeij, qui [illegible] Herodem regem Iudææ bello vicisset, & adductus ante [eu]m genua flexisset, & coronam ante pedes eius dimisisset, ac cepit eam Imperator, & reposuit in capite regis victi, dicens: E[i]usdem esse potestatis regem vincere, & facere. Bene igitur dicit Sen. in lib. de moribus, vt videtur, Alteri semper ignoscito, tibi nunquam. Vide si vis Senecam in lib. de clementia ad Neronem, ibi multa allegat ad propositum. Ignoscere igitur spectat

C ad iustum. ¶ Item ignoscere spectat ad iniustum. Constat enim quod peccator, & iniustus semper indiget, quod ignoscatur eidem. Et ideo pari passu, & iste debet ignoscere his, qui iniuriantur eidem, iuxta illud Luc. 6. *Date, & dabitur vobis, dimittite, & dimittemini vobis*, & 4. Reg. 5. *Ignoscat mihi dominus seruo suo.* Quod est co[ntra] multos, qui bene volunt sibi ignosci, sed nunquam volunt ignoscere cuicunque: figurati illo seruo nequam, qui à domino suo indulgentiam petijt & accepit, & tamen conseruo suo noluit indulgere, sicut dicitur Matth. 18. quapropter fuit à domino damnatus & in tenebris exterioribus condemnatus. Quia sicut peccator sibi vult ignosci, sic debet & ipse alijs misereri, sicut dic[itur] Dan. 4. *Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum [f]orsitan ignoscet dominus delictis tuis.* q.d. Si tu ignoscis, il[li] ign[osce]t. Vide de dimittere, venia, indulgentia, parcere, misereri.

A **Ille. Illius.** Nota, quod istud pronomen Ille est pronomen relatiuum, refertur enim semper ad aliud antecedens. Et sic dico loquendo moraliter, quod ille potest accipi in bono, & in malo. Habet enim ille in seipso quandam naturam non sustentatiuam, sed ad aliud, vt dictum est, relatiuam. Et [i]d eam, quod per hoc pronomen ille intelligitur Christus, Iustus, [I]mpius, diabolus, Mundus.

| | | |
|---|---|---|
| Christus<br>Iustus<br>Impius<br>Diabolus<br>Mundus | est Ille, qui | cuncta iudicat,<br>mortes vindicat,<br>bona abdicat,<br>culpas duplicat,<br>pompas explicat. |

Primo igitur dicamus de Ille in quantum significat Christum. Christus enim proprie dici potuit relatiuus. Habuit enim antecedens Deum patrem, quantum ad diuinitatem, virginem matrem, quantum ad humanitatem. Et sic fuit relatiuus, in quantum ipsos in mundum retulit per prædicationis, & fidei veritatem. Et sic dico, quod Christus est similis illis plantis, quæ vocantur agnatæ, quarum natura est secundum Plin. lib. 16. c. 44. quod cum sedem suam nascendi, id est, propriam non habeant, in aliena viuunt, sicut de visco, polypodio, dolicho ac serpillo exemplificat ibidem. Sic vere iste est ille, qui quodammodo agnatus, id est, simul natus fuit cum patre quo ad diuinitatem, & fuit etiam agnatus matri, id est, matri insitus, & aliunde portatus, quo ad humanitatem. Dicit enim Plinius ibidem, quod quicquid robori agnascatur, seu quicquid aliunde in robore crescat, & gignitur, de cœlo missum creditur. Quia reuera iste fuit de cœlo in virginem missus, & ibi in aliena sede genitus, & formatus. Et sic sicut relatiuus in antecedenti fuit positus, &

B fundatus. Fuit igitur Christus Ille. ¶ Vnde notate charissimi, quod hic est

| | |
|---|---|
| Ille, qui | Monstrauit patris splendorem,<br>Seruauit matris pudorem,<br>Prædicauit verbi tenorem,<br>Reseruauit plebis terrorem,<br>Sanauit populi languorem,<br>Acceptauit morum fulgorem,<br>Habitauit carnis humorem,<br>Diuulgauit famæ valorem,<br>Tolerauit mortis laborem,<br>Vendicauit cœli decorem. |

Et sic bene dico, quod iste ille, & retulit multa, & fuit relatus ad multa. Refertur igitur ille ad patrem, qui hunc generauit, vt pater dicat illud Ioan. 16. *Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis.* ¶ Item refertur ad matrem, quam purificauit, id est, quam benedixit, & puram seruauit. Ruth. 3. *At ille, Benedicta es inquit à domino filia.* ¶ Item refertur ad mundum, cui [illegible] prædicauit, Ioan. 14. *Paracletus autem Spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia.* Item refertur ad cæcos, quos illuminauit, quia sicut dicitur Ioan. 5. *Ille erat lucerna ardens, & lucens.* ¶ Item refertur ad infirmos, quos ille curauit. Luc. 4. *At ille singulis manus imponens curabat illos.* ¶ Item iste refertur ad virtutes, quibus abundauit. Vnde 4. Reg. 1. *Cuius figura, & habitus est vir ille?* sequitur. *Vir pilosus, & zona pellicea accinctus renibus.* Vir enim dicitur à virtute. ¶ Item iste refertur ad corpus quod inhabitauit Genes. 24. *Quis est ille, qui venit per agrum?* & Ioan. 9. *Ille homo, qui dicitur Iesus sputum fecit ex luto, & liniuit oculos meos, & video.* Lutum enim ex sputo, est corpus ex terra, & sanguine, virtute scilicet cuius humanum genus, quod cæcum erat, fuit illuminatum. ¶ Item iste refertur ad famam, quam hunc diuulgauit, quia scilicet ille fuit honestissimæ & maximæ famæ. vnde Ioan. 1. *Erat autem vir ille magnus inter omnes orientales, iustus & rectus, ac timens Deum.* ¶ Item iste refertur ad mortem, quæ ipsum prostrauit. Vnde 2. Mach. 6. *Ille gloriosam mortem amplectens voluntarie ibat ad supplicium.* ¶ Item iste refertur ad cœlum, quod recuperauit scilicet ascendendo. Vnde Iudic. 19. *At ille consurgens cœpit velle proficisci.* Iste est enim in quo est confidendum, cui est acquiescendum, & cui obediendum. Et merito, quia pro certo sicut dicitur Sapien. 3. *Qui confidunt in illo, intelligent veritatem, & fideles in dilectione acquiescent illi.* Quia sicut dicitur in Psalm. *Iustitia illius in filios filiorum his, qui seruant testamentum eius, & memores sunt mandatorum illius ad faciendum ea.* Et sic igitur patet, quomodo Christus potuit dici ille, & quomodo fuit relatiuus ad multa. Ille

C igitur signat Christum. ¶ Secundo dico, quod ille signat iustum. Iustus enim potest dici Ille, & hoc, quia Ille, vt dictum est, est pronomen relatiuum. Conformatur enim & refertur ad suum antecedens, & ipsum antecedens supponit, signat, & refert. Sic reuera vir iustus potest dici pronomen Ille, quia pro nomine, hoc est dictum, pro Christo nominatissimo ponitur, in quantum scilicet pro ipso, & ipsius fide, & iustitia contra malos prædicat, & eis opponitur. Act. 9. *Ego ostendam illi, quantum oporteat eum pro nomine meo pati.* Vel etiam in quantum pro ipso, & loco ipsius prælatus prædicator vel superior ordinatur 2. Corinth. 5. *Pro Christo legatione fungimur.* Ponitur igitur pro nomine scilicet pro Christo. Hic enim dicitur ille pronomen relatiuum, quia ipse habuit relationem ad suum antecedens scilicet ad Deum, & prælatum. Ad prælatum, ei in bonis moribus se conformando, & obediendo. Ad Deum, ipsius Dei fidem tenendo, credendo, & adorando, iuxta illud Genes. 1. *Ad imaginem, & similitudinem suam fecit illum.* Ipsos etiam retulit, & præsentauit prædicando, & magnificando, & virtutes ipsorum in se exemplariter ostendendo. Bene igitur potest dici ille, & maxime, quia iste non solum est relatiuum, imo etiam aliquoties demonstratiuum, quia scilicet iustus solet, vt dictum est, antecedens scilicet Deum & sanctos patres exemplariter ostendere, & vitam veritatis, alijs verbo, & opere demonstrare. Vnde illud prædictum Ioan. 14. *Ille vos docebit omnia.* & 4. Reg. 6. *At ille monstrauit ei locum.* ¶ Sic igitur possum dicere, quod Ille

D potest significare grandem perfectionem. Est enim ille vocabulum generalissimum, sub quo possunt contineri omnes homines virtuosi. Vnde de isto sancto possumus dicere, quod tanta fuit in illo perfectio, quod non potuit proprio nomine nominari, & ideo necesse fuit eum generali vocabulo nominari, & nuncupari. Dictus igitur fuit ille. De isto igitur ille possum notare, quod

| | |
|---|---|
| Ille fuit | Clarus in conuersatione,<br>Charus in dilectione,<br>Gnarus in discretione,<br>Purus in affectione,<br>Durus in correctione,<br>Mitus in duratione,<br>Mitis in responsione,<br>Fortis in oratione,<br>Tristis vel dulcis præ compassione,<br>Plenus operatione,<br>Altus contemplatione,<br>Doctus in prædicatione,<br>Certus in locutione,<br>Iustus in prælatione,<br>Sanctus in religione,<br>Promptus in subiectione,<br>Lætus in conuersione,<br>Tutus in saluatione. |

Ista enim & multa alia possunt dici de ille, seu de illius, id est, de quolibet viro iusto. Dico igitur, quod ille fuit claræ conditionis seu conuersationis. Vnde illud prædictum Ioan. 5. *Ille erat lucerna ardens & lucens.* Quod tamen est contrarium de multis, qui quamuis loquantur de lumine virtutum, & bonæ conuersationis docendo, & prædicando, non habent tamen huiusmodi

D lumen operando, & conuersando. Ioan. 1. *Non erat ille lux, sed vt testimonium perhiberet de lumine.* Sed reuera boni sunt lumen, & luminosi, quia scilicet in se lucent per gratiam, & conuersationem, & alios illuminant per doctrinam, & exemplorum repræsentationem. Vnde Sapien. 10. dicitur de talibus illis, quod *Deus fuit illis in velamento diei, & in luce stellarum nocte, & transtulit illos per mare rubrum, & transuexit illos per aquam nimiam, inimicos autem illorum demersit in mare, & ab altitudine inferorum eduxit illos.* Expone si vis. Talis igitur fuit iste ille, quia scilicet iste fuit claræ conditionis. ¶ Item iste ille fuit charæ dilectionis, quia scilicet ille dilexit Deum, & proximum supra modum. Vnde Eccles. 47. dicitur, quod *de omni corde suo laudauit dominum, & dilexit Deum, qui fecit illum, & dedit illi contra inimicos potentiam.* A Deo etiam fuit dilectus, & cum Deo confœderatus. Vnde Eccles. 44. *Enoch placuit Deo, & translatus est in Paradisum.* Noe inuentus est perfectus, & iustus, & testamenta sæculi posita sunt apud illum. Vt & ipse dominus dicat illud Sapien. 8. *Amator factus sum formæ illius.* Quia etiam dilexit proximum, patet exemplo Saul, de quo dicitur 1. Reg. 16. *Venit Dauid ad Saul, & stetit coram eo. at ille dilexit eum nimis* & Genes. 6. *Videbo illum, & recordabor fœderis mei.* Item ille fuit gnaræ discretionis, Discretus enim sciens & sapiens fuit ille. vnde Sap. 10. *Iustum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei, & dedit illi scientiam sanctorum.* Honestauit illum in laboribus, & compleuit labores illius. In fraude circumuenientium illum affuit illi, & honestum fecit illum. Certamen forte dedit illi, vt vinceret, & sciret, quoniam omnium potentior est sapientia. ¶ Item ille fuit puræ affectionis. Affectio enim illius non fuit lubrica vel immunda, imo semper casta, munda, & honesta. Vnde Eccles. 45. *In fide & lenitate ipsius sanctum fecit illum, & elegit illum de omni carne, audiuit enim vocem ipsius, & induxit illum in nube. Et dedit illi cor ad præcepta, & legem vitæ & disciplinæ.* De omni enim carne, id est, de omni carnalitate fuit segregatus, puritate fuit velatus, & corde, & animo Dei mandata fuit amplexus. Item ille fuit duræ correctionis, quia scilicet prædicando, arguendo, & puniendo impios dure corrigebat. Vnde Eccles. 48. *In diebus suis non pertimuit principem, & in potentia nemo vicit illum, nec superauit illum verbum aliquod.* ¶ Item ille fuit mutæ durationis. Fuit enim constans, & perseuerans in bono, & in tentationibus, & tribulationibus & probationibus semper fortis, quapropter diuinis reuelationibus meruit illustrari. Vt de tali illo dicatur illud, quod scribitur Eccles. 4. *Timorem, & metum, & probationem inducet super illum, & cruciabit illum in tribulatione doctrinæ suæ, donec tentet eum in cogitationibus suis, & credat animæ illius, & firmabit illum, & iter directum adducet ad illum, & lætificabit illum, & denudabit absconsa sua illi, & thesaurizabit super illum scientiam, & intellectum iustitiæ.* ¶ Item ille fuit mitis responsionis Genes. 43. *At ille respondit, Pax vobiscum. Nolite timere.* Sequitur. *At ille clementer resalutatis illis.* ¶ Item ille fuit fortis orationis 2. Paral. 18. *Ille clamauit ad Dominum, & auxiliatus est ei,* & Lucæ 18. *At ille multo magis clamabat, Iesu fili Dauid, miserere mei.* ¶ Item ille fuit dulcis compassionis, quia scilicet pie compatiebatur indigentibus, & eleemosynas dabat illis 4. Reg. 9. *At ille fudit oleum super caput eius:* vnde Eccles. 31. *Erit illi gloria æterna, qui potuit transgredi, & non transgressus, & facere malum, & non fecit, ideo stabilita sunt bona illius in domino, & eleemosynas illius enarrabit omnis Ecclesia sanctorum.* ¶ Item ille fuit bonæ operationis. Iacob. 2. *Abraham pater noster nonne ex operibus iustificatus est?* Et Sequitur. *Fides cooperabatur operibus suis.* Vnde ille fuit de illis, de quibus dicitur Apoc. 14. *Opera illorum sequuntur illos.* & Sapie. 8. *In operibus illius honestas.* ¶ Item ille fuit altæ contemplationis 2. Paral. 34. *Ille conuocatis maioribus ascendit in domum domini,* id est, in Paradisum cœlestia contemplando. Act. 1. *Cumque intuerentur in cœlum euntem illum, ecce duo viri astiterunt iuxta illos.* Et ibidem dicitur. *Videntibus illis eleuatus est,* vt de quolibet per contemplationem eleuato, dicatur illud Eccles. 45. *Excelsum fecit Aaron fratrem eius.* Sequitur *Induit illum corona gloriæ, & coronauit illum in vasis virtutis.* ¶ Item ille fuit homo doctæ prædicationis Marc. 1 *At ille egressus cœpit prædicare, & diffamare sermonem,* &c. Para. 18. *At ille* *Viuit dominus, quia quodcumque dixerit Deus meus.* ¶ Item ille, fuit homo certæ locutionis. Verba enim vera & certa, & non mendacia consueuit conferre. Vnde Sap. 1 *Cordis illius scrutator est verus.* & c. 2. Videamus si sermones illius veri sint, vt de veritate locutionis illius dicatur 2. Cor. 1. *Non est in illo est, & non, sed est in illo est.* ¶ Item ille fuit homo iustæ prælationis. Psal. *Iustitia illum in filios filiorum.* Vnde de eo potest exponi illud Eccles. 15. *Qui continens est iustitiæ, apprehendet illam scilicet sapientiam, & obuiauit illi, quasi mater honorificata, & quasi mulier cum virginitate suscipiet illum. Cibabit illum pane vitæ, & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris potabit illum, & firmabitur in illo, & non flectetur, & continebit illum, & non confundetur, & exaltabit illum apud proximos suos. In medio Ecclesiæ aperuit os eius, & impleuit illum spiritu sapientiæ, & intellectus, & stola gloriæ induit eum. Iucunditatem, & exultationem thesaurizauit super eum, & nomine æterno hæreditabit illum.* Vide in ista auctoritate quanta bona facit iustitia cuilibet tali ille. Patet igitur, quod iste ille fuit homo iustæ prælationis. ¶ Item ille fuit homo sanctæ religionis. Vnde ipse videtur fuisse de illis regularibus, de quibus dicitur Galat. 3. *Quicumque hanc regulam secuti fuerint, pax super eos.* Item ille fuit homo promptæ subiectionis, quia scilicet, Deo & maioribus prompte obediebat, & se eis penitus submittebat Exemplo Abrahæ, de quo dicitur Genes. quod cum Deus vocasset illum, at ille respondit *adsum.* Et sequitur *quod mandato domini filium immolare volens, & si non fuisset obedire voluit, & parere.* Genes. 30 *At ille. Tu nosti quomodo seruierim tibi,* &c. Item ille fuit homo gratæ acceptionis seu gratæ conuersionis quia scilicet Deus valde habuit gratam, & acceptam conuersionem illius, exemplo illius filij, qui conuersus ad patrem dixit, *Pater peccaui in cœlum, & coram te,* &c. Luc. 15. De quo subditur, quod *vidit illum pater illius, & misericordia motus super illum, dixit, Cito proferte stolam primam, & induite illum.* ¶ Vltimo vero dico, quod ille fuit homo istæ saluationis, seu cœlestis mansionis, quia scilicet iste finaliter obtinuit gloriam sempiternam. Vnde Eccles. 44. *Similem illum fecit in gloria sanctorum, glorificauit illum in conspectu regum, & misit illum coram populo suo, & ostendit illi gloriam suam.* & Sap. 10. *Descendit cum illo in foueam, & in vinculis non dereliquit illum, donec afferret illi sceptrum regni, & dedit illi claritatem æternam.* Sic igitur patet multis de doctionibus quomodo istud pronomen Ille significat omnem perfectionem, & quomodo refertur ad iustum.

¶ Sed si de sanctis loqueris in plurali, potes simili modo E dicere, quod ipsorum perfectio in pronomine ille significatur. Et dic sicut supra de Ille in principio istius §. Et sic notabis, quod

Illi sunt, qui
- In Deo digne sperauerunt,
- Cum Deo sese coniunxerunt,
- Pro Deo cuncta reliquerunt,
- De Deo multa prædixerunt,
- Sub Deo dura pertulerunt,
- A Deo magna receperunt.

Dico, quod illi in Deo digne sperauerunt. Sap. 3. *Spes illorum immortalitate plena est.* In paucis vexati, in multis bene disponentur, quoniam Deus tentauit illos, & inuenit eos dignos se. ¶ Item illi cum Deo sese coniunxerunt scil. per charitatem. Act. 12. *At illi vnanimes venerunt ad eum.* ¶ Item illi pro Deo cuncta reliquerunt. Matth. 4. *At illi continuo relictis retibus secuti sunt eum.* ¶ Item illi de Deo multa prædixerunt scil. eum laudando, & prædicando. Act. 21. *At illi cum audiuissent, magnificabant Deum.* ¶ Item illi sub Deo multa pertulerunt. Sap. 2. *Tanquam aurum in fornace probauit illos, & quasi holocausti hostiam accepit illos, & in tempore erit respectus illorum.* ¶ Item illi a Deo magna retulerunt, seu receperunt scilicet liberationem ab inferno, & possessionem gloriæ Paradisi, sicut de liberatione ab inferno, & periculis dicitur Sap. 10. *Fuit illis in velamento diei* &c. Vide eam supra in §. Qui incipit. Dicitur, quod ille fuit claræ conditionis. De acquisitione vero Paradisi dicitur Sap. 3. *Iustorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum malitiæ. Visi sunt oculis insipientium mori, & æstimata est afflictio, exitus illorum, illi autem sunt in pace.* Vnde in Psalm. *Saluum fac populum tuum domine, & benedic hæreditati tuæ, & rege eos, & extolle illos vsque in æternum* Et alibi. *Tu das escam illorum in tempore opportuno.*

¶ Sed si adhuc vis loqui de illa in fœmineo genere, vtpote de F aliqua sancta, vel diuina gratia vel scientia, dic, quod ista fuit demonstratiua, conformatiua, relatiua, &c. Sicut supra. Dic ergo, quod in isto vocabulo illa, istius sanctæ perfectio designatur. Vnde nota, quod

Illa
- Veritatis rutilat splendore,
- Charitatis flammescit ardore,
- Dignitatis præcellit honore,
- Bonitatis redundat valore,
- Pietatis abundat dulcore,
- Castitatis redolet odore,
- Venustatis refulget decore,
- Viuacitatis virescit vigore,
- Securitatis stabilit tenore,
- Tranquillitatis allicit sopore,
- Nobilitatis resplendet fulgore.

Dico igitur de gratia, sapientia vel anima seu virgine gloriosa, vel alia sancta, quod illa rutilat splendore veritatis. Sap. 7. *Super salutem, & speciem dilexi eam, & proposui pro luce habere illam.* ¶ Item dico, quod illa flammescit ardore charitatis, illa enim diligit omnes, & ab omnibus debet diligi. Quia *qui illam diligit, diligitur a Deo*, Eccl. 4. *Et, qui diligunt illam, diligit Deus.* Ideo dicebat ille Sap. 8. *Hanc amaui, & exquisiui eam à iuuentute mea, & quæsiui mihi sponsam assumere eam, & amator factus sum formæ illius, sed & omnium dominus dilexit eam.* ¶ Item dico, quod illa præcellit honore dignitatis. Nihil enim potest comparari dignitati, & excellentiæ virtutum ipsius. Sap. 7. *Præposui illam regnis, & sedibus, & diuitias nihil esse duxi in comparatione illius, nec comparaui illi lapidem pretiosum, quoniam omne aurum in comparatione illius arena est exigua, & tanquam lutum æstimabitur argentum in conspectu illius.* ¶ Item dico, quod illa redundat valore bonitatis. Vnde ibidem. *Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius.* ¶ Item dico, quod illa abundat dulcore pietatis, figurata in columba Noe, de qua dicitur Gen. 8. quod *illa venit ad Noe ad vesperam, ferens ramum oliuæ virentibus folijs.* Oliua enim pietatem designat. ¶ Item dico, quod illa redolet odore castitatis, seu, quod illa redolet virore puritatis. Vnde Ezech. 36. *Illa terra inculta, facta est quasi hortus voluptatis.* Item dico, quod illa refulsit decore venustatis, Sap. 8. *In operibus manuum illius honestas sine defectione, circuibam quærens, vt mihi illam assumerem.* Item dico, quod illa virescit vigore seu virore viuacitatis. Illa enim est per quam vita spiritualis, & moralis datur hominibus Eccl. 4. *Qui illam diligit, diligit vitam, & qui vigilauerit ad illam, complectetur placationem eius, qui tenuerit illam, vitam hereditabit.* ¶ Item dico, quod illa confirmat tenore securitatis. Eccles. 45. *Qui audit illam, iudicat gentes, & qui intuetur illam, permanebit confidens.* ¶ Item dico, quod illa quietat fauorem tranquillitatis. Cum ista enim & non cum alia est vera quies. Sap. 4. *Intrans in domum meam conquiescam cum illa.* ¶ Item dico, quod illa exultat sopore fœlicitatis seu æternitatis, vel quod illa triumphat splendore nobilitatis scilicet superius in Paradiso. Gal. 3. *Illa quæ sursum est Hierusalem, libera est, quæ est mater nostra.* Sic igitur patet, quod tam illi, quam illæ, quam illa possunt moraliter perfectionem omnimodam designare.

G ¶ Tertio dico, quod ille quandoque refertur ad impium vel ad iustum. Peccator enim & iniustus dicitur proprie relatiuus, quia scilicet in seipso non sistit per constantiam, sed suum antecedentem, scilic. diabolum vel alios malos sequitur, & ad illos se refert per imitationem, & complacentiam, illos etiam in vita, & moribus repræsentat, & demonstrat per malæ vitæ, & doctrinæ apparentiam. Et sic dico, quod ille, scilicet peccator, generaliter dicitur ille, cum nullum proprium sit vocabulum, quod sua mala possit designare, propter suarum iniquitatum abundantiam. Ideo breuiter Christus videtur dicere de quolibet tali illo illud Ioan. 7. *Testimonium perhibeo de illo, quia opera illius mala sunt.* Et sic dico de talibus illis, quod

Illi
- Rationis orbantur lumine,
- Elationis iactantur flamine,
- Proditionis vocantur nomine,
- Infectionis fœdantur crimine,
- Derisionis vtuntur famine,
- Compassionis priuantur flumine,
- Promotionis læduntur limine,
- Deceptionis ligantur vimine,
- Damnationis turbantur turbine.

His enim & similibus malis accidentibus repletur quilibet talis ille, id est, quilibet impius & peccator. Dico igitur de talibus illis, quod hi rationis lumine orbantur. Vt de quolibet tali dicatur illud 3. Reg. 14. *At ille non poterat videre, quia oculi eius caligauerant præ senectute.* & Num. 14. *Illi contenebrati ascenderunt in verticem montis.* ¶ Item dico, quod elationis flamine iactantur sicut, scilicet patet in superbis, de quibus dicitur Eccles. 16. *Non exorauerunt pro peccatis suis antiqui gigantes, & non pepercit peregrinationi eorum, sed percussit eos, & execratus est illos præ superbia verbi illorum.* ¶ Item dico, quod proditionis nomine vocantur. Vnde de proditore dicitur Marci 14. *Væ autem homini illi per quem filius hominis tradetur, bonum erat ei si natus non fuisset homo ille.* ¶ Item dico, quod infectionis crimine fœdantur, hoc est dictum, peccato luxuriæ, figurati in illis dæmonibus de quibus dicitur Matt. 8. quod *illi exeuntes abierunt in porcos.* Vnde etiam de Dalila meretrice Samsonis dicitur Iud. 16. quod *illa dormire eum fecit super genua sua.* ¶ Item dico, quod derisionis famine vtuntur seu loquuntur. Mali enim semper subsannabant, & derident bonos 2. Paral. 36. *At illi subsannabant nuncios Dei.* ¶ Item dico, quod compassionis flumine priuantur. Crudeles enim sunt, & non misericordes, exemplo illorum de quibus dicitur Marci. 15. *At illi magis clamauerunt, Crucifige eum*, & 3. Reg. 21. *At illi*, scilicet viri diabolici, *falsum testimonium dixerunt contra Naboth, propter quod* scilicet, *occisus est.* ¶ Item dico, quod promotionis limine læduntur, quia scil. in limine id est, in ingressu promotionum tales solent simoniace se habere. Vnde Ioan. 10. *Qui non intrat per ostium in ouile, sed ascendit aliunde, ille fur est, & latro.* ¶ Item dico, quod deceptionis vimine ligantur. Tales enim facile decipiuntur, & maxime, quando non credunt bono consilio. Vnde de Roboam dicitur 2. Par. 10. *At ille reliquit consilium senum, & cum iuuenibus tractare cœpit.* Et ideo talibus illi accidit illud Psal. *Veniat illi laqueus quem ignorat, & captio quam abscondit, apprehendat eum.* ¶ Item dico, quod damnationis turbine turbantur, scil. finaliter in inferno. Vnde Dominus comminatur illis in Psal. dicens, *Persequar inimicos meos, & comprehendam illos, & non conuertar donec deficiant.* Sap. 3. dicitur quod *vacua est spes illorum, & labores sine fructu, maledicta creatura illorum, & sine honore erit nouissima illorum, & senectus.* Psalm. *Quoniam non intellexerunt opera domini, destrues illos, & non ædificabis illos.* Et alibi. *Da illis secundum opera eorum, secundum opera manuum eorum tribue illis &c.* Hæc igitur de Ille, illi, illa, cum suis casibus sufficiant tam in bono, quam in malo. ¶ Et si vis de diabolo vel de mundo dicere, applica sicut de peccatore vel impio.

## Illuc. Illic.

Nota quod ista aduerbia illic, & illuc videntur composita de hic, & huc, sic quod illic dicatur quasi illuc hic, & huc quasi illud huc, & videntur idem significare, nisi quod hic, & illic sunt aduerbia loci significantia statum sicut sede hic, & mane illic. Huc vero, & illuc sunt aduerbia significantia motum, sicut veni huc, & vade illuc. Videntur etiam significare hic, & huc locum homini magis propinquum. Illic vero, & illuc locum ab homine magis remotum. Sed de istis Grammaticalibus differentijs non curantes, ad mores styli seriem conuertamus & dicamus, quod cum illic, & illuc sint aduerbia denotantia, & designantia locum, hinc est quod secundum diuersitatem locorum moralium ista aduerbia variantur. Et sic dicam, quod nos inuenimus locum A

- Proximum
- Infimum
- Pessimum,
- Vltimum,
- Intimum,
- Azymum,
- Optimum.

Ista enim sunt septem loca seu septem habitationes, quarum tres incoluntur à malis, vna à cunctis, tres à bonis. A malis enim incolitur locus proximus, qui est venenosus, & iste nihil aliud est, quam caro seu corpus, qui nobis naturaliter est proxima, & coniuncta. ¶ Item locus qui est ruinosus, & iste est mundus. ¶ Item locus pessimus, qui est anxiosus, & iste est infernus. ¶ A cunctis vero incolitur locus vltimus, qui est mors seu tumulus. ¶ Item à bonis incoluntur alia tria loca, videlicet locus intimus, qui est gratiosus, & iste est mens seu animus. Locus azymus, id est, purus, qui est luminosus, & iste est Ecclesia, religio, vel vitæ, & gratiæ status. Locus optimus, qui est gloriosus, & iste est cœlestis Paradisus. ¶ Et sic dicam, quod in scriptura inuenitur multiplex illic seu illuc, videlicet, B

| | | | |
|---|---|---|---|
| Illic vel Illuc | Proximum, | quod est | immundorum, |
| | Infimum, | | terrenorum, |
| | Pessimum, | | damnatorum, |
| | Vltimum, | | singulorum, |
| | Intimum, | | deuotorum, |
| | Azymum, | | perfectorum, |
| | Optimum, | | beatorum. |

Dico igitur primo, quod est vnum illic, quod est immundorum,

& istud signat corpus proprium. Illic enim habitant, & indicant tria genera personarum, quia scilicet non quærunt nisi delitias corporales, scil. gulosi, luxuriosi, desidiosi. Gulosi, quærunt comedere. Luxuriosi quærunt colludere. Desidiosi quærunt quiescere. Iste locus videtur similis domui Dei somni, vbi, secundum poetitam Ouidij, quicunque illuc intrabat vel appropinquabat, dormire protinus appetebat. Dicit.n. idem, quod ibi erant herbæ iusquiamus, & papauer, quæ somnum prouocant & quietem. Quia reuera quicunque corpus proprium incolit, dormitioni, & quieti, & cuilibet carnali voluptati se faciliter, & dedicat & consentit. Illic.n. vnguntur delitiosi 3. Reg. 19. *Cumque peruenerit illuc, vnges Azael regem* Reges enim & diuites præ cæteris delitijs vnguntur. ¶ Item illic fœdantur luxuriosi. Psal. *Illic passeres nidificabunt*, passer auis est luxuriosa. ¶ Item illic sopiuntur desidiosi. Marc. 2. *Erant autem illic quidam de scribis sedentes.* quia, sc. illic, hoc est in cultura corporis seu carnis habitant hodie ista tria genera personarum, vel ista tria genera vitiorum sc. gula, luxuria, & desidia, quæ sunt (vt communiter) inuicem coniuncta. vnde Esa. 34. *Illic congregati sunt milui alter ad alterum.* Miluus enim est auis, & miluus dicta, quia molliter volat, ecce desidia. Auis est ciborum querula, ecce gula. Auis est immunda, & ponderosa, & etiam immunditia vescens & viens, ecce luxuria. Et reuera in isto illic multi sunt milui, id est, peccatores, qui multis reptilibus id est, malis desiderijs, & cogitationibus associantur, sicut patet etiam de miluis, qui in proprijs nidis sua reptilia, & vermes aggregare noscuntur. Psal. *Hoc mare magnum, & spatiosum manibus, illic reptilia quorum non est numerus.* Dico igitur, quod est

C vnum illic, quod est immundorum. ¶ Secundo dico, quod est vnum illic, quod est terrenorum. Et istud est mundus, vbi terreni, & auari habitant, & quiescunt, non quærentes alibi conuersari, nec alias nec aliter prosperari, similes quibusdam piscibus, qui secundum Plinium inueniuntur circa Paphlagoniam ciuitatem, qui infra terram, & non in aqua habent sedes suas, quamuis natura piscium sit habitare in aqua, iuxta illud Esa. 50. *Computrescent pisces sine aqua, & morientur in siti.* Isti tamen de aquis exeunt, & more talparum terras effodiunt, & ibidem habitare, & viuere comprobantur, sicut exemplificat Plin. allegans Theophrastum dicentem, quod mirum est tales pisces tot labores sumere terras effodiendo vt vitent aquas contrarias. Aqua enim videtur istis piscibus contraria, quæ tamen est alijs nutrimentum. Et ideo terras effodiunt, & subintrant vt terrenum recipiant nutrimentum, sicut videtur tangere Plin. li. 9. ista reuera possunt applicari ad mundanos, qui sc. terrenis negotijs delectantur, illic & non alibi volunt viuere, & manere. Flumen enim religionis, aquam scientiæ, sapientiæ, gratiæ, & deuotionis non amant, & eas tanquam contrarias, refugiunt, & euitant. In terra, id est, in terrenis negotijs cauernas, domos, & habitationes quærentes, illis se ingerunt, & subintrant. Ita quod de diabolo, & de mundanis, & de isto illic videtur dictum illud Psal. *Collocauit illic esurientes, & constituerunt ciuitatem habitationis Et seminauerunt agros, & plantauerunt vineas, & fecerunt fructum natiuitatis.* Ista potissime possunt applicari ad religiosos, & ad clericos nostri temporis, qui cum deberent esse pisces aquei, non terrei, id est, deuoti, & in aqua deuotionis, & gratiæ, & scientiæ nutriti, & delectati, ipsi tamen videntur esse pisces terrei, & non aquei. Aquas scilicet, & flumina deuotionis, & orationis horrentes & in terra, id est, terrenis negotijs habitantes. Regum curias, & iudicia procurantes, & relictis claustris, & Ecclesijs secularia negotia pertractantes, quod maxime de mendicantibus potest dici &c. Vnde 1. Paral. 10. *Dereliquerunt scil. filij Israel vrbes suas, & huc illucque dispersi sunt.* Quod tamen est contra illud, quod scribitur 3. Reg. 2. *Ædifica tibi domum in Hierusalem, non egredieris inde huc atque illuc, quacunque enim die egressus fueris huc, & illuc scito te morte moriturum.* Religiosis enim & clericis inhibetur ne huc, & illuc, id est, vndique per mundi negotia transeant, & ne claustra aut Ecclesias dimittant, alioquin mortis æternæ supplicium sibi parant. Hier. 43. *Ne ingrediamini Ægyptum, vt habitetis illic.* Et hoc est, quod præcipitur Gen. 24. *Filium meum ne reducas illuc.* Deus enim non vult, quod illi, qui facti sunt filij sui, religionem vel statum ecclesiasticum profitendo, reducantur ad istud illuc, sc. ad seculum, se secularibus negotijs implicando. Istud est igitur vnum illic seu illuc, quod est terrenorum. ¶ Et si vis nota de isto illic, id est, de mundo, quod illic solent abundare diuitiæ, pullulare tristes inuidiæ, imperare viri superbiæ, molestare gentes sæuitiæ, conturbare viri discordiæ, student desiare date viri nequitiæ, formidare viri desidiæ, applicare gentes iniustitiæ, nequit habitare homo iustitiæ. ¶ Dico igitur, quod illic D

solet esse locus auarorum. s. magnæ diuitiæ solent abundare in isto illic vnde 1. Mach. 6. *Audiuit Antiochus esse ciuitatem Elymaidem nobilissimam in Persia, & copiosam in argento, & auro, & templum in ea locuples, & illic velamina aurea, & loricæ, & scuta quæ reliquit Alexander, &c.* ¶ Item illic solet esse locus inuidorum, quia sc. in mundo regnat auaritia rumpens & diuidens charitatem, de qua 2. Reg. 2. *Percussit aquas, & diuisæ sunt huc atque illuc.* ¶ Item illic solet esse locus superborum, qui s. super alios volunt regnare, & imperare 1. Mac. 10. *Ascendit Alexander, & occupauit Ptolomaidem, & receperunt eum & regnauit illic* ¶ Item illic solet esse locus crudelium, qui s. alios affligunt iniuste, & grauant. Vnde Ioa. 18. dicitur de Iuda, quod iam *accepisset cohortem. venit illuc cum laternis, & facibus, & armis, s. ad Iesum capiendum.* Ideo non est tutum habitare illic, vbi s. tot iniqua, & crudelia committuntur. Vnde & ipsi Christo fuit dictum per apostolos sicut Ioan. 11. *Nunc quærebant te Iudæi lapidare, & iterum vadis illuc?* ¶ Item illic solet esse locus discordium. Illic.n. abundant dissensiones, & lites 2. Reg. 23. *Exprobrauerunt Philisthijm, & congregati sunt illuc in prælium.* Vnde Act. 17. *Venerunt illuc commouentes & conturbantes multitudinem.* ¶ Item illic solet esse locus fallacium, qui s. alijs insidiantur. Vnde 1 Mach. 1. *Et posuerunt illic gentem peccatricem, viros iniquos, &c.* Sequitur. *Et factum est hoc ad insidias sanctificationis, & in diabolum magnum in Israel.* ¶ Item illic solet esse locus timentium, i. hominum imbecillium, & imperfectorum, qui s. sine causa, & vbi non est timendum, timent. Psal. *Illic trepidauerunt timore vbi non fuit timor.* ¶ Item illic solet esse locus dolentium, quia s. in mundo non est aliquis sine dolore. Vnde in Psal. dicitur, *Ecce alienigenæ, & Tyrus, & populus Æthiopum hi fuerunt illic.* Tyrus. n. interpretatur angustia vel tribulatio. Æthiopia vero interpretatur caligo seu tenebræ. Quia s. illic. i. in mundo est dolor, & angustia ratione caliginis, & ignorantiæ, & ratione tribulationis atq; molestiæ. ¶ Item illic solet esse locus non bonorum, quia nullus bonus libenter habitat illic. Vnde de Christo dicitur Matth. 24. *Si quis vobis dixerit. Ecce hic est Christus, aut illic, nolite* E

*credere*, q. d. Iusti non habitant in tali illic. Patet igitur, quod est vnum illic, quod est terrenorum. ¶ Tertio dico, quod est vnum illuc, quod est damnatorum, & illud est infernus. Iste.n. est sicut cloaca in qua recipiuntur omnes ciuitatis fæces, & sicut carcer Dei vt illic includat omnes impios & latrones. Baruch. 6. *Ingressi itaque Babyloniam eritis illic annis plurimis.* Et ideo de tali illic in quo moriuntur miserabiliter dãnati, potest dici illud 1. Mach. 6. *Decidit in lectum, & incidit in languorem præ tristitia, & erat illic dies multos.* Sequitur *Et mortuus est illic Antiochus Rex.* Vnde 2. Mach. 4. Christo videtur dictum illud, *Si quem habes hostem aut insidiatorem regni tui, mitte eum illuc*, ac si dicat. Iste est finalis locus hostiũ Iesu Christi. Patent igitur tria illic. i. tres habitationes malorum scil. corporis proprij, mundi, & damnati. ¶ Quarto dico, quod est v- F

num illic, quod est singulorum. Et iste locus signat mortem seu sepulchrum, vbi, scil. recipiuntur omnes homines quoad corpus. Illic.n. recipiuntur finaliter cuncta mortalia, sicut in mari recipiuntur cuncta fluxibilia. Iob. 1. *Nudus egressus sum de vtero matris meæ, nudus reuertar illuc.* ¶ Quinto dico, in bono significato, G

quod est vnum illic, quod est deuotorum, & istud signat mentẽ iusti. Illuc, enim debent deuoti per considerationem iugiter habitare, & illic de se, & de Deo cogitare. Vnde de Helia dicitur 3. Reg. 19. *Cumq; venisset illuc. s. in montem Dei Oreb, mansit in spelunca.* Homo.n. qui in montem perfectionis ascenderit, in spelunca, id est, in secreto cordis habitare debebit. Et merito, quia procerto illic inuenitur feruens dilectio, exauditur clamans oratio, spatiatur seu delectatur feruens dilectio, lacrymatur dolens compunctio, commoratur seu receptatur Christus hospitio. ¶ Illuc dico feruens dilectio solet inueniri 2. Mach. 2. *Altare incensi intulit illuc.* Et Nu. 16. dicitur de sacerdote, quod *ignem hinc illucq; dispergat.* ¶ Illic etiam clamans oratio solet exaudiri. Gen. 22. *Ego & puer illuc properantes, cum adorauerimus, reuertemur ad vos.* ¶ Illic iterum gaudens affectio debet gratulari, seu etiam consolari. Eccl. 32. *Hora surgendi non te trices: præcurre prior in domum tuam, & illic aduocare, & illic lude, & age conceptiones tuas non in delictis, & verbo superbo.* ¶ Illic insuper dolens compunctio solet lacrymari, quia scilicet aquæ lacrymarum illic abundant. Vnde Ioan. 3. *Aquæ multæ erant illic, & veniebant, & baptizabantur.* ¶ Illic nihilominus Christus hospitio solet receptari, quia, scilicet Christus solet habitare in cordibus deuotorum. Vnde Ioan. 3. *Iesus venit in terram Iudæam, & illic demorabatur, & baptiza-*

*sapientibus*. Est igitur vnum illic, quod est deuotorum.

H ¶ Sexto dico, quod est vnum illic quod est perfectorum, & illud nihil aliud est, quam status gratiæ vel Ecclesiæ, seu locus religionis vel pœnitentiæ. Illic enim & non alibi morantur iusti. Si qui inde exierint, efficiuntur iniusti. Animalia n. munda naturaliter diligunt loca munda, sicut exemplificatur de apibus, quæ aluearia noua, & munda diligunt, vt illic faciant melle sua. Impugnati etiam ab hostib. mirabiliter appetunt loca tuta, vt illic ab hostibus tueantur, & ab impugnantib. defendantur. Sic igitur, & nos debemus loca prædicta diligere, vbi mundè, & tutè possimus, & sine periculo habitare, quia reuera

Illic est locus
- Malorum purificatiuus,
- Sanctorum confœderatiuus,
- Ardorum refrigeratiuus,
- Egenorum refatiatiuus,
- Mortuorum resuscitatiuus,
- Bonorum fructificatiuus,
- Iustorum assimilatiuus,
- Multorum consociatiuus,
- Iudiciorum determinatiuus.

I ¶ Dico igitur, quod illic scilicet in religione vel Ecclesia, seu in statu fidei, & gratiæ est locus purificatiuus malorum, quia sc. culpæ & vitia per baptismum, & pœnitentiam purificantur ibidem. Vnde de loco dicitur Ioan. 10. *quod ipse abiit trans Iordanem in loco, vbi erat Ioannes baptizans primum, & mansit illic.*

¶ Item dico, quod illic est locus accumulatiuus sanctorum. Illic n. solent sancti inuicem congregari. Ioan. 18. *Frequenter Iesus conuenerat illuc cum discipulis suis*. Iste enim est locus Dei, & sanctorum, in quo sc. semper est manendum, & nunquam per peccatum inde recedendum aut fugiendum, iuxta illud Marci 6. *Quocunque introieritis in domum, illic manete*. Et in quocunque loco, & statu vocem prædicationis sanctorum audieritis, illic est vndique, & fide & morib. concurrendum, & conuersandum. Vnde Nee. 4. *In loco quocunque audieritis vocem tubæ, illuc concurrite.*

¶ Item illic est locus refrigeratiuus ardorum, quia sc. in isto illic abundant aquæ gratiæ & lacrymarum, scientiæ & deuotionis, quæ ardores tentationum mitigant, & refrænant. Ioan. 3. *Aquæ multæ erant illic.*

¶ Item illic est locus refatiatiuus egenorum. Illic n. inuenitur cibus Eucharistiæ, cibus scientiæ, cibus corporalis eleemosynæ, pro pauperibus tam spiritualibus, quam corporalib. nutriendis. Vnde Marc. 14. *Demonstrabit vobis cœnaculum grande stratum, & illic parate*. Iste enim locus dicitur cœnaculum, a cœnando, quia ibi expectatur serotina, i. futura retributio. Dicitur grande, quia ibi capitur, & detinetur multorum iam perfectorum, quam simplicium congregatio. Dicitur stratum, quia ibi sternitur in præsenti lapidum viuorum, i. e. iustorum humilis, & constans delectio, & subiectio. Et illic dicitur esse paratum, supple conuiuium spirituale, quia illic est omnium bonorum spiritualium consolatio & recreatio: Et breuiter ista est veritas, quod omnis, qui in isto illic per gratiam non habitat, per ambitionem, & auaritiam esurit, & mendicat. ¶ Item illic est locus viuificatiuus mortuorum. Illic n. qui per peccatum sunt mortui, illic per pœnitentiam fiunt viui. Patet de multis, qui in sæculo peccatores fuerunt, qui tandem in Ecclesia vel in claustro facti sunt iusti. De multis etiam, qui fuerunt in sæculo simplices & ignorantes, qui tandem in statu Ecclesiastico fiunt scientifici vel prudentes. Similes illi auibus, quæ vulgariter in terra mea Pictauiæ dicuntur Crauans, velanes arboreæ, quæ, sc. in arboribus generantur, quæ scilicet quamdiu sunt pendentes ad lignum, sunt mortuæ, quando vero in mare ceciderunt, illic post aliquantulum temporis fiunt viuæ. Quia vere multi sunt, qui in arbore, & in loco natiuitatis suæ fuerunt fatui, qui quando ad mare religionis vel Ecclesiæ peruenerint, spiritualiter fiunt docti, & in vita, & in moribus suscitati. *Suscitans de puluere egenum, &c.* Vnde Eccles. 6. *Quid habet amplius sapiens a stulto, & quid pauper, nisi quod pergat illuc, vbi est vita*. ¶ Item illic est locus fructificatiuus bonorum, quia sc. omnes fructus bonorum operum pullulant, & fructificant illic. Eccles. 43. *Qui nauigant mare, enarrant pericula eius, & in terra, illic præclara, & mirabilia opera.* ¶ Item illic est locus assimilatiuus iustorum, quia, sc. illic solent simplices perfectioribus, & minores maioribus nec non minus boni melioribus in virtutibus conformari. Figura Ezech. 1. vbi dicitur de animalibus, *quod vnumquodque ante faciem suam ambulabat, & vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur, nec reuertebantur cum ambularent*, quia reuera in huc loco iusti ambulant ante se semper in melius proficiendo, spiritum, Spiritus sancti instinctum, vel etiam spirituales viros sequuntur, in bonis moribus se illis conformando, nec reuertuntur aut retrocedunt, à bonis operibus inceptis desistendo. Vnde sequitur ibidem *Quocunque ibat spiritus, illuc & rota pariter eleuabantur sequentes eum.*

¶ Item illic est locus consolatiuus multorum, quia, scilicet illic confœderantur simul in fidei vnitate, & in mutua charitate parui, & magni, simplices & docti, imperfecti, & perfecti. Vnde in Psalm. *Illic reptilia, quorum non est numerus, animalia pusilla cum magnis, illic naues pertransibunt.* Reptilia enim quæ circa terram, & terreoa repunt, sunt laici. Animalia pusilla sunt simplices religiosi & clerici. Magna vero, sunt viri sapientes & docti. Naues vero, quæ in vno loco non permanent, imo continue sunt in motu, sunt perfecti homines, & prouecti, *qui in sæculo non sistentes, nec hic manentem ciuitatem habentes, ad æterna sunt erecti*. 1. Machab. 1. *Venerunt illuc, qui missi erant à rege*, i. qui sunt vocati à Christo. ¶ Item illic est locus determinatiuus iudiciorum, quia, sc. iustitia, & iudicium fiunt illic Psalm. *Quia illic sederunt sedes in iudicio, sedes super domum Dauid.* Istud est igitur vnum illic, quod est perfectorum.

¶ Sed primo dico, quod est vnum illic, id est, vnus locus, qui est K beatorum, videlicet, Paradisus. Et sic nota, quod

Illic est
- Societas multum honorata,
- Satietas nunquam minorata,
- Proprietas lucis declarata,
- Iucunditas omnis exaltata.

¶ Illic est igitur societas, quia in isto illic, id est, in Paradiso est societas Dei, & sanctorum, & etiam beatorum Angelorum. Quod enim illic sit Deus cum sanctis, patet Ioan. 12. vbi dicitur, *Vbi ego sum, illic & minister meus erit*. Quia pro certo in isto illic, scil. in Paradiso inuenitur Deus præsentialiter, illucque deducet iustos delectabiliter, eosq; manu tenet, & custodit ibidem perenniter & æternaliter. Psal. *Si ascendero in cœlum, tu illic es.* Sequitur. *Etenim manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua.* ¶ Item quod illic sit Deus cum angelis, patet Lucæ 16. *Vbicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ.* Est igitur societas honorabilis 3. Reg. 12. *Illuc enim congregatus erat omnis Israel.* ¶ Item dico, quod illic est satietas delectabilis, quia sc. illic est vera, & nuda visio deitatis, quæ totaliter reficit omnes animæ appetitus, vnde 4. Reg 9. *Cumque peruenerit illuc, videbis Iehu filium Iosaphat.* Iehu enim interpretatur vita vel requies, Iosaphat dominus iudicabit, quia scilicet illic est perpetua requies, atque vita in visione filii Dei patris, qui viuos & mortuos iudicabit. Vnde de visione æterna, quæ erit illic, dicitur in Psal. *Saturabuntur ligna campi, & cedri Libani, quas plantauit, illic passeres nidificabunt.*

¶ Item illic est luciditas admirabilis, quia scil. lumen increatum quod illuminat omnem curiam beatorum. Psal. *Illuc producam cornu Dauid, paraui lucernam Christo meo.* ¶ Item illic est iucunditas consolabilis, quia scilicet ibi viuunt in lætitia, & in laude Ps. *Illuc enim ascenderunt tribus, tribus domini, testimonium Israel ad confitendum nomini domini.* Et sic patet quomodo per illic, & illuc in scriptura sacra possint intelligi cuncta loca.

# Ilico.

Cum ilico idem significet, quod statim aut continuo possumus notare, quod ilico significat celeritaté tam bonam quam malam. Et sic nota in bonu, quod nos debemus A

Ilico
- Scindere per contritionem,
- Radere per confessionem,
- Currere per operationem,
- Canere per glorificationem,

¶ Ista enim satis bene se habent per ordinem scilicet contritio, confessio, satisfactio seu operatio, & Dei laus, & glorificatio. Dico igitur, quod iusti quando sentiunt se peccasse, ilico se scindunt per contritionem. Figura Exodi 4. vbi dicitur, *quod cum dominus occurrens vellet occidere Moysen, pro eo, quod filium suum non circumciderat, tulit ilico Sephora scilicet vxor Moysi acutissimam petram, & circumcidit præputium filii sui.* Quia scilicet quando iusti Deum contra se indignatum attendunt statim cum petra duriti timoris, filium suum, id est, animum suum per contritionem scindunt, & præputium omnis superfluitatis ilico inde proiiciunt & auelluot.

Item ilico se radunt per confessionem. Figurati Numer. 6. vbi dicitur quod Nazaræus cuius consecratio fuit per mortuum inquinata, & polluta, debebat ilico caput suum radere, & consecrationis obseruantiam iterare. ( *Radet*, inquit, *ilico caput*

*suum, &c.* Quia scilicet si mortuum, id est, mortale peccatum in nobis viderimus, ilico caput mentis per confessionem radere, & nos ab omni superfluitate purgare debemus.

¶ Item ilico discurrunt per bonam operationem. Vnde Tobiæ 11. *Vidit à longe, & ilico cognouit venientem filium suum, currensque nunciauit viro suo.* ¶ Item ilico concinunt per glorificationem. Luc. 1. *Apertum est ilico os eius, & loquebatur benedicens Deum.*

B ¶ In malo vero significato nota, quod mali

Ilico
- Terrentur pectoraliter,
- Teruntur corporaliter,
- Perduntur æternaliter.

¶ Ilico dico terrentur. Vnde de illo iniquissimo Aman dicitur Hester 7. *quod ilico obstupuit, vultum regis, & reginæ ferre non sustinens.* ¶ Ilico etiam teruntur scilicet per infortunium corporale. Parum enim durat gloria malorum, Iosuæ 6. *Igitur vociferante populo, & clangentibus tubis muri ilico corruerunt*, q.d. Perijt, & ilico defecit memoria malorum cum sonitu, i. gaudio singulorum, quia secundum Psal. *Lætabitur iustus, cum viderit vindictam.*

¶ Ilico insuper sternuntur seu destruuntur, scilicet, per damnationem æternam. Vnde peccator potest dicere illud Iob. 30. *Ad dexteram orientis calamitatis meæ ilico surrexerunt* (supple dæmones) *contra me, pedes meos subuerterunt, & oppresserunt, dissipauerunt itinera mea, insidiati sunt mihi, & præualuerunt, & non fuit, qui ferret auxilium, &c.* Vide de statim, de cito, de continuo.

A **Illudere.** Nota, quod illusio in scriptura quandoque sumitur pro carnali infectione, quandoq; pro visuali deceptione, seu pro figurali fictione seu simulatione, quandoque etiam pro reali seu verbali opprobriosa delusione seu derisione. Quod accipiatur pro fornicatione, patet Iudic. 19. vbi dicitur, quod vt saluaretur Leuita à contumelia sodomitica, eduxit concubinam suam hominibus ciuitatis, & eis tradidit illudendam, & Gen. 39. dixit vxor Putiphar ad ipsum, *Introduxisti huc virum Hebræum, vt illuderet mihi.*

¶ Item, quod significet sensuum deceptionem, aut fictæ apparentiæ ostensionem, patet, quia scilicet illi, qui arte magica decipiunt sensus, & faciunt apparere, quod non est, illusores dicuntur, de quo Prouerb. 3. *Abominatio est domini omnis illusor.* ¶ Item quod significet opprobriosam derisionem, patet quasi vbique in scriptura Matth. 27. *Illudebant domino genu flexo dicentes: Aue Rex Iudæorum.* Isto autem vltimo modo, vt communiter, accipitur in scriptura. Illudere enim nihil aliud est, quam illegitime ludere, & sub specie ficti ludi alium deridere. Est autem illusio, quæ fit verbis, quæ fit factis, & quæ fit signis. Verbis dico, sicut Lucæ 14. dicitur, *quod omnes qui viderint illum ædificantem incipient ei illudere dicentes: Hic homo incepit ædificare, & non potuit consummare.* Factis etiam, sicut de Herode legitur, Luc. 23. *quod ipse illusit Christum, & induit veste alba,* Et Luc. 22. dicitur, *quod Iudæi illudebant ei, cædentes eum.* Signis insuper, sicut Matth. 27. dicitur, *quod prætereuntes blasphemabant, mouentes capita sua.* Sequitur. *Similiter, & principes*

B *sacerdotum illudentes, &c.* Moraliter autem accipiendo, notare possum, quod in scriptura reperiuntur multi spirituales illusores, videlicet.

| | | |
|---|---|---|
| Adulator, | qui illudit | verbis alliciendo, |
| Hypocrita, | | factis decipiendo, |
| Diabolus, | | signis officiendo, |
| Derisor, | | bonos despiciendo, |
| Prælatus, | | malos afficiendo, |
| Deus, | | dure percutiendo, |

¶ Illudit igitur adulator verbis alliciens. Vnde illi regi Abd. 2 dicitur, *Viri fœderis tui illuserunt tibi, inualuerunt aduersus te viri pacis tuæ.* Adulatores enim nihil quærunt nisi verbis blandis diuites illudere, & ad opinandum tam de se quam de aliis aliud quam sunt eos inducere, vt inde possint commodum reportare. Vnde diabolo potest de adulatore decipiente & illudente diuitem dici illud Psalm. *Draco iste quem formasti ad illudendum ei. Omnia à te expectant, vt des illis escam in tempore, dante te illis colligent, aperiente te manum tuam, omnes implebuntur bonitate, auertente autem te faciem tuam, turbabuntur, &c.* Compara adulatorem draconi, qui scil. habet in ore fistulam sibilantem, quia scilicet tales videntur facti ad illudendum diuites, quib. seruiunt vt escam & necessaria recipiant ab eisdem, quia sc. data libenter colligunt & eis collectis bonitate, i. alacritate & lætitia pleni sunt. Si vero facies ab eis auertitur, protinus imprecantur & in puluerem, id est, in pristinam miseriam conuertuntur.

¶ Item illudit hypocrita factis decipiens. Hypocrita enim illudit, & oculos & mentes aliorum ostendens se in seipso aliud quam sit, ibi videlicet virtutes fictas, suppositas & non veras. Vnde in Canonica Iudæ dicitur, *quod in nouissimis temporibus venient illusores secundum desideria sua ambulantes in impietate. Hi sunt qui segregant semetipsos animales, & spiritum non habentes.*

¶ Item illudit diabolus signis officiens, quia scil. diabolus de vitiis quæ suggerit, facit quod alia appareant quam existant. Facit enim apparere bonum quod est malum, dulce quod est amarum, molle quod est durum. Vnde de tali illusione illud præmissum, Psal. *Draco iste quem formasti ad illudendum ei, &c.* Eccl. 27. *Facienti nequissimum consilium, super ipsum deuoluetur, & non agnoscet, vnde inueniet illi illusio, & improperium superborum.* Isti tamen specialiter deludent animas & deridebunt animas in inferno. Et ideo non immerito timebat Saul illudi per incircumcisos sicut dicitur 1. Paral. 10. Vt & damnati possint dicere illud Psal. *Facti sumus opprobrium vicinis nostris, subsannatio & illusio his qui in circuitu nostro sunt.*

¶ Item illudit derisor bonos despiciens, sicut de pueris malis dicitur, 4. Reg. 2. qui Helisæo illudebant, dicentes: *Ascende calue. Qui tamen statim fuerunt à Leone occisi.* Scriptum est enim Prouerbior. 3. *quod illusores Deus deludet, mansuetis autem dabit gratiam.* ¶ Item illudit prælatus malos afficiens, quia scilicet prælato vel viro iusto bene licet proteruos vel malos, quandoque mediante iustitia deridere & illudere, & etiam quandoque decipere vel fraudare. Exemplo filiorum Israel, qui illuserunt & deceperunt Ægyptios thesauros mutuo accipientes ab eis. Exemplo etiam Heliæ, de quo dicitur 3. Reg. 18. quod prophetis Baal illudebat Helias dicens, *Clamate voce maiori, Deus enim est, & forsitan aut loquitur, aut in diuersorio, aut in itinere est, aut forte dormiat* ¶ Item illud, Deus dure percutiens, sc. per damnationem æternam. 1. Mach. 9. *Vindicabat in illos & illudebat.* Et illud Esa. 66. *Illudam illusores eorum.* Communiter illi qui alios derident & illudunt, à Deo vel ab aliis finaliter illuduntur. Prou. 3. *Illusores ipse deludit.*

**Illuminare. Illuminatio.** A Nota, quod illuminare idem est quod lumen alicubi influere vel infundere. Et significat spiritualiter gratiæ vel scientiæ infusionem vel illustrationem. Nam sicut corpora luminosa sunt in se lucentia, & lucis seu luminis in alios influxiua, sic Deus, angeli, & viri sancti sunt in se primo & principaliter luminis gratiæ contentiui, & aliorum per bonas influentias illuminatiui & illustratiui. Ideo dicitur Gen. 1. *Fiant luminaria in firmamento cæli, vt illuminent terram.* Illud enim quod est superius, semper illuminat illud quod est inferius. Vnde secundum Dionys. Angeli superiores illuminant inferiores. Corpora etiam superiora sicut sunt Sol & Stellæ, infundunt lumen suum ad inferiora, sc. in aerem & in aquam. Sic pro certo illi qui sunt superiores & clariores per scientiam, & gratiam & perfectionem, debent alios illuminare per gratiæ, scientiæ, & bonorum exemplorum illustrationem. Luc. 1. *Illuminare his qui in tenebris & in vmbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.* Illuminemur igitur

A
- Deo per gratiæ infusionem,
- Angelis per intrinsecam inspirationem,
- Prælatis per extrinsecam interpretationem,
- Viris discretis per bonam eruditionem,
- Viris perfectis per bonorum exemplorum ostensionem.

Et sic quilibet sic illuminans potest figurari in illo angelo Apocal. 18. *Vidi alium angelum descendentem de cælo, habentem potestatem magnam, & terra illuminata est à gloria eius.* Et ideo breuiter cuilibet indigenti tali spirituali illuminatione potest dici illud Ephes. 5. *Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus.* In quibus verbis aduerte, quod illi qui à Deo volunt illuminari, debent dimittere terminum impedientem. Exurge, i. e. extra surge. Debent disponere animum suscipientem, quia scil. ipsi debent surgere à dormitione & à morte. Debent perquirere auctorem sufficientem, scil. Christum. *Illuminabit*, inquit, *te Christus.* Sicut enim videmus ad illuminationem naturalem, ista tria requiruntur, scil. locus expediens. Ideo dicitur. Exurge, quia scil. in profundis foueis non fit bene illuminatio. Item medium suscipiens, quia scil. oculus non potest illuminari nisi vigilet, & nisi sit bene dispositus. Ideo dicitur, *Surge qui dormis, & exurge à mortuis.* Item causa efficiens, sc. sol, corpus luminosum. Ideo dicitur Christus, qui se *est lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Ioan. 1. ¶ Dico igitur quod ad illuminationem B

...tionem gratiæ vel scientiæ suscipiendam necesse est, quod
Eligamus locum impedientem. [Exurge.]
Disponamus mentem suscipientem. [Dormis, & à mortuis.]
Eligamus causam efficientem. [Christus.] Ergo, charissimi,
Eligatur locus superior,
Expellatur forma deterior,
Perquiratur causa vtilior.

¶ Primo igitur dico, quod si volumus illuminari nos debemus ascendere locum superiorem, quod ostenditur cum dicitur, [Exurge] i. extra surge. Sicut n. ille qui est infra & intra terram, non potest illuminari, quia scil. illuminatio perfecta non potest loca intima profundare, sic illi qui sunt in fouea, & in profundo peccatorum constituti, & in terra per auaritiam inuoluti, illuminari per gratiam non merentur, quapropter necesse est de profundo peccatorum, & de amore terrenorum exeuntes sursum ad bona æterna per affectum & desiderium transferantur. Exurge inquit & surge. Et hoc est quod dicitur Esa. 60. *Surge illuminare Hierusalem*, vt peccator dicat illud Psalm. *Exurrexi, & adhuc tecum sum*. Loca n. superiora habent magis illuminari quam inferiora. Aues etiam quæ sursum habent volare, habent visum limpidiorem & magis illuminatum quam animalia quæ inferius versantur. Saura etiam & vipera, & alii serpentes propter longam moram quam in hyeme contrahunt in interiorib. terræ visceribus, quasi penitus excæcantur, qui tamen in vere exurgentes, iterum illuminantur. Quia vere charissimi illi qui inferius in amore terrenorum, & in profunditate peccati per obstinationem & auaritiam diu manent, lumine diuinæ gratiæ & visu sanæ intelligentiæ denudant. Quod patet, quia tales sic obstinati & excæcati nesciunt, & volunt ad viam veritatis redire, nec à propriis iniquitatib. resilire, sicut dicitur Prou. 18. *Impius cum in profundum peccatorum venerit, contemnet*. Illi vero qui sursum circa Deum & circa bona Paradisi per contemplationem & desiderium habitant & versantur, lumine diuinæ gratiæ & visu sanæ intelligentiæ & sapientiæ decorantur. Surge igitur & exurge. Luc. 1. *Exurgens Maria, abiit in montana*, & sequitur in eod. c. *Illuminare his qui in tenebris, &c.* Ascendamus igitur ad locum superiorem.

C ¶ Secundo dico, quod si volumus illuminari, expellamus formam deteriorem. Dormis & à mortuis. Vna enim forma non introducitur, nisi sua contraria expellatur. Vnde aliquod subiectum non illuminatur, nisi forma luci contraria, scilicet vmbra & tenebræ exinde penitus auferatur. Sic vere charissimi anima nunquam potest per gratiam & sapientiam illuminari, nisi peccata quæ sunt spirituales tenebræ, luci diuinæ gratiæ & scientiæ contrariæ, penitus expellantur. Sicut enim dicitur Sap. 1. *In maleuolam animam non introibit sapientia*. Ista autem forma contraria luci diuinæ, quæ est auferenda, est peccatum & obscuritas, quæ intelliguntur in verbo, dormis, & in verbo mortuis. Dormitio enim signat mortalia. Ideo petebat illuminari Dauid in Psal. *Illumina oculos meos ne vnquam obdormiam in morte, &c.*

D ¶ Tertio si volumus illuminari, oportet quod eligamus causam vtiliorem. Christus. Melius enim illuminatur domus per solem, quam per candelam. Sic anima per Christum quam per quamcunq; creaturam. Vnde de ciuitate Hierusalem, i. de anima dicitur Apoc. 21. *quod ciuitas non eget Sole & Luna, sed claritas Dei illuminabit eam, & lucerna eius est agnus.* Et sic nota si vis quod

Illuminat nos Christus { Ab æterno / Per gratiam / In aduersis / In erroribus / In cœlestibus } nos { prædestinando, / visitando, / protegendo, / dirigendo, / erigendo.

¶ Illuminat igitur nos Christus per æternam prædestinationem. Psalm. *Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis, turbati sunt omnes insipientes corde.* ¶ Item per gratiæ visitationem. Psalm. *Accedite ad eum, & illuminamini, & facies vestra non confundentur.* Accessus enim ad Christum signat gratiam gratis datam, illuminatio vero gratiam gratum facientem. ¶ Item illuminat per aduersorum moderationem. Luc. 1. *Illuminare his qui in tenebris & vmbra, &c.* Et in Psal. *Dominus illuminat cæcos, Dominus erigit elisos.* ¶ Item illuminat per sacræ scripturæ eruditionem, Psalm. *Præceptum Domini lucidum, illuminans oculos.* ¶ Item illuminat per gratiæ distributionem, Apoc. 18. *Vidi alterum Angelum, & terra illuminata est à gloria eius.* Et Esa. 60. *Illuminare Hierusalem, quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est.* Iste est igitur Christus verus illuminator, Eccl. 42. *Sol illuminans per omnia respexit.* Fatui sunt igitur qui magis volunt illuminari per Lunam quam per Solem, à mundo quam à Christo, per temporalem prosperitatẽ quam per Christi spiritualem gratiam & benignitatem. Isti sunt sicut vespertiliones, qui de lumine solis non curant, sed in lunæ seu candelæ lumine se delectant. Quia scil. mundi peccatores plus gaudent illuminari à creatura, quam à creatore, à dato, quam à datore, à prosperitate defectibili quam à perpetuo largitore. Illuminatio enim ista quæ scilicet procedit à mundi scientiis, vel à mundi diuitiis, solet comburere per auaritiam. Ps. *Tota nocte in illuminatione ignis.* Solet decipere per ignorantiam, Exo. 14. *Erat autem nubes tenebrosa & illuminans noctem* Solet inficere per immunditiam, Psal. *Nox illuminatio mea in deliciis meis.* Et breuiter istæ illuminationes sunt potius obtenebrationes, similes coruscationi, quæ ita transitorie radiat, quod plus obscurat quam illuminat, & magis nocet, quam iuuat. Peccatores igitur non illuminantur, & hoc vel propter defectum illuminatiuum sc. doctorum vel prælatorum, qui se. ita obscuri sunt & ignari, quod alios illuminare non possunt, iuxta illud quod de idolis dicitur Baruch. 6. *Signa*, inquit, *in cœlo in gentibus non ostendunt, neq; illuminabunt vt sol, neque illuminabunt vt luna.* Vel propter maximam obscuritatem recipientium, quia sc. multi sunt ita per peccatum obscurati & indurati, quod nullo modo possunt illuminari. Sap. 17. *Neq; syderum limpidæ flammæ illuminare poterant noctem illam horrendam.* Non sic, sed à Christo respiciamus spirituales illuminationes, non à mundo temporales. Vt dicamus illud Psalm. *Dominus illuminatio mea, & salus mea quem timebo.* Christus inquit. Vnde 2. Tim. 1. *Gratia data est nobis in Christo Iesu ante tempora sæcularia, manifestata autem nunc per illuminationem Domini nostri Iesu Christi, qui destruxit mortem, illuminauit autem vitam* Eligatur igitur causa efficiens, Christus, expellatur forma deficiens, Mors & dormitio. Perquiratur status proficiẽs, Surge & exurge.

E ¶ Et si vis nota quod Christus multos diuersimode solet illuminare, videlicet

Delinquentes / Pœnitentes / Ignorantes / Indigentes / Triumphantes } per { gratiam præuenientem, / veniam subuenientem, / sapientiam vel doctrinam conuenientẽ, / lætitiam proficientem, / gloriam perficientem.

¶ Illuminat igitur Christus delinquentes, ipsos præueniens per gratiæ infusionem. Peccator enim non se cognosceret nec à peccato resipiscere proponeret nisi ipsum Deus per gratiã præueniret. Et ista est illuminatio mortuorum, i. peccatorum, de qua in Psal. *Domine illumina tenebras meas.* Et illud. *Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte.* ¶ Item illuminat pœnitentes seu proficientes ipsis subueniens per veniæ collationem. Et ista est illuminatio illius cæci, qui ex luto facto de sputo linitis oculis illuminatus est, vt videret clare omnia, sicut dicitur Ioa. 9. Sputum enim abominationem & vilitatem status peccati signat, lutum vero mortis memoriam designat, quæ duo si Christus apposuerit, constat quod peccatorem illuminabit, & sibi visum spiritualem per gratiam & veniam reformabit. Ista est etiam illuminatio Tobiæ, qui cum felle piscis illuminatus est. Fel enim amaritudinem pœnitentiæ signat & contritionis. Vnde de ista illuminatione & sanatione spirituali dicitur Eccl. 34. *quod Deus est deprecatio offensionis, adiutorium casus, exaltans animam, illuminans oculos, dans sanitatem & vitam & benedictionem.*

¶ Item illuminat innocentes, ignorantes seu se regere nescientes per doctrinæ propinationem. Doctrina enim fides & sapientia Dei instruunt & elucidant intellectum. Psal. *Præceptum Domini lucidum, illuminans oculos.* Istud est mel, *quod comedit Ionathas, illuminati sunt oculi eius*, sicut dicitur 1. Reg. 14.

¶ Item illuminat indigentes, tribulatos seu patientes per spem, fiduciam, & consolationem. Esa. 60. *Surge illuminare Hierusalem, quia venit lumen tuum*, id est, consolatio tua, &c. Vnde Christus est ille Angelus, *habens potestatem magnam, & terra illuminata est à gloria eius.* Apoc. 18. Terra n. obscuros desolatos & tenebrosos designat, quos Dei misericordia illuminat & confortat. Hebr. 10. *Illuminati magnum certamen passionum sustinuistis.*

¶ Item illuminat sanctos & beatos seu triumphantes & consummantes per gloriæ retributionem, quia scil. *sol*, i. Christus *per omnia respexit*, Eccles. 42. Quia sicut dicitur Apoc. 21. de ciuitate Paradisi, seu de beata anima. *Claritas Dei illuminabit eam, & lucerna eius est agnus.* Vide de Luce, de Lumine, &c. Sufficit.

# Imago.

A Nota, quod imago accipitur pro quacunq; figura repræsentatiua alicuius rei. Moraliter autem accipitur in bono & in malo. In bono enim signat bonam bonorum imitationem, bonorum exemplorum emersionem. Morum honesto-

honestorum compositionem. Et sic imago potest dici ille qui ad similitudinem Dei & sanctorum est honeste compositus & formatus. Alius minus perfectis in exemplar datus, & alius melioribus conformatus, & ipsorum virtutes pro viribus imitatus & consecutus. Et sic igitur imago designat virum perfectum, bonis & gratiis & virtutibus compositum & dotatum, de quibus intelligitur illud Roman. 8. *Quos praesciuit hos & praedestinauit, conformes fieri imaginis filii sui.* ¶ Item imago accipitur in ma-
B lo. Et sic signat malam malorum imitationem, hypocritarum similitudinem, bonorum temporalium fictionem. Sicut enim imago non habet esse verum, sed fictum & simulatum, non habet etiam membra interiora, non potest etiam se mouere cum non habet vitam, sic hypocritae habent similitudinem, non veritatem. Isti enim videntur esse, & non sunt, quia scilicet ipsi habent tantum exteriorem apparentiam, nullam autem habent interiorem existentiam. Isti enim sunt quaedam ficta & picta idola, quae quamuis multum habent formositatis & honestatis, nihil tamen habent sanctitatis seu bonitatis. Vnde de factorib. idolorum dicitur, Esa. 44. *Fecit*, inquit, *imaginem viri quasi speciosum hominem habitantem in domo* Quod etiam tales imagines nihil habeant pietatis, patet Sapien. 13. vbi dicitur, *Non potest se adiuuare, imago enim est, & opus est illi adiutorium.* Bona etiam mundi possunt dici imago, non sunt enim nisi quaedam similitudo bonorum aeternorum. Vnde in Psal dicitur, *Veruntamen in imagine pertransit homo.* Prosperitas enim & vita praesens est sicut imago, quae apparet in aqua, quae ad motum aquae statim turbatur. Debilem enim valde habet existentiam, ita quod facillime dissipatur, quia, s. motus tribulationum, mortis, infirmitatis, paupertatis & aduersitatis istam imaginem, faciliter conturbat & destruit, ipsamque finaliter penitus annihilat, & subuertit, Psal. *Imaginem ipsorum ad nihilum rediges.* De bona igitur imagine, i. de viro perfecto possumus exponere illud Sap. 7. *Candor enim est lucis aeternae, & speculum sine macula, & imago bonitatis.* Auctoritatem istam habes expositam diuisam, & prosecutam in sermone de purificatione. Lumen refulsit in habitaculo. Ideo ad praesens exponamus illud Iob 4. *Stetit quidam cuius non agnoscebam vultum imago coram oculis meis.* In quibus verbis aduerte quod sicut imagines sanctorum in Ecclesiis firmiter situantur, aliud imitantur, publice demonstrantur. Sic vere si nos volumus Dei & sanctorum imagines esse & figurae, nos debemus videlicet, Firmiter situari per animorum stabilitatem. Aliud imitari per meliorum conformitatem. Publice demonstrari per exemplorum claritatem. ¶ Simus ergo charissimi, Cordialiter roborati. [Stetit inquit quidam.] Virtualiter conformati. [Imago inquit] Exemplariter praesentati [Co-
C ram oculis meis.] ¶ Dico igitur primo, quod si volumus esse spirituales imagines, nos debemus firmiter situari. Stetit, inquit quidam. Sicut enim videmus quod imagines sanctorum de aliqua forti & solida materia fiunt, sicut de lapide vel de aliquo solido ligno vel etiam de metallo, & hoc vt diutius durent, & ne faciliter corrumpantur, vnde de illo ligno quod dicitur ilex, solent fieri in templo imagines secundum Isid. eo quod lignum sit forte imputribile, ita quod sub aqua ad modum lapidis induratur. (Vnde Esa. 40. *Forte lignum & imputribile elegit artifex sapiens, &c.* Et loquitur de idolis. Et Esa. 44. dicitur. *Artifex lignarius fecit imaginem, succidit cedros, tulit ilicem & quercum*) solent etiam in locis firmis locari & situari, ne per impulsum ventorum vel alias faciliter cadant & destruantur. (Vnde Hierem. 10. *Clauis & malleis compegit illud vt non dissoluatur*) sic pro certo charissimi nos debemus esse firmi & solidi per constantiam & stabilitatem boni propositi, & in stabili loco sanctae Ecclesiae per stabilitatem fidei collocari, vt s. per perseuerantiam impulsi tentationib. non moueamur, & ne per peccatum cadamus à statu gratiae vel corrumpamur. [Stetit inquit] Ideo praecipitur 2. Thes. 2. *State, & tenete traditiones quas didicistis.* Vt simus de illis de quibus dicitur Apoc. 8. *Vidi septem Angelos stantes in conspectu Domini.* Vt iste sit, sicut supra dictum est, *candor lucis aeternae, & speculum sine macula, & imago bonitatis Dei*, Sap. 7. & 14. *Imago enim est.* Esse enim stabilitatem designat. Sed pro certo charissimi, video hodie multas imagines, i. multas personas quae talis perseuerantiae firmitate nullatenus sunt dotati. Et ideo videtur quod multi sunt sicut imagines debiles, & non stabiles, fluidae & non solidae, deficientes & non
D permanentes ¶ Et ideo notare possumus quod sunt plures imagines, quae non sunt stabilis sed fluxibilis naturae. Vnde nota quod sunt Imagines

Terreae, Cereae, In speculo.
Vitreae, Aqueae, In muro.

Omnes enim imagines faciliter generantur & faciliter destruuntur. Esse enim ipsarum non est durabile, sed defectibile, & variabile, sicut ad sensum apparet, quod imago terrea cito conteritur, vitrea leuiter frangitur, cerea cito dissoluitur, aquea cito conturbatur, in speculo cito immutatur, in muro cito maculatur. ¶ Imago terrea signat auaros. Isti enim sunt terra, & terrei, in terrenis, & temporalibus occupati. Esa. 57. *Posuisti, vt terram corpus tuum.* Vnde cuilibet auaro potest dicere diabolus illud Hier. 2. *Traduxi vos per desertum, per terram inhabitabilem & imaginem mortis, per terram sitis & inuiam, in qua non ambulauit vir, nec habitauit homo.* ¶ Imago vitrea signat superbos. Isti enim ad modum vitri volunt splendere, & per inanem gloriam relucere. Vnde de superbis, & elatis potest dici Abac. 3. *Splendor eius, vt lux erit, cornua in manibus eius.* Vnde superbo potest dici illud [illegible] 44. *quod diabolus fecit imaginem, quasi speciosum hominem habitantem in domo.* Et Ezech. 7. dicitur, *quod ornamenta monilium suorum in superbiam posuerunt, & imagines abominationum suarum fecerunt ex eo.* ¶ Imago cerea signat luxuriosos. Isti enim modico igne carnalis concupiscentiae excitantur, & in libidinem resoluuntur de quibus dicitur in Psalm. *Sicut cera, quae fluit auferentur, supercecidit ignis, & non viderunt solem.* Vnde luxuriosae mulieri dicitur Ezech. 16. *Fecisti tibi imagines masculinas, & fornicata es.* Vnde ista est imago bestiae, de qua dicitur Apocal. 13. *quod diabolus dicit habitantibus super terram, quod ipsi faciant imaginem bestiae, quae habet plagam gladii.* Expone contra luxuriam & mulieres. ¶ Imago aquea signat iracundos, quia scilicet sicut imago, in aqua apparens ad modicum aquae motum conturbatur, sic iracundi occasione modica concitantur. Vnde in Psalm. dicitur. *Sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia ossa mea.* Et alibi. *Turbati sunt, & moti sunt sicut ebrius, & omnis sapientia eorum deuorata est.* Item in Psal. *Veruntamen in imagine pertransit homo, sed & frustra conturbatur.* ¶ Imago in speculo homini ridenti solet arridere, & cum tristato tristitiam simulat. Quo scilicet modo est adulatorum se omnibus conformare, & maxime diuitibus, cum quibus sunt ita, vt recte videantur gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus, iuxta illud Sap. 16. *Ad quod quis volebat conuertebatur.* Vnde adulatores videntur posse dicere illud 2. Cor. 3. *Gloriam domini speculantes in eandem imaginem transformamur.* ¶ Imago vero in muro signat hypocritas deceptores. Talis enim imago non habet nisi apparentiam. Isti enim more talis imaginis pulchri, & honesti apparent exterius, qui tamen sunt lutei, & lapidei, id est, peccatores, & infesti interius. Vnde talibus dicitur Actor. 23. *Percutiet te Deus paries dealbate.* Vnde proprie hypocrita dicitur imago mortua, quae non potest se mouere, de qua Sap. 15. *Aspectus eius dat insensato concupiscentiam, & diligit mortuae imaginis effigiem sine anima.* Tales imagines, i. tales hypocritae figurantur Ezech. 23. vbi dicitur, quod Ooliba vidit *viros depictos in parietibus, imagines Chaldaeorum expressas coloribus, et balteis accinctos renes, tyaras tinctas habentes in capitibus, formam ducum omnium similitudinem filiorum Babylonis.* Istae imagines charissimi, significant multos fictos, & varios Ecclesiasticos, qui in parietibus sanctae Ecclesiae habent hodie formam ducum, & praelatorum, & portant tyaras atque mitras. Isti enim dicuntur viri picti propter suam indurabilem vanitatem. Dicuntur expressi coloribus, propter suae conuersationis fictam formositatem, & honestatem. Dicuntur habere baltheos in renibus, propter violentiam, continentiam, & castitatem. Dicuntur habere mitram in capitibus, propter obtentam ab eis Ecclesiasticam dignitatem. Dicuntur habere formam ducum, id est, speciem bonorum, non essentiam nec veritatem. Dicuntur tamen etiam hoc habere similitudinem filiorum Babylonis, id est, virorum peccatorum, propter suae malae vitae occultam peruersitatem, & iniquitatem. Tales igitur imagines faciliter à statu gratiae deficiunt & corrumpuntur, & faciliter in peccatum decidunt, & labuntur, & sic spiritualiter conteruntur. Vnde 4. Reg. 11. *Destruxerunt aras Baal, & imagines contriuerunt valide.* Non sic igitur charissimi, sed spirituales imagines simus. Et sic erimus in virtutibus confor-
mati. Stetit inquit 1. Cor. 10. *Qui stat, videat ne cadat.* ¶ Secundo si E
volumus esse spirituales imagines, nos debemus esse melioribus conformati, quod ostenditur in verbo Imago. Natura n. imaginis est, quod conformetur illi rei, cuius est imago, & quod ipsam quantum est possibile repraesentet. Ideo de Adam dicitur Gen. 5. *quod ipse genuit filium ad imaginem, & similitudinem suam.* Et ideo charissimi, quia nos alii sumus in Ecclesia, in loco, statu, & gradu priorum sanctorum, & virorum perfectorum, qui ante nos fuerunt

[illegible] nos debemus imitari. & [illegible] 1. Cor. 15. *Sicut portauimus imaginem [illegible] imaginem celestis.* Selenites enim lapis est pre[illegible] imaginem lunæ, quæ quidem imago ipsi [illegible] conformat, ipsa enim crescente crescit, & de[illegible]ndum, quod imago lunæ, i. conformitas Dei, [illegible] in nobis relucere, ita quod quantum erit [illegible] & mores nostros eorum moribus con[illegible] ad incrementum boni profectus, quantum [illegible] successus, quantum ad lumen suæ [illegible] charitatem suæ humilitatis, vt dica[illegible] *iam reuelata facie gloriam Domini speculantes, in [illegible] transformamur.* Quod tamen est contra multos, [illegible]mant melioribus sed peioribus. Non perfectis [illegible] tuosis, sed vitiosis. Isti figurantur in illis, *qui [illegible] & adorauerunt imaginem, qui tandem vna cum be[illegible] sulphuris*, sicut dicitur Apoc. 13. 14. [illegible] est diabolus: eius vero imago, & repræ[illegible] se illi, qui imaginem diaboli, & vi[illegible] portant per imitationem, finaliter in [illegible] & æ[illegible] damnationem mittuntur. Sicut ve[illegible] A[illegible] *qui vicerunt bestiam, & imaginem eius*, id est, dia[illegible] *stabant super mare vitreum*, id est, in af[illegible] *æternæ cum canticis, & cytharis.* Simus igitur non [illegible] formati.

F ¶ [illegible] spirituales imagines, nos debemus esse [illegible] præsentari. (Coram me inquit) Sicut enim imagine[illegible] & non occultis ponuntur, vt per ea[illegible] rum a[illegible] nes ad deuotionem inuitentur, sic boni vi[illegible] ad [illegible] exemplar proponuntur, vt videntes eos per eorum doctrina[illegible] exempla ad melius excitentur. (Coram me in[illegible] qui[illegible] Matth. [illegible] *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant [illegible] & glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est.* Q[illegible] contra multos, qui ita sunt turpes, & infames [illegible] one, quod non sunt digni aliis proponi pro exem[illegible] enim bona exempla à suis prædecessoribus po[illegible] ipsa tamen aliis repræsentare non nouerunt. Sunt [illegible] les quibusdam speculis, quæ etsi cuiuscunque [illegible] imaginem recipiant, ipsam tamen aliis turpissi[illegible] mam repræsentant. Similes etiam sunt lapidi, qui dicitur topa[illegible] nem in se receptam reuersam repræsentat. Sunt [illegible], qui imaginem bonorum exemplorum, quæ à suis [illegible]ibus accipiunt, in se non retinent, nec recipiunt, imo aliis totum contrarium, & totum reuersum repræsentant, & osten[illegible]dunt. [illegible] dantur eis bona exempla, ipsi tamen dant aliis tur[illegible] [illegible] atque mala. Vnde de talibus dicitur Rom. 1. *quod ipsi [illegible] incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corru[illegible] hominis, & volucrum, & quadrupedum*, ac si dicat. Isti imagi[illegible]nem [illegible] repræsentationem bonorum exemplorum deberent aliis per exemplar ostendere, ipsi tamen ostendunt eis similitu[illegible]dinem corrup[illegible] hominis, per luxuriam, similitudinem volu[illegible]crum per superbiam, similitudinem quadrupedum per auari-

G tiam. ¶ Et [illegible] pone, quod quædam sunt

Imagines {
Porci per luxuriam,
Leonis per superbiam,
[illegible] per auaritiam.
Talpæ cœcæ per ignorantiam,
Bouis per pigritiam.

¶ Et tamen isti deberent aduertere ad illud, quod scribitur Apocal. 14. *quod quicunque adorauerit bestiam vel imaginem eius, bibet de vino iræ Dei.* Non sic charissimi, sed coram aliis repræsentemus imagines bonorum exemplorum, vt de nobis possit dici illud Luc. 24. *Fuit vir propheta potens in opere, & sermone coram Deo & hominibus.* Vt in etiam sicut ille liber, de quo quilibet possit dicere illud Ezech. 2. *Et ecce liber inuolutus, scriptus intus, & foris, & scripta erant in eo lamentationes, carmen & væ, & expandit illum coram me.* Expone sicut supra. Simus igitur tales, vt coram aliis pro exemplari proponi possimus, & debeamus. Talis enim imago viri iusti non est velanda vel occultanda, sed cunctis exemplariter demonstranda. Vnde 1. Cor. 11. *Vir*, i. virtuosus homo *non debet velare caput, quia imago, & gloria Dei est.* Et sic igitur patet, quomodo pote[illegible] esse bonæ, & spirituales imagines, sc. si simus cunctis exemplariter præsentati. Bonis virtualiter conformati. Intus [illegible] de imagine sufficiant. Vide de i[illegible]o. Nihil dico de imagine Dei, quæ resultat in anima, quia hoc est magis scient[illegible] morale. [illegible] de imagine patris, qui est filius, quia sc sicut aliqua sunt spe[illegible] concaua, quæ imaginem longe à se proiciunt, ita quod imago non intra speculú, sed longe extra apparere videtur, ita quod quasi posse palpari creditur ab ignaris, sic dominus pater speculum sine macula per [illegible]ratem côcauum, & depressum, imaginem suam, sc. filium benedictum extra in mundum proiecit, & immisit, sc. per incarnationem beatam, in tantum quod palpabilis, & visibilis apparuit vniuersis. Vnde Baruch 4. *Postea in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est*, s. Christus, qui sicut dicitur Colos. 1. *Est imago inuisibilis Dei.* Sed de illa nihil ad præsens.

## Immaculatus.

Nota, quod Immaculatus dicitur ille, qui nullam habet maculam peccatorum. Et ideo immaculatus idem est, quod sanctus, qui de peccato liber est, & immunis iuxta illud Psal. *Ero immaculatus cum eo & obseruabo me ab iniquitate mea.* Vbi ostenditur, quod ad hoc, quod aliquis possit esse innocens, & immaculatus, tria sunt necessaria, quæ etiam sunt necessaria illi, qui vult seruare munditiam corporalem. Oportet enim primo A

Expiare } quod sufficere, Inficere,
Frequentare } quod sufficere, Proficere,
Declinare } quod sufficere, Sufficere,

Primum est culparum macula. (Immaculatus.)
Secundum sanctorum copula, ideo dicitur. (Cum eo.)
Tertium peccati crapula, cum dicitur. (Obseruabo me.)

*Igitur abstergamus culparum fœditatem*, quia sicut dicitur Col. 1. *Exhibere vos sanctos, & immaculatos, & irreprehensibiles coram Deo.* (Immaculatus inquit.) Igitur habeamus bonam societatem. (Cum eo inquit) i. cum Deo, vel cum viro sancto, & honesto, quia sicut dicitur in Psal. *Cum sancto sanctus eris, & cum viro innocente innocens eris.* Et in Canonica Iudæ. *Potens est enim Deus vos obseruare sine peccato, etiam constituere immaculatos.* Igitur caueamus culpæ malignitatem. (Obseruabo me inquit ab iniquitate.) Vnde Deut. 8. *Obserua & caue, ne quando obliuiscaris Domini Dei tui.* Quia sicut dicitur Iaco. 1. *Religio munda, & immaculata*, hæc est, immaculatum se custodire ab hoc sæculo. *Obseruabo igitur me ab iniquitate mea*, q. d. Alias immaculatus non ero. Bene igitur dicitur 2. Pet. 3. *Satagite immaculati & inuiolati ei inueniri in pace.* ¶ Et merito, quia pro certo viri sancti, mundi, & immaculati B

Famulantur imperio legis,
Dedicantur seruitio regis,
Receptantur conuiuio regis.

Tales enim diuinæ legis imperio solent obedire. Constat enim quod viri mundi, & innocentes magis sunt obedientes, quam pessimi vel proterui, patet in pueris, & in puellis equorum, qui facile docentur ambulare, &c. Sic isti. Psalm. *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini.* Et bene dicit in lege Domini, quia pro certo sicut in Psal. dicitur, *Lex Domini immaculata, conuertens animas, testimonium Domini fidele, sapientiam præstans paruulis.* Et nota, quod ista est, quæ viros immaculatos exigit & requirit. ¶ Item tales summi regis seruitio solent conuenire. Constat enim quod mundi viri volunt habere viros immaculatos, & mundos in seruitio suo. Et inde est, quod in lege vbicunque præcipitur aliquid offerri, semper præcipitur, quod sit immaculatum, & mundum, & hoc siue sit bos siue aries, siue ouis, siue agnus, vitulus vel hircus, &c. Quia reuera quicunque seipsum offert seruitio diuino, non sit bos, siue rudis, & laboriosus, aries, dux gregis, i. e. prælatus & gloriosus, siue ouis, i. e. simplex laicus diues, & lanosus, siue agnus, i. e. iuuenis, & ignarus, & obliuiosus, siue vitulus, i. e. lasciuus, insolens, & solatiosus, siue hircus, i. pauper, hispidus, & penoriosus, sed pro certo ex quo ad Dei seruitium aduenerit, immaculatus, & mundus esse debebit, s. exemplo ipsius *qui semetipsum obtulit immaculatum Deo*, sicut dicitur Hebr. 9. Nam quia immaculatus est, immaculatos vult habere seruos. Vnde Leui. 22. dicitur sic. *Homo qui obtulerit victimam Domino, &c. Immaculatum offeret, vt acceptabile sit.* Isti igitur summi regis seruitio solent conuenire. ¶ Item isti celsi regis conuiuio solent lasciuire, sc. in conuiuio æterno, & gloria Paradisi Psal. *Nouit Dominus dies immaculatorum, & hæreditas eorum in æternum erit.* Plura possunt dici de immaculatione, sed vide de macula, de immunditia, de innocentia. Pauca enim hic themata. Et ideo prætermitto diffusius dilatare.

## Imber.

Nota, quod imber dicitur ab imbuendo, & inebriando, eo scilic. quod habeat humectate, imbuere & madefacere. Vnde Esaiæ 55. *Descendit imber, & nix de cœlo, & il-* A

*las*

*huc vltra non reuertitur, sed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit.* Et nota, quod imber potest significare gratiam, scientiam, prosperitatem, carnalitatem, & aduersitatem. Istam habent animam imbuere, siue in bono, siue in malo, & ipsam bona vel mala opera faciunt germinare. De imbre igitur diuinæ gratiæ, & clementiæ dicitur Prou. 16. *Clementia eius, quasi imber serotinus.* De imbre scientiæ & doctrinæ dicitur, Esa. 5. *Nubibus mandabo desuper ne pluant super eam imbrem.* Et Eccles. 49. dicitur, *Et ipse quasi imber emittet eloquia sapientiæ suæ.* De imbre prosperitatis potest dici illud Ioelis 2. *Descendere faciet Dominus ad vos imbrem matutinum.* De imbre carnalitatis dicitur Ezech. 38. *Iudicabo eum peste, & sanguine, & imbre vehementi.* De imbre vero aduersitatis potest dici illud Ezech. 13. *Erit enim imber inundans in furore meo, & dabo lapides pergrandes, &c.* Omitto gratia breuitatis. Vide infra de pluuia. Et vide si vis in distinctionibus.

A **Imitari. Imitatio.** Nota, quod Imitatio nihil aliud est, quam alteri in moribus conformatio seu assimilatio. Cum igitur mores aliquorum sint boni, & aliquorum mali, necesse est supponere, quod est dare imitationem bonam & malam: bonam dico, quam habent boni, qui imitantur homines virtuosos: malam vero, quam habent mali, qui imitantur homines vitiosos. De bona igitur imitatione notandum, quod sicut nullus est ita sapiens siue doctus, quin bene debeat aliis credere, & adhærendo melioribus intellectum proprium aliquoties captiuare, & non in sensu proprio vltra debitum abundare, iuxta illud, *Noli esse sapiens apud temetipsum,* sic vere nullus est ita sanctus, seu perfectus, qui de sanctitate sua debeat totaliter præsumere, quin bene velit melioribus se conformare, & se per virtuosam imitationem bonis aliorum moribus coaptare, sicut Apostolus Philippensib. scribebat, dicens: Phil. 3. *Imitatores mei, estote fratres.* In quibus verbis aduerte, quod imitatio debet esse sagax, vt eligat congruum obiectum, tenax, ne negligat assumptum subiectum, verax, vt diligat communem profectum. ¶ Debet enim esse prudens in eligendo, manens non desistendo, feruens in diligendo. ¶ Primum probat regula sanctitatis nobis obiecta. [Mei inquit.] Secundum probat verbula firmitatis nunquam deiecta. [Estote inquit.] Tertium probat facula charitatis nobis iniecta. [Fratres inquit.]

Probat { Sanctitatem signum exemplatiuum. [Mei inquit.]
Firmitatem verbum substantiuum. [Estote.]
Charitatem nomen compositiuum seu aggregatiuum [Fratres.] }

B ¶ Igitur dico primo, quod imitatio debet esse sagax, & discreta, quia scil. homo debet discernere, & sagaciter eligere quem debeat imitari, & qui virtutibus taliter polleat, quod imitari sit dignus. Et hoc ostenditur cum Apostolus dicit Mei. Ille enim qui erat sanctissima regula, & exemplar virtutum, semetipsum imitandum proponit. [Mei inquit.] 1. Cor. 4. *Imitatores mei estote, sicut ego Christi.* Seneca enim dicit, quod maximum in eo vitium est, qui non tam melioribus placere studet, quam pluribus, ac si dicat, semper melioribus est placendum, & eorum moribus per imitationis formulam insistendum. Vtile est enim speculo, quod recipiat imaginem rei mundæ, quia si res immunda fuerit, sæpe fit, quod maculam perpetuam in se contrahit, sicut apparet, quando in speculo nouo speculatur mulier menstruosa. Sed reuera si res visa pulchra fuerit, atque munda, tunc eius imago sine læsione speculi apparet in eo gratiosa. Sic vere dico, quod vtile est homini mundanarum, & sanctarum personarum formam, & similitudinem in se per imitationem recipere, & se melioribus non deterioribus conformare. Quia scilicet à bono exemplari bonum effigiatur transsumptum. Et à bona, & recta regula rectum efficitur regulatum. Econtra vero per receptionem malæ, & immundæ imaginis, & per imitationem malæ personæ, macula vitiorum contrahitur, & ipsius speculi, id est, ipsius, qui specularis esse debuerat conuersatio, & superficies deturpatur. *Imitatores igitur mei, estote,* inquit Apostolus. Vnde ipse est, qui dixit 2. Thes. 3. *Subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate. Ipsi enim scitis quemadmodum oportet vos imitari nos, quoniam non inquieti fuimus apud vos, vt nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos.* Quod tamen est contra multos, quia scilicet multi sunt inter maiores, qui non se exhibent tales formulas, aut exempla, quæ ab aliis debeant imitari, sed potius refugi, sicut abominabiles, & horreri, iuxta illud Prouerb. 3. *Ne æmuleris hominem iniustum, nec imiteris vias, quia abominatio domini est omnis illusor.* Multi etiam sunt, qui bona exempla bonorum nobis per imitationem recipere, sed malis & non bonis se conantur in moribus conformare, contra illud, quod dicitur in . Canon. Ioan. *Noli imitari malum.* Multi etiam sunt, qui nunquam [...] sunt imitari, vel in seipsis repræsentare imaginem, quam [...] eis pulcherrima præsentetur, sicut patet in aqua mota, & turbata, in qua nunquam imago potest formari debita nec decora. Sicut etiam patet in speculo rubiginoso, vel immundo, vel etiam concauo, vbi nunquam apparent tales imagines, vt deberet. Sic reuera quidam sunt, sicut aqua moti per inuidiá, emulationem, vel inconstantiam, quidam rubiginosi per auaritiam, quidam vero immundi per luxuriam, quidam insuper concaui, & inanes per superbiam, & isti pro certo nunquam bona exempla vel imagines, i. bonos mores bonorum, solent in seipsis per imitationem ostendere, sed aliud, & aliter quam receperunt, solent in suis morib. præsentare, & se non melioribus, sed [...]ribus conformare. Deut. 18. *Caue ne imitari velis abominationes illarum* [Mei inquit igitur Apostolus.] Et merito, quia sicut Augustin. in sermone. Non solum Apostolum, imo Christum volumus possumus imitari, &c. Imitari dico, non quantum [ad] opera potentiæ, sed quantum ad opera iustitiæ. Vnde 1. [Thess. 1.] *Imitatores nostri facti estis, & Domini.* Igitur imitatio debet esse prudens, & discreta. [Mei inquit.]

¶ Secundo dico, quod debet esse manens, & concreta, id est solida, & completa. Et hoc ostenditur in verbo substantiuo durabili, & permansiuo cum dicitur. [Estote.] Ephes. 5. *Estote imitatores Dei, sicut filii charissimi.* Et bene dixit filii, quia filius magis realiter, quam quicquid aliud imitatur patrem. Cuius tamen contrarium aliquoties inuenitur in filiis monstruosis, qui scilicet pulchros, & bene formatos nullatenus imitantur parentes, sicut de muliere, quæ peperit serpentem, & alia, quæ elephantem, dicit Plinius, etiam sicut in fabulis poetarum, vbi dicitur, quod Ocyroe Chironis, & Charicłæ filia quamuis à principio fuerit in humanam effigiem per parentes figurata, finaliter tamen fuit in equam conuersa. Item fingitur de Erychthonio Vulcani, & Mineruæ filio, quod superior pars corporis humanam speciem prætendebat, sed reliquam instar draconis copedis, id est, serpentis habebat. Item de sociis Vlyssis est fabula, quod per Circem fuerunt in varias bestias, puta leones, sues, vrsus, lupos, &c. mutati, sicut ponunt Virg. & Ouidius. Sic vere dico, quod multæ sunt filiæ, & filii, seu subditi, qui dici possunt merito monstruosi, quia scilicet quamuis ipsi habeant perfectissimos parentes, videlicet Deum, sanctos, bonos doctores, & prælatos, qui ipsos habeant in morib. pulchros, & bene formatos producere, & bona exempla dando seipsos imitabiles præsentare, ipsi tamen ipsos in nullo volunt imitari, sed per diuersa vitia in peccatores, & serpentinos homines transformari, quia quamuis in parte, i. in principio, & iuuentute sint homines, ipsi tamen mutantur finaliter in equos, i. in luxuriosos, in serpentes, i. in malitiosos, in elephantes, i. in superbos, & alios peccatores. Vnde isti non sunt imitatores Dei sicut filii charissimi, imo certe sunt filii diaboli, sicut filii pessimi. Sap. 2. *Imitantur autem illum,* scilicet diabolum, *qui sunt ex parte ipsius.* Et 2. Paral. 21. dicitur de illo malo rege Ioram, *quod ipse fuit imitatus semitam domus Achab.* Non sic imitatio manens, & concreta. Estote inquit. Dic de isto Estote, & de perseuerantia sicut supra in litera E. in Es, &c. sicut volueris.

¶ Tertio dico, quod ista imitatio debet esse feruens, & secreta. [Fratres] Fraternitas enim signat charitatem feruentem, & secretam, & amicitiam competentem, quia scilicet ille, qui bonos imitatur, debet hoc facere feruenter, & amorose sine fictione, secrete vero, & occulte sine propalatione. 1. Thess. 2. *Vos enim imitatores facti estis fratres Ecclesiarum Dei, quæ sunt in Iudæa.* Dic si vis contra illos, qui non ex fraternitate vel amore imitantur bonos, sed potius de timore, & necessitate. Dic etiam quomodo nomen fraternitatis importat & signat charitatem, sicut supra de fratre in litera F. Sic igitur patet, quomodo boni imitantur bonos feruenter, manenter, & prudenter. Et sic satis visum est de imitatione bona & mala. Vide vbi exemplum, imago, similitudo, sicut, tanquam, velut, & in aliis titul. similib. D

**Imminere.** Nota, quod imminere idem est, quod in propinquo manere. Et sic imminere idem est quod aliquid de propinquo emergere, insistere vel instare. Vide igitur in aliis titulis synonyma. A

**Immittere.** Nota, quod immittere idem est, quod aliquid in alium mittere. Et si de Deo agitur, A

... quod ipse immittit seu immitti permittit
... gratiæ dulcorem,
Beatos gloriæ decorem,
Iniustos culparum horrorem,
Damnatos pœnarum terrorem.

... quod Deus in iustos mittit gratiam. Gen. 3. *Immisit Dominus soporem in Adam.* Et in Psal. *Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos.* ¶ Secundo dico, quod Deus in beatos immittit gloriam, vt quilibet beatus dicat illud Psalm. *Immisit in os meum canticum nouum carmen Deo nostro.* ¶ Tertio dico, quod Deus in iniustos immittit, id est, immitti permittit culpam. Exod. *Immittam in te omne genus muscarum*, id est, omne genus vitiorum. Muscæ enim quæ inquietant carnem, significant vitia, & tentationes, malos motus, & cogitationes, qui inquietant mentem. Vnde de tali immissione culpæ potest dici illud 2 Reg. 24. *Immisit Dominus pestilentiam in Israel.* Pestilentia enim ... corruptio aeris, mortem introducens, signat corruptionem culpæ, quæ introducit finaliter mortem pœnæ.

¶ Quarto vero dico, quod Deus in damnatos immittit pœnam ... certe

Pœnam { Timoris, Terroris, Stridoris, Languoris, Ardoris.

In damnatos enim & peccatores immittitur à Domino timor concutiens. Eccl. ... *Immitte timorem tuum Domine super gentes, quæ non exquisierunt te.* ¶ Item terror, & crudelitas hostium malignorum terrens. 4 Reg. 17. *Immisit Dominus in eos leones, qui interficiebant eos* ... *loco, qui scilicet non timebant Dominum*, vt dicitur ibidem. ¶ Item stridor discutiens Deu. 32. *Dentes bestiarum immittam in eos cum furore trahentium super terram atque serpentium.* ¶ Item languor incutiens, scilicet languor infirmitatis, & famis. Ez. ... 4. *Conteram virgam panis eius, & immittam in eum famem, & ... eum.* ¶ Item ardor excutiens, scilicet omnem fortitudinem, & virtutem. Ezech. 39. *Immittam ignem in Magog, & in his, qui habitant in insulis.* Vide alia in simplo mittere.

A **Immolare.** Nota, quod immolare idem est, quod aliquid pro sacrificio Deo offerre. Et signat præcipue oblationem, & sacrificium bonorum, quia sicut dicitur ... *Sacrificium Deo, spiritus contribulatus, cor contritum, & humiliatum, &c.* possumus notare, quod sicut antiquitus Deo immolabantur, carnes, panes, boues, oues, hœdi, vituli, hirci. Sic moraliter accipiendo nos debemus Deo offerre carnes nostras, ipsas per pœnitentiam affligendo, panes nostræ temporalis facultatis, ipsam pro Deo pauperibus erogando, boues, id est, fortitudines nostrorum laborum, ipsos in eius seruitio impendendo: oues, id est mansuetudinem nostræ simplicitatis, ipsam ad eum referendo, hœdos & vitulos, id est, lætitiam nostram, ad laudem ipsius ordinando, hircos etiam, id est, fœtorem peccatorum nostrorum, ipsa ne coram ipso fœteant cum igne pœnitentiæ comburendo. Istæ enim sunt quædam spirituales victimæ, quæ

B in altari cordis nostri debent Deo specialiter immolari. ¶ Offerentur igitur &

Immolentur Deo { Carnes nostræ corporalitatis, Panes nostræ temporalitatis, Boues nostræ fortitudinis, Oues nostræ mansuetudinis, Hœdi & vituli nostræ iucunditatis, Hirci nostræ iniquitatis.

De immolatione enim carnis dicitur Oseæ 9. *Immolabunt carnes, & comedent.* ¶ De panibus fit mentio. Num. 6. ¶ De bobus vero, & ouibus dicitur, 3. Reg. 8. *Immolabant oues, & boues.* ¶ De hœdo dicitur Exod. 12. *Immolabit eum, scilicet hædum vniuersa multitudo filiorum Israel.* ¶ De vitulo autem dicitur Leuit. 1. *Immolabit vitulum coram Domino.* ¶ De hirco autem emissario fit mentio Leu. 16. Et breuiter de qualibet immolatione spirituali potest dici illud Psal. *Immola Deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua.* Sed pro certo charissimi peccatores non sic, quia sicut dicitur Deut. 32. *Ipsi immolauerunt dæmoniis, & non Deo, Diis, quos ignorabant.* ¶ Peccatores enim immolant diabolo, videlicet

Carnes suæ carnalitatis, per gastrimargiam,
Panes suæ facultatis, per auaritiam
Boues suæ fortitudinis, per superbiam,
Oues suæ simplicitatis, per hypocriticam malitiam,
Vitulos suæ iucunditatis, per inanem gloriam,
Hircos suæ iniquitatis, per luxuriæ fœtorem, & infamiam.

Vnde dicitur Oseæ 11. *Baalim immolabant, & dæmoniis sacrificabant.* C
¶ Et aduerte, quod sicut antiquitus gentiles immolabant diuersis dæmoniis, sic hodie multi sunt, qui seipsos immolant, & dedicant diuersis vitiis. Quidam enim immolant se ventri per gulam, & gastrimargiam, non cessant enim immolare noua fercula, sicut noua sacrificia. Iste est enim Deus Baal, qui interpretatur deuorator. Quia scilicet venter talium satiari, seu contentari non potest. Daniel. 14. *Nunquid tibi videtur Bel Deus viuens? an vero non vides quantum bibat, & comedat quotidie?* ¶ Item quidam se D
immolant mundo per auaritiam, sicut sunt illi, qui ex toto se dant negotiis, & lucris, & ambitionibus. Isti enim sunt, de quibus dicit Senec. quod vbique sunt præterquam secum, quia cum de aliorum negotiis sæpissime tractant, de suo nunquam. Et tamen alibi dicit, quod nusquam est qui vbique est. Isti sunt illi, de quibus dicitur in Psal. *Quod immolauerunt filios suos, & filias suas dæmoniis.* Quia reuera filios suos, & filias cogitatus, affectus & actus isti solent in seruitio dæmonum occultare, & de Dei seruitio non curare, & sic eos dæmonibus spiritualiter immolare. Quod etiam ad literam verificatur sæpissime de filiis, & filiabus naturalibus, quia sc. mundani ipsos mundi lucris, & negotiis dedicant, & sic occasionaliter ipsos dæmoniis immolant. Ezec. 16. *Tulisti filios tuos, & filias tuas quos genuisti, & immolasti ad deuorandum.*

¶ Item quidam immolant se diabolo per superbiam, & isti E
sunt illi, qui pompis, ludibriis & vanitatibus sunt dediti, & in altum præ aliis eleuari, de quibus dicitur 3. Reg. 12. *Adhuc populus* F
*immolabat, & adolebat in excelsis.* ¶ Item sunt aliqui, qui immolant se diabolo per simulationem deceptoriam. Et isti sunt hypocritæ, qui sub ouina specie, & simplicitate offerunt Domino in populi conspectu, non veram, firmam, & existentem, sed falsam, debilem, & apparentem orationem, deuotionem, & sanctitatem, de quibus dicitur Malach. 1. *Maledictus qui immolat debile Domino.* Quid vero potest Domino debilius immolari, quam sacrificium apparens & non existens? & illud est (vt dixi) hypo- G
critarum simulatio. ¶ Alii immolant se diabolo per inanem gloriam. Isti sunt, qui omnia opera sua cum insigni magnificentia, & apparatu faciunt, vt populi laudibus extollantur, qui dant eleemosynas, magis ad sui rumorem, quam pauperum fauorem, qui ædificant aras, & oratoria magis ad propriam, quam ad Dei gloriam, qui efferunt munera magis, vt à videntibus laudentur, quam vt Deo reconcilientur. De quibus dicitur Nehem. 12. *Immolauerunt in die illa victimas magnas, & lætati sunt, &c.*
¶ Alii immolant se Veneri per luxuriæ fœtorem, & infamiam. H
Isti sunt, qui totum animum suum, & corpus, impudicarum mulierum imperio manciparunt, de quibus dicitur Abacuc. 1. *Immolant sagenæ suæ, & sacrificant reti suo.* Sagenæ, id est, mulieri impudicæ, Eccl. 7. *Mulier laqueus venatorum, & sagena cor eius.* Venatorum dico, id est, amatorum. Non sic charissimi, sed immolemus Deo victimas spirituales, scilicet turturem, & columbam, qui semper gemunt, id est, dolorem, & planctum contritionis, immolemus passerem garrulum, sicut, s. fiebat in curatione leprosi, id est, sonitum laudis, & confessionis. Immolemus phase, id est, transitum Domini, id est, imitationem virtuosæ conuersationis. Et immolemus sibi sanguinem, id est, dulcorem deuotionis, & compassionis, vt sic quilibet dicat illud Psalm. *Immolaui in tabernaculo eius hostiam vociferationis, cantabo, & psalmum dicam Domino, &c.* Vide vbi hostia, victima, & sacrificium.

**Impedire.** Nota, quod cum impedimentum possit accipi in bono, & in malo significato, vt- A
pote, quia homo potest impediri facere bonum, & facere malū, & sic primum impedimentum est malum, secundum vero bonum, dicere possum, quod triplex est malum impedimentum, videlicet culpæ, fortunæ, & miseriæ æternæ. Nam

Impeditur quis { Peccatorum vinculis ligatus, Terrenorum poculis lactatus, Tormentorum iaculis prostratus.

Ista enim sunt tria impedimenta, quæ in præsenti impediunt gratiam, & virtutem, & in futuro gloriam, & salutem. Et primo dicamus aliquid de impedimento peccatorum, seu vitiorum. Sicut enim videmus, quod infirmitates interiores impediunt actus, & opera membrorum naturalium, & virtutum, sicut patet de corde, cerebro, pulmone, & similibus, quæ sæpissime per

malos humores, & infirmitates intrinsecas taliter à suis operationib. impediũtur, quod cessante motu vitali, naturali, & animali, anima suffocatur, sic vere dico, quod membra principalia animæ, quæ sunt,

Cor, } id est, fons } caloris, } hæc est { charitas,
Cerebrũ, } id est, fons } sensuum, } hæc est { fides,
Pulmo, } id est, fons } spiritualium, } hæc est { spes.

aliquando impediuntur, & à suis bonis actibus retardantur. Infirmitates enim vitiorum quando in interioribus animæ abundant talia solent impedire, & mortem spiritualem & æternam in homine generare, & spiritualiter animam suffocare. Nam

Impeditur { fides } per { errorem,
Impeditur { spes } per { timorem,
Impeditur { charitas } per { inuidiam, & liuorem.

De impedimento fidei, quod fit per errorem, dicitur Galat. 5. *Quis vos impediuit veritati non obedire? persuasio hæc non est ex eo, qui vocat vos.* De impedimento spei, quod fit per timorem seu terrorem, possunt dicere sic impediti illud, 1. ad Thess. 2. *Impediuit nos satanas, quæ est enim nostra spes, aut gaudium aut corona gloriæ?* De impedimento vero charitatis, quod fit per liuorem, id est, per iram, inuidiam, & rancorem, potest dici illud Eccle. 46. *Impeditus est sol, & vna dies facta est quasi duorum.* Quia pro certo quando sol fons caloris per inuidiam in animo præpeditur, tunc vna dies alienæ prosperitatis, & claritatis in duos conuertitur, in quantum per displicentiam vnum alienum bonum duo esse videntur. Sic igitur patet, quod sunt impedimenta culpæ seu vitiorum Esdræ 5. *Gentes autem impediuerunt, ne consummaretur ædificium* Gentes enim, id est, sine lege viuentes, sunt vitia, quæ sine fræno legis habitant in peccatore, & in ipso impediunt omne bonum.

B ¶ Secundo dico, quod sunt impedimenta fortunæ seu terrenorum. Bona enim fortunæ siue sint diuitiæ, siue delitiæ, siue scientiæ, siue pulchritudo, siue fortitudo, siue fauores, siue honores, nihil aliud sunt, quam quædam impedimenta, ne homo perueniat ad salutem. Nautæ enim impediuntur in mari, ne scilicet applicent ad portum optatum quandoque flatibus aurarum, quandoque fluctibus vndarum quandoque rupibus petrarum, quandoque viribus stellarum, quandoq; moribus beluarum, quandoque arenarum, quandoque vocibus Sirenarum, quandoque voraginibus cauernarum. Explica de singulis, & potissime de stella Helena, quæ secundum Plin. & Solin. sydus est terrificum, & nauigantibus contrarium, eius enim fulgor, & apparentia nauigia submergit. In historia enim Romana, quam scripsit Paulus Diaconus Cassinæ legitur de quodam rege Vandalorum, qui cum maximo exercitu nauigabat de Aphrica contra Romam, qui obuiam habuit vitulum maximum, quo territus retrocessit. Sed antequam posset ad patriam reuenire, perijt cum exercitu vniuerso. Sic vere dico, quod homo, qui nauigat ad æterna, & per mare huius vitæ fluctuat, & transfretat, bonis fortunæ diuersimode impeditur, Gal. 5 *Currebatis bene, qui vos impediuit?* & certe responderi potest, quod spirituales cursores impediuntur

Auris & flatibus mundani fauoris,
Vndis & fluctibus carnalis dulcoris,
Petris & rupibus inanis honoris,
Stellis & sensibus terreni splendoris, id est, scientiæ mundialis.

¶ Item pro certo ipsos impediunt monstra, vel beluæ tyrannici fluctus, arenæ vel loca temporalis fructus, id est, diuitiarum voces superfluæ muliebris ductus seu cantus, voragines assiduæ mœroris, & luctus, id est, tristitia seu timor. Ista enim omnia impediunt hominem ne perueniat ad portum salutis. 2. Reg. 18. *Quid impedit, si ego curram?* Et allega si vis, quomodo cursor impeditur propter pondus, exemplo Dauid, qui armatus armis Saulis impediebatur magis, quam iuuabatur. 1. Reg. 17. Tortuca etiam maris impeditur se profundare in aqua maris propter leuitatem corticis vel coris, qui scilicet semper cogit eam supernatare, aut forte supernatat propter amplitudinem clypei, quem habet in dorso ad latitudinem quinque cubitorum, & sic videns eam aquila ipsam solet rapere, & vorare, sicut dicit liber rerum. Et sic igitur aliqua sunt, quæ impediuntur à ponderositate, aliqua à leuitate. Sic vere quosdam ne saluentur, impedit ponderositas terrenorum, quosdam vero superba leuitas animorum, quæ sc. ipsos facit superficiem, i. altos honores appetere, nec eos patitur se in aquis lacrymosæ amaritudinis profundare, quapropter necesse est eos aquilarum infernali[...] esse. 1. Mach. 9. *Impedita sunt opera Alchimi.* Patet igitur, quod sunt impedimenta fortunæ seu terrenorum.

¶ Tertio dico, quod sunt Impedimenta miseriæ seu tormentorum, i. pœnæ, & damnationis æternæ. Nam sicut in matrimonio, vel contracto, vel contrahendo sunt quædam impedimenta temporalia, quædam perpetua, sed temporalia non dirimunt matrimonium, quia possunt cessare, perpetua vero, quæ nunquam sunt cessatura ipsum dirimunt, & dissoluunt, sic vere dico, quod matrimonium Dei, & animæ, quod fit per gratiam in præsenti, & per gloriam in futuro, quandoque impeditur temporaliter, vtpote quando homo mortaliter peccat in hac vita Sed certe istud impedimentum non dirimit ex toto matrimonium, quia sc. adhuc remanet spes, & fides, & adhuc potest huiusmodi impedimentum per pœnitentiam amoueri. Quando vero impeditur æternaliter, hoc est, quando homo m[...]tur in peccato mortali, & quando ad pœnam perpetuam condemnatur, quia ex tunc nulla est spes, quod hoc matrimon[...] reparetur, imo necesse est, quod Deus & anima perpetuo [...] patientur, & quod anima impedimento mortis æternæ perpetuo submergatur. Vnde de diuitibus ad infernum de[...]ntibus, dicit Dominus in Psa. *Quod ira Dei ascendit super eos, & occidit pingues eorum, & electos Israel impediuit.* Sed de beatis, & sanctis [...] nullo impedimento culpæ fortunæ vel miseriæ detinentur, potest dici illud Sap 19. *Terra arida apparuit, & in mari rubro via sine impedimento* Sic igitur quomodo impedimentum potest fieri in malo.

¶ Sed adhuc dico, quod sumi potest in bono, hoc est, quando homo impeditur facere malum. Nilus enim impedi[...] omni anno fluere, & intrare mare per tres menses, & sic [...] dans totam terram Ægypti irrigat, & fœcundat, qui si non [im]pediretur, sed semper fluere libere permitteretur, tota terra Ægypti cum de cœlo non habeat pluuiã in arenam, & puluerem verteretur. Et ponunt Philosophi tres causas huius refluxus, & impedimenti istius cursus in mare. Dicunt enim quod istud aut propter arenarum cumulos, quæ in ostijs Nili congregati impediunt ingressum, aut propter ventos contrarios aquas retroducere, & vlterius non fluere compellentes, aut propter fortissimos solis, & stellarum radios super fontem Nili in Æthiopia descendentes, & aquas fortiter attrahentes, & eas sursum ligantes, & ne fluant retinentes, sicut ponunt Hier. Seneca Plin. & Solin. Sic vere dico, quod homo quandoque impeditur, & retardatur, ne defluat in mare, id est, in amaritudinem [vi]tiorum triplici impedimento, quia certe quandoque impeditur per arenam, quæ est puluerea, & ponderosa, i. per pondus diuini timoris, & per puluerem consideratæ mortis, & futuræ asperitatis infernalis doloris. Quandoque impeditur per flatus exteriorum tribulationum, & temporalium vexationum. Quandoque vero impeditur per radios solis, & stellarum, i. per gratiam Christi, & sanctorum. Arena enim, i. mortis & inferni consideratio istos ne defluant per vana desideria solet infra proprias ripas, hoc est, infra Dei mandatorum limites continere. Flatus oppositarum tribulationum solet eos discutere, & à suis malis voluntatibus repellere, & ad redeundum ad cor suum cũ quadam violentia compellere vel arctare. Radij vero diuinæ gratiæ solent tales sursum attrahere, & amore Dei & terrenorũ calefacere, & sic ne in peccata defluant retinere. Quo fluxu taliter impedito, sæpe fit, quod talis fluuius, i. talis homo in gratijs scientijs, & virtutibus eleuatur, & crescit, ita quod per ipsum tota patria irrigatur, & virescit, vegetatur, fœcundatur, & proficit. Psal. *Torrentes inundauerunt.* Et alibi. *Statuit aquas quasi in vtre, & eduxit eos in nube diei. Et tota nocte in illuminatione ignis,* ac si dicat. Quando aquæ gratiæ, & scientiæ in talibus fluuijs [detinen]tur, & ea causis prædictis congregantur, & cumulantur ibidem tunc alij per ipsos ad modum nubis irrigantur, & ad modum luminis illustrantur, & ad modum ignis etiam inflammantur. Vnde potest dici illud prædictum Eccl. 46. *Impeditus est sol, & facta est vna dies quasi duorum.* Ista igitur sunt vtilia impedimenta, quæ sc. redundant in vtilia munimenta, & in aliorum proficua documenta. Ad quod facit illud, quod scribitur 2. Machab. 6. *Etenim multo tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statim vltiones adhibere, magni beneficij est indicium.* q. d. Impedire malos in malis propositis, & desiderijs suis magnum est beneficiũ suum cum inde fiant, vt plurimum meliores Psal. *Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine.*

Impe-

## [illegible]a Impendere.

[illegible] ota, quod [illegible] te idem est quod [illegible] expendere idem est, quod aliquid ex[illegible] da[illegible] pendo, pendis, idem est, quod Do, [illegible] ota, quod secundum quod sunt bona tem[illegible] tinguendum est de expensis temporali[illegible] b[illegible] F[illegible] quidem aliquid dicatur de expē[illegible] Et [illegible] notabo quod inueniuntur, videlicet

[illegible]minutæ, } quæ sunt { auarorum,
[illegible]itutæ, } quæ sunt { discretorum,
[illegible]stitutæ, } quæ sunt { fatuorum,

sicut ad sensum patet,

A ex[illegible] di { minus quam debeat,
{ sicut deceat,
{ vltra quam liceat.

[illegible] d[illegible]nt expensæ hominum auarorum, & [illegible] nt diminutæ. Nunquam enim volunt, ad sufficientiam, quia semper timent, deficiunt bona sua: Istis autem contio[illegible] calceata de lapide, vel de terra ad [illegible] stagnum impleatur ad sum[illegible] relinquatur aliqua via vel aper[illegible] exeat [illegible] intrat, necesse est, [illegible] non euacuatæ calceatam de[illegible] qua, quæ diu seruata fuerat, & [illegible] dat. Quia proculdubio tales [illegible] o auaritiæ modica hora infra cō[illegible]s, solarijs & cellarijs suis volunto[illegible] al unde lucrari, & recipere, nec ta[illegible] n[illegible] re vel expendere, multoties per [illegible] exteriores raptores, vel saltem per [illegible] dæmones inuaduntur, ita quod nullo [illegible] ausura omnia disperguntur, & quæ [illegible] pensa fuerant, hora modica rapiun[illegible]um transferuntur, Apoc. 18. *Vna ho-[illegible]* De quo illud Eccles. 4. *Vnus est, & se-[illegible] amen satiantur oculi eius diuitijs,* &c. Et Eccles. [illegible] *animo suo iniuste alijs congregat, & in bonis illius a-[illegible]* dicitur, *Vir,* inquit, *cui Deus dedit diui-[illegible] honorem, & nihil deest animæ suæ ex omnibus, quæ [illegible] potestatem, vt comedat ex eo, sed homo extra-[illegible]* tur *De hoc ego pronuntio, quod melior sit ab-[illegible], & pergit ad tenebras, & obliuioni delebitur* [illegible] otest dici illud Esaiæ 55. *Quare appen-[illegible] non in panibus, & laborem vestrum non in satu-[illegible] Comedite bonum, & delectabitur in crassitudine a-[illegible]* [illegible] expensæ, seu impensæ hominum aua-[illegible]

B ¶ [illegible] inueniuntur expensæ hominum dis-[illegible] moderati, & discreti, nec diminutæ, nec supe[illegible] expendere, sed expendendo moderamen, & re-gulam [illegible]. De natura enim fontis est, quod prius ab oc-[illegible] aquam recipiat, qua scilicet suam concauitatem im-pleat, [illegible] quam externis deriuet aut emittat. Quando au-tem pl[illegible] fuerit, tunc solet per riuos aquas quotidie rece-ptas con[illegible], & nihil de superfluo retinere, & quantum aliuo-derecipit [illegible] alijs externis deriuare. Sic vere prudens homo antequam [illegible] tat emittere, vel expendere, debet ante omnia lucrando, [illegible] licite acquirendo aliunde recipere, & hau-rire. Cum vero ad sufficientiam plenus, & ditatus fuerit, tunc quicq[illegible] de quotidianis prouentibus oritur, debet liberaliter erogare. Exemplo Dauid, & Salomonis, de quibus scribitur, quod antequam templum inciperent, impensas præpara-uerunt, & tunc templum fecerunt, & compleuerunt. Vnde 1. Par. 22. dicit Dauid. *Ligna & lapides præparaui ad vniuersa impen-dia.* Et ibidem. *Ecce ego in paupertate mea præparaui impensas domus Domini.* De Salomone vero legitur, 2. Paral. 8. *Impensas paratas ha-buit Salomon.* Et Luc. 14. dicitur de illo, *qui turrem volebat ædifi-care, quod ante omnia sedens computat si habeat ad perficiendum, ne post-quam cœperit ædificare, & non potuerit consummare, omnes qui viderint, incipiant ei illudere.* Sunt igitur, & inueniuntur expensæ hominum discretorum.

¶ Tertio dico, quod inueniuntur expensæ hominum fatuo-rum seu prodigorum. Et isti sunt illi, qui sine discreto modera-mine supra & vltra vires expendunt omnia bona sua, quæ cum [illegible] [illegible] ta, tunc etiam quandoque quod est [illegible] [illegible] [illegible] Illis accidit sicut nubi, quæ quandoque simul, [illegible] impetuose pluit, & diffundit aquam suam ita quod quasi [illegible] la nubes, quæ erat grauis, & onerosa, aquis omnibus va-[illegible]atur, leuisque & vacua efficitur, & per ventos vndique agita-tur. [illegible] terra etiam adiacens, quæ tantum pondus aquæ sustinuit, amplius inde læditur quam iuuatur. Sic vere multi sunt qui to-tum humorem suum, & omnes diuitias suas simul, & superflue expendere, & nihil sibi penitus solent retinere, quapropter [illegible] e-cesse est eos per paupertatem vacuos fieri, & tandem vagos, & pauperes vento vanitatis impelli, exempl[illegible] templi Belis, de quo dicitur Dan. 14. *quod impendebantur per singulos dies similæ artabæ duodecim,* &c. Vide de hoc alibi, & applica potissime contra ex-pensas superfluas quorundam prælatorum, & clericorum. Isti tamen deberent aduertere, quod natura bene disposita, nun-quam solet expendere, hoc est, emittere vel ejcere necessaria, sed solum superfluentia, nec supra vires, imo secundum vires. Sic nec isti deberent 1. Esdr. 2. *Secundum vires suas dederunt impen-sas.* Sic igitur patet, quod sunt expensæ prodigorum, discreto-rum, & auarorum. Vide in titulis dare, & donare.

## Imperare. Imperium.

Imperator, vide supra de domino, & infra de rege, & regno, de præcepto, & de mandato. Imperium enim ac-cipitur pro mandato, pro iurisdictione, & pro dominio. Vnde ad Titum 2. *Loquere, & exhortare, & argue cum omni imperio, nemo te contemnat.* Et Num. 9. dicitur, *Ad imperium domini proficiscebantur, & ad imperium domini figebant tentoria.* A

¶ Item accipitur pro regni seu territorij dimensione. Et sic sumitur Esaiæ 9. *Multiplicabitur eius imperium, & pacis eius non erit finis.* Accipitur igitur imperium, pro præcepto siue pro regno, & imperare pro mandare seu pro regnare. Vnde Prouer. 8. *Per me reges regnant, & principes imperant.* Posset igitur distingui quadru-plex imperium sc. temporale, internale, spiritualē, supernatura-le. Primum est imperium terrenæ iurisdictionis, secundum est imperium mentalis dominationis, tertium est imperium eccle-siasticæ sublimationis, quartum est imperium supernæ guber-nationis.

¶ Primo igitur dico, quod est imperium, quod gubernatur aduersitatibus, & istud est imperium mundi, vbi non est pax seu consolatio aliqualis. Istud enim non durat, quia per mor-tem statim deponitur. Vnde 2. Paralip. 15. *Maacham matrem Asa regis ex augusto depasuit imperio.* Et istud est imperium, quod oliua legitur recusasse, quando s. aliæ arbores dixerunt ei, *Impera nobis.* sicut legitur Iud. 9. Quia s. oliua, i. viri sancti, non quærunt, nec ambiunt imperium huius mundi, imo etiam ipsum repudiant & contemnunt.

¶ Secundo dico, quod est vnum imperium, quod donatur morum prouentibus. Et istud est imperium mentis humanæ, in quo s. ratio debet imperare, & omnes aliæ potentiæ debent ob-edire, seruire & obtemperare. Et istud est regimen, & imperium animæ, vbi sc. sapiens dominabitur astris, & vbi homo imperat sibiipsi, & vbi ratio imperat passionibus carnis, & mentis. Vnde Sen. epistola 34. *Imperare sibi maximum est imperium.* Et idem in Prouerb. dicit. *Vis habere honorem, & magnum imperium impera tibi.* Et reuera imperare passionibus proprijs magnum impe-rium est. Quia etiam teste sacra scriptura, *qui dominatur animo suo, melior est expugnatore vrbium.* Vnde August. de ciuit. Dei, lib. 16. cap. 30. Seruiens Deo animus recte imperat corpori, in quo ipse animus rationi subditus, recta ratio imperet libidini, & cæ-teris vitijs. Aduerte tamen, quod in mentibus multorum inue-nitur, hodie istud imperium multipliciter dissipatum, quia sc. in ipsis nec animus seruit Deo, nec passiones, & affectus seruiunt rationi, quinimo proh dolor, imperator ratio seruit, & exulat, sensualitas vero cum passionibus, & affectibus imperat, atque regnat, vt sic cuilibet tali dicatur illud, quod dictum est Salo-moni Eccles. 47. *Collegisti quasi orichalcum aurum, & vt plumbum complesti argentum, inclinasti femora tua mulieribus. Potestatem habui-sti in corpore tuo, dedisti maculam in gloria tua. Prophanasti semen tuum inducere iracundiam ad liberos tuos, & in cæteram stultitiam tuam, vt fa-ceres imperium bipartitum, & ex Ephrem* (alias Ephraim) *imperare imperium durum.* Hic enim supponit scriptura quod propter a-uaritiam, & libidinem, & alia vitia Salomonis, regnum & im-perium Israel fuit diuisum, ità quod Ieroboam, qui erat de Tribu Ephraim, ibidem regnet cum Roboam, sicut aperte pa-tet 3. Regum 11. in quo certe figuraliter ostenditur, quod cum B

quis vitijs subijcitur, & repletur, necesse est, quod mens [illegible] imperium dimidatur, & quod ibidem cattanetur [illegible], passio [illegible] & mali impetus dominentur, & quod semen honorum [illegible] ctuum prophanetur. Et quod sub duce motuum irrationabilium, imperium mentis exulet, & grauetur, vt sic dicatur cuilibet tali illud Iob a. *Vae effugisti mortis imperium.* Non sic, sed imperet Deus animo seu rationi, animus corpori, corpus mundo, vt scilicet animus sanctus petat, & dicat domino illud Psal. *Da imperium puero tuo, & saluum fac filium ancillæ tuæ.* De quo August. vbi supra c. 26. Hæc in vnoquoque iustitia est, vt Deus homini, animus corpori, ratio autem vitijs repugnantibus imperet, vel subigendo, vel resistendo, vt & ab ipso Deo petatur, & meritorum gratia, & peccatorum venia. Patet igitur, quod est imperium, quod firmatur morum prouentibus.

C ¶ Tertio dico, quod est imperium, quod præfertur regnis, & gentibus. Et istud est imperium, & iurisdictio ecclesiastica, quæ de salute animarum principaliter habet tractare. Istud est enim imperium, quod debet esse

Quantum { præsides sanctissimum, mandata iustissimum, humiles dulcissimum, proteruos durissimum.

Ista est enim veritas quod bonus prælatus vel spiritualis imperator debet esse sanctissimus in conuersatione, vt scilicet sit in viuendo regula vitæ, & morum. Nam vt dicit Seneca in Prouerb. Omnes æquo animo parent vbi boni imperant. Item iustissimus in iudicando. Nihil enim valet imperium sine iustitia, quia aliter non est imperium, sed latrocinium. Vnde Esa. 45 *Igitur in domino dicet, mea sunt iustitia, & imperium.* Item dulcissimus in remittendo seu indulgendo. Melius enim boni obtemperant, quando prælati benigniter regnant & imperant. Exemplum de Roboam filio Salomonis, cui dixit populus, *Minue paululum de imperio patris, & seruiemus tibi.* Quod quia facere noluit, sed minas, & dura verba respondit, ideo maiorem partem regni perdidit, sicut dicitur 3. Reg 12. Vnde contra tales crudeliter imperantes, & benignitatem facere nescientes dicitur illud Ezechiel 34 *Cum austeritate, & potentia imperabatis eis, & dispersæ sunt oues meæ.* Item debet esse loco, & tempore durissimus scilicet contra proteruos, & malos. Quia scilicet multum decet principem vel prælatum imperiose loqui, & agere, & facere se timeri. Vnde Apostolus docet ad Titum 2. *Loquere, & exhortare, & argue cum omni imperio, nemo te contemnat.* Istud est igitur imperium, quod præfertur regnis, & gentibus.

D ¶ Quarto dico, quod est vnum imperium, quod regitur æternis legibus. Et istud est imperium ipsius Dei, qui sc. creaturis imperat vniuersis. Quia sicut dicitur Apocalyp. 1. *Christus fecit nos regnum, & sacerdotes Deo, & patri suo. Ipsi gloria & imperium in sæcula sæculorum Amen, &c.* Vide vbi regnum, dominari, prælatus, & similia.

A **Impetus.** Nota, quod in scriptura dicitur de quodam impetu virtuoso, de quodam impetu vitioso, de quodam impetu doloroso. Impetus enim signat celeritatem, velocitatem, subitam & præcipuam motionem, citam & irretardabilem actionem. ¶ Primo igitur dico, quod est quidam impetus commendabilis. Et iste signat agilitatem, & promptitudinem virtuosam, quam habet aliquis ad bona opera facienda. Et ideo quilibet talis dicitur Cant. 4. *Fons hortorum puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano.* Vide istam auctoritatem di[illegible], & prosecutam supra de fonte. Et ideo tales sic virtualiter, & spiritualiter impetuosi figurantur in illis sanctis animalibus Ezech. 1. de quibus dicitur, *quod vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur.* Impetus enim spiritus signat motum gratiæ diuinæ, [illegible] subito, & sine dilatione vbi vult influit, atque spirat. Nescit enim tarda molimina Spiritus sancti gratia. Vnde in Ps. dicitur. *Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei.* Et ista est igitur impetuositas commendabilis.

B ¶ Secundo dico, quod est vna impetuositas detestabilis. Et ista est illa, qua stulti, & mali impetuose & sine deliberatione faciunt facta sua. Mali enim & maxime iracundi, & superbi, similes sunt leopardo, & leoni, qui valde sunt impetuosi & præcipites ad sanguinem, & ad prædam. Sic isti ad nequitiam, & ad culpam, & maxime ad iracundiam, sæuitiam & vindictam. Et ideo de superbo Nabochodonosor & de exercitu eius, & de violentia cursus dicitur Esa. 5. *Rota eius quasi impetus tempestatis.* Et ideo sicut [illegible] & [illegible] impetu d[illegible] rat pœna sua [illegible] e Antiocho, q[illegible] rebat de o[illegible] hos ad oc[illegible] em Iudæorum, quem tem conn[illegible] de curru cadere, & ta[illegible] mirabiliter rabiliter in montibus vitam finiuit.

Ad quod facit figura de porcis, in quos dæmones [illegible] runt, sicut dicitur Marci 5. quorum grex magno impetu præcipitatus est in mare. Quia vere illi, quos dæmones [illegible] per peccatum [illegible] cum impetu, & festinatione præcip[illegible] pereunt per mortis amaritudinem, & infernum. Et ideo [illegible] lium violentia, & impetus non debet a nobis timeri [illegible] vsque ad tempus in patientia sustineri, cum cito, & [illegible] debeat terminari. Vnde 1. Machabæor. 4 *Impetum eorum ne [illegible] ritis, mementote quomodo salui facti sunt patres vestri.* Ista est [illegible] per [illegible] sitas detestabilis.

¶ Tertio dico, quod est vna impetuositas formidabilis [illegible] est violentia mortis æternæ, de qua Apocal [illegible] *quidam Angelus fortis,* i. Christus, *misit lapidem mo[illegible]* [illegible] sibile peccatorem, *in mare,* i. in amaritudinem [illegible] *cens Hoc impetu mittetur Babylon, & vltra non inuenietur,* [illegible] V[illegible] pia de festinatione, & de cito, & celeritate, & infra [illegible] velocitate.

**Impius.** Nota, quod impius idem est, quod iniquus, [illegible] delis, peccator, & tyrannus. Quamuis [illegible] pius possit significare quemlibet peccatorem, propter [illegible] gnat illos, qui sunt sine pietate. Et sic dicitur impius ab I[illegible] est sine, & pietas, quasi sine pietate. Impius igitur idem [illegible] crudelis. Nam sicut crudelis diceretur, qui prop[illegible] rem, proprium filium, propriosque seruos gladio iug[illegible] vel in manibus hostium captiuos daret, sic charissim[illegible] tor, qui vxorem suam, id est, animam suam, filium, id e[illegible] mum, seruum, id est, sensus corporis, & animæ pote[illegible] dio peccati occidit, & ipsas in manibus hostium, i[illegible] d[illegible] obligat atque tradit, crudelis & impius potest dici, vt [illegible] dicitur illud 2. Reg. 4. *Homines impij interfecerunt virum [illegible] in domo sua.*

¶ Impietas igitur accipitur pro sæuitia, & crudelitate & p[illegible] nequitia, & iniquitate. Impietas enim crudelitatis regn[illegible] malis superioribus: Isti enim crudeliter, & impie solen[t] subditos se habere. Generalis enim est regula, quod omne[s a]ues prædales suis pullis, & filijs sunt impiæ, & crudeles. S[icut] patet in aquilis, quæ proprios filios solent percutere, & v[ngui]bus pungere, & eis nutrimentum subtrahere, & ad exeu[ndum] nidum compellere, exire, sicut dicit Aristo. Sic vere mali, & qui principes, & prælati, officiales, iudices & balliui, & etiam [illegible] toali vsurarij, & tyranni. Tales enim filijs suis, id est, subd[itis] pauperibus simplicibus, & minoribus suot impij crudeles [illegible] ter, & iniqui illos enim vnguibus suæ rapacitatis exc[illegible] per rapinam, vsuram & vexationem, ipsis nutrimenta suorum bonorum temporalium subtrahunt per multiplicem exactionem, ipsos etiam finaliter de nidis, domibus, & passionibus eijciunt per exhæredationem. De tali impietate conqueritur scriptura Abac. 1. dirigens ad Deum verba sua, *Quare* (inquit) *taces deuorante impio iustiorem se, & facies homines sicut pisces maris, & quasi reptilia non habentia ducem.* Et dicitur in eodem capitulo. *Impius præualet aduersus iustum, propter hoc egreditur [illegible] peruersum* Et aduerte, quod sicut tales aues impiæ, & rapaces solent altius volare, clarius videre, & in plumis præ cæteris auibus abundare, sic vere tales impij solent altius volare, per status eminentiam, quia scilicet ascendunt præ cæteris ad altas dignitates, & officia Psalm. *Vidi impium superexaltatum, & eleuatum supra cedros Libani.* Item solent altius videre, per mundanam subtilitatem, & sapientiam, quia, vt communiter, ita fit quod illi, qui sunt cæteris sapientiores, sunt sæpissime nequiores Esa. 9. *Succensa est quasi ignis impietas.* Succensa dico, id est, per sapientiam illuminata. Item solent plumas plures habere, id est, maiorem diuitiarum opulentiam, quia sicut dicitur Hier. 12. *Via impiorum prosperatur, bene est omnibus, qui præuaricantur, & inique agunt.*

B ¶ Verumtamen omnis impietas est horrenda multiplici ratione, quia ipsorum.

Prosperitas non est durabilis,
Malignitas non est mutabilis,

Iniqui-

est [illegible]is,
[illegible] stabilis,
est perturbabilis.
[illegible] quod isti habent indissolubilem prosperitatem.
*à principio, quod ex quo positus est homo super ter-*
*impiorum* [illegible] *is sit.* ¶ Item isti habent immutabilem
[illegible]m, sunt enim obstinati in malitia. Vnde Prouer-
*impius cum in profundum peccatorum venerit, contemnet.*
habent Deo odibilem iniquitatem, quia sicut dici
14. *Similiter sunt Deo odio impius, & impietas eius.* ¶ Item
[illegible]ra[illegible]bilem crudelitatem. Vnde Eccl. 22. *Arenam,*
*massam ferri* [illegible] *ssilius est portare, quam hominem impruden-*
*tem, & impium.* ¶ Item isti habent perturbabilem tran-
[illegible]nia scilicet isti nunquam habent pacem perfe-
E[illegible] *Impij quasi mare feruens, quod quiescere non valet,*
*impijs, dicit Dominus.* Ergo charissimi, derelinquat
[illegible] iniquus cogitationes suas, &c. quia sicut dicitur
*Deus ne*[illegible] *ni mandauit impie agere, & nemini dedit spatium*
[illegible]ap[illegible] certo Deus cum sit pius, impius extermina-
[illegible]n[illegible] sine pietate damnabit. Iudas in canoni-
*[illegible]ueniet Dominus arguere omnes impios, de omnibus operibus im-*
*[illegible] quibus impie egerunt.* Nos igitur iuxta consilium
[illegible] *antes omnem impietatem, & secularia desi-*
[illegible] *pie viuamus in hoc saeculo, expectantes beatam*

¶ [illegible] et te[illegible] in Deum, quae nihil aliud est quam con-
[illegible] ae, aut diuini cultus, nihil ad praesens. Vide de
[illegible] te, & supra de crudelitate.

I[illegible] Nota, quod implere idem est, quod augere, cu-
[illegible] are, & caetera similia. Accipitur etiam im-
[illegible] to exequi. Vnde nota, quod
[illegible] ficat alicuius
- Operis executionem,
- Temporis consummationem,
- Loci cumulationem,
- Rei ampliationem.

[illegible] cipitur pro operis executione. Vnde Num. 32. [illegible] *antatem meam.* ¶ Item accipitur pro certi tem-
[illegible] atione, vnde 1. Paral. 17. *Cumque impleueris dies tuos,*
[illegible] *mentum.* ¶ Item accipitur pro omnia loci vacui seu
[illegible] ione Et sic accipitur Ioan. 2. *Implete hydrias aqua,*
*[illegible] vsque ad summum.* ¶ Item acci-
[illegible] o[illegible]nis negotij consummatione, & pro quolibet com-
[illegible] & perfectione, & terminatione, Ioan. 13. *Vt gau-*
*dium impleatur.* Et sic potest dici, quod est implementum
[illegible] alium Sed omitto gratia breuitatis, quia satis dice-
[illegible] plenus, & vide supra in titulo adimplere. No-
[illegible] est i[illegible]plere seu impletio quaedam
V[illegible],
Vi[illegible]a,
Do[illegible]tosa,
Gaudiosa.

B ¶ Primo igitur dico, quod est impletio virtuosa, quando sci-
[illegible] imo implentur bonis virtutibus. Et quando domus Ec-
[illegible] impletur bonis personis, & honestis hominibus. De im-
[illegible] one virtutum, & morum dicitur Lucae 1. *Zacharias pater eius*
*impletus est spiritu sancto, & prophetauit.* Et aduerte, quod loca va-
cua, & [illegible] o[illegible] plena solent impleri. Et ideo notandum, quod illi,
qui [illegible] eni[illegible] sunt bonis terrenis, & peccatis, non possunt impleri
Spiritu sancto vel gratijs, & virtutibus nisi prius peccatis, & ter-
renorum affectionibus euacuentur. Illi vero, qui sunt humiles
& pauperes & bonis temporalibus indigentes, solent à Deo
facilius impleri, & gratijs, & scientijs plus ditari. Sicut enim
dicitur Lucae 3. *Omnis vallis implebitur.* Et Lucae 1. dicitur, *quod*
*Dominus esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes.* Et sicut
videmus, quod si in vase pleno bono & subtili liquore ponere-
tur aliquid terreum, seu grossum, statim liquor effunderetur,
& vas illa re grossa, & terrea impleretur, semper enim liqui-
dum cedit grosso, & compacto, sic vere charissimi, si aliquid
habeat cor plenum bono liquore gratiarum, & virtutum, &
[illegible]pora, id est, bona terrena superintroducantur per affectio-
[illegible]em, vel etiam vitia vel peccata, tunc dictus bonus liquor ef-
[illegible]itur, & illud quod introductum est retinetur. Et ideo de
[illegible] videmus, quod sunt impleti vitijs, & non gratijs. Vnde
[illegible], quod quidam implentur carnalitate Psalm. *Lumbi mei*
*[illegible] implentur [illegible] cupiditate,* Eccle[illegible] *Auarus non im-*
*plebitur pecunia.* quidam crudelitate 4. Reg 24. *Impleuit Hieru-*
*salem cruore.* Quidam superbiae vanitate. Vnde Esaiae 6. *Domus impleta*
*est fumo.* Non sic, sed impleatur gratijs, & non vitijs, virtutibus
& non criminibus, deuotione, & non infectione, vt sic dicatur
illud Psalm. *Aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate.*
De impletione bonarum personarum, quibus scilicet Ecclesia
debet impleri, potest dici illud Matthaei 22. *Impletae sunt nuptiae di-*
*scumbentibus.* Et tamen hodie verificatur illud Zachariae [illegible] *Pla-*
*teae ciuitatis implebuntur infantibus, & puellis, &c.* Expone de
personis inutilibus, quae sunt hodie in Ecclesia, quae possunt
comparari infantibus ratione ignorantiae, & simplicitatis, &
puellis ratione sterilitatis. Dictum est igitur de impletione vir-
tuosa.

¶ Secundo dico, quod est impletio vitiosa Et ista est quando C
homines implentur vitijs, & peccatis, & terrenis diuitijs, seu
bonis. Vnde de filio prodigo dicitur, Luc. 15. *quod cupiebat implere*
*ventrem suum de siliquis, quas porci manducabant.*

¶ Tertio dico, quod est impletio dolorosa. Et ista est, quando D
damnati implebuntur miserijs, & tormentis, de quo potest dici
illud Ezechiae 9 *Implete atria interfectis.*

¶ Quarto dico, quod est impletio gaudiosa. Et ista est imple- E
tio perfectorum, & beatorum, qui impleti sunt cunctis bonis
Philip. 4. *Deus autem impleat omne desiderium vestrum.* Ibi enim o-
mne desiderium, & omnis appetitus perficitur, & impletur.
Quia sicut Prouerb. 13. dicitur, *Desiderium si compleatur, dilatat ani-*
*mam.* ¶ Sed si vis adhuc aliquid dicere de impletione virtuosa,
vitiosa, dolorosa & gaudiosa, dic, quod cum teste August. cor
humanum sit capax Deo, & Dei habitatione, constat, quod ni-
hil minus Deo ipsum potest implere, & inde est, quod solus De-
us cum omne aliud minus sit ipso, cor humanum implet & sa-
tiat, alias si Deo careat, inane & vacuum perseuerat. Animam
(inquit) Deo capacem nihil minus Deo implere potest. Et ideo
iste est, qui inuitat animam, vt per eum impleatur, & vt gratia
sua, & per consequens omni virtutum abundantia cumuletur,
dicens illud Psalm. *Ego enim sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de*
*terra Aegypti, dilata os tuum, & implebo illud.*

¶ Aduerte tamen, quod Deus multiformiter dicitur creatu-
ras implere, scil.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Essentialiter, | & hoc facit eius | infinitas, | qua | rebus insidet, |
| Potentialiter, | | sagacitas, | | cunctis prouidet |
| Spiritualiter, | | benignitas, | | corde residet, |
| Praesentialiter | | foelicitas, | | coelis praesidet. |

Dei enim essentia cuncta solet replere. Cum enim ista sit infi-
nita, necesse est ponere, quod ista sit vbique, & per consequens
ista impleat omnia. Et hoc est, quod ipse dicit Esa. 66. *Coelum* (in-
quit) *mihi sedes est, & terra scabellum pedum meorum.* Et Hierem. 23.
*Coelum & terram ego impleo, dicit Dominus.* Istud potissime appa-
ruit in beata incarnatione, vbi semel implebat coelum, & ven-
trem virginalem. Vnde Augustinus in epistola ad Foelicianum
dicit. Non igitur locali motu ad Mariam diuinitas venit, sed in-
effabili potentiae suae manifestatione, & ventrem matris gignen-
dus impleuit, & totum, quod est substantiae suae plenitudine non
priuauit, & non reliquit patrem, cum venerat ad virginem, vbi-
que totus, vbique perfectus, quia nec diuisionem simplicitas
recepit, & patris plenitudo non nouit, Sequitur. Iacebat Chri-
stus, quantum ad carnem mortuus, & sepultus, mortuos resusci-
tans in inferno, vitam tribuens vniuersis in coelo. Nec mundum
dimittens ad coelum ascendit, nec coelum deserens venit, sed v-
no, & eodem tempore totus totum impleuit. Dei autem proui-
dentia cuncta solet supplere. Potentia enim prouidentiae diui-
nae implet, & satiat vniuersa. Vnde In Psalm. *Oculi omnium in te*
*sperant Domine, & tu das escam illorum in tempore opportuno. Aperis tu*
*manum tuam, & imples omne animal benedictione.* Diuina vero gra-
tia cuncta facit vigere.

Ista est enim quae implet animam omni bono, & quae virtu-
tes in ipsa generat, & producit, de qua in Psalm. dicitur, *Omnia*
*à te expectant, vt des illis escam in tempore. Dante te illis colligent. Ape-*
*riente te manum tuam omnia implebuntur bonitate.* Diuina autem
gloria cuncta facit ridere, quia scilicet ista est, quae implet o-
mnes animae appetitus, & quae beatos implet, & satiat omni
bono. Vnde Ioan. 15. *Gaudium meum in vobis sit, & gaudium vestrum*
*impleatur.*

¶ Et nota si vis, quod beati implentur in patria per praesen-
tiam creatoris

Clara cognitione, quæ cuncta prospicit,
Dulci fruitione, quæ cuncta reficit,
Longa duratione, quæ nunquam deficit.

Isti enim implentur à Deo splendore cognitionis, Esa. 58. *Requiem tibi dabit Dominus Deus semper, & implebit splendoribus animam tuam.* Item implentur à Deo dulcore fruitionis. Vnde Ecclesiast. 24. *Transite ad me omnes qui concupiscitis me, & à generationibus meis implemini, spiritus enim meus super mel dulcis, & hæreditas mea super mel, & fauum. Qui edunt me, adhuc esurient, & qui bibunt me, adhuc sitient.* Item implentur à Deo tenore, id est, perpetuitate durationis, quia scilicet gloria eorum durabit perpetuo. *Non enim erit infœcunda & sterilis terra tua, numerum dierum tuorum implebo.* Exod. 23. Et breuiter de plenitudine cuiuslibet beati potest dici illud, Exodi 40. *Postquam cuncta perfecta sunt, operuit nubes tabernaculum testimonij, & gloria Domini impleuit illud.*

H ¶ Sed adhuc nota, quod in scriptura inuenitur multiplex impletio tam actiue, quam passiue. Est enim

Impletio
- Perfecti operis,
- Diuini muneris,
- Immissi sceleris,
- Præsentis ecclesiæ,
- Sequentis miseriæ,
- Iogentis lætitiæ,

quam debes { Facere, Sumere, Fugere, Viuere,
qua debes { Tremere, Psallere.

Impletur ergo
- Lex Christi pijs operibus,
- Mens iusti sacris virtutibus,
- Cor stulti multis sceleribus,
- Ecclesia bonis hominibus,
- Infernus cunctis doloribus,
- Patria bonis fœlicibus seu summis dulcoribus.

Primo igitur dico, quod inuenitur impletio, qua implebitur lex Christi, & hoc operibus virtuosis, & ista est illa, qua iusti pro viribus implent, & perficiunt voluntatem diuinam, & ipsius opera, & mandata. De filijs enim Israel, qui Dei voluntatem in deserto violauerunt, nec eam perfecerunt aut impleuerunt, dicitur Num. 32. quod *terram promissionis intraturi non essent.* De Caleph autem & Iosue, qui Dei voluntatem impleuerant, dicitur ibidem, quod terram promissionis intrarent. *Isti* (inquit) *impleuerunt voluntatem meam.* Quia vere terram promissionis Paradisi illi soli possunt intrare, qui Dei voluntatem studuerint adimplere. Ideo bene dicitur Deut. 4 *Præcepta atque iustitias, sicut mandauit Dominus, facietis, & obseruabitis, & implebitis opere.* ¶ Et aduerte, quod nos

Implere debemus opera
- Perfectionis,
- Subiectionis,
- Compassionis,
- Dilectionis,
- Discretionis.

Per primum impleamus scripta Deorum, scilicet legem Dei, & Ecclesiæ, & fidei cæremonias, & mandata, de quo Matth. 3. *Decet nos implere omnem iustitiam*, Lucæ 22. *Quod scriptum est oportet impleri.* ¶ Per secundum implemus iussa maiorum, hoc est dictũ, prælatorum & superiorum nostrorum, sicut faciunt veri obedientes, qui libenter implent, & faciunt quicquid mandatur iuste. Istud est enim implere obedientiæ, quo scilicet illa, quæ vouimus vel promisimos, vel illa, quæ à prælatis in mandatis accepimus, adimplere debemus. Exemplo creaturarum quæ optime implent officia, quæ sibi à Deo vel à natura iniuncta sunt. Exemplifica de aquis fluentibus, maribus fluctuantibus, ventis flantibus. Ideo bene dicitur Num. 32. *Imple quod pollicitus es*, & 2. Timoth. 4. *Tu vero vigila in omnibus, labora, opera, opus fac Euangelistæ, ministerium tuum imple, sobrius esto.*

¶ Per tertium implemus seu supplemus vasa minorum, hoc est dictum, miserias pauperum, & egenorum, & infortunia tribulatorum, qui scilicet sunt vacui & inanes, & indigent per pietatem impleri, iuxta doctrinam Apost. 2. Corinth. 8. *In præsenti tempore illorum inopiam vestra abundantia suppleat, & in illorum abundantia, vestra inopia sit supplementum.* Isti sunt igitur pauperes, qui indigent impleri, figurati in illo, qui ventrem suum cupiebat implere siliquis, quas porci manducabant, Luc. 15. Vnde Gene. 44. *Imple saccos eorum frumento quantum possunt capere, & pone pecuniam in ore sacci.*

¶ Per quartum implemus corda nostra, scilicet per dilectionem pro[...] [...]citur Rom. 13. *Qui diligit proximum, legem impleuit.* & Gal. [...] *omnis lex in vno, sermone impletur* [...]ges, &c.

¶ Per quintum implemus seu supplemus damna stult[orum,] scilicet per opera eruditionis, doctrinæ, & discretionis, per qu[æ] scilicet ignorantes, & fatuos fide, & veritate replemus. [De] quo Ioannis 2. *Implete hydrias aqua, & ferte architriclino, & impleuerunt vsque ad summum.* Et istę hydriæ erant positæ secundum c[onsue]tudinem Iudæorum, in quibus scilicet Dominus mutau[it aquam] in vinum: significantes scilicet bonos doctores, & prædi[cato]res, qui alios purificant, qui scilicet impleti scientia alios [replent,] & aquam doctrinæ suæ in vinum consolationis mutan[t...] gitur dicit alijs illud Colos. 1. *Impleamini agnitione voluntatis* [...]. Vnde de bono doctore alios implente dicitur Eccles. [24. ...] *ipse implet quasi Phison sapientiam.* Impletur igitur lex [...] & hoc, operibus virtuosis.

¶ Secundo dico, quod impletur mens iusti, & hoc muneribus pretiosis, id est, per gratias & virtutes. Constat en[im,] quod Deus implet mentem, quam habitat omni bono. Na[m] prudens miles castrum suum, quod intendit ab hostibus [...] impugnantibus tueri, & defendere, & in quo intendit [...] & habitare, solet bonis necessarijs implere, & munire, [sicut] iam apes faciunt naturaliter vasa, quæ scilicet inhabitant, [...] cera & melle, floribus & pastu replent & muniunt, si[c ...] cor humanum, in quo cupit per gratiam habitare, & quod ab hostibus ipsum impugnantibus vult tueri, & defendere [...] spiritualibus primo implet, & primo ibi tute & delectab[ili]ter residet, atque manet, Num. 14. *Implebitur gloria domini vniuersa terra.*

Vnde Dominus volens implere gratia cor humanum [...] facere sicut homo, qui volens bene implere saccum suum, [...] ipsum mouere, & percutere, vt plura possit in eo cumula[re,] & mensuram refertam, & coagitatam in eo congrega[re ...] vere Deus volens implere cor humanum, ipsum bonis [affe]ctionibus, inspirationibus, & cogitationibus, & qua[si] vexationibus primo mouet, & agitat, & sic ipsum ad [capi]endum dilatat, & tandem bonis omnibus ornat. Vnde A[u]gustinus in libro de bono viduitatis dicit sic. Vestrum [...] est velle, sed voluntas ipsa mouetur, vt surgat, sublenat [...] valeat, dilatatur, vt capiat, impletur, vt habeat. Breuiter [...] est veritas, quod Deus est sicut diues vsurarios, qui plena [di]ligit, & non vacua, bona similiter, & non mala Exod 23. *Non apparebis in conspectu meo vacuus.* Igitur nota, quod iusti implentur quandoque

Sapientia, vt erudiant,
Opulentia, vt subueniant,
Indigentia, ne superbiant.

Implentur iusti sapientia, vt alios possint erudire, Eccles[i. 17.] *Sensu impleuit cor eorum, bona & mala ostendit eis.* Eccles. 15. *Impleuit illum Dominus spiritu sapientiæ, & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris potauit illum, &c.* Item implentur opulentia, vt alijs possint subuenire, Prouerb. 3. *Da* (inquit) *pauperibus, & implebuntur horrea tua saturitate, & vino torcularia redundabunt.* Item implentur indigentia, seu tribulatione, & penuria ne possint superbire, Psal. *Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine,* & Iob 9. *In turbine* (inquit) *conteret me, & multiplicabit vulnera mea etiam sine causa, non concedet quiescere spiritum meum, & implebit me amaritudinibus.* Et breuiter ista est veritas, quod iusti implentur omni gratia, iustitia, & virtute, vt se finaliter impleantur æterna gloria cum salute, Psalm. *Quam magnificata sunt opera tua Domine, omnia in sapientia fecisti, impleta est terra possessione tua.* Possessione dico, id est, virtutum, & bonorum operum cumulatione. Igitur patet, quod impletur mens iusti, & hoc muneribus pretiosis.

¶ Tertio dico, quod impletur cor stulti, & hoc stercoribus vitiosis. Porci enim magis delectantur impleri stercoribus quã odoribus, & magis sapiunt eis fœtida, & immunda, quam nitida, seu munda. Sic vere peccatores magis volunt saturari, & impleri, cumulari, & fœcundari rebus fœtidis, & immundis, quam redolentibus, & puris, hoc est dictum, rebus temporalibus, & vitiosis, immundicijsque peccatorum carnalium, & delictorum, quam quibuscunque operibus odoriferis spiritualium virtutum. Figurati in illo prodigo, *qui cupiebat implere ventrem suum de siliquis quas porci manducabant*, sicut dicitur Luc. 15. Et sic de malis notabis, quod

Impleri

[illegible] & [illegible]
[illegible] & fet[illegible]
[illegible] & lech[illegible]
[illegible] lentia & oonali multor.
[illegible] & carnalitate, dicentes scil. illud *[illegible] vnguento impleamus nos, & coronemus nos rosis [illegible] nullum sit pratum, quod non pertranseat luxuria* [illegible] *Lumbi mei impleti sunt illusionibus.* Item Im[illegible]tia, & crudelitate 4. Reg. 21. *Sanguinem inno[illegible] fudit multum, donec impleretur Hierusalem vsque ad os.* [illegible] superbia & pomposítate. Vnde de præ[illegible] superb potest dici illud Exod. 15. *Dixit inimicus, per[illegible] & comprehendam, diuidam spolia, implebitur anima mea, [illegible]* Item implentur auaritia & cupiditate, quia scil. [illegible] enim substantijs impleri volunt, aut rapina, aut [illegible]de. Rapina (dico) figurati in illo leone, de quo [illegible] *Leo cepit sufficienter catulis suis necauit leænis suis: & imple[illegible] [illegible] suas, [illegible] cubile suum rapina.* Furto etiam. Vnde [illegible] *vt esurientem impleat animam.* Fraude vero [illegible] *[illegible] insidiemur sanguini abscondamus ten[illegible]* [illegible]. Sequitur. *Omnem pretiosam substantiam re[illegible], [illegible] domos nostras spolijs.* Et tamen tales auari sunt [illegible] en credunt bonis terrenis, cum terra o[illegible] *teste scriptura*, sit naturaliter inanis & vacua [illegible] autem nunquam implet locum, imo quanto [illegible] de vacuo & inani, tanto minus est ibi de pleno. [illegible] tur, quod auari quanto plus ditantur, tanto [illegible] Eccles. 5. *Auarus non implebitur pecunia* & 6. A[illegible] Ezechiel. 7. *Argentum eorum, & aurum eo[illegible] liberare*, eos scilicet ab auaritia. Sequitur. *An[illegible] saturabunt, & ventres eorum non implebuntur.* Item [illegible]ntia, & ebrietate Esa. 5. *Væ qui consurgitis ma[illegible] ad sectandam ebrietatem & potandum vsque ad vesperam, vt vino a[illegible]* [illegible]tur, quomodo impletur cor stulti, & hoc sterco[illegible]

¶ [illegible] dico, quod impletur Ecclesia, & hoc hominibus [illegible] licet enim Ecclesia generalis impleta sit bonis & ma[illegible], figurata in sagena missa in mari, qui cum impleta [illegible] & secus littus sedentes, elegerunt bonos in va[illegible] [illegible] autem foras miserunt, pro eo scilicet quod illa est Ecclesia militans bonis & malis communiter ple[illegible] [illegible], qui tamen per Christum & Angelos diuideo[illegible] [illegible] futuro, Ecclesia tamen prout sumitur pro sta[illegible] [illegible] ecclesiasticarum, solis bonis personis debet im[illegible] solis [illegible] virtuosis hominibus impartiri & virtutibus & bo[illegible] [illegible]. Et pro certo sic fuit in principio, quia Ec[illegible] [illegible] euangelio emergenti impleta fuit hominibus vir[illegible] & per[illegible] moribus & virtutibus generosis. Vn[illegible] potest Dominus dicere illud Aggæi. *Ve[illegible] cunctis gentibus, & implebit domum istam gloria.* Et no[illegible] [illegible] Ecclesia [illegible] batur.

| | |
|---|---|
| Antiquitus | Iustitiæ vigore, |
| | Munditiæ decore, |
| | Lætitiæ dulcore, |
| | Gloria & honore, |
| | Tam fama quam odore. |

Dico igitur, quod primitus impleuit Ecclesiam iustitia seu lex [illegible] Esa. [illegible] *Impleuit Dominus Sion iudicio & iustitia, & erit fi[illegible] temporibus tuis.* Item munditia, seu mia decorit: & Ezechiel. [illegible] Ecclesia videbatur sic loqui: *Perfecti decoris ego sum & in cor[illegible] maris sita.* Sequitur. *Finitimi tui, qui ædificauerunt te, ipsi im[illegible] pleuerunt decorem tuum.* Item lætitia seu sua dulcoris 2. Machab 3. *Templum, inquit, quod paulo ante timore, ac tumultu erat plenum, ap[illegible] parente Domino gaudio & lætitia impletum est.* Item ipsam implebat virtus, & gloria seu laus honoris. Vnde Ezech. 44. *Vidi, & [illegible] impleuit gloria domum Domini.* Item ipsam implebat famæ fra[illegible] grantia seu vigor odoris. Vnde Ioan. 12. *Domus impleta est ex o[illegible] dore vnguenti.* Sed quid? procul dubio non sic hodie, quia te[illegible] [illegible] tam Ecclesiastici, quam religiosi magis implentur hodie personis inutilibus, quam vtilibus, magis vitijs, quam virtu[illegible] tibus, & magis insolentijs, quam bonis moribus. Vnde Do[illegible] minus conquerens dicit Hierem. 17. *Contaminauerunt (inquit) terram meam in morticinis idolorum suorum, & abominationibus suis impleuerunt hæreditatem meam.* Morticina enim sunt viles & cor[illegible]ruptæ personæ, [illegible] hodie implentur Ecclesia. Abominationes vero sunt [illegible] & peccata, quæ hodie ibidem habitant & abundant. Et nota si vis, quod Ecclesia

| | |
|---|---|
| Impletur hodie | Simoniæ lepris, |
| | Luxuriæ stupris, |
| | Inuidiæ scalpris, |
| | Infamiæ scabris, |
| | Lætitiæ sonis, |
| | Desidiæ somnis. |

Impletur (dico) Ecclesia lepris simoniæ. Vnde 3. Reg. 13. *Quicumque volebat, implebat manum suam, & fiebat sacerdos.* Item impletur stupris luxuriæ. Vnde illud prædictum Hierem. 16. *Abominationibus impleuerunt hæreditatem meam.* Item impletur scalpris inuidiæ id est, morsuris detractionis. Vnde inuidis videtur dictum illud Ezech. 9. *Transite per ciuitatem & percutite, non parcat oculus vester, neque misereamini, senem, adolescentem, & virginem, & mulieres interficite & à sanctuario meo incipite.* Sequitur. *Contaminate domum, implete atria interfectis.* Applica bene contra inuidos & detractores, qui nemini parcunt. Item impletur scabris id est, fœtoribus & infamia. Figurata in regina Hester, de qua legitur Hest. 14. quod pro vnguentis varijs, cinere & stercore impleuit caput. Item impletur sonis, id est, cantoribus inanis lætitiæ. Vnde illud Zach. 8. *Plateæ ciuitatis implebuntur infantibus & puellis ludentibus in plateis.* Item impletur somnis desidiæ, negligentiæ & pigritiæ. Vnde illud Matth. 22. *Impletæ sunt nuptiæ discumbentibus:* Discumbere enim ocium & pigritiam designat. Ista autem omnia possunt figurari Apoc. 15. Vbi dicitur, quod *impletum est templum Dei fumo, & nemo poterat introire in templum, donec consummarentur septem plagæ.* Quia re uera proh dolor, templum Dei, quod est Ecclesia, impletum est hodie fumo, id est, peccato.

Fumo dico occulte seu tortuose intrante (ecce simonia)
Testa maculante (ecce luxuria)
Oculos lædente (ecce inuidia)
Naribus fœtente (ecce infamia)
Cilia claudente (ecce inuidia)
Cerebrum mouente (ecce vana gloria)
Sursum ascendente (ecce superbia)
Ab igne nascente (ecce Acedia)
Acriter mordente (ecce iracundia)
Cuncta desiccante (ecce tristitia)

Et breuiter templum Ecclesiæ, quod dolendum est, in nullis sui partibus tali multiplici fumo impletum est, iuxta illud 3. Re. 8. *Nebula impleuit domum Domini.* Ita quod iam nulli vel rari templum istud ingrediuntur, aut introeunt, nisi duntaxat qui sunt tales, quod septem plagas, id est, septem mortalia crimina consumment, atque faciant, quia pro certo hodie quandoque fit, quod mali citius intrant & promouentur, quam boni, & facilius admittuntur ad beneficia, quam perfecti. Vnde de terra, id est, Ecclesia potest hodie dici illud Ezech. 30. *Fortissimi*, (inquit) *gentium*, id est, dæmonum, *adducentur ad disperdendum terram*, id est, Ecclesiam, *& implebunt terram interfectis*, id est, peccatoribus, *& faciam alueos fluminum aridos, & tradam terram in manu pessimorum, & dissipabo terram & plenitudinem eius in manu alienorum.* Expone totum de moderna religione, vel Ecclesia. Non sic, sed impleatur Ecclesia moribus generosis seu hominibus studiosis.

¶ Quinto vero dico, quod impletur damnatus seu infernus & hoc ardoribus dolorosis. Constat enim quod infernus quotidie impletur & cumulatur peccatoribus, qui illuc fluunt. Ipsi vero peccatores implentur tormentis & doloribus. Et ideo damnato dicitur illud Ezech. 32. *Satiabo de te bestias vniuersæ terræ, & dabo carnes tuas super montes, & implebo colles tuos sanie tua, & irrigabo terram fœtore sanguinis tui, insuper montes & valles implebuntur ex te.* Implebitur igitur damnatus, & hoc ardoribus dolorosis. M

¶ Sexto vero dico, quod impletur beatus, & hoc dulcoribus gaudiosis. Constat n. quod pro tempore vitæ huius cor humanum nunquam impletur, solus enim Deus per gloriam illapsus menti perfectæ ipsam implet in tantum, quod nihil aliud quærit, sed sibi sufficit quod iam tenet. Sed de hoc satis dictum est, supra in fine illius §. qui incipit, Sed si vis adhuc aliquid dicere. Patet igitur, quomodo impletio sumitur multis modis, vide in titulis adimplere, complere, plenitudo, replere, satiare. N

A **Imponere.** Nota, quod [illegible] a reperio multiplex genus impositionum, & hoc secundum diuersitatem illorum, qui imponunt, vel illorum quæ imponuntur & illorum, quibus imponitur. Et sic breuiter notabo, quod in scriptura reperitur tam actiua, quam passiua impositio

Sum[illegible]
Celsi culminis
Iusti hominis, } quæ est { magnifica,
Certi nominis, sanctifica,
Curæ turbinis, dignifica,
Falsi criminis, fatidica,
tyrannica,
falsidica.

Nam

Deus imponit onus, sed hoc imperatiue,
Prælatus imponit manus, sed hoc ministratiue,
Iustus imponit manum, sed hoc famulatiue,
Mundus imponit nomen, sed hoc ordinatiue,
Tyrannus imponit grauamen, sed hoc tempestatiue,
Iniquus imponit crimen, sed hoc machinatiue.

¶ Primo igitur dico, quod inuenitur impositio, quæ est magnifica. Et ista est impositio Dei, quia sc. Deus sicut iudex & imperator

Impo- { Leges oberrantibus,
nit { Manus indigentibus,
Pœnam delinquentibus,
Gloriam promerentibus.

Imponit enim Deus leges ad gubernandum. Vnde illud Iosuæ 24. *Imposuit populo præcepta & iudicia in Sichem.* Item imponit manus ad adiuuandum. Vnde de muliere curua dicitur Lucæ 13. quod Iesus *imposuit illi manus, & confestim erecta est.* Item imponit pœnam ad puniendum s. bonos quandoque, temporaliter Psal. *Posuisti tribulationes in dorso nostro, imposuisti homines super capita nostra.* Et malos æternaliter Eze. 7. *Iudicabo te iuxta vias tuas, & imponam tibi omnia scelera tua, & non parcet oculus meus, neque miserebor.* Item imponit gloriam ad præmiandum. Gloriam dico dignitatis terrenæ, sicut quandoque fit cum ex inspiratione diuina promouetur quis temporaliter, sicut dicitur Exod 29. *Cinges Aaron & liberos eius balteo, & impones eis mitras, eruntq; sacerdotes mei in religione perpetua.* Gloriam etiam fœlicitatis æternæ. Sicut enim fit quando in cœlis coronatur quis æternaliter Psa. *Gloriam & magnu decorem impones super eum domine, posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso.* & Baruc. 5 dicitur animæ beatæ, quod *Deus imponet mitram capiti suo honoris æterni.* Ista est igitur impositio,
B quæ est magnifica.

¶ Secundo dico, quod inuenitur impositio, quæ est sanctifica. Et ista pro certo est impositio, quam facit bonus prælatus, quis s. imponit hominibus manus. Circa quod nota, quod quia

Manus habet { Inungere,
Abstergere,
Iniungere,
Erigere,
Percutere.

Dico, quod per impositionem manus, quam facit prælatus, potest intelligi impositio indulgentiæ vel absolutionis, quæ inungit, impositio pœnitentiæ vel correctionis, quæ abstergit, impositio præeminentiæ & ordinationis, quæ iniungit, impositio excellentiæ, seu promotionis, quæ erigit, impositio potentiæ vel defensionis, quæ percutit. Prælatus enim absoluendo lenit, & inungit Marc. 16. *Super ægros manus imponent, & bene habebunt.* Et maxime prælatus inungere dicitur, in quantum Spiritus sanctus, qui dicitur unctio, per talem impositionem datur Acto. 8. *Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctum.* Corrigendo seu pœnitentiam infligendo mundat & abstergit, vt & sic figuraretur & Abraham Genes. 21. qui imposuit vtrem aquæ & panem scapulis Agar & qui imposuit super Isaac, qui Deo immolari debebat, sicut dicitur Genes. 22. Ad denotandum, quod Abraham, id est, bonus prælatus debet quandoque panem & aquam, id est, pœnitentiam in pane & aqua alijs imponere, & si culpa maior exigit ligna ad eos comburendum, id est, publicam pœnam imponere. Item iniungendo mandat, & restringit, sicut patet, quando imponitur lex & pœna, vel quando imponitur silentium malis, sicut Matth. 22. dicitur, quod *Iesus imposuit silentium Sadducæis.* Et merito, quia sicut Prou. 26. *Qui imposuit stulto silentium iras mitigat.* Item promouendo, seu adiuuando leuat & erigit, quia scilicet ad prælatum pertinet, quod malos erigat, ipsos per pœnitentiam reducendo; vt patet Luc. 13. Vbi [illegible] gaudium. Et quod [illegible] nendo Reg[illegible] quando [illegible] sunt coronatus in regem & 2 [illegible] sol. Ioas diadema. Item defendendo rectus & [illegible] ad prælatum pertinet bona sua & libertates [illegible] uasoribus & tyrannis etiam repercutiendo seu [illegible] fodere, iuxta illud Ezec. 7. [illegible] tuas imponam tibi [illegible] tyrannidis & violentiæ me & commissam mihi [illegible] rus vexare, ego vi & manu stantis tibi, quia lex, fas [illegible] vi propellere suadent. Patet igitur, quod inuenitur [illegible] quæ est sanctifica. Sed si vis, vide supra de abso[illegible] tur de absolutione sacramentali & manuum impositione.

¶ Tertio dico, quod inuenitur impositio valde [illegible] C ista est quando iustus homo se & sua imponit in [illegible] Psal. *Imponent super altare tuum vitulos.* Et quando [illegible] aut legem & coercitionem à malo, sicut de bono [illegible] tur Gen. 6. quod *pallium imposuit humeris, ne viderent pudibunda patris.* Et sicut de intelligente dicitur Pr[illegible] *intellexisset, ori suo manum imposuisset.* Manus enim est [illegible] oris, vt à vanis sermonibus taceamus. Pallium hume[illegible] proximorum turpia contegamus. Vitulos altari, vt car[illegible] niam per pœnitentiam comburamus. Ista est igitur iustifica seu dignifica.

¶ Quarto dico, quod inuenitur impositio fatidica. Et [illegible] impositio nominis. Impositio enim nominis quasi quod[illegible] tiale vitæ, vel fortunæ humanæ videtur secundum imag[illegible] nem quorundam à quodam fato id est, à quadam [illegible] ordinatione & prouidentia, vel vt dicunt alij, ab ipsa constellatione hominis dependere iuxta illud Esa. [illegible] *tibi nomen nouum, quod os Domini nominauit.* Et inde est, quod qui volunt homini per artes occultas proficere vel nocere [illegible] lent nomen originale, & baptismale inquirere. vt sua [illegible] cia valeant exercere. Vnde sicut intellexi, quandoque ex proposito pueris magnatum baptismalia nomina mutantur [illegible] alijs nominibus quam proprijs appellantur, ne per malefi[illegible] fascinentur Esa. 65. *Seruos suos vocabit nomine alio.* Breuiter [illegible] impositio nominum respondet rebus & res etiam suo, vt [illegible] muniter, correspondet nominibus. Vnde de Petro, qui erat futurus petra, id est, petreum & solidum Ecclesiæ fundamentum, dicitur Marc. 13. quod *Iesus imposuit Simoni nomen Petrus.* Ista est ergo quædam impositio fatidica.

¶ Quinto dico, quod inuenitur quædam impositio tyrannica. De malis enim & hypocritis sacerdotibus dicitur Matth 23. quod *ipsi imponunt onera grauia & importabilia in humeros hominum, digito autem suo nolunt ea mouere*, sicut patet de his, qui graues alijs imponunt pœnitentias, & non sibi, & qui de eisdem criminibus alios puniunt sibi parcunt. De tyrannis vero eorum qui imponunt alijs graues pœnas, dicitur 3 Reg 12. *Pater tuus iugum durissimum imposuit nobis.* Et de illis satellitibus etiam, qui Christum ducebant ad mortem, dicitur Luc. [illegible] quod *ipsi apprehenderunt Cyrenæum, & imposuerunt sibi crucem portare post Iesum.* ¶ Sexto dico, quod inuenitur quædam impositio, quæ est falsidica. Et ista est, quando aliquis imponit alteri falsum crimen, quod scilicet est valde commune, & maxime apud iniquos iudices, & peruersos. Ista enim quia sub colore & pallio iustitiæ nocere possunt, hinc fit, quod quando maliuole nocere volunt, ante omnia aliquod falsum crimen imponunt & sic per fas vel nefas iustitiam subuertunt, & innocentiam lædunt Deut. 21. *Filiam meam dedi huic vxorem, quam quia odit, imponit ei nomen pessimum, dicens, Non inueni filiam tuam virginem.* Et dicitur ibidem, quod *talis, qui alium indebite diffamabat, per iudices verbis puniri & castigari debebat.* Sed de ista materia vide vbicunque fit mentio de infamia Et hæc de imponere sufficiant. Vide de ponere.

**Impossibilis.** Vide in titulis posse & possibili.

**Improperium.** Nota, quod improperium idem est A quod verbũ iniuriosum & opprobrium, seu negotium infamiæ, & opprobriosum seu vituperosum. Et nota, quod in scriptura inuenitur improperium ferendum cum iustus grauatur. pro Christi nomine. Improperium tacendum, cum stultus bacchatur in docto famine. Improperium timendum, cum malus arctatur inferni turbine. ¶ Est igitur improperium ferendum cum patientia, & istud est impro-

[illegible] pro [illegible], sicut [illegible] qui [illegible] pro C[illegible] v. [illegible] *reputauit improperium C[hristi]* [illegible] the- [illegible] Heb. 11. dicit. *Exeamus itaque* [illegible] *ues.* Et merito quia pro [illegible] tota- [illegible] aliter in honore [illegible] sicut Sap. 5. [illegible] a malorum. *Hi sunt, quos aliquando ha- [buimus in si]militudinem improperij. Ecce quomodo compu- [tati sunt inter filios Dei, &] inter sanctos sors illorum est.*

[illegible] tacendum, quod veniunt mali & in- [illegible] ando verecundia eis exprobrando, & si [illegible] ponendo & recitando. Vnde Eccle. 18. [illegible] *& datus indisciplinati tabescere facit oculos.* [illegible] ita improperabit, sicut dicitur Ecc. 20. [illegible] *omnia debet cauere ne improperet beneficia tol- [illegible] enim de verbis improperij, & cum dederis ne im- [properes]*, et maleficia ab alijs perpetrata Ec- [illegible] *dicas*. & merito, quia pro certo dict- [illegible] *verbis improperij, cunctis diebus non eru-* [illegible] in Psal. *Vsquequo Deus improperabit ini- [micus, irritat aduersarius nomen] tuum in finem?* ¶ Item est impropè- [rium fi]nale improperium & confusio to- [illegible] itur impijs & damnatis, de quo Eccl. [illegible] *malus hereditabit.* Vnde ipsi possunt [illegible] *ce nos in captiuitate nostra sumus, quo- [illegible] in maledictum & in peccatum.* Vide de [illegible] secundis, sicut est verbum loqui lin- [illegible] opprobrium, & supra de exprobrare.

**Imprudentia.** Vide in titulo prudentia.

**Immunditia.** [Vid]e in titulis luxuria, fornicatio, im- [m]unditia.

**Impugnare.** V[id]e in titulis bellum, pugnare, & expo- [n]ere.

**Imputare.** [Id] est, culpabile putare, vel culpam alicui at- [tri]buere: omitto, quia non sunt auctoritates.

**Immunditia.** [Id]em est quod est fæs, macula, pollu- [t]io, turpitudo & quandoque res, quæ [illegible] tem [illegible] cum polluere, vel inquinare. Et gene- [raliter] pro peccato sumitur: contrariatur autem im- [illegible] innocentiæ, sanctitati, & omni gratiæ & vir- [tuti] [illegible] videmus, quod tria sunt, quæ omnem rem quam [tangunt faciunt i]mmunda, scilicet pinguedo, puluis, & fu- [mus] [illegible] tria sunt genera peccatorum, quæ im- [illegible] contingunt, videlicet pinguedo carnali- [tatis] [illegible] itatis, fumus superbiæ & vanitatis, pin- [illegible] immunditiam carnalitatis, puluis di- [illegible] tiam cupiditatis, fumos eminentia- [illegible] superbiæ & vanitatis.

¶ [illegible] quod est immunditia luxuriæ, quam [illegible] m. Sicut enim videmus, quod ole- [illegible] scilicet immunditiam in tangente, [*qui te*]*tigerit picem inquinabitur ab ea*, sicut dicitur Eccl. 13. sic [illegible] entes solent per carnis immundi- [illegible] *Manifesta sunt opera carnis quæ sunt fornica- [tio, im]mundicia, luxuria.* E[t] ideo sicut pardus, qui inter cæteras ani- [illegible] e & sine labore nutritur & plus etiam cæte- [illegible] ngnatur solet animal fœtidum, & immun- [illegible] munda frequentans, & etiam rebus immundissi- [illegible] Sic vere illi porci, & peccatores, qui nullis pœ- [nitentiæ] laboribus exercitantur, & qui corporalibus delicijs [illegible] impinguantur [illegible] faciliter per carnis immunditiam macu- lantur, ita quod ad literam ibi immundis rebus & actibus de- lectantur. Isti figurantur Leu. 15. Vbi dicitur, quod *vir qui patitur fluxum seminis, immundus erat: stratum etiam in qua dormiebat, im- mundum faciebat, & omne quem ipse tangebat, immunditiam contra- hebat.* Sic vere charissimi, viri tales realiter immundi sunt, & stratum maculant, vbi dormiunt, id est, domum, locum, Ec- [illegible] m, vel patriam, in qua sunt, illos insuper, qui ipsos per societatem & frequentationem contingunt per suam malam [illegible], & exempla immunditiæ, & peccato subijciunt, & per [illegible] rationem inficiunt, & corrumpunt. Vnde Num. 19. [illegible] *tetigerit immundus, immundum faciet.* Limaces enim & [illegible] animalia immunda, & vitiosa non solum sunt in se vi- [illegible] [illegible] immundi [illegible] [illegible] immundi tanta [illegible] vbi sunt ve- [illegible] ma[illegible] [illegible] læsa [illegible] con- tagium ad alios [illegible] [illegible] ditiam generant, & inducunt. Vnde Le[u.] [illegible] *Qui tetigerit reptile, vel quodlibet sordidum cuius tactus est sordidus, immundus erit.* Ista est i- gitur immunditia luxuriæ, quam introducit pinguedo deli- tiarum.

¶ Secundo dico, quod est immunditia auaritiæ, quam in- troducit puluis diuitiarum. Sicut enim puluis & terra, & lu- tum maculant vestimenta, sic mundanæ diuitiæ, quæ terra sunt & de terra, maculant per auaritiam corda nostra. Auari enim immundi dicuntur, & ideo sicut immundi à regno cœlorum finaliter expellentur. Vnde Eph. 5. *Immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hæreditatem in regno Christi & Dei.* Isti figurantur Leuit. 11. Vbi dicitur, quod *omne animal, quod ambu- lat super manus ex cunctis animantibus quæ incedunt quadrupedia* (hu- iusmodi sunt simiæ) *immundum erit.* Ista enim animalia signifi- cant auaros, qui scilicet cum pedibus affectionum, cum ma- nibus operationum habent terram, id est, terrena tangere & tractare, & se es toto in terrenis negotijs occupare, quia scili- cet tales apud Deum, & homines sunt immundi. Ista est ergo immunditia auaritiæ. Sed pro certo charissimi ista immunditia extenditur ad Simoniacos & ambitiosos, qui sub auaritia con- tinentur, cum auaritia nihil aliud sit, quam ardor habendi. Im- mundi enim antiquitus ab introitu templi arcebantur, iuxta illud 2. Paral. 29. *Auferte omnem immunditiam à sanctuario.* Sed pro certo modo tales immundi & corrupti in templo sanctæ Ecclesiæ introducuntur. Vnde proh dolor plangendo posset dici Ec- clesiæ illud Ezech. 22. *Tu es terra immunda & compluta.* Legitur enim 2. Paral. 23. quod *Ioiada summus sacerdos constituit ianitores in portis domus Domini, vt non ingrederetur eam immundus.* Sed pro cer- to moderno tempore illi, qui sunt ianitores in portis Ecclesiæ scilicet prælati, qui à summo pontifice ad hoc ordinati sunt, vt tales immundos arceant ab ingressu, ipsos potius introducunt, quod figuratum est in ancilla ostiaria, quæ ad vocem illius disci- puli, qui erat notus pontifici, introduxit Petrũ in loco vbi Chri- stus illudebatur, qui tamen Petrus Simon communiter diceba- tur. Videte rogo de dominis ostiarijs & ianitoribus nostris scili- cet prælatis, quales hodie introducunt in loco vbi Christus illu- ditur, id est, in terram sanctam Ecclesiæ, vbi hodie sunt multi domini illusores: vere tu inuenies, quod ad preces & ad vocem illorum, qui sunt noti pontifici scilicet carnalium parentum & talium ipsi introducunt illos qui vocantur Simon, id est, qui sunt simoniaci & corrupti, quamuis alio nomine vocentur Pe- trus, dicti à petra scilicet quantum sint ad modum petræ insen- sibiles, & ignari. Vnde de talibus immundis, sic in Ecclesi- am introductis potest hodie dici illud Marc. 1. *Erat homo in syna- goga in spiritu immundo.* Ista est ergo immunditia auaritiæ, quam introducit puluis diuitiarum.

Tertio dico, quod est immunditia superbiæ, quam introdu- cit fumus eminentiarum. Sicut enim fumus, qui semper habet sursum ascendere, solet illa, quæ tangit, nigra & immunda fa- cere, accipitres & apes lædere, & totius domus pulchritudi- nem maculare, sic vere fumus cito euanescens mundanæ glo- riæ, & peccatum superbiæ, animam fœtidam & immundam, & totam domum conscientiæ facit turpem, horribilem & ob- scuram, & ideo accipitres, qui alte volant, id est, homines con- templatiui, apes quæ conficiunt mel, id est, boni actiui, fu- mum istum fugiunt & abhorrent, ne forte maculam contra- hant, & peccatum. Tales igitur, qui per superbiam sunt im- mundi, figurantur Leu. 11. vbi dicitur, quod *omne animal qua- drupes quod habet alas* (sicut gryphes) *immundum est*, Sic vere ta- les bestiæ, id est, peccatores, qui quadrupedes dicuntur, quia, scilicet quatuor affectionum pedibus deuehuntur, qui alis superbiæ sunt muniti, debent ab omnibus immundi reputari.

Isti etiam sunt spiritus immundi, quia scilicet sicut spiri- tus immundi sunt superbissimi, & honoris appetentissimi, im- mundissimi & calidissimi, sic isti, de quibus dicitur Matth. 8. quod IESVS *eijciebat spiritus immundos.* Et sic patet, quomodo tri- plex immunditia contrahitur in hoc mundo, sc. luxuriæ, auari- tiæ & superbiæ.

Immu-

A **Immunis.** Idem est quod liber. Et immunitas idem est, quod libertas. Vide infra de nobilitate, libertate & similibus. Et distingue si vis de immunitate fortunæ, gratiæ & gloriæ, quia nullæ sunt auctoritates. Ideo omitto.

A **Immutare.** Nota, quod immutatio nihil aliud est quàm vnius in aliud mutatio. Et quia infra in loco suo de mutatione dicetur ad plenum, ideo de isto composito breuiter pertransibo. Nota quod in scriptura reperitur

Immutatio { Naturalis, Virtualis, Supernalis, Criminalis, Infernalis, } quæ { consideranda, recuperanda, desideranda, vituperanda, reiteranda seu continuanda & perpetuanda.

¶ Primo igitur dico, quod est immutatio naturalis, quæ debet considerari. Constat enim quod in rebus mundi omnia sunt in cõtinuo fluxu & mutatione, & hoc quia omnia subsunt tempori, quod continue moratur & defluit, iuxta illud Eccles. 18. *A mane vsque ad vesperam immutabitur tempus.* Apparet euidenter in homine, qui continue se percipit immutari, sc. de sanitate ad infirmitatem, de iuuentute ad senectutẽ, de vita ad mortem, de lætitia ad tristitiam, de beneuolentia ad iracundiam. Vnde in Psal. dicebat Dauid, *Caro mea immutata est propter oleum, & ego ad nihilum redactus sum & nesciui.* Oleum potest hic significare humidũ radicale, quod quia in homine continue consumitur, ideo homo continue immutatur, & finaliter per mortis exterminium ad nihilum deducitur & mouetur, quam quidem finalem mortis immutationem expectabat Iob 14. *Cunctis diebus, quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea.* Res etiam fortunæ continue immutantur, sicut est rerum amplitudo, status celsitudo, vultus pulchritudo, operum Dei magnitudo. De mutabilitate vero dicitur Esa. 9. *Lateres ceciderunt, sed quadris lapidibus ædificabimus, sycomoros succiderunt, sed cedros immutabimus.* De mutabilitate vero statuum dicitur 2. Macha. 1. *In omni loco ingemuerunt principes & seniores, iuuenes & virgines infirmati sunt, & speciositas mulierum immutata est.* De mutabilitate autem vultuum & facierum patet, quod quandoque immutantur ratione furoris Dan. 3. *Nabuchodonosor repletus est ira, & aspectus faciei sua immutatus est super Sydrach, Misac & Abdenago.* Quandoque ratione stuporis, sicut de Balthasar vidente digitos scribentes in pariete & admirante dicitur Dan. 5. quod conturbatus est, & vultus eius immutatus est. Quandoque ratione timoris, sicut Daniel timens viso illo Angelo mirabili, dicit de seipso Dan. 10. *Non remansit in me fortitudo, sed species mea immutata est in me.* De mutabilitate vero diuinorum iudiciorum & operum quomodo secundum diuersitatem temporum variantur, dicitur Eccl. 36. *Innoua signa, & immuta mirabilia,* & etiam de ipsis sanctis Iob 15. *Ecce inter Sanctos eius nemo est immutabilis.* Et breuiter, non est dare aliquid creatum quin immutabilitati subiaceat naturali. Solus enim Deus est immutabilis & æternus, & ab omni motu & mutatione semotus Mal. 4. *Ego Dominus, qui non mutor,* & Num. 22. *Non potero immutare verbum Dei mei.* Ista est igitur immutatio consideranda, quia scilicet multum debet homo considerare, quòd ipse, qui mutabilis est, rebus mutabilibus non adhæreat, sed quod ipsi Deo perpetuo, & immutabili per dilectionem insistat, vt, scilicet sua immutabilis potestas ipsius mutabilitati resistat, ipsamque teneat atque sistat. Est igitur immutatio

B naturalis, quæ debet considerari. ¶ Secundo dico, quod est immutatio virtualis, quæ debet recuperari, & ista est, quando quis immutatur de malo in bonum, vel de bono in melius transformatur. Radij enim solares in terram in vere appropinquantes, & herbas & arbores inuisibiliter subintrantes immutant formam & conditionem ipsarum, in quantum, scilicet, de siccis faciunt virides, de nudis foliosas & floridas, & de sterilibus fructuosas. Sic reuera radij diuinæ gratiæ quando cor humanum subintrant, ipsum de malo in bonum immutant, & de siccitate indeuotionis ad virorem & humorem lacrymosæ contritionis ipsum alterant, & finaliter ad folia, flores & fructus bonæ locutionis, affectionis & operationis transformant. Vnde de Saul dicitur 1. Regum 10. quod *immutauit ei Deus cor alterum,* vnde Iob de homine, Deo loquens dicit Iob 14. *Immutabis eum paululum, & emittes eum,* quòd est contra obstinatos, qui nunquam immutantur ad bonum, figuratos in populo Moab, de quo dicitur Hierem. 48. *Fertilis fuit Moab ab adolescentia sua, in captiuitatem non abijt, non est transfusus de vase in vas,* idcirco

*Remansit [illegible] non est [illegible]* [illegible] tur immutatio [illegible] rtualis, quæ debet [illegible] ¶ [illegible] quod est immutatio supernalis, quæ de[illegible] desideranda [illegible] immutatio, quando mortale hoc induet incor[ruptionem] & quando corpus, & anima nostra glorificabuntur, & in immutabili & perpetuo locabuntur. De qua immutatione dicit Apost. 1. Corin. 15. *Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur* (supple) *ad gloriam.* ¶ Quarto dico, quod est immutatio criminalis, quæ debet vituperari, & ista est quando quis mutatur de bono in malum, vel de malo in pe[ius] [illegible] qua dicitur Exod. 14. *Immutatum est cor Pharaonis & se[ruorum eius]* *super populo.* Habitus enim interior & mentalis [illegible] certe generat exteriores motes & actus iuxta illud [illegible] *hominis immutat faciem eius.* Mali enim & immutauerunt [illegible] lem vsum in eum, qui est contra naturam. Et [illegible] tendere illud, quod scribitur Dan. 3. quod, scilicet [illegible] verbum immutauerunt, positi sunt in fornacem ign[is] [illegible] quia Daniel. 6. præcipitur, *Non immutetur, quod* [illegible] ¶ Quinto vero dico, quod inuenitur immutatio [illegible] solet reiterari seu continuari. Et ista est illa immutatio, [illegible] naliter mali mutantur de gloria ad ignominiam [illegible] seruitutem, de gaudio ad tristitiam, de pace ad discord[iam] Vnde beati & Angeli possunt dicere de homine damnato [illegible] ter immutato illud Sap. 2. *Grauis est nobis etiam ad videndum, quoniam dissimilis est alijs vita illius, & immutatæ sunt viæ illius.* H[æc] sunt de immutatione sufficiant. Omitto ponere figuras & exempla, quia satis pono infra de mutatione, de conuersione [illegible] nubibus. In isto enim & alijs compositis parum intend[o in]sistere, sed in simplicibus verbis vbi (vt communiter) plures auctoritates abundant, intendo me copiosius dilatare.

**In.** Nota, quod ista præpositio In, quæ quandoque [ac]cusatio, quandoque ablatiuo, semper signat quand[am] intimitatem, seu interioritatem, & quandam adiunctio[nem] vnitatem, quandamque præfixiuam qualitatem in alienam [sub]stantiam. Et est vnum attendendum, quod ista dictio In q[uo]ties ponitur simpliciter & per se, semper signat affirma[tiue &] positiue, sicut cum dicitur. In domino confido, in me sunt vota tua. Quoties vero accipitur compositiue & coniunct[im] vtpote quandoque coniungitur cum altero, tunc semper s[ignat] negatiue vel etiam priuatiue, sicut cum dicitur insipiens & indoctus, id est, non sapiens, & non doctus, & sic de alijs. [Et] cum ista dictio In consignificatiua sit & per se nihil signi[ficet] sed quando alteri copulatur, ideo secundum multitudinem [di]ctionum, quibus adiungitur, ipsius significatio variatur. Et dicam, quod cum in moribus aliqua inueniamus quæ concernunt personas, aliqua, quæ concernunt res, aliqua, quæ c[once]rnunt loca. Personas dico, sicut Deum & Angelos, viros iustos impios, laicos, religiosos & clericos, prælatos, damnatos & spiritus malignos. Res etiam, vtpote virtutes, vitia aduersitatem prosperitatem, carnem, animam, gloriam & pœnam. Loca insuper, sicut est mundus, Ecclesia, vel religio, corpus, cor & conscientia, purgatorium, paradisus, infernus, sic dico, quod ista dictio In, multipliciter potest accipi, & ad multa potest referri. Et vt illud sub compendio possit tractari, dico, quod ista dictio In refertur

Ad { personas, res, loca.

¶ Primo igitur dicamus de In, in quantum refertur ad personas. Et sic dico, quod ista dictio In potest referri ad Deum. Ista enim dictio In, quæ intimitatem & elapsum in alienam substantiam signat ( vt dictum est ) propriè spectat ad Deum, qui scilicet, illabitur omni rei, & præsens est essentialiter cuicunque, in quo & infra cuius infinitatem omnia continentur. Cum [ta]men teste Apostolo *ipse sit omnia in omnibus,* sicut dicitur Colo. 3. *Omnia & in omnibus Christus,* sic etiam teste eodem omnia continentur ab ipso, & omnia concluduntur in ipso Act. 17. *In ipso enim viuimus, mouemur & sumus,* quia scil. per ipsum, & cum ipso, & in ipso sunt omnia. Et ideo nota, quod Christus, seu Dei filius est, erit vel fuit in patre, quo ad essentiam quidditatiuam, in matre, quo ad substantiam incarnatiuam, in fratre, id est, in iusto, quo ad gratiam seu præsentiam charitatiuam, in paupere, quo ad clementiam miseratiuam, in cœlo quo ad potentiam imperatiuam, in mundo quo ad prudentiam gubernatiuam, in iudicio, quo ad iustitiam retributiuam, in inferno, quo ad dam- B

[illegible], quo ad lætitiam consolati- [illegible] Christus est in patre quoad esse n- [illegible] enim est vera essentia Deitatis, sic- [illegible] 1. *Non est in illo est & non sed est in illo est.* Et in ipso in essentia paternitatis, secundum essentiam e- [illegible] stura ipse in patre & pater in eo est, iuxta il- [illegible] 14. *Ego sum in patre, & pater in me est.* ¶ Item dico, quod [illegible] in matre, quo ad substantiam & corporeitatem, [illegible] mes ens àte visa quando reflectitur in centro spe- [illegible] imaginem visæ rei. Sic reuera radius, id est, fi- [illegible] centro speculi, id est, in vtero virginis profun- [illegible] incarnationem reflexus, & quasi contra ordi- [illegible] incarnatam imaginē repræsentauit, ita quod Dei filius, qui prius erat inuisibilis, seipsum in cor- [illegible] d mon- [illegible] trauit, vnde Iac. 1. *Hic assimilabitur vi- [illegible] vultum natiuitatis suæ in speculo.* Tale enim in, [illegible] incarnationem petebat B. Virgo Cant. 6. *Descendi in hortum suum ad areolam aromatum, vt ibi pas- [illegible] & lilia colligat*, sequitur. *Descendi in hortum meum, vt [illegible] & inspicerem si floruisset vinea, & germinas- [illegible] mala.* Expone totum de beata virgine. Fuit igitur [illegible] te quoad substantiam & corporeitatem. ¶ I- [illegible], id est, in viro iusto, quod ad gratiam & [illegible] Per [illegible] am enim habitat Christus in corde, sicut vu [illegible] ab [illegible] arbore, ipsamque facit ramos & folia pro- ferre & [illegible] te. Vnde Ios. 14. *Illo die vos cognoscetis, quia ego sum in patre [illegible] vos in me & ego in vobis.* Et reuera istud in quo, scil. Deus [illegible] b [illegible], & nos manemus in illo per gratiam & char [illegible], facit hominem spiritualiter fructificare, & bonis o [illegible] Vnde Ioan. 15. dixit ipse Christus. *Qui ma- [illegible] in eo, hic fert multum fructum, quia sine me nihil pote- [illegible]* ipse est, qui dicit Hier. 31. *In charitate perpetua dile- [illegible] miserans.* Habitatio enim Dei in nobis saluat, [illegible] pe [illegible] illos Ps. *Nisi quia dominus erat in nobis, dicat nunc [illegible] Dominus erat in nobis.* Cum exurgerent homines in [illegible] os, &c. *Cum irasceretur furor, &c.* ¶ Item dico, quod [illegible] paupere per clementiam & benignitatem Psal. [illegible] *pauperum respicium.* Et alibi. *Cum ipso sum in tribulatio- [illegible] eum & glorificabo eum.* ¶ Item Christus est in cœlo, quo [illegible] & dignitatem, quamuis enim vbique sit potens, [illegible] & in rebus cœlestibus principaliter apparet po- [illegible], quemadmodum natura cuiuslibet animalis viui ma- [illegible] in corde & in capite, quam in membris alijs quibus- [illegible] Dan. 1. *Est Deus in cælis reuelans mysteria* Psal. *Magni- ficentia eius & virtus eius in nubibus.* ¶ Item Christus est seu fuit in [illegible], quo ad prudentiam & sagacitatem. Deus enim est in [illegible] rebus creatis & prudentia sua vbique se diffundit, sc. omnia gubernando & de omnibus ordinando. Exemplo lucis, quæ [illegible] liter & inuisibiliter diffunditur in omnibus creaturis, v [illegible]. *Ego lux veni in mundum*, & Ioan. 9. *Quamdiu sum in mundo, lux sum mundi.* Et pro certo si homo bene attenderet, vix inueniret ita modicum negotium, quin prouidentiam Dei ibi occultatam perpenderet & videret, & quin cognosceret, quod mundi facta magis fiunt à quadam occulta virtute, hoc est, à cœli potentia vel à Dei prouidentia, quam ab humana sapi- entia aut industria. Radij enim istius lucis etiam in terræ visce- ribus se profundant, & tamen multi sunt peccatores ita profundi & indocti, qui nihil de ista occulta virtute cogitant seu tractant, vnde Ioh. 3. *Lux venit in mundum & dilexerunt homi- nes magis tenebras quam lucem.* Quia reuera *ipse in propria venit*, sicut dicitur Ioh. 1. imo & continue venire non cessat, *& sui eum non receperunt. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit.* ¶ Et nota, quod Deus etiam corporaliter venit in mundum,

Vt in { Carne videret socios,
Sede doceret inscios,
Cruce mederetur saucios,
Inferno turbaret noxios,
Paradiso saluaret anxios. }

Fuit enim in carne, vt visibiliter socios visitaret Baruch. 3. *Postea in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est.* Fuit etiam in sede, [illegible] inscios informaret, quia, scilicet ipse in hoc venit in mun- dum, vt testimonium perhiberet veritati, vnde Matth. 4. *Cir- cuibat Iesus totam Galilæam, docens in Synagogis eorum*, & Matth. 5 [illegible] us, quod *ipse ascendit in montem, & cum sedisset, aperuit os suum,* & docebat eos, &c. & Luc. 2. *Inuenerunt ipsum in templo sedentem in medio doctorum, audientem eos & interrogantem.* Fuit in cruce, vt saucios reformaret, id est, vt peccatores sanaret, & liberaret Luc. 19. *Ascendit in arborem sycomorum*, & Phil. 2. *In similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo.* Sequitur. *Factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis.* Fuit in inferno, vt noxios, sc. dæmones subiugaret, seu conturbaret, & vt sanctos de eorum potentia liberaret. Vnde de Christo & humano genere dicitur Sap. 10. *Descenditque cum illo in foueam, & in vinculis non dereliquit eum.* Sequitur. *Et reddidit iustis mercedem laborum suorum, & deduxit illos in via mirabili, & fuit illis in velamento diei & in luce stellarum no- cte. Inimicos autem illorum submersit in mare & ab altitudine inferorum eduxit illos.* Expone de sanctis patribus extractis de inferno. Fuit etiam in paradiso, vt conscios seu anxios coronaret seu exalta- ret, dicens humano generi tunc saluato illud Luc. 23. *Hodie me- cum eris in paradiso.* Patet igitur, quod Deus est in mundo quo ad prouidentiam & sedulitatem.

¶ Item dico, quod Christus veniet in iudicium, quo ad iusti- tiam & æqualitatem Iohel. 3. *Congregabo omnes gentes, & deducam eos in vallem Iosaphat, & disceptabo cum eis ibi* Psal. *In conspectu gentium reuelauit iustitiam suam.* Et illud Psalm. *Diriget mansuetos in iudicio.* Esa. 9. *Super solium Dauid sedebit, vt confirmet illud & corroboret in iu- dicio & iustitia vsque in sempiternum.* ¶ Item dico, quod Christus venit in infernum, quo ad duritiam & seueritatem, scilicet, ad inferendam damnatis pœnam, Psa. *Si ascendero in cælum, tu illic es, si descendero ad infernum, ades.* Vnde ipse est qui dicit Amos 9. de impijs & damnatis. *Si absconditi fuerint in vertice Carmeli, inde scru- tans auferam eos. Et si celauerint se in profundo maris, ibi mandabo ser- penti, & mordebit eos. Et si abierint in captiuitatem coram inimicis suis, ibi mandabo gladio, & occidet eos.*

¶ Item dico, quod Christus est in paradiso, quo ad clemen- tiam & benignitatem, scilicet faciendam bonis, seu quo ad lætitiam & fœlicitatem, quia scilicet ipse est ibi sicut in palatio, sicut in solatio, sicut in conuiuio. Vnde ipse est, qui dixit illud Ioh. 14. *In domo patris mei mansiones multæ sunt, vado parare vobis lo- cum*, vt nos dicamus beatis illud Matth. 26. *Præcedet vos in Gali- læam, ibi eum videbitis sicut dixit vobis.* Vt & quilibet dicat illud Psalm. *In pace in idipsum dormiam & requiescam*, quia ipse est, qui dicit illud Ioha. 16. *In mundo pressuram habebitis, in me autem pacem.* Sic ergo ine patet quomodo in diuersimode refertur ad Deum.

¶ Adhuc dico de ista dictione In, quantum refertur ad perso- nas, quod quandoque refertur ad iustum. Iustus enim habet suum in, quia scilicet ipse solet se deo intimare & intimum fa- cere per deuotionem, proximo per deuotionem, sibiipsi per sui considerationem, quia pro certo iustus debet in omnibus rebus esse, & in omnes rerum partes vno modo vel alio modo se in omnes formas, & figuras morales & bonas se virtualiter transformare & mutare, iuxta illud 2. Cor. 6. *In omnibus exhibea- mus nosmetipsos, sicut Dei ministros in multa patientia.* Et sic notabi- lius, quod iustus moraliter tendit C

In { Deum, deuote credendo,
Seipsum, cor suum videndo,
Iustum, ipsum diligendo,
Prælatum, ipsi seruiendo,
Subditum, ipsum protegendo,
Virtutes, ipsas exercendo,
Pauperes, ipsis succurrendo,
Claustrum, carnem macerando,
Templum, Deum adorando,
Cœlum, alta contemplando,
Infernum, dura meditando,
Paradisum, læta vendicando. }

Igitur simus in Deo seu tendamus in Deum deuote creden- do. Vnde Dei filius dicit Ioa. 14. *Creditis in Deum, & in me credite*, quia sicut dicitur Ioa. 6. *Omnis, qui videt filium & credit in eum, ha- bet vitam æternam.* Et aduerte, quod in Deum debemus credere & sperare propter multa, videlicet quia pro certo ipse ad se cla- mantes, se diligentes, & in se sperantes

Solet { Iustificare,
Fortificare,
Lætificare,
Saluificare,
Alimentare,
Certificare,
Magnificare. }

Solet

Solet (dico) iustificare, seu defendere, quia scil. Deus pro talibus se opponit, & vbi non cogitant, pro iustitia & innocentia se exponit. Exemplum de Susanna Dan. 13. Vnde in Psalm. *In te Domine speraui, non confundar in æternum*: & alibi: *In ipso sperauit cor meum & adiutus sum.* Et alibi. *Deus meus adiutor meus sperabo in eum.* Solet etiam fortificare, vnde Collecta dicit. Deus in te sperantium fortitudo, & Esa. 40. *Qui sperant in Domino, habebunt fortitudinem, assument pennas vt aquilæ, current & non laborabunt, ambulabunt. & non deficient.* Solet insuper lætificare, *Gaudens gaudebo in Domino & exultabo, &c.* Esa. 61. & Phil. 4. *Gaudete in Domino semper, iterum dico gaudete*, vnde in Psalm. *In eo lætabitur cor nostrum, & in nomine sancto eius sperabimus.* Solet nihilominus salutificare, seu ab omnibus periculis liberare Psal. *Domine Deus in te speraui, saluum me fac ab omnibus persequentibus me & libera me.* Solet etiam nutrificare, seu alimentare. *Oculi omnium in te sperant Domine & tu das illis escam in tempore opportuno. Aperis tu manum tuam & imples &c.* Et alibi. *Spera in Domino & fac bonitatem, & pasceris in diuitijs eius.* Item solet certificare, seu verificare Psal. *In lumine tuo videbimus lumen*, & Sap. 3. *Qui confidunt in Domino, intelligent veritatem.* Item ipsos solet magnificare seu beatificare Psal. *Beatus vir, qui sperat in Domino.* Et alibi. *Beati omnes, qui sperant in eo.* Igitur sicut concludit Psal. *Sperate in eo omnis congregatio populi, effundite coram illo corda vestra, Deus adiutor noster in æternum.* Et certe

In Deo { credendum, fidendum, figendum, manendum.

Credendum dico, quia *fideles in dilectione acquiescent illi* Sap. 3. &c. Fidẽdũ dico, quia *qui cõfidunt in domino, sicut mons Sion, non commouebitur in æternum, qui habitat in Hierusalem.* Psal. 124. Figendum insuper. sc. cor per deuotionem Psal. *Iacta cogitatum tuum in Domino, & ipse te enutriet, &c.* Manendum nihilominus Ioh. 15. *Manete in dilectione mea.* Et bene, quia sicut ibidem dicitur. *Sicut palmes non potest ferre fructum nisi manserit in vite, sic nec vos nisi in me manseritis.* Sequitur. *Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes & arescet, & colligent eum, & in ignem mittent & ardet. Si vero manseritis in me & verba mea in vobis manserint, quodcunq; volueritis petetis, & fiet vobis.* Igitur dico, quod iustus est & intendit in Deo vel in Deum deuote credendo. ¶ Item dico, quod iustus tendit in seipsum cor suum videndo. Secundum enim perspectiuos ad hoc, quod oculus videat aliquid, necesse est, quod radius luminaris exiens ab oculo reflectatur iterum in seipsum. Et ista est ratio, quare visus fortificatus videndo in speculum, pro eo, sc. quia proprius radius qui exit ab oculo, reflectitur in seipsum, & duplicatus restituitur fonti suo. Sic reuera quando humanus visus spiritualis, id est, humana cognitio in semetipsam reflectitur, vtpote, quando homo cogitat quid est, quid fuit, & quid erit, quid faciet, & quid facit, proculdubio talis spiritualis cognitio & consideratio efficitur magis grandis, & totus homo interior magis fortis. Vnde de isto In dici potest illud Psa. *Transferentur montes in cor maris.* Et iterum de iusto dicitur, *& ascensiones in corde suo disposuit in valle lacrymarum in loco quem posuit.* Et aduertendum, quod prudens homo diligenter considerare solet interiora domus suæ & multo magis quam alienæ, vtrum videlicet domus secundum statum suum sit bene munita, bene ornata & bene ordinata, & vtrum sit ibi ad habitandum, camera ad iacendum, lectus ad quiescendum, ignis ad coquendum, oleum ad vngendum, aqua ad lauandum, vinũ ad bibendum, lucerna ad illuminandum, panis ad reficiendum, sedes ad quiescendum, gradus ad ascendendum, capella ad orandum, vestis ad contegendum. Sic vere prudens homo debet multum intus in conscientia respicere si fuerit debitis munimentis repleta & diuersis virtutibus adornata, iuxta illud Hier. 2. *Vide vias tuas in conuallis, scito quid feceris*, quia pro certo in isto In, debet esse aula, in quam, scil. omnes recipiuntur, sed extranei finaliter repelluntur & domestici retinentur, hoc est interior cogitatio. Ista est enim quæ omnes recipit cogitatus, quia sicut dicitur Iob 20. *Multæ cogitationes versantur in corde viri.* Vanas tamen & inutiles debemus repellere tanquam extraneos, bonas vero retinere tanquam domesticos & propinquos, ibi etiam debet esse camera secretæ meditationis, lectus quietæ deuotionis, aqua munditiæ & confessionis, ignis charitatis & dilectionis, oleum pietatis & compassionis, vinum iucunditatis & spiritualis consolationis, lucerna legis & discretionis, panis eucharistiæ & virtualis refectionis, sedes iustitiæ, æquitatis & rationis, gradus & ascensus contemplationis, capella orationis, vestis verecundiæ & honestatis. Sit igitur ibi timor & meditatio Psal. *In me turbatum est cor meum* Vnde Ier. 8. *Dolor meus super dolorẽ, in me cor meum mœrens.* Item sit ibi quies atque deuotio Cant. 3. *In lectulo meo per noctem quæsiui quem diligit anima mea.* Psal. *Requiescet in monte sancto tuo.* Iterum Psa. *In pace in idipsum dormiam & requiescam.* Item sit ibi munditia & confessio Psal. *Præoccupemus faciem eius in confessione.* Item sit ibi charitas & dilectio Psal. *Concaluit cor meum intra me & in meditatione mea exardescit ignis.* Item sit ibi pietas & compassio 2. Pet. 1. *Ministrate in pietate amorem fraternitatis.* Item sit ibi iucunditas & exultatio seu consolatio. Psalm. *Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuæ lætificauerunt animam meam.* Item sit ibi diuinæ legis lucerna, vel illuminatio Psa. *In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi.* Item sit ibi cibus Eucharistiæ, seu spiritualis refectio Malach. 3. *Sit cibus in domo mea.* Item sit ibi æquitas & iustitia Prou. 12. *In semita iustitiæ vita.* Item sit ibi gradus ad contemplandum Esa. 2. *Ascendamus in montem Domini*, i. altitudinem contemplationis. Item sit ibi deuota iugis oratio Tob. 3. *In oratione persistens cum lacrymis.* Et etiam ibi vestis quæ omnia operit, i. verecunda & honesta conuersatio, quia scil. regina, i. anima debet assistere à dextris Christi in vestitu deaurato, circumdata varietate, quamuis multi hodie possunt dicere illud Esa. 3. *Non sum medicus, & in domo mea non est panis neq; vestimentum.* Et sic si omnes istæ mansiones & virtutum distinctiones fuerint in corde, bene posset his ornatus dicere illud Ioh. 14. *In domo patris mei mansiones multæ sunt.* Tendit igitur iustus in semetipsum cor suum videndo Hier. 2. *Vide vias tuas in conuallis, scito quid feceris.* ¶ Item dico, quod iustus tendit in proximum ipsum diligendo. Et potissime in virum iustum, bonum exemplum accipiendo Luc. 16. *Et quis est meus proximus, qui fecit misericordiam in ipso*, vnde illi claudo dixerunt Apostoli Acto. 3. *Respice in nos.* In iustos enim est respiciendum & bonum exemplum ab eis accipiendum, sicut, sc. patet quod pictor respicit in imaginem vel exemplum, discipulus in librum, scholaris in magistrum, frater vel socius in amicum iuxta illud Exod. 25. *Inspice & fac iuxta exemplar, quod tibi in monte monstratũ est.* ¶ Item iustus tendit in prælatum sibi seruiendo seu obediendo Psal. *Oculi seruorum in manibus dominorum suorum.* ¶ Item in subditum ipsum protegendo seu dirigendo, vt & subditi sibi dicant illud Psa. *Respice in seruos tuos & in opera tua, & dirige filios eorum* ¶ Item respiciat vel attendat in virtutes, ipsas exercendo, quia sc. sicut prudens mercator semper cogitat in bonis mercibus pertractandis de quib. potest acquirere magnum lucrum, sic quilibet sapiens in virtutes, per quas acquiritur cœli regnum. Istas enim debet acquirere, istas debet in seipso continere, & in istis debet cor suum ponere & firmare, vt sic possit dicere illud Eccl. 24. *In me gratia omnis viæ & veritatis, in me omnis spes vitæ & virtutis.* Igitur

In { Legis opere meditantes, Pacis fœdere conuersantes, Iusto pondere nos librantes, Lucis sydere speculantes, Cœli æthere iubilantes.

¶ Igitur iustus meditatur in legis opere Psal. *Beatus vir, qui non abijt in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiæ non sedit, sed in lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte.* Item conuersatur in pacis fœdere, dicens scil. illud Psal. *In pace idipsum dormiam & requiescam.* Et Mal. 2. *In pace & æquitate ambulauit mecum.* Item moderatur in iusto pondere, quia scilicet, sanctitatem & iustitiam coram ipso omnibus diebus nostris. Item speculatur sub claro sydere sc. sub lumine scientiæ & veritatis Ps. *Domine in lumine tuo ambulabunt, & in iustitia tua exultabunt.* Et alibi. *In lumine tuo videbimus lumen.* Item iubilatur in alto æthere, scilicet per virtutem contemplationis Act. 7. *Intuens in cœlum ait, Ecce video cœlos apertos.* Igitur cogitet iustus seu tendat in virtutes, ipsas exercendo. Item iustus tendat in pauperes, ipsis succurrendo Psalm. *Oculi eius in pauperem respiciunt.* Item tendat, seu mentem habeat in claustrum seu religionem, carnem macerando Ps. *Conuersus sum in ærumna mea dum configitur spina.* Item tendat in templum, Deum adorando Acto. 3. *Petrus & Ioannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam.* Item tendat in cœlum, alta contemplando Eccl. 24. *Ego in altissimis habito, & thronus meus in columna nubis.* Item tendat in infernum, dura meditando & metuendo Psal. *Descendant ad infernum viuentes*, & Iob 7. *In profundissimum infernum descendant omnia mea.*

Item

... tendant in paradisum, læte exultando Ps. *In domum Domini ibimus.* Sic igitur patet, quod iusti habent suum In, id est terminos in quos tendant. Et sic visum est, quod ista dictio In quantum refertur ad personas, refertur etiam ad iustum. ¶ Denique dico, quod ista dictio In relata ad personas, refertur ad impium. Scriptum est enim quod impius cum in profundum peccatorum suorum venerit, contemnet Prou. *Scriptum est etiam, quod impius in iniquitatibus conceptus est, & in peccatis concepit eum mater sua* Psalm. *Scriptum est insuper quod corrupti sunt & abominabiles facti sunt in studijs suis.* Ex quibus satis patet, quod terminus ad quem & in quem tendit & terminatur peccator, & terminus in quo peccator continetur & sistit, est peccatum, quia, scilicet, cum peccator peccatum facit, & in peccatum tanquam in quid delectabile tendit, finaliter in foueam ... & desperationis, & postea finalis damnationis cadit. Eccl. ... *Qui fodit foueam, incidet in eam.* Peccatum enim teste Gre. quod per pœnitentiam non deletur, mox suo pondere ad ... trahit. Peccator enim est sicut corpus rotundum, qui in ... decliui ceciderit, sicut in gradario vel in scala, ibidem pro certo non sistit, imo de gradu saltando vsque ad imum ruit & currit. Sic vere peccator qui dicitur res rotunda, conuexa, tumorosa, seu gibbosa, quæ scilicet male conuenit cum regula vel recto, quia, scilic. in solo puncto tangit rectum, & quæ etiam caret angulis & omnimoda quadratura, proeo, scilicet quod peccator est gibbosus per malitiam, tumorosus per superbiam, conuexus & decliuis per inconstantiam, non planus per veritatem & simplicitatem: non quadratus per infirmitatem & stabilitatem & rectitudinem iustitiæ, non applicabilis propter peccati turpitudinem & tortuitatem, quando scilicet diabolus posuit eum in pendenti, vtpote quando facit, eum decliuem & declinabilem ad peccandum, & ad bona mundi ... andum & considerandum, si contingit eum in aliquod peccatum cadere non solet ibi sistere, nec illo peccato contentus esse, sed potius de gradu in gradum, & de peccato in peccatum potest saltare quousque ad imum barathri & ad profundum vitiorum ipsum contigerit ruere, vel venire Hie. 50. *Transierunt de monte in collem, obliti sunt cubilis sui.* Peccator enim est sicut simia diaboli quam ipse facit saltare ex hoc in hoc, verumtamen fæx eius non est exinanita. Igitur nota, quod peccator venit ad multiplex In, i. multiplicem malum terminum aut peccatum. Nam ipse refugit omnem terminum virtuosum, quia, scil. ipse non curat de termino legis, de termino regis, de termino gregis. Legis dico, quia de peccatoribus dicitur in Ps. quod *in legem volucrum ambulare.* Regis etiam, sc. Christi, quia de peccatore dicitur in Ps. *Non est Deus in conspectu eius, inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore, gregis insuper,* hoc est est dictum, societatis bonorum, quia sicut dicitur in Ps. de peccatoribus. *In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur, adeo tenuit eos superbia, operti sunt impietate, & iniquitate sua.* Ideo ipse venit, & intrat omnem terminum vitiosum. Nam.

Peccator {
- Luxuriæ maculatur fœce,
- Desidiæ vinculatur nece,
- Fallaciæ fabulatur prece,
- Superbiæ eleuatur arce,
- Auaritiæ inflammatur face,
- Opulentiæ quietatur pace,
- Prudentiæ spoliatur luce,
- Inuidiæ cruciatur cruce,
- Iustitiæ non libratur lance,
- Clementiæ non rigatur nuce,
- Dementiæ vapulatur duce.

Peccatores enim maculantur fæce luxuriæ Esa. 66. *Anima eorum abominationibus suis delectata est,* & Rom. 1. *Tradidit illos Deus in passiones ignominiæ.* Sequitur. *Exarserunt in desiderijs suis.* Item isti vinculantur nece desidiæ, vt scilicet bonum operari non possint Psal. *Ad alligandos reges eorum in compedibus & nobiles eorum in manicis ferreis, vt faciant in eis iudicium conscriptum.* Item isti fabulantur prece fallaciæ, quia scili. tales solent loqui ambulando, mentiendo & defraudãdo Ose. 6. *In malefitijs suis lætificauerunt ducem, & in mendacijs suis principes* Psal. *Labia sua dolosa in corde, & corde locuti sunt.* Item isti eleuantur arce superbiæ Iob. 24. *Dedit ei Dominus locum pœnitentiæ, & ille abutitur eo in superbiam* Psal. *Loquuti sunt aduersus iustum in superbia & abusione.* Item iste inflammatur facie auaritiæ Amos 9. *Auaritia in capite omnium, & nouissima eorum gladio interficiam.* Item isti inquietantur pace opulentiæ, quia, scilicet peccatores fruuntur in hoc mundo prosperitate & opulentia rerum Psalm. *Ecce ipsi peccatores & abundantes in sæculo obtinuerunt diuitias, &* tamen alibi dicitur in Psalm. *Noli æmulari malignantibus.* Sequitur. *Noli æmulari in eo qui prosperatur in via sua, & in homine faciente iniustitias.* Item isti spoliantur luce prudentiæ. Non enim vident, quæ sunt necessaria ad salutem, ita quod quilibet peccator potest dicere de diabolo illud Psalm. *Collocauit me in obscuris sicut mortuos sæculi, in tenebrosis & in vmbra mortis.* Item isti cruciantur cruce tristitiæ, seu inuidiæ, vt sic cuilibet inuido dicatur illud Gen. 4. *Auferet Pharao caput tuum, & suspendet in cruce, & lacerabunt volucres carnes tuas.* Item isti non librantur lance iustitiæ Esa. 59. *Conuersum est retrorsum iudicium & iustitia longe stetit, quia corruit in plateis veritas & æquitas non potuit ingredi.* Item isti non rigantur nuce clementiæ, id est, oleo vel dulcore misericordiæ, quia scilicet peccatores, vt communiter, pietatis oleo non sunt vncti, sed impietate & crudelitate muniti, de prudentibus enim virginibus legitur Mat. 25. quod *illæ acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus,* sed de fatuis dicitur, quod *ipsæ in lampadibus suis oleo caruerunt, & sic a nuptijs exclusæ fuerunt.* Quia vere qui oleum pietatis in corde non habuerit, nec lampas suæ conuersationis lucebit, nec ad regis cœlestis nuptias introibit. Ideo de peccatorib. crudelibus & impijs dicitur Zac. 5. quod *in medio amphoræ sedebat impietas.* Amphora enim est peccator, in quo, scilicet impietas semper sedet. Item vapulantur duce dementiæ. Diabolus istos ventilat in inferno, & æternaliter verberat & molestat. Vnde peccatoribus videtur Dominus de dæmonibus loqui Amos 9. vbi dicit sic, *Ecce dies venient, & eleuabunt vos.* (c. l. dæmones) *in contis & reliquias vestras in ollis feruentibus* sequitur. *Et Proijciemini in Armon* Sic igitur patet quomodo ista dictio In refertur ad virum impium.

¶ De alijs vero personis ad quas potest referri, scili. de prælato, subdito, diuite, paupere, & similibus nihil amplius ad præsens. ¶ Secondo principaliter dico de alio modo tractandi de B
In, inquantum, scilic. potest referri ad res tam bonas quam malas, videl. ad virtutes, ad vitia, ad diuitias, ad aduersitates, pœnã & gloriam, nihil ad præsens, quia satis visum est supra, & videbitur infr. in distinctione sequenti. Refertur igitur ad res. ¶ Ter- F
tio vero principaliter dico, quod in quandoque, imo vt communiter refertur ad loca. Nihil est enim corporeum quin contineatur in loco, & quanto aliquid est nobilius, tanto magis nobili loco debet contineri, cum inter locum & locatum debeat esse proportio, sicut videmus de stellis quæ sunt in æthere, de auibus quæ sunt in aëre, de piscibus, qui sunt in æquore, de animalibus, quæ sunt in terra seu in litture. Sic vere dico loquendo moraliter, quod omnes mundi homines diuersa vendicant sibi loca, & secundum quod boni vel mali sunt, bona similiter seu mala loca exquirunt. Nobiles enim creaturæ, i. e. viri iusti in bonis mansionibus habitant. Mali vero & ignobiles loca ignobilia sibi parant. Et sic nota, quod in scriptura fit mentio de bonis locis & de malis, seu habitationibus bonorum, & de habitationibus malorum. Incipiamus ergo & dicamus de bonis, & sic distingue, quod nos inuenimus.

Locum {
- Sydereum pro sapientibus,
- Aëreum pro speculanobus,
- Æquoreum pro militantibus,
- Cinereum pro pœnitentibus,
- Æthereum pro triumphantibus.

In istis enim quinque locis habitant boni, videlicet.

In loco {
- Scripturæ,
- Naturæ,
- Ecclesiæ,
- Religionis,
- Pœnitentiæ, paradisi seu gloriæ.

In loco {
- Primo sunt sancti clerici,
- secundo versantur physici,
- tertio viuunt catholici,
- quarto pugnant almifici,
- quinto regnant beatifici.

¶ Dicamus ergo, quod locus scripturæ est, in quo versantur clerici sapientes, quæ reuera scriptura sacra est vnus locus, vnum viridarium, vnus status in quo sapientes oportet studere, & in quo necesse est cum diligentia vigilare iuxta illud Eccl. 39. *Sapientiam omnium antiquorum exquiret sapiens, & in Prophetis vacabit, narrationem virorum nominatorum conseruabit, & in versutias parabolarum simul introibit, occulta prouerbiorum exquiret, & in absconditis parabolarum*

*nabolorum conuersabitur. In medio magnatorum ministrabit, & in conspectu præsidis apparebit. In terram alienigenarum gentium transiet, bona enim & mala in omnibus tentabit, cor suum tradet ad vigilandum diluculo.* Ista enim auctoritas videtur continere omnia ad sapientem studentem, & in isto In, id est, in sacra pagina meditantem, pertinentia. Quia pro certo talis debet.

Doctores rimari.
Occulta scrutari.
Magnis famulari.

¶ Item iste debet longe peragrare, multum vigilare, omnia tentare. Bona inquit & mala in omnibus tentabit. Et bene bona & mala, qui pro certo non solum libros bonos, sed etiam malos, non solum catholicos, sed etiam hæreticos, non solum diuina, sed sæcularia, non solum euangelica, sed & poëtica debet sapiens theologus videre, vt scilicet bona possit facere, mala cauere, bona docere, mala vero vitanda, & declinanda monstrare. Non enim euitatur malum nisi cognitum, & non percipitur erroris periculum, nisi ante omnia sit apertum. Non est enim reprehensibile si boni clerici quandoque in scientijs prohibitis & in libris (bona tamen intentione) studeant, vt scilicet de spinis rosas colligentes, omnia in laudem Dei dirigant, & conuertant, & vt bene dicere, & retinere sciant, mala vero cum opus fuerit reprehendant, exemplo Senecæ in epistola, qui quamuis reprehendat de libro ad librum, de scientia ad scientiam transire dicens, quod non conualescit planta, quæ sæpe transfertur, & non prosunt remedia nisi immorentur: transeo (inquit) tamen quandoque ad aliena castra, non sicut transfuga, sed sicut explorator. Transfuga enim est ille, qui transit ad exercitum hostium, & dimittit totaliter sicut proditor partem suam. Explorator est ille, qui bene vadit ad exercitum hostium, sed hoc non, vt sit de parte eorum: nec vt ibi moretur, sed vt hostium intentiones, & malitias nocituras ciuibus speculetur, vt captata occasione & præuisis hostis malitijs ad ciues redeat denuncians malitias, quæ aguntur. Et pro certo talis differentia est inter malos studentes & bonos, quia scilicet boni quandoque transeunt ad alienos, & ad aliena hostium castra, id est, ad alienos libros, scientias & dogmata, & hoc vt exploratores, non vt transfugæ, id est, non vt ibi sint mansuri, aut finalem terminum positiui, nec tanquam talibus hostium castris & exercitibus, id est, talium, & talibus libris & dogmatibus adhæsuri. Mali vero & reprobi illuc tanquam transfugæ transeunt, quia postquam castra hostium, id est, scientias, libros, & dogmata malorum viderint non quærunt amplius resipiscere, sed ibidem dimissis proprijs & necessarijs studijs immorantur. Figura ad vtrumque de columba, & de coruo emissis de arca Noe Gen. 8. quia scilicet *Coruus emissus non amplius legitur redisse ad arcam, columba vero rediit, & ramum virentis oliuæ in ore suo finaliter apportauit.* Quia reuera corui, id est, mali, quando exierunt exeunt ad alienas scientias speculandas, arcam Noe, id est, sacram theologiam ex toto dimittunt, ita quod transfugas, & nõ exploratores se forte ostendunt Hier. 5. *Indurauerunt facies suas, noluerunt reuerti.* Sed pro certo columbæ, id est, viri simplices & boni si quando dimissa huiusmodi arca, id est, facultate theologica, ad diluuium, & confusionem aliarum scientiarum exeunt, ibi requiem aut finalem dulcedinem non inueniunt nec quærunt. Et ideo ramum oliuæ, id est, quicquid boni possunt excerpunt, & ad arcam, id est, theologiæ studium redeunt & vertuntur, dicentes illud Eccles. 24. *In omnibus requiem quæsiui, & in hæreditate Domini morabor, tunc præcepit & dixit mihi creator omnium, in Iacob inhabita & in Israel hæreditare, & in electis meis mitte radices.* In omnibus inquit scientijs requiem quæsiui, & in hæreditate Domini, id est, in theologia, vbi scilicet & non alibi est vera requies, moram, id est, est, in habitationem trahere dignum duxi, & in Iacob luctatore, id est, in practica, in Israel vidente Deum, i. in speculatiua, & in electis Domini, id est, sanctorum doctorum omnium comitiua radices figere comprobaui. Sic igitur patet, quod In signat locum scripturæ, in quo versantur scientifici, vt sic de scientificis exponatur illud Abac. 3. *Sol & Luna steterunt in habitaculo suo, in luce sagittarum tuarum ibunt in splendore fulgurantis hastæ.* Sol & Luna sunt speculatiui & actiui, qui, scilicet stant & morantur in habitaculo sacræ scripturæ, & in luce scientiæ theologicæ, quæ, scilic. comparatur sagittæ, fulguri, seu hastæ. Signat igitur In locum scripturæ, in quo conuersantur

G scientifici.

¶ Item dico, quod per In intelligitur, locus naturæ, in quo versantur viri Physici, hoc est dictum, vbi naturales & philosophi. Physis enim idem est, quod natura, quia tenera decet & necessarium est, quod fiat aliqui, qui rerum naturam, & opera Dei velint, & sciant cum diligentia speculari, & eius mirabilia inquirere, intelligere, vel scrutari, Dicentes Domino cum Psal. *Meditabor in omnibus operibus tuis, & in adinuentionibus tuis exercebor.* Deus enim & natura sunt sicut rex & regina, vir & fœmina, artifex & exemplaris norma, quæ omnia produxerunt in esse, & creaturarum multitudinem, formarum pulchritudinem, & rerum magnitudinem genuerunt, & istum ordinem vniuersi cum suis varietatibus formauerunt, vt etiam possit de natura dici illud Psalm. *Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate,* creaturarum supple. Sicut varietas creaturarum, & earum mirabilis proprietas delectat, & reficit intellectum, igitur in ista studeamus, & eius mirabilia inquiramus vt exinde ad creatoris laudem, & gloriam assurgamus. Teste enim Apostolo Rom. 1. *Inuisibilia enim Dei, à creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur.* & Sap. 13. *A magnitudine enim creaturæ & speciei cognoscibiliter poterit horum creator videri.* Creaturæ enim Dei sunt vestigium creatoris, quia, scilicet sicut eius imago, & vestigium mentem humanam in aliquam ipsius cognitionem perducunt. Narrat enim Plin. lib. 8 cap. 2. quod elephantes inuenientes vestigium hominis in deserto quasi stupidi solent stare, circumspectare, iras proflare & non calcare. Tigris etiam, vt ait, dato quod nunquam hominem viderit, eiusdem tamen vestigium inueniens in deserto statim sentit, & quodam naturæ sensu hominis prærogatiuam cognoscit, & ideo timens catulos suos à loco mutare continuo consueuit. Mirum (inquit [illegible]) quod animalia tam præstantia viribus tam velucia cursu, vestigium hominis timeant. Sed hæc est (inquit) natura rerum [illegible] quæ nunquam vidissent quem timere debeant, statim in[illegible]gát com sit timendum His igitur instruimur, quod si bruta vestigio hominis statim ducuntur ad notitiam quid sit homo & statim percipiunt hoc esse vestigium talis rei quæ eis est super omnia, multo fortius nos rationabiles dum videmus creaturas, naturam rerum & ordinem vniuersi, quæ sc. sunt ipsius Dei vestigium & character,

Debemus ad ipsum Deum { cognoscendum, timendum & honorandum } induci.

Et iuxta apostolorum Rom. 1. *Per visibilia, quæ facta sunt, Dei inuisibilia meditari, contemplari, pariter & scrutari.* Ideo dicamus cum Ps. *Quam terribilia sunt opera tua Domine, omnia in sapientia fecisti impleta est terra possessione tua.* Et sibi dicitur ipsi Deo in Ps. *in mari via tua & semita tua in aquis multis, & vestigia tua non cognoscentur.* Vnum tamen volo addere, scilicet quia non omnia, quæ resoluta in isto vestigio, sunt ab hominibus perscrutanda, sed solum necessaria & cognosci possibilia, quia, scili. multa, quæ humanam cognitionem transcendunt, quæ, scilicet, suos inuestigatores si simplices fuerint, non in veritatem, sed in cæcitatem & errorem deducunt. Vnde Cato. *Sine arcana Dei, quid sit inquirere noli.* Et Eccl. 3. dicitur. *Altiora te, ne quæsieris. fortiora te, ne scrutatus fueris sed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus.* Sequitur. *Plurima enim super sensum hominum ostensa sunt tibi, multos enim supplantauit suspitio illorum, & in vanitate detinuit sensus illorum.* Patet igitur, quod In signat locum naturæ, in quo versantur viri Physici.

H ¶ Item dico, quod per In quandoque intelligitur locus gratiæ, in quo versantur viri catholici. Ecclesia enim fides, & status gratiæ est quædam habitatio, quædam regio, quidam locus, in quo necesse est omnem catholicum conuersari, cum extra illud In, id est, extra locum istum non sit remedium neq; salus. Narrat Solinus, quod circa fontem vbi oritur fluuius Ganges, gens habitat, quæ solo pomorum odore viuit, si vero alibi transiuerit, vbi odorem sentire nequeat, cito perit. Simile videtur Solinus dicere de Androgynis, qui in alieno cœlo, quam in illo, in quo nati sunt, viuere non possunt. Ad quod facit illud, quod narratur in historia Alexandri, vbi ponitur, quod ipse dum esset in Medis, venit ad quoddam nemus puellarum. Habitabant enim ibi sicut dicit illa historia, puellæ pulcherrimæ, sicut Nymphæ, quæ sola vmbra & solo odore arborum alebantur. Ad quas veniens Alexander cum exercitu dum aliquas vellet extrahere & secum ducere vel portare, cognito, quod si faceret, protinus morerentur ipsas in suo nemore dimiserunt. Reuera sic est de statu & de nemore vbi, scilicet est.

vmbra

Vmbra fidei,
Odor spei,
Fons charitatis,
Fluuius gratiæ & veritatis,

... teuera puellæ, id est, animæ & illi quicunque sint, qui in loco diuinitus sunt locati, & ad fidem attracti cœlitus & ..., alibi viuere nequeunt vita, scilicet gratiæ, cum alibi non sit salus, quinimo si exinde exiuerint peccando, vel vmbrã fidei, odorem spei, fontem gratiæ, & fluuium Dei misericordiæ dimittendo, & alibi scilic. de bonis incommutabilibus ad bona commutabilia se vertendo, protinus mortem peccati incurrunt & vitam spiritualem perdunt, & morti æternæ finaliter se submittunt. Et hoc est, quod dicitur figuratiue filijs Israel Hier. 40. *Si quiescentes manseritis in terra hac, ædificabo vos, & non destruam, plantabo & non euellam.* Sequitur. *Et dabo vobis misericordiã, & habitare vos faciam in terra vestra. Si autem dixeritis, non habitabimus in terra ista, sed ad terram Aegypti pergemus, & ibi habitabimus, gladium quem vos formidatis, comprehendet vos in terra Aegypti, & fames pro qua solliciti estis, adhærebit vobis in Aegypto, & ibi moriemini* dico, scilicet morte culpæ, & postea, scilicet mortæ pœnæ. *Mors in olla vir Dei* 4. Reg. 4. Sed heu proh dolor, qui sunt hodie illi, qui infra Ecclesiæ statum honeste & clericaliter viuendo perseuerant, & qui de transeundo in Ægyptum, In mundo de viuendo sæculariter & criminaliter nihil curant? vere pauci, quia pro certo in isto In, i. e. in isto statu Ecclesiæ sunt hodie multi qui sæcularibus sunt peiores, & in diuersis criminib. pleniores, vnde talibus conqueritur Dominus Hier. 11. *Quid est, quod dilectus*, id est, populus Ecclesiasticus, *in domo mea facit scelera multa?* & Ose. 6. *In domo Israel vidi horrendum*, Et pone si vis illa, quæ ciuitati Hierusalem dicta sunt Ezec. 22. quæ ponuntur infra eodem tit. vbi agitur de mundo, vbi dicitur, *Scelus operati sunt in medio tui &c.* Patet ergo, quod per In intelligitur locus Ecclesiæ, in quo versantur viri catholici. ¶ Item dico, quod per In intelligi-

I tur locus pœnitentiæ, in quo versantur patres almifici. Status enim communis fidei & Christianæ religionis est sicut aula Ecclesiæ militantis, in qua, scilicet recipiuntur omnes, scilicet parui & magni, docti & indocti, simplices, & ignari, etiam boni & mali, dum tamen sint fidei signaculo insigniti, sed pro certo religio & status pœnitentiæ est, sicut secretaria regis camera, in qua scilicet non debet esse, nec admitti nisi dignus, & regis familiaris & charus & ipsius Christi seruitio deditus, & sollicitus & intentus, dicens, scilicet illud Ps. *In terra deserta, & inuia & inaquosa, sic in sancto apparui tibi, vt viderem virtutem tuam & gloriam tuam.* Et illud. *Elegi esse abiectus in domo Dei mei magis, quam habitare in tabernaculis peccatorum.* Et merito, quia pro certo ista camera.

Est in loco { alto ad contemplandum, / tuto ad habitandum, / grato ad lætè spatiandum seu conuersandum, / sancto ad Deo seruiendum.

¶ Est enim religio locus altæ contemplationis. Vnde Exod. 24. *Ascende ad me in montem, & esto ibi.* Et Eze. 8. *Eleuauit me spiritus, & adduxit in Hierusalem in visione Dei.* Item est locus tutæ habitationis, quia scilicet ibi non sunt tot allicientia & trahentia ad peccatum sicut in mundo. Et ideo hostes spirituales non possunt ibi nocere, maxime quia Deus est tutor & defensor huius loci Esa. 26. *Vrbs fortitudinis nostræ Sion, saluator ponetur in ea, murus & antemurale &c.* Item est locus gratæ conuersationis, sanctæ famulationis Philip. 3. *Conuersatio nostra in cœlis est.* famulantibus etiam Deo in hoc loco potest dici illud Num. 16. *Separauit vos Deus Israel ab omni populo, & iunxit sibi, vt seruiretis ei in cultu tabernaculi.* Vnde quilibet potest dicere de isto in illud Eccl. 24. *In Sion firmata sum, & in ciuitate sanctificata similiter requieui, & in Hierusalem potestas mea. Et radicaui in populo honorificato, & in parte Dei mei hæreditas illius, & in plenitudine sanctorum detentio mea.* In isto enim loco est stabilitas & constantia mea. [In Sion inquit firmata sum.] Communitas & concordia [In ciuitate] id est, ciuili vnitate. Sinceritas & munditia [Sanctificata similiter requieui] Tranquillitas & lætitia [Hierusalem] quæ dicitur pacis visio. Auctoritas & eminentia [Potestas mea] scilicet in meipsum. Nobilitas & excellentia [In populo honorificato] scilicet radicaui. Fertilitas & opulentia [Hæreditas mea in plenitudine] Æternitas & permanentia [detentio mea] id est, mansio perpetua. Illa expone si vis de sanctitate religionis, de qua etiam cuilibet intranti in illud indicitur Exo. 3. *Solue calceamenta de pedibus tuis, locus enim in quo stas, terra sancta est.* Iste est ergo locus gratæ conuersationis, iste est locus sanctæ famulationis seu congregationis. Iste enim locus moraliter loquendo, est pulcherrimus, & omnibus arboribus, i. e. sanctis personis refertus, vt sic anima sancta, vel persona possit dicere illud Eccl. 24. *Quasi cedrus exaltata sum in Libano, & quasi cypressus in monte Sion, quasi palma exaltata sum in Cades, & quasi plantatio rosæ in Hiericho, quasi oliua speciosa in campis, & quasi platanus exaltata sum iuxta aquas in plateis. Sicut cinnamomum, & balsamum aromatizans odorem dedi, quasi myrrha electa dedi suauitatem odoris.* Compara locum religionis Libano, Sion, Cades, Hiericho, campis, aquis, & plateis. Bonum vero religiosum compara cedro exaltato, ratione contemplationis, cypresso sursum erecto, ratione affectionis, palmæ diutissime virenti, ratione durationis, rosæ rubenti, ratione charitatis & dilectionis, oliuæ oleum distillanti, ratione compassionis, platano aquas diligenti, ratione deuotionis & compunctionis, cinnamomo sicco, sed fraganti, ratione carnis macerationis, balsamo odoranti, ratione bonæ famæ & opinionis, myrrhæ amaræ amaritudinem prætendenti, ratione pœnitentiæ & contritionis. In tali ergo In vbi sunt tot genera bonorum hominum, & virtutum est manendum, & ibi semper munde & sinceriter conuersandum, & Deo seruiendum. Ideo canitur de quolibet sancto viro: *Domine iste sanctus habitabit in tabernaculo tuo, requiescet in monte sancto tuo.* Patet igitur, quod per In intelligitur locus pœnitentiæ, in quo conuersantur, & Deo famulantur

viri almifici. ¶ Item dico, quod per In significatur locus cœlestis K gloriæ, in quo conuersantur sancti beatifici, id est, paradisus. Sicut enim stellæ, quæ sunt incorruptibiles, collocantur in loco incorruptibili & æterno scilicet in firmamento cœli iuxta illud Gen. 1. *Fiant luminaria, vt luceant in firmamento cœli, & illuminent terram*, sic pro certo sanctis, qui iam sunt incorruptibiles & immortales, dedit Deus locum perpetuum & æternum, videlicet paradisum, vt cuilibet dicatur illud Eze. 28. *Tu Cherub extentus, & protegens, & posui te in monte sancto Dei in medio lapidum ignitorum, ambulasti, perfectus in vijs tuis.* Et præmittitur ibidem. *Tu signaculum similitudinis plenus sapientia, perfectus decore, in delitijs paradisi Dei fuisti.* Et aduerte quod.

Paradisus est locus, In quo est { Claritas, / Paritas, / Raritas, / Charitas, / Puritas, / Veritas.

Est enim ibi claritas, quæ non obfuscatur, quia certe ibi est claritas diuinæ cognitionis, & interioris & certe visibilium & inuisibilium speculationis. De Deo enim dicitur in Ps. quod *videbitur Deus Deorum in Sion.* De creaturis etiam, quæ, sc. videntur in speculo diuinitatis, dicitur in Ps. *In lumine tuo videbimus lumen*, ita, quod quilibet beatus potest dicere de Deo illud Ps. *Emitte lucem tuam, & veritatem tuam, ipsa me deduxerunt & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua.* Item ibi est paritas, quæ non segregatur, id est, vnitas & concordia sempiterna, quia, scilic. omnes sunt pares, quo ad quid, quia videlicet.

Omnes { sunt filij Dei, / vident Deũ, / sunt beati. } licet diuersimode.

Matth. 20. *Ite & vos in vineam meam*, id est, in Paradisum. Sequitur. *Hi nouissimi vna hora fecerunt, & pares illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei & æstus.* ¶ Item illic est raritas, quæ non molestatur, ibi enim viuitur sine pressura, *quia.* scilicet in vinea Domini Sabaoth *multi sunt vocati, pauci vero electi.* Vnde Matth. 7. dicitur, *& arcta est via, quæ ducit ad vitam, & pauci sunt, qui inueniunt eam.* Et in Psal. dicitur, *Cum essent numero breui, paucissimi & incolæ eius, & pertransierunt de gente in gentem, de regno ad populum alterum, non reliquit hominem nocere eis.* De gente inquit in gentem, id est, de Ecclesia militante ad Ecclesiam triumphantem. ¶ Item ibi est charitas quæ non perturbatur. Scriptum enim Leuit. 6. quod *ignis in altari meo semper ardebit.* Et constat, quod ibi est altare & oratorium Dei viui. Et ideo necesse est, quod ignis charitatis semper insit & ardeat in hoc loco, quo, sc. bene inflammantur in Dei gloriam atque laudem, vnde Esa. 51. *Consolabitur Dominus Sion, gaudium & lætitia inuenietur in ea, gratiarum actio, & vox laudis.* ¶ Item illic est puritas, quæ non maculatur, quia scilicet ibi non habitant nisi homines mundi & puri. Vnde Psa. *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo? Qui ingreditur sine macula.* ¶ Item illic est veritas, quæ non obscuratur

*tabulorum conuersabitur. In medio magnatorum ministrabit, & in conspectu præsidis apparebit. In terram alienigenarum gentium transiet, bona enim & mala in omnibus tentabit, cor suum tradet ad vigilandum diluculo.* Ista enim auctoritas videtur continere omnia ad sapientem studentem, & in isto In, id est, in sacra pagina meditantem, pertinentia. Quia pro certo talis debet.

Doctores rimari.
Occulta scrutari.
Magnis famulari.

¶ Item iste debet longe peragrare, multum vigilare, omnia tentare. Bona inquit & mala in omnibus tentabit. Et bene bona & mala, qui pro certo non solum libros bonos, sed etiam malos, non solum catholicos, sed etiam hæreticos, non solum diuinos, sed sæcularia, non solum euangelica, sed & poëtica debet sapiens theologus videre, vt scilicet bona possit facere, mala cauere, bona docere, mala vero vitanda, & declinanda monstrare. Non enim euitatur malum nisi cognitum, & non percipitur erroris periculum, nisi ante omnia sit apertum. Non est enim reprehensibile si boni clerici quandoque in scientijs prohibitis & in libris (bona tamen intentione) studeant, vt scilicet de spinis rosas colligentes, omnia in laudem Dei dirigant, & conuertant, & vt bene dicere, & retinere sciant, mala vero cum opus fuerit reprehendant, exemplo Senecæ in epistola, qui quemuis reprehendat de libro ad librum, de scientia ad scientiam transire dicens, quod non conualescit planta, quæ sæpe transfertur, & non prosunt remedia nisi immorentur: transeo (inquit) tamen quandoque ad aliena castra, non sicut transfuga, sed sicut explorator. Transfuga enim est ille, qui transit ad exercitum hostium, & dimittit totaliter sicut proditor partem suam. Explorator est ille, qui bene vadit ad exercitum hostium, sed hoc non, vt sit de parte eorum: nec vt ibi moretur, sed vt hostium intentiones, & malitias nocituras ciuibus speculetur, vt captata occasione & præuisis hostis malitijs ad ciues redeat denuncians malitias, quæ aguntur. Et pro certo talis differentia est inter malos studentes & bonos, quia scilicet boni quandoque transeunt ad alienos, & ad aliena hostium castra, id est, ad alienos libros, scientias & dogmata, & hoc vt exploratores, non vt transfugæ, id est, non vt ibi sint mansuri, aut finalem terminum positum, nec tanquam talibus hostium castris & exercitibus, id est, talium, & talibus libris & dogmatibus adhæsuri. Mali vero & reprobi illuc tanquam transfugæ transeunt, quia postquam castra hostium, id est, scientias, libros, & dogmata malorum viderint non quærunt amplius resipiscere, sed ibidem dimissis proprijs & necessarijs studijs immorari. Figura ad vtrumque de columba, & de coruo emissis de arca Noæ Gen. 8 quia, scilicet *Coruus emissus non amplius legitur redisse ad arcam, columba vero redijt, & ramum virentis oliuæ in ore suo finaliter apportauit.* Quia reuera corui, id est, mali, quando exterius exeunt ad alienas scientias speculandas, arcam Noe, id est, sacram theologiam ex toto dimittunt, ita quod transfugas, & nō exploratores se forte ostendunt Hier. 5. *Indurauerunt facies suas, noluerunt reuerti.* Sed pro certo columbæ, id est, viri simplices & boni si quando dimissa huiusmodi arca, id est, facultate theologica, ad diluuium, & confusionem aliarum scientiarum exeunt, ibi requiem aut finalem dulcedinem non inueniunt nec quærunt. Et ideo ramum oliuæ, id est, quicquid boni possunt excerpunt, & ad arcam, id est, theologiæ studium redeunt & vertunt, dicentes illud Eccles. 24. *In omnibus requiem quæsiui, & in hæreditate Domini morabor, tunc præcepit & dixit mihi creator omnium, in Iacob inhabita & in Israel hæreditare, & in electis meis mitte radices.* In omnibus inquit scientijs requiem quæsiui, & in hæreditate Domini, id est, in theologia, vbi scilicet & non alibi est vera requies, moram, id est est, inhabitationem trahere dignum duxi, & in Iacob luctatore, id est, in practica, in Israel vidente Deum, i. in speculatiua, & in electis Domini, id est, sanctorum doctorum omnium contritua radices figere comprobaui. Sic igitur patet, quod In signat locum scripturæ, in quo versantur scientifici, vt sic de scientificis exponatur illud Abac. 3. *Sol & Luna steterunt in habitaculo suo, in luce sagittarum tuarum ibunt in splendore fulgurantis hastæ.* Sol & Luna sunt speculatiuus & actiuus, qui, scilicet stant & morantur in habitaculo sacræ scripturæ, & in luce scientiæ theologicæ, quæ, scilic. comparatur sagittæ, fulguri, seu hastæ. Signat igitur In locum scripturæ, in quo conuersantur scientifici.

G

¶ Item dico, quod per In intelligitur, locus naturæ, in quo versantur viri Physici, hoc est dictum, vbi naturales & philosophici. Physis enim idem est, quod natura, quia reuera decet & necessarium est, quod sint aliqui, qui rerum naturam, & opera Dei velint, & sciant cum diligentia speculari, & eius mirabilia inquirere, intelligere, vel scrutari, Dicentes Domino cum Psal. *Meditabor in omnibus operibus tuis, & in adinuentionibus tuis exercebor.* Deus enim & natura sunt sicut rex & regina, vir & fœmina, artifex & exemplaris omnia, quæ omnia produxerunt in esse, & creaturarum multitudinem, formarū pulchritudinem, & rerum magnitudinem genuerunt. & istum ordinem vniuersi cum suis varietatibus formauerunt, vt etiam possit de natura dici illud Psalm. *Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circundata varietate*, creaturarum supple. Sicut varietas creaturarum, & earum mirabilis proprietas delectat, & reficit intellectum, igitur in ista studeamus, & eius mirabilia inquiramus vt exinde ad creatoris laudem, & gloriam assurgamus. Teste enim Apostolo Rom. 1. *Inuisibilia enim Dei, à creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur.* & Sap. 13. *A magnitudine enim creaturæ & speciei cognoscibiliter poterit horum creator videri.* Creaturæ enim Dei sunt vestigium creatoris, quia, scilicet sicut eius imago, & vestigium mentem humanam in aliquam ipsius cognitionem perducunt. Narrat enim Plin. lib 8. cap. 2. quod elephantes inuenientes vestigium hominis in desertu quasi stupidi solent stare, circumspectare, iras proflare & non calcare. Tigris etiam, vt ait, dato quod nunquam hominem videtit, eiusdem tamen vestigium inueniens in deserto statum sentit, & quodam naturæ sensu hominis prærogantiam cognoscit, & ideo timens catulos suos à loco mutare continuo consueuit. Mirum (inquit Plin.) quod animalia tam præstantia viribus tam velocia cursu, vestigium hominis timeant. Sed hæc est (inquit) natura rerum, quæ nunquam vidissent quem timere debeant, statim intelligat cum sit timendum. His igitur instruimur, quod si bruta vestigio hominis statim ducuntur ad notitiam quid sit homo & statim percipiunt hoc esse vestigium talis rei quę eis est superius in natura, multo fortius nos rationabiles dum videmus creaturas, naturam rerum & ordinem vniuersi, quæ sc. sunt ipsius Dei vestigium & character, C

Debemus ad ipsum Deum { cognoscendum, timendum &, honorandum } induci.

Et iuxta apostolorum Rom. 1. *Per visibilia, quæ facta sunt, Dei inuisibilia meditari, contemplari, pariter & scrutari.* Ideo dicamus cum Ps. *Quam terribilia sunt opera tua Domine, omnia in sapientia fecisti, impleta est terra possessione tua* Et alibi dicitur ipsi Deo in Ps. *In mari via tua & semita tua in aquis multis, & vestigia tua non cognoscentur.* Vnum tamen volo addere, scilicet quia non omnia, quæ resultant in isto vestigio, sunt ab hominibus perscrutanda, sed solum necessaria & cognosci possibilia, quia, scili. multa, quæ humanam cognitionem transcendunt, quæ, scilicet, suos inuestigatores si simplices fuerint, non in veritatem, sed in cæcitatem & errorem deducunt. Vnde Cato. *Sine arcana Dei, quid sit inquirere noli.* Et Eccl. 3. dicitur. *Altiora te, ne quæsieris fortiora te, ne scrutatus fueris sed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus.* Sequitur. *Plurima enim super sensum hominis ostensa sunt tibi, multos enim supplantauit suspitio illorum, & in vanitate detinuit sensus illorum.* Patet igitur, quod In signat locum naturæ, in quo versantur viri Physici.

¶ Item dico, quod per In quandoque intelligitur locus gratię, in quo versantur viri catholici. Ecclesia enim fidei, & status gratiæ est quædam habitatio, quædam regio, quidam locus, in quo necesse est omnem catholicum conuersari, cum extra istud In, id est, extra locum istum non sit remedium neq; salus. Narrat Solinus, quod circa fontem vbi oritur fluuius Ganges, gens habitat, quæ solo pomorum odore viuit, si vero alibi transmeet, vbi odorem sentire nequeat, cito perit. Simile videtur Solinus dicere de Androgynis, qui in alieno cœlo, quam in illo, in quo nati sunt, viuere non possunt. Ad quod facit illud, quod narratur in historia Alexandri, vbi ponitur, quod ipse dum esset in Medis, venit ad quoddam nemus puellarum. Habitant enim ibi sicut dicit illa historia, puellæ pulcherrimæ, sicut Nymphæ, quæ sola vmbra & solo odore arborum alebantur. Ad quas veniens Alexander cum exercitu dum aliquas vellet extrahere & secum ducere vel portare, cognito, quod si faceret, protinus morerentur ipsas in suo nemore dimiserunt. Reuera sic est de statu & de nemore vbi, scilicet est. H

vmbra

Vmbra fidei,
Odor spei,
Fons charitatis,
Fluuius gratiæ & veritatis,

[...]rueta puellæ, id est, animæ & illi quicunque sint, qui in [...] diuinitus sunt locati, & ad fidem attracti cœlitus & [...], alibi viuere nequeunt vita, scilicet gratiæ, cum alibi [...] salus, quinimo si exinde exiuerint peccando, vel umbrã fidei, odorem spei, fontem gratiæ, & fluuium Dei misericordiæ dimittendo, & alibi scilic. de bonis incommutabilibus ad bona commutabilia se vertendo, protinus mortem peccati incurrunt & vitam spiritualem perdunt, & morti æternæ finaliter se submittunt. Et hoc est, quod dicitur figuratiue filijs Israel Hier. 40. *Si quiescentes manseritis in terra hac, ædificabo vos, & non destruam, plantabo & non euellam.* Sequitur. *Et dabo vobis misericordiã, & habitare vos faciam in terra vestra. Si autem dixeritis, non habitabimus in terra ista, sed ad terram Aegypti pergemus, & ibi habitabimus, gladius quem vos formidatis, comprehendet vos in terra Aegypti, & fames, pro qua soliciti estis, adhærebit vobis in Aegypto, & ibi moriemini* dico, scilicet morte culpæ, & postea, scilicet morte pœnæ. *Mors in olla vir Dei* 4. Reg. 4. Sed heu proh dolor, qui sunt hodie illi, qui infra Ecclesiæ statum honeste & clericaliter viuendo perseuerant, & qui de transeundo in Ægyptum, in mundo de viuendo seculariter & criminaliter nihil curant? vere pauci, quia pro certo in isto In, i. e. in isto statu Ecclesiæ sunt hodie multi qui secularibus sunt peiores, & in diuersis criminib. pleniores, vnde taliber conqueritur Dominus Hier. 11. *Quid est, quod dilectus, id est, populus Ecclesiasticus, in domo mea facit scelera multa?* & Ose. 6. *In domo Israel vidi horrendum,* Et pone si vis illa, quæ ciuitati Hierusalem dicta sunt Ezec. 2. quæ ponuntur infra eodem tit. vbi agitur de mundo, vbi dicitur, *Scelus operati sunt in medio tui &c.* Patet ergo, quod per In intelligitur locus Ecclesiæ, in quo versantur viri catholici. ¶ Item dico, quod per In intelligitur locus pœnitentiæ, in quo versantur patres almifici. Status enim communis fidei & Christianæ religionis est sicut aula Ecclesiæ militantis, in qua, scilicet recipiuntur omnes, scilicet parui & magni, docti & indocti, simplices, & ignari, etiam boni & mali, dum tamen sint fidei signaculo insigniti, sed pro certo religio & status pœnitentiæ est, sicut secretaria regis camera, in qua sc. non debet esse, nec admitti nisi dignus, & regis familiaris & charus & ipsius Christi seruitio deditus, & sollicitus & intentus, dicens, scilicet illud Ps. *In terra deserta, & inuia & inaquosa, sic in sancto apparui tibi, vt viderem virtutem tuam & gloriam tuam.* Et illud. *Elegi esse abiectus in domo Dei mei magis, quam habitare in tabernaculis peccatorum.* Et merito, quia pro certo ista camera.

Est in loco { alto ad contemplandum, | tuto ad habitandum, | grato ad late spatiandum seu conuersandum, | sancto ad Deo seruiendum.

¶ Est enim religio locus altæ contemplationis. Vnde Exod. 2. *Ascende ad me in montem, & esto ibi.* Et Eze. 8. *Eleuauit me spiritus, & adduxit in Hierusalem in visione Dei.* Item est locus tutæ habitationis, quia scilicet ibi non sunt tot allicientia & trahentia ad peccatum sicut in mundo. Et ideo hostes spirituales non possunt ibi nocere, maxime quia Deus est tutor & defensor huius loci Esa. 26. *Vrbs fortitudinis nostræ Sion, saluator ponetur in ea, murus & antemurale &c.* Item est locus gratæ conuersationis, sanctæ famulationis Philip. 2. *Conuersatio nostra in cœlis est,* famulantibus etiam Deo in hoc loco potest dici illud Num. 10. *Separauit vos Deus Israel ab omni populo, & iunxit sibi, vt seruiretis ei in cultu tabernaculi.* Vnde quilibet potest dicere de isto in illud Eccl. 24. *In Sion firmata sum, & in ciuitate sanctificata similiter requieui, & in Hierusalem potestas mea. Et radicaui in populo honorificato, & in parte Dei mei hæreditas illius, & in plenitudine sanctorum detentio mea.* In isto enim loco est stabilitas & constantia mea. [In Sion inquit firmata sum.] Communitas & concordia [In ciuitate] id est, ciuili vnitate. Sinceritas & mũditia [Sanctificata similiter requieui] Trãquillitas & lætitia [Hierusalem] quæ dicitur pacis visio. Auctoritas & eminentia [Potestas mea] scilicet in meipsum. Nobilitas & excellentia [In populo honorificato] scilicet radicaui. Fertilitas & opulentia [Hæreditas mea in plenitudine] Æternitas & permanentia [detentio mea] id est, mansio perpetua. [...] expone si vis de sanctitate religionis, de qua etiam cuilibet intranti In illud dicitur Exo. 3. *Solue calceamenta de pedibus tuis, locus enim in quo stas, terra sancta est.* Iste est ergo locus gratæ con-uersationis, iste est locus sanctæ famulationis seu congregationis. Iste enim locus moraliter loquendo, est pulcherrimus, & omnibus arboribus, i. e. sanctis personis refertus, vt sic anima sancta, vel persona possit dicere illud Eccl. 24. *Quasi cedrus exaltata sum in Libano, & quasi cypressus in monte Sion, quasi palma exaltata sum in Cades, & quasi plantatio rosæ in Hiericho, quasi oliua speciosa in campis, & quasi platanus exaltata sum iuxta aquas in plateis. Sicut cinnamomum, & balsamum aromatizans odorem dedi, quasi myrrha electa dedi suauitatem odoris.* Compara locum religionis Libano, Sion, Cades, Hiericho, campis, aquis, & plateis. Bonum vero religiosum compara cedro exaltato, ratione contemplationis, cypresso sursum erecto, ratione affectionis, palmæ diutissime virenti, ratione durationis, rosæ rubenti, ratione charitatis & dilectionis, oliuæ oleum distillanti, ratione cõpassionis, platano aquas diligenti, ratione deuotionis & compunctionis, cinnamomo sicco, sed fragranti, ratione carnis maceratonis, balsamo odoranti, ratione bonæ famæ & opinionis, myrrhæ amaræ amaritudinem prætendenti, ratione pœnitentiæ & contritionis. In tali ergo In vbi sunt tot genera bonorum hominum, & virtutum est manendum, & ibi semper munde & sinceriter conuersandum, & Deo seruiendum. Ideo canitur de quolibet sancto viro: *Domine iste sanctus habitabit in tabernaculo tuo, requiescet in monte sancto tuo.* Patet igitur, quod per In intelligitur locus pœnitentiæ, in quo conuersantur, & Deo famulantur viri almifici. ¶ Item dico, quod per In significatur locus cœlestis K
gloriæ, in quo conuersantur sancti beatifici, id est, paradisus. Sicut enim stellæ, quæ sunt incorruptibiles, collocantur in loco incorruptibili & æterno scilicet in firmamento cœli iuxta illud Gen. 1. *Fiant luminaria, vt luceant in firmamento cœli, & illuminent terram,* sic pro certo sanctis, qui iam sunt incorruptibiles & immortales, dedit Deus locum perpetuum & æternum, videlicet paradisum, vt cuilibet dicatur illud Eze. 28. *Tu Cherub extentus, & protegens, & posui te in monte sancto Dei in medio lapidum ignitorum ambulasti, perfectus in vijs tuis.* Et præmittitur ibidem. *Tu signaculum similitudinis plenum sapientia, perfectum decore, in delitijs paradisi Dei fuisti.* Et aduerte quod.

Paradisus est locus, In quo est { Claritas, | Paritas, | Raritas, | Charitas, | Puritas, | Veritas.

Est enim ibi claritas, quæ non obfuscatur, quia certe ibi est claritas diuinæ cognitionis, & interioris & certe visibilium & inuisibilium speculationis. De Deo enim dicitur in Ps. quod *videbitur Deus Deorum in Sion.* De creaturis etiam, quæ, sc. videntur in speculo diuinitatis, dicitur in Ps. *In lumine tuo videbimus lumen,* ita, quod quilibet beatus potest dicere de Deo illud Ps. *Emitte lucem tuam, & veritatem tuam, ipsa me deduxerunt & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua.* Item ibi est paritas, quæ non segregatur, id est, vanitas & concordia sempiterna, quia, scilic. omnes sunt pares, quoad quid, quia videlicet.

Omnes { sunt filij Dei, | vident Deũ, | sunt beati. } licet diuersimode.

Matth. 20. *Ite & vos in vineam meam,* id est, in Paradisum. Sequitur. *Hi nouissimi vna hora fecerunt, & pares illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei & æstus.* ¶ Item illic est raritas, quæ non molestatur, ibi enim viuitur sine pressura, *quia,* scilicet in vinea Domini Sabaoth *multi sunt vocati, pauci vero electi.* Vnde Matth. 7. dicitur, *& arcta est via, quæ ducit ad vitam, & pauci sunt, qui inueniunt eam.* Et in Psal. dicitur, *Cum essent numero breui, paucissimi & incolæ eius, & pertransierunt de gente & in gentem, de regno ad populum alterum, non reliquit hominem nocere eis.* De gente inquit in gentem, id est, de Ecclesia militante ad Ecclesiam triumphantem. ¶ Item ibi est charitas quæ non perturbatur. Scriptum enim Leuit. 6. quod *ignis in altari meo semper ardebit.* Et constat, quod ibi est altare & oratorium Dei viui. Et ideo necesse est, quod ignis charitatis semper insit & ardeat in hoc loco, quo, sc. bene inflammantur in Dei gloriam atque laudem, vnde Esa. 51. *Consolabitur Dominus Sion, gaudium & lætitia inuenietur in ea, gratiarum actio, & vox laudis.* ¶ Item illic est puritas, quæ non maculatur, quia scilicet ibi non habitant nisi homines mundi & puri. Vnde Psa. *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo? Qui ingreditur sine macula.* ¶ Item illic est veritas, quæ non obscoratur

quia, scilicet ibi vere & certifice videtur essentia diuina Esa. 33. *Quis poterit ex vobis habitare cum ardoribus sempiternis? Qui proiicit auaritiam & calumniam, & excutit manus suas ab omni munere.* Ie sequitur. *Iste in excelsis habitabit, munimenta saxorum sublimitas eius, panis ei datus est, aquæ eius fideles sunt, regem in decore suo videbunt, cernent terram de longe*, ibi enim sunt ardores sempiterni per charitatem inextinguibilem ibi videtur rex, id est, Deus in decore per claritatem inobfuscabilem, ibi etiam videtur & cognoscitur terra, id est, vniuersalis rerum machina per veritatem indeceptibilem. Sic igitur patet, quod in isto In, id est, paradiso sunt omnia bona, & nullum malum. Vnde de beatis dicitur Esa. 32. *Erit securitas vsque in sempiternum, & sedebit populus meus in pulchritudine pacis. & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta.* vbi nota, quod illud In, id est, iste locus.

Caret hostili terrore [Erit securitas]
Manet æterno tenore [In sempiternum]
Gaudet sublato labore [Sedebit]
Fulget in regio honore [Populus meus]
Floret rutilo decore [In pulchritudine]
Silet quieto dulcore [Pacis]
Audet securo vigore [In tabernaculo fiduciæ.]
Studet pacato sopore [In requie]
Pollet immenso valore [Opulenta]

Prosequere si vis, & allega de In. De securitate n. illius loci dicitur 2. Reg. 19. *Venis vt requiescas securus mecum in Hierusalem, dixit Dauid Berzellai, &c.* Concorda de alijs. Patet ergo, quod per In intelligitur locus gloriæ, in quo conuersantur viri beatifici. Sic
L ergo patet, quod In denotat loca bonorũ. ¶ Sed adhuc dico, quod per In intelliguntur loca malorum. Et sic notabo, quod sicut temporaliter loquendo, diuites sibi vendicant tria loca, scilicet.

Vnum pro { Vere, / Æstate, / Hyeme. } in quo manent ad { consolandum. / congregandum. / expendendum.

Primus est delitiosus. Secundus tumultuosus. Tertius laboriosus seu penuriosus. Sic vere dicam loquendo spiritualiter, quod mali habent generaliter tria loca, videlicet, vnum.

delitiosum, / tumultuosum, / penuriosum, } qui abũdat { fœdis humorib. / duris laboribus, / magnis dolorib. } hic est { caro, / mundus, / infernus.

In { carne latitant vere florentis amœnitatis, / mundo militant, æstate feruentis cupiditatis, / inferno habitant, hyeme sequentis aduersitatis.

Homines enim in { vere / æstate / hyeme } volunt { lætari, / ditari, / calidi dari.

Sic pro certo ipsi peccatores in carne lætantur & consolantur, in mundo ditantur & cumulantur, in inferno cremantur & conflagrantur. Dicam ergo, quod per In intelligitur

Quidam locus { fœdus & fœtidus, / vanus & fumidus, / Durus & horridus.

Dico ergo quod per In intelligitur caro, quæ est locus fœdus & fœtidus. Sicut enim natura formauit quędam animalia naturaliter immunda & fœda, quibus etiam dedit fœdas & immundas habitationes & loca, sic diabolus quosdam fœdat & inficit luxuriæ, & immunditiæ fœtoribus, & ideo ipsis in habitationem procurat, & concedit loca immunda, sc. carnem cum suis humorib. & stercorib. Vnde Apost. Ro. 7. loquens in persona carnalium dicit sic. *Cum essemus in carne, passiones peccatorum operabantur in nobis.* Et Rom. 8. dicit, quod *qui in carne sunt, Deo placere non possunt.* Et Ephes. 2. dicit: *Aliquando conuersati sumus in desiderijs carnis, facientes voluntatem carnis.* Aduerte tamen, quod aliud est esse in carne, & viuere carnaliter. Aliud autem est viuere in carne, non tamen carnaliter, sed spiritualiter. Primo enim modo sunt in carne mali 2. Petr. 2. *Post carnem in concupiscentijs ambulant.* Secundo vero modo sunt in carne boni, quia scilicet sancti viri habitant in carne, sicut in hospitio, quo degunt, sicut in nauigio quo reguntur, sicut in tugurio, quo se tegunt. Et sic dicam.

Sancti & iusti contra carnem, in carne militant,
Sancti & iusti supra carnem, in cœlis habitant,
Sancti & iusti præter carnem, in carne volitant.

In carne, dico, militant contra carnem 2. Cor. 10. *In carne ambulantes non secundum carnem militamus. Arma enim militiæ nostræ non sunt carnalia.* In cœlis etiam habitant supra carnem Rom. 8. *Vos autem in carne non estis, sed in spiritu. si tamen spiritus Dei habitat in vobis.* In carne insuper volitant extra carnem, quia sicut dicit Hieron. In carne præter carnem viuere, potius est Angelicum, quam humanum. Sic volitabat ille, qui dicebat Iob. 19. *In carne mea videbo Deum saluatorem meum* Patet igitur, quod per In intelligitur caro, quæ est locus fœdus & fœtidus. ¶ Denique dico, M
quod per In intelligi potest mundus, qui est locus vanus & fumidus. Et pro certo mundus est locus, vbi abundat

Fumus { Vanitatis & superbiæ, / Prosperitatis & opulentiæ, / Obscuritatis & immunditiæ.

Fumus enim alte ascendit (Ecce superbia.) Fumus consummatur ignem, & parum durat (Ecce auaritia & opulentia) Fumus etiam aerem obscurat & parietes fœdat (Ecce luxuria) Ideo dicitur 1. Ioan. 2 *Omne, quod in mundo est, aut est concupiscentia oculorum, aut concupiscentia carnis, aut superbia vitæ.* Nota ergo de isto In, id est, de mundo, quod iste est

Locus { Ardoris & cupiditatis, / Fœtoris & fœditatis, / Furoris & crudelitatis, / Doloris & pœnalitatis, / Laboris & sterilitatis, / Mœroris & flebilitatis.

¶ Quod sit ibi vnum In, id est, vnus locus ardoris & auaritiæ patet Amos 1. vbi dicitur: *Mittam ignem in domum Azahel. Mittam ignem in murum Gazæ. Mittam ignem in murum Tyri. Mittam ignem in Teman. Mittam in ignem Moab. Mittam ignem in Iuda* Expone de diuersis mundi statibus, quia scilicet vix est hodie dare aliquem statum, vbi non ardeat ignis iste, & vbi auaritia non teneat regnum suum Amos 9. *Auaritia in capite omnium & nouissimos eorum gladio interficiam.* Vnde & de diabolo dicatur illud Psalm. quod *ipsi dedit in grandinem pluuias eorum, ignem comburentem in terram ipsorum.* Et Psalmo sequenti dicitur: *Exarsit ignis in synagoga eorum, flamma combussit peccatores.* ¶ Item dico, quod illic est vnus locus fœtoris, & immunditiæ. Vnde mundo potest dici illud Ezech. 22. *Scelus operati sunt in medio tui, verecundiora patris discooperuerunt in te, immunditiam menstruatæ humiliauerunt in te. Et vnusquisque in vxorem proximi operatus est abominationem, & socer nurum suam polluit nefarie. frater sororem suam filiam patris sui oppressit in te.* ¶ Item ille est locus furoris & violentiæ, quia scilicet ibi pater filium, homo proximum, filius patrem, diues pauperem, vel factis vel verbis solet impetere, alter alterum sine misericordia, vel in bonis, vel in corpore, vel in fama crudeliter impugnare. Vnde Ezech. 5. *Patres comedent filios in medio tui, & filij tui comedent patres suos* Et Ezech. 22. dicitur: *Viri detractores fuerunt in te ad effundendum sanguinem, super montes comederunt in te.* Et Hierem. 51 dicitur sic: *Collidis tu mihi vasa belli, & ego collidam in te gentes & disperdam in te regna, & collidam in te virum & mulierem. Collidam in te pastorem & gregem. Collidam in te iuuenem & virginem. Collidam in te agricolam & iugales eius. Et collidam in te duces & magistratus.* Et breuiter illud est verum, quod non est dare statum, aut personam, quin in isto In, id est, in mundo tribulationibus collidatur, & quin crudelium furoribus feriatur. Vnde Hie. 51. *Anemus terra eius magis vulneratum.*

¶ Item iste est locus doloris seu angustiæ. Dolores enim obtinuerunt omnes habitatores Philisthiim. Vnde de Iob, qui interpretatur dolens, dicitur Iob 1. *Vir erat in terra Hus, nomine Iob.* Non enim est hominem dare sine dolore in hoc mundo. Esa. 30. *Omne iumentorum Austri in terra tribulationis & angustiæ.*

¶ Item iste est locus laboris & indigentiæ. Hic enim deficit omne bonum. Psalm. *Inuenerunt eum in terra deserta, in loco horroris & vastæ solitudinis.* Item iste est locus mœroris atque tristitiæ. Matth. 2 *Vox in Rama audita est ploratus & vlulatus multus* Ibi enim est mœror, & desolatio sempiterna, & maxime pauperum & iustorum. Eccles. 12. *Circuibunt in platea plangentes.* Patet igitur, quod per In potest intelligi mundus, qui est locus vanus & fumidus.

¶ Tertio adhuc dico, quod per In potest intelligi infernus, N
qui est locus durus & horrendus. Ista enim præpositio, In, signat inclusionem, abiectionem, accusationem. Seruit enim accusatiuo & ablatiuo. Sic vere dicam, quod

C[illegible]tiuus,
[illegible]uus,
[illegible]uus.

[illegible] ferou, [illegible] & [illegible] fertur: [illegible] efertur culparum cumulus, ex[illegible] & [illegible] Est enim in inferno claudens tena[illegible] V[illegible] 24. dicitur de peccatorib. quod *[illegible] vnum fasciculum lacum, & claudentur ibi in [illegible] visitabuntur*, scilicet, in die iudicij. Est ibi & [illegible] procaciter cordis scientia, quæ scili[illegible], quia ipsos accusabit continue. Eccle. 14. *[illegible] fatio vita.* Ergo ibi est accusatio mortis. *[illegible] posuit. cum exiret de terra Aegypti, linguam,* [illegible]. Quando enim Iacob luctator, id est, [illegible] p[illegible] autaror exit de terra Ægypti, id est, de [illegible] io ponit in eo testimonium perpetuum, [illegible] ursum, qui scilicet omnia mala sua coo[illegible]icat. Item ibi est mordens atrociter ho[illegible] auferr ab eo omne bonū. Et hoc est In, [illegible] t casui ablatiuo, quia videl. in inferno [illegible] tuita auferuntur a malis. Vnde Mat. *[illegible] tollite ab eo talentum.* Sequitur: *Et inutilem [illegible] tenebras exteriores.* Et sic dico, quod istud In, [illegible] siuum, est quid delatiuum seu accusa[illegible]. ¶ Et si vis, nota de isto In, id est, de infer[illegible]

[illegible] & inquinatiuus,
[illegible]s & excæcatiuus,
[illegible]s & [illegible]onterminatiuus,
[illegible] & desolatiuus,
[illegible] & inflammatiuus.

[illegible] concluduntur in inferno, sicut in car[illegible] [illegible] tuo. Esa. 34. *Conuertentur torrentes eius [illegible] sulphur, & erit terra eius in picem ardentem [illegible]tur in sempiternum.* Pix autem ardens su[illegible] atque fœdat. ¶ Item sicut in carcere [illegible], quilibet damnatus dicat illud Psalmo *[illegible], sicut mortuos & defunctos seculi in tenebrosis [illegible]* ¶ [illegible]m sicut in carcere æterno non terminati[illegible] [illegible]ro dicitur in Psa. *Laborabit in æternum, & viuet [illegible]* [illegible]cut in carcere flebili & desolato. Vnde de [illegible] ad nuptias non indutus veste nuptiali, dici[illegible] R[illegible] dixit: *Mitte eum in tenebras exteriores, ibi [illegible]m* ¶ Item sicut in carcere crudeli & in[illegible] [illegible]tur in Psalm. *Dominus in ignem deijciet [illegible]nt.* Ista ergo sufficiunt de In, quia [illegible]ssima, & consignificatiua, infinita & [illegible]

A **I**[illegible] [illegible]od cum inanis denotat mihi defectum [illegible]stabilitatis, & soliditatis, & per conse[illegible] [illegible]onis, statumque vacuitatis, debilita[illegible] [illegible] res inanis dicitur, quæ nec de se [illegible] de fundamento fulcitur, notabo, q[illegible]

[illegible]
- Vinnosa,
- Fluctuosa,
- Tumosa,
- Luctuosa.

¶ Prima est inanitas diuini timoris, quia scilicet timor diuinus redd[illegible] in sui reputatione vacuum & inanem, nihil in se [illegible] rep[illegible], sed in medio spei & timoris in pendulo [illegible] sic figuratiue præcipitur Exo. 27. quod scilicet altar[illegible] hol[illegible] fieret inane, *non, inquit, solidum, sed inane & con[illegible] [illegible] illud.* Exemplo Christi, de cuius humilitate dicitur: [illegible]od *exinaniuit semetipsum, formam serui acci[illegible] [illegible] inuentus vt homo.* Et reuera talis inanitas finaliter in Deo [illegible] & [illegible]detur, & ab ipso repletur & satiatur. A[illegible] [illegible] videtur [illegible]pus inane nihil replens aut satians, in rei [illegible] veritate [illegible]pori vitæ humanæ pro spectaculo necessa[illegible] [illegible] vacui repletiuum, sicut patet in ventosa, vel alio [illegible] versa facie contra aquam, & omni via submergendi a[illegible] [illegible], non [illegible] ipsa aqua, pro eo scili[illegible] [illegible]ocus q[illegible] putabatur vacuus & inanis, quia plenus [illegible] non potest aliud c[illegible]pus recipere, cum duo corpora in [illegible] eodem [illegible] abitar[illegible]. Sic vere dico, de aëre diuinæ gratiæ, [illegible] Bersbury.

q[illegible] et vas[illegible] dis[illegible], vid[illegible] quæ vacuum [illegible] est, quia p[illegible] taliter per [illegible]stinentiam [illegible], & contemptum mun[illegible] bum [illegible] q[illegible] corp[illegible] terrena bona per amorem intra se nō amittit. Cor enim, quod diuinam gratiam satiat, se in terrenis operibus nō delectat. Vnde de Deo, & de eius gratia dicitur in Psalm. *Satiauit animam inanem & animam esurientem satiauit bonis.* ¶ Secunda est inanitas terreni tumoris, & ista est vacuitas, quæ est in rebus fortunæ, & in bonis temporalibus & terrenis, quia scilicet ad modum cuiusdam incerti tumoris inania sunt, & vana. Gen. 1. *Terra autem erat inanis & vacua.* Et quæ etiam suos possessores & dilectores faciunt vacuos & inanes, nulla sc. sufficientia solidos aut suffultos, sed per auaritiam tenues, miseros & egentes. Luc. 1. *Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes.* Inane enim nihil implet. ¶ Tertia est inanitas [illegible]fant tumoris, & ista est proprie inanitas imperfectionis, quia sci. inane dicitur, quicquid caret debito fine, & debito valore priuatur. Et sic dico, quod ista est Inanitas. B C

Quæ est in
- Mentibus,
- Actibus,
- Statibus,
- Entibus,
- Affectibus,
- Affatibus.

¶ Inuenitur enim inanis conscientia, & ista est, quando per inanem gloriam cor interius eleuatur, contra illud Gal. 6. *Non efficiamini inanis gloriæ cupidi.* Cuius tamen contrarium faciunt multi. Psal. *Populi meditati sunt inania.* ¶ Item Inuenitur inanis efficacia, sicut patet de multis, quorum labores, opera sunt inanes fructu, & virtute, & vtilitate carentes, sicut etiam Apostolus de suo labore timebat. 1. Thessal. 3. *Ne forte, inquit, tentauerit vos is, qui tentat, & inanis fiat labor noster.* ¶ Item inuenitur inanis persistentia seu permanentia. Psalm. *Deiciam ab inimicis meis inanis, persequatur inimicus animam meā, & gloriam meam in puluerem deducat.* ¶ Item inuenitur inanis existentia, sicut patet de hypocritis, qui similes sunt vesicæ inflatæ, qui quamuis aliquid videatur esse, intus tamen inanis est, & plenus vento. Esa. 40. *Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo, & quasi nihilum & inane reputata sunt.* ¶ Item inuenitur inanis indigentia. Et ista est inanitas affectus auarorum, quia scili. voluntatem eorum nihil replet, imo semper sunt inanes. Vnde Hier. 51. *Nabuchodonosor Rex Babylonis dedit me quasi vas inane.* ¶ Item inuenitur inanis eloquentia. 1. Tim. 4. *Inanes fabulas deuita.* Et Eph. 5. *Nemo vos seducat inanibus verbis.* Et breuiter constat, quod dæmones exinaniunt in homine omne bonū, quia *isti sunt, per quos exinanita est fides, euacuata est promissio,* Rom. 4. Et sic patet, quod est inanitas elati tumoris. ¶ Quarta autem est inanitas finalis tremoris, hoc est dictum, inanitas infernalis, quia sci. damnati à dæmonibus bonis omnibus exinaniuntur. Luc. 20. *Qui cæsum dimiserunt inanem.* Vnde isti sunt, qui de anima damnata dicunt illud Psalm. *Exinanite, exinanite vsque ad fundamentum in ea.* Et hæc de Inani sufficiant. Vide de vacuo, & de Vano. D

## Inauris.

Nota quod inauris erat instrumentum seu ornamentum, quo antiqui in suis aurib. ornabantur. Antiquo enim in omnibus membris exterioribus consueuerat habere aliqua ornamenta, sicut torquem in collo, inaurem in aure, & cætera similia. Moraliter autem per inaures intelliguntur illæ virtutes, quibus auris, id est, auditus ornatur, sicut est patientia & verecundia, diligentia & obedientia. Patientia enim & verecundia aures inclinant & deprimunt. Attentio vero, seu diligentia & obedientia aures acuunt & regunt. Pr. 25. *Inauris aurea, & margarita fulgens, qui arguit sapientem & aurem obedientem* ¶ Et aduerte, quod tales inaures, id est, tales virtutes proficiunt. A

Ad templum fidei construendum,
Ad vultum animæ instruendum,
Ad hostem omnium destruendum,
Ad opes cœlestes restruendum.

¶ Talibus enim inauribus templum Dei constituitur. Vnde Exo. 35. dicitur quod *quicquid ad cultum & vestes sanctas necessarium erat, viri cum mulieribus præbuerunt armillas & inaures, annulos & dextralia* Et Exo. 31. dicitur: *Tollite inaures aureas in donaria Domini* Quod tamen non faciunt hypocritæ, quia scilicet inaures spirituales, quas videntur habere, iuxta illud Iudic. 8. *Inaures enim aureas Ismaelitæ habere consueuerant*, non dedicant in donaria Do-

 mini,

annis, sed [illegible] sed ad inanem [illegible] ea sunt. Figurati [illegible] Gedeon solum aut [illegible] præda, & factum est inde [illegible] quo fornicatus est Israel. ¶ [Item] talibus inauribus decor [illegible] eius instruitur, quod figuratur Gen. 24. ubi dicitur, quod *Abraham misit inaures Rebeccæ, quod filio suo Isaac erat nuptura.* Talibus enim ornabantur virgines sponsæ, quia scilicet anima Dei [illegible] nuptura per gloriam, primo necesse est, quod talibus inauribus ornetur & decoretur per gratiam. Unde Deus loquens animæ virtuosæ dicit Ezech. 16. *Dedit inaurem super os tuum, & inaures in auribus tuis, & coronam decoris in capite tuo.*

B ¶ Adverte tamen, quod Deus privat animam talibus inauribus, quando peccat, virtutesque suas subtrahit animæ delinquenti. Unde Esa. 3. dicitur, quod *in die illa auferet Dominus filiabus Sion torques, monilia, & armillas.* Sequitur: *Inaures, annulos & gemmas.* ¶ Item talibus inauribus virtus dæmonis destruitur. Virtutes enim summe valent ad hostes animæ subiugandum. Figura Iudith. 10. ubi dicitur, quod *Iudith, quando voluit ire ad occidendum Holofernem, assumpsit dextralia, & lilia, & inaures, & annulos & omnibus ornamentis suis ornavit se.* Anima enim quando habet dextralia, id est, virtutem bonæ operationis; lilia, id est, candorem castæ conversationis, inaures obedientiæ & subiectionis, & annulos, id est, arrhas fidei & dilectionis, Holofernem, id est, diabolum faciliter superat, & ipsius potentiam cito domat. ¶ Item talibus inauribus amissa gratia restituitur. Figura Iob 42. ubi dicitur, quod *amici Iob venerant ad consolandum eum, & dederunt unusquisque ovem unam, & inaurem auream unam, Dominus autem benedixit novissimis Iob.* Et sic patet, quomodo Inauris sumitur in scriptura. Vide de Auri.

## Incalescere.

Vide in titulis Calor, Concalescere, & cæteris similibus.

## A Incantare. Incantator.

Nota, quod incantator dicitur quasi intus cantator. Totus enim in anima & in mente videtur incantator cantare, in quantum mentem alienam solet per malas artes ad aliud, ad quod alias inclinanda non foret, inclinare, vanas species oculis repræsentare, & aciem visus deludere & fraudare. Moraliter enim potest dici Incantator quilibet.

Veridicus prædicator,
Falsidicus adulator,
Hypocriticus transformator,
Maleficus divinator.

¶ Incantat enim prædicator, dum convertit mentē pœnitentis, quia scilicet prædicator suis verbis & exhortationibus facit hominem aliud credere, velle, & facere, quam antea faciebat. Et sic videtur hominem incantare, & voluntatem humanam Dei mandatorum vinculis alligare. Quod tamen est contra obstinatos, similes aspidi, qui aures suas cauda claudit, ne audiat incantantem. Sic obstinati audire prædicatoris verba dedignantur, auremque claudere comprobantur, ne forsitan convertantur. Psalmo. *Furor illis secundum similitudinem serpentis, sicut aspidis surdæ & obturantis aures suas, quæ non exaudiet vocem incantantium & venefici incantantis sapienter.* Et Hieremiæ 8. dicitur: *Mittam vobis serpentes & regulos, quibus non erit incantatio.*

¶ Item incantat adulator, dum deludit aures audientes.
B Sicut enim incantator verbis suis rem esse aliam, quam in veritate sit, credi facit, & personam incantatam ad votum suum, quicquid vult facere, compellit, ita quod incantatorem incantat in sua voluntate virtute diabolica ponit: sic adulator. Quod patet de illis, qui aures potentum leniunt, & ipsos taliter scalpunt, & decipiunt, quod suæ obedientiæ quasi penitus eos subducunt, sicut de incantatoribus Pharaonis legitur Exod. 7. quod *per incantationes Aegyptias virgas in dracones verterunt*, quia certe adulatores, qui principib. suggerunt, dum ipsos dominos suos de iustis crudeles faciunt, virgas in dracones vertunt, & cum nostri magnates tales incantatores & adulatores semper secum volunt habere, ipsis in omnibus obediunt, & per ipsos in omnibus reguntur, & regunt. Unde de Manasse Rege Iuda dicitur 2. Par. 33. quod *observabat somnia, sectabatur auguria, maleficis artibus inserviebat, habebatque secum magos & incantatores.*

C ¶ Item incantat palliator seu hypocrita, dum seducit visum intuentis. Isti enim sunt, qui se fingunt in alios transfigurare, formam & figuram [illegible] boni inducere, & tamen semper essentiam [illegible] nequam & [illegible] retinere. Nonne de Mercurio Deo latronum legitur in Ovidio, quod virtute incantationis figuras rei [illegible] & de [illegible] [illegible] sex [illegible] & [illegible] hypocrita ma[illegible] [illegible] diversas, contra illud [illegible]

¶ Item incantat [illegible] dum [illegible] les enim incantatores, qui [illegible] cet per [illegible] valde vituperantur, & à Deo, & sacris [illegible] bus & non solum ipsi, sed etiam [illegible], qui in talibus c[illegible] probantur. Unde derisorie ciuitati Babylonicæ, [illegible] in superstitionibus fuit antiquitus occupata, dicitur [illegible] inquit [illegible] *cum incantatoribus tuis & cum multitudine [illegible] orum in quibus laborasti ab adolescentia tua, si forte quid possis fieri fortior &c.* Vide ibi. Sic ergo patet, quo[illegible] tor sumitur quatuor modis, videl. maleficus, fict[illegible] cus, veridicus, seu mirificus, hoc est dictum, [illegible] tor, adulator, vel prædicator.

## Incedere. Incessus.

Nota, quod [illegible] est, quod pass[illegible] ambulare. Et quia in titulis de Ire, Ambulare, [illegible] & similibus plurima de motu incessivo dicuntur, p[illegible] nunc intendo. Notabis igitur, quod inveni[illegible] [illegible] & incessus malus. Et primo dico, quod est incessus [illegible] tuosus. Boni enim viri & iusti nolunt esse immob[illegible] quinimo semper volūt per viam virtutum incede[illegible] de per bona opera se movere. Et adverte, quod ve[illegible] re signat tres motus, scilicet.

Motum { A quo, / In quo, / Ad quem.

Primus recedit,
Secundus procedit,
Tertius antecedit.

Primus est motus inchoativus, quem exercent v[illegible] tentes,
Secundus est motus frequentativus, seu conti[illegible] quem exercent viri proficientes,
Tertius est motus consummativus, quem [illegible] finem attingentes, seu sancti contemp[illegible]

Et sic dico, quod inveni[illegible]

Incessus { Conversorum, quē faciunt à malo rece[illegible] / Provectorum, quem faciunt in bono [illegible] dendo. / Perfectorum, quem faciunt ad summum [illegible] dendo seu contemplando.

Dico igitur primo, quod est quidam incessus à malo rece[illegible] Et iste est incessus pœnitentium & de novo etiam c[illegible] quorum s. motus est retrogradus ad modum planetæ re[illegible] di, qui scil. virtute radiorum præcedentium planetarum quandoq; repercutitur, quod motu retrogrado incedere probatur. Aliqui ēt dicunt esse Adamantes seu magnetes ferrum non attrahunt, sed repellunt, ipsumq; movere, & [illegible] dere motu contrario, & à se recedere compellunt. S[ic] [illegible] fit, quod ferrum & planeta, qui alio modo vocatur ste[lla] [illegible] ca, i. homo peccator erraticus per indiscretionem, ferreus pe[r] obstinationem, à suo malo motu & cursu & à sua mala vi[ta] & doctrina retrograditur pœnitendo, & econtrario [illegible] incedere, bene vivere incipiendo, quod certe quandoq; [illegible] influentiam radiorum divinæ gratiæ & sanctorum, qui [illegible] repellunt, ne male procedat, & quandoq; etiam per ipsius adamantis, i. per ipsius peccati turpitudinem, quæ ipsum à se reiicit, ut ab eo per pœnitentiam fugiat & recedat. Et talis incessus retrogradus fuit figuratus Genes. 9. ubi dicitur, quod *Sem & Iaphet imposuerunt pallium in humeris suis, & retrorsum incedentes operuerunt verecunda patris sui, faciesq; eorum aversæ erant.* Quia pro certo v[illegible] pœnitentiæ pallium verecundiæ debent recipere, & per p[illegible] tentiam retrorsum incedere, & verecunda patris sui, i. pecc[ata] propria, quæ diabolus, qui fuerat pater eorum, & revelavera[t] contegere & delere, & facies consensuum suarum à pecca[tis] avertere, & in contrarium se movere. ¶ [Ite]m nota, quod talis

Incessus pœnitentium debet esse cum { Fletu, / Metu, / [illegible]etu, / Spretu.

Pœnitens enim debet lugere, figuratus in D[av]id, qui imp[illegible] tus a proprio filio, & à regno suo expulsus est, ut dicit[ur] [illegible] [illegible] *[illegible]sera*;

[illegible] et [illegible] *mimicus.* [illegible] *clamabant, fratre* [illegible] [illegible]tenti [illegible] et perne [illegible] sup- [illegible]uid contra Goliat pugnaturo [illegible] *tentare si armatus posset incedere,* [illegible] *d quia non poterat, depo nit arma il-* [illegible] olis sunt bona mundi, quia Saul [illegible] [illegible]siuum. Ista ergo debet pœnitent [illegible] deponere, si vult tute per pœni- [illegible] iath diabol[illegible], triumphare Iob 24. [illegible] *& esurientibus tulerunt spicas.* [illegible] reuera qui se boni [illegible] terrentis per con- [illegible] â peccato recedere, nec sursum se ad [illegible]t im incedere non valebit. Ista sunt [illegible] quibus mens taliter stringitur, quod in- [illegible]m erigere, & per pœnitentiam ince- [illegible]e Dominus loquens filijs Israel exeunti- [illegible] 26. *Confregit catenas ceruicum vestrarum,* [illegible] igitur, quod est quidam incessus à ma- [illegible] dico, quod est quidam incessus in bono [illegible]ssus proficientium seu prouectorum. [illegible] pueri [illegible] aliter adolescentes, aliter viri per- [illegible] dunt pueri, id est, pœnitentes & inci- [illegible]es, id est, prouecti & proficientes, ali- & [illegible] summantes. Pueri enim incedunt, [illegible] urgendo, nunc plorando, nunc exul- [illegible] nunc vacillando. Et hic, vt supra visum [illegible] nouo incipientium. Istis enim opus est in- [illegible]m totis, vt ei innitantur, & vt incedere [illegible] necesse est, vt isti vtantur adiutorio li- [illegible] per spem & fidneiam innitentes eidem, re- [illegible]ntur, [illegible] de qualibet anima pœnitente & de [illegible]ente dies, vt illud Baruch. 2. *Anima quæ tri-* [illegible] *magnitudinem, & incedit curua & infirma, & oculi* [illegible] *entes dat Domino gloriã.* Adolescentes autem [illegible]unt fortiter ambulando, nunc currendo, [illegible] contra hostes pugnando, nunc sperando, [illegible] bono opere desistendo. Et hic est inces- [illegible], qui scilicet debet fortiter & arden- [illegible]ere, & nunquam retrocedere aut defi- [illegible] nctis animalibus Ezec. 1. de quibus di- [illegible] *ante faciem suam ambulabat & non reuerte-* [illegible] rtitudine cuiuslibet taliter incedẽtis [illegible] *incedebat inter leones, & factum est leo, & didicit* [illegible]s, de leone, quomodo saltando ince- [illegible] plane, mature ambulando, & virtutia [illegible] aiestatem in suis gressibus ostenden- [illegible] ctorum & consummantium, de qui- [illegible] *& exaccos incedebãt* (supple filij Israel) Patet ergo, quod est quidam incessus [illegible] ¶ Denique dico, quod est quidam incessus [illegible] & iste est incessus consummantium seu [illegible] m perfecti, qui iam sunt ab alijs homini- [illegible] & Angelis mentaliter sociati, quorum con- [illegible] est, ima qui excelsiores sunt facti, habent suum [illegible] m viuendi. Isti enim incedunt.

[illegible] Deum deprecando,
[illegible] de Deo famulando,
Late, Deum collaodando,
A[illegible], Deum contemplando,
[illegible] Deum prædicando,
[illegible]e, Deum vendicando.

¶ [illegible] d perfectorum vita & incessus est. Dei de- preca[illegible] [illegible] in puris & sanctis orationibus continue [illegible] *diluculo consurrexeris ad Deum, & omnipotentem* [illegible] *mundus & rectus incesseris, statim euigilabit ad te,* [illegible] *culum iustitiæ tuæ.* Item est Dei comitati- [illegible] les enim seruitio diuino solent dedicari [illegible] ipsum in templis & Ecclesijs comi- [illegible] *bellatores a dextro & a sinistro latere regis Da-* [illegible]. ¶ Item est Dei collandatiuus, quia sci. tales in Dei [illegible] gi[illegible] rum actionibus se delectant. Vnde de Aaron d[illegible] *[illegible] tinnabulum aureum* [illegible] *ingrederetur, dare sonitum* [illegible] *auditum faciet sonitum in tem-* [illegible] ¶ Item est Dei contre[illegible]us. Vnde de Helia & Helizæo d[illegible] [illegible]r 4. Reg. 2. *Cumque pergerent, & incedentes sermocinarentur, ecce currus igneus, & equi ignei diuiserunt eos & ascendit Helias per turbinem in cœlum.* ¶ Item est Dei deprecatiuus, quia sci. tales in prædicanda lege diuina solent sæpius occupari. Vnde Ex. 39. dicitur quod *in vestibus summi sacerdotis erant mala punica, & tintinnabula aurea, quibus, inquit, ornatus incedebat pontifex, quando ministerio fungebatur.* Tintinnabula enim sonitum prædicationis designant. ¶ Item est Dei vendicatiuus, quia scilicet taliter sic incedentes, finaliter Deum vendicant per fœlicitatem æternam Pr. 30. *Incedit fortiter leo fortissimus bestiarum,* vt [illegible] les dicant illud Hebr. 6. *Domino fortissimum solatium habeamus, qui confugimus ad tenendum propositum spei quam sicut ancoram habemus tutam & firmam incedentem vsque ad interiora velaminis.* Et breuiter de talibus iustis potest dici illud Luc. 1. *Erant autem ambo iusti ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus Domini.* Et sic patet, quomodo inuenitur incessus ad Deum accessiuus, in bono processiuus, à malo recessiuus. Et sic dico, quod est quoddam incedere virtuosum.

¶ Secundo principaliter dico, quod est quoddam Incedere vitiosum. Quidam enim mali. E

Incedunt { Procaciter elatis cornibus,
Fallaciter transuersis cordibus,
Nugaciter velatis rentibus.

Primi incedunt erecti, quod superba facit elatio, similes scilicet basilisco, qui ab vmbilico sursum incedit semper erectus. Sic potissimum nostri iuuenes & iuuenculæ, qui præ superbia & lasciuia ita videntur erecti incedere, ac si non possent collum ac humeros complicare Esa. 3. *ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum ibant, & composito gradu incedebant.* Secundi incedunt illecti, quod deceptrix facit proditio Hierem. 9. *In omni fratri tuo non habeas fiduciam; quia omnis frater supplantans supplantabitur; & omnis amicus fraudulenter incedet, & veritatem non loquetur.* Tertij vero incedũt deiecti seu despecti, quod hypocrisis facit confictio. Vnde de Ismael dicitur Hier. 41. quod *Ismael incedens & plorans ibat,* supple, animo ficto, *vt deciperet inuentes,* sicut patet ibidem. Et sic dico, quod Incedere in malo sumitur, & in bono.

## Incendium. Incendere.

Nota, quod in scriptura inuenitur Incendium. A

Supernum,
Internum,
Externum,
Æternum.

Primum generat Dei benignitas,
Secundum inflammat hostis malignitas,
Tertium sulcitat mundi peruersitas,
Quartum procreat orci crudelitas.

¶ Primo ergo dico, quod inuenitur incendium feruoris charitatiui. Et illud pro certo venit desuper, quia nemo potest per charitatem incendi, nisi per diuinam gratiam fuerit inflammatus. Charitas enim incendit animam.

Per { Dolorem contritionis,
Fauorem deuotionis,
Ardorem dilectionis.

Per { Primum culpas eliminat,
Secundum mentem illuminat,
Tertium Deo conglutinat.

Incendium charitatis culpas fugat, & eliminat. Et hoc est, quod bene supponitur Tob. 6. vbi dicitur, quod *incensi iecore fugabatur dæmonium.* Pone, si vis, per modum figuræ, quomodo iecur piscis incensum fugauit dæmonium Asmodæum, quod luxuriosos necabat, hoc est peccatum luxuriæ, quod per incendium charitatiuæ contritionis fugatur. Item incendium charitatis mentem purgat, & illuminat. Ignis enim incensus solet illuminare domum. Sic facit charitas cor deuotum Exod. 30. *Adolebit Aaron incensum super altare suaue & fragrans mane, quando componet lucernas, incendet illud.* Item incendium charitatis corda ligat & conglutinat. Metalla enim sic, quod ex pluribus fiat vnum, nec conglobantur nec consolidantur, nisi per ignem. Sic nec homo Deo aut proximo sine charitatis incendio copulatur. Exo. 29. *Offeres totum arietem in incensum super altare.* Oblatio est Domino odor suauissimus victimæ Domini. Et sic patet, quod inuenitur incendium feruoris charitatiui.

B ¶ Secundo dico, [illegible] incendium horroris inquinatum, id est, incendium peccati, quod scilicet, per ignem triplicis concupiscentiæ generatur. Sicut enim hostes solent incendere tecta & ciuitates quas capiunt, sic hostes animæ, quando ceperunt ciuitatem vel habitaculum mentis humanæ, ipsam solent diuersis vitijs incendere, & cremare 2. Paral. 26. *Incenderunt hostes domum Domini.* Et bene domum Domini, quia pro certo domus Domini secreti[or], quæ est anima, vel voluntas, imo etiam domus exterior, id est, Ecclesia, hodie malis ignibus est incensa. Caro enim ibi accendit ignem luxuriæ. Mundus autem ibi accendit ignem auaritiæ & inuidiæ. Diabolus vero ibi incendit [ignem] & ardorem iracundiæ, inuidiæ, ambitionis, & superb[iæ, ut] iam plangendo dicamus cum Dauid illud [Psal]. *Incenderunt igni sanctuarium tuum in terra, polluerunt tabernaculum nominis tui, posuerunt Hier[u]salem in pomorum custodiam.* De incendio enim [l]uxuriæ di[c]itur Hier. 51. *Paludes incensæ sunt igni.* De incendio auaritiæ d[i]citur Hier. [3]2. *Chaldæi bellabunt contra Hierusalem, & capient eam, & incendent.* C[h]aldæi enim, qui interpretantur quasi vbera, vel quasi dæmones, significa[n]t vsurarios, qui scilicet primo sunt vbera, dum homines lactant, sed tandem dæmones, dum [c]uncta dissipant. Isti enim sunt [il]li, qui antiquitus incendebant [fi]lios suos, immolando eos dæmonibus, quia s. vsurarij filios suos [s]umme student amore pecuniæ & peccato auaritiæ incendere, & [in]cen[dio co]ncupiscentiæ cremare. Hier. 6. *Aedificauerunt excelsa Topheth, vt incenderent filios suos & [f]il[ia]s suas igni.* De incendio iracu[n]diæ dicitur Ecc. 28 *Homo iracundus incendit litem.* De incendio Inu[i]diæ dicitur Iac. 3. *Quantus ignis quam magnam syluam incendit?* De incendio vero ambitionis & superbiæ dicitur in Ps. *Dum superbit impius, incenditur.* Patet ergo quod in scriptura reperitur incendium horroris inquinatum.

C ¶ Tertio dico, quod inuenitur incendium terroris comminatiui. Et illud pro certo est incendium mundi tribulationum temporalium, quo boni sicut aurum probantur, mali vero, vt redeant, flagellantur. Vnde cuilibet tribulato & tribulationum incendio castigato dicatur illud Leu. 10. *Fratres nostri, & omnis domus Israel plangant incendium, quod Dominus suscitauit.* De malis vero, qui non emendantur incendijs temporalium tribulationum, dicitur Amos 4. *Subuerti vos, sicut subuertit Dominus Sodomam & Gomorrham, & facti estis quasi torris raptus ab incendio, & non redistis ad me, dicit Dominus.* Hoc est ergo incendium terroris comminatiui vel molestatiui.

D ¶ Quarto dico, quod inuenitur incendium ardoris dissipatiui. Et hoc est incendium infernale, vnde de anima damnata sub specie Babylonis destructæ dicitur Apo. 18. *Clamauerunt* (inquit) *videntes locum incendij eius: Væ, væ, ciuitas magna.* Et sic patet quomodo quadruplex est incendium, videlicet incendium dolorosum & infernale, incendium languorosum & temporale, incendium vitiosum & criminale, incendium virtuosum & spirituale. Vide infra. [Item]. Succendere, & in alijs titulis synonymis. Et si vis exempla, vide de igne, & similibus.

A **Incensum.** Cum incensum idem sit, quod liquor thuris vel cuiuslibet alterius gummi fragrantis & suauis odoris, quod Deo & ad Dei honorem incenditur, vt eius ira placetur, & beneuolentia procuretur, igitur est incensum gummi in igne liquescens, & sursum in fumum odoriferum euaporans, domum obnubilans & depurans, & nares odorantium gratificans & confortans. Dicam ergo, quod cum incensum, vt dictum est, numinibus dicatur, in ignibus liquatur, per fumum eleuatur, ad nares applicatur, possum intelligere.

Per primum, Dei cultum & deuotionem,
Per secundum, cordis motum & dilectionem,
Per tertium, mentis affectum & orationem,
Per quartum, vocis afflatum & adulationem.
Primum incensum requirit deitas,
Secundum incensum exhibet charitas,
Tertium incensum extollit puritas,
Quartum incensum diligit vanitas.

Et pro certo ista apparent ex quadruplici vsu ipsius incensi, quod scilicet incensum datur.

Deo & numinibus,
Iustis & fidelibus,
Sanctis & electis,
Idolis & dæmonibus.
Pr[imo] modo incensat fides & deuotio,
Secundo modo incensat amor & dilectio,

[illegible]
Q[illegible]
¶ Pr[illegible]
Et illud pro certo nihil [illegible] est, qua[m] [illegible] & [illegible] latriæ, qui per incen[s]um designatur. A prin[ci]pio [illegible] sum, & thurificationem, & thuris incensi[o]nem & ado[lition]em voluit quælibet natio Deo suo appropriare, & ip[sum] [illegible] suffumigijs honorare. Cogitauit enim humana discretio [illegible] superiora numina, id est, Deus & Angeli sunt spiritus, quæ inter corporalia magis appropinquant ad sp[iri]turam, cuiusmodi sunt fumi & incensa, ipsos haberent [illegible] pere delectare, & ideo ista voluerunt ipsis specialiter [illegible]. Et sic per incensum & thurificationem bene poss[umus cul]tum & veram latriam designare. Sicut enim dic[it] [illegible] cap. [illegible]. Incensum & thus à sacris sacerdotibus coll[igebatur] [illegible] tunc a mulieribus abstinere tenebantur, & postea [illegible] ferebatur, sacerdotibus concedebatur, & resid[uum] [illegible] tibus vendebatur, & sic ipsius efficacia melior credeb[atur]. [Sed] reuera dicam, quod sacerdotes & deuoti & casti [illegible] bent esse, qui incensum, id est, cultum fidei habent [illegible] ministrare, & quod de isto incenso, id est, fidei cultu [illegible] Deo, sibi, & populo cuilibet portionem [ap]propriatam [illegible] d[e]bent [dispen]sare. Figura ad hoc Leu. 21 vbi dicitur, quo[d] *sancti erant, Domino Deo suo, & non polluent nomen eius* [illegible] *& panes offerunt Deo suo, & ideo sancti erunt.* Et breuiter [dico], quod incensum, id est, cultus latriæ, & hu[iusmodi] [illegible] debet offer[r]i, & nulli creaturæ, quomodoli[bet], quod etiam in thymiamate figuratum est, de quo [illegible] 3[0]. quod *nulla creatura sed solus Deus ipso vti debebat*, qu[ia] quis vsui suo vel alterius tale thymiama seu tale ince[nsum] [illegible] maticum applicabat, mortis periculo subiacebat. V[nde Leu.] 16. dicitur, quod *sacerdos assumpto thuribulo, quod impleuerat, & hauriens manu compositum thymiama in incensum, velum intrabit in sancta.* Ista tamen sunt contra multos, [qui incen]sum, id est, honorem Deo soli debitum solent creat[uris ma]xime pessimis, id est, dæmonibus communicare, & e[os] tam incensare, & tanquam Deos honorare, sicut pa[gani] [ido]lolatræ atque magi & hariolis. Ipsi enim mali [s]piritus, honorem diuinum volunt in suum superbe conuertere [illegible], spiritua sunt, & corpora spiritualia, id est, aërea assumunt [illegible] in fumosis & aëreis vaporibus, & maxime odoriferis [illegible] tionem aliquam inuenire, & propterea incensa & suff[umigia] desiderant ab hominibus accipere, quod certe, qui tanq[uam] Dijs, & per modum sacrificij faciunt, non se poss[u]nt a [illegible] tria caculsare, sicut dicitur 4. Reg. 17. quod *fecerunt sibi statuas lucos & in omni colle sublimi, & adolebant ibi incensum super aras more gentium.* Non sic, charissimi, non sic, sed verum ince[nsum] id est, vera fides & latria vni Deo, & non dæmonib[us] [illegible] tur 1. Paralipom. 6 *Aaron & filij eius adolebant incensum super al[tare].* Et sic patet, quod est quoddam incensum, quod [illegible] sit deitas.

¶ Secundo dico, quod est incensum, quo fratern[am] [illegible] facit charitas, quia scilicet sicut videmus, quod incensum in igne positum liquescit & inflammatur, & circumiacentes delectabiliter consolatur: sic charitas seu feruor amoris [illegible] [a]morosis cordib. liquescere, & de vno in aliud se transferre [illegible] te duorum metallorum, quæ si liquefacta fuerint, [illegible] ipsa corda coniungere & vnire 2. Paral. 32. *In illum altare [illegible] altari vno adorabitis, & ibi comburetis incensum.*

D ¶ Tertio dico, quod est quoddam incensum, quod ad Deum eleuat, scilicet, puritas. Et illud est incensum orationis quæ scilicet sursum ad Deum per modum incensi, & de fumi incenso exeuntis dirigitur, ita quod per ipsam suprema deitas pacificatur, & humana fragilitas expiatur. Et quod per incensum intelligitur oratio, satis patet Apoc. 8. vbi dicitur, quod *data sunt Angelo incensa multa, quæ sunt orationes sanctorum*, vt & sic quilibet deuotus homo dicat illud Psalm. *Dirigatur Domine oratio mea sicut incensum in conspectu tuo, eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum.* Sed proculdubio, charissimi, videtur, quod sunt pauci, qui talia incensa, scilic. fidei deuotionem, fraternam dilectionem, & deuotam orationem offerant, & qui Deo spiritual[ia] sacrificent, & incendant, iuxta illud, quod scribitur Dan. 3. *Non est in tempore hoc princeps, aut propheta & dux, neque holocaustum, neque sacrificium, neq; oblatio, neque incensum, neque locus primitiarum coram te*, cum tamen contrarium debe[r]et esse, vt quilibet dicere posset

... talem. *Holocausta medullata offeram tibi boues cum hircis.* Hoc ... quoddam incensum, quod ad Deum eleuat, scilicet, ...

¶ Quarto dico, quod inuenitur quoddam incensum, quod ... mundo diffundit vanitas, & istud est incensum adulationis, scilicet mali solent afflare & delectare nares diuitum ma-... , similes idololatris, qui idolis mutis & inutilibus ... incensum offere. Similes enim magis & hariolis, qui in-... solent dæmonibus dare, & eos in fumigiis odoriferis delectare, quia scilicet adulatores, idola, id est, simplices & i-... os diuites, nec non dæmones, id est, crudeles & tyrannos, ... cipes & potentes solent per incensum adulationis decipe-... & eos fumo vanitatis, seu vanæ laudis & inanis gloriæ dele-... 4. Reg. 15. *Adhuc populus sacrificabat & adolebat incensum in ex-...* Aduerte tamen, quod tales incensatores seu incensi huius ... auctores.

Solent {
- A Deo abominari
- Peccatis contaminari,
- In fine exterminari.

Solent (dico) a Deo abominari. Vnde Dominus dicit Esa. 1. *Non offeratis vltra sacrificium frustra, incensum abominatio est mihi.* Solent etiam ... contaminari, quia scilicet adulatores solent ... malos aliis ... abundare, figurati in rege Vsia, 2. Paralip. 26. *qui contra factum proprium adolere voluit incensum, & statim factus est leprosus.* Solent insuper in fine exterminari, scilicet, tormentis, tam temporalibus, quam æternis. Vnde de Rege Iuda Ezec. ... legitur 4 Reg. 23. quod *ipse deleuit aruspices, & eos qui adolebant incensum Baal, Soli, Lunæ, & duodecim signis, & omni militiæ cœli.* Quare certe illi, qui per adulationem incensant & thurificant Baal qui interpretatur deuorans, id est, mundi principibus & tyrannis, & Soli, & Lunæ, & signis, id est, prælatis maioribus, mediocribus, & infimis, & militiæ cœli, id est, militibus, ... & balliuis, digni sunt, quod a Rege Iuda Christo ... entur, & de libro viuentium deleantur. Numer. 16. *Ignis egressus a Domino interfecit ducentos quinquaginta viros, qui adolebant incensum.* Sic ergo patet, quod in scriptura reperitur incensum ... triplex, videlicet, adulationis, orationis, dilectionis, & deuotionis.

**Incertus.** Vide in titulo Certitudo.

A **Incipere.** Nota, quod tam incipere, quam cœpit, quod est verbum defectiuum, significat rei initium, ... cuiuscunque temporis vel operis principium & inceptionē. D... igitur, quod inuenitur.

Incipere, quod spectat ad {
- Deum,
- Iustum,
- Impium.

¶ Primo ergo dicamus de inceptione, quæ spectat ad Deum. Deus enim, quantum ad essentiam, nunquam incipit, imo semper est, cum non habeat principium, neque finem; quantum vero ad operationes suas, semper incipit, quia scilicet, quantum ad nos, semper incipit noua opera facere, nouos effectus & mirabiles producere, & nouo modo erga nos se habere. Sol enim nunquam incipit, & semper incipit, quia sc. in essentia sua nunquā desinit aut incipit. In motu vero suo semper aliquid noui incipit, in quantum omni die oritur, & occidit, & continue de signo ad signum, & de gradu ad gradum transit. Et ideo Sol à Poëtis pingebatur in forma iuuenis sine barba, quamuis Æsculapius, & multi alii Solis filii pingerentur barbati, in signum, quod iste quotidie renascitur, & iuuenescit, & quotidie reincipit apparere. Sic vere Deus inuenitur continue iuuenescens, & esse suum nunquam deficiens aut desistens Iob. 30. *Gloria mea semper innouabitur, & arcus meus in manu mea semper instaurabitur.* Vnde ipse est qui dicit 1. Reg. 3. *Ego incipiā, & complebo,* quia diceret: Ego semper incipiens, & semper complens, & maxime, quantum ad effectus suos, aliquid semper innouans, & reformans. ¶ Vnde nota, quod Deus aliquid.

Incipit, quantum ad {
- Ignorantes,
- Negligentes,
- Pestilentes,
- Sapientes.

¶ Ille enim ignorantes solet instruere, & hoc facit manens ... 1. c. in carne, Act. 1. *Cœpit Iesus facere & docere.* Et Lu. 24. dicitur, quod *incipiens Iesus a Moyse & Prophetis, interpretabatur scripturas discipulis.* ¶ Item negligentes solet repellere, & hoc facit regnans in solio. Vnde Apoc. 3. *Vtinam calidus esses, aut frigidus, sed quia tepidus es, incipiam te euomere ore meo.* Quod etiam contra simoniacos potest dici, de quibus dicitur Ioan. 2. quod *Iesus cœpit eiicere vendentes de templo.* ¶ Item pestilentes solet destruere, & hoc facto finali iudicio. Vnde ipse est, qui dicit Hie. 25. *Ecce in ciuitate, in qua inuocatum est nomen meum, ego incipio affligere.* Sequitur: *Gladium enim voco super omnes habitatores terræ.* ¶ Item sapientes, seu etiam pœnitentes solet dirigere, & hoc faciet in cœli palatio, quando scilicet *vocabit operarios, & reddet illis mercedem incipiens a nouissimis vsque ad primos,* Matth. 20. Ita quod beati possunt sibi dicere illud 2. Reg. 7. *Incipe & benedic domui serui tui.* Nunc etiam pœnitentes & tribulati dicere possunt illud Ose. 6. *Venite, & reuertamur ad Dominum, quia ipse cœpit, & saluabit nos, percutiet, & curabit nos.* Istud est ergo vnum incipere, quod spectat ad Deum.

¶ Secundo dico, quod inuenitur vnum incipere, quod spectat ad iustum. Iustus enim semper. B

Incipit {
- Bona opera aggrediendo,
- De bono melius proficiendo, &
- Bonum exemplum posteris dando.

Et nota, quod ad iustum spectat.

Vnum incipere, quod est, {
- Vigoris,
- Mœroris,
- Honoris.

¶ Vnum (inquit) Incipere spectat ad iustos, quod spectat ad animi vigorem, & istud pro certo spectat ad virtutem fortitudinis, quæ sci. semper vult incipere & inchoare opera virtuosa. Potissima enim pars cuiuscunque rei est initium. Res enim ardua postquam incipitur, quasi completa media iudicatur. Et ideo primi fidei fundatores, qui inceperunt tyrannis resistere, primi scientiarum inuentores, qui inceperunt semina iacere, primi bonorum laborum, bellorum, & operum aggressores, qui incipiunt viam ostendere, valde sunt commendandi, & à Deo & hominibus collaudandi. Facile enim est incipientem sequi, & bene inchoantibus conformari. Vbi vero non est, qui incipiat quilibet sequens titubat & vacillat. Ideo dicebant illi, & quærebant 3. Reg. 20. *Quis incipiet prœliari?* quasi dicerent: necesse est, quod aliquis incipiat. Dico enim, quod ille, qui incipit negotium arduum, non plene perficiat, multum tamen proficit, quia alteri subsequenti dat occasionem, audaciam, vt aliquid inceptis addat, vel vt compleat, & perficiat. Vtile est tamen, & honestum, quod homo compleat, si potest, quod incepit, & quod opus perficiat, quod assumpsit 2. Cor. 8. *Quemadmodum cœpit, & perficiat.* ¶ Et potest dici, quod aliqui bene incipiunt, & bene finiunt, sicut iusti & sancti, qui sc. bonum, quod incipiunt, vsque ad finem & complementum deducunt. Exemplo Christi, Acto. 1. *Cœpit Iesus facere & docere vsque in diem, qua assumptus est.* ¶ Item quidam bene incipiunt, sed male finiunt, sicut patet de multis, qui optimi sunt in iuuentute, pessimi in senectute. Optimi in inferiori gradu, pessimi, quando promouentur in superiori statu. Similes illi monstro, seu illi puero mōstruoso, quod in Babylone fuit natū, in præsagium mortis Alexandri Magni, sicut narrat Geruasius in lib. de otiis Imperialib. qui ab homine incipiebat, & inferius in feras & beluas desinebat, quia scilicet in capite & in brachiis forma humana inchoabatur, circa coxas vero in capita multorum & diuersorum animalium terminabatur, & quia à meliori incipiebat, & in deterius finiebat, mortem Alexandri, vt dixerunt Aruspices, & mutationem reipublicæ in deterius signabat. Reuera multi sunt hodie tales, qui se ab homine incipiunt, & terminantur in feras, quia scil. etsi in virtutibus initiantur, in feras tamen, id est, in ferina vitia terminantur, ita vt non solum vna fera, id est, vnum vitium inueniatur in ipsis, imo multa & diuersa vitia reperiuntur in illis. Ibi est leo crudelitatis, vrsus gulositatis, canis insatiabilis cupiditatis, simia calliditatis, & porcus carnalitatis. Ista ergo quando in principe vel prælato reperiuntur, procul dubio mors & destructio reipubl. designatur. Talibus igitur incipientibus & male terminantibus dicitur Galat. 3. *Sic stulti estis insensati Galatæ, vt spiritu cum cœperitis, carne consummemini.* Isti ergo bene incipiunt, sed male finiunt. ¶ Item aliqui sunt, qui bene incipiunt, sed nihil finiunt, sicut adulterani sunt mali, qui semper noua, magna, & ardua solent incipere, sed nihil ad perfectionem & complementum deducere. *Nihil enim ad perfectum adduxit lex,* Heb. 7. Et de talibus potest dici illud Luc. 14. *Iste homo cœpit ædificare, & non potuit consummare.*

Iste

Isti sunt sicut Ianus, qui à Poëtis dicitur Deus initiorum, & pu- tres habebat facies, & ideo ab illo Ianu dicitur Ianuarius, qui est ianua & initium totius anni. Initia enim negotiorum & re- rum, & non fines dedicabantur eidem. Tales ergo videntur hodie esse inconstantes, insigniti multis faciebus, id est, multis principijs & inceptionibus insignes, quia scilicet non fines, sed initia rerum videntur ad eos pertinere, in quantum semper vo- lunt incipere, sed nihil debite terminare. Quia secundum Philosophum, acres in principio, franguntur in fine, ita quod postquam ipsa primo inceperint, postea cantant, defecit Iob. 15 *Dissipat Dominus cogitationes malignorum, ne possint implere manum eo- rum, quod cœperant.* Isti ergo bene incipiunt, sed non finiunt. ¶ I- tem alij sunt, qui male incipiunt sed bene finiunt.

*Non etenim semper respondent vltima primis.*

Nam: *Debile principium melior fortuna sequetur.*

Sæpe enim fit Dei misericordia mediante, quod qui malus vi- xerat, bonus efficitur, & qui inceperat à vitijs, in virtutibus cō- summatur. Exemplo Tobiæ, Tob. 11. *Cœpit offendens pedibus currere.* ¶ Item dico, quod alij sunt, qui male finiunt, sicut sunt peccato- res & mali, sed de istis dicetur in sequenti. Sic ergo patet, quo- modo diuersi diuersimode incipiunt bonum opus. Et possu- mus notare breuiter, quod iusti libenter.

Incipiunt { Dolere per contritionem,
Deflere per compunctionem,
Clamare per orationem,
Laudare per gratiarum actionem,
Laborare per bonam operationem.

¶ De dolore contritionis dici potest illud Tob. 10. *Cœpit au- tem* (scilicet Tobias) *contristari nimis.* ¶ De fletu compunctionis dicitur Tob. 3. quod *Tobias ingemuit, & cœpit orare cum lachrymis.* ¶ De clamore orationis dicitur Genes. 4. *Iste cœpit inuocare nomen Domini.* ¶ De canore laudis & gratiarum actionis dicitur 2. Par. 29. quod *Leuitæ tenentes organa, & sacerdotes tubas, cum offerretur sa- crificium, cœperunt laudes canere Domino.* ¶ De labore autem bonæ operationis dici potest illud Genes. 9. *Cœpit Noe vir agricola esse.* Est ergo incipere vnum iustorum, quod spectat ad vigorem.

C ¶ Item est vnum incipere iustorum, quod spectat ad mœrorem. Et istud est incipere mundi tribulationum, quæ continue pul- lulant, & incipiunt erga bonos 1. Petr. 4. *Tempus est, vt incipiat iu-*

D *dicium à Domo Dei.* ¶ Item est vnum incipere iustorum spectans ad honorem, quia scilicet meliores primi incipiunt honorari, Gen. 44. *Scrutatus saccos eorum, incipiens à maiore.* Et certe sicut à maioribus incipitur, quantum ad honores, sic, si male se ha- buerint, ab eis incipietur inferendo miserias & dolores. Vnde Angelis percussoribus præcipitur Ezechiel. 9. *A sanctuario meo incipite.* Sic ergo patet, quod est vnum incipere, quod spectat ad iustum.

E ¶ Tertio dico, quod est vnum incipere spectans ad iniustum. Et sic dico, quod mali habent quadruplex malum Incipere, vi- delicet.

Vnum, quod denotat { Imperfectam vitæ nouitatem,
Incompletam morum leuitatem,
Indiscretam culpæ prauitatem,
Parum lętam pœnę grauitatem.

¶ Mali ergo habent vnum incipere, quod est imperfectum, & illud nihil aliud est, quam imperfectio vitæ & morum; quia scilicet multi sunt imperfecti & incipientes, nunquam autem complentes aut consummantes. Vnde Seneca dicit, quod fa- tuus incipit semper viuere. Eccles. 18. *Cum consummauerit homo, tunc incipiet*, quasi dicat: isti enim tunc incipiunt, quando debu- erant consummare. ¶ Item est vnum Incipere, quod est in completum, Et istud est, quando quis incipit bene, sed nun- quam deducit ad finem, sed de hoc dictum est supra, §. præce- denti. ¶ Item est vnum incipere, quod est indiscretum, sicut est, quando mali libenter incipiunt lites, & alia mala, & quando gloriantur incipere mala opera, & mala exempla alijs dare, i- lasque continua, & ad malum finem deducere. Figuratur in ædi- ficantibus turrem Babylonis, de quibus dicitur Gen. 11. *Cœperūt hoc facere, nec desistent à cogitationibus suis, donec eas compleant.* Baby- lon interpretatur confusio, & signat opus malum, &c. ¶ Item est vnum Incipere, quod est parum lætum, & istud est Incipere pœnæ æternæ, quæ scilicet post mortem inceperit, *damnati inci- pient dicere montibus: Cadite super nos? & collibus: Operite nos*, sicut dicitur Luc. 23. Quod potissime tunc fiet, quando à regno Dei videbunt perpetuo se exclusos Lucæ 13. *Tunc incipietis foris stare.*

Et Luc. 14. *Incipietis cum rubore nouissimum locum tenere.* Sic ergo pa- tet, quomodo incipere spectat ad Deum, ad iustum, & ad impi- um.

## Incidere.

Nota, quod incidere sumitur pro in aliquod malum cadere. Et nota, quod in scriptura re- peritur. A

Incidere { Nequitiæ latentis,
Miseriæ præsentis,
Angustiæ sequentis.

Nam incidunt { Iniqui in foueam latentis reatus,
Miseri in cochleam præsentis anfractus,
Damnati in aream sequentis defectus.

¶ Primo ergo dico, quod est vnum Incidere, spectans ad ne- mios, id est, ad peccatores, quia scilicet isti de vno peccato in- cidunt in aliud, & etiam vbi ipsi non aduertunt, ipsi incidunt in diaboli laqueum & ruinam. Quis enim incidat in foueam malitiæ & nequitiæ, patet Eccl. 10 *Qui fodit foueam, incidet in eam.* Quidam incidunt in laqueum auaritiæ 1 Tim. 6. *Qui volunt di- uites fieri, incidunt in tentationes, & in laqueum diaboli.* Quidam inci- dunt in scopulos iracundiæ & discordiæ Act. 27. *Timentes, ne in aspera loca incideremus.* Quidam incidunt in viscum carnalitatis & luxuriæ. Vnde de mala muliere dicitur Pr. 22. *Fouea profunda os alienæ, cui iratus est Dominus, incidet in eam.* Quidam incidunt in infirmitatem languoris & negligentiæ, sicut de Antiocho dici- tur 1. Mach. 6. quod *decidit in lectum, & incidit in languorem.* Qui- dam incidunt in tenebras erroris & ignorantiæ Prou. 17 *Qui vertit ad discere, incidet in malum.* Quidam incidunt in voraginem desperationis atque dementiæ Eccl. 29. *Transgrediens mandatum Domini incidet in promissionem nequam.* Istud est ergo vnum Incide- re, spectans ad nemeros.

B ¶ Secundo dico, quod est vnum incidere, spectans ad mise- ros. Et istud est illud, quod spectat ad illos, qui in mundi tribu- lationes incidunt, & qui talibus fortunæ nunc in vnum, nunc in aliud malum ruunt. Fortuna enim, id est, effectus occultæ Dei prouidentiæ, homines in hoc mundo varia sorte pellit, ita quod secundum occulta sua iudicia ipsos in diuersas tribula- tiones incidere facit. Et inde sæpe fit, quod homo pessime per illam viam in periculum incidit, per quam periculum euadere credit, iuxta illud Poëticum: *Incidit in Scyllam, qui vult vitare Cha- rybdim.* Scylla enim & Charybdis sunt duo maris pericula, & sæpe fit, quod dum nautæ vnum vitare se credunt, in aliud inci- dunt, & impingunt. Melius est igitur Deo ex toto se committe- re, & quicquid incidere fecerit, impatientia sustinere, iuxta il- lud, quod dixit Dauid 2. Reg. 24. *Melius est, vt incidam in manus Domini (multæ enim misericordiæ Domini sunt) quam in manus homi- num.* Istud est igitur vnum Incidere, spectans ad miseros.

¶ Tertio dico, quod est vnum incidere, spectans ad inferos, id est, ad damnatos, qui sunt in inferis. Isti enim figurantur in illo, qui *descendens de Hierusalem in Hiericho, incidit in latrones, qui spoliantes eum plagis impositis abierunt, semiuiuo relicto*, sicut dicitur Lucæ 10. Peccator enim, qui de Hierusalem in Hiericho, id est, de statu gratiæ in peccatum descendit, finaliter moriens in latrones infernales incidit, & bonis omnibus temporalibus & gratuitis spoliatus, plagis æternæ damnationis impositis se- miuiuus pertransit, in quantum scilicet non plene, nec quiete viuit imo iuxta Psalm. *Laborabit in æternum, & viuet adhuc in finem.* De tali ergo futuro Incidere dicitur Ecclesiast. 29 *Recu- pera proximum secundum virtutem tuam, & attende tibi, ne incidas*, sci- licet in manus diaboli. Proximum, inquit, tuum, i. ipsum qui per pœnitentiam recuperatur, ne in æternam angustiam incidat, & ne manus suæ duræ iustitiæ inueniatur. Et merito, quia pro cer- to, sicut dicitur Heb. 10. *Horrendū est incidere in manus Dei viuentis.* Et hæc de Incidere sufficiant, Vide supr. de tractatibus Cadere, & Decidere.

## Incircumcisus.

Cum circūcisio nihil aliud sit quam circumquaq; facta incisio, sicut in le- ge Mosaica fiebat, vbi caro præputij circumcidebatur, & ab- ijciebatur, & sic homo circumcisus dicebatur, qui à peccato o- riginali mundabatur, & ab incircumcisis, id est, à gentib. distin- guebatur, restat, quod per incircumcisos intelligebantur gen- tiles atque pagani, diuinis legibus non subiecti, sed idolo- rum seruitijs occupati. Moraliter ergo loquendo circumcisio nihil aliud est, quam vitiorum & morum superfluorum resec- tio & abdicatio, incircumcisio morum superfluorum & vitio- rum occupatio, vendicatio, & possessio. Et sic peccatores A

incircumcisi vocantur, eo quod in eis vitia non extirpantur, sed abundant & inseruntur. Nota ergo, quod quidam inueniuntur.

Incircumcisi in
- Mentibus vano cogitatu,
- Actibus superfluo tactu,
- Gentibus inhonesto tractu,
- Vestibus improbo ornatu,
- Moribus insolenti iactu,
- Operibus eminenti fastu,
- Dapibus excessiuo pastu,
- Renibus immundo pruritu,
- Auribus auido auditu,
- Vocibus fatuo tinnitu.

Est igitur incircumcisio mentis, & cogitatus de qua Ezech. 44. *Eo quod inducitis filios alienos incircumcisos corde & incircumcisos carne, vt sint in sanctuario meo.* ¶ Item est incircumcisio exterioris actus 1. Reg. 17. *Quis est Philisthæus iste incircumcisus?* Item est incircumcisio in vestigestis, seu etiam motus, ornatus, seu apparatus 2. Reg. 1. *Nolite annunciare in Geth, ne forte exultent filiæ incircumcisorum.* Hæc enim diuitum sunt illæ, quæ plus abundant in motibus, gestibus, & ornatibus superfluis. Et 1. Reg. 31. *Ne forte veniant incircumcisi, & illudant mihi.* ¶ Item est incircumcisio carnalis, actus luxoriosi, de quo dicitur Hier. 9. *Visitabo, super omnem qui circumcisum habent præputium.* & Hester. 14. *Et detestor cubile incircumcisorum.* ¶ Item est incircumcisio vestium & ornatus, sicut in illis vitia, qui in turpi habitu & inhonesto incedentes, pudenda non possunt contegere, & & in vestibus, quæ carnem ad lasciuiam prouocantem aperta veste nudant, & ostendunt. Sint licet indumenta vtriusque, tantum ad formam nimis circumcisa, tamen vt in præsenti incircumcisio, scilicet pro vitiorum vendicatione, merito dicuntur incircumcisa, quia libidinis, & superbiæ vitia. His cum versentur in Hierusalem, in religione Christiana, in Ecclesia militante, aut cum sint Hierusalem, id est, animæ Christianæ & fideles, præcipitur Esa. 52. *Induere vestimentis gloriæ tuæ Hierusalem, quia non adjiciet vltra, vt pertranseat per te incircumcisus.* ¶ Item est incircumcisio morum & status, sicut est in illis, qui insolenter & impudice conuersantur, quibus dicitur Leu. 16. *Ambulabo ego contra eos, donec erubescat incircumcisa mens eorum.* ¶ Item est incircumcisio operũ & fastus, sicut est in illis, quorum opera pompam propter & aliorum nihil præsumunt, sicut de Goliath apertum est, qui verbo suo & armis minax, Israel & Dauid despexit. Dauid vero in Domino confidens dixit: *Quis est hic Philisthæus incircumcisus, qui exprobrauit aciem Dei viuentis?* 1. Reg. 17. Sequitur: *Ego venio ad te in nomine Domini exercituum, & percutiam te, & auferam caput tuum a te.* Sic factum est, vt sæpe, imo quasi semper fit, vt qui opera sua cum fastu aggrediuntur, humilitati deficiant, & contemnantur, sicut iam patuit. ¶ Item est incircumcisio dapum, & pastus, sicut est in illis, quos nulla, quam ventris cura occupat, & qui se ventri immolant per gulam, quibus etiam gula præcipit, vt immolent sibi carnes porcinas & immundas, id est, maiorem in esu delectationem, quam deceat, vel temporibus prohibitis, vel vltra quam deceat. In quibus dum nimis oblectantur & præuaricantur, animæ eorum contaminantur. Inde prouenit, quod relinquant filios, delectationes & appetitus, quos gula parit, incircumcisos, id est, superfluos & vitiosos, sicut dicitur 1. Machabæorum 1. *Iussit* scilicet *Antiochus*, id est, diabolus, *immolare carnes suillas, & pecora communia & relinquere filios suos incircumcisos.* ¶ Item est incircumcisio aurium seu auditus, sicut est in illis, qui omnia volunt audire scilicet vana & hystoria, dicta & detractoria, turpia & infectoria. Mala enim libenter audiunt, bona vero audire negligunt, & contemnunt. Hierem. 6. *Incircumcisæ aures eorum, & audire non possunt.* Et Actor. 7. dicitur, *Dura ceruice & incircumcisis auribus, semper spiritui sancto restitistis.* ¶ Item est incircumcisio vocis, & tinnitus, sicut est in illis, qui superflue loquuntur & garriunt. Exod. 6. *Incircumcisus sum labijs ab heri & nudiustertius.* Breuiter ergo concludere possum, quod tales indomiti & incircumcisi à Paradiso finaliter excluduntur, iuxta illud Ezech. 44. *Omnis alienigena incircumcisus corde, & incircumcisus carne, non ingredietur sanctuarium meum.* Et in inferno perenniter includuntur, vt sic cuilibet damnato dicatur illud Ezech. 31. *Ecce deductus es cum lignis voluptatis ad terram vltimam in medio incircumcisorum, dormies cum his, qui interfecti sunt gladio.* Sic ergo patet, quomodo incircumcisio semper sonat in malo, sicut circumcisio sonat in bono. Vide supra de circumcisione.

**Incitare.** Nota, quod incitare idem est, quod commouere, prouocare, irritare, exhortari, & admonere. Accipitur autem, vt communiter, in malo. Omitto autem, quia paucæ sunt auctoritates. A

**Inclinare.** Nota, quod inclinare in scriptura sumitur multis modis. Sumitur 6. pro incuruatione. A
- Humilitatis,
- Benignitatis,
- Aduersitatis,
- Fragilitatis,
- Fallacitatis,
- Iniquitatis.

¶ Quidam ergo inclinantur per humilitatem Esa. 2. *Inclinabit se homo, & humiliabitur vir.* Item quidam inclinantur per benignitatem, sicut scilicet sunt illi, qui faciliter inclinantur ad misericordiam, & ad pacem Iob 22. *Qui inclinauerit oculos, ipse saluabitur.* Et talem inclinationem petebat Dauid in Psal. dicens: *Inclina aurem tuam, & exaudi verba mea.* ¶ Item quidam inclinantur per aduersitatem. Vnde de malis & superbis, qui modo in honoribus sunt erecti, dicitur in Psalm. *Inclinabit se, & cadet, cum dominatus fuerit pauperum.* ¶ Item quidam inclinantur per fragilitatem, & est inclinatio generis, qua homines inclinantur per infirmitatem, senectutem, & mortem, de qua potest dici illud Ioan. 20. *Inclinauit se, & prospexit in monumentum.* Homo enim statim quando incipit senescere, incuruatur & inclinatur quasi prospiciens ad terram, & ad monumentum, & ad sepulturam. ¶ Item quidam inclinantur per fallacitatem, & isti sunt falsi proditores & hypocritæ. Vnde de falsa muliere dicitur Pr. 2o. *Inclinata est ad mortem domus eius, & vsque ad inferos gressus illius penetrant.* ¶ Item est inclinatio iniquitatis, & ista est, quando homo faciliter inclinatur ad iniquitatem faciendam, quod vtique facit hominum mala consuetudo, vel impulsus tentationis. Vnde de muliere curua dicitur Luc. 13. quod *erat inclinata ad terram, & non poterat respicere sursum* ¶ De inclinatione ergo humilitatis possumus aliquid dicere. Sicut enim arbor, quanto magis fructibus oneratur, tanto rami eius amplius inclinantur: sic viri perfecti, quanto amplius fructibus bonorum operum & virtutum sunt onerati, tanto per humilitatem sunt amplius inclinati. Vnde de sancto Dauid dicitur 1. Reg. 24. *Inclinans se Dauid pronus in terram adorauit.* In quibus verbis ostenditur, quod sicut homo inclinatur corporaliter ad amplexandum, ad onus suscipiendum, ad aliquid audiendum, aut ad aliquid exercendum, aut ad aliquid inquirendum, aut ad aliquid perquirendum: sic specialiter debet homo inclinari & incuruari. B
- Ad amplexandum, quod diligitur.
- Ad supportandum, quod imponitur,
- Ad audiendum, quod præcipitur,
- Ad exercendum, quod immittitur, seu iniungitur,
- Ad perquirendum, quod amittitur,
- Ad requirendum, quod appetitur.

¶ Istas igitur inclinationes morales probat per ordinem:
- Affectio cordialis (Inclinans se, inquit.)
- Perfectio virtualis (Dauid manu fortis.)
- Subiectio corporalis (Pronus.)
- Compassio naturalis (In.)
- Mentalis meditatio (Terra, inquit.)
- Verbalis postulatio (Adorauit, inquit.)

¶ Primo ergo inclinemur ad amplexandum Deum per deuotionem, vt simus sicut solsequium, quod ad Solem continue se inclinat, quia scil. ad Solem iustitiæ Christum semper nos debemus per affectionem & deuotionem inclinare, & ad ipsum omnes actus & opera ordinare Esa. 17. *Inclinabitur homo ad factorem suum.* quod ostenditur, cum dicitur, Inclinans. Homo enim se totum debet ad Deum inclinare, sc. cor meditando, linguam loquendo & gratias agendo. Manus ipsius beneplacita operãdo. Ios. 24. *Inclinate corda vestra ad Dominum.* Et Gen. 24. *Inclinauit se homo, & adorauit.* Vnde petebat Dauid in Ps. *Inclina cor meum in testimonia tua, & non in auaritiam.* Qui enim bene considerant bonitatem diuinam, faciliter inclinãtur ad ipsam Esa. 14. *Qui te viderint, ad te inclinabuntur.*

¶ Secundo inclinemur ad supportandum omnem tribulationem, & simus sicut camelus, qui cum sit animal valde forte, solet se super genua anteriora inclinare, quando à magistro se percipit C

percipit

percipit onerandum; quia scilicet quando à Deo vel à prælato videmus aliquod onus, vel aliquod difficile correctionis vel aduersitatis pondus nobis immitti, nos pro certo per reuerentiam & humiditatem debemus collum & cor humiliare & inclinare, & ad vocem Dei & prælati omnia tristia & grauia patienter & fortiter tolerare, quia scilicet nos debemus esse Dauid qui interpretatur manu fortis. Vnde de Dauid dicitur 2. Reg. 3. quod *Dauid erat proficiens, & semper seipso robustior*. Vnde de inclinatione talis fortitudinis potest dici illud Num. 21. *Scopuli torrentium inclinati sunt*. Scopuli enim sunt superfortes & duræ. Iuxta illud Baruc. 2. *Inclinate humerum vestrum, & ceruicem vestram, & facite opera regis Babylonis*. Sic faciebat ille, qui dicebat in Psal. *Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum propter retributionem*. Inclinemus ergo ad supportandum omnem tribulationem.

D Tertio inclinemur ad audiendum per veram attentionem. [Pronus, inquit.] Verus enim obediens debet esse pronus & inclinatus ad audiendum, attendendum, & faciendum mandatum superioris, similis elephanti, & cani nobili, qui aures habent naturaliter inclinatas, quia sicut dicitur Ecc. 6. *Si inclinaueris aurem tuam, suscipies doctrinam, & si dilexeris audire, sapiens eris*. Vnde de pronitate humilitatis potest dici illud 1. Reg. 5. *Dagon pronus iacebat in terra*. Inclinemus ergo ad audiendum per veram attentionem.

¶ Quarto dico, quod inclinari debemus per intimam compassionem, & hoc ostenditur, dum dicitur, In. Quia sc. compassio naturalis est nobis intima, & innata. (In Inquit.) Vnde de Christo compatienti mulieri in adulterio deprehensæ dicitur Ioan. 8. quod *inclinans se, digito scribebat in terra*. Et de ipso etiam pro peccatoribus morienti dicitur Ioan. 19. quod *inclinato capite emisit spiritum*. Dicamus ergo Domino illud Ps. *Inclina cor meum in testimonia tua*, id est, in opera pietatis, & non in auaritiam, &: *Tu Domine, inclina cælos tuos, & descende*, sc. ad miserandum nobis.

E Inclinemur ergo ad exercendum innatam compassionem.

¶ Quinto inclinemur ad perquirendum amissam perfectio-

F nem. In terra, inquit. Sicut enim, qui in terra aliquid amisit, solet se ad terram inclinare, & diligenter quærere, quousque illud valeat inuenire: sic quia in terra, id est, in tenebris bonas virtutes & gratias perdidimus, ideo pro ipsis quærendis, & reueniendis, ad terram nos debemus inclinare, considerando futuram in illam reuersionem, & inferni sub terra afflictionem, vt sic de quolibet nostrum dicatur illud Ioan. 8. *Inclinans se, digito scribebat in terra*. Digitus enim est intellectus, qui tunc in terra dicitur scribere, quando ad considerandum prædictas terræ conditiones se voluerit inclinare.

G ¶ Sexto inclinemur ad faciendum deuotam supplicationem, [Adorauit, inquit.] Vnde de Bersabea dicitur 3. Reg. 3. *Inclinauit se Bersabea, & adorauit*. Cuilibet ergo animæ sic diuersimode inclinatæ dicitur in Ps. *Audi filia, vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui, & concupiscet Rex decorem tuum*. vbi ostenditur, quod inclinatio humilitatis facit nos.

Attentius meditari. [Audi inquit.]
Sagacius contemplari. [Vide inquit.]
Remotius elongari. [Obliuiscere populum tuum, & domum patris tui.]
Feruentius adamari. [Quia facit, quod rex Christus concupiscit decorem tuum.]

Vide supra de Humilitate.

A **Inclytus.** Nota, quod inclytus idē est, quod nobilis, gratiosus, honorabilis, & solemnis. Et signat in scriptura diuersimode loquendo homines spiritualiter, temporaliter, & æternaliter nobiles & beatos. Et sic dico, quod inueniuntur.

Inclyti { Virtuales, Temporales, Supernales.

Primi sunt inclyti moribus internis,
Secundi sunt inclyti viribus externis,
Tertij sunt inclyti viribus æternis.

¶ Primo ergo dico, quòd quidam sunt inclyti interne & virtualiter. Isti sunt viri sancti iusti, & docti, quos scilicet diuina gratia, boni mores, & sapientia faciunt inclytos & solemnes. Vnde de filijs Israel dicitur Cant. 4. *Quæ est enim alia gens tam inclyta, quæ habeat ceremonias, iudicia, & vniuersam legem, &c*. Vnde etiā de sancto rege Ezechia dicitur spiritualiter exponēdo 2. Par. 32. *Fuit Ezechias diues, & inclytus valde, & thesauros plurimos congregauit auri, & argenti, & lapidum pretiosi, & aromatum. &c*. Expone per aurum sapientiam, per argentum eloquentiam, per lapides pretiosos virtutum sanctimoniam, per aromata bonam famam. Ista enim sunt, quæ hominem faciunt inclytum apud Deum nobilem, & famosum Gen. 34. *Ipse erat inclytus in omni domo patris sui*. Istud potissime potest referri ad clericos, qui pro certo ratione scientiæ, sanctitatis & iustitiæ, in domo patris nostri Dei, scilicet, in Ecclesia præ cæteris solent esse inclyti. Sed reuera hodie conquerendo potest Dominus dicere Eccl. sponsæ suæ de clericorum populo sibi dato illud, quod scribitur Hiere. 13. *Vbi est grex, qui datus est tibi pecus inclytum tuum*. Et pro certo potest etiam cum ipso dicere conquerendo, quod scribitur Thren. 4. *Filij Sion inclyti & amicti auro primo, quomodo reputati sunt in vasa testea*? Expone & compara modernos Ecclesiasticos vasis testeis, quæ scilicet sunt vilia, & fragilia, parum aut nihil appretiabilia. Et breuiter Ecclesię potest dici illud 2. Re. 1. *Inclyti Israel super montes tuos interfecti sunt*. Et reuera videtur, quod de Ecclesia verificatum sit hodie verbum illud Thren. 2. *Obtexit caligine in furore suo Dominus filiam Sion proiecit de cœlo in terram inclytam Israel*. Sic ergo patet, quomodo quidam sunt inclyti interne & virtualiter.

¶ Secundo dico, quod quidam sunt inclyti externe & temporaliter. Et isti sunt illi, quos fortuna nobilitatibus, & diuitijs facit beatos, de quibus potest dici illud quod de rege Iosaphat diuite, & inclyto, sed tamen Domino accepto dicitur 2. Par. 18. *Fuit Iosaphat diues, & inclytus multum*. Vnde etiam de multis, qui nati sunt in paupertate, & per fortunam fiunt inclyti, potest dici illud, quod dicebant filij Laban de Iacob Gen. 31. *Tulit Iacob diuitias patris nostri, & facultate eius ditatus inclytus factus est*. Sic vere possunt dicere multi filij nobilium de multis peregrinis & aduenis, qui de bonis patrum suorum fiunt inclyti, & per prosperitatem diuites, & elati. Sed aduertant tales fortunaliter inclyti ad illud, quod scribitur Ezech. 26 *Quomodo perijsti, quæ habitas in mari, vrbs inclyta, quæ fuisti fortis in mari*, quia scilicet tales, qui in mari huius mundi sunt inclyti & opulenti, finaliter pereunt, & non solum æternaliter, imo etiam nunc temporaliter periculum, & infortunium incurrunt. Vnde de mundo & mundi prosperitate cum suis inclytis, & beatis dicitur Esa. 13. *Et erit Babylon illa ciuitas gloriosa in regnis, inclyta in superbia Chaldæorum sicut subuertit Dominus Sodomam, & Gomorrham*, & proxime fiet in iudicio, quando verificabitur illud Hest. 11. *Sol ortus est, & humiles exaltati sunt, & deuorauerunt inclytos*. Isti sunt ergo inclyti & externe & temporaliter.

C ¶ Tertio vero dico, quod quidam sunt inclyti superne & æternaliter. Et isti proculdubio sunt beati, qui scilicet illa superna ciuitas Hierusalem cum suis habitatoribus summe est inclyta & decora. Vnde Dominus de ea potuit dicere illud 2. Par. 2. *Domus, quam ædificare cupio, magna est nimis, & inclyta*. Et merito, quia ibi est corona inclyta gloriæ sempiternæ, qua sc. filij Dei inclyti coronantur, vt cuilibet dicatur illud Pr. 4. *Dabit capiti tuo augmenta gratiarum, & corona inclyta proteget te*. Et sic patet de inclytis internis, externis & æternis.

**Includere.** Vide claudere, quia pauca sunt auctoritates.

A **Incredulus.** Nota, quod incredulus est ille, qui veritati vel fidei non assentit; & prouenit incredulitas, vt communiter, ex obstinatione. Est autem vitium incredulitatis, quando aliquis acquiescere, vel credere dedignatur. Et est vitium incredulitatis idem, quod inobediencia. Sicut enim materia dura, & compacta non obedit artifici: sic cor durum, obstinatum, incredibile & inobediens, ad voluntatem artificis, scilicet Dei interius inspirantis, prædicatoris exterius instruentis, prælati seuerius corrigentis, nunquam vult obedire, nec in formam perfectionis, & virtutis seipsum transformare vel mutare. Et ideo de obstinatis, & incredulis dicitur Hier. 5. *Populo huic factum est cor incredulum, & exasperans*. Ideo Thomæ dictum est Ioan. 20. *Noli esse incredulus, sed fidelis*. Et nota, quod vitium incredulitatis est periculosum multiplici ratione, quia.

Per incredulitatem { Deus irritatur, Cœlum denegatur, Pœna procuratur, Fides eneruatur.

Deus (dico) irritatur, Ideo dicitur Mar. 16. quod *Iesus exprobrauit incredu-*

[illegible] hend[illegible], quod [illegible] incredulus fuerat [illegible] tam promissionis, [illegible] notandum, quod illi, qui Dei vo[illegible] terram promissionis Paradi[illegible] *Quibus autem iurauit non intrare in [illegible] fuerunt?* quasi dicatur, nullis. [illegible] atem pœna procuratur. Vnde Roman. 11. [illegible] *incredulitatem fracti sunt.* Item per incre[illegible] Vnde Esa 21. *Qui incredulus est, inf*[illegible] supra de Fide, de Obedientia, & Inobedi[illegible]

[illegible] Increpare idem est, quod arguere, reprehen[illegible], & corrigere. Et est increpatio Dei & increpatio realis & verbalis. Et vide supra de [illegible] 2. Timoth. 4. *Argue, obsecra, increpa.* Et [illegible] ¶ Et si vis dicere de increpatione diuina, [illegible]

[illegible] per { Corporalem afflictionem, / Temporalem vexationem, / Infernalem damnationem.

[illegible] dicitur Iob 38. quod *Deus increpat per do*[illegible] [illegible] ali vexatione dicitur in Psalm. *Increpa*[illegible] *atione est.* De æternali damnatione potest [illegible] *gentes. & periit impius, nomen eorum delesti* [illegible] Et illud. *Increpasti superbos, maledicti,* [illegible]. De increpatione vero humana, de [illegible] *peccauerit in te frater tuus, increpa illũ, &c.* [illegible] illud Psalm. *Corripiet me iustus in misericor*[illegible] *autem peccatoris non impinguet caput meum.* [illegible], qui increpat, vel corripit alium debet [illegible]

[illegible] veritatem,
[illegible] benignitatem,
[illegible] [illegible]tatem.
[illegible]ere.

[illegible] seueritatem, quia debet esse iustus,
[illegible] benignitatem, quia debet esse in miseri[illegible]cordia,
[illegible] veritatem, quia ibi non debet esse oleum peccatorum, id est, adulatio.

[illegible] corrector, vel increpator seueritatem, & [illegible], ipse enim debet esse iustus. Corripiat [illegible], scilicet, iuste, sancte, & pure, sine ira, vel [illegible] debet corripere delinquentem, nec plus iu[illegible] Exemplo leonis, qui percutientem se non [illegible], quam læsus sit, imo ipsum rotando, & tra[illegible] obseruare, & ordinem sicut dicit Pli[illegible] illud Ecclesi. 11. *Antequam interroges ne vitu*[illegible] *interrogaueris, corripe iuste.* Iustus ergo sit cor[illegible] qui non est dignus alios corrigere, qui in [illegible] debeat me[illegible] se habere. Peccator enim me[illegible] quando [illegible], qui nihil corrigibile gesserit, in[illegible] enim dicitur Matth. 17. *Iesus increpauit dæmonem* [illegible], qui tamen ad increpationem alicuius pec[illegible] Sit ergo iustus, vt ei dicatur illud Psalm. *Iu*[illegible] *iudicium tuum.* Et illud Psalm. *Increpa feras* [illegible] *taurorum in vaccis populorum, vt excludant eos, qui* [illegible] *sunt argento*, ut dicat, probati, & iusti debent incre[illegible] [illegible]. Habeat ergo seueritatem, & sine de[illegible]

B [illegible] ¶ [illegible] habeat increpatio humanam pietatem cum dulci compassione in misericordia, inquit. Omnes enim correctio, & increpatio semper debet misericordiam comitari. *Superexaltat autem misericordia iudicium*, sicut Iac. 2. Sicut enim ossa, quamuis sint exterius dura, intus tamen sunt medulla plena, sic prælati qui sunt ossa ad corpus Ecclesiæ sustinendum, quamuis exterius in apparentia sint duri increpando, intus tamen conscientia debent esse medullosi, & misericordes in compatiendo, quia sicut dicitur Iac. 2. *Iudicium sine misericordia fiet illi, qui non fecit misericordiam.* Vnde de tali misericordi increpatione potest dici illud Genes. 37. *Increpauit Ioseph pater suus.* Patris enim nomen est pietatis. Habeat ergo pietatem cum dulci compassione.

¶ Tertio habeat veritatem sine adulatione. Oleum, inquit, [illegible] oris, id est, vitium adulationis, non impinguet caput [illegible] [illegible]um. Berchory.

meum. [illegible] de isto oleo, sicut supra [illegible] patet [illegible] tione correctionis, qualiter debe[illegible] Ista enim si debi[illegible] do fiat, valde est vtilis. Sicut enim dicitur Prou. 6 *Mandatum lucerna est, & lex lux, & via vitæ, increpatio disciplina.* Et Prou. 15. dicitur, quod *auris, quæ audit increpationem vitæ, in medio sapientum commorabitur.* Et hæc de Increpare sufficiunt.

# Incuruare.

A Vide supra, & vbicunque agitur de Humiliare, & supra de Inclinare. Et nota, quod curuitas, & incuruatio, vt communiter, sumitur in malo, sicut inclinatio in bono. Signat enim

Incuruatio { Deflexionem, quæ fit ad peccatum, / Depressionem, quæ fit per tormentum, / Subiectionem, quæ fit per seruitutis iugum.

De incuruatione peccati dicitur in Psalm. *Dorsum eorum semper incurua.* Et Esa. 51. dicitur animæ peccatrici in persona dæmonum: *Incurua te, vt transeamus.* De incuruatione vero tormentorũ dicitur 2. Paral. 36. *Incuruatus sum multo vinculo æris, & ferri.* De incuruatione vero seruitutis & subiectionis dicitur Gen. 27. *Incuruentur ante te filij matris tuæ,*

# Incumbere.

A Incumbere idem est, quod accumbere, vel pertinere, vel imminere. Paucæ sunt auctoritates.

# Inde. Deinde.

A Cum inde significet terminum à quo, possumus notare, quod secundum quod sunt diuersa loca, bona, scilicet & mala: sic inde, id est, recessus à talibus potest dici vel bonus vel malus. Et sic nota, quod in scriptura inuenitur

Locus { Horroris & pestilentiæ, / Doloris, & pœnitentiæ, / Honoris, & excellentiæ, / Laboris & violentiæ.

Et sic dicam, quod quadruplex recessus inuenitur, videlicet

Recessus vnus { Virtuosus, / Vitiosus, / Dolorosus, / Gaudiosus.

Primus est peccatum vel mundus,
Secundus est Ecclesiæ vel prælationis status,
Tertius est Paradisus,
Quartus est infernus.

Est enim vnus virtuosus per quem dimittitur terminus horroris scilicet mundus vel peccatum, de quo Esa. 52. *Recedite, recedite, exite inde, pollutum nolite tangere, exite de medio eius.* Vnus vitiosus, quo dimittitur terminus valoris, scilicet status gratiæ, & pœnitentiæ, de quo 3. Reg. 2. *Aedifica tibi domum in Hierusalem, non egredieris inde huc atque illuc.* Vnus dolorosus, per quem amittitur terminus honoris scilicet Paradisus, de quo potest exponi illud Abdiæ 1. vbi Dominus loquens peccatori præsumptuoso, & sine causa de Dei misericordia confidenti, & cœlum obtinere sine meritis speranti dixit sic: *Si inter sydera posueris nidum tuum, inde detraham te,* & Amos 9. dicitur: *Si ascenderint in cœlum, inde detraham eos.* Vnus gaudiosus, per quem exditur terminus laboris scilicet infernus, de quo Dominus loquens de pœnitentibus, & conuersis, Amos 9. dicit sic: *Si descenderint vsque ad infernum, inde manus mea educet eos.* Si descenderint, id est, in periculo descendendi fuerint, quia scilicet inde post descensum non est reuersio Matth. 5. *Amen dico tibi, non exies inde donec reddas nouissimum quadrantem.* Dicamus ergo aliquid de Inde malo, à quo est recedendum scilicet de mundo vel de peccato, & aliquid de inde bono, à quo est inchoandum scilicet de statu pœnitentiæ vel gratiæ.

B ¶ Primo igitur dico, quod est vnum Inde, quod boni fugiunt, si in eo morantur, vt si morantur in loco infecto & pernicioso, in loco suspecto & periculoso, in loco deiecto & opprobrioso, inde solent, quam citius possunt recedere, & ad loca contraria se transferre. Cum igitur mundus sit locus infectus suspectus, deiectus, perniciosus, periculosus, & opprobriosus, restat, quod inde est totis viribus recedendum, & ad loca tuta, sana, vtilia & sancta, scilicet ad statum pœnitentiæ & gratiæ accedendum. Figura Iudith 5. vbi dicitur, quod Hebræi *habitantes primo in terra Chaldæorum, renuerunt sequi Deos patrum suorum, & vnum Deum cœli coluerunt, qui & præcepit eis, vt exirent inde, & habitarent in Charan.*

percipit onerandum; quia scilicet quando à Deo vel à prælato videmus aliquod onus, vel aliquod difficile correctionis vel aduersitatis pondus nobis immitti, nos pro certo per reuerentiam & humilitatem debemus collum & cor humiliare & inclinare, & ad vocem Dei & prælati omnia tristia & grauia patienter & fortiter tolerare, quia scilicet nos debemus esse Dauid qui interpretatur manu fortis. Vnde de Dauid dicitur 2 Reg. 3. quod *Dauid erat proficiens, & semper seipso robustior*. Vnde & inclinatione talis fortitudinis potest dici illud Num. 21. *Scopuli torrentium inclinati sunt*. Scopuli enim sunt rupes fortes & duræ. Iuxta illud Baruc. 2. *Inclinate humerum vestrum, & ceruicem vestram, & facite opera regis Babylonis*. Sic faciebat ille, qui dicebat in Psal. *Inclina cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum, propter retributionem*. Inclinemus ergo ad supportandum omnem tribulationem.

D Tertio inclinemur ad audiendum per veram attentionem. [Pronus, inquit.] Verus enim obediens debet esse pronus & inclinatus ad audiendum, attendendum, & faciendum mandatum superioris, similis elephanti, & cani nobili, qui aures habent naturaliter inclinatas, quia sicut dicitur Ecc. 6. *Si inclinaueris aurem tuam, suscipies doctrinam, & si dilexeris audire, sapiens eris*. Vnde de pronitate humilitatis potest dici illud 1. Reg. 5. *Dagon pronus iacebat in terra*. Inclinemus ergo ad audiendum per veram attentionem.

¶ Quarto dico, quod inclinari debemus per intimam compassionem, & hoc ostenditur, dum dicitur. In. Quia sci. compassio naturalis est nobis intima, & innata. (In Inquit.) Vnde de Christo compatienti mulieri in adulterio deprehensæ dicitur Ioan. 8. quod *inclinans se, digito scribebat in terra*. Et de ipso etiam pro peccatoribus morienti dicitur Ioan. 19. quod *inclinato capite emisit spiritum*. Dicamus ergo Domino illud Ps. *Inclina cor meum in testimonia tua*, id est, in opera pietatis, & non in auaritiam, &: *Tu Domine, inclina cælos tuos, & descende*, sci. ad miserandum nobis. Inclinemur ergo ad exercendum innatam compassionem.

¶ Quinto inclinemur ad perquirendum amissam perfectio-
F nem. In terra, inquit. Sicut enim, qui in terra aliquid amisit, solet se ad terram inclinare, & diligenter quærere, quousque illud valeat inuenire: sic quia in terra, id est, in tenebris bonis virtutes & gratias perdidimus, ideo pro ipsis quærendis, & reueniendis, ad terram nos debemus inclinare, considerando futuram in illam reuersionem, & inferni sub terra afflictionem, vt sic de quolibet nostrum dicatur illud Ioan. 8. *Inclinans se, digito scribebat in terra*. Digitus enim est intellectus, qui tunc in terra dicitur scribere, quando ad considerandum prędictas terræ conditiones se voluerit inclinare.

G ¶ Sexto inclinemur ad faciendum deuotam supplicationē, [Adorauit, inquit.] Vnde de Bersabea dicitur 3. Reg. 3. *Inclinauit se Bersabea, & adorauit*. Cuilibet ergo animæ sic diuersimode inclinatæ dicitur in Ps. *Audi filia, vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui, & concupiscet Rex decorem tuum*. vbi ostenditur, quod inclinatio humilitatis facit nos.

Attentius meditari. [Audi inquit.]
Sagacius contemplari. [Vide inquit.]
Remotius elongari. [Obliuiscere populum tuum, & domum patris tui.]
Feruentius adamari. [Quia facit, quod rex Christus concupiscit decorem tuum.]

Vide supra de Humilitate.

A **Inclytus.** Nota, quod inclytus idē est, quod nobilis, gratiosus, honorabilis, & solemnis. Et signat in scriptura, diuersimode loquendo homines spiritualiter, temporaliter, & æternaliter nobiles & beatos. Et sic dico, quod inueniuntur.

Inclyti { Virtuales, Temporales, Supernales.

Primi sunt inclyti moribus internis,
Secundi sunt inclyti viribus externis,
Tertij sunt inclyti viribus æternis.

¶ Primo ergo dico, quod quidam sunt inclyti interne & virtualiter. Isti sunt veri sancti iusti, & docti, quos scilicet diuina gratia, boni mores, & sapientia faciunt inclytos & solemnes. Vnde de filijs Israel dicitur Cant. 4. *Quæ est enim alia gens tam inclyta, quæ habeat ceremonias, iudicia, & vniuersam legem, &c.* Vnde etiā de ... sancto rege Ezechia dicitur spiritualiter exponēdo 2. Par. 32. *Fuit Ezechias diues, & inclytus valde, & thesauros plurimos congregauit auri, & argenti, & lapidis pretiosi, & aromatum, &c.* Expone per aurum sapientiam, per argentum eloquentiam, per lapides pretiosos virtutum sanctimoniam, per aromata bonam famam. Ista enim sunt, quæ hominem faciunt inclytum apud Deum nobilem, & famosum Gen. 34. *Ipse erat inclytus in omni domo patris sui*. Istud potissime potest referri ad clericos, qui pro certo ratione scientiæ, sanctitatis & iustitiæ, in domo patris nostri Dei, scilicet, in Ecclesia præ cæteris solent esse inclyti. Sed reuera hodie conquerendo potest Dominus dicere E... sponsæ suæ de clericorum populo sibi dato illud, quod scribitur Hiere. 13. *Vbi est grex, qui datus est tibi pecus inclytum tuum?* Et pro certo potest etiam cum ipso dicere conquerendo, quod scribitur Thren. 4. *Filij Sion inclyti & amicti auro primo, quomodo reputati sunt in vasa testea?* Expone & compara modernos Ecclesiasticos vasis testeis, quæ scilicet sunt vilia, & fragilia, parum ... apprenabilia. Et breuiter Ecclesię potest dici illud 2. Re. 1. *Inclyti tui Israel super montes tuos interfecti sunt*. Et reuera videtur, quod de Ecclesia verificatum sit hodie verbum illud Thren. 2. *Quomodo obtexit caligine in furore suo Dominus filiam Sion proiecit de cælo in terram inclytam Israel*. Sic ergo patet, quomodo quidam sunt inclyti interne & virtualiter. B

¶ Secundo dico, quod quidam sunt inclyti externe & temporaliter. Et isti sunt illi, quos fortuna nobilitat, & diuitiæ faciunt beatos, de quibus potest dici illud quod de rege Iosaphat diuite, & inclyto, sed tamen Domino accepto dicitur 2 Par. 18. *Fuit Iosaphat diues, & inclytus multum*. Vnde etiam de multis, qui nati sunt in paupertate, & per fortunam fiunt inclyti, potest dici illud, quod dicebant filij Laban de Iacob Gen. 31. *Tulit Iacob omnia quæ fuerunt patris nostri, & de illius facultate ditatus inclytus factus est*. Sic vere possunt dicere multi filij nobilium de multis peregrinis & aduenis, qui de bonis patrum suorum fiunt inclyti, & per prosperitatem diuites, & elati. Sed aduertant tales finaliter inclyti ad illud, quod scribitur Ezech. 26 *Quomodo perijsti, quæ habitas in mari, vrbs inclyta, quæ fuisti fortis in mari*, quia scilicet tales, qui in mari huius mundi sunt inclyti & opulenti, finaliter pereunt, & non solum æternaliter, imo etiam nunc temporaliter periculum, & infortunium incurrunt. Vnde de mundo & mundi prosperitate cum suis inclytis, & beatis dicitur Esa 13. *Et erit Babylon illa ciuitas gloriosa in regnis, inclyta in superbia Chaldæorum sicut subuertit Dominus Sodomam, & Gomorrham*, & potissime tunc in iudicio, quando verificabunt illud Hest. 11. *Sol ortus est, & humiles exaltati sunt, & deuorauerunt inclytos*. Isti sunt ergo inclyti & externe & temporaliter.

¶ Tertio vero dico, quod quidam sunt inclyti superne & æternaliter. Et isti proculdubio sunt beati, qui scilicet illa superna ciuitas Hierusalem cum suis habitatoribus summe est inclyta & decora. Vnde Dominus de ea potuit dicere illud 2. Par. 2. *Domus, quam ædificare cupio magna est nimis, & inclyta*. Et merito, quia ibi est corona inclyta gloriæ sempiternæ, qua sc. filij Dei inclyti coronantur, vt cuilibet dicatur illud Pr. 4. *Dabit capiti tuo augmenta gratiarum, & corona inclyta proteget te*. Et sic patet de inclytis internis, externis & æternis. C

**Includere.** Vide claudere, quia paucæ sunt auctoritates.

**Incredulus.** Nota, quod incredulus est ille, qui veritati vel fidei non assentit; & prouenit incredulitas, vt communiter, ex obstinatione. Est autem vitium incredulitatis, quando aliquis acquiescere, vel credere dedignatur. Et est vitium incredulitatis idem, quod inobedientia. Sicut enim materia dura, & compacta non obedit artifici: sic cor durum, obstinatum, incredibile & inobediens, ad voluntatem artificis, scilicet Dei interius inspirantis, prædicatoris exterius instruentis, prælati seuerius corrigentis, nunquam vult obedire, nec in formam perfectionis, & virtutis seipsum transformare vel mutare. Et ideo de obstinatis, & incredulis dicitur Hier. 5. *Populo huic factum est cor incredulum, & exasperans*. Ideo Thomæ dictum est Ioan. 20. *Noli esse incredulus, sed fidelis*. Et nota, quod vitium incredulitatis est periculosum multiplici ratione, quia. A

Per incredulitatem, { Deus irritatur, Cœlum denegatur, Pœna procuratur, Fides eneruatur.

Deus (dico) irritatur, Ideo dicitur Mar. 16. quod *Iesus exprobrauit incredu-*

[illegible] Item d[illegible] quod [illegible] incredulus fuerat [illegible] promissionis, [illegible]ndum, quod [illegible], qui Dei vo[illegible] promissionis Paradi[illegible] *Quibus autem iurauit non intrare in* [illegible] quasi diceret, nullis. [illegible]atem pe[illegible] procuramur. Vnde Roman. 11. [illegible] *[illegible]dulitatem fracti sunt.* Item per mete[illegible] de Esa. 21. *Qui incredulus est, inf.* [illegible] de Fide, de Obedientia, & Inobedi[illegible]

**Increpare.** Increpare idem est, quod arguere, repreben[illegible]e, & corrigere. Et est increpatio Dei & [illegible] increpat[illegible] realis & verbalis. Et vide supra de [illegible] 2. Timoth. 4. *Argue, obsecra, increpa.* Et [illegible]ne. ¶ Et si vis dicere de increpatione diuina, [illegible]

[illegible] per { Corporalem afflictionem, | Temporalem vexationem, | Infernalem damnationem.

[illegible] dicitur Iob 38. quod *Deus increpat per do*[illegible] [illegible]li vexatione dicitur in Psalm. *Increpa*[illegible]*tum est.* De æternali damnatione potest [illegible] *[illegible] gentes & perijt impius, nomen eorum delesti* [illegible] Et illud. *Increpasti superbos, maledicti,* [illegible] De increpatione vero humana, de [illegible] *[illegible] peccauerit in te frater tuus, increpa illũ, &c.* [illegible]d Psalm. *Corripiet me iustus in misericor*[illegible] *autem peccatoris non impinguet caput meum.* [illegible]e, qui increpat, vel corripit alios debet [illegible]

[illegible] [illegible]eritatem,
[illegible] ben[illegible]gnitatem,
[illegible] [illegible]eritatem.

[illegible]e.
[illegible] [illegible]ueritatem, quia debet esse iustus,
[illegible] benignitatem, quia debet esse in miseri[illegible]lis,
[illegible] [illegible]titatem, quia ibi non debet esse oleum [illegible] peccatorum, id est, adulatio.

[illegible] corrector, vel increpator seueritatem, & æ[illegible]uatione; ipse enim debet esse iustus. Corripiat [illegible], scilicet, iuste, sancte, & pure, sine ira, vel [illegible] debet corripere delinquentem, nec plus iu[illegible] [illegible]bito Exemplo leonis, qui percutientem se non [illegible]dere, [illegible]m læsus sit, imo ipsum sotando, & tra[illegible] [illegible]uram obseruare, & ordinem sicut dicit Pli[illegible] [illegible] illud Eccles. 11. *Antequam interroges ne vitu*[illegible] *[illegible] interrogaueris, corripe iuste.* Iustus ergo sit cor[illegible] [illegible]oi, quia non est dignus alios corrigere, qui in [illegible] debet membrum se habere. Peccator enim me[illegible] [illegible] qui [illegible] o tali, qui nihil corrigibile gesserit, in[illegible] [illegible] Matth. 17. *Iesus increpauit dæmonem* [illegible], quia tamen ad increpationem alicuius pec[illegible] [illegible]. Sit ergo iustus, vt ei dicatur illud Psalm. *In*[illegible] *[illegible] tellum iudicium tuum.* Et illud Psalm. *Increpa feras* *[illegible] [illegible] taurorum in vaccis populorum, vt excludant eos, qui* *probati sunt* [illegible], i. iudicati, probati, & iusti debent incre[illegible]pare [illegible], & [illegible]. Habeat ergo seueritatem, & sine deuia[illegible]

B ¶ [illegible] habeat increpatio humanam pietatem cum dulci co[illegible] In misericordia, inquit. Omnes enim correctio, & increpa[illegible] [illegible]per debet misericordiam comitari. *Superexaltat enim misericordia iudicium,* sicut Iac. 2. Sicut enim ossa, quamuis sunt exterius dura, intus tamen sunt medulla plena, sic prælati qui sunt ossa ad corpus Ecclesiæ sustinendum, quamuis exterius in apparentia sint duri increpando, intus tamen conscientia debent esse medullosi, & misericordes in compatiendo, quia sicut dicitur Iac. 2. *Iudicium sine misericordia fiet illi, qui non fecit misericordiam.* Vnde de tali misericordi increpatione potest dici illud Genes. 37. *Increpauit Ioseph pater suus.* Pater enim nomen est pietatis. Habeat ergo pietatem cum dulci compassione.

¶ Tertio habeat veritatem sine adulatione. Oleum, inquit, [illegible] [illegible], [illegible] est, vitium adulationis, non impinguet caput

Di Ioan. Bertberg.

[illegible] [illegible] de isto oleo, sicut supra. Et [illegible] ergo patet de [illegible]tione correctionis, qualiter debet fieri. Ista enim si debi[illegible] [illegible] fiat, valde est vtilis. Sicut enim dicitur Prou. 6. *Mandatum lucerna est, & lex lux, & via vitæ, increpatio disciplinæ.* Et Prou. 15. d[illegible] quod *auris, quæ audit increpationem vitæ, in medio sapientium commorabitur.* Et hæc de Increpare sufficiunt.

**Incuruare.** Vide supra, & vbicunque agitur de Humiliare, & supra de Inclinare. Et nota, quod curuitas, & incuruatio, vt communiter, sumitur in malo, sicut inclinatio in bono. Signat enim A

Incuruatio { Deflexionem, quæ fit ad peccatum, | Depressionem, quæ fit per tormentum, | Subiectionem, quæ fit per seruitutis iugum.

De incuruatione peccati dicitur in Psalm. *Dorsum eorum semper incurua.* Et Esa. 51. dicitur animæ peccatrici in persona dæmonum: *Incurua te, vt transeamus.* De incuruatione vero tormentorũ dicitur 2. Paral. 36. *Incuruatus sum multo vinculo æris, & ferri.* De incuruatione vero seruitutis & subiectionis dicitur Gen. 27. *Incuruentur ante te filij matris tuæ.*

**Incumbere.** Incumbere idem est, quod accumbere, vel pertinere, vel imminere. Paucæ sunt auctoritates. A

**Inde. Deinde.** Cum inde significet terminum à quo, possumus notare, quod secundum quod sunt diuersa loca, bona, scilicet & mala: sic inde, id est, recessus à talibus potest dici vel bonus vel malus. Et sic nota, quod in scriptura inuenitur A

Locus < Horroris & pestilentiæ, | Doloris, & pœnitentiæ, | Honoris, & excellentiæ, | Laboris & violentiæ.

Et sic dicam, quod quadruplex recessus inuenitur, videlicet

Recessus vnus { Virtuosus, | Vitiosus, | Dolorosus, | Gaudiosus.

Primus est peccatum vel mundus,
Secundus est Ecclesiæ vel prælationis status,
Tertius est Paradisus,
Quartus est infernus.

Est enim vnus virtuosus per quem dimittitur terminus horroris scilicet mundus vel peccatum, de quo Esa. 51. *Recedite, recedite, exite inde, pollutum nolite tangere, exite de medio eius.* Vnus vitiosus, quo dimittitur terminus valoris, scilicet status gratiæ, & pœnitentiæ, de quo 3. Reg. 2. *Aedifica tibi domum in Hierusalem, non egredieris inde huc atque illuc.* Vnus dolorosus, per quem amittitur terminus honoris scilicet Paradisus, de quo potest exponi illud Abdiæ 1. vbi Dominus loquens peccatori præsumptuoso, & sine causa de Dei misericordia confidenti, & cœlum obtinere sine meritis speranti dicit sic: *Si inter sydera posueris nidum tuum, inde detraham te;* & Amos 9. dicitur: *Si ascenderint in cœlum, inde detraham eos.* Vnus gaudiosus, per quem euaditur terminus laboris scilicet infernus, de quo Dominus loquens de pœnitentibus, & conuersis, Amos 9. dicit sic: *Si descenderint vsque ad infernum, inde manus mea educet eos.* Si descenderint, id est, in periculo descendendi fuerint, quia scilicet inde post descensum non est reuersio Matth. 5. *Amen dico tibi, non exies inde donec reddas nouissimum quadrantem.* Dicamus ergo aliquid de Inde malo, à quo est recedendum scilicet de mundo vel de peccato, & aliquid de inde bono, à quo est inchoandum scilicet de statu pœnitentiæ vel gratiæ.

¶ Primo igitur dico, quod est vnum Inde, quod boni fugiunt, si in eo morantur, vt si morantur in loco infecto & periculoso, in loco suspecto & periculoso, in loco deiecto & opprobrioso, inde solent, quam citius possunt recedere, & ad loca contraria se transferre. Cum igitur mundus sit locus infectus suspectus, deiectus, perniciosus, periculosus, & opprobriosus, restat, quod inde est totis viribus recedendum, & ad loca tuta, sana, vtilia & sancta, scilicet ad statum pœnitentiæ & gratiæ accedendum. Figura Iudith 5. vbi dicitur, quod Hebræi *habitantes primo in terra Chaldæorum, noluerunt sequi Deos patrum suorum, & vnum Deum cœli coluerunt, qui & præcepit eis, vt exirent inde, & habitarent in Charan.* B

Terra enim Chaldæorum est mundus, quia scilicet Chaldæi interpretatur quasi feræ, seu quasi feroces, quasi dæmones, quasi mammillæ, quia pro certo mundani mundo dediti sunt recte quasi mammillæ, faciliter lactando, & decipiendo, tandem fiunt quasi feræ, voraciter rapiendo, & acquirendo, finaliter autem fiunt quasi dæmones, obstinate viuendo, & desperando. vt & de mundo exponatur illud Esa. 34. *Erit, inquit, cubile draconum, & pascua struthionum, & occurrent dæmones, onocentauris, & pilosus clamabunt alter ad alterum.* Ista est igitur terra Chaldæorum, vbi scilicet coluntur plures Dij, id est, multitudo vitiorum. Sed reuera veri Hebræi, qui interpretantur transeuntes, id est, illi qui volunt transire de hoc mondo ad patrem, debent terram Chaldæorum, id est, mundum, vbi scilicet plures Dij, id est, vitiorum pluralitas dominatur (quia quod maxime quis colit, eius Deus efficitur) dimittere, & vnum, & verum Deum colendo inde recedere, & abire ad Charram, quæ interpretatur decaluans, id est, ad statum pœnitentiæ, quæ scilicet decaluat homines diuitijs, & à vitijs facit se transferre 2. Mach. 4. *Propter vtilitatibus consuluit Antiochus videns se alienum a negotijs regni profectus, inde venit Ioppem, & inde Hierosolymam,* ac si dicat illis, qui à primo Inde scilicet à mundu proficiscitur, debet ad Ioppem quæ interpretatur pulchritudo, id est, ad pulchritudinem gratiæ & pœnitentiæ accedere, vt inde possit ad supernam Hierosolymam peruenire. A tali ergo Inde est voluntarie exeundum, quia pro certo, qui inde prælibato modo non exiuerit, violenter & cum damno & vituperio mox exibit. Nam

Inde exeunt { Superbi, non obstante sua pompositate,
Auari, non obstante sua cupiditate,
Tyranni, non obstante sua crudelitate,
Confictis, scilicet, hypocritæ, non obstante sua fallacitate.

Superbis dicitur Hiere. 49. *Si exaltaueris quasi aquila nidum tuum inde detraham te, dicit Dominus.* Comparat superbos aquilæ. De auaris dicitur, vel dici potest illud prædictum Amos 9. *Si descenderint ad infernum, inde manus mea educet eos.* Infernus enim propter insatiabilitatem, & propter profunditatem, auaritiam signat, quæ scilicet insatiabilis est, iuxta illud Prou. 27. *Infernus & perditio nunquam implentur, sic & oculi hominum insatiabiles.* Et quæ etiam in profundis terræ solet acquisita abscondere, & acquirenda, scilicet metalla, & lapides pretiosos inuestigare, effodere, & quærere, iuxta illud Plinij loquentis contra thesaurorum inuestigationem, qui dicit lib. 2. de naturali mundi historia: Quod si vlli essent inferi, iam illos auaritia effodisset. De tyrannis dicitur in persona illius crudelis Antiochi. 1. Mach. 6. quod *iste fugit inde, scilicet, ab Elimaida ciuitatem Persiæ, quam volebat diripere, & abijt cum magna tristitia, & reuersus est Babyloniam.* De fictis vero & hypocritis dicitur Amos 9. *quod si absconditi fuerint in vertice Carmeli, inde scrutans, auferam eos.* Est igitur vnum inde, à quo recedendum est, quia pro certo boni inde recedunt voluntarie, iuxta illud Marci 6. *Si non receperint vos exeuntes inde excutite puluerem de pedibus vestris.* Mali vere inde expellentur inuoluntarie, iuxta illud 2. Mach. 15. *Inde in cinerem deijci iussit Rex sacrilegum.*

C ¶ Secundo dico, quod est vnum Inde à quo inchoandum est. Et sic Inde signat statum gratiæ & pœnitentiæ, quia inde omnes aliæ victores & bona omnia inchoantur. Primo enim oportet à gratia vel pœnitentia incipere, & inde in virtutibus & moribus proficisci & procedere. Exemplo Christi, de quo dicitur Marc. 10. quod *cum ipse esset Capharnaum*, quod interpretatur ager pinguedinis, vel villa consolationis, *inde surgens venit in fines Iudææ vltra Iordanem.* Iudæa autem interpretatur confessio, seu glorificatio. Iordanis vero riuus iudicij, quia reuera de agro pinguedinis, & villa consolationis, id est, de statu gratiæ & pœnitentiæ peruenitur ad Iudæam, id est, ad Dei laudem & confessionem, & hoc vltra Iordanem, id est, euadendo & prætergrediendo riuum iudicij, id est, futurum iudicium & damnationem Marc. 9. *Inde profecti prætergrediebantur Galilæam.* Istud est igitur vnum Inde, à quo scilicet nunquam est recedendum, sed potius ibi manendum & insistendum, iuxta illud Luc. 9. *Ibi manete, & inde exite.* Et à quo est omne bonum inchoandum, & de virtute in virtutem procedendum, & finaliter ad cœli gloriam ascendendum 1. Mach. *Surrexerunt inde nocte, & ibant, qui ad munitionem.* Et nota, quod in isto Inde, scilicet in statu pœnitentiæ & gratiæ

Homo liberatur à culpæ carcere,
Deus speculatur sursum in æthere,
Deitas placatur virtutum munere,
Iustus vocatur seu aggregatur sanctorum agmine.

Homo (inquit) liberatur. Vnde Hierem. 38. dicitur, quod *Abdemelech ingressus domum Regis, tulit inde pannos veteres,* ... *Hieremiam de Lacu.* Deus etiam speculatur. Vnde de aquila ponente nidum suum dicitur Iob 39. quod *inde contemplatur escam, oculi eius de longe prospiciunt.* Escam, dico, ... æternam. Deitas insuper placatur, & propitiatur. Vnde ... *Vltra flumina Aethiopiæ inde supplices mei offerent munus.* ... nimis magna, ... & contrita, est pœnitentia. ... lacrymæ ... Inde ergo munus Deo offertur ... virtutes, & bona opera pro placando indignati... de ... offeruntur. Iustus nihilominus ab isto inde ... sti... atur ... sicut dicitur Matth. 4. & Marc. 1. *Iesus inde vidit duos fratres Iacobum & Ioannem, & vocauit eos.* ... quomodo Inde sumitur in bono, & in malo ¶ Se... hic aliquid de Deinde, quod est compositum ex De ... quamuis Inde sit aduerbium loci, & Deinde sit aduerbium ... poris. ¶ Notandum igitur, quod

Deinde signat { Vlterius, & accessiuum,
Vberius, & processiuum,
Posterius, & successiuum.

¶ Et sic dicam breuiter, quod deinde potest referri

Ad { Christum, qui semper solet vlterius benefacere,
Iustum, qui semper solet bona ... ieri,
Diabolum, qui semper solet posteri... nectere.

¶ Dicamus ergo primo, quod Deinde pertinet ad ... quia reuera Christus nunquam est contentus vnam gratiam ... cere cuicunque, imo vnam, deinde aliam, & aliam solet ... dere & in bonis & beneficijs vberrime redundare, & ... bona præcedentia aliquid addere vel augere, quamuis ... ipse posterius per humilitatis gratiam voluerit semper ... enim Deinde, scilicet, Christus, est signum

Vtilitatis, semper fundens donum vlterius,
Fertilitatis, semper edens bonum vberius,
Humilitatis, semper tendens ad quod posterius.

Est ergo in Deo vtilitas, seu liberalitas, fundens vlterius. V... iste est, de quo dicitur 1. Corinth. 12. *Quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia, primum Apostolos, secundo Prophetas, tertio doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes sermonum.* Item est in Deo fertilitas seu fecunditas edens vberius, quia scilicet iste non solum est, quantum ad alios diffusiuus, imo etiam, quantum ad se abundans & exuberatiuus. Vnde de ipso, qui est sapientia inclyta, dicitur Iacob 3. *Quæ autem desursum est sapientia, primum quidem pudica est, deinde autem pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordia, & fructibus bonis iudicans sine simulatione.* Item est in ipso humilitas seu sedulitas tendens posterius. Vnde de sua humilitate dicitur Ioan 14. *Deinde misit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes discipulorum suorum.* Et si vis, potes dicere de vlteriori accrescentia, & beneficentia istius, quod

Deinde { Matrem cogitat affectu filiali,
Lazarum suscitat virtute supernali,
Cæcum nobilitat lumine visuali,
Thomam, dum hæsitat, firmat tactu carnali,
Cæteros visitat conspectu corporali.

Curam matris perficit charitas Ioan. 19. *Deinde dixit discipulo, quem scilicet diligebat Ecce mater tua.* Suscitationem Lazari fecit auctoritas Io. 11. *Deinde dixit discipulis, Vadamus in Iudæam iterum.* Sequitur *Lazarus amicus noster dormit, vado vt à somno excitem illum.* Cæci iamdem illuminationem probauit claritas Marc. 8. *Deinde iterum posuit Iesus manus super oculos eius, s. cæci, & cœpit videre.* Thomæ autem hæsitationem repulit veritas Ioan. 20. *Deinde dixit Thomæ, Infer digitum tuum huc, & vide manus meas &c.* Sui vero ipsius ostensionem monstrat pluralitas 1. Corint. 15. *Deinde visus est plus quam quingentis fratribus.* Et ibidem: *Deinde visus est Iacob, deinde Apostolis omnibus.* Pater ergo, quod Deinde refertur ad Christum.

¶ Secundo

[illegible] vero dico, quod Deinde [illegible] ad iustum. Iustus [illegible] dici Deinde, quia [illegible] cet semper studet in bono & [illegible] virtutem proficere, bonis & virtutibus abundare, [illegible] atem semper posterior apparere. Vnde nota, quod [illegible] Deinde, quia

Sedant [illegible] iterius charitatis domo,
Sudant vberius sanctitatis bono,
Sedent posterius paruitatis cuno,
Laudant exterius veritatis tono,
Vident superius claritatis throno.

[illegible] ritate vlterius dicitur 2. Corinth. 8. quod [illegible] *Domino, deinde nobis.* De istorum sanctitate [illegible] dicitur Marc. 4. *Vltro enim terra fructificat [illegible] deinde spicam, deinde plenum fructum in spica.* De isto- [illegible] & humilitate posteriori, qua scilicet boni [illegible] sterriores, & alios se priores, & meliores, [illegible] quid ante se præsupponat, dicitur 1. Tim. [illegible] *formatus est, deinde Eua.* De istorum autem veri- [illegible] exteriori, qua scilicet laudant & prædicant [illegible] postolus, loquens de seipso Galat. 2. *De- [illegible] cendi autem secundum reuelationem, & contu- [illegible] quod prædicaui in gentibus.* De istorum vero [illegible] ali, & superiori dicitur 1. Thess. 4. *Dein- [illegible] relinquemur simul rapiemur cum illis obuiam [illegible] semper cum domino erimus.* Sic ergo patet, quod [illegible]

¶ [illegible] Deinde refertur ad iniustum, scilicet, ad [illegible] bet impium, quia cum Deinde (vt dictum [illegible] dam continuationem, excrescentiam, & [illegible] quandam posterioritatē, & finalem termi- [illegible] constat, quod in peccato, & peccatore, & et- [illegible] inuenitur quidam profectus in malo, & quędam [illegible] augmentum & finaliter quædam deceptio [illegible], & deinde etiam finalis damnatio vel tormen- [illegible] catoenim quod scilicet, ab vno sequatur aliud, & [illegible] patet Iacob. 1. vbi dicitur, quod *vnusquisque tenta- [illegible] tatur a concupiscentia sua attractus & illectus. Deinde concupiscentia cum [illegible], parit peccatum. Peccatum vero cum consummatum fuerit, ge- [illegible].* De peccatore vero, quod scilicet deinde, id est, [illegible] in diuersa peccata, & deficiat à virtute, patet Marc. [illegible] dicitur, *Non habent* (inquit) *radicem in se, sed tempo- ralis sunt, deinde orta tribulatione & persecutione propter verbum confe- stim scandalizantur.* De diabolo vero, quod deinde, id est, finali- ter [illegible] decipere, & fallere tentat, patet Luc. 8. vbi dicitur, [illegible] *deinde venit diabolus, & tollit verbum Dei de cordibus audientium, [illegible] salui fiant.* Patet ergo, quomodo deinde in bono su- [illegible]

A **Indicare.** Nota, quod indicare idem est, quod ostende- re, demonstrare, declarare, & reuelare. Et pos- sumus notare, quod triplex est indicatio; Est enim

Indicatio { Voluntaria, Necessitatis, Pomposiuatis.

Est (dico) indicatio voluntaria. Et ista est, quando Deus præla- tus prædicator vel scriptura indicant homini, quod sibi est [illegible] bonum, scilicet, quid debet facere, quid credere, quid fugere, quid diligere, quid timere. ¶ Quilibet enim isto- rum est

Sicut { Ductor, Doctor, Rector.

Ductor indicat quo eundum sit
Doctor indicat quid agendum sit,
Rector indicat à quo cauendum sit.
Deus indicat reuelando & innuendo,
Doctor indicat disputando, & arguendo,
Rector indicat consulendo, & admonendo.

¶ Deus enim indicat per se reuelando, vel creaturas manu- [illegible] do, & immittendo. Reuelando dico Dan. 2. *Est mysterium, quod Rex interrogat sapientes, Magi, arioli, & aruspices nequeunt indi- care. Sed est Deus in cælo, reuelans mysteria, qui indicat tibi Rex, quæ [illegible].* Per creaturas etiam manuducendo, quia scilicet [illegible] est [illegible] d Deus per creaturas, & per stellas, signa, prodi- [illegible] aperit suam hominibus maiestatem indi- [illegible] creaturæ mutæ habeant de se virtutem [illegible] *Dictum. Bernhard.*

rem indicatiuam, sed occulta Dei prouidentia talibus, tan- quam instrumento suo aliquoties solet vti, & sic possunt vera per talia demonstrari Iob 12. *Interroga iumenta, & docebunt te, & volatilia, & indicabunt tibi.* ¶ Item doctor indicat vera dicendo, C atque legendo, & in scholis vel prædicatione arguendo & di- sputando. Sicut enim in Psalm dicitur: *Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam.* Talibus ergo in persona discipulorum dicitur Iob 40. *Accinge lumbos tuos sicut vir, interrogabo te, & indica mihi.* D ¶ Item prælatus vel pastor indicat bona ostendendo & consulendo, & iustum & honesta monendo & suggerendo, & malum & pericula præmonstrando. Sicut dicitur 1. Reg. 19. *In- dicauit Ionathas Dauid dicens: Quærit Saul pater meus occidere te.* Et il- lud Michex. 6. *Indicabo tibi, ô homo, quid sit bonum, & quid Dominus requirat à te, vtique facere iudicium, & diligere misericordiam, & sollici- te ambulare cum Deo suo.* Istam auctoritatem vide supra diuisam, & prosecutam ibi. Bonum, siue Bonitas. Ista est ergo indicatio voluntaris.

E ¶ Secundo dico, quod est indicatio necessitatis. Et ista est in- dicatio, qua necessarium est homini indicare, & reuelare Deo, & sacerdoti peccata sua. Sicut enim infirmus libenter indicat medicu infirmitatem pro sanitate habenda, quamuis sit vitu- perabilis, & deformis: sic vere medico nostro spirituali Deo vel sacerdoti debemus infirmitates peccatorum nostrorum indi- care per confessionem vt sanitatem possimus recuperare per absolutionem. Vnde cuilibet nostrum potest dirigi illud Iosue 7. *Fili, da gloriam Deo, & indica nobis quod feceris.* Ita quod cuilibet nostrum sacerdoti dicatur illud 1. Reg. 9. *Omnia, quæ sunt in corde meo, indicabo tibi.* Ista est ergo indicatio necessitatis.

F ¶ Tertio dico, quod est indicatio pomposiuatis. Et ista est, quando per iactantiam vel hypocrisim bona vel mala nostra alijs declaramus, sicut de Samsone legitur Iudic. 16. quod ipse fatuè iudicauit Dalilæ, quibus ligari debebat, & in quo erat sua maxima fortitudo. Vnde illi dictum fuit à Dalila: *In- dica mihi, quo ligari debeas.* Vide ista de tract. Ostendere & Reue- lare.

## Indigere. Indigens.

Vide In titulo de Pauper- tate.

## Indignatio.

A Nota, quod generaliter indignatio idem est, quod displicentia, iracundia, super- bia, impatientia, vindicta, & cætera similia. Est enim indignatio Dei & hominis.

¶ Primo ergo dicamus de indignatione diuina, quæ nihil a- liud est, quam illa displicentia. & illud odium, quod habet con- tra peccatores, & illa pœna seu vindicta, quam Deus in pecca- tores effundit. Hierem. 23. *Ecce turbo diuinæ indignationis egredietur, & tempestas erumpens super caput impiorum.* Deus enim est sicut a- quila, quæ aliquando diu se permittit à cornicibus insequi, & ea- rum clamoribus molestari, & finaliter indignata solet eas occi- dere. Sic vere quamuis Deus modo patienter sustineat peccato- res, finaliter tamen contra eos indignabitur, & ipsos percutiet, & damnabit. Vnde Abacuc. 3. *Pro iniquitate vidi tentoria Aethiopiæ, turbabuntur pelles terræ Madian. Numquid in fluminibus iratus es Domi- ne? aut in fluminibus furor tuus: vel in mari indignatio tua?* In quibus verbis quatuor genera peccatorum, quibus Dominus indigna- tur ostenduntur, scilicet

Caliginosos, cum dicitur, Æthiopia, quæ interpre- tatur caligo, significans obscuritatem ignoran- tiæ,
Seditiosos, cum dicitur, Madian, quæ interpretatur contradictio, significans malignitatem iracun- diæ, & discordiæ,
Luxuriosos, cum dicitur, fluminibus, quæ signat fluxi- bilitatem luxuriæ, & immunditiæ.
Inuidiosos, cum dicitur, Mare, quod signat amaritudi- nem inuidiæ vel malitiæ.

Contra tales ergo indignatur, & sua iustitia in talibus effrænata- tor Rom. 9. *Eis autem, qui non acquiescunt veritati, credunt autem ini- quitati, ira & indignatio, tribulatio & angustia.*

¶ Secundo dico, quod est indignatio humana, & ista est mul- B tiplex. Et est

Indignatio { Iustitiæ & seueritatis, Audaciæ & nobilitatis, Superbiæ & crudelitatis.

Et (dico) indignatio seueritatis & iustitiæ, & sic indignatur

 qui-

quilibet iustus in malefactores. Vnde Hest. 1. dicitur: *Iusta est Regis indignatio.* Item est indignatio nobilitatis & audaciæ. Et ista est, quando aliquis videt se in aliquo defecisse, & tunc contra seipsum dedignatur, & reuertens maiori conatu exercitatur, & fortius accenditur, ita vt quod prius facere nequiuerat, perficit, & operatur. Istud etiam videmus in moribus, quia sæpe fit, quod cum iustus in peccatum labatur quandoque, ex quadam indignatione, quam habet de debilitate sua fortior exinde resurgit. Vnde Esai. 63. *Indignatio mea & ipsa auxiliata est mihi.* Istud etiam patet in pœnitentibus. Sicut enim auis nobilis, quando deficit in accipiendo prædam, contra seipsam indignatur, & ad manum aucupis reuerti dedignatur, & sic vere sæpe fit, quod cum peccator non potest apprehendere prædam bonorum temporalium, vel executionem alicuius peccati, quod facere attentabat, tunc sæpe fit, quod indignatur contra se, & contra mundum, & ad Deum conuertitur, & ad manum aucupis diaboli redire dedignatur. Istud est enim sæpissime verum, quod dum peccator in suis malis prosperitatem non inuenit, ad Deum ex necessitate se conuertit. Vnde Ezech. 3. *Abij amarus in indignatione spiritus mei.* Item est indignatio crudelitatis & superbiæ. Sicut enim bufo statim quando tangitur, indignatur, & inflatur. Vrsus etiam, & leo statim, quando tanguntur, indignantur, & irascuntur, & ad vindictam & sæuitiam incitantur: sic superbi & iracundi modico impulsu & modica occasione efficiuntur indignati, & inflati, & ad crudelitatem & sæuitiam inclinati. Vnde de Nabuchodonosore dicitur Iudith 1. quod *indignatus ad omnem terram illam iurauit per thronum suum, quod defenderet se ab omnibus.* Et hæc de Indignatione sufficiant.

A **Indignus.** Paucæ sunt auctoritates, vide in tit. Dignus, & in multis locis, vbi agitur de promotionibus indignorum.

A **Indisciplinatus.** Idem est, quod male morigeratus & inductus. Isti enim sunt reprehensibiles conuersando, quod facit morum prauitas. Eccl 7. *Ne te reputes in multitudine indisciplinatorum.* Colloquendo, quod facit verbi vanitas. Ideo consulitur Eccl. 23. *Indisciplinata loquela non assuescat os tuum.* Multi enim casus in ea sunt. In dando, quod facit dantis leuitas. Eccl. 18. *Stultus autem acriter improperabit, & datus indisciplinati tabescere facit oculos.* Concludendo, quod facit finis grauitas, quia sicut dicitur Sap. 17. *Indisciplinatæ animæ errauerunt.*

A **Indoctus.** Idem est, quod fatuus, & indisciplinatus, quod scilicet introducit

Cupiditas & auaritia,
Imbecillitas & ignorantia,
Proteruitas & arrogantia,
Mobilitas & inconstantia.

De auaritia indoctorum dicitur Prouerb. 10. *Qui indocti sunt, in cordis egestate morientur.* De ignorantia autem dicitur Eccl. 6. *Aspera est nimis sapientia indoctis hominibus.* De arrogantia autem eorum dicitur Prouerb 21. *Superbus & arrogans vocatur indoctus.* De inconstantia vero ipsorum dicitur 2. Petr. 3. *Indocti & instabiles deprauant scripturas ad suam perditionem.* Propter ista bene consulitur Eccl 8. *Non communices homini indocto.* Vide de titulis Docere, & Doctrina.

A **Inducere.** Nota, quod inducere idem est, quod intus ducere, vel introducere. Et est inductio idem, persuasio, vel idem, quod ad aliquid incitatio, vel inuitatio. Et potest esse talis Inductio

Bona & meritoria,
Mala & deceptoria,
Tristis & afflictoria,
Læta & salutatoria.

¶ Dico primo, quod est inductio bona & meritoria. Et ista est, inductio misericordiæ, quando scilicet homo ex pietate mouetur ad inducendum pauperes ad domum suam, vel peccatores & infideles ad domum Ecclesiæ, de quo Esaiæ 58. *Frange esurienti panem tuum, & egenos vagosque induc in domum tuam, cum videris nudum, operi eum.* In quibus verbis ostenduntur tria opera misericordiæ, scilicet,

Famelicorum satiatio (Frange, inquit, esurienti panem tuum.)
Extraneorum hospitatio. (Vagos, inquit, & egenos, &c.
Vestimentorum ministratio. (Cum videris, inquit, nudum, operi eum.)

B ¶ Secundo est inductio mala, & deceptoria. Et ista est illa, qua à diabolo vel à mundo trahimur & inducimur ad peccatum. Sicut enim auis, quæ per sibilum aucupis, & per oblectationem in laqueum inducitur: sic homo per suggestionem diabolicam, & per mundi vel carnis oblectamenta ad peccata & vitia trahitur. Vnde Eccl. 11. *Sicut perdix inducitur in caueam, & vt caprea in laqueum, sic & cor superborum.* Et ideo in oratione Dominica petimus: *Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo. Amen.*

C ¶ Tertio est inductio tristis, & afflictoria. Et ista est illa qua Deus inducit super peccatores pœnas, & tormenta, & ... æternam damnationem & mortem, de qua Hier. 11. *Inducam super eos mala de quibus exire non poterunt.*

D ¶ Quarto est inductio læta & consolatoria. Et ista est, qua milites Christi, sc. fideles, post labores huius mundi ad ... requiem, & conuiuium, & solatium inducuntur. De quo Baruch 4. *Qui induxit super nos mala, ipse rursum inducet super nos ...* Breuiter tamen, quia materia sterilis est, & egens auctoritatibus & thematibus Sed vide ista de titulo Introducere.

A **Induere. Indumentum.** Nota, quod indumentum seu vestimentum multipliciter sumitur in scriptura. Notabis igitur, quod

Indumenta sunt { Spiritualia, / Temporalia, / Criminalia, / Supernalia.

¶ Sunt (dico) indumenta spiritualia. Et sic

Indumentum significat { Tegumentum, / Munimentum, & / Ornamentum corporis.

Indumenta enim dantur homini

In { Tegumentum turpitudinis, / Munimentum fortitudinis, / Ornamentum pulchritudinis.

Induimur enim, vt { Tegatur nostra turpitudo, / Muniatur nostra fortitudo, / Ornetur nostra pulchritudo.

Et sic spiritualiter loquendo, per Indumenta accipiuntur virtutes, quæ sunt quædam spiritualia vestimenta,

Quibus { Tegitur naturæ turpitudo, ne appareat. / Armatur naturæ fortitudo, ne depereat. / Ornatur naturæ pulchritudo, vt reluceat.

Tegumentum datur ad necessitatem,
Munimentum datur ad vtilitatem,
Ornamentum datur ad formositatem.

¶ Dico igitur, quod gratiæ & virtutes sunt hominis tegumentum. Sicut enim corporis turpitudo, infirmitas, & vlcerositas indumento tegitur: sic vere, quicquid in homine naturalis defectus fuerit, totum tegitur, totum absconditur, totum excolitur, si indumentum virtutum habeatur. Vnde dicit Apostolus 1. Timoth 6. *Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus.* Vnde de sacerdote dicitur Leuit. 16. *Tunica linea vestietur, feminalibus lineis verecunda celabit.* ¶ Dico etiam, quod virtutes sunt hominis munimentum. Sunt enim quædam arma spiritualia, quibus contra spirituales hostes defendimur & munimur. Vnde Ephes. 6. *Induite vos armaturam Dei, vt possitis resistere aduersus insidias diaboli.* ¶ Dico insuper, quod virtutes sunt hominis indumentum. Vnde Iob. 40. *Circunda tibi decorem, & sublimis erigere, & esto gloriosus, & speciosis induere vestibus.* Talia ergo indumenta sunt habenda, & ne anima frigore pereat, induenda. Videmus enim, quod nihil est in natura, quin aliquibus vestibus induatur,

Animalia induuntur pilis & pellibus,
Pisces induuntur squamis & ossibus,
Arbores induuntur folijs & corticibus,
Terra induitur herbis & floribus,
Mare induitur herbis & nubibus,
Aer induitur Solis splendoribus.

Ecce ergo, quomodo habent omnia sua exteriora indumenta, & tegumenta. Sic proculdubio, charissimi, nos indumenta spiritualia, scilicet, virtutes, & gratias debemus habere, & ipsa continue induere, & vestire. Habeamus ergo pro indumento

Pelles, id est, considerationem nostræ fragilis conditionis,
Testas & squamas, id est, duritiam constantiæ & durationis,

Folia

Folia & corticem, id est, mollitiem clementiæ & compassionis,

Herbas & flores, id est, decentiam honestæ conuersationis,

Ventos & nubes, id est, tribulationem timoris & considerationis,

Lucem & splendorem sapientiæ & discretionis.

Nos ergo debemus spiritualiter indui pellibus nostræ fragilitatis, per iugem ipsius meditationem. Et sic induebatur Iob, qui dicebat: *Pelle & carne vestisti me, ossibus & neruis compegisti me*, Iob 10. Item debemus testa constantiæ & stabilitatis indui, sicut nux, & conchæ marinæ, quæ habent fortissimam testam. Sicut etiam milites, qui se fortibus & duris armis solent induere & armare Prouerb. 31. *Fortitudo & decor indumentum eius.* Esa. 52. *Consurge, consurge, induere fortitudine tua Sion.* Item debemus indui lana, id est, teneritudine benignitatis. Vnde de beato Ioanne dicitur Lucæ 7. *Quid existis in desertum videre hominem mollibus vestimentis indutum?* Et Ruth. 3. dicitur: *Lauare, vngere, & induere.* Item debemus indui cortice, id est, ruditate & asperitate pœnitentiæ & vilitatis. Vnde in Psalm. dicitur: *Ego autem, cum mihi molesti essent, induebar cilicio.* Item debemus herbis, id est, virore decentiæ & honestatis indui. Vnde in Psalm. dicitur. *Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato, &c.* Et Esa. 52. *Induere vestimentis gloriæ tuæ.* Vestimentum enim potest dici honesta conuersatio. Item debemus indui floribus munditiæ & puritatis. Vnde de sacerdotibus dicitur Ezech. 43. *Vestibus lineis induentur, & non ascendet super eos quicquam laneum.* Et Prouerb. 31. *Byssus & purpura indumentum eius.* Item debemus indui nubibus, id est, turbulentia mœroris & turbulentia tristitiæ. Vnde Iob. 38. *Quis conclusit ostijs mare, cum ponerem nubem vestimentum eius?* Mare enim est nubilosum, amarum, timorosum, & lacrymosum. De quo dicitur Eccle. 43. quod *frigidus ventus Aquilo, qui frigidos & timorosos designat, tanquam lorica induit se aqua.* Item debemus indui luce sapientiæ & veritatis. Vnde Roman. 13. *Abijciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis.* Et In Psalm. dicitur: *Confessionem & decorem induisti, amictus lumine sicut vestimento.* Ista sunt ergo vestimenta spiritualia, quibus sponsa debet indui & ornari, vt sponsatori super dilectum placeat, vt sic ad eam referatur illud Ezech. 16. *Sumpsisti vestimenta tua multicoloria, & ornata es eis*, & in eodem cap. dicitur, *Laui (inquit) te aqua, & mundaui sanguinem tuum ex te, vnxi te oleo, & vestiui te discoloribus: cinxi te bysso, calceaui te hyacintho, indui te subtilibus, scilicet, vestimentis.* ¶ Et aduerte, quod anima debet habere C quædam spiritualia indumenta, ad hoc, quod ad connubium Christi sit debite præparata. Habeat ergo

Puritatis loturam,
Pietatis lituram,
Honestatis picturam,
Castitatis cincturam,
Firmitatis staturam,
Mititatis vncturam.

Primum facit vera confessio (Laui, inquit, & mundaui.)
Secundum facit dulcis compassio (Vnxi te oleo.)
Tertium facit morum ostensio (Vestiui te discoloribus.)
Quartum facit puritas candida (Cinxi te bysso.)
Quintum facit firmitas solida (Calceaui te hyacintho.)
Sextum facit leuitas placida (Indui te subtilibus.)

¶ Primo ergo dico, quod istam auctoritatem prosequendo, possumus notare, quod anima debet habere loturam puritatis, sicut sponsa antiquitus ad hoc, quod ad regis vel alicuius principis connubium iungeretur, primo solebat lauari, deinde vngi, tandem vestiri, postea cingi, postmodum calceari, finaliter ornari. Sic pro certo charissimi, ad hoc, quod anima efficiatur summi regis vxor, ipsa (sicut dictum est) debet habere loturam confessionis. (Laui, inquit, te aqua, & mundaui sanguinem tuum ex te.) Per loturam enim confessionis debemus sanguinem peccati expellere, & mentem ad puritatem innocentiæ reuocare. Sanguis enim, qui inficit & maculat, & super omnia in ferro rubiginem generat, signat peccatum, quod de sui natura male conuersationis rubiginem generat. Talem ergo sanguinem debemus abstergere, vt indumentum puritatis & innocentiæ possimus à Deo impetrare. Et sic figurabimur in illo Iesu summo sacerdote, qui *indutus erat vestibus sordidis, quas auferentes ab eo, imposuerunt Cydarim mundam in capite eius, & induerunt eum mutatorijs.* Zachar. 3. Vestes enim sordidæ sunt peccata, quæ debent exui. Vestes enim mutatoriæ sunt virtutes, quæ debent indui. Laui ergo te, & mundaui. Vnde Esaiæ 1. *Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum, quiescite agere peruerse, discite benefacere.* Habeat ergo loturam confessionis.

¶ Secundo debet habere lituram compassionis, quæ notatur D
in verbo, Oleo. (Vnxi te, inquit, oleo.) Oleum enim, quod

Lenit dolorem,
Nutrit ardorem,
Satiat famelicum,
Sanat infirmum,

Signat compassionem & pietatem, quæ proculdubio

Lenit dolorem afflictionis,
Nutrit ardorem dilectionis,
Satiat famem indigentis affectionis,
Sanat infirmitatem desperationis.

Istud est secundum vestimentum, scilicet indumentum compassionis. (Oleo, inquit.) Vnde Eccl. 9. *Omni tempore sint vestimenta tua candida, & oleum de capite tuo non deficiat.*

¶ Tertio debet habere picturam conuersationis, quæ ostenditur in verbo (Discoloribus.) Sicut enim pulchritudo causatur ex diuersitate & varietate colorum: sic spiritualis conuersatio efficitur ex pluritate, varietate, & diuersitate morum & virtutum, & etiam bonorum exemplorum, vt sic simus sicut panthera, quæ est animal multis & diuersis coloribus picturatum, quia sic in pelle nostræ exterioris conuersationis debet colorum, id est, virtutum varietas lucere. Vnde Ezech. 16. *Sumpsisti vestimenta tua multicoloria, & ornata es eis.* E

¶ Quartu dico, quod ipsa debet habere cincturam continentiæ, scil. ipsa debet esse cincta bysso. Byssus enim est lineum candidissimum & mundissimum, significans carnis munditiam & castitatem. Cinctura vero est illud cingulum, quo corpus stringitur & arctatur. Ad denotandum, quod corpus nostrum cum bysso castitatis debemus stringere, & cingere, & à carnis illecebris coercere. Exemplo Heliæ, de quo dicitur 4. Reg. 1. *Vir pilosus occurrit nobis, zona pellicea accinctus renibus.* Pellis enim, quæ est de animalibus mortuis, significat carnis mortificationem, qua scil. renes nostros, id est, carnis voluptatem debemus restringere & arctare. Vnde de tali bysso dicitur Prou. 31. *Byssus & purpura indumentum eius.* F

¶ Quinto dico, quod ipsa debet habere staturam permanentiæ & patientiæ, quia scil. ipsa debet esse calceata hyacintho. Hyacinthus enim est quidam lapis durissimus, qui nullo potest instrumento ferri dissipari. Est etiam hyacinthus quædam herba valde virtuosa, & est etiam hyacinthus quædam pellis coloris hyacinthini seu cœlestis, de qua solebant fieri antiquitus calceamenta nobilium dominarum. Per quem quidem hyacinthum potest virtus patientiæ & constantiæ denotari, quæ in nobis debet esse tam fortis & firma, quod nullo debet tribulationis impetu dissipari. Calceamenta enim pedes defendunt, quia scilicet constantia & patientia solent pedes affectionum nostrarum continere, & à læsione impatientiæ & iracundiæ defendere. In cuius figura Moyses hyacinthinis pellibus tabernaculum fœderis induit, & operuit; quia scilicet illi, qui volunt esse tabernaculum Dei per gratiam, debent indui hyacintho per patientiam. Vnde Hierem. 10. *Hyacinthus & purpura indumentum eorum.* G

¶ Sexto dico, quod ipsa debet habere vncturam moderantiæ, id est, virtutem modestiæ & benignitatis, quæ notatur, cum dicitur: Indui te subtilibus. Vestimenta enim subtilia sunt magis mollia, suauia & lenia, & significant virtutem benignitatis, quæ omnibus se ostendit lenem, domesticam, & suauem, vt sic possimus dicere illud Genes. 27. *Nosti, quod Esau frater meus homo pilosus sit, & ego lenis.* Vnde Ezech. 9. dicitur, quod *ipse vocauit virum, qui indutus erat lineis.* Istis ergo indumentis debemus indui, vt habentes vestem nuptialem, possimus ad Christi nuptias introduci, quia etiam Deus in istis nuptijs noua distribuit gloriæ vestimenta. Ipse enim confessionem & decorem induit amictus lumine sicut vestimento. *Facit omnes suos exuere stolam luctus*, sicut dicitur Baruc 5. *Exue te Hierusalem stola luctus & vexationis tuæ, & indue te decore & honore, quæ à Deo tibi est sempiterna gloria.* Ista sunt ergo indumenta spiritualia. H

I § Sed adhuc dico, quod sunt quædam indumenta temporalia. Et ista sunt indumenta bonorum terrenorum. Indumentum enim est illud in homine, quod extra corpus est. Quia secundum Greg. ista temporalia non sunt, nisi quædam corporis indumenta. Ista ergo vestimenta sunt exuenda, & alia spiritualia induenda. Coluber enim indumentum suæ pellis solet deponere, vt nouam pellem possit acquirere. Qui etiam lectum vult intrare, se nudum exuit, alias suauiter non quiescit. Quia vere nullus potest lectum & requiem Paradisi intrare, nec noua vestimenta cœlestis gloriæ acquirere, nisi primo studeat indumentis bonorum temporalium se nudare. Exemplo Iudith, Iudith 10. *quæ exuit vestimenta viduitatis, Lauit corpus suum, & vnxit se myrro optimo, & discriminauit crinem capitis sui, & induit vestimentis iucunditatis suæ, & induit sandalia pedibus suis, assumpsitque dextraliola & lilia, inaures & annulos, & omnibus ornamentis ornauit se.* In quibus verbis notatur, quod nos debemus

- Exuere vestimenta viduitatis, id est, bona temporalia, quę à Christo nos viduant, & disiungunt per eleemosynarum largitionem.
- Lauare corpus nostrum per peccatorum abstersionem.
- Nos vngere myrro, quod est vnguentum amarum, per pœnitentiæ maceratione,
- Nos discriminare, id est, crines defectuum & criminum explicare, & dilatare, per integralem confessionem.
- Induere vestimenta iucunditatis per laudem & gratiarum actionem,
- Induere scandalia, quæ significant arctam temporalem sustentationem.

Et sic poterimus assumere

- Dextralia, quæ latus dextrum ornabant, id est, fortitudinem ad bene operandum,
- Lilia castitatis, ad caste viuendum,
- Inaures, quæ erant ornamenta aurium, & significant humilitatem subiectionis ad obediendum.
- Annulos, id est, arrhas spei & affectionis ad æterna desiderandum.

Et sic finaliter ornabimur ornamentis æternæ fœlicitatis ad summam beatitudinem obtinendum. Vnde Baruch 5. *Exue te stola luctus & vexationis tuæ, & indue te decore & honore, &c.* vt supra.

K Patet ergo, quod sunt quædam indumenta temporalia. § Sed adhuc possumus dicere, quod sunt quædam indumenta criminalia. Et ista sunt vitia & peccata, mali mores, mala conuersatio, quibus anima inuoluitur & operitur. De quibus dicitur Psalm. *Induit maledictionem sicut vestimentum, & intrauit sicut aqua in interiora eius.* De hypocritis vero exponitur illud 3. Regum 1. quod rex Dauid *senuerat, & cum operiretur vestibus, non calefiebat.* Quia licet hypocritæ exterius induantur, & operiantur vestibus bonæ conuersationis, ipsi tamen propter hoc non calefiunt interius feruore dilectionis aut deuotionis. De luxuriosis vero possit exponi illud Iob. 7. *Induta est caro mea putredine, & sordibus pulueris, &c.* § Sed adhuc dico, quod sunt indumenta superna-

L lia. Et ista sunt dotes animæ & corporis in patria. De quibus Esa. 52. *Induere vestimentis gloriæ tuæ Hierusalem ciuitas sancta.* De indumentis corporis vide infra vbi ornatus, & vbi vestes, vbi & dante Deo intendo exponere de indumentis sacerdotalibus legis antiquæ.

A **Induratio.** Nota, quod induratio idem est, quod de mollitie ad duritiam mutatio & conuersio. Et generaliter in scriptura induratio accipitur pro obstinatione mentis, vel pro confirmatione voluntatis in malo. Sicut enim res, quæ est fortiter indurata, non potest faciliter demolliri, sicut patet in lateribus igne coctis, qui quamuis primo fuerunt molles, ita faciliter tamen indurantur in igne, quod non possunt nec in igne nec in aqua liquescere vel molliri: sic vere illi, qui per obstinationem in igne concupiscentiarum fuerint obstinati, & in malis consuetudinibus confirmati, vix aut nunquam possunt in bonum remolliri vel conuerti, sicut apparuit in Pharaone, qui nec igne diuinæ tribulationis & correctionis, nec aqua pietatis & compassionis, vel cuiuscunque dulcis supplicationis potuit immutari, sed in malitia perseuerans submergi cum exercitu se permisit. *Induratum enim erat cor Pharaonis, & noluit dimittere populum,* sicut dicitur Exod 7. Et possumus notare, quod multi multipliciter indurantur. Sicut enim Mauritius in suis distinctionibus nouit, res indurantur diuersimode scilicet,

Per
- Caloris desiccationem,
- Algoris congelationem,
- Liquoris fortem expressionem.

Indurantur enim res,

- Quando per calorem humor consumitur, sicut patet in luto desiccato,
- Quando per algorem corpus constringitur, sicut patet in loco congelato,
- Quando per pondera humor exprimitur, sicut patet in torculari.
- Quando per verbera totum concutitur, sicut patet in incude, & semita trita,
- Quando inter liquida siccum apponitur, sicut patet in molli pasta, & farina.

§ Istis quinque modis charissimi, videtur, quod induratur B mens humana. Ipsam enim indurat quandoque

- Ardor affectionis,
- Frigus indeuotionis,
- Pondus desperationis,
- Actus tribulationis,
- Res sicca temporalis possessionis.

§ Dico ergo primo, quod homo induratur, quando per calorem humor consumitur; sicut enim lutum efficitur durum, quando calor Solis tantus est exterius, quod ipse consumit, & desiccat humores, qui sunt interius: sic pro certo tantus calor malorum desideriorum, tantus feruor iracundiæ, luxuriæ, concupiscentiæ, & auaritiæ solet in homine aliquotiens abundare, quod omnis humor deuotionis & gratiæ consumitur, & quod voluntas & opinio ad perseuerandum in malo durius induratur. Ista patent de auaris, qui per maximum ardorem & appetitum habendi efficiuntur durissimi, & parcissimi. Patet etiam de iracundia, qui per ardorem iracundię antiquissimi odijs indurantur, ita quod citius per mortem franguntur, quam ad indulgendum alijs inducantur. Vnde de Simeon & Leui dicitur Gen 49. *Simeon & Leui vasa iniquitatis bellantia, maledictus furor eorum, quia pertinax, & indignatio eorum, quia dura.* Isti enim sunt sicut tauri Indici, qui secundum Plinium lib. 8. c. 21. sunt agrestes, & atrocissimi, oculis cæruleis, pilo in contrarium verso, linguam habent ita magnam, quod ea vsque ad aures protendunt, dorsum etiam habent ita durum, quod nullo possunt modo vulnerari. Sic vere iracundi habent

- Animos atrocissimos,
- Oculos rubeos,
- Pilos horripilatos,
- Linguam extentam ad minandum & iniuriandum,
- Dorsum voluntatis durum ad zelum correctionis suscipiendum, & non sentiendo.

Vnde Hierem. 5. *Indurauerunt facies suas super petram, noluerunt reuerti.* Induratur ergo homo, quando per calorem consumitur. C

§ Secundo dico, quod induratur, quando per algorem corpus cōstringitur. Sicut enim videmus, quod frigus solet aquam constringere, & in lapidis similitudinem indurare, vnde etiam in frigidis regionibus per intentionem & diuturnitatem frigoris solent niues in crystallum indurari, sicut dicitur Eccles. 43. *Frigidus ventus Aquilo flabit, & gelabit crystallus ab aqua:* sic vere quando frigus indeuotionis diu permanet in homine, ita quod per magna tempora non reuertitur ad cor suum per contritionem, nec ad Deum per deuotionem, tunc quandoque fit, quod per obstinationem voluntas ipsius induratur, & quod ad nullum bonum amplius ordinatur. Vnde Iob 38. *In similitudinem lapidis indurantur aquæ, & superficies abyssi constringitur.* Et aduerte, quod multi religiosi & clerici similes sunt tortucis marinis, quæ quamuis continue in aquis solent habitare, testam tamen habent ita duram, & ita siccatam, quod nullus potest eam penetrare vel remollire. Sic vere quamuis religiosi, & clerici continue habent in aquis sacræ scripturæ versari, & doctorum, & prædicatorum doctrinis & sermonibus continue irrigari, ipsi tamen præ cæteris solent per indeuotionem amplius esse duri. Sunt enim similes arenæ, quæ quanto magis compluitur, tanto magis induratur. Quod bene dicitur figuratiue Iosue 4. vbi dicitur, quod *tulerunt de medio Iordanis alueo duodecim lapides*

*lapis simpidissimus, durissimus.* Induratur ergo res, quando per aliquos constringitur. ¶ Tertio dico, quod induratur, quando
D per pondera liquor exprimitur. Sicut enim in torculari videmus, quod per immensitatem ponderis desuper positi effluit vinum, & racemorum massa siccatur & induratur: sic vere sæpe accidit, quod quando pondus timoris immensi homini supponitur totus humor spei & gratiæ per desperationem educitur ab eo, & sic obstinationis duritiam incurrit, & cor & voluntatem suam penitus à Deo retrouertit. Tales sunt hodie multi peccatores, qui tot peccatorum ponderibus sunt grauati, quod non sperant se posse à peccatis resilire, & ideo penitus desperati in vitiis indurantur. De talibus enim desperatis dicitur Iob. *Non credit, quod reuerti possit de tenebris ad lucem, circumspectans vndique gladium.* De tali vero finali impœnitentis & mentis duritia dicitur Eccl. 3. *Cor durum male habebit in nouissimo, & qui amat periculum peribit in illo.* Ista est ergo induratio, quando per pondera liquor exprimitur. ¶ Quarto induratur res, quando per verbera sæpe concutitur, sicut est in via seu semita, quæ ea frequenti
E conculcatione fit durior. Incus etiam fabrorum ex frequenti malleatione fit durior. Sic sæpe fit, quod quanto quis per tribulationem vel correctionem frequentius & amplius percutitur, tanto per obstinationem amplius induratur. Vnde Iob 41. dicitur: *Cor eius indurabitur quasi lapis, & stringetur velut malleatoris incus.* ¶ Quinto vero dico, quod res induratur, quando res sicca
F ei applicatur. Ex appositione enim farinæ lutum molle induratur, similiter appositione arenæ vel cuiuslibet rei siccæ. Sic vere, charissimi, cor hominis, quando res siccæ bonorum temporalium, ut sunt pecuniæ vel diuitiæ, apponuntur, durius per parcitatem & auaritiam efficitur. Patet, quia quanto plus habent, tanto minus dant; & quanto plus sunt abundantiores, tanto sunt ad pauperes duriores, & etiam ad resistendum prædicationibus obstinatiores. Sunt enim sicut lapis, cuius (secundum Plinium) exteriora sunt valde dura, & ideo sine læsione sustinet malleorum ictus. Vnde de talibus dicitur Esai 48. *Scio enim, quod durus sis, & neruus ferreus ceruix tua, & frons tua area.* Sic ergo patet, quomodo quinque modis induratur mens humana. Vide supra de ieiunio, & de duritia.

## Inebriare. Vide in titulo Ebrietas.

## Inexpugnabilis. Vide Expugnare, seu Pugnare.

## Inextinguibilis. Vide in titulo Extinguere.

A **Infamia.** Nota, quod infamia, seu diffamatio idem est, quod bonæ famæ & opinionis perditio, attenuatio & denigratio, de qua sine dubio multa possunt dici, cum sit materia valde prægnans, sed auctoritates vocales sunt in Biblia quasi nullæ. Notabis tamen, quod inuenitur

Infamia { Vera, quæ debet caueri,
Falsa quæ debet timeri,
Ficta, quæ debet horreri,

Infamia { Vera habet ortum ex demeritis,
Falsa habet ortum ex suppositis,
Ficta habet ortum ex compositis.

Prima oritur ex ratione,
Secunda oritur ex occasione,
Tertia oritur ex falsa fictione.

Et sic possumus dicere quod est quædam infamia, quæ habet ortum ex demeritis. ¶ Primo ergo dico, quod est infamia, quæ habet ortum ex demeritis. Et ista est illa, quam homo incurrit propter sua demerita, quando scilicet crimina sua ita sunt nota, & manifesta, quod ipse infamis, i. e. sine fama efficitur, & quod in aliorum existimatione mala opinio de eo generatur. Carnes enim viuæ non fœtent, mortuæ vero postquam corruptæ cœperunt esse, fœtent, & aliorum nares lædunt & grauant, & quandoque etiam odorantes inficiunt & inuenenant. Cuius etiam simile est in leprosis. Videmus enim, quod sani ipsos propter fœtorem, & corruptionis periculum fugiunt, & euitāt. Multum ergo debet homo cauere, ne per lepram vel alias corrumpatur, & hoc nō solum propter se, ne ipse inficiatur, imo propter alios, ne ab ipsis abhorreatur, & tanquam detestabilis fugiatur. Sic vere dico, quod quando aliquis lepram vel corruptionem vitiorum incurrit, fœtor infamiæ exinde prosilit, qui ipsum apud audientes & videntes infamem, & abominabilē reddit. Et ideo etiam, si amore præmii vel virtutis homo nō vult à vitiis præcauere, debet tamen, ne reddatur abominabilis, & ne sequatur infamia, à criminibus abstinere, sicut Leu. 18. dicitur: *Cum masculo non commisceberis coitu fœmineo, quia abominabile est.* Et Ezec. 16. dicitur: *Abominabilem fecisti decorem tuum*, ac si dicat, etiam si non esset timor vel amor Dei, quia tamen peccatum est abominabile, & infame, vitandum est. Et merito, quia pro certo homo abominabilis & infectus non libenter frequentatur à bonis, sicut de solitudine Aphrica versus meridiem dicit Solinus, quod quia immanibus serpentibus est infamis, ideo à nullo hominum inhabitatur. De lepore etiam marino dicit Plinius, quod est monstrum ita venenosum, quod solo tactu inficit omne viuum. Homo etiam tactu eius moritur, & vlterius etiam pestem olet, alter etiam alteri fit venenum, vt dicit Plin. li. 32. c. 1. Sic vere multi sunt ita infames & venenosi, quod tactus & frequentatio talium alios inficit atque lædit, & ipsos fœtentes & olentes reddit. Et ideo sapiens est, qui tales declinat & fugit. Teste enim scriptura, *Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea: & qui communicauerit superbo, induet superbiam*, Eccl. 13. Cuius etiam satis euidens ponit Solinus exemplum, dicēs, quod fons amarus & infamis Exampæus, vbi adiungitur suauissimo & nobilissimo flumini Iodorum Hypani, qui antea erat potabilis atque sanus, ita ab illo loco efficitur abominabilis & amarus, quod ab homine non tangitur, nec potatur. Quia reuera quāuis homo sit sanus, potabilis, frequentabilis & honestus, si tamen fontium amarorum, id est, personarum infamium consortia recipit, ea tunc infamis & suspectus erit, sicut dicitur Numer. 19. *Quicquid tetigerit immundus, immundum faciet.* Ista ergo est infamia vera, quæ habet ortum ex demeritis.
¶ Secundo dico, quod est infamia quæ habet ortum ex suppo- B
sitis. Et ista est illa, cui homo dat quandoque occasionem, & nō causam, vtpote quando quis in se bonus est, & qui nullo modo vellet facere aliquid inhonestum, ita indiscrete se habet, quod dat occasionem aliis iudicādi male de seipso, ita quod sine malo facto suo ea sola præsumptione infamia dicatur contra ipsum. Multa enim facit bona intentione, quæ tamen caret debito modo, & discretione. Et ideo sæpe fit, quod ex tali actu & infamia mala opinio apud alios generatur, quamuis huiusmodi mala fama nulla nequitia fulciatur. Isti ergo sunt, qui quamuis in se non sunt vitiosi vel ruinosi, sunt tamen aliis occasio scandali vel ruinæ. Et istud debet cauere summopere prudens homo, quia etiam sæpe abstinendum est à licitis, propter vitandam occasionem scandali aliorum. Exemplo Apostoli, qui dicebat 1. Cor 8. *Si esca scandalizat fratrem meum, carnem non manducabo in æternum*, ac si dicat: Si alii reputant in me peccatum vsum carnium, quamuis istud de se non sit malum, abstinebo tamen ad euitandum scandalum, & infamiam, quæ exinde in aliis contra me generatur, sicut Rom. 14. ipse Apostolus dicit: *Bonum est non manducare carnem & non bibere vinum, neque in quo frater tuus offenditur, aut scandalizatur, aut infirmatur.* Ista est ergo infamia, quæ habet ortum ex suppositis. ¶ Tertio dico, quod inuenitur infamia, quæ habet
C ex compositis. Et ista est, quam maleuoli & inimici nocere volentes, falso machinantur inter seipsos, quia contra innocentem conficiunt mendacium, & componunt, sicut fecerunt duo iudices contra Susannam, sicut dicitur Dan. 13. Vnde ipsa ibidē legitur dixisse: *Ecce morior, cum nihil horum fecerim, quæ isti malitiose composuerunt aduersum me.* Nam

Diffamant mali { Prælati bonos subditos,
Subditi bonos prælatos,
Socii bonos socios.

D ¶ Est igitur vna infamia, qua diffamant mali prælati bonos subditos, quia reuera talis iniquitas est modo multum communis in orbe apud nefandos iudices, & peruersos, quia pro certo si quē habeant odio, statim solent falsa, & mendosa crimina confingere & sibi imponere, & vt occasionem habeant nocendi, ipsum apud bonos, & graues faciliter diffamare, similes illis, qui volunt mel, quod apes composuerunt, sine suarum puncturarum periculo obtinere. Vidētes enim vas amplum plenum melle & cera, fumū apponunt, & sic apes, quæ vas repleuerant, inde recedere faciunt, & in aliud vas vacuum abire compellunt. Ipsi vero vas plenum cum melle suo expulsis apib. libere recipiunt, prout volunt. Sic vere fit de multis prælatis. Videntes enim in sua iurisdictione aliqua vasa plena, id est, aliqua beneficia pinguia, cera & melle, id est, omnibus bonis plena, quæ scilic. apes boni, & fructuosi subditi ibidem beneficiati laboribus impinguarunt, statim pro suis nepotibus, vel familiarib. ipsa habere desiderant &

affectant. Sed quia hæc sine puncturis, id est, sine rebellionibus apum, id est, possidentium non possunt, fumum infamiarum, & falsarum impositionum solent adhibere, & tales possessores, Impositis falsis criminibus diffamare, vt sic cogantur vas plenum, id est, beneficium pingue, quod obtinent, eis dimittere & in aliud vas vacuum, id est, in aliquod sterile beneficium se transferre. Iuxta illud, quod vulgariter dicitur, quod *fumus, mulier, & stillicidia, expellunt hominem à domo propria.* Et ista figurata sunt 3. Reg. 21. vbi dicitur, quod Naboth Israelita, qui interpretatur seminator Deo, noluerat regi Achab dare vineam suam pro libito voluntatis suæ, propter quod ipse rex turbabatur, & infirmabatur, habuitque consilium cum vxore sua Iezabel nefandissima, quæ protinus dixit sibi: *Grandis auctoritatis es, & bene regis regnum Israel, surge, comede, & forti animo esto, dabo tibi vineam Naboth.* Illa ergo pestifera suppositis falsis testibus imposuit falso dicto Naboth, quod Deo, & regi maledixerat, & sic ipsum lapidari, & occidi fecit, & vineam, quam dare noluerat, regi viro suo tradidit possidendam. Charissimi, sic est, quod reges Achab, & mali reges prælati seu principes huius mundi semper habent aliquam pessimam vxorem, id est, aliquem pessimum familiarem & consiliarium sibi intime confœderatum, & coniugatum, per quem se solent regere, & se, & subditos gubernare, qui scilicet solent eos ad omne nefas impellere, & ad omnia crimina incitare. 3 Reg. 21. *Concitauit eum vxor sua, abominabilis effectus est.* Quid ergo? Pro certo quando tales reges talesque superiores vineam Naboth, id est, beneficium, vel possessionem alicuius subditi sui pro se, vel suis habere desiderant, si tenuiter assentire, statim adest vxor eorum, id est, iniqui familiares, & consiliarii, qui eos confortant, & econuerso inquiunt: *Forti animo esto, ego dabo tibi vineam Naboth*, id est, non timeas; quia bene inueniam viam, qua sine labore voto tuo fueris satiatus. Via ergo ista est

Falsorum criminum impositio,
Falsorum testium productio,
Iniqua machinatio,
Sequens mors vel diffamatio, &
Hæreditatis vel beneficii occupatio.

De talibus ergo sic suis in alienum præiudicium prouidentibus dicitur Iob 24. *Vigilantes*, inquit, *prædam præparant panem liberis, agrum non suum demetunt, & vineam eius, quem vi oppresserant, vindemiant, nudos dimittunt homines, vestimenta tollentes.* Ista est ergo infamia,
E qua diffamant mali prælati bonos subditos. ¶ Sed est alia infamia, qua diffamant mali subditi bonos prælatos. Constat enim, quod mali subditi bonum prælatum, qui scilicet eos recte gubernat, & corrigit, non diligunt, quinimo sæpe fit, quod contra eum insurgunt, & eum talibus infamiis impetunt, & impellunt, similes illi pisci, quem Plinius Sæpiam vocat, qui nigro humore, sicut est encaustum vel atramentum, est interius plenus, quem quando à piscatore impetitur, solet eiicere, & aquam turbare, & eam inficere, & sic ne appareat, & ne capi valeat procurare. Sic vere mali subditi timentes, per bonum piscatorem, id est, per bonum prælatum capi, comprehendi, & reprehendi, solent contra eum attramentum, & obscuritatem infamiarum proiicere, vt sic in pace dimissi possint in sua nequitia tuti esse. Figurati Apoc. vbi dicitur, quod *de puteo abyssi, vbi erat multitudo permaxima locustarum facies humanas & caudas scorpionum habentium, exiuit fumus fornacis magnæ, ita quod obscuratus est Sol & aer de fumo, qui exiuit de ore putei.* Charissimi, Sol illuminans, qui per omnia respicit, signat bonum, clarum, & discretum prælatum. Puteus vero abyssi signat profundum, & malitiosum subditum. Locustæ vero, quæ puteo exeunt alios leues, & vacuos subditos isti puteo, id est, isti principaliori confœderatos significant, qui faciem humanam, id est, fictum rationis, & iustitiæ vultum portant, & tamen caudas scorpionum, id est, in venenum malitiæ, & intentionis peruersæ finem tractant. Igitur sic sæpe fit, quod quando puteus abyssi cum locustis suis, id est, cum suis confœderatis leuibus satellitis vident se habere, pro prælato, & pastore, Solem superius radiantem, id est, aliquem bonum, & discretum prælatum, ipsos, quantum in se est illuminantem, & bene regentem, sibi pro certo solent inuidere, & eius bonum regimen abhorrere, & vt idemque fumum infamiarum contra eum solent emittere, & vt ipsius claritatem obnubilent, solent eum obscuris, & magnis criminibus accusare, ita quod sæpe fit, quod Sol in se clarus, id est, prælatus in se bonus, & aer suæ opinionis fumis talium, & putei, & locustarum inficitur, & quod fama ipsius obscuratur, ita quod ipsæ locustæ, id est, mali subditi libere diuagantur. Isti sunt ergo illi mali subditi, de quibus dicitur Luc. 19. quod contra regem suum mittunt legationem, dicentes: *Nolumus hunc regnare super nos.* Isti sunt sicut dracones, Apocal. 12. *qui flumen aquæ infamiarum de ore suo emittunt, vt sanctam impediant mulierem.* Isti sunt illi Angeli sathanæ, qui phialam suam effundunt super sedem bestiæ, vt ipsius obnubilent claritatem, & vt fiat regnum ipsius nubilosum. Et breuiter, tales videntur de suo Sole, id est, de suo prælato petere, & appetere dicendo illud, quod scribitur Iob 3. *Dies illa*, id est, ille bonus, & clarus prælatus *vertatur in tenebras, nec illustretur lumine, obscurent eum tenebræ, & vmbra, & occupet eum caligo, & inuoluatur amaritudine.* Ista est igitur infamia, qua diffamant mali subditi bonos prælatos. ¶ Adhuc alia F
infamia inuenitur, qua diffamant mali socii bonos socios. Sunt enim multi, qui inuidia stimulante, loquacitate vrgente, & propria nequitia peragente, nunquam cessant socios diffamare, & de sociis male loqui, & contra eos infamias diuulgare. Et certe illud est crimen inter cætera periculosum, quia, scilicet, fama sublata alicui vix aut nunquam potest sibi reddi de cætero. Cum ergo iniuste diffamans teneatur famam restituere, istud vero sit quasi impossibile, bene dico, quod periculosum est iniuste alium diffamare. Sic est enim de verbis diffamantis, sicut de illis vocibus, quæ dicuntur Echo, id est, de vocibus in montibus repercussiuis. Si enim homo clamando aliquid dixerit, statim mons concauus eandem vocem reciprocabit, quinimo aliqua sunt mundi loca, vt dicit Plin. vbi propter diuersos montes inuicem ordinatos, & vocem emissam adinuicem recipientes, & in alterutrum transmittentes, vox semel emissa septuplo replicatur, sicut Plinius, & Solinus de quodam loco in Asia exemplificant in libris suis; Vide ibi. Sic vere dico, quod vox Infamiæ prolata per hominem est simplius multiplicatiua, & de vno ad alium transitiua, quia scilicet audientium aures ita repercusit, quod vnus ad alium ipsam libenter transmittit. Iniuste ergo diffamatus, quasi irreuocabiliter læditur, quod enim per ior audientium aures pertransit, vix amplius excusatur. Vnde ergo dicit Bern. in quodam sermone, quod leuis est quidem sermo, quia leuiter volat, sed grauiter vulnerat, leuiter transit, sed grauiter vrit, leuiter penetrat, seu leuiter profertur, sed non leuiter reuocatur, ideo per eum charitas leuiter violatur. Heu quid ergo innocens facit indebite diffamatus, pro certo nullum habet remedium, nisi ad Deum recurrere, & in sua innocentia confidere, & veritatis auxilium implorare, quia scilicet sicut nebula in Solis aduentu deletur, & in aere prius sublata claritas reparatur: sic vere fit, quod Sol, id est, clara, & certa veritas solet finaliter præualere, nubes & nebulas falsarum infamiarum tollere, & aerem obscuratum, id est, hominem indebite diffamatum ad famam, & claritatem pristinam reuocare. Vnde de tali infamia potest dici illud Sap. 2. quod *transiet sicut vestigium nubis, & sicut nebula dissoluetur, quæ fugata est à radiis Solis, & à calore ipsius aggrauata.* Veraciter infamia est sicut aqua illius fontis venenosi, de qua fuit intoxicatus Alexander Magnus, de qua dicit Plin. quod licet in colore, & in odore non differet ab aliis aquis, tantæ tamen penetrabilitatis erat, quod nullum vas, etiam si esset ferreum vel vitreum, equi solea duntaxat excepta, ipsam continere valebat, imo omnia vasa continue penetrabat, & cum aqua illa potata viscera penetraret, necessario hominem occidebat. Sic vere est de vera infamia. Ista enim nullo retinaculo sistitur, nullo sigillo secreti clauditur, nullo cautelarum operculo retinetur. Solet enim occulta virtute prosilire statim in publicum, & suum cunctis pandere secretum, solet exterius ad notitiam hominis procedere, & qualis est, omnibus declarare. *Nihil enim opertum, quod non reueletur, & occultum, quod non sciatur.* Luc. 12. Sed reuera de falsa infamia, vt dictum est, est contrarium, quia scilicet ista sicut faciliter nescitur, ita faciliter euaporare & deficere comprobatur. Sicut enim Solis radius fugat vmbram, sic veritas & innocentia fugat istam infamiam falsam. *Super omnia autem vincit veritas*, 2. Esdr. 3 Sic igitur patet triplex mala infamia, videlicet, qua infamant

Mali socii bonos socios,
Mali subditi bonos prælatos,
Mali prælati bonos subditos.

Et sic patet, quomodo triplex in genere oritur infamia, videlic.

Ex compositis & confictione,
Ex suppositis & occasione,
Ex demeritis & ratione.

Et hæc

hæc de infamia sufficiant. Allega auctoritates vocales è san auctoribus, quia nullæ inueniuntur in Biblijs. Et vide de a tione, Lingua, Labio, Loqui, & iurare. Sermo, Fœtor, Venenum, & omnia alia ad infamiam pertinentia.

**Infans.** Nota, quod infans est homo à tẽpore natiuitatis, vsq; ad pueritiæ statum. Et est infans dictus, quasi in fans, id est, non loquens, ab in, & for, faris. Possum notare, quod infans tripliciter sumitur in scriptura. Inuenitur enim

Infans, quem {
Porrigit flebilis natura,
Dirigit virtutum structura,
Subigit criminum iactura.
}

Infans {
Naturalis debilitati subditur humanæ,
Virtualis fragilitati deditur vrbanæ,
Criminalis iniquitati traditur profanæ.
}

Infans est {
Debilis, prout sumitur naturaliter,
Humilis, prout sumitur virtualiter,
Fragilis seu inutilis, prout sumitur criminaliter.
}

Infans est homo {
Destitutus naturæ viribus,
Restitutus virtutum viribus,
Prostitutus peruersis moribus.
}

¶ Primo igitur dico, quod hoc nomen Infans signat naturæ viribus virum destitutum. Constat enim, quod infans naturaliter loquendo, habet

Ætatem præ cætera miserabilem atque vilem,
Ad vnctam Impotentiam,
Ignorantiam,
Impatientiam,
Immoderantiam,
Immunditiam.

Quia reuera

Infantes habent {
Impotentiam in agibili,
Ignorantiam in rationabili,
Impatientiam in passibili,
Immoderantiam in concupiscibili,
Immunditiam in passibili.
}

Quia pro certo infantes naturaliter,
Quantum ad operationes, imbecilles sunt, & impotentes,
Quantum ad electionem, irrationabiles sunt, & ignorantes,
Quantum ad turbationem, iracundi sunt, & facile flentes,
Quantum ad affectionem, immoderati sunt, & concupiscentes,
Quantum ad conuersationem, immundi sunt, & se maculantes.

Quid plura, charissimi, dicemus de infantia naturali? quia reuera

Infans {
In reatu concipitur,
Cum fletu nascitur,
Cum difficultate nutritur.
}

Vide ad similitudinem humanæ miseriæ & infantiæ Iob 38. dicit Dominus de mari: *Quis* (inquit) *conclusit ostijs mare, quando erumpebat, quasi de vulua procedens, cum ponerem nubem vestimentum eius, & caligine illud velut pannis infantiæ obuoluerem?* Et breuiter multa possent dici de infantium miseria, sed multi dixerunt de hoc Innocentius & Bernardus & alij infiniti. Signat ergo naturæ viribus virum destitutum. ¶ Secundo principaliter dico, quod infans signat virtutum viribus virum restitutum, hoc est dictum hominem virtuosum, humilem, & perfectum. Multæ enim sunt B
conditiones naturales infantis, quæ possunt spectare ad quemlibet virum iustum. Infante enim

Nihil mobilius,
Nihil humilius,
Nihil ductilius,
Nihil docilius,
Nihil amabilius,
Nihil nudius.

Et ideo

Infans {
Mobilis fascibus stringitur,
Plorans seu flebilis cantu demulcetur,
Humilis cunctis adiungitur, quia scil. ita se permittit tractari à paupere sicut à diuite,
Ductilis regitur seu disponitur, ne scil. membra pro libito effluentia male formentur.
Docilis bene instruitur,
Amabilis bene amatur,
Nudus & despicabilis pannis inuoluitur.
}

Et reuera talis infans videtur esse vel fuisse Christus, vel quilibet homo sanctus. De Christo enim dicitur Luc. 2. *Inuenietis infantem positum in præsepio.* De Iuanne vero dicitur Luc. 1. *Exultauit infans gaudio in vtero meo*, quia pro certo quilibet talis infans

Mandatorum funibus ligatur,
Promissorum cantibus solatur,
Singulorum moribus aptatur,
Magistrorum ductibus domatur,
Peritorum vocibus formatur,
A cunctorum cordibus amatur,
Terrenorum opibus nudatur,
Meritorum vestibus velatur.

Istæ enim sunt octo conditiones boni & spiritualis infantis, figuratæ in octo diebus, quibus antiquitus circumcidebantur infantes Genes. 17. *Infans octo dierum circumcidetur.* Quia reuera ille spiritualis infans à superfluitate vitiorum cunctorum circumciditur, qui prædictos octo dies impleuisse, id est, octo præfatas conditiones habuisse probatur. Ista omnia possent deduci & aprari, sed auctoritates vocales desunt, & ideo non prosequor, sed solũ de viro iusto dic illud, quod legitur de Samuele 1. Reg. 1. *Puer autem erat adhuc infantulus.* ¶ Vbi nota, quod spiritualis infans C

Viuit simpliciter sine malitia (Puer.)
Agit veraciter sine fallacia (Autem, id est, certe.)
Durat tenaciter longa constantia (Erat.)
Crescit viuaciter iugi iustitia (Adhuc.)

Dico igitur, quod simplex infans sine dolo viuit simpliciter. Constat enim, quod infantes carent malitia & dolo, cum sint simpliciter innocentes. Sic vere iusti 1. Pet. 2. *Quasi modo geniti infantes, rationabiles, & sine dolo lac concupiscite.* Et hoc ostenditur, cum dicitur, Puer, qui dicitur à puritate mentis. Vide Puer, infra in litera P. Deinde dico, quod spiritualis infans sine falso fatur veraciter. Nescit enim infans aliud dicere, seu aliud fingere, quam quod vidit, sic nec iustus. Luc. 2. *Inuenietis infantem*, ac si dicat. Cum infante potest inueniri veritas. Et hoc ostenditur, cum dicitur, Autem, quod idem est, quod certe, & est aduerbium affirmandi, significans veritatem. Sed de hoc vide supra in litera A. Denique dico, quod spiritualis infans sanctitatem seruat tenaciter. Infans enim diutius viuit, quam senex, vt communiter, & ideo perseuerantia in bono per infantem potest bene notari, & hoc ostenditur, cum dicitur, Erat, quod est verbum substantiuum, durationem designans. Vide supra in littera E, in titulo de Esse. Et si petitur de spiritualib. infantibus, quid sint, & quid erant, pro certo dico, quod sicut infans naturaliter libenter sugit, sed faciliter cadit, faciliter flet, faciliter ridet, faciliter timet, sic iusti, qui spirituales sunt infantes, faciliter sugunt per deuotionem. Esaiæ [illegible]. *Delectabitur infans ab vbere.* Faciliter cadunt per orationem. Iudith 4. *Humiliauerunt animas suas orationibus.* Sequitur: *Et infantes prostrauerunt contra faciem templi.* Faciliter plorant per compassionem. Iob 31. *Ab infantia creuit mecum miseratio, & ex vtero egressa est mecum.* Faciliter rident propter spiritualem consolationem. Luc. 1. *Exultauit infans in gaudio &c.* Et in Psalm. 8. *Ex ore infantium & lactantium perfecisti laudem.* Faciliter timent propter mortis & inferni meditationem. Vnde Tob 1. dicitur: *Tobias filium suum ab infantia timere Deum docuit, & abstinere ab omni peccato.* Spiritualis ergo infans sanctitatem seruat tenaciter. (Erat, inquit) Iudic. 13. *Erat Nazaræus Dei ab infantia.* Insuper dico, quod spiritualis infans per bonitatem crescit viuaciter. De natura enim infantis est, quod crescat, & quod in viribus proficiat, & in sensu. Sic viri spirituales continue crescunt in bono, & de virtute in virtutem proficiunt incessanter. Vnde illud prædictum Iob 31. *Ab infantia creuit mecum miseratio* &c. Et hoc ostenditur, cum dicitur, Adhuc, quod est vocabulum continuationem & additamentum designans, de quo vide supra in litera A. breuiter ergo talis infans potest figurari in Moyse aquis exposito, & per filiam Pharaonis propter ipsius elegantiam adoptato, sicut dicitur Exod. 2. Quia filia summi Regis, scilicet gratia illos infantes nutrit, recipit, & adoptat, quos mundus proijcit, respuit, atque fugat. Vnde dicitur 1. Reg. 1. *Ablactetur infans*, id est, à mundi vberibus & delectabilibus subtrahatur, *& appareat in conspectu Domini, & maneat ibi iugiter.* Patet ergo, quomodo infans signat virtutum viribus virum restitutum. Et hoc est secundum principale. ¶ Tertio dico, quod infans significat peruersis moribus virum prostitutum, id est, hominem peccatorem, qui proprie infans dicitur, pro eo, quod D
per conuersionem Dei laudem, & gratiarum actionem, prædicationem & orationem, Deo, sacerdoti & proximo parum fatur,

fatus,& sic infans, id est, non fans, & non loquens spiritualiter inuenitur. Et nota, quod sicut

Infans faciliter {
Cadit,& via releuatur,
Plorat,& vix pacificatur,
Se maculat,& vix emundatur,
Infirmatur, nec cito sanatur,
Decipitur, nec fraudem timatur,
Se denudat, nec verecundatur,
Ridet, atque iocundatur,
Perit,& morte grauatur.

Sic vere dico, quod peccator faciliter
Cadit per inconstantiam,
Plorat seu tristatur per iracundiam,
Maculatur per immunditiam,
Infirmatur per negligentiam,
Decipitur per ignorantiam,
Deregitur per iactantiam & inuerecundiam,
Ridet & gratulatur per insolentiam,
Perit per tentationis molestiam.

Talis ergo infantia est reprobanda, & à prudente quolibet fugienda. Prouerb. 9. *Relinquite infantiam, & viuite.* Et Prouerb. 1. *Vsquequo paruuli diligitis infantiam, & stulti ea, quæ sibi sunt noxia, cupient, & imprudentes odibunt scientiam*: Et breuiter ista est veritas, quod moderni peccatores more infantium non curant, non cogitant, nisi de præsentibus. Et ideo vbi non aduertunt, ipsi capiuntur futuris & perpetuis malis. Figurati in illo dæmoniaco, de quo dicitur Marci. 9. quod ab infantia dæmon eum inuadebat, ita quod eum stridere, spumare & arescere faciebat, quis scilicet spumam luxuriæ, & ariditatem auaritiæ introducere comprobatur. Vnde de malis infantibus diaboli dici & notari potest, quod isti lætantur vanis lætitiis. Iob 21 *Infantes eorum exultant lusibus, tenent tympanum*, &c. Sequitur: *Ducunt in bonis dies suos*, &c. ¶ Item dotantur mundi diuitiis, quia scilicet infantes, id est, homines ignorantes & imperfecti, & ad literam pueri, sunt illi, qui de bonis mundi & Ecclesiæ aliquoties magis habent. Figurati Daniel. 14. vbi *in templo apparuerunt vestigia mulierum & infantium, qui scilicet cibaria apposita comedebant.* Expone illud Zach. 8. *Plateæ ciuitatis implebuntur infantibus.* ¶ Item isti seruantur orci suppliciis, id est, infernalibus tormentis & pœnis. Esa. 13. *Infantes eorum allidentur in oculis eorum.* Et Sap. 18. *Flebilis audiebatur planctus ploratorum infantium.* Patet ergo, quod infans potest significare.

Criminalem culpæ prauitatem,
Virtualem vitæ sanctitatem,
Naturalem carnis vanitatem.

Et hoc sufficiat. Vide in titulo Puer.

A **Inferior.** Nota, quod inferioritas significat partem loci profundiorem, infimiorem, & terræ centro seu medio proximiorem. Notabo ergo, loquendo moraliter, quod in scriptura reperitur multiplex inferioritas, scilicet,

Inferioritas {
Virtuosa,
Vitiosa,
Luxuriosa.

Et sic dico, quod est

Vnum Inferius, quod spectat ad {
Humilitatem,
Cupiditatem,
Aduersitatem.

Primum Inferius collocat in tuto,
Secundum Inferius succumbit in luto,
Tertium inferius caret omni bono.

¶ Dico ergo primo, quod est vnum inferius, quod est virtuosum. Et istud est, quo quis per humilitatem aliis se reputat inferiorem, & in statu, & in sufficientia bassiorem. Talis enim inferioritas Deo soli placet, & eos, qui sic sunt inferiores, solet Dominus ad superiora leuare. Arbor enim, quanto radix eius inferius, & profundius radicatur, tanto magis crescit in altum, melius durat, & vegetatur, & contra ventorum impetus stabilius firmatur & roboratur. Sic vere, quanto quis habet radicem cordis inferius & profundius per humilitatem infixam, cetero, id est, Deo per charitatem magis proximam & affixam, tanto ad bene fructificandum & operandum est vegetior & viuacior, ad resistendum ventis tribulationum & tentationum est fortior atque tutior, & ad finaliter superius, & ad honores cœlestes ascendendum, & se in altandum est aptior & habilior. Scriptum est enim: *Qui se humiliat, exaltabitur.* Lucæ 14. *Et qui se humiliauerit*, *erit in gloria*, Iob 22. Quod bene figuratum est Ezec. 41 ...tur, quod *de inferioribus templi ascendebatur ad superiora.* Sunt...

Inferiores, nos aliis submittendo,
Inferius, infirmis & pauperibus condescendendo, &
Inferius, inferiora, scilicet sepulchrum & infern... endo & meditando.

¶ Constat enim, quod locus inferior

Est {
Secretior ad meditandum,
Stabilior ad sustentandum,
Habilior ad receptandum.

¶ Secretior (dico) ad meditandum, pro quo facit, quod d... in iure ciuili, quod cuius est inferius, eius est etiam superius... cuius est solum & fundamentum, eius etiam est quicquid supra ædificatum. Sic pro certo, quisquis habet ... lem, scilicet humilitatem, etiam habeat illud, quod ... id est, cœlestem gloriam, & hæreditatem. *Recumbe ergo ... mo loco, vt tibi dicat, qui te inuitauit: Amice, ascende superius.* De Axa filia Caleph legitur Iosuæ 15. quod *pater suus ... riguum superius, & irriguum inferius.* Quia scilicet anima ... non solum debet esse irrigua desuper, quantum ad con... tionem, imo etiam quantum ad meditationem inferior... sces enim debiles tempore tempestatis inferius ad fundu... scendunt, ne scilicet fluctibus ex aqua ad terram proiciant... Sic simplices tempore tentationis debent inferius per ... tionem descendere, & ibi à mali fluctibus se saluare. Ezec. ... *Ligna voluptatis consolata sunt in terra infima.* Et applica, ... iam de *mola superiori & inferiori, quæ non fuat impignoranda*, ... citur Deuter. 24. Superior enim mola est spes bonorum superiorum. Inferior mola est timor malorum inferiorum, quæ ... viduæ, id est, animæ non licet impignorare, quia sine ... more non debet esse. Vnde 3. Reg. 6. dicitur, quod S... *inferiorem domum oraculi in sanctum sanctorum.* ¶ Stabili... sustentandum & resistendum, sicut videmus de fundamentis, quod est pars domus inferioris, quod sustinet ædificium ... pedibus, qui sunt inferiores inter membra, & tamen sustinent totum corpus. Quia reuera illi, qui per humilitatem, seu per paupertatem sunt inferiores, sunt ad corpora Ecclesiæ ... de & moribus sustentanda vtiliores & fortiores, sicut patet de mendicantibus religiosis, & etiam aliis. Sicut etiam patet de agricolis, qui suis laboribus totum corpus reipublicæ portant. Dicat ergo Ecclesia, vel respublica illud Psalm. 62. *Substantia in inferioribus terræ.* ¶ Habilior insuper ad receptandum, quia licet sicut ad loca inferiora solent aquæ & radii solares descendere, & illa calefacere & fœcundare, & ipsi etiam loca inferiora aquam, & radios ad se descendentes solent recipere, & per recepta solent fructibus abundare. (Patet in vallibus, quæ quia radios solares & pluuias recipiunt, ideo cæteris terræ partibus fœcundiores sunt) Sic reuera viri humiles solent ra... & stillicidia diuinæ gratiæ abundantius recipere, & eandem copiosius per bona opera pullulare. Vnde ipse Dominus est, qui ... Ecclesi. 24. *Penetrabo inferiores partes terræ, & inspiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes sperantes in Domino.* Acuties enim cordis animalium tendit inferius versus pedes; piscium autem econtra... io ab inferioribus versus caput, vt dicit Arist. Quia reuera illi, qui sunt animalia iusta, scilic. diuina gratia animata, habent acutiem & aciem cordis semper versa... versus partes inferiores, cogitando scilicet de inferno, & sepulchro, & pauperibus, &c. quamuis pisces, id est, voluptuosi habeant econtrario co... tum superius versus caput, scilicet de honoribus & diuitiis fauoribus meditando, quorum, vt dicitur Deut. 29. *Cor auersum est hodie à Domino.* Et ibid. c. 30. dicitur: *Si hodie auersum fuerit cor tuum, prædico tibi, quod pereas.* Patet ergo, quod est vnum inferius, quod est virtuosum. Vnde de inferioritate & infimitate virtuosa, humili & timorosa dicitur Baruch. 2. *Anima, quæ tristis est super magnitudine, & incedit curua & infirma, dat tibi gloriam & iustitiam.* ¶ Secundo principaliter dico, quod est vnum inferius, quod est vitiosum. Et istud est illud,

Quo {
Spiritus fit inferior carni & tentationi,
Quis adhæret mundi bonis & possessionibus,
Quis est de inferiori statu atque viliori.

¶ Malum enim est, quod quis fiat inferior, & quod vincatur de tentatione, vt ei de tentatore dicatur illud Deuter. 28. *Ipse ascendet super te, & erit superior, tu autem descendes, & eris inferior.* ¶ Item malum est, quod quis fiat inferior, se delectando in rerum ... riosum & internorum possessione, similes elementis ignobilibus quæ

[illegible] centrum, & mobilia econo[illegible] [illegible] ve fantur inferius infra terram [illegible] ut dicitur Iosu.3. quod *aqua inferio*- *in mare*. Et [illegible] Psal [illegible] 2. *Introibunt in inferiora terra, tra*- [illegible] *gladii partes vulpium erunt*. ¶ Item malum est, quod [illegible] iori gradu & statu sine magnis meriti s subito pro- [illegible] sumitur, aut [illegible] locetur in officio & prælatione, [illegible] te se cæteris peiores & deteriores, quando as- [illegible] ing iterum. Exemplo grandi[illegible]nis, quæ quan- [illegible] bus nubibus generatur, [illegible]anto impetuo- [illegible] terras amplius lædit. Sic taler inferios ab [illegible] p[illegible] tiosius subditos regunt & lædunt, [illegible] di[illegible]n em:

*[illegible]alde est humilis cum surgit in altum.*

[illegible] as n[illegible] nocet, quando vita & sufficientia [illegible] o talis tunc non debet dici aliis inferior, [illegible] et sufficiens rusticalis potest aliis dicere [illegible] *tor, sicut & vobis, nec inferior vestri sum.*

[illegible] quod illud, quod est superius in natura, [illegible] nis & ratio respectu sensualitatis fiat [illegible], & quod declineatur sub tam vili dam- [illegible] si in auibus, quia in illis palpebra infe- [illegible] nd e, & claudit oculum, superiori quo ad [illegible] t, in animalibus vero est contrarium, [illegible] nis facit officium. Sic vere in aui- [illegible] bus pars inferior, scilicet caro & [illegible] & superiori parti, id est, rationi domina- [illegible] est, in iustis, & in gratia animantis fit [illegible] pars superior, id est, anima atque ratio [illegible] & ibiecta, & claudendi & aperiendi of- [illegible] hor ergo sensualitatem præferentibus po- [illegible] *Numquid consilium Dei audisti, & inferior te erit* [illegible] est iusti[illegible]. Patet ergo, quod est vnum [illegible] ium.

[illegible] d[illegible] est vnum inferius, quod est luxuriosum. [illegible] tis & paupertatis, quo ad mundum, [illegible] te[illegible] alis pœnalitatis, quo ad statum futu- [illegible] ergo labilitatis dicitur Iudic. 20. *Cum se in-* [illegible] *perent*. De inferioritate vero infernalis fe- [illegible] in dicitur Psal. 85. *Eruisti animam meam ex in-* [illegible] e mala muliere dicitur Prouerb. 8. *Via inferi* [illegible] *interiora mortis*. Sic igitur patet, quomodo [illegible] tur multis modis. Vide de inferis.

A **Infœlix. Infortunatus.** Idem videntur sup- ponere. Et potest di- [illegible] tura si [illegible] mentio de infœlicitate culpæ, miseriæ, & [illegible]

Infœlix [illegible] vitiis infectus,
[illegible] næ subiectus,
[illegible] lucem proiectus.

De [illegible] potest dici illud Sap. 3. *Sapientiam qui abii-* [illegible] fœlicitate miseriæ seu fortunæ potest dici il- [illegible] *Infœlix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius?* Et 1. Reg. [illegible] *Infœlix mulier minime ego*. De infœlicitate vero pœnæ, seu fi- [illegible] nis & angustiæ dicitur in Psal. 13. *Contritio & infœ-* *licitas in viis eorum, & viam pacis non cognouerunt*. Et Sap. 13. *Infœlices* [illegible] *mortuos spes illorum*. Vide de fœlicitate.

A **Infernus.** Nota, quod infernus est locus & habitaculum damnatorum. Et nominatur diuersimode in scriptura. Dicitur enim infernus, quasi inferius natus, vel quasi [illegible], quod infernus inferius in corde terræ esse credatur. Vnde [illegible] dicitur: *Eruisti animam meam ex inferno inferiori*. Item dicitur tartarus, à tare, quod est defectus, quia ibi deficit omne bonum. Dicitur auernus, ab à, quod est sine, & vere, quasi sine vere. Dicitur abyssus, ab à, quod est sine, & byssus candor, quasi sine candore. Diuersimode enim secundum suas proprietates dicitur, & rebus diuersis diuersimode comparatur. Breuiter ergo de horrore loci possumus notare, quod hic est

Locus
- Ardoris,
- [illegible]doris,
- Hor[illegible]is,
- Terroris,
- Fœ[illegible]tu,
- Doloru,
- Insatiabilis,
- Incognoscibilis,
- Ineuasibilis,
- Sterilitatis,
- Obscuritatis,
- Capacitatis,
- Crudelitatis,
- Horrendæ societatis.

¶ Et hic est locus ardoris inextinguibilis. Ista enim est sicut mons Æthnæ, qui semper flammas, & ardet, quia *ignis eorum non extinguetur, & vermis eorum non morietur*. Esa. vlt. ¶ Item est locus stridoris immitigabilis, quia sicut dicitur Math. 22. *Ibi erit fletus & stridor dentium*. ¶ Item est locus horroris inseparabilis, quia sicut dicitur Iob 10. *Ista est terra miseriæ & tenebrarum, in qua vmbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat*. ¶ Item est locus terroris incogitabilis. Vnde Ezechiel 30. dicitur: *Dabo terrorem in terram Ægypti*. Et sic dicitur Ezech. 32. *In isto loco ponuntur illi, qui dederunt terrorem suum in terra viuentium*. ¶ Item est locus fœtoris intolerabilis, quia ibi, sicut dicitur Esa. 3. *erit pro suaui odore fœtor*. ¶ Item est locus doloris non mitigabilis. Vnde in Psalm. 17. *Dolores inferni circumdederunt me, præoccupauerunt me laquei mortis*. ¶ Item est locus insatiabilis, quia sicut dicitur Prouerb. 27. *Infernus & perditio non replebuntur*. Et Prouerb. 30. dicitur: *Tria sunt insatiabilia, infernus, & os vulua, & terra, quæ non saturatur aqua*. ¶ Item est locus incognoscibilis, ita est enim à nobis remotus, quod nescimus, quid ibi agitur. Et in scriptura vocatur iste locus terra vltima & nouissima. Ezech. 31. *Ecce deductus es cum lignis voluptatis ad terram vltimam in medio incircumcisorum dormies cum illis, qui interfecti sunt gladio*. Ideo dicitur Sapient. 5. *Non est agnitus, qui reuersus sit ab inferis*. ¶ Item iste est locus ineuasibilis, qui enim illuc intrabunt, euadere perpetuo non valebunt. Vnde in Psalm. dicitur: *Memoria eorum veterascet in inferno*, quia sicut dicitur: *In inferno nulla est redemptio*.

¶ Item dico, quod iste est locus sterilitatis. Ibi enim nulla sufficientia est, sed est ibi vniuersalis indigentia. Vnde Eccl. 14. *Non est apud inferos inuenire cibum*. ¶ Item est locus obscuritatis. Et ideo Iob. 10. iste locus dicitur *terra tenebrosa, & operta mortis caligine*. ¶ Item est locus capacitatis. Nunquam enim potest tot & tantos recipere, quin semper paratus sit alios deglutire. Vnde Abac. 2. dicitur: *Dilatauit infernus animam suam, & non adimpletur*. Et congregauit ad se omnes gentes & coaceruauit ad se omnes populos. ¶ Item est locus crudelitatis. Vnde dicitur Cantic. 8. *Dura vt infernus æmulatio*. ¶ Item est locus malæ societatis, quia ibi est locus dæmonum, & omnium malignorum. Psalm. 30. *Erubescant impii, & deducantur in infernum. & muta fiant labia dolosa*. Et ideo de ista mala societate dicitur in Psal. 9. *Conuertantur peccatores in infernum, omnes gentes, qui obliuiscuntur Deum*. ¶ Et si vis scire, quæ B sunt genera malorum sociorum ibidem habitantium primo potes dicere, quod iste locus similis est desertis superioris Ægypti. Dicit enim Plin. quod in superiori, id est, in remotiori Ægypto, Æthiopia & Lybia, hoc est dictum, in illis confinibus istarum regionum, quæ sunt à parte meridiei, perpetuus viget æstus, in tantum, quod ibidem nulli hominum conuersantur. Habitant tamen ibi multitudines reptilium & serpentum. Ibi enim inueniuntur basilisci & dracones, ibi bestia chrysocephalus, id est, basiliscus aurei capitis, qui iuxta fontem Nigrum habitans interficit, quicquid videt. In aliquibus partibus est mare continue bulliens. Ibi etiam in aliquibus regionibus est patria continue flammans, quæ à Geruasio Teutonia nominatur. Ista patria, charissimi, potest significare infernum, ibi est ebullitio irrefrigerabilis, ibi est ignis inextinguibilis, ibi est æstus intolerabilis, quia pro certo, charissimi, ibi non est habitatio hominum, id est, virorum rationabilium vel sanctorum, quia sicut dicitur Hiere. 49. *Non habitabit ibi vir, nec incolet eam filius hominis*. Et loquitur de Idumæa deserta sed pro certo ibi est habitatio reptilium & serpentum, id est, dæmonum, & hominum peccatorum. Vnde societas habitatorum istius horribilis loci optime figuratur Ezec. 32. vbi valde mirabiliter loquitur de diuersis exercitibus gentilium, dicens sic: *Dederunt, inquit, fortitudinem suam in terra viuentium*. Et sequitur: *Descenderunt in infernum cum armis suis, & posuerunt gladios suos sub capitibus suis*. Numerantur autem ibidem ista genera personarum, & dicitur ibi, quod ibi est Assur, ibi Elam, ibi Mosoch & Tubal, ibi Idumæa & reges, ibi principes Aquilonis omnes, & vniuersi venatores. In quibus verbis ostenditur, quod in societate ista sunt generaliter

Illi,

Illi, qui
- Temporalibus implicantur. (Assur, id est, negotiator.)
- Melioribus indignantur. (Elam, id est, despiciens.)
- Violentius effrænantur. (Mosoch, id est, capiens.)
- Amicitiis non ligantur. (Tubal, id est, desertus.)
- Immunditiis maculantur. (Ibi principes Babylonis.)
- Pestilentiis excitantur. (Quia ibi sunt venatores.)

C § Primo ergo dico, quod ibi sunt illi, qui sunt in temporalibus implicati, qui scilicet ita vacant mundi negotiis & terrenis, quia Deum & spiritualia prætermittunt. Vnde in Psal. dicitur: *Conuertantur peccatores in infernum, omnes gentes quæ obliuiscuntur Deum.* Et hoc ostenditur, cum dicitur: Ibi Assur. Assur enim interpretatur negotiator. Vnde Zach. 10. *Humiliabitur superbia Assur, & sceptrum* D *Ægypti recedet.* Esaiæ 30. *Pauebit Assur virga percussus.* § Secundo sunt ibi illi, qui sunt peruersis cordibus indignati, scilicet superbi, & arrogantes, qui non reputant nisi se bonos, & omnes alios vilipendunt, quibus dicitur Esa. 14. *Detracta est ad inferos superbia tua, concidit cadauer tuum, subter te sternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes quomodo cecidisti lucifer?* Et hoc ostenditur, cum dicitur [Elam.] Elam enim interpretatur despiciens, & signat superbos similes leoni, qui valde est indignationis, & despectionis naturæ, quia scilicet tales omnes alios despiciunt, & se omnibus anteponunt. Et ideo finaliter ibi vbi est locus despectionis descendunt. Vnde Hier. 49. *Pauere faciam Elam coram inimicis suis, & in conspectu quærentium animam eorum, & adducam super eos* E *malum iram furoris mei, & mittam post eos gladium &c.* § Tertio dico, quod ibi sunt illi, qui sunt mundi diuitiis ampliati, quod ostenditur cum dicitur, Ibi Mosoch, quia Mosoch interpretatur capiens, & signat illos, qui in hoc mundo capiunt, & acquirunt bona temporalia, iuxta illud Naum. 2. *Leo cepit sufficienter catulis suis, & necauit leænis suis, & impleuit speluncas suas præda, & cubile suum rapina.* Iustum enim est, quod illi, qui hic capiunt lucra, ibidem capiant damna, & quod illi, qui hic affluunt diuitiis, ibidem affluant miseriis. Ibi Mosoch inquit. Vnde Ezech. 27. cap. *Græcia & Tubal, & Mosoch ipsi institores tui.* Et ideo de diuite legitur Luc. F 16. *Mortuus est diues, & sepultus est in inferno.* § Quarto dico, quod ibi sunt illi, qui non sunt in amicitiis formati. Ibi inquit Tubal. Tubal deferens vel deserti interpretatur, & signat illos, qui amicos in necessitate deserunt, & dimittunt. Falsi enim amici bene perseuerant in prosperitate, sed totum deserunt in aduersitate. Contra illud Senec. Sic diligamus, quasi desinere non liceat. Isti enim sunt deserentes, quia sicut dicitur Eccles. 13. *Si habueris, commiscet tecum, si nihil habueris, derelinquet te.* Isti sunt ergo Tubal, quia sicut dicitur Genes. 10. *Iaphet,* qui interpretatur latitudo, *genuit Tubal,* quia scilicet latitudo mundanæ prosperitatis generat amicos fallacitatis. Ideo de talibus conuiuis dicitur Prouerb. 9. G *In profundum inferni conuiuæ eius.* § Quinto dico, quod ibi sunt illi, qui sunt carnis spurcitiis maculati, & hoc ostenditur cum dicitur, quod ibi Idumæa, Idumæa enim interpretatur rubea, & sanguinea ad denotandum, quod illi, qui per carnalitatem, & luxuriam sunt sanguinei, & rubei, digni sunt ibidem constitui atque poni. Res enim immunda in locis immundis proiicitur. Et quia luxuriosi immundi sunt, ideo in mundo loco inferni proiiciendi sunt. Vnde de mala muliere dicitur Prouerb. 2. quod *inclinata est ad mortem domus eius, & ad inferos semita illius.* Et Prouer. 7. *Via inferni domus eius, penetrantes in interiora mortis.* Vpupa est auis immunda, & ideo in nido immundo, & stercoribus pleno solet cubare. Sic luxuriosi, quia fœtidi sunt, & immundi, & in nido fœtido, id est, in inferno, digni sunt finaliter hospitari. Vnde de tali Idumæa dicitur Ioel 3. *Ægyptus in desolationem erit, & Idumæa in desertum perditionis.* Et ideo de talibus immundis ad locum immundum inferni descendentibus dicitur Baruch. 3. *Quid est Israel, quod in terra inimicorum es, coinquinatus es cum mortuis, deputa-* H *tus es cum descendentibus in infernum?* § Sexto dico, quod ibi sunt illi, qui sunt in excellentiis honorati. Ibi sunt (inquit) principes Babylonis. Babylon enim interpretatur confusio, quia scilicet illi, qui sunt principes Babylonis, id est, principes confusionis, ibi finaliter sunt recepti. In quo enim peccat quis, in hoc punitur. Et quia principes, & tyranni solent in crudelitate delinquere, subditos crudeliter gubernare, digni sunt crudelitatem à crudelibus dæmonibus pati, & sustinere. Vnde Baruch. 3. [dici]tur de magnatibus, & superbis: *Vbi sunt, inquit, principes gentium, & qui in auibus cœli ludunt?* Sequitur: *Exterminati sunt, & ad inferos descenderunt.* § Septimo ibi sunt, qui violentiis sunt effrænati, [qui de]signantur in nomine venatorum. Ibi enim inquit venatores. I[lli] enim sunt illi, qui pauperes prædantur, & qui ab eis pe[cuniam] temporalis substantiæ rapiunt, & furantur. Similes Nemrod gigantis, qui dicitur fuisse *robustissimus venator coram Domino,* [qui]a scilicet tales dicuntur esse gigantes propter magnit[udinem] mundanæ prosperitatis, dicuntur esse Nemroth, qui [interpre]tatur tyrannus, propter pestilentiam suæ crudelitatis. D[icuntur] esse robustissimi propter excellentiam temporalis potestatis. Dicuntur esse venatores propter violentiam suæ crudelitatis. Tales igitur venatores, & gigantes in inferno [ponun]tur, & ibidem perpetuo commorantur. Vnde Iob 26. *[Gigan]tes gemunt sub aquis, & qui habitant cum eis.* Ideo Baruch. [lo]quitur de inferno, dicens. Ibi (inquit, *fuerunt gigantes illi, qui ab initio fuerunt statura magna, scientes bellum.* Et sic ergo [pa]tet, quod in inferno locabuntur diuersa genera peccato[rum]. Sed de his vide in diuersis titulis huius operis vbi fit mentio de inferno. § Sed si moraliter aut allegorice volumus ... dicere de inferno, possumus notare, quod infernus di[citur] Status

- Hominis pœnitentis,
- Impii pestilentis,
- Sæculi non præsentis.

Vel Infernus potest dici

- Pauper anxius, & tribulatus,
- Diues impius, & effrænatus,
- Mundus noxius, & venenosus.

Et primo dico, quod per infernum potest intelligi ... pauperis anxii, & tribulati, quia reuera multi sunt quorum [vita] nihil aliud est, quam infernus propter continuas miserias, & dolores, & potissime vita pauperum, & pœnitentium, qu[i li]cet in isto mundo habent infernum, vt post hanc vitam ... Paradisum, sicut econuerso, diuites mali hic Paradiso ... & post inferno. Vnde de præsenti tribulatione bonorum po[test] dici illud Psal. *Vita in inferno appropinquauit.* § Sicut enim

In inferno est
- Profunditas,
- Capacitas,
- Obscuritas.
- Aduersitas.

Est profunditas humilis subiectionis Phil. 2. *In nomine Iesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium, & infernorum.* Et Esa. 7. *Pete signum à Domino Deo tuo in profundum inferni.* Est capacitas ... dilectionis, quia scilicet amor omnia comprehendit. Aba[c. 2.] *Dilatauit infernus animam suam, & non adimpletur.* Et Cant. [8.] *[Fortis] est, vt mors dilectio, dura, vt infernus æmulatio.* Est obscuritas tribulationis ... Psal. *Circumdederunt me dolores inferni, torrentes iniquitatis conturbauerunt me. Dolores inferni circumdederunt me,* præoccupauerunt me laquei mortis. Et illud Iob 17. *Infernus domus mea est, & in tenebris straui lectulum meum.* Et aduersitas tribulationis afflictionis quia scilicet sicut in inferno est

- Defectus bonorum,
- Horror dæmonum,
- Copia tormentorum.

Sic apud iustos est

- Defectus, id est, sterilitas paupertatis,
- Horror dæmoniaca, hoc est, tyrannicæ crudelitatis,
- Tormentum multiplicis aduersitatis.

De paupertate n. dicitur Eccles. 14. *Non est apud eum inuenire cibum.* De dæmonibus autem, id est, de tyrannis, qui bonos terrent, & tribulant in hac vita, dicitur Prouerb. 1. in persona peccatorum tyrannorum. *Abscondamus tendiculas contra insontem, deglutiamus eum tanquam infernus viuentem, & integrum quasi descendentem in lacum.* De tormentis vero possunt dicere cum Dauid illud Psalm. *Pericula inferni inuenerunt me, & circumdederunt me tenebræ.* Vita ergo præsens iustorum infernus dicitur, eo quod multis tribulationibus occupatur. Inter tamen iustum infernum, & finalem magna est differentia, quia pro certo iste infernus est temporalis, alius æternalis. In isto Deus adest, vt subueniat. In alio adest, vt interficiat. In isto Deus protegit, in alio cuncta detegit. De [isto] Deus liberat, sed alium nunquam ... Quid enim facerent miseri in inferno præsentium tribulationum positi, nisi [Deus] astaret, & visitaret iuxta illud Psalm. 138. *Si ascendero in cœlum, tu illic es.*

[illegible] *[illegible] rnum adc.* Ni Deus saluaret, & protege- [illegible] *Quis mihi det, vt in inferno protegas me, & abscondas me do- [illegible] furor tuus, & constituas mihi tempus, in quo recorderis* [illegible] Deus exaudiret, & annueret? Ionæ 2. *exaudiuit me de* [illegible] Nisi Deus liberaret, & erueret? Psalm. 29. *Domine* [illegible] *inferno animam meam.* Sic igitur patet quomodo per [illegible] potest intelligi aduersitas pauperis anxij vel tribula- [illegible] [illegible] o dico, quod per infernum intelligitur iniquitas [illegible] impij, & reprobi. Constat enim quod peccator infer- [illegible], in quantum vtriusque conditio compar, & similis [illegible]. Nam

Infernus habet:
- Ignem semper comburentem,
- Fumum sursum ascendentem,
- Lacum cuncta submergentem,
- Fœtorem nunquam exhalantem,
- Tumultum nunquam quiescentem,
- Catenam semper stringentem,
- Vermem semper corrodentem.

§ [illegible] vere dico, quod peccator habet ignem, qui nunquam ex- [illegible] tur, hic est cupiditas. Deuter. 32. *Ignis succensus est in furore* [illegible] *& ardebit vsque ad inferni nouissima.* § Item habet fumum, qui [illegible] [illegible], hic est pomposiitas Esa. 14. *Detracta est ad inferos superbia tua.* § Item habet lacum, quo quisquis mergitur, hic est gulositas. V[illegible]de de diuite epulante quotidie splendide, dicitur Luc. [illegible] *quod* [illegible] *est in inferno.* Per illum enim gulosum gulo- sitate [illegible] o, quæ scilicet in inferno, id est, in peccatore se- pelitur. Esa. 1[illegible]. *[illegible] rum tamen ad infernum detraheris in profundum laci.* § Item habet fœtorem, quo quis inficitur. Ecce carnalitas, id est [illegible] de de mala muliere, sc. de luxuria dicitur Prou. 5. quod [illegible] *eius descendunt in mortem, & ad inferos gressus illius pene- trant.* Ap[illegible] 2[illegible] *Infernus & mors missi sunt in stagnum ignis.* § Item habet [illegible] tum, quo quis concutitur. Hic est rixositas, hoc est d[illegible] [illegible] dia. Vnde de illis tumultuosis, Dathan scilicet & [illegible] tur Num. 16. *quod descenderunt ad infernum viuentes.* Ad[illegible] dum, quod omnis tumultuositas & iracundia apud infe[illegible] est, apud peccatores abundat. Esa. 14. *Infernus subter [illegible] turbatus est.* § Item habet catenam, quæ non dissoluitur. Hæc [illegible] tepiditas, hoc est dictum, pigritia seu acedia. Vnde Ec- cle[illegible] dicitur, *quod non opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia apud* [illegible]

§ [illegible] habet vermem, qui nunquam moritur. Hic est mor- dacitas, hoc est dictum, inuidia, quæ continue mordet mentem. V[illegible]de [illegible] 14. *Infernus subter te conturbatus est.* Sequitur: *Subter te sternetur tinea, & operimentum tuum vermes erunt.* Peccator ergo in- te[illegible] [illegible] tur, eo quod infernum in suis conditionibus imita- tur. [illegible] compara ipsum illi inferno, quem finxerunt Poe- tæ, [illegible] ubi Ixion continue in rota voluitur. Vbi Titius iecur p[illegible] comedendum vulturibus dat, quod tamen continue & [illegible] per [illegible] escit. Vbi Tantalus famelicus in aqua est vsque ad labia, nec tamen bibere, nec ad bibendum collum flectere comprobatur. Et vbi Belides dolium sine fundo semper, & fru- stra [illegible] se conantur. Et vbi insuper Sisyphus saxum de monte ruere permittit, ipsumque continue sursum reportat, vt iterum relabatur, sicut ponunt fabulæ Poetarum. Ixion enim, qui sem- per rotatur, signat vitium ambitionis, quæ de beneficio ad be- neficium, de officio ad officium semper voluitur. Porro *anima inimicorum rotabitur quasi impetu & circulo fundæ,* 1. Reg. 25. Titius, qui iecur proprium vulturibus dat ad comedendum, signat vi- tium carnalis infectionis, quia scilicet iecur, id est, desiderium ipsius continue expenditur, & tamen semper reuiuiscit, & re- uertitur Eccl. 22. *Homini fornicario omnis panis dulcis, non fatigabitur transgrediens vsque ad finem.* Tantalus signat vitium parcitatis, quia scilicet illud in opulentia viuit, & tamen de bonis come- dere non permittit Eccl. 6. *Nihil deest animæ suæ de omnibus, quæ de- siderat, nec tribuit ei Deus potestatem, vt comedat.* Belides significant vitium auaritiæ. Illud enim semper nititur acquirere, & infun- dere, & tamen dolium sine fundo, id est, cor auari nunquam potest replere aut satiare. Prouerb. 27. *Infernus & perditio non re- plebuntur, sic & oculi hominum insatiabiles.* Sisyphus significat vi- tium instabilitatis, aut inutilitatis, quod scilicet saxum, id est, onerosa negotia sine causa portat & reportat, & cum consum- mauerit, iterum inchoat, & sic in æternum, & sine fructu labo- rat. Ecclesiast. 18. *Cumque consummauerit homo, tunc incipiet, & cum quieuerit homo, tunc operabitur.* Talibus ergo pœnis, id est, tali- bus vitijs & affectionibus infernus, id est, peccator impius aut



proteruus repletur & occupatur, propter quod finaliter a Deo morti datur. Morti, dico, id est, diabolo, qui proprie mors vo- catur. Apoc. 6. *Qui sedebat super equum pallidum, nomen illi mors, & infernus sequebatur eum.* Infernus enim mortem, id est, peccator diabolum sequitur, in quantum suis suggestionibus obtempe- rans sibi in vitijs famulatur. Finaliter autem & mors & infer- nus, id est, peccator & diabolus Dei iudicio condemnatur. Fi- gura Apoc. 12. vbi dicitur, *quod infernus & mors missi sunt in stagnum ignis.* Vnde Dominus talibus dicit Ose. 13. *Ero mors tua: ô mors, morsus tuus ero, inferne.* Patet ergo, quomodo per infernum in- telligitur iniquitas hominis impij vel reprobi.

O § Tertio dico, quod per infernum intelligitur peruersitas sæculi noxij & effrænati. Applica, si vis, quomodo mundus si- milis est inferno. Ibi enim sunt dæmones, id est, tyranni incuti- entes horrorem. Ibi ignis auaritiæ, dolor tristitiæ, labor inso- lentiæ, fœtor luxuriæ, &c. Expone & allega, prout supra §. præ- cedenti. Et hæc de inferno sufficiant. De vero autem inferno, inuenies in isto opere in infinitis locis.

## Inferre.

A Nota, quod inferre idem est, quod intus aliquid ferre, seu intus aliquid intromittere vel portare. Accipitur etiam quandoque pro concludere, pro dicere vel ar- guere, pro proponere vel apponere. Et possumus dicere, quod est

Vnum Inferre:
- Probationis,
- Compassionis,
- Deuotionis,
- Saluationis,
- Inuasionis,
- Damnationis.

Nam doctus infert argumentum, vt probet veritatem. Vnde Ioan. 20. *Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis.* Pius in- fert nutrimentum, vt leuet egestatem. Vnde de Iacob dicitur Genes. 27. quod parata cibaria intulit patri, dicens: *Surge, come- de de venatione mea.* Vnde Malach. 3. dicitur: *Inferte omnem deci- mationem in horreum meum, vt sit cibus in domo mea.* Iustus infert sa- cramentum, vt placet deitatem. 3. Reg. 8. *Intulerunt sacerdotes ar- cam fœderis in templum.* Et Hier. 17. *Venient* (inquit) *de ciuitatibus Iu- da.* Sequitur. *Et ab Austro portantes sacrificium holocaustum, & victi- mam, & thus, & inferentes oblationem in domum Domini.* Infert Deus virum gratum in sanctam ciuitatem, scil. post mortem: Exemplo Noe, qui interpretatur pater requies, de quo dicitur Genes. 9. *quod extendens manum suam, apprehensam columbam intulit in arcam.* Columbam, inquit, id est, animam. Infert impius nocumentũ, vt turbet charitatem, contra illud Prou. 17. *Non est bonum, damnũ inferre iusto.* Et 2. Machab. 13. *Inferebant plagam magnam castitati.* Infert dæmon tormenta in amantes prauitatem, vt dicatur il- lud 1. Macchab. 2. *Intulerunt eis,* scil. peccatoribus *bellum sabbatho, & mortui sunt.* Quia reuera dæmones finaliter sabbatho, quo requiescere debuerant, scil. post hanc vitam peccatoribus bel- lum inferunt, in quantum ipsos ad inferni mortem, & damna- tionem. Vide de tractatibus Ferre, Offerre, Conferre, & cæteris similibus. Transeo, quia videtur mihi vocabulum simile.

## Infidelis.

A Licet fides sumatur, vt communiter, pro illa notitia, quam habemus de Deo, & spiritualib. pro tempore huius vitæ, iuxta illud 2. Cor. 5. *Per fidem ambula- mus, & non per speciem,* quia sicut dicitur 1. Cor. 13. *Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem à facie ad faciem.* Philosophi tamen per fidem fidelitatem intellexerunt, iuxta illud Senecæ: *Malo mihi deesse successum, quam fidem.* Et cum infidelitas possit suppo- nere pro contrario tam fidelitatis, quam fidei, nihil aliud di- cam, cum de fide & fidelitate, & de eorum oppositis superius, & in multis alijs locis sit tractatum. Ideo transeo.

## Infinitas. Infinitus.

A Cum finis denotet quandoque, rei perfectionem & complementum, & quandoque rei defectionem & cessamen- tum, hinc est, quod infinitas cum fini sit contraria, potest nota- ri, quod inuenitur

Infinitas:
- Summæ potentiæ, quæ excedit quicquid est creatum,
- Perseuerantiæ, quæ transcendit omne termi- natum,
- Deficientiæ, quæ completiuo nõ attingit statũ,
- Vanæ fluentiæ, quæ non habet quicquam li- mitatum.

aa § Dico

¶ Dico ergo, quod est infinitas summæ potentiæ, quæ designat extensionum perfectionem, & hæc pro certo est infinitas, quæ opponitur defectui & corruptioni, termino & conclusioni temporali & finibili durationi vel damnationi, & sic secundum hanc Deus infinitus dicitur, quia scilicet sua essentia nullo termino clauditur, & sua damnatio nullo tempore terminatur. Ipse enim solus est infinitus actu, cætera vero, si quæ infinita sunt, hoc est, potentia vel habitu, sicut patet de numero, qui in infinitum potest crescere, de materia, quæ est in potentia ad infinitas formas, sicut dicit Plato, quod scilicet materia fluit in infinitum, nisi forma sistat fluxum. Vnde de infinitate essentiæ & bonitatis diuinæ potest dici illud Sap. 7. *Infinitus est n. thesaurus hominib. quo qui vsi sunt, participes facti sunt amicitiæ* Dn. Et Bar. 3. de Deo dicitur, *quod magnum est, & non habet finem.* Sed tamen de infinitate actuali & potentiali, cum istud sit magis philosophicum, quam

B morale, nihil ad me. ¶ Item dico, quod est infinitas perseuerantiæ, quæ designat longam durationem. Et ista est illa, qua iusti dicuntur in infinitum viuere, in quantum in vita ista solent in bono sine defectu perseuerare & persistere, & in quantum in altera vita in æternum & in infinitum poterunt durare, & nunquam amplius deficere. Sic igitur anima, & maxime beata infinita dicitur, pro eo, quod sua essentia & gloria nullo fine terminatur. Vnde de statu & gloria cuiuslibet beati potest dici illud 2. Paral. 17. *Factæ sunt ei infinitæ diuitiæ, & multa gloria.* Et Esa. 9. di-

C citur, *quod regni eius non erit finis.* ¶ Item [illegible] quod est infinitas deficientiæ, quæ designat imperfectionem[illegible] Et ista quandoque bene incipitur, sed nunquam finitur, seu completur, nec ad finem seu complementum deducitur, contra illud, quod dicebat Dauid in Psalm. *Omnis consummationis vidi finem;* Ita quod de talibus infinitis & incompletis potest dici illud Marci 13. *Nondum finis.*

D ¶ Item dico, quod est infinitas vanæ fluentiæ, quæ denotat indeterminationem. Et ista est, quando homo imbecillis & vanus est tecte sine termino, & sine fine debito, & moderamento. De materia enim prædictum est, quod ipsa fluit in infinitum, nisi forma resistat fluxui. De aqua etiam dicitur, quod in infinitum flueret, nisi alieno termino sisteretur. Sic vere multi sunt, qui in infinitum volunt fluere, & nunquam suis malis desiderijs, & suis malis operibus, & nefarijs, aut suis fatuis opinionibus & versutijs volunt modum aut finem ponere, sed in omnibus in infinitum vagari, & discurrere. De infinitis enim desiderijs, & affectionibus dicit Sene. in epistula, quod ipse nescit verum desideria nostra naturalia sint, pro eo quia naturalia finita sunt, nostra autem desideria infinita. De infinitis autem auaritijs, & acquisitionibus, id est, de illis, qui non ponunt finem in acquirendo, dicitur Baruch. 3. *Non est finis acquisitionibus illorum.* De infinitis vero opinionibus, & versutijs dicitur Eccl. 7. *Inueni, quod fecerit Dominus hominem rectum, & ipse infinitis se miscuerit quæstionib.* De infinitis etiam nequitijs, & malis operationibus dicitur Iob 22. *Propter malitiam tuam plurimam, & infinitas iniquitates tuas veniet Deus tecum in iudicium.* Et breuiter de quacunque mala infinitate dici potest illud Eccl. 1. *Stultorũ infinitus est numerus.* Sic igitur patet quomodo infinitas sumitur diuersimode. Vide supra de fin.

## A Infirmitas. Infirmus.

Nota, quod infirmitas, morbus, & ægritudo pro eodem supponunt. Et possumus breuiter distinguere, quod est

Infirmitas
- Spiritualis,
- Naturalis,
- Corporalis,
- Æternalis.

Infirmitas spiritualis nihil aliud est, quam peccatum, seu pronitas, vel inclinatio ad peccandum. Infirmitas enim denotat mihi quandam facilitatem seu pronitatem ad casum. Sic infirmitas idem est quod peccator, quia scil. peccator semper est debilis ad resistendum, & facilis ad cadendum, & ad delinquendum. Vnde Samson fortissimus mortalium dixit Iud. 16. *quod si septem funibus ligaretur, infirmus vt cæteri homines efficeretur.* In quo denotatur, quod illi, qui septem funibus, id est, septem peccatis mortalibus sunt ligati, ad infirmitatem spiritualem necessario sunt parati. Vnde de qualibet infirmitate dicitur 1. Cor. 11. *Multi*

B *infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi.* ¶ Vnde nota, quod sicut est multiplex corporis infirmitas, sic & animæ. Nam

Infirmantur quidam in
- Capite,
- Oculis,
- Pectore,
- Manibus,
- Ventre,
- Renibus,
- Pedibus.

Sic pro certo loquendo spiritualiter, quidam sunt, qui diuersimode per diuersa crimina sunt infirmi, quia scilicet

Infirmantur quidam in
- Capite per superbiam,
- Oculis per inuidiam,
- Pectore per iracundiam,
- Manibus per auaritiam,
- Ventre per gastrimargiam
- Renibus per luxuriam,
- Pedibus per pigritiam.

C ¶ Primo ergo dico, quod est infirmitas capitis, quæ [illegible] superbu. Et ista est illa infirmitas, quæ dicitur Apoplexia qua facit hominem cadere. Materia enim furibunda, & melan[illegible] rapitur ad caput, vias sensuum, & neruorum claudit, & [illegible] & motum homini tollit, & ipsum cadere vt mortuum facit. Sic vere charissimi, dico, quod quando aliqua mala cogitan[illegible] tur ad caput imaginationis humanæ, vt pote quia cogitat gratias, & sufficientias proprias, nobilitatem, fortitudinem, & diuitias &c. quia scilicet tunc temporis, caput suæ imaginationis per superbiam occupatur, spiritus humilitatis impeditur, sensus discretionis clauditur & obscuratur, per motus bonæ operationis adnihilatur, & sic finaliter casus æternæ damnationis procuratur. Vnde Esa. 40. *Iuuenes infirmitate sua cadent.* Et ista est propria infirmitas capitis, id est, peccatum imaginationis. V[illegible] de Iudith 8. *Venit æstus super caput Manasse, & mortuus est.* Vel etiam potest dici, quod superbia est infirmitas capitis, id est, capitaneorum, principum, & prælatorũ, quia sicut dicitur Esa. *Omne caput languidum, & omne cor mœrens.* Ista est igitur infirmitas capi-

D tis, quæ est superbia. ¶ Secundo dico, quod est infirmitas oculorum, quæ est inuidia. Sicut enim oculi infirmi difficulter, & grauiter ferunt lucem, sic inuidi difficulter, & grauiter ferunt alienam prosperitatem. Isti enim habent oculos basilisci, qui desiccat, & interficit quicquid videt, quia scilicet omnes, quos isti vident prosperari, nituntur deprimere, & etiam per odium eneruare. Vnde dicit Seneca. Vtinam (inquit) inuidi haberent oculos in omnibus ciuitatibus, vt de omni fœlicitate torquerentur. Nam quot sunt ibi bona fœlicium, tot sunt tormenta Inuidorum. Vnde de infirmitate inuidiæ potest dici illud Mich. 1. *Infirmata est in bonum, quæ habitat in Marath*, id est, amaritudinibus, quia scilicet inuidus, qui habitat in Marath, id est, in amaritudine inuidiæ, tunc infirmatur, & dolet, quando bonum & prosperitatem alterius percipit, atque videt. Tales inuidi [illegible] tantur in Hel. 1. Reg. 13. cuius oculi adeo caligauerant, quod lucernam ardentem, & lucentem videre non poterant, extinctam tamen lucernam sine dolore videbant, quia scilicet oculi inuidorum illos, qui sunt prosperitate lucentes, & fulgentes, videre nequeunt nec respicere præ inuidia, & dolore, illos vero, qui per paupertatem sunt extincti, & qui in hoc mundo nihil prosperum mundi habent, sine dolore inuidiæ respiciunt, atque vident, quia secundum Senecam, Sola miseria caret inuidia. Isti

E ergo infirmantur oculis per inuidiam. ¶ Tertio dico, quod quidam infirmantur in pectore per iracundiam. Tunc enim pectus infirmatur, quando aliquo apostemate furioso interius prægrauatum est. Sic proculdubio cor hominis infirmatur spiritualiter, quando furore iracundiæ prægrauatur cordialiter. Vnde iracundiæ possunt dicere illud 2. Cor. 11. *Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror?* ac si diceret, nul-

F lus. ¶ Quarto dico, quod quidam infirmantur in manibus per auaritiam. Et ista est chiragra spiritualis, quæ ita claudit, curuat, & stringit manus auari, quod ipsas nequit extendere ad aliquã largitatem. Manus enim talium sunt similes manibus, & vnguibus auium prædalium, & rapacium bestiarum, quæ scilicet sunt curuæ & clausæ, & acutæ. Acutæ dico, vt faciliter rapiant, curuæ vero, & clausæ, vt firmiter & fortiter teneant, quia scilicet auari faciliter aliena capiunt, & firmiter retinent, quod ceperint. De ista ergo manuum infirmitate dicitur Deut. 32. *Vidit, quod infirmata sit manus, & clausi quoque defecerunt, residuique consumpti*

G *sunt.* Isti ergo infirmantur in manibus per auaritiam. ¶ Quinto dico, quod quidam infirmantur in ventre per gastrimargiam. Gastrimargia enim, id est, peccatum gulæ similis est infirmitati stomachi, quæ vocatur bulimus, quæ est quidam insatiabilis appetitus, quia scilicet gulosi, quasi insatiabiliter solent cibos

vasios

[illegible] am [illegible] dicitur
[illegible], de [illegible] firmitate
[illegible] *infirmitas, & audietas ep-*
[illegible] crapulam multi obierunt,
[illegible] Illi ergo, infirmantur in
[illegible], quod quidam infirman-
[illegible] luxuriam. Secundum enim
[illegible] ibus propter hoc, quando n-
[illegible] cantandum, quod per pinguedi-
[illegible] tatum venit in nostris renibus in-
[illegible] oluptatis. Vnde de talibus teni-
[illegible] *Dissolutisti omnes renes eorum.* Et ideo de
[illegible] 1. Mach. 1. *Iuuenes, & virgines infirmati*
[illegible] in rebus per luxuriam, & immunditi-
[illegible] quidam infirmantur in pedibus pes
[illegible] est podagra pedum, quasi quis infirma-
[illegible] bona opera se mouebit. Ista est infirmi-
[illegible] Paral. 16. *quod ægrotauit Asa dolore pedum*
[illegible] *infirmitate sua quæsiuit dominum.* Igitur patet,
[illegible] infirmitatibus infirmatur. ¶ Et possumus
[illegible] dicitur infirmus quadruplici ratione, vi-

[illegible] ad { Bonum faciendum, / [illegible]nus sustinendum, / [illegible]sum ascendendum, / Hosti resistendum.

¶ [illegible] debilis, & infirmus ad bona opera
[illegible] *Videte, quod infirmata sit.* ¶ Item
[illegible] sustinenda, quia scilicet onus pœni-
[illegible] ationis nequit sustinere. Vnde in
[illegible] *paupertate virtus mea.* Et Ezech. 21. di-
[illegible] *manus, & infirmabitur omnis spiritus.*
[illegible] debiles, sunt ad sursum surgendum, &
[illegible] vix possunt à peccato surgere. ¶ Item
[illegible] us resistendum. Vnde in Psal. de
[illegible] *um stratum eius versasti in infirmitate eius.*
[illegible] ex infirmitas spiritualis. ¶ Item di-
[illegible] mitas temporalis, seu etiam corpo-
[illegible] *mitas mea est, & portabo eam.* ista vero
[illegible] atientia sustinenda. Sicut enim in in-
[illegible] summuntur, & vacuantur, ita quod
[illegible] nior efficitur, sic quantum ad spiri-
[illegible] tribulationis vel corporalis affli-
[illegible] ter sanat, & humores peccatorum, &
[illegible] at, atque purgat. Vnde dicitur Ec-
[illegible] *am facit animam.* Nota ergo breuiter,
[illegible] est, quia scilicet
Deus requiritur,
[illegible] mo conuertitur,
[illegible] perficitur.
¶ [illegible] homo per infirmitatem corpo-
[illegible] concurrere, & ipsum deuotius ex-
[illegible] ando infirmantur, solent herbas me-
[illegible] ad cœlum sursum leuare, & quodam
[illegible] m implorare. In quo quidem na-
[illegible] struimur, quod quando infirmitatibus grauamur, ad
[illegible] affectuosius recurrere coarctamur. Quia pro certo sicut
[illegible] in igne positum, mollius & ductilius efficitur: sic homo
[illegible] nius, melius per contritionem, mollius
[illegible] atem artificis, id est, Dei, vel prælati, per
[illegible] regitur, & formatur. Vnde in Psal. dici-
[illegible] *infirmitates eorum postea accelerauerunt.* ¶ Item
dico, quod [illegible] itatem homo conuertitur. Sicut enim me-
tallum [illegible] ita, quod in modulo positum potest
in aliquam [illegible] figuram conuerti: sic homo dum graui
infirmitate [illegible] facilius in bonum virum conuertitur, &
[illegible] ctum est, infirmitas carnis sobriam facit
animam. ¶ Item [illegible], quod per infirmitatem virtus perficitur.
Sicut videmus, quod ignis, quando exterius per ventum
[illegible] & roboratur: sic sancti, quando
[illegible] exterius pulsantur, tunc virtute & perfectio-
[illegible] tur. Vnde Ioel 3. dicitur. *Infirmus dicat,*
[illegible] Reg 2. *Infirmi, accincti sunt robore*; quia sic-
[illegible] *tus in infirmitate perficitur.* Et ideo dice-
Do[illegible] Beichorq.

[illegible] idem Apostolus: *Libenter gloriabor in infirmitati[illegible] vt [illegible] in me virtus Christi.* Ista est infirmitas corporalis. ¶ Sed ad- M
huc possemus dicere, quod est quædam infirmitas naturalis. Et
ista est infirmitas humanæ debilitatis, de qua dicit Dominus
Matt. 26. *Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.* Quando
enim Adam fuit per peccatum vulneratus, ipse totam huma-
nam naturam vniuersis infirmitatibus subiugauit, & inde ei
processit

Infirmitas { Doloris, / Laboris, / Fletus, / Metus, / Famis, / Sitis, / Mentis.

De talibus ergo infirmitatibus dicebat Dauid in Psalm. *Misere-
re mei Domine, quoniam infirmus sum.* Sed de his longū esset singula
tractare, ideo omitto gratia breuitatis. Et sic ergo patet, ꝙ est

Infirmitas { Spiritualis, / Corporalis, / Temporalis.

Et hæc de infirmitate sufficiant.

**Inflare.** Fertilis poterit esse materia de Inflare, sed paucæ A
sunt aut nullæ auctoritates vocales. Vide infra in
tabula, & de Vento.

**Influere. Influentia.** Nihil est in Biblijs, vide in
tabula.

**Infringere.** Vide in titulo Frangere.

**Infructuosus.** Vide in titulo Fructus, & in titulo Ste-
rilitas.

**Infundere.** Similiter paucissimæ sunt auctoritates.

**Ingemiscere.** Lege supra in titulo Gemere.

**Ingens.** Idem est, quod magnus, vel grandis, notabilis, &
solennis.

**Ingratitudo.** Multa possunt dici de ingratitudine, sed
quia in valde multis titulis, & maxime in
tit. Gratitudo, & Gratiarum actio, fit mentio de eadem, & ma-
xime in scriptura paucissimæ sunt auctoritates vocales, ideo
breuiter pertranseo. Notabis ergo, quod ingrati dicuntur illi,
qui aliena beneficia continue volunt recipere, nunquam tamen
recompēsare aut retribuere. Similes enim videntur mari, quod
cōtinue recipit aquas dulces nunquam tamen propter hoc dul-
ce aut potabile inuenitur. Similes etiam sunt vosaginibus, quæ
continue aquas attrahunt, attractas tamen nunquam reddunt.
Similes etiam sanguisugis, quæ sanguinem alienum non cessant
sugere, nunquam tamen, nisi molestatæ & compressæ ipsum vo-
lunt euomere vel restituere. Sic vere dico de ingratis, quia reue-
ra illi, licet à se, & primo dulces aquas, i. e. dulcia beneficia reci-
piant incessanter, & sanguinem alienæ substantiæ attrahant, sur-
gant, & absorbeant pro viribus incessanter, ipsi tamen nullam
gratitudinis dulcedinem recipiunt, sed amari & ingrati perse-
uerantes non recompensant aliquid, nec reddunt, nec aliquid,
nisi coacti, retribuunt aut ostendunt. Arbitrantur enim tales o-
mnia sibi quasi ex debito fieri, & ad recompensandum alicui
non teneri. Vnde Bern. de diligendo Deum dicit, quod super-
bia est, & delictum maximum, vti datis tanquam innatis, & in
acceptis beneficijs gloriam vsurpare. ¶ Et si vis, nota, quod in- B
gratitudo facit generaliter tria mala. Nam

Ingratitudo { Creatorem ad iram prouocat, / Largitorem à dando reuocat, / Possessorem ad peccata aduocat.

¶ Dico ergo, quod per ingratitudinem prouocatur ira creato-
ris, quia pro certo Deus non diligit ingratos, sed potius eos o-
dit, tanquam sibi contrarios, cum sit gratus. Vnde Petrus Rau.
in Epist. Nihil sic indignationem Dei prouocat, sicut ingratitu-
do; ipsa enim est malorum prouocatio, beneficiorum exinani-
tio, meritorum exterminatio. ¶ Item per ingratitudinem reuo-
catur manus largitoris. Quia reuera manus benefactoris à dan-
do se retrahit, quando virum ingratum prius inuenisse se sen-
tit. Et sic ingratus non solum sibi, sed alijs multis officit, quos sc.
impedit atque lędit; quod tamen secundum veritatem non de-
bet, quia scilicet propter ingratos nunquam debet liberalis o-
mittere, benefacere, Exemplo Dei, *qui Solem suum facit oriri super
malos.*

*malos.* De quo Luc. 6. *Estis filii Altissimi, quia ipse benignus est super ingratos, & malos.* Et ideo sapientis non debet cessare ingratis, & aliis benefacere, quia sicut dicit Senec. li. 2. de beneficiis. Qui ingratus est in vno beneficio, non erit ingratus forsitan in sequenti, imo tertium beneficium præcedentium memoriam reuocabit. Melius est igitur ingratitudinem non ostere, & debitum suum facere, vt sic possit aliorum malitiam superare. De quo Seneca ad Lucil. Epist. 81. Quereris incidisse te in hominem ingratum, si hoc nunc primum age aut fortunæ aut diligentiæ tuæ gratias, sed nihil facere hoc loco diligentia potest, nisi te malignũ. Nam si hoc periculũ vitare volueris, non dabis beneficia, ita ne apud alium pereant, apud te peribunt. ¶ Item per ingratitudinem ad nocantur peccata possessoris, quia sc. ingratitudo possessorem suum solet Deo, Angelis, & hominibus odibilem facere & pœnam æternam talibus procurare. Ingratitudo enim infidelitati & perditioni est consanguinea, iustitiæ naturali contraria, virtutum mors, & omnis fœderis inimica. Vnde Bernard. super Cantica. Ingratitudo inimica est animæ, exinanitio meritorum, virtutũ dispersio, beneficiorum perditio, ventus vrens, siccans fontem pietatis, rorem misericordiæ, fluenta gratiæ. Chrysost. vero super Matthæum dicit: Quanto dantur beneficia potiora, tanto ingratis dabuntur supplicia grauiora. Sic ergo patet triplex malum, quod facit ingratitudo. Transeo breuiter, quia supra de ingratitudine, & obliuione, & similibus multa ponuntur.

A **Ingrauatus.** Vide supra de Grauasse, & Aggrauasse.

**Ingressus. Ingredi.** Nota, quod ingredi idem est, quod introgradi. Vnde ingredi nihil aliud est, nisi alicubi introire. Cum igitur ingressus introitum in locum designet, ideo secundum naturam statuum, vel locorum possumus distinguere bonos vel malos ingressus. Dicamus ergo primo de ingressu humano. Et sic nota, quod ingressus generaliter triplex est, scilicet,

Ingressus { Humanus, Diuinus, Diabolicus.

Possumus autem distinguere breuiter quatuor ingressus humanos. Est enim

Ingressus humanus { Virtuosus, Vitiosus, Dolorosus, Gaudiosus.

Primus est ingressus in statum perfectum,
Secundus est ingressus in statum infectum,
Tertius est ingressus in tristem infernum,
Quartus est ingressus in cœlum supernum.

Ingressus virtuosus est ingressus religionis, bonæ societatis, vel status pœnitentiæ &c. Vnde Ioel 1. dicitur: *Ingredimini, cubate in sacco ministri Dei mei.* Ingressus vitiosus est ingressus ad delectabilia mundanæ habitationis. Iosue 2. *Ingressi sunt domum mulieris meretricis.* Ingressus dolorosus est ingressus ad tormentum infernalis desolationis. Vnde Exod. 15. *Ingressus est enim Pharao cum curribus & equitibus in mare rubrum, & reduxit super eos Dominus aquas maris.* Ingressus autem gaudiosus est ingressus ad conuiuiũ cœlestis consolationis, de quo Heb. 4. *Festinemus ingredi in illam requiem.* Et in Psalm. *Surge Domine, in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tuæ.* ¶ Primo ergo dicamus aliquid de ingressu virtuoso, & dicamus, quod sicut libenter ingreditur

Pauper domum Dei seu bonum hospitium, vt hospitetur,
Famelicus in conuiuium, vt satietur,
Bonus miles in prælium, vt coronetur,
Homo obsessus in præsidium, ne subiugetur.

B Sic pro certo nos debemus libenter ingredi statum pœnitentiæ vel Ecclesiæ, quia pro certo ibi est hospitium, in quo boni recolliguntur. Conuiuium scilicet scripturæ, in quo docti reficiuntur. Stadium seu prælium, in quo pugnantes probantur, & coronantur. Præsidium, in quo debiles à suis hostibus defenduntur, vnde Hier. 8. *Conuenite, & ingrediamur ciuitatem munitam, & sileamus ibi.* Sicut enim tempore guerrarum populus ingreditur ciuitates munitas, cuniculi etiam timentes capi, terrarum ingrediuntur cauernas, sic illi, qui guerras tentationum sentiunt, & qui capi à diabolo metuunt, ciuitatem religionis vel Ecclesiæ, vel cauernas pœnitentiæ debent ingredi, vt à suis hostibus valeant esse tuti. Vnde cuilibet dicit Dominus Hier. 3. *Patrem vocabis me, & post me ingredi non cessabis.* Quod figuratum est Gen. 6.

bi ... acceptum ... *arcam tu & filii ... & vxor tua, & vxores filiorum ...* de tali ingressu præcipitur figurate Ezec. 1 ... *ingredere in medio rotarum, quæ sunt inter Cherubin.* ¶ In q... ostenditur, quod locus perfectionis ingrediendus est, quia ...

Securior habitatio,
Facilior operatio,
Subtilior informatio.

In loco enim isto securius commoramur, quia sumus ... vtilius operamur, quia ibi sunt rotæ, quæ scil. facil... tur subtiliter informamur, quia ibi sunt Cherub... pretatur plenitudo scientiæ. Dico ergo, quod loc... religionis, & perfectionis ingredi debemus vt sec... moremur, quod ostenditur, cum dicitur. In medio ... medio totaliter, tutius est, quam esse in aliquo ... Vnde in medio castrorum solent turres fieri ... tiori ... habitatio possit esse. Hostes enim ... liter inuadunt partem mediam sicut primam. Et ... cur iste dicitur medium, bene dico, quod locus ... dici status religionis, & perfectionis, quia est sicut q... ras, quoddam præsidium, quoddam fortalitium ... clesiæ militantis vbi scil. est perfecta securitas seu ... nim dicitur in Psal. *Operatus est salutem in medio.* Et si... 3 Reg. 8. *Sanctificauit rex medium atrii quod erat ante dom...* Et ideo propter iste est illa turris, de qua loquitur ... at, vbi dicitur, *quod paterfamilias ædificauit in medio turrim,* ... tur dico, quod ingredi debemus illum locum ... commoremur. Hier. 35. *Venite ingrediamur Hierus... tum Chaldæorum, & à facie exercitus Syriæ,* quia sicu... *Ille habitabit in tabernaculo Domini, qui ingreditur sine macula ... tur iustitiam.* ¶ Item dico, quod ingredi debemus statum istum, vt facilius operemur, quod ostenditur, qu... In medio rotarum. Per rotas enim quæ modicu... liter mouentur, intelliguntur illi, qui modico ... næ inspirationis, motionis vel prædicationis in bonis occupantur, de quibus dicitur Ezech. 10. *Rotas ipsas vocauit volubiles.* Vnde de tali ingressu ad bene operandu... tur Act. 9. *Surge, ingredere ciuitatem, & ibi dicetur tibi, quid facere.* Et si petat, quæ sunt illa, quæ nos oportet facere ... illa opera ad quæ facienda debemus ingredi locum istum ... respondeo, quod ista sunt

Opera { Contritionis, Confessionis, Satisfactionis, Meditationis.

De contritione dicitur in Psalm. *Tota die contristatus ...* De confessione dicitur in Psalm. 117. *Aperite mihi portas ... & ingressus in eas confitebor Domino, hæc porta Domini, & iusti ... in eam.* De satisfactione dicitur illud Iohel 1. *Ingredimini, ... in sacco ministri Dei mei.* De meditatione dicitur Ezech. ... *re, & includere in medio domus tuæ.* Et reuera isti debent quasi ... que saccum meditationis induere, & ibi solitarie conuer... & per meditationem ingredi omnia loca necessaria ad ... tem, vt scilicet meditatio nostra ad modum exploratoris ... at in quolibet quid agatur. Ergo ingredi debet seipsum, mundum, mortem, infernum, & Paradisum. Seipsum dico, vt doleat defectum moralem. Mundum, vt horreat populum brutalem. Mortem, vt videat terminum finalem. Infernum, vt ... meat gladium lethalem. Paradisum, vt ferueat ad locum vitalem. De ingressu ad cor proprium, & ad considerandum ... ret ... interius semetipsum, dicitur Hier. 47. *Vsquequo concides ô mucro Domini? vsquequo non quiesces? ingredere in vaginam tuam, & refrigerare & sile.* De ingressu in mundum, scilicet ad considerandum ipsius abominabilem ritum, dicitur Ezech 8. *Fili hominis ingredere parietem, & fode.* Sequitur. *Et vide abominationes pessimas, quas faciunt.* De ingressu ad mortem siue ad sepulchrum, scilicet ad considerandum mortalem statum, & inde finem, & terminum, dicitur 2. Reg. 12. *Dauid ingressus seorsum iacuit super terram,* scilicet dum videbat filium morientem. Esa. 2. *Ingredere in petram, & abscondere in fossa humo.* De ingressu in infernum, scilicet ad considerandum eius miseriam atque luctum, & damnatorum suspirium, & tormentum, & diuersa supplicia, dicitur Esa. *Ingredientur scissuras petrarum, & cauernas saxorum à facie formidinis Domini.* De ingressu vero ad Paradisum ad cõsiderandum eius lætitiam atq; cantũ, & ipsius abundantiam, atq; fructum, dicitur Heb. 4.

[illegible] meditatio- [illegible] sic patet, quod ingre- [illegible] cilius operemur, quod po- [illegible] domum Dei, quæ est Eccle- [illegible] diuntur, & promouentur, de- [illegible] vt bonum operentur. Esa. 26. *A- [illegible] ingreditur gens iusta, custodiens veritatem.* Causa di- mali pe[illegible]entur. Eccl. 4. *Custodi pedem tuum ingre- diens* [illegible] ne dissensione, vt cuncta fœderentur. 3. Reg. *ingressus tuus: Respondit. Pacificus.* Ingrediamur ergo [illegible] dius, & virilius operemur. In medio, in- ch. 1. *Spiritus vitæ erat in rotis.* ¶ Item dico, quod [illegible] lis locus, vt sagacius informemur, quia ibi viri pleni scientiæ. [Inter Cherubin inquit.] [illegible] latu melius informatur per ingressum studij, quia ibi sunt multæ personæ repletæ scientia, etiam ho mo melius illuminatur, quando in- plura luminaria sunt accensa, sic vere ho- [illegible], quando ingreditur Ecclesiæ, pœniten- [illegible]tum; vbi sunt plures homines fide, & sapi- [illegible] ingressus viæ orientalis, de quo dicitur *Dei Israel ingrediebatur per viam orientalem, & [illegible] eius.* Via enim orientalis, quæ partici- [illegible] statum hominum perfectorum, in quibus [illegible] bundat. Quia reuera, status Ecclesiæ, vel [illegible] herubin, id est, viri discreti, & iusti, est no- [illegible] iuste, & licite appetendus. Arca enim testa- [illegible] mentorum Cherubin ponebatur, quia scil. illi qui [illegible] odes, debent esse inter Cherubin, id est, in- [illegible] tos, & discretos, quorum debet conscientias [illegible] enim dicitur 3 Reg. 7. *In templo Salomonis erant [illegible], & palma, quasi in similitudinem stantis hominis.* Ad quod in templo Ecclesiæ sunt homines lumino- [illegible] quia ibi sunt Cherubin, sunt homines vi- [illegible] cientiam, quia ibi sunt leones, sunt homines vi- [illegible] ctoriam, quia ibi sunt palmæ. Deus enim [illegible] multas lucernas luminosas, & claras, quas [illegible] sub modio, sed super candelabrum, quia sc. [illegible] sed apparere, & hoc, vt ingredientes lumen [illegible] vt sic de quolibet pabulum scientiæ requirente [illegible] *ingredietur, & pascua inueniet.* Et sic ergo pa- [illegible] locus est ingrediendus triplici ratione, scilicet,

[illegible] { [illegible] securitatem,
Motus sedulitatem,
S[illegible] lus subtilitatem.

[illegible] issimi, multi sunt homines, qui non quæ- [illegible] clesiæ, vt habeant ista tria, quia scil. am- [illegible] ter ingrediuntur statum Ecclesiæ, nō [illegible] lem sanctitatem, sed vt habeant tempora- [illegible] on vt habeant bona opera, sed vt faciant [illegible] sequitur discretionem, sed vt lucrentur

E [illegible] de nouo, quod Ecclesiam Dei

Ingrediuntur quidam {
Procaciter, & tumultuose,
Carnaliter, & affectuose,
Fallaciter, & insidiose,
Venaliter, & pecuniose.
}

¶ [illegible] ergo, quod quidam ingrediuntur procaciter, & tumul- [illegible] sunt illi, qui per potentiam armorum, & nobilita- [illegible] generis status ecclesiasticos se ingerunt violenter, & qui ibidem [illegible] nobilitatis obseruator, bona pauperum ma[illegible], & canibus, pompis, conuiuijs, vestibus parti- [illegible] vastant. Contra quos dicitur Amos 6. *Væ, qui opulenti [illegible], & confiditis in monte Samariæ, optimates, capita populorum, ingredientes pompatice domum Israel.* Illi sunt similes qui- busdam [illegible], quæ vocantur Furio, quæ cum habeant ventrem [illegible], libenter ingrediuntur aluearia bo- narum apum, [illegible] non, vt mellificent, cum mellificare nesci- ant, sed vt mella aliarum deuorent, & consumant, sicut dicit Plinius. Qui pro certo charissimi, simoniaci & ambitiosi, quorum venter, id est, appetitus est ita insatiabilis & magnus, quod non potest beneficijs satiari, & etiam nobiles genere, qui [illegible] nomine talium possunt nuncupari, qui etiam satiari non [illegible] ec aliquo moderamine contentari, qui vt communi- [illegible] oder[illegible] semper viuunt, libenter ingrediuntur, al- [illegible] veratum apum, id est, status & collegia clericorum & re-

*Diction. Berchorij.*

ligiosorum, & hoc pro certo, non [illegible], sed [illegible] mel di- uitiarum acquirant. Quia reuera tales cum latissimum ven- trem habeant, id est, cum maximum statum & hospitium vo- lunt tenere, necesse est, eos multa cibaria, id est, multa benefi- cia, & quæ multis bonis personis sufficerent, procurare, & sic multa mella alijs debita manducare: quapropter certe multo melius esset, quod tales Ecclesiam non ingrederentur, quam quod tot bona per eos vastentur, & quod ipsis abundantibus multi boni mendicare compellantur. De ingressu talium dici- tur Thren. 1. *Vidit gentes ingressas sanctuarium tuum, de quibus præce- peras ne intrarent Ecclesiam tuam.* Vnde proprie tales figurantur, Dan. 14. vbi dicitur, *quod per ostiolos occultos ingrediebantur sacerdo- tes, & vxores, & paruuli eorum templum Bel, & quicquid de cibis super mensam positum fuerat, consumebant,* sed istam figuram vide exposi- tam in titulo de Idolo. Isti ergo bene dicuntur Fures, à furan- do, quia scilicet quicquid super illud expendunt, furtum est, & ra- pina. Et sic dico, quod isti magis ingrediuntur ad furandum, quam ad necessitates Ecclesiæ procurandum. De quibus dici- tur Oseæ 7. *Fur ingressus est, spolians latrunculus foris.* Isti sunt ergo, qui ingrediuntur procaciter, & impetuose. ¶ Item dico, quod F
quidam ingrediuntur carnaliter & affectuose, sicut scilicet sunt parentes, & consanguinei prælatorum, qui scilicet affectione carnali introducuntur, & ingredi permittuntur. In quodcun- que enim foramen caput ingressum fuerit, ingrediuntur etiam faciliter cætera membra. Sic moraliter loquendo, postquam capita, id est, capitanei, & principaliores ingressi fuerint in Ec- clesiam sanctam Dei, statim volunt, quod omnia membra eo- rum, id est, omnes consanguinei, & omnes familiares ingredi- antur, & ad dignitates, & beneficia post eos admittantur. Dan. 14. *Sacerdotes autem ingressi sunt nocte, iuxta consuetudinem suam, & vxores, & filij eorum, & omnia comederunt & biberunt.* Isti ergo in- grediuntur carnaliter & affectuose. ¶ Item dico, quod quidam G
ingrediuntur fallaciter & insidiose. Et isti sunt hypocritæ, simi- les auiculæ, quæ dicitur Rex auium, quæ secundum Plinium leniter & dulciter ventrem ingreditur crocodili, sed tamen i- bidem corrodit ipsius intestina. Idem facit eidem crocodilo quidam serpens, qui ichneumon dicitur, leniter enim dentes crocodili scalpens in ventrem ipsius illabitur, & cum ibidem fuerit, ipsum perforat & occidit, sicut dicit Plin. & Isid. Sic ve- re charissimi, hypocritæ, & fallaces suauiter cum magnis dissi- mulationibus & fictionibus quandoque ventrem Christi, id est, claustrum vel collegium vel etiam prælatos ingrediuntur, & quia boni creduntur, ibi ingredi permittuntur 3 Reg. 14. *In- gredere vxor Hieroboam.* Sed vere cum ibidem fuerint, dicetur eis merito, quod ibidem vxori Hieroboam dictum est: *Cur alienam te simulas,* id est, cur te aliam ostendis, quam apparuisti? cur in- troductus niteris nos rodere, & totum ventrem Ecclesiæ dissi- pare? Exemplo Saul, qui erat rex humillimus, factus rea fuit nequissimus. Et exemplo Zamri 3. Reg. 16. *qui ingressus palatium, succendit se cum domo regia, & mortuus est rex nequissimus.* Vnde Prou. 23. *Ingreditur blande, nouissime vero mordebit, vt coluber & quasi regu- lus venena diffundet.* Isti ergo ingrediuntur fallaciter & insidiose.
¶ Item dico, quod quidam ingrediuntur venaliter & pecunio- se. Et isti sunt simoniaci, qui scilicet non habent ingressum in Ecclesiam, nisi pecunia mediante. Sunt enim aliqui populi, qui hominem alterius sectæ ad se venire vel ingredi non per- mittunt, nisi sub titulo mercaturæ, mercatores tamen solent re- cipere, ipsosque fauore mercium, non ipsorum ad se permittunt, ingredi & intrare, sicut fit apud Bastoldos, qui in finibus Indiæ habitant inter montes cum duplici facie, humana, scilicet, & canina. Sic vere aliqui sunt hodie ecclesiastici prælati, qui nul- lum ingredi ad se permittunt ad beneficia ecclesiastica obti- nenda, nisi mediante simoniæ mercatura. Dicunt enim, *quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam?* scilicet beneficium. Et illi constituerunt ei triginta argenteos, &c. Pretio enim appretia- ti sicut constituit illis diabolus, vendunt ista. Et hoc fit potissi- me apud eos, qui duplicem habent faciem, id est, apud simo- niacos, qui exterius sunt homines, iustitiam simulando; intus tamen sunt canes, auaritiam exercendo Eccles. 2. *Væ peccatori ter- ram ingredienti duabus vijs.* Sed non sic, charissimi, sed habeamus bonum ingressum. Patet igitur, quod est ingressus quidam vi- tiosus. ¶ Secundo principaliter dico, quod est quidam ingres- sus, qui est vitiosus. Et iste est ingressus ad mundana delectabi- lia obtinenda, vel ingressus, quo per fenestras sensuum nostro- rum incaute permittimus ingredi delectabilia huius mundi.

Isti enim sunt hostes nostri capi[illegible], quos dum incaute ingredi permittimus quandoque per sensus, possessionem casti cordis perdimus & amittimus. Sicut enim Isboseth rex *dormiens super terram dum ancilla ostiaria obdormiret, ingressi sunt latrones, & occiderunt regem*, sicut dicitur 2. Reg. 4. Quia vere, charissimi, cum ancilla ostiaria cordis nostri, scilicet diligentia, quandoque sopitur, & dormit, ita quod ostia sensuum incaute dimittit aperta, occulte ingrediuntur latrones, id est, malæ complacentiæ, delectationes & tentationes, & usque ad regem, id est, usque ad cor perveniunt, & ipsum per malos consensus interficiunt & occidunt. Nam

Ingreditur ad nos {
Caro, quæ inficit,
Mundus, qui deficit,
Morbus, qui afficit,
Dæmon, qui officit,
Mors, quæ interficit.

De carne inficiente dicitur Gen. 19. quod *ingressa est maior filia ad patrem suum, dormivitque cum eo*. De mundo deficiente & decipiente dicitur illud prædictum Ose. [illegible] *Fur ingressus est spolians latrunculus foris*. De morbo affligente dicitur Abac. 3. *Ingrediatur putredo in ossibus meis, & subter me scateat*. De diabolo percutiente & tentante seu officiente dicitur Prov. 23. *Ingreditur blande, novissime vero mordebit ut coluber, & quasi regulus venena diffundet*. De morte vero omnia destruente & extinguente dicitur Hier. 9. *Ascendit mors per fenestras nostras, ingressa est domos nostras*. Ista enim & similia, prob dolor, ingrediuntur ad nos, & ista libenter recipimus & admittimus, virtutes vero excludimus & eas ingredi prohibemus. Esa. 59. *Conversum est retrorsum iudicium*. Sequitur: *Et aequitas non potuit ingredi*. De ingressu vero, quo nos ingredimur mundum & peccatum, possumus dicere, quod homo ingreditur peccatum vel mundum,

Sicut {
Lupus intrat domum,
Avis ingreditur laqueum,
Leo ingreditur foveam,
Talpa ingreditur in cavernam.

Lupus enim secundum fabulas ad instinctum vulpis domum rustici intravit, ut comederet carnes; sed quia tunc famelicus erat, & vacuus, per strictam fenestram ingressus est, quia vero ibi fuit saturatus & repletus, ideo per illam strictam viam exire nequivit, & ideo egregie verberatus fuit. Avis etiam viso pabulo laqueum ingreditur, cum vero recedere voluerit, laqueo stringitur, & sic non evadit amplius, sed capitur. Leo etiam visu cadavere foveam ingreditur, non attendens foveæ profunditatem, ex qua tandem non potest egredi, sed ibidem inventus permittit necessario se ligari, sicut dicitur Ezech. 9. Istam tamen ultimam figuram vide supra expositam in ter. Abscondere. Sic pro certo charissimi, quando homo, qui in principio est famelicus atque pauper, videt in mundo aliquod delectabile, quod affectat, sc. divitias, delitias & honores, ibidem sic solet avide & incaute ingredi & intrare, & se in mundi negotiis plus debito implicando, & profunditatem foveæ peccati non considerando nec advertendo, pro certo se solet divitiis & vitiis replere & saturare, in tantum, quod laqueo malæ consuetudinis totaliter stringitur & ligatur, quod de mundo vel de peccato amplius non potest exire, sed ibi usque ad mortem cogitur remanere. Unde Eccles. 9. *Scito, quoniam in medio laqueorum ingredieris, & super dolentium arma ambulabis*: ubi, dum a diabolo reperimur, ingulamur ab eo æternaliter. De tali ergo ingressu, scilicet ad delectabilia carnis, seu ad lucra simoniæ, avaritiæ, vel usuræ, potest dici illud Prov. 2. *Omnes, qui ingrediuntur ad eam, non revertentur, nec apprehendent semitam vitæ*. Tales enim ingressus scriptura nobis prohibet, ipsosque declinandos suadet. Prohibet enim

Ingressum {
Prophanæ societatis,
Immundæ carnalitatis,
Terrenæ satietatis,
Mundanæ iucunditatis, seu prosperitatis.

¶ Vult enim quod non ingrediamur prophanam societatem. Unde de sacerdotibus dicitur Ezech. 44. *Sabbatha, inquit, mea sanctificent, & ad mortuum non ingrediantur, ut non polluantur*.

¶ Item quod non ingrediamur in immundam carnalitatem, seu ad cuiuslibet luxuriæ foeditatem. Unde de malis mulieribus dicitur: *Non ingrediemini ad eas, neque de illis ingredientur ad vos*.

¶ Item ne ingrediamur ad terrenam cupiditatem. Hier. 43. *Ne ingrediamini Aegyptum, ut habitetis illic*. Et Ose. 4. *Nolite ingredi in Galgalam*. Ægyptus tenebræ, Galgala involutio interpretatur, qui [illegible] caecat, & involu[illegible]. ¶ [illegible] diamur mundanam iucunditatem, seu prosperitatem. H[illegible] *Ne ingrediamini domum convivii*. Sequitur: *Abstuli pacem meam a populo isto*. Et sic patet, quod est quidam ingressus [illegible] tertio dico, quod est quidam ingressus dolorosus. [illegible] plex, scilicet ingressus mortis, quo scilicet ingredi[illegible] chrum & ingressus damnationis, quo peccatores [illegible] infernum. Sicut enim apes domos suas in ter[illegible] ingred[illegible] lent, & tacent, donec in mane iterum excitentur, [illegible] in sero, id est, in fine vitæ suæ domum sepulchri ipsi compelluntur ingredi, ubi quantum ad corpus d[illegible] quiescunt, quousque in mane diei iudicii per gene[illegible] rectionem iterum valeant excitari. Unde de isto i[illegible] tur scriptura Iosuæ 23. *Viam universæ carnis ingredi*[illegible] etiam videmus, quod latro compellitur ingredi car[illegible] de postmodum ducitur ad patibulum, vel ad [illegible] peccator carcerem sepulchri ingreditur ut exinde [illegible] tibulum deducatur, & ut inferni incendiis concremetur [illegible] libus dicitur Prov. 2. *Qui ingrediuntur ad eam*, scilicet [illegible] tionem, *non revertentur, nec apprehendent semitas vitæ*. Un[illegible] *Ingressus es thesauros nivis, & in novissimis abyssi deambulasti, apertæ* [illegible] *tibi portæ mortis, & ostia tenebrosa vidisti*. Iste est ergo ingressus dolorosus. ¶ Quarto vero dico, quod est ingressus gaud[illegible] ste est ingressus Paradisi. Sicut enim peregrinus g[illegible] do post multos labores ingreditur suum hospitium [illegible] tam gaudet, quando post magnam famem ingreditur [illegible] convivium, sic etiam sancti summe lætantur, & ga[illegible] do post laborem, famem & miseriam huius mundi [illegible] tur Paradisum. De isto ingressu dicitur Iob 5. *Ingredieris in abundantia sepulchrum tuum*. & Ioan. 10. *Ingredietur & egredietur* [illegible]. Unde de sancta anima potest dici illud 3. Reg. [illegible] *Ingressa est Bethsabea ad regem*. Et sic patet, quod quadruplex est ing[illegible] cet, virtuosus, vitiosus, dolorosus, & gaudiosus. Iste [illegible] gressus humanus. ¶ Sed adhuc dico, quod est quidam [illegible] divinus. Et iste quandoque fit spiritualiter per gratiam, [illegible] doque personaliter per præsentiam. Spiritualiter [illegible] Deus mentem humanam quando ipsam puram inve[illegible] sanctam. Deus enim est sicut piscis, qui libenter ingreditur [illegible] lanceam novam. Unde figurative dicitur Ezechiel de [illegible] sacerdotum Ezech. 46. *quod cum ingredientibus ingreditur, & egredientibus egreditur*, quia, scilicet, princeps Deus ingreditur illos, qui ad ipsum volunt ingredi, & egreditur ab illis, qui ab ipso volunt egredi. Item personaliter ingressus est, quia [illegible] exivit a patre, & venit in mundum. De quo quidem ingressu dicitur Esa. 19. *Ascendet Dominus super nubem levem, & ingredietur Aegyptum, & movebuntur simulacra eius*. In quibus verbis ostenduntur quatuor Christi ingressus, scilicet,

Ingressus in {
Virgineum uterum,
Mundum,
Infernum,
Cœlum.

Primus fuit ingressus magnæ puritatis, quia super nubem levem, secundus fuit ingressus magnæ paupertatis, quia ingressus est Ægyptum, tertius fuit ingressus magnæ potestatis, quia scil. omnia simulachra, id est, omnia dæmonia fuerunt mota, quartus fuit ingressus magnæ dignitatis, quod ostenditur cum dicitur. (Ascendet dominus.) Iste enim habuit ingressum purissimum, carnem assumendo, quia venit in nubem levem, id est, in beatam virginem, ingressum pauperrimum, in mundum veniendo, quod notatur per ingressum Ægypti, ingressum felicissimum, infernum spoliando, quia mota sunt simulachra, id est, dæmonia, ingressum dignissimum, in cœlum ascendendo, cum dicitur (Ascendet dominus) Nubes enim levis fuit beatissima virgo Maria, in quam, Christus ingressus est purissime. Unde Dan. 7. *Ecce in nubibus cœli filius hominis veniebat*. Sicut enim aqua dulcis in maris ingreditur vas de cera virginea undique clausum, sic Christus ingressus est nubem suam, id est, purissimum virginis uterum, exemplo lucis, quæ sine vitri fractione ingreditur ipsum vitrum Psal. 14. *Ingreditur sine macula, & operatur iustitiam*. Ezech. 43. *Maiestas Domini ingressa est templum*. *Figura de porta clausa in aeternum per quam solus Dominus ingressus est*. Eze. 44. ¶ Item Ægyptus, qui interpretatur obscuritas, signat mundum, in quem dum Christus intravit, pauper, obscurus & sine claritate prosperitatis apparuit. Unde Ps. *Intravit Israel in Aegyptum, & Iacob accola fuit in terra Cham*. Ps. 37. *Tota die contristatus ingrediebar*. & 1. Reg. 12. *Ingressus est Iacob in Aegyptum*

[illegible] *Aegyptum.* ¶ Item simula- [illegible] potestas tunc fuit er [illegible] ingressum Christi in in- [illegible] Vnde Esa. 46. *Confractus est* [illegible] *bracrorum.* & Ezech. [illegible] *Fili* [illegible] *rationem*, id est, ad liberandam capti- [illegible] ignat [illegible] gressum in cœlum, de quo di- [illegible] *patrem meum, &c.* & Heb. 4. *Ingressus in* [illegible] omnibus istis ingressus dicitur in Psal. 6 [illegible]. *Dei ingressus Dei mei, regis mei qui est in sancto.* [illegible] tam diuino, quam humano sufficiunt. [illegible] co ad animam Deo daudam videtur [illegible] tum ad capienda castra & ciuitates a- [illegible] ingrediuntur sub forma mercatorum & a- [illegible] ua videmus inferre, permittuntur intra- [illegible], si eis fores aperiunt, qui ingredientes [illegible] occupant, & occidunt. Sic vere diabolus [illegible] vel astutus vitiantis solet ingredi no- [illegible] porta [illegible], i. cogitationem occupauerit, [illegible] i. delectationem, tentationem & cõ- [illegible], & [illegible] per vitia castrum animæ de- [illegible] 3. *Ingreditur blande, nouissime autem mor-* [illegible] *Fiet ingressus est &c.* sicut supra sub- [illegible] te, & introducere.

**Inhabitare.** [illegible] Inhabitare idem sit, quod intus ha- bitare, notabis, quod est inhabitatio bo- [illegible] malorum. ¶ Primo igitur dico de inha- [illegible] de quibus capone illam auctoritatem Psal. [illegible] *scerus in delitia.* In quibus verbis aduerte, [illegible] cet bonam inhabitationem, videlicet

[illegible] Moralem,
[illegible] Realem,
[illegible] Finalem.

[illegible] aliter in mansionibus deuotionis, & hoc [illegible] R[illegible]iter in mansionibus religionis, & hoc [illegible] F[illegible] aliter in mansionibus saluationis & hoc [illegible] *coniunct me de* [illegible] Dicam ergo, quod iustus inha- [illegible] in opere, sursum in æthere. ¶ Dico [illegible] bi[illegible] iustorum moralis interior, quod o- [illegible] i. Inhabita, id est, meus habita Eccl. 16. *Ab* [illegible] *diuino* [illegible], id est, conscientia, *& a tribus studiis* [illegible] [illegible] nem est quædam spiritualis & moralis [illegible] us enim noster illic inhabitare dicitur princi- [illegible] ter moratur. Non enim gressibus pedum, [illegible] num & affectuum mouetur anima, & de [illegible] ad [illegible] ad habitationes varias circumfer- [illegible] abitant quidam

[illegible] onis per pœnitentiæ gustum amarum,
[illegible] onis per confidentiæ scutum charum,
[illegible] per sapientiæ visum præclarum.

[illegible] desertum pœnitentiæ Esa. 54. *Semen tuum* [illegible] *desertas inhabitabit*, & sunt verba Chri- [illegible] Ecclesiæ, id est, sancti viri, poten- [illegible] quandoque fuerunt gentes, id est, sine lege [illegible] & inculta, diligenter desertũ con- [illegible] tentiæ inhabitant & frequentant. ¶ Secundo [illegible] castram confidentiæ, sc. in spe & auxilio protectio- [illegible] diuini, de quo dicitur in Psal. *Inhabitabo in taber- naculo tuo in sæcula, protegar in velamento alarum tuarum.* ¶ Tertio [illegible] illud [illegible] sapientiæ, quia, scil. pro certo sicut di- [illegible] *omnem diligit Deus, nisi eum, qui cum sapientia inhabi-* [illegible] et nullus spiritualiter inhabitare, vt simili- [illegible] tua tet inhabitari & per gratiam visitari: [illegible] Paulo 2. Cor. 12. *Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in* [illegible] *virtus Christi.* Quia ipse est, qui dicit illud 2. Cor 6. *Inhabitabo in illis, & inambulabo, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus.* Q[illegible] proculdubio inhabitationem procu- [illegible] timor & amor, iuxta illud quod in Psalm. scribitur, [illegible] *timentibus eum salutare ipsius, vt inhabitet gloria in terra nostra.* Ista [illegible] inhabitatio iustorum moralis & interior. ¶ Deinde dico, [illegible] inhabitatio [illegible] rum realis & exterior. Et ista est illa, [illegible] tiana fide viuit, & quæ Ecclesia, vel reli- [illegible] modo intenditur cum dicitur [Terra] quæ dici- [illegible] qui [illegible] aliter teritur & calcatur, per quam in- [illegible] ana fides & religio, vel Ecclesia, extra quam

nulli [illegible] sanctus [illegible] tur, quia sicut [illegible] 6 *Iusti autem hæredi*[illegible] *eam, & inhabitabunt in sæculum sæculi super eam.* Religio enim [illegible] stiana est [illegible] templum, quod ha- bebat in principio quandam [illegible] habitationem & mansio- nem, quæ significabat Ecclesiam & statum hominũ sæcularium & laicorum, & in ista erat candelabrum luminis, & mensa pro- positionis, ad denotandum, quod sæculares ad minus debent habere ista, scil. lumen fidei ad se dirigendum, & mensam pie- tatis ad pauperes sustinendum, dicendo illis illud *Edatis & biba- tis super mensam meam.* Luc. 22. Et ista prima pars vocabatur [illegible] ci[illegible], quia, scil. sæculares si volunt, possunt viuere sancte & iuste. Pars interior, & secretior, & alia in duplo minor & angustior vocabatur sancta sanctorũ, quæ, sc. significabat statum spiritua- lium & clericorum, apud quos, scil. debet esse arca fœderis, i. e. charitas & dilectio. Cherubin, quæ interpretatur plenitudo sci- entiæ, hoc est veritas & discretio. Tabulæ [illegible] i. e. scriptura & sacra lectio. Manna dulcedinis, hoc est pietas & deuotio. Virga Moysis, hoc est seueritas & correctio. E[illegible] ergo dico, quod fi- deles secundũ diuersitatem statuum inhabitant diuersas Eccle- siæ mansiones. quia, sc. extra Ecclesiæ statum nulla est inhabita- tio tuta, nulla est mansio vtilis, aut secura [Terram inquit [illegible] dominus dicat Ecclesiæ illud Esa. 62. *Cõplacuit domino in te, & ter- ra tua inhabitabitur.* ¶ Et aduerte, quod ibi est inhabitandũ, quia est

Locus
- Splendoris & cognitionis,
- Amoris & dilectionis,
- Timoris & deuotionis,
- Rigoris & correctionis,
- Honoris & prælationis.

De cognitione splendoris dicitur in Ps. 26. *Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ, vt videam voluntatem Domini, & visitem templum eius.* De dilectione amoris dicitur in Psal 67. quia, scil. *Deus inhabitare facit vnius moris in domo.* De deuotionis timore dicitur, vel dici potest illud Iud. 2. *Cecidit timor eius super omnes inhabitantes terram*, id est, timor Dei. De correctionis rigore dicitur Apoc 11. quod *duo sancti prophetæ cruciauerunt eos qui inhabitabant super terram.* De prælationis vero honore dicitur Ec[illegible]. 24. *Creator omnium dixit mihi in Iacob inhabi- ta, & in Israel hæreditare, & in electis meis mitte radices.* Patet ergo, quod est inhabitatio iustorum realis & exterior (Te[illegible] quit) ¶ Denique dico, quod est inhabitatio iustorum finalis & C superior, sc. Paradisus, quæ ostenditur cum dicitur Et pascetis in delitijs eius. Ibi enim anima pascitur pabulo Christi huma- nitatis, & est in delitijs Christi diuinitatis. Eccl. 2. *Vadam & af- fluam delitijs, & fruar bonis.* Et revera ista est habitatio delitiosa, sc. habitatio Paradisi, vbi scilicet finaliter inhabitant serui Christi, Psal. 68. *Et inhabitabunt ibi, & hæreditate acquirent eam, & semen ser- uorum eius possidebit eam, & qui diligunt nomen eius, habitabunt in ea.* Sic igitur patet quomodo inuenitur triplex inhabitatio iusto- rum. ¶ Secundo principaliter dic, quod inuenitur triplex inha- D bitatio malorum. Et ista pro certo

Est
- Interior,
- Exterior,
- Posterior,

quæ est
- prophana,
- mundana,
- insana.

Prima est virtutibus vrbata, hoc est cor malorum & conscien- tia, quia secundum Psal. 106. *Ista est terra, quæ deberet esse fructifera, quæ tamen versa est in salsuginem a malitia criminum inhabitantium in ea.* Secunda est laboribus turbata, & hæc est mundana vita & o- pulenta, de qua in Psalm. *Commouebantur omnes inhabitantes orbem.* Tertia est doloribus ingrata, & hæc est infernalis pœna & pe- stilentia, quia, scil. sicut dicitur Iob 10. *Illa est terra miseriæ & tene- brarum, vbi vmbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabi- tat.* Et possum adhuc dicere, quod istæ tres inhabitationes pos- sunt dici inhabitabiles, scilicet non simpliciter, sed secundum quid, quia scilicet sunt regiones quæ sunt sub Zona torrida, quæ sunt inhabitabiles ratione excessiuæ caliditatis, & ratione ser- pentum & monstrorum & feralis crudelitatis. Regiones et- iam, quæ sunt sub duobus vltimis polis, quæ sc. appropinquant ad duos polos, sc. Arcticum septentrionalem, & Antarcticum meridionalem, sunt inhabitabiles ratione frigiditatis. Aliæ etiã sunt regiones inhabitabiles ratione obscuritatis, sicut est regio Aprosuton, de qua dicit Solinus, quod æternæ noctis merita ca- ligine, nihil aliud de cœlo recipit, quam hyemem sempiternam. Sic dico quod præfatæ regiones cordis iniqui, mũdi, & inferni, inhabitabiles dicuntur, non quia habitatoribus careant, cum in malo corde habitent peccata & cogitatus mali, in mundo habi-

tenr peccatores & [illegible] no vero dæmones & damnati, sed quia non inhabitantur à bonis, nec dignæ sunt seu tutæ, vt inhabitari debeant à perfectis, quia scilicet in eo de peruerso abundat frigus indeuotionis. In mundo abondat ardor auaritiæ & ambitionis. In inferno vero abundat hyems & tenebræ cruciatus & tribulationis. Et ideo corpus eorum est inhabitabile quo ad Deum & virtutes, quibus spoliatur Hierem. 48. *Memphis in solitudinem erit, & deseretur, & inhabitabilis erit.* Mundus est inhabitabilis, quo ad iustos & deuotos, quibus non frequentatur Hier. 48. *Flores egredientur, & ciuitates eius desertæ erunt & inhabitabiles*, quo ad beatos, à quibus non visitatur Hier. 51. *Euigilauit contra Babylonem cogitatio Domini, vt ponat terram eius desertam, & inhabitabilem.* Sequitur. *Et erit Babylon in tumulos, habitatio draconum stupor & sibilus.* Sic igitur patet de inhabitationibus bonis & malis. Hic non allego exempla, quia supra tractaui magis plene de habitare. Et vide in titulis alijs continentibus habitationem, & locum, sicut est manere, & stare.

A **Initium.** Nota, quod initium idem est, quod alicuius rei inceptio seu principium. Vnde nota, quod est

Initium { Temporis, Corporis, Operis.

Vel dic aliter, quod est

Initium { Rerum, Morum, Temporis, Corporis.

Initium rerum est Deus, de quo Apoc. 21. *Ego sum alpha & omega, initium & finis.* Initium morum est fides, timor, iustitia, seu recta intentio. Vnde Sap. 1. *Initium sapientiæ timor Domini*: & Prou. 16. *Initium vitæ bonæ, facere iustitiam &c.* Initium temporis est iuuentus, de quo in Psal. 118. *Initio cognoui de testimonijs tuis.* Initium corporis sunt humores & elementa, de quo Sap. 7. *Nemo ex regibus aliud habuit natiuitatis initium.* Qualitercunque autem accipiatur initium, istud est certum, quod ab initio dependent omnia initiata, quia scil. à Deo dependent omnia creata. Ab intentione dependent omnia operata. A iuuentute omnia vitæ ordinamenta. Et ideo necesse est, quod habeamus bona initia, vt scil. bona sequentia subnectantur. Igitur spiritualiter loquendo, habeamus in omnibus actibus nostris bona initia virtutum. Ex bonis enim præmissis sequitur bona conclusio. Et qui in initio viæ fuerit deficit faciliter à rectitudine se diuertit, modicus enim error in principio, magnus erit in fine. Et ideo sicut bonum semen est initium boni fructus, quia, scil. sine bono semine præcedente, boni fructus nullatenus subsequuntur, sic vere bona semina gratiarum, & virtutum sunt initia bonorum fructuum & actionum, & vbi semina, sicut quædam initia non præmittuntur, ibi fructus nullatenus subsequentur. De bonis igitur initijs morum & virtutum potest optime exponi illud Eccles. 39. *Initium necessariæ rei vitæ hominum, aqua, ignis & ferrum, sal, lac, panis, mel, botrus, vuæ, oleum & vestimentum.* Vbi nota, quod ad vitam morum necessaria sunt ista initia, scilicet aqua compunctionis, ignis dilectionis, ferrum correctionis, sal prudentiæ, lac clementiæ, panis eucharistiæ, mel deuotionis, botrus seu vua patientiæ, oleum compassionis, vestimentum bonæ conuersationis. De his initijs potes aliqua tangere, vel si vis dimitte, & vide infra de principio, quia omitto causa breuitatis.

A **Inimicus. Inimicitia.** Nota, quod inimicitia idem est, quod contrarietas, odiū, discordia, maleuolentia, rancor. Et notandum, quod triplex generaliter inuenitur inimicitia, scilicet Dei, diaboli, hominis.

¶ Primo igitur dico, quod Deus inimicatur peccatoribus quia sicut dicit Isid. Ceruus naturaliter inimicatur serpentibus ipsosque de cauernis extrahit, eosdem deuorat & consumit. Sic pro certo Deus inimicatur peccatoribus venenosis serpentibus quia sicut dicitur Eccles. 12. *Altissimus odio habet peccatores, ipsosque de cauernis corporum suorum extrahit per mortem, & ipsos deuorat per damnationem.* Vnde Dominus dicit talibus Hierem. 30. *Plaga inimici percussi te castigatione crudeli.* Et sic serpens naturaliter incedit vel tortuosus vel erectus, sic peccatores sunt tortuosi per malitiam, erecti autem per superbiam. Vnde Thr. 1. *Vide Domine afflictionem meam, quoniam erectus est inimicus.* Veniotamen sicut videmus, quod locusta in altum subito salit & erigitur, subito cadit, & deprimitur, sic inimici peccatores faciliter eriguntur contra Deum per superbiam & obstinationem, & super alios per temporalem pr[illegible] nem, sed [illegible] per miseriam & damnationem. V[illegible] 36. *[illegible] inimici vero Domini mox vt honorificati fuerint & exaltati, [illegible] admodum fumus deficient.* Deus igitur inimicatur p[illegible] Vnde E[illegible] 63. *Afflixerunt spiritum sanctum eius, & conuersus [illegible] inimicum.* ¶ Secundo dico, quod diabolus inimicatur m[illegible] Camelus enim naturaliter inimicatur equo, sicut dici[illegible] pus etiam inimicatur oui. Sic pro certo diabolus in[illegible] pro viribus contrariatur homini bono & simplici. V[illegible] 13. diabolus à Christo vocatur *inimicus*, quia scil. [illegible] zizaniam seminauit. (*Inimicus* inquit *hoc fecit.*) Iste en[illegible] scus, qui rex serpentum ab Isidoro vocatur, natura[illegible] micus. Iste enim erectus mordens dicitur interfice[illegible] videt, & signat diabolum, humani generis inimicum [illegible] tur rex serpentum, id est, magister omnium mali[illegible] dicitur Iob 40. *Ipse enim est rex super omnes filios superbiæ.* veneno malitiæ, inuidiæ & inimicitiæ imbutus, si pot[illegible] homines per tentationes inuenenat, per delectati[illegible] cat, per consensus & operationes occidit, & tandem [illegible] malas consuetudines putridos & fœtidos efficit, & [illegible] de illud prædictum Thren. 1. *Vide Domine afflictionem meam, [illegible] niam erectus est inimicus.*

¶ Tertio dico, quod peccatores inimicantur [illegible] sicut enim animalia syluestria & rapacia sunt vt co[illegible] simplicibus bestijs & animalibus inimica, & eisde[illegible] & nociua, quod bene patet in pluma aquilæ, quæ pl[illegible] linæ corrodit, sic vere charissimi omnes similes & [illegible] peccatores, bonis & simplicibus inimici sunt & [illegible] contrarij, & nociui, sicut enim similitudo in rebus cau[illegible] micitiæ, sic dissimilitudo causa est inimicitiæ, vnde de [illegible] tibus dicitur Sap. 2. *Dixerunt impij apud se cogitantes non [illegible] Circumueniamus ergo iustum, quoniam inutilis est [illegible] trarius operibus nostris.* Et ideo quia boni in hoc mund[illegible] as patiuntur, potest quidem quilibet contra eoru[illegible] auxilium implorare, & dicere illud Psal. 37. *Inimici m[illegible] multiplicati sunt, qui oderunt me inique.* De multiplicatione [illegible] hum inimicorum, dicitur in Ps. 73. *Ecce inimici tui sonuerunt [illegible]* dem nominat cælos inimicos Ps. *Simul aduersum me di[illegible] tabernacula Idumæorum & Ismaelitæ Moab & Agareni, Geb[illegible] & Amalech, alienigenæ cū habitantib. Tyrum. Etenim Assur veni[illegible] facti sunt in adiutorium filijs Loth fac illis sicut Madian & Sisaræ [illegible] Iabin in torrente Cison.* Iste n. exercitus diaboli contra ca[illegible] Ecclesiæ, quia, sc. diabolus vna cum collegio reprobo[illegible] cessat inimicari, & ei nocere & contrariari. ¶ Aduerte[illegible] nota, quod Deo & sanctis contrariantur & inimicantur decim genera hominū, & sunt isti, sc. carnis inquinatores, quia ibi sunt Idumæi, qui interpretantur sanguinei, vani[illegible] tores quia ibi sunt Ismaelitæ, qui interpretantur audiri, mal[illegible] tatores, Moab qui interpretatur ex parte, signat malorum p[illegible] rentū imitatores, gulæ ministratores, quia ibi sunt Agareni q[illegible] interpretantur festa suscitantes, auari prædicatores quia ib[illegible] Gabal, qui interpretatur vorago exterminans, tristes ob[illegible] tes, quia ibi est Amon, qui interpretatur dolens vel murmurans, falsi adulatores, quia ibi est Amalech, qui interpretatur p[illegible] pulus labens, fidei derisores, quia ibi sunt alienigenæ, qui designant hæreticos, inuidi detractores, quia ibi sunt inhabitantes Tyrum, quæ interpretatur angustia siue inuidia. Impro[illegible] mercatores, quia ibi est Assur, qui interpretatur negoti[illegible] ¶ Item dico, quod in isto exercitu sunt adhuc, cito deficientes, [illegible] ibi est Loth, qui interpretatur declinans, discordias fomentes, quia ibi est Madian, qui interpretatur contradictio seu respondens, tristitia torpentes, quia ibi est Sisare, qui interpretatur exclusio gaudij, mundani sapientes, quia ibi est Iabin, qui interpretatur sapiens seu intelligens, bona reijcientes, quia ibi est torrens Cison, qui interpretatur vomens. Omnes n. isti diuersimode sunt inimici simplicium bonorum. Quidam n. inimicantur aperte quidam occulte. Aperte enim inimicantur crudeles, contradictores, raptores, de quibus dicitur in Ps. 101. *Tribulauerunt me inimici eorum &c.* Occulte inimicantur inuidi, adulatores & detractores, & alij similes, de quib. dicitur Eccl. 12. *In labijs suis indulcat inimicus, & in corde suo insidiatur, vt subuertat in foueam, in oculis suis lacrymatur inimicus & si inuenerit tempus, non satiabitur sanguine.* Sed de hoc vide supra de Adulatione & de amicitia. Et ideo charissimi, quia tales sunt Dei & sanctorum inimici, ideo Deus est talibus inimicus. Sicut n. dicit Plinius. Stellio scorpionibus

[illegible] tem eis inc[illegible] venenosi[illegible] propter virtutes[illegible] deft, septem virtutes [illegible] ous est generaliter omnium [illegible] torum, quia, scilicet inimici [illegible] simplicium & bonorum. Vnde iudicij quando ab eis videbitur, terrorem eis [illegible] tem. Sicut enim dicitur Sap. *Videntes turbabuntur* [illegible] sicut dicitur in Ps. 31 *inimicos eius induam* [illegible] *autem efflorebit sanctificatio mea*, ita quod tunc dice[illegible] cuilibet pauperi illud Exod. 24. *Ini*[illegible] *& adueniente affligam*. Et ideo sicut videmus [illegible] cipes quando in guerris inimicos suos cape[illegible] ndoque eos suspendere, quandoque occi[illegible], sic vere Deus inimicos suos spec[illegible] al ter occid[illegible] & suspendet. Vnde in Psal. [illegible] *aperuit mare* Et Esa. 66. *Vox Domini redden*[illegible] *suis*. Et sic igitur patet, quod est inimici[illegible] & humana.

[illegible], quod iniquitas dicitur quasi non æqui[illegible]. Peccatum enim iniquitas dicitur, pro eo [illegible] & conscientia inæqualis & inquieta reddi[illegible] tra omnem æquitatem Deo rebellare ni[illegible] per iniustitiam & intrinsecam discordiam [illegible] quilla, & æqua, & sincera quiete, & pace [illegible] *Qui facit peccatum, iniquitatem facit, & peccatum* [illegible] nistem enim designatur tranquillitas & pax [illegible] *Atque animo esto, in proximo est, vt à Deo curret u.* [illegible] tum iniquitas, & peccatum & animi turba[illegible] pro eo quod pacem conscientiæ facit inæqua[illegible] [illegible] *Romphea bis acuta omnis iniquitas*. ¶ Est au[illegible] pec[illegible] atum in proximum, sicut impietas [illegible] tes & Deum, inter amicos enim & proxi[illegible] æquitas, paritas, similitudo, charitas & [illegible] udo, aula vel glutinum sit amoris, sed quan[illegible] [illegible] tur, necesse est, quod ibi generetur [illegible] uitas, dissimilitudo & inæqualitas. Aqua [illegible] citur quasi æqua, quia, sc. nisi aliunde tur[illegible] semper æqua est & æqualis, quando ve[illegible] ab extrinseco apponitur, tunc bullit, atque eius æquitas, æqualitas & tranquillitas di[illegible] næqualitas generatur. Sic vere dicam, licet per charitatem quantum ad se & quantum ad & æqualis, tranquilla pariter & quieta, quan[illegible] [illegible] flatum diabolicæ tentationis adhi[illegible] per mala desideria bullire, & contra se, [illegible] tendere, & sic solet inæquitatem, seu inæ[illegible] & sic solet homo iniquus & impius ap[illegible] *quitatem & contradictionem die ac nocte, & cir*[illegible] *iniquitas, & labor in medio eius & non* [illegible] *vsura & dolus*. Sequitur. *Veniat mors* [illegible] *ad infernum viuentes, quoniam nequitiæ in taber*[illegible] [illegible] ente manu auctoritate illa, quod talis iniqui[illegible]

[illegible] Deum facit rebellare,
C[illegible] proximis facit discordare,
Facta sua facit publicare,
M[illegible] nus lumen solet excæcare,
Castrum cordis solet expugnare,
Motus cordis solet fatigare,
[illegible] normam solet eneruare,
T[illegible] lucrum facit frequentare,
[illegible] solet suscitare,
[illegible] solet maculare,
[illegible] peccata facit cadere,
[illegible] tormentis facit habitare.

Qu[illegible] o quando iniquitas abundat in homine, statim vt [illegible] iniquus, seu peccator contra Deū rebellans [illegible] quo[illegible] iniquitatem.) Cum proximis discordans [illegible] onem in ciuitate.) id est, in ciuium vnita[illegible] nd[illegible] cæcitas (Die) Cæcitate vacillans dubitat [illegible] atur torpet & hæsitat (Circumdabit eam super [illegible] mentem turbat & agitat. (Labor in medio [illegible] u sub hoc periclitat (Iniustitia) Turpe lucrum cupit & flagitat.

(Dolus) Infamia[illegible] in peccata cadit & cespitat. ([illegible] in [illegible] mortem habitat (In infernum) [illegible] do abundat in corde, contra De[illegible] iniquitatem) Sicut enim in corde [illegible] Deus [illegible] citat orem, scilicet synderesim, qu[illegible] omni iniquo, sic in corde iniquo habe[illegible] scilicet, fomitem & sensualem [illegible] luntati diuinæ & omni mo[illegible] sancto [illegible] *am videat iniquitas patrum eius in conspectu Do*[illegible] *Domini in semper*. Et tamen in Psal. prohibetur tal[illegible] rebel[illegible]o & contradictio vbi dicitur: *Nolite loqui aduersus Deum iniquitatem.* ¶ Item iniquitas a proximis facit dissentire. Quia vidi contradictionem in ciuitate, id est, in ciuium vnitate. Sicut enim charitas eiues, fideles per concordiam vnit & iungit, sic charitatis oppositum, scilicet, iniquitas separat per [illegible] scordiam & seiungit. Psalm. *Disperguntur omnes, qui operantur iniquitatem*. Ezech. Fac conclusionem, quoniam terra plena est iudicio sanguinum, & ciuitas plena est iniquitate. ¶ Item iniquitas facta non vult operire. Die inquit, in quo, scilicet, omnia patent. Psalm. 37. *Iniquitatem meam annunciabo*. Et alibi dicitur de peccatore. *Peperit iniquitatem, lacum aperuit, &c.* Quia reuera dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat, non scientiam, sed nequitiam.

¶ Item iniquitas solet mentem excæcare, quia scilicet, vbicunque nubes peccatorum fuerit, ibi claritas veræ cognitionis cessabit, & obscuritas erroris & ignorantiæ pullulabit. (Nocte inquit) *Posuisti tenebras, & facta est nox.* Psal. 39. Et alibi: *Comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui vt viderem.*

¶ Item iniquitas libertatem solet irretire (Circumdabit iniquitas) id est, mentem super muros eius. Iniquitates enim si abundant, mentem inuoluunt penitus & captiuant, quia sicut dicitur Prou. 5. *Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur.* (Circumdabit inquit) Ps. 48. *Iniquitas calcanei mei circumdabit me.* ¶ Item iniquitas cordis pacem solet impedire, quia scilicet, semper est labor in medio eius, id est, in corde. Semper enim est vir iniquus in labore cordis, scilicet, aut dolendo, aut cupiendo, aut timendo Psal. *Vt iniqui agerent laborauerunt.* Esa. 40. *Præbuisti mihi laborem in iniquitatibus.* Et Sap. 5. *Lassati sumus in via iniquitatis, &c.* ¶ Item iniquitas iuris normam facit deperire & iustitia inquit. Vbi enim regnat iniquitas, nunquam viget ibi iustitia, & æquitas, sed potius subuersio iuris & malignitas Ps. 35. *Iniuste egit, vt inueniatur iniquitas eius ad odiū* Eccl. 30. *Vidi in loco iustitiæ iniquitatem, & in loco iudicij impietatem* ¶ Item iniquitas turpi lucro facit assentire (*Non defecit inquit de plateis eius vsura.*) De vsurario enim dici potest illud, quod dicitur de Iuda. Act. 1. *quod ipse possedit agrum de mercede iniquitatis, & suspensus crepuit medius*, cum tamen Deus si vellet ex vsuris & iniquitate redimeret animam eius, & nomen eius esset honorabile coram ipso. ¶ Item iniquitas malitias facit inuenire (Dolus inquit) Quia certe vir iniquus pro nihilo habet committere dolum & malitiam Psal. *Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? tota die iniustitiam cogitauit lingua tua, sicut nouacula acuta fecisti dolum.* ¶ Item iniquitas se & suos facit abominabiles & horrendos, quod ostenditur, cum dicitur (Veniat mors super illos) Sicut enim nihil est abominabilius mortuo, sic etiam nec homine iniquo vel impio, Psalm. *corrupti sunt & abominabiles facti sunt in iniquitatibus suis.* Et Ezech. 18. dicitur, *quod cum auerterit se iustus a iustitia, & fecerit iniquitatem morietur*, id est, abominabilis efficietur, iuxta illud Eccles. 10. *Exécrabilis omnis iniquitas.* Item iniquitas ad vitia facit prosilire, quia scilicet, iniquitas ita est de sui natura ponderosa & grauis, hominem facit corruere, & de vno vitio ad aliud pertransire, quod ostenditur cum dicitur (Descendunt) Psalm. *Iniquitates supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauatæ sunt super me.* Prou. 5. *Pedes eius descendunt in mortem* Sequitur. *Iniquitates suæ capiunt impium.* ¶ Item iniquitas ad tormenta facit peruenire, quod ostenditur cum dicitur (In infernū viuentes) Prou. 9. *In profundissimum inferni conuiuæ eius, quia sc. iniqui in inferno laborabunt in æternum & viuent adhuc in finem.* Vnde Sap. 5. *Lassati sumus in via iniquitatis.* Sequitur. *In malignitate autem nostra consumpti sumus.* Talia dixerunt in inferno, hi qui peccauerunt. Ipsis enim potest dici illud Esa. 59. *Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & Deum vestrum.* Et ipsi possunt dicere illud Hier. 5. *Iniquitates nostræ declinauerunt hæc, & peccata nostra prohibuerunt bonum a nobis*, quia pro certo sicut dicitur in Psalm. *Deus odit omnes, qui operantur iniquitatem*

gratia [illegible] ... etiam Dei. [illegible] bra auctoritatis [illegible] mala, transeo sine exemplis gratia [illegible] Vide [illegible] de quibus fit mentio in quolibet [illegible] labor, dies, nox, mors, & similibus.

A **Inire.** Nota, quod inire idem est quod intus ire, vel in aliud ire, sic coire idem est quod conuenire, vel in aliquod [illegible] tacite vel [illegible] simul ire. Et dicitur ab in, quod [illegible] simul, & ire. Igitur dico, quod inire significat [illegible] aggregationem, & quandam vel in bonum vel [illegible] nem. ¶ Et sic generaliter possum notare, sicut [illegible] patet quod

Ineunt homines
- Foedus & coniugium,
- Bellum atque iurgium,
- Festum & conuiuium,
- Tractatum & consilium.

Ineunt enim foedus, vt pax habeatur Iosu. 9. *Sermo vestri [illegible] foedus inite nobiscum.* Item ineunt bellum, vt ius decernatur Prou. 24. *Cum dispositione initur bellum* ¶ Item ineunt festum seu conuiuium, vt cibus sumatur Genes. 24. *Inito conuiuio vescentes pariter, & bibentes manserunt ibi.* ¶ Item ineunt tractatus seu consilium, vt quicquam agitur Nehem. 6. *Veni, vt ineamus consilium pariter, &c.* Multa possent dici, sed quia supra tractatum est de foedere, bello, conuiuio & consilio, omitto, vide in titulis praelibatis.

A **Iniuria.** Nota, quod iniuria contrariatur iuri, quicquid enim alicui contra ius infertur, iniuria appellatur. Sumitur autem communiter pro iniusta offensa, in quantum, s.

Peccator offendit
- Deum,
- Proximum,
- Semetipsum.

Iniuriatur enim peccator
- Deo non obediendo,
- Proximo malum infligendo,
- Sibiipsi se prosternendo, seu seruitutis peccati submittendo.

¶ Et aduerte, quod iniuria, offensa seu contumelia non est alicui facienda, sed pax & iustitia frequentanda. Membra enim tanta amicitia in corpore colligantur, quod vnum alteri non iniuriatur, sed potius ab altero pro viribus confouetur. *Sic enim omnes vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra,* vt dicitur Rom. 12. nullus debet alteri iniuriam inferre, nec vnus alterum molestare, sed potius diligere & fouere, vt sic dicant adinuicem illud quod scribitur Matt. 20. *Amice, non facio tibi iniuriam, tolle quod tuum est, & vade.* Quod tamen est contra multos, qui, scil. ita sunt paci & tranquillitati contrarij, quod modica, imo forte nulla iniuriantes occasione innocentes verbis, signis, & factis laedunt. Similes arieti, qui vermem habet in capite more cuius facile solet inuadere. & sine causa percutere, vel ferire. Sic vere multi sunt, qui vermem fatuitatis & iracundiae, vermem etiam praesumptionis & superbiae ita habent radicatum in mente, quod sine causa rationabili, verbis & factis alios inuadunt, ipsosque iniuriose percutiunt atque laedunt. Isti sunt sicut Stryx, quae alias dicitur Hystrix, porcus spinosus, qui scil. aliqualiter prouocatus sua spicula seu tela solet vibrare, & vibrando facit ea quatere vel stridere, tandem aliquot de ipsis spiculis iactat & hominem vulnerat, atque laedit, sicut sensu apparet, & Solinus recitat. Sic vere tales faciliter prouocantur, & tandem strident, quatiunt & loquuntur, & spicula, id est, immanitas verborum & factorum iacere & inferre noscuntur, quibus scilicet alios in corde, bonis, fama & corpore indebite vulnerant. De talibus ergo iniurijs dici potest illud Eccl. 9. *Non placeat tibi iniuria iniustorum, sciens quoniam vsque ad inferos non placebit*

B *impius.* ¶ Et si vis potes notare, quod iniuriae

- Ab iniustis solent inferri,
- A perfectis solent tolerari,
- Per praelatum solent euitari,
- Per dominum solent vindicari.

Primo igitur dico, quod iniuria ab iniustis infertur. Boni enim iusti & prudentes non libenter ab alijs iniuriantur, quinimo magis vellent sustinere iniuriam, quam inferre, sicut bene dicit Seneca in Prouerb. *Viri boni est ferre pati, nec inferre iniuriam.* Istud potissime patet in diuitibus & maxime in nobilibus qui scilicet modica occasione se reputant iniuriatos & laesos. Membrum enim quanto nobilius, tanto difficilius fert iniuriam, patet in oculo, quem plus laedit modicus puluis, quam pedem vel

[illegible] bus qui [illegible] est, modica [illegible] iniuriatos a [illegible] are nequeant, statim [illegible] lacrymando, vel aliis [illegible] patientiae signum ostendunt illud Eccles. [illegible]. *Omnis iniuriae proximi ne memineris, & [illegible] operibus iniuriae.* Et reuera tales, qui ita sunt prompti [illegible] ad sentiendum, & faciendum, sunt vt communiter [illegible] pauperiores sicut patet de raptoribus, & publicis [illegible]. Ideo bene dicitur Eccles. 21. *quod obiurgatio & iniuriae annullabunt substantiam, & substantia superbi eradicabitur.* Iniuria et [illegible] iustis infertur ¶ Secundo dico, quod iniuria a perfectis [illegible]. Quamuis enim teste Seneca in Prouerb. difficile [illegible] cum patientia conuenire, perfecti tamen viri [illegible] dissimulare, & quandoque obliuisci penitus & donare, [illegible] necesse sit, in patientia sustinere, quia sicut dicit [illegible] Matt. In proprijs iniurijs patientem esse, laudabile est, [illegible] autem Dei dissimulare, impium est. Ista tamen sunt [illegible] tos, quia scilicet non possunt obliuisci iniurias sibi [illegible] ficia autem si quae ab alijs receperint, a memoria penitus [illegible] buntur. Vnde Seneca 82. epistola dicit. Quid inquit [illegible] seruus cui beneficia excidunt, haerent iniuriae. Et reuera [illegible] trarium deberet esse, quia scilicet beneficia accepta nunquam debent a cordibus nostris recedere, nec ibidem in[illegible] [illegible] nere. Quamuis enim teste Seneca in Pro. *Memoria benefici labilis est, iniuriarum tenax,* prudens tamen debet iniurias o[illegible] uisci, quia pro certo sicut dicit ibidem, *iniuriarum remedium [illegible] oblivio.* Homo enim debet iniuriam remittere multiplici [illegible] ne, quandoque ex consideratione propriae iniustitiae, quando scilicet homo considerat, quod multa alia commisit, quae [illegible] Deum meruerunt maiora, & quod quicquid patimur, peccata nostra meruerunt, licet causam non habeat iniuriantor laedendi. Vide Greg. 30. Moralium. Is patienter tolerat [illegible] iuriam, & erubescit peccatis non parcere, qui apud Deum, [illegible] proximum multa pro quibus pati necesse est, se recolit [illegible] isse. ¶ Item ex alia consideratione merae patientiae. Homo [illegible] nim iniuriam sibi factam libenter remittit, si futurum praemium, quod exinde acquiritur, attendit, & quando ad exempla Christi & maiorum aduertit Leuit. 19. *Non eris memor iniuriae ciuium tuorum.* ¶ Item ex consideratione praecedentis amicitiae. Non enim debet iustus homo obliuisci, vel perdere amicitiam praecedentem propter modicam iniuriam subsequentem [illegible] de iniuriatore suo debet dicere cum Seneca. *Si iniuriam est, quod debuit si amicum, fecit quod voluit.* Talem ergo iniuriam homo dissimulare, & ac si facta non fuisset, ad pristinam a[illegible] tiam reuertere. Exemplo columbarum quae licet inter se quandoque pugnent, pristinam tamen amicitiam seu consortium non declinant, imo oblitae pristinae iniuriae, protinus ad [illegible] simul vadunt & volant. Exemplo Ioseph, qui immemor [illegible] nae iniuriae fratres suos non exacerbauit, sed fouit Genes. 4[illegible] & deincept.

¶ Item quandoque ex consideratione diuinae prouidentiae. Debet enim cogitare homo, quod Deus quandoque permittit hominem iniuriari, vt inde possit amplius exaltari, & virtute eius & patientia emendari, sicut patuit in martyribus, sicut etiam patuit in multis philosophis & doctoribus qui [illegible] acceptis [illegible] tiis clariores fuerunt, & magis reipublicae profuerunt, [illegible] tet, quod Paulus incarceratus suas epistolas scripsit, quibus ecclesiam illustrauit. Ioseph etiam venditus famem [illegible], & frumenta seruauit, & sic a morte populos liberauit. [illegible] & ipse fratribus suis timentibus pro iniuria sibi facta dixit Gen. [illegible] *Nolite inquit timere, nunquid Dei possumus resistere voluntati? vos cogitastis de me malum, & Deus vertit illud in bonum, vt exaltaret me, sicut cernitis, & saluos faceret multos populos.* Et hoc est, quod dicit Seneca in epistola de his. Rutilij virtus & innocentia latuisset, nisi iniuriam accepisset. Nonne inquit Metrodorus postquam per [illegible] innotuit est, & fama eius emicuit? Virtus (inquit) non potest latere, & latuisse non ipsius est damnum. ¶ Item quandoque ex consideratione propriae impotentiae. Homo enim quando considerat se impotentem ad sibi factam iniuriam vindicandam debet dissimulare, & ex toto dimittere, quia sicut supra dictum est, iniuriarum remedium est obliuio vel tempus ad opportunitatem debitam expectare Pro. 12. *Qui dissimulat iniuriam, callidus est.* Item quandoque ex consideratione alienae ignorantiae, sicut patuit in Stephano, qui remisit iniuriam lapidantib. pro eo quod quid agerent, nesciebant, *dimitte* (inquit) *illis, quia nesciunt quid faciunt.* Actor.

Apum

[illegible] ita lædit, nec affligit sicin[illegible] tenera punctura, id est, inuidia facta [illegible]es & ignaros non ita debet lædere, vel affligere, [illegible]do fit per senes homines vel per doctores. Vnde Tul[illegible]etoricis dicit, quod multum interest in omni iniuria, [illegible]ito vel consulte. Nam leuiores sunt, quæ repentino [illegible]unt, quam quæ præmeditatę inferuntur 1. Reg. 19. *[illegible] iniuriam seruis tuis.* Patet ergo, quod iniuria si perse[illegible]ertur. ¶ Tertio dico, quod iniuria per prælatum dif[illegible] auferetur. Spectat enim ad quemlibet virum iustum, [illegible]e ad iudicem, vel prælatum, iniurias propulsare, & in[illegible]ab iniuriantibus liberare. Eccles. 4. *Libera eum, qui iniu[illegible] de manu superbi.* ¶ Quarto dico, quod iniuria per do[illegible]etur, id est, retribuitur, quia scilicet ipse est qui se[illegible] *Facit iudicium iniuriam patientibus, dat escam esurientibus.* [illegible] dicitur. *Qui enim iniuriam facit, recipiet illud quodcunq;.* [illegible] ergo patet quomodo iniuria per dominum retribui[illegible]tur. Per iudicem destruitur, & aufertur. Per iustum [illegible], & sufferetur. Per iniustum constituitur, & infertur. [illegible]n alijs titulis similibus, sicut est loqui, detractio, percute[illegible]re, lædere, & sic de multis alijs.

**Iniustitia.** Nota, quod licet iniustitia sumi possit pro omni peccato, proprie tamen sumitur pro cōtrario [illegible]. Quocunque ergo modo accipiatur, dicamus, quod

Iniustitia
- [illegible]quitur, & confitetur à viro pœnitente,
- Spernitur, & abhorretur à viro innocente,
- Regitur, & exercetur à viro pestilente.
- P[illegible]tur, & abolerus à summo præsidente.

[illegible]cimus, quod iniustitia à viro pœnitente debet [illegible] penitus omnem iniustitiam & peccatum de[illegible]sionem emittere, & à se reijcere, & fugare. Muli[illegible] habens in vtero abortiuom seu fœtum mortuum, & [illegible] necesse est, quod etiam partus tempore nō expecta[illegible]at, & quod ipsum parturiat & emittat, ne forte pe[illegible]ndo incurrat. Sic homo, qui in ventre conscien[illegible]n mortuum, id est, peccati iniustitiam introclu[illegible]ne dilatione debet ipsum emittere, & per con[illegible]sum parturire, & tandem per satisfactionem [illegible]pectu Dei & hominum operire. Et hoc est, quod [illegible]cl[illegible] *Reuertere* (inquit) *ad Dominum, & auertere ab [illegible]* Psalm. *Delictum meum cognitum tibi feci, & iniusti[illegible]tiam [illegible] non abscondi.* Ita etiam docemur per Psalm. 105. dicere *[illegible] cum patribus nostris, iniuste egimus, iniquitatem [illegible]* [illegible]rgo, quod iniustitia à pœnitente debet confiteri. ¶ Se[illegible] dico, quod iniustitia ab innocente solet abhor[illegible] iusti & innocentes iniquitatem & iniustitiam [illegible] & contra eam verbo & opere præliantur. Res enim [illegible] conuenit cum gibbosa, nec cum deuia & tor[illegible]. S[illegible]e[illegible] et & innocens non bene potest cum iniusti[illegible] nec [illegible] iniquitati aut malitiæ consentire, dicens il[illegible] *[illegible] non proponebam ante oculos meos rem iniustam, facientes* C *prævaricationes odiui.* ¶ Tertio vero dico, quod iniustitia à vero pe[illegible] sti[illegible] te solet exerceri, quia, scilicet, viri impij & pestilentes in[illegible]ustitiam diligunt, & eam exercent, faciunt atque colunt Psalm. *[illegible], vt non delinquat in semetipso, non est timor Dei ante oculos [illegible]* [illegible] Il[illegible] enim sectantur iniustitiam ipsam mentaliter machi[illegible]nan[illegible] ipsam verbaliter prædicando, ipsam realiter fabricando. Nam pro certo impij iniustitiam mentaliter machinantur Psalm. *Tota die iniustitiam cogitauit lingua tua sicut nouacula acuta fecisti dolum*, & illud. *Iniusta cogitatio eorum.* ¶ Item ipsam verbaliter pro[illegible] Psalm. *Effabuntur, & loquentur omnes, qui operantur iniustitiam.* ¶ Item ipsam realiter operantur, vt sic dicat innocens illud Exod[illegible] *iniuste agitur contra me.* Vnde Soph. 3. dicitur *Principes eius in medio eius, quasi leones rugientes, iudices eius lupi vespertini; Prophetæ eius v[illegible] Sacerdotes eius polluerunt sanctum, iniuste egerunt contra legem.* Et si vis compara iniustos principes & iudices leonibus atque lupis &c. Iniustitia ergo à viro pestilente solet exerceri.

¶ Quarto vero dico, quod iniustitia à summo præsidente, [illegible]cet s Deo solet submoueri. Deus enim iniustitiam abhorret & odit Deu[illegible] *Abominatur enim Dominus omnem, qui facit hoc, & odit [illegible] omnem iniustitiam.* Et eam finaliter persequitur atque [illegible] isti puniuntur tormento temporali. Exclo[illegible] visu faciali. Includuntur in pœna infernali. Puniuntur [illegible] poral[illegible]er. Vnde Sap. 16. *Creatura enim tibi factori deseruiens exardescit in tormentum aduersus iniustos.* Quia tenera sicut S[illegible] dicitur. *Inuidia mortis est acquisitio.* Vnde in Psal. dicitur: *Iniusti [illegible] disperibunt simul & reliquiæ eorum interibunt.* ¶ Item excluduntur faciliter à visione diuina. Vnde & Deo dicitur illud Ps. 5. *Neq; habitabit iuxta te malignus, neq; permanebunt iniusti ante oculos tuos.* ¶ Item includuntur infernaliter, scilicet in tormentis, quia, scilicet, sicut dicitur in Ps. 139. *Virum iniustum mala capient in interitu.* Transeo breuiter de iniustitia, quia satisfaciam infra de iustitia.

**Inniti.** Nota, quod inniti idem est, quod incumbere, apodiare, insistere vel firmare. Et dic moraliter, quod est innixio quia homo innititur Deo per fidem, in ipsum credendo, per charitatem, ipsum diligendo. Vnde de anima sancta dicitur Can. 8. *Quæ est ista, quæ ascendit de deserto delitijs affluens, innixa super dilectum?* Vinea enim & cucurbita debilis sunt naturæ, & ideo necesse est quod alicui rei solidæ innitantur, sic &c. Et ideo stulti sunt illi, qui non Deo, sed mundo, non Dei sapientiæ, sed propriæ prudentiæ, non Dei sanctis, sed mundi amicis innituntur, de quibus dicitur Prou. 3. *Ne innitaris prudentiæ tuæ*, & Esa 36. dicitur, *quod si innixus fuerit super baculum arundineum Aegypti confringetur* &c & Iob 8. dicitur. *Innitetur super domum suam & fulciet eam, & non stabit.* Omitto, quia non sunt auctoritates. A

**Innocentia.** Secundum Tullium lib. de officijs, Innocentia est puritas animi, omnem illationem iniuriæ abhorrens. Angust. etiam dicit, quod illa est vera innocentia, quæ nec inimico nocet. Dicitur ergo innocentia, quasi non nocentia, innocentis enim est nemini nocere sicut hominis benefici est omnes adiuuare. Ista est igitur virtus, quæ homini naturaliter est insita, & sibi singulariter commendata. De iure enim naturæ homo alteri facere non debet quod sibi fieri non vellet, sicut dicitur Tob 4. *Quod tibi non vis fieri, vide ne alteri facias.* Et ideo quia nullus vellet sibi iniuriam inferri, bene sequitur, quod ipsam nulli debet inferre. Habeamus igitur innocentiam, quia sicut dicit Plin. Leo pueris innocentibus solet parcere, & ipsos non lædere, nec nocere. Sic vere Christus pueros & innocentes non lædit, sed liberabit, & ipsos in paradisum introducet, & saluabit. Fluuius etiam & riuus purus, & limpidus, & fæcibus impermixtus est gratiosior. Omnis etiam bestia quamdiu est iuuenis & innocens, est naturaliter amicabilior Sic vere homo, dū in innocentia perseuerat, est Deo & Angelis amicabilior, & acceptior. Quod bene figuratū est in Domino Matt. 18. *vbi ipse vidit paruulum & aduocans eum statuit eum in medio, dicens, quod quis si non humiliauerit sicut paruulus, iste non intrabit in regnum cælorum.* Super quo dicit Hier. quod sicut paruulus non perseuerat in iracundia, læsus non meminit, videns mulierem non delectatur, non aliud cogitat, non aliud loquitur, sic inquit, nisi talem habueritis innocentiam, non intrabitis in regnum Dei. Regnū enim Dei non per violentiam acquiritur, sed per innocentiam possidetur. Vnde in Psal. 23. quærit Dauid, *Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius?* Et respondet. *Innocens manibus & mundo corde, qui non iurauit in dolo proximo suo.* In quibus ostenditur, quod triplex innocentia requiritur ad hoc, quod in cœlum per innocentiam ascendatur. Requiritur enim, A

Innocentia
- Realis,
- Mentalis,
- Verbalis.

Debet enim esse innocentia

In
- Reali operatione,
- Mentali cogitatione,
- Verbali prolocutione.

Pueri enim & simplices innocenter solent operari. Ideo dicitur (Innocens manibus) Innocenter solent meditari. Ideo dicitur (Mundo corde) Innocenter solent protestari, quia nō iurant in dolo proximo suo. ¶ Primo ergo dico, quod nos debemus habere innocentem operationem (Manibus inquit.) Per innocentiam enim manuum intelligitur innocentia operum, quia, scilicet, manibus operamur. Sicut enim animalia innocentia & mitia habent pedes & vngues loco manuum, quibus vtuntur planas & rectas, non acutas, curuas & pungitiuas, sicut patet de ouibus & de bobus, sic vere homines simplices & innocentes habent opera plana, innocentia, iusta & recta, non fallacia, seu curua, nec aliorum læsiua vel pungitiua. Innocens inquit manibus. Vnde de talibus dicitur Iob 22. *Saluabitur* inquit *innocens.* Saluabitur autem in munditia manuum suarum. Sed heu proh dolor charissimi, videtur hodie, quod talis innocentia non sit in manib. plurimorum, quia vere multi sunt hodie, qui non B

polluunt

possunt dici animalia innocentia, sed nocentia, non mitia, sed crudelia, non benigna, sed insana, non simplicia, sed infamia, & ista sunt inter cæteros vsurarij, & auari, raptores & exactores, crudeles, & infideles. Tales enim non sunt innocentes, sed potius innocentibus sunt nocentes, similes leonibus & lupis, qui animalibus innocentibus sunt crudeles, ipsorumq; sanguine viuunt, & in eorum occisionibus se delectant. Sic vere charissimi, multi sunt ita lupini, leonini, crudeles & iniqui, quod omnibus simplicib. & innocentibus sunt crudeles & per rapinam, vsurã, & exactionem eis omnibus sunt nocentes, & eorum sanguine, id est, eorum temporali substantia sunt viuentes. Vnde de istis potest intelligi illud Ps. 105. *Effuderunt sanguinem innocentem in circuitu Hierusalem, & non erat qui sepeliret.* Et Esa. 1. dicitur: *Manus vestra sanguine plena sunt.* Istud maxime apparet in iniquis iudicibus & balliuis, quibus dicitur Dan. 13. *Innocentem & iustum non interficies.* Non sic charissimi non, nõ habeamus opera nocentia, sed innocentia, quia sicut dicitur Prou. 13. *Iustitia custodit innocentis viam.* Vnde Iob 4. dicitur: *Recordare obsecro quis vnquam innocens periit.* q.d. nullus. Quia pro certo semper innocentia præualet, atq; vincit. Et quamuis aliquoties grauiter tribuletur, in fine tamen saluatur & liberatur. Exemplo Ioseph, qui innocens venditus & in lacum missus fuit, finaliter tamen liberatus, & princeps totius regni Ægypti factus vnde Num. 35. *Liberabitur innocens de vltoris manu.*

C ¶ Secundo dico, quod nos debemus habere innocentem meditationem. (Mundo corde inquit) A fonte enim puro non emanat nisi mundus & purus riuulus, quia etiam corpus solis valde est purum & mundum, ideo ab ipso non solet nisi purus radius emanare. Sic vere illi, qui habent cor innocens & mundum, & per peccata & vitia non corruptum, nec per malitiam deprauatum, semper solent mundas & innocentes cogitationes effluere, & tam de se, quam de alijs innocenter & simpliciter cogitare (Mundo corde inquit) Sicut enim dicitur 2. Rhetoric. Pueri sua innocentia alios mensurant, quia, scil. pueri qui adhuc pauca viderunt, & malitias hominum adhuc non sunt experti, nesciunt iudicare de alijs, nisi secundum quod ipsi iudicant de seipsis. Pueri ergo quia innocentes sunt, innocentes alios credunt, & vitia quæ in seipsis non sentiunt esse, in alijs non attendunt, quod totum facit munditia cordis. De quo dicitur in Ps. *Perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meæ.* Tales pro certo non sunt multi homines corrupti, qui, scil. de alijs nequeunt bona cogitare, imo qui factis aliorũ quanquam bona intentione fiunt, nesciunt nisi pessima iudicare. Oculus enim turbidus & infirmus videt circulum turbidũ in candela, quod tamen non accidit ratione candelæ, sed oculi infirmantis, quia, sc. ille circulus est vitium oculi, non candelæ. Phrenetici etiam imagines in parietibus esse credunt, quamuis parietes non sunt picti, phantasias enim quæ in suis capitibus abundant interius, credunt esse in locis circumiacentibus exterius. Sic vere charissimi iniqui imaginatores & exploratores solent de alijs æstimare non secundum rei veritatem, sed secundum suæ prauæ conditionis conformitatem. Esse enim in alijs figuras & imaginationes, i. vitia & peccata æstimant, quæ esse in seipsis non dubitant. Isti ergo sunt sicut fatui iudices, qui sine omni cogitatione de alijs iudicare præsumunt, non attendentes illud, Matt. 7. *Nolite iudicare, & non iudicabimini.* Super quo dicit Aug. in li. de verbis domini, quod de factis medijs, quæ bono & malo animo possunt agi, temerarium existimo iudicare, & maxime condemnando. Non sic ergo, sed sis innocens, quia vere iste de omnibus habet innocentem meditationem (Mundo corde inquit.)

D ¶ Tertio dico, quod nos debemus habere innocentem prolocutionem. Innocenter enim pure & simpliciter debemus loqui, non fallaciter, vel dolose. (Non iurauit inquit in dolo proximo suo.) Rostra n. auium innocentiũ, & maxime fluuialium, plana sunt atq; recta, sicut patet in anserib. & anatib. cuius tamen cõtrarium in auib. prædalibus inuenitur. Sic vere rostra, & ora auium, i. personarum simplicium & innocentium sunt plana per innocentiam & simplicitatem, & recta per certitudinis veritatem. Isti n. sunt, qui non iurant in dolo proximo suo, iuxta illud Ps. *Prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum.* Vnde de tali verbali innocentia dicitur Iosu. 2. *Innoxij erimus à iuramento.* De multis tamen dicitur hodie illud Psal. 37. *Verba oris eius iniquitas & dolus, noluit intelligere, vt bene ageret.* Sed de hoc vide infra de loqui. Innocens n. nescit loqui dolose, nunquã n. dicit aliquid ore, nisi quod sentit in corde, & exinde cognoscitur sua innocentia, sicut munditia potest nosci tur in lingua. Lingua enim nuncia est cordis, quia sc. ex abundantia cordis os loquitur. Habeamus igitur innocentem prolocutionem. De laudibus igitur innocentiæ pulchre loquitur Chrys. in quadam homilia dicens sic. Gaude ô innocentia & exulta, gaude inquam, quia vbique illæsa es, vbiq; secura, si tentaris, proficis, si humiliaris, erigeris, si pugnas, vincis, si occideris, coronaris. Tu (inquam) in seruitute libera es, in periculo tuta es, in custodia læta, tibi omnis reatus subijcitur, tibi omnis malitia subiugatur, te potentes honorant, suspiciunt principes, magnates exquirunt, etiam illi nonnunquam te desiderant, qui expugnant. Tibi boni parent, mali inuident, zelant æmuli, inimici succumbũt. Nec vnquam poteris victrix non esse, etiamsi inter homines defuerit iustus iudex. Istã auctoritatem posses per diuersas partes diuidere, & singulas partes membris singulis applicare. Habenda est igitur innocentia manualis, innocentia cordialis, innocentia verbalis. Si autẽ vis aliquid plenius de innocentia pertractare, dic q secundum Tulliũ, innocentia est virtus animi omnem illatione iniuriæ abhorrens. Aug. etiã super Ps. dicit, q vera innocentia est q̃ nec inimico nocet. ¶ Notare ergo possumus, q in scriptura inuenitur E

Innocentia { Victa, Ficta, Picta seu facta.

Innocentia victa est illa, quam habent illi, qui sunt innocentes, propterea quod non possunt nocere, sicut sunt mali pauperes & depressi, qui libenter nocerent si possent. Et ista innocentia est sine merito, quia scilicet ista non meretur gratiam saluatoris, sed potius miseriam atq; pœnam Hier. 46. *Castigabo te in iudicio, nec quasi innocenti parcam tibi.* ¶ Item innocentia ficta est innocentia hypocritarum, qui, sc. fingunt se innocentes & simplices, cum tamen sint malitiosi & duplices. Et ista etiam non est vera innocentia, nec meretur Dei misericordiam, sed tormentu[m] vnde Hier. 94. *Ecce quibus non erat iudicium, vt biberent calicem, bibentes bibent, & tu quasi innocens relinqueris, non eris innocens bibens, sed bibes.* ¶ Item est innocentia picta, i. gratijs & virtutibus insigni[ta] Et ista est innocentia simplicium & iustorum, quæ scilicet [ha]bet puritatem & sanctitatem immixtam, quia, scilicet sicut stellæ creatæ sunt de materia purissima, contrarietatem qualitatum seu controuersiam non habentes, & ideo in se perseuerant [&] durant, quoad alios vero influunt, rutilant & coruscant, [sic ve]re innocentes, qui scilicet in comparatione mentis suæ nihil [ha]bent duplicitatis aut controuersiæ, falsitatis seu malitiæ [un]quam, in bono perseuerant & durant, & virtutibus rutila[nt &] coruscant, & alios illuminant & illustrant. Perseuerant sc. sine peccati corruptione, dicentes illud Iob 27. *Donec deficiam non recedam ab innocentia mea, & iustificationem meam quam cœpi tenere, non deseram.* Splendent etiam & coruscant sanctitate & [per]fectione Ps. 83. *Non priuabit, sc. Deus bonis eos, qui ambulant in innocentia. Domine Deus virtutũ, beatus homo, qui sperat in te,* & Heb. [7. *Ta*]*lis decebat, vt nobis esset pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cœlis factus.* Illuminant etiam, & illu[strant] i. alios, doctrinali prædicatione, & exemplari conuersa[tione.] Vnde de Dauid innocente dicitur in Psal. 77. *quod ipse pauit* sc. verbo & exemplo, *in innocentia cordis sui, & in intellectibus manuum suarũ deduxit illos.* Et bene dicit in intellectibus quia pr[o cer]to innocentes sunt illi, quibus Deus magis communicat intellectus & sapientiæ, & eloquentiæ sacramentorum. V[nde] Sen. in epistola ad Paulum ait quod Aug. de ipso Paulo [...] Mirari eum posse qualiter homo qui non legitime imbutus taliter sentiat. Cui ergo respondi dixit Seneca solere [...] s n[...] innocentium fari. ¶ Breuiter notabo, quod innocens

Summæ veritati hæret stabilius.
Secum colloquenti credit humilius,
Secum conuersantes mutat in melius,
Falsa machinantes vincit virilius,
Tribulationes suffert facilius,
Consolationes habet fertilius.

Dico ergo, quod innocens summæ veritati hæret stabilius. [Con]stat enim quod similia stabilius iunguntur, & hærent. Et id[eo cum] Christus sit innocens & purus, bene sequitur, quod inno[centes] stabilius sibi hærent, sc. per glutinum charitatis. Exemplo p[ueri] innocentis, qui videns in speculo faciem suam, & cr[edens] alium puerum, ipsum osculatur, & diligit, & porrigit [si]b[i] p[...] Sic vere innocens, quando videt imaginem & simil[itudinem] innocentiæ suæ in speculo æterno, quod est Deus, sole[t] ip[sum] osculari, & sibi adhærere per charitatem, panem suę [...]

[illegible] Psalm. 24. [illegible] *Ambulauit in via immacu*[illegible] luminis veritati hæc [illegible] credit humilius. Ra [illegible] extorquerit, & ad [illegible] vere ille, qui [illegible] ni aliu sum taci [illegible] & ad conce- [illegible] de de [illegible] *credit omni ver*[illegible] *humiliauerit se si*- [illegible] iracundia, [illegible] quitur, hene- [illegible] Dei intrare [illegible] lob. [illegible] Prou. [illegible] innocens mag. sua [illegible] Aug. super Psal. 38. [illegible] sine peccato, sed- [illegible] &c. Pater ergo, quod [illegible] seu quod à se petenti [illegible]

[illegible] in melius mutat. Sicut [illegible] sedem purificat, & [illegible] panno, sic personas innu- [illegible] non solum non in- [illegible] & innocentes facere non cessat. [illegible] *& cum viro innocente innocens eris.* [illegible] maxi[illegible] est necesse innocen- [illegible] *labo inter innocentes manus meas, &* [illegible] *laudis.* Vide in ira de [illegible]

[illegible] nantes vincit virtus. Innocen- [illegible] malitiam vincere, & machi- [illegible] enim videtur innocentia [illegible] & Dioscoridem, ve- [illegible] se purum tantem victorem fa- [illegible] obductasque fures & vincula [illegible] veneno malitiæ solet obuia- [illegible] merum solet rem- [illegible] superare, & de carceribus [illegible] Sicut enim dicitur Prouerb. [illegible] enim audaciam ge- [illegible] liberat. Audaciam. Dico ge- [illegible] semel peteret quidam Rex, [illegible] respondit, alter hu[illegible] Item [illegible] hominem hic [illegible] quid esset illud, quod ma [illegible] lætum, respondit, innocentia. [illegible] vel periculo & in cuius [illegible] quis sit positus, innocentia [illegible] lætius viuere, & fortius [illegible] pugnare. Vnde Iob. 17. [illegible] *& tenebit iustus viam suam,* [illegible] etiam in Prouer. dicit, [illegible] innocens nemo potest. Læti- [illegible] lætificat cor sincerum fi- [illegible] dicit, quod in [illegible] & cum pœnam [illegible] triumphare, quia [illegible] & victoriam [illegible] atque saluat. Iob. [illegible] *manibus suarum.* [illegible] innocens falsa [illegible] facilius quia procul- [illegible] sunt obnoxij [illegible] innocens e tran- [illegible] *quæ sub sole* [illegible] a scilicet [illegible] illud [illegible] *aut* [illegible] gaudent [illegible]

[illegible] *montem domini, aut* [illegible] *dabit in*[illegible] *& misericordiam à Deo sa-* [illegible] patet quorum [illegible] nocentia. Aduerte tamen, [illegible] quia [illegible] habet quo iram Dei meruit, & est innocens, [illegible] causa patitur quantum ad [illegible] quæ apparent non [illegible] quantum ad a- [illegible] quæ sorte con[illegible] & quantum ad [illegible] iudici[illegible] Nemo enim [illegible] se potest dicere innocentem, [illegible] humana natura [illegible] Iob. *Si vo-* *luero me iustificare, os meum condemnabit me, si innocentem ostendere, prauum me comprobabit, etiam* [illegible] *ignorabit ani-* *ma mea.* Ista ergo de innocentia sufficiant.

## Inopia Inops.

Nota, quod [illegible], paupertas, inedia, egestas videntur [illegible] A significare. Ops autem & opulentia dicitur [illegible] dicitur fuisse vxor Saturni, quæ [illegible] tus, ad denotandum quod saturitas terre[illegible] talibus vniuersis, in quantum [illegible] citur ergo proprie inopia [illegible] tia. Et inde est, quod sicut [illegible] uenturus scilicet temporales [illegible] & æternales, [illegible] tractatu tria genera inopiæ reperiuntur, scilicet

Temporales, quæ caret terrenis subsidijs,
Spiritualis, quæ caret virtutum diuitijs,
Infernalis, quæ caret supernis solatijs.

¶ Et sic dico quod sunt

Quidam, qui { Priuantur opibus optimis, / Cædantur moribus [illegible] lentis, / Locantur domibus fæculentis.

Primi prosternuntur per [illegible] grauè canterium,
Secundi grauantur per [illegible] collyrium,
Tertij damnantur ad inferni triste suspirium.

Prima / Secunda / Tertia } est inopia { pauperum miserorum, / omnium peccatorum, / virium damnatorum.

Dicam ergo primo, quid est quædam inopia, quæ [illegible] caret subsidijs. Et ista est illa quam in mundo sustinent pauperes & mendici, qui scilicet indigent necessarijs huius vitæ, & sic inopes qtali sine opibus appellantur. Sicut enim in terra sunt aliquæ partes pingues & fructibus opulentæ, aliquæ vero steriles infructuosæ & siccæ, quod hoc propterea, quod non in æquali [illegible] positæ sunt, imo vt communiter partes terræ pinguiores sunt infectiores & à cælo remotiores, [illegible] partes vero steriliores sunt cœlo propinquiores, mundiores & sanctiores, sicut patet in montibus: sic vere dico, quod non [illegible] in statu fortunæ est dare homines pingues, diuites, fructiferos, imo e contrario homines tenues & siccos, steriles, [illegible] & me[illegible] procul dubio isti cœlo & Deo per gratiam & affectionem [illegible] sunt propinqui magis & à peccato mundi & puri. & [illegible] ad bona æterna amplius eleuati, P[illegible] 17. *Suscitans à terra inopem, & de stercore erigens pauperem.* Fructuosi vero & diuites, vt cu[illegible] niter, magis à Deo & cœlestibus sunt remotiores per peccatum & amplius lutosi & immundi. Aliquæ enim sunt terræ [illegible] quibus nunquam pluit, sicut est Ægyptus, quæ est [illegible] & sterilis tum est de[illegible] Deus tamé defe[illegible] pluuiæ solet supplere, & fluuiũ Nili & Phison, qui venit de Paradiso, facit inundatim super illam terram aridam redund[illegible] & [illegible] eam quasi diuin[illegible] irrigare, & multis fructibus fœcundat. Qui Deus [illegible] quod inopes carent pluuia, id est, opulentia terrenorũ, & [illegible] tonat plus deneget bona sua, tamen [illegible] non ob[illegible] imo fluuio Paradisi, id est, gratia cæl[illegible] & [illegible] tur, ita quod bonis [illegible] cumulantur. S[illegible] Psal. 116. dicitur: *Deus [illegible] pauperem de inopia & po[illegible] sicut oues familias.* ¶ [illegible] nota si [illegible] quod B

Isti [illegible]
Isti Deum laudant, & nunc [illegible]
Hi Deum & [illegible]
Isti cœlum tenent, & [illegible]

Dico igitur quod isti [illegible] malitiæ [illegible] gratiæ, ita reuera [illegible] potentes, & sib[illegible] n[illegible] [illegible] bestias [illegible] Ez[illegible] *rapiens prædam animas* [illegible]

[illegible]

*Manum suam aperuit inopi,* [illegible] *est mdit ad p*[illegible]

¶ [illegible] *Praeter* [illegible] *inopem de manu fortiorum eius.*

¶ [illegible] Christu[illegible] fores [illegible] & [illegible] *quia faciet dominus* [illegible] *inopis, & vindictam pauperum* [illegible] quod [illegible] inopes [illegible]

C ic. ¶ [illegible] Deum [illegible] laudare. [illegible] tribulatio sunt quaedam [illegible] quod hon [illegible] aut quietem, & quod [illegible] Deum [illegible] laudet [illegible] magnificet & [illegible] illud [illegible] *ignominia & quaerent nomen tuum domine,* quia [illegible] Nec [illegible] *ad* [illegible] F [illegible] gura G[illegible] columba eg[illegible] de arca, *qua nonnumerum vbi* [illegible] *a redijt ad Noe in arcam* [illegible] vete ho [illegible] diuinae gratiae dimittens, [illegible] studia & negotia [illegible] solet tunc [illegible] & [illegible] requiem vbi peccauerat nunc [illegible] & [illegible] ad Noe, id est, ad Deum reuenire, [illegible] statu gratiae contra diluuium intro [illegible] & [illegible] amare, [illegible] & laudare [illegible] opia enim, id est, ex[illegible] natas, fa[illegible] hominum tria bona, videlicet

P[illegible],
V[illegible],
C[illegible].

[illegible] E[illegible] illud est quia homo, qui in prosperitate peni[illegible] scilicet, luxuriaret, & [illegible] ostenderet, adue[illegible] bus impeditur [illegible] & sic talis inopia cessat ad me[illegible] peccati tamen eua[illegible]ionem procurat. Eccl[illegible] *eccato prae inopia.* Postulat etiam, quia scilicet ho[illegible] pe[illegible] ad De[illegible] recurrere, & ipsum lauda[illegible] Psalm. *Pauper & inops laudabunt nomen tuum.* [illegible] quod [illegible] Deus tenetur ipsi [illegible] exaudire, & [illegible] Psalm. 85 *Inclina domine aurem tuam &* [illegible] *ner sum ego. Custodi animam meam quo*[illegible] *domine* [illegible] *tuum sperantem in te.* Ino[illegible] laudare.

D ¶ [illegible] Deum velle, & optare, di[illegible] *Oculi mei languerunt prae inopia, clama*[illegible]

[illegible] *per inopiam* [illegible] qui recedit a Deo [illegible] *inopia tumentem in eum.*

¶ [illegible] E[illegible] quod o[illegible] Genes. 41. [illegible] *tudo,* &c. vide [illegible] *dicam vni* [illegible] quia scilicet [illegible] & [illegible] Iob 1[illegible] *Apprehendet cum* [illegible] cet da[illegible] *opia.* Vnde differentia [illegible] opes [illegible] scilicet opes spirituales, q[illegible] hominem ad opes [illegible] glo[illegible] temporales ducunt [illegible] Vnde E[illegible] 4. dicitur [illegible] *ecce egreditur quam ad te* [illegible] *&* [illegible] patet, quod [illegible] aeternalis, [illegible] & [illegible] de vbi paupe[illegible]

## Innumerabilis.

Vide [illegible]

## Inquinare.

Cum [illegible] aliud moral[illegible] loquendo quia [illegible] nunc est illud, qu[illegible] inquinat, & q[illegible] dat, vt Deo abominabilem ipsa[illegible] da & sancta illud Cant. 5. *Expoliaui me tunica* [illegible] *lauit pedes meos quomodo inquinabo* [illegible] do per conuersione[illegible] tunica [illegible] malae [illegible] des affectionis pe[illegible] & per recidiuum debet amplius peccati tunica [illegible] affectus cuius [illegible] inquinare.

¶ Et nota, qu[illegible] quid tangunt, v[illegible] moribus inqui[illegible] homo

Per [illegible] superbiae & [illegible]
[illegible] substantiae &
[illegible] luxuriae &
[illegible] malae [illegible] &

[illegible] quinat erg[illegible] superbiae & [illegible] *piscem, inquinabitur ab ea* [illegible] *biam*

¶ [illegible] E. d. [illegible]

[illegible] vnde de illis sanctis dicitur [illegible] *[illegible] quam cibis coinquinari immundis.* [illegible] & carnalitatis. Sanguis enim [illegible] omnia alia viscosa faciliter co[illegible] carnalitas, & luxuria, vnde [illegible] *[illegible] inquinamentis carnis,* scil. ad modum [illegible] Apoc. [illegible]. *Hi sunt qui cum mulieribus [illegible] virgines enim sunt, & sequuntur agnum quocunque*

[illegible] malæ amicitiæ seu corruptæ societatis, [illegible] in lege, vbi tactus mortui inquina[illegible] continuebat, vnde Baruch 3. *Quid [illegible] inimicorum es? inueterasti in terra aliena, coin[illegible] putatus es cum [illegible], qui in inferno sunt.* E[illegible] bre[illegible] Saluatoris Matth. 15. & Marc. [illegible]. *non illa, [illegible] inquinant hominem,* scil. *cibaria, corporalia, sed vere [illegible] emanant, scilicet furta, homicidia, &c. hæc [illegible] hominem.* Vnde de peccatoribus dici[illegible] *[illegible] munda mundis, inquinatis autem infide[illegible] inquinata sunt eorum, & mens, & conscientia.* [illegible] & peccata, sunt mundanda, *Mundabimini ab omnibus inquinamentis ve[illegible]* [illegible] cet[illegible] qui a talibus inquinamentis muo[illegible] [illegible] paradisi ostia reous introibit, iuxta [illegible] dicitur Sap. 7. *Nihil inquinatum in illam [illegible] lucis æternæ* Hæc igitur de verbis inquinare, [illegible] tant. Vide de macula, immunditia, & con[illegible] [illegible]bus.

[illegible] Vide in titulo quærere.

[illegible] **Insanus.** Nota, quod insanus dicitur quasi non sanus, eo scilic. quod insania [illegible] tem. Insanus ergo dicitur homo quandu[illegible] vtpote quando versus est in vesaniam vel [illegible] ndo moraliter dicit, quod omne pecca[illegible] eo quod mentem humanam facit non sa[illegible] [illegible] tate. Quia reuera, sicut insania tollit [illegible] affectionem, infert afflictionem, affert per[illegible] [illegible] cretionem, quia s. insanus non discer[illegible] [illegible] um, quinimo vnum pro alio sæpe recipit, [illegible] credit, cum grauiter infirmus sit oculosq; [illegible] tendit, caput frequenter mouet, & denti[illegible] [illegible] etiam affectionem, quia scil. vnum, & [illegible] appetit, Medicum suum mordet, & odit, [illegible] a sibi vtilia proijcit, & expellit, & in futurum [illegible] ortatur & psallit.

[illegible] onem seu afflictionem, quia vigiliam & [illegible] licet infirmus non sentiat corpus lædit. [illegible] nem, sc. mortem, quia sc. insanus cito [illegible], reuera talis infirmus & fun[illegible] [illegible] pro certo postquam insania peccati [illegible] debitam discretionem bonorum [illegible] ad suggestionem diaboli, vel hæretici [illegible] intellectus, & mentis per opiniones [illegible] contemnendo & etiam commina[illegible] [illegible] in alios sæpe frendet, & in suos cu[illegible] [illegible] dictum, in suos prædicatores & præla[illegible] [illegible] sosque per detractiones mordet & læ[illegible] [illegible] innocentes persequitur, & inuadit, [illegible] *compellebam blasphemare, & amplius insaniens* [illegible] mundi bona appetit, vtilia vero & [illegible] poenitentiæ & bona documenta re[illegible] [illegible] immunditiam & turpitudinem peccati sui [illegible] vncula variarum malarum concupiscen[illegible] [illegible] orum fomitu, id est, insaniis malorum a[illegible] [illegible] que gaudere & psallere consueuit. Vigil [illegible] [illegible] g[illegible] a discurrit, & licet cantet, & tri[illegible] [illegible] poralibus gaudeat, tamen ad mortem [illegible] quotendit. Vide de insanis peccatoribus [illegible] 4. *[illegible] gilia,* inquit, *plenas vigilias habentes, neque [illegible] fodiunt, sed & alius alium per inuidiam [illegible] at, & omnia commixta sunt, sanguis, ho[illegible] [illegible] corruptio, infidelitas, turbatio & periurium. [illegible] mantur, [illegible] aut certe vaticinantur [illegible] mentiantur.* ¶ Breuiter igitur notare

possum, quod insaniæ solet vana videre, & somniare, solet [illegible] a palpare, & pertractare. Quia scil. insanus non abhorret [illegible] res immundas. Solet semper furire & æstuare. Solet alta scoti[illegible] atque iactare.

¶ Sic vere dico, quod peccator diuersimode solet insanire, vel conditiones insaniæ habere. Nam

Insanit { Superbus, vana somniando,
Mondos, fœda faciendo,
Auarus, opes sitiendo,
Præsumptuosus, alta sentiendo.

De insania n. superbiæ dicitur illi Sennacherib. 4. Reg. 19. *Insanisti in me, & superbia tua ascendit in aures meas* De insania vero luxuriæ dicitur Ezech. 23. sub figura malæ mulieris *Tradidit eam in manus amatorum suorum, super quorum insaniuit libidinem, ipsi discooperuerunt ignominiam eius.* De insania autem auaritiæ potest dici illud Esa. 24. *Maledictio vorabit terram, id est insanient cultores eius.* De insania vero præsumptionis stultitiæ, qui se [illegible] præsumptionis vana & inepta opinantur, & sentiunt. potest d[illegible] 26. *Insanis Paule, multæ literæ ad insaniam te conuertunt.* E[illegible] P[illegible]. *Beatus vir cuius est Dominus spes eius, & non respexit in vanitates & insanias falsas.*

¶ Aduerte tamen, quod in scriptura fit mentio de
Insania vera;
Insania ficta,
Insania falsa.

Insania vera animus læditur. Amos 3. *Videte insanias multas in medio Samariæ, & calumniam patientes in penetralibus eius.* Insania ficta sapientia vtitur, quia scilicet sapiens quandoque simulat se esse stultum, sicut fecit Dauid coram Achis ne cognosceretur 1. Regum 21. *Vidistis hominem insanum, quare adduxistis eum ad me?* Insania falsa iustis opponitur, quia pro certo mundi peccatores & sæculi sapientes, sanctos viros reputant fatuos & insanos, sicut dicitur de Christo Iohan. 10. *Dæmonium, inquit, habet, & insanit.* Et de illo filio Prophetarum, qui missus ab Helisæo vnxerat Iehu in regem Israel, dicitur 4. Reg. 9. *Dixerunt alij, quid venit insanus iste ad te?* Sed vere finaliter post mortem insania ista reputabitur sanctitas, & iustorum vita apparuit fuisse sanctitas. Sap 5. *Videntes turbabuntur timore horribili, dicentes intra se, hi sunt, quos aliquando habuimus in derisum & in similitudinem improperij, nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est.* Vide supra multa alia in tractatu de Furore.

**Insanabilis.** Vide in titulo Sanitas.

**Insatiabilis.** Lege in titulo Satietas.

**Inscius.** Vide in titulo Scientia.

**Inscrutabilis.** Lege verbum Scrutari.

**Insensatus.** Vide in titulo Sensus.

**Inserere.** Lege in tit. apponere, vel adiungere.

**Insignis.** Hic auctoritates deficiunt.

**Insilire.** Lege titulum de saltu, & Salire.

**Insidiari.** Insidiari nihil aliud est, quam occulta contra aliquem exploratio, & fraudulenta machinatio, & maliciosa inuestigatio & persecutio. Et pertinet insidiatio ad falsos & malitiosos deceptores & exploratores, qui scilic. insidiari dicuntur, quia insident ad aliorum facta inquirendum & inuestigandum vt ipsis noceant & offendant. Et dicitur insidiari ab in, id est, infra aliqua latibula machinari. Nota breuiter quod triplex est insidiatio, scilicet A

Insidiatio { Cupiditatis,
Fallacitatis,
Crudelitatis.

Primo ergo dico, quod est insidiatio auarorum, qui sunt similes Draconi, qui elephanti insidiatur, vt eum in cauda inuoluat, & liget pedes eius, vt ipsum ad terram prosternat, vt sanguinem eius bibat. Sic vere vsurarij & auari more draconis, id est, igne auaritiæ inflammati, solent insidiari elephantibus, id est, pauperibus, viris bonis & simplicibus, vt ipsis in suis contractibus inuoluant, & vt ad terram per paupertatem ipsos deuoluant, vt sanguinem suæ temporalis substantiæ capiant, atque sugant.

De illis dicitur [illegible] *rapiat pauperem, pauperem rapere dum attrahit eum.* Istæ sunt ergo insidiæ auciporum.

¶ Secundo, dico, quod sunt insidiæ deceptorum. Falsi enim & proditores sub specie amicitiæ & sub dissimulatione a[illegible] occasionis, factis & verbis bonis insidias [illegible] habeant quid de hominibus obloquantur, quod maxime faciunt detractores in claustris, balliui in causis, aduocati in litigiis, adulatores in conuiuiis. Ideo dicitur Eccles. 11 *Non omnem hominem inducas in domum tuam, multæ enim insidiæ sunt dolosi.* Insidiator enim solet tria principaliter intendere, scilicet

Vt Lateat,
Vt Placeat,
Vt Noceat.

Iste enim [illegible] tere, quia scilicet sub varijs fictionibus celat & abscondit malam intentionem. Intendit etiam placere quia [illegible] ut decipiat, & ut fidelis amicus credatur, & ne [illegible] videatur solet plus placentia prætendere, & diuersa cum diuersis diuersimode simulare. Intendit etiam nocere, quia statim quod salte & insidiose potest scire secreta hominis, [illegible] accusat & diffamat. Vnde isti sunt similes aucupibus qui insidiantur passeribus auiculis. Isti enim sub folijs sedem [illegible] teant, ore sibilant, vt placeant, tandem ea capiunt vt eis noceant. De hoc dicitur Eccl. 12 *In labijs suis indulcat inimicus, & in corde suo insidiatur vt subuertat te in foueam.* Istæ sunt igitur insidiæ deceptorum.

C ¶ Tertio dico, quod sunt insidiæ dæmoniorum: dæmones enim insidiantur hominibus sicut insidiantur

Mustelæ passeribus,
Catti muribus,
Lupi ouibus,
Latrones transeuntibus.

Vnde de istis dicitur 1. Mach. 11 *Castra alienigenarum occurrebant in campo & tenebant insidias in montibus.* Talibus ergo insidijs caute, & prudenter est resistendum. Ephes. 6 *Induite vos armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli.*

D ¶ Si vero vlterius velis aliquid prosequi, dic, quod insidiæ semper habeant suum fieri in latibulis & occultis, sicut patet de illis, qui insidiantur alijs in factis armorum, qui scilicet abscondunt se in latibulis, & capta occasione vel opportunitate nocendi insiliunt in incautos, & sic quandoque ciuitates & castra vel milites, qui ea sibi non cauebant, destruunt, vel occidunt, sicut Iosuæ 8. dicitur, quod *cum rex Hay cum exercitu suo persequeretur hostes suos, insidiæ, quæ latebant, surrexerunt confestim, & hostes, qui fugam simulauerant redierunt, & sic regem cum exercitu deleuerunt, & ciuitatem etiam succenderunt*, dicam quod simili modo loquendo moraliter, illi, qui simplicibus volunt nocere, cum palam aut publice apparere nolint, ne forte eorum machinamenta ab alijs videantur, & visa etiam caueantur, solent occulte sub varijs fictionibus & dissimulationibus malitias suas tacere & subesse ne pateant, & ne alij percipiant latitare. Inuenta vero occasione nocendi, solent subito insurgere, & venenum, quod præparauerant propinare, & incautos inuadere & grauare 2. Paral. 13 *Ieroboam, retro moliebatur insidias.*

E ¶ Et nota, quod quatuor sunt genera [illegible] minum, qui non cessant insidiari nobis, videlicet fortuna, caro, dæmon, & homo.

Fortuna insidiatur vt deijciat,
Mulier insidiatur, vt dissipat,
Diabolus insidiatur, vt inficiat,
Malus vero homo insidiatur vt decipiat.

Ergo dico, quod sunt insidiæ fortunæ, quæ suos extollunt, vt deijciant. Fortuna enim est sicut rota, cui quæ adhæret, quasi insidiose & dulciter sursum leuatur, sed vera rota propter sui pondus impetuose descendit, & deijcitur. Quia pro certo fortuna fallax est, & sub specie boni, & sub velamine prosperitatis mundanæ insidiatur homini, vt dum non aduertit deijciat [illegible] eam, & in statum aduersitatis & damnationis subuertat. Vnde Senec. epistola 18. Comparat munera fortunæ illis cibis seu [illegible] mentis, quæ ponuntur super laqueum ab aucupe ad capiendum aues, quia scilicet vbi circa illa pauca cibaria aurculæ delectantur [illegible] laqueo capiuntur. Quia reuera sæpe fit, quod dum mundus & fortuna maiora bona afferunt, tanto in fine maiora mala & [illegible] damna [illegible] ferunt. Et sic patet, quod fortunæ bona nihil aliud quam insidiæ & deceptiones sunt. Vnde Sene [illegible] [illegible] nera ista fortunæ, [illegible] Nam & fera [illegible] lectasia dec[illegible]. [illegible] sunt insidiæ [illegible] vt deijciant.

¶ Item sunt insidiæ carnis seu [illegible] mulieris, [illegible] decipiant [illegible]. De mala muliere [illegible] insidiatur homini vt [illegible] blandimentis [illegible], & vt sit [illegible] ipsum ad paupertatem ded[illegible] mala muliere dicitur Prouerbiorum quod *[illegible] quasi latro & quos incautos viderit insidiatur.* M[illegible] & [illegible] & locis publicis [illegible] quæ [illegible] domata Mat[illegible] *Herodias autem insidiabatur Ioanni* [illegible].

¶ Item sunt insidiæ dæmonis. Quæ suos late [illegible] De dæ[illegible], quo insidiatur, pa[illegible] q[illegible] & leones insidiantur pecudibus, sic dæm[illegible] omnibus. Leo enim sub frondibus vitæ sub [illegible] dere, vt [illegible] capta [illegible] pecud[illegible] diabolus sub vino e [illegible], & sub spe[illegible] speris [illegible] homi[illegible], & malam [illegible] ondere, & cum opportunitatem inuenerit, [illegible] in prorumpere & per peccatum homine n[illegible] 9. *Insidiatur quasi leo in spelunca sua.* Et aduerte q[illegible] quandoque insidiantur in montibus dignis[illegible] dat per superbiam. Iudic. 9. *Posuerunt insidias in m[illegible] tate.* Quandoque insidiantur in syluis seu [illegible] atum, vt eos occidant per auaritiam. Th[illegible] *[illegible] sunt nobis.* Quandoque insidiantur in [illegible] dibus [illegible] per luxuriam 1 Regum *[illegible] in torrente*, [illegible] quod ipsi sunt, qui dicunt illud *[illegible] te, insidiemur sanguini.* Breuiter ergo & dæmone[illegible] diantur sempe[illegible] scilic. vt ipsos incautos in [illegible] Eccl. 27 *Leo venationi insidiatur semper. sic peccata [illegible] tes.*

¶ Item sunt insidiæ mali hominis quæ [illegible] cipiant. Vnde pro certo de homine peccatore [illegible] stat, quod numquam cessat bonis & simplicibus [illegible] sum contra eos machinari. Vnde de malis dicitur [illegible] *uenti sunt in populo meo impij insidiantes velut aucupes [illegible] ad capiendum viros.* Mali enim insidiantur bo[illegible] nelaus dicitur 2. Mach. 4. quod *ipse crescebat in m[illegible] ciuium.* Etenim vt plurimum insidiantur alijs [illegible] bubo & monedula sibi inuicem insidiantur, & [illegible] ua furantur, quia [illegible] monedula furatur de d[illegible] pro eo, quia tunc bubo obscure videt: Bubo vero [illegible] cte oua monedulæ, quia scit de nocte bubo videt [illegible] nedula obscurius, sicut ponit liber de natura re[illegible] mali sibi quandoque inuicem insidiantur, & [illegible] malitias machinatur, vt oua, id est, bona semp[illegible] tius deprædetur. Illi enim clarius vident, id est, cau[illegible] litia magis pleni sunt, aliorum scilicet minus clare oua & bona furantur & dissipiunt. Econuerso vero fortuna inter eos sortem vertit, quodque qui [illegible] rant clarius videntes malitiosiores efficiuntur. [illegible] nectute vel fortuna in sensu & malitia habeantur quibus primo insidiati fuerant, ipsis insidiantur [illegible] rum capiunt & prædantur. Esa 14. *Erunt capientes eos qu[illegible] & subijcient exactores suos.* Ista sæpissime patent in [illegible] furantijs, quia inter ipsos sæpe fit quod alter alter[illegible] dit 2. Par. 20. *Vertit dominus insidias eorum in semetipsos.* [illegible] sum est quod qui sociorum vitæ, quieti & bon[illegible] diantur, quandoque alios sibi insidiantes reperi[illegible] similem foueam quam alijs foderant, cadant. [illegible] fit de balliuis & officialibus dominorum [illegible] qu[illegible] diantur pauperibus, sed finaliter prædæ sunt alijs [illegible] maioribus. Et enim [illegible] dicta platea, quæ p[illegible] sed eos non pieatur, insidiatur tamen au bu[illegible] ces, & eas expectat ad escam[illegible] [illegible] quas insidiando venatæ fuerant, [illegible] b[illegible] d[illegible] rum. Sic vere sæpe fit, quod [illegible] id est, diuitias acq[illegible] [illegible] latronum scilic. [illegible] priores [illegible] malo [illegible] do

[illegible] ergo, qu[illegible] dinn[illegible] [illegible]diat[illegible] ali[illegible]

[illegible] ept[illegible] n bus solent vti, videli-

[illegible] detr[illegible]ctores,
[illegible] [illegible]tores,
[illegible] lectat[illegible]es,
[illegible] adu[illegible]tores,
[illegible] c[illegible]hib[illegible]tes,
[illegible] delectetes.

[illegible] insidiantur
- [illegible] minibus, vt ipsa mordeant,
- pauperibus vt secum habeant,
- diuitibus vt secum gaudeant,
- simplicibus, vt ipsis noceant,
- honoribus, vt ipsis polleant,
- stercoribus, vt ipsis fœteant.

[illegible] minum detractorum. Isti enim [illegible] vt scilicet habeant aliquid quod [illegible] possint famam eorum lædere vel [illegible] umine multipedibus qui scil. [illegible] dicuntur, & cum eas apertas vi[illegible] [illegible]audantur, & sic carnes eorum co[illegible] [illegible] ut ponit Plinius. Sic vere detra[illegible] [illegible] si aperiantur, idest, si se etare uelaue[illegible] [illegible] nt, possint lapillum eis inijcere, id [illegible] cte, & carnes, idest, vitam & famam [illegible] vorare. Ecclef. 11. *Homo peccator san[illegible] la vulnerans lingua eorum, pacem cum a[illegible] insidias*

[illegible] idiæ hominum auarorum, qui scil. [illegible] & hæreditatibus, quomodo scilicet [illegible] acquirere & habere. Et ideo sub [illegible] quandoque bona sua ipsis mu[illegible] bus accumulatis taliter implicant, [illegible] rant, exhæredant, & denudant, vn[illegible] [illegible] *tur, vt rapiat pauperem, dum attrahit*

[illegible] um amicorum seu hominum adula[illegible] [illegible] nt fingere, & sub velamine charita[illegible] [illegible] ziere, vt scilic. possint ab ipsis ali[illegible] [illegible] *Qui comedunt tecum, ponent insidias*

[illegible] um, qui scilicet sitientes sangui[illegible] [illegible] diantur, & sub specie boni ma[illegible] [illegible] Prouerb. 12. *Verba impiorum insidi[illegible]*

[illegible] si [illegible] rum, scil. hypocritarum, qui sc. sub [illegible] onoribus acquirendis, de qui[illegible] [illegible] *erunt ad Christum insidiatores, qui*

[illegible] rum seu luxuriosorum, qui sc. [illegible] bus, vt eas deducant & [illegible] ac[illegible] uliere dicitur Pro[illegible] [illegible] *a, quieta impatiens, nunc foris,* [illegible] Et bre[illegible] ter, sic [illegible] ad [illegible] piendum prædam suã,

[illegible] sub al[illegible] bus velamin[illegible] vel [illegible] us se [illegible] teuet [illegible] aliquibus vitantur [illegible] & [illegible] tent & caut[illegible] [illegible] *Cubant in antris, & in* [illegible] *insidiantur*. V[illegible] A [illegible] uctam[illegible] & [illegible] te, quomodo sunt [illegible] quod qua[illegible] D[illegible] quit[illegible] ens [illegible] se immergit. Si fidab[illegible] id quam deu[illegible] us occultas [illegible] quit[illegible] [illegible] tuam, quia [illegible] & a publico secedere, & se [illegible] tem faciendo, & car[illegible] chylum, quæ iment a[illegible] scondunt. Scopuli aute[illegible] gerunt. Quandoque per [illegible] metuendo & prævide[illegible] do [illegible] vigilias, quandu cubant, ne [illegible] que de morte propria [illegible] Et [illegible] dens aquilam insidiantem [illegible] refugit [illegible] & [illegible] vnde illud prædictum Eph. 6. *Induite vos armaturam Dei* [illegible] *stare aduersus insidias diaboli.* Quia pro cer[illegible] mal[illegible] bonis, vt ipsis noceant, sic econuerso b[illegible] debe[illegible] lis, vt sc. eorum malitias præcaueant, iuxta illud Prou. [illegible] *iacitur rete ante oculos pennatorum.* Ipsi quoque contra sang[illegible] suum insidiantur.

## Insipiens.

[N]ota, quod insipientia contraria e[st] [sa]pientiæ. Cum igitur insipiens dicatur [qui] [sa]pientia caret, sapientia autem quandoque supponitur pro persona filij Dei in diuinis, cum filius sit sapientia Dei patris. [illegible] ipsa æterna sapientia dicit Eccles. 24. *Ab initio, inquit, & ante sæcula creata sum.* Sequitur: *Ex ore altissimi prodij.* Et sequitur [illegible] *effudi flumina.* Quandoq; vero supponit pro dilectione & prudentia, quandoq; pro cognitione & scientia, & maxime pro [co]gnitione & notitia cœlestium & diuinorum, & sic dicitur quod scientia est de intelligibilibus, prudentia de agibilibus. Sapientia vero de æternis, & contemplatione gustabilibus. A

¶ Cum igitur sapientia dicta sit à sapore, bene possum concludere, quod insipiens ille dicitur, qui prædictis gradibus sapientiæ caret, & qui per peccatum, increatæ sapientiæ opponitur, & creatæ per ignorantiam & stultitiam contrariatur. Igitur cum insipiens possit dici quilibet peccator inscius & ignarus, notabo, quod in scriptura reperitur scilicet B

Insipientia
- Proteruitatis & idololatriæ,
- Simplicitatis & ignorantiæ,
- Fatuitatis & inscientiæ.

Primi sunt excæcati, qui desipiunt in supernalibus. Secundi sunt eleuati, qui desipiunt in temporalibus. Tertij sunt hebetati, qui desipiunt in virtutibus.

¶ Prima est insipientia detestabilis illa scilicet quæ Deo & bonis æternis contrariatur, & quæ in bonis illis saporem non inuenit, non delectatur, & quæ terrenis occupata, cœlestia non curat nec meditatur, de qua in Psal. 13. *Dixit insipiens in corde suo, non est Deus.* & Rom. 1. *Cum Deum cognouissent, non sicut Deum glorificauerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum, dicentes enim, se esse sapientes, stulti facti sunt.* Et ista est insipientia mundi sapientium, quia scilicet nihil gustant aut sapiunt de supernis.

¶ Secunda est insipientia excusabilis, illa s. quam habent simplices & spirituales viri circa regimen terrenorum, & qua à s[ap]ientia & intelligentia elongantur, de qua 2. Corinth. 11. *Vtinam sustineretis modicum quid insipientiæ meæ, sed & supportate me,* quasi diceret, talis insipientia & simplicitas est supportanda, & pie & benigniter excusanda & 2. Corinth. 11. *Fratres libenter suffertis insipientes cum sitis ipsi sapientes.*

¶ Tertia est insipientia vituperabilis, illa scilicet quæ prudentiæ & virtuali cognitioni & n[illegible] inimicatur, de qua in Psalm. 19. *Vir insipiens non cognoscet, & stultus non intelliget hæc.* Et ist[o] modo insipiens dicitur peccator, qui non sap[it] nec inte[illegible] quæ pertinent ad salutem, & qui operati[illegible] & agi[illegible] nuntur & obuiant debito visui & cur[illegible] [illegible]

[illegible] ne[illegible]te, & dicitur, quod [illegible] ratione carent [illegible] nec ordinant de [illegible] de [illegible] sic ce [illegible] ndem, dedi [illegible] mal [illegible] tæsentia [illegible] incumbe [illegible] *Homo cum in honore esset non intellexit* [illegible] *& similis factus est illis.*

¶ N[illegible]

[illegible] fugit & detestatur,
[illegible] er & contumbatur,
[illegible] de boni [illegible] natur,
[illegible] [illegible] uertatur,
In[illegible] loquitur & affatur
[illegible] finitæ mentis [illegible].

[illegible] gi [illegible] d nsipi [illegible] rectionem solet detestari P[illegible] *[illegible] hominem [illegible]*

¶ [illegible] ne cauta [illegible] Psalm. *Turbati sunt omnes in[illegible] corde.*

¶ [illegible] male de [illegible] Eccles. [illegible] *Insipiens omnes stul[illegible] mat.* V[illegible] de Sap[illegible] dicitur, quod *visi sunt oculis insi[illegible] mori illi autem sunt in pace.*

¶ Item inhoneste [illegible] & maxime q[illegible] peccatum caron. Vide [illegible] 18. [illegible] *adulteras* [illegible] *& in pium.* & Ro[illegible] *[illegible] omnis [illegible] fornicatione, [illegible] auar[illegible]tia.* Sequitur: *insipientes, incompositos sine affectione, [illegible] fœdere, sine mi[illegible]ricordia.*

¶ Item solet insipiens indiscrete loqui, vel affa[illegible], q[illegible] insipientes loquuntur [illegible] indignatiue [illegible] iactatiue, [illegible] cip tatiue. Indignatiue [illegible] Prou[illegible] *Deus torquens labia [illegible] insipi[illegible] est.* Torquet [illegible] indignatiue. Insuper Ec[illegible] *La[illegible] insipientis præcipitabunt eum, initium verborum eius stultitia, & nouis[illegible] [illegible] error [illegible]. Stultus verba multiplicat,* &c.

¶ Item solet insipiens in æternum mori vel damnari, Iste enim est fini[illegible] [illegible] & stultorum scilicet mors æterna. [illegible] 48 *Simul [illegible] & stultus peribunt.* Ista ergo sufficiant gra[illegible]tia breuitatis. Vide de sapientia, stultitia, fatuitate, ignorantia, & similibus.

## Inspicere. Vide in tit. aspicere.

## Inspiratio. Idem est, quod facta per spiritum reuelatio

A **Instare. Instans. Instanter.** Nota quod instantia quandoq. su[illegible]mitur pro propinquitate [illegible] entie, sicut Genes. 38. *Instante partu apparuerunt gemini* [illegible], pro tempore momentaneo & transeunti, sicut cum dicitur [illegible] non operatur in instanti, & quod anima Christi [illegible] sue creationis fuit beata vel vita verbo. Quandoq. pro actione continua & nō desinenti. Eccles. [illegible] *Si non timere dominum tenueris te instanter,* id est, continue, *cito subuertetur domus tua.* Quandoque pro operatione fortia & dili[illegible]gent[illegible] [illegible] Iud. 4. *Clamauit populus ad dominum instantia magna.* [illegible] nque ergo m[illegible] sumatur instantia, notabo generaliter quod in scriptura reperitur.

Instantia quam debes { Habere, / Videre, / Timere.

Primo ergo dico, quod est quædam instantia, quam vir prudens debet obseruare. Et ista est instantia in bonis operibus faciēdis. Arbores enim quæ [illegible] mpore hyemis impeditæ fuerūt, solent adueniente vere productioni florum & foliorum diligenter instare, & tarditatem præcedentem per instantem diligentiam compen[illegible]e, & ad productionem naturalem diligenter intendere & vacare. Quanto enim præcessit actior & maior retardatio, tanto opportunitate habita sequitur instantior & diligentior execu[illegible] sicut patet in vineis, quæ quando longiori frigore impeditæ fuerunt [illegible] impedimento cess[illegible] instantius [illegible] & [illegible] Se[illegible] homi[illegible] quandoque frigore indeuotionis [illegible] bonis opera facere retardetur, in[illegible] [illegible] laboribus [illegible] & [illegible] compensare. Et [illegible] quando uenit [illegible] sequitur, quod [illegible] perambulet [illegible] veniat ad lectus

[illegible] pa[illegible] *[illegible] debet instare* [illegible] *[illegible] Apostolus [illegible] dicens [illegible]*

¶ [illegible]

[illegible] instare [illegible]

¶ [illegible] pem in [illegible]

¶ [illegible]

¶ [illegible] gentem [illegible] & sub [illegible] *super [illegible] manipulos* [illegible]

¶ [illegible] excit [illegible] illud, quod [illegible] *instanter operare* [illegible] patet, quod est [illegible] prudens debe[illegible]

¶ [illegible] do dic[illegible] quod est quædam insta[illegible] [illegible] cogitare. Et ista proce[illegible] [illegible] propinquitas mortis [illegible] obus imminet [illegible] die. Nam

Instat { Diabolus, vt nos percutiat, / [illegible] vt nos [illegible], / Mors seu interitus, [illegible] os deijcia[illegible]

De instantia diaboli per tentationes percutie[illegible] Iud 1. Para. 13. *Respiciens Iudas vidit instare bellum [illegible] ad dominum.* De instantia autem mu[illegible] nes inficientis dicitur Iud. 15 *Cum dies tre[illegible] nat Samson introire volens uxorem suam.* De insta[illegible] a vita deijcientis potest dici illud 2. Tim 4. *Ego [illegible] & tempus resolutionis meæ instat.* Et sic patet, quod [illegible] stantia quam vir prudens debet cogitare.

¶ Tertio dico, quod est quædam instantia, q[illegible] debet formidare. Et ista procerto est insta[illegible] & mortis etiam æternæ. quæ instat nisi præcaue[illegible] [illegible] Apostolo 2. Tim. 3 *In nouissimis diebus in[illegible] [illegible] losa,* quando complebitur illud Sapientie [illegible] *instat cruciatio, & potentes potenter tormenta pat[illegible]* procudubio licet ista instic[illegible] vani tamen [illegible] sunt, sicut Iud. 20. dicitur, quod *ingranatum est Beniamin, & non intellexerunt, quod ex omni parte illis in[illegible]* Et sic ergo patet, quomodo in scriptura repe[illegible] [illegible] midanda, cogitanda & obseruanda. Vide de dili[illegible]tudine.

## Instar. Lege in [illegible] similitudo, imago, vt & [illegible]

## Instaurare. Vide de restituere, restaurar[illegible] ædificare.

## Instituere. [illegible] non sunt hic auctori[illegible] [illegible], constituere & statue[illegible]

## Instruere. Nota, quod instruere qua[illegible] c[illegible] [illegible] [illegible] & [illegible] strumentum. Qu[illegible] autē sumitur pro ord[illegible] [illegible] un[illegible] & [illegible] 2. Reg. [illegible] quod [illegible] *prælium [illegible] ad [illegible] instruxit [illegible] contra Syrum.* [illegible] *Cum [illegible] [illegible] pergeret* [illegible] & [illegible] n[illegible] [illegible] re [illegible] procedere [illegible] P[illegible] D[illegible] d[illegible] [illegible] *[illegible] in via [illegible]* [illegible] quam d[illegible] [illegible] aut d[illegible] prælato [illegible]

[illegible] ... per temporalem afflictionem. ... Et Esa. 41. *Viderunt insulæ, & timuerunt* ... concutitur per profundam ... *turbabantur insulæ in mari.* Piratis etiã, ... exponitur per iniuriam & afflictionem ... *habitatur in insula.* Et tamen herbis & ... abundat, per bonorum ... Ps. 71. *Insulæ munera offerent.* Et cantant per Dei laudem & gratiarum actionem ... *insulæ multæ.* ... reperio ...

... enim sunt insulæ, quæ perpetuo ... insula meridiana narratur in vita ... insulis Siciliæ dicunt Plinius & ... dilectionis ardorem, & per ... *Immisit autem ignem in Magog, & in* ...

... scilicet secundum Senec. lib. de ... stantes, mobiles, & pes ma... India, quod fit quia sunt ... & inquantum indurate, & ... & naturaliter herbis & arbo... voluntatum lenes, & ... affectionem stabilé ... per desiderium adhæ... per diligentiam &

b... & puluere, ... & fructibus bono... Ap. 6. ... Istud prætiose ... potest de ... & hoc sæpe ... mundi fluctuantes ... Heb. 13. *Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus.* Inueni ergo insulam natantem.

E ¶ Item reperio ... trementem. ... Philosoph ... de Sicilia insulæ sæpe ... iusti terræmotu ... omnibus superfl... *terra ... timuerunt, & extrema terræ ...*

F ¶ Item reperio insulam ... taciturnitas est ... bi nulli hominum est ... per obmurgationem ... murmurantes ... enim de libus ... silentia multa seruant ... ad luctum ad cauendum ... bent. Esa. cap. 41. *Taceant ad me insulæ* ... Ostendo quomodo tales tenentur ... poralem & corporalem in ... & ...

¶ Et aduerte, quod iusti tacent ex tribus casibus, scilicet cum

Attendunt grande mysterium,
Sustinent legis imperium,
Expectant Dei subsidium.

Tacent, cum ardua mysteria volunt cogitare. Esa. 49. *Audite insulæ, & attendite populi de longe, Dominus ab vtero vocauit me.* Tacent etiam cum diuina imperia oportet tolerare quia scilicet est sti patienter tolerant quæ imponuntur eisdem. Esa. 42. *Legem eius insulæ expectabunt.* Tacent insuper cum diuina solatia oportet expectare, quia scil. iusti cum taciturnitate, & sapientia expectant auxilium, brachium, & adiutorium Dei viui. Esa. 60. *Me autem insulæ expectabunt, & brachium meum sustinebunt. Leuate in cælum oculos vestros.* Reperio ergo insulam tacentem.

G ¶ Item reperio insulam gaudentem. In insulis enim prata rident, aues cantant, animalia saltant. Sic vere in iustis sunt prata, quæ rident, sc. conscientiæ puritas & munditia, aues, quæ cantant, id est, gratiarum actio & lætitia, animalia, quæ saltant, scil. exultatio in Deo & bonorum affectuum resonantia. Exultare enim idem est, quod extra saltare. Psal. *Lætentur insulæ multæ.* Applica si vis de insula, de qua legitur in vita B. Brandini, vbi erant aues cum facie humana, linguis sibi intelligibili loquentes, & ex omni parte Deum laudantes. Sic in insula, i. eam iusto sunt aues Deum laudantes, & exultationes & consolationes, Dei laudes, & continue gratiarum actiones dicentes Esa. 24. *Glorificate Dominum in insulis maris.* Reperio ergo insulam gaudentem.

H ¶ Itẽ reperio insulam nascentem seu scatentem. Constat enim teste Senec. lib. de naturalibus quæstionibus, quod quandoque per terræmotum nascuntur insulæ nouæ, sicut de illa insula, quæ dicitur Mitylene narrat idem, quod præcedente terræmotu ignis in mari Ægæo octo diebus continuit arsit, qui de profundis abyssi erumpens, lapides & materiã secum traxit, & tandem cessante igne lapides combusti apparuerunt, de quibus insula facta fuit. Sic vere dico quod quando terræmotus diuini timoris præcedit, & ignis diuinæ charitatis succendit, & lapicidina constantiæ & firmitatis succrescit, tunc homo in insulam, id est, in virum iustum feliciter conuertitur, & excrescit. Actor. 18. *Mitylene insula vocabatur.* Sequitur: *Accepta ... ubant unis.* Mitylene transmigrans interpretatur, quia sc. tales de non esse ad esse transmigrant & transeunt, dum per virtutem ... generantur & fiunt. Reperio ergo insulam nascentem. Constat enim quod quandoq; mare superabundat & crescit, & insulas cooperit atq; tegit, sicut de Buri insula exemplificat Sen. vbi supra & dicit dicitur de insula vbi erat ecclesia B. Clementis ... ciuitatem Tersonan, quæ ... Grauia, quia mare ita creuit quod eam ita alte operuit, quod non apparebat ... recedente mare annoatim reapparuit. Tales ... sub aqua ... ibi per humilitatem ab obtutibus h...

Vnde [illegible] E. 40. *Ecce insulæ quasi* [illegible] *omnis insula fugit, & montes non sunt inuenti* [illegible] patet, quomodo [illegible] multis modis insulæ [illegible] est primum principale.

¶ [illegible] religio dicitur insula, quia cingitur aquis compunctionis [illegible] 4. *Fecit introitum in insulis maris.* Insulæ [illegible] quæ amaram compunctionem significant. Et aduerte, quod [illegible] est vel dici potest

[illegible] necessaria,
Insula [illegible] & [illegible] tributaria,
[illegible] & speculatoria.

R [illegible] est [illegible] natura ad habitandum. Vnde Act. [illegible] di- [illegible] *quadam insulam quandam* [illegible] *cuius* [illegible] *cognominum, quod* [illegible] *erat in insula* [illegible] & currit, in quantum [illegible] mundo [illegible] inhibat [illegible] insulæ nat [illegible] de qua supra [illegible].

¶ Item [illegible] insula propria ad famulandum. Ista enim est [illegible] ibus [illegible] Hest. [illegible]. *Insulæ fecit tributarias.* T [illegible] dicitur, eo quod Deo & prælatis per seruitutem [illegible] subiugata, & tributa bonorum operum reddere [illegible]. P[illegible] *reges Tharsis, & insulæ munera offerent, reges Arabum &* [illegible]

¶ Item [illegible] insula apta ad speculandum, quia [illegible] insulæ sunt magis [illegible] quam [illegible]. Vt supra visum est. Vnde Ptolomæus [illegible] maximus Astrologorum dicitur fecisse, & inuenisse considerationes [illegible] in insula Cypri, & etiam ad literam nos videmus, quod inter religiosos sunt homines magis speculatiui, quam inter sæculares & mundanos. Vnde Apoc. 1. dicit Ioannes *Fui inquit, in insula, quæ vocatur Pathmos*, quod interpretatur separatio. Sequitur. *Et conuersus vidi septem candelabra aurea & similem filio hominis inter illa*: In quo notari potest, quod separatio, id est, status à seculo separatus, est ad videndum visiones Dei, & ad speculandum cœlestia magis aptus. Et si vis, dic de religione vel ecclesia quæ supra dicit de viro iusto scilicet quod est insula ardens, natans, tremens, tacens, gaudens, nascens, & applica & [illegible] concorda, vt supra. Igitur religio dicitur insula, quæ cingitur a quis compunctionis.

K ¶ Tertio vero dico, quod cœlum dicitur insula, quæ cingitur aquis tribulationis seu afflictionis, quia scilicet sicut non est transitus ad insulam nisi per aquam & mare, sic non est transitus ad Paradisum, nisi per amaritudinem & laborem. Et sicut in insulis sunt quandoque multæ diuitiæ, sic & in insulis Paradisi quæ bene scil. dicuntur insulæ in plurali, eo scilicet quia in domo patris mei mansiones multæ sunt. Vnde animæ potest dici illud Ezech. 27. *Hyacinthus & purpura de insulis Helisa facta sunt operimentum tuum.* Helisa interpretatur Dei saluatio, hyacinthus autem vestis coloris cœlestis signat immortalitatem, cum cœlum sit incorruptibile. Purpura vero vestis regia signat æternam dignitatem, & quia est coloris ignei, signat perfectissimam charitatem. Ad denotandum, quod in istis insulis, id est, in Paradisi habitaculis, vbi est Dei salus & saluatio, anima cooperitur, & ornatur hyacintho immortalitatis, & purpura perfectissimæ charitatis & honoris & regiæ dignitatis. *Glorificate ergo Deum, qui habitatis in insulis.* Esa. 24. Et sic patet, quomodo in bono significato insula signat locum saluationis, statum religionis, virum perfectionis.

L ¶ Sed si velles modo opposito dicere, posses dicere, quod

Insula signat { Virum infectionis, scilicet impium,
Statum perditionis scilicet mundum.
Locum damnationis scilicet infernum.

Nam impius est insula fœtens & horribilis. Nam hic mundus est insula currens & instabilis. Nam infernus est insula ardens & damnabilis. Inueniuntur enim insulæ fœtentes, & sulphureæ. Insulæ currentes & vagantes, sicut supra visum est. Insulæ flammantes & pyrenæ. Applica sicut supra & allega. De qualibet ergo istarum bene potest dici illud E[illegible]. 2[illegible]. *Vlulate ergo omnes, qui habitatis in insula*, quia secura aliqui habitant in insula peccati, qui vlulare solent per inuidiam & detractionem. Illi vero, qui habitant in insula [illegible], vlulare solent per iactantiam & elationem. Illi [illegible] habitant in insula inferni, vlulare solent per [illegible] desperationem. Sic igitur patet, quomodo in [illegible] & in malo.

Insuper. [illegible] dam [illegible] citur, sue bon[illegible]

¶ Dicitur [illegible]

Insuper signat [illegible]
per [illegible] dantiam [illegible]

S[illegible] per [illegible] *super* [illegible] M[illegible] ant [illegible] de [illegible] *quærunt* [illegible] Pe[illegible] bus [illegible] est. [illegible] plicitas, [illegible] est [illegible] animal [illegible], Capra, quæ signat [illegible] nes istæ virtutes [illegible] ctæ [illegible] erat affectio, [illegible] tur a [illegible], recte [illegible] per designantur. V[illegible] p[illegible]

¶ Item [illegible] abundantiam [illegible] & [illegible] V[illegible] de A[illegible] rege Israel [illegible] *super* [illegible] *quod ambulauit in peccatis* [illegible] *& seruiuit Baal, & adorauit eum.* R[illegible]

¶ Item signat superabundantia [illegible] Reg[illegible] dicitur. *Sermo meus* [illegible] *auit me apud dominum meum* [illegible] Ec[illegible] *te super* [illegible], *pauper* [illegible] *humilis* [illegible] enim malum semper [illegible] dicitur communiter [illegible] sola. Vnde Seneca dicit quod fortuna [illegible]

¶ Item signat superabundantiam præmiorum [illegible] 15. dicitur, *insuper & caro mea requiescet in spe.* [illegible] sufficiant.

## Insurgere.

Nota, quod insurgere id [illegible] altum surgere. Accipitur [illegible] semper in malo pro illis, qui insurgunt contra

Tentando perniciose, sicut sunt dæmones
Fraudando malitiose, sicut versipelles,
Grauando contentiose, sicut sunt tyranni crudeles.

De dæmonibus nos tentantibus dicitur in Psalmo [illegible] *qui insurrexerunt in me, & fortes quæsierunt animam meam* [illegible] malitiosi, & fraudulentis dicitur in Psal. 26. *Insurrexerunt in me testes iniqui.* De tyrannis autem nos oppugnantibus & [illegible] bus dicitur in Psalm. 53. *Multi insurgunt aduersum me*, [illegible] tit. Consurgere, & ibi Exurgere, & Surgere.

## Integer. Integritas.

De integritate c[illegible] quantum o[illegible] sioni & partium fractioni, nihil oportet dicere, hoc [illegible] quod sicut multæ sunt species quæ magis valent & red[illegible] fractæ quam integræ, vt patet in pipere, sic dico, quod [illegible] corpora magis resplenduerunt in miraculis, & [illegible] gis inueniuntur post fractionem, occisionem & m[illegible] quando integra erant corpora dum viuebant. Sed [illegible] gritate transeo. De integritate vero morali dico, quod

Integritas { Carnis,
Mentis,
Moris seu operis.

Prima est integritas virginitatis & continentiæ. Et ista [illegible] integritas illi, quod integrum redolet, tactum fœte[illegible] hac integritate potest dici illud Deut. 2[illegible] *Munaum*, [illegible] grum & sine macula, *offerri licet.*

¶ Secunda est integritas sinceritatis & conscientiæ [illegible] *Deus autem pacis sanctificet vos, vt integer spiritus vester & anima vestra*

¶ Tertia est integritas virtuositatis & iustitiæ seu [illegible] ista est quando homo est in [illegible] integer & [illegible] nihil est nec in corde, nec in verbo, ne[illegible] [illegible] as enim integrum melius liquorem ret[illegible] quam [illegible] ctum. Speculum etiam quod bene recipit [illegible] st, quod in integrum. [illegible] oriandrum etiam species [illegible] integrum redolet, nō [illegible] quæ secreta [illegible] sunt

[illegible] & [illegible] quæ de [illegible] verbo & [illegible]

[illegible] sunt intelligere male [illegible] bene [illegible] quod cum magi[illegible] [illegible] integros [illegible] [illegible] de [illegible], sed [illegible] ad [illegible], & sic [illegible] quandoq; habet fæces [illegible] vanitatis, non est bona, imo Deo [illegible] illud Prou. [illegible] *tanquam infernum.* Sed non [illegible] integri, iuxta illud *[illegible] præbe exemplum bonorum operum do-* [illegible] vbi omnis, & vbi tot [illegible].

## Intelligere. Intelligens. Intellectus.

[illegible] pro cognoscere, profitere, [illegible] moraliter accipiendo, nihil ali[illegible] notitia & c. nihil. De intelle[illegible] naturalis ipsius animæ ratio[illegible] Spiritus sancti, cum ista sint [illegible] intendo quo ad præsens [illegible] idem est, quod intus legere, [illegible] considerationem, & occultorum [illegible] Lynceus, idest, oculus illius [illegible] dicitur ita clarus, quod etiam [illegible] dicitur videre, sic vere o[illegible] esse ita limpidus & discretus, [illegible], idest, abscondita & aperta, & ipsa discrete videre, meditari, [illegible] simus sicut Argus, qui ea omni[illegible], quicquid circa se fiebat, totum vi[illegible] mentis nostræ debet esse plenum o[illegible] & considerationis, vt quicquid est [illegible], siue in cœlo, siue inferno scilicet [illegible] necessaria ad salutem possimus intel[illegible] videre. Vnde Prou. 17. *Expectatio præ[illegible] prudenter intelliget.* Vt sic dicat quilibet *[illegible] omnia audiuit auris mea & intellexi singula.* [illegible] illud Eccles. 18. *Sensati in verbis ipsi sapi[illegible] [illegible] veritatem, & iustitiam, & impleuerunt*

[illegible] dicitur, quod nos debemus intellige[illegible] re quatuor, scilicet
[illegible] itatem inquit)
[illegible] ustitia inquit)
[illegible] ouerbia inquit)
[illegible] udicia inquit.)
[illegible] tia, quando homo scit, & intelligit

[illegible] tem,
[illegible] em.

[illegible] debemus intelligere illa, quæ sunt [illegible] veritatem. Intellexerunt inquit [illegible] loqui nisi veritas sciatur. Et ideo [illegible] tem scire aut intelligere, antequam [illegible] dicere. Vnde dicitur Sap. 3. *Qui confi[illegible] tatem.* Vnde Dauid petit. *Iuxta elo[illegible] um.* Quod est contra multos, qui de [illegible] q [illegible] intelligant veritatem eorum [illegible] Apostolus 1. Tim. 1. *Volentes* inquit, [illegible] *neque quæ loquuntur, neque de quibus*

[illegible] debemus intelligere illa quæ sci[illegible] in verbo (Iustitiam, Iustitia [illegible] dicendis. Iustitia enim est [illegible] ent bus [illegible]. Homo enim non

[illegible] sit facere nisi [illegible] nec [illegible] proximo, [illegible] [illegible] Et ideo [illegible] in Psal. [illegible] [illegible] quia prosequitur *Beati, qui custodiunt iudicium, & fac[illegible] iustitiam in omni tempore.*

¶ Tertio intelligenda sunt [illegible], quæ sunt [illegible] [illegible] D
[illegible] bia. Per prouerbia enim quæ sunt verba abscondita, [illegible] intelligi [illegible] occulta quæ pertinent ad futuram [illegible]. Quicquid enim nobis dicitur de illa futura vita [illegible] [illegible] nobis dicitur in prouer[illegible] & figuris. Vnde [illegible] dicitur Matt. 4. quod *sine parabolis non loquebatur.* Ta[illegible] enim prouerbia, idest, talia occulta sine intelligentia & p[illegible] [illegible] non cognoscuntur nec perscrutantur. [illegible] Psalm. 18. dicebat: Domino *[illegible] & scrutabor man[illegible] data tua.* Vnde de Daniele dicitur Da [illegible] quod *Deus dedit [illegible] intelligentiam omnium visionum & somniorum* [illegible] quæ sunt fu[illegible] tura post mortem, sunt quædam prouerbia, quædam abscon[illegible] dita & occulta, sunt etiam quædam visiones & somnia, quia [illegible] ista quamuis in se habeant existentiæ certitudinem quan[illegible] tum ad nos, tamen non habent nisi quandam somnialem si[illegible] militudinem, quia *per fidem ambulamus, & non per speciem*, secundum Apostulum, videlicet *in quantum nunc videmus per speculum in ænig[illegible] mate* 1. Corinth. [illegible] Vnde de [illegible] prouerbiis [illegible] incognitis & occultis potest dici illud Eccle. 39. *Occulta prouerbiorum exquiret sapiens.*

¶ Quarto dico, quod intelligenda sunt illa, quæ sunt timen- E
da & illa sunt Dei iustitia, iudicia inquit. Sicut enim iudicia regum & imperatorum quando sunt terribilia, iusta & rationa[illegible] bilia, profundius à subditis meditantur, & in eorum cordibus terribilia imprimuntur, sic quia iudicia diuina abyssus multa aspera & terribilia sunt & seuera, ideo à nobis intelligenda sunt & timenda. Iudicia enim Dei nisi subtiliter intelligantur, quan[illegible] doque iniusta esse videntur, quia scilicet quantum ad mundum videntur habere vnam causam apparentem, & habent vnam aliam quantum ad Deum latentem. Sicut enim malogranata ratione exterioris corticis videntur esse valde dura, & tamen sunt interius valde mollia & tenera, sic vere iudicia Dei exterius quantum ad causas secundarias nobis apparentes videntur esse quandoque plena crudelitate & iniustitia, cum tamen plena sint quantum ad Dei ordinationem, interius tenera pietate seu clementia. Vnde dicit Hierem. quod *omnia prouidentia Dei agun[illegible] tur*, & quod credit quis esse pœnam, medicina est. De Dei enim iudicijs non videmus nisi corticem, & propter hoc necesse est in ipsis intelligere esse diuinæ iustitiæ & ordinationis medullam, sicut per multa exempla possemus ostendere, & probare. In[illegible] telligenda sunt ergo & timenda, quia scilicet occulta sunt, terri[illegible] bilia & profunda, quia sicut dicitur Rom. 11. *Incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius.*

¶ Sed nota quod sicut animalia grossa & ponderosa parum F
habent de subtilitate intellectus, quia scil. nec sunt subtilia, nec ingeniosa, sicut patet de ceruis, tauris & mulis, animalia vero parua valde sunt ingeniosa & astuta, & intellectuali prudentiæ propinqua, sicut patet de apibus, araneis & formicis, sic vere charissimi, aliqui sunt magni, & grossi per temporalem prospe[illegible] ritatem, scilicet diuites & potentes, qui etiam sunt vt commu[illegible] niter in intelligentia spirituali imbecilles, & de quibus dicitur in Psalm. *Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus.* Isti vero, qui per humilitatem sunt paruuli, sunt vt communiter spirituali intelligentia plus dotati, vnde Prou. 8. *Intelligite paruu[illegible] li astutiam, & insipientes animaduertite. Audite me, quoniam de rebus magnis locuta sum.* Simus ergo intelligentes, quia sicut dicitur Prouerb. 14. *Acceptus est regi minister intelligens, & populus non intelli[illegible] gens vapulabit.* Et sic patet quomodo intelligenda sunt prædicta quatuor scil. illa, quæ sunt agenda, illa quæ sunt dicenda, illa, quæ sunt scienda, & illa, quæ sunt timenda.

¶ Et adhuc si volumus possumus notare, quod nos debemus G
intelligere quinq; necessaria ad salutem. Intelligere n. debemus
Nostrorum proximorum necessitatem,
Nostrorum peccatorum peruersitatem,
Bonorum futurorum fœlicitatem,
Mortis & tormentorum acerbitatem,
Hominum damnatorum pœnalitatem.

Intelligamus ergo necessitatem nostrorum proximorum per nosmetipsos, vt ex nostris proprijs passionibus possimus intelli[illegible] gere & n[illegible] proximorum, iuxta illud Eccl. [illegible] *Intellige ex te ipso, quæ sunt proximi tui.* Et ideo de struthione dicitur Iob [illegible] quod

*ipsa propria ova sua ... in sabulo ignorans, quia pes conculcet ea, eo quod privauit eam dominus sapientia, nec dedit ei dominus intelligentiam*, quia qui scilicet propria ova, id est, proximos & parentes negligunt, & in necessitatibus obliuiscuntur, sine intelligentia esse dicuntur. Matth. 15. *Adhuc & vos sine intellectu estis.* Et propter hoc dicitur in Psal. 40. quod *beatus qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus.*

¶ Item intelligamus peruersitatem peccatorum nostrorum. Et sic intelligere idem est, quod intus legere, quia scilicet intus in conscientia debemus legere facta nostra, & ipsa intelligere & videre. Vnde in Psal. 93. *Intelligite insipientes in populo, & stulti aliquando sapite.* Item intelligamus sublimitatem æternorum bonorum, de quo Esa. 52. *Ecce intelliget seruus meus & eleuabitur, & sublimis erit valde.*

¶ Item intelligamus propinquitatem mortis & futurorum. Sicut enim intellectus & intentio nautarum principaliter fertur in portum vbi debent applicare, sic vere totus intellectus noster debet ferri ad prævidendum & cogitandum statum, in quo post mortem habemus perseuerare, vnde Deut. 32. *Vtinam saperent & intelligerent, ac nouissima prouiderent.*

¶ Item intelligamus pœnalitatem hominum damnatorum. Vnde Dauid loquens de talium damnatione, prosperitate, & consolatione dicit, quod *sine causa iustificauit* scilicet *damnatus, cor suum, donec intraret in sanctuarium Dei, & intelligeret in nouissimis eorum.* Et sic si fuerimus taliter intelligentes, poterimus *habere donum sapientiæ & intellectus, & requiescet super nos spiritus sanctus* sicut dicitur Esa. 11.

H ¶ Aduerte tamen quod tria sunt quæ verum impediunt intellectum, scilicet

Mundi prosperitas & consolatio,
Mentis obscuritas & obfuscatio,
Cordis fatuitas & obstinatio,

Verum enim nequeunt intelligere illi qui sunt impinguati mundana prosperitate. Isti sunt similes porcis, qui quandoque fiunt cæci propter nimiam pinguedinem. Vnde in Psal. 48. *Homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus & similis factus est illis.*

¶ Item illi, qui sunt obfuscati mentis obscuritate. Homo enim quandoque per diuturnam obscuritatem perdit visum, sic homo per ignorantiam intellectum. Vnde in Psal. 81. *Nescierunt neque intellexerunt, in tenebris ambulant.*

¶ Item isti, qui sunt obstinati cordis fatuitate. Vnde in Psal. *Vir insipiens non cognoscet, & stultus non intelliget hæc.* Ista ergo de intellectu sufficiant. Vide infra de sapientia, & in diuersis partibus huius libri, sicut infra in tabula poteris inuenire.

A **Intendere.** Nota, quod intendere quandoque idem est, quod aliquid ad certum finem seu ad certum quid ordinare, & disponere, & exinde prouenit, & deriuatur nomen intentionis, quæ sc. dat operibus meritum seu culpam, & ista dicitur quandoque affectus, quandoq; voluntas, quandoq; animus. Et de ista loquitur Apostolus Hebr. 4. *Cogitationum* inquit, *& intentionum cordis.* Et de hac dicit Greg. in moralibus, quod sicut fabrica columnis, columnæ vero innituntur fundamento, ita virtutibus innititur vita, virtutes autem in intentione solidantur. Ista ergo

Intentio dicitur { Oculus, Angulus, Titulus.

Oculus qui corporis est lux & specula,
Angulus qui parietis est lex & regula,
Titulus qui operis est laus & oculus.

Est igitur

Intentio {
Oculus speculans, vt animus à fraude tueatur,
Angulus regulans, vt quod agit in recto teneatur,
Titulus gratulans, vt meritum debitum habeatur.
}

Nam

Intentio est { Oculus, Angulus, Titulus } opus { illuminans, conterminans, denominans.

B ¶ Primo ergo dico, quod intentio est oculus opus illuminans. Sicut enim oculus illuminat corpus, sic intentio opus. Et sicut oculus est pars corporis pretiosior, sic intentio est pars excellentior. Et ... vero vel obscuro ... natur aut ... sana fuerit, totum ... corpus & congr... per malitiam infirma fuerit vel obscura, ... erit vituperabilis & caduca. Nunne si porcus sanus ... firmus cognoscitur in oculo vel lingua, quia reuera ... peris corpus sanum dicitur, vbi intentionis oculus ... tur. Vnde Matth. dicitur. *Si oculus tuus fuerit simplex corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus nequam ... tum corpus tuum tenebrosum erit.* Super quo dicit ... quod *duo sunt necessaria ad hoc, quod oculus intentionis sit vere* ... scil. charitas in affectione, & veritas in locutione. Et ... tate, vide infra de oculo.

¶ Secundo dico, quod intentio est angulus opus ... nans seu ordinans, quia sic sicut per angulum totus ... latur, & ordinatur, sic totum opus secundum int... matur. Et ideo sicut angulus de quadratis lapidibus sic intentio solet quadratura quatuor virtutum ... signum. Intentio enim est lapis angularis, quo ... stat, & de hoc dicitur Esa. 28. *Ecce ego mittam in fu... lapidem pretiosum, probatum, angularem.*

¶ Tertio vero dico, quod intentio est titulus op... nans quantum ad qualitatem, i. an bonum sit an ... quidem aliter fit à Deo, aliter ab homine. Deus en... intentione denominat, & secundum quod int... mala fuerit, opus quod exterius apparet, bonum ... dicebit. Homo vero ab opere intentionem den... secundum operis qualitatem, indicat animi volun... de Bern. super Can. dicit, quod apud homines cor... pud Deum vero verba à corde pensantur.

¶ Et breuiter notare possum, quod

Intentio debet esse { Sancta, Recta, Tecta.

Sancta dico, quoad Deum, vt semper ad Deum ... Exemplo fluuii solsequij qui semper dirigit fa...

¶ Recta etiam quoad proximum, vt non ... torqueatur, seu moueatur. Exemplo linguæ in statera, quæ ... per est recta si pondera sint iusta & æqualia, alias empr... nat se ad partem vbi est maius pondus. Sic intentio & ... ad illum cuius iustitia magis ponderat.

¶ Tecta insuper quoad seipsam ne interior sanctitas ab... tibus hominum videatur. Matth. *Attendite ne iustitiam vestr... ciatis coram hominibus vt videamini ab eis.* Iusti enim & pru... etiam in agibilibus intentionem suam solent tegere, & ... intendunt aut cogitant, paucis & fidelibus reuelare ... *Non omni homini cor tuum manifestes.*

Quæ tamen omnia sunt contra multos, qui se habent

Intentionem non { Sanctam, Rectam, Tectam, } imo { Corruptam, Distortam, Detectam.

Corruptam habet, quo ad Deum hæreticus per hæresim & ... idolatriam. Distortam habet quo ad proximum mali... malignitatem & fraudulentiam. Detectam habet qu... ipsum vaniglorius per ostentationem & iactantiam. ... mala intentio sicut venenum latens in aspide vel bufone, qu... quando exterius aliquem euomitur, tota eius virtus ... tas deturpatur. Multa de intentione tam bona quam m... vbi cor, mens, fraus, oculus, radix, & similia.

¶ Sed adhuc dico, quod intendere sumitur pro inte... & aspicere, intendere, vel vacare. Sed quia factum est ... attendere, idq; breuiter pertransibo.

¶ Nota ergo, quod in scriptura reperitur vnum inte... miseratiuum, speculatiuum, eruditiuum, admiratiuum, ma... latiuum. Intendere miseratiuum est illud, quo Deus & D... sericordia intendunt in hominem scilicet

Vt ipsum {
Eruant succumbentem,
Dirigant litigantem,
Protegant propugnantem,
Audiant supplicantem,
Puniant delinquentem,
Præmient promerentem.
}

Intendit enim Deus in homines vt benignitet eruat suc... bentes. Ps. *Intende animæ meæ, & libera eam, propter inimicos meos eripe me.* Vt iudicio dirigat contendentes, Psal. 34. *Exurge & in...*

[illegible] lunt intelligi
[illegible] procurantes,
[illegible] fœderantes,
[illegible] tria frequentantes,
[illegible] moderantes.

[illegible] i, qui suis intercessionibus, & o- [illegible] dios inter Deum, & populum, cu- [illegible] proprie possunt dicere illud E- [illegible] *cœlum & terram & adduxit in Ieru-* [illegible] tus debet habere canonicam [illegible] debet ipsum leuare, d est, pro- [illegible] quia [illegible] ipse positus est inter [illegible] & populum, c erum & lae- [illegible] R [illegible] conclusionem, [illegible] ad lucatur in Ierusalem. Ibi [illegible] tes Num. 16. *Stans Aaron inter* [illegible] *atus est & plaga cessauit.* Ista etiam [illegible] & prælatorum familiaribus, [illegible] intermedij, quia si licet isti [illegible] cedere, & dominorum [illegible] 22. *Quasi in dee cu rerum,*

[illegible] Inter signat bonos me- [illegible] interponunt benignitet [illegible] n deot. [illegible] les eor [illegible] diuersa mella, quā [illegible] mentum mediant [illegible] tur [illegible] sunt *sicut la* [illegible] pungitur, & sic [illegible] igitur, & [illegible] Pro-

[illegible]

*Habete in vobis sal,* [illegible] D [illegible] tura dicat [illegible] A [illegible] quis eorum [illegible] C [illegible] *voluerit inter vos maior fieri minister v[illegible] ter erit.* M [illegible] er bonos mediantes.

¶ [illegible] dico, quod illud vocabulum Inter, signat bonum [illegible] vel bonæ [illegible] tores, & frequentat [illegible] O [illegible] vult esse [illegible] inter alias [illegible] tere delectatur. [illegible] ca- nis [illegible] nequaquam [illegible] fuere, [illegible] homines hab[illegible] S [illegible] us homo, vt communiter, no[illegible] esse [illegible] a bo[illegible] societatibus alienus, quia sec[illegible]m Senec. *Omnia mala docuit solitudo.* Imo certe inter bo[illegible] locus, medius & vicinus, vnde de bonis d[illegible] *Compu- tati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est.* M[illegible] p[illegible] esse inter bonos. Medium enim participat naturam extremorum. Vnde ex societate bonorum fortificatur d[illegible] tas infirmorum. Ouis enim quę sola à tonitruo occiditur, si fue- rit inter alias, à tonitruo non turbatur. Bos etiam, qui inter alios boues est, à lupo non tangitur, si solus inuentus fuerit, nequa- quam liberatur. Q[illegible] breuiter, melius est esse inter alios bo- nos, quam solum aut singularem. Sæpe enim homo, dum solus est, per diuersas tent[illegible]tiones à di[illegible]bolo inuaditur, quasi inter a- lios fuerit, inuadi ab e[illegible] timidatur. C

¶ Nota ergo, quod nos debemus esse inter alios sicut elee- D
mosynarius inter pauperes, vt propria distrib[illegible] [illegible] ctor inter scholares, vt vtilia d[illegible]eamus, sic [illegible] [illegible] uantes, vt per bona exempla luceamus, [illegible] iudes inter ho- mines, vt eorū merita distinguam[illegible] sicut [illegible] o, vt pro alijs intercedamus, [illegible] ut prudentes in consi[illegible]o, vt vtilia re- spiciamus, sicut monachi in cœnobio, vt maioribus obedia- mus, sicut amici in conuiuio, vt ad inuicem congaudeamus. Dico ergo, quod nos debemus esse inter alios vt [illegible] di- stributores. Vnde Prou. 17. *Seruus sapiens dominabitur [illegible] stultis, & inter fratres hereditatem diuidet.* Ps. *Inter medium montium per tran- sibunt aquæ potabunt omnes bestiæ agri.*

¶ Item simus inter alios vt ipsorum informatores, vnde de sacerdotibus dicitur Ezech. 44. *Populum meum docebunt, quid sit inter sanctum, & pollutum, & inter mundum, & immundum, ostendent* ei. 1. Corint. cap. 2. *Sapientiam loquimur inter perfect[illegible]* [illegible] E- zech c. 1[illegible] in illis rotis, quæ erant inter Cherubin [illegible] interpre- tantur plenitudo scientiæ, & in Dauid [illegible] inter tres 2 Reg. 23.

¶ Item simus inter alios vt ipsorum [illegible] tores, vt [illegible] de quibus Apostolus Philip. 2. d[illegible] *ne at que peruersæ, inter quos lucetis tanquam luminaria.*

¶ Item [illegible] Malach. 3. *Videbitis quid sit inter iustum* [illegible] *Deo, &* [illegible] intercess[illegible] *Inter* [illegible] *mus* [illegible]

¶ [illegible]

¶ [illegible] obed [illegible]

*ipsa propria manifestatur in fabulis ignorant viri posuerit ea, eo quod primaeuit eam dominum sapientia, nec dedit ei dominum intelligentiam*, quia qui scilicet ... id est, proauos & parentes negligunt, & necessitatibus obliuiscuntur, sine intelligentia esse dicuntur. Matth. ... *Adhuc & vos sine intellectu estis*. Et propter hoc dicitur Psal. 40. quod *beatus qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus*.

¶ Item intelligamus peruersitatem peccatorum nostrorum. Et tunc intelligere idem est, quod intus legere, quia scilicet intus in conscientia debemus legere facta nostra, & ipsa intelligere & videre. Vnde in Psal. ... *Intelligite insipientes in populo, & stulti aliquando sapite*. Item intelligamus foelicitatem aeternorum bonorum ... *Ecce intelliget seruus meus & eleuabitur, & sublimis erit valde*.

¶ Item intelligamus propinquitatem mortis & futurorum. Sicut enim intellectus & intentio nautarum principaliter fertur in portum vbi debent applicare, sic vere totus intellectus noster debet ferri ad prouidendum & cogitandum statum, in quo post mortem habemus perseuerare, vnde Deut. 32. *Vtinam saperent & intelligerent, ac nouissima prouiderent*.

¶ Item intelligamus poenalitatem hominum damnatorum. Vnde Dauid loquens de ipsorum damnatione, prosperitate, & consolatione dicit quod *sine causa iustificaui cor meum, scilicet damnatum, cor suum, donec intrarem in sanctuarium Dei, & intelligerem in nouissimis eorum*. Et sic si fuerimus taliter intelligentes, poterimus *habere donum sapientiae & intellectus, & requiescet super nos Spiritus sanctus* sicut dicitur Esa. 11.

H ¶ Aduerte tamen quod tria sunt quae verum impediunt intellectum, scilicet

Mundi prosperitas & consolatio,
Mentis obscuritas & obfuscatio,
Cordis fatuitas & obstinatio.

Verum enim nequeunt intelligere illi qui sunt impinguati mundana prosperitate. Isti sunt similes porcis qui quandoque fiunt caeci propter nimiam pinguedinem. Vnde in Psal. 48. *Homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus & similis factus est illis*.

¶ Item illi, qui sunt obfuscati mentis obscuritate. Homo enim quandoque per diuturnam obscuritatem perdit visum, sic homo per ignorantiam intellectum. Vnde in Psal. 81. *Nescierunt neque intellexerunt, in tenebris ambulant*.

¶ Item illi, qui sunt obstinati cordis fatuitate. Vnde in Psal. *Vir insipiens non cognoscet, & stultus non intelliget haec*. Ista ergo de intellectu sufficiant. Vide infra de sapientia, & in diuersis partibus huius libri, sicut infra in tabulis poteris inuenire.

A **Intendere.** Nota, quod intendere quandoque idem est quod aliquid ad certum finem seu ad certum quid ordinare, & disponere, & exinde prouenit, & deriuatur nomen intentionis, quae sc. dat operibus meritum seu culpam, & ista dicitur quandoque affectus, quandoque voluntas, quandoque animus. Et de ista loquitur Apostolus Hebr. 4. *Cogitationum* inquit, *& intentionum cordis*. Et de hac dicit Greg. in moralibus, quod sicut fabrica columnis, columnae vero innituntur fundamento, ita virtutibus innititur vita, virtutes autem in intentione solidantur. Ista ergo

Intentio dicitur { Oculus, Angulus, Titulus.

Oculus qui corporis est lux & specula,
Angulus qui parietis est lex & regula,
Titulus qui operis est laus & nocula.

Est igitur

Intentio {
Oculus speculans, vt animus a fraude tueatur,
Angulus regulans, vt quod agit in recto teneatur,
Titulus gratulans, vt meritum debitum habeatur.
}

Nam

Intentio est { Oculus, Angulus, Titulus } opus { illuminans, contereminans, denominans.

B ¶ Primo ergo dico quod intentio est oculus opus illuminans. Sicut enim oculus illuminat corpus, sic intentio opus. Et sicut oculus est pars corporis pretiosior, sic intentio est pars excellentior. Et sicut oculo sano totum corpus ... vero vel obscuro male gubernatur aut dirigitur, sic si ... sana fuerit, totum operis corpus & congeries sanum erit ... per malitiam infirma fuerit vel obscura, totum opus ... erit vituperabilis & caliua. Nonne si potius sanus fuerit ... firmus cognoscitur in oculo vel lingua? quia reuera ... peris corpus sanum dicitur, vbi intentionis oculus infirmatur. Vnde Matth. ... dicitur. *Si oculus tuus fuerit simplex totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus nequam fuerit totum corpus tuum tenebrosum erit*. Super quo dicit Bernardus quod *duo sunt necessaria ad hoc, quod oculus intentionis sit rectus* scil. charitas in affectione, & veritas in locutione. Et ... tate, vide infra de oculo.

¶ Secundo dico quod intentio est angulus opus co... nans seu ordinans, quia sc. sicut per angulum totus paries ... latur, & ordinatur, sic totum opus secundum intent... matur. Et ideo sicut angulus de quadratis lapidibus ... sic intentio solet quadratura quatuor virtutum cardina... lium. Intentio enim est lapis angularis, quo stante ... stat, & deficiente ruit. Esa. 28. *Ecce ego mittam in fundamentis lapidem pretiosum, probatum, angularem*.

¶ Tertio vero dico, quod intentio est titulus opus d... nans quantum ad qualitatem, i. an bonum sit an malum ... quidem aliter sit a Deo, aliter ab homine. Deus enim ... intentione denominat, & secundum quod intentio b... mala fuerit, opus quod exterius apparet, bonum & ma... dicabit. Homo vero ab opere intentionem denominat, ... secundum operum qualitatem, iudicat animi volunta... de Bern. super Can. dicit, quod apud homines cor ex verbis, ... pud Deum vero verba ex corde pensantur.

¶ Et breuiter notare possum, quod

Intentio debet esse { Sancta, Recta, Tecta

Sancta dico, quoad Deum, vt semper ad Deum dirigatur. Exemplo floris solsequij qui semper dirigit faciem ad Solem.

¶ Recta etiam quoad proximum, vt nunquam a iustitia torqueantur, seu moueantur. Exemplo linguae in statera, quae semper est recta si pondera sint iusta & aequalia, alias semper inclinat se ad partem vbi est maius pondus. Sic intentio & voluntas ad illum curuatur, qui magis ponderat.

¶ Tecta insuper quoad seipsum ne interior sanctitas ab obtuentibus hominum videatur. Matth. *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus vt videamini ab eis*. Iusti enim & prudentes etiam in agibilibus intentionem suam solent tegere, & quod intendunt aut cogitant, paucis & fidelibus reuelare. Eccles. 8. *Non omni homini cor tuum manifestes*.

Quae tamen omnia sunt contra multos, qui se habent

Intentionem non { Sanctam, Rectam, Tectam, } imo { Corruptam, Distortam, Detectam.

Corruptam habet, quoad Deum haereticus per haeresim & idolatriam. Distortam habet quoad proximum malitiosus per malignitatem & fraudulentiam. Detectam habet quoad seipsum vanigloriosus per ostentationem & iactantiam. Est autem mala intentio sicut venenum latens in aspide vel bufone, quod quando exterius in aliquem euomitur, tota eius virtus & sanitas dissipatur. Multa de intentione tam bona quam mala vide vbi cor, mens, fraus, oculus, radix, & similia.

¶ Sed adhuc dico, quod intendere sumitur pro intelligere, & aspicere, intendere, vel vacare. Sed quia factum est satis de attendere, idq; breuiter pertransibo.

¶ Nota ergo, quod in scriptura reperitur vnum intendere miseratiuum, speculatiuum, eruditiuum, admiratiuum, m... latiuum. Intendere miseratiuum est illud, quo Deus & Dei misericordia intendunt in hominem scilicet

Vt ipsum {
Eruant succumbentem,
Dirigant litigantem,
Protegant propugnantem,
Audiant supplicantem,
Puniant delinquentem,
Praemient promerentem.
}

Intendit enim Deus in homines vt benigniter eruat succumbentes. Ps. *Intende animae meae, & libera eam, propter inimicos meos eripe me*. Vt iudicio dirigat contendentes, Psal. 34. *Exurge & intende iudicio*

[illegible]

...inter est præpositio [illegible] ...

[illegible] ... intendere in bono ...

[illegible] bono significat omnes il[illegible] ...arias interponunt partes

[illegible]

...Inter signat bonos me-[illegible] ...

[illegible]

*Habetis in vobis* [illegible] scriptura ordinare, & [illegible] ,quia Apost[illegible]s quis eorum est [illegible] Chr[illegible]stus [illegible] *voluerit inter vos maior fieri, minister vester erit.* Ma[illegible] et [illegible] inter bonos mediatores.

¶ Tertio dico, quod illud vocabulum Inter, signat bonos so[illegible] [illegible], bonæ societatis sectatores, & [illegible] quentatores Omnia enim [illegible] vult esse sol[illegible] inter alias [illegible] vere delectatur, & ca[illegible] nequaquam [illegible] ueter, nisi inter homine[illegible] ab[illegible]tet Sic [illegible] homo, vt communiter, non [illegible] esse solitarius, nec [illegible] societatibus alienus, quia secundum Senec. *Omnia mala docuit solitudo.* Imo certe inter b[illegible]nos semper [illegible] esse socius, medius & vicinus, vnde de bonis dicitur Sap. 5. *Computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est.* M[illegible] homo [illegible] proficit esse inter bonos. Medium enim participat naturam extremorum. Vnde ex societate bonorum fortificatur debilitas infirmorum. Ouis enim quæ sola à tonitruo occiditur, si fuerit inter alias, à tonitruo non turbatur. Bos etiam, qui inter alios boues est, à lupo non tangitur, si solus inuentus fuerit, nequaquam liberatur. Q[illegible] breuiter, melius est esse inter alios bonos, quam solum aut singularem. Sæpe enim homo, dum solus est, per diuersas tentat[illegible]nes [illegible] diabo[illegible] inuaditur, qui si inter alios fuerit, inuadi [illegible] formidatur. C

¶ Nota ergo, quod nos debemus esse inter alios sicut eleemosynarius inter pauperes, vt propria distribuamus, sicut d[illegible]ctor inter scholares, [illegible] vtilia d[illegible]ceamus, sicut l[illegible] inter [illegible]uantes, vt per bona exempla luceamus, sicut iudex inter [illegible]mines, vt eorũ merita distinguamus, sicut aduoc[illegible] in [illegible] vt pro alijs intercedamus, sicut prudentes in [illegible] onsilio, vt vtilia respiciamus, sicut monachi in cœnobio, vt maioribus obediamus, sicut amici in conuiuio, vt ad inuicem congaudea[illegible]us. Dico ergo, quod nos debemus esse inter alios vt bonorum distributores. Vnde Prou. 17. *Seruus sapiens dominabitur [illegible], & inter fratres hereditatem diuidet.* P[illegible] *Inter medium montium pertransibunt aquæ potabunt omnes bestiæ agri.* D

¶ Item sumus inter alios vt ipsorum informatores, vnde de sacerdotibus dicitur Ezech. 44. *Populum meum docebunt, quod sit inter sanctum, & pollutum, & inter mundum, & immundum, ostendent eis.* 1. Corinth. cap. 2. *Sapientiam loquimur inter perfectos.* Figurat[illegible] Ezech. c. 10 [illegible] lis totis, quæ erant inter Cherubin, q[illegible] intel[illegible]pretantur [illegible] leotudo scientiæ, & in Dauid sapientissimo [illegible] tres 2 Reg. 23.

¶ Item sumus inter alios vt ipsorum i[illegible]ustrat[illegible]res, vt [illegible] de quibus Apostolus Philip. 2. dic[illegible] *in medio,* [illegible] *nationum prauæ at[illegible] peruersæ, inter quos lucetis tanquam luminaria.*

¶ Item [illegible] inter [illegible] , vt ip[illegible] [illegible] Vnde Malach [illegible] *Videbitis quid sit inter iu[illegible]* [illegible] *inter* [illegible] *Dei, & non seruientem* [illegible] intercess[illegible] [illegible] [illegible]

[illegible]

[illegible]

... Ex [illegible] ... & [illegible] ... *medium tuum [illegible] detrahant te,* ... *Icary natememo- [illegible] te parati [illegible] pati, medium tenuere* ... Vide [illegible] de Mar [illegible] Thren [illegible] *facta est sicut alem, quæ polluta menstruis inter eos* ... [illegible] quis [illegible] facere ... Matt [illegible] *tamen quod cecidit inter spinas, non potuit [illegible] care.* Et ita [illegible] nugi [illegible] olunt malorum, qua b[illegible] nos debe [illegible] ad intercedendum, ad [illegible] moderandum.

¶ [illegible] quod [illegible] possunt dici de Christo Ipse enim [illegible] voluit esse [illegible] medius, ut exor[illegible] paternæ ma[illegible] statis [illegible] mnis diuersitatis, ut frequentator bonæ [illegible] defen[illegible] nostræ fragilitatis, [illegible] rogator magnæ be- [illegible] magnæ largi[illegible] tatis, & [illegible] ta. [illegible] date de inter, [illegible] upta. Et [illegible] patet qu[illegible] teft accipi in bono.

F ¶ [illegible] quod inter potest accipi in malo. Et signat m[illegible] ones, malas mediat[illegible] ones, malas sociati[illegible] ones. Ista enim quatuor sunt quædam mala in- [illegible] hi enim sunt mali int[illegible] cessores. Hi en[illegible] sunt [illegible] pulsito, & principes, sed istud non est ad in[illegible] sumpr[illegible] ipsis, sed e[illegible] s. Isti enim o[illegible] cessant [illegible] nugis accusare, & contra ipsos [illegible] V[illegible] de talibus potest dici, quod *ipsi occiderunt Zachariam fi- lium [illegible] inter templum & altare,* sicut dicitur Mat [illegible] Et ta[illegible] Iob 1. in Satan, qui [illegible] os Dei [illegible] petia[illegible] Domino ut Iob affligeret [illegible] Quia [illegible] tales inter [illegible] os Dei, id est, inter bonos [illegible] se [illegible] tantur, & habitant, & nihil aliud intendunt [illegible] qu[illegible] superioribus [illegible] impertare [illegible] alean[illegible] quomodo [illegible] d [illegible] perent, & [illegible].

¶ [illegible] med[illegible] ter verbo- [illegible] quam [illegible] genera [illegible] Vnde tales sunt de illis [illegible] *duntur,* sicut dicitur [illegible] testes fal[illegible]

[illegible]

# Intermedius. Interfectio. Interfusio.

[illegible]

¶ Se[illegible] et diab[illegible]

Interfi[illegible] [illegible] ... ediæ

B ¶ [illegible] alte su- pe[illegible] um, per ela[illegible] qui cum in at b[illegible] *[illegible] in cordes eius,* *[illegible] verunt eum* sicut dicitur 2. Reg. [illegible] pendi ad [illegible] dignitatum & b[illegible] notu[illegible] unis, qua sc. sicut res, quæ est le[illegible] us, & vana & ad flatum venti faciliter mouetur vere [illegible] instabiles sunt, & vani, & ad flatum ve[illegible] diab[illegible] cæ[illegible] estionis mobiles & inepti. In corde ergo tal[illegible] es [illegible] infiguntur quo[illegible] am scil. peccatum superbiæ tria alia [illegible] auaritia, & rapina, ut con[illegible] iunitet [illegible] bus enim est sicut aquila, quæ pullos suos solet [illegible] pendere, & si lacrym[illegible] eos contingerit, solet de degeneres abd[illegible] quia sc. diabolus pullos su[illegible] res per superbiam suspendet & solem mundanæ p[illegible] eis ostendit. Illos vero, qui pe[illegible] nitentiam, & [illegible] nem lacrymantur, [illegible] necessario [illegible] & demer[illegible] mortone [illegible] non [illegible] quo [illegible] ad lem, [illegible] ad claritatem mundanæ gloriæ vertunt, & ad [illegible] to affectionibus se conuertu[illegible] secum retinet & [illegible] figurantur in illis peio[illegible] bus. Num [illegible] *qui [illegible] impatibulo.* Vnde de[illegible] Reg[illegible] *fecerunt eos, præcidente qui manus, & pedes eorum* [illegible] er [illegible] o diabolus superbo[illegible]

C ¶ [illegible] dico, quod ist[illegible] inter [illegible] auaros [illegible] m *Auaritia enim est ignis qui nunquam* [illegible] Vnde Amos 9. *Auaritia [illegible] capit [illegible] inter [illegible] eorum gladius inter [illegible]*

D ¶ [illegible] dico, [illegible] od ipse [illegible] tersi [illegible] d [illegible] glad us [illegible] Quia scilicet inuidi [illegible] uam a[illegible] u be- [illegible]

..., & laceratus. Psal. ... gladio legitur 1. Reg ... *specialiter in tabernaculo* ..., & religionis sub pal- ... regularis latet hodie ... uidia. Quia proculdu- ... lares, quam inter secu- ... dicitur: *Consurrexit Cain ... fecit eum* Inuidos igitur interficit ¶ Quarto dico, quod diabolus in- ... venenum propinando. Luxu- ... quod hominem facit dormire, & quia scilicet luxuria primo facit ... nones, & tandem occidit per ... enim dicitur, quod rhinoceros ..., quem mirabiliter habet mol- ... ntre per mala desideria percu- ... sus interficit, & occidit. Tales fi- ... um esset ita fortis, & potens quod ... ipsum interfecit. Iudith 13 Ideo ... 17. *Multos quoque vulneratos de- ... di sunt.* Quinto dico, quod dia- ... s vulnerando. Sagitta enim si- ... ta illud Hierem. 9. *Sagitta vulne-* ... sagittis, & aliorum verbis inio- ... & per iracundiam interficitur Esai. ¶ Sexto dico, quod ipse interficit ... do. Aquæ enim significant delitias, ..., & per gulam spiritualiter interfi- ... *delitias super terram, & interficiam e...* ... dicitur 2. Reg. 13 *Dixit Absalon ser- ... Amon vino, percutite eum, & interficite.* ... bibendo aquam interficitur. ¶ Septi- ... ficit ipsos ponderibus opprimé- ... tæ in tantum pressi, & grauati sunt, ... opus nequeunt excitare, de quo di- ... *incircumcisi cum interfectis gladio, por-* ... hic igitur patet, quomodo diabolus ... ude occidit spiritualiter homines, quia ... *Dentes eius dentes leonis, interficientes ani-* ... terfectione vero in quantum signat pœnam æternam posset breuiter dici, quod sicut lu- ... pi, qui dum sunt in nemoribus, non faciũt ... nibus non est, quando autem capiuntur, in- ... ci traditi, quia mali in hoc mundo semper ... s, & b... nis, ideo finaliter Deus ipsos capit ... oralem, & finaliter interficit per damnatio- ... dei Reg. 18. *Leonem & vrsum interfecit.* Et 1. ... *in medio cisternæ.* Et hoc de interfectione

# ...e. Interitus.

Nota, quod interire idem est, quod intus ire seu conterere ... tenire pro morte conteri vel perire. Et hi eius- ... quod in scriptura reperitur

...turalis,
...tualis,
temporalis,
...rn lis.

... omnibus contingit,
... animas peccatorum intingit,
... iustos affligit,
... ternus damnatos configit.

... eritus naturalis omnibus est contingẽs. ... siast. c. 3. quod *vnus est interitus hominum, & ... vtrorumque conditio.* Et illud Psalm. 48. *Homo au- ... omnia, neque descendet cum eo gloria domus ...* ... est interitus criminalis animas peccato- ... peccatum, de quo in Psalm. 36 *Reliquiæ in- ...* ... 7. dicitur. *Et qui tetigerit immundum, & ...* ... dico, quod inuenitur interitus tempo- ..., & iste interitus innocentum, qui ipsis ... quo dicitur Prouerbiorum 24. *Erue ... mortem, & eos qui trahuntur ad interitum liberare ...* ... temporali interimi à Deo permit- ... vt emendentur, & cogantur, & vt per temporalem interitum perpetuus euitetur, sicut Apostolus di- cebat 1 Co 5. *Quos reddidi sathanæ in interitum carnis suæ, vt spiritus saluus fiat* ¶ Item est interitus infernalis seu æternalis, damnatos configens, videlicet mortis æternæ. Vnde in Psalm. 139. *Virum iniustum mala capient in interitu.* Et illud. *Tu vero Deus deduces eos in puteum interitus* Et 2. Thessal. 1. *Qui non obediunt in euangelio Chri- sti, pœnas dabunt, in interitu æternas.* His igitur præmissis, quia de multiplici morte infra dicetur in titulo sub litera m. hic omissis cæteris, de interitu culpæ aliquid subiungam. ¶ Et notemus, quod mali intereunt spiritualiter, quidam, qui

Suspenduntur pompositatis fastu,
Suffocantur gulositatis passu,
Toxicantur carnalitatis tactu,
Suffodiuntur terrenitatis iactu,
Conciduntur rixositatis actu,
Constringuntur inuidioso tactu,
Congelantur desidioso lectu.

Ista sunt enim diuersa genera interitus scilicet suspensio, suf- focatio, toxicatio, suffossio, concisio seu detractio, illaqueatio, congelatio, seu constrictio. ¶ Dico ergo, quod quosdam inte- rimit seu interire facit suspendium superbiæ. Superbi enim, & elati sicut suspensi in alto intereunt, quia scilicet de superbo di- citur 2. Paral. 26. *Eleuatum est cor eius in interitum suum.* Figuratus in illo Achitophel, de quo dicitur 2. Regum 17, quod *disposita do- mo sua, suspendio interijt.* ¶ Item dico, quod quosdam interimit suffocatio gastrimargiæ. Gula enim est, quæ per delitias ani- mam suffocat, & extinguit Thren. 4. *Qui vescebantur voluptuose, interierunt in vijs.* Item quosdam interimit intoxicatio luxuriæ. Luxuria enim fœdat, & inficit ad modum toxici vel veneni. Vn- de illi luxuriosæ mulieri dicitur Ezechiel. 22. *Sordida, nobilis, grandis interitu.* ¶ Item quosdam interimit suffossio auaritiæ A- uaritia enim viuos suffodit homines interrenis. Psalm. 9. *Infixæ sunt gentes in interitu.* ¶ Item quosdam interimit circumcisio, seu detruncatio iracundiæ. Ira enim est gladius, qui concidit, & di- uidit cor hominum Oseæ 10. *Diuisum est cor eorum, nunc interi- bunt* Et illud Roman. 9. *Vasa iræ apta ad interitum.* ¶ Item quos- dam interimit laqueus, seu contritio inuidiæ, Psalm. 34. *Ab- sconderunt mihi interitum laquei sui, superuacue exprobrauerunt ani- mam meam.* ¶ Item interimit quosdam antiquitas seu congela- tio desidiæ, qui scilicet pigritia, & desidia more congelationis, & antiquitatis impediunt motum. Hebr. 8. *Quod autem antiqua- tur, & senescit prope interitum est.* Et sic patet, quomodo interitus a- nimæ per diabolum procuratur.

# Interea. Interdum. Interim.

Omitto, quia non sunt auctoritates, nisi paucissimæ.

# Interior. Interius.

Vide in titulo Intus.

# Intermittere. Intermissio. A

Cum inter- missio se ha- beat per modũ negationis, restat quod intermissio boni est ma- la, & intermissio mali est bona. Malum est enim intermittere bonum, & bonum est intermittere malum. Quod autem bonũ sit, intermittere malum, patet Ezechiel. 45. vbi dicitur: *Sufficiat vobis principes Israel, iniquitatem, & rapinam intermittite, & iudicium, & iustitiam facite.* ¶ Item quod malum sit intermittere bonũ pa- tet, in scriptura vbi talis intermissio boni vt plurimum prohibe- tur vel tacite vel expresse, & istud fit quando præcipiuntur

sine intermissione { Gratias agere, / Preces effundere, / Memoriam recolere.

De gratiarum actione dicitur 1. Thessal. 5. *Gratias agimus Deo sine intermissione.* De oratione seu precum effusione dicitur 1. Thess. 5. *Sine intermissione orate.* De fratrum vero, & amicorum recorda- tione seu memoratione dicitur Rom. 1. *Testis est mihi Deus, quod sine intermissione memoriam vestri facio.* Omitto, vide in titulis Cel- lare, & Omittere, & similibus.

# Internecio. A

Dicitur ab inter & neces. Et est idẽ, quod totalis, & finalis mors, & destructio. Sed vide de Interitu, Morte, Destructione.

# Interponere.

Vide in titulis de intercessione, & me- diatione. Et vide in titulo Medium.

# Interpellare.

Vide in titulo rogare, precari, & inuo- care.

A **Interpretari.** Nota, quod interpretari idem est, quod alicuius obscuri sermonis expositio, & declaratio. Et possumus notare, quod in scriptura reperitur Interpretatio

Verax & necessaria, Sagax & meritoria,
Fallax & deceptoria. Mordax & nugatoria.

Interpretatio verax, & necessaria est illa, quam facit Christus, & quam etiã faciunt sancti doctores exponendo scripturas. Multæ sunt enim scripturæ difficiles, & obscuræ, quas pro certo necessarium est interpretari, & exponere, & nõ secundum sensum literalem, sed potius secundum sensum spiritualem intelligere, & medullam sub cortice latentem extrahere, & videre. Ita faciebat Christus Lucæ 24. vbi *duobus discipulis euntibus in Emaus, ipse interpretabatur in omnibus scripturis, quæ de ipso erant.* Et Dan. 5. *Audiuimus de te, quod possis occulta interpretari, & ligata dissoluere.* ¶ Item inuenitur interpretatio fallax, & deceptoria, & ista est illa, quam faciunt Iudæi, & hæretici de scripturis qui scilicet illas interpretantur, exponunt, & intelligunt falso modo, & ipsas conuertunt, imo peruertunt ad sensum alium quam debe- rent. De quibus potest dici illud Ecclesiastic. 47. *In cantilenis, & prouerbijs, & comparationibus, & interpretationibus mirata sunt terræ.* Item inuenitur interpretatio sagax, & meritoria, & ista est illa, qua prudens, & iustus homo scit omnia, quæ de alijs audit interpretari ad meliorem partem, & per excusationem debitam, in bonum sensum conuertere, quæ dicuntur. Vnde priori Corinth 12. dicitur, quod *per Spiritum sanctum alij dantur genera linguarum, alij interpretatio sermonum, &c.* Dan. 2. *Verum est somnium, & vera est interpretatio eius* ¶ Item inuenitur interpretatio mordax, & detractoria, & ista est quando quis est ita mordax, & mendax, quod quicquid boni accidit de alijs, interpretatur in malum, semper partem deteriorem supponendo, & eligendo, & laudem alienam attenuando, & obfuscando, de quo Dan. 2. *Vna est de vobis sententia, quod interpretationem fallacem, & deceptione plenam composueritis.* Omitto, quia sterilis est materia. Sufficiat ergo de interpretatione detractoria, meritoria, deceptoria, & necessaria.

A **Interrogare.** Nota, quod interrogare idem est, quod aliquid ab aliquo sub spe responsionis inquirere vel rogare. Et notabo, quod multiplex inuenitur interrogatio in scriptura, videlicet

Interrogatio { Fidelium, Crudelium, Simplicium, Nugacium Sagacium. }

Dico primo, quod inuenitur interrogatio sanctæ fidelitatis, & ista est illa qua homo fidelis interrogat Deum, & catholicos, & fideles doctores de illis, quæ spectant ad scientiam, ad fidem: 2. Reg. 20. *Qui interrogant, interrogent in Abela.* Et 1. Reg. 25. *Interroga pastores tuos.* Et Agg 2. *Interroga sacerdotes legem* Et Hierem. 50. *In Sion interrogabunt viam*, quod tamen non faciunt idololatræ, & hæretici, & simplices, & fatui idiotæ, qui magis recurrunt ad interrogandum magos, & hariolos, vetulas, & diuinos, quã dominum aut doctores theologos atque veros, quos arguens Dominus dicit Esaiæ 30. *Væ filij desertores, qui ambulatis vt descendatis in Aegyptum, & os meum non interrogastis.* Et ideo comminando dicit Dominus Esaiæ 19. *Consilium Aegypti præcipitabo, & interrogabunt simulacra sua, diuinos suos, & Pythones, & hariolos, & tradam Aegyptum in manu dominorum crudelium.* Et Oseæ 4. dicit, *Populus meus in ligno suo interrogauit.*

B ¶ Secundo dico, quod inuenitur interrogatio duræ crudelitatis, & ista est illa qua tyranni non solum per verba, imo per verbera interrogant innocentes, secundum illud Sap. 2. *Contumelia, & tormento interrogemus illum, vt sciamus reuerentiam illius, & probemus patientiam eius.* Non dico tamen quod interrogationes tales per tormenta, & quæstiones quandoque debeant fieri, quando scilicet de criminibus agitur, & quando præcedit infamia, & informatio debita, & suspitio sufficiens antecedit. Tunc enim si verba non sufficiant debent verbera adhiberi, quia scilicet quidam sunt ita proterui, quod etiam cum tormentis, & interrogationibus non potest ab eis veritas extorqueri. Eccles. 23. *Seruus interrogatus continuus à liuore non minuitur*

C ¶ Tertio dico, quod inuenitur interrogatio piæ simplicitatis, & ista est illa, ad quam faciendam inuitantur simplices, & ignari, quia scilicet non debent interrogari de arduis, & secretis, sed tantum de illis, quæ pertinent ad salute[m] veraciter credere, & simpliciter confiteri, cum etiam bruta sufficiant ad ostendendũ semitas veritatis, & laudem, & gloriam creatoris. Vnde Iob 1[2]. *Interroga iumenta, & docebunt te, & volatilia, & indicabunt tibi.* Quod est contra multos simplices, qui scilicet magis nituntur interrogare de arduis, & secretis, quam homines scientifici, & prouecti. Et ideo tales faciliter solẽt decipi, & propria inuestigatione fraudari. Tales ergo simplices non publice, nec curiose, nec disputatiue debent de arduis interrogare, exẽplo Apostolorũ, de quibus dicitur Marc. 9. quod *ipsi ignorabant verbum, & timebant interrogare Iesum* Sed in secreto à viris prudentibus debent veritatem si dubitant indagare 1. Cor. 14. *Mulieres*, id est, simplices, *in ecclesiis taceant, non enim permittitur eis loqui, sed si quid volunt discere, domi viros interrogent.* Patet ergo, quod inuenitur interrogatio bonæ simplicitatis.

D ¶ Quarto dico, quod inuenitur interrogatio vanæ nugacitatis, & ista est illa, quam faciunt vaniglorij, & curiosi, qui scilicet non cessant interrogare, & quærere de secretis, & conditionibus aliorum, vt habeant vnde de alijs loquantur. Vel etiam qui de rebus, de quibus non licet, scilicet de secretis fidei vt supra dictum est, interrogant plus quam decet. Et de tali fatua, & curiosa interrogatione potest dici illud Eccl. 7 *Stulta est huiusmodi interrogatio.* Isti enim interrogant, vt possint de aliorum vitijs testes esse. Sapient. 4. *Testes sunt nequitiæ aduersus parentes in interrogatione sua*

E ¶ Quinto vero dicam, quod est interrogatio sagacitatis, & ista est illa, quam faciunt viri prudentes, & iusti ad inquisitionem veritatis illorum, quæ spectant ad necessitatem fidei atque morum. De necessarijs enim & vtilibus bonum est interrogare, & inquirere, de superfluis vero, & impertinentibus vtile est subticere.

F ¶ Igitur notabo, quod

Interrogatio bona facienda est { Sapienter, Diligenter, Reuerenter. }

Sapienter dico, quia homo debet interrogare de vtilibus, & non de inanibus. Vnde Iob 8. *Interroga generationem pristinam, & diligenter inuestiga patrum memoriam.* Et Iob 21. *Interrogate quemlibet ex viatoribus.* Et Hier. 6. *State super vias, & videte, & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea, & inuenietis refrigerium animabus vestris.* Quod est contra illos, qui non quærunt aut interrogant nisi de vanis, & inutilibus sicut de cantilenis, & leuitatibus Ps. 136. *Illic interrogauerunt nos, qui captiuos duxerunt nos, verba cantionum* Contra illos, & contra eos qui inuestigant de arduis, & difficilibus, seu de ignorantijs, & contingentibus, sicut sunt illi, qui circa vanas, & secretas scientias plus debito immorantur, dicit Psal. 34. *Quæ ignorabam interrogabant me.* Contra illos insuper, qui in suis interrogationibus nõ seruant ordinem seu formam, quia aliquando respondent antequam interrogẽt, & ante iudicant quam inquirant, dicitur Eccles. 11. *Antequam interroges, ne vituperes quenquam, & cum interrogaueris, corripe iuste.* Fiat ergo interrogatio sapienter, sicut de Ioseph dicitur Genes. 43. quod interrogauit fratres suos per ordinem. *Interrogauit nos homo per ordinem nostram progeniem.* ¶ Item debet fieri diligenter. valde enim debet esse diligens de interrogando infirmus de medico, egenus de subsidio, oppressus de præsidio, ignarus de veritate, peregrinus de itineris rectitudine. Et sic dico, quod illi magi interrogauerunt de Christo diligenter iuxta illud Matt. 2. *Ite & interrogate diligenter de puero*, de puero dico, qui scilicet, est remedium ægrotantibus, subsidium indigentibus, præsidium metuentibus, rectitudo oberrantibus, certitudo ignorantibus. Vnde dicitur Hierem. 30. *Interrogate & videte.* Et illud prædictũ Iob 8. *Interroga generationem pristinam, & diligenter inuestiga.* Fiat ergo nostra interrogatio diligenter. ¶ Item debet fieri reuerenter, quia scilicet debet fieri à personis quibus debetur reuerentia, videlicet à doctis, & prudentibus, ab amicis, & parentibus, ab antiquis, & præcedentibus, à presbyteris, & præsidentibus. Quia ignarus debet interrogare prudentem. Hester. 1. *Interrogauit sapientes qui ex more regio semper ei adhærebant.* Filius debet interrogare parentem Deut. 32. *Interroga patrem tuum, & annunciabit tibi maiores tuos, & dicent tibi.* Iuuenis debet interrogare seniorem. Esther. 6. *Tunc interrogauimus seniores.* Subditus debet interrogare superiorem, & laicus presbyterum meliorem, Aggæi 2. *Interroga sacerdotes legem.* Et sic patet, quod est interrogatio sagacium, nugacium, simplicium, crudelium, & fidelium. Sufficit. Vide de inquirere, inuestigare, & perscrutari.

Inte-

**Inteſtina.** Pauca [illegible] auctoritates, vide in tabula.

**Intingere.** Vide [illegible] ubi Color, & Tingere, quia auctoritates paucæ ſunt.

**Intrare. Introire.** Nota, quod intrare idem eſt, quod intra vel infra aliquem locum ire [illegible] idem eſt, quod in aliquem locū gradi. Sed quia [illegible] ingreſſu, ideo de introitu breuiter tranſ[illegible] ¶ Notare ergo poſſumus, quod eſt

Introitus { Frequentandus, Procurandus, Tolerandus, Excludendus, Metuendus, Admittandus.

¶ [illegible] dico, quod eſt introitus frequentandus, & iſte [illegible] oſus, quo, ſcilicet, nos debemus intrare pro[illegible] am, ipſam examinando, cœlum vel paradiſum [illegible] templando, ſepulchrum vel infernum, ipſum [illegible] tribus virtuoſis introitibus poteſt breuiter [illegible] habetur Eſaiæ 47. *Sede, tace, intra in tenebras filia Chaldæorum.* [illegible] aduerte, quod nos

{ Honoris, vt quieſcamus,
{ Doloris, vt doleamus,
{ Terroris, vt timeamus.
{ Honoris eſt ſuperior,
{ Doloris eſt interior,
{ Terroris eſt inferior.
Intramus [illegible] { [illegible] imo vt delectemur, ideo dicitur (Sede)
{ [illegible] cundo vt gloriemur (Tace)
{ Tertio vt cōtriſtemur, (Intra in tenebras.)

¶ [illegible], quod debemus intrare locum ſupernalem, vt [illegible] (Sede inquit.) Sicut enim pauper libenter in[illegible] vt ibi ſedeat, homo fatigatus libenter intrat le[illegible] pauſet, homo impugnatus libēter intrat caſtrum, [illegible] maneat, ſic vere chariſſimi, homo debet per ſpem, & [illegible] intrare paradiſum. Vt ibi intus lætus, & quietus maneat, quieſcat & reſideat, quod oſtenditur, cum dicitur. (Sede.) Sedere enim ſignat quietem, recreationem, & à motu, & laboris [illegible] ceſſationem, quia vere homo quam diu vacat circa temporalia, ſemper eſt in labore, & occupatione, in fluxu, & motu, & volutione, quia ſecundum Gregor. Cum rei labenti innitimur, neceſſe eſt, vt cum habente labamur. At vero cum lectum [illegible] in conuiuium paradiſi per affectionem, & deſiderium [illegible], tunc ibidem quieſcimus, & ſedemus. Vnde Dauid in [illegible] 7. *Labor eſt ante me, donec intrem in ſanctuarium Dei.* Vnde [illegible] ſedere dicitur Ioan. 4. *Sedebat ſub vmbra donec videret quid [illegible].* & Apocalyp. 4. *Ecce in cœlo ſedes poſita eſt, & ſuper [illegible].* Contemplatiui autem proprie dicuntur ſedere, ſæ[illegible] antes negotiatores dicuntur currere, vel moueri, ſicut [illegible] Maria dicitur, *quod ſedebat*, & de Martha, *quod ſatagebat*, quia, [illegible] contemplatiui ſedent, & dormiunt cum Maria, iuxta [illegible] Matth. 2. *Intrantes domum*, ſcilicet, paradiſi per contemplationem, *inuenerunt puerum cum Maria.* Actiui vero currunt, & fa[illegible] Martha. *Labora ſicut bonus miles Chriſti.* 2. Timoth [illegible] Intramus ergo locum ſupernalem, vt quieſcamus. *Sede inquit.* [illegible] 17. *Qui cum intraſſent ſedebant in platea ciuitatis.* Vt ſic di[illegible] contemplatiuus illud Sapient. 8. *Intrans in domum meam conquieſcam cum illa*, id eſt, cum ſapientia. ¶ Item debemus intrare [illegible] internam ſeu cordialem, vt doleamus, quod oſtenditur [illegible] (Tace.) Sicut enim ranæ quamdiu ſunt extra aquam, ſolent [illegible] valde garrulare, & clamare, quando vero aquam intrauerint, incipiunt tacere, ſic vere homo quamdiu eſt extra propriam aquam, id eſt, extra conſiderationem propriorum defectuum, & ſolet in terra, id eſt, in terrenis negotijs vagatur ipſe procul dubio garrulus, vaniglorius, & lætabundus diuerſimode incedit. Si vero aquam, id eſt, fluxibilitatem propriorum defectuum per conſiderationem intrauerit, tunc vere non gloriabitur nec gaudebit, ſed magis contriſtabitur & tacebit. Tace inquit, ac ſi dicat. Iam non habes occaſionem loquendi, ſed dolendi potius, & triſtandi. Vnde Matthæi 6. *Intra cubiculum tuum, & clauſo oſtio tuo.* Vt de peccatore dicatur illud Thr. 3. *Sedebit ſolitarius, & tacebit, quoniam leuauit ſe ſupra ſe.* Et Ezechiel. 24. *Ingemiſce tacens.* Religioſi etiam intra clauſtrum ſolent tacere. [illegible] poſtquam in ſero intrauerint domus ſuas, ſolent

quieſcere, & ſilere, quia ſcilicet homo cum intrauerit clauſtrum, & domum propriæ conſcientiæ, ipſam ruminando, & examinando, ibi proculdubio inuenit materiam tacendi, & dolendi, & ab omni locutione ſuperflua abſtinendi, quia ſicut dicitur Amos 5. *Prudens in tempore illo tacebit, quoniam tempus malum eſt.* ¶ Intrare enim debet homo cor ſuum

Ad { Deplorandum commiſſa ſcelera, Meditandum actor & opera, Præcauendum luctus & verbera, Contemnendum onus & pondera, Deprecandum regentem ſydera.

Intremus ergo, corda noſtra ad præterita ſcelera deplorandū Geneſ. 43. *Intrauit Ioſeph in cubiculum, & fleuit.* ¶ Item ad præſentia opera ordinandum Num. 4. *Aaron & filij eius intrabunt, & ipſi deponent onera.* ¶ Item ad futura damna ſeu verbera præcauendum. Vnde de Noe futurum diluuium præcauente dicitur Actorum 8. *Intrauit Noe in arcam* ¶ Item ad mundana pondera contemnendum Naum. 3. *Intra lutum & calca* ¶ Item ad regentem, æthera adorandum Matthæi 6. *Intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio ſuper te, & ora Patrem tuum, qui videt in abſcondito.* Intremus igitur locum cordialem, doleamus. ¶ Item debemus intrare locum infernalem vt timeamus. Intra (inquit) in tenebras. Sicut enim aues, quæ habent viſum debilem, cuiuſmodi ſunt noctuæ, & bubones, cum claritatem ſolis ferre nequeant, ſolent loca vmbroſa, & tenebroſa diligere, & intrare: ſic vere cum viſus intellectus noſtri ſit debilis, & inſufficiens ad lumen cœleſtis gloriæ contemplandum (quia ſcilicet *oculus non vidit quæ præparauit Deus diligentibus ſe*) loca tenebroſa mortis, & inferni intrare debemus per conſiderationem, vt ſi ſplendore cœleſtis gloriæ ad bonum non attrahimur, timore tamen mortis & gehennæ à malo retrahamur. Intra ergo in tenebras. Vnde in Pſalm. 104. dicitur: *intrauit Iſrael in Aegyptum, & Iacob accola fuit in terra Cham.* Ægyptus enim interpretatur tenebræ, Cham vero interpretatur calor, quia ſcilicet infernus eſt tenebroſus. Tenebroſus dico, quia ſicut dicitur Iob 10. *Iſta eſt terra miſeriæ tenebrarum, vbi vmbra mortis, & nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat.* Calidus etiam eſt, quia ſicut dicitur Iob 24. *Ad nimium calorem tranſibunt ab aquis niuium vſque ad inferos.* Ibi ergo debemus intrare mentaliter, ne forte ibi intremus perſonaliter, quantum ſcilicet peccatores introibunt in inferiora terræ, tradentur in manus gladij, partes vulpium erunt. Intremus ergo tenebras mortis, & inferni, vt de nobis dicatur illud Ioan. 20. *Venit Simon Petrus ſequens, & introiuit in monumentum.* Et ſic patet triplex introitus ſpiritualis, ſcilicet in locum interiorem, & doloſum, in locum ſuperiorem & gaudioſum, inferiorem & timoroſum. Bene ergo dictū eſt, (Sede, tace, & intra in tenebras) Iſte ergo eſt introitus virtuoſus, qui eſt frequentandus. Circa quod nota adhuc, quod

Intrare debemus { Hortum, Domum, Templum.

Hortum ſcripturæ } ad { meditandum,
Domum religionis } ad { commorandum,
Templum eccleſiæ } ad { adorandum.

Scriptura dico, eſt hortus ad meditandum. Vnde Ioan. 18. dicitur quod *ibi erat hortus, in quem introiuit Ieſus cum diſcipulis ſuis.* Et de Aſſuero legitur Heſter 7. quod *intrauit rex in hortum arboribus conſitum.* Religio eſt domus pœnitentium. Vnde de Magis dicitur Matthæi 2. quod *intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria*, quia ſcilicet in domo religionis eſt puer, id eſt, puritas innocens. Eſt Maria, id eſt, amaritudo pœnitentiæ. Eccleſia eſt locus adorantium. Vnde in Pſalm. 42. *Introibo ad altare Dei.* Et alibi dicitur, *introibo in domum tuam, adorabo ad templum ſanctum tuum.* Iſte eſt ergo introitus virtuoſus, qui eſt frequentandus. E
¶ Secundo principaliter dico, quod eſt introitus gratioſus, qui eſt procurandus. Iſte eſt quando oſtium cordis aperimus vt Deus, & virtutes ſubintrent. Et nota, ſi vis, quod quadruplex eſt introitus procurandus, videlicet introitus pacificatiuus, quo placamus diuinum deſpectum, iuſtificatiuus quo virtutes intrant ad affectum, lætificatiuus quo intratur ad Dei conſpectum, ſalutificatiuus, quo volamus ad clauſtrale tectum. ¶ Dico ergo, quod procurare debemus introitum pacificatiuū, & iſte eſt introitus noſtrarum precum, & orationis ad diuinitatis exauditionem

tionem. Nam sicut videmus, quod quandoque ad Papam solent intrare damnati vt absoluantur, aduocati vt patrocinentur, egeni vt ditentur, & sitientes, amici vt cum eo gaudeant, & consolentur, sic ad Deum debet intrare peccator, & sceleratus, cuius officium agit contritio Psalm. 7. *Introeat in conspectu tuo gemitus compeditorum.* Aduocatos cuius officium agit oratio Psal. *Intret oratio mea in conspectu tuo, & inclina aurem tuam ad precem meam.* Egenus seu pauper, cuius officium facit humiliatio seu detrectio 3. Reg. 3. *Ego autem sum pauper paruulus, ignorans ingressum, & introitum meum.* Amicus seu confœderatus, cuius officium facit dilectio 2. Reg. 14. *Vocatus Absalon intrauit ad regem.* Absalon filius erat regis, & per consequens amicus. Interpretatur etiam pater pacis. ¶ Deinde dico, quod nos debemus procurare introitum

F iustificatiuum videlicet ingressum seu introitum gratiæ diuinæ in cor humanum. Sicut enim ostrea se aperit circa littus maris, & sic ros cœlestis subintrat, & sic generatur margarita, sicut etiam aperta fenestra lumen intrat in domum, per quod tota domus redditur luminosa, sic vere quando fenestras cordis aperimus per affectionem & deuotionem, tunc ros diuinæ gratiæ, & lumen veræ scientiæ subintrat per diuinam inspirationem, & infusionem, & sic margaritæ virtutum & meritorum introducuntur, & discretionis claritas generatur, & etiam ipse Deus habitat ibi per spiritualem habitationem, & visitationem. Talem introitum ad animam desiderat ipse Christus, dicens, illud Apoc. 3. *Ego sto ad ostium, & pulso si quis audit vocem meam, & aperuerit ianuam intrabo ad illum, & cœnabo cum illo.* Sed pro certo talem introitum impediunt vitia, & peccata, quia scilicet Deus non libenter intrat in domum clausam, quia non est latro, nec in domum fœdam quia non est immundus, nec in domum litigiosam, quia ipse est pacificus. Domum autem cordis claudit obstinatio, fœdat luxuria, & inquietatio turbat & tribulat dolor cordis, & contentio seu auaritia & negotiatio. Tales ergo domos non intrat Deus, vt ipse inquit, dicens illud Psalm. *Odiui ecclesiam malignantium, & cum iniqua gerentibus non introibo.* Et Sap. 1. dicitur, quod *in maleuolam animam non introibit sapientia.* Attollite ergo portas principes vestras, & introibit rex gloriæ. Sicut enim dicitur Eccl. 1. *Omnia flumina intrant mare,* quia scilicet omnia flumina, id est, omnes abundantiæ gratiarum intrant mare, id est, conscientiam compunctam, & amaram, iuxta illud Psalm. *Cor contritum & humiliatum Deus non despicies.* Iste est igitur introitus procurandus. Dico ergo, quod nos debemus procurare introi-

G tum iustificatiuum. ¶ Denique dico, quod nos debemus procurare introitum lætificatiuum, & iste est introitus paradisi, vbi quicunque introierit, lætus erit Matth. 25. *Intra in gaudium Domini tui.* Est enim in Æthiopia superiori quidam mons, vbi quicunque introierit, nunquam exit, quinimo ibi ridendo intrat, & ascendit, & ideo in signum crux in introitu ponitur quæ risus vulgariter appellatur. Sic vere in monte paradisi est perpetuus risus, & gaudium, sed in introitu crux ponitur, proeo quia per crucem, & tribulationem ibi intratur. Pœnitentia enim, & tribulatio crux sunt, per quam iusti in paradisum intraueunt. *Nonne sic oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam?* Luc. 24. *Quia per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum.* Act. 14. Et nota, quod nos debemus velle intrare in paradisum, quia habemus vocem comminantis, qui pœnam infert. Nam Christus præcedit, portas aperiendo, quia sicut dicitur Hebr. 9. *Iste est qui introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta.* Et Hebr. 6. *Præcursor pro nobis introiuit.* Scriptura succedit pigros expetiens, quia scilicet ista est, quæ dicit Iosuæ 18. *Vsquequo* (inquit) *marcetis ignauia, & non intratis ad possidendum terram quam Dominus Deus patrum vestrorum dedit vobis?* Præmium accedit, dignos expetiens. Vnde de Sanctis virginibus dicitur Matt. 25. quod *cum sponso intrauerunt ad nuptias, fatuis & indignis exclusis.* Et ibidem. *Euge serue bone, & fidelis, intra in gaudium Domini tui.* Minator procedit, portas aperiens, quia scilicet Deus minatur nobis de clausione ianuæ, dicens Matt. 5. *Nisi abundauerit iustitia vestra plus quam Pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum.* Pone hic si vis de illis, qui indigne excluduntur, sicut ista patent vbi fit mentio de excludendo introitu. Procuremus ergo introitum lætificatiuum.

H ¶ Adhuc dico, quod procurare debemus introitum salutificatiuum. Et iste est introitus in religionem, & in statum pœnitentiæ. Et iste est illa arcta de qua dicitur Matth. 7. *Intrate per angustam portam.* Quia sicut dicitur ibidem. *Arcta est via quæ ducit ad vitam.* Sed de isto introitu dic sicut supra in §. Item debemus intrare locum infernalem, prope finem, & in §. sequenti. Patet ergo,

quod inuenitur introitus procurandus ¶ Tertio dico, quod inuenitur introitus tolerandus, & iste est introitus ad iustas, & licitas dignitates, scilicet, vt possimus prodesse, non præesse. De I
hoc igitur potest breuiter exponi illud 2. Reg. 14. *Vocatus est Absalon & intrauit ad regem.* In quibus verbis ostenditur, quod ad hoc, quod possimus vel digni simus Ecclesiam vel paradisum intrare, tria breuiter requiruntur. Oportet enim quod

Careamus { Ambitione, Dissensione, Infectione.

Primum, Secundum, Tertium } probat { vocatio canonica (Vocatus inquit.) conditio pacifica, quia debet esse (Absalon) id est, pater pacis, promotio dignifica, quia debet (intrare ad regem).

Requiritur ergo ad talem introitum, quod

Sit in { Ingressu iusta promotio, Progressu pacis amatio, Egressu morum perfectio.

Dico ergo quod nos debemus intrare in Ecclesiam vel paradisum per ingressum iustæ promotionis, quia debet esse vocatus, quia scilicet non debet se quis ingerere per ambitionem, sed potius expectare. Sicut enim dicitur Heb. 5. *Nemo sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron.* Nullus enim intrat paradisum, nisi vocatur à Deo per occultam prædestinationem. Nullus etiam debet intrare ecclesiam, nisi à Deo vocatus per iustam, & canonicam promotionem. Quod est contra illos, qui se ingerunt non vocati, sicut sunt simoniaci, & ambitiosi, de quibus dicitur Hest. 4. *quod qui non vocatus interius atrium regis intrabat, absque vlla cunctatione interfici debebat.* Atrium enim regis Christi est ecclesia, in quam nullus pro certo debet intrare nisi per regem Christum vel superiorem prælatum canonice fuerit euocatus, quinimo si aliter fecerit mortis æternæ periculo subiacebit. Sicut enim dicitur Io. 10. *Qui non intrat per ostium in ouile ouium, ille fur est, & latro.* Ostium enim est Dei vel prælati digna vocatio, per quam qui non ingreditur, sicut fur, & latro finaliter punietur. Intrandum est ergo per canonicam promotionem. Vocatus inquit Ionæ 3. *Cœpit Ionas introire ciuitatem,* in quam, scilicet missus fuerat prædicare ¶ Item intrandum est per pacificam commo- K
nitionem, quia, scilicet ille, qui intrat, debet esse Absalon qui interpretatur pater pacis, id est quiete, & pacifice debemus intrare, non violenter, nec coacte, vnde 2. Reg. 15. *Absalon ingressus est in Hierusalem,* & 2. Reg. 15. *Absalon mane consurgens stabat ante introitum portæ.* Lux enim intrat vitrum & domum sine vitri fractione, & sine clamore, & turbatione. Planeta etiam quandoque intrat alterius planetæ circulum, hoc tamen est sine ipsius nocumento, læsione vel impedimento. Sic vere boni intrant ad ecclesiasticas promotiones, & in aliorum collegia, & congregationes ita pacifice, & quiete, quod clamor vel turbatio non auditur, & quod aliquis læsio non sentitur. Quod est contra brigosos, ambitiosos, & litigiosos, qui per violentiam & dissensionem intrant ad ecclesiastica beneficia, & officia, sicut patet de quibusdam electis, & alijs qui per lites, & discordias, & brigas suas destruunt totam ecclesiam in quam intrant. Figuratum in Antiocho, de qua dicitur 1. Mach. 1. quod *Ipse intrauit sanctificationem in superbia.* Et dicitur ibi, quod *ipsam sanctificationem cum omni ciuitate Hierusalem destruxit, turbauit, & spoliauit.* Non sic charissimi, sed intremus per processum concordis vnionis, iuxta illud Luc. 9. *In quamcunque domum intraueritis, imprimum dicite, pax huic domui.* De introitu etiam in cœlum, istud est certum, quod nullus intrabit nisi fuerit pacificus, & modestus Absalon inquit, vt sit ille Absalon de quo dicitur 2. Reg. 12. quod *Absalon erat pulcher, & decorus, & à planta pedis vsque ad verticem non erat in eo vlla macula.* Sine enim vlla macula peccati debent esse illi, qui volunt intrare paradisum, quia sicut dicitur Apo. 21. *Non intrabit in illam,* scilicet nouam Hierusalem, *aliquid coinquinatum.* Ad quod facit illud Ps. *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? &c.* Sequitur *Qui ingreditur sine macula, & qui operatur iustitiam.* Intrandum est ergo per pacificam communionem. ¶ Item ibi intrandum est L
per dignificam perfectionem, quod notatur cum dicitur, Intrauit ad regem. Sicut enim illi qui intrant ad reges, & imperatores pro aliquo seruitio faciendo, solent esse melius compositi, & ornati, sic vere illi, qui intrant ad regem cœli, spiritualiter in ecclesia ministrando, vel qui in ciuitatem intrare volunt ad ipsam æternam gloriam occupandam, debent per virtutem, & perfectionem esse compositi, & ornati, vnde sicut dicitur Matt. 22. *Ille, qui intrauit ad nuptias regis non habens vestem nuptialem, missus*

suo

...tus enim significant statum ecclesiæ mili- ...cum anima Christiana quotidie per gra- ...& vittur. A... stare ergo nuptias, id est, adorta- ...qui ingrediuntur, in tenebras infernales mitti- ...& virtutibus adornentur. Intrauit (inquit) ...Hest. 4. dicitur, quod *non erat licitum indutum ...intrare*, saccus enim signat vitia, & peccata, quia ...saccis talibus induuntur, intrare non permittuntur. ...tur Matth 19. *Diues difficile intrabit in regnum* ...m, nota, quod illi, qui in Ecclesiam intrant ad ...

Intrare debent ad { Contemplandum, Collaudandum, Celebrandum, Deprecandum.

...in Ecclesiam ad officium contemplationis ...*sanctuarium Dei, & intelligam in nouissimis*. Intret ...& gratiarum actionis Psalm. 99. *Introi-...atria eius in hymnis, confitemini illi, laudate ...est Dominus*. Intret insuper ad celebran-...Psalm. *Introibo ad altare Dei, &c.* Intret ni-...ad ...candum, & adorandum Psalm. 131. *Introibi-...mus ...abimus in locis vbi steterunt pedes eius*. Pa-...fidem est in ecclesiam tripliciter, scili-...t, pacifice seu cordialiter, canonice

M ...pacte, q est introitus procurandus. ¶ Quarto ...od est introitus excludendus. Et sic nota ...us excludendus, videlicet

...orum de conscientia,
...orum ad beneficia,
...ctorum ad maleficia.

...mus introitum vitiorum ad mentis atria, & i-...peccatorum. Taxus enim introitum cauernæ ...ias villosa claudit, ne ventus intrare possit secū. Apes etiam cum suis succis amaris stricticant introi-...tum alueari, ne subintrent animalia venenosa. Sic vere charis-...debemus introitum cordis, & sensum stringificare, & ...hoc cum cauda, scilicet, quæ est finis corporis, id est ...consideratione amaritudinis inferni, ne forte animalia ve-...el, malæ delectationes, diabolus vel peccata, vel etiam ...vanis gloriæ valeat aliqualiter subintrare. Vnde ...dicitur de illo, qui volebat occidere Helisæum, *Claudi-...te ostium, & nolite sinere eum introire*. Diabolus enim & peccata sunt ...sicut oleum, quod est natura valde penetratiuum, & subin-...trans, & maxime oleum de Bacoc, quod nullo vase nisi cu-...seruatur, quia scilicet semper quærunt cor humanum ...& ipsum corrumpere, & delere Psalm. 118. *Intrauit sicut ...aqua in interiora eius, & sicut oleum in ossibus eius*. De diabolo enim di-...Lucæ: *Intrauit satanas in Iudam, qui cognominabatur Isca-...riotem* ...ergo introitus est excludendus, & talis hospes sine ...*Dominus* ergo *custodiat introitum, & exitum tuum*. Excludatur ergo introitus vitiorum in cordis atria.

N ...excludi debet introitus iniquorum ad beneficia. Ad ec-...enim beneficia solum debent intrare boni, & nō ma-...& non indocti, iusti, & non iniusti, Ps. *Hæc porta Domini, ...iusti intrabunt in eam*. Quia nisi abundauerit iustitia vestra, non ...intrabitis in regnum cælorum. Est enim noua insula Cretæ, vt ...quam per 12. milliaria in circuitu nulla penitus ...musca, quoniam mella, quæ ibi nascuntur, si transferantur ...aliud ...non tanguntur. Mons iste charissimi, est Ecclesia ...*Venite ascendamus ad montem Domini &c.* Mella t-...bona, & beneficia ecclesiastica, quia scilicet, bonæ opes, & ...patres fundauerunt, & acquisierunt. Mon-tem ergo Ecclesiæ non debet aliqua musca, id est, aliquis ma-...lus & a corruptione creatus intrare, nec mella beneficiorū ec-...clesiasticorum contingere, vel habere Oseæ 9. *Anima impiorum ...non intrabunt in domum Domini*. Et isti figurantur Deu. 23. vbi, *sola-...rum sorte personæ arcebantur ab introitu templi*, videlicet *Eunuchus, Manzer, & populus Amon, & Moab*, qui, scilicet, semper fuerant filijs Israel inimici. Eunuchus & Manzer, id est, de meretrice natus. ¶ Item quilibet immundus aut leprosus, sicut patet in infinitis locis. ¶ Item cæcus, & claudus, sicut patet 2. Reg. 5. Eunuchi qui virtute generatiua priuati sunt, significant illos, qui nunquam generant Deo prolem, id est, qui prædicationis scientia sunt pri-uati. Amon & Moab significant laicos, & tyrannos, qui sunt fi-lijs Israel, id est, ecclesiasticis inimici. Leprosi & immundi sunt, qui peccatorū maculis aperte sunt respersi. Cœci autem signifi-cant, qui scripturarum notitia sunt orbati. Claudi vero illos de-signant, qui motu bonorum operum carent, & qui pigritia sunt grauati. Manzeres vero de meretrice geniti illi sunt, qui per si-moniam sunt creati. Simonia enim meretrix dicitur, eo quod bonam personam non sequitur, sed magis offerentem, & dantē sequitur, & prædiligere comprobatur. Tales enim indigni sunt Dei Ecclesiam introire, & inter eius filias habitare. Prou. 23. *A-grum pupillorum ne introeas*. Sed heu procul dubio, quam multos fallit hodie ista regula, quia pro certo Manzeres, id est, simonia-ci, sunt illi, qui, vt communiter magis intrant. De Simone enim legitur Ioan. 20. quod sequens illum discipulum qui erat notus pontifici, & qui ipsum alias in atrium vbi illudebatur Christus procurauerat introduci, intrauit primus in monumentum, quia procul dubio sæpe fit, quod Simon, id est, simoniacus, dum ta-men habeat aliquem notum pontifici, vel prælatum ductorem vel introductorem, primus, & præ alijs in atrium pontificis, & in monumentum introire meretur, & nominatim beneficium intrare permittitur, & iubetur, vbi pro certo hodie Christus il-luditur, & proh dolor, plus irridetur, quam timetur. Intrant e-nim & recipiuntur hodie pueriles, & effœminati, sicut dicitur Dan. 13. quod *pueri, & vxores intrabant in templum Bel per occultum introitum, & quæ erant sub mensa cibaria apposita, consumebant*. Intrāt ignorantes, & claudificati, sicut de claudo dicitur Actorum 3. quod *exiliens cum Petro & Ioanne intrauit in templum*. Intrant insu-per offerentes, & donis ornati, scilicet, simoniaci, sicut de Iudæis dicitur 1. Mach. 8. quod *abierunt Romam, & intrauerunt curiam*. De quibus etiam 1. Mach. 14. dicitur, quod *clypeum aureum magni ponderis præsentauerunt Romanis*. Quia reuera qui pondus auri secū portauerit, facilius in omnem curiam introibit. Christus enim solebat dicere illud Luc. 18. *Quam difficile qui pecunias possident, re-gnum cælorum introibunt, quinimo facilius reputabat intrare camelum per foramen acus, quam diuitem in regnum cælorum*. Matth. 20. & Marc. 10. Sed reuera hodie mutata est regula, quia certe valde est dif-ficile, quod quis regnum cœlorū, id est, ecclesiæ regnum, & re-gimen introeat nisi diues, & pecuniosus existat. Malignorum e-nim non boni, Simoniaci, & ambitiosi citius intrant, sed tamen finaliter mortem æternam ex tali illicito introitu reportant, ex-emplo Amon, qui introierat interius atriū regis, qui tamen fuit per regem suspendio condemnatus. Quia vere sicut Neem. 13. dicitur: *Amonites, & Moab non debent introire Ecclesiam Dei*. Iste est ergo introitus excludendus, scilicet, iniquorum ad beneficia & ecclesiarum officia. ¶ Item excludamus introitum perfectorum ad maleficia, quia scilicet valde cauendum est ne boni introeāt ad opera, & negotia mala Caro enim & mundus vocant & in-uitant bonos, & mundos vt, scilicet, per Apostasiam, luxuriam & auaritiam ad ipsos introeant, & quod gratiarum religionem, & iustitiā prætermittant. Figuratur in illa Iahele, quæ principem Sissaram ad intrandum suum tabernaculum inuitauit, vbi tan-dem lac ad bibendum obtulit, & postea eum occidit, dicens, scilicet, Iud. 4. *Intra ad me Domine, ne timeas*. In quo notatur, quod qui à Iahele, id est, à mundo, diabolo vel muliere inuitatus, Do-mini iustitiam dimiserit, & ad eos per peccatū intrauerit, morte perpetua deperibit. Quod tamen est contra multos religiosos mēdicantes, quia scilicet præ cæteris negotia sæcularia introeūt. Est etiam contra prælatos, & clericos, qui regum curias, & offi-cia quærunt, Ecclesiasque dimittunt contra illud Amos 5. *In Gal-gala nolite intrare* Et Matth. 10. *In ciuitates Samaritanorum ne intra-ueritis*. Et sic ergo patet, quod triplex est introitus excludendus, scil. vitiorum in cordis atria, iniquorum ad beneficia, & iusto-rum ad maleficia. Et hoc est quartum principale. ¶ Quinto vero P
principaliter dico quod est introitus formidandus vel metuen-dus. Et iste pro certo similiter est triplex, scilicet,

Introitus ad { Exercitium corporeæ mortis, Iudicium impij sortis, Exilium infernalis sortis.

Introitus ad mortem, erit viuorum Ezech. 47. *Aqua ista intra-bunt mare*. Aquæ enim populi sunt Apoc. 17. *Quia*, scilicet, *necesse est, quod omnes populi introeant amaritudinem mortis* Eccl. 1. *Omnia flu-mina intrant mare*. Introitus ad iudicium est mortuorum. Primo enim necesse est mori, postea iudicari Psalm. *Introibo in potentias*

*Domini, memor abot iustitiæ suæ solius.* Introitus ad exilium, id est, ad infernum, est damnatorum. Vnde de damnato dicitur in Psal. *Introibit vsque in progenies patrum suorum, & vsque in æternum non videbit lumen.* Carentia enim luminis causa est formidinis, & timoris. Et ideo infernus formidandus dicitur, quia lux ibi penitus non videtur. Et vere istum introitum debemus formidare pariter, & cauere. Lupus enim timet intrare, pedicā auis laqueum, asinus fluuium. Ita pro certo quilibet debet timere intrare infernum. Iste enim est locus inexibilis, vbi si quis introierit, exinde perpetuo non exibit. In prouincia enim prouinciæ est quædam villa, quæ dicitur Taurus, vbi in littore vnius aquæ terra dicitur satis fixa, in quam si lignum, vel ferrum, vel aliquid aliud aliquantulum inutile immissum fuerit, vsque ad profunda terræ facillime subintrabit, si vero ipsum exinde extrahere volueris, nulla arte extrahere valebis. Locus enim quicquid intrat, faciliter recipit, sed exire amplius non dimittit. Iste locus proprie est similis inferno vel etiam morti, ille enim locus omnes recipit ad ingressum, sed nullum licentiat ad regressum, quia sicut dicitur Sap. 2. *Non est agnitus, qui regressus fuerit ab inferis.* Illū enim locum faciliter subintramus, sed postquam intrauerimus, ibi inexibiliter remanebimus. Prouerbior. 2. *Qui ingrediuntur ad eam, non reuertentur, nec apprehendent semitas vitæ.* Fatui sunt ergo peccatores, qui non cessant istum introitum procurare. Similes enim videntur esse leporibus, qui secundum Archelaum quanto plures habent annos, tanto ad intrandum in cauernam suam plures introitus sibi parant. Sic vere multi sunt in homines peccatores, qui quamdiu viuunt hoc mundo semper per noua peccata sibi parant nouos introitus ad infernum, vbi est ipsorum habitaculum, & cauerna. Vnde quanto magis vixerint hoc mundo, tanto acquirunt plures introitus, id est, plures causas intrandi faciliter. Ideo breuiter de talibus dicitur in Psalm. 62. *Introibunt in inferiora terræ, tradentur in manus gladij partes vulpium erunt.*
Q Patet ergo quod est quidam introitus formidandus. ¶ Sexto autem dico, quod est quidam introitus admirandus. Et iste est introitus diuinus, qui scilicet est multiplex, scilic. introitus

| | |
|---|---|
| In | Carnem, qui fuit ad saluandum, |
| | Infernum, qui fuit ad pugnandum, |
| | Cœlum, qui fuit ad regnandum. |
| Ad | Iudicium, qui erit ad examinandum, |
| | Mentem, qui est auxiliandum. |

De introitu ad carnem dici potest illud Luc. 10. *Intrauit Iesus in quoddam castellum, & mulier quædam excepit illum in domum suā.* De introitu in infernum fuit dictum illud Psalm. 23. *Attollite portas principes vestras, & introibit rex gloriæ.* De introitu in cœlum potest dici illud Luc. 22. *Intrauit rex vt videret discumbentes.* De introitu ad iudicium dicitur in Psal. *Non intres in iudicium cum seruo tuo Domine.* De introitu ad mentem potest dici illud Luc. 7. *Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti.* Sed hæc vide satis supra. Patet ergo, quod sextuplex est introitus, scilicet, admirandus, formidandus, excludendus, tolerandus, procurandus, frequentandus. Et hoc de intrare sufficit. Vide supra de ingredi, claudere, exire, infertuo, & generaliter vbicunque agitur de aliquo loco.

A **Introducere.** Nota, quod introducere idem est quod intro vel intus ducere, & sic introducere potest accipi pro inuitare. Et possumus breuiter notare, quod quidam

| | |
|---|---|
| Introducuntur à Deo in | Scripturæ gymnasium, vt erudiantur. |
| | Ecclesiæ palatium, vt promoueantur. |
| | Paradisi conuiuium, vt reficiantur. |

Est enim in scriptura locus subtilis instructionis: Ecclesia locus solennis promotionis, Paradisus locus immensæ refectionis. Introducuntur igitur quidam in scripturarum instructionem. Vnde de Can. 1. *Introduxit me rex in cellaria sua* ¶ Item quidam introducuntur ad Ecclesiæ promotionem. Vnde Hier. 3. *Introducam vos in Sion, & dabo vobis pastores iuxta cor vestrum.* Aduerte tamen, quod hodie in ecclesiasticis promotionibus quosdam introducit affectio carnis, sicut de Ioseph dicitur Genes. 47. quod *ipse introduxit patrem, & fratres suos ad Pharaonem.* Quosdā introducit munerum acceptio. Vnde de Petro, qui vocabatur Simon, dicitur Ioan. 18. quod *ancilla ostiaria ipsum introduxit*, quia scilicet hodie simoniaci sæpe in ecclesiam introducuntur. ¶ Item quidam introducuntur ad paradisi refectionem. Vnde de patrefamilias qui conuiuium parauerat, dicitur Luc. 14. quod ipse dixit seruo suo, *Pauperes & debiles, cæcos & claudos introduc huc, donec impleatur domus mea.* Vide si vis de introducere, & intrare, & ingredi, idem est significatum, ideo omitto, quia satis dictum est in alijs titulis.

**Intueri.** Nota, quod intueri idem est, quod aspicere vel videre, de quo satis dictum est supra, & infra dicetur. Ideo breuissime transeo. Nota ergo, quod in scriptura reperitur intuitus, diuinus, & humanus. ¶ Et primo ergo dicamus, quod est intuitus diuinus. Deus enim triplicem habet intuitum, videlicet A

| | |
|---|---|
| Intuitum quendam | Clarum & luminosum, |
| | Pium & amorosum, |
| | Durum & rigorosum. |

Deus ergo quandoque intuetur clare, & luminose, & hoc cum oculo suo scientiæ, quia scilicet nihil latet intuitum scientiæ & sapientiæ suæ. Vnde 1. Reg. 16. *Homines vident, quæ patent in facie, Deus autem intuetur cor.* ¶ Item Deus quandoque intuetur pie & dulcorose, & hoc cum oculo suæ clementiæ. Vnde de illo bono iuuene, qui à iuuentute sua mandata seruauerat dicitur Marc. 10. *Iesus intuitus eum dilexit illum.* Vnde talem pium intuitū petebat Hier. Thren. 5. dicens, *Recordare Domine quid acciderit nobis, intuere, & respice opprobrium nostrum.* ¶ Item Deus quandoque intuetur dure, & rigorose, & hoc cum oculo suæ iustitiæ Gen. 31. *Intueatur Deus & iudicet inter nos.* Et Iudith. 6. *Domine Deus Israel intuere superbiam eorum, & respice ad nostram humilitatem.* Et Iob 35. *Singulorum causas intuebitur, etiam cum dixeris, non considerat iudicare coram eo, & expecta eum.* Iste ergo est intuitus diuinus ¶ Secundo dico, quod est intuitus humanus. Et sic nota, quod est B

| | |
|---|---|
| Intuitus | Sagacitatis consideratiuæ, |
| | Benignitatis exuberatiuæ, |
| | Seueritatis reuerberatiuæ, |
| | Crudelitatis exterminatiuæ. |

Intuentur ergo quidam subtiliter, & consideratiue, & isti sunt viri speculatiui, qui scilicet intuentur, & considerant creatorem, iuxta illud Eccl. 33. *Intuere omnia opera altissimi.* Et Esaiæ 22. *Contemplatus est diligenter multo intuitu.* Considerent ergo, &

| | |
|---|---|
| Intueantur | Dei maiestatem, |
| | Matris puritatem, |
| | Cœli claritatem, |
| | Mundi prauitatem, |
| | Inferni asperitatem. |

Intueatur ergo Deus, & sua magnitudo Iob 36. *Qui poterit tonitruum magnitudinis eius intueri?* ac si dicat. Impossibile est, quod magnitudo diuinæ maiestatis possit perfecte intueri vel videri pro tempore huius vitæ, sed tamen aliud erit quando facie ad faciem videbimus post hanc vitam. Ideo de Deo dicebat Balaam Num. 24. *Videbo eum, sed non modo intuebor eum, sed non prope.* Sed tamen de peccatoribus potest dici, quod ipsi non sunt digni increatam sapientiam intueri, patet Iob 28. *Semitam ignorauit auis, nec intuitus est eam oculus vulturis.* Vultur enim cadauera diligens, est luxuriosus. Auis vero alte volitans, est superbus. ¶ Item intueatur beata Virgo, & sua pulchritudo, scilicet, vt quilibet deuotus dicat sibi illud Cant. 6. *Reuertere Sunamitis, vt intueamur te* ¶ Item intueatur paradisus, & sua plenitudo Iob. 35. *Suspice cœlum, & intuere, & contemplare æthera.* ¶ Item intueatur mundus, & eius turpitudo, scilicet, defectus virtutum, & morum inordinatio, quæ est ibi Hier. 4. *Intuitus sum, & ecce non erat homo, & omne volatile cœli recessit, aspexi, & ecce Carmelus desertus, & omnes vrbes eius destructæ sunt.* Expone. ¶ Item intueatur infernus, & eius mæstitudo. Esaiæ 8. *Suspiciet sursum, & ad terram intuebitur, & ecce tribulatio, & tenebræ, dissolutio & angustia, & caligo persequens.* Et dico, quod quidam intuentur subtiliter, & consideratiue. ¶ Deinde dico, quod quidam intuentur benigniter, & exuberatiue, scilicet, pij viri, qui intuentur, & considerant miserias aliorum. Vnde de claudo dicitur Act. 3. quod Petrus intuens in eum cum Ioanne dixit. *Respice in nos, & sanauit eum.* C
¶ Denique dico, quod quidam intuentur seueriter, & reuerberatiue. Et isti sunt boni iudices & prælati, qui, scilicet, cum quodam torpore, & quadam grauitate iustitiæ debent alios intueri, quia sicut dicitur Prouerbiorum 20. *Rex, qui sedet in solio iudicij sui, dissipat omne malum intuitu suo.* Vnde de Paulo legitur Actorum 13. quod intuens in Elimam magum plenus spiritu sancto dixit, *O plene omni dolo, & fallacia, fili diaboli, inimice omnis iustitiæ, non desinis subuertere vias Domini rectas.* ¶ Insuper dico, quod quidam intuentur crudeliter, & exterminatiue. D

Et

[illegible] licet enim superbo, & feroin- [illegible] contempto alios intuentur. Fi- [illegible] Nabuchodonosor, de qua dicitur Dan. 2. *Statua [illegible] stabat contra te, & intuitus eius horribilis.* Expone, vt scili- [illegible] quaerendo de tali intuitu dicat illud Iob 16. *Inimicus [illegible] contra me luminibus suis hostis meus, terribilibus oculis me intuitus* [illegible] patet, quod est intuitus crudelitatis, seueritatis, beni- [illegible] litatis seu sagacitatis. Et iste est quadruplex intui- [illegible]m. Et sic patet quomodo scriptura ponit humanum & [illegible] intuitum. Vide de considerare, videre, contempla- [illegible] & similibus.

## Intumescere. Vide in titulo tumor.

## Intus. Interior. Interioritas. Intrinsecus.

[illegible] Intra. Nota, quod interioritas signat loci, vel [illegible] remediu & profunditatem, sicut exterio- [illegible] superficiem & extremitatem. Et loquendo [illegible] ritas significat illa loca vel opera, quae nobis [illegible], limitata, inclusa & circumsepta. Et sic [illegible] significat quodcunq; secretum. Nam

[illegible] Cordialem intentionem,
[illegible] Infernalem inclusionem,
[illegible] fixae habitationem,
[illegible] possessionem.

[illegible] cantur per intus, vel per significatum in- [illegible] ergo possumus, quod est

Interioritas quae- dam {
Munde custodienda,
Solerter fugienda,
Munde ingredienda,
Ardenter appetenda.
}

[illegible] ergo primo, quod est interioritas munde custodienda, & [illegible] interiora cordis nostri, scilicet conscientiam, in- [illegible] affectionem. Omnia enim ista sunt interius laten- [illegible] exterius apparentia. Et ideo sicut interiora castri sunt [illegible] custodienda, quia scilicet si hostis illa, quae sunt in [illegible] ceperit, faciliter residuum obtinebit, sic pro certo inte- [illegible] nostra, scilicet cor, voluntas, intentio debent sancte, iure, & munde seruari, quia si hostis diabolus istorum habuerit pos- sessionem, faciliter obtinebit atrium exteriorum compositio- [illegible] Sic enim dicitur 1. Reg. 24. *David & viri eius in interiori parte speluncae latebant.* In quo notatur, quod interiora cordis no- [illegible] esse nobiliora & tutiora & per virtutes pariora, v- [illegible] est, Christus & viri eius, id est, dona Spiritus sancti [illegible] habitare atque latere. Balsamum enim in aestate [illegible] vt humor eius destilletur. Verumtamen summe ca- [illegible] est, ne lignum interius laedatur, quia si laesum fuerit, [illegible], & ideo cultellis osseis & ligneis, non cum ferreis [illegible]. Quia breuiter charissimi, principaliter cauere de- [illegible] nostra interiora per peccatum laedantur, quia nisi ista [illegible] atque munda, omnis morum congeries destruitur, [illegible] bonorum operum impeditur. Ideo consulitur Matt. [illegible] *quod intus est calicis & paropsidis.* Ista est ergo inte- [illegible] custodienda & vere custodienda & munde, & huoeste [illegible]. Et hoc quia ista est

Locus {
Secreti & meditationis,
Gratiae & inspirationis,
Dulcoris & dilectionis,
Virtutis & roborationis,
Amoris & inflammationis,
Honoris & exaltationis,
Stuporis & admirationis,
Doloris atque compassionis,
Laudis & exultationis,
Clementiae & miserationis,
Puritatis & mundationis,
Sanitatis & renouationis,
Veritatis & contemplationis,
Paupertatis & humiliationis.
Asperitatis & macerationis.
}

[illegible] ergo debent esse proprietates & conditiones nostri homi- [illegible], id est, nostrae conscientiae seu cordis. Est igitur bo- [illegible] conscientia locus secreti & meditationis. Vnde illud praedi- [illegible] David & viri eius in interiori parte speluncae latebant. Et de sancta anima dicitur Cant. 4. *Quam pulchra es amica mea, oculi tui columbarum,* absque eo quod intrinsecus latet. ¶ Item est lo- cus gratiae & inspirationis, quia scilicet, Spiritus sanctus inspi- rat interius, non exterius Ezech. 10. *Nubes impleuit atrium interius.* ¶ Item est locus dulcoris & dilectionis. Vera enim dilectio est interius, & non extra in Spiritu sancto, non in carne, in medita- tione diuinae legis, non degustatione temporalis dulcoris Ro- ma. 7. *Condelector enim legi secundum interiorem hominem.* ¶ Item est locus virtutis & roborationis. Robur enim virtutis venit ab in- tus non ab extra. *Det vobis virtutem corroborari per spiritum eius in interiori homine* Eph. 3. ¶ Item est locus amoris & inflammationis Psal. *Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescit ignis.* Item est locus honoris & exultationis, quia sc. ibi est regi- men, & habitatio summi regis. Luc. 17. *Ecce regnum Dei intra vos est.* ¶ Item est locus stuporis & admirationis, quia scilicet, inte- rius in corde fit habitatio mirabilium operum Dei viui. Marc. 6. *Plus magis stupebant intra se.* ¶ Item est locus doloris & compas- sionis, & maxime compassionis mortis Christi. De quo Leu. 16. *Inferat sanguinem hirci pro peccato occisi,* scilic. Christi intra velum. ¶ Item est locus laudis, & exultationis Psalm. *Benedic anima mea domino & omnia quae intra me sunt, nomini sancto eius.* ¶ Item est locus clementiae & miserationis, & sic praecipitur mulieri 4. Reg. 4. *Ingredere,* inquit, *& claude ostium cum intrinsecus fueris, mitte oleum in omnia vasa,* id est, in omnes pauperes effundes oleum pietatis. ¶ Item est locus puritatis & emundationis. Plaga enim non cu- ratur nisi ab intra faeces emundetur 2. Par. 29. *Extulerunt omnem immunditiam quam intus repererunt.* ¶ Item est locus sanitatis & re- nouationis 2. Cor. 4. *Licet is qui foris est homo noster corrumpatur, tamen qui intus est renouatur de die in diem.* ¶ Item est locus veritatis & contemplationis. Vnde de sanctis animalibus dicitur Apoc. 4. quod *in circuitu, & intus plena erant oculis.* ¶ Item est locus pauper- tatis & humiliationis. Vnde de altari dicitur Exod. 27. quod *in- trinsecus erat concauum & inane.* Concauitas enim & inanitas si- gnificat voluntariam paupertatem. ¶ Item est locus asperitatis, & macerationis, quia scilicet, omnia superflua ab isto intus per poenitentiam sunt abradenda. Vnde de domo leprosa dicitur Leu. 14. quod *intrinsecus debebat abradi per circuitum.* Et sic bene pa- tet quod iste locus interior, scil. cor humanum digne debet ser- uari, & magnis virtutibus adornari. Et sic in istis suo modo est completio vniuersi. ¶ Notare ergo possumus quod D

Quidam sunt {
boni {
Interius, non exterius,
Exterius, non interius,
Interius & exterius,
}
Non boni, nec exterius nec interius.
}

Dico primo quod quidam boni sunt interius non exterius & i- sti sunt quidam, qui quamuis exterius propter aliquos mores leues mali, & insolentes videantur, intus tamen boni, & iusti esse noscuntur, similes hoedis, qui exterius videntur esse macri, & sicci, tamen sunt quandoque interius pingues & liquidi, quia scilicet, multi sunt, qui exterius in conuersatione propter leuitatem morum videntur macri, & virtutibus vacui, qui ta- men interius cunctis virtutibus sunt impinguati Leu. 3. *Offerent,* inquit, *de hostia quicquid intrinsecus pinguedinis est.* Isti figurantur in templo Salomonis, quod interius erat auro mundissimo deco- ratum, exterius vero caemento, & lapidibus tantummodo erat tectum, quia scilicet, saepe fit quod illi, qui exterius reputantur insensati & lapidei, sunt intus in corde sancti, mundi, & aurei, quia breuiter multa sunt, quae videntur exterius vilia, quae sunt intus pretiosa. Terra enim exterius est turpis coloris, intus ta- men est magni valoris, quia quamuis extra videatur turpissima, intus tamen quandoque continet pretiosos lapides & metalla. Ligna etiam & ossa exterius videntur dura & solida, sunt tamen intus plena humoribus & medulla. In hyeme etiam quanto ar- bores sunt sicciores & pallidiores exterius, tanto sunt in radice humidiores interius. Quid dicam de lapidibus & calculis, qui exterius duri sunt & frigidi & ignoti in caliditate, intus tamen inuisibiliter sunt ignei quodammodo? sunt enim in igneitate abundantiores, quam caeteri lapides qui videntur molliores, & teneriores. Et breuiter iuxta sententiam saluatoris, Non est semper secundum faciem iudicandum, quia etiam ipse Christus quamuis esset sanctissimus, propter iudicium quod fiebat exte- rius secundum faciem, quandoq; reputatus fuit malus, vt Mat. [illegible] vbi videntes Christum comedere cum publicanis, dicebant,

*Ecce homo vorax, vini amator, peccatorum & publicanorum amicus.* Non debet ergo præcipitare iudicium, quia sæpe fit quod illi qui minus boni apparent exterius, sunt perfectiores & meliores interius. Et hoc videtur dicere Apostolus 2. Corinth. 4. *Licet, inquit, is qui foris est homo noster corrumpatur, ille tamen qui intus est, renouatur de die in diem.* Isti ergo sunt boni interius & non exterius.

E ¶Quidam vero boni sunt exterius, non interius, & isti sunt hypocritæ. Sicut enim cornua & ossa interius dura & solida, intus tamen sunt inania & vacua, salices etiam licet videantur virides & solidæ, intus tamen sunt quandoque putridæ & concauæ, ita quod ibi habitant animalia venenosa, terra etiam quæ exterius sæpe videtur florida intus est lutea & aquosa, stellio etiam qui exterius videtur guttis lucentibus coronatus, intus est penitus venenatus, sic vere hypocritæ exterius appareant optimi, intus tamen sunt pessimi, quia quamuis appareant virtuosi, ipsi tamen sunt intus in conscientia præ alijs vitiosi, & cum malitia venenosi. Et quamuis videantur exterius per honestam conuersationem lucere, intus tamen per diuersa peccata dignoscuntur fœtere, qui Dan. 14. figurantur in idolo Belis, de quo dicitur, quod *exterius erat æreus, interius autem luteus.* Quia vere tales quandoque sunt exterius ærei, per eloquentiam, intus autem sunt lutei, per immunditiam, quibus dicitur Matt. 23. *Væ vobis scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui mundatis quod deforis est, intus tamen pleni estis rapina & iniquitate.* De istis dicitur Eccl. 19. *Est qui nequiter se humiliat & interiora eius plena sunt dolo.* Isti ergo sunt boni exterius, & non interius. Et nota quod sicut corpus quandoque interius patitur calorem quandoque dolorem, quandoque famem, quandoque vermen, quandoque putredinem, sic vere est quod in interioribus peccatoris quandoque abundat calor iracundiæ, qui mentem excruciat Iob 30. *Interiora mea efferbuerunt.* Dolor inuidiæ, qui mentem anxiat Iob 30. *Panis eius in vtero illius vertetur in fel aspidum intrinsecus.* Fames auaritiæ quæ mentem sauciat Ezech. 7. *Pestis & fames intrinsecus.* Vermis remorsus conscientiæ, qui mentem saucia Prou. 26. *Verba susurronis quasi simplicia, & ipsa perueniunt ad interiora cordis.* Susurro enim est remorsus conscientiæ. Putredo luxuriæ, qui mentem vitiat Matt.

F 23. *Intus autem pleni estis rapina & immunditia.* ¶Quidam etiam sunt boni interius & exterius, & isti sunt viri perfecti, qui intus habent bonam conscientiam & exterius habent honestam conuersationem siue apparentiam. Isti figurantur in arca testamenti, quæ erat deaurata intus & foris. Figurantur etiam in libro illo de quo dicitur Ezech. 2. quod *ipse vidit librum scriptum inuolutum intus & foris,* quia scilicet, viri sancti & perfecti dicuntur Arca testamenti, propter virtutum continentiam. Intus & extra deaurati, propter splendentem euidentiam. Libri propter contentam sapientiam. Scripti intus propter perfectam conscientiam. Scripti foris, propter honestam apparentiam. Ideo de tali completa perfectione potest dici illud Gen. 6. vbi dicitur de arca diluuij, *Bitumine linies eam intrinsecus & extrinsecus.* Isti ergo sunt boni interius & exterius.

G ¶Quidam autem non sunt boni nec exterius nec interius. Et isti sunt illi qui sunt pessimi, qui non solum habent corruptam intentionem, imo etiam corruptam conuersationem. Corruptio enim pomi quæ est interius, paulatim serpit vsquequo totum corrumpatur exterius. Infirmitas etiam quæ interius latet in corde, paulatim manifestatur in pelle, quia scilicet multi sunt quorum cor & conscientia sunt interius ita vitiosa & corrupta, quod tota eorum interioritas & tota ipsorum conuersatio corrupta efficitur & infecta, quia sicut color & dispositio Chamæleontis mutatur & disponitur secundum dispositionem suæ intactoris conceptionis & imaginationis secundum Plin. & etiam secundum August. de ciuit. Dei, sic vere color pellis, id est, conditio conuersationis hominum disponitur secundum quod intus in corde eorum conscientia variatur, ideo de malis dicitur Deut. 32. *Foris vastabit eos gladius, & intus pauor, &c.* Patet igitur, quod istud vocabulum Intus, signat cordialem intentionem.

H ¶Secundo principaliter dico, quod intus signat infernalem inclusionem. Vnde Pro. 7. *Domus inferi via eius penetrantes in interiora mortis,* ita quod de damnatis potest dici illud Act. 16. *Misit eos*

I *in interiorem carcerem.* ¶Tertio principaliter dico, quod intus significat Ecclesiæ habitationem, de qua potest dicere quilibet Ecclesiasticus illud Ezec. 43. *Eleuauit me spiritus, & introduxit me in atrium interius & ecce repleta erat gloria domus domini.* Vnde Io. 20. dicitur, quod *cum fores clausæ essent, & discipuli eius intus congregati, venit Iesus,* quia scilicet, quando discipuli, id est, fideles sunt intus in Ecclesia in vnitate charitatis, & fidei congregati constat, quod Deus ipsos visitat, atque iuuat, & tunc in atrio interiori militantis Ecclesiæ manifestantur, quando ibi promoti à Spiritu sancto eleuantur & promouentur, & introducuntur. Sed nota, quod dicitur in Iona, quod cum descendisset ad interiora nauis & grandi sopore obdormiret, tota nauis cœpit periclitari, & periclitasset nisi de naui electus fuisset. Ionæ 1. Quia vero multi sunt ecclesiastici, qui non curant nisi, quod possint ad interiora nauis, id est, ad interiora Ecclesiæ introduci, sed vere sæpe fit quod quia ibidem intus torpent & dormiunt, nisi deponantur & eijciantur, totam nauem Ecclesiæ submergi, & periclitari faciunt. Quod vtique verum videmus de multis malis prælatis &c. Isti sunt illi impudici senes, de quibus dicitur Dan. 13. quod intus in pomerio erant absconditi ad insidiandum Susannæ. Quod tamen est contra scripturam dicentem Ezec. 44. quod illi, qui *ingrediebantur portas atrij interioris, vestibus lineis debebant indui, vittæ lineæ in capitibus ligari, feminalibus lineis circa femoralia circumstringi.* Linum autem castitatem, & puritatem designat. Significat ergo intus Ecclesiæ habitationem. Si vis applica his, quæ superius dicta sunt de interioritate cordis & conscientiæ, & si in contrarium inuehis, applica illa, quæ de mala integritate sunt dicta. ¶Quarto vero dico, quod intus signat K paradisi possessionem. Ista enim est illa domus secretior & interior, quam fecit Salomon ad recipiendum arcam & Cherubin, id est, Sanctos & Angelos, de qua 3. Reg. 6. Oraculum autem in medio domus interioris est secretum habitaculum paradisi, vbi scilicet, arca testamenti, id est, beata anima debet poni, & vbi etiam pro tempore vitæ huius quilibet iustus debet sperare se reponi, iuxta illud Heb. 6. *Confugimus ad tenendam propositam spem, quam sicut anchoram habemus animæ tutam ac firmam, & incedentem vsque ad interiora velaminis.* Et hoc igitur de tractatu intus, interius & intrinsecus sufficit. Vide de introducere supra de ingredi & intrare, & supra de exterius & foris.

# Inuenire.

A Nota, quod est inuentio actiua, & passiua. Inuentio actiua est quando ille, qui aliquid quærebat inuenit, & sic inuentio est terminus, & finis inquisitionis & quæstionis. Inuentio vero passiua est quando res, quæ quærebatur inuenitur. Cum igitur sit duplex inuentio, scilicet, bona & mala, dico, quod in bono significato. Inuentio actiua significat mentis quietem & vtilitatem. Inuentio vero passiua significat fraternitatem & stabilitatem. Ille enim qui inuenit & acquirit quod inquirebat, labor & motus eius quietatur, & ab ipso acquiritur, quod prius non habebatur. Res etiam, quæ inuenitur, supponitur esse permanens & stabilis in loco vbi inuenitur. Sic actiua significat diligentiam, passiua permanentiam. Nota ergo, quod in scriptura reperitur triplex inuentio, scilicet qua

Inuenitur { Deus, Iustus, Iniustus.

¶Primo igitur dico, quod est inuentio qua inuenitur Deus, gratia, seu virtus. Vnde de bona bonorum inuentione potest breuiter exponi illud Matth. 27. *Petite & dabitur vobis, quærite & inuenietis, pulsate & aperietur vobis.* In quibus verbis ostenditur, quod inuenire signat tria, scilicet

Quærentis { Sedulitatem, Vtilitatem, Tranquillitatem.

Sic vere dico, quod inuentio spiritualis, qua scilicet, nos desideramus inuenire Deum & virtutes per gratiam in præsenti, & per gloriam in futuro, ista principaliter facit. Ista enim excitat torporem, vnde dicit (Quærite & inuenietis) ac si dicat nihil inuenitur nisi quæratur. Promittit valorem, vnde dicitur (Petite & dabitur.) Excludit laborem, vnde dicitur (Pulsate & aperietur.) Apertio enim domus, & cameræ signat ad quietem receptionem. Sancti enim primo fuerunt seduli inquisitores, tandem fuerunt beati comprehensores, finaliter autem sunt contemplatores. ¶Dico igitur, quod pro Deo inueniendo debet B excitari corporis grauitas. (Quærite.) Potest procurari datoris largitas. (Petite & accipietis.) Potest temperari laboris quantitas. (Pulsate & aperietur.) Vel si vis, potest informari & erroris ruditas. Vel diuide aliter, & dic quod Deus inuenitur à peccatore tripliciter, sicut solet res, quæ perdita fuerat inueniri. Inuenitur enim res perdita

Per { Inquisitionem, ideo dicit (Quærite.) / Acclamationem, ideo dicit (Petite.) / Attrectationem, ideo dicit (pulsate.)

... quod

... ter inuenit { Feruens cordis meditatio, / Dolens vocis exoratio, / Tangens operis satisfactio.

... onem enim Deum quærimus. (Quærite inquit.) ... De... petimus. (Petite inquit) Per satisfactio... amus seu tangimus. (Pulsate Inquit.) Et ... nitionem Deus inuenitur. (Inuenietis ... ntritio Deum perditum inuenit, lo quan... , & peccatorem pacem reformat, & restituit. ... nem Deus accipitur, ideo dicitur (Acci... per satisfactionem Deus intratur & aperitur, ideo ... Dicamus ergo, quod Deus inuenitur ... ionem (Quærite inquit & inuenietis.) Cor... , meditatio & consideratio Deum quærit & ... canis ad hoc, quod prædam inueniat, neces... ipsam quærat, & per viarum diuerticola ... at & discurrat, sic vere ad hoc, quod ... quem per peccatum perdidit, inueniat, ne... onem, & contritionem diligentius

C ... ¶ Q... Christus cucurrit per diuersa diuer... vias perfectionis, scilicet

... m conceptu,
... m partu,
Per ... sis in mortis egressu,
... tionis in resurrectione,
... mplationis in ascensione.

... per istas vias ipsum sequi, & quærere de... quæ istis vijs possunt eum spiritualiter in... & inuenietis.) Quærite dico vias ipsius ... ndo, & inuenietis eum per prædictas vias spi... Vnde Matth. 7. *Omnis enim qui quærit inuenit.* ... Luc. 15. *Mulier, quæ amisit drachmam vnam, ac... euertit domum, & quærit diligenter vt inueniat.* Mulier ... ignat animam, quæ drachma dicitur. Mulier est quasi ..., & designat fragilitatem, quæ drachmam vnam, id est, ... vel gratiam Dei perdidit per peccatum & iniqui... tem, ... eam inueniat, ipsa debet donum conscientiæ ... bonam imitationem, debet lucernam intellectus ... per discretionem, & donec inueniat quærere per fe... tationem, quia sicut dicitur 1. Paral. 28. *Si quæsieris ..., inuenies, si autem dereliqueris eum, proijciet te in æternum.* Quærite ergo & inuenietis. ¶ Et possumus notare, quia sicut di... ...

Christus inueniri potuit in loco { Nobili, / Humili, / Flebili, / Vtili, / Amicabili.

... in loco nobili, scilicet in vtero virginali, vbi post con... potuit inueniri, quia sicut vnus lapis pretiosus ... tur in alium lapidem pretiosum, vnde Ba... quoque inuenitur in venis sapphiri secundum Dios. ... pretiosissimus in clausura virginalis vteri preuoli... Vnde in Psalm. dicitur. *Inuenimus eam in campis syluæ.* Et Cant. ... *Inueni quem diligit anima mea, tenui eum, nec dimittam.* ¶ Item quæratur in loco humili, & sic inuenietur in præsepio Luc. 2. *Inuenietis infantem pannis inuolutum, & positum in præsepio.* ¶ Item quæratur in loco flebili. Et sic inuenietur in spineto crucis, vbi ... Iudæi ipsum inuenerunt, ceperunt, lacerauerunt & occiderunt. Cant. 5. *Inuenerunt me custodes, qui custodiunt ciuitatem, percusserunt, & vulnerauerunt me, tulerunt pallium meum custodes murorum.* Custodes isti sunt Iudæi, qui ciuitatem Hierusalem custodiebant, qui Christum inuenerunt, & afflixerunt, & ei vestimentorum pallium abstulerunt. In tali ergo via adest, ... adhuc potest inueniri spiritualiter, quia sicut auis pellicanus, qui pro pullis suis viuificandis seipsum vulnerat, semper in deserto inuenitur, sic Christus semper potest in desertis pœnitentiæ inueniri ab his scilicet qui transeunt viam illam, quia ... dicitur Hier. 31. *Inuenit gratiam in deserto populus, qui remanserat.* Et ... Psal. dicens. *Inuenit eum in terra deserta, in loco horroris & vastæ solitudinis.*

¶ Item quæratur in loco vtili, scilicet per viam tentationis vbi resurrexit. Et sic potest dici de Christo, qui est sapientia increata, illud Sap. 6. *Inuenitur ab his, qui quærunt illam* scilicet à iustis, qui credunt, & sperant illum sua resurrectione docuisse, vt per proprij corporis resurrectionem illum possint inuenire. Potest etiam cum ab aliquo quæritur, in loco vtili allegari & ostendi Luc. 2. *Inuenerunt Christum in templo sedentem in medio doctorum.* Item quæratur in loco amicabili per viam contemplationis vbi ascendit. Vnde ipse dixit de seipso Hier. 29. *Quæretis me & inuenietis.* Inuenietis (dico) in hac vita per contemplationem. Inuenietis vero me post hanc vitam ascendentes ad me in cœlicam regionem. Denique de contemplatiua, & apprehensiua vita potest exponi illud Matth. 2. *Inuenerunt puerum cum Maria matre eius.* Quærite ergo & inuenietis. Sed pro certo de multis verificatur illud Cant. 3. *In lectulo meo per noctem quæsiui quem diligit anima mea, quæsiui & non inueni.* Iste enim male quærebat, quia in loco minus debito scilicet in lectulo suo, per quem designatur carnalitas.

¶ Item hora indebita scilicet per noctem, per quam intelligitur mentis obscuritas. Et ideo si talis non inuenit, non est mirum, quod figuratur Gen. 19. vbi viri Sodomæ, qui erant carnales, percussi sunt cæcitate, ita quod ostium vbi erant Angeli, inuenire nequibant. Vnde talibus loquitur Deus Ioan. 7. *Quæretis me, & non inuenietis & quo ego vado, vos non potestis venire.* Non sic ergo, sed quærite & inuenietis. Inuenitur ergo Deus per mentis diligentem meditationem.

¶ Denique dico, quod Deus inuenitur per vocis eloquentem proclamationem vel exorationem, quod notatur, cum dicitur, *Petite & accipietis.* Sicut enim venator inuenit canes suos quando nescit vbi sunt, ipsos aduocando, sic vere Deus à nobis perditus inuenitur quandoque per deuotam orationem, si fortiter, & perseueranter petitur & acclamatur. *Petite & accipietis.* Vnde Matth. 7. *Omnis enim qui petit, accipit.* Onager enim vaorem suam inuenit olfaciendo, & fortiter rudiendo & clamando. Sic vere homo inuenit Dominum, quando ipsum per deuotionem odoratur & sentit, & quando ipsum clamando per orationem deprecatur & requirit, quamuis multis dicatur hodie illud Iac. 4. *Petitis & non accipitis, eo quod male petatis.* Male enim petit ille, qui contra voluntatem Domini petit, qui vltra quam meruit petit, qui inutilia & sibi nociua petit. Et ideo tales non accipiunt quod petunt, nec inueniunt quod requirunt. Primi sunt illi, qui petunt illa, quæ sunt contraria fidei & moribus, & saluti animæ, sicut sunt illi, qui petunt inimicorum vindictam, voluptates sæculi, & gloriam mundi: de quibus commendatur Salomon 3. Reg. 3. quia talia à Deo non petierat, sed vtilia & bona.

Secundi sunt illi, qui petunt à Deo paradisum & facere opera nolunt: figurati in matre filiorum Zebedæi quæ petebat pro filijs suis vltra quam meruerunt scilicet Christi dexteram & sinistram, quibus tamen dictum est Matth. 20. *Nescitis quid petatis, quia istud non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à patre,* scilicet illis qui meruerunt. Tertij sunt illi, qui petunt bona temporalia, similes infirmis, qui petunt carnes & vinum, quæ tamen bonus medicus Deus non dat eis, sciens, quod talia possint eis esse causa mortis æternæ. Sicut apparet de pueris, qui quando possunt tenere cultellum, cito ponunt ad os suum, & ita si mater dimitteret, vulnerarent se, &c. Sic de istis si Deus petita daret, esset causa, vt supra, sicut illi, de quibus dicitur in Ps. quod *tentauerunt Deum in cordibus suis, vt peterent escas animabus suis* Et sequitur. *Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos.* Tales igitur non deberent talia petere, imo deberent dicere illud Esa. 7. *Non petam, & non tentabo Dominum.* Petamus ergo iusta, licita & honesta, quia sicut dicitur 1. Ioan. 5. *Si petierimus secundum voluntatem eius, audiet nos.* Petite ergo & accipietis: sicut fecerunt illi, qui petierunt, & venit eis omnia, &c. Quia pro certo Deus à peccatoribus inuenitur per vocis eloquentem proclamationem, vel per vocis lacrymantem supplicationem. Vnde Oseæ 12. *Fleuit, & rogauit eum, in Bethel inuenit eum.* Esaiæ 55. *Quærite Dominum dum inueniri potest, inuocate eum dum prope est.*

¶ Adhuc dico, quod inuenitur Deus per manus exequentem operationem, quod ostenditur in verbo, Pulsate & aperietur vobis. Pulsare enim denotat mihi aliquem manualem impulsionem, quia pro certo bona operatio non est nisi quædam manualis pulsatio, & violenta inuestigatio ad inueniendum F

Deum

Deum & bona æterna, quod bene figuratur in illo qui recurrens ad amicum petebat tres panes, de quo dicitur Luc. 11. *Amen dico vobis, quod si perseuerauerit pulsans surget, & dabit ei quotquot habet necessarios.* Et sequitur ibidem. *Petite & dabitur vobis, quærite, & inuenietis pulsate & aperietur vobis.* Vnde Cant. 5 *Pessulum ostij mei aperui dilecto meo.* Sequitur. *Inuenerunt me vigiles, qui circumeunt ciuitatem.* Et breuiter quodlibet bonum opus est vnus impulsus ad aperiendum domum paradisi, vt ibidem possit dominus inueniri. Vnde Cant. 5. *Vox dilecti mei pulsantis.* Et sic bene dico, quod Deus potest inueniri tripliciter scilicet mentaliter meditando, vocaliter supplicando & realiter operando. Ideo bene dictum est. *Quærite & inuenietis, pulsate & aperietur vobis*, quærite corde, petite voce, pulsate opere. ¶ Sed possumus notare, quod tria sunt specialiter loca, in quibus Deus nunquam inuenitur scilicet in viris.

Immundis & luxuriosis,
Auaris & ambitiosis,
Turbidis & litigiosis.

Deus enim non inuenitur in loco immundo, in loco profundo, in loco turbido. Et hoc signaliter dicitur Iob 28. vbi dicitur, *Sapientia vbi inuenitur? Non inuenitur in terra suauiter viuentium. Abyssus dicit, non est in me & mare loquitur, non est mecum.* Terra enim suauiter viuentium significat luxuriosos, Abyssus insatiabilis significat ambitiosos: Mare vero mobile & fluctuosum, significat discordes & litigiosos, quia sicut dicitur Esa. 57. *Impij quasi mare feruens quod quiescere non valet. Et non est pax impijs, dicit dominus* Esa. 48. *In talibus ergo non inuenitur Deus, nec à talibus reperitur.* Vnde Prou. 17. *Qui peruersi cordis est, non inueniet bonum.* Ista est igitur inuentio, qua inuenitur Deus.

G ¶ Secundo dico, quod est inuentio qua inuenitur homo iustus. Et ista potest significare virtutem perseuerantiæ. Res enim quæ alicubi inuenitur stetisse & mansisse in illo loco supponitur, quia scilicet si exinde recessisset, ibidem nunquam inuenta fuisset. Dico ergo, quod inuentio de sui natura significat inuentoris iucunditatem & vtilitatem, inuentæ rei stabilitatem & fidelitatem. Sicut enim homo de nouo inueniens aliquam rem solet gaudere, quanquam sit modici valoris, & hoc pro eo, quod illam rem sine labore videtur acquirere, sic vere Deus quando inuenit aliquem qui ad eum per pœnitentiam conuertitur, est hoc quam plurimum gratulatus, quia sicut dicitur Lucæ 15. *Ille, qui inuenit ouem, quam perdiderat, dicitur valde gauisus fuisse, & ad congaudendum vicinos conuocasse, dicens. Congratulamini mihi, quia inueni ouem, quam perdideram.* Sicut etiam dicitur Matth. 13. *Ille, qui inuenit thesaurum absconditum in agro, præ gaudio thesauri inuenti, venditis omnibus vadit, & emit agrum illum.* Nota igitur,

Cum quibus,
A quibus, } debeat homo inueniri.
In quibus,

Dico inueniri cum bonis & promptus, & paratus haberi ad omnia bona opera facienda & ad mala omnia fugienda. Diuites enim valde diligunt seruitores suos, qui cum bonis conuersantur, à bonis frequentantur, & quando ad negotia sua ipsos inueniunt bonos & paratos. Sic vere Deus illos diligit, quos cum bonis conuersari, à bonis frequentari & ad bona opera sua exequi, paratos inuenit atque promptos. Ad hæc ordinate prosequenda sumatur auctoritas Tob. 5. vbi dicitur, *Inuenit iuuenem splendidum, stantem præcinctum, & quasi paratum ad ambulandum.* In quibus verbis nota, quod homo & maxime prælatus, debet inueniri gratus ad solatiandum, quia debet esse iuuenis, id est, amicabilis & gratus. Doctus ad erudiendum, quia debet esse splendidus, id est, luminosus & doctus. Fortis ad perseuerandum, quia debet esse stans, id est, perseuerans & stabilis. Promptus ad obediendum, quia debet esse præcinctus & paratus, id est, obediens & humilis.

H ¶ Dico ergo, quod nos debemus inueniri & maxime si sumus prælati, affabiles & gratiosi, quia nos debemus esse iuuenes. (Iuuenem inquit.) Nihil enim gratiosius, nihil amicabilius, seu diligibilius persona iuuene, & hoc quia tunc est in ætate iucundiori, pulchriori & puriori, non solum enim homines imo etiam animalia diligunt iuuenes & infantes. Vnde inueni scriptum, quod cum quidam puer consueuisset natando se in mari sæpius balneare, erat ibi quidam piscis delphinus, qui valde dictum puerum diligebat, cum ipsoque ludebat, ipsum etiam conducebat, sicut idem puer pluries retulerat matri suæ. Accidit autem, quod cum dictus puer nimis quadam die in remota, & profunda maris enatasset, deficiens viribus submersus est. Delphinus vero puerum ad littus traxit, & extra aquam iuxta eum præ dolore, & amore pueri mortuus in crastino inuentus fuit, ita quod mater perpendit, & cognouit illum esse Delphinum, qui suum filium diligebat. Sub voce ergo iuuentutis potest amicabilitas, fauor & benignitas denotari, quia scilicet prælatus, & quilibet vir perfectus debet ab alijs inueniri iuuenis, id est, dulcis, amicabilis & tractabilis, & benignus.

Ad quod potest applicari illud Matth. 2. *Ite, interrogate diligenter de puero, quem cum inueneritis, renunciate mihi, vt & ego veniens adorem eum.* Sequitur. *Et intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria matre eius & procidentes adorauerunt eum.* Quia reuera ille puer, id est, purus aer, gratiosus & iuuenis, inuenitur à Magis, id est, ab alijs se minoribus diligitur & honoratur. Dicat ergo quilibet talis iuuenis illud Sapient. 8. *Iuuenis & acutus inueniar in iudicio* vt etiam alij propter eius gratiositatem possint eius obsequijs vocari subiugari. Quod est contra multos, qui inueniuntur ita duri, ita rigidi & austeri, quod nullum impendunt cuicunque auxilium, consilium, vel fauorem: figurati in illa vite syluestri, quam inuenit famulus Helisæi, quæ ita erat amara, quod ipsum gustare nequiuerunt filij prophetarum, imo clamauerunt, *Mors in olla vir Dei* 4. Reg. 4. Quia vere multi inueniuntur ita syluestres & rudes, ita amari & acerbi, quod recte sunt mors, & desolatio alienorum. Vnde de talibus potest dici illud Eccl. 7. *Inueni mulierem morte amariorem, quæ laqueus venatorum est, & sagena cor eius, vincula sunt manus eius.* Tales enim dicuntur mulieres, propter mollitiem imbecillitatis, dicuntur morte amariores, propter sæuitiam crudelitatis, dicuntur habere manus vt vincula, propter tenacitatem parcitatis, vt sic de quolibet tali dicat ille sanctus, Credidi venire ad Iustinianum, & Diocletianum inueni. Non sic charissimi, sed inueniamur affabiles & gratiosi. (Iuuenem inquit.)

I ¶ Iterum dico, quod nos debemus esse vel inueniri spectabiles & luminosi, quod notatur cum dicitur (Splendidum.) Sicut enim lumen semper debet inueniri in lampade ad illuminandum, aqua in fonte ad refrigerandum, panis in arca ad reficiendum, sic vere in prælato vel homine perfecto semper debet inueniri lumen scientiæ, & doctrinæ ad alios pascendum, rigandum & erudiendum. (Splendidum inquit.) quia scilicet ipse debet esse splendidus interius per discretionem, & extra per honestam conuersationem. Vnde Apocal. 22 *Ostendit mihi Angelus fluuium aquæ viuæ splendidum tanquam crystallum.* Sicut enim quidam lapis pretiosus, qui facit hominem futura diuinare, inuenitur in oculis Hyænarum. Æchites vero lapis, qui facit mulieres parere, inuenitur in nidis aquilarum, sic vere virtus sapientiæ & doctrinæ, quæ mulieres, id est, simplices facit parere per bonam operationem, quæ etiam facit de futuris prognosticare & cogitare per discretam considerationem, ista (dico) virtus semper debet inueniri apud aquilas & hyænas, id est, apud iudices & prælatos. Hyæna enim bestia, quæ mortuos deuorat, signat iudicem sæcularem, ad cuius officium pertinet exstirpare mortuos & sceleratos, quia (secundum Senecam) genus misericordiæ est, malos cito occidere. Per aquilas vero, quæ sunt reges auium aliarum, intelligo prælatos ecclesiæ, qui sunt reges & rectores auium, id est, Ecclesiasticarum & spiritualium personarum. Isti ergo debent inueniri & discreti, & tam pro se, quam pro subditis in scientijs & moribus eruditi. Splendidum inquit Abacuc. 3. *Splendor eius, vt lux, erit.* Inueniamur ergo spectabiles & luminosi, id est, clari, sapientes & docti, sicut dicitur Dan. 5. *Spiritus amplior, prudentia, intelligentia, interpretatio somniorum & ostensio secretorum & solutio ligatorum inuenta sunt in Daniele.* Et merito, quia pro certo sicut dicitur Sapient. 6. *Sapientia facile inuenitur ab his qui quærunt eam.*

Quod tamen est contra multos doctores, qui ita abscondunt opera & dictamina sua, quod non possunt ab aliquibus inueniri, nec bona ab ipsis facta per alios adipisci Sap. 5. *Nullum inuenitur vestigium itineris illius*, similes ceruo, de quo scribitur, quod quia suum cornu dextrum est medicinale, ideo ceruus inuidens humanæ saluti, dextrum cornu ita abscondit, quod vix potest ab aliquo reperiri. Tales enim sunt illi, qui documenta

[illegible] abantes inuidia communicare, ne [illegible] sibi pares Eccl. 14. *Non est apud inferos in-*[illegible] para tales infernus, vbi omnia deglu-[illegible] non inueniantur. Tales enim ratione in-[illegible] nuncupati. Non sic ergo, sed simus specta-[illegible]

[illegible] co, quod debemus inueniri durabiles & virtuo-[illegible] eam dicitur Stantem. Stantes enim debe-[illegible] cet Deus nos debet inuenire in perseueran-[illegible] & [illegible]. Perseuerantia enim valde commenda [illegible] coronatur. Finis enim non pugna co-[illegible] *perseuerauerit vsque in finem hic saluus erit* Lucæ 21. [illegible] sunt qui semper bullientes inue-[illegible] arbores, quæ semper virides inueniun-[illegible], sic vere nos debemus semper bullire & fer-[illegible] amicitiam & fidelem affectionem, semper vi-[illegible] & perfectionem. Inueniamus ergo semper fer-[illegible] amicitiam & hoc non solum in prosperita-[illegible] aduersitate, quia hic *iam quæritur inter dispensato-*[illegible] 1. Cor. 4. quamuis scriptura hoc impos-[illegible] difficile reputare Prouerb. 20. *Virum* [illegible]: quia sicut dicitur Eccl. 6. *Amicus fidelis* [illegible] *inuenit thesaurum bonum.* Item simus [illegible] tes, per continuam perseuerantiam, [illegible]: iuxta illud 2. Corinth. 5. *Vestiti &* [illegible] tamen sunt contra multos, qui non [illegible] ota, nec in virtuosa existentia, sicut [illegible] qui modo sunt, modo non sunt, modo ap-[illegible] Similes noctuis lucifugis, quæ de no-[illegible] inueniuntur, de die vero, vt communiter, non [illegible], proeo, quod eorum claritas non [illegible] in [illegible] ficu Matth. 21. in qua *Christus non in-*[illegible] *sed tantum folia*, quia scilicet isti non habent ope-[illegible] Lucæ 13. *Arborem fici habebat quidam plantatam in vi-*[illegible] *& venit quærens fructum & non inuenit.* Ista etiam sunt [illegible] amicos similes gliribus, quæ sunt mures in æstate & in hyeme dormientes: quia scilicet isti in æstate [illegible] circa hominem vigilant & obsequuntur, in hye-[illegible] dormiunt, nec circa eum inueniuntur, si-[illegible], de qua Eccl. 7. dicitur, *Virum ex mille reperi v-*[illegible] *omnibus non inueni.* Ista etiam possunt esse contra [illegible], qui ad modum stellæ cometæ in cœlo, id est, in [illegible] imperant & gloriantur, subito vero deficiunt [illegible] reperiuntur, iuxta Psal. *Vidi impium super exaltatum* [illegible] *Cedros Libani, transiui & ecce non erat, quæsiui & non* [illegible]. Non sic charissimi, sed simus stantes & per-[illegible] (Stantem inquit) 1. Cor. 10. *Qui stat, videat ne cadat.* Et [illegible] *inuenit alios stantes & dixit illis, ite & vos in vineam meam.* [illegible] ille in vineam paradisi mittitur, qui stans & perse-[illegible] Domino reperitur Num. 23. *Reuersus inuenit Balac stan-*[illegible] *suum.* Inueniamus ergo perseuerantes at-[illegible]

[illegible] dico, quod nos debemus inueniri obedientes & [illegible] accinctum inquit & paratum ad ambulandum) ad obediendum debemus inueniri, quia *beatus il-*[illegible] *cum venerit Dominus, inuenerit vigilantem.* Vnde [illegible] *Dominus in prima, secunda vel tertia vigilia vene-*[illegible]. Et sequitur. *Sic estote & vos parati*, vt de quo-[illegible] & parato possit dici illud Philip. 2. *Exinaniuit se-*[illegible] *formam accipiens & habitu inuentus vt homo.* Talem [illegible] debat Dominus inuenisse in Psal. 88. *Inueni* [illegible] *seruo meo vnxi eum.* Vbi aduerte, quod il-[illegible] seruus, debet esse paratus ad tria scilicet ad [illegible] debet esse David, manu fortis. Item ad obe-[illegible] inquit. Item ad compatiendum, quia [illegible] debet esse [illegible] pietatis. Patet ergo quod inueniri debe-[illegible] obedientes, perseuerantes, luminosi & gratiosi. Sed heu [illegible] quia pauci inueniuntur hodie ecclesiastici tales. [illegible] videtur Dominus conqueri & dicere illud Hier. [illegible] *Hierusalem, aspicite & considerate & quærite in plateis* [illegible] *virum facientem iudicium & quærentem fidem*, ac si di-[illegible] 13. *Non est inuentus qui rediret & daret gloriam Deo nisi* [illegible] quia certe alienigenæ, id est, sæculares inueniun-[illegible] hodie ecclesiasticis meliores Luc. 7. *Amen dico vobis, non inue-*[illegible] *in Israel.* Et hæc de bona inuentione sufficiant. Pa-

tet ergo, quod inuenitur Deus & inuenitur iustus. ¶ Sed tertio M
dico, quod inuenitur iniustus. Vnde de mala inuentione possu-
mus notare, quod mali volunt inueniri in loco carnalitatis, in deserto cupiditatis, in monte pompositatis, finaliter vero inue-niuntur in loco pœnalitatis. Inueniuntur (dico) in loco carnali-tatis, similes argento viuo, quod semper consueuit inueniri in sterquilinio vel latrina. Vnde talibus dicitur Hier. 2. *Omnes qui quærunt eam, deficient in menstruo suo inuenient eam.* Item inueniun-tur in deserto cupiditatis Psalm. *Inuenit eum in terra deserta, in loco horroris & vastæ solitudinis.* Item in monte pompositatis 2. Pa-ral. 20. *Inuenietis eos in summitate torrentis.* Item finaliter inue-niuntur in inferno pœnalitatis Psalm. 114. *Pericula inferni inue-nerunt me.*

¶ Si vero vlterius velis aliquid prosequi & dicere, nota, ad N
hoc, quod est inuentio, qua inuenitur impius vel iniustus, quia reuera hodie plures inueniuntur mali quam boni, plures iniu-sti quam iusti, impij quam benigni. Plures enim mali fructus in-ueniuntur in malis & syluestribus arboribus, quam boni in bo-nis & domesticis & vitibus. Mala etiam & rapacia animalia plures fœtus producere solent quam benigna. Et ideo de malis, qui in sæculo, & in claustro hodie abundant, potest dici illud Hier. 5. *Inuenti sunt in populo meo viri impij insidiantes velut aucupes, la-queos ponentes ad capiendum viros.* Et si vis potes dicere, quod malus inuenitur

A < { Deo, qui ipsum iudicat,
Diabolo, qui ipsum vendicat,
Peccato, cui se applicat,
Inferno, qui ipsum damnificat & mortificat.

Inuenitur (dico) impius á Deo ipsum finaliter iudicante, quia scilicet sicut fera postquam diu latuit inuenitur, inuenta vero persequitur, persecuta capta occiditur, sic peccator, qui nunc videtur latere obtutus, & aspectus diuinus, in quantum scili-cet venator Deus ipsum videtur dimittere pro libito impuni-tum discurrere per nemora mundi huius, finaliter per casus, & infirmitates ab ipso persequitur, & tandem per mortem capi-tur & inuenitur, & finaliter per mortem comprehenditur, & necatur. Vnde Ioan. 2 dicitur, quod *Iesus inuenit in templo venden-tes & ementes & expulit eos.* Expulit dico scilicet in tenebras exte-riores Psalm. *Inuenit eum in terra deserta, in loco horroris & vastæ soli-tudinis.* Item inuenitur impius á diabolo ipsum atrociter impu-gnante 3. Regum 20. *Inuenit eum leo de sylua, atque percussit.* Item in-uenitur peccator á culpa ipsum maculante, & confundente 1. Machab. 6. *Inuenerunt me mala ista & ecce pereo tristitia magna in ter-ra aliena.* & Deut. 23. *Quia non est Dominus mecum, inuenerunt me hæc mala.* Item inuenitur peccator á pœna ipsum comprehendente, & destruente Psalm. *Pericula inferni inuenerunt me.* Et Psal. 13. *Tri-bulatio & angustia inuenerunt me.* Et breuiter dico, quod mali in-ueniuntur

Dormientes per pigritiam,
In lecto iacentes per luxuriam,
In terra iacentes per auaritiam,
Per viam errantes per ignorantiam,
Alios fallentes per fraudulentiam.

De pigris & dormientibus dicitur Matc. 14. quod *Christus reuer-sus ad discipulos, inuenit eos dormientes, erant enim oculi eorum grauati* & 1. Regum 26. *Inuenerunt Saul iacentem & dormientem.* De luxu-riosis in lecto quiescentibus dicitur 1. Regum 19. *Inuentum est si-mulacrum in lecto.* De auaris vero in terra iacentibus dicitur 1. Regum 5. *Inuenerunt Dagon iacentem super faciem suam in terra.* De ign orantibus autem dicitur Genes. 37. *Inuenit eum vir errantem in agro.* De fallentibus vero dicitur Matth. 23. *Hunc inuenimus sub-uertentem gentem nostram.* Sic ergo patet, quomodo inuenitur im-pius iustus & Deus.

¶ Sed si vis, nota adhuc, quomodo quadruplex reperitur in-uentio in scriptura, videlicet

Inuentio < { Gratiæ,
Culpæ,
Gloriæ,
Pœnæ.

Prima est virtuosa quæ est perfectorum,
Secunda vitiosa, quæ est peccatorum,
Tertia fructuosa, quæ est beatorum,
Quarta dolorosa, quæ est damnatorum,

¶ Igi-

¶ Igitur primo dico, quod est inuentio, qua inueniuntur vir-
O tutes & gratiæ. Boni enim & iusti non cessant virtutes quærere, donec eas potuerint inuenire. Teste enim saluatore, negociator bonas margaritas quærit, quas tandem inueniens ipsas vendicat & acquirit. Thesaurum etiam inueniens, solet abscondere, vt ipsum tutius possit acquirere & seruare, sicut legitur Matt. 13. Quia pro certo si boni negociatores esse volumus, margaritas & thesaurum virtutum debemus quærere & cum ipsum inuenerimus, occultare, iuxta illud Senecæ. Esto occultator virtutum sicut alij vitiorum, quas quidem nos emimus, & acquirimus, quando eas mentaliter vendicamus & quando ipsarum habitus in nostris mentibus generamus. Gratia enim Dei est fons, à quo virtutes sicut riuuli nascuntur & oriuntur, quem scilicet inuenientes cunctis bonis spiritualibus impinguantur. Vnde Prou. 3. *Misericordia & veritas non te deserant.* Sequitur. *Et inuenies gratiam & disciplinam coram Deo & hominibus:* & Genes. 6. *Noe inuenit gratiam coram Domino.* Et nota, quod sicut apothecarij laborant vt inueniant herbas medicinales, sic & nos debemus laborare, vt inueniamus virtutes & gratias spirituales. Aduerte tamen, quod quandoque gratia inuenitur à non quærentibus quandoque non inuenitur à quærentibus, quandoque inuenitur à quærentibus. Inuenitur dico à non quærentibus. Deus enim est sicut incantator, qui facit se inuisibilem, qui non inuenitur nisi voluerit & gratia Dei est, sicut sunt quædam insulæ, quæ sunt in mari, quæ si quæruntur, non inueniuntur, inueniuntur tamen à casu vbi aliquoties non quæruntur, sicut dicitur de insula Brasilij, & de insula puellarum, & sicut etiam Plin. de quodam lapide pretioso dicit, quod non inuenitur nisi se exhibuerit inueniendum. Sic vere Deus & Dei gratia à quibusdam inueniuntur, qui eum non quærunt, quia scilicet sunt multi, qui etiam in ipso actu peccati gratia Dei præueniuntur & quasi violenter tracti à Deo conuertuntur. Patuit in Paulo & Magdalena Esa. 65. *Quæsierunt me, qui ante non interrogabant, inuenerunt, qui non quæsierant me.* Quandoque non inueniuntur à quærentib. à multis enim quæruntur, qui eos non inueniunt. Non enim valent ad hoc humana merita, sed sola misericordia redemptoris, quæ tunc temporis inuenitur, quando se exhibet peccatori. Patuit in philosophis, qui Deum quæsierunt & non inuenerunt. Non enim portabant candelam necessariam in quærendo, quia scilicet ipsi habebant lucernam naturæ, non scripturæ & candelam rationis non fidei. Vnde Ioan. 7 *Quæretis me & non inuenietis.* Et Baruch. 3. *Non hos elegit Dominus, neq; viam disciplinæ inuenerunt.* Et ideo à Deo non à nobis debemus sperare talem inuentionem, quia scilicet ab ipso solo datur & conceditur & ab eius misericordia inspiratur. Ideo dicebat Baruch. 3. *Exaudi Domine preces nostras & da nobis inuenire gratiam.* Quandoq; etiam, vt communiter, inuenitur ab inquirentibus, quia scilicet vt communiter, *omnis, qui quærit, inuenit, accipit qui petit & pulsanti aperitur* Matth. 6. Gratia enim proprie dicitur inueniri, quia digne non potest acquiri, vel per industriam vindicari Luc. 1. *Ne timeas Maria, inuenisti gratiam apud Dominum.* 1. Reg. 1. *Vtinam inueniat ancilla tua gratiam.* ¶ Nota, quod nos debemus laborare ad inueniendum videlicet

Fiduciam, quæ mentem erigat,
Prudentiam, quæ vitam dirigat,
Iustitiam, quæ mores corrigat,
Scientiam, quæ vera colligat,
Amicitiam, quæ fratres diligat,
Sapientiam, quæ bonum eligat.

Isti enim sunt effectus gratiæ, qui sunt à nobis inueniendi. Inueniamus ergo fiduciam mētem erigentem 1. Paral 17. *Tu enim domine Deus meus reuelasti auriculam serui tui, idcirco inuenit seruus tuus fiduciam, vt oret coram te.* ¶ Item inueniamus prudentiam vitam dirigentem, quia sicut dicitur Prouerb. 19. *Custos prudentiæ inueniet bona.* ¶ Item inueniamus iustitiam mores corrigentem Prouerb. 21. *Qui sequitur misericordiam, inueniet vitam & iustitiam.* ¶ Item inueniamus scientiam vera colligentem Prou. 2. *Intelliges timorem Domini, & scientiam Dei inuenies.* Inueniamus amicitiam cunctos diligentem Eccl. 6. *Amicus fidelis protectio fortis, qui inuenit illum inuenit thesaurum bonum.* ¶ Item inueniamus sapientiam bonum eligentem Prouerb. 3. *Beatus homo, qui inuenit sapientiam.* Et 18. *In labijs sapientis inuenitur sapientia.* Patet ergo, quod est inuentio, qua inueniuntur virtus & gratia.

P ¶ Præterea dico, quod est inuentio, qua inueniuntur culpæ vel vitia. Mali enim non quærunt inuenire gratias & virtutes, sed potius vitia & iniquitates. Sicut enim immunda animalia sicut porci stercora, vultures cadauera, hyenæ mortua corpora diligunt, sic peccatores mundi gaudent obtinere, facere & inuenire opera immunda & vilia, in quibus scilicet exerceant sua desideria inhonesta. Et sic nota, quod superbi & iracundi gaudent de inuentione crudelis operis Eccl. 12. *Cum venerit tempus, non satiabitur sanguine.* Luxuriosi gaudent de inuentione fœtenos sceleris Iob 3. *Gaudent vehementer cum inuenerint sepulcrum.* Auari vero gaudent de inuentione lucri vel muneris, dicentes scilicet illud Ose. 12. *Verumtamen diues effectus sum, inueni idolum mihi.* & Iob 3. *Effodientes thesaurum gaudent vehementer.* Est igitur inuentio qua inueniuntur culpæ & vitia.

¶ Rursum dico, quod est inuentio qua inueniuntur salus, & Q
gloria, & ista est illa qua scilic. iusti finaliter inueniunt gloriam paradisi vel retributionem æternam Eccl. 12. *Benefac iusto, & inuenies retributionem magnam, si non ab ipso, saltem à Deo.* Iustum est enim, quod iusti qui in hoc mundo non faciunt nisi Deum & paradisum venari & quærere, ipsum quandoque debeant inuenire. Agricola enim per totum annum laborat, vt in æstate fructus inueniat & acquirat 2. Paral. 15. *Si quæsieritis eum, inuenietis.* Vnde beati præ gaudio quando veniunt ad paradisum, vbi inueniunt Deum, videntur dicere illud Threnor. 2. *En hæc est dies, quam expectabamus, inuenimus & vidimus.* Quia breuiter Deus quantum ad visionem essentialem, per gratiam solet & per gloriam inueniri, sicut de sancta anima dicitur Prouer. 11. *Mulier gratiosa inueniet gloriam.* Qui enim in gratia Dei perseuerauerit, perueniet ad gloriam, quam requirit. Et qui in agro gratiæ diuitias seminat centuplum inueniet in agro cœlestis gloriæ, qua appropinquat Genes. 26. *Seminauit autem Isaac in terra illa & inuenit in anno illo centuplum.* ¶ Et nota, quod anima in paradiso seu gloria inueniet

Quietem à laboribus,
Salutem à languoribus,
Tegumen à frigoribus,
Solamen à mœroribus,
Velamen ab ardoribus,
Honorem cum maioribus,
Dulcorem in saporibus,
Splendorem in pectoribus,
Vigorem in corporibus.

Inueniunt (dico) in paradiso beati quietem à laboribus Matth. 11. *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis & ego reficiam vos, & inuenietis requiem animabus vestris,* vt dicat quilibet ipsorum illud Eccl. 51. *Modicum laboraui & inueni mihi multam requiem.* ¶ Item inueniunt salutem à languoribus, quia scilic. ibi est vita sine morte, salus & sanitas sine morbo Prouerb. 8. *Qui me inuenerit, inueniet vitam & hauriet salutem à Domino.*

¶ Item inueniunt tegumen à frigore, quia scilicet ibi est domicilium firmum & tutum Psalm. *Etenim passer inuenit sibi domum & turtur nidum vbi reponat pullos suos.* Sequitur. *Beati, qui habitant in domo tua Domine.* ¶ Item inueniunt solamen à mœroribus, Ose. 12. *In Bethel inuenit eum scilicet* consolationis locum ab omni mœrore. Bethel enim interpretatur domus Dei, vel habitaculum Dei, quod proprie est cœlum, *vbi vltra non erit luctus, neque clamor, neque dolor* Apoc. 21.

¶ Item inueniunt velamen ab ardoribus, quia scilicet ibi est perfectum refrigerium contra mundi tribulationes Hier. 6. *Interrogate quæ sit via bona & ambulate in ea & inuenietis refrigerium animabus vestris.* Item inueniunt honorem cum maioribus, scilicet cum Deo & cum sanctis. Vnde Deus videtur dicere de quolibet beato illud quod rex Israel legitur dixisse de Dauid 1. Regum 16. *Stet, inquit, Dauid coram me, inuenit enim gratiam in oculis meis.*

¶ Item inueniunt dulcorem in saporibus, quia ibi sunt deliciæ sempiternæ Prou. 25. *Mel inuenisti comede* 1. Paral. 4. *Inuenerunt pascua vberrima.* ¶ Item inueniunt splendorem in pectoribus, quia scilicet ibi est vera visio & scientia omnium. Vnde in Psal. *Dies pleni inuenientur in eis:* dies enim pleni claram visionem designant.

¶ Item inueniunt vigorem, hoc est dictum, immortalitatem & impassibilitatem in corporibus Eccl. 17. *Proteget te in sempiternum, in die agnitionis inuenies firmamentum.* Ista est ergo inuentio, qua inueniuntur salus & gloria seu gaudia.

¶ Po-

[illegible] quod est inuentio, quia inueniuntur dolor, [illegible] ia reuera iustum est, quod quis inue[illegible] illud quod cum diligentia quærit, & quod finaliter inueniat [illegible] ad quem tendit. Cum igitur vita peccatorum nihil [illegible] sit, quam via in infernum, iustum est, quod finaliter inue[illegible] Vnde Sap. 1. *Ipsi autem nouam mortem inuenient* & Ec[illegible] *In via flamma deuoretur qui saluatur, & qui pessimam plebem* [illegible] *perditione.* Sic ergo patet, quomodo inueniuntur [illegible], vita, gratia. ¶ Sed adhuc possimus inferere, [illegible] sunt, quæ nunquam inueniuntur. Et ideo ex oppo[illegible] tare, quod est non inuentio boni, & non in[illegible] Non inuentio, idest, absentia, carentia, & defe[illegible] malo[illegible] est bonus, & commendandus, & econtra bono[illegible] & vituperandus. ¶ Nota ergo, quod in vitiis iu[illegible] [illegible]

[illegible] as ad inficiendum,
F[illegible] otas ad decipiendum,
[illegible] tas ad alliciendum.

[illegible] iniquitas seu nequitia Psal. 16. *Et non est in*[illegible] [illegible] non sit in nobis fallacitas seu malitia. [illegible] *inuenatur in te.* Item non inueniatur in no[illegible] malitia Apoc. 14. *Et in ore ipsorum non est in*[illegible]

¶ [illegible] vitiis impijs seu etiam immundis non in[illegible] Nam

Sapientia,
Opulentia,
Permanentia,
Pœnitentia,
Fons pietatis,
Lux veritatis,
Flos puritatis,
Ros sanitatis,
Fructus vtilitatis,
Fax charitatis,
Lex æquitatis,
Grex vnitatis,
Pax tranquillitatis.

Dicamus ergo, quod tam in impio quam in immundo non inue[illegible] sapientia Prou. 14. *Quærit derisor sapientiam, & non inueniet,* & [illegible] loquens scriptura de vera sapientia dicit, *quod non in*[illegible] *suauiter viuentium.* Vide eam supra. ¶ Item ibi non [illegible] opulentia scilic. virtutum Psalm. *Nihil inuenerunt diui*[illegible] *in manibus suis* Prouerb. 12. *Non inueniet fraudulentus lu*[illegible] Item ibi non inuenitur permanentia, constantia seu perse[illegible] quia scilic. virtutes non solent in talibus perseuerare, [illegible] *aperiet oculos suos, & nihil inueniet.* Ipsi etiam in statu pro[illegible] parum solent persistere vel durare Iob 20. *Si ascenderit* [illegible] *gloria eius.* Sequitur: *Quasi somnium auolans non in*[illegible] *quasi visio nocturna.* Et in Ps. dicitur: *Vidi impium* [illegible]. Sequitur: *Transiui, & ecce non erat, & non est in*[illegible]

[illegible] non inuenitur pœnitentia Hebr. 12. *Non inuenit Esau* [illegible]. Quod patet in multis, qui peccata sua etiam te[illegible] confiteri Psal. *Quæretur peccatum illius, &c.* Item [illegible] fons pietatis Hierem. 14. *Venerunt ad haurien*[illegible] *non inuenerunt aquam.* Quia sicut dicitur Eccl. 14. *Non est* [illegible] apud auaros, *inuenire cibum.* Aqua enim refrige[illegible] [illegible] natiens, designant opera pietatis. Item ibi non [illegible] veritatis Thren. 2. *Prophetæ eius non inuenerunt visio*[illegible]

Item [illegible] inuenitur flos puritatis Gen. 27. *Reuersus Ruben ad* [illegible] *puerum;* & Deut. 22. *Filiam vestram non inueni* [illegible] Item ibi non inuenitur ros sanitatis Sap. 15 *Nō est inuen*[illegible] Item ibi non inuenitur fructus bonitatis seu vtilitatis Matt. 21 *Non inuenit ficus, sed folia.* Item ibi non inue[illegible] fax, seu incendiū charitatis. Vnde de illis, qui quærebant i[illegible] [illegible] puteo, dicitur 2. Mach. 1. quod *non inuenerūt ignem, sed a*[illegible] *crassam.* Vnde etiā de charitatiuo subsidio quomodo ho[illegible] non inuenitur, dicitur in Ps. *Sustinui qui simul contristaretur, &* [illegible] *& qui consolaretur, & non inueni.* Itē ibi non inuenitur lex æquitatis Baruc. 3. *Viam disciplinæ non inuenerūt, propterea perierunt.* Item ibi non inuenitur grex vnitatis, quia sc. ibi non est pax aut concordia Ps. *Viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt.* Ciuitas enim est ciuium vnitas. Et sic bene concludo, quod ibi non inuenitur pax quietis aut tranquillitatis Thr. 1. *Habitauit inter gentes, nec inuenit requiem.* Ista ergo de bona & mala non inuentione sufficiant.

Inuestigare. Nota, quod inuestigare idem est, quod perscrutari, rimari, indagare, venari, inquirere, examinare seu discurrere. Et possum notare, quod est inuestigatio spectans ad præsidentem, sapientem & inuidentem. Et dico inuestigare officium rectoris, doctoris & exploratoris. Primo ergo dico, quod inuenitur inuestigatio iudicis præsidentis, qui sc. sicut videmus, quod caput, à quo regitur totum corpus, est membrum mobile, & à dextris, & à sinistris vertibile, quod necessarium fuit, vt corpori melius prouideret, & vt membra vndiq; intuens melius gubernaret, sic vere præsidentes & capitanei, principes & iudices, & prælati debent esse per inuestigationem mobiles, & vndiq; inquirendo causarum merita, seu virtutes versibiles. Nam sicut Prou. 25. dicitur: *Gloria Dei est celare verbum, & gloria regum est inuestigare sermonem.* Quod tamen est contra multos, qui sine inquisitione, & inuestigatione seu informatione debita præcedenti prorumpunt ad sententiā vel ad pœnam, qui facillime credunt, & contra multos iudices, qui sine debita informatione procedunt contra illud Iob 29. *Oculus fui cæco, & pes claudo, pater eram pauperum, & causam quam nesciebam, diligenter inuestigabam, conterebam molas iniqui, & de dentibus eius auferebam prædam.* Hæc est ergo inuestigatio iudicis præsidentis. A

¶ Secundo dico, quod inuenitur inuestigatio hominis sapientis. Quia pro certo sicut oculus qui est vas, & fons luminis, & subiectum, creatus fuit mobilis, vt vndiq; respiceret, & videret sic ratio hominis sapientis debet esse mobilis & inuestigatiua, & veritatis omnium scrutatiua Eccl. 1. *Proposui in animo meo inuestigare sapienter de omnibus.* Exemplo sc. doctoris, qui multos libros solet inuestigare, vt veritatem possit cognoscere vel videre. ¶ Sic nota, quod ad sapientem pertinet B

Inuestigare { Dei legem, vt hanc meditetur,
Prudentiam, vt hac gubernetur,
Viri culpam, quando confitetur. }

De inuestigatione legis dicitur 2. Esdr. 7. *Esdras autem dedit cor suum, vt inuestigaret legem, & doceret & faceret.* De inuestigatione sapientiæ quam sc. præ cæteris rebus debemus inuestigare, & inquirere, dicitur Sap. 6. *Inuestiga illam, & manifestabitur tibi.* De inuestigatione vero culpæ, quam sc. prælatus, & confessor debet facere, quando videt simplicem titubantem, vel culpas suas dicere nescientem, dicitur Prouerb. 18. *Iustus prior accusator est sui. Venit amicus eius, & inuestigabit eum.* Talia ergo, quæ sunt ad salutem necessaria, sunt inuestiganda, curiosa vero, & impossibilia dimittenda, quod sc. est contra illos, qui de cœlestibus de Deo, & de suæ Deitatis secretis plus debito quærunt & inuestigant, propter quod sæpe fit, quod in fide deuiant & oberrant, & istos reprehendit sapiens Sap. 9. Vbi dicit: *Difficile* inquit *æstimamus, quæ in terra sunt, & quæ in prospectu sunt, inuenimus cum labore, & quæ in cælis sunt, quis inuestigabit?* Sicut enim oculus noster cum sit carneus, si solem respicit, lacrymatur & obtunditur, & si perseuerauerit excæcatur, sic vere mens nostra, & intellectus noster si solem, i. e. Deum & eius secreta inuestigare plus debito voluerit, statim per fulgorem diuini luminis obtundetur, & per errores si inquirendo perseuerauerit excæcabitur, & lædetur. Ideo admiratiue dicitur Eccl. 1. *Altitudinem cæli, latitudinem terræ, & profundum Abyssi quis mensus est? sapientiam Dei præcedentem omnia quis inuestigauit,* ac si dicat nullus. Et ideo bonum est veraciter credere, & simpliciter confiteri, & non circa inuestigationes immorari, quia pro certo sicut dicitur Prou. 25. *Qui scrutator est maiestatis, opprimetur à gloria.* Dico ergo, quod inuenitur inuestigatio hominis sapientis.

¶ Tertio dico, quod inuenitur inuestigatio inuidi detrahentis. Detractores enim & inuidi solent de aliorum defectib. explorando inuestigare & inquirere, vt eos possint diffamando cum opus fuerit vituperare Abd. 1. *Scrutati sunt Esau, inuestigauerunt omnia abscondita eius.* Et sic patet, quomodo inuestigare sumitur tribus modis. C

Inueterare. Vide infra in titulo Vetus, & in titulo Senectus.

Inuidia. Nota, quod inuidia teste Hug. est de bono alterius rabescentis animi cruciatus. Et secund. Aug. Inuidia est dolor de aliena prosperitate. Cum igitur in multis locis fit mentio de inuidia, nec inueniantur in biblijs multæ A

auctoritates, hinc est, quod istam materiam non intendo plurimum dilatare. Et ideo breuiter notandum, quod inuidia est pessimum vitium multiplicati ratione, nam

per Inuidiam { Mens corroditur, Corpus læditur, Proximus grauatur, Deus impugnatur.

Primo ergo dico, quod inuidia est cordis corrosiua. Crocodilus enim qui maximus est serpentium, dum circa littus Nili dormit, auicula trochilos, quæ habet pennas scindentes, per fauces illius ingreditur, & dum non aduertit, omnia interiora ipsius per prædictam auiculam corroduntur, sicut dicit Plin. Sic pro certo facit inuidia, quia dum interiora hominis intrat, totum cor ipsius per dolorem, & sollicitudinem lacerat & corrodit. Secund. Hug. enim inuidia iniustius nihil est, quia auctorem ante omnia cruciat. Ista est enim sicut tinea & sicut rubigo, quæ substantiam, in qua nascitur sc. ferrum, lignum seu vestem, solet ante omnia lædere, quia sc. inuidia solet suum possessorem, antequam lædat alios, cruciare. Ista est enim partus vipereus, qui antequam de ventre exeat matrem propriam occidit & lacerat. Et ideo Prou. 14. dicitur *Putredo ossium inuidia*. Sed contra istam mentis corrosionem dat remedium Alan. li. de planctu nat. Si inquit liuoris rubiginem, inuidiæ tineam à mentis thesauro velis proscribere, alienum dolorem, tuum facias condolendo & alienum gaudium congaudendo, in alienis opibus tuas pensa diuitias, & alienam inopiam tua lugeas paupertate. Inuidia ergo est cordis corrosiua.

B ¶Secundo dico, quod inuidia est corporis læsiua. Sicut enim venenum Salmandræ inficiendo radices arboris ramos, & fructus inficit vniuersos secundum Plinium, sic venenum inuidiæ radicem cordis inficit, & exinde ad ramos, id est, ad exteriora membra corporis se diffundit. Et hoc est, quod dicitur Greg. in homine. In omni inuido inquit color pallore afficitur, mens accenditur, oculi deprimuntur, membra frigescunt. Est enim in membris tremor, in dentibus stridor, in cogitatione rabies, in mente liuor. Et dat remedium contra istud vitium. Qui ergo ista peste carere desiderant, illam hæreditatem diligant, quam cohæredum numerus non angustat. Ista est ergo corporis læsiua.

C ¶Tertio dico, quod inuidia est proximi grauatiua. Inuidus enim & amicis & inimicis nocet, tantum venenum est inuidia, quod non solum inimicos infirit, imo etiam bonum amicorum ferre non sustinens, ipsos quandoq; diffamat & subuertit. Vnde etiam cum à quodã Philosopho quæreretur à quo summe esset cauendũ, respondit ab inuidia amici, & iniuria inimici. Teste enim Sen. Etsi nullos inimicos facit iniuria, multos tamen facit inuidia, quod bene apparuit in fratribus Ioseph, qui solum inuidia moti eo quod à patre plus cęteris amabatur, ipsum occidere voluerunt, & in Ægyptum deportandum finaliter vendiderũt, sicut dicitur Gen. 37. Tales sunt sicut bufo, qui lumen solis odit, & odorem vinearũ fugit. Odor enim vinearum, qui alijs est solatium, bufoni est tormentum. Quia vere inuidi non possunt lumen solis, i. prosperitatem alicuius bonæ personæ videre, nec odorem famæ eius sustinere, quia breuiter sicut dicit Prosper li. de vitijs & de virtutib. Tot habet inuidus pœnæ iustæ tortores, quot inuidiatus habuit laudatores. Sen. enim dicit. *Quot sunt bona fœlicium, tot sunt tormenta inuidorum.* Aduerte tamen, quod sæpe accidit, quod dum homo alteri inuidet, causa est, quod ad maiorem prosperitatem peruenit, sicut fratres Ioseph sibi inuidentes fuerunt causa, quare fuit postea rector totius Ægypti. Vnde dicit Chrys. super Matt. 22. O inuidia quæ semper sibi est inimica. Nam qui inuidet sibi ignominiam, & ei cui inuidet gloriam parat. Ista est ergo proximi grauatiua.

D ¶Quarto dico, quod inuidia est Dei impugnatiua. Inuidia enim opponitur immediate charitati, quæ Deus est, quia sicut dicit Io. in Canonica sua. 1. Io. 4. *Deus charitas est.* Ad charitaté enim pertinet bona aliorum tanquam sua diligere, & aliorũ mala tãquam sua deflere. Ad inuidiam vero pertinet de aliorum bonis tanquam de suis malis dolere, & de aliorum malis tanquam de suis bonis gaudere. Homo enim per inuidiam fuit tentatus, & de paradiso eiectus, quia sicut dicitur Sap. 2. *Inuidia diaboli, intrauit mors in orbem terrarum.* Christus etiam per inuidiam fuit occisus, & à Iudæis traditus, grauatus, quia sicut dicitur Mar 15. *Sciebat autem, quod per inuidiam tradidissent eum.* Vnde Aug in quodã sermone. Inuidia procuratus est lapsus mũdi, & mors Christi. Inuidia ergo Deũ impugnat, & Deo contrariatur, quia sicut tanta est Dei bonitas, quod bonis, & malis vult proficere, ita tanta est inuidorũ prauitas, quod bonos & malos vult deprimere. Sunt enim tales sicut signũ scorpius, quod dicitur domus mortis, nullius exaltationis, & est signum siccum, frigidum & nocturnum, secundum astrologos: sic vere charifs. inuidi, qui, vt communiter sunt sicci corpore & macilenti, vel etiam spiritualiter sunt sicci per incompassionem, frigidi per indeuotionem, nocturni per suæ malitiæ occultationem, domus mortis, i. belli per litem, contentionem, nullius sunt exaltationis, quia nulli procurant bonũ vel promotionem. Et breuiter Alanus li. de planctu naturæ loquens de inuidis, dixit sic. Inuidis inquit aliena prosperitas est aduersa & aliena aduersitas. Hi enim alienis gaudijs tristãtur, alienis tristitijs lætãtur. Alienis inopijs ditantur, & alienis diuitijs pauperantur. Patet ergo, quod inuidia est fugienda, quia Dei est impugnatiua, proximi nociua, corporis læsiua, cordis corrosiua. Simus ergo de illis, de quib. 1. Mach. 8. dicitur. *Omnes vni obediunt zelus & inuidia non est inter eos.* Et hæc de inuidia sufficiant.

## Inuitare.

Vide in titulo conuiuium, & in titul. vocare. A

## Inuius.

Vide in titulo Via.

## Inuocare.

Nota, quod inuocare idem est, quod instanter vocare. Vnde inuocatio nihil aliud est quã quædam instans, & diligens vocatio, oratio & supplicatio. Vel inuocatio est interior vocatio sc. in corde vel adiutorij vocatio. Accipitur ergo pro feruenti oratione. Et habet fieri inuocatio erga illum à quo auxilium expęctatur, sicut est Deus, qui semper est in necessitatib. inuocandus Ps. 17. *In tribulatione mea inuocaui dominum, & exaudiuit me in latitudine dominus, & Dominus mihi adiutor.* Sicut enim causa superior de sui natura habet influere in inferiorem, dominus etiam principalis tenetur vasallum suum defendere & iuuare, dum tamen vasallus ipsum voluerit in adiutorium inuocare, sic vere Deus, qui est causa superior, & dominus principalis, semper solet influere gratiam suam, & facere auxilium, & iuuamen cuilibet postulanti, dum tamen instanter, & humiliter inuocetur, quia sicut dicitur in Ps. 144. *Prope est Dominum omnib. inuocantib. eum in veritate.* Voluntatem timentium se faciat, & deprecationem eorum exaudiet, & saluos faciet eos. Et ideo Iona existente in periculo submersionis, dictum est Ionæ 1. *Quid tu sopore deprimeris? surge, inuoca Deum.*

¶ Vbi ad inuocationem spiritualem faciendam ad hoc, quod digna sit exaudiri, necesse est, quod à nobis detestentur inferiora, (Quid tu sopore deprimeris?) Affectentur superiora. (Surge inquit,) Eleuentur interiora. (Inuoca inquit) i. intus voca. Necessaria est enim inferiorum detestatio, superiorum contemplatio, interiorum dispositio. B

¶Primo igitur sit in nobis inferiorum detestatio, quia sc. mundi diuitias, & delitias quæ ad modum soporis deprimunt, & inclinant homines ad peccatum debemus detestari. Quid tu (inquit) sopore deprimeris. q. d. non debet esse, quia sc. ille, qui sopore deprimitur, non potest alium inuocare. In sopore enim & dormitione venit quandoq; quædam humorum depressio, quę ita grauat hominem, quod quamuis sentiat se grauatum, non potest tamen alium inuocare, & dicit quidã, quod hoc est quædam phantasia aeris, alij dicunt, quod est quædam impressio constallationis, naturales vero, & medici dicunt, quod est circa cor quædam congregatio grauis, & melancholici sanguinis vel humoris. Sic vere charissimi, dum homo mundi blanditijs & delitijs consopitur quandoq; per aggregationem humorum, i. bonorum temporalium cor eius taliter per auaritiam deprimitur, quod ab inuocatione domini impeditur. Ideo dicitur *Quid in sopore deprimeris*: quia sicut dicitur Sap. 9. *Deprimit habitatio terrena sensum multa cogitantem*, ideo Thr. 3. dicitur: *Inuocaui nomen tuum de lacu nouissimo.* Igitur sit in nobis inferiorum detestatio.

¶ Secundo dico, quod sit in nobis superiorum affectatio (Surge inquit) Surgere enim debemus ad amorem bonorum superiorum, & quia ipsis proprijs meritis acquirere non valemus, hinc est, quod pro ipsis habendis Dei misericordiam inuocare debemus, quia sicut dicitur Iohel. 2. *Quicunque inuocauerit nomen Domini saluus erit.* (Surge inquit) Vnde in Psalm. *Nos autem in nomine Dei nostri inuocabimus.* Sequitur: *Nos autem surreximus, & erecti sumus.* C

¶Tertio dico, quod necessaria est interiorum dispositio. (Inuoca inquit) id est, intus voca, quia scilic. intus in corde debet D

fieri

fieri Dei inuocatio per cordis orationem & affectionem, quia scilicet tam mentalis magis proficit, quam verbalis Ps. 98. *Inuocabant dominum, & ipse exaudiebat eos, & in columna nubis loquebatur ad eos.* Et nota, quod Dominus est Innocandus, quia

Succurrit,
Occurrit,
Exaudit,
Defendit,
Iustificat,
Laetificat.

Succurrit (dico) illis, qui grauantur Psalm. *In tribulatione mea inuocaui dominum, & exaudiuit me in latitudine dominus.* Occurrit etiam eis, qui persequuntur Psal. 144. *Prope est Dominus inuocantibus eum, omnibus inuocantibus eum in veritate.* Exaudiuit insuper illos, qui se precantur Ps. 58. *Tunc inuocabunt, & dominus exaudiet, & dicet, ecce adsum.* Defendit nihilominus illos qui impugnantur Psa. *In tribulatione inuocasti me, & exaudiui te, & liberaui te in abscondito tempestatis.*

Item iustificat illos, qui condemnantur se. dimittendo peccata Tob. 3. *Peccata dimittis his, qui inuocant te.* Item laetificat illos, qui contristantur Iudic. 16. *Exultate, & inuocate nomē eius.* Sed procul dubio multi sunt qui ipsum tenuunt inuocare, & in suis necessitatibus aduocare Es. 64. *Non est qui inuocet nomen domini.* Aliqui enim non inuocant propter desperationem, aliqui propter ad aliud conuersionem. Timor enim & desperatio inuocandi tollunt audaciam Ps. *Dominum non inuocauerunt, illic trepidauerūt timore, vbi non erat timor.* Ad terram stulta conuersio inuocandi, tollit peritiam, sicut patet in illis, qui in necessitatib. recurrunt ad terrena auxilia non diuina, Sap. 13. *Pro vita mortuum rogat, & in adiutorium inutilem inuocat.* Ideo ironice dicitur talibus, Iudic. 10. *Inuocate Deos, quos elegistis, &c.* 3. Reg. 18. *Inuocate nomina deorum vestrorum.*

A **Inuoluere.** Nota, quod inuoluere sumitur pro tegere, abscondere, vel celare, & similib. Et possum notare, quod quintuplex inuolutio reperitur, videlicet

Inuolutio { gratiae, culpae, miseriae, poenae, scientiae, } { Prima, Secunda, Tertia, Quarta, Quinta } est { virtuosa, vitiosa, taediosa, luctuosa, laboriosa.

Inuoluitur enim { iustus virtutum floribus, impius peruersis moribus, mortalis multis erroribus, damnatus diris doloribus, scriptura secretis sortibus.

Et sic dico iterum, quod

Inuoluitur { Puer ne destituatur, Res sacra ne aspectetur, Thesaurus, vt custodiatur, Pannus, ne inficiatur, Plaga, dum remediatur, Mortuus, vt sepeliatur.

¶ Primo dico, quod iustus debet inuolui sicut puer vestibus nitoris, & innocentiae Luc. 2. *Inuenietis infantem pannis inuolutum.* Sicut res sacra in velo decoris, & apparentiae, hoc est dictum, vestibus honestatis. Vnde Num. 4. *Inuoluent velo arcam testimonij.* Sicut thesaurus pallio rigoris, & diligentiae Num. 4. *Mensam propositionis inuoluent hyacinthino pallio.* Sicut pannus in arca pudoris, & continentiae 4. Reg. 2. *tulit Helias pallium suum, & inuoluit illud.* Sicut plaga emplastris doloris & poenitentiae. Vnde de Maria, id est, de poenitentiae amaritudine, dicitur Luc. 2. quod *filium suum primogenitum pannis inuoluit, & reclinauit illum in praesepio.* Sicut mortuus sudario timoris & patientiae Marc. 15. *Inuoluit eum syndone & posuit in monumento.* Patet ergo, quod virtuosus inuoluitur virtutum floribus.

B ¶ Secundo dico, quod vitiosus inuoluitur peruersis moribus. Nam sicut videmus, quod

Inuoluitur res { Vt resplendeat, Ne foeteat, Vt lateat.

Vt splendeat dico, sicut patet in altari pannis ornato, vel in pariete deaurato. Ne foeteat, sicut in cadauere vel funere pannis sericis inuoluto, & aromatibus circumfuso. Vt lateat etiam sicut patet in homine, qui non vult cognosci capite velato, vel in tenebris abscondito vel celato, sic vere dico, quod diuersis inuolutionibus solent vti tria genera personarum, videlicet curiosi, qui vt splendeant, se inuoluunt variis ornatibus, de quib. dicitur Soph. 1. *Disperierunt omnes, qui inuoluti sunt argento*, hypocritae ne foeteant se inuoluunt fictis conatib. sc. ficta & honesta conuersatione, de quibus dicitur Hierem. 10. Vbi de idolis loquens dicit: *Doctrina vanitatis eorum lignum est argento inuolutum.* Fallaces item, & proditores, qui ne pateant, vel qui vt lateant, se inuoluunt peruersis gestibus seu motibus, quia sc. aliud praetendunt in gestib. & in ore quam sit in opere vel in corde, ita quod possint dicere illud Iob 6. *Inuolutae sunt semitae gressuum eorū.* Tales inuoluuntur in praesenti peccatis, & alij etiam per eos inuoluuntur deceptionibus & tormentis. Num. 6. *Recedite à tabernaculis hominum impiorum, ne forte inuoluamini cum eis.* Vitiosus ergo inuoluitur peruersis moribus. ¶ Tertio dico, quod miseri mortales inuoluuntur multis erroribus & languoribus, quia reuera homo dum est in vita ista C

Inuoluitur in { Corde, nubibus ignorantiae, Ore, vocibus insolentiae, Opere, retibus fraudulentiae, Corpore, fluctibus violentiae.

¶ Et reuera ista sunt quatuor incommoda, in quibus inuoluuntur mortales dum transigunt vitam istam. Quidam enim inuoluuntur ignorantiae nubibus, quia tales insipientiae & ignorantiae nubes quandoq; nos taliter inuoluunt, quae solem claritatis aeternae cernere non valemus, Iob. 37. *Nos quippe inuoluimur tenebris.* ¶ Item quidam inuoluuntur insolentiae vocib. Illi. sc. qui illa, quae sentiunt, proferre nesciunt aut non possunt Iob 38. *Quis est iste inuoluens sententias sermonib. imperitis?* ¶ Item quidam inuoluuntur fraudulentiae retibus, quia sic faciliter decipitur simplex homo per inuolutionem horum malignorum. Vnde illud praefatum Num. 16. *Recedite à tabernaculis hominum impiorum, ne inuoluamini.* Tales enim fraudulenti sic simplices inuoluentes in contractibus, & verbis figurantur Ezech. 1. vbi *apparuit nubes magna & ignis inuoluens & splendor in circuitu.* Tales enim inuolutores, & deceptores dicuntur nubes à nubendo, quia fingunt charitatiuum amorem, sunt tamen ignis ab vrendo, quia vrunt per auaritiae ardorem. Inuoluentes sunt etiam per rapinam exteriorem, & per fraudem interiorem. Splendentes vero sunt per prosperitatem & gloriam ampliorem. ¶ Item quidam inuoluuntur violentiae fluctib. hoc est dictum, diuersis tribulationib. & laboribus Iob 3. *Occupet eum caligo, & inuoluatur amaritudine.* Patet ergo, quod miseri inuoluuntur erroribus & languoribus. ¶ Quarto vero dico, quod damnatus inuoluitur diris dolorib. D quia sc. qui est in inferno,

Inuoluitur { Funibus, quibus ligatur, Motibus, quibus turbatur, Fluctibus, quibus grauatur.

¶ Ligatur enim funibus, quibus tenetur Prou. 29. *Peccantem virum iniquum inuoluet laqueus.* Turbatur etiam motibus quibus terretur, Iob 18. *Vndique terrebunt eum formidines, & inuoluent pedes eius.* Grauatur insuper fluctibus, quibus vrgetur Exod. 14. *Aegyptiis occurrerunt aquae, & inuoluit eos dominus in medijs fluctibus.* Damnatus ergo inuoluitur diris doloribus. ¶ Quinto vero dico, E quod in scriptura inuoluitur velatis vitibus seu sortibus. Et sic nota, quod

Scriptura est sicut { Arca, quae cum claue firmatur, Liber, qui clausus signatur, Coelum, quod nube velatur.

¶ Quod scriptura sit inuoluta sicut arca, patet figuratiue Num. 4. vbi arca testamenti inuoluebatur velo quatuor colorum, & praecipiebatur alijs, quod illa, quę erant in sanctuario, nulla curiositate viderent, donec inquit inuoluātur. Quatuor enim colores sunt quatuor modi exponendi scripturā, tropologicus, historicus, anagogicus & moralis, sub quib. sc. arca testamenti, i. e. sacra scriptura inuoluitur & velatur, ita quod simplicibus nonquam licet, quod ipsius secreta nuda respiciant aut scrutentur. ¶ Item quod sit inuoluta ad modum libri, patet Ezech. 2. vbi vidit manum in qua erat liber inuolutus scriptus intus & foris. ¶ Itē quod inuoluatur ad modum coeli, patet Apoc. 6. vbi dicitur, quod *coelum recessit sicut liber inuolutus.* Et sic ergo patet quomodo in scri-

gura fit mentio de inuolutione quintuplici. Vide exempla & figuras in alijs inuolutionem significantibus sicut est abscondere, tegere, vel valere, & similia.

## Inutilis.
Vide in titulo Vtilitas.

## Ioathan. Ioachim. Ioachitas.
Vide interpretationes & historias, quæ loquuntur de istis, & expone & applica sicut volueris.

A **Ioab.** Nota, quod Ioab interpretatur inimicus, seu inimicitia, qui fuit princeps in exercitu Dauid, & homo mirabiliter bellicosus, & qui fouebat partē Adoniæ, & qui per insidias occidit iniuste duos homines meliores se, s. Abner & Amasan principes Israelis. Et potest mihi signare malos principes & tyrannos, vel malos principū & prælatorū officiales & familiares, seu quoslibet criminales, & maxime homines rebus bellicis occupatos. Tales enim inimici sunt, quia innocentib. nocent, Adoniā adiuuant, quia causas malorum solent fouere. Inuidiosi sunt, quia alios timent sibi præferri, præeminere. Et ideo sæpe fit quod illos occidunt & deprimūt, quos timent sibi æquipollere. Tales enim ex testamento Dauid, i. ex ordinatione Dei Patris, per Salomonē Christum puniuntur & interficiuntur, quia sc. æterna damnatione finaliter solent lugere, & etiam multotiens in
B hac vita in fine per infortuniū solent incidere. ¶ Vel dic econuerso quod Ioab, qui fuit dux exercitus Dauid, & interpretatur pater seu paternitas, potest designare bonos principes & prælatos, qui super exercitum fidelium dominantur. Quia reuera isti debent omnibus patres esse, & omnes paterna affectione diligere. Vide concordantias & historias, & si vis, prosequere & allega.

A **Iob.** Nota, quod Iob, qui fuit sanctus homo, generaliter signat virum iustum, & hoc triplici ratione, videlicet,

Propter { Nominis interpretationem, Moralem conuersationem, Verbalem prolocutionem.

Propter nominis (dico) interpretationē. Nam pro certo cū Iob interpretetur dolor, dolens, vlulans, magnus, ociositas, potest dici, quod per Iob intelligitur vir perfectus, & maxime vir pœnitens & tribulationib. fatigatus: ad talem enim pertinet, quod

Doleat, Lugeat,
Vigeat, Sedeat.

¶ Dolorem facit contritio mentis interioris, quia interpretatur dolens. Clamorē facit confessio vocis exterioris, quia interpretatur vlulans. Vigorē mōstrat cumulatio virtutis interioris, quia interpretatur magnus. Torporem monstrat contemplatio status superioris, quia interpretatur otiosus. Otiositas enim quietem cōtemplationis designat. Ista enim quatuor sunt necessaria cuilibet Iob, s. cuilibet pœnitenti, seu cuilibet viro iusto, quia s. iste debet dolere de culpas pœnitendo & conuertendo, vnde Iob 6. dixit, *Verba mea dolore plena sunt, quia sagittæ domini in me sunt, & terrores militant contra me*, vide supra de dolore. Item iste debet lugere amare confitendo & vlulando Iob 23. *Respondens autem Iob dixit: Nunc autem in amaritudine est sermo meus.* Et Iob 19. Iob dixit: *Ecce clamabo vim patiens.* Item iste debet vigere, sc. virtutibus crescendo & abundando quia debet esse magnus Iob 1. *Vir erat in terra Hus, nomine Iob.* Sequitur. *Eratq; vir ille magnus inter omnes orientales.* Item iste debet sedere, sc. contemplando, & ocio meditationis vocando, quia sc. Iob interpretatur ociositas. Vnde Iob 29. *Addidit quoque Iob assumens parabolam suam, & dixit: Sedebam primus, cumque sederem quasi rex circumstante exercitu.* Et Iob 3. dicitur: *Aperuit Iob os suum.* Sequitur: *Nonne dissimulaui? nonne silui?* Sedere enim, quiescere & silere, pertinent ad ocium contemplationis. Iob igitur signat virum iustum, propter nominis inter-
B pretationem. ¶ Secundo dico, quod signat virum iustum propter virtutum cumulationem, vnde de virtutib. talis Iob potest dominus dicere illud Iob 1. *Nunquid considerasti seruū meum Iob, quod non sit similis ei in terra, homo simplex & rectus, & timens Deum, & recedens à malo?* Vbi aduerte quoddam obiectum spectabile. Nunquid considerasti? Subiectum tractabile [Seruum meum inquit Iob.] Adiectum notabile, quod *non sit ei similis in terra*, coniectū mirabile, quia *homo simplex & rectus, & timens Deum, & recedens à malo*. Prosequere si vis quomodo illi, qui virtutib. pleni sunt, cōsiderabiles & spectabiles existunt Ps. *Ipsi vero considerauerunt, & inspexerunt me.* Et vt de quolibet iusto considerante dicatur illud Iob 37. *Super omnes cælos ipsi considerat* [Cœlos inquit] i. sanctos & iustos, qui sc. digni sunt ab alijs considerari & imitari Iac. 5. Suf-ferentiam Iob audistis. Item modo tales sunt humiles & tractabiles [Seruum inquit meum] Ps. *Seruus tuus sum ego.* Item quo modo sunt excellentes & notabiles, quia sc. non est ei similis in terra Sap. 8. *Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi.*

Item quomodo isti sunt virtuosi & mirabiles, quia sc. homo simplex & rectus, & timens Deum, & recedens à malo Iob 1. *Vir erat in terra Hus, nomine Iob.* Et erat vir ille simplex & rectus. Fuit enim homo, humaniter condolendo. Vnde de Iob dicitur, quod *flebat super eo, qui afflictus erat* Iob 29. Simplex, fallaciter non agendo, seu innocenter conuersando. Vnde ipse de se dicit Iob 31. *Si ambulaui in vanitate, & festinauit in dolo pes meus, appendat me in statera iusta, & sciat Deus simplicitatem meam.* Rectus, iustitiam diligendo. Vnde ipse de seipso dicebat. *Si iudicatus fuero, scio, quod iustus inueniar*, & Iob 29. ipse dicit: *Pater eram pauperum, &c. & causam quam nesciebam, diligenter inuestigabam.* Timens Deum Dei sententiam admirando, & ipsius iustitiam formidando. Vnde ipse de se ipso ait: *Sem[illegible] quasi tumentes super me fluctus timui Deum, & pondus eius ferre non potui.* Iob 31. Recedens à malo, omnem nequitiam abhorrendo, & virtutib. insistendo, quia ipse est qui ait Iob 28. *Ecce timor Dei, ipsi est sapientia, & recedere à malo intelligentia.* Et alibi. *Donec deficiam non recedam ab innocētia mea* Iob 27. Pa-
C ret igitur quomodo Iob signat virum iustum propter virtutum cumulationem. ¶ Tertio dico, quod signat virum iustū propter virtutum prolocutionē, quia s. sicut ille primus Iob habuit verba honesta, solennia & vtilia, sic debet quilibet homo iustus. Vnde aduerte, quod ad Iob, i. ad quemlibet virum spectat & pertinet secund. diuersas conditiones diuersa verba dicere vel proferre. Et sic habere debet homo quandoq; verbum desolatiuum dum plangit miseriam temporalem, reprehensiuu dum pungit stultitiam fraternalem, indignatiuū dum spernit superbiam vocalem, supplicatiuum dum petit iustitiam causalem, informatiuum dum promit scientiam moralem, humiliatiuum dum cognoscit potentiā regularem. ¶ Dico ergo quod Iob, i. e. iustus vel pœnitens solet quandoque dicere verba desolatiua, vnde Iob 23. Iob dixit: *Nunc autem in amaritudine est sermo meus & manus mea aggrauata est super gemitum meum.* ¶ Item solet quandoq; dicere verba reprehensiua Iob 12. Iob dixit: *Ergo vos estis soli homines, & vobiscum morietur sapientia.* ¶ Item solet quandoq; dicere verba indignatiua, vnde Iob 16. Iob dixit: *Audiui frequenter talia consolatores onerosi omnes vos estis.* ¶ Item solet quandoq; dicere verba supplicatiua, vnde Iob 6. dixit: *Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas quam patior in statera.* ¶ Item solet quandoq; dicere verba instructiua seu informatiua Iob 2. Iob dixit: *Audite quæso sermones meos, & agite pœnitentiam.* ¶ Item solet in fine dicere verba recognitiua & humiliatiua Iob 9. Iob dixit: *Vere scio, quod ita sit & quod non iustificetur homo comparatus Deo.* Sic ergo patet, quod Iob interpretatione, conditione & locutione signat virum sanctum. Sufficit.

A **Iucunditas.** Quia de iucunditate satis tractatum est, supra de gaudere & exultare & in lætare, & ita tractabitur de lætitia, ideo parum intendo dicere quo ad præsens. Notare tamen possumus, quod est quædam

Iucunditas { Temporalis, Spiritualis, Æternalis.

Prima est vitiosa, Prima est peccatorum,
Secunda est virtuosa, Secunda est perfectorum,
Tertia est gloriosa, Tertia est beatorum.

Primam, Secundam, Tertiam } confert { mundi prosperitas, cordis sinceritas, cœli fœlicitas.

¶ Prima est iucunditas transitoria, & de ista dicitur in persona mundi illud Bar. 4. *Nutriui eos cum iucunditate, & dimisi eos cum fletu & luctu.* Ista est enim iucunditas humana. Sicut enim ebrij & illi in quib. lunatica passio dominatur, sine causa sæpissime sunt iucundi, cessante tamen nouilunio & ebrietate efficiūtur tristes, melācholici & infirmi, pro certo illi, qui vino mundanæ prosperitatis sunt ebrij & imbuti, & qui lunæ, i. mundanæ mutabilitati sunt dediti & subiecti, dum durat talis ebrietas iucūdantur, sed finaliter prosperitate cessante, æternis tristitijs desolātur. Figura de Holoferne, qui nimiū vinum biberat, & ideo iucundissimus effectus obdormiuit, & in illa nocte interfectus fuit, sicut dicit Iudit. 12. & 13. & Prou. 14. *Extrema gaudij luctus occupat.* & Heb. 11. dicitur, quod *Moyses magis elegit cum populo Dei affligi, quam temporalis peccati habere iucunditatem.* Ista est enim mala iucunditas, quia

[illegible]

[illegible] inducit, vt fcilic.

[illegible]

[illegible] illus homo quando co- [illegible] *iucunda.* Item quando co- [illegible] *circumfpice Hierufalem ad orientem, &* [illegible] quando exuberat pian i- [illegible] *qui miferetur & commodat.* Item [illegible] a, quia ficut dicitur Ec lefi. *Re* [illegible] *ctitas cuftodiet cor, iucunditatem &* [illegible] parat laudis præconia, Pf.146. [illegible] *latio.* Hæc eft igitur iucunditas

[illegible] s faluatoria, quia fc. beati [illegible] ut in Pfal. 132. *Ecce quam bo-* [illegible] *tare in vnum.* Iterum 10 Pfal. *Deo* [illegible] quod

- [illegible] gnit aduerfitas,
- [illegible] format æternitas,
- [illegible] igat dignitas
- [illegible] onorat charitas.

[illegible], vnde Eccl.1. *Vfque ad tempus fu-* [illegible] *iunditatis.* ¶ Iftam etiam format [illegible] *lixit nobis mala, ipfe inducet nobis* [illegible] *date.* ¶ Iftam infuper fouet & iun- [illegible] *m anam & quam iucundum, &c.* Item [illegible] le cuilibet beato dicitur Ecc.15. *Iu-* [illegible] *exultabit fuper eum, & nomine æterno* [illegible] cũditate iuftitiã grana bseuitatis. [illegible] Ioannes eft nomen nobilitatis, hu- [illegible] œnalitatis, & auctoritatis. Morali- [illegible] Ioannes quantũ ad fua fignifica- [illegible] atus Ioannes, imo etiam quilibet [illegible] fticus vel prælatus. Signat ergo Io- [illegible], quod vtique probat interpretatio no- [illegible] atur, in quo gratia, quia fcilic. ficut [illegible] arboris, in qua funt, declarant, fic [illegible] virtutes fuos fpiritualiter nobilitant [illegible] *omnes habebant Ioannem, quia vere pro-* [illegible] ita et humilitaé, vnde Ioannes di- [illegible] *me autem minui.* ¶ Item fignat pœnalẽ [illegible] homo magnæ abftinentiæ [illegible] *uehebens.* Item fignat vita- [illegible] nes [illegible] Patriarcha & Prælatus [illegible] & [illegible]. Vnde de ipfo lite- [illegible] illud Ioan 1. *Fuit* [illegible] ¶ [illegible] aducite, quod qui [illegible]

[illegible]

[illegible] ¶ [illegible] Vnde [illegible] cha. 13 *Homo ag* [illegible] *quia Adam exemplum meum.* Vide fupra d[illegible] gr[illegible], & profequitur ifta auctoritas. Ifti h[illegible] hodie funt [illegible] ecce[illegible] afticos & prælatos, qui pro cer- [illegible] homines [illegible] funt beftiæ & bruta pe[illegible] [illegible] onem, in illis fa[illegible] tis & pilulis, qui videntur [illegible] & tamen funt beftiæ in natura, ca- [illegible] quatenus vid[illegible] fimiles hominib. in me[illegible] [illegible] ane, quia [illegible] tales ratione ftatus & aucto- ritatis videntur [illegible] homines, i. fupponunt fe effe difcreti & ra- tionales, in veritate tamen funt beftiæ, quia fi bene inueftigatur beftiales & ignorantes inueniuntur. Quia ficut dicitur [illegible] Pfal *Homo cum in honore effet, non intellexit, comparatus eft iumentis infipien tib. & fimilis factus eft illis.* Vnde Eccl.3. *Dixi* inquit, *in corde meo de fi- lijs hominum, vt probaret illos Deus, & vt oftenderet ipfos fimiles effe beftijs.* Non fic ifte non, quia vere ipfe erat morali fapientia illuftratus, quia fuit homo. Vnde de ipfo poffum dicere illud Math.26. *Ecce homo,* q.d. Ecce vir prudens, rationalis & difcretus, qui bene fu- tura præuidere, præfentia ordinare, & præterita memorare fcit, qui etiam fcit populũ regere, credenda credere, & facienda fa- cere, & declinanda infuper declinare. Figuratus in illo filio ho- minis, quem vidit Ioannes Apoc.1. *qui habebat oculos ficut lampas ignis.* i. qui habebat fubtiliffimum intellectũ. Vt de ad Prophetã pertinet fcire incognita & occulta. Fuit ergo homo, & morali fapientia illuftratus, quia fcilicet Apoc.1. dicitur, quod *illa, quæ o- portet fieri cito fignificauit Deus mittens per angelum fuum feruo fuo Ioan- ni.* ¶ Secundo dico, quod ipfe fuit diuina prouidentia, fublima- tus, quia miffus à Deo. Miffus n. à Deo dicitur ille, qui per diui- nã infpirationẽ, prouidentiã promouetur. Sicut n. fedes Apo- ftolica folet mittere legatos, & ipfos in diuerfis prouinciis infti- tuere loco fui, fic vere Deus in diuerfis officiis prælationũ mittit legatos, id eft, fuos vicarios & prælatos, quibus committit inter homines vices fuas. Vnde de ifto poteft dici illud Lucæ 1. *Miffus eft Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilææ.* Ifte enim fuit Gabriel, qui interpretatur fortitudo per conftantiam & firmitatem. Fu- it Angelus, id eft, purus, per mundiciam & caftitatem. Fuit etiã miffus à Deo, per fuam occultam ordinationem, & fuit profe- ctus in ciuitate Ecclefiæ, per canonicam promotionem. ¶ Fuit ergo miffus à Deo. Vnde nota, quod ifte fuit inftitutus, & C

Miffus ad
- prædicandum catholicam veritatem,
- impugnandum hæreticam prauitatem,
- caftigandum peftiticam malignitatem,
- detegendum diabolicam fallacitatem,
- reprimendum tyrannicam iniquitatem.

Miffus ergo fuit ad veritatis prædicationem. Vnde Matthæi 22. dicitur, quod *Chriftus mifit feruos fuos vocare inuitatos.* De Ioanne etiam dicitur Matthæi tertio. *Erat Ioannes in deferto prædicans.* Item miffus fuit ad prauitatis ex[illegible] [illegible] [illegible] dat[illegible]ionem. Vnde d[illegible] dicitur Matthæi 4. [illegible] *nes arguebat Herodem,* & Efaiæ [illegible]. *Ag*[illegible] *fallacem mittam eum* [illegible]

[illegible] gationē Ez [illegible] Item missus [illegible] patet, quod ipse fuit [illegible]

¶ [illegible] dulentes [illegible] [illegible]

[illegible] *Diuulgatū est* [illegible] ad illa [illegible] quam. ad [illegible] gressus san [illegible] tate [illegible] eram [illegible] ō [illegible] non [illegible] Deo [illegible] dubium [illegible] nom [illegible] diffama [illegible] fames [illegible] Illi ergo nō habent nomē, [illegible] illud nomē, de quo dicitur Esa. 8. *Voca nomen eius accelera spolia detrahe, festina prædari.*

Illi sunt raptores, & exactores, i. iudices & prælati, quia vere isti nomē habent accelera, quia sunt celeres, & præcipites, ad iudicandū. Spolia detrahe, quia isti sunt festini, & diligentes ad spoliandū. Festina inquit, prędari] quia vere isti sūt rapaces & vigilantes ad subditos deprædandū. Tales figurantur Apoc. 8. vbi dicitur, quod *stella magna cecidit de cælo ardens sicut facula, & nomen stellæ absinthium*, vbi aduerte, quod tales dicuntur stella magna, per clarnatē ingenii prosperitatis. Cadūt de cęlo, i. de statu gratiæ per vanitate labentis [illegible] tatis. Ardēt sicut facula, per prauitatē fermentis cupiditatis. Et nomen habent absinthiū, quæ est herba amarissima, per [illegible] udelitatē fermentis rapacitatis. Non sic fuit [illegible] charissimi, [illegible] ille qui habuit nomē Ioannes, fuit

E ergo [illegible] diuulgatus. ¶ Quarto dico, quod fuit moralis [illegible] appellatus, qui Ioannes, quia, i. interpretatur, in quo est gratia [illegible] est, vel cui donatio à Deo facta, quia reuera in isto ma [illegible] gratia diuina ab eo abundāt issime sibi data. ¶ Et nota, quod in isto [illegible] pparuerunt mirabiles virtutes & gratiæ, videl.

Virtus <
- Amoris charitatiui,
- Vigoris sustentaui,
- Doloris maceratiui,
- Honoris prærogatiui.

Habuit enim iste Ioannes amorem charitatiuū, vnde Io. 22. *Simon Ioannis amas me: tu scis domine quia amo te.* ¶ Item habuit vigorem sustentatiuum, quia sci. pœnas & carceres sustinuit patienter, sicut patet, Mat. 14. vbi Herodes tenuit, & incarcerauit Ioannem, quin [illegible] à morte peccati tēpere voluit surgere Lu. 11 *Ioannes surrexit à mortuis.* ¶ Item habuit dolorē maceratiuū, quia iste vixit in pœnitentia valde famosa tam in victu quā in vestitu, Mat. 1. *Erat Ioannes vestitus pilis camelorum, & zona pellicea circa lumbos eius, & locustas & mel siluestre edebat.* Et ibidem dicitur quod *Ioannes* [illegible] *prædicabat baptismum pœnitentiæ.* ¶ Item habuit honorem [illegible] ogatiuum, quia [illegible] dicitur Lu. [illegible] *Ioannes erat Propheta* [illegible] *quam Propheta & inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne* [illegible] Ioannis [illegible] Baptista [illegible] [illegible] Ang [illegible]

[illegible] rae. A [illegible]

# Ioiada.

[illegible]

# Ionas.

[illegible] ur [illegible] ex [illegible] prude [illegible] ecce quun [illegible] dila & prosequere.

¶ [illegible] si vis per Ionam [illegible] int [illegible] dormiant, & p [illegible] fere perijt, & naufr [illegible] deuorant [illegible] peccando à Deo [illegible] Ecclesiæ [illegible] relig [illegible] nit per negligentia [illegible] & [illegible] reg [illegible] E [illegible] ita quod vtile & necesse [illegible] eijciant, & [illegible] mundo in mare [illegible] bolo perpetuo deu [illegible] bam per simplicitate [illegible] & fide [illegible] hum [illegible] stratem, no [illegible] tamen [illegible] quæ [illegible] cere. Vbi est donat [illegible] per sim [illegible] & [illegible] pid [illegible]

¶ Vel Ionas est Christus, quia à Deo Patre ad prædicand[um] missus, à nautis, id est, à Iudæis fuit in mare tribulationum p[ro] mutt[us], protectus, vbi à ceto, id est, à terra vel ab inferno ab [illegible] prius exitit & receptus, sed tamen malis gratib. [illegible] ad vita [illegible] rum restitutus, & post tres dies euomitur & reductus. Et iste [illegible] Christus est columba per simplicitatem, dulcis per pœnalitat[em] [illegible] est donatio per gratiarum exuberantiam & largitatē. Vnde [illegible] ipsius morte & passione potest dici [illegible] ud Iosuæ 4. *Afflicti* [illegible] *afflictione magna.* Et illud, *Præparauit dominus Deus hederam* [illegible] *dit super caput Ionæ.* Hædera enim significat lignū crucis. De [illegible] ctione vero eius dicitur Lu. 11 *qu*[illegible] *nam fuit Ionas in ventre* [illegible] *dieb. & tribus noctib. sic erit filius hominis in corde terræ.* De al[iis] [illegible] prout volueris.

# Ionathas.

Nota, quod Ionathas fuit dulcis & amorosus, [illegible] d[ili]gebat Dauid sicut animam suam, [illegible] citur [illegible] Reg. 18. Audax & animosus, quia solus cum ar[migero] [illegible] [illegible] stationem Philisthinorum 1. Re. 14. Pius & visceralis, q[uia] [illegible] fleuit qua [illegible] vidit, quod Dauid amicum suum recon[ciliare non] potuit patri suo 1. Reg. 20. Princeps & gloriosus, quia de al[iis] [illegible] Ionatha Machabæo dicitur 1 Mac. 9. quod Ionathas post m[ortem] Iudæ suscepit principatū, & finaliter à paga[nis] fuit occisus [illegible] ctus [illegible], sicut 1 Mach. [illegible] dicitur. Per Ionath[am] [illegible] [illegible] virum, qui est columba [illegible] per [illegible] abile charitate [illegible] col[umba] [illegible] per larg[itatem] [illegible] & donatio per Spiritus sancti prouidentia & [illegible] motiuuis canonicæ dignitatē. Hæc ergo locios [illegible]

[illegible] ... ictar tummodo inueniun[illegible] ... nuuio descendere dicũ[illegible] ... em conuertuntur. Iste est [illegible] ... tur mundi prosperitas. Et ad[illegible] non est citra, sed vltra Iordanẽ. [illegible] trabat, nisi qui Iordanem [illegible] ad Deut. 4. *Iordanem vos transibi*[illegible]. Ad denotandũ, quod terra pro[illegible] u n distat à Iordane mundanæ [illegible] e est, quod transeamus & di[illegible] iad[illegible] egregiam veniamus. Ideo [illegible] *ator armatus Iordanem transeat.* [illegible] at Loth, de quo dicitur Gen. 13. [illegible] anem, pro eo φ vniuersa regio a[illegible], sed ibi fuit raptus à rege Baby[illegible] qui interpretatur declinans, si[illegible] os statuerũt declinare in terram, [illegible] id est, mondanæ prosperitatis e[illegible] d est, diabolo per peccatũ capti[illegible] dicere illud Deut. 2. *Concedas no*[illegible] *Iordanem*, quia s. peccatores Iorda[illegible] sed vsque ad Iordanẽ istum [illegible] te, ita φ finaliter prosperitas [illegible] Io danis signat statum præsen[illegible] φ signat statũ vigentis aduer[illegible] cum filij Israel transiuerunt quã[illegible] is venerunt, quia vere eũ qui [illegible] tam promissionis Paradisi vult [illegible] tatis fluuiũ pertrãsire, quia sic [illegible] *tiones oportet nos intrare in regnũ* [illegible] *Quotquot enim transierũt, per mul*[illegible] go fluuiũ cupiebat Moyses [illegible] *videbo terram hanc optimã & Li*[illegible] anẽ tribulationis nos peruenie[illegible] Ad statũ [illegible] ssimũ [ Opu[illegible] banum, qui est [illegible] tons a[illegible] tatus vigentis aduersitatis [illegible] ut statu labentis fragilita[illegible] Iordane, quia s. semper fluit [illegible] ns P[illegible] *Quid est tibi mare* [illegible] quod dicitur Iosue 3. quod

[illegible] *Iordanem*, *aqua* [illegible] *fertur* [illegible] Iordane [illegible] undan[illegible] [illegible] id [illegible] temporales, [illegible] o, qui sunt [illegible] & fluere [illegible] Iacob, qui [illegible] nonfuit [illegible] suum [illegible] vt [illegible] per [illegible] d Ge[illegible] *baculo meo* [illegible] *Iordanem istum* [illegible]. Significat [illegible] tali defluer[illegible] ¶ [illegible] quod Ior[illegible] statu [illegible] entiæ. Iordanis enim interpre[illegible] tudine [illegible] dane [illegible] stus baptizatus, à lepra cur[illegible] C[illegible] Helias cat[illegible] & e lu[illegible] [illegible] apertũ ata[illegible]. Per Iord[illegible] onis intrauit, [illegible] abundat [illegible] eurt, sicut hæc [illegible] lauimus cha[illegible] designat [illegible] iudicij, [illegible] peccator [illegible]. Iniſt enim [illegible] ebab[illegible] stus mundamur [illegible] Christi [illegible] pat[illegible] At[illegible] cunta [illegible] pro[illegible] [illegible] us I[illegible] E[illegible] abund[illegible] lauat [illegible] pro omnib. contu[illegible] 4 Reg. 5. *Ablaue* [illegible] *Iordane, & recipiet sanitatem carnem tua.* ¶ Vnde aduerte, qu[illegible] rursem per [illegible] ntiæ pœnitentes bonis lab[illegible] excitantem, ideo dicitur Vade Prauus scelerib. [illegible] ideo dicitur [ Lauare Magnis[illegible] ob. remune[illegible] rãtur, ideo dicitur Recipiet sanitatem carnem tua ] ¶ Sic ergo patet, φ per Iordanem intelligitur status sanctitatis & pœnitentiæ. Status fragilitatis & defluentiæ. Status aduersitatis & sustinentiæ. Status prosperitatis & opulentiæ. Et hoc de Iordane sufficit.

Ioseph. Nota, quod Ioseph interpretatur augmentũ vel appositio, & potest significare Christũ, vel quẽlibet virum iustum, perfectum & virtuosũ, & maxime ecclesiasticum vel prælatum, qui semper debet in gratia & virtutib. augmentari, alios etiam doctrinis, & exemplis in fide, & moribus augmentare. Vnde de Ioseph dicitur Gen. 49. *Filius accrescens Ioseph, filius accrescens & decorus aspectu.* ¶ Vbi aduerte, quod si volumus spiritualiter esse Ioseph, nos A

debemus habere { Mentalem charitatem, / Moralem quantitatem, / Realem honestatem.

Primum, Secundum, Tertium } probat { amor filialis [ Filius inquit ] / vigor naturalis [ Accrescens ] / nitor corporalis [ Decorus aspectu. ]

Nos enim debemus { filialiter diligere, / vigoraliter proficere, / exemplariter splendescere

¶ Porro ergo dico, quod debet esse in nobis effectus charitatis *Filius*, inquit. Filius, n. est nomen amoris, quia sc. filius patrẽ suum tenetur diligere, & à patre suo diligi & amari. Sic vere nos debemus à Deo sicut patre luminũ diligi, & ipsum diligere sicut patrem, *Filius* inquit. Vnde de Ioseph dicitur Gen. 37. φ à patre plus cæteris fratrib. amabatur, & propter hoc pater tunicã polymitã sibi fecerat, & ipsum secũ in domo iugiter retinebat. Sic vere iste fuit prædilectus, & ab ipso tunica virtutum indutus & per ipsum in domo gratię & ecclesię prefectus & retentus. Sicut enim dicitur Io. 3. *Pater n. amat filium.* Vnde etiam propter excessum charitatis & compassionis dicitur de Ioseph Gene. 41 φ videos fratres suos non poterat se amplius continere præ fletu, quia scil. ad hominem charitatiuum & pium pertinet alijs in necessitatib. compati, & pro eorum miserijs flere misericorditer & turbari. Sit igitur in nobis affectus charitatis. ¶ Secundo si volumus spiritualiter esse Ioseph, dico, φ in nobis debet esse profectus bonitatis, *Accrescens*, inquit, quia sc. nos debemus proficere in bono, & ire & crescere de virtute in virtutẽ, donec videamus Deum deorũ in Sion, quia sicut dicitur Prou. 4. *Iustorũ semita quasi lux splendens procedit, & crescit vsque ad perfectũ diem.* Vide istam auctoritatem expositã supra, & vide supra de crescere. Vnde de Ioseph dicitur Gene. 30. *Vocauit nomen eius Ioseph, dicens: Addat mihi Dominus* [illegible] ac si dicat. Nomẽ Ioseph signat incremẽtũ & additamentũ. Sit igitur in nobis profectus bonitatis. ¶ B C

[illegible]

Q [illegible]

[illegible]

[illegible] & d[illegible] [illegible] *domū tuam.* Seq[illegible] *[illegible] erat eius super frat[illegible]* [illegible] *pebant* [illegible] carmente & c[illegible] De Ioseph [illegible] pro Christo larg[illegible]te & di stributore dicitur A[illegible] *[illegible]ph qui cognominatus est Barnabas ab Apostolis,* quod est in[illegible] [illegible]lius consolationis, Leuites C[illegible] tius genere, *Ag[illegible]um suum [illegible], & attulit pretium ante pedes Apostolorum.* S[illegible] oportet, qu[illegible]d quilibet, qui vult esse spiritualis Ioseph, debet

Christum designare & figurare exemplariter,
Christo obedire & m[illegible] ulari ate singulariter,
Christum abscondere & tumulare cordialiter,
pro Christo sua dare & dispensare liberaliter.

Vt sic de tali Ioseph dicatur illud Eccl. 49. *Ioseph, inquit, qui natus est homo princeps fratrum, firmamentum gentis, stabilimentum populi, ossa ipsius visitata sunt, & post mortem prophetauerunt.* Istud enim d[illegible] potest prop[illegible] de quolibet sancto, [illegible] dici potest Ioseph, id est, appositio, propter virtutum cumulationem, homo propter ra[illegible]nem & discretionem, vel propter humanitatem & compassionem, princeps fratrum, [illegible] prudentiam & prælatione[illegible] [illegible]mamentum gentis per exho[illegible]rtationem & consolationē & stabi[illegible]men[illegible] pu[illegible], p[illegible] ad motum & subuentionē. Ossa vero eius visitata sunt per honorem & canonizationem & p[illegible] [illegible]rem præd[illegible] cauern[illegible] [illegible]loriam & potentiam Dei per m[illegible] [illegible]rum [illegible]ficationem & ostensionem. Talis enim spiri[illegible] [illegible] virtutibus debet abundare, quia interpretatur ap[illegible] [illegible], debet enim esse diues in virtutibus Matth. 27. *Venit quidam homo diues ab Arimathia, cui nomen erat Ioseph, &c.*

Item [illegible]atio[illegible]e debet rutilare, quia ho[illegible] Gen. 41 dixit Pharao ad Iosep[illegible]. *Nunquid sapientiorem & similem tui inuenire potera? [illegible]u eris super domum meam.* Item vniuersis debet imperare, quia sc. homo diues & sapiens dignus est aliis præsidere [illegible] princeps in- qui fratrum [illegible]en 41 *Ite ad Ioseph, & quicquid dixerit vobis, facite.* & ibidem *Dixit Ioseph Pharao: Ecce constitui te super vniuersam terram Aegypti.* Item [illegible] debet confortare, qu[illegible] debet es[illegible] firmamentum gentis, Gen. 5[illegible] *[illegible] Ioseph, & fratribus dicentibus [illegible] [illegible] respondit nolite timere.*

¶ Item indigentes debet edu[illegible]ate, q[illegible] debet esse sta[illegible] [illegible]entum populi, sc. pr[illegible] & rece[illegible] [illegible]do Gen. 47 *Ioseph [illegible] patr[illegible] [illegible] terra [illegible]* ¶ Item [illegible] debe[illegible] [illegible] dotare [illegible]

[illegible] *Quærite dominum, & viuite, ne fort[illegible] [illegible]ph, & deuorabit, & non erit qui extinguat* [illegible] gorice impleri illud quod [illegible] *Aegyptū, qui ignorabat Ioseph.* Quia vere [illegible] sc. iuuentus continue [illegible] Ioseph & eius populum, [illegible] & de ipso penitus non [illegible], & [illegible]ficatur illud, quod scribitur A[illegible] *Ioseph flamma ignis,* [illegible] pid[illegible] & carnali[illegible] Non [illegible], &c [illegible] per Ioseph designatur Christus.

**Iosue.** Nota quod I[illegible]ue, qui fuit rex & dux à Deo electus ad intr[illegible] ducer dum fil[illegible] Israel in terram promissionis, & ad distri[illegible] eam ipsis singulariter institutus, & q[illegible] interpretatur [illegible]lus, saluator aut saluaturus, potest mihi [illegible] care quemlibet bonū principem aut prælatū, quia sc. iste [illegible] specialiter eligitur, vt per ipsius dicta, exempla & f[illegible]ta populus saluetur, & in terrā promissionis, i. ecclesiæ vel religionis [illegible]stianæ, introducatur, & vt possessiones ecclesiæ cuilibet secu[illegible] merita dispensentur. Iste enim non solū debet esse dux aut d[illegible]ctor per regimen prælationis, [illegible] debet esse [illegible] introductor per opem bonæ d[illegible]ctrinæ & eruditionis, & [illegible]pulsum boni exempli & operati[illegible] 31 [illegible] *me & ait illi, Confortare & esto robustus, tu enim introduces [illegible] in terrā, quam daturū se patrib. eorū iurauit dominus.* De tali [illegible] [illegible]detur locutus fuisse dominus, dicens Num. 27 *T[illegible] filium Nun, virum in quo est Spiritus Dei.* ¶ Vbi aduerte, quod in quolibet tali debet esse.

Titulus dignæ promotionis, quia Deus ipsum vocauit, di[illegible] [Tolle]

Baculus tutæ defensionis, quia dicitur [Iosue] id est, saluat[illegible]

Nodulus charæ dilectionis, quia dicitur [illegible]lius qui diligit

Angulus longæ durationis, quia [Nun] qui interpretatur [illegible] perennius,

C[illegible]lus magnæ perfectionis, quia [illegible] virtutib. orna[illegible]

Loculus tantæ possessio[illegible], [illegible] qu[illegible] mutua sanctæ deuotionis, quia habet spiritum [[illegible] ritus inquit [illegible] Dei [illegible]

¶ Iste [illegible] debet dignæ voca[illegible], quia [illegible] ingerere vel[illegible] [illegible] à Deo vocetur [Tolle inquit Deus] [illegible] co. 22. *Tolle* [illegible]

...cauit Moyses Iosue. Item ...ã, quia debet dici Iosue, i. ... pauperes, ipsis subueniendo ...les, pro eis pugnando, & eos ...*merauit pro te*. & Ios. 8. dicitur, *quomodo* ... debet charæ dilectionis habere no- ... Vide supra de filio Ios. 9. *Fecit Io-* ...sonitis. Pactum enim charitatem ...durationis habere angulum. Nun ...um. 13. *Vocauitque scil. Moyses, Oseam filium* ...

...gnæ perfectionis habere cumulum [Virum ... Ios. 3 *Iosue senex & prouectæ ætatis erat* ... ta ætas perfectionem virtutum signat. ¶ Itẽ ...us habere loculum [in quo est inquit] quia ... digno & mundo habitauit Deus, & pos- ...æ diuinæ. Vnde iste est vir, cum quo est ... morante confortatus est. Deut. 31 & ...*dominus ad Iosue ministrum Moysi, dicens Se-* ...*ere tecum*. ¶ Item debet sanctæ deuo- ... Spiritus inquit] vnde Deut. 34. dicitur: ... ¶ Item debet rectæ intentionis ha- ...nit cum dicitur Dei, Ios. 11. *Fecit Iosue* ...nde in titulis contentis in auctorita-

... pronomen ipse, quod aliquando est ...ndo demonstratiuum, potest dici

...od Deus potest dici ipse, quia sc. ipse est ...tiuum & relatiuum, pronomen dico, ...o homine se posuit, mortem pro illo susti- ...diabolo, & vitijs opponendo, & eum defen- ...dicitur Matt. 24. *Ipse est qui venit ministrare, &* ...*dare animam suam in redemptionem pro multis*. Item ...gallina, quæ se pro pullis exponit periculo, quia ... 3 *Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros* ... Sequitur. *Ipse autem vulneratus est propter iniquitates no-* ...*& propter scelera nostra*. Item ipse fuit relatiuus, se no- ..., & carnem nostram assumendo & volunta- ...aq; mysteria prædicando, & referendo, quia ... 2. *Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum, vt duos* ...*ipsum, in vnum nouum hominem*. Item fuit demon- ...vitæ exemplariter & verbaliter ostendendo, & ...ter hominib. demonstrando, quia sicut dicitur ...*tanquam sponsus procedens de thalamo suo, exultauit vt gi-* ...*ad currendam viam*. ¶ Et ideo breuiter de isto ipso, i. de Chri- ...notare, quod

- Imperator dignissimus,
- Propugnator fortissimus,
- Expiator mundissimus,
- Dispensator largissimus,
- ...iste Miserator pijssimus,
- Liberator dulcissimus,
- Concordator gratissimus,
- Iudicator certissimus,
- Consolator lætissimus.

¶ ... ipse est creator & imperator. Est enim Deus ... Apoc 1. *Ipsi gloria & imperium in sæcula sæculorum*, ... *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est ni-* ...*hil*. ... *ipse Deus meus, qui mandas salutes Iacob*. Item ipse est ... saluator & propugnator Soph. 3. *Dominus Deus tuus in medio tui fortis ipse saluabit*. Item ipse est purgator & expiator Luc. 3. *Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto*. Item est donator & dispẽsator, quia ... charismatum dispensauit fidelibus abundanter E... ...*descendit ipse est*. Sequitur. *Et ipse dedit quosdam quidem a-* ...*dam vero Prophetas, alios autem Euangelistas, alios au-* ...*doctores*.

¶ ... indultor & miserator Ps. *Inuocabant dominum, & ... exaudiebat eos*. Et alibi. *Iacta super dominum curam tuam, & ipse ... ipse autem est misericors, & propitius fiet peccatis eorum, & ... disperdet eos*. Item ipse est Adiutor, & liberator Dan. 6. *Ipse e-*

*nim est Deus viuens & æternum in sæcula*. Sequitur. *Ipse saluator & libe-rator*.

Item ipse est amator & concordator. Vnde illud prædictum Eph. 2. *Ipse est pax nostra, &c.* Item ipse est discussor & iudicator, quia sicut dicitur in Ps. *Ipse dominus Deus noster, in omni terra iudicia eius*. & Ezec. 34. *Ecce ego ipse iudico inter pecus & pecus*. ¶ Item ipse est promotor & consolator, quod potissime fiet in patria Ps. *Ibi lætabimur in ipso qui dominatur in virtute sua in æternum*. Potest ergo q; Christus est ipse, quia reuera sicut dicitur Col. 1. *Omnia per ipsum & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnes & omnia in ipso constat & ipse est caput corporis ecclesiæ*. Sequitur. *Vt sit in omnibus ipse primatum tenens, quia in ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare, & per ipsum reconciliari omnia per ipsum pacificans, &c.* ¶ Et pro certo dico, C
quod Christus est ipse,

Cuius { Potentia debet honorari,
Scientia debet auscultari,
Clementia debet amplexari.

Ipse est dico, cuius potentia est honoranda. Vnde in Ps. dicitur: *Quoniam ipsius est mare, & ipse fecit illud, & aridam fundauerunt manus eius, venite adoremus & procidamus ante Deum, ploremus coram domino, qui fecit nos, quia ipse est dominus Deus noster, nos autem populus eius, &c.* Ipse est etiam cuius scientia est auscultanda Matt. 7. *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipsum audite*. Item ipse est insuper cuius clementia est amplexanda. Vnde Matt. 26. *Ipse est, tenete eum*. Sicut enim dicitur Eccl. 5. *Misericordia & ira ab ipso cito properant*. Et breuiter de isto ipso, sc. de Christo possumus concludere & dicere illud Rom. 11. *Quoniam ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia, ipsi honor & gloria in sæcula sæculorum*, & August. de verbis Apostoli c. 16. dicit, quod homo debet amare ipsum amatorem, ipsum spectatorem, ipsum coronatorem, ipsum præmij largitorem. Postremo ipsum præmium deputare, & non aliud ab ipso, quam ipsum expectare. Patet ergo, quomodo per ipse denotatur Christus.

¶ Secũdo dico, quod per ipse denotatur iustus, vir enim iustus D
& dicitur pronomen, & dicitur relatiuus, & dicitur demõstratiuus. ¶ Dicitur dico pronomen, quod pro nomine ponitur, quia ipse pro alijs se solet ponere, sc. pro eis orando & intercedendo, pro eis pugnando atq; dimicando, pro eis loquendo atq; allegando. Vnde de Aaron dictum est Moysi Exod. 4. *Ipse loquetur pro te ad populum*. ¶ Relatiuus est, sc. se Deo & melioribus conformando, comparando & referendo, & in Deo sperando, & ei innitendo, & veritatem loquendo & prædicando Ps. *Veritas mea, & misericordia mea cum ipso & in nomine meo exaltabitur cornu eius*. ¶ Demonstratiuus insuper, sc. per sanctitatis exempla viam veritatis ostendendo, & se exemplum alijs demonstrando 1. Reg. 18. *Omnis enim Israel diligebat Dauid, ipse enim ingrediebatur & egrediebatur ante eos*, sc. bona exempla monstrando & ostendendo. Et ideo breuiter quod istud vocabulum ipse signat vniuersitatẽ & generalitatẽ, quia sc. dici potest ipse iustus, ipse pius, ipse sanctus. Et sic de alijs. Et ideo quando quis ipse dicitur, signum est quod omnibus virtutibus generaliter insignitur, quod tantæ perfectionis existit, quod necesse est, quod ipsius sanctitudo, quæ per proprium vocabulum denotari non potest, isto generali vocabulo designetur: ipse ergo. Vnde dominus in Psal. *Super ipsum autem efflorebat sanctificatio*. ¶ Et sic nota quod iustus dicitur ipse, quia E

Ipse est { Charitas fraterna,
Firmitas æterna,
Claritas externa,
Pietas interna,
Benignitas materna,
Seueritas paterna,
Iucunditas superna.

¶ Dicam ergo, quod ille, qui vult spiritualiter dici ipse, debet habere charitatem fraternã. Nullus enim potest esse pronomẽ relatiuum & demonstratiuum, i. pro alijs intercessor, bonorum imitator, & verborũ prædicator & demonstrator, nisi sit homo charitatiuus, figuratiuus in Isaac. qui interpretatur risus, de quo dicitur Gen. 22. quod *ipse portabat in manibus suis ignem & gladium*. Ignis enim signat charitatis feruorẽ. Gladius vero signat verbi Dei & veritatis rigorem, vt de mutua charitate dicatur illud Genes. 20. *Ipse dixit mihi, soror mea est, & ipsa dixit, frater meus est*. Item ipse debet habere firmitatem æternam, i. stabilitatem perseuerantiæ Figuratus Exod. 25. vbi præcipitur, quod *ipsos vectes faciant de lignis Sethim*, quæ sc. secundũ magistrum in historia scholastica

erant

erant imputribilia & incremabilis, quasi dicat, quod tales ipsi nunquam debent per peccatũ putrescere aut corrumpi, sed perseuerantes sistere & manere. Vnde de Abraham dicitur Gen. 17. quod *ipse stabat iuxta Angelos sub arbore.* Item ipse debet habere claritatem externam, i.e. honestatem & splendorem vitæ & scientiæ. Figuratum Exod. 25. vbi dicitur, quod *in ipso candelabro erãt scyphi & sphærulæ & lilia,* quia reuera in candelabro luminois, i.e. in homine claro & honesto, debent esse scyphi doctrinæ, & sphærulæ volubiles diligentiæ & obedientiæ, & lilia castitatis & continentiæ, quæ potissime spectant ad prædicatorem. Quia reuera ipse debet esse candelabrum ad illuminandum per vitam exemplarem, & habere scyphum ad inebriandum per scientiam salutarem, & sphærulam volubilem per diligentiam singularem, & lilia, h.e. continentiam & munditiam corporalem, vt de honesta vita ipsius dicatur illud Ioan. 3. *Ipse erat lucerna ardens & lucens.* Item debet habere paruitatem internam, i.e. virtutem humilitatis Gen. 32. *Ipse seruus tuus Iacob inter nostrum insequitur.* Seruus enim humilitatem designat. Vnde de Christo dicitur Phil. 2. *quod semetipsum exinaniuit formam serui accipiens.* Item debet habere benignitatem maternam, quia sc. ipse debet esse misericors & benignus, sicut de Dauid dicitur 2 Reg. 23. quod *ipse est quasi tenerrimus ligni vermiculus*, vnde dominus in Ps. dicit, *Veritas mea & misericordia mea cum ipso & in nomine meo exaltabitur cornu eius.* Item debet habere seueritatem paternam, sc. ad arguendum malos Gen. 18. *Ipse est pater Moabitarum,* & 2. Re. 23. *Ipse quoque interfecit virum Ægyptium, virum dignum spectaculo.* Vir enim Ægyptius signat peccatorem, qui per iustos debet spiritualiter interfici, h.e. dictum, corrigi & castigari, & sic finaliter sequitur quod talis ipse, i. quilibet vir perfectus habet finaliter iucunditatem supernam, sc. gloriam paradisi. Quis pro certo sicut dicitur Matt. 5. *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Beati qui esuriunt, quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum.* Sic ergo patet, quomodo per Ipse denotatur iustus.

F ¶ Tertio dico, quod quandoq; per Ipse designatur iniustus seu etiam impius. Peccator enim relatiuus est, quia refert quicquid audit & quicquid nouit, se iactando & magnificando, & alios prodendo & diffamando, & de eis detrahendo Ps. *Dominus conteret dentes eorum in ore ipsorum.* Et in Psal. dicitur de talibus, quod *molliti sunt sermones eius super oleum & ipsi sunt iacula.* Item demonstratiuus, mala exempla alijs ostendendo, & suam malam intentionem per opera demonstrando. Mali enim solent per exteriora signa suas interiores iniquitates ostendere, & quales sunt interius, exterius demonstrare Ezech. 33. *Peccata nostra super nos, & in ipsis tabescimus.* ¶ Notabis ergo breuiter quod istud pronomen ipse signat peccatorem, seu multorum criminum possessorem. Ipse enim generalissimum habet signatum. Et sic nota, quod peccator dicitur ipse, quia

Per { Superbiam sursum erigitur,
Inuidiam intus configitur,
Malitiam hinc inde vertitur,
Ignorantiam cœcus efficitur,
Gastrimargiam cibis submergitur,
Inconstantiam cito labitur,
Dei sententiam morte percutitur. }

¶ Igitur dico de peccatorib. qui per superbiam sursum eriguntur, illud Neem. 9. *Ipsi vero & patres nostri superbe egerunt, & indurauerunt ceruices suas.* Item per inuidiam intus configuntur Ps. *Gladius eorum intret in corda ipsorum.* Item per malitiam hinc inde voluuntur Gen. 41. *Ipse vero claudicabat.* Claudicans enim non recte incedit, sic nec malitiosus, quia semper habet intentionem claudam & peruersam. Item per ignorantiam Deum obliuiscuntur Ps. *Ipsi vero non cognouerunt vias meas, quibus iuraui, &c.* Item per gulam seu gastrimargiam cibis immerguntur Psal. *Ipsi dispergentur ad manducandum, si vero non fuerint saturati & murmurabunt.* Item per inconstantiam cito dilabuntur Ps. 26. *Ipsi infirmati sunt, & ceciderunt.* Et illud: *Ipsi videntes sic admirati, turbati & commoti sunt, tremor apprehendit eos.* Item finaliter per Dei sententiam & iustitiam morte perpetua feriuntur Ezech. 33. *Ipse impius in iniquitate sua morietur.* Et in Ps. 101. *Ipsi peribunt tu autem permanes &c.* Et illud, *Ipsi vero in vanum quæsierunt animam meam, introibunt in inferiora terræ, tradentur in manus gladij, partes vulpium erunt.* Patet ergo, quomodo per ipse potest intelligi diabolus vel iniustus. ¶ Si vero G contingit de aliqua sancta persona in genere fœminino sermonem facere, vt puta, de aliqua sancta virgine, vidua vel fœmina, dic, quod istud pronomen ipsa signat illam sanctam, quæ sc. dici potest pronomen relatiuum & demonstratiuum, & generaliter significatiuum, quia sc. ipsa pro nomine ponitur pro nobis orando, relatiua est, vera prædicando, demonstratiua exempla demonstrando, & generaliter significatiua bona omnia generaliter in se continendo. Vnde de ipsa proprie potest dici illud Genes. 24. *Ipsa est mulier, quam præparauit Dominus filio domini mei.* Dominus enim, i. Deus Pater præparauit ipsam filio suo Christo in matrem filiam seu sponsam. ¶ Et nota, quod

Ipsa fuit { pœnitens & gemens,
prudens & clemens,
docens & non demens. }

¶ Quod fuerit gemens per pœnitentiam, patet Thren. 1. vbi dicitur sic: *Ipsa autem gemens conuersa est retrorsum.* Quod etiam fuerit clemens per prudentiam seu per misericordiam, patet Gen. 29. *Ecce Rachel veniebat cum ouibus patris sui, nam gregem ipsa pascebat.* Quod insuper fuerit docens per sapientiam, patet in Psal. vbi dicitur de ea: *Disciplina tua,* i. ipsa bene disciplina, *correxit me in finem, disciplina tua ipsa me docebit.* Hæc igitur de ipse, & ipsa sufficiant. Vide de ille, & iste

## Ira. Irasci. Iratus.

Nota, quod est A

Ira { tuleranda,
temperanda,
formidanda. }

Prima est rigor diuinæ punitionis, de qua dicitur Mich. 7. *Iram domini portabo, quoniam peccaui ei.* Secunda est furor humanæ tribulationis. Vnde Prou. 12. *Fatuus statim indicat iram suam, qui autẽ dissimulat iniuriam, callidus est.* Tertia est furor æternæ damnationis, vnde Sap. 19. *Impiis (inquit) sine misericordia ira superuenit,* & Exod. 15. *Misisti iram tuam, quæ deuorauit eos sicut stipulam, &c.* ¶ Possumus ergo distinguere inter iram diuinam & iram humanam. Ira enim Dei nihil aliud est, quam rigor suæ iustitiæ, quæ aliquando lædit peccatores temporaliter puniendo, aliquando æternaliter condemnando. Ira enim in Deo non signat animi motum & turbationem, sed tantummodo dicit mihi suæ iustitiæ executionem. Sicut enim aqua pura & limpida & fæcibus impermixta, licet quandoq; moueatur, nunquam tamen propter hoc turbatur, sic essentia diuina quamuis videatur mota iracundia vel vindicta propter seueritatem iustitiæ, quam exercet, nunquam tamen realiter irascitur vel turbatur, sed in tranquillitate perpetua immobiliter situatur, quia sicut dicitur Iudith. 8. *Deus sicut homo non immutabitur, nec sicut filius hominis ad iracundiam concitabitur.* ¶ Distinguimus igitur breuiter, quod sit triplex ira generaliter loquendo, sc.

Ira { metuenda cum reuerentia,
sustinenda cum patientia,
fugienda cum diligentia. }

¶ Est (dico) quædam ira cum reuerentia metuenda, & ista est ira iustitiæ diuinæ, quæ cõtra peccatores infligitur & fertur. Sicut B enim per motum fortis tonitrui montes quandoq; mouentur & concutiuntur, ad vocem etiam & rugitum leonis irati, cætera animalia terrentur & conturbantur, quia sicut dicitur Amos 3. *Leo rugit, quis non timebit?* & per motum firmamenti orbes inferiores mouentur & agitantur, sic vere dico, quod quando cœlum & leonem de Tribu Iuda Christum perpendimus contra nos indignari & motũ per iram iustitiæ & rigoris, & quando rugitũ & tonitruũ comminationũ suarum audimus (quia *sicut rugitus leonis est, ita & furor regis* Prou. 20.) nos pro certo debemus per timorẽ concuti & moueri, & per tremulosam reuerentiam agitari Psal. *Fundamenta montium conturbata sunt, & commota sunt, quoniam iratus est eis.* Talem timorẽ conceperat ille, qui dicebat in Ps. *Conturbatus est in ira oculus meus, anima mea & venter meus.* Deus enim est sicut elephas, qui quamuis sit animal benignissimum, quandoq; tamen irascitur nimiũ prouocatus. Quia vere Deus iudex iustus, fortis & patiens, quia nunquã irascitur per singulos dies, quamuis ipse sit pater misericordiarum, & Deus totius cõsolationis, iuste tamen habet aliquoties irasci, & ad punitionẽ & vindictam procedere prouocatus nostris iniquitatib. & peccatis. Vnde de peccatoribus dicitur Nee. 9. *Prouocauerunt te ad iracundiam, & recesserunt, & proiecerunt legem tuam post terga sua.*

¶ Et

[illegible] personarum solent ad iram [illegible]
[illegible]
[illegible] ... tes,
[illegible] ... ter.
[illegible] ... ocant sapientes infatuati. Magis
[illegible] sapiens quam indoctus, quia sc.
[illegible] ... pient autem ex ignorantia. Vnde
[illegible] *... tam voluntatem domini, & non faciens,*
[illegible] ... deo contra tales irascitur dominus & in
[illegible] de Salomone sapientissimo dicitur
*[illegible] dominus Salomoni, eo quod auersa fuisset mens eius à*
[illegible] plus irascitur hominib. quam pueris
[illegible] quandoq; occidit, istis autem commu-
[illegible] Deus plus irascitur hominibus, i. rationali-
[illegible] delinquunt, quia sc. videntur peccare ex
[illegible] ... us & paruulis, i. quam personis simpli-
[illegible] qui videntur peccare ex ignorantia, vnde
[illegible] *... furorem & iram conuersus, præcepit vt per-*
*[illegible] ... ionis.* Prouocant ergo ad iram domi-
[illegible] ¶ Item Deum ad iracundiam prouocāt
[illegible] ... sc. illi qui ex natura sua deberent etiam
[illegible] ... r superbi, arrogantes, & præsumpto-
[illegible] ... . Contra tales ergo Deus irascitur,
[illegible] fulgur plus percutit alta loca quam in-
[illegible] plus lædit arbores altas & protensas,
[illegible] ..., sic vere ira iustitię diuinę magis de-
[illegible] ... pcibos & elatos, quā humiles & depressos.
[illegible] ... *Fundamenta montium conturbata sunt, quo-*
[illegible] ... es enim qui sunt alti & elati, & tamen sunt
[illegible] ... iter, qui sunt superbi, præsumptuosi & ela-
[illegible] ... tiæ deberent esse humiles & depressi. Isti
[illegible] ... umiliati. ¶ Item ad iracundiam Deum
[illegible] ... ficati, & tales sunt illi, qui in pace Ec-
[illegible] ..., & tamen non possunt cum aliquo pacifice
[illegible] ... go filius deliquens in patrem magis offen-
[illegible] ... extraneus, sic quia isti, qui pacē religionis
[illegible] ... sunt proprie filij Dei (quia *beati pacifici,*
*[illegible] ... cabuntur.* Mat. 5.) magis Deum offendūt, quādo
[illegible] ... ultatus rebelles & litigiosi fiunt. De quibus
[illegible] ... d Abac. 3. *Nunquid in fluminib. irat. es, aut in mari*
[illegible] ... um enim & mare significant litigiosos, quia
[illegible] ... 57. *Impij sicut mare feruens, quod quiescere non valet.*
[illegible] genera personarum prouocant iram Dei. Et ideo
[illegible] ... ipsura comparatur tribus generibus rerum, sc.
[illegible] ... pidi ferienti,
[illegible] ... comburenti,
Lanceæ occidenti.

[illegible] ... ralapis ad percutiendum, vnde Ezech. 13. *Dabo lapides*
*[illegible] ... in consumptionem.* Item est ignis ad flammandum E-
*[illegible] ... in ira mea consumpsi eos.* Item est lancea ad occiden-
[illegible] *... Acuet diram iram in lanceam, & pugnabit cum eo or-*
*[illegible] ... contra insensatos.* Ista est igitur *ira Dei, quæ venit in filios*
[illegible] ... Ista est igitur ira cum reuerentia metuenda. ¶ Se-
[illegible] ... aliter dico, quod est quædā ira cum patientia su-
[illegible] ... ista est ira iustitiæ diuinæ, quantū ad illationem tri-
[illegible] ... temporalis. Ista est enim quędam ira paterna, quæ ad
[illegible] ... solet in nos sæuire. Ista est enim ira misericors,
[illegible] ... inem pium & misericordem, sc. ad finem salua-
[illegible] ... aliquoties infert iram, iuxta illud Ps. *Cum ira-*
*[illegible] ... ia recordaberis.* Sicut enim dicitur Eccl. 6. *Mise-*
*ricordia [illegible] ... cto proximū.* Quia pro certo talis ira semper
est cu[illegible] ... coniugata. Deo enim est sicut malograna-
tum, quod est [illegible] valde durū, interius autem est valde mol-
le. Ipse [illegible] Deus [illegible] apparet exterius durus per iustitiam & cor-
rectionem, qui tamen est valde mollis & pius per cōpassionem
& benignam [illegible] ... onē. Et ideo talis ira est merito sustinenda,
cu[illegible] certissimus, quod propter bonum nostrum nobis est ali-
quoties [illegible] ... genda. Quia sicut dicitur in Ps. 102. *Non in perpetuum*
*[illegible] ... miserans Deus, nec cōtinebit in ira misericordias*
[illegible] ... Ista est ergo ira in patientia sustinenda. Sed de ista vide
[illegible] ... sup. de correctione, & infra de tribulatione. ¶ Tertio
[illegible] ... quod est quædam ira cum diligentia præcauenda. Ista est
[illegible] ... cundia, quæ nil [illegible] aliud est quam motus animi & turbulentus

appetitus vindictæ propter aliquod obstaculum voluntatis. Et ista est fugienda propter plura, sc. quia

Deo contrariatur,
Proximo inimicatur,
Sibiipsi inimicatur.

¶ Dico ergo, quod ira est Deo contrariatiua. Deus enim dicitur Deus pacis, non Deus iræ. Quinimo sicut vnumquodq; fugit suum contrarium, sic Deus, qui est vera pax, semper fugit irā & cor turbidum & iracundū. Ira enim est sicut ignis, qui si in corde hominis fuerit accensus, ille Deus non poterit remanere, quia sicut dicitur Eccl. 28 *Homo iracundus incendit litē.* Sicut enim motus aquę destruit imaginem, quę in aqua resultabat, sic vere motus iræ cum cor nostrum mouerit & tetigerit, imaginem gratiæ diuinæ ibidem resultantem solet turbare, & quandoq; penitus dissipare, vnde Greg. super Iob dicit. Mansuetudo in nobis imaginem Dei seruat. Semper enim tranquilla est, sed ira dissipat, quæ multis virtutib. priuat. Ira ergo est incendiaria diaboli, quæ Deū de domo propria expellit. Ista enim est illa mulier, de qua dicitur Prou. 21. *Melius est habitare in domo deserta, quam cum muliere rixosa & iracunda.* Ira ergo Deo contrariatur. ¶ Deniq; dico, q; ira proximo inimicatur. Iracundus enim plus quam quicunq; alius F
peccator magis solet lædere proximos & vicinos. Lædit enim eos multoties non solum in rebus, imo etiam in corpore & in fama. Similes enim sunt iracundi apris, qui tanto impetu iracundiæ debacchantur, quod in venatorū gladijs se infigunt, similes insuper sunt leonib. qui tanto iracundiæ impetu leopardos persequuntur, quod in foueā intrantes ibidem irremediabiliter includuntur, ita q; ab ipsis leopardis à parte opposita exeūtib. occiduntur. Similes insuper sunt apib. quæ tanto ardore vindictæ figunt aculeum, quod cum aculeo dimittunt intestina, ita quod dum aliū volunt lædere, seipsas solent letaliter vulnerare. Sic vere charis. cum iracundi multoties taliter irascantur, q; absq; iudicio rationis ad lædendum alios animantur, sæpe fit quod quantum ad Deum & quantum ad mundum corpus & animam perdere dignoscuntur. Sic enim dicitur Eccl. 30. *Zelus & iracundia minuunt dies, & ante tempus senectam adducent.* & Prou. 26. *Vir iracundus suscitat rixas, &c.* Ita ergo proximo inimicatur. ¶ Insuper G
dico, quod ira subiectū proprio inimicatur. Ista enim sicut & inuidia cor iracundi primo ferit, & deinde ad læsionem membrorum multiplicites se extendit. Nam vt dicit Greg. 5. moral. Iræ suæ stimulis accensum cor palpitat, corpus tremit, lingua se impedit, facies ignescit, exasperantur oculi, & res notæ nō cognoscuntur. Ista est igitur ira, quæ est fugienda & præcauenda, quia charis. quamuis motus iræ sint in homine naturales, ipsos tamē debet ratio refrenare. Vnde de quodam Philosopho legitur, q; dum iratus inimicum suum inuenisset, noluit ipsum occidere nec lædere, dicens: Occiderem inquit te, nisi iratus essem tibi. Timebat enim dictus Philosophus ne brutalis appetitus iracūdiæ ipsum ad vindictam moueret magis quam ratio suaderet, iuxta illud. Vindictam differ donec transierit ira. *Impedit* enim *ira animum, ne possit cernere verum.* Et hoc est, quod dicit Ambros. ad Vercellensem. Iram homo præuenire non potest, mitigare potest. Ergo & si irascamur, affectus nostri motum recipiant secund. natur. non peccatum præter naturam. Patet igitur, quod triplex est ira, sc. metuenda, sustinenda, & fugienda.

## Ire.

Nota, quod ire nihil aliud est, quā de termino ad terminū se progressionaliter transferre. Et signat ire motum perfectum, & transitum de loco ad locū. Quia ergo terminus est finis eundi, ideo cum à fine res denominetur, hinc est, quod secundū naturam termini ad quem itur, potest eundi qualitas denotari. Cum igitur terminus, ad quē itur, sit in duplici differentia, quia aut est terminus bonus aut malus, ideo possumus dicere, quod ire sumitur in bono & in malo. In bono enim signat bonū motum, bonum profectum, bonum affectum, bonū effectum. Homo enim per bonos affectus & effectus de malo ad bonum mouetur, & de mundo ad patriam, de peccato ad virtutē, & de gratia ad gloriā progreditur & transfertur, quælibet enim bona affectio & cogitatio vel operatio est quidam passus ad eundū in paradisum, vt in Ps. 83. dicitur: *Ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus Deorum in Sion.* In malo etiam signat malum actum, malum motum, malum affectum, malum profectum, quo s. peccator de mundo ad infernū, de virtute ad vitium, de bono ad malū proficitur & mutatur, vnde 1. Io. 2. *Qui odit fratrem suum, in tenebris est & in tenebris ambulat & nescit quo eat, quoniam tenebræ excæcauerunt oculos eius.* Dicamus igitur quod est ire virtuosum & laudabile, A

B ire vitiosum, & damnabile. ¶ Primo ergo dico, quod est ire virtuosum, & iste est profectus & continuatio in bonis virtutib. & operibus, per quę sc. ad paradisi terminum deuenimus. Ire enim sicut dicit mihi continuationem motus corporalis, sic spiritualiter loquendo, dicit mihi continuationem & perfectum operis virtualis. Sicut enim quędam sunt animalia magni motus & magnæ agilitatis & virtutis, sicut patet de formicis, quæ non cessant ire & redire, & pro quærendis victualibus motum sui itineris quasi continue exercere, sic vere loquendo spiritualiter, nos debemus per virtutes & bona opera continue nos mouere, & pro victualibus regni æterni quærendis profectum boni operis frequentare, vnde de Isaac dicitur Gen. 26. *Ibat Isaac proficiens atque succrescens donec magnus vehementer effectus est.* Et ideo præcipue dominus videtur nobis præcipere talem motum Matt. 20. vbi dicit: *Ite & vos in vineam meam.* ¶ Vbi aduerte, quod homo quandoq; corporaliter solet ire alicubi

Vigore præceptorum,
Amore sociorum,
Dulcore præmiorum.

¶ Sic vere ad virtuose eundum debet nos mouere Dei auctoritas imperatiua, ideo dicitur [Ite] Fratrū communitas sociatiua, ideo dicitur [Vos] Fructus vtilitas excitatiua. [Vineam inquit meam] Hic igitur ostenditur, quod ad spiritualiter eundū, mandatorum iussu compellimur, quod ostenditur cum dicitur [Ite] Sociorū nexu animamur, quod ostenditur in vocabulo [Vos inquit] Præmiorum fructu attrahimur, qui supponitur cum dicitur [In vineam] quia, sc. vinea de sui natura fructum designat. Dico ergo, quod ad spiritualiter eundum debet nos mouere

Iussus imperatiuus,
Nexus copulatiuus,
Fructus satiatiuus.

Iussus (dico) Imperatiuus, quod ostēditur in verbo [Ite] quod vtiq; est imperatiui modi, quia sc. nobis à Deo & ab Ecclesia cōtine imperatur, vt iter motum, sc. frequentemus [Ite inquit] Mich. 2. *Surgite & ite, quia non habetis hic requiem.* Sicut enim ad motū firmamenti mouentur planetę inferiores, sic vere ad motū & monitionē Dei debent moueri Christi sui fideliores. Nam sicut mandata regum & principū à subditis celerius exequūtur, sic etiam, quando Rex & Imperator noster nobis præcipit, quod eamus, i. per virtutum semitam celerius procedamus, istud mādatum tenetur exequi celeriter & debemus. Dicit ergo, Ite, i. per bona opera vos mouete, & ad cœlestem patriam virtutem

C gressib. properate. Vnde Luc. 19 *Ite in castellum, quod contra vos est.* ¶ Et nota, quod ex Dei præcepto nos debemus spiritualiter ire ad Deum per quædam itinera spiritualia, videlicet,

Per viam { Pœnitentiæ, Diligentiæ, Compassionis, Discretionis, Confessionis, Contemplationis.

¶ Igitur eamus per viam pœnitentiæ, & hoc præcipitur Exo. 5. *Ite ad onera vestra.* Itē eamus per viam diligentiæ, & hoc præcipitur Mat. 2. *Ite, interrogate diligenter de puero.* Item eamus per viam compassionis, & hoc præcipitur Matt. 22. *Ite ad exitus viarum, & quoscunq; inueneritis, vocate ad nuptias.* Item eamus per viā discretionis, & hoc præcipitur Matth 27. *Ite, custodite sicut scitis.* Item eamus per viam confessionis, & hoc præcipitur Luc. 17. *Ite, ostendite vos sacerdotib.* Item eamus per viam contemplationis, & hoc pręcipitur Mich. 2. per illud præallegatum. *Surgite & ite quia non habetis hic requiem*, quasi diceret, surgite ad cōtemplandum cœlestia, quia non habetis hic requiē frequentando temporalia. Patet ergo, quomodo diuersimode nos iubemur ire, & per virtutū exercitiū nos mouere [Ite ergo] Nam sicut equi festinant ire & currere, quādo ab auriga sæpius excitantur, sic quia videmus, quod auriga noster Deus per tot incitamenta nobis in scriptura dicit, ite, nos pro certo debemus ire spiritualiter & procedere, & ad currendū per bona opera festinare. Ite ergo, ego mitto, &c. Mouet ergo ire spiritualiter iussus imperatiuus [Ite inquit.] Secūdo dico, quod nos debet mouere nexus copulatiuus, sc. amor & solatium sociorum, quod notatur, cum dicitur [Vos] Vos enim dicit mihi quandam societatem, communitatem & aggregatam pluralitatem. Quia vere sicut multum proficit ei, qui vult ire alicubi, quod plures socios habeat atq; bonos, quia sc. ipse efficitur securior, & ad eundum facilior, sic vere vis motum procedenti vtile est in societate bonorū per charitatem esse, & in aliorum consortio per charitatis vinculū habitare [Vos inquit] Per exempla enim bonorum sociorū melius animamur ad eundum spiritualiter in ciuitatē Paradisi, virtutum gressib. properando. Sicut vnus annulus tactus ab adamante mouet & trahit post se & secū alios plures annulos, sic homo tactus gratia diuina, non solum ad bonum trahitur, progreditur & mouetur, imo alij per ipsum & eius exemplis ad similia prouocantur & progrediuntur, & ad bona opera excitantur, quod figuratū est in illis sanctis animalib. Eze. 1. de quibus dicitur, quod *cum euntib. ibant, & cum stantib. stabant, & cum eleuatis à terra pariter eleuabantur* [Vos ergo] vnde Zach. 8. *Ibimus vobiscum: audiuimus enim quoniam Deus vobiscum est.* ¶ Et nota, quod in via morum debemus esse vos, i. vniti, & per charitatis vinculum sociati, multiplici ratione sc. D

Ad { fortius operandum, firmius resistendum, verius diligendum, clarius intuendum, altius contemplandum.

¶ Nam charissimi per copulam charitatis nos operamur fortius Ioan. 15. *Vos amici mei estis, si feceritis quæ præcipio vobis* Item nos resistimus firmius. Vnde Ioa. 16. *Vos estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis.* Item nos diligimus verius Ioa. 15. *Vos autem dixi amicos.* Item nos intuemur clarius Thre. 1. *O vos omnes, qui transitis per viam, attendite & videte.* Item nos contemplamur altius Ioa. *Vos ascendite ad diem festum hunc*, & Matt. 19. *Sedebitis & vos super sedes duodecim iudicantes, &c.* Moueat ergo ad spiritualiter eundum nexus copulatiuus. Vos inquit. ¶ Tertio dico, quod nos debet E mouere fructus præmiatiuus [In vineam inquit meam] multū enim mouet cursorem ad eundum præmium quod sperat reportare, & maxime quando sperat, quod per huiusmodi motum & cursum in sero veniet ad terminum & hospitium, vbi satiabitur, & quiescet, & vbi pro itinere præmium reportabit. Sic charissimi, quia speramus & certi sumus, quod si bene meruimus in via morum, ad Paradisi terminum veniemus, vbi satiabimur, & viuemus, & vbi recepto præmio à laboribus quiescemus, nihil laboris debemus refugere, quod ostenditur cum dicitur [Vineā meam] quia sicut ille qui laborat in vinea, solet finaliter fructus pro laboribus reportare, sic ille qui in via morum eundo per bona opera laborat, fructum & præmium Paradisi reportat, vnde Can. 7. *Mane surgamus ad vineas, videamus si floruit vinea, si flores fructus parturiunt.* Spes enim lucri est illud, quod non sinit hominem fatigari, & ideo videmus, quod mercatores cum magnis laboribus eunt & currunt & circumeunt nundinas & mercata pro lucro aliquo reportando. Apes etiam non cessant ire exterius ad flores quærendos, vt exinde conficiant mella sua. Quia vere charissimi, labores itineris tantum debent releuare spes æternæ dulcedinis & mercedis.

¶ Et ideo nota, quod nos debemus ire ad paradisi societatem & quietem, quia ibi est

Locus { Inextinguibilis charitatis, Indissolubilis vnitatis, Indefectibilis vbertatis, Inexpugnabilis firmitatis.

Ibi enim est charitas inextinguibilis, quia sc. omnes sunt fratres filij Dei. Vnde illic possumus videre patrem & fratres nostros Luc. 15. *Surgā & ibo ad patrē meum.* Item ibi est vnitas indissolubilis. Est enim ibi perpetua pax, vnde Gen. 25. *Ibis ad patres tuos in pace.* Item ibi est vbertas indefectibilis, vnde Ioh. 15. *Posui vos vt eatis, & fructum afferatis* Ps. 125 *Euntes ibant & flebant, &c. venientes autem, &c.* Item est ibi firmitas inexpugnabilis Mat. 21. *Ite in castellum, quod contra vos est.* Eamus igitur charissimi ad locum istum

Per viam { Rectam, Totam, Arctam.

Via enim recta est veritas, iuxta illud Ps. 106. *Deduxit eos per viam rectam vt irent in ciuitatē habitationis.* Via autem tota est humilitas 1. Mach. 6. *Per loca humilia ibāt caute & ordinate.* Via arcta est pœnalitas, de quo Exo. 3. *Viam trium dierum ibimus in solitudinem.* Solitudo enim est pœnitentia, vbi per tres dietas debemus ire, quæ sunt cordis cōtritio, oris confessio, operis satisfactio. Per istas enim vias ad paradisum tendimus, & de vinea domini Sabaoth fructus beatitudinis reportamus [Ite inquit in vineam meam] quia sicut dicitur Es. 5. *Vinea domini Sabaoth, domus Israel est.* Et sic ergo patet, quod ad bene eundum inducimur & mouemur

per

Iussum imperatiuum,
Vexum [illegible]latiuum,
Fructu n[illegible] lariatiuum.

[illegible]od est quoddam ire virtuosum & laudabile. ¶ Sed [illegible] od est quoddam ire vitiosum & damnabile, & i[illegible] peccato ad vitium, de vitio ad tormentum. Pecca[illegible] cantur ire, in quantum se solent de malo ad malū quousq; possint ad inferni terminum deuenire. Isti [illegible] cancer, qui nescit ire nisi retrogradiendo. Isti etiā sunt [illegible], quæ nescit ire nisi sub terra fodiendo. Isti sunt sicut [illegible] ire nisi de nocte volando & discurrendo. Quia [illegible], totum iter aut progressus peccatorum aut est [illegible] per contradictionem & discordiam, aut est subter[illegible] piditatem & auaritiam, aut est etiā nocturnus per [illegible] & ignorantiam. Et ideo pro certo isti non possunt [illegible] terminum peruenire. Nam iter retrogradum non est [illegible] subterraneum non est mundum. Iter vero nocturnum, & ideo tales ad terminum inferni veniunt, [illegible] ibid. descendere compelluntur. Vnde de istis di[illegible] *in supplicium æternum.* Vnde peccatores de[illegible] rotis Ezech. 1. de quib. dicitur, quod *per qua[illegible]*. Quatuor n. partes orbis sunt Oriens, Aqui[illegible] cidens. Oriens signat statū superbiæ. Oriens enim [illegible] & sicut dicitur Tob. 4. *A superbia sumpsit ini[illegible]* de superbo Lucifero dicitur Esa. 14. *Quo[illegible] Lucifer, qui mane oriebaris?* Aquilo pars frigidis[illegible] mundi, quia sicut dicitur Hier. 1. *Ab aquilone [illegible] malū super vniuersam terram.* Ita Sap. 2. dicitur: *Per in[illegible] [illegible] mors in orbem terrarum.* Auster pars feruissi[illegible]. De hoc enim dicitur Iob. 37. *Nonne ve[illegible] [illegible], cum perflata fuerit terra austro?* Occidens, quę [illegible] sima, signat statū luxuriæ, quæ ex humoribus & [illegible] onibus habet ortum. Vnde Holoferni, qui inter[illegible] itas, dicitur Iud. 2. *Egredere aduersus omne regnū oc[illegible]* [illegible] enim est debilitas carnis, quæ solet semper ad [illegible] occidentis & ad regnū luxuriæ egredi & exire. Rotæ ergo [illegible] partes euntes ibant, & nō reuertebantur cū ambu[illegible] & ad quē locum declinabat quæ prima erat, sequebantur [illegible]. Peccatores enim dicuntur rotę, propter volubilē mu[illegible], ire propter vagabilem cōditionē, per quatuor partes, [illegible] quadruplicem ad peccatum conuersionem, nō reuerti, [illegible] obstinatam in peccato indurationē, sequi, propter mali [illegible] sequelam. Et breuiter quia tales semper eunt & volunt [illegible] bonum malum, ideo finaliter dicetur eis illud Mat. 25. *Ite [illegible] in ignem æternum, qui vobis paratus est ab origine mundi.* Hoc [illegible] sufficit. Vide supra de Ambulare, & infra de Vis.

A **Irridere.** Nota, quod irridere idem est quod illudere, cōtemnere, vilipendere, & modicū reputare. Et [illegible] idem irridere, & deridere. Sed quia supra satis dictū est de [illegible], ideo breuiter distinguamus. Nota ergo, quod irri[illegible] deriſio est diuina & humana. Deus enim est irrisor seu de[illegible] peccatorum. Peccatores vero sunt irrisores bonorum & [illegible]. Peccatores enim irridentur à Deo per æternam [illegible], iuxta illud Ps. 2. *Qui habitat in cælis, irridebit eos, & [illegible] subsannabit eos. Et tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore [illegible] conturbabit eos.* Boni vero irridentur à peccatoribus per [illegible] conrosionem, vnde Iob 12. *Deridetur iusti simplicitas, lam[illegible] contempta, quæ cogitationes diuitum, parata ad tempus statutū.* Vnde nota, q[illegible] derident, illudunt & vilipendunt bonos & iu[illegible], coram; factis suis laniant, & contemnunt verbis. Nam si[illegible] illam, quę dicitur vlula, nocte clamando, & in nemoribus [illegible] vocem habet derisoriam, & etiam cantus suus illusio[illegible] & derisum, sic vere multi sunt irrisores & deriso[illegible]res, qui de factis & conditionibus aliorū non cessant continue [illegible] loqui, oculari, & deridere, ita quod proprie de vlulando vlulæ possent dici, de quibus dicitur Nehe. 4. *Peccatū eorum à [illegible] non deleatur, quia irriserunt ædificantes.* ¶ Et nota, quod tales

B Derident {
Superiores & correctores,
Antiquiores & seniores,
Humiliores & meliores,
Nobiliores & fortiores.
}

Dico ergo, quod tales derident correctores & superiores, vnde Iob 41. *Quasi stipulam æstimabit malleum, & deridebit vibrantem hastam* Vnde de talibus loquitur Prou. 9. *Qui erudit derisorem ipse (sc. derisor) sibi iniuriam facit.* Et ideo consulit ibidem. *Noli arguere derisorem, ne oderit te, doce iustum, & festinabit accipere.* Quia sicut dicitur Prouerbior. 15. *Stultus irridet disciplinam.* Item isti derident seniores & antiquiores, vnde Iob 30. *Nunc autem derident me iuniores tempore, quorum patres non dignabar ponere cum canibus gregis mei.* Item derident meliores & humiliores, sicut patuit in Christo crucifixo, qui humiliauerat se vsque ad mortem, de quo dicitur Luc. 23. quod *deriserunt eum principes, &c.* Item derident fortiores & nobiliores vnde Iob 39. dicitur de Struthione, quod *ipsa deridet equum & ascensorem eius.* Et nota, quod tales proprie comparantur Struthioni, quæ est auis pondere carnis ita grauata, & plumis taliter denudata, quod (vt communiter) nunquam volat, quia vere illi Struthiones & pondere carnalitatis grauiores, & plumis virtutum carentiores sunt maiores communiter derisores, & ad illudendum alijs promptiores, & ideo consulitur, Prou. 22. *Ejice inquit derisorem, & exibit cum eo iurgium, cessabuntque rixæ & contumeliæ.* Isti ergo in die iudicij à Deo & à sanctis deridebuntur, & in præsentia illorum, quos deriserant, damnabuntur, vnde Sap. 5. dicitur: *Impij videntes sanctos & beatos, turbabantur timore horribili, dicentes: Hi sunt, quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij, nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, &c.* Et breuiter tunc verificabitur illud Prou. 19. *Parata sunt derisoribus iudicia, & mallei percutientes stultorum corporibus.* Et hoc de derisione & irrisione sufficit. Vide supra de detractione.

**Irrigare.** Nota, quod irrigare in scriptura sumitur multis modis secundum quod ex diuersis causis res artificialiter vel naturaliter irrigantur. Video enim quod A

Irrigatur {
Hortus, vt ridens virescat,
Campus, ne nimis arescat,
Morbus, vt dolor tepescat,
Ignis, vt ardor accrescat,
Arbor, vt fructus excrescat,
Fimus, vt cito putrescat.
}

Sic reuera dico (moraliter loquendo) quod in scriptura reperitur

Irriguum { gratiæ, lacrymæ, eleemosynæ, doctrinæ, gloriæ, fortunæ. } quod est { deuotorum, contritorum, egenorum, indoctorum, beatorum, peccatorum. }

Sicut { Hortus, Campus, Vulnus, Ignis, Arbor, Fimus, } rigantur { Deuoti, vt grate vireant, Contriti, ne sicci palleant, Egeni, ne nimis doleant, Indocti, vt magis ardeant, Beati, vt fructus augeant, Im[illegible], vt cito fœteant. }

¶ Primo ergo dico, quod ad modum horti rigatur deuotus, vt grate vireat. Hortus enim irrigationibus indiget, ne efficiatur aridus, & vt virens appareat & decorus. Sic vere sancti viri & deuoti irriguo diuinæ gratiæ continue indigent, vt vitore honestatis & deuotionis quotidie plus splendescant. Gratia enim diuina est ille fons, de quo dicitur Gen. 2. *Fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum Paradisum, qui deinde diuiditur in quatuor capita.* Fluuius enim iste est gratia Dei, à loco voluptatis, id est, ab ipso Deo progrediens & emanans, & paradisum, id est, virum deuotum irrigans & fœcundans, qui quidem fluuius in capita quatuor diuiditur, dum virtute diuinæ gratiæ superius & inferius, interius & exterius homo spiritualiter dilatatur, B

Superius (dico) tendens in cœlum, & in Deum,
Inferius cogitans mortem, iudicium & infernum,
Interius considerans cor proprium & delictum,
Exterius ero attendens erga proximum & amicum,

Superius, Inferius, Interius, Exterius } rigat fluuius { amoris, timoris, doloris, compassionis & dulcoris. }

Et sic vere dico, quod fluuius gratiæ diuinæ paradisum, i. e. conscientiam deuotā irrigat, quando in prædictis quatuor partibus se dilatat Gen 2. *Fons ascendebat de terra,* i. gratia veniebat à Deo, *irrigans vniuersam superficiem terræ,* i. mentis deuotæ. Vt de anima deuota dicatur illud Hier. 31. *Erit anima eorum sicut hortus irriguus, & vltra non esurient.* Igitur ad modum horti per gratiam irrigatur deuotus, vt grate virescat. ¶ Secundo dico, quod ad modum campi per lachrymā irrigatur contritus, ne nimis arescat. Quidam enim sunt campi ita steriles & sicci, quod necesse est quod C

irrigentur, alias enim conuerterentur in sabulum vel desertum, vt nec herbam producerent neq; fructum. Sic vere peccator aridus necesse habet, quod per pœnitentiam lachrymis irrigetur, nec per desperationem & obstinationẽ penitus desiccetur. Lachrymæ enim mentem peccatoris irrigant, & ipsam à siccitate indeuotionis immutant Ioel. 3. *Fons de domo Domini egredietur, & irrigabit torrentem spinarum*, i. peccatorem, hispidum & spinosum. Et sic anima pœnitens figuratur in Axa filia Caleph, *cui pater eius dedit irriguum superius & irriguũ inferius*, sicut dicitur Ios. 15. & Iud. 1. Quia reuera anima pœnitens tunc à patre suo Deo irriguum superius recipit, quando paradisum & cœlũ se perdidisse perpendit. Sed tunc irriguum inferius sibi dat, quando lachrymas pro eo, quod infernum acquisiuit, & meruit, administrat. Dicat ergo pœnitẽs illud Ps. 6. *Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo.* Igitur admodum campi per lachrymam rigatur contritus, ne nimis arescat.

D ¶ Tertio dico, quod ad modum membri vulnerati rigatur per eleemosynam egenus seu tribulatus vt dolor quiescat, membra enim vlcerata & igni & cholera inflammata, aquis refrigeratiuis rigantur, atq; lauantur, vt dolor leniatur, & infirmitas extinguatur. Sic vere tribulati & pauperes aquis eleemosynarum & beneficiorum à diuitibus debent rigari, vt ardor suæ tristitiæ & penuriæ valeat temperari. Figura de Magdalena, *quæ lachrymis rigabat, & ore osculabatur, & capillis tergebat pedes Iesu*, sicut dicitur, Luc. 7. Pedes enim corporis mystici Iesu Christi sunt pauperes, qui gradum inferiorem tenent in corpore Ecclesiæ militantis, quia reuera isti lachrymis compassionis, & osculo dilectionis, & capillis, i. diuitijs piæ subuentionis sunt rigandi, & amicabiliter adiuuandi. Vnde de diuite pio & paupere persona potest dici illud Eze. 17. quod *palmites suos extendit ad illam, vt irrigaret eam de areolis germinis sui.*

E ¶ Quarto, quod ad modũ ignis per doctrinam irrigatur indoctus, vt magis flammescat. Constat enim quod faber videns ignem tepidum ipsum solet rigare, vt calorem possit de potentia ad actũ educere, & ipsum ignem potius inflammare. Sic vere prælatus vel prædicator aqua bonæ & irriguæ doctrinæ tepidos irrigat, vt ardor charitatis in eis amplius conualescat Iob 5. *Dat pluuiam super faciem terræ, & irrigat aquis vniuersa.* Sic rigabat alios Apostolus dicens 1. Cor. 3. *Ego plantaui, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit*, quia certe sicut ibid. subditur. *neq; qui plantat, neq; qui rigat, est aliquid, sed qui dat incrementum Deus.* Ad literam enim tales, qui per sacram doctrinam irrigantur præ cæteris in virtutibus & operibus bonis crescere comprobantur, vel saltem plus tenentur, ita quod hominibus sacra & theologica doctrina bene rigatis, videtur dici illud Num. 24. *Quam pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Israel, vt valles nemorosæ, & horti iuxta fluuios irrigui, vt tabernacula, quæ fecit Dominus quasi cedri iuxta aquas.* Aduerte tamen, quod bene dicit, quod neq; qui rigat est aliquid, quia vere multi sunt rigatores & prædicatores, qui non sunt alijs meliores, imo sunt inter cæteros, imo præ alijs peiores, similes nubi, quæ sc. dum terram rigat, seipsam aridam constituit & annihilat, quia sc. isti dum rigant alios per bonam doctrinam, seipsos consumunt per malam vitam. Istud etiam potest dici contra quosdam prædicatores, qui non libenter vadunt ad rigandum pauperes sed diuites, scientes, quod si pauperibus prædicarent, ipsus laute non pascerent aut nutrirent similes cuidam fonti de quo narrat Geruasius, qui est in prouincia Narbon. talis conditionis, quia dum herba est in pratis sufficit ad pratum contiguum irrigandũ. Cum vero herba resecata fuerit, etiam fons tunc deficit & arescit. Sic vere moderni prædicatores bene perseuerant, vt irrigent prata herbosa, i. vt prædicent illis, qui herbis, i. diuitijs sunt muniti, siccos vero & secatos, i. e. pauperes & tribulatos, & herbis diuitiarum nudatos solent dimittere, & de eorum irrigationibus non curare. De istis videtur posse dici illud supradictum Ioel 3. *Fons de domo Domini egredietur & irrigabit torrentem spinarum.* q. d. Isti irrigant torrentes, qui habent spinas, i. illos qui habent diuitias, & alios non. Nota adhuc etiã circa hoc, quia reuera illi qui doctrina theologica plus cæteris irrigantur, nõ propter hoc plus alijs bonis operibus fœcundantur. Sunt enim quædam terræ ita siccæ, quod nullus humor superfluus ipsas fœcundat, imo siccitas & sterilitas ibi magis quam alibi perseuerat. Arenæ enim Libyæ fluuium Nili secundum Solin. & Senec. absorbent, & tamen fructum non faciunt neq; portant. Fluuius etiam Euphrates in Mesopotamia à terra sorbetur, quæ licet sic propensius irrigata, non magis in succo illo propter hoc fœcundatur. Sic vere dico de Theologis quibus, quia licet irriguo scientiarum præ cæteris sunt humecti, nõ tamen propter hoc plus alijs virtutibus, & bonis operibus sunt repleti, quinimo sæpe accidit, quod per indeuotionem sunt alijs magis nudi & vacui, terra enim bibula dum aquam abundanter absorbet, humorem tamen non retinet, nec fructum etiam ex hoc præbet, quia reuera terra suæ voluntatis dum aquas suarum scientiarum attrahit, nõ ex hoc humore deuotionis repletur, sed potius exarescit Esa. 19. *Attenuabuntur, & exsiccabuntur riui aggerum, calamus & iuncus marcescent, nudabitur alueus riui à fonte suo, & omnis sementis irrigua siccabitur, arescet, & non erit.* Expone contra tales. Sed non sic charissimi, quia reuera isti debent esse irrigui & fœcundi, & charitate cæterisq; virtutibus magis pleni. Dicat igitur prædicator deuotus exemplo Christi illud Eccl. 24. *Ego quasi fluuius Dorix, & sicut aquæductus exiui de Paradiso, dixi, rigabo hortum plantationũ, & inebriabo partus mei fructu.* Dico igitur, quod ad modum ignis per doctrinã rigatur indoctus, vt magis flammescat.

F ¶ Quinto dico, quod ad modum arboris per gloriam rigatur beatus, vt fructus excrescat. Sicut enim videmus, quod ficus rigatur aliquoties vt fructus eius citius maturescant, sic Deus animas in cœlo, pluuia & refrigerio æternæ voluptatis irrigat vt fructus, i. beata fruitio in eis continue mutaretur, perficiatur, & crescat. Vnde cuilibet beato videtur dici illud Esa. 58. *Requiem dabit tibi Dominus Deus semper, & implebit splendoribus animam tuam & ossa tua liberabit. Et eris quasi hortus irriguus, & sicut fons aquarum, cuius non deficient aquæ.*

G ¶ Sexto vero dico, quod ad modum fimi per fortunam rigatur impius vt cito putrescat. Agricolæ enim fimum & paleas congregatas solent irrigare, vt citius possint putrescere. Sic vere diabolus peccatores diuitijs erroneis, & hæreticis doctrinis & scientijs, mundiq; honoribus & eminentijs irrigat, vt ipsos per peccata putrescere cito cogat. Vnde de diuitibus mundi dicitur Iob 21. *Iste moritur robustus & sanctus, diues & fœlix viscera eius plena sunt adipe, & medullis ossa ipsius irrigantur.* Fortuna enim seu etiam mundi scientia & sapientia videtur similis illi fluuio seu fonti, qui est in Italia, qui continue feruet, & bullit, qui penitus nihil valet pro agris irrigandis, quia terra, quæ aquis ipsius tangitur, & per quam riuus eius ducitur, in lapidem mutatur, sicut dicit Plin. Sic vere quicquid fluuius fortunæ & mundanæ sapientiæ irrigat, in lapidem, i. in mentalis obstinationis duritiam illud mutat Gen. 13. vbi dicitur, quod *Loth diuisus ab Abraham, vidit regionem Sodomorum, qui pessimi erant coram Domino, quæ vniuersa irrigabatur aquis sicut paradisus Dei, & sicut Ægyptus: elegitque habitationem circa Iordanem, & recessit ab oriente.* Sicut tamen dicitur cap. sequenti, cito post ibi fuit per Chodorlaomor & alios reges raptus & ab eis captiuatus. Ista enim regio pessimorum signat mundum & prosperitatem mundanam, quæ, scil. aquis præfatis multipliciter irrigatur. In ista ergo Loth, qui interpretatur declinans, i. peccator à Deo declinans, & fugiens, & ab Abraham, i. à sanctis hominibus se diuidens & recedens, cupit habitare, & ab oriente gratiæ declinare & recedere, vbi certe Chodorlaomor cum alijs regibus, scil. lucifer cum suis complicibus ipsum solet per diuersa peccata capere, & in infernum finaliter captiuare. Talis ergo irrigatio non est bona, ex qua oritur captiuitas sempiterna. De tali ergo irrigatione dicitur Ezech. 32. & videtur Dominus loqui diabolo vel fortunæ, dicens: *Super faciem agri abijciam te, & habitare faciam super te omnia volatilia cœli, & saturabo de te vniuersas bestias terræ, & dabo carnes tuas super montes, & implebo colles tuos sanie tua, & irrigabo terram fœtore sanguinis tui.* Expone, & applica quomodo diabolus habet carnes, saniem & sanguinem, & quomodo exinde irrigantur, saturantur & implentur volatilia, bestiæ, montes, & colles. Patet ergo, quomodo irrigatio sumitur his sex modis. Vide in titulis aqua, flumen, fons, riuus.

## Irritare.

Nota, quod irritare quandoq; accipitur pro offendere seu prouocare. Et sic accipitur communiter in scriptura. Vnde 4. Reg. 17. *Irritauerunt Deum verbis pessimis.* Et Deut. 32. *Ipsi prouocauerunt me in eo qui non erat Deus, & irritauerunt in vanitatibus suis, & ego prouocabo eos in eo qui non est populus, & in gente stulta irritabo illos.* Item quandoq; accipitur pro cassare, vel defraudare, sicut in Psalm. 106. *Exacerbauerunt eloquia Dei, & consilium altissimi irritauerunt*, id est, cassum & vacuum effecerunt. Sed de hoc vide infra in titulis offendere, prouocare. A

## Irritus, ta, tum.

Nota, quod irritum idem est, quod destructum, annihilatum & dissipatum, inane, vacuum seu cassum. Et est proprie irritatio alicuius boni violatio vel destructio, & potissime alicuius conuentionis A

vel

vel pacti irruptio. Et sic irritatio dicit mihi peccatum. Vnde de peccatoribus dicitur Hier. 11. *Irritum fecerunt domus Israel & domus Iuda pactum meum quod pepigi cum patribus eorum.* Sicut enim vasallus promittens Domino fidelitatem, irritum facit pactũ & promissionem, quando venit contra iuratam fidelitatem, sicut vere quia in baptismo nos facti sumus vasalli Christi, & eidem pepigimus fidem & reuerentiam exhibere, & erga ipsum in morib. iuste & debite nos habere, irritum facimus pactum istud quando per peccatum ipsum dimittimus, & diabolo ipsius aduersario obedimus. Vnde Esa. 33. *Cessauit transiens per semitam, irritum factum est pactum.* Et in Psal. 73. dicitur: *Irritat aduersarius nomen tuum in finem.* Sicut ergo Papa solet irritare, infringere, & cassare illa, quæ facta fuerunt contra iura, sic vere charissimi, Deus solet cassa & irrita reputare mala opera nostra, vel etiam bona opera si in peccato fuerint perpetua, vel si per sequens mortale fuerint mortificata. De hoc habemus figuram. Num. 6. vbi dicitur, quod *si Nazaræus antequam sanctificationem compleuerit, mortuum tetigerit, sua sanctificatio irrita fiebat, ita quod omnes dies quos præcientes compleuerunt, nullatenus computabantur, imo de nouo ceremonias reincipere tenebatur.* Quia vere charissimi, cum sanctificatio nostra omni die debeat incipere, nec debet vsq; ad mortis terminum terminari, hinc est, quod si mortuũ tetigerimus, i. si aliquod peccatum mortale commiserimus, omnes dies sanctificationis nostræ præcedentis, i. omnia opera bona nostra præcedentia vana & irrita reputantur, quia sicut dicitur Eze. 18. *Si iustus auerterit se à iustitia, omnes iustitiæ quas fecerat, non reputabuntur,* quinimo necesse est, q; prædicta opera reincipiat, & q; ad benefaciendũ quasi de nouo iterum se cõuertat. Omitto materiam, quia sterilis est.

A **Irruere.** Nota, quod irruere dicit mihi quendam subitũ, repentinum & excogitatum motum. Et potest accipi in bono & in malo, in quantum scil. potest esse actus & motus alicuius bonæ rei vel malæ. Et ideo quia irruere potest pertinere ad sancti Spiritus agilitatem, ad diabolicam malignitatem vel ad mali hominis crudelitatem, possumus notare, quod est quædam irruitio mirabilis, quæ est eligenda, quædam damnabilis, quæ est præcauenda,

Quædam { Miraculosa, Periculosa, Perniciosa.

¶ Primo ergo dico, quod est irruitio miraculosa, quæ est sancti Spiritus inspiratio. Spiritus enim sanctus dicitur irruere, iuxta illud Ezech. 11. *Irruit in me Spiritus Domini,* quia scil. repente & subito consueuit hominibus inspirare. Teste enim Ambr. Nescit tarda molimina Spiritus sancti gratia. Et ideo Spiritus sanctus dicitur *mobilis, incoinquinatus, certus, suauis, amans bonum, &c.* Sap. 7. Vnde de beato Paulo dicitur Act. 9. quod *lux de cœlo circumfulsit eum subito.* De discipulis etiam dicitur Act. 2. *factus est repente de cœlo sonus aduenientis spiritus vehementis. Spiritus enim vbi vult spirat.* Ioan. 3. qui tunc dicitur in hominẽ irruere, quando ipsum solet subito & insperatè ad bonum aliquod inspirare. Figura Iud. 14. & 15. vbi dicitur, quod *Spiritus Domini irruit in Samsonem, & rupit funes quibus ligabatur, & dilacerauit leonem.* Quia vere charissimi, quando spiritus spiritualis & diuinæ inspirationis irruit in hominem ipsum conuertendo vel ad bonum mouendo, sæpe fit, quod funes auaritiæ lacerat, & quod leonem superbiæ superat atq; domat Numer. 24. *Irruente Spiritu Domini in Balaam, &c.* Ista est ergo irruitio miraculosa.

B ¶ Secundo dico, quod est irruitio periculosa, & ista est irruitio seu tentatio diabolica. Sicut enim catus caute expectat murem exire de foramine, & dum non aduertit, subito irruit, & capit, & tandem postquam cum ipso luserit, ipsum finaliter lacerat, & occidit, sic vere diabolus caute expectat, quod mus, i.e. anima, foramen strictæ conscientiæ exeat, & dimittat, se ad aliqua exteriora delectabilia relaxando, & subito dum non cauet, irruit in eam per subitas tentationes, capit eam per consensus & operationes, ludit cum ea per malas complacentias & delectationes, & finaliter occidit per mortis temporalis & æternæ vulnera & inflictiones Iob 16. *Concidit me vulnere super vulnus, irruit in me sicut gigas.* Ista est ergo irruitio periculosa.

C ¶ Tertio dico, quod est irruitio perniciosa, & ista est irruitio rapinæ & exactionis, quia mundi raptores & vsurarij solent in pauperes irruere, & ad modum latronum nemorum, vestes bonorum temporalium surripere & auferre. Similes leoni, qui sub folijs latitat, vt dum bestiæ non aduertant, in ipsas irruat & occidat, sicut dicit Plin. Quia vere charissimi, illi, qui in alios volunt per rapinam & vsuram irruere, semper solent se aliquibus folijs, i. aliquibus occasionibus & fictis palliationibus operire, vt sic sub specie alicuius boni seu iustitiæ possint suam malitiam exercere, sicut patet de vsurarijs, qui sub specie mutui, de malis balliuis & iudicibus qui sub specie alicuius commissi delicti inferunt alijs nocumenta. Figurati 1. Reg. 22. in Doech Idumæo principe pastorum Saul, *qui irruit in sacerdotes Domini, & occidit eos,* quia scil. tyranni & officiales ad literam in sacerdotes & ecclesiasticos præ cæteris irruunt & eos plus quam alios fatigant atq; lædunt. Hier. 48. *Super vindemiam meam prædo irruit.* Vnde reprehensiue talibus dicitur in Psal. 61. *Quousque irruitis in hominem, interficitis vniuersi vos, tanquam parieti inclinato, & maceriæ depulsæ?* Sic ergo patet, quod irruitio dicitur tribus modis.

**Israel.** Nota, quod Israel quandoq; supponit pro persona, quandoque pro populo, quandoque pro regno, pro persona supponit, vt Gen. 32. vbi dicitur: *Non vocaberis vltra Iacob, sed Israel appellabitur nomen tuum.* Pro populo supponit 2. Reg. 15. *Vniuersus Israel secutus est Absalon.* Pro regno vero supponit Eccl. 24. *In Iacob inhabita, & in Israel hereditare.* Moraliter ergo loquendo, per Israel potest intelligi vir perfectus, status ecclesiasticus, & etiam paradisus. Per Israel ergo potest signari A

Moralis conuersatio,
Clericorum congregatio,
Cœlestis habitatio.

Moralis (dico) conuersatio, quia, scil. per Israel potest intelligi vir perfectus & etiam status ecclesiasticus, vbi est congregatio perfectorum, quia Israel interpretatur videns Deum. Israel dictus fuit Iacob, qui interpretatur supplantator. Israel fuit pastor ouium. Israel fuit simplex & sine pilis. Israel benedictionem fratris sui Esau reportauit, & eius primogenita dimittendo sibi lenticulam acquisiuit. Sic vere vir perfectus dicitur Israel, videns Deum per fidem & deuotionem, Iacob supplantans diabolum per pœnitentiam & conuersionem. Pastor & nutritor ouium, i. pauperum, per eleemosynarũ largitionem. Simplex & rectus, & timens Deum, per puram & innocentem intentionem. Fratris sui, scil. luciferi, benedictionem & hæreditatem reportans, per baptismi & fidei susceptionem. Lenticulam vero bonorum temporalium relinquens per contemptum & vilipensionem. Et sic iste proprie dicitur Israel per omnimodam virtutem & perfectionem, vt sic de ipso possit exponi illud Esa. 41. *Et tu Israel serue meus, semen Abraham amici mei.* Vbi ostenditur, quod ille, qui vult esse spiritualiter Israel debet esse contemplator summę maiestatis [Israel] i.e. videns Deum. Famulator summæ potestatis [Serue meus, Imitator summę bonitatis [Semen Abrahã] Dico ergo, quod nos debemus habere discretionem ad contemplandum, quia debemus esse Israel, subiectionem ad famulandum, quia debemus esse serui Dei. Affectionẽ ad imitandum, quia debemus nos reputare semen Abraham. Simus ergo secretorum contemplatores, dominorum famulatores, meliorũ imitatores. B

¶ Dico ergo, quod nos debemus esse secretorum contemplatores, quia debemus esse Israel, i. Deũ videntes, quia, scil. Deum & secreta cœlestia debemus per considerationem & contemplationem videre, & ibid. cordis oculũ semper habere. Aues enim vt communiter, nunquam vident & respiciunt aliquid cũ duobus oculis simul: habent enim sicut serpens, oculos in temporibus non in fronte, & ideo quotiescunq; viderint aliquid cũ vno oculo, ad terram respiciunt, & semper alium oculũ sursum eleuant. In quo possumus spiritualiter instrui quod oculũ corporis & oculũ cordis debemus diuersificare, quia licet sensus corporis ad terram, i. ad terrena ministranda respiciant, semper tamen necesse esse quod cordis oculi sursum tendant, & quicquid inferius fecerimus in mundanis, semper oculo cordis respiciamus superius in diuinis Luc. 21. *Respicite & leuate capita vestra.* Nunquã enim debent duo oculi nostri, i. duplex nostra attentio & consideratio esse circa terrena, quia secundum Ps. *Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere,* quasi diceret, quicquid sit de occupatione corporis, ibi tamen nunquã debet attendere oculus cordis, quia nos debemus esse Israel, i. videntes Deum, & ad Deum principaliter attendentes. Vnde Deut. 33. *Oculus Iacob in terra frumenti & vini.* Sequitur. *Beatus tu Israel, quis similis tibi?* Oculus enim cordis nostri semper debet esse sursum ad Deum & ad bona æterna per considerationem & contemplationem, vbi est terra durabilis firmitatis, frumentum delectabilis satietatis, & vinum amicabilis iucunditatis. Simus ergo Dei secretorum contemplatores.

C ¶ Secundo simus nostrorum maiorũ famulatores [Serue meus inquit]

inquit] Ad verum enim Israeliticam & perfectum pertinet seruire, famulari & obedire suis superioribus & prælatis, & maxime Deo. Planetæ enim qui sunt sub firmamento sibi continue famulantur, motui & tractui eius obediendo, & ipsum sequendo & imitando. Apes etiam seruiunt regi suo, & eius obsequijs se applicant toto posse. Et breuiter istud est verum, quod illud, quod est inferius, seruit & obedit naturaliter illi quod est suum superius atque maius. Quia igitur Deus & prælati sunt nostri superiores, dico, quod eis debemus seruire, eorum mandata complere, & nos eorum obsequijs applicare [Serue meus inquit] Vnde 2. Reg. 15. dicitur, quod *omnis Israel seruum est Absalon*, qui interpretatur pater pacis. Hier. 2. *Nunquid seruus est Israel aut vernaculus?* Quasi diceret, si debet esse. Quod maxime pertinet ad nos ecclesiasticos, qui pro seruiendo hæreditatem Ecclesiæ possidemus, quia sicut dicitur Esa. 59. *Hæc est hæreditas seruorum Domini.* Vnde de Israel dicitur in Psal. 135. quod *Dominus dedit terram eorum*, scil. sæcularium *hæreditatem Israel seruo suo.* De multis tamen verificatum est illud Prou. 29. *Qui delicate nutrit seruum suum, ipsum sentiet contumacem.* Quia enim boni Ecclesiæ sumus dilatati, impinguati, incrassati, hoc est quod contra Dominum calcitramus, & ei seruire nolumus & tenemur, sed sicut mali serui & infideles eius imperio rebellamus. Non sic igitur, sed simus nostrorum maiorum famulatores Ios. 24. *Seruiuit Israel Domino cunctis diebus Iosue.*

D ¶ Tertio dico, quod nos debemus esse virorum bonorum imitatores, quod ostenditur cum dicitur [Semen Abraham] quasi dicat *Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite.* Ioan. 8. Semen enim quod seminatum est, conformatur illi animali cuius est semen. Vnde de semine hominis nascitur homo, non porcus vel mulus, & e conuerso, ad denotandum, quod nos, qui sumus semen, id est successores sanctorum patrum qui fuerunt prædecessores nostri in ordine vel Ecclesia quam debemus illis in moribus conformari, & eos in virtutibus imitari. Vt sic dicamus. *Semen Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus vnquam*, Ioan. 8. Aduertendum tamen, quod quamuis semen à bona herba vel arbore sumpserit originem, quandoque tamen taliter corrumpitur, quod suam originem nullatenus imitatur, ita quod exinde nullus fructus vtilitatis reportatur. Sic vere charissimi multi sunt in Ecclesia & religione, qui quamuis à bona radice processerint, & à bonis fundatoribus fuerint instituti, ipsi tamen sunt semen pestiferum & corruptum, ita quod nullum proferunt bonum fructum, quibus dicitur Esa. 1. *Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, filijs sceleratis.* Non sic ergo, sed si volumus esse Israel, simus prædecessorum imitatores. Semen inquit. Vnde Hier. 31. dicitur: *Seminabo domum Israel & domum Iuda semine hominis.* Et sic patet, quod si volumus Israel proprie nominari, necesse est

Quod { bonis prædecessoribus conformemur, / nostris superioribus famulemur, / rebus profundioribus contemplemur. }

¶ Et sic erimus spiritualiter Israel, ita quod de nobis poterit Dominus dicere illud Oseæ 14. *Ero quasi ros, & Israel germinabit quasi lilium.* Et sic, quod sicut

Populus Israel fuit { Deo præcipue dedicatus, / Dei cæremonijs & legibus subiugatus, / à paganis & idololatris separatus, / ab Ægypto mirabiliter liberatus, / in deserto damnabiliter flagellatus, / ad possidendam terram promissionis à Deo principaliter ordinatus. }

Sic vere sancti viri & perfecti & maxime

Ecclesiastici solent { Dei seruitio dedicari, / Diuinis legibus subiugari, / A malis gentibus segregari, / Ab Ægypto peccati liberari. }

In deserto pœnitentiæ conuersari. Et sic finaliter poterimus in terra promissionis Paradisi fœliciter dominari, & sic verificabitur illud Hierem. 33. *In diebus illis saluabitur Iuda, & Israel habitabit confidenter.* Et Hierem. 31. *Inuenit gratiam in deserto, vadet ad requiem suam Israel.* Sed heu proculdubio quod proprie videtur loqui Apostolus Rom. 9. vbi dicit sic: *Non enim omnes qui sunt ex Israel hi sunt Israelitæ.* Quia vere charissimi multi sunt hodie, qui vocantur Israel, id est, viri ecclesiastici, qui, scil. creduntur viri boni & perfecti, qui tamen non sunt in veritate Israelitæ, scil. non sunt spirituales & boni.

E ¶ Vnde nota, quod in populo Israelitico, id est, in statu ecclesiastico inueniuntur hodie multa genera peccatorum, videlicet,

Carentes virtute { Gratitudinis, / Fortitudinis, / Rectitudinis. }

¶ Deficit enim hodie in Israel gratitudo. Ingrati sunt enim Deo qui tot beneficia dedit eis. Vnde Esa. 1. *Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui, Israel autem me non cognouit.* Item ibi deficit fortitudo. Non enim sunt fortes ad resistendum alicui tentationi. Vnde Iosuæ 7. *Video Israel hostibus terga vertere.* Item ibi deficit rectitudo, quia scil. veritas & rectitudo iustitiæ ibi cessant. Vnde Oseæ 4. *Sicut vacca lasciuiens declinauit Israel, nunc pascet eos Dominus.* Non sic ergo nos, sed simus Israel in bono significato, & simus Israel & Israelitæ, vt de quolibet nostrum dicatur illud Ioan. 1. *Ecce vere Israelita in quo dolus non est.* Et sic patet, quomodo per Israel intelligitur vir perfectus, vel etiam perfectorum status.

¶ Sed adhuc posset dici, quod per Israel intelligitur Paradisi locus. In isto enim loco est perfecta visio Dei, & sicut regnum Israel fuit in terra promissionis vbi Dauid & Salomon regnauerunt, sic in Paradiso & in illa patria quæ Christi fidelibus est promissa, & vbi Dauid, id est, Christus imperat atque regnat. Ista igitur est hæreditas & habitatio affectanda ad quod monet scriptura Eccl. 24. *In Iacob inhabita, & Israel hæreditare, &c.* Sufficit. Vide in multis alijs titulis. F

# Iste.

Nota, quod istud pronomen iste cum sit pronomen demonstratiuum, in scriptura signat multis modis. Et nota quod istud pronomen iste dicitur quandoque de personis, quandoque de rebus, quandoque de locis. A

¶ Et primo quidem dicitur de personis, & sic dicam quod istud pronomen Iste potest prædicari de Christo. Sicut enim Iste est pronomen demonstratiuum, significans realem existentiam & naturam, quia scil. ratio demonstratiua est illa, per quam veritas necessario concluditur, & inferior demonstratio etiam dicitur illud quo quid euidens, solenne, notabile, spectabile & demonstrabile iudicatur, illud insuper demonstratiuum dicitur, per quod aliquid alijs ostenditur, & demonstratur, sic dicā quod Christus potest dici iste. Et primo quia dicitur pronomen quod ponitur pro nomine, quia Christus se posuit & exposuit pro homine propter suam piissimam charitatem, quia scil. *iste fuit pontifex ex hominibus assumptus, qui pro hominibus constituitur in his quæ sunt ad Deum.* Hebr. 5. dicitur etiam demonstratiuus, propter suæ diuinitatis realissimam quidditatem, & propter suæ indefectibilis potentiæ maiestatem Esa. 25. *Ecce Dominus Deus noster iste, expectauimus eum, & saluabit nos. Iste Dominus, sustinuimus eum, exultabimus & lætabimur in salutari eius.*

Item fuit etiam alio modo demonstratiuus, id est, demonstrari dignus per ipsius notabilem sanctitatem, & per ipsius splendidissimam honestatem. Vnde cum quæritur de ipso illud Esa. 63. *Quis est iste qui venit de Edom?* &c. respondetur ibidem. *Iste formosus in stola sua.*

Item alio insuper modo demonstratiuus extitit, eo, quod viam vitæ alijs demonstrauit verbo & exemplo, &c. Ad patriam destinauit per suæ scientiæ infallibilem veritatem. Vnde Deus Pater potuit de eo dicere illud Actor. 9. *Vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum coram regibus & principibus & filijs Israel.* Et sic bene patet, quod istud pronomen iste, aliquando prædicatur de Christo.

¶ Deinde dico, quod aliquando prædicatur de iusto. Iustus enim dicitur pronomen, quia pro alijs se solet ponere & exponere, scil. pro eis orando & intercedendo, ipsos defendendo & coadiuuando, pro ipsorum concordijs tractando atque mediando 2. Mach. 15. *Hic est fratrum amator & populi Israel: Hic est, qui multum orat pro populo.* Vt de ipso dicant alij illud Gen. 5. Quod scilicet dictum est de Noe: *Iste consolabitur nos ab operibus & laboribus manuum nostrarum in terra cui maledixit Dominus.* Demonstratiuus est etiam veraciter, & realiter existendo, & permanendo & viam vitæ alijs verbis & exemplis monstrando, se virtutibus clarum & demonstrabilem ostendendo. Vnde illud prædictum Esa. 63. *Iste formosus in stola sua gradiens in multitudine fortitudinis*, vt de multitudine & pulchritudine sanctitatis illius dicatur illud Luc. 2. *Et ecce homo erat in Hierusalem, cui nomen Simeon, & homo iste iustus & timoratus, expectans consolationem Israel, & Spiritus sanctus erat in eo.* In quibus verbis sua sanctitas & claritas demonstratiua commendatur, B

Adeo co-

decen[illegible] do nitore (Ecce)
pru[illegible] fulgido splendore (Homo)
[illegible] robusto vigore (Erat)
[illegible] placido dulcore (Hierusalem)
[illegible] turbido mœrore (Simeon)
A [illegible] rectitudinis liberato timore (Iustus)
certitudinis sperato languore (Expectans)
beatitudinis gustato sapore (Consolationem Israel)
[illegible] lenitudinis confecto valore (Spiritus sanctus erat in eo.)

[illegible] aduerbium demonstrandi intelligitur splendor hone[illegible]e, quæ sc. obtutib. hominum præ alijs virtutibus [illegible] C[illegible]. *Ecce iste venit saliens in montibus & transiliens* [illegible] a de ecce. Per istud vocabulum homo, quod est [illegible] domesticum & ciuile, intelligitur virtus pen[illegible]ra de homo, & supra de Ioannes, & allega de [illegible] *Nullam causam, sc. mortis, inuenio in homine i*[illegible]*s*[illegible] vente. De Erat, quod est verbum substan[illegible] quidditatem, & realitatem signans, vide sopra [illegible], & allega de illo iste illud Matt. 27. *Ve*[illegible] .& 29. *Nunquid non iste est Dauid rex ter*[illegible] *canebant per choros dicentes: Saul percussit mille, & Da*[illegible] Hierusalem quæ interpretatur visio pacis, [illegible] diam signat, vide supra vbi Hierusalem, & [illegible] de illo iste illud Ezech. 5. *Ista est Hierusa*[illegible] *posui eam, & in circuitu eius terras.* Expone quomod[illegible] debet esse in medio, & tenere medium, & quomo[illegible] circa eum, & quomodo tales sunt ab alijs [illegible] venerari, & amari, & venerari. De Simeon interpretatur [illegible] mœrorem, & de timoratus, quæ sunt vocabu[illegible] [illegible] em tristitiam & tremorem, quia scil. iustus timet, & tr[illegible] at de offensa Dei ratione culpæ, quia Paradisum perdi[illegible] tem inuenit, vbi vide timor, & vbi fletus & mœror, & allega de illo iste illud Tob. 7. Vbi Angelus loquens Tobiæ de Sara [illegible] Raguelis, per quam intelligo gratiam diuinam, dixit *Non timeri dare illam isti, quoniam huic timenti Deum debe*[illegible] *tur* Et possunt esse verba loquentis Deo de iusto [illegible] Iustus vero signat rectitudinem & temperantiam [illegible] vide in titulo de iustitia & de iusto, & allega de illo iste [illegible] *Qui ambulat in iustitiis, & custodit veritatem, qui pro*[illegible] *mortem ex calumnia, & excutit manus suas ab omni munere, qui* [illegible] *aures suas ne audiat sanguinem, & claudit oculos suos, ne videat malum, iste in excelsis habitabit.* Et bene iste in excelsis habitabit, [illegible] adulatio, quia sicut dicitur 3. Reg. 12. *Rex Israel præcepit ad*[illegible] *Michæam Prophetam*, qui interpretatur quis est iste, (*Festi*[illegible] *adducere Michæam filium Iemla*) quia scilicet talis iustus, de quo admiratiue dicitur quis est iste, ad regem finaliter addu[illegible] [illegible] Paradiso coram eo præsentatur 2. Paral. 17. *Voca cito Michæam filium Iemla.* De expectans autem quomodo signat spem, [illegible] & patientiam, vide in titulo de expectare; & [illegible] Ps. 35. *Iste pauper clamauit, & Dominus exaudiuit eum.* Vt [illegible] illud Thren. 2. *Ista est dies quam expectabamus, inuenimus, vidimus.*

De consolatione autem Israel quomodo signat gustum bea[illegible] æternæ, maxime quia Israel interpretatur videns, vide de consolatione & Israel, & allega de illo iste illud Gen. 5. *Iste consolabitur,* &c. vt supra: de Spiritu sancto vero, quiescat in eo, quomodo signat plenitudinem gratiarum, vide vbi Spiritus sanctus, [illegible] de illo iste illud 4. Reg. 4. *Animaduerto, quod vir* [illegible]

Sanctitas enim plenitudinem virtutum importat. Sic ergo dico, quod per hoc intelligitur omnis perfectio virtuosa, vt de populo [illegible] dicatur illud Ezech. 26. *Populus Domini iste est.* [illegible] tales [illegible] est, viri sancti & iusti, in Dei populū sunt

Electi ad
- Magnificandum Dei bonitatem,
- Iustificandum mundi vanitatem,
- Fortificandum cordis voluntatem,
- Pacificandum mundi ciuitatem,
- Notificandum Dei veritatem,
- Vendicandum alram dignitatem.

C ¶ Isti ergo Deum laudant, & magnificant Esa. 43. *Populum istum formaui mihi, laudem meam narrabit.* Item isti mundum spernunt, & [illegible] Zach. 1. *Isti sunt quatuor venti cœli*: nihil enim celerius [illegible] super terram quam ventus: sic nihil velocius transit per terrena quam iustus. Vnde in Ecclesia canitur. Istorum est enim regnum cœlorum, qui contempserunt vitam mundi. Item isti contra pœnas sese fortificant scil. ad sustinendum viriliter pro Deo & pro fide. Vnde canitur. Isti sunt triumphatores & amici Dei, qui contemnentes iussa principum, meruerunt præmia æterna. Item isti charitate nos pacificant. Vnde canitur. Isti sunt viri sancti, quos elegit Dominus in charitate non ficta, dedit illis Dominus claritatem magnam, cæcos illuminare, & dæmones effugare. Item isti veritatem mundo prædicant seu hanc notificant Zach. 4. *Septem sunt isti oculi Domini*: & Actor. 16. *Isti homines serui Dei excelsi sunt, qui annunciant vobis viam salutis.* Item isti potestatem digne vendicant, quia scil. isti ad dignitatem terrenam & æternam per Dominum sunt electi 1. Paral. 4. *Isti sunt nominati principes in cognationibus suis.* Et ibidem 6. cap. *Isti sunt quos constituit Dauid super cantores domus Domini.* Patet ergo quod istud pronomen iste aliquoties prædicatur de iusto. Ideo de talibus istis & de perfectionibus eorundem admirans Ecclesia dicit, Esa. 60. *Qui sunt isti, qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas?* Et Esa. 49. loquitur admiratiue dicens: *Quis genuit mihi istos? ego sterilis & non pariens transmigrata & captiua & istos quis enutriuit? ego destituta & sola & isti vbi erant?*

D ¶ Denique dico, quod hoc pronomen iste aliquando prædicatur de impio. Res enim non solum est demonstrabilis, & spectabilis quando excellit in bonitate, imo etiam quando excellit in prauitate. Et ideo peccator iste præ multitudine & turpitudine vitiorum demonstrari ad digitum promeretur, Ezech. 8. *Ingredere & vide abominationes pessimas quas isti faciunt hic.* Nota ergo, quod peccator dicitur iste, vel peccatores dicuntur isti, quia

Carent virtutum opibus,
Student rixis & litibus,
Fœtent culparum fæcibus,
Vigent fraudum retibus,
Mordent linguarum dentibus,
Madent cibis & potibus,
Gaudent peruersis mentibus,
Strident pœnis & fletibus.

Dico, quod peccatores dicuntur isti, quia isti virtutum opibus solent carere. Vnde de peccatore dicitur Hier. 12. *Scribe virum istum sterilem, virum qui in diebus suis non prosperabitur.* Item quia isti rixis & litibus solent turgere, quia scil. mali nunquam volunt viuere in concordia nec in pace, Hier. 16. *Abstuli pacem meam à populo isto.* Vnde de illo turbatore pacis Nabuchodonosor ad inferos descendente dicitur Esa. 14. *Nunquid non est iste vir, qui conturbat terram, qui concussit regna, & posuit orbem desertum?* Item, quia isti immundis fæcibus solent fœtere, Ezech. 14. *Fili hominis, viri isti posuerunt immunditias suas in cordibus suis.* Item, quia isti fraudium retibus solent vigere, quia scil. tales sunt malitiosi & fraudulenti, sicut de malis illis iudicibus dicitur Daniel. 13. *Ecce morior dicit Susanna cum nihil horum fecerim quæ isti composuerunt aduersum me malitiose.*

Item quia isti frendendo dentibus solent mordere, sc. de aliis murmurando Num. 14. *Vsquequo detrahet mihi populus iste.* Esa. 8. *Omnia, quæ loquitur populus iste, coniuratio est.* Vnde de stultiloquio dicitur Iob 38. *Quis est iste inuoluens sententias sermonibus imperitis.* Item quia isti cibis & potibus solent madere, hoc est delitijs carnalibus Iob 21. *Iste moritur robustus & sanus, diues & felix, viscera eius plena sunt adipe.* Item isti peruersis mentibus solent ardere, quia scilicet cor istorum est auersum & peruersum à Deo, Hierem. 8. *Quare ergo auersus est populus iste in Hierusalem auersione contentiosa.* Item quia isti amaris fletibus habent lugere scil. finaliter in inferno, Hierem. 9. *Cibabo populum istum absinthio, & potum dabo eis aquam fellis.* Sic igitur patet quomodo aliquando prædicatur de viro iusto. Et sic dico, quod quandoque refertur ad personas.

E ¶ Sic vero de beata virgine, vel aliqua sancta loquaris in genere fœminino, potes dicere, quod signat virtutum perfectionem, & veritatis intrinsecæ nec non honestatis extrinsecæ existentem demonstrationem, vt de qualibet tali dicatur illud. *Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra vt luna, electa vt Sol?* Cant. 7. In quibus verbis aduerte stuporem admirationis (Quæ est ista) Vigorem operationis (Progreditur) Splendorem conuersationis (Quasi aurora) Amorem contemplationis (Consurgens) Humorem miserationis (Luna) valorem præmiationis, quia fuit (electa vt Sol) scil. in Paradiso. Si vis prosequere de beata virgine, vel de qualibet sancta. Quæ est igitur ista, quæ scil.

sic operatur, sic conuersatur, sic contemplatur, sic miseretur, sic promouetur? Et certe potest responderi quando quæritur: Quæ est ista, quod ista est

Regula seu forma regens & moderans,
Ferula vrgens & verberans,
Sportula claudens & obserans,
Chordula ligans & fœderans,
Præmula regnans & imperans.

Ista ergo fuit regula, quæ sese moderauit Ezech. 43. *Ista est lex domus in summitate montis.* Item ista fuit ferula, quæ corpus macerauit seu verberauit. *Quæ est ista, quæ ascendit de deserto sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris*: Cant. 3. Desertum enim signat carnis macerationem. Virgula denotat sui castigationem (Fumus) Signat orationem & deuotionem (Aromata) Myrrha, quæ à putredine seruat, continentiam & castam cogitationem signat (Et thus redolentem conuersationem.) Item fuit sportula seu cistula in qua Christus latitauit, quia scil. Christus in omnibus per gratiam, & etiam in Maria per præsentiam noscitur habitasse. Et ideo in scriptura ista dicitur ciuitas atq; domus Zach. 4. *Manus Zorobabel fundauerunt domum istam.* Et Aggæi 2. dicitur: *Quis ex vobis est derelictus qui vidit domum istam in gloria sua?* Item ista est chordula, quæ fœdus colligauit, quia sicut dicitur Ezech. 5. *Ista est Hierusalem* (quæ interpretatur visio pacis) *in medio gentium posui eam.* Item ista est præmula seu primiceria, quia Christus honorauit, beatificauit, & glorificauit: quia sicut dicitur Cant. 8. *Ista est quæ ascendit de deserto*, scil. huius mundi, *delitiis affluens, innixa super dilectum suum.* Delitiis supple gloriæ Paradisi. Qui sc. Christus de ea dixisse videtur illud Aggæi 2. *Implebo domum istam gloria*: & ibid. *Magna erit gloria domus istius nouissimæ.* Sic ergo bene patet, quod ista beata dici potuit ista, hoc est, dictum, clara virtutibus & perfecta, & morum pulchritudine Deo grata, & cunctis exemplariter demonstrata. *Veca ergo* (dicit Christus) *Sunamitem istam* 4. Reg. 4. Quia pro certo Ecclesia canit: *Ista est speciosa inter filias Hierusalem.* Illud igitur pronomen, vt dictum est, refertur ad personas.

F ¶ De aliis vero sc. in quantum ad res, vel ad loca referuntur, nihil ad præsens, hoc excepto, quod istud pronomen iste in negotio de quo dicitur, potest semper significare

Realis existentiæ quantitatem,
Moralis apparentiæ claritatem,
Verbalis eloquentiæ veritatem.

Res enim demonstratiua dicitur, quando concluditur realiter, quando prædicatur moraliter, & quando dicitur vocaliter seu verbaliter. Et sic dico, quod locus Ecclesiæ vel religionis, locus etiam Paradisi, & cœlestis mansionis, sunt loca certa realia & durabilia, atque sancta Gen. 28. *Quam terribilis est locus iste, vere non est hic aliud nisi domus Dei, & porta cœli.* Et ibidem. Vere Dominus est in loco isto Hierem. 7. *Habitabo vobiscum in loco isto.* Et hoc de iste sufficit.

A **Ita.** Nota, quod dictio Ita quandoque est aduerbium affirmandi, sicut enim dicitur Gen. 1. *Et factum est ita.* Et illud Matt. 11. *Ita pater, quoniam sic fuit placitum ante te.* Quandoque vero & communiter est aduerbium similitudinis, vt cum dicitur Io. 13. *Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis.* Igitur dico, quod ita se habet per modum regulæ similitudinis vel exempli, semper supponens hoc aduerbium vt, prout, quomodo, ceu, sicut. Notabo, ergo quod ita signat,

Quandam imitationem { Vtilem & virtuosam, Inutilem & vitiosam, Flebilem & periculosam.

Est (dico) quædam imitatio vtilis, & ista est illa, qua nos debemus imitari Christum & sanctos scil. bene operando, docendo & conuersando, vt quemadmodum ipsi se habuerunt nobis exempla vitæ præbendo, ita & nos habeamus ipsos imitando, & nos eis conformando Rom. 6. *Quomodo surrexit Christus per gloriam Patris à mortuis, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.* Et bene dicit patris, ad denotandum, quod sicut filius imitatur patrem, ita & nos imitari debemus Christum & iustum quemlibet vel prælatum, vt de nobis possit Deus dicere illud Ezech. 18. *Sicut anima patris, ita & anima filii mea est.* Quasi dicat. Ita debet facere filius sicut pater, vt anima eius ita sit Domini sicut est anima sancti patris. Dico igitur, quod inuenitur

vnum Ita, quod facit { Humilis subiectio, Nobilis perfectio, Flebilis compassio, Precata dilectio, Æquata discussio, Deuota consensio, Miranda conuersio, Terrena afflictio, Æterna possessio.

Igitur faciamus ita sicut Christus & sancti quantum ad humilem subiectionem Exod. 7. *Feceruntque ita Moyses & Aaron sicut præceperat Dominus*, quia sicut dicitur 2. Mach. 9. Antiochus ita ait: *Iustum est subditum esse Deo, & mortalem non paria Deo sentire.* Item faciamus ita sicut sancti quantum ad nobilem perfectionem, quia scil. ita debemus esse perfecti pro modo possibilitatis nostræ, sicut sancti prædecessores nostri Num. 6. *Sicut mente deuouerat, ita faciet ad perfectionem sanctificationis suæ.* Item faciamus ita sicut sancti quantum ad fraternam compassionem, quia scil. iuxta possibilitatem debemus indigentibus subuenire Tob. 4. *Quomodo poteris, ita esto misericors.*

Item habeamus nos ita sicut sancti quantum ad internam dilectionem, dicentes alterutrum illud 2. Reg. 1. *Sicut mater vnicum amat filium, ita te diligebam.* Item habeamus nos ita sicut sancti quantum ad iustitiæ discussionem Deut. 1. *Siue ciuis sit ipse, siue peregrinus, nulla erit distinctio personarum, ita paruum audietis sicut magnum, nec accipietis personam cuiusquam.* Item habeamus nos ita sicut sancti quantum ad diuinæ beneuolentiæ assecutionem, quia scil. ita debemus mentem nostram conformare voluntati diuinæ, quod in omnibus, quæ per eum inferuntur, debemus gratias agere, & reputare, quod omnia sint iusta, dicentes illud prædictum Matt. 11. *Ita pater, quoniam sic fuit placitum ante te.* Exemplo Iob, qui tribulatus dicebat Iob 1. *Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit, ita factum est, sit nomen Domini benedictum.* Et merito, quia pro certo sicut dicitur Eccl. 8. *Nullus potest Deo dicere, quare ita facis?*

Item faciamus sicut sancti quantum ad virtualem conuersionem, vt scil. si quandoq; mali fuimus, ita conuertamur ad dominum, quod de cætero non peccemus, iuxta illud Psalm. 103 *Deficiant peccatores à terra, & iniqui ita vt non sint*, & illud Rom. 6. *Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem, ita & nunc exhibeatis membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem.*

Item simus ita sicut sancti quantum ad tolerandam afflictionem, quia scil. sicut dicitur Luc. 24. *Oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam.* Et sic finaliter ita erimus sancti quantum ad acquirendum cœlestis gloriæ possessionem, quia sicut dicitur 2. Cor. 1. *Sicut abundant passiones Christi in nobis, ita & per Christum abundat consolatio nostra.* Ecce ergo quomodo per ita designantur virtutum regulæ vel exempla, quæ scilicet nos debemus facere, & eas qui & quibus nos debemus pro virtutibus conformari, & ita sicut sancti viuere, & eos imitari. Bene ergo in persona Christi vel cuiuslibet sancti potest aliis dici illud Ioan. 13. *Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis.* Vbi aduerte, quod ad bonam similitudinem & imitationem requiritur præcedens regula (Exemplum, inquit, dedi vobis) Accedens formula (Vt quemadmodum ego feci) Succedens notula (Ita & vos faciatis) Nam regula solet erigere speculatiuam (Exemplum dedi vobis) Sed formula solet corrigere operatiuam (Quemadmodum inquit ego feci) Sed notula solet dirigere executiuam. (Ita & vos faciatis.) Ista enim tria sunt necessaria cuilibet operanti, & maxime pingere vel facere imaginem attentanti, scil. vt habeat regulam scil. exemplum, quia exemplum dedi vobis, vt habeat magistrum peragentem (Quemadmodum ego feci) Vt audiat doctrinam dirigentem (Ita & vos faciatis) Ergo sic pro certo de quolibet sic per imitationem bene conuerso poterit dici illud Matth. 12. quod *Ita fecit vt esset demoniacum cæcum & mutum, ita vt loqueretur, & audiret, & videret.* Patet ergo, quod ita designat imitationem vtilem & virtuosam.

¶ Secundo vero dico, quod ita quandoq; designat imitationem inutilem & perniciosam: & istud est quando quis vult imitari malos & nõ bonos, & ita viuere sicut impii, & non vt iusti. Mali enim magis student deterioribus quam melioribus conformari, & magis stultos, quam prouidos imitari. Constat enim quod qui operatur secundum malam regulam, aut secundum malum exemplar, necesse est, quod faciat malum opus, sicut de B

quadam

[illegible] quod in actu conceptionis [illegible] qui erat pulcher, sed ad quan- [illegible] muro, quæ sc. non pulchrū [illegible] & Æthiopicum parturiuit. Malum enim [illegible] natura non boni, quia in figuram Æthio- [illegible]. Ita pro certo contigit, quod si quis in exemplar sequitur, filius, qui inde nascitur, id [illegible] prouenit, suo exemplari necessario simila- [illegible] *mater ita & filia eius*. Nota ergo quod mali se- [illegible] & exemplum, habent hodie vnum Ita,

[illegible] mundi delitijs,
Abu[illegible] rerum substantijs,
[illegible] fœdant carnis spurcitijs,
[illegible] cordis inmundijs,
[illegible] tur veris scie[illegible]js.
[illegible] dirres discordijs,
[illegible] in angustijs.

Dic[illegible] mali habent vnum ita, quo delitijs redun- [illegible] *redundabit, & delitijs affluet sicut ego?* Item vnum [illegible] Eccl. 2. *Peccatori autem dedit Deus afflictio- [illegible] ita vt addat & congreget.* Item habent v- [illegible] se fœdant. Vnde de luxuriosis dicitur [illegible] *ita vacant sicut equus & mulus, potesta- [illegible] tes.*

[illegible] ita quo immundijs strident. Vnde de Antio- [illegible] quod *apprehendit eum dolor dirus viscerum. & [illegible]*. Sequitur. *Ita vt de corpore impij vermes sca- [illegible]* enim interiorum & vermes, corrosionem [illegible] Item habent vnum ita, quod fallacijs stu- dent, [illegible] vias veritatis faciliter solent errare, Matt. 24. [illegible] *dabunt signa, & prodigia, ita vt in errorem deducantur, si [illegible]*.

Item [illegible] num ita, quo discordes gaudent Gal. 4. *Quo- modo tunc [illegible] secundum carnem natus fuerat, persequebatur eum qui secun- dum spiritum erat, ita & nunc.* Item habent vnum ita quo in an- [illegible] in inferno. Vnde de damnatis potest dici illud, [illegible] *Ita valuit est vt ex vtraq; parte ab hostibus caderentur*. Vtraq; [illegible] corpus & anima. Sic ergo patet, quomodo ita signat i- [illegible] seu comparationem inutilem & perniciosam.

C ¶Tertio dico, quod signat quandam comparationem in[illegible]- [illegible] olam, & hæc est illa quæ refertur ad Christum. Christum dico cum patre manentem Vnde in Symbolo Atha- nasij. Ita Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus. Ita Do- minus Pater, Dominus Filius &c. Christum etiam in carne la- tentem Matt. 24 *Ita erit aduentus filij hominis.* Christum etiam in mundo docentem. Vnde Matt. 13. dicitur quod *congregatæ sunt ad eum turbæ multæ, ita vt in nauicula'am ascendens sederet. Et locutus est eis [illegible]*. Christum etiam in morte iacentem, quia sicut dicitur [illegible] *Sicut fuit Ionas in ventre piscis, ita erit filius hominis in corde ter- ræ*. [illegible] insuper in throno sedentem scil. in iudicio Iob 5. [illegible] Et Act. 1. *Quemadmodum vidistis eum e- [illegible] ita veniet*, quia in Psal. 131. dicitur: *Nox sicut dies illu- minabitur sicut tenebræ eius, ita & lumen eius. Oportuit enim pati Chri- stum, & ita intrare in gloriam suam*, Luc. 24. Patet igitur quomodo [illegible] modo potest sumi.

A Itaque. Nota, quod ista coniunctio rationalis vel causalia itaque, semper signat conclusiue, determinatiue, [illegible] sicut ergo, ideo, quocirca, igitur, & idcirco, [illegible] dictum est, sic & itaq; potest referri ad iustum [illegible] ad Christum scil.

Ad vnum { Professorem iustitiæ,
Confessorem nequitiæ,
Christum redemptorem clementiæ, }

¶Dicam primo aliquid de itaque in quantum signat finem & conclusionem, determinationem & ordinationem, quæ per- tinet ad iustum. Sicut enim in logicalibus ex veris præmissis se- quitur vera conclusio, in iudicialibus ex bono processu sequi- tur bona sententia seu decisio, in agibilibus ex bonis & rectis [illegible] sequitur bonus terminus, & ad bonum portum ap- plicatio, sic dicam, quod in moralibus ex bona intentione, & [illegible] resolutione sequitur bonum ita, id est, bonus af- fectus, & bonus finis & conclusio. *Videte itaque fratres quomodo [illegible] ambuletis, non quasi insipientes, sed vt sapientes.* Ezech. 5. Ergo ex- hortando concludit scriptura Tob. 13. dicens: *Conuertimini itaq; peccatores, & facite iustitiam coram Domino.* In quibus verbis aduer- te, quod scriptura nos hortatur [illegible] triplicem bonam conclusio- nem, quæ scil. apud iustos per Itaque subinfertur, videlicet,

Quantum ad { ingressum, progressum, egressum } qui debet esse { veniæ procuratiuus (conuertimini, inquit, itaque.) gratiæ augmentatiuus. (Facite iustitiam,) gloriæ propinatiuus. (Coram domino.) }

Itaque progrediens,
Dimitte scelera (Conuertimini)
Bona fac opera (Facite iustitiam)
Recipe munera (Coram domino, sc. Paradiso.)

¶ Dico ergo, quod in scriptura inuenitur vnum Itaque quo B
homigratur nostra conditio. Et istud nihil aliud est quam pœni- tentia. Ista enim est post lapsum prima conclusio quam nobis infert scriptura, quia scilicet ante omnia necesse est de agro spi- nas & tribulos euellere, quam semen ibi valeas seminare, & fru- ctus postea reportare. Quia reuera in agro cordis nec Dei gratia seritur nec fructus virtutis & finalis gloriæ colligitur, nisi spinæ vitiorum exinde per pœnitentiam euellantur, & nisi homo à suis malis moribus conuertatur. Conuertimini itaque pecca- tores. Vide supra de conuertere. Vnde sub alia coniunctione il- lanus Dominus dicit Iohel 2. *Nunc ergo conuertimini ad me in tota corde vestro, in ieiunio, & fletu, & planctu*, quia reuera post talem fle- tum consolatio sequitur, & post lacrymas venia promeretur Indith 6. *Finito itaq; fletu, & per totum diem populorum oratione com- pleta consolati sunt Achior.*

¶ Aduerte tamen, quod quinmplex Itaque ad conuersionem peccatoris est necessarium, scilicet,

vnum itaque { Remissionis, Subiectionis, Compunctionis, Confessionis, Satisfactionis seu carnis mortificationis. }

¶ Itaq; remittamus, & indulgeamus in nos peccantibus. Scriptum est enim *Dimittite, & dimittetur vobis*, quia sicut dicitur Luc. 16. de villico diffamato quando vidit, quod villicatio sua auferebatur ab illo, remisit singulis debiti portionem, de quo plurimum commendatur. Vnde ibidem dicitur, quod *conuoca- tis itaq; debitoribus Domini sui, dixit primo: Quantum debes, &c.* Item itaq; pareamus, & obediamus nos exhortantibus scil. Deo prædicatoribus, & prælatis 2. Reg. 5. *Fecit itaq; Dauid sicut præceperat ei Dominus.* Item itaq; doleamus seu defleamus pro præcedenti- bus, id est, pro culpis commissis. Exemplo Christi, qui fleuit quando Lazarum quatriduanum voluit suscitare Ioan. 11. Sic humo quando spiritum suum in peccato mortuum, & sepul- tum, & iam quatriduanum, i. e. in quatuor cordis affectionibus fœtidum, & corruptum vult à morte peccati suscitare, & eripe- re, certe ante omnia per compunctionis amaritudinem debet flere & tristari, & conteri, & dolere, vnde Ioan. 11. dicitur: *Venit itaq; Iesus, & inuenit Lazarum quatuor dies iam in monumento haben- tem.* Sequitur. *Lacrymatus est Iesus, & rediit, qui erat mortuus.* Item itaq; diffiteamus, vel respondeamus de nostris actibus sc. sacer- doti integraliter confitendo Rom. 14. *Itaq; vnusquisque nostrum pro se rationem reddet.* Item itaq, satisfaciamus & pœnas addamus nostris corporibus sc. carnem macerando, & labores sustinen- do, & bona opera faciendo Rom. 7. *Itaq; fratres mei & vos morti- ficati estis legi.* Sequitur. *Nunc autem soluti sumus à lege mortis, in qua detinebamur, ita vt seruiamus in nouitate spiritus, non in vetustate literæ.* Patet ergo, quod in scriptura reperitur vnum itaq; per quod immutatur nostra conditio. *Conuertimini* inquit.

¶ Deinde dico, quod ibi reperitur vnum Itaque per quod au- C
gmentatur nostra perfectio. *Facite* inquit *iustitiam*. Sub nomine enim iustitiæ omnis virtus atq; perfectio designatur. Vide infra de iustitia. Cum ergo sub ista coniunctione itaq;, executio iusti- tiæ subinfertur, bene dico, quod omnis virtus & perfectio con- cluditur, & mandatur 2. Macchab. 12. *Omnes itaq; benedixerunt iu- stum iudicium.* Notabo ergo, quod scriptura nobis infert sub ti- tulo communis iustitiæ vnum Itaque, quo

Fidenter nostris consulimus,
Gaudenter nostros recipimus,
Feruenter cunctos diligimus,
Prudenter nos regimus,

Potenter nos defendimus,
Decenter pacem perquirimus,
Firmiter in bono sistimus,
Grauiter labi metuimus,
Digniter liberi viuimus,
Communiter solamen sumimus,
Subtiliter verum cognoscimus,
Salubriter nos Deo subdimus,
Viliter fauores spernimus,
Sinceriter fraudes expellimus,
Suppliciter Deum requirimus,
Totaliter in Deum fidimus,
Sagaciter tempus attendimus,
Mentaliter legi insistimus,
Humiliter magnis assistimus,
Fertiliter in bono crescimus.

Istæ sunt ergo viginti illationes, argumentationes, conclusiones ad bonum inductiones & infectiones quas nobis facit scriptura sacra per itaq;. Dicam ergo, quod scriptura per illud vocabulũ illatiuum nos admonet fideliter nostris consulere. Istud enim de iure naturali sc. quod homo homini debeat consulere, quod est tutum. Sic faciebat Loth generis suis, quando de combustione Sodomæ ipsos educere cupiebat. Vnde Gen. 19. *Egressus itaq; Loth locutus est ad generos suos: Surgite, & egredimini de loco isto, quia delebit Dominus ciuitatem hanc.* Item admonet gaudenter nostros recipere, sc. hospitio. Vnde de Rebecca dicitur Gen. 24. quod *inuento seruo Abrahæ ipsum gaudenter procurauit recipi, & sibi & Camelis omnia necessaria ministrari.* Vnde ibid. dicitur: *Cucurrit itaq; puella, & nunciauit omnia, quæ audierat.* Sequitur. *Ingredere benedicte Domini.* Item admonet feruenter cunctos diligere, quia sc. nos debemus per amorem, & dilectionem esse vnum cum omnibus, Matt. 19. *Itaque iam non sunt duo, sed vna caro.* Item admonet prudenter nos ipsos regere Eph. 5. *Videte itaq; fratres quomodo caute ambuletis, non quasi insipientes, sed vt sapientes.* Item admonet potenter nosmet defendere, quia sc. contra spirituales hostes nos per tentationes obsidientes nos debemus viriliter dimicare Iudith 15. *Videntes itaque filij Israel fugientes Assyrios secuti sunt illos, & vno agmine persequentes debilitabant omnes, quos inuenire potuissent.* Item admonet decenter pacem perquirere Rom. 14. *Itaque quæ pacis sunt sectemur,* 2. Mach. 4. *Festinanter itaque rex venit sedare illos.* Item admonet in bono firmiter sistere 1. Cor. 6. *Itaque fratres mei dilectissimi stabiles estote.* Et 2. Thess. 2. *Itaque fratres state, & tenete traditiones, quas didicistis.*

Item admonet grauiter labi metuere, quia scil. homo semper debet timere, & præuidere ne cadat, 1. Cor. 10. *Itaque qui se existimat stare, videat ne cadat.* Item admonet digniter liberos viuere, quia sc. ad hoc concludit, & infert scriptura, vt à seruitute culpæ liberi maneamus, vt dicamus illud ad Gal. 4. *Itaque fratres non sumus ancillæ filij, sed liberæ:* vt de iusto dicatur illud ibid. *Itaque iam non est seruus, sed filius.* Item admonet communiter solamen sumere 1. Thess. 4. *Itaque consolamini inuicem in verbis istis.* Item admonet subtiliter verum cognoscere, Iacob. 1. *Nolite itaque errare fratres mei dilectissimi.* Item admonet salubriter Deo nos dedere seu subdere Philip. 2. *Itaque charissimi, sicut semper obedistis.* Sequitur: *Cum metu, & timore vestram salutem operamini.* Item admonet viliter fauores fugere, seu spernere, 1. Cor. 3. *Itaque nemo glorietur in hominibus.*

Item admonet sinceriter fraudes dimittere 1. Cor. 5. *Itaque epulemur non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ, & nequitiæ, sed in azymis sinceritatis, & veritatis.* Item admonet Deum suppliciter requirere 1. Pet. 4. *Estote itaque prudentes, & vigilate in orationibus.* Item admonet totaliter in Deum fidere Heb. 10. *Habentes itaque fratres fiduciam in introitu sanctorum.* Sequitur: *Accedamus cum vero corde in plenitudine fidei.* Item admonet sagaciter tempus attendere 1. Cor. 4. *Itaque nolite ante tempus iudicare, &c.* 1. Cor. 7. *Itaque dico fratres, tempus breue est.* Item admonet mentaliter legi insistere, quia scilicet nos debemus obedire legi, sicut discipulus magistro Galat. 3. *Itaque lex pædagogus noster fuit in Christo.* Et merito, quia sicut dicitur Rom. 7. *Itaque lex quidem sancta, & mandatum sanctum.*

Item admonet humiliter magnis assistere seu dignos eligere 1. Mach. 9. *Nunc itaque te elegimus hodie nobis in principem.* Item admonet fertiliter in bono crescere, seu bonis effluere 1. Cor. 3. *Itaque neque qui plantat, neque qui rigat, est aliquid, sed qui incrementum dat Deus.* Incrementum dico, i. gratiarum augmentum. Ista sunt ergo viginti itaq;, in quibus consistit vera iustitia, i. vera perfectio. (Facite inquit iustitiam) Luc. 1. *In sanctitate & iustitia coram ipso omnibus diebus nostris.* Bene ergo dicitur Matt. 25. *Vigilate itaq; quia nescitis diem neq; horam.* Et merito circa alia itaq;, i. circa tales conclusiones & inductiones vigilandum est & insistendum, quia sicut dicitur 1. Thess. 4. *Itaque hoc qui spernit, non spernit hominem, sed Deum.* Et sic ergo patet, quod inuenitur vnum itaque per quod augmentatur morum perfectio Rom. 12. *Obsecro itaq; fratres vt exhibeatis membra vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum, &c.*

¶ Deniq; dico, quod inuenitur vnum itaq; per quod vendicatur cœli possessio, & hoc ostenditur, cum dicitur (Coram domino) hoc est dictum, in gloria Paradisi, vbi Deo præsentialiter assistunt sancti. Ista est vera, sana, beata & grata conclusio, beatum itaque, beatus finis, ad quem omnis, qui in moribus bene scit arguere, & concludere, solet finaliter peruenire. Fig. Hest. 2. in illa puella Hester, de qua ibidem dicitur: *Ducta est itaque scilicet Hester, ad cubiculum regis Assueri mense decimo, qui vocatur Thebeth, septimo anno regni eius, & adamauit eam rex plus, quam omnes mulieres, & inuenit gratiam, & misericordiam coram eo, & posuit diadema regni in capite eius.* D B

Hester enim quæ interpretatur abscondita, signat animam humilem, & deuotam, quæ iuxta doctrinam Senecæ, est occultatrix virtutum sicut alij vitiorum. Per Assuerum, qui interpretatur beatitudo intelligitur Christus. Per Thebeth qui interpretatur bonitas vitæ, gloriosus finis & status. Ista est ergo veritas, quod puella Hester, i. anima deuota itaq; conclusiue, & necessario ducitur ad cubiculum regis Assueri, i. ad quietem beatitudinis regis Christi, & hoc mense decimo Thebeth, hoc est dictum, vt recipiat denarium retributionis æternæ, quia sibi propter vitæ bonitatem à Deo præparatur, & hoc anno septimo regni Christi, hoc est dictum, septennali, i. vniuersali fœlicitate gloriæ regni Dei. Et pro certo ipse rex Assuerus Christus illam puellam scil. animam quando venit coram eo, solet mirabiliter adamare, & gratiam & misericordiam sibi dare, & eam æterni regni diademate coronare, vt & ipsa cum alijs sanctis de isto regno dicat illud, quod dicitur Heb. 12. *Itaque regnum immobile suscipientes, habemus gratiam per quam seruiamus placentes Deo.* (Coram Deo inquit.) Vt sic dicat quilibet beatus Deo, & Angelis illud 1. Reg. 12. *Itaque conuersatus coram vobis, ecce præsto sum.* Patet ergo, quod itaq; potest inferre, & concludere. Ad occupandum cœli possessionem. Coram Deo inquit. Ad augmentandum morum perfectionem. Facite inquit iustitiam. Ad imitandum vitæ conditionem. Conuertimini inquit. Conuertimini itaq; peccatores, & facite iustitiam coram Domino. Et sic patet, quod est vnum itaq; quod spectat ad iustum: & hoc est primũ principale.

¶ Secundo principaliter dico, quod inuenitur vnum itaq; spectans ad iniustum, & sic dico, quod scriptura determinans de impio per modum allegationis, & conclusionis infert contra eum seu de eo multiplex itaq;, videlicet, vnum itaq; crudelitatis, quod insontes lædit & afficit, vnum itaq; carnalitatis, quod luxuriosos inquinat, & deijcit, vnum itaq; voracitatis, quod gulosos cibat, & reficit, vnum itaq; fatuitatis, quod ad vana tendit & respicit, vnum itaq; proteruitatis, quod res iustas spernit & despicit, vnum itaq; diuersitatis, quod litigosos nocet & officit, vnum itaq; pomposiatis, quod indoctos iactat, & obijcit, vnũ itaq; debilitatis, quod in inconstantem cadit & deficit, vnum itaq; indignitatis, quod peccatores damnat & inficit. Dico ergo, quod ad malos spectat vnum itaque crudelitatis & sæuitiæ. Vnde impius Saul de Dauid, quem volebat occidere, dixit Ionathæ 1. Reg. 20. *Itaq; iam nunc mitte, & adduc eum ad me, quia filius mortis est.* Item ad malos spectat vnum itaq; carnalitatis & luxuriæ. Vnde de filiabus Loth patrem suum inebriantibus, & cũ eo concubentibus, dicitur Gen. 19. *Dederunt itaq; patri suo bibere vinũ nocte illa, & concubuit.* Item spectat ad malos vnum itaq; voracitatis, & ingluuiei. Vnde Eccl. 5. *hoc est itaq; mihi visum esse bonum, vt comedat quis, & bibat, & fruatur lætitia.* Item spectat ad malos vnũ itaq; fatuitatis, & stultitiæ, sicut apparuit in Nabuchodonosor, qui somnium quod oblitus fuerat, petebat à sapientibus sibi dici, dicens illud Dan. 2. *Somnium itaq; meum dicite mihi, vt sciam, quod interpretationem quoq; eius veram loquamini.* Item spectat ad malos vnum itaq; proteruitatis, & obstinatiæ, quia sc. peccator Deo & maioribus se opponit Rom. 13. *Itaq; qui resistit potestati, ordinationi Dei resistit.* Item spectat ad malos vnum itaq; peruersitatis, & discordiæ Ioan. 7. *Dissensio itaque facta est in turba.* E

Item

... spectat ad malos vnum itaque pomposîtatis, & iactantiæ. Vnde de istis iactatoribus dicitur Ioan. 8. quod ipsi dicebant. *Semen Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus vnquam.* Sequitur: *Dixerunt itaque, nos ex fornicatione nati non sumus.* Item spectat ad malos vnum itaq; debilitatis, & inconstantiæ, quia scil. faciliter cadunt in peccatum, & etiam in infortunium & tormentum, 1.Reg.14. *Itaque alij cadebant ante faciem Ionathæ, alios armiger eius interficiebat.* Item spectat ad malos vnum itaq; indignitatis & iniustitiæ quando scil. indignus & iniustus accedit ad mensam altaris, de quo 1.Cor.11. *Itaque quicunque manducauerit, vel biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis, & sanguinis Domini.* Sic ergo ... quod est itaq; spectans ad iniustum. ¶ Tertio dico, quod ... itaq;, quod spectat ad Christum. Vide ergo, igitur, ... ideo.

A **Iter.** Nota. quod iter idem est quod via, & dicitur ab eo, is. Est enim iter locus per quem itur ad terminum. Et potest ... ficare moraliter vitam istam, quæ quidem non est nisi via per quam ad finis terminum deuenitur. Cum ergo duplex sit ... l. bonus & malus, Paradisus & infernus, potest esse duplex. ¶ Est igitur quoddam iter, quod est frequentandum, quoddam iter, quod est detestandum. Iter frequentandum est bonorum, de quo dicitur Prou. 14. *Ambulans recto itinere, & timens Deum despicitur ab eo qui infami graditur via.* Iter detestandum est ... malorum, de quo dicitur in Psal. *Iter impiorum peribit.* Cum igitur per iter vitæ præsentis habeamus ad aliquem ... terminum peruenire, hoc est, quod nos debemus

B diligere iter virtuosum, meritorium atq; sanctum. ¶ Et ideo possumus ... , quod iter est dicendum bonum septuplici ratione, ... quando est rectum, latum, curtum, arctum, planum, mundum, placidum. Iter

Rectum est veritas,
Latum est charitas,
Curtum est paupertas,
Arctum est pœnitentia,
Planum est innocentia,
Mundum est pudicitia,
Placidum est clementia.

Per aliquod enim istorum itinerum debemus ire ad Paradisum. Vadamus ergo primo per iter rectum veritatis, & iustitiæ iuxta illud Eccles. 51. *Ambulauit pes meus iter rectum à iuuentute mea.* Istud tamen iter non ambulant iniqui iudices, prece vel precio à rectitudine declinantes, similes cancro, qui non recte sed retrograde dicitur incedere. Similes etiam serpenti, qui semper ambulat tortuose, quia sc. isti nunc ad vnam partem, nunc ad aliam ... , secundum quod recipiunt plura dona. Vnde isti ... , de quibus dicitur Prou. 2. *Qui relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebrosas.* Et tamen bene sciunt, quod secundum quod dicitur Prou. 12. *Iter deuium ducit ad mortem.*

C ¶ Secundo ambulemus per iter latum charitatis, & amicitiæ. Magnæ enim latitudinis habet istud iter. Amici enim & intimi per illud pariter possunt ire, ita vt alter alteri possit dicere ... Exod 13. *Ego ero socius itineris tui.* Istud est illud iter, quod Deus ascendum in terram promissionis in columna ignis, id est, inflammatione cordis legitur ostendisse. Per istud iter non incedunt odiosi, & inuidi, qui nunquam vellent in prosperitatibus ... inuenire, de quibus dicitur Prou. 15. *Iter pigrorum quasi sepes spinarum.* Tales enim dicuntur spinæ, quia omnes tangentes, & omnes ... , & societate appropinquantes solent pungere, lædere, & nocere.

D ¶ Tertio vadamus per iter curtum spiritualis paupertatis. Istud enim est iter breuius, & magis compendiosum: aliæ enim viæ sequuntur ordinem iudiciarium, istam vero per extraordinarium in Deum procedit. Per istam etiam compendiosius Christus ... suos docuit, & præcepit, iuxta illud Mich. 2. *Ascendit enim pandens iter.* Et Luc. 13. dicitur, quod *Iesus perambulabat ciuitates, & castella, docens, & iter faciens in Hierusalem.* De ista via non curant diuites. Isti enim ambulant iter valde longum, & ideo timendum est, quod ad Paradisi terminum non attin-

E gent. Vnde Iac. 1. *Diues in itineribus suis marcescet.* ¶ Quarto vadamus per iter arctum asperitatis. Istud est enim magis tutum. Figuratum enim in itinere solitudinis, per quod filij Israel ad terram promissionis iuerunt. Vnde dicitur Iudith 4. quod *filij Israel cognoscebant vbi iter angustum esse poterat inter montes.* Isto autem itinere iuit Christus, sicut dicitur Ioan. 4. *Iesus fatigatus ex itinere sedebat super fontem,* quia scil. illi, qui in itinere pœnitentiæ fatigantur, finaliter fonte diuinæ gratiæ potabuntur. Et per istud ducit nos Dominus ad terram promissionis Paradisi, iuxta illud Ps. 79. *Dux itineris fuisti in conspectu eius.* De isto autem itinere non curant carnales, & delitiosi, quia scil. isti per iter arctam pœnitentiæ non incedunt, de quibus figuratiue dicitur Num. 2. *Tædere cœpit populum itineris & laboris.* Et loquitur de populo carnali, cui præ desiderio ciborum Ægypti, manna in nauseam vertebatur.

¶ Quinto vadamus per iter planum simplicitatis. Istud enim non habet offendicula peccatorum, innocentia enim non solet peccati offendiculum incurrere. Et ideo dicitur Esa. 62. *Planum facite iter.* Istud enim est iter prosperum, quia prosperum nobis faciet Deus iter salutarium nostrorum. De isto ergo itinere dicitur Prou. 28. *Melior est pauper ambulans in simplicitate sua quam diues prauis itineribus.* Per illud iter non vadunt malitiosi, quia pro certo isti de simplicitate & innocentia nunquam curant, & isti sunt de illis de quibus dicitur Hier. 18. quod ipsi ambulauerunt per vias in itinere non trito. F

¶ Sexto vadamus per iter mundum sinceritatis seu castitatis. G
Vnde de talibus potest dici illud Esa. 47. *Possidebit montem sanctum meum, & dicam, viam facite, præbete iter.* Illud tamen iter ambulant luxuriosi, quia vere iter istorum non est mundum, sed magis fœtidum, & immundum. Vnde istis videtur loqui illa mala mulier, de qua dicitur Prou. 9. quod *ipsa sedet in foribus domus suæ super sellam in excelso vrbis loco, vt vocet transeuntes per viam, & pergentes itinere suo.* Vnde isti possunt dicere illud Threo. 4. *Lubricauerunt vestigia nostra in itinere platearum nostrarum.*

¶ Septimo vadamus per iter placidum benignitatis, & pietatis, & tali itinere ibat Samaritanus, qui *iter faciens inuenit sauciatum, cui infudit oleum, & vinum,* sicut dicitur Luc. 10. Per istud autem iter non vadunt crudeles, auari, & litigiosi, de quibus dicitur Prou. 12. *Iter impiorum decipiet eos.* Vnde de impijs, & crudelibus potest exponi illud, quod de Paulo impietatem exercente dicitur Actor. 9. *Cum iter ageret, contigit, vt appropinquaret Damasco.* Paulus enim interpretatur os tubæ. Damascus interpretatur sanguinis potus, quia vere impij, & crudeles, qui sunt os tubæ alios terrendo, sæpe appropinquant Damascum, id est, ad sanguineam crudelitatem. Et hoc de itinere sufficit. Transeo causa breuitatis, quia infra de via, & de semita prolixius est tractandum. Vide supra in titulo Ire & Ambulare. H

**Iterum, Iterare.** Nota, quod iterum signat quendam reditum, quendam profectũ, quoddam augmentum, quoddam continuamentum. Et potest significare in bono, & in malo. In bono enim signat virtutum continuationem. In malo autem signat peccati multiplicationem seu redundationem. Dico, quod in bono signat aliquam bonam continuationem. Sicut enim videmus, quod desideria naturæ sunt inquieta, quia sc. naturæ non sufficit, quod vnus actus semel agatur, imo vult, quod iterum atq; iterum fiat, & exerceatur, sicut patet de arboribus quibus non sufficit semel in vita sua fructificare, imo solent actum fructificandi omni anno iterum atq; iterum iterare, sic vere spiritualiter desideria affectionis nostræ debent in bono esse inquieta, quia scil. non debet sufficere semel benefacere, imo fructu bonorum actuum, & operum debemus iterum exercere, sicut dicit Apostolus 1. Cor. 7. *Iterum reuertimini in idipsum.* ¶ Vnde nota, quod multiplicem bonum actum debemus iterare, scilicet A

Actum {
Vocalis confessionis,
Realis compassionis,
Verbalis salutationis,
Actualis exultationis,
Corporalis visitationis,
Supernalis contemplationis,
Spiritualis prædicationis,
Pœnitentialis immutationis.

¶ Primo ergo charissimi, debemus iterare sæpe & sæpius actum cõfessionis, quia enim sæpe delinquimus necesse est, quod sæpe remediũ apponamus. Non enim sufficit pannum immundum semel abluere, imo necesse est iterũ & iterum relauare. Aues etiam fluuiales nõ solent semel aquam intrare, imo si inde exierunt, statim solent ad aquam recurrere, & se sæpe iterũ balneare, quia sc. lotura confessionis non semel est facienda, sed iterũ & iterum frequentanda & ideo dicitur Ioan. 11. *Eamus in Iudæam iterum.* Iudæa enim interpretatur confessio. ¶ Secundo debemus iterare actum compassionis. Mater enim non solet paruulo suo mammillas suas tantummodo semel porrigere, imo solet iterũ, B C

& ito-

&iterum, secundum quod indiget relactare: quia scil. viro pio & misericordi non sufficit vnum beneficium impendere, sed sæpe, & iterum lac suum solet elijs propinare. Vnde Tobiæ, qui non poterat cessare facere opera pietatis, dictum est, Tob. 2. *Ob*
D *hanc causam iussus es interfici, & tu iterum sepelis mortuos.* ¶ Tertio debemus iterare verbom salutationis. Vnde de Christo dicitur, quod *veniens ad discipulos dixit eis: Pax vobis.* Imo in eodem Euan-
E gelio iteratur tripliciter ista salutatio: *Pax vobis.* Ioan. 20. ¶ Quarto debemus iterare actum exultationis, quia sicut auiculæ solent lætari, & cantare, & non solum semel, & bis, imo sæpe, & iterum relonare, iuxta illud Mat. 14. *Iterum gallus cantauit.* Sic nos non solum debemus in Domino gaudere, Deum regratiando laudare, imo istud gaudium debemus frequentare. Vnde Phil. 4. *Gaudete in Domino semper, iterum dico gaudete.* In quibus verbis ostenditur, quod istud gaudium debet fieri cum

Recta intentione,
Longa duratione,
Magna subiectione.

Primum probat dictio prærogatiua, quia scil. in Domino semper debet fieri. Sed secundum dictio frequentatiua. (Iterum inquit) Sed tertium probat dictio imperatiua, (dico gaudete inquit) Illud autem gaudium potissime iterabitur in patria, vbi Christus, qui nos nunc videt, & visitat per gratiam, nos visitabit iterum per gloriam. Tunc enim implebitur illud Ioan. 14. *Iterum autem veniam, & accipiam vos ad meipsum.* Et Phil. 2. *Viso eo iterum gaudeatis.* Et maxime, quia tale gaudium erit durabile. Iuxta illud Ioan. 16. *Iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum, &*
F *gaudium vestrum nemo tollet à vobis.* ¶ Quinto dico, quod nos debe-
G mus iterare actum visitationis. Vnde Ioan. 16. *Iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum* ¶ Sexto dico, quod nos debemus iterare actum contemplationis. Exemplo Aquilæ, quæ si descendit ad terram, citius à terra reascendit: dicens cum Apostolo illud Ioan. 16. *Iterum relinquo mundum, & vado ad patrem.* Et illud Apostoli ad Gal. 2. *Iterum ascendi Hierosolymam.* Et illud th. 15. *Iterum possident Hierusalem, vbi sunt sancta sanctorum.*

H ¶ Septimo debemus iterare actum prædicationis, quia sicut in mari est vnum monstrum dictum Orca, quod quandoq; filios parit informes, quod videns solet ipsos in ventrem vt melius formentur iterum reponere, & cum bene formati fuerint, solet eos parturire iuxta illud Ioa. 3. *Numquid potest homo in ventrem matris suæ iterato introire, & renasci?* sic sc. doctores & prædicatores, qui alios fouent, & parturiunt per doctrinam, non solum semel imo pluries debent actum prædicationis, & spiritualis parturitionis iterum, & iterum exercere, donec perfectam formam perfectionis, & virtutum in ipsis potuerint generare. Sic faciebat Apostolus, qui dicebat Gal. 4. *Filioli mei quos iterum parturio, donec formetur in vobis Christus.*

I ¶ Octauo dico, quod nos debemus iterare actum pœnitentiæ, & conuersionis. Similes aquilæ, & serpenti, qui si antiquati fuerint, sciunt veteres pelles, & plumas deponere, & sic ad iuuentutem iterum renouare, quia sc. quando pellem peccati per pœnitentiam exuimus, ad iuuentutem gratiæ iterum reueniemus. *Homo enim potestatem habet ponere animam suam, & iterum sumendi eam,* Ioan. 10. Vt sic cum conuersus fuerit, dicat Domino illud Ps. *De abyssis terræ iterum reduxisti me.* Et sic patet, quod istud
K verbum iterum potest in bono octopliciter esse dictum. ¶ Sed adhuc dico, quod iterum potest significare in malo, & sic designat malam peccati frequentationem, vel malam peccati recidiuationem, & iterationem. Nota ergo, quod est vnum

Iterum {
Cupiditatis,
Carnalitatis,
Instabilitatis,
Infidelitatis.

¶ Est vnum iterum cupiditatis, quia sc. cupiditas semper iteratur & continue frequentatur. Sicut enim ignis quamuis propter aquæ aspersionem aliquantulum suffocetur, exinde tamen statim iterum fortius inflammatur, sic vere ignis cupiditatis quamuis per nouam appositionem diuitiarum aliquandiu temperetur, perinde tamen fortius iterum augumentatur, quia scil. mundi prosperitas est fons Tantali, de quo qui plus bibebat, plus sitiebat, Vnde Ioan. 4. *Omnis, qui biberit ex aqua hac, iterum sitiet.* ¶ Item est vnum carnalitatis. Carnales enim faciliter recidiuant, quos Poetæ in pœna Titij voluerunt intelligere, quem in inferno positum finxerunt iecur suum, i. affectum, & desiderium à vulturibus continue deuorari, semper tamen, & iterum crescere & renasci. Quia sc. luxuriosus, qui recte in inferno esse dicitur, pro eo quod multis pœnis, laboribus, & ardoribus, & fœtoribus subiugatur, iecur suum, i. e. affectum & desiderium, vulturibus, i. immundis luxuriæ actibus continuo tribuit, quod tamen iterum, & iterum renascitur & recrescit. Constat enim quod desiderium luxuriæ cito redit. Vnde Hier. 2. & loquitur de mala muliere: *Quam vilis facta es nimis, iterans vias tuas.*

¶ Item est vnum iterum instabilitatis. Nam sicut canis postquam cibos euomuerit, ipsos iterum reassumere consueuit, sic multi sunt qui postquam peccata sua per confessionem dimiserunt, ipsa recidiuando iterum reassumunt, contra illud Eccl. 19. *Fili peccasti, ne vlterius addas facere*, quia sicut dicitur Eccl. 34. *Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit mortuum quid proficit lauatio illius?* ¶ Item vnum iterum infidelitatis. Infideles enim non sunt contenti vna varietate, imo solent iterum variare, sicut dicitur de Petro Ioan. 13. *Iterum autem negauit Petrus.* Et hoc de iterum sufficit, vide infra, de rursus.

# Inuicem.

¶ Nota, quod inuicem quandoque supponit pro mutuo quandoq; supponit pro simul, pro A
pariter, pro coniunctim. Et potest esse coniunctio copulatiua, vel aduerbium qualitatis & signat societatem, congregationē, & coniunctam, & adunatam pluralitatem. Et ideo potest signare in bono, & in malo, secundum quod coniunctio vel societas potest esse bona vel mala.

¶ Dicamus ergo primo de bono inuicem, quia non debemus esse inuicem, i. simul per omnimodam charitatem, communitatem & vnitatē. Animalia enim mitia, sagacia & vtilia solent inuicem viuere, comedere, laborare, inuicem dormire, sibi inuicem seruire, se inuicem diligere, & sibi inuicem subuenire, sicut ad sensum patet de ceruis, & columbis, quę sunt animalia mitia, de formicis & apib. quæ sunt animalia sagacia, de bobus & ouibus, quæ sunt animalia vtilia. Sic vere charissimi, nos qui debemus esse columbis & ceruis benigniores, apibus, & formicis sagaciores, bobus, & ouibus meliores, & vtiliores, debemus inuicē in simul, & in vnitate & concordia facere facta nostra, Ergo

| | | |
|---|---|---|
| Simus & viuamus<br>Pascamus<br>Laboremus<br>Dormiamus<br>Seruiamus<br>Diligamus nos<br>Iucundemus nos | Inuicē per | communem habitationem,<br>communis studij eruditionem,<br>cōmunis operis occupationē,<br>communem cōtemplationem,<br>cōmunis obsequij exhibitionē,<br>communem subuentionem,<br>communem consolationem. |

Et ad hæc nos monet Apostolus Eph. 4. *Estote inuicem* (inquit) *benigni, misericordes, donantes inuicem.* Quia breuiter non est dare aliquem actum charitatis, quin melius possit fieri quando ibi est inuicem, i. bona bonorum societas quam alias quoquo modo. Apes enim inuicem mella conficiunt, formicæ inuicem cibos recipiunt, castores inuicem domos reficiunt, bellatores inuicem hostes conuertunt, cantores melos inuicem perficiunt. Nō est enim dare actum siue sit fructuosus siue sit gaudiosus, quin melius fiat si inuicem à pluribus frequentetur & alter sub altero adiuuetur, & supportetur Eph. 4. *Supportantes inuicem charitate.* Per mutuam enim supportationem mella deuotionis melius pasamus. Patet in religiosis, qui sicut apes prius isto melle conficiendo in diuersis aluearibus & conuentibus sunt disiuncti. Item cibos doctrinæ melius procuramus, sicut patet de scholaribus, qui sicut formicæ ad recipiendum grana scientiarum sunt inuicem in studijs adunati. Item domos conscientiarum melius ædificamus sicut castores, qui ad ædificandum domos sunt inuicem congregati. Vnde Rom. 14. *Itaque quæ pacis sunt, sectemur, & quæ ædificationis sunt inuicem custodiamus.* Item contra hostes spirituales inuicem in exercitu Ecclesiæ prælicmur, & sicut aues gratulantes in Domino spiritualiter iucundemus, iuxta illud Rom. 12. *Gaudete cum gaudentibus, flete cum flentibus idipsum inuicem sentientes.* ¶ In quibus verbis aduerte, quod triplex actus virtutis est communiter inuicem exercendus, videlicet,

Actus lætitiæ,
Virtus clementiæ,
Sensus prudentiæ.

Primus est actus spei, & consolationis. (Gaudete inquit cū gaudentib.) Secundus est actus charitatis, & cōpassionis. (Flete inquit cū flentib.) Tertius est actus fidei & discretionis. (Idipsum inquit inuicē sentientes.) Igitur charissimi, gaudeamus inuicem sperando, defleamus inuicem amando, sentiamus inuicē credēdo. Debemus dico inuicē gaudere per spem, & consolationē, &

per

[illegible] actionem, quia [illegible] licet auiculæ quando sunt plures inuicem, dulcius cantant. Vna enim solet alteram excitare, [illegible] melodiam inuitare. Gaudete inquit cum gaudentibus.) [illegible] etiam constat, quod per modulationem instrumentorum [illegible] in mari, & lætitiam incitari, & circa nauem vbi [illegible] modulos, multipliciter saltare, & iucundari, sicut dicit Plin. Quia vere charissimi, alter debet alterum ad exultandū in Deo [illegible] spe bonorum æternorum mouere, & admonere. Vnde [illegible] Thess. 4. *Itaq. consolamini inuicem in verbis istis.* ¶ Secundo debemus inuicem dolere per charitatiuam compassionem. (Flete in[illegible] cum flentibus) Fletus enim & compassio solent ex charita[illegible]ere, sicut pluuiarum resolutio solet ex calore nubis [illegible] procedere. Ignis enim in nubem cōtentus facit eam [illegible] re[illegible] lui, quia sc. ignis charitatis quando in corde ho[illegible]netur, facit ibi lacrymarum pluuiam generari. (Fle[illegible] flentibus Sicut in Elephantibus dicitur, quod in [illegible] barritu ipsius, ipsum releuant si possunt, si ve[illegible] plorant, & barriunt cum eodem. De equis etiam [illegible]tur quod affectū compassionis habent, & in morte [illegible] suorum lacrymantur, & dolent, quia scil. quoties [illegible] dolentes, nos pro certo debemus esse flentes, [illegible] condolentes. Nam si amicis nostris in suo infortu[illegible] exhibere piæ compassionis effectum nos ta[illegible] debemus compassionis affectum, iuxta illud [illegible] 4. *Estote inuicem misericordes.* (Flete inquit cum [illegible] ud quod in morte Ionathæ dictum est. *Percu[illegible] [illegible] cœpit israel flere* 2. Reg. 1. Exemplo amicorum Iob, qui [illegible] mi etiam eius, venerunt cōsolari eum, & plorauerunt. Iuxta etiam faciebat ipse Iob, sicut dicitur Iob 30. *Flebam quondam super eo, qui afflictus erat.* Vnde de isto mutuo amore dicitur 1. Reg. [illegible] de Dauid, & Ionatha, quod *fleuerunt pariter, Dauid aut[illegible] amplius.* Debemus ergo inuicem dolere per charita[illegible] [illegible]passi[illegible] nem 1. Pet. 1. *In fraternitatis amore simplici corde diligite inuicem.* ¶ Terti[illegible] dico, quod nos debemus inuicem crede[illegible] per fidei communionem. Id ipsum inuicem sentientes, quia [illegible] *vna est fides, vnus Deus, vnum baptisma* Eph. 4. Hinc est, quod [illegible] fidem vnicam debemus vnanimiter, & singulariter sape[illegible], & idipsum in fide loqui & sentire. Quamuis enim lux sit simplex & vnica, à multis tamen luminaribus vna, & eadem recipi[illegible], ita quod omnis specula ipsam eandem lucem participare [illegible]. Sic vere cum vna & eadem sit lux, ipsam eandem de[illegible] inuicē, & communiter suscipere, & idipsum de fide cre[illegible] & tenere. Idipsum inquit sapientes, vt sic dicat quilibet [illegible] *In pace in idipsum dormiam, & requiescam.* Istud tamen est [illegible] schismaticos, & hæreticos, qui non inuicem sed diuisi, & [illegible] de fide non sentiunt sed diuerse. Quia scilicet quæli[illegible] hæreticorum solet à catholicis, & ab alijs hæreticis in [illegible] discrepare, sicut patet de Ragaris, Græcis, Georgianis, Nestorianis, Scopianis, Iacobinis, qui omnes in sectis suis diuer[illegible], sicut ponitur in lib. de captione terræ sanctæ tempo[illegible] [illegible] Isti enim non sunt inuicem, imo segregati & diui[illegible] de talibus dicitur Ose. 10. *Diuisum est cor eorum, nunc* [illegible]. Non sic ergo, sed debemus sicut dictum est, esse inui[illegible] gaudentes, dolentes, lætantes. Et si vis potes inuehere con[illegible], qui nolunt esse inuicem per concordiam, & amorem, [illegible] discordes, litigiosi, inuidi & malitiosi, auari & ambi[illegible], sc. tales nolunt esse inuicem, quia scil. nullus talium [illegible] habere socium seu parem. Sed de hoc vide supra de vide[illegible], de discordia, de coniunctione, & congregatione, & infra de [illegible], de pace, & cæteris similibus. Sic ergo patet, quomodo inuicem accipitur in bono.

D ¶ In malo vero potest inuicem significare malam communi[illegible], malam societatem, malam congregationem, & confœderationem, & [illegible]. Et ideo vide in istis titulis, & similibus.

A **Iubere.** Cum iubere de sui natura signet imperium, & dominationem, seu dominium, & prælationem, iussum vero reciproce significet seruitutem, & subiectionem, possumus notare, quod in scriptura inuenitur

Iussio { Cœlestis, & catholica, / Terrestris & canonica, / Funestis & tyrannica.

Primam, / Secundam, / Tertiam. } iussionem facit { diuina potestas, / superna maiestas, / tyrannica tempestas.

¶ Primo ergo dico, quod inuenitur quædam iussio summæ potestatis, & ista est illa quam facit Christus Rex, sacra scribit lex, cui obedit grex. Deus enim & lux & scriptura diuina sunt illa à quibus bona, & sancta iussa procedunt, quibus scilicet à fidelibus est obediendum, & totis affectibus insistendum. Et sic notabis, quod iussio diuina semper est iusta, & ideo facienda, metuenda, & reuerenda. Homo enim qui vult operari secundum regulam, libenter sequitur regulam quando scit eam esse rectam. Sic quia iste iussor Deus est rectissimus, & æquissimus, ideo dico, quod iussio ipsius est sequenda, & totis viribus facienda. Exemplo Abrahæ qui quamuis grauissimum quid iuberetur sc. occisio, & immolatio proprij filij, illud tamen implere voluit incunctanter, sicut dicitur Gen. 22. *Sciebat enim quod Deus iubere non poterat nisi bonum.* Etiam de Petro dicente Matt. 14. *Domine iube me venire ad te super aquas.* Et ibid dicitur, quod *ad iussum ipsius se posuit supra mare*, quod satis periculosum, & impossibile videbatur. Magis enim credidit Deo quam sibi, magis gratiæ quam naturæ, magis diuinæ voluntati, quam propriæ potestati, quia scil. omnia, quæ in mundo fiunt, solent à Dei iussu, ordinatione, & prouidentia prouenire. Vnde Seneca in tragœdia dicit. Quicquid facimus mortale genus, quicquid agimus, venit ex alto. Iussus enim diuinæ ordinationis scit causarum seriem nectere, & sic factum instituere, & componere, & applicando actiua passiuis, & ordinatione sua libero arbitrio hominis solet quandam occultam immutabilitatem (seruato tamen arbitrio diuino) in mundi causis & negotijs destinare. Vnde Hieremias Thr. 3. loquens quomodo captiuitas Hierusalem à Dei ordinatione proueniebat, quamuis ille captiuans Nabuchodonosor soli arbitrio suo inniteretur nec se esse crederet baculum Dei viui, dicit sic: *Quis est hic, qui dixit: fit Domino non iubente?* quasi diceret. Sine iussu suo fit, scil. iussu diuino vel actiuo vel permissiuo.

¶ Et sic dicam, quod à Dei iussu, & ordinatione prouenit B

Quod { Iustus patiatur, / Malus puniatur, / Pauper nutriatur, / Festum excolatur, / Mundus odiatur.

¶ Dico ergo, quod iubente Domino iustus affligitur Deu. 34. *Mortuus est Moyses iubente Domino.* Item iubente & ordinante Deo malus atteritur. Vnde de impio seruo, quod conseruum suum non misericorditer affligebat, dicitur Matth. 18 quod *Dominus eius iussit illum venundari.* Sequitur. *Et iratus tradidit eum tortoribus.* Item iubente Domino egenus pascitur. Vnde de turba famelica dicitur, Matt. 14. quod *cum iussisset Iesus turbam discumbere super fœnum, acceptis quinque panibus & duobus piscibus dedit discipulis suis, qui etiam dederunt turbis.* De dæmoniaco etiam curato dicitur Luc. 8. quod *Dominus iussit sibi dari manducare.* Curam enim gerit Christus qualiter pauperes nutriantur. Et merito, quia paucos inueniunt alios, qui curam habeant de eisdem Psal. *Tibi derelictus est pauper.* Item iubente Domino festum excolitur. Cultus enim festorum, & potissime diei dominicæ, inter præcipua iussa Dei repetitur. Vnde 2. Mach. 15. *Est potens in cælo qui iussit agi diem Sabbathorum.* Item iussu Dei mundus contemnitur, & hoc figuratiue, iubetur Matt. 8. vbi dicitur, quod *Iesus discipulos suos iussit ascendere in nauiculam, & præcedere transfretatum.* Nauicula enim est religio, vbi Dei iussu perfecti ascendunt, & fretum, i. e. mundum contemnendo transeunt, & dimittunt. Ista est ergo quædam iussio cœlestis & dominica.

¶ Secundo dico, quod inuenitur quædā iussio terrestris & canonica, & ista est iussio bonorum principum & prælatorū, quibus sc. datum est à Deo quod alijs possint præcipere, & iubere, & quod alij teneantur eis obedire, obsequi & parere. Isti enim sc. prælati primo recipiunt à Deo iussum commissionis (iuxta illud quod de Moyse legitur Eccl. 45. *Glorificauit illum in conspectu regum, & iussit illi coram populo suo*, vt postea illi exerceant iussum debitæ prælationis, & vt ipsis fiat obedientia reuerentiæ, & subiectionis, dicendo sc. illud Ruth 2. *Si iubes, vadam in agrum.* Et sicut de Esao dicitur Gen. 27. quod *ipse abierat in agrum, vt voluntatem patris adimpleret.* ¶ Et nota, quod ad istos spectat C

Iubere { Dignos promoueri, / Malos submoueri, / Læsis misereri, / Deum reuereri.

Iubeānt igitur, q. digni promoueantur, sicut dicitur de Ioseph Genes. 45. quod *ipse iussit binas stolas singulis fratribus suis dari.* Vnde isti sunt qui petierunt dicentes Pharaoni Genes. 47. *Petimus, vt*

*nos*

*non esse iubeas seruos tuos in terra lessen.* Quia reuera quilibet Rex, & princeps debet filios Israel & fratres Ioseph, id est, bonos homines Christi, qui sc. est *primogenitus in multis fratribus.* (Rom. 8) promouere & exaltare, & iubere, quod præ alijs prosperari debeant & valere. Exemplo Assueri, de quo dicitur Hester 1. quod *septem diebus iussit conuiuium præparari*, videlicet *cunctis principibus, & pueris suis fortissimis* 1. Mach. 10. etiam dicitur, quod *Rex Alexander iussit spoliari Ionathan vestibus suis, & indui eum purpura.*

¶ Item iubeant, quod mali submoueantur. Iussum enim & cura principis, & prælati non debet solum esse circa curam promotionis bonorum, imo etiam circa curam deiectionis malorum. Figura Leuit. 14. vbi dicitur de sacerdote sic. *Iubebit eruí lapides, in quibus lepra est, & proijciet eos extra ciuitatem in locum immundum.* Lapides enim, id est, personæ in quibus est lepra, id est, scelus vel culpa contagiosa, & infectiua, extra ciuitatem, & extra bonorum societatem debent proijci, & in loco immundo, scil. in furca vel panbulo seu carceris ergastulo si casus requisierit relegari, sicut de scelerato Andronico purpurato, qui pro pecunia iustum Oniam occiderat, dicitur 2. Mach. 4. quod *Rex pietate motus, & lachrymans, circumduci iubebat sacrilegum per ciuitatem, & in eodem loco vbi Oniam occiderat, vita priuari.*

¶ Item iubeant, quod causæ pauperum expediantur, seu quod desolatis subueniatur. Sic faciebat Dauid, qui viduæ & pacem, & vitam filio postulanti respondit 2. Reg. 14. *Ego iubebo pro te.* Et de Iudæis etiam eripiendis à morte quos Aman occidi mandauerat, dicitur Hester 6. quod *iussi sunt liberari, & hostes, qui ad occisionem eorum separauerant, iugulari.*

¶ Item iubeant quod Dei cultus exerceatur. De cultu enim Dei, & sanctorum debet esse cura præcipua maioribus, vt sc. omnis cultus erroneus, deleatur, & pius & catholicus inducatur. Vnde de Philistæis dicitur 1. Par. 14. quod *ipsi reliquerunt Deos suos ibi, quos Dauid iussit exuri.* Ista est ergo iussio fidelis, & canonica.

D ¶ Sed tertio dico, quod inuenitur iussio crudelis & tyrannica, & ista est illa, quam faciunt iniqui iudices, & magnates. Vnde nota, quod apud eos inuenitur iussio Sæuitiæ, Stultitiæ, Superbiæ. Sæuitiæ dico, quia scil. pro nihilo reputant iubere innocentes occidi, pauperes spoliari & excoriari, sicut de Aman legitur. Hester 5. quod *sibi consuluit vxor sua, quod deberet parari trabem excelsam, vt ibi suspenderet Mardochæum, in qua tamen trabe idem Aman fuit suspensus, Mardochæo liberato.* Vnde ibi dicitur. *Placuit ei & iussit excelsam parari crucem.* Stultitiæ etiam, sicut de Nabuchodonosor legitur Dan. 3. quod innocentes statuam adorare, & idololatrare nolentes, iussit in fornacem ardentem mitti. *Iam inquit iussio regis vrgebat.* Superbiæ etiam, sicut fuit in Dauid populum suum præ superbia & pompa numerari iubente, de quo dicitur 1. Paral. 21. *Displicuit autem Deo quod iusserat Dauid, & percussit Israel.* Et sic patet, quod inuenitur iussio Tyrannica, Canonica & Dominica. Vide in titulis Præcipere, & Mandare.

## A Iubilus. Iubilare. Iubilatio.

Nota, quod iubilatio est gaudium mentis, quod tantum est, quod aliquo signo exteriori declarari non potest. Et iubileus idem est, quod gaudium, iucunditas, lætitia, exultatio. Differunt tamen, quia iubilus semper accipitur in bono, quia proprie iubilatio est exultatio pro bono incommutabili & æterno. Aliæ vero species significant indifferenter lætitiam, siue bonam siue malam. Et ideo breuiter nota, quod est quidam

Iubilus { Virtualis,
Spiritualis,
Æternalis.

Primus, Secundus, Tertius. } est iubilus { incipientium,
proficientium,
comprehendentium.

Primi iubilant de peccati euasione, & sic iubilabant filij Israel in exitu de Ægypto. Vnde Psal. *Iubilate in neomenia tuba, in insigni die solemnitatis vestræ.* Neomenia enim est festum nouæ lunæ, quia vere illi debent facere magnum festum, qui de antiquitate pec-
B cato per gratiam innouantur. ¶ Secundi iubilant de meritorum adeptione. Vnde isti sunt, qui videntes ad Regis amicitiam se esse receptos, & exinde magnum commodum sperantes, solent quam plurimum exultare, & seruitium suum in lætitia perficere, & complere Psal. 65. *Iubilate Deo omnis terra, seruite Domino in lætitia.* De isto iubilo dicitur Iob 38. *Vbi eras cũ me laudarent simul astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei?* ¶ Vbi aduerte, quod qui volunt spiritualiter Domino iubilare, debent habere

Vinculum vnitatis, quia debent esse simul,
Speculum honestatis, quia debent esse astra,
Riuulum puritatis, quia debent esse matutina,
Titulum charitatis, quia debent esse filij.

¶ Tertij iubilant de præmiorum receptione, & isti sunt beati, C
qui nunc sunt in patria, vel qui erunt, qui sunt in magno iubilo, & gaudio, quia venerunt de operibus ad mercedem, de laborib. ad quietem, & de promissionibus ad honorem. Quibus dicitur illud Iob 33. *Videbit faciem eius in iubilo, & reddet homini iustitiam suam.* In tali iubilo dicitur Dominus ascendisse. Omnes enim qui cũ eo erant in sua ascensione, & angeli & captiui redempti erant & beatificati, & per consequens cantus & exultatio eorũ poterat iubilus nuncupari. Vnde in Ps. 46. dicitur: *Ascendit Deus in iubilatione, & Dominus in voce tubæ.* Et ab ista iubilatione dictus fuit annus iubilæus qui erat quinquagesimus, vbi omnes serui liberi efficiebantur. Homicidæ & fugitiui immunes ad ciuitates proprias reuertebantur. Hæreditates etiã venditæ proprijs & primis ipsorum dominis reddebantur, & propter hoc in anno isto populus iubilabat, quiescebat & lætabatur, & septem tubis ibid. à populo clamabatur, sicut habemus Leu. 25. & 27. Iste annus charissimi signat iubilationem gloriæ Paradisi, quia pro certo quando ista aduenerit, de seruitute liberi efficiemur, quia sicut dicitur Rom. 8. *Creatura liberatur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei.* ¶ Item ad hæreditatem per peccatum perditam & amissam restituemur Ps. *Tu es qui restitues hæreditatem meã mihi.* ¶ Itẽ ibi septem tubis scil. septem corporis & animæ dotibus diuinas laudes celebrabimus & exequemur Iosuæ 6. *Sacerdos tollet septem buccinas, quarũ vsus est in iubilo.* In tali ergo iubilo & iubileo ascendit Christus quia sicut dicitur 1. Par. 15. *Arca fœderis Dei deducebatur in iubileo & sonitu buccinarum.* Si vis vide in Mauritio in isto titulo, vbi inuenies magnam practicam de ascensione.

## Iudas. Iuda.

Nota, quod Iuda est nomen regni & nomen populi. Iudas vero est nomen personæ & nomen populi, & interpretatur Iuda vel Iudas confitens vel glorificans. Et potest significare moraliter accipiendo statũ vel populum virtuosum, qui Dominum debent laudare & glorificare, & sua propria crimina confiteri & corrigere. Et potest maxime significare quemlibet ecclesiasticum vel prælatum. Sicut enim tribus Iuda fuit cæteris tribubus nobilior, quia scil. de illa tribu reges linealiter processerunt iuxta illud Psal. 59. *Iuda Rex meus, Moab olla spei meæ.* In cuius signum tribus Iuda ad orientem figebat tentoria, sicut dicitur Num. 2. Sic vere & status & persona cuiuslibet ecclesiastici & prælati cæteris dignior potest dici. Isti enim sunt reges & duces aliorum quia sc. ipsos habent regere & dirigere, corrigere, docere. ¶ Vnde nota, quod trib. Iuda in B
tribus alias præcellebat, sc. in statu, in actu, in situ. Ista enim fuit

Status dignioris & nobilioris,
Actus fortioris & audacioris,
Situs altioris & anterioris.

Ista enim habebat statum nobiliorem, quia ista erat tribus regis, quæ sceptrum regiminis obtinebat. Vnde Gen. 49. *Non auferetur sceptrum de Iuda.*

¶ Item habebat actum audaciorem, quia ista tribus in bellis alios præcedebat Iud. 1. *Iudas ascendet ante vos.* Et Gen. 46. *Misit Iacob ante se Iudam.*

¶ Item habebat situm anteriorem, quia se ista tribus ad orientem sedebat & tentoria figebat Num. 2. *Ad orientem Iudas figebat tentoria.* Et reuera charissimi talia debet esse tribus, & cognatio virorũ ecclesiasticorum, & maxime prælatorũ, quia vere isti debent esse reges, & sui & aliorũ, se & alios regendo & gubernando. Debent alios præcedere, bona exempla dando, & ostendẽdo. Debent etiã ad orientem sedere, vbi est lux, lucem Paradisi videndo, & continuã contemplando. Quod vtiq; benedictione Iudæ Patriarchæ videtur firmatũ fuisse Gen. 49. vbi dicitur: *Iuda, te laudabunt fratres tui, manus tua in ceruicib. inimicorũ tuorum, & adorabunt te filij matris tuæ. Catulus Leonis Iuda, ad prædã ascendisti fili mi, requiescens accubuisti vt Leo, & quasi leæna.* Vbi aduerte, quod qui vult spiritualiter esse Iuda vel Iudas debet habere famosam cõuersationem, quia debet esse Iuda, quem laudare debent fratres sui. Gloriosam triumphationẽ, quia debet habere manus in ceruicibus inimicorum suorũ, iniuriam à se & sibi commissis repellendo. Excelsam iurisdictionẽ, quia debet esse talis, quẽ adorare teneantur filij matris suæ, i. Ecclesiæ. Audacẽ reprehensionem quia debet esse catulus leonis, rebelles mordẽdo, & castigando. Suauem contemplationẽ, quia debet ascendere ad prædam Paradisi,

radiũ, ibi requiescendo & accubando. Voracem prædicationẽ, quia debet esse sicut Leo, & leæna, alios subditos peccatores suscitando, & prædicando. Istam figuram posses per membra prosequi & dilatare, sed nimis esset prolixum. ¶ Illud tamen nota, quod iste Iudas Patriarcha à suo benedictore Iacob comparatus fuit Leoni, multiplici ratione. Leo enim inter bestias est

Liberalior ad diuidendum,
Benignior ad indulgendum,
Audacior ad resistendum.

Liberalior (dico) ad diuidendum, quia, scil. prædam suam non solet Leo solus comedere, sed alijs animalibus ipsam communicare & contribuere. Quia vere prædam bonorum temporalium quã habemus, debemus alijs impartiri, & per clementiam indigentibus elargiri. Vnde de catulo Leonis, quem Samson occidit, dicitur Iud. 14. *De comedente exiuit cibus, & de forti dulcedo.*

¶ Item iste est benignior ad indulgendum, non enim punit iram condignum, imo secundum Plinium, in puniendo illum qui eum percussit seruat mirabile temperamentum. Benignus etiam dicitur esse, quia mulieribus, prostratis, & pueris dicitur parcere, & ipsas non lædere quoquo modo. Quia vere nos alij Ecclesiastici, q de Iuda, i. Ecclesia sumus nati, debemus esse misericordes ad indulgendum, discreti ad corrigendum, & pij ad miserandum, & maxime mulieribus, paruulis, & prostratis, i. personis miserabilibus & egenis; quicquid enim sit de alijs, in istos tamen non debemus aliqualiter ostendere iram nostram. V... Reg. 13. *Non comedit Leo, de cadauere, nec læsit asinum.*

¶ Item iste est audacior ad inuadendum, vel potentior ad resistendum. Quia vere nos debemus pro iure Ecclesiæ neminem formidare, sed mediante iustitia tyrannos, & impios illis obsistendo repellere, vel prædicando redarguere. Vnde Pro. 30. *Leo fortissimus bestiarum ad nullius pauebit occursum.* Vnde de isto Iuda dicitur 1. Mach. 3. *Surrexit Iudas Machabæus, & adiuuabant eum fratres sui, & prœliabatur prœlium Israel, & protegebat gladio suo castra, similis factus est Leoni in operibus suis, & persecutus est iniquos, perscrutantes.* Vnde Esa. 19. *Erat terra Iuda Aegypto in pauorem.* Quia, scilicet, status bonorum, & maxime Prælatorum, est pauor & excidium iniquorum. Bene ergo comparatus est Iudas, id est, vir Ecclesiasticus, vel Prælatus Leoni. Vnde Apocalyp. 5. dicitur: *Vicit Leo de Tribu Iuda, radix Dauid.*

D ¶ In quibus verbis ostenditur, quod quicunq; vult esse Iudas spiritualiter vel de Iuda, debet esse

Longus perseuerator,
Status consideratot,
Pius exuberator.

Ipsius perseueremus per longã perfectionẽ. (Vicit inquit Leo.) Consideremus status perfectionem, quia de tribu Iuda. Exuberemus per piam compassionẽ. (Radix.) Nos enim diu perseuerando peccata vincimus. (Vicit inquit Leo.) Victoria enim perseuerantiam præsupponit. Statum considerando peccata declinamus, quia, scilicet, nos sumus de tribu Iuda, i. de statu Ecclesiæ, pie exuberando pauperes vegetamus. Non debemus esse radix, in qua multũ est de humore. Primo dico, quod nos debemus in bono perseuerare, quod ostenditur cũ dicitur, vicit Leo. Debemus enim hostes spirituales vincere, ad quod sine perseuerantia nõ possumus aduenire. Omnes n. aliæ virtutes pugnãt, sola perseuerantia triumphat, & vincit. Vnde Bern. in quodam sermone dicit sic. Tolle inquit perseuerantiam, & tunc nec fortitudo laudem, nec obsequium mercedem, nec beneficiũ gratiam obtinebit. Per hanc enim solã homo æternitati redditur, & pugnat, vincit, & victor etiam coronatur. Quia *qui perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit.* Et ideo de Iuda sicut de perseuerante dicitur Hier. 23. *In diebus illis saluabitur Iuda, & Israel habitabit confidenter & hoc est nomẽ quod vocabunt eũ, Dominus iustus noster.* Vicit ergo Leo. Vnde Apoc. 3. *Qui vicerit faciam illum columnam.* Columna enim dicitur trabs in domo erecta, quæ immobiliter perseuerat pro suo onere sustinendo. Quia vere si volumus esse victores contra vitia, necesse est, quod simus columnæ sursum n. ereCtæ per contemplationem, onus sustinentes per patientiam, & laborum tolerationem, nunquam vero mobiles per perseuerantiam, & durationem. Perseuerantia ergo vincit. Et hoc bene figuratum est Exo. 17. vbi dicitur, quod *quam diu Mayses per suam elevabat in oratione manus ad Deum extendendo, vincebat Israel, si vero manus deponeret, vincebatur.* Si ergo volumus esse Iudas spiritualiter, nos debemus in bono perseuerare. (Vicit inquit.) ¶ Se-

E cundo dico, quod nos debemus nosipsos considerare. (De tribu Iuda inquit) ac si dicat, nos debemus semper considerare, & inuicem habere professionem, & conditionem status nostri, & quod nos sumus de tribu Iuda, i. de statu ecclesiastico, & perfecto, ex hoc n. inducitur prudẽs homo ad benefaciendũ, quando sc. considerat se esse grauis, & perfecti status & professionis, ad quem sc. pertinet benefacere, & honeste se habere. Sicut enim res vnius speciei non exercent actus alterius speciei, quinimo semper solent proprios actus & opera exercere, sicut patet, quia stellæ solent illuminare, ignis calefacere, aqua humectare, & sic de alijs, sic vere illi, qui sunt alicuius status, gradus & ordinis, religionis, & conditionis, debent facere actus qui ad illum statum pertinere noscuntur, siue sit humectatio pietatis, siue remissio iniquitatis, siue propulsatio iniuriæ & crudelitatis, &c. Simus ergo vel consideremus nos esse de tribu Iuda, & nos prædecessorum nostrorũ vestigijs conformemus, quia sicut dicitur Apo. 7. *Ex tribu Iuda 12. millia signati.* Non sicut *vinea Esaiæ quæ debeat facere vuas, & fecit labruscas.* Es. 5. Quia sicut semper filij debent imitari parentes, sic nos nostros fundatores, & prædecessores. Vnde dicit Cassio. in lib. 13. Epistol. Similitudinem suorum fœlix vena custodit, quia pudet malefacere, cum nequitia nequeat in suo genere inueniri. Melius ergo est eligere nobilem, quam diuitem, quia ille se exemplis priorum custodit, iste autem in suis exemplum non inuenit, cui debeat se conformare. ¶ Nota ergo, quod nos exemplo prædecessorum nostrorum debemus esse

Infirmorum exhortatores,
Miserorum sustentatores,
Supernorum contemplatores,
Iniquorom castigatores.

Simus (dico) exhortatores trepidantiũ Infirmorũ, vnde de Iuda dicitur 1. Mach. 3. *Dixit Iudas: Accingemini, & estote filij potẽtes, & estote parati.* ¶ Item simus sustentatores indigentium miserorũ. Vnde 2. Mach. 13. dicitur, quod illis, qui in quodam præsidio obsessi erant. Iudas necessaria mittebat. ¶ Itẽ simus cõtemplatores eminentium gaudiorum. Vnde de patria Paradisi dicitur Es. 65. *Educam, inquit, in Iacob semen, & de Iuda possidentẽ montes sanctos meos, & hereditabunt eam electi mei, & serui mei habitabunt ibi.* ¶ Item simus castigatores delinquentiũ iniquorum. Vnde de Iuda dicitur 1. Mac. 4. quod *ipse est persecutus inimicos, &c.* Simus ergo charissimi, de tribu Iuda, quia sicut dicitur 2. Par. 12. *In Iuda inuenta sunt bona opera.* Istud est ergo secũdũ, q nos debemus nosipsos cõsiderare.

¶ Tertio dico, quod si volumus esse spirituales Iuda, nos debemus clemẽter exuberare, quia s. nos debemus esse radix Dauid. F
Radix enim plus habet de humore, quã cæteræ partes arboris, & ideo radix dicitur vita arboris seu plantæ, quia, s. ista habet alias partes arboris vegetare, & nutrire, quia, sc. inter alias personas mundi illi qui sunt de Iuda, i. de statu Ecclesiastico, debent esse humidiores, clementiores, & in humore pietatis abundantiores. Radix inquit Dauid, quia sc. Dauid super omnes, ex clementia commendatur 1. Mac. 2. *Dauid in misericordia sua consecutus est regnum.* Vnde de ista radice potest dici illud Ez. 31. *Flumina manebant in circuitu radicum eius, & riuos suos emisit ad omnia ligna regionu.* Et Ioel. 3. dicitur: *Super riuos Iuda ibunt aquæ,* quia s. charissimi, flumina pietatis debẽt circa radices, i. circa curas Ecclesiasticas manare, & fluere, ita quod riuos beneficiorum suorũ debent ad omnes alios deriuare. Et sic igitur patet quomodo nos debemus esse pietate exuberantes, status nostros considerantes, in bono opere perseuerãtes. Sed heu proculdubio multi sunt hodie de tribu Iuda, i. de statu ecclesiastico, qui sunt alterius conditionis, quia s. multi sunt, qui non habent perseuerantiam, sed defluentiam; non stabilitatem, sed labilitatem, non permanentiã, sed desistentiã. Vnde pro certo de multis hodie potest dici illud Esa. 3. *Auferet Dominus à Iuda validum, & fortem,* quia sc. hodie deficit in Ecclesia omnis virtus perseuerantiæ, fortitudinis & laboris. Sicut n. illi de terra Iuda quamuis fuerint Deo principaliter dedicati, propter tamen peccata sua, & ciuitatis suæ Hierusalẽ, à Nabuchodonosor translati, & captiuati fuerunt iuxta illud Hier. 52. *Translatus est Iuda de terra sua,* & sic vere ecclesiastici quãuis à Deo primo fuerint prædilecti, & ad eius seruitium prælecti, quia tamen dediti sunt quandoq; pluribus vitijs & peccatis, ideo modernis temporibus tradidit illos dominus in manu Nabuchodonosor diaboli vel principũ secularium, quibus nõ possunt resistere quoquo modo, à quibus tributis, & seruitutibus subiugantur, & sæpe de locis proprijs captiuãtur Thr. 1. *Migrauit Iuda propter afflictionẽ, & multitudinẽ seruitutis, & habitauit inter gentes nec inuenit requiem.* Et Esa. 3. *Ruit Hierusalem, & Iudas concidit.* Et 1.

Macæ 9. dicitur: *Iudas cecidit, & cæteri fugerunt*. Isti ergo nō habent virtutem perseuerantiæ. ¶ Itē isti non habent præ oculis statum suæ professionis, & eminentiæ. Si n. statum suum considerarēt, nunquam tot mala facerēt vel patrarent. Quia vere charissimi,

Hodie in Iuda inueniuntur { Proditores & malitiosi, / Turbatores & litigiosi, / Fœdatores & luxuriosi.

Dico enim quod ibi sunt malitiosissimi proditores. Vnde Ioan. 18. dicitur, quod *Iudas Iscarioth tradidit Dominum Iesum Christum.* ¶ Item ibi sunt litigiosi turbatores. Vnde 2. Mach. 14. *Quamdiu superest Iudas, impossibile est pacem esse negotijs*, ipsi enim appellationibus & litigijs quandoq; turbant, & destruunt propriam Ecclesiam matrem suam. Vnde 2. Mac. 14. *Iudas pugnabat contra Ierusalem.* ¶ Item ibi sunt luxuriosissimi fœdatores. Vnde 4. Reg. 21. *Peccare fecit Iudam in immunditijs*. Hoc ergo de Iuda sufficit.

A **Iudæa.** Nota, quod Iudæa dicitur regio in qua scil. terra promissionis, tribus Iuda, in tribus Beniamin habitabant, vnde Iudæa & terra Iuda pro eodem supponuntur. Et interpretatur confessio vel glorificatio, & potest significare statū Ecclesiæ militantis, vel etiam statū animæ pœnitentis. In vtraq; enim confitetur & glorificatur Deus, & vbicunq; colitur, & etiā adoratur Deus, ibi est Iudæa vel terra Iuda. In ista n. regione, sc. Iudææ, fuit Christus natus, & mortuus, & etiam passus, resurrexit, & ascendit, quia, sc. & in anima & in Ecclesia articuli de natiuitate passione &c. creduntur, & tenentur. Sicut enim dicitur

B in Psal. 75. *Notus in Iudæa Deus, in Israel magnum nomen eius.* ¶ Nota ergo, quod Iudæa inuenitur quadruplex in scriptura, scilicet,

Iudæa { Exterior, / Interior, / Inferior, / Superior.

Prima est quædam regio corporalis, de qua dicitur Ioan. 7. *Iesus nolebat in Iudæam ambulare, quia quærebant eum Iudæi interficere*. Secūda est habitatio spiritualis scilicet anima de qua in Psal. 113. *Facta est Iudæa sanctificatio eius, Israel potestas eius* ¶ Tertia est Ecclesia viatorum, de qua Act. 1. *Eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudæa & Samaria.* Quarta vero est patria seu gloria beatorum, de qua potest dici Ioelis 3. *Iudæa in æternum habitabitur, & Hierusalem in generatione, & generationem.* In Iudæa Syriæ habitant Christi contēptores. In Iudæa animæ habitant virtutes, & mores. In Iudæa Ecclesiæ habitāt Christi seruitores. In Iudæa vero patriæ Christi speculatores. Aduerte tamen, quod in sola Iudæa solet Balsamus reperiri. Quia vere in Iudæa corporali pretiosus inuentus fuit Balsamus Iesus Christus per carnis assumptionem. In Iudæa vero spirituali sc. in anima inuenitur per gratiam & deuotionem. In Iudæa autem inferiori sc. Ecclesia inuenitur per fidem & cognitionem. In Iudæa insuper superiori, scilicet, in patria inuenitur per beatificam fruitionem. Vnde de Christo potest dici illud Dan. 14 *Erat Abacuc Propheta in Iudæa.* Abacuc enim interpretatur luctator fortis. Sufficit ergo de Iudæa gratia breuitatis.

A **Iudæus.** Nota, quod Iudæus potest accipi in bono, & in malo. In bono enim signat fideles domini confessores, quia sc. Iudæus interpretatur confitens, vel glorificans. In malo vero designat peruersos fidei contemptores sc. sectam nequissimam Iudæorum, primi Iudæi sunt glorificandi. Vnde Apostol. 1. Cor. 9 *Factus sum Iudæis Iudæus vt Iudæos lucrifacerem*. Secundi vero Iudæi sunt vituperandi, de quibus Rom. 2. *Indignatio, tribulatio & angustia in omnem animam hominis operantis malum.* Iudæi primū & Græci. Dicamus ergo primo, quod sunt aliqui Iudæi commendabiles, & isti sunt Iudæi spirituales, i. viri Deum confitentes, credentes & glorificantes. Antiquitus enim nullus erat populus, qui Deum crederet vel laudaret, vel qui legē Dei susciperet vel teneret, præter populum Iudæorum, & ideo iste solus aduentum Christi sperabat, & salutem animæ post mortem corporis expectabat, quia sc. illi qui sunt Iudæi spirituales, i. viri sancti, & perfecti, Deum habent præ cæteris credere, legē eius tenere, & salutem animæ certitudinaliter expectare Rom. 1. *Virtus Dei est in salutem omni credenti, Iudæo primum & Græco.* Et sic de talibus spiritualibus Iudæis potest exponi illud 1. Cor. 1. *Iudæi signa petunt, Græci sapientiam quærunt.* Vbi aduerte, quod illi, qui volunt esse Iudæi, debent habere eminentem perfectionem, quæ notatur per hoc, quod dicit Signa petunt excellentem discretionem, quæ ostenditur in verbo sapientiam, quæ dicitur à sapio, pis. Diligentem discussionem, quæ ostenditur in verbo quærunt. Sit igitur in nobis perfectio moralis, quæ scil. notatur per signa. Sicut enim equi, & canes nobiles aliquibus signis specialibus ab alijs distinguuntur, sic vere boni, nobiles & virtuosi aliquibus signis spiritualibus, i. aliquibus virtutibus & bonitatibus ab alijs sunt distincti. Signa n. Dei, quibus Deus cognoscit suos, sunt gratiæ & virtutes. Et ideo sicut illi, qui portant signa, solent admitti ad comedendum in domibus prælatorū, alij vero qui signis carent, solent exinde repelli, sic vere in die iudicij illi, qui ista signa portabunt, conuiuium Paradisi cū Angelis introibunt. Illi vero, qui signis talibus priuabuntur, ab hoc conuiuio repellentur. Habeamus ergo signa ista, quia Iudæi signa petunt Apo. 7. *Signemus seruos Dei nostri in frontibus*. Et Ezech. 9. *Signa Thau super frontes virorum gementium, & dolentium, &c* ¶ Et aduerte si vis per quæ signa cognoscitur bonus equus, sc. quando habet caput paruum, macrum, erectum, aures acutas, oculos magnos nares patulas, pedes mobiles, comam crispam. Et pro certo talia signa debent in nobis apparere. Sit ergo in nobis caput intentionis paruum per humilitatem, sit erectum per æternorum affectionem, sit etiam macrum per carnis macerationem. Sint aures acutæ & promptæ, ad audiendum diuinum mandatū, & prædicationem. Oculi intellectus sint aperti ad videndum per discretionem. Nares etiam sint patulæ ad adorandum cœlestia per deuotionem. Pedes sint mobiles ad discurrendum per obedientiā, & subiectionem. Coma, i. exterior apparētia sit crispa, i. pilis virtutum munita, per bonam, & honestam conuersationem. Et pro certo si ista habuerimus, equi boni, boni Iudæi, i. perfecti viri erimus, quia sicut dicitur Luc. 21. *Erunt signa in sole & luna & stellis*. Sol n. pater est caloris. Luna mater est humoris. Stellæ filiæ sunt splendoris, quia vere charissimi signa virtutum debent apparere in sole, i. in viris feruentibus charitate. In luna, i. in viris fulgentibus honestate. Iudæi ergo signa petunt. Vnde Apoc. 12. *Signum magnum apparuit in cœlo mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum* 12.

Per { solem / lunam / stellas } intelliguntur { charitas, / pietas / honestas.

Quia sicut dicitur Mar. 16. *Signa autē eos, qui crediderint, hæc sequentur*. Bene ergo dictū est. Iudæi signa petunt. Vnde Io. 2. *Responderunt Iudæi, & dixerunt, quod signum ostendis nobis quod hæc facis?* Patet ergo, quod si volumus esse spirituales Iudæi, in nobis debet esse virtuosa perfectio ¶ Itē sit in nobis discretio luminosa, quæ notatur cū dicitur Sapientia. Sapientia n. dicitur sciētia de æternis, quæ dicitur sapientia, à sapore, quia ista est sapida, & suauis. Vnde Pro. 8. *Sapientia melior est cunctis opibus*. Vnde de talibus Iudæis dicitur Hest 8 *Iudæis noua lux oriri visa est*. Lux n. sapientiam designat, iuxta illud Ec. 2. *Vt transferrem animam meā ad sapientiam*. Sit igitur in nobis discretio luminosa. ¶ Itē sit in nobis scrutatio curiosa, (quærunt inquit) Deum o. debemus quærere, & ipsum tādiu quærere per bona opera, quod ipsum possimus in patria inuenire. Vnde Io. 7 *Iudæi quærebant eum in die festo*. Vide infra de Quærere, & vide supra de Inuenire, vbi est illa auctoritas. *Quærite, & inuenietis*. Patet ergo, quod nos debemus habere virtuosam perfectionem, luminosam discretionem, curiosam scrutationē, Et sic erimus spirituales Iudæi. Et sic dico, quod Iudæus quandoq; accipitur in bono, ita quod de talibus dicimus Io. 19. *Iesus Nazarenus Rex Iudæorum*. Isti sunt ergo Iudæi commendabiles.

¶ Secūdo dico, quod sunt aliqui Iudæi detestabiles, & isti sunt B illi q modo Iudæi nuncupātur, & qui obstinati, & excæcati Deū credere dedignantur. Isti n. sunt illi, de quibus dicitur Apoc. 3. *Blasphemaris ab ijs, qui se dicunt Iudæos esse, & non sunt sed sunt synagoga satanæ*. Et nota, quod Iudæi sunt effrænati per sæuitiā, obstinati p malitiam, aggrauati per miseriam. Fuerunt n. effrænati Christū crucifigendo. Fuerunt obstinati fidē eius negādo. Sunt vero captiuati vel aggrauati misere diuagando. ¶ Dico ergo, quod isti habuerunt sæuitiā effrænatā, quod bene apparuit, quia suū proprium patrē creatorem, & redemptorē occiderunt. Similes quibusdā animalib. seu vermibus, qui inter folia terebinthi nascuntur quæ corticē dictæ arboris vnde nata sunt, solent taliter terebrare, corrodere, perforare, quod quidā pretiosus liquor qui terebinthina dicitur, exinde cōpellitur emanare. Sic vere charissimi, cū ista animalia seu vermes, i. Iudæi ab arbore terebintho, s. à Christo geniti fuerint, & producti, ipsi tamē eius corticē taliter clauis, & lancea perforauerūt, quod pretiosum liquorē sanguinis sui exinde cum violentia extraxerunt. Isti n. sunt, qui dixerunt Ioan. 19. *Crucifige crucifige eum*. Et Ioan. 10. dicitur: *Sustulerunt lapides Iudæi, vt lapidarent Iesum*. Isti sunt sicut canes A ctæonis,

qui

qui sicut narratur in fabulis, propriũ dominum comederũt. Isti ergo habuerunt sæuitiam effrænatam. ¶ Deinde dico, quod isti habent malitiam obstinatam. Christo enim præsenti credere noluerunt, nec fidem eius gentibus credentibus receperunt sed eam adhuc negant, & hactenus negauerunt. Plinius enim dicit, quod hyæna concipit sine mare, sed Aristoteles hoc negat, sicut & iam dicit idem, canis etiam primogenitus solet tardius videre, & in cæcitate diutius permanere. Quia vere charissimi, hyæna, i. beata virgo Christum concepit, & peperit sine mare. Hoc tamen Aristoteles, i. populus Iudæorum denegauit Hier. 5. *Negauerunt Dominum dixerunt, non est ipse.* Nam pro certo charissimi, cum Deus à principio habuerit duo genera filiorum, sc. populũ Iudaicum, & Gentilem, istud tamen ad sensum patet, quod primogenitus, scil. populus Iudaicus diutius manet cæcus, & à lumine fidei alienus. Alio enim populo credente, iste credere noluit, sed in infidelitatis cæcitate permanet & permansit. Sap. 2. *Excæcauit eos malitia eorum.* Quod bene figuratũ fuit Luc. 15. vbi dicitur: *quod filium prodigum fuit a patre in domum cum gaudio receptus,* de quo indignatus primogenitus, qui laborat in agro, domum paternam ingredi non volebat, quousq; in fine à patre extitit introductus. Quia scil. Iudæi, qui sunt primogeniti filij Dei (iuxta illud, *primogenitum meum Israel.* Exod. 4.) prodigis & vagis gentibus in domum Ecclesiæ per fidem reuertentibus, ingredi noluerunt, sed in propria perfidia permanserunt, vsq; ad finem plus, sed *cum intrauerit plenitudo gentium, omnis Israel saluus fiet.* Rom. 11. Tunc etiã Iudæi similes crocodilo, qui primo occidit hominem, postmodum plorat eum, & finaliter deuorat illum, sicut dicit Plinius, quia pro certo Iudæi Christum, quẽ primitus occiderunt, in fine plorabunt, ad ipsum per pœnitentiã reuertendo. Iuxta illud, Plangent eum planctu quasi super vnigenitum. *Et plangẽt terra familiæ, & familiæ seorsum* Zach. 12. Et Apoc. 1. *Tunc plangent se super eum omnes tribus terræ.* Ipsum etiam per fidem deuocabunt, & eum sibi incorporabunt, & manducabunt, iuxta illud Augustini. *Crede & manducasti.* Quod vtiq; figuratur in serpente & Moyse. Virgam enim conuersam in colubrum horruit Moyses accipere, caudam tamẽ eius iubetur à Domino tenere, & tunc in virgam conuenitur sicut ante, sicut habetur Exod. 4. Quia vere quamuis Moyses, i. populus Iudæorum horreat modo accipere, credere & tenere per fidem illam virgam quam emisit dominus ex Sion, scil. Dei filium Christum, pro eo quod in colubrum, i. in carnem audit eum transmutatum, in cauda tamen, id est, in fine per fidem apprehendet, & tunc ipse conuertetur in virgam, quando, scil. quod solum crediderat carnem fuisse, credet simpliciter Deum esse, & Deum in homine latuisse. Patet ergo, quomodo Iudæi modo habent malitiam obstinatam. Vide Actorum 14. *Incredulι fuerunt Iudæi.*

B ¶ Denique dico, quod isti habent miseriam aggrauatam. Nullus enim fuit vnquam populus, qui tot miserias, & captiuitates à principio sustineret. Figurati n. fuerunt in Cain primogenito Adæ, qui quia occiderat Abel fratrẽ suum, *posito signo in facie eius factus est vagus, & profugus super terram.* Quia vere Iudæi in facie cognoscuntur, & quia fratrẽ suum Christum occiderunt, sicut vagi & profugi per mundum sine domicilio proprio diuagantur. Vide Oseæ 9. *Abijciet eos Deus non audierunt eum, & erunt vagi in nationibus.* Vide Act. 18. *Præcepit Claudius discedere omnes Iudæos à Roma.* Sufficiat ergo de Iudæis. Vide supra de Christi passione.

A **Iudicare.** Nota, quod iudicare idem est, quod discernere. Vnde de homine sapiente & discreto in aliqua arte dicitur, quod ipse est homo boni iudicij. Iudicium enim nihil aliud est quam discretio inter qualitates & conditiones rerum Prou. 31. *Discerne quod iustum est, & iudica inopem & pauperem.* Cum igitur scriptura agat de duplici iudicio, diuino pariter & humano, primo de humano iudicio aliquid est dicendum. Et nota, quod iudicium in scriptura significat

Ordinariam iurisdictionem,
Existimatiuam opinationem,
Executiuam condemnationem.

Primo ergo dico, quod per iudicium intelligitur iurisdictio ordinaria, & sic sumitur 10 Psal. 2. *Et nunc Reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terram.* Iudicatis inquit, id est, ordinatis, disponitis, & gubernatis.

¶ Item per iudicium intelligitur æstimatio opinatiua, & sic sumitur Ioan. 7. *Nolite iudicare secundum faciem, sed verum iudicium iudicate.*

¶ Item per iudiciũ intelligitur condemnatio executiua, & sic

Dorm. Berthorij.

sumitur Sap. 6. *Iudicium durissimum fiet his, qui præsunt.* Quia nomen ergo iudicij importat statum iurisdictionem, negotiorum cognationem, & negotiorum definitionem, bene patet, quod officiũ iudicandi debet committi viris authenticis & honestis, viris prudentibus & discretis, viris etiam Deum timentibus & perfectis. Iudex n. in populo est sicut oculus in corpore, & à quo dependet regimen corporis vniuersi. Nam sicut oculus habet de coloribus iudicare, foueas & pericula præcauere & præuidere, & cunctis membris alijs de debito regimine præuidere, sic vere iudex debet de coloribus, i. de personarum conditionibus discernere, reipublicæ pericula cognoscere, & omnia membra corporis, i. omnes personas suæ iurisdictionis debite gubernare. Et ideo de talib. videtur dici illud Ps. *Recte iudicate filij hominum.* In quib. verbis ostenditur, q illi, qui volunt iudicare, debent habere tres spirituales virtutes scil. Veritatem in intentione, q ostenditur in verbo. (Recte,) Charitatem in affectione, quod ostenditur in verbo (Filij,) Claritatem in cognitione, quod ostenditur in verbo, (Hominum.) Debet n. bonus iudex habere intentionis rectitudinẽ. (Recte inquit iudicate.) Dilectionis plenitudinem (Filij inquit) qui, sc. sunt qui habent naturalem dilectionem ad patrem. Discretionis limpitudinẽ (Hominum inquit) qui, sc. sunt animalia rationabilia.

Dico igitur si volumus debite iudicare, nos debemus habere veritatem in intentione Recte inquit iudicare. Istud n. summe pertinet ad bonum iudicem, quod, scilicet, quicquid faciat habeat intentionem rectam, veram, iustam & honestam. Sicut n. scriptor non potest recte lineare nisi regula sua fuerit recta, sic pro certo iudex non potest rectum iudicium facere, nisi intentio sua (quæ, sc. est regula seu forma actuum, & operũ externorum) recta fuit atq; sancta. Recte ergo iudicate, i. recta inter merita personarum, & causarum discernite. Quia sicut dicitur Pro. 20. *Ex studijs suis intelligitur puer, si munda & recta sint opera eius.* Rectum n. dicitur, quod non pendet plus ad vnam partẽ quam aliam, quia vere intentio iudicis debet esse recta & iusta, ita q non debet magis inclinari ad vnam personam, quam ad alterã, non plus ad amicum quam inimicum, non plus ad vicinũ quã ad peregrinũ. Recte ergo iudicate, vt sic cuilibet possit dici illud, quod dictum est Simoni, qui interpretatur obediens Lu. 7. *Recte iudicasti.* Et Nee. 9. *Dedisti eis Domine iudicia recta.* Quod tamen proculdubio hodie est contra multos iudices & prælatos superiores pariter & potentes, qui pro certo non videntur habere intentionem rectã, quia, sc. non intendunt in suis iudicijs nisi propriam vtilitatem, non communem, proprium lucrum, non alienum fauorem specialem, non iustitiam generalẽ. Quia sicut videmus, quod nimia propinquitas alicuius rei, vel nimia distantia vel aliqua alicuius rei interpositio, vel etiã oculi mala dispositio impedit in oculo rectum iudicium, sic vere in oculo, i. in iudice rectum, & verum iudicium impeditur, quando persona nimis ei appropinquat per specialem affectum, vel quando oculus iudicis est corruptus per auaritiæ defectum, vel etiã quando aliquid interponitur, sc. aliquod munus seu pretium. Potissime autem impeditur hodie rectum iudicium propter propinquitatem affectionis, vt quia sibi attinet, vel quia pretio ipsum amat. Res etiam, quæ est immediate super oculum, ab oculo non videtur, neq; sinit alia videri. Quando vero aliquis habet aliquã personam super oculũ cordis per nimiã affectionem, nec ipsius demerita nec aliorum videntur nec de ipsis debite iudicatur, quib. potest dici hodie illud Sap. 6. *Cum essetis, inquit, ministri regni illius non recte iudicastis, neq; custodistis legem iustitiæ.* Non sic charissimi, sed recte iudicate, quia sicut dicit Petrus Rauennensis, teste Cicerone. Personam iudicis exuit quisquis amicũ induit. Æquitas n. cui iudex obsequitur, ignorat odium & amorẽ. Habeamus igitur in intentione veritatem.

¶ Item debet iudex habere charitatẽ in affectione (Filij inquit) Filius n. nomen est amoris, quia, sc. boni iudices quamuis exterius ostendant rigorẽ, intus tamen semper debent habere charitatẽ, compassionem & amorem. Magis n. debet procedere iudex ex amore, q̃ ex rigore, ex charitate quam ex seueritate. Sicut n. lapilli seu calculi videntur exterius duri & frigidi, & tamen interius potentialiter habent ignẽ, qui si collisi fuerint, statim exit, sic vere charissimi, boni iudices sæpe creduntur esse duri & frigidi, i. e. crudeles & indeuoti, propter rigorem iustitiæ, quem exterius prætendũt, qui tamen in rei veritate sunt interius ignei, charitatiui, & benigni. (Filij ergo.) Et sic tales erunt illi filij de quibus dicitur in Psalm. *Filij tui sicut nouellæ oliuarum.* C

Oliua n. signat virtutem pietatis & charitatis, quæ semper debet in visceribus iudicum abundare, vt scil. benigniter & mansuete possint subditos iudicare. Iuxta illud Sap. 12 *Tu autem dominator virtutis cum tranquillitate omnia iudicas, & cum magna reuerentia disponis nos.* Isti sunt ergo filij, i. charitatiui & pij, benigni pariter & modesti, quia sc. bonis debent se ostendere benignos, ipsos debite promouendo, quamuis malis se debeant ostendere valde duros, ipsos acriter puniendo. Exemplo leonis, cuius natura est hominibus valde benigna, erga vero bestias valde dura, sicut potest exemplis varijs declarari, quia, sc. iudex debet hominibus, i. bonis personis esse bonus & pius, bestijs autem, i. malis debet esse rigidus & austerus. (Filij ergo,) vt de iudicibus bonis dicatur illud Zach. 4. *Isti sunt filij olei splendoris.* Cuius tamen contrarium faciunt multi, similes formicis de quibus dicit Pli. quod hominibus nocent, vrsos tamen iuuant, quia sc. mali iudices solent bonis nocere, malos autem in sua malitia sustinere, & maxime si boni sint homines, i. pauperes & nudi. Mali vero vrsi, i. diuites & hirsuti ab illis impune omnia facere permittuntur. Sufficit n. talibus quod in vrsis, i. magnis diuitibus inueniunt magnum vellus diuitiarum & munerum, contra illud: *Væ qui iustificatis impium pro muneribus & iustitiam iusti aufertis ab eo.* De quibus loquitur Isid. 3. de summo bono: (Grauius inquit) lacerantur pauperes à prauis iudicibus, quam à cruentis hostibus. Nullus n. prędo tam crudelis in alienis, quantum malus index in suis. Illi ergo non sunt boni filij, sed mali: similes filijs Samuel, de quib. dicitur 1. Reg. 8. quod *cum senuisset Samuel posuit filios suos iudices Israel, qui declinauerunt post auaritiam, acceperunt munera, & peruerterunt iudicium.* Quia pro certo istud est verum, quod quando ardor auaritiæ in corde iudicis incalescit, statim ab eodem amor & pietas euanescit. Calor n. exterior innaturalis mortificat calorē interiorem, & etiam naturalē humorem solet cōsumere, & penitus desiccat, sicut patet in aceto. Nam vinū calidum propter calorem aeris circumstantis efficitur frigidum & siccum. Sic vere dico spiritualiter quod calor exterior, i. auaritia à bonis exteriorib. introducta, calorem & humorem, i. charitatē & pietatem interioris conscientię habet destruere, & ipsum penitus eneruare. Et ideo præcipitur Exod. 28. *Prouide inquit de omni plebe viros sapientes & timentes Deum in quib. sit veritas. & qui oderint auaritiam qui iudicent populum omni tempore.* Non sic ergo, sed habeat iudex charitatē & affectionem (Filij

D inquit.) ¶ Item iudices debent habere claritatē in cognitione, quia s. debent esse filij hominū, i. imitatores personarum rationabilium. Debēt n. esse sapientes, & prouidi, & discreti, vt cognoscant quid sit agendū, vel etiam quid omittendū. Si n. equus cęcus in quadriga primus iret, totum in præcipitium laberetur. Quia sicut dicitur Mat. 15. *Si cæcus cæco ducatū præstet, ambo in foueam cadunt.* Sicut bene patuit in Lamech, quia cęcus existens loco bestię hominē interfecit, sicut dicitur in hist. scholastica, Sicut etiam patuit in Samsone, qui *cæcus factus, cum columnas domus teneret, se & alios interfecit.* Sicut dicitur Iud. 16. Quia vere iudex qui est cæcus per ignorantiam, nescit bene iudicare de meritis personarum. Sępe n. fit quod credit esse bestiam illum qui est homo, i. quod credit esse malum illum, qui est bonus, & sic vnū loco alterius sæpe punit. Et ideo necesse est, q sit homo, i. persona rationabilis & discreta. sicut de Salomone dicitur 3 Re. 3. *Cognouerunt sapientiam Dei esse in eo ad faciendum iudicium.* Et in Ps. 2. dicitur. *Et nunc Reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terram.* Vnde de quolibet discreto iudice potest dici illud 1. Corinth. 2. *Animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei, spiritualis autem iudicat omnia.* Patet ergo, quomodo.

Iudex debet habere { Puram intentionem, / Veram dilectionem, / Claram discretionem.

E Recte (inquit) iudicate filij hominū. Iudicium ergo signat iurisdictionem ordinariā. ¶ Secundo principaliter dico, q iudicium signat æstimationem opinatiuam, & sic iudiciū in malo signat vitium detractionis, explorationis, opinionis. Sunt enim multi qui de factis & dictis omnium volūt opinari, iudicare & determinare, & hoc cōmuniter non in bono, sed in malo, quia sæpissime accidit, quod illud, quod factum est ab aliquo bona intentione, mali iudicant illud esse factū mala intentione. Vitiū n. oculi facit ipsū male de reb. iudicare, sicut patet de phrenetico qui iudicat in parietib. esse imagines, quæ tamē sunt interius in sua phantasia in cerebri cōcauitate. Turbidus etiā oculus in candela videt circulū, qui tamē circulus nō est in candela, sed est defectus in oculo, qui nō sinit eū bene iudicare. Sic vere charissimi, mali & defectuosi non iudicant hodie de negotijs secundū ipsorum conditionē & valorem, sed secundum suam propriam malam opinionem & errorem. Vitium enim illud, quod in se sentiunt, in alijs credunt esse, & ideo de alijs & aliorū operibus iudicant semper malum, quod vtiq; non prouenit, ex aliorum prauitate, sed ex sua propria malignitate. Tales reprehendit Apost. Rom. 14. *Tu quis es qui iudicas alienum seruum? domino suo stat aut cadit, in quo enim alium iudicas, teipsum condemnas.* Christus etiam dicit in Euangelio. *Nolite iudicare, & non iudicabimini In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini* Mat. 7. ¶ Vnde nota, quod istud F
iudicium opinatiuum decipitur tribus modis. Nam

Iudicium opinatiuum decipit { Familiaritas, / Amoris quantitas, / Odij prauitas.

Dico familiaritas. Nā sicut dicunt astrologi, stella quando est in puncto meridiei, vbi constat, quod nobis est vicinior, videtur tunc temporis minor, quia vere nescio quomodo fit, quod illi, qui sunt nobis viciniores & familiares, videntur nobis imperfectiores & minores, quamuis in rei veritate sint cæteris maiores. Vnde de quadam domina Franciæ narratur, quod cum militē virum suum sub incognito habitu semel videret in quodam facto armorum strenuissime se habere, ipsum de strenuitate vltra modum cōmendat nesciens quis esset, tandem tamen cōperiens ipsum esse virum suum, strenuitatem suam quam prius commēdabat incepit contemnere, dicens in Gallico Fy au diable, cest le nostre, hoc est dictum, Heu ex parte diaboli, iste est maritus noster. Ecce ergo quomodo iudicium istius mulieris præcedens familiaritas perturbauit. Bene ergo dicit Innocentius libro de cōditione humanæ naturę. Vnde talis potest dicere illud 1. Cor. 10. *Libertas mea iudicatur ab aliena conscientia.* Iudicium ergo impedit familiaritas.

G ¶ Deinde dico, quod ipsum impedit amoris quantitas, teste enim Sen. amor iudicium nescit. Illud enim quod amatur, semper melius, quam sit, esse iudicatur. Sicut enim res propinquior falso iudicatur esse maior, sicut patet in luna, quæ quamuis sit minor omnibus stellis, qui tamen est nobis proximior, videtur & creditur esse maior, sicut insuper vna stella videtur esse duæ, si visus attentissi ne feratur in ipsam: vnū etiam granū rotundum videtur esse duo, si cum duobus digitis primis simul immediate tangatur vere sit quod ille, qui nobis per cognitionem & amorem amplius proximatur, à nobis maior & melior iudicatur. Nā si oculus cordis ad cōsiderationem bonorum alicuius personę per affectionem, excessiue se dirigat, illud pro certo, quod non est nisi vnum, credit esse duo, quia sc. ipsum iudicabit duplo meliorem q̄ veritas requirit. Quod vtiq; videtur in multis prælatis qui cognatos & nepotes suos iudicant meliores, & ideo ipsos faciunt in dignitatibus potiores, quando enim parua & minuta litera videtur mediante aliquo grosso medio scilic. crystallo seu vitro grossior & apparentior ab illis, qui habent visum debilem iudicatur, quamuis in veritate litera semper eadē perseueret & permaneat. Sic vere quando prælatus vel iudex habet visum discretionis debilē & ineptū, tunc ille quem videt mediante grosso medio, i. mediante carnali affectione, ab ipso grossior, melior & perfectior iudicatur, quāuis in se paruus, imperfectus & modicus dignoscatur. Ideo talib. ita carnaliter iudicātib. dicitur Io. 8. *Vos secund. carnē iudicatis.* Impedit ergo iudiciū amoris quantitas.

¶ Dico denique, quod verum iudicium impedit odij grauitas. H
Sicut enim res tanquam sit veritate magna, ratione remotionis iudicatur multoties esse parua, ille etiā, qui est in mari in aliqua naui iudicat quod circumstantia littora moueantur quę in veritate non mouentur, ipse vero existens in naui, mouetur & agitatur, sic proculdubio charissimi, illi, qui ab aliquo sunt remoti per odium & rancorem, & qui in mari, i. in amaritudine inuidiæ & tristitiæ, iracundiæ motib. contra aliquem agitantur, illos qui in veritate sunt stabiles atq; magni, i. viri notabiles, & perfecti & in motibus bonis virtuosi, iudicant esse mobiles atq; prauos, imperfectos, inconstantes & à quantitate virtutum omnino destitutos. Quia breuiter istud est verum, quod motus odij & rancoris facit de alijs indebite iudicare. Quod patet in detractoribus & hypocritis, qui de factis aliorū solent iudicare & male de omnib. opinari. Non n. possunt iudicare de aliquo quod sit bonus. Sicut n. teste Isido. lapis, qui dicitur Elitropia, ita illudit oculos circūstantium, quod solem facit videri rubeū & sanguinē quamuis sol in veritate semper sit lucidus & clarus, sic pro certo odiū & inuidia taliter peruertit oculos, i. iudicia detractorū q

illos

illos qui sunt lucidi atq; clari, i. boni, discreti & perfecti, iudicant esse sanguineos & carnales. Vnde de istis potest dici illud Eccl. 10. *In via stultus ambulans, cum & ipse insipiens sit omnes stultos æstimat.* Talibus potest dicere diabolus de quolibet viro bono illud, quod dicit de Christo Pilatus: *Accipite eum vos, & secundum legem vestram iudicate* Ioan. 18. Illi debent audire verbū Hier. in Homil. Melius est inquit tacere, quam aliquid temere iudicare. Tales n. reprehenduntur in Ps. 18. *Vsquequo iudicatis iniquitatem:* &c. Malus n. est secundum apparentiam iudicare, quia sæpe fit, quod ille qui exterius apparet ex aliquibus accidentib. esse malus, est intus in conscientia valde bonus. Si n. ossa in apparentia iudicarentur, intus sicut extra durissima crederentur, quę tamen sunt interius medullosa. Quia vere sępe fit, quod aliquis exterius videtur esse durus & indeuotus, qui tamen intus in corde, in conscientia valde bonus, & medulla charitatis & gratiæ totus plenus. Bene ergo consulit saluator Io. 7. *Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate.* Impedit ergo verum iudicium, i. veram opinionem & æstimationem odij prauitas, amoris quantitas. Et sic patet secundum principale, sc. quod iudicium signat opinatiuam æstimationem.

1 ¶ Tertio principaliter dico, quod iudicium signat executiuam condemnationem & sic potest accipi pro extremo iudicio. Sed de hoc vide infra in titulo sequenti.

A **Iudicium diuinum.** Nota, quod iudicium diuinum est in duplici differentia. Est n. vnum iudicium particulare, aliud erit vniuersale. Primum est valde nobis occultum: Secundū est omnibus manifestum. Primum quotidie celebratur: secundum in fine temporum expectatur. De occulto ergo primo Dei iudicio potest dici illud Ps. 35. *Iudicia tua abyssus multa.* Nam sicut abyssus est lacus profundissimus cuius profunditas non attingitur nec videtur, quia sc. splendor lucis ætereæ ad tantā profunditatem attingere nunquā potest, sed vere occulta Dei iudicia ita sunt excellentia & profunda, quod lux humanæ & creatæ scientiæ ad eorum cognitionem, seu notitiam nō attingit. Quia quamuis effectus iudiciorum domini quotidie videamus, causas tamen eorū ignoramus, quia sc. effectus sunt visibiles, causę tamen eorū imperscrutabiles. Quod admirans Apostolus Rom. 11. dicebat: *O altitudo sapientiæ & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius & inuestigabiles viæ.* Sicut n. videmus quod in camera Parlamenti eius redduntur secreta iudicia, quæ tandē exterius publicantur, & per manus baiulorū ad executionem debite demandātur, sic vere in camera secreta diuinæ volūtatis ordinātur iudicia summi regis, ibiq; secretissime primitus definitur quicquid in reb. humanis per manus baiulorū, i. Angelorum diuina pro-

B funditas operatur. ¶ Nota ergo, quod ista iudicia sunt

Commendanda,
Formidanda,
Meditanda.

Debent n. ab omnib. commendari, quia sc. constat, quod semper habent iustitiam annexam. Vnde bene laudabat Deum illa Anna Tob. 3. *Iustus es domine, & omnia iudicia tua iusta sunt, & omnes viæ tuæ misericordia & veritas.* ¶ Item debent ab omnib. formidari. Sicut n. homo quando audit tonitrua & coruscationes, solet valde timere, & hoc ne fulgur de nubibus exeat, ipsumq; percutiat & occidat, sic vere quia quotidie audimus tonitrua diuinarum comminationum & videmus coruscationes suarū terribilium ordinationū, merito debemus timere, & ne forte per fulmē sui occulti iudicij feriamur continue formidare. Sic timebat Dauid Ps. 120. cum dicebat: *Confige timore tuo carnes meas à iudicijs n. tuis timui.* ¶ Item debet ab omnib. meditari, iuxta illud Ps. 51 *Memor fui iudiciorum tuorum à sæculo domine, & consolatus sum.* Magna n. est consolatio bono viro quando considerat iudicia Dei, s. qualiter subito & vltra humanā opinionē consueuerūt malos deijcere, bonos defēdere, fortes probare, humiles exaltare, & iniquos in præsenti remunerare. In isto n. Dei administrando iudicio fuit Aman deiectus, fuit Dauid à leonib. protectus, fuit Dauid electus, fuit fortis Iob probatus, fuit humilis Ioseph sublimatus, fuit etiā diues epulo in mundo remuneratus. Fit n. Dei ignoto, & iusto iudicio, vt mali hic rideāt, & in fine lugeant, vt iniqui modo remunerētur, & in fine exterminentur. Ista igitur sunt à bonis cōsideranda, & pro cōsolatione habenda cōtinue & meditāda, sicut faciebat Dauid Ps. 75. *Cognoui Domine, quia æquitas iudicia tua, & in veritate humiliasti me.* Et alibi dicit: *Iudicia eius in conspectu meo semper.* Consideranda sunt ergo. Vnde Gregor. in moralib. dicit: Iudicia Dei dum nesciuntur, non audaci sermone discutienda sunt, sed formidoloso silentio veneranda. De occultis Dei iudicijs omitto, quia infra de prouidētia diuina plurima sunt dicenda, &c. vbi inuenies figuras varias & exempla. Hoc solum ad præsens aduerte, quod Deus similis videtur cuidam lapidi magnetis qui est in Æthiopia. Dicit enim Isid. quod magnes inuenitur in Æthiopia, quia habet plures angulos diuersarum & contrariarum virtutum. Nam in vno angulo ferrum attrahit, in alio vero angulo ferrum à se eijcit & repellit. Sic vere charissimi Deus videtur habere plures angulos. i. plures prouidentiæ suæ differentias & modos. Ille enim vnus & idem existens, aliquando vtitur virtute attractiua ad ferrum, i. ferreos peccatores ad pœnitentiā conuertendo sicut patuit in Paulo & Maria Magdalena. Aliquando vtitur virtute expulsiuā ipsos sua gratia repellendo, i. in peccatis ipsos dimittendo ad mortem æternam finaliter reseruando. Sicut enim dicitur Ro. 9. *Cui vult miseretur Deus, & quem vult indurat,* Malac. 1. *Iacob dilexi, Esau autem odio habui.* Iudicia ergo Dei sunt meditanda, timenda & laudanda. ¶ De extremo autem iudicio quamuis sit materia terribilis & profunda, & nobis inexcogitabilis & ignota, possumus tamen secundum facultatis modulum aliquid balbutire. C

¶ Notemus ergo, quod sicut reges & principes solent assisias suas certis temporibus statuere, vbi solent causas & negotia definire, sic vere rex regum Deus vnam magnam assisiam seu vnū magnum Parlamentum & Consistorium ordinauit, in quo in fine temporum omnes homines iudicabuntur, & in quo salutis vel damnationis negotia norma iustitiæ decidentur. Vnde Apostolus dixit Act. 17. *Statuit Dominus, in quo iudicaturus sit orbem terræ in æquitate.* De isto vero die & de isto Parlamento mirabilia dicit scriptura. Vocat enim ipsum Suph. 1. *diem iræ diem calamitatis & miseriæ, diem tribulationis & angustiæ, diem tenebrarum, & caliginis, diem nubis & turbinis, diem tubæ & clangoris.* Quia pro certo charissimi, dies illa erit amarissima peccatoribus, qui ibidem perpetuo damnabuntur. Sicut enim mustela si ruta munita sit basiliscū inuadit, & superat, sic vere Christus ruta amaræ seueritatis armatus basiliscos, i. diabolū & reprobos tunc temporis superabit, & etiā perpetuo condemnabit. Suph. 1. *Vox diei domini amara, tribulabitur ibi fortis.* Sicut n. aries quandoq; retrocedit, vt tandem reuertens durius percutiat resistentem, sic vere Deus, dum durat vita præsens, videtur retrocedere, pœnam peccatis debitā dissimulando, & peccatores in sæculo nō puniendo. In die vero iudicij contra peccatores, qui modo resistunt ipsius voluntati, veniet obuius & festinus, ipsosq; dure percutiet & damnabit, quia sicut dicitur Pro. 6. *Zelus, & furor viri non parcet in die vindictæ, nec acquiescet cuiusquam precibus, nec recipit pro redemptione dona plurima.* Sicut enim aries dicitur veruex secundum Isidor. eo quod vermem vehat, quia sc. vermem habet in capite, per quem excitatur ad alios feriendum, sic vere Christus qui modo est agnus per benignitatem, tunc vere fiet aries per seueritatem, & vermē seueræ iustitiæ tūc in capite definitionis suæ portabit, qui ipsum ad puniendū, damnandum, & iudicandum reprobos excitabit Psal. *Excitatus est tanquam dormiens dominus, & tanquam, &c.* Sicut ergo video, quod in mundi iudicijs seruatur ordo, quia s. oportet assisia præconizetur, quod locus determinetur, quod res citetur, quod iudex ibi præsentetur, item necesse est, quod ibi sint accusantes, assistentes, testificantes, item necesse est, quod ibi sit testium publicatio, sententiæ definitio, sententiæ executio, sic procul dubio charissimi, dico, quod de futuro iudicio

Dies est præconizatus,
Locus est determinatus,
Mundus est totus citatus,
Iudex est totus paratus,

Item ibi erunt

Accusatores magnæ improbitatis,
Assistentes magnæ auctoritatis,
Testes maximæ veritatis,
Publicatio maximæ claritatis,
Definitio duræ seueritatis,
Executio duræ pœnalitatis.

¶ In his n. decem particulis consistit totā materiā iudicij finalis. Dico ergo primo de iudicio, quod dies ipsius est præconizatus. Sicut n. dicit Plinius, exitus regis apū de alueari suo longe ante solet præsciri, & quibusdam signis & strepitib. ante triduū spatio præcognosci. Sic vere futurus exitus regis de Paradiso ad D

iudicium à magnis temporib. est præconizatus, & Prophetarũ vaticinio proclamatus, & trib. est diebus ante, i. tribus mundi temporib. sc. tempore legis naturæ, legis scriptæ, legis gratiæ, à sanctis patrib. prædicatus. Prima n. die, sc. tempore legis naturæ præconizauit seipsum, Iob. 19. *Fugite inquit à facie gladij, quoniam vltor iniquitatum gladius est, scitote esse iudicium.* Secunda die, s. tempore legis scriptæ, ipsum præconizauerunt multi, & inter cæteros Esaias dicens Esa. 3. *Dominus ad iudicium veniet cum senib. populi sui:* & Ioel. 3. *Veniet dies Domini magnus & horribilis.* Et in infinitis alijs locis. Tertia autem die, sc. tempore legis gratiæ ipsũ præconizauit personaliter ipse iudex Io. 5. *Pater omne iudicium dedit filio.* Apostolus etiam dicit Act. 17. *Statuit dominus diem, in qua iudicaturus est orbem terrarum.* Sed finaliter in ista vltima die, sc. in fine temporis gratiæ, fiet alia magis euidens præconizatio, quę sc. fiet per signa, quia, sicut B. Hieron. inuenit in annalibus Iudæorum, quindecim signa iudicium illud præcedent, quæ sui terribilitate istius diei terrorem & asperitatem & iudicij rigorẽ & seueritatem manifeste significabunt, & ostendent. Ista aũt signa præcedentia, quia satis cõmuniter sunt vulgata, nolui huic operi inserere, & maxime cũ nesciatur si sint vera. Hic est ergo (dico) præconizatus. Potissime autem præconizabitur per tubã Angelicam, & per ignem conflagrationis, quia sicut dicitur 1. Cor. 15. *In momento, in ictu oculi, in nouissima tuba fiet iudicium.* In canonica etiam B. Petri 1. Pet. 3. dicitur, quod *ignis conflagrabit mũdum, & purificabit omnia elementa.* Sicut n. dicitur in Ps. *Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius.* Et forte iste ignis poterit multa facere, quæ in iudicio vel ante iudicium sunt futura, quia scil. per ignem montes & valles ad æqualitatis planitiem deducuntur, & Baruch. 5. *Constituit dominus humiliare omnem montem excelsum, & conualles replere inæqualitate terræ. Tunc erunt praua in directa, & aspera in vias planas* Esa. 40. Per ignem turres & ædificia destruentur. Per ignem elementa purificabũtur, & à sorde, quam à peccatis hominum cõtraxerunt purgabuntur: per ignẽ fluctus fontium & fluminum terminabuntur, per ignem herbę, & arbores bestię & volucres, pisces, serpentes, & cuncta, quæ in mundo sunt sensibilia vel vegetabilia, siccabuntur. Ignis n. secundũ sanctos 40. cubitis ascendet super altiores montes mundi, sicut aqua in tempore diluuij legitur ascẽdisse. Tunc n. quia cessabit motus cœli, necesse erit cuncta generabilia, & corruptibilia cessare. Ignis ergo ille erit vltimus & immediatus nuncius & vltimus pręco istius diei, vnde Esa. vlt. *Ecce dominus in igne veniet, & quasi turbo quadriga eius, reddere in indignatione furorem suũ & increpationem suã in flamma ignis, quia dominus in igne diiudicabit, & in gladio suo ad omnem carnem, & multiplicabuntur interfecti à domino.* Dies ergo iudicij est præconizatus.

E ¶ Secundo dico, quod locus iudicij est determinatus quia, s. in monte Oliueti in valle Iosaphat, qui *est in decliui* dicit *montis* *cruit in iudicium.* sicut dicitur Ioel. 3. Sicut enim iudex habet ponere sedem in loco medio, & communi, vt in vtroque latere possit ad eum haberi accessus, sic vere Christus sedem iudicij sui constituet in loco communi & medio, scilicet, in Hierusalem in dicta valle, vbi dicitur esse medium mundi, vt ab vtraque parte mundi possint mortui æqualiter aduenire. In Psalm. enim dicitur *Hierusalem, quæ ædificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in idipsum, quia illi sederunt sedes in iudicio, sedes super domum David,* & Iohel. 3. dicitur: *Congregabo* inquit *omnes gentes, & deducam eos in vallẽ Iosaphat, & disceptabo cum eis ibi.* Iustum est enim quod in patria, in qua Dominus in forma extitit iudicatus, in eadem forma regis & Domini iudicet vniuersos, Dico ergo, quod locus iudicij est determinatus.

F ¶ Tertio dico, quod ad iudicium mundus est citatus. Ibi n. oportebit personaliter comparere omnes illos, qui sunt, fuerunt & erunt, quia teste Apostolo: *Omnibus nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt vnusquisque recipiat prout in corpore gessit siue bonum siue malum fuerit* 2. Cor. 5. Sicut n. Plinius catuli leonis mortui nascuntur, sed post triduum leo fortissime clamat & rugit, ita quod totum cubile tremefacit, ad cuius clamorem catuli à morte suscitantur, & vitam recipiunt & consequuntur. Sic vere charissimi cum nos omnes nascamur mortui vel mortales, *Leo de Tribu Iuda* pater noster post triduũ, i. postquam tempus naturæ, tempus scriptæ legis, tempus gratiæ completũ fuerit & finitum, fortissime per ministeriũ Angelorũ clamabit, & nos omnes ad iudicium vocabit, & citabit. Totũ etiam cubile huius mundi terrebit & cõturbabit, & nos alios catulos suscitabit & viuificabit Ose. 6. *Viuificabit nos post duos dies, die tertia suscitabit nos.* Et vere charissimi, ista vox erit terribilis & stupida, quia *cum Leo rugiet, quis non timebit?* Amos 3. *ipse enim rugiet, & formidabunt filij maris,* Oseæ 11. Ista vox Dei nihil est quam tuba Angelica, de qua dicitur 1. Cor. 15. *Canet enim tuba & mortui resurgent incorrupti.* De quo Chrys. Vere (inquit) magna vox illa, cui cuncta obediunt elementa, quæ petras scindit, inferos aperit, monumenta frangit, vincula mortis dissoluit, tumulos reserat, mortis mortuos resurgere facit, ad iudicium venire compellit. De ista etiam vocali citatione dicit Hieron. super Matthæ. Quoties (inquit) diem illum considero, toto corde contremisco. Nam siue comedam siue bibam, siue aliquid aliud faciam, semper videtur sonare in auribus meis illa vox: *Surgite mortui, venite ad iudicium.* Dico ergo, quod ad iudicium est mundus citatus. ¶ Quarto dico, quod G
ad iudicium est iudex paratus. Iudicis enim præsentia est vnum de essentialibus iudicij. Et iudex Dei filius ibidem personaliter adueniet, qui singulis singula iuxta merita sua reddet. Et aduerte, quod iste iudex valde est metuendus, quia eius

Præsentia est impræscibilis,
Potentia est insuperabilis,
Scientia est infallibilis,
Iustitia est inflexibilis,
Iracundia est implicabilis.

Dico igitur, quod huius iudicis præsentia non præuidebitur. Vnde dicitur: *Dies domini sicut fur in nocte, ita veniet.* 1. Thes. 5. id est, subito & occulte & ex improuiso, quia dicitur Matt. 24. *Sicut enim fulgur exit ab oriente & apparet vsque ad occidentem, sic erit & aduentus filij hominis.* Fulgur enim subito ab oriente in occidentem se diffundit, & quicquid durum inuenit, inflammat, penetrat atq; scindit. Quia vere subito Christus ad iudicium apparebit, duros impios seueritatis suæ sententia inflammabit. Iuxta illud Matth. 24. *Veniet dominus serui illius hora, quam ignorat, & diuidet eum partemq; eius ponet cum infidelibus.*

¶ Item eius potentia non superabitur, quia sicut dicitur Iob. 9. *Si fortitudo quæritur robustissimus est* ¶ Item eius scientia non falletur quia sicut dicitur Iob. 9. *Sapiens corde est, & fortis robore.*

¶ Item eius iustitia non flectetur, quia sicut dicitur in Psal. 7. *Deus iudex iustus, fortis & patiens.* ¶ Item eius ira nunquam placabitur, quia tunc poterit dici illud Gen. 6. *Tactus dolore cordis intrinsecus delebo* (inquit) *hominem, quem creaui, à facie terræ.* Contra igitur istius potentiam non valebit tyrannus sua crudelitas: Contra istius scientiam non valebit aduocatis sua subtilitas: Contra eius iustitiam non valebit diuitibus suorum munerum liberalitas: Contra eius iracundiam non valebit orantibus suorum verborum simplex benignitas. De isto igitur iudice loquitur August. l. 5. de symbolo, & dicit sic: *Iudex ille nec gratia præuenitur, nec misericordia flectitur, nec pecunia corrumpitur, nec pœnitentia mitigatur.* Hæc ergo agat anima vbi locus est misericordiæ, quia ibi erit locus iustitiæ. Patet ergo, quod ad iudicium locus est paratus, vel quod ibi erit iudex magnæ sublimitatis.

¶ Quinto dico, quod ibi erunt accusatores magnæ improbitatis. Erunt enim ibi plurimi H

Accusatores scilicet:
- Operum prauitas,
- Conscientiæ veritas,
- Elementorum communitas,
- Christi vulnerum pœnalitas,
- Dæmoniorum peruersitas,
- Sequacium & malorum discipulorum iniquitas,
- Christi & sanctorum vniuersitas,
- Angelorum sinceritas,
- Pauperum & miserorum calamitas,
- Christi & argumentorum auctoritas.

Istis enim decem generibus accusatorum accusabuntur in iudicio peccatores. ¶ Item ipsos accusabit operum prauitas. Sicut enim factum, inuentum cum latrone testimoniũ perhibet contra eum, sic quia isti inuenti erunt cum suis malis operibus & peccatis accusationem testimoniũ contra se reportabunt. Vnde Ioan. 5. *Opera, quæ ego facio, testimonium perhibent de me.* Sicut enim ericius onustus pomis capitur non valens fugere sic vere peccator malis operibus aggrauatus, tunc temporis capietur & etiam cognoscitur Matt. 7. *Ex fructibus eorum cognoscetis eos.* ¶ Item ipsos accusabit conscientiæ veritas. Synderesis enim & rectitudo est sicut procurator iustus, qui non cessat contra sceleratos clamare. iste enim est vermis perpetuus, qui per morsum peccatorem accusabit, Dei iustitiam approbabit, & quod plus fiet prodi-

proditor ſocius ſeipſum omnibus reuelabit. Et ſicut dicitur Eccl. 7. *Vindicta carnis impij ignis, & vermis.*

§ Item ipſos accuſabit elementorum & creaturarum communitas, quib. ſc. male vſi ſunt dum viuerent, cum ad bonum ipſorum, non ad malum creauerit illa Deus Sap. 5. *Armabit creaturam ad vltionem inimicorum*, & pugnabit pro eo Christi paſſionis acerbitas, quia tunc videbunt ſigna filij hominis, ſ. clauos & lanceam, & vulnera ad confuſionem & accuſationem illorum, pro quib. Christus paſſus eſt, ipſi vero propter peccata, paſſionis remedia perdiderũt. Vnde de iſtis tribus accuſatorib. dicit Chryſoſt. Quid inquit facies aut dices, cum cõtra te loquetur propria conſcientia, accuſabunt te elementa, armabitur contra te omnis creatura, Christus cõtra te parebit, Christus per ſua vulnera contra te allegabit, claui de te conquerentur, cicatrices cõtra te loquentur. § item ipſos accuſabit dæmonum peruerſitas, quia ſ. dæmones ſicut mali proditores & falſi illud quod ipſemet cõſuluerũt, alijs reuelabunt. De quodam enim dæmone legitur q cum ſemel in forma eremitæ prædicaret, finaliter ſe dixit eſſe dæmoné, aſſerens, quod quia ſciebat eos nil impleturos de bonis multis quæ docuerat ipſos, ideo prædicauerat vt haberet in die iudicij de quo ipſos amplius accuſaret, eo ſ. quod etiã diabolo prædicante conuerti noluerint à peccatis. Vnde de dracone dicitur Apo. 18. quod *proiectus eſt accuſator fratrum noſtrorum qui accuſabat illos ante conſpectum Dei.* § Item ipſos accuſabit illorũ, quos ad peccatũ induxerunt tam verbis, q̃ exemplis. iniquitas Iob 24. *Anima vulneratorum clamauit, & Deus inultum abire non patitur.* § Itẽ ipſos accuſabit ſanctorum vniuerſitas, eo, ſ. quod eos dũ viuerẽt cruciauerunt, vel quod eorum doctrinis credere noluerunt, vel quod feſta eorũ non coluerunt &c. quia ſicut dicitur Sap 5. *Stabunt magna conſtantia aduerſus eos, qui ſe anguſtiauerunt, qui & abſtulerũt labores illorum.* § Item accuſabunt eos Angelorum ſocietas eo, ſ. quod de eorum ordine per peccatum ceciderunt, q eorum bonis inſpirationib. non crediderunt, & quod quantum in ſe erat reparationem ruinæ Angelicæ impediuerunt & differri fecerũt Mar. 15. *Accuſabant eum ſummi ſacerdotes.* § Itẽ accuſabit illos pauperum & miſerorum calamitas, quibus ſc. compati noluerunt ſed duro corde preces eorum contempſerunt, & eis rapinas & violentias intulerunt, vnde Iac. 5. dicitur, quod *clamor operariorũ qui à diuitibus erant mercede fraudati, in aure domini Sabbaoth, introiuit.* § Item accuſabit eos argumentorum Christi auctoritas, eo quod à ſuis præconibus, legatis & vicarijs ſ. prædicatoribus, doctrinis & ſcripturis redarguti, edocti, perſuaſi ad ſanctitatis & iuſtitiæ vitã deduci renuerunt, quin potius pertinaci animo, ore pariter & opere omnem Christi auctoritaté, argumentationẽ & atteſtationẽ pro nihilo habentes, dicebant Christo & vnicuiq; Christi vicem & officium gerenti. *Recede à nobis, ſcientiam viarum tuarum nolumus. Quis omnipotens*, ſ. Christus, *vt ſeruiamus ei? Et quid prodeſt nobis ſi orauerimus illum?* Iob. 21. propter hoc illi tũc audient à Christo, quod ibid ſequitur. *Certe noui cogitationes veſtras, & ſententias cõtra iniquas, ſed diſſimulaui.* Quia in diem perditionis ſeruatur malus & ad diẽ furoris ducetur. Ille vero diẽ furoris iam aduenit, & quia contempſiſti meam & meorum auctoritatem, in æternis ego ſupplicijs veſtram vlciſcar temeritatem & iniquitaté. Patet igitur, quomodo ibi diuerſi erunt accuſatores iniqui diuerſimode accuſantes, vnde Ambr. l. de ſimilib. dicit: A dextris erũt peccata accuſantia, à ſiniſtris infinita dæmonia, ſubtus horrens infernus, ſupra iudex iratus, foris mundus ardens, intus cõſcientia vrẽs, ibi vix iuſtus ſaluabitur, miſer peccator quo ſugiet? latere n. erit impoſſibile, apparere intolerabile. Erunt igitur ibi accuſatores magnæ improbitatis. § Sexto dico, quod ibi erunt aſſiſtentes magnæ auctoritatis, quia ſ. cum Christo Apoſtoli & S. Angeli, quia ſicut dicitur Eſa. 3. *Dominus ad iudicium veniet cum ſenib. populi.* Rex n. apum nunquam exit alueare ſine exercitu ſuo, quia, ſ. quando rex Christus de alueari ſuo Paradiſi ad iudicium exiuerit, totus ſanctorum & Angelorum exercitus ſecum erit, quia ſicut canit Eccleſia. *Ecce dominus veniet, & omnes ſancti eius cum eo. Ecce apparebit dominus ſuper nubem candidam, & cum eo ſanctorum millia.* Et bene millia, quia ſicut dicitur Dan. 7. *Millia millium miniſtrabant ei, & decies millies centena millia aſſiſtebant ei. Thronus eius flamma ignis & rota eius ignis accenſus. & fluuius igneus rapidusq; egrediebatur a facie eius, & in iudicium ſedit, & libri aperti ſunt.* Vbi aduerte quod quicquid erit circa iſtum iudicem, dicitur eſſe igneũ, quia ſ. omnes aſſiſtentes ignem & ardorem ſeueritatis & iuſtitiæ cõtra impios fulminabunt. Apoſtolis vero dicitur Mat. 19. *Cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim iudicantes tribus Iſrael.* Et aduerte, quod in iſto iudicio quidã nõ iudicabuntur nec iudicabunt, ſ. infideles, quia *qui non credit iam iudicatus eſt* Ioan. 3. Quidam iudicabuntur & non iudicabunt, ſicut erunt mali Christiani, quia ſc. fidem ſine operibus habuerunt, quia ſicut dicitur Rom. 2. *Quicunq; ſine lege peccauerunt, ſine lege peribunt, & qui in lege peccauerunt, in lege iudicabuntur.* Quidam nõ iudicabuntur & iudicabunt, ſicut erunt ſancti & Apoſtoli qui erunt iudices aliorum Sap. 3 *Fulgebunt iuſti, & ſicut ſcintillæ in arundineto diſcurrent, iudicabunt nationes, dominabuntur populis, & regnabit dominus illorum in perpetuum.* Erunt igitur ibi aſſiſtentes magnæ auctoritatis.

§ Septimo dico, quod ibi erunt teſtes magnæ probitatis. Teſtes enim erunt cœlum & terra, coram quib. peccauerunt, [illegible] qui prædicauerunt dæmones, qui mala ſuggeſſerunt, & præſentes in malo fuerunt, propria etiam conſcientia, cuius rebellioni credere noluerunt, ipſa etiam mala opera quæ ipſi cõmiſerunt Iob 16. *Rugæ meæ teſtimonium perhibent contra me.* Rugæ inquit meę i. defectus mei. § Octauo dico, quod ibi erit publicatio teſtium magnæ cõfuſibilitatis, & iſta nihil aliud erit, quam reuelatio cõſcientiæ alterius in alterum. Sicut enim teſtimonium in ſecreto ſolet recipi, & tandem publice reuelari, ſic vere quicquid in ſecreto cõſcientiæ recipit, ibi cunctis oſtendetur & manifeſtabitur. Et ibi erunt libri de quib. facit mentionẽ ſcriptura Apo. 49. *Vidi* (inquit) *mortuos puſillos & magnos ſtantes in cõſpectu throni & libri aperti ſunt & alius liber apertus eſt, qui eſt vitæ & iudicati ſunt mortui ex his, quæ ſcripta erant in libris.* Librorum n. apertio nihil aliud eſt quã conſcientiarum reuelatio. Libri n. iſti ad laudem bonorum, & confuſionem malorum omnibus aperientur, ita quod alter leget in conſcientia alterius, quare damnabuntur vel ſaluabuntur. Conſcientiæ n. iudicandorum erunt ſicut ſpecula, quæ talis ſunt naturæ, quod recepta vno ſpeculo ſolent in omnibus alijs ſpeculis circumſtantib. reſultare, & econuerſo, quia ſ. quicquid vna conſcientia in ſcrinio habuerit, totum in aliorum notitia reſultabit: *Nihil n. eſt apertum q non reueletur & nihil eſt occultum, quod non ſciatur.* Mat. 10. Sicut n. ericius ita eſt aliquoties inuolutus, quod nec pedes nec manus ipſius exterius videntur, ſi tamen in aqua calda ponitur, tunc protinus explicabitur, ita quod pedes ipſius quæ prius latuerunt, declarantur, ſic vere chariſſimi, mali ericij, i. peccatores, qui ſpinis peccatorum vndiq; ſunt incluſi, qui modo ita ſunt per falſas excuſationes & palliationes inuoluti & clauſi, quod eorum defectus hominib. non apparent tunc temporis, quando in aqua feruenti caldariæ inferni ponẽtur & quãdo iuxta dictum Amos 4. *leuabuntur in contis, & reliquias eorum in ollis ferventibus.* tunc (dico) eorum iniquitas explicabitur & pedes ſuarum malarum affectionum, manus etiam ſuarum malarum operationum omnibus intuentibus monſtrabuntur. Iſtud enim paueant quatuor genera perſonarum, ſcilicet,

Hypocritæ, & ſimulatores,
Vſurarij & fœneratores,
Malitioſi & defraudatores,
Luxurioſi & inquinatores.

Omnes n. iſti ſolent in abſcondito facta ſua facere, viſũ & preſentiam hominũ fugere, & ſub diuerſarum palliationũ pallio latitare. Sed vere tunc temporis, omnia ſecreta talia diruſpuntur & quicquid in mũdo latuerat, apparebit, & quicquid eos celarũ erat, non latebit. Et ideo dicit Apoſt. 1. Cor. 4 q *tunc veniet dominus, qui illuminabit abſcondita tenebrarũ, & manifeſtabit conſilia cordium.* § Nono dico, q ibi erit definitio maximæ ſeueritatis. M Iſta autem definitio, ſeu ſententiatio fiet in duob. verbis: *Ite, venite maledicti. Venite Benedicti.* Et reuera quantũ ad malos erit ibi maxima ſeueritas, quia. ſ. pro momentaneis & temporalibus criminib. æternum ſupplicium patientur, quod tamen iuſtiſſime fiet, quia ſ. in infinitũ debent luere eo quod illum, qui infinitus eſt offenderũt, nec pęnitere dum poterant, voluerũt & maxime, quia ſecundũ Greg. In æternũ mali vellent vixiſſe, vt in æternũ poſſent peccaſſe. Et ideo quia mens eorũ (quantum in ſe) immortalis fuit in culpa, iuſtum eſt. q immortalis ſit in pęna. Vnde idem Greg. dicit 3. moral. Ad Dei iuſtitiam pertinet q nunquã careant ſupplicio qui nunquam in hac vita carere voluerũt vitio, & nunquã inuenient terminum tormentorum, qui nunquam habuerunt terminum peccatorũ. Seueritas n. ibi erit magna, quia ſicut dicit idem Greg. 3. moral. Quid faciet virga deſerti, vbi cõcutietur Cedrus Libani ſeu Paradiſi? quid faciet agnus vbi aries trepidabit? quia ſ. ſi iuſtus vix ſaluabitur, peccatores ergo vbi parebũt? Erit ergo ibi definitio magnę ſeueritatis.

N ¶ Decimo & vltimo dico, quod in iudicio erit executio magnæ acerbitatis & ista erat executio damnationis æternæ. Nam sicut dicitur Mat. 23. *Exibunt Angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis, ibi erit fletus & stridor dentium.* In quibus verbis ostenditur, quod isti damnati executione istius duræ sententiæ excómunicantur. [Separabunt (inquit) malos de medio iustorum.] Longe relegabuntur] Et mittét eos inquit] Ardore cremabuntur, [In caminum ignis] strictè collocabuntur, quod ostenditur in verbo [Ibi] Dire desolabunt [Fletus inquit.] Simul copulabuntur. [Et inquit] quod est coniunctio copulatiua. Dure contristabuntur. [Stridor dentium inquit] ¶ Et vere charissimi, mali separabuntur de medio iustorum, sicut separantur

Lepra maculati,
Excommunicati,
Hæreditate priuati,
A parte relegati,
Ad carcerem deputati,
Ad patibulum condemnati.

O quam tristis erit illa separatio, vbi filij degeneres à patris gratia secludentur, ab hæreditate propria repellentur. A fratrum suorum consortio bannietur. A Dei visione (quod super omnia erit tristabile, priuabuntur & insuper igni perpetuo deputabútur, & demonú consortio coniungentur. De ista ergo separatione dicere potest Christus illud Mat. 10. *Veni n. separare hominem à patre suo*, i. peccatorem à Deo, ignis enim mirabilis est naturæ. quia coniungit similia, & separat dissimilia, sicut patet in metallis. Sic vere ignis & ardor diuinæ seueritatis & iustitiæ, & rigor suæ igneæ sententiæ, illos, quos inueniet dissimiles, alios bonos, alios malos ab inuicem separabit. Illos vero quos inueniet similes bonos cum bonis in Paradiso, malos vero cum malis in inferno copulabit, vide Greg. in Homil. Anno quintodecimo dicit sic. In extrema die (inquit) apertis cœlis, ministrantibus Angelis, sedentibus Apostolis, cum Christus in maiestate venerit iudicare, tunc à bonis & malis videbitur apparenter, vt illi de præmijs gaudeant, hi autem de supplicijs lugeant in æternum. Igitur charissimi patet, quod in die iudicij erit

Sententiæ executio,
Sententiæ definitio,
Testium publicatio,
Testium examinatio,
Accusatorum allegatio,
Assistentium congregatio,
Iudicis præsentatio,
Reorum conuocatio seu citatio,
Loci determinatio seu assignatio,
Dei proclamatio & præconizatio.

Et sic in istis tribus particulis apparet tota materia iudicij, secúdum quod mea ruditas aliquid de iudicio potuit dilatare. Et hoc de iudicio diuino extremu sufficit. Vide supra de inferno, & vide auctoritatem diuisam. Ecce dominus in igne veniet, & quasi turbo, supra tit. de aduentu.

A **Iugiter.** Nota, quod iugiter idem est, quod continue, semper, sæpe, & permanenter. Significat enim permanentiam, perseuerantiam, stabilitatem, firmitatem & longanimitatem, vnde 1. Reg. 1. dicitur de Samuele: *Ducam*, inquit *eum, vt appareat in conspectu Dei, & maneat ibi iugiter.* ¶ Nota ergo quod ita principaliter sunt à nobis iugiter facienda & sæpe, vel continue frequentanda, videlicet

Actus { Iustitiæ, Clementiæ, Lætitiæ.

¶ Nos enim debemus habere iugiter
Iustitiam & stabilitatem,
Clementiam & benignitatem,
Lætitiam & iucunditatem.

Sit igitur in nobis iugiter iustitia inuariabilis, ad proximú iugiter gubernandum. Cleméntia indefectibilis ad pauperes iugiter adiuuádum. Lætitia imperturbabilis ad dominum iugiter collaudandum. Nos ergo debemus iustitiam exercere, vnde 1. Re. 7. *Thronus tuus erit firmus iugiter*, quia, s. Thronus iusti iudicis semper est firmus nunquam enim solet vacillare, quamuis donis & precibus impellatur. ¶ Item debemus clementiam iugiter adimplere, vnde Leu. 24. dicitur: *Præcipe filijs Israel, vt afferant tibi oleú de oliuis ad continuandas lucernas iugiter.* Oleum enim opera pietatis designat, quia sicut iuge sacrificium dicebatur in lege, quod omni die mane & sero iugiter offerebatur, in quo, sc. erat agnus, farina, oleú & vinú, sic vere nos debemus opera pietatis iugiter Deo offerre, in quibus sit agnus cum lana, pro nudis induendis, & peregrinis hospitandis: farina pro famelicis satiandis: oleum pro infirmis curandis: vinum pro sitientibus potandis atq; refocillandis, & pro in carcere degentibus consolandis, quia vinú lætificat cor hominis. ¶ Item nos debemus lætitiam iugiter continere, quia, sc. *nos debemus gaudere in domino semper* ad Phil. 4. *Gaudete in domino semper, iterum dico gaudete*, vnde Par. 16. *Banaias & Azabel sacerdotes coram arca domini canebát tuba iugiter.* ¶ De beatia veto si vis, nota, quod illi iugiter laudant, iugiter amant, iugiter sacrificant: Laudant (dico) iugiter, figurati cum principibus canticorum morantibus in exedris, qui die ac nocte iugiter in suo ministerio deseruiebant, sicut dicitur 2 Par. 9. Amant etiam iugiter, sc. Deum & proximum Pro. 5. *In amore eius delectare iugiter*, sacrificabant etiá & immolabant iugiter, sc. semetipsos 2. Par. 24. *Offerebant holocausta in domo Domini.* Et sic patet, quod iugiter potest accipi in bono. ¶ Secundo dico, quod potest accipi in malo, & signat perseuerantiam in malo Hie. 32. *Erunt* (inquiunt) *filij Israel & filij Iuda iugiter facientes malum.* Vide infra de semper & alijs titulis denotantibus perseuerantiam vel obstinationem. B C

A **Iugum.** Nota, quod iugum proprie dicitur illud, mediáte quo boues & asini ad attrahendum onus inuicé colligantur, vt ad voluntatem ductoris obedire, trahere compellantur. Et sic moraliter loquendo, per iugum potest intelligi quodcunq; onus spirituale, vel quæcunq; necessitas disciplinæ seu quodcunq; mandatum, seu etiam quæcunq; lex, vel quæcúque obligatio vel inclinatio violenta, vel quæcunq; occupatio, dum tamen sit difficilis atque grauis. Et sic possumus notare quod est multiplex iugum in scriptura, i. multiplex subiugatio, impositio seu onus, scilicet

Iugum { Naturæ, Scripturæ, Amoris, Erroris, Doloris,

Iugum { Naturæ est onerosum, Scripturæ est virtuosum, Amoris est dulcorosum, Erroris est vitiosum, Doloris est tædiosum.

Primum iugum est viatorum, quia sc. iugum naturæ solummodo subiugat illos, qui adhuc sunt in via vitæ huius. Et istud bene dicitur onerosum, quia, sc. multis grauib. oneribus subiugat nos natura, i. fami, siti, labori, infirmitati, tristitiæ, fortunæ, casui, inclinationi ad peccatum & formæ naturali. De quibus naturalib. oneribus dicitur Eccl. 40. *Occupatio magna creata est omnibus hominibus, & iugum graue super filios Adam à die exitus de ventre matris eorú vsq; in diem sepulturæ eorum in matrem omnium.* ¶ Secundum iugum est perfectorum, quia, scilicet viri perfecti portant iugum scripturæ, i. præcepta & mandata, quæ in ea sunt contenta, quibus ligati & astricti, ad voluntatem Dei & prælatorum obediétiam ducuntur & reguntur. Quia sicut dicitur Thre. 3. *Bonum est viro, cum portauerit iugum ab adolescentia sua.* Iugum sc. mandatorú Dei. ¶ Tertium iugum est deuotorum. Isti enim iugo charitatis & amoris subiecti, ab ipso ductore Deo per semitas æquitatis ducuntur. Istud est iugú suaue de quo dicitur Mat. 11. *Iugum enim meum suaue est & onus meum leue* ¶ Quartum est iugum peccatorú. Isti enim iugo amoris peccati malæ consuetudinis operi subijciuntur, quoad volútatem diaboli ductoris sui de malo ad malum quotidie deducuntur, de quo iugo dicitur in Ps. 2. *Dirumpamus vincula eorum, & proijciamus à nobis iugum ipsorum.*

¶ Quinto vero iugum est damnatorum, & istud est illud iugum cui damnati perpetuo subiugabuntur, quod inuiti portare perpetuo compellentur, sc. onus damnationis æternæ, de quo potest dici illud Eccl. 28. *Iugum illius iugum ferreum, & vinculum illius vinculum æreum est.*

¶ Dicamus igitur aliquid de iugo amoris diuini, & de iugo mandatorum, & regularis disciplinæ. Sicut enim taurus est insolens & lasciuus, ad nihil penitus proficiens, atq; valés, quousq; sit domitus, & sub iugo vero positus ibi solet lasciuiá edomare, mature & modeste ambulare, & ad voluntaté ductoris non ad B

suam

suam gressus ordinare & etiam bene & vtiliter laborare, sic vere charissimi homo quamdiu sub iugo obedientiæ & disciplinæ & Dei mandatorum nó premitur, tunc in lasciuiam effrænatur, & sicut pullus onagri se liberum natum putans, ad nullum opus vole ordinatur, imo pro suæ volútatis libito de vitio in vitium euagatur. De quibus potest dici illud Ose. 7. *Reuersi sunt, vt essent absq; iugo.* Sed proculdubio postquam homo iugo diuino perfecte subijcitur, maturus & domitus efficitur, ad voluntatem Dei & prælati laboribus occupatur, voluntatemq; suam non sequitur ad voluntatem bonorum & malorum ducitur, & etiam ordinatur. Et ideo bene dicitur Tbr. 3. quod *bonum est viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua*: Ratio redditur Eccl. 33. quia sicut dicitur ibid. *Iugum & lorum curuant collum durum*, & propter hoc præcipitur Mat. 11. *Tollite iugũ meum super vos.* ¶ Vbi aduerte quod nos in vita ista debemus portare triplex bonum iugum, scil.

Iugum { Timoris,
Amoris,
Laboris.

C Primum probas verbum imperatiuum [Tollite.] Sed secũdum nomen coniugatiuum [Iugum inquit] quia sc. iugum est illud, quo Boues copulantur. Tertiũ vero est onus aggregatiuũ. [Super vos inquit.] Verbum enim imperatiuum incutit timorem, quando s. dicitur [Tollite.] Nomen copulatiuum seu coniugatiuum includit amorem. [Iugum inquit.] Onus aggregatiuum exprimit dolorem quod ostenditur, cum dicitur [Super vos.]

¶ Primo ergo dico, quod nos debemus esse sub iugo timoris quod denotat verbum imperatiuũ, quando sc. Deus dicit. Tollite authentice imperando, & tolerate suauiter operando, & supplicando. Sicut enim vox reboans authentica ipsius Aquilæ dicitur alijs auibus incutere timorem, sic vera vox imperialis ipsius Christi debet cunctis auditorib. incutere timorẽ [Tollite inquit] vnde in persona regis & imperatoris Christi de inferis triumphantis dicitur in Ps. *Tollite portas principes vestras & eleuamini portæ æternales. & introibit rex gloriæ.* Et sic bene dico, quod per imperatiuum designatur iugũ timoris. Et vere charissimi, istud iugum debemus portare, quia sicut iugum debet premere ceruicem, ligare cornua & submittere colla, sic timor mandatorũ Dei ceruicem per humilitatem deprimit, cornua eleuationis ligat, & colla attenuat & deponit. Vnde dicitur Hie. 27. *Quicunq; non curuauerit collum suũ sub iugo regis Babylonis in gladio & fame morietur.* Sed pro certo charissimi, modernis multis potest hodie dici illud Hier. 2. *A sæculo confregisti iugum, dirupisti vincula*, quia vere in sæculo & claustro sunt hodie quam plurimi qui nec Deum nec hominem reuerentur, & qui iugo timoris Dei & vinculis obediẽtiæ prælatorũ aliqualiter nó tenentur, similes rhinocerotí &c. vide supra in tit. de Adolescentia in illa auctoritate. Bonũ est homini cum portauerit iugum, in tertio membro auctoritatis Non sic ergo sed simus sub iugo timoris [Tollite inquit] Mat. 20 *Tolle quod tuum est & vade.*

D ¶ Secundo dico, quod nos debemus esse sub iugo amoris, quod notatur in verbo iugum. Iugum enim dicitur à iugando co[n]iungando scilicet, quod per iugum diuersa animalia inuicem coniugãtur & ad laborandũ pariter colligantur. Sic vere per amoré diuersi homines in vnum ligantur, & per spirituale matrimonium inuicem coniungãtur. Istud est ergo iugum amoris. Et reuera amor proprie dicitur iugum, quia non sinit hominem sui iuris, imo facit eum alterius imperio subiugari, quia sicut elephas proprio ... dicitur subiugari illi, qui ipsum de fouea liberat & iugo amoris ligatus eidem obedit & adhæret, sic vere bonus homo quãdo cõsiderat beneficia sibi à Deo collata & maxime qualiter per ipsum de infernali fouea liberatus est, iugo perfecti amoris se solet subijcere, & ei per obedientiam & amoré perpetuo adhærere. Istud est iugũ Christi, de quo dicit ipse Mat. 11. *Iugum meum suaue est, & onus meũ leue.* De eo etiam dicit Ber. O (inquit) iugum sancti amoris, q̃ dulciter capis, quã gloriose illaqueas, quã suauiter premis, quam delectabiliter oneras, quam feliciter vris, quam fortiter restringis, quã sapienter erudis. Sed proculdubio multi sunt similes onagro, i. asino syluestri, qui ita est pestiferæ & indomitæ naturæ, q̃ nulli iugo vult submittere collũ suum, ita quod cum aliquo alio animali non iugatur, nec ad laborandũ cũ alijs copulatur. Vnde Iob 39. dicitur de onagro: *Quis dimisit onagrum liberum, & vincula colli eius quis soluit? cui dedi in solitudine domũ & tabernaculũ eius in terra salsuginis, contemnit multitudinẽ ciuitatis & clamorẽ exactoris non audit.* Sic pro certo charissimi multi sunt hodie in sæculo & in claustro qui à iugo sancti amoris soluti & liberi volunt esse, quia s. cum nullo volunt charitate cõiungi, nec ad subeundum aliquem bonum laborem cũ alijs copulari, imo proculdubio ipsi volunt esse in solitudine, i. soli per odium & partialitatem volunt habitare in terra salsuginis, i. in amaritudine per tristitiæ malignitatẽ & contẽnunt multitudinẽ, quia, sc. sicut dictum est, isti abhorrent omnem charitatiuam congregationem & societatem. Isti ergo non subijciũtur iugo charitatis, vnde Ose. 7. *Reuersi sunt vt essent absq; iugo.* Non sic ergo, sed debemus esse sub iugo amoris.

¶ Tertio dico, quod nos debemus esse sub iugo doloris [Super vos inquit] quia sc. iugum doloris & pœnitentiæ debemus super nos gerere & portare. Quod est contra illos, qui istud iugum non portant super se, sed super alios, quales sunt illi qui nolunt ieiunare vel pœnitentiam facere, sed per alios hoc faciunt fieri, qui pro certo fatui sunt, quia quod non tangit non angit. In prælio n. fatuus esset miles, qui non super se, sed super armigerũ suum portaret arma sua. Sic fatui sunt illi qui in prælio tentationum huius mundi arma pœnitentiæ & laboris non super se, sed super substitutos faciunt deportari cum tamen Ber. dicat, quod circumuolantia spicula faciunt loricam non esse oneri, & galeã non sentiri. Super vos ergo, vnde Esa. 47. *Super senem aggrauasti iugum.* Et in Ps. dicitur: *Benedictio Dominus super vos, & super filios vestros* Et sic patet, quod nos debemus subijci triplici bono iugo timoris, amoris & doloris. Et hoc de bono iusto sufficit. ¶ Sed adhuc dico, quod est multiplex iugum peccati, & maxime E F

Iugum { Carnalitatis,
Cupiditatis,
Tepiditatis.

Iugo carnalitatis subijciuntur luxuriosi, quia sc. quando homo isto vitio subiugatur, sicut bos est, qui quasi iugo ad voluntatem diaboli gubernatur. Iugum enim dicitur vitium istud, quia pro certo non sinit hominem esse sui iuris Ose. *Imponetur eis iugum, quod non auferetur.*

¶ Iugo cupiditatis subijciuntur auari, quia sicut patet, isti non sunt sui iuris, quia q̃cunq; iugo auaritiæ premitur, seruus auaritiæ efficitur, & ad voluntatẽ diaboli iugo isto pressus & strictus perpetuo detinetur, & ideo *auaritia dicitur idolorum seruitus*: Col. 3. vnde Gal. 5. *Nolite iterum iugo seruitutis contineri.* De isto iugo loquitur Greg. in Moral. vbi exponis illud Mat. 11. *Iugum enim meũ suaue, &c.* Asperum qui per iugum & seruitutis (sicut diximus) pondus est subesse temporalib. abire terrena, retinere labentia, velle stare in non stantib. Appetere quippe transeuntia, & cum transeuntibus nolle transire. Iugo tepiditatis subijciuntur desidiosi, quia, ita sunt per peccatum desidiæ iugo malæ consuetudinis oppressi quod non possunt à vitijs resilire. Isti sunt illi qui se excusantes ab ingressu conuiuij dixerunt illud Luc. 14. *Iuga boum emi quinq; necesse habeo probare ista.* Isti n. habent quinq; iuga in quantum, sc. ita subiugati sunt iugo quinq; sensuum naturaliter sc. Iugo malorum

Aspectuum,
Audituum,
Odoratuum,
Tactuum,
Gustuum.

Quod necesse habent propter malé contractam consuetudinẽ circa ipsa vacare, & de Paradisi conuiuio non curare Hie. 26. *Iugum ferreum posui super collũ cunctarum gentium.* Et sic patet, quod triplex est malum iugum. Sed vide supra de consuetudine, & de alligare, & infra de Vinculo.

# Iumentum.

Nota, quod iumentum dicitur animal ad adiutorium hominum ordinatum. Et dicitur iumentum, à iuuo, iuuas, eo quod per iumenta homines in suis laboribus adiuuantur. Et dicitur iumentum omne animal domesticum laboriosum, sicut sunt oues, asini, cameli, & cætera similia. Et potest accipi iumentum in bono & in malo. In bono n. signãt bonos & perfectos viros & maxime religiosos obediẽtes, qui more iumentorum submittunt alijs colla sua, de quibus in Ps. dicitur: *homines & iumenta saluabis domine.* In malo vero signat homines bestiales, imperfectos, inferos & carnales, qui more iumentorum sensualibus passionibus ducuntur, & ideo ratione & sapientia priuantur de quib. dicitur in Ps. 48 *Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientib. & similis factus est illis.* Dico ergo, q̃ inueniũtur iumenta virtuosa, & inueniuntur iumẽta vitiosa. Iumẽta virtuosa sunt homines simplices ignorãtes subditi & obdiẽtes, & ad labores pœnitẽtiæ sustinẽdos A

ad vo-

ad voluntatem Dei & prælati spirituales honores supponentes & seipsos ad voluntatem maiorũ sine rebellione regentes & gubernantes, vt sic quilibet talium possit dicere Domino illud Ps. 72. *Vt iumentum factus sum apud te.* In quibus verbis aduerte, quod sicut iumentum subiugatur, edomatur, stabulatur, sic vere bonus subditus simplex homo debet per patientiã subiugare quia debet esse vt iumentũ: per pœnitentiam edomari, quia debet esse factus, per permanentiam stabulari, quia debet esse apud te.

B ¶ Bonus religiosus debet seipsum humiliare, quia debet esse vt iumentũ: Seipsum domesticare, quia debet esse factus, i. domitus & perfectus. In claustro perseuerare, quia debet esse apud te sc. perseuerando in Ecclesia vel in claustro, vel saltem in gratia vel in fide. Igitur talis subditus debet humiliari cum patientia, quia debet esse vt iumentum, quod solet ductori suo obedire, onus impositum sustinere, & non ad voluntatẽ propriam, sed ad voluntatem magistri sui vndiq; circuire. Sic vere bonus & patiens subditus debet maiorib. suis obedientiam exhibere, propriã voluntatem relinquere, onus regularis disciplinæ sine rebellione portare & secund. voluntatem magistri sui continue regulari [Vt iumentũ inquit] Nam sicut homo iumentũ cui insidet ducit vbi vult, & maxime si bene fuerit locatũ, sic vere prælatus bonum subditum bene per obedientiam frænatum solet ad voluntatem suam ducere, & ipsum prout voluerit gubernare Nee. 9. *Dominatur iumentis nostris secund. voluntatẽ suã.* Aduerte tamen, quod multa sunt genera iumentorũ, quæ magistris suis nolũt impatiẽtis obedire, sicut patet in multis mulis qui ita sunt indomabiles & proterui, quod vincula dirũpunt, onera sua proijciunt, & a potestate domini fugiunt & recedũt. Tales pro certo sunt multi superbi & obstinati in Eccl. & in claustro, qui ita sunt proteruæ & inobediẽtis naturæ, quod ad voluntatem Dei, vel prælati nolũt dirigere gressus suos. Onus n. mandatorum, quod eis imponitur dedignantur portare, vincula statutorum regularium solent dirumpere & contra voluntatem Dei & prælati per mundũ euagari, sicut de dæmoniaco dicitur Luc. 8. *Quod sæpe ligatus fuerat, sed ruptis vinculis agebatur à dæmonijs in desertu. Nolite ergo fieri sicut equus & mulus* Sicut equus dico per superbiã, & sicut mulus per rebellionem & repugnantiã. Simus igitur vt iumentum, quia s. vnus est interitus hominis & iumentorum & æqua vtriusq; conditio Eccl. 3. *Igitur humiliemur cum patientia* [vt iumentũ inquit.]

C ¶ Secũdo domesticemur cum pœnitentia [Factus sum inquit] Factio n. denotat mihi motum, alterationem, mutationẽ & rei compositionem & dispositionem. Res n. non potest dici facta. quousq; à suis primis cõditionibus sit mutata, & quousq; muris motibus & actionibus sit primitus subiugata. Sic vere charissimi spiritualis factio, i. moralis cõpletio & perfectio semper debet præsupponere alterationem & mutationẽ pœnitentiæ. Per pœnitentiam n. vna res in aliam conuertitur, & homo à suis malis conditionib. alteratur & in virũ alium cõmutatur, quousque factus, i. completus & perfectus efficiatur. Nam sicut iumentũ non est perfectũ nec completum quousq; fuerit edomatum per verbera, & syluestri cõditione mutatum, sic nec homo quousq; fuerit per pœnitentiam edomatus. Et ideo cum dicitur factus sum, bene videtur pœnitentia supponenda Ge. 2. *Factus est homo in animam viuentem.* Et nota, quod per pœnitentiam homo efficitur imitator alienæ perfectionis. Phil. 2. *In similitudinem hominum factus est, & habitu inuentus vt homo.* Tolerator intẽtatæ correctionis Ps. *Factus sum vt homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones.* Executor imperatæ præceptionis Phil. 2. *Factus obediens vsq; ad mortem.*

D Domesticemur ergo per pœnitentiam. ¶ Tertio dico quod nos debemus perseuerare per permanentiam. Apud te inquit, quia sicut iumentum manet apud dominum suum, & ibidem in stabulo perseuerat quousq; per ipsum vel ad labores vel ad pascua emittatur, sic vere bonus subditus debet in stabulo domini sui, s. in claustro manere & perseuerare, nec debet quoquo modo sine causa exterius euagari, nisi prout & in quantum dominus & prælatus suus duxerit ordinare. Apud te inquit. Ps. *Apud te est fons vitæ.* Bonus n. prælatus vel subditus dicitur fons vitæ, quia sicut fons est humidus, limpidus, frigidus, sic iste debet esse humidus per pietatẽ. Limpidus per honestatem. Frigidus etiam per castitatem. Talis ergo debet apud dominum, s. in statu gloriæ vel religionis perseuerare, vita claustrali contentus esse, nec ad exteriora officia & beneficia debet aliqualiter anhelare, quia sicut dicitur in Ps. *Apud dominum gressus hominis dirigetur.* Quod est contra ambitiosus, qui apud dominum dedignantur morari, quinimo vel per peccatũ mortale de statu gratiæ exeũt vel per apostasiam de domo religionis fugiunt, vel per ambitionem exteriora dona capiunt, vel per rebellionem à prælatorum obedientia exterius se transponunt. Isti ergo non manent apud Deum sed extra Deum. Similes igni contento in nube, qui locũ humidum abhorrens, nubem concutit & eam rumpit & exit & in ruptura tonitruum magnum facit. Sic vere tales ignei ardẽtes & ambitiosi, leues & mobiles & seditiosi, mansionem religionis ventremq; claustri, in cuius medio sunt nutriti, abhorrentes sæpe totum corpus nubis, i. statum Ecclesiæ suæ, vel religionis taliter litib. & controuersijs concutiunt, quod per paupertatem ipsam destruunt & dirumpunt, exteriusq; vagantur & exeunt, & tonitruum magnæ infamiæ faciunt & inducunt. Isti ergo non sunt apud Deum, quia sicut dicitur Iac. 1. *Apud ipsum non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.* Non sic charissimi, sed apud te, quia sicut dicitur Io. 1. *In principio erat verbũ & verbũ erat apud Deũ.* De talibus ergo spiritualibus iumentis qui in stabulo claustri sui debent orationibus vacare, dicitur Ion. 3. *Operiantur saccis homines & iumenta & clament ad Deũ in fortitudine, & conuertatur vir à via sua mala.* Et sic patet qualiter nos debemus habere Permanentiam, Pœnitentiã, Patientiam. Et sic de talibus iumentis poterit dominus dicere illud Ps. 49. *Meæ sunt omnes feræ syluarum, iumenta in montibus, & boues.* E ¶ Sed heu quam multi sunt hodie, qui alio modo possunt dici iumenta, quia sci. in malo significato per iumenta possum intelligere tria genera peccatorum, scil.

Mundi laboribus occupatos,
Carnis fœtoribus inquinatos,
Sensus splendoribus excæcatos.

Primum genus iumentorum signat illos qui auaritia inflãmantur. Isti enim sunt iumenta diabolica, qui non cessant pro temporalibus laborare, & pro mundanis acquirendis onera grauia sustinere, de quibus dicitur Es. 30. *Onus iumentorum austri in terra tribulationis & angustiæ.* Leæna n. & Leo, & ex eis vipera & regulus volans, portantes super humeros iumentorum diuitias suas, & super gibbum camelorum thesauros suos. Tales n. auari dicuntur Iumenta, quia sustinent pœnalitatem. Leo & Leæna, quia exercẽt crudelitatem. Regulus & vipera, quia frequentant fallacitatẽ. Cameli gibbosi, quia in corde continent pomposiatem. ¶ Secundum genus iumentorum signat illos, qui per immunditiam inquinantur. qui sc. more iumentorũ sensualitati carnis obediunt, de quib. dicitur Ioel. 1. *Computruerunt iumenta in stercore suo.* Super quo dicit Greg. Iumẽta in stercore suo putrescere, &c. ¶ Tertium genus iumentorũ significat illos qui per ignorantiã hebetantur, qui sc. more iumentorum sensu & ratione carẽtes nihil cogitant de futuris vel de pertinentib. ad salutem, de quib. dicitur Ec. 4. *Nihil habet homo iumento amplius.* & in Ps. 48. dicitur: *Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus iumentis insipientib. & similis factus illis.* Talia ergo iumenta, i. tales homines peccatores hodie in sæculo & in claustro, quod peius est, in Ecclesiasticis dignitatibus constituti: quia sicut dicitur in Psal. 49. *Iumenta in montibus & boues.* Et tamẽ dominus id prohibet Leu. 19. *Iumẽta tua non facies coire cum alterius generis animantibus*, quia sc. talia iumenta non debent viris bonis rationalibus, qui pro certo sunt alterius generis copulati, ergo nec multo fortius dominari, quia, scilic. *qui coierit cum iumento moriatur.* Leu. 20. Igitur qui malorum societatem frequentauerit imitando pœnis perpetuis ferietur. sufficit de iumento.

## Iungere. Iunctura.

Nota, quod iungere cum sit idem quod aliqua simul connectere vel vnire, vel inuicem alterutrum colligare, semper significat societatem siue bona, siue mala. Homo n. homini iungitur, quando sibi in bono & in malo socialiter copulatur. A ¶ Nota ergo, quod inuenitur iunctura

Desiderabilis,
Remunerabilis,
Vituperabilis.

Prima est illa, qua iusti Deo copulantur,
Secunda est illa, qua boni inuicem ligantur,
Tertia est illa, qua impij insimul iunguntur.

¶ Et primo dicamus, quod est vna iunctura, qñ. homo perfectus Deo per charitatem coniũgitur, vel quando sibi in Ecclesia vel in claustro ipsius seruitio deputatur. Ista enim iunctio valde est desideranda, & ab ipso sũmopere promerenda. Ossa n. humani corporis nisi in propria iunctura fuerint, dolorẽ sentiunt & puncturam, si vero ad iuncturam propriam venerint tunc quietem recipe-

recuperant,& vncturam. Sic vere cum iunctura diuinæ gratiæ, qua,s. Deo coniungimur,& vnimur, sit propriæ locus noster cõstat quod si inde per peccatum disiungimur, nunquam aliqualiter quiescamus. Figura Eze.37. vbi dicitur, quod *accesserunt ossa ad ossa, vnumquodq; ad iuncturam suam.* Vide eam alibi: ipse enim se iunxit nobis carnem assumendo. Deu.7. *Vobis iunctus est Deus, & elegit vos.* Et vere nos sibi iunxit, in filios adoptando, & suo seruitio deputando. Ad istã ergo iuncturã nostram accedamus, & nos ei mentaliter coniungamus, & sibi iuncti & vniri continue seruiamus Nu.16 *Separauit vos Deus suus Israel ab omni populo & iunxit sibi vt seruiretis ei in cultu tabernaculi.* Ista enim est iunctura religiosorum & deuotorum, cultui & seruitio diuino spiritualiter vacantium. De ista n. iunctura, quæ fit per gratiam, sequitur finalis, quæ fit per gloriam, seu per finalem beatificam vnionẽ & præsentiam, de qua potest dici illud Tob.8. *His tribus noctibus Deo iungimur.* Tres enim noctes sunt tres animæ dotes, quæ sc. in nocte, i. post diem vitæ Deo nos iungent. Et sic dico, quod est vna iunctura qua perfecti Deo copulantur.

B ¶ Secundo dico, quod est vna iunctura, qua deuoti simul colligantur, & ista est vna bona societas, perfecta charitas, & perfectus amor & concors vnitas. Ista n. sunt quæ homines inuicẽ iungunt, & quæ ipsos per odium & inuidiam separari non permittunt. Figura Exo.26. vbi dicitur, quod *quinque cortinæ sibi iungentur mutuo, & aliæ quinque simili nexu cohærebunt*, quinarius enim numerus teste Aug. in sermone de virginibus signat quoslibet Christianos sanctos & iustos quintuplici sensuum continentia præmunitos, qui quinque & quinq; dicuntur, & pro eo quod ipsorum aliqui Ecclesiastici, & aliqui sæculares esse noscuntur. Dicũtur etiam cortinæ, quæ de quatuor cõponebantur pretiosis coloribus pro eo, quod iusti tam sæculares quam clerici quatuor cardinalib. virtutibus picturantur. Tales ergo cortinæ sibi per charitatem, concordiam & vnitatem taliter debent iungi, quod nunquã debent ab inuicem separari. Vt sic dicat vnus de altero illud, quod scribitur Exo.32. *Si quis est domini iungatur mihi.* Et bene dixit, domini, ad denotandũ, quod cũ illis, qui sunt diaboli & non Christi, s. cum peccatoribus & peruersis, nunquam se debet iungere, nec etiam nos eos sibi adiungere Christianos Exo.34. *Caue ne vnquã cum habitatoribus terræ illius iungas amicitias.* Boni enim debent iungi cum bonis & dimittere malos cũ malis. Iunctura enim & amicitia bonorum firma est, & solida, malorum vero fragilis & vana. Et inde est, quod iunctura bonorum non faciliter delocatur, eo quod cæmento diuinæ gratiæ & charitatis perfectæ inuicẽ colligatur, vt animæ cuiuslibet talis possit dici illud Can.7 *Iunctura femorum tuorũ sicut monilia, quæ fabricata sunt manu artificis.* Iunctura autem, id est, amicitia malorum cito dissoluitur, leui occasione rumpitur, eo sc. quia cæmento & glutino, neruis & ligaturis diuinæ gratiæ & charitatis perfectæ carere noscuntur, vnde Iob 31. in persona malorũ dicit sic: *Humerus meus à iunctura sua cadat, & brachium meum cum suis ossib. cõfringatur.* Diuina n. gratia seu perfecta charitas similis est illi lapidi qui dicitur Catochites secund. Solin. qui in Corsica insula reperitur, qui quodã glutino sicut quodã vellere induitur, quẽ si quis inter duas manus tenuerit, ita iungentur ad inuicem, quod cum magna difficultate poterunt separari. Vnde sicut dicit idẽ Solinus Demetrius contra magos ad probandum occultam naturæ potentiam isto lapide vtebatur. Reuera talis est charitas vel gratia diuina, quia sc. ista corda iustorũ taliter conglutinat, atq; iungit, quod ipsos ab inuicem recedere per odium siue discordiam non permittit 1. Par.12. *Egressus est Dauid obuiam eis & ait: Si pacifice venistis ad me, vt auxiliemini mihi, cor meum iungatur vobis.* Et ideo isto lapide sc. glutino charitatis, contra magos, id est, contra dæmones est vtendum, & eorum malitijs obuiandum Ro.8. *Quis nos separabit à charitate Christi?* Ista est ergo iunctura, qua deuoti simul colligantur.

C ¶ Tertio dico, quod inuenitur iunctura, qua maligni inuicem stringuntur. Mali n. habẽt inter se suas iuncturas, i. suas societates, sua fœdera, suas ligas. Vide infra de societate. Vnde nota, ꝙ mali iunguntur cũ diabolo sibi obediendo, & quandoq; pactũ cũ eo contrahendo 2. Par.19. *Cum his qui oderunt dominũ amicitia iungeris.* Iunguntur & cum mundo, auaritiam sectando, & diuitias appetendo, & potissime mali iudices iustitiã munerib. subuertendo Psa.140. *Absorpti sunt iuncti petræ iudices eorum.* Iũguntur etiam cum carne, luxuriã exercendo, & luxuriosorum cõsortia frequentando, de quo Eccl.19. *Qui se iungit fornicarijs erit nequam.*

¶ Item iunguntur cum peccato, vitia vitijs cumulantem, & per obstinationem criminibus adhærendo Iud.10. *Filij Israel peccatis veteribus iungentes noua, fecerunt malum in conspectu domini, & seruierunt idolis.* Et sic patet quod inuenitur triplex iunctura, scilicet mala, bona & optima. Vide in verbo coniungere & adiungere & similibus.

**Iurgium.** Vide supra de discordia, & supra de fratribus vbi est illa auctoritas diuisa. Ne quæso sit iurgium inter me & te, fratres enim sumus.

**Iurare.Iuramentum.** Nota, quod iurare nihil aliud est quam aliquid sub attestatione alicuius sancti nominis affirmare. Sicut enim dicit Apost. Heb.6. *Homines per maiorem sui iurant, & omnis controuersiæ eorum finis ad confirmationem est iuramentum.* Quia, sc. ille, qui iurat, semper solet aliquid maius nomen in affirmationis suę testimonium nominare. Et potest esse. A

Iuramentum { Vitiosum, Virtuosum

Virtuosum enim est quod ex causa necessaria efficitur quod veritate fulcitur & quod pro tollendo quolibet dubio celebratur. Et sic plures sancti legũtur iurasse, & promissiones suas iuramẽto firmasse, sicut patet 1. Reg.20. *Vbi Dauid & Ionathas sibi fidelitatem mutuo iurauerunt*, & sic patet 1. Reg.24. *Vbi Dauid iurauit Saul quod post ipsum semen eius non deleret.* Et quamuis iuramentum sit à principio voluntarium, postquam tamen factum est, fit necessarium, vnde Nu.30. *Si quis virorum iuramento se astrinxerit, non faciet irritum verbum suum, sed quicquid promiserit, adimplebit.*

¶ Item vitiosum iuramentum est quod sine causa iuratur, & quo non propter necessitatem sed propter leuitatem & malam assiduitatem efficitur, de quo Mat.5. *Ego autem dico vobis iurare omnino prohibet*, ne, sc. ad facilitatem iurandi deueniatur, & de facilitate in consuetudinem, & de consuetudine in periurium incidatur. Et nota, quod iuramentum nostrũ ad hoc quod sit licitũ, debet habere tria secundum formam etiam iurandi, quæ nobis traditur Hie.4. *Iurabis dixit dominus in veritate, in iudicio, & in iustitia.* Vbi nota, quod in quolibet iuramento licito verbi mendacitas debet abesse. [In veritate inquit. Modi congruitas debet inesse [In iudicio inquit] id est, cum discretione. Causæ necessitas adesse [in iustitia] id est, pro iusta causa.

¶ Primo ergo dico, quod mendacitas debet abesse, quia sc. iurandum est in veritate, quia alias si homo mentitur cum intentione fallendi iurando periurus efficitur, sicut de domino dicitur in Ps.131. *Iurauit dominus Dauid veritatem, & non frustrabitur eũ.* Quod est contra multos, quib. non sufficit simpliciter mentiri, nisi etiam mendaciũ suum nitantur iuramento fulcire. Similes Petro de quo dicitur Mat.26. *Cœpit detestari & iurare, quod non nouerat hominem* Et tales similes sunt mãticoræ quæ est bestia ferocissima, quæ trib. ordinib. dentium est munita. Quia s. tales iuratores trib. generib. dentium, i. verborum continue sunt armati. Tales enim (vt communiter) aut mentiuntur aut blasphemãt aut periurant, quia pro certo tales qui sunt assueti ad iurandum sæpe solent incurrere tria vitia supradicta, sc. mendacium, blasphemiã, & periuriũ. Et ideo consulitur Ec.23 *Iurationi non assuescat os tuũ.* Et ratio redditur ibidem. *Quia vir multum iurans, replebitur iniquitate.* Bene ergo dico ꝙ à iuramẽto mẽdacitas debat esse. [in veritate inquit] vnde Ec.8. *Veritatẽ meditabitur guttur meũ.* B

¶ Secundo dico, quod in iuramento modi cõgruitas debet inesse quia, sc. iuramentum debet fieri in iudicio, i. in discretione iudicia. Iudicium idẽ est, quod discretio, quia sc. discrete debemus iudicare, ordinare, discernere & cõsiderare quid, qualiter, quomodo, quando & quare sit iurandum, quod est contra illos qui sine causa iurant, & qui sine ratione ad iurandum sunt assueti. Similes cani rabido, qui os semper dicitur habere apertũ & venenosam saliuam continue destillare, quia sc. tales semper habent os apertum ad iurandum, & ad venenosas blasphemias emittendum, contra illud Zac.5. *Omnis iurans similiter iudicabitur* quia, sc. iurans semper debet habere modum, i. per verum iudicium & discretionem in suo iuramento debite moderari. Sed fatui non sunt tales, qui se. non credunt esse malũ ita assidue iurare, iuxta illud Sap.14. *Male iurantes nocere se non sperant.* Cũ tamẽ dicat Gre. in dialogo quod quidam puer septennis Romæ propter assuetam iurationem à dæmone fuit raptus, an inferno damnatus. Sic igitur iuramentu modi congruitas debet inesse. C

¶ Tertio dico quod in iuramẽto causæ necessitas debet adesse quod ostenditur cum dicitur in iustitia, sc. iustitia, i. iusta causa debet in nostris iurationib. interesse, quod tamẽ non seruãt illi D

qui

qui pro nihilo vel pro minima occasione iurant, contra illud diuinum præceptum. *Non accipias nomen Dei tui in vanum*, id est, sine causa, vnde Ec. 23. dicitur: *Si in vacuum iurauit, non iudicabitur*. Iurandum est ergo in iustitia, vnde Esa. 45. *Iuraui in memetipso, egredietur ore meo iustitiæ verbum, &c.* Sufficiat ergo causa breuitatis. Vide infra in titulo Loqui, & tit. Verbum.

A # Iustus. Iustitia. Iustificatio.

Nota quod iustitia quandoq; accipitur pro virtute speciali. Aliquando pro perfectione vniuersali & generali. Primo modo iustitia est virtus Cardinalis vnius suum vnicuiq; tribuens. Vnde dicit Ambr. lib. 1. de officijs. Iustitia est quæ dat cuilibet quod suum est, nihil vendicans alienum. Secundo modo iustitia nihil aliud est quam vniuersalis virtus & perfectio, nihil habens iniquitatis vel peccati. Vnde Hieronymus ad Demetriadem dicit quod omnes virtutum species vno iustitiæ nomine continētur. ¶ Accipiendo igitur iustitiam pro generali morū congerie & pro morali perfectione, & bonitate dicamus, quod nos debemus esse iusti & sancti multiplici ratione, videlicet, quia

Iusti
- A domino diliguntur,
- A domino proteguntur,
- In domino delectantur,
- Cum domino gloriantur.

Dico quod à domino diliguntur. Omnis enim res naturaliter diligit suum simile. Et quia *iustus Dominus, & iustitiam dilexit, æquitatem vidit vultus eius*, sicut etiam in Psalm. ideo recte dicit, quod *iusti & sancti diliguntur* Psa. 45. *Dominus diligit iustos & vias peccatorum disperdet*. ¶ Itē dico, quod à domino proteguntur. Naturaliter enim omnia animalia diligunt speciem suam, & pugnant pro inuicem & se inuicem liberant & defendunt. Et quia iustus dominus in omnibus vijs suis & sanctus in omnibus operibus suis, idcirco iustos eiusdem speciei & conditionis cum ipso liberat, & defendit, & à tentationib. & tribulationib. ipsos protegit & educit. Quia sicut dicitur Prou. 11. *Iustus de angustia liberatus est*, & Prou. 10. *Iustitia liberabit à morte*. ¶ Item dico quod iusti in domino delectantur. Naturaliter o. potentia delectatur in apprehēsione sui obiecti. Et ideo iustitia humana in apprehensione Dei qui summe iustus, debet summopere delectari Ps. *Deus enim iudex iustus, fortis & patiens*. Et ideo lętabitur iustus in domino & sperabūt in eo omnes recti corde. ¶ Item dico, quod iusti à domino præmiantur. Quia n. Deus rex iustus & rectus, iuxta illud Zach. 9. *Ecce Rex tuus venit tibi iustus*, ideo iustus successores vult sibi in hæreditatem paradisi habere & solummodo viris iustis præmium æternæ beatitudinis impartiri, iuxta illud: *Iusti epulentur & exultent in conspectu Dei*. Sic igitur bene dico, quod iusti & sancti debemus esse, vt sic de quolibet nostrum possit dici illud Psal. *Iustus vt palma florebit, sicut Cedrus Libani multiplicabitur* ¶ In quibus verbis aduerte, sicut ad hoc, quod arbor in perfectam arborem conuertatur necesse est

Quod
- Conformiter alteretur,
- Stabiliter radicetur,
- Viuaciter vegetetur,
- Sublimiter inaltetur,
- Fertiliter fœcundetur.

Sic vere ad hoc, quod quis efficiatur vir iustus & perfectus, ipse procul dubio debet alterari, se melioribus conformando (Vt inquit) quod denotat similitudinem: Radicari se in virtutibus cōfirmando, quia debet esse palma, quæ profundas habet radices, semper viret & diutissime durat: Vegetari bonis affectibus abundando: [Florebit inquit] Eleuari bonis cœlestib. contemplando, quia debet esse sicut Cedrus. Fœcundari bonis operib. redundando, quia debet multiplicari. Ista n. se habent per ordinem ad hoc, quod aliquis fiat iustus, quia se primo debet alterari à mala conditione. Radicari in bona intentione. Vegetari à bona affectione. Crescere seu eleuare cœlorum contemplatione. Fœcundari seu delectari operum procreatione.

B ¶ Dico ergo primo, quod si volumus esse iusti, nos debemus à prauis moribus alterari iuxta illud 1. Cor. 15. *Euigilate iusti & nolite peccare*. Et hoc ostenditur cum dicitur. Et quia scilicet, vt, sicut, tanquam, quasi denotans similitudinem, imitationem, & ad aliquid aliud relationem, quia, s. illi, qui iusti volunt fieri, debent antiquas suas conditiones relinquere & bonorum se conditionibus cōformare [Vt inquit] Nam sicut Heliotropium seu solsequiū se conformat soli, se ei continue inclinando & aperiēdo & secundum motum ipsius se mouendo & ordinando, sicut etiam Selenites lapis pretiosus sequitur motum lunæ, ita quod imago lunæ in ea dicitur apparere, quæ imagini lunæ cœlestis se dicitur cōformare & secund. varietates ipsius cōtinue se variare, sic vere charis. si volumus iusti esse, necesse est, quod soli & lunæ, i. Christo & beatæ virgini & alijs cœlestibus bonis personis nos continue conformemus & quod ipsos in cunctis bonis actibus imitemur, & quod motus conditionis & affectionis secundum illos motus & conditiones quos in eis viderimus, ordinemus & etiam alteremus, vt inquit. ¶ Circa quod nota, quod nos debemus eis conformari,

In
- Humilitate,
- Stabilitate,
- Benignitate,
- Sagacitate.

Dico in humilitate vt sic dicat quilibet illud Ps. 72. *Vt iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum*. ¶ Item conformemur eis in stabilitate, vt sic quilibet dicat illud Esai. 60. *Posui faciem meam vt petram durissimam*. ¶ Item benignitate vt de quolibet dicatur illud Phil. 2. *In similitudinem hominum factus est, & habitu inuentus vt homo*. Homo enim animal mansuetæ naturæ. ¶ Item conformemur in sagacitate, vt dicamus illud 1. Cor. 3. *Vt sapiens architectus posui fundamentum*. Debemus igitur si volumus esse iusti, à prauis moribus alterari. Vt inquit.

C ¶ Secundo dico, quod nos debemus in nobis virtutib. radicari quia debet dici palma. Sicut n. arbor non potest perfici nisi fuerit profunde & firmiter radicata, quia scilicet, alias vel à vēto faciliter euelleretur vel à calore faciliter siccaretur, sic vere homo non est iustus vel perfectus, nisi in bono fuerit radicatus. Illi n. qui radicem firmi propositi non habent, vel à vento tribulationis, vel ab ardore tentationis faciliter destruuntur. Debet igitur firmiter radicari [Palma inquit] Palma n. est arbor profundissime radicata, vigore perpetuo decorata & duratione lōgissima continuata. Sic vere vir iustus debet radicem boni propositi summè fixam habere vigorem gratiæ nunquam perdere, sed semper & continue per gratiā viuere & durare, dicens illud Iob 29. *Sic Palma multiplicabo dies*. Et vere bene decet virum iustū habere constantiam & perseuerantiam, quia sicut dicitur Sap. 5. *Iusti autem in perpetuum viuent*. Et Prou. 10. *Iustus in æternum non cōmouebitur*. Debet ergo bonis virtutibus radicari.

D ¶ Tertio dico, quod ipse debet bonis affectibus vegetari. Florebit inquit, i. flores bonarum affectionum habebit. Sicut enim flores sunt materia fructuum: sic bonę affectiones sunt materia bonorum operum. Vnde de viro iusto dicitur in Psal. 91. *Iustus germinabit sicut lilium, & florebit in æternum ante dominum*. Iustus enim debet germinare per bonam meditationem: esse sicut liliū per castam conuersationem: florere per bonam affectionem: esse ante dominum per iugem contemplationem. Et hoc in æternum per continuam perseuerantiam & durationem. Vide supra de floribus, vbi multa inuenies. Debet igitur vir iustus bonis affectibus, vegetari.

E ¶ Quarto dico, quod ipse debet cœli sublimitatibus eleuari, quia sicut arbor non potest perfici vel compleri nisi de terra superius eleuetur, sic homo non potest iustus fieri nisi per cœlestium contēplationem superius mentaliter exaltetur, quod ostenditur cum dicitur [ *Sicut Cedrus exaltata sum in Libano*. ] sed hæc vide supra de cedro. Vnde de viro iusto dicitur in Psal. *Iusti epulentur & exultent in conspectu Dei*. Contēplatio enim Dei & bonorum æternorū nihil aliud est quam quædam spiritualis epulatio & quædam in Dei præsentia exultatio & refectio. Debet igitur in cœli sublimitatibus contemplari.

F ¶ Quinto dico, quod qui voluerit iustus fieri, ipse debet bonis operibus fœcundari, quod ostenditur in verbo [ Multiplicabitur ] sicut enim arbor multiplicatur per pullulationem & fructificationem, sic vir iustus per bonam operationem. Et nota, quod iusti multiplicantur & ad alios per bona opera dilatantur,

Quandoque per
- Clementiam & compassionem,
- Iustitiam & correctionem,
- Scientiam & eruditionem.

Multiplicantur (dico) per clementiam & pietatem, quia sicut dicitur in Ps. 36. *Iustus autem miseretur & retribuet*. Quia sicut dicitur alibi, dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum sæculi. ¶ Item dilatantur per iustitiam & æquitatem. Quia sicut dicitur Sap. 10. *Iustum deduxit Dominus per vias rectas*. ¶ Item dilatantur per scientiam & sagacitatem, quia sicut dicitur Sapient. *Fulgebunt iusti, & tanquam scintillæ in arundineto discurrent*.

Fina-

[illegible] *[illegible]* [illegible] M[illegible] *[illegible] anima mea [illegible].* I[illegible] [illegible]. [illegible] qua pauci inueniuntur [illegible].

[illegible] qui dicit [illegible] *[illegible] mediatorem, qui* [illegible] apparentias den[illegible] [illegible] tales debent [illegible] Psal.5. *Iniusti an[illegible] Virum enim [illegible]* [illegible] nos esse iustos, [illegible] *peccatorum.* Et sic patet, [illegible] ne generali & vniuer[illegible].

[illegible] pro virtute speciali [illegible] ad omnes pertine[illegible] [illegible] bet habet reddere vnicuique quod [illegible]

[illegible]

[illegible] iudices & prælatos, qui orbem [illegible], & inter virum & proximum [illegible] de talibus dicitur Sap. [illegible]. *Diligite* [illegible] am, qui erat rex, dicebat in [illegible] *iustitiam tuam filio regis.* Iustitia [illegible] tudinis, qua quis Deo, sibi & [illegible] uerit exhibere, vnde Bernardus [illegible] est reddere vnicuique quod suum [illegible] am, æquali auxilium adiuuando, [illegible] autem custodiam, & fidelique[illegible] [illegible] ergo de illa rectitudine iustitiæ quæ [illegible] iur pertinere, & quæ etiam cordi [illegible] est [illegible]. Sicut enim videmus, quod regula [illegible] rui, habet necessario esse recta, si iudex vel [illegible] la aliorum, habet necessario esse iustus. In[illegible] quædam mentis rectitudo, quæ debet ad vnam [illegible] iam declinare. Vnde Eccl.7. *Hoc inueni, quod fecit [illegible] rectum* ¶ Rectitudinem enim iustitiæ, quæ nobis [illegible] ions.

[illegible] figura,

[illegible] natura,

[illegible] scriptura,

[illegible] quia, scilicet, habet homo corpus rectum [illegible] quod semper debet iustitiæ rectitudinem [illegible] secundum Bernard. Nil indecentius quam re[illegible] animum gerere.

[illegible] natura, quia, scilicet, in pectore hominis in[illegible] quædam portio, quæ dicitur synderesis, quæ [illegible] la summa, inflexibilis mentis rectitudo, [illegible] potest aliqualiter inclinari, in qua [illegible] immobiliter est fundata, vnde Esa.51. *Iu[illegible]* Et Esa.54. *In iustitia fundaberis, recede procul à* [illegible] facit diuina scriptura Eccl.7. *Solummodo [illegible] Deus hominem rectum.* Et ideo bene consulte [illegible] *iustitiam loquimini, recte iudicate filij homi[illegible]* [illegible] sumus illam auctoritatem Psal.84. *Mise[illegible] [illegible] obuiauerunt sibi iustitia & pax osculatæ sunt.* Quia [illegible] & prælato debent misericordia, & veritas [illegible] bent pax, & iustitia osculari. ¶ Aduerte ec[illegible] [illegible] iudex debet

[illegible] nem temperari,

[illegible] nem informari,

R[illegible] nem regulari,

[illegible] tranquillari,

P[illegible] [illegible] Sed secund[illegible] [illegible] æquitatis iustiti[illegible] [illegible] Pax. Debet enim [illegible] ne clementiam & pietatem. [illegible] cogitatione [illegible] entiam & [illegible] tatem [illegible] ctione modestiam & æquitate[ Iustitia [illegible] concordiam & van[illegible] Pax [illegible] Quia ad pa[illegible] & concordiam subditorum debet esse intentio iu[illegible] ordinata. ¶ Dico ergo, quod iustus iudex vel præla[illegible] [illegible] titudinem moderari, quod ostenditur cum di[illegible] citur, quod ipse debet habere misericordiam. Iustitia enim sem[illegible] per debet misericordia temperari, quia sicut dicit Chrysosto[illegible] mus super Matth[illegible], Iustitia sine misericordia non est iustitia, [illegible] crudelitas. Et misericordia sine iustitia non est misericordia, [illegible] fatuitas. Sicut enim videmus, quod abies, quæ inter cæteras arbores est rectissima, mollissima, & etiam gummi & liquore ab[illegible] undantissima: solet enim liquorem tenacem & odoriferum emit[illegible] tere, qui [illegible] infirmitatibus dicitur suffragari, sic vere homo quamuis sit per iustitiam & æquitatem rectissimus, semper ta[illegible] men cum hoc debet esse per pietatem mollissimus, quia semper debet cum rectitudine æquitatis habere gummositatem & mol[illegible] litiem pietatis, quia secundum Greg. in moral. Plerumque ac[illegible] cidit, quod illi, qui inter tormenta remanent incorrecti, blan[illegible] dimentis suauibus corriguntur. Est igitur necessaria misericor[illegible] dia iudicibus, quia, scilicet, semper debent miscere cum iustitia pietatem. Similes elephanti, qui quando sedet, semper solet pe[illegible] des flectere, quia, scilicet, illi, qui sedent in throno iudiciariæ po[illegible] testatis semper pedes affectionum flectere debent ad opera pietatis. Verumtamen sicut elephas nunquam taliter flectitur, quin semper rectus alicui arbori innitatur, sic iudex nunquam debet sic flecti ad misericordiam, quin semper rectus maneat per iustitiam. Vnde Augustinus super illud verbum Matth.18. *Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter teipsum,* & dicit sic: Et si foris terribiliter correctio personet, intus tamen dilectio suaui[illegible] ter sonet. Quod est contra multos iniquos iudices & austeros, qui penitus sine misericordia alios iudicant & condemnant, cum tamen dicat scriptura, quod *iudicium sine misericordia fiet ei qui non fecit misericordiam* Iacob.2. Habeant ergo misericordiam, vnde Prouerb.21. *Qui sequitur misericordiam & iustitiam, inueniet vitam.* Debet ergo iustus prælatus, & iudex per mitiudinem mo[illegible] derari. ¶ Deinde dico, quod ipse debet per certitudinem in[illegible] formari.[ Veritas inquit] quia, scilicet, veritas, & claritas cogni[illegible] tionis, & scientiæ debet interesse in iustitia facienda. Sicut enim sagittarius non potest recte iacere sagittam, nisi videat clare ad terminum ad quem iacit, sic nec homo potest recte vel iuste ali[illegible] quid operari, nisi possit certitudinaliter informari. Veritas ergo. Psalm. *Misericordia & veritas præcedent faciem tuam.* Vnde de nobis iudicibus dicitur Esa.61. *Dabo opus eorum in veritate,* & Esa.32. *Ecce in iustitia regnabit rex, & principes in iudicio præerunt.* Sed heu pro[illegible] culdubio videtur impletum illud vaticinium Esa.59. *Conuer[illegible] sum est* ( inquit ) *retrorsum iudicium, & iustitia longe stetit, quia corruit in plateis æquitas, & veritas non potuit ingredi.* Vbi quæso in iudici[illegible] bus, & maioribus nostris est iustitia, vbi æquitas, vbi veritas? Et vere moderno tempore iudicium fugit, iustitia longe abijt, æquitas defecit & corruit in modernis curijs, & veritas ingre[illegible] di non potuit. Ita quod breuiter de modernis potest dici illud 1.Macb.7. *Non est in eis veritas & iudicium.* Veritas enim non est hodie in multis, sed potius fraus, deceptio & fallacitas, qui, sci[illegible] licet, sub specie iustitiæ imponunt hominibus multa falsa, pre[illegible] ce, pretio, odio vel fauore, vt exinde possint lucrum aliquod extorquere. Isti sunt sicut falsi medici, qui loco medicinæ offe[illegible] rũt homini venenum, quia isti loco veræ iustitiæ offerunt homi[illegible] nibus iudicium falsum. Isti sunt similes Lupo, de quo narratur in fabulis, quod cum semel vidisset se diffamatum de nimio esu carnium, iurauit de cætero non comedere carnes, sed tandem arctatus fame inuenit mutonem pinguem in prato, ipse vero propter iuramentum eum comedere verecundans, imposuit ei nomen, quod erat salmo, & non obstantibus multimodis al[illegible] legationibus & negationibus factis ex parte mutonis, deuora[illegible] uit eum loco salmonis. Sic vere tales licet ex iniuncto sibi offi[illegible] cio teneatur sub iuramento non comedere carnes, id est, aliquid crudeliter non extorquere, ipsi tamen quando vident pinguem mutonem, id est, rusticum diuitem, imponunt ei, quod sit sal[illegible] mo scilicet, quod sit latro vel homicida, sicut habemus exem[illegible] plum 3. Reg.21. vbi *Iezabel fecit imponi Naboth, quod maledixerat*

*Deo & Regi, & sic fuit cum eis [illegible], vt vineam suam haberet.* Qui [illegible] certo non obstantibus quibusdam allegationibus iustitiæ, tales loco salmonum comedunt mutones, id est, sub specie malorum [illegible] rædantur & deuorant [illegible]. De his dicit Cicero, & [illegible] atur libro de floribus philosophorum quod nullæ dete[riores] [illegible] fidiæ, quam illæ quæ sub dissimulatione officij fiunt. Isti ergo non habent veritatem [illegible] similes diabolo, de quo dicitur Ioan. 8. *Ille homicida erat, & in veritate non stetit, quia veritas in eo non est.* Non [illegible] ergo, quia [illegible] iustus debet per [re]ctitudinem informari. Veritas inquit [illegible] dicatur illud Psalm. 44. *Propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam deducet te*

K *mirabiliter dextera tua.* ¶ Denique dico, quod ipse debet per rectitudinem regulari. Iustitia inquit. Quia pro certo prælatus vel iudex debet per iustitiam regulari & rectificari, & quantum ad se & quantum ad proximum, & quantum ad Deum. Quia [illegible] [li]cet, cum rectitudo iustitiæ reddat vnicuique quod suum est, ipse qui iustus vult esse debet sibi reddere [illegible] [pœni]tentiam, proximo beneficentiam, & Deo reuerentiam exhibere. Notemus ergo, quod triplex est iustitia exhibenda videlicet promotio, instructio, correctio. Superior enim debet secundum Deum & iustitiam exhibere promerentibus promotionem, ignorantibus instructionem, delinquentibus correctionem. Istæ enim sunt tres partes iustitiæ, quas prælati tenentur ex debito sui officij ad implere, iuxta illud Matth. 3. *Sine modo sic enim decet nos implere omnem iustitiam.* Debe[n]t [en]im bonos ad promotiones erigere, rudes per instructiones dirigere, malos per punitiones corrigere. Iusti ergo bonos ad promotiones erigunt. Vnde Esa. 32. *Ecce in iustitia regnabit rex.* & Prouerb. 16. *In iustitia firmabitur solium* Quia, scilicet, illi, qui ad regnum vel ad solium promouentur, sen[iores] per debent mediante iustitia promoueri, vt scilicet, digni digne promoueantur, & indigni nullo fauore suffragante penitus repellantur. Cuius tamen contrarium faciunt illi qui impromotos dimittunt subditos meliores & promouent suos familiares & propinquiores quanquam fuerint in sufficientia debiliores. ¶ Item stultos iusti per instructionem dirigunt. Vnde Dan. 12. *Qui ad iustitiam erudierunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates fulgebunt.* ¶ Item iusti malos per punitionem corrigunt, quia sicut secundum Ambros. apes habent aculeum quo se & domos defendunt, tantæque sunt audaciæ quod pro defensione domorum suorum morti sæpissime se exponunt, sic vere iudex, vel prælatus debet portare secum aculeum iustitiæ & rigoris Roman. 13. *Non enim sine causa gladium portat*, quo scilicet, malis per correctionis regulam se opponat, & quo à principibus seu tyrannis domum Ecclesiæ cui præest liberet & defendat, ita quod si necesse est, & etiam morti corporis pro defensione Ecclesiæ se exponat Eccles. 4. *Vsque ad mortem certa pro iustitia.* Prælatus enim vel iudex non solum debet habere misericordiam & dulcorem, sed etiam iustitiam & rigorem. Sicut enim panthera est animal benignum & placidum, pictum & coloratum, & à cunctis animalibus prædilectum. Verumtamen habet quendam in vultu toruorem quo alia animalia eius timore naturaliter deterrentur, quanquam ad ipsum diligendum principaliter attrahantur sic pro certo prælatus vel iudex debet esse benignus & placidus per pietatem & affabilitatem: pictus & coloratus per decentiam & honestatem: amicus & dilectus per beneficiorum liberalitatem & largitatem. Verumtamen iste quicquid agat inter subditos, semper debet toruum vultum per rigorem & seueritatem gerere, vt alij eius aspectu terreantur, & teneantur eum timere, & à malis operibus abstinere. Quia sicut dicitur Prouer. 20. *Rex qui sedet in solio iudicij, dissipat omne malum intuitu suo.* Quia vere iudex vel prælatus nunquam se debet tam familiarem exhibere, quin semper vultu & gestu possit rigorem & iustitiam designare, & terrorem in aliorum cordibus generare. Quia teste Innoc. libr. de conditione miseriæ humanæ. Nimia familiaritas parit contemptum. Et ideo secundum Psal. 84. *Iustitia debet ante eum ambulare, & iustitia & iudicium debet esse præparatio sedis sua.* Quia sicut dicitur in Psalm. 121. *Beati qui faciunt iudicium & iustitiam in omni tempore.* Debet ergo iudex vel prælatus per rectitudinem

L regulari. ¶ Insuper dico, quod ipse debet per quietudinem ordinari. Pax inquit [illegible]. Tota enim intentio iudicis debet esse ad pacem inter homines faciendam, quia sicut dicunt iura ciuilia, Nihil aliud quærat iudex, præterquam partes ad concordiam reuocare. Ad hoc enim est iustitia ordinata, vt scilicet, in hominibus pax & concordia conseruetur Iacob. 3. *Fructus iustitiæ in pace seminatur.* Sicut enim per violentum raptum firmamenti o[rbes] [illegible] neso [illegible] & [illegible] pac[illegible] & mouentur [illegible] quique modo, ita vere [illegible] & [illegible] cis vel prælatorum [illegible] gubernantur, sic e conu[erso] [illegible]. Vnde de pace & iu[stitia] [illegible] *pax* [illegible] *debit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta.* Pater ergo, quod iste iudex [illegible] diuem [illegible] Semitæ [illegible] Tereter[illegible] dinem. Veritas [illegible] iustitia [illegible] d[illegible] ciali & ¶ [illegible] can [illegible] Ipse [illegible] [illegible] De[illegible] [illegible] [illegible] vnu[illegible] [illegible] [illegible] per h[illegible] [illegible] communicat, & [illegible] quam est [illegible] omnia per a D[illegible], & semper [illegible] & communicatur [illegible] *via domini misericordia & veritas* Vnde [illegible] *Ecce rex tuus venit tibi iustus & saluator* [illegible] demonstrando [illegible] tor bonos præmiando [illegible] stitia ergo D[ei] est

Malorum tristificatiua,
Bonorum lætificatiua,
Iustorum remuneratiua.

¶ Est (dico) tristificatiua delinquentium. [illegible] qui delinquunt scilicet, peccatores per diuinam iustitiam punientur, & æterna pœna punientur. Sicut enim lapis [illegible] Æ[illegible] appositus cibo, non sinit illum qui reus est [illegible] de cibo gustare, si vero reus veneni non fuerit, sine difficultate manducabit. sic vere diuina iustitia in die iudicij non permittet illos qui propriam animam venenauerint per peccatum de cibo cælestis gloriæ manducare. Illi vero qui veneno peccati [illegible] propriam animam minime necauerunt illum cibum suaue potis manducabunt. Ideo talibus dicitur dominus [illegible] illud Esa. 65. *Ecce, inquit, serui mei comedent, & vos esurietis. ecce serui mei bibent & vos sitietis, ecce serui mei lætabuntur, & vos confundemini: ecce serui mei laudabunt præ exultatione, & vos clamabitis præ dolore.* [illegible] ergo facit iustitia diuina, quæ sic bonos faciet reficiat, malos vero fame perpetuo maceratur. Quia sicut dicitur Prouerb. [illegible] *Iustus comedit, & replet animam suam, venter autem impiorum insaturabilis.* Ista est ergo tristificatiua delinquentium. ¶ Item Dei iustitia est lætificatiua patientium. Magna est enim lætitia illis, qui [iniu]rias patiuntur, quando cogitant, quod iudex iustus, qui nullatenus non parcit ipsorum iniurias vindicabit. Sicut enim dicitur in Psal. 18. *Iustitiæ domini rectæ lætificantes corda.* ¶ Item diuina iustitia est remuneratiua laborantium. Ista enim non vult [o]perantium sine mercede, quia sicut dicitur Deut. 24. *Non [negabis] mercedem indigentis & pauperis fratris tui.* Et ideo dicebat Apostolus 2. Tim. 4. *Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui, ideo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex.* Quod nobis concedat, &c. Vide supra [illegible] de correctione, & in alijs pluribus titulis.

## Iustificare.

Nota, quod iustificare idem est, quod [iustum] efficere, quod solum pertinet ad gratiam diuinam, iuxta illud Apostoli ad Tit. 4. *Iustificati gratia ipsius sumus, &c.* Vide supra de gratia & de iustitia, quæ omitto breuitatis.

## Iuuare.

Vide supra in titulo adiutorium.

## Iuuenis. Iuuentus.

Nota, quod in scrip[tura] [illegible] [iuuen]tus accipitur quandoque [litera]liter, quandoque moraliter & spiritualiter. Moraliter [illegible] [si]gnificat quandoque in bono, quandoque in malo. In bono [illegible] designat hominem virtuosum, qui semper in virtutibus [illegible] nescit Psal. 102. *Renouabitur vt aquila iuuentus tua.* In malo [illegible] [desi]gnat hominem vitiosum, qui per lasciuiam insolescit. Ps[illegible]. *Iuuenes eorum comedit ignis.* Moraliter ergo possumus dicere [illegible] per iuuenem potest intelligi vir perfectus [illegible] qui [illegible] quod iuuenis est naturaliter

[illegible]atus

... se exhibere gratiosum ... ali conuersatione: ani- ... ingeniosum in occulto- ... in obedientia & subiectio- ... ud, quod dicitur Tob. 5. *Inuenit ... tum, & quasi paratum ad ambulan-* ... tualis iuuenis, scilicet vir perfectus ... um [ Inuenit inquit iuuenem ] Splendidum. Vigorosus ad susti- ... sus ad obediendum [ Paratum ... ergo habere iuuenis spiritualis gra- ... licet ipse debet esse iuuenis, ... quam sit senex. Vnde 2. Machab. 3. *decori.* Item debet habere lumino- ... dum inquit quia, scilicet, ipse de- ... discreti nem. Vnde de Tobia dicitur *... annis, nihil tamen puerile gessit in opere*, & Sap. *... in iudicio.* ¶ Item debet habere vigoro- ... uod notatur in verbo [ Stantem ]. quia scili- ... sta les atque fortes ad bonum opus aggre- ... operibus resistendum, & ad labores, & tri- ... du. Vnde 1. Ioan. 2. *Scribo vobis iuuenes, quo-* ... Stantem inquit. vnde 2. Mach 22. *Robusti iuuenes ... et repugnabant.* ¶ Item debet habere stu- ... tudi ... [ Paratum inquit ] Nehe. 4. *Media pars* ... dicat iuuenis Deo, vel prælato suo il- *... Deus, paratum cor meum.* Transiui breui- ... to eo quia superius est exposita & pro- ... n§. Secundo dico, quod est inuentio ... stus. Et ideo vide ibi, & prosequere qua- ... cut iuuenes prosecuta. ¶ Sed heu pro- ... e multis quod ipsi non sunt iuuenes, ... pluraliter loquendo, ipsi non sunt nec ... , nec ingeniosi, nec gratiosi, quinimo ... ui, quod sunt

... io turpiores,<br>
... otu tardiores,<br>
Viribus debiliores,<br>
... ensibus obscuriores.

..., qui præ cæteris sunt hodie turpiores in con- ... res in operatione: Debilioris resistentiæ: ob- ... æ. Et propter hoc tales non possunt dici iuue- ... tionem, sed magis propter malam & iuueni- ... ¶ Dico ergo, quod tales habent conuersa- ... rem. Vnde ipsi possunt dicere illud Psal. 36. *Iunior* ... ¶ Item operationem tardiorem, vnde Marc. 16. *... iuuenem, ... dentem.* ¶ Item habent resistentiam debilio- ... *iuuenes eorum in gladio ceciderunt.* ¶ Item habent ... bsciuriorem. Vnde Prouerb. 7. *Considero vecordem ... in obscuro aduesperascente die in noctis tenebris & caligine.* Non ... mus boni iuuenes, & non mali, & simus sicut ser- ... edens fœniculum, pellem deponit, & in sensi- ... Et sicut aquila, quæ senectute grauata, ab ea- ... fonte descendens suam renouat iuuentutem. Si- ... phœnix, quæ per incinerationem, & iuuentu- ... uiuiscit. Et sicut illa palma singularis, de qua ... quod postquam senectute consumpta fuerit, ad ... m reuirescit. Quia pro certo charissimi si ... & malæ consuetudinis nos grauat, nos de- ... alte ascendere per contemplationem, & ... io descendere per compunctionem, pel- ... torum dimittere per bonam conuersatio- ... conuerti per mortis considerationem, & sic ... uenes per moralem & virtuosam perfectio- ... atur illud Marc. 16. *Viderunt iuuenem sedentem, ... stola candida*, quia, scilicet, nos debemus vi- ... mplicitatem, cooperiri per ostensam bo- ... nitatem. Debemus esse in stola candida ... stitatem & formositatem. Sic igitur pa- ... uentus accipitur spiritualiter & moraliter.

¶ Sed adhuc nota, quod est iuuentus naturalis & corporalis, & ista pro certo est

Veraciter reprimenda,<br>
Sagaciter instruenda,<br>
Vtiliter occupanda.

¶ Debet (dico) iuuenis sagaciter subiugari, quia sicut bos, & camus nunquam bene domantur, nisi in iuuentutis tempore edomentur, sic nec homo à suis leuitatibus reprimitur, nec obedientiæ legibus subiugatur, nisi à iuuentutis initio edometur. Herba enim in principio quando incipit germinare, melius se multiplicat & fœcundat si fuerit compressa, & mediocriter conculcata, si enim ad libitum crescere permittitur, faciliter prorumpit in semen, & faciliter induratur, & à pristina pulchritudine desiccatur. Sic vere charissimi, vtile est homini, dum adhuc est in germine, iuuenis, si ad voluntatem suam crescere, seu viuere non permittatur, & quod à senioribus suis per disciplinam deprimatur, & debite conculcetur. Et sicut dicitur Matth. 5. *Ad nihilum valet vltra sal, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus.* Alias si voluntati suæ dimittitur, faciliter solet nimis crescere per superbiam, semen emittere per luxuriam, desiccari per auaritiã & indurari per obstinationis malitiam. Ideo bene consulit sapiens Eccles. 30. *Non des ( inquit ) filio tuo potestatem in iuuentute, & ne despicias cogitatus illius. Curua ceruicem eius in iuuentute, & tunde latera illius dum infans est, ne forte induret, & non credat tibi.* Debet ergo sagaciter subiugari. ¶ Debet etiam veraciter informari. Nam sicut cera non recipit impressionem sigilli, nisi recenter fuerit calefacta, & si mittitur indurari, non potest amplius bene figurari, sic vere in homine impressio doctrinæ & scientiæ non recipitur, nisi dum est recens, & iuuenis imprimatur, quia si dimittitur per senectutem indurari, nunquam potest amplius informari. Ideo bene consulitur Eccles. 6. *Fili ( inquit ) à iuuentute tua excipe doctrinam, & vsque ad canos inuenies eam.* Et bene dicit, vsque ad canos inuenies, quia vere illud, quod in iuuentute acquiritur, vsque ad canitiem reseruatur. Apes enim prius minores pedes melle onerant, tandem pedes medios melle replẽt, finaliter vero pedes posteriores melle onerant atque complent: Quia vere primo nos debemus per scientię & doctrinæ anteriorem partem vitæ nostræ, scilicet, iuuentutem onerare, deinde vsque ad mediam continuare, & sic finaliter in posteriori parte senectutis bene poterimus consummare. Quia sicut dicitur Prouerb. 22. *Adolescens iuxta viam suam graditur, etiam cum senuerit non recedet ab ea.* Illud enim quod in iuuentute colligitur ad vitæ medium transmittitur, & vsque ad senectutis terminum retinetur. Ideo benè dicitur Eccl. 25. *Quæ in iuuentute congregasti, quomodo inuenies in senectute tua?* Et ideo bene dico, quod iuuentus debet veraciter informari. ¶ Debet quoque iuuentus vtiliter occupari. Iuuenes enim in bonis sunt laboribus occupandi, bonis operibus dedicandi, & bonis studijs mancipandi, & insuper bonis consortijs coniungendi, & à malis summopere retrahendi. Sicut enim dicit Plinius, apes iuuenes exterius exeunt ad labores, senes vero intra alueare dicuntur requiescere & manere. Sic vere charissimi illi, qui sunt iuuenes & fortes, debent labores bonorum operum & pœnitentiæ sufferre, vt cum senes facti fuerint, quieti, contemplationi possent animas dedicare Nehem. 4. *Media pars iuuenum faciebat opus.* Miles enim tamdiu fortius debet dimicare, quamdiu habuerit fortem equum. Cum igitur corpus nostrum sit noster equus ( quia sicut dicitur Esa. 31. *Equi eorum caro, & non spiritus* ) hinc est, quod dum iste equus est fortis & iuuenis, ipsum debemus pœnitentiæ laboribus exponere, & tribulationum prælijs applicare. Nam sicut mel dicitur esse melius, quod à iuuenibus apibus conficitur, quam quod à senibus, agni etiam, qui in vere nascuntur, meliores esse dicuntur, quam qui nascuntur in hyeme, sic vere charissimi, mel bonorum operum, quod à iuuenibus in tempore veris, id est, in tempore iuuentutis conficitur & operatur, melius & acceptius apud Deum reputatur, quam illud, quod à senibus in senectutis hyeme generatur. A iuuentute ergo debemus vacare bonis operibus, vt sic in senectutis tempore de nostris laboribus æternam gloriam consequamur. Dicamus ergo cum Dauid illud Psal. *Pauper sum ego, & in laboribus à iuuentute mea, exaltatus autem, humiliatus & conturbatus.* Vbi aduerte, quod à tempore iuuentutis debemus contemnere rerum facultatem quia debemus esse pauperes spiritu [ Pauper inquit ego sum ]. Deprimere carnis voluptatem, quia debemus esse in laboribus: Erigere mentis voluntatem, quia debemus esse exaltati: Deponere carnis vanitatem, quia

B

F

debemus esse humiliati & contturbati. Ista enim quatuor à iuuentute deben fieri, quia nisi homo à iuuentute istis virtutibus assue[illegible] ta forte in vitijs induraretur, quod nunquam bonus amplius efficeretur: Quod bene aduerterat sapiens Eccl. 51. qui dicebat, *Cum adhuc iunior sum, priusquam aberrarē, quæsiui mihi sapiētiam.* Sequitur. *Ambulauit pes meus iter rectum à iuuentute mea, &c.* Pro[illegible] spicie li vis prædictam auctoritatem diuinam, & vide supra de Adolescentia. ¶ Et inuehe contra malos iuuenes, & maxime contra illos, qui meliores sunt in iuuentute, quam in senectute, & dic, quod boni sunt quidam

In { Iuuentute non in senectute,
Senectute & non in iuuentute,
Iuuentute & senectute,
Nec in iuuentute nec in senectute.

Primi sunt illi, qui bene incipiunt, & male finiunt,
Secundi, qui bene finiunt, & male incipiunt,
Tertij, qui bene incipiunt, & bene perficiunt,
Quarti, qui male incipiunt & peiores deficiunt.

De mala ergo iuuentute dicitur breuiter Eccles. 12. *Adolescentia & voluptas vana sunt.* De cæteris vero vitijs iuuentutis vide supra de adolescentia, & infra de puero. Sufficit.

A **Iuxta.** Nota, quod iuxta quandoque idem significat, quod secundum, & sic denotat similitudinem, vt Leuit. 18. *Iuxta consuetudinem terræ Aegypti non facietis* quandoque accipitur pro prope. Et sic accipitur communiter in scriptura. Vnde nota, quod iuxta, id est, vicinitas, quandoque refertur ad locum, quandoque ad tempus quandoque ad personam. Dico ad locum, sicut Ioan. 11. vbi de Christo dicitur, quod *ipse abijt in regionem iuxta desertum* ¶ Item refertur ad tempus, sicut Deut. 32. *Iuxta est dies perditionis, & adesse festinant tempora.* ¶ Item refertur ad personam, & sic sumitur in Psalm. 5. *Non habitabit iuxta te malignus* Et sic ergo possumus notare, quod iuxta significat quandoque vicinitatem commendabilem. Societatem detestabilem, propinquitatem affectabilem. Est enim quædam

Vicinitas { Virtuosa,
Vitiosa,
Fructuosa,
Dolorosa,
Gloriosa.

¶ Omnia enim ista possunt probari per iuxta. Primo ergo dico, quod est vnum iuxta virtuosum & istud significat bonam bonorum societatem, quia vnus iuxta alium debet per charitatis vinculum habitare. Sicut enim vna stella quando est iuxta aliam, participat ipsius qualitatem, sicut arborea per vicinitatē aliarum arborum, quæ sunt iuxta se recipiunt incrementum, sicut dicitur de palma fœmina, quæ dicitur melius fructificare quando iuxta palmam masculam est plantata, Chrysolitus etiam iuxta ignem. Oliuæ etiam iuxta malogranatum plantatæ melius fructificare dicuntur, sic pro certo charissimi, quando aliquis iuxta aliquam bonam personam frequentat, & societatem ipsius diligit sectatur ipsius exempla & documēta, tunc in bonis operibus fœcundatur, & à suis malitijs imminuatur. Iuxta ergo. Et ideo bene dicitur Prouerb. 27. *Melior est vicinus iuxta, quam frater procul.* Simus ergo vnus iuxta alterum, & per mutuam societatem boni efficiamur, & à nobis iniquitatibus conuertamur. Simus charissimi, prælati iuxta subditos ad erudiendum. Subditi iuxta prælatos ad obediendum: robusti iuxta infirmos ad auxiliandum: diuites iuxta egenos ad subueniendum. ¶ Et sic faciemus sicut malus Propheta 3. Reg. 13. qui *timens ossa sua comburi, præcepit ossa sua tumulari iuxta ossa sancti Prophetæ*, vt per societatem bonorum ossium ossibus ipsius parceretur. Est igitur virtuosum.

B ¶ Secundo dico, quod est vnum iuxta vitiosum, & istud significat malam malorum societatem, qui, scilicet, per frequentationem mutuam fiunt deteriores. Sicut enim dicit Plinius, est quædam species lactucæ, quæ caprina dicitur, quæ si in aquam proiecta fuerit, omnes pisces qui iuxta fuerint occiduntur. Sic vere sæpe fit, quod per introductionem vnius malæ personæ omnes pisces, id est, omnes personæ vnius societatis corrumpuntur, & deteriores efficiuntur, iuxta illud Psal. 39. *Iuxta iter scandalum posuerunt mihi.* Malus enim homo dicitur scandalum, quia est alijs causa ruinæ. Et ideo cuilibet bono debet dici illud Psal. *Non habitabit iuxta te malignus, &c.*

C ¶ Tertio dico, quod est vnum iuxta fructuosum, & istud est quando homo vult esse iuxta Deum per deuotionem iuxta paradisum per affectionem, iuxta infernum per considerationem iuxta crucem Ch[illegible] per compassionem. Debemus [illegible] iuxta Deum per deu[illegible]onem, sicut petebat Iuan. [illegible] *libera me domine, & pone me iuxta te, &c.* Item simus iuxta paradisum per affectionem, & simus sicut columbæ, castores & elephantes, qui libenter dicuntur iuxta flumina commorari, quia [illegible] cet, iuxta fluenta voluptatis æternæ debemus per a[illegible] ctionem manere & ibidem cordialiter habitare Ezech. 1. *Cum essem iuxta fluuium Chobar, aperti sunt cæli, & vidi visiones Dei.* Vnde de oculis contemplatiuorum dicitur Can. 5. quod *ipsi sunt sicut columbæ super riuos aquarum, quæ lacte sunt lotæ & resident iuxta fluenta plenissima.* ¶ Item simus iuxta infernum per considerationem, sicut de S[illegible] cotiario dicitur Act. 10. quod *domus sua erat iuxta mare.* ¶ I[illegible] mus iuxta crucem Christi per compassionem Iuan. 19. *Stabat iuxta crucem Iesu mater eius, &c.*

¶ Quarto dico, quod est vnum iuxta valde dolorosū, & istud est propinquitas & celeritas mortis & iudicij. vt de Soph. 1. *Iuxta est dies domini magnus, iuxta est & velox nimis.* & Deut. 32. *Iuxta est dies perditionis.*

E ¶ Quinto dico, quod est vnū iuxta valde gaudiosum, & istud est quando homo est iuxta Deum in patria per beatissimam [illegible] sionem. Et istud pertinet ad beatos, qui modo sunt iuxta [illegible] collocati, quia iuxta est dominus his qui recto sunt corde [illegible] miles spiritu saluabit. Vnde quilibet talium potest dicere il[illegible] Reg. 20. *Ego ex more sedere soleo iuxta regem ad vescendum, &c.* De p[illegible] pe & de societate pluribus in alijs, vide si placet.

L.

A **Labium.** Quia per labium locutio designatur, eo quod omnis vox & locutio per labia caprimatur, hinc est, quod sicut de Locutionibus, ita debemus de labijs distinguere. Sicut igitur nos habemus duo labia, ita duplicem loquelam possumus habere spiritualiter. Labiū enim superius, potest significare bonam, sanctam, & honestam locutionem, quę superior potest dici, eo quod sit de necessarijs, & pertinentibus ad salutem. De quibus dicitur in Psa. 44. *Diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in æternum.* Labium vero inferius potest significare locutionem de inferioribus & terrenis. De qua dicitur Ioann. 3. *Qui de terra est, de terra loquitur.* Vel etiam quamcunque malam & inutilem locutionem, de quibus dicitur in Psal. 11. *Disperdet dominus vniuersa labia dolosa* Sicut ergo videmus, quod canes nobiles, & fortiores habent labia superiora maiora & eminentia, quam inferiora, sic vero dico, quod locutio bona superior spiritualis & sancta debet in nobis, labijs inferioribus, id est, sermonibus terrenis & inutilibus præeminere. & amplius abundare. Vnde de mensa propositionis dicitur Exod. 25. *Facies ibi labium aureum per circuitum, & ipsi labio coronam altam.* Quod vtique est hodie contra multus, qui reuera habent labium inferius maius, quam superius, quia, scilicet, plus abundant in eis verba inferiora, quam superiora, verba deteriora, quam meliora, verba inutilia, quam vtilia. Isti sunt similes quibusdam monstruosis hominibus, qui in diuersis montibus Æthiopiæ diuagantur, qui planam habentes faciem, labium inferius ita habent magnum & protensum, quod contra solis ardorem suum eodem operiunt totum vultum, sicut Isidor. lib. 11. Etym. & Plinius dicunt. Sic vere hodie in desertis Æthiopiæ huius mundi vagantur multi homines imperfecti, qui planam faciem dicuntur habere, quia in facie intellectus ipsorum non sunt quinque sensus spirituales apparentes, scilicet, oculus discretionis, gustus contemplationis, odoratus deuotionis, tactus compassionis, & auditus obedientiæ & subiectionis. Ita quod tales possunt dicere illud 2 Reg. 19. *Nūquid vigent sensus mei ad discernendum* Sed quid pro tertio dico, quod tales qui habent faciem ita planam, quod intellectum non habent spiritualiter descriptum, habent quoque labium inferius suæ vanæ & inutilis locutionis ita latum [illegible] guum, quod totum vultum, id est, totam vitam suam & conuersationem operit, obnubilat & obfuscat. Labium enim istud nimis extendunt, quia, scilicet, malam suam locutionem extendunt ad omnia verba mala ¶ Vnde nota, quod istud labium extenditur B

Ad { Dolciter adulandum,
Acriter detrahendum,
Turpiter deridendum,
Iactanter eloquendum,
Scienter mentiendum.

¶ Dico

[illegible] d[illegible] te, [illegible] cum multis omne [illegible] ¶ Item isti extendunt [illegible] ab [illegible] b. 4. *Remoue a te pra-* [illegible] ¶ Item isti protendunt l[illegible] [illegible] *omnes videntes me, derise-* [illegible] *caput.* ¶ Item isti extendunt la- [illegible] vnde in [illegible]. 11 dicitur, *Disper-* [illegible] *magniloquam.* ¶ Item isti [illegible] nter, vnde Prouerb. 12. [illegible] De [illegible] libus ergo [illegible] bijs ad tot [illegible] ia dicitur Eccle. 2. *Vae duplici* [illegible] *dem, & peccatori terram ingredi-* [illegible] sed moueamus labium superius, [illegible] vtili, non superflua, quia scili- [illegible] non inferius dicitur mouere. [illegible] quando superius labium vlt[illegible] Quia pro certo superius labium, id [illegible] vtilibus debet in nobis moueri & [illegible], & in homine coarctatum, si- [illegible] per peccatum. Habeamus igitur [illegible] sic quilibet possit dicere illud Pro- [illegible] *mea, vt recta praedicent, veritatem meditabitur* [illegible] quod locutio nostra ad hoc, quod sit [illegible] mendabilis, debet esse manife- [illegible] ia mea] iustificata & recta. [Prae- [illegible] cet, veritatem, deliberata.] Meditabitur iu-

[illegible] quod locutio debet esse manifesta [Ape- [illegible]]. Verba enim nostra non debent esse [illegible] cuta, sed manifesta, non per falsitate [illegible] em omnibus declarata. [Aperientur in- [illegible] *Domine labia mea aperies, & os meum annun-* [illegible] lia enim benigna & mitia habent la- [illegible] sicut patet in bobus & ceruis. Ani- [illegible] stera habent labia valde plicabilia, at- [illegible] han[illegible]mi, illi, qui sunt boni, mites, simpli- [illegible] locutioni a suae grossa, rudia atque pla- [illegible] mali, habent ipsa tenuia, falsa, subtilia, pli- [illegible] & dolosa Psalm. 11. *Labia dolosa in corde, & corde* Aperientur ergo. ¶ Vnde nota quod labia nostra de-

[illegible] Compiendum,
[illegible] eum laudandum,
[illegible] rudiendum,
[illegible] regratiandum.

[illegible] gen[illegible]um, vnde Prouerb. 8. *Labia mea detestabuntur* [illegible] ad Deum laudandum Cant. 5. *Labia tua destillantia* [illegible] ¶ Item ad erudiendum, quia sicut dicitur Pro- [illegible] *iusti erudiunt plurimos.* ¶ Item ad regratiandum Eccl. [illegible] *immentur gratia.* Sit ergo labia nostrae locutio-

[illegible] debent esse iustificata, quia scilicet, bona verba, [illegible] & honesta, debemus dicere [Vt recta praedicent] [illegible] cet, esse debent recta sine duplicitate, & vera [illegible] Iher. [illegible]. *Quia quod egressum est de labijs meis rectum in* [illegible] quod tamen est contra multos, qui vere in lo- [illegible] veritatem, sed falsitatem, nec rectitudi- [illegible]m, non simplicitatem, sed duplicitatem, [illegible] iniquitatem. Verba enim multorum non sunt [illegible] ficata, sed omnib. vitijs cumulata. Sunt enim [illegible] lacia, mordacia, mendacia. Dico fallacia, & iste [illegible] dicitur Marc. 7. *Populus iste labijs me honorat, cor* [illegible] *a me.* De quibus etiam dicitur in Psal. 13. *Ve-* [illegible] *norum.* Venenum enim aspidum primo fa- [illegible] cum homo dormit, occidit. Sic vere vene- [illegible] hominem blanditija verborum decipit, & [illegible] sum destruit, & consumit. vnde Eccles. 12. [illegible] *inimicus, & in corde insidiatur, vt subuertat te in fo-* [illegible] tendo de falsis amicis Iob dicebat Iob. 19. [illegible] *a mea circa dentes meos.* Dentes autem [illegible] & amici, qui non sunt hodie nisi labia ad [illegible] quod peius est, ad suauiter adulandum, con- [illegible] *in lectis quemquam labiis tuis.* ¶ Item mor- [illegible] Psal. 58. *Et gladius in labiis eorum* ¶ Item

[illegible] en[illegible]cia [illegible] *Non* [illegible] go sed recta [illegible] nostra, [illegible] sicut dicitur Prou. 1[illegible] *Voluntas regum labia iusta.* ¶ [illegible] quod l[illegible]cutio debet esse B
deliberata [Meditabitur inquit guttur meum]. Si[illegible] enim di- [illegible] versificatur. Qui bene vult fari [illegible] bene debet praemeditari. [illegible] vere longa meditatio, & deliberatio debet praece- dere verba nostra. Prouerb. 10. *Labia iusti considerant placita.* Vnde narratur quod quidam rex habens tres filios, & volens probare eos, dixit, quod qui prudentius responderet ei ad vnam petitionem, regnum post ipsum teneret. Petijt ergo primo, quali avi magis vellet assimilari, & respondit Aquilae, causam allegauit, quia altius volabat. Secundus vero respondit se magis pauonem velle esse, causam allegauit, quia pulcherrimas plumas habebat. Tertius vero respondit se magis velle esse gruem, & causam allegauit, quia inquit grus longissimum habet collum, & ideo illud quod in corde concipit, difficilius venit ad os, & propter hoc bene & diu potest deliberare si illud quod dicendum est, malum fuerit siue bonum, quod vtique inquit pertinet summe ad regem. Patet ergo, quod ille prudentius respondit, & deo regnum sibi concessit. Quia vere sicut dictum est. *Omnis nostra locutio debet esse deliberata.* Psal. *Meditatus sum nocte cum corde meo.* Quod tamen est contra multos, qui labia sua solent sine deliberatione aperire, vel iurando vel iactando, vel detrahendo, sine causa saepissime fabulari, ita quod tale ap possunt dicere illud Ps. 38. *Ecce labia mea non prohibebo, domine tu sciuisti.* Debet igitur nostra locutio esse deliberata. Et sic ergo patet quomodo locutiones nostrae debent esse notificatae, iustificatae, deliberatae. Debent esse deliberatae sine fatuitate. Iustificatae sine iniquitate. Notificatae sine duplicitate. Et sic poterit nobis dici illud. Cant. 4. *Fauus destillans labia tua, mel & lac sub lingua tua.* Et hoc sufficit de labijs. Vide infra de lingua, & de loqui.

Labi. Cum labi idem sit, quod cadere vel ruere per motum & instabilitatem pedum, potest distingui de labi sicut de cadere. Et sic nota, quod secundum quod sunt quatuor status, sic possunt esse quatuor lapsus. Est enim A

Status { Naturae, Fortunae, Gratiae, Culpae.

¶ De statu naturae labimur in mortem & infirmitatem 2. Reg. 14. *Omnes morimur & quasi aqua dilabimur super terram.* Thren. 3. *Lapsa est in lacum,* (id est, in sepulchrum) *vita mea, posuerunt lapidem super me.* ¶ De statu fortunae labimur in luctum & aduersitatem, de quo Prou. 24. *Si desperaueris lapsus in die angustiae, fortitudo tua imminuetur.* ¶ De statu gratiae labimur per culpam & iniquitatem Sap. 10. *Sapientiam praetermittentes, non solum in hoc lapsi sunt vt ignorent bonum, sed insipientiae suae relinquerunt memoriam hominibus.* Est autem alius lapsus peccati (vt communiter) per fortem impulsum tentationis diabolicae, de quo dicit Petrus Rauen. sermone 12. Diabolus (inquit) mali actor, nequitiae origo, rerum hostis, soli homini semper inimicus, laqueos tendit, lapsus parat, foueas fodit, larat ruinas, stimulat corpora, pungit animas, cogitationes suggerit, immittit iras, dat virtutes odio, vitia addit amori, errores serit, discordias nutrit, pacem turbat, affectus dissipat, concidit vnitatem, violat humana, diuina tentat. Iste ergo est lapsus de gratia ad iniquitatem. ¶ De statu vero culpae labimur ad luctum & poenalitatem scilicet ad infernum Deuter. 32. *Mea est vltio, & ego retribuam eis in tempore, vt labatur pes eorum.* A quo tamen se ereptum sentiens Dauid regratiando dicebat in Psalm. *Reddam, inquit, laudationes tibi, quoniam eripuisti animam meam de morte, pedes meos de lapsu.* Et alibi, *Quia eripuit animam meam de morte, oculos meos a lacrymis, pedes meos a lapsu. Placebo domino in regione viuorum.* ¶ His igitur praemissis, si volumus dilatare de lapsu culpae possumus dicere, quod B

homo faciliter labitur in via { Lubricosa, Scopulosa, Puluerosa, Tenebrosa.

In via lubricosa labitur luxuriosus, cui dicitur Eccles. 9. *Cum muliere aliena non sedeas.* Sequitur: *Ne forte declinet cor tuum in illam, & sanguine tuo labaris in perditionem.* In via scopulosa seu montuosa labitur ambitiosus. Quilibet enim gradus honoris, quem appetit, est vnus scopulus in quem ruit 2. Regum 22. *Ascendit super Cherubim, & volauit. & lapsus est super pennas ventorum.* In via puluerosa labitur pecuniosus. Pecuniae enim sunt sicut arena, vbi

 homo

homo pedes infigens faciliter cadit Eccl. 28. *Attende, ne forte labaris.* In via tenebrosa labuntur malitiosi, quos malitia excæcauit. De quo illud prædictum. *Sapientiam præteri mittentes, in hoc lapsi sunt, vt ignorent bonum.* Vnde sicut cæcus in nocte cæcitatis suæ, & sicut ebrius in noctis obscuritate, & in via aspera & non plana solet labi & cadere, sic isti malitiosi quos excæcauit iniquitas, & isti nequam, quos potauit, & impleuit acetosa & venenosa peruersitas, in via huius mundi aspera & inæquali ambulare recte non possunt quin de vno vitio in [illegible] frequenter cadant. Quod etiam potest dici de illis, qui per [illegible] faciliter labuntur in stultiloquium, de quibus dicitur Eccl. 14. *Beatus vir, qui non est lapsus in lingua.* Non plus. Vide titulos cadere, & ruere.

A Labor. Laborare. Nota, quod labor tripliciter sumitur in scriptura. Est enim

Labor { Spiritualis, Temporalis, Æternalis,

Primus est labor perfectorum, de quo dicitur Sap. 3. *Bonorum laborum gloriosus est fructus.* Secundus est labor peccatorum, de quo Hierem. 9. *De malo ad malum egressi sunt, vt inique agerent, laborauerunt.* Tertius est labor damnatorum, de quo dicitur in Psalm. 38. *Laborabit in æternum, & viuet adhuc in finem.* De isto igitur triplici labore spirituali dicendo, noremus, quod sicut dicit Apostolus, *qui non laborat, non manducet.* Ideo de bono bonorum spiritualium labore aliquid laboriose dicamus. Cum diligentia enim laborare debemus, vt manducare panem filiorum, quem non licet dare canibus in domo domini possimus. Dico ergo, quod sicut videmus, quod omnes facturæ sunt in quodam perpetuo & continuo labore, in quod im etiam cursu, motu & fluxu, & ita pro creatore suo non cessant continue famulari, & indictis sibi laboribus occupari, sicut patet de cœlo & stellis, de mari & aquis, de arboribus & herbis, de volatilibus & bestijs, quæ omnia motui & mutationi subiacent, & laboribus continuis semper vacant, sic vere charissimi, nos debemus bonos labores exercere, bonis operibus vacare, bonos actus continuare & nunquam à bene operando quiescere dum viuimus aut cessare. *Quia sicut auis nascitur ad volatum, sic homo nascitur ad laborem,* sicut dicitur Iob. 5. Et ideo faciamus illud, ad quod sumus nati, quia sicut videmus omnia faciunt illud, ad quod creata sunt à natura. Ignis enim non cessat calefacere, aqua frigefacere, sol illuminare, terra fructificare, & nos per consequens non debemus cessare bene & vtiliter laborare, sicut bene monet Apostolus 2. Tim. 2. *Labora, sicut bonus miles Christi.* Faciamus ergo iuxta mandatum Apostoli 2. Tim. 4. *Tu vero vigila, in omnibus labora, opus fac euangelistæ, ministerium tuum imple, sobrius esto.* ¶ In quibus verbis ostenduntur quatuor labores, in quibus debemus continue occupari scilicet

Labor { Contemplationis, Prædicationis, Operationis, Macerationis. } Qui est labor { Mentalis, Verbalis, Realis, Carnalis.

¶ Labor enim noster debet esse in mentis meditatione. (Vigila inquit:) In verbi prædicatione. (Opus fac euangelistæ.) In operis executione, (Ministerium tuum imple.) In corporis maceratione. (Sobrius inquit esto.) Primus fit subtiliter contemplando. (Vigila inquit.) Secundus vtiliter prædicando. (Opus fac euangelistæ.) Tertius humiliter obediendo. (Ministerium tuum imple. Quartus salubriter abstinendo. (Sobrius inquit

B esto,) ¶ Dico ergo, quod nos debemus exercere laborem contemplationis. (Tu vero inquit vigila.) Contemplatio enim est quædam spiritualis vigilia, qua homo in cœlestibus meditationibus occupatur, dum scilicet attendit & meditatur circa cœlestia, quæ sunt affectanda, circa terrestria, quæ sunt moderanda, circa spiritualia, quæ sunt agenda, circa corporalia, quæ sunt frænanda, circa infernalia, quæ sunt cauenda, circa inferiora, quæ sunt regenda, circa superiora, quæ sunt reuerenda. In talibus enim debet versari labor vigiliarum nostrarum, & meditatio considerationum istarum. Et iste proprie est labor animæ vel mentalis, de quo Prouerb. 16. *Anima laborans laborat sibi.* Sicut enim secundum Plinium circa tria principaliter consistit totus labor apum scilicet circa cellulas faciendas, deinde circa sobolem faciendam & procreandam, finaliter circa mella conficienda, primus tamen & præcipuus labor suus est in cellulis, & mansionibus præparandis, sic vere charissimi cum nos habeamus circa labores plurimus occupari, primo tamen & principaliter debemus [illegible] rare ad mansionem Paradisi ædificandam & spiritualiter præparandam, quam quidem nobis [illegible] contemplatio & diligens meditatio & consideratio. Deinde vero tute poterimus laborare ad procreandam sobolem spiritualem per prædicationem, & ad acquirenda mella bonorum temporalium, per iustam & lætam occupationem, iuxta illud Matt. 6. *Primum quærite regnum Dei & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis.* Tu vero vigila, supple ad cœlestia contemplanda Apocal. 3. *Esto vigilans, & confirma cætera quæ moritura erant.* Vigilia contemplatiua est quædam labor connexus dulcedini, & quieti. Sicut enim pisces quasi continue vigilant, quia nunquam [illegible] dunt oculos, & tamen oculis apertis & quasi vigilando d[illegible] unt, & quiescunt, sic vere viri contemplatiui cum labore & v[illegible] lia contemplationis habent requiem deuotionis & consolationis. Simul enim dormiunt, & vigilant Cantic. 5. *Ego dormio, & cor meum vigilat.* Simul etiam laborant, & quiescunt. Vnde [illegible] siast. 51. *Modicum laboraui, & inueni mihi multam requiem.* [illegible] mus ergo laborem contemplationis seu meditationis [illegible] mus cum Dauid illud Psalm. 72. *Existimabam, vt cognoscerem, [illegible] bor est ante me.* Et alibi, *Anticipauerunt vigilias oculi mei, [illegible] & non sum locutus, cogitaui dies antiquos, &c. Et meditatus sum [illegible] corde meo, &c.* Hic est ergo Labor meditationis. (Tu vero vigila inquit.)

C ¶ Deinde exerceamus laborem prædicationis. (Opus inquit fac euangelistæ.) Sicut enim omnia animalia laborant sollicite in suorum nutritione pullorum, vnde etiam videmus, quod aues vadunt quærere cibum suum longe, vt inde pullos suos in nido suo possint reficere & nutrire, sic vere debent Prælati habere magnam sollicitudinem & curam, quomodo cibum doctrinæ & scientiæ possint acquirere, vt inde possint pullos suos, id est, subditos simplices per prædicationem reficere, & spiritualiter impinguare. Quia sicut dicitur 1. Timoth. 5. *Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in scientia & doctrina.* (Opus ergo fac euangelistæ,) id est, prædicatoris & boni nunciatoris, quia euangelium idem est, quod bonum nuncium Psalm. *Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa.* Vt sic possit dicere illud Esaiæ 61. *Euangelizare pauperibus misit me, vt prædicarem.* Alia litera. *Ad annunciandum mansuetis misit me, vt prædicarem.* ¶ Istum tamen laborem nolunt subire hodie multi Ecclesiastici. Quia sicut apes (vt aiunt) quando omnia abundant in melle, laborare vel operari recusant, sic vere illi, qui hodie melle mundanæ prosperitatis sunt pleni, nolunt (vt communiter) labori prædicationis dedicari, sicut patet in diuitibus Ecclesiasticis religiosis & prælatis, qui sunt recte hodie, sicut fistula terra plena, quæ sonare non potest. Fistula enim vacua resonat, & non plena, quia pauperes, id est, vacui docent, & prædicant & labori prædicationis & studio vacant, non diuites, neque pleni Matth. 11. *Surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur.* Et breuiter audeo dicere, quod vtile est prædicatoribus quod sint pauperes, quia vere si diuites fierent, totum laborem prædicationis dimitterent, dicentes cum Salomone illud Eccles. 2. *Renunciauit cor meum vltra laborare sub sole.* Sunt enim iuxta Eccles. 56. *sicut canes muti, non valentes latrare.* Non sic ergo, sed exerceamus laborem prædicationis.

D ¶ Deniq; exerceamus laborem operationis seu obeditionis. (Ministerium tuum inquit imple.) Istud potissime pertinet ad subditos & religiosos, qui sunt ordinati ad ministrare, nó administrari, quia scilicet tales semper debent esse parati ad implendum ministerium officij vel præcepti. Isti enim debent esse sicut asinus, qui est animal patiens oneris, & laboris, qui ad voluntatem alterius ducitur non ad suam. Similes etiam sunt bobus paruis, & nigris, & parua corona habentibus, qui ad laborandum potiores dicuntur, maxime si castrati fuerint. Quia pro certo dilectissimi charissimi, boni religiosi, & subditi debent sicut asini bonis laboribus dedicari, paruis carnibus superbiæ vti, nigro colore mortificationis carnis fuscari, & per castitatem spiritualiter castrari, & sic ad laborem obedientiæ tolerandum poterunt fortificari, & melius adaptari, Psalm. 106. *Humiliatum est in laboribus cor eorum.* (Ministerium ergo tuum imple) vt sic dicat quilibet talis illud Genes. 44. *Manebo ego seruus in ministerio Domini mei.* Exemplu Marthæ de qua dicitur Luc. 10. quod *satagebat circa frequens ministerium.* Vnde Greg. in Hom. Laborabat illa, vacabat ista, &c. Exerceamus ergo laborem operationis, quia sicut dicitur 1. Corinth. 3. *Vnusquisque propriam mercedem accipiet secundum*

[illegible] il????, quæ sunt iuuenes, [illegible] o inter us remanent in [illegible] scilicet subditi & humilio- [illegible] supportandis labores & [illegible] dicitur, *Pauper sum ego, &*

[illegible] be[illegible] maceratiouis, quia, scilicet, [illegible] per pœnitentiam & abstinētiam ma- [illegible] Petri 5. *Fratres, sobrii estote & vi-* [illegible] um . C [illegible] *in laboribus pluri-* [illegible] *agis supra modum, in mortibus fre-* [illegible] ult [illegible] s equus qui quan- [illegible] pinguantur & insolescunt, [illegible] t, & laborare vlterius contra- [illegible] de[illegible] tias taliter impinguantur, [illegible] en [illegible] dedignantur. De quibus dici- [illegible] *nunt non sunt, & cum hominibus non* [illegible] *superbia operti sunt iniquitate & impietate* [illegible] *eorum. transierunt in affe tum cor-* [illegible] *iniquitatem, posuerunt in cælum os suum.* [illegible] de [illegible] unt de non laborando, & de cat- [illegible] Ideo bene dicebat Apostolus 1. [illegible] *operantes manibus nostris, maledicimur & be-* [illegible] *patimur & sustinemus.* Nam sicut dicitur [illegible] *pro labore contra dominum murmurauerat,* [illegible] dicitur Nu nero. 21. propter [illegible] *et Labaru, ab ignitis serpenti-* [illegible] quod illi qui spirituales labores non [illegible] contra dominum obloquuntur, in præ- [illegible] bus inflammantur, & in futuro ab igneis [illegible] bus dæmonibus ferientur. Labore- [illegible] icit Seneca epistola 31. Generoso ani- [illegible] em si non recuses, parum est posse. Non [illegible] boremus ergo bonis laboribus supra- [illegible] cat iuxta Apostolum, *qui non laborat,* [illegible] ta sententiam sapientis, *Bonorum labo-* [illegible] ient. 3. Fructus (dico) æternæ gloriæ, [illegible] bore. Quia (vt dicit Gregorius) ad [illegible] non potest, nisi per magnos labores. Vnde [illegible] *manuum tuarum, quia manducabis, beatus es, &* [illegible] mus igitur labores non solum voluntarios [illegible] am si [illegible] necesse, inuoluntarios & pœnales. Apostolus dicentis 2. Corinth. 11. quod *ipse fuerat in la-* [illegible] *in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in* [illegible] Et pro certo ex bono labore laus acquiri- [illegible] o labore merces redditur, post bonum laborem [illegible] laus dico) acquiritur] Nonne laboribus & mili- [illegible] homines efficiuntur famosi? Vnde de Hercule [illegible] post duodecim labores suos mirabiles, inter quos [illegible] ratur, quod cœlum sustinuit, infernum spoliauit, [illegible] ndeeripuit, Hydram cum renascentibus capiti- [illegible] & Cerberum tricipitem captiuauit, tanta laude, [illegible] oria fuit præditus quod fictus fuit esse deificatus, [illegible] dam commutatus. Digni ergo labores deifi- [illegible] plus fama & gloria magnificant & honorant. Vn- [illegible] dicit dominus Apocalyp. 2. *Scio opera tua & labo-* [illegible] *tiam tuam, & sustinuisti propter nomen meum, & non* [illegible] *Vincenti dabo edere de ligno vitæ.* Ecce quomo- [illegible] tatione laboris. Igitur ex labore laus acqui-

[illegible] re merces redditur, scilicet, merces gloriæ [illegible] *Deus mercedem laborum sanctorum, & deducet* [illegible]

[illegible] em quies dabitur, sicut de Iona dicitur [illegible] *letatus est sub virenti hadera,* laborauerat [illegible] homo post labores huius vitæ lætatus & [illegible] ue paradisi Apocalypsi. 24. *Amodo iam di-* [illegible] *a laboribus suis, opera enim illorum sequuntur* [illegible] uod est quadruplex labor virtuosus & spiri-

[illegible] quod est quidam labor vitiosus & tempo- [illegible] catorum, qui sæpe plus laborant pro sua [illegible] oni pro salute sua. Vnde nota, quod est [illegible] tilis labor scilicet labor auarorum, in- [illegible] luxuriosorum.

Labor { Auarorum, est ardentissimus,
Inuidorum, est pœnalissimus,
Superborum, est inanissimus,
Luxuriosorum, est immundissimus.

Est igitur quidam labor auarorum, & isti similes sunt araneæ, quæ non cessat laborare in tela sua componenda. [illegible] & lineam lineæ magno ingenio aggregare, venit tamen fin[illegible] ter mo[illegible] ventus, qui in momento diripit quicquid ma[illegible] nis laboribus fabricauit. Sic vere tales cum magna diligentia & [illegible] bo- re etiam [illegible] temporalis possessionis ædificant & componunt, & ma[illegible] a industria lineam lineæ, id est, vineam vineæ, terram terræ, domum domui accumulant & apponunt, sicut dicitur Esa. 5. *Væ qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis.* Et breuiter pulchrum est videre talem, id est, possessionem diuitis quando est bene facta scilicet domus & possessiones, officia & dignitates. Sed pro certo venit ventus tribulationis vel mortis, qui omnia dissipat & dirumpit. Ideo bene consulitur Prou. 23. *Noli laborare, vt diteris, & ne erigas oculos tuos ad opes.* De talibus ergo laboribus dicitur Esa. 49. *In vanum laboraui, sine causa, & vane fortitudinem meam consumpsi.* Et Es. 59. *Oua aspidum ruperunt, & telas araneæ texuerunt* Sequitur. *Opera enim eorum inutilia.* Iste est ergo labor auarorum.

G ¶ Alius est labor inuidorum: multum enim laborant inuidi in suis malitiis exequendis. & vt noceant aliis sine causa, similes stellis erraticis, quæ toto conatu laborant ad impediendum cursum firmamenti, motus suos contra motum ipsius ordinando, & contra ipsum continue discurrendo. In hoc tamen non præualent, quinimo necesse est, quod motus firmamenti præualeat, & quod stellas erraticas secum ducat. Sic vere charissimi, inuidi continue se opponunt firmamento, id est, bonis personis stabilibus, atque firmis, totisque conatibus laborant quomodo possint motus, profectus & prosperitates talium impedire. Vnde inuidis potest dici illud Psalm. 10. *Cuius maledictione & amaritudine os plenum est, sub lingua eius labor & dolor. Sedet in insidiis cum diuitibus in occultis, vt interficiat innocentem.* Sed quid? vere talium labor (vt communiter) non præualet, quia scilicet malis artibus eorum firmamentum, id est, bona persona profectum suum exequitur, ita quod sæpe fit quod eius ditioni subiiciuntur, & ipsum sequi per obedientiam coguntur. Quod bene apparuit in Ioseph, cuius prosperitati fratres obuiare volentes, ipsum sequi & requirere finaliter sunt compulsi, ita quod talibus potest dici illud Leuit. 16. *Consumetur incassum labor vester.* Hic est igitur labor inuidorum.

H ¶ Est etiam labor superborum & ambitiosorum. Sicut enim in cacumina montium sine magno labore non ascenditur, sic nec ascensus ad mundi gloriam & honorem sine magnis laboribus occupatur. Quantum enim laborant milites inter laicos, ambitiosi inter clericos, hypocritæ præsumptuosi inter religiosos pro mundi gloria acquirenda, nouit Deus, & tamen sæpe fit, quod sicut vrsus per totū diem circumeundo laborat, finaliter tamen lassus circa stipitē quiescit, sic vere sæpe fit, quod superbi & ambitiosi post multos casus, circuitus, & labores, ingloriï subsistere compelluntur, ita quod finaliter de ipsis potest dici illud Sap. 3. *Vacua est spes illorum, & labores sine fructu, & inutilia opera eorum.*

I ¶ Est præterea labor luxuriosorum. Isti enim sæpissime magnos labores sustinent pro suis carnalitatibus adimplendis. Vnde Ecclesiast. 15. *Labor stultorum affliget eos.* Et Esa. 30. dicitur, *Deficient pueri, & laborabunt.* Pueri immundi significant immundos luxuriosos, qui more puerorum non cessant currere, & laborare quoadusque ad domum redeant maculati, propter quod à matre egregie verberantur. Sic vere tales multos labores exercent, vt bene possint per luxuriam maculari, ita quod in sero mortis cum ad domum sepulchri veniunt, quando Deus inuenit eos taliter inquinatos solet eos flagello pœnæ æternæ verberare. Iste est ergo quadruplex labor malorum, de quo dicitur in Psal. 106. *Et humiliatum est in laboribus cor eorum, & infirmati sunt, nec fuit qui adiuuaret.* Vnde Hier. ad Nepotianum dicit. O quantis sudoribus acquiritur vana gloria mundi, & cum minori labore acquiri poterat Christi pretiosissima margarita. Iste est igitur labor vitiosus & temporalis.

K ¶ Tertio dico, quod est labor dolorosus, & æternalis, & iste est labor damnatorum, qui perpetuo requiem non habebunt. Sicut enim labores boni præsentis vitæ deducunt ad perpetuam quietem quæ promittitur Apocalyp. 14. *Amodo iam dicit Spiritus vt requiescant a laboribus suis*, sic mali labores huius vitæ ducunt ad

perpetuam calamitatem, quam exprimit Hieremias Thren. 3. *Circumdedit me* (inquit) *felle & labore, & in tenebrosis collocauit me quasi mortuos sempiternos* Psalmo 48. *Laborabit vsque in aeternum, & viuet adhuc in finem.* Patet ergo, quod est labor perfectorum, qui est fructuosus, labor impiorum, qui est vitiosus, labor damnatorum, qui est dolorosus. ¶ Sed si vis aduerte, quod labor quandoque sumitur pro re pro qua laboratum est, sicut cum dicitur in Psalm. 127. *Labores manuum tuarum, quia manducabis.* Et Sapien. 5. *Qui abstulerunt labores illorum.* Et Ioan. 4. *Alij laborauerunt, & vos in labores eorum introistis,* & caetera similia, sed de hoc nihil ad praesens.

A **Lac.** Nota, quod lac nihil aliud est quam quidam liquor dulcis & cādidus, & multipliciter sumitur in scriptura. Hoc tamen saluo, quod semper vbicunque ponatur, significat aliquā dulcedinem. Et ideo sicut est dulcedo bona, & mala, sic est dare Lac bonum, & malum. Lac enim in bono significat spiritualem dulcedinem, quae quandoque significat

Mentalem compassionem,
Verbalem locutionem,
Finalem fruitionem.

¶ Per lac enim intelligitur in bono

Dulcis { Compassio,
Locutio,
Fruitio.

Lac enim compassionis est nutritio miserorum, de quo dicitur Eccles. 39. *Initium necessariae rei vitae hominum lac & sal & panis.* Lac locutionis, est instructio paruulorum, de quo dicitur 1. Corin. 3. *Tanquam paruulis in Christo lac dedi vobis.* Lac fruitionis est nutritio beatorum, de qua dicitur Num. 13. *Venimus ad terram ad quam misisti nos, quae reuera fluit lacte & melle.*

¶ Item lac in malo significat triplicem malam dulcedinem, videlicet,

Dulcedinem { Prosperitatis,
Carnalitatis,
Verbositatis.

¶ Lac prosperitatis est lac repletiuum, de quo dicitur: butyrum de armento, & lac de ouibus cum adipe agnorum & arietum filiorum Basan. ¶ Lac carnalitatis est lac infectiuum. Vnde carnalis potest dicere illud Iob 10. *Nonne sicut lac mulsisti me, & sicut caseum me coagulasti.* ¶ Lac verbositatis est lac deceptiuum, de quo

B Prouerb. 1. *Fili, si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis.* ¶ Primo igitur dicamus de bono lacte. Quia sicut omnia animalia lacte indigent, quia alias nutriuntur, nec crescunt, nec proficiunt, nec perficiuntur, sic vere omnes homines lacte spirituali indigent, scilicet,

Lacte { Misericordiae & compassionis,
Doctrinae & praedicationis,
Gratiae & deuotionis.

Sine enim tali lacte homo spiritualiter non nutritur, nec in bonis virtutibus augmentatur. Ideo bene dicit Apostolus Hebraeorum 5. *Facti estis, quibus lacte opus sit, non solido cibo,* vt sic nobis possit dici illud Canticorum 4. *Fauus distillans labia tua, mel & lac sub lingua tua.* In quibus verbis aduerte, quod quadruplici lactis dulcedine debemus spiritualiter esse pleni, videlicet,

Lacte { Interiori,
Exteriori,
Superiori,
Posteriori.

Primum lac significat mentalem compassionē. (Fauus.) Secundum significat vocalem instructionem. (Labia inquit tua.) Tertium significat diuinam miserationē. (Mel inquit.) Quartū lac significat supernam cōsolationem. (Lac inquit sub lingua tua.) ¶ Primum lac nutrit indigentes. Secundum lac nutrit inscientes. Tertium lac nutrit poenitentes. Quartum lac nutrit triomphantes. ¶ Dico ergo, quod est vnum lac indigentium nutritiuum, & istud lac est dulcedo pietatis & compassionis, quae ostenditur cū dicitur. (Fauus destillans.) Fauus enim qui nihil aliud est quam cera cum melle, est bonum opus & fauorabilis compassionis dulcedine, à quo non cessant piae eleemosynae destillare, pro pauperibus nutriēdis. Lactuca enim humorem habet lacteum, quo in mulieribus lac augmentatur. Galactites etiā lapis pretiosus est, qui suspensus collo facit lac [illegible] beribus abundare. Ficus etiā est arbor lactifera propter humorem vnctuosum & lacteum, quem habet interius, est vere multae fertilitatis exterius [illegible] quia tal[illegible] mox transit in fructus. Sic reuera charissimi [illegible], qui [illegible] sunt [illegible] ctuca & ficus, quia scilicet interius in cor de lacte compassionis sunt pleni & ad quorum colla lapis pretiosus misericordiae est appensus, tales (dico) fructus bonorum operum emittunt, lac eleemosynarum destillant & in lacte suo pauperes recreant, & [illegible] fouent (Fauus inquit destillans.) Vnde Ioel. *In illa die stillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lac & mel.* Vt sic dicat quilibet indigens sic nutritus illud Cant. 5. *Comedi fauum cum melle meo [illegible] vinum meum cum lacte meo.* De multis tamen est hodie sic [illegible] grossis ficuum Cypri, qui dicuntur non maturescere nisi [illegible] tur, & nisi lac ipsarum primitus destilletur. Quia vere [illegible] homo spiritualiter non fit nec bonus, nec maturus, ni[illegible] tur, per contritionem, nisi lac suae misericordiae ad ill[illegible]s destillet per eleemosynarū largitionem, dicens pauperibus illud [illegible] *Omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum [illegible] te, & emite absq; vlla commutatione vinum & lac.* Istu[illegible] [illegible] nutritiuum indigentium ¶ Deinde dico, quod est lac [illegible] & nutritiuum ignorantium, & istud est lac doctrinae, [illegible] scripturae, quod ab vberibus & a labiis doctorum & p[illegible] rum debet ab aliis eliquari, quod ostenditur cum dicitur [illegible] tua, quia sicut dicitur Pro. 10. *Labia iusti erudiunt plurimos.* [illegible] uis diabolus forte videatur dicere peccatori illud Prou. 24. *Nec lactes quenquam labiis tuis.* Vnde Apostolus in persona p[illegible]dicatoris dicit 1. Corint. 3. *Tanquam paruulis in Christo lac dedi vobis [illegible] potum.* Quandros enim alias quandros est lapis pretiosus, qui in capite vulturis inuenitur, qui vbera dicitur lacte replere, lur[illegible]dera etiam comesta à capris facit lac in earum vberibus. [illegible] vere lapis pretiosus sacrae scripturae, qui à capite vulturis, id est, ab ordinatione Dei patris processit, vbera labiorum doctorum & praedicatorum facit lacte doctrinae & scientiae abundare. Isti enim lactant ignorantes & paruulos per doctrinam. Ideo dicitur 1. Pet. 2. *Quasi modo geniti infantes & rationabiles & sine dolo lac concupiscite.* Sicut enim cerua dicitur salubres & medicinales herbas comedere, vt lac melius & salubrius possit suis paruulis destillare, sic vere praedicator & doctor debet herbas spirituales scilicet dicta prophetarum & doctorum sanctorum quaerere, & studere, vt exinde lac salubrioris doctrinae possit suis subditis destillare 1. Reg. 1. *Lactauit filium suum donec amoueret eum a lacte.* Vt sic cuilibet doctori alios sic lactanti, & ipsos lactantes & simplices in laude diuina & ad bona opera edocenti, dicatur illud Psal. 8. *Ex ore infantium & lactantium perfecisti laudem propter inimicos tuos.* Lactans enim dicitur lac dans & accipiens, actiue & passiue. Alii dicunt lactantes esse matres, quae lac praebent paruulis. Paruulos, v. esse lactentes quae lac ab vbere matris sugunt. Vnde de bono doctore dicitur Cant. 5. *Oculi tui sicut columbae super riuos aquarum quae lacte sunt lota, & resident super fluenta plenissima.* Istud est ergo lac nutritiuum & instructiuum ignorantium. (Labia inquit tua.) ¶ Denique dico, quod est lac allectiuum poenitentium, & istud est lac dulcedinis diuinae misericordiae, quae notatur per dulcedinem mellis. Mel inquit. Animalia n. siccae cōplexionis tanto sunt laudabiliora, quanto fuerint lacti viciniora, sicut patet de haedis, qui praeualent antiquioribus capris & hircis, & hoc quia lactis humiditas suam temperat siccitatem. Sic vere charissimi, inter illos, qui sunt siccae complexionis, i. deuotae conditionis, illi qui lacti diuinae misericordiae per spem & confidentiam sunt propinqui, debent amplius commendari. Siccitas, n. suae insufficientiae diuinae misericordiae temperatur, quando super spem & confidentiam eius dulcedini sociatur. Nam sicut lactis odor solet serpentea attrahere, ipsosq; de ventre hominis, vbi intrauerant exterius educere, sic vere odor diuinae misericordiae, serpentem, i. peccatores ad poenitentiam attrahit, ipsosque de ventre diaboli, i. de faucibus desperationis liberat, & educit. Misericordia n. Dei est illa mammilla regia, de qua Esa. 60. *Suges* (inquit) *lac gentium & mammilla regum lactaberis, & scies, quia ego dominus tuus liberans & redemptor tuus fortis Iacob.* Reges enim qui alios regunt, sunt doctores, qui scilicet mammilla verbi sui lactant, & nutriunt ignorantes. Vnde de dentibus, id est, verbis talium dicitur Genes. 49. quod *pulchriores sunt oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores.* Istud ergo est lac allectiuum poenitentium. (Mel inquit.) Vnde Prou. 24. *Comede fili mel, quia bonum est, & fauum dulcissimum gutturi tuo.*

¶ Insuper dico, quod est lac refectiuum triumphantium, & istud est lac dulcedinis aeternae quod etiam ostenditur cum dicitur. Lac sub lingua tua. Lac enim quod est sub lingua m[illegible] B

... beatitudo vbi est suauitas ... potest opportune designari. ..., quæ lacte & melle abun... *Tradet ... dominus terram lacte & melle* ... est terra ... lacte perfectæ voluptatis ma... miles ... ordiæ diuinæ beati perpetuo nu... ... cula ... carul... formoliori vberiorem ... rigere, & maiorem lactis abundan... illos, qui sunt meliores & in vir... ... æternæ gloriæ abundantius re... e. Et ideo sicut agnus, sicut catu... ... ugere. Agnus. n. lac sugit genua ... dendo, vitulus fronte fortiter ... chatissimi, à mammilla di... ... næ quærere, & acquirere ... pungendo mammillam cum ... mouendo cum importuna ... sicut dicitur Prouerb. 30. *Qui ... lac exprimit butyrum.* Sic igitur pa... ... lac inuenitur in scriptura sedi...

...um. Fauus inquit destillans.)
...ductiuum. (Labia tua.)
... al...ctiuum. (Mel.)
... refectiuum. (Lac sub lingua tua.)
...ibus est erogandum, secundum est verba... ...tertium est humiliter requirendum, quartum ... acquirendum.

... quod lac accipitur in malo significato & sic ... dicem malam dulcedinem, videlicet

| | | |
|---|---|---|
| Prosperitatis, <br> Carnalitatis, <br> Verbalitatis, | quæ est | attractiua, <br> infectiua, <br> deceptiua. |

... quoddam lac dulciter allectiuum, & istud ... næ. Sicut enim lac sua dulcedine at... ... tamen solet inducere inflaturam, sic ... ad sui amorem homines solet allicere, ... inflat. Est enim similis lacti ferulæ, quæ est ... qua fluit pretiosum galbanum, verum ta... ... eius biberit, enecatur, sicut dicit Plinius. ... peritas est valde vtilis & medicinalis ho... ... & discretis personis, ipsa discrete vtentib. ... flexuosis, id est, fragilibus, mollibus & ... sobriè vti nesciunt, est lac sua dulcedine ve... ... multorum criminum inductiuum. 3. Re... *... surrexissem vt darem lac filio meo, apparuit mor... ... quadam Sisara obtulit vtrem lactis, statim obdor... dormiret, egressa est clam tabernaculum, tulit clauum pa... ... interfecit*, sicut dicitur Iud. 4. Quia lac mundanæ prosperitatis suis sequacibus porri... peccatis obdormiunt, mortis iaculis eos ferit. Et ... Exod 23. *Non coques hœdum in lacte matris suæ.* ... eat personas infimas & imperfectas, mater ... & concipit, est mundus, lac vero istius ma... mundanæ prosperitatis. In lacte ergo matris suæ coquendus, quia in dulcedine mundanæ pro... infirmus & debilis imponendus, sed exinde retrahendus. Vnde de finali pœna talium la... Deuteron. 32. *Foris vastabit eos gladius, & intus ... & virginem lactantem cum homine.* Et dixi, *vbi... ex hominibus memoriam eorum.* Vnde dæmo... 15. *Interficite à viro vsque ad mulierem, & paruu...* Istud est ergo quoddam lac dulciter allecti...

¶ ... quoddam lac grauiter infectiuum, & istud est lac ... & delitiarum corporalium. Sicut enim lac ... eundem Plinium, membra exinde linita ad libidi... ... dulcedo delitiarum solet luxuriam generare. ... parulos inficit, sic lac mundi dulcedi... ... Quærunt enim doctores naturalium, cũ ... taliter non miscentur, qualiter in genera... ... cum equa miscetur. Et respõdetur, quod ... sunt iuuenes, vberibus equarum lactan... ... tenebris quo quidem lacte equarum cum ... iuuentute nutriti, quasi iam adulti effecti; dum postea creuerint, ad equarum libidinem inardescunt. Sic vere charissimi ad literam dico, quod illi, qui à iuuentute lacte equaturo, id est, dulcedine mulierum & earum affabilitate & societate nutriuntur, ad earum carnalem copulam inardescere dignoscuntur. *Mulieres enim sunt sicut illa vaccæ, quæ lactabant vitulos*, sicut dicitur 1. Reg. 6. Quia scilicet istæ non cessant lactare & allicere fatuos ita quod propter de talibus dicitur Thren. 4. *Sed & lamiæ nudauerunt mammillas, lactauerunt catulos suos.* Dicuntur enim lamiæ, quæ sunt secundum quosdam monstra speciem fœminarum prætendentia, quæ proprios catulos suos lactant, & tandem ipsos occidunt, & necant. Sic vere mulieres catulos suos, id est, fatuos luxuriosos lactant, decipiunt, & oblectant, sed finaliter ipsos destruunt, & eneruant in quantum scilicet famam & substantiam eis auferunt, & in quantum vitam gratiæ per eas perdunt, ita quod istæ dicere possunt illud Oseæ 2. *Ego lactabo eum, & ducam in solitudinem.* Quia vere tales, qui à mulieribus lactantur, ad solitudinem paupertatis deducuntur, & finaliter à dæmonibus in inferni solitudinibus deducuntur. Vnde Esa. 13. *Ecce ego suscitabo super eos Medos, qui sagittis paruulos interficient, & lactantibus non miserebuntur.* Istud ergo est lac turpiter infectiuum.

¶ Præterea est lac leuiter deceptiuum, & istud est lac fallacium verborum, quibus scilicet vtuntur adulatores, histriones, falsi amici & hypocritæ. Sicut enim canicula ante partũ habet lac per aliquod dies, sic tales habent lac dulcium verborum antequam habeant partum, seu fructum operum, contra illud Prouerb. 24. *Non lactes quenquã labiis tuis.* Quia sicut dicitur Prou. 16. *Vir iniquus lactat amicum suum, & ducit eum per viam non bonam.* Si enim mulier habet lac, signum est, quod sit corrupta. Sic vere lac adulationis & proditionis seu hæreticæ & corruptæ doctrinæ, & eruditionis possessores denotat corruptos & pessimos. Corrupti enim sunt, & alios inuenenant & corrumpunt. Herbæ enim quæ habent lac, suot quantum in se est venenosæ. Ita enim laxant, & naturam ita euacuant, quod si indiscrete sumantur, virtutem eneruant, & mortem propinant, sicut patet de scamonæa & similibus. Sic vere tales lacte verbalis deceptionis abundantes periculosi sunt, quia scilicet isti non quærunt nisi decipere, & audientes bonis spiritualibus & temporalibus vacuare & mortem temporalem, corporalem & æternalem inferre. Patet de adulatore qui de diuitiis studet vacuare, & ad mortem, id est, ad paupertatem homines deducere. Patet de proditoribus qui lactẽts decipiunt, & habito quod intendunt interficiunt. Patet de hæreticis & dæmonibus, qui mala docendo & tentãdo, virtutem & fidem euacuant, & postea mortem æternam propinant. Ad hoc ergo ordinatur lac talium vt noceat, & vt post complacentiam interficiat. Bene ergo docet sapiens Prou. 1. *Fili, si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis* Sequitur. *Fili mi ne ambules cum eis. Pedes eorum ad malum currunt & festinant vt effundant sanguinem.* Patet ergo quomodo triplex lac malum inuenitur in mundo, quo scilicet boni nullo modo possunt nutriri, nec aliqualiter recreari. Vnde Iob 3. *Cur inquit exceptus genibus, cur lactatus vberibus?* quasi diceret, Malum est taliter lactari, & talis lactis dulcedine oblectari. Hoc igitur de lacte tam in bono, quam in malo sufficit. Vide supra in titulo bibere & de dulcedine.

## Laceratio

Nota, quod lacerare accipitur pro vastare, dirumpere, frangere, discerpere, vel cassare. A

Potest enim significare scilicet

Dolorem contritionis,
Mœrorem detractionis,
Furorem vexationis,
Terrorem damnationis.

Pœnitens lacerat seipsum,
Detractor lacerat proximum,
Tyrannus lacerat perditum,
Infernus lacerat perditum.

Est ergo laceratio contritionis. Videmus enim quod præ dolore quandoque mulier lacerat crines suos, semetipsam puniens & castigans, sic homo videns se crimina commisisse, Deum offendisse, cœlum amisisse, seipsum solet reprehendere, & morsu contritionis dolentis mentem, & animum lacerare Iob. 13. *Quare lacero carnes meas dentibus meis? & animam meam porto in manibus meis? etiam si me occiderit sperabo in eum.* ¶ Item est laceratio detractionis. Detractor enim dentibus suis, id est, suis dentatis verbis solet aliorum famam & vitam dirumpere, & eam morsu la- B

cero dissipare. Vnde Pharaoni dicitur Ezechiel. 29. *Fuisti baculus arundineus domui Israel, quando apprehenderunt te manu & confractus es, & lacerasti omnem humerum eorum, & dissoluisti omnes renes eorum.* Falsus enim & fraudulus amicus est baculus arundineus, qui sibi innitentes, & in se confidentes fractus lacerat, dum ipsorum vitam & statum diffamat detrahendo. Fera enim laceros carnem nihil dimittit integrum. Sic detractor nihil in fama aliena dimittit honestum. Quod tamen figuraliter prohibetur Deuter. 25. vbi prohibetur *ne plaga vltra quadraginta infligantur hominibus verberando*, & reddit causam edicti. (*Ne, inquit, fœde laceratus frater tuus abeat ante oculos tuos.*)

C ¶ Item est laceratio tyrannicæ vexationis, quia, sc licet, sicut Leo solet prædam, quam deuorat, lacerare, & pellem cum carnibus dissipare, sic tyranni carnes & pelles scilicet substantiam pauperum & innocentium lacerant, & eos in bonis temporalibus & in corpore dissipant atque grauant 4. Reg. 2. *Ingressi sunt vrsi, qui egressi de saltu lacerauerunt 42. pueros.* Et tamen boni principes & prælati deberent huiusmodi coercere, exemplo Respha de quo dicitur 2. Reg 21. *quod non dimisit aues lacerare carnes filiorum suorum.* Vt sic dicat bonus iudex illud Ezechiel. 4. *Laceratum a bestia non comedi.* Quod tamen est contra multos, qui scilicet legem & iustitiam, iustos & pios lacerant, & omnia iudicia dissipant, & conturbant. *Propter hoc* (inquit) *lacerata est lex, & non peruenit vsque ad finem, iudicium, quia impius præualet*

D *aduersus iustum propterea egreditur iudicium peruersum.* Abac. 1. ¶ Item est laceratio damnandorum, quia scilicet carnes, id est, dæmones animas lacerant & cruciant in inferno: sicut testatur Hier. 15. vbi dicitur, *quod Deus immittet damnatis gladium ad occisionem & canes ad lacerandum, & volatilia, & bestias ad deuorandum.* Figura Gen. 40. vbi dictum fuit pistori *quod suspenderetur in cruce, & lacerarent volucres carnes eius.* &c. Sufficit.

A **Lacryma.** Nota, quod lacryma multipliciter sumitur in scriptura. Est enim lacryma bona, & lacryma mala. Lacryma bona est quadruplex scilicet

Lacryma {
Mœroris,
Dulcoris,
Amoris,
Doloris.

Homo enim lacrymatus

Ex {
Mœrore compunctionis,
Dulcore compassionis,
Feruore dilectionis,
Dolore afflictionis.

Lacryma ergo mœroris est compunctio, de qua dicitur Psalm. 6 *Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo.* Lacryma dulcoris est compassio Eccles. 38. *Fili in mortuum produc lacrymas, & quasi dira passus incipe lacrymari.* Exemplo Ioseph, qui visis fratribus lacrymatus est Genesis 43. *Erumpebant lacrymæ, & non poterat se continere Ioseph.* Exemplo etiam Christi, qui super Lazarum mortuum lacrymatus est Iohan. 11. Lacryma amoris est dilectio. Et istæ sunt lacrymæ Magdalenæ Luc. 7. vbi dicitur, *quod lacrymis cœpit rigare pedes domini.* Et sequitur. *Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Lacryma doloris est afflictio, quando scilicet pro propriis miseriis aut pro futuris ploramus. Vnde 1. Reg. 30. *Planxerunt donec in eis deficerent lacrymæ.* Ista sunt ergo quatuor genera lacrymarum, quibus debet anima in hac valle miseriæ balneari, & spiritualiter irrigari. Sicut enim elephas diligit in fluuio balneari, vitulus marinus de terra ad mare solet sæpissime transire, & in mari proprios catulos ad natandum docere, serpens etiam, vt pellem mutet, solet se in aqua primitus humectare, sic vere charissimi, homo dum viuit, debet in fluuio & in mari lacrymarum balneari, & ibidem iugiter humectari, & natando sæpius innouari, & ad ibi natandum proprios filios scilicet subditos debet inuitare, sic pellem suæ consuetudinis & peccati more serpentis poterit immutare. Vt sic de quolibet viro sic lacrymoso, & balneoso dicatur illud Psalmi 73. *Ascensiones in corde suo disposuit in valle lacrymarum, in loco quem posuit.* Ascensiones enim dicuntur motus considerationis, qui inducunt hominem ad lacrymandum, quia scilicet homo primo debet ascendere ad considerationem propriorum defectuum, & sic exibunt lacrymæ compunctionis. Item debet ascendere, ad considerationem miseriæ aliorum, & sic ibunt lacrymæ compassionis. Deinde debet ascendere ad considerationem amoris, quo *sic Deus dilexit mundum, vt vnigenitum filium nobis daret*, & sic exibunt lacrymæ dilectionis. Tandem debet c[...]iderare dilationem patriæ, & [...]colatum huius miseriæ cum suis infortuniis, & sic exibunt lacrymæ doloris & afflictionis. Et sic dicet homo illud Thren. *Plorans plorauit in nocte, & lacrymæ eius in maxillis eius.* Et sic procul dubio si terra cordis talibus fuerit pluuiis irrigata, bonis erit fructibus spiritualiter fœcundata, quod sicut dicitur in Psalm. 125 *Qui seminant in lacrymis, in exultatione metent.* ¶ Et ideo breuiter notemus, quod sicut aqua oritur, & generatur triplicitur, scilicet

Superius in nubibus,
Interius in fontibus,
Exterius in lapidibus.

Quod patet in locis frigidis in tempore pluuioso, vbi lapides quandoque videntur plorare, sic procul dubio dico, quod aqua lacrymarum debet in nobis generari aliquando ex causis superioribus, quandoque ex causis interioribus, quandoque ex causis exterioribus.

¶ Primo ergo dico, quod est lacrymandum ex causis [superi]oribus. Et istæ sunt lacrymæ, quæ emittuntur ex considera[tio]ne offensæ diuinæ, vel ex consideratione peccati & [...]. Vnde oleaster siue sterilis oliua emittit duo genera lacrymarum, quarum vtraque significat pietatem. Sic sterilis per spiritualem paupertatem debet duo genera lacrymarum fundere, vnam scilicet inferiorem, aliam superiorem. Vna pro dil[atione] patriæ, alia pro incolatu miseriæ. Quod figuratum est in Axa filia Caleph, id est, in anima filia Dei, quæ *sedens in asino suspirauit petiit a patre suo irriguum superius, & irriguum inferius*, sicut dicitur Iud. 1. Quia vere charissimi dum anima sedet in asino corporis sui in præsenti vita ipsa pro certo debet habere duplex irriguum lacrymarum, id est, duplici lacryma irrigari, id est, irriguum superius pro dilatione patriæ. De quo in Psalm 136 *Super flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus, dum recordaremur tui Sion.* Irriguum inferius pro incolatu miseriæ, dicens in Psalm. 119. *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est.* Vnde de ista duplici lacryma potest exponi illa auctoritas Psalm. 73. *Ascensiones in corde suo disposuit in valle lacrymarum*, vbi ostenditur, quod lacrymandum est pro superiorum dilatione (Ascensiones inquit.) Pro interiorum turbatione. (In corde suo inquit) Pro exteriorum seu inferiorum afflictione. (In valle inquit lacrymarum.) Lacrymandum est ergo ex causis superioribus.

¶ Secundo lacrymandum est a causis interioribus. Et ista est lacryma, quæ oritur ex contritione cordis, quãdo scilicet homo interius cõsiderat propria crimina & delicta. Sicut enim crocodilus, quando occidit hominem, dicitur lacrymari, sic homo, quando per peccatum occidit animam, debet per compunctionem lacrymis irrigari. Nam sicut ceruus, quando videt se captum à canibus solet lacrymas emittere & mugire, sic vere homo qui per peccatum videt se à canibus inferni captum fuisse debet gemendo mugire & ab interiori corde flebiliter lacrymari Psa. 6. *Laboraui in gemitu meo, Lauabo per singulas noctes lectum meum lacrymis meis stratum meum rigabo.* Vnde Iud. 8. *Pœniteamus, & indulgentiam cum lacrymis postulemus.*

¶ Tertio dico, quod lacrymandum est ex causis exterioribus. Et istæ sunt lacrymæ quæ oriuntur de infortuniis huius mundi, de miseriis proximorum, de timore pœnæ æternæ. Sicut enim oculus ab exteriori læsione punctus, aut percussus, lacrymas emittit, sic vere quando oculus cordis nostri pungitur ab exterioribus causis, videlicet, vel à tribulatione præsentium t[e]mporum vel à miseriis proximorum, vel à timore ignium æternorum, ipse procul dubio debet lacrymas emittere, & doloris amaritudinem declarare; iuxta illud Ecclesiast. 22. *Pungens oculum educit lachrymas.* Tria enim faciunt oculum flere scilicet fumus, sinapi, & punctura. Sic vere fumus, id est, memoria ignis inferni. Sinapium id est, memoria diuinæ iustitiæ. Punctura, id est, afflictio exteriorum causarum dicitur inducere lacrymas cordi nostro. Ideo breuiter bene potest dici cuilibet illud Thr. 2. *Deduc quasi torrentem lacrymas per diem & noctem, non des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi.* Et sic patet triplex causa inductiua lacrymarum. ¶ Sed adhuc possumus notare, quod lacrymæ sunt

E virtuosæ, quia

Tollunt maculam internam,
Placant offensam æternam,
Præstant quietem supernam.

Dico, quod lacrymæ tollunt maculam internam, i. peccatum animæ. Sicut o. lixiuium calidum maculas tollit à pannis sic feruens

[illegible] V[illegible] [illegible] qui [illegible] fuum [illegible] Secundum [illegible] archidiacon [illegible] valet [illegible] s.q [illegible] d [illegible] perat [illegible] A [illegible] o [illegible] gratiam [illegible] & [illegible] [illegible] *Non dubito quin Deus [illegible]* quod lacrymæ reducunt qu[illegible] [illegible] quia [illegible] o est ac[illegible] aquilitas & [illegible] homo est per lacrymas [illegible] [illegible] entiæ [illegible] [illegible] procrea- [illegible] durare, & sic continua- [illegible] manent. Et ideo quan- [illegible] marum [illegible] labor, affli- [illegible], contr[illegible]o, necesse erit, quod ipsæ [illegible] & quiescant. Vnde Apoc. 7. [illegible] *ab oculis eorum* [illegible] Et hæc de [illegible] *oculis meis à lacrymis.* Et hæc de [illegible] in ¶ De lacrymis vero in malo potes dice-

[illegible]tis deceptionis,
[illegible] ntis afflictionis,
Sequentis damnationis.

[illegible]orum, qui fingunt se flere pro homini- [illegible] dolere. De quo Ecclesiast. 12. *Oculus suus [illegible] tempus, non satiabitur sanguine.* Ite[illegible] t pœna temporalis, quæ peccato- [illegible]tis. De qua Esa. 16. *Inebriabo te lacryma* [illegible] est lacryma damnatorum, de qua Da- [illegible] dicens in Psalm. 114. *Benedictum dominum, quo- [illegible] meam de morte, oculos meos à lacrymis, pedes meos à* [illegible] tamen, quod lacrymæ non dantur cuilibet pro li- [illegible] nec deuotio, sed quia ex quodam spirituali [illegible] sunt deuotis orationibus & profundis consi- [illegible]mpetrandæ, sicut bene innuitur Hierem. 9. vbi di- [illegible] *capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum?* & [illegible] Psalm. 79. *Potum dabis nobis cum lacrymis in men-* [illegible] bonæ lacrymæ. Et sufficit.

[illegible], quod lacus est fouea, seu stagnum, aqua, luto, [illegible] & piscibus plenum. Et est proprie Lacus, vbi [illegible] colligi, & easdem nequeunt vacuare. Et significat [illegible]doque in bono quandoque in malo. In bono [illegible] profunditatem humilitatis. In malo vero desi- [illegible]atem iniquitatis. De lacu humilitatis potest dici [illegible] *Desiderauit Dauid aquam de lacu.* De lacu vero in[illegible] [illegible] Psal. 7. quod *peccator lacum aperuit & effodit eum.* [illegible] tur quod triplex est malus lacus scilicet lacus [illegible]cati, lacus inferni.

[illegible] est omnis immundus,
[illegible] est nimis profundus,
[illegible] est nimis horrendus.
[illegible] debet euitari,
[illegible]cati debet detestari,
[illegible]ni debet formidari.

[illegible]o. quod est lacus voraginis mundialis. Sicut c[illegible] limosus, locus aquosus, locus ranis & san- [illegible] vere mundus est

[illegible] est
- Limos carnalitatis,
- Lutum tenacitatis,
- Aqua voluptatis,
- Rana loquacitatis,
- Sanguisuga voracis cupiditatis.

[illegible] *Aestimatus sum cum descendentibus in lacum, factus [illegible] inter mortuos liber.* Vbi aduerte, quod in [illegible]

[illegible] Æstimatus sum,)
[illegible] cum [illegible]scendentibus,)
[illegible] inter mortuos.)

¶ [illegible] ergo [illegible] mundi V[illegible] est sicut [illegible] A[illegible] [illegible] tur bitumen [illegible]ntæ te[illegible] [illegible] undum [illegible] q[illegible] aqua, nec igne dissoluitur. [illegible] vere in lacu huius m[illegible] est bitumen, id est, malæ tenacitatis consuetudo [illegible] el peccatum [illegible]qualitatis, quod suos sequaces tam fortiter stringit & ligat, [illegible] possunt perpetuo resilire. Vnde Thr. *Lapsa est in lacu vita mea, posuerunt lapidem super me,* &c. Quia vere [illegible], qui in lacu [illegible]undi positi sunt, statim lapide, id est, onere malæ consuetudinis [illegible] tur. Quod bene figuratum est Dan. [illegible] vbi dicitur, quod [illegible] *positus est in lacu leonum, & positus est lapis magnus super os laci.* Et [illegible] mundus dicitur lacus leonum, quia ibi hodie multi sunt [illegible]es, id est, [illegible] & crudeles. Nota tamen, quod per [illegible] digitur clausula, quod pressuratis [illegible] tribulationum, & in[illegible] [illegible] mundi, in q[illegible] certo [illegible] includuntur. & à tyran- nis & impiis imminet, [illegible] Hierem. 37. *Ingressus est Hieremias in domum laci* ¶ Et nota, quod B

Lacus mundi est
- Vmbrosus,
- Lutosus,
- Periculosus.

Vmbrosus (dico), quia sc. obscuritas ignorantiæ erroris & desidiæ [illegible]get ibi Ps. *Posuerunt me in lacu inferiori, in tenebrosis & vmbra mortis.* Lutosus, q[illegible] ibi sunt fæces, & lutum multarum immunditiarum, tribulationum, & miseriarum Hier. 38. *Proiecerunt Hieremiam, cum funibus in lacum in quo non erat aqua, sed lutum, & descendit Hier. in cœnum.* Periculosum etiam, quia sc. sicut in lacu abundant animalia crudelia sc. hippotami & crocodili secundu quod dicit Seneca in libro naturalium quæstionum, ideo periculosum est in lacu huiusmodi balneare, quia homo à belluis voratus. Sic vere in lacu mundi habitant tyranni & homines crudeles, qui molestant & deuitant circumstantes. Figura Hier. 41. vbi dicitur, quod *Ismael interfecit per medium laci il[illegible] qui se dabant habere thesaurum absconditum frumenti, vini, & olei* Ap. 14. *Exiuit sanguis de lacu vsq, ad frenos equorum.* Hic est ergo lacus voraginis mudialis. ¶ Se- C cundo dico, quod est lacus voraginis cordialis. Cor enim peccatoris vel etiam ipsum peccatum dicitur lacus, i. locus vilis & immundus limo & luto peccatorum plenus, & herbis malarum cogitationum refertus. Sicut n. dicit Isid. in Hibernia est lacus vbi si palus fixus fuerit illud, quod in terra fuerit ferru erit, illud vero, quod extra in aqua remãserit, lapis totus fiet, illud vero, quod aqua tactum non fuerit, in ligni specie remanebit, & sic erunt in eodem baculo tres diuersæ substantiæ & naturæ. Sic vere charissimi, in lacu peccati illi, qui profunde figuntur in terra, i. bonis terrenis per auaritiam, statim fiunt ferrei per crudelitatẽ & duritiam. Illi, v. qui in aqua delitiarũ merguntur, lapides, i. viti indeuoti, & frigidi efficiuntur. Qui. v. sursum in aere per superbiã in mũdi dignitatib. remanent, tales (dico) in specie ligni leuis & naturali aper superbiam perseuerant. De tali ergo lacu, i. de peccati statu dicitur Exo 7. *Extende manum tuam super aquas Aegypti, & super riuos fluminis. paludes, & lacus, & fiet sanguis.* Sequitur. *Et computruit fluuius, & fuit sanguis in tota terra Aegypti.* Sanguis (dico) peccati, de quo dicitur Hier. 41. *Interfecit eos Ismael in medio laci.* ¶ Ter- D tio dico, quod est lacus voraginis infernalis. Iste n. est *lacus iræ Dei, in quo mittetur vinea reproborum*, cũ in die iudicii fuerit recollecta, sicut dicitur Apoc. 14 Sicut n. in Noruegia, quæ est regio à sole distantissima, & in victualibus pauperrima, est quidam lacus secundum Isid. vbi omne corium positum efficitur lapis, sic vere in lacu Inferni, à quo sol veri luminis Christus ita est remotus, quod ibi radius suæ gratiæ non attingit, & vbi est fames perpetua, i. paupertas, quicquid positũ fuerit de corio, fiet lapis, i. durus sicut lapis, & stabilis sicut lapis, qui non mouetur, quia s. qui in mundo fuerit corium per carnalitatem, ipse finaliter in lacu inferni fiet lapis per immobilitatem, & per æternæ damnationis stabilitatem. Vnde Exo. 15. *Fiant immobiles quasi lapis.* De illo lacu dicitur Esa. 24. *Congregabuntur in congregatione fascis vnius in lacum, & claudentur ibi in carcere.* Vbi aduerte, quod in illo lacu erit Pressura multitudinis, quia congregabuntur in qua. Iactura altitudinis. (Congregatione inquit vnius fascis) Iactura turpitudinis. (Claudentur inquit ibi in carcere.) De isto igitur lacu dicitur lucifero illud Esa. 14. *Verumtamen inquit ad infernum detraheris, in profundum laci.* Est igitur dictum aliquid de triplici malo lacu scilicet Infernali cordiali, & mundiali.

## Lamentum.

Nota, quod luctus, planctus, lamentum pro eodem supponunt, quia tamen satis dictum est in aliis titulis: solummodo notabis, quod in scriptura reperitur A

Lamentum { Iustorum, Fictorum, | Miserorum, Damnatorum.

Primo ergo dico, quod est lamentum iustorũ. Iusti n. magis solent [illegible] in mundo lamentari, quam lætari, & magis tristari, quã [illegible] n. tam interiores, quam exteriores, tam anteriores quam posteriores inducunt prudentem hominem ad lamentum, & ad mundanæ & inepiæ lætitiæ carẽtiam & contemptum Hier. 9. *Vocate (inquit) lamentatrices, vt veniant, ad eas quæ sapientes, mittite, & properent vt assumant super vos lamentum. Deducant oculi nostri lacrymas, & palpebræ defluant aquis, quia vox lamentationis audita*

B *est in Sion, quomodo vastati sumus, & confusi vehementer.* ¶ Et nota, quod iustis [illegible] mittit, & facit, & profert lamentum contritionis, dum se [illegible] plura videt interius: Lamentum compassionis dum proximũ videt exterius. Lamentum deuotionis dum ad Deum spectat superius. Lamentum desolationis, dum ad mundum spectat inferius. De lamento contritionis, quod scilicet facit homo quando considerat mala præterita, quæ commisit, & turpitudinem, quam per peccatum incurrebat interior homo dicitur Eze. 2. quod ipse *vidit librum inuolutum, in quo erant scripta lamentationes, & carmen, & væ.* Liber enim inuolutus & turbulentus, est conscientia pœnitentis, in qua procerto homo legit mala, quæ fecit, & sic inuenit materiam lamentationum. Pœnas, quas meruit, & sic inuenit væ timorum & desolationum: Veniam, quam sperat vel obtinuit, & sic inuenit carmen gaudii & consolationum. Vnde Isid. 1. soliloquiorum dicit. *Nihil prosunt lamenta, si replicantur peccata.* Nihil valet à malis veniam poscere, & mala, quæ iu defles iterare. Et lib. 2. dicitur. Grauia peccata grandia lamenta desiderant. Nulla te tes de peccato securum faciat, nulla tibi securitas decepto blãdiatur, valere te animo magis opta, quam corpore, magis mente, quam carne. Aduersa [illegible] sunt corporis remedia, animæ ægritudo mentem vulnerat, mentem curat. Illud est ergo lamentum contritionis. ¶ De lamento compassionis, quod scilicet concipitur pro miseriis & infortuniis proximorum, dicitur Hierem. 9. *Super montes assumam fletum & lamentum, & super speciosa deserti planctum, quoniam incensa sunt.* Et Ezec. 26. *Attoniti super repentino casu tuo, & mirabuntur assumentes super te lamentum, & dicent tibi, quomodo periisti, quæ habitas in mari?* Constat enim quod infortunium & tribulatio aliorum, & maxime proximorum, nec non casus excellentium & magnorum inducunt hominem ad lamentum. ¶ De lamento deuotionis, quod tunc contingit quando quis se cõuertens per familiarem deuotionem ad Deum indignum se reputat Dei laude, & illa quæ in oratione postulat obtinere, & inde ad lamentandum inducitur, & plangendum, & ad diuinam clementiam implorandum, dicitur Iudith 6. *Adorantes dominum, & communi lamentatione & fletu vnanimes preces suas domino effuderunt.* ¶ De lamento vero desolationis, quod scilicet homo facit intuens & videns tribulamina mundi huius, dicitur Hierem. 9. *Docete filias vestras lamentum, & vnamquamque proximam vestram planctum, quia ascendit mors per fenestras vestras, ingressa est domos vestras.* Et sic patet, quod est quoddam lamentum, quod est iustorum.

C ¶ Secundo dico, quod est quoddam lamentum, quod est fictorum, vel stultorum sc. hypocritarum, qui se fingunt se lamentantes & pœnitentes, compatientes atque lugentes. Vel etiam istud est lamentum stultorum & fatuorum, qui scilicet tunc faciliter lamentantur, quando bona mundi non habent pro libito & aduersum aliquod patiuntur. 1. Machab. 1. *Infirmati sunt, & speciositas mulierum immutata est, & omnis maritus sumpsit lamentum.* Et Hierem. 48. *Clamabo ad viros muri fictilis lamentantes deplanctu lacer.*

D ¶ Tertio dico, quod est lamentum, quod est miserorum seu egenorum, qui scilicet propter oppressiones tyrannorum & propter impetus fortunæ varios, quos perferunt, emittunt gemitus & lamenta. Tob. 2. *Comedit panem cum tremore & luctu.*

E Sequitur: *Dies festi vestri conuertentur in lamentum.* ¶ Quarto vero dico, quod est lamentum, quod est damnatorum, qui scilicet perpetuo lamentantur, & dolent, & quorum præsens gaudium vertitur finaliter in mœrorem. De quo 1. Machab. 9. dicitur, *quod conuersa sunt nuptiæ in luctum, & vox musicorum ipsorum in lamentum.* Sic igitur patet quomodo lamentari conuenit multis causis. Vide vbi

Flere,
Lugere,
Lacryma,
Planctus, vel Ploratus.

# Lamina.

Cum lamina nihil aliud [illegible] quam [illegible] cula, fusione vel malleatione in latitudinem [illegible] nuata possumus notare, quod laminæ metallorum sunt [illegible] pendunt, ad scribendum, ad ornandum, ad vestiendũ, ad tuendum & defendendum. Igitur per laminam intelligimus [illegible] scripturam, & ipsius documenta, siue etiam exempla præcedentium sanctorum, & ipsorum notabilia monumenta. Ista enim nobis dilatantur & explicantur, & sic quædam laminæ ad vtilitatem videntium & audientium fabricatæ [illegible] Scripta enim quandoque dicitur lamina aurea, quandoque argentea, quandoque plumbea, quandoque ferrea:

Aurea dicitur per pretiositatem promissorum,
Argentea per pulchritudinem consiliorum,
Ferrea per asperitatem iudiciorum,
Plumbea per mollitiem indultorum

Et sic dico, quod per laminas huiusmodi nos celantur [illegible] veritate, quia sicut scriptura diuina est illa lamina [illegible] scriptum nomen Dei Tetragrammaton, qua decorabatur [illegible] sacerdotis, quando in tabernaculo ministrabat. Ad [illegible] dum, quod nullus sacerdos est dignus domino mi[illegible] qui ista sacra lamina frontem conuersationis suæ nouerit [illegible] tare. Ista enim dicitur lamina sacræ venerationis E[illegible] *lamina semper in fronte eius, vt placatus sit dominus.* Item per tales laminas nos vestimur clara venustate. Exempla enim [illegible] sunt sicut laminæ aureæ, quibus nos debemus esse [illegible] & ornati. *Omnia enim quæ erant in tabernaculo fœderis, erant [illegible] aurea, scilicet arca, tabula, vectes, &c.* Ad denotandum quod omnes, qui sumus in tabernaculo Ecclesiæ laminis exemplorum aureorum debemus esse vestiti, & laminis aureorum documentorum muniri. Exod. 38. *Vectes operuit laminis aureis.* Laminas autem aureas possum significare bonas personas, quibus debet tabernaculum Ecclesiæ debet esse ornatum. Aduerte tamen, quod Num. 16. dicitur *quod scilicet thuribula, de quibus exusserat ignis, que consumpserat ambitiosos sacerdotes, Deus præcepit in laminas tenuari, & in altari affigi,* vt scilicet futuri videntes illas, recentiatem diuini iudicii cogitarent, ne forte talia aggredi præsumerent vel auderent.

¶ In quo notatur, quod per laminas sacræ scripturæ non solum nobis ostenduntur exempla bonorum, imo etiam exempla, mores & iudicia malignorum, vt scilicet caueamus à commissione similium delictorum. Item per tales laminas nos defendimur in improbitate. De laminis etiam ferreis fiunt planæ & armaturæ pro corporibus muniendis. Sic veræ scripturæ, documenta, & exempla sunt nobis contra hostia inferni iacula, tutamenta Iob 40. *Cartilago eius velut laminæ ferreæ.* Aduerte tamen, quod hypocritæ portant laminas argenteas pulchræ eloquentiæ, & doctrinæ, sed tamen inutiles, atque vacuæ sunt iuxta illud Esa. 30. *Contaminabis laminas sculptilium argenti tui, & vestimentum conflatilis auri tui:* quia scilicet tales sunt propriè sicut sculptilia, ficta tamen & sine anima, hoc est dictum, sine sanctitate & virtutis, quamuis laminis aureis & argenteis, id est, honestate conuersationis & claritate doctrinæ eloquentiæ sint Esa. 40. *Nunquid sculptile conflauit faber, aut artifex auro figurauit illud aut laminis argenteis argentarius?* Sed non sic boni. Patet ergo, quo modo per laminas intelligitur sacra scriptura vel bonorum exemplorum cooperatorum & figura, &c.

# Lampas.

Nota, quod lampas nihil aliud est quam quoddam vitreum instrumentum igne, & oleo ad illuminandum ordinatum. Sumitur igitur multipliciter in scriptura, in bono, scilicet & in malo. In bono enim significat virum perfectum vel virtutem perfectionis propter tria connotatus, secundum quod in lampade sunt tria, scilicet splendor, ardor, liquor, quia scilicet in virtute perfectionis vel in viro perfecto debet esse

Splendor honestatis,
Ardor charitatis,
Liquor pietatis.

Vt sic talis figuretur in illo filio hominis, de quo dicitur Daniel. 10. *quod oculi eius vt lampas ardens.* In quibus verbis ostenditur, quod in prædicta debent in lampade spirituali, scilicet in homine perfecto, scilicet

Humor,
Splendor,
Feruor

... ad ... rigandum, quod ostenditur in verbo (O... est ... humor. Splendor honestatis ad illu... quod ostenditur, cum dicitur (Lampas) Ibi enim ... bor charitatis ad inflammandum, quod ostend.

Ardens

Oleum dulcoris & clementiæ,
Lumen decoris & apparentiæ,
Ignis amoris & amicitiæ.

Primo igitur dico quod in lampade debet esse liquor pietatis, qui est nutritiuus. Et iste notatur in oculo, quia sicut ipse oculus inter cætera membra habet amplius de humore, sic nos ... multū habere de pietatis dulcore. Similes prudentibus ... ibus, *quæ cum lampadibus acceperunt oleum in vasis suis, & cum ipso ad nuptias intrauerunt*, sicut dicitur Matth. 25. ... charissimi illi, qui in lampade vitæ honestatis deferunt ... tatis digni sunt in nuptijs paradisi recipi, & ibi cum Christo ingredi & admitti (Oculi inquit.) Vnde Thren. ... *pra lacrymis oculi mei*. Lacrymæ enim denotant abundantiam humoris, & abundantiam pietatis. Sit igitur in spiritu ... pade liquor pietatis, qui est nutritiuus. ¶ Secundo de... splendor honestatis illuminatiuus, quod ostenditur ... lo lampas: quia sicut lampas principaliter ordinatur ... nandum domum, sic virtus honestatis est ordinanda ... bonorum exemplorum alijs ostendendum. Vnde ... *Cunctus populus audiebat voces, & lampades videbat*. sicut e... in tubis sonantibus fractis lagenis & lampadibus ... Madiam terruit, & deuicit, sic vere si lagenas carnis ... per pœnitentiā frangimus, si tuba orationis ad Deū preces fundimus, & paces bonorum exemplorum pro... nostris ostendimus, tunc proculdubio Madiam, id est, ... deterremus, & de eo triumphamus. Simus ergo tales, ... de nobis possit dici illud Nau. 2. *Aspectus eorum quasi lampades & quasi fulgura discurrentia*. Hic est ergo splendor honestatis illuminatiuus.

¶ Tertio dico, quod in ista lampade debet esse feruor charitatis, qui est accensiuus (Ardens inquit.) Sicut enim ignis in lampade est necessarius, quia sine igne non potest ibi luminis claritas apparere, sic vere virtus charitatis nobis est necessaria, quia sine ista non perseuerat virtus, vel claritas honestatis. ... enim virgines fuerunt repulsæ, *pro eo quod oleum in lampadibus non habebant*, sicut dicitur Matth. 25. Quia vere illi à Deo finaliter repellentur, qui cum lampadibus honestatis non habent oleum charitatis. (Ardens inquit.) Vnde de charitate Dei dicitur Can... *Lampades eius lampades ignis atque flammarum*. Vide ... de ardore. Et sic ergo patet quomodo lampas accipitur in bono. ¶ In malo vero per lampadem potest intelligi mundi prosperitas vel carnis fragilitas. In mundo enim est

Vitrum fragilis prosperitatis,
Oleum carnalitatis,
Ignis cupiditatis.

... sicut papiliones solent delectari in lumine lampadis, & ... non aduertunt, vel in oleo submerguntur vel aliter alæ ... ignis in incendio destruuntur, sic vere fatui mundani ... delectantur in lumine mundanæ prosperitatis, sæpe fit, ... iam igne cupiditatis cremantur iam carnalitatis oleo ... merguntur. Psalm. *In ignem deijcies eos, in miserijs non subsistent*.

Lana. Nota, quod lana, quæ passionem non sentit, nascitur ex carne, iterumque carnem vestit, & omnia interiora ... tegit, iterumq; calorem nutrit, corpus ab actis ... defendit, iterumq; exterius adhæret, & tamen sine ... periculo, imo cum vtilitate & lucro tollitur & recedit, ... animalib. communicatur, & exterius ad infinita ... extendit, potest multa & varia significare & tam in bono, quam in malo multipliciter designare. Significat enim,

Corporu castitatem,
Morum honestatem,
Cordis claritatem,
Rerum facultatem,
Sacram veritatem,

Primo ergo dico, quod inuenitur lana castitatis inuiolatæ. Lana ... vt dictum est quamuis nascatur ex carne, vestit tamen carneas passiones, sic virginitas seu castitas. Et inde est, quod *vellus Gedeonis cum lana remansit sicca, cum esset tota area madefacta*, sicut dicitur Iud. 6 signauit virginem benedictā, quæ sola fuit mater intacta ... matrum area remanente corrupta. Sicut enim dicitur Psal. 147. *Deus dat niuem sicut lanam, nebulam sicut cinerem spargit*, quasi dicat quod lana comparari potest niui, quæ designat puram albedinem castitatis. Vnde de casto homine potest dici, quod scribitur Apoc. 1. vbi dicitur *quod caput & capilli sedentis in Throno erant candida tanquam lana alba*. Ista est ergo lana castitatis inuiolatæ. ¶ Secundo dico, quod inuenitur lana honestatis immaculatæ. Lana enim exterius apparet, & cooperit quicquid B
interius latet. Lana etiam diuersis coloribus tingitur, ita quod vestimenta inde fiunt, quibus humana natura induitur, & ornatur. Ista est virtus honestatis, quæ sc. quicquid intus in mente latet, solet tegere, & conuersationem humanam morum & virtutum coloribus adornare. *Ista sunt lana colorū optimi*, de quib. fit mentio Ez. 17. *Nulla enim res ita potest colores recipere sicut lana & conuersatio*. Vt de quolibet honesto dicatur illud Dan. 7. *Capilli eius quasi lana munda*. Aduerte tamen, quod in lana quandoque contingit lepra & quandoq; tinea, quia scil. in lana exterioris conuersationis, quando sc. per hypocrisim corrumpitur, quandoq; generatur lepra luxuriæ. Leu. 13. *Hæc est lex lepræ vestimenti lanei*. Lex dico, quia scilicet tale vestimentum nisi cessaret talis lepra, debebat comburi: quandoq; vero generatur ibidem tinea inuidiæ Esa. 51. *Sicut lanam sic deuorauit eos tinea*. Talem ergo lanam cum lino prohibentur portare filij Israel. Deut. 22. *Non indueris vestem, quæ ex lana linoq; contexta est*; quia vere non decet hominem, quod interius habeat linum, exterius lanam: Interius occultam, subtilem & malitiosam intentionem, exterius vero rudem & fictam conuersationem. Talibus ergo hypocritis videtur dictum illud Esa. 1. *Si fuerint peccata vestra sicut coccinum quasi nix dealbabuntur, & si fuerint rubra quasi vermiculus, sicut lana alba erunt*, quasi diceret: Licet peccata coccinea, id est, rubea & carnalia habeatis, vos tamen ipsa per hypocrisim in exteriori conuersatione superficialiter dealbatis, vt de vobis dicatur illud Ezec. 34. *Lac comedebatis, & lana operiebamini*, quia scilicet isti volunt pasci lacte, id est, delitijs in secreto, licet vt sint vestiri, & operiri lana, id est, honestate apparentiæ in aperto. Non sic, sed sit in nobis lana honestatis immaculatæ.

¶ Tertio inuenitur lana charitatis accumulatæ. Sicut enim C
lana calefacit corpus, & resistit frigori, sic charitas mentem accendit, & resistit indeuotionis torpori. Ista est lana coccinea, quę cum Hysopo erat vtilis ad aspersionem populi. sicut dicitur Heb. 9. quia scilicet *lana coccinea, id est, ignea seu flammea charitas purificat corda nostra*. ¶ Quarto dico, quod inuenitur lana faculta- D
tis multiplicatæ. Substantia enim temporalis dicitur lana, quia sine periculo nostro à nobis tollitur, imo certe cum commodo nostro, quia scilicet nisi tali lana tondeamur & spoliemur, calor auaritiæ in nobis gignitur, & mens nostra pressa sub onere suffocatur. Veruntamen auari non curant tali lana tonderi, nec temporalibus spoliari, imo videntur dicere illud Os. 2. *Vadam post amatores meos, qui dant panes mihi, & aquas meas, lanam meam & linum meum, oleum meum, & potum meum*. Isti tamen sunt fatui, quia scilicet finaliter ab eis tolletur, & ipsos vacuos & nudos relinquet. Vnde ibidem dicit Dominus. *Sumam frumentum meū, & vinum meum, & liberabo lanam meam, & linum meum, quæ operiebant ignominiam eius, & nunc reuelabo stultitiam eius in conspectu amatorum eius, & vir non eruet eam de manu mea*. Expone, quomodo Deus tollit terrena de manibus animæ peccatricis, & ipsam finaliter nudam dimittit cum suis amatoribus, id est, omnibus, quos plus quam Deum diligere videbatur. Lanea ergo, id est, temporalia indumenta bonis ecclesiasticis inhibentur. Linea vero, id est, bona spiritualia ipsis solummodo conceduntur. Vnde dicitur Ezech. 44. de sacerdotibus in templo ministrantibus. *quod vestibus lineis induebantur, & non ascendebat super eos quicquam laneum*. Ista est ergo lana facultatis multiplicatæ.

¶ Quinto dico: quod inuenitur lana veritatis sanctificatæ, E
id est, sacræ scripturæ, quam sc. oues spirituales, id est, Christus, prophetæ, & Apostoli nobis attulerunt, & post se nobis reliquerunt & exinde filius Dei induerunt & vestierunt. Vellus enim cum lana aurea fuit antiquitus in regno Colchorum, quod strenuissimus miles Iason superatis dracone & tauris flammiuomis, in Græciam deportauit, & exinde regnum Colchorum spoliauit, sicut Ouidius tam historice, quam poetice dicit lib. 7. fabula 1. Sic reuera cum vellus, & lana sacræ scripturæ antiquitus solum esset in Colchis, id est, in populo Iudæorum, constat, quod Iason, id est, Iesus strenuissimus miles istam nobis cum magno suo periculo, quia scilicet à Dracone & Tauris, id est, à Pilato & Iudæis passus est, nobis detulit, & exinde Græciam, id est, Ec-

Dictio. Berthorij.      Vu

est, Ecclesiam insigniuit, & Iudaicum populum expoliauit. Vnde de Ecclesia potest dici illud, quod de muliere forti dicitur Prou. vltim. *quod quæsiuit lanam & linum, & operata est consilio manuum suarum.* Lana enim cum lino quæritur, quando sensus historicus cum mystico declaratur. Patet ergo, quomodo per lanam intelligitur, Veritas sanctificata: Facultas multiplicata: Charitas communicata & accumulata: Honestas immaculata: Castitas inuiolata, & hæc sufficiant.

A **Lancea.** Cum lancea sit instrumentum longum, & acutum ex ligno & ferro compositum, ad perforandum & ad lædendum, siue pro defensionis remedio fabricatum, possum dicere moraliter, quod per lanceam potest intelligi omne illud quod mediante alicui infertur afflictio vel punctura. Signat igitur tam in bono quam malo. Et sic dicam in bono significato, quod nos inuenimus

Lanceam
- Saluationis,
- Correctionis,
- Locutionis vel orationis,
- Compassionis.

Primo igitur dico, quod inuenitur lancea saluationis, quam portauit secum Christus dimicans. Hæc est lancea crucis, qua mediante Christus pugnauit, & pugil contra diabolum pro peccatoribus triumphauit. Vnde de spinis, id est, de peccatoribus ista lancea deuictis potest dici illud 2. Regum 23. *Quasi spinæ* (inquit) *euellentur vniuersi qui non tanguntur manibus, sed si quis eas tangere voluerit armabitur ferro & ligno lanceato.* Ferrum enim fuerunt claui, quos habuit Christus in manibus, lignum fuit crux & spinæ ferrum autem lanceatum fuit ad literam lancea, qua in cruce fuit percussus de qua dicitur Ioan. 19. quod *vnus militum lancea latus eius aperuit.* Ista est igitur lancea saluationis, quia scilicet Christus per istam saluauit genus humanum. Quilibet etiam si ista lancea per deuotionem se armauerit, de hostibus faciliter præualebit. Sicut enim sagittæ Herculis quando occidit Hydram serpentem mirabilem cum pluribus capitibus (abscissis renascentibus) virtutem maximam in eius sanguine receperunt, ita quod tandem Græci non potuerunt Troianos vincere sine ipsis, sicut ponunt historiæ, & Ouidius hoc recitat, sic non mirum si lancea, crux & claui, quæ in sanguine Christi fuerunt tincta (Hydræ pro certo similis, eo, scilicet quod ex diuersis capitibus, id est, diuersis naturis constat, scilicet Deitate, anima, & corpore, eius tamen duo capita sublata de medio per mortem, corpus scilicet, & anima reunata post mortem per resurrectionem fuerunt & ad statum pristinum reuenerunt) in præfato sanguine virtute maxima fuerunt prædita, & ibi mirabiliter consecrata, & ad iuuandum homines contra dæmones apta facta, si tamen per deuotionem habita fuerint & portata. Diabolus enim istam lanceam, qua scilicet in tanto prælio à tanto milite fuit victus, cognitam formidat. Et ideo non libenter tentationibus impedit hominem, qui hanc portat. Narra, si vis de lancea Christi corporali, quæ tempore Godofredi de Bullone, quando Christiani Antiochiam obsidebant, mirabiliter & per reuelationem fuit inuenta, & ibi per eam multa miracula diuinitus perpetrata. Bene ergo dico, quod est ista lancea saluationis quam portauit Christus dimicans.

B ¶ Secundo dico, quod inuenitur lancea correctionis, quam debet habere rector iudicans. Quia reuera ad prælatum, iudicem vel potestatem spectat, quod lancea, id est, punctura correctionis contra impios sit armatus. Lancea enim habet ferrum durum, & lignum tenerum, ferrum acutum & lignum planum: ferrum strictum, & lignum longum, vtrunque, tamen rectum. In quo notatur, quod lancea, id est, iustitia principis vel prælati simul habere debet scil. ferrum & lignum, id est, duram seueritatem, & mollem benignitatem. Quia etiam si in ipso inueniatur seueritas pungens, ibi tamen inueniri debet suauitas seu planities mulcens & vngens, & hoc certe tali modo, quia etiam ferrum debet esse ligno breuius, quia in iudice debet seueritas esse breuis, dulcor vero durabilis atque longus, quia, scilicet, breuiter, & solum cum res exigit, debet seueritas durare. Lignum vero, i. suauitas vel mollities, benignitas, & planities modestiæ & deliberatiuæ tarditatis debent in negotijs longa esse. Vtraque tamen, scilicet, ferrum, & lignum, & rigor, & dulcor, & tarditas & celeritas, debent habere certitudinem, & semper æquitatis & iustitiæ veritatem. Quia, scilicet, siue puniat, siue parcat, siue subito siue tarde & plane procedat, nunquam tamen debet à rectitudine iustitiæ recedere, sed iustus & rectus vbilibet semper esse. Vnde Leo in sermone de Pentecoste dicit: Melior est lenior gradus per iter rectum, quam velocitas festina per deuium. De tali ergo lancea correctionis potest dici illud 2. Paralipom. 23. *Dedit Ioiada sacerdos centurionibus lanceas.* Ista est ergo lancea correctionis, quam debet habere rector iudicans.

C ¶ Tertio dico, quod inuenitur lancea locutionis, quam debet habere doctor prædicans. Verbum enim Dei lancea dicitur, pro eo, quod inde auditorum corda citius vulnerantur. Et si vis, dic quomodo lancea verbi debet esse acuta per reprehensionem: plana per moderationem: Suauis per monitionem & consolationem: longa per deliberationem: recta per veritatis & iustitiæ annunciationem: Polita per honestam & pulchram locutionem. Vnde de talibus lanceis dicitur Hierem. 46. *Præparate scutum & clypeum, & procedite ad bellum*, scilicet, ô vos prædicatores. Sequitur. *State in galeis, polite lanceas, induite vos loricis.* Ita pro certo faciebant antiquitus sancti viri, qui terrena negotia dimittebant & verbi lanceam assumebant, & prædicatores fiebant. Sicut apparuit in Petro & Elisæo, qui de piscatore & bubulco facti sunt prædicatores, Apostoli & Prophetæ. Vnde isti videntur fecisse iuxta illud Ioel 3. *Concedite aratra vestra in gladios, & ligones vestros in lanceas.* Cuius tamen proculdubio est hodie contrarium, quia, scilicet, rustici non conuertunt ligones suos in lanceas, imo pro certo viri sapientes & docti conuertunt suas lanceas in ligones, in quantum, scilicet, officium prædicationis deserunt, & ad terrena negotia se conuertunt, sicut patet in prælatis nostris hodie, qui de prædicationis officio nihil curant, mundi vero negotijs prorsus vacant. Iuxta illud Esaiæ 2. *Conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces.* Vnde iam videtur verificatum illud 1. Regum 13. *Non est inuentus gladius aut lancea in manu totius populi præter Saul & Ionathan.* Quia reuera tales lanceæ hodie de nostris manibus exceptis paucissimis, defecerunt. Ista est ergo lancea locutionis, seu orationis, quam debet habere & gestare doctor prædicans.

D ¶ Quarto dico, quod inuenitur lancea compassionis, quam debet habere diues claudicans, hæc est eleemosyna. Ista est enim lancea cum qua diuites & etiam alij peccatores possunt contra diabolum se tueri. Et ista similiter debet esse plana, recta & longa. Plana dico & benigna, & beneuola, & cum vultu placido, & iucundo, iuxta illud Ecclesiast. 35. *In omni dato tuo hilarem fac vultum tuum.* Recta etiam, quia de de suo non de alieno debet fieri eleemosyna Tob. 4. *Ex tua substantia fac eleemosynam, & ne auertas faciem tuam ab vllo paupere.* Longa insuper, quia, scilicet, diu debet perseuerare, & nunquam quamdiu poterit deficere, nec cessare. Vel longa debet esse, quia, scilicet, etiam vsque ad illos qui longe sunt se extendere debet & tam propinquos quam extraneos adiuuare. Vt sic dicat talis illud Esa. 57. *Reddidi consolationes ipsi pacem ei, qui longe est & qui prope.* Et breuiter ista est lancea contra diabolum propugnatrix de qua dicitur Eccles. 39. *Conclude eleemosynam in sinu pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo.* Sequitur. *Super scutum potentis, & super lanceam aduersus inimicum tuum pugnabit.* Et sic patet, quomodo lancea quadrupliciter sumitur in bono modo, seu etiam in bono significato.

E ¶ Sed reuera adhuc dico, quod lancea potest sumi in malo significato, & sic notabo, quod in scriptura reperitur, scilicet,

- Lancea detractionis,
- Lancea proditionis,
- Lancea direptionis,
- Lancea tentationis,
- Lancea damnationis.

Detractor lanceat virum innocentem. Vnde de Chaldæis contra filios Israel venientibus dicitur Iud. 9 *quod isti sagittis suis, & lanceis gloriantur.* Quia, sicut dicitur Hier. 9. *Sagitta vulnerans lingua eorum. Proditor lanceat virum confitentem*, sc. proprium amicum. Vnde Pro. 26. *Sicut noxius est, qui mittit sagittas & lanceas in mortem, sic qui fraudulenter nocet amico suo.* Tyrannus seu direptor lanceat virum indigentem & virum innocentem, scilicet, pauperem se defendere non valentem. Vnde de impio Saul dicitur 1 Regum 19 *quod nisus est Saul lancea percutere Dauid*, id est, pauperem. Tentator lanceat stultum non cauentem sibi. Vnde diabolus figuratur in Ioab 2 Regum 18. *qui infixit tres lanceas in corde Absalon.*

Quia

Quia reuera Ioab, id est, diabolus, tres lanceas, id est, tres species principales tentationum, scilicet, superbiam, auaritiam & luxuriam, infigit in corde hominis quando potest, ipsumq; spiritualiter destruit, & occidit. Vnde iustus expertus lanceas tentationum istius hostis dicit Iob 16. *Hostis meus terribilibus oculis me intuitus est.* Sequitur. *Circumdedit me lanceis, conuulnerauit lumbos meos, non pepercit, & effudit in terra viscera mea.* Damnator lanceat prauum delinquentem, quia scilicet, Christus, qui est iudicando ordinarius damnator, vel diabolus, qui est sententiæ executor, lancea seu punctura damnationis & mortis vulnerat delinquentem. Vnde de Christo futuro iudice dicitur Sapien. 5. *Acuet diram iram in lanceam, & pugnabit pro eo orbis terrarum contra insensatos.* Sic ergo patet, quomodo tam in bono quam in malo significato lancea sumitur multis modis. Vide, si libet de Sagitta & Gladio.

## Languor. Languere. Languidus.

A Nota, quod languor, videtur esse quid medium inter actualem infirmitatem & realem sanitatem. Languor enim signat lentitatem seu tarditatem vigoris, cum desiderio attingendi perfectionem finis. Igitur, sicut etiam bene dicit Mauritius, dico, quod in scriptura inuenitur

Languor { Naturalis, & est singulorum, / Virtualis, & est perfectorum, / Criminalis, & est iniquorum, / Temporalis, & est miserorum, / Æternalis, & est damnatorum.

¶ Primo ergo dico, quod languent singuli naturaliter. Natura enim humana pro tempore huius vitæ valde est languida, & in suis operibus imperfecta. *A planta enim pedis vsque ad verticem non est in ea sanitas.* Præmittitur. *Omne enim caput languidum, & omne cor mœrens.* Esa. 1. Constat enim quod dum hic viuimus, multis laboribus subiacemus. Et ideo multi fuerũt antiquitus, qui vitam languidam abhorrentes, mortem vita beatiorem dicebant, & ideo in puerperijs plorabant, & in funeribus amicorum gaudebant, sicut de Thracibus aliquibus populis exemplificat Solinus, & Valerius Maximus li. 2. c. 1. Ad quod facit etiam scriptura Eccl. 30. *Melior est mors, quam vita, & requies æterna, quam languor perseuerans.* Natura enim humana subiecta est

Languori { Doloris & infirmitatis, / Laboris & pœnalitatis, / Timoris & stupiditatis, / Torporis & debilitatis, / Terroris & fatuitatis, / Mœroris & flexibilitatis.

Dic ergo, quod languet natura per dolorem & infirmitatem 3. Reg. 1 . *Factum est, vt ægrotaret filius matrisfamilias, & erat languor fortissimus.* Vnde 2. Paralip. 21. *Tu autem ægrotabis languore pessimo.* Item languet natura per laborem & pœnalitatem. Vnde Psal. 87. *Oculi mei languerunt præ inopia* Oseæ 3. *Vidit Ephraim languorem suum, & Iudas vinculum suum.* Item languet natura per timorem & stupiditatem. Vnde Sap. 17. *Hi cum derisu pleni dolore,* alias, *timore languebant.* Item languet natura per torporem & debilitatem Malac. 1. *Si offeratis claudum, cæcum,* id est, languidum, *nonne malum est.* Item languet natura per errorem & fatuitatem. Ita enim languent ingenia sicut corpora. Ille enim in animo languere dicitur, qui nulli certo inhæret, sed vndique per dubitationes & quæstiones vagatur. Vnde 1. Tim. 6. dicitur, *quod qui non acquiescit sanis sermonibus superbus est & nihil sciens,* scilicet, languens circa quæstiones & pugnas verborum. Item languet natura per mœrorem, & flebilitatem, hoc est dictum, per tristitiam vnde 1. Machabæor. 6. *Vt audiuit rex sermones istos expauit, & commotus est valde, & decidit in lectum, & incidit in languorem præ tristitia.* Isti sunt ergo

Languores humani, videlicet { Mœror, / Error, / Torpor, / Timor, / Labor, / Dolor.

Istos tamen languores, vt in nobis curaret, Christus assumpsit, & pro nobis languidus factus fuit Esa. 53. *Vere languores nostros ipse* pertulit, *& dolores nostros ipse portauit.* Sic ergo patet, quomodo languent singuli naturaliter.

*Diction. Berchorij.*

¶ Secundo dico, quod languent deuoti virtualiter. Et sic dico, quod iusti languent præ dilatione cœlestis patriæ, præ dilectione vnionis diuinæ, præ incursione mundi & miseriæ. Et sic dico, quod apud iustos est

B Languor { Desiderans, / Considerans, / Reuerberans.

De languore deuotionis per quem cœlestia desiderantur dicitur Neæ. 2. quod Neæmias desiderans reparationem Hierusalem, & populi Israelitici reditum in eandem *leuauit vinum,* id est, feruorem deuotionis, *& dedit regi,* id est Christo. Et sequitur verbum ipsius Neæmiæ. *Et eram.* (inquit) *Languidus ante faciem regis,* scilicet, præ desiderio cœlestis Hierusalem. De languore dilectionis, quo Deus & homo confœderatur, dicitur Cant. 2. *Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo.* Et sunt verba sponsæ, id est, animæ sponsum suum, id est, Christum feruentissime diligentis. Amor enim proprie languor dicitur pro eo quod desiderata sanitas nec attingitur, nec penitus desperatur, sed sub incerto, & pendulo, & in voluntate alterius expectatur. Sanctæ enim animæ quæ hic corporis carcere & exilio sunt detentæ, dum Christum quem amant tenere nequeunt sicut optant, dicũtur languere, eo quod sub spe adhuc incerta noscuntur sponsi gloriam expectare Canticorum 5. *Adiuro vos filiæ Hierusalem, si inueneritis dilectum meum, vt annuncietis, quia amore langueo.* Et sunt verba animæ sanctæ, quæ est in via, ad animas sanctas, quæ sunt in patria.

Item de languore mundani incolatus, seu mundanæ habitationis, per quem terrestria reijciuntur, seu vilipenduntur. Nota quod homo videns se esse corporis ergastulis inclusum, infortunij fabulis delusum, errorum nebulis obrusum, mundanis iaculis contusum, à cœli ferculis exclusum, languet & mentaliter sursum tendit, infima, seu terrestria vilipendit Psalmo. *Traditus sum & non egrediebar, oculi mei languerunt præ inopia.* Non egrediebar (inquit) scilicet auctoritatem mundi vel corporis, & ideo oculi mei scilicet mentis, languerunt præ inopia, scilicet, cœlestium præmiorum, vel præ inopia terrestrium defectuum vel malorum. Igitur patet, quomodo languent deuoti virtualiter.

C ¶ Tertio vero dico, quod languẽt iniqui criminaliter. Constat enim, quod peccatores sunt in periculoso languore. Nullus enim languor deterior quam peccatum. Languidus enim non habet gustum, non exercet actum, non lucratur pastum, non euitat ictum. Sic nec peccator gustat cœlestia, exercet virtualia, acquirit præmia, nec euitat tædia. Et reuera particulariter potest dici, quod

Peccatores languent { Luxuria renes dissoluente, / Gastrimargia vires eneruante, / Pertinacia mentem inuoluente.

Ista enim tria faciunt hominem spiritualiter languidum scilic. luxuria 2. Reg. 3. *Cuba super lectum, & languorem simula,* scilicet, vt possis corrumpere Thamar filiam regis. ¶ Item gula seu Gastrimargia 2. Paral. 21. *Ægrotabis languore pessimo vteri, donec egrediantur vitalia tua.* ¶ Item obstinatio, seu pertinacia, de Eccle. 10. *Languor prolixior grauat Medicum, breuem languorem præcidit Medicus.* Iusti ergo talem languorem præoccupant, & sentientes tentationes, humilitatis & confessionis adhibent remedium ne succumbant Eccl. 18. *Antẽ languorem adhibe medicinam.* Tales tamen languidi, id est, peccatores, à Christo quandoque curantur, & eius gratiæ medicina ad sanitatem gratiæ reducuntur, sicut dicitur Mat. 1. quod *Iesus curabat multos, qui vexabantur varijs languoribus.* Aduerte tamen, quod sicut languidus indiget adiutorio, sic peccator. Indiget enim adiutorio prædicatoris, correctoris, vel gubernatoris. Vnde Iob 5. dicitur quod *Languidus ille, qui sine sanitate per longa tempora fuit iuxta piscinam probaticam, excusabat se, dicens, Hominem non habeo, qui mota aqua per angelum ponat me in piscinam.* Quæ tamen omnia possunt cedere in vituperium prælatorum & prædicatorum, propter quorum negligentiã adhuc restat multitudo hominum languidorum Io. 5. *Erat in Hierusalem probatica piscina, habens quinq, porticus in his iacebat multitudo languentium cæcorum, claudorum & aridorum expectantium aquæ motum.* Et sic breuiter dico, q inuenitur languor culpæ, gratiæ, & naturæ. De languore quomodo languent miseri tẽporaliter, satis dictũ est sicut in primo. De languore vero pœnę perpetuæ, quo dãnati



scilicet

scilicet langueant æternaliter nihil ad præsens, sed illud solum, quod dicitur populo peccatori Deu. 28. *Augebit Dominus plagas tuas, plagas magnas & perseuerantes, infirmitates pessimas, & perpetuas, insuper & vniuersos languores.* Sic igitur dixi aliquid de quadruplici languore.

A **Lapis.** Nota, quod lapis multipliciter sumitur in scriptura: Sumitur enim in bono & in malo. In bono enim signat virum stabilem & constantem. In malo autē designat virum insensibilem & inconstantem, siue ignorantem. Dicamus ergo primo de bono significato, quod per lapides intelliguntur virtutes interiores, vel viri perfectiores. Et dico virtutes interiores, vnde Ezech. 38. *Omnis lapis pretiosus operimentum tuum.* Sicut enim lapides sunt vtiles pro plateis sternendis, pro ædificijs construendis, pro pontibus faciendis, pro hostibus expugnandis, pro lupis & bestijs effugandis, pro thesauris Regum ampliandis, pro infirmitatibus curandis, pro castris & ciuitatibus muniendis, sic proculdubio charissimi spirituales gratiæ & virtutes sunt necessariæ & vtiles primo, vt exinde platea animæ, id est, constantia sternatur & adornetur. Vnde Esa. 54 *Ecce sternam per ordinem lapides tuos* ¶ Item vt ædificium spiritualis perfectionis exinde in interiori homine construatur Iudith. 1. *Nabuchodonosor ædificauit ciuitatem potentissimam ex lapidibus quadris.* ¶ Item vt pons & introitus ad ingrediendum paradisum ædificetur Esa. 54. *Et dabo portas tuas in lapides sculptos.* ¶ Item vt hostes nostri, scilicet, mundus, caro, dæmonia expugnentur, & vt etiam bestiæ & lupi, id est, dæmones & tentationes expellantur. & luperentur, vnde 1 Reg 17. dicitur, quod *Dauid elegit quinque lapides limpidissimos, de torrente ad interficiendum Goliam.* Item vtiles sūt, vt inde thesaurus regius cordis humani ditetur. Vnde dicitur Hest. 1. quod *lectuli aurei erant in conuiuio Assueri, in lapides dispositi erant, quos mira varietate pictura decorabat.* Lectuli enim aurei sunt conscientiæ puræ.

¶ Item vtiles sunt vt infirmitates peccatorum medeantur atque sanentur. Vnde 1. Reg. 7. dicitur quod *vocatum est nomen loci illius, lapis adiutorij.* Item vtiles sunt vt ciuitas & castrum cordis nostri contra insultus tentationum muniatur & defendatur. vnde 1. Machab, 10 dicitur, quod *Iudas extruxerunt muros in circuitu per mortem.* S100 lampadibus quadratis Et ideo breuiter charissimi, debemus lapidibus virtutum ornari, fundari, muniri, & fabricari, vt bene compositi & ædificati possimus ante dominum inueniri. Figuratur in illis angelis, de quibus dicitur Apo. 15. quod *exierunt septem Angeli de templo, vestiti lapide mundo, & candido, & præcincti circa mammillas zonis aureis.* Quia vere charissimi nos debemus esse Angeli per puritatem vestiti lapide mundo per sanctæ & virtuosæ conuersationis honestatem. Et circa mammillas, id est, circa cor debemus esse præcincti zonia aureis per charitatem, *Omnis enim lapis pretiosus*, id est, omne genus virtutum *debet esse operimentum nostrum*, sicut dicitur Ezech. 28. *Vt simus sicut vas auri solidum, ornatum omni lapide pretioso.* Eccl. 50. Vbi aduerte, quod per lapides possunt intelligi spiritualiter tres virtutes secundum tres lapidis proprietates. Lapis enim naturaliter est grauis ad descendendum. Ideo dicitur [vas auri.] quia aurum summe dicitur ponderare. Est fortis ad sustinendū. Ideo dicitur [solidum] Est durus ad faciendum. Ideo dicitur [Lapide] quia lapis dicitur quasi lædens pedem. Sic vere charissimi, dico quod per lapides intelligitur

Humilitas, per quam aggrauamur,
Stabilitas, per quam roboramur,
Securitas, per quam castigamur.

Humilitate n. veniæ inclinamur, ideo dicitur [vas auri] quod scilicet est valde ponderosum: Stabilitate constantiæ roboramur. Ideo dicitur [solidum] Securitate culpæ castigamur. Ideo dicitur [Lapis] quasi lædens pedem. ¶ Simus igitur ponderosi
B per humilitatem [Vas inquit auri] Quia sicut aurum est magis ponderosum cæteris metallis, sic vere nos debemus esse graues & humiles, ad inferiora per humilitatem tendentes, & inferiorē statum & gradum diligentes, & tenentes Iob. 41. *Sternet sibi aurum, quasi lutum* Lapides enim naturaliter sunt graues, & ad inferiora tendentes, & locum inferiorem tenentes, quia vero locum inferiorem, & statum infimiorem debemus appetere, & semper per humilitatem nos sub alijs inclinare Exo. 15. *Descenderunt in profundum quasi lapis* Lapis enim humilitatis semper petit inferiora Et ideo sicut res, quæ est in infimo, nō potest cadere, quia propter locus inferior est locus tutior, quia, sc. de loco alto faciliter homo cadit, sic vere status, & gradus infimus & humilis magis est tutus, quia istum non sequitur superbiæ lapsus seu casus. Humilitas enim est sicut lapis Achates qui portatus & habitus prohibet, ne homo casum epilepsiæ patiatur. Quis vere si epilepticus lucifer lapidem humilitatis habuisset, nunquam de cœli solio cecidisset. Vnde de isto lapide, qui sic inferius vult iacere dicitur Exod. 24. *Viderunt dominum Deum Israel, & sub pedibus eius, quasi opus lapidis Saphiri.* Simus ergo ponderosi per humilitatem.

¶ Item nos debemus esse vigorosi per stabilitatem [Solidum inquit] Sicut enim lapides naturaliter sunt solidi, & non concaui, fortes & non debiles, & ideo sub onere non flectuntur, nec faciliter confringuntur, sic vere viri perfecti debent esse solidi & vigorosi, non flexibiles, nec defectuosi [Solidum inquit] Et lapides ponuntur in fundamentis ædificiorum, eo quod totum pondus ædificij possint melius sustinere. Vnde 3. Reg. 5. *Præcepit rex, vt tollerent lapides grandes pretiosos in fundamentum templi.* Virtus enim constantiæ similis est lapidi adamanti, qui tantam habet soliditatem, quod non potest ferro vel chalibe penetrari. vere nihil est, quod possit destruere vel cassare constantiam stabilis firmitatis [Solidum inquit] Vnde de talibus bene dicitur Iob 37. quod *solidissime quasi ære fundati sunt.* Simus ergo vigorosi per stabilitatem.

¶ Item debemus esse rigorosi per seueritatem [Lapide inquit] Sicut enim lapis est naturaliter durus, in tantum, quod membra nuda solet faciliter lædere, & ideo lapides dicuntur quasi lædentes pedes, sic vere nos debemus quandoque esse duri & rigorosi. & pedum, id est, affectionum læsiui & correctiui Iob 38. *In similitudinem lapidis durantur aquæ.* Duritia enim lapidis signat seueritatem correctionis, quia quidam peccatores sunt per seueritatem feriendi, & per correctionem sæpius lapidandi. Lapis enim pretiosus, qui dicitur pyrites, solet adurere digitos eum tangentes. Sic bonus & rigorosus iudex debet corrigere proteruiam sibi nocentis, & suis iustis iussionibus obuiantis.

D ¶ Vnde nota, quod lapidibus seueritatis & iustitiæ debent lapidari, & percuti tam à Deo, quam à prælato plura genera personarum, scilicet,

Superbi & elati,
Proterui & obstinati,
Crudeles & effrænati,
Carnales, & inquinati,
Blasphemi & detractores,
Auari & raptores,
Ambitiosi & appetitores.

Igitur digni sunt lapidari superbi & elati. Vnde Exod. 19. *Omnis, qui tetigerit montem, lapidibus opprimetur.* Mons enim superbiam designat.

¶ Item proterui & obstinati. Vnde Deut. 21. dicitur, quod *si quis genuerit filium contumacem, & proteruum, parentibus inobedientem commessationibus & luxuria vacantem, lapidibus obruet eum populus ciuitatis.*

¶ Item crudeles & effrænati. Vnde dicitur Exod. 21. quod *si bos cornupeta hominem occidebat, erat lapidibus obruendus.*

¶ Item carnales & inquinati, quia sicut dicitur Ioan. 8. *Mulierem deprehensam in adulterio iussit Moyses lapidari.*

¶ Item blasphemi & detractores, quia sicut dicitur Leu. 20. *Vir, siue mulier, in quibus erat Pythonicus vel diuinationis spiritus, erat lapidibus obruendus.* Detractio autem non est aliud quam quædam aliorum actuum mala æstimatio & diminutio. De blasphemis etiam iuratoribus dicitur Leuit. 24. *Educ foras blasphemum, vt lapidet eum omnis populus.*

¶ Item auari atque raptores, sicut de Achor dicitur, qui furatus fuerat regulam auream, & coccineum pallium, qui sicut dicitur Ios. 8. *fuit ex iussu Domini lapidatus.*

¶ Item ambitiosi & appetitores. de quibus dicitur Hebr. 12. *Bestia, quæ tetigerit montem, lapidetur.* Bestia enim est bestialis homo qui montem dignitatis ecclesiasticæ per ambitionem ascendit. Tales igitur peccatores debent puniri, & lapidibus seueritatis & iustitiæ, & hic & in futuro iudicio castigari. Et ideo talibus comminatur Dominus Ezechiel 38. in persona Gog: vbi dicitur, *Iudicabo eum peste, & sanguine, & imbre vehementi & lapidibus immensis ignem & sulphur pluam super eum.* Sic igitur patet, quomodo per lapides intelliguntur virtutes, quæ ad ædificandum animam spiritualiter requiruntur. Quod bene figuratum est Exo. 28. vbi præcipitur, quod *in vestimento Aaron sacerdotis*

[illegible] *duodecim lapides pretiosi in qui-* [illegible] *renitur.* Quorum lapidum pri- [illegible] , tertius smaragdus, quar- [illegible] tus, sextus Iaspis, septimus li- [illegible] Achat[illegible] us amethystus, decimus chryso- [illegible] duodecimus beryllus. His enim [illegible] sacerdotalis ornabatur, & sine istis sanctua- [illegible] ed ebatur. Sic vere charissimi, nos ec- [illegible] sacerdotes, siue in alijs dignitatibus vel [illegible], debemus in vestimento nostræ conuersa- [illegible] lapides, id est, virtutes duodecim habere, & [illegible] icum co[illegible] ue deportare. Istæ vero sunt spei certi- [illegible] Sardius, qui facit audacem, & timores dicitur ef- [illegible] obedientiæ promptitudo, ista est topazius, qui secun- [illegible] m lunæ se dicitur regulare: honestatis pulchri- [illegible] smaragdus, qui visum dicitur delectare: perseue- [illegible] do, ista est carbunculus, qui die ac nocte dicitur [illegible] splenitudo, ista est sapphirus, qui discordes [illegible] are fidei limpitudo, ista est Iaspis, qui oculos [illegible] abstinentiæ arctitudo, ista est ligurius, qui [illegible] tur temperare: pœnitentiæ mœstitudo, ista [illegible] tempestates dicitur quietare: diligentiæ sollici- [illegible] thystus, qui dicitur vigilism procurare: Hu- [illegible], ista est chrysolitus, qui dæmones dicitur de- [illegible] sanctitudo, ista est onychinus, qui tremo- [illegible] dicitur generare: modestiæ mititudo, ista est be- [illegible] tur lites moderari. Ista sunt ergo 12. spiritualia or- [illegible] bus nos christiani, & maxime ecclesiastici debe- [illegible] ter ornari. Ista est enim corona stellarum 12. qua [illegible] la mulier cœlestis, *quæ erat amicta sole, & quæ lunam* [illegible] *calcabat*, sicut dicitur Apocalypsi 12. Quia vere [illegible] u esse mulieres per mollitiem pietatis. Amicti [illegible] am apparentiam honestatis. Lunam, id est, mundi [illegible] debemus conculcare per habitum spiritualis [illegible] Nos [illegible] coronari debemus corona stellarum [illegible] id est, prædictis virtutibus 12. adornari, & spiritualiter coro- [illegible], vt de quolibet dicatur illud Psal. 20. *Domine præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis, posuisti in capite eius coronam de lapide pre-* [illegible]. Nos e[illegible]im per Sardium spei, timorem seruilem supera- [illegible], per topazion obedientiæ, lunæ, id est, malorum nostro- [illegible] os influentijs conformamus: per smaragdum honesta- [illegible] us aliorum recreamus: per carbunculum perseuerantiæ, [illegible] & die, id est, continue coram domino rutilamus: per sap- [illegible] nchritatis, nos cum discordibus reconciliamus: per [illegible] m fidei, oculos intellectus clarificamus & subtiliamus: [illegible] rium abstinentiæ, fluxum veneris, id est, ventris inglo- [illegible] temperamus: per achatem pœnitentiæ, tempestates pec- [illegible] deremus & immutamus: per amethystum diligen- [illegible] bonis operibus sollicite vigilamus: per chrysolitum ho- [illegible] dæmones terremus & conturbamus: per onychinum, [illegible] timorem, oculum cordis ad tremendam Dei lustr- [illegible] amus: per beryllum benignitatis, litibus & discordijs [illegible] m. Et sic breuiter nos *erimus* (sicut dictum est Ecclesiast. [illegible] *vas auri solidum ornatum omni lapide pretioso*, ita quod no- [illegible] potest dici illud quod dictum est primo Angelo Ezec. [illegible] *omnis lapis pretiosus operimentum tuum*, Sardius, topazius, sma- [illegible], carbunculus, sapphirus, iaspis, ligurius, achates, ame- [illegible] chrysolitus, berillus, veruntamen aduerte, quod in ve- [illegible] Aaron in prædictis 12. lapidibus erant sculpta 12. no- [illegible] Israel. Ad deuotandum, quod viri ecclesiastici [illegible] debent habere prædictam virtutum aggregatio- [illegible] cum hoc debent habere nomina patriarcharum [illegible] cælata per suæ sanctæ vitæ imitationem. Vnde Sapien. [illegible] de Aaron dicitur, quod *in veste podéris, quam habebat totus erat orbis terrarum, & parentum magnalia in quatuor lapidum ordinibus erant sculpta.* Apocalypsi 12. etiam dicitur quod *noua ciuitas* [illegible] *habebat portas quæ 12. lapidibus pretiosis fundabantur, &* [illegible] *nomina 12. apostolorum superscribebantur.* Quia vere charissi- [illegible] ciuitas Hierusalem scilicet Paradisus, habet 12. portas, id est, [illegible], quibus ibidem possumus introire, quæ quidem [illegible] 12. pretiosis lapidibus, id est, de 12. præ- [illegible] significantur. Quia vere quælibet virtus de præ- [illegible] id est, quam quidam passus, quædam porta, quo- [illegible] ingre[illegible] us per quem potest ingredi, vel intrari, & cum [illegible] Apostolorum nomina superscribantur, id est, Dist. in Bersborg.

si 12. Apostolorum fama & vitia imitetur, doctrina vero & scientia teneatur. Ideo Ios. 4. dicitur, quod 12. *lapides Dei Iordanis flumine sunt assumpti, & in signum transitus filiorum Israel extra flumium sunt erecti.* Quia, scilicet, per istos 12. lapides pretiosos Iordanem huius mundi secure transimus, & terram promissionis Paradisi securiter introimus. Patet igitur, quomodo per lapides intelliguntur gratiæ & virtutes. Vnde de Assuero dicitur Hest. 15. quod *ipse sedebat in regno solij sui, indutus vestibus regijs, auro fulgens & lapidibus pretiosis.*

¶ Sed adhuc dico, quod per lapidem potest intelligi vir perfectus. Sicut enim lapis est naturaliter grauis, durus, frigidus, sterilis & insensibilis, sic vere homo virtuosus debet esse grauis, & descendere per humilitatem, durus & fortis esse per stabilitatem, frigidus per castitatem, sterilis per paupertatem, insensibilis per patientiæ firmitatem. Et ideo sicut de lapidibus fiunt ædificia turrium & domorum, sic de talibus viris perfectis debet ædificari, & construi domus Ecclesiæ militantis. De ipsis etiam construetur finaliter domus Ecclesiæ triumphantis. Vnde 1. Pet. 2. *Tanquam lapides viui superædificamini in domos spirituales.* Veruntamen sicut ad sensum videmus, quod domus non bene ædificatur nisi lapides forti cæmento inuicem coniungantur, sic vere domus religionis vel Ecclesiæ nunquam dicitur bene ædificata, nisi multitudo lapidum, id est, personarum fuerit per cæmentum charitatis vnita & colligata. Cuius tamen contrarium plangit Hier. Threo. 4. *Dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearum.* ¶ Et nota, quod inuenio in scriptura E

Lapides { Quadratos, Igneos, Cælatos, Erectos, Oculatos, Inunctos. }

Sic vere charissimi, in Ecclesia debent esse lapides quadrati per quatuor virtutum cardinalium quadraturas, de quibus dicitur Iud. 1. quod *ciuitas Egbathanis erat ædificata lapidibus quadratis.* Egbathanis enim interpretatur domus responsionis. ¶ Item debent esse lapides igniti per charitatis inflammaturam Ezech. 28. *Posui te in monte sancto Dei, in medio lapidum ignitorum.* ¶ Item debent esse cælati per pœnitentiæ sculpturam vnde Exo. 28. *Calabuntur singuli lapides nominibus singulorum* ¶ Item debent esse erecti per contemplationis eleuaturam, & vniri per compassionis ligaturam. Vnde de Iacob dicitur Gen. 28. quod *ipse erexit lapidem in titulum, fundens oleum desuper.* ¶ Item debent esse oculati per discretionis literaturam. Vnde Zach. 3. *Super lapidem vnum septem oculi sunt.* ¶ Item debent esse inuncti per compassionis tincturam Gen. 30. *Vnxisti lapidem &c.* Et sic dico, quod per lapidem potest intelligi vir perfectus.

¶ Adhuc dico, quod per lapidem in malo significato potest intelligi vir infectus, scil. peccator. Sicut enim lapis deorsum mouetur, difficiliter portatur, immobilis est sterilis & insensibilis, durus, frigidus & obscurus, sic vere omnis peccator deorsum tendit per auaritiam, difficulter portatur per inobedientiam, immobilis est per pigritiam, sterilis est per omnium virtutum carentiam, insensibilis est per incompassionis duritiam, durus per obstinationis malitiam, frigidus per indeuotionis tepiditatem. Obscurus per ignorantiæ caliginositatem. Dico ergo, quod lapis peccator est deorsum tendens per terrenorum amorem, vnde Exod. 15 *Descenderunt in profundum quasi lapis*: Importabilis per inobedientiæ terrorem Psal. 117. *Lapidem reprobauerunt ædificantes*, scilicet, quasi ad nullius opera, aut iussionis executionem aptatum & paratum: Inmobilis per pigritiæ torporem. Vnde ibidem Exo. 15. *Fiant immobiles quasi lapis.* F.

¶ Item sterilis per virtutum carentiam, & feruorem, vnde Luc. 8. dicitur *Semen, quod cecidit super lapidem, aruit, quia non habebat humorem.*

¶ Item insensibilis per incompassionis duritiam & horrorem. Vnde 1. Reg. 25. dicitur de Nabal, quod *emortuum est intrinsecus cor suum, & factus est quasi lapis.*

¶ Item durus per obstinationis horrorem & frigidus per indeuotionis algorem, vnde Iob 38. *In similitudinem lapidis durantur aquæ & superficies abyssi constringitur.*

¶ Item obscurus per ignorantiæ tenebrositatem vnde Iob 38. *Lapidem caliginis, & vmbram mortis diuidet torrens, &c.* Sufficit ad præsens. Nolui allegare multa exempla, quia alibi ea inuenies in diuersis materijs allegata.

A **Laqueus.** Nota, quod laqueus idem est, quod vinculum vel ligatura ad capiendum, vel detinendum ordinatum. Et accipitur laqueus vt communiter in malo, quapropter per laqueum potest intelligi spiritualiter quicquid potest hominem capere vel detinere. Est igitur triplex laqueus, videlicet

Laqueus { Tentationis, / Afflictionis, / Damnationis.

Primus / Secundus / Tertius } laqueus est { Interior & cordialis, / Exterior & mundialis, / Posterior & infernalis.

B ¶ Primus est laqueus peccatorum, & iste est laqueus tentationis, quo homines à diabolo capiuntur. Vel laqueus malæ consuetudinis, quo in criminibus detinentur, de quo in Psalmo 141. dicitur *In via hac, qua ambulabam, absconderunt superbi laqueum mihi.* Hierem. 5. *Inuenti sunt in populo meo impij* (scilicet, dæmones vsurarij vel hæretici) *insidiantes velut aucupes, laqueos ponentes ad capiendum viros.* Secundus est laqueus miserorum, & iste est laqueus tribulationum huius mundi, quibus infortunati & miseri detinentur, de quo dicitur in Psalm. 65. *Deduxisti nos in laqueum, posuisti tribulationes in dorso nostro.* Tertius est laqueus damnatorum, & iste est laqueus sententiæ & ordinationis diuinæ, quæ inferius æternis tormentis damnatos laqueat & constringit, Vnde Thren. 3. *Formido, & laqueus factus est nobis vastitas, & contritio.*

¶ De laqueo ergo primo scilicet tentationis vel malæ consuetudinis, potest dici quod iste

Laqueus tentationis capit { Pecuniam diligentes, / Luxuriam exercentes, / Superbiam facientes.

Primo ergo laqueantur homines per pecuniam. Sicut enim Lupus quandoque capitur laqueo vel pedica dum famelicus existens prædam satagit deuorare (vnde quamuis lupus non intendat nisi satiari & recedere, quando tamen pedem ponit in laqueum, necesse est ipsum ibi remanere) sic vere homo, dum ad prædam diuitiarum famescens & desiderans inhiat satiari, & repleri, & diues fieri credit & curat, subito pes suæ affectionis laqueo suæ auaritiæ capitur in quo ineuasibiliter detinetur, vnde 1. Timoth. 6. *Qui volunt diuites fieri, incidunt in laqueum & tentationem diaboli.* Et Prou. 21. *Qui congregat thesauros, impingetur ad laqueos mortis.*

¶ Secundo laqueantur homines per luxuriam. Mulier enim est sicut arena, quæ non cessat filiare laqueos suos ad capiendum muscas. Quia, scilicet, mala mulier non cessat parare, & ornare se, & laqueos capillorum suorum tendere, vt possit muscas, quæ diligunt sanguinem, id est, luxuriosos, qui diligunt carnalitatem, attrahere per luxuriam & ligare, vnde Ecclesiast. 7. dicitur, *Inueni mulierem morte amariorem, quæ laqueus venatorum est ad capiendas animas, sagena est cor eius, vincula sunt manus eius.*

¶ Tertio laqueantur homines per superbiam, & isti sunt sicut aues, quæ cum diligant volatum, sæpe cum non aduertunt, laqueo capiuntur. Quia superbia dum ludus & volatus mundanæ gloriæ eis placet, sæpe fit quod à diabolo per superbiam laqueantur, vnde Eccl. 9. *Sicut aues apprehenduntur laqueo sic capiuntur homines &c.* Sufficit. Vide infra de vinculis, & ligare, & supra, de alligare.

A **Largus. Largitas.** Nota, quod largitas idem est quod liberalitas. Est enim virtus quæ dat danda, & retinet retinenda. Dicitur autem res larga, quando lata est & expansa, non contracta, inuoluta vel clausa. Et ideo quia manus expansa, & elargita faciliter dimittit cadere, & exire vel recedere, quæ tenebat, bene per largitatem intelligitur liberalitas, quæ, scilicet, sua dare & dimittere consueuit 1. Machab. 3. *Timuit Antiochus ne non haberet donaria quæ ante dederat larga manu* & de Assuero etiam dicitur Hest. 2. quod *iuxta regalem magnificentiam dona largitus est.* Multa ergo possunt dici de magnificentia largitatis, sed auctoritates vocales deficiunt in scriptura Vide infra vbi liberalitas, vbi beneficium, munus, dare, tribuere, & offerre.

A **Lasciuia.** Nota, quod lasciuia signat insolentiam mentis & corporis, & leuitatem animi honestis moribus indecentem, quod peccatum specialiter pertinet ad luxuriosos, quia scilicet, tales solent in factis, & sermonibus cæterisque insolentijs lasciuire. Vnde Amos 6. dicitur, quod *isti dormiunt in lectis eburneis, & lasciuiunt in stratis suis.* Et Prou. . . . de fatuo adolescente, & muliere procaci, quod *statim eam sequitur quasi bos ductus ad victimam, & quasi agnus lasciuiens & ignorans, & nescit, quod ad vincula stultus trahatur.* Talis ergo lasciuia, & talis motuum incompositio, vestiumque, gestuum & actuum insolens leuitas, etsi in cunctis reprehendatur, in religiosis tamen, clericis & prælatis, nec non in sapientibus, senibus grauibusque personis principaliter condemnatur. Ex tali enim lasciuia labitur quis faciliter in peccatum, & de peccato ad tormentum, vnde Oseæ 4. *Sicut vacca lasciuiens declinauit Israel nunc pascet eos dominus, fornicatione fornicati sunt.* Nam vt dicit Hieron. in sermone, Semper saturitati lasciuia est vicina. Sunt sibi vicina venter & genitalia, & per ordinem membrorum ordo est vitiorum. Omitto. Vide vbicunque agitur de Insolentia, de Inconstantia, de Instabilitate, & similibus, & vbi Iuuentus, Adolescentia &c. quia auctoritates vocales non sunt nisi in originalibus. ¶ Item B si vis, nota, quod sapiens debet lasciuiam abijcere & repellere, scilicet

A corde,
Ab ore,
A corpore,
Ab opere.
A corde fugiat insolens affectus,
Ab ore recedat lasciuus affatus,
A corpore desit impudicus gestus,
Ab opere absit inhonestus actus.

Fugiat ergo lasciuia à corde & conscientia, quia sicut dicit Isid. in sententijs li. 3. cap. 20. Semper conscientia viri Dei debet esse humilis, tristis, scilicet vt per humilitatem non superbiat, & per vtilem mœrorem cor ad lasciuiam non dissoluat. ¶ Item fugiat ab ore eloquentia, quia scilicet valde debet sapiens abstinere à verbis superuacuis & lasciuia quod potissime pertinet ad religiosos, qui castitatem vouerunt. Vnde Ambros. super Lucam 1. Disce virgo verborum vitare lasciuiam. Maria enim etiam salutationem Angeli verebatur: Vnde Hieronym. super Ezechielem *Pro signo sunt interiorum hominis verba erumpentia.* Sequitur. *Luxuriosa & lasciua mens lucet in facie, & secreta cordis motu corporis & gestibus indicat.* Ad quod facit illud Eccles. 20. *Homo sapiens tacebit vsque in tempus, lasciuus & imprudens non seruabit tempus.*

¶ Item fugiat à corpore gestus impudicus. Quia reuera inhonestus & lasciuus motus, gestus, & incessus, valde sunt indecentia in homine sapiente. Vnde Isidor. soliloquiorum lib. 3 sic inquit. In gressu tuo sit simplicitas, in motu puritas, in gestu grauitas, in incessu honestas, nihil dedecoris, nihil lasciuiæ, nihil petulantiæ, nihil insolentiæ, nihil leuitatis in incessu tuo appareat. Animus enim in corporis habitu apparet, gestus signum est mentis.

¶ Item fugiat ab opere lasciuiens actus, & potissime actus luxuriæ, de quo Hieron. super illud. *Vbi est thesaurus tuus ibi est & cor tuum*, dicit sic. Gulosi Deus venter est, ibi ergo habet thesaurum. Thesauri ergo gulosi epulæ sunt. Lasciui amatoris thesaurus lubrica libido. Huic seruit vnusquisque à quo vincitur. Ista ergo sufficiant. Vide supra de Conuersatione.

**Lassitudo. Lassus. fatigatio.** Cum lassitudo nihil aliud A sit quam virium hebetudo proueniens ex labore seu ex tædio, displicentia vel languore, notabo, quod multipliciter loquendo in scriptura reperitur

Lassitudo, quæ est { Laudabilis, / Culpabilis, / Miserabilis.

Primo igitur dico, quod inuenitur lassitudo laudabilis, quæ est perfectorum, & ista proculdubio est eius cui terrena negotia displicent, & quem omnia, quæ hic videt, fatigant atque lassant. Exemplo Christi, de quo dicitur Ioan. 4. quod *fatigatus ex itinere sedebat secus viam.* Vnde de bona virtuali & commendabili lassitudine dicit Ambrosius super *Beati immaculati.* Ille est inquit in hac terra aduena, qui potest dicere nostra conuersatio in cœlis est, qui suam in domino habet portionem, & qui potest dolere quod diutius viuat in terris, qui mora huius longæuitatis lassatur, & cui habitationis huius prolixitas fastidio est.

¶ Secundo dico, quod inuenitur lassitudo culpabilis, quæ est B iniustorum seu peccatorum. Et ista est duplex, vna scilicet potestatis.

[illegible] eſta is eſt illa, qua [illegible]
[illegible] operibus exercendis, vt po
[illegible], ita quod non in voluntate
[illegible] cap. 5. *Laſſati ſumus in via iniqui-*
[illegible] *vias difficiles, & viam Domini igno-*
[illegible] e [illegible] ud Auguſt. in libr. confeſſion.
[illegible] dote catenæ mortalitatis meæ,
[illegible] & ibam longius à te, effuſus plu-
[illegible] ſuperbia, deiectione, & inquieta
[illegible] la, de qua dicitur Iudicum 16.
[illegible] licet piæ deſiderio ſciendi, in quo
[illegible] *ad mortem* (inquit) *vſque laſſata eſt.*
[illegible], quæ eſt voluntatis & hæc eſt, qua
[illegible] ne & v[illegible] tate ſe reddit fatigatum, & laſſa-
[illegible] n [illegible] ia ſcilicet multi ſunt, qui in via mun-
[illegible] am terrenorum nunquam laſſantur,
*Homini fornicario omnis panis dulcis, non fatiga-*
*tur in finem.* Sed è contra in via virtutum &
[illegible] tiæ & iuſtitiæ in via mandatorum & di-
[illegible] ſcilicet bonum opus, vel quem bo-
[illegible] fuerint, ſtatim fatigantur, & ſtatim re-
[illegible] ur. Liber enim de natura rerum dicit de
[illegible] quod dicitur Sera, quod videns nauem
[illegible] & cum naue velificare contendit, ita
[illegible] quadraginta ſtadia ſimul vadit, ſed finaliter
[illegible] mortua, fatigata ſubſiſtit. & ad fluctus æ-
[illegible] S[illegible] vere multi ſunt, qui cum nauibus, id eſt,
[illegible] is per mare mundi nauigantibus & ad
[illegible] ibus nituntur iter facere, alasque animæ,
[illegible] & intellectuum ſurſum ad cœleſtis incipiunt
[illegible] opera cum ſanctis & iuſtis ad patriam pro-
[illegible] propter defectum virtutis & conſtantiæ
[illegible] orem bonorum operum faſtidiunt, laſ-
[illegible] antur. Vnde Gala. 5. *Currebatis bene, quis vos*
[illegible] naliter ad fluctus, id eſt, ad peccata rede-
[illegible] negotijs ſe committunt. Quis breuiter
[illegible] a opera ſunt inertes, in malis tamen
[illegible] ibus ſunt valde fortes. De tali ergo in-
[illegible] dicitur 1. Reg. 30. *Venerunt ad torrentem*
[illegible] *erunt.* Vnde de talibus, qui ſic laſſantur in bo-
[illegible] Gregor. moral. lib. 32. cap. 31. Omnes terreno
[illegible] die aſſiſtere fortes ſunt, in oratione autem co-
[illegible] us horæ momento laſſantur. Sæpe nuditatem,
[illegible] famem pro acquirendis diuitijs tolerant, ſuperna
[illegible] equærere, tanto magis diſſimulant, quanto eis
[illegible] os putant. Iuſti autem non ſic fatigantur, quia ſer-
[illegible] ationibus non fatigantur, imo ſemper ſunt recen-
[illegible] pera facienda. Vnde Heb. 12. *Non fatigemini, ani-*
[illegible] *entes.* Sequitur. *Fili, noli negligere diſciplinam Domini,*
[illegible] *um à Deo argueris. Quem enim Deus diligit, corripit.* Iſta
[illegible] do culpabilis quæ eſt infirmorum ſeu peccato-
[illegible] e ſi vis & expone, quomodo tria genera perſona-
[illegible] laſſantur, videlicet mulieres, pueri, infirmi & cœ-

[illegible] o vero dico, quod inuenitur laſſitudo miſerabilis,
[illegible] orum. Eſt iſta pro certo eſt illa, quam in corporib.
[illegible] nent pauperes & egeni, qui ſcilicet paupertate
[illegible] fatigantur, & diuerſis miſerijs deſolantur.
[illegible] *noſtri minabantur. Laſſis non dabatur requies. Aegypto*
[illegible] *Aſſyrijs, vt ſaturaremur panibus.* Iſta eſt ergo laſſitu-
[illegible] Deum commendare, quam videmus Deum
[illegible] debemus pie ſupportare. Quod laſſitudinem
[illegible] Deus commendet, ipſamque iuuandam
[illegible] ndet, patet Eſai. 28. vbi dicitur, *Hæc requies*
[illegible] *hoc eſt meum refrigerium.*
[illegible] iſtam laſſitudinem Deus per ſeipſum compati-
[illegible] patet Eſa. 40. vbi dicitur, quod *Deus eſt ille qui dat*
[illegible] *& his qui non ſunt fortitudinem multiplicat.* Vnde ple-
[illegible] *Inebriaui animam laſſam, & omnem animam eſu-*
*rientem.*
[illegible] d [illegible] am laſſitudinem pauperum miſerorum in-
[illegible] ente [illegible] pporter, patet Iob 4. vbi dicitur,
[illegible] *lantes confirmauerunt manus tua, & genua*
[illegible] a a item malis, & incompatientibus
[illegible] *aſſo non dediſti, & eſurienti ſubtraxiſti panem,*

*&c.* Sic ergo patet, quo[illegible] prius reperitur triplex laſſitudo: ſcilicet miſerorum, peccatorum & perfectorum. De laſſitudine vero damnatorum, de qua dicitur Iudith. 9. *Tenebræ fatigauerunt eos, nihil ad præſens.*

## Lateres. Later.

A

Cum lateres conficiantur ex luto & igne fortiſſimo, & cocti durentur in lapides, ita quod apti ſint pro ædificijs conſtruendis, pro domibus cooperiendis, & pro pauimentis ſternendis poteſt dici, quod lateres ſignificant viros ſanctos, qui quamuis naturaliter ſint lutei, virtute tamen ignis Spiritus ſancti, vel per decoctionem ignis tribulationis vel dilectionis, fortes fiunt & lapidei ad ædificationem Eccleſiæ habiles & parati, & ad mortem patiendum intrepidi. Vnde Gen. 11 dicitur, quod in ædificatione turris *gigantes habuerunt lateres pro ſaxis, & bitumen pro cæmento*: Gigantes enim fuerunt Chriſtus & Angeli, qui ſcilicet in ædificatione Eccleſiæ viſi ſunt ſanctis martyribus, confeſſoribus & doctorib. primitiuis, qui ſcilicet igne tribulationum & feruore ſancti Spiritus fuerunt excocti, & cæmento ſeu bitumine charitatis ligati qui ſcilicet lateres fuerunt in ædificio Eccleſiæ pro inferiori fundamento & pauimento, pro vlteriori ædificio & incremento, & pro finali & ſuperiori coopertimento & tegumento. Geneſ. cap. 11 *Faciamus lateres, & coquamus eos igni.* Sequitur. *Et faciamus nobis ciuitatem & turrim cuius cacumen pertingat ad cœlum.* Nonne later excoctus igni fuit ſanctus Laurentius, ſic dictus quaſi lateritius? Ipſe enim & alij ſimiles, fuerunt tales lateres ſicut ille, in quo Ezechiel deſcripſit obſidionem ciuitatis Hieruſalem peccatricis, de quo dicitur Ezech. 4.

¶ Alio autem modo per lateres terreos, & coctos poſſunt intelligi diuitiæ, quæ ad literam conſiſtunt in pecunijs & metallis, quæ ſcilicet nihil aliud ſunt, quam terra cocta. In terra enim primo coquuntur per naturalem calorem, finaliter coquuntur deſuper per artificialem laborem. Iſti ſunt lateres, quos Pharao diabolus iubet fieri. & in quibus filios Iſrael ſeruituti deditos, id eſt, Chriſtianos ſibi ſubiectos præcipue occupat. Exod. 1. *Aegyptij*, id eſt, dæmones, *affligebant filios Iſrael illudentes & inuidentes eis, atque ad amaritudinem perducebant animas eorum operibus duris luti & lateris.* B

## Latro. Latrones.

A

Latro eſt ille, qui latenter furatur & ſurripit alienum. Vnde latro dicitur à lateo lates, quia ſemper & continue latet vel latere poteſt. Poteſt ergo latro accipi dupliciter, ſcilicet literaliter & ſpiritualiter. Latro enim temporalis eſt dignus ſuſpendio temporali. Nam ſicut illi, qui à leonibus infeſtantur, ſolent in vijs publicis vnum leonem ſuſpendere, vt alij leones territi ipſos poſſint in pace dimittere, ſic vere latrones, quando capiuntur in vijs publicis ſuſpenduntur, vt alij ſaltem videntes metu pœnæ à ſimilibus retardentur. Matth. 27 *Crucifixi ſunt duo latrones.* Et bene tales comparantur leonibus, qui latenter animalibus inſidiantur, & cum neminem viderint, quicquid poſſunt crudeliter deprædantur. Prouerb. 23 *Inſidiatur in vijs quaſi latro, & quos incautos viderit, interficiet.* Latro ſpiritualis eſt dignus ſuſpendio infernali, quia ſcilicet ſicut latro temporalis finaliter ſuſpenditur in patibulo, ſic ſpiritualis ſuſpenditur in inferno. ¶ Aduerte tamen quod quinque genera ſunt latronum ſpiritualium, ſcilicet B

| | | |
|---|---|---|
| Hæretici, | | fidei veritatem, |
| Vſurarij, | | ſubſtantiæ facultatem, |
| Simoniaci, | qui latenter furantur | Eccleſiæ communitatem, |
| Dæmones, | | virtutum animæ ſanctitatem, |
| Peccatores, | | animæ propriæ bonitatem. |

Omnes enim iſti ſunt ſpirituales latrones, homines vel in bonis vel etiam in virtutibus prædantes. Primi ergo latrones ſunt hæretici. Ibi enim ſunt fures veritatis. Vnde de latronibus iſtis poteſt dicere Eccleſia illud Iob 19. *Simul venerunt ergo latrones eius & fecerunt ſibi viam per me.* ¶ Secundi latrones ſunt vſurarij. Iſti enim latenter abſque hoc quod homo præcipiat, alienum acquirunt. Vnde Eccl. 21. *Sicut leo conſurgit contra fratrem ſuum.* ¶ Tertij ſunt Simoniaci. Iſti enim more latronum furantur, id eſt, intrant in Eccleſiam occulte, non manifeſte, latenter, non apparenter, fraudulenter, non iuſte. De iſtis ergo dicitur Ioann. 10. *Qui non intrat per oſtium in ouile ouium, ſed aſcendit aliunde, ille fur eſt & latro.* ¶ Quarti ſunt dæmones, qui ſcilicet furantur hominibus virtutes & gratias, & à Deo animas Chriſtianas, de quibus dicitur Lucæ 10. *Homo quidam deſcendebat à Hieruſalem in Hiericho, & incidit in latrones, qui ſpoliarunt eum, & plagis impoſitis abierunt ſemiuiuo relicto.* Iſte enim ho-

mo est peccator, qui à Hierusalem, id est, à gratia in peccatum descendit, & in manum latronum, id est, dæmonum incidit, qui spoliant eum, scilicet virtutibus gratuitis, vulnerant eum in naturalibus, & sic semiuum eum relinquunt. Peccator enim dicitur semiuus, quia in Christo non viuit nisi medietas ipsius, quia scilicet corpus viuit, anima vero mortua est Apocal. 3. *Nomen habes quod viuas, & mortuus es.* ¶ Quinto sunt peccatores. Isti more latronum animæ propriæ bonitatem & virtutem, quæ Deo sedem & domicilium ibi parant, furantur. De istis dicitur Matth. 21. *Vos fecistis domum meam speluncam latronum*, quia virtutibus eam spoliantes, vitijs & latrocinijs fecistis eam abundare. Et sic patet, quomodo spiritualiter accipiuntur latrones.

A **Latitudo. Latus.** Nota, quod latitudo sumitur in bono & in malo. Est autem latitudo dimensio rei, quæ ad capiendum, & continendum aliquid ampliatur. Et ideo per latitudinem in bono potest intelligi amplitudo charitatis, quæ ita ampla & lata, quod infra ambitum eius possunt omnia contineri, scilicet boni & mali, amici & inimici: de quo dicitur in Ps. 118. *Latum mandatum tuum nimis*, mandatum dico charitatis, quia secundum Greg. Via domini non nisi arcto itinere inchoatur, sed amoris dulcedine dilatatur. Sicut enim fumus in principio circa terram est valde strictus, verumtamen quanto plus ascendit sursum, tanto plus dilatatur, sic vere ille fumus, id est, illa persona, quæ est inferius, id est, quæ circa terram versatur, valde per odium stricificatur, & in se ipsa propter defectum amoris circumcluditur & arctatur. Illi vero qui sursum ad cœlestia per desiderium ascendunt, quanto amplius eleuantur, tanto ad amorem Dei & proximi potius & amplius dilatantur. Vnde Ezech. 41. *Latius erat templum in superioribus.*

B ¶ Aduerte tamen quod tria debent esse in nobis valde lata & ampla, videlicet Cor, Manus, & Os, debet enim nobis esse

Latitudo { Cordis ad affectandum, Manus ad erogandum, Oris ad deprecandum,

Latitudo (dico) cordis ad affectandum, quia scilicet cor nostrum debet esse latum, & extensum ad dilectionem malorum & bonorum, amicorum & inimicorum, Dei etiam & proximi, inferiorum & superiorum. Sicut enim Dromedarius magis & citius ambulat, quam quodcunque aliud animal, quod facit longitudo tibiarum & pedum, & latitudo passus, sic vere charissimi, boni charitatiui cito currunt ad Paradisum. Quia enim pedes suorum affectuum sunt longi, ita scilicet quod non solum attingunt illa, quæ sunt prope nos, scilicet amicos & bona mundi, imo etiam illa, quæ sunt à nobis distantia, scilicet inimicos & bona cœlestia, ideo passus sui amoris lati sunt, & ad magna & maiora extensi & ampliati, quapropter melius, & citius, & facilius possunt ad cœlestia ambulare. Psal. 118. *Et ambulabam in latitudine.* Sicut enim arbores, quæ interius habent humorem lacteum, valde solent crescere in latum, sicut patet in ficu, sic vere illi, qui intus in corde habent lac gratiæ Dei, valde crescunt in latum per desiderium & amorem. Vnde de ista latitudine cordis dicitur 3. Reg. 4. *Dedit Dominus Salomoni sapientiam, & prudentiam & latitudinem cordis.*

¶ Item debet in nobis esse latitudo manus ad erogandum. Num. 33. *Pluribus dabitis latiorem partem.*

¶ Item latitudo oris ad supplicandum. Vnde Psal. *Exaudiuit me in latitudine Dominus, &c.*

C ¶ De talibus ergo latitudinibus hominis iusti potest dici illud Eccl. 1. *Altitudinem cœli, latitudinem terræ, & profundum abyssi quis dimensus est?* Vbi nota, quod triplex est bona latitudo, videlicet quædam superior. Est enim superius latitudo amplissimæ habitationis: Quædam inferior. Est enim inferius latitudo largissimæ erogationis: Quædam interior. Est enim interius latitudo plenissimæ contentionis: Latitudo superior est omnium allectiua, & ista est latitudo cœli: Latitudo inferior est omnium nutritiua, & ista est latitudo terræ: Latitudo interior est omnium contentiua, & ista est profunditas abyssi.

¶ Est igitur latitudo superior, scilicet latitudo summæ ciuitatis & ista notatur in altitudine cœli: Sphæra enim quanto magis est alta & magis à centro elongata, tanto magis naturaliter est lata. Istud videmus sensibiliter in radijs rotæ, qui circa centrum seu circa medium rotæ sunt valde stricti & cuneulcati, sursum vero circa superficiem seu sphæram valde spatiose sunt lati & dilatati. Sic vere charissimi, illi qui hic habitant circa centrum terræ, sunt necessario valde stricti, quia [illegible] locus huius mundi ita est modicus & arctus, quod vni cordi humano non potest ad plenum sufficere sicut de Alexandro legitur quod cum magister suos sibi diceret. Adhuc plures alios mundos esse, ille dixit, Heu me inquit miserum, quia adhuc non [illegible] cum acquisiui. Sed vere sursum in sphæra Paradisi & cœli est locus latus & spatiosus, vbi sine pressura viuitur, & vbi in latitudine spatiatur, vbi scilicet est tanta latitudo & amplitudo, quod omnibus potest sufficere quantumcunque multa habebunt. Sicut enim fumus inferius est strictus, sursum autem efficitur valde latus, sicut etiam fila in tela araneæ circa medium stricta sunt & tamen sunt superius lata, sic vere hic inferius in mundo semper sumus stricti, pressi & conculcati, sursum autem in patria erimus dilatati. Quia sicut dicitur Ioan. 16. *In mundo pressuram habebitis, in me autem pacem.* Vnde 1. Paral. 4. *Inuenerunt pascuas vberes & valde bonas, terramque latissimam & quietam & fertilem.* Vnde aduerte, quod in ista patria

Est { Amplitudo capacissima quia ibi est (Terra altissima) Quietudo securissima (Quietam inquit) Plenitudo fœcundissima (Fertilem, pascuas vberes.)

Ista autem latitudo ostenditur, cum dicitur (Altitudinem cœli) quia est, sicut sphæra, quæ quanto altior, tanto latior. Vnde Ephes. 3. *Vt possitis intelligere cum omnibus sanctis, quæ est latitudo, longitudo, sublimitas & profundum.* Et in Psalm. dicitur quod *secundum altitudinem cœli à terra corroborauit misericordiam suam super timentes se.* Et Apoc. 21. dicitur, quod *altitudo & latitudo ciuitatis erant æquales.* Ista est igitur latitudo superior, scilicet latitudo summæ ciuitatis. Altitudinem inquit cœli.

D ¶ Secundo dico, quod latitudo inferior est latitudo summæ pietatis, quia scilicet nos debemus esse lati, porrecti & extensi ad proximos per pietatem & largitatem, quod ostenditur, cum dicitur (Latitudinem terræ) Per terram enim qua cuncta viuentia nutriuntur, intelliguntur viri perfecti & misericordes, qui per pietatem alios nutriunt, & per clementiam se ad eos dilatant. De qua Iob 38. *Nunquid considerasti latitudinem terræ?*

E ¶ Tertio dico, quod est latitudo interior summæ charitatis, & ista est profunditas abyssi, quia scilicet sicut abyssus est locus insatiabilis profunditatis, paratusque est recipere quicquid potest sibi imponi, sic vere charitas vel cor charitatiuum tantæ est capacitatis, quod intra suum ambitum continet vniuersa, bonos scilicet & malos, propinquos & extraneos, contiguos & remotos. Vnde de ista lata capacitate, & profunditate charitatis vel hominis charitatiui potest dici illud, quod de Deo dicitur Iob 11. *Excelsior cœlo est, quid facies? profundior inferno, & vnde cognosces? longior terra mensura eius & latior mari.* Vir enim charitatiuus debet esse excelsior cœlo per contemplationem, profundior inferno per meditationem, longior terra per perseuerantiæ durationem, latior mari per amicitiam & dilectionem. Sic ergo patet qualiter est latitudo superior, inferior & interior. Et sic patet, quod est latitudo bona & virtuosa.

F ¶ Sed adhuc dico, quod est latitudo mala & vitiosa, & ista est

Latitudo { Mundanæ prosperitatis, Humanæ voluntatis, Terrenæ cupiditatis.

Prosperitas enim est via illa, de qua dicitur Matth. 7. *Lata est porta & spatiosa est via quæ ducit ad perditionem* ¶ De latitudine voluntatis, quæ scilicet tanta est, quod nihil potest sibi sufficere, potest dici illud Hierem. 17. *Peccatum Iuda exaratum super latitudinem cordis.*

¶ Item de latitudine cupiditatis, quæ scilicet tanta est in quibusdam, quod nihil terrenum potest eam implere, dicitur illud Gen. 26. *Vocauit nomen putei latitudo.* Et hæc de latitudine sufficiant. Vide supra de dilatare.

A **Latus. Latera.** Nota quod latus licet communi significatione dicatur de omni re, vtpote quia nos dicimus latera domus, turris, fluminis, &c. Et sic latus accipitur pro parte circumiacenti, vel etiam latera dicuntur cuiuscunque rei partes magis latæ & magis extensæ. (Vnde historia dicit, quod latera dicuntur quasi lata) propriè tamen latera dicuntur animalium partes, in quibus, scil. cætera membra latent, quia scilic. latera animalium ex costis ossibus constituuntur, quæ scilicet curuæ sunt & non rectæ vt in concauitate laterum membra interiora contineantur, & à nocumentis exterioribus per fortitudinem laterum custodiantur. Et inde est, quod costæ dicuntur à custodiendo, & latera à latendo, eo scil. quia interiora

[illegible] & custodiuntur tam in lateribus [illegible] ¶ Nota igitur, quod in scriptura

| | | |
|---|---|---|
| L[illegible] | quæ sunt | custodienda, |
| | | inhabitanda, |
| | | abominanda, |
| | | consideranda, |
| | | vituperanda, |
| | | desideranda, |
| | | refugienda, |
| | | operienda, |

[illegible] inueniemus latera custodienda, & ista [illegible] animæ vel viri iusti. Sicut enim corpus hu[illegible] latera dextrum scilicet & sinistrum, quæ sci[illegible] eodem costis, septem videlicet hinc, & [illegible] na iusti viri duo habet principalia late[illegible] dextera, quæ sedem habet in intellectu, & [illegible] sinistra, quæ habet sedem in voluntatis affectu. [illegible] habet costas, id est, septem dona Spiritus [illegible] uiunt. Charitas autem septem habet mo[illegible] quæ ei famulantur & assistunt. Fides autem est ne[illegible] perstatis. Charitas autem est necessaria [illegible] tatis. Igitur talia latera, animam interius laten[illegible] tentationibus mundi, carnis & hostis tētan[illegible] & [illegible] stituni, & ne forte latera perforantes, malæ [illegible] tionis & consensus sagittas ibi figant & de[illegible] d Psalm. 90. *Cadent à latere tuo mille, & decem* [illegible] *ad te autem non appropinquabunt.* Et notabis quod [illegible] animæ, videlicet in intellectu & voluntate, seu in [illegible] ate, vel etiam in spe & timore debent esse spiritua[illegible] ad modum tabernaculi fœderis, quod in vtroq; [illegible] ata munimenta. Habeat igitur pro ornamen to

S[illegible] næ certitudinem,
P[illegible] antiæ firmitudinem,
C[illegible] næ pulchritudinem,
D[illegible] æ promptitudinem.

[illegible] sapientiæ limpitudo, quæ scilicet figuratur in Che[illegible], qui [illegible] pretantur plenitudo scientiæ, de quibus dicitur [illegible] *Cherub vnus sit in vno latere oraculi, & alter in oraculo, vtrū* [illegible] *propitiatorij tegant.* Et Deuter. 31. dicitur, *Tollite librum &* [illegible] *latere arcæ.* Liber enim scientiam & fidem signat. ¶ Item [illegible] perseuerantiæ seu perseuerantiæ firmitudo, quæ scilicet fi[illegible] vectibus qui erant de lignis Sethim imputribilibus & [illegible] bilibus & non incinerabilibus, quibus scilicet portaba[illegible] ire Ex[illegible] & 37 *Facies vectes de lignis Sethim eruntq; ex vtroq;* [illegible] *altaris, ad portandum.* Nihil enim melius animam ad Para[illegible] portat, quam perseuerantia in bono. Vnde Exo. 25 dici[illegible] *quatuor circulos aureos: quos pones per quatuor arcæ angulos.* [illegible] *sint in latere vno, & duo in altero. Facies que vectes de lignis Se*[illegible]*thim, operies eos auro, inducesque per circulos, qui sunt in arcæ lateribus,* [illegible] *portetur.* Circuli enim qui habent figuram sphæricam [illegible] habet principium neque finem, æternitatem signifi[illegible] spem æternæ fœlicitatis, quæ scilicet vectes perseue[illegible] tinet, & arcam animæ sustinet atque fouet. Qui eti[illegible] esse dicuntur, pro eo quod figura quadrangula sta[illegible] perseuerantiæ comprobatur. Vnde sicut aper habet in [illegible] quandam portionem duram & impenetrabilem, quam [illegible] opponere consueuit, sic homo debet habere virtutem [illegible] perseuerantiæ quæ à nemine debet vinci.

[illegible] ibi continentiæ pulchritudo, & ista figuratur in [illegible] hyacinthinis, quæ ornamenta sacerdotalia & [illegible] tabernaculi restringebant, signantes temperan[illegible] & [illegible] tates, quæ scilicet motus & leuitates restriu[illegible]gant, & [illegible] *ansulas hyacinthinas in lateribus & summitatibus* [illegible] Exo. 28. *Stringatur rationale annulis suis cum an*[illegible] *superhumeralis vitta hyacinthina.*

¶ Item [illegible] ibi diligentiæ promptitudo figurata, scilic. in [illegible] tabernaculi. Nihil enim velocius moueri potest quam figura rotunda & annularis, significans virtutem dilectionis, quæ [illegible] est valde mobilis & attenta ad omnia bona opera per[illegible]genda. Vnde de sacerdotalibus ornamentis dicitur Exod. 39. [illegible] *autem posuerunt in vtroque latere rationalis.*

¶ Aduerte tamen adhuc, quod in latere Aquilonari seu in la[illegible]tere sinistro tabernaculi ponebatur mensa cum panibus, ad de-notandum quod latus sinistrum quod est charitas, semper debet mensam pietatis secum habere, & pauperes & indigentes recreare. Exod. 26. *Mensa stabit in latere Aquilonari.* Latus enim Aquilonare, quod est frigidum, signat frigus aduersitatis, paupertatis & sterilitatis, indigentiæ ac pœnalitatis. In quo scilicet est necessaria charitas & pietas pro pauperibus nutriendis. Et aduerte quod saga, quæ operiebant tabernaculum, ita lata erant quod *vtrumque latus velabant & operiebant*, sicut ponitur Exod. 26. Per saga autem aut villa indumenta, intelligitur humilitas, quæ scilicet vtrumque latus, id est, vtramque partem animæ debet operire, & tam intellectum, fidem & spem, quam voluntatem, charitatem & Dei timorem debet circumcludere & velare.

¶ Item aduerte, quod tentoria erant ad latus dextrum tabernaculi & ad sinistrum, & etiam tabulæ erant rectæ in latere dextro & in latere sinistro. Quibus scilicet potest notari, quod in vtraque parte animæ debent inueniri tabulæ, quæ fiunt ad claudendum, id est, virtus custodiæ & sedulitatis, & tentoria, quæ fiunt ad recipiendum, id est, virtus hospitalitatis. vt scilicet tam de mensa pietatis quam de tentorijs hospitalitatis dicatur cuilibet iusto illud Psal. 127. *Vxor tua*, id est, charitas, *sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ.* Abundans (dico) scilicet in pietate & hospitalitate. ¶ Constat enim, quod latus iusti, quod est fides, vel charitas debet circumstare

Indigentes, vt ipsos refrigeret,
Diuites, vt ipsos honoret seu
Seruientes, vt ipsos remuneret,
Pœnitentes, vt ipsos recuperet,
Ignorantes, vt ipsos edoceret,
Corrigentes, vt eis obtemperet,
Defendentes, ne hostis exuperet,
Regens gentes, scilicet Deus, vt ipsum commutueret.

Sint igitur circa latus charitatis nostræ pauperes, vt refrigerentur, scilicet per eleemosynas & fomenta, sicut supra visum est de mensa & de tentorijs. Vnde de illa paupercula Ruth, quæ colligebat spicas post terga metentium, dicitur Ruth, 2. quod *ipsa sedebat ad latus metentium. Sedit*, inquit, *ad messorum latus, & congessit polentam sibi.*

¶ Item sint contra latus nostrum diuites, vt honorentur, seu seruitores & benefactores vt remunerentur. Vnde 1. Reg. 20. *Sedit Abner à latere Saul.* Abner enim erat diues, & erat amicus, & seruus Saul: quia scilic. quandoq; propter honorem & statum nostrum necesse est, vt diuites honoremus, & etiam iustum est, quod suos benefactores & amicos circa nos habeamus.

¶ Item sint circa latus nostrum pœnitentes, vt recuperentur scilicet ad statum gratiæ. Vnde 2. Paral. 4. dicitur, quod *Salomon posuit mare in latere dextro domus.* Mare enim amaros pœnitentes designat.

¶ Item sint circa latus nostrum ignorantes vt edoceantur. A latere enim nostro, id est, à fide & charitate debent aquæ sapientiæ & doctrinæ manare, quæ scilicet ignorantes debent bonis instructionibus irrigare, Ezec. 48. *Aquæ redundant à latere dextro.*

¶ Item sint circa latus nostrum dirigentes seu præsidentes, vt eis obtemperemus, quia boni & iusti semper volunt habere circa se tales, qui eos corrigant & informent & à deuiatione præmuniant. Vnde in scriptura videtur talibus prælatis, doctoribus, prædicatoribus, & breuiter omnibus correctoribus, & diuinum zelum zelantibus sapiens dicere illud Eccl. 30. *Curua ceruicem eius in iuuentute, tunde latera eius dum infans est.*

¶ Item sint circa latus nostrum defendentes, scilicet pro nobis orantes, & nos instruentes vt hostis superent 2. Reg. 16. *Bellatores à dextro & sinistro latere regis Dauid incedebant.*

¶ Item supremo, & finaliter sit iuxta latus nostrum regens gentes, scilicet Christus, vt per nos commemoretur, & vt nos custodiat & consoletur. Prouerb. 3. *Dominus erit in latere tuo, vt custodiat pedem tuum ne capiaris.* Patet ergo quomodo latera animæ sunt virtutes, & potissime illæ, quæ sunt superius nominatæ, & si vis potes addere illud, quod dicitur in libro prognosticorum, quia scilicet ibi dicitur quod in febribus acutis bonum signum est infirmum iacere super latera, signum enim est quod latera non sunt apostemate tacta, quia alias ita doleret, quod lateribus non incumberet vllo modo. Sic vere dico moraliter, quod in infirmitate vitæ præsentis vbi omnes febricitamus, & tentationibus æstuamus, bonum est quod cubemus super latera ista, id est super dextrum, quod est spes, fides & cœlestium

cœlestium consideratio, & super sinistrum, quod est charitas, & timor mortis, & inferni præmeditatio. Signum est enim si talibus lateribus incumbimus, & si nunc cœlestia, nunc infernalia cogitamus, quod interius in cordibus nostris apostema seu corruptionem peccati mortalis non habemus. Illi enim qui peccati & criminum apostemate sunt pleni & infecti, & morbo febrili sunt repleti, nesciunt iacere in latere, nec ad Deum in tribulatione aut tentatione recurrere, nec de cœlestibus gaudijs inenarrabilibus & infernalibus infinitis pœnis & tormentationibus cogitare, sed solum in ventre aut dorso delitiarum & criminum & immunditiarum toto tempore se inuoluere. Bene ergo præcipitur figuraliter Ezech. 4. vbi dicitur, *Et tu dormies super latus tuum sinistrum.* Sequitur. *Et cum compleueris dormies super dextrum.* Patet igitur, quod sunt quædam latera quæ sunt custodienda, quia scilicet valde debemus custodire virtutes, quæ etiam custodiunt vitam & salutem animæ sicut quædam arma; sicut videmus de militibus, qui scuta solent circa latus portare, vt possint aduersariorum ictibus obuiare, & interiora sua tutius defensare.

D ¶ Secundo dico, quod sunt latera quæ sunt inhabitanda, & ista sunt latera, quæ status Ecclesiæ & fidei, & status perfectionis & gratiæ obtinent. Altare enim & arca facta fuerunt quadrata & lata, quia scil. quælibet res quadrata quatuor lateribus est distincta, habent enim

Latus { Orientale. Meridionale, Occidentale, Aquilonare.

Sic reuera cum Ecclesia sit quadrata, hoc est dictum in quatuor partibus orbis sita, vel quatuor Euangeliorum fide dotata, seu etiam quatuor virtutibus cardinalibus insignita, dico, quod in quatuor latera, id est, in quatuor status salutiferos est distincta scilicet

In statum { Magistralem, Clericalem, Regularem } qui est { Orientalis, Meridionalis, Aquilonaris. Popularem seu laicalem, qui est infimus & occidentalis.

Nam Oriens est pars excelsior,
Meridies est pars clarior,
Aquilo seu septentrio est pars frigidior,
Occidens est pars infirmior & vltimior.

Ista sunt quatuor latera Ecclesiæ, in quibus & in quorum quolibet tute possumus habitare in statu gratiæ viuere, animas saluare, & domino deseruire. Quodlibet enim istorũ laterum diuinis gratijs irrigatur, iuxta illud Ezech. 47. *Aquæ etiam descendebant in latus templi dextrum.* Et quodcunq; etiam ipsorum tute & iuste si homo vult inhabitatur. Iudi. 19. *Fuit quidam vir Leuites habitans in lateribus montis Ephraim.* Ista sunt ergo latera inhabitanda.

E ¶ Tertio dico, quod sunt latera abominanda, & ista sunt pro certo status & habitacula hominum peccatorum. Mali enim videntur dicere cum lucifero illud Esa. 14. *Dicebas* (inquit) *in corde tuo: Sedebo in monte in lateribus Aquilonis, ascendam super altitudinem nubium similis ero altissimo.* Pars enim Aquilonaris, quæ frigida est & sterilis, signat mundum, per indeuotionem frigidum, & cunctis bonis operibus sterilem atq; nudum, in cuius, scilicet lateribus, id est, in cuius statibus & dignitatibus mali nituntur ascendere, & honores superfluos occupare. Vnde mundi principes possunt figurari in socijs Gog, de quibus dicitur Ezec. 38. quod *Venient contra terram sanctam omnes scutati & galeati, & vniuersa agmina eius, domus Thogorma, latera Aquilonis & vniuersum robur.* Vide interpretationes nominum & applica si vis. Ista sunt igitur latera abominanda.

F ¶ Quarto dico, quod inueniuntur latera consideranda, scilicet latera Christi, quæ propter nos perforata fuerunt, quando vnus militum lancea latus eius aperuit, continuo exiuit sanguis & aqua. In quibus scilicet sacramenta Ecclesiæ virtutem suam ad loturam & purificationem peccatorum sumpserunt vt dicunt sancti. Vnde Ioan. 20. dicitur quod *Iesus ostendit eis manus & latus.* Sequitur. *Affer manum tuam & mitte in latus meum, & noli esse incredulus sed fidelis.*

G ¶ Quinto dico, quod inueniuntur latera vituperanda, & ista sunt pro certo latera corporalia impiorum, & iniquorum, in quorum scilicet fortitudine ipsi confidunt, & ipsa vertunt contra simplices & innocentes. Vnde ipsis dicitur Ezech. 34. *Late ribus & humeris impingebatis, & cornibus vestris ventilabatis omnia in firma pecora, donec dispergerentur.* Talia tamen latera malorum finaliter per tribulationes à Deo cæduntur, sicut de Balaam dicitur Numer. 22. quod *ipse fuste cædebat latera asinæ.* Et per mortem æternam etiam lacerabuntur Eccles. 42. *Seruo pessimo sat guinare latus.*

H ¶ Sexto dico, quod inueniuntur latera desideranda, & ista sunt latera palatij supernalis, scilicet Paradisi, de quibus dicitur in Psal. 47. *Fundatur in exultatione vniuersæ terræ mons Sion, latera Aquilonis, ciuitas regis magni.*

I ¶ Septimo dico, quod inueniuntur latera refugienda, & ista sunt latera damnatorum, quæ scilicet in isto mundo sunt nunc pinguia atque lata, iuxta illud Iob 15. *Operuit faciem eius crassitudo & à lateribus eius arruina dependet.* In inferno vero sunt desolata, misera atque stricta. Ezech. 4. *Ecce data sunt super te vincula, & ligabunt te in eis, & non conuertes te de latere tuo in latus aliud.*

K ¶ Octauo dico, quod inueniuntur latera operienda, vel vestienda seu non regenda, & ista sunt latera pauperum egenorum, quæ debemus vestire, & per pietatem & eleemosynam operire sicut faciebat Iob 31. dicens, *Si,* inquit, *despexi prætereuntem, eo quod non habuerit vestimentum, & absque operimento pauperem, si non benedixerint mihi latera eius, & de velleribus ouium mearum calefactus est humerus meus à iunctura sua cadat, & brachium meum cum suis ossibus confringatur.* Patet ergo, quomodo latus in bonũ signat, & in malo: vide vbi dexter & sinister.

# Lauare.

A Nota, quod lauare est aqua siue liquore aliquo aliquid mundare. Vnde per loturam intelligitur quæcunque purificatio seu mundificatio. Cum igitur quatuor modis anima spiritualiter mundificetur, scilic. per baptismum, per confessionem, per lacrymationem & per compassionem, hinc est quod quadruplicem loturam possumus notare, videlicet

Loturam { Baptismalis purgationis, Verbalis confessionis, Lacrymalis confessionis, Cordialis compassionis.

Dico ergo, quod anima lauatur per baptismalem regenerationem, sicut aquila, quæ descendens ad fontem, plumas veteres mutat, & sic iuuentus ipsius renouetur. Sic scilicet in fonte baptismi plumæ veteres peccatorum diruituntur, & homo spiritualiter renascitur, & quasi nouiter generatur. Vnde de ista lotura dicitur 4. Regum ca. 5. *Lauit se septies in Iordane iuxta sermonem viri Dei, & restituta est caro eius, sicut caro vnius pueri.* Aduerte tamen secundum Plinium, quod quamuis plumbum possit dealbari & lauari per alchymiam, nunquam tamen potest sua impuritas totaliter amoueri, quod facit suæ materiæ grossities & impuritas quæ scilicet est argentum viuum, impurum & sulphur immundum fœtidum atque grossum. Sic vere charissimi, cum nos simus creati & formati ex impura materia, scilicet ex impuro sulphure & argento viuo, id est ex immunda carne & sanguine, hinc est quod licet per baptismum possimus ablui & lauari, impuritas tamen carnis nostræ, scilicet concupiscentia & vilitas non potest à nobis penitus amoueri, quamuis per baptismum habeat temperari. Vnde Hierem. 2. *Si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbam Borith, maculata es in iniquitate tua.* ¶ Item lauantur animæ per verbalem confessionem. Sicut enim riuus, qui exit à fonte, est sordium mundificatiuus, sic vocalis confessio, quæ exit à corde per os, est criminum mundificatiua, vnde Psal. 50. *Asperges me domine hyssopo, & mundabor, Lauabis me, & super niuem dealbabor.* ¶ Item lauantur animæ per lacrymabilem compunctionem. Vnde Psalm. 6. *Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo.* ¶ Item lauantur animæ per fraternalem compassionem. Vnde Iudith. 10. *Lauit corpus suum & vnxit se.* Lotura enim signat purificationem, vnctura signat compassionem. Talibus ergo loturis debemus lauari, & spiritualiter emundari, vt sic possimus facere quod dicitur Esa. 1. *Lauamini, mundi estote, auferte mala cogitationum vestrarum. Quiescite agere peruerse, discite benefacere.* Ideo breuiter cuilibet potest dici illud 4 Reg. 5. *Vade, & lauare septies in Iordane.*

B ¶ Vbi aduerte, quod sicut vas, quod est multum immundum non potest bene fieri mundum & lotum, nisi vas concutiatur, nisi fæx expellatur, nisi lotio continuetur, nisi postea munde seruetur, nisi vere loquendo spiritualiter, homo peccator & immundus

... no potest bene per pœnitentiam lauari, nisi ista fint in ... idelicet

Concussio laboris (Vade inquit)
Expulsio horroris (Lauare inquit)
Durano vigoris (Septies inquit)
Punitio doloris (In Iordane inquit.)

¶ Si ergo bene volumus esse loti, debemus

Mutare status conditionem, ideo dicitur (Vade)
Expiare culpæ corruptionem, ideo dicitur (Lauare)
Frequentare vocis confessionem, ideo dicitur (Septies)
Non semel.
Castigare morum defectionem, ideo dicitur (In Iordane.)

... interpretatur riuus iudicij. Quia scilicet in iudicio confes... & pœnitentiæ solet reus castigari & puniri. ¶ Primo igitur ... spiritualiter lauari, necesse est, quod immutetur & ... status nostræ iniquæ conditionis, quod ostenditur ... tur. Vade. Sicut enim vas, quod bene debet lauari, de... concuti, & de vno latere ad aliud mutari & conuerti, ... qui bene per pœnitentiam vult lauari, debet interius concutere per timoris incussionem, & sui status discus..., & de vno latere in aliud se mutari per sui status conuersionem & mutationem, quod ostenditur cum dicitur. Vade ... in eodem statu non subsistas, sed per conuersionem de vitio ad virtutem, de peccato ad gratiam, de mundo ad patrem properes atque vadas: vnde dicitur Marc. 1. *Vade & ostende te principi sacerdotum.* Sicut enim aliquæ sunt medicinæ corporales, quæ non bene purgant corpus, nisi homo corporaliter se moueat seu vadat sicut de hellebore dicit Hippocrates. Si vis in... ... helleboro ducere, moue corpus, sic vere per medicinam pœnitentiæ homo non bene lauatur aut purificatur, nisi intus & extra spiritualiter se moueat. Vade inquit. Ipse enim debet interius in conscientia se mouere per contritionem, exterius vero in apparentia debet se mouere per motum mutationem & per ad bonum conuersionem. Vt ei dicatur illud Ioan. 8. *Vade, & amplius noli peccare.* Vadat (inquit) & transferat se peccator

De mendacio ad veritatem,
De iniustitia ad æquitatem,
De luxuria ad castitatem,
De superbia ad humilitatem, &c.

Et sic pro certo poterit bene mundari, & spiritualiter depurari. Ideo bene præcipitur Ioan. 9. *Vade lauare in natatoria Siloe.* Natatoria Siloe erat *probatica piscina in Hierusalem, vbi infirmi mundabantur, & curabantur,* sicut dicitur Ioann. 5. Et signat lauacrum pœnitentiæ, in quo quisquis peccator & infirmus se lauerit, sanus & incolumis mox redibit, sicut patet ex relatione illius cœ... Ioan. 9. *Abij, & laui, & video.* Abij, inquit, peccatum dimittendo & abhorrendo per contritionem: Laui, peccatum expellendo & emittendo per confessionem. Vidi, cor meum in... ... & illuminando per discretionem (Vade ergo) vt sic dicat quilibet pœnitens illud Mich. 1. *Super hoc* (inquit) *plangam & vlulabo, vadam spoliatus & nudus.* Quia scilicet penitus debet plangere per interiorem contritionem, vlulare per exteriorem ... confessionem ne per sui mali status mutationem, spoliatus & nudus esse per sui cordis manifestam reuelationem. Sic ... quod qui bene per pœnitentiam vult lauari, debet propriam conditionem immutare (valde inquit.) ¶ Secundo dico, quod volens lauari debet corruptionem impiam ex... ... (Lauare inquit) Sicut enim per loturam sordes & maculæ purgantur, vestes mundantur, & totum corpus refrigeratur, sic vere per loturam pœnitentiæ, macula peccatorum ab... & innocentiæ munditia procuratur, (Lauare ergo) vnde Hierem. 4. *Laua à malitia cor tuum vt mundus fias.* Aduerte tamen quod ad loturam pœnitentiæ faciendam.

Instruimur à natura,
Inducimur à figura,
Impellimur à scriptura.

Dico quod à natura instruimur. Elephas enim animal ita est fluuiale, quod in fluminibus summe diligit se lauare & balneare. Vnde dicit Plinius quod Elephas si cum vxore sua coeat antequam ad locum suum redeat in flumine se abluet, & lauabit, in quo procul dubio instruimur à natura, quod quicquid immunditiæ contrahimus, statim per pœnitentiam lauare & purgare debemus. De Leæna etiam legitur, quod fornicata cum Pardo, nunquam audet apparere coram leone nisi primitus abluatur, alias leo immunditiam sentiens adulterij, ipsam leænam lacerare & occidere comprobatur. Geruasius etiam in libro de ocijs imperialibus, & etiam Iacobus de Losanna in summa sua adduxerunt exemplum de ciconia, quæ probata est & experta cum alio masculo, quam cum suo carnaliter copulari, & postea ad fluuium currere & lauari, & tandem ad masculum sicut prius reuerti. Verumtamen quadam die post copulam factam cum altero, lota aqua aliquo interueniente impedimento non fuit ideo illota ad masculum proprium redijt, qui aliquantulum dissimulans, aliarum ciconiarum multitudinem secum adduxit, & adulteram, quæ lota non fuerat, interfecit. Lotura ergo pœnitentiæ est necessaria. Quia vere anima, quæ cum altero viro, cum diabolo adulterata fuit per peccatum, quando tandem venerit ad præsentiam viri sui, Christi scilicet in sacramento altaris, vel etiam post mortem in iudicio, nisi prius lota per pœnitentiam fuerit, ipsam crudeliter condemnabit. Si vero lotura pœnitentiæ peccata primo abluerit, tunc prædicta sua crimina non videbit. Ecce ergo quomodo ad loturam pœnitentiæ instituit nos natura. Ideo bene dicitur in figura Deut. 23. *Qui nocturno pollutus fuerit somnio, non reuertetur donec ad vesperam lauetur.* Et Leu. 1. dicitur, quod *sacrificium seu hostia antequam Domino offerretur, non solum caput, imo intestina & pedes in aqua primitus lauabantur:* Sic vere charissimi si polluti fuerimus per peccatum, antequam domino in cœlis offeramur, post mortem vel antequam ad ipsum reuertamur ad missam seu Eucharistiam, necesse est, quod per pœnitentiam lauemur. Et quod caput intentionis, intestina cogitationis, & pedes affectionis per istud lauacrum depurentur. Et hoc est, ad quod impellit scriptura Ruth 3. *Laua te igitur & vngere, & induere cultioribus vestimentis.* Et sic ergo patet, quod si volumus bene lauari necesse est corruptionem impiam expiare. ¶ Tertio dico, quod nos debemus purgationem variam frequentare, quod ostenditur cum dicitur: Septies, quia scilicet non sufficit semel, sed pluries lauari, non vno modo sed multimode. Et potissime per istud septies possumus intelligere septemplicem loturam, de qua fit mentio in scriptura, per quas septem modi purgationis, vel septem virtutes quibus potest anima à peccatis lauari intelliguntur, & sunt istæ, scilicet Lotura D

Lactea,
Vinea,
Aquea,
Oleacea,
Sanguinea,
Butyrea,
Nitrea.

Lauatur enim anima cum lacte mellifluæ eruditionis, de quo dicitur Cantic. 5. *Mel & Lac sub lingua tua.* Vnde animæ dicitur Cantic. 5. *Oculi tui sicut columbæ super riuos aquarum, quæ lacte sunt lotæ.* Cum vino dulcifluę consolationis. Vnde de Iuda dicitur Genes. 49 *Lauabit in vino stolam suam.* Cum aqua irriguæ lachrymationis. Vnde Exod. 40. *Lotos aqua indues sanctis vestibus.* Cum oleo dulcis compassionis. Ezech. 16. *Laui te aqua, & vnxi te oleo, emundaui sanguinem tuum ex te,* cum sanguine memoriæ Dominicæ passionis. Apocal. 22. *Beati qui lauant stolas suas in sanguine Agni,* cum butyro pinguis & teneræ dulcedinis & dilectionis. Vnde Iob. 29. *Lauabam pedes meos butyro & petra fundebat mihi riuos olei.* Cum nitro acris correctionis. Vnde Hierem. 2. *Si laueris te nitro, &c.* Nitrum enim est vena terrea, acris & aspera, de qua creta fit lixiuium ad lauandum. Ecce ergo quomodo semper septies, id est, septempliciter potest anima lauari. Vnde 4. Regum 5. *Lauit septies in Iordane iuxta sermonem viri Dei.* De lotura etiam confessionis in speciali possumus dicere, quod ista debet fieri septenarium vniuersitas designatur. Vel septies, quia ibi debent lauari septem peccata mortalia, vel septies, quia septem diebus hebdomadæ, hoc est quotidie, vel septem horis diei, de quibus dicitur in Psalm. 118. *Septies in die laudem dixi tibi.* Vnde de tali septemplici purificatione, & lotura potest dici illud Leuitic. 14. *Asperget eum, qui mundandus est, septies, vt expurgetur:* Vel per septies possumus intelligere vnam aliam septemplicem loturam, de qua fit mentio in scriptura, videlicet

C

Lotura

Lotura { Cordis, Corporis, Capitis, Ventris, Vestis, Manuum, Pedum,

Omnia enim ista sunt lauanda, id est, omnia crimina, quæ in istis vel occasione istorum committuntur, sunt purificanda, & per confessionem & pœnitentiam expedienda. Lauetur ergo cor ab iniqua cogitatione. Vnde Hier. 4. *Laua à malitia cor tuum.* Et Esa. 1. *Lauamini, mundi estote, auferte mala cogitationum.* Lauetur corpus à carnali inquinatione. Vnde Iudith. 10. *Lauit corpus suum & vnxit se.* Lauetur caput, id est, intellectus à peruersa cogitatione & intentione, & venter ab immunda delectatione. Vnde de vtroque dicitur Leuit. 1. *Caput & cuncta quæ adhærent iecori, intestinis & pedibus lotis aqua.* Item lauetur vestis conuersationis ab hypocritica simulatione. Vnde Exod. 19. *Lauent vestimenta sua & sint parati.* Item lauentur manus ab iniusta operatione. Psalm. 25. *Lauabo inter innocentes manus meas.* Item lauentur pedes affectuum mundanorum, scilicet à vaga desideriorum discussione. Vnde Gen. 18. *Lauentur pedes vestri & requiescite sub arbore.* Ista ergo sextuplex lotura (Septies inquit.) Quia sicut dicitur Luc. 17. *Si septies in die peccauerit homo, & septies conuersus fuerit ad te, dimitte ei.* Sic ergo patet, quod nos si lauari volumus, debemus purgationem

E nem variatam frequentare. (Septies inquit, &c.) ¶ Quarto dico, quod si bene volumus lauari, nos debemus correctionem anxiam tolerare. Quod ostenditur, cum dicitur in Iordane. Iordanis enim interpretatus riuus iudicij. Riuus enim significat purificationem, iudicium vero signat correctionem & punitionem. Pœnitentia enim Iordanis dicitur, quia sicut in riuo homo lauatur & purificatur, & sicut in iudicio ibi punitur, castigatur & increpatur. In Iordane ergo. Vnde Matth. 3. dicitur, quod *multi venientes baptizabantur in Iordane confitentes peccata sua.* Et dicitur ibi, quod *Ioannes reprehendebat Pharisæos, dicens, Genimina viperarum, quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira?* Isti igitur in Iordane lauabantur, & in Iordane corrigebantur & arguebantur, in signum quod in Iordane pœnitentiæ non solum est purificatio vel lotura, sed etiam correctio & punctura. Est enim ibi iudicium, vbi peccator est reus, sacerdos est iudex, conscientia est accusator. Ibi ergo homo debet accusari & iudicari, vt scilicet sciat, cogitet, iudicet & distinguat, quid & quantum, vbi & quando delinquit, quod etiam, sicut reus quandoque post iudicium suspenditur, quandoque infoditur, quandoque submergitur, quandoque comburitur, sic vere in iudicio pœnitentiæ homo debet suspendi & in alto leuari per æternorum desiderium & affectionem Iob. 19. *Elegit suspendium anima mea.* Infodi in terra per mortis & inferni considerationem. Vnde Matth. 25. *Abijt & fodit in terram.* Submergi per lachrymarum inundationem. Vnde in Psalm. 73. *In valle lachrymarum in loco, quem posuit.* Comburi per amorem & dilectionem. Vnde 2. Corint. 11. *Quis scandalizatur & ego non vror?* Et sic igitur si homo totaliter fuerit iudicatus, correctus & castigatus, bene erit lotus & depuratus. Vnde de quolibet sic loto & purificato poterit dici illud 1. Regum 12. *Surrexit Dauid de terra, & lotus vnctusque est.* Patet ergo, quomodo homo quadrupliciter lauatur scilicet

Tolerando correctionem,
Frequentando purgationem,
Expellendo corruptionem,
Immutando conditionem.

F Bene ergo dictum est. *Vade lauare septies in Iordane.* Et hæc de bona lotione sufficiant. ¶ Sed adhuc si volumus, possumus dicere, quod lotura signat in malo quandoque. Et sic significat immunditiam siue munditiam simulatam, quia scilicet hypocritæ volunt credi esse mundi & loti, similes Pharisæis, de quibus dicitur Mar. 7. quod *Pharisæi nisi crebro lauent manus, non manducant panem.* Cum tamen Dominus dicat ibidem, & manducare non lotis manibus non coinquinat hominem. Et isti sunt sicut cygnus, qui est auis fluuialis, qui in aqua sæpissime se balneat seu lauat. Illa tamen lotura ad carnem interius non penetrat, quia scilic. perpetuam nigredinem semper seruat in carne sua. Quia vere tales quamuis exterius in apparentia videantur loti & puri, intus tamen in conscientia sunt impuri & immundi. Similes etiam Pilato, qui domino morti adiudicato, lauans manus credidit, quod talis exterior lotio sibi proficeret, dicens, *Innocens ego sum,* &c. Matth. 27. Sic ergo patet diuersimode de lotura. Vide supra

De aqua,
De flumine,
De fonte,
De baptismo,
De Confessione.

# Laus. Laudare.

A Nota quod laus idem est quod commendatio, magnificatio & meritorum alicuius verbalis relatio, & exaltatio. Et est duplex laus scilicet laus diuina, & laus humana. Laus diuina est, qua Deus magnificatur, laus humana qua homo glorificatur. Dicamus ergo quod nos debemus laudare Deum & ipsum magnificare multiplicitatione. Primo quia ad hoc omnes Christianos inducit

Exemplum naturæ,
Ænigma figuræ,
Doctrina scripturæ.

Exemplum dico naturæ, quia, sicut videmus, & etiam Aug. dicit. Omnia, quæcunque fecit Deus, laudant Dominum. Vnde videmus de istis auibus mundis & paruulis, quod non cessant cantare & garrire, creatoremque suum pro suo modulo collaudare. Vnde etiam inter auiculas est alauda, quæ dicitur à laude, quæ scilicet laudando, garrulando non cessat cantare, laudare, & exultare. Est etiam inter eas philomela, quæ dicitur à philos, quod est amor, & melos, quod est cantus, quasi deficiens præ amore ad cantandum, quæ ad cantandum ita dedita, quod die ac nocte, & etiam quandoque æstate & hyeme non cessat altisone modulari. In creaturis etiam superioribus istud patet, quia scil. planetæ dicuntur in suis orbibus vocem mirabilem emittere, & dulci quadam melodia & concordia diuinam gloriam exaltare. Cui videtur concordare scriptura Iob. 38 *Vbi eras cum me laudarent simul astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei?* Et breuiter non est dare aliquam creaturam qui in ibi reluceat laus & gloria saluatoris. Exemplo ergo istarum creaturarum debemus *laudare dominum de cælis, & laudare eum in excelsis, & nocte & die,* id est, continue aliquid facere, vel dicere, quod in laudem eius valet redundare. Psal. 33 *Benedicam Dominum in omni tempore semper laus eius in ore meo.* ¶ Et ad hoc facit quidem exemplum, ænigma & figura. Quid enim signat, quod seniores, qui in circuitu sedis sedebant, & citharas, & phialas habebant, nisi quod illi qui in sedibus, id est, in dignitatibus & officijs Ecclesiæ sedent, circa solium summi regis, citharas diuinæ laudis debent habere, vt quilibet possit suam magnificentiam continue resonare? Et hoc est, quod scriptura videtur dicere & mandare quasi infinitis locis Ps. 116. *Laudate* (inquit) *dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi.* Psal. 147. *Lauda Hierusalem dominum, lauda Deum tuum Sion.* Psalm. 112. *Laudate pueri dominum, laudate nomen domini.* Psal. 145. *Lauda anima mea dominum, laudabo dominum in vita mea, psallam Deo meo quamdiu fuero.* Et breuiter, ad laudem diuinam excitan-

B tur omnia, quæ sunt, quando dicitur in Ps. 68. *Laudent illum cæli & terra, mare & omnia, quæ in eis sunt.* ¶ Vbi aduerte, quod debent laudare illi, qui

Extolluntur sublimitate, & isti sunt cœli,
Deprimuntur aduersitate, & isti sunt terra,
Conuertuntur ab iniquitate, & isti sunt mare.

Laudant ergo prosperitate ditati (Cœli inquit) Aduersitate grauati (Terra) iniquitate purgati. (Mare) Laudare ergo debent dominum viri promoti & sublimati. (Cœli inquit) Viri depressi & tribulati. (Terra inquit) Viri conuersi & immutati. (Mare inquit) Primi sunt viri præsidentes. Secundi viri subiacentes. Tertij viri pœnitentes. ¶ Primo ergo dico, quod laudare debent dominum viri præsidentes in dignitatibus & isti designantur per cœlos. (Cœli inquit laudent eum.) Per cœlos enim qui sunt eleuati à terra, & qui transmutationi vel corruptioni non subiacent, sed superius semper manent, intelliguntur viri sublimes in prosperitate vel dignitate constituti, qui sursum in dignitatibus eleuantur, qui tribulationum impressionibus nullatenus subiugantur. Isti ergo de bonis à Deo sibi concessis debent Deum laudare & eius misericordiam commendare. (Cœli inquit.) Esa. 44. *Laudate cœli, quia misericordiam fecit dominus.* Gallus enim inuento grano solet cantare, & se etiam cum alis proprijs verberare. Sic vere vir perfectus acquisito grano alicuius beneficij sibi à Deo concessi, debet statim ad cantum diuinæ laudis animari, & ad

sui

[illegible] fortius excitari. Boni enim ex [illegible] considerat one beneficiorum melius [illegible] cantu diuinæ laudis audius a[illegible] Psal. [illegible] Laudabo nomen Dei cum cantico, [illegible] in laude. 2. Paral. 29. [illegible] cantores domini, vt lau[illegible]. Istud autē genus laudis [illegible] inuenitur in pa[illegible] [illegible] dicitur [illegible] 51. *Gaudium & lætitia inuenietur in ea,* [illegible] vox laudis. Isti enim laudant dominum de ad[illegible] tate, de [illegible] [illegible] tate, de euitata pœnalitate, de sui [illegible] tate. Vnde in Psal. 21. *Apud te laus mea in Ecclesia magna.* [illegible] *In populo graui laudabo te.* Tales tamen non sunt multi [illegible] teneri, qui quamuis à Deo receperunt multa bona, [illegible] nantur, nec eius laudibus occupau[illegible] [illegible] qui ad laudandum Deum sunt institu[illegible] [illegible] Eccl. [illegible] iuxta illud a. Esdræ 3. *Steterunt Sa[illegible] suo, vt laudarent dominum per manus Dauid.* Ipsi ta[illegible] rec [illegible] lata, sed non seruitia. Bene accipiunt Ec[illegible] [illegible] exequūtur Dei laudationes. De istis dicitur in [illegible] *mortui laudabūt te domine, neq; omnes, qui descendunt in in[illegible].* [illegible] compara tales mortuis, qui sc. non mouentur, lo[illegible] [illegible] Sic isti non mouentur qui aliquam bonam [illegible], non loquuntur Dei laudem, confessionem, [illegible] conuersationē. Quod sūme patet in illis, qui ba[illegible] [illegible], qui bene veniunt ad Ecclesiam non vt Deum [illegible] distributiones habeant. Similes bubonibus, qui [illegible] uentant, non tamen pro Deo laudando, sed pro oleo de [illegible] ibus comedendo. De istis igitur dicitur Esa. 38. *Non [illegible] confitebitur tibi, neq; mors laudabit te, &c.* Nō sic ergo, sed laud[illegible] ū prædidētes in dignitatibus. (Cœli inquit) ¶ Se-

C cund[illegible], quod Deū debent laudare subiacentes aduersitati[illegible] [illegible] inquit. Terra enim dicitur à tero teris, eo quod ab [illegible] tritur & conculcetur, & quod sub tritura, & conculca[illegible] tion [illegible] animaliū immobiliter radicetur. Ista ergo signi[illegible] ficat [illegible] qui tri[illegible] tionibus teruntur, & qui per aduersitates à Deo, & mundo [illegible] culcantur, qui pro certo debent in stabili[illegible] tate constantiæ manere, & Deū laudare, & glorificare, & eius in[illegible] [illegible] commendare. Terra inquit Psal. *Laudate dominum de terra dracones & omnes abyssi.* Tympanum enim quanto magis percuti[illegible] tur, tanto magis sonat. Sic vere vir iustus quanto à Deo magis tribulatur, tanto amplius exultat & laudat. Psal. 150. *Laudate eum [illegible] & choro, laudate eum in chordis & organo.* Vbi aduerte, quod Deus in tribulatione laudandus est, quia

Per tribulationem {
Caro mortificatur,
Vita rectificatur,
Sermo dulcificatur,
Deus glorificatur.
}

[illegible] per tribulationē carnem mortificamus, quod notatur [illegible] pano, quod fit de pellibus animalium mortuorum, & in [illegible] extenditur & siccatur, vt tādem percussum altius module[illegible] [illegible] vere quanto caro amplius siccatur, & extēditur tribu[illegible] [illegible] & miserijs huius mūdi, tāto à malis desiderijs amplius [illegible] ur, & tanto ad sonū diuinæ laudis habilior inuenitur. [illegible] *sumite psalmum, & date tympanum. Psalterium iucundum cum* [illegible] item per tribulationem vitam rectificamus, quod nota[illegible] [illegible] o, quia in choro ordinatissime proceditur, & ibi dul[illegible] [illegible] atur. Quia vere in choro fidelium debemus vitā no[illegible] [illegible] ficare, & ordinare, & Dei laudē pariter resonare. Ps. [illegible] *eum, in tympano & choro & psalterio psallat ei.* Item [illegible] verba mitificamus, quod ostenditur cū dici[illegible] [illegible] quæ quanto plus trahuntur, tanto dulcius sonare [illegible] vere quanto homo per tribulationes amplius [illegible] [illegible] loquendum, orandum & respondendum dul[illegible] [illegible] sicut dicitur Prou. 18. *Cū obsecrationibus loque[illegible] tur pauper.* Psal. *[illegible] in chordo psalterio psallam tibi.* Item per tribu[illegible] lationem Deus glorificatur. Constat enim quod iustus quando videt se tribulatum conuertit se ad Deum laudandum, & ad suā [illegible] magnificandum, quod ostenditur in organo. Organū enim quod tangitur, & pulsatur inferius, sonū reddit à parte su[illegible] periori. Quia iustus cum hic inferius tribulationibus tāgitur, ad glorificandum [illegible] petuam Dei iustitiam superius exercitatur. Vnde a. Paral. [illegible] *Steterunt [illegible] tenentes organa Dauid.* Per terram autem intelligantur illi, qui in tribulationibus Deū laudant. (Terra in[illegible] [illegible] nde Esa. 26. *Qui habitatis in puluere, expergiscimini, & laudate.*

D Psal. dicitur, *pauper & inops laudabunt nomen tuum.* ¶ Tertio dico, quod deben[illegible] ipsum laudare pœnitentes conuersi à sceleri[illegible]

Dauid, Bersborij.

bus (Mare inquit) De pœnitentibus enim qui significantur per mare dicitur in Psalm. *Laudent illum cœli, & terra, mare, & omnia reptilia in eis.* Per mare enim quod est amarum, & in continuo motu, quod est etiam suiipsius purgatiuum, intellige pœnitentem qui est amarus per dolorem & contritionem, in motu per timoris hæsitationem, sui purgatiuus per verbalem locutionem, & confessionem. Iste ergo Deum debet laudare sicut infirmus, qui euasit infirmitatem, sicut captiuus qui euasit captiuitatem, sicut obsessus, qui euasit hostium ferocitatem. Isti ergo possunt dicere illud Psalm. *Fortitudo mea, & laus mea dominus, & factus est mihi in salutem* (Mare ergo) Vnde de mari, id est, de viro pœnitente dicitur Esaiæ 24. *Glorificate dominum in insulis maris, à finibus terræ laudes audiuimus.* Patet igitur, quomodo Deum debent laudare tria genera personarum, videlicet

De suis prauitatibus pœnitentes,
Mundi aduersitatibus subiacentes,
De suis magnis prosperitatibus gloriantes.

Et hæc de laude diuina sufficiant quod ad præsens. B

¶ Sed adhuc dico, quod inuenitur laus humana, & ista vt communiter est duplex, scilicet quædam vera, quædam falsa. Laus vera est illa, qua laudantur viri virtuosi, laus falsa est illa, qua laudantur viri vitiosi. De laude ergo bonorum notandum est, quod merito debent laudari illi, qui habent

Conscientiæ sinceritatem,
Amicitiæ stabilitatem,
Sapientiæ subtilitatem,
Opulentiæ fugacitatem.

Laudabiles ergo sunt apud Deum illi, qui habent sinceritatem conscientiæ. Vnde in Psal. dicitur: *Laudabuntur omnes recti corde.* Item illi, qui habent amicitiæ stabilitatem. Prouerb. 28. *Fidelis vir multum laudabitur.* Item illi, qui habent subtilitatem scientiæ & sapientiæ. Vnde Ecclesi. 37. *Vir sapiens implebitur benedictionibus & videntes illum laudabunt.* Item illi, qui habent contemptum, seu fugacitatem opulentiæ. Vnde Ecclesi. 31. *Beatus vir, qui inuentus est sine macula, & qui post aurum non abijt nec sperauit in pecuniæ thesauris, quis est hic, & laudabimus eum?* Ista quatuor membra, non prosequor, sed omitto gratia breuitatis. De laude vero malorum, qui non de bonis, sed potius de malis consueuerunt alios laudare, dicitur Eccl. 15. *Non est speciosa laus in ore peccatoris.* De quibus etiam in libro de prouerbijs philosophorum. Sit tibi tam turpe laudari à turpibus ac si lauderis ob turpia. Possumus notare ergo, quod mali adulatores solent (vt communiter) laudare tria genera hominum peccatorum, videlicet

Exercentes crudelitatem,
Obtinentes famositatem,
Cupientes prosperitatem.

De crudelitatem exercentibus patet, quia sicut auis nobilis magis est commendabilis, quæ magis rapit, & grauat aues innocentes, sic mundo ille magis reputatur commendabilis & nobilis, qui per rapinas magis infestat pauperes, & simplices indigentes. De hoc Prouerb. 28. *Qui derelinquunt legem laudant impium.* De speciositatem continentibus dicitur Ecclesiast. 11. *Non laudes virum in specie sua.* De prosperitatem cupientibus dicitur in Psalm. *Laudatur peccator in desiderijs animæ suæ, & iniquus benedicitur.* Sufficit de titulo laudare.

## Lazarus. A

Cum Lazarus fuerit ille

Quem {
Mors prostrauit,
Soror plorauit,
Christus amauit,
Christus vocauit,
Dominus suscitauit,
Postea recreauit.
}

Sicut hæc omnia patent Ioan. 11. possumus dicere, quod per Lazarum, qui interpretatur adiutus à domino potest vir pœnitens designari, qui prius moritur delinquendo, quem soror, id est, Ecclesia sequitur complorando seu compatiendo, quem Christus amat & visitat gratiam infundendo, quem Christus vocat ad pœnitentiam inuitando, quem Christus suscitat culpam remittendo, & ad vitam gratiæ reducendo, & quem tandem ipse pascit, & recreat cœli conuiuium concedendo. Et dicitur adiutus à domino, non ex se, nec per se, sed ex sola diuina gratia à vitijs resurgendo Ioan. 11. *Lazarus amicus noster dormit eamus & à somno excitemus eum,* & Ioan. 12. dicitur, quod *in cœna Lazarus erat vnus ex discumbentibus.*

A **Lectulus. Lectus.** Cum lectus sit illud, in quo homines dormiunt, & quiescunt, hinc est quod per lectum potest intelligi quæcunq; requies, siue bona fuerit, siue mala. Nota ergo, quod per lectulum potest intelligi multiplex quietatio seu mora. Est enim generaliter loquendo, lectus bonus & lectus malus. Lectus bonus est bona habitatio seu mora, & ista est triplex scilicet

Lectus { Interior, qui est conscientia,
Exterior, qui est pœnitentia,
Superior, qui est cœli patria.

Interior incipientium,
Exterior proficientium,
Superior perficientium.

Lectus conscientiæ est lectus mæroris, de quo Iud. 13. *Stetit Iudith ante lectum suum, orans cum lacrymis in silentio.* Lectus pœnitentiæ est lectus doloris, de quo dicitur in Psal. *Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius.* Lectus cœli est lectus gloriæ & dulcoris. Vnde 2 Paral. 16. *In ciuitate Dauid posuerunt eum super lectum suum plenum aromatibus, & vnguentis.* De isto ergo triplici lectulo potest dici cuilibet viro perfecto illud Ezech. 23. *Sedisti in lecto pulcherrimo, & mensa est ornata ante te.* Vbi aduerte, quod ibi fit mentio de isto triplici lecto, videlicet

De lecto { Conscientiæ cordialis,
Pœnitentiæ virtualis,
Opulentiæ supernalis.

Primus lectus est lectus tranquillitatis, quod ostēditur in verbo (Sedisti.) Secundus est lectus amœnitatis, quod ostēditur in verbo (pulcherrimo.) Tertius est lectus fertilitatis, quod ostenditur in verbo (& mensa ornata est ante te) Lectū conscientię dat mētis sessio quietudine (Sedisti inquit) Lectū pœnitentiæ dat fletus lotio pulchritudine (in lecto inquit pulcherrimo) Lectum cœli

B gloriæ dat dulcis potio plenitudine (Mensa inquit.) ¶ Primo ergo dico, quod est lectus cōscientię, & iste ostenditur, cū dicitur (Sedisti) Sedere enim signat quie ē, quia vere quando homo redit ad conscientiā suam, & dimittit tumultum curæ & sollicitudinis tēporalis, tunc potest in requie & quiete esse. Lectus enim debet esse locus quietus & secretus, & à tumultu hominum & animaliū separatus. Sic vere lectus conscientiæ debet esse secretus & quietus, & à tumultu sollicitudinis alienus, & à turba malarū cogitationum totaliter segregatus (Sedisti inquit) Apes. n. sedent super aluearia sua, vt sugant superfluitatē mellis, quod si non facerent, exinde araneæ generarentur, & apes etiā morerētur. Sic vere nos debemus sedere, & morari in alueari, & in lecto conscientię nostræ per iugem conditionē & examinationem, & si sit ibi aliqua superfluitas alicuius malæ affectionis vel cogitationis, illā debemus expellere, sugere, & extrahere per cōfessionem & contritionem, alias gratia ibidem corrumperetur, aranea peccati mortalis faciliter conciperetur, & nos spiritualiter moreremur (Sedisti inquit) Esa. 47. *Sede, tace, & intra in tenebras.* Sedere enim debemus per mūdi laboris abdicationem. Tacere debemus per mundanorū tumultuum denegationē. Intrare debemus in tenebras cordis nostri per conscientiæ examinationē. Bene ergo dicitur Prou. 21. *Melius est sedere in angulo domatis, quam cum muliere litigiosa.* Iste est ergo lectus conscientiæ, vbi debet esse mentis quietudo (Sede inquit) Marc. 7. *Inuenit puellam iacentem super lectum.* Sed nota, quod iste lectus conscientiæ debet habere tres proprietates secundum tres lectuli particulares conditiones, quæ in lecto debent esse. Lectus enim debet esse

Mundus,
Secretus,
Fulgidus.

Sic vere conscientia debet esse lectus mundus, secretus, floridus siue fulgidus per innocētiam & puritatē. Vnde Cant. 1. *Lectus noster floridus.* Lectus secretus per humilitatē Iob 17. *In tenebris straui lectulum meum.* Lectus fulgidus per sapiētiæ claritatē. Vnde Hest. 1. *Lectuli quoq; aurei & argentei super pauimentum erant.* Quia vere charissimi iuxta lectulum conscientię debet esse lectulus puritatis, lectulus humilitatis, lectulus sublimitatis. Et sic bene dico.

C quod est lectulus cōscientiæ. ¶ Secūdo dico, quod inuenitur lectus pœnitentiæ, & iste ostenditur, cū dicitur pulcher, quādo est bene lotus interius, & bene pictus exterius, & quando est bene quadratus & factus superius. Sic vere lectus pœnitētiæ pulcher dicitur, qui interius est lotus lacrymarum lotura, de qua in Ps. 6. *Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo.* Quia exterius sit in rubedine facies, verecūdiæ est pictura. Vnde talis potest dicere illud Prouer. 7. *Intexui funibus lectum meū, straui pictis tapetibus ex Aegypto.* Item quia ibi debet esse quatuor virtutū quadratura. Vnde iste est lectus, quē fecit Sunamitis Helisæo. 4. Reg. 4. *Faciamus* inquit *viro Dei, cœnaculū, & ponamus in eo sellā candelabrum, mensam & lectulū.* In cœnaculo enim pœnitentiæ debet esse iustitiæ rectitudo, ista est sella: prudentiæ limpitudo, ista est candelabrū: clementiæ plenitudo, ista est mensa: patientiæ quietudo, ista est lectulus pœnitētiæ cū lectulis suis. Sed iste pro certo est satis durus ad sustinendū, quia sicut dicitur Iob 33. *Increpat per dolorem in lectulo, & omnia ossa marcescere facit.* Iste est igitur lectus pulcherrimus. Pulcherrimo inquit. Vnde de pœnitentia potest dici illud Psal. *Cōfessio & pulchritudo in conspectu eius.* Iste est ergo lectus pœnitētiæ. ¶ Tertio dico,

D quod inuenitur lectus gloriæ, qui notatur cū dicitur mensa. Mēsa enim signat recreationē, satiationem & refectionem. Et ideo proprie mensa signat quietē gloriæ Paradisi, vbi perfecte satiabimur & reficiemur, quia sicut dicitur in Psal. *Satiabor cum apparuerit gloria tua.* Et ibi perfecte delectabimur, & nutriemur Psal. *Parasti in conspectu meo mensam.* & Iob 7. *Consolabitur me lectus meus.* In isto enim dormiūt, *& quiescunt sancti post labores, & miserias huius mundi, quia amodo iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis.* Apoc. 14. Et in isto recreātur, & satiātur pauperes subditi, miseri & egeni. Quia sicut dicitur Mat. 5. & Luc. 6. *Beati, qui nūc esuritis, quia saturabimini* ¶ Et nota, quod iste lectus habet tres lectulos, scilic.

Lectulum { Claræ cognitionis,
Dulcis dilectionis,
Fortis tuitionis.

Intellectus dormit in clara cognitione,
Affectus quiescit in vera dilectione,
Memoria sedet in secura tuitione.

Est igitur ibi lectulus perfectæ cognitionis. Vnde Gen. 49. dicitur quod *Israel*, qui interpretatur videns Deū, *colligit pedes suos super lectulum* Item ibi est lectulus perfectæ dilectionis. Vnde Cant. 3. *In lectulo meo per noctes quæsiui quem diligit anima mea.* Item ibi est lectulos securæ tuitionis, quia sicut dicitur Can. 3. *Lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel.* Et sic videtur, quod isti lectuli figurantur in illa figura prædicta 4. Reg. 4. *Faciamus ei cœnaculum, & ponamus in eo sellam, candelabrum, mensam, & lectulum.* Per sellam enim intelligitur quietio, seu tuitio securitatis: per candelabrum intelligitur cognitio vel intellectio luminositatis: per mēsam intelligitur refectio vel dilectio fraternitatis: per lectulum vero intelligitur consolatio æternæ fœlicitatis. Et sic patet, quomodo est dare lectum honoris in cœli gloria, lectum doloris in pœnitentia, lectum mæroris in conscientia. Et sic patet

E quomodo lectus potest accipi in bono significato. ¶ Adhuc dico, quod lectus, potest accipi in malo significato. Et sic dico, quod est triplex malus lectus, videlicet

Lectus { Carnalitatis,
Prosperitatis,
Aduersitatis.

Primus lectus est dilectio corporalis. Secundus lectus est habitatio mundialis. Tertius lectus est hospitatio infernalis. Primus est lectus delitiarum: secundus est lectus diuitiarum: tertius est lectus miseriarum. In lecto delitiarum dormiunt luxuriosi. Et de isto dicitur Eccl. 41. *Ne respicias mulierem alienam, neque scruteris ancillam eius, neq; steteris ad lectum eius.* Et iste lectus procul dubio valde est immundus. Iste est enim

Lectus { Puerorum,
Ribaldorum,
Infirmorum.

Iste enim lectus figuratur 2. Regū 13. vbi dicitur, quod *Amon cubabat super lectum suū, infirmitatem simulans præ desiderio amoris Thamar sororis suæ, quam ad se conuocans, atque decepit, & corrupit.* Figuratur etiam iste lectus in Holoferne, de quo dicitur Iud. 13 quod *Holofernes iacebat in lecto nimia ebrietate sopitus.* Et dicitur ibi, quod *dum in lecto sic dormiret, ipsum Iudith mulier pulcherrima occidit.* Sic vere charissimi, loquēdo spiritualiter, illi qui in lecto carnalis voluptatis dormiūt & quiescunt, sorores suas & alias Christianas, & quandoq; consanguineas, & propinquas per luxuriā inficiunt & corrūpunt, dum vero talibus delectantur, ab ipsis mulieribus & in persona, & in corpore, & in anima, & in rebus insuper & in fama læduntur. & destruūtur. Ideo ipsa mala mulier videtur dicere, imo in persona ipsius dicitur Prou. 7. quod *fatuo iuueni loquebatur illa procax* mulier, dicens, *Intexui funibus lectū meum, straui pictis tapetibus ex Aegypto, Myrrha, Aloe, & Cinnamomo aspersi cubile meum Veni,*

inebrie-

*ambitiosus cupidis amplexibus non est vir in domo sua*. Sequitur. *Statim eam sequitur quasi bos ductus ad victimam, & nesciens, quod ad vincula stultus trahatur.* Iste est ergo lectus carnalitatis, & immunditiæ. ¶ Secundo dico, quod est lectus prosperitatis & opulentiæ, & iste est lectus, in quo dormiunt diuites huius mundi, qui procul dubio est valde tenuis, & mollis. Et aduerte, quod iste est

Lectus { Tepidorum, Superborum, Auarorum.

De tepidis, & pigris dicitur Prou. 26. *Sicut vertitur ostium in cardine suo, sic piger in lecto suo.* De lecto superborum dicitur 4. Reg. 1. *De lecto, super quẽ ascendisti, nõ descendes, sed morte morieris.* De lecto vero auarorum dicitur 4. Reg. 4. *Puer mortuus iacebat super lectum suum.* Per Puerum enim qui non potest surgere de terra, intelligitur auarus, qui nõ potest dimittere tẽporalia vel terrena. Et sic ergo patet, quod est lectus prosperitatis. Iste lectus figuratur 2. Reg. 4. V[illegible]tur, quod *dũ rex Israel dormiret super lectum suum ancilla ibi ostiaria obdormiuit & intrauerunt latrones, qui eum occiderunt.* Sic vere dum homo delectatur, & quiescit in lecto mundanæ prosperitatis, tunc ancilla quæ custodit ostia sensuum, sc. ratio sopiatur, tunc à latronibus, i. à dæmonibus per tentationes occiditur & necatur. Vnde 2. Paral. 4. *Occiderunt eum serui sui in lecto suo.* Iste est igitur lectus prosperitatis. ¶ Tertio dico, quod est lectus pœnalitatis, & iste est lectus inferni, vbi sc. damnati finaliter sopiuntur, & sepeliuntur, & vbi æternaliter hospitantur, de quo potest dici illud Hester. 7. *Reperit &* *Aman super lectum corruisse.* Et aduerte quod iste

Lectus est { Durus, Obscurus, Insecurus.

Lectus (dico) durus. Vnde de illo potest dici illud Deut. 3. *Monstratur lectus eius ferreus.* Lectus etiam obscurus. Vnde Iob 17. *In tenebris straui lectulum meum.* Lectus insuper non securus, quia sc. in isto lecto quisquis iacuerit, morietur. Vnde illud 2. Paral. 24. *Occiderunt eum serui sui in lecto suo.* Et hæc de lecto sufficiant. Vide supra de accubare, & de iacere, & dormire.

A **Lædere.** Nota, quod lædere, grauare, nocere & offendere pro eodem supponuntur. Et notabis, quod in scriptura inuenitur multiplex læsio, videlicet,

Læsio { Contritionis, Correctionis, Vexationis, Corruptionis, Damnationis.

Læditur enim pœnitens quando conteritur, quia sc. contritio lædit, & pungit cor hominis pœnitentis quando se Deum percipit offendisse Eccl. 13. *Pauper autem læsus tacebit.* Pauper est pœnitens & contritus, qui sc. se considerat nihil boni habere, sed omnia perdidisse. ¶ Item læditur delinquẽs, quando corrigitur. Sed ista est bona læsio. Sicut enim medicus lædendo sanat, sic Deus vel prælatus corrigendo saluat. Ista tamen læsio debet esse tẽperata, quia nimis debet excedere corrigẽdo. Eccl. 33. *Si est tibi seruus fidelis, sit tibi quasi anima tua, quasi fratrem sic eum tracta, si læseris eum iniuste, in fugam conuertetur.* ¶ Læditur indigens, quando percutitur, s. per vexationem, & tribulationem temporalem, talis læsio prohibetur tyrannis, quamuis sicut leo delectatur mordẽdo, sic ille lædendo Apoc. 9. *Præceptum est illis ne læderent fœnum terræ*, & Apoc. [illegible] *ne læseris.* Figura de leone. 3. Reg. 13. de quo dicitur, *Non comedit leo de cadauere, nec læsit asinum.* Innocens enim sicut non lædit, nec debet lædi. Gen. 26. *Nihil tuorum attigimus, nec fecimus aliquid quod læderet te.* Quando tamen pauperes taliter lędũtur, & [illegible] patientiã habere tenentur, illud Sap. 18 *Qui lædebantur [illegible]*. Et ad Deũ tunc recurrere iubentur. Exo. 22. *Viduæ & pupillo non nocebis, si læseris, vociferabuntur ad me, & ego exaudiam eos.* Item læditur pestilens, i. peccator quando corrompitur, sed quando deuincitur, hoc est dictum, quãdo diabolus per tentationem ipsum lædit, & quando peccator cõsentiendo culpæ læsionem incurrit. Ista enim est pestifera læsio, qua sc. anima læditur hostis tẽtatione, Dei offẽsione, vana locutione, falsa deceptione. De hostis tentatione, nisi sc. Deus eũ defendat, iuxta illud Exod. 12. *Non sinet dominus domos vestras ingredi Angelum percussorem, & lædere.* Dei etiã offensione, de qua dicitur Prouer. 8. *Qui autem in me peccauerit, lædit animam suam.* Falsa seu vana locutione, de qua Eccl. 20 *Qui multis vtitur verbis, lædit animam suam.* Falsa insuper deceptione, de qua Apostolus gloriatur neminẽ offendisse, dicens 2. Cor. 7. *Neminẽ læsimus, neminem circumuenimus.* Ista est

Dictum Berthorij.

ergo læsio culpæ, de qua dicitur Dan. 6. quod *Daniel eductus de lacu leonum, nulla læsio inuenta est in eo.* ¶ Item læditur moriens, quando deprimitur sc. per damnationem æternam, de qua læsione dicitur Sap. 11. *Deo non est impossibile immittere peccatoribus nouis generis iræ plenas bestias & ignotas aut vaporem igneum spirantes, aut odorem fumi proferentes, aut horridas, ab oculis scintillas emittentes, quarum non solum læsura potest illos exterminare, sed etiam & aspectus per timorem occidere.* Ista est ergo læsura damnationis, quæ in scriptura dicitur mors secunda, à qua sc. boni non læduntur. Apoc. 2. *Qui vicerit non lædetur à morte secunda.* Et à qua tantummodo damnati percutiuntur, & puniuntur, figura Apoc. 9. vbi locustis, i. dæmonibus præceptum est, *quod non læderent nisi tantummodo homines qui non habebant signum Dei in frontibus eorum.* Signum Dei est signum gratiæ vel gloriæ, quo signo filij regis Christi à filijs Satanæ distinguũtur. Filij enim regis Sathanæ istud signum nõ habẽt. Sic ergo patet, quomodo læsio multipliciter sumitur in scriptura. Omisi ponere exempla naturalia, & materiam prolongare, quia paucæ sunt auctoritates vocales. Sed vide in titulis synonymis, scilic. vbi mordere, scindere, & similia.

**Leæna.** Cum leæna sit fœmella leonis, & sit animal superbum, crudele, adulterum quia scil. fornicatur cum pardo, & in pariendo est defectiuum, quia si primo anno pariat sex catulos, deinceps semper parit vnum diminuendo, ita quod sexto anno non parit nisi vnum, & tunc penitus sterilescit, potest dici, quod talis leæna significat leonum, id est, principum consiliarios & fautores ipsis (vt videtur) quasi matrimonialiter copulatos, qui sc. sunt (vt communiter) crudeles, superbi, fornicarij, & adulteri, & in bonis fœtibus, i. operibus defectiui. Dan. 7. *Ecce quatuor bestiæ quarum prima erat quasi leæna*, &c. Expone figuram Iob. 10. *Propter superbiam quasi leænam capies me*, &c. Non prosequor. Vide infra vbi agitur de leone. A

**Legatus. Legatio.** Legare quandoq; sumitur pro dare seu pro assignare. Et sic accipitur in materia legatorũ in iure, quæ alio modo possunt dici fidei cõmissa, quandoq; vero sumitur pro mittere vel mandare, nunciare vel intimare, & sic legatus idẽ est, quod cõmissarius, vel nuncius pro aliquo negotio destinatus, aut missus. De primo nihil. De secũdo patũ. Notabo igitur quod in scriptura repetitur A

Legatio { Desuper veniens, Pressis subueniens, Mundo conueniens.

Prima est legatio summi mediatoris, i. Christi, qui sc. sicut legatus fidelis à summo imperatore Deo patre & à senatu Paradisi fuit missus in mundũ pro redẽptionis humanæ negotio pertractando, de quo Hier. 49. *Auditum audiui à domino, & legatus ad gentes missus sum.* Veruntamen Iudæi, apud quos iste functus sum legationis officio, non se habuerunt erga eum sicut erga legatum. Dei iure enim gentium legati à principio fuerũt inuiolabiles, licebat. n. ipsis libere ire & redire etiam apud hostes, & negotium pro quo ibant perficere vel tractare, nec alicui quantumcunque hosti licebat eos aliqualiter violare, quinimo si lædebantur, vel violabantur, contra illos tanquam iuris naturæ violatores, iusto bello poterant tam Dij, quam homines impugnare, sicut de populo Fidenatum & Tolumnio Veientum rege, qui occiderunt Romanorum legatos, dicit Titus Liuius li. 4. vrbe cõdita, quod Romani legatis occisis statuas ad perpetuum honorem fecerũt, & erexerunt, & contra prædictos hostes pugnauerunt, & deuicerunt, & nefandum regem, qui legatos occidi iusserat, dijs iubentibus occiderunt. Vnde Cornelius Cossus, alius Cornelius Cotta, qui contra regem Tolumniũ singulari certamine dimicauit, tunc legitur hoc dixisse: Hiccine est (inquit) ruptor fœderis humani, violatorq; gentium iuris? iam ego hanc mactatã victimam, si modo sancti quicquam in terris Dei esse volunt, legatorum manibus, i. animabus dabo. Sic vere fecerũt Iudęi Christo Dei patris legato, ipsum enim violauerunt, & occiderunt, propter quod postea perierunt. Ipsi vero legato statuerunt imaginem, & Deo ordinante & cultum fidei propagante post erecti fuerunt. De infidelitate ergo contra istum legatum commissa, poterant ipsi Iudæi dicere illud Abdiæ. *Auditum audiuimus à domino & legatum ad gentes misit. Surgite, & consurgamus aduersus eum in prælium.* Ista fuit ergo legatio Christi mediatoris.

¶ Secũda est legatio boni prædicatoris. Prædicator enim legatus dicitur, eo quod ad reducendũ populum ad dominum ad ipsos mittitur, causamq; Dei apud homines tractare & agere cõprobatur, sicut Paulus Apostolus de seipso dicit 2. Corint. 5. *Pro Christo* B

(Inquit) *Deus in nobis verbum conciliationis, pro Christo legatione fungimur tanquam Deo exhortante per nos.*

C ¶ Tertia est legatio docti intercessoris. Vtile est enim & conuenit reipublicæ, quod temporaliter mutantur legati, qui sc. negotia dominorum suorum fideliter faciant, discordes pacificẽt, & reconcilient, & qui potestatem sibi commissam aliqualiter non excedant. ¶ Et si vis nota, quod

Legatos debet habere:
- Auctoritatem,
- Fidelitatem,
- Sagacitatem,
- Strenuitatem,
- Benignitatem,
- Securitatem.

Primo igitur dico, quod legatus debet habere auctoritatem, seu potestatem, s. à superiore, quia certa & limitata potestas & commissio sibi datur, sicut videmus in legatis missis à Papa, & maxime in Cardinalibus & alijs missis à latere, quia sc. in finibus sibi destinatis obtinent vices Papę. Nerui enim procedentes à cerebro per totum corpus mittuntur, & sensum & motum in virtute spiritus animalis secũ à cerebro deferunt, & operantur. Ipsorum enim potestas à capite & à cerebro procedit, quæ tandẽ per totum corpus incedit, & sensum & motum tribuit & cõcedit. De fulminibus etiam dicit Plinius, quod illa, quæ sunt virtuosa & significantia, à terris altis, & certis locis, & veris syderibus procedunt. Illa autem, quę aliunde, vtpote à nubibus & aeris inflãmationibus veniũt, bruta & muta sunt, & potestatem significatiuã aliquam non ostendunt. Reuera boni prælati sunt sicut nerui in corpore, & sicut fulmina in æthere. Illa enim à capite vel à stella mittuntur. Isti vero à capitaneis & stelleis hominibus, sc. Rege, vel Papa ad partes alias destinantur. Illæ habent potestatẽ à suis principijs originalibus. Isti habent à suis prælatis & principibus, communitatibus etiam & senatibus. Illa autem, quę à certis non procedunt principijs nihil valent. Sic nec isti nisi à veris dominis processerint, tanquam bruti, & muti merito viribus omnibus carent. Breuiter ergo dico, quod talibus necessaria est auctoritas, & hoc, quia non ex se, sed virtute alterius operantur. Item quia, quod alias esset impossibile, necesse est, quod honorentur, & timeantur, *Iudas appellati sunt à Romanis amici, socij & fratres, & susceperunt legatos Simonis gloriose.* Igitur dico, quod legatus debet habere potestatem, & auctoritatem.

D ¶ Secundo dico, quod debet habere veritatem & fidelitatem. Debet enim legatus esse fidelissimus domino suo, mandatum eius facere, vel seruare, & vtilitatem ipsius procurare, & officium sibi traditum legitime exercere. Sanguis enim qui ab hepate venit debet esse purus & mundus, qui sc. si corruptus fuerit vel infectus membra pro certo non nutrit, sed ipsa potius inficit, & corrumpit, sicut patet in leprosis.

¶ Sic vere ille, qui ad exercendũ legationis officium mittitur, purus, sanctus, fidelis, innocens, & sincerus esse tenetur. Quia reuera si proditione, rapina, auaritia & deceptione corruptus fuerit, illos, ad quos delegatur, nõ nutriet, aut iuuabit, sed potius inficiet, & grauabit, & etiã decipiet, & fraudabit. Istud videmus de multis malis commissarijs vel legatis, qui sc. corrupti auaritia; infidelitatem non verentur committere, partes ad quas mittuntur decipere, & se & suos dominos diffamare, proprium lucrũ quærere, & de vtilitate partium non curare. Quod etiam potest allegari contra malos prælatos, qui sc. infideliter dispensant bona sibi commissa, &c. & tamen scriptum est, quod *iam quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur.* 1. Corinthiorum 4. Et tales sũt legati Ægyptij, de quibus dicitur in Psalm. *Venient legati ex Ægypto, Æthiopia præueniet manus eius Deo.* Ægyptus enim interpretatur angustia, Æthiopia interpretatur caligo vel tenebræ. Tales enim legati veniunt ex Ægypto, i. ex angustia vel peccato, in quorum scil. legatio ipsorum tendit ex populi præiudicio, seu damno. Æthiopia calida & combusta, quæ tenebrosa, & obscura diligit, i. auaritia manus eorum Deo præueniet. Hoc est dictum. Citius & priusquam Deus ad eos venit, in quantum, s. iniquissima mens eorum, auaritiam Deo præponit: in obscuro & secreto munera colligit atque ambit. Deum ipsum Æthiopiæ, id est, lucro, & auaritiæ postponit. De infidelitate enim cuiusdam legati audiui, quod cum rex Angliæ & Franciæ misissent quendam nobilem virum, vt pro vtroque in quadam nobili ciuitate Senescalci, vel præsidis officium exerceret, ciuitas illa voluit, quod ante ingressum ciuitatis faceret aliqua iuramenta, sicut solitum fuerat ab antiquo, qui miserunt ad ipsum quendam ciuem de maioribus suis, qui omnino volebat, vt Senescalcus ille non reciperetur, sed magis gratia inter regem & populum oriretur. Iste igitur infidelis legatus, qui populi verba ad rectorem, & econuerso fideliter referre debebat, omnia peruertit, & durissimas responsiones populi ad iudicem retulit, & iudicis ad populum reportauit, cum tamen hinc inde verba pacifica & concordia mandarẽtur. Cum vero his non obstantibus iudex fuisset in ciuitatem receptus, & inquisita veritate, illius legati falsitatem & nequitiam repetisset, fecit eum interfici. Tales legati fuerunt illi, quos Iosue misit ad terram explorandam, qui scilicet veritati contraria reportauerunt populumq; turbauerunt, & murmurare fecerunt, propter quod tam ipsi, quam alij iram Dei incurrerunt, sicut punitur Numer. 13. & deinceps. Non sic ergo, sed sit legatus fidelis, quia sicut dicitur Prouerbior. 13. *Nuncius impij cadet in malum, legatus fidelis sanitas.* Legati enim fideles fuerunt illi, de quibus narrat Salustius & Valerius Maximus lib. 5. ca. 6. quod cum inter duas nobilissimas ciuitates Cyrenem & Carthaginem esset dissensio de limitibus agrorum suorum, propter quod sæpius inuicẽ præliassent, tandem voluerunt, quod vtraq; ciuitas certa die suos legatos mitteret, quilibet de sua ciuitate ad alterius ciuitatem, & quod locus vbi legati sibi inuicem obuiarent, esset limes & terminus duorum regnorum seu imperiorum suorum. Carthaginenses ergo Philenos fratres pro se legatos miserunt, qui taliter accelerauerunt & itinerauerunt iter, quod multo vltra medietatem itineris legatis Cyrenensibus occurrerunt, qui vidẽtes se esse præuentos, & mortem plusquam verecundiam eligentes, nouam sponsionem Carthaginensibus obtulerunt, i. ipsi Carthaginenses in quocunq; loco vellent fines imperij sui ponerẽt, ita tamen quod viui obruti in eodem loco statim deberent. Vel quod ipsi Cyrenenses sub eadem conditione vbi vellent, sui regni terminos assignarent, mortemq; protinus sustinerent. Phileni ergo conditione probata, populi sui & suæ reipublicæ vtilitatem vitæ propriæ prætulerunt. Propter quod Carthaginenses aras ipsis duobus fratribus in ipsis arenis Libycis in honorẽ perpetuum, & in facti memoriam erexerunt, quæ sc. adhuc arenæ Philenorum vocantur. Bene igitur legitur de fidelitate legati Prouerbiorũ 25. quod *sicut frigus niuis in die messis, sic & legatus fidelis animam illius, qui misit ipsum, requiescere facit.* Habeat igitur legatus fidelitatem, & veritatem.

¶ Tertio dico, quod debet habere claritatem, & sagacitatem. E
Ille n. qui pro arduis negotijs ad peregrina loca mittitur, prudens, cautus & diligẽs esse tenetur. Nam si stultus aut fatuus appareret, nunquam bene negotium expediret, vnde Prouerbiorũ 26. dicitur, quod *claudus est pedibus, & iniquitatem bibens, qui mittit verba sua per nunciũ stultum.* Prudenter ergo egerunt illi Scipionis legati, qui per hostium exercitum transmissi, cum recto tramite sine deuiatione transire deberent, vnum de equis suis ex industria soluerunt, quem fugientem per castra vbilibet insequẽtes totam potestatem hostium explorauerũt, & sub sequelæ velamine cognouerunt, sicut ponit Titus Liuius de bello Punico. Prudenter etiam egit Brutus ille missus & legatus cũ Tarquinij regis filijs apud Delphus qui audiẽs Apollinis responsum, quod ille legatorum illorum, qui primus oscularetur matrem suam in vrbe Romana dominio potiretur, permisit se cadere occasione capta, & cadendo terram osculatus est, quę est mater omniũ generalis. Sicq; factum est, quod post expulsis Tarquinijs propter Lucretiæ mortem, factus fuit Romæ consul, vt ponit Titus Liuius, lib. 1. ab vrbe condita. Prudentes ergo, & non stulti debent ad legationẽ mitti, vt prudenter possint, quę agenda sunt vel dissimulanda, operari Matt. 23. *Ecce ego mitto ad vos Prophetas & Sapientes, & Scribas:* quasi diceret, Sapientes & prudentes, mittendi sunt, & non alij. Habeat ergo legatus prudentiam & sagacitatẽ.

¶ Quarto habeat legatus audaciam & strenuitatem. Constat enim quod legatus vbicũq; sit, debet audacter agere, & in omnibus negotiũ sibi commissum vel verbo vel facto executioni mãdare. F
Vnde de Romanis legitur apud Titũ Liuium de bello Punico, quod cũ Hannibal Imperator Carthaginen. vel Pœnorum obsideret ciuitatem Saguntum, cõfœderatam & sociam Romanorum, Romaniq; misissent ad ipsum Hannibalem fœdus denũciando vt desisteret, ipse, qui tunc actualiter obsidebat Sagũtum, dictos legatos ab aspectu suo, & ne venirent ad se expulit, propter quod ipsi Romani legati tranato mari se Carthaginem trãstulerũt, & post verba plurima in senatu Carthaginens. habita, vnus ex legatis Romanis hæc verba cõstanti audacia plicato gremio retulit: Hoc (inquit) gremio vel pacem, vel bellũ attulimus,

mus, quod volueritis eligatis. Et cũ respondisset senatus Carthaginensis quod volueritis detis nobis, tunc legatus Romanus expanso gremio dixit eis: quod nomine senatus populiq; Romani bellum Pœnis & Carthaginensibus indicerent, qui responderũt bellum se grato animo recipere, ipsumque tali, ac tanto animo prosecuturos, quo animo recepissẽt. Igitur ad hoc applico, quod legatus debet esse audax, nihilq; debet metuere, dum tamẽ formam mandati sui non excesserit, nec iniuste voluerit quid patrare. Aduerte tamen, quod quidam sunt nuncij vel legati, qui tanta superbia repleti sunt, & tantum confidunt in suorum potentia dominorum, quod quando veniunt ad locum vel prouinciã destinatam, tantam audaciam induunt, quod omissa omni modestia & temperatura, ad multa iniusta & impertinentia, vel iniqua prorũpere non formidant. Non enim seruant modũ in audacia, quinimo naturã exeunt legatorum, & formam induunt tyrannorum, sicut de illis legatis narrat Iustinus, quod cũ à rege potentissimo ad regẽ paruum sibi subditum missi fuissent pro tributo petendo, vel alio negotio pertractando, ipsi modũ aut temperantiam non habentes, non solum tributum petierunt, quinimo habere filias & neptes regis illius ad explendam suam libidinẽ voluerunt. Rex ergo iuuenculos quosdam ad similitudinem mulierũ ornauit, ipsisque legatis fatuis, & proteruis tanquam iuuenculas per eos postulatas ad libidinem obtulit. Præfati autẽ iuuenculi ex ordinatione regis ipsos legatos fatuos occiderunt, quando ipsis tanquam fœminis inducere voluerunt libidinẽ. Talis ergo audacia excessiua legatis omnibus prohibetur, quia si debitas metas excesserint, nõ audacia, sed stultitia iudicatur. Habeat ergo legatus audaciam, & strenuitatẽ, exemplo Pauli, qui etiam in catena positus, cum audacia nomen Christi non cessabat annunciare, & potestatem domini prædicare, dicens Eph. 6. *Detur mihi sermo cum fiducia, non facere Euangelij misterium, pro quo legatione fungor in catena ista, vt in ipsa audeam prout oportet me loqui.* Habeat igitur legatus audaciam, & strenuitatem. ¶

G Quinto dico, quod legatus debet habere modestiam & benignitatem. Ad legatos enim spectat, quod sint

Humiles,
Benigni,
Eloquentes,
Affabiles, &
Discreti.

Et potissime istud pertinet ad legatos, qui mittuntur à Papa vel altero pro pace inter aliquos reformanda, qui sc. præ cæteris debent affabilitatẽ & benignitatem prætendere, vt partes possint ad concordiam reuocare. Narrat enim Solinus, quod in Aphrica circa templũ Amonis est fons, qui virtutem mirabilem habet ad conglutinandum & consolidandum. Cineres enim arenis & lapillos vnit, & in vnum corpus cõglutinat atq; iũgit. Sic vere debet esse legatus, qui vadit pro pace. Virtutis enim debet esse benignissimæ & affabilissimæ, vt sc. possit contrarios, diuersos & ex toto ab inuicem separatos, ad inuicem conglutinare, & per pacem & concordiam in vnum corpus, i. in vnitatem & amicitiam fœderare. 1. Mac. 9. *Misit Ionathas legatos componere.* Istud tamen est contra multos legatos, qui non sunt apti parti contrarios concordare, sed concordes ab inuicem discordare, qui s. ita sunt duri, & impij vel crudeles, quod illos, ad quos mittũtur magis solent ad iracundiam prouocare, quam ab iniurijs reuocare. Istud potissime videmus in legatis & cõmissarijs, quos mittũt ad partes extraneas rex & Papa. Isti enim quando vident se esse longe à curia, & considerant, quod eorum mala opera non poterũt per dominos suos cito sciri, in rapinam, & furiam efferuntur, & pro pecunijs congregandis contra pauperes debacchantur. Similes neruis, qui sunt in humano corpore, qui scil. à capite & cerebro mittuntur per membra corporis vniuersa. Sed reuera isti quanto sunt magis propinqui cerebro sensuũ originali principio siue loco, meliores inueniuntur, quanto vero longius recedũt à capite, & ad remotiores partes corporis deferũtur, tanto peiores efficiuntur. Sic proculdubio tales quãto sunt in partibus plus propinquis, tãto minus exequuntur opera suæ cupiditatis, & malitiæ. Quãto vero in longinquioribus partibus fuerint, tãto latius suæ cupiditatis nequitiæ opera multiplicant, & se exponunt diris operibus atq; factis crudelibus & iniquis. Esa. 57. *Misisti legatos tuos procul, & humiliata es vsque ad inferos.* Vt & subditi de talibus possint dicere illud Hester. 14. *Durissima nos opprimunt seruitute, & volũt delere hereditatem tuam.* Non sic debet esse bonus legatus, imo pro certo debet esse dulcis, tractabilis & benignus, vt sic possit corda partium frangere, & ad pacis remedium reuocare. Ad hoc enim principaliter mittuntur, vt eorum opera & industria, pax, & concordia reformentur, vt patet 1. Machab. 9. *Vbi Ionathas misit legatos componere pacem,* & Luc. 14. de illo rege, *qui mittens legationem, rogat ea, quæ pacis sunt.* Vbi ostenditur de legato auctoritas papalis, seu regalis, quæ istum dirigit: humilitas mentalis, quæ preces porrigit. Sedulitas pœnalis, cui iste se subiungit tranquillitas seu vtilitas finalis, quam supplex exigit & transijt.

Auctoritati est obediendum (Mittens)
Sedulitati compatiendum (Legationem)
Humilitati est consentiendum (Rogat)
Tranquillitati, seu vtilitati est annuendum (Quæ pacis sunt.)

Mittente nihil nobilius,
Legato nihil sedulius,
Rogante nihil humilius,
Pace vero seu compositione nihil vtilius.

Prosequere, si vis de auctoritate, sedulitate, humilitate & vtilitate seu necessitate. Et vide in titulis de Mittere & Rogare, & hic de legatione, de nuncio, & pace. Patet ergo, quod legatus debet habere modestiam & benignitatem. ¶ Sexto dico, quod H
debet habere fiduciam, & securitatem. Fidenter enim & secure debet legatus vbiq; incedere, & de nullo præiudicium aut damnum aliquod sustinere. Istud enim fuit à principio ius gentium, sicut superius in primo fuit dictum. Sicut enim ponit Solinus, aliquæ gentes fuerunt in Asia dicti Arimphæi, qui fructibus arborum viuebant, crines tam mares, quam fœminæ tondebant, neminem lædere volebant, sed in pace & in quiete viuebant. Isti ergo sacri reputabantur quinimo quicunque periculum metuebat, si ad ipsos fugerat, tutus erat, ac si templo vel asylo redigeretur, quia sc. illuc ipsos insequi verebantur. Talis ergo opinio fuit antiquorum de legatis, qui sc. tanquam missi pro vtilitate vniuersali reputati fuerunt sacri, quapropter nulli licuit ipsos tangere, nec quibuscunque iniurijs violare, & secure, & tute ire licuit eis, & redire. Vnde in terra, de qua natus sum, Gallicanum prouerbium est commune, in quo dicitur quod nuncius non meretur, nec bonum audire, nec malum habere: *Messager ne doyt ne bien auoir, ne mal ouyr.* Et sic dico, quod ipse debet habere fiduciam & securitatem quia scilicet non debet offendi quomodolibet seu lædi. 7. *Non lædit seruum in veritate operantem.* Sic ergo patet, quomodo legati debent habere sex conditiones prædictas, videlicet

Auctoritatem,
Fidelitatem,
Sagacitatem,
Strenuitatem,
Benignitatem,
Securitatem.

Et hæc sufficiant de legato. Concorda melius si potes, vel vocaliter vel realiter, quia paucæ sunt in biblia de legato auctoritates. Vide de nuncio, & de mittere, & similibus.

**Legio.** Nota, quod legio idẽ est quod lecta vel electa societas vel congregatio, quia sc. antiquitus milites eligebantur, & electi per societatis distinguebãtur, ita quod societas sex millia sexcẽtos sexaginta sex cõtinens legio dicebatur. Et potest dici, quod inuenitur legio angelorũ, hominum atq; dæmonum, sed nihil ad præsens. Vide vbi societas, congregatio, & multitudo. Paucissimæ enim sunt auctoritates, De angelis enim dicit Christus Matth. 26. quod *pater suus poterat sibi dare plus quam duodecim legiones Angelorum.* De legione hominum dicitur Reg. 15. quod *Dauid habebat secum legiones Cerethi, atque Pheleti.* De legione vero dæmonum dicitur Mat. 5. & Luc. 8. quod *dæmonium dixit, quod vocabatur legio, Multi enim inquit sumus:* & hæc sufficiunt. A

**Legere.** Nota, quod secundum quod sunt diuersi libri, diuersæ & variæ sunt lecturæ. Inuenitur enim in scriptura A

Liber {
Cœlestis excellentiæ,
Parentis continentiæ,
Fulgentis sapientiæ,
Latentis conscientiæ.
}

Primus est liber diuinæ naturæ, in quo legunt agmina sanctorũ: secundus est liber omnis creaturæ, in quo legit grex philosophorum: tertius est diuinæ scripturæ, in quo legunt cateruæ doctorum. Quartus vero est liber mentalis clausuræ, in quo legit copia iustorum. Primus legitur ad admirandum: secundus legitur ad dele-

ad delectandum: tertius legitur ad dirigendum: quartus vere legitur ad corrigendum. ¶ Dico ergo primo, quod legendus est liber diuinæ naturæ, vt in ipso sæpe admiremur. Sicut enim videmus, quod pueri licet nihil intelligant, admirantur & tamen libenter respiciunt pulchros libros, & ipsa pulchra imagines & figuras, sic reuera licet liber diuinæ essentiæ sit nobis ignotus, ita quod illas profundissimas rerum naturas, quæ ibidem ab æterno sunt scriptæ, non possimus intelligere, vel legere, ipsum tamen & imagines rerum in ipso refulgenter merito possumus admirari, & in ipso mentaliter speculari. Iste enim est liber ille signatus, de quo dicitur Esa. 29. *Visio (inquit) omnium sicut verba libri signati, quem cum dederint scienti literas, dicent ei, lege, & respondebit, non possum: signatus est enim. Et dabitur liber nescienti literas, & dicent, lege, & respondebit Nescio literas.* Et vere signatus est nobis pro tempore vitæ huius mirabilis liber iste, ita quod non est dare aut scientificum aut ignarum, qui possit legere, quæ sunt ibi. Cum enim liber iste sit liber voluntarius quia sc. iste non legitur nisi quantum voluerit, & exhibuerit se legendum, constat, quod serui sancti & Angeli ipsum legunt, & eum continenter intuentur. & quanto plus respiciunt, tanto plus mirantur. Ibi legunt processum & emanationem personarum, ideas & exemplaria creaturarum, prædestinationes iustorum, repudiationes reproborum, perfidiam Iudæorum. Multa nimis per paucas literas legerat ibi Paulus *raptus vsque ad tertium cælum, qui tamen audiuit ibi arcana verba, quæ non licet homini loqui.* Iste est enim *liber signatus sigillis septem* sicut dicitur Apoc. 5. Quia sc. omnia secreta septem mundi ætatum, septem planetarum, septem dierum in eo sunt signata, & à nobis abscondita vel velata. Dan. 5. *Ingressi sunt sapientes regis, & non potuerunt nec scripturam legere, nec interpretationem indicare.* Legendus est ergo liber diuinæ naturæ,

B vt in ipso semper admiremur. ¶ Secundo dico, quod legendus est liber mundi creaturæ vt in ipso valde delectemur: Res enim creatæ seu creaturæ mundi sunt liber, in quo Deus depinxit & descripsit bonitatem, sapientiam, & potentiam suam, quia sc. sicut dicitur Roman. 1. *Inuisibilia enim Dei per ea, quæ facta sunt intellecta conspiciuntur.* Sempiterna quoque eius virtus, & diuinitas. In isto libro legerunt philosophi, & in tantum delectati sunt ibidem (videntes, s. virtutes latentes in rebus ordinem & modum creaturarum, & totius pulchritudinem vniuersi) quod omnia alia contempserunt, & contemplationi lecturæque & studio huius libri se penitus dederunt. Et reuera adhuc illi, qui vacant studijs lucratiuis, si saperent, & intelligerent quantum sit delectabile legere librum istum, calcarent omnia velut lutum, & post philosophos currerent ad istius lecturam, dicentes illud, quod scribitur Apoc. 1. quod sc. *beatus est, qui audit, & legit verba prophetiæ huius, & seruat ea, quæ in ea scripta sunt.* Et bene dicit prophetiæ, quia pro certo in libro naturæ, qui bene sciret intelligere, inueniret præterita, præsentia, & futura, illis duntaxat exceptis, quæ à sola voluntate diuina procedunt. & *quæ pater posuit in sua potestate & voluntate.* Igitur *qui legit, intelligat.* Marc. 13. Legendus est igitur liber mundi creaturæ, vt in ipso sancte delectemur. ¶ Tertio dico, quod legendus est

C liber sacræ scripturæ, vt in ipsum recte dirigamur. Liber enim sacræ scripturæ habet mandata dirigentia, habet consilia sapientia, habet promissa erigentia, & habet prohibitiua, comminatiua seu reprimentia. Istum ergo solent viri scientifici libentet legere, & ibidem studere, & inspicere. Quod pertinet ad prædicatores & prælatos, qui sc. ibidem legunt, & student, vt ignorantes doceant, & informent. Vnde Iosue 8. dicitur, *Legit omnia verba benedictionis, & maledictionis,* & 4. Reg. 23. *Legit Iosias cunctis audientibus omnia verba libri fœderis.* De Moyse etiam dicitur Exod. 24. *Assumens Moyses volumen fœderis legit audiente populo.* De Christo etiam dicitur Luc. 4. quod *intrauit* (secundum consuetudinem) *in synagogam, & cœpit legere.* Si ergo Iosias, Moyses & Christus ibi perhibentur legisse, bene ergo debemus ibidem legere, & nos in diuinis voluminibus exercere. *Quicunque enim legerit scripturam hanc, & interpretationem notam fecerit, purpura vestietur, & torquem auream habebit in collo, & tertius in regno meo erit.* Daniel. 5. Purpura significat ruborem charitatis, torques quæ ligat collum, significat catenam, seu vinculum iustitiæ & æquitatis, aurum, quod splendet, significat refulgentiam sapientiæ & veritatis, ternarius vero numerus fidem significat trinitatis. Quia reuera, qui scripturam sacram student diligenter & legunt, sanctæ trinitatis fidem, diuinæ sapientiæ lucem, disciplinæ seu iustitiæ torquem & diuini amoris purpuram vel amorem merentur præ cæteris, & accipiunt. Neem. 8. *Populus stabat in gradu suo, & legerunt in libro legis Dei aperte & distincte ad intelligendum & intellexerunt cum legeretur,* & 3. Esdræ 9. dicitur de Leuitis, quod *legebant legem domini, & præferebant singulis eos, qui intelligebant lectionem.* Legendus est ergo liber diuinæ scripturæ, vt per D

illum recte dirigamur. ¶ Quarto vero dico, quod legendus est liber mentalis clausuræ, i. liber conscientiæ legendus est, videndus & considerandus, vt ipsum sc. defectuosum & corruptum corrigamus, & vt in ipso nos ipsi præterea corrigamus nosipsos. Legamus igitur per compunctionem scripturam libri, i. crimina, quæ commisimus, considerando per contritionem de ipsis horrorem & displicentiam concipiendo, & per confessionem ipsa peccata exprimendo sacerdoti & explicando. Homo enim optime debet scire legere literam, quam ipsemet scripsit. Quia ergo nosipsi peccata, quæ sunt in libro conscientiæ nostræ scripsimus, & ea ibi impressimus, & posuimus, ipsa pro certo bene & discrete legere, & per confessionem manifestare debemus. Hiere. 36. *Lege de volumine, in quo scripsisti.* Iste est enim *liber* Ezech. 2. *in quo scripta erant lamentationes carmen & væ. & expandit illud coram me* inquit. In conscientia enim debeo legi lamentationes propter crimina, quæ commisimus: Væ propter tormenta quæ meruimus: carmen propter veniam, quam speramus. Et sic debet iste liber, quem exposuimus, & perlegimus, expandi, & dilatari per confessionem, quia reuera primo debet fieri, & procedere lectura considerationis, contritionis, & compunctionis deliberationis & meditationis & postea debet sequi lectura confessionis, iuxta illud, quod scribitur Col. 4. *Cum lecta fuerit apud vos hæc epistola, facite, vt in Laodicensium legatur Ecclesia,* quasi diceret. Cum primo legeritis mentaliter meditando, legatis tandem aperte etiam coram presbytero confitendo. Vnde de hac vide infra in titulo liber in fine seu vltimo. Patet ergo, quod legere debemus

Librum conscientiæ vel internæ clausuræ,
Librum sapientiæ vel diuinæ scripturæ,
Librum euidentiæ vel mundi creaturæ,
Librum excellentiæ vel supernæ naturæ.

Vide in titulo liber, litera, & scriptura, & similia.

## Legitimus. Legitima. Legitimum. A

Dicitur quasi lex optima seu intima. Illa n. scriptura legitima appellatur, quæ à Deo, sicut lex optima statuebatur, & quæ à populo per mortem legis certæ, fixæ, perpetuæ & optimæ recipiebatur. Leuit. 17. *Custodite legitima mea.* Vnde quasi in infinitis locis vbi de aliquo sacrificio à Deo ordinato ponitur, statim subiungitur. *Legitimum sempiternum erit vobis.* Nunc etiam dicitur illud legitimum, quod omni vitio carere in suo genere comprobatur. Et sic legitime fieri dicitur illud, quod *defectus aut macula non comitatur,* sicut illud 2. Timoth. 2. *Non coronabitur nisi qui legitime certauerit.* 1. Timoth. 1. *Bona est lex si quis ea legitime vtatur.* Igitur illa dicebantur vnicuique legitima, quæ ad cultum Dei fuerant tradita vel statuta. Sic etiam de paganis dicitur, quod Antiochus voluit, quod omnes sibi subditi relinquerent legitima sua, & sequerentur legem suam satuam, quam ipse tenebat. 1. Machab. 1. & 3. vt plane poterit patere ibidem legenti. Cum ergo legitima dicantur, quæ pro lege diuina seruantur, omitto. Vide in titulo lex.

## Lenitas. A

Cum lenitas idem sit, quod suauitas, & lenire idem sit quod sua dulcedine mulcere, quæ reuera valde est necessaria, & vtilis ad mitigandum iracundiam & rancorem, nota, quod inuenitur

Lenitas { Mala, Benigna, Condigna.

Lenes maligni & mali sunt, sicut, sc. patet de proditoribus & hypocritis, qui sc. fingunt se lenes & mansuetos, & tamen cautelosi sunt & fallaces, similes, sc. serpentibus & anguillis, quarum si pellis sit lenis & suauis, manutenentia tamen ipsarum non est, neque facilis, neque leuis. Vnde ille, qui volebat decipere patrem suum, legitur dixisse Gen. 27. *Nosti, quod Esau frater meus homo pilosus sit, & ego lenis.*

¶ Item lenes sunt benigni, atque virtuosi. Pelles enim quæ sunt suaues & lenes, sunt apud homines amplius reputatæ, & nobilibus vsibus magis aptæ, sicut patet de pellibus variorum, qui sunt bestiolæ paulo ampliores mustela, habentes nomen à colorum varietate, sunt enim in ventre candidi, in dorso cinerei, de quarum pellibus gloriantur homines in vestitu, quia scil. istæ non pungunt neque lædunt, imo mulcent suauiter quicquid tangunt. Sic est de multis, qui naturaliter sunt mansueti & lenes. Nullum enim volunt lædere vel offendere, sed sciunt erga omnes dulciter & suauiter se habere, & ideo nobiles & magnates, scil. Deus & Angeli solent

tales di-

tales diligere, & habere. Vnde de Muyse dicitur Eccl. 45. *In fide & lenitate ipsius sanctum fecit illum & elegit eum ex omni carne.*

B ¶ Item sunt condigni seu gloriosi, scilicet, boni, & principes, & praelati. Isti enim debent loco & tempore lenes esse, & se suaues, & modestos, & dulces, si res exigit, exhibere. Quia reuera

Lenitas principis valet ad { Regendum, Docendum, Temperandum, Consulandum.

Regendum dico Hest. 13. *Nequaquam volui potentia vti magnitudine sed cum clementia & lenitate gubernare subditos.* Ad docendum etiam, quia faelicer homo melius docetur, & instruitur si cum lenitate & mansuetudine doceatur Gal. 6. *Huiusmodi instruite in spiritu lenitatis.* Ad temperandum, seu etiam moderandum, scilicet, superbiam & proteruiam aliorum. Vnde Roboam filius Salomonis fuit per sapientes consultus 3 Reg. 12. *Si locutus fueris eis verba lenia, erunt tibi serui cunctis diebus* & 2. Par. 10. dicitur: *Si placueris populo huic, & leniueris eos verbis clementibus seruient tibi omni tempore.* Quod quia Roboam non fecit, *sed relicto senum consilio, iuuenibus credidit, nec populum bonitate demulsit, sed feritate potius irritauit*, ideo regnum amisit, sicut dicitur ibidem Prouerb. 25. *Patientia lenitur princeps.* Vnde Heliae dicitur Eccles. 48. *Inscriptus es in iudicijs temporum lenire iracundiam domini.* Item valet lenitas ad consolandum. vnde Genes. 37. dicitur, *quod filij Iacob congregati sunt, vt lenirent dolorem patris.* Vide in titulis modestia, suauitas, misericordia, benignitas.

A **Leo.** Nota quod leo multipliciter sumitur in scriptura. Inuenitur enim in scriptura

leo summae { Auctoritatis, Stabilitatis, Iniquitatis, Crudelitatis.

Leo auctoritatis est Deus, quia iste est ille, de quo dicitur Apoc. 5. *Vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid.* Leo stabilitatis est iustus de quo Prou. 28. *Iustus quasi leo confidens absque vllo timore erit.* Leo crudelitatis est diabolus, de quo 1. Petr. 5. *Aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit quaerens quem deuoret.* Leo iniquitatis est peccator Eccl. 4. *Noli esse quasi leo in domo tua, euertens domesticos tuos.* De istis ergo leonibus aliquid per ordinem disseramus. ¶ Primo igitur dicamus de Christo, qui est leo auctoritatis. Sicut enim leo rex est animalium, & ideo dicitur leo, quia leon Graece, idem est, quod rex latine, sic Christus est rex omnium. Iste enim dicitur *rex regum, & dominus dominantium* Apocal. 1. Et ideo de auctoritate istius regis possumus exponere illud Ezech. 32. *Leoni gentium assimulatus es, & draconi, qui est in mari.* ¶ Et aduerte hic, quod secundum quatuor proprietates leonis, Christus habet proprie quatuor status

Leo enim est animal { Liberalissimum, Virtuosissimum, Mirabilissimum, Praecellentissimum.

Sic vere Christus fuit liberalis carnem assumendo, ideo dicitur [Assimilatus es] Virtuosus mortem sustinendo, quae notatur cum dicitur [In mari] Mirabilis vitam resumendo [Leo inquit gentium] Gloriosus coelum ascendendo [Draconi inquit] quod est animal volans & sursum ascendens. ¶ Dicamus ergo, quod Christus dicatur leo propter liberalitatem, quam habuit carnem assumendo. Leo enim est animal ita liberale, quod praedam suam non comedit solus, sed animalibus ipsam condiuidere consueuit. ¶ Sic vere tanta fuit Christi bonitas, & liberalitas, quod se & sua per carnis assumptionem nobis dedit, sicut dicitur Esa. 9. *Puer natus est nobis & filius datus est nobis.* Beatitudinem enim gloriae suae solus non voluit participare, sed ipsam per incarnationem beatam, vt homines Deos faceret factus homo, voluit omnibus communicare. Ista vero mirabiliter ostenditur, cum dicitur. Assimilatus es. Iste enim *in similitudinem carnis peccati venit, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo.* Rom. 8. & Phil. 2. Ita quod proprie potest dici de ipso illud 1. Mac. 3. *Similis factus est leoni in operibus suis.* Dicitur ergo leo propter liberalitatem &c.

B ¶ Deinde dico, quod dicitur leo propter virtuositatem, qua viguit mortem sustinendo. Et hoc ostenditur cum dicitur mare. Mare enim amarum passionis amaritudinem signat. Sicut enim leo est animalium fortissimum & audacissimum, ita quod venatoribus ipsum impetentibus intrepide se opponit, sic vere Christus fuit audax & fortis, quod mortis amaritudinem vilipendens, *firmauit faciem suam, vt iret in Hierusalem*, quamuis ibi se sciret corporaliter moriturum, dicens Matth. 20. & Luc. 18. *Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur ad crucifigendum.* Iste n. fuit leo, de quo dicitur Prou. 30. *Leo fortissimus bestiarum ad nullius pauebit occursum.* Iste enim fuit talis leo, sicut videtur dicere Solinus lib. de mirabilibus mundi. Dicit enim, quod in partibus vbi homines à leonibus infestantur, solent incolae leonem mortuum in alto loco sc. in cruce vel in patibulo suspendere, vt alii leones territi ab ipsorum infestatione desistant. Sic vere, quia leones inferni ciuitatem huius mundi infestabant, & ipsam variis tentationibus morti perpetuae submittebant, ideo leo de tribu Iuda in cruce fuit mortuus, & suspensus, vt praedicti leones, i. daemones terrerentur, & à nocumentis hominum desistere cogerentur. Figurati Num. 21. vbi *serpens aeneus suspensus est in ligno, vt percussi ab aliis serpentibus aspectu illius sanarentur.* Quia vere si Christus in patibulo crucis suspensus (qui sc. erat serpens per prudentiam, aeneus per eloquentiam) deuote consideretur morsus serpentium infernalium, i. tentationes daemonum sanabuntur, & mitigabuntur. Et ista Christi passio, & tribulatio potest accipi, vt dictum est cum dicitur mare. Vnde Christus potest comparari illi *bestiae, quae ascendebat de mari, & os eius sicut leonis*, de qua dicitur Apoc. 13. *Magna enim velut mare contritio tua*, sicut dicitur Thren. 2. Iste igitur habuit virtuositatem, qua viguit mortem sustinendo.

¶ Denique fuit leo propter mirabilitatem, quam habuit vitam resumendo, quod ostenditur, cum dicitur [Leoni gentium] Leo n. hoc habet singulariter proprium, quod ad vocem patris sui postquam per triduum mortuus fuerit, suscitatur. Sic vere Christus Dei patris dispositione post triduanam mortem à mortuis reuixit, & mirabiliter resurrexit [Leoni inquit gentium, vnde Gen. 49. *Requiescens accubuisti vt leo, & quasi leaena, quis suscitabit eum?* quasi diceret, Nullus nisi Deus. C

¶ Insuper dico, quod ipse fuit leo propter generositatem, qua splenduit, coelos ascendendo. Et hoc ostenditur, quando dicitur, Draconi. Draco n. qui maximus est serpentum & prae caliditate nimia ignem spirat, & prae leuitate maxima sursum volat, signat Christus, qui maior est inter alias creaturas, & qui tanto charitatis ardore plenus fuit, & ignem verae dilectionis in discipulos insufflauit, dicens Luc. 12. *Ignem veni mittere in terram. & quid volo, nisi vt ardeat?* Ipse ergo sursum ad Paradisum per ascensionem volauit, quia, scilicet iste ascendit super Cherubin, & volauit super pennas ventorum. Draconi inquit Dan. 14 *Erat draco magnus in illo loco, quem colebant Babylonii.* Sicut n. leo in altis rupibus se occultat, vt exinde rugiens animalia audientia terreat & sic rex in circulo ipsa includat, & capiat sic Christus in ascensione sursum in montem Paradisi ascendit, & ibi se à mundi visibus occultauit. Exinde tamen per praedicatores suos quotidie clamat, & rugit Amos 3. *Leo rugiet, quis non timebit?* Et in circulo mandatorum suorum omnes generaliter circumcingit, quos vult ad partem suam accipit, quos vero noluerit respuit & dimittit. Quia sicut dicitur Luc. 17. *Duo erunt in lecto vno, vnus assumetur, & alter relinquetur.* Ideo de ascensu istius leonis dicitur Hier. 4. *Ascendit leo de cubili suo, praedo gentium se leuauit.* Et sic ergo patet, quomodo per leonem intelligitur Christus secundum quatuor status suos, quod bene figuratur Ezec. 1. in illo animali mirabili, quod *quatuor habebat facies*, scil. *faciem hominis a parte anteriori & prima, faciem bouis à parte sinistra & secunda, faciem leonis in dextera & tertia faciem aquilae in parte superiori. & quarta.* ¶ Sic vere Christus primo fuit homo in incarnatione per humanae carnis assumptionem. Secundo fuit bos in passione per suae carnis immolationem. Tertio fuit leo in resurrectione per sui ipsius suscitationem. Quarto fuit aquila in ascensione per sui corporis in coelum subleuationem. De isto ergo leone dicitur Gen. 49. *Ad praedam ascendisti fili mi, accubuisti vt leo.* Et sic ergo patet quod per leonem potest intelligi Christus. ¶ Secundo dicamus de viro iusto seu perfecto, qui est leo stabilitatis. Est enim leo

Animal { Hominibus gratiosum, Bestiis rigorosum, Inuadendo animosum, Sustinendo virtuosum, Discernendo industriosum, Diuidendo & miseris parcendo officiosum, aliquoties etiam timorosum.

¶ Leo n. erga naturam hominum est benignus: erga naturam animalium est austerus: ad inuadendum animalia est valde strenuus: ad sustinendum labores est bellicosus: ad discernendum, sc. inter illos qui ipsum persequuntur, est industriosus, ad diuidendum aliis animalibus praedam suam, & ad parcendum miserabilibus personis, sci-

nis,sc.prostratis,mulieribus & paruulis,est curialis & officiosus. Ad visum tamen ignis & galli albi,& ad vocem,& auditũ strepitus totarũ est mirabiliter timorosus. Sic proculdubio vir iustus, & maxime religiosus siue ecclesiasticus vel prælatus, debet esse erga homines,i.e.erga personas bonas rationabiles, & discretas benignus,amicabilis & modestus. Tales n.non debet lædere,vel deprimere,sed potius iuuare,& promouere. Figura Dan.6.& 14. vbi *Daniel sanctus sedens in medio leonum ab eis non est læsus*. Bestias vero,i.e.peccatores, debet per correctionem lædere,& eos acriter castigare. Cuius tamen contrarium faciunt hodie multi iudices & prælati,qui magis sunt benigni bestiis,quã hominibus, & impiis,quã melioribus,quinimo(quod peius est)bestiis & peccatoribus illæsis,solent innocentes lædere,peccatoribus parcere,homines vero,i.sanctos & simplices , rapinis & exactionib.deuorare Eze.19.*Leo factus est, & didicit capere prædam,hominesq; deuorare*. Figurati in Lamech, de quo dicitur in historia scholastica , quod cum cæcus esset, & deberet sagittare vnam bestiam, pro bestia hominem sagittauit. Item dico, quod iste ad modũ leonis debet esse animosus & bellicosus,quia,sc.vir iustus debet esse audax & animosus ad bonum aggrediendum,ad malos inuadendum, & corrigendum,& ad bellum tribulationũ fortiter & virtuose tolerandum.Quia sicut dicitur Prou. 30. *Leo fortissimus bestiarum ad nullius pauebit occursum*. Item iste more leonis debet esse discretus & industriosus,quia,sc.discrete debet cogitare & discernere inter illos,qui forefaciunt & delinquunt,sicut leo,qui inter centũ homines bene cognoscit illum,qui eũ percussit,& vnumquemq; secundum quod deliquerit,corrigere,& punire debet.Leo enim dormit oculis apertis,quia,scilicet,vir iustus quamuis quandoq; ipsum dormire non contingat per prosperitatis consolationem debet tamen semper oculos cordis apertos habere per discretionem & cogitationem. Vnde Apoc.3. *Esto vigilans* &c.& Can. 5 *Ego dormio, & cor meum vigilat*, & Num.24.dixit. *Auditor sermonũ Dei,qui visionem omnipotentis intuitus est,qui cadit, & sic aperiuntur oculi eius*. Et sequitur. *Accubans dormiuit vt leo*. Item iste more leonis debet esse liberalis, & officiosus, & quantum ad miseros curialis, compatiens & industriosus. Debet enim erga miseros esse compatiens,& benignus,& distribuendo prædam bonorum suorum debet esse omnibus gratiosus. Sed de hoc vide supra de Iuda in illa auctoritate.*Vicit leo de tribu Iuda*. Item more leonis debet esse aliquando pauidus & timorosus,quia, scilicet, ignem inferni,& strepitum & comminationem totarum sacræ scripturæ, & præsentiam galli albi,id est,Dei,debet summopere formidare.Quia vere nullus debet esse tam virtuosus aut fortis, tam audax , strenuus aut securus,quin ista tria debeat formidare,scil.

Ignis inferni combustionem,
Dei præsentis cognitionem,
Sacræ scripturæ comminationem.

Vnde 2.Reg 17.*Fortissimus quisq; cuius cor est quasi leonis pauore soluetur*.Sic igitur patet,quomodo vir iustus comparatur leoni.Et ideo de viro iusto potest satis competenter exponi illud Esa.11. *Vitulus,ouis, & leo,simul morabuntur*.
F ¶ Vbi aduerte,quod tribus rationibus vir iustus potest leoni merito comparari, quia, sc.sicut leo coram catulo verberato castigatur , infirmitati continue subiugatur,sc.quartanæ,constanti fortitudine roboratur , sic vere iustos in hoc mundo domat pœnæ mæstitudo [Vitulus] Grauat carnis ægritudo[Ouis]Roborat mentis fortitudo [Leo] Isti n. conuertuntur & domantur per mæstitudinem temporalẽ, quia sunt[Vitulus]Affliguntur & grauantur per ægritudinem naturalem,quia sunt [Ouis] Statuuntur & firmantur per fortitudinem virtualem,quia sunt[Leo.]

¶Dicamus ergo,quod iustus multis tribulationibus edomatur [Vitulus inquit]Sicut n.leo tunc timet & castigatur, quando videt in præsentia sua catulum verberari,sic pro certo iustus timere debet & vitam suã corrigere,& edomare, quando videt Deũ catulos,i.peccatores in hoc sæculo tribulationibus & suis exigẽtibus demeritis,variis afflictionibus verberare [Vitulus inquit] Per vitulum n.qui faciliter edomatur , & à leuitate sua primaria immutatur,& pœnis & laboribus subiugatur,intelligitur vir iustus,qui leuitatẽ & insolentiã naturalem debet relinquere,& per virtutem obedientiæ se aliorum viribus subiugare. Vnde Esa.11. *Leo sicut bos comedit paleas*. Tribulationes n. & afflictiones malorum sunt castigationes & correctiones sapientium & iustorum. Quia sicut dicitur Prou.19. *Pestilente flagellato sapientior erit paruulus*.Et versus dicit.*Fœlix,quem faciunt aliena pericula cautũ*.Quod tamen est contra multos,qui quamuis malos coram se videãt verberari,tribulari,& affligi,ipsi tamẽ propter hoc non castigãtur, nec à suis iniquitatibus conuertũtur. Sed non sic boni, quia ipsi debẽt esse leones & vituli. Vnde 3.Reg.7.dicitur, quod *in fabrica templi erant simul calati, & picti leones, & boues & Cherubim*. Vbi ostẽditur,quod in templo Ecclesiæ debent esse iustitiæ viribus firmati,quia debent esse leones:modestiæ legibus ligati , quia debent esse boues:sciẽtiæ lucibus dotati,quia debent esse Cherubin,qui interpretatur plenitudo scientiæ. Ideo de tali vitulo sic domitu & correcto potest dici illud 1.Reg.6. *Recludite vitulos domi*, iustus igitur dicitur leo,quia tribulationibus edomatur . ¶Itẽ iustus di- G
citur esse leo,quia infirmitatib.aggrauatur,quod ostenditur , cũ dicitur [ouis.] Sicut n.dicit Solinus, leo febrem quartanã habet continuam,& sibi quasi vltro naturaliter adhærentẽ. Hoc enim prouidit illa rerum ordinatrix natura,quia,sc.tanta est leonis caliditas & ferocitas,quod omnia deuoraret, nisi ipsum continua carnis infirmitas flagellaret.Sic vere charissimi,boni & iusti semper patiuntur aliquos carnis defectus,aliquas carnis infirmitates & fragilitates,vt exinde sua austeritas temperetur. Cõstat enim quod multi sunt ita calidi & feruẽtes,& in iustitia rigorosi,quod omnes delinquentes vellent corrodere , & per iustitiam consumere,nisi infirmitatibus carnis & mentis grauarentur. Et ideo sæpe fit,quod Deus viros iustos permittit febre quartana, id est, carnis passionibus infestari,vt ex cõsideratione suæ propriæ cõditionis humiliores quantũ ad se , misericordiores quantum ad proximum,teneriores & cœlestis auxilii imploratores quãtum ad Deum.Istud apparuit in Petro secundũ Greg.qui permissus est à Deo timere,& deficere, & negare, vt quia futurus erat pastor Ecclesiæ,sciret ex sua fragilitate conditionem delinquentium cogitare,& ad indulgendum,& compatiendũ mentem suã benigne inclinare Sicut n.de Christo dicitur Heb.2.*In eo n.in quo ipse passus & tentatus est,didicit & his qui tentantur auxiliari*. & Heb.5. dicitur,quod *Christus didicit ex his quæ passus est,obedientiã*.& Eccl.31 *Infirmitas grauis sobriam facit animã*. Et ibidẽ sequitur intellige quæ sunt proximi tui ex teipso,& Gal.6.dicitur,quod *si quis præoccupatus fuerit in aliquo peccato, illi,qui sunt spirituales,debẽt eũ instruere,in spiritu lenitatis*. Et causam lenitatis assignat ibidẽ dicẽs. Considerans (inquit) temetipsum,ne & tu tenteris,quasi diceret . Ex consideratione propriæ infirmitatis,qua possumus tentari, debemus ad patiendũ leniter,& misericorditer animari. Et ista carnis infirmitas ostenditur, cũ dicitur ouis. Quia ouis est animal valde debile,& infirmũ. vnde Esa.53.*Nos omnes sicut oues errauimus*. Vt de talib.leonibus intelligatur illud Eccl.47.*Cũ leonibus lusit quasi cum agnis*,quasi diceret. Tales qui sunt leones propter sanctitatẽ & ferocitatẽ,sunt agni propter annexam carnis infirmitatẽ. Patet ergo,ꝙ vir iustus dicitur esse leo , quia infirmitatibus aggrauatur.
¶ Itẽ dico,quod iustus dicitur esse leo,quia virtutũ viribus roboratur,quia dicitur leo. Leo n.habet naturam constantissimam & H
audacissimam. Habet autem virtutẽ suam in quatuor,sc.in capite,in collo,in pectore,& in ore. Sic vere vir iustus debet habere virtutem in capite,i.in intellectu per fidem & discretionem. In collo per immobilem constantiam & perfectionẽ. In pectore,id est,in corde per dilectionem & charitatẽ. In ore,id est,in verbis per doctrinam & prædicationem. Virtus ergo nostra dicitur esse

In { Capite fidei, firmiter credendo,
Collo constantiæ,immobiliter perseuerando,
Pectore cordis,veraciter amando,
Ore verborum,vtiliter loquendo & prædicando.

Et sic dicetur de eo illud Apo.4. *Animal primum leoni simile*. Et bene simile leoni,quia sicut rugitus leonis est terror omniũ animalium audientiũ,sic vere rugitus verborum & clamor comminationũ viri iusti debet esse terror omnium peccatorũ Ose.11. *Leo rugiet, & formidabunt filii maris*. Multi tamen non sunt similes leoni,quia non habent virtutem in capite,sed magis similes sunt vrso,qui valde habet caput debile,& asino,cuius virtus est in renibus non in pectore. Quia vere multi sunt,qui in capite, fidei, & in pectore veræ dilectionis sunt valde debiles , in renibus vero quantum ad executionem operum carnalium sunt valde fortes. Non sic ergo iusti,sed sit vir iustus similis leoni,videlicet

In { Morum nobilitate seu benignitate,
Animi austeritate,
Propugnandi strenuitate,
Constante stabilitate,
Discretionis sagacitate,
Diuisionis & propitiationis liberalitate,
Timoris pœnalitate.

Et sic

Et sic dicetur de eo illud 1. Mac. 3. quod dictum est de Iuda Machabæo: *Similis factus leonis in operibus suis.* Patet ergo charissimi, quod vir iustus dicitur leo propter virtualem stabilitatem, propter naturalem infirmitatem, propter obedientiæ damnabilitatem. Per leonem ergo intelligitur homo iustus. ¶ Tertio dico, quod per leonem potest intelligi vir peccator qui est summæ iniquitatis. Leo enim habet 7. conditiones per quas possunt 7. crimina denotari. Est enim leo

Animal
- Infirmum & quartanarium,
- Feruentissimum & calidissimum,
- Elatum & sæuissimum,
- Insidiatiu & fraudulentum,
- Rapiens & violentum,
- Rugiens & iracundum,
- Fœtidum & immundum habens anhelitum.

Sic vere charissimi, peccator est infirmus per luxuriam. Est calidus per auaritiam. Est elatissimus per superbiam: est insidians per malitiam. est rapiens per sæuitiam & gastrimargiam: est rugiens per iracundiam: est etiam anhelitu fœtens per detractionem. Et ideo secundum diuersas suas proprietates peccator in scriptura quantum ad luxuriam dicitur

Leo
- Quiescens,
- Deuorans,
- Ascendens,
- Insidians,
- Rugiens,
- Venans,
- Interficiens.

Iste (dico) dicitur leo quiescés, quia sicut leo est animal continue febricitans, ita peccator est febrem & ardorem carnalis concupiscentiæ continue sustinens, & in quiete delitiarum habitans, & quiescens Gen. 49 *Requiescens accubuisti vt leo*, Item quantum ad auaritiam dicitur leo deuorans, & rapiens, quia, sc. peccator auarus, more leonis non cessat bestias innocentes & pauperes infestare & alienum capere & auferre. Vnde Num. 23. *Non accubabit leo donec rapiens prædam suam.* ¶ Item iste per superbiam dicitur leo ascendens, seu repens, quia, scilicet, superbos more leonis solet montes altissimos, id est, status excellentissimos per appetitum ascendere, & per superbiam venatoribus, id est, inimicis suis se publice opponere, & eandem mortem sæpissime incurrere. vnde Hier. 49 *Quasi leo ascendet de superbia Iordanis.* Item iste quantum ad malitiam dicitur leo insidians, quia sicut leo insidiatur animalibus, vt ea decipiat, & raptat sub foliorum velamine se abscondens, & post subito dum non aduertunt, in ipsa insilit, & rapit, & occidit, sic vere maliciosi & inuidi, dum volunt alios lædere, & grauare, sub velamine alicuius palliationis, vel dissimulationis, se abscondunt, vt dum non aduertunt, eum locum nocendi inueneiunt, in ipsos insiliant, & suæ malitiæ venenū eis infirant, & inducant. Vnde in Psal. 9. *Insidiatur quasi leo in spelunca sua, vt rapiat pauperem.* Item iste quantum ad iracundiam dicitur leo rugiens, quia sicut leo cum est iratus solet fremere, & rugire, sic iracundi fremunt, & rugiunt, & alios turbant, & offendunt 1. Pet. *Aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quē deuoret.* & Prou. 19. *Sicut fremitus leonis, ita est ira regis.* Item iste quantum ad gastrimargiam dicitur leo venans, quia sicut leo vndique circuit, & venatur, vt inueniat, quem deuoret, & manducet, sic gulosi circumeunt mare, & aridam, vt inueniant cibaria grata. vnde Eccl. 27. *Leo venationi insidiatur.* Item iste quantum ad infamiam dicitur leo necans. Sicut enim leo habet os & anhelitum fœtidum & immundum, sic detractores habent ora fœtentia & infecta per aliorum detractioné contagiosam & mirabiliter corrosiuam. vnde Eccl. 21. *Dentes eius dentes leonis, interficientes animas hominum* Et sic igitur patet, quod per leoné intelliguntur diuersa genera peccatorum. Vnde mundus iste est sicut lacus leonum, id est, hominum, *in quorum medio positus est Daniel, vt ab eis deuoraretur* Quia scil. in medio leonum, id est, hominum iniquorum, positi sunt iusti in hoc mundo in periculo deuorationis & rapinæ, nisi à domino protegantur. Sed de hoc scilicet quomodo leo significat peccatorem, vide supra in diuersis titulis, exemplis, & figuris. ¶ Quarto dico, quod per leonem intelligitur diabolus, qui est summæ crudelitatis, quia scilicet iste insidiatur per delectationem, rugit per suggestionem, inuadit per tentationem, rapit per consensum, & occidit per malam operationem, deuorat vero & consumit per æternam damnationem 1. Pet. 5. *Aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens, quem deuoret.* Sed de hoc inuenies supra in diuersis titulis.

**Lepra.** Nota, quod lepra est quædam vilis & enormis infirmitas, quæ nunquam aut difficiliter curatur, & per quam cohabitantes corrumpuntur, & inficiuntur, propter quod leprosi à societate sanorum hominum expelluntur. Lepra igitur significat peccatum, quod pro certo est infirmitas confusibilis & infamis. Facit enim possessores suos societate fidelium finaliter priuari, & per eorum mala opera & exempla alios contiguos, & vicinos destrui, & corrumpi. Teste enim Apost. 1. Cor. 15 *Corrumpunt bonos mores colloquia praua*, quia sicut dicitur Num. 19. *Quicquid tetigerit immundus, immundum faciet* ¶ Notemus igitur, quod sicut lepra corporalis ex diuersis causis oritur, sic lepra spiritualis scilicet peccatum rationibus variis generatur. Oritur enim lepra quandoque A

Ex corruptione
- Sanguinis,
- Phlegmatis,
- Choleræ,
- Melancholiæ.

Et secundum istas quatuor causas possumus intelligere quatuor genera sc. simoniam, superbiam, auaritiam, Immunditiam. Lepra n. inducit horrorem, tumorem, ardorem, fœtorem. Quia sc. per lepram potest intelligi horror simoniæ, tumor superbiæ, ardor auaritiæ, fœtor immunditiæ. ¶ Primo igitur dico, quod homo potest fieri spiritualiter peccator & leprosus per simoniæ prauitatem. Sicut n. lepra habet corrumpere non solum propriū subiectum, imo etiam illos, qui habitant, & participant cum leprosis, sic vere simonia non solum inficit vnum, imo plures, non solum illum qui beneficiatur, sed etiam illum qui beneficiū confert, non solum semel, imo pluries, quia scil. simonia, quæ in ingressu beneficii contrahitur, ad totius vitæ tempora dilatatur. Et ideo ista est quoddam genus lepræ, quæ dicitur tyria seu serpentina, quæ scil. solet generari ex sanguine interius corrupto. Quia sc. quando sanguis interioris affectionis in homine per auaritiā corrumpitur, tunc lepra simoniæ generatur. Et sicut serpens tortuose, & suauiter graditur, mordet tamen, & est venenosus, sic vere simoniacus tortuose, sc. fraudulenter & fallaciter Ecclesiam ingreditur, vbi alios inuenenat, corrodit & persequitur. Ista lepra significatur in lepra Giezi, qui gratiam Dei factam per Helisæum in curatione Naaman, pecuniam accipiens, & requirens, sic lepram ipsius secum traxit, sicut dicitur 4 Reg 4. Quia vere si aliquis pro aliqua gratia spirituali pecuniam acceperit lepra simoniæ percussus erit. Ideo Ecclesia potest hodie dici domus Simonis leprosi, iuxta illud 2. Reg. 3. *Non deficiet in domo tua leprosus.* Ista est lepra in domo, seu lepra in lapide, de qua fit mentio Leu. 13 vbi dicitur, quod *si in aliquo lapide domus apparuerit lepra*, id est, aliqua corrosio vel maculatio, *ille lapis amouendus erat & alius loco ipsius statuendus.* Sic vere si in domo Ecclesiæ, in qua sumus nos tanquam lapides, fuerit aliquis lapis, id est, aliqua persona quæ lepra simoniæ sit infecta, ipsa pro certo debet eiici, & expelli, & ab aliorum collegio relegari Numer. 5. *Præcipe filiis Israel vt eiiciant de castris omnem leprosum.* Sic igitur patet, quomodo homo fit leprosus per simoniæ prauitatem. B

¶ Secundo dico, quod homo fit leprosus per superbiæ vanitatem. Sicut n. leprosus habet carnem tumidam & lucentē, sic superbus interius tumet & inflatur per præsumptionem, exterius vero lucet, & ornatur per curiosam conuersationē. Lepra talium figuratur in lepra Vsia regis Iudæ, qui præsumēs vltra quam decet, voluit sacerdotis officium exercere, & ideo lepra immediate fuit percussus, quæ primo apparuit in fronte eius. Et ista est illa lepra, quæ dicitur leonina, quæ ex cholera ignea, quæ est humor leuissimus, generatur, quæ leonina dicitur, eo quod more leonis corrodit, & deuorat totam carnem. Sic vere superbia, quæ ex leuissimo humore, id est, ex leuitate cordis nascitur, merito leoni comparatur, quia, sc. tota caro, id est, tota patria per eam rapitur & prædatur & deuoratur Num. 12. *Caro eius deuorata est à lepra* Fit igitur homo leprosus per superbiæ vanitatem. ¶ Tertio dico, quod homo spiritualiter fit leprosus per auaritiæ grauitatem. Sicut enim leprosus est grauis & pōderosus, & in carne sentit pruritum & ardoré, sic auarus est grauis, & ad terrena & temporalia inclinatus, & ardore auaritiæ continue inflammatus. Vnde proprie auaritia est lepra, quæ dicitur elephantina, quæ ex humore grosso terreo & melancholico generatur, & ideo Elephanti animalis C D

animali graui ponderoso & melancholico, qui, sc. postquam ceciderit non potest surgere, comparatur. Sic vere lepra auaritiæ ex terreo humore, i. ex bonis terrenis oritur, qua quis ita ponderosus efficitur, quod ex quo inferius ad morem terrenorum per auaritiam ceciderit, via aut nonquã amplius releuatur Ps. 40. *Qui dormit, non adiiciet, vt resurgat.* Et ista lepra figuratur in lepra Naaman, qui interpretatur commotio eorũ, de quo dicitur 4. Reg. 5. *Erat Naaman diues & fortis, sed leprosus.* Quia vere illi, qui in hoc mũdo sunt cæteris diuites, & contra pauperes fortiores, & qui pauperes commouent, & offendunt, vt communiter lepra auaritiæ sunt infecti. Leprosi ergo sunt aliqui per auaritiæ grauitatem.

E ¶ Quarto dico, quod sunt aliqui spiritualiter leprosi per immunditiæ fœditatem, & isti sunt luxuriosi. Quia sicut lepra facit carnem corrumpi, saniem exire, & anhelitum oris fœtere, sic ad literam luxuria facit carnem macilentam, facit pellem saniosam, facit verborum spiracula sordida & corrupta. De ore n. talium luxuriosorum non exit nisi anhelitus corruptus, i. verba inhonesta, impudica & corrupta. Et ista est lepra, quæ dicitur, alopecia, seu vulpina, quæ oritur ex corrupto phlegmate, & facit totũ corpus depilari, & pilis spoliari. Sic vere luxuria, quæ ex phlegmate corrupto, i. ex humorum fœditatibus generatur, vulpina propter dicitur. Quia scil. vulpes secundum Isid. est animal fœtidum, & corruptum, anhelitum habens fœtidum & immundum, locaq; in quibus inhabitat, reddit sterilia & corrupta. Sic luxuriosus, qui per infamiam valde fœtet, & qui malis verbis & exemplis loca quæ inhabitat, & totam patriam & viciniam inficit, & corrumpit, anhelitum verborum habet per malas suggestiones fœtidum, & infectum. Ista etiam lepra facit pilos virtutum cadere, & nuditatem morum, & vitiorum solita est generare. Et ideo figuratur ista lepra in veste, de qua dicitur Leuit. 13. Quia, sc. lepra luxuriæ vestem sanctæ conuersationis corrodit, capillorum, id est, virtutum carentiam introducit. Luxuriosus ergo leprosus dicitur, quia non solum est corruptus in se, imo etiam alios inficit, & corrumpit. De talibus dicitur Leuit. 13. *Contaminatum & sordidum se clamabit omni tempore, quo leprosus erit.* Et sic ergo patet, quomodo propter diuersas lepræ conditiones per leprosum possunt intelligi diuersi peccatores. Ita quod proprie peccator potest intelligi per illum leprosum de quo dicitur Leuit. 13. quod ille, *qui lepra maculatus erat, à societate aliorum debebat esse diuisus & separatus, & habere vestimenta dissuta, caput nudum, os veste contectum, & solus extra castra habitare.* Talis proculdubio est peccator, quia iste est per peccatum mortale à societate fidelium separatus, vestes suæ exterioris conuersationis per insolentiam dissuuntur, caput suæ intentionis per iactantiam denudatur os suæ locutionis per simulationem, & falaciam operitur, solus etiam extra castra, idest, societatem charitatis per partialitatem, & inuidiam commoratur. Ista igitur quatuor genera hominum peccatorum seu spiritualium leprosorum figurantur in illis quatuor leprosis, qui ad exercitum Syriæ procedentes ibi lautissime comederunt. Quia scilicet infecti, & peccatores in exercitu malorum præ cæteris satiantur, & bonis temporalibus adimplentur. Ideo de talibus potest dici illud Luc. 4. *Multi leprosi erant in Israel temporibus Helisæi prophetæ, & nemo ex eis curatus est.* Tales enim per se sunt incurabiles. Solus enim Deus potest peccatorem curare, sicut ipse quotidie per gratiam suam facit. Vnde Mat. 11. *Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur.* Ideo prædicatoribus præcipitur Mat. 10. *Leprosos mundate, dæmones eiicite.* Si vis pone hic, quomodo leprosus solebat reconciliari, sicut ponitur Leui. 13. Sed pone eam infra de mundare. Sufficit ergo de lepra.

A **Lætitia. Lætus.** Nota, quod lætitia idem est quod gaudium, iucunditas, exultatio & iubilatio. Cum ergo de istis omnibus supra ad sufficientiam sit tractatum, bene est, quod de lætitia quo ad præsens modicum est dicendum maxime cum in sermone, Lætare Hierusalem: & in sermone. Lætare sterilis, satis & sufficienter de ea sit tractatum. Breuiter ergo notemus, quod est triplex lætitia, scilicet,

| | | | |
|---|---|---|---|
| Lætitia | Interior, | Quæ est | Conscientiæ cordialis, |
| | Exterior, | | Opulentiæ mundialis, |
| | Superior, | | Affluentiæ æternalis. |

¶ Lætitia cordialis est lætitia perfectorum. de qua dicitur Eccles. 30. *Lætitia* (alias iucunditas cordis) *hæc est vita hominis.* Lætitia mũdialis est lætitia peccatorum de qua dicitur Eccl. 7. *Cor stultorum vbi lætitia.* Lætitia supernalis est lætitia beatorum, de quibus dicitur Esa. 35. *Lætitia sempiterna erit super capita eorum. Gaudium, & exultationem obtinebunt.*

¶ Primo ergo de lætitia interiori, qua, scilic. boni in hoc mundo lætantur, possumus breuiter diuidere illam auctoritatem Ps. *Lætabitur iustus in domino, & sperabit in eo.* Vbi aduerte, quod sicut in hoc mundo lætantur triũ genera personarum, sc. accusati, quando sciunt se habere innocentiæ puritatem: obsessi vel impugnati quando sciunt se habere adiutoris probitatem: Operarii quãdo sciunt se habere futuri præmii largitatem, sic vere charissimi, boni & perfecti viri debent lætari de tribus, sc. de puritate mentalis perfectionis [Iustus inquit] De firmitate diuinæ protectionis [In domino inquit] De bonitate futuræ saluationis [Sperabit inquit in eo] quia, scilicet, spes est de futuris. Lætificat enim hominem propriæ conscientiæ rectitudo scilicet, quando est iustus. Diuinæ sustinentiæ fortitudo [In domino inquit] Æternæ opulentiæ plenitudo [Sperabit inquit in eo]

¶ Dico ergo, quod nos debemus lætari propter propriæ conscientiæ rectitudinem [Iustus inquit] Sicut enim nulla res est quæ ita possit lætificare hominem qui habet facere coram aspero iudice, & cum fortibus aduersariis, sicut quando scit se habere iustitiam & innocentiam pro se, & quando non inuenit in se propter quod debeat condemnari, sic vere summe debet lætificare quemlibet virum iustum, qui, scilicet, coram seuero iudice Christo habet iudicari, & à dæmonibus accusari, sine puritatis, & innocentiæ, securæ quoq; conscientiæ rectitudo [Iustus inquit] Psal. 32. *Lætamini domino, & iusti, & gloriamini omnes recti corde.*

B ¶ Et nota, quod mala sunt, quæ faciunt hominem esse iustum quæ tamen sunt spiritualis lætitiæ inductiua, videlicet

Paupertas spiritualis,
Puritas cordialis.
Charitas supernalis,
Humilitas virtualis.

¶ Facit igitur iustum, lætum paupertas spiritualis Esa. 35. *Lætabitur deserta & inuia,* & Gal. 4. *Lætare sterilis, quæ non paris.* ¶ Item puritas cordialis, vnde Hier. 31. *Lætabitur virgo in choro.* ¶ Item charitas supernalis. Vnde Esa. 66. *Lætamini cum Hierusalem, & exultate omnes, qui diligitis eam.* ¶ Item humilitas virtualis Psalm. 90. *Lætati sumus pro diebus quibus nos humiliasti,* & Esa. 65. *Serui mei lætabuntur &c.* Lætemur igitur propter propriæ conscientiæ rectitudinem.

¶ Item lætemur propter diuinæ sustinentiæ fortitudinem [In domino inquit] Sicut magna est lętitia alicui debili & infirmo in prælio constituto, quãdo scit se habere iuxta se aliquem fortissimum protectorem, qui nunquam ei deficiet, sed in cunctis periculis eum proteget & defendet, sic nos in prælio huius mũdi cõstituti valde possumus lætari & iucũdari, quia certi sumus, quod semper est nobiscum dominus Deus noster paratus nos protegere, & iuuare. Vnde in Psal. 90. dicit ipse dominus: *Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eũ* [In domino inquit] In domino n. est lætificandum, non in mundo, quia sicut dicitur. Illa est vera lætitia, quæ de creatore, non de creatura concipitur. Vnde in Ps. 20. dicitur, *Domine in virtute tua lætabitur rex, & super salutare tuum exultabit vehementer.* Et iterum in Ps. 149. *Lætetur Israel in eo, qui fecit eum.* Talem ergo lætitiam non habent in sæculo peccatores, quia sc. ipsi non lætantur in domino, sed in mundo, non in spiritualibus sed in temporalibus, non in æternis, sed in terrenis. Vnde nota, quod auari lætãtur in pecuniis, luxuriosi in mũdi delitiis inuidi in aliorũ doloribus & tristitiis, superbi in mundi vanitatib⁹, & vanis gloriis. De auaris patet, quia isti sunt sicut auis, quæ dicitur monedula, quæ naturaliter diligit pecuniam. Plus n. lætatur habere vnum denariũ, quã vnum castrũ, quia auari plus gaudent de vno tantillo bonorum mundanorũ, quã de immensitate bonorum æternorũ vnde Amos 6. *Væ qui opulẽti estis in Sion.* Et sequitur. *Qui lætamini in nihilo, dicentes, Nonne in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua?* De immũdis patet, quia sicut porcus plus lætatur in luto, quã in fluuio puro, sic luxuriosi plus lætãtur in luto delitiarum, quã in aqua spiritualium gratiarum. Vnde immũdi dicunt illud Sap. 2. *Nemo sit expers luxuriæ nostræ, vbiq; relinquamus signa lætitiæ, quoniam hæc est pars nostra & hæc est sors nostra:* de inuidis etiam patet, quia pro certo sicut Delphini plus lætantur tempore aduersitatis & tempestatis, quam tempore serenitatis, sic inuidi magis læti quando vident tempestates & miserias aliorum, quam quando vident eorũ prosperitates & serenitates. Isti enim sunt de quibus dicitur Baruch. 4. *Sicut gauisa est in ruina tua, & læta est in tuo casu* (scilic. Babylon) *sic contristabitur in tua consolatione.* Itẽ de superbis patet, quia vere sicut papilio lætatur & delectatur volare, currere, & circuire ad claritatẽ candelæ, vbi alæ eius cõburuntur, ipse vero quandoq; periclitatur & moritur, sic superbi

lætantur

[illegible] sund securis & volatu ad claritatē gloriæ mundanæ, [illegible] virtutum perdunt per iniquitatem, alas vero bonorū temporalium amittunt per paupertatem, ipsi vero periculum mortis æternæ incurrunt per criminum multiplicitatem. De lætitia taliu dicitur Eccl. 11. *Lætare iuuenis in adolescentia tua, ambula in viis cordis tui &c.* Non sic ergo, sed lætamini in domino. Vnde in Psal. 140. *Lætetur cor quærentium dominum &c.* Lætemur ergo de diuinæ su[illegible] [illegible]. ¶ Item dico, quod lætari debemus de æterna [illegible] plenitudine, quæ ostenditur, cum dicitur [Sperabit] Spes n. est de futuris, quia sicut operarius qui in agro laborat, & [illegible] qui acriter in bello dimicat lætatur & gaudēt in eo, [illegible] his laboribus sperant venire finaliter ad quietē & ad [illegible] boni qui sunt in mundi laboribus lætantur, quia [illegible] exinde venire ad quietem & præmiū Paradisi [illegible]. Ideo bene docet Ps. 61. *Sperate in eo omnis [illegible], fundite coram illo corda vestra, Deus adiutor vester in* [illegible] ali lætitia quæ de spe futurorum generatur, po[illegible] Prou. 10. *Expectatio iustorū lætitia.* Ista est ergo lætitia virtuosa. ¶ Secūdo dico, quod est lætitia exterior & vi[illegible] ista est lætitia qua peccatores in hoc mundo lætātur, quā [illegible] sequitur tristitia sempiterna. *Extrema enim gaudii luctus occupat.* Prou. 14. Sicut n. Sirenæ tempore sereno solent læta[illegible] tate, tali tamen lætitia propinquā denotat tempestatē, [illegible] ores dum arridet eis securitas prosperitatis mundanæ sunt in magno gaudio & honore, ca isto tamē sequitur sempiterna tristitia. & ex isto gaudio sequitur æterna desolatio Esa. 16 *Ablata est lætitia de Carmelo.* ¶ Tertio dico, quod est lætitia superna [illegible] beatorum. Et ista est illa, qua in Paradiso sancti, & [illegible] lantur, & gloriantur, quia sicut dicitur Esa. 51. vbi loqu[illegible] tate Paradisi. *Gaudium & lætitia inuenietur in ea, gratiarum actio, & vox laudis* Sufficit &c. Sed accipe distinctiones, quæ sunt in sermone, Lætare Hierusalem, & pone eas hic. Et vide supra de gaudio, exultatione, & iucunditate.

**Leuare.** Nota, quod leuare idem est quod sursum erigere vel portare, sed quia supra dictum est de eleuare, de sublimis, de excelsus, ideo breuiter de eleuare aliquid dicendū est. Nota ergo, quod triplex est leuatio vel erectio, videlicet

Leuatio quædam { Virtuosa, Vitiosa, Gloriosa.

Prima est perfectorum,
Secunda peccatorum,
Tertia est beatorum.

Leuantur enim { Perfecti per cœlestium affectionem, Infecti per dignitatum ambitionem, Beati per supernorum adeptionem.

[illegible] igitur quædā leuatio virtuosa & ista est, quando homo ab inferioribus se leuat ad superiora, & à tēporalibus ad æterna. Sicut [illegible] a propria natura sursum leuatur, & hoc quia sursum est [illegible] regio ignis, & suum origo sic principium, sic vere quia [illegible] est nostrum principale principium & origo, ideo nosipsos sursum ad ipsum leuāre, & mentem, & affectū ad eum [illegible]. Vnde de viro perfecto, & iusto potest dici illud Thr. 3. *[illegible] & tacebit quoniam leuauit se supra se.* Nos n. ipsos, & [illegible] conditionis nostræ debemus leuare, & vsq; ad [illegible] nos transferre. Ibi n. cessant laborum anxietates. [Sedebit] Cessant malorū societates [Solitarius inquit] Cessant verborum vanitates [Tacebit inquit] Igitur leuemus nos supra [illegible] de cauerna nostræ carnis: ascendamus ad Deum [illegible] finaliter leuemur in corpore. Et ideo notandum, quod nos debemus leuare nos [Se inquit] Quia sc. quicquid est in homine, debet esse sursum ad dominum leuatum, scilicet

Caput intentionis,
Cor cogitationis,
Faciem affectionis,
Oculos cognitionis,
Manus operationis,
Os locutionis.

Caput enim nostrum, i. intentio, semper debet esse ad Deum leuatum, & ad ipsum principaliter ordinatum. Vnde Luc. 21. *Respicite, & leuate capita vestra.* Item leuemus ad eum cor totius cogitationis, [illegible] sint corda nostra, vbi vera sunt gaudia. vnde Thr. [illegible] *Leuemus corda nostra cum manibus ad dominum.* Item leuemus ad Deum fa[illegible] affectionis. Voluntas enim est facies animæ, quæ semper ad Deum est eleuāda, conuertēda, & erigenda. Vnde ipse dicit Cant. 2. *Ostende mihi faciem tuam &c.* Iob. 11. *Leuare poteris faciē tuam absq; macula.* Quod est contra auaros, qui faciē cordis & affectionis semper habent ad terrā inferius per auaritiam depressam. Similes illi animali venenosissimo Ægyptiaco, quod moratur in fonte Nigri, quod semper inclinat faciē versus terrā, quia alias venenositate sua interficeret quicquid videret 2. Reg. 2. *Leuare non potero faciem meam.* Itē leuemus sursum oculos cognitionis. Oculos enim cordis debemus leuare & erigere videlicet

Ad { Implorandum diuinam pietatem, Deprecandum sanctorum charitatem, Contemplandum cœlorum dignitatem, Cogitandum inferni vilitatem, Meditandum cordium prauitatem.

B ¶ Igitur leuemus oculos cordis nostri ad diuinum præsidiū implorandum. Vnde Psalm. *Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis.* Item ad sanctorum auxilium deprecandum. Vnde Ps. *Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi.* Item ad cœlorum fastigium contemplandum. Vnde Esa. 60. *Surge, illuminare Hierusalem, quia venit lumen tuum, & gloria domini super te orta est.* Sequitur. *Leua oculos tuos, & vide.* Item ad inferni supplicium cogitandum. Vnde Esa. 41. *Leuate in cælum oculos vestros, & videte super terram deorsum.* Item ad cordium flagitium cogitandum. Vnde Hier. 3. *Leua oculos tuos in directum, & vide vbi nunc prostrata sis.* Leuemus igitur oculos nostræ considerationis. Item leuemus manus nostræ operationis. Manus enim sursum leuantur

Ad aliquid { Supplicandum, Indicandum, Indicendum, Inhibendum, Porrigendum, Accipiendum, Percutiendum, Defendendum.

Et reuera charissimi istis octo de causis debemus leuare & in principio ponere manus operationis nostræ, id est, opera nostra, videlicet vt aliquid à domino supplicemus. vnde Psalm. 143. *Expandi manus meas ad te, anima mea sicut terra sine aqua tibi.*

¶ Item vt aliis exempla vtilia indicemus. *Iosue cum leuauit clypeum, qui erat in manu sua, contra Hay, ad cuius conspectum fortificatus exercitus ciuitatē deuicit* Iosuæ 8. Quia vere quando prælati clypeū bonorum exemplorum aliis ostendunt, ad præliandū contra vitia fortius intendunt. Vnde Ps. 62. *In nomine tuo leuabo manus meas.* Item leuemus manus, vt aliis mandata & cōsilia iniungamus Ps. *Altitudo manus suas leuabit.* Itē vt peccata & vitia aliis inhibeamus Psal. 73. *Leua manus tuas in superbia eorum.* Item vt bona temporalia aliis exhibeamus. vnde Exod. 14. *Leua virgam tuam, & extende manū tuam:* & Eze. 20. *Cum introduxero vos in terram, pro qua leuaui manum meam, vt darem eam patribus vestris &c.* Item vt à Deo gratias & beneficia accipiamus sicut de Moyse dicitur Exod. 17. *Cum leuaret Moyses manus, vincebat Israel.* Item vt dyscolos percutiamus & castigamus. Vnde Zach. 2. *Leuo manum meam super eos, & erunt præda eis qui seruierant sibi.* Item leuemus manus vt miseros leuemus & defendamus. vnde Ezech 20. *Leuaui animam meam pro stirpe Iacob, vt educerem eos de terra Aegypti.* Leuemus igitur manus nostræ operationis. Item dico, quod nos debemus leuare vocem nostræ locutionis. Vox enim leuatur

Ad aliquid { Proclamandum, Deplorandum, Implorandum, Collaudandum.

Sic vere nos debemus leuare vocē locutionis nostræ ad vocandum alios per prædicationem. Vnde Esa. 52. *Vox speculatorum tuorum leuauerunt vocem, simulq; laudabant.* Item leuemus vocē ad deplorandum vitia per lacrymationem. vnde Iud. 21 *Leuauerunt vocē & magno vlulatu cœperunt flere.* Item leuemus vocē ad implorandū dominum per orationem. vnde Luc. 17. dicitur de decem leprosis, quod *steterunt a longe, & leuauerunt vocem, dicentes, Iesu præceptor miserere nobis.* Et sic patet, quomodo homo totus debet spiritualiter se leuare quantum ad omnes sui partes, scil. quantum ad G

Caput intentionis,
Cor cogitationis,
Faciem affectionis,
Oculos cognitionis,
Manus operationis,
Vocem locutionis.

Qua

Quia breuiter quicquid est in homine, totum debet sursum ad Deum leuari & offerri, & ab inferioribus segregari & auferri, vt de homine sic totaliter leuatu & erecto dicatur illud Hier. 4. *Ascendit leo de cubili suo, prædo gentium se leuauit.* Transeo breuiter, & omitto, & exempla & figuras & diuisiones auctoritatesq; prætermitto, propter hoc, quod pauca sunt themata applicabilia, & quia supra de eleuare & erigere ad sufficientiam est dictum. ¶De

C leuatione vero vitiosa, quæ nihil aliud est quam superbia, dicitur Hier. 51. *Cor suum leuauit contra me.* Vide supra in tit. supradictis.

D ¶De leuatione etiam gloriosa, de qua dicitur Ezec. 43. *Leuauit me spiritus & introduxit me in atrium interius, & ecce repleta erat gloria domus domini.* vide supra in tit. antedictis, quia omitto gratia breui-

E tatis. ¶Sed si forsan velis istam materiam aliquantulum dilatare, notabis, quod in scriptura reperitur

Leuatio pertinens ad { Christum, Iustum, Iniustum.

¶Primo ergo dico, quod est leuatio, quæ spectat ad Christum. Constat enim quod Deus quandoq; leuat manum vt percutiat, quandoq; leuat brachium, vt eripiat, quandoq; leuat superbum vt deiiciat, quandoque leuat depressum vt præficiat. Leuat dico manum vt percutiat viros pestilentes, quia pro certo catus quandoq; ludit cum mure, ipsumq; dimittit ex proposito hinc inde discurrere, finaliter tamen pedem suum leuat, & ipsum retinet & percutit ne euadat, & adhibet dentes, ipsum mordet, deuorat & trucidat. Sic Deus cum peccatoribus quandoq; videtur ludere, in fine tamen contra ipsos manus suas leuat, & ipsos temporaliter tribulat, & æternaliter damnat Psal. 73. *Leua manus tuas in superbias eorum in finem, malignatus est inimicus in sancto?* & Deut. 32. dicit Dominus. *Leuabo* (inquit) *in cælum manum meam, & dicam, viuo ego in æternum. Si arripuero vt fulgur gladium meum, & arripuerit iudicium manus mea, reddam vltionē hostibus meis &c.* Item leuat brachiū, vt eripiat innocentes, quia reuera ipse leuat brachium fortitudinis suæ ad innocentes ab impiis defendendū. Brachium misericordiæ suæ ad indulgentes de miseriis, & tribulationibus eripiēdum. Brachium etiam suæ clementiæ ad delinquentes de vitiis & inferni periculis liberandum. vnde Esa. 40. *Sicut pastor gregem suū pascet, & in brachio congregabit agnos, & in sinu leuabit, fœtos ipse portabit.* Item leuat superbos, vt deiiciat præsumentes. Constat enim quod sicut athleta aduersarium suum leuat à terra, vt ipsum tandem deiiciat, sic DEVS quosdam, quos per occulta iustitiæ suæ videt finaliter esse damnandos, quandoq; in magnos status extollit, & leuat dum ibi gloriantur, per mortem & tribulationē in infernum, & in infortunium præcipitat, atq; iactat. Rota n. fortunæ sic pingitur, quod dum clauus vnus leuatur, alius deprimitur, imo ad hoc quisq; sursum erigitur, vt cadens postea confundatur. Sic vere facit de malis occulta Dei prouidentia, quam lo isto casu voco fortunam. Ista est antē mala & periculosa leuatio, quia, sc. quanto quis in temporalibus plus leuatur, tāto (vt communiter) magis in spiritualibus inclinatur. Res n. perpendicularis nunquam ab vna parte leuatur, quin altera deprimatur, sicut patet in lance, seu in statera. Cum igitur homo habeat duas partes, sc. animam & corpus, spiritualia & terrena, nunquam potest ex parte vnius leuari, quin ipsum contingat vt cōmuniter ex opposito aggrauari. Quia si leuatur in tēporalibus, deprimitur necessario in spiritualibus. Et ecōuerso si anima leuatur, & erigitur in spiritualibus caro necessario premitur & calcatur in mundialibus. Bene ergo dicitur Iob 10. *Si impius fuero, non leuabo caput.* vnde Eze. 21. *Nonne hic est qui humilem subleuat, & sublimem humiliat?* De quodam n. tyranno in suis actibus prosperante & de sua potētia gloriante audiui, quod in palatio suo fecerat depingi rotam fortunæ, & in superiori gradu pingi & poni se fecerat eleuatū. Cum ergo die quadam præsentibus suis rotæ pulchritudinem cōmendaret, & à quodam prudentiore peteret, an huiusmodi pictura pulchra foret, respondit, sic, sed quod ibi vnum deficiebat, videlicet vnus clauus qui teneret rotam ne volueretur. Audierat n. ille, quia teste Greg. Sæpius in altū quis tollitur, vt cadens inde fortius confringatur Figura Exo. 10. vbi videtur, *quod ventus vrens leuauit locustas, operueruntq; vniuersam superficiem terræ, vastantes omnia.* Sed sequitur, quod *dominus flare fecit ventum contrarium, qui arreptas locustas proiecit in mare:* Ventus n. vrens est prosperitas, qua mediāte mali leuantur: Ventus contrarius est, quo finaliter sufflante locustæ, i. superbi peccatores in mare mortis & inferni præcipitantur. Deus ergo leuat superbos, vt deiiciat præsumentes. Item dico, quod ille leuat depressos, vt præficiat super gentes. Deus n. quandoq; suscitat de puluere egenū, & de stercore erigit pauperem, vt sedeat cum principibus, & solium gloriæ teneat. Quia sc. *ipse est, qui pauperem facit & ditat, humiliat, & subleuat* 1. Reg. 2. Vnde de Iehu rege Israel legitur, quod *ipse Ionadab leuauit ad se in currum suū*, 4. Reg. 10. Et de Helia dicitur 4. Reg. 2. quod *dominus in curru igneo ipsum leuauit in cælū.* Quia reuera sæpe fit per occultā Dei prouidentiam, quod boni de infimo gradu leuantur ad summū per prælationem, de terra & terrenis leuantur ad cœlum, de contēplatione, de mundo leuantur ad Paradisum per finalē beatificationem. Vnde de leuatione temporalis dignitatis, & prælationis potest dici illud Eze. 3. *Spiritus quoq; leuauit me, & abii amarus in indignatione spiritus mei.* Dico n. quod licet spiritus sanctus iustum quandoq; velit ad dignitates leuare & extollere, ipse tamē tristis & dolens debet suspicere, & si forsitan dignus sit timere, & metuere. De leuamento vero contemplationis potest dici illud Eze. 11. *Spiritus quidē leuauit me, & adduxit me ad transmigrationē in visione spiritus Dei.* De leuatione ad apicem æternæ fœlicitatis & consolationis potest dici illud Eze. 23. *Leuauit me, & introduxit me in atrium interius, & ecce repleta erat gloria dom⁹ domini.* Vnde de beatis dicitur Esa. 63. quod *indulgētia domini redemit eos, & portauit eos, & leuauit eos in diebus sæculi.* Sic ergo patet, quod est leuare pertinēs ad Christū.

¶Secundo dico, quod est leuare pertinens ad iustum. Iustus enim leuare debet, & ab infimis erigere P

Animum languentem, vt contempletur;
Proximum egentem, vt consoletur,
Optimum iacentem, vt honoretur.

Dico ergo, quod iustus debet leuare languentem animū ad viri cognitionē. Quia reuera animum nostrum languentem & tepidum nos debemus leuare ad videndū redemptionis fructū Luc. 21. *Respicite & leuate capita vestra, quoniam appropinqua[...]mptio vestra.* Contritionis luctum 1. Reg. 24. *Leuauit rex Saul v[...]r, & fleuit.* Et illud prædictum Hier. 3. *Leua oculos tuos in directum, & vide vbi nunc prostrata sū* Deuotionis, i. crucem & passionem Christi, quā scilicet leuari debemus in memoria nostra ad spem, & fiduciam saluationis. vnde Hier. 4. *Leuate in signum in Sion, & confortamini.* Saluationis statum, scilicet, gloriam æternam Esa. 60. *Surge, illuminare Hierusalem, quia venit lumen tuum, & gloria domini super te orta est.* Sequitur. *Leua in circuitu oculos tuos & vide.* Statum damnationis, i. ad infernum Exod. 14. *Leuantes filii Israel oculos viderunt Aegyptios mortuos*, id est, dæmones infernales, *& timuerunt valde.* & Ezech. 8. *Leua oculos tuos ad viam aquilonis.* Dico ergo, quod iustus debet leuare languentem animum ad veri cognitionem. Deinde dico, quod debet leuare egentem proximum ad boni susceptionem, quia, scil. iustus videns proximum suum pauperem & egentem, debet ipsum leuare, à tribulatione, & angustia liberare. Figura Deut. 22. vbi *asinus si ceciderit præcipitur leuare*, quia scil. si asinum, i. pauperem sub mundi infortuniis inuenimus cecidisse ipsum debemus, per pium adiutorium subleuare, & consolatione debita consolari. vnde Hier. 38. *Leua Hieremiam prophetam de lacu antequam moriatur.* Et si istud intelligitur de lacu miseriæ corporalis, multo fortius de lacu miseriæ spiritualis, videlicet de peccato, quia scilicet multo maius meritum est leuare hominem de lacu peccati, quam à lacu præsentis miseriæ vel tormenti. ¶Deniq; dico, quod leuare debemus iacentem optimum ad dignam prælationem, quia, scilicet, iustus debet bonos & rectos in statu infimo constitutos, ad statū dignitatis & prælaturæ leuare, & eos prout decet, honorare, & promouere. vnde 3. Reg. 20. dicitur, quod *rex Israel leuauit Benadab vt sederet secum in curru suo.* Istud est igitur leuare pertinens ad iustum. Sed de hoc vide in principio tit. vbi plene inuenies &c.

¶ Tertio dico, quod est vnum leuare spectans ad iniustum. & G. sic dico, quod iniustus supra seipsum leuatur per præsumptionē contra prælatum per religionem, contra subditum seu egenum per oppressionem, contra proximum seu socium per oppugnationem, contra Deum per obstinationem.

¶ Dico ergo, quod mali leuantur contra seipsos per præsumptionem & superbiam Ose. 14. *Adimpleti sunt & saturati sunt, & leuauerunt cor suum, & obliti sunt mei.* Item leuantur contra prælatus per obedientiam & rebellionem 2. Reg. 20. *Homo de mōte Ephraim Zypa filius Bochri cognomine, leuauit manum suam contra ciuitatem & regem Dauid.* Item leuantur contra subditos per iniustitiam & oppressionem Iob 31. *Si leuaui super pupillum manum meam, etiam cum viderem me in porta superiorem.* Vnde contra tyrannos dicitur Hier. 4. *Ascendit leo de cubili suo prædo gentium se leuauit* Item leuantur contra proximos, seu socios per discordiam & dissensionem, contra

illud

[illegible] *Non leuabit gens contra gentem gladium &c.* Item leuan[illegible] [illegible] dam & [illegible] bitinationem. Vnde de per[illegible] [illegible] 18. [illegible] *qui inter [illegible] tiam non fecerit, nec in montibus [illegible] oculos leuauerit ad idola, viuet.* De obstinatione ve[illegible] [illegible] *Cor [illegible] num leuauerunt contra me.* Non potio exē[illegible] at, quia in titulis Leuare, & cor rigere, & in alijs ti[illegible] [illegible] dx. Et hæc de leuare sufficiant.

**Leuita. Leui.** Nota, quod Leui fuit vnus de duodecim filijs Iacob. cuius filij & successores [illegible] Leuitæ. Fuit igitur in lege antiqua

Populus Leuitarum { Diuinis vsibus deputatus, / A plebis legibus separatus, / Possessionibus vacuatus, / Varijs ritibus consecratus.

¶ [illegible] enim ad seruiendum Domino, ad ministrandum in tabe[illegible] lo & in templo erant spiritualiter dedicati, sicut dicitur [illegible] etiam varijs ritibus consecrati, sicut dicitur Nu. 8. [illegible] t à plebis domibus segregati, sicut dicitur Nu. 3. E[illegible] per possessionibus non [illegible] otati, sicut dicitur Deut. 18. [illegible] *enim exceptis domibus non habebant, sed decimas primitias, &* [illegible] *intonis erant* Per istos ergo Leuitas possunt intelligi [illegible] stici & religiosi, qui etiam in noua lege Leuitis fue[illegible] ntur, quia scil. diuinis vsibus deputantur, & ad mini[illegible] le [illegible] circa altare spiritualiter ordinātur. vnde Num. 3. [illegible] *tribum Leui, & facies in conspectu Aaron, vt ministrent, & excu[illegible] [illegible] et uent, & custodiant vasa tabernaculi, seruientes in ministerio* [illegible] ite. quod officium Leuitarum eorum erat sacrificia [illegible] u populum aduocare: Deum canendo laudare: onera [illegible] culi portare: & arcam domini solummodo tāgere vel [illegible] Sic etiam charissimi, viri ecclesiastici debent sacri[illegible] [illegible] in celebrando, populum aduocare alte prædicando, deuot[illegible] [illegible] Deum collaudando, onera portare pœnitentiā [illegible] o, & arcam domini, sc. sacramentum altaris soli tangere, [illegible] [illegible] am accedendo. vnde 1. Par. 15. dicitur, *quod illicitum est quod a quocunq; portetur arca, nisi à Leuitis.* Et sic homo erit diuinis vsibus deputatus. vnde Num. 3. *Erunt q; Leuitæ mei.* Leuitæ igitur erant diuinis vsibus deputati.

¶ Item debent esse à mundi legibus segregati. Quia viri eccle[illegible] o debent esse per excellentiam vitæ segregati, & distincti à mor[illegible] b. aliorum. vnde Deut. 10. *Separauit tribum Leui.* ¶ Item debēt esse possessionibus denudati, quia sc. dato quod habeant possessiones temporales, illas tamen habent nomine Ecclesiæ suæ, & non nomine suo. Item si habent eas in re, non tamen debent eas habere in affectu, iuxta illud Psa. 61. *Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere.* Datæ enim non fuerunt Leuitis possessiones, duplici ra[illegible] [illegible] vt solummodo iactarent in domino curam suam, & sic ipse eos enutriret, & ne distractio temporalium ipsos à Dei seruitio impediret, quia sc. viri ecclesiastici nunquam se debent à Dei seruitio propter temporalia distrahere, sed semper debent ad dominum cor habere & in auxilio temporalium nō sperare, vnde Ios. 14. *Non acceperunt Leuitæ aliam partem in terra, nisi vrbes ad habitandum.* Debent igitur se possessionibus Leuitæ denudare. ¶ Item dico, quod debent esse varijs ritibus consecrati. Circa quod [illegible] dicendum, quod tria requirebantur in conuersatione Leuitarum, quæ spiritualiter intellecta in viris ecclesiasticis requi[illegible] ad hoc, quod sint spirituales Leuitæ, & quod digni habe[illegible] domino ministrare. *Debebant enim spargi aqua lustrationis, lauare vestimenta, radere capillos,* sicut dicitur Nu. 8. In quo notatur, quod E[illegible] siastici debent habere

[illegible] mundiciam puritatis,
[illegible] decentiam honestatis,
[illegible] carentiam facultatis.

Debem[illegible] ecclesiastici astringere carnis fœditatem, & ista est aspersio [illegible] lustrationis. Depingere morum honestatē, & hæc est [illegible] nestorum. Contemnere rerum facultatē, & ista est ratio capillorum. Igitur si digne Deo volumus consecrari, astringamur, vel lauemur à fæcibus carnalitatis, quod ostēditur in hoc, quod ipsi Leuitæ aqua lustrationis, sc. vbi immondi purificabantur iubebātur aspergi. Per aquam enim significatur castitas, qua quidem carnis puritas astringitur, & omnis mentis fœditas deportatur. Vnde Ps. 50. *Asperges me Domine hyssopo, & mūdabor, lauabis me, & super niuem dealbabor.* Item depingamur, & ornemus virtutibus honestatis, & hoc datur intelligi in lotura vestimentorum. Vestimenta enim quæ exterius apparent & omnia verecunda celant significant honestatem, qua defectus interio-

res velantur, & mores exteriores ornantur Exo. 19. *Lauent vestimenta sua. vt sint parati.* Item exuamur & nodemur ab opibus terrenæ facultatis & hoc datur intelligi in rasura capillorum. Capilli n. significant bona temporalia, quæ nō sunt de essentia naturæ humanæ, imo more capillorum sunt superflua, & extrinseca. Ezec. 5. *Accipe gladium acutum radentem pilos.* Et sic si bona contempserimus, si conuersationem mundauerimus, si carnem nostram purgauerimus, nos erimus spirituales Leuitæ & digni erimus domino consecrati, & sibi debite ministrare, vt sic quilibet possit dicere illud Iud. 17. *Leuita sum de Bethlehem Iuda, applicatus, assumptus, & additus,* quia sc. nos debemus Deo applicari, sibi humiliter seruiendo, & ab ipso assumi & ei addi per charitatis vinculum adhærendo, vt sic dominus possit dicere illud Mal. 2. *Pactum meum cum Leui fuit, à facie nominis mei pauebat, lex veritatis fuit in ore eius in pace & æquitate ambulauit mecum, & multos auertit ab iniquitate.* Hoc igitur de Leui sufficit.

**Leuis. Leuitas.** Nota, quod leuitas est qualitas rei qua sc. ipsa res efficitur facilis ad mouendum, & de loco ad locum agiliter transferendum. Leue enim dicitur quicquid onere, seu pondere non grauatur. Et nota, quod moraliter loquendo, A

Leuitas sumitur pro { Virtuosa agilitate, / Vitiosa mobilitate, / Gratiosa fallacitate.

Leuis est vir { Iustus, quia agilis ad operandum, / Stultus, quia mobilis ad euagandum, / Conflictus, quia facilis ad tolerandum.

¶ Primo igitur dico, quod est quædam leuitas quæ est virtuosa, & ista est illa, qua viri sancti sunt expediti & agiles ad faciliter obediendum, & ad bonum faciliter exequendum. Elementa n. leuia & quæ graui materia non premuntur, habent motum suū à centro ad circumferentiam, & continue & necessario agitantur, & motum aliquem exequuntur, sicut patet in igne & aere. Sancti enim qui graui & terrestri diuitiarum, seu vitiorū materia non fuerunt grauati, sed per paupertatem voluntariā & per vitiorū & terrenorum carentiā leues & agiles sunt effecti, motum cordis superius habuerunt, à centro, id est, à mundo recesserunt, & ad spiritualium & æternorum bonorum alta circumferentia mentaliter accesserunt, & ad bona opera exequenda se faciles obtulerūt. Constat enim quod animal leue citius currit, & prædam suam melius insequitur, citius fugit, & difficilius capitur. Sic vere iusti prælati, qui scil. spiritualiter sunt leues, prædā bonorum operum auidius insequuntur, & periculum tentationū effugere, vel euadere citius comprobantur. Istos ergo cōpara pardo, vel onagro. quæ sunt animalia valde leuia, vnde Hier. 2. *Cursor leuis explicās vias suas onager assuetus in solitudine.* Vnde istam auctoritatem alibi, sc. in ti: N. Sicut ergo milites amant in prælio leues equos, & nauis etiam composita de lignis leuibus magis est cæteris diligēda, sic Deus tales diligit, & eligit, quos spiritualis paupertas & vitiorū carentia leues facit Esa. 19. *Ascendet Dominus super nubem leuem, & ingredietur Aegyptum* Figura ad hoc Ge. 6. vbi Arca Noe, in qua saluatum est genus humanū à diluuio, de lignis leuigatis dicitur fabricata. Figura etiam Deut. 27. vbi *altare præcipitur domino erigi, & fieri de lapidibus leuigatis & à pondere attenuatis,* Ad denotandum, quod illi, qui arca salutis & altare deuotionis esse volunt, & qui saluare à diluuio peccati, & Deo conciliare alios solēt, leuigati, i. e. leues effecti & à terrenis & vitijs deputati ante omnia esse debent. quia sc. nullus Deo acceptus efficitur, nisi qui à terrenorū pondere mente vel corpore leuigatur, sicut apparuit in apostolis qui leues & pauperes fuerunt, & ideo faciliter per mundum cucurrerunt, & mundum à peccati diluuio liberauerunt. Vnde Aba. 1. *Leuiores pardis equi eius, & velociores lupis vespertinis.* Ista est igitur leuitas virtuosa.

¶ Secundo dico, quod inuenitur leuitas vitiosa. Et sic per leuitates intelligo B

Mentis instabilitatem,
Morum insolentiam,
Voluntatis inconstantiam & mobilitatem.

Talis enim est periculosa, quia res leuis longe proijcitur, nō bene sistitur, cito corrumpitur. Longe dico proijcitur, quia scil. res leues faciliter mouentur à fluctibus vel à vento. Vnde nautæ in mari citius ducunt nauē competenter oneratam & grauem, quā prorsus vacuā atq; leuem. De monstro etiam marino, quod dicitur nautilus, dicit Plin. quod tempore sereno aquam maris vomit, vt leuior fiat, atq; ad maris superficiem ascendēs, membra-

nam subtilem quam habet inter pedes anteriores, loco veli cum pedibus erigit, & sic per mare velificat, & discurrit. Si vero causã timendi habuerit, & si fluctus nimis tempestuosus senserit, tunc propter leuitatem quam aquas euomendo in se contraxit, aquam maris rebibit, & se grauem & ponderosum faciẽs, sicut aute, ad profundum descendit periculumq; euadit. Sic vere dico, quod leuitas mentis periculosa est. Nauis n. animæ non bene ad sanitatis portum ducitur, nisi diuini timoris põdere & motũ & prudentiæ grauitate firmetur. Alias enim si animi leuitatibus insolescat, flatus & fluctus tentationis ipsam faciliter rapiẽt, & ad scopulos tribulationum impingant, & finaliter ad piratas infernales deducent. Facti sunt ergo illi qui vt leues & insolentes appareãt aquam amaram contritionis, & diuini timoris põdus, & grauitatem morũ abdicant, & erecto velo voluntatis ad flatum & ventũ inanis gloriæ vndecunq; se ventilant atq; iactãt. Vtile n. esset talibus quod in suis fatuitatibus se immunerẽt, quodq; causam timoris conciperẽt, & aquam amaræ contritionis bibentes, fundumq; humilitatis petẽtes, à tempestatis æternæ fluctibus se saluarent. De leuitate ergo & inconstanti voluntate taliũ dicitur Iob 34. *In tenebris inquit sicut in luce ambulant, leuis est super faciem aquæ, maledicta sit pars eius à Domino, non ambulet per viam vinearum.* ¶ Et aduerte, quod tales triplicem leuitatem incurrunt, scilicet

Corde,
Ore,
Opere.

Corde (dico) leuiter credendo Ecc. 19. *Qui credit cito, leuis est corde.* Ore etiam leuiter loquendo Iob 39. *Qui leuiter locutus sum, respõdere quid possum? manum meam ponam super os meum.* Opere insuper sc. leuiter agendo seu operando. De quo Apostolus 2. Cor. 1. *Nunquid leuitate vsus sum? aut quæ cogito, secundum carnem cogito, vt sit apud me, est, & non?* q. d. Non sum nec debeo esse tales, quia secundum veritatem Paulus constans & non leuis erat, imo leues & fatuos fugiebat, & eorum consortia declinabat. Exemplũ illius sanctæ

C mulieris Annæ, quæ dicebat Tob 3. *Nunquam cum ludentibus me miscui neque his, qui in leuitate ambulant, participem me præbui.* Patet ergo, quod est quædã leuitas vitiosa. ¶ Tertio dico, quod est quædam leuitas gratiosa, & ista pro certo nihil aliud est quã diuina mandata & constitutiones, mundi tribulamina & afflictiones, pœnitẽtiæ lamenta & religionis fatigationes. Licet n. omnia ista ponderosa & grauia ponderantur infirmis dũtaxat & debilibus, respectu tamẽ pœnæ æternæ gratiosa & leuia iudicãtur. De mãdato n. diuino dicitur Matt. 11. *Venite ad me &c. iugum enim meum suaue est, & onus meum leue.* De tribulationum vero præsentium laboribus, & tormento dicitur 2. Cor. 4. *Id quod in præsenti est momẽtaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ põdus operatur in nobis.* Quia vere nihil est hic ita graue, quin reputari debeat leue, si consideratur præmium, quod acquiritur, & supplicium, quod euaditur. De primo acquirendo dicit Aug. super Ps 36. super illud. *A Domino diriguntur gressus viri* *Cum attenderis* inquit, *quæ accepturus sis, omnia tibi erunt vilia & leuia quæ pateris.* Sequitur. *Hic labore transacto veniet regnum æternum, veniet sine fine felicitas, veniet æqualitas angelorum, veniet hæreditas Christi, veniet cohæres Christus.* De tormento vero vitando dicit Aug. in quodã sermone super Lucam *Quæcunque* inquit *quisque grauia patitur in hac vita comparatione ignis æterni non parua sed nulla sunt.* Et alibi. *Cogita* (inquit) *quolibet cruciatus, expende pœnas humanas, & compara gehẽnæ, & leue est omne quod excogitas.* Vt igitur mundi tribulationes & casus nobis leues efficiãtur, necesse est, quod illa præuideamus, ad hunc finem, vt cum venerint, ipsa leuius & facilius sustineamus. vnde Sen. epist. 79. in fine dicit, quod *quicquid diu expectatũ est, leuius accedit.* Et alibi dicit, quod *imparatis etiam leuissima expauit*, ideo agendum est, ne quid nobis inopinatum sit. Talia ergo leuia onera gratiosa & facilia & portabilia Deus nobis iniungit & imperat, & talia debet prælatus imponere subditis quos gubernat. Melius est enim quod sub leui sarcina seruiant, quam q̃ si nimis premantur, vel desperati fugiant vel desistant 3. Reg. 12. *Leuius fac iugum, quod nobis imposuit pater tuus.* Et sunt verba filiorũ Israel ad regem Roboam filium Salomonis, qui etiam 2. Paral. 10 sibi prohibentur dixisse, *Pater tuus durissimo iugo nos compressit, tu leuiora impera patre tuo, & paululum de onere subleua, vt seruiamus tibi.* Quod quia non fecit, secutus consilium iuniorum, ideo decẽ partes populi ab eo recesserunt, & regem alium elegerunt. Leuia ergo, & non importabilia debet princeps vel prælatus imponere, vt fauorem Dei & hominũ valeat tennere. Ista est ergo leuitas gratiosa. Et sic patet, quod leuitas sumitur tribus modis.

Lex. Nota, quod lex nihil aliud est quã superioris ordinatio, vel statutũ ad subditorũ regimen ordinatum. Lex igitur est quoddam spirituale vinculum, quo homines tenentur & ligantur, ne per actus illicitos euagẽtur. Sicut enim animalia syluestria nõ domantur nisi primo fortibus vinculis teneãtur, quia se. nunquam domita efficerentur, si sine vinculis ad voluntatẽ suam vagari dimitterentur, sic vere necesse fuit vt leges & mãdata à Deo & à superioribus fierent, vt infra limites iustitiæ vagabiles mores hominẽ corrigerentur, & domarentur. Homo enim qui sine disciplina dimittitur, sicut vir vanus in superbiam erigitur, & *sicut pullum onagri se liberum natum putat* Iob 11. Nunquam n. homo perfecte corrigeretur, vel domaretur, si sine legis vinculo vagari ad arbitrium suum sineretur. Et ideo ad ligandum mores hominum ne vagarentur, constituta est triplex lex, scilicet A

Lex { Naturæ,
Scripturæ,
Humanæ curiæ.

Lex naturæ est illa inflexibilis rectitudo, quã Deus in synderesi conscientiæ collocauit, quę vnicuiq; dictat & ostendit quid bonum fuerit, vel quid malum. De ista igitur dicitur Ro. 2. *Gentes nõ habentes legem, cum naturaliter ea quæ legis sunt faciãt, ipsi sunt sibi lex.* Lex enim naturalis est illa, quam natura omnia animalia docuit, & quam Deus in nostri cordis volumine exarauit, de qua potest dici illud Hier. 31. *Dabo legem meam in visceribus eorum, & in cordibus eorum scribam eam.* Lex scripturæ est illa, quã Deus Moysi in scriptis dedit, & quam Christus in scriptis euangeliorum suis fidelibus dereliquit. De quibus dicitur Ose. 8. *Scribã eis multiplices leges meas, quæ velut aliena cõputata sunt.* Lex vero humanę curiæ est illa, quam ad regimen hominum principes statuerũt, vnde Ro. 7. *Lex in homine dominatur quanto tempore viuit.* Vt igitur cęteris omissis de lege scripturæ, quæ in veteri & in nouo testamento continetur, aliquid dicamus, quia de legibus particularib. antiqui tẽporis longũ esset dicere, igitur sub breuitate transcurro, qualiter

Sacrificia & libamen offerebantur,
Hostiæ in vijs immolabantur,
Leuitæ & sacerdotes consecrabantur,
Leprosi reconciliabantur,
Homicidæ consecrabantur & occidebantur,
Semina fratrum suscitabantur,
Nazaræi dedicabantur,
Mulieres suspectæ probabantur,
Immundi expellebantur.

¶ De omnibus istis fiunt in lege spirituales tractatus, omnia ista aliquid morale significant, oẽs illæ particulares leges plenæ sunt spiritualibus intellectibus. Veruntamen causa breuitatis ista ad præsens omitto, quia sicut dicit apostolus. *Verbum breuiatum faciet Dominus super terram* Ro. 9. Et ideo quia gaudent breuitate moderni, illam solam auctoritatem Pro. 6. *Mandatum lucerna est, & lex, lux & via vitæ, increpatio disciplinæ:* exponere dignũ duxi. Quia enim Prou. 3. præcipitur. *Custodi legẽ atq; consilium*, & sicut dicitur Pro. 28. *Qui custodit legem filius sapiens est.* ¶ Hinc est, quod in prædicta auctoritate quatuor ostenduntur, propter quæ lex diuina merito debet custodiri, videlicet quia habet

Virtutem { Compulsiuam,
Instructiuam,
Directiuam,
Correctiuam.

Per legem enim diuinam compelluntur & mouentur homines quia est mandatum. Instruuntur & docẽtur, quia est lux & lucerna. Diriguntur, & tuentur, quia est via vitæ. Corrigũtur & arcentur, quia est increpatio disciplinæ. ¶ Primo ergo dico, q̃ lex habet virtutem compulsiuam, quia sc. in multis passibus legis nobis præcipitur aliquid sub præcepto, cuius trãsgressio est mortalis, quod ostenditur cum dicitur. Mandatũ. Lex n. mandat præcepta, suggerit consilia, dictat iudicialia, ordinat cærimonialia. De mandatis obligatorijs & cõpulsiuis dicitur Mat. 22. *In istis duobus mandatis vniuersa lex pendet & prophetæ.* Ideo petebat Dauid in Ps. *Legem pone mihi Domine viam iustificationum tuarum, da mihi intellectũ vt discam mandata tua.* Sicut n. tanta est virtus clamoris leonis, q̃ ad eius edictum animalia figunt gradum, sic vere tanta debet esse in cordibus nostris virtus legis Christi, quod ad eius mandatũ & clamorem debemus figere gressus nostros, & à cunctis malis actibus desistere & cessare. Vnde illud potest figurari Prou. 8. vbi dicitur, quod *Deus præparabat cælos, & terram, & certa lege & gyro vallabat abyssos, circumdabat mari terminum suum & legem ponebat aquis* B

[illegible] sub lege, sub pœto [illegible] andat [illegible] in tria mala [illegible] ntur, [illegible] dunrur, quia [illegible] *lex [illegible] , sed iniusto* Et isti sunt il- [illegible] tatem auaritię, qui etiam di- [illegible] lind [illegible] ndiæ & malitiæ, qui insuper di- [illegible] carnalis immunditiæ. Habet i- [illegible] Mandatum inquit ] vnde Ba- *[illegible] & lex quæ est in æter-* ¶ Secu- [illegible] enda [illegible] tuanda est, quia habet virtutē [illegible] dicitur cum di [illegible] lux & lu[illegible]a. Sicut n. [illegible] illuminat [illegible] ita & obscur[illegible], ie per lucē [illegible] etrorū obscuritas effugatur, & omnium ne- [illegible] vtilitas declaratur. Per banc lucem scit [illegible] facere, quid fugere, quid credere, quid ama- [illegible] appetere. Vnde de ista luce dicitur Sap. 18. *[illegible] incorruptum legis lumen sæculo dari.* Quia sicut *omni sapientia dispositia.* Et nota, quod lumē le- [illegible] minat ad [illegible] edum principaliter tria, videlicet

[illegible]æ veritatem,
[illegible] diæ vnitatem,
[illegible] æquitatem.

[illegible] na procedit veritas, & facundia, vnde Mal. 2. *[illegible]* Item exinde prodit concordiæ vnitas. *Pax multa diligentibus legem tuam.* Item inde pro- [illegible] equitas, vnde Sap. 18. *Iustitia legem in concordiam di-* [illegible] diuina habet virtutem instructiuam.

¶ [illegible] quod diuina lex habet virtutem directiuam, q[illegible] dicitur. Via vitæ, quia sc. ista est via recta diriges [illegible] m. Sicut enim via recta recte perducit ad termi- [illegible] ex diuina recte perducit ad Paradisum. Vnde in *[illegible] pone mihi Domine viam iustificationum tuarum &* [illegible] *[illegible] semper.*

¶ [illegible] quod diuina lex habet virtutem correctiuam, quod ostend[illegible] cum dicitur Increpatio disciplinæ. Per legem etiam puniuntur & corriguntur malefactores, vnde Ioan. 8. dici- tur de muliere in adulterio deprehensa, quod *in lege mandatur hu-* [illegible] *lapidari.* & Rom. 2. *Quicunq; in legem peccauerit, per legem iu- dicabitur.* Vnde etiam Iob. 5. docemur: *Increpationem* (inquit) *Do- mini* [illegible] *reprobes, quoniã ipse vulnerat & medetur, percutit, & manus eius sanabunt* [Increpatio inquit disciplinæ] Sic ergo patet, quomo- [illegible]

Corrigimur,
Dirigimur,
Instruimur,
Impellimur.

[illegible] bene dico, quod est lex tenenda, & cogitanda. Quod ta- [illegible] contra multos, qui de lege diuina non curant, sed delin- [illegible] ipsi [illegible] præterierunt & impugnant. vnde Esa. 24. *Infecta est [illegible] habitatoribus suis, quia transgressi sunt leges, mutauerunt ius, dis- sipauerunt fœdus sempiternum* Et ibi sunt potissimi illi, qui legē ma- [illegible] facere & seruare, sc. illi qui ex professione & officio [illegible] necessario obligati, sicut sunt ecclesiastici & religio- [illegible] (communiter) minus timent transgredi legem Dei, quã [illegible] obiignari. Quibus loquitur Aug. *Præuaricatores* (in- [illegible] *legem*, & Hier. 2. dicitur. *Sacerdotes non dixerunt, & tenentes legem, nescierunt me.* & Ezech. 7. *Peribit lex [illegible] consilium à senioribus.* Et breuiter hodie videtur im- [illegible] Mich. 7. *In die illa longe fiet lex.* Quia pro certo iu- [illegible] *[illegible] ali, hodie illi, qui in lege gloriantur, per præuaricatio- nem [illegible] inhonorant.* Quod maxime patet in nobis Theolo- [illegible] habemus. *& non facta, qui decimamus mentam & a- [illegible] mus, quæ grauiora sunt legis.* Matt. 23. Cum tamen [illegible] *Non auditores legis iustificabuntur, sed legis facta- [illegible] iusti erunt apud Deũ.* Non sic ergo, sed audiamus, teneamus, & faciamus [illegible] diuina, sicut faciebat Dauid, qui dicebat: *Qua- [illegible] dilexi [illegible] tuam Domine, tota die meditatio mea est.* ¶ Si vis de [illegible] lege dicere, potes dicere, quod per leges malorum potest [illegible] consuetudo, vel mala inclinatio eorum. Vnde no- [illegible] quod est [illegible] lex lex malorum, videlicet

Lex { Carnalitatis,
Iniquitatis,
Fatuitatis.

[illegible] carnalitatis est illa carnis inclinatio, seu concupiscentia, cui [illegible] naturaliter subiicitur caro nostra, quæ dicitur fomes seu tyrannus

[illegible] Dulces. Berlberg.

[illegible] s, [illegible] m per [illegible] non deletur. Huic sc. sub ea [illegible] est [illegible] sicut di[illegible] Apostolus Ro. [illegible] *Video* inquit *aliam legē in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & [illegible] captiuantem me in lege peccati.* Et ibidem dicitur de ista lege. *Mente seruio legi Dei, carne au- tem seruio legi peccati* Mens enim, i. e. synderesis conscientiæ sem- per seruit legi Dei, recte sentiendo & malo contradicendo. Ca- ro autem, i. e. carnis inclinatio semper quãtū in se est, seruit legi peccati, sc. carnis luxuriæ, seu etiã fœditati. Ista est ergo lex car nalitatis ¶ Deinde dico, quod est lex iniquitatis, & ista est lex malorum consiliariorum & exactorum, qui ex certa scientia fa- ciunt leges & statuta non ad subditorum vtilitatem, sed vt inde impinguentur, & ipsi exinde reportent emendas & rapacitatē Esa. 10. *Væ qui condunt leges iniquas, & scribentes iniustitiam scripserunt vt opprimerent in iudicio pauperes, & vim facerent causa humilium popu- li mei* ¶ Deniq; dico, quod est lex fatuitatis. Multi enim sunt ita fatui, quod quicquid faciunt, siue bonum, siue malum, volunt q pro lege teneatur, dicentes Sap. 2. *Sit fortitudo nostra lex iustitiæ*, & Sap. 14. *Hic error tanquam lex custoditus est.* Et sic igitur patet, quod est triplex lex mala sufficit ergo de lege.

Lya. Lya vxor Iacob, lippata oculis, sed fœcũda, interpreta- tur laborans, vel laboriosa, sed omitto. Applica si vis ad vitã actiuã, quæ quãuis sit turpior Rachele, i. e. contemplatiua, & exemplis, & laboribus accommodatior, est tamē fœcundior, & bonis operibus opulentior, & reipubl. vtilior. Vide in tabula. A

## Liba. Libamē. Libamentū. Libare. A

Nota, quod libamē dicebatur sacrificium, quod fiebat in liqui- dis rebus, vtpote de oleo vel de vino. Quãdo enim in lege anti- qua aliquod sacrificiū alicuius rei firmæ vel solidæ offerebatur, vtpote de carnib. semper aliquod liquidū in proportione debi- ta, vtpote vinū vel oleū immiscebant, & istud proprie libamētū vocabant cum quibus etiam thus & similam adiungebãt. Ad denotandū, quod in omni sacrificio bonorum operū, quod fa- cimus semper vinum, id est, feruorem deuotionis, oleum, id est, dulcorem compassionis. Thus, i. e. odorem orationis, & similã, i. e. puritatem intentionis adhibere debemus. Ista possunt per- pendi Nu. 28. vbi agitur de iugi sacrificio cum libamentis suis & in pluribus alijs locis. Moraliter ergo loquẽdo dico, quod liba- mē sumitur in bono & in malo. Et primo dico, quod sumitur in bono. Et sic dico, quod libamē & libamina, quæ erant quædam adminicula sacrificiorum, significãt proprie bonas circumstan- tias, quas sacrificijs. i. e. operibus nostris debemus adiungere, & deuotionē, & compassionem, aliaq; spiritualia bona, quæ debe- mus in bonis nostris actib. adhibere. Vnde de Simeone summo sacerdote dicitur Ecc 50. quod *amplificauit oblationem excelsi regis, porrexit manum suam in libationem, & libauit sanguinem vuæ. Effudit in fundamenta altaris odorem diuinum excelsa principi.* Porrexit manum suam (ecce compassio) Libauit sanguinem vuæ, i. e. vinum (ecce deuotio) Odorem inquit diuinū (ecce oratio vel contemplatio) quæ sc. odorat cœlestia de longinquo. Ista sunt spiritualia liba- menta quæ Deo debemus offerre seu libare, & quibus debemus Deum placare, & nobis reconciliare Leu. 6. *Hæc est lex libamento- rum, quæ afferunt filij Aaron coram Domino & corã altari.* Sed procul- dubio hodie non sic. Non est enim qui talia munera offerat, nec qui Deo deuotionem, compassionem, & orationem, aut contē- plationem fundat. Vnde lamentãdo dicitur Iohel 1. *Ingredimini, cubate in sacco ministri Dei mei, quoniã interijt de domo Dei vestri sacrifi- cium & libatio.* Licet enim hodie videantur esse multi offerentes libamenta & fundentes pauci tamē sunt qui istud digne faciūt, & qui fructum debitum inde reportant. vnde Hier. 18. *Oblitus est mei populus meus, frustra libantes, & impingentes in vijs suis in semitis sæ- culi, vt ambularent in eis itinere nõ trita.* Istud enim potest dici de ec- clesiasticis libationē deuotionis & diuini cultus negligenter fa- cientibus & viã sæculi negotiaq; & mores mundanos diligen- tibus quia sc tales frustra libare dicuntur, & eorum opera à Deo minime acceptãtur. Nam ecclesiastici, qui sæcularia peccata fa- ciūt, & mundanorū negotijs & ritibus se exponunt, digne Deo non libant aut offerūt, nec acceptabiles ipsi fiunt Ose. 9. *Reuersus est Ephraim in Aegyptum & in Assyrijs pollutum comedit. Non libabunt Domino vinum, & non placebunt ei Sacrificium eorum quasi panis lugen- tium, omnes, qui comedunt eum, contaminabuntur.* Expone bene con- tra ecclesiasticos, religiosos & prælatos, mūdi negotia amplexã- tes, & curias principū frequentantes, & sic ad Ægyptum, id est, ad Assyrios redeuntes. Quia, sc. isti vinum deuotionis non libã., quinimo Deo placere nõ possunt, dum in mundo se polluũt de



linquen-

linquentes, & illos, qui sacrificia comedunt, i.e. qui sua opera imitātur, suis exēplis fœtidis inquinant. Patet ergo, quomodo libatio sumitur in bono. ¶ Sed adhuc dico, quod libatio sumitur in malo. Et sic dico, q per libamina intelligūtur mala opera perversorum, quæ sc. non Deo, sed dæmonibus libant & offerūt, in quantum ipsorū mandatis & tentationibus obediūt, & sic abominabiliter eos colūt. Vnde dominus conquerēdo dicit Hier. 1. *Dereliquerunt me, & libauerunt dijs alienis.* Et nota, quod quidam libant & sacrificant, immolant & seruiūt fortunæ seu mundi bonis & hoc faciunt per auaritiā. Quidam libant Baalim, qui interpretatur deuorator, hoc est dictū, proprio ventri suo, & hoc faciunt per gulam & gastrimargiā. Quidam militiæ cœli, i.e. mūdi potentibus, & hoc faciunt per adulationem & superbiam. Quidā dijs alienis, i.e. dæmonibus seu vitijs, & hoc faciunt per malam obedientiā. Auari ergo fortunæ libāt Esa. 65 *Obliti estis montem sanctum meum qui ponitis fortunæ mensam, & libatis super eā.* Gulosi libant Baalim, i.e. proprio vētri, qui omnia deuorāt Hier 7. *Ecce vos confiditis in sermonibus mendacij, qui non proderūt vobis, furari, occidere, adulterari, iurare mendaciter, libare Baalim, & ire post deos alienos.* Et Deut. 32. dicitur de dijs alienis, quod *de torū victimis comedebant adipes, & bibebant vinum libaminum* Superbi autem, militiæ cœli, i.e. mundi potentibus seruiunt & immolant per applausū & per fallaciam Hier. 19. *Sacrificauerunt militiæ cœli, & libauerunt libamina dijs alienis.* Idololatræ vero & peccatores dijs alienis, i.e. dæmonibus & peccatis offerunt & ministrant per malum consensum & obedientiam Hier. 52. *Libant dijs alienis libamina ad irritandum me.* Sufficit. Vide vbi immolare, sacrificare.

A **Libanus** Nota quod Libanus est mons Syriæ, & multipliciter signat. Per Libanum enim intelligitur

| | |
|---|---|
| Status | Virtualis sublimitatis, |
| | Mundialis prosperitatis, |
| | Supernalis fœlicitatis. |

Primus Libanus est in Ecclesia militante, secundus Libanus est in miseria fluitāte: Tertius Libanus est in Ecclesia triumphante. ¶ Primus Libanus est locus perfectorū: secundus vero Libanus est locus peccatorū: tertius Libanus est locus beatorum. ¶ Primo igitur dico, quod per Libanum intelligitur morū sublimitas. Libanus enim est mōs altissimus, amœnissimus, fragrātissimus, fertilissimus, iucūdissimus, humidissimus. ¶ Mōs dico altissimus est quia supra oēs alios eminet, & apparet ¶ Mons etiam amœnissimus, quia sc. decor arborum ibi æstate & hyeme semper viret. Mons etiam fragrantissimus, quia propter arbores aromaticas semper redolet. Mōs etiam fertilissimus, quia sc. herbis & arboribus fertilibus & vtilibus summe pollet. Abundat n generaliter in quatuor arborū speciebus videlicet cedris, cypressis, palmis, & oliuis. Mons insuper iucundissimus, quia sc. garritus auium ibi continue auditur & fervet. Mons nihilominus humidissimus, quia sc ibi fontium & fluminum amœnitas semper manet. ¶ Iste ergo Libanus (charissimi) potest proprie denotare statum perfectionis. Et primo quia iste alijs statibus supereminet p vitæ singolaritatē. Vnde Cant. 7. sponsa Christi ecclesia dicitur *sicut turris Libani, quæ respicit contra Damascū* ¶ Secundo quia decor arborum, i.e. personarum, ibi semper viret per morum omnium honestatē. Vnde Cant. 5. *Species eius vt Libani, electus vt cedri* ¶ Tertio quia odor virtutum ibi redolet per bonæ famæ sanctitatem, & per sanctitatis famositatem, vnde Eccl. 24. *Quasi Libanus nō incisus odor eius.* ¶ Quarto quia fœcunditas arborum, id est sanctarū personarum ibi abundat per bonorum operum vbertatē, quia sc. ibi sunt cedri, i.e. viri per misericordiam pijssimi: palmæ, i.e. viri per pœnitentiam asperrimi: pinus, id est, viri per modestiam mollissimi: cypressi, i.e. viri per patientiam stabilissimi. Et ideo sicut *de ligno Libani fuit ædificatum templum Salomonis*, sicut dicitur 3. Re. 5. sic de bonis personis Ecclesiæ militantis fabricatur quotidie templum Ecclesiæ triumphātis. Vnde dominus & illa cœlestis curia potest dicere nostræ Ecclesiæ militanti illud 2. Par. 2. *Ligna cedrina mitte mihi, & ligna pinea de Libano.* Talia etiam ligna sunt viri sancti, in quibus Deus sedet & quiescit. vnde Cantic. 3. *Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis Libani.* ¶ Quinto dicitur Libanus status perfectorum, quia ibi aues, id est, viri spirituales cātant & resonant per Dei laudem & prædicationis sonoritatem. Vnde Esa. 29. *Erit Libanus in Chermel.* ¶ Sexto quia fontes lacrymarum & fluuius deuotionis & compassionis ibi abundant per mentis irrigationem Can 4. *Puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano.* Iste ergo Libanus est mons perfectionis, in quo debemus per vitæ sanctitatem manere, & ibi continue habitare, quia sicut dicitur Esa. 19 *Erit Libanus in Chermel, & Chermel in saltum computabitur.*

¶ Vbi aduerte, q sicut Libanus mons habet decoris pulchritudinē, ideo dicitur Libanus, q interpretatur candidus. Habet humoris plenitudinem, ideo dicitur Chermel, q interpretatur tener. Habet etiam tumoris altitudinē, quia dicitur saltus, quia est locus altus, sic proculdubio in monte perfectionis debet esse decor & pulchritudo castæ cōditionis [Libanus inquit] Humor & plenitudo piæ cōpassionis [Chermel] Tumor & altitudo mētis affectionis [saltum] Nos n. debemus candidari per castitatis depurationē, lamentari & humectari per pietatis irrigationem, sublimari per voluntatis contemplationem vel exaltationem.

¶ Dico ergo, q carnis vilitas debet depurari, quia locus dicitur Libanus, qui interpretatur candor, per quod castitatis puritas significatur, sicut visum est supra de candore vel albedine sic cuilibet dicatur illud Esa. 35. *Gloria Libani data est ei, decor Carmeli & Saron.*

¶ Item dico, quod cordis siccitas debet humectare, supp per pietatē, quod ostenditur, cum dicitur [Chermel,] q interpretatur agnus tener, quia sc. nos debemus esse teneri per [illegible], agni per humilitatem & benignitatem, quia sc. vitius pietatis est *puteus aquarum viuentium quæ fluunt impetu de Libano* Can. 4.

¶ Item dico, quod mentis grauitas debet exaltari, quod ostēditur cō dicitur [Saltus Chermel inquit in saltum reputabitur] quia sc. saltus est locus præceps & altus in montibus vbi feræ solent pro refugio ascendere ne a venatorib. capiātur & signat altitudinem Paradisi, vbi per contemplationem debemus ascendere, ne venatores inferni nos valeāt inuenire. Vt dicamus illud Ecc. 24. *Quasi cedrus exaltata sum in Libano, & quasi cypressus in monte Sion* &c. Cedri enim, quæ sunt arbores altissimæ, & cypressi, quæ sunt arbores solidissimæ & firmissimæ, i.e. viri sancti, qui per contemplationem sunt alti, per durationē sunt firmi, in Libano Ecclesiæ debent exaltari, & temporaliter promoueri, & spiritualiter per mentis affectionem, & executionem ad saltum Paradisi totis conatibus eleuari, vt sic dicat quilibet illud Esa. 38. *Introibo altitudinem summitatis eius.* Aduerte tamen figuram 4. Reg. 24. 2. Par 25 vbi dicitur, quod *carduus Libani misit ad cedrum quæ est in libano dicens, Da mihi filiam tuam vxorem; & indignata bestiæ saltus conculcauerunt carduum.* Reuera charissimi ista videntur hodie esse in saltu & in Libanu, i.e. in dignitatibus Ecclesiæ militantis. Ibi enim inter cedros, cardui, i.e. in Ecclesia inter bonos & perfectos inueniūtur insufficientes & imperfecti. Sed quid? pro certo tales cardui, i.e. tales insufficientes sunt præ cæteris ambitiosi, [illegible] enim nituntur habere filiam cedri in vxorem, quia sc. Ecclesiam filiam Christi ambiunt & desiderant vxorem habere, & ad eius connubium per promotionem transire. Et ideo sequitur. *Indignatæ bestiæ saltus conculcauerunt carduum.* Quia vere bestiæ saltus, i.e. bonæ personæ, quæ sunt in Ecclesia, debent tales ambitiosos, & præsumptuosos deprimere, & ipsos per depressionem, & correctionem ne vlterius superbiant conculcare Ps. 90. *Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem.* Tales enim dicuntur aspides per malitiam, basilisci per inuidiam, leones per superbiam, dracones per auaritiā. Carduus igitur nō debet regnare in Libano, sed cedrus, quia sicut dicitur in Ps. 91 *Iustus vt pal. flo. sicut cedrus li. mul.* vt sic applicetur illud quod dicitur Eze. 17 *Aquila grandis venit ad Libanum, quæ tulit medullam cedri* &c Aquila enim est contemplatiuus, qui ad Libanū Ecclesiæ debet venire per promotionem, vt ibi de cedro contēplationis sumat medullam, i.e. gratiā & deuotionē Patet igitur, quomodo in isto Libano Ecclesię, vel religionis, vel statu virtutis & perfectionis

| | |
|---|---|
| Debet | Mentis grauitas eleuari, |
| | Cordis siccitas homectari, |
| | Carnis fœditas expiari. |

D Per Libanum igitur morū sublimitas denotatur. ¶ Secūdo principaliter dico, quod per Libanū mundi prosperitas denotatur. Libanus enim interpretatur candidus, quia propter abundantiam niuium mons iste omni tēpore candidatur. Sic vere, quia in mundo abundat nix, & candor mūdanæ prosperitatis, quæ sc. more niuis faciliter dissoluitur, & destruitur, & more candoris per eius aspectus ocul⁹ cordis debilitatur & obtūditur, bene dici quod potest Libano comparari. Vnde de isto Libano potest dici illud Na. 1 *Infirmata est Basan, & carmelus, & flos Libani elanguit.* Vbi aduerte, quod mundi prosperitas est infectiua propter carnalitatē, quia dicitur Basan, qui interpretatur pinguedo: defectiua propter debilitatē, quia dicitur carmel⁹, qui interpretatur tenellus: allectiua

propter amœnitaté, quia ibi est flos. Ista enim enim est flos Carmeli deficiés. Basan interficiés. ¶ Tertio principaliter, quod per Libanū cœli [illegible] figuratur. Sicut enim

Libano sunt { [illegible]nes modulantes,
Arbores virentes,
Aquæ decurrentes.

[illegible] turia sunt aues (i.e.) Angeli qui Deum laudando [illegible] modulantur. Sunt arbores, i.e. sancti, qui virore cœlestiæ perpetuo decorātur: Sunt etiā fontes & flumina voluptatis, quibus sine intermissione beati in patria recreātur. Id [illegible] sancto viro potest dici illud Esa. 60 *Gloria Libani ad te [illegible] Gloria Libani data est ei, decor Carmeli & Saron.* Vbi [illegible] sto Libano Paradisi est plenitudo summæ voluptatis, [illegible] est ibi gloria. Est celsitudo summæ dignitatis, quia i[illegible] mór, altissimus. Est gratitudo summę largitatis, [illegible] dano: data est eiq; ei. Vide supra de gloria in titulo suo [illegible] tudine vel de dignitate. Vide etiam supra de dare. [illegible] ter, quomodo Libanus tripliciter sumitur in scriptura.

**[Libent]er.** Nota, quod ille libens seu libenter aliquid facere dicitur, qui illud volūtarie, & sponte, & cum [illegible] facere comprobatur. Dicitur aūt libenter à verbo [illegible] quod non habet nisi tertias personas indicatiui modi, scil. [illegible] libuerat, libebit. Et signat idē, quod placeo, pla[illegible] amus, quod libēter potest accipi in bono & in ma[illegible] signat bonam, & promptam voluntatem, & [illegible] quam habet quis ad bonum faciendum. [illegible] tur, quod est vnum libenter, quod est bonū & [illegible] & hoc est illud, quo quilibet homo iustus volūta[illegible] placentia bonū exequitur, & in bonis operibus [illegible] tuor enim modis, vt dicūt philosophi, fit motus [illegible] pis naturaliter tendit deorsū à non propter [illegible] mouet, & attrahit ferrū violēter, sicut sagitta [illegible] voluntarie seu libēter, sicut cum sponte quis fa[illegible] vel sicut animus dat corpori motū. Reuera [illegible] quattuor genera actuū seu motuū sunt in hominibus quantum ad bona opera facienda: Quidam enim faciūt bonum quasi naturaliter, sicut sunt quidā qui à complexione seu constellatione mouentur ad bonū: Quidam secrete & mirabiliter, sicut illi, qui occulte tracti diuinitus per gratię inspirationē, vel infusionē mouentur ad adamantem, i.e. ad Deum tanquam ad obiectum perfectissimum: Quidam coactè & violēter, sicut cum quis per tribulationum immissionem vel aliquā fortem impulsionē mouetur sursum, scil. ad cœlestia desiderāda & remouetur & elongatur à rebus temporalibus quæ sunt deorsum: Quidā mouētur voluntarie seu libēter, sicut sunt illi, qui ex deliberatione volūtatis contra naturam appetitus per virtutem non per naturā voluntarie ad bonum mouētur. Et sic dicam, quod quidam bo[illegible] agunt naturali inclinatione, quidam ex diuino tractu vel [illegible], quidā ex violētia, tacti tribulatione vel correctione, [illegible] libēter affectu & voluntaria deliberatione. Et pro certo [illegible] & vltimus est commendabilior, quia scil. iste importat [illegible], alij vero quodammodo importāt necessitatem. Istud [illegible] & electiue, alia quodammodo extraordinarie, & [illegible] Ni Moysen mansuetū coegit natura benefacere. *Moy[ses erat vir mit]issimus super omnes homines, qui erant in terra.* Nu. 12. Petrum apostolum coegit gratia post Christū currere, seu [illegible] quando s. internam inspiratione interius attrahē[illegible] ad solam Christi vocationem *ipse & Andreas relictis [retibus secuti sunt] eum.* Mat. 4. Nam Paulum persecutorem coegit [illegible] Deū cognoscere, quando sc. cecidit, & tribus diebus [illegible], ita quod *ex his, quæ passus est didicit obedientiā* Heb. [illegible] David regem & prophetam instruxit propria voluntas [illegible] gere, & Deo obedire, & sancte viuere, eum sc. dicebat [illegible] *Voluntarie sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo Domine, quoniam bonū est.* Libenter igitur & voluntarie non coacte est bonum [agen]dū, & cito & prompte. Vnde Sen. in Epistol. [illegible] quod *nihil facit virtus quia necesse est.* Et libro de beneficijs dicit [illegible] *proprium est libenter facientis, cito facere. Nā qui tarde facit, [diu nolui]t facere.* Item libenter & voluntarie est Deo, & prælato parendum [illegible] in bonis operibus, & virtutibus insistendum. Non enim placet Deo coacta seruitia, quia qui bona opera nō libēter [illegible] coactus exequitur, æternam inde gloriam nō meretur. ¶ Nota ergo, quod nos debemus

Libenter { Tolerare,
Supportare,
Erogare,
Laborare,
Obtemperare.

Igitur libenter tolerare debemus mundi aduersitates, sicut faciebat ille Eleazarus vt scribitur 2. Mac. 6 qui mortem pro lege sustinens dicebat Deo *Propter amorem tuū libenter hoc patior.* Itē libenter debemus supportare aliorum temeritates. Ideo apostolus dicebat 2. Cor. 11. *Libenter suffertis insipientes, cum sitis ipsi sapientes.* Item libenter erogemus proprias facultates, sicut Tobiæ iuniori dixit pater Tob. 4. *Si multū tibi fuerit, abundanter tribue. si exiguū, libenter exiguum impartiri stude.* Item libenter laboremus propter vtilitatem, sc. aliorum, exemplo Pauli dicentes 2. Cor 12. *Libenter impendam, vt super impendar ipse pro animabus vestris.* Item libenter honoremus supremas maiestates, sc. libenter obediendo, & obtemperando maioribus. 2. Reg. 15. *Omnia, quæ præcepit Dominus noster rex, libenter exequemur.* Istud est igitur vnum libenter, quod est bonum & commendabile.

¶ Item dico, quod est vnū libenter detestabile, & istud est illud, quo mali libenter feruntur in malum, ex quo volūtarie linquunt bonū. Lapis n. violenter fertur sursum, sed libēter descēdit deorsum. Fulgur quando cadit, non videtur libenter descēdere, & hoc quia habet materiam casui repugnantem, sc. ignem, & inde est, quod tortuose solet cadere vel venire. Lapis vero cū nil habeat casus sui repressiuum, toto impetu solet ruere, & sic recte, cito, & libēter cadere, & deorsū se deferre. Sic vere est de peccatoribus. Quidam enim sunt sicut fulgur, qui sc. non ex toto mali sunt, quia ignem, i.e. remorsum conscientiæ & bonum motum animi secum ferunt, & ideo quando cadūt in aliquod peccatum, non impetuose ruunt, sed cum quadam displicentiæ, & circumuolutione consentiunt, & descendunt, sicut faciebat Apostolus, qui in isto duplici motu positus dicebat Ro. 7. *Non enim quod volo bonum hoc facio sed quod nolo malum,* hoc Aug. Alij sunt sicut lapis, qui sine obstaculo conscientiæ voluntarie, & libenter descendunt ad malum, & cum complacentia impetuose currūnt in peccatum, sicut erat Augustinus ante conuersionem, sic dicens lib. 2. confessionum. *Præcipitabam, tanta cæcitate, vt inter coætaneos meos puderet me esse minoris dedecoris, & quando audiebam eos iactantes flagitia sua, & tanto gloriantes magis quanto magis turpes essent, libebat facere non solum libidine facti, sed etiam cupidine laudis. Quid est vituperatione dignum nisi vitium? Ego ne vituperarer, vitiosus fiebā.* Istud est ergo libere, seu libenter detestabile, de quo etiam dicitur Iob 15. quod *ignis deuorabit tabernacula eorum, qui libenter munera accipiunt.* Et Prou. 29. dicitur. *Princeps, qui libenter audit verba mendacij, omnes ministros habebit impios.* Et hæc de libenter sufficiunt. Vide de sponte, & voluntarie, & similibus. B

**Liber.** Nota quod liber est illud, in quo literæ, & sciētiæ describuntur. Quia n. memoria nostra valde est labilis, ideo necesse fuit libros scribere, vt quod in memoria non retinemus, librorum aspectibus memoremur. Quia etiam humana conditio est mortalis, ideo necessarij fuerunt libri, vt quod ab aliquo per scientiæ studium inuenitur, mediantibus libris post mortem suam ad posteros transmittatur. ¶ Notemus ergo, quod liber multipliciter sumitur in scriptura. Est enim A

Liber { Naturæ,
Scripturæ,
Diuinus,
Humanus.

Primo ergo dico, quod liber naturæ, qui est liber inductiuus, & iste nihil aliud est quam vniuersitas creaturarum, quæ nihil aliud quam quædam scripturæ, vel lecturæ, vbi, & in quibus homo potest legere

Dei { Potestatem in creatione,
Sagacitatem in gubernatione,
Bonitatem in communicatione.

Et ideo in isto possumus induci ad Deum timendū ratione potentiæ: ad Deum credendum ratione sapientię: ad Deum amandum ratione bonitatis & influentiæ. Peccatores tamen sunt sicut pueri & fatui, vel laici, qui videntes in libro literas pulchras & pictas, ibi taliter delectantur, quod de sensu literali non curant. Sic vere mundi peccatores in literarum pictura, id est, exteriori pulchritudine delectati, ibi taliter figunt obtutum & amorem, quod de sensu spirituali, qui ibi relucet, intelligere vel discere nihil volunt. Quod figuratur Esa. 29. *Erit vobis visio omnium quasi verba libri signati.* De quo tū libro dicitur ibidem, quod *quia signatus erat, ipsum legere nesciebat tam sciens literas, quam ignorans.* Vilio n.

omnium creaturarũ est sicut liber vnus clausus & signatus, quia sc. sub exteriori apparentia signata sunt, & latent in creaturis diuina mysteria, quia sicut dicitur Ro. 1. *Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur.* Et Sap. 13. *Operibus attendentes cognouerunt quis esset artifex.* Istud tamen verum est, quia sciens literas, & nesciens, librum hunc legere non possunt, quia secretiora sunt secreta creaturarum & influentiæ, quod nullus est ita sciens qui pro tempore vitæ huius possit omnia penetrare. In isto enim libro studuerũt philosophi, sed quia signatus erat in pluribus errauerunt, vnde de cœlo dicitur Apo. 6. *Cœlum recessit sicut liber inuolutus.*
B Hic est igitur liber naturæ. ¶ Secundus liber est liber scripturæ, & iste est liber, quem Deus & Angeli dictauerunt: Prophetæ & Apostoli scripserunt: Doctores & magistri exposuerũt: Prædicatores legerunt & docuerunt. Fideles didicerunt & retinuerunt. Iste liber habet literas, scil.

Aureas,
Rubeas,
Nigras, &
Albas.

Literæ { Aureæ sunt cœlestium promotiones,
Rubeæ sunt passionis Christi mysteria & lectiones,
Nigræ sunt peccatorũ inferni supplicia & cõminationes.
Albæ sunt pœnitentium remedia & consolationes.

Et ideo iste liber bene figuratur Ezec. 2. vbi dicit idem Propheta *Ecce manus missa ad me, in qua erat liber inuolutus, scriptus intus & foris, & scripta erant in eo lamentationes, & carmen & væ.* Manus ista charissimi, signat vniuersitatem illorum, qui librum sacræ scripturæ fecerunt. Ista enim manus 5. habet digitos, i.e. 5. genera personarum, sc. Patriarchas, Iudices, Prophetas, Apostolos, & Euangelistas. Inter istos n. digitos est liber scripturæ inuolutus & multis mysterijs implicatus. Scriptus est intus & foris, quia scil scriptura habet intus scripturam mysteriorum & foris in apparentia scripturam historiarum. Sed quid? pro certo istud est planũ, quod *in isto libro scripta sunt lamentationes, carmen, & væ*, quia sc. ibi fit mentio de lamentationibus pœnitentium peccatorũ, de carmine triumphantium beatorum, de væ desperantium damnatorum. De isto ergo libro dicitur Bar. 4. *Hic est liber mandatorũ Dei, & lex, quæ est in æternum.* Istum librum nullus potest ad plenum legere, intelligere vel aperire, propterea quod tot mysterijs est signatus, sed solus agnus qui occisus est, dignus est aperire librũ, & soluere signacula eius Apoc. 5. *Hic est igitur liber scripturæ.*

C ¶ Tertio dico, quod est liber diuinus. Deus enim dicitur liber scriptus intus & foris, quia sc. intus est diuinitas, foris verò est humanitas. In libro interiori, sc. in corde & in scientia deitatis scripta sunt facta hominum vniuersa, Quia sicut dicitur in Ps. 138. *In libro tuo omnes scribentur*, sed potissime iste est liber vitæ, qui nihil aliud est quam illa æterna notitia quã Deus habet à principio de saluandis, Vnde dicit gl. Phil. 4 *In libro prædestinationis diuinæ omnes saluandi scripti sunt.* Et Dan. 12. *Saluabitur populus omnis, qui inuentus fuerit in libro vitæ scriptus.* Glos. n. super illud Luc. 10. *Gaudete, & exultate, quia nomina vestra scripta sunt in cælis*, dicit. Si quis cœlestia gerit vel terrestria, memoriæ Dei quasi quibusdam literis annotatis æternaliter est affixus. In isto enim scribũtur quidam secundum præsentem iustitiam, & isti possunt deleri, sicut dicitur Exod. 32. *Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo.* Alij vero ibi scribuntur secundum finalem perseuerantiam, & isti nũquam delentur, sed omnes saluantur. Alij vero scribuntur secũdum exemplarem apparentiam in libro exteriori, sc. in humanitate Christi, Christi exempla quæ sunt necessaria ad salutem sectantes. Christus enim est quidam liber scriptus in pelle virginea, & in camera virginis gloriosæ digitis spiritus sancti. Iste n. liber fuit dictatus in patris dispositione, scriptus in matris cõceptione, expositus in natiuitatis manifestatione, correctus in passione, rasus in flagellatione, punctatus in vulnerum infixione, super pulpito positus in crucifixione, illuminatus in sanguinis effusione, & illigatus in resurrectione, & disputatus in ascẽsione, quando sc. Angeli dicebant: *Quis est iste rex gloriæ? Quis est iste, qui venit de Edom?* Apertus vero erit, & explicatus in iudicij promulgatione. Iste igitur est liber de quo dicitur 2. Par. 34. *Reperit Helchias sacerdos librum legis in arca.* Est etiam ille liber, de quo dicitur Hier. 32. *Sume librum emptionis hunc signatum, & librum hunc, qui apertus est, & pone in vase fictili.* Liber enim signatus est diuinitas, liber apertus est humanitas, quæ in vase fictili, carnis sc. humanæ, & in latere arcæ, id est, in vtero virginis Mariæ fuit positus, & repertus. Et nota si vis, quod in isto libro in pulpito crucis posito & explicato possunt legi variæ lectiones. Ibi enim potest legere, scilicet

Superbus humilitatem in capitis inclinatione,
Auarus libertatem in manuũ extensione & perforatione,
Inuidus charitatem in lateris seu cordis apertione,
Diues spiritualem paupertatem in totius corporis denudatione.
Gulosus abstinentiæ parcitatem in amara aceti potatione,
Deliciosus pœnitentiæ asperitatem in coronæ spineæ impositione,
Iracundus benignitatem in crucifixorum indultione,
Instabilis stabilitatem in pedum conclauatione,
Luxuriosus castitatem in matris virginis discipulo, & in discipuli virginis matri virgini commendatione.

¶ De istis igitur lectionibus, & documentis dicitur Eccl. 24. *Hæc omnia, liber vitæ, & testamenta altissimi, & cognitio veritatis.* Hic igitur liber est diuinus. ¶ Quarto dico, quod est liber humanus, & iste similiter est duplex, est enim liber cõscientiæ cordialis, & liber apparentiæ corporalis. Liber conscientiæ continet bona & mala, quæ fecimus. Veruntamẽ modo est liber signatus occult⁹, & inuolutus, sed vere in iudicio omnibus erit apertus & expositus, quando complebitur illud Dan. 7. *Libri aperti sunt, & iudiciũ sedit.* Sunt enim libri conscientiæ nostræ, quæ in iudicio singulorum singulis aperiẽtur, & secundum illa, quæ ibi apparebũt, homines iudicabũtur. Vnde Apo. 20. *Libri aperti sunt, & alius liber apertus est, qui est vitæ. & iudicati sunt mortui ex his, quæ scripta erant in libris, secundum opera eorũ.* Iste liber est in multis valde male correctus imo quasi totaliter corruptus, sicut est illorum, qui librum conscientiæ suæ ad malum exemplar malæ vitæ aliorũ correxerunt & conformauerunt, & ideo multi sunt, qui in isto libro nesciunt legere peccata sua, vt ipsa confiteãtur. Quia quidam sunt, qui ibi legunt valde falsè, sicut sunt illi, qui vnum dicũt, & aliud omittunt in confessione, quidã basse nimis, sicut illi qui peccata sua nolũt confiteri, quidã nimis alte, sicut illi qui de ꝓprijs peccatis se iactant, & qui in eis gloriãtur Liber igitur talis sic corruptus dignus est destrui, & comburi, sicut dicitur Hie. 51. de libro, vt scriptæ erãt maledictiones Babylonis, de quo præcipitur, ꝙ *ligetur cum quodam lapide & proijciatur in medium Euphratem*, quia sc. tales libri, i.e. tales malæ conscientiæ, adiuncto sibi pondere lapidis sc. sententiæ diuinæ, infernali flumine submergũtur. Acto. 19. *Contulerunt libros, & combusserunt eos.* E
¶ Liber vero exterioris apparentiæ signat congeriem morum & virtutũ, quia quot sunt in nobis bona exempla & bona opera, tot sunt in libro cõuersationis nostræ bona aliorum documenta, sufficit.

## Liberalis. Liberalitas.

Nota, ꝙ virtus liberalitatis est medium inter duo vitia, quæ tenent extrema, quæ s. sunt auaritia & prodigalitas. A
Liberalitas est n dare danda, & retinere retinenda quia s. homo debet dare superflua, & retinere pro se & suis necessaria. Ad ꝙ etiam satis nos informat natura, quæ sc. effundendo germen, vel producendo fructus, nunquam tantum exuberat, quin semper humidum radicale retineat, quin semper illud, quod est necessarium ad sui & ramorum substantiam, secum conseruet & habeat. Sic vere debet facere quilibet prudens, quia s. nunquam tantum debet in interioribus liberalitatibus affluere, quin semp pro se & radicibus, i.e. pro parentibus & amicis, filijs, & nepotibus, consanguineis, & familiaribus necessaria debeat reseruare. Alias sicut arbor, quæ multum in vno anno fructificare solet (vt communiter) anno sequenti sterilis inuenitur, sic illi, qui dando nimis effluunt, infra breue tempus per paupertatem & miseriam sterilescunt. Mediũ ergo teneat liberalis, & sic agat ne per prodigalitatem pauper fiat, nec per auaritiã nimis viles. Vnde Sen. in Prou. *Age sic negotium alienum, vt tuum non obliuiscaris, amice ita prodesto, vt tibi non noceas.* B
¶ Et nota, quod

Liberalitas debet esse { Tempori coaptata,
Propere festinata,
Omnibus præseorata,
Prudenter moderata,
De nostro proprio ordinata,
Affectu intimo pensata.

¶ Dico ergo, quod liberalitas tempori, vel loco debet coaptari. Quia reuera sicut videmus, ꝙ natura in producẽdo fructus seruat tẽpora, quia sc. in æstate producit, in hyeme vero se retrahit atq; claudit, sic homo non in omni loco, nec in omni tẽpore debet liberalitatem facere, sed locum & tempus debitũ obseruare.

Quan-

[illegible] debet claudere & obstruere, vt tandē occasione & necessaria opportunitate inuenta possit ferri [illegible]. [illegible] Ambr. de offic. *Deus non vult opes effundi sed dispen*[illegible] qui simul totum effunderet, necessitatis tempore [illegible]. *Omni n. negotio tempus est & opportunitas.* Vt & sic [illegible] quem tempore competēti muat, illud Esa. 49. *Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te.* Ad [illegible] bu Senecæ Epi. 83. & l. 1. de beneficijs, vbi de m[illegible] bene[illegible] o loquēs dicit sic: *Tempore* inquit *beneficia ma*[illegible] & [illegible] vnus in fame panis, si eo animo quo de[illegible] q[illegible] tum sit, sed qua sit datum voluntate perpen[illegible] [illegible] unus licet idem sit tempore, loco & causa. [illegible] ratte [illegible] loco debet coaptari. ¶Secūdo dico, [illegible] cito debet festinari. Cito n. debet & [illegible] rei do petente affligere vel grauare. Sicut [illegible] *Spes quæ differtur, affligit animam, lignum vitæ desi*[illegible] & natura sua beneficia cito dāt, non n. pro[illegible] m[illegible] mento beneficia sua præstant, nisi sint ob[illegible] resistant. De Deo constat, quod subito solet gratiā [illegible] bstaculum peccati faciat hoc differri. Si n. cor[illegible] etti, nunquam Deus gratiam retardabit. *Nescit n. Spiritus S. gratia* dicit Greg. De natura etiam con[illegible] posita materia, in momento solet natura formā in[illegible] urbul[illegible] ntis nubib. aere depurato, solet solus præ[illegible] bito diffundere & mundū in momento suis [illegible]. Sic reuera dicam de homine liberali, quia [illegible] lqua n v det, quod mediū est dispositum, & quod [illegible] pus, persona, locus, causa, nō debet procra[illegible] ste voluerit, cito dare. Vnde Senec. de bene[illegible] *Acerba* (inquit) *crudelitas est differre pœnam, genus mise*[illegible] *ridere*, &c. maior est gratia, quæ minus diu pet[illegible] [illegible] quod *proprium est libenter facientis cito facere.* [illegible] *animo non facit.* Ista tamen sunt contra mul[illegible] [illegible] dipsi dant tanta dilatione trahunt, quod gratia [illegible] proprie, imo carissime vendunt. Isti ergo liberales [illegible] sunt, quia non libere, imo coacte faciunt, [illegible] Contra quos dicit Cassio. in epist. quod *hone*[illegible] *est non negare quam longos terminos assignare.* Minus enim deci[illegible] rmet denegatur. Re enim ad multam instantiam [illegible] a videt[illegible] *Gratum est donum, quod venit ante preces.* Sene[illegible] benefi[illegible] dicit. *Beneficium debet esse, Nulla dilatione suspensum, precibus redemptum, Nullo merito comparatum.* [illegible] igitur propere vel cito debet festinare, seu sine dif[illegible] properari.

[illegible] quod liberalitas cunctis hominib. debet elargiri. [illegible] animus debet omnib. generaliter esse liberalis, & [illegible] b benefacere, quando potest, exemplo cœli & solis, qui [illegible] creaturis influunt & a suorum radiorum influentia nil [illegible] nde Seneca de beneficijs l. 1. dicit, quod *officiū libe*[illegible] *petenti dare & Deos imitari. Si Deos* (inquit) *imitaris, da* [illegible] Nam & piratis maria patēt & sol oritur sceleratis. [illegible] tamen, quod illud intelligitur cęteris paribus. Nam sol [illegible] partes magis propinquas quam remotas & mare [illegible] arenas & terras sabulosas irrigat, quā fœcundas cum [illegible] propinquæ. Sic vere cū liberalis homo omnib. [illegible] facere, tamen propinquiorib. hoc est cōsangui[illegible] nib. & amicis & arenosis, hoc est sterilibus, pau[illegible] debet cæteris paribus primo dare & eis, quod [illegible] ministrare. Vnde Ambr. de offic. dicit sic. *Li*[illegible] *quam probas et pauperis & non tuum.* liberalitas n. [illegible] tempore commendatur, vt s. primo extenda[illegible] fidei. Et ibid. dicitur, quod *impari necessita*[illegible] *sui quam alijs.* Quod tamen est contra mul[illegible] [illegible] liberales sunt non pauperibus, sed diuitibus, non pro[illegible] pinquis, sed extraneis, non egenis, sed potentibus. Heu quot sunt hodie qui magnatibus liberales existunt & erga eos abundanter expendunt, vt amplius habeant, vel vt largitatis nomen acquirant, sua copiose distribuunt, pauperes vero Christi & etiam pauperes de genere suo deserunt & dimittunt, nec eisdem impendere quicquam volunt. De quo dicit Petrus Ranen. in quodam sermone *Helisæus vasa ter vacua implebat & deficientibus o*[illegible] *lebat. Modo vero vasa vacua contemnuntur & plena semper implen*[illegible] [illegible] *ad fluuios, & aquæ in mare deferuntur, arentes autem terræ sub*[illegible] *& semina, quæ non indigent, irrigantur.* Igitur liberalitas [illegible] debet dispensari seu etiam elargiri.

¶Quarto dico, quod liberalitas lance prudentiæ debet moderari. Et ad [illegible] applica illud, quod dictum est supra paragrapho 1. Ad quod facit illud Greg. qui dicit, quod *in liberalitate modus adhibendus est & rerum & personarum. Rerum, vt non vni omnia sed singulis erogentur: Personarum, vt primo tribuamus bonis, deinde alijs.* Igitur liberalitas lance prudentiæ debet moderari. E

¶Quinto dico, q liberalitas de nostro proprio debet ordinari, quia reuera homo debet esse liberalis de suo, nō de alieno, quod est cōtra modernos diuites & potentes, qui s. aliunde vndiq; rapiunt & pompas, festa & conuiuia liberaliter faciunt, ita q alij homines tales liberales & magnificos esse dicunt, & sic nomen liberalitatis, alienis et pœnis, acquirūt. Similes aquilis & leonib. qui s. sunt liberales non de suis, sed de alienis, quia s. illud quod alijs auib. & bestijs sequentib. tribuunt, aliarū auium & bestiarum carnis sunt quas rapuerunt. Sic illi, quod suis sauentib conferunt, ab innocentium subditorū substantijs & corporib. intrpiter exactionarūt, de quo Ambr. de offic. dicit sic, quod *illa liberalitas non probatur vbi ab altero extorquetur, vt alteri largiatur.* Igitur liberalitas de nostro proprio debet ordinari, seu dispensari. F

¶Sexto vero dico, quod affectu intimo debet pertractari. Ille n. qui libertatē facit, affectuose & ex animo ipsam debet facere. Ille vero, qui illā recipit magis debet ad animum, quā ad factum attendere, & magis dantis voluntatē & possibilitate quam muneris quantitatē pensare. Ad quod facit exēplū pauperculę mulieris, quæ duo æra minuta offerebat in tēplum, cū multi diuites multa & magna offerrēt, & tn̄ Christus oblationē eius modicā, oblationib. diuitum qui magna offerrebāt, prætulit. Luc. 21. ita q bonæ matronæ voluntatē & affectum multo amplius, quam diuitum immensa munera reputauit. In liberalitate ergo magis pensandus est affectus quā effectus, magis voluntas, quā quantitas & potius dantis tenuitas, quā liberalitas. Ad q facit dictum Valerij in serm. *Parua inquit ex voto offerētur in magna sunt munera.* Et Sen. de benef. l. 1. dicit sic. *Magis me obligat, qui dedit parua magna liberalitate & qui suā paupertatē oblitus ad meā respexit.* Et Ambr. super epist. ad Corint. dicit, quod *non solum quæritur quantum sed & de quanto animo tribuatur.* Idem & libro de viduis dicit, quod *vberius est munus ex paruo, quam thesaurus ex maximo, quia non tantū quod datur, sed quantum residuat perpenditur.* Nemo enim plus tribuit, quam qui sibi nihil relinquit. Igitur dicam, quod liberalitas debet habere istas sex conditiones iam dictas, videlicet quod G

Ex affectibus debet compēsari, De proprio debet dispensari,
Sapienter debet moderari, Vulgariter cunctis debet dari,
Festinanter debet properari, Temporibus debet coaptari.

Et ista sufficiant ad præsens. Et parcat lector, si vocabula in omnib. non allegantur, quia in Biblijs quasi nullæ sunt auctoritates vocales de liberalitate & ideo quæ dixi, necesse habui à libris originalium aggregare. Vide supra in titulis liberalitati [illegible] significantibus, videlicet in tit. beneficia, eleemosyna, misericordia, dare, erogare, tribuere, concedere, vel offerre & similibus.

## Liber. Libertas. Liberare.

Nota, quod libertas opponitur seruituti. Et ideo sicut triplex seruitus inuenitur sic possumus tripliciter distinguere libertatem. Est enim A

Seruitus Infirmitatis, Iniquitatis, Aduersitatis.

Prima est seruitus naturalis,
Secunda est seruitus criminalis,
Tertia est seruitus infernalis.

Sic pro certo dico, q est libertas naturæ, gratiæ, gloriæ. ¶Libertas n. naturæ nos liberat à carnis infirmitate & ista fiet in die iudicij, quia s. quādiu viuimus, sēper miserijs & passionib. subiecti sumus & seruimus. Rō. 8. *Vanitati subiecta est omnis creatura.* Sed in resurrectione creatura liberabitur à seruitute corruptionis, sicut dicitur ibid. Libertas gratiæ nos liberat à cordis iniquitate, de qua Ro. 6. *Cū n. serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ.* Libertas gloriæ nos liberet à pœnarū aduersitate, de qua dicitur Gal. 4. *Illa, quæ sursum est Hierusalē, libera est quæ est mater nostra.* Dicamus ergo generaliter de libertate, quod ille proprie dicitur liber, qui nulli subijcitur seruituti. ¶Dico ergo, quod libertas est aliquotiens B

Vitiosa, Virtuosa, Gloriosa.

Vitiosa libertas est libertas fatuorū, qui nulli iugo disciplinę volunt subijcere colla sua & ideo ad modū onagrorum & bubalorū semper indomiti, incorrecti & indocti perseuerāt de quib. dicitur Iob. 11 *Vir magnus in superbiam erigitur & quasi pullum onagri se liberū natū putat.* Libertas virtuosa est libertas perfectorū [illegible]. *Qui autem perspexerit in lege perfectæ libertatis, hic perfectus erit.* Li-

bertas gloriosa est libertas beatorum, qui sc. à cunctis miserijs & tribulationib. huius mundi sunt liberi. Vnde Pro. 11. *Iustus de angustia liberatus est.* Dicamus igitur de libertate gratiæ, quæ est virtuosa. Sicut n. captus ab hostib. efficitur seruus hostium, reuersus vero post & redditus iterum efficitur liber & restituitur in soto pristinæ libertati, sic vere charissimi, qui à diabolo capitur per peccatum, efficitur seruus suus, quia sicut dicitur Io. 8. *qui facit peccatum seruus est peccati.* Sic vere quando per pœnitentiam ad statum gratiæ reuertitur tunc à seruitute diaboli liberatur & libertati filiorũ Dei restituitur & donatur Rom. 6. *Liberati à peccato, serui autem Deo facti.* Peccator n. est sicut elephas, qui cadens in foueam præ grauitate corporis non potest per se liberari, sed venit cautus venator liberatis eum de fouea & sic elephas gratificatus domesticus efficitur & liberanti de cætero subiugatur. Sic vere charissimi, cum homo cadens in foueam peccati non possit per se fugere, nisi exinde per gratiam à Christo liberetur, ideo eius seruus debet fieri & ei perpetuo subiugari. Liberati inquit à peccato, serui autem facti Deo. ¶ Vbi aduerte, quod qui

C vult à malo fieri liber, debet principaliter tria facere, videlic. Extirpare causam inficientem, scil. peccatum. Ministrare causam perficientem, sc. mentem: procurare causam proficientem, scil. Domini seruitutem. Debet enim homo, si vult liberari,

Extirpare culpæ naufragium (Peccato inquit)
Præparare cordis officium (Serui inquit)
Procurare Dei subsidium (Deo inquit)

Liberatur enim

Per { Sublationé iniquitatis. Ideo dicitur (Liberati peccato)
Subiectionem humilitatis. Ideo dicitur (Serui facti,)
Subuentionem diuinitatis. Ideo dicitur (Deo.) }

¶ Dicit ergo, quod ad liberationem nostram tam pœna, quam à culpa, necesse est

Quod { Auferatur mentis iniquitas (A peccato)
Inferatur cordis humilitas (Serui)
Afferatur iuuans diuinitas (Deo.) }

Primo ergo dico, quod si volumus liberati, nos debemus expiare nocumentũ iniquitatis quod ostéditur cum dicitur. Liberati à peccato. Peccatum n. ante omnia debet eijci, alias à manu diaboli non possumus liberari. Peccatum n. est sicut laqueus aucupis, sicut rete venatoris, sicut sagena piscatoris, in quo dũ aliquis fuerit, à seruitute diaboli nunquam liber erit. Sicut n. infirmus nunquam fit liber ab infirmitate, nisi primo expellat malos homores, qui sunt causa infirmitatis (vnde ẽt de cane dicitur, quod sentiens periculum comedit graméː & vomens ab infirmitate liberatur) sic vere cum peccatũ sit causa spiritualis seruitutis & infirmitatis, ante omnia necesse est, quod ipsum eijciamus & euomamus, vt libertatem & sanitatem spiritus resumamus. Liberasi inquit à peccato. Eccles. 47. *Ab omnibus peccatis liberabit eos.* ¶ Et nota, quod multa sunt, per quæ liberamur à peccato, videlicet

Per { Eleemosynæ largitatem,
Pœnitentiæ grauitatem,
Continentiæ puritatem. }

Dico ergo q liberamur à peccato per eleemosynarum largitionem. Sic liberatur leo, qui sentiẽs propter nimiam repletionem se nó posse fugere, nec venatorem euadere, solet proprijs vnguibus cibos eijcere & sic per corporis alleuiationẽ se à venatorib. liberare. Quia sc. quádo cibos bonorum temporalium alijs per eleemosynas dispergimus nos à venatore diabolo liberamus & à mortuis æternæ periculo nos saluamus. Vnde Tob. 4. dicitur: *Eleemosyna ab omni peccato & à morte liberat.* Itẽ liberamur per pœnitentiæ tolerationem. Sicut n. Ericius per spinas quibus est indutus, solet canes euadere & se ab eorum morsibus liberare, sic homo qui spinis, i. pœnitentiæ punctionibus induitur, à canum morsibus, i. dæmonum tentationibus liberatur. Vnde Sap. 14. *Transeuntes mare per ratẽ liberati sunt.* Mare n. amaritudinem pœnitentiæ designat. Quia sicut venator insecutus à tigride, fugiẽdo & mare & nauem intrando & aliquẽ de raptis catulis dimittendo, potest saluari & liberari (quia sc. dũ vnus de raptis catulis in via dimittitur, tigris ipsum ad cubile reportãs dat venatori spatium fugiendi) sic vere si de cubili tigridis, i. de mundo catulos suos, i. bona temporalia peccata & vitia reportamus necesse est, quod ista dimittamus per contritionem & fugiamus per occasionis euitationem & quod etiam mare pœnitentię intremus per amaritudines pœnarum tolerationem. Tribulatio n. correctio, contritio, confessio, ieiunium & peregrinatio, sunt illa sex, quæ liberant hominem à peccato, iuxta illud Iob 5. *In sex tribulationibus liberabit te, in septima non tanget te malum.* Sex n. tribulationes sunt sex prædictæ pœnitentię portiones Potissime aũt confessio liberat, quia sc. sicut crocodilus sentiens se à vermib. grauatũ solet os suum quibusdam auib. paruis aperire, quæ ventrẽ subintrantes solent beluá à dictis vermib. liberare, sic vere nos quorum venter, i. conscientia peccatorum vermib. est grauata, si exinde volumus liberari, debemus os nostrum auibus, i. viris spiritualib. sc. sacerdotib. per confessionem aperire & ventrem conscientiæ eis patefacere & sic per eorũ ministerium nos ipsos poterimus à vermib. conscientiã corrodentib. liberare. Pro. 12. *Os iustorũ liberabit eos.* Liberamur igitur à peccato per pœnitẽtiæ grauitatẽ. Itẽ liberamur à peccato per continentię puritatẽ. Sicut n. castor per testiculorum detrũcationem & per pudẽdorum resectionem à venatorib. liberat semetipsum, sic à venatoribus inferni nos per tentationes carnis insequentib. sagaciter liberamur, sic per virtutẽ castitatis ab actib. venereis detruncamur. Ab isto peccato petebat Dauid liberari, cum dicebat in Ps. 50. *Libera me de sanguinib. Deus Deus salutis meæ.* Apostolus ẽt sentiẽs istos venatores, s. carnis tentationes, dicebat Ro. 7. *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius*, q.d. h.e. difficile. Sic igitur patet, quomodo si volumus esse liberi, nos debem⁹ expiare nocumentũ omnis iniquitatis. (Liberati inquit à peccato.) ¶ Secũdo

D dico, q nos debemus vendicare omnis humilitatis fundamentum, quod ostenditur cum dicitur (Serui facti) Seruitus n. Dei summa est libertas, quia s. à seruitute diaboli liberat, quæ est superbia. Cũ n. superbia sit seruitus diaboli, quia sicut dicitur Iob 41. *Ipse est rex super omnes filios superbiæ*, seruitus aũt Christi est humilitas, inde patet, quod per istam seruitutẽ efficimur liberi & immunes, iuxta illud Ps. 114. *Humiliatus sum & liberauit me* (Serui inquit facti) Iob 3. *Paruus & magnus ibi sũt & seruus liber à domino suo.* (Seruus inquit & liber) q.d. Ista seruitus est libertas: & sicut communiter dicitur: Deo seruire regnare est. Sicut Adamas ẽt tantæ est potentię quod ferrum à magnete tractũ & suæ seruituti subiectũ violenter ad se trahit & à magnetis subtrahit potestate, sic vere cum ferrum, i. peccatorem frigidum & durum & ferreum à magnete, i. à diabolo qui eum per peccatũ tenet subiugatum, solus Adamas Christus ad se per suam gratiã approximat, ab ista seruitute retrahit & liberat & ad suam seruitutẽ quæ libertas est attrahit & inuitat. (Serui ergo facti.) Quia s. sicut elephas vt dictũ est, seruit illi, qui ipsum à fouea liberat, & qui ipsum à venatore pungente & eũ offendente defendit: sic Christo seruire debemus, per quem à venatore diabolo liberati sumus & liberari quotidie nos sentimus. Vnde Luc. 1. *De manu inimicorum nostrorum liberati, seruiamus illi in sanctitate & iustitia coram ipso omnibus diebus nostris.* Vnde nota, quod ista seruitus est libertas,

Propter { Sanctitudinem affectionis,
Rectitudinem intentionis,
Longitudinem durationis. }

Seruire enim debemus Deo

Per affectus limpitudinem (In sanctitate inquit)
Per effectus rectitudinem (Iustitia inquit)
Per profectus longitudinem (Coram ipso inquit omnibus diebus nostris.)

Seruire n. nos digne faciũt ista tria, sc. affectus puritas & limpitudo (In sanctitate inquit) Effectus veritas & rectitudo (Iustitia inquit) Profectus firmitas & longitudo (Omnib. inquit diebus nostris) ¶ Debemus igitur si volumus esse liberi, vendicare fundamentũ omnis humilitatis (Serui inquit) ¶ Tertio dico, quod nos debemus procurare iuuamentũ grandis auctoritatis (Deo inquit) Deus n. est ille solus, qui nos potest à nostris aduersarijs liberare. Sine isto n. & sine sui adiutorio nunquã fit homo liber à culpa, nec finaliter à pœna Galactites n. est lapis, cuius præsentia liberat portantem ab impugnatione muscarum. Facit enim lapis iste amabilem ipsius portatorem, quia sc. si vnctus fuerit oleo seu lacte & istum habuerit lapidem, non impugnatur à muscis, si vero lapis auferetur, statim impugnatur ab eisdem. Sic vere charissimi, sola præsentia & gratia saluatoris, quam per gratiam acquirimus & habemus, nos à muscis spiritualib. sc. à tentationib. & à dæmonib. dicitur liberare. Homo n. qui oleo seu lacte mundanæ prosperitatis inungitur, nunquam à muscis talib. liberatur, nisi gratia & præsentia Dei suffragetur. Vnde Hier. 1. *Debellabunt aduersum te, & præualere non poterunt, quia ego tecum sum* (dicit dominus) *vt liberem te.* Et ideo istam præsentiam & liberationem petebat Dauid in Ps. 80. dicens. *Veni ad liberandũ nos Domine Deus virtutum, ostende faciem tuam & salui erimus.* Potissime autem

autem iste genus humanum de carcere inferni sua beata passione liberādo fuit saphitus, qui dicitur vinctos de carcere liberare. Figuratus in ariete Abrahæ, quia sicut dicitur Gen. 22. *Dum Abraham arietem harentem veprebus occidit & immolauit, Isaac à morte liberatus fuit*, quia sc. duo populus Iudaicus, qui per Abraham designatus est, Christum inter vepres, i. inter ligna crucis occidit, Isaac, i. humanum genus à morte perpetua liberauit. Christo. passio, nostra fuit liberatio. Vnde de patribus ab inferno liberatis dicit ipse Christus Ose. 13. *De manu mortis liberabo eos & de morte æterna eruam eos. Et mors tua, ô mors, morsus tuus ero in inferno* (Deo ergo inquit. Vnde 2. Mac. 1. *Deus creditor fortis & iustus & misericors, [illegible] solus iustus,qui liberas Israel ab omni malo.* Patet ergo charissimi quomodo si perfecte volumus liberari vel liberi appellari, nos debemus expellere, quod inficit scil. nocumentum mi[illegible] eato inquit) Adiongere, quod proficit, sc. fundamentum [illegible] litatis, qua debemus fieri serui: perquirere, quod p[illegible] tatio eorum diuinitatis (Deo inquit) Et hæc de libertate. Si vis ergo tractare de libertatione, qua homo [illegible] nem libertate, de qua dicitur in Ps. 81. *Eripite pauperem [illegible] de manu peccatoris liberate*, & Prou. 14. *Erue eos,qui ducuntur ad mortem & eos,qui trahuntur ad interitum, liberare ne cesses.* Vide sup. ra de ad[illegible] uate & in pluribus aliis titulis.

A Licere. Licet. Licentia, licitum. Cum omnia, quæ non sunt à Deo, ratione, scriptura, lege, natu[illegible] prohibita, videantur esse licita & concessa, iuxta [illegible] illud 1. Cor. 6. *Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt.* V[illegible] bit inter distinguendum de licentia, licito vel licere [illegible] amus, quod inuenitur quid
[illegible] icitum, quod est faciendum,
[illegible] citum, quod est fugiendum.
Inue[illegible] quoddam
[illegible] tum, quod est euitandum,
[illegible] tum, quod est sustinendum.

P[illegible] licamus, quod est quid licitu, quod debet exerceri. [illegible] d est illud quod non solum est licitum fieri, imo etiam man[illegible] Licentia n. benefaciendi secum importat mandatum [illegible] essitatem illius, quod licitum est operandi. Luc. 6. dixit C[illegible] it. *Itaq; vos qui licet sabbathis benefacere.* Ista est autem licentia o[illegible] n nisi concessa, quia sc. omnib. data est licentia benefaciendi & ab illicitis abstinendi & quod plus est, à cœleste palat[illegible] introeundi. *Antiquitus enim apud Assyrios non erat licitum sacco [illegible] aulam regis intrare*, sicut dicit Hest. 4. Etiam in nuptijs [illegible] eis ille arguitur, qui carens vestibus nuptialib. in conuiuio [illegible] cebatur Mat. 22. Sed modo sic hodie, quia omni tempore temporaliter, vel moraliter male indutio licet benefaciendo fe[illegible] & ad cœli conuiuium sursum ire. Vnde Sen. in Epist. S[illegible] *in cœlum ex angulo licet.* Vnde Tob. 3. dicitur sic. *Hoc pro certo [illegible] omnis qui colit te, quia vita eius si in probatione fuerit, coronabitur: autem in tribulatione fuerit, liberabitur & si in corruptione fuerit [illegible] ad tuam licebit venire.* Igitur dico, quod est quid licitum [illegible] debet exerceri. ¶Secūdo dico, quod est quid licitum
B [illegible] bet cohiberi. Licitum est n. vt rebus & generaliter licitum est homini, quod omnia possit facere, quæ de sua natura sunt peccata, sicut bibere, comedere, nubere & similia. [illegible] tamen huiusmodi licentiam aliquoties cohibere, & ne [illegible] tur illicita, à licitis aliquoties abstinere. Nonne infir[illegible] licitis abstinet ne fortitan mortē grauiorem infirmi. [illegible] incurrat Sic homo, qui sanitatem perfectionis vult e[illegible] & [illegible] infirmitate peccati, quæ se sensit laborare, vult [illegible] icitis vti non debet, imo ab ipsis abstinere mol[illegible] *Iat. 20. An non licet mihi quod volo facere* & Apo[illegible] stol [illegible] *mihi licent, sed non omnia expediunt.* Vnde Greg. Ho[illegible] 34. [illegible] *tandum summopere est, quod qui se illicita meminit commisisse, ab aliquibus etiam licitis studeat abstinere, vt per hoc conditori suo satisfaciat vt qui ce[illegible] illicita, sibimetipsi ascendere debeat etiam concessa & se reprehendat in minimis, qui deliquisse meminit se in maximo.* Breuiter ergo ista est veritas, quod licentia est simpliciter cohibenda & ne forte abutantur ea, loco & tempore à superioribus distringenda. Hest. *Optime nosti, quod non expedit regno tuo, quod consolescat per licentiam.* Et maxime istud potest dici de quibusdam, quib. licet quid[illegible] ber, sicut Sen. dicit de Cæsare & Alexandro, quod [illegible] *quicquid libuit, licuit,* hoc est dictum, impunes fuerunt, nul[illegible] n. qui ipsos corrigere habuerunt & ideo non mirum si mala plurima commiserunt. Licentia ergo malefaciendi, vel [illegible] ebus immoderate vtendi est restringenda & ab illis, qui tegere se nesciunt cohibenda. Vnde August. 3. d Polit. dicit. *Cui in[illegible] quit) licentia iniquitatis eripitur, vtiliter vincitur, quoniam nihil est infelicius fœlicitate peccantium, qua pœnalis nutritur impunitas & mala voluntas velut hostis interius roboratur.* Patet ergo, quod est quid licitum, quod debet cohiberi. ¶Tertio dico, quod est quid illicitū, C
quod debet præcaueri & istud pro certo est illud, quod de sui natura peccatum est mortale. Secund. Medicos n. illa, quæ à tota specie venenosa sunt, contraria via remedium inuenitur. Sic est de illis quæ de sui natura sunt mortalia & illicita, sicut sūt actus luxuriæ, motus sæuitiæ, ritus stolnij, fructus iniquitiæ. De luxuria dicitur Marc. 4. *Non licet tibi habere vxorem fratris tui.* De sæuitia dicitur Ioan. 18. *Nobis non licet interficere quenquam.* De ritu vero, seu de cultu idolorū & idololatria dicitur 1. Pet. 4. *Ambulauerunt in illicitis idolorum cultibus*, vt de hæreticis dicamus illud Act. 16. quod *isti annunciant nobis morem, quē non licet nobis suscipere.* De lucro seu fructu nequitiæ seu auaritiæ dicitur Tob. 2. *Non licet nobis edere de furto.* Aduerte tamen, quod multa sunt de sui natura licita, quæ propter malum vsum vel etiā propter carentiam circumstantiæ debitæ in esse efficiuntur illicita. Vnde Ambros. 10 serm. quodam dixit, *quod opus omne sine crimine est, sed ordinatio non nomen facit crimen.* Tunc n. illicitum est quando aliter fit quam concessum sit, istud est ergo illicitum, quod debet præcaueri.

¶Quarto dico, quod est quid illicitum, quod debet sustineri, D
& illud est quando aliquid de sua natura licitum prohibitione superioris efficitur illicitum, sicut dicebat 2. Cor. 12. *Se audisse arcana verba, quæ non licet homini loqui.* Tale enim illicitum est patientia tolerandum & si vti necesse fuerit tali illicito, tunc est ante omnia humiliter impetrandum. Exemplo filiorum Israel, qui dicebant regi Edom: *In extremis finibus tuis positi obsecramus,vt nobis liceat transire per terram tuam.* Num. 20. Sic igitur patet de licito & illicito.

Ligare. Ligamentum. Nota, quod ligare multipliciter dicitur A
in scriptura, secundum quod res multis de causis vinciūtur & ligatur. Sicut enim patet ad sensum,

Ligantur { Boues vt coniungentur,
Infirmi vt medicentur,
Tauri, vt edomentur,
Fures, vt moriantur,
Scelerati, vt suspendantur,
Vineæ ne fructus earum corrumpantur.

Et sic possum dicere, quod moraliter loquendo, ligare accipitur in bono & in malo. ¶Primo ergo dico, quod ligare in bono significat ligamentum amicitiæ & dilectionis, obedientiæ & subiectionis, perseuerantiæ & durationis. Ista sunt tria genera spiritualium ligamentorum, quibus sc. boni in hoc mundo ligantur, videlicet copula dilectionis, qua cōbinantur, ferula subiectionis, qua subiugantur, chordula affectionis seu confirmationis, ne ab inuicem dissoluātur. ¶Dico ergo, quod nos debemus ligari per dilectionis combinationem. Dilectio n. est quoddam spirituale vinculum, quo duo corda inuicem coniunguntur, ita quod vnum cor & vnus spiritus efficiantur & charitatis glutino combinantur & copulantur. Boues n. solent inuicem ligari, vt possint melius operari. Quia scil. illi in agro dominico melius operantur, qui officijs mutuæ charitatis colligantur. Quod bene figuratur Iosf. 2. vbi dicitur, quod *mulier in cuius fenestra funiculus & coccineus erat ligatus, saluata fuit in excidio ciuitatis.* Figuratur etiam Num. 19. vbi dicitur, quod *vas quod non habebat coopertulum, nec ligaturam desuper, immundum erat.* Quia vere charissimi, illi, qui habent funiculum coccineum charitatis & ligaturam amoris & vanitatis, dum tamē cum hoc habeant operculum & regimen humilitatis, ne cum Hæreticis, l. cum mundo pereant, præseruabuntur & iouodi & accepti apud Deum iudicabuntur. Ideo de istis ligaturis dicitur Io. 19. *Acceperunt corpus Iesu & ligauerunt linteis.* Corpus enim Iesu est Ecclesia, quod tunc linteis ligamē, quando eius membris suis dilectionis funibus inuicem adunatur. Ligantur ergo boni per dilectionis combinationem. ¶Secundo ligantur boni per subiectionis colligationem. Sicut enim animalia syluestria ligantur & stringūtur, vt cicatrentur & vt iuntur vt domita efficiantur, & à sua naturali insolentia arceantur, sicut patet de simijs & vrsis (vnde etiam dicit Plinius, quod in India sunt tauri maximi & ferocissimi, qui tamen si sub fictu fuerint ligati, subito mansuescunt. Quando etiam elephas de nouo capitur, pedes eius tamdiu ligantur quousque plene fuerit edomatus) sic vere charissimi homo syluestris, vanus & mundanus, pecca- B

peccator insolens & elatus nunquam moraliter domaretur, nec ad vsum Dei & Ecclesiæ vtilis efficeretur, nisi vinculis obedientię stringeretur & nisi diuinorũ mandatorum funibus ligaretur. Et ideo sancti & boni sub arbore ficus, i. sub deuotione crucis sanctæ fuerunt ligati & Deo & prælatis per obedientiam subiugati, fuerunt plene domiti & edocti. Iud. 6. *Ligauerunt Achor ad arborem*. Et Eze. 3. *Fili hominis, ecce data sunt super te vincula & ligabunt te in eis & non egredieris & linguam tuam adhærere palato tuo faciam, & eris mutus*. Vbi aduerte, quod religiosi & cæteri boni subditi debent tria bona facere, videlic. mandata tenere (Data inquit sunt super te vincula) supple mandatorum. In claustro manere (Non egredieris inquit) verbis silere (Et linguã tuam, inquit adhærere faciã palato tuo & eris mutus) Isti ergo ligantur per subiectionis

C subiugationem. ¶ Tertio dico, quod boni ligantur per affectionis confirmationem. Sicut n. res quandoq; solent ligari, ne dissoluantur, vel vt fortiter adhæreant & cõstringantur, sicut patet de dolijs & alijs similib. sic vere boni & iusti vinculis perpetuæ perseuerantiæ, cum domino sunt ligati, ita quod ab ipso nunquam erunt de cętero separati. Io. 18. *Comprehenderunt Iesum & ligauerunt eũ*. Nos n. debemus esse cum Deo perpetuo colligati & etiam gratię & virtutes nobis debent sine termino copulari, sicut de lege Dei præcipitur Prou. 6. *Liga eam in corde tuo iugiter*, & Prou. 7. dicitur, *Serua mandata mea & viues & legem meam quasi pupillam oculi, liga eam in digitis tuis & scribe eam in tabulis cordis tui*. Sic ergo patet, quod est triplex ligatura bonorum, scilicet

Ligatura { Perseuerantiæ & durationis, Obedientiæ & subiectionis, Amicitiæ & dilectionis.

D Sic ergo patet quomodo ligare accipitur in bono. ¶ Secundo dico, quod ligare accipitur in malo. Et sic dico, quod sex sunt ligamenta peccatorum, scilicet

Ligamentum { Cupiditatis, Carnalitatis, Fallacitatis, Societatis, Tepiditatis, Pœnalitatis.

Ligantur n. auari vinculis cupiditatis, sicut patet de vrso, qui ligatur ad stipitem vel ad truncũ seruãdum, qui tñ e contra à trunco ligatus ipsemet custoditur & firmiter reseruatur. Sic vere diabolus vrsos, i. diuites hirsutos & grossa pelle bonorum temporalium circumdatos & vallatos solet cum catena auaritię ad stipitem diuitiarum ligare, circa quẽ non cessant quotidie de foro ad forum, de mercato ad mercatum currere & circuire. Ps. 11. *In circuitu impij ambulant*. Sed istud verũ est, quod isti auari non seruant truncũ suum, i. diuitias suas, imo potius econuerso, à diuitijs suis custodiuntur & ab eis in carcere auaritię detinẽtur. Fig. Dan. 3. vbi dicitur, quod *rex Babylonis ligatis pedib. & manib. Sydrac, Misac & Abdenago misit eos in fornacem ignis*. Quia pro certo rex Babylonis, i. rex confusionis diabolus auaris cum vinculo amoris diuitiarum ligat pedes & manus. Pedes affectionum, ne ab ipso possint recedere, manus, ne pauperib. possint aliquid porrigere & sic ligati in fornace, i. in ardore & inflammatione auaritiæ ponuntur, vbi continue comburuntur. Sicut & de vulpibus dicitur Iud. 15. quod *Samson ligauit faces ad caudas vulpium trecentarum, quas dimisit ire, ita quod segetes Philisthijm combusserunt*. Quia scil. auari fallaces & vulpini, faces auaritię habent caudam, i. ad finẽ vitæ principaliter alligatas, quia sc. auari solẽt in senectutis tempore igne cupiditatis exardere. Isti igitur segetes Philisthijm, i. e. substantias pauperum solent vastare & totam patriam vsuris & exactionib. dissipare. Igitur ligantur auari ligamine cupiditatis.

E ¶ Secundo dico, quod ligãtur luxuriosi funiculis carnalitatis, similes aptaleonti, qui descendens ad aquã in ripa Euphratis, cornua sua in viminib. taliter ligãtur, quod quamuis sit animal fortissimum, ibi penitus arrestatur & cũ à venatore inuentus ibi capitur & necatur. Quia vere sæpe fit quod dũ aquam delitiarum diligimus, viminib. & ligaminib. malarum concupiscentiarum taliter ligamur, quod ibi toto vitæ nostræ tempore remanemus, ita quod mortẽ æternã incurrimus & habeamus. Figurati in Samsone, qui à Dalila ligatus & tõsus, Philistęis fuit traditus, à quib. extitit excæcatus & carceri mancipatus. Quia pro certo dũ Dalila, i. mala mulier, Samsonem, i. hominem vinculis suis, hoc est dictum, verbis, nutibus, aspectibus & gestibus strinxerit & ligauerit, statim in manu Philistinorum, i. vitiorum traditur à quib. per obstinationem excæcatur, & à quibus malæ consuetudinis carceri mancipatur. Iud. 15. *Ligauerunt Samson duobus nouis funibus*, & ibidem dicitur. *Si ligatus fuero 7. funibus nec dum siccis & adhuc virentibus infirmus ero, vt cæteri hominum*. Septem enim funes sunt 7. conditiones vel irritationes, quæ ligant hominem in amore carnalitatis, videlicet

Pulchritudo corporis,
Aptitudo temporis,
Vestium ornatus,
Verbalis affatus,
Carnis dulcedo,
Aspectuum gratitudo,
Saltuum & gestuum insolens turpitudo.

Isti ergo ligantur funib. carnalitatis. ¶ Tertio dico, quod quidam li- F gantur funib. fallacitatis & isti sunt pauperes, qui ab aduocatis vsurarijs & auaris ligantur, & inuoluuntur per malos contractus, similes elephantib. quos dracones solẽt caudis suis per pedes ligare, vt ipsos ad terram possint detrahere. Aranea etiã solet filis suis os capitis muscę primo ligare, vt humiditatem eius sugere & habere possit. Quia vere tales fallaces, simplices & ignaros per os ligant, i. per verba taliter illaqueant & inuoluunt, quod necesse habent recedere per paupertatem, & etiam perdere totã humiditatẽ suę substantię temporalis. Prou. 11. *Illaqueatus es verbis oris tui & captus propriis sermonib*. ¶ Quarto dico, quod quidam ligantur G funib. societatis, quia sicut dracones solẽt se per caudas ligare in magna quantitate, quia sc. quandoq; decẽ simul vt securius possint mare transfretare, sicut dicit Plin. sic vere mali in mari huius mundi inuicẽ ligantur & sociantur, vt magis fortes & securi contra omnes alios inueniãtur Ps. 47. *Congregati sunt, conuenerũt in vnum aduersus dominũ*. ¶ Quinto ligantur aliqui funib. tepiditatis. H Quia sicut ille, qui habet ligatos pedes & manus, non potest aliquid operari, sic qui vinculo pigritiæ & torporis ligatus fuerit, nunquã ad aliquod bonũ opus amplius se mouebit. Mat. 22. *Ligatis manib. & pedib. eius mittite eũ in tenebras exteriores*. ¶ Sexto ligantur aliqui funib. pœnalitatis, s. in hoc mũdo per paupertatẽ, & in inferno per dãnationis aduersitatẽ. Sicut n. fures ligantur ad suspendiũ vt moriantur, Ericius etiam ligatus suspenditur, vt fame interficiatur, & sua pellis aculeata, detrahatur, sic mali diuites in inferni patibulo ineuitabiliter ligãtur, vt ibi perpetuo moriatur & vt alijs sua pellis substantiæ habeatur. Es. 22. *Omnes principes eius fugerũt, dureq; ligati sunt*. Sic ergo patet quomodo mali dicuntur ligari per cupiditatẽ, per carnalitatẽ, per fallacitatem, per mali societatem, per tepiditatem, per pœnalitatem, &c. S. fi[illegible]. Vide supra de alligare, coniungere, congregare, & infra de vinculo.

# Lignum. Ligna.

Nota, quod lignum in scriptura multipliciter sumitur. Sumitur enim in bono & in malo: In bono generaliter per lignum intelliguntur tria genera, videlicet A

Crucis dominicæ afflictio,
Viatoris boni perfectio,
Morum & virtutum conditio.

Dico, quod per lignũ intelligitur crux. & afflictio saluatoris, quia sicut phœnix solet ligna aromatica quærere, & inter illa se comburere & cremare, vt tandem reuiuiscens se valeat renouare, vere Phœnix auis vnica, sc. Christus & vnigenitus Dei patris, inter ligna crucis combustus, i. cruciatus & afflictus fuit, & morti etiam subiugatus, quia sicut dicitur Cant. 3. *Ferculum sibi fecit rex Salomon de lignis Libani*. In resurrectione tamen fuit postmodum renouatus, & per carnis glorificationem iuuentuti, & vitæ pristinæ restitutus. Quod figuratũ est Leu. 1. vbi dicitur, quod *prius detracta pelle hostia concisa debet super struem lignorum superponi, & ibi domino immolari, & penitus concremari*. Quia vere Christus concisus & vulneratus, & pelle, i. e. vestibus exutus & spoliatus, pelle etiam carnali priuatus & laceratus, super struem lignorum [illegible]cis positus fuit, vbi ipsum Deo patri populus Iudaicus immolauit Eccl. 28. *Secundum ligna syluæ exardescet ignis*. Aduerte [illegible] de istis, quia sicut ligna ad tria genera sunt vtilia, scil.

Ad { Ædificandum, Fructificandum, Ignem fouendum.

Sic vere charissi. ligna crucis & eorũ memoria, si in sylua cordis nostri per deuotionẽ sint plantata, nobis quã plurimũ sunt necessaria & vtilia. Ex his enim fabricatur ædificiũ moralis perfectionis. Vnde 3. Re. 5. dicit quod *Hyram dabat Salomoni ligna cedrina & abietina ad ædificandum domum domini*. Cedrus enim & abies sunt, quæ liquorem medicinalem mittunt, quia sc. ligna crucis

Christi

Christi liquorem sui preciosi sanguinis destillauerunt. Itē ex istis lignis colligitur fructus æternæ saluationis. Et ideo crux dicitur lignum vitæ, quod erat in medio Paradisi, de quo si Adam non peccasset comedendo, in æternum vixisset. Quia charissimi lignum crucis, quod in medio Paradisi terrestris, i. in medio Ecclesiæ militantis plantatum est nisi peccata nostra impediant, fructum æternæ gloriæ nobis portabit, quia vitam æternam ipsum gustantib. propinabit. Crux enim est *tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum quod fructum suum dabit in tempore suo.* Item ex istis lignis accenditur ignis internæ dilectionis & affectionis quia sc. si homo ligna crucis in corde suo per memoriam & compassionem habuerit, faciliter per Dei amorem incendetur & ardebit. Quod bene figuratur Leu. 6. vbi dicitur. *Ignis in altari meo semper ardebit, quem nutriet sacerdos, subijciēs ligna per singulos dies.* Altare Dei est cor humanum, in quo ignis veræ dilectionis debet semper ardere, quem proculdubio ligna crucis, i. crucis & passionis Christi compassio debet accendere & fouere, quia sicut dicitur Prou. 26. *Cum defecerint ligna, extinguetur ignis.* Ista sunt igitur ligna crucis, quæ vsibus hominum spiritualib. diuersimode dedicantur. Et ideo per deuotionem & compassionem illam debent cunctis populis frequentari, & a fidelibus honorari. Vnde in Psal. *Ligna campi, cedri Libani, quas plantauit, illic passeres nidificabunt.* Vbi aduerte, quod sicut ligna

Fructu fœcundantur,
Sursum eleuantur,
Subtus radicantur,
Extra dilatantur.

Sic vere loquendo spiritualiter, ligna crucis sunt egenorum recreatio depressorum subleuatio, infirmorum sustentatio, deuotorum habitatio, recreationem designat fructuum plenitudo, quia ista sunt ligna campi: Subleuationē declarat arborum celsitudo, quia isti sunt cedri Libani: Sustentationē demonstrat radicum fortitudo, quia ista sunt plantata (Quas inquit plantauit) Habitationem denotat ramorum latitudo, quia illic passeres ni-
B dificabūt. ¶ Primò ergo dico, quod ligna crucis sunt fœcunda ad egenorum recreationem, quia sc. ista dicuntur ligna campi. Ligna n. campi differunt à lignis syluæ seu syluestrib. quia campi solent esse fructifera, ligna aūt syluæ seu syluestrib. quia ligna crucis ab omnib. alijs lignis differunt in effectu & virtute, quia ista fructum vitæ Dei filium portauerunt, vnde cuncti famelici pœnitentes nutritionē gratiæ acceperunt. Ista ergo figurantur in tribus generibus lignorum, quæ dicuntur in Paradiso fuisse. Ibi n. fuerunt ligna pomifera, sicut dicitur Gen. 1. *Lignum vitæ & lignum scientiæ*, sicut dicitur Gen. 2. Quia vere crux Christi fuit

Lignum { Pomiferum ad nos nutriendum, Vitæ ad mortem vincendum, Scientiæ ad fidem sciendum. }

Lignum n. pomiferum dici potest, quia ad literam sicut dicit Iosephus, crux vel pars crucis fuit de illa arbore, in qua creuit pomum, quo transgressus est Adam mandatum, vt sc. diabolus, qui per illud lignum hominem vicerat, per illud idem à Christo homine vinceretur. Narrat n. Iosephus, quod dum Seth, filius Adam vellet intrare Paradisum terrestrem, inuenit Angelum, qui eum prohibuit, qui dedit sibi quendam ramū de illa arbore, quem ipse plantauit. Tempore vero Salomonis dū templum ędificaretur, illa arbor, quæ de ramo illo creuerat, inter cætera pro ædificio tēpli collecta est, quæ nunquā in quocunq; loco ædificij potuit adaptari. Semper n. aut nimis longa aut nimis breuis erat, ita quod indignati artifices posuerunt illud lignum super quendam riuum ad pontem transeuntib. ministrandum, vbi fuit vsq; ad passionem Christi & ibi tunc assumptum est & inuentū, forte postquā ibi locatum fuit plus quam per mille annos. Ista igitur sunt ligna cāpi & ligna Paradisi & maxime ligna pomifera. Vnde Nee. 6. *Possederunt domos suas & ligna pomifera multa.* Ista ergo sunt ligna fœcunda, quia sc. ibi pependit fructus vitæ Christus. Exinde ēt quotidie per gratiam & deuotionem nutriuntur deuoti, & etiam in fine per virtutem crucis fructus gloriæ percipient beati. Et ideo in signum huius fœcunditatis crux dicitur fuisse confecta de quatuor nobilibus lignis, quia scil. pes fuit de cedro, stipes fuit de cypresso, brachia fuerunt de palma, tabula vbi scriptum erat nomen Christi, fuit de oliua. Vnde versus.

*In cruce pes cedrus, stipes cypressus, oliua*
*Tabula cum literis, brachia palma dedit.*

Ista ligna quatuor significant quatuor notabiles virtutes, quæ per virtutem crucis hominibus conferuntur. Nam

Cedrus arbor altissima, signat virtutem contemplationis,
Oliua, quæ fundit oleum, signat virtutem compassionis,
Cypressus odoris iucundi, signat virtutem deuotionis,
Palma, quæ victores coronat, signat virtutem perseuerantiæ durationis,

Et sic patet, quomodo crux est de lignis fructiferis, quia scil. ligna crucis istos quatuor fructus, id est, istas quatuor virtutes, solent fidelibus ministrare, videlicet

Contemplationis sublimitatem, quæ notatur in cedro,
Deuotionis suauitatem, quæ notatur in cypresso,
Clementiæ benignitatem, quæ notatur in oliua,
Perseuerantiæ longanimitatem, quæ notatur in palma.

¶ Ista sunt ergo ligna fœcunda ad egenorum recreationē Ligna inquit campi. Vnde Ps. 148. *Ligna fructifera & omnes cedri.* ¶ Dein- C
de dico, quod ista sunt ligna erecta ad depressorum subleuationem. Et hoc notatur in hoc, quod ista ligna cōparantur cedris, quæ sunt arbores altissimæ (Cedri Libani inquit) Sicut n. lignū de sua natura erigitur versus cœlum, ita q si fuerit arbor alta, per illud possint homines ascēdere valde alte, sic vere crux est lignū erectum & sublime in tantū, quod cœlum cœlorum Dei filium potuit attingere & tangere. Erectum etiā & altum dicitur in dignitate, quod tamen ante fuit plenū opprobrio & vilitate. Eze. 17. *Exaltaui lignum humile florere feci lignū aridum.* Et ideo pro certo charissimi, si nos volumus inniti isti arbori per spem & deuotionem & transire per eandem, i. per iugē passionis Christi memoriam & compassionem, nos per crucis virtutem poterimus eleuari ad æternorum affectionem & contemplationē & etiam in futurum per personalem possessionem & adeptionem. Ista enim est lignum altissimum, figuratū in *scala Iacob, qua de terra vsq; ad cælos eleuabatur.* Gen. 28. Vnde de ista cedro dicitur Eze. 31 *Eleuata est altitudo eius super omnia ligna regionis, eratq; pulcherrima in dilatatione arbustorum suorū, cedri non fuerunt altiores illo in Paradiso Dei.* Quia breuiter illud lignum per dignitatem & excellentiam in sublimatum fuit, per fidelium multitudinem dilatatum, per sanguinis Christi pulchritudinem picturatum. Ista ergo sunt ligna
D erecta ad depressorū subleuationē. (Cedri libani inquit. ¶ Denique dico, quod ista sunt ligna fortia ad infirmorum sustētationem, q ostenditur cum dicitur (Plātata) Quas inquit plantauit. Lignum n. plantatum est magis solidum atq; firmum & ideo quia crux est plantata in horto Christi qui est Ecclesia, per suæ fidei diuulgationē, in horto etiam cordis humani p deuotionē & compassionem, hinc est, quod est stabilis atq; fortis ad sustentationem & subsidium infirmorum. Illi ergo, qui præ fragilitate se sentiunt debiles & infirmos, & ad cadendum per peccatum faciles & ad resistendum tentationib. potentes, innitantur isti ligno per spem & deuotionem & sic pro certo sustinebuntur, ne cadant in æternam damnationem. Quia sc. ista est arbor stabilis & plantata, quia tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. De hoc tamē vide plenius supra de arbore. Ista sunt ergo ligna fortia ad infirmorum sustētationem. ¶ Insuper dico, quod ista sunt E
ligna extēsa ad deuotorū habitationem, quia illic passeres nidificabunt. In lignis n. crucis debemus facere nidos nostros, i. moras & habitationes nostras quia scil. ibi per spem, per deuotionem, per compassionem & meditationem debent passeres, i. viri contemplatiui & deuoti continue conuersari. Sicut n. dicit Plin. Iusquiamus herba, quæ cæteris animalib. est mors, passeribus est nutrimentum. Quia vere crux, quæ cæteris rebus est causa mortis, sc. Christo corporaliter & diabolo spiritualiter, passeribus, i. deuotis illuc volantibus & contemplantib. est causa vitæ æternæ. Vnde ista ligna figurantur Ezec. 31. Vbi de quadam cedro, dicitur, quod *dum extendisset vmbram suam, in ramis eius nidificauerunt omnia volatilia cæli & sub frondibus eius genuerunt omnes bestiæ saltuum & in vmbraculo habitabant cœtus gentium plurimarum*, & sequitur (*Omne lignum Paradisi Dei non est simulatum ei.* Ista n. arbor seu istud lignum est crux, quæ pro certo extendit hodie palmites suos vsq; ad mare, quia scilicet cultus eius est hodie per cuncta terrarum spatia dilatatus. Nam in vmbra eius, i. in fide, deuotione & memoria, ipsius habitant multa genera personarum, sc. volatilia quæ sursum volant, i. contemplatiui, bestiæ per terram gradientes, id est, boni actiui, gentes quæ dicuntur sine lege viuentes, i. peccatores & defectiui. Sed nota, quod sub vmbraculo eius dicitur habitare cœtus gentium plurimarum, quia vere charissimi in fide & credentia crucis habitat cœtus gentium, id est, multitudo sanctarum diuersarum, quia scilicet non so-

non solum veri catholici, imo etiam omnes schismatici crucem venerantur & quamuis sine debita lege viuant, ipsam tamen prædicant & sectantur. Ibi enim habitant

Græci & Syluani,
Belgari & Georgiani,
Iacobitæ & Soriani,
Nestoriani & Nubiani.

Omnes enim istæ gentes crucifixum colunt & crucem adorant, veruntamen omnes isti in aliquibus errant & de fide diuersimode sentiunt & deuiant. Et omnes isti, qui secundum veritatem tenēt hodie maximam partem orbis, Christianos se nominant & appellant. Illic ergo passeres nidificabunt. Vnde Psa. 73. *Etenim passer inuenit sibi domum & turtur nidum vbi ponat pullos suos*, id est, affectus & desideria sua & cogitatus suos, qui sc. pulli & filij animæ sunt & etiam intellectus. Patet ergo, quod per ligna intelligitur crux, quæ sc. more lignorum est habitatio deuotorum. Est quoq; sustentatio infirmorum & subleuatio depressorum & est recreatio egenorum. Et hæc igitur de lignis sufficiant in quantum per ligna intelliguntur crux & patibulum saluatoris. Sed pone hic pulchram auctoritatem bene prosecutam & diuisam, quam habes in sermone de sancta cruce. *Omne lignum Paradisi non est assimilatum ei*, sc. ex vtraq; parte fluminis lignum vitæ afferens fructus 12. per menses. Et aggrega quomodo ligna sunt vtilia ad faciendum

Arma pro defensione,
Pulpitum pro libri positione,
Scalam pro ascensione,
Sedem pro iurisdictione & sic de alijs.

Applica omnia ad virtutem crucis, sicut sc. supra de cruce & supra de arbore & supra de baculo, &c. ¶ Secundo dico, quod per
F lignum intelligitur perfectio viatoris. Sicut n. lignum habet radices interius, corticem exterius, fructus & flores superius, sic vere vir perfectus consistit in istis dimensionibus, videlicet

In { Radice bonæ cogitationis,
Medulla dulcis compassionis,
Cortice bonæ conuersationis,
Flore bonæ affectionis,
Folijs bonæ locutionis,
Fructibus bonæ operationis.

Et sic iste erit beatus vir, de quo dicitur in Ps. 1. *& erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo.* Vbi aduerte, quod lignum, i. vir iustus debet esse profunde radicatum per humilitatē, quia plantatū, humide vegetatus, per benignitatē, quia secus decursus aquarum. Fertiliter fœcundatus per vtilitatē, quia sc. fructum suū dabit in tempore suo. Lignum enim, i. vir iustus debet spiritualiter loquēdo

Stabiliter radicari,
Flebiliter humectari,
Fertiliter fœcundari.

Dico stabiliter radicari, quia sc. vir perfectus plantatus debet esse, scil. in fide & moribus radicatus & in constantia stabilitatus. Non decet n. virum esse variabilem, vertibilem vel motiuum, nec in proposito, nec in verbo, nec in facto, imo in omnib. ipse debet esse tanquam lignum quod plantatum est. Vnde Hier. 17. *Erit tanquam lignum, quod plantatum est super aquas*, quod ad humorem mittit radicem. Item debet flebiliter humectari, quando s. sicut lignum est naturaliter humidum intus habēs medullam & exterius emittens lacrymā vel humorem, quia sc. humor & aqua sunt lignorum & arborum nutrimētum, sic vir iustus debet esse lacrymosus & humidus. Ipse n. debet habere intus medullā piæ compassionis & exterius emittere resinam piæ eleemosynæ & subuentionis & effundere lacrymam tristia compunctionis & lamentationis. Istæ n. sunt aquæ de quibus dicitur in Ps. 41. *Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte.* Ideo dicitur Apoc. 22. *Ex vtraq; parte fluminis lignū vitæ.* ¶ Item debet fertiliter fœcūdari, quia sc. debet dare fructum bonorum operum in tempore suo. Prou. 11. *Fructus iusti lignum vitæ.* Vide supra de fructu. Sic igitur patet, quod per lignum potest intelligi vir perfectus. ¶ Quod bene figuratum est in veteri testamento vbi omnia, quæ fuerunt in tabernaculo & in tēplo, vel de lignis erāt facta, vel lignis cooperta, vel lignis sustentata. De lignis n. fiebant vel facta fuerunt & maxime de quibusdam lignis, quæ dicuntur Sethim, quę ligna incremabilia & imputribilia sunt. De istis n. fiebant & facta fuerunt arca testamenti ad manna continēdum, mensa propositionis ad panes sustinēdum: columnæ tabernaculi ad onus ædificij portandum: tabulæ clausæ ad tabernaculū circumcīdum: altare thymiamatis ad incēsum offerendū: altare holocausti ad animalia cremādum: vectes totius ædificij ad cuncta vtensilia deferēdum. Omnia n. hæc solebant de lignis fieri, sicut apparet Exo. 26. & 27. & deinceps. Quia vere viri iusti, qui dicuntur ligna spiritualia, sunt arca, ad virtutum custoditionem, sunt mēsa, ad pauperum enutritionem, sunt columnæ, ad tribulationum tolerationem: sunt tabulæ, ad aliorum eruditionem: altare incensi, ad offerendum Deo orationē & deuotionem: altare holocausti, ad cōcremandum alios per correctionem. Sunt etiam vectes, ad supportandum alios per cōpassionem. Ista igitur diuersimode possunt probari, sed omitto concordantias causa breuitatis. Vide, si vis, in libro concordantiarum vbi per ordinem inuenies de prædictis. Iusti igitur sunt ligna, de quibus tota congeries tabernaculi Ecclesiæ militantis compingitur & de quibus cœlestis Hierusalem fabricatur. ¶ Et nota adhuc, quod isti dicuntur ligna, scilicet G

Ligna { Florida per honestatem,
Solida per firmitatem,
Arida per castitatem,
Humida per pietatem.

Sunt (dico) per honestatem florida. Eze. 17. *Florere feci lignum aridum.* Item per firmitatem solida & isti sunt ligna Sethim, quia nec aqua delitiarum corrumpuntur, nec igne auaritiæ cremantur, sed in soliditate perpetuę perseuerantiæ gloriantur. Exo. 26. *Facies columnas de lignis Sethim.* Et Esa. 40. *Forte lignū & imputribile elegit artifex sapiens.* Item sunt ligna per castitatem arida. Vnde Esa. 56. *Non dicat Eunuchus: Ecce ego lignum aridum, quia hæc dicit Dominus eunuchis. Dabo eis in domo mea locum.* Item sunt ligna per pietatem humida. Vnde isti figurantur in lignis oliuarum, de quibus facta sunt duo Cherubin in templo Salomonis in oraculo, sicut dicitur 3. Reg. 6. quia sc. illi magni debent fieri Cherubin, i. prælati & magistri oraculo Ecclesiæ, qui de lignis oliuarum sunt facti, i. qui pietatis oleo sunt imbuti. Et hæc igitur sufficiant de lignis in bono significato. Significant igitur ligna perfectionē hominis viatoris. ¶ Tertio principaliter dico, quod per ligna significatur H infectio, seu conditio hominis peccatoris. Sicut n. lignum inferius in terra figitur, superius totum erigitur, exterius totū pingitur, interius cito corrumpitur: sic peccatores in terra figūtur per auaritiam & cupiditatem, sursum eriguntur per superbiam & pomposítatem, extra depinguntur per hypocrisim & curiositatem, intra corrumpuntur per luxuriam & carnalitatem. ¶ Dico ergo, quod peccatores per auaritiam in terra figuntur. Radices n. lignorū haæ sunt in terra & exinde suum capiunt nutrimentum. Sic vere corda auarorum in terrenis figuntur, a quibus nutriuntur & delectantur. Vnde de malis dicitur Hier. 12. *Plantasti eos & radicem miserunt, proficiunt & faciunt fructum.* ¶ Item peccatores per superbiam sursum eriguntur. Lignum n. a terra versus cœlum erigitur & etiā si sit in aqua, sursum subnatat & eleuatur. Sic semper superbi sursum quærunt ad dignitates erigi & omnibus alijs supernatare & præferri. Vnde Esa. 10. dicitur de superbo ita: *Quomodo si eleuetur virga cōtra leuantem se & exaltetur baculus, qui vtique lignum est.* Tales autē nutriunt in superbia adulatores, de quibus dicitur Hier. 2. dicēs ligno: *Pater meus es*, & lapidi, *tu me genuisti.* Hodie enim multi videntur esse sicut idololatræ, qui idola lignea, i. ignorantes, insensibiles & insensatos colunt & collocant loco Dei, sc. in mundi dignitatibus & prælaturis, de quibus dicitur Abac. 2. *Væ qui dicit ligno expergiscere, surge lapidi tacenti.* Et Esa. 44. *Dicunt adulatores, ante truncum ligni procidam.* Caueant tamē quod dicitur Ezech. 17. *Humiliaui lignum sublime*, quia sicut dicit Sen. lib. declamationibus. *Perpetua in rebus omnib. lex est, vt ad summum perducta, rursum ad infimum velocius, quam ascenderunt, relabantur.* Isti ergo per superbiam sursum eriguntur. ¶ Item mali per hypocrisim extra depinguntur. Lignum etiam sæpe exterius pulchrum & erectum & tamen interius est concauum & corruptum. Sic hypocritæ, de quibus dicitur Hier. 10. *Lignum de argento inuolutum.* ¶ Item mali per luxuriam corrumpuntur quia sc. luxuriosi more lignorum faciliter corrumpuntur per aquas. Vnde Iob 41. *Æstimabat quasi lignum putridum.* Et sic patet, quomodo peccatores quatuor rationibus comparantur ligno. Hæc igitur de ligno sufficiant, quo ad præsens.

A **Lilium.** Nota, quod liliū, cū sit herba medicinalis & pulchra generaliter significare potest vel Christum, vel Mariam, vel quemlibet virum iustum. De Christo in persona ipsius Christi dicitur sic Cant. 2. *Ego flos campi & lilium conuallium.* De Maria vero seu de qualibet virgine dicitur ibid. Can. 2.

*Sicut lilium inter spinas, sicut amica mea inter filias.* De iusto vero, sco de iustis dicitur Eccles. 50. *quod ipsi sunt quasi lilia, quæ sunt in transitu aquæ, & quasi thus redolens in diebus æstatis.* Igitur siue agamus de Christo, siue de B. virgine, siue de quolibet sancto, vel iusto, vel iusta, & maxime de illis, qui sunt de genere Regum Franciæ & Siciliæ, Vngariæ, & Nauarræ, qui portant lilia, & potissime de beato Ludouico possumus in honorem illius, de quo agitur, allegare, quod scribitur Oseæ 14. *Ero quasi ros, & Israel germinabit quasi lilium.* In qua auctoritate denotantur octo proprietates lilij, quæ possunt applicari octo conditionibus viri iusti.

Nam

Lilium {
In terra figitur,
Facile frangitur,
Hic angitur, seu cogitur,
Hinc inde spargitur,
Sursum erigitur,
Extra porrigitur,
In armis pingitur,
Candore tegitur.

Sic igitur dico, quod iustus

In terra, i. in Deo figitur, & hoc facit firma constantia, quia dicit (Ero, i. durabo.)

Facile frangitur, & hoc facit dulcis clementia, quia dicitur, Quasi.)

Hic agitur, seu cogitur, & hoc facit virtus & gratia (Ros inquit.)

Hinc inde spargitur, & hoc facit charitas propria, cum dicitur (Et.)

Sursum erigitur, & hoc facit Dei notitia (Israel, inquit.)

Extra porrigitur, & hoc facit virtutum copia (Germinabit, inquit.)

In armis pingitur, & hoc facit honesta morum decentia (Quasi, inquit.)

Candore tegitur, & hoc facit constans munditia (Lilium, inquit.)

Et sic dico, quod in lilio seu in viro iusto debet inesse

Constantiæ firma fortitudo, quam ostendit vigoris statura, cum dicitur (Ero.)

Clementiæ pia mititudo, quam ostendit fauoris mixtura (Quasi, inquit.)

Temperantiæ gaudij aptitudo, quam ostendit dulcoris vnctura (Ros, inquit.)

Amicitiæ sparsa latitudo, quam ostendit amoris iunctura, cum dicitur (Et.)

Sapientiæ alta certitudo, quam ostendit splendoris lectura (Israel, inquit, i. videns Deum.)

Opulentiæ morum multitudo, quam ostendit valoris natura (Germinabit, inquit.)

Apparentiæ clara pulchritudo, quam ostendit decoris pictura (Quasi, inquit.)

Continentiæ munda certitudo, quam ostendit candoris figura (Lilium, inquit.)

B ¶ Primo ergo dicamus, quod iustus dicitur lilium propter vigorem firmæ constantiæ. (Ero inquit.) Lilium enim radices habet in terra, virtute quarum immobilis perseuerat. Sic iustus radices cordis figit in Deo per fidem & spem, vel in terra, id est, in morte per considerationem & humilitatem & sic manet immobilis in bono per constantiam & firmitatem. Et hoc ostenditur cum dicitur (Ero) quasi dicatur: Non deficiam, sed perseuerabo. quia scil. sicut dicitur in Psal. 1. *Iustus erit tanquam lignum quod plantatum est, &c. & folium eius non defluet.* Quia reuera ipsi sunt sicut dicitur Ec[illegible]. 50. *Quasi lilia quæ sunt in transitu aquæ.* Sequitur: *Quasi vas auri solidum, ornatum omni lapide pretioso.* Dicitur ergo iustus lilium propter vigorem firmæ constantiæ.

C ¶ Secundo dicitur lilium propter fauorem mitis modestiæ. (Quasi, inquit.) Lilium enim est valde pingue, tenerum & suaue; non enim lædit, imo certe lenit quemlibet contingentem. Sic vere vir pius tener est & suauis, & aliorum dictis & factis leniuus, nullius exasperatiuus, sed per clementiæ pinguedinem allectiuus, se enim contingentes, id est, secum conuersantes non lædit, sed ipsos mulcet potius, atque lenit, & hoc ostenditur, cum dicitur (Quasi.) Quasi enim non signat rem solidam, sed superficialem, & alteri consimilem & conformem, qualis scilicet est vir pius, quia sc. soliditatem rigoris & iustitiæ nunquam habet, sed admodum superficialem & vertibilem ad vota precantium se exhibet, imo per mititatem & clementiam cuilibet cito fauet. (Quasi, inquit.) Vnde de mititudine hominis clementis & pij potest dici illud 2. Paral. 4. *Labium eius, quasi labium calicis, vel repandi lilij.* Dicitur ergo lilium propter fauorem mitis clementiæ.

Tertio dico, quod iustus dicitur lilium propter dulcorem temperantiæ. Lilium enim frigidæ est naturæ, & ideo dolores & ardores apostematum solet mitigare, & infirmitates varias temperare. Sic vere vir iustus per virtutem temperantiæ & prudentiæ ardores & dolores tristitiæ mitigat, & tam in se, quam in alijs infirmitates vitiorum temperat atque sedat. Et hoc ostenditur, cum dicitur (Ros) qui scilicet refrigerat, & medetur, De quo Eccl. 18. *Ardorem refrigerat ros.* Vnde potest exponi illud Cant. 7. *Vmbilicus tuus quasi crater tornatilis, venter tuus quasi aceruus tritici vallatus lilijs.* Crater enim temperat sitim, aceruus vero tritici temperat famem. D

¶ Quarto dico, quod iustus dicitur lilium propter tenorem amicitiæ. (Et, inquit.) Lilium enim in folijs & in flore dilatatur & spargitur vndique, ita quod folia eius sparsa non solum dilatantur ad latera, imo etiam inferius inclinantur ad ima. Sic vere dico, quod flores affectionum & folia locutionum viri iusti debent per amicitiam & charitatem circumquaque dilatari vel spargi, & non solum ad latera, id est, ad laterales consanguineos & amicos debent extendi, sed etiam inferius ad pauperes inclinari. Et ista dilatatio charitatis ostenditur, cum dicitur (Et) quæ scilicet est dictio addens, coniungens, & copulans, & materiam, de qua agitur, multiplicans & dilatans, vnde de Iudith dicitur Iudith 10. quod *ipsa occisura Holofernem induit se vestimentis iucunditatis, assumsitque dextralia, & lilia, & inaures, & annulos, & omnibus ornamentis suis ornauit se.* Significant enim E

Dextralia confœderationem,
Lilia dilatationem,
Inaures precum exauditionem.
Annuli fidei & amoris subarrhationem.

Et sic bene dico, quod lilia significant charitatem & dilectionem. Dicitur ergo lilium propter tenorem amicitiæ.

¶ Quinto dico, quod dicitur lilium propter splendorem sapientiæ. (Israel inquit.) Flos enim lilij sursum erigitur, & à parte cœli dilatatur & aperitur, à parte vero terræ clauditur, stringitur & arctatur. Sic vere dicam de iusto, quia reuera flos affectionis suæ sursum ad Deum erigitur, ipsum contemplando. Ps. 12. *Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis.* Sursum, scilicet à parte cœli & bonorum cœlestium aperitur, & dilatatur, ipsa considerando & affectando Coloss. cap. 3. *Quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est.* A parte vero terræ & terrenorum clauditur, ipsa detestando, nec de eis cogitando. *Quæ enim sursum sunt sapite, non, quæ super terram*, ibid. Coloss. 3. A parte enim ipsorum stringitur, ipsa arcta & vilia reputando, vnde Greg. in libro Dial. *Animæ Deum videnti, angusta est omnis creatura, & quantumcunque parum de luce creatoris aspexerit, parum fiet quicquid creatum est.* Dilatatur enim lux ista in animæ interiori sinu, vt fiat superior omni mundo. Ista est lux veræ sapientiæ, quæ ascendit ad Deum videndum, & infima contemnendum. Et hoc ostenditur cum dicitur (Israel) qui interpretatur videns Deum. Vnde Baruc. 3. reprehenditur talis Israel, id est, homo contemplatiuus, quando in terrenis plus debito immoratur. Dicit enim sic: *Audi, Israel, mandata vitæ auribus percipe, vt discas prudentiam. Quid est Israel, quod in terra inimicorum es? Inueterasti in terra aliena, coinquinatus es cum mortuis, deputatus es cum his, qui in inferno sunt, dereliquisti fontem sapientiæ.* Et reuera istud est valde plangendum, scilicet homo Israeliticus, id est, homo subtilis & ingeniosus, & ad videndum & contemplandum Deum, & cœlestia aptus, se ex toto corde occupat in terrenis, cum tamen sursum, vt dictum est, more lilij ascendere, & se superius dilatare deberet, iuxta illud Matth. 6. & Luc. 12. *Considerate lilia agri, quomodo crescunt*, scil. vsque ad cœlum. Israel ergo, vnde in Psalm. 79. *Qui regis Israel intende, qui deducis velut ouem Ioseph.* Iustus ergo dicitur lilium propter splendorem sapientiæ. F

¶ Sexto dico, quod iustus dicitur lilium propter valorem opulentiæ. (Germinabit, inquit.) quia sci. iustus debet in bonis moribus opulentus esse, & fructus virtutum & bonorum operum germinare. Lilium ergo germinat flores & semina, fructus & folia, odores & contra morbos varia iuuamina. Sic vere dico, quod iustus debet germinare & producere G

Flores sanctæ affectionis,
Semina aureæ doctrinæ & prædicationis.
Fructus bonæ operationis,
Folia virentis & honestæ locutionis,
Odorem bonæ famæ & opinionis,
Iuuamen piæ & clementis subuentionis.

Iuxta illud Eccl. 39. *Florete flores, quasi lilium date odorem.* (Germinabit, inquit) Psalm. *Iustus germinabit sicut lilium, & florebit in æternum ante Dominum.* Istam autem opulentiam virtutum & operum satis videtur denotare numerus foliorum, florum, & seminum. In floribus enim liliorum sunt sex folia, & in medio cuiuslibet septem sunt grana aurea seu semina. Quid enim signat numerus senarius, nisi sex opera pietatis? quæ in hoc versu breuiter continentur:

*Visito, poto, cibo, recolligo, vestio, condo.*

Visito, sc. infirmum vel incarceratum,
Poto sitibundum,
Cibo famelicum,
Recolligo, seu hospitor, vel recipio peregrinum,
Vestio nudum,
Condo & sepelio mortuum.

Vel si vis, dic de sex operibus spiritualibus, quæ sunt:

*Instrue, castiga, remitte, solare, fer, ora.*

Vnde de senario istius germinis dicitur Esa. 6. quod *sex alæ vni, & sex alteri*: quia sc. vtraque pars misericordiæ sex habet alas, vt dictum est. Item quid signant septem grana lilij, nisi septem morales virtutes, septem vitijs capitalibus oppositas? quæ sunt

Humilitas,
Largitas,
Castitas,
Charitas,
Abstinentia,
Patientia,
Diligentia.

Quæ scilicet opponuntur

Superbiæ,
Auaritiæ,
Luxuriæ,
Gulæ,
Inuidiæ,
Iræ &
Acediæ.

Ista enim sunt septem semina aurea, figurata in septem sigillis, sine quibus non aperitur homini liber vitæ. vnde Apoc. 1. dicitur: *Vidi septem candelabra aurea in medio.* Talibus ergo germinibus debet iustus homo more lilij germinare. Ecclesiast. 39. *Quasi lilium frondete in gratiam.* Iustus igitur dicitur lilium propter valorem opulentiæ. (Germinabit, inquit.) Expone, si vis, quomodo lilium, seu hasta lilij, si curuata sepeliatur sub terra, de quolibet nodo suo producit plantam & germinat. Sic vere si quis per humilitatem, vel etiam per aduersitatem curuatus fuerit, & depressus, solet multo plus quasi hasta lilij germinare, & bonorum operum plantas & germina procreare Zach. 8. *Terra dabit germen suum.*

H ¶ Septimo dico, quod iustus dicitur lilium propter decorem apparentiæ, quæ sc. ostenditur, cum dicitur (Quasi) quod denotat mihi similitudinem rerum, sicut iam dixi. Et sic picturæ & imagines, quæ fiunt in superficie parietum, quæ non sunt res, imo quasi res possunt denotari per Quasi. In quo etiam loquendo moraliter nota, quod istud aduerbium Quasi, potest mihi denotare virtutem exterioris honestatis, quæ scil. non est propriè res, sed quasi res, quia sc. magis denotat picturam, quam naturam, similitudinem, quam certitudinem, apparentiam, quam existentiam, quam tamen iustus debet habere, quia videl. picturam & imaginem sanctorum in sua superficie, & in sui exteriori apparentia debet per honestatem gerere vel portare, vt sit quasi Christus, quasi angelus, quasi sanctus ipsorum, sc. vitam repræsentando, & eorum mores & opera imitando. Quod etiam potest per lilium denotari, quod sc. virore & candore induitur, & per honestatem & decentiam in armis regum & principum pictura(tur) (sicut scil. patet in armis regum Franciæ, Vngariæ, & Nauarræ, & Siciliæ, & multorum aliorum principum & magnatum) & imaginibus decoratur. Ad denotandum moraliter, quod viror & candor, seu splendor honestatis debet à nobis depingi, & quod imaginibus & imitationibus sanctorum debet nostra exterior conuersatio insigniri, & quod inde arma militiæ nostræ, quæ non debent esse carnalia, sed virtutes debent moraliter decorari (Quasi, inquit) Vnde 3 Reg. 7. dicitur, quod *in templo Salomonis facta sunt candelabra aurea, quinque ad dexteram, & quinque ad sinistram, quasi flores ex auro purissimo, habentes lucernas desuper aureas.* Candelabra autem aurea significant honestatis splendorem, quæ sc. dextera prosperitatis & sinistra aduersitatis debent esse quinque, & quinque, propter quinque sensuum continentiæ nitorem, & debent esse desuper, i. in parenti lucerna, i. bonorum exemplorum & documentorum resplendentiam & decorem debent habere. Et sic Deus & sancti in talibus lilijs consolabuntur, & delectabuntur, simplices vero ibidem nutrientur & erudientur. Constat enim, quod Deus delectatur in lilia honestæ conuersationis videndo, iuxta illud Cant. 6. *Dilectus meus*, inquit ecclesia, id est, Christus *descendit in hortum suum ad areolam aromatis, vt pascatur in hortis, & lilia colligat.* Quilibet vero simplex delectatur in ipsis eorum exempla & doctrinam recipiendo, & accipiendo, iuxta illud quod dicitur Cant. 4. quod sc. *hinnuli capreæ pascuntur in lilijs, donec aspiret Dies, & inclinentur vmbræ.* Patet ergo, quod iustus potest dici lilium propter decorem apparentiæ. (Quasi, inquit.)

¶ Octauo dico, quod potest appellari lilium propter candorem continentiæ, qui quidem candor denotatur in nomine lilij (Lilium, inquit.) Lilium enim quamdiu fuerit integrum, castitatem, continentiam, & puritatem significat tam propter candorem, quam propter odorem; si vero fractum fuerit, odorem perdit, & candorem dimittit. Sic vere castitas, dum est integra, habet puritatis candorē, & famositatis odorem. Si vero fracta fuerit per luxuriam, tunc & puritatem & famam perdit, fœtoremque & malam opinionem incurrit. (Lilium ergo.) Vnde vir iustus potest figurari in candelabro tabernaculi, de quo dicitur Exod. 37. quod *illud fuit candelabrum ductile de auro mundissimo, de cuius vecte calami, scyphi, sphærulæ & lilia procedebant.* Quia revera iustus debet esse candelabrum, alios exemplariter illuminando; ductilis, faciliter obediendo, de auro mundissimo, puritatem innocentiæ obseruando & custodiendo, & debet habere calamos disertæ linguæ docendo & prædicando, scyphos, scil. deuotionis, se & alios spiritualiter inebriando, sphærulas, id est, paruas sphæras seu annulos, scil. per nobilitatem diligentiæ, velociter operando, & obtemperando, & lilia castitatis, mentis & carnis sanctimoniam & continentiam frequentando. Et certe si bene attendimus, hic continentur sex virtutes, quæ debent concomitari lilia castitatis, quæ etiam possunt per sex folia lilij designari, videlicet candelabrum sapientiæ seu honestæ apparentiæ, ductilitas obedientiæ, aurea puritas innocentiæ, calamus linguæ, orationis, doctrinæ, & eloquentiæ, scyphus deuotionis & inebriatæ conscientiæ, sphærula operationis & diligentiæ, & sic venient lilia mundæ conuersationis & purissimæ conscientiæ, vnde Exod. 25. *Facient*, inquit, *candelabrum ductile de auro mundissimo, hastile eius, & calamos, scyphos & sphærulas, & lilia ex ipso procedentia.* Sic igitur patet, quod lilium, id est, vir iustus debet habere istas octo speciales proprietates, vt sic possit dicere illud Cant. 2. *Ego flos campi, & lilium conuallium.*

¶ Si de lilio vis aliter dicere, secundum Mauritium dico, quod ... K

Lilium in
- Valle, in quo plantat affectus humilis,
- Ventre, in quo collocat castitas nobilis,
- Flumine, in quo situat gemitus flebilis,
- Agro, in quo ipsum quærit contemplatio,
- Horto, in quo ipsum iouenit miseratio,
- Prato, in quo ipsum aspicit conuersatio.
- Spineto, in quo ipsum reperit maceratio.

De valle humilitatis dicitur illud: *Ego flos campi, & lilium conuallium.* Cant. 2. De ventre castitatis & puritatis dicitur illud Cant. 7. *Venter tuus sicut aceruus tritici, vallatus lilijs.* De flumine deuotæ debilitatis dicitur illud Eccles. 50. *Quasi lilia, quæ sunt in transitu aquæ.* De agro contemplationis dicitur illud Mat. 6. *Considerate lilia agri, quomodo crescunt, & non seminant, neque metunt.* De horto-

D [illegible] in oratiationis dicitur Cantic. 6. *Pa-* [illegible] Depicato floridæ & odoriferæ con- [illegible] st. 5. *floreat flores, quasi lilium,* [illegible] pœnitentiæ & asperæ maceratio- [illegible] *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea* [illegible].

## Limes.

Nota, quod limes seu limitare idem est, quod ter- [illegible] is, [illegible], sed nihil penitus est in cordantijs, [illegible] Vide ergo in titulo Terminus, & in titu- [illegible]

## Limen

[illegible] in pars inferior ostij, seu portæ, sæpe [illegible] d per limen intelligitur ingressus vel in- [illegible] in, vel etiam ipsa domus, quaorum ad [illegible] sui, sicut dicitur, quod nos debemus Apo- [illegible] itare limina, dico, i. ecclesias. Dicam ergo [illegible] scriptura inuenitur [illegible] is, quod debes intrare. [illegible], quod debes optare, [illegible], quod debes ornare, [illegible], quod debes vitare.

B ¶ [illegible] od limen interius est conscientia, quæ con- [illegible]. Quia reuera conscientia nostra est vel [illegible] de [illegible] sancta, cuius limina sunt sæpissime fre- [illegible] q [illegible] da, vt sc. homo videat, quid ibi deficit, quid [illegible] hic officit, vt sc. suppleat deficientia, com- pl [illegible], amoueat officientia. Et de tali limine interio- [illegible] d [illegible] iuitæ domo seu habitaculo, seu intrinseco in- [illegible] potest dici illud Ezech. 40. vbi dicitur, quod *A* [illegible] *templum interius, & vestibula atrij, limen & fenestras* [illegible] in capite sequitur, *quod limen erat quadran-* [illegible] *sanctuarij contra aspectum altaris.* Ad denotan- [illegible] en, quod est templum interius, id est, nostra in- te [illegible] a debet esse mensurata & limitata per regulas [illegible] ciplinæ & æquitatis. Et debet habere vesti- b [illegible] est dictum, vestes & ornatus morum & hone- [illegible] debet habere obliquas, id est, notitiam scriptu- [illegible] ctæ. Debet etiam esse quadrangulum per obten- [illegible] tis & firmitatis. Et debet facies sanctuarij, id est, [illegible] tate conspicere per deuotionem & cultum benefi- [illegible].

¶ [illegible] tum conscientia ista debet habere, videlicet
[illegible] am regulatæ mensuræ,
[illegible] iam moralis vestituræ,
[illegible] aturam immobilis staturæ,
N [illegible] iam circumspectæ scripturæ,
[illegible] tionem ad auctorem naturæ.

[illegible] tia est
{Regulatum disciplinæ moderamine,
Signatum diuino sanguine,
Rigatum gratiæ flumine,
[E]xaratum scripturæ lumine,
Habitatum cœlesti numine.

¶ [illegible] limen regulatum disciplinæ moderamine, & hoc [illegible] peramentum omnis operationis. Ezech. 40. *Mensus* [illegible]

[illegible] dico, quod conscientia est limen signatum diuino [illegible] e & [illegible] c fit per memoriam passionis, de quo dicitur [illegible] *culum hysopi tingite sanguine, qui est in limine, & asper-* [illegible] *minare, & vtrumque postem.* In domo enim conscien- [illegible] inferius, est humilitas, superliminare est [illegible] mitas, vtrique postes sunt fides & charitas. [illegible] nguine aspergenda, & in passionis memoria spiri [illegible] a.

¶ Item d [illegible] nscientia est limen rigatum gratiæ flu- mine, & hoc fi [illegible] um deuotionis, compunctionis, & compassionis, vnde Ezechiel. 47. *Aquæ egrediebantur subter limen domus.*

¶ Item est limen scriptum, seu exaratum scripturæ lumine, & h [illegible] facit notitia legis, & lux rationis, vnde de mandatis legis præcipitur sic Deut [illegible] *scribes eam in limine, & in postibus domus tuæ, &* [illegible] *abis ea, quasi signum in manu tua.*

[illegible] it [illegible] bitatum cœlesti numine, & hoc facit vir- [illegible] ri [illegible] a [illegible] nis. De quo Ez. 46 *Intrabit princeps, &* [illegible] *ine port* [illegible] go quod limen interius est con- [illegible] us [illegible] debet [illegible] sitari. [illegible] *os. Be* [illegible] *rij.*

¶ Secundo dico, q [illegible] cœli gloria seu c [illegible] tia, quæ desiderando debet contemplari De quo Ezech 9. *Glo- ria Domini Israel erat super Cherubin, & limen domus.*

¶ Terti [o] dico, quod limen exterius est hic ecclesia, quæ D Deum colendo debet contemplari, quia sc. homi viri & [illegible] in liminibus Ecclesiæ commorantur, ibique Deum colunt fideli- ter, & humiliter venerantur. Cuius tamen contrarium faciunt superbi Ecclesiastici, qui sc. in liminibus Ecclesiæ ingrediuntur non humiliter, sed arroganter, non ad seruiendum, sed ad sæ- uiendum, non ad Dei laudem, sed ad sui fraudem. Contra quos Sophon. 1. *Visitabo* (inquit Dominus) *super omnem, qui arroganter ingreditur super limen in die illa, qui complent domum Domini Dei sui iniquitate & dolo,* vt proprie dicatur illud Ezech. 9 *Egressa est gloria Domini ad limen templi.*

¶ Quarto vero dico, quod limen inferius est mundi patria, F quæ refugiendo debet detestari. Sic vere debemus a mundo, cum sit plenus malis hominibus & peccatis, fugere, iuxta illud Soph 2. vbi de speciosa, sc. de Alexandria dicit, quod *accubabunt in medio eius greges, omnes bestiæ gentium, & onocrotalus, & ericius in li- minibus eius morabuntur. Vox cantantis in fenestra, coruus in superlimi- nari.* Expone, & applica ad diuersas species hominum peccato- rum. Sic igitur patet, quomodo limen, id est, domus, introitus, vel ingressus sumitur multis modis. Aduerte tamen [illegible] quod quamuis limen sit inferior pars ostij, superliminare superior, vterque postis vtraque columna hinc & inde, sæpe tamen per limen intelligitur tota domus.

## Lingua.

Nota, quod lingua generaliter in scriptura si- A gnat locutionem. Et quia locutio est quandoque bona, quandoque mala, ideo duplicem linguam possumus inue- nire, bonam sc. atque malam. Ideo bene dixit Sapiens Prou. 19. *Qui custodit os suum, & linguam suam, custodit ab angustijs animam suam.* Notemus ergo, quod est lingua seu locutio vitiosa & vir- tuosa. De lingua ergo virtuosa dicamus, quod locutio nostra debet quatuor habere conditiones, quæ in linguæ proprietati- bus denotantur. Nam

Lingua est {
Mollis & delicata,
Rubea & colorata,
Acuta, & more gladij figurata,
Plicabilis, & ad mouendum quam pluri- mum applicata,
Inclusa, & dentium circuitu vallata.

Sic procul dubio charissimi, locutio nostra debet esse
Mollis per benignitatem,
Colorata per honestatem,
Acuta per seueritatem,
Plicabilis per sagacitatem,
Inclusa per custodiæ sedulitatem.

Sit igitur lingua locutionis nostræ
Mollis per compassionem,
Rubea per dilectionem,
Acuta per correctionem,
Plicabilis per discretionem,
Clausa per coerctionem.

¶ Primo ergo dico, quod in lingua nostra debet apparere B mollities compassionis, quia sc. verba nostra, quæ per linguam denotantur, debent esse tenera & compassiua, dulcia & mitia, suauia & benigna in respondendo, & malos etiam interdum corrigendo. Quia sicut dicitur Prou. 25. *Lingua mollis duritiam confringet.* Quia pro certo mollis & benigna locutio frangit du- ritiam iracundiæ, furoris, & etiam in pectore, qui corrigitur, duritiam malitiæ & obstinationis, quia multi sunt qui [illegible] bus cum verbis dulcibus corriguntur, duris autem & asperis in de- terius obstinantur. Similes marmori, quod non duro ferro, sed molli plumbo secatur. Similes etiam adamanti, qui ferri duri- tiam superat, mollities tamen sanguinis ipsum secat. Quia bre- uiter duri & obstinati, qui correctionis duritia non franguntur, aliquando lingua molli, id est, verborum dulcedine corriguntur. Sicut enim dicitur Prou. 1[5] *Responsio mollis frangit iram, sermo durus excitat furorem* Et sequitur: *Lingua sapientium ornat scientiam, lingua placabilis lignum vitæ* [illegible] Ec[cl.] 6. [di]citur, quod *verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos.* Lingua eucharis in bono homine abundat. Sic ergo patet, quod in lingua nostra debet esse mollities compassionis.

¶ Secundo dico quod in lingua locutionis debet apparere C rubor honestatis & dilectionis. Sicut enim lingua est naturali-

tet colorata & rubea, [illegible] locutio nostra debet esse per honestatem colorata, & per charitatem rubicunda. [illegible] vide [illegible] et quicquid loquimur, aut dicimus, debet amor [illegible] in proximum sapere, & honestatis seriem custodire. Sicut enim [illegible] sanitate linguæ cognoscitur sanitas porcorum, sic sanitas ani[illegible] apparet in sanitate verborum. Medici etiam linguas infirmorum respiciunt, & ad sanitatem linguæ sanitatem corporis cognoscunt. *Ex abundantia enim cordis os loquitur*, & ad locutionis sanitatem & honestatem animi puritas declaratur, vnde Prou. 12. *Lingua sapientum sanitas.*

D ¶ Tertiu dico, quod in lingua locutionis debet apparere acuties correctionis, quia scil. lingua nostra loco & tempore debet gladio similari, quia scil. debet acuta esse alios corrigendo, pungendo & castigando, vnde de Apostolis dicitur Act. 2. quod *apparuerunt illis dispartita linguæ, tanquam ignis.* Ignis enim

E ardorem correctionis designat.

¶ Quarto dico, quod in lingua nostræ locutionis debet apparere plicabilitas discretionis, quia scilic. sicut ligna faciliter vertitur & mouetur, & ad voluntatem hominis nunc ad vnam partem, nunc ad aliam agitatur: sic verè locutio nostra debet esse ita sapiens & discreta, quod secundum personas, quibus loquimur, ipsam debemus vertere, & mutare, & variare, quia scilicet per nos sunt nunc tristes consolandi, nunc ignorantes instruendi, nunc delinquentes arguendi, nunc iusti collaudandi. Sicut enim canis habet linguam medicinalem, valde tamen flexibilem, tenuem, & subtilem; sic verba nostra debent esse medicinalia, vtilia, & proficua, & per discretionem ad diuersa officia, versibilia, & mutabilia, sicut de Apostolis dicitur Act. 2. *Loquebantur varijs linguis Apostoli magnalia Dei.* Istud potissime pertinet ad prædicatores, quia scilic. sicut vrsa catulum suum, qui nascitur informis, & sine figura, solet diuersimode lambere, & in ipso per linguæ officium, formam & figuram debitam generare: sic vere, charissimi, prædicator catulos, id est, peccatores, qui de sui natura sunt turpes & informes, forma & figura honestæ conuersationis carentes, debent per officium linguæ, locutionis, & prædicationis tamdiu diuersimode lambere, quod ipsos possit per virtutes & gratias figurare seu generare. Varie enim, & diuersimode debet loqui prædicator, videlicet,

Nunc
- Alte de paradiso,
- Basse de inferno,
- Acriter de peccato,
- Dulciter de præmio,
- Audacter de fidei præmio, & sic de alijs.

Ipse enim debet loqui aliquando linguis hominum, & quandoque linguis Angelorum dicens illud 1. Corinth. cap. 14. *Gratias ago Deo meo, quoniam omnium vestrum lingua loquor.* Patet ergo, quod in lingua nostra debet esse plicabilitas discretionis.

F ¶ Quinto dico, quod lingua locutionis nostræ debet esse clausura seu conclusio correctionis. Membrum enim linguæ est conclusum quasi in duobus carceribus & clausuris, scil. intra ambitum dentium labrorum. Ad denotandum, quod ipsam natura clausam esse voluerit, & ligatam, vt in actum locutionis faciliter non exiret, sed vt raritatem sermonis faceret, quicquid dictura esset, diutius cogitaret. Iuxta illud 1. Pet. c. 3. *Quis est qui vult vitam, & diligit dies bonos? Coerceat linguam suam à malo, & labia sua, ne loquantur dolum.* Crocodilus enim maximum est animal, tamen minimam habet linguam, quia scilicet ipsam nunquam potest extra os ponere, & ideo nullam penitus profert vocem, sicut dicit Plinius & Solinus. Sic vere charissimi, illi, qui sunt maiores in efficacia & virtute, scil. viri prudentiores & meliores habent, vt communiter, linguam minorem, quantum ad exercitium locutionis, quia scil. raro & modicum emittunt verba sua ab ore, scientes, quod secundum dictum Sapientis Prou. 10. *In multiloquio non deerit peccatum.* Vnde Iacob 3. *Lingua quidem modicum est membrum, & magna exaltat, &c.* Quin imo multi fuerunt Philosophi, qui ad literam voce carere voluerunt, qui se temporali, vel perpetuo silentio da[illegible]auerunt, iuxta illud Eze. 3. *Adhærere faciam linguam tuam palato tuo & eris mutus, & quasi non loquens.* Sic ergo patet, qualiter lingua nostra debet habere clausuram coerctionis, quia vere l[illegible]a est clausa, inuoluta, & occulta, sicut ignis, ne extra noceat, sicut latro, ne extra exeat, sicut canis, ne extra mordeat. Et sic patet, quomodo lingua debet esse

- Mollis,
- Rubea,
- Acuta,
- Mobilis,
- Clausa.

Et hæc de bona lingua sufficiant.

¶ Sed heu, proh dolor, lingua non semper signat [illegible] imo pro certo multoties designat in malo, quia [illegible] multa inueniuntur genera malarum linguarum, videlicet

Lingua
- Mollis per adulationem,
- Acuta per detractionem,
- Rubea per incautam locutionem,
- Mobilis per verborum variationem,
- Clausa per inuidiam & indignationem.

Est enim Lingua
- Adulantum,
- Diffamatorum,
- Iactantium,
- Duplicium,
- Inuidentium.

¶ Est enim lingua adulatorum sicut lingua ca[illegible] quæ [illegible] est plicabilis & subtilis, quæ rem pingue[illegible] libent[illegible] runt tamen ipsam pinguedinem paulatim attrah[illegible] Quia vere adulatores diuersimode plicant & varian[illegible] suas. Amore enim pinguedinis, id est, alicuius lu[illegible] diuites libenter lambunt, & sic paulatim pinguedine[illegible] diuitiarum sibi attrahunt, & acquirunt, vnde E[illegible] 20. *Qu[illegible] panem illius, falsa lingua sunt.*

¶ Lingua detractorum seu diffamatorum est sic[illegible] lingua [illegible] pentis, quæ valde est venenosa. Vnde propter malitiam venigra apparet, & ita etiam muniuntur, quod bifurcata esse vi[illegible] quia scilicet locutio & lingua detractorum, quæ valde [illegible] est, & infamis, est illis, quos mordet, venenosa & morti[illegible] ad diffamationem aliorum diligens, mobilis & acuta, vn[illegible] Ps. 139. *Acuerunt linguas suas sicut serpentes, venenum aspidum sub [illegible]orum.*

¶ Lingua iactantium & duplicium & Indiscrete loque[illegible] est sicut lingua quorundam taurorum, qui sunt in Indi[illegible] q[illegible] cundum Plinium ita habent linguas protensas & lo[illegible] vsque ad aures protendunt eas. Quia vere mult[illegible] multiloquium, stultiloquium, iactantiam, & cæte[illegible] borum linguas longissimas habere noscuntur, quas[illegible] ad aures suas videntur protendere, in quantum o[illegible] dierint, volunt statim per multiloquium recit[illegible] nim linguæ, & aures, & auditus, & locutio simul st[illegible] [illegible] multi quicquid audierint, statim dicunt, sicut ap[illegible] ret d[illegible] ter diffamantibus & iniuriantibus. Contra quos di[illegible] E[illegible] 16. *Audisti verbum aduersus proximum? commoriatur in te.* Si[illegible] apparet de libenter rumores narrantibus, & de factis [illegible] liter loquentibus & iactantibus de quibus dicitur in [illegible] *Posuerunt in cælum os suum, & lingua eorum transiuit in terra* quasi [illegible] eatur: Isti volunt ad cœlum & ad terram, ad al[illegible] & [illegible] ardua & ad parua extendere linguam suam. De quo be[illegible] test dici illud Esa. 32. *Lingua balborum velociter loquetur.*

¶ Lingua duplicium est sicut lingua [illegible] nobi[illegible]um, [illegible] ita est tenuis, & longa, quod ipsam possunt faciliter co[illegible] quia sc. duplices continue plicant, & variant verba sua [illegible] vnum in præsentia, nunc aliud in absentia dicentes, iuxta il[illegible] Ps. 67. *Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso.* Vnde Prou. 1[illegible] *vertit linguam suam incidet in malum.* Quia sicut dicitur Eccl. [illegible] *cator cognoscitur in duplici lingua.*

¶ Lingua vero inuidentium est illorum, qui scil. ex inu[illegible] noluit docere, & erudire, & ista est sicut lingua ele[illegible] quæ semper in ore dicitur latitare, & nunquam exter[illegible] tere, quia scilicet tales ex indignatione & inuidia [illegible] stendere linguam suam, nec aliquod verbum do[illegible] alijs eis dare. De quibus dicitur in Psalmo 21. *Adh[illegible] faucibus meis.* &c. Et sic patet, quomodo tam [illegible] quam lingua bona accipiuntur quinque modis.

L[illegible]qui.

**Limpidus.** Idem est, quod purus & mund[illegible], [illegible] cæ sunt auctoritates. Vide int[illegible] a [illegible] ditia & Puritate.

**Lingere, seu Lambere.** Cum lin[illegible]re lambere [illegible] [illegible] sit qu[illegible]

...it, quam lingua aliquid suauiter tangere, vel palpare, sicut consueuerunt facere canes circa carnes, in quo scil. actu consueuit lambens inuenire delectationem: ita etiam, qui lambit, consueuit inuenire complacentiam, & quandam nerootum titillationem; & sic constat, quod lingere & lambere pertinet ad officium linguæ. possum ergo notare, quod in Scriptura inuenitur ... Lingere.

Veracis prædicationis,
Tenacis meditationis,
Fallacis adulationis,
Crudelis delectationis.

¶ Lingit prædicator verbis suauibus, vt curet vlcera. Vnde Luc. ... dicitur de Lazaro, quod *veniebant canes*, id est, prædicatores *& lingebant vlcera eius*. Lingua enim canis, & ipsius linctio est medicinalis. Aduertendum tamen est, quod solum illi, qui lingua & manu lambuerunt aquas, electi fuerunt à Domino, alij vero qui solum linguam apposuerunt, reprobati fuerunt, sicut dicitur Iud. 6. Ad denotandum, quod prædicator, si vult, quod suum lingere, vel lambere, hoc est dictum, suum loqui, vel prædicare proficiat, necesse est, quod cum lingua manum, cum verbo opus, & exemplum apponat. Quia teste Gregorio, *Loquentis authoritas perditur, cum vox opere non iuuatur.*

¶ Item lingit contemplator cordis affectibus recolens, scil. vulnera Christi quia sc. deuotus homo debet per deuotionem lingere sanguinem Christi. Exemplo eorum canum, *qui linxerunt sanguinem Naboth nequiter interfecti*. 3 Reg. 21. Vnde de deuotis & contemplatiuis dicitur Iob 39. *quod pulli aquilæ lambunt sanguinem.*

¶ Item lingit adulator verbis fallacibus excusans scelera. Vnde Mich. ... dicitur de adulatoribus quod *ipsi lingent puluerem quasi serpentes*. Serpens enim lingendo inuenenat. Sic isti adulando pulueres, id est, inconstantes diuites intoxicant, dum ipsos nutriunt in peccatis.

¶ Item lingit deprædator vocibus crudelibus, cum infert verba minacia, quia sc. crudeles & iniqui videntur lingere sanguinem innocentium, dum in eorum tribulationibus delectantur. 3. Reg. 21. *Lambent canes sanguinem tuum.* Crudeles enim sunt sicut canes famelici, videntur enim innocentes & pauperes lingere, dum ipsorum substantiam rapinis & spolijs satagunt deuorare. Psal. 71. *Inimici eius terram lingent.* Et hæc de Lingere, seu Lambere sufficiant.

A **Linire.** Cum linire nihil aliud sit, quam aliquid cum aliqua re pingui vel vnctuosa leniter vngere vel tractare, vel cepa, cera, bitumine, seu cæmento aliquid operire, & rimas, fissuras & foramina contingere, vel implere, notare possumus, quod

Linitur { Morbus, vt possit sanari,
Domus, quam decet sacrari,
Murus, qui debet ornari. }

Vnde sic dicam moraliter, quod ego inuenio

Lituram { Prædicationis,
Consecrationis,
Adulationis. }

B ¶ Primo ergo dico, quod inuenitur litura vel linitura prædicationis. Quia reuera prædicator ad modum Medici consueuit vulnera & infirmitates linire, & vnguenta salubria hoc est, verba salutaria procurandis vitijs adhibere. Iste enim

Quandoque linit { Luto de mortis meditatione loquens,
Felle, de culpæ detestatione loquens,
Bitumine, de amore & dilectione loquens. }

De luto mortis & ipsius meditatione dicitur Ioh. 9. quod *Iesus fecit lutum ex sputo, & liniuit oculos cæci nati, & statim vidit.* Quia reuera luti, & terrestreitatis nostræ memoria facit nos videre & intelligere cuncta vtilia. Ioh. 9. *Ille homo, qui dicitur Iesus lutum fecit ex sputo, quo liniuit oculos meos.* De felle peccati, & eius detestatione dicitur Tob. 11. quod *oculi Tobiæ liniti fuerunt de felle piscis, & illuminati sunt.* Fel enim amaritudinem peccati signat, seu contritionem, quam debet habere amarissimam de peccato. De bitumine charitatis & dilectionis dicitur Genes. 9. de arca Noe, quod *intrinsecus bitumine fuit linita*, scil. ne aqua diluuij subintraret. Ad denotandum, quod arca animæ bitumine tenacis dilectionis & gratiæ debet inungi, ne aqua diluuij, id est, mundi prosperitate, vel aqua peccati possit submergi, sicut de matre Moysis dicitur, quod fiscellam liniuit bitumine, vt Moyses proiectus in flumine non mergeretur. Ista est igitur litura vel linitura prædicationis.

C ¶ Secundo dico, quod inuenitur linitura consecrationis, & ista est, quando sacerdos vel episcopus consecrandus in spiritualem domum Dei, chrismate & oleo vngitur & linitur, denotans sc. lituram & vncturam gratiæ diuinæ, quia sc. quando Deus ipsum hominem sibi dedicat, & quando ipsum sanctificat, & consecrat, oleo suæ gratiæ ipsum lenit. Leuit. 8. *Tulit Moyses vnctionis oleum, quo liniuit tabernacula cum omni supellectili sua.* Res enim, quæ linitur, magis, vt communiter, est dulcis, suauis, & plana. Sic vere illi, qui gratia Dei liniuntur, & consecrantur, sunt magis dulces, suaues, & mites, plani etiam, & veraciores cæteris esse noscuntur. Sic ergo patet, quod est litura, qua Deo spiritualis domus consecratur. In qua, quia interdum lepra apparet, præcipitur domus vel locus lepræ radi, & luto alio tota liniri, sicut apparet Leu. 14. Ad denotandum, quod domus animæ, quam lepra peccati fœdauit, per pœnitentiam est radenda, & luto alio, hoc est dictum, luto diuinæ gratiæ linienda. Hæc est igitur litura consecrationis.

D ¶ Tertio dico quod inuenitur litura adulationis. Cæmentarius enim murum solet linire, & calce, & coloribus picturare, vt ipsius possit turpitudinem operire. Sic adulator verbis fallacib. malos diuites linit, & sic vitia ipsorum decipiendo, & falso excusando contegit, & abscondit. Ezec. 12. *Prophetæ eorum linxerunt eos absq; temperamento.* Temperamentũ appellat paleas, quæ ponuntur in luto, quando linitur murus, vt stabilius & firmius hæreat in muro, & vt sit ædificium magis firmum. Ezech. 14. *Liniebant parietem luto absq; paleis.* Sed vere paleæ debent poni in luto, quia scil. si quis aliquem linire voluerit blandiendo, semper debet adhibere paleas defectuum suorum, ipsum arguendo & corrigendo, quod quia adulator non facit, ideo sine temperamento linire dicitur in loquendo. Ezech. 13. *Destruam parietem, quem linistis absque temperamento.* Quia reuera illi, qui sine temperamento tali ab adulatoribus liniuntur & blandiuntur, ita decipiuntur, vt finaliter in corpore rebus & anima destruantur. Vnde Ezech. 13. *Dic eis, qui liniunt absq; temperamento, quod casurus sit.* Et sequitur ibid. *Et erumpere faciam spiritum tempestatum in indignatione mea, & erit imber inundans in furore meo, & dabo lapides grandes in ira in consumptionem & destruam parietem, quem linistis absq; temperamento.* Ista bene allega contra adulatores, & contra illos, qui per adulatores se fraudari permittunt. Sic ergo patet de litura adulationis. Et hæc sufficiant de Linire. Vide in tit. Vngere.

A **Linum. Lineum.** Cum linum sit genus herbæ, de quo lineum texitur vestimentum subtile, candidum, & suaue, quod scil. primo herba viridis nascitur, & semen in capitellis ipsius colligitur, herba vero collecta, in aqua ponitur, vt stipula putrefiat, mergi certo tempore dimittitur, & sic cortex ab interiori ligno vel stipula separatur, qui cortex malleorum tunsionibus præparatur, tandem filatur, texitur, & ordiṫur, & per diuersas bullitiones & loturas in candorem eximium commutatur, & faciendis diuersorum generum vestimentis coaptatur, notare possumus, quod linum in bono sumitur, & in malo. In malo enim significato per linum intelligitur

Cogitatio subtilis & malitiosa,
Conuersatio vilis & ambitiosa,
Delectatio puerilis & delitiosa.

¶ Linum enim est quid subtile, ita quod si misceatur cum alio filo in panno, non cito percipitur, & signat malitiosam cogitationem, quam Dominus reprobat atq; damnat, eo quod dum non percipitur, simplices decipit atque fraudat. Et ideo vestimentum de lino & lana contextum in lege prohibetur. Deut. 22. *Non habebis*, inquit, *vestimentum, quod ex lana & lino contextum est.* Ad denotandum, quod lana, id est, exterior prætensa simplicitas, dum linum, id est, interiorem malitiam cooperit, simplices fallit & decipit, dum ab eis non cauetur. Esa. 19. *Confundentur qui operantur linum*, id est, malitiam.

¶ Item linum, quod est candidum & pulchrum, & à tinea quandoque roditur, & faciliter maculatur, signat exteriorem conuersationem, quæ scilicet quandoque tinea interioris hypocrisis vitiatur, macula luxuriæ defœdatur. Et ista est lepra in veste linea, de qua fit mentio Leuit. 13. vbi dicitur, *quod vestimentum, quod lepram habuerit, infecta reputabitur.* Et præcipitur ibi,

quod fi *huiufmodi lepra non ceffauerit comburatur.* Quia reuera fi veftis conuerfationis alicuius lepra hypocrifis maculatur, fi fe non caftigauerit, inferni ignibus finaliter comburetur. Ad quod facit illud, quod dicitur Leu. 10. de filijs Aaron alienum ignem offerentibus in altari, *qui induti lineis tunicis, igne diuino funt occifi*, ficut bene ibid. dicitur: *Tulerunt eos, ficut iacebant, veftitos lineis tunicis.*

¶ Item linum, quod eft tactui delectabile & fuaue, quando tamen eft in herba, facile rumpitur, vel caffatur, fignat carnalem & delitiofam viuendi conditionem, quæ licet fit carnalibus fuauis, & delectabilis, quando tamen nimis eft viridis, atq; mollis, tribulatione facili poteft frangi. Et fic Exod. 9. dicitur. *Per tonitrua grandinem & pluuiam linum & hordeum læfum eft, eo quod hordeum effet virens, & linum iam folliculos germinaret.* Linum igitur quandoque fumitur de malo.

B ¶ Sed dico adhuc, quod quandoque linum fumitur in bono. Et fic dico, quod linum fignificat

Confcientiæ nitorem & fanctitudinem,
Continentiæ candorem & pulchritudinem,
Apparentiæ decorem & gratitudinem,
Temperantiæ decorem & mititudinem.

¶ Linum enim, quod eft purum & mundum, feu veftis linea, quæ facilius emundatur, fi contaminata fuerit, quam quæcunq; alia veftis, fignat puritatem confcientiæ feu innocentiæ, quæ fc. ficut cito per peccatum poteft infici, vel alienam malitiam decipi, fic cito poteft rectificari, vel lauari, & ad ftatum priftinum per pœnitentiam reftaurari. De qua fcil. puritate dicitur 1. Reg. 2. quod *Samuel puer erat adhuc infantulus.* & fequitur in fequenti capite: *Samuel autem miniftrabat coram Domino, accinctus Ephod lineo.*

C ¶ Item linum, quod eft nitens & candidum, fignat continentiam, quæ per colorem album communiter defignatur, in cuius figura præcipitur in lege diuina Exod. 28. quod *facerdotes fœminalibus lineis vti debebant, quando in tabernaculo miniftrabant.* Per fœminalia, quæ renes & membra pudibunda cooperiebant, virtutem continentiæ defignabant, quæ fcilicet linea, id eft, munda & pura maxime in viris ecclefiafticis debet effe, vt genitalia, id eft, actus venereos valeat cohibere, vt fic valeant Domino digne miniftrare. Leuit. 9. *Veftietur facerdos tunica & fœminalibus lineis.* Ad quod facit illud Hierem. cap. 13. *Vade poffide lumbare lineum, & pone illud fuper lumbos tuos.* Lumbare enim, quod ftringit lumbos, caftitatem defignat. Tefte enim Gregor. *Lumbos tunc reftringimus, cum carnis luxuriam per continentiam coarctamus.*

D ¶ Item linum, quod eft veftimentum decorum placidum, fignat honeftam apparentiam, quæ fcil. munda debet effe, & grata, & cunctis placita, & venufta. Exod. 29. *Cumq; lauerit patrem cum filijs, indues Aaron veftimentis fuis, fc. linea tunica, fuperhumerali & rationali, quod conftringes balteo.* Veftimenta enim fignificant exteriorem honeftatem, quando fc. debent concomitari linea tunica, id eft, puritas & munditia, fuperhumerale, id eft, fortitudo & patientia, rationale, id eft, prudentia, & baltheum conftringens, id eft, modeftia & temperantia. Leuit. 7. *Veftiuit pontificem fubucula linea.*

E ¶ Item linum, quod eft veftimentum molle, & fuaue, fignat benignitatem, & modeftiam, quæ fcil. alijs fuauis eft, & mitis. Magna enim benignitas, & fuauis blanditas fuit in Dauid, quando faltabat accinctus Ephod lineo ante arcam, ficut dicitur 2. Reg. 6. *Dauid percutiebat in organis, & faltabat totis viribus ante Dominum.* Porro Dauid erat accinctus Ephod lineo, hoc eft dictum, manfuetudine, & dulcore. Pf. 131. *Memento Domine Dauid, omnis manfuetudinis eius.* Igitur per linum, feu veftimentum lineum intelligitur puritas, & fuauitas, fiue in continentia, fiue in conuerfatione & apparentia, fiue etiam in verbo, modo, & moderantia. Et reuera qui vult talia veftimenta, id eft, talem morum puritatem habere, debet primo ea per humilitatem in terra, id eft, inferius feminare in aqua, fcilicet deuotionis & lacrymationis humectare, & per pœnitentiam à fuperfluis feparare, tandem tunfionibus, id eft, tribulationibus & correctionibus fubmittere, & per contritionem bullire, per confeffionem lauare, per fatisfactionem texere & ordiri, & per morum compofitionem fuere & formare. Et fic veftimentum lineum poterit induere, & habere, & miniftrare in tabernaculo dignus effe. Habeat igitur

Tunicam lineam charitatis,
Cydarim lineam dignitatis,
Vittam lineam timorofitatis,
Menfuram lineam æquitatis,
Scripturam veritatis,
Zonam ftringentis temperantiæ & parcitatis,
Fœminalia caftitatis, & omnia fint linea per munditiam innocentiæ & puritatis.

De tunica charitatis dicitur Leuit. 8. *Veftiuit pontificem fubucula linea.* De cydari dignitatis, & zona temperantiæ conftringentis & maturitatis coercentis, videlicet malos mores, quæ fcil. debent effe lineæ, puræ, finceræ, dicitur Leuit. 13. *quod facerdos accingetur zona linea, & cydarim lineam imponent capiti eius.* De vitta linea, quæ fc. ftringebat caput, hoc eft dictum, de timore Dei, qui cohibet mentem, poteft dici illud Ezech. 44. *Quando miniftrant in portis atrij interioris, & intrinfecus vitta linea erunt in capitibus eorum.* De menfura vero iuftitiæ & æquitatis, quæ fc. debet effe linea, id eft, pura, & fine aliqua fractione & corruptione, poteft dici illud Ezec. 40. *Ecce* (inquit) *vir, cuius erat facies quafi fpecies æris, & funiculus lineus, & calamus menfuræ in manu eius.* Vir enim ifte eft virtuofus feu rigorofus prælatus, vel iudex, quia fc. debet habere funiculum & calamum iuftitiæ in manu pro meritis cuiuslibet menforandis. Ifta tamen linea & pura debet effe, vt fcil. nulla corruptio affectionis, vel fimoniæ, vel fubuerfionis, vel fauoris, aut odij intercedat. De fcriptura etiam, fc. veritatis, quæ fc. linea, pura, & fancta, & fine quacunq; vana gloria, hærefi, vel fallacia debet effe, dicitur Ezech. 9. quod *vir unus veftitus lineis ftabat in medio, & atramentarium fcriptoris ad renes eius.* De fœminalibus vero caftitatis fatis vifum eft fupra, & Ezech. 44. *Fœminalia linea erunt in lumbis eorum.* Ecce ergo quomodo quicquid eft, & maxime in ecclefiaftico, qui habet in facramento altaris, & in dominicis officijs miniftrare, totum debet effe lineum, totum purum, totum fanctum, nihilque maculatum, corruptum, aut fictum. Iuxta illud Ezech. 44. *Cum ingredientur portas atrij interioris, veftibus lineis induentur, & non afcendet fuper eos quicquam laneum.* Lana enim, quæ nafcitur ex carne, poteft in hoc loco carnalitatem, nec non carnalem parentum affectionem fignare, quam fc. quilibet ingrediens portas ecclefiæ debet deponere, & lino puritatis, & innocentiæ fe veftire. Et fic figurabitur in illo viro veftito lineis tunicis, de cuius mirabili defcriptione fit mentio Dan. 10. Vide ibi. Aduerte tamen, quod ficut fupra dixi de lino, quod multis tunfionibus, carpinationibus & bullitionibus fupponitur, fic dicam, quod illi, qui linea puritate & munditia veftiuntur, multis mundi tribulationibus fupponuntur, ficut de impio Saul, & Doech Idumæo principe paftorum eius (per quos intelligo mundum & eius tyrannos) dicitur 1. Reg. 22. quod *ipfe occidit octuaginta quinq; viros indutos Ephod lineo.* Patet ergo, quod per lineum veftimentum poteft omnis munditia & puritas defignari, & quomodo in bonum fumitur, & in malo. Vide fupra de Byffo & Lino, & in tabula.

## Liquefcere. Liquefieri.

A Nota, quod liquefactio nihil aliud eft, quam alicuius duri aut folidi occafione caloris, vel adiunctione humoris diffolutio. Et fic dicam tam in bono, quam in malo accipiendo, quod triplex inuenitur liquefactio, fcilicet

Liquefactio { Iuftorum, Malorum, Cunctorum.

¶ Primo ergo dico, quod liquefcunt iufti, quando calor diuinæ charitatis ipfos percutit, & quando radius folaris feu diuinæ infpirationis ipfos penetrat & perfundit. Et fic dicam, quod ficut ex fcriptura poteft intelligi, quod

Liquefcit cor { Pœnitentis, Diligentis, Miferentis.

¶ Prima eft liquefactio contritionis, quæ fcil. ficut nubes liquefacta, emittit lacrymam, Pfal. 21. *Factum eft cor meum tanquam cera liquefcens in medio ventris mei:* & in Pfalm. 147. *Emittet verbum fuum, & liquefaciet ea,* fcilicet corda pœnitentia & contritione. Pfal. 148 *Flabit fpiritus eius, & fluent aquæ.*

Secunda liquefactio eft deuotionis. Metallum enim durum quandoq; virtute ignis liquefcit, ita quod fecundum voluntatem fuam artifex in varias formas & imagines ipfum vertit. Sic vere quandoq; fit, quod iuftus per deuotionem taliter liquefcit,

quod

quod omnem duritiam indeuotionis & obstinationis dimittit, & in diuersas virtutum imagines spiritus artifex ipsum flectit. Et de tali liquefactione indeuotionis & obstinationis dicitur Cant. 5. *Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est.* Et Exod. 18. *Cum incaluisset Sol liquefiebat anima.* ¶ Tertia est liquefactio compassionis. Nam sicut rosa posita in alembico liquescit, & resoluitur in fumum, qui tandem in aquam medicinalem hominibus destillatur, sic pius homo ardore miseriarum alienorum compunctus, per compassionem resoluitur, & in aquam refrigeratiuam & leniuuam beneficiorũ mutatur, in quantum alijs benefacit & subuenit, vel saltem præ compassionis lacrymis irrigatur. Nonne de Ioue legitur, quod mutatus & liquefactus est in pluuiam auream, vt Danaem impraegnaret? Quia vere viri pij per compassionẽ resoluuntur & liquescunt in aureas pluuias id est, in beneficia & eleemosynas, vel etiam in pias lacrymas, vt sc. pauperes impraegnent, & à sterilitate paupertatis releuent, dum eorum supplent miserias. Nonne in aurum, & in auream pluuiam liquefactus est beatus Nicolaus, quando aurum pro puellis, quæ prostituendæ fuerant distribuit, & suis ipsas beneficijs impraegnauit? Bene ergo dicitur de hominibus pijs spiritualiter illud Esa. 2. *Cæli sicut fumus liquescent.* Ista est igitur lique-

B factio iustorũ. ¶ Secundo dico, quod inuenitur liquefactio malorum vel iniquorum. Isti enim liquefiunt & resoluuntur, & penitus vani & [illegible]labiles efficiuntur, & omnem soliditatem & constantiam perdere comprobantur, quando calore & feruore malorum desideriorũ tanguntur. Et sic dico, quod est

Liquefactio { Mali feruoris, Vani timoris, Diri doloris.

De malo feruore dicitur Ezech. 24. de illa olla, per quam intelligitur voluntas & affectio peccatoris. *Pone,* inquit, *eam super prunas vacuam, vt incalescat æs eius, & liquefiat.* De vano timore, quo scilicet liquefiunt corda, ita quod quandoque perdunt omnem soliditatem virtutis, dicitur Iosu 7. *Pertimuit cor populi & ad instar aquæ liquefactum est.* De dolore diro, seu de terrore diro, quo sc. in iu[illegible] damnati liquescent, dicitur Iudic. 16. *Montes à fundamentis mouebuntur cum aquis, & petra sicut cera liquescent.* Ista est ergo

C li[illegible]factio malorum. ¶ Sed tertio dico, quod inuenitur liquefactio cunctorum, scil. elementorum. Et istud ostendetur in iudici[illegible] quando scil. tota rerum machina dissoluetur, & tandem in melius reparabitur, & reuertetur. Psal. *Liquefacta est terra & omnes, qui habitant in ea. ego confirmaui columnas eius.* Sufficit. Vide in titulo dissoluere, & in titulo Soluere.

A # Lis. Litigare.

Cum lis contentio, dissensio, contrarietas & discordia, pro eodem supponant, p[illegible]ssum notare, quod litigium semper signat in malo, & ideo p[illegible]nibus fugiendum est. Si enim lapides domus inter se litigarent, dissilirent & disceptarent, nunquam vnam domũ construerent, sed ipsam potius dissiparent. Sic vere si inter nos lites & contentiones bellaque & seditiones facimus, & cordibus & [illegible] ab inuicem dissentimus, nunquam domum Dei (quæ est [illegible] stabilimus, sed eam potius dissipamus. Et quia cõ[illegible]es crescunt, discordia vero pereunt & decrescunt, ideo be[illegible] dicitur 2. Tim. 2. *Seruum Domini non oportet litigare.* Et bene d[illegible] Seruum Domini, quia reuera illi, qui peculiariter seruiunt De[illegible]ot sunt religiosi & clerici, debent esse modesti, non litigiosi, quia cum ipse Deus sit Deus pacis, non decet, quod habet [illegible]emuos litis Ad Titum 3. *Mone illos non litigiosos esse sed modestos ostendentes omnem mansuetudinem ad omnes homines.* Quod tamen est con[illegible] multos, qui scilicet in rixis & litibus, dissensionibus & controuersijs delectantur, similes illis locis qui dicuntur syrtes, quæ sunt loca arenosa in Aphrica, ita bullientia, & ad modum aquæ fluctuantia, & modico flatu venti ab interiori prorumpente, de loco ad locum se mouent, & inter se confligunt, ita quod nullus per eos tute transit. Sic multi flatu diabolicæ inspirationis & tentationis taliter agitantur, & litibus & discordijs concitantur quod omnes alij per eos conturbantur ipsos enim mouent vt l[illegible]tigent.

¶ Quidam ergo ad litem & discordiam mouentur ex peruersitate mentali Pro. 16. *Homo peruersus suscitat lites.*

¶ Item alij ex cupiditate reali vel temporali. Iac. 4. *Vnde* (inquit) *lites & bella inter vos? nonne ex concupiscentijs vestris?* Sequitur. *Litigatis & belligeratis, & non accipitis.* Et tamen 1. Timoth. 3. dicitur, quod *Episcopum oportet esse non litigiosum, non cupidum* &c.

¶ Item alij ex fatuitate verbali. Et istud est, quando homines faciunt fatuas quæstiones, quæ tamen terminantur in lites, & dissensiones Ioan. 6. *Litigabant ergo Iudæi adinuicem, dicentes, Quomodo potest hic carnem suam nobis dare ad manducandum.* Et ideo bene præcipitur 2. Tim. 2. *Stultas & sine disciplina quæstiones deuita sciens quoniam generant lites.*

¶ Item ex carnalitate locali. De quo Prou. 21. *Melius est sedere in angulo domatis, quam cum muliere litigiosa.* Quia sicut dicitur Pro. 27. *Tecta iugiter perstillantia in die frigoris & litigiosa mulier comparantur.* Non prosequor vlterius, quia de discordia dictũ est in multis locis. Vide in titulo contra & contradicere.

# Littus, Littoris.

Nota, quod littus est terminus aquæ & maxime fluminis seu maris A illa sc. terra, quæ immediate aquæ iungitur, & per quam mare, vel fluuius terminatur. Est igitur littus terra sicca, per longum maris vel fluminis porrecta, arenis, vt communiter, plena, aquæ fluctibus verberata & ipsius humoribus irrigata, portubus & securitatibus magis apta, & pro illis, qui de maris fluctibus euaduot, magis idonea & secura. Est igitur littus locus

Pulchrior ad spaciandum,
Tutior ad habitandum,
Vtilior ad piscandum,
Ad maris impetus terminandum.

¶ Sic igitur dicam, quod per littus potest intelligi in bono significato, & in malo scilicet

Littus { Puræ perfectionis, Sequentis turbationis, Ingentis saluationis, Mundanæ corruptionis.

¶ Primo igitur dico, quod littus signat virtutum perfectionem. Virtus enim & perfectio morum, vel etiam status virtuosus & perfectus, sicut scilicet debet esse Ecclesiæ & religiosis status, seu locus, fluctus maris, id est, amaras tentationes, & fluctuosas tribulationes, aquas etiam dulces, id est mundi delectationes sistit & terminat, & ne terram animæ obruant vitijs & submergant, acriter restringit & refrænat. Habet enim in se istud littus arenas pœnitentiæ & asperitatis, sterilitatem indigentiæ, & abstinentiæ seu voluntariæ paupertatis, amœnitatem, seu puritatem continentiæ seu castitatis, & securitatem confidentiæ & diuinæ gratiæ & veritatis, fertilitatem seu opulentiam omnis spiritualis vtilitatis. Ibi enim piscatur, & acquirit homo quicquid est necessarium ad salutem. Ibi ditatur moribus & virtutibus. Ibi est in portu, & gaudet à mundi fluctibus euasisse. Ibi est in spatio, & gaudet ad solarium exiuisse. Genes. 49. *Zabulon in littore maris habitabit, & in statione nauium.* Et Iudic. 5. *Aser habitabat in littore maris & in portubus morabatur.* Signat ergo littus virtutum perfectionem.

¶ Secundo dico, quod signat sequentem turbationem mortis & iudicij. Ista enim sunt quæ terminant maris fluctus, id est, huius vitæ & huius mundi fluctuosos impetus, & processus. Ista sunt, ad quæ oportet omnes naues, id est, omnes mortales applicari, quosdam vero ad inferni scopulos se cassare. In isto B enim littore, scilicet in iudicio vel in morte, expectant Angeli boni, vt naues mercibus plenas, id est, animas opulentas virtutibus tanquam mercatores recipiant. Etiam expectant Angeli mali velut in scopulo, vt fractas, & damnatas naues, seu animas diripiant. Nonne de Angelis scribitur Matth. 13. quod *sagenam plenam piscibus educentes & secus littus sedentes, elegerant bonos in vasa sua, malos autem foras miserunt?* Quia reuera boni pisces, id est, sancti homines cum ad littus mortis, vel iudicij veniunt, ab Angelis eliguntur, mali vero ab eis reprobantur. Signat ergo littus sequentem turbationem.

¶ Tertio dico, quod signat ingentem saluationem, scilicet C statum gloriæ Paradisi, vbi scilicet post fluctus mortalitatis homo stat in littore, & securo loco. Exemplo Christi, qui post resurrectionem legitur stetisse in littore, Ioan. 21. *Stetit Iesus in littore maris.*

¶ Quarto signat sæculi correctionem. Littora enim sunt partes illæ terræ, quæ maris fluctibus verberantur, & quæ pietatis D amplius exponuntur, & quæ facilius aquarum alluuionib. submerguntur, & quæ etiam lacis & paludibus aquarum plus fœdantur, & quæ insuper herbis inutilibus vt communiter fœcondantur. Sic vere mundus, seu mundi status tribulationibus

subiacet, motibus fluctuosis, & piratarum, id est dæmonum rapinis & tentationibus, lutosis & lacuosis, aquis & paludibus, id est, delectationibus vitiosis & malis herbis, id est hominibus iniquitosis abundat. Bene ergo dicitur Matt. 13. quod *Iesus ascendit in nauiculam, & turba stabat in littore.* Et Ezech. 47. dicitur, quod *aquæ, quæ sunt in littoribus seu in paludibus torrentis non sanabuntur, quia in salinas dabuntur.* Ad denotandum, quod littora huius mundi non sunt loca sana ad habitandum, imo certe salsa sunt, & amara sanctis hominibus ad gustandum (In salinia inquit dabunt) Et ideo boni in nauiculam Ecclesiæ vel religionis cum Christo solent ascendere. Turba vero, hoc est dictum, mali in isto mundo & negotiorum mundanorum littore solent persistere. Et breuiter de malis dicitur Iosuæ 9. quod *illi, qui versantur in montanis & campestribus & in littore maris congregati sunt pariter, vt pugnarent contra Iosue*, id est, contra Christum. Sicut enim dicitur Iosuæ 11. *Egressus est populus multus nimis sicut arena, quæ est in littore maris, &c.* Vide supra de arena in litera A. Patet igitur, quod per litus potest intelligi mundus & ipsius grauis iniquitas, paradisus & ipsius tuta securitas, mors, iudicium, vel infernus & ipsius dura pœnalitas, perfectionis status & ipsius sancta fœlicitas. Vide infra in titulo de mare.

A **Litera. Literæ.** Cum literæ sint quædam figurarum elementa ad voluntatem instituentis facta ad notificandum vota hominum absentium vel tacentium instituta, possumus notare, quod maxima fuit necessitas literas inuenire. Et ideo Creta Insula præ alijs debet in hac parte à mortalibus honorari, quæ secundum Isidorum & Solin. primo literas aureas dedit, quanquam Plin. videatur velle, quod vsus literarum fuit æternus. A principio enim variæ nationes ad exprimendum conceptus suos absentibus & futuris, literas inuenerunt, quibus scribentes historias, & scientias per eos adinuentas ipsas ad posteros transmiserunt. Quis enim modo aliquid de factis antiquorum sciret, nisi illa sagax antiquitas literis demandasset? Igitur in quantum audiuisse potui certæ sunt hodie prouinciæ quæ vtuntur specialibus literis in scribendo. Europa quasi per totum vtitur literis Latinis: Aphrica Arabicis: Asia vero minor, & Illyricum, & Macedonia, & Thracia literis vtitur Græcis. Asia autem magna & Asia profunda literis diuersis secundum varias prouincias vtitur Chaldæis, Persicis, Armenicis, Vrgutis & Cumanis. Tamen omissis istis ad moralia recedamus, & de inuentionibus literarum tacentes de literis in quantum instructionem faciunt ad virtutes aliquid disseramus. Dicam ergo, quod nos inuenimus

Literas:
- Admirandas,
- Meditandas,
- Penetrandas,
- Perscrutandas,
- Refutandas.

Literæ sunt:
- Admirandæ in rerum natura,
- Meditandæ in vita futura,
- Penetrandæ fere in lectura,
- Perscrutandæ in sacra scriptura,
- Refutandæ in vana textura.

B ¶ Primo ergo dico, quod sunt quædam literæ veritatem ostendentes naturaliter, & istæ sunt Deus & creaturæ. Deus enim in mente sua habet scriptas omnes veritates, & quicquid est præteritum & futurum. Sed quia istæ literæ sunt ita subtiles quod soli beati & Angeli legere possunt illas, ideo nobis tanquam pueris fecit vnum alphabetum cum literis valde grossis, videlicet creaturas, quæ scilicet nobis ostendunt, & prædicant magnificentiam creatoris, & etiam veritates rerum multiplices futurarum. Teste enim Apostolo Rom. 1. *Inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur.* Astronomi enim & mathematici, qui easdem literas vident in cælo, signis & stellis, per eas cognoscunt quandoq; aliqua tam præterita, quam futura. Etiam per res inferiores scil. ignem, terram, aquam, aerem, volucres, animantia, secundum voluntatem instituentis Dei & per istas creaturas tanquam per instrumentum operantis, multa possunt rerum occulta monstrare, & hominibus varia declarare. Teste enim scriptura sacra Iob 35. *Deus docet nos super iumenta terræ & in auibus cæli erudit nos.* Et inde est, quod antiqui ad inuestigandum aliquas veritates per creaturas, in quantum scil. ipsæ creaturæ possunt esse ipsius Dei quantum ad hoc instrumentum, aliquas scientias condiderunt, quibus mediantibus per creaturas in creatoris mirabilia peruenerunt, & cognitionem eorum obtinuerunt. Et sic fecerunt astronomiam quantum ad cœlum: pyromantiam quantum ad ignem: aeromantiam quantum ad aerem: hydromantiam quantum ad aquam: geomantiam quantum ad terram: auguriomantiam quantum ad aues: spatolomantiam & extimantiam quantum ad pecudes. Quæ sc. quanquam per male viuentes, vel intelligentes sunt modernis temporibus deprauatæ, in principio tamen ad inquirendum veritatem per creaturas tanquam in quibusdam naturalibus literis fuerunt Deo annuente sapientibus reuelatæ, vel à sapientibus inuentæ. De istis tamen omnibus taceo, & hoc solum dico quod creaturæ sunt, vel dici possunt quædam literæ veritatem naturaliter ostendentes. Et ideo admirantur dicitur Esa. 29. *Dabitur liber scienti literas, & dicet, nescio legere, signatus est enim.* Et sic pauci sunt, qui istas literas sciant legere, quia scilicet non sunt scriptæ, nec Græce, nec Hebraice, nec Latine. Tutius est ergo lecturam istarum soli Deo relinquere, vel tempus post mortem quo nobis patebunt omnia, expectare, quam in præsenti [illegible] talia diuagari. Hester. 3. *Literæ signatæ sunt annulo regis.* Sunt ergo istæ literæ veritatem naturaliter ostendentes, ideo admirandæ.

¶ Secundo dico, quod, sunt quædam literæ futura coniecturaliter præsumentes, & ideo meditandæ. Istę autem sunt partim vindicatoriæ, partim remuneratoriæ. Vindicatoriæ sunt quæ nunciant, imo mandant patrandi supplicij austeritatem, sicut fuerunt literæ illæ, quarum fit mentio 4. Reg. 10. vbi dicitur. *Rescripsit Iehu literas Syriæ optimatibus, vt tollerent capita filiorum Achab.* C Cuius mandati terribilis auctoritas quem non facit pauidum, quem non facit cogitabundum? An continentum, id est, mortem & damnationem perpetuam sit accepturus, continue literas istas quasi oculis obiectas contueatur, legat & meditetur, & damno monitus alieno, propriæ studeat saluti. Remuneratoriæ vere sunt, quæ liberalitatem, & munificentiam erga vnum habitam præferentes, omnium eorum animos, quibus leguntur vel referuntur, alliciunt, vt & ipsi mittentis cupientes, affe[illegible] fauorem & munerum vtilitatem & honorem, diligenter [illegible] cire & præter interea pedinem meditentur & operentur, quæ illi placida suspicantur & grata. Est enim verisimile, vt quam vnum fuerit clementiæ, vel gratiæ modus & ratio par sit etiam in alius, præsertim cum à iusto animo, à iusto iudicio & à iusta causa procedat sicut saluatoris nostri in bonos & in malos recta est mercedis distributio, *qui reddit vnicuiq; iuxta opera sua.* Apoc. 22. Igitur sicut iste literis vindicatorijs quosdam damnabit, sic quosdam literis remuneratorijs saluabit. De quibus dicitur 4. Re. 20. *Misit Marodath literas. & munera Ezechiæ.* Sic dictum est de literis, quæ sunt coniecturaliter, imo certitudinaliter futura præsumentes.

¶ Tertio dico, quod sunt quædam literæ veritatem sensibiliter abscondentes, & ideo penetrandæ. Istæ autem sunt literæ legis antiquæ, & etiam literæ historicæ, sub quarum scilicet cortice sensus diuinæ intelligentiæ continentur, ita quod aliud significant interius, licet exterius aliud dicere videantur. Nam sicut in cera continetur mel, quod inde tandem eliquatur, & exprimitur, sic in litera continetur sensus, qui per rectum intellectum per expositionem congruam exinde educitur & habetur. Ista enim litera est occidens, & litera vetusta, quia scilicet qui ipsam quantum ad exteriorem apparentiam sequitur, per infidelitatem occiditur & in vitijs antiquatur. Spiritus igitur, id est spiritualis sensus quærendus est, literalis vero penitus dimittendus. 2. Corinth. 3. *Deus inquit qui nos ministros fecit idoneos Noui testamenti, non litera, sed spiritu. Litera enim occidit, spiritus autem viuificat.* Vnde August. lib. contra aduersarios legis & prophetarum, dicit, quod *lex & prohibitio crescit, & desiderium augmentat peccandi, quod non extinguitur nisi ex contrario desiderio recte faciendi per dilectionem fides operetur.* Hoc autem non præstat litera iubens, sed [illegible] tus viuens. Igitur charissimi, iuxta doctrinam Apostol R[illegible] 9. *Nunc soluti sumus à lege mortis, in qua detinebamur, ita vt seruiamus non in vetustate literæ sicut faciunt iudæi, sed in nouitate spiritus, sicut agunt viri sancti.* Istæ sunt ergo literæ veritatem inte[illegible] abscondentes & ideo penetrandæ.

E ¶ Quarto dico quod inueniuntur literæ veritatem lucidissime declarantes, & ideo perscrutandæ. Et istæ pro certo sunt literæ legis nouæ & scripturæ sacræ, quæ scilicet ostendunt fidei veritatem. Deus enim istas literas in suo secreto studio, id est, in mente propria & in Paradiso, scripsit, & eas per nuncios su[illegible]s, scilicet per prophetas hominibus misit, & notitiam sui, voluntatemque suam per istas literas hominibus intimauit. Verum quia non

[illegible] benedi-[illegible] qui [illegible] literas & earum ve-[illegible] Item iste anulit [illegible] & antiquæ literæ, scilicet lite-[illegible] sicut dicitur Hester 8. Sicut e-[illegible] literæ mittuntur per columbas, quę [illegible] lani, & literas secum [illegible] & prophetas & doctores, qui fue-[illegible] tes & simplices sicut columbæ, li-[illegible] ipsas in fide, moribus & scien-[illegible] Hyeronymus, Ambrosius, [illegible] runt columbæ plenæ literis di-[illegible] dici illud 2. Tim. 3. *Ab infantia [illegible] instruere ad salutem per fidem, quæ est* [illegible] reuera sicut columbæ tales propter [illegible] sagittantur ab hostibus: sic vere [illegible] & scientiæ theologicæ quan-[illegible] theologi ab hæreticis & sedu-[illegible] scientiarum mundanarum professo-[illegible] die legistæ & canonistæ, qui tales lite-[illegible] eos sagittis detractionum & punctionum [illegible] ersona loquitur August. lib. 9. confessio-[illegible] onum, dicens. *Facram* ( inquit ) *pessimus [illegible] aduersus literas de melle cœli mellitas, de lumi-*[illegible] te bene amarus & cœcus, quia certe tales [illegible] teras scilicet humanas & per homines ad-[illegible] ponunt, & qui ipsarum professores con-[illegible] is antepouunt. Cum tamen dicat Hierony-[illegible] *eru, qui sacras ignorat.* Et Seneca dicit, quod [illegible] *& viui hominis sepultura.* Ioan. Prosper de [illegible] br. [illegible] dicit sic: *Vita contemplatiua sectator, [illegible] conditorem accedat contemplando &c.* Sequitur: [illegible] *sacris meditationibus vacet in eis diuinitus illumi-*[illegible] *totum velut in speculo quodam refulgente consi-*[illegible] *deprehendit, corrigat, quod deforme deponat, [illegible] olat, quod anum seruet, quod inermum assidua cor-*[illegible] *domini sui præcepta infatigabiliter legat, efficaciter [illegible] cauendum, quidue eligendum sit, ex eis sufficienter [illegible] oscat.* Hæc Prosper, vbi supra. Ista tamen, proh do-[illegible] ra multos Theologiæ & literarum diuinarum se-[illegible] et optime [illegible] dicere & legere, optime di-[illegible] nihil tamen volunt operari seu facere, sed [illegible] magis quam alij se solent cunctis vitio-[illegible] & etiam contra illa, quæ quotidie di-[illegible] ijs se inuoluere, & se criminibus irretire. [illegible], qui literas damnationis & sententiæ suæ [illegible] Romana falsarij in scala, & topa-[illegible] ob confusionem maiorem exponun-[illegible] falsificauerunt, ad collum eorum suspen-[illegible] scilicet, contra ipsos, quia scilicet istæ [illegible] quas ad supplicium condemnatur. [illegible], qui scilicet secum portant literas mortis [illegible] perhibent contra ipsos in quan-[illegible] scripturæ diuinæ quas deformant, pœnæ [illegible] deb[illegible] statutæ, & in quantum literæ sacræ [illegible] defecerunt, illos condemnandos & [illegible] Figurari videlicet in vno milite Dauid, [illegible] suæ secum tulit, & ignorans, quid portabat, [illegible] incurrit, sicut dicitur 2. Reg. 11. Quia [illegible] mortis suæ deferunt, in quantum sa-[illegible] & tamen, quæ scriptura docet, non fa-[illegible] Luc. 12. *Seruus sciens voluntatem domini [illegible] vapulabit multis.* Ista est ergo *litera quæ oc-*[illegible] *cat* &c. 2. Corinth. 3. Vnde illud August. [illegible] *rapiunt cælos, & nos cum nostris literis mer-gimur in profundum* [illegible] sic ergo, sed habeamus veras literas & [illegible] n falsis [illegible] illa, quæ nobiscum scripta defert-[illegible] non contrarium faciamus. Ecclesia [illegible] illa, quæ sola literis veris vtitur, & in [illegible] scientia reperitur. Figurata iudicum [illegible] rut Cariathsepher, quæ interpretatur [illegible] & [illegible] Ecclesiastici figu-[illegible] Sole, q[illegible] in Astrono-[illegible], eo scilicet [illegible] ad literas [illegible] & [illegible]. Et inde est [illegible] secundum Ful-gentium in Mythologia sua, quod effigies Apollinis pingebatur literis exarata. Ad denotandum, quod [illegible] Ecclesiasticus & maxime prælatus, qui scilicet veri Apollinis, seu Solis iustitiæ Christi debet esse effigies & imago, debet literas exarari & scribi, in quantum [illegible] literarum diuinarum debet pertrahi, & sacra Theologia erudiri. 1. Paralipomenon. 27. *Ionathan patruus Dauid prudens erat, & literatus,* sicut Apostolus erat dicens Galat. 6. *Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime ad domesticos fidei. Videte quibus literis scripsi vobis.* Quæ tamen sunt hodie contra multos Ecclesiasticos & prælatos, qui scilicet sunt hodie non literati, sed ignari. Vnde Ecclesiast. 35. *Vbi est literatus? Vbi legis verba ponderans? Vbi doctor paruulorum?* Quasi dicatur: Nullus est, vel pauci, qui sciant literas sacras, cum non didicerint. Ioan. 7. *Quomodo literas scit, cum non didicerit?* Quia reuera de multis potest dici illud, quod scribitur Actorum 4. quod scilicet *ipsi sunt homines sine literis & idiotæ.* Patet igitur, quod inueniuntur literæ veritatem lucidissime declarantes.

¶ Quinto dico, quod inueniuntur literæ obscurissime s[illegible] focantes, & ideo refutandæ. Et istæ pro certo significare possunt scientias mundiales, quæ scilicet nihil habent ita certum, quin possit obiectionibus obumbrari, vel etiam scientias magicas aut superuacuas & ineptas, quæ nihil habent [illegible] certum sed totum superuacuum & ineptum, sed de talibus [illegible] ad præsens. Vide alia multa in titulis liber, scriptura, docere, scientia, studium, legere &c. similia. F

**Liuor.** Nota, quod color flauus, liuidus vel subniger significant quasi idem. Liuor etiam proprie dicitur, quando cutis & caro percutitur, & in subnigrum colorem & squalorem vertitur, ita quod ipsa cutis nullatenus perforatur, & in hoc casu licet cutis sit integra, intus tamen remanet caro læsa, de quo Eccl. 28. *Flagelli plaga liuorem facit,* &c. Igitur dico quod generaliter per liuorem intelligitur tribulatio, sicut de Christo dicitur Esa. 53. *Cuius liuore sanati sumus.* Quandoq; simplex correctio vel flagellatio, sicut de seruo maleuolo qui non corrigitur plagis, dicitur Eccl. 23. quod *seruus interrogatus assidue à liuore non minuitur.* Quandoque vero inuidia facit hominem liuidum atque tristem. De quo dicebat ille Lamech, qui occiderat adolescentem in liuore suo. Gen. 4. *Occidi virum in vulnus meum, adolescentem in liuorem meum.* Quandoq; ficta hypocrisis conuersatio, quæ scil. cutem, id est, exteriorem apparentiam habet sanam, interiorem vero conscientiam sinolam. De quo Esa. 1. *Vulnus, & liuor, & plaga tumens, à planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas.* De istis autem nihil amplius, quia paucissimæ sunt auctoritates. Vide in titulo inuidia, & Hypocrisis, &c. similia. A

**Locuples.** Nota, quod locupletare idem est, quod ditare. Et locuples idem est, quod diues. Et potest dici, quod in scriptura reperitur A

Locupletatio { Temporalis, quæ cito deficit, / Virtualis, quæ mentem perficit, / Æternalis, quæ totum reficit.

De temporali cito deficiente dicitur Eccl. 12. *Domus quæ nimis locuples est, annullabitur.* De virtuali & perficiente dicitur Sap. 8. Si inquit *diuitiæ quæruntur, quid sapientia locupletius?* Et 2. Corint. 6. *Sicut egentes, multos autem locupletantes.* De supernali seu æternali semper reficiente dicitur Apoc. 3. *Suadeo tibi emere aurum probatum, ignitum, vt locuples fias.* Igitur de locupletatione temporali solum dicam, quod ista

Est { Filia parcitatis, / Æmula vanitatis, / Nebula veritatis, / Aduersaria voluptatis, / Temeraria charitatis.

¶ Quod locupletatio seu diuitiarum acquisitio sit filia parcitatis, patet Eccl. 11. vbi dicitur, *Est qui locupletatur parce agendo.* ¶ Item quod sit æmula vanitatis, hoc est dictum, quod diligat iactantiam & vanitatem, patet Apoc. [illegible] vbi dicitur *Dicis* ( inquit ) *diues sum & locupletatus sum, & nullius egeo, & nescis quia tu es miser, & miserabilis & pauper & cæcus & nudus.*

¶ Item quod sit nebula veritatis, & quod sit illud per quod nebula ignorantiæ generatur in animo, patet Eccl. 27 *Qui quærit locupletari auertit oculum.* ¶ Item quod sit inimica voluptatis & quod scilicet voluptas & superfluitas sit illud, quod fieri diuitem

diuitem non [illegible] *cibrius non locupletabitur.* ¶ Item q[illegible] [illegible]itatis in quantum scilicet odia & inimicitias [illegible] ubi dicitur, quod *inimici in Hierusalem locupletati f[illegible]* de de diuitijs in locis quasi infinitis.

A **Locus.** Nota, quod locus est illud, in quo vnaquæque res dicitur collocari. Et est locus proprius & improprius. Locus proprius est rei conseruatiuus, quietatiuus, & sui motus & fluxus terminatiuus. In loco enim proprio vnaquæque res quiescit: Locus improprius est rei destructiuus & afflictiuus, quia improprio nulla res consolidatur aut requiescit. Nota ergo, quod duo sunt genera locorum materialium, per quæ intelliguntur duo genera locorum spiritualium. Sunt enim loca bona & loca mala. Loca bona sunt loca propria, illa scil. in quibus mens humana debet habitare, potest esse suum spirituale seruare, i. appetitus & motus proprio quietare. Et per talia loca possum intelligere omnia quæ homo debet spiritualiter frequentare, sicut est conscientia interior, bona societas exterior, paradisus superior, infernus vero inferior. In istis enim quatuor locis debent homines spiritualiter manere & se ibi cordialiter collocare. Quia scilicet locus noster debet esse

In { Conscientia interiori ad ipsius meditationem,
Societate bona exteriori ad ipsius frequentationem,
Paradiso superiori ad ipsius contemplationem,
Inferno inferiori ad ipsius considerationem. }

Ista enim sunt quatuor loca spiritualia, quæ sunt animæ conseruatiua & locatiua & fundatiua.

B ¶ Et primo quidem est locus interior, qui est deputandus, & iste est locus conscientiæ, qui pro certo debet esse locus valde mundus, & ideo lachrymis compunctionis debet sæpius esse rigatus & lotus. Apes enim valde diligunt locum mundum & de suis aluearibus proijciunt fæces suas, nec manent libenter in loco mali odoris. Sic vere nos debemus habere locum mundum puræ conscientiæ, & exinde fæces peccatorum debemus abluere, vt ibi tam nobis, quam Deo mundum habitaculum præparemus. Deus enim in loco immundo & fœdo non diligit habitare Psal. *Deus in loco sancto suo.* In tali enim loco debet homo locari, in quantum semper debet in propria conscientia meditari. Psa. 103. *Ortus est sol, & congregati sunt, & in cubilibus suis collocabuntur.*

C ¶ Item dico quod est locus exterior, qui est frequentandus. Et iste est locus bonæ societatis, locus Ecclesiæ vel religionis vel bonæ societatis, & simil. Locus (dico) propriæ religionis vel Ecclesiæ. Vnde de Ionatha dicitur 1. Mach. 10. quod *ipse in arce Sion collocauit viros, qui legem facerent.* Apes enim seruant loca sua propria, & nunquam inuadunt, aut impetunt aliena. Quia sc. loca in quibus locari sumus & vocari & gradus & status, quibus sumus instituti, debemus diligere, & tenere & aliorum loca, status aut beneficia non ambire 4. Reg. 14. *Contentus esto gloria tua & sede in loco tuo.* Locus etiam societatis bonæ & congruæ, quia scilicet hoc est, quod summe proficit ad scientiam, & ad mores. Vide alibi de societate. Ideo de quolibet potest dici illud 4. Re. 4. *Collocauit eum super lectulum hominis Dei.*

D ¶ Item est locus superior, qui est affectandus, & iste est paradisus. Ibi enim est Deus, proprie locus & sedes mentis nostræ, quia sicut ignis habet superius locum suum, scil. in sphæra propria quæ sursum est, & ideo ignis qui est hic inferius sicut in loco extraneo, non quiescit sed sursum ad locum suum proprium semper nititur eleuari, sic vere charissimi [illegible] mens humana, quæ sursum à Deo habet locum suum ratione originalis creationis, & sursum in Paradiso ratione requietionis, quæ tamen hic inferius mole corporis detinetur semper debet istum locum appetere, & se superius eleuare. Eccl 5. *Ad locum vnde exeunt flumina reuertuntur.* In tali ergo lo[illegible] collocat Deus per considerationem & affectionem homines sibi deuotos ipsosque facit contemplat[illegible]os & altos. Iob 36 *Reges in solio collocat.* Et 1. E[s]d. 3. *Collocauerunt altare super basim suam* [illegible] alis enim nostra est Deus, & glo[illegible] æterni[illegible] ib[illegible] mens humana quiescit nunc fide, tandem spe, quando scilicet secundum P[s]al 112. *Deus de stercore erigit pauperem. vt collocet eum cum [illegible]n[ci]pibus.*

E ¶ Item est locus int[illegible] [illegible] est meditandus Et iste est locus inferni. Si[illegible] [illegible] c[illegible] [illegible] serũ est in mari, [illegible] repe[illegible] in [illegible] charissimi, locus noster per considerat[illegible] us in terra mortalitatis, in cauerna sepulchri & [illegible] tudinis infernalia. Sicut enim in locis inferiori[illegible] melius seruantur bona tempore æstatis ne cu[illegible] maxime vina debilia, quia talia in æstate [illegible] o[illegible] marcentur, nisi in locis profundis & i[n]fimis tenere[illegible] æstate prosperitatis homines imperfecti & debi[illegible] ne peccari non præseruãtur, nisi inferius in pro[illegible] tis & inferni per considerationem continue [illegible] talibus possit exponi illud Iud. 2. *Ascendit An[gelus]* [illegible] *galu ad locum flentium.* De Dauid etiam dicitur [illegible] *pse habitabat in deserto in locis tutissimis.* Vnde et in Psalmo 142. *Collocauit me in obscuris sicut mortuo[s]* [illegible] pulchris etiam potest dici illud Oseæ 11. *C*[illegible] *suis.* Ista sunt ergo loca propria, salubria [illegible] de bent manere & à locis contrarijs resilire.

¶ Sed loca mala & impropria sunt illa, quæ [illegible] requiem vel quietem, sicut est mundus, peccatum & infernus. In istis enim est homo sicut in loco improportionato [illegible] co non inuenit delectationem, sicut patet membro extra [illegible] lo cu proprio, & ad locum alium transportato quod non q[illegible] nisi iterum in locum proprium reuertatur. Sic vere locus h[illegible] mundi & peccati sunt loca talia, in quibus pro certo hom[o] n[on] potest quiescere vel gaudere, sed magis solet pati tristitia[m] [illegible] dolorem. Ideo bene consolitur Eccl. 11. *Confide in Deo* [illegible] *man[e]* [illegible] *loco tuto,* quasi diceret loca viatoria & [illegible] ntola debes d[i]tere & in loco tuto (sicut supra dictum est) mentaliter, vel corp[ora]liter remanere. Sicut enim piscis extractus ab aqua (vbi est proprius locus suus) paulatim moritur, si vero ad aquam [illegible] ctus fuerit valde gaudet, delectatur & visibiliter conso[la]tu[r] vere boni, si aliquo casu alicuius tentationis extra loca [illegible] pria eijciantur, & ad loca sicca peccati vel mundi trah[illegible] merito tristantur & desolantur, si vero inde euaser[illegible] somme solent lætari, & in Deo quam plurimum glori[illegible] videbatur gaudere Dauid, dicens in Psal. 3[illegible] *Non* [illegible] *manu inimici, statuisti in loco spacioso pedes meos,* quasi d[ic]at [illegible] quia loca periculosa exiui, & ad loca tuta & optim[a] [illegible] ueni.

¶ Aduerte ergo quod hic quatuor sunt princi[illegible] quorum duobus se gaudet euasisse, & quorum [illegible] inita se, videlicet, Locus

Strictus & sterilis,
Durus & flebilis,
Tutus & vtilis,
Latus & fertilis.

Mundus est locus arctæ sterilitatis, quod ostenditu[r] [illegible] dicitur (Conclusisti.)
Infernus est locus duræ pœnalitatis, quod ostenditur cu[m] dicitur (in manu inimici.
Ecclesia est locus tutæ securitatis, quod ostenditu[r] [illegible] (Statuisti.)
Paradisus est locus latus & fertilis, quod ostenditur, [cu]m [di]citur (In loco spatioso pedes meos.

Primus est locus peccatorum mundial[ium]
Secundus est locus damnatorum infern[al]ium,
Tertius est locus perfectorum spiritualium,
Quartus est locus beatorum supernalium.

¶ Primo ergo dico quod hic ostenditur locus a[rct]æ ste[rilitatis]. Et iste est mundus, qui est locus strictissimus & m[illegible] tantum, quod non potest sufficere ad [illegible] m[illegible] quod ostenditur, cum dicitur Conclusi[sti] [illegible] Mun[dus] sicut carcer, vbi peccatores inuicem concluduntur S[illegible] que conclusiuæ in cauea pristinam libertatem obl[illegible] ac si non essent conclusæ, ibi cantant & modul[illegible] etiam, qui intrauit sportulam piscatoris, non p[illegible] clusum, nec libertate priuatum, quam diu durat p[illegible] dulcedine est attractus, quando vero de aqu[a] [illegible] se fuisse deceptum cognoscit, in quantum post reca[illegible] cedit. Sic vere peccatores in arctissimo carcere, [illegible] cauea, in angustissima sportula huius [illegible] und[illegible] sun[illegible] runt tamen hic muco iunctur pabula diui[illegible] rum [illegible] d[illegible] hunc est, quod arctitudine [illegible] luæ ha[illegible] [illegible]rius m[illegible]

sed se in loco altissimo esse credunt, & propter hoc exultant, & modulantur, libertatem patriæ non meditantur, & nullam aliam esse meliorem gloriam arbitrantur. Vnde Exo. 14. *Coarctati sunt in terra, conclusit eos desertum.* In morte tamen, quando extra amundanæ prosperitatis ponentur, tunc pro certo clausos pros se fuisse fatebuntur, (Conclusit ergo eos desertum.) Mundus enim dicitur desertum propter bonorum sterilitatem, dicitur conclusio propter spatij modicitatem, quia scilicet minor stella maior est toto mundo, id est tota terra. Et bene dicitur (Conclusio) quia scilicet nos sumus in hoc mundo conclusi in ambitu sphæræ aeris, sphæræ ignis, sphæræ ętheris, & sphęræ cœli. Nos enim sumus hic in centro, & ideo in loco valde arcto & stricto, ideo nos debemus alium locum mentaliter appetere, & istum locum abhorrere, dicentes illud Esai. 54. & 49. *Angustus est mihi hic locus, da mihi locum, vt inhabitem.* Simus igitur sicut ignis, qui inter omnia elementa est maxime liberæ conditionis, qui in ventre nubis conclusus, locum abhorrens frangit & exit, quod idem fit vento incluso, in corde terræ, qui locum abhorrens terram frangit & exiens terræ motum facit. Quia vere nos, qui in isto loco arcto videmus nos inclusos & detentos, debemus locum istum abhorrere & exinde mentaliter fugere, & exire. Vnde Esaiæ 54. *Dilata locum tentorij, & consolida.*

H ¶ Et si vis, nota quod locus huius mundi fugiendus est quia est

Locus
- Superbiæ & elationis,
- Auaritiæ & ambitionis,
- Iniustitiæ & inuasionis,
- Fraudulentiæ & deceptionis,
- Immunditiæ & infectionis.

¶ Est (dico) locus superborum. Vnde Iob 24. *Dedit ei Dominus locum pœnitentiæ, & ipse eo abutitur in superbia.* ¶ Est etiam locus auarorum. Vnde iste est sicut mons Æthna, vbi continue flammat ignis, quia sci. in loco huius mundi ignis auaritiæ semper feruet. Vnde Iob 28. *Terra, de qua oriebatur panis, in loco suo igni subuersa est.* ¶ Est insuper locus iniustorum, quia sc. sicut in mari maior piscis comedit & deuorat minorem, sic & in mundo maior minorem opprimit. Abac. 1. *Facies homines sicut pisces maris.* Quod figuratur in somno Pharaonis, qui vidit septem pingues boues quæ pascebantur in locis palustribus. Item vidit alias septem macras, quæ pascebantur in ripa fluminis in locis virentibus. Macræ vero boues, pingues & pulchras deuorauerunt & earum pulchritudinem consumpserunt. Quia vere istud est regulare, quod in locis palustribus & virentibus, id est, in mundi prosperitatibus macri deuorant pinguea, ballini pauperes deuorant, rustici diuites, mali comedunt bonos, impij deuorant innocentes. Vnde de isto loco dicitur Iob 18. *Hæc sunt ergo tabernacula iniqui, & iste locus eius, qui ignorat Deum.* ¶ Est etiam mundus iste locus deceptorum. Vnde Iosu. 8. *Perrexerunt ad locum insidiarum.*

¶ Et est nihilominus locus immundorum. Vnde Psal. *Inuenit eum in terra deserta, in loco horroris & vastæ solitudinis.* Vbi aduerte, quod immundus est locus

- Asperæ pœnalitatis (Quia terra deserta.)
- Immundæ fœditatis (Quia locus horroris.)
- Immeosæ vacuitatis (Vastæ, inquit, solitudinis.

¶ Iste autem est locus tribulatiuus, quia terra deserta, id est, aspera & inculta. Marc. 6. *Desertus est locus hic.* Hominum maculatiuus, quia locus horroris. Dan. 11. *Stabit in loco eius vilissimus.* Nullius satiatiuus, quia locus vastæ solitudinis. Apoc. 12. *In solitudini habeat locum paratum.* Patet igitur, quod hic ostenditur aliquid de loco arctissimæ sterilitatis. Ideo inquit (Conclusisti) quasi dicat, quod est locus, vbi homines stricte concluduntur.

I ¶ Secundo dico, quod est quidam locus durissimæ pœnalitatis, & hoc ostenditur cum dicitur (In manus inimici.) In inferno enim sunt damnati in manus inimicorum, sc. dæmonum, quod est eis maximum tormentum atque pœna, iuxta illud Hierem. 5. *Seruietis dijs alienis, qui non dabunt vobis requiem die ac nocte:* & Hier. 17. dicitur: *Seruire te faciam inimicis tuis.* De isto autem loco vide supra in titul. Adducere, in illa auctoritate diuisa: *Adduxisti nos in locum istum pessimum.* &c. Et nota, quod infernus dicitur locus, quia scilicet ibi damnati locantur, & stabiliter situantur.

¶ Vnde possumus notare, quod iste est, scilicet,

Locus
- Timoris inæstimabilis,
- Erroris ineuitabilis,
- Tenoris ineuasibilis,
- Doloris immitigabilis,
- Laboris indefectibilis,
- Ardoris inextinguibilis.

Ibi est locus timoris, vbi damnati possunt dicere illud Iob 37. *Super hoc expauit cor meum, & motum est de loco suo.* Item ibi est locus erroris Iob 38. *Tenebrarum quis locus est?* Item ibi est locus tenoris, quia scilicet illi, qui sunt ibi, ineuasibiliter tenentur. Vnde Ecclesiast. 11. *Lignum in quocunque loco ceciderit, ibi erit.* Et Iob 41. *Ad locum alium feruntur.* Iste est locus doloris. Et ideo sicut pisces non libenter vadunt ad locum, vbi vident alios fuisse occisos, & vbi sentiunt sanguinem occisorum: sic nec nos debemus trahere versus infernum, vbi omnes malos fuisse videmus occisos, & damnatos. Ideo *mandabat diues epulo fratribus suis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum*, sicut dicitur Luc. 16. Item est locus laboris. Vnde de dæmonio dicitur Matt. 12. quod *ambulabat per loca arida & inaquosa, quærens requiem, & non inuenit.* Item est locus ardoris, quia sicut dicitur Ezech. 43. *Combures eos in loco separato domus.* Patet ergo, quod est quidam locus durissimæ pœnalitatis. (In manus, inquit, inimicorum.)

¶ Tertio dico, quod est quidam locus tutissimæ securitatis, & istud ostenditur cum dicitur (Statuisti, id est, tute stabilisti.) K

Statuitio enim signat stabilitatem & securitatem. Et iste pro certo locus nihil aliud est, quam locus Ecclesię vel religionis, locus fidei & gratiæ, bonæ societatis & congregationis. Locus enim ad hoc quod sit tutus, debet esse

- Basse fundatus,
- Alte eleuatus,
- Aquis vallatus,
- Victu ditatus,
- Armis dotatus,
- Muris venustatus,
- Viris frequentatus.

Talia vero locus est Ecclesia vel religio, quia

- Basse fundatur per humilem subiectionem,
- Alte leuatur per cœlorum affectionem,
- Aquis vallatur per flebilem compunctionem,
- Victu ditatur per Eucharistiæ refectionem,
- Armis dotatur per pœnitentiæ macerationem,
- Muris venustatur per Angelorum visitationem,
- Viris frequentatur per bonarum personarum aggregationem.

Et ideo breuiter iste est locus tutus, locus firmus, locus securus. Vnde 1. Reg. 23. *Ecce Dauid latitat in locis tutissimis in colle Achilæ.* Tutus est, dico, quia fundatur super humilitatem. Vnde 1. Machab. 6. *Per loca humilia ibant caute.* Item tutus est, quia leuatur per contemplationis sublimitatem. Vnde Genes. 28. *Quam terribilis est locus iste, vere non est hic aliud, nisi Domus* [illegible], & porta cœli. Item est tutus, quia aquis vallatur per la[illegible]ationis flebilitatem. Vnde Esai. 33. dicitur, quod *Hierusalem* [illegible] *locus fluuiorum riui latissimi & patentes.* Item est tutus, qui cibis ditatur per Eucharistiæ satietatem. Vnde Deut. 14. *Comedes in conspectu Domini Dei tui in loco quem elegit.* Item est tutus, quia armis munitur per pœnitentiæ asperitatem. Asperitas enim pœnitentiæ sunt arma spiritualia, quibus homo militet contra carnem. Et ideo de Iesu dicitur Lu. 4. quod *ipse secessit in desertum locum, quando voluit de diabolo triumphare.* Apocal. 12. etiam dicitur quod *mulier cui draco insidiabatur fugit in solitudinem, vbi habebat paratum locum à Deo*, sic à dracone non fuit læsa. Sic vere mulier, id est, anima cui draco, id est, diabolus non cessat insidiari, statim debet fugere ad solitudinem religionis & pœnitentiæ & ibi accipere locum & habitaculum suum, vt sic possit euadere draconis istius nocumentum. Item est tutus, qui muris venustatur per Angelorum visitationem. Iudic. 2. *Ascendit Angelus Domini ad locum.* Item est tutus, quia à viris frequentatur per bonarum personarum aggregationem. Iudic. 19. *Pergamus ad locum nostrum* sci. Ecclesiæ, religionis, vel bonæ societatis. Iste est igitur locus tutæ securitatis, quod ostenditur cum dicitur. (Statuisti.) Stare enim, statuere, & constituere significant quandam firmitatem, & loci, & status securitatem. Vnde Exo. 21. *Constituam tibi locum in quo fugere debeas.* Ideo bene consulitur Iosuæ 5. *Tolle calceamenta de pedibus tuis, locus enim in quo stas, terra sancta est.* Vbi aduerte, quod religio, vel Ecclesia est locus paupertatis. Ideo dicitur:

Tolle

Tolle calceamenta, quasi dicatur, necesse est quod sis nudus. Locus charitatis, quia ibi sunt pedes, per quos designantur affectiones. Locus firmitatis, quia iste est locus, in quo stas. Locus puritatis, quia terra sancta est. Patet ergo, quod est locus tutæ securitatis.

L ¶ Quarto dico, quod est locus, qui est locus grandis fœlicitatis. Et iste est locus Paradisi, qui est locus beatorum, quod ostenditur, cum dicitur. (Spacioso.) Vnde Gen. 24. *Palearum & fœni plurimum est apud nos, & locus spaciosus ad manendum.* Et aduerte, quod iste locus est summe appetendus, quia ibi est

Bonorum plenitudo,
Laborum quietudo,
Honorum celsitudo.

Est (dico) ibi plenitudo omnium bonorum Iudic. 18. *Dabit nobis dominus locum, in quo nullius rei penuria.* Item est ibi quietudo omnium bonorum laborum, Vnde in Ps. 75. dicitur. *In pace factus est locus eius, habitatio eius in Sion.* Item ibi est celsitudo omniũ bonorum, quia sicut dicitur Esa. 69. *Locum pedum meorum glorificabo.* Et ideo breuiter sicut illi, qui sunt in loco sterili libenter se trãsferunt ad locum fertilem, illi, qui sunt in loco litigioso, libenter se transferunt ad locum pacificum & amicabilem, illi, qui sunt in loco vili & infami, libenter se transferunt ad locum nobilem, sic vere charissimi nos qui in hoc mundo sumus in loco sterili, litigioso & infami, debemus nos transferre mentaliter ad Paradisum, vbi est locus fructificus, pacificus, & excelsus. Ad quod nos vtiq; debet inducere exemplum Christi & prædecessorum nostrorum, qui istum locum desiderauerunt, dilexerunt & obtinuerunt. Quia sicut cerui & elephantes sequuntur illum, qui præcedit narãdo, sic nos debemus Christum & sanctos sequi, qui ante nos ad locum istum mente & animo anhelauerunt & tandem corpore, præcesserunt. Quod figuratum est in filijs Israel Exo. 40. & Sap. 19. qui *nubem superstantem sequebantur & siue staret, siue moueretur, ad quemcunque locum declinabat, mouebantur.* Quia sc. nos debemus per imitationem sequi sanctos, qui vt nubes per mundi aerem cucurrerunt & ad locum Paradisi cum impetu volauerunt. Quia sicut dicitur Ezec. 1. *Ad quem locum declinabat, quæ prima erat, sequebantur & cætera.* De isto ergo loco Christus exiuit carnem assumendo. Quia sicut dicitur Esa. 26. *Egredietur Dominus de loco suo sancto.* Ad istum locum etiam Christus rediit cœlum ascendendo, quia sicut dicitur Eccles. 1. *Oritur Sol & occidit & ad locum suum reuertitur*, Et sic ergo patet charissimi, quod quatuor sunt principalia loca, videlicet

Locus {
Peccatorum,
Damnatorum,
Perfectorum,
Beatorum.

Sufficit, vide supra de domo, & ciuitate, habitare, & infra in verbo manere.

A **Locusta.** Cum Locusta sit vermis seu animal seampes, seu alarum, quia s. à parte anteriori seu ad latus habet quatuor pedes paruos, à parte vero posteriori duos habet longos & magnos, quibus scilicet se eleuat, quando salit, est enim animal quod ambulare vel currere nunquam nouit, imo semper vel volando, vel saltando transferre corpus proprium consueuit, est etiam animal ore quadrangulum, dentibus armatum, florum & herbarum corrosionibus aptum, vnicum habens intestinum & in cauda portans aculeum, est etiam animal secundum Plin. ordinatissimæ disciplinæ, consueuit enim per turmas incedere. Excubias & exploratores ad præuidendum loca, vbi incedere debeant, præmittere, & post illos locis certis præmissis solet locustarum exercitus totus ire, ita quod secundum Plinium, expeditionum & ordinationum industria in factis bellicis à locustis ad homines venit & castrorum situs exercituumque ordines humanum genus per locustas primitus aduenit, scriptum est enim Iob 35. quod *Deus docet nos super iumenta terræ, & in auibus cœli erudit nos*; & pro certo pro herbis victualibus inueniendis aliquoties volant, sicut exemplificat historia, quod semel locustæ & aspica volauerunt, & per modum maximi exercitus vndiq; discurrentes, omnia blada prout erãnt in herbis consumpserunt, & tandem ad mare Flandriæ venientes per flatus ventorum in mare perierunt, & putruerunt, tandem vero ad maris littus reiectæ, aerem infecerunt & mortalitatem per totum regnum vndique genuerunt & epidimiam vna cum siccitate, & fame vbiq; induxerunt, sunt enim locustæ sale duratæ in aliquibus regionibus cibus pauperum & miserorum indigentium nutrimentum, sicut dicit Isid. Igitur per locustam possum intelligere virum iustum, impium & diabolum. Nam

Vir iustus viuit ordinate,
Diabolus mordet obstinate,
Iniustus saltat effrenate.

B ¶ Primo ergo dico breuiter, quod locusta signat virum iustum, & hoc pro certo quia ordinate debet viuere per discretionem. Pedes posteriores, id est affectus bonorum futurorum, quæ scilicet post nos veniunt, debet habere cæteris longiores, durabiliores & maiores per æternorum desiderium & dilectionem. Debet alte saltare, & volare per contemplationem. Tandem pauperum cibus & alimonia debet esse per eleemosynam & cõpassionem. Et tandem de floribus sacræ scripturæ & bonorum exemplorum impinguari per gratiam & deuotionem, seu etiam per studium & lectionem, vt sic exponatur de virtute discretionis illud Prou. 30. *Regem locusta non habet & per turmas suas egreditur.* De virtute verum deuotionis, contemplationis & eruditionis exponatur, quod dicitur Eccl. 12. *Florebit amygdalus, impinguabitur locusta, dissipabitur cappara.* De virtute vero eleemosynæ & compassionis exponatur illud Matth. 3. quod *esca beati Ioannis Baptistæ erant locustæ.* Potest ergo significare virum iustum.

C ¶ Secundo dico, quod quandoque potest significare diabolum. Dæmones enim inter se habent turmas & ordines, & ad nocendum hominibus ordinatas exercituum legiones. Solent etiam tentando cuncta consumere, & in illis quos depascunt solent omne viride & pulchrum visu, id est omne, quod per gratiam est nitidum, & & honestate floridum & amœnum, consumere & per tribulationes acriter rodere & mordere, cum ore quadripartito, hoc est dictũ, per quatuor mũdi partes omnia deuorare. Figurati in illis locustis, quæ in Ægypto quicquid fuit viride corroserunt, sicut dicitur Exo. 10. De quo in Ps. 104. dicitur. *Venit locusta & bruchus, cuius non erat numerus & comedit omne fœnum in terra eorum. &c.* Et alibi. *Dedit ærugini fructum eorum & labores eorum locustæ.* Et si vis applica figuram, quæ ponitur Apoc. 9. de locustis quæ exierunt de fluuio & puteo abyssi. Vide eam alibi. Locusta ergo quandoque

D signat diabulum. ¶ Tertio dico, quod quandoque signat hominem impium & iniquum. Impij enim more locustarum,

Ventre sunt voraces,
Dente sunt mordaces,
Penna sunt volaces,
Crure sunt saltantes,
Numero sunt capaces,
Cauda sunt minaces.

¶ Habent (Dico) ventrem valde voracem, quod facit ingluuies & gulositas. Locusta enim respectu corporis maximum habet ventrem. Sic tales videntur habere ventrem omnipotentem, quia scilicet non possunt sufficere ad eos satiandum vllæ res. Deut. 28. *Locustæ deuorabunt omnia.*

¶ Item habent dentem valde mordacem, quod facit detractio vel rapacitas. Quia reuera mali habent os quadrangulum, in quantum scilicet obloquendo de inferioribus & superioribus de amicis & inimicis ipsi quadrangulant verba sua. Herbas etiam & gramina rodunt, in quantum sc. quoties & vbi possunt ipsi consumunt, & diripiunt aliena. Vnde Iud. 6. dicitur quod *Madian, Amalech, & cæteri orientalium nationum apud filios Israel figentes tentoria prout erant in herbis cuncta vastabant.* Sequitur. *Et instar locustarum vniuersa complebant.* Et Ioel 1. dicitur quod *residuum erucæ comedit locusta.*

¶ Item habent pennam valde volacem, quod facit ambitio vel pompositas, quia scil. isti sunt, qui per ambitionem volunt volare, & per pompositatem, superbiam & iactantiam semper sursum ad status magnificentiam anhelare. Exo. 10. *Ventus vrens leuauit locustas, quæ ascenderunt super terram Aegypti.* Verumtamen sicut locusta diu non volat, sed citissime cadit ad ima, sic volatus, & status superborum breuis est, quia cito pereunt & descẽdunt. Vnde Exo. 10. dicitur, quod *ventus occidentalis vehementissimus arreptam locustam proiecit in mare.* Ventus enim iste occidentalis signat infortunium seu mortem, quibus scilicet tales in mare id est, in amaritudinem infortuniorem deijciuntur & in infernalem voraginem deuoluuntur. Vnde Eccl. 44. *Tempestas aquilonis, & congregatio spiritus, & sicut auis deponens ad sedendum aspergit niuem, & sicut locusta demergens descensus eius.*

¶ Item

¶ [illegible] habent tibiam valde [illegible] quod facit inconstantiam [illegible], quia [illegible] isti sunt, qui nunquam in eodem [illegible] permanent, sed per inconstantiam de desiderio ad desiderium, [illegible] de beneficio ad beneficium semper saliant. Ideo scriptura comparat tales vmbræ, quæ valde instabilis est naturæ. Psal. *Sicut vmbra, cum declinat ablatus sum, & excussus sum sicut locustæ.*

¶ Item isti habent aculeum valde minacem, quod facit pro[illegible]liacitas, quia scilicet tales in cauda, id est, in fine [illegible] solent aculeum habere, hoc est dictum, pungere, vel lædere, & proditionem, & fallaciam exercere. Apocal. 9. *Similitudines locustarum, similes equis paratis ad prælium.* Sequitur. *Et aculei erant in caudis.*

¶ Item habent numerum valde capacem, quod facit ipsorum multiplicitas, quia pro certo sicut locustarum infinita est multitudo, sic, sicut dicitur Eccl. 1. *Stultorum infinitus est numerus.* [illegible], *& venit locusta & bruchus, quorum non erat numerus.* Commune enim est in natura, quod illa, quæ minus valent, ma[illegible]ntur, quod certe tam in fructibus arborum, quam [illegible] animalium euenit. Vnde de malis dicitur Hierem. [illegible] *[illegible]cati sunt super locustas, & non est in eis numerus.* Istæ sunt [illegible] illæ locustæ de quibus supra dictum est, quia scilicet [illegible] pascunt, id est, pro temporalibus acquirendis mare [illegible]ant, aliena deuastant, & dissipant, tandem mare inferni [illegible]ant, ita quod putredo suæ insaniæ, & suorum malorum [illegible] sanies, alios interficiunt atque grauant. Sic igitur patet, quomodo

Per Locustam potest intelligi { Impius, Diabolus, Iustus.

Transitu faciliter, quia in multis locis ponuntur exempla varia de locusta.

A **Longanimitas.** Nota, quod longanimitas idē est, quod animi stabilitas: Accipitur n. pro patientia, pro perseuerantia, pro benignitate, seu modestia. De Deo enim dicitur in Psal. 102. quod *quod ipse est longanimus, & multum misericors.* Viro etiam iusto præcipit Apost. 2. Cor. 6. dicens. *Exhibeamus nos sicut Dei ministros in multa patientia.* Sequitur. *In longanimitate, in suauitate, in Spiritu sancto.* Multa possunt dici, sed paucæ sunt auctoritates vocales, & de perseuerantia & patientia dictum est in infinitis locis. Vide ergo Ibi.

A **Longæuus.** Nota, quod Longæuus dicitur quasi longe viuens, & longi æui. Et potest dici, quod in scriptura reperitur

Longæuitas seu stabilitas,
Sagacitas,
Auctoritas,
Æternitas,
Fatuitas seu debilitas.

De perseuerantia & stabilitate dicitur Iosuæ 13. *Senuisti, & longæuus es.* De sapientia & sagacitate dicitur Eccl. 1. *Rami sapientiæ longæui.* De excellentia & auctoritate dicitur Esa. 9. quod *longæuus ipse & honorabilis & caput.* De æterna opulentia & fœlicitate dicitur Exod. 20. *Honora patrem & matrem, vt sis longæuus super terram.*

B ¶ [illegible] malo vero significato de longæuitatum debilitate, & fatuitate, quod scilicet homines nimis efficiuntur longæui, debiles & [illegible] dicitur Iob 32. *Non sunt longæui sapientes, &c.* Vide de [illegible] senectute, quia scilicet paucæ sunt hic auctoritates.

A **Longe. Longinquus.** Nota, quod Longe, à Longe, distanter & remote, idem signant. Dicitur enim Longe illud, quod est ab aliquo distans, & ad remotum & separatum. Et ideo Longe opponitur propinquitati & identitati. Longe ergo potest accipi in bono & in malo. Vnde breuiter longe signat

Distantiam { Commendabilem, Detestabilem, Contristabilem, Desolabilem, Affectuabilem.

¶ Primo dico quod est quædam distantia cōmendabilis, & ista est, quando homo se elongat à rebus nefarijs & nociuis, sicut sunt iniquitates & malæ societates, & malæ peccatorum occasiones. Et sic longe signat statum gratiæ, in qua homo existens, longe est à peccato. In qua etiam reuerentiam, humilitatem & timorem longe se existimat esse à Deo. Exemplo publicani (Lucæ 18.) qui *à longe stans, non audebat oculos ad cœlum leuare.* Quamdiu enim auis longe distat à laqueo venatoris vel à visco, musca ab araneæ reti seu filo, papilio à lampade vel incendio, tamdiu sunt in securo. Si autem nimis appropinquant, faciliter periclitantur & aut laqueo capiuntur, aut visco conglutinantur, aut incendio comburuntur. Ideo vtile est talibus, longe stare, & locorum talium vicinitatem fugere, & horrere. Sic vere charissimi, laqueū malarum operationum, viscum malarum occasionum, rete malarum delectationum, & ignem malarum affectionum debemus fugere, & ab eis quanto poterimus longe stare, alias possemus peccatum & periculum incurrere, & sentire. Vnde Prou. 22. *Arma & gladius in via superbi, custos animæ suæ longe recedet ab eis.* Quod bene figuratur Apoc. 18. vbi loquens de incendio Babylonis dicit, quod *qui diuites facti sunt, ab ea longe stabunt propter timorem tormentorum.* De tali distantia & de tali longe loquebatur Dauid in Psal. 54. *Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine.* Et alibi. *Longe fecit à nobis iniquitates nostras.* Capreа enim clarissimum habet visum & ideo de longe cognoscit venatorem. Aquila etiam de longe videt pisciculos in mari. Quia scilicet de longe (id est) à longinqua consideratione, reuerentia & timore debemus venatorem inferni videre & cognoscere, & mare, id est, amaritudinem inferni debemus de longe, id est, de statu gratiæ præuidere. Vnde de aquila dicitur Iob 39. *Inde contemplatur escam, & oculi eius de longe prospiciunt,* & Esaiæ 33. *Oculi eius cernent terram de longe.* Ista enim duo de longe sunt consideranda, scilicet, terra, & esca: esca Paradisi, & terra mortis & inferni. Ista est ergo longinquitas commendabilis.

B ¶ Secundo dico, quod est quædam longinquitas detestabilis, & ista nihil aliud est, quam conditio peccatoris. Deus enim lōge est ab istis, & econuerso, quia sicut dicitur Prouerb. 15. *Longe Deus est ab impijs.* Et de æterna sapientia dicitur Eccl. 15 quod longe abest à superbia, & dolo. Peccatores enim sunt sicut Saturnus qui magis longe distat à centro, & ideo tardius perficit cursum suum. Sunt etiā sicut virga quæ quanto plus distat à radice, tanto magis est debilis & gracilis, & tanto minus habet de fortitudine & virtute. Sunt etiam sicut membra, quæ quāto sunt à corde longius, tanto sensum & motum participāt imperfectius, sicut patet de pede respectu oculi seu manus. Sunt etiam sicut radij in rota, qui quanto sunt à centro & medio remotiores, tanto etiam sunt inter se longius distantiores & etiam debiliores. Quia pro certo charissimi, peccatores, qui à Deo sunt diuisi & elongati, sunt sicut filius prodigus, *qui dimisso patre peregre profectus in regionem longinquam, vbi substantiam suam male viuendo consumpsit,* Sicut dicitur Luc. 15. Quia scilicet peccatores Deum patrem dimittunt, & in regionem longinquam peccati (quæ multum distat à Deo) se transferunt, vbi substantiam suam scilicet gratiam & animam male viuendo consumunt. Tales (dico) longinqui peccatores more Saturni longe à centro distantis tarde currunt per bonam operationem, more virgæ à radice se elongantis debiles sunt per debilem & fragilem conditionem, more membri à cor de longe manātis parum sentiunt per piam compassionem, more radij à centro, seu à medio longe recedentis & stantis socios non tangunt per charitatem & dilectionem. *Peccatores enim longe stant, & longe manent à Domino* Mat. 15. & Luc. 29. *Populus iste labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me.* Et tamen ipse est

Centrum firmitatis,
Radix pietatis,
Cor viuacitatis,
Medium æquitatis.

Peccatoris autem sunt longe à firmitate, & ideo isti cadunt de peccato in peccatum, & finaliter cadent de miseria in tormentum. Vnde Ps. 118. *Longe à peccatoribus salus.* Item longe sunt à pietate. Vnde in persona pauperum dicit Dauid in Ps. 87. *Longe fecisti notos meos à me posuerunt abominationem sibi.* Item longe sunt à vita, seu gratiæ viuacitate, & ideo ipsi dicuntur spiritualiter mortui. Vnde Eze. 6. *Qui longe est peste morietur.* Item longe sunt à iustitiæ æquitate. Vnde Es. 46. *Audite me duro corde, qui longe estis à iustitia.* Et Esa. 59. *Iustitia longe stetit, quia corruit in plateis veritas, & æquitas non potuit ingredi.* Peccatorum enim est sicut terra Noruuegiæ, quæ quia nimis longe est à Sole, non potest portare fructū. Vnde etiam in illis partibus secūdum Isid. charissima est annona. Sic vere status peccati nullum bonum fructum, i. e. nullam

Dictiona. Berchorij. aaa gratiam

gratiam & virtutem potest portare, quod vtiq; accidit eo quod de terra ista sol iustitiæ valde distat. Et ideo Dauid sentiens recessum & distantiam huius solis dicebat in Psalm. 39. *Domine ne longe facias auxilium tuum à me, ad defensionem meam conspice.* Et alibi. *Ad quid Domine recessisti longe, &c.* Et breuiter, Deus est sicut imago in speculo, quæ appropinquanti appropinquat, & ab elongante se elongat. Ista est ergo elongatio seu longinquitas detestabilis.

C ¶ Tertio dico, quod est quædam longinquitas, conturbabilis seu contristabilis, & ista est longinquitas damnatorum, qui sunt in inferno, qui longe sunt à Deo, à Paradiso, à gaudio, & ab omni bono. Et ideo infernus dicitur *terra nouissima vel vltima.* Eze. 31. Ideo de anima damnatorum dicitur Esa. 23. *Ducent eum pedes sui longe ad peregrinandum.*

D ¶ Quarto dico, quod est quædam longinquitas desolabilis, & ista est, quam patimur in hoc mundo. Nos enim sumus hic sicut peregrini longe à patria nostra Paradisi, & ideo debemus hic esse in desolatione & tristitia, & patriam totis desiderijs affectare. Et quamuis hic longe absimus à patria quantum ad corporis præsentiam, prope tamen debemus esse quantum ad amoris efficaciam. Eph. 2. *Qui eratis longe, facti estis prope.* Mundus enim multum distat à Paradiso & loco & conditione. Et ideo locum istum tanquam extraneum & longinquum debemus mentaliter relinquere, & ad Deum & ad paradisum cordialiter nos transferre, dicentes Deo & angelis & beatis illud Iosu. 9. *De terra longinqua valde venerunt serui tui.* Vt sic Deo & ecclesiæ dicatur illud Esa. 60. *Filij tui de longe venient, &c.*

E ¶ Quinto dico, quod est longinquitas delectabilis, & ista est longinquitas Paradisi, vbi scilicet homo longe est à metu, à luctu, à fletu, à dolore, à timore, ab angustia, à miseria, à tristitia, à mortalitate, à paupertate, ab vtilitate, &c. ita quod proprie de quolibet illic existente potest dici illud Luc. 19. *Homo quidam abijt in regionem longinquam accipere sibi regnum.* Vbi aduerte, quod iste locus bene dicitur longe esse ab alijs, quia scilicet præcellit in amplitudine, quia est regio: in solitudine, quia est longinqua: in celsitudine, quia est regnum, &c. Patet ergo breuiter, quod quintuplex est longinquitas, scilicet,

Longinquitas {
Delectabilis,
Desolabilis,
Contristabilis,
Detestabilis,
Commendabilis.

Vna est virtualis vel virtuosa,
Alia criminalis & vitiosa,
Alia mundialis & tædiosa,
Alia infernalis & dolorosa,
Alia supernalis & gaudiosa, ad quam nos perducat, &c.

F ¶ Si autem vis adhuc aliquid addere, notabis, quod in scriptura inuenitur

Longinquitas spectans ad {
Deum,
Iustum,
Impium.

In Deo enim inuenitur

Vnum Longe, quod est {
Immensæ nobilitatis,
Extensæ benignitatis,
Intensæ seueritatis.

Primum longe est considerandum & admirandum,
Secundum longe est desiderandum & promerendum,
Tertium longe est comparandum & deferendum.

¶ Igitur dico, quod est vnum longe spectans ad diuinam nobilitatem, quam homo debet considerare. Longe enim distat essentia creatoris ab essentia creaturæ, longe distat infinitum à finito, summum ab imo, primum ab vltimo. Ipse est enim, qui dixit Hier. 23. *Putas ne Deus de vicino ego sum, & non Deus de longe?* Et tamen ista tam distans & tam infinita longinquitas appropinquat homini per gratiæ infusionem, per beatam incarnationem, per beatificam futuram in patria visionem. De gratiæ enim infusione dicitur Esa. 46. *Prope feci iustitiam meam, non elongabitur, & salus vestra non morabitur.* Radius enim solaris quanquam de longinquo veniat, se tamen nobis subito repræsentat. Sic Deus per gratiam, &c. Hier. 31. *Longe Dominus apparuit mihi.* De verbi vero incarnatione dicitur Esa. 13. *Prope est, vt veniat tempus eius, & dies eius non elongabuntur.* De beatifica autem visione, & fruitione dicitur Hier. 46. *Ne timeas Israel, quia ecce ego te saluum faciam de longinquo.* Ista est igitur longinquitas diuinæ nobilitatis, quam debet homo considerare.

¶ Item inuenitur longinquitas diuinæ benignitatis, quam homo debet desiderare. Et ista nihil aliud est, quam ipsa misericordia Dei, qua scilicet ipse longe facit à nobis rigorem iustitiæ suæ, de quo dicebat Iob 13. dicens Deo. *Manum tuam longe fac à me, & fortitudo tua non me terreat.* Et ipse Dominus etiam dicit ad idem. Esaiæ 48. *Furorem meum longe faciam à te, & laude mea infrænabo te ne intereas.* Ista est igitur longinquitas diuinæ benignitatis, quam debet homo desiderare.

¶ Item inuenitur longinquitas diuinæ seueritatis, quam debet homo contemperare. Et ista, pro certo, est quando Deus propter iniquitates nostras longe recedit à nobis. Constat enim quod contraria non sunt simul, imo necesse est, quod vnum ab altero longe distet. Cum igitur Deus & peccator sint contrarij (iuxta illud Leu. 26. *Si ambulaueritis contra me, & ego incedam aduersum vos in furore contrario*) constat, quod ab inuicem longe distant. Sicut n. supra dictum est, longe est Dominus ab impijs, & longe à peccatoribus salus. Sed reuera ista lōginquitas debet per bona opera contemperari, & deuotis precibus moderari, ipseq; Dominus ne longe recedat à nobis, humiliter vult exorari. Sic faciebat Dauid cum dicebat in Ps. 9. *Ad quid Domine recessisti longe, despicis in opportunitatibus, in tribulatione?* Et alibi. *Domine ne elongaueris auxilium tuum à me, ad defensionem meam conspice &c.* sicut supra §. 2. Deus enim est sicut hirundines & ciconiæ, quæ sentientes intemperiem aeris ita longe recedunt, quod non inueniuntur, sed tempore aeris redeunte, etiā istæ appropinquāt, & accedunt, & humanis visibus præsentantur. Sic vere Deus sentiens in corde humano intemperiem vitiorū, & indeuotionis frigus, longe ab eo sic recedit, quod ipsum in suis necessitatibus non inuenit, neq; sentit, sed pro certo si tempus gratiæ redierit, statim redit. Ideo plorando dicit anima peccatrix illud Thr. 1. *Idcirco ego plorans & oculis educentes aquam, quia longe factus est à me consolator, conuertens animam meam.* Ista est ergo longinquitas diuinæ seueritatis, quam debet homo contemperare. Et sic patet, quod est vnum longe, quod spectat ad Deum.

G ¶ Deinde dico, quod est vnum longe, quod spectat ad iustum. Nimia enim propinquitas aliquoties reprobatur. Bonum est enim interdum ab aliquibus longe stare. Et sic nota, quod iustus longe est à

Deo reputatiue, quod facit cordis humilitas,
Cælo collocatiue, quod facit præsens mortalitas,
Mundo detestatiue, quod facit cordis sublimitas,
Seipso moderatiue, quod facit victus asperitas,
Prosperis exultatiue, quod facit status aduersitas,
Rebus veris simulatiue, quod facit prudens sagacitas,
Peccato separatiue, quod facit vitæ sinceritas,
Diabolo superatiue, quod facit virtus & probitas,
Inferno superlatiue, quod facit æternitas.

¶ Dico igitur, quod iustus longe est à Deo reputatiue, per virtutem humilitatis, quia reuera iustus nunquam se reputat propinquum, aut amicum Dei, sed potius ab eo longinquum, nec sibi appropinquare dignum. Figura de publicano qui in domum suam iustificans descendit. De quo dicitur Luc. 18. quod *publicanus à longe stans, nolebat oculos ad cælum leuare, sed percutiebat pectus suum, dicens: Deus propitius esto mihi peccatori.* De beato vero Petro, qui dicebat Lucæ 10. *Exi à me Domine, quia homo peccator sum,* dicitur Luc. 22. *quod Petrus sequebatur Iesum à longe.*

H ¶ Item dico, quod iustus longe est à cælo collocatiue per necessitatem mortalitatis, quia scilicet cum viuimus in hac vita, longe distamus à Paradiso. Vnde de iusto, vel anima iusta dicitur Prouerb. vlt. quod *facta est quasi nauis institoris, de longe portans panem suum.* De isto tamen longe, id est, de ista captiuitate præsentis vitæ ad Paradisum itur, & ad cæli beatitudinem per gratiam & merita peruenitur. Esaiæ 49. *Ecce isti de longe venient, & ecce illi ab Aquilone & mari, & isti de terra australi.* In isto enim longe isti

Per discretionem bonam meditantur,
Per considerationem seu conuersionem Dei recordantur,
Per affectionem cælum contemplantur.

De prudenti meditatione dicitur Esa. 49. *Audite insulæ, & attendite populi de longe.* De diuina recordatione dicitur Zach. 10. *De lōge recordabuntur mei, & viuent & reuertentur, & reducam eos de terra Aegypti.* De cælesti vero contemplatione dicitur Iob. 39. *In Patris*

*manet & in præruptis silicibus commoratur, inde contemplatur escam, oculi eius de longe prospectant.* Longe est ergo à cælo collocatatiue per præsentem mortalitatem.

I ¶ Item longe est à mundo detestatiue per mentalē sublimitatem. Habitatio n. iustorum mentalis est in cœlo, & ideo longe per abominationem & contemptum sunt à mundanis diuitijs, vel à mundo. Vnde 1 Reg. 26. dicitur, quod *ipse stabat in vertice montis de longe, & erat grande interuallum inter eos.* Item iustus longe est à seipso moderatiue per viuēdi austeritatem. Longe n. videtur iustus à se recedere, quando de seipso dignoscitur non curare, & quando seipsum solet per pœnitentiam moderari, & proprijs affectibus repugnare. Vnde illud Ps. 54. *Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine.* Et Ec. 9. dicitur. *Longe esto ab homine.*

K ¶ Item iustus longe est à prosperis exulatiue per temporalem aduersitatem. Isti enim longe sunt hodie, & exulant à mundi prosperis, fugantur etiam, & excluduntur ab omnibus mundi bonis. Illud enim patet tam in sæculo, quam in claustro. Cōstat enim quod indigni ad mundi & Ecclesiæ dignitates aliquoties assumuntur, boni vero de longe ponuntur, & ab eis excluduntur. Illa enim quæ versus sphæram & superficiem appropinquare noscuntur, à centro, vbi omnia grauia confluunt, amplius elongantur. Illud enim quod cœlo & rebus superioribus appropinquat, à centro, h. e. dictum, à terra & ab inferioribus necessario longe distat. Sic vere dico, quod fit hodie, quia scil. illi qui sphæræ cœlesti, id est, bonis æternis, & Deo quæ sursum sunt, magis per iustitiam appropinquant, à centro, id est, à mundo & inferiori loco (vbi sc. omnia grauia, id est, omnia mundi bona, quæ & grauia sunt & animam aggrauant & inclinant se, accumulant & abundant) sicut videmus, vt communiter, amplius distant. Quia vere illi, qui hodie Deo & cœlestibus sunt virtutum auxilio plus propinqui, sunt à mundi & à mundanis beneficijs & officijs plus longinqui. Patet, quia viri scientifici, & virtuosi hodie a bonis Ecclesiasticis & alijs mūdi officijs longius excludūtur. qui tamen sphæræ, i. Deo & superioribus cœli thronis per cōtemplationem, perfectionem, & affectionem appropinquare noscuntur. Figura in B. Petro, de quo dicitur Mat. 14. quod licet esset discipulus Christi spiritualis, tamen à longe sequebatur eum. [*Petrus*, inquit, *à longe secutus est.*] Et hoc est, quod dicitur Luc. 23. de Christo & discipulis eius. *Stabant noti eius à longe.* Aduertant tamen illi, qui modo sunt longe ab Ecclesiæ & mundi dignitatibus, quia pro certo illi in fine erunt prope Deū in cœli & Paradisi mansionibus. Et est consuetum apud homines generosos, quod magis honorant longinquos & extraneos quam propinquos. Sic Deus in futurum in Paradiso magis acceptabit & honorabit illos, qui ab eo quo ad Ecclesiastica beneficia sunt lōginqui, quam illos, qui sibi hodie in Ecclesiæ dignitatib. sunt propinqui. Figura Marc. 8. vbi Christus dixit. *Misereor super turbam* & præcipiebat eis, date manducarē, & allegabat quod non habebant quod manducarent, & quod quidam ipsorū de longe venerant, dicens sic. *Misereor super turbam, quia eam triduo sustinent me, nec habent quod manducent.* Sequitur. *Quidā autem ex ea de longe venerunt.* Quia reuera Deus talib. qui sc. modo sunt longe ab altari beneficiorum Ecclesiasticorum, & à statu prosperitatis, & bonorum terrenorū, finaliter miserebitur. Et quia non habent quod manducent, ipsos finaliter in cœlo pascet, nutriet, & consolabitur. Vnde Act. 2. dicitur, quod *repromissio* (sc. bonorum æternorum) *fit omnib. qui longe sunt, quos aduocauit Dominus Deus noster.* Et breuiter de longe, i. e. de statu præsentis tribulationis & miseriæ ascenditur ad cœli solium, hoc e. dictum, ad Paradisum. Esa. 60. *Surge, illuminare Hierusalē.* Sequitur. *Filij tui de longe venient, &c.* Requiritur pacis consilium Ios. 9. *De terra longinqua venimus serui tui, pacem vobiscum facere cupientes.* Acquiritur Dei cōnubium. Eph. 2. *Qui eratis longe, facti estis prope.* Vt sic de quolibet tali longinquo ad Paradisū superius veniente dicatur illud Hier. 4. *Ecce auditum est in Hierusalem custodes venisse de terra longinqua.* Igitur iustus longe est à prosperis exulatiue

L per temporale aduersitatem. ¶ Item iustus longe est à reb. veris simulatiue per prudentiam & sagacitatem. Constat. n. quod ad iustum & ad sapientem pertinet, quod ab illis, quę apparenter dicuntur aut fiunt aliquoties per dissimulationē longius se transportet. Longe n. à veritate quandoq; sūt verba fingenda, & ad verum & ad propositum finaliter adducenda. Figura de Christo, qui sub ignota specie peregrini discipulis loquebatur, & ad finem, vt veritatem resurrectionis patefaceret, ire longius prima facie videbatur Luc. 24. *Ipse se finxit longius ire.* Vnde de tali

*Diction. Berchorij.*

potest exponi illud Luc. 14. quod *cum adhuc longe esset, misit legationem.* ¶ Item iustus longe est à peccato separatiue. Et hoc per vitę M
sinceritatem, quia scilicet iustus longe est, & vult esse à culpa & iniquitate. Prou. 10. *Longe fac ab ea viam tuam, & ne appropinques foribus domus eius.* Vult etiam quod longe sit iniquitas ab ipso. Vnde Iob 22. *Si reuersus fueris ad omnipotentem, ædificaberis, & longe facies iniquitatem à tabernaculo tuo.* Sed de hoc satis dictum, & visum est supra eodem tit. §. 1.

¶ Item iustus longe est à diabolo superatiue per victoriæ N
strenuitatem. Quia scilicet iustus quando diabolum superat ipsum odit, refugit, atque vitat, & ab ipso procul dubio spiritualiter se elongat. Vnde Eccl. 9. *Longe abesto ab homine potestatem habente occidendi, & non suscitandi.*

¶ Item iustus longe est ab inferno per cœlestem fœlicitatem. O
Quia sc. iustus finaliter longe recedit ab inferis, & à perpetuis miserijs atq; pœnis in quantum scil. ipse vadit ad Paradisum, & appropinquat gaudijs sempiternis. Hier. 46. *Saluam te faciam de longinquo, & semen tuum de terra captiuitatis.* Sic igitur patet, quomodo istud aduerbium longe aliquando refertur ad iustum.

¶ Insuper dico, quod quandoque spectat ad iniustum. Impij P
enim & iniusti longe sunt

A {
Deo per iniquitatem,
Proximo per diuersitatem,
Seipso per vagabilitatem,
Cœlo per cupiditatem,
Egeno per pateritatem,
Omni bono per desiderij tarditatem,
Paradiso per inferni pœnalitatem.
}

Breuiter ista est veritas, quod mali semper sunt longe, raro autē prope. Quia reuera status & regiones, in quibus commorantur mali, constituti sunt longe à virtutibus & à Deo, procul à salute, lætitia & à cœlo. Isti igitur longe sunt à cœlo, & hoc facit culpæ malignitas. Mali enim per obstinationem & iniquitatem & etiā quandoque per infidelitatem à Deo longe sunt. Sicut enim videmus, quod quandoque homines ita longe recedunt à terra propria, & ita radicantur in patria aliena quod propter difficultatem itineris & laboris in illa longinqua patria commorantur, & redire ad propriā dedignantur, sicut apparuit de filijs Israel, qui in Babylonia captiuati fuerunt, qui postea in Hierusalem redire paucis exceptis recusauerunt, sicut patet 1. Esd. 1. 9. & 10. sic vere quandoque fit, quod homo ita longe recedit à Deo per iniquitatem, obstinationem & infidelitatem, quod ad ipsum venire & redire non curat, imo peregrinationem & captiuitatem pro patria eligit & ad Deum non reuertitur, neque redit, sed in profundo vitiorum perseuerat, & sistit. Ezech. 11. *Dixerunt habitatores Hierusalem, longe recedite à Domino.* Sicut enim dicitur Prouer. 18. *Impius cum in profundum peccatorum venerit, contemnet.* Et ideo Dominus conqueritur de filijs stultorum, & ignobilium, id est, de peccatoribus, dicens Iob. 30. *In eorum*, inquit, *canticum versus sum, & factus sum illis in prouerbium, abominantur me, & longe fugiunt à me.* Et ideo conquerendo dicit Dominus Hier. 2. *Quid inuenerant patres vestri in me iniquitatis, quia elongauerunt se à me?* Et tamen isti deberent aduertere illud Psal. 72. *Ecce qui elongant se à te, peribunt, perdidisti omnes, qui fornicantur abs te.* Isti ergo figurantur in filio prodigo Lucæ 15. qui *accepta portione, profectus est in regionem longinquam, & ibi dissipauit substantiam suam viuendo luxuriose.* Terra longinqua est status peccati. Substantia vero nostra est diuina gratia. Igitur si à Deo ad terram peccati (quæ à Deo distat) recessimus, & ibi substantiam nostram, scilicet, gratiam & virtutes consumpsimus, saltem more filij prodigi ad Deum per pœnitentiam redeamus Tob. 13. *Nationes à longinquo ad te venient.* Vt & ipse Dominus possit dicere illud 4. Reg. 20. & Esa. 39. *De terra longinqua de Babylone venerunt ad me.* Mali ergo longe sunt à Deo, & hoc facit culpæ malignitas. Sed de hoc vide supra capite 2.

¶ Iniqui etiam longe sunt à proximo, & hoc facit cordis di- Q
uersitas seu contrarietas. Mali enim per odium, & contrarietates longe recedunt à proximis & per charitatem nunquam approximant fratribus, socijs & amicis, vt & illi dicant de odio conquerendo illud Psal. 87. *Elongasti à me amicum, & proximum, & notos meos.*

¶ Iniqui adhuc longe sunt à seipsis, & hoc facit cordium va- R
nitas seu vagabilitas. Parum enim curant, aut cogitant de statu suo interiori. imo longe à seipsis recedunt vagabilitate

exteriori. De talibus enim dicit Seneca, quod *vbique sunt præterquam secum.* Contra illud Eao. 8. *Sed longius ne abeatis.*

S ¶ Adhuc dico, quod iniquus longe est à cœlo, & hoc facit opum, & operum cupiditas, quia scilicet cupiditas tenet eum occupatum in terra, & mundi negotijs & terrenis, & ideo necesse est, quod peregrinetur à cœlestibus, & à Deo Esa. 29. *Cor autem eorum longe est à me.*

T ¶ Præterea dico, quod impius longe est ab egenis, & hoc facit auaritia & parcitas, quia s. mali diuites à pauperibus se elongant, & per pietatem, & eleemosynam nunquam eis appropinquant. Vnde pauper potest conquerendo de talium parcitate dicere illud Iob 19. *Fratres meos longe fecit à me, & noti mei quasi alieni recesserunt à me.*

V ¶ Rursum dico, quod mali longe sunt à bono, & hoc facit languor & tarditas. Constat enim quod canes pigri & desides ita sunt lungi à præda, quod vix aut nunquam consequuntur ipsam. Sic vere quidam sunt ita tardi & desides ad faciendum bonum, & ita longe se tenent & à virtutibus & à Deo, quod vix aut nunquam possunt consequi ad ipsum. Vnde de Petro qui Christum sequebatur à longe, dicitur Matth. 26. quod *ter Dominum negauit.*

X ¶ Vltimo vero dico, quod impius finaliter longe erit à Paradiso. Et huc facit inferni ciuitas, in qua scilicet ipse cum dæmonibus includetur, & longe à cęli gloria secludetur. Vnde de desolatione animæ damnata in inferno lugentis potest Dominus dicere illud Hier. 8. *Vox clamoris filiæ meæ de terra longinqua.* Tales enim sunt in terra longinqua, scilicet in inferno, vbi longe sunt ab omni bono. Psalm. 118. *Longe à peccatoribus salus.* Et ibi etiam omne bonum longe est ab eis. Vnde de damnatis dicitur in Ps. 108. *Noluit benedictionem, & elongabitur ab eo.* Vnde etiam ipsi damnati videntur dicere illud Esaiæ 59. *Expectauimus iudicium, & ecce non est salus, & elongata est à nobis.* Patet igitur, quomodo,

Longe potest referri ad { Impium, Iustum, Deum,

Vide de titulis Procul, Recedere, Fugere, Distare & similibus.

A **Longus. Longitudo.** Nota quod longitudo quandoq; signat remissionem, quandoque durationem. Est enim longitudo quædam dimensio rerum significans spatium seu distantiam de termino ad terminum extensiuam. Et potest accipi in bono, & in malo. In bono enim signat bonam durationem, videlic. perseuerantiæ longanimitatem & æternitatem, & æternitatis continuitatem. De longitudine enim perseuerantiæ dicitur Deut. 32. *Præcepta facientes longo perseueretis tempore super terram.* De longitudine vero æternitatis dicitur Prouerb. 3. *Longitudo dierum in dextera eius, & in sinistra illius diuitiæ & gloria.*

Item signat lungum in malo, & sic signat perseuerantiam & prolixam in moribus conditionem & desidiam. De longa perseuerantia in malo dicitur Sap. 3. quod *mali, si longæ vitæ erunt, in nihilum computabuntur.* De longitudine vero prolixitatis & desidiæ potest dici illud 1. Paral. 20. vbi dicitur, quod *in bello Dauid fuit vir longissimus, qui senos habebat digitos.*

B ¶ Breuiter ergo notemus, quod est multiplex longitudo, videlicet, Longitudo.

Virtuosæ perfectionis,
Vitiosæ conditionis,
Dolorosæ afflictionis,
Gaudiosæ durationis.

Et sic dico, quod est Longitudo

Vitæ perfectionis,
Culpæ deterioris,
Pœnæ posterioris,
Boni superioris.

¶ Dico ergo, quod est longitudo virtuosa, & ista est longitudo & continuitas gratiæ & virtutis, quando scilicet homo est longus & continuus ad perseuerandum in bonu. Arbores enim, quæ sunt longiorea, sunt, vt communiter, pulchriores. Quia sc. quanto homo in bono perseuerando est longior, tanto apud Deum est pulchrior & gratiosior. Et ideo viri perfecti, perseuerantes & longæui figurantur in illa aquila, de qua dicitur Eze. 17. *Aquila grandis, onusta plumis, longo membrorum ductu, ad Libanum venit.* Quia scil. perfecti viri dicuntur aquilæ per contemplationis eminentiam. Dicuntur onusti plumis, id est, virtutibus, per perfectionis abundantiam. Dicuntur etiam habere longum membrorum ductum, idest, lungam durationis perseuerantiam, & sic potuerunt venire ad Libanum, id est, ad paradisi opulentiam & affluentiam. ¶ Et ideo nota, quod vir perfectus debet habere

Longas aures, ad omne, quod præcipitur, audiendum,
Longas manus, ad omne, quod præcipitur operandum,
Longos pedes, ad cuncta vtilia affectandum,
Longam linguam, ad cuncta necessaria proferendum.

¶ Habeamus igitur longas aures, vt simus sicut illa monstra Sythiæ, quæ dicuntur Panthios, quæ ita longas aures habent, quod totum corpus cooperiunt. Aurium enim longitudo est audiendi promptitudo, & in audiendo perseuerantia & fortitudo, iuxta illud Iac. 1. *Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum.*

¶ Item habeamus longas manus, id est, longam operationis perseuerantiam, vt simus, sicut *vir longissimus, qui habebat senos digitos in manibus*, de quo 1. Paral 20.

¶ Item habeamus longos pedes, id est, perseuerantes affectiones, vt simus sicut apes, quæ pedes posteriores habent prioribus longiores, quod necesse est, vt à terra possint citius eleuari. Pedes enim posteriores signant affectus spirituales, quia *prius quod animale deinde quod spirituale*, 1. Corinth. 15. Tales igitur affectus debent longiores & durabiliores esse, vt à terra, i. à terrenorum amore nos possimus perfectius eleuare. Quia etiam sicut dicitur Deut. 14 & Leui. 11. *Omne animal quadrupes erat immundum, nisi pedes posteriores longiores essent, quam anteriores.*

¶ Item habeamus lungam linguam, idest, longam in oratione & gratiarum affectione perseuerantiam, vt simus sicut illæ aues, quæ dicuntur pici, quæ inter cæteras aues longissimam habent linguam, vt *simus veri adoratores, & non ficti & hypocritæ, qui comedunt domos viduarum simulantes longam orationem.* Luc. 20. Est igitur longitudo virtuosa, quæ nihil aliud est, quam longanimitas perseuerantiæ in bono De quo Gal 5 *Fructus autem Spiritus S. est gaudium, pax, patientia, longanimitas.*

C ¶ Secundo dico, quod est longitudo vitiosa. Et ista est longa perseuerantia in malo, & etiam spes longæ vitæ. Sicut enim videmus, quod animalia longiora sunt deteriora, & naturæ humanæ inimiciora, sicut patet de serpentibus, crocodilis, chamæleonte & dracone, & cæteris reptilibus, quæ respectu suæ latitudinis sunt longissima, & ideo debilia & flexibilia, & ex toto corpore terræ hærentia: sic vere illi, qui sunt longiores, & in malo perseuerantiores, vel in sua æstimatione durabiliores, sunt, vt communiter, deteriores, quia sc. tales, qui longo tempore sperant viuere, sunt flexibiliores ad omne malum, & ea toto corpore, id est, ea toto affectu terram, id est, bona terrena per auaritiam diligunt atq; tangunt Zach. 5. *Video* (inquit) *volumen volans, cuius longitudo viginti cubitorum.* Isti enim dicuntur

Volumen, à volubilitate cogitationis,
Volantes, à vanitate elationis,
Longi, ab æstimatione futuræ durationis.

D ¶ Tertio dico, quod est lungitudo æternæ damnationis. Vnde de damnatis potest intelligi, quod Iosu. 5. *Mortui sunt in deserto per longissimos vitæ circuitus.*

E ¶ Quarto dico, quod est longitudo gloriosa, & ista est longitudo vitæ æternæ. De qua in Psalm. 90. *Longitudine dierum replebo eum, & ostendam illi salutare meum.* Istam autem longitudinem procurat parentum honoratio. Exod. 20. *Honora patrem tuum, & matrem tuam, vt sis longæuus super terram.* Diuina imitatio Eccl. 23. *Gloria magna sequi Dominum, longitudo enim dierum assumetur ab eo.* Mandati executio Prou 3. *Præcepta mea cor tuum custodiant, longitudinem enim dierum, & annos vitæ, & pacem apponent tibi.* Bene ergo desiderat Apostolus Ephes. 4. quod *nos possimus comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit longitudo, latitudo, sublimitas, & profunditas.*

F ¶ Si vero vis de longitudine aliter dicere, dic, quod longitudo moralis nihil aliud est, quam quædam spiritualis extensio ad

Potenter perseuerandum,
Prudenter deliberandum,
Ardenter consœderandum,
Clementer exuberandum,

Libenter

I nter ... sperandum,
I ... andum,
Æ qualiter ... derandum,
Fæ liciter ... sperandum.

F D... ergo, q... inuenitur longitudo perseueratiua, quia scil. ... inter materias ligneas, vel lapideas, quibus ædificia con... untur, illa dicitur melior, quæ longiori tempore durat, sic & ... tibus ille melior dicitur, qui longiori tempore in virtuti... b... idior & fixi... perseuerat. Esa. 54. *Longos fac funiculos tuos, & clauos tuos consolida.* vnde de perfectione viri iusti potest dici ... d Iob ... *Excel... cælum est, & quid facies? profundior abysso, & vnde ... longior terra mensura eius, & latior mari*, quasi dicat, quod ... iustus longus est

A parte superiori, quia attingit vsque ad cœlum per contemplationem,
A parte inferiori, quia attingit vsque ad abyssum per timorem & considerationem,
A parte exteriori, quia longior est terra per fructuosam operationem,
A parte interiori, quia latior est mari per animi amaritudinem & contritionem.

... sic iuxta Apostolum Eph. 3 *Homo apprehendat in seipso, quæ sit la...udo ... undo, sublimitas, & profunditas.* Hæc est igitur longitudo ... tiua. Sed de ista plenius dixi supra.

G ¶ ... inuenitur longitudo deliberatiua. Et ista est longitu... ... æ, qua sc. quis non statim prorumpit ad sua negotia ... ec ad iudicia aut consilia danda, imo longus, tardus, ... d... ratiuus vult omnia & cum moderamine complere. ... enim, & arbores, quæ breui tempore quasi subito fiũt, ... rumpuntur, & vt communiter parum durant, sicut p... ucumeribus & cucurbitis, quæ valde breui tempore ... c... unt ... omplementum. Illa vero, quæ tarde crescunt, ... p... ouere comprobantur. Sic vere inter actus humar... ... sunt commendabiles, qui longa deliberatione fiunt, quam ... , qui breui & subita præcipitatione crescunt. Cor ... e ... a natura membrum est oblongum, non rotundum. Ad d n ... quod cor, id est, cogitatio & ratiocinatio nostra debet esse de... erans, atque longa, non præceps, volubilis, & rot... id. Vnde de arca Noe dicitur Gen. 6. quod *trecentorum cubitorum fuit lon...itudo arcæ.* Arca enim, per quam saluatur genus human... n, est vir sapiens, qui trecentos cubitos longitudinis habere ... tur, pro eo, quia trecentis, id est, multimodia considerat... nibus facta sua præuenire tenetur. Deut. 2. *Circuiuimus mo... m Seir longo tempore.* Ista est ergo longitudo deliberatiua.

H ¶ Item inuenitur longitudo confœderatiua, sc. longitudo & d... s boni amoris & charitatis. Ille enim, qui longa habet bra... multo plura potest amplexari, quam ille, qui curta. Sic vet... quod ille, qui habet longa brachia charitatis, multos & ... voo amplexu comprehendit, & suos charitatiuos am... pl... longinquos, & non solum ad propinquos extendit. Intra ... s enim longos aruis iustus continet omnes. Vnde de alea... vbi ... gnis semper præcipitur ardere, dicitur Leuit. 6. & Ex... *Quinq. cubitos debet habere in longitudine.* Quinque enim cub... sunt significare quinque distinctiones personarum, ad qu... e debet charitas extendere, sc. amicos & inimicos, di... u... s & ... genos, familiares & peregrinos, bonos & malos, supe... ... ubditos. Vt etiam sic iustus figuretur in illa noua Hierosolem, de ... a sc. Apoc. 21. dicitur, quod *longitudo ciuitatis tanta erat quanta ... latitudo.*

I ¶ ... ion... nitur longitudo exuberatiua. Et ista est illa, qua ... n... e seuer... s bonos fructus & bona opera producendo, & ... pe... cia procedendo, & egenos per eleemosynas, & ignar... ocumenta irrigando. Et sic tales figurantur in mensa prop... , quæ longitudinem duorum cubitorũ perhibentur l... scilicet alios nutriendo, vel docendo, mentæ spirituales, ... misericordes & pij debent longo tempore perseuerare. Exod. 37. *Facies mensam habentem duos cubitos longitudinis.* Omn... al... membra, quia breuiter homo debet esse longus & diuturnus diu sperando, & Dei misericordiam expectando, & bona æterna desiderando, & affectando, vt sic de ipso ... dicere possit illud Psalm. 20. *Vitam petijt à te, & tribuisti ei Domine longitudinem dierum in sæculum, & in sæculum sæculi.*

A **Loqui Locutio.** Nota, quod loqui accipitur in bono, & in malo. Est enim locutio bo... & ... ta, & mala & vitiosa. Fuit enim locutio in...

*Dictionar. Bercheorij.*

...menta ad exprimendum conceptus mentis. Quia enim mens, quæ spiritualis existit, non potest alijs proprie declarari, hinc est, quod natura locutionem instituit, vt per illam cogitatio nostra possit alijs apparere. De locutione ergo bona possumus breuiter notare, quod est locutio diuina & humana. Et primo quidem de locutione humana dicamus, quod sicut animalia diuersimode vociferantur, scilicet,

Quandoque:
- Altè,
- Bassè,
- Asperè,
- Clarè,
- Lætè,
- Grauè.

Sic vere, charissimi, nos debemus diuersimode loqui, Deo & proximo, scilicet,

Quandoque:
- Altè per prædicationem & eruditionem,
- Bassè per orationem & compunctionem,
- Asperè per correctionem, & monitionem,
- Clarè per peccatorum confessionem,
- Lætè per laudem & gratiarum actionem,
- Grauè seu mœstè per compassionem & spiritualem desolationem.

Omnibus istis modis debent variari verba nostra, quia sicut dicitur Actor. 2. *Loquebantur Apostoli varijs linguis magnalia Dei.* Quia breuiter omnis nostra locutio debet esse vel ad commodum nostri, vel ad laudem Dei, vel ad vtilitatem proximi ordinata. Vnde de Apostolo dicitur Actor. 18. *Feruens spiritu loquebatur, & docebat diligenter ea, quæ sunt Iesu.* Vbi aduerte, quod nos debemus quinque genera verborum diuersimode habere, id est, quinque bonis & virtuosis generibus locutionum disponere verba nostra.

¶ Loqui ergo debemus
- Attentius per orationem, quia debemus esse (Feruentes spiritu)
- Patentius per confessionem, quia simpliciter dicitur (Loquebatur)
- Vtilius per instructionem, quia dicitur (Docebat.)
- Modestius per discretionem, quia dicitur (Diligenter, i. e. deliberate.)
- Cœlestius per deuotionem, quia dicitur (Ea quæ sunt Iesu.)

In his enim quinque modis continetur, quicquid homo bene & vtiliter potest loqui. Ista enim sunt quinque dentes, quos in ore tantum habet ericius, quia scilicet secundum Plinium ericios quinque habet ventres, & quinq; etiam tantum habet dentes. Ista etiam sunt illa quinque verba, quæ se dicit velle loqui Apostolus 1. Cor. 14. *Volo*, inquit, *sensu meo quinque verba in Ecclesia loqui.*

¶ Primo ergo dico, quod loqui debemus attentius per orationem. Et hoc ostenditur, cum dicitur (Feruens spiritu.) Inter omnes enim locutiones nostras oratio debet fieri cum feruore spiritus, quinimo etiam sine vocis emissione. *Anna loquebatur in corde suo, tantumque labia ipsius mouebantur, vox penitus non audiebatur* 1. Reg. 1. Sicut enim feruor & ardor in ventre nubis causat tonitruum magnum & altum, ex quo sequitur abundantia pluuiarum, sic vere, quando in ventre nubis, id est, in corde hominis, est feruor deuotionis & dilectionis, tunc solet altius tonitruum, id est, altior apud Deum oratio resonare, & pluuiarum, id est, beneficiorum copia redundantior abundare (Feruens ergo spiritu.) Vnde Rom. 12. *Spiritu feruentes, Domino seruientes:* & 2. Petr. 1. *Spiritu sancto inspirato locuti sunt sancti Dei homines.* De isto igitur genere locutionis feruentis orationis possumus notare, quod habenda est triplici ratione, videlicet, B

Cum:
- Dolore & pœnitentia,
- Honore & reuerentia,
- Amore & amicitia.

Debemus enim loqui Deo cum pœnitentia & compunctione, dicentes Iob 10. *Loquar in amaritudine animæ meæ, dicam Deo, noli me condemnare.*

Item loquamur Deo cum reuerentia & subiectione. Vnde Prou. 18. *Cum obsecrationibus loquitur pauper.*

Item loquamur Deo cum amicitia & dilectione, vt ipse dicat illud Cant. 2. *En dilectus meus loquitur mihi, & ego illi.* Et sic nos erimus feruentes spiritu, quia scilicet

Io nobis erit Feruor { Doloris, Honoris, Amoris.

Quod tamen est contra multos, qui in oratione non sunt feruentes sed tepentes, quia ore Domino loquuntur, corde autem alibi meditantur 1. Cor. 14. *Eritis enim quasi in aera loquentes*, Ps. 11. *In corde & corde locuti sunt*. Nunc sic, quia non debemus loqui attentius per orationem. (Feruentes, inquit, spiritu.)

¶ Secundo dico, quod nos debemus loqui palàm per confessionem. Et hoc datur intelligi, quando dicit (Loquebatur) simpliciter, i. sine aliqua conditione vel adiectione, quia, scil. in confessione debet esse

Locutio {
Nuda,
Simplex,
Aperta,
Non conditionata,
Nec aliquibus additionibus inuolota.

Ita quod confitenti possit dici illud Ioan. 16. *Ecce nunc palam loqueris, & prouerbium nullum dicis*. Talis enim

Locutio solet {
Dæmonia fugare,
Vitia dissipare,
Dominum placare.

Dico, dæmonia fugare, quia sicut secundum Plin. lupus timet, quando duo lapides inuicem colliduntur, sic vere diabolus solet timere & fugere, quando videt duos lapides, id est, duas personas, sc. peccatorem & confessorem inuicem fabulari. Oseæ 13. *Loquente Ephraim horror inuasit Israel*. Ephraim enim, id est, peccatore in confessione loquente, solet Israel, id est, diabolus, qui ratione subtilis intelligentiæ dicitur Israel, id est, Deum videns (Quia scil. ipse omne sublime videt) horrere, fugere, & timere. Item ista locutio solet vitia dissipare, quia sicut sputum hominis ieiuni occidit serpentem, sic per locutionem confessionis, quæ ab ore nostro procedit, serpentem, id est, peccatum in corde nostro serpit, occidimus, destruimus, & necamus. Ezech. 24. *Locutus sum ad populum mane, & mortua est vxor mea vespere*. Vxor enim nostra est culpa, quæ vespere, i. in occulto moritur, quando mane, id est, clare & lucide homo per confessionem loquitur. Item ista locutio Deum solet placare. Prou. 16. *Voluntas regis labia iusta qui recta loquitur, dirigetur*. Et nota, quod talis locutio debet esse, scilicet,

Vera sine falsitate,
Cita sine tarditate,
Nuda sine obscuritate,
Discreta sine fatuitate,
Recta sine curuitate.

Quia vere locutio confessionis debet carere falsitate. Eph. 4. *Loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo*, id est, cum sacerdote. Item debet carere tarditate. Esa. 32. *Lingua balborum velociter loquetur*. Item debet carere obscuritate, vt dicat quilibet illud Ioan. 18. *Ego palam locutus sum mundo*. Quamuis de multis possit hodie dici illud Marc. 4. *Sine parabola nihil loquebatur*. Item debet carere fatuitate, quia scil. homo debet ibi loqui prudenter & mature. Eccl. 5. *Ne temere quid loquaris*. Et enim multum debet cauere, i. præuidere, & cautus esse, quod habeat discretum & prouidum confessorem, iuxta illud Prou. 23. *In auribus insipientium ne loquaris*. Item debet carere curuitate, & duplicitate, vt de eo possit dici illud Mar. 7. *Solutum est vinculum linguæ eius, & loquebatur rectè*. Quamuis de multis possit dici hodie illud Nee. 13. *Filij eorum pro media parte loquebantur azotice, & nesciebant loqui iudaice*. Iuda interpretatur confessio. Quia vere multi sunt, qui nesciunt loqui iudaice, id est, qui nesciunt loqui vel dicere illa, quæ ad confessionem dicuntur pertinere. Non sic ergo charissimi, sed loquamur patentius per confessionem.

D ¶ Tertio dico, quod loquendum est vtilius per instructionem, quod ostenditur cum dicitur. Docebat. Inter omnia enim quæ exeunt ab ore nostro, illud, quod proximo est magis vtile, est instructio & doctrina, quia ista docet, dat dulcem monitionem, acrem correctionem, & benignam consolationem, austeram comminationem. Et de hoc dicit Apost. ad Tit. 2. *Loquere, quæ decet sanam doctrinam*. Locutio enim doctoris vel prædicatoris debet esse sicut locutio tonitrui seu tubæ, quæ nunc alte, nunc basse, nunc collateraliter, nunc videtur anfractuose loqui. Quia scilicet prædicator debet loqui alte de Paradiso, basse de inferno, lateraliter de mundo, anfractuose, tam scilicet terribiliter corrigendo, iam delectabiliter consolando Apoc. 4. *Vox prima, quam audiui, tanquam tubæ loquentis mecum*. Vt sic possint dicere auditores illud Lucæ 24. *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis cum loqueretur & aperiret nobis scripturas?* Aduerte tamen, quod multi sunt hodie doctores & prædicatores similes auiculis, quæ quando sunt in nemoribus, sicut aues loquuntur, quando vero capiuntur, & inter homines in caueis ponuntur, tunc propriam loquelam dimittunt, & sicut homines verba fingunt. Sic vere multi sunt religiosi in suis syluis, & nemoribus, id est, in suis claustris, & conuentibus, cum alijs auibus, id est, cum alijs viris spiritualibus existentes: Loquuntur propriè sicut aues, i. dicet spiritualiter & deuote. Mira enim loquuntur in suis sermonibus & prædicationibus contra mundum & mundanos, ita quod de eis potest dici illud Ioan. 7. *Nunquam sic locutus est homo*. Sed si accidat quod de sylua, id est, de claustro assumantur, & quod in cauea alicuius, id est, in hospitio alicuius prælati vel principis constituantur statim incipiunt loqui, vt homines, quia scilicet illis, quos omni die audiunt scilicet adulatoribus & tractoribus conformaot facilius verba sua. Marc. 16. *Linguis loquentur nouis*. Non sic ergo, sed loquamur vtilius per instructionem [Docebat inquit] Exemplo Tobiæ, quod filium suum Tobiæ 1. dicitur, *filium suum timere Deum docuit, & abstinere ab omni peccato*.

E ¶ Quarto dico, quod nos debemus loqui modestius per discretionem [Diligenter inquit.] Quia scilicet cum diligenti studio & deliberatione debemus loqui, vt scilicet sciamus quod, quando, quomodo, cui, quare, et cum quo nos loquimur, vt sic nos possimus dicere illud 1. Cor. 2. *Sapientiam loquimur inter perfectos*. Et Eccl. 5. *Ne temere quid loquaris, neque sis velox ad proferendum sermonem*. Diligenter inquit 2. Paralipom. 29. *Cum diligentia cuncta facito*.

F ¶ Quinto dico, quod nos debemus loqui diuinius, seu cœlestius per deuotionem. Et nota, quæ sunt ista, quia scilicet nos debemus loqui ea, quæ pertinent ad Dei verba scilicet sancta honesta, pudica, & ea, quæ ad Dei laudem & gratiarum actionem ordinantur, sicut de Apostolis dicitur Actor. 2. quod *loquebantur varijs linguis magnalia Dei*. Et Thess. 2. *Ita loquimur, non quasi hominibus placentes sed Deo qui probat corda nostra*. Et ergo, *quæ sunt Iesu loquamur, vt sic reddamus ea, quæ sunt Cæsaris Cæsari, quæ sunt Dei Deo*. Et sic ergo patet, quod quinque modis possumus bene loqui.

G ¶ Sed pro certo multi sunt hodie contrariæ conditionis, qui in malis locutionibus & non in bonis occupantur. Vnde sicut videmus quod folia arborum variantur, quia quædam sunt plana, quædam aspera, quædam fœtentia, quædam alio sunt tendentia, & sic de alijs Sic vere verba malorum, quæ folijs æquiparantur, sunt quinque

Per {
Adulationem plana,
Detractionem aspera,
Blasphemiam horrida,
Duplicitatem diuisa,
Iactantiam elata.

Sicut enim dicitur Ioan. 3. *Qui de terra est, de terra loquitur*. ¶ Et ideo quia mali de mundo sunt, ideo de mundo loquuntur. Vnde nota, quod mali male loquuntur

Per blandimentum adulationis,
Per tudimentum diffamationis,
Per iactamentum ostentationis,
Per iuramentum diffamationis.

¶ Dico ergo, quod mali solent loqui adulatorie. Vnde Hier. 9. *Sagitta vulnerans, & lingua eorum, dolum locuta est, in ore suo pacem cum amico suo loquitur, & occulte ponit ei insidias*. Prou. 28. dicitur, quod *homo qui blandis fictisque sermonibus loquitur amico suo, rete expandit pedibus eius*.

¶ Item loquitur diffamatorie. Vnde in Psal. 49. *Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum*.

¶ Item loquuntur ostentatorie. Vnde de illo cornu modico *inter alia cornua* (per quod intelligitur Antichristus) dicitur Daniel. 7. quod *habebat os loquens grandia*. Grandia enim loquuntur se iactando, alijs comminando, opera sua magnificando, & endacia sustinendo Hier. 9. *Docuerunt linguam suam loqui mendacium, vt inique agerent, laborauerunt. Disperdat ergo Dominus labia dolosa, & linguam magniloquam*.

¶ Item blasphematorie loquuntur Daniel. 11. *Aduersus Deum Deorum loquetur magnifica*. Omnes enim isti, qui solent habere malas locutiones, vel qui male in ore formant verba, proueniunt propter

[illegible] hu[illegible] seruos, qui vadunt ad linguam, vel ni[illegible] trahentis. Et inde est, quod quidam [illegible] nimis tarde, quidam nimis rau[illegible] nimis aspere, quidam nimia alte, quidam nimia bas[illegible] loquendo [illegible] humor in corde interius ab[illegible] mala affe[illegible] vel intentio est causa, quare mora[illegible] hominei [illegible] male loqui. Sicut enim dici[illegible] M[illegible] 12. *Ex abundantia cordis loquitur.* Et inde est, quod secun[illegible] tiora sunt male disposita secundum hoc mali quando[illegible] quuntur nimis cito per stultiloquium. Ioan. 16. *Quæcunq; [illegible] loquetur.* Quandoq; nimis tarde, sicut illi, qui verecun[illegible] vitia [illegible] Hieremiæ 1. *Nescio loqui, quia puer ego sum.* [illegible] nimis aspere, & isti sunt, qui nesciunt alicui vnum [illegible] verbum dicere, sicut sunt inuidi, de quibus dicitur [illegible] *Non poterant ei quicquam pacifice loqui.* Quandoque lo[illegible] alte, sicut illi, qui non cessant iactare, & dilatare [illegible] & [illegible] qui nisi de pompis & honoribus [illegible] Esaiæ 28. *In loquela labij, & lingua alta loquetur ad po[illegible]*

§ [illegible] m aliqui loquuntur nimis basse, & isti sunt illi, qui non [illegible] liquid loqui, vel dicere nisi de rebus inferiorib. & ter[illegible] auari, quia sicut dicitur Io. 3. *Qui de terra est de ter[illegible]* 1. Io. 4. *Ipsi de mundo sunt, ideo de mundo loquuntur.* Vn[illegible] dicitur Esa. 29. *Humiliaberis, de terra loqueris, & de hu[illegible] tur eloquium tuum & erit quasi Pythonis de terra vox tua, & de [illegible] tuum mussitabit.* Et sic igitur patet, quomodo mali [illegible] de male loquuntur. Ista est igitur locutio humana [illegible] alis.

H § S[illegible] d[illegible] c dico, quod est quædam locutio diuina. Et ista [illegible] Deus loquitur, & qua nobis notificat voluntatem [illegible] ta, quod Deus solet quadrupliciter nobis loqui, vi[illegible] de[illegible]

O[illegible] per inspirationem,
Ap[illegible] ulationem,
L[illegible] ter per legislationem,
P[illegible] ter per prædicationem.

Ista [illegible] quatuor genera verborum, quibus nobis Deus solet [illegible] notificare, videlicet

P[illegible] nutum inducendo,
P[illegible] rgam ostendendo,
P[illegible] scribendo,
P[illegible] rbum prædicando.

Loqui[illegible] nobis Deus per nutum occultæ inspirationis. O[illegible] seæ [illegible] *Ducam eam in solitudinem & loquar ad cor eius.* Sicut enim di[illegible] b. *Multifarie, multisque modis olim Deus loquens patribus in [illegible] nouissime vero nobis locutus est in filio suo.*

§ [illegible] loquitur cum virga asperæ tribulationis Es. 42. *Tacui semper [illegible] patiens fui tanquam parturiens, loquar, dissipabo, & absor[illegible] bebo sim[illegible]*

§ [illegible] quitur Deus per literam scripturæ & lectionis. Ps. 49. *Deus [illegible] Dominus locutus est & vocauit terram.* Et Luc. 1. *Sicut locutus [illegible] eorum.* In litera autem sacræ scripturę Deus tot nobis [illegible] verba, quot ibi bona sunt documenta.

§ [illegible] quitur Deus per verbum suę personalis prædicationis. [illegible] tus est nobis Christus personaliter incarnatus, dicens [illegible] 12. *Ore ad os loquor ei.* Quia sicut dicitur Exo. 33. *Dominus [illegible] Mo[illegible] facie ad faciem, sicut solet homo loqui cum proximo suo.* [illegible] el[illegible] cutione tam diuina, quam humana suffi[illegible] ciant [illegible] natis. Vide supra de lingua & de dicere.

A **Lorica.** [illegible] um Lorica sit vestis seu armatura ferrea, annulis [illegible] atis facta, & ad defensionem hominis ordinata [illegible] ter loquendo, quod cum omnis virtus ordinata sit [illegible] d an[illegible] tutamentum contra pugnas & impetus vitiorum, quod vnaq[illegible] virtus potest loricæ nomine designari. Nam sicut armatus l[illegible] est

Audacior ad inuadendum,
Stabilior ad resistendum,
Securior ad perseuerandum.

Sic vere illi, qui armati sunt loricis virtutum, & potissime lorica fidei & iustitiæ. Istæ enim sunt duæ virtutes, quæ loricis potissime comparantur. Quia reuera illi, qui feruore fidei & zelo iustitię sunt armati, non timent hominem quin quando necesse est, malos inuadant & puniant, & quin aduersarijs & iniquis obuiet fortiter & repugnent. Vnde de iusto iudice, principe, & prælato dicitur Esa. 59. *Iustitia eius confirmauit eum, indutus iustitia vt lorica, & galea salutis in capite eius. Indutus est vestimentis vltionis & opertus est quasi pallio zeli ad vindictam & retributionem hostibus suis.* De homine etiam imbuto fide dicitur 1. Thess. 5 *Nos, inquit qui diei sumus sobrij, simus induti lorica fidei & charitatis, & galea spei & salutis.* Et bene tam fides quam iustitia dicitur lorica, quia reuera istæ multis annulis, id est, multis alijs virtutibus sunt concatenatæ, & multis adminiculis compilatæ. Fides enim componitur ex multis articulis. Iustitia vero ex multis constat considerationibus & probationibus & adminiculis. Talibus ergo loricis debent fideles & maxime principes esse armati, & contra infidelitatem & iniustitiam communiri. Iuxta illud Hie. 46. *Præparate scutum & clypeum, & procedite ad bellum, state in galeis, polite lanceas, induite vos loricis.* Et nota si vis, quod in scriptura reperitur seu repe- B riuntur Loricæ

Igneæ,
Ferreæ,
Aureæ,
Aereæ.

Loricas igneas habent viri charitatiui, quia sc. feruent spiritu & charitate, & zelo fidei & iustitiæ. Apoc. 9. *Qui sedebant super equos habebant loricas igneas & hyacinthinas.* Loricas ferreas habent viri vindicatiui, seu criminum punitiui & executiui, quia scil. more ferri duri sunt, & criminosos vulnerant atq; scindunt. Apoc 9. *Habebat loricas sicut loricas ferreas.* Loricas aureas habent viri eruditiui, qui s. per iustitiam vt aurum fulgent, & alios illuminant, inter aliosq; resplendent. Vnde 1. Mach. 6. de nobili ciuitate Elimaida dicitur, quod *illic erant velamenta aurea, & loricæ, & scuta, quæ reliquerat Alexander.* Loricas vero aereas seu æthereas habent contemplatiui, quia scil. sursum in æthere cum Deo conuersantur mentaliter, & loricis cœlestibus, i. virtutibus se armant, & muniunt spiritualiter 2. Mac. 5. *Contigit* (inquit) *videri per aera equites discurrentes, aureas stolas habentes.* Sequitur. *Et aureorum armorū splendorem, omnisq; generis loricarum.* Igitur charissimi talibus loricis nos induamus, & loricas Saul & Goliath dimittamus. Lorica n. Goliath erat ordinata ad filios Israel inuadendum. Lorica vero Saul non fuit sufficiens ad eos defendendum. Prima enim lorica fuit superbiæ & crudelitatis, quibus sc. semper impugnantur homines innocentes. Secunda v. lorica fuit auaritiæ & cupiditatis, seu temporalia substantiæ atq; facultatis, quibus sc. armati non bene se iuuant contra eos oppugnantes, sicut sc. apparuit de Dauid 1. Reg. 17. qui armatus lorica Saul non potuit sic incedere, nec vincere Goliath, quousq; Saul loricam & arma dimisit. Qui reuera, qui lorica bonorum terrenorum armantur, nunquam contra Goliath bene pugnant, imo si ipsa non dimiserunt ab ipso faciliter superantur. Loricas ergo virtutum induamus & loricas terrenorum & criminum dimittamus. Iuxta illud Eph. 6. *State succincti lumbos vestros in veritate, & induti lorica iustitiæ.* Et si vis, compara peccatores illis, qui equitabant locustas, Apo. 9. *qui habebant loricas igneas, sulphureas & hyacinthinas,* id est, peccatum auaritiæ, quod est igneum, luxuriæ quod est sulphureum; superbiæ, quod est hyacinthinum seu aureum. Talibus enim loricis peccatores armantur, vt contra hostes ferocius prælientur, 1. Mach. 6. *Vidit Eleazar vnam de bestijs loricatam.* Sic igitur patet, quomodo lorica sumitur in scriptura.

**Lorum.** Nota, quod lorum nihil aliud est, quam illa freni corrigia, quæ manu tenetur, & per quā equus ducitur, & regitur, & arcetur, & ne vbi vult, incedat, sed vbi insessor voluerit, retinetur. Et sic dico, quod A

Lorum significat { Vigorem correctionis, Rigorem iurisdictionis, Decorem moderantiæ seu rationis. }

Istis enim frænatur homo, ne curtat in vitia, his retinetur subditus, nec defluat ad mania, his inuitus etiam cohibetur quis ne sua compleat fatua placita, & his constringitur & arcetur, vt Dei & prælati faciat opera & mandata Ec. 33. *Iugum & lorum curuant collum durum, & seruum inclinant operationes assiduæ.* Vide de Fræno Iugo & Vinculo.

**Loth.** Nota quod Loth, qui interpretatur declinans, seu vacans, seu vinctus, aut cōclusus, & qui fuit nepos Abrahæ, & inter Sodomitas pessimos fuit bonus, & tandem ab Angelis quos hospitio receperat, credens esse homines, a periculo eductus & in mōte saluatus, potest significare quoslib. viros iustos, & maxime bonos & simplices laicos hospitales, qui declinant a vitijs & scelerib. vacant bonis actibus & operibus, vinciuntur amoris vinculis & fœderibus & concluduntur diui- A

nis mandatis atq; legibus, & boni sunt etiam, si sint cum iniquis & infidelibus. Et ideo isti ab Angelis quos hospitio per deuotionem recipiunt, liberantur à tormentis & verberibus & à malignorum incendijs & cineribus, & in Paradisi monte saluantur, & in æternis præmijs & honoribus collocantur. Genes. 19. *Ascendit Loth de Segor, & mansit in monte, &c.* Et si vis, in malo significato dic, quod Loth est peccator, qui Abraham, i. Deum, & eius societatem deserit & abnegat, inter Sodomitas, i. inter peccatores manet & habitat, à Dei mandatis fugit & declinat, malis operibus intendit & vacat, malis moribus & consuetudinibus vincitur, & in ipsis se allegat, & finaliter concludinit in inferno, vbi perpetuo gemit & suspirat, & vxorem suam, scil. animam perdit, dum voluntati diuinæ non obtemperat. vnde Luc. 17. dicitur, quod *in diebus Loth edebant & bibebant & emebant & vendebant, plantabant & ædificabant, & pluit Deus ignem & sulphur de cælo, & omnes perdidit.* Omitto, Vide hist. Gen. 19. & applica.

A **Lucere. Lucerna.** Nota quod lucerna nihil aliud est proprie loquendo, quam artificialis vel materialis lampas, luminarium vel candela, ad illuminandum domum in Solis & lucis absentia. Vnde lux est sicut genus, lucerna vero sicut species. Et potest significare in scriptura in bono & in malo. In bono enim signat

Claritatem boootum exemplorum,
Bonitatem virorum perfectorum,
Sanctitatem diuinorum mandatorum,

Ista enim principaliter significantur per lucernam, videlicet,

Fulgor exemplorum,
Splendor mandatorum,
Vigor perfectorum.

Fulgor dico bonorum exemplorum, idest, bonorum operum & mandatorum. 2. Mach. 1. *Accendimus lucernas & proposuimus panes.* Quod enim alijs bona exempla damus, & quod eis bona opera ostendimus, tot lucernis spiritualibus ipsos illuminamus. Ideo dicitur Luc. 12. *Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris.* Super quo dicit Greg. in Hom. *Lucernas quippe ardentes in manibus tenemus, dum per bona opera proximis lucis exempla monstramus.* Et sic poterimus figurari in illo candelabro tabernaculi, quod septem lampades seu lucernas habebat, quas oliuarum oleum quotidie nutriebat, vt scribitur Exod. 27. & 37. & Leuit. 24. Quia vere septem lucernæ, id est, septem Spiritus sancti dona debent in nobis lucere, quæ in nobis debent oleum pietatis & gratiæ nutrire. Sed de hoc vide bene supra de candelabro, §. 2. Vnde Exod. 25. *Facies lucernas septem, & pones eas super candelabrum.*

B ¶ Item per lucernam intelligitur splendor diuinæ scripturæ, & mandatorum. Sicut enim per lucernam apparent & notificantur latebræ & occulta, ita quod de nocte necesse sunt lucernæ vt homo videat, quid faciat, vel quo vadat: sic vere charissimi, per lucernam diuinæ legis ostenduntur & notificantur occulta & secreta diuinæ legis, ostenduntur & notificantur occulta & secreta diuinæ voluntatis, ita quod per istam instruimur & docemur quo ire, vel quid agere teneamur. Psalm. 118. *Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis.* Quia sicut dicitur Prouerb. 6. *Mandatum lucerna est, & lex, lux, & via vitæ, increpatio disciplinæ.* Vide auctoritatem istam expositam & diuisam supra de Lege. Hoc solum nota, quod sicut ille qui habet lucernam, si ponit eam retro se per eam non illuminatur: sic vere multi sunt hodie qui habent & tenent lucernam legis Dei & scripturæ, verum quia ipsam non habent præ oculis, sed ipsam potius retro ponunt, hinc est, quod per eam non illuminentur & ad bona opera non diriguntur, sicut de multis malis Theologis apparet, qui habent scientiam, non opera Mat. 6. *Lucerna cordis tui est oculus tuus,* idest, intellectus: Et sequitur. *Si oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit.* Lucerna ergo significat splendorem scripturæ & mandatorum.

C ¶ Item lucerna signat decorem iustorum & perfectorum. In domo enim Ecclesiæ nulla pulchrior est lucerna, quã vir iustus. Vnde de Beato Ioanne dicitur Ioa. 5. *Illa erat lucerna ardens & lucens.* Vbi ostenditur, quod qui vult esse lucerna aliorum, debet esse loquendo moraliter,

Firmitatis vigore fundatus (Ille, inquit, erat)
Veritatis splendore ditatus (Lucerna, inquit)
Charitatis feruore crematus (Ardens, inquit)
Honestatis fulgore dotatus (Lucens, inquit)

Homo enim perfectus dic debet manere per firmitatem, semper splendere per honestatem, semper ardere per charitatem, semper lucere per veritatem.

¶ Dico primo, quod vir perfectus debet esse fundatus firmitatis vigore, quod ostenditur cum dicitur (Ille erat. Illa enim verba Sum, Es, Est, Erat, Erit, significant realem existentiæ firmitatem & perseuerantiæ in bono constantiam & stabilitatem. D
Vt sic sit homo etiam sicut illa lucerna inextinguibilis facta de lapide Asbesto, de qua loquitur August. sicut supra posuimus de candelabro, vel sicut illa alia lucerna, de qua dicit Geruasius lib. de mirabilib. mundi. Dicitur enim ibidem, quod c[illegible] nitra ciuitatem Gratianopolim in prioratu S. Michaelis de Camissa, est refectorium, in quo est fenestra, & ibi lucerna exposi[illegible], quæ nulla vi ventorum extinguitur, sed ibi contra omnem vim ventorum vsq; ad consumptionem inextinguibilis perseue[illegible]. Si vero foris domum, vel intra aliquantulum trahitur, statim vento modico extinguitur & finitur. Talis procul dubio lucerna est vir iustus, quia reuera in refectorio Ecclesiæ militantis debet inextinguibilis permanere. Tanta enim in ipso debet esse virtus perseuerãtiæ & constantiæ, quod nulla vi ventorum, id est, nullo impetu tentationum vel tribulationum debet lucem gratiæ amittere, sed ibi inextinguibiliter inhabitare. Vnde Prou. 31. *Non extinguetur in nocte lucerna eius.* Nox enim tribulationem sign[illegible]. Vnde Ioa. 1. *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem.* Qua[illegible] de multis hodie potest dici illud Ioan. 1. *Non erat ille lux.* Sed de ista desistentia vel assentia vide supra de Esse. Iustus igitur debet esse fundatus firmitatis vigore. (ille, inquit, erit.)

¶ Secundo dico, quod iustus debet esse ditatus veritatis sp[illegible]dore, quod ostenditur in vocabulo (Lucerna.) Lucerna enim & se & alia, quæ in domo sunt, manifestat. Sic homo verax & se & omnia, quæ sunt alijs necessaria, ostendit & indicat. Verus enim homo est sui ipsius ostensiuus. Nescit enim fingere, quod non est, imo omnib. ostendit, quod est. Vnde de ciuitate noua Hierusalem, id est, de Ecclesia dicitur Apocalip. 21. *Lucerna eius est agnus.* Vt enim verax significatur in agno, qood est animal simplex & innocens, quod nescit aliquam malitiam palliare. E

¶ Item verus homo est aliorum illuminatiuus, & ad bona opera directiuus. Vnde Lucæ 8. dicitur: *Nemo accendit lucernam, & operit eam, sed super candelabrum ponit, vt intrantes lumen videant.* Vir ergo perfectus debet esse ditatus veritatis splendore (Lucerna inquit.)

¶ Tertio dico, quod vir iustus debet esse crematus charitatis feruore, quod ostenditur in verbo (Ardens.) Ardor enim signat inflammationem charitatis, sicut supra ostẽditur de Ardere. Quia sc. viri iusti semper debent esse ardentes & inflammati per charitatem. Exod. 28. *Ardeat lucerna semper in tabernaculo.* F

¶ Quarto dico quod vir iustus debet esse dotatus honestatis fulgore. (Lucens inquit) Honestas enim inter virtutes cæteras magis lucet. Ista enim ad modum rei lucentis exterius plus apparet Matt. 5. *Luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona.* Vir enim iustus debet in se lucere per virtutem, & alijs per honestatem lucere. Quia sicut dicitur Mat. 5. *Lucerna non debet poni sub modijs, sed super candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo sunt.* Quod tamen est contra hypocritas, qui similes sunt noctilucis, quæ de nocte videntur lucere propter defectum luminis clarioris. Sic &c. sicut supra de Fulgore. Similes etiam limacibus, quarum vestigia quamuis sint immunda, aliquantulum tamen relucent. Quia vestigium, id est, opera hypocritaru[illegible], quamuis in veritate sint fœtida & immunda, ratione tamen fictæ honestatis videntur lucere, & lucida hominibus apparere. Vnde Iob 41. *Post eum lucebit semita.* Isti ergo false, & non [illegible]ere lucent, similes lignis putridis vel galeris quorundam piscium [illegible] de nocte videntur lucere & splendere, de die autem non [illegible] sc. tales in nocte præsentis vitæ videntur per honestatem f[illegible]te, quando scil. obscuritas ignorantiæ dominatur, in die ta[illegible] id est, in claritate veræ notitiæ, quæ post mortem fulgebit [illegible] lux talium non apparebit, imo splendor suæ hypocri[illegible] dispatebit. Quia isti sunt sicut illa lucerna de qua di[illegible] 3. qu[illegible] non poterat videre Heli, donec extingueretur [illegible] qui ad modum Heli sumus cæcutientes per errorem [illegible] tem, non videmus quales sunt tales lucernæ, quousque [illegible] extincti per mortis aduersitatem. Quia sicut dicitur Prou. [illegible] *Lucerna impiorum extinguetur:* & Apoc. 18. *Lux lucernæ non luc[illegible]* De talibus ergo lignis putridis dicitur Iob 41. *Aestimat se li[illegible] putridum æs.* Et bene tales dicuntur æs, quia sc. quamuis æs [illegible] and[illegible], splendeat, rubiginem tamen faciliter contrahit. Non sic er[illegible] G

sed

[illegible] lucentes veraciter, & non ficte, vt simus de istis luminaribus, de quibus dicitur Gen. 1. *Fiant luminaria in firmamento cœli, vt luceant super terram.* Et sic poterimus esse

Per veritatem fulgentes,
Per firmitatem manentes,
Per honestatem lucentes,
Per claritatem ardentes.

Et ita erimus spirituales lucernæ, ad illuminationem hominum ordinatæ. Et ita patet, quod lucerna accipitur in bono.

¶ Sed adhuc dico, quod lucerna potest accipi in malo. Et sic signat mundi prosperitatem, & hypocrisis falsitatem.

¶ Dico mundi prosperitatem, quia sicut lucerna non est durabilis, sed defectibilis: sic nec prosperitas. Vnde illud prædictũ Prou. 24. *Lucerna impiorum extinguetur.*

¶ Item designat hypocrisis falsitatem. Sicut enim lucerna alios illuminando seipsam consumit, & sic dum alijs proficit, sibi nocet, sic hypocrita alios illuminat per doctrinam, & seipsum consumit per malam vitam. Et dum alijs per doctrinam & bona opera proficit, in seipso per malam vitam deficit. Hie. 25. *Perdam ex eis lumen lucernæ:* & Pro. 21. *Lucerna impiorum peccatum.* Sufficit. Vide infra de Luce, & de Lumine, & similibus.

A **Lucrum.** Nota, quod lucrum signat omnes acquisitiones emolumentorum. Et sumitur in bono & in malo, [illegible] sic in scriptura reperitur Lucrum

Laudabile, quod debes quærere,
Damnabile, quod debes fugere,
Horribile, quod debes timere,
Mirabile, pro quo debes currere.
Primum lucrum est perfectorum, qui lucrantur spiritualia,
Secundum lucrum est peccatorum, qui lucrantur temporalia,
Tertium lucrum est damnatorum, qui lucrantur infernalia,
Quartum vero lucrum est beatorum, qui lucrantur æternalia.

¶ Primo dico, quod est lucrum laudabile per quod acquiruntur spiritualia, seu virtualia. Iusti enim quorum cura tendit ad hoc lucrum, sunt sicut prudens mercator, qui dat res grossas pro pretiosis & caris, vtpote pannos pro auro, animalia pro argento. Sic isti dant temporalia & etiam vitam & corporalia, vt lucrentur pretiosa, sc. spiritualia. Figuratur *in bono seruo, cui commissa sunt quinque talenta, & alia quinque superlucratus est* Mat. 25. Et ideo supra multa est constitutus. Quia reuera, qui cum quinq; sensibus sibi commissis lucratur alia quinq; talenta, id est, virtutes quinque sensibus respondentes, scilicet,

Discretionem quantum ad visum,
Deuotionem quantum ad auditum,
Contemplationem quantum ad odoratum,
Compassionem quantum ad tactum,
Subiectionem quantum ad gustum.

M[illegible]tur commendari & donis & lucris amplioribus in gloria [illegible]. Vnde de spirituali lucro dici potest illud Sapient. 15. *Aestimauerunt lusum esse vitam nostram, & conuersationem vitæ compositam ad lucrum.* Et reuera nos sumus in vita hac sicut in nundinis, vbi scilicet necesse habemus lucrari si in cœlo volumus ditari. Lucremur ergo animas, ipsas conuertendo, 1. Cor. 9. *Omnium me seruum feci, vt plures lucrifacerem:* & Matt. 18. *Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum.* Virtutes ipsas acquirendo. Iac. 4. *Mercabimur & lucrifaciemus Dominum, ipsum diligendo & ei credendo.* Phil. 3. *Omnia arbitror vt stercora, vt Christum lucrifaciam.* Igitur dico quod est vnum lucrum quod est laudabile, per quod acquiruntur spiritualia.

B ¶ Secundo dico, quod est vnum lucrum quod est damnabile, per quod acquiruntur temporalia. Et hoc pro certo est lucrum auarorum, qui scilicet quanto plura lucrantur, tanto magis lucrari volunt. Et sic dico, quod est lucrum simoniæ, venditæ iustitiæ, rapinæ & violentiæ, falsæ mercaturæ & fraudulentiæ. Ista enim sunt lucra mala, quæ scilicet à perfectis repudiantur. Vnde Paulus dicit Phil. 3. *Quæ enim mihi fuerunt lucra præter Christum, arbitratus sum detrimenta.* Et simplicibus interdicuntur, & maxime Ecclesiasticis. Vnde 1. Tim. 3 dicitur, quod *diaconos oportet esse pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrum sectantes.* Et propter illa pœnæ perpetuæ inducuntur. Vnde Matth. 16. *Quid prodest homini si vniuersum mundum lucretur, animæ vero detrimentum patiatur?* Et nota quod talia lucra sunt contemnenda.

Propter { Fraudulentiæ ministerium, quod concomitatur, / Auaritiæ desiderium, quod multiplicatur, / Pestilentiæ vituperium, quod fine paratur. }

¶ Concomitatur enim talia lucra fraudulentiæ ministerium quia sc. vix fit magnum lucrum sine fraude & deceptione alterius. Vnde Aug. super illud Psal. 134. *Ne tradas me Domine à desiderio meo peccatori,* dicit sic. *Desiderio, inquit, tuo locum facis diabolo. Ecce diabolus proposuit merces. Lucrum habere non poteris quia lucrum non habebis, nisi fraudem feceris. si vero fraudem feceris, capieris.*

¶ Item multiplicatur per tale lucrum auaritiæ desiderium. Vnde dicit August. in quodam sermone. *Quomodo* (inquit) *diuitiæ sunt, quibus crescentibus crescit inopia amatoribus suis, & si sunt ampliores, non tamen afferunt satietatem, sed inflammant cupiditatem? Diuitem tu putas, qui minus eguerit; minus egeres si minus haberes. Nam vides quosdam cum haberent paruam potestatem, parua lucra fuisse laxatos:* Sequitur: *Credis eos fuisse satiatos? falsum est. Nam maior pecunia fauces auaritiæ non claudit, sed extendit, non irrigat, sed accendit, non poculum respiciunt, quia flumina sitiunt.* Hæc August.

¶ Item multiplicatur per tale lucrum pestilentiæ vituperium sc. damnum pœnæ æternæ, quod venit in fine occasione turpis lucri. De quo August. super illud Psal. 61. *Rapinam nolite concupiscere,* dicit sic: *O lucra damnosa. Inuenis pecuniã, perdis iustitiam, quid rapias vides, à quo rapiaris, non vides.* Et Augustin. in Sermon. dicit, quod *nemo habet iniustum lucrum sine iusto damno.* Patet ergo quod est lucrum quod est damnabile, per quod acquiruntur temporalia.

¶ Tertio dico, quod est vnum lucrum, quod est terribile, per quod acquiruntur infernalia. De quo Matt. 3. *Quid prodest homini si lucretur vniuersum mundum, animæ vero suæ detrimentum faciat?* detrimentum, scil. pœnæ æternæ. Applica illud, quod immediate procedit. O lucra damnosa, &c. C

¶ Quarto dico, quod est vnum lucrum, quod est mirabile, per quod acquiruntur æternalia sc. gloria Paradisi. De quo Phil. 1. dicit Apostolus: *Mihi viuere Christus est, & mors lucrum.* Vnde de lucro vitæ æternæ dicit August. super illud Psalm. 33. *Inquirentes Dominum, non minuentur omni bono. cum diligimus Dominum, omnia in ipso reperimus. Vnus est qui inquiritur, sed in quo omnia continentur.* O lucrum mirabile, ô comparandum singulare. Cur nos per diuersa fatigamus? ad Christum vt veniamus, festinemus, post quẽ cuncta bona vltra non quæremus, sed tenemus. Aduerte tamen quod lucrum seu commodum gloriæ Paradisi nunquam malis conceditur nec fraudulentis nec infidelibus erogatur. Prou. 22. *Non inueniet fraudulentus lucrum.* Patet igitur, quomodo quadruplex inuenitur lucrum. Vide in tit. Diuitiæ, & in tit. Habere, Abundare & Acquirere, & in tit. Auaritia. D

**Lucus.** Idem est, quod nemus paruum & altum, qualia circa nobilium prædia solent esse, dictum sc. per antiphrasim, & per contrarium à lucendo, eo sc. quod non sit, vt communiter locus clarus, sed potius vmbrosus & tenebrosus. Aduerte autem, quod Deus valde repudiat tales lucos, propter vsus Gentilium, qui tunc erant, qui sc. in locis amœnis tales lucos plantabant, & in ipsis sua delubra idolis sacrificabant, & ipsos lucos suis dæmonijs consecrabant. Deus ergo volens cultum idolorum delere & ritum Gentilium abolere, iuxta altare suum lucum plantari prohibuit, & lucos consecratos dæmonijs (qui & vmbracula ipsorum erant) & sacrificijs atque templis succidi voluit & subuerti, sicut patet Deut. 19. vbi dicitur sic. *Non plantabis lucum aut omnem arborem iuxta altare Domini Dei tui.* Et de idololatris præcipitur populo Israelitico Exod. 24. *Aras* (inquit) *eorum destrue & confringe statuas, lucosque eorum succide:* & Deut. 6. *Aras eorum subuertite, statuas confringite, lucos eorum succidite, & sculptilia comburite.* Et inde est, quod Gedeon commendatur, qui lucum Baal succidit. Iudic 6. Achab vero reprehenditur, qui lucum Baal ædificauit. A

¶ Igitur dico, quod per lucum potest intelligi omnis vmbra vel obscuritas, omnis error vel falsitas, omnis excusatio vel colendi aliud voluntas & opportunitas. Per altare autem Dei intelligitur Christi fides, vel cultus latriæ, status clericorum, vel Ecclesiæ, secretum cordis vel conscientiæ. Per tẽpla seu altaria dæmoniorũ potest intelligi ipsorum cultus & idololatria, malorũ status & continentia, cor peccatoris & conscientia. Deus igitur præcipit circa altare suum lucum non plantari, quia reuera ab altari fidei Deus vult omnem vmbram, & omnem hæresim &

erroneum

errorem amoueri, & ibi omnem veritatem & claritatem perpetuo reperiri. Vnde de Iosia dicitur 2. Paralipomenon 34. quod *Ipse mundauit Iudam & Hierusalem ab excelsis & lucis, simulachrisque & sculptilibus.*

In fide enim Christi nihil est vmbrosum, aut tenebrosum, nihil fictum seu sculptile, sed totum solidum atque firmum. Dæmones vero circa altare lucum suum diligunt, quia circa cultus suos fictiones & errores plurimos esse volunt & iniquitates suas ab oculis intuentium, ne forsitan refugiant, obtenebrant, & abscondunt. Vnde 3. Reg. 16. & 4 Reg 13. dicitur: *In templo Baal, quod ædificauerat Achab in Samaria, plantauit lucum* Deus etiam de templo & altari suo (quod est Ecclesia seu Ecclesiasticorum status) vult: quod omnis lucus, id est, omnis vmbra, obscuritas, & tenebrositas, hypocrisis & palliationis, ignorantiæ & excæcationis, inhonestæ apparentiæ & malæ conuersationis amoueantur, & quod splendor virtutis & sanctitatis, fulgor sapientiæ & veritatis, decor apparentiæ & honestatis custodiatur. Vnde de Asa rege Iuda, id est, de Christo dicitur illud 2. Paralip. 14. quod *ipse subuerterit altaria peregrini cultus.* Altaria peregrini cultus significant hypocrisim, statua significat auaritiam, excelsa vero & luci significant latam & obscuram conuersationem. Sed quid? pro certo diabolus econuerso vult habere circa altare suum, id est, circa statum malorum Ecclesiasticorum lucos suos, sc. hypocrisis velatam falsitatem, ignorantiæ cæcatam obscuritatem, apparentiæ elatam inhonestatem. Vnde de sermonibus potest dici illud 4 Regum 17 *quod scil. ipsi fecerunt sibi statuas & lucos in omni colle sublimi* Et certe, proh dolor, in omni colle sublimi i. in omni statu Ecclesiastico quantumcunq; sublimi & alto inueniuntur hodie luci & statuæ. Vnde est dictum propter de eis: *Ipsi fecerunt statuas. &c.* Deus insuper de altari suo (quod est conscientia) vult amoueri lucos, id est, obscuritatem & vmbram. Quia tenebras ibi non vult, quod ibi sit lucus seu vmbra tristitiæ & desperationis, iracundiæ & turbationis, & verecundiæ, tamo vult, quod omnia sint ibi clara & nuda, videlicet, quod loco tristitiæ sit ibi spes & consolatio, loco iracundiæ sit ibi pax & quietatio, loco verecundiæ sit ibi vera & nuda confessio, & omnium criminum denudatio, vt sic intelligatur de amotione talium lucorum illud Esaiæ 17. *In die illa inclinabitur homo ad factorem suum, & oculi eius ad sanctum Israel, & non respiciet lucos & delubra.* Sed tenebra diabolus vult contrarium, quia reuera ipse econuerso circa templum & altare conscientiæ plantat lucos, videlicet

Tristitiam, quæ intrat tenebras,
Iracundiam, quæ claudit palpebras,
Verecundiam, scilicet confitendi, quæ quærit latebras,

Vnde de Manasse, qui interpretatur obliuiosus, id est, de diabolo, qui dicitur oblitus, dicitur 4. Reg. 21. quod *Manasses fecit malũ*
a *coram Domino & fecit lucos, sicut fecerat Achab.* Sic igitur patet quomodo moraliter Christus eradicat malos lucos, & quomodo diabolus plantat eos. Et hæc de luco sufficiant. Vide de vmbra, Tenebris, Obscuritate, & similibus.

A **Ludere.** Cum ludere sit actus lætitiæ per gestus & motus membrorum exterius declaratus & ad placentiam tam videntium quam facientium ordinatus, possumus dicere, quod sicut bene distinguit Mauritius, in scriptura reperitur quintuplex ludus, videlicet

Ludus { Charitatis, Vanitatis, Fallacitatis, Iniquitatis, Fœlicitatis.

Ludit enim { Charitas & innocentia, Vanitas & pueritia, Fallacitas & malitia, Iniquitas & insolentia. Fœlicitas & opulentia.

¶ Dicamus ergo primo, quod in scriptura reperitur ludus charitatis & innocentiæ. Amor enim & innocentia quandoque hominem mouet ad ludendum. Libenter enim ludimus cum re, quam diligimus, & quam innocentem & humilem reputamus, sicut patet, quod libenter ludit homo cum puero, vel cum iuuenculo catulo. Ipsa enim animalia iuuencula libentius solent cæteris ludere, & propter puritatem sanguinis, qui viget in eis sæpius atque lætius exultare. Sic vere dico de iustis, quia reuera propter puritatem sanguinis, & propter sinceritatem dulcoris, id est, simplicioris innocentiæ & nitatem, isti spiritualiter exultant & ludunt, & lætitiam spiritualem etiam quandoque corporaliter ostendunt Exemplo Dauid, & filiorum Israel, qui coram arca Domini ludebant, & Deum laudando, etiam corporaliter exultabant, 2. Reg 9. *Dauid & omnis Israel ludebant coram Domino.* ¶ Et aduerte, quod iustus ludit

Humiliter, & sese deijcit,
Viriliter, & magna despicit,
Sublimiter, & alta respicit,
Sagaciter, nec mores inficit,

¶ Dico ergo, quod ludus viri iusti debet esse cum cordis humilitate, quia sc. iustus quando exultat in Domino, semper debet ad humilitatem suam, & ad propriam vilitatem attendere, & se Deo humiliare & subijcere, exemplo Dauid dicentis 2. Reg. 6. *Viuit Dominus, quia ludam ante Dominum, qui elegit me.* Sequitur: *Ludam & vilior fiam, & humilis ero in oculis meis.*

¶ Item debet fieri cum authentica virilitate. Vir enim iustus scientificus & perfectus solet quandoque cum magnis hominibus & potentibus ludere & solatiose se habere, & per virtutem cum maioribus se exercere. Exemplo Dauid, de quo dicitur Ecclesiast. 47. *Cum leonibus lusit quasi cum agnis, & cum vrsis similiter fecit*

¶ Item debet fieri cum mentis sublimitate, quia sc. magis debet mentaliter ludere. & confabulari cum Deo & sanctis, qui sunt superius, quam cum alijs, qui sunt inferius, vt sic de alijs, de quibus dicitur Baruc. 3 *Qui in auibus cœli ludunt, &c.*

¶ Item debet fieri cum sagacitate seu maturitate, quia sc. vir iustus omnia solatia sua debet facere sagaciter & mature, ne morum suorum maiestate offendat. vnde Eccl. 32. *Pro reuerentia* (inquit) *accedet tibi bona gratia.* Sequitur. *Præcurre prior in domum tuam, & illic aduocare, & illic lude, & age conceptus tuos non in delictis & verbo superbo.* Iste est igitur ludus charitatis & innocentiæ. ¶ Secundo dico, quod inuenitur ludus vanitatis & insciẽtiæ. Et B
iste est ludus mundanorum, qui scilicet non quærunt, nisi solatiari, & ludere, & in terrenis ludibrijs & mundi consolationib. lætitias exercere, similes pueris inuicem ludentibus & superuacuos & inutiles ludos exercentibus. & de futuris nihil cogitantibus, & in ludis suis se maculantibus, quos tandem mater eorum verberat, & in luctũ & in tristitiam ludos mutat. Quia reuera tales non nisi de præsentibus cogitant, & in superuacuis ludis suis diuersis vitijs se maculant, propter quod mater ipsorum Deus finaliter ipsos punit, & ipsorum ludos præsentes in futuras inferni tristitias conuertit. Mat. 11. *Cui* (inquit) *assimilabo generationem illam? Similis est pueris ludentibus in foro.* Et Iob 21. *Paruuli eorum exultant lusibus. Tenent* (inquit) *tympanum & cytharam & gaudent ad sonitum organi. Ducunt in bonis dies suos & in puncto ad inferna descendunt.* Istis contingit sicut monstris marinis, quæ tunc liberius saltant & ludunt, quando futura est tempestas. Ludus enim talium in mari est præsagium tempestatis. Sic vere tales ludis & solatijs suis sibi prognosticant tempestatem inferni & etiam aduersitatem aliquoties huius mundi. Fortona enim similis est catto, qui ludit aliquoties cum mure, quem cepit, ita quod ipsum videtur diligere & seipsum in eius moribus delectare, finaliter tamen murem comedit & sibi ludum, quem ante fecerat, care vendit.

Si vere fortuna cum illis, quos cepit in laqueis suis, videtur ludere in quantum ipsis pro libito permittit bona præmia succedere, venire, subito tamen quando dum non aduertunt, ipsos per tribulationes deuorat, & se nouercam fuisse, non matrem demonstrat. Vnde Seneca libro secundo Rhetoricæ suæ dicit sic: *Ludit* (inquit) *fortuna de suis muneribus. & quod dedit aufert, quod abstulit, iterum dat, nec vnquam tantum experitur, quam cum iniuria non habet materiam, quæ scilicet, est bonorum temporalium vbertas.*

Hæc dicit de materia fortunæ, ex qua ludos & proprietates suas operatur & format.

Idem etiam de tranquillitate animi dicit, quod in momento mare euertitur, & eadem die, qua luserunt, nauigia sorbentur.

¶ Aduerte autem, quod ludos vanos multos & varios esse constat. Quosdam, quos prouocat ventris saturitas. Exod. 32. *Sedit populus meus manducare & bibere, & surrexerunt ludere.* Quosdam, quos excitat turpis fatuitas, sicut scil. sunt ludi derisorum, qui scil. ad hoc solent ludere, vt alios possint deridere & deludere,

[illegible] sic patet Iud. cum 16. in Samsone, quem Philistæi vocauerunt & ad ipsius derisionem coram se ludere coegerunt. [illegible] patet de multis, qui derisorie alios derident & oris [illegible] gestibus eos vituperant atque mordent. Contra quos [illegible] *Super quem* (inquit) *lusistis, & super quem aperuistis os, & eiecistis linguam.* Recte loquitur contra cachinnatores. Et tunc tales debent aduertere ad illud, quod scribitur & legitur Prou. [illegible] *Deus deludet, mansuetis autem dabit gratiam.* Sed de illusionibus [illegible] de superius in litera I. Tales igitur ludos constat (vt dictum est) vanos esse, quos sc. excitat turpis sanitas.

¶ Item constat esse vanos quosdam, quos generat stulta strenuitas, sicut sunt

[illegible] ludi { Armorum,
Hastiludiorum, &
Tornamentorum.

Sicut 2. Reg. 2. dicitur, quod Abner princeps ex parte Isboseth, & [illegible] Dauid stantes hinc inde ad inuicem. *Surgant pueri & ludant coram nobis.* Ludus autem ille fuit talis (sicut dicitur ibid.) [illegible] duodecim à parte qualibet surrexerunt, & alter alterum apprehenderunt, & alter alterum gladijs transuer[illegible] & se mutuo occiderunt.

C ¶ Tertio dico, quod inuenitur ludus fallacitatis & iniquitatum, quando aliqui sub specie ludi, & exterioris amicitiæ [illegible] actus malitiæ & nequitiæ, sicut facit diabolus, qui [illegible] delectationes offerendo, videtur amicabiliter cum hominibus ludere & tamen constat, quod ipsos quærit mortificare & occidere. Sicut etiam patet de proditoribus, qui sc. amicitiam prætendendo cum hominibus ludunt, & tamen in fine proditorie [illegible] destruunt & confundunt, vt de peccatoribus dicatur illud Iob 40. *Omnes bestiæ agri ludunt ibi.* Similes lupis, qui captis pueris cum eis ludunt, ipsos tamen finaliter comedunt & occidunt, sicut dicit Plinius. De quibus sc. dicitur Prou. 26. *Sicut noxius est, qui mittit sagittas in mortem, ita qui fraudulenter nocet amico suo, & cum deprehensus fuerit, dicit, ludens feci.* Patet de aleatoribus, qui scilicet in ludis suis non quærunt, nisi alienam pecuniam acquirere, socium fraudare & decipere, iurare, blasphemare & maledicere, & quandoque ad verba iniuriosa, plagas & verbera prorumpere, & cum totum perdunt quandoque desperationem incurrere, & finaliter ad rapinas, furta & homicidia se conuertere. Iste enim ludus diabolicus, & certe (vt credo) per diaboli[illegible] adinuentus. Constat enim (sicut apparet in multis locis) quod ludi Romani in honorem dæmoniorum fiebant, & ipsos ludos ipsi Dij, id est, dæmones sibi fieri præcipiebant, & per talia ludos in honorem dæmonum factos sibi prospere successu[illegible] in sua republica fatue æstimabant, sicut patet in Tito Liuio [illegible] vrbe condita, vbi mandato Iouis, etiam in somnis pluries [illegible] ludi Romani instaurati sunt ad quorum spectaculum [illegible] Volsci, qui quia exclusi inde fuerant, guerram fortissi[illegible]. Libro etiam 1. ponitur, quomodo Dictator post [illegible] magnos ludos inuenit. Et breuiter ludi & lecti[illegible] in honorem Deorum, hoc est dictum, dæmoniorum fiebant, & per istos placare Deos se credebant. Patet ergo, quod [illegible] ludi fallacitatis & iniquitatis, qui scilicet causæ sunt pe[illegible]. Et ideo tales ludi sunt fugiendi, & prudenti[illegible] Exemplo scil. Annæ Tob. 3. dicentis sic: *Nunquam [illegible] me miscui, neque cum his, qui in leuitate ambulant.* Et [illegible] *Non sedi in concilio ludentium, sola sedebam, quoniam amaritudine [illegible].* Igitur dico, quod inuenitur ludus iniquitatis & [illegible]

D ¶ Quarto vero dico, quod inuenitur ludus fœlicitatis & complacentiæ. Et iste est ludus, hoc est dictum, solatium & lætitia beatorum, qui coram domino dicuntur ludere, hoc est dictum [illegible] perpetuo & gaudere. Vnde quilibet beatus potest dicere illud Prouerb. 8. *Quando Deus appendebat fundamenta terræ, cum eo eram, & delectabar per singulos dies, ludens coram eo omni tempore ludens in orbe terrarum.* Vt & de Beatis generaliter dicatur illud, quod scribitur Hier. 30. *Ædificabitur ciuitas in excelso, & templum iuxta ordinem fundabitur, & egredietur de eis laus, vox que ludentium & multiplicabo, & glorificabo eos & non minuentur, neque attenuabuntur.* Ista ergo sufficiant de ludis beatorum statuum, seu [illegible], aut mundanorum & perfectorum. Vide in tit. Lætitia & gaudium.

A **Lugere. Luctus.** Nota, quod luctus est quædam mentis desolatio, seu mœror, qui sine vocis expressione in animo generatur. Est enim luctus

Dolor animi sine vocis emissione;
Planctus cum vocis dolentis manifestatione;
Fletus & ploratus cum lacrymarum effusione.

Nota ergo, quod est Luctus, Virtuosus, Vitiosus, Dolorosus.

¶ Luctus virtuosus est luctus perfectorum, qui sc. in isto mundo semper sunt in miseria, & in luctu. De quibus dicitur Mat. 5. & Luc. 6. *Beati qui nunc lugent quoniam ipsi consolabuntur.*

¶ Luctus vitiosus est luctus deceptorum, qui sc. fingunt se esse compatientes & lugentes de infortunijs aliorum, & etiam de proprijs delictis, sicut patet de hypocritis & falsis amicis, figuratis in illa muliere, cui dixit Ioab 2. Regum 14. *Lugere te simula & induere veste lugubri, vt sis quasi mulier iam longo tempore lugens mortuum.*

¶ Luctus dolorosus est luctus damnatorum, qui dum sunt in isto mundo, videntur dicere illud Apoc. 18. quod dicitur in persona Babylonis, id est, in persona congregationis reproborum. *Non sedebo vidua, & luctum non videbo*, quia sc. semper sperant viuere in gaudio & in risu. Veruntamen dicitur eis Luc. 6. *Væ vobis, qui nunc ridetis, quia lugebitis & flebitis vos.*

Primus ergo istorum luctuum est frequentandus,
Secundus est detestandus,
Tertius est formidandus.

B ¶ De primo ergo luctu, sc. de desolatione virorum perfectorum quam patiuntur in hoc mundo, quamuis sit supra satis dictum in titulis de Dolore, de Gemitu & Lacrymis. Hoc tamen est notandum, quod in hoc mundo nos debemus plorare, plangere, & lugere, vt sc. habeamus

In { Corde luctum dolorosum,
Voce planctum clamorosum,
Oculis fletum lacrymosum,

Vnde aduerte, quod plura sunt, quæ pluribus rationibus & causis faciunt bonos luctuosos, scilicet.

Compunctio mœroris interni,
Compassio doloris fraterni,
Afflictio laboris externi,
Dilatio splendoris superni,
Suspitio terroris inferni,
Promissio valoris æterni.

¶ Igitur charissimi, lugeamus per compunctionem interni mœroris. Boni enim quando considerant conscientias suas virtutibus denudatas, criminibus maculatas, & Dei offensionibus deturpatas, summe lugent, dolent, & contristantur, & per compunctionem gemunt & lacrymantur, & per contritionem plorant, plangunt & lamentantur. Vnde Hierem. 6. dicitur animæ peccatrici. *Luctum vnigeniti fac tibi, planctum amarum.* Et vide istam auctoritatem expositam bene & fœcunde supra de amaritudine: & Nehe. 1. dicitur: *Luxi diebus multis & ieiunaui.*

¶ Item lugeamus per compassionem fraterni doloris, qui sc. ad virum perfectum pertinet per compassionem lugere de peccatis & tormentis, & de infortunijs aliorum. De peccatis dico sicut 1. Esdr. 10 quod *ipse lugebat transgressionem eorum, qui venerant de captiuitate.* De tormentis etiam & infortunijs, sicut Dan. 14 dicitur, quod *rex venit die vna, vt lugeret Danielem*, qui scilicet traditus erat leonibus ad deuorandum. Iste tamen luctus debet esse moderatus per considerationem diuinæ iustitiæ, quia scilicet pœnas aliorum nunquam ita lugere debemus, quin semper occultam Dei iustitiam, & prouidentiam à quibus procedunt omnia talia, principaliter approbemus. Et ideo reprehenditur Samuel, qui lugebat Saul, eo quod Dominus proiecisset eum de gratia sua, 1. Reg. 16. *Vsquequo tu luges Saul, cum ego proiecerim eum?* Ideo prohibetur Ezech. lugere mortem vxoris suæ, sicut dicitur Ezec. 24. *Mortuorum luctum non facies.* Et sequitur. *Et cibos lugentium non comedes.*

¶ Item lugeamus propter afflictionem externi laboris, quia scilicet pœnæ & miseriæ quas patimur à causis exterioribus in hoc mundo nos debent facere luctuosos. Vnde Hierem. 14. dicitur: *Luxit Iudæa quia portæ eius corruerunt.* Et Thr. 1. *Viæ Sion lugent eo quod non sit qui veniat ad solemnitatem.*

¶ Item lugeamus propter dilationem superni splendoris. Dilatio enim patriæ & gloriæ nos debet reddere gemebundos. Vnde de cœlesti Hierusalem dicitur Esa. 66. *Gaudete in ea vniuersi qui lugebatis super terram.*

¶ Item lugeamus propter suspitionem inferni timoris. Timor enim pœnarum infernalium & mortis debet mouere homines ad lugendum. Vnde Ecclesiastic. 7. *Melius est ire ad domum luctus,*

*luctus, quam ad domum conuiuij.* In ipsa enim finis memoratur omnium.

¶ Item lugeamus propter promissionem æterni valoris. Æternum enim præmium lugentibus est promissum. Luc. 6. *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.* Et Apo. 21. dicitur, quod *neq; luctus neq; clamor erit vltra, quoniam prima abierunt.* Et sic patet, quomodo sex modis est lugendum. Vide supra de lacrymis, dolore, & gemere, de fletu, quia ibi poteris inuenire figuras & exempla.

C ¶ Si autem aliquid aliud dicere vis, dic, quod in scriptura generaliter inueniuntur

Luctus {
Dolentium pro culpis commissis,
Mœrentium pro pœnis immissis,
Gementium pro bonis dimissis,
Plangentium pro malis submissis.
}

Primus est luctus pœnitentium, & est optimus,
Secundus est luctus indigentium seu patientium & est infimus,
Tertius est luctus morientium & est vltimus,
Quartus est luctus desperantium & iste est grauis & pessimus.

Primum faciunt cordis suspitia,
Secundum mundi cauteria,
Tertium mortis imperia,
Quartum vero orci martyria.

Primu ergo dico, quod est quidam luctus pœnitentium & iste est fœlix & optimus. Iste est quando quis luget & dolet de peccatis suis. Filius enim propter culpam suam exhæredatus, bene dicitur lugere, vt iram patris possit placare, & hæreditatem recuperare. Sic facit pœnitens, qui patrem Deum offendit & hæreditatem gratiæ & gloriæ perdidit, quia sc. iste luget per contritionis dolorem, vt patris Dei possit placare iustitiam & rigoré, recuperare gratiæ & gloriæ dominium & honorem. Exemplo Hester, quæ pro placanda ira Dei contra populum Iudæorum quem Assuerus occidi mandauerat, vestes regias deposuit & fletibus & luctui apta indumenta suscepit, & pro vnguendis varijs cinere & stercore impleuit caput, sicut dicitur Hest. 13. Quod & factum est, quia sc. ipsius luctu & fletu mediantibus fuit Deus placatus, rex Assuerus pacatus, Aman suspensus, & populus Hebræus liberatus. Quia reuera quando quis per pœnitentiam luget & plorat, Deum placat, hostes partim superat, partim recóciliat, & populum suum, s. corpus & animam cordisq; afflictiones liberat atq; saluat. Dicat ergo pœnitens illud Hest. 13. *Exaudiuit Deus deprecationem meam.* Sequitur. *Conuerte luctum nostrum in gaudium, vt viuentes laudemus nomen tuum.* Igitur lugendum est pro culpis quas commisimus. Hier. 23. *Adulterijs repleta est terra, quia à facie maledictionis luxit terra, arefacta sunt arua deserti.* Ps. 34. *Quasi lugens & contristatus sic incedebam.* Iste est ergo quidam luctus pœni-

D tentium, & iste est fœlix & optimus. ¶ Secundo dico, quod inuenitur quidam luctus patientium seu tribulationes sustinentium, & iste est breuis & infimus. Luctus n. mundi tribulationum breuis est quia sc. non durat nisi pro tempore huius vitæ, quod est valde transitorium atq; breue Eccl. 22. *Luctus mortui septem dies.* Eccl. 38. *Fer luctum illius vna die.* Et tamen vt communiter iste est qui generat consolationem æternam. Quia reuera luctus & tristitia vitæ præsentis generat & inducit gaudium & lætitiam vitæ sequentis. De vno n. contrario fit motus in aliud contrarium, & sic de tristitia necesse est, quod fiat motus in gaudium & de mũdi luctu in æternum solatium. *Beati n. qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur,* sicut supra dixi. Vnde Christus loquitur de lugentibus in præsenti Esa. 61. dicit sic. *Spiritus Domini ad annunciandum mansuetis misit me vt consolarer* (inquit) *omnes lugentes & ponerem fortitudinem lugentibus Sion, & darem eis coronam pro cinere & oleum gaudij pro luctu, pallium laudis pro spiritu mœroris.* Iste est ergo quidã luctus sustinentium, & iste est breuis & proximus. ¶ Tertio dico,

E quod inuenitur aliquis luctus morientium, & iste est stultus & vltimus. Luctus n. mortuorum, i. luctus, qui fit super mortuos stultus est, si scil. contra debitum continetur. Scriptum est enim Eccl. 22. *Modicum plora super mortuum, quoniam requieuit.* Sequitur. *Luctus mortui septem diebus.* Homo n. debet dolere de voluntate diuina, quæ perficitur de amico suo, quando de carcere eripitur de debitore, quando soluit debitum, & ab obligatione absoluitur. Cum igitur mortes amicorum fiãt per diuinam dispositionem, cum etiam per huiusmodi mortes exeant carcerem miseriarum & depressionum, cum insuper moriendo soluant naturæ pensionem & huiusmodi debiti obligationem, bene dico, quod tales mortes etiam non sunt excessiue lugendæ, sed potius cũ spirituali lætitia prosequendæ. Exemplo populi Thracum, de quo dicit Solinus, quod apud ipsus læta sunt funera, luctuosa v. puerperia. Gaudent n. Thraces quando amici moriuntur, lugẽt vero quando nascuntur. Bene ergo dicitur Hier. 22. *Nolite flere mortuum, neq; lugeatis super fletu.* Neq; lugeatis (inquit) supple excessiue, sicut faciebant illi qui propter acerbum dolorem mortuorum faciebant eis imagines & idola, ipsosq; per famulos suos coli, & adorari faciebant, & cogebant, qui, scilicet cultus transiuit ad posteros & idololatriam generauit, sicut dicitur Sap. 14. vbi dicitur quod *acerbo luctu dolens pater cito sibi rapti filij fecit imaginem & illum qui tunc quasi homo mortuus fuerat nunc quasi Deum colere cœpit.* Luctum tamen moderatum non prohibet Deus, imo certe placet sibi, quod homo præ cõpassione moderate lugeat. Igitur

Lugeamus {
Nostros de sæculo decedentes,
Stultos cum sæculo delinquentes,
Iustos in sæculo patientes.
}

¶ Lugeamus ergo moderate dumtaxat nostros à sæculo decedẽtes Eccl. 38. *Fac luctum propter meritum eius vno die vel duobus.* ¶ Item lugeamus stultos cum sæculo pereuntes, seu delinquẽtes. Iohel 1. *Luxerunt sacerdotes ministri domini, quoniam depopulata est regio,* supple per vitia & peccata. ¶ Item lugeamus bonos in sæculo patientes Dan. 14. *Venit rex die vno, vt lugeret Danielem,* quem se credebat à leonibus deuoratum. Et Dan. 10. *Ego Daniel lugebam trium hebdomadarum diebus.* Patet ergo, quod inuenitur quidam luctus morientium, & iste est stultus, & maxime reprehendendus. ¶ Quarto v. dico, quod inuenitur quidam luctus desperantium & iste est grauis & pessimus. Quidam enim lugent præ desperatione saluationis, sicut illi, qui desperant de misericordia Dei. Mich. 1 *Faciã planctum quasi draconum, & luctum quasi struthionum, quia desperata est plaga eius.* Alij vero lugent præ desperatione liberationis, cum dolore perpetuæ vexationis & afflictionis, sicut damnati in inferno. Vnde de anima damnata dicitur Apoc. 17. *Quantum glorificauit se, & in delitijs fuit, tantum date ei tormentum & luctum.* Et bene dicit quantum glorificauit se, quia reuera gloria & gaudia mundi huius, causæ sunt infernalis miseriæ atq; luctus Lætitiæ enim (vt communiter) huius mundi conuertuntur in luctus barathri vel inferni. Figura de nuptijs illis de quibus, Mac. 6. *quod filij Zambri faciebant nuptias magnas cum ambitione magna & ducebant sponsam filiam vnius de principibus Chanaam, sed vbi fuerunt in sua maiori lætitia, irruerunt super eos inimici & occiderunt eos & conuersæ sunt nuptiæ in luctum & vox musicorum in lamentum.* Zambri enim qui interpretatur amaricans significat diabolum. Chanaam vero, qui interpretatur permutatus, significat mundum, qui, scilic. nunquam apparet in eodem. Igitur filij Zambri, id est, peccatores filij diaboli quando faciunt nuptias, idest, festa & solennitates, gaudium & lætitiam in hac vita de hoc, scilicet, quod filiam principis Chananæi, idest, prosperitatem filiam huius mundi acceperunt in coniugem vel vxorem, sępe fit, quod subito vbi non aduertunt inimici eorum mors & dæmon irruunt super ipsus, & eos destruũt & occidunt, & ad lamentum inferni deducunt, & eorum lætitias & nuptias in luctum perpetuũ vertunt. *Extrema eorum gaudij luctus occupat,* vt dicitur Prou. 14. vt sic damnatus præ desperatione dicat illud Iob. 30. *Versa est in luctum cithara mea, & canticum meum in vocem flentium.* Diuites ergo, qui nunc in hoc mundo ducunt & accipiunt sponsam istam, scilicet prosperitatem mundanam, & qui nunc consolantur, & gaudent, debens bene timere maledictionem, quam talibus promittit Saluator Matt. 5. & Luc. 6. *Væ qui ridetis, quoniam lugebitis.* Patet ergo, quomodo quadruplex est luctus principalis, videlicet,

Desperantium,
Condolentium,
Patientium, &
Pœnitentium.

Lumbi. Nota, quod per lumbos intelligitur spiritualiter caro nostra, & maxime caro, prout & in quantũ ad luxuriam est naturaliter inclinata. Et ideo communiter in scriptura lumbi præcipiuntur accingi, quia scil. carnis luxuria semper præcipitur coarctari. Lucæ 12. *Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris.* Super quo dicit Gre. in Ho. quod *lumbos præcingimus, cum carnis luxuriam per continentiam coarctamus.* A

¶ Nota ergo quod ad hoc, quod lumbi nostri sint bene præcincti, B

[illegible] bene per c[illegible] ac-
[illegible]

[illegible] nostri debent esse accincti

[illegible] quia scil. linum, quod inter [illegible] puritatem mentis, à qua portas [illegible] 4. *Feminalia linea erant in lumbis* [illegible] carnis macerationem. Saccus n. [illegible] caro melius à superfluitan- [illegible] eram pœnitentiam maceratur, [illegible] *in lumbis nostris*. De Iudith etiam [illegible] *lumbos eius cilicium*. Zona pellicea [illegible] pellis est illud, quod aufer- [illegible] mortuis. Et ideo de B. Ioanne [illegible] *zona pellicea circa lumbos eius erat*. [illegible] debemus cingere lumbos nostros [illegible] cinguntur ad tria, videlicet

[illegible]

[illegible] lumbi carnis nostræ sint bene per conti-
[illegible] melius
[illegible] entiam currimus,
[illegible] tudinem bellamus,
[illegible] entiam ministramus.

[illegible] ur, quod accinctio lumborum facit hominem per [illegible] bus currere, vnde de Helia dicitur 3. Regum 18. [illegible] *lumbis currebat ante Achab*. ¶ Item facit per fortitu- [illegible] vnde Prou. vlt. *Accinxit fortitudine lumbos suos sicut vir.* ¶ [illegible] per obedientiam seruire, vnde Iob. 38. *Accinge [illegible] sicut vir*. Et sic igitur patet, qualiter debemus accinge- [illegible] quamuis de multis hodie videmus, quod habent per luxuriam valde laxos, dicentes illud Psal 37. [illegible] *repleti sunt illusionibus*. Et Iob 16. *Conuulnerauit lumbos* [illegible]. Et hæc igitur de lumbis sufficiant. Vide supra de Ac- [illegible] a de Renibus.

L[illegible] Secundum Isidorum dicitur quasi lumine vna, i. pri- ma. Est enim Luna prima stellarum, luminum, & [illegible] à parte nostra. Et ideo inter omnes stellas & pla- [illegible] omnibus videtur esse maior, quamuis in veritate [illegible] à Philosophis esse minor. Spiritualiter ergo loquendo, [illegible] possumus plura & diuersa intelligere, secundum [illegible] bet multas & varias qualitates. Vnde nota, quod per Luna[illegible] intelligitur

Virginitas matris Saluatoris,
Sinceritas boni viatoris,
[illegible] agilitas vani peccatoris,
Liberalitas mundi deceptoris.

Illa ergo per ordinem prosequamur.

¶ Primo ergo dicamus de Christi matris proprietate. Per Lunam enim intelligitur B. virgo, quia sc. sicut Luna corporalis & materialis

Per Solem innouatur,
Per Solem augmentatur,
A Sole illustratur,
[illegible] Sole copulatur.

Efficitur [illegible] Luna Nascens, Crescens, Plena, Coniuncta. [illegible] tualiter loquendo, Luna, i. B. virgo, per Solem iu- stitiæ Christum

Facta est Luna noua vel nascens in sua conceptione,
[illegible] Luna crescens in suæ natiuitatis declaratione,
Fuit Luna plena in filij incarnatione,
[illegible] Luna Soli coniuncta in personali assumptione.

Illa etiam alio modo dicitur

Luna noua per conscientiæ puritatem & sanctitatem. Res enim nouæ (vt communiter) magis sunt mundæ & puræ.
Luna crescens per virtutum augmentum & amplitudinẽ.
Luna plena per gratiarũ complementum & plenitudinẽ.
Luna ecli[illegible] per bonorum temporalium paupe[illegible] [illegible] vel paucitudinem.
Luna S[illegible] coniuncta per æternam fœlicitatem & beati- tudinem.

Vel possumus dicere, quod virgo beata in sua natiuitate fuit in- nouata, quia *tunc noua lux oriri visa est*. Hester. 5. In fi[illegible] in carna- tione fuit plene illuminata, vnde dictum fuit sibi Luc. 1 *Aue gra- tia plena Dominus tecum*. Tunc enim fuit impletum illud P[illegible] 8. *Non est vir in domo sua, abijt via longissima, in die plenæ Lunæ reuersus est.* [illegible] sc. vir Dei filius, qui à longe per peccatum Adæ recesserat in die plenæ Lunæ, i. in B. virgine reuersus fuit ad domu[illegible] Ec- clesiæ militantis, carnem videlicet assumendo. In fi[illegible] passione fuit eclipsata, quia scil. tunc defecit sibi Sol iustitiæ Christus, quare non fuit mirum, si ipsam tunc temporis per mœrorem & tristi- tiam obscurauit. Tunc enim *fuit Sol conuersus in tenebras & Luna in sanguinem*, sicut dicitur Ioel. 2. [illegible] c. Sole Christo per mor- tem in passione obtenebrato, Luna ista per dolorem & com- passionem suæ mortis in sanguinem est mutata. Apoc. 6. *Luna tota facta est vt sanguis*. Ideo dictum fuit sibi Luc. 2. *Tuam ipsius a- nimam pertransibit gladius*. ¶ Ite[illegible] in assumptione in cœlum fuit Soli Christo copulata, quia *tunc Sol & Luna steterunt in habitaculo suo*, sicut dicitur Abac. 3. Et sic patet quomo[illegible] [illegible] dici- tur Luna. Vnde proprie loquẽdo de ipsa dic[illegible] *Thro- nus eius sicut Sol in conspectu meo, & sicut Luna in æternum*. Vbi osten- ditur, quod B. virgo potest specialiter dici Luna propter tres conditiones ipsius Lunæ videlicet

Quia receptiua superni numinis (Quia thronus)
Quia diffusiua interni luminis (Quia Sol)
Quia repercussiua æterni fulminis (Quia in conspectu Dei.)

Luna enim sua { Diaphaneitate recipit splendorem, / Luminositate emittit fulgorem, / Humorositate temperat ardorem. }

Sic vere beata virgo

Recipit diuinitatem, quia ipsa est est thronus diuinitatis receptiuus.
Efficit vtilitatem sua claritate, quia ipsa est sicut Sol, qui sc. est maximæ vtilitatis.
Minorat seueritatem sua pietate, quia semper ipsa est in conspectu Dei ad orandum pro peccatoribus.

¶ Dicamus ergo, quod ipsa est receptiua numinis (Thronus inquit.) Sicut enim Luna recipit lumen à Sole, & etiam cũ Sole coniungitur omni mense, sic vere B. virgo à Deo patre lumen suum, i. proprium filium (qui est lumen de lumine, Deus verus de Deo vero) recepit & imitauit, & cooperante paranympho Gabriele, & eius consiliario Spiritu sancto, cum ipso Deo patre extitit matrimonialiter copulata, & dicto suo lumine, & bene- dicto filio impræ gnata, quod ostenditur, cũ dicitur (Thronus) quia s. thronus habet suscipere & recipere sedentem. Quia vid. B. virgo fuit thronus, sedes, & receptaculum huius lucis, sc. filij incarnati. Figurata in throno Salomonis, de quo agitur 3 Reg. 10. vbi dicitur, quod *Rex Salomon fecit thronum grandem de ebore, & vestiuit eum auro. & in isto throno erant duæ manus, quæ sedile tenebant, & iuxta manus erant duo leones, & ad ascendendum ad thronum erant sex gradus & circa sex gradus duodecim leunculi, hinc & inde*. Iste thro- nus, charissimi, est B. virgo, in qua Salomon, i. Christus per in- carnationẽ sedit, & quem in conceptione & natiuitate ipsius virginis fabricauit. Quia procul dubio charissimi, ista fuit thro- nus intus eburneus & candidus per castitatem, exterius aureus & fulgidus per honestatem. Duas habebat manus, id est, du- plicem pietatem, quia scilicet ista est liberalis ad dandum tem- poralia, & æterna, vel ad subueniendum bonis & malis. Et id- eo iuxta istas manus erant leones duo, qui scil. significant pec- catores, quia sc. iuxta manus misericordiæ Mariæ virginis habi- tant peccatores, vt exinde recipiant veniam & medelam. Quia sicut dicitur in Ps. 122. *Oculi ancillæ in manibus dominæ suæ*. Per sex autem gradus ascenditur ad thronum istum, quia scil. per sex o- pera misericordiæ peruenitur ad acquirendum & promouen- dum gratiam istius benedictæ virginis. Et ideo leonculi circa i- stos gradus ordinantur, & collocantur, quia sc. peccatores qui per istos leunculos designantur, istis sex gradib. i. sex operibus misericordiæ insistunt, vt sub istius protectione tueantur, & vt eius gratiam mereantur, dicentes illud Heb. 4. *Adeamus cum fidu- cia ad thronum gratiæ eius, &c.* Et ideo de isto throno Dei filij re- ceptiuo potest dici illud Apo. 12. *Raptus est filius eius ad Deũ & ad thronum eius*. Et Apoc. 20. *Vidi thronum magnum candidum, & seden- tem su-*

*Dillon. Bertherij.*

*tem super cant.* Ita [illegible] dicere illud [illegible] 14 *Ego in altissimis habitaui, [illegible] meum in columna nubis.* Ista est ergo
C Luna [illegible] numinis superni, quia thronus, vnde de ista Luna potest [illegible] illud Apocal. 12. *Luna sub pedibus eius* ¶ Item ista Luna [illegible] B. virgo est influsiua luminis interni. Et hoc ostenditur, [illegible] citur, Sol, quia sicut Sol continue fundit nobis lumen, [illegible] fundit nobis gratiam Et ideo ista est luna, quæ inter [illegible] sydera magis assimilatur Soli, quia etiam continue in [illegible] bus, in tantum, quod per ipsam

Humor in corporibus generatur,
Mare mouetur & regulatur,
Ros in herbis & floribus deriuatur,
Lumen temporibus nocturnis viatoribus ministratur.

Et ideo secundum Ambrosium in Hexameron dicitur:

Luna est
- Ductrix noctis,
- Mater roris,
- Humoris ministra,
- Dominatrix maris,
- Temporum mensura,
- Æmulatrix Solis,
- Immutatrix maris.

Talis est proculdubio B. virgo, quia reuera ista inter omnes alias personas fuit Soli iustitiæ Christo similis & conformis. Et ideo dicitur Cant. 6. *quod ista progreditur quasi aurora consurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol.* More enim solis lumen suæ misericordiæ & gratiæ continue nobis fundit. Ista enim

Noctis, id est, conscientiæ est illuminatrix vel ductrix,
Roris gratiæ est generatrix,
Humoris deuotionis est ministratrix,
Maris huius fluctuosi sæculi est dominatrix,
Temporum, id est, meritorum nostrorum est mensuratrix,
Solis iustitiæ Christi est æmulatrix,
Aeris, id est, vanæ conditionis nostræ est in melius immutatrix.

Et breuiter ab ista Luna nobis influitur omne bonum, omnis gratia, omnis virtus. Et ideo ista est Maria maris stella, vnde Bernard. super Missus est, dicit sic: *ipsa est* (inquit) *nobilis illa stella ex Iacob orta, cuius radius vniuersum orbem illuminat, cuius splendor præfulget in supernis, & inferos penetrat, terras etiam perlustrans, & calefaciens magis mentes, quam corpora fouet, virtutes coquit, vitia expellit.* Ista
D est igitur diffusiua luminis interni.

Item ista est repressiua fulminis æterni Ista enim fulmen, i. e. ardorem diuini rigoris temperat suis intercessionib. sicut Luna temperat ardorē Solis & aeris suis humidis & frigidis qualitatibus & passionibus, quod ostenditur, cum dicitur (In conspectu meo) Ipsa enim semper est in conspectu Dei, vt pro peccatoribus intercedat. Sicut enim dicitur Genes. 1. *Deus fecit duo magna luminaria, Solem, vt præesset diei, Lunam, vt præesset nocti.* Sol enim, i. Christus, præest diei, i. viris iustis, per iustitiam & æquitatem, & ideo dicitur *Sol iustitiæ*, Malach. 4 Luna vero, i. B. virgo, præest nocti, i. e. turbulentis & peccatoribus, per clementiam & pietatem, & ideo ipsa dicitur regina misericordiæ, quia scil. ista non cessat peccatorib. misericorditer subuenire, & pro ipsis filij sui misericordiam implorare, quia sc. dictum est, ipsa in conspectu Dei est semper, dicens illud Hier. 18 *Recordare, quod steterim in conspectu tuo, vt loquerer pro eis bonum, & vt auerterem indignationem tuā ab eis.* Quid ergo? pro certo charissimi, es quo ista talis & tanta pro nobis stat in conspectu filij sui pro nobis orando, iustum est, quod nos stemus in conspectu illius ei obsecrando, famulando, & seruiendo. Elephantes n. dicuntur Lunam adorare, & omni nouilunio cum balneati fuerint, solent omnes nouæ Lunæ in signum reuerentiæ capita inclinare. Et ad hoc faciendū solent paruulos suos instruere & docere. Topazius n. lapis est pretiosissimus, qui tamen solet influentiam Lunæ sequi, & in suis virtutibus lunari influentiæ conformari. Selenites etiā lapis nobilis Lunæ videtur seruire, pro eo, quod in medio eius semper solet imago Lunæ candida rutilare, in qua crementum & decrementum Lunæ solet lucide apparere. In quibus proculdubio instruimur & docemur, quod Lunam, id est, beatam virginem debemus totis affectibus honorare, & ei caput & animum inclinare, & imaginem eius per deuotionem in medio cordis nostri habere, & crementum & decrementum ipsius (crementum dico, bonorum spiritualium, decrementum bonorum temporalium [illegible] per imitationem ipsius debemus repræsentare. [illegible] bos coaptare [illegible] *manebit cum Sole & ante Lunam in* [illegible] *generationem.* [illegible] enim debemus permanere [illegible] Christo ei [illegible] per charitatem adhærendo, & ei [illegible] Debemus etiam permanere ante Lunam, i. ante [illegible] ipsam adorando, & famulando Vnde Bernard. in quodam Sermone de Pentecoste. *Ad te* inquit *Maria sicut ad medium, sicut ad arcanum Dei, sicut ad negotium sæculorum, sicut ad rerum* [illegible] *respiciunt vniuersi, teque beatam dicant omnes generationes genitrix Dei, domina mundi, cælorum regina. Quæ in omnibus generationibus vitam & gloriam genuisti. In te enim Angeli lætitiam, iusti gratiam, peccatores veniam* [illegible] *niunt in æternum. Merito in te respiciunt oculi totius creaturæ quia in te, & per te, & de te manus omnipotentis Dei, quicquid creauit* [illegible] *creauit.* Patet igitur, quomodo beata virgo dicitur Luna, quia [illegible]

Æterni fulminis repressiua,
Interni luminis diffusiua,
Superni numinis receptiua.

Et hæc de B. virgine sufficiant. Luna igitur significat [illegible] tem matris Saluatoris.

¶ Secundo principaliter significat proprietatem iusti [illegible] E
ris. Sicut enim

Luna
- ministrat humorem,
- temperat ardorem,
- acquirit splendorem.

Sic vir iustus indigentibus pauperibus solet humorem bonorum temporalium per eleemosynas ministrare. Apo[illegible]. 6. *Luna tota facta est vt sanguis.* Sanguis enim humor dulcis & amicus naturæ, significat viros compatientes & benignos.

¶ Item solet suis doctrinis, & in se, & in alijs ardorem vitiorum temperare. Ps. 120. *Per diem Sol non vret te, neq; Luna per noctē.*

¶ Item solet splendorem gratiæ, sapientiæ, & honestæ apparentiæ acquirere & habere, & per hanc, & se, & alios illuminare. Vnde vir perfectus dicitur (sicut dicitur Eccl. 50.) *quasi stella matutina in medio nebulæ, & quasi Luna plena in diebus suis lucet.* Et ideo de claritate morum & virtutū viri perfecti dicitur 1. Cor. 16. *Alia est claritas Solis, alia Lunæ, alia stellarum.* Et vide eam diuisam & prosecutam supra de alio, vbi inuenies de Pietate, & supra de Claritate, vbi inuenies de viri iusti luminositate. Multi tamen videntur esse Luna obscurata vel eclipsata, quia scilicet non habent lumen gratiæ, honestatis, & scientiæ, ita quod de eis potest dici illud Marc. 13. *Luna non dabit splendorem suum.* Multi enim sunt ita obscuri per ignorantiam, quod lumen scientiæ & doctrinæ nesciunt alijs ministrare. Multi etiam sunt ita eclipsati per peccatum, quod lumen gratiæ nesciunt in seipsis continere. Multi etiam ita per malam conuersationem tenebrosi sunt, quod lumen honestatis bonorum exemplorum nesciunt vel nequeunt alicui demonstrare. De istis ergo dicitur Matth. 24. *Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum.* Sed non sic, charissimi. Significat ergo Luna proprietatem iusti viatoris.

¶ Tertio dico, quod Luna significat varietatem vani peccatoris. Sicut enim sensu patet, quod Luna nunquam stat in eodem statu, quotidie enim mutatur & variatur, quia videlicet nunc est F

Clara,
Nigra,
Cornuta,
Plana,
Soli opposita,
Coniuncta.

Et istud est generale, quod quanto plus habet de lumine à parte terræ, tanto minus habet à parte cœli: sic vere, charissimi, peccatores semper sunt in varietate & motu. Nunquam enim manent in eodem statu seu proposito. Mutatur enim peccator & in natura, & in moribus (In natura) scilicet,

Nunc clarus per sanitatem,
Nunc rubeus per iuuentutem,
Nunc pallidus per senectutem,
Nunc obscurus per infirmitatem,
Nunc totaliter niger & eclipsatus per mortis tenebrositatem.

*Homo enim breui viuens tempore, repletur multis miserijs, qui quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquam in eodem statu permanet.* Iob 13. In moribus etiam mutatur, quia sicut videmus, homo quandoque est

Clarus

[illegible] m,
[illegible] tatem,
[illegible] coniunctus per gratiam & cha-

R[illegible] tatem,
N[illegible] tionis vilitatem,
Co[illegible] per biam & vanitatem.

verum [illegible] piens Eccl. 27. *Homo sanctus in sapientia sol, stultus autem mutabitur vt luna.* Quia sicut dicitur Io-[illegible] *sol conuertetur in tenebras & luna in sanguinem.* Hoc [illegible] verũ est, quia luna ista, i. homo, quanto à parte [illegible] bonorum [illegible] mporalium per prosperitatem ma-[illegible] illuminatus, tanto à parte cœli, i. à parte Dei & [illegible] itualium m[illegible] gis est per peccatum tenebrosus & [illegible] & lumine superiori, i. lumine gratiæ vacuus & priua-[illegible] illuminati[illegible] hominum, i. temporalis prospe-[illegible] sagacitas & subtilitas si abundat in inferiori [illegible] tempore, signũ est, quod superior pars, s. anima [illegible] gratiæ penitur est obscura, quia scil. quanto [illegible] ppetunt, tanto magis spiritualia deficiunt, [illegible] Ambros. *Successus temporalium æterna damnationis* [illegible] Sonat ergo luna varietatem vani peccatoris.

[illegible] dico, quod luna significat prosperitatem mundi [illegible] Luna enim continuis processibus variatur, in fine [illegible] toto & penitus in illuminando deficit, & in lu-[illegible] natur hominibus, quos ad insaniam perducit. Sic [illegible] itas, quæ nunquam in eodem statu perma-[illegible] est in motu & fluxu, & nunc in cremento, & [illegible] cremento, finaliter in fine mensis, i. in termino huius [illegible] efficit, & cessab t. quia sicut dicitur Eccl. 43. *A lu-*[illegible] *luminare, quod minuitur in consummatione mensis.* [illegible] tur in lonaticis, i. fatuis imprudentibus, atq; [illegible] istis constellatio, i. influentia mundanæ pro-[illegible] nes quantum ad Deum, lunaticos & in spi-[illegible] bus [illegible] atos, quia (secundum Senecam) *fortuna quem nimium fouet, stultum facit.* Patet igitur, quomodo per lunam in[illegible] mundi prosperitas. Ad quod tamen possent infinita [illegible] plicari, sed in alijs titulis habebunt locum suum: sufficit [illegible] ad præsens.

A **Lupus.** Nota, quod lupus (vt communiter) in bono sumi-tur & in malo, vt breuiter concludam. Per lupum [illegible] gitur

[illegible] ista seueritas,
[illegible] cta fallacitas,
Rapax crudelitas.
Nam

Lupus. { Iustitiæ veros professores,
Fallaciæ fictos possessores,
Sæuitiæ duros successores signat. }

[illegible] o ergo dico, quod lupus significat professores virtutis [illegible] æ, secundum enim Homerum in lib. de pugnis & astu-[illegible] tum, cum lupus lapidibus impetitur, miro modo ob-[illegible] lapidem iacientem, & si lapis ille nocuerit, ipsum [illegible] si potest interficit, si autem parum læsit iacientem [illegible] leuiter corrigendo pertrahit & post dimittit. Sic [illegible] homo, & potissime iudex, prælatus vel princeps, [illegible] debet actus iustitiæ moderari, & hominem, qui in ipsum [illegible] hoc est, vel in propriam personam, vel in Rem-[illegible] aliquid committendo peccauit, secundum quod ma-[illegible] deliquerit, corrigere vel punire. Et sicut lupus est [illegible] vigil & mirabiliter timens ignem, sic iustus per [illegible] debet vigil esse, & per ignem inferni ipsum etiam Deum, qui [illegible] *timens* dicitur (Deut. 4.) mirabiliter formida-re. Et [illegible] lupus animalia capit, & rapit, ipsaq; sibi incorpo-rat [illegible] vendicat, & acquirit, sic iustus debet alios per præ-dicationem rapere, & acquirere & eos per charitatem sibi in-corporare, & ad partem suam & Christi per pœnitentiam con-uertere, & domare Genes. 49. *Beniamin lupus rapax mane rapiet prædam, & vespere diuidet escas.* Et sicut lupus si ligatur fuerit vel [illegible] tus, non solet oues lædere, sed cum eis pacifice se habe-[illegible] vnde lupus, quando desuper tectum saltat in domum vbi [illegible] oues, primo & ante omnia tentat si poterit exire pro libi-[illegible] videat quod ostia sint serata, nec possit retro saltare [illegible] quam intrauit, statim se captum iudicans abscondit [illegible] & etiam [illegible] famelicus sit, nihil nocet) sic vere dicam, quod iu-[illegible] Bertborg.

stus vinculis diuini timoris astrictus, & intra muros & ambi-tum diuinorum mandatorum inclusus, cum agnis & ouibus id est, cum alijs consocijs & simplicibus in pace sibi les viuere, & nullum lædere, sed erga omnes benigniter se habere, iuxta illud Esaiæ cap. 11. *Habitabit lupus cum agno. &c.* Patet ergo, quo-modo lupus quandoque significat professores virtutis & iusti-tiæ.

¶ Secundo dico, quod quandoque significat possessores hy-pocrisis & fallaciæ. Lupus enim exterius vellus habet hispi-dum & hirsutum, & quanto plus hispidior, tanto crudelior & deterior. Lupus etiam sub frondibus solet se abscondere, & dum non videtur, solet subito pecudes insilire. Sic vere multi sunt, qui vellus, id est, exteriorem conuersationem habent hi-spidam, humilem, & austeram, interiorem autem conscientiam habent crudelem, rapidam & fallacem, quia scilicet dum sub frondibus fictionis & hypocrisis absconduntur, citius & faci-lius nocent, dum eorum malitiæ non cauentur. Patet in aliqui-bus religiosis, qui sub velamine sanctitatis exercent opera car-nalitatis. Patet in hæreticis, &c. Iden bene præcipitur Matth. cap. 15. *Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces, à fructibus eorum cognoscetis eos.* B

¶ Tertio vero dico, quod lupus significat effossores feritatis, & sæuitiæ, hoc est dictum, viros crudeles, impios & raptores. Lupus enim semper inhiat ad sanguinem, & ad prædam contra bestias innocentes, & se defendere non valentes, & etiam tan-tæ est feritatis quod non sufficit sibi ad necessitatem suam oc-cidere, imo quotquot inuenerit in grege vel armento, solet sine remedio trucidare Sic vere faciunt hodie multi, potissime iudi-ces, principes & tyranni, quia sc. ad prædas semper inhiant, & anhelant, & pauperes innocentes rapiunt, violant, excoriant, trucidant, & sanguine & pelle suæ temporalis substantiæ ipsos attenuant, exuunt & denudant Ezech. 22. *Principes eius in medio eius lupi rapaces.* Et Soph. 3. *Iudices eius lupi vespertini. &c.* Et Abac. 1. *Leuiores pardis equi eius, velociores lupis vespertinis.* Nullum ergo est innocentibus remedium positis inter tales lupos, nisi patientia & prudentia, iuxta consilium saluatoris, dicentis Matth. 10. *Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut ser-pentes, & simplices sicut columbæ.* C

¶ Quod autem per lupum intelligatur diabolus, qui scil. ani-mas fraudulenter sub aliqua specie boni velatus rapit tentatio-nibus, & occidit, patet Ioh. 10. vbi dicitur, quod *mercenarius vi-dens lupum venientem fugit.* Sequitur: *Et lupus rapit, & dispergit oues.* Sufficit quia in varijs locis applicando ad diuersa vitia fit men-tio de lupo. D

**Lupanar.** Lupanar idem est, quod prostibulum locus sc. vbi actus fornicationis & luxuriæ exercentur, dictus à lupa meretrice, quæ Remum & Romulum conditores supra Tiberim expositos nutriuit, vt dicit Titus Liuius libro 1. ab vrbe condita. Igitur inuenitur triplex genus fornicationis, scilicet A

Fornicatio { Corporalis immunditiæ,
Cordialis iniustitiæ,
Spiritualis idolulatriæ. }

Quibus homo fornicatur, scilicet
Corporaliter carnem maculando,
Cordialiter culpas committendo,
Spiritualiter seu sacramentaliter fidem abnegando, seu dæmonibus consentiendo, & eorum cultui adhæ-rendo.

Possumus ergo dicere, quod est triplex lupanar, i. triplex locus vel status, in quibus actus istius triplicis luxuriæ exercentur. De lupanari carnalitatis dicitur Num. 25. *Ingressus est Phinees post vi-rum Israeliticum in lupanar. & transfodit ambos.* De lupanari pecca-tricis conscientiæ & iniquitatis, vbi sc. anima cum vitijs forni-catur per varios consensus & affectus, dici potest illud 2. Mach. 4. *Optimos quosque ephebo rum in lupanaribus ponere.* De lupanari au-tem idololatriæ & infidelitatis dicitur Ezech 16 Vbi Dominus loquens ciuitati Hierusalem idololatriæ dicit sic: *Ædificasti tibi lupanar, & fecisti tibi prostibulum in plateis cunctis ad omne caput viæ.* Et hæc sufficiant, &c.

**Lutum.** Lutum fit ex aqua & terra inuicem mixtis. Et su-mitur lutum multipliciter in scriptura. Sumitur etiam in bono & in malo. In bono designat
Naturæ vilitatem,

Carnis mortalitatem,
Mentis humilitatem.

Significat ergo naturæ vilitatem, quia sc. tota natura humana non est nisi lutum vile, fragile & infectum, vnde Iob 4. *Hi, qui habitant domos luteas, terrenum habent fundamentum, consumentur velut à tinea.*

¶ Item signat carnis mortalitatem. Caro enim mortua finaliter efficitur lutum putridum, & fœtidum Ierem. 18. *Dissipatum est vas, quod faciebat ex luto.* Vnde per statuam Nabuchodonosor potest signari homo, quia statua illa habebat pedes partim ferreos, partim testeos, partim luteos sicut dicitur Dan. 2. vbi inter cætera dicitur. *Vidisti ferrum mixtum terra, & luto, &c.* Pedes etiam, id est, finis, & posterioritas statuæ, id est, hominis tres habent partes, quia sc. ibi est ferrum, id est, anima, quæ ad modum ferri stabilis est, & immobilis. Alia pars est testea sc. caro, quæ ad modum testæ modicam habet soliditatem, & magnam fragilitatem. Alia pars est lutum scil. sanguis, quæ ad modum luti nullam habet soliditatem, sed magnam corruptibilitatem. Nam sicut dicitur Dan. 2. *Venit & cecidit subito lapis de monte, qui contriuit, & comminuit pedes statuæ antedictæ.* Quia s. lutum à monte, id est, à Deo & à Dei occulta prouidentia descendit lapis, id est, mors, qui Deo percutit statuam in pedibus, id est, qui percutit hominem in fine dierum, quæ omnia in fauillam & cinerem reducit, vnde Iob 10. *Memento quæso, quod sicut lutum feceris me, & in puluerem reduces me.*

¶ Item signat mentis humilitatem, de qua dicitur, Iob 13. *Comparatus sum luto, & assimilatus sum fauillæ, & cineri.* Homo enim qui videt se esse in luto & ex luto creatum & in lutum finaliter conuertendum, eam de concipit humilitatem, quæ multum proficit ad salutem. Sicut enim dicitur Ioh. 9. *Cæcus natus quando oculos suos Iesus leniuit, statim vidit & lucem recepit.* Quia vere cæcus, id est, peccator, qui lutum propriæ fragilitatis & mortalitatis per considerationem cordis oculis anteponit, lumen gratiæ, & sapientiæ recipit & acquirit. Et ideo consulitur Naum 3. *Intra in lutum, & calca, subigens tene laterem.* Tale enim lutum valde est vtile, quia vasa multarum rerum contentiua inde formantur quia sc. secundum Auicen. ea solo luto vnctuoso plantæ procreantur. In luto apri inuoluuntur, vt fortificato latere non lædantur à venatoribus. Sic vere charissimi ex luto, id est, ex humili consideratione vilitatis, & mortalitatis nostræ nos efficimur vasa ad continendum gratiam & deuotionem. Efficimur plantæ ad fructificandum per bonam operationem. Efficimur fortiores, & duriores ad resistendum venatoribus, id est, dæmonibus per constantiam & perfectionem. In luto enim nostræ mortalitatis nos debemus more aprorum per considerationem inuoluere, vt sic iacula tentationum possimus iutius refutare Zach. 10. *Erant quasi fortes conculcantes lutum in prælio.* Patet igitur, quomodo lutum sumus.

B ¶ Nota adhuc si vis, quod sumus scil. sicut

Lutum in { ingressu, progressu, egressu,

¶ In ingressu sc. quia sicut dicitur Esa. 64. *Pater noster es tu nos vero lutum* Nam sicut *figulus ex eodem luto rota volubili mediante facit vasa contraria, & diuersa sc. aliud in honorem, aliud in contumeliam,* sicut dicit Apostolus Rom. 9. sic vere Deus mediante rota occultæ suæ prouidentiæ de eodem luto fragilis conditionis humanæ format & facit diuersitatem hominum in hoc mundo. Alij enim sunt in honorē, alij in contumeliam. Alij diuites, alij pauperes. Alij rustici, alij nobiles. Alij peccatores, alij boni. Alij salui, alij damnati, vt dicat quilibet illud Iob 33. *Ecce & me, & te fecit Deus, & de eodem luto quoque formatus sum.* Homo enim quantum ad suam originalem creationem est proprie in manu Dei sicut lutum in manu figuli Hieremiæ cap. 18. *Sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea, dicit Dominus* Et Ecclesiast. 33. *Sicut lutum in manu figuli, sic homo in manu illius, qui fecit eum.*

¶ Item nos sumus lutum in progressu, quia scil. quamdiu durat vita nostra mortalis, nos sumus compositi de fæcibus, & de luto, de carne scil. sanguine & stercoribus Dan. 14. *Iste autem intrinsecus luteus est.*

¶ Item sumus lutum in egressu Esa. 41. *Ponet magistratum quasi lutum.* Sic igitur sumitur lutum in bona significatione.

¶ Sed adhuc dico, quod lutum sumitur in mala designatione.

Lutum enim solet { tangentem maculare, intrantem alligare, portantem aggrauare.

Primum est lutum carnalitatis,
Secundum est lutum iniquitatis,
Tertium est lutum cupiditatis.

¶ Lutum enim carnalitatis maculat tangentem, vnde carnales similes sunt porcis, qui in luto, & fæcibus delectantur, vnde 2. Pet. 2. *Sicut canis reuersus ad vomitum, & sus lota in volutabro luti.*

¶ Lutum iniquitatis detinet intrantem. Sicut enim homo faciliter intrat lutum, ex quo tamen non faciliter exit, sic homo faciliter committit peccatum, ex quo tamen non faciliter resilit aut recedit Ps. 68. *Eripe me de luto, vt non impingar vel infigar.*

¶ Lutum cupiditatis aggrauat portantem, quia sicut lutum quod terra, & de terra est, solet portantem inferius trahere, & grauare, sic bona temporalia quæ terra, & lutum sunt, & de terra sunt (iuxta illud Iob 41. *Sternet sibi aurum quasi lutum*) hominem per cupiditatem, & auaritiam detrahunt, & quæ premunt, vnde Abac. 2. dicitur, *Væ qui congregat non sua, vsquequo aggrauat super se densum lutum?* Et sic igitur patet quomodo lutum diuersimode sumitur in scriptura.

## Lustra.

Lustrare idem est quod circumire, vel circumeundo aliquem locum certis sacrificijs, & obseruationibus expiare. Et dicitur lustrum circuitus quinque annorum iuxta illud: *Lustra sex qui iam peracta &c.* sicut in hymno. De lustro enim in lustrum, id est, de quinquennio in quinquennium tributa Romanis soluebantur, & vrbs Roma per censores certis sacrificijs expiabatur, & illa expiatio lustratio dicebatur. Sed de hoc nihil ad præsens. vide in tit. Circumire, Sacrificare, Expiare, & similibus. A

## Lux.

Nota, quod lux multipliciter sumitur in scriptura. Est enim, sicut diuidit Mauritius, Lux A

Exterior & mundana,
Interior & humana,
Superior & diuina,
Inferior & terrena,
Deterior & valde vana,
Debilior & valde miseranda,
Nobilior & valde appetenda.

¶ Cum igitur lux sit illud per quod rerum notitia nobis datur intelligi, quia sc. nihil potest sensibiliter videri, nisi lucis beneficio mediante, hinc est quod omnis notitia, vel omnis virtus, vel res significatiua potest per lucem proprie denotari. Est igitur lux exterior, & ista est splendor notitiæ, quam habemus per creaturas. Creaturæ enim suum prædicant creatorem, & ad ipsum cognoscendum lucem veræ notitiæ nobis fundunt. Teste enim Apostolo Roman. 1. *A magnitudine creaturæ poterit eorum creator videri* Vnde de creaturis dicitur Genes. 1. *Fiant luminaria in firmamento cœli, vt luceant super terram.* Lux interior est lux rationis, & discretionis, gratiæ & sapientiæ Iob 38. Indica mihi si nosti in qua via habitat lux. Lux superior est Deus, quia sicut dicitur 1. Ioan. 1. *Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt vllæ.* Lux inferior est homo perfectus, quia sicut dicitur Prouerb. 4. *Iustorum semita quasi lux splendens.* Lux deterior est mundi prosperitas de qua Iob 38. *Auferetur ab impijs lux sua* Lux debilior est vita humana, de qua Iob 17. dicitur: *Rursum post tenebras spero lucem.* Lux nobilior est vita æterna, de qua Tob. 13. *Lux splendens splendida luce fulgebit.* Inuenitur ergo in scriptura lux multiplex, videlicet

Lux { gratiæ, gloriæ, decentiæ, opulentiæ, sapientiæ, hæreditatis, bonitatis.

Breuiter ergo dico, quod per lucem potest intelligi Deus. Vir perfectus. Perfectio virtutum. Gloria æterna. Prosperitas temporalis. Et sic dico breuiter quod est

Lux { honoranda, imitanda, conuenienda, affectanda, detestanda.

¶ Dica-

[illegible] quod est quædam lux, quæ debet [illegible] Deus. Deus enim est lux, & re- [illegible] inter omnes formas cor- [illegible] habet enim actu inter se princi- [illegible] omnes formas alias antecellit. Sic [illegible] naturas spirituales principatum [illegible], quod sibi valeat comparari. Et [illegible] Ioh. 9. *Quamdiu sum in mun- [illegible] lux mundi.* Et aduerte hic, quod [illegible] conditionem valde nobilem, dura- [illegible] nem, valde mobilem, sic vere Deus [illegible] Ego inquit, duratione æternissimus [illegible] Lux inquit mundi. Probat nobili- [illegible] o. Probat æternitatem dictio substan- [illegible] bat agilitatem actio diffusiua, quia lux mundi. [illegible], quod Deus dicitur lux ratione nobilis con- [illegible] tenditur cum dicitur Ego, quod est primæ per- [illegible], nominatiui casus & numeri singula- [illegible] pone sicut supra de aduentu in illa auctorita- [illegible] *in mundum.* Sicut enim lux omnia corporalia præ- [illegible], & deo sicut res nobilissima primo omnium [illegible] inter omnia opera creatoris, sicut dicitur [illegible] *& facta est lux*, sic vere Deus nobilitate, excellen- tiæ cuncta præcellit, & sicut prima, & primitiua & causa omnium rerum omnia superat, & præcedit [illegible] *lux in mundum veni.* Et Apoc. 1. *Ego sum primus & nobilis-* [illegible] de ista nobilitate & dignitate æternæ lucis, & diuinæ [illegible] notatur per Ego, vide supra de Ego §. 1. & supra, de auctoritate præallegata. Deus igitur lux est ratione [illegible] onis. Ego, inquit, &c.

§ [illegible] quod Deus est lux ratione stabilis durationis, [illegible] cum dicitur. Sum. Lux enim habet naturam inco[illegible]. Ex quo enim semel creata fuit, esse postea non cess[illegible] in virtute diminutiua, nec in essentia variata, qu[illegible] est ipsius incorruptibilis conditio, quod quamuis super fæces transeat incessanter, nullam tamen exinde contrahit corruptelam, significans proprie diuinam essentiam, quæ nec tempore variatur, nec in virtute diminuitur, nec illa- psione qua rebus corruptibilibus illabitur, aliqualiter macula- [illegible] ed in propria essentia, & natura consistit, & incommutabi- [illegible] tur Sum inquit: *Deus enim lux est, & lucem habitat inac-* [illegible] *cessibilem*, dicitur 1. Tim 6. Et ideo ipse dicit Ioh. 9. *Ego lux mundi.* Et Ioan. 1. *Ipse erat lux vera: quæ illuminat omnem homi- nem.* [illegible] gitur Deus lux ratione stabilis durationis.

§ Denique dico, quod ipse est lux ratione mobilis seu agilis [illegible] tionis, quod ostenditur cum dicitur: Lux mundi. Sicut e- [illegible] lux est in ipsius maxime communicatiua, & ab oriente in [illegible] dentem sui subito diffusiua, occultorum terræ penetrati- ua lapidum pretiosorum, & metallorum in terra inuisibiliter generatiua, & elementorum contrariorum in vno mixto con- [illegible] ua, & concordatiua, aeris insuper illuminatiua, & tene- brarum, & caliginu fugatiua, & etiam vitæ animalium causati- ua, & conseruatiua, sicut dicitur in lib. de fonte vitæ, sic pro cer- [illegible] se per beatam incarnationem hominibus communi- [illegible] & ab oriente in occidentem, id est, de cœlo ad terram se & subito transportauit, occulta terræ, id est, secreta v- [illegible] inuisibiliter penetrauit, & ibidem pretiosum lapi- dem vel metallum, videlicet corpus suum admirabiliter fabri- cauit, & diuersa elementa, id est, diuersas hominum natio- [illegible] ro, id est, in vna Ecclesia concordauit, & aduna- [illegible], id est, mundum prædicando, & ducendo sua be- [illegible] sapientia illuminauit, & informauit, & sic tenebras er- rorum & [illegible] um effugauit, & sic vitam gratiæ, & gloriæ ani- [illegible] hominibus procurauit. Sicut enim dicitur Ioan. 1. *Vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet.* Iste est ergo lux mundi, id est, lux mundo communicatiua, dicens illud Ioan. 12. *Ego lux in mundum veni.* Et Ioan. 9. *Quamdiu sum in mundo, sum lux mundi.*

F § Et bene Christus se dicit lucem, quia sicut Lux

Oritur,
Progreditur,
Obtenebratur,
Reficitur.

Et sic potest inueniri Lux veniens seu oriens, Lux transiens, & progrediens, Lux moriens & deficiens, Lux rediens, & resil[illegible], sic vere charissimi dico, quod Christus fuit lux oriens. Et [illegible] po- test inueniri in incarnatione, quia sicut dicitur in Psal. 96. *Lux orta est iusto, & rectis corde lætitia.* Fuit lux progrediens in conuer- satione. Semper enim procedebat de virtute in virtutem Prou. 4. *Lux procedens & splendens procedit, & crescit* Lux fuit deficiens in morte & passione Esa. 5. *Lux obtenebrata in caligine.* Fuit lux rediēs in resurrectione & ascensione, Iob 17. *Rursum post tenebras spero lucem.* Deus est ergo lux ratione conditionis durationis, diffu- sionis. Vnum tamen est aduertendum, quod quamuis lux quan- tum in se est semper sit parata se diffundere, & se ostendere, se diuidere, & influere, illud tamen verum est quod oportet, & necesse est quod habeat materiam præparatā, & inde est quod lapis durus per lucem non viuificatur, quod oculus cæcus per lucem non illuminatur, quod lignum aridum per lucem non fœcundatur. Secundum enim philosophum, actus actiuorum sunt in patiente prædisposito, & ideo nihil est quod possit ali- cuius rei influentiam recipere nisi ad hoc antea disponatur. Sic vere charissimi, lux æterna Deus quantum est in se, semper pa- ratus est aliis influere, & alios dirigere, & iuuare. Veruntamen necesse est, quod ad hoc per gratiam, & obedientiam disponā- mur. Illi enim qui sunt duri sicut lapis per mentis induratio- nem, qui sunt cæci, per rationis obfuscationem, & qui sunt ari- di per humoris gratiæ priuationem, istius lucis influentiam, nec percipiunt, nec eius beneficia recipiunt, quia ad hoc minime se disponunt, Sapient. 7. *Ignis quippe nulla vis poterat eis lumen præbere.* Istud optime patet in Iudæis induratis, obstinatis & excæcatis, qui lumen Christum habuerunt præsentem, & tamen eum non receperunt nec viderunt. *Lux enim in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt* Ioan. 1. Sicut enim dicitur Ioan. 3. *Lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem.* Isti e- nim sunt sicut bruti tores expectantes arcturum, quia isti expe- ctant, quod perpetuo non videbunt. Vnde de isto Iudæorum populo dicitur Iob 3. *Expectet lucem, & non videat nec ortum surgen- tis auroræ.* Vnde de istis derisorie dicitur Esa. 28. *Expecta, reexpecta, modicum ibi, modicum ibi.* Sic ergo patet, quomodo per lucem intelligitur Deus, & quomodo est quædam lux, quæ debet ve- nerari.

§ Secundo dico, quod est quædam lux quæ debet Imitari, & ista lux signat Christum, vel beatam virginem vel quemlibet virum iustum. Sicut enim lux est in conditione purissima, in o- peratione est nobilissima, & in apparentia pulcherrima, sic ve- re vir perfectus est purus per sanctitatem innocentiæ. Nobilis per agilitatem obedientiæ Pulcher & delectabilis per honesta- tem apparentiæ. Et ideo breuiter de tali luce scil. de viro perfe- cto, & sancto potest dici illud Sap. 7. *Candor enim est lucis æternæ, & speculum sine macula, & imago bonitatis Dei.* In quibus verbis o- stenduntur sex conditiones lucis, quæ viro iusto possunt opti- me coaptari. Lux enim habet G

Candorem summe notabilem,
Vigorem incorruptibilem,
Splendorem manifestabilem,
Nitorem immaculabilem,
Decorem repræsentabilem,
Valorem communicabilem.

§ Solet enim lux

Candidam se monstrare. Candor inquit lucis,
Semper perseuerare. Ideo dicitur Æternæ,
Cuncta manifestare. Ideo dicitur Speculum,
Fæce non sordidare. Ideo dicitur Sine macula,
Formas repræsentare. Ideo dicitur imago,
Sese communicare. Ideo dicitur Bonitatis Dei.

Ad literam enim sicut videmus sensibiliter, lux habet

Colorem splendidum, & candidum, & ideo dicitur (Candor)
Naturam indeficientem, & ideo dicitur (Æternæ)
Splendorem illustrantem, ideo dicitur (Speculum)
Virtutem immaculatiuam, ideo dicitur (sine macula)
Formam repræsentatiuam, ideo dicitur (Imago)
Virtutem communicatiuam, ideo dicitur (Bonitatis Dei)

Quia scil. bonum est sui ipsius com[illegible]um, & diffusiuum, istæ sex conditiones lucis, charissimi, quæ in ista auctoritate [illegible]tantur, applicantur sex virtutibus viri iusti, quia pro certo in viro iusto & perfecto debet esse

- Castitatis & continentiæ pulchritudo: ideo dicitur Candor lucis,
- Firmitatis & permanentiæ longitudo; ideo dicitur Æternæ,
- Veritatis & sapientiæ certitudo, ideo dicitur Speculum,
- Puritatis & innocentia sanctitudo; ideo dicitur Sine macula,
- Honestatis & apparentiæ gratitudo; ideo dicitur Imago,
- Pietatis & amicitiæ plenitudo: ideo dicitur Bonitatis Dei.

H ¶ Dico igitur quod vir perfectus debet habere pulchritudinem continentiæ, quod ostenditur cum dicitur Candor lucis. Candor n. in coloribus, signat castitatem in virtutibus. Quia sicut candor est color inter cæteros purissimus, facilius tamen maculatur, & in isto colore plus, quam in alijs macula indecorat, sic virtus castitatis plus cæteris est purior, & mundior, facilius tamen per luxuriam corrumpitur, & macula, idest, defectus in ista virtute indecentior cæteris iudicatur. Plus enim apparet macula luxuriæ, & magis notatur, & citius cognoscitur, quam macula superbiæ vel alterius peccati. Et ideo sicut lux est naturaliter candidi, & fulgidi coloris, sic vir perfectus per castitatē debet esse candidus, & per honestatem fulgidus apparere, vt de eo dicatur illud Cant. 5. *Dilectus meus candidus, & rubicundus electus ex millibus*. Et bene dicit electus ex millibus, quia vix inter mille inuenitur hodie homo castus. Ideo quādo inuenitur, bene potest mirabile reputari, iuxta illud Eccl. 43. *Pulchritudinem candoris eius admirabitur oculus*. Vnde breuiter de luce spirituali Hierusalē dicitur Tob. 13. *Luce splendida fulgebis*. Sequitur: *Omnis circuitus murorum eius, ex lapide candido, & mundo*. Candor ergo lucis vt sic vir perfectus figuretur in illo filio hominis quem vidit Ioannes Apocalyp. 1. *qui habebat caput, & capillos candidos sicut lana alba, & cuius facies sicut sol in virtute sua lucebat*. Quia scilicet vir perfectus debet candorem castitatis habere, & per castitatem lucere, & in capite intentionis, & in capillis affectionis, & in facie conuersationis. Quia scilicet castitas est interius, & exterius obseruanda, quod est contra hypocritas, similes cygno, qui est auis exterius in plumis candida, interius tamen in carne valde nigra. Quia videlicet hypocritæ habent plumam, idest, exteriorem conuersationem per simulatam castitatem candidam, carnem tamen interius in occulto habent per luxuriam denigratam. Non sic igitur, sed habeat vir perfectus castitatis, & continentiæ pulchritudinem. Candor inquit lucis.

I ¶ Item vir perfectus debet habere firmitatis, & perseuerantiæ longitudinem, quod ostenditur cum dicitur Æternæ. Lux enim in sua conditione, & natura sine corruptione perpetuo perseuerat, sic vir iustus semper debet in bono perseuerare, & durare, & absque gratiæ nunquam corrumpi, deficere, vel cessare, Æternæ inquit, quia scil. ad virum perfectum pertinet æterne & durabiliter, non temporaliter aut defectibiliter permanere: Vnde Sap. 10. *Dedit illis claritatem æternam*. Et sequitur: *Et fuit eis in velamento diei, & in luce stellarum nocte*. Istud tamen est contra multos qui sunt temporales non æternales. Corruptibiles non durabiles. Defectiui non permansiui. Et tales sunt vt communiter tria genera personarum, videlicet hypocritæ, falsi amici, & leues seu inconstantes. Sed de istis vide supra in pluribus locis. Isti ergo non sunt lux æterna, sed potius lux defectibilis & infirma. Sunt enim sicut lux cometarum, quæ subito apparet, & videtur stella, subito autem disparet, & videtur nulla. Vnde de quolibet talium potest dici illud Iob 18. *Expellet eum de luce ad tenebras*. Non sic ergo, sed habeamus firmitatis, & permansionis longitudinem.

K ¶ Item vir perfectus debet habere veritatis & eloquentiæ certitudinem. Speculum inquit, sicut enim videmus quod natura lucis est occulta & abscondita rerum ostendere, & se & quicquid est absconditū declarare, sic vere cōditio & proprietas viri iusti est, & se & alia alijs manifestare. Sic dico quod vir iustus per virtutē veritatis vult se omnib. ostendere qualis est, sine aliqua alicuius simulationis vel hypocrisis falsitate omnib. abscondita & [illegible] fidei & mo[illegible] ostendit, & [illegible] est periculosum, & vtile docet pro viribus & [illegible] ud[illegible]. Iste [illegible] ut dicitur Ioh. 1. *Est lux vera, quæ illuminat omnem hominem*. Et hoc ostenditur cum dicitur Speculum. Speculum enim talis est naturæ quod imaginem quam recipit, statim ostendit, nescit enim aliquid celare. Quia scilicet vir perfectus nihil scit de [illegible] interioribus alijs per duplicitatem, hyp[illegible]sim & f[illegible]atem abscondere, sed per simplicitatem, & veritatem quicquid [illegible] in corde latet, solet omnibus declarare, vnde 1. Cor. 13. *Videmus nunc per speculum*. Ista tamen sunt contra falsos & deceptores, qui non habent naturam speculi, quia se. quod intus in corde co[illegible]tant & concipiunt, non ostendunt exterius neque dicu[illegible] les topasio, qui formam habet specularem, imaginemq; repræsentat transuersam. Quia vere tales falsi & ficti scilicet proditores falsi amici, & adulatores hypocritę totum transuer[illegible]id est, totum oppositum, & contrarium illarum imaginatio[illegible]um, & rerum quæ intus habent in corde, seu recipiunt, sole[illegible] [illegible]terius declarare, quia scilicet vnum habent in corde [illegible] ore. Vnum in conscientia, aliud in apparentia. Isti igitur [illegible] sunt lux veritatis, sed vmbra & tenebræ totius falsitatis [illegible] cap. 49. *Expectauimus lucem, & ecce tenebræ*. Non sic ergo, sed habeamus veritatis, & eloquentiæ certitudinem. Speculum inquit.

¶ Item vir perfectus si vult esse lux, debet habere puritatis, & innocentiæ sanctitudinem, quod ostenditur cum dicitur, Sine macula. Sicut enim lux naturam habet ita purissimam, quod nullo contactu sordium potest maculari vel sordidari, sic vir perfectus debet esse ita sanctus, innocens, & purus, quod per contactum, i. societatem, & vicinitatem sordium, i. peccatorum non possit aliqualiter infici vel corrumpi. Sine macula inquit Exod. 12. *Erit enim agnus sine macula, masculus anniculus*. Isti enim dicuntur puri & innocentes propter L

- Mentis simplicitatem, quia sunt agnus,
- Carnis sinceritatem, quia sunt sine macula,
- Cordis virilitatem, quia sunt masculi,
- Ætatis habilitatem, quia anniculi.

¶ Ista summe pertinent ad ecclesiasticos, quia isti præcipue sine macula luxuriæ debent esse. Quia sicut dicitur 1. Mach. 4. *Elegit Iudas sacerdotes sine macula*. Et nota quod tales digni sunt vt in

- Christi ecclesia collocentur,
- Christi præsentia famulentur,
- Cœli fastigio sublimentur.

¶ Debent enim tales in Ecclesia collocari, vnde Ps. 14. *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo?* Sequitur: *Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam*.

¶ Item possunt digne Domino famulari, vnde Dan. 1. dicitur quod *pueri de semine regio in quibus nulla esset macula, sed qui pulchri, & eruditi erant sapientia debebant introduci in palatio coram rege*. Quod est figuratum Leu. 22. Vbi hostiæ sine macula præcipiuntur offerri, quia scilicet animal quod immolabatur, non debebat esse cœcum, sine auribus, sine cauda, alias refutabatur, quia scilicet non sunt digni Deo offerri in statu ecclesiæ qui carent oculis per ignorantiam, qui carent auribus per inobedientiam, qui carent cauda, idest, qui non habent mortis & finis memoriam. Sicut enim dicitur de Absalone 2. Reg 14. *A planta pedis vsque ad verticem non fuit in eo aliqua macula*. Hoc tamen aduertendum, quod propter maculam velleris exterius, nisi esset caro maculata interius, animal non repellebatur, quia scilicet quamuis homo habeas aliquas maculas vel aliquos defectus solum exterius in vellere conuersationis, dum tamen nulla macula sit interius in membris intentionis non est propter hoc reprobandus. Multi enim sunt qui videntur exterius mali qui tamen interius sunt valde boni, De quibus dicitur Leu. 13. *Scias non esse lepram, sed maculam coloris candidi*. Tales ergo qui sunt sine macula, digni sunt domino famulari.

¶ Item dico, quod digni sunt in cœlo sublimari vel gloriari. Iden de innocentibus dicitur Apocal. 14. quod *sine macula sunt ante thronum Dei*. Boni enim similes sunt puro, & immaculato balsamo, qui nunquam maculat vestem quam tangit. Sed mali similes sunt plumbo seu pici, quæ solet tangentes maculare, quia scilicet boni qui sunt sine macula peccatorum, nunquam alios maculant per malum exemplum. Mali vero qui in se sunt pleni macula peccatorum & delictorum, solent contingentes, i. e. vicinos & socios malis verbis & exemplis corrumpere, &

[illegible] *Quis[illegible] gerit immundus, & immunda*[illegible], qui[illegible] sunt sine macula. Ta[illegible] propter puritatis, & innocentiæ sau[illegible] Vnd[illegible]tate dicatur illud Hester 8. *Noua lux o-*[illegible]

[illegible] pe[illegible] habere honestatis, & apparentiæ [illegible]ste[illegible]ur cum dicitur imago. Sic enim [illegible]tur [illegible]cundum conditiones rerum per [illegible] patet in luce transeunte per vitrum, [illegible] colorati, patet etiam in iride, vbi [illegible] & per terram transeuntes induunt [illegible] transeunt, & ipsi in iride repræsen[illegible] apparet rubeus color ratione ignis, [illegible]ne aeris, color cæruleus ratione aquæ seu [illegible] ratione terræ vbi scilicet arbores, & herbæ [illegible] procul dubio debet esse vir perfectus, quia [illegible] est inuentre coloris, perfectionis & virtutis [illegible] cantis, totum debet induere, & totum in[illegible]is suæ prætendere & habere. Alios enim [illegible]tar, & ad eorum dispositionem debet quan[illegible] colorari, quod ostenditur cum dicitur imago. [illegible] est repræsentatiua figuræ, & conditionum illius [illegible] scilicet homo per honestatem conuer[illegible] se[illegible] & repræsentare mores, & conditio[illegible] dicit Genes. 1. *Faciamus hominem ad imaginem & si-*[illegible]*tudinem nostram*: vt sic de tali honestate dicatur eisdem illud [illegible] *luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bo-*[illegible] tamen est contra multos similes speculis concauis, [illegible] ut imaginem pulcherrimi hominis in se recipiant, [illegible]ta non repræsentant. Quia sci. mali quamuis bona [illegible] exempla & documenta videant & audiant, horribi[illegible]am conuersationem, & vitam in se aliis osteo[illegible] & [illegible]strant. Sed de hoc vide supra de Imagine. Et nu[illegible]ta, qu[illegible] repræsentant in se imagines diuersarum bestia-rum Quia[illegible]

Leonis per superbiam,
Lupi per auaritiam,
Porci per luxuriam,
Asini per pigritiam,
Canis per inuidiam,
Vulpis per malitiam,
Apri per iracundiam,
Vrsi per gulam, & gastrimargiam.

[illegible] bent timere illud, quod dicitur Apo. 19. quod scilicet [illegible] *tulerunt magnam bestiæ missi sunt in stagnum ignis & sulphu-*[illegible] ergo, sed habeamus honestatis & apparentiæ gra[illegible] illud 1. Thess. 5. *Omnes enim vos filij lucis estis &*[illegible]

¶ Item vir perfectus si vult esse lux, debet habere pieta[illegible] plenitudinem, quod ostenditur cum dicitur. Bo[illegible] est enim sui diffusiuum, & communicatiuum. [illegible] est summe diffusibilis, & communicabilis, in tan[illegible] oriente apparens, subito in omnes partes aeris se & omnibus se communicat, & ostendit. Vnde etiam [illegible] quod tanta est virtus & actualitas lucis, quod v[illegible] lucis sufficeret ad totum aerem illuminandum. Sic [illegible] vir iustus per virtutem charitatis, & pietatis so[illegible], & bona sua alijs communicare, & diffundere, & [illegible]tualiter quam temporaliter adiuuare. Vnde de [illegible] 1. *Vidit Deus lucem quod esset bona, & diuisit lucem*[illegible] enim lux bona, id est, talis vir clemens, & pius, à [illegible]toribus vel à tenebris mundanæ miseriæ di[illegible] in cœlesti corta, id est, gloria cum Deo collo[illegible] dicitur de Deo. *Nouit in tenebris constituta, &*[illegible] Patet ergo quomodo vir iustus diuersimode po[illegible] esse lux, solatione

Pietatis & amicitiæ,
H[illegible]staos & apparentiæ,
Puritatis & innocentiæ
Veritatis & sapientiæ,
F[illegible]ineatis permanentiæ,
C[illegible]atis & continentiæ.

¶ Ex his igitur bene ostenditur quod vir perfectus est candor lu[illegible] culu[illegible] sine macula, & imago bonitatis Dei. Ista [illegible] lux imitanda.

¶ Tertio dico, quod est lux continenda, quia sicut videmus quod stellæ & luminaria sunt contentiua formæ lucis, & ipsius d alia transmissiua, sic vere nos debemus lucem spiritualem habere, & eam alijs inferioribus transfundere seu dare. Lux autem triplex est, videlicet, O

Lux gratiæ,
Lux scientiæ,
Lux honestæ apparentiæ.

¶ Talis enim triplex lux in bonis personis à sole iustitiæ Deo influitur, iuxta illud Esa. 30. *Erit lux lunæ sicut lux solis, & lux solis septempliciter*. Et per ipsos in alios transfunditur & mittitur. Vnde petebat Dauid Psal. 72. *Emitte lucem tuam & veritatem tuam, ipsa me deduxerunt & adduxerunt in montem sanctum tuum*. Vbi aduerte quod talis lux est habenda, quia sc. per istam interius instruimur & corrigimur, quia ista est veritas. Exterius ordinamur & dirigimur, quia ista deduxerunt. Superius sublimamur & erigimur, quia ista adduxerunt. Lux enim gratiæ & scientiæ

Interius nos corrigit,
Exterius nos dirigit,
Superius nos erigit.

¶ Dico quod interius nos corrigit, quia ista dicitur veritas. *Emitte* (inquit) *lucem tuam & veritatem*. Veritas enim comparatur luci quæ tenebras errorum, & falsitatis corrigit & expellit, & totum habitaculum mentis illuminat & illustrat, & ad illuminandum etiam alios per doctrinam se exterius diffundit & dilatat. Sine tali enim lumine mens non illuminatur, nec in præsenti ad salutem spiritualiter informatur Abac. 3. *Splendor eius vt lux erit*. Sicut enim dicitur 2 Cor 4. *Deus facit de tenebris lucem splendescere*. Item ista lux exterius nos dirigit. Sine luce enim gratiæ homo non potest, nec se nec alios dirigere, nec pericula præcauere. Et ideo illi qui per peccatum spiritualiter sunt cæci, nesciunt se in agibilibus dirigere, sed potius solent deficere & errare. Aues enim lucifugæ, de die non bene se dirigunt, sed in tenebris se abscondunt, quia sc. qui lucem diuinæ gratiæ fugere voluerit in abscondito tenebrarum latitabit, nec ad bona opera se ordinabit. Tales igitur *digni sunt carere luce, & pati carcerem*, sicut dicitur Sap 18. Habeamus igitur istam lucem, quia ista exterius nos dirigit. Deduxerunt inquit, quia sicut dicitur Sap. 10. *Iustum deduxit dominus per vias rectas. & ostendit illi regnum Dei, & fuit illis in velamento diei & in luce stellarum nocte.*

¶ Item ista lux superius nos erigit. *Adduxerunt* inquit *in montem sanctum tuum*. Lux enim gratiæ & sapientiæ in quantum nobis ostendit bona æterna per fidem & discretionem, videtur nos illuc adducere & erigere per spem & affectionem Ezech. 8. *Eleuauit me spiritus, & adduxit in Hierusalem*. Vnde sursum euntibus & deuiantibus dicitur Abac. 3. *In luce sagittarum tuarum ibunt in splendore fulgurantis hastæ tuæ*. Gratia enim & scientia & doctrina dicuntur saggitta, fulgur, splendor, & hasta, quia scilicet istis sicut

Sagittis pungimur per correctionem,
Splendore illustramur per discretionem,
Fulgure vrimur per dilectionem,
Hasta sursum leuamur per spem & actionem.

¶ Et aduerte, quod sicut lux habet oculos recreare, occulta declarare, vitam in animalibus generare, sicut dicitur in li. fontis vitæ, sic vere lux honestæ apparentiæ oculos aliorum delectat. Vnde Prou. 15. *Lux oculorum lætificat animam*. Lux sapientiæ occulta nobis declarat Ioan. 1. *Lux in tenebris lucet*. Lux vero gratiæ vitam spiritualem animæ tribuit & ministrat, quia sicut dicitur Ioan. 1. *Vita erat lux hominum* Ista est ergo lux continenda. Veruntamen multi sunt hodie qui carent ista luce, de quibus dicitur Hie. 4. *Vidi terram, & ecce mouebatur, & cælos, & non erat lux in eis, &c.* Expone sicut supra de cælo.

¶ Quarto dico, quod lux est appetenda, & ista est lux æternæ claritatis & fœlicitatis, quæ sursum in gloria beatorum est quæ tanta luce coruscat, quod nihil est occultum, quin ibi reueletur. Nihil triste quin ibi iocundetur? Nihil debile quin ibi roboretur. *Ciuitas* enim *Paradisi non eget sole & luna ad lucendum, sed lucerna eius est agnus*, sicut dicitur Apocal. 21. Vnde nota quod in Paradiso est lux triplici ratione, videlicet, P

Ratione causæ lucem influentis,
Ratione rei lucem assumentis,
Ratione loci lucem conseruantis.

¶ Causa enim influens est ipse Deus indefectibilis æter-


nus,

nas, de quo dicitur Esa. 60. & sunt verba directa ad Hierusalē supernam, i. ad Paradisum cœlestem. *Non erit, inquit, tibi sol ad lucendum per diem, nec splendor lunæ illuminabit te, sed erit tibi dominus in lucem beatitudinis sempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam.* Res autem beatitudinis lucem assumentes sunt ipsi sancti, qui sunt specula mundissima, & ad illuminationem istam aptissima. Ideo dicitur Sap. 18. *Sanctis autem tuis maxima erat lux.* Et illud. *Lux perpetua lucebit sanctis tuis Domine.* Locus autem perficiens est ipsum cœlum empyreum, quod totum est luminosum, dictum à pyr quod est ignis, non ratione ardoris, sed ratione splendoris. Vnde de isto loco potest dici illud Exod. 10. *Vbicunque habitabant filij Israel, lux erat.* Et sic breuiter dico quod ista est lux appetenda.

Q ¶ Quinto dico quod est quædam lux abhorrenda, & ista est lux humanæ sagacitatis, & lux mundanæ prosperitatis. Lux enim sapientiæ mundanæ est tenebrositas apud Deum. Sic enim dicitur 1. Corint. 3. *Sapientia huius mundi stultitia est apud Deum.* Legi enim subiecta est noitiustitiæ. Sicut enim bubo habet oculos lucentes, claros, limpidos & acutos, & tamen lucem solis odit & fugit, sic mundani sapientes habent oculos, id est, intellectus lucentes, claros, limpidos & acutos, & tamen lumen solis id est, sapientiam Dei fugiunt, odiunt, & contemnunt. *Sapientes enim sunt vt faciant mala, bene autem facere nesciunt*, sicut dicitur Hiere. 4. Vtile autem eis esset quod lucem meridianæ sapientiæ non haberent. Ista enim est occasio multorum peccatorum. Vnde plangendo dicit Iob 3. *Ad quid data est mihi lux?* &c. Talis autem lux in morte talibus eclypsatur, quia sicut videmus, in morte lux mundanæ sapientiæ deficit sapientibus huius mundi quia sicut dicitur Iob 18. *Lux impij extinguetur.*

¶ Item lux opulentiæ terrenæ est abhorrenda, quia sicut lux corrumpit oculos paruulorum propter suam nimiam claritatem, sic claritas mundanæ prosperitatis paruulis, id est, viris imperfectis est valde damnabilis & nociua, & multorum criminum inductiua. Ista tamen lux est recte sicut lux coruscationis, quæ subito deficit. Est etiam sicut lux lampadis, circa quam passiones volitant & comburuntur. Est etiam sicut lux lunæ in qua aues immundæ volitant & delectantur: quia reuera in ista luce soli peccatores & immundi se delectant, vbi tamen per multa peccata se destruunt atque cremant. Ista autem lux cito perit & destruitur, & subito dissipatur. Quia videmus quod multi sunt qui de prosperitate ad aduersitatem subito transferuntur & per mortem vel alias de luce ad tenebras deducuntur. Vnde de talibus dicitur Iob 18. *Expellet eum de luce ad tenebras, & de orbe transferet eum.* Sic ergo patet quomodo lux accipitur multipliciter, quia scilicet Lux est Honoranda, Imitanda, Continenda, Appetenda, Abhorrenda. Et hæc de luce sufficiant. Vide infra de Lumine, & de Videre, & supra de Lucerna & Illuminare, &c.

A **Lumen. Luminare.** Nota, quod lumē est fluxus corporis luminosi. Lux n. est ipsa forma lucis simplex, vnica & actualis, prout accipitur sub suo nomine generali, & prout omnibus rebus diuersimode cōmunicatur. Luminare autē est illud corpus mundū & politū, quod est aptū & natum ad receptionem istius lucis, sicut sol, cœlum & stellæ. Lumen vero nihil aliud est, quam ille radius seu fluxus emanans & exiens ab ipso corpore luminoso. Verū quia generaliter & communiter lumen dicitur quicquid potest illuminare, ideo generaliter distinguatur secundum quod lumen sumitur in scriptura. Et sic dico quod est lumen,

Superius,
Interius,
Inferius,
Exterius,

¶ Et sic inuenitur lumen

Stelleum,
Nubeum,
Igneum,
Æreum.

Lumen stelleum venit à superiori. Et sic per lumen intelligitur Spiritus sanctus vel Christus, qui sunt sicut radij emanantes à patre, & ab ipso inferius venientes & mundum illuminantes & irradiantes, sicut dicitur Esaiæ. 60. *Venit lumen tuum Hierusalem. & gloria Domini super te orta est, & ambulabunt gentes in lumine tuo.* Lumen nubeum, latet in interiori, scilic. in ventre nubis. Et istud est lumen gratiæ & sapientiæ. quod in interiori debet latere, & sicut lumen quod est in medio laternæ, quod exterius per opera lucere Iob 37. *Nubes spargunt lumen suum.* Lumen igneum latet in inferiori. sicut patet de lumine candelabri, quod est consumptibile, & defectiuum. Et per h[illegible] intelligitur claritas prosperitatis mundanæ, quæ ad modum ig[illegible]i licet videatur splendere, proprium tamen destruit & consumit subiectum, aliosque per mala desideri[illegible] calefacit. Et istud est [illegible]men ad quod sedens Petrus negauit Christum, sicut dicitur L[uc.] 22. *Vidit ancilla quædam ostiaria Petrum ad lumen sedentem.* Lumen aereum lucet in exteriori. Et per istud potest intelligi vir perfectus. Vnde de viro perfecto dicitur Luc. 11. quod *lucerna non ponitur sub modio, sed super candelabrum, vt ingredientes videant lumen.*

B ¶ Primo ergo dicamus aliquid de lumine superiori scil[icet] de Christo vel Spiritu sancto, & exponamus illud Esa. [illegible] *Illuminare Hierusalem, quia venit lumen tuum*, Et aduerte hic [illegible] d[illegible] cut lumen destruit seu impedit dormitionem (Ideo dici[tur Sur]ge) lumen acuit cognitionē (Ideo dicitur. Illuminare [Hi]erusalem) lumen minuit infirmitatem, ideo dicitur (Venit lume[n]) lumen tribuit vtilitatem, ideo dicitur (Tuum) sic pro certo charissimi istud cœleste lumen ista sua apparitione, incarnatione vel missione excitat torporem negligentium seu dormient[ium]. Ideo dicitur (Surge) increpat errorem ignorantium, ideo dicitur (Illuminare Hierusalem) Mitigat dolorem ægrotantium, ideo dicitur. (Venit lumen.) Inuitat amorem possidentium, ideo dicitur. (Tuum.) Est enim istud lumen dormientium excitatiuum, ignorantium informatiuum, ægrotantium confortatiuum, indigentium fœcundatiuum. Lumen enim dormientes ad vigilandum excitat: viatores ad ambulandum illuminat, ægrotantes suo aduentu confortat: Omnibus etiam se diffundit & communicat.

C ¶ Dico ergo quod per istud lumen torpor negligentium excitatur, quod ostenditur, cum dicitur. Surge. Sicut enim claritas luminis impedit dormitionem, quia sc. in loco obscuro melius dormitur quam in luminoso, & inde est, quod dormituri solent fenestras lumini claudere ne subintret, sicut etiam in aduentu luminis solent homines de lecto surgere, & ad opera sua procedere & vacare, sic vere præsentia huius luminis non sinit homines in peccatis dormire per negligentiam & torporem. Mali enim & peccatores, qui in peccatis suis dormire & quiescere volunt, istud lumen videre nolunt. Boni vero, qui bona opera volunt facere, in aduentu huius luminis solent de lecto torporis & negligentiæ, surgere, & se in bonis actibus exercere (Surge inquit) q. d. non dormiat Eph. 5. *Surge, qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus.* Sicut enim oriz per dimidium annum dormiens in ortu caniculæ, i. illius stellæ surgit, & diligenter euigilans ad eius lumen respicit & attendit, sic boni in aduentu huius luminis debent surgere, & ad istud lumen per deuotionem aspicere, & se in splendore ipsius delectare. Sicut enim aues nobiles & mundæ viso solis lumine solent surgere, & volare, viatores solent ambulare, & operatores solent laborare, sic vere charissimi in præsentia istius luminis nos debemus volare per contemplationem, debemus ambulare per bonam affectionem, debemus laborare per bonam operationem. Vnde in Psalm. 89. *Domine in lumine tuo ambulabunt, & in iustitia tua meditabuntur.* Ista tamen sunt contra peccatores, qui de isto lumine nihil curant, similes immundis auibus, quæ in lumine non ambulant: latronibus, qui in tenebris necant: infirmantibus, qui luminis tempore nimis laborant. Aues enim immundæ, i. luxuriosi. latrones, id est, auari & ambitiosi, infirmi, i. negligentes & desidiosi in isto lumine non delectantur, sed ei per peccatum obuiant & contrariantur, & ab ipso fugiunt & abscondunt. Vnde Iob 24 *Ipsi fuerunt rebelles luminis, nescierunt vias eius, nec reuersi sunt per semitas illius.* Non sic ergo, quia vere [illegible] nobis deficiat, per istud lumen torpor negligentium excitatur. (Surge ergo inquit.)

D ¶ Deinde dico, quod per illud lumen error ignorantium increpatur cum dicitur. Illuminare, quasi dicat, nisi sit defectus tuus, non est tempus. *Dominus enim illuminatio mea, & salus mea.* Spiritus sanctus enim nos illuminat interius inspirando. Christus vero nos illuminat exterius docendo & prædicando. *Lucerna enim pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis.* Sed de ista illuminatione spirituali vide supra de illuminare.

¶ Denique dico, quod per illud lumen dolor ægrotantium mitiga-

quod ostenditur cum dicitur. (Lumen.) Sicut enim ... scientia Medici confortat infirmum, in mare et ... tu & præsentiam luminis infirmi consolantur ... qui etiam nocturno tempore grauantur, sic ... ssimi, peccatores & debiles debent per istius luminis & aduentum consolari, & à peccatorum infirmitatibus ... prel... tia delectari Eccles. 11. *Dulce lumen, & delectabile ... videre Solem.* Christus enim dicitur vnctus, Spiritus ... dicitur vnctio & paracletus, id est, consolator, Ma... dicitur maris stella, quia vere nos per istos vngimur, ... amur, visitamur & consolamur, regimur, & illumina... ergo lumen Ioan. 12. *Ego lux veni in mundum.* Vide supra expositam de aduentu, vbi inuenies satis, & vide de ... Dolor igitur ægr... tantum mitigatur.

... per dico, quod per istud lumen amor possidentium ... quod ostenditur cum dicitur Tuum. Nullo enim me... poterat amorem tuum prouocare, quam quod sei... tet tuum, se scilicet tibi communicando & vtilitatem & ... procurando. Lumen enim solet se omnibus com... alijs multis luminaribus tribuere & partiri, si... ud cœleste lumen quod omnibus se communica... & ... ad vtilitatem omnium applicauit. (Tuum in... quod ip... potest dicere illud 1. Cor. 9. *Cum essem liber ab ... omnium seruum me feci.* Ideo docet Scriptura Esaiæ 50. *... in lumine ignis vestri.* Et nota si vis, quod istud est lumen ... necessaria facienda, videlicet, vt per ipsum habeas ... concordiæ bonitatem, prudentiæ claritatem ... illud enim lumen habemus iustitiæ rectitudinem. ... idemus, quod si lumen est in domo æquissime se habet ... omnes, ita enim lucet pauperi sicut diuiti, ignobili si... cut ..., sic iste generaliter & æqualiter omnibus peccato... diffunditur & in quantum in se est, sine personarum acce... ptione omnibus distribuit & diffundit. *Non enim est personarum acceptio apud Deum,* sicut dicitur Roman. 2. & Actor. 10. Exem... dans ... bus & præsiis, quod lumen iustitiæ debent ... bus æqual ... partiri Esaiæ 58. *Tunc erumpet quasi mane ... & orietur, facient tuam iustitia tua.* Psalm. 36. *Educet quasi lu... men iustitiam tuam, & iudicium tuum tanquam meridiem.* Quamuis ... hodie, qui possint dicere cum damnatis illud Sap. 5. *Lumen iustitiæ non luxit nobis, & spiritus intelligentiæ non est ortus nobis.*

¶ ... per istud lumen habemus concordiæ vicissitudinem. ... enim cœleste conciliat elementa contraria in mixto, ... istud lumen concordauit, & vniuit quicquid antea ... datum. Nam per Spiritus sancti inspirationem, per ... operationem, per virginis intercessionem, diuersitas ... rum & gentium sunt in vnitate fidei adunata. Discordia, ... patrem & peccatorem, fuit pacificata. Rancor etiam ... quæ quot die oritur inter homines, est quotidie re... ... Istud enim lumen habet omnia pacificare, & etiam ... Baruch 3. *Disce vbi sit lumen oculorum & pax.*

¶ ... per istud lumen habemus prudentiæ certitudinem. ... per istud scimus quid faciendum & omittendum sit. ... 16. *Diligite lumen sapientiæ omnes, qui præestis populis.* ... bene dico, quod per istud lumen nos habemus ... concordiam, & prudentiam. Amor enim noster debet ... & ad ipsum sicut ad aliud, quod proprie no... prouocari. (Tuum inquit.) Quod est contra illos, ... esse sui & non aliorum, & qui scilicet alijs no... communicare in aliquo bona sua, sicut sunt auari, &c. De ... dici illud Ezech. 32. *Luna non dabit lumen suum.* ... vel ista, quia sc. sicut visum fuit, iste est

Lumen { Amoris prouocatiuum, quia tuum,
Doloris mitigatiuum, quia venit,
Erroris effugatiuum, quia illuminauit,
Torporis excitatiuum, quia fecit surgere. }

¶ Ex... de lumine superiori. Secundo dicendum est de ... interiori. Et istud est lumen virtutum, quod intus in conscientia debet esse radicatum. Et istud nihil aliud est quam gratia, sapientia, & honest. apparentia. Gratia enim est lumen habendum. Sapientia est lumen fundendum. Honesta apparentia est lumen videndum. Dico ergo, quod lumen habendum est, & istud est lumen gratiæ, sine quo anima non viuit, neque videt. Vnde gratia est proprie lumen vitæ, de quo habetur Ioan. 8. *Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ.* Quamuis hodie multi videantur carere isto lumine, dicentes illud Psalm. 37. *Lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum.*

¶ Item est lumen fundendum, & istud est lumen sapientiæ, & doctrinæ, quod nos ecclesiastici debemus alijs fundere, & sicut luminaria ministrare. De quo Genes. 1. *Fiant luminaria in firmamento cæli, vt luceant, & illuminent super terram. Et fecit Deus duo magna luminaria.* Luminaria enim firmamenti sunt bonæ personæ ecclesiasticæ, quæ lumine honestatis in Ecclesia debent lucere, & lumine doctrinæ habent alios erudire Baruch. 3. *Stellæ dederunt lumen in custodijs suis.* Tales enim debent habere lumen innatæ rationis Psalm. 4. *Signatum est super nos lumen vultus tui domine, dedisti lætitiam in corde meo.* Lumen acquisitæ discretionis Sapient. 6. *Diligite lumen sapientiæ.* Lumen districtæ locutionis Psalm. 118. *Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis.*

¶ Iterum dico, quod est lumen videndum, & istud est lumen honestæ apparentiæ, quod alij in nobis debent videre, vt per bona exempla nostra cognoscant quid debeant facere, aut à quo cessare Baruch. 3. *Iuuenes viderunt lumen, & habitauerunt super terram.* Vt sic cuilibet nostrum possit dici illud Psal. 103 *Confessionem & decorem induisti, amictus lumine sicut vestimento.* Et vere charissimi, nos debemus esse luminosi per scientiam, & per honestam conuersationem Deo & hominibus gratiosi, vt scil. ad exemplum nostrum possint alij fieri virtuosi Sap. 17. *Totus orbis terrarum limpido illuminabatur lumine.* Quod proculdubio est hodie contra multos, quia vere multi sunt hodie, qui non sunt istud lumen triplex, & ideo non possunt dici luminosi, imo sunt per diuersa crimina tenebrosi. Quia multi sunt, qui carent

Lumine { Gratiæ in corde & conscientia,
Doctrinæ in ore & eloquentia,
Honestatis in conuersatione & apparentia. }

Ideo dicitur Ezech. 32. *Solem nube tegam, & Luna non dabit lumen suum, & mœrere faciam omnia luminaria cæli, & dabo tenebras super terram.* Sol enim signat statum religiosorum. Luna designat statum secularium clericorum. Luminaria vero designant statum secularium laicorum. Quia vere istæ tres partes Ecclesiæ, scil. Religiosi, Clerici & Laici, sunt hodie quam plurimũ tenebrati, & lumine gratiæ, doctrinæ, & bonæ apparentiæ denudati, ita quod breuiter tenebræ sunt hodie super terram, sc. super totam Ecclesiam militantem, vnde Amos 8. *Tenebrescere faciam terram in die luminis.* Istud ergo sufficit de lumine interiore ¶ Tertio di- H
cendum est de lumine inferiori, & istud est lumen mundanæ prosperitatis. Sed de isto vide supra de lumine lunæ, per quod mundi prosperitas denotatur. Istud enim lumẽ solum de nocte videtur, adueniente autem lumine solis non splendet amplius lumen istud. Quia sc. mundi prosperitas non habet locum nisi in nocturna beneuolentia huius vitæ, quando vero clara dies solis, id est, claritas æternæ gloriæ venerit, tunc ista nihil penitus apparebit. Sicut enim dicitur Apoc. 22. *Beati non egebant lumine lucernæ.* ¶ Quarto dicendum est de lumine exteriori & istud est I
lumen æternæ fœlicitatis, quod est extra & supra nos,

In quo beati iucundantur & delectantur,
A quo damnati fugantur & reprobantur,
Quod viri sancti affectant & contemplantur,
Quod viri impij contemnunt & dedignantur.

¶ Dico, quod beati in illo lumine delectantur, sicut dicitur Eccles. 6. *Dulce lumen, & delectabile oculis videre solem.* Vnde 1. Pet. 2. dicitur, quod *Deus de cælo nos vocauit in admirabile lumen suum.*

¶ Item damnati ab isto lumine excluduntur Vnde in Psalm. 48. dicitur, *Introibit in progenies patrum suorum, & vsque in æternum non videbit lumen.*

¶ Item perfecti istud lumen affectant, & contemplantur. Vnde de tali desiderante videbatur loqui Tobias Tob. 5. *Quale gaudium mihi est, qui in tenebris sedeo, & lumen cæli non video?* Et in Psal. 35. dicitur, *In lumine tuo videbimus lumen.*

¶ Item impij istud lumen contemnunt, & dedignantur, quia scil. noctua plus diligit lumen lunæ quam lumen solis. Sic peccatores magis amant lumen mundanæ prosperitatis, quam lumen æternæ fœlicitatis, vnde Iob 24. *Ipsi fuerunt rebelles lumini.* De isto ergo lumine bene concluditur Iac. 1. *Omne,* inquit, *datum optimum,*

*primum, & omne donum perfectum, desursum est descendens à patre luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.* Quod nobis concedat, &c.

A **Luxuria.** Nota, quod luxuria dicitur à luxu, quod est superfluitas, sicut patet, quia arbor dicitur luxuriari, quando in ramis inutilibus plus solito abundat. Veruntamen proprie & specialiter luxuria dicitur quæcunque delectatio carnis præterquam in matrimonio licito & honesto. Vnde dicit Hugo, quod *luxuria est concubitus carnalis, & desiderium contra rationem influens.* Si vis de luxuria videre detestationes, species, occasiones & remedia, longum esset dicere, sed vide in Mauritio vbi ista prosequitur ad plenum. Cum enim intentionis meæ non sit in isto opere nisi prosequi materias in quibus ad plenum possunt inueniri auctoritates vocales & themata, & hoc ad illum finem, quod si habeatur thema, statim inueniatur sua materia prosecuta, & cum de luxuria non sint auctoritates vocales, superfluum reputaui tractatum super hoc dilatare, maxime cū in infinitis locis & inferius, & superius possint inueniri authoritates variæ & exempla, sicut in fine tabula denotabit. De omnibus enim materijs moralibus fit mentio in alijs titul. quasi in locis infinitis. Et ideo nisi abundet valde materia moralis in auctoritatibus & thematibus, superfluum est de eis facere mentionem. Omitto ergo materiam istam gratia breuitatis. Veruntamen ne sicco pede circa istam materiam in suo titulo transeamus, notabimus, quod luxuria multas habet malas conditiones propter quas est ab hominibus fugienda. Est enim

Luxuria
- Fallax & insidiosa,
- Tenax atque glutinosa,
- Vorax & ingluuiosa,
- Procax & non verecundosa,
- Turpis & non speciosa,
- Mollis & delitiosa,
- Grauis & iniuriosa,
- Ardens, leuis & impetuosa,
- Indigens & penuriosa,
- Latitans & caliginosa,
- Pœnitens & singultuosa,
- Discordans & tumultuosa,
- Enormis & portentuosa,
- Insatiabilis & superclamorosa,
- Intolerabilis & periculosa.

B ¶ Dicamus ergo primo, quod luxuria est fallax & insidiosa. Ista est n. sicut ille serpens insidians crocodilo qui inuolutus luto labitur in faucibus crocodili dum dormit, & tandem in ventrem ingrediens hunc occidit. Luxuria enim insidiatur hominibus, & maxime illis, qui dormiunt in delitijs & prosperis huius mundi, quæ faciliter labitur in interiora ventris per appetitus & tentationes, hominem scalpit per delectationes, mordet, tamen tandem occidit per consensum & operationes, figurata in serpente illo, qui insidiatus est primis parentibus, de quo dicit historia scholastica, quod vultum habebat virgineum, & ideo mulierē decepit, quæ postmodum ad transgressionem virum traxit, sicut ponitur Ge. 3. Quia reuera serpens, id est, luxuria cuius venenum faciliter serpit per corpus, sub specie virginei vultus, i. e. alicuius complacentiæ vel amoris mulierem primo, i. sensum decipit, & per illum virum, id est, rationem consentientem corrumpit. Ista est igitur fallax & insidiosa, quia reuera istud peccatum insidiatur melioribus & maioribus. Vegetius enim in libro de arte militandi docet, quod *publice & ex equo nescit pugnare, debet per insidias dimicare.* Sic vere facit luxuria, quæ aperte & patenter non potest iustos vincere, & ideo per fraudes solet eis insidias ponere, vt ipsos possit destruere & grauare. Insidiatur enim vt rapiat pauperem, rapere pauperem dum attrahit eum. Vnde de meretrice, id est, de luxuria dicitur Prou. 23. quod *fouea profunda est meretrix, & puteus angustus aliena. Insidiatur in vijs quasi latro, & quos incautos viderit, interficiet.* Et reuera sicut videmus quod multa castra perduntur, & capiuntur per insidias inimicorum, qui scilicet dum vigilant & insidijs latitant, & vident castra incaute aperiri vel custodiri subito se ingerunt, & subintrant, sic vere dico, quod non est dare castrum, hoc est dictum, personam vel statum, quin luxuria latitans & insidians se ingerat, & subintret, si per inaduertentiam & negligentiam via pateat. Et ideo dicit Ambrosius, quod *luxuria tanta improbitatis quod vbi se inseruit, reserat palatia principum, penetrat cameras prælatorum, possidet aulas clericorum, subuertit currus contemplatiuorum, rumpit cellulas* [illegible] *rum, in senibus fumigat, in iuuenibus militat, in mulieribus imperat, sed fœdat, totum inquinat, totum aquis diluuij consumit.* Patet igitur quod ista est fallax & insidiosa.

C ¶ Secundo dico, quod luxuria est tenax & glutinosa. Ex quo enim luxuria hominem in laqueis suis ceperit & apud se [illegible] apparuerit, vix aut nunquam ipsum abire permittit. Vnde de mala muliere, id est, de luxuria dicitur Ecclesiast. 7. *quod vincula sunt manus eius, & sagena cor eius.* Captiui enim postquam sunt in vinculis nunquam per se exeunt. Pisces vero postquam sagenam intrant, non euadunt. Sic vere postquam homines in laqueos luxuriæ se miserint, nunquam per se, & sine speciali Dei adiutorio inde recedunt Matth. 5. *Amen dico tibi, non exies inde.* Et nota, quod luxuria bene comparatur sagenæ, quæ scil. c[illegible]x multis annulis inuicem concatenatis, quia scil. luxuria pluribus malis conditionibus vtitur, in quibus quando quis [illegible] uitur, plus ligatur. Istos autem annulos istius sagenæ hominem inuoluentes qui sint, declarat Greg. in moral. sic inquiens. *Ex quo (inquit) semel luxuria mentem alicuius inficit, vix eam per* [illegible] *desideria aliquid cogitare amplius permittit, quia scil. ex* [illegible] *tur cogitatio: ex cogitatione affectio: ex affectione delectatio:* [illegible] *ne cōsensus ex consensu operatio ex operatione consuetudo: ex con*[illegible]*ne desperatio: ex desperatione peccati defensio: ex defensione gloriatio: ex gloriatione damnatio.* Ecce ergo quod laquei, tot catenæ. Bene est igitur tenax atq; glutinosa. Comparatur etiam si vis, bitumini, aliter asphalti, quod inuenitur secundum Isidor. in Iudæa, quod ligna hoc taliter tenet & glutinat, quod nisi rumpantur ligna, iunctura perpetuo perseuerat, quia scil. ita solet luxuria mentes suorum ligare & stringere, quod sola ruptura mortis solet ipsius glutinum rumpere vel laxare. Sicut de illo presbytero curato legitur, qui vsq; ad mortem tenuerat concubinam, cum autem moreretur, & consuleretur sibi quod dimitteret eam, & cum Medici dicerent, quod vltra tres dies viuere non valebat, respondit, quod toto tempore vitæ suæ fideliter adhæserat sibi & quod Deus ipsum malediceret si pro tribus diebus ipsam dimitteret. Est igitur luxuria tenax atque glutinosa.

¶ Tertio dico, quod luxuria est vorax & ingluuiosa. Valde nimium luxuria bene pascit, quia sicut venter & genitalia membra inuicem sunt vicina, sic luxuria & gula vicina sunt, quæ inuicem sunt propinqua, quod satis apparuit in Loth, qui ebrius proprias filias suas luxuriose fœdauit, vnde Pro. 20. *Luxuriosa res est vinum,* vnde Greg. in moral. *Pene semper epulas concomitatur voluptas.* Nam dum corpus in refectionis voluptate resoluitur, cor ad inane gaudium relaxatur. Vnde de filio proteruo dicitur Deut. 21. quod *commessationibus vacat & luxuriæ atque conuiuijs* q. d. Cōmessatio & gula luxuriam excitant. Luxuria vero lauti conuiuia desiderat Iac. 5. *Epulati estis super terram, & in luxurijs vestris enutristis corda vestra, &c.* Est igitur luxuria vorax & ingluuiosa. D

¶ Quarto dico, quod luxuriosa est procax & non verecundosa. Constat enim quod luxuriosi sunt præ cæteris peccatoribus insolentes & inuerecundi, sicut de meretrice legitur Hie. 3. *Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere.* Quia sc. tales in luxuriæ actibus non verecundantur, sed in ipsis gaudent, lætantur & gloriantur similes Sirenis, quæ sunt monstra marina similitudinem virgineam, & fœmineam in vultu prætendentia, quæ scil. sunt animalia luxuriosa & concubitum hominum appetentia, homines tamen in fine deuorantia & corrodentia, quæ scil. in lusibus & cantibus gloriantur, & quanto maior tempestas in mari ingruerit, tanto plus lætantur. Sic vere personæ luxuriosæ inuerecunde cantant & ludunt & quanto tempestas damnationis æternæ ipsis grauior imminet, tanto magis gloriantur & canunt & amplius per inanem lætitiam insolescunt, dicentes illud Sap. 2. *Coronemus nos rosis antequam marcescant, nullum sit pratum quod non pertranseat luxuria nostra, nemo sit exors luxuriæ nostræ, vbique relinquamus signa lætitiæ nostræ.* Et nota, quod dicit: *nemo sit exors luxuriæ nostræ,* quia reuera tales porci, & procaces, & inuerecundi neminem reputant dignum laude, nisi qui luxuriose viuit, est igitur procax, & non verecundosa ¶ Quinto dico, quod ista est turpis & non speciosa. Ad literam enim luxuriæ actus est turpis, & illos etiam, qui ipsam sequuntur, facit non solum quoad animam, imo & quo ad corpus, vitam, conuersationem & famam viles & turpes. Quid enim turpius est, quam quod animus deformis, capax beatitudinis, socius Angelu, captiuus à carne trahatur, & ad fœda & immunda opera etiam renitente conscientiæ scrupulo voluntarius iudicatur. Vnde Val. F

[illegible] nibale hyemante apud [illegible] am- [illegible] *quod de ea damnosum à qua vetus* [illegible] *que gloria in infamiam commutatur* [illegible].

[illegible] mollis & delitiosa, vult enim lu- [illegible]m, mollitiem operum, molli- [illegible] torum. Est enim secun- [illegible] malus, eo quod si tu illis [illegible] bito visus fuerit, aciem oculo- [illegible] enerabit. Talis est luxu- [illegible], quia reuera ista sua mollitie [illegible] tat, & conturbat, & odo- [illegible] & in [illegible]nionem grauem & [illegible] tian in [illegible] ex eo dicitur, quod [illegible] quod qui ipsam sequitur ad cun- [illegible] de sancto Victo dicit, quod lu- [illegible] *petulantia, importuna lues, dulce venenum,* [illegible] *corpus debilitat, & animum emollit.* Est igitur [illegible].

[illegible] quod ista est grauis & [illegible]niosa. Luxuria e- [illegible] eius fœdat imaginem: Sibi ipsi, quia [illegible] nam: proximo, quia suam maculat [illegible] pe [illegible]me pa[illegible] in adulterio vel in- [illegible] non est contenta [illegible]alo proprio, imo (vt [illegible] vincere malitia. Quia scilicet lu- [illegible] pro posse maculant, & quando- [illegible] fœdant, & quandoque proprias [illegible] udant, quandoque sponsas i- [illegible] san[illegible] oniales fœdare & corrumpere [illegible] & quia [illegible] vident personas erga Deum meliores [illegible] tius & impugnant. Teste enim Hier. in [illegible] *ardentius honesta persequitur.* Ecce ergo, quo- [illegible] luxuria, scil. Deo sibi, & proxim- [illegible] Dei [illegible] suo expressam non reueretur, sed [illegible] *membrum Christi, & facit membrum* [illegible], *quia qui* [illegible]*ricatur, peccat in corpus suum.* Ibidem: [illegible]pet, quis *contra legem concupiscit & rem & vxorem* Exod. 20 & Deu [illegible] illud Hier. 5. *Equi amatores in fa-* [illegible] *ad vxorem proximi sui hinniebat.* Proprio nihilo- [illegible] cet illas fœdant, quæ sunt de sua p- [illegible] de talibus dicitur Osee 4. *Furtum &* [illegible] *inundauerunt super terram, & sanguis sanguinem tetigit.* [illegible] dico, de [illegible] illos, vel illas de sua consanguinitate, [illegible] Esaiæ 9. quod *vestimentum mixtum sangui-* [illegible] *combustionem, & cibus ignis.* Naturæ vel illuminus iniuri- [illegible] iuxta Apostolum Rom. 1. *In semetipsis per mol-* [illegible] *propria corpora sua contumeliis afficere non verentur.* [illegible] 1 Corint. 6 *Neque adulteri, neque molles, ne-* [illegible] *concubitores regnum Dei possidebunt.* Est igitur luxu- [illegible]iosa. Nam sicut dicit August. lib. 15. de ciuita- [illegible] *est cupiditate possidendi transgredi limitem agri-* [illegible] *est libidine concumbendi transgredi limitem morum.* [illegible]osa.

[illegible] quod luxuria leuis est & impetuosa. Est enim [illegible], qui subito & ea abrupto omnia succendit [illegible] bra enim humana sunt stuppea, & ideo sub- [illegible] ignea. Ignis enim iste est sicut ignis qui in [illegible] Phestijs in Lycia, qui cremat omnia, etiã [illegible] potest extingui, veruntamen tunc extingui- [illegible] fœnum desuper aspergitur, sicut dicit Pli- [illegible] ria in fine lib. 2. Quia reuera ignis luxu- [illegible] tuosus, & maxime quando bitumen aut [illegible] delitiarum concomitatur eundem, quod [illegible] viros lapideos atque fortes, & in bono pro- [illegible] potentes suppeditat & assumit, & eos superat [illegible] sicut dicit Hier. in epist. matri & filiæ, *men-* [illegible] pettus in Samsone fortissimo, Dauid san- [illegible] mo, Salomone sapientissimo, quos luxuria [illegible] cum aqua sapientiæ, aut prosperitatis munda- [illegible] in extinguendum potest sufficere, quinimo [illegible] violens augmentatur Sap. 17. *Ignis in aqua vale-* [illegible]*tutem.* Sola enim terra seu fœnum, id est, sola [illegible] terrenitatis, & mortalitatis, & humanæ vilitatis, [illegible] fœnum & terra dicitur (Esaiæ 40. *Omnis caro fœnum*) ad talem ignem [illegible] extinguendum proficit, & ad ipsum [illegible] expetandum [illegible] huiusmodi sola consideratio conualescit. Sicut e- nim beatus Bernardus dicit. *Nihil aque valet ad domandum carnis vitia, sicut considerare qualis futura sit caro mortua.* Ardens est ergo & impetuosa, vnde Hieron. in epistola. *O ignis infernalis luxu- ria, cuius materia gula, cuius flamma superbia, cuius scintilla praua collo- quia, cuius fumus infamia, cuius cinis inopia, cuius finis gehenna.* Est igi- tur luxuria ardens & impetuosa.

¶ Nono dico, quod luxuria est indigens & penuriosa. Con- K
stat enim quod luxuriosi laute volunt viuere, preciose vestiri, nihil laborare, & ocium sectari, ex quibus paupertas & indi- gentia solet sequi, vnde August. in libr. de doct. christiana di- cit. *Luxuria Deo & hominibus & virtutibus inimica, perditrix o- mnium substantiam, & dum ad praesentem allicit voluptatem, futuram non recogitat paupertatem.* Figura huius & Luc. 15. de filio prodigo, de quo dicitur, quod *dissipauit substantiam suam viuendo luxuriose, &c.*

¶ Decimo dico, quod luxuria est latitans & caliginosa, quia L
scilicet semper vult fieri in locis abditis & obscuris propter tur- pitudinem suam, ne videatur, sicut etiam de vrsis qui more hu- mano inuicem coeunt, dicitur. Et dicitur, quod quando vo- lunt in simul carnaliter conuenire, profundissima & abdita lo- ca quærunt. *Oculus enim adulteri obseruat caliginem, dicens, non me videbit oculus* Iob 24.

¶ Vndecimo dico, quod ista est pœnitens & singultuosa. Li- M
cet enim homo rationalis per luxuriam inuoluatur, & ad actus venereos inclinetur, attendens tamen ad vilitatem actus, facili- ter pœnitet, & illud malum quod facit, sibi displicet, & dum carne delectatur, actualiter corde dolet. Quidam enim sunt lapides magnetis, qui quosdam habet angulos ferrum attra- hentes, & quosdam eis retrahentes. Quia reuera inter angu- los illos inueniuntur quandoque aliqui, qui ferrum habent fu- gare & repellere, licet alij soleant (vt communiter) ipsum af- ferre & attrahere. Sic vere licet multi anguli, id est, multæ con- ditiones & variæ voluptates sint in luxuria, quæ mentem attra- hunt & alliciunt, si tamen diligenter reuoluas, multos angulos, id est, multas conditiones in luxuria reperies, quæ pro certo mentem sanam retrahunt & auertunt. Quia pro certo in luxu- ria, si bene consideratur, multa sunt attractiua, & retractiua, & plura pœnitentiæ & displicentiæ inductiua, quæ voluptatis & complacentiæ causatiua. Bene ergo dicit Innoc. de cond. vili. hu. quod *luxuria mentem effeminat, corpus eneruat, maculat animam, fœdat personam* Et sequitur. *Hanc* (inquit) *præcedit ardor, & petulan- tia, hanc sequitur fœtor & immunditia hanc sequitur dolor & pœnitentia.* Est igitur pœnitens & singultuosa.

¶ Duodecimo dico, quod ista est discordans & tumultuosa. N
O quot lites, quot bella, quot dissensiones per luxuriam factæ sunt. Nonne propter luxuriam commissam cum Paride & He- lena Troia destructa fuit? Nonne propter Sabinas à Rom. ra- ptas ortum fuit bellum durissimum? vnde Innoc. vbi supra dicit de luxuria, quod *ista est, quæ Pentapolim euertit, Sichem cum populo suo peremit, filios Iuda percussit, tribum Beniamin deleuit, filios Hely in bello prostrauit. Hæc Vriam occidit, Aman suspendit, plurimos lapidauit, Ruben maledixit, Samsonem deduxit, Salomonem à Deo reduxit.* Ve- rum est ergo, quod propter speciem mulieris multi perierunt. Patet ergo, quod luxuria est discors & tumultuosa.

¶ Tertiodecimo dico, quod luxuria est imprudens & por- O
tentuosa, & istud potissime spectat ad peccatum sodomiticum, quod quia contra naturam est, merito potest dici monstruosum & portentuosum, vnde Seneca li. de naturalibus quæstionibus loquens de illo vilissimo hospite, qui cum seruo suo actus illos turpissimos exercebat, dicit, quod *ille faciebat portentuosos concubi- tus, quibus nulla nox satis alta est, & tamen vt ait gloriabatur in illis.* Et bene certe portentuosa, quia nullum monstrum magis est præter intentionem naturæ quam sit illud. Et tamen procul du- bio multi sunt, in quibus tantum degenerauit natura quod ta- libus maculant sui effigiem saluatoris. Isti sunt, de quibus dicit Apostolus Rom. 1. *Quia Deum non probauerunt habere in notitia, tra- didit illos Deus in reprobum sensum, & in passiones contumeliæ, vt faciant quod eis non expedit, masculi in masculos turpitudinem operantes.* Et ad- uerte, quod ad huiusmodi criminis detestationẽ mouet Natu- ra, Figura, Scriptura. Natura dico, quia sc. vt cõmuniter nullũ a- nimal est, quod huiusmodi actus exerceat, quinimo ponit liber de natura rerum, quod canis, piscis talis est naturæ, quod masculus

à parte

à parte do... per fœmellam quan... vult coire cum ipsa, illa ... abhorrens talem concubitum, more consueto & debito se applicat, vt sic debitum ... suo præstet, iuxta illud 1. Cor. 8. *Vir vxori debitum reddat similiter & vxor viro.* Cuius tamen contrarium faciunt ... qui, similes columbis, de quibus legitur, quod quando sunt senes, sexum obliuiscuntur, ... quod masculus saltat super masculum. De E... dicit Plin. quod in loco per quem exeunt & eijciunt stercora, se contingunt generationis officia exercendo. sic tales vilissimi, &c. Et sic bene constat, quod tales vel bestiæ, vel peiores bestijs sunt. Sicut enim ponit Ouid. de transformat. lib. 1... fab. 6. Amathunte in Cypro fuerunt populi qui hospites suos Deo Ioui immolabant, quo scelere indignata Venus, mutauit eos in tauros, qui à Salsminijs ob cornuum magnitudinem dicti sunt Cerastea, & hoc fictum est ad denotandum, quod illi, qui hospites suos, i. familiares suos, Ioui, id est, viro luxurioso per Sodomiam immolant tauros, id est, bestias, aut penitus bestiales se esse monstrant. Et recte per Iouem luxuriosus intelligitur, nam is ob explendæ libidinis desiderium in varias mutatus formas fabulatur. Et procul dubio hoc brutale vitium dacin multis partib. orbis, & maxime in illa secta vilissima Machometi, quia sicut dicitur in Aphrica ita publice inueniuntur in prostibulis masculi sicut fœmellæ in oriente, sunt etia, vt dicitur, multa regna in quib. passim apud infideles talia perpetrātur. Cuius simile faciebat pessimos imperator Nero, de quo legitur, quod vtrumq; sexum fuit expertus cum tamen Romanæ leges feruentissime prohibeant actu illum. ... unt, de quibus dicit Apost. Rom. 1. quod *naturalē vsum mutauerunt in eum vsum, qui est contra naturam.* Istud ergo vitium abhorret natura ¶ Item istud reprobat figura. Nonne illi populi, qui huiusmodi vitium exercebant, sc. Sodomitæ, muti interpretantur, & nonne ab Angelo cœcitate percussi tandem igne & sulphure perierunt: sicut dicitur Gen. 19. In quo pro certo figuraliter notatur, quod tales cœci & excæcati, & lumine rationis priuati sunt, & quod in die iudicij non habentes excusationem præcæci erunt muti, & quod finaliter perire. s. plice, igne & sulphure, & ardore, & fœtore nisi pœniteant digni sunt. Et propterea tertio dico, istud vitium damnauit scriptura, quia sc. Ioel 3. dicitur redargutiue, quod *posuerunt in prostibulo puerum, & puellam vendiderunt pro vino, vt biberent.* Et Thr. 5. dicitur quod *adolescentibus impudice abusi sunt*, &c. *Greges, quos in cubilis aliena impudicitia expectant.* Infinita possent dici ad detestationem huius materiæ, sed horribile est loqui de ea, ideo transeo. Hoc solum allego, quod Deus iustos de tali ignominia eripit & eos de manibus talium inimicorum liberat & custodit, exemplo Loth, de quo dicitur 2. Petr. 2. quod *Deus iustum Loth qui sc. habitabat in Sodomis, oppressum à nefandorum iniuria & luxuriosa conuersatione eripuit.* Patet ergo quod luxuria est impudens & portentuosa.

P ¶ Quartodecimo dico, quod luxuria est inquieta atq; querulosa. Insatiabilis enim est, quia scil. quanto amplius sibi satis fit, tanto amplius ad nouos modos libidinis inardescit. *Ignis enim nunquam dicit sufficit* Prou. 30. quinimo si istud vitium in aliquo supprimitur faciliter reaccenditur & renascitur, sicut figuratum est in illo Titio, de quo dicunt fabulæ, quod pœna eius erat in inferno, quod iecur suum omni die ad comedendū vulturibus dabatur, sed in crastinum idem iecur in statum pristinū reuiuiscebat. Ad denotandum, quod luxuriosi suo iecore, id est, suis delectationibus immundis se satiant, qui tamen in idem renasci & recrescere comprobantur, in quantum sc. continue reciduant, vnde Hie. in epist. dicit, quod *libido seu luxuria extincta re accenditur, vsq; crescit & deficit & nunquam satiatur, nec rationi paret, sed impetu circumfertur.* Est ergo inquieta seu insatiabilis atq; querulosa.

Q ¶ Quintodecimo dico, quod ista est damnabilis atq; querulosa, quia sc. non solum generat periculum temporale, sed etiam æternale. Isto enim modo sunt in igne culpæ, & post erunt in igne pœnæ, quia sc. sicut dicitur Ezec. 15. *De igne egredientur & ignis consumet eos.* Et ideo de luxuria dicit Hugo, quod *ista est illecebrosa voluptas, adulterina iucunditas, quæ mel habet in ore, fel in corde, aculeum in fine.* Sic ergo patet, quomodo multis ex causis luxuria est fugienda, & à fidelibus detestanda. Sufficit ergo gratia breuitatis. Vide supra vbi Fornicatio & Adulterium, & titulis ad luxuriam facientibus, &c.

R ¶ Potes tamen notare, si placet, quod luxuria ex multis alijs causis est fugienda, & à fidelibus detestanda, tum quia ipsa est ignis consumens vires corporis, tum quia ipsa est vorago absorbens ... alis temporis, tum ... nitorem luminis, tum quia ipsa e... acuminis, & tandem ... trahen... in ... fœtoris & inconsolabilis tristitiæ ... is. E... nium in episcopo qui dicebatur Vdo, de quo ... fuisset iuuenis insudans literis & caste c... leb... nis, quadam vice pro quodam episc... pa... o alle... ni pro illo deuotionis castitatem promi... sset, & ... etiam impleto quod petierat, se probiter & con... gessisset, vltimo tamen nodum quem n... da... pepigerat, ipsius libidinis flamma vrgente rup... niale ... quandam, pactum cum virgine initum ... transiliens, incideret cognouit & Christo ded... ditam violanda defœdauit. Ipsum tamen glor... delis & pia mater ipsius miserat... admon... s, & ... fœderis admonendo reduxit, qui tamen cu... bitum luxuriæ fœtorem repeteret, audiuit ... sum:

*Cessa de ludo, quia lusisti satis Vdo.*

Qui nuo aduertens, nec ab insolentia dore ... mali extrahitur, ... et aeternum à dæmonibus veh... doris feridissimi collocatur. A quo nos conseruat ... sus Christus Mariæ filius, qui cum Patre & Spiritu san... naliter viuit & regnat, Amen.

M

## Machabæus.

Cum Machabeus fuerit strenuissimus miles, & ... fide & lege sua bellicosissimus, & pro fide & lege iustitiæ ... omine zelauerit, bonos ... nuerit, & impios punierit & templum reparauerit, & mundauerit & idola eiecerit, & deleuerit & tandē pro fide & iustitia g... riose occubuerit, sicut omnia patent primo & secundo Machabæorum libris, interpretaturque Machabæus protegens, protector, seu percutiens, aut ingeniosus, merito potest sig... care viros in virtutib. strenuos, fidei, legis iustitiæ & innoce... zelotypos, subditorum duces, principes vel prælatos, qui templum Ecclesiæ in culto & virtutum ornatu mundant & ... parant, & quæ vitia persequuntur & impios puniunt atque fu... gant, qui sc. sunt ingenio & discretione pollentes, bonos ... gentes & defendentes, malos vero percutientes & p... & si necesse fuerit, pro fide & iustitia subire mortem ... nus recusantes. Vnde de quolibet tali principe vel pr... test dici illud 1. Mach. 3. *Surrexit*, inquit, *Iudas, qui vocabatur Machabeus, & adiuuabant eum fratres sui, & præliabantur prælium ... cum lætitia, & dilatauit gloriam populo suo, & induit se loricam ... gas, & protegebat gladio sua castra, & similis factus est leoni in ... suo, & persecutus est iniquos perscrutans eos.* Applica prout vo... ad quemlibet virum iustum, militem, principem vel prælat...

## Macedonia. Macedo.

Nota quod Macedonia Græciæ est p... cia, in qua s. Alexander Macedo regnauit, quæ prædicante P... lo & alijs discipulis fidem Christi credidit & suscepit. Inte... tatur autem Macedonia combusta vel combustio, siue a... dens orientalia, &c. Potest enim Macedonia significare ... siam, quæ sc. combusta est aduersitate, orientalis est puritate ... sanctitate, antecedit omnes alias sectas auctoritate & dig... Et sic dico quod Macedonia signat virum iustum, qu... charitatis comburitur, semper in virtutibus proficiendo ... bus nascitur seu oritur, & sic dignitate & bonitate alij... a... tur Act. 16. *Vir Macedo quidam erat stans*, &c. Vbi nota, quod est vir igneus & vigorosus: Macedo, i. combustus, seu ... rigorosus: Macedo, i. combustio: simplex nō vitiosus: Firmus non ruinosus, quia erat stans, &c. Prosequ...

## Maceria.

Nota, quod Maceria propne ... ad clausuram institutus & factus, luto & ... compositus, & ad tuitionem domuum & agrorum in circuito ordinatus. Igitur nota, quod in scriptura reperitur

Maceria { Naturalis, Temporalis, Spiritualis.

Est (dico) maceria naturalis, quæ designat corporis structuram, quia reuera corpus humanum maceria dicitur, pro eo ... quod mi... sta illud anima continetur atq; clauditur, & pro eo, q... luto, lapidi...

[illegible] tur, quodque fragil [illegible] & faciliter reformatur, [illegible] *homo similis est parieti inclinato* [illegible] maceria in Christo, quando [illegible] & perforata & fracta fuit ista maceria, [illegible] & lancea perforatum. Ideo sicut [illegible] lent colombæ ædificare, sic vere [illegible] ent deuotæ animæ per iugem memo- [illegible] *columba mea in foraminibus petræ, in ca-* [illegible] cauerna lateris, quando fuit lancea [illegible]

[illegible] temporalia, quæ designat re- [illegible] tionem & iuuamen, quod po- [illegible] a diuitijs, à pro- [illegible] Istæ enim [illegible] quædam maceriæ & [illegible] dia & protegmina. Sunt (dico) maceriæ, [illegible] & quæ occasione modica diruuntur, [illegible] *maceriam eius & vindemiant eam omnes* [illegible] *eam aper de silua?* Et loquitur de qua- [illegible] em vineæ. Veruntamen de malis, [illegible] ate, dicitur in Ps. 143. *Non est ruina ma-* [illegible] *eorum, beatum dixerunt populum, cui hæc* [illegible]

[illegible] a spiritualis, quæ designat vir- [illegible] enim & mandata Dei sunt maceriæ, [illegible] dirur anima viri iusti. Etiam boni viri [illegible] maceria, quibus defenduntur, & proteguntur Ec- [illegible] de Christus loquens de vinea sua, id est, [illegible] icere potest illud Ose. 2. *Sepiam viam tuā* [illegible] *maceria.* Veruntamen aduerte, quod maceria [illegible] ædandi, defendit animam ab ingressu ani- [illegible] & dæmonum, hodie in multis vt plurimum [illegible] nes domini Sabaoth, s. anima, est quan- [illegible] vide Prou. 24. *Per agrum hominis* [illegible] *viri stulti, & ecce totum repleuerant vrtica,* [illegible] *spinæ, sed & maceria lapidum destructa e-* [illegible] maceria bonarum personarum, quæ [illegible] die proculdubio est confracta. Vnde [illegible] ingratæ vineæ, loquitur de Ecclesia E- [illegible] quit *Faciam vineam meā, auferam sepem eius, &* [illegible] *Diruam maceriam eius, & erit in conculcationem, &* [illegible] *vepres & spinæ, & mandabo nubibus desuper ne plu-* [illegible] Ista expone de vinea Ecclesia à domino propter [illegible] pter destructionem spiritualis maceriæ dere- [illegible] am videmus hodie. Nam sepes & maceris bo- [illegible] rum & prælatorum deficiunt, & spinæ & vepres, [illegible] & inutiles personæ totum dissipant & con- [illegible] vineam istam conculcant & diripiunt, [illegible] influentiæ & granæ ipsam hodie parum im- [illegible] perfundunt. Sic igitur patet, quomodo mace- [illegible] modis. Vide vbi patres.

**Machina.** Nota, quod machinæ dicuntur instrumē- [illegible] ta bellica ad deijciendum muros & turres, [illegible] lapides ordinata. Et sic dico, quod machinæ si- [illegible] omnia illa cum quibus turres & ædificia vi- [illegible] onesq; diabolicæ possunt destrui vel cassari, sicut [illegible] mandata, prædicatorū verba, & sacræ paginæ do- [illegible] enim machinis vtuntur sancti viri ad ædificia [illegible] enda, & ad ipsorum molimina subuertenda. [illegible] regis Iudæ, qui dicebatur Ozias, de quo dicitur [illegible] *ipse fecit in Hierusalem diuersi generis machinas quas* [illegible] *& in angulis portarum, vt mitterent sagittas & saxa* [illegible] tout voluerit.

[illegible] signat diabolicas tentationes, hæreticorum [illegible] fraudulentorum & proditorum admonitiones. [illegible] potentiam, & ipsorum crudeles inuasiones, qui- [illegible] animæ, fidei vel Ecclesiæ quatitur, & quibus [illegible] dissipatur. Vnde de Aman dicitur Hest. 16. [illegible] *meum & inauditis Mardochæum & Hester petiuit in* [illegible] de 2. Mach. 12. dicitur, quod *in ciuitate Ephron machina* [illegible] *nos apparatus.* Cætera omitto, quia paucæ sunt [illegible]

**Mactare.** Mactare idem est, quod iam malleo, quam gladio animal morti dare, sicut est quando [illegible] operi [illegible] spetimitur, & pocissime quando animal ad [illegible] [illegible] o andum seu sacrificandum primo malleo percutitur, & post ad extrahendum sanguinem gladio perforatur. Breuiter et [illegible] vide per longum scripturæ: quia mactare vt communiter non accipitur nisi pro morte animalium Deo offerendorum, seu hostiarum, seu holocaustorum. Et ideo distingue, quod quidam Deo offerendi & præsentandi mactantur per pœnitentiā: quidam per martyrium: quidam per humilitatem: itanseo, vide de mort[illegible], & in alijs titulis synonymis.

**Macula.** Nota, quod macula accipitur pro immuditiis, & sic visum est sufficienter supra in illa auctoritate de luce. Speculum sine macula, & imago bonitatis Dei. Vide ibi in quarto membro auctoritatis. Item accipitur pro signo velleris vel coloris, sicut de Pardo & de Panthera dicitur, q. habent pelles maculis plenas, id est, diuersis coloribus, orbiculis & picturis. Et talis maculositas nihil aliud est, quam coloris varietas, quæ vt communiter signat in bono, quamuis aliquando significet in malo. Signat enim virtutum ornatum & varietatem, & conuersationis picturam & formositatem, & sic loquitur Ge. 30. vbi *fœtus, qui erant varij & maculosi, cesserunt in partem Iacob,* quia scilicet tales, qui sunt in vestitu deaurato, circumdati varietate, cedunt finaliter in partem Dei, posset etiam significare in malo, & sic signat curiositatem conuersationis, sicut de quodam verme coloratissimo dicit Isidorus, quod quot habet colores tot habet dolores. Sed vide supra de colore, &c. Omitto gratia breuitatis. Et si potes vlterius aliquid dicere de illis, qui spiritualiter per vitia maculantur, similes porcis, qui tunc potissime delectantur, quando in luto & fæcibus amplius maculantur. Et ideo sicut videmus, quod porci taliter maculati in aulis & cameris non admittuntur, ne forte omnia alia per eos polluantur, sic peccatores in palatium & cameram summi regis, scil. ad ecclesiam, tam militantem quam triumphantem non debēt intrare permitti, ne alios forte per ipsos contingat vitijs maculari, vel oculos summæ maiestatis offendi. Omnis enim quæ habent aut faciunt peccatores, sunt (vt communiter) maculata, & oculis summæ maiestatis indignata. Nullus enim mūdus homo vellet libēter sibi ministrari in camera, vel in mensa per hominem maculatum, vel luto seu stercore inquinatum. Figura Leu. 22. vbi dicitur, de manu alienigena *non offeretis panes Deo vestro, quicquid aliud dare volueritis, quia corrupta & maculata sunt omnia.* A B

¶ Et nota si vis, quod in scripturis reperitur

Macula in { Carne, Veste, Ore, Fauce, Facie, Luce, Pariete, Visione, Manu, Sinu.

Primo dico, quod macula in carne est luxuria. Ista enim macula maculauit Ruben cubile patris sui, quando *concubuit cum concubina ipsius* Gen. 35. vnde sibi dicitur Gen. 49. in maledictione patris. *Ruben* (inquit) *non crescas, quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius,* & bene dicit. Non crescas, quia vere ista macula luxuriæ facit hominem descendere tam in virtutibus, quam in bonis operibus exemplo Salomonis, qui postquam se dedit luxuriæ, decreuit in virtutibus & in fama, vnde sibi dicitur Ecc. 47. *Inclinasti femora tua mulieribus, potestatem habuisti in corpore tuo, dedisti maculam in gloria tua.* Non sic charissimi, sed simus absque macula carnis iuxta illud Iudæ. *Odientes eam, quæ carnis est, maculatam tunicam.*

¶ Secundo dico, quod macula vestis est auaritia. Vestis enim exteriorem substantiam signat, In qua pro certo macula ponitur, quando indebita parcitas & auaritia cōcomitatur. Ista enim est macula *lepra, quæ vestem in qua erat, comburi faciebat.* sicut dicitur Leu. 13. Talem maculam non habebat Ille, de quo dicitur Eccl. 31. *Beatus diues, qui inuentus est sine macula, & qui post aurum non abijt, nec sperauit in thesauris pecunia. Quis est hic, & laudabimus eum?* q. d. pauci sunt tales diuites. C

¶ Tertio dico, quod macula seu maculæ oris sunt vaniloquia, videlicet iactantia, detractio, garrulitas, & similia. Macula enim immunditiis porci maxime apparet in ore, vnde de vitio linguæ dicitur Iacob. 3. *Lingua* (inquit) *ignis est, & vniuersitas ini-* D



quitatis

*quitatis constituitur in membris nostris, quæ maculat totum corpus, & in flammat rotam natiuitatis nostræ.*

F ¶ Quarto dico, quod macula faucis est gastrimargia, hoc est dictum, vitium gulæ. Magna enim est macula in moribus, quando quis gulæ delitijs est infectus. De quibus dicitur in canonica Iudæ. Hi sunt in epulis suis maculæ conuiuantes, sine timore semetipsos pascentes, nubes sine aqua, arbores autumnales. [ Semetipsos pascentes inquit ] quasi diceret: Isti non curant de pauperibus pascendis, sed de se solum. Nubes sine aqua dicuntur, & arbores sine fructu, quia sc. alios non irrigant neque pascunt 2. Pet. 2. *Maculæ delitijs affluentes in conuiuijs suis.*

¶ Quinto dico, quod macula faciei est insolentia seu etiam inhonesta apparentia. In facie enim nō bene sedet macula, quia etiamsi omnia alia membra sint pulchra, totum nihil est si facies fuerit maculata. Sic vere si totum corpus morale virtutibus sit decorum, in facie tamen quæ præ cæteris membris erit semper nuda, hoc est dictum, in exteriori conuersatione si sit macula alicuius conditionis inhonestæ, & insolentis, totum inficitur, & tota virtutum aliarum congeries deturpatur. Et inde est, quod summe cauent pulchræ personæ, ne facies appareant maculatæ. Quamuis enim luna sit pulcherrima, quando tamen consideratur illa macula, quæ apparet in ipsa, totam suam pulchritudinem reddit infamem. Ideo bene dicitur viro perfecto Iob 11. Si, inquit, *iniquitatem, quæ est in manu tua abstuleris à te, non manserit in tabernaculo tuo iniustitia, tunc leuare poteris faciem tuam absq; macula, & eris stabilis, & non timebis.*

G ¶ Sexto dico, quod macula in luce est infamia. Sicut enim speculum nouum ad aspectum mulieris menstruatæ maculam contrahit, quæ per quamcunque fricationem postea non recedit, luna etiam licet clara quandam innatam maculam secum portat, quæ ipsius pulchritudinem maculat & deturpat, sic infamia impressa alicui etiam iniuste, solet fricatione, seu purgatione qualibet non obstante ipsius ossibus inhærere, & charitatem sui nominis aliqualiter obscurare Ier. 2. *Si laueris te nitro, maculata es.* Cauendum est igitur à tali macula, quæ sic difficilius mundatur, vnde Eccl. 33. *In omnibus operibus tuis præcellens esto, ne dederis maculam in gloriam tuam.*

H ¶ Septimo dico, quod macula parietis est superbia. Alij enim parietes secundum legem dicebantur quandoque contrahere maculam lepræ, sicut dicitur Leu. 13. Quæ macula erat quandoque causa quare totus paries destruebatur, vel tanquam maculatus & immundus abominabatur, & horrebatur. Reuera talis est macula superbiæ, quia scil. ista est, quæ alios parietes plus inuadit, id est, altas & solennes personas, & etiam quandoq; causa est, quod temporaliter & spiritualiter destruuntur, & quod in aliorum abominationem vertuntur, vnde Deut. 17. *Non immolabis Domino Deo tuo ouem, aut bouem, in quo est macula, quoniam abominatio est.* Sequitur: *Nullus deinceps intumescat superbia.* Bos enim cum cornibus superbos, & ouis cum vellere diuites signat. Talibus præcipitur Eccl. 33. *Ne dederis maculam in gloriam tuam.*

I ¶ Octauo dico, quod macula in oculo, seu in visu est malitia, seu etiam inuidia. Quidam enim sunt, qui in visu & in oculo considerationis suæ semper habent aliquam maculam alicuius sinistræ intentionis, inuidiæ vel proditionis. Isti sunt in quibus videtur dominari constellatio lunaris, quia secundum Astrologos, qui in lunæ oppositione siue plenilunio nascuntur, macula vel alio vitio in oculo raro carent, & semper habent sinistrum oculum dextro grossiorem, sicut ponit liber de proprietatibus rerum. Luna enim mutabilis est inconstantia scuterium abundantis, quia pro certo illi, qui istis sunt subditi vel amici, sunt in oculo cōsiderationis per maculas inuidiæ & malitiæ multiones deprauati, vnde Leuit. 21. *Homo, qui habuerit maculam, non offeret panes Dei sui, nec accedet ad ministerium eius, si cæcus fuerit, si claudus, si paruo vel grandi vel torto naso, si fracto pede.* Sequitur: *Albuginem habens in oculo suo.* Omnes enim isti per maculam possunt referri ad peccata malitiæ & inuidiæ, seu etiam fraudes proditionis & fallaciæ, quia sc. ibi apparet claudicatio, tortuositas, fractio, cæcitas, & non recta incessio vel operatio. Expone & dilata melius.

K ¶ Nono dico, quod macula in manu est iniustitia. Et reuera, qui habet manus maculatas, non est dignus venire ad mensam hominum honestorum. Et ideo homo solet manus suas lauare & tergere, vt immaculatus valeat apparere. Sic vere dico, quod si in manibus, id est, operationibus nostris appareat macula iniustitiæ, nūquam digni erimus accedere ad mensam cœlestis gloriæ, seu etiam ad mensam prælaturæ vel eminentiæ. [illegible] non debet admitti nisi ille, qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam, & qui loquitur veritatem. Quod tamen est contra multos iudices & prælatos, & etiam contra simoniacos, qui scil. manus habent muneribus maculatas. Contra etiam impios & crudeles, qui sanguine innocentium maculant manus suas, contra quos dicitur Iob cap. 31. *Si declinauit pes meus de via, & secutum est oculus meus cor meum & manibus meis adhæsit macula, seram & alius comedat, & progenies mea eradicetur.* Et reuera ista sæpe contingunt, quia scilicet illorum, qui per iniustitiam & simoniam maculati ditantur, & maculantur, & in acutum altitudinis exaltantur, progenies & familia non perseuerat, sed eradicatur.

¶ Decimo dico, quod macula in absconditο, seu in sinu est hypocrisis seu blanditia. Ista enim interius latet, vnde Hierem. 2. *Si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbam Borith, maculata es iniquitate tua.* O quot sunt hodie tales, qui scilicet exterius [illegible] loti & mundi, interius vero diuersis vitijs maculati. Non sic homo, sed *sit speculum sine macula, & imago bonitatis Dei* Sapient. [illegible]gitur dico, quod qui talibus maculis est infectus, Deo seu Dei seruitio nullatenus est acceptus. *Beati ergo immaculati, qui ambulant in lege Domini.* Sufficit. Vide supra in titulo immaculatus.

A **Madian.** Nota, quod Madian fuit filius Abrahæ & Ceturæ, sicut dicitur Gen. 25. à quo populus Madianitarum, qui quamuis circumcisionem reciperent, idolatriam colebant, & populis Israel inimici erant, & ipsis inuidebant pro viribus & nocebant, & in eorum tribulationibus gaudebant. Interpretatur autem Madian, respōdens, aut dimicans siue iniquitas aut contradictio. Igitur per Madian potest intelligi diabolus vel peccator, vel etiam populus, vel communitas reproborum. Dilata & expone prout volueris.

**Magdalena.** Quæ primo fuit peccatrix, postea sancta, interpretatur magnifica, præmunita, prænuntia, turrensis, aut defensibilis. Applica prout volueris ad B. Magdalenam, vel quemlibet pœnitentem.

**Magis.** Aduerbium signat augmentum & superabundantiā quantitatiuā. Et potest accipi in bono & in malo. Primo ergo dico, quod magis in bono designat bonam superabundantiam & incrementum, bonum etiam additamentum sicut de charitate dicitur Phil. 1. *Charitas vestra magis abundet.* Nota ergo, quod

Boni abundant in:
- Humilitate & subiectione,
- Subtilitate & discretione,
- Seueritate & correctione,
- Societate & affectione,
- Pœnalitate & afflictione,
- Constantia & stabilitate.

Abundant (dico) iusti in humilitate, vnde Dauid in Psal. 83. *Elegi abiectus esse in domo Dei magis, quam habitare in tabernaculis peccatorum.* Item abundant in sagacitate, vnde Prou. 18. *Doctrinam magis quam aurum eligite.* Item abundant in seueritate Prou. 26. *Iniquum vita bona facere iustitiam, accepta autem est apud Deum magis, quam immolare hostias.* Quia sicut dicitur Prou. 28. *Qui corripit hominem, magis gratiam inueniet.* Item abundant in societate, quia sicut dicitur Prouerb. 18. *Vir amabilis ad societatem, magis amicus erit quam frater.* Item abundant in pœnalitate, quia sicut dicitur Ephes. 4. *Qui furabatur, iam non furetur, magis autem laboret manibus suis.* Item abundant constantia & stabilitate, sicut apparuit in Moyse, *qui magis eligebat affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere iucunditatem,* sicut dicitur Heb. cap. 11. Sed de ista pluralitate, qua quem oportet magis in vna virtute abundare, vide infra de melius vel de meliori. Magis ergo potest signare superabundantiam in bono.

B ¶ Secundo signat superabundantiam in malo. Circa quod nota, quod quidam sunt, quorum malitia semper augetur, & semper magis ac magis fiunt mali. Figurati in muliere Hæmorrhoissa, cui nullus Medicorum poterat profuisse, *sed magis ac magis deterius habebat,* sicut dicitur Marc. 5. Similes animalibus crudelibus & iniquis, quæ magis abundant in filijs quam domestica & vesita, sicut patet de cane respectu ouis, quia vere mali fructificant magis in malo, quam boni faciant in bono. Vnde nota, quod

Mali,

Mali hodie abundant in:
- Inani gloriatione,
- Superba obstinatione,
- Bugosa altercatione,
- Filiorum affectione & dilectione,
- Carnali delectatione,
- Mandatorum præteritione.

[illegible] igitur quod abundant in inani gloriatione, quia sicut di[illegible] h[illegible] *Mali dilexerunt hominum gloriam magis, quam Dei*. De [illegible] b[illegible] obstinatione. Vnde Prou. 29 *Vidisti hominem velo[illegible] stultus magis speranda est, quam illius correctio*. Di[illegible] b[illegible] ula[illegible] ng[illegible] tione, vnde 1. ad Tim. 1. monet Apostolus ne [illegible] fabulis quæ (inquit) *magis generant lites*. Item in filio[illegible] ctione vt de Heli fuit dictum 1. Reg. 2. *Honorasti filios [illegible] quam me*. Item in carnali delectatione, 2. Tim. 3. *Volu[illegible] magis, quam Dei*. Item in mandatorum præteritio[illegible] [illegible] (inquit) *ad optimates & loquar eis, & ecce ipsi magis [illegible] ruperunt*. Istud enim breuiter est verum, quod mali in [illegible] cæteris hominibus

Magis:
- Inaniter gloriantur,
- Pertinaciter obstinantur,
- Verbaliter altercantur,
- Ad filios inclinantur,
- Carnaliter delectantur,
- Dei mandata prætereunt & transgrediuntur.

[illegible] igitur sufficiant de magis. Vide supra de abundare, & in[illegible] [illegible] bonitate.

C ¶ [illegible] o vis de Magis magis dicere, dic quod magis quan[illegible] [illegible] tur cumulatiue, sicut cum dicitur Matth. 20. *At illi [illegible] magis clamabant*. Quandoque sumitur comparatiue, sicut [illegible] illud mihi placet magis quam illud, sicut Prouerb. [illegible] *[illegible] magis quam aurum eligite*. Quia reuera ex libertate a[illegible] [illegible] placet vnum quam aliud.

¶ [illegible] igitur in quantum signat profectum, augmentū & continuationem in bono vel in malo, dicamus illud 1. Thess. 4. *Accepistis (inquit) a nobis quemadmodum oporteat vos ambulare & [placere] Deo vt abundetis magis*. Nam cum desiderium naturæ sit in[illegible] quantum, & inde est, quod omnis res quanto magis accedit na[illegible] [illegible] ad terminum, tanto magis accelerat, vt possit peruenire ad [illegible] suo cupitum & intentum, sicut patet de leuibus sursum ascendentibus & de grauibus deorsum descendentibus, quæ [quanto] magis accedunt ad terminum, tanto magis ac magis ac[illegible] [illegible] ad motum suum (desiderium enim & natura cuiuslibet [illegible] magis ac magis versus finem velle procedere, & magis ac [illegible] ad terminū se mouere) sic vere dicam in moralibus, quia [illegible] motus animi naturalis, quando ad aliquem finem se de[illegible] terminauerit, & inclinauerit, siue ad bonum, siue ad malum, [illegible] magis profecerit, & continuauerit, tanto pro certo fer[illegible] [illegible] & violentius se mouebit, & tanto magis se mouere ad [illegible] terminum delectabit, & tanto magis in fine, quam in prin[illegible] [illegible] abundabit. Exemplo fluminis, & quanto magis appropin[illegible] [illegible] ad mare, tanto magis violentius tendit, & tanto magis abū[illegible] [illegible] cadit. Sic etiam anima deuota quanto magis accedit, & [appro]pinquat per contemplationem ad maiestatis diuinæ cogni[illegible] [illegible], quæ est finis & terminus ad quem tendit & aspirat, tāto [illegible] charitatis ardore æstuat atque flagrat, sicut patet in illo [illegible] Phil. 1. *Charitas vestra magis ac magis abundet*. Et il[illegible] [illegible] Iob 42. *Benedixit Dominus nouissimis Iob magis, quam in principio [illegible]* [illegible] de Iudæis dicitur Ioa. 5. *quod propter opera, quæ Chri[stus] [illegible] sabbatho, Iudæi magis quærebant eum interficere*. De ma[illegible] [illegible] Marc. 15. quod *principes concitauerunt turbam, vt magis Barabbam dimitterent*. Sic ergo magis accipiatur profectiue si[illegible] [illegible] accipiatur comparatiue, dico, quod boni habent suum magis quod debent eligere, mali vero suum magis quod solent dili[illegible] [illegible]. Boni ergo volunt

- Vnum magis constantiæ, dum contemnunt mortis impetum,
- Vnum magis tutæ fiduciæ, dum eligunt claustri suspirium,
- Vnum magis doctæ prudentiæ, dum præponunt sensus mysterium,
- Vnum magis veræ iustitiæ, quo infligūt pœnæ cauterium.
- Vnum magis puræ munditiæ, quo declinant carnis contagium,

Vnum magis:
- dulcis clementiæ, quo supportant fratrum naufragium,
- dignæ fragrantiæ, quo procurant famæ fumigium,
- perseuerantiæ, quo tolerant mundi litigium.

D ¶ Dico ergo, quod boni & iusti volunt, & desiderant vnum magis fortis constantiæ. Et istud est illud magis, quo ipsi magis eligunt mortem quam vitam, & magis mundi tribulationem quam pacem. Exemplo bonorū militum, qui magis volunt esse in forti bello quam debelli, & magis in periculo quam tuto, vnde Tobias dicebat Tob. 3 *Præcipe in pace recipi spiritum meum, expedit enim mihi mori magis quam viuere*, sicut de illis 1. Mac. 1. dicitur: quod *ipsi elegerunt magis mori quam cibis coinquinari gentilium*. Et Apostolus de seipso dicebat 1. Corinth. 9. *Bonum, inquit, est mihi magis mori quam vt gloriam meam quis euacuet*. Quia reuera vir per[illegible] fectus multo magis eligit mori & pati mortem, quam alicui [illegible] cioni consentire. In isto enim casu verificatur illud quod d[ici]tur Eccles. cap. 4 *Laudaui magis mortuos quam viuentes*.

¶ Item dico, quod iusti præeligunt vnum magis tutæ fidu[ciæ], & illud est, quia pro certo magis eligunt in religione vel in statu pœnitentiæ tute & secure viuere & humiliter manere, qua[m] [illegible] mundi delitijs habitare, Psalm. 83. *Elegi abiectus esse in domo Dei mei magis, quam habitare in tabernaculis peccatorum*.

¶ Item eligunt vnum magis doctæ prudentiæ Prouerb. ca. 8. *Accipite disciplinam & non pecuniam, doctrinam magis quam aurum [eli]gite. Melior est enim sapientia cunctis opibus.*

¶ Item eligunt vnum magis, quod est veræ iustitiæ Prou. 16. *Iustitiam vita bona facere iustitiam, accepta enim est apud Deum magis, quam immolare bestias*. Igitur faciamus iustitiam nos & aliis [illegible] niendo & corrigendo, quia pro certo sicut dicitur Prou. 28 *[Qui] corripit hominem, magis postea gratiam inueniet apud eum, quam qui per linguæ blandimenta decipit.*

¶ Item eligunt vnum magis puræ munditiæ, quia scilicet magis diligunt castitatem quam carnalitatem, & magis carnis munditiam quam luxuriam, Sapient. 8. *Cum essem magis bonus, veni ad corpus incoinquinatum*. Et merito, quia pro certo sicut dicitur Eccle. 25. *Commorari leoni, & draconi placet magis, quam habitare cum muliere nequam.*

¶ Item eligunt vnum magis quod est dulcis clementiæ Ecclesiast. cap. 29. *Pone thesaurum tuum in præceptis altissimi, & ecce magis proderit tibi quam aurum, conclude eleemosynam in corde pauperis.*

¶ Item eligunt vnum magis dignæ fragrantiæ, hoc est dictum bonæ & honestæ famæ Eccl. 41. *Curam habe de bono nomine, hoc enim magis permanebit in te quam mille, &c.*

¶ Item eligunt vnum magis perseuerantiæ seu patientiæ, vnde 1. Corinth. 9. *Quare non magis iniuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini?* & breuiter viri boni magis eligunt virtutes, quam vitia, æternalia, quam temporalia, bona quam mala. Et hæc sufficiant. Vide infra in tit. plus, & supra in tit. amplius.

## Magister.

Nota, quod magister est ille, qui alios regit & docet, & qui alijs imperat & dominatur. Et ideo magister signat doctores, prædicatores, ductores, tutores, quoscunq; hominum prælatos, iudices, & gubernatores. Possūt igitur principes & prælati, & iudices, & prædicatores, & eruditores, magistrorum nomine appellari. Et dico, quod possunt accipi in bono & in malo. Et ideo notandum, quod A

Nomen magistri est nomen:
- honoris,
- timoris,
- amoris,
- prælationis,
- discretionis,
- perfectionis,
- dilectionis,
- correctionis.

Magister enim debet:
- honorari,
- timeri,
- amari,
- præferri,
- esse discretus,
- esse perfectus,
- diligere,
- corrigere.

Iſta enim ſunt officia boni magiſtri, quod poſſit alios inſtruere & docere qualiter debeant taliter viuere, vt poſſint vitam perpetuam obtinere. Ita quod congrue poſſit dici illud Matt.19. & Matth.10. *Magiſter bone quid faciendo vitam æternam poſſidebo?* De illis igitur, qui in Eccl. vel in ſæculo conſtituuntur magiſtri, poteſt exponi illud verbum Gen.47. *Si quos noueſti viros induſtrios, conſtitue eos magiſtros pecorum meorũ.* In quibus verbis aduerte, quod tales magiſtri debent diligenter examinari. Debent pariter fortificari. Debent doctifice illuminari. Debent canonice inthronizari. Primum facit ſagax diſcuſſio. (Si quos inquit nouiſti.) Sed ſecundum fortis perfectio, quia debent eſſe viri. Sed tertium prudens diſcretio, quia debent eſſe induſtrioſi. Quartũ vero iuſta promotio, quia ſc. debent conſtitui magiſtri.

B ¶ Primo ergo dico, quod tales debent diligenter examinari, quod oſtenditur cum dicitur (Si quos nouiſti.) Et loquitur prælato ſuperiori, quia ſcil. ille, qui alios magiſtros inſtituit & præfectos, debet eos primo cognoſcere, diſcutere & examinare de eorum conditionibus, ſufficientijs & moribus ſe diligentius informare, ſecundum enim Apoſtolum 1.Tim.5. *Nemini ſcito manus imponendæ.* Antiquitus enim nullus miles conſtituebatur, niſi ante omnia probaretur Pſal.138. *Domine probaſti me, & cognouiſti me.* Medicis etiam neceſſe eſt, quod ſpecies ſuas cognoſcant, & videant antequam in electuario ipſas ponant. Pugiles etiam primo ſolent equos ſuos diligenter videre & probare, antequam onus prælij eiſdem audeant committere. Quia breuiter nulli eſt onus prælationis, vel publici officij concedendum, niſi primo diligenter probetur, & niſi mores ipſius cognoſcantur. (Si quos inquit nouiſti) Ideo præcipitur Prou.27. *Diligenter agnoſce vultum pecoris tui, tuoſque greges conſidera.* Vnde ſuperiori debet dici illud Num.11. *Noſti, quod ſenes populi ſunt, & magiſtri.* Quia ſcilicet ad illum pertinet noſcere promouendos & magiſtrandos, & eorum ſufficientias præuidere. Sacerdotes enim & Leuitæ antequam conſecrarentur, ad oſtium tabernaculi ſacerdotibus & maioribus offerebantur, vt diligenter viſo, quod in eis non eſſet aliqua macula, ad ſuum officium admitteretur, ſicut dicitur Exod.28. *Applica ad te Aaron & filios eius*, & Num 8. *Applica Leuitas ad oſtium tabernaculi, &c.* Ad denotandum, quod illi, qui debent fieri Leuitæ vel ſacerdotes, id eſt, qui debent aliquod officium ſeu gradum vel miniſterium præ alijs obtinere, primo debent ad ſuperiores applicari, & viſo & cognito, quod nullam habeant inſufficientiæ maculam, tunc debent ad dictum miniſterium ordinari. Vt de tali dicatur illud Matt.12. *Magiſter, volumus à te ſignum videre*, (Si quos ergo noſti.) quaſi diceret, neceſſe eſt, quod primo noſcas, quia ſc. ipſi debent diligenter examinari.

C ¶ Secundo dico, quod ipſi debent patienter fortificari, viros inquit, quia ſc. iſti debent eſſe fortes, conſtantes, perfecti & virtuoſi. Viri enim, id eſt, virtuoſi debent eſſe propter tria, videl.

Ad ſubditorum { Correctionem, / Diſcipulorum defenſionem, / Inferiorum refectionem. }

Magiſtri enim debent ſubditos viriliter corrigere Luc.19. *Magiſter increpa diſcipulos tuos.* Item debent eos viriliter defendere. Vnde Marc.4. *Magiſter nonne ad te pertinet, quia perimus?* quaſi diceret, Ad te pertinet ſaluare. Item debent eos benigniter reficere, vnde Marc.14. *Magiſter dicit, vbi eſt refectio mea, vt cum diſcipulis meis manducem?* Vt ſic de talibus magiſtris dicatur illud Eccl. 44. *Hi ſunt viri miſericordiæ.* Viros ergo inquit. Vide de viro & ſupra in multis titulis, quod plures ſunt auctoritates dictæ. Vnde Exod. 18. *Prouide de omni plebe viros potentes & timentes Deum, in quibus ſit veritas, & qui oderint auaritiam, & conſtitue ex eis tribunos & centuriones & decanos.* Vide eam ſupra de excelſo. Iſti igitur debent viriliter fortificari. Viros inquit.

D ¶ Tertio dico, quod iſti debent doctifice & ſagaciter illuminari, quia ſcil. iſti debent eſſe illuminati per ſcientiam & doctrinam, quod oſtenditur in verbo Induſtrios. Induſtria enim idem eſt quod certa ſcientia vel prudentia quæ ſcil. ſumme requiritur in magiſtro ſpirituali, vnde 3.Reg.11. dicitur. *Videns Salomon adoleſcentem bonæ indolis & induſtrium conſtituit eum præfectum.* Corpora enim ſuperiora ſunt luminoe pleniora, quia ſc. illi qui ſunt aliorum magiſtri & ſuperiores, debent eſſe lumine ſapientiæ & prudentiæ pleniores. Vnde nota, quod tales magiſtri debent eſſe prudentes & docti, vt per ipſos ſubditi.

Exemplariter præcedantur,
Salutariter doceantur.
Singulariter conſiſtentur.

Debent enim boni magiſtri alios per bonum exemplum præcedere Matth.8 *Magiſter ſequar te quocunque ieris.* Item debent eos in bonis moribus inſtruere. Vnde Matth.22. *Magiſter ſcimus quod verax es, & viam Dei in veritate doces.* Item debent eis in agilibus conſulere. Ideo petebat qui dicebat Luc.18. *Magiſter bone quid faciendo vitam æternam poſſidebo?* quaſi diceret, ad te pertinet conſulere quid ſit agendum. Patet ergo, quod iſti debent ſagaciter illuminari.

E ¶ Quarto dico, quod ipſi debent ſublimiter auctorizari & inthronizari, quia ſcil. ipſi debent eſſe magiſtri pecorum, id eſt, ſubditorum, dicente illud Ioh. 13. *Vocatis me magiſter & domine, & benedicitis, ſum etenim.* Sed nota, quod illi qui magiſtri, id eſt, principes, iudices vel prælati conſtituuntur, quatuor conditiones debent habere, &c. Vide bene ſupra de excelſo vbi ponitur illa auctoritas. *Conſtituit eum ſuper excelſam terram*, &c. Patet ergo quomodo magiſter ſumitur in bono.

F ¶ Sed adhuc dico quod magiſter poteſt ſumi in malo. Et ſic nota quod multa ſunt genera malorum magiſtrorum.

Sunt enim magiſtri { crudeliſſimi, / mendaciſſimi, / omnis ignorantes, / valde gloriantes. }

De magiſtris crudelibus dicitur Exod.1. Quod *Pharao conſtituit viros impios & iniquos magiſtros operum, vt affligerent filios Iſrael oneribus.* De magiſtris mendacibus dicitur 2.Pet.2. *In vobis erunt magiſtri mendaciorum.* De magiſtris ignorantibus dicitur Io.3. *Tu es magiſter in Iſrael et & hæc ignoras.* Et Heb.5. *Cum deberetis magiſtri eſſe propter tempus, rurſum indigetis vt doceamini.* De magiſtris gloriantibus dicitur 2.ad Timoth.4. *Coacervabunt ſibi magiſtros prurientes auribus*, id eſt, auditum vanæ gloriæ appetentes. Et hæc de malis magiſtris ſufficiant.

## Magiſtratus.

A Nota quod Magiſtratus quandoque accipitur pro ipſo officio ſeu magiſterio publico in quo conſtituuntur illi qui habent rempublicam gubernare. Quandoque vero ſumitur magiſtratus pro illis perſonis quę in talibus officijs præferuntur. Et de iſtis ſi vis nota quod debent eſſe

Cæteris { Liberiores pro tenendis magnis honoribus, / Clementiores pro tuendis pauperib. / Sagaciores pro fouendis cauſis in- ribus, / Sinceriores pro agendis ſanctis operibus, / Seueriores pro plectendis prauis ſceleribus. }

Igitur dico quod magiſtratus & perſonæ publicæ debẽt eſſe cæteris liberiores & in honoribus ampliores. Debẽt enim alios in gradu & ſtatu præcellere, honoribus & priuilegijs præcedere, vt ſc. ipſos alij debeant reuereri & eis efficaciter obedire. De libertate etiam talium ſatis apparebat apud Romanos, vbi illi quietant in aliquo publico magiſtratu durante ipſo non poterant ſuper quocunq; crimine conueniri, imo neceſſe erat quod finiretur ſuum officium & expectaretur antequam quis poſſet ſibi dicere, aut eum ſuper crimine moleſtare. Liber enim debebat eſſe durante officio, & honoris & libertatis gaudere priuilegio Iudith 2. *Holofernes vocauit duces & magiſtratus virtutis Aſſyriorum.* Vnde de dignitate & poteſtate talis magiſtratus dicitur 1.Mac 8. *Quod Romani committunt vni homini magiſtratum ſuum per ſingulos annos dominari vniuerſæ terræ ſuæ, & omnes obediunt vni, & inuidia & zelus non eſt inter eos.* Sunt igitur cæteris liberiores.

B ¶ Item dico quod iſti debent eſſe cæteris clementiores, ſc. ad cauſas pauperum confouendas contra malitiam tyrannorum. Vnde dicitur de illis magiſtratibus qui videntes iuſtitiam Pauli & Sylæ præceperunt quod de carcere liberarentur Actor.16. Vnde ibidem. *Miſerunt magiſtratus vt dimittamini.* ¶ Item debent C eſſe cæteris diſcretiores ſeu ſagaciores, ad quod poteſt applicari, licet extorte, illud Nee. 7. *Congregaui optimates, & magiſtratus, & inueni librum cenſus eorum.* Et etiam de diſcretione & temperantia talium poteſt dici illud Actorum 5. *Quod abijt magiſtratus cum miniſtris, & adduxit Apoſtolos*, ſcilicet in conſilium ſine vlla vi. ¶ Item debent eſſe cæteris ſinceriores, ſcil. in conſcientia, quia omnia quæ agunt, debent facere iuſte, pure, ſancte, ſinceriter atq; munde, & cum munda & ſancta intentione Nee.11. *Steterunt*

[illegible] magistratus & offi[illegible] procedunt, [illegible] dunt quam de[illegible] bono [illegible]

[illegible] Rex Darius fecit [illegible] Et cum manducasset & [illegible] dico, quod tales sunt [illegible] dicitur, quod in [illegible] manus magistratuum [illegible] dicitur, quod participes [illegible] patet Daniel. 6. vbi dicitur, [illegible] principes regni, magistratus & satrapæ, sc. [illegible] in lacum leonum. Item [illegible] cum cæteris vilioribus [illegible] Vnde de talibus dicitur cō[illegible] damnate. scil. in inferno, duces & magi[illegible] cunctis habitatoribus Chaldææ omne ma[illegible] 5 ergo patet, quomodo magistra[illegible] alo.

**Ma[illegible]** [illegible] quod ad hoc q; homo possit à princi[illegible] magistratibus vtilitatem aliquam [illegible] gne, & laudabiliter habere, plura [illegible] in scriptura, videlicet quod in ipso

[illegible] entia,
[illegible] eatia,
[illegible] pientia,
[illegible] entia,
[illegible] gentia,
[illegible] tas & sustinentia.

[illegible] tiam, quod homo habet reuerentiam cum hu[illegible] presbytero humilia animam tuam, & magnati [illegible] tuum. Item patientiam cum maturitate sc. patienter [illegible] re, & gratanter, & sine querela debet benefici[illegible] & [illegible] rectiones, & iniurias sustinere. Eccles. 8. [illegible] querela. Item sapientiā cum subtilitate seu fa[illegible] dicitur Ecc. 2[illegible]. Homo prudens placebit magnatis [illegible] & stabilitatem. Sicut enim dicitur Eccl. 11. [illegible] exaltabit caput, & in medio magnatorum consedere [illegible] enim permanentiam & stabilitatē signat. [illegible] magnatorum consistis. Item diligentiam cum se[illegible] sapientia dicitur Eccl 39. quod stultis prouer[illegible] absconditis parabolarum conuersabitur, in medio [illegible] rabit, & in conspectu præsidis apparebit. Ministrare [illegible] sedulitatem designat. Item diligentiam cum [illegible] in medio magnatorum non præsumas, & [illegible] multum loquaris. Ista enim si vis applica ad veros [illegible] nates sc. ad Deum, & ad sanctos, vel ad honos [illegible] perfectos, & doctos, quia sc. isti à nobis sunt i[illegible] bus honorandi, & præfatis modis colendi. & [illegible] Videntur Princeps, Prælatus, Dominus, &c.

A **Magnanimitas.** Cū Magnanimitas sit virtus moralis & à magnitudine animi sit [illegible] dat Aristot. in ethicis & Seneca in libello suo [illegible] tibus quod

| | | |
|---|---|---|
| Ad [illegible] mum pertinet | magnum existere, | |
| | magnis insistere, | |
| | magnis resistere, | |
| | magnis ignoscere, | |
| | magna cognoscere, | |
| | magna despicere. | |

[illegible] quod ad magnanimum, i.e. ad hominem magnum [illegible] Bercbory.

[illegible] mum existere [illegible] magis [illegible] indix [illegible] Vnde de magnitudine virtutum, [illegible] te, dicit Senec. Magnanimum [illegible] nulla in [illegible] timorem eum facit, nihil ei displicet [illegible] sunt, quicquid cadere in hominem potest, in se cadere non querit [illegible] suam [illegible] vincit virtute fortunam. Igitur ad magnanimum [illegible] magnum existere.

¶ Secundo dico, quod ad ipsum pertinet magnis insistere, quia sc. rebus magnis & arduis, sc. cœlestibus [illegible] & supernis cordialiter assistit, magnisque & [illegible] & dictis actualiter insistit, dicens sc. illud Prou. 8. Audite me, quoniam de rebus magnis locuta sum, & aperientur labia mea, vt recta prædicent. Veritatem meditabitur guttur meum, & labia mea detestabuntur impium. Iusti sunt omnes sermones mei, non est in eis prauum quid, neq; peruersum. [illegible] reuera vir magnanimus & generosus magna sentit, magna facit, magna dicit, veritatem diligit, rectitudinem sectatur, & [illegible] decipere seu fraudem committere dedignatur, vnde Tull[illegible] de officijs, vbi agitur de his circa quæ fortis, & magnus animus versatur, dicit in principio. Cum sit ita animo affectus [illegible] & magno) vt supra dixi: Res gerat magnas, &c. Spectat igitur ad magnanimum magnis insistere. B

¶ Tertio dico, quod ad ipsum spectat magnis resistere. Vir [illegible] perfectus & magnanimus fortunæ duris casibus non succumbit, quinimo quanto magis grauia, & difficilia sibi incumbunt, & imminent, tanto fortius & virilius in seipso residet & resistit. Teste enim Tullio vbi supra magnanimitas est ratio difficilium aggressiua. Vnde ait, quod ad magnanimum pertinet nec perturbationi huiusmodi succumbere, nec fortunæ, vnde Senec. in persona magnanimi dicebat in epist. Pauper fiam, inter plures ero. Exul fiam, ibi me natum putabo. Quo mittat non curo. Vni angulo non sum natus, patria mea totus hic est mundus. Idem etiam Senec. epist. 28 comparat virum magnanimum istis animalibus maximis & stupendis, sicut sunt Elephantes & cæte grandia, quia l. ista non facile sentiunt iacula venatorum, vnde ait, quod proprium est magnæ feræ non sentire iacula se percussam. Immanis enim fera ad latratus canum lente respicit. Sic reuera vult Seneca supponere de viro magnanimo, quod sc. latratus & morsus, impetus & conatus sit magnanimus despicere, cuncta calcare & contemnere, & quanto plures sustinet, tanto fortior & lætior apparere. Exēplo aeris, qui tunc apparet serenior, quādo præcessent aura maior. Exemplo etiam sydetum, quæ tunc lætius rutilant atque rident, quando frigora plus abundant. Ad quod facit illud quod dicit Senec. epist. 65. Magnanimo, inquit, de rebus magnis iudicandum est. Fortunatior est, qui asperis non mouetur, quam qui prosperis promouetur. Non est mirum in tranquillitate non concuti [illegible] illud mirare. ibi aliquem stare, vbi omnes iacent. & vbi aliquem extolli, vbi alij deficiunt. Igitur ad magnanimum pertinet magnis resistere. C

¶ Quarto dico, quod ad ipsum pertinet magnis ignoscere. Ad magnanimum n. pertinet magnis iniurijs indulgere, victis hostibus placere, & contra fulum quod vento rapitur, suā fortitudinem non monstrare. Exemplo illius Imperatoris Rom. qui cum Herodem regem vicisset, ita quod flexis genibus Herodes coronam suā ante pedes ipsius posuisset. Imperator ipse coronam in caput Herodis reposuit, iniurias remisit, & vitam & regnum concessit, dicens, Ad eandem potentiam magnanimam pertinere, reges deponere, & facere, & rogans, quod decreto Romanorum amicitias experiri mallet quam arma. Et adhoc facit Senec. in lib. de quatuor virtutibus, vbi dicit: Si magnanimus, inquit, fueris, non tibi fieri iniuriam iudicabis, & de inimico dices, non nocuit, sed nocere voluit, vindictam putabis vindicare potuisse. Scito enim magnum & honestum vindictæ genus esse, ignoscere. Igitur ad magnanimum pertinet magnis ignoscere. D

¶ Quinto dico, quod ad ipsum pertinet magna cognoscere, quia reuera magnanimus magna & ardua opera Dei & naturæ inquirit, & percunctatur, de rebus vero paruis & communibus inquirere dedignatur, dicens sc. illud Sen. præallegatum. Magno animo de rebus magnis iudicandum est. E

¶ Sexto dico, quod ad magnanimum pertinet magna despicere, quia pro certo nihil est tam magnum in rebus mundanis, quod magnanimo possit æquiparare. Quicquid magnum est, siue in prosperis, siue in aduersis, vir magnanimus vilipendit, & tan- F

...despicit & contemnit. Exemplo leonis, ...omnia alia animalia quamuis se maiora fuerint, eorum vitrenies, & magnitudinem ...ta ipsa viriliter prævalere. Teste enim Seneca, ...*est totam gentem vincere, quam magnanimum.* Et ...m dicit lib. de morib. *Nihil magnum in rebus, nisi ...spiciens.* Istæ sunt ergo sex virtutes hominis magnanimi, videlicet,

Magna despiciat,
Magna cognoscat,
Magnis ignoscat,
Magnis resistat,
Magnis insistat,
Magnus existat.

¶ Aduerte tamen, quod magnanimitas debet contineri infra limites rationis. Nam prout dicit idem Senec. lib. de quatuor virtutibus, *magnanimitas si excedit, virum facit superbum, tumidum & minacem, inflatum, turbidum & motiuum.* Mensura ergo magnanimitatis est, nec timidum esse hominem, nec audacem. Eris inquit magnanimus, si pericula non appetas vt temerarius, nec formides vt timidus. Magnitudo enim animi si à communitate hominum sit remota, feritas, & immanitas dicitur, non magnanimitas. Hæc igitur de magnanimitate sufficiant, &c.

A **Magnalia Dei.** Vide infra in tit. Mirabilia.

**Magnificare.** Nota, quod magnificentia idem est, quod honorificentia, & status excellentia. Et magnificare idem est quod honorificare, laudare & glorificare. Et nota, quod magnificentia, scilicet

Honor & excellentia quædam est { gloriosa, / virtuosa, / vitiosa.

Magnificentia gloriosa est excellentia Deitatis, quia Deus est super omnia glorificandus, laudandus & magnificandus, vnde ...Psal. 68. *Laudabo nomen Dei cum cantico, & magnificabo eum in laude.* Magnificentia virtuosa est glorificatio viri iusti, de qua dicitur 2. Paral. 9. *Magnificatus est rex Salomon super omnes reges terræ.* Magnificentia vitiosa est magnificatio, laus & honorificatio peccatorum, & ista nihil aliud est quam prosperitas malorum, quia sæpe mali sæpe magnificantur, famantur & glorificantur plus quam alij, vt de Ier. 5. *Magnificati sunt, & ditati, incrassati sunt & impinguati, & præterierunt sermones meos.* Sed quia longum esset materiam istam prosequi, vide supra de laude, de gloria, de honore, de fl..., & de adulatione, & sic scies quid est magnificentia, ...in bono, ...tum in malo. Verumtamen ne ita transeam pede sicco, dicam aliquid de ista triplici magnificentia. Est igitur, ...

Magnificentia { summi creatoris, / iusti viatoris, / vani peccatoris.

B ¶ Primo igitur dico, quod est magnificentia summi creatoris. Creator enim in se magnus, & magnificus dicitur, respectu vero nostra magnificatus, & plenus excellencia, laude, gloria & magnificentia repetitur. Magnificare enim debet super omnia creatura creatorem, captiuus redemptorem, debellatus liberatorem. Cum igitur Deus sit noster creator, qui nos creauit cum non essemus, noster Redemptor, qui nos redemit cum errassemus, noster liberator qui nos liberauit cum perijssemus, merito dico, quod debemus ipsum magnificare, i. ipsum exaltando & laudando magnum facere, & glorificare, dicendo, sc. illud Psal. 68. *Laudabo nomen Dei cum cantico, & magnificabo eum in laude. Et placebit o super vitulum nouellum cornua producentem & vngulas.* Et reuera istud est quod summe Deo placet, sc. ipsum laudare & magnificare. Istud est enim vnum solũ quod sibi offerre possumus, vt sc. ipsius virtutes & magnificentias exaltemus, & vt eius magnalia collaudemus, sicut faciebat ille Nabuchodonosor Dan. 4. dicens: *Laudo* (inquit) *magnifico, & glorifico regem cœli, quia omnia opera eius vera, & viæ eius iudicia, & gradientes in superbia potest humiliare.* Vbi nota, quod Deus est magnificandus, & laudandus, sc. Propter eius essentiam, quæ nunquam defluit. Vera inquit. Propter eius clementiã, quæ semper influit Cœli. Propter eius prudentiam, quæ cuncta statuit. Regem à regendo. Propter eius potentiam, quæ mira construit. Opera eius. Propter iustitiam, quæ mala destruit, quia viæ eius iudicia, & gradientes, &c. Quia reuera huius essentia nunquam deficit. Clementia semper pro-

...tur Prudentia cuncta ... malos seu mala deijcit.

Existendo verissimus. Vera.
Influendo largissimus. Cœli.
Prouidendo doctissimus. Regem.
Operando fortissimus. Opera.
Castigando iustissimus. Iudicia.

Ista enim quinque faciunt Deum laudabilẽ ... quem ...gnificum, sc. quando Magnus est quo ad essentiam, & nob...tem. Magna dat quo ad clementiam & liberalitatem. Ma... scit quoad prudentiam & sagacitatem. Magna facit quo ad potentiam & strenuitatem. Magnis resistit quoad iustitiam & veritatem.

¶ Igitur dico, quod magnificare debemus Deũ propter eius essentiam inuariabilem. Vera inquit, quia quicquid e... tom est certum & verum, nihil est in eo fictum, variabil... num, sed totum essentiale, perpetuum & æternum. ... *ergo fortitudo Domini,* Num. 14. Et in Ps. 33. dicitur: *...minum mecum, & exaltemus nomen eius in idipsum,* qu... ipse ea seipso est magnificabilis, vt sic dicat hom... *Benedic anima mea Domino, Domine Deus meus magni...* ...ter. Confessionem & decorem induisti. amictus lu... vestimento. Vera inquit. Vnde de veritate diuinæ ... rest dici illud 2. Esd. 4. *Veritas manet, & inualescit in æternum, & obtinet in sæcula sæculorum.* Sequitur: *Magna est veritas, & ...lescit.* Magnificemus ergo Deum propter eius essentiam inuariabilem. Vera inquit.

¶ Item Deum magnificare debemus propter eius clemen... inexhaustibilem, quæ sc. ostenditur cum dicitur, ...celi. Cœl... enim semper radios mittit, omnia continet, & omnia nutrit. Sic Deus per suam largissimam, & largifluam largitatem, quia iste dat magnifice bona, & dona terrena, spiritualia, & æterna. Figuratus in rege Assuero, de quo dicitur Hest. 2. quod *ipse fecit conuiuium permagnificum cunctis principibus & seruis suis. & dedit requiem vniuersis prouincijs, ac dona largitus est iuxta magnificentiam principalem.* Cœli inquit Psal. 8. *Eleuata est magnificentia tua super cœlos,* quasi diceret, Dei magnificentia amplius largitur, & influit quam faciant ipsi cœli. Magnificentia enim eius, & virtus eius in nubibus, quæ sc. pluuiam largiuntur, & rorem. Magnificem... go Deus propter eius clementiam inæstimabilem. Cœli ...quit.

¶ Item Deus magnificetur propter eius prudentiam seu prouidentiam indeceptibilem. Regem inquit, qui sc. dicitur ...gendo, quia scil. in ipso est prudentia, & sapientia infinita, qua cuncta reguntur, & disponuntur Dan. 4. *Arborem, inquit, quam vidisti sublimem, cuius aspectus in omnem terram, & rami eius pulcherrimi, fructus eius nimium, & esca vniuersorum in ea, & subter eam habitantes bestiæ agri, & in ramis eius aues cœli, tu es rex, qui magnificatus es, inualuisti, & magnitudo tua creuit vsque ad cœlum, & potestas tua in vniuersa terra.* Ista enim expone de Deo & de eius sapientia & prudentia regitiua, quæ scil. dat escam omni carni, & de omnib... prouidet vniuersis. Vt de tali rege cuncta magnifice gubernante dicatur illud 2. Paral. 9. *Magnificatus est rex Salomon super omnes reges vniuersæ terræ.* Magnificemus igitur Deum propter eius pru...dentiam indeceptibilem. Regem inquit Ps. 91. *Quam magnificata sunt opera tua Domine! omnia in sapientia fecisti, impleta est terra possessione tua.*

¶ Item magnificetur Deus propter suam potentiam insuperabilem. Opera inquit. Quia reuera potentia ipsius summe a... paret, & apparuit in magnificis operibus, quæ omni die perfi... & quæ fecit, de qua satis proprie loquitur Dauid dicens. *Potentiam tuam & iustitiam Deus, vsq; in altissima quæ fecisti magnalia Deus, quis similis tibi?* Vnde sibi dicitur Exod. 15. *Quis similis tui, magnificus in sanctitate, terribilis atq; laudabilis, & faciens mirabilia?* Et reuera magnifica sunt &

Magnalia opera { creationis, / redemptionis, / gubernationis, / iudicij finalis decisionis & ordinationis.

Et hoc in auctoritate ostẽditur cum dicitur: Omnia opera eius. Vnde Ecclesiast. 17. dicitur; quod *Deus vult ostendere sanctis suis magnalia operum suorum, & gloriam in mirabilibus ipsius, vt enarrent magnalia operũ eius.* Vnde de operibus beatæ incarnationis dicit Lucæ 1. Beata virgo: *Magnificat anima mea Dominum. Et exultauit spiritus*

[illegible] us [illegible] propter [illegible]

[illegible] ter mali iustitiam [illegible] dicitur *Et omnis via eum in humiliare*. Constat enim [illegible] runt, à populo magnificantur [illegible] mendari. Vt de [illegible] se [illegible] *Confitebor tibi Domine, quia [illegible] tua, & anima mea cognoscet nimis.* [illegible] dicitur in Psal [illegible] *magnificentia* [illegible]. Sequitur. *Iudicios in veritate sua.* Igitur dicam, quia

[illegible] cando,
[illegible] ando,
[illegible] ando,
[illegible] ando,
[illegible] æternior in permanendo.

[illegible] ficentia quæ debetur summo creatori [illegible] pale.

[illegible] co, quod est magnificentia, quæ [illegible] ita pro certo nihil aliud est quam ho[illegible] & æternalis, quo sc. iustus homo glo[illegible] quo honorabilis & magnificus reputa[illegible] magnificus seu magnificatus ideo quod ma[illegible] magna faciens, quia sc. iusti magna faciunt vir[illegible] eo finaliter magni erunt, temporalem, spiri[illegible] gloriam acquirendo, vt sc. de quolibet vi[illegible] Esa. 4. *Erit germen Domini in magnificentia &*

[illegible] d iustus à triplici magnificentia commen[illegible]

[illegible] rfectione,
[illegible] promotione,
[illegible] prælatione.

[illegible] clarescunt, quia sunt germen, Temporali[illegible] in magnificentia. Æternaliter crescunt,

[illegible] d iusti sunt magnifici, quia clarescũt virtua[illegible] ditur cum dicitur. *Germen domini.* Vide supra [illegible] odo vir iustus germini comparatur, iuxta il[illegible] *abit sicut lilium, & florebit in æternum ante Domi*[illegible] tus in virtutibus & scientijs, aliquoties ma[illegible] gnus apud Deum, & homines in fama & opi[illegible] perfectione putatur. Vnde de illo rege Iuda [illegible] erant ipse iudicat, dicitur 2. Par. 17. *Creuit [illegible] ficatus est vsque in sublime*, vbi scil. quadruplex [illegible] quæ magnificat merito possessorem, sc. Cha[illegible] fectus. Veritatis certus prospectus. Æquitatis [illegible] Voluntatis altus affectus. Probat castitatem in[illegible] cum. Creuit inquit. Veritatem certum argumen[illegible] qui Æquitatem iustum fundamentum. Iosaphat, [illegible] tem altum firmamentum. In sublime inquit. Cre[illegible] nat virtutem augmentatiuam, hæc est charitas & [illegible] go signat virtutem ordinatiuam hæc est veritas & [illegible] aphat iudicans signat virtutem determinatiuam, [illegible] & iustitia. In sublime vero signat virtutem cle[illegible] mentis, hæc est voluntas cœlestium complacentia. [illegible] Ergo iudicare, & Sublimis in titulis, materijs [illegible] de viris virtuosis quomodo magnificantur, pu[illegible] Mach. 5. *Viri Iuda magnificati sunt valde in conspectu* [illegible] orum 8. *Quos iustificauit, illos & magnificauit.* Pater [illegible] iusti sunt magnificati, quia clarescunt virtuali[illegible] inquit.

[illegible] dico, quod sunt magnifici, quia splendescunt tem[illegible] oc ostenditur in isto verbo. Magnificentia. Con[illegible] od iusti & sancti quandoque à Deo vocantur, & [illegible] entur etiam ad temporales magnificentias, regna, præ[illegible] tates, sicut de Dauid, & alijs pluribus legitur, [illegible] mporaliter magnificauit, & ad dignitatem & fasti[illegible] Reg. *Magnificatus est puer Samuel apud Deum*, vn[illegible] cunt sic. *Dominus voluit vt sanctificaret eum, & magni*[illegible] *ficaret*. Primitus debet homo sanctificari ante [illegible] quam debeat ad prælationis apicem exaltari.

[illegible] od homo diuina gratia fiat [illegible] apicem exaltet [illegible] quoquam [illegible] t magnificare nec præ alijs glorificare [illegible] ignoret si sanctus aut iustus debeat dici vel possit. Vnde de Romanis dicitur 1. Mach. 8. quod *exaltati sunt valde, sed in omnibus his nemo portabat diadema, nec induebatur purpura, vt magnificaretur in ea.* Igitur dico, quod iusti magnificantur, quia splendescunt temporaliter. Magnificentia inquit.

¶ Denique dico, quod iusti magnificantur in quantum nitescunt supernaturaliter, sc. in gloria Paradisi, quod ostenditur cum dicitur. Gloria. Hęc est enim summa & vltima magnificentia, quod sc. homo post vitæ decursum, & post agonem vitæ præsentis assumatur ad triumphum gloriæ paradisi & ad magnificentiam imperij paradisi. Gloria inquit. Vnde de viro iusto in cœlis glorificato dicitur Eccl. 45. quod *Deus similem illum fecit in gloria sanctorum, & magnificauit eum in timore inimicorum.* Sequitur: *Glorificauit eum in conspectu regum.* Igitur patet, quod iusti à Deo magnificantur finaliter & æternaliter. Gloria inquit Mundialiter & temporaliter. Magnificentia inquit. Moraliter & virtualiter, Germen inquit Domini. Sic igitur concludo quod est quædam magnificentia Christi confessoris, hoc est dictum, cuiuslibet iusti viatoris. K

¶ Tertio vero dico, quod est quædam magnificentia vani peccatoris. Constat enim quod mali quandoq; in mundo magnificantur, & in altis statibus & dignitatibus subleuantur, quia sc. quidam magnificantur L

Ratione { diuitiarum, mundialium scientiarum, magnarum amicitiarum, potentiarum & eminentiarum.

De magnificentia diuitiarum dicitur Hier. 5. *Magnificati sunt*, inquit, *& ditati, impinguati sunt & incrassati, & præterierunt sermones meos.* De magnificẽtia ratione mundialium scientiarum (quod potissime apparet in aduocatis) dicitur in Ps. 11. quod Isti sunt illi, qui dixerunt: *Linguam nostram magnificabimus, labia nostra à nobis sunt, quis noster Dominus est?* Et tamen alibi dicitur, quod *disperdat Dominus vniuersa labia dolosa, & linguam magniloquam.* De magnificentia ratione notitiarum seu potentum familiaritatum & amicitiarum, quæ patet de malis principum familiaritatibus, qui à magistris suis plus debito magnificantur, & ab ipsis fouentur contra iustitiam & honorantur, contra illud Eccl. 10. *Noli despicere hominẽ iustum pauperem, nec magnifices virum peccatorem diuitem*, de talibus (inquam) dicitur Esa. 9. *Multiplicasti gentem non magnificasti lætitiam.* Quia reuera quanto tales amplius multiplicantur & magnificantur, tanto inferiores subditi plus grauantur. De magnificentia vero ratione dignitatum, seu eminentiarum, quæ sc. spectat ad malos principes & prælatos, qui scilic. seipsos præ alijs indebite magnificant & extollunt, dicitur figuratiue Dan. 8. quod *ipse vidit arietem ventilantem cornibus ad omnem partem, & omnes bestiæ non poterant resistere, fecitque secundum voluntatem suam, & magnificatus est.* Expone de ariete cornuto contra prælatos mitratos, & indebite magnificatos, quibus tamen dominus comminatur Esa. 10. dicens. *Visitabo super fructum magnifici cordis regis, & super gloriam altitudinis oculorum eius.* Sequitur. *Et erit terrore vagus, &c.* Igitur de quolibet indebite magnificato & exaltato dicitur Dan. 8. quod *cornu modicum factum est grande, & magnificatum est vsque ad fortitudinem cœli, & deiecit de fortitudine, & de stellis conculcauit eas, & vsque ad principalem fortitudinis magnificatum est, & ab eo tulit iuge sacrificium, & deiecit locum sanctificationis eius.* Quia reuera qui dicuntur cornu propter diuitiam & superbiam, qui de paruis fiunt magni propter promotionis excellentiam contra Deum magnificantur per iniquitatem & malitiam, sacrificiaque ipsius & locum suæ sanctificationis destruunt, in quantum grauãt religionem & Ecclesiam, & stellas de cœlo eijciunt & conculcant, in quantum nobiles detrahunt ad paupertatem & miseriam. Sufficit igitur de magnificentia impij & iusti, & Dei, &c.

## Magnus. Magnitudo.

Nota, quod magnitudo nihil aliud est, quã quantitas rei naturalibus dimensionibus constituta. Constituitur enim magnitudo ex longitudine, latitudine, sublimitate & profunditate, quæ quandoque spiritualiter, quandoque temporaliter denotatur. Veruntamen quia aliqua sunt magna quantitate molis, aliqua quantitate virtutis, est notandum, quod est multiplex magnitudo, sc. quædam A

Mirabilis,
Laudabilis,
Notabilis,
Damnabilis,
Tristabilis,
Odibilis,
Amabilis.

Prima est magnitudo diuinitatis. De qua dicitur in Psal. *Magnus es tu, & faciens mirabilia; tu es Deus solus.* Secunda est fœlicitatis æternæ, de qua Baruc. 3. *O Israel quam magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius.* Tertia est magnitudo moralitatis internæ. Et ista est illa qua vir iustus dicitur spiritualiter esse magnus, de quo dicitur Matth. 5. *Qui autem fecerit & docuerit sic homines, hic magnus vocabitur.* Quarta magnitudo est prosperitatis mundanæ, de qua Matth. 8. *Facta est tranquillitas magna in mari.* Quinta est magnitudo iniquitatis humanæ. Vnde cuilibet diuiti peccatori dicitur illud Ezech. 29. *Ecce ego ad te draco magne qui cubas in medio fluminum.* Sexta est magnitudo pœnalitatis subternæ, scil. doloris infernalis, de qua dicitur Luc. 21. *Erit pressura magna super terram,* & Thr. 2. *Magna velut mare contritio tua.* Septima est magnitudo capacitatis æternæ, & ista est magnitudo Ecclesiæ militantis, de qua dicitur in Ps. 21. *Apud te laus mea in Ecclesia magna.* Singula illa per ordinem prosequi longum esset & tædiosum, ideoque dico quod est triplex magnitudo, scil.

Magnitudo { Dei creatoris,
Boni viatoris,
Mali peccatoris.

B ¶ Dicamus ergo primo de magnitudine Dei & dicamus, quod est quædam magnitudo valde gloriosa, sc. magnitudo Dei, quia sicut dicitur in Psal. 47. *Magnus Dominus, & laudabilis nimis & magnitudinis eius non est finis.* Iste est enim magnus

Ratione { capacitatis cuncta continentis,
sublimitatis cunctis præeminentis,
profunditatis nulli competentis,
æternitatis semper permanentis.

¶ Istæ enim sunt quatuor dimensiones quæ faciunt Deum magnum, videlicet latitudo capacissima. Iste est enim sicut cœlum, cuius ambitus latitudo continet vniuersa. Et ideo de ista latitudine conuenientius dicit quidam Philosophus, quod *Deus est sphæra incircumscriptibilis, cuius centrum vbique est, circumferentia autem nusquam,* & 2. Esd. 4. *Magna est terra, & excelsum cœlum.* Et in Psal. *Hoc mare magnum & spatiosum.* Item altitudo sublimissima. Ipse enim magnus est in altitudine, quia scilic. præeminet cunctis creaturis, sicut cedrus ratione altitudinis lignis præeminet vniuersis, quare etiam regina arborum nuncupatur. Vnde in Psal. 99. *Dominus in Sion magnus, & excelsus super omnes populos.* Et alibi. *Terribilis, & rex magnus super omnem terram.* Item in ipso est profunditas occultissima. Deus enim est sicut abyssus ratione incomprehensibilitatis, quia scil. sicut dicitur Iob 36. *Deus magnus, & vincens scientiam nostram.* Item in ipso est longitudo æternissima Tob. 13. *Magnus es Domine in æternum.* Et sic ergo dico, quod Deus est maximus, licet magnitudo eius sit occulta. In sole enim sunt duo qui nobis sunt incognita & occulta, id est, magnitudo & motus. Maior enim a[illegible] tota terra, quod tamen non videtur. Citissime etiam currit, & tamen videtur quod in aliquo non mouetur. Sic vere nobis penitus duo de Deo sunt ignota, scil. sua excellentissima magnitudo, de qua dicitur illud Iob 36. *Magnus Deus & vincens scientiam nostram. Stupebant autem omnes de magnitudine Dei* Luc. 9. Et sui motus, id est, suæ occultæ prouidentiæ, ordinationis & sapientiæ certitudo. Ista enim à nobis non cognoscuntur, sed ab oculis omnium mortalium absconduntur. Quia sicut dicitur in Psal. 147. *Magnus Dominus, & magna virtus eius, & sapientiæ eius non est numerus.*

¶ Vbi Deus ostenditur esse magnus principaliter quo ad tria, videlicet.

Quantum ad { præsidentiæ celsitudinem,
efficaciæ fortitudinem,
prouidentiæ certitudinem.

¶ Primum probat honor imperatorius, quia magnus dominus. Secundum vigor operatorius, quia magna virtus eius. Sed tertium splendor ordinatorius, quia sapientiæ eius non est numerus.

C ¶ Dico ergo quod iste est magnus propter suam imperatiuam celsitudinem, quod ostenditur cum dicitur. Magnus dominus. Iste est dominus generalis, non particularis, summus, non infimus, gloriosus, non [illegible] sicut en[illegible] in Psal. [illegible] *magnus dominus, & rex magnus super omnes Deos.* Item ma[illegible] pter operatiuam fortitudinem. Magna inquit virtus eius, dicitur Iob 37. *Iste est magnus fortitudine, inductio* [illegible] Vnde de ipso potest dici illud Act. 8. *Hæc est virtus D[ei] quæ dicitur magna.* Et bene dicit virtus in generali, vt denotaret quod est omnem habens virtutem, omnia prospiciens. Omnem enim habet virtutem, & in omni virtute, & perfectione magnus est, quia sc. ipse est

Magnus { Pietate,
Potestate,
Operatione,
Iurisdictione.

Magnus dico in pietate, quia sc. ipse est misericors [illegible] in fundendo Psal. 30. *Quam magna multitudo dulcedinis* [illegible] *Domine.* De malo liberando Psal. 107. *Misericordia tua magna* [illegible] *me, & eruisti animam meam ex inferno inferiori.* In [illegible] Psalm. *Magna super cœlos misericordia tua.* Item magnus [illegible] potestate. Hier. 10. *Magnus es tu, & magnum nomen tuum in fortitudine.* Item magnus in operatione. Vnde in Psalm. 11[illegible]. *Magna* [illegible] *a Domino, exquisita in omnes voluntates eius.* Et possumus [illegible] tare de magnitudine operum scilicet de creatione mundi & d[illegible] culis iudicijs, & de assumptione carnis &c. *Iste enim fecit magnalia in Aegypto, mirabilia in terra Cham, terribilia in mari rubro.* I[te]m magnus in iurisdictione, quia sicut dicitur in Psalm. 46 *Ipse est terribilis rex, magnus super omnem terram.* Habet ergo operatiuam fortitudinem.

¶ Item Deus habet prouidam certitudinem, quod ostenditur cum dicitur. [ *Sapientiæ eius non est numerus.* Ipse enim virtute magnitudinis sapientiæ suæ certissimæ prouidet de omnibus creaturis, quia sicut dicitur Hier. 26. *Ipse est magnus, & incomprehensibilis cogitatu,* quia sicut dicitur Iob 9. *Sapiens in corde est, & fortis robore.* Et in Psalm. 103. dicitur. *Omnia in sapientia fecisti, impleta est terra possessione tua.* Et sequitur. *Hoc mare magnum.* Et sic igitur patet quomodo Deus pluribus operationibus dicitur esse magnus.

¶ Secundo dicamus, quod est magnitudo viri perfecti. Vir enim iustus dicitur esse magnus, quia sicut res dicitur esse magna, quæ habet suas naturales dimensiones, scil. longitudinem & altitudinem, quæ idem sunt, latitudinē & profundum, sic [illegible] re ille dicitur spiritualiter esse magnus, qui habet profundum fidei, altitudinem spei, latitudinē charitatis, longitudinem [perseuerantiæ] ... ganimitatis. Et breuiter stella efficitur magna ex magna [aggre]gatione lucis, quia scil. stella nihil aliud est quam aggregatio [lu]cis in suo orbe, quæ quanto plus abundauerit, tanto [illegible] stantia maior erit. Sic vere charissimi, homo dicitur esse spiritualiter magnus, quando magna lucis abundantia, i. e. magna virtutum redundantia in ipso fuerit aggregata. Magna enim lucis, id est, virtutis aggregatio, causat magnitudinem stell[æ] est, magnitudinem viri iusti. Et sic homo dicitur *illa stella magna ardens sicut facula,* de qua dicitur Apoc. 8. Homo enim [illegible] bor, quæ quamuis in principio sit herba modica, tam[en] [illegible] do continue efficitur arbor magna. Est etiam sicut fluuius, quamuis sit in principio riuus paruus, quia tamen continue [cre]scit per aggregationē aquarum, finaliter efficitur magnus val[de]. Est etiam sicut dies, quæ quamuis in principio sit obscura, [con]tinue tamen crescendo magnam recipit in meridie claritate[m]. Quia vere charissimi, quamuis homo in principio sit ob[sc]urus per ignorantiam, atque modicus per virtutum caren[tiam], [qu]ia tamen aqua gratiarum & virtutum in ipso continue a[ugmen]tatur, ita quod semper de virtute in virtutem crescit & [illegible] tatur, ipse finaliter efficitur valde magnus, & in perfecti[one] virtutis magnitudine gloriosus, sicut de Isaac dicitur quod *Ibat proficiens atque succrescens donec magnus vehementer est.* Et vere magnus efficitur homo iustus intus in corde [illegible] tiarum accumulationem, exterius in conuersatione [illegible] tum operum executionem, longe inter alios per [illegible] diuulgationem, sursum in paradiso coram Deo & [illegible] gloriæ acquisitionem. Ita quod breuiter de magn[itudine] [illegible] iusti potest exponi illud Luc. 1. *Hic erit magnus, & filius* [illegible] *cabitur.* In quibus verbis ostenditur quod viri iusti fiunt magni, videlicet,

Per { Virtualem perfectionem,
Temporalem promotionem,
Æternalem prælationem.

P[rim]um

Primum probat nobilitatem naturæ. Filius inquit altissimi. Secundũ sc[illegible] prætenta. Vocabitur inquit. Sed tertium gloria futura. Hic inquit magnus erit. Triplex est igitur magnitudo viri iusti, scil.

Virtualis,
Temporalis,
Æternalis.

E ¶ Magnus ergo est vir iustus virtualiter per perfectionẽ, quod ostenditur cum dicitur [ Filius, id est, imitator altissimi ] Res enim dicitur esse magna, quæ magnæ rei assimilatur & conformatur. Sic vere iustus potest dici magnus, qui altissimo Deo & maiori, & maximo per imitationem virtutibus & conditionib. in quantum est possibile coaptatur Filius inquit altissimi. Vt sic possit dicere illud Tob. 5. *Ego sum Azarias Ananiæ magni filius.* Vt & sic respondeatur illud quod sequitur: *Ex magno genere natus es tu.* Tales sunt virtualiter magni, quia sc. sicut teste Isidor. Regiones frigidæ nutriunt homines magnos, sicut patet de Europa respectu aliarum terrarum. Circa mare rubrum etiam dicuntur crescere maximæ arbores secundum eundem, licet circa alia arbores nascuntur generaliter paruę valde. In India etiam dicitur esse genus hominum maximorum, qui nullis doloribus affliguntur, qui nec frigus, nec calorem, nec aliquam infirmitatem patiuntur, & quorum corpora ad quinque cubitos protenduntur. Gigantes etiam in mundo fuerunt, qui maximam corporis magnitudinem habuerũt. Quædam item sunt animalia valde magna, & ab aliorum quantitatibus disparia, sicut est Elephas inter gressibilia, inter natatilia cete & balęna, draco & crocodilus inter reptilia. Istæ igitur creaturæ charissimi significant viros perfectos, qui gratijs & virtutibus augmẽtati sunt, insuper & super alios in scientijs & moribus & vita, & fama valde magni, sicut de Iob dicitur Iob 1. quod *erat vir ille magnus inter omnes orientales.* Isti enim dicuntur esse in frigida regione diuini timoris, plãtati sunt circa mare rubeum diuini amoris, quinq; cubitos habent, id est, quinque sensuum custodiam per discretionem, nulli dolori subiacent per patientiæ perfectionem, gigantes sunt per fortitudinem, Elephantes per multitudinem. Et breuiter de illis potest dici illud Baruch 3. *Ibi*, inquit, *fuerunt gigantes nominati, illi qui ab initio fuerunt statura magni scientes bellum.* Et sic igitur patet quomodo isti sunt magni virtualiter per perfectionem. Vnde nota quod isti sunt

Magni in { Sapientia, Eloquentia, Famositate, Benignitate.

Dico in sapientia, quia sicut dicitur 3. Reg. 10. *Magnificatus est rex Salomon super omnes reges diuitijs & sapientia.* Item in eloquentia, dicens illud Prou. 8. *Audite me, quoniam de reb. magnis locutura sum, & aperiantur labia mea, vt recta prædicent.* Item in formositate, vnde in Ps. *In Israel magnum nomen eius.* Item in benignitate Ps. 85. *Misericordia tua magna est super me.* Patet igitur quod isti sunt magni per perfectionem virtualem.

F ¶ Deinde dico, quod boni quandoque fiunt magni temporaliter per promotionem. Et ista magnitudo ostenditur cum dicitur. Vocabitur, quia scil. boni & iusti vocantur sæpe à Deo ad magnas & altas dignitates, vnde Matth. 5. *Qui fecerit & docuerit sic homines, hic magnus vocabitur in regno cælorum.* Illæ enim qui regimen obtinent inter apes, sunt præ alijs magnæ valde. Quia vere qui ad regimen, id est, ad celsitudinem officiorum & dignitatum promouentur, præ cæteris magni in virtutibus esse tenentur. Quia secundum Vegetium, *tunc respublica bene regitur, quando non potest esse maior nisi qui melior.* Isti ergo sunt magni temporaliter per promotionem.

G ¶ Denique dico, quod boni fiunt magni æternaliter per prælationem, vel per fruitionem. Res enim superiores præ cæteris sunt maiores. Patet, quia minor stella maior dicitur esse tota terra & ideo tunc boni & iusti erunt maximi, quando sursum in Paradiso erunt perpetuo collocati. Et hoc ostenditur, cum dicitur. [Hic erit magnus.] Istud enim vocabulum erit, signat inuariabilem statum, quia scilicet verbum erit substantiuum, signat tempus non præsens, nec præteritum, sed futurum, & signat magnitudinẽ gloriæ æternæ, quam habent in patria beati, quæ scil. inuariabilis & æterna perseuerat, & quæ non est in pręsenti tempore, sed expectatur in futuro, vnde Aggæi cap. 2. *Magna erit gloria domus huius.* Patet igitur charissimi, quomodo vir iustus potest triplicem bonam magnitudinem obtinere, videl.

Virtualem, Temporalem, Æternalem.

Et sic iam visum est de magnitudine summi creatoris, & de magnitudine iusti viatoris.

¶ Tertio videndũ est de magnitudine vani peccatoris. Peccatores enim sunt magni in hoc sæculo per prosperitatem temporalem. Inter multos enim fœminæ masculis sunt maiores, quod facit, scilicet carentia conceptionis. Materia enim humorum in mulabus non conuertitur in conceptum, scil. nunquam concipiunt, & ideo conuertitur in corporis augmentum. Sic quia mundi peccatores nunquam concipiunt, nec faciunt aliquem fœtum bonorũ operum, hinc est, quod materia suorum bonorum temporalium per alimenta non emittitur, sed in eis retinetur, & sic exinde magnitudo diuitiarum generatur, & status ipsorum super alios augmentatur. Isti sunt sicut serpentes, qui sunt in India, de quibus dicit Plin. quod in India sunt serpentes ita magni, quod ceruos & tauros transglutiunt totos viuos. Vnde narrat quod regulus imperator quendam serpentem, iuxta fluuium Bagradam cum machinis, & balistis occidit, qui centum viginti cubitos in magnitudine continebat sicut pellis & maxillæ, quæ per magna tempora ante quoddam templum Romæ fuerunt suspensæ, dilucide declarabant. Tales serpentes charissimi sunt hodie multi mali, qui in hoc sæculo sunt ita magni & in potentia & scientia, & in substantia & in fama quod nõ est qui possit eorum malitijs obuiare, sicut patet de magnis, diuitibus, vsurarijs, aduocatis, officialibus, balliuis, qui ceruos, id est, pauperes nobiles, tauros, id est, pauperes agricolas per rapinas & vexationes transglutiunt & consumunt. Istos ergo finaliter imperator Deus per mortem vulnerabit & occidet, & pellem suæ temporalis substantiæ ab eis auferet atque tollet. Et ideo de talib. sic magnis serpentibus dicitur Apo. 12. *Ecce*, inquit, *draco magnus rufus trahebat ad terram cauda sua tertiam partem stellarum cœli.* Et dicitur de isto dracone, quod *habebat multa capita, multa cornua, multa diademata.* Draco iste charissimi signat tales magnos & potentes, & peccatores, qui per prosperitatem sunt magni, per malitiam sunt rufi, per falsitatem sunt caudati, per superbiam cornuti, per dignitates sunt diademati, per diuersa officia pluribus capitibus, id est, magistris & fautoribus & capitaneis sunt adunati. Isti ergo stellas de cœlo cauda ad terram trahunt, quando malitijs vel rapinis viros bonos ad paupertatem deducunt, & quando claritatem sui status eis auferunt, & eos ad statum infimum detrahunt & impellunt. Talibus ergo comminatur Dominus Ezech. 26. *Ecce ego ad te draco magne, qui cubas in medijs fluminum.* Et sic igitur patet de magnitudine bona & mala. Sufficit.

## Maiestas

Cum maiestas dicatur à maiori statu seu stare, ita quod maiestas nihil aliud sit quam maior & stabilior status, inde est, quod maiestas idem est, quod status maioritas, excellentia, magnificentia, vel potestas. Possumus ergo distinguere, quod est dare A

Maiestatem { Numinis gloriosi, Hominis virtuosi, Culminis pretiosi, Agminis vitiosi.

Prima est metuenda,
Secunda est diligenda,
Tertia est honoranda,
Quarta est euitanda.

Dico ergo primo, quod inuenitur maiestas numinis gloriosi. Et ista est maiestas diuina, quæ sc. est sublimis & gloriosa, & omnibus considerantibus timorosa. Quia pro certo qui maiestatem & gloriam diuinam considerat, ipsam miratur, metuit & formidat, vnde Esa. 2. *Introibunt*, inquit, *in speluncas petrarum in voragines terræ à facie formidinis Domini, & à gloria maiestatis eius.* Et nota hic, si vis, quod

Potestas gloriæ diuinæ est { inscrutabilis & mirabilis, honorabilis & spectabilis, formidabilis & terribilis, delectabilis & amabilis.

Est (dico) inscrutabilis ꝓpter profunditatẽ, quia sc. nullus intellectus sufficit inuestigare quãta sint diuinæ essentiæ, prouidentiæ & scientiæ longitudo, latitudo, sublimitas & profunditas. Quod bene figuratum fuit Exod. 40. vbi dicitur, quod *Moyses non poterat ingredi tectum fœderis, nube operiente omnia & maiestate Domini coruscante.* Quia reuera tanta est nubes humanę ignorantię, & tanta obscuratio, & claritas diuinæ magnificentiæ, quod nullus

nullus est, qui tectum fœderis possit intrare, hoc est dictum, peruenire ad certitudinem ipsius notitiæ & scientiæ. Et hoc est quod dicitur Prouer.25. quod *qui perscrutator est maiestatis, opprimetur à gloria.* Aduerte tamen, quod sicut licet in sole sit motus imperceptibilis, & claritas intueri impossibilis, splendor tamen & maiestas ipsius mediante nube, vel speculo nobis contemperantur & ostenduntur, sic reuera mediāte nube carnis humanæ quam Christus assumpsit, & speculo vteri virginalis, in quo refulsit maiestas & gloria istius solis sc. Dei, nobis fuit contemperata, & in hoc mundo mirabiliter declarata. Vnde de beata incarnatione potest dici illud, quod scribitur 1.Par.7. *Maiestas Domini impleuit domum Domini*, & 3.Mach.2. *Apparebit maiestas domini.* Vnde etiam de beata virgine dicitur Sap.7. quod *ipsa fuit candor lucis æternæ, & speculum sine macula maiestatis Dei.* Et nos te gratia orando dicamus illud Deut.5. *Ecce ostendit nobis dominus Deus noster maiestatem & magnitudinem suam vocem eius audiuimus de medio ignis. & probauimus hodie, quod loquente Deo cum homine, vixerit homo.* Verum tamen proculdubio est aduertendum, quod sicut dicitur Num. 14. Multi fuerunt de filijs Israel, qui viderant maiestatē domini in deserto, & tamen hoc non obstante ipsi obedientes fuerunt, & ipsum multoties per transgressionem decalogi tentauerunt, & propter hoc in deserto perierunt, nec terram promissionis intrauerunt. *Omnes,* inquit, *homines, qui viderant maiestatem meam & signa, quæ feci in Aegypto in solitudine, & tentauerunt me iam per decem vices, nec obedierunt voci meæ, non videbunt terram propinquam, in qua iuraui patribus eorum.* Sic reuera dico de nobis miseris Christianis, qui maiestatē Dei in carne latentem, & in Ægypto, hoc est, in mundo signis & miraculis coruscantem, fide vidimus & videmus, quia tamen per diuersa vitia & per decem vices, id est, per transgressiones decem mandatorum ipsum contemnimus, nec voci ipsius obedimus, seclusionem ab introitu gloriæ Paradisi merito formidare debemus, vnde Tob.13. dicitur, quod *Deus ostendit maiestatem suam in gentem peccatricem.* Patet ergo, quod maiestas diuina est inscrutabilis propter profunditatem.

B ¶ Item dico, quod ipsa est honorabilis propter auctoritatem. Nonne antiquitus reges & principes induebantur purpura, coronabantur diademate, decorabantur sceptro, subleuabantur in throno, associabantur lictoribus, armabantur securibus, magnificabantur fascibus, sicut de imperatoribus & consulibus Romanis dicitur per Titum Liuium, & hoc fiebat, vt ipsorum clarior appareret maiestas, & vt ab alijs honorarentur, & in reuerentia haberentur. Decet enim maiestatem maiorum præ alijs clarescere, vt scil. etiam ex ipsa magnificentia status sui discant subditi superiores honorare & eisdem humiliter obedire. Quod etiam in rege apum satis ostenditur, qui quadam naturæ maiestate refulgens, maior & angustior cæteris reperitur. Igitur multo fortius maiestas diuina debet cæteris maior esse, & cunctis honorabilior apparere. Dilata si vis Lucæ cap. 21. *Videbunt Filium hominis venientem in nubibus cæli, cum potestate magna & maiestate.* Igitur ista est honorabilis propter auctoritatem.

C ¶ Item diuina maiestas est formidabilis propter seueritatem. Et reuera ad iudicem quando exercet actum iudiciarium, maxime aliquos impios puniendo, spectat, quod seueritatem ostendat, ad finem, quod quilibet ipsum timeat, & quod præ timore maiestatis illius à malo quilibet resipiscat. Istud autem faciet dominus in iudicio, quia sicut dicitur Matt.25. *Cum venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes Angeli eius cum eo, tunc dicet his, qui à sinistris sunt. Ite maledicti in ignem æternum.* De terrore etiam ipsius maiestatis dicitur in Ps.28. *Vox domini super aquas, Deus maiestatis intonuit.* Et Hest.13. *Nemo est, qui resistat maiestati tuæ.* Igitur ista est formidabilis propter seueritatem.

D ¶ Item diuina maiestas est delectabilis propter benignitatem, seu propter futuram fœlicitatem. Maiestas enim regia, vel papalis delectabilis & amicabilis est seruitorib. & familiaribus suis, licet sit formidabilis inimicis. Sic vere maiestas gloriæ diuinæ sanctis erit delectabilis, licet damnatis sit terribilis. Vnde Apostolis dicitur Matt.19. *Cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, tunc & vos sedebitis cum eo, &c.* sc. in Paradiso, vbi erit vobis gloria sempiterna. Iuxta illud Esa. 60. *Domum maiestatis meæ glorificabo.* Vnde de quolibet beato dici potest illud Baruc.5. *Adducet autem dominus eum,* sc. beatum, *cum iucunditate in lumine maiestatis suæ cum misericordia & iustitia, quæ est ab ipso.* Sic ergo patet quomodo maiestas Dei est delectabilis, formidabilis, honorabilis, inscrutabilis. Sic ergo dico, quod in scriptura reperitur maiestas numinis gloriosi. Et hoc est primum principale. ¶ Secundo principaliter dico, quod inuenitur maiestas hominis virtuosi, quia reuera sicut lumen in lucerna exterius causat resplendentiam luminosam, quæ scilicet aerem illuminat circumstantem, sic lumen virtutum quādo latet in corde hominis virtuosi, solet quandam maiestatem morum, & quandam honestatis refulgentiam exterius in gestu & habitu generare quæ totam solet patriam bonis exemplis & documentis illuminare, & intuentium oculos delectare. Figuratus in illo Angelo, de quo dicitur Apocal.18. quod *terra illuminata est à gloria eius*, vt de talibus dicatur illud Luc.9. *Erant autem Moyses & Helias visi in maiestate.* Ista est igitur maiestas hominis virtuosi.

¶ Tertio principaliter dico, quod inuenitur maiestas culminis pretiosi, scilicet maiestas boni principis vel prælati, vt de quolibet tali exponatur illud Ezech. cap. 43. *Israel ingrediebatur per viam orientalem & vox erat ei quasi vox aquarum multarum, & terra splendebat à maiestate eius.* Quia reuera bonus prælatus intrat sancte, scilicet per viam orientalem. Prædicat alte, quia *vox eius sicut aquarum multarum.* Viuit honeste, quia terra, id est, tota patria splendet à maiestate ipsius. Est igitur maiestas culminis pretiosi. F

¶ Quarto dico, quod inuenitur maiestas turbinis vitiosi sc. maiestas malorum principum & prælatorum, quod est hodie in magna reputatione & potentia, sed finaliter erit in magna desolatione & tristitia. Ad quod expone illud Act.19. *Magnæ Deæ Dianæ templum in nihilum deputabitur & destrui incipiet maiestas eius.* Et sic patet quomodo quadruplex est maiestas, scil. malorum, maiorum, iustorum, atque Deorum. G

## Maior. Maius.

Nota, quod maioritas accipitur in bono & in malo. In malo enim signat excellentiam statuum virorum peccatorum. In bono vero designat maioritatem Dei & hominum perfectorum. A

¶ Notemus ergo, quod est quædam

Maioritas cunctis { Nobilior, Vtilior, Inanior, Deterior, Asperior.

Primo ergo dico, quod nos inuenimus in scriptura quandam maioritatē cunctis nobiliorē. Et ista est maioritas Dei, qui scil. est maior omnibus creaturis, similis soli, qui maior est omnibus luminaribus quantitate, claritate, potestate, motus velocitate & vniformitate. Maiorem enim vniformitatem habet in motu, quam alij, quia sc. non efficitur retrogradus, quod tamen nulli alij planetæ est concessum. Sic vere Deus est maior omnib. creaturis propter quantitatem suæ infinitæ dimēsionis, propter virtutem suæ inuictæ dominationis, propter celeritatem suæ limpidæ cogitationis, propter velocitatem suæ actiuę operationis, propter vniformitatem suæ ordinatæ perfectionis. Iste enim nunquam efficitur retrogradus, i. defectiosus, sed semper directe & iuste, ordinate & sancte in suis actibus processiuus. Deus ergo dicitur

Maior in { Scientiæ limpitudine. Potentiæ plenitudine, Essentiæ magnitudine.

¶ Dico in scientiæ limpitudine. Vnde ipse est sicut aquila, quæ maiorem habet in visu limpitudinem claritatis. Vnde de ipso potest dici illud 3.Reg.10. *Maior est scientia tua quam rumor quem audiui.* Dico etiam in potentiæ plenitudine. Vnde ipse comparatur rhinoceroti, cuius fortitudo maior alijs animantibus vniuersis est. Vnde de ipso potest dici etiam illud Gen. 49. *Tu fortitudo mea, tu principium doloris mei, prior in donis, maior in imperio.* Dico insuper, quod maior est in essentiæ amplitudine similis elephanti, qui in corpore maior est omnibus animalibus huius mundi. Vnde ipse potest dicere cuilibet illud 2. Reg. [illegible] *Deum patribus ego maior sum.* Et bene concludit Sapiens Eccl. [illegible] 43. *Exaltate Dominum quantum potestis, maior est enim omni* [illegible] e- nimus igitur in scriptura quandam maioritatem cunctis nobiliorem.

¶ Secundo dico, quod nos inuenimus in scriptura quandam maioritatem cunctis vtiliorem. Et ista est illa qua boni per aggregationem meritorum fiunt alijs meliores. Quāto enim conchylia marina maiorem haustū roris recipiunt, tanto maiorem margaritam in se cōcipiunt. Sic vere quanto virtuosi [illegible] maiorem haustum roris gratiæ, & scientiæ in se recipiunt, tanto maiorem B

mar-

...itatem idest, maiorem sanctitatem, & bonitatem conci... ac... Isti enim sunt similes stellis quæ minimæ es... tur, & tamen maiores tota terra esse à philosophis asse... Sic vere sancti in hoc mundo creduntur esse minimi, ... licet, sua spiritualis magnitudo non appareat hic quia vilescit nisi inter alios reputantur, & tamen in rei veritate apud Deum cæteris sunt maiores, & maioribus virtutibus sunt pleniores. De quo dicitur Matth. 11. *Qui minor est in regno cælorum, maior est illo.* Et ideo dicitur Matth. 18. *Quicunque humiliauerit se sicut paruulus iste, hic maior est in regno cælorum.* De beato etiam Ioanne cæteris humiliore dicitur Matth. 11. *Quod inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista.* Et breuiter istud est verum, quod sicut animalia maiora sunt ut communiter mitiora & humiliora, sicut patet de elephantibus & de magnis equis iuxta illud Ecclesiastic. 3. *Quanto maior es, tanto humilia te in omnibus* sic vere illi, qui sunt maiores in bonitate & dignitate debent cæteris esse minores humilitate & benignitate Matth. 20. *Quicunque voluerit inter vos maior fieri, sit minister vester.* Vbi nota, quod tales qui bonitate vel dignitate sunt maiores debent habere in statu auctoritatem. (Maior inquit.) In corde humilitatem (Minister inquit) In factis vtilitatem, (Vester inquit.) Rex enim apum secundum doctores est corpore grandior, animo mitior (quia nunquam pungit) fructu vtilior. Inuenimus igitur maioritatem cunctis vtiliorem.

C ¶ Tertio inuenimus maioritatem cunctis inaniorem. Et ista est illa quam habent in hoc mundo diuites & potentes, qui diuitijs & honoribus cæteris sunt maiores. Inter araneas enim secundum Plinium fœmellæ maiores sunt quam masculi. Arbores etiam quæ sunt infructuosæ, sunt maiores, quam domesticæ vel fœcundæ. In locis etiam humidis, & palustribus solent maiores arbores crescere, quam in locis aridis atq; siccis. Quia pro certo charissimi, loquendo spiritualiter, illi in hoc mundo cæteris paribus diuitijs & honoribus sunt maiores, qui sunt fœminæ per fragilitatem, qui sunt infructuosi per iniquitatem, qui sunt palustres per carnalitatem. Isti enim figurantur in illis, de quibus dicitur Marc. 9. *Disputauerunt in via quis eorum maior esset.* Sed pro certo illi, qui per paupertatem sunt sicci, illi, qui per bona opera sunt fructiferi, illi, qui per strenuitatem sunt masculi, tales dico in mundo non sunt hodie maiores, sed in diuitijs & honoribus sunt minores, quamuis quantum ad Deum in gratijs & virtutibus sint maiores. Ita quod proprie de eis possit hodie intelligi illud Genes. 25. *Duæ gentes & duo populi sunt in ventre tuo, maior seruiet minori.* Cum enim in vtero huius mundi sunt duæ gentes, sc. boni, qui in virtutibus sunt maiores, & mali, qui in virtutibus sunt minores, istud tamen sæpissime videmus, quod maior seruit minori, & melior deteriori, quamuis scriptura dicat Ioa. 13. *Non est seruus maior domino suo.*

D Inuenimus ergo maioritatem cunctis inaniorem. ¶ Quarto inuenimus in scriptura maioritatem cunctis deteriorem. Et ista est ... iniquitatum ... torum, de qua Gen. 4. dicit Cain. *Maior est iniquitas mea quam vt veniam merear.*

E ¶ Quinto inuenimus maioritatem cunctis asperiorem. Et ista erit maioritas tormentorum, quam in inferno sustinebunt illi, qui in hoc mundo habuerunt maioritatem honorum. De qua Ia... *Nolite plures magistri fieri fratres mei, scientes quoniam maius ...um sumitis.* Et hæc dicta sufficiant de maioritate. Vide supra de ...agno

A **Malitia.** Nota, quod malitia idem est, quod cauta & deliberata fallacia. Sunt igitur maliuoli illi, qui sub ... palliatione alicuius boni sciunt malum alijs procurare. Si... en... sunt serpentibus amphisibænis, de quibus dicit Isidor. quod habent duo capita, vnum videlicet in principio, & aliud in fine, vnum in suo loco, & aliud in cauda, & tamen vtroque capite mordent, vtroque ore venenum effundunt. Sic vere tales duplici capite, idest, duplici intentione sunt muniti. Habent enim in principio vnum caput intentionis & ista est ad decipiendum, simulandum, fingendum & adulandum. Habent vero aliud caput intentionis in cauda, id est, in fine, & istud est, ad nocendum, inuenenandum & iniuriandum. Quia scilicet prima intentio malitiosi est, vt decipiat, secunda est, vt noceat & inficiat. Vnde de talibus malitiosis capitibus dicitur 3. Reg. 2. *Reddet Dominus malitiam tuam super caput tuum:* & Ecclesiast. 9. *Corda filiorum hominum implentur malitia.* Quia sicut videmus, ille, qui magis est malitiosus, reputatur amplius gloriosus. Quibus tamen dicitur in Psalm. 51. *Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? Diligunt enim homines malitiam super benignitatem, iniquitatem magis quam loqui æquitatem,* quia sicut dicitur Gen. 6. *Vidit Deus quod multa malitia erat in terra.* Omnis enim caro corruperat viam suam. Nos igitur faciamus iuxta consilium scripturæ Hier. 4. Vbi dicitur. *Laua à malitia cor tuum, vt munda fias.* ¶ Circa quod nota, quod nos debemus lauare à malitia corda nostra multiplici ratione, quia scil.

> Veritatis rectitudini contrariatur,
> Proximorum quietudini insidiatur.
> Infernali mœstitudini consociatur.

Istud est enim verum, quod peccatum malitiæ obijcitur animorum simplicitati, opponitur proximorum vtilitati, supponitur infernorum pœnalitati. Primum habet in ingressu: sed secundum in progressu: sed tertium in egressu.

¶ Primo igitur dicamus, quod malitia est fugienda, quia tollit in egressu animorum simplicitatem. Veritas enim innocentia & simplicitas per malitiam tollitur, quia ista sibi inuicem contrariantur & opponuntur, sicut bene innuit Apostol. 1. Corinth. 5. *Non in fermento* (inquit) *malitiæ & nequitiæ, sed in azymis sinceritatis & veritatis.* Simplicitas enim innocentia & veritas habent in se quandam inflexibilem rectitudinem, quia sc. nesciunt aliud facere quam cogitare, aliud dicere quam sentire, aliud exterius quam interius machinari. Sciunt enim quod homo in scriptura *maledicitur, qui duabus vijs terram ingreditur.* Ecclesiast. 2. Sed pro certo malitia istis est opposita, quia scil. vnum habent in corde, & aliud in ore, vnum habent in conscientia, & aliud in apparentia, quia sicut vulpes incedit claudicando, serpens tortuose & non recta gradiendo, & ideo dicitur anguis, eo, quod angulose incedat, sic maliuoli in omnibus factis suis à simplicitate & rectitudine solent continue deuiare & tortuose, & fallaciter ambulare. Teste enim Richardo, *malitia est spontanea & deliberata prauo animo malo, cognito consentire.* Beatus etiam Augustinus in quadam epistola dicit, quod *malitia est cum moribus deceptoriis veritatis palliata proprium commodum, vel alterius incommodum attenditur.* Quia proculdubio tales sub pallio fallaciarum palliationum semper intendunt propriam vtilitatem, vel alienum incommodum procurare. Saura enim lacerta est minima cuius venenum ante interficiet quam dolor sentiatur. Quia vere multi sunt ita malitiosi, quod ita sciunt venenum suæ malitiæ infundere, quod non percipitur vnde venit, ita quod homo damnum incurrit, de cuius tamen malitia non aduertit. Isidorus etiam dicit, quod sunt quidam serpentes ita parui quod vix possunt videri, & tamen contra venenum ipsorum non potest remedium inueniri. Quia procul dubio charissimi, venenum malitiæ non solum abundat in magnis, sed etiam in paruis & pauperibus. Sicut enim dicitur Ecclesiast. 13. *Nequissima paupertas in ore impij.* Isti enim sunt minimi in statu & superbia, & tamen quando possunt, maximi sunt in malitia. Quia sicut dicit Chrys. super Matthæum in homilia de Herode, *licet parui serpentium sint in corpore breuiores, in veneni tamen malitia sunt æquales.* Sic ergo patet, quod malitia fugienda est, quia tollit in ingressu animorum simplicitatem.

¶ Secundo tollit in progressu proximorum vtilitatem. Ad hoc C enim ordinatur malitia peruersorum, vt alijs inferant caute sine deprehensione nocumentum. Vide in omni genere malorum, quod per malitiosas seductiones, palliationes & fallacitates lædunt & decipiunt vniuersos. Patet in vsurarijs, qui sub specie mutui malitiose per septimanas vel dies depauperant fœnerantes. Patet in malis iudicibus, qui sub specie iustitiæ malitiose decipiunt siue diripiunt innocentes. Patet in luxuriosis, qui sub specie amicitiæ malitiose decipiunt iuuenculas assistentes. Maliuoli enim similes sunt leonibus, qui malitiose inter ramos, & arbores se occultant, vt ex insperato bestias capiant & occidant: similes etiam cerastæ serpenti, qui corpus serpentinum abscondit, cornua vero arietis ostendit, & dum animalia non cauent, ipsa inuenenat & inuadit. Similes etiam sunt hyenæ, quæ fingens vocem humanam, ad exeundum exterius malitiose canes prouocat vt eorum carnibus laute viuat: O quanta malitia vtitur aranea ad muscas capiendum, catus ad mures capiendum, vulpes ad cornices ad se attrahendum, & ad gallinas deuorandum, lupus ad oues decipiendum & comedendum. Sic proculdubio mali in hoc mundo in executione suorum malorum operum malitijs & cautelis vtuntur, & v-

& vnum fingentes & aliud intendentes bonis innocentibus iniuriantur, & quando viribus non valent, alijs per malitiam dominantur. Sicut enim dicitur Iohel. 3. *Multiplicata est malitia populi mei.* De malitia vero loquitur Gregor. in moralibus dicens: *Mens* (inquit) *praua semper in labore est, quia aut mala molitur, quæ alijs inferat, aut timet, ne sibi ab alijs inferantur.* Et *quicquid contra proximos cogitat, hoc contra se existimat cogitari.* Fugienda est ergo malitia, quia tollit in progressu proximorum vtilitatem.

D ¶ Tertio quia acquirit in progressu tormentorum pœnalitatem. Malitia enim & in præsenti & in futuro tormenta meretur. Videmus enim quod malitia humana non potest diu latere, imo finaliter à Deo detegitur, ita quod malitiosi pœnam, & infamiam consequuntur. Versus. *Temporibus peccata latent & tempore patent.* Vnde Prouerb. 27. *Qui operit odium fraudulenter, reuelabitur malitia eius consilio:* & 1. Regum 12. *Si perseuerauerit is in malitia, & vos & rex vester peribitis.* Sed de hac vide supra de hypocrisi. Bene ergo docet Apostol. 1. Corinth. 14. *Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote,* &c. Vide infra de sapientia mundi, item de malitia diaboli, & infra de tentatione, & decipere & duplicitate.

A
# Maledicere. Maledic. Maledictus.

Nota, quod quamuis nomen maledictionis ponatur multipliciter in scriptura, quia tamen paucæ inueniuntur figuræ & auctoritates & exempla, ideo sub breuiloquio pauca dicam.

¶ Notemus ergo, quod maledictio accipitur in scriptura

Pro { Verbali execratione,
Pœnali imprecatione,
Finali condemnatione. }

¶ Primo dico, quod quidam maledicuntur per verbalem execrationem. Et sic maledictio nihil aliud est quam verbalis iniuriatio, vel diffamatio, sicut dicitur 2. Mach. 10. de illis qui *erant in præsidio, qui Machabæo maledicant, & sermones nefandos iactabant.* Vnde de peccatore dicitur in Psalm. 10. *Cuius maledictione os plenum est, & amaritudine & dolo.* Quod tamen sancti non debent timere iuxta illud Matth. 5. *Beati estis cum maledixerint vobis homines.* Quia sicut dicitur Deuter. 23. *Deus vertit maledictiones malorum in benedictionem bonorum.*

B ¶ Secundo dico, quod quidam maledicuntur per pœnalem imprecationem, sicut de Iosue dicitur Iosuæ 6. *Imprecatus est Iosue dicens, maledictus vir, qui ædificauerit Hiericho.* Et sic contra legis transgressores factæ sunt in lege maledictiones, id est, pœnarum imprecationes, sicut Deut. 27. dicitur. *Maledictus homo, qui facit sculptile. Maledictus, qui transfert terminos proximi sui. Maledictus homo qui errare facit cæcum,* & sic de alijs infinitis, sicut apparet ibidem. Peccatores enim & legis transgressores à Deo sunt maledicti, & pœnis temporalibus & perpetuis subiugati. Ficus enim *quæ non habebat fructus sed folia, fuit à Domino maledicta,* quæ statim dicitur aruisse, & foliorum pulchritudinem amisisse, sicut dicitur Marc. 10. Quia pro certo illi, qui in hoc mundo non habent nisi folia verborum & non fructus operum, à Deo maledicuntur, contemnuntur & reprobantur, & finaliter ad ariditatem tribulationis & mortis condemnantur & subiugantur. Et nota, quod à Deo sunt maledicta omnia genera peccatorum, inter quos specialiter continentur, scilicet

Malitiosi,
Inuidiosi,
Luxuriosi,
Desidiosi,
Insidiosi,
Ambitiosi,
Iniuriosi.

¶ Dico ergo, quod maledicit Deus malitiosos. Et hinc est, quod serpenti qui erat callidior cunctis animantibus terræ dictum est Genes. 3. *Quia fecisti hoc* (id est) quia hominem decepisti, *maledictus eris super omnia animantia terræ.*

¶ Item maledicit inuidiosos. Ideo Cain, qui præ inuidia occiderat Abel fratrem suum, dicitur Genes. 4. *Maledictus eris super terram.*

¶ Item maledicit luxuriosos. Vnde Deuteronom. 27. *Maledictus, qui dormit cum vxore patris sui, maledictus, qui dormit cum sorore sua,* &c.

¶ Item maledicit desidiosos. Vnde Hie[illegible]. 48. *M[illegible] qui facit opus Domini fraudulenter,* vel negligenter secundum literam.

¶ Item maledicit insidiosos Malach. 5. *Maledictus dol[illegible]*

¶ Item maledicit ambitiosos, & isti qui sursum pendent, anhelant ad culmen dignitatum & officiorum. De quibus dicitur Deuteron. 21. *Maledictus à Deo, qui pendet in ligno.*

¶ Item maledicit iniuriosos, quia sicut dicitur Ecclesi. 28. *Susurro & bilinguis maledictus, multos enim turbauit pacem habentes.*

¶ Et nota, quod illi, qui semper habent os apertum ad iniuriandum, detrahendum, diffamandum & maledicendum, sunt à Deo maledicti, sicut dicitur Genes. [illegible] *Qui maledixerit tibi, sit ille maledictus.* Serpens enim, *cuius lingua propter venenum malitiam semper agitatur, & mouetur fuit in principio à Deo inter animantia maledictus,* sicut habetur [illegible] Ad denotandum, quod illi, qui ita sunt venenosi serpent[illegible] & peruersi, quod lingua eorum semper mouetur, & ag[illegible] ad maledicendum, contradicendum, detrahendum & [illegible]nandum, à Deo sunt maledicti, & ab ipso præ cæteris reprob[illegible] Genes. 12. *Maledicam maledicentibus tibi.* Et pro certo tales [illegible]ledicti sunt valde reprehendendi, quia sicut inuenitur in scriptura. Maledicta malorum, maledicta bonorum, maledicta malorum [illegible] sunt aliquoties operari. De maioribus enim patet, quia antiquitus multum timebatur maledictio parentum, & multum appetebatur benedictio eorum. Chain enim maledictus à Noe, populos genuit ignobiles, & maledictos. Sem vero & Iaphet, qui *ab eo benedicti fuerunt nobiles & benedictos populos genuerunt,* dicitur Genes. 9. & in historia scholastica super [illegible]dem. Quotidie etiam videmus, quod maledictio parentum nocet. Tempore enim meo accidit in Pictauia, de qua natus sum, circa ciuitatem Malleacensem prope Parochiam de Fontanis, quod cum quædam mulier irata contra filium suum dixisset, Quicquid habeo in te, do diabolo, qui te submergere possit, statim puer ad prata ducens pecora, dum transiret quendam riuum, diabolus cum magno impetu ipsum puerum ad fundum trahebat, & eum submersisset, nisi populus circumstans & ad clamorem pueri occurrens, ipsum cum deuotis precibus liberasset. Sicut enim dicitur Eccles. 3. *Maledictio matris eradicat fundamentum filiorum.* Vice ergo reciproca parentes debent à filiorum maledictionib. abstinere, sicut ipsi filij debent parentibus non maledicere, nec nocere, quia sicut dicitur [illegible] uitic. 20. *Qui maledixerit patri aut matri, morte moriatur* Ite[illegible] de maledictione etiam bonorum videmus, quia sicut legitur Mar. 11. *Christus maledicens ficui fecit ipsam arescere.* Dauid maledicens montibus Gelboæ ipsos fecit sterilescere, sicut dicitur [illegible] historia scholastica super 2. Reg. 1. Iosua *maledicens ciuitati Hiericho, ipsam fecit corruere,* sicut dicitur Iosue 6. Et etiam per [illegible] suæ *maledictionem duo filij reædificatores Hiericho perierunt* [illegible] dicitur 3. Reg. 16. Sic etiam aquæ amarissimæ per maled[illegible] sacerdotum virtutem prodendi mulierem adulteram acceperunt, sicut dicitur Num. 5. Et sic patet, quod maledicti[illegible] norum potest nocere, sicut & benedictio ipsorum potest iuuare, quia sicut dicitur Esa. 14. *Maledictio vorabit terram.* De maledictione etiam malorum timendum est, quia nescitur si in h[illegible] maledictionis operatur occulte super corpus aliqua superior constellatio, vel si maledicentis maledictio vel maledicti ex[illegible] tibus demeritis aliquid operatur occulta Dei dispositi[illegible] enim legitur Num. 22. Balaam erat malus propheta, & tam[illegible] rex Balach in eius maledictionibus & benedictionibus co[illegible] debat, & per eius maledictiones superare Dei populu[illegible] bat dicens, *Noui* inquit, *quod maledictus sit, in quem congesseris m[illegible] dicta:* & ad hoc facit verbum sapientis Prou. 26. *Maledictum [illegible] stra prolatum in quempiam superueniet.* Talis igitur ma[illegible] tribus rationibus istis fugienda, & maxime, quia Deo [illegible] tuo punienda. Sicut enim dicitur 2. Mac. 10. *Iudas [illegible] maledicos viuos concremauit.* Et sicut dicitur 1. Cori[illegible] *ab aliorum societatibus reprobatur.* Et sic igitur patet, quod quidam maledicuntur per pœnalem imprecationem.

¶ Tertio dico, quod quidam maledicuntur per æternam [illegible]a- C ledictionem. Maledictio enim Dei nihil aliud est, qu[illegible] d æternam miseriam obligatio, sicut Matth. 25. dicitur, *Ite maledicti in ignem æternum, &c.* similia. Vide supra de loqui, de lingua, de detractione.

Mal gra-

A

# Malignari. Malignus. Malignitas.

quod malignitas dicitur à malus & ignis, quasi malus totus, per malitiam & peruersitatem ignitus, & ad malignandum est, malitiose igniendum alios inclinatus. Malignus ergo est ille, qui est excessiue malus, & qui est ad inferendum mala alijs valde promptus: Teste enim scriptura 1. Ioan. 5. *Mundus totus in maligno positus est*, quia pro certo sicut dicitur Rom. 1. *In mundo inueniuntur hodie multi mali scil. repleti omni iniquitate malitia, fornicatione, nequitia, plenis inuidia, auaritia, homicidio, contentione & dolo & malignitate*. Et reuera talis malignitas, id est, mala igneitas, proteruia & crudelitas est euitanda, iuxta illud Ps. 36. *Noli æmulari in malignantes, quoniam qui malignantur, exterminabuntur*. Igitur dicam, quod in scriptura reperitur

Malignitas { Animi proprij,
Fratris vel socij,
Dæmonis & impij.

Primam debes à te dimittere,
Sed secundam semper refugere,
Sed tertiam pertimescere.

B ¶ Primo ergo dico, quod est quædam malignitas penitus dimittenda sc. malignitas animi, quia sc. ad virum Christianum non pertinet quod sit peruersus, inuidus aut malignus, vt sic sit de illis, de quibus dicitur Baruc. 2. *Laudabunt* (inquit) *me in terra captiuitatis suæ, & memores erunt nominis mei & auertent se à dorso suo duro, & à malignitatibus suis*. Iustus enim homo non debet esse malignus, sed potius malignis obuius & obuersus, dicens illud Psal. 93. *Quis consurget mecum aduersus malignantes? aut quis stabit mecum aduersus operantes iniquitatem*. Inuenitur ergo malignitas animi, quæ est dimittenda.

C ¶ Secundo vero dico, quod inuenitur malignitas proximi, quæ est fugienda. Quia reuera vir simplex, & rectus, & timens Deum debet malignos socios seu proximos euitare, & eorum consortia declinare, dicens sc. illud Ps. 100. *Declinantem à me malignum non cognoscebam*. Et iuxta illud. *Noli æmulari in malignantibus neque zelaueris facientes iniquitatem*. Dicens sc. illud Psal. 25. *Odiui Ecclesiam malignantium, & cum impijs non sedebo*. Et merito, quia pro certo tales maligni & malignantes

Concutiunt consilia fraudulenta,
Obijciunt colloquia virolenta,
Conficiunt solatia temulenta,
Recipiunt supplicia truculenta,
Abijciunt palatia opulenta.

¶ Dico igitur, quod maligni fraudulenta consilia solent confingere. Et ideo Dauid dicebat in Psal. 21. *Consilium malignantium obsedit me*. Deus tamen solet quandoque talia malignorum consilia subuertere, & ea in caput ipsorum proprium retorquere ... *quat cogitationes malignorum, ne possint implere manus eorum quod cœperant*. Isti enim sunt de quibus dicitur Deo in Psalm. 82. ... *tuum malignauerunt consilium, & cogitauerunt aduersus sanctos tuos*. Quæ potissime sunt contra consiliarios principum & prælatorum, qui quotidie machinantur contra subditos.

¶ Item virulenta solent colloquia proijcere, seu dicere, & obijcere detrahendo, & inuidiam ostendendo. Vnde Psalm. 34. *Erubescant, & reuereantur simul, qui gratulantur malis meis. Induantur confusionem & reuerentia, qui maligna loquuntur super me*.

¶ Item isti temulenta solatia solent conficere, quia scil. isti vana & inania gaudia solent ducere, & habere. Vnde Iaco. 4. *Nunc autem exultatis in superbijs, vestris. Omnis exultatio talis maligna est*.

¶ Item isti truculenta supplicia solent recipere, quia sc. tales finaliter merentur, & recipiunt infernalia supplicia. Vnde in persona pauperis à malignantibus tribulati dicitur in Ps. 58. *Ab insurgentibus in me malignantibus audiet auris mea*. Audiet dicit, s. damnationem ipsorum, quando sc. complebitur illud Sap. 5. *Malignitas euertet sedes potentium*. Et ibidem. *In malignitate nostra consumpti sumus*.

¶ Item ista luculenta seu opulenta palatia solent amittere, seu abijcere sc. gaudia paradisi. Vnde ipsi Deo dicitur in Ps. 5 *Nō habitabit iuxta te malignus, neque permanebunt iniusti ante oculos tuos* scil. in paradiso. Sequitur. *Odisti omnes, qui operantur iniquitatem, perdes omnes qui loquuntur mendacium*. Ista est igitur malignitas proximi, quæ est fugienda, vt scil. congaudendo Deo dicat homo illud Psal. 63. *Protexisti me à conuentu malignantium, à multitudine operantium iniquitatem*.

¶ Tertio dico, quod inuenitur malignitas pessimorum scil. dæmonum, quæ est præcauenda. Diabolus enim malignus est, quia sc. maligne & malitiose facit, & perpetrat quicquid quærit, seu agit Ps. 73. *Quanta malignatus est inimicus in sancto?* Iste ergo per virtutem fidei & constantiæ debet à nobis vinci, & superari. Iuxta illud 1. Io. 2. *Fortes estis, quoniā vicistis malignum*. Et ipsius malitia prænarrari, & potentia debet eneruari, vt de quolibet dicatur illud Psal. 14. *Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus*. Sic igitur patet, quod malignus dicitur dæmon pessimus, malus proximus, nequam animus. Sufficit

# Malleus.

A Nota, quod malleus est instrumentum ferreum siue ligneum ad aliquid percutiendū, figendū, consolidandum, frangendum, conterendum, ordinandum. Igitur dicam, quod malleus quamcunque moralem percussionem signat. Et sic dicam, quod in scriptura reperitur malleus

Tentatoris,
Inuasoris,
Correctoris.

Primo dico, quod inuenitur malleus tentatoris. Et isto pro certo vtitur diabolus, qui scilicet in hoc mundo malleo tentationis percutit finaliter, malleo dānationis suos occidit, figuratus in Tubalcain, qui fuit malleator, sicut dicitur Gen. 4. qui interpretatur deserēs vel desertus, quia scilicet ille qui Deum deserit, à Deo desertus, & ad malleatores, hoc est, tentatoris officium conuersus. Figuratus etiam Iud. 4. in Iabele muliere, quæ scilicet Sissaram dormientem malleo interemit, quem in cerebrum eius infixit. Sic diabolus dormientem in peccatis solet occidere, & malleo damnationis necare. Vnde Iud. 5. *Sinistram manum misit ad clauum, & dexteram ad fabrorum malleos*. De malleis ergo tentationis, & damnationis dicitur Prou. 19 quod *parata sunt derisoribus supplicia, & mallei percutientes stultorum corporibus*.

B ¶ Secundo dico, quod inuenitur malleus inuasionis vel inuasoris, hoc est dictum, malleus tyrannicæ turbationis, vel afflictionis, quia pro certo ipsi tyranni mallei dicuntur, pro eo quia eorum ictibus & tribulationibus boni concutiuntur, tunduntur, & molestantur. Vnde de tyranno illo Nabuchodonosor, & eius morte dicitur Hier. 50. *Quomodo* (inquit) *confracta est virga fortis, contritus est malleus vniuersæ terræ*. Tales mallei non sunt auditi in ædificatione templi, sicut dicitur 3. Reg. 6. Quia scilic. in ædificatione Ecclesiæ & ecclesiasticorum promotione nunquam debet prouenire sonus mallei, id est, impressio vel supplicatio alicuius tyranni. *Vox*, inquit, *mallei non est audita in domo Dei cum ædificaretur*.

C ¶ Tertio vero dico, quod inuenitur malleus correctionis, quia reuera iudex & prælatus se habent quandoque per modum malleatoris sc. licet fortiter percutiendo, & hominem quasi violenter formando, & in virtutibus figurando. Vnde de vtroque potest dici illud Hierem. 10. *Clauis & malleis compegit illud, vt non dissoluatur*. Artifex enim cum malleo format vasa, licet (si materia non sit obediens) sæpe fit, quod cum eodem malleo frangit ea. Sic Deus malleo correctionum & tribulationum hominem percutit, & eum sic percutiendo formare & virtuosum facere intendit Esa. 44. *Faber ferrarius lima operatus est, & in prunis & in malleis formauit illud*. Veruntamen sæpe fit, quod dum homo obedire dedignatur, malleo mortis & damnationis per ipsum frangitur & cassatur Hie. 23. *Nunquid non verba mea sunt quasi ignis, dicit Dominus, & quasi malleus conterens petram*. Ideo de homine qui Dei vel prælati malleatione formatur, potest dici illud Eccl. 38. *Vox mallei innouat aurem eius* Et de ipso correctore dicitur Es. 41. *Confortabit faber ærarius percutiens malleo eum qui cudebat*. Adnette tamen, quod multi sunt ita duri, & ita obstinati quod Dei vel prælati malleationes non sentiunt, nec per mundi tribulationes inflictas se corrigunt aut conuertūt. Figurati in illo Behemoth, de quo dicitur Iob 41. quod *quasi stipulam reputabit malleum, & deridebit vibrantem hastam, non fugabit eum vir sagittarius, in stipulam versi sunt ei lapides fundæ*. Quinimo duriores, crudeliores & magis impij fiunt exemplo incudis, quæ semper durior efficitur, quanto magis super eam malleatur Iob 41. *Cor eius indurabitur quasi lapis, & stringetur quasi malleatoris incus*. Patet igitur, quod per malleum intelligitur ictus correctoris, pondus inuasoris, motus tentatoris. Vide in tit. de percutere & similibus.

A **Malus. Malum.** Nota, quod quandoque malus sumitur pro arbore nauis vbi portatur velum, sicut dicitur Eze. 27. *Cedrum de Libano tulerunt, vt facerent tibi malum*, & loquitur ciuitati Tyri sub metaphora nauis. Quandoque etiam sumitur pro arbore quæ dicitur pomus, sicut dicitur Cantic. 8. *Sub arbore malo suscitaui te*: & loquitur sponsus sponsæ. Quandoque malum sumitur pro fructu ipsius arboris, scilicet pro pomo, sicut dicitur Cant. 2. *Fulcite me floribus, stipate me malis*: & Can. 7. *Odor oris tui sicut malorum*. His tamen omnibus prætermissis, de malus in quantum signat vitium, peccatorē, vinosum & defectuosum, & de malū in neutro genere in quantū signat vitium vel peccatum, Deo annuente aliquid disseramus. Et primo de malo adiectiuo, secundo de malo substātiuo.

¶ Malus igitur idem est, quod peccator, ille scilicet qui à bonitate morali est penitus alienus. Sicut enim in naturalibus illa res dicitur mala quæ est vitiosa & defectuosa, & sicut de omnibus rebus quæ fiunt, inueniuntur aliqua mala, sicut est domus ruinosa, via paludosa, vestis lacerata, esca venenata, fructus corruptus, murus destructus, sic vere moraliter loquendo illi spiritualiter dicuntur mali, qui sunt in moribus defectiui, siue sint ruinosi per superbiam, siue paludosi per luxuriam, siue lacerati per inuidiam, siue venenati per malitiam, siue corrupti per malam consuetudinem, siue destructi per virtutum carentiam & paucitatem. Et breuiter secundum doctrinam saluatoris, sicut *arbor mala cognoscitur ex malis fructibus, sic homo malus ex malis operationibus*, quia sicut dicitur Matt. 12. *Malus homo de malo thesauro suo profert mala.*

¶ In quibus verbis aduerte, quod principaliter triplex est malum, scilicet,

Malum { Naturale, Cordiale, Manuale.

Primum prouenit ex nostra dispositione (Malus inquit homo) Secundum prouenit ex nostra cogitatione (De malo inquit thesauro, Sed tertium prouenit ex nostra operatione, quod ostenditur, cum dicitur (profert mala.) Et sic patet, quod est triplex malum, scilicet,

Malum { Naturalis inclinationis, Cordialis cogitationis, Manualis operationis.

B Primo ergo dico, quod est malum naturalis inclinationis. Et hoc ostenditur cum dicitur. (Malus homo) Homo enim signat naturam humanam, quæ pro tanto dicitur esse mala, quia sc. ad malum culpæ est naturaliter inclinata, malis defectuum naturalium est originaliter subiugata, ad malum miseriam pœnarum & miseriarum multipliciter est obligata, & condemnata. De tali ergo naturali malitia videtur loqui Gen. 8. *Sensus & cogitatio hominis proni sunt ad malum ab adolescentia sua.* Sic etiam videtur loqui saluator Matth. 7. Vbi loquens Apostolis quos constabat moraliter esse bonos, dicit sic: *Vos ergo cum sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris.* Est ergo homo malus naturaliter, quia sc. res variabilis, defectibilis, corruptibilis, & inanis. Arbor enim nō diceretur bona, quæ de se produceret fructus malos & inutiles.

¶ Et aduerte, quod nobis humana natura propinat tot mala, scilicet

Quot { Lendes, Pulices, Pediculos, Vermiculos, Fœtores, Pudores, Infirmitates, Debilitates.

Omnia enim ista sunt quædam mala, & quædam peccata naturalia, id est, quidam defectus nobis naturaliter adhærentes. De quo Baruch 1. *Adhæserunt nobis multa mala.* Et in Ps. 39. *Circumdederunt me mala quorum non est numerus.* Sed de malis istis naturalibus vide Inno. de miseria conditionis humanæ, vbi inuenies multa notabilia dicta. Patet igitur, quod est malum naturalis dispositionis.

C ¶ Secundo dico, quod est malū cordialis cogitationis. Multa enim sunt mala in nobis quæ nunquam progrediuntur ad actum, sicut sunt mala quæ sunt in cogitatione, in affectione & in intentione. Sicut enim vipera interius in vtero concipit filios serpentulos venenosos, à quibus tamen in vtero existentibus ipsa vipera mater sua corroditur & occiditur, sic vere vipera spiritualis, id est, mala conscientia, multos fœtus, id est, multas malas cogitationes & affectiones & intentiones interius in vtero cordis concipit, quæ tamen antequam ad actum exterius exeant, matrem suam sc. animam per peccatum mortale necāt. Constat enim quod malum in conscientia conceptum, ita bene est mortale, ac si exterius ad actus varios nasceretur, dumtamē per eos non stet Psalm. 27. *Mala autem in cordibus eorum.* Et istud ostenditur, cum dicitur. (De malo thesauro suo) Malus enim thesaurus hominis est malum cor, iuxta illud Matth. 6. *Vbi est thesaurus tuus, ibi est cor tuum*, in quo quidem malo thesauro mala quamplurima reconduntur, quando in occulto cogitationis, affectionis & intentionis, mala primitus disponuntur. Sicut enim dicitur Mar. 8. & Matt. 15. *De corde exeunt cogitationes malæ, furta, homicidia, &c.* Et sic patet, quod est malum cordialis cogitationis.

D ¶ Tertio dico, quod est malum manualis operationis. Et ostenditur cum dicitur (Profert mala) Proferre enim idem est, quod producere, & est productio idem quod actio, factio vel in actum ductio, vel actus executio vel operatio. Sicut enim aliquæ sunt arbores, quæ quicquid exterius proferunt, totum est malum, sicut de arbore taxo dicitur, quod quicquid ex se producit, totum est malum & venenosum, & fructus & folia, & cortex & vmbra, sicut dicit Plinius, sic vere mali sunt homines à quibus quicquid fiet vel opus producitur, totum est alijs malum & venenosum. Producunt enim malos fructus operationum, iuxta Ioan. 3. *Erant enim opera eorum mala.* Item mala folia locutionum Psalm. *Mali locuti sunt de Deo.* Item malum corticem conuersationis, de quibus Hierem. 13. *Si mutare potest Æthiops pellem suam & pardus varietates suas, sic vos poteritis bonum facere, cum didiceritis malum.* Item malam vmbram mali nominis & diffamationis. Vnde Hierem. 9. *Confortati in terra & de malo ad malum egressi sunt.* Profert ergo mala, sicut dicitur Prouerb. 29. *Totum spiritum suum profert stultus*: & Hierem. 32. *Erant enim filij Iuda, & filij Israel iugiter facientes malum in conspectu meo.* Istud est ergo malum manualis operationis, quod tamen summe interdicitur in scriptura. Vnde in Psalio. 33. *Diuerte à malo, & fac bonum, inquire pacem, & persequere eam.* Quod tamen est contra multos, qui nec à malo diuertunt, nec bonum etiam faciunt, nec pacem etiam aliorum acquirunt sed malis & peccatis omnibus se exponunt, ita quod de peccatore potest dici illud Matth. 8. *Domine puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur.* Vbi ostenditur, quod peccatores sunt mali ratione immundæ carnalitatis, quia sunt peruersatione terrenæ cupiditatis quia sunt iacentes, & per consequens terrā ex toto tangentes: ratione sopitæ tepiditatis, quia sunt paralytici, & per consequens nihil possunt operari: ratione inuidiæ malignitatis, quia scilicet male torquentur. Et sic in ista auctoritate ostenduntur quatuor mala culpæ, quibus subiacent peccatores, videlicet malum

Immunditiæ,
Auaritiæ,
Pigritiæ,
Inuidiæ.

Ista dilata, & allega sicut vis. Istud solum aduerte, quod cum generaliter duo sint mala, videl. malum culpæ, de quo iam dictum est, & malum pœnæ, de quo dicitur Amos 3. *Non est malum in ciuitate, quod non faciat Dominus.* de malo tamen culpæ peruenitur ad malum pœnæ, sicut de malis dicitur Matt. 21. *Malos male perdet, & vineam suam locabit alijs agricolis vel operarijs.* Ista igitur de malo sufficiant quantum ad præsens. Vide de diuersis malis personis in materijs particularibus.

E ¶ Sed si quid velis vltra dicere de malo tam adiectiuo quam substantiuo, notabis adhuc, quod in scriptura reperitur generaliter triplex malum videlicet,

Malum { Culpæ in corde latentis, Miseriæ mundi præsentis, Pœnæ post mortem sequentis.

¶ Et sic dico, quod inuenitur in scriptura malum latens, quod est euitandum, patens, quod est tolerandum, scatens, quod est dubitandum. Nam tu debes euitare malum criminalis infectionis. Tolerare malum temporalis afflictionis: dubitare malum æternalis damnationis. Inuenitur ergo malum culpæ, quod est euitandum. Infirmitas enim illa est præcipue euitanda, quæ

da, quæ vires naturæ destruit, & itaquam cum quis ceciderit via [illegible]git, imo non solum se, sed alios contingentes corrumpit, qualis est (vt communiter) morbus Lepræ. Tale est malum culpæ, quia reuera natura spiritualis, hoc est dictum, diuina gratia per hunc destruitur, & exinde vix euaditur aut exitur, & ipsum etiam contingentes, & frequentantes læduntur, & corrumpuntur. Ideo bene consulitur Prou. 3. *Time Deum & recede à malo*, & Ecclesiast. 4 *Serua tempus, & deuita à malo* & Deut. 21. *Auferatis malum de medio vestri*, dico

Malum {
Cogitationis,
Delectationis,
Dispositionis, id est, consensus,
Operationis,
Conuersationis,
Assuefactionis,
Ostentationis,
Obstinationis,
Oblocutionis,
Machinationis,
Exaltationis,
Seperationis.

Ista enim sunt 12. genera malorum, quæ à nobis sunt fugienda & vitanda, & de fidelium cœtibus auferenda. Quia reuera talia mala diligunt, ipsaque diuersimode faciunt & committunt. Hier. 32. *Erantque filij Israel & filij Iuda iugiter facientes malum.* Malum dico cogitationis Matth. 9. *Ad quid cogitatis mala in cordibus vestris?* Contra illud Esa. 1. *Auferte mala cogitationum vestrarum, quiescite agere peruerse, discite benefacere.* Item malū delectationis Prou. 21. *Anima impij desiderat malum.* De quo etiam Rom. 7. dicit Apostolus. *Quod odio malum, illud facio.*

¶ Item malum dispositionis, hoc est dictum, malum voluntatis & consensus Psalm. 27. *Mala autem in cordibus eorum.* ¶ Item malum operationis Ioan. 3. *Erant enim opera eorum mala:* & Ioan. 7. *Testimonium perhibeo de illo, quia opera illius mala sunt* Hier. 22. *Tui vero oculi & cor ad auaritiam sunt inclinati, & ad sanguinem innocentem fundendum, & ad calumniam, & ad cursum mali operis.* Et tamen Ecclesiast. cap. 7. consulitur. *Noli facere mala, & non te apprehendent.*

¶ Item malum conuersationis. De quo Dan. 3. *Confundantur omnes, qui ostendunt seruis tuis mala* ¶ Item malum assuefactionis, i. consuetudinis. De quo Hier. 9. *De malo ad malum egressi sunt, & me non cognouerunt dicit Dominus.*

¶ Item malum ostentationis, de quo Michę. 7. *Malum manuum suarum dicunt bonum.*

¶ Item malum obstinationis. De quo Hier. 13. *Non poteritis bonum facere, cum didicistis malum.* ¶ Item malum oblocutionis, de q[illegible]la. 5. *Væ qui dicunt bonum malum, & malum bonum, ponentes tenebras in lucem, & lucem in tenebras, ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum.* Et merito, quia pro certo omnis qui male agit, odit luce[illegible]ales enim (vt communiter) commendant vituperandos, & obloquendo vituperant commendandos. ¶ Item malum machinationis seu proditionis, de quo Prouerb. 12. *Dolus in corde cogitantium mala.* Contra illud Zach. 7. *Malum vir fratri suo non cogitet*, quia sicut dicitur Prouerbior. 18. *Qui decipit iustos in via mala, in interitu suo corruet.*

¶ Item malum eleuationis seu superbiæ & elationis. De quo Ecclesiastic. 8. *Interdum dominatur homo homini in malum suum.*

¶ Item malum separationis seu Dei obliuionis, quia sicut dicitur Hierem. [illegible] *Duo mala fecit populus meus, me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ non valent continere aquas* Et tamen peccatori homini dicitur Hier. 2. *Quam malum & amarum est tibi reliquisse te Dominum Deum tuum, & non esse timorem eius apud te?* Ecce ergo quot malis, & quot defectibus abundant hodie peccatores. Non est igitur mirum, si isti sint mali, qui tot malis & vitijs sunt imbuti. De quibus dicitur 2. Tim. 3. *Mali autem homines proficiunt in peius errantes.* ¶ Veruntamen isti merentur, sc.

A iustis vitari,
A regno fugari,
In inferno damnari,
Tormentis grauari.

A iustis (dico) sunt mali vitandi Prouerbior. 24. *Ne æmuleris viros malos, nec desideres esse cum eis.* A regno etiam scilicet Paradisi sunt mali fugandi Matthæi 13. *Elegerunt bonos in vasa sua, malos autem foras miserunt.* Bene foras, quia scilicet in paradiso non potest esse, viuere vel intrare aliquis malus homo. Vnde Esaiæ 35. *Mala bestia non ascendet per eam, nec erit ibi.* In inferno insuper sunt mali ligandi, seu damnandi, quia sicut dicitur in Psalm. 130. *Virum iniustum mala capient in interitu.* Tormentis insuper sunt mali grauandi, quia sicut dicitur Ecclesiastic. 6. *Improperium, & contumeliam malus hereditabit.* Et illud Matth. 21 *Malos male perdet.* Noli sic charissimi, sed vitemus mala, fugiamus à malis, caueamus, ne simus mali. Quia reuera sicut bona bonis creata sunt in principio, sic nequissimis bona & mala, sicut dicitur Ecclesi. 39 *Ideo reuertimini vnusquisque a via sua mala, & à pessimis cogitationibus vestris, & habitabitis in terra* Hier. 25 *Time Deum, & recede à malo*, Prou. 3. Quia *per timorem Domini declinat omnis à malo.* Ecclesi. 1. Patet ergo, quod in scriptura reperitur malum culpæ, quod est euitandum.

¶ Deinde dico, quod ibi inuenitur malum miseriæ quod est G
tolerandum. Mala enim humanæ miseriæ siue sint mala naturalia, sicut sunt surditas, cæcitas, debilitas, infirmitas, siue sint mala casualia, sicut sunt subiti raptus, subiti ignes, subitæ mortes, subitæ tempestates, siue sint mala temporalia, sicut sunt aduersitates, paupertates, inimicitiæ, depressiones, accusationes, diffamationes, verbera, carceres, & similia sunt iti patienter toleranda, & humili moderatione pensanda. *Deus enim fecit nos & non ipsi nos* Psalm. 90. *Et sicut lutum in manu figuli, sic nos etiam sumus in manu, & voluntate creatoris, & Domini Dei nostri* Hier. 18. De nobis ergo potest pro lubito voluntatis facere, & nos in hoc mundo malis istis subdere & grauare & de nobis iuxta voluntatis suæ libitum ordinare. Talia enim mala temporalia, naturalia, casualia, à Deo originaliter proueniunt & ab ipso agente vel patiente accidunt, & occurrunt. Sicut enim dicitur Ecclesiast. 11. *Bona & mala, vita & mors, paupertas, & honestas à Deo sunt.* Igitur *si bona suscepimus de manu Domini, mala autem quare non sustineamus?* Iob 2. Et reuera sustinenda sunt talia mala multiplici ratione, videlicet, quia

Imprimuntur à diuina prouidentia,
Reprimuntur à superne præsidentia,
Infliguntur pro nostra iniustitia,
Firmantur virtuali patientia.

His {
Causatur luctuosa pœnitentia,
Aptatur æternalis opulentia,
Necatur infernalis violentia.

¶ Dico igitur, quod mala mundi sustinenda, qui imprimuntur Deo prouidente. Constat enim quod omnia mundi mala pœnalia, quadam occulta & iusta Dei ordinatione, prouidentia & dispositione fiunt, & omnia ipso permittente succrescunt. Vnde Amos 3. dicitur. *Si est malum in ciuitate, quod non faciat Dominus?* q. d. non. Vnde Hierem. 45. *Ecce ego adducam malum super omnem carnem, dicit Dominus.*

Item sustinenda sunt, quia reprimuntur Deo præsidente. Constat enim quod mala pœnalia huius sæculi pro libito vagari non possunt, imo certe Deus ipse sub certis limitibus retinet, reprimit, & recludit, & ne vltra debitum sæuiant, ipsa manu tenet & sistit. Figure de mari cui Deus dedit certos terminos quos fluctus ipsius nunquam præterire permittit. Sic est de mundi tribulationibus & malis. *Fidelis enim Deus est, & nos non permittit tentari vltra quam possumus* 1. Corinth. 10. igitur ista reprimuntur Deo præsidente Psalm. 22. *Non timebo mala, quoniam tu mecum es.* Veruntamen multi possunt quærendo dicere illud Iudic. 6. *Si Dominus nobiscum est, quare apprehenderunt nos tot mala?* Et certe potest responderi, quod dominus quandoque differt hominis à malo liberationem, vt scilicet videat ipsius patientiam, & perfectionem, & vt etiam puniat ipsius culpam, & defectionem, & vt in eo operetur castigationem & correctionem, dicens scilicet illud Hierem. 46. *Castigabo te in iudicio, nec quasi innocenti parcam tibi.* Si igitur *bona suscepimus de manu Domini, mala autem quare non sustineamus?* Iob 2. Constat tamen, quod Deus finaliter de mundi malis suos eripit, & ipsos malos pro libito seruire non sinit. Sapient. 16. *Tu es, qui liberas ab omni malo.* Psal. 120. *Dominus custodit te ab omni malo, custodiat animam tuam Dominus.* Reprimuntur ergo Deo præsidente.

¶ Item dico, quod sustinenda sunt, quia infliguntur in vno delin-

delinquente, ſeu homine peccante. Conſtat enim quod *quicquid mali patimur, peccata noſtra meruerunt*, ſicut dicit Aug. Vnde Geneſ. 42. *Merito hæc patimur, quia peccauimus, &c.* Vnde Baruch. 1. *Peccauimus ante Dominum Deum noſtrum.* Sequitur. *Et adhæſerunt nobis multa mala.* Item ſuſtinenda ſunt quia his dotamur in corde pœnitente. Conſtat enim quod homo malis & tribulationibus mundi fractus ſolet compelli ad Deum recurrere & eius auxilium requirere, & de commiſſis criminibus pœnitere. Vnde Gregorius in hom. *Mala quæ hic nos premunt, citius ad Deum venire nos compellunt.* Pſal. 89. *Lætati ſumus pro diebus quibus nos humiliaſti, annis quibus vidimus mala.*

¶ Item ſuſtinenda ſunt, quia his duramur vita patiente. Conſtat enim quod homo per mala & tribulamina quæ ſuſtinet, ſapientior & modeſtior, & ab omni leuitate & inſolentia durior, & firmior & conſtantior, & ab omni mollitie liberior inuenitur. Vnde 2. Paral. 20. *Si irruerint ſuper nos mala, gladius, peſtilentia, fames, ſtabimus in ſempiternum in conſpectu tuo.* q.d. per talia mala fit homo ſtabilis atque conſtans.

¶ Item ſuſtinenda ſunt, quia his aptamur ſupernaturali opulentia, ſcilicet gloria paradiſi. Conſtat enim, quod mala quæ hic ſuſtinentur, fœlicitatem æternam generant, & gloriam paradiſi procurant. Vnde de Lazaro fuit dictum diuiti epuloni Luc. 16. *Fili recordare, quia bona recepiſti in vita tua, Lazarus autem ſimiliter mala, nunc autem ipſe conſolatur, tu vero cruciaris.*

¶ Item ſuſtinenda ſunt, quia ſic ſeruamur ab orco fœtente, quia ſcilicet per mala temporalia quæ hic ſuſtinentur, mala perpetua & infernalia euitantur. Vnde Sophoniæ 3. *Abſtulit dominus iudicium tuum, auertit inimicos tuos rex Iſrael dominus in medio tui, non timebis malum vltra.* Malum dico, ſcilic. inferni. Patet igitur quod inuenitur malum miſeriæ temporalis quod eſt tolerandum. Denique dico quod inuenitur malum anguſtiæ infernalis quod eſt formidandum. Malum enim culpæ & nequitiæ ducit finaliter hominem ad malum infernalis penuriæ & anguſtiæ. De quo Ierem. 48. *Prope eſt interitus Moab & malum eius.* Pœna enim infernalis proprie dicitur malum, & hoc quia contrariatur ſummo bono, ſcilicet gloriæ paradiſi. Iſtud eſt enim malum, quod ſemel habitum nunquam terminatur, quod iuxta debitum culpis adaptatur, quo cœlum perditum nunquam recuperatur, quo ad interitum malus aggrauatur. Iſtud ergo malum ſemel habitum non terminatur. Vnde Iere. 11. *Inducam ſuper eos mala de quibus exire non poterunt.* Item iuxta debitum culpis adaptatur, quia ſicut dicitur 2. Cor. 5. *Recipiet vnuſquiſque prout geſſit in corpore ſuo, ſiue bonum ſiue malum fecerit.* Et illud Eſaiæ 3. *Væ animæ eorum quoniam reddita ſunt eis mala.* Item ad interitum damnatis datur, quia ſcil. iſtud malum dicitur mors æterna, *quia ſc. virum iniuſtum mala capient in interitu.* Pſ. *Et malorum amatores digni ſunt morte.* Iſtud eſt igitur malum formidandum & ſummopere præcauendum, iuxta illud Eccleſiaſt. 7. *In die bona fruere bonis & diem malam præcaue.* Placeat ergo Deo quod mitiget nobis à diebus malis quando fodiatur peccatori fouea, exaudiatque orationes noſtras, & reconcilietur nobis nec nos deſerat in tempore malo. Patet igitur quomodo inuenitur malum pœnæ, malum miſeriæ, malum culpæ.

A **Malumgranatum.** Seu Malogranatum & malū punicum. Cum malum idem ſit quod pomum, & ſic malogranatum pomum ſit granis rubeis plenum interius humidum, liquoroſum, ſaporoſum, per multas cellulas diſtinctum, muſto rubeo & frigido & contra ardores medicinali, madidum, groſſo, rudi & duro cortice coopertum, medicinæ & eſui ſatis aptum. Et quia inter grana pomorum talia ſunt optima, inde fuit, quod malogranatum malum punicū eſt vocatum. Cuius etiam figura indumenta pontificis Aaron pro ornatu legitur adiuncta fuiſſe, & in capitellis columnarum templi Salomonis locum & ordinem habuiſſe. Hinc eſt quod per malogranata potes intelligere viros perfectos, rudi cortice humilitatis indutos, intus per charitatem rubicundos, per prudentiam diſtinctos, per gratiam, deuotionem, compaſſionem & ſcientiam humidos ſeu etiam liquoroſos, per virtutum abundantiam multis multorum granis ornatos, & ad ornatum veſtium ſacerdotalium columnarum templi, id eſt, ad ornatum veſtis Chriſti quæ eſt Eccleſia, deſtinatos, & in horto fidei Chriſtianæ plantatos. Vnde de iſto horto Eccleſiæ dicitur Deuteron. 8. *Quod iſta eſt terra hordei frumenti vinearum in qua ficus & malogranata & oliueta naſcuntur.* Vel ſi vis dic quod iſta eſt Eccleſia diuerſis cellulis, id eſt, diuerſis ſtatibus diſtincta, liquore gratiæ & ſapientiæ plena, granis meritorum, virtutum & bonarum perſonarum confirmata, rubore charitatis ornata, & cortice humilitatis recta. Vel idem dic de anima, vel conſcientia, vel etiam de paradiſo. Vel ſi vis dic quod iſtud ſignificat virtutem charitatis, quæ intus per feruorem rubet, exterius per humilitatem ſqualet, liquorem eleemoſynarum & bonorum documentorum ſtillat, grana aliarum virtutum & meritorum portat, veſtem ſacerdotalem, id eſt conuerſationem iuſtorum ornat. Vnde 3. Reg. 7. dicitur, quod *malogranatorum ducenti ordines erant in circuitu capitelli.* Et de ſponſa Chriſti, id eſt, de Eccleſia vel anima dicitur Canticor. 4. *Sicut fragmen mali punici, ſic gena tua.* Et ibidem. *Emiſſiones tuæ paradiſus malorum punicorum, cum pomorum fructibus, &c.* Expone & allega de malogranato & malo punico ſecundum concordantias, quia omitto gratia breuitatis.

**Mamma. Mammilla.** Nota, quod mammæ vel mammillæ idē ſunt quod vbera, membra ſc. in quibus lac conficitur, & vnde attrahitur atque ſugitur, & ad vtilitates hominum eligitur & mulgetur. Et poteſt ſignificare mammilla, Pium miſeratorem, Bonum prædicatorem, Carnis inquinatorem, Falſum adulatorem. Nā pro certo chariſſimi, iſtud eſt verum quod mammillæ piorum multos enutriunt, mammillæ doctorum multos erudiunt, māmillæ carnales multos inficiunt, mammillæ verbales multos decipiunt. Inuenio igitur mammillas pij miſeratoris, qui ſcilicet lactat & nutrit pauperes per opera pietatis. Vnde cuilibet perſonæ poteſt dici illud Cant. 4. *Quam pulchra ſunt mammæ tuæ ſoror mea: ſponſa mea, pulchriora vbera tua vino & odor tuus ſuper omnia aromata.* Expone quomodo mammæ pietatis redoleant propter famam, quia aromata, & lætificant indigentes, quia comparantur vino, quod ſcilicet lætificat cor hominis. Item inuenio mammillas docti prædicatoris, qui ſcilicet lactat per doctrinam quoſlibet ignorantes, vt ſcilicet cuilibet per eum ſic lactato dicatur illud Eſa. 60. *Suges lac gentium & mammilla regum lactaberis.* Regum dico, & doctorum. Item inuenio mammillam carnis inquinatoris, id eſt, hominis immundi & carnalis ſeu etiam malæ & vilis mulieris, quæ ſcilicet dulcedine libidinis lactat & inficit impudicos. Vnde de impudicitia mulierum dicitur Ezech. 23. *In adoleſcentia ſua fornicatæ ſunt, ibi ſubacta ſunt vbera earum, & fractæ ſunt mammæ pubertatis earum.* Item inuenimus mammillas falſi adulatoris, quia ſcilicet adulator mammillis dulcium verborum ſuorum lactat & decipit audientes, de quo Threnor. 4. *Lamiæ nudauerunt mammas, lactauerunt catulos ſuos.* Multa poſſunt de mammillis dici, ſed non ſunt authoritates. Vide vbi Lac, Lactare, Vbera, & vbi fit mentio de Adulatore.

A **Mandare. Mandatum.** Nota, quod mandatū accipitur dupliciter in ſcriptura. Eſt enim mandatum diuinum & humanum. Qualitercunque autem accipiatur mandatum, importat virtutem obligatiuam. Mandare enim pertinet ad ſuperiorem, obedire ad inferiorem. Et ideo de mandato poſſemus diſtinguere ſicut de lege, vt ſcil. dicamus quod eſt

Mandatum { naturæ, ſcripturæ, picturæ.

Eſt dico mandatum naturaliter impreſſatum, de quo dicitur Eccleſiaſt. 15. *Nemini mandauit impie agere, & ſpatium peccandi.* Et Eccleſiaſt. 17. *Deus de terra creauit hominem, & mandauit vnicuique de proximo ſuo.* Deus enim iſtud mandatum impreſſit in corde humano & in ſynderesi rationis. Item eſt mandatum ſcripturaliter expreſſatum, & iſtud eſt generaliter omne illud quod Deus ſiue conſulendo, ſiue præcipiendo in ſcriptura ſacra ordinat & diſponit. De quo Prou. 6. *Mandatum lucerna eſt & lex lux, &c.* Sed iſtam authoritatem vide expoſitam ſupra de lege. Item eſt mandatum præturaliter ordinatum. Et iſtud eſt generaliter omne mandatum, omnis ſuperioris vel principis vel prælati, quod etiamſi ſit iuſtum & licitum, ſemper eſt obſeruandum. Vnde Luc. 15. dicebat primogenitus filius patri ſuo: *Mandatum tuum nunquam præterii.* Sed quia quando agimus de mandatis ſemper vt communiter intendimus de mandatis diuinis quæ nobis in ſcriptura mandantur. Et ideo de iſtis aliquid tantummodo dicemus.

¶ Mandata ergo ſunt legis diuinæ præcepta, ad ſalutem hominum

minum ordinata, quæ possunt in genus, species & indiuidua distingui. Dicuntur enim mandata in genere amor Dei & proximi. Sicut enim dicit Saluator Matth. 22. *In duobus mandatis tota lex pendet & Prophetæ.* Sed de ista dualitate vide supra de charitate & amore. Sicut enim duabus alis sursum erigitur auis, duabus pinnulis piscis in aqua dirigitur, duabus manibus homo opus suum exequitur: sic proculdubio per ista duo mandata natando & discurrendo per mundum dirigimur, operando bona opera exequimur, volando sursum per contemplationem ad paradisum ducimur. Nullus enim erigitur ad paradisum nisi per ista duo mandata. Quia sicut dicitur Matth. 19. *Si vis ad vitam ingredi serua mandata.* Item dicuntur mandata in specie. Et sic mandata diuina diuiduntur in denas species, hoc est dictum, in decem mandata Decalogi. Sed quia de eorum diuisione & explanatione magis esset Theologicum quam morale, ideo supersedeo quoad præsens. Ista enim inter se diuiduntur, quia scilicet quædam ordinant hominem ad Deum, scilicet illa tria quæ erant scripta in prima tabula. Quædam vero ordinant hominem ad proximum, sicut illa de secunda tabula. Et etiam ista decem in multa indiuidua, id est, in multa consilia particularia subdiuiduntur. Breuiter ergo notemus, quod decem mandata legis præcipue sunt seruanda. Ista enim sunt quædam spiritualia vincula, infra quorum ambitum affectus humani tenentur, ne vagari per vitia dimittantur. Sicut enim dicit Plinius. In Ægypto inueniuntur papyri decem cubitorum, quorum radix est triangularis, & exinde prout dicit fiunt naues ad nauigandum, funes ad ligandum, vestes ad induendum. Isti papyri charissimi significant mandata diuina, quæ scilicet à radice triangulari, id est, ab ipso Deo trino & vno originaliter processerunt, & in Ægypto huius mundi à Deo data fuerunt, & in decem cubitos, id est, in decem præcepta Decalogi, distincta & diuisa extiterunt. Sicut dicitur Deut. 10. *Moyses scripsit in tabulis verba decem, quæ locutus est dominus.* Ista autem præcipue ad tria sunt necessaria, quia scilicet exinde fiunt vestes honestæ conuersationis, Funis debitæ cohabitationis & naues tutæ peregrinationis, sine enim istis decem mandatis bonæ conuersationis vestibus non velamur, iustæ cohabitationis funibus non ligamur, tutæ habitationis nauibus non portamur, Dei enim mandata possunt dici naues, quia per istud mare magnum & spatiosum nullus ad portum paradisi transuehitur, nisi qui in mandatorum Christi nauicula continetur. Ideo dicitur, quod *Christus iussit discipulos suos ascendere in nauiculam & præcedere eum trans fretum.* In Psal. 110. enim dicitur, quod *maledicti qui declinant à mandatis tuis, quia fidelia omnia mandata Dei, confirmata in sæculum sæculi.* Et nota, quod mandata Dei seruanda sunt multiplici ratione. Ista enim

Solent {
Mortuos viuificare,
Deuios rectificare,
Immundos purificare,
Dæmones iustificare,
Discordes conciliare,
Obseruantes fœcundare.

C ¶ Primo dico, quod mandata Dei habent virtutem viuificatiuam. Nullus enim viuit vita gratiæ, nisi qui mandata custodit. Capræ enim dicuntur viuere decem annis. Leputarij etiam per decem annos possunt in bonitate sua viuere. Si vero amplius vixerint, erit inutilis vita sua. Quia pro certo charissimi numerus denarius, qui decem legis præcepta designat, vitam gratiæ continuat, & vitam gloriæ procurat. Infra enim istum numerum spiritualiter viuimus, & vltra istum si transiuerimus, spiritualiter expiramus. Vnde Deut. 8. *Mandatum quod præcipio tibi hodie caue vt facias vt possis viuere.* Quia sicut dicitur Matt. 19. *Si vis ad vitam ingredi serua mandata.* Et Prouer. 7. *Serua mandata & viues.* Habent ergo mandata viuificatiuam virtutem.

D ¶ Secundo dico, quod mandata habent virtutem rectificatiuam seu etiam illuminatiuã. Mandata enim sunt quædam regulæ quibus ambulantes non deuiamus & sunt quædam lucernæ, quas aspicientes non erramus, quia sicut dicitur Prou. 6. *Mandatum lucerna est & lex lux & via vitæ increpatio disciplinæ.* Et in Psal. 172. *Omnia mandata tua æquitas.*

E ¶ Tertio dico, quod mandata habent virtutem purificatiuam. Mandata enim sunt sicut quidam fontes spirituales, in quibus crimina purificantur & ab iniquitatibus emundantur. Sicut enim dicitur Roman. 7. *Lex quidem sancta & mandatum sanctum.* Et ideo decem mandata sunt decem coronæ tabernaculi, quæ sicut dicitur Exod. 36. *De bysso retorta fiebant.* Byssus vero significat puritatem.

F ¶ Quarto dico, quod mandata habent virtutem defensatiuam. Sunt enim mandata sicut sepes animæ, ad bestiarum cohibitionem & possessionis conseruationem ordinatæ Eccles. 15. *Si volueris conseruare mandata conseruabunt te.* Teste enim Plinio, in Ægypto sunt plantæ decem cubitorum, quorum fructus est amarus, quorum folia sunt spinosa, propter quod à crocodilis refugitur & vitatur. Quia vere viri sancti, qui decem cubitos, id est, decem mandata legis in se continent, ex quibus sua, scilicet, spiritualis magnitudo constat, & qui fructus amaros pœnitentiæ cum spinis diuini timoris continue secum portant, à crocodilis, id est, à dæmonibus refugiuntur, & ab eis vitantur & metuuntur. ideo possunt dicere viri iusti illud Psalm. *Fiat manus tua vt saluet me, quia mandata tua elegi, &c.*

G ¶ Quinto dico, quod mandata habent virtutem conciliatiuam seu concordatiuam. Mandata enim secũdæ tabulæ omnia ordinant hominem ad proximum. Et sic per consequens talia mandata solent super proximos pacem & amicitiam generare Ioan. 13. *Mandatum nouum do vobis vt diligatis inuicem.* Et Esa. 48. *Vtinam attendisses mandata mea, facta fuisset quasi flumen pax tua, &c.*

H ¶ Sexto dico, quod mandata habent virtutem opulentiuam seu fœcundatiuam. Per exercitium enim diuinorum mandatorum homo in bonis virtutibus melius fœcundatur. Sicut enim dicit Plinius, inter equas est regula generalis, quod citra quadriennium & vltra decennium non possunt concipere, requiritur enim ad hoc quod equa vtiliter cõcipiat, quod quatuor annos habeat & quod decimum non excedat. Sic vere charissimi nullus potest bona opera concipere vel producere, nisi quatuor annos spirituales, id est, quatuor virtutes Cardinales habuerit, & nisi infra decennium, id est, decem mandatorum spatium permanserit. Illi enim qui ad istud quadriennium non attingũt, & qui istud decennium transgrediuntur, & prætereunt, conceptũ bonorum operum non producunt. Vacca etiam teste Plinio vltra decennium non concipit, & vltra quindecim annos non viuit. Quia scilicet boni viri in decenario decem mandatorum, & in quinario ter ducto, id est, in obseruantia quinq; sensuum, in fide Trinitatis concipiũt fœtus suos, id est, faciunt opera bona sua & ibi etiam vitam gratiæ & gloriæ acquirunt tam in præsenti, quam in futuro tempore. Quia sicut dicitur Ioan. 12. *Mandatum tuum vita æterna est.* De quo Sap. 7. *Figuratus sum caro decem mensium tempore.*

I ¶ Breuiter istis & alijs multis rationibus dico, quod mandata Domini siue prælati

Sunt {
Seruanda,
Credenda,
Implenda,
Discenda,
Docenda,
Meditanda,
Frequentanda,
Diligenda,
Metuenda,
Exquirenda.

Sunt dico seruanda. Vnde in Ps. 118. dicitur, *seruaui mandata tua & testimonia tua: quia omnes viæ meæ in conspectu tuo.* Item sunt credenda, Vnde in Psal. 66. *Quia mandatis tuis credidi.* Item sunt implenda. Vnde Ioan. 14. *Sicut mandatum dedit mihi Pater sic facio.* Vnde Matth. 19. dicitur: *Quod cum iuuenis ille petijsset à Christo quid faciendo vitam æternam possidebo, & Dominus respondisset, si vis ad vitam ingredi serua mandata, respondit ipse, Hæc omnia custodiui à iuuentate mea.* Item sunt discenda. Vnde in Psal. 118. *Da mihi intellectum vt discam mandata tua.* Item sunt docenda, vt sic quilibet sapiens possit alijs dicere illud Baruch. 3. *Audi Israel mandata vitæ.* Item sunt meditanda. Vnde in Psalm. *Meditabor in mandatis tuis quæ dilexi.* Item sunt frequentanda. Vnde in Ps. 15. *Ego autem exercebor in mandatis tuis.* Item sunt diligenda Psal. 127. *Ideo dilexi mandata tua super aurum & topazion.* Item sunt metuenda Eccl. 12. *Time Deum & mandata eius obserua.* Item sunt exquirenda Ps. 110. *quia mãdata tua exquisiui.* Patet ergo, quod custodire debemus Dei mandata, iuxta illud Ioan. 14. *si diligitis me mandata mea seruate,* quia sicut dicitur 1. Ioan. 2. *qui dicit se nosse Deum & mandata eius non custodit, mendax est, & veritas in eo non est.* Hæc igitur de mandatis sufficiant. Sed vide de Ligare, de Decem, de Amare. Et de charitate. Et infra de obedientia.

A **Manducare.** Nota, quod manducare potest accipi in bono, & in malo. In bono enim significat quatuor scilicet temporalium sustentationem, Eucharistiæ refectionem, sacræ Scripturæ auditionem, cœlestis gloriæ recreationem. In malo autem significat quatuor, videlicet. Rapinæ voracitatem, verborum mordacitatem, ciborum edacitatem, temporalium rapacitatem Et sic possumus notare, quod est quædam manducatio naturalis, & ista est mãducatio quotidiana. De qua dicitur 2. Thess. 3. *si quis non vult operari, non manducet.* Itẽ est quædam manducatio spiritualis, & ista est illa qua nos spiritualiter sumimus Eucharistiæ sacramentum. De quo Ioan. 6. *qui manducat meam carnem viuet in æternum.* Item est quædam manducatio cordialis, & ista est illa qua nos comedimus & nobis incorporamus pro spirituali nutrimento doctrinam & verba sacræ scripturæ. De quo Ioa. 6. *Patres vestri manducauerunt Manna in deserto, &c.* Et in Ps. 75. *Panem angelorum manducauit homo.* Item est quædã manducatio æternalis, & ista est recreatio beatorum. De qua Luc. 14. *Beatus qui manducabit panem in regno Dei.* Et istis quatuor modis accipitur manducatio in bono.

B ¶ In malo vero sumitur manducatio, pro rapinæ voracitate, & sic raptores videntur dicere illud Psa. 49. *Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo.* Item sumitur pro verborum mordacitate. Vnde de detractoribus potest dici illud Psal. 58. *Ipsi dispergentur ad manducandum, si vero non fuerint saturati murmurabunt* Item sumitur pro ciborum edacitate, & sic sumitur Eccl. 36. *Omnem escam manducabit venter.* Item sumitur pro temporalium cupiditate vel rapacitate, vnde de auaris & diuitibus videtur dictum illud Ps. 29. *Manducauerunt & saturati sunt nimis, & desiderium eorum attulit eis, non sunt fraudati à desiderio suo* Et sic patet, quod manducare potest sumi in bono & in malo: sed si vis dilatare, vide supra de cibo & de comedere.

A **Mane.** Nota, quod mane cum sit prima pars diei, multipliciter sumitur in scriptura. Mane n. habet esse valde debile & parum durabile. Mane enim semper crescit & proficit in claritate, quousque efficiatur clara dies. Mane etiam est temperatior & purior hora diei. Et ideo breuiter dico, quod mane significat in bono & in malo, significat enim secundum diuersos suos respectus scil. iuuentutis labilitatem, prosperitatis debilitatem: vitæ præsentis fragilitatem: profectus morum sedulitatem, puritatis vitæ sinceritatem. Est igitur vnum mane labilissimum, & istud est mane iuuentutis, quod sc. non durat nisi vsq; ad meridiem De quo dicitur in Ps. 29. *Mane sicut herba transeat & floreat, vespere decidat, induret & arescat.* Item est vnum mane debilissimum, & istud est mane mundanæ prosperitatis, quæ sc. non est nisi vnum mane transitorium, & faciliter perditiuũ. De quo potest exponi illud 3. Reg. 17. *Corui deferebant Eliæ carnes & panem mane* Et Eccl. 10. *Væ terra cuius rex puer est & cuius Principes mane comedunt.* Item est vnum mane fragilissimum, & istud est mane vitæ præsentis, quæ scilicet respectu futuræ vitæ non est nisi vnũ mane transitorium, & mane respectu futuræ diei. Ose. 11 *sicut mane transijt, pertransijt Rex Israel.* Item est vnum mane nobilissimũ vel sedulissimum, & sic mane significat profectum & diligentiam in bono, sicut Gen. 19. *Mane proficiscimini in viam vestram.* Illi enim qui volunt diligenter aliquid facere, solent ad istud faciendum mane surgere. Et ideo istud vocabulum mane potest diligentiã denotare, sicut Ose. 6. *In tribulatione sua mane consurgent ad me.* Et Prou. 8. *qui mane vigilauerint ad me inuenient me.* Item est vnũ mane sincerissimum. Et sic per mane intelligitur status gratiæ & puritatis & innocentiæ & sanctitatis, quia sicut in mane ros descẽdit, nox discedit, dormitio recedit, ad opus suum quilibet incedit, lux accedit: sic vere in statum perfectionis venit & descendit ros diuinæ gratiæ, sicut de manna dicitur Exod. 16. *Mane quoque ros iacuit per circuitum castrorum.*

¶ Item in isto mane cessat & discedit nox ignorantiæ Vnde de Maria Magdalena dicitur Ioa. 20. quod *valde mane cum adhuc essent tenebræ, venit ad monumentum.*

¶ Item in isto mane fugit & recedit dormitio negligentiæ. Vnde Ruth 3. dicitur, quod *ipsa dormiuit vsq; mane*, quasi dicatur, in mane cessauit dormire.

¶ Item in isto mane adest, & succedit opus diligentiæ, quia sc. in mane perfectionis & virtutis exeunt homines ad opera virtuosa, sicut dicitur 1. Mach. 16. *surrexerunt mane & abierunt in campum* Et Matth. 20. dicitur, quod *paterfamilias primo mane exijt conducere operarios in vineam suam.*

¶ Item in isto mane lucet & accedit lux sapientiæ. sicut dicitur Esaiæ 58. *Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, & anteibit faciem tuam iustitia tua.*

B ¶ Sed his omnib. prætermissis dicamus aliquid de mane prout accipitur pro nostra florida iuuentute, & dicamus quod sicut operarius, qui in mane non incipit operari, dietam suam non perficit neque complet: sic & nos nisi opera bona à mane iuuentutis inceperimus complementum salarij paradisi non merebimur nec habebimus Teste enim Dioscoride, Margaritæ quæ in mane generantur meliores sunt. Chrysoliti sunt pulchriores, qui in mane apparent oculis. Ros etiam qui in mane descendit flores facit recentiores & herbas etiam meliores. Sic procul dubio Margaritæ bonorum operum quæ fiunt in iuuentute reportãtur apud Deum meliores, quia sc. illi, qui in isto mane fiunt boni, ratione roris diuinæ gratiæ, quæ eos plus perfundit, apud Deum & homines sunt gratiosiores, & in fama & moribus clariores, vnde de tali potest dici illud 2. Reg. 23. *Sicut lux auroræ oriente sole mane absq; nubibus rutilat, & sicut pluuijs germinat herba de terra.* Et propter hoc tota scriptura docet à mane, id est, à tempore iuuẽtutis bona opera incipere, & vsque ad mortis terminum frequẽtare. Ideo dicebat Dauid in Ps. 54 *Vespere & mane & meridie narrabo & annunciabo laudem tuam* Et Eccl. 11. *Mane semina semen tuum, & vespere ne cesset manus tua.*

¶ In quibus verbis aduerte, quod bona opera illa, quæ in mane iuuentutis fiunt

Solent { Vtiliter præmiari,
Faciliter frequentari,
Fœliciter terminari.

Ista enim opera matutina, quæ in mane iuuentutis fiunt, vtilius præmiantur, quia sunt semen à quo fructum gloriæ reportamus. Facilius frequentantur. *Ne cesset*, inquit, *manus tua.* Fœliciter terminantur, quia scilicet ducuntur vsque ad vesperam.

¶ Primo ergo dicamus, quod bona opera à mane iuuentutis sunt agenda, vt reportemus fructum fœcundiorem. Quod ostenditur cum dicitur, Semen. *Mane*, inquit, *semina semen tuum.* Bona enim opera sunt quædam spiritualia semina, quæ si in terra bona cordis deuoti & maximo si tempus sit aptum (sicut est mane iuuentutis) seminata fuerunt, fructũ cœlestis gloriæ producunt. Quia sicut dicitur 2. Cor. 9. *qui seminant in benedictionibus, de benedictionibus & metent. Mane*, inquit, *semina.* Vnde Esa. 17. *Mane semen tuum florebit.*

¶ Et nota, quod mane, id est, diligenter vel ab ipsa iuuentute nos debemus surgere ad bona semina seminanda, id est, ad bona opera facienda, videlicet ad contemplandum Dei Maiestatem. Ad exorandum Dei bonitatem: ad inquirendum Dei veritatem, ad prædicandum Dei pietatem. Debet ergo ab ipso mane iuuentutis Dei maiestas contemplari, vnde Psal. 5. *Mane astabo tibi & videbo, quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.* Item debet diuina bonitas exorari, vnde in Psal. 87 *Mane oratio mea præueniet te.* Item debet diuina veritas perscrutari Prou. 8. *qui mane vigilauerint ad me, inuenient me.* Item debet diuina pietas prædicari, vnde in Psalm. 91. *Ad annunciandum mane misericordiam tuam & veritatem tuam per noctem.* Ista enim opera vna cum alijs similibus sunt quædam spiritualia semina, quæ in mane iuuentutis debent à nobis fieri & seminari, vt fructus cœlestis gloriæ possint inde finaliter reportari, quia sicut dicitur in Psal. 125. *Euntes ibant & flebant mittentes semina sua. Venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos.* Mane igitur incipiamus vt reportemus fructum vberiorem.

¶ Secundo dico, quod debemus mane benefacere, vt inueniamus actum faciliorem. *Non cesset*, inquit, *manus tua.* Quia scilicet illi qui à mane iuuentutis ad bene operandum inchoant, actum bonæ operationis facilius exequuntur. Assuefactio enim operis facilitatem generat actionis. Quod enim homo à iuuentute didicit, illud facilius continuat atque facit. Non cesset manus tua, iuxta illud Eccl. 9. *Quodcunq; potest facere manus tua instanter operare, &c.* Sicut n. dicitur Leu. 6. *Ignis in altari semper debebat ardere, cui in mane Sacerdotes ligna debebant subijcere* [illegible] *vt eum possint per totum diem faciliter nutrire* In quo docemur quod bona & charitatiua opera debemus in mane iuuentutis incipere, vt ipsa sine cessatione possimus faciliter exercere, sicut de Ruth dicitur Ruth 2. quod *de mane vsque ad vesperam stabat in agro, nec ad momentum ad domum reuertebatur.* Ista vero sunt contra multos, qui sunt similes quibusdam diebus mendacibus, qui in mane incipiunt clarissimi & pulcherrimi, tandem vero fiunt turbolentissimi &

simi & obscurissimi, qui scilicet multi sunt, qui in mane iuuentutis bene incipiunt, in vespere vero senectutis male finiunt. Quibus dicitur Esa. 14. *Quomodo cecidisti Lucifer, qui mane oriebaris.* Non sic ergo, sed mane opera bona incipiamus & bona facere non cessemus Ecclesiast. 4. *Labore non cessant nec satiantur oculi eius.* Igitur mane incipiendum est vt continuemus actum faciliorem.

D ¶ Tertio, mane operandum est vt perficiamus finem vtiliorem, quod notatur in verbo vespere. Quia sc. sicut dies à mane incipitur & in vespere terminatur: sic bonum opus, quod à mane iuuentutis inchoatur, ad vesperam, i.e. boni finis terminum terminatur. Ita quod de homine bene incipiente, & bene etiam continuante potest dici illud Gen. 1. *Factum est vespere & mane dies vnus.* Sic ergo patet, quomodo bona opera in mane iuuentutis sunt facienda, vt vberius remunerentur, vt facilius continuentur, vt perfectius adimpleantur.

¶ Ista tamen sunt contra multos, qui in mane iuuentutis non vacant ad bona opera sed ad mala, similes scorpioni, qui plus lædit in mane quam in sero. Quia vere multi sunt, qui in ipso mane iuuentutis omnia mala faciunt & committunt. Vacant enim ebrietati, pompositati, crudelitati, edacitati. Dico, quod vacant ebrietati contra illud quod dicitur Esa. 5. *Væ, qui mane consurgitis ad ebrietatem sectandam & ad potandum vsq. ad vesperam.* Item vacant pompositati, sicut apparet in superbis quibus dicitur Esa. ca. 14. *Quomodo cecidisti Lucifer, qui mane oriebaris.* Item vacant crudelitati Iob 24. *Mane consurgit homicida*, &c. Item vacant edacitati vide illud prætallegatum Eccl. 10. *Cuius principes mane comedunt.* Non sic ergo, sed bona opera & non mala faciamus in mane idest in tempore iuuentutis. Sed de hoc vide supra plenius tit. de iuuentute.

E ¶ De mane vero in quantum significat vitam præsentem possumus notare, quod sicut mane

Habet in { Ingressu obscuritatem, / Progressu labilitatem, / Egressu breuitatem & tenuitatem. }

Sic vita nostra habet vtilitatem & obscuritatem in ingressu, labilitatem & instabilitatem in progressu. Breuitatem & defectibilitatem in egressu. Mane enim nostræ vitæ ab obscuritate vilis conceptionis oritur, labilitate fluentis conditionis flectitur, breuitate paucæ durationis concluditur. Et ideo de tali mane dicitur in Ps. *De mane vsq. ad vesperam finies me.* Et Eccles. 18. *A mane vsque ad vesperam immutabitur tempus.* Et Iob 4. *De mane vsque ad vesperam succidetur.* Et Iob 7. *Si mane me quæsieris non subsistam.* Et in Psalm. 29. *Mane floreat & transeat*, &c. Ista igitur de mane sufficiant.

A **Matutinus.** Quia per matutinum, seu per mane, quod est principium diei, in quo incipit dies creare, illuminari, tenebræ fugere vel effugari, homo dietam suam facere vel operari, aer calescere & inflammari, tempus clarescere & illustrari, notare possum quod matutinum significat in bono & in malo.

¶ In bono matutinum significat

Quoddam { Initium virtuosum, / Iudicium timorosum, / Solatium gaudiosum. }

Primum mane vacat ad opera, sed secundum vindicat scelera, sed tertium dispensat munera. Mane igitur significat virtutis profectum, quem debes habere, iudicis aspectum quem debes timere, cœleste obiectum quo debes gaudere.

B ¶ Primo dico, quod per matutinum intelligo virtutis profectum, quia sicut mane diei semper proficit in clarius & melius sic [illegible] vitæ & boni operis nostri semper debet in melius proficere & in luce veritatis & feruore charitatis se semper amplius augmentare. Sic reuera iusti dicuntur matutini, eo quod ab ipso mane iuuentutis vel ab ipso principio cuiuslibet boni operis semper sunt in proficiendo continui & in malis progressiui. Ideo iustus potest dicere de seipso illud Apoc. 22. *Ego sum genus & radix Dauid, stella splendida & matutina.* Vide eam proiectam vbi stella.

¶ Et aduerte, quod in isto matutino, hoc est dictum, in statu gratiæ & virtutis, vel in statu corporeæ iuuentutis plura debemus facere, sc. Christo nos dicare, corpus castigare, Deum collaudare, in Deo sperare, Deum cogitare, cæcos illustrare, siccos irrigare, mala vindicare, hostes subiugare.

¶ Dico igitur, quod nos debemus in tali tempore matutino Christo nos dicare. Et istud est sacrificium matutinum, de quo fit mentio Exod. 29. circa finem. Quod scil. debebat esse agnus anniculus integre crematus, & super altare oblatus, vino & oleo humectatus. Quia s. quilibet seipsum sicut agnum mansuetum in matutino iuuentutis vel virtutis se debet Deo offerre, & se suis vsibus deputare, & vino discretionis oleoque compunctionis & compassionis vt magis placeat se linire. Num. 28. *Offeretis agnum ad vesperam iuxta omnem ritum sacrificij matutini.* Debemus igitur in isto tempore matutino Christo nos dicare. Item dico, quod nos debemus corpus castigare Psal. 72. *Castigatio mea in matutinis.* Item debemus Deum laudare Iob 28. *Vbi eras cum me laudarent simul astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei?* Item debemus in Deo sperare, Psal. 129. *A custodia matutina vsq. ad noctem speret Israel in Domino.* Item debemus Deum cogitare, hoc est dictum, contemplationi & meditationi vacare Ps. 62. *In matutinis meditabor in te.* Item debemus cæcus illustrare, hoc est dictum, ignaros erudire & illuminare Eccl. 1. *Quasi stella matutina in medio nebulæ.* Item debemus siccos humectare, hoc est dictum, egenos & pauperes nutrire & satiare Iuel. 2. *Descendere faciat Dominus ad nos imbrem matutinum.* Item debemus mala vindicare, hoc est dictum, in malos & impios iustitiam exercere Ps. 100. *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, vt disperderem de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem.* Item debemus hostes subiugare, id est, hostes animæ, qui sunt dæmones & vitia, exemplo scilicet Saul, de quo dicitur 1. Reg. 11. *Quod ingressus castra in vigilia matutina percussit Ammon donec incalesceret dies.* Sic ergo dico, quod hora matutina significat laudabilem virtutis progressum.

¶ Secundo vero dico, quod per matutinum intelligo terribilem iudicis aspectum. hoc est, diem iudicij, qui fiet de mane, sicut dicitur figuraliter Exod. 14. vbi dicitur, quod *cum aduenisset vigilia matutina, subuertit Dominus Pharaonem & exercitum eius in profundum.* Quia reuera in ista vigilia matutina, id est, in die iudicij Dominus Pharaonem, i. diabolum destruet, & ipsius exercitum, i. reproborum congeriem in inferna subuertet, dicens scil. illud præfatum Psalm. 100. *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ.* C

¶ Tertio dico, quod per matutinum intelligo notabilem statum bonis refectum scilicet gloriam Paradisi. A matutino enim incipit dies, & in paradiso requies. In matutino cessat obscuritas, & in gloria cessat aduersitas. In matutino videmus claritatem, & in gloria fœlicitatem. Et breuiter gloria æterna matutina dicitur, eo quod semper iuuenescit & renouatur, nunquam vero veterascit aut antiquatur Apocal. 2. *Qui vicerit & custodierit vsque ad finem opera mea, dabo illi stellam matutinam*, stellam, inquit, matutinam, idest, gloriam æternam, in qua sc. est delectatio sine fastidio Psal. 64. *Exitus matutini & vesperè delectabilis.* Est dominatio sine dissidio Psal. 48. *Dominabuntur iusti in matutino*, & etiam est exaltatio sine suspitio Psal. 29. *Ad matutinum lætitia.* Est insuper refrigeratio carens contagio, quia scilicet *sancti qui sunt ibi, sunt sicut nubes matutina, & sicut ros matutinum.* Oseæ cap. 13. Igitur patet, quod per mane siue per horam matutinam intelligo cœli solatium, Christi iudicium, motuum initium. Et sic patet, quod sumitur in bono. D

¶ In malo vero significato dico, quod matutinum significat mihi diligentiam ad male faciendum, ignorantiam ad parum sentiendum, inconstantiam ad cito transeundum. Hora enim matutina ad operandum valde curiosa est. Ideo dicitur Mich. 2. *Væ qui cogitatis inutile, & qui operamini malum in cubilibus vestris, in luce matutina faciunt illud.* Item hora matutina ad aspiciendum est nebulosa, vnde Esa. 8. *Non erit eis matutina lux.* Item ista hora ad transeundum seu ad deficiendum est ruinosa seu fluxuosa. Ista enim hora modicum durat, sic vere fœlicitas, & etiam si qua sit bonitas reproborum, cito transit & modicum perseuerat Ose. 6. *Misericordia vestra quasi nubes matutina, & quasi ros cito pertransiens.* Et Esa. 14 *Ecce turbo in matutino & non subsistet.* Hæc igitur de matutino sufficiant. Vide supra vbi diluculum & similia. E

A **Man. Manna.** Nota, q Manna quandoq. sumitur pro quodã liquore melleo & dulci de rore cœlesti in superficie arborum generato, qualis vt dicitur In regno Hineriæ multum abundat. Et qualis etiam in Auinione in vna æstate noscitur tempore Papæ Ioannis cecidisse. Communiter enim per Manna intelligitur ille cibus, qui datus fuit cœlitus filijs Israel in deserto, quod erat paruum & rotondum ad modum seminis coriandri, sicut dicitur Exo. 16. Et *quod etiam*

*omnem saporem habebat* sicut dicitur Sap. 16. Et quod insuper iuxta sufficientiam cuilibet dabatur, & si plus debito accipiebatur in vermiculos putrescebat, sicut dicitur Exod. 16. Vocabatus autem Man seu Manhu, quod est interiectio admirantis in lingua Hebraica, & significat idem quod quid est hoc, pro eo, scilicet, quia filij Israel, quando primo cibum istum in deserto Syn inuenerunt, Manhu, id est, quid est hoc, admiratiue dixerunt, & sic istum cibum dulcissimum Manhu ab illa prima admiratione vocauerunt, sicut scilicet, ibidem Exod. 16. continetur.

B ¶ Vocauerunt cibum istum panem cœlicum, quia desursum descendebat & pluebat. ¶ Item panem angelicum, quia per angelos ministrabatur. Item panem Israeliticum, quia filijs Israel dabatur seu mittebatur, sicut hæc omnia bene dicuntur, vbi de filijs Israel dicitur in Psalm. 84. *Quod Deus pluit illis manna ad manducandum, & panem cœli dedit eis, panem angelorum manducauit homo.*

¶ Igitur dico, quod iste cibus dulcissimus potest significare

- Christi mirificum sacramentum scilicet Eucharistiam,
- Christi magnificum indumentum scilicet humilitatem,
- Christi viuificum condimentum scilicet gratiam,
- Christi sanctificum documentum scilic. bonam doctrinam,
- Christi salutificum nutrimentum, sc. gloriæ fœlicitatem,
- Mundi damnificum lenimentum, scil. mundanam prosperitatem.

C ¶ Significat, dico, manna sacramentum Christi mirificum, quia pro certo istud dicitur hoc Manhu, id est, quid est hoc. Quia reuera, quando bene consideratur & attenditur, stupor & admiratio generatur. Iste enim panis desursum mittitur, & à Deo immediate conficitur & sacratur. Applica ad corpus Christi conditiones mannæ. Bene ergo dicitur Deut. 8. *Dedit tibi cibum manna, quem ignorabas tu & omnes patres tui.*

D ¶ Item significat manna indumentum Christi magnificum, scilicet, humanitatem Christi. De manna n. legitur quod *Deus præcepit illud, in vrna aurea reponi & in arca fœderis reseruari*, sicut patet Exod. 16. quia sc. panis cœlestis Dei filius in vrna aurea humanitatis fuit clausus, & in arca vteri virginalis absconditus & seruatus. Vnde Heb. 9. dicitur, quod *in arca erat vrna aurea habens manna*, i. quod in vtero virginis latuit humanitas Christi, quæ manna, i. Dei filium continebat Exod. 16. *Sume vas vnum & pone ibi Man.*

E ¶ Item significat manna condimentum Christi viuificum, hoc est dictum, gratiam Dei, quæ scilicet, omnes sapores, id est, omnes virtutes continet, & mentem humanam dulcedine summa replet. Manna enim in deserto fuit cibus filiorum Israel vsque dum attingerent ad terram promissionis, quia ibi loco mannæ fructus patriæ comederunt: sicut dicitur Iosue 5. Sic vere gratia cibus noster est, quo scilicet sustentamur pro tempore huius vitæ & in deserto vitæ præsentis, dum scilicet ad terram promissionis tendimus incessanter, finaliter vero quando terminum attigerimus, tunc gratiam in gloriam, manna in fructus solidos, & cibum viæ in cibum patriæ commutabimus & vertemus Exod. 16. *Filij autem Israel comederunt Manhu quadraginta annis.*

F ¶ Item significat documentum legis sanctificum, scilicet, scientiam scripturæ & legis diuinæ, quæ de cœlo per reuelationem venit, & quæ in hoc deserto per fidem, spem & charitatem nos nutrit, quæ tamen si plus debito teneatur, hoc est, si plus debito tractetur aut disputetur, vermes errorum & hæresum introducit, & à sua perfectione deficit & putrescit. Finaliter vero in Paradiso deficit, quando scientia fidei in veritatis speciem se conuertit, sicut inquit Apostolus 1. Cor. 13. *Scientia destruetur, siue linguæ cessabunt, ex parte enim cognoscimus & ex parte prophetamus, cum venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est.* Vnde de scientia fidei potest dici illud Ios. 5. *Defecit manna postquam comederunt de frugibus terræ.* Vnde de ista diuina scientia pro tempore huius vitæ dicitur Neem. 9. *Manna tuum Domine non prohibuisti ab ore ipsorum.*

G ¶ Item significat manna nutrimentum cœli salutificum, scil. voluptatem gloriæ Paradisi: quod sc. est dulcissimum, & quod filios Israel, i. Deum videntes in alia vita nutrit & alit: *Deus enim pluit illis manna ad manducandum & cibaria misit eis in abundantia* Psal. 77. Vnde Apo. 2. *Vincenti dabo edere manna absconditum & dabo illi calculum candidum, & in calculo nomen meum scriptum, quod nemo scit nisi qui accipit.*

H ¶ Item in alio significato potest significare manna lenimentum mundi damnificum, sc. dulcedinem mundanæ prosperitatis, quæ sc. faciliter putrescit & perit. De quo Ioan. 6. *Patres vestri in deserto manducauerunt manna & mortui sunt.* Sufficit. Vide vbi cibus & vbi dulcedo.

A **Manasses.** Cum Manasses interpretetur necessitas vel obstupescens, obliuiosus, vel qui oblitus est, notare possum, quod Manasses quandoque sumitur in bono, quandoque in malo.

¶ In bono enim significat quemlibet virum iustũ, prælatum vel Patriarcham, quia sc. Manasses fuit vnus de 12. Patriarchis, & fuit filius Ioseph, cui Iacob benedicens sinistram suam posuit super caput, sicut dicitur Gen. 48. Et tamen fuit ab ipso Iacob in filiũ adoptatus & Patriarcharum numero aggregatus & inter 12. cõputatus. Ad denotandum, quod licet Deus pro tempore vitæ huius ponat hominem ad sinistram, & in statu aduersitatis & miseriæ non tamen propter hoc omittit ipsum promouere, & temporaliter aut æternaliter exaltare, & sanctorum numero aggregare. Iste n. obliuiosus interpretatur, pro eo quod domum Patris sui & proprium suum factum obliuiscitur, & in solo Deo meditatur. Istum ergo Deus recipit & adoptat, & hæreditatem suam sibi distribuit & dispensat, dicens illud Psalm. *Meus est Beniamin, & meus est Manasses, Ephraim susceptio capitis mei.* Ideo petebatur in Psal. 79. *Qui sedes super Cherubin manifestare coram Ephraim, Beniamin, & Manasse.* Vt de tali Manasse dicatur illud 4. Reg. 21. *Dormiuit Manasses cum patribus suis & sepultus est in horto*, id est, in Paradiso, vt scilicet inter illos significatos & prædestinatos valeat computari, de quibus dicitur Apoc. 7. *Ex tribu Manasse 12. millia signati.*

B ¶ In malo vero significato potest significare hominem peccatorem, qui scil. sine causa per imbecillitatem stupescit & qui obliuiscitur & spiritualia dona nescit. De Manasse enim Rege Iuda legitur, quod fuit pessimus & sanguinolentus & tandem à Chaldæis captus & in Babyloniam ductus & mortis Esaiæ Prophetæ reus, sicut dicitur 4. Regum 21. De quodam etiam alio Manasse marito Iudith legitur Iudith 8. quod *cum instaret super ligantes manipulos, cecidit æstus super caput suum & mortuus est.* P[e]ccator enim & maxime vir sanguinum & iniquus, i. e. qui bonos & iustos persequitur, calore auaritiæ moritur. Et ideo à Chaldæis, i. à dæmonibus captiuatur, & in inferno finaliter catenatus, sinistraq; manus Iacob, i. diuina iustitia ipsius capiti apponitur, in quantum ad sinistram inferni & non ad paradisi dexteram collocatur. De Manasse ergo, i. de peccatore dicitur Esa. 9. *Vnusquisque carnem brachij sui vorabit. Manasses Ephraim & Ephraim Manassen*, &c. sufficit.

A **Manere.** Nota q̀ manere idẽ est, quod stare & perseuerare. Et potest accipi in bono & malo. Manẽtia enim & perseuerantia aliquando est virtuosa, aliquando est vitiosa, aliquando est gloriosa seu gaudiosa, aliquando est dolorosa. Est enim vnum manere valde virtuosum. Vnde Ioan. 15 *Manete in me, & ego in vobis.* Item est vnum manere valde vitiosum & istud significat mansionẽ peccati in homine vel mansionem hominis in peccato Ioann. 9. *Nunc autem peccatum vestrum manet.* Item est vnum manere valde gloriosum & istud significat illam æternam permanentiam & perseuerantiam, quam habent beati in gloria Paradisi. De quo Heb. 13. *Non habemus hic manentem ciuitatem sed futuram inquirimus.* Et Ioh. 18. dicitur, quod *seruus non manet in domo in æternum, filius autem manet in æternum.* Itẽ est [illegible] manere valde dolorosum, & istud est illud, quo damnati [illegible] biliter permanent in inferno. De quo Num. 19. *Qui tetigerit humana anima morticinum, manebit spurcitia eius super eum.*

¶ Sed quia scriptura vt communiter facit mentionem de manere in quantum significat virtutem perseuerantiæ, [ide]o de isto aliquid latius differamus. Manere ergo idem est, quod in bono perseuerare. Sicut enim flos non facit fructum nisi manserit in arbore: sic nec homo ad fructum gloriæ peruenit, nisi in arbore Deo per gratiam manserit & perseuerauerit. Et hoc est, quod Christus dicit Ioa. 15. *Sicut palmes non potest fructum facere nisi manserit in vite: sic nec vos, nisi in me manseritis.* Ideo bene docet

idem

idem Saluator ibidem. *Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum.*

¶ In quibus verbis aduerte, quod in statu gratiæ debemus manere multiplici ratione, scilicet,

Quia per hoc { In Domino solidamur,
In Domino copulamur,
A Domino præmiamur.

Talis enim mansio acquirit fundamentum, sc. fundamentum magni vigoris. In me inquit. Ligamentum grandis amoris, & ego inquit in illo. Condimentum dulcis saporis. Hic fert fructum multum.

B ¶ Primo ergo dico, quod manendum est in Deo sicut in fundatore nostri sustentatiuo. *Qui manet*, inquit, *in me*. Sicut in amatore nostri sociatiuo, & *ego* inquit *in eo*, sicut in largitore nostri præmiatiuo, hic inquit *fert fructum multum*. Dico ergo, quod manere debemus in Deo sicut in fundamento nostri sustentatiuo. Manete libēter inquit in me. Sicut enim videmus, quod homines quando timent sibi periculum imminere, solent in fortibus & firmis castris & locis habitare & manere, sicut de Dauid à Saul impugnato dicitur 1. Reg. 23. quod *ipse morabatur in deserto in locis firmissimis & mansit in monte solitudinis*. De capreis etiam legimus, quod videntes venatores solent ad montes altissimos fugere, & ibi sicut in tuto refugio habitare & manere. Ad denotandum, quod nos alij qui in hoc mundo à multis venatoribus & inimicis spiritualibus impugnamur, nullum habemus tutum refugium nisi Deum. Iste enim est sicut castrum tutissimum, sicut mons altissimus, sicut locus tutissimus & excelsus. Et ideo ad illum debemus fugere, & in ipso per gratiam perseuerare & cum ipso iugiter morari & manere. Sicut enim dicitur Prouerb. 18. *Turris fortissima nomen Domini, ad eam fugiet iustus & saluabitur.* Qui manet, inquit, in me, quasi diceret. In me est vera & firma mansio, in me scilicet, qui manserit & perseuerauerit saluus erit. Gratia enim & charitas nos faciunt membra corporis Christi mystici, & per consequens nos faciunt in Deo manere & eius corpori adhærere. Quia sicut dicitur 1. Iohan. 4. *Deus charitas est & qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo.* Res enim quæ sunt calidiores sunt permanentiores & durabiliores, dum tamen calor sit naturalis & non accidentalis. Calor enim naturalis est rei conseruatiuus & suæ permanentiæ continuatiuus sicut patet in omni re cōposita. Quia si calor naturalis deficit, totius rei natura corrumpitur & perit. Salamandra etiam in igne dicitur viuere, & in incēdio diu perseuerare & manere. Sic vere loquendo spiritualiter, cum Deus charitas sit vt dictum est, & Deus ignis, iuxta illud Deut. 4. *Deus vester ignis consumens est*, bene dico, quod ipse potest esse nostrum spirituale consumens incendium, & nostrum spirituale conseruatiuum, & per consequens in ipso possumus viuere & manere. Si enim ab isto calore etuido, ab isto fundamento solido, ab isto fonte viuido per peccatum discesserimus, corruptionem mortis finaliter se[...]us. Quia sicut dicitur Io. 15. *Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes & arescet & in ignem mittetur & ardet.* Mane[...]ur in Deo sicut in fundamento sustentatiuo.

C ¶ Secundo dico, quod in Deo debemus manere sicut in ligamen[to] copulatiuo. Deus enim in quantum se offert in nobis man[s]urum, nexu charitatis suæ stringit & alligat corda nostra, vt in ipso manere necessario compellamur Ioh. 15. *Manete in dilectione mea.* Res enim quæ fortiter est ligata, stabilius manet & perseuerat. Nos vero fortiter ab ipso ligamur, quando charitas ipsius se offert apud nos mansuram. Ego inquit in vobis. Quis ergo talem hospitem refutabit. Ipse enim in se manentibus manet, & à se recedentibus recedit. Duæ enim lucernæ in eadem domo talis sunt conditionis, quod lumen vnius manet in lumine alterius. Vnum n. lumen alteri est per totum, ita quod substantia vnius substantiam alterius penetrat si sit præsens, & ab ea se separat cum [es]t absens: sic proculdubio Deus in quo lux est, & in quo non sunt tenebræ vllæ, quādo inuenit aliud lumen, i. animam per gratiam illuminatam & sibi præsentem, & in eo per desiderium manentē & perseuerantem, solet & ipse apud eam manere, & eius essentiā & substantiam radijs suæ gratiæ penetrare. Sicut enim imago in speculo tamdiu manet nobiscum, quamdiu nos manserimos cum ipsa Si vero dictæ imagini defecerimus, similiter deficit ipsa atq; cessat. Sic vere Deus tamdiu manet in speculo mentis nostræ ibi scilicet præsentialiter existendo & misericorditer influendo, quamdiu nos cum ipso manserimus in gratia perseuerando, ei per charitatem adhærendo, & mandata eius seruando Ioa. 15. *Manete in me & ego in vobis.* Si vero istam mansionem dimiserimus per peccatum, & nos ab ipso etiam dimittemur 3. Reg 12. *Quia dimisistis me, dimisi vos.* Maneamus ergo in ipso, vt & ipse nobiscum maneat in æternum Luc. 19. dicens nobis: *Zachee festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere.* Et dicamus sibi illud Lucæ 24. *Mane nobiscum Domine, quoniam aduesperascit & inclinata est iam dies.*

¶ Vbi nota, quod Deus manet in nobis, vt illuminator nostræ cæcitatis: vt associator nostræ charitatis. vt fortificator nostræ fragilitatis. Est enim necessarium quod in nobis maneat, vt per ipsum nostra charitas associetur. *Mane* inquit *nobiscum*, vt ab ipso nostra cæcitas illuminetur. *Quoniam aduesperascit*, vt ab ipso nostra fragilitas fortificetur, ideo dicitur, *inclinata est iam dies*. Et sic bene dico, quod manendum est in Deo sicut in ligamento copulatiuo. D

¶ Tertio dico, quod manendum est in Deo sicut in foramento fœcundatiuo. *Hic*, inquit, *fert fructum multum.* Sicut enim arbor manens in bona, & in fertili terra meliorem & vberiorem fert fructum, & maxime si plantata fuerit iuxta aquas. Sic vere homo manens & perseuerans in Deo, qui proculdubio est terra fertilis & fœcunda fructu nobiliori & meliori ditatur scilic. fructu gloriæ Paradisi. *Hic*, inquit, *fert fructum multum.* Vnde Christus dicit Ioan. 15. *Posui vos vt eatis & fructum afferatis & fructus vester maneat.* Vnde beatis in patria videtur fuisse dictum illud Ioa. 15. *Si manseritis in me & verba mea in vobis manserint, quodcunque volueritis, petetis & fiet vobis.* Et sic breuiter dico, quod tria sunt quę faciunt nos manere & perseuerare in bono, videl præmiatio vel acquisitio fœlicitatis, combinatio vel coniugatio societatis, collocatio vel habitatio stabilitatis. Et sic bene dictum est, quod *qui manet in me, & ego in eo, qui fert fructum multum.* Sed scitis quod dicitur 1. Ioan. 2. *Qui dicit se in Christo manere & mandata eius non custodit mendax est, & veritas in eo non est.* Et ideo quia peccatores mandata Dei non custodiunt, hinc est, quod in bono non manent, nec perseuerant, nec subsistunt. Arbores enim & herbæ, quæ crudum habent humorem cito crescunt. Verumtamē non diu manent sed cito deficiunt & decrescunt. Istud patet in melonibus & cucurbitis, qui omni anno crescunt, vsque ad suum vltimum complementum, omni etiam anno decrescunt & perueniunt ad suum vltimum decrementum. Vnde narratur trufa de palma, quæ tardissima crescit, & tamen diutissime manet & durat, quæ cum haberet quadraginta annos, & adhuc esset minor cucurbita, insultabat ei dicens, quod non habebat nisi tres menses & tamen erat maior ipsa. Cui respondit palma, charissima, inquit, tu non respicis, quod breuissi[m]e durabis, sed quod citissime creuisti. Si enim breuitatem tuæ [du]rationis attendentes, nunquam in cremento tuo subito tibi gloriam vendicares. Talis proculdubio altercatio videtur esse inter bonos & malos. Boni enim sunt sicut palma, quia scilicet in hoc mundo raro, & tarde crescunt & augmentantur cremento scilicet dignitatis, prosperitatis & honoris. Verumtamen quamuis in præsenti tarde crescunt, finaliter tamen diutissime in ęternum scilicet durabunt & manebunt scilicet in gloria Paradisi Eccl. 42. *Omnia hæc viuunt & manent in secula.* Mali vero sunt sicut cucurbita, qui quia in humoribus crudis bonorum temporalium abundant, hinc est, quod cito & subito scilicet in tempore vitæ præsentis ad magnæ prosperitatis augmentum attingunt. In isto tamen augmento non manent, quia cito & subito deficiunt, pereunt & recedunt. Sicut enim dicitur Ioan. 8. *Seruus non manet in domo in æternum.* Isti ergo nunquam in sua subita magnitudine deberent gloriari, quinimo si bene considerant suo futuro decremento, deberent merito contristari. Boni etiam si tarde crescūt, & si raro perueniunt ad prosperitatis augmentum, non debent contristari, quinimo si bene considerant suam futuram & perpetuam mansionem & durationem, debent summopere gloriari. Isti enim teste Apostolo Heb. 13. *Non habent hic manentem ciuitatem sed futuram inquirunt.* Et ideo sicut dicitur 2. Cor. 3. *Si enim quod euacuatur, per gloriam est, multa magis, quod manet, gloria est*, hoc est dictum, si peccatores gloriantur in sua gloria euacuabili & transeunte, multo magis possunt gloriari iusti in sua futura gloria durabili & manēte. Non sic ergo charissimi, sed in Domino maneamus, nec a bonis virtutibus desistamus. Quia sicut ipse dicit Iohan. 6. *Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem in me manet, & ego in eo.* Et hæc igitur sufficiant de Manere. Vide de perseuerantia, de Morari, & supra de Esse, & de habitare. Et

vide

vide inuectiones contra illos, qui non sunt manentes, sed deficientes, sicut sunt hypocritæ, falsi amici & cæteri similes, sicut in multis titulis & materijs inuenies annotatum.

A **Manifestus.** Nota, quod cũ manifestatio nihil aliud sit quam alicuius rei declaratio, Ostensio, Apparitio, Reuelatio, Demonstratio. Possumus dicere, quod manifestatio est multiplex in scriptura, scilicet,

Manifestatio { Dei, Iusti, Impij.

Primo quidem dicamus de manifestatione Dei. Deus enim manifestat & manifestatur. Sicut enim videmus, quod sol qui in nocte non apparet & qui in hyeme à nostro hemisphærio longe manet, multis & varijs modis se solet mundo manifestare, sc. corporaliter redeundo, virtualiter influendo, actualiter illuminando, virtualiter calefaciendo, sicut patet ad sensum, quia solis manifestationem percipimus in splendore, in vigore, & in calore, in motu pariter & situ, sicut omnia possunt deduci. Sic dicam de Deo, quod multos & varios modos habet notificandi & manifestandi se nobis, videlicet: Ad nos redeundo & appropinquando per beatam incarnationem, in nos influendo & imbuendo per operum demonstrationem.

Nos viuificando & nos vegetando per gratiæ destillationem.

Nos illuminando & illustrando per fidei reuelationem.

Nos examinando & nos visitando per iudicij disceptationem.

Nos lætificando & delectando per gloriæ retributionem.

Nos exterminando & comburendo per inferni desolationem.

Isti enim sunt septem modi quibus se Deus etiam homini manifestat, videlicet,

In {
Carne hominem induens,
Mundo opera statuens,
Affectu gratiam influens,
Intellectu fide nos instruens,
Iudicio iuste nos intuens,
Paradiso præmia tribuens,
Inferno impios destruens.

Dico ergo, quod Deus manifestatur nobis per assistentiam incarnationis. Quia reuera sicut imago, quæ antea non videbatur, tunc temporis manifestatur intuentib. quando radij illius cuius est imago, in speculo reflectuntur. Sicut filius imago Patris, quæ de sui natura est inuisibilis, tunc in nostræ carnis substantia manifestus apparuit, quando in speculo vteri virginalis reflexus fractus & reduplicatus, hoc est dictũ, humanatus fuit. Et istam manifestationem petebat Dauid in Ps. 79. dicens, *Qui sedes super Cherubin, manifestare coram Ephraim, Beniamin & Manasse*. Et Ioan. 7. *Si hæc facis manifesta teipsum mundo*: manifestatur igitur nobis Deus per assistentiam incarnationis, &c.

B ¶ Item Deus manifestatur per efficaciam operationis. Effectus enim manifestat causę cognitionem, fructus arboris rationem, opera artificis perfectionem. Deus in suis igitur operibus mirabilibus manifestatur, & sua potentia, sapientia, & bonitas per ea declaratur. Vnde de manifestatione potentiæ suæ per opera potest dici illud Apostoli ad Rom. 1. *Quod notum est Dei, manifestum est in illis. Deus enim illis manifestauit*. Inuisibilia enim Dei per ea, quæ facta sunt à creatura mundi intellectualia conspiciuntur, sempiterna quoque virtus eius & diuinitas. De manifestatione suæ sapientiæ per opera, patet in Psal. 50. vbi dicitur, *Incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi*. De manifestatione vero suæ bonitatis & suæ clementiæ per opera potest dici illud, quod dicitur Ioan. 8. vbi post mutationem aquæ in vinum dicitur, quod *hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galilææ, manifestauit gloriam suam*. Igitur manifestatur Dominus per efficaciam operationis.

C ¶ Item Deus manifestatur per affluentiam largæ dationis, sc. per gratiam & deuotionem, & virtutum & meritorum largitionem. Quamdiu enim homo hic est in peccato, Dominus absconditus est ab eo. Deut. 31. *Et dixi, Abscondam faciem meam ab eis*, &c. Quando vero mentem virtutibus reparat, gratiam & deuotionem dat. Quando etiam dona Spiritus sancti ministrat, tunc se & spiritualiter manifestat, & sicut hospes de longe veniens eidem virtualiter se præsentat. Vnde Ioan. 4. *Qui diligit me, diligam, & manifestabo meipsum sibi*. Manifestatur ergo Deus per affluentiam largæ dationis.

D ¶ Item Deus manifestatur per influentiam reuelationis. Deus enim per fidem & reuelationem se manifestauit, & ipsemet seipsum homini declarauit, dicens scil. illud Ioan. 17. *Pater manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi*. Et reuera nisi fuisset istud genus manifestationis, scil. reuelatio, parum aut nihil sciuissemus de Deo. Ideo doctores vocant Deum speculum voluntarium, quia scilicet prout, quantum, & quando vult se & sua mysteria declarare & manifestare, potest. Sicut enim in consilio secreto regum & principum negotia secrete tractantur, quæ à paucis & secretarijs primo sciuntur, & sub sigillo fidelitatis clauduntur, tandem vero certo & statuto tempore publicantur, & in publico manifestantur, sic vere mysteria fidei nostræ ab æterno fuerunt apud Regem Regum tractata, paucis (scilicet, Angelis & Prophetis) notificata, sed tandem certo, & statuto tempore fuerunt hominibus manifestata. Vnde ad Titum 1. *Spem vitæ æternæ, quam promisit, qui non mentitur Deus, ante tempora secularia, manifestauit autem temporibus suis filium suum*. Igitur manifestatur Deus per influentiam reuelationis.

E ¶ Item Deus manifestatur per euidentiam iurisdictionis. Et istud fit per iudicia sua tam occulta, quam publica, & tam præsentia, quam futura. Deus enim suam omnipotentiam, mirabilem prouidentiam manifestat per iudicia mirabilia, quæ exercet, malos particulariter puniendo, & ipsorum mala opera quanquam occulta reuelando. Sicut enim dicitur Marc. 4. & Luc. 7. *Non enim, est aliquid absconditum, quod non manifestetur*. Verumtamen ista occulta iudicia pauci percipiunt, & soli sapientes ad hæc respiciunt & attendunt. Sicut enim dicitur in Psalm. 147. *Deus non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis*, suam vero omnipotentiam & sapientiam, & bonitatem fortius exercebit in futuro iudicio, se cunctis manifestando, & omnia etiam opera cuiuslibet in publicum educẽdo. Deus enim noster manifeste veniet, *Deus noster, & non silebit. Ignis in conspectu eius exardescet, &c.* Ipse enim cunctis manifestabitur, cunctis vero, & cuncta ei manifestabuntur. Sicut enim dicitur 2. Corinth. 2. *Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt recipiat vnusquisque prout in corpore gessit, siue bonum fuerit, siue malum*. Et 1. Corinth. 4. dicitur: *Veniet Dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium*. Manifestatur ergo Deus per euidentiam iurisdictionis Roman. 3. *Iustitia Dei manifestata est*.

F ¶ Item Deus manifestatur per abundantiam retributionis, scilicet, in Paradiso. Sicut enim Deus in iudicio manifestabit omnem æquitatem, sic in Paradiso manifestabit suam pietatem, & suæ magnificentiæ largitatem. Vnde in collecta dicitur: *Deus qui omnipotentiam tuam parcendo, & maxime miserando manifestas*. Ibi enim manifestabitur eius

Essentiæ beata visio,
Clementiæ beata fruitio,
Scientiæ profunda ratio,
Potentiæ summa perfectio.

Et hoc quando manifestabitur æternæ gloriæ fœlix possessio. Vnde beati poterunt dicere illud 1. Ioh. 1. *Quod fuit ab initio, quod audiuimus quod oculis nostris perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt de verbo vitæ, & vita manifestata est*.

G Vltimo Deus manifestabitur per violentiam condemnationis seu infernalis punitionis. Deus enim qui modo non cognoscitur à reprobis, tunc se eis manifestatur, quando eos in inferno cremabit, & rigorem suæ iustitiæ demonstrabit, vt de eo dicatur illud 1. Mach. 11. *Manifestæ factæ sunt inimicitiæ eius*. Tunc enim manifesta erunt, quæ primitus latuerant opera reproborum, quia sicut dicitur 1. Cor. 3. *Vniuscuiusq. opus manifestum erit, dies enim Domini declarabit, quia in igne declarabitur*. Istis ergo modis manifestatur Deus.

H ¶ Secundo dico, quod est manifestatio qua manifestatur iustus. Res enim luminosæ (vt cõmuniter) celari non possunt, sed sunt omnibus manifestæ, vt patet in stellis. Sic vere homines luminosi & virtuosi manifesti sunt, & quia scilicet, in conscientia vel intentione intrinseca per fictam palliationem celare aliquid nesciunt, sed quales sunt interius, tales exterius se ostendunt, virtutes enim ipsorum etiã si eas per humilitatem voluerint occultare, seipsas alijs manifestant, & etiam ipsis inuitis se decla-

... Christi, de quo dicitur Matth. 12 quod ... *quos curauerat, ne manifestarent eum*, & tamen ... dicitur, quod *manifestum factum est nomen eius.* Corpus ... manifestatio iusti est sicut lucerna, seu lampas, vbi scilicet ... potest latere, quin appareat Eph. 5. *Omne, quod manifestatur, lumen est.* Et reuera iustus manifestat seipsum,

Deo per puram intentionem,
Sacerdoti per integram confessionem,
Mundo per bonam conuersationem,
Egeno per miserationem.

...festat Dei potentiam per laudem & prædicationem. Si... ergo dicitur 1. Timoth. 4. *Profectus manifestus sit.* Vnde Pro... *Vbi segetes sunt plurimæ, id est, virtutes, ibi manifesta fortitudo bouis.* Hæc est igitur manifestatio qua manifestatur iustus.

¶ ... vero principaliter dico, quod est manifestatio, qua ... impius vel iniustus. Sicut enim aliqua animalia ita venenosa quod venenum suum non possunt continere in... visu, tactu & afflatu solent ipsum exterius manifestare, ... patet in basilisco, sic dico, quod multi sunt ita pleni ve... & nequitiæ, quod ipsum interius in corde celare ... condere non valent, imo ipsum exterius per mala opera manifestant. Accidentia enim manifestant substantiam. Sic vehementiora opera manifestant personam. Sicut enim lepra aliquando potest palliari, non tamen diu, imo solet finaliter ma... sic corruptio mentis, etsi quandoque per hypocrisim ... finaliter tamen necesse est, quod alijs publicetur Gal. *Manifesta sunt opera carnis* 2. Timot. 5. *Hominum peccata manifesta sunt.* ... etiam quandoque fit per iactantiam, quia scilicet, multi ... peccata sua iactant, & ea voluntarie manifestant 2. Timoth. 3. *Insipientia enim ipsorum manifesta est omnibus.* Contra il... 5. *Non homini cor tuum manifestes.* Et breuiter de impio dicitur, (quod & verum est) Prouerb. 10. quod *qui deprauat vias suas, manifestus erit.* Ista tamen manifestatio fiet specialiter in iudicio & in inferno, sicut supra visum est, quando scilicet, iuxta illud, quod dicitur Eph. 5. *Omnia, quæ arguuntur, à lumine manifestabuntur.* Patet ergo, quod est manifestatio, qua manifestatur impius. Et hæc sufficiant. Vide in tit. ostendere, reuelare, & apparere & similia.

A **Manipulus.** Nota, quod Manipulus nihil aliud est, quam segetum vel herbarum cumulus seu ... oculus, quantum potest manus capere, inuicem conglobatus. Significat ergo quamcunque congregationem, & simul ... meritorum vel personarum coniunctionem & vnionem. Et ... dico, quod est dare manipulum meritorum, præmiorum, perfectorum, iniquorum, vitiorum & tormentorum. Sed de his omnibus supersedeo, quia paucæ sunt auctoritates. Vide in ... fasciculos, cumulus, seu globus.

**Mansuetudo.** Nota, secundum Tullium libro primo de officijs dicitur, quod Mansuetudo est virtus animi vtrumque mundi statum æqua lance pensans. Quia scilicet ad mansuetudinem pertinet vtrumque mundi statum, prosperitatis, scilicet, & aduersitatis æqualiter tolerare: vnde mansuetus in aduersis non irascitur, sed in beneuolentia ... perseuerat. Vnde Hieronym. in glossa super caput quintum Matthæi dicit, quod *mansuetus seu mitis est, qui nec irritat, nec irritatur, nec mente cogitat & qui nec ira nec furore afficitur*: est igitur mansuetudinem quod mitis, simplex, humilis & quietus, dulcis, clemens, beneuolus & benignus. ¶ Sic autem distinguit Mansuetudinem, quod triplex est, scilicet,

Mansuetudo { Cordis, Oris, Operis.

Cor enim humanum molle est & suaue, & hominis mollis, scilicet, linguarum contentiuum. Lingua etiam humana suauis est & mollis, manus insuper humanæ non sunt hirsutæ, vel hispidæ, sed ... suaues & planæ. Ad denotandum, quod cor, lingua & manus, id est, cogitationes, locutiones & opera debent esse per mansuetudinem suauia, per benignitatem dulcia, per modestiam dulcorosa, exemplo lilij, quod vnctuosum est, suaue & molle interius in radice, exterius in folijs, superius in semine & in flore. Radix ergo cordis, folia vocis, flos conuersationis, semen operis vnctuosa sint in nobis per suauitatem mansuetudinis.

¶ Mansuetudo enim cordis concipit timorem, & patientiam Ecclesiast. 1. *Sapientia & disciplina timor Domini, & quod beneplacitum est illi, fides & mansuetudo.* Sapientia enim & disciplina, timor & fides in corde plus, quam in opere, vel in voce.

¶ Mansuetudo vocis temperat furorem & violentiam. Ideo dicitur Eccl. 4. *Responde pacifice in mansuetudine.*

¶ Mansuetudo operis procurat amorem & complacentiam. Ideo dicitur Ecclesiast. 3. *Fili in mansuetudine opera tua perfice.* Simus igitur mansueti, quia sicut dicit Ambrosius super Matthæum capite quinto: *Non prodest carere sceleribus nisi moribus temperatis homo fuerit mansuetus.* Et Apostolus dicit 2. ad Tim. 2. *Seruum Dei non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem, & cum modestia corripientem eos, qui resistunt veritati.* Et bene dicit cum modestia corripientem, quia reuera ad Prælatum, ad correctorem pertinet, quod sit modestus & mansuetus. quia scilicet, animalia, quæ corpore sunt maiora, sunt (vt communiter) mitiora sicut patet de Elephante, & de rege apum, qui caret aculeo. Vnde de Rege dicitur Matthæi 21. *Ecce Rex tuus venit mansuetus.* Exemplo etiam Dauid, de quo dicitur: *Memento Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius.* Et merito, quia pro certo multi sunt, qui per mansuetudinem corripiuntur, qui tamen per seueritatem nimiam exasperantur, & in desperationis foueam dilabuntur. Et ideo Apostolus videbatur super hoc dubitare 1. Corinth. 4. *In virga (inquit) veniam ad vos, an in Spiritu mansuetudinis?* Ideo contra correctores nimis asperos dicit Hieronymus super 1. Timoth. 3. *Nihil enim furioso fœdius præceptore, qui cum ad omnes debeat esse mansuetus, econuerso toruo vultu, trementibus labijs, rugata fronte, effrenatis conuitijs, facie commutata, clamore perstrepitat, & errantes non tantum à bono retrahit, immo sua sæuitia ipsos in profundum præcipitat vitiorum.* Simus igitur mansueti, exemplo Christi dicentis Hierem. 11. *Et ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam.* Vbi aduerte, quod homo mansuetus amicabiliter solet fœderari. (Et) copulatiua coniunctio: Honorabiliter solet exaltari. (Ego) primæ personæ pronomen. Socialiter solet conformari. (Quasi) similitudinis aduerbium. Lacrymabiliter solet deprecari. (Agnus) qui scilicet, clamat ad matrem. Mansuetudo enim reddit possessorem suum

Amicabilem, bonos diligentem,
Honorabilem, magis præeminentem,
Sociabilem, bonos imitantem,
Lacrymabilem, Deum placentem.

Vide de ego, quasi & agnus, in titulis suis.

¶ Et si vis dic, quod mansuetudo iungit & copulat. (Et inquit) quæ scilicet, est coniunctio copulatiua, quia scilicet vir mansuetus ab omnibus diligitur, & etiam à maioribus adamatur. Et inquit. Et in Ps. 44 *Propter veritatem & mansuetudinem, & iustitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua.* C

¶ Item mansuetudo præfert & titulat, quia scilicet vir mansuetus & hic & in futuro solet exaltari, & alijs præferri, & honorari, sicut patet de Dauid, qui fuit mansuetus, de quo dicitur illud prædictum in Ps. 131. *Memento Domine Dauid & omnis mansuetudinis eius.* Sequitur. *Inueni Dauid seruum meum, &c. Exaltaui electum de plebe mea.* Et hoc ostenditur cum dicitur Ego, quod est primæ personæ, & præcedit verbum, quia scilicet mansuetudo facit hominem alios præcedere, & honore, & dignitate inter alios primum esse Esa. 14. *Ero primus.* Ps. 149. *Beneplacitum est domino in populo suo, & exaltabit mansuetos in salutem.* Et illud 2. Reg. 22. *Mansuetudo mea multiplicauit me.* ¶ Item mansuetudo conformat & similat, quia scilicet vir mansuetus faciliter se conformat bonis, ipsis scilicet obediendo & mores suos eorum moribus conformando, quod ostenditur, cum dicitur [quasi] Oseæ 3. *Ero quasi ros* Ps. *Iustus germinabit sicut lilium.* Quia scil. sicut supra dictum est, mansuetudo signat hominem mansuetum, dulcem, pacificum & modestum Eph. 4. *Digne (inquit) ambuletis cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientia, supportantes inuicem in charitate, solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis.*

¶ Item mansuetudo orat & postulat, quod ostenditur, cum dicitur (Agnus) qui scilicet solet balare, & cum ore lac à matris vberibus exprimere, & qui etiam est animal super omnia mansuetum, innocuum & benignum, quia scilicet vir mansuetus ad Deum clamando & orando balat, & lac suorum beneficiorum ab vberibus suæ misericordiæ impetrat, orationibus procurat. Vnde oratio est illud canticum agni, de quo fit mentio Apo. 21.

Bene

Bene ergo dicitur Iud. 9. *Humilium & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio.*

D ¶ Et nota seruis, quod nos debemus habere mansuetudinem, quia

Per hanc { Dirigimur & docemur,
Impingimur & mouemur,
Protegimur & fouemus,
Erigimur & replemur.

Dico ergo, quod per mansuetudinem docemur & erigimur, quia pro certo sicut in Ps. 24. dicitur: *Deus est ille, qui dirigit mansuetos, docebit in iudicio mites vias suas.* Ideo bene dicitur Eccl. 5. *Esto mansuetus ad audiendum verbum Dei.* Quia vere tales facilius erudiuntur & in spiritualibus instruuntur. Audiant ergo mansueti & lætentur, & *in mansuetudine suscipiant insitum verbum* Iacob. 1. *Quod Dominus ad annunciandum mansuetis misit me*, dicit Esa. 61.

¶ Item dico, quod ad mansuetudinem mouemur & impingimur, quia scil. nos habemus mirabile exemplar mansuetudinis per quod possumus ad mansuetudinem inuitari, scil. ipsum Christum, qui fuit mansuetissimus, sicut agnus. Vnde in persona fuit dictum illud Hier. 11. *Ego quasi agnus mansuetus.* Et illud. *Ecce rex tuus venit tibi mansuetus.* Ideo dicebat Apostol. 2. Corinth. 10. *Obsecro vos per mansuetudinem & modestiam Iesu Christi.*

¶ Item dico, quod scilicet per mansuetudinem fouemur, & protegimur. *Ista est enim quæ custodit [illegible] a malo. Fili ergo in mansuetudine serua animam tuam.* Eccles. 10. quia scilicet, *Dominus arguit in æquitate pro mansuetis terræ.* Esa. 11. Quia sicut dicitur in Ps. 146. *Suscipiens mansuetos Dominus, humilians autem peccatores vsque ad terram.*

Item dico, quod per mansuetudinem replemur & erigimur, scilicet, ad opulentiam hæreditatis æternæ, quia reuera finaliter mansueti hæreditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis sicut dicitur in Psal. 75. quia finaliter *resurget Deus in iudicium vt saluos faciat omnes mansuetos terræ.* Et hoc scilicet erit, *quando illusores Deus illudet, mansuetis autem dabit gratiam.* Prou. 3. Sic ergo patet, quod per mansuetudinem

Replemur supernaliter,
Fouemur virtualiter,
Monemur exemplariter,
Docemur regulariter.

Vide in tit. Benignitas, Humilitas, Clementia, Simplicitas, Mitisudo & Modestia.

A **Manus.** Nota, quod manus est membrum in homine, per quod & cum quo homo naturaliter operatur. Et ideo breuiter, quoties in scriptura de manu fit mentio, semper (vt communiter) per manum intelligitur virtus operatiua, siue in bono, siue in malo. Manu etiam facimus, quicquid facimus, siue bonum fuerit, siue malum, & ideo secundum quod manus in nobis diuersimode disponitur, secundum hoc in nobis diuersa opera distinguuntur. Notemus ergo, quod in scriptura quadruplex inuenitur manus, videlicet

Manus dominica,
Manus dæmoniaca,
Manus perfectorum,
Manus peccatorum.

Manus dominica dominatur cunctis. Ps. 49. *In manu tua Domine omnes fines terræ.* Manus dæmoniaca furatur omnia. Ista enim semper nititur subripere & furari omnia bona spiritualia, vnde Thren. 1. *Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia eius.* Manus perfectorum bonum operatur Prou. 31. *Manum suam misit ad fortia, digiti eius apprehenderunt fusum.* Manus peccatorum nunquam occupatur, vnde Luc. 6. dicitur, quod *erat ibi homo, & dextera manus eius erat arida.*

B ¶ Dicamus ergo aliquid de manu diuinæ virtutis & potentiæ. Sicut enim manus aliquando extenditur ad largiendum, aliquando clauditur ad continendum, aliquando vibratur ad percutiendum, sic vere virtus & potestas diuina aliquando extensa inuenitur ad beneficiorum largitionem, aliquando est clausa per manutenentiam & gubernationem, aliquando mota seu vibrata per iustitiæ percussionem & executionem. Et sic secundum hoc videtur habere tres manus, videlicet,

Manum { Prudentiæ cuncta continentis,
Clementiæ bona largientis,
Iustitiæ malos ferientis.

De manu ergo diuinæ prudentiæ, qua cuncta disponuntur, potest dici illud Hier. 18. *Sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea domus Israel.* De manu vero diuinæ clementiæ, qua cuncta bona largitur, dicitur in Psalm. 144. *Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione.* De manu vero diuinæ iustitiæ, qua mali puniuntur, dicitur Iob 30. *Conuersus es mihi in crudelem, & in duritia manus tuæ aduersaris mihi.* Et Ruth. 1. *Egressa est manus Dei contra me.* Et ideo breuiter de manu diuinæ virtutis, quæ (sicut vidimus) in rebus diuersimode operatur, ipsi Deo potest quilibet dicere verbum illud Iob 10. *Manus tuæ Domine fecerunt me, & plasmauerunt me totum in circuitu, & sic repente præcipitas me.* In quibus verbis ostenditur, quod Deus in mundo quadruplici manu vtitur, scilicet,

Manu factiua,
Manu plasmatiua,
Manu circumdatiua,
Manu præcipitatiua.

Prima est manus potentiæ, qua cuncta creantur (Manus, inquit, tuæ fecerunt me.)
Secunda est manus clementiæ, qua cuncta ditantur (Plasmauerunt me.)
Tertia est manus prouidentiæ, qua cuncti gubernantur. (Totum, inquit, in circuitu.)
Quarta est manus iustitiæ, qua cuncti castigantur. (Præcipitas, inquit.)

Est igitur in Deo Manus

Potentiæ creatiuæ,
Clementiæ largitiuæ,
Prudentiæ regitiuæ,
Iustitiæ punitiuæ.

¶ Dico ergo primo, quod Deus habet manus potentiæ creatiuæ, quod ostenditur, cum dicitur (Manus tuæ Domine fecerunt me.) Omnia enim, quæ creata sunt à manu diuinæ potentiæ facta sunt, quia ad creationem & productionem rerum in esse non attingit aliqua virtus, nisi manus potentiæ increatæ. Ideo dicitur in Ps. 108. *Sciens, quia manus tua hæc, & tu Domine fecisti eam.* Et alibi: *Manus tuæ Domine fecerunt me, & plasmauerunt me, da mihi intellectum, vt discam mandata tua.* C

Et nota, quod manus potentiæ Dei est

Protectiua sibi deuotorum,
Destructiua gentis iniquorum,
Adiutiua plebis perfectorum,
Dominatiua vniuersorum.

¶ Dico, quod ista manus est deuotorum protectiua, Esai 51. *Sub vmbra manus suæ protexit me.*

¶ Item est iniquorum destructiua. Psalm. 43. *Manus tua gentes disperdidit.*

¶ Item est perfectorum adiutiua. Psalm. 88. *Manus enim auxiliabitur ei.*

¶ Item est vniuersorum dominatiua. Iob 12. *In cuius manu anima omnis viuentis est*: & Sap. 3. *Iustorum animæ in manu Dei sunt*: & Eccles. 10. *In manu Dei potestas hominis.* Et bene dico, quod Deus habet manum potentiæ creatiuæ.

¶ Secundo dico, quod Deus habet manum clementiæ largitiuæ. Et ista ostenditur, cum dicitur: Plasmauerunt me, i. figurauerunt & formauerunt. Aliud enim est facere, & aliud plasmare. Facere enim signat creationem, plasmare vero figurationem & formationem. Et sic facere pertinet ad esse, plasmare ad bene esse. Et ideo per plasmationem spiritualiter loquendo intelligitur virtus clementiæ diuinæ, quæ sc. per diuersa beneficia, quæ confert homini, ipsum esse spiritualiter format, lineat & figurat, quodlibet enim beneficium est quasi vna lineatio, i. q. formatio spiritualis, qua Deus spiritualiter perficit atque format. Psalm. *Æstatem & ver, tu plasmasti ea.* Et aduerte, quod ista manus diuinæ misericordiæ est

Labentium subleuatiua,
Debilium sustentatiua,
Periclitantium liberatiua,
Pereuntium defensiua,
Laborantium præmiatiua.

Dico ergo, quod manus diuinæ misericordiæ est labentium subleuatrix. Psal. 88. *Cum ceciderit, non collidetur, quia Dominus supponit manum suam.*

¶ Item est debilium sustentatrix Ps. 6. *Firmetur manus tua & exaltetur dextera tua.*

¶ Item est periclitantium liberatrix. Ps. 118. *Fiat manus tua vt saluet me.*

¶ Item

... rum dei ... satia. Pls. 88. *Manus autem mea auxi-* ... §Item est laborantium præmiatiua. Ps. 54. *Extendit* ... *in retribuendo.* Et sic bene dico, quod Deus habet ... clementiæ largitiuæ. §Tertio dico, quod Deus habet manum prudentiæ regitiuæ. [Totum inquit in circuitu.] Plu- ... enim est prouidentia Dei quæ circuit, continet, & regit ... Ista enim est illa Manus Ezec. 2. *Ecce, inquit, Manus mis-* ... *in qua erat liber inuolutus, scriptus intus, & foris, & scriptura e-* ... *in eo lamentationes, & carmen, & væ.* Manus enim sapientiæ & prudentiæ Dei continet librum suæ occultæ prædestinationis, ... scriptus est intus per scientiam regiminis illorum, qui sunt ... paradiso, quia sicut dicitur Sap. 3. *Iustorum animæ in manu Dei* ... Et foris per scientiam regiminis illorum, qui exterius sunt ... do, quia sicut dicitur in Psalm. 94. *In manu tua Domine o-* ... *fines terræ.* Inuolutus tamen dicitur iste liber, quia, scilicet ... potest ad plenum cognoscere modum, ordinem & for- ... quam manus prouidentiæ Dei regit mundum, & ideo ... est Apo. 10. *In illo Angelo, qui libellum habebat in manu, qui,* ... *pedem suum dextrum habebat super terram, & alium super mare,* ... *vero suam sursum ad cœlum leuabat.* Quia vere Deus, qui est ... magni consilij, per libellum suæ æternæ sapientiæ, ... manu suæ operatiuæ prudentiæ semper tenet ad ter- ... & mare se extendit, scilicet per regimen cœlestium ... & infernorum. Ista enim manus se extendit ad ... cœlestium & spiritualium Psalm. *Leuabo ad cœlum ma-* ... *meam, & dicam, viuo in æternum.* §Item ista manus se exten- ... ad regimen terrestrium & temporalium Hierem. 48. *Manus* ... *fundauit terram.* §Item se extendit ad regimen maris, ... inferorum infernalium. Vnde Psal. 88. *Ponam in mari ma-* ... *meam.* Et sic patet, quod Deus habet manum prouidentiæ regitiuæ. [In circuitu inquit] quia, sc. ista manus omnia manu tenet, & circuit, & concludit. Vnde sapientia dicit Ec. 8. *Gyrum cæ-* ... *sola, & in profundum abyssi penetraui, & in fluctibus maris am-* *bulaui, & in populo & gente primatum tenui.* § Quarto dico, quod

F Deus habet manum iustitiæ punitiuæ, quæ ostenditur, cum dicitur *Et sic repente percussit me.* Manus enim diuinæ iustitiæ, quamuis aliquandiu homines teneat, & sustineat, in prosperitate, ipsos tamen finaliter lædit, & percutit, & temporali, & æterna aduersitate. Illi enim qui in eminentijs mundanæ prosperitatis gloriantur, subito manu iustitiæ percutiuntur, & in infernum præcipitantur. De ista manu dicebat Dauid in Ps. 31. *Grauata est super me manus tua, conuersus sum in ærumna mea dum configitur spina.* Iob etiam dicebat. *Miseremini mei, miseremini mei saltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me* Iob 19. Et aduerte, quod manus diuinæ iustitiæ tangit hominem quandoque.

Vt corrigatur,
Ne erigatur,
Vt probetur,
Vt damnetur.

Dico, quod tangit quandoque hominem, vt corrigatur. Sic tetigit Simonem magnum Acto. 13. vbi dicitur. *Ecce manus Domini* ... *& eris cæcus vsque ad tempus. &c.* Vnde Iob 5 *Ipse vulnerat, &* ... *percutit, & manus eius sanabunt* §Item tangit, ne erigatur, ... per superbiam, quia solet sæpe Dei iustitiam bonos, & ... per tribulationem, ne forte superbiant per ina- ... gloriationem. Sic loquitur Hierem. 1. *Misit Dominus ma-* ... *suam, & tetigit os meum.* Quandoque tangit, vt homo pro- ... dicitur Iob 2. *Extende paululum manum tuam, & tange* ... Quandoque etiam tangit, vt homo damne- ... Iob. *Obstetricante manu Dei eductus est coluber tortuosus.* Manu ... iustitiæ operante, colubri tortuosi, i. peccatores de ... corporibus educuntur, & ad infernum miserabiliter deducuntur ... illa manus, quæ scripsit in pariete: *Mane, techel, phares.* contra regem Babylonis, qui eadem nocte interfectus est, sicut legitur Dan. 5. Quia scilicet manus diuinæ iustitiæ finaliter scribit sententiam suam contra peccatores in pariete corporis humani, ita quod necesse est, vt interficiantur per mortem & quod ad infernum deducantur Psalm. *Manus tua gentes disperdidit.* Et sic breuiter patet, quod est quadruplex manus Dei videlicet.

Manus
- Iustitiæ punitiuæ
- Prudentiæ regitiuæ,
- Clementiæ largitiuæ,
- Potentiæ creatiuæ, causatiuæ.

Et hæc de manu Dei sufficiunt quo ad præsens. §Sed adhuc dico, quod est manus humanæ operationis & efficaciæ, quia proprie per manum intelligitur quandoq; operatio nostra. Manus enim quinque digitos habet, & in quolibet digito sunt tantummodo tres iuncturæ. Sic vere omnis operatio nostra per quinq; digitos, id est, per quinque sensus corporales distinguitur. Quia quicquid agimus, aut illud audiendo, aut videndo, aut gustando, aut olfaciendo, aut tangendo facimus, aut exercemus: Non est enim dare aliquod genus operationis quod non possit ab istis quinque digitis comprehendi, verumtamen in quolibet digito, id est, in qualibet particulari operatione debent inueniri tres iuncturæ, id est, tres distinctiones, i. e. fides beatæ trinitatis. Vel tres iuncturæ sunt pondus, numerus, & mensura, vel etiam tres virtutes Theologicæ, sc. fides, spes, & charitas. Quia omnis operatio nostra debet ad laudem trinitatis fieri, pondere, numero & mensura ordinari, & in fide, spe. & charitate radicari. *Fides enim sine operibus mortua est* Iacob 2. Et opera si fiant sine charitate, etiam mortua sunt 1. Corin. 13. *Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil prodest.* Ideo præcipitur Hebr. 14. *Charitas fraternitatis maneat in vobis* Sic igitur habemus manus, id est, opera virtuosa, sicut bene figuratur Ezec. 10. vbi dicitur, quod *apparuit Cherubin similitudo manus hominis subtus pennas eorum.* Quia vere charissimi, viris spiritualibus & perfectis non sufficit, quod sint Cherubin, id est, pleni scientia per rerum cognitionem, nec quod habeant pennas, i. cœlestium volatum & contemplationem, quinimo etiam requiritur, quod habeant manus hominis, id est, bonam & discretam operationem. De quo possumus exponere breuiter illud Ezech. 10. *Extendit Cherubin.* Et aduerte in ista auctoritate, quod sic inuenitur.

Manus
- Sursum erecta,
- Longe porrecta,
- Pugno retorta.

Sic spiritualiter loquendo dico, quod sunt tria genera manuum spiritualium, i. operum perfectorum, videlicet.

Manus
- Erectiua,
- Porrectiua,
- Correctiua.

Manus enim in Deum erigimus, & istud notatur in verbo [Cherubin.] Manum proximis porrigimus, quod notatur in verbo. [Extendit.] Manus proteruos corrigimus, quod notatur, cum dicitur [Ignem.] § Dico ergo, quod sunt quædam manus ad sursum erigendum, & istæ sunt manus puræ affectionis, quas debemus sursum leuare ad Deum per orationem, & ad suæ gratiæ & misericordiæ implorationem, sicut de Cherubin dicitur Ezech. 11. *Eleuauerunt Cherubin alas suas* Psalmo 62. *In nomine tuo leuabo manus meas.* Eleuatio enim manuum nostrarum est sacrificium Deo vespertinum. Quia sicut dicitur Exod. 17. dum *Moyses eleuaret ad Deum manus suas, ipsum,* scilicet orando, & deprecando, *populus Dei vincebat, & populus Amalech vincebatur.* Quia, sc. eleuatio manuum ad Deum in feruenti oratione facit bonos vincere, & præualere, & de Amalech, id est, de diabolo, vel de carnis, & mundi tentationib. triumphare, & eos omnimode superare. Quod tamen est contra multos, qui ita habent manus graues per pigritiam, & indeuotionem, quod ipsas non possunt ad Deum dirigere per orationē, vel per cordis, & mentis eleuationem. Sicut enim dicitur Exod. 17. *Manus Moysi erant graues, & ideo populus Israel vincebatur.* Quia vere charissimi, si manus nostræ sunt graues ad orationem, & desides, populus Israel, id est, congregatio virtutum & bonarum affectionum in nobis vincentur, & populus Amalech, id est, dæmones, motus carnis & affectiones temporalium, in nobis præualebunt. Præcipit ergo Apostolus 1. Tim. 2. *Volo autem omnes viros orare, leuantes puras manus ad Deum, sine ira & disceptatione.* Patet ergo, quod nos debe-

mus habere manus ad sursum erigendum §Deinde dico, quod I
nos debemus habere manus ad porrigendum, quod ostenditur eum dicitur [Extendit,] quia, sc. manus nostræ debent esse extentæ ad bona nostra liberaliter concedenda, Vnde Pr. 31. dicitur de forti muliere, quod *manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem.* Quod est contra multos, qui bene habent manus extentas ad suscipiendum vel accipiendum. q; non ad dandum sed magis collectas & clausas, contra quod Eccles. 4. dicitur. *Non sit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandum collecta.* Quia, sc. auari semper vellent accipere, & nihil porrigere. Manus enim clauditur, & contrahitur, per infirmitatem



Diction. Berchorij.

atheticam vel paralyticam, in tantum quod non potest porrigi, vel extendi. Quod quandoque contingit secundum Constantinum ex calidissimo humore interius dominante, & neruos manus contrahente, & desiccante, & manum arefaciente, & claudente. Quia vere charissimi, quando feruens humor, id est, ardor auaritiæ dominatur interius in corde alicuius, necesse est, quod nerui, id est, spirituales virtutes animæ destruantur, & quod per manus per parcitatem marcescant, contrahantur, & claudantur. Figurati in illo, de quo dicitur Luc. 6. *Erat ibi homo & dextera manus eius erat arida*. Non sic, sed habeamus manus extentas ad beneficia pauperibus largienda, ad quod si effectus non possit sufficere, nunquam tamen debet deficere affectus. Elephas enim non habet manus, sed naso vtitur loco manus. Psittacus & Porphyrion, seu Procellicanus manus non habent pedibus tamen loco manuum vtuntur, & siue comedendo siue reptando officia manuũ pedibus exequuntur. Charissimi, per pedes in scriptura intelliguntur affectus, quia pro certo si manus, id est, potestas operandi & faciendi opera pietatis deficiat pes, i. e. affectus sufficit. Loco enim manuum debemus pedes habere, quia, sc. si facultas deficiat, bonum saltem affectum debemus semper ostendere, impendere, & tenere, vt sic bona voluntas pro facto reputetur, & paupertas, & necessitas excusetur. Quod tamen est contra multos malos pauperes, qui non habent effectum, nec affectum, qui, s. bonum non possunt alijs impendere, nec etiam impenderent si haberent. Figurati in illis qui erant de genere Saul. 2. Reg. 4. quibus *summitates pedũ & manuũ absciderunt, & in ligno suspenderũt*. Quia, sc. illi in inferno suspenduntur, quibus diabolus pedes & manus, id est, affectus & effectus, voluntatem & opus abstulit, & subtraxit. Non sic ergo, sed extendamus ad pauperes pedes, & manus, id est, affectum interiorem, & effectum exteriorem, vt sic manus interioris voluntatis correspondeat manui exterioris facultatis, vt de quolibet nostrum dicatur illud Iud. 3. *Vtraq; manu vtebatur pro dextra* [Extendit ergo.] Matt. 8. *Extendens manum tetigit eum*. Istæ sunt ergo manus ad porrigendum.

K ¶ Denique dico, quod nos debemus habere manus ad corrigendum quod ostenditur, cum dicitur [Ad ignem.] Ignis enim significat ardorem correctionis, quo, sc. nos debemus subditos nostros vrere, & corrigere, & à malis operibus coercere. Vnde de Abraham dicitur Gen. 22. quod *ipse portabat in manib. suis ignẽ & gladium*, vt sc. filium suum Isaac domino immolaret. Ad denotandum, quod illi, qui sunt Abraham, id est, patres multarũ gentium, scilic. superiores & prælati, ad finem, quod filios suos & subditos possint domino immolare, & acceptabiles facere & offerre, debent in manibus ignem & gladium portare. Ignem (dico) correctionis, vt delinquentes coquantur, & emendentur, gladium vero occisionis, vt proterui, & obstinati scindantur, & euellantur. Vt sic dicat illud Cant. 5. *Manus meæ destillauerunt myrrham*. Myrrha enim est liquor amarissimus, veruntamen valde medicinalis & odoriferus, signans correctionem & iustitiam, quæ quamuis sustinentibus sit aspera & amara, est tamen medicinalis & fructuosa, & suis possessoribus valde odorifera, & famosa, &c. Sicut enim dicitur, quidam sunt homines iuxta Helladem pontum, qui solo manuum contactu sanant omnia venena & puncturas serpentum & reptilium. Quia vere quandoque prælati, & superiores tactu suæ manualis correctionis subditos sanant à venenis peccatorum, & à puncturis tentationum reptilium, id est, dæmonum & carnalium vitiorum. Et ideo talem tactum videbatur desiderare. Naaman. 4. Reg. 4. vbi dicit, *Putabam* (inquit) *vt egrederetur ad me & stans inuocaret nomen Dei sui, & manu sua locum lepræ tangeret, & curaret me*. Sic ergo patet, quod boni habent tria genera manuum, videlicet.

Manus ad { Corrigendum, Porrigendum, Erigendum.

Et hæ sunt manus innocentes, de quibus dicitur in Ps. 23. quod *in montem Domini ascendet innocens manibus & mundo corde, qui non accepit in vano animam suam*.

¶ De manibus vero, i. de habere malarum possumus breuiter notare, quod mali videntur habere malarum manuum multa genera, de quibus fit mentio in scriptura. ¶ Inuenitur enim in scriptura.

Manus { Dura, Impura, Leprosa, Pilosa, Dissoluta, Polluta, Elata, Velata.

Manus dura est manus tyrannorum de quibus potest exponi illud Iud. 5. *Manum sinistram misit ad clauum & dexteram ad fabrorum malleum*. Manus impura est manus immundorum, id est, luxuriosorum, de quibus dicitur Esa. 1. *Manus enim vestræ sanguine plenæ sunt*. Manus leprosa est manus simoniacorum, quia, scilicet lepra Simoniæ sunt infecti Exod. 3. *Cum misisset manum in sinu, protulit leprosam*. Manus pilosa est Manus hypocritarum & deceptorum, de qua dictum est Gen. 27. *Vox quidem vox Iacob est, sed manus sunt manus Esau*. Et dicitur ibi, quod *Esau homo pilosus erat, Iacob vero lenis*, quia, scilicet hypocritæ habent vocem lenem, deceptoriam, & suauem, manum vero, id est operationem habent turpem, hispidam & pilosam. Manus dissoluta est manus debilium & infirmorum, de quibus Esa. 13 &: Ezech. 7. *Omnes manus dissoluentur, & tabescet omne cor, & omnia genua fluẽt aquis*. Manus polluta est manus homicidarum, & occisorum Esa. 59. *Manus enim vestræ pollutæ sunt sanguine* Vnde pro liberatione Ioseph ne à fratribus occideretur, dicebat Iudas Gen. 37. *Melius est, quod venundetur, & manus nostræ non polluantur*. Manus elata est manus superborum Prouerb. 17 *Homo stultus plaudet manibus*. Manus velata est manus pigrorum, & desidiosorum Eccle. 4 *Stultus complicat manus suas, & laborat si ad os miserit eas* Et breuiter omnes isti sunt illi, de quibus dicitur in Psalm. 25. *in quorum manibus iniquitates sunt, dextera eorum repleta est muneribus*. Et sic patet, quod est Manus hominis peccatoris. ¶ Sed adhuc dico, quod in scriptura inuenitur Manus dæmonis deceptoris, qua, scilicet traduntur peccatores ad tria, scilicet. M

Ad { Illudendum, Flagellandum, Occidendum.

Peccatores enim manu diaboli illuduntur per tentationem Flagellantur per tribulationem, occiduntur per damnationem De tali manu petebat liberari Dauid, dicens in Psalm. 70. *Custodi me Domine de manu peccatoris, & de manu contra legem agentis & iniqui*. Et alibi. *Manus peccatoris non moueat me*. Sed omitto gratia breuitatis. Vide de impositione manuum infra, & de Spiritu sancto.

## Marcescere. Marcedo. Macies.

A Nota, quod illud animal dicitur macrum, quod est in carnib. & in pinguedine plus debito diminutum. Cum igitur macies sit opposita pinguedini, videtur, quod significationi pinguedinis opposita significare debeat. Igitur cum macies idem sit, quod attenuatio seu tenuitas, notabo, quod in scriptura reperitur, scilicet,

Macies { Facultatis, quæ est toleranda, Voluptatis, quæ est procuranda, Sanctitatis, quæ est restauranda, Fallacitatis, quæ est declinanda, Infœlicitatis, quæ est formidanda.

Prima est macies indigentium,
Secunda est macies pœnitentium,
Tertia est macies relinquentium,
Quarta est macies simulantium,
Quinta est macies pecuariorum, scilicet, damnatorum.

Ista possunt multipliciter dilatari, sed paucæ sunt auctoritates vocales.

¶ Primo igitur dico, quod est quædam macies paupertatis qua, scil. pinguedo diuitiarũ attenuatur, ita quod homo macer & tenuis quantum ad mũdi prospera reputatur. Vnde pauperes figurantur in illis septem vaccis macie confectis, quæ tamen vaccas pingues deuorauerũt, & cõtra eas præualuerant Gen. 41. Quia reuera pauperes, qui sunt hodie quantum ad diuitias macilenti, pinguibus. i. e. diuitibus præualent. & in bonitate. & in spirituali fortitudine plus abundant. Constat n. quod (vt communiter) viri marcidi magis sunt fortes & sani, quam viri pingues & pleni. Sic vere dico, quod (vt communiter) viri pauperes & diui-

& [illegible]itiarum pinguedine vacui, sunt pinguibus, id est, diuitiis [illegible]ribus magis boni, & corpore & anima magis sani. Vnde Eccl. 11. *Est homo marcidus, egenus recuperatione, deficiens virtute, abundans paupertate, & oculus Dei respexit illum in bonum, & erexit illum ab humilitate ipsius*. Ista est igitur macies toleranda. § Secundo dico, quod est macies pœnitentiæ & abstinentiæ, qua, scilicet caro nostra voluptuosis deliciis attenuatur, & sub iugo spiritus inclinatur Iob 30. *Nunc in memetipso marcescit anima mea*. Et vere procuranda est talis macies, quia, scilicet Deus Medicus prudens pinguedinem delitiarum per infirmitatem solet subtrahere, & maciem introducere, vt corpus possit spiritui subiugare. Vnde Iob 33. dicitur de Deo, quod *ipse increpat per dolorem in lectulo, & omnia ossa eius marcescere facit*. Animalia enim macilenta (vt communiter) magis agilia, patet in Dromedario. § Tertio dico, quod est macies restauranda, & ista est macies [illegible], qua, scilicet homo à virtutum pinguedine maceratur, [illegible] in moribus & meritis pauperatur. Quia pro certo per [illegible] quandoque introducitur pondus auaritiæ Iacob. 1. *Diues [illegible] in suis marcescit*. Quandoque æstus luxuriæ. Vnde de Amnon [illegible] ammisso malo amore Thamar sororis suæ dicitur 2. [illegible] *Quare sic attenuaris fili regis per singulos dies*: Quandoque [illegible] superbi Esai. 25. *Tumultum alienorum humiliabis, & propaginem [illegible] marcescere facies*. Ista est igitur macies restauranda, & [illegible]rtarum copula omnino educenda. Exemplo boni Medici, qui videns hominem per infirmitatem incurrisse maciem, [illegible]let eum restaurare, & ad pristinum statum, & habitum [illegible]re.

§ Quarto dico, quod est macies declinanda, & ista est macies
D hypocritarum, qui sc. facies suas exterminant, vt appareant ieiunantes. De qua macie dicitur Ezech. 34. *Ecce ego iudico inter [illegible] pinguem & macilentum*. Isti comparantur iunco, & calamo, [illegible] sunt frutices paucæ durationis, & facilis ariditatis, & desiccantur Esa. 19. *Attenuabuntur & siccabuntur riui aggerum, calamus
E & iuncus marcescent*. § Quinto vero dico, quod est macies formidanda & ista pro certo nihil aliud est, quam macies inferni. Quia, scilicet, peccatores in inferno macilenti esse dicuntur, pro eo, quod omni bono solatio priuantur, & teouantur, & statu gloriæ mundanæ marcescere & deficere comprobantur. Illi enim in vita sua videntur dicere illud Sap. 2. *Coronemus nos rosis antequam marcescant*. De ipsis tamen in fine verificatur illud, quod Esa. 17. scribitur. *Attenuabitur gloria Iacob, & pingues carnis eius marcescent* Vide vbi siccitas, pinguedo, ariditas, & tenuitas, & similia.

**Mardochæus.** Nota, quod Mardochæus fuit princeps in curia Assueri, & auunculus nutritor & instructor reginæ Hester. Aman vero superbi contemptor, [illegible] nequitiæ superator, & Iudæorum populi liberator, [illegible] insidiatorum regi reuelator, sicut hæc omnia apparent [illegible] Hester: interpretatur autem Mardochæus amarans impudentem, vel amaricatio imprudentis. Et sic dico, quod ipse potest significare quemlibet bonum prælatum, qui, sc.

Debet esse
- Nutritor pupillorum,
- Detector malignorum,
- Contemptor superborum,
- Saluator damnatorum,
- Damnator peruersorum.

Mardochæus enim Hester in filiam adoptauit. Regi insidias [illegible] Aman superbiā conculcauit. Damnatos Iudæos liberauit. [illegible] maledictum morte strauit, scilicet, Aman, quem, [illegible] imprudentem & impium, amaricauit, & ad patibulum [illegible] pertrahi procurauit. Applica omnia ad prælatum [illegible] concorda, sicut in historia Hester.

A **Margarita.** Nota, quod Margarita generaliter accipitur pro omni lapide pretioso, sicut vbi dicitur Matth. 13. quod *vir iustus similis est homini negotiatori quærenti bonas margaritas*, i. e. bonos lapides pretiosos, hoc est dictum, bonas & pretiosas scientias, & virtutes, quæ, scil. non sunt ante porcos ponendæ, nec indignis communicandæ, cum per tales [illegible] conculcandæ, quam debite venerandæ Matthæi 7. *Nolite sanctum dare canibus nec margaritas ponere ante porcos*. § Spe-
B cialiter [illegible] margarita est lapis peralbidus, in ventre conchylæ creatus, vsitato vocabulo perla vocatus, medicinæ, & [illegible] deputatus, significans, scil. virum iustum, & maxime [illegible] Margaritam, albam, scilicet & sinceram & ornatam & medicinam fide [illegible] valde aptam. Vel etiam per Margaritam intelligitur fides vel gratia Dei, vel etiam gloria paradisi, qua scil. inuenta debemus vendere omnia, & eam emere. Transeo, quia in multis exemplis fit mentio de margaritis in hoc opere, & paucæ sunt auctoritates. Ideo sufficit.

**Mare.** Nota, quod cum mare sit res copiosa, fluctuosa, insaporosa, periculosa, hinc est quod per mare potest A
status quadruplex denotari, videlicet.
- Copiositas boni superioris,
- Fluctuositas mundi inferioris,
- Amaritudo cordis interioris,
- Anxietudo chaos inferioris.

§ Quæ vt manifestius exprimantur, dico, quod per mare designatur.
- Cœli possessio copiosa,
- Mundi conditio fluctuosa,
- Morum perfectio virtuosa,
- Mortis afflictio luctuosa.

Primo ergo dico, quod per mare designatur cœli possessio copiosa. Nulla enim res plus abundat, quam mare: habet enim profunditatem imperscrutabilem, plenitudinem inexhaustibilem, latitudinem impugnabilem. Et ideo ratione suæ copiosæ & abundantis naturæ, mare Deo comparatur Iob 11. *Excelsior cælo est* inquit, *& quid facies? profundior abysso, & vnde cognosces? Longior terra mensura eius & latior mari*. Et ideo per mare bene potest affluentia & copiositas supernæ fœlicitatis notari, cuius qualitas, seu quantitas non potest aliqualiter æstimari. Et ideo beatis in isto mari habitantibus dicitur Esai. 60. *Videbis tunc & afflues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum, quando conuersa fuerit ad te multitudo maris*. Ad istud mare debent boni anhelare, vt detegatur, vt defendantur, vt in virtutibus augeantur. Istud enim mare habet diuitiarum plenitudinem. Vnde de Alexandria dicitur Nau. 3. *Cuius diuitiæ mare, & aquæ muri eius*. § Item vt defendantur, quia, scilicet sicut Balæna fugit ad profundum maris, ne à piscatorib. capiatur, sic boni per affectum & desideriū fugiunt ad profundum Paradisi, ne à malis tentationib. obruantur. Ideo gloriabatur Tyrus in persona animæ beatæ Eze. 27. *Perfecti decoris ego sum, & in corde maris sita*. § Item vt in virtutib. augeantur. Sicut enim dicit Isidorus circa mare rubrum optimæ crescunt arbores, quia, sc. illi qui circa mare Paradisi per affectum & desiderium plantantur, melius in virtutib. augmentantur. Vnde de vinea Domini dicitur in Ps. 79. *Extendit palmites suos vsque ad mare, & vsque ad flumen propagines suas*. Et sequitur. *Multiplicasti radices eius, & impleuit terram*. Per mare igitur designatur cœli possessio copiosa. § Secundo dico, quod per mare denotatur B
mundi conditio fluctuosa. Mundus enim comparatur mari multiplici ratione. Est enim naturaliter Mare.

| | |
|---|---|
| Fumosum, | Fluctuosum, |
| Spumosum, | Fluxuosum, |
| Clamosum, | Sabulosum. |

§ Sic vere.

Mundus est
- Fumosus per superbiam,
- Spumosus per luxuriam,
- Clamosus per discordiam,
- Fluctuosus per aduersitatem,
- Fluxuosus per prosperitatem,
- Sabulosus per cupiditatem.

Dico ergo, quod in mari huius mundi abundat fumositas superbiæ. Mare enim plenum est exhalationibus, & vaporibus, nebulis etiam atque fumis. Per quæ quidem intelliguntur peccata superbiæ, vanæ gloriæ, iactantiæ, elationis, & præsumptionis. Isti enim sunt quidam mali fumi spirituales maris huius mundi superficiem contegentes. Deus enim loquens de mari dixit Iob 38. quod *ipse posuit nubem vestimentum eius, & caligine tanquam pannis infantiæ ipsum inuoluit*. Quia scilicet mare huius mundi nube, & formositate superbiæ est vestitum, & caligine ignorantiæ inuolutum, & pannis infantiæ, id est, immunditia carnis fæculentiæ maculatum. In mari enim flat (vt communiter) maior ventus, & ideo multæ naues ibidem sæpius naufragantur. Quia etiam legitur Matth. 14. quod *Petrus ambulans super mare videns ventum validum, timuit, & ideo Christi auxilium implorauit*. Quia vere charissimi, tantus ventus superbiæ flat hodie in mari huius mūdi, quod etiam Petrus, i. quilibet vir perfectus habet merito formidare, & Christi auxilium, ne pereat, inuocare, dicens cum Petro, *Domine saluum me fac*. Mare enim est locus, vbi sæpe habitant dracones, qui sunt animalia sursum volantia

& ignem ſpirantia. Quia, ſcilicet mare huius mundi eſt habita-
culum draconum, id eſt, ſuperborum, qui ſurſum volant per va-
nitatem, & ignem ſpirant per crudelitatem vnde Ezec. 32. *Leo-
ni gentium ſimulatus es, & draconi qui eſt in mari.* Eſt igitur in iſto ma-
C ri fluoſitas ſuperbiæ. ¶ Deinde dico, quod in iſto mari inuenitur
ſpumoſitas luxuriæ. Multæ enim ſpumæ & immunditiæ in ma-
ri generantur. Vnde etiam de ſpuma maris ſiccata fiunt pumi-
ces, & ſpongiæ, quæ naturam habent ita duram quod non poſ-
ſunt faciliter diſſipari. Et etiam mare eſt habitaculum. ſc. piſci-
um, & eorum principium & origo. Sic vere chariſſimi, mare hu-
ius mūdi ſpuma, & immunditia luxuriæ eſt impletum, quæ in
multis taliter per malam conſuetudinem, induratur, quod am-
plius non diſſoluitur nec mutatur Iob 38. *In ſimilitudinem lapidis
durantur aquæ.* Piſces enim, id eſt, delitioſi in iſto mari habitant,
& morantur, & ibidem viuunt, & verſantur in delitijs Pſalm. 8.
*Volucres cœli & piſces maris qui perambulant ſemitas maris.* De quibus
poteſt exponi illud Abac. 3. *Viam feciſti in mari equis tuis, in luto
aquarum multarum.* Equi enim ſignificant luxurioſos ſicut di-
citur Hierem. 5. *Equi amatores in fœminas, vnuſquiſque ad vxorem
proximi ſui hinniebat.* Iſti enim in mari huius mundi habitant, &
in luto, id eſt, in fœtore delitiarum abundant. Figurati in illis
*porcis, qui pleni dæmonibus præcipitati ſunt in mare.* Marc. 5. Figu-
rari etiam in illa beſtia fortiſſima aſcendente de mari, de qua
dicitur Apocalyp. 13. Quæ aduerſus ſeruos, & liberos præuale-
bat, & quæ aliam beſtiam cum cornibus agni in ſuum auxilium
habebat, quæ ipſam adorari faciebat. Quia vere beſtiales lu-
xurioſi vna cum auxilio alterius beſtiæ, id eſt, fallarum vetula-
rum, in mari huius mundi contra ſeruos & liberos, id eſt, con-
tra religioſas & ſæculares perſonas pugnant, & pungunt, & vt
ab eis adorentur, & conſentiant, laborant. Eſt igitur in iſto ma-
ri ſpumoſitas luxuriæ. Vnde in epiſtola Iudæ dicitur. *Fluctus feri
D deſpumantes.* ¶ Denique dico, quod ibi eſt clamoſitas diſcordiæ
Mare enim propter colliſionem fluctuum, & aquarum ſemper
clamat, ſonat & ſtridet, & maxime quando aquis ſuis amaris
ſolito plus abundat, & quando ventis, & turbidinis magis ſo-
lito agitatur. Sic vere chariſſimi, in mari huius mundi ſemper
abundant clamores, diſcordiæ & ſtridores, quia ſicut dicitur
Eſa. 57. *Impij quaſi mare feruens, quod quieſcere non valet.* Quia enim
vndæ vel aquæ & fluxus iſtius maris, id eſt, perſonæ mundanæ
per litigia & controuerſias inuicem colliduntur, & maxime
quando vento ſuperbiæ mouentur, & agitantur (quia ſicut di-
citur Dan. 7. *quatuor venti pugnabant in medio maris*) hinc eſt quod
ibi ſonus & clamor diſcordiæ & infamię generantur. Sicut e-
nim dicitur Matth. 8. *Motus magnus factus eſt in mari.* In finibus
enim Æthyopię à parte meridiei mare dicitur feruere quaſi ca-
cabus propter maximum calorem. Sic vere tantus eſt in huius
mundi mari feruor iracundię, quod quaſi cacabus per diſcor-
diam feruere dicitur, & bullire Iob 14. *Ferueſcere faciam quaſi ol-
lam profundum maris,* Eſa. 51 *Ego Dominus, qui conturbo mare.* & Hie.
41. *Turbat mare & ſonabit fluctus eius.* Eſt igitur in iſto mari cla-
moſitas diſcordię & rixoſitatis Eſa. 5. *Sonabit in die illa ſuper eum
E ſicut ſonitus maris.* ¶ Inſuper dico, quod in mari huius mundi eſt
fluctuoſitatis aduerſitatis. Mare enim nunquam eſt vt commu-
niter, placidum, tranquillum, nec æquale. Semper enim eſt
fluctuoſum, turbidum, amarum, ventis & tempeſtatibus ple-
num. Sic vere mare huius mundi multis ſubiacet aduerſitatibus
motibus, fluctibus, inæqualitatibus & amaritudinibus. Raro
enim eſt ibi tranquillitas, quinimo ſemper ibi inuenitur motus,
tribulatio, & aduerſitas. Deus enim ſicut dicitur in Pſalm. 105.
*Fecit magnalia in Aegypto, mirabilia in terra Cham, terribilia in mari
rubro.* Mundus enim dicitur Ægyptus, quæ interpretatur
tenebræ, & terra Cham, quæ interpretatur poſſeſſio, ma-
re rubrum, quod ſemper eſt rubrum, & amarum, quia,
ſcilicet mundus habet tenebras oſcuritatis, poſſeſſionem
cupiditatis, rubedinem carnalitatis, & voluptatis. Deus ergo
fecit magnalia in mundi creatione, mirabilia facit in mundi gu-
bernatione, terribilia vero quotidie facit in diuerſorum iudi-
ciorum ſuorum executione, & in diuerſarum tribulationum
afflictione. Vnde dicitur Matth. 14. quod *nauicula in medio maris
iactabatur magnis fluctibus.* Eſt igitur in iſto mari fluctuoſitas ad-
uerſitatis. Iterum dico, quod ibi eſt fluxibilitas proſperitatis.
F Mare enim fluit, & refluit, quia, ſcilicet, modo minuitur mo-
do augetur, & nunquam in eodem ſtatu perſeuerat, quod to-
tum facit ſecundum aſtrologos, occulta lunæ influentia, oc-
culte ſupra mare influentis. Sic vere mundus, quantum ad
proſperitatem ſemper eſt in fluxu, & refluxu. Aquæ enim
maris, id eſt, bona proſperitatis mundanæ nunquam in eodem
ſtatu perſeuerant. Nunc enim augentur, nunc minuuntur,
nunc abundant, nunc retrahuntur. Quia ſicut dicitur Matthæi
octauo. *Motus magnus factus eſt in mari.* Et Eſai. 50. *Deſertum faciam
mare.* Quod vtique totum facit influentia lunæ, id eſt, occulta
ordinatio prouidentiæ Dei. Quia vere quicquid in rebus eue-
nit ſiue detrimentum fuerit, ſiue incrementum, totum ab occul-
tis Dei iudicijs dependet Eſa. 51. *Ego Dominus, qui conturbo mare.*
Sed iſtud nota hic, quod mare quanto plus abundat à parte oc-
cidentis, tanto à parte orientis magis decreſcit & econuerſo, ſi
à parte orientis creuerit, à parte occidentis decreſcit. Sic vere
chariſſimi, homo ſi à parte occidentis, id eſt, à parte bonorum
temporalium creſcit in mundana proſperitate, tunc vt com-
muniter decreſcit à parte orientis, id eſt, in ſpirituali ſanctita-
te & bonitate, & econuerſo, ille, qui in ſpiritualibus creſ-
cit, in temporalibus minuitur & decreſcit Zach. 14. *Exibunt a-
quæ viuæ de Hieruſalem, medium earum ad mare orientale, & medium
earum ad mare nouiſſimum.* Et ſicut videmus, quod omnes aquæ
dulces fluunt, & deſcendunt ad mare, & tamen cum ibi ſunt
dulcedinem ſuam perdunt, & in amaritudinem conuertuntur,
ſic vere omnia dulcia, id eſt, omnes delitioſi ad mare munda-
næ proſperitatis anhelant, & attendunt, ibi tamen dulcedi-
nem conſolationis perdunt, & amaritudinem triſtitiæ, & ti-
moris incurrunt. Conſtat n. quod lętiores ſunt pauperes, quam
diuites, quia ſicut dicit Seneca. *Quantum acceſſimus ad ſucceſſum,
tantum acceſſimus ad metum.* Ideo dicitur Eccl. 1. *Omnia flumina in-
trāt mare.* Eſt ergo in mari huius mūdi fluxibilitas proſperitatis.
¶ Etiam dico quod ibi eſt ſabuloſitas cupiditatis. Fundus G
enim & fundamentum maris eſt arena. Arena etiā eſt terminus
& clauſura maris, ita quod fines & terminos arenæ maris cir-
cumſtantis non licet mare egredi vel tranſire. In mari etiam eſt
inæqualitas fundi, quod eſt maximum periculum quod dicitur
Syrtis. In mari enim ſunt cumuli arenarum propter maris im-
petum continue ſe mouentium & bullientium, vbi nauis ve-
niens continue abſorbetur. Et ideo dicitur Syrtis à Syr, quod
eſt tractus, eo quod naues trahat ad ſubmergium. In mari et-
iam catuli balænæ incaute ad maris littora ſe trahentes, arre-
ſtantur à cumulis arenarum, ita quod mari recedente à piſca-
toribus capiantur, niſi forte mater eorum balæna hauſto in
profundo maris magno aquarum flumine, & ſuper catulos
ſuos euomitu, ipſos retrahat ab arena ſicut dicit Iorath in libro
de natura piſcium. Reuera chariſſimi arena proprie diuitias ſi-
gnat huius mundi, quia ſcilicet ex more arenæ difficiliter con-
gregantur, & faciliter diſperguntur, & fructu gratiæ, & virtutis
priuantur, quia ſicut dicitur Eccl. 5. *Qui amat diuitias, fructus
non capiet ex eis.* In tali ergo arena aquæ huius maris, id eſt, hu-
ius mundi populi per auaritiam clauduntur, & continentur. A
tali etiam arena catuli balænæ, id eſt, ipſi deuoti Chriſti, & filij
per affectum immoderatum ligantur, & arreſtantur, & piſca-
torum infernalium periculis exponuntur, niſi forte à matre i-
pſorum Deo per fluctus aquæ amaræ, id eſt, per immiſſionem
tribulationum ſoluantur & liberentur. Conſtat enim quod
boni viri quandoque ad littus mundanorum negotiorum in-
caute ſe exponunt, vbi dum inueniunt arenam diuitiarum, ibi
per amorem arreſtantur, & ſiſtunt, & ſequi matrem ſuam,
Deum, ſcilicet per bona opera dimittunt, propter quod ne-
ceſſe eſt, quod Deus mediante fluctu tribulationis de iſta a-
rena hos retrahat, & à periculo ſubtrahat, & educat. Sicut enim
dicitur Prouerbior. 8. *Deus poſuit arenam terminum mari, & legem
poſuit aquis ne tranſirent fines ſuos.* Vnde Hier. 5. *Poſuit arenam termi-
num mari, præceptum ſempiternum, quod non præteribit.* Et ſic patet,
quomodo mundus ſex rationibus poteſt mari comparari pro-
pter quas debet à nobis merito declinari. Mare enim huius mun-
di eſt valde periculoſum. Ibi enim ſunt multa loca peri[illegible]
ſcil. bithalaſſus carnalitatis, charybdis pompoſitatis, [illegible]
dana gloriæ vanitatis, & ſcylla abſorptiuæ voracita[illegible] pi-
ditatis. Sirenæ cantantes fraudulentiæ & falſitatis, & [illegible] alijs.
Sed vide expoſita ſicut ſupra in diuerſis locis. Et bene propter
hæc dicebat ille Sapiens Ec. 43. *Qui nauigant mare, enarrant pericula
eius.* Quia etiam ſecundum Apo. 2. Cor. 11. *Periculum in terra, pe-
riculum in mari.* Et maxime, quia timendum eſt, quod de mari hu-
ius mūdi veniant ad mare inferni, & de periculo peccati veni-
ant ad periculum tormenti. Quia ſicut dicitur Mich. 7. *Ma-
lis de ciuitate venient ad flumen, & ad mare de mari, & ad mon-
tem*

*tem de monte.* Et sic patet, quod per mare intelligitur mundi conditio fluctuosa. ¶ Tertio dico, quod per mare intelligitur morum perfectio virtuosa. Vnde breuiter per mare intelligitur vel vir perfectus vel pœnitentiæ vel religionis, vel Ecclesiæ status, vbi scilicet, pisces, id est, deuoti & actiui conuersantur, & vnde volucres, id est, contemplatiui originaliter procreantur. Ex mari. n. creati sunt pisces & volucres quia sicut dicitur in hymno, Deus ex aquis ortum genus, partim remittit gurgiti, partim leuat in aëra. Ad denotandum, quod à mari pœnitentiæ vel religionis, vel Ecclesiæ, sumunt originem duo genera personarum bonarum, scil. volucres, i. viri contemplatiui, qui, sc. sursum volant ad cœlestia contemplanda. Pisces. i. actiui, qui, scil. inferius remanent ad mundi, & Ecclesiæ negotia pertractanda, quia, scil. sicut dicitur in Psal. 8. *In mundo sunt volucres cœli, & pisces maris, qui perambulant semitas maris.* Et ideo proprie de isto mari potest exponi illud verbum Apo. 15. *Vidi tanquam mare vitreum mixtum igne.* In quibus verbis ostenditur quod status pœnitentiæ vel religionis, vel Ecclesiæ, vel etiam vir perfectus, quadruplici ratione potest dici mare. Mare enim continet amarũ saporem, ideo dicitur mare, id est, amarum: recipit stellarum splendorem, ideo dicitur vitreum: hospitat fluuij dulcorem, ideo dicitur mixtum: Expellit fæcium horrorem, ideo dicitur igneum.
I ¶ Sic vere status pœnitentiæ vel religionis, vel Ecclesiæ per contritionem amaricatur, per discretionem illuminatur, per deuotionem dulcificatur, per confessionem purificatur. Primum probat maris amaritudo [Mare inquit.] Secundũ vitrea limpitudo [Vitreum inquit] Tertium dulcis aquæ mixtura [Mixtum inquit] Quartum vero fortis ignis vestitura [Igne inquit.] ¶ Dico ergo, quod istud mare amaricatur per contritionem, ideo dicitur mare quod idem est, quod amarum. Sapor enim amarus naturaliter innatus est ipsi mari, quod vtique facit præsentia solis continua, quæ scilicet suo calore facit partes subtiliores ipsius aquæ sursum euaporare, & conuertit in nubes, partes vero grossiores, quæ euaporare non possunt, solet in amaritudinem commutare. Et inde est, quod propter amaritudinem amoris omnis aqua dulcis influens eius alueum amaricatur. Exinde etiam sal amarissimum conficitur, & solis influentia concreatur. Sic vere in mari Ecclesiæ vel religionis vel pœnitentiæ inest amaritudo contritionis, quæ scilicet aquas, id est, deuotos populos istius maris facit amaros, quia sicut dicitur Apoc. 17. *Aquæ multæ multi populi.* Amaricat quoque, & contristat. Omnes enim aquæ dulces, id est, omnes mundi consolationes, quæ istis admiscentur, sui reputatione amaræ fiunt, quia scilicet apud nos falsum est & amarum, quod alijs dulce, & delectabile inuenitur. Sicut enim dicitur Prou. 27. *Anima saturata calcabit fauum, anima vero esuriens amarum pro dulci sumet.* Totum autem istud facit continua præsentia solis, id est, consideratio continuæ præsentiæ Dei. Quia enim boni semper habent præ oculis [...]em iustitiæ, hinc est, quod inde timorem & amaram contritionem concipiunt, & dulcedinem aquarum dulcium & consolationem temporalium reijciunt, & sic sal spirituale, id est, viri perfecti aliorum conditiui fiunt, ita quod eis saluator Matth. 5. dicat: *Vos estis sal terræ.* Istud est igitur mare, id est, amarum Ezech. 2. *Abij amarus in indignatione spiritus mei.* In tali enim mari habitauit Christus, sicut dicitur Marc. 6. quod *Iesus venit ad discipulos ambulans supra mare.* In isto etiam mari habitauerunt Christi discipuli Ioan. 6. *Descenderunt discipuli ad mare.* De Petro etiam dicitur Io. 21. *Tunica succinxit se, & misit se in mare.* Vnde nota, quod istud mare est.

Liberatio peccatorum,
Habitatio perfectorum,
Seneratio animorum,
Extirpatio vitiorum,
Occupatio viatorum.

Est (dico) peccatorum liberatio Sap. 14. *Transeuntes mare per ratem liberati sunt.* Est etiam perfectorum habitatio, quia, scilicet, Christus & discipuli & sancti in mari pœnitentiæ habitauerunt. Vnde Ezech. 27. *Perfecti decoris ego sum, & in corde maris sita.* ¶ Item est animorum seneratio. Vnde Luc. 8. dicitur, quod *domino imperante ventis, & mari, facta est tranquillitas magna.* ¶ Item est vitiorum extirpatio. Vnde peccata figurantur in Ægyptijs, qui in mari rubro perierunt, filij vero Israel liberati fuerunt. Quia sc. boni in mari pœnitentiæ liberantur: peccata vero, & vitia extirpantur Ps. 135. *Excussit Pharaonem & virtutem eius in mari rubro.* Filij autem Israel ambulauerunt per siccum in medio maris. ¶ Item est occupatio viatorum. Vnde Mar. 1. dicitur, quod *Christus inuenit Simonem & Andream fratrem eius mittentes retia in mare &c.* Dico ergo, quod mare Ecclesiæ vel religionis vel pœnitentiæ amaricatur per contritionem. ¶ Item istud mare illuminatur per discretionem [Vitreum inquit.] Mare enim habet K
vnum proprium & maximum lumen, à quo illuminatur, & per cuius influentiam gubernatur, videlicet lunam, quia secundum Philosophos, sicut ferrum sequitur magnetem & adamantem, ita mare sequitur motum lunæ. Sic vere charissimi in mari pœnitentiæ non cessant quotidie influere, & illuminare per spirituales reuelationes ipsa super cœlestia lumina, scilicet, Christus & Angeli, & sancti, & ibi lumen gratiæ & sapientiæ destillare, & se huius maris habitationibus reuelare, sicut etiam de Christo dicitur Ioan. 21. quod *ipse manifestauit se iterum ad mare Tyberiadis.* Quia pro certo sicut nauigantes per mare luce stellæ marinæ, & eius influentia diriguntur, & ad portum ducuntur, sic per mare pœnitentiæ nauigantes, luce diuinæ sapientiæ irradiantur, quod ostenditur cum dicitur [mare vitreum] eo quod vitrum sit lumini peruium; & lucis naturaliter receptiuum. Vnde Apo. 4. *Vidi in circuitu sedis tanquam mare vitreum, simile crystallo.* Quia vere in circuitu sedis Christi, id est, Ecclesiæ inuenitur mare, id est, pœnitentiæ amaritudo. Vitrum, id est sapientiæ limpitudo. Crystallus, id est, constantiæ fortitudo. Et sic igitur dico, quod mare pœnitentię, vel etiam vir pœnitens illuminatur per discretionem.

¶ Item dico, quod istud mare dulcificatur per deuotionem, Mixtum inquit. Sicut enim videmus sensibiliter omnes aquę L
dulces & maxime aquę fontium fluuiorum fluunt, & descendunt in mare & cum mari etiam intrinsece immiscentur ad denotandum, quod illi, qui mare pœnitentię habitant, vel qui per amaritudinem contritionis & pœnitentię mare dicuntur, maiori aquarum dulcium redundantia, & ampliori deuotionis spiritualis consolationis affluentia recreantur. Secundum enim Psa. *Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam.* ideo dicitur Thre. 2. *Consolabor te, virgo filia Sion; quia magna velut mare contritio tua.* Mixtum ergo, quia sicut dicitur in Psal. 79. *Calix in manu Domini vini meri plenus mixto.* Istud ergo mare dulcificatur per deuotionem, & consolationem.

¶ Item istud mare purificatur per confessionem seu etiã per M
correctionem. Igne inquit. Mare. n. solet omnes fęces & immunditias expellere, & mortuos ad littus euomere, nec solet in se aliquid immunditię continere. Sic vere charissimi, status pœnitentiæ, vel etiam conscientia viri perfecti omnia mortua, id est, omnia peccata mortalia, & omnes immunditias vitiorum eijcit & euomit, per confessionem, & seipsam purificat per omnium spiritualium sordium abstersionem & expulsionem Apocal. 20. *Mare dedit mortuos suos, qui in eo erant.* Quod ostenditur cum dicitur [Mixtum igne.] ignis. n. purificat metalla, & rubiginem eorũ tollit, & omnes fæces consumit, & significans correctionem & confessionem, quæ habent rubiginem peccatorum expellere, & conscientiam purificare, & mundare. Para. 14. *In mari sacerdotes lauabantur.* Et in Ps. 16. *Igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas.* In profundo enim maris quandoq; generatur ignis, qui exterius exhalat flammas; sicut circa Siciliam in ipso mari videntur quandoque erumpere magnæ flammæ. Vnde narrat Seneca in libro de naturalibus quæstionibus quod temporibus Sidonij in Ægeo mari de profundis maris maximus ignis erupit, qui maximas rupes, & lapides de profundo maris ad superficiem adduxit de quibus vnam magnam insulam fabricauit; quod vtique quotidie euenit spiritualiter, quando in mari pœnitentię ignis feruentis confessionis facit lapides, id est, peccata de profundo cordis exire, & extra sacerdotibus apparere Exod. 14. *viderunt Ægyptios mortuos super littus maris.* Sic ergo patet, quomodo per mare potest intelligi status perfectorum, vel etiam vir perfectus, sc. propter confessionem purificatiuam, propter deuotionem dulcificatiuam, propter discretionem illuminatiuam, propter contritionem amaricatiuam. Intelligitur ergo per mare morum perfectio virtuosa. ¶ Quarto principaliter dico, quod per mare intelligitur mortis N
afflictio luctuosa: est enim.

Mare { Amarissimum, Capacissimum, Periculosissimum.

Per quod vtique triplex genus mortis potest notari, videlicet

[illegible] *virtute aut splendore, nihil gratia vel candoris, quod non* [illegible] *eria.* A[illegible] in libro de virginibus dicit sic. [illegible] *in vna virgine sunt virtutes. Ibi enim fuit vexillum* [illegible] *mundia, deuotionis obsequium, virgo intra domum,* [illegible] *, mater ad exemplum.* Ista ergo est Maria, sicut [illegible] *Nomen virginis Maria.* Super quo dicit Ber. in quo- [illegible] inquit *criminum immanitate turbatus, si consci-* [illegible] *si horrore iudicij perterritus, si barathro despera-* [illegible] *Mariam cogita, Mariam inuoca, non recedat à corde, non* [illegible] *ipsam cum cogitans non erras, ipsam rogans non desperas,* [illegible] *ipsa tenente non corruis, ipsa protegente non me-* [illegible] *non fatigaris, ipsa propitia peruenis ad portum salutis.* Et sic [illegible] aperiri, quam merito dictum sit nomen vir- [illegible] id est, maris stella. Ista ergo fuit virtutum flosculis [illegible] Maria.

[illegible] dico, quod ista fuit donorum riuulis fœcundata, [illegible] Ista enim fuit gratia plena in animæ infusio- [illegible] nis diffusione: plenissima in filij conce- [illegible] ideo Maria interpretatur mare, quod inexhaustibi- [illegible] in aqua, scilicet ista est sicut vnum mare ple- [illegible] in quo Deus posuit omnium plenitudinem gratia- [illegible] ad alios transfundantur. Sunt enim *à mari ex-* [illegible] *omnia flumina*, sicut dicitur Eccl. 1. sic omnes gra- [illegible] originaliter venerunt de Maria. [ Gratia ergo [illegible] Inde Hieronymus in serm. de assumptione dicit. *Dece-* [illegible] *Mariam gratiam plenam esse, quæ cœlis gloriam terris De-* [illegible] *hominibus refundit, fidem gentibus, finem vitijs, vitæ ordi-* [illegible] *disciplinam.* Et breuiter sicut videmus, quod fons quã- [illegible] plenus aqua, quod necesse est, quod per diuersos [illegible] transfundatur, sic vere beata virgo est & fuit [illegible] totaliter ita plena, & per riuos suæ dulcissimæ [illegible] continue transfunditur ad deuotos. Ista enim est ille [illegible] ascendebat de terra, irrigans vniuersam superficiem [illegible] dicitur Genes. 2. Nam vt dicit Hier. *Cæteris per partes Maria autem simul tota se infudit gratiæ plenitudo.* In Christo enim fu[it] gratia tanquam in homine personaliter definito, in Maria tanquam in templo singulariter consecrato. In Christo tanquam in fonte influente, in Maria tanquam in riuulo transfundente. Quid plura charissimi, proculdubio videtur, quod ratione suæ plenitudinis gratiarum ista potest omnibus rebus nobilibus comparari. Et inde est, quod in scriptura comparatur.

Lunæ, quæ est mater roris,
Rori, quæ est mater floris,
Flori quæ est mater fructus.

¶ Item est sicut.

Thalamus secreti pudoris,
Calamus fragrantis odoris,
Balsamus pretiosi liquoris,
Organum virtuosi valoris.

¶ Ista est enim sicut.

Clibanus ardens per charitatem,
Libanus candens per castitatem,
Riuulus fluens per pietatem,
Angulus manens per firmitatem.

Et breuiter charissimi, tanta est in virgine gratiæ plenitudo, quod res naturales non suppetunt, quibus debeat comparari. Bene ergo dicitur [ Gratia plena. ] Et ideo Bernar. in sermone. [illegible] inquit *beata virgo cœlum impletum est, infernus euacuatus, cœli ruinæ reparatæ, captiuis miseris vita data.* Patet ergo, quod ista fuit [illegible] riuulis fœcundata, vel irrigata. Gratia inquit plena.

F ¶ Quarto dico, quod ista fuit bonorum titulis decorata quod [illegible] dicitur [ Dominus tecum. ] Inter cæteros enim honores quos potest habere pauper homo præcipuus est, quod dominus suus secum cohabitare, conuiuari, & conuersari dignetur. Sic quia Dominus & creator virginis beatæ cum ipsa cohabitauit per carnis in ipsa assumptionem, per gratiæ plenam infusionem, per æternam in Paradiso mansionem & conuersationem, sicut ipsa dicit Eccl. 24. *Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo*, bene igitur dicit, quod dici potuit honorata. [ Dominus inquit tecum. ] Et ideo Maria interpretatur domina, quia, scilicet, ex eo, quod ista fuit sponsa regis Christi, facta est Angelorum domina & magistra, & totius cœli imperatrix & regina. Vnde etiam de ea canitur. *Regina cœli lætare, &c.* Et ideo cum ipsa dicitur dominus fuisse, sicut dicit Augustinus in sermone de natiuitate virginis. [ Dominus inquit tecum ]

In { Ventre,
Corde,
Vtero,
Auxilio.

Notandum ergo, quod Deus fuit cum virgine in ipsius conceptione per totius carnis formatæ abstersionem. In ipsius natiuitate per suæ gratiæ plenariam infusionem: in ipsius purificatione per suæ personæ in templo præsentationem: in ipsius annunciatione per nostræ humanitatis in ipsa assumptionem: in ipsius virginis assumptione per æternæ gloriæ beatificationem. Et sic patet virginis dignitas gloriosa, quia Dominus tecum: virginis bonitas virtuosa, quia gratia plena. Virginis claritas luminosa: quia [ Maria. ] Virginis puritas gratiosa, quia dictum est Aue. ] Vide si vis in sermone. Quæ est ista vbi multa de laudibus virginis gloriosæ inuenies: vide etiam supra de aduentu, vbi de virginitate virginis, & filij conceptione poteris inuenire.

¶ Sed si vis adhuc nota, quod beata virgo summe est laudabilis propter tria, videlicet quia fuit mundissima, Christum concipiendo: Fuit pijssima, nobis compatiendo: fuit fortissima hostem superando. Primum fecit virginitas immaculabilis. Sed secundum benignitas inexhaustibilis: Sed tertium auctoritas insuperabilis. ¶ Dico igitur, quod ista est summe collaudanda, quia fuit G

Mundissima in conceptu,
Pijssima in affectu,
Fortissima in effectu.

Dico ergo, quod ista habet virginitatem immaculabilem, quia, scilicet, ista fuit virgo ante partum, & in partu, & post partum.

¶ Circa quod nota, quod ipsius virginitas debet probari proprietatibus creaturarum, ænigmatibus figurarum, fictionibus poëtarum, vaticinijs prophetarum. Dico ergo, quod virginitas beatæ virginis probatur proprietatibus creaturarum. Apes enim sine carnali coitu concipiunt. Hyæna sine mare dicitur cõcipere. Vultures etiam sine coitu dicuntur generari, & procreare. Quæ quidẽ signa & exempla sunt conceptus virginis gloriosæ. Ista enim sine virili semine concepit Cristum, & in conceptu & in partu perpetua virgo mansit. ¶ Quod vtique secundò probatur ænigmatib. figurarum. Maria enim figuratur.

In { Vellere Gedeonis,
Rubo visionis,
Throno eburneo Salomonis,
Paruo monte Danielis,
Porta clausa Ezechielis.

Dico, quod ista fuit vellus Gedeonis, quia sicut dicitur Iudic. 6. *istud vellus tota terra sicca manente solum sine pluuia rorem habuit.* Rubus etiam *ardere videbatur, & tamen combustionem non sustinuit*, sicut dicitur Exod. 3. *Thronus etiam Salomonis de ebore puro & candido constructus fuit*, sicut dicitur 3. Reg. 10. De monte etiam *Danielis lapis sine manibus fuit abscissus.* Dan. 2. *In porta* etiam *Ezechielis nullus præter Dominum fuit ingressus.* Ezech. 44. Sic ergo proculdubio beata virgo sine pluuia carnalis voluptatis fuit roridã per impregnationem. Sine combustione & sine læsione suę integritatis fuit ignita per Spiritus sancti in suo conceptu operationem. Vterus etiam eius qui per castam virginitatem fuit cãdidus & eburneus, Salomoni, i. e. Cristo factus est thronus per suam benedictam incarnationem. Siue etiam sine manibus humanæ operationis lapis angularis Christus de monte sui prægnantis vteri fuit abscissus per suæ natiuitatis progressionem. Et sic, ipse vterus suus factus est porta clausa, soli domino aperta, & peruia, per suæ tantæ virginitatis perpetuam conseruationẽ & consecrationem. Et sic patet Mariæ virginitas ænigmatib. figurata.

¶ Item probatur sua virginitas fictionibus poëtarum. Teste enim Ouidio, Dea Pallas semper fingitur virgo fuisse, & tamen fingitur quendam filium sine virili semine concepisse, ipsumq; filium (quia duplicis erat naturæ) hominis. sc. & serpentis dicitur in quodam scrinio secretissimo inclusisse. Ista Dea charissimi, signat beatam virginem, quia, s. pro certo ista sine virili semine virgo filium geminæ substantiæ, f. Christum, qui Deus erat; & homo genuit, & cõcepit, ipsumq; in cista humanitatis nostrę inclusit mirabiliter, & abscondit Esa. 45. *Vere tu es Deus absconditus.*

¶ Item probatur sua virginitas vaticinijs prophetarum. Vn-

de Esaiæ.7.dicitur: *Ecce concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel.* Iustum etiam virgo concepit, qui quidem Emanuel, *nobiscum Deus*, dictus fuit, in quantum Deus & homo hic vna cum hominibus habitauit. Patet ergo, quod beata virgo habuit virginitatem immaculabilem.

H ¶ Deinde dico, quod ista habuit benignitatem inæstimabilem. Tanta enim pietas & benignitas est virginis, quod ipsa regina misericordiæ nuncupatur. Ista enim est, sicut adamas lapis, qui ferri est attractiuus, & est lapis hominum reconciliatiuus. Ista enim est lapis guttarum, aquæ cõtinue emissiuus, & destillatiuus. Ista est enim sicut sapphirus, qui est lapis carcerum apertiuus, & vinculorum etiam confractiuus, quia pro certo beata virgo per suam summam clementiam est ferri, id est, peccatorum ad veniam attractiua, & Deo reconciliatiua, est aquarum, id est, gratiarum & beneficiorum continue diffusiua: est etiam carceris inferni sæpissime apertiua, & vinculorum diaboli, scilicet, peccatorum suis intercessionibus confractiua. Ista enim obligatos peccatores de potestate diaboli eripit, & omnibus in tribulationibus positis subuenit & succurrit. De hoc Bernhardus in quodam sermone. *Tua*, inquit, *misericordia beata virgo longitudo durabit vsque ad iudicium, latitudo replet orbem terrarum, sublimitas restaurat Paradisum, profunditas euacuat infernum.* Habet igitur beata virgo bonitatem inæstimabilem.

I ¶ Denique dico, quod ista habet auctoritatem insuperabilem. Ista enim habet potestatem in cœlo & in terra, in mari, & in omnibus abyssis. Ista enim est sicut lapis, qui dicitur allectorius, cuius præsentia terret leonem. Ista est sicut arbor, quæ dicitur cedrus, quæ ratione altitudinis regina arborum dicitur, cuius fragrantia fugat serpentes. Ista est sicut ebur, quod pannum lineum positum super prunas comburi prohibet, & prunam extinguit. Ista est sicut arbor fraxinus, sub cuius vmbra serpentes dæmones venire nesciunt, neque possunt. Ista est sicut sapphirus, in cuius medio generatur carbunculus Christus, semper splendens, & noctem illuminans. Ista est sicut animal pulcherrimum & amicabile, quæ dicitur panthera, cuius vox & eloquentia conturbat dracones. Et proculdubio charissimi, per istam fugantur & terrentur & superantur inimici nostri dæmones, quamuis ipsi sint leones per sæuitiã, & crudelitatem, serpentes per malitiam & fallacitatem, dracones per inuidiam & malignitatem. Et breuiter charissimi, nullus hostis infernalis potest lædere, quem beata virgo voluerit iuuare. Et ideo sub tuum præsidium confugimus sancta Dei genitrix, nostras ergo deprecationes ne despicias, sed à cunctis periculis libera nos virgo beata. Bernardus dicit. *Ille* (inquit) *solus taceat misericordiam tuam beata virgo, qui te fideliter inuocatam sibi asserit defuisse.* Et quid mirum, si aduocata adest, quæ etiã præsto est non vocata? Sic igitur patet, quod beata virgo habet potestatem insuperabilem, habet benignitatem inæstimabilem, & inexhaustibilem, habet puritatem immaculabilem. Et hæc quantum ad indignitatem meam pauperrimæ facultatis, & quantum ad pollutionem labiorum meorum (quæ non sunt digna aperiri, vt recta prædicent, quoniam *vir pollutus labijs ego sum*, ita quod discrete nescio loqui, quia *puer ego sum*, sed non purus aër) de Maria sufficiant. Hoc solum hic superaddere dignum duxi, cuius formam semel in quodam libro scriptam inueni de salutatione virginis Mariæ in principio sermonum, quæ dicitur [Aue Maria.]

K ¶ In terra charissimi, ergo ad hoc, quod aliquis habeat gratiam nobilium puellarum, quandoque summopere suffragatur videlicet.

Curialis salutatio,
Suæ pulchritudinis commendatio,
Sui amici nominatio,
Suæ famæ recitatio,
Sui generis magnificatio.

Sic proculdubio charissimi, quia gratiam beatæ virginis necesse habemus acquirere in præsenti, hinc est, quod debemus ipsam salutare, dicentes. [Aue Maria] Commendare, dicentes [Gratia plena] Amicum suum, scilicet Dei filium nominare, dicentes: [Dominus tecum.] Famam ipsius recitare dicentes. [Benedicta tu in mulieribus.] Genus ipsius magnificare dicentes. [Et benedictus fructus, &c.] Dicamus pro gratia impetranda salutando virginem gloriosam: *Aue Maria, gratia plena, Dominus tecum, &c.* Vel alio modo dico, quod inter cætera quæ sunt puellis virginibus magis grata, solent esse flores, & potissimè flores rosarum, & etiam liliorum, quæ virginibus proprie adoptãtur. Et ideo pro impetranda gratia beatæ virginis acquiramus florem illum, quem sibi attulit Gabriel Angelus de viridario Paradisi. Aue Maria, &c. In isto flore lilij sunt sex folia secundum sex folia lilij materialis, & secundum sex proprietates eiusdem. Flos enim lilij.

Pollet candore,
Caret sapore,
Abundat humore,
Claret regio honore,
Fragrat odore,
Præcellit valore.

Quia sci. lilium est signum regis Franciæ & eos, qui portant lilium, demonstrat esse de familia, vel de genere regis. Sic pro certo beata virgo pollet candore per puram continentiam. Ideo dicitur [Aue] i. e. sine væ. Caret sapore per pœnitentiam. Ideo dicitur [Maria] i. e. amara. Abundat humore per clementiam, ideo dicitur [Gratia plena.] Claret regio honore per excellentiam, ideo dicitur. [Dominus tecum.] Fragrat odore per famæ redolentiam, ideo dicitur. [Benedicta tu, &c.] Præcellit valore per eminentiam, ideo dicitur. [Benedictus fructus, &c.] Offeramus igitur virgini gloriosæ.

Lilium { Castitatis,
Amaræ pœnalitatis,
Dignitatis,
Famositatis,
Vtilitatis. }

Et dicamus pro gratia impetranda, Aue Maria, &c. Vel alio modo potes notare, quod inter illa, quæ magis placent regibus & regnis, sunt lapides pretiosi. Et ideo pro gratia reginæ virginum impetranda, offeramus coronam illam auream ornatam omni lapide pretioso, quam Angelus Gabriel de throno attulit Paradisi, scilicet, Aue Maria. In ista enim corona sunt sex lapides pretiosi, id est, sex speciales virtutes, quę beatę virgini applicantur, &c. Applica & dic, quod ista habuit carnis puritatem [Aue] id est, sine væ. Mentis claritatem [Maria] i. e. illuminata: Morum vbertatem [Gratia plena] Firmam charitatem. [Dominus tecum.] Famę celebritatem. [Benedicta tu in mulierib.] Operum bonitatem. [Et benedictus fructus ventris tui.] Applica sex prædictas virtutes, sex lapidibus pretiosis sicut volueris, quia omitto causa breuitatis.

## Maritus.

Cum maritus sit nomen reuerentię, diligentię, amicitiæ, quia scilicet. A

Maritus debet { Ab vxore reuereri,
Statum domus intueri,
Sponsæ suæ fidelis haberi. }

Possum dicere quod triplex inuenitur maritus, videlicet animæ, Ecclesiæ, sponsæ: maritus animæ est Christus saluator: maritus Ecclesiæ est præsul & pastor: maritus sponsæ est coniugis tutor. Quilibet enim istorum maritorum vxorem sibi commissam debet diligere, debet corrigere, & dirigere.

¶ Primo ergo de Christo dico, quod est maritus animæ spiritualis, qui ipsam per fidem in baptismo desponsat, iuxta illud, Oseæ 2. *Sponsabo te mihi in fide.* Constat enim quod ipse istam coniugem suam diligit, dirigit, & corrigit. Constat etiam quod sicut maritus tanto zelo diligit vxorem, quod nullum alium præter se vult ei copulari, quin imo si alienorum colloquia obscura, & consortia videt eam admittere, statim Zelotypus efficitur, & in ipsam sæuire & animaduertere comprobatur, sic Deus tanto zelo diligit animam Christianam, quod sibi soli vult eam copulari, & seipsi solummodo copulare per gratiam & per fidem Gen. 29. *Nunc quoque copulabitur mihi maritus meus.* Et ideo si videret, quod cum leonibus, scili. cum mundo, carne & dæmonib. per vitia & errores habeat familiaritatem & colloquia, ipsorum, scil. suggestiones admittendo & audiendo, solet tristis & desolatus esse. Iuxta illud 1. Mach. a. *Omnis maritus sumpsit lamentum.* Et ipsam atrociter vindicare. Exemplo Samsonis, de quo dicitur Iudic. 14. & 15. quod *vxor eius sumpserat alium maritum, & ideo ipsam repudiauit, & in Philisthæos vindicauit.* Deus enim animam, quæ ipsum dimittit, & maritum sibi alium quærit, virumque suum legitimum Christum respuit contemnit, & mundo, carni, vel dæmoni se coniungit, solet repudiare, & de ipsa de cætero non curare, sed ipsam cum suis amatoribus destruere, & delere, sicut de Vasthi depositæ, pro eo quod regem virum & maritum suum contempserat, dicitur

exemplo omnes coniuges paruipende-
... ideo deposuit eam Assuerus, sicut di-
... ste substituit loco eius. Aducite tamen
... anima probatur & examinatur, virum scilic.
... contempserit, sibique fuerit infidelis, sicut pro-
... inspecta per aquas maledictionis, sicut ponitur
... d de hoc vide alibi, vbi posita est figura. Christus est
maritus animæ spiritualis, qui, scilicet, pro ipsa tuenda &
... da se opposuit, & morti etiam & cruci exposuit, iuxta il-
lud Ruth 1 *Mortuus est Helimelech maritus Noemi*. Et ideo iste non
... contemnendus, sed fideliter diligendus, vnde de To-
... Sara dicitur Tobiæ 10. quod ipsi monuerunt filiam suam
*... parentes, diligere maritum, regere familiam, gubernare domum,*
*... irreprehensibilem exhibere.*

¶ Secundo dico, quod prælatus est maritus Ecclesiæ spiri-
tualis, ... est Ecclesiæ sibi commissæ spiritualis ma-
... ponsus, eius, scilicet tuitioni & regimini spiritualiter
... Hanc enim zelo magno debet diligere, sapienter
... ere, atque regere, & seueriter corrigere, & redu-
... scilicet, est contra multos maritos malos, qui Ec-
... & vxores suas non diligunt nec earum regiminibus &
... bus intendunt, sed alias vxores appetunt alienas Ec-
... & prælaturas ambiunt & deposcunt. Similes tauris & e-
... vxore vna non contenti sunt, sed eum multis & pluri-
... habere quærunt, & mugiendo de vna ad aliam se dif-
fundunt, ita quod secunda Ecclesia potest dicere primæ illud,
quod ... Rachel Gen. 30. quæ scilicet *erat pulchra, & ideo
maritum diuisa Lia vxore antiquiore & lippa, ipsi quasi totaliter adhære-
bat. Nunquid parum tibi videtur, si maritum meum præripueris mihi?*
Contra tales maritos primam vxorem non diligunt, sed
... & pinguiores continue quærunt, & nunquam in ali-
... figunt, cum tamen dicat Apostolus, *quod Episcopum
oportet esse vnius vxoris virum*, & circa vnam Ecclesiam occupari,
... dicat illud Gen. 30. *Mecum erit maritus meus*. Est igitur præ-
latus maritus Ecclesiæ spiritualis. ¶ Tertio dico, quod vir, siue
sponsus est maritus sponsæ, vxor corporalis, & sic de marito ma-
teriali & corporali dicam, quod iste debet vxorem diligere, di-
rigere & corrigere, & ab ipsa diligi, metui & revereri. Sed de
his nihil ad præsens. Vide ibi coniugium, quia paucæ sunt hic
auctoritates, & vide in aliis titulis pertinentibus ad istam ma-
teriam, sicut, est adulterium, fornicatio, vxor, fœmina, coniunx
vir ... onsus, & similia.

A **Marmor.** Nota, quod marmor est lapis durissimus quandoq; albus, quandoq; niger, quandoque
varius. Et potest significare illos, qui per per patientiam sunt
durati, & in bono per constantiam stabiliter roborati, & ad æ-
dificium Ecclesiæ tam militantis quam triumphantis finaliter
deputati, sicut de Salomone dicitur 2. Par. 3. *quod ipse strauit paui-
mentum templi pretiosissimo marmore decore multo*. Vnde de de illis,
... nent Ecclesiam, dicitur Cant. 5 *quod crura eius columnæ mar-
morea.*

¶ Vel etiam in malo potest significare illos, qui per crudelita-
tem sunt duri, & per obstinationis malitiam ad omne vitium
indurati, sicut in fabulis dicitur, quod Niobe fuit conuersa in
durissimum & nigerrimum. Transeo, quia paucissimæ
auctoritates.

A **Martha.** Quę interpretatur prouocans seu irritans seu dominans, fuit domini hospita, quæ, sc. Chri-
... recipiendo fuit largula: fratri in compatiendo fuit æmu-
la, ... credendo fuit credula, domino seruiendo fuit sedula,
... loquendo fuit querula, sicut hæc omnia patent Iohan
11 Quæ, scilicet, ista ad resuscitationem Lazari fratris sui do-
minum prouocauit: Sororem suam aliqualiter irritauit: & in
cœlis dominium impetrauit. Vide Euangelium vbi supra, & di-
stingue, & commenda B. Martham de largitate, charitate, cre-
dulitate, sedulitate, & seueritate. Transeo, quia paucæ sunt au-
ctoritates.

A **Martyrium.** Quamuis exempla & figuræ possent in natura & in scriptura plurima inueniri,
tamen nomē martyris rarum est in scriptura, ita quod de mar-
tyribus nec themata, nec auctoritates vocales inueniuntur,
hinc est, quod de martyrib. pauca dico. Nota ergo, quod sancti
martyres sunt honorandi & exorandi, quia fuerunt pro Chri-
sto ... dati, & pro ipso perierunt, quia fidem fundauerunt,
pœnas sustinuerunt, mundum contempserunt, cœlum elege-
runt, Christum dilexerunt, tyrannos vicerunt, gloriam meruerunt. Prosequere, si vis & vide in moralitatibus in tabula de
martyre, vbi satis inuenies in manipulo florum in titulo suo. Et
vide infra de tribulatione, & infra de sanctis, vbi Deo propitio
multa ponam.

**Massa.** Cum massa nihil aliud sit, quam aliquarum rerum cōgeries inuicem collecta, seu coniuncta inuicem A
vel compacta, & ad inde aliquid faciendum per modum ma-
teriæ ordinata, multa possent dici sed transeo. Massa enim ca-
ricarum Dauid placauit 1. Reg. 25. Regem in deserto ponit 2.
Reg. 16. Ezech: curauit. 4. Reg. 20. & Esa. 38. Massa etiam pi-
cis & stuppæ draconē occidit & strangulauit, sicut dicitur Dan.
14. Et sic per massam intelligitur congeries virtutum, merito-
rum, vel etiam bonorum hominum vel iustorum. *Massa impie-
tatem in amphora conclusit*. Zach. 5. *Et modicum fermentum to-
tam massam corrumpit*. 1. Cor. 5. *Et ex eadem massa figulus vas in ho-
norem & vas in contumeliam facit*, Rom. 9. Et sic per massam intel-
ligitur malæ consuetudinis pondus, quod in corde claudit im-
pietatem ne exeat, vel malorum hominū congeries, seu cumu-
lus, quem modicum fermentum malitiæ, seu malæ doctrinæ
faciliter corrumpit, vt fœteat, vel animarum à Deo creatarum
origo seu titulus quem ordinat Dei prædestinatio, vt ad vitam
vel ad mortem veniat, seu transeat: sufficit, quia modicum de
auctoritatibus, &c.

**Masculus.** Nota, quod masculus cum sit nomen sexus perfectioris, s. sexus virilis, (vt communiter) A
signat in bono. Et ideo sicut masculus (vt communiter) respe-
spectu sexus fœminei est conditionis nobilioris, complexionis
calidioris, perfectionis potentioris, sic vere eum in mundo in-
ueniam quasi duplicationem sexuum bonorum, sc. masculos &
fœminas hoc est dictum, bonos & malos, clericos & laicos,
prælatos & subditos, sic etiam istud certum est, quod masculi,
i. boni & perfecti viri, & maxime boni Ecclesiastici vel prælati,
sunt nobiliores in dignitate, sunt calidiores in charitate, sunt
potentiores in constantia, & firmitate. Istud n. constat quod
masculi, i. viri perfecti Ecclesiastici & prælati sunt digniores ad
imperandum, sunt fortiores ad operandum, sunt feruentiores
ad diligendum. Et ideo antiquitus in lege nullum animal Deo
offerebatur nisi masculum. Masculina enim & maxime primo-
genita Deo offerebantur, & sibi etiam dedicabantur, sicut dici-
tur Exod. 13. *Omne masculini sexus consecrabis domino*. Ad denotan-
dum, quod soli viri masculini, & virtuosi, & perfecti Deo sunt
congrui, & accepti, & digni Deo offerri, & eius vsib. deputari.
De agno n. paschali dicebant, *quod debebat esse agnus sine macula,
masculum anniculum* Quia sci. perfecti viri, & maxime Ecclesiastici
vel prælati debent esse agni per benignitatem, masculi per stre-
nuitatem, sine macula per innocentiæ puritatem. Notemus er-
go, quod isti masculi, videlicet prælati, respectu subditorum,
clerici respectu laicorum, perfecti respectu iniquorum debent
esse vel sunt super istos digniores ad imperandum, fortiores ad
operandum, aptiores ad generandum. ¶ Primo ergo dico, quod B
tales habent virtutem sagaciter impetrandi, quia sicut masculi
naturaliter dominantur fœmellis, sicut etiam Deus maledicens
Eux dixit sibi. *Sub viri potestate eris*, Genes. 3. sic vere tales perfecti
viri debent, & in prælatione, & iurisdictione aliis præeminere,
& potestatem super alios obtinere. Teste enim Ber. *Ancillam do-
minari, & dominam ancillari, magna abusio est*. Seneca etiam dixit,
*quod graue est a deteriore cogi sibi auxiliari*. Et ideo dicit Vegetius,
*quod tunc bene respublica gubernabatur, quando non erat maior, nisi qui
melior*. Et ideo masculi, id est, viri perfecti debent dominari, &
debent in honorib. præferri sicut dicitur Apo. 12 *quod mulier pe-
perit virum masculum, qui recturus erat gentes* Quod est contra mul-
tos, quia sicut videmus, fœminæ, i. viri imperfecti magis quan-
doq; præficiuntur quam masculi, i. e. viri boni, & magis volunt
dominari, quam viri boni, & perfecti. In Amazonia fœminæ
retinentur, & masculi expelluntur, ita quod nullus masculus, sed
solum fœminæ, ad regimen admittuntur. Quia vere hodie in
hoc mūdo repelluntur sæpissime, ab officiis etiam diuinis illi,
qui sunt meliores, & admittuntur illi, qui sunt deteriores. Quod
figuratum est in Pharaone qui præcepit masculos enecari, &
fœminas reseruari. Et ideo hodie videtur impletum illud Esa. 3.
*Populum meum exactores sui spoliauerunt, mulieres dominatæ sunt eis.*
Cuius equidem figuram, & exemplum habemus in illa muliere Athalia, quæ omne semen regium fecit occidi, vt sola posset
in Hierusalem principari, vbi tamen nequissime regnauit,
& po-

& populum Domini à cultura Dei reuocauit, & in templo adorari idola fecit, sicut dicitur 4. Reg. 11 & 3. Para. 22. & 23. Ipsa tamen finaliter fuit gladio interfecta. Ista ergo fœmina charissimi, typum & figuram gerit malorum effœminatorum, & inconstantium prælatorum, qui ad finem, quod possint regnare in Ecclesia, sæpe nituntur extinguere, deprimere, & impugnare semen regium, i. viros bonos, ad quos debeat aliorum regimen pertinere, sicut sæpissime patet ad sensum. Quia sicut dicitur Ecc. 25. *Si mulier sumpserit principatum, contraria est viro suo.* Quo facto si in regimine præualet, statim propter eorum malam vitam templum Ecclesiæ destruitur, Deus non colitur, nec adoratur, imo idola diabolica, i. vitia & peccata in Ecclesia coluntur, & ipsi à diabolo finaliter in inferno perimuntur, quia sicut dicitur Pro. 28. *Regnantib. impijs ruina hominum.* Masculi ergo debent esse, i. perfecti, qui alijs principantur, quia isti virtutem habent sagaciter imperandi.

C ¶ Secundo dico, quod tales spirituales masculi habent virtutem viriliter operandi. Naturaliter enim masculi sunt fortiores ad operandum, quam fœminæ. Sic tales fortius & virilius debent bona opera exequi, quam alij. In cœlo enim dicuntur esse quædam signa masculina & quidam planetæ masculini, qui valde sunt fortioris operationis, quam alij. Quia scilicet in cœlo Ecclesiæ illi qui sunt masculi, id est, prælati, clerici vel perfecti, debent in bene operando esse fortiores, & in bono opere promptiores. Quod tamen est hodie contrarium. Inter vrsos enim teste Plinio fallit regula, quia, scilicet, inter vrsos fœminæ sunt masculis fortiores. Sic vere in Ecclesia fœminæ, id est, simplices & subditi sunt fortiores ad bene operandum, quam clerici, vel prælati.

D ¶ Tertio dico, quod tales spirituales masculi habent virtutem fortiter generandi. In generatione, enim masculus se habet per modum formæ & agentis, fœmina vero per modum materiæ & patientis. Vnde proprie ad masculum pertinet generare. Sic vere tales præ cæteris debent habere virtutem spiritualiter generandi, quia, s. ipsi debent generare in seipsis bona opera & etiam alios debent per prædicationem & conuersionem domino generare, sicut faciebat Apostolus, qui dicebat 1. Cor. 5. *In Christo enim Iesu per Euangelium ego vos genui, &c.* Omitto gratia breuitatis. Vide in tabula, quæ finaliter fiet.

A **Masphat.** Nota, quod Masphat erat locus vbi filij Israel contra Tribum Beniamin, & scelus Gabaon coniurauerunt, Sicut dicitur Iud. 20. & 21. vbi etiam filij Israel ad Samuel conuenerunt, & vbi ipso orante victoriam de Philistæis habuerunt, sicut dicitur 1. Reg. 7. & 1. Reg. 10. vbi Samuel populum iudicauit, sicut dicitur ibidem. Et vbi Iudas omnem masculum interfecit 1. Mach. 5. & vbi Godolias filios Israel post destructam Hierusalem congregauit, sicut dicitur Hie. 40. & 4. Re. 25. Interpretatur autem Masphat contemplans tempus, vel speculator peccati. Applica si vis, ad bonum, vel ad malum, quia transeo.

A **Mathatias.** Fuit pater Machabæorum, & interpretatur collatus à Domino, vel donum domini aliquando. Vide historiam 1. Mach. 1. & 2. &c. Applica prout occurrent.

A **Materia.** Nota, quod cum materia sit cuiuslibet rei originale principium passiuum duntaxat, quæ de sui natura est in potentia ad omnes formas, habens imperfectionem, potens tamen acquirere perfectionem per præsentiam formæ sibi vnitæ, multa possent de materia dici, & ad multa possent multipliciter applicari, verum quia paucissime sunt auctoritates, omitto, vide si vis in introductorio meo, vbi primũ capitulum est de materia & ipsius conditionib. ad diuersa moraliter applicatis.

A **Mater.** Nota, quod cum mater sit in persona, in qua, & de qua fœtus materialiter procreatur, à qua fœtus nutritur & educatur, per quã fœtus regitur & gubernatur, spiritualiter loquendo, mater potest accipi in bono & in malo. Vnde per matrem & in bono potest intelligi prælatus, & gubernator, instructor & prædicator, nutritor & miserator. Dico, quod mater potest significare prælatos & gubernatores. Et sic Deus potest dici mater, quia ipse sicut mater portat, nutrit, fouet, & diligit vniuersos, dicens illud 2. Reg. 1. *Sicut mater vnicũ amat filium, ita te diligebam.* Sic etiam prælati possunt dici mater, quia sci. prælati debent filios, i. subditos verbo, & exemplo, & tẽporali subsidio nutrire, vt sic qualibet mater spiritualis, siue sit prælatus siue prædicator, siue etiam quilibet benefactor, possit dicere illud Eccl. 24. *Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris & agnitionis, & sanctæ spei.* Vbi aduerte, quod prælati debent esse

Matres { Diligentes, quia mater Dilectionis
Corrigentes, quia mater Timoris,
Dirigentes, quia mater Agnitionis,
Erigentes, quia mater sanctæ Spei.

¶ Primo ergo dico, quod prælatus debet esse mater filiorum subditorum, ipsos fouendo & diligendo, quia, scilicet, mater solet filios diligere, & ipsos nutrire, & defendere. Quod est contra malos prælatos, qui sunt sicut quædam porcæ quæ secundum Plinium, solent omnes filios suos deuorare præter primos. Quia scil. multi sunt mali prælati, qui filios, id est, subditos suos deuorant exactionib. & rapinis, propter illos qui apud eos sunt fortiores, & primi, scilicet, familiares, consanguineos & amicos, ita quod tales non possunt proprie dici matres, quia scilicet, isti contra naturam maternitatis proprios filios magis, quam alios cruciant, & flagellant, ita quod talibus põt dici illud Ezech. 19 *Quare mater tua leæna cubauit inter leones?* Illi enim dicuntur mater propter prælationis maternitatem. Dicũtur leæna propter inuasionis crudelitatem. Dicuntur cubare propter deliciarum carnalitatẽ. Dicuntur esse inter leones propter voracem familiarum societatem. Timeant igitur tales impiæ matres ne eis eueniat sicut scorpioni. Dicit enim Plinius quod est quædam species scorpionum, quæ quandoque concipit 11. filios, quos tamen cum peperit, omnes incipit deuorare. Quod videns vltimus salit super clunes matris, & eam pungit & occidit, & mortem fratrum suorum vindicat, atque punit. Sic vere charissimi, accidet talibus iniquis matribus filios suos, id est, pauperes subditos deuorantibus. Quia proculdubio vltimus frater illorum, scilicet, Christus, qui dixit Mat. 3. *Qui facit voluntatem patris mei, ille frater meus & mater & soror est,* ipsos finaliter per mortem temporalem & perpetuam vulnerabit, & fratrum suorum iniurias vindicabit Can. 1. *Filij matris meæ pugnauerunt contra me.* Et Mich. 7. *Filia consurget aduersus matrem suam.* Non sic ergo sed sint prælati bonæ matres, subditos fouendo & diligendo. *Ego,* inquit, *mater pulchræ dilectionis,* vt dicat quilibet illud 2. Reg. 1. *Sicut mater vnicum amat filium, ita te diligebam.*

C ¶ Secundo dico, quod debent esse matres subditos admonendo & corrigendo, quia sc. prælatus debet esse mater timoris. Sicut enim mater solet filio timorem incutere, & quando inuenit eum luto maculatum, solet eum acriter verberare, sic vere prælatus debet timorem suum in subditos imprimere, eos si delinquant iuste & rigide castigare. Vnde Eccles. 15. *Qui timet Deum, faciet bona, & qui continens iustitiæ apprehendet eam, & obuiabit illi quasi mater honorificata.* Prælatus enim sicut mater honorificata habet malis subditorum desiderijs obuiare, vt timorem Dei possit in eis generare.

D ¶ Tertio dico, quod isti debent esse matres subditos regendo & dirigendo [Agnitionis inquit] Sicut enim mater tantum habet de agnitione & industria, & filios suos regit, & dirigit quousque sciant regere semetipsos, sic vere prælatus debet esse prudens, scilicet sapiens, & agnoscens, vt subditos debite dirigat atque regat. Vnde bonus pastor dicit illud Ioan. 10. *Cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ.* Vt sic de tali matre possit dicere quilibet subditus illud Prou. 4. *Tenellus vt vnigenitus fui coram matre mea, & docebat me.* Vere ad tales pertinet docere subditos & eos in moribus erudire, quia sicut ad matrem pertinet lactare filios cum mamillis, & eisdem lactis dulcedinem ministrare, sic ad bonum prælatum pertinet lac doctrinæ subditis destillare, & in bonis spiritualibus eos enutrire. Vnum tamen aduerte, quod sicut paruuli lacte matris suæ propriæ laudabilius nutriuntur, sic subiecti lacte doctrinæ proprij rectoris vel prælati melius, & laudabilius informantur. Quod est contra illos qui per vicarios faciunt subditos prædicari, & ipsos per Vicarios gubernari. Nullus enim potest (vt communiter) ita bene doceri & informari, regi, & gubernari per vicarios, sicut per rectores & prælatos. Magis enim fertur affectus maternus super filium quam alienus, sicut exemplum habemus 3. Regum 3. de duabus mulieribus meretricibus, quarum mater proprium filium noluit interfici, alia vero mulier quæ se matrem fingebat, & non erat de morte pueri non curabat dicens: *Nec mihi, nec tibi, sed diuidatur,* sicut de mercenario dicitur Io. 10. *quod mercenarius cuius non sunt oues propriæ videt lupum venientem, & fugit, quia-*

nam

[illegible] *de nobis:* Id ostendit Salomon dicens de [illegible] *Dat [illegible] tuum, hæc est enim mater eius.* Isti [illegible] matres subditos regendo & cognoscendo. [illegible] [illegible]. *Cor. Impleamini agnitione Dei.*

[illegible] dico quod isti debent esse matres subditos tenendo. Sanctæ spei inquit. Sicut enim mater puerum [illegible] lapsum, solet erigere, & ne iterum cadat, ipsum manualiter sustinere, sic prælatus debet subditos in [illegible] cadentes, id est, ad amorem bonorum temporalium [illegible] lapsum erigere ad spem, & desiderium æternorum, manutenere, & pro posse continue conseruare. Sanctæ spei. Nulla enim alia spes est sancta, nisi spes bonorum [illegible]. Et ideo ibi superiores sperare, & ad sperandum subditos animare debet. Psalmo. 61. *Sperate in eo omnis congregatio [illegible] effundite coram illo corda vestra.* Et in Psalm. 36. *Spera in Domino, et fac bonitatem, &c.* Quod est contra illos, qui magis inducunt ad temporalia diligenda, quam ad æterna speranda. De [illegible] dicitur 2. Paralip. 22. *Mater eius impulit eum impie agere.* [illegible] Ergo, sed sit prælatus mater diligens, corrigens, [illegible]. Vt sic ad prælatos videatur referri verbum Bernardi super cantica. *Discite vos subditorum matres esse, non [illegible] magis amari quam metui. Sit in vobis materna pietas & [illegible]. Exhibete vos matres fouendo, patres corripiendo. Suspen[illegible] producuntur vbera.* Sic igitur patet, quod mater accipitur in [illegible].

¶ [illegible] potissime accipiendo in bono possum accipere virginem gloriosam. Nam.

Mater est nomen { Honoris, Amoris, Dulcoris.

[illegible] nomen honoris, quia scilicet ista debent ab omnibus, sicut [illegible] omnium honorari, quam etiam sicut matrem creator [illegible] honorauit. Ista est enim sicut Sapphirus, qui dicitur [illegible] pro eo, quod in eius ventre & venis carbunculi generantur, quia, scilicet, ista est mater Dei, quia in venis [illegible] ipse carnem accepit, ita, quod nos possumus sibi dicere [illegible] 19. *Fui mater tua.* Et maxime à nobis debet honorari, quia, [illegible] ipsa est mater omnium. Est enim sicut [illegible] quæ dicitur mater herbarum, quia ista est mater omnium [illegible] & peccatorum & perfectorum Sap. 7. *Omnium bonorum mater.* [illegible] ideo debet à nobis honorari sicut mater, figurata in imagine terræ, quæ vocata fuit alma mater. Teste enim Isidoro [illegible] videntes, quod terra mater esset & nutrix omnium viuentium, voluerunt vt Deam eam colere, & fecerunt sibi vnam imaginem, quam Almam Matrem vocauerunt, quam sedentem in medio curtus collocauerunt, clauem & tympanum in eius manibus tradiderunt, & in capite coronam de turribus imposuerunt, galli & aues ipsam sequebantur, & in eius præsentia leones prosternebantur. Ista est enim proprie imago virginis [illegible] Ista enim est in virtutibus fœcundissima. Et ideo [illegible] gratiæ est omnium spiritualiter viuentium nutrix, quapropter alma mater est merito nuncupata. Vnde etiam de ea canitur. *Alma redemptoris mater.* Ista dicitur sedere in [illegible], quia, scilicet, in sancto sabbatho dum discipuli (inter [illegible]) videntes Christum mortuum de fide dubitarent, & [illegible] curterent, & cogitationibus fluctuarent, ipsa sola [illegible] fide sedebat, & sicut vnica columna Ecclesiæ, [illegible] sustentabat, propter quod dies sabbathi [illegible] applicatur 3. Reg. 2. *Positus est thronus matri regis, sedebat [illegible].* Ista ergo tenet clauem in manu, per quam intel[illegible]diam, per quam solam paradisus peccatoribus aperitur. [illegible] etiam tympanum, per quod intelligitur iustitiæ [illegible], per quam solam exercitus dæmonum deterretur. [illegible] Can. 6. *Terribilis vt castrorum acies ordinata.* In capite suo portat coronam, quia scilicet, sicut regina Angelorum à Christo mirabiliter coronatur, quia sicut dicitur in Psal. [illegible] *Coronam super caput eius.* Quid plura? procul dubio galli, [illegible], & viri contemplatiui et deuoti istam sequuntur et [illegible] per deuotionem, leones vero, id est, peccatores coram [illegible] prosternuntur per orationem, & per suæ misericordiæ implorationem. Galli enim & leones, i. Angeli & homines perfecti & peccatores indigent Maria, sequuntur Mariam, seruiunt Mariæ, respiciunt ad Mariam. In ipsa enim secundum Bern. *inuenit Angelus lætitiam, iustus gratiam, peccator veniam, tota Trinitas gloriam.* Ista est ergo mater honoris Eccl. 15. *Obuiabit illi quasi mater honorificata.* ¶ Deinde dico quod ista est mater amoris dulcissimi & honesti. Ista enim sicut Mater, quæ pro defendendo Filio verberato patris verberibus se opponit, & ipsum filium regit, & protegit & defendit. Quæ vere charissimi, beata virgo pro filiis suis, i. pro sibi deuotis, patri nostro Deo piis orationibus se opponit, & ad reprimendum verbera damnationis æternæ misericorditer se interponit. Ideo dicitur Es. 49. *Nunquid potest mater obliuisci infantem suum? &c.*

¶ Denique dico, quod ista est mater dulcoris. Præ dulcedine enim compassionis ista semper condolet miseriis aliorum, sicut apparuit Ioan. 2. Vbi vinum non habentibus compassa pro ipsis filium exorauit. Quia pro certo si vinum spiritualis consolationis nobis deficit, ipsum nobis à filio si ad ipsam recurrimus, impetrabit. In figura cuius dicitur Ioan. 19. *Stabat iuxta crucem Iesu mater eius.* Quia, sci. ista semper adest hominibus cruciatis. Sic igitur patet, quomodo ista potest dici mater, ita quod proprie de ea potest dici illud Apostoli ad Gal. 4. *Quæ sursum est Hierusalem, libera est, & hæc mater nostra est.* Et Sap. 7. *Omnium bonorum mater est.* Et sic patet, quod per matrem potest intelligi mater nostra beata virgo. H

¶ Sed adhuc dico, quod mater potest accipi in malo. Et sic mater potest dici.

Mundi prosperitas & habitatio,
Carnis carnalitas & delectatio.
Hostis fallacitas & defraudatio.

Istæ enim sunt quædam matres improbæ & pestiferæ, quæ nos pariunt peccatores. Mundus ergo est mater omnium auarorum. Vnde de tali matre dicitur, Ezech 16. *Radix tua de terra Chananea, pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa.* Expone si vis. Caro est mater omnium immundorum. Et ideo tales possunt dicere illud Ps. 50. *Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea.* Hostis est mater omnium superborum. Ita quod de ipso, & de quolibet filio suo potest dici illud 2. Par. 22. *Mater eius impulit eum, vt ageret impie.* Et hæc de matre sufficiant tam in bono, quam in malo.

# Matrimonium.

De Matrimonio, connubio, coniugio, cœlibatu multa possunt dici, sed paucissimæ sunt authoritates. Est enim. A

Matrimonium { Spirituale, quod est Christi & animæ, Sociale, quod est Prælati & Ecclesiæ, Cordiale, quod est inter duos mutuus amor, Corporale, quod est viri & vxoris.

Ista possent multipliciter deduci, sed auctoritates vocales desunt. Vide ergo in tit. coniugium & coniunctio, & in tit. sponsus & similia.

# Maturitas. Maturare.

Nota, quod maturare quandoq; accipitur pro accelerare, sicut cum dicitur quis maturasse opus, iter, vel negotium. Et sic vt communiter accipitur apud Titum Liuium, & alios antiquos historiographos. Sic etiam sumitur Gen. 32. Vbi Iacob dicitur, *quod cum mature surrexisset, tulit duas vxores suas, &c.* Et 2. Machab. 7. *Inuocans,* inquit, *Deum genti nostræ maturius propitium fieri.* Et Act. 25. *Promisit se Festus ad Cæsaream maturius profecturum.* Quandoque autem & communiter sumitur pro conditione seu dispositione fructuum, vtpote quando dicitur, quod vuæ vel segetes sunt maturæ, hoc est dictum, plenæ dispositæ, & perfectæ, & ad vltimum suum complementum deductæ, & sic sumitur Genes. 40. vbi ille *videt vitem vbi erant tres propagines, & crescere paulatim gemmas, & paulatim vuas maturescere.* A

¶ Igitur moraliter loquendo, dico, quod maturitas in bono sumitur, & in malo. In bono enim significat dispositionem, perfectionem & complementum cuiuslibet rei bonæ. Et similiter in malo complementum & consummationem mali. Nam sicut fructus maturus dicitur, quando ad illum statum peruenit, in quo congruum est, quod colligatur, & ad vsus hominum deducatur, sic vere quodcunque negotium maturum esse dicitur, quando ad complementum suum ad quod ordinatum fuerat, est deductum. Vide de bona maturitate, & perfectione, Et de imperfectis, qui ad eam non attingunt, dicitur Esa. 37. *quod facti sunt sicut fœnum agri & gramen pascuæ & herba tectorum, quæ exaruit antequam maturesceret.* De mala vero maturitate, i. de complemento vitiorum & consummatione in malo dicitur Apocal. 14. *Mitte falcem tuam & mete, quoniam venit hora, vt metatur, quia maturauit messis terræ.* Loquitur enim similitudinarie, B

quasi

quasi dicat. Sicut messis quando matura est, colligitur, sic congeries reproborum quando matura in vitijs & consummata fuerit, & completa, necesse est, quod damnetur. Igitur patet, quod loquendo moraliter, nos inuenimus, quod est.

Maturitas in { Vultu, Gestu, Actu, Gressu, Sensu.

In omnibus enim homo esse debet maturus, & in virtutibus completus, & in honestis moribus honestus, & in operibus circumspectus. Maturitas enim prouidam grauitatem, & deliberatiuam tarditatem signat, quam pro certo prudens homo in suis operibus verbis, factis, & gestib. seruat. Leuitas enim & inconstantia, celeritas, & festinantia, scurrilitas & insolentia, maturitati opponuntur. Et ideo viri prudentes & honesti talia detestantur, & in maturitate debita delectantur. Dicat igitur quilibet talis illud Ps. 118. *Praeueni in maturitate, & clamaui, quia in verbo tuo supersperaui.* De maturitate igitur, grauitate & honestate morum multa possent dici, sed deficiunt auctoritates. Vide in tit. honestas, prudentia, deliberatio, tarditas, & similia.

A **Maxilla.** Cum maxillę sint partes corporis animalis, quę scilicet, dentibus armantur, fletib. irrigantur, ictibus adaptantur. funibus arctantur seu frænantur, dicá, quod per maxillas Ecclesiæ intelligo viros iustos, qui reuera armantur dentibus discretionis, vt valeant cuncta ruminare: rigantur fletibus deuotionis, vt valeant digna germinare: grauantur ictibus tribulationis, vt valeant mala tolerare: ligantur seu frænantur funibus correctionis, seu disciplinæ & coerctionis, ne valeant omnis euagari. Vel si vis, dic, quod maxillæ significant duplicem animæ potentiam, scil. superiorem, hæc est virtus intellectiua, & inferiorem, hæc est virtus affectiua & volitiua. Quia reuera tales maxillæ spirituales debent esse fletibus rigatæ per pœnitentiam. Thr. 1. *Plorans plorauit in nocte, & lacrymæ eius in maxillis eius.* Item debent esse ictibus aptæ per patientiam. Thr. 3. *Dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobrijs.* Item debent esse funibus frænatæ per disciplinam, prudentiam & temperantiam Ps. 31. *In chamo & fræno maxillas eorum constringe qui non approximant ad te.* Vel si vis in malo significato dic, quod maxillę in quibus sunt dentes, qui mordent, & lædunt, signant crudelitatem malorum, quam finaliter ictibus tribulationum ferit, & fræno debito coerctionis constringit, & fletibus desperationis cingit. Vnde Dominus loquens tyranno sub figura draconis, Ezech. 29. dicit sic: *Ponam (inquit) frænum in maxillis tuis, & extraham te de medio fluminum tuorum.*

A **Maximus.** Nota, quod maximus dicitur vel simpliciter, vel comparatiue, vel saltem existimatiue. Simpliciter dico, sicut Deus dicitur maximus, quia nihil est Deo maius comparatiue, sicut illa dicuntur maxima, quæ respectu aliorum sunt ardua atque magna. Existimatiue vero sicut nos illa existimamus esse maxima, quorum magnitudo nostræ imbecillitati & impotentiæ est ignota. Notabo igitur, quod in scriptura reperitur.

Maximitas { Immortalis essentiæ, Virtualis excellentiæ, Temporalis præeminentiæ, Criminalis pestilentiæ, Supernalis opulentiæ, Infernalis violentiæ.

Primo igitur dico, quod inuenitur vnum maximum, quod est immortale. Et istud est Deus, qui est summus & maximus super omnes, vnde Hest. 16. dicitur, *quod isti viuentes legibus sunt filij altissimi semperque viuentis Dei.*

B ¶ Secundo dico quod inuenitur vnum maximum, quod est virtuale. Et sic dico, quod quilibet homo virtuosus est maximus, eo quod in maximis se exercet, & maximis virtutibus est repletus Eccl. 46. *Fortis bello Iesus Naue successor Moysi in Prophetis, qui fuit magnus & maximus in salutem electorum Dei.* Tales enim dicuntur maximi, quia continent maxima, agunt maxima, attingunt vsque ad maxima, & promerentur maxima. Et sic dico, quod isti sunt maximi per limpitudinem scientiæ. Eccl. 9. *Hanc autem vidi sub sole sapientiam, & probaui maximam*, & Hier. 31. *Omnes enim cognoscent me a minimo vsq. ad maximum* Isti sunt maximi per rectitudinem iustitiæ. Sicut enim dicitur Prou. 16. *In abundanti iustitia virtus maxima est.* Hoc enim *maximum & primum est mandatum.* Matth. 22. Item isti sunt maximi per fortitudinem [...] tiæ, seu constantiæ Iud. 17. *Dic mihi obsecro in quo sit tua maxima fortitudo.* Vnde de morte cuiuslibet talis viri potest dici illud 2. Reg. 3. *Princeps & maximus cecidit hodie in Israel.* Hoc est igitur vnum maximum, quod est virtuale.

¶ Tertio dico, quod est vnum maximum quod est temporale. Et sic dico, quod in existimatione mundanorum quidam dicuntur maximi ratione scientiæ secularis: quidam ratione potentiæ magistralis: quidam ratione opulentiæ temporalis. Et reuera tales, qui ita maxime reputantur, sunt dediti cibis, atque conuiuijs. Sunt dediti lucris & auaritijs. Et dantur pœnis atque supplicijs. Sunt (dico) dediti cibis & gastrimargijs. Vnde de Assuero dicitur Hest. 1. *quod ipse inuitauit omnem populum, qui erat in Susis à minimo vsque ad maximum.* Sunt etiam dediti lucris & auaritijs, quia reuera sicut dicitur Hie. 8. *A minimo vsque ad maximum omnes auaritiæ student.* Finaliter vero omnes erunt dediti pœnis atque supplicijs, scil. in inferno, quia potentes potenter tormenta patientur. Sap. 5. Vnde 2. Mac. 13. dicitur, *quod Iudas interfecit viros millia 14. & maximum elephantorum.* Est igitur vnum maximum, quod est temporale.

¶ Quarto dico, quod est vnum maximum, quod est criminale. Et ista est maximitas culpæ. Peccata enim dicuntur maxima, vel quia multa, vel quia pessima, vel etiam Dei, qui est maxime offensiua, vel gloriæ æternæ, quæ maxime est perditiua, vel pœnæ æternæ, quæ maxima est, causatiua, sicut venenum dicitur maximum, vel quantitate, vel virtute. Et sic dico, quod maxima peccata dicuntur idololatria, superbia, luxuria. De idololatria dicitur Exod. 32. quod Moyses reprehendit Aaron propter adorationem vituli, dicens: *Quid fecit tibi populus iste, vt induceres super eum peccatum maximum?* Et Iob 31. dicitur de adoratione solis & lunæ, *quod hæc est iniquitas maxima, & negatio contra Deum altissimum.* De superbia vero dicitur in Ps. 18. *quod si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero & emundabor à delicto maximo.* De adulterio vero seu luxuria dicitur Iob. 31. *Si deceptum est cor meum super mulierem, & ad ostium amici mei insidiatus sum.* Sequitur. *Hoc enim nefas est iniquitas maxima.* Istud est igitur vnum maximum quod est de criminali.

¶ Quinto dico, quod inuenitur vnum maximum quod est supernale, & hoc est gloria paradisi, vnde de ista maxima gloria dici potest illud Sap. 18. *Sanctis autem tuis maxima erat lux*, & 2. Pet. 1. dicitur, *quod Deus pater per Christum maxima, & pretiosa nobis promissa donauit, vt diuinæ efficiamur consortes naturæ.* Ecclesia enim triumphans maxima dicitur, quia etiam ipsa Ecclesia militans quando maxima vocatur, sicut 2. Mac. 14. *quod Nicanor venit ad maximum & sanctissimum templum.* Et ibidem in principio dicitur, *quod Alchimus, qui erat pessimus, per pecuniam factus est summus sacerdos maximi templi Dei.* Inuenitur ergo vnum maximum, quod est supernale.

¶ Sexto dico, quod inuenitur vnum maximum quod est infernale, & illud est immensitas pœnæ inferni, de qua potest dici illud Gen. 12. *quod Deus flagellauit Pharaonem plagis maximis.* Sufficit vide supra in tit. magnus & maior, qui multa posui de magnitudine.

A **Maxime.** Nota, quod istud aduerbium maxime est aduerbium significans præcedentium adiunctionem, augmentationem, & maiorem, affirmationem & distinctionis specialem denominationem, & idem signat quod potissime, vel quod præsertim. Omitto, quia paucissimæ sunt auctoritates vocales.

A **Mœchari.** Nota, quod mœchari idem est, quod cum aliena vxore concumbere vel luxuriari. Et sic dico, quod mœchari accipitur pro fornicatione spirituali, corporali & cordiali.

¶ Spiritualis est quando anima per fidem Deo sponsata, adhæret adultero peccato, scilicet vel diabolo. Vnde de tali anima sic mœchante dicitur Hier. 3. *Vidit præuaricatrix Iuda, quia pro eo, quod mœchata est aduersatrix Israel, dimisissem eam, & dedissem sibi libellum repudij, & non timuit, sed mœchata est cum ligno & lapide*, id est, cum idolis ligneis & lapideis, ipsa, sci. adorando. ¶ Corporalis est quando vnus coniugum alteri fidem frangit, de quo Exo. 20. *Non mœchaberis.* ¶ Cordialis vero est, quando quis licet non corpore, tamē mente, completa voluntate consensu actualiter in peccatum, de quo Matth. 5. *Qui viderit mulierem & concupierit eam, iam mœchatus est eam in corde suo.* Vide de luxuria, fornicatio, adulterium.

[illegible] ad ierbium mecum semper [illegible] ceat in [illegible] siue bona fuerit siue mala. [illegible] ra inuenitur.

[illegible] m,
[illegible]
[illegible] um,
[illegible]
[illegible] um

[illegible] tatem Dei & beatorum qui scil. [illegible] d quilibet potest dicere illud, [illegible] o, & Luc. 15 *Fili tu semper mecum* [illegible] aduerte quod istud mecum habet [illegible] inquit] Habet firmitatem sem[illegible] um es. Habet bonitatem com[illegible] a tua sunt. ¶ Item mecum virtuo[illegible] torum perfectorum, de quibus [illegible] *mecum sunt in cubili.* Ista enim societas [illegible] & [illegible] tem. Et ista est.

[illegible] consolatiua,
[illegible] roboratiua,
[illegible] mitigatiua.

[illegible] m societatem flebiles consolantur. [illegible] *autem Domini erat mecum, confortans me.* De[illegible] 1. *Si ambulauero in medio vmbræ mortis, non ti*[illegible] *a mecum es Domine.* Dolentes mitigantur Psa. [illegible] *mecum propter nomen tuum, quoniam suaue est* [illegible] ideo breuiter societatem talem debemus se[illegible] etiam frequentare, sicut etiam ipse horta[illegible] *, & vigilate mecum.*

[illegible] societas debet in patientia tolera[illegible] cum diligentia frequentari (Vigilate) De[illegible] Mecum) Prosequere si vis, quia illi, [illegible] reprehenduntur, sicut ibidem dici[illegible] *vigilare mecum*) Istud est igitur mecum [illegible] mecum dulcorosum, quod signat societa[illegible] lonatum, quia nihil dulcius inueni[illegible] *mecum vt requiescas.*

[illegible] olum, & istud signat societatem homi[illegible] & etiam proditorum, de qua Lucæ 22. *Ecce* [illegible] *mecum est in mensa.* ¶ Item est mecum dolorosũ, [illegible] societatem mortuorum & damnatorum, de qua [illegible] & [illegible] ferno positus dixit Sauli in crastino mo[illegible] Re. 28 *Tu & filij tui eras mecum eritis.* Si vis adhibe exem[illegible] cietate iouentes, vel forte intendo facere vnum [illegible] mecum, tecum, secum, nobiscum, vobiscum. Vi[illegible] lene vbi tractatur titulus Cum.

## Medicus. medicina.

Cum medicina sit remedium cõtra morbũ, vide[illegible] la, quæ contra morbos viciorum adiuuant, medicinæ. Sicut n. videmus, quod animalia quan[illegible] nfirmatur, certas sibi præparant medicinas, sicut [illegible] ne, [illegible] comedit gramen, vt faciat vomitum, de cer[illegible] ctamo, de elephante, qui vtitur oleo, quando se [illegible] natum, sic vere homo quando sentit, quod per vi[illegible] debet prouidere & recipere spiritualia remedia [illegible] iuxta illud Eccl. 18. *Ante languorem adhibe medicinam.* Et [illegible] ante languorem scilicet inueteratum, quia languor [illegible] ti per malam consuetudinem induratus, tunc [illegible] medicus relinquit. Istæ autem spirituales me[illegible]

Ecclesiæ sacramenta,
[illegible] ctæ paginæ documenta,
Correctionum aspera argumenta,
Consolationum dulcia monimenta.

[illegible] *de terra creauit medicinam, & vir prudens non abhor*[illegible] *Sunt enim hæc necessaria ad medicamentum.* Tob.

¶ [illegible] aduerte, quod sicut in medicinis corporalibus.

Quædam sunt
Incisiuæ & mordicatiuæ,
Attractatiuæ & aggregatiuæ,
Solutiuæ & liquefactiuæ,
Expulsitiuæ & vacuatiuæ,
Consumptiuæ & maceratiuæ,
Resumptiuæ & impinguatiuæ,
Lenitiuæ & demulsiuæ,
Absteriuæ & corrosiuæ.

*Dulcem. Berthorp.*

Sic vere dico, quod medicinæ spirituales scili. gratia & virtutes [illegible] nt diuersimode & multipliciter in anima operantes, quia sci. quædam operantur incidendo & mordicando, hæ sunt timor & contritio: quædam attrahendo, & aggregando, hæ sunt consideratio, & discussio: quædam resoluendo, & in lacrymis effluendo, hæ sunt compunctio & compassio: quædam euomendo & vacuando, hæ sunt confessio & vitiorum reuelatio seu emissio: quædam consumendo & macerando, hæ sunt pœnitentia & afflictio: quædam resumendo & impinguando, hæ sunt clementia & deuotio: quædam leniendo & demulcendo, hæ sunt benignitas & consolatio, quædam vero abstergendo & corrodendo, hæ sunt aduersitas & correctio. Hæc enim omnia in viridario gratiæ collecta medicinalia sunt, & peccatricis animæ curatiua. Figurata Apocal 22. *in illa ligno vitæ, quod erat ex vtraque parte fluminis, quod fructus afferebat 12. & folia eius erant ad medicinam & sanitatem gentium.* Fluuius enim iste est diuina gratia. Duo littora huius fluminis sunt facere bona, & fugere mala. Fructus 12. sunt 12. misericordiæ opera. Folia vero medicinalia sunt omnium virtutum, & cætera. Expone sicut alibi in plurib. locis. Bene ergo dicit Hieronymus super Ez quod *omnis medicina habet ad tempus amaritudinem, sed postea fructu dolorum suauitate pensatur.* Istud potissime potest dici, de mundo & mundi tribulationibus & correctionibus, quia reuera secundum Hieron. ibidem. *Prouidentia Dei omnia gubernantur. & quod pœna creditur, medicina est*, vnum tamen aduerte, quia sci. sicut aliqui sunt morbi corporales, qui á nulla medicina possunt curari, sicut est lepra, phthisis antiquata, hæmorrhois fistulata & colica, sic vere moraliter loquendo, aliqua sunt vitia, quæ medicinis spiritualibus non curantur, sicut est desperatio, præsumptio, obstinatio, recidiuatio, & similia. De hoc dicitur Hierem. 46. *Frustra multiplicabis medicamina, sanitas non erit tibi.* Esa. 1. dicitur de plaga tumente: *Vulnus & plaga tumens non est circumligata pannis, nec curata medicamine, nec fortealeo.* Bene igitur dicit Hieronymus in epistola ad Paulinum, *quod putrida carnes ferro indigent & cauterio, nec est medicina culpa, sed vulneris, cum cruda carne sæuit medicus, vt medeatur, & non parcit, ne pereat.* His igitur de medicina prætactis, possumus dicere, quod nos habemus triplices medicos, diuersarum ægritudinum curatiuos scilicet Christum redemptorem, qui vitam reparat & vulnera peccatorum: Legum scrutatorem, qui verba comparat, prædicans onera mandatorum: dignum præceptorem, qui mores temperat, & regit opera subditorum: falsum deceptorem, qui mentes alterat, excusans scelera fatuorum, doctum adiutorem, qui morbos superat, & sanat corpora infirmorum. C

¶ Dico ergo primo, quod est dare medicum qui animorũ est reformator, & iste pro certo est Christus, qui sc. medicus est supernus, quia de studio Paradisi veniens in hunc mundum, genus humanum languidum medicauit, & medicina proprij sanguinis reparauit, & á mortis æternæ periculo liberauit. De Æsculapio enim legitur, quod post Apollinem patrem ipsius reparator fuerit medicinæ. Et ideo quia homines videbatur de morte reducere, creditus fuit Deus. Vnde etiam secundum fabulam, quia per medicinam mortuos suscitabat, dij inuidentes eum fulminauerunt, & occiderunt ipsum. Talis fuit medicus noster Christus, qui á morte culpæ & pœnæ eripit peccatores Dij n. illi de quib. dicitur: *Omnes dij gentium dæmonia*, hoc est dictum, dæmones vel Iudæi videntes ad literam Lazarum per eum suscitatum, inuiderunt ei, & fulmine passionis crucis eum occiderunt. Vnde de Christo, id est, de isto medico loquitur Bern. dicens. *Qui venit redemptor ad perditos. Medicus ad infirmos & ægrotos, &c.* Vide eam supr. &c. Et merito, quia pro certo sicut dicit, necesse fuit, vt magnus ad nos veniret medicus, quia magnus vbique iacebat infirmus. Vnde Aug. contra 5. hæreses dicit, *quod fusus est sanguis medici, & factus est medicamentum phrenetici.* Augustin. etiam in l. confess. 10. dicit. *Heu mihi, ego vulnera mea non abscondo, medicus es, æger sum: misericors es, miser sum. Nunquid non tentatio est vita hominis super terram:* Patet igitur, quod est dare medicum qui animorum est reformator. D

¶ Secundo dico, quod est dare medicum qui auditorum est informator. Et sic dico, quod per medicum prædicator intelligitur, qui sc. ducendo & informando alios medicatur & morum infirmitatibus tam verbis quam exemplis seu operibus opitulatur. De isto enim videtur dictum illud Eccles. 38. *Honora medicum propter necessitatem, etenim creauit illum altissimus.* Aduerte tamen, quod multi sunt sicut phrenetici, qui scili. suos medicos

 solent

solent odire, & ipsos dentibus lædere vel mordere. Sic multi sunt, qui detrahendo & diffamando mordent & lacerant suos medicos spirituales, scilicet, prædicatores. Istud potissime faciunt quidam qui ita infirmi sunt, quod suum morbum aut sua vitia non sentiunt. Dicunt enim illud Matth. 9. *Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus.*

¶ Notandum etiam est, quod quandoque illi, qui præ cæteris sunt infirmi, & Medici, alios enim docent, seipsos non docent. Prædicant enim non furandum, sed furantur, non mœchandum prædicant, & mœchantur. Talibus enim dici potest illud Luc. 3. *Medice cura teipsum.* Isti enim possunt dicere illud, quod dicit Seneca in epist. *Aeger hic, non Medicus habitat.* Et Hier. 8. dicitur, *Resina non est Galaad, & medicus non est ibi.* Non sic bonus & spiritualis Medicus, quia sc. talis est honorandus, & remunerandus, & non mordendus, nec diffamandus Ecclesiast. 37. *Impingua oblationem, & da locum Medico.* Patet ergo, quod est dare Medicum, qui auditorum est informator.

E ¶ Tertio dico, quod est dare medicū, qui subditorum est reparator seu gubernator. Et sic dico, quod Medicus est prælatus, qui scilicet more Medici debet infirmos sibi commissos, s. subditos in sanitate morum & virtutum debite gubernare, sanos & virtuosos fouere, infirmos & defectuosos corrigere & sanare. *Non enim egent, qui sani sunt, Medico sed qui male habent,* Luc. 5. Sed pro certo pauci sunt hodie boni Medici in officijs prælaturæ. Quia reuera multi sunt, qui recte more quorundam Medicorum magis volunt infirmos, quam sanos & plus gaudent habere subditos defectuosos, quam virtuosos. Et hoc quia sicut Medicus de infirmis non sanis recipit salaria, sic prælatus de malis & non de bonis reportat munera. Nota etiam, quod aliqui sunt ita ignari Medici vel Prælati, quod pro certo nullum sciunt in morbis & defectibus subditorum remedium adhibere, imo magis consueuerunt occidere, quam curare, & magis lædere, quam iuuare. Isti igitur debent dicere illud Esa. 3. *Non sum Medicus, & in domo mea non est panis neque vestimentum. Nolite me constituere principem populi:* ac si dicat. Omnem Principem vel Prælatum decet esse Medicum, non tyrannum. Patet ergo, quod est dare Medicum, qui subditorum est reparator.

F ¶ Quarto vero dico, quod est dare Medicum, qui plurimorum est defraudator. Et iste pro certo est adulator vel hypocrita, quia sc. verbis suis fallacibus & mollibus scit plagas vitiorum excusando lenire, & dolorem & displicentiam de auditorum cordibus amouere. De talibus Medicis dicitur in Psal. 87. *Nunquid mortuis facies mirabilia, aut Medici suscitabunt?* quasi dicat non. Fatuū est ergo talibus Medicis, scilicet adulatoribus credere, & eorum verbis fallacibus consentire. Figura Lucæ 8. vbi dicitur, *quod mulier fluens sanguine erogauerat totam substantiam suam Medicis, nec tamen quicquam profecerat, sed semper deterius habebat.* Quia reuera multi sunt, qui in talibus Medicis scilicet adulatoribus erogant quicquid habent, sed tamen propter hoc a vitijs non curantur, sed deterius semper valent Matth. 5. *Multa fuerat perpessa à pluribus Medicis.* Est ergo dare Medicum, qui plurimorum est defraudator. ¶ Quinto vero dico, quod est dare

G Medicum qui infirmorum est consolator. Et sic accipio literaliter nostros Medicos temporales, seu moderniales, qui scilicet debent esse

In { Arte completi, Modo discreti, Actu secreti, Verbo faceti.

Debet enim Medicus esse completus in scientia, discretus in prudentia, secretus cum modestia, facetus cum blanditia. Hic est qui per scientiam considerat morborum vitia: per prudentiam administrat iusta remedia: per modestiam, seu per honestam, & secretam continentiam reuelantur sibi consilia: per facundam seu blandam eloquentiam consolando præbet auxilia. Sed reuera multi non sic: quia vere

mali Medici non sunt { Scientes, Prudentes, Secreti, Faceti.

Sed { Ignorantes & obliuiosi, Præcipites & impetuosi, Insolentes & nimis verbosi, Arrogantes & iniuriosi.

Et quod cæteris est deterius, non sunt contenti, sed ambientes, & semper pecuniæ querulosi. [illegible] dia, & [illegible] sicut vis, ista igitur sufficiant quo ad præ[illegible]

## Meditatio. Meditari.

Nota, quod meditari nihil aliud est quam [illegible] ca aliquid attenta & profunda cogitatio. Igitur disti[illegible] de meditatione & bona & mala, primo dicamus, quod [illegible] humana videtur habere similitudinem corporalium o[illegible] Oculi enim sunt membra mobilia, & nunquam in eodem [illegible] perseuerantia. Voluit enim natura quod superius, dextr[illegible] & sinistrorsum possent se voluere vt sic possent pericu[illegible] cauere & corpori proficua prouidere. Sic vere dicit. d[illegible] mentis nostræ, versibilis enim & mobilis debet esse quia, [illegible] per meditationem prouidam & discretam quandoque debe[illegible] ad Deum & ad bona æterna respicere, quandoque [illegible] ad mortem, & ad infernum intendere, quandoque ad exteriora d[illegible] tā, i. e. ad illa quæ facienda sunt, se conuertere, & quandoque ad sinistram, hoc est dictum, ad illa, quæ cauenda & vitanda [illegible] se transferre. Columba enim quæ est auis gemebunda meditatiua, solet caput suum nunc huc, nunc illuc sæpe v[illegible]ere, antequam ipsam contingat alicubi se mouere. Meditatio ergo, cogitatio, & deliberatio est necessaria viro iusto, & cuique prouido & discreto, vt dicat illud Esa. 38. *De mane vsque ad vesperam finies me: sicut pullus hirundinis sic clamabo, & meditabor, vt columba, attenuati sunt oculi mei suscipientes in excelsum.* Sequitur, *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.* Ecce ergo quomodo iste meditatur.

Vitæ labilitatem. (De mane vsque ad vesperam finies me.)
Carnis fragilitatem. ( Sicut pullus hirundinis inquit.)
Mundi aduersitatem. ( Clamabo inquit.)
Mortis necessitatem. ( Meditabor vt columba quæ sc. respiciens gemit.)
Rerum debilitatem. ( Attenuati sunt oculi mei.)
Cœli fœlicitatem. (Suscipientes in excelsum.)
Mentis iniquitatem. ( Recogitabo omnes annos meos.)
Dei auctoritatem. ( Tibi qui scilicet es Deus omnipotens.)
Inferni pœnalitatem. (In amaritudine animæ meæ.)

Ista enim sunt nouem diuerticula, quæ debet vir prudens scrutari, & in quibus debet solerti animo meditari, Figuratur. Gen. 24. vbi dicitur, quod *cum Isaac exiuisset ad meditandum in agro, obuiauit sibi Rebecca pulcherrima, & prudentissima puellarum, quæ facta est eius vxor.* Quia reuera cum quis ad agrum exterioris meditationis egreditur, & in præfatis & alijs necessarijs solitarius meditatur, Rebecca, quæ interpretatur patientia, & quæ multum accepit, id est, virtus modestiæ & prudentiæ, quæ secundum veritatem multa merita recolligit, eidem coniugatur, vt sic talis possit dicere illud Ps. 76. *Meditatus sum nocte, cum corde meo exercitabar & scopebam spiritum meum.* Vt dictum est, prosequere prout volueris. ¶ Sed si vis alio modo distinguere, dic quod. B

Iustus debet meditari { Superius, Interius, Exterius, Posterius, Dexterius.

Mediteris ergo { Superius Dei maiestatem, Interius nostram qualitatem, Exterius rerum vanitatem, Posterius mortis breuitatem, Dexterius cœli ciuitatem.

Primo ergo meditari debemus Dei maiestatem qui sursum præsidet. Quia reuera super & ante omnia meditatio nostra debet ferri in Deum, sicut in quid præcipuum atque summum. Nonne aquila respicit solem, Oryx animal oculos tendit ad stellam. Elephas ad lunam nouam: sicut ponit Plinius. Sic vere dico, quod homo debet ad Solem, lunam & stellas oculos mentis erigere, i. ad Deum, sanctos & Angelos cor leuare, & in ipsis meditari iugiter, & manere, dicendo scilicet ipsi Deo illud Psal. 18. *Meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.* Et hic notabis, quod ponit Solinus de quibusdam Philosophis Indorum, quod scilicet solem irreuerberatis oculis intuentur, in rota ipsius quædam secreta rimantes, sic & nos Dei essentiam debemus meditando rimari

[illegible] u in trib [illegible] tur [illegible] *Memor [illegible] operum [illegible] operum domini, & medi[illegible] in [illegible] cabor.* Et il[illegible] *[illegible]arum meditabor.* Item me[illegible] era. P[illegible] .34. *Sed & lingua [illegible] laudem tuam.* Item meditare [illegible] dispensans munera. Psalm [illegible] *in te, quia fuisti adiutor meus, & in [illegible]* Item meditare, quam sit prudens [illegible] recta. Iste est enim qui ordinauit, [illegible] pturam & iudicia ad regimen, quæ [illegible] anda & solerti animo facienda. [illegible] Psalmo 1. *quod in lege Domini vo[illegible] [illegible]itabitur die ac nocte.* Super quo dicit [illegible] *[illegible] est legis non solum in legendo scripturam, [illegible] [illegible]ciendo.* De mandatis vero dicebat Da[illegible] *[illegible]bar in mandatis, quæ dilexi.* De scriptura vero [illegible] *[illegible]runt [illegible] verba mea, quæ ego tibi præcipio, [illegible] ea filijs tuis, & meditaberis in eis die ac nocte, se[illegible] [illegible] in itinere, & dormiens atque consurgens. [illegible] volumen legis huius de ore tuo, sed meditaberis in eo [illegible] facias ea, & custodias quæ scripta sunt in eo.* Patet [illegible] meditari debemus Dei maiestatem, quæ [illegible]

[illegible] quod meditari debemus morum qualita[illegible] [illegible] scilicet, vitia & virtutes: Vitia, scilic. Et [illegible] ea fugiamus, & vt pro eis gemamus, & do[illegible] *[illegible]mus quasi vrsi, & quasi columbæ meditantes geme[illegible]* [illegible] quiramus, & doleamus Esa. 59. *Ru[illegible] columbæ meditantes gememus.* Virtutes ve[illegible] [illegible], & vt ipsas in nostris motib. inseramus. [illegible] temperantia, quæ vera loquatur, in sa[illegible] [illegible], in reuerentia, qua Deo subdatur. Me[illegible] [illegible]tudine locutionis, dicens Pr. 8. *Verita[illegible] [illegible] meum, aperientur labia mea, vt recta prædi[illegible]* [illegible] ectionis dicitur in Ps. 36. *Os iusti medi[illegible] & lingua eius loquetur iudicium, lex Dei eius in corde* [illegible] subiectionis dicitur Pr. 15. *Mens iusti medita[illegible]* Patet igitur, quod meditari debemus morum [illegible] nobis insidet.

[illegible], quod meditari debemus rerum vanitatem, [illegible] possidet. Quia vir prudens multum debet me[illegible] de rebus mundanis quam sint diuersis ac [illegible] quam breuis durationis, & retentionis quam dolo[illegible] [illegible] quam vanæ & inutilis possessionis. Psa. 37. *Po[illegible] [illegible]*

[illegible] quod meditari debemus mortis breuitatem, [illegible] possidet. Sapiens n. diligenter, & sæpe meditatur de [illegible] *Oculi tui cernent terram de longe, cor tuum meditabitur* [illegible] de Hier. ad Heliodorum dicit, *quod Platonis sententia [illegible]rum: vitam meditationem esse mortis.*

[illegible] dico, quod meditari debemus cœli ciuitatem [illegible] residet. Vnde Prosper de vita contemplatiua [illegible]. *Vitæ contemplatiuæ sectator ad conditorem suum cor[illegible] [illegible] ipsi contemplando ac insatiabiliter perfruendo [illegible] iugiter concupiscat, omnia quibus inde potest a[illegible] [illegible]ationes ac totam spem ex ipsius delectatione suspendat, [illegible] meditationibus vacet, & in eis se diuinitus illumina[illegible]* [illegible] patet, quod meditatio quandoque sumitur [illegible]

[illegible] adhuc dico, quod quandoque sumitur in malo. [illegible] nihil aliud est, quam in aliqua malitia profun[illegible] [illegible] mali deliberatio & intentio. Mali enim [illegible], videlicet dolum atque nequitiam Psalmo 35. *[illegible] meditatus est in cubili suo, astitit omni viæ non bonæ, malitiam [illegible]* [illegible] rixam atque discordiam Pr. 27. *Qui medi[illegible] diligit rixas, & qui exaltat cor suum, quærit ruinam.* [illegible] Prou. 24. *Rapinas meditatur mens eorum, &* [illegible] igitur de meditatione sufficiant. Vi[illegible] [illegible] consideratio, deliberatio, attentio, con[illegible] [illegible] [illegible] nibus.

[illegible]

## Medium. Medietas.

[illegible] quidem [illegible] A

[illegible] esse [illegible] nature [illegible] Medium [illegible] fas [illegible] ea, [illegible] de [illegible] ta.

[illegible] d[illegible],
[illegible] æ[illegible],
[illegible],
[illegible],
[illegible],
[illegible],
C[illegible] [illegible]itatem,
Mund[illegible] [illegible]eritatem,
Pe[illegible] [illegible] peruersitatem,
Infer[illegible] [illegible]lamitatem.

Prælati enim & iudices habent esse in me[illegible] æqualiter ad sub[illegible]ditos [illegible] habendo. Virtuosi habent esse [illegible] [illegible], c[illegible] d. et cum socijs conuersando boni insuper solent tenere [illegible] medium, ab extremitatib. vitiorum fugiendo [illegible] [illegible]lendo. Cur[illegible] [illegible] solent esse in medio profundius se occ[illegible]ltando. Deus autem habet esse in medio, sublimiter regnando, & in [illegible] Paradisus est in medio, quia latitudinem & æquitatem tenet omnib. impendendo. Clerus est in medio, inter Deum & homines intercedendo. Mundus est in medio, malos in suis vitijs implicando. Peccator est in medio, peruersas societates sectando. Inf[illegible]nus est in medio centrum tenendo, & ineuasibiliter impios includendo. ¶ Sic igitur dicam, quod in scriptura reperitur. B

Medium {
Iustis & æquitatis,
Pacis & vnitatis,
Virtutis & bonitatis,
Cordis & voluntatis,
Dei & suæ auctoritatis,
Cœli & summæ fœlicitatis,
Cleri & Ecclesiasticæ conformitatis,
Mundi & terrenæ prosperitatis,
Peccati & grauis societatis,
Inferni & æternæ calamitatis.
}

De medio iustis & æquitatis potest dici illud Psalm. 100. *Perambulabam in innocentia cordis mei in medio domus meæ:* de medio concordiæ & vnitatis potest dici illud Deuter. 5. *Ego sequester & medius fui inter Dominum & vos.* De medio virtutis & bonitatis potest dici illud Ezech. 37. *Sanctificationem ponam in medio,* quasi dicat, Sanctificatio, i. virtus tenet locum & statum medium. De medio cordis & voluntatis potest dici illud Hier. 23. *Contritum cor meum in medio mei:* De medio Dei, & suæ auctoritatis, quo sc. Deus dicitur tenere medium, & hoc quia altior, quia potentior, quia in infinitum ab omni parte diffusior, cum ipse sit sphæra cuius centrum vbique est, circumferentia autem nusquam terminatur, de ipso inquam potest dici illud Apocal. 5 *Ecce in medio throni, & quatuor animalium, & 24. seniorum agnum stantem, &c.* Et illud. Apoc. 14. *Vidi angelum volantem per medium cœli habentem euangelium æternum* Psalm. 81. *Deus stetit in synagoga Deorum, in medio autem Deus dijudicat.* De medio Paradisi & summæ fœlicitatis, quod sc. medium potest dici, eo quod ista fit ibi sola meditatio & distributio præmiorum, & eo etiam, quia est in cœlo, quod est rotundum, & per consequens medium rationis est in qualibet eius parte, potest dici illud Ezech. 11 *Ascendit gloria Domini de medio ciuitatis,* ita quod beati possunt dicere illud P[illegible] 47 *Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui.* De medio cleri [illegible] Ecclesiasticæ conformitatis potest dici illud Ecc. 14. *In medio Ecclesiæ aperiet os eius.* De medio mundi seu terrenæ dignitat[illegible] [illegible] prosperitatis potest dici illud Hier. 40. *Recedite de medio Babylonis,* i. mundi. De medio peccati & malæ societatis po[illegible]est d[illegible] [illegible]d, quod de peccatoribus dicitur in Ps. 54. *Nequitiæ in tabernaculis eorum in medio eorum.* De medio autem inferni & æterni[illegible] c[illegible]lamitatis potest dici illud, quod de peccatoribus dicitur Ezech. 21. *Sanguis tuus in medio terræ:* & 30. *Dissipabuntur in medio terrarum.* Medium n. est locus obscurior, profundior, & ad euadendum difficilior, sic infernus. Ideo in Ps. 22. dicitur: *medium vmbræ mortis.* Vnde damnatis potest dici illud Ez. 22. *Sicut conflatur argentum in medio fornacis, sic eritis in medio eius.* ¶ De [illegible] mediis [illegible] longum esset dicere. Dicam tamen aliqua de quibusdam

¶ Primo ergo dicam, quod est quoddam medium [illegible] iustitiæ [illegible] æquitatis, Et illud est illud medium temperantiæ, iustitiæ & [illegible]

ritatis, i[illegible] principes, iudices & prælati-[illegible] De quo P[illegible] iustitia [illegible] in medio semitarum iudicij. Sol qui est[illegible] situs est in medio eorundem. Ad denotandum, qu[illegible] qui sunt reges & iudices aliorum, debent in medio aliorũ ad omnes æqualiter cæteris paribus se habere, nec magis ad vnũ, quam ad aliũ appropinquare per acceptionem person[illegible], sed in promotionib. & punitionibus inter omnes æqualiter [illegible] diare [illegible] undum ex[illegible] exemplum C[illegible], qui [illegible] in medio [illegible] legitur stetisse, & æquitatis medium tenu[illegible]. Me[illegible] enim [illegible] tenere beat. Vide Io. 4. [illegible] *stetit Iesus in medio discipulorum* [illegible] Lu. 22. *Ego autem in medio vestri sum* [illegible] habe[illegible] go [illegible] ales esse [illegible] ed oper[illegible] & æquitatem. Et d[illegible] bent esse medij inter Deum & populum, per exc[illegible] leutia [illegible] & d[illegible] tem Deut. 5. *Ego sequester & medius sum inter vos & Dominum.* C[illegible] ua enim vngues, & cartilagines, & capilli tenent naturam mediam inter ossa & carnem. Stipes etiam in arbore medius est inter radicem & ramos. Stomachus est medius inter os & membra. Stipes n. à radice haurit, & ad ramos mittit. A radice enim arbor sostinetur, & rami per eam sopportantur. Stomachus etiam cibos, quos ab ore recipit, sibi ipsi non retinet, sed sicut bonus mediator ad membra nutrienda transmittit. Sic proculdubio bonus prælatus, & medius, & mediator debet esse inter Deum & populum, quia sci. à Deo sicut à radice debet per deuotionem haurire cibum & deuotionem gratiæ & sapientiæ, vnde possit ramos & subditos spiritualiter enutrire. Naturam etiam debet habere mediam inter carnem, & ossa, i. inter homines & Angelos, quia s. nec de toto debet esse caro, i. carnalis nec ex toto potest esse os, i. e. spiritualis, quia videlicet non p[illegible]test habere osseam vel angelicam firmitatem, nec ex toto debet continere carneam vel pestificam vitalitatem. Mediam igitur vitam debet tenere, & medius inter Deum & homines debet apparere, & sicut mediator Dei & hominum, causam subditorum apud Deum debet cum diligentia procurare, ita quod de eo possit dici illud Ioan. 1. *Medius autem vestrum stetit quem vos nescitis.* De tali ergo medio, quod pertinet ad Iudices & prælatos, possumus exponere illud præallegatum. *Ego autem in medio vestri sum.* Luc. 22.

D ¶ Vbi aduerte, quod locus medius habet ex sui conditione.

Nobilitatem,
Communitatem,
Stabilitatem,

Nobilitatem dico, quia locus medius habet circumiscentibus præeminere: Communitatem etiam, quia locus medius solet ad circumferentiam æqualiter se habere: Stabilitatem insuper, quia locus medius solet (vt cõmuniter) totior, immobilior permanere. Sic proculdubio locus, gradus & status talium, videl. prælatorum, iudicum & magnatum, debet esse nobilior in dignitate, ideo dicitur (Ego) quod est primæ personæ. Cõmunior in charitate, ideo dicitur (In medio vestri.) Stabilior in infirmitate, ideo dicitur (Sum.) Ista o[illegible] tria pertinent ad bonũ iudicem vel prælatum, videlic. quod habeat honoris sublimitatem (Ego inquit) Amoris communitatem. (In medio inquit vestri.) Vigoris stabilitatem. (Sum inquit.) Dico, quod tale mediũ dat honorem & prælationem. (Ego inquit,) In figura enim rotunda locus medius præeminet alijs. In cœlo etiam stella, quæ est in medio poli arctici, est altior omnib. alijs stellis. Quia pro certo in cœlo Ecclesiæ militantis illi, qui habẽt in medio iustitiæ præsidere, s. iudices & prælati, debent esse superiores alijs in honoribus & in dignitatib. altiores Eccle. 10. *In medio fratrum rector illorum in honore.* Decet n. iudicem vel prælatum maiestatem ampliorem habere, & se in omnib. ostendere suis subditis altiorẽ. Quod ostenditur, cum dicitur (Ego) quod est primitiuæ speciei, numeri singularis, omnis generis, & primæ personæ, quia pro certo tales debent esse primæ personæ in excellentia & honore. Omnis generis, præ amicitia & amore, quia scil. non debent habere genus proprium. Omnes enim debent æqualiter attingere, quantum ad medium tenendum. Exemplo Christi qui dicit Mat. 12. *Quæ est mater mea, & fratres mei? quasi dicat, nullum in speciali.* Et sequitur. Omnis, qui [illegible] cerit voluntatem patris mei qui in cœ[illegible] est, ille [illegible] ater meus & mater, & soror est, quia sc. quantum a[illegible] iustitiam prælatus non debet cognoscere personam, sed esse [illegible] ni[illegible] s generis, *vt æqualiter sit ei cura de omnib. sicut dicitur*, Sap. [illegible] singul[illegible] is numeri etiam debet esse qu[illegible] a pro certo ad iudicẽ v[illegible] prælatum bene [illegible] tio[illegible] t, quod se exhibeat in plurib. solita[illegible] [illegible] & [illegible] gu[illegible], & non nimis communem & familiarem,

[illegible] comitius, vt [illegible] *me transeam.* E[illegible] quod ipse sit pr[illegible] tem primariam[illegible] ad omnes se æqu[illegible] nullam familiari[illegible] dico, quod ipse poterit [illegible] ipso medio deuiare. Ego [illegible] *Ego ero in gloria in medio eius.* [illegible] iustitiæ honorem & prælatio[illegible]

¶ Deinde dico, quod tale m[illegible] nionem. (In medio inquit vestri. Sicut [illegible] dio æqualiter distat ab extremis, nec m[illegible] vnum extremum, quam ad aliud, sic ve[illegible] Iudex qui in medio iustitiæ vult manere [illegible] affectionem, vel personarum acceptionem [illegible] ad alium appropinquare, sed omnib. æqua[illegible] impendere, & omnes generaliter adiuuare [illegible] vestri.) Aggæi 2. *Spiritus meus in medio vestri.* Firm[illegible] factum in medio aquarum. Lignum vitæ fuit [illegible] dio Paradisi. Filij Israel transierunt per mediũ sicci [illegible] cerdotes, qui portabant arcam in medio Iordanis pe[illegible] sicut dicitur Gen. 1. & 2. Exo. 14. & Ios. 7. Ad denotandum, quod iudices, & prælati, qui debent esse firmamentum per constantiam, lignum vitæ per clementiam, filij Israel, i. Deum videntes per conscientiam, sacerdotes, i. sacra docentes per eloquentiam tales (dico) debent esse medium iustitiæ, & sine acceptione personarum per medium transire Luc. 4. *Iesus autem transiens per medium illorum ibat*, vt sic dicat quilibet talis [illegible] ud Ps. 1[illegible]. *Perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meæ.* In medio ergo vestri Leu. 26. *Ponam tabernaculum meum in medio vestri.* Comparatur prælatum tabernaculo, in quo arca, tabulæ Cherubin, virga, manna, altare, mensa, candelabrum, & propitiatorium, sicut dicitur Exo 27. & deinceps. Quia sc. prælatus debet habere arcam secretæ habitationis, tabulas legis diuinæ & ordinationis, Cherubin altæ contemplationis, virgam correctionis, mãnæ compassionis, altare orationis, mensam refectionis, candelabrum discretionis, propitiatorium veniæ & piæ miserationis [illegible] proculdubio ipse propriè erit in medio vestri 1. Thes. 2 *facti sumus sicut paruuli in medio vestri.* Medium ergo iustitiæ exigit amorem & communionem.

¶ Denique dico, quod medium iustitiæ requirit vigorem durationem, quod ostenditur, cum dicitur Sum. Res enim [illegible] medio magis est tuta & firma, magis durabilis & lon[illegible] illa, quæ habitat in extremis. Et ideo polus, quod est [illegible] medio cœli, est stella immobilis. Terra etiam, quæ est in [illegible] elementorum, est naturaliter stabilis & immota. Ad deno[illegible] dum, quod illi, qui in medio æquitatis & iustitiæ sunt locati [illegible] bent esse immobiliter & durabiliter in virtute & constan[illegible] dicati. Decet enim iudicem vel prælatum esse virum solidu[illegible] constantem, non immobilem, variabilem atque leuem. S[illegible] inquit, vt sic possit dicere illud Mat. 8. *Ibi sum in medio eorum.* Christo etiam dicitur, *quod ipse stetit in medio discipulorum.* Et [illegible] 20. & Luc. 6. dictum est infirmo. *Surge, & sta in medio.* Ad denotandum, quod illi, qui medium locum iustitiæ in Eccles. [illegible] stantes & stabiles esse debent. Et sic igitur patet, quomodo [illegible] les iudices & prælati, qui medium potestatis iudiciariæ [illegible] in mundo, debent habere.

Perfectam stabilitatem,
Communem æqualitatem,
Ecclesiam auctoritatem.

Et ipsi ita poterunt figurari in illa arbore Dan. 4. *Ecce, inqui[illegible] bor in medio terræ, altitudo eius nimia, & magna arbor & fort[illegible] ceritas eius contingens ad cœlum, folia eius pulcherrima, fructu[illegible] nimis, & esca vniuersorum in ea.* Longum esset exponere ea[illegible] di eam in sermone præcedentis ramos de arboribus. [illegible] vis, pone figuram Apocal. 1. qualis describitur esse ille, *qui ambulabat in medio candelabrorum aureorum*, scilicet Iudea, vel prælatus, qui inter candelabra, id est, inter viros lucidos, se det in medio prælaturæ. Proculdubio dicitur ibi, quod ipse habebat capillos candidos, oculos lucentes, pedes ardentes, gladium in ore, & septem stellas in manu tenebat. Quia pro certo tales debent habere capillos candidos per innocentiam, [illegible] culos lucentes per sapientiam, pedes, id est, affectus ardentes per am[illegible] citiam,

ctionem & duritiam. Septem ... orum in manu tenere per effi- ..., qui tenent medium aliorũ. ... multos, quia proculdubio in ... non sedent hodie tales viri perfecti. Quod figuratum est Apoc. 5. *vbi ipse & in medio ... torum agnum stantem.* Quis pro ... medio throni, qui non sunt proprie ... go, quod est quoddam medium iustissimæ

...palitet dico, quod est quoddam medium ... is. Et istud est medium, quod tenent viri semper ... olunt esse per concordiam & amo- ... Medium enim participat cum extre- ...ante ... edio extrema inuicem copulantur. Sic ... h... atim, viros extreme contrarios & diuer- ... uibus per charitatis vinculum copulare, al... um, per amorem & concordiam habitare. Et ... er debet esse in medio cordis alterius per ...atem & dilectionem. Vnde Ezech. 1. *Erat rota in* in medio etiam aliorum per communem concor- ... sicut de Hierusalem, quæ interpretatur paci- ... *Ista est Hierusalem, in medio gentium posui eam.* Et ... *dentibus illis erat Petrus in medio.* Et nota, quod de- medi... aliorum, vt dent.

Mœ...entibus consolationem,
Di...ordibus pacis vnionem,
E...antibus eruditionem,
Egentibus recreationem,
...tibus securationem,
Laudantibus excitationem.

...q... boni sunt in medio aliorum ad consolatio- ... sic loquitur Ezech. *quod ipse erat in medio ... iuxta flumen Chobar.* Ezech. 1. Item ad reconciliatio- ...du... Vnde de Christo dicitur Ioan. 20. *quod ipse ... in medio discipulorum, & dixit: Pax vobis.* Item ad eruditio- ...un. Vnde ad viros sapientes & lucidos quia altos ...dire, potest referri illud Ezech. 1. *In medio animalium ...* Item ad recreationem egentium Ezech. 19. *In medio ... nutriuit catulos suos.* Item ad roborationem timenti- ... 22. *Si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, ... mecum es.* Item ad excitationem laudantium Psal. 21. *... ecclesiæ laudabo te.* Et Psalm. 103. *Super ea volucres cæli habi- ... de medio petrarum dabunt voces.* Istud est ergo medium con- ...e ... itatum. Sed contra nota, quod mali habitant in ... aliorum,

Ad ⎧Exequendum crudelitatem,
   ⎨Exercendum carnalitatem,
   ⎩Faciendum iniquitatem.

...tæ crudelitatis dicitur Matt. 10. *Ecce ego mitto vos sicut ... in medio luporum.* De medio vero carnalitatis dicitur in Ps. 67. *... in medio iuuencularum tympanistriarum.* De medio vero iniquitatis ... 54. *Nequitiæ in habitaculis eorum.* Et Ps. 54. *Labor in me- ... & iniustitia.* Est igitur quoddam medium concordissimæ

...principaliter dico, quod est medium intimissimæ ... Et sic per medium potest intelligi cor humanum, ...ns in medio carnis nostræ. Istud enim est me- ...nsistit virtus. Sicut ergo aranea primo facit, & ... telæ suæ, postea vero laborat extrema repara- ... reformare, sic vere homo debet vacare ad repa- ... possessionem medii sui, i. conscientiæ seu cordis, ... gratias & virtutes spiritualem reformationem 3. ... *... tex medium atq;* Et inde poterit vacare ad extre- ...a, i. ad corporalia & temporalia gubernanda, *Primum quærite regnum Dei, & cætera adiicientur vobis.* ... etiam vult facere circulum seu sphæram, necesse ... ante omnia, quod in medio figat circinum, & incipiat opus suum, & quod deinde circumqua- ... lineam siue sphæram. Sic vere, qui circulum & ...onis vult in seipso componere, debet ante o- ...dium cordis sui intendere & vacare, & sic alia ... ordinare. Vnde nota, quod istud medium est ...n, & a vitijs diligentissime custodiendum. ...es intrant vsque ad medium ciuitatis, facili- ... *Bernhard.*

...ret capiunt ... residuum. Sic vitia intrant ad cor per consen- sum, faciliter destruunt residuum per effectum. Bene ergo con- sulitur Deut. 13. *Auferas malum de medio tui.* & Gen. 35. *Abijcite deos alienos de medio vestri.* Nota ergo, quod istud medium est custo- diendum.

Quia est ⎧Firmitatis propugnaculum,
        ⎨Sanctitatis tabernaculum,
        ⎩Deitatis habitaculum.

Est (dico) propugnaculum firmitatis. Istud est enim castrum, quod nunquam per violentiam potest capi. Vnde Genes. 1. *Fiat firmamentum in medio.* Item est tabernaculum sanctitatis, quia sc. omnis virtus & sanctitudo habet in corde principaliter se- dem suam Ez. 37. *Dabo sanctificationem meam in medio ipsorum.* Ibi enim feruet dilectio Psalm. 21. *Factum est cor meum tanquam cera liquescens in medio ventris mei.* Item ibi dolet contritio Hierem. 23. *Contritum est cor meum in medio mei.* Ibi insuper supplicat ora- tio Esa. 18. *Erat altare domini in medio terræ.* Ibi nihilominus hu- miliat se subiectio. Mich. 6. *Humiliatio tua in medio tui.* Item, di- co, quod istud medium est habitaculum Deitatis, quia scil. De- us habitat spiritualiter in anima & in corde. Vnde Deut. 7. & Sopho. 3. *Dominus Deus tuus in medio tui:* In Psal. dicitur. *Magnus in medio tui sanctus Israel.* Et sic igitur patet, quod est medium inti- missimæ voluntatis.

¶ Quarto dico, quod est medium ordinatissimæ bonitatis, & istud est medium virtutis, quia viri religiosi semper solent te- nere medium, hoc est, non diminutionem aut superfluitatem, non enim sunt diminuti nec superflui, sicut patuit in Salomo- ne, *qui non petebat diuitias, nec paupertates, sed tantum victui necessaria.* Prouerb. 30. virtus enim consistit in medio, sicut patet de li- beralitate, quæ media est. Prodigalitas vero & auaritia extre- ma vitia sunt, quorum scilicet vnum superfluum continet, & aliud diminutum. Sancti ergo medium tenuerunt, quia me- dium tenuere beati. Ab extremis autem recesserunt, id est, à vitijs, quia sicut dicitur Prouerb. 14. *Extrema gaudij luctus occupat.* Et ideo dicitur Mat. 18. *quod aduocans Iesus paruulum, statuit eum in medio, &c.* Vbi nota, quod ad hoc quod homo sit in medio vir- tutis, necesse est, quod Dei bonitas auxilietur. (Aduocans in- quit Iesus.) Quod mentis vanitas humilietur. (Paruulum in- quit.) Quod cordis firmitas ratificetur. (Statuit inquit eum, &c.) Ad istud propositum potes adducere omnes auctoritates quæ sunt supra de medio iustitiæ, & etiam de medio societatis. Et si vis, potes notare hic, quod Christus inuenitur semper fu- isse in medio, videl. iacens in medio animalium Abac. 3. *Pendens in medio latronum.* Ioan. 9. *Sedens in medio iudæorum, & doctorum.* Lu. 2. *Stans in medio discipulorum.* Io. 20. I

¶ In quibus verbis proculdubio medium quatuor virtutum cardinalium denotatur. Quia vere iste iacuit in medio anima- lium per prudentiam. Extrema enim prudentiæ, quæ sunt calli- ditas & fatuitas per bouem, asinum designantur. Bos enim qui semper ruminat, & habet cornua, signat illos, qui in callidi- tate suæ prudentiæ gloriantur. Item iste pependit in medio latronum, per temperantiam, quæ, scilicet, carnem cum vitijs crucifigit. Duo enim latrones sunt duo extrema scilicet cura carnis in desiderijs, qui est sinister & blasphemus: Carnis nimia mortificatio, dexter, cui faciliter indulgetur. De isto medio dicit Bernardus. *Oportet carnem restringere, non extinguere, deprime- re, non opprimere, sernat, ne sauiat: ancilletur, ne dominetur.* Iste sedit in medio doctorum per iustitiam, ad quam scilicet pertinet in medio sedere, & cuius extrema sunt remissio & crudelitas. Item stetit in medio discipulorum per fortitudinem & con- stantiam, cuius scilicet extrema sunt pusillanimitas, quam ha- buit Ioannes, qui nudum fugit. Et temeritas quam habuit Petrus, qui gladio fuit, & tandem abijt. In omnibus igitur debemus exemplo Christi medium tenere, & ad extrema vi- tiorum nullatenus applicare, vt cuilibet nostrum dicatur illud Luc 6. *Surge, & sta in medio.* ¶ Quinto & vltimo dico, quod inue- K nitur medium mundanæ ciuitatis vel prosperitatis, quia quan- doq; per medium potest intelligi mundus vel prosperitas ipsa mundana. Vt communiter n. locus medius ciuitatis est locus magis populosus, magis clamosus, magis lutosus, etiam com- munis, & amplius pretiosus. Sic vere status mundanus, & po- tissime status malorum, est populosior & opulentior, frequen- tior & communior. Sicut enim omnia grauia naturaliter pe- tunt medium (scilicet centrum, quod est in medio terræ) sic omnes peccatores petunt, & desiderant istum mundum.

B: notemus, quod istud medium est.

Locus { Horroris, Laboris, Ardoris, Cruoris, Fœtoris.

Locus (dico) horroris. Ezech. 8. *Abominationes tuæ in medio tui erunt*. Locus etiam laboris Psalm. 54. *Labor in medio eius & iniustitia*. Item locus ardoris, s. auaritiæ. Ezech. 38. *Producam ignem de medio tui, qui comedat te*. Item locus cruoris, id est, crudelitatis. Vnde Hier. 41. *Ad medium ciuitatis interficiet eos*. Locus etiam fœtoris Ez. 22. *Coinquinabit in medio eorũ*. Et sic igitur aliqua patent de quintuplici medio, videlicet de medio æquitatis & iustitiæ, societatis & concordiæ, voluntatis & conscientiæ, virtutis & temperantiæ, mundanæ prosperitatis & abundantiæ. Et hæc de medio sufficiant.

A **Medulla.** Cum medulla sit tenera & mollis substantia in medio ossium sita, & ad temperamentum suę siccitatis ordinata, dulcis, sapida & delicata, possumus dicere, quod in bono significato medulla denotat

Pinguedinem gratiæ & deuotionis.
Dulcedinem gratiæ & deuotionis,
Mulcedinem modestiæ & benignæ conditionis,
Teneritudinẽ clementiæ, pietatis & compassionis.

De medulla enim gratiæ & deuotionis dicitur Gen. 45. *Dabo vobis omnia bona, vt comedatis medullam terræ*. De medulla gloriæ & fruitionis dicitur Deu. 32. *quod Deus constituit filios Israel super excelsam terram, vt comederent fructus agrorum, & sugerent mel de petra*. Sequitur. *Et hircos medullæ tritici, & sanguinem vuæ biberent meracissimũ*. De medulla autem benignitatis & piæ conditionis dicitur Nu. 18. *Omnem medullam olei & vini, & frumenti, & quicquid offerunt domino, dedi tibi*. De medulla autem clementiæ & pietatis, & compassionis dicitur illud Psa. 65. *Holocausta medullata offeram tibi cum incensu arietum, offeram tibi boues cum hircis*. ¶ In malo vero signifi-

B cato.

Medulla signat { Pinguedinem carnalitatis, Dulcedinem prosperitatis, Mulcedinem verbositatis, Teneritudinem debilitatis & imbecillitatis.

De pinguedine carnalitatis dicitur Iob 21. *quod viscera ipsius*, sc. carnalia hominis, *plena sunt adipe, & medullis ossa illius irrigantur*. De pinguedine prosperitatis dicitur Eze. 17. *quod aquila grandis venit ad libanum, tulit medullam cedri, &c*. Expone sicut alibi. De medulla adulatoriæ verbositatis, seu loquacitatis, seu etiam delicatæ fragilitatis potest dici illud Esa. 25. *Faciet*, inquit, *conuiuium pinguium medullatorum vindemiæ defecatæ*. Tales enim semper volunt esse in conuiuijs & in delicijs pinguium & vinorum. Vide aliam tit. pinguedo, vel adeps.

A **Mel.** Nota, quod cum de melle supra in plurib. locis & capitulis plurima iam sint dicta, modicum intendo dicere quoad præsens. Quamuis enim multa possint inueniri exempla de melle, paucæ tamen auctoritates inueniũtur. Et ideo hoc solum nota, quod cum mel sit res dulcissima, hinc est, quod significare videtur illa, quæ ad dulcedinem pertinere noscuntur, quapropter vide supra de dulcedine. Nota igitur, quod mel accipitur in bono & in malo. In bono enim designat

Gratiæ suauitatem,
Gloriæ fœlicitatem,
Sapientiæ sinceritatem,
Misericordiæ benignitatem,
Eloquentiæ gratiositatem.

Signat (dico) gratiæ suauitatem. Vnde de melle gratiæ dicitur Matth. 3. *quod beati Ioannis esca erat locustæ, & mel syluestre*. Item signat gloriæ fœlicitatem. Vnde Paradisus est illa terra, fluens lacte & melle, de qua tanta fit mentio in scriptura, de quo Deut. 32. *Constituit eam super excelsam terram, vt sugeret mel de petra, &c*. Vide supra de excelso. Item signat sapientiæ subtilitatem. Vnde istud est mel, de quo hausto illuminati sunt oculi Ionathæ 1. Regum 14. Vnde Cant. 5. *Comedi fauum cum melle meo, &c*. vide eam supra de comedere. Et vide alibi & supra de bibere. Item signat clementię benignitatem, de quo Ezech. 27. *Balsamum & mel, & oleum proposuerunt in mercatu suo*. Item signat eloquentiæ gratiositatem. Vnde Cant. 4. *Fauus distillans labia tua, mel lac sub lingua tua*. Vide eam supra de lacte, & in Psalm. 118. *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo*. Longum esset hic [illegible] qui, sed omitto gratia breuitatis, quia in tabula inuenies ea[illegible] infinita de apibus & melle. ¶ Sed adhuc dico, quod mel quan- B
doque accipitur in malo, & sic mel significat

Inquinationem carnalitatis,
Adulationem fallacitatis,
Delectationem prosperitatis.

Significat (dico) carnalitatis inquinationem. Vnde Prou. 25. *Qui mel comedit multum, non est ei bonũ*. Item signat fallacitatis adulationem. Vt Iudic. 15. vbi dicitur, *quod Samson inuenit in ore Leonis fauum mellis*, quia, s. multi sunt qui quamuis sint crudelis & leoninæ conditionis, portant tamen in ore mel fallacis & blandæ adulationis. Similes apibus, quæ vna cum aculeo portant mel. Et istud est illud mel, quod Dominus prohi[illegible] in sacrificio, Leu. 2. *Nec quicquam*, inquit, *mellis aut ferment[illegible] in sacrificiis Domini*. Quia Deus in sacrificio nec acceptat [illegible]ulationis, nec fermentũ malitiæ aut detractionis. Ite[m] sig[nific]at prosperitatis delectationem. Et istud est mel inf[illegible] [m]aculatiuum, & inquinatiuum. De quo 1. Reg. 14 dicitur, *quod vulgus venit ad saltum vbi erat mel super faciem agri*, & dicitur ibi, *quod quia Ionathas de illo melle comedit*, i. in dulcedine prosperitatis mũdanæ *in periculo mortis fuit*. Quia vere illi, qui de melle, de dulcedine mundanæ prosperitatis comedunt mortis æternæ periculo se exponunt. Et hæc de melle sufficiant. Vide in tabula.

**Melius. Melior.** Nota quod res quanto sunt meliorea, tanto sunt acceptiores & eligibiliores. Et ideo quanto homo se fecerit in morib. meliore, tanto se reddit ad Deum acceptiorem. Sicut n. videmus, quod in omni genere aut specie semper est dare, quod aliqua sunt alijs meliora, sicut apparet inter stellas, quia secundum Apostolum 1. Cor. 16. *Stella differt à stella in claritate*, sicut etiam patet in animalib. in arborib. herbis & lapidibus, vbi semper inueniuntur aliqua alijs in suo genere meliora, quia sicut dicitur Eccl. 36. *Bono melius inuenitur*, sic proculdubio dico, quod in moralib. est dare homines alijs meliores, & in sufficientijs clariores. Et ideo breuiter notare possumus, quod tria genera hominum debent esse cæteris meliora, videlicet. A

Prælati respectu subditorum,
Clerici respectu laicorum,
Antiqui respectu iuniorum.

Primo ergo dico, quod meliores debent esse illi, qui sunt superiores in prælatione. In natura enim videmus, quod illa, quæ sunt superiora, sunt inferiorib. meliora. Stellæ enim & corpora cœlestia multo sunt perfectiora & melioris conditionis quam ista inferiora, quæ sũt corruptibilia, atq; vana. Secundum Isaac in dictis, herbæ etiam & fructus, quæ crescunt in montib. multo sunt meliores, quam illæ, quæ crescunt in vallibus & paludibus. Cinnamomũ etiam, quod crescit in superiori parte arboris, valde est laudabilius & melius, sicut dicit Plini. quam illud quod crescit in parte inferiori. In quib quidẽ instruimur, quod illi, qui sunt in monte, & in cœlo, & in superiori parte Ecclesiæ, videlicet in officio prælaturæ constituti & locati, debent esse meliores in scientiis, & moribus, quam illi, qui in statu subiectionis inferius sunt detenti. Teste enim Hugone & Vegetio, *Tunc bene respublica regitur quando non potest esse maior, nisi qui melior*: Quod bene ponitur 1. Reg. 9. vbi de Saul promouendo ad regnum, dicitur, *quod de cunctis filijs Israel non erat melior illo*. Et ideo dicitur 4. Reg. 10. *Eligite meliorem de filijs domini vestri, & ponite eũ super solium patris sui*. Illud tamen proculdubio hodie in plurib. in contrarium est mutatum, quia s. illi superiores hodie non sũt meliores, imo multoties sunt peiores. Quia sicut dicitur Oseæ 8. *Multi mali regnauerunt, sed non ex me, principes extiterunt, sed non per spiritum meum*. Non sic ergo, sed sint meliores viri in prælatione superiores. ¶ Secundo dico, quod meliores debent esse [qui] perfectiores ex professione, & isti sunt clerici, & religiosi, qui videlicet ex professione status sui habent esse laicis sæcularib. meliores. Res n. tanto est melior, quanto sũmo bono est proximior. Res etiam tanto sunt in genere suo meliores, quanto sunt suo principio propiores. Et quia viri ecclesiastici & rel[igios]i sunt summo bono sc. Deo, qui est omnium rerum princip[ium] & vigo, propinqui, & ad sibi appropinquandum & assistendum spiritualiter deputati, dico, quod debent esse cæteris meliores, & bonitate & efficacia pleniores, ita quod de quolibet tali potest dici illud Hebr. 8. *Nunc autem melius sortitus est ministerium quan-*

*to vigilo-*

[illegible] ¶ Circa quod nota, quod viri [illegible] vel etiam quicunque virtuosi sunt meli[illegible]

[illegible]dus timoris,
Nexor tim[illegible],
Lacryma doloris,
[illegible] census humilitatis,
C[illegible]ctus aduersitatis,
[illegible] [illegible]ctus [illegible]tatis,
Am[illegible] [illegible]ditatis.

[illegible] meliores ratione diuini timoris Ecc. [illegible] *timens Deum, quam decem filij impij.* Et Prouer. 18. [illegible] *timore Dei.* Item ratione fraterni amoris, [illegible] *est vicinus iuxta quam frater longe.* Et Ecclesiast. 4. [illegible] Item ratione interni m[illegible]roris, quia [illegible] *Melius est ire ad domum luctus, quam ad domum* [illegible] [illegible] pressu lacrymatur, valet me[illegible] [illegible] vel de fletu. Item fiunt meliores [illegible] amus enim descendens ad fundum [illegible] qualicut dicitur Prou. 16. *Melius est humiliari cum* [illegible] *diuidere spolia cum superbis.* Item ratione aduersita[illegible] [illegible] conculcata melius proficit. Vento enim tempe[illegible] [illegible] herbæ gaudere. Vnde Prouerb. 16. *Melius* [illegible] Item ratione tenuitatis seu paupertatis. Cu[illegible] [illegible] melius est, quod habet tenuem corticem, sic [illegible] siue pauperem substantiam. Vnde Prouc. 16. [illegible] *quam vir mendax.* Item ratione iucundita[illegible] *Cognoui nihil melius esse hominis quam lætari.* Sic ergo [illegible] & debent esse illi, qui sunt perfectio[illegible] [illegible] ¶ Tertio dico, quod meliores debent esse [illegible] prudentiores ex conditione, sicut sunt se[illegible] [illegible] Secundum enim Plinium quamuis a[illegible] [illegible] [illegible] natura proferat candidiora, arbor [illegible] profert efficaciora, & meliora. Vinum [illegible] posit[illegible] [illegible]sticum vinum, quod dicitur vippel[illegible] [illegible] tanto melius, purius, & efficacius. Vi[illegible] [illegible] quando per triennium vel quadriennium cu[illegible] [illegible] purificatur, quod sparsum in ignem solet ad mo[illegible] [illegible] flammare. Sic proculdubio charissimi, illi, qui sunt [illegible] in ætate, habent esse melius in efficacia & virtute. [illegible] cum plus viuunt, tanto maiorem puritatem contra[illegible] quod more olei per charitatis incendium inardescunt [illegible] dicitur, quod *nemo bibens vinum vetus statim vult no[illegible] dicit enim vetus melius est.* Ista tamen regula fallit hodie in [illegible] quia multos videmus iuniores, qui sunt senioribus me[illegible] [illegible] quinimo multos videmus qui sunt boni in iuuentute, [illegible] efficiuntur mali in senectute. Myrthus enim habet fru[illegible] [illegible] annales, sed tanto sunt meliores, quanto recentiores. [illegible] sæpe accidit, quod homines sunt meliores, quando sunt [illegible] recentes, quam quando efficiuntur in ætate & tem[illegible] [illegible] senes. Ideo plangendo dicebat Bern. in meditatio[illegible] [illegible] *tanto desiderio appetimus vitam istam, in qua quanto* [illegible] *tanto magis peccamus?* Non sic ergo, sed sint meliores [illegible] prælati respectu subditorum, clerici respectu [illegible] antiqui respectu iuniorum.

**Melchisedech.** Nota, quod Melchisedech, qui ad litteram fuit rex Salem, quæ postea [illegible] salem, interpretatur rex iustus, aut rex pacificus, aut rex iustitiæ. *Fuit autem rex & sacerdos* sicut po[illegible] [illegible] sicut dicitur ibidem, iste panem & vinum Deo [illegible] Abraham decimas dedit. Iste ergo secundum A[illegible] [illegible] *Christum figurauit, qui iustus & pacificus semper* [illegible] *& sacerdos etiam dictus fuit.* qui mundum regendo, [illegible] [illegible] descendendo, & panem & vinum in sa[illegible] [illegible] offerendo, seque pro nobis immolando, regis [illegible] officio fuit functus. Psalm. 109. *Tu es sacerdos in* [illegible] *ordinem Melchisedech.* Vel si vis, per istum in[illegible] quilibet vir perfectus, qui scilicet se & alios di[illegible] [illegible]gere, & pro se & alijs preces & sacrificia bono[illegible] immolare, & pacis & iustitiæ cultor esse, de[illegible] [illegible] *etiã à cunctis superfluitatibus decimare* Hebræor. 7. [illegible] Melchisedech rex Salem, sacerdos Dei sum[illegible] [illegible] *Vos estis genus electum, regale sacerdotium, & gens*

**Melodia.** Vide in tit. cantare, & in tit. sonus, & vox.

**Membra.** Nota, quod cum membra sint partes corporis constitutiuæ, hinc est, quod per membra possunt intelligi partes quę constituunt aliquod vniuersum. Cum A igitur plura sint corpora spiritualia, videlicet

Corpus { Beatorum, Perfectorum, Reproborum, Meritorum.

Hinc est, quod plura possumus inuenire membra, videlicet superiora, & ista sunt Angeli & beati, qui sunt membra Ecclesiæ triumphantis. 1. Cor. 12. *Posuit Christus membra, vnumquodque eorum in ipso corpore sicut voluit.* ¶ Item inferiora, & isti sunt homines perfecti, qui sunt membra Ecclesiæ militantis de quibus 1. Cor. 12. *Corpus non est vnum membrum.* ¶ Item exteriora & ista sunt reprobi & damnati, qui sunt membra diaboli, de quibus 1. Corinth. 6. *Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis.* ¶ Item membra interiora, & ista sunt animæ potentiæ, gratiæ & virtutes. Homo enim interior habet membra sua videlicet

Caput intentionis,
Oculos discretionis,
Aures obedientiæ & subiectionis,
Linguam gratiarum actionis,
Nasum deuotionis,
Manus & brachia operationis.
Pectus meditationis,
Ventrem dilectionis,
Pedes affectionis.

Vnde de talibus membris potest dici illud 1. Corinth. 6. *Membra nostra templum sunt spiritus sancti.* ¶ Cum igitur (sicut patet ex B præmissis) per membra possint intelligi Christi fideles, notandum, quod sicut membra corpori vniuntur, pariter cõnectuntur, mutuo consequuntur, officijs distinguuntur, sic vere Christi fideles Christo coniunguntur per fidei & gratiæ vnitatem. Simul connectuntur per veræ amicitiæ charitatem, sibi obsequuntur per mutuæ clementiæ bonitatem, à se distinguuntur per fortunæ transitoriæ qualitatem. Dico igitur, quod ista membra Christi mystico corpori vniuntur. Et istam vnionem facit fides & gratia. Vnde 1. Corinth. 12. *Omnia membra corporis cum sint multa, vnum corpus sunt.* Quod tamen est contra peccatores, qui membra sunt paralytica. Et contra hæreticos, & schismaticos, qui sunt membra abscissa. ¶ Item isti dicuntur membra, C quia per charitatem inuicem connectuntur. Vnde Rom. 12. *Vnum corpus multi sumus in Christo.* Singuli autem alter alterius membra. Quod est contra discordes, inuidos & superbos, qui nullam habent inter se connexionem per charitatem, sed magis odium, inuidiam & contradictionem. Vnde Christus potest dicere illud Rom. 7. *Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ.* ¶ Item per pietatem inuicem obsequun- D tur, quia sicut dicitur 1. Corinth. 12. *Pro se inuicem sollicita sunt membra.* Siquidem cum aliquid patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra. Et si gloriatur vnum membrum, gloriantur omnia membra. Nullum enim membrum est tam nobile, quin libenter iuuet quantumcunque vile membrum. Sic nullus debet esse tam diues, nobilis, vt etiam sanctus, quin compatiatur, & condoleat quin obsequatur, & subueniat quibuscunque malis & peruersis vel etiam quantumcunque miseris & egenis. ¶ Item per qualitatem inuicem distinguuntur, quia E scilicet sicut quodlibet membrum distinctum habet officium, & quodlibet contentum est officio sibi dato à natura, ita quod nullum ambit ad officium alterius acquirendum, sicut patet, quia manus nunquam appetit videre nec ambulare, nec pes audire, & sic de alijs, sic vere viri perfecti distinguuntur à Deo in diuersis officijs & gratiæ, & fortunæ, quia sicut dicitur 1. Cor. 12. *Vni datur sermo scientiæ, & alij, &c.* Sequitur, *Diuisiones gratiarum sunt vnus autem spiritus, diuidens singulis prout vult.* Quantum etiam ad fortunam distincti sunt, quia vnus miles, alius clericus alius diues, alius pauper. Quia sicut dicitur Romanorum 12. *Omnia membra nostri corporis eundem actum non habent.* Et ideo nullus debet officium alterius obire sed gradu & statu proprio debet contentus esse, nec ad bonum alterius anhelare, nec eidem in aliquo inuidere. Quod est contra illos, qui cum sint vna sola persona, volunt tamen in Ecclesia constitui plura membra,

fff 4 vel

vel membr[illegible] officia. Quia si sint decani, non sufficit [illegible] nisi etiam sint archidiaconi, vel cantores. Si habent præbendam in vna, non sufficit [illegible] habeant in alia, ita quod isti volunt fieri plura membra, vel membrorum plura occupare officia. Isti deberent aduertere ad verba Apostoli 1 Corinth. 12. *Corpus non est vnum membrum sed multa.* Et sequitur. *Si totum corpus oculus, vbi auditus? Si totum auditus, vbi odoratus? Nunc autem posuit Deus membra vnumquodque in corpore suo sicut voluit.* Et ista de membris sufficiant. De membris vero corporalibus quomodo debent seruari, occupari & mortificari, vide alibi.

A **Memoria. Memini. Memento. Memorari.** Nota, quod memoria est potentia animæ per quam transacta & præsentia recordamur. Accipitur enim sæpissime pro consideratione & cogitatione rerum absentium, & occultarum & futurarum, sicut Ecc. 14. *Memor esto, quoniam mors non tardabit.* Accipitur etiam memoria pro fama, sicut Ec. 44. *Hi sunt viri misericordiæ, quorum memoria in benedictione est.* Quocunque modo accipiatur, notare possumus, quod est memoria diuina & humana. Diuina memoria nunquam recipit obliuionem. *Memor erit in sæculum testamenti sui* Ps. 110. Humana autem memoria patitur sæpe corruptionem. Sap 4 *Erunt gementes, & memoria eorum peribit.* Notemus ergo, quod in scriptura inuenitur quædam.

Memoria { Petenda, Timenda, Tenenda, Vitanda.

Memoria petenda est memoria diuinæ misericordiæ, de qua in Psal. *Memento nostri Domine in beneplacito populi tui, visita nos in salutari tuo.* Memoria timenda est memoria iustitiæ, de qua in Psal. *Ne memineris iniquitatum nostrarum* Memoria tenenda est memoria humanæ sapientiæ, de qua in Psal. *Memor fui Dei, & delectatus*
B *sum* Memoria vitanda & dimittenda est memoria fraternæ iniuriæ, de qua Leu. 19. *Non memor eris iniuriæ ciuium tuorum* ¶ De bona ergo memoria humana dicamus, quod viri iusti debent habere memoriam præteritorum & etiam futurorum. Sicut enim videmus, & Auicenna dicit, aliqua sunt animalia quæ sunt tenacis valde memoriæ, sicut est canis, equus, camelus (optime enim recordantur vias, per quas ierant, homines qui eis benefecerant, hospitia, in quibus morari consueuerant, quia etiam canes de longinquis partibus solent ad hospitia redire, & viam per quam transierant memorant) sic vere charissimi, viri boni & perfecti debent habere fortem, & tenacem memoriam, quia sc. recordari debent de hospitio Paradisi qualiter inde per peccatum Adæ ceciderunt & exierunt. ¶ Item memorari debent viam totius vitæ suæ qualiter eam transierunt, & in quibus errauerunt, & in quibus profecerunt. Ps. *Memor fui dierum antiquorum,* & Hier. 2. *Vide vias tuas in conualle, scito quid feceris.* ¶ Item memorari debent illos à quibus beneficia receperunt, & habuerunt. Vnde dicit Seneca. *Hæc inter duos beneficij lex est, vt alter statim obliuiscatur dati, alter vero semper sit memor accepti.* Et aduertamus, quod si volumus esse viri perfecti, tria sunt præcipue memoranda de
C Deo, tria de seipso, tria de alio. ¶ Primo quidem de Deo debemus memorari.

Potentiam creatoris.
Clementiam redemptoris,
Iustitiam correctoris.

¶ Dico potentiam creatoris, quia scilicet mirabilia, quæ facit Deus in mundi continua gubernatione, quæ faciet etiam in futuro iudicio in mundi reuelatione, nunquam debent excidere à memoria cordis nostri. Psal. *Memor ero ab initio mirabilium tuorum* Et Ecclesiast. 12. *Memento creatoris tui &c.* ¶ Item clementiam redemptoris. Tormenta enim quæ pro nobis in cruce sustinuit, gratia & gloria quam in cruce obtinuit, magnum pretium, quod pro nobis exhibuit, semper debent à fidelibus memorari & per compassionem & gratiarum actionem iugi memoriæ commendari. Heb. 12 *Recogitate eum, qui talem in corpore suo sustinuit contradictionem.* F[illegible] enim pelliceani videntes matrem suam propter sui viuificationem vulneratam & sanguine diminutam, [illegible] lent sibi dolorem ipsius memorari, & ipsam nutrire, & consolari, & [illegible]ncomitari. Quia scilicet nunquam debet homo obliuisci sanguinem, & vulne[illegible] matris suæ, scilicet Christi, quæ pro nobis viuificandis in cruce consertur sustulisse. Tob.

4. *Honorem exhibebis matri tuæ. Memor enim [illegible] pericula propter te pert[illegible] sit.* Solum enim aspect[illegible] in [illegible] prælium animat [illegible] hantes. Quia sola memoria sanguinis Christi ad prælium [illegible] contra dæmones & vitia, deuotos [illegible] tat, & fideles. Et ideo Christus ad hoc inuitat. [illegible] 4 *cordare paupertatis meæ &c.* & homo debet sibi dicere illud [illegible] *Memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te quia fuisti adiutor meus* & illud. *Propterea memor ero tui de terra [illegible] & Hermoniim à monte [illegible].* ¶ Item memorem[illegible] iustit[illegible] c[illegible] ctoris, quia [illegible] semper debemus habere in memoria, quan[illegible] diuinæ iustitiæ seueritas, quanta est suorum iudicior[illegible] b[illegible] ritas, quanta erit etiam suæ futuræ sententiæ auctor[illegible] *morabor iustitiæ tuæ solius* De aquilae [illegible] legimus, q[illegible] die, qua viderint vel audierint aquilam roboantem [illegible] totam diem taliter recordantur, quod præ timore [illegible] dam volare non audere dicuntur. Quia vere char[illegible] moriam aquilæ quæ est seuerissima, i[illegible] memoriam iustitiæ & ueritatis diuinæ in corde habuer[illegible] nus nunquam [illegible] volabimus. Ideo consuluit Nc æ. 4. *Domini Dei mag[illegible] mementote.* Et sic patet, quod quantum ad Deum [illegible] sunt memoranda, videlicet eius.

Potentia creatiua,
Clementia redemptiua,
Iustitia correctiua.

¶ Secundo dico quantum ad nos, quod sunt tria alia memoranda, videlicet principium, medium, & finis, hoc est dictu[illegible], carnis vilitas & conditio, quod [illegible] ei. principium vitæ: vitæ prauitas & infectio, quod sc. est medium: [illegible] ortis grauitas & afflictio, quod est finis, Memoremur igitur nostram vilitatem & conditionem, quia, scilicet homo debet habere in memoria, quam viliter generatur, quam difficiliter nutritus, quam fragiliter constitutus. Psalm. *Memorare quæ mea [illegible] stantia, nunquid enim vane constituisti omnes filios hominum?* & Genes 3. *Puluis es, & in puluerem reuerteris* ¶ Item memoremur nostram prauitatem, qu[illegible] licet debemus habere in memoria peccata quæ commisi[illegible]mus qualiter ex his Deum offendimus, & qualiter paradisum amisimus, & infernum acquisiuimus. Serpens enim habiturus copulam cum mustela, solet venenum euomere, ipsum tamen postmodum resumere & sibi intimare, & incorporare. Sic vere serpentes, id est, viri iusti, qui sunt prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ [illegible] ad hoc, quod cum Christo per gratiam copulentur, necesse est, quod venenum peccatorum suorum per confessionem euom[illegible], & dimittant, ipsa tamen per recordationem debent resumere, & ventri iugis memoriæ commendare. Sapiens enim Eccle. 5. dicit de propitiatu peccatorum. *Noli esse sine metu.* & Eccles. 11. *In die bonorum ne immemor sis malorum.* ¶ Item memoremur mortis grauitatem. Semper enim debemus habere in memoria mortem, scilicet quam cita, quam aspera, quam occulta. Mortis enim memoria comparatur cineri, qui est residuum corporis resoluti. In lege enim præcipitur, quod *cineres animalium combustorum, & in sacrificio consumptorum in sanctuario & loco mundo reponerentur,* sicut præcipitur Leu. vlt. Ad denotandum, quod in mundo loco conscientiæ nostræ semper debemus cineres nostræ resolutionis, & mortis per memoriam reponere & habere. Genes. 3. *Puluis es & in puluerem reuerteris.* & Ecclesiast. 14. *Memor esto, quoniam mors non tardabit* & 28. *Memento nouissimorum, & desine inimicari, Festina tempus, & memento finis.* Eccle. 36. Et sic dico, quod memorare debemus, sc.

Carnis conditionem & vilitatem,
Culpæ infectionem & prauitatem,
Mortis afflictionem & grauitatem.

¶ Tertio dico, quod quantum ad alios tria sunt etiam memoranda, videlicet. E

Perfectio prædecessorum,
Damnatio malefactorum,
Affectio beneficiorum.

¶ Dico, quod memoranda est perfectio prædecessorum, quia proculdubio bonitas & perfectio antiquorum digna est ab omnib. memorari, & ad eorum laudationem, & ad eorum imitationem, & ad nostrum exemplum & informationem 1. Mac 2. *Mementote operum patrum vestrorum, quæ fecerunt in generationibus suis.* Et 4. *Mementote, quomodo salui facti sunt patres vestri.* Q[illegible] sicut dicitur in Psalm. *In memoria æterna erit iustus.* Vt sic breuiter de memoria, & fama cuiuslibet viri iusti dicatur illud Sap. 4. *Immor-*

[illegible] ad D[illegible] [illegible] [illegible] Et in Psal. *Memoria* [illegible] ¶ Item memoratur damna[illegible] [illegible] de terreamur, ita quod à [illegible] [illegible] Lucæ 17. *Memores estote uxoris Loth* [illegible] quod retro respiciens, *conuersa fuit in statuam salis,* [illegible] 19. Al[illegible] rum etiam quorumcunque affli[illegible] rum debemus recordari, & eis compati, & [illegible] illorum, qui sunt in purgatorio, vel [illegible] tormento, more Elephantum, [illegible] untur, & eius infortunium memo[illegible] *Mementote vinctorum, tanquam ipsi pa-* [illegible] ur affectu benefactorum, sicut po[illegible] de cane, & sicut supra inuenies mul[illegible] ma actione. De quo Cant. 1. *In odore vn-* [illegible] *curremus* [illegible] *memores vberum tuorum super vinum.* [illegible] illa, quæ debemus in memoria ge[illegible] ber dicat illud Thren. 3. *Memoria me-* [illegible] *in me anima mea.* Ista tamen sunt contra mul[illegible] dentur memoriam amisisse, quia scilicet non [illegible] lo[illegible] um quæ pertinent ad salutem. Sed da[illegible] [illegible] sia de obliuione. Vide etiam supra de a[illegible] [illegible] de duobus fontibus Æthyopiæ, quo[illegible] [illegible] inducit obliuionem, alter vero memo[illegible]

[illegible] mus breuiter adiungere, quod in Deo tri[illegible] [illegible] memoria, qua memoratur.

[illegible] ad eorum { damnationem, saluationem, consolationem.

[illegible] m (dico) ad eorum damnationem de [illegible] *magna venit in memoriam ante Deum.* Et [illegible] *in memoriam redeat iniquitas patrum eius in conspectu* [illegible] *peccatum matris eius non deleatur.* ¶ Item memoratur bo[illegible] [illegible] ad eorum [illegible] lationem & promotionem. Et sic di[illegible] [illegible] *Memento domine Dauid &c.* Et Psalmo. *Memor esto* [illegible] *in quo mihi spem dedisti.* ¶ Item memoratur in [illegible] de[illegible] rum compassionem. Et sic petebat Dauid ad[illegible] [illegible] do fragilitatem conditionis humanæ dicens in [illegible] *quæ mea substantia nunquid enim vane constituisti fi-* [illegible] b 7. *Memento mei Deus, quia ventus est vita mea.* [illegible] ria sufficiunt. Vide supra de consideratione, [illegible] in verbo intellectu & infra in verbo recor[illegible]

[illegible] uod mens quandoque accipitur pro anima, [illegible] d[illegible] e pro corde, quandoque pro cogitatio[illegible] [illegible] intentione. Et quia de omnibus istis tra[illegible] [illegible] do breuiter pertransire. Nota ergo hoc [illegible] c. in scriptura inuenitur mens bona, & [illegible] tuosa. De voluntate & conscientia bo[illegible] [illegible] are quod boni & perfecti habent.

- [T]imorosam,
- [illegible] nnosam,
- Amorosam,
- Renouatam,
- [E]leuatam,
- Humiliatam,
- Adornatam,
- Deo dicatam.

[illegible] d viri perfecti habent mentem timorosam. Vn[illegible] [illegible] *det talem eos habere mentem vt timeant me?* ¶ Item [illegible] osam. Vnde Actor. 10. *Cecidit super Petrum mentis* [illegible] *cœlum apertum.* ¶ Item mentem amorosam. Vn[illegible] [illegible] *vniuersa multitudo mentem deuotam.* ¶ Item [illegible] ecti habent mentem renouatam. Ephes. 4. *Reno-* [illegible] *tis vestræ.* ¶ Item mentem eleuatam. Vnde in Psa. [illegible] *in mentis excessu.* ¶ Item mentem humilia[illegible] [illegible] *spiritu, orabo & mente.* ¶ Item mentem virtu[illegible] [illegible] de Marc. 5. & Lucæ 8. dicitur, quod *ipsi vide-* [illegible] *xabatur, vestitum sedentem, & sana mentis.* [illegible] e, quod homo habeat bonam mentem, [illegible] oluntatem, necessaria sunt tria, videlicet,

[illegible] torum flo[illegible] bus [illegible] ornetur ideo dicitur [illegible] [illegible] exterius priuetur de[illegible] dicitur Sed[illegible] A culp[illegible] fo[illegible] ibus interius mundetur, ideo dicitur Sana [illegible] tis.

[illegible] a[illegible] bona[illegible] mentem sunt necessaria, videlicet.

- V[illegible] rtutibus fl[illegible] ere
- C[illegible] b[illegible] [illegible] ordere.
- Tumu[illegible] ibus ca[illegible] m mundi negotijs vltra quam oportet n[illegible] hærere.

Testis enim Seneca. Nem[illegible] ad bonam mentem peruenit occupatus. Et ista de bona mente sufficiant

¶ Sed adhuc dico, quo[illegible] scrip[illegible] ra sit mentio de mente malorum. Et sic nota, quod est inuenire.

Mentem {
- Cupidam & i[n]flammatam,
- Stolidam & im[illegible] tatam,
- Timidam & eneruatam,
- Rapidam & effræ[na]tam,
- Solidam & induratam,
- Turgidam & agitatam,
- Fœtidam & inquinatam,
- Ignaram & hebetatam,
- Obscuram & cæcatam,
- Non veram sed palliatam.

Dico, quod mali habent mentem inflammatam & per cupiditatem. Et tales erant illi qui concupierunt concupiscentiam in deserto, dicentes Num. 11. *Recordamur piscium, quos comedebamus in Aegypto, in mentem nobis veniunt cucumeres & pepones, porri, cæpe, & allia* ¶ Item mentem immutatam ad iniquitatem. De Salomone enim dicitur 3. Reg. 11. *Iratus est Dominus Salomoni, eo quod auersa esset mens eius à domino Deo Israel.* Item mentem eneruatam per timiditatem, sicut de exercitu Holofernis dicitur Iudith 15. quod audita decollatione magistri sui fugit mens & consilium ab eis ¶ Item mentem effrænatam ad rapacitatem. Prouer. 24. *Ne æmuleris viros malos quia rapinas meditatur mens eorum,* & 2. Machab. 11. *Mente effrænatus in multitudine peditum confidebat.* ¶ Item mentem induratã per immobilitatẽ Prouerbiorum 18. *Qui mentis est duræ, corruet in malum.* ¶ Item mentem agitatam per curiositatem. Ecclesiastic. 2. *Hæc est vanitas, & cassa solicitudo mentis.* ¶ Item mentem inquinatam per carnalitatem, ad Titum 1. *Polluta est eorum mens, & conscientia* Item mentem hebetatam per fatuitatem, Dan. 2. *Mente confusus ignoro quid viderim.* ¶ Item mentem excæcatam per obscuritatem, 2. Cor. 3. *Deus huius sæculi excæcauit mentes infidelium.* ¶ Item mentem palliatam per fallacitatem Vnde Prou. 23. *Comede, & bibe, dicet tibi & mens ipsius non est tecum.* Ista igitur de bona & mala mente sufficiant gratia breuitatis. Si vis exempla, vide supra de corde, conscientia, cogitatione & infra de voluntate.

**Mensa.** Cum mensa sit illud, in quo homines reficiuntur hinc est, quod moraliter per mensam possumus significare quicquid solet refectio denotare. Notemos ergo, quod mensa accipitur multipliciter. Est enim. A

Mensa {
- Perfectorum,
- Beatorum,
- Malignorum,
- Damnatorum.

Prima est mensa virtuosa,
Secunda est mensa gloriosa,
Tertia est mensa vitiosa,
Quarta est mensa dolorosa.

¶ Primo igitur dico, quod est mensa virorum perfectorum, & ista proculdubio quadrupliciter signatur.

Sacræ scripturæ conuiuationem,
Eucharistiæ refectionem,
Gratiæ nutritionem,
Ecclesiasticæ substantiæ sustentationem.

¶ In mensa sacræ scripturæ proponuntur fercula scientiarum & ibi ministratur.

Fides,
Sapientia,
Studium,
Meditatio,
Discretio.

Et de ista dicitur Prouer. 9. *Sapientia ædificauit sibi domum, miscuit vinum, & posuit mensam.* Scriptura enim dicitur mensa sapientiæ, quæ pro certo est domus ad habitationem: est vinum ad dulcẽ conso-

con ola [illegible] ad [illegible] Et de ist[illegible] mensa d[illegible] *consideret ad mensam* [illegible] *mus ad* [illegible]

B ¶ In mensa [illegible] sanctitæ proponuntur [illegible] mit [illegible] in ista mensa ministrant fides, deuotio, tim[or], & [illegible]ntia. Ista est illa mensa, de qua [dic]itur Numer. 4. *Mensam* [illegible] *possitionis inuoluent pallio hyacinthino.* Mensa enim sacrame[nti] [illegible] est inuoluta pallio m[isteri]um a [cre]dentium, quæ sc. sine [illegible] in sacramento [su]bsistunt, ita quod ad istam mensam difficile [est acce]dere, nisi nos ministra[t] illius mensa, sc. fides salutis [quæ] introducat. Ista est mensa, de qua dicitur Numer. 8. *quod* [illegible] *cum panes propositionum semper a* [illegible] *in tabernaculo ponere candelabrum vero luminis ad austrum erigebatur.* Quia pro[illegible] mensa [illegible] [illegible] in tabernaculo [illegible] necessaria est [illegible] [illegible] fratis, iuxta illud Ps. *Pa[rasti in] conspectu meo mensam, aduersus eos, qui tribulant me.* Candelabrum vero discretio[nis ne]cessarium est in parte australi, i. in statu [illegible]. Aduerte tamen, quod bona illius mensæ ho[die] deuorantur à tribus generibus hominum iniquorum, videlicet [illegible].

[Pi]gris & desidiosis,
Immundis & luxuriosis,
Simoniacis & perniciosis.

P[igri] [illegible] & desidiosi figurantur Iud. 1. vbi dicitur, *quod sub mensa* [illegible] *Adonibezech, qui interpretatur dominum fulgurans 70. reges amputatis summitatibus pedum & manuum reliquias colligebant.* Quia pro certo charissimi, hodie illi, [qui i]n mensa domini fulgurantis Christi colligunt rel[iqui]as E[ccle]siasticorum beneficiorum & [illegible]rum, videntur amisisse summitatem pedum & manuum, id est excellentiam bonarum affectionum, & bonarum operationum. Immundi & luxuriosi figurantur Dan. 14. vbi dicitur [illegible] *quod sacerdotes per ostiolos meatus veniebant, & cum pueris & vxoribus cibos, qui apponebantur in mensa Beli, quotidie consumebant.* Quia hodie mali ecclesiastici, & luxuriosi bona mensæ Ecclesiæ consumunt, & exinde vxores, id est, concubinas occulte nutriunt, & reficiunt. Simoniaci vero, & perniciosi figurantur in Iuda, qui quamuis dominum vendidisset, cum ipso tamen in mensa sua comedebat, sicut ipse dominus dicit Luc. 22. *Ecce manus tradentis me mecum est in mensa.* Tales ergo proculdubio bona mensæ Christi hodie comedunt, & recipiunt, iuxta illud Matt. 15. *Catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum.* Cōpara istos catellis, si vis. Sed pro certo boni, & pauperes vix inde al[i]quid hodie accipiunt, quia sicut dicitur Lucæ 16. *Lazarus cupiebat saturari de micis, quæ cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat.*

C ¶ In mensa gratiæ proponuntur fercula virtutum atque bonorum, & in ista ministrant pietas, quæ est panifera, lætitia, quę est pincerna: deuotio, quæ ministrat carnes corporis Christi, & sic de alijs. Et de hac potest dicere domino quilibet iustus illud 2. Reg. 19. *Posuisti me seruum tuum inter conuiuas mensæ tuæ.* Item & de ista potest dici illud 4. Reg. 4. quod de cœnaculo Helisæi dixit illa bona paupercula. *Ponamus in eo lectulum, & mensam, & sellam, & candelabrum.* Quia pro certo in cœnaculo Christi quod est Ecclesia, inuenitur mensa, id est, refectio gratiarum, in qua quidem est lectus munditiæ & puritatis, sella iustitiæ & æquitatis, candelabrum prudentiæ, & veritatis.

D ¶ In mensa temporalis sustentationis seu ecclesiasticæ substantiæ proponuntur hodie fercula multorum temporalium bonorum. Et ideo ibi debet ministrare largitas, & compassio ad proximum, humilitas & gratiarum actio quo ad Deum parcitas, abstinentia & carnis maceratio quantum ad seipsum. Et ideo cuilibet ecclesiastico potest dici illud Ezec. 23. *Sedisti in lecto pulcherrimo, & mensa ornata est ante te.* De ista præcipitur Eccl. 31. *Super mensam magnam sedisti, non aperias super illam faucem tuam prior*, sc. ad bona Ecclesiæ deuastandum, ambiendum & acquirendum. Recreemur ergo & satiemur in ista quadruplici mensa, scilicet in mensa.

Ecclesiasticæ sustentationis,
Gratiæ & deuotionis,
Eucharistiæ & sacramentalis communionis,
Sacræ scripturæ & diuinæ lectionis.

E Ista est ergo quadruplex mensa virorum perfectorum. ¶ Secundo dico quod est mensa hominum beatorum, & ista est mensa æternæ felicitatis, vbi proponuntur tria principaliter fercula, scilicet.

F [illegible]

Et nota, quod ista [illegible] is co[illegible] hominum est assistantium multitudo, e[illegible] [illegible] plenitudo. Et dico ibi inter conuiuas ordinis re[illegible] scilicet in ista mensa illi, qui sunt moribus meliore[s] [illegible] moribus potiores. Quod bene figuratur in mensa I[oseph] [illegible] *cit sedere fratres suos secundum ordinem ætatis suæ, vnum* [illegible] *dum primogenita sua.* ¶ Item est ibi ministrantium [illegible] Omnes enim ministrant sibi mutuo ferculum chari[tatis] [illegible] nam ibi Deus sicut imperator: Beata virgo sicut [illegible] Angeli sicut seruientes: Patriarchæ sicut princi[pes] [illegible] sicut consiliarij & officiales. Apostoli & mar[ty]res [illegible] Confessores & doctores sicut clerici & adu[oc]ati. V[irgines] [illegible] ut domicellæ. ¶ Item ibi est lætitia, quæ tripudi[um] [illegible] gaudium quod consolatur, gratiarum actio, quæ [illegible] laus & tripudium quo tota societas recreatur. E[illegible] [illegible] illis ministri ministrabant ei. Bene ergo dicitur [3.] R[eg.] *quod regina Saba veniens ad Salomonem, cum vidisset ordinem m*[illegible] *tium, & vestes, & cibos mensæ suæ non habebat vltra spi*[illegible] *re.* Iterum dico, quod ibi est affluentium pl[illegible] longitudo Lu. 22. *Vt edatis & bibatis super mensam meam*, & [2.] Re. 9. *Tu comedes panem in mensa mea semper.* Ista est igitur m[ensa] [illegible] omnium beatorum.

¶ Tertio dico, quod est mensa mundanæ prosperitatis [illegible] gurata per mensam Nabuchodonosor regis, [illegible] *pueri*, [sc]ilicet *Daniel & socij eius abstinuerunt* [illegible] *& sapientiores fuerunt & pulchriores*, sicut dicitur Dan. 1. *Ista est etiam mensa Iezabel, de qua prophetæ Baal fuerunt nutriti, qui tamen postea p*[illegible] *lia interfecti sunt* sicut dicitur 3. Reg. 18. Quia pro certo [illegible] mi, in cuius prosperitatis mundanæ, in qua scilicet præsunt h[illegible] Nabuchodonosor, qui interpretatur sedens in angustia, & [Ie]zabel, quæ interpretatur fluens sanguine, hoc est dictum, [illegible] vati qui continue per sollicitudines angustiantur, & delici[o]si, qui semper fluxu & sanguini carnalitatis subijciuntur, suos con[illegible] uiuas faciunt per Heliam, i. à Deo per mortem æternā fin[illegible] occidi. Illi vero qui de eius delitijs non curāt, sunt sp[illegible] chritudine & sapientia decorati. Et de tali mensa loqu[itur] [illegible] *Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in retributiones, & in scandalum.* Tales enim in mensa est laqueus, quo mali præm[illegible] scandalum, quo mali in infernum corruere compelluntur. [Ista] est ergo mensa hominum peccatorum.

¶ Quarto dico, quod est mensa hominum damnatorum [illegible] istud nihil aliud est quam illud triste conuiuium inferni [illegible] damnati pane doloris, & aqua angustiæ satiantur, & vbi d[æ]mones animabus hominum delectantur, de quo Ezech. [illegible] *omni volucri cœli & vniuersis auibus, cunctisque bestijs terræ, co*[illegible] *præparate, concurrite ad victimam meam, quam ego immolo vobis* [illegible] *nes fortium terræ comedetis, & sanguinem principum terræ bibetis, arietum, & agnorum, & hircorum, taurorumque & altilium, et pinguium, & saturabimini super mensam meam de equo & equite for*[tium], *& de vniuersis viris bellatoribus ait dominus Deus.* Et aduerte, quod in illa mensa comeduntur, & deuorantur multa genera peccatorum, videlicet, homines.

Cornuti per superbiam (Arietum, inquit,)
Ignari per ignorantiam (Agnorum)
Fœtidi per luxuriam (Hircorum)
Elati per stultitiam (Taurorum)
Sublimes per præsumptiones (Altilium)
Molles per delectationem (Pinguium)
Potentes per iurisdictionem (Fortium)
Crudeles per furorem & turbationem (Bellatores)

¶ Omnes enim tales mali in mensa inferni dæmo[nibus] ponuntur, & ab eis crudeli corroduntur. E[t] sic pa[illegible] lo sacra scriptura inuenitur mensa dæmoniorum, m[illegible] sorum, mensa gloriosorum & mensa virtuosorum, [illegible] mensa sufficiant grana breuitatis.

## Mensis.

A Cum mensis sit quædam certa & distin[cta pars] temporis, scilicet duodecima pars anni, quæ mensis à mene quod est defectus dicitur [illegible] proeo qu[od] [illegible] omni mense luna deficere comprobatur, & post defectum iterum renouatur, possumus notare, quod moral[it]er [illegible] do, mensis sumitur multis modis. Et sic dico, quod inuenitur mensis.

Lucino-

[illegible] & transitorius,
[illegible] meritorius,
[illegible] & [illegible] uatorius,
[illegible] & nogatorius,
[illegible] & damnatorius,
[illegible] as & affl ctorius.
[illegible] est [illegible] ensis mortalis durationis,
Secundus est mensis moralis perfectionis,
[illegible] est mensis vitalis [illegible] luationis,
[illegible] est me[illegible]s mundialis possessionis,
[illegible] est [illegible] s criminalis defectionis,
[illegible] infer[illegible]lis damnationis.

[illegible] o est [illegible] are mensem transitoriæ durationis [illegible] m præsentem quæ bene dicitur à [illegible] multis defectibus est subiecta. Luna e[illegible] a de [illegible] mense ad alium semper mutatur, [illegible] obscuratur, & per terræ interpositionem finaliter eclipsatur. [illegible] umanæ [illegible] mac[illegible]i, [illegible] orosi, [illegible] rosi.

[illegible] ibus ingressus dicitur Iob 39. *Namquid di[illegible] ertus [illegible] eniuus est primum mensis noster*, scilicet [illegible] populis. Exod. 12. *Mensis iste vobis primus erit in mensibus anni.* De quo etiam optime [illegible] Numer. 10. vbi dicitur, *quod filij Israel venerunt [illegible] primo.* Syn enim interpretatur odium [illegible] et tunc dicit homo illud Iob 1. *Nudus [illegible] matris mea* Quando scilic. ipse ingreditur de- [illegible] quando ipse nascitur ad odium, & ad [illegible] progressus, idest, vitæ humanæ decur[illegible] ensis, & secundus punctus, & me[illegible] lud, quod de diluuio dicitur Gene. *[illegible] rupti sunt omnes fontes abyssi, & cataractæ [illegible] pluuiæ super terram.* Et reuera in isto [illegible] dictum, in decursu & in progressu vitæ [illegible] transit septima dies mensis, id est, septi[illegible] iunt contra nos ruere cataractæ cæli, id [illegible] ones, & rumpi, & aperiri fontes abyssi, i. e. [illegible] & fluere pluuiæ desuper, id est, prosperitatis [illegible] quibus sc. arca Noe, id est, arca corpo[illegible] de fluctuat, & hinc inde se in incertum sub[illegible] ttat. De mense vero flebilis egressus, qui est [illegible] hoc est dictum, de fine & termino vitæ huius [illegible] *Breues dies hominis sunt, numerus mensium eius apud te [illegible] terminos eius, qui præteriri non poterunt.* Et breuiter [illegible] & exitus mensium vitæ nostræ, quia scil. sicut di[illegible] *[illegible] illam tenebrosus turbo possideat, nec computetur in [illegible] numeretur in mensibus.* Dicam ergo, quod est dare [illegible] oriæ durationis. ¶ Secundo dico, quod est dare [illegible] toriæ perfectionis. Et sic dico, quod vita & con[illegible] mensis dicitur, pro eo, quod luna sua, id est, inte[illegible], omissa antiqua mala conuersatione virtutib. [illegible] tur, & per fidem appropinquata soli iustitiæ, sibi desponsatur. Iste enim mensis habet 30. dies, qui [illegible] denario ter ducto. Ad denotandum, quod tota vita [illegible] ex denario decalogi docto & completo in ter[illegible]. De illo enim denario dicitur figuratiue *[illegible] aquæ diluuij ibant & decrescebant vsque ad decimum [illegible] mense apparuerunt cacumina montium.* De ter[illegible] tatis dicitur 2. Paral. 31. *quod filij captiuitatis [illegible] acerorum iacere fundamenta, & mense 6. comple[illegible]* [illegible] reuera fundamenta virtutum, quæ mense ter[illegible] trinitatis ponuntur, In septimo mense, hoc est [illegible] septenario donorum Spiritus sancti consumman[illegible] ergo cum ternario supradicto dicitur 2. Paral. [illegible] ) *qui interpretatur domino præparatos ) tribus [illegible] in Hierusalem.* Hic est ergo mensis meritoriæ per[illegible] vt dic, quomodo suo e duodecim menses in an[illegible] eius duodenarius vniuersitatem signat. Et hoc [illegible] ex septenario in se ducto, hoc est dictum, ex tribus [illegible] namque quatuor, vel quater tria sunt 12. & ta[illegible] non sunt nisi septem. Septem vero secun[illegible] lia vniuersitatem signant, eo quod omnia

temporalia septem diebus, sub septem planetis, & in septem climatibus currunt. Cum igitur duodenarius vniuersitatem significet, vt dictum est, constat, quod perfectio virtutis duodecim virtutes, idest, vniuersitatem virtutum in se continet, quæ scilicet ipsum perficit atque complet. Figura ad hoc Apocal. 22. vbi dicitur *Ex vtraque parte fluminis lignum vitæ proferens fructus duodecim per menses singulos, & folia ligni ad sanitatem gentium.* Lignum enim vitæ est virtus, quæ scilicet ex vtraque parte fluminis gratiæ, quæ partes sunt, fides & charitas, residet, quæ per menses singulos, id est, per singulas virtutes profert duodecim fructus, idest, vniuersitatem bonorum fructuum, & operum & folia ligni, id est, vniuersitatem bonorum verborum & documentorum, ad medelam gentium, idest, simplicium & peccatorum. De istis autem duodecim mensibus spiritualibus quomodo particulariter possunt applicari duodecim anni mensibus visualibus, scilicet Ianuario, Februario, & cæteris, nunc esset longum, quia scilicet Ianuarius dicitur, quia ianua est anni, vel etiam dictus à Deo Iano, qui secundum paganos Deus erat initiorum, & depingitur cum triplici vultu, sedens ad mensam & comedens. Et potest significare baptismum, qui est ianua sacramentorum, & in quo est triplex vultus, id est, fides trinitatis incipitur, & cibus & mensa diuinæ gratiæ abundanter hauritur. In quo etiam Sol capricornum dimittit, & aquarium ingreditur. Quia per baptismum sol, idest, mens humana à capricorno, idest, à fœtore peccatorum exultur, aquario vero, idest, aquæ materiali & puritati innocentiæ coniugatur. Longũ esset duodecim menses sic prosequi, & moralizare, & maiore quis recordor me aliàs de duodecim mensibus mentionem fecisse. Iste est igitur mensis meritoriæ perfectionis, ad quem scilicet optabat pertingere Iob, dicens feliciter illud Iob 29. *Quis mihi det, vt sim iuxta menses pristinos, secundum dies, quibus Deus custodiebat me quando splendebat lucerna eius super caput meum, & quando secrete Deus erat in tabernaculo meo, quando erat omnipotens mecum, quando lauabam pedes meos butyro, & petra fundebat mihi riuos olei?* &c. Hic potes comprehendere multas particulares virtutes quas continent isti menses, idest, perfectionis status. Et nota, si vis, quomodo vita & status perfectorum potest comparari mensi primo seu vno, quia credit in diuinitatis veritatem, mensi secundo, quia credit in Christo naturæ dualitatem, mensi tertio, quia credit in diuinis personarum trinitatem, mensi quarto, quia credit quatuor Euangeliorum doctrinam, & veritatem, mensi quinto, quia credit quinque librorum Moysi sanctam interpretationem, & claritatem, mensi sexto, propter sex operum misericordiæ pietatem, mensi septimo, quia continet septem sacramentorum sinceritatem, mensi octauo, quia habet octauam beatitudinum præsentem fœlicitatem, mensi nono, quia veneratur nouem ordinum Angelorum communitatem, mensi decimo, quia complet mandatorum decalogi firmitatem, mensi duodecimo, quia continet duodecim articulorum credulitatem, & quia possidet omnium virtutum vniuersitatem. Omnia ista possunt concordari, sed longum esset: Vndecimum enim mensem non numerari, quia vndenarius numerus signat vitium non virtutem. Signat enim transgressionem decalogi, quia iste est primus numerus qui transgreditur denarium. *Nam ciuitas Hierusalem anno vndecimo Zedechiæ per regem Babylonis fuit captiuata*, sicut Hierem. 39. dicitur. Patet ergo, quod est dare mensem meritoriæ perfectionis.

C ¶ Tertio dico, quod est dare mensem rectoriæ saluationis, & iste est mensis, idest, duratio vitæ æternæ, & fœlicitatis supernæ, quæ dicitur mensis, à mensione vel manendo, & non à defectu vel à fluendo. In isto enim mense est vita perpetua, quæ semper succedit, quies assidua, quæ valde procedit, esca melliflua, quæ nunquam recedit, & laus continua, quæ semper accedit. De vitæ perpetuitate, quam habet iste mensis, dicitur Esa. 66. *Sicut cæli noui, & terra noua, quæ ego facio stare coram me* (dicit Dominus) *sic stabit nomen vestrum & semen vestrum. & erit mensis ex mense. & sabbathum ex sabbatho.* De quietis assiduitate vel tranquillitate dicitur Genes. 8. *Requieuit arca mense septimo.* De edulij melliflutate, seu voluptate dici potest illud Numer. 9. *Faciant filij Israel Phase decimo quarto mensis huius.* De laudis continuitate, & solennitate dicitur Leuit. 23. *Mense septimo festa celebrabitis*, & Leuit. 25. *Clanges buccina mense septimo.* De isto igitur potest dici illud 1. Machabæorum 10. *Induit se Ionathas stola sancta mense septimo*: & illud Iud. 16. *Per tres menses gaudium hoc,* scilicet

scilicet victoriæ celebratum est. [illegible] isti menses sunt beata visio, fruitio & tentio. Sic ergo patet, quod est dare mensem ref[illegible] [illegible]iæ saluationis.

D ¶ Quarto dico, quod in malo significato est dare mensem nugatoriæ possessionis, & sic per mensem intelligo cursum & durationem mundanæ prosperitatis & possessionis. Iste enim status proprie mensis dicitur, eo quod plurimis defectibus & vanitatibus subiugatur. Vnde de talibus mensibus dicitur Iob 7. *Et ego habui menses vacuos, & noctes laboriosas enumeraui mihi.* Aduerte autem, quomodo status mundi est vacuus, & laboriosus. Iste est ergo mensis nugatoriæ possessionis.

E ¶ Quinto vero dico, quod est dare mensem damnatoriæ defectionis. Et iste est status peccati, vbi pro certo multi sunt defectus & magni, quia, scilicet luna, id est, anima ibidem deficit, & à lumine diuinæ gratiæ tenebrescit. Vnde nota, quod iste est mensis tenebrosus & plenus ignorantia, mensis lubricosus & plenus immunditia, mensis ingluuiosus & plenus gastrimargia. Quod in isto mense abundet obscuritas ignorantiæ, patet Iob 3. in illo prædicto. *Noctem illam tenebrosus turbo possideat, non computetur in diebus, nec numeretur in mensibus.* ¶ Item quod abundet ibi carnalitas & immunditia, patet Leu. 15. vbi dicitur, *quod mulier quæ redeunte mense patitur fluxum sanguinis, omnis qui tetigerit eam, immundus erit.* ¶ Item quod abundet ibi voracitas, patet Num. 11. *Vt det vobis dominus carnes, vt comedatis non vna die,* &c. *sed vsque ad mensem dierum, donec exeant per nares vestras, & conuertantur in nauseam.* Iste est ergo mensis corruptoriæ infectionis.

F ¶ Sexto vero dico, quod est dare mensem afflictoriæ damnationis, & iste nihil aliud est quam status, & conditio damnatorum, de quo dicitur Ozeæ 5. *In domino præuaricati sunt, quia filios alienos genuerunt, & ideo deuorabit eos mensis cum partibus suis.* Sequitur. *Vlulate in Bethauen.* Illi enim qui à domino recedentes, cum carne, mundo, vel dæmone fornicantur, ita quod filios alienos, id est, peccata & mala opera per eos generantur, à mense isto, id est, à damnatione æterna perpetuo deuorantur, ita quod vlulare & desperare coguntur. Patet igitur, quod est dare diuersos status tam bonos quam malos, videlicet infernalem & damnatorium, criminalem & defectorium, mundialem & nugatorium, supernalem & saluatorium, virtualem & meritorium, natalem & transitorium. Et hæc de mense sufficiant.

A **Mentiri. Mendacium.** Mendax. Nota, quod mendacium est vitiũ linguæ à mentis rectitudine deuiantis. Est enim mentiri idem quod contra mentem ire. Et est mendacium vitium per quod illud quod non est ens, fingitur esse ens, illud, quod est falsum dicitur esse verum, illud quod non habet existentiam, tamen habet apparentiam. Et ideo possumus notare, quod mendacium signat.

Vanitatem mundanæ successionis,
Prauitatem humanæ conditionis,
Falsitatem proteruæ locutionis.

¶ Mendacium ergo accipitur pro mundana prosperitate. Omnia enim quæ in mundo sunt, dicuntur proprie mendacia, sicut omnes deliciæ. Vnum enim esse creduntur, & aliud inueniuntur. Vnum promittunt, & aliud reddunt. De mendacitate enim honorum patet, quia scilicet illi, qui in honoribus constituuntur, vbi securissimi esse creduntur, sæpius ad magnum infortunium detrahuntur. Illi igitur honores sunt mendaces, quia scilicet longitudinem quam promittebant, non reddunt. Et ideo de mendacitate honorum loquitur Hierem. 3. *Vere mendaces erant colles.* De mendacitate diuitiarum dicitur Hierem. 16. *Vere mendacium possederũt patres vestri,* & Abacuc. 3. *Mentietur opus oliuæ, & arua non afferent cibum.* De mendacitate vero diuitiarum dicitur Ozeæ 10. *Comedistis frugem mendacij.* & Ozee. 9.

B dicitur, *Torcular non pascet eos, & vinum mentietur eis.* Et sic patet, quomodo mendacium signat mundanam prosperitatem. ¶ Deinde dico, quod mendacium signat humanam fragilitatem & sic Dauid loquitur in Psalm. dicens. *Ego dixi in excessu meo, omnis homo mendax.* Mendax enim est humana cõditio, quia quãuis videatur aliquid apparere, tamen in veritate nihil est, sicut dicitur Iob 7. *Parce mihi Domine, nihil enim sunt dies mei.* Ideo de

C Deo, qui non est talis conditionis, dicitur Num. 23. *Et Balaam dixit, non est Deus sicut homo, vt mentiatur.* ¶ Denique dico, quod mendacium signat dolosam loquacitatem. Et sic mendacium sumitur pro verbo f[illegible] contra c[on]scientiam dicto, sed supra satis dictum est de locutione, ideo paru[m] [illegible] cere quoad præsens. Notemus ergo breuiter quod vir [men]dax.

Dæmonem imitatur,
Deo contrariatur,
Sibimet aduersatur,
Bonis inimicatur,
Inferno dedicatur,
Paradiso priuatur.

Primo ergo dico, quod mendacium facit possess[illegible] dæmonem imitari. Primum enim mendacium [illegible] dæmone, & fuit dictum in Paradiso, & fuit d[ictum] [illegible] serpentis, quod fuit, quando Adam & E[uæ] [dixit] in P[aradiso]. *Nequaquam moriemini sed eritis sicut Dij,* sicut dicitur [illegible] quidem serpens secundum Iosephum, vultum vi[rgineum dici]tur habuisse. Huic igitur similes sunt mendaces, qui [in] Paradiso Dei, i. in religione vel Ecclesia non cessant me[ndacia dis]seminare, & vt eius melius credatur, solent se [illegible] in viros prudentes, virgineos & simplices tra[n]sformare [vt] alij decipiantur, & vt ipsorum mendacia minus [illegible] [pub]licantur. Solet igitur vir mendax dæmonem im[itari] [illegible] han. 8. *Mendacium* (inquit) *ex proprijs loquitur, quia mendax [est &] pater eius.*

¶ Secundo dico, quod mendacium solet Deo contra[riari]. Res enim dicitur alteri contraria, quando vendicat co[ntr]ari[am] formam, & ideo quia forma & proprietas esse [illegible] Dei & veritas, sicut ipse dicit Ioan. 14 *Ego sum via, veritas, &* [vita,] forma vero & proprietas talium est [m]endacium [illegible] d[e quo] dicitur Ozeæ 10. *Ferretis fœdus cum mendacio*) ex inde d[ic]o, [quod] Deo sunt contrarij, & ab eo in omnib. diuersi. Vnde lac[illegible] *hæc mendaces fieri aduersus veritatem.*

¶ Tertio dico, quod solent sibimet aduersari. Constat quod homo sibimet aduersatur, in quantum scilicet con[tra] conscientiam propriam operatur. Et ideo mendacium videtur peccatum contra naturam, quia scilicet alia peccata fiunt c[on]scientia consentiente, istud vero conscientia repugnante. E[t] [i]stud mentiri est contra mentem ire. In signum cuius cum [illegible] illi fuerunt, qui Susannam accusauerant, Daniel seni mend[aci] dixit Dan. 13. *Recte* (inquit) *mentitus es in caput tuum. Et ecce Angelus Domini accepta ab eo sententia, scindet te per medium.* Et ideo [illegible] secundum sententiam saluatoris (Matth. 12.) *omne regnum in [se] diuisum desolabitur,* sic (vt communiter) viri mendaces solent [de]solari, & miseri & pauperes inueniri. Isti enim à Deo vi[lipen]duntur, à mundo vituperantur, pauperes efficiuntur. A Deo co contemnuntur, quia sicut dicitur Prou. 12. *Abominationes Deo labia mendacia.* A mundo etiam abominantur Pr. 13. *Ve[rbum] mendax iustus detestabitur.* Pauperes etiam efficiuntur vt omni[no] nihil. Vnde etiam de mendaci potest dici illud Ozeæ 12. *Tota [die] mendacium, & vastitatem multiplicat.* Sic ergo patet, quomodo v[iri] mendaces solent sibimet aduersari.

¶ Quarto dico, quod ipsi solent bonis inimicari. Mendaces enim sunt inimici bonorum, tum quia eis non seruant, tum etiam quia eos fallunt, decipiunt, & defraudant. Serpens enim à quo processit primum mendacium, sicut dicitur Gen 3. ratione venositatis suæ est totius humani generis inimicus. Vnde etiam dictum sibi fuit ibidem. *Inimicitias ponam inter te & mulierem, semen tuum & semen illius* Sic vere viri mendaces ratione [sua] tortuosæ, & serpentinæ fallacitatis, ratione suæ venenosæ & pestiferæ iniquitatis sunt bonorum inimici, & eorundem contrarij & nociui. Vnde Dauid in Psalmo *Filij alieni mentiti sunt mihi. Filij alieni inueterati sunt & claudicauerunt à semitis suis.* Mendaces enim dicuntur filij alieni, quia à Deo [illegible] dicuntur inueterati, quia in malo habituantur, dic[untur et]iam claudicare, quia in vero non radicantur. A Deo [re]pudiantur, quia scilicet filij sunt alieni, & per consequens tanquam spurij in hæreditate Paradisi nihil habebunt, quia sicut dicitur in Psalmo *Ipse perdet omnes qui loquuntur mendacium* ¶ Item in malo habituantur scilicet quia inueterati dicuntur ideo vni illorum senum mendacium dicitur Dan. 13. *Inueterate dierum malorum, &c.* Et bene inueterate, quia pro certo mendacium si assuescitur, statim in consuetudinem vert[itur] ita quod vix ab ipso retrahitur. Vnde Gregor. *Assiduitas peccandi naturam conuertitur.* *Suaue* enim *est homini panis mendacij,* sicut

Prouerb.10. Quod vtique est valde malum, quia ... *Noli velle mentiri omne mendacium, assiduitas enim illius non est bona*, quia sicut dicitur Eccl. 20. *Potior fur quam assiduitas viri mendacis, perditionem autem ambo hæreditabunt.* Ideo dicuntur ... mendaces tales semper sunt duplices. Mendacium ... claudicat, & titubat. Nunc enim dicunt verum, ... dicitur talibus 3 Reg.18. *Vsquequo claudicatis in duas partes.* Patet igitur, quomodo tales solent bonis inimicari ... dico, quod ipsi solent inferno dedicari, simile enim sibi simile. Et quia isti similes sunt dæmonibus, ... sunt mendaces, hinc est, quod ad eos debent ... in eius infernali carcere mancipari. *Os enim quod mentitur occidit animam* sicut dicitur Sapient. 1. Et ideo sicut dicitur ... *omnibus mendacibus pars illorum erit in stagno ignis.* ... quod tales Paradiso priuantur. Vnde de ciuitate dicitur Apoc. 21. *Non intrabit*, inquit, *in illam aliquid ... faciens mendacium.* Et ibidem 22. *Foris* (inquit) ... *omnis qui amat, & facit mendacium.* Et hæc ... dicantur, vide supra de duplicitate, de dolo & de ...

MERCES.

Cum merces, seu præmium sit illud salarium, quod datur alicui pro labore, & quo merita hominum ... sue bonū fuerit siue malum iuxta illud ... *ei qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum.* hinc est, quod secundum quod homines ... operantur, possunt diuersæ mercedes distribui. Meritum enim præcedit præmium sicut flos præcedit fructum. ... igitur quidem merentur præmiari temporaliter, quidam æternaliter, quidam coronari spiritualiter, ... triplicem mercedem possumus in scriptura inuenire ... de mercede

Mundanæ prosperitatis,

Æternæ pœnalitatis,

Supernæ fœlicitatis.

Mundi enim prosperitas est merces hominum peccatorum. Dicitur ... enim bonitas tanta quod non patitur vtroque sæculo priuari. Et quia contingit malos quandoque bona facere, solet eis Deus mundi bona pro tali mercede & salario distribuere, ... habemus exemplum de Nabuchodonosor, quod quia Dei ... seruiebat voluntati, ciuitatem & regnum Tyri spoliando & destruendo, dedit ei Dominus terram & regnum Ægypti pro ... sicut dicitur Ezec.29. vbi dicitur: *Fili hominis, Nabuchodonosor rex Babylonis seruire fecit exercitum suum seruitute magna aduersus Tyrum, omne caput decaluatum, & omnis humerus depilatus est, & merces non est reddita ei, neque exercitui eius, propter hoc inquit dabo ei terram Ægypti & erit merces exercitui eius.* Istud idem etiam videmus ... qui quia aliqua bona faciunt, quamuis non bona ... ideo hic recipiunt mercedem suam, videlicet famam ... temporalem, sicut dicitur Matth.6. De tali ergo mercede possumus notare, quod ista datur, videlicet

Mundanæ gloriæ dilectoribus,

Carnis spurcitiæ sectatoribus,

Calpe simoniæ professoribus.

... igitur istam recipiunt mundanæ gloriæ dilectores. ... potest dici illud Ezec.16. *Tu autem dedisti mercedem ...* ¶ Item ipsam recipiunt carnis spurcitiæ sectatores. Ezech.16. dicitur *Meretricibus dentur mercedes.* ¶ Item simoniæ sectatores. Mich.3. *Principes eius in muneribus iudicabant, & sacerdotes eius in mercede docebant, & prophetæ eius in pecunia diuinabant.* & Iudic.18. *Mercede conduxit me vt sim ei sacerdos.* ... mundi prosperitas est merces hominum peccatorum.

... quod inferni pœnalitas est merces hominum damnatorum. Pro malis enim meritis, quæ in seculo habuerunt, reddetur eis finaliter talis merces. De quibus 2. Paral.2. ... *acceptione superbiunt, iniustitia mercedem percipientes.* & Hebræ. ... *Omnis prævaricatio & inobedientia accepit iustam mercedis retributionem.*

¶ Tertio dico, quod Paradisi fœlicitas est merces hominum beatorum. Sicut enim dicitur Matth.10. & 1.Tim.5. *Dignus est mercenarius mercede sua:* & ideo quia iusti in hoc mundo non cessant operari, & in virtutibus laborare, dignum est & iustum, quod in Paradiso præmientur, & quod merces æternæ gloriæ reddetur eis: & ideo dicitur Sap.10. *Reddet Deus mercedem laborum sanctorum suorum, & deducet eos in via mirabili, & fiet illis in velamento diei & in luce stellarum, nocte.* Ista enim merces dicitur via mirabilis, quia ibi cessat deuium erroris. Dicitur velamentum diei, quia ista tollit tædium ardoris. Dicitur etiam lux stellarum, quia ista confert gaudium splendoris. Sed nota, quod dicit, *Reddet Deus mercedem*, & loquitur in tempore futuro, ad denotandum, quod sancti recipiunt mercedem laborum non hic, sed alibi, non nunc, sed postea, non in tempore præsenti, sed in tempore futuro vel sequenti. Allium enim hoc habet proprium, quod anno quo plantatur, nunquam producit semen, sed anno secundo vel sequenti. Sic proculdubio viri iusti dum durat annus vitæ præsentis nunquam acquirent illud semen mercedis æternæ, quod colligitur in viridario Paradisi sed pro certo anno sequenti, id est, tempore vitæ futuræ ipsi semen æternæ gloriæ producent, & ipsum recipient. *Tunc enim dabit Deus semen quærenti, & panem comedenti*, sicut dicitur Esa.55. & Iob 5 *Multiplex erit semen tuum & ingredieris in abundantia sepulchrum.* De tali ergo mercede, quam boni in futuro percipient dicitur Matth. 20. *Voca operarios, & redde illis mercedem.* Merces enim non redditur operarijs in mane sed in sero. Sic gloria æterna non conceditur in præsenti tempore, sed in futuro. Et ideo sicut ad finem, vt operarij melius operentur, merces eius à procuratore promittitur in fine dari, vt ad bene operandum & laborandum ipsos valeat confortare & animare, (teste enim Greg. *Consideratio præmij minuit vim flagelli*, sic etiam ad alliciendum discipulos suos dicebat dominus, *Merces vestra copiosa est in cœlis.* Matthæi 5 ¶ Vbi aduerte D quod ista merces contra defectus mundanæ prosperitatis tres habet proprietates. Habet enim indefectibilem firmitatem quia vestra, & per consequens vobis debet remanere: inexhaustibilem bonitatem, quia copiosa; incomparabilem dignitatē, quia in cœlis. Ista enim tria non possunt dici de mercede mundanæ prosperitatis; quia pro certo ista cito deficit, ideo non potest dici vestra: nulli sufficit, ideo non potest dici copiosa: malos reficit, ideo non potest dici esse in cœlis. Dico, quod ista merces habet firmitatem indefectibilem, & hoc ostenditur, cum dicitur (vestra.) Ista enim pronomina meus, tuus, suus, noster & vester, sunt pronomina possessiua: signant enim possessionem & proprietatem. Et ideo propriè illud dicitur esse alicuius, quod ad ipsum, & non ad alium pertinet, & quod ad nullum alium noscitur pertinere, sed cum ipso solet iugiter remanere, alias si repetitio ad alterum pertineret, & si ad voluntatem alterius auferretur, non esse suum sed alterius censeretur. Sic est autem de mercede æternæ gloriæ. Ista enim semel habita, amplius auferri non potest, iuxta illud Eccl 2. *Qui timetis Deum, credite illi, & non euacuabitur merces vestra.* Et ista vestra propriè potest dici, quam scilicet nullus potest repetere, vel auferre. *Gaudium vestrum nemo tollet à vobis* Ioan.16. contrarium vero est de mercede bonorum temporalium. Illa enim nō sunt nostra sed aliena. Aliunde enim veniunt, & ab alijs auferūtur. Fortuna enim ipsa nobis concedit, & ipsa à nobis tollit. Si enim nostra essent, nunquam aliquando nobis deessent. Et ideo narrat Seneca epistola 9. de Stilbono philosopho, qui incendio perdidit omnia bona, qui requisitus *quare non doleret*. Respondit: *Nihil inquit perdidi, quia illa quæ perdita sunt, non erant mea, Fortuna enim mutuo mihi dederat, & nunc ea recepit. Quicquid vero meum erat, mecum habeo, scilicet naturam, scientiam, & virtutes.* Et ideo de imperseuerantia istius mercedis dicitur figuraliter Genesi.31. *Mutasti mercedem meam 10. vicibus.* Sicut enim dicitur ibidem, *Laban dabat Iacob pro mercede greges albos, tandem vero mutabat ei mercedem suam, & dabat ei greges varios seu nigros, ita quod mercedem suam 10. vicibus sic mutauit.* Laban autem, qui interpretatur candidus signat mundum, cuius candor & pulchritudo disgregat, & destruit visum mentis. Iste ergo seruitoribus suis mutat mercedem, nunc enim dat nigra, nunc alba, nunc prospera, & nunc aduersa, quia procul dubio nulla est firmitas aut stabilitas in mercede Laban, id est, in salario bonorum terrenorum. Sed econtra fit de mercede bonorum, quæ reddetur in gloria, quia ista est perpetua & æterna. Vide Ecclesiast.18. *Non verearis iustificari vsque ad mortem, quoniam merces Dei viuet in æternum.* Vestra inquit, Ecclesiastic: 51. *Operamini opus vestrum, & dabit mercedem suam in tempore suo.* Illa ergo habet firmitatem indefectibilem, (vestra inquit.)

¶ Deinde dico, quod ista habet bonitatem inexhaustibilem. E (Copiosa inquit.) Magnus enim dominus debet dare magnam mercedem. Res enim quanto maior, tanto abundantius se diffundit. Et ideo quia Deus est infinitus, mercedem tribuit infi-

nitum, videlicet semetipsum. Vnde Genes. 15 *Noli timere Abraham, quia ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis.* Talis autem non est merces mundanæ prosperitatis. Ista enim non est copiosa, sed defectuosa. Ista enim Alexandro non potuit sufficere, sed postquam totum mundum subegit, quæsiuit vtrum esset aliquis alius mundus, quam iste, quem adhuc posset acquirere. De quo dixit quidam philosophus, qui respondebat regi super ista quæstione *Huic* (inquit) *huius mundi habitatio angustia fuit, qua omnibus dijs sufficit.* Non sic autem merces Paradisi, quia illa est copiosa omnibus & sufficiens, nulli deficiens. De quo in Epistola 2 Io. *Videte vosmetipsos, vt mercedem plenam accipiatis.* [Copiosa ergo.] Ideo quilibet beatus potest dicere illud Actor. 22. *Circumfulsit me lux copiosa.* Habet igitur ista merces bonitatem inexhaustibilem.

F ¶ Denique dico, quod habet dignitatem incomparabilem. [In cœlis inquit.] Merces enim reputatur dignior, & nobilior quando datur in loco nobiliori, à domino potentiori, personæ melius meritæ, & meliori. Quia ergo merces Paradisi consueuit dari melioribus & non peioribus, in loco supremo & non in infimo, à rege potente & non indigente, bene dico quod ista merces digna & nobilis potest dici. In cœlis ergo, non scilicet in terris, vbi scilicet est totum contrarium, quia videlicet non nobilis rex, sed vnus rusticus dat istam mercedem, scilicet, mundus, qui vilis potest dici & rusticus, & ideo nullus tam nobilis debet istam aliquid reputare. Istam etiam dat non melioribus, sed potius vilioribus personis & deterioribus & hoc non superius in loco gaudioso & nobili, sed inferius in loco luctuoso & miserabili. Hæc est enim merces iniquitatis, de qua dicitur Actor. 1. *quod Iudas possedit agrum de mercede iniquitatis, & suspensus crepuit medius.* Sed non sic illa, quia illa datur bonis, & à bono, & in loco bono. [In cœlis inquit.] Luc. 6. *Ecce enim* (inquit) *merces vestra multa est in cœlo.* Sic igitur patet, quod ista merces est nobilis, quia in cœlis, est fertilis, quia copiosa, est stabilis, quia vera. Et hæc de mercede seu præmio sufficiant. Vide supra de gloria, de beatitudine & in alijs multis titulis, vbi fit mentio de gloria Paradisi, & per exempla, figuras & auctoritates quæ sunt ibi, poteris ista prædicta membra fortificare & probare, scilicet, æternæ mercedis, seu gloriæ stabilitatem, fertilitatem, & nobilitatem.

A **Meretrix.** Nota, quod meretrix in scriptura moraliter loquendo, signat omne illud, quod blandiendo decipit atque nocet. Et ideo proprie meretrix signat, scilicet,

Hostis cauillationem,
Carnis delectationem,
Mundi defraudationem.

¶ Ista enim tria, scilicet,

Mundus,
Caro,
Dæmon,

Solent more meretricio primo offerre plurima blandimenta, in fine vero grauia nocumenta inferunt. Ista enim sunt illæ tres meretrices sorores, de quibus loquitur Isid. quarum vna lyra, altera tibia, altera voce cantabant, & cantu suo homines alliciebant & tandem ad paupertatem deducebant. Et ideo secundum eundem fictæ feruntur fuisse volucres & virgines mixtæ. Sirenæ dictæ, quæ cantu suo nauigantes sopiebant, & ad periculum pertrahebant. Istæ ergo meretrices significant tres prædictos hostes, scilicet, mundum, carnem, & dæmonia. Quilibet, scilicet, istorum cantat nobis mortiferam cantilenam quam cantauit ille Lucifer, qui primus dixit, *Ascendam super altitudinem nubium* Esaiæ 14.

¶ Prima ergo signat mundum, qui cum cithara bonorum temporalium, quæ scilicet, more citharæ vana sunt, atque sicca, nobis facit vnam cantilenam auaritiæ, amorem, scilicet, temporalium suggerendo. Et ideo ista figuratur in ciuitate Tyri, quæ interpretatur angustia, signans mundum, qui semper est in angustia & labore, de qua dicitur Esa. 23. *Erit Tyro quasi canticum meretricis. Sume citharam, circui ciuitatem meretrix obliuioni tradita, bene cane, frequenta canticum, vt memoria sit tui.*

B ¶ Secunda meretrix signat diabolum. Ista enim portat tibiam quod est instrumentum alte sonans, & signat altitudinem dignitatum huius mundi. Mediante enim isto instrumento diabolus cantat nobis vnam cantilenam superbiæ, sicut de primo Angelo Lucifero dictum est, vel, scilicet, mundi dignitates & eminentias suggerendo, & offerendo. Et ista figuratur in meretrice Apocalyp. 17. *quæ super bestiam coccineam sedebat, quæ* [illegible] *argento ornata erat, & erat ebria sanguine Martyrum Iesu* &c. [illegible] quia longum esset exponere. Vide eam alibi.

¶ Tertia meretrix signat carnem. Ista enim non vtitur alio instrumento, quam voce propria. Suæ enim propriæ suggestiones & delectationes sufficiunt pro instrumento. Istis enim mediantibus ipsa cantat cantilenam luxuriæ, carnis delitias proferendo: figurata in meretrice Dalila, quæ ita sciuit cantare & suggerere, quod Samsonem fortissimum super genua sua fecit dormire, & tandem eum totondit, & ipsum incarcerandum, & excæcandum tradidit Philistæis. Quia, scilicet, caro hominem primo facit in delitijs obdormire, ipsumque cæsarie virtutum priuat, & Philistæis, id est, dæmonibus eum tradit, à quibus per malam consuetudinem incarceratur, & per obstinationem excæcatur. Sicut enim dicitur Prouerb. 5. *Fauus distillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius, nouissima vero illius amara velut absinthium, & acuta quasi gladius biceps.* Istæ igitur tres sorores [illegible] huius mundi diuersimode solent cantare, & nauigantes peccatores, & viatores ad mortis æternæ periculum [illegible]. Istis autem meretricibus prohibentur viri ecclesiastici [illegible] sicut dicitur Leu. 21. vbi de Sacerdote loquens dixit: *Sordidam atque meretricem non accipiet vxorem, sed puellam virginem de populo suo*, quia scilicet meretricem fastidiosam & ornatam, id est, [illegible] catum superbiæ, meretricem etiam quæ non quærit nisi proprium lucrum, id est, peccatum auaritiæ, meretricem [illegible] super, quæ non quærit nisi propriam delectationem, id est, peccatum luxuriæ, non debet sibi sacerdos, id est, vir ecclesiasticus matrimonialiter coniungere, sed puellam de populo suo, id est, puram & sanctam conscientiam, seu pœnitentiam & continentiam sibi debet iugaliter copulare. Quod est contra multos filios prodigos, id est, malos ecclesiasticos, figuratos in illo filio prodigo Luc. 15. *qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus viuendo luxuriose.* Quia pro certo multi sunt in Ecclesia, qui relicto Deo patre, substantiam gratiæ quam in [illegible] ptismo receperunt, viuendo cum prædictis tribus meretricibus dilapidant, & consumunt. Quia iam proculdubio [illegible] deretur [illegible] tificatum illud 2. Machabæor. 6. vbi dicitur, *quod templum luxuria & comessationibus erat plenum, & scortantium cum meretricibus.* Sic ergo patet, quomodo meretrix signat triplex peccatum, scilicet,

Peccatum { Superbiæ, Auaritiæ. Luxuriæ.

Vel tres hostes, scilicet,

Mundum,
Carnem,
Dæmonem.

Et sic etiam si vis falsos amicos, potes meretricibus comparare. Applaudunt enim & non quærunt nisi proprium luc. ū. & durat amor ipsorum non longius nisi quamdiu lucrum durauerit. Sed de hoc vide supra, vbi ponitur figura de Dalila, &c. ¶ Item de meretricibus in quantum sumitur pro mala muliere, vide infra de muliere in illis inuectionibus, & in titulis, vbi in tabula inuenies de luxuria mentionem.

**Meridies.** Nota, quod meridies est illa hora, in qua sol est in medio firmamenti. Et ideo dicitur meridies sicut media dies, vel clara dies. Æqualiter enim distat à principio diei, & à fine. Est enim meridies hora diei cæteris clarior, cæteris æquior. Et ideo moraliter loquendo, per meridiem potest intelligi

Prosperitas temporalis,
Sinceritas virtualis,
Fœlicitas æternalis.

¶ Et sic est dare

Meridiem { Exteriorem, Interiorem, Superiorem.

Et sic dico, quod primus meridies est detestabilis. Secundo meridies est commendabilis. Tertius meridies est delectabilis.

¶ Primo ergo dico, quod est meridies mūdanæ prosperitatis: Et iste proculdubio habet feruorem auaritiæ, habet splēdorem cautelæ & malitiæ, seu etiam sæcularis scientiæ, habet etiam labilitatem inconstantiæ & impermanentiæ. Meridies enim non durat nisi per punctū, statim enim deficit & labitur, & quod est defectus

...semper tendit ad decrementum, aliæ autem horæ ...licet, defectus ipsarum tendit & progreditur ad ... De meridie etiam dicit Plinius, quod scorpiones ...pungunt in meridie, tunc enim magis calefiũt, & ma...& acerbius pungunt. Talis ergo est meridies mundanæ ...itatis. Ista enim non durat, nec perseuerat, cito enim ...& subito deficit & recedit. Scorpiones etiã, id est, mali ...quando veniunt ad meridiem prosperitatis, tunc sunt sæ...tes & ad nocendũ alijs acriores. Tunc enim per auaritiam ...feruent, & magis sitiunt mundi bona, iuxta illud Iob 24. *...torum meridiati sunt, qui calcatis torcularibus sitiunt*, sic... patet de mundi diuitibus qui uequiores sunt ad pauperes ra... & exhæredandum, quam alij qui nil habent. Vnde ... *Induxi super matrem adolescentis vastatorem in meridie.* Et ad...isto meridie, quod ibi est Habitatio malignantium: Ex... contemplantium. Impugnatio quiescentium.

§ ... ergo, quod iste meridies est quædam hora malignæ habitationis, quia scilicet, in plaga meridionali habitãt Æthio... troglodytæ. ad denotandum, quod in meridie prosperi...tant, qui habent nigredinem peccati, & iniquitatis. Et ...od dicitur Num. 13. *Amalech* (qui interpretatur lingens ...) *habitabat in meridie.* & Num. 33. dicitur, *quod Chana...* qui interpretatur possidens vel possessor, *in meridie habita...* Ad denotandum, quod illi, qui sanguinem delitiarom car... per luxuriam lambunt, & illi, qui bona temporalia per auaritiam possident, & acquirunt, sont huius meridiei, id est, status prosperitatis habitatores, & totius mundanæ gloriæ pos...es.

§ ...ndo dico quod hic meridies est quædam hora obscuræ ex...cationis. Aues enim immunditiæ & lucifugæ, sicut est bubo, ... æstate meridiei minus vident, imo penitus tunc tem... sunt quasi cœcæ Sicille, qui perueniũt ad istam meridiem id est, ad statum mundanæ prosperitatis, videntur totaliter excæcati. Non vident enim nec considerant mundi vanitatem, mortis propinquitatem, & cætera quæ pertinent ad salutem. Ita quod proprie sol veræ intelligentiæ videtur talibus eclipsatus, iuxta illud Amos 8. *Occidit sol in meridie.* Et de hoc Deu 28. *Palpabis in meridie sicut palpare solet cæcus in tenebris* & Iob 5. *Sicut in nocte, sic palpabunt in meridie.* Iste enim meridies, scilicet, status mundanæ prosperitatis bene videbatur excœcasse Dauid 2. Reg 11. vbi dicitur, quod cum ambularet in solario domus regiæ post meridiem, vidit Bersabee lauantem se, cum qua scilicet adulteriũ fecit, post vero propter adulterium per proditionem homicidiũ commisit. Et ideo tales possunt dicere illud Esa. 59. *Impegimus in meridie quasi in tenebris.*

§ Denique dico, quod hic meridies est quædam hora quietis impugnationis. Legimus enim *quod Isboseth, qui in meridie dormiebat a latronibus fuit occisus*, sicut dicitur 2. Reg. 4. In quo proprie figuratur quod illi, qui in meridie mundanæ prosperitatis per delectationes dormiunt, & quiescunt, mortis æternæ periculum sæpe recipiunt, & incurrunt. Vnde Iosu. 10. dicitur, *quod Iosue percussit omnem terram montanam & meridianam*: & Hier. 20. *Audiant clamorem mane, & vlulatum tempore meridiano.* Et sic igitur patet, quid est meridies mundanæ prosperitatis.

§ Secundo dico, quod meridies signat statum internæ sinceritatis, hoc est dictum puritatem conscientiæ. Iste enim dicitur meridies, quia, scilicet, ibi est feruor charitatis & amicitiæ, ... æquitatis & iustitiæ, splendor veræ veritatis & perfectæ ...tiæ. Vnde de scientia viri iusti dicitur Esaiæ 18. *Sicut meridiana ... lux*, &c.

§ ...tio dico, quod meridies signat statum æternæ fœlicitatis. Hic enim meridies habet splendorem perfectæ cognitionis, habet feruorem perfectæ dilectionis, habet etiam honorem perfectæ fruitionis. Quia sicut illi, qui sunt in meridie, sunt magis prope solem, sic illi, qui sunt in patria, sunt magis prope Deum regem. De isto ergo meridie, dicitur Hier. 6. *Surgite, & ascendamus in meridie.* Et nota, quod dicitur Ezech. 46. *quod ille qui ingrediebatur per portam aquilonarem egrediebatur per viam portæ meridianæ.* Ad denotandum, quod illi, qui ad portam meridianam gloriæ Paradisi volunt venire, necesse est ipsos per portam aquilonis, id est, per frigus tribulationis & pœnitentiæ primitus pertransire. Sicut enim dicitur Actorum 14. *Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cælorum.* Vnde Deu. 33. *quod Nephthalim mare & meridiem possidebit*, quasi dicat. Primo necesse est mare, id est, amaritudinẽ pœnitentiæ possidere, quam quod possimus ad meri-

diem supernæ beatitudinis peruenire. Sic ergo patet quomodo per meridiem potest intelligi cœli fœlicitas gloriosa, mentis serenitas virtuosa, mundi prosperitas vitiosa. Et hæc de meridie sufficiant. A

## Meritum. Mereri.

Cum meritum sit illud, per quod attingitur ad mercedem, & sic meritum sit sicut via, per quam venitur ad finem, sicut præmissa, per quam concludimus syllogismum, & sicut flos per quem peruenitur ad fructum, notare possumus quod de merito possumus loqui in bono & in malo. Est enim meritum quædam relatio vel respectus, qui ratione alicuius beneficij vel maleficij perpetrati alicui competit, vt recipere debeat ab altero commodum vel iacturam. Meritum est enim ante præmium, sicut fratres sunt vterini, quia vnũ semper videtur aliud supponere, & debita proportione vnum cum alio conuenire. Vnde nota, quod est dare merita iustorum, & merita malorum. Iusti enim per bona opera merentur bona, mali vero finaliter mala. Sunt enim iusti sicut mercatores, qui non cessant in terra sua diuersimode laborando merces suarum partium aggregare, & ipsas tandem ad regiones alias deportare, vt, scilicet, inde possint thesauros & pretiosa mercimonia reportare, & lucra & emolumenta acquirere, & habere. Istud patet in istis Venetis, & Genuensibus qui merces occidentis in orientem portant, & exinde aurum, aromata, & lapides pretiosos, & alia longe excellentiora quam portauerant inde reportant. Sic vere sancti in terra sua, vbi nati sunt, scilicet, in hoc mundo, solent merces, quæ sunt satis ibi viles, hoc est dictum, virtutes & merita congregare, & de isto occidente turbulento vitæ præsentis ipsas ad orientem vitæ æternæ portare, vbi pro certo ipsa possunt thesauris inæstimabilibus cœlestis gloriæ commutare. Et breuiter, apud Deum secundum quantitatem & copiam reportatur copia præmiorum, iuxta illud Eccl. 17. *Misericordia faciet locum vnicuique secundum meritum operum suorum.* Quod tamen hodie est contra multos ingratos, qui, scilicet, aliorum opera, labores, & seruitia recipiunt, ipsa tamen non remunerant, neque reddunt, contra illud Eccl. 10 *Da illi honorem secundum meritum suum.* Ista possunt multum dilatari, sed in tit. de reddere, retribuere, remunerare & similibus ponuntur multa de merito, & de statu & modo merendi, & de merito congruo, vel qualiter Deus quandoque præmiat sine merito præcedente, sed ista non sunt præsentis speculationis. Et ideo cum paucissimæ sint auctoritates, omitto amplius de merito iustorum. B

§ De merito malorum potest notari quod mali mala agendo, mala merentur, & sic pro malis suis meritis mala recipere finaliter comprobantur. Iustum est enim quod delicta compensentur cum pœnis, & quod scelera conueniant cum tormentis. Hester 16. *Deo reddente quod meruit.* Aduerte tamen, quod Deus quãdoq; punit citra meritum, quandoque iuxta meritum, nunquam autem vltra meritum, cum in retributione ipse addat semper vltra meritum. Et quod citra meritum puniat, patet Iob 11. *Vtinam Deus loqueretur tecum & intelligeres, quod multo minora exigaris ab eo quam meretur iniquitas tua* Quod puniat secundum merita, patet Deut. 7. vbi dicitur, quod *Deus reddit odientibus se statim, vt disperdat eos, & vltra non differat, protinus eis restituens quod merentur.* Apud ipsum enim est illa regula Deut. 25. *Pro mensura peccati erit & plagarum modus* Quod etiam Deus nunquam puniat vltra merita, quinimo, quod etiam quandoque ipse dispenset in meritis aut demeritis patet 2. Paralip 19. *Ira quidem domini merebaris, sed opera inuenta sunt in te.* Ista sufficiant. Vide in titulis supradictis.

## Mœror. Mœrere. A

Cum mœrere idem sit, quod tristari, desolari, lugere, lamẽtari vel flere, & sic per mœrorem potest accipi omnis desolatio, tristitia seu luctus, notare possum, quod mœror in bono sumitur & in malo.

§ Primo dico, quod sumitur in bono. Boni enim semper sunt flebiles & mœrebundi, & ab omni mundi solatio fugibundi. Nonne nubes torida, obscura & madida magis est commendabilis & vtilis quam nubes sicca, mobilis atq; clara, pro pluuia emittenda, & pro terræ nascentibus producẽdis? Sic vere illi, qui sunt in hoc mundo mœrentes, & stupidi, & timore Dei percussi, & à mundi gaudijs remoti, in virtutibus sunt proficui, & ad vtilitatem sui & aliorum amplius opportuni. Vir ergo iustus magis debet esse mœrebundus & grauis, quam lætus, consolabilis & iucundus. Turbulentiam enim aeris sequitur serenitas, sic vere turbu-

... interpretatur vir mercedis. De loco in... ... quod filij Israel castra metati ... quo ... scilicet, interpretatur profluuium iniqui... ... ibi quod 22. millia de ipsis in illo prælio ceciderunt. De ... ebrietatis & gastrimargiæ dicitur Num. 33. quod ... Israel castra metati sunt in Aboth, quod scilicet interpretatur ... grandes. De loco vero sterilitatis, & indigentiæ, ... est ... tum, de loco infernali, vbi scilicet, tales finaliter ... tentoria sua vt dicitur 1. Paral. 19. quod rex Maacha cum po... castra metati sunt in regione Medaba, quæ scilicet, inter... ames antiqua, signans famem & indigentiam inferna... incepit à diebus antiquis. Sufficit. Vide in tit. castra, ...

## Metere. Messis.

Cum messis sit illud, quod de fructibus terræ colligitur in æstate, & ... st multos labores & sudores de terræ prouentibus re... & quo etiam tota viuentium communitas per anni ... ustentatur, possumus notare, quod in scriptura per ... telligitur

Societas hominum saluandorum,
Societas hominum damnatorum,
Collectio bonorum terrenorum,
Possessio bonorum internorum,
Adeptio malorum æternorum,
Repletio bonorum supernorum.

Primo igitur dico, quod quædam messis hominum saluandorum ... scilicet est congregatio prædestinatorum, qui in agro huius mundi ... diuersimode seminati, & tandem per apostolos & prædicatores sunt recollecti, & in horreo Ecclesiæ congregati. ... dicitur Mat. 9. & Luc. 10. *Rogate dominum messis, vt mittat operarios in messem suam. Messis quidem multa, operarij autem pauci.*

§ Secundo dico, quod est quædam messis hominum damnatorum, ... ista est congregatio peccatorum, qui in agro huius mundi à diabolo seminantur, & ibi in mundi prosperis fouentur, & tandem in æstate iudicij falce diuinæ iustitiæ metentur, & in infernum horreo reponentur. De tali messe loquitur Apoc. 14. *quod ... vidi ... Angelum sedentem super nubem candidam, qui habebat coronam auream in capite, & habebat falcem acutam in manu sua, & alter Angelus exiuit* &c. sequitur. *Mitte falcem, & mete, quia venit hora, vt metatur, quoniam matura est messis terræ* & sequitur, *quod alius Angelus misit falcem suam acutam in terram, & vindemiauit vineam terræ, & misit in lacum iræ Dei magnum.* Angelus enim iste filium Dei signat, qui sedens in nube candida, id est, in carne pura & munda ... & falcem acutam, id est, asperitatem iustitiæ secum portauit, & coronam auream, id est, iudiciariam & regiam maiestatem habebit, & vineam & messem terræ, id est, congregationem reproborum metet, colliget & vindemiabit, & ipsos in lacum iræ Dei, id est, in lacu inferni calcabit, & perpetuo condemnabit. Et hoc est, quod dicitur Matth. 13. *Sinite* (inquit) *zizania crescere vsque ad messem, tempore vero messis dicam messoribus. Colligite primum zizania, & alligate ea per fasciculos ad comburendum.* Sicut etiam dicitur ibidem. *Messis est consummatio sæculi, vsque ad quam zizania,* id est, mali semper crescunt & prosperantur. Tunc vero à messoribus, id est, ab Angelis de agro huius mundi colligentur, & per fasciculos, id est, per distinctiones pœnarum in ... incendio comburentur. Ista est ergo messis hominum damnatorum.

C § Tertio dico, quod est messis bonorum terrenorum. Et ista ... auarorum, luxuriosorum, superborum. Auari metunt mundi facultates: luxuriosi metunt mundi voluptates: iniqui metunt mundi vanitates: auari igitur colligunt messem mundanæ facultatis. Et sic figurantur *in Manasse viro Iudith, super cuius caput tempore messis cecidit æstus, & mortuum est,* vt patet Iudith. 8. Ad denotandum quod illi, qui circa messem bonorum temporalium occupantur, æstu & feruore auaritiæ perimuntur. De auaro etiam dicitur Iob. 5. *Messem inquit famelicus comedet, & ipsum rapiet armatus, & bibent sitientes diuitias eius.* Famelicus est auarus, qui semper famescit acquirere & comedere messem terrenæ facultatis, & ideo armati, id est, dæmones ipsum finaliter per mortem rapient. Et sic diuitias suas sitientes, id est, alij auari haurient, atque bibent. Quia, scilicet tales in morte relinquent alienis diuitias suas, & sepulchra illorum domus illorum in æternum.

§ Item immundi colligunt messem mundanæ voluptatis. Et illi figurantur in Samsone, de quo Iud. 15. *Cum tempus triticeæ messis instaret, venit Samson visere volens vxorem suam.* Vnde de luxuriosis dicitur 2. Cor. 6. *Qui seminat in carne, de carne metet & corruptionem.* § Item colligunt superbi messem mundanæ vanitatis seu pompositatis. Et ista proculdubio habet annexam rapinam & crudelitatem, impietatem & iniquitatem. Ideo talibus dicitur Oseæ 10. *Arastis impietatem, & iniquitatem messuistis,* Et Iob 4. *Vidi eos, qui seminant dolores, & metunt eos flante Deo perijsse.* Et sic patet quomodo est messis bonorum terrenorum.

§ Quarto dico, quod est messis bonorum internorum. Et ista est messis, vbi triticum corporis Christi colligitur à deuotis, & vbi grana virtutum & meritorum à sanctis metuntur, de quo dicitur Ios. 3. *Iordanis tempore messis ripas aluei sui impleuerat,* quia scilicet, quando messis corporis Christi à fidelibus recolligitur & assumitur, Iordanis, id est, fluuius deuotionis lacrymarum debet amplius inundare. Et de messe etiam virtutum & meritorum, quam colligunt boni in agro conscientiæ propriæ potest exponi illud Cant. 5. *Messui myrrham meam cum aromatibus meis, comedi fauum meum cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo.* Vbi aduerte, quod in ista messe colliguntur multa grana virtutum, videlicet granum amarum contritionis, istud est myrrha: redolens deuotionis, istud est aroma: dulce compassionis, istud est fauus cum melle: Suaue consolationis, istud est vinum cum lacte. Ista est ergo messis bonorum internorum. D

§ Quinto dico, quod inuenitur messis malorum æternorum. E
Et ista est, quam seminant mali peccando, & colligunt in inferno, supplicia æterna sustinendo. Peccata enim semina, tormenta vero sunt illa, quæ à malis colliguntur, & metuntur grana. vnde Prouerb. 22. *Qui seminat iniquitatem metet mala.* Et Hier. 12. *Triticum seminauerunt & messuerunt spinas.* Triticum enim quod dicitur à tero, ris, signat peccatum, quod per remorsum consueuit conscientiam terere, & vastare. Ab isto enim semine tribulus æternæ damnationis metitur, & spina vermis immortalis, & perpetui reportatur.

§ Sexto dico, quod est messis bonorum supernorum. Et ista F
est messis, quæ à viris sanctis est in hoc mundo per labores seminata, & nunc ab eis per præmia æternæ gloriæ reportata, & de isto dicitur in Ps. 125. *Qui seminat in lacrymis, in exultatione metet.* Et 1. Corinth. 9. *Qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet.* Et sic patet, quod est messis hominum saluandorum, hominum damnatorum, bonorum terrenorum, bonorum internorum, malorum æternorum: bonorum supernorum. Et hæc de messe sufficiant.

## Metiri. Mensura.

A Nota, quod cum mensura sit illud intra cuius ambitum aliquid continetur, & per quod rerum qualitates & quantitates sciuntur, & cognoscuntur, & per quod vna res alteri comparatur, & proportionatur, hinc est, quod secundum diuersitatem rerum possunt mensuræ variæ reperiri. Verumtamen non est intentionis meæ de mensura tractare physice, sed tantum ad animarum salutem aliquid moraliter. Idcirco de mensura mobilium, quæ dicitur tempus æternorum, quæ dicitur æternitas, visibilium, quæ mensurat visus, sonorum, quæ mensurat auditus &c. similiter non intendo aliquid dicere, cum ad præsens opus non videatur pertinere. Cuncta enim quæ sunt, certis mensuris limitantur, & adæquantur, quia sicut dicitur Sap. 11. *Deus cuncta disposuit in pondere & numero & mensura.* Moraliter ergo dicamus breuiter, quod in scriptura fit mentio de duplici mensura, de bona, scilicet, & mala. Bona enim signat prudentiam & maturitatem, iustitiam & æquitatem, æternam gloriam & fœlicitatem. Mala vero signat iudicij peruersitatem, mentis iniquitatem, pœnæ æternæ asperitatem. Distinguamus igitur & dicamus, quod inuenitur in bono mensura virtuosa, mensura gloriosa. In malo vero est mensura vitiosa, mensura dolorosa.

Prima est mensura meritorum quantum ad perfectos,
Secunda est præmiorum quantum ad beatos,
Tertia est vitiorum seu peccatorum quantum ad infectos,
Quarta est tormentorum quantum ad damnatos,

§ Primo igitur dico, quod est quædam mensura, quæ est virtuosa, & ista est mensura prudentiæ & temperantiæ, qua scilicet, boni debent esse moderati & mensurati & cunctis bonis moribus adæquari. Sicut enim videmus, quod omne corpus subiacet certis mensuris, scilicet, B

Longitudini,
Latitudini,
Altitudini,
Profunditati.

Intra quarum terminos omnium corporum quantitas continetur, sic proculdubio quilibet vir perfectus debet esse mensuratus & moderatus quantum ad ista quatuor, scilicet,

Quantum ad
- Longitudinem durationis corporalium,
- Latitudinem successoris temporalium,
- Altitudinem perfectionis spiritualium,
- Profunditatem cognitionis scientialium.

Sit igitur homo mensuratus quantum ad longitudinem corporalis durationis. Non enim debet sperare semper viuere, sed potius quod necesse est suæ durationis longitudinem terminari, ita quod possit dicere illud Psal. 38 *Ecce mensurabiles posuisti dies meos, & substantia mea tanquam nihilum ante te.* Ezech. 41. *Mensus est longitudinem ædificij.* Sed de hoc vide supra de longus & de longe.

¶ Item sit mensuratus quantum ad latitudinem temporalis successionis, quia, scilic. non debet appetere nec habere dilatationem bonorum huius mundi, sed in ipsis certa mensura & temperantia mensurari, sicut Salomon, qui dicebat. *Nec diuitias nec paupertates dederis mihi domine, sed tantum victus meo tribue necessaria.* Prouerb. 30. *Sufficientia enim & necessitas debet esse temporalium mensura.* Quod est contra illos, qui non ponunt in temporalibus limitem vel mensuram. Similes crocodilo, qui non habet mensuram determinatam in quantitate, sed quamdiu viuit, semper crescit. Sic dico, quod & auari non habent mensuram limitatam in latitudine, seu in dilatatione temporalium acquirenda: quamdiu enim viuunt, semper volunt crescere, & statum & diuitias ampliare. Boni autem non sic, quia ipsi sciunt seipsos in temporalibus mensurare, vnde Ezech. 40. *Mensus est latitudinem ædificij calamo vno.* Calamus enim qui est siccus, leuis & vacuus, signat virtutem sufficientiæ, quæ scilicet leuis, vacua & sicca dicitur, eo quod bonis temporalibus vltra quam necesse est, non oneratur, non impinguatur, nec impletur. ¶ Mensurati debent quantum ad altitudinem spiritualis perfectionis, quia in altitudine perfectionis bonorum operum & virtutum ipsi debent apponere mensuram rectæ intentionis, & etiam mensuram prudentis discretionis, vt, scilicet, perfectionis non incipiat, quam, scilicet, continuare non posset, quia sicut dicitur Prou. 17. *Qui altam ædificat domum suam, quærit ruinam.* Ideo dicitur Ro. 12. *Noli altum sapere, sed time.* ¶ Item mensurari debet quantum ad profunditatem scientialis cognitionis. Non enim debet vltra quam decet per curiositatem se profundare, quia semper debet scientiam suam mensura veritatis & fidei limitare, vt sic de homine sic mensurato & se & alios taliter mensurante possit admiratiue quæri illud Eccl. 1. *Altitudinem cœli, latitudinem terræ, & profundum abyssi quis dimensus est?* quasi dicat, solus homo perfectus. Quod bene figuratur Apoc. 21. Vbi dicitur *quod ille, qui loquebatur mecum habebat mensuram arundineam, vt metiretur ciuitatem, & portas eius, & murum, & mensus ciuitatem in arundine aurea. Longitudo, & latitudo, & altitudo eius æqualia sunt.* Mensura ista charissimi, signat virtutem temperantiæ quæ dicitur aurea per claritatem prudentiæ & sapientiæ & arundinea per rectitudinem iustitiæ. Ista enim tria nos limitant & mensurant, scilicet, temperantia, sapientia, & iustitia. Cum ista igitur mensura ille, qui loquebatur, id est, ille, qui digne vult alijs loqui debet mensurare, & ordinare ciuitatem virtutum cordialium, portas sensuum naturalium, murum membrorum corporalium. Ista enim tria sunt principaliter mensuranda, & ad mensuram temperantiæ reducenda. Virtutes enim animæ debent mensurari, sicut intellectus, ne plus quam necesse est sapiat: affectus, ne plus cupiat, quam oporteat: memoria ne plus retineat quam Deus iubeat. Sensus etiam debent subiacere mensuræ, vt, scilicet, temperate & mensurate videamus, audiamus, gustemus, & odoremur. Membra insuper mensuræ & temperantiæ debent subijci, vt videlicet ipsa nõ voluptuose nutriamus, sed vt ipsa sub disciplinæ regula teneamus. Et sequitur residuum figuræ nostræ, videlicet, vt dictum est, quod *longitudo, latitudo, & altitudo ciuitatis erant æqualia*, quia si sic fecerimus, æqualitatem & moderantiam in omnibus habebimus. Et sic de nobis verificabitur illud Leuitic. 7. *Cunctis filijs Aaron mensura æqua per singulos diuidatur.* Metiamur igitur nosmetipsos, vt secundum meritа nostræ mensuræ nobis remetiatur in Paradiso ab illo, qui dixit Matth. 7. *Eadem mensura qua mensi fueritis remetietur vobis.*

¶ Illud tamen aduerte, quod homo non potest habere tales virtuosas mensuras, nisi sibi à domino concedantur. Deus enim concedit homini

Mensuram
- Compunctionis,
- Deuotionis,
- Refectionis,
- Perfectionis,
- Cognitionis,
- Discretionis.

Dat (dico) mensuram compunctionis. Vnde in Psal. *Cibabis nos pane lacrymarum, & potum dabis in lacrymis in mensura.* ¶ Item dat mensuram deuotionis Ezech. 4. *Aquam tuam in mensura bibes.* C
Et Iob. *Aquas appendit in mensura.* Aquæ enim deuotionem designant. ¶ Item dat mensuram refectionis, & ista est mensura consolationis spiritualium bonorum, de qua Luc. 12. *Vt det illis in tempore tritici mensuram.* ¶ Item dat mensuram perfectionis. Vnde Ephes. 4. *Vnicuique vestrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi.* ¶ Item dat mensuram cognitionis Rom. 12. *Vnicuique Deus diuisit mensuram fidei.* ¶ Item dat mensuram discretionis. Vnde Esa. 28. *Ponam iudicium in pondere, & iustitiam in mensura.* Et sic patet, quod est quædam mensura virtuosa.

¶ Secundo dico, quod est quædam mensura, quæ est gloriosa, & ista est illa mensura, quam distribuit Deus beatis in patria secundum mensuram meritorum quam habuerunt in via. Paterfamilias enim secundum mensuram laboris solet suis seruitoribus in æstate dare certam mẽsuram bladi, pecuniæ, vel mercedis. Sic proculdubio Deus in patria dat beatis certam mensuram præmiorum secundum mensuram meritorum præcedentium, & laborum. Marci enim 4. dicitur, *quod qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis.* Et ideo bonis dicitur illud Luc. 6. *Mensuram bonam, confertam, coagitatam & superfluentem dabunt super capita vestra.* Illa enim mensura dicitur bona propter malorum abdicationem. Dicitur conferta & coagitata propter bonorum cumulationem. Et dicitur superfluens propter præmiorum redundantiam & meritorum transcensionem. Ibi enim mensura seu quantitas præmiorum transcendet mensuram meritorum. Vnde Hier. 21. *Aedificabitur ciuitas, & exibit vltra normam mensuræ.* Illa est igitur mensura gloriosa.

¶ Tertio dico, quod est quædam mensura, quæ est vitiosa. Et E
ista est illa, qua mali mensurant se & alia. Ipsi enim mali immoderate seipsos regulant, & mensurant. Vnde Oseæ 1. *Numerus filiorum Israel quasi sint arena est.* Inter filios enim Israel, id est, inter viros ecclesiasticos vel fideles sunt hodie multi qui sunt sicut arena per virtutum sterilitatem, sicut mare per vitiorum fluctuositatem, sine mensura per omnium actuum & operum superfluitatem.

¶ Quarto dico, quod est quædam mensura quæ est dolorosa. F
Et ista est mensura & quantitas pœnæ æternæ, & tormentorum, quæ respondit culpæ & delicto præcedentium vitiorum, iuxta illud Deut. 25. *Secundum mensuram culpæ, erit & plagarum modus.* Ista sunt igitur quatuor genera mensurarum, quibus homines mensurantur. Sed de istis vide si vis magis, in distinctionibus Mauritij, vbi inuenies quatuor mensuras bonorum, quatuor malorum, quatuor beatorum, & quatuor damnatorum, quæ omnes sibi inuicem correspondent, & multo melius ponitur ibi quam hic. Hoc enim fuit valde meum ingenium obcæcatum.

## Metus. Metuere.

Cum infra satis proponam dicere de timore, hinc est, quod hic de metu breuiter pertransibo. Est enim metus idem, quod timor. A
Et quamuis grammaticaliter loquendo differant, vnum tamen pro alio sumitur in scriptura. Notabo igitur quod in scriptura reperio

Metum
- Senilem,
- Seruilem,
- Ouilem.

Primus est iustorum & prudentium,
Secundus est stultorum & peccantium,
Tertius est vanorum & simplicium.

Primo ergo dicam, quod est dare metum senilem, qui est prudentium, quia reuera ad virum prudentem & virtuosum pertinet, quod in pluribus metuat, atque hæsitet Eccles. 18. *Sapiens in omnibus metuit.* Et bene dicit in omnibus, quia vere sicut terræmotus sæpius accidit in montibus quam in vallibus, sic bonus metus facilius contingit altioribus & melioribus, quam inferioribus

& imperfectionibus Phil. 2. *Cum metu & tremore vestram [salutem] operamini.* ¶ Sic ergo nota, quod vir prudens metuit illa,

Quæ { Superius latent,
Interius latent,
Exterius patent,
Posterius latent.

Metuit (dico) iustus negotia superiora, scilicet, Deum, Angelos [et s]anctos, quos oportet iustus debet metuere ne forte ipsos offenderit, vel ne forte ipsos nec non coluerit aut honorauerit, ne forte pœnam ab eis meruerit. Opera enim superius Dei producta, puta tonitrua, fulgura, coruscationes, incutiunt metum animalibus vitiuosis, multo fortius ergo aspectus [diuinæ] potentiæ & sapientiæ & iustitiæ, debet nobis metum [incuter]e, & timorem ipsius in nostris cordibus generare. Iste [en]im est metuendus, quia

Respicit in se sperantes,
Reficit ad se clamantes,
Abijcit in se peccantes,
Perficit se sequentes.

Metuamus ergo eum quia in se sperantes respicit, vt eos eruat [Ps. 32. Oculi D]omini super metuentes eum, vt eruat à morte animas eorum, & [alat eos in] fame. ¶ Item ad se clamantes reficit, vt bonis imbuat [Iere. 5.] *Metuamus Dominum Deum nostrum, qui dat nobis pluuiam in tempore suo plenitudinem annuæ messis custodientem nobis.*

¶ Item in se peccantes abijcit & bonis viduat. Vnde Hebr. 12. *Habeamus gratiam per quam seruiamus placentes Deo cum metu & reuerentia, etenim Deus ignis consumens est.* ¶ Item se sequentes perficit, atque perpetuat Eccl. 6. *Amicus fidelis medicamentum vitæ & immortalitatis, & qui metuunt Dominum, inuenient illum.* Igitur metuentes dominum sustinete misericordiam eius Eccl. 2. *Quia pro certo vnus est altissimus creator omnium omnipotens rex, potens & metuendus nimis* Eccl. 1. Metuit igitur iustus iudicia superiora.

C ¶ Denique dico, quod ipse metuit flagitia interiora, quæ scilicet, commisit, vel etiam ne ipsa committat, & in eis inoluatur & cadat. Ille enim qui castrum obsessum habet in custodia, est (si est prudens) in continuo metu, ne scilicet hostes ibidem subintrent. Sic igitur cum infiniti hostes obsideant castrum cordis, multum debemus esse meticulosi & scrupulosi ne ipsum per tentationum insidias perdamus, aut per præsumptionē & inanem gloriam amittamus. Vnde Eccl. 5. de propitiatu peccatorum dicitur, *Noli esse sine metu & non adijcias peccatum super peccatum.*

D ¶ Denique timeat negotia exteriora, videlicet mundi tribulationes, quæ potissime per quatuor puncta solent fieri, scilicet, per falsas machinationes, discordias & seditiones, falsas impositiones, inuidias domesticorum & suspiciones. Et ista sunt illa quatuor, quæ dicit Salomon à prudentibus metuenda Eccl. 26. [cap]ite. *A tribus,* inquit, *timuit cor meum & à quarto facies mea metuit: Delaturam ciuitatis,* ecce proditio: *Collectionem populi,* ecce seditio: *Calumniam mendacem,* ecce accusatio: *Mulier Zelotypa,* ecce suspitio. Metuat ergo iustus negotia exteriora. ¶ Insuper dico quod timere debet supplicia posteriora, non scilicet mortem, quia illa venit de necessitate, & ideo non est metuenda, (iuxta illud Eccles. 41. *Noli metuere iudicium mortis.* Sequitur. *Hoc est enim datum à Domino omni carni*) sed illa, quæ veniunt post mortem, scilicet, [fut]urum iudicium & infernum, & etiam Paradisum, quia reuerentia debet timere de iudicio, ne iniustus inueniatur. De inferno, ne ibidem condemnetur aut projiciatur. De Paradiso ne [ab eo] separetur. Vnde potest dici illud Hebr. 11. *Fide Noe responso accepto de his, quæ adhuc non videbantur, metuens,* scilicet, *in diluuium futurum, aptauit arcam in salutem.* Ista sunt ergo, quę debet metuere [homo] iustus. Et sic dico, quod est dare metum senilem seu virilem, qui est prudentium.

F ¶ Secundo dico, quod est dare metum seruilem, qui est peccantium, & hic est, metus illorum qui metu & non amore abstinent à malo. Iste est enim ille metus, quo quidam timentes mundi tribulationes & tyrannorum vexationes, cessant Domini voluntatem facere, & se inclinant, & consentiunt ad peccatum & iniquitatem. Et pro certo tales non fuerunt martyres. Isti enim videbantur audiuisse illud Deut. 1. *Nolite metuere, Dominus Deus ductor vester est.* & Num. 14. *Dominus vobiscum est, nolite timere.* Secundum iura enim illa, quæ fiunt vi aut metu, non obligant, hoc tamen intelligitur de metu, qui potest cadere in constantem virum. Secundum iura vero diuina nullus metus excusat à peccato mortali, quia etiam mors potius sustinenda, quam culpa mortalis committenda. Sancti enim omnem metum deposuerunt, & soli Deo seruierunt. Isti enim non timuerunt derisiones & ludibria, defectiones & opprobria, afflictiones & supplicia. Non metuit ergo vir iustos ludibria derisiorum Ezech. 2. *Domus inquit exasperans est.* Tu ergo fili hominis ne timeas eos, & sermones eorum non metuas. ¶ Item non metuit opprobria detractorum Esa. 51. *Nolite timere opprobria hominum, & blasphemias eorum ne metuatis.*

¶ Item non metuit supplicia tyrannorum Eccles. 41. *Noli metuere iudicium mortis,* & Hest. 15. *Noli metuere, non morieris,* scil. in anima, *sed morieris corpore.* Et breuiter nullus metus seruilis decet virum perfectum, magnanimum aut constantem. Et merito, quia pro certo talis habet quendam fortissimum defensorem, scilicet, ipsum Deum & ideo metuere nihil debet. *Sardius,* enim, teste Dioscoride, *Lapis est rubeis cuius virtus est timorem pellere, & audaciam generare & incantationibus obuiare.* Sic vero Deus quando per fidem, charitatem aut gratiam possidetur, audaciam, & constantiam gignit; & imbecillitatem pellit, & incantationibus, id est, dæmonum, & hæreticorum deceptionibus resistit. Igitur cuilibet Deum secum habenti, & istum preciosum lapidem possidenti videtur dictum illud Ios. 1. *Noli metuere, & noli timere quia tecum est Dominus.* Est igitur dare metum seruilem, qui est peccantium.

¶ Tertio principaliter dico, quod est dare metum ouilem seu puerilem. Quidam enim sunt ita imbecillis & pauidæ voluntatis & cordis, quod more ouis vel leporis stupent & metuunt sine causa, & vana occasione metuunt quicquid vident. G
Vnde de illis qui timent eclipses & tonitrua, fortunæ vel naturæ euentus & prodigia, dicitur Hier. 10. *A signis* (inquit) *cæli nolite metuere quæ metuunt gentes.* Sic ergo dico, quod est metus ouilis & puerilis, seruilis & vilis, senilis & virilis. Vide infra de timore, tremore, & in alijs similibus.

## Met. Memet.

Nota, quod ista dictio met nihil signat per se, sed cum sit compositio pronominis facit pronomen, cui additur, certius significare & aliquid verius & personalius designare. Denotat ergo quandam identitatem, & intimam personæ proprietatem. Met enim videtur significare illud, quod idem. Notabo ergo, quod in scriptura reperitur vnum met, quod A

Concernit { Diuinam naturam,
Virtutis structuram,
Animi iacturam.

¶ Primo ergo dico, quod est vnum Met inuariabile, & istud est Dei identitas, quia scilicet, ipse Deus est idem apud semetipsum, & in semetipso. Vnde ipse est, qui dicit Gen. 22. *Per memetipsum iuraui, dicit dominus* quasi diceret per intimitatem essentiæ meæ iuraui, quia scilicet, nihil potest esse maius. Et Esa. 45. *In memetipso iuraui, egredietur de ore meo iustitiæ verbum.* Et aduerte, quod Deus ipsemet viuit & durat æternaliter, & transit temporaliter, confert & iuuat supernaliter, offert, & sedat corporaliter. Nam ipsemet durat semper viuendo, vt patet Io. 5. vbi dicitur, *quod pater habet vitam in semetipso, & dedit filio habere vitam in semetipso.* Nam ipsemet venit carnem sumendo, quia scilicet, sicut dicitur Phil. 2. *Ipse semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens & habitu inuentus vt homo.* Nam ipsemet nos iuuat, patiens placando, quia scilicet, sicut Hebr. 7. dicitur. *Potens est nos saluare, accedens per semetipsum ad Deum, semper viuens ad interpellandum pro nobis.* Nam ipsemet se obtulit, mortem ferendo, quia scilicet, sicut dicitur Phil. 2. *Ipse humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem.* Et ad 2. Tim. 2. dicitur, *quod ipse dedit semetipsum pro nobis, vt redimeret nos.* Patet ergo, quod est vnum Met inuariabile. Et istud est Dei identitas.

¶ Secundo dico, quod est vnum Met valde laudabile. Et istud est morum integritas. Et sic dico, quod homo dicitur ipsemet, & esse in semetipso, quando ipse in virtute constantiæ & per cognitionem virtutum est idem, integer, & intimus sibiipsi Prouer. 9. *Fili mi, si sapiens fueris, tibimetipsi eris.* Et quando semetipsum in sanctitate custodit, & ab omni peccato se saluare satagit & proponit Matth. 27. *Si filius Dei es, salua temetipsum.* Et reuera quilibet debet esse multo magis diligens de saluando semetipsum, quam de alio quocunque Luc. 23. *Si filius Dei est, semetipsum saluum faciat.* Quod est contra multos, qui scilicet, plus curant alios emendare, quam semetipsos, sicut sunt mali iudices, & prælati & prædicatores, contra illud Apostoli ad Gal. 6. *Opus suum probet vnusquisque, & sic in semetipso tantum habebit gloriam, & non in altero* Igitur

Temetipsum
- Vide & considera,
- Sperne & vitupera,
- Ama & desidera,
- Salua & recupera,
- Iuua & contempera,
- Turba & reuerbera,
- Leua & exonera,
- Salua & libera.

Igitur dico, quod temetipsum debes videre & considerare Ioan. Epistola 2. *Videte vosmetipsos.* Quod est contra illos qui semetipsos non vident, &c. de quibus Gregor. 2. dialo. dicit *Quoties per cogitationis motum extra nos ducimur, & nos sumus & nobiscum non sumus, quia nosmetipsos minime videntes, per alia vagamur.*

¶ Item temetipsum debes spernere & vituperare Matth. 16. *Qui vult venire post me abneget seipsum & sequatur me.*

¶ Item temetipsum debes amare & desiderare 1. Petr. 4. *Ante omnia mutuam in vobismetipsis charitatem continuam habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorum.* ¶ Item temetipsum debes saluare & recuperare, quia scilicet, quando quis per peccatum perijt, multum debet intendere vt per pœnitentiam saluet, & liberet semetipsum Matth. 27. *Salua temetipsum* Actor. 26. *Permittitur tibi loqui pro temetipso.* ¶ Item temetipsum debes iuuare & contemperare quia scilicet, tempore tentationum & tribulationum, tu debes quærere tibi remedia opportuna. Exemplo Ionæ, de quo dicitur Ionæ 4. quod *contra eستam sibimetipsi fecit obumbraculum.*

¶ Item temetipsum debes turbare, & reuerberare, scilicet, per pœnitentiam & timorem. Exemplo Christi, de quo dicitur Ioan. 11. *Quod ipse turbauit semetipsum quando voluit Lazarum suscitare.* Ad denotandum, quod qui Lazarum mortuum, id est, animam propriam desiderat à morte peccati suscitare, ipse debet per contritionem se turbare, & in semetipso fremere, & titubare Ioan. 11. *Fremens in semetipso venit ad monumentum.* Et Iob 7. *Posuisti me contrarium tibi, & factus sum mihimetipsi grauis.* Et Ezech. 6. *Displicebunt sibimetipsis super vniuersis malis, quæ fecerant.*

¶ Item temetipsum debes leuare & exonerare, scilicet, terrena contemnendo, & cœlestia appetendo & contemplando. De quo Gregor. libr. 2. dialo. *Duobus* (inquit) *modis extra nos ducimur, quia per cogitationis lapsum sub nobismetipsis recedimus, aut per contemplationis gratiam super nosmetipsos leuamur.* Item temetipsum debes saluare atque liberare. Deut. 4. *Custodi temetipsum & animam tuam sollicite.* Inuenitur ergo vnum Me valde laudabile. Et istud est morum integritas.

C ¶ Tertio dico, quod inueniuntur vnum Me valde damnabile. Et istud est malorum quidditas. Mali enim in proprijs personis delinquunt, dum semetipsos vitijs & peccatis exponunt. Ipsi enim

Semetipsos
- Fraudant & decipiunt,
- Fœdant & inficiunt,
- Turbant & concutiunt,
- Leuant dum superbiunt,
- Orbant dum desipiunt,
- Pascunt dum alliciunt.

Dico ergo, quod isti semetipsos solent decipere Iac. 1. *Estote factores verbi & non auditores tantum fallentes vosmetipsos.* Item semetipsos solent inficere Ephes. 4. *Desperantes semetipsos tradiderunt impudicitiæ, &c.* Item semetipsos solent concutere, scilicet, per timorem & turbationem indebitam Thre. *Subuersum est cor meum in memetipso.* Item semetipsos solent erigere, scilicet, superbiendo, similes Pharaoni, qui dicebat Ezechiel. 29. *Meus est fluuius, & ego feci memetipsum.* Contra illud Prou. 9. *Ne sis sapiens apud temetipsum.* Item semetipsos solent excæcare. Iudas in canonica sua. *Segregant semetipsos, animales spiritum non habentes.* Item semetipsos solent impinguare. Iudas vt supra. *Hi sunt in epulis suis maculose conuiuantes, sine timore semetipsos pascentes.* Et breuiter multi sunt qui non curant nisi de semetipsis Actor. 26. *Permittitur tibi loqui de temetipso.* Et sic igitur patet, quomodo ista compositio Me potest referri. Ad Deum. Ad iustum. Et ad impium. Vide vbi ipse.

A **Me. Mei.** Nota, quod cum istud pronomen sit pronomen demonstratiuum primæ personæ, & numeri singularis. Possum dicere quod congrue potest referri ad omnia genera personarum. Ad personas enim non ad res aut loca potest referri. Qualibet enim persona siue sit Deus, angelus, sanctus, iustus, pœnitens aut conuersus, siue sit diues, fœlix, pauper, infirmus, tribulatus, mortalis, siue sit dæmon, peccator & impius, siue sit princeps, prælatus, vel subditus, siue sit religiosus, clericus aut laicus, siue sit senex, iuuenis, vel infantulus, siue sit fœmella vel masculus, omnes possunt sibi istud pronomen appropriare, & ipsum de seipsis dicere & prædicare, quia scilicet, quælibet potest dicere me, de me, in me, pro me, per me, apud me & similia. Nota igitur quod istud pronomen refertur

Ad
- Deum cuncta regentem,
- Iustum sancte viuentem,
- Neophytum culpas deflentem,
- Mortalem mundo degentem,
- Prælatum & præsidentem,
- Subditum & seruientem,
- Beatum & triumphantem,
- Diabolum bonos fallentem,
- Mundanum mundos fœdantem,
- Impium mala patrantem,
- Tyrannum dure regnantem,
- Mulierem luxu fœtentem,
- Damnatum semper ardentem.

¶ Ista enim omnia possent prosequi & concordari, sed in prosecutione satis dicetur. Solummodo dicamus quod istud pronomen me refertur ad

- Christum,
- Iustum,
- Impium.

¶ Dicamus igitur primo, quod illud pronomen me refertur ad Deum cuncti potentem seu cuncta regentem. Deus enim seipsum & personam suam omnibus offert & profert tanquam obiectum videndum & inueniendum, attendendum & meditandum, seipsum demonstrat indicat atque refert dicens me, quasi dicat. In me, & per me, & de me & à me & apud me est omne bonum. Me etenim signat personam loquentis, & ideo signat ipsius loquentis bonitatem, quidditatem, & auctoritatem, &c. Me inquit quasi dicat. Vos potestis me videre, & inuenire tanquam obiectum fortitudinis & virtutis. Vnde nota, quod Deus est vnum me, cuius B

- Potentia omnia reguntur,
- Scientia omnia diriguntur,
- Clementia pauperes aluntur,
- Potentia impij franguntur,
- Vestigia deuoti sequuntur,
- Auxilia à cunctis quæruntur.
- Per quem magnalia beatis dabuntur.

Dico ergo, quod iste dicitur me, quia omnia concluduntur eius potentia. Ipse enim sua potentia condidit vniuersa Deut. 32. *Videte, quod ego sim solus, & non sit alius Deus præter me, ego occidam, & ego viuere faciam, &c.* Et Deut. 5. *Timeant me, & custodiant mandata mea, &c.*

¶ Item iste dicitur me, quia omnia diriguntur eius prudentia, seu scientia. Vnde iste est, qui dicit Prou. 8. *Meum est consilium & æquitas, mea est prudentia, mea est fortitudo, & per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt, per me principes imperant, & potentes discernunt iustitiam. Ego diligentes me diligo, & qui mane vigilauerint ad me, inuenient me.* ¶ Item dicitur me, quia omnia fouentur, aluntur eius clementia. Vnde ipse est, qui dicit Matth. 11. *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos.* Et Esa. 33. *Glorificabit me bestia agri, quia dedi in deserto aquas.*

¶ Item dicitur me, quia impia franguntur eius iustitia. Vnde peccatori dicitur Hier. 5. *Adducam super vos gentem de longinquo & comedet segetes tuas, & panem tuum deuorabit, filios tuos, & filias tuas comedet &c.* Sequitur. *Me ergo non timebitis, dicit dominus, & à facie mea non dolebitis.* Iste enim super omnia est timendus, cum sit potentissimus & iustissimus Deut. 4. *Congrega ad me populum, vt audiat sermones, & discat timere me.* Vnde ipse dicit Esa. 46. *Redite præuaricatores ad cor, recordamini, quia ego sum Deus, & non est vltra mihi Deus, nec est similis mei.*

¶ Item dicitur me, quia omnia sequuntur, seu sequi tenentur eius vestigia. Iste enim est, qui dixit Petro & Andreæ Matth. 5. *Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum.* Sequitur. *At illi continuo relictis retibus secuti sunt eum.* Et merito, quia ipse est, qui sic sequentibus dicit Matth. 19. *Amen dico vobis, quod vos, qui secuti estis me, sedebitis super thronos duodecim, &c.* quia sicut alibi dicitur, *qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ, &c.* Bene

ergo

... Math. 19. *Sinite paruulos venire ad me.* & Actor. 12. *Circumda tibi vestimentum tuum, & sequere me.* Et adhuc ipse inuitat ... Esa. 44. *Formaui te, seruus es tu Israel, non obliuisceris mei.* Contemptores vero facientes arguit, & reprehendit Esa. 1. dicens, *Cognouit bos possessorem suum &c.* Sequitur. *Israel autem me non cognouit.* ... Hier. 2. *Populus autem meus oblitus est mei diebus innumeris.* ¶ Item ... tur me, quia à cunctis quæruntur eius auxilia seu suffragia. ... ille enim est, qui dicit animæ destitutæ. *Tantummodo est ex me auxilium tuum.* Ose. 13. ideo Amos 5. *Quærite me, & viuetis.* Et meritò, ... cum ipse dicit de seipso Eccles. 24. *In me omnis gratia viæ & veritatis, in me omnis spes vitæ & virtutis. Transite ad me omnes, qui concupiscitis me, & à generationibus meis implemini. Qui edunt me adhuc esurient, & qui bibunt me adhuc sitient.* ¶ Item dicitur me, quia beabuntur eius magnalia, scilicet, in Paradiso. Vnde ipse est, ... offert omnibus beatis & sanctis ad videndum, gustandum ... endum & amplexandum, dicens Prou. 8. *Beatus homo, qui audit me & qui vigilat ad fores meas quotidie, qui inuenerit me, inueniet vitam, & hauriet salutem à Domino, qui autem in me peccauerit, lædet animam suam, & omnes, qui oderunt, diligunt mortem.* Et illud prædictum Eccl. 24. *Qui edunt me, adhuc esurient &c.* Ecce ergo quomodo Deus dicendo me, offert se nobis, vt obiectum perfectissimum, in quo (scilicet) quilibet reperit omne bonum. Sicut ergo ferrum quadam occulta virtute adamantis trahitur ad ipsum, cui cum coniunctum fuerit, ipsum nisi violenter amplius non dimittit, sic & nos, cum ipse sit infinitæ & occultæ virtutis, ad ... debemus accedere, & nunquam ipsum per peccatum dimittere, nec ab eo perpetuo resilire. Iste enim semper paratus est nos recipere, & secum si nos voluerimus, retinere Hier. 3. *Reuertere ad me, & ego suscipiam te.* Modum autem veniendi ad ... ipse docet Ioel 2. vbi ipse dicit. *Conuertimini ad me in toto corde vestro in ieiunio & fletu & planctu.* Sed proculdubio multi sunt, qui ad illum me, sc. ad Deum non accedunt, de quo ipse videtur plangere Hier. 2. vbi dicitur. *Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas.* Et idem ibidem. *Verterunt ad me tergum & non faciem.* Et isti deberent attendere ad illud, quod dicitur Ose. 7. *Væ eis quoniam recesserunt à me.* Et tales maxime sunt hypocritæ, de quibus dicitur Esa. 29. *Populus iste labijs me honorat, cor autem eorum longe à me est.* Non sic, sed coniungamur, & conuertamur ad illum me, quia iste est, qui animam ad hoc inuitat Hier. 3. *Ergo saltem amodo voca me pater meus, dux virginitatis meæ tu es.* Sequitur. *Patrem vocabis me, & post me ingredi non cessabis.* Patet igitur, quod istud pronomen me, refertur ad Deum cunctipotentem.

¶ Secundo dico, quod istud pronomẽ me refertur ad iustum ... viuentem. Quilibet enim iustus potest dicere me, & offerre, opponere, & exponere se tanquam obiectum virtuosum. Et sic per illud pronomen me dico, quod ipse potest se describere & monstrare, ostendere & declarare.

Vt
- Deploratorem criminis interni,
- Mediatorem ordinis moderni,
- Toleratorem turbinis externi,
- Vindicatorem muneris paterni.

¶ Iustus ergo considerari potest

Vt
- Pœnitens & luctuosus,
- Meditans & curiosus,
- Militans & virtuosus,
- Triumphans & gloriosus.

Dicimus ergo, quod iustus per illud pronomen me, se prædicat pœnitentem & luctuosum, quia reuera pœnitens debet dolere, lugere, timere. Dolere dico. Vnde illud. *Dolor meus super dolorem, ... mærens.* Et illud Thren. 1. *Multi enim gemitus mei, & cor meum mærens.* Timere etiam Psalm. 54. *Timor, & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebræ.* Lugere insuper: Esa. 22. *Recedite à me, amare flebo, nolite incumbere vt consolemini me super vastitatem filiæ populi mei.* Quia reuera quando homo considerat filiam populi sui scilicet Dei & Sanctorum, id est, animam propriam per peccatum fuisse vastatam & bonis omnibus spiritualibus denudatam, ipse debet flere, & culpas lacrymis abluere, vt & sic dicat anima pœnitens ipsi Deo illud Psalm. 51. *Asperges me Domine hyssopo, & mundabor, lauabis me & super niuem dealbabor.* Et ibidem: *Amplius laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me, quoniam iniquitatem meam ego cognosco.* Igitur per illud pronomen me iustus se prædicat pœnitentem & luctuosum.

C ¶ Item per istud pronomen me iustus se prædicat meditantem & scrupulosum, seu curiosum. Constat enim quod ad virum sapientem & iustum pertinet, quod omnia, quæ sunt, fuerunt, & erunt, prudenter debeat meditari, & in quantum ad salutem pertinent, solerti animo perscrutari. Meditetur ergo scilicet

A
- Carnis luxum & vilitatem,
- Vitæ fluxum & breuitatem,
- Mundi cursum & vanitatem,
- Inferni morsum & aduersitatem,
- Paradisi passum & amœnitatem.

De carnis lusu & vilitate dicat Deo illud, quod scribitur Iob 10. *Memento quæso, quod sicut lutum feceris me, & in puluerem reduces me. Nonne sicut lac mulsisti me, & sicut caseum me coagulasti? Pelle & carnibus vestisti me, ossibus & neruis compegisti me.* De vitæ fluxu, & breuitate dicat Deo illud Esaiæ 38. *Præcisa est velut texentis vita mea, dum adhuc ordirer, succidit me, de mane vsque ad vesperam finies me.* Sicut pullus hirundinis sic clamabo, & meditabor vt columba. De mundi cursu, & vanitate dicat illud Apoc. 17. *Veni* (inquit Angelus) *& ostendam tibi damnationem meretricis magnæ* (id est, mundi) Sequitur. *Et abstulit me in spiritu in desertum, & vidi mulierem sedentem super bestiam coccineam, plenam nominibus blasphemiæ &c.* Mulier enim mollis & variabilis est mundus, qui super bestiam dicitur sedere, in quantum moribus & morsibus brutalibus & bestialibus dicitur abundare, & in quantum Deum & sanctos facto, vel dicto noscitur blasphemare. De inferni morsu & aduersitate dicat similiter homo iustus illud Psalm. 114. *Circumdederunt me dolores mortis, pericula inferni inuenerunt me.* De Paradisi vero passu & amœnitate dicere potest illud Ezech. 40. *Facta est super me manus Domini, & adduxit me in visionibus Dei in terram Israel, & dimisit me super montem excelsum nimis, super quem erat quasi ædificium ciuitatis.* Et Ezechiel 8. dicitur. *Eleuauit me spiritus inter cælum, & terram, & adduxit in Hierusalem in visione Dei.* Ista sunt ergo, quæ iustus se prædicat meditantem, & solerti indagine contemplantem. Et sic dico, quod per istud pronomen me, iustus se offert, atque demonstrat meditantem & scrupulosum.

¶ Item iustus per istud pronomen me se offert militantem & vigorosum. Iustus debet circa vitia dubitare, & contra fortunæ difformes euentus, scilicet, contra prospera, & aduersa constanti animo fortis esse, & tentationibus diaboli, nec non mundi tribulationibus præualere Psalm. *Præcinxisti me virtute ad bellum, & supplantasti omnes insurgentes in me, subtus me. Quoniam inimicos meos dedisti mihi dorsum &c.* Et si vis nota, quod homo debet esse virtuosus & fortis in D

- Exequendo iussa maiorum,
- Prosequendo iura minorum,
- Sustinendo casus fatorum,
- Arguendo facta prauorum,
- Abdicando pompas fastorum,
- Vendicando culmen honorum,
- Deprecando opem Sanctorum.

Offerat ergo se iustus dicendo me, vt exequentem iussa maiorum, quia scilicet, ipse debet maioribus & eorum imperijs obedire, & eorum correptionibus cum patientia consentire, dicens illud Esaiæ 6. *Ecce ego, mitte me,* quasi dicat, Paratus sum in omnibus obedire. Et illud Psal. 140. *Corripiet me iustus in misericordia & increpabit, oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.*

¶ Item offerat se, vt prosequentem iura minorum, quia, scilicet, iste debet pauperibus & simplicibus subuenire, & maxime si sit iudex præsidens vel prælatus. Vnde iste est, qui dicit Esa. 61. *Spiritus domini super me, eo, quod vnxerit me, ad annunciandum mansuetis misit me, vt mederer contritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertionem, vt consolarer omnes lugentes, & ponerem fortitudinem lugentibus Sion.*

¶ Item offerat se, vt sustinentem casus fatorum, quia scilicet, quicquid iusto acciderit, debet in patientia sustinere, & semper cogitare, quod sibi à Deo talia immittuntur, vel immitti permittuntur vel ordinantur ad ipsum castigandum, probandum & honorandum. Dicat ergo regratiando illud Psal. *Domine probasti me & cognouisti me.* Et illud. *Proba me Domine & tenta me, vre renes meos & cor meum.* quasi dicat. Paratus sum in patientia sustinere, sicut faciebat ille, qui dicebat Deo illud Psal. *Super me confirmatus est furor tuus & omnes fluctus tuos induxisti super me. Longe fecisti notos meos a me. In me transierunt iræ tuæ & terrores tui conturbauerunt me. Elon-*

*me. Elongasti à me amicum & proximum, &c.* Talia ergo sunt fortiter sustinenda. Et merito, quia pro certo diuinum auxilium nunquam illis solet deficere, qui mundi infortunia solent in patientia sustinere Psalm. *In die tribulationis meæ clamaui ad te, & exaudisti me.* Et ibidem. *Quoniam tu Domine adiuuisti me, & consolatus es me.* Offerat ergo se iustus, vt sustinentem casus fatorum.

¶ Item offerat se dicendo me, vt arguentem facta malorum, quia scilicet, iste debet esse constans & firmus ad arguendum impios & tyrannos, & ad prædicandum fortiter contra ipsos vt sit sicut ille, qui dicebat Esa. 49. *Dominus ab vtero vocauit me, de ventre matris meæ recordatus est nominis mei. Et posuit os meum quasi gladium acutum, & in vmbra manus suæ protexit me. Et posuit me sicut sagittam electam, in pharetra sua abscondit me, & dixit mihi. Seruus meus es tu Israel, quia in te gloriabor.* Expone bene de perfecto & constanti viro, qui debet esse contra malos acutus gladius, & sagitta.

¶ Item offerat se, vt abdicantem vana fastorum, id est, pompositatem & superbiam contemnentem Psalm. *Neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus super me.* Et merito, quia pro certo, qui voluntarie non humiliatur, contra voluntatem propriam multoties conculcatur Psalm. *Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me.* Sit igitur humilis non superbus regratians Deo, dicendo illud Psalm. *In veritate tua humiliasti me* ¶ Item offerat se, vt vendicantem culmen honorum, hoc est dictum, vt talem, qui dignus sit ad dignitatum apicem eleuari Psalm. *In opera exaltasti caput meum.* ¶ Et nota, quod prælatus debet

Misereri,
Intereri,
Honorari,
Coronari,

Misereri, (dico) per clementiam, quia scilicet, ipse debet esse pius & alijs faciliter indulgere. Exemplo Ioseph, de quo dicitur Genes. 45. quod *clementer resalutauit fratribus,* qui scilicet in ipsum multum peccauerunt, dixit *Accedite ad me, ego sum Ioseph frater vester, quem vendidistis in Aegyptum. Nolite pauere, pro salute vestra misit me Deus ante vos in Aegyptum, & præmisit me, vt reseruemini super terram.* Debet teneri, quia scilicet, ipse debet se ostendere seuerum, ne contemnatur Ioan. 13. *Vos vocatis me magister & domine & bene dicitis, sum etenim.* Debet honorari. Vnde Saul rex dicebat Samueli 1. Regum 15. *Honora me coram senioribus.* Debet coronari, scilicet, corona gloriæ, si bene agat, dicens, scilicet, illud Esaiæ 61. *Gaudens gaudebo in domino, & exultabit anima mea in Deo meo, quia induit me vestimento iustitiæ, & indumento lætitiæ circumdedit me quasi sponsum decoratum corona.* Multi tamen imperfecti possunt dicere illud Esaiæ 3. *Non sum medicus, & in domo mea non est panis neque vestimentum, nolite me constituere principem populi.* ¶ Item offerat se vt deprecantem opem sanctorum, quia scilicet, virtuosus homo debet præualere non solum contra dæmones & peccatores, & tyrannos vincendo & superando, imo etiam contra Deos & sanctos, ipsos importunis & cogentibus precibus exorando, & ad misericordiam inclinando, dicens, scilicet, illud Psalm. *Deus Deus respice in me.* & illud. *Domine ne in furore tuo arguas me neque in ira tua corripias me.* Oret ergo contra carnem, dicens Eccles. 23. *Aufer à me carnis concupiscentias, & concubitus concupiscentiæ ne apprehendant me.* Oret contra diabolum Psalm. 140. *Eripe me Domine ab homine malo, à viro iniquo eripe me.* Contra mundum Psal. *Non me demergat tempestas aquæ, neq; vrgeat puteus super me os suum.* Oret etiam allegando propriam infirmitatem Psal. 6. *Miserere mei Deus quoniam infirmus sum.* Diuinam benignitatem Psalm. 50. *Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam.* Diuinam sublimitatem Luc. 23. *Memento mei Domine dum veneris in regnum tuum:* Sanctorum bonitatem & pietatem Genes. 40. *Memento mei, dum bene tibi fuerit, vt suggeras Pharaoni, vt educat me de isto carcere, &c.* Oret insuper regratiando de Dei erga se amicitia Dan. 14. *Recordatus es mei Domine.* De Dei erga se diligentia Psalm. *Dominus sollicitus est mei. Dominus factus est adiutor meus.* De Dei erga se misericordia & clementia Psalm. *Dominus misertus est mei.* ¶ Et breuiter, tam per orationem, quam aliorum bonorum adimpletionem homo efficitur virtuosus & rigorosus, & in bonis actibus bellicosus. Quadrupleх enim armatura debet ipsum armare, videlicet

Charitas, quæ ipsum foueat,
Puritas, propter quam placeat,
Veritas, quæ ipsum doceat,
Claritas, qua vere gaudeat.

Charitas (dico) & amicitia Cantic. 2. *Introduxit me rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem* Sequitur. *Læua eius sub capite meo & dextera eius amplexabitur me.* Puritas, & innocentia Ibidem. *Fulcite me floribus, stipate me malis* Psalm. *Iudica me Deus, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum, &c.* Veritas etiam & sapientia Psalm. *Misericordia tua & veritas tua semper susceperunt me.* Et Psalm. *Dirige me in veritate tua, & doce me, quia tu es Deus saluator meus.* Claritas etiam atque lætitia, quia scilicet, ad iustum pertinet, quod sit lætus in Spiritu sancto, dicens, scilicet, illud Psalm. *Adimplebis me lætitia cum vultu tuo, delectationes in dextera tua vsque in finem.* Et illud. *Delectasti me Domine in factura tua.* Sic ergo patet, quod iustus per pronomen Me se solet offerre vt militantem & vigorosum.

¶ Item iustus solet se offerre per illud pronomen Me, vt triumphantem & gloriosum. Quia scilicet, ipse iustus, beatus & gloriosus existens, nunc per pronomen me suam beatitudinem solet demonstrare dicens, scilicet ipsi Deo illud Psalm. *Fui flagellatus tota die, & castigatio mea in matutinis.* Sequitur. *Tenuisti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me, & cum gloria suscepisti me.* Et Psalm. *Conserua me domine, quoniam speraui in te.* Sequitur. *Notas mihi fecisti vias vitæ, adimplebis me lætitia cum vultu tuo, delectationes in dextera tua vsque in finem.* Sic igitur patet, quomodo illud pronomen Me, quantum ad diuersas conditiones refertur ad iustum sancte viuentem. E

¶ Tertio principaliter dico, quod me potest referri ad impium de se loquentem, qui scilicet semper se volt offerre, & præferre, & de se mentionem facere, & se præ alijs reputare, dicendo me. Exemplo, scil. Absalon, qui dicebat 2. Reg. 15. *Quis me constituat iudicem super terram, vt ad me veniant omnes, qui habent negotium?* Et Iudicum 9. *Quod me videritis facere, hoc facite.* F

¶ Et si vis, nota, quod per istud pronomen Me malus potest prædicare & describere

Miseriam temporalem, qua languet in præsenti,
Nequitiam criminalem, qua fœtet in latenti,
Molestiam infernalem, quam timet in sequenti.

Dico ergo quod peccator se describit dicendo me quantum ad miseriam vitæ præsentis. Quia reuera constat, quod peccator multis in præsenti miserijs circumfunditur, & multis desolationibus agitatur. Iste est, qui dicit Iob 6. *Sagittæ domini in me sunt, quarum indignatio ebibit spiritum meum, & pœnæ militant in me.* Et reuera sagittæ istæ sunt, scilicet

Indignatio de vili natiuitate,
Desolatio de vitæ breuitate,
Meditatio in rerum mobilitate,
Agitatio in pœnarum aduersitate,
Vexatio ab amicorum infidelitate,
Conculcatio ab inimicorum crudelitate,
Confusio ex errorum cæcitate,
Conturbatio de mortis necessitate.

Dico ergo, quod peccator se dicit miserum propter vilem natiuitatem Iob 10. *Quare de vulua eduxisti me* Et ibidem. *Nonne sicut lac mulsisti me, & sicut caseum me coagulasti?* ¶ Item se dicit miserum propter vitæ labilitatem. Vnde Iob 10. *Tædet animam meam vitæ meæ, dimittam aduersum me eloquium meum, loquar in amaritudine animæ meæ, dicam Deo, noli me condemnare.* quasi dicat homo, qui est vitæ tam labilis, tam defectabilis, tam mortalis, non debet tantum reputari, quod à tanto iudice condemnetur. Vnde etiam de breuitate vitæ & eius labilitate dicitur Esa. 38. *De mane vsque ad vesperam finies me,* vnde Eccles. 2. dicit Salomon. *Idcirco* inquit *tæduit me vitæ meæ, videntem mala cuncta esse sub sole.* Item propter rerum mobilitatem. Magna est enim peccatorum miseria, quia status & prosperitas peccatoris non durat aut semper perseuerat, sed quandoque subito, & vbi non speratur, destruitur, atque cessat Iob 10. *Manus tuæ Domine fecerunt me, & plasmauerunt me, & sic repente præcipitas me.* Item propter pœnarum aduersitatem. Omnis enim homo, & maxime peccator subijcitur in hoc sæculo multis pœnis Psalm. *Timor & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebræ.* Item propter amicorum infidelitatem. In mundo enim isto non est vera amicitia, quia scilicet, vbi quis ad statum paupertatis deducitur, statim à suis dimittitur, contemnitur, & horretur, vt dicat illud Thren. 1. *Vocaui amicos meos, & ipsi deceperunt me.* Et Iob 30. *Nunc autem derident me iuniores tempore.* Et Iob 19. *Fratres meos longe fecit à me,* scilicet, paupertas *& noti mei quasi alieni recesserunt à me. Dereliquerunt me proximi mei, & qui me nouerunt, obliti sunt mei.* Et in Psalm. *Elongasti à me amicum & proxi-*

[illegible] m. 8. *Longe fecisti notos meos à me, posuerunt me ab* [illegible] Item propter inimicorum pertinacem [illegible] seu [illegible] *Hostis meus terribilibus oculis me intuitus est* [illegible] *aduersum me appropinquauerunt & steterunt, &c* [illegible] obscuritatem seu cæcitatem. Homo [illegible], facile enim decipitur & erro[illegible]. Vnde Eccl 7. *Dixi sapiens efficiar, & ipsa* [illegible] Psalm 142. *Collocauit me in obscuris, sicut mortuos* [illegible] propter mortis necessitatem, quia scilicet, post o[illegible] maior & grauior sequitur mors Ps. 17. *Cir[cumdederunt me dolores] mortis, torrentes iniquitatis conturbauerunt me.* [illegible] peccatores pro tempore vitæ [illegible], quod ipse se describit dicendo me, quoad [illegible]. ¶ Deinde dico, quod peccator se de[scribit dicend]o me, quoad nequitiam culpæ nocentis, seu la[illegible] quod ipse dicendo me, se prædicat

Ru[illegible]m & obliuiosum,
[illegible] & desidiosum,
[illegible]m & inuidiosum,
[illegible] & verecundosum,
[illegible]tum & fastidiosum,
[illegible]dictum, & non scientiosum.

[illegible] catur rudis & obliuiosus, quia scilicet, ipse non re[illegible], quæ pertinent ad salutem. Exemplo Nabu[chodonosor] [illegible] dicebat Dan. 2. *Vidi somnium, & mente confusus* [illegible]. Sequitur. *Sermo recessit à me* Psal 39. *Comprehen[derunt me in]iquitates meæ, & non potui, vt viderem. Multiplicatæ sunt su[per capillos capitis] mei, & cor meum dereliquit me. Item grauis est desidio*[sus] [illegible] ad omne bonum. Vnde ipse dicit in Psal. 37. [illegible] *supergressæ sunt caput meum. & sicut onus graue grauatæ* [illegible] vitiorum facit eum grauem & ~~solabilem~~ [illegible] Item tristis est, & inuidiosus Thren. 3. *Re[pleuit] me amaritudinibus, inebriauit me absinthio.* Et ibidem. *Aedi[ficauit in gyro] meo, circumdedit me felle & labore.* Amaritudo enim fellis & absinthij [si]gnat peccatum inuidiæ, quod tristitiam signat & dolorem Item turpis est, & verecundosus Psalm. 42. *Tota die verecundia mea contra me est, & confusio faciei meæ cooperuit me.*

¶ Item abiectus est & fastidiosus, quia Deus odit & vilipen[dit] [illegible] peccatorem Psalm. *Deus, Deus meus, ad quid me dere[liquisti]?* Vnde peccator potest dicere 1. Reg. 28. *Philisthijm pugnant aduersum me, & Deus recessit à me.* Genes. 4. Dixit Cain Deo post quam peccasset. *Ecce ejicis me hodie à facie tua.* Item seductus est, & non [illegible], quia scilicet, peccator faciliter decipitur à diabolo. V[nde] dicit Genes. 3. *Mulier decepit me.* Et Thren. 3. *Venatione ceperunt me quasi auem.* Sic ergo patet, quod dicendo me, peccator se describit quoad nequitiam culpæ nocentis. ¶ Deinde dico, quod peccator se describit dicendo me quo ad molestiam pœnæ sequentis, quia scilicet, peccator pœnis infernalibus af[fligitur] & ad mortem æternam finaliter condemnatur, dicens, [illegible] illud Psal. 114. *Pericula inferni inuenerunt me.* Et si vis, dic, quod illa pericula sunt

Carcer ineuasibilis,
Mœror inconsolabilis,
Iudex implacabilis,
Tenebra illustrabilis,
Vermis insatiabilis,
Paupertas inæstimabilis,
Crudelitas intolerabilis.

[illegible] damnatus. Videte me in carcere ligatum Thren 3. *Circumædificauit aduersum me vt non egrediar, aggrauauit compedem meum.* ¶ Item videte me mœrore grauatum seu à nemine sola[tium] [illegible] *quia longe factus est à me consolator.* ¶ Item videte me Deo discordantem Iob 13. *Arbitraris me inimicum tuum posuisti me contra[rium] tibi, & factus sum mihimetipsi grauis.* ¶ Videte me tenebris cæ[catum] Thren. 3. *Me minauit, & adduxit in tenebras & non in lucem.* ¶ Item videte me vermibus voratum, Iob 30. *Esce, qui comedunt me non dormiunt.*

¶ Item videte me opibus nudatum Thren. 5. *Vindemiauit me, vt locutus est dominus in die furoris sui.* Et Hierem. 51. *Reddidit me quasi vas inane.* Item videte me hostibus damnatum, seu à dæmonibus deuoratum Hierem 51. *Comedit me, deuorauit me. Nabuchodonosor rex Babylonis, absorbuit me quasi draco, repleuit ventrem suum teneritudine mea.* Sic ergo patet, quomodo per istud pronomen me, peccator diuersimode se describit, & quantum ad malitiam [illegible] naturalem, & quantum ad nequitiam criminalem, & quantum ad miseriam temporalem. Sic igitur patet, quod istud pronomen me potest referri ad virum impium de se loquentem, ad virum iustum sancte viuentem, ad Deum summe cuncta regentem.

## Meus. Mea. Meum.

A Nota, q meus, tuus, suus, sunt pronomina possessiua, signant n. rem iam acquisitam & in bonis alicuius iam conuersam & ab aliquo vendicatam, habitam & possessam & alicui appropriatam, & sibi specialiter deputatam. Igitur cum istud pronomen significet rei appropriationem, vt dictum est, videtur, quod proprie possit applicari ad res animatas. Et sic dicã, quod loquendo moraliter, istud pronomen meus potest referri ad illas personas, de quibus fit mentio in scriptura, scilic. ad Deum, ad iustum, ad impium, ad vtrumque, id est, tam ad iustum quam ad iniustum. Quilibet enim istorum potest dicere sua.

¶ Igitur referatur primo ad Deum. Deus enim secundum varios accipiendi modos, potest sua dicere varia & diuersa. Ipse enim omnium est ditior, & potentior, & ideo omnia sua sunt, & illi omnia subijciuntur & in possessione sua omnia continentur. Ipse enim est qui dicit. *Mea sunt omnes feræ syluarum, iumenta in montibus & boues, & pulchritudo agri mecum est. Meus est orbis terræ, & plenitudo eius.* Ipse etiam est qui dicit alibi *Meus est Galaad & meus est Manasses & Ephraim susceptio capitis mei, Iuda rex meus Moab olla spei meæ.* In quibus verbis inueniuntur quinque genera hominum, quos reputat Deus esse suos, videlicet vera prædicantes [Meus est inquit Galaad] qui interpretatur testis: Mundum abdicantes [Meus est Manasses] qui interpretatur obliuiosus. Iuste iudicantes [Meus est Ephraim] qui interpretatur cõsilium meum. Deo se suadentes, quia sunt [susceptio] Fidem sustinentes, quia [capitis mei] id est, fidei meæ. ¶ Igitur dico, quod dominus potest dicere, Meus est prædicans puram veritatem, quia scilicet, B meus est Galaad, qui interpretatur aceruus testium, quia pro certo illos, qui testificantur, & prædicant veritatem, Deus reputat esse suos Ios. 22. *Galaad terra possessionis sua.* Vnde ipse dicit Apoc. 11. *Dabo duobus testibus meis, & prophetabunt diebus mille.* Et hi *sunt duæ oliuæ, & duo candelabra lucentia ante Dominum.* Et reuera cuilibet tali testificatori suo Deus finaliter cœlum tribuet, & veritatem, quam nunc prædicat, reuelata facie sibi ostendet, dicens, scilicet, illud Iob 19. *Ecce in cœlo est testis meus, & conscius meus in excelsis.* Et aduerte, quia Deus vult, quod isti serui sui sint liberi, vt libere possint dicere, & facere, prædicare, & docere mandata sua, sicut videmus etiam, quod nuntij & legati regis quando mittuntur ad aliquid exequendum, tantæ sunt auctoritatis, quod nullus ipsos audet tangere, vel grauare. Antiquitus enim fuerunt populi Hyperboreorum, qui moralem & valde sobriam ducebant vitam, qui à exteris nationibus sacri reputabantur, & ideo vt dicunt Plin. & Sol. ipsos lædere vel aliquo modo tangere nefarium putabatur. Aurum enim & argentum abdicabant, carnes, vinum & delitias non habebant, fructibus arborũ viuebant & in cauernis pro domib. habitabant, neminem lædebant & ideo lædi ab alijs non debebant. Tales debent esse Christi prædicatores. Sobrie enim debent viuere, diuitias non diligere, neminem lædere, sed sacri & sancti esse. Et ideo non debent ab alijs tangi, sed potius prædicare dimitti, & ab omnibus venerari, & hoc est, quod Dominus præcipit in Psalm. dicens. 104. *Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari.* Et merito, quia isti pro certo in corpore Christi mystico tenent officia diuersorum membrorum, scil.

Officium
- Gutturis, quia gustant veritatem interius meditando,
- Labiorum, quia dicunt veritatem exterius prædicando,
- Oculi, quia student veritatem sagaciter speculando,
- Linguæ, quia legunt veritatem vtiliter edocendo,
- Manus, quia faciunt veritatem viuaciter operando.

Et ideo de tali gutture, & labijs dicit ipse Dominus Prouerb. 8. *Aperientur* (inquit) *labia mea, vt recta prædicent, veritatem meditabitur guttur meum, & labia mea detestabuntur impium.* De talibus vero oculis dicitur in Ps. *Oculi mei suspicientes in excelsum.* Et illud 24. *Oculi mei semper ad dominũ.* Et illud. 120. *Leuaui oculos meos in mõtes,* quasi dicat ipse dominus. Tales oculi mei debent alta meditari,

Deum

Deum contemplari, suprema scrutari. Et tamen proculdubio de talibus potest dominus hodie dicere illud Ps. 37. *Lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum*, quia scilic. multi sunt hodie prædicatores, qui non respiciunt ad Deum, sed ad mundum Psalm. *Oculi mei languerunt præ inopia*, scilicet, præ auaritia. De tali etiam lingua dicitur in Ps. 44. *Lingua mea calamus scribæ*. Et de talibus manibus dicitur Cant. 5. *Manus meæ distillauerunt myrrham optimam, &c.* Patet igitur, quod Deus potest dicere, Meus est prædicans puram veritatem [Galaad inquit.]

C ¶ Deinde dico, quod ipse potest dicere, Meus est abdicans mundi vanitatem. Et hoc ostenditur cum dicitur [Meus est Manasses qui scilicet, interpretatus obliuiosus, quia pro certo Deus illum reputet suum, ipsumque sibi appropriat, qui temporalia obliuiscitur & abdicat. Vnde de sanctis & perfectis viris, qui sæculum dimiserunt, dicere videtur illud Hierem. 50. *Grex dispersus factus est populus meus, transierunt de monte in montem, obliti sunt cubilis sui*, id est, mundi [Manasses inquit] De quo potest dici illud 4. Reg. 21. *Dormiuit Manasses & sepultus est in horto.* Dormiuit (dico) mundum obliuiscendo, & à mundi occupationibus secedendo. Ad quod videtur Dominus inuitare dicens Hierem. 51. *Egredimini de medio eius populus meus, vt saluet vnusquisque animam suam.* Igitur Deus dicit, Meus est, abdicans mundi vanitatem.

D ¶ Denique dico, quod ipse dicere potest. Meus est vendicans sensus æquitatem. Et hoc ostenditur cum dicitur [Ephraim] qui interpretatur consilium meum. Quia reuera Deus illum dicit, *& reputat, qui consulte omnia facit & cogitat.* Hierem. 31. *Ephraim primogenitus meus*, & merito quia reuera Deus sibi appropriat omne consilium prudens & sanum, dicens Prouerb. 8. *Meum est consilium & æquitas, mea est prudentia & fortitudo.*

E ¶ Insuper dico, quod Deus potest dicere, Meus est applicans meotis voluntatem. Ille, scil. qui per obedientiam & humilitatem se applicat ad suscipiendum mandata Dei. Et hoc ostenditur, cum dicitur [Susceptio] vt sic de quolibet susceptore dicat ipse Dominus illud Psalm. 58. *Factus est susceptor meus.* Vnde Dominus de quolibet tali susceptore, qui scilicet, humiliter obedit & suscepit, quæ ei mandantur, dicit Ioan. 15. *Vos amici mei estis, si feceritis, quæ præcipio vobis.* Et illud Ioann. 8. *Si manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis.*

F ¶ Adhuc dico, quod Deus potest dicere Meus est practicans fidei claritatem seu puritatem, quod ostenditur, cum dicitur [Capitis mei] Caput enim virtutum est fides, quam pro certo firmiter suscipit & tenet, Deus illum suum reputat, sibique subuenit atque fauet. Ille enim qui super aliquem consueuit caput suum reclinare, vel proprij capitis alicui custodiã committere vel mandare, videtur eum amicum suum & intimum reputare, sicut Achis videtur de Dauid sensisse quando dixit sibi 1. Reg. 28. *Custodem capitis mei ponam te cunctis diebus.* Sic vere Deus illum amicum suum reputat, cui caput suum, id est, fidei suæ notitiam & custodiam committit & commendat. Vnde ipse est, qui dicit animæ fideli illud Cantic. 5. *Vox dilecti mei pulsantis, aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea, quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium.* Vnde ipse potest dicere viro iusto illud Ps. 3. *Susceptor meus es, gloria mea, & exaltans caput meum.* Aduerte tamen, quod multi sunt, quibus Dominus commisit istius capitis custodiam, qui ipsum non custodiunt, sed potius destruunt & abscindunt. Isti sunt hæretici Christiani, qui scilicet, in baptismo istud caput Christi, id est, ipsius fidem custodiendam suscipiunt, ipsum tamen per hæreses lacerant & confundunt, similes, scilicet, illi virgini cuius gremio vnicornis caput reclinat, quæ tamen proditiose ipsum occidit & vulnerat quia scilicet, tales, qui fidem Christi suscipiunt, ipsum proditiose vulnerant, dum in cordibus suis & simplicium per seminatas hæreses ipsum necant. Figuratur to Dalila, quæ caput Samsonis in suo gremio reclinatum totondit, & fortitudine spoliauit. Quia reuera dum hæreticus à capite Samsonis, i. e. à fide Christi capillos, id est, veritates articulorum euellit, constat, quod fidei fortitudinem destruit & confundit. Bene ergo dicit in Psal 68. Dominus conquerendo. *Multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui oderunt me gratis.* quasi dicat inimici mei, id est, hæretici super capillos capitis mei, id est, super articulos fidei meæ congregantur, vt, scilicet, ipsos euellant per hæreses, & per malitiam deprehendentur Iob 19. *Semitam meam circumsepsit, & transire non possum, & in calle meo tenebras posuit. Expoliauit me gloria mea, & abstulit coronam de capite meo.* Expone. Non sic ergo, sed si-mur sui, fidem integre seruando, mentem mandatis subdendo, facta consulte regendo, mundum prudenter spernendo vera iugiter loquendo. Et sic ipse bene poterit dicere, quod nos sumus sui, dicendo, scilicet, illud prædictum, *Meus est Galaad, & meus est Manasses. & Ephraim susceptio capitis mei.* Ita quod de quolibet tali suo poterit dicere illud Matth. 3 & 17 & Luc. 3. *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Et illud Cantic. *Botrus Cypri dilectus meus, fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi. Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus.* Et si vis, nota, quod Deus vocat quemlibet istum suum, scilicet,

Quia { Charior [Dilectus meus]
Mundior [Candidus]
Pulchrior [Rubicundus]
Dignior seu melior [Electus]
Rarior [Ex millibus]

Prosequere si vis secundum titulos, vt sic de quolibet tali dicat ipse Dominus illud Gen. 27. *Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus, &c.* Et breuiter vbicunque inuenies in persona Dei meus, seu mea, seu meum, potes recurrere ad alios titulos, sicut est amicus meus, seruus meus, anima mea, & sic de alijs, quia ista materia in infinitum posset multiplicari, sed hoc exempli gratia posui hic. Meus ergo refertur ad Deum, & hoc est primum. De alijs vero, quæ Deus dicit sua, scilicet, quando dicit regnum meum, virtus mea, iustitia mea, veritas mea, inimici mei, hostes mei & cætera similia, omitto, quia non sufficeret vita mea si vellem omnia pertractare.

G ¶ Sed si vis adhuc nota de Deo, quod sicut aliqui vocant, dicunt & reputant aliquos esse suos ratione subiectionis, sicut meos dico illos, qui subiectione mea constituuntur, ratione coniunctionis, sicut meos dico illos, qui in seruitio meo morantur & mihi famulantur, ratione cognitionis, sicut meos dico illos qui mihi ex genere ligantur, ratione dilectionis, sicut meos dico illos qui mihi ex speciali fœdere & amicitia copulantur, sic vere dico quod Deus vocat suos omnes iustos, tanquam subditos generales. Ecclesiasticos, tanquam famulos speciales. Præsidentes seu prælatos, tanquam consanguineos naturales. Perfectos & sanctos, tanquam fideles & socios principales. Ad ista allega, si vis, & vide in titulis in quibus dicitur serui mei, amici mei, filij mei. Et pone, quod sicut homo solet res suas melius cognoscere, firmius diligere, tutius conseruare, amplius honorare, sic vere dico, quod Deus viros iustos tanquam suos melius cognoscit Ioan. 10. *Cognosco*, inquit, *oues meas & cognoscunt me meæ* Fortius diligit, dicens cuilibet tali illud Esa. 41 *Serue meus Iacob, quem elegi, semen Abraham amici mei* [...] custodit, dicens illud Psalm. 88. *Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo vnxi eum, &c.* amplius extollit dicens illud Esa. 49. *Seruus meus es tu Israel, quia in te glorificabor*, quod scilicet fiet in patria, quando Deus dicet illud, quod canitur. *Sancti mei qui carne positi certamen habuistis, mercedem laborum ego reddam vobis.* Et illud, quod dicitur Matth. 25. *Venite benedicti patris mei, percipite regnum, &c.* Et reuera illud regnum & istam mercedem videtur Dominus declarare dicens de Paradiso Esa. 65. *Electi mei, & serui mei habitabunt ibi.* Sequitur. *Serui mei comedent, serui mei bibent, serui mei lætabuntur, serui mei laudabunt.* Sed heu proculdubio quam multi sunt hodie & serui & amici, & filij Dei in statu ecclesiastico, qui pro certo tali filiatione, famulatu & seruitio se reddunt indignos, in quantum, scilicet, Deo ingrati sunt, ipsiq; nos obediunt nec intendunt. De talibus dicit ipse Deus conquerendo in Psal. 37. *Amici mei, & proximi mei de longe steterunt.* Et illud. 86. *Extraneus factus sum fratribus meis & peregrinus filijs matris meæ.* Et illud. 87. *Notos meos longè fecisti à me.* Et illud Cant. 1. *Filij matris meæ pugnauerunt contra me.* Et Thren. 1. *Vocaui amicos meos, ipsi autem fraudauerunt me:* alia litera: deceperunt me. Igitur dico, quod illud pronomen meus aliquando refertur ad Deum.

H ¶ Secundo principaliter dico, quod quandoq; refertur ad iustum. Quilibet enim iustus potest dicere sua bona spiritualia non terrena. Istud enim non est nostrum, quod a nobis potest violenter auferri. Sic vere dico de mundi bonis, quod non sunt mea, quia scilicet, aliunde solent accedere, & modicum solent procedere. Sed reuera bona spiritualia & æterna, scil. Dei gratia, virtutum copia, sacra scientia, cœlestis gloria, propriè nostra sunt, quia ista ab intrinseco non de foris veniunt, & si volumus, tenaciter nobis insunt, & nunquam per cuiuscunque violentiam auferuntur, aut fugiunt. Vnde videtur, quod mundus

& sor-

...nomin illud, quod Benadab rex Syriæ ... Reg. 20. dicens. *Argentum tuum, & aurum ... uxores tuæ & filij tui optimi mei sunt.* Vt & ipse te... *Iuxta verbum tuum domine mi rex, tuus sum* ... Quia reuera omnia bona temporalia, fortunæ ... potuit nobis dare, sic & ista potest quando... ue ... d reuera bona spiritualia supradicta, ...es, & scientia propriæ nostra sunt, quia ista ... permanent, nec recedunt. Vnde de Stilbone phi... epistola 9. Senecæ, quod cum capta, & incen...a, bonis suis omnibus direptis, & perditis, lætus ..., & peteretur ab eo cur gauderet, cum omnia ... ponderis: *Nihil perdidi, omnia enim bona mea mecum ..., scientiam ... virtutes, alia vero, quæ habebam, mea non ...*

... quod inueniuntur quædam bona propria ...lorum. Et sic in persona viri perfecti dico,

Mea est Deus, per quem iustificor,
Mea est anima, per quam viuificor,
Meæ sunt virtutes, per quas rectificor,
Mei sunt proximi, per quos lætificor,
Mea est vita æterna per quam glorificor.

...od meus est Deus, per quem iustificor. Deus ...test dici meus, qui, scilicet, creauit me cum non ...e, cum esse desijssem, redemit me cum perijs... cecidissem, se meum fecit, cum suus essem, ... pauper essem. Psalm. *Ecce cognoui, quod Deus ... ipse ... meum, & Deus meus, qui mandas salutes Ia...* ... exemplo Thomæ dicat Iu. 20. *Dominus meus & ...m, Deus meus ad te de luce vigilo. Deus, Deus respice in ...* ... quod mea est anima, per quam viuificor, vt sic ... nes. 12. *Bene sit mihi propter te, & viuat anima ...* Psalm. *Viuet anima mea, & laudabit te, & iudicia ...* Gen. 32. *Vidi dominum facie ad faciem, & ... salua facta est anima mea.* ¶ Item dico, quod meæ sunt virtutes, per quas rectificor. Virtutes enim tam naturales, quam morales, tam etiam theologicæ quam cardinales, quando ipsas habemus, ...priæ nostræ sunt, quia vbicunque fuerimus, nobis in... & nos nisi voluerimus, non dimittunt. Igitur quod mea ... fides, patet Roman. 1. vbi dicitur. *Consolari (inquit) in ... per eam, quæ inuicem est fidem vestram, & meam.* Et Iacob. 2. *Ostendam tibi ex operibus fidem meam.* Item virtus spei Iob 19. *Repo... est hæc spes mea in sinu meo.* Item virtus orationis Psalm. 34. *Oratio mea in sinu meo conuertetur.* Item virtus humilitatis, seu subie... Psalm. *Vide humilitatem meam, & laborem meum. & dimitte ... delicta mea.* Item virtus patientiæ Iob 17. *Patientiam ... quis considerat?* Item virtus prudentiæ Prou. 8. *Mea est pru...a, mea est fortitudo,* & sic de alijs virtutibus. Quia reuera virtutes ...sunt nostræ propriæ, quando ipsas habemus. Et sic bene ... quod meæ sunt virtutes, quibus rectificor. ¶ Item dico, ... mei sunt proximi, per quos lætificor. Constat enim quod ... se inuicem diligunt in possessionem & proprietatem ... alterius se suscipiunt sicut ille pater dicebat filio Luc. 15. *... omnia mea tua sunt, & omnia tua mea,* vt sic dicat quilibet pro... vel amico illud 2. Esd. 4. *Proximus mihi sedebis, & cognatum ... meam.* Item mea est vita æterna, per quam glorificor, ... nihil aliud est tam proprium beatorum, seu custo... gloria æterna. Ista enim nunquam perditur, sed apud ... continue renouatur, vt quilibet beatus dicat illud ... *mea semper innouabitur, & arcus meus in manu mea semper instaurabitur.* Et illud Esa. 42. *Gloriam meam alteri non dabo.* Et ... quædam bona, quæ bonis sunt propria, & quæ ... tam in vita ista quam futura in hæreditatem, possessionem, & proprietatem spiritualiter sunt concessa Psalm. 15. *Hæreditas mea præclara est mihi. Tu es qui restitues hæreditatem meam mihi.*

K ¶ Tertio dico, quod quandoque refertur ad impium. Quilibet enim impius potest proprie dicere, meum est peccatum, mea est iniquitas, iuxta illud Gen. 41. *Confiteor peccatum meum.* Et in Psalm. *Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper.* Et illud. *Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum.* Propter quod torquebit eum intolerabilis pœnæ crudelitas. Quis reuera illi, qui damnabuntur nihil habent magis proprium, quam pœnam æternam. Ista enim proprie sua est,

Dilam. Bercharg.

quia nunquam possunt ipsam amplius perdere vel delere. Dicat ergo damnatus illud Iob 23. *Nunc autem in amaritudine est sermo meus, & dolor plaga mea aggrauatus est super gemitum meum* & Thren. 1. *O vos omnes, qui transitis per viam, attendite, & videte si est dolor similis sicut dolor meus.* Ista sunt quædam mala propria malorum.

¶ Quarto dico, quod sunt plura tam bonis, quam malis communia, quæ, scilicet, tam bonus, quam malus potest dicere sua, & sibi tanquam propria adscribere, & suæ ditionis, & dominij reputare. Et sic dico, quod homo in malo significato dicit suam L

Carnis fragilitatem,
Mentis varietatem,
Vitæ calamitatem,
Mundi aduersitatem,
Mortis necessitatem.

Dicam igitur in malo significato, quod mea est carnis fragilitas corruptibilis Iob 5. *Nec enim fortitudo mea, vt fortitudo lapidis, nec caro mea ænea est.* Ista est enim corruptioni subiecta & morti finaliter deputata Iob 7. *Induta est caro mea putredine, & sordibus pulueris.* Item mea est mentis mobilitas variabilis. Vnde Ioan. 17. *Cogitationes meæ dissipatæ sunt torquentes cor meum,* & idem cap. 20. *Cogitationes meæ variæ succedunt sibi, & mens in diuersa rapitur.* Item mea est vitæ calamitas non durabilis Iob 7. *Memento quoniam ventus est vita mea,* & sequitur ibidem. *Parce mihi domine, nihil enim sunt dies mei.* Item mea est iugis aduersitas incessabilis. Proprium est enim hominis, quod sit continue in miseria & labore. Vnde Iob 16. *Nunc autem oppressit me, & in nihilum redactæ sunt omnes artus mihi. Saccum consui super cutem meam, & operui cinere corpus meum. Facies intumuit a fletu, & palpebræ meæ caligauerunt.* Item. *Mea est mortis necessitas immutabilis.* Istud est enim nostrum proprium, scilicet, mori debere Esa. 38. *Præcisa est velut à texente vita mea, dum adhuc ordirer, succidit me.* 2. Tim. 4. *Ego enim iam delibor, & tempus meæ resolutionis instat.* Et sic patet, quomodo istud pronomen possessiuum meus, mea, meum, denotat possessionem, quam communiter & indifferenter possident iusti, & iniusti, scilicet, possessionem iniusti, possessionem iusti, possessionem Dei. Sufficit, quia in infinitum posset protendi. Vide infra in alijs pronominibus, scilicet tuus, suus, nostri, vestri, & sui.

## Michael.

Nota, quod Michael interpretatur quis vt Deus, vel quis est vt deitas. Micha vero interpretatur quis, vel quis est iste. Michęas autem interpretatur, quia est iste, vel quis est in hoc loco. De beato autem Michaele archángelo vel de quolibet homine Michael appellato dic, quod iste est vel fuit A

Conformitate deificus,
Benignitate munificus,
Seueritate terrificus,
Subtilitate verificus.

Talis enim Deo pro viribus se conformauit. Ideo Michael interpretator, quis vt Deus, seu quis vt deitas, quia, scilicet, iste per conformitatem creaturæ possibilem se Deo conformauit, & ei assimilauit. Vnde iste est ille Michęas, de quo dicitur 2. Paral. 18. *Vocate cito Michæam filium Iemla.* Iemla enim interpretatur parcens, significans Deum, cuius, scilicet, iste fuit filius, in quantum fuit sibi similis iuxta posse. Item ipse miseros iuuit, & sustentauit. Vnde de beato Michaele legitur, quod *ipse stat pro filijs populi Dei.* Dan. 12. Item iste malos terruit, & dissipauit Apoc. 12. *Michael archangelus præliabatur cum dracone, & draco pugnabat, & Angeli eius, & non præualuerunt, neque locus inuentus est eorum amplius in cælo.* Applica bene de iustitia ipsius. Item iste veritatem dixit & prædicauit, similis illi Michex, de quo 3. Regum 22. Michæas ait, *Viuit dominus, quia quodcunque dixerit mihi dominus loquar.* Vnde etiam de scientia, & veritate istius potest dici illud Iudæ. *Michael archangelus disputans cum diabolo, &c.* Expone, & applica.

## Mihi.

Nota, quod ista dictio Mihi signat quandam ad seipsum applicationem, quandam appropinquationem & quandam acquisitionem, atque vendicationem. Igitur dicamus, quod mihi potest dici in persona Dei, iusti, impij. Quælibet enim istarum trium aliqua vult sibi appropriare, aliqua attribuere, aliqua acquirere, aliqua vendicare. Vel econtra negatiue, aliqua sibi deesse, aliqua refugere, aliqua refutare. Dico igitur, quod ista dictio mihi potest dici de A

Deo, qui solet omnia vendere,
Iusto, qui sibi virtutes solet dedicare,
Impio, qui sibi vitia solet applicare.

Primo igitur referamus istud pronomen mihi ad Deum, qui omnia sibi vendicat. Constat enim quod Deus proprie potest dicere mihi, quia, scilicet, omnia attribuenda sunt ipsi tanquam esse primario, & finali. Mihi enim est datiui casus & per consequens, signat liberalem, & monificam erogationem, & est pronomen primæ personæ secundum grammaticos, & numeri singularis. Et reuera ista possunt dici de Deo, quia, scilicet, iste est casus datiui, quia est liberalis munificentiæ. Omnia enim bona ab ipso dantur, quia ipse est, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & omnia à patre data sunt illi, & omnia etiam vult ab alijs sibi dari, & sibi attribui, & adscribi, dicens Io. 6. *Omne, quod dat mihi pater, ad me veniet, & omne quod dedit mihi, non perdam ex eo.* Et illud Matt. 28. *Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra.* Item acquisitionem signat, quia est virtualis industriæ, & prouidentiæ. Vult enim semper acquirere, & potissime animas, cupit recipere, & habere, dicens Gen. 14. *Da mihi animas, cætera tolle tibi.* Item pronomen est, quia pro nomine, id est, pro nobis ponitur, & hoc fuit, quando datus fuit pœnæ & morti, & violentiæ, dicens, scilicet, illud. *Calicem, quem dedit mihi pater, non vis, vt bibam illum?* Ioan. 18. Item primæ personæ est, propter superioritatem dignitatis, & præeminentiæ. Primus enim est, & ante eum non est alius. Vnde ipse potest dicere illud 2. Reg. 18. *Fac primo mihi subcinericios panes.* Item singularis est numeri, propter vnitaté deitatis, & essentię. Vnus enim & singularis est Deus. Vnde ipse potest nobis dicere illud Matth. 25. *Quod vni fecistis, mihi fecistis.* Ecce ergo quomodo istud vocabulum mihi potest applicari ipsi Deo cuncta vendicanti.

B ¶ Et reuera ipse vult, & petit quod sibi attribuamus, & adscribamus

Essentiam quæ non moritur,
Iustitiam quæ non flectitur,
Prudentiam quæ non fallitur,
Munditiam quæ non mergitur,
Clementiam quæ non sistitur,
Amicitiam quæ non rumpitur,
Laudem & gloriam quæ non fingitur,
Cultum & latriam quæ non læditur,
Obedientiam quæ non frangitur,
Magnificentiam quæ non existimatur.

Dico igitur, quod Deus vult sibi attribui essentiam immutabilem. Vnde ipse est qui dicit Exod. 3. *Qui est, misit me ad vos.* Sequitur. *Hoc nomen est in æternum mihi.* Item adscribit sibi iustitiam inflexibilem. Vnde ipse est, qui dicit Deut. 32. *Mihi vindictam, & ego retribuam eis in tempore.* Vnde ipse est, qui dixit Pharaoni Exod. 3. *Vsquequo non vis subijci mihi? Dimitte populum meum, vt sacrificet mihi, alioquin inducam locustam in fines tuos.* Et Esa. 47. *Vltionem capiam, & non resistet mihi homo.* ¶ Item adscribit sibi prudentiam, seu sapientiam infallibilem. Vnde ipse Christus videtur dicere illud Sap. 7. *Optaui, & datus est mihi sensus.* Et Sequitur. *Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa,* scilicet, cum sapientia. ¶ Item vult sibi attribui munditiam, & sanctimoniam infœdabilem, quia scilicet, cum ipse sit sanctus, & mundus, ipse vult, quod omnes illi, qui seruiunt sibi, sint sanctificati, & mundi Leu. 10. *Sanctificabor, qui appropinquant mihi.* ¶ Item sibi adscribit clementiam seu misericordiam infinibilem. Vnde ipse dicit Exod. 23. *Miserebor cui voluero, & clemens ero in quem mihi placuerit.* Ideo ipse dixit Exod. 30. *Oleum vnctionis nomen erit mihi.* Oleum enim misericordiam signat. ¶ Item sibi adscribit amicitiam inccessabilem. Vnde ipse est, qui dicit animæ, sponsæ suæ Ose. 2. *Sponsabo te mihi in fide.* Et Cant. 5. *Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea.*

¶ Item adscribit sibi ad laudem, & gloriam honorabilem. Iste enim vult gloriam, & laudem sibi impendi, & à deuotis cordibus exaltari, secundum illud Esa. 43. *Populum istum formaui mihi, laudem meam narrabit.*

¶ Item vult sibi impendi cultum & latriam indefectibilem. Cultum enim diuinum non vult alicui impendi nisi sibi. Vnde ipse est, qui dicit Exod. 20. *Altare de terra facietis mihi.* Et 1. Reg. 2. dicit. *Elegi* (inquit) *eum* (scilicet Aaron) *in sacerdotem, vt ascenderet ad altare meum, & adoleret mihi incensum.*

¶ Item vult sibi attribui obedientiam, seu reuerentiam amicabilem, quia scilicet ipse vult sibi à suis seruiri, & humiliter obedire. Vnde ipse [illegible] illud Ezech. [illegible]. *Sermus mihi omnia* [illegible] *Israel.* Et Esa. 45. *Mihi curuabitur omne genu.*

¶ Item sibi vult adscribi munificentiam inæstimabilem [illegible] cet præmium & munus gloriæ Paradisi, ad quos [illegible] & ministros suos finaliter deducit, dicens illud [illegible] ach. 9 [illegible] *dabo* (inquit) *domum meam ex his, qui militant mihi.* Et illud [illegible] *Qui ministrat mihi, me sequatur, & vbi sum ego, illic & minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus qui* [illegible] *lis.* Ecce ergo quomodo istud vocabulum mihi Deo ad[illegible] & attribuitur, & quomodo per istud pronomen m[illegible] quod ad Deum pertinet, eidem dedicatur, & applicatur.

¶ Aduerte tamen, quod etiam istud pronomen potest [illegible] ad Deum iratum, & ad ipsum de peccatoribus & [illegible] indignatum. Vnde ipse est, qui de peccatoribus con[illegible] dicens, Malach. 1. *Non est mihi voluntas in vobis.* Vnde e[illegible] qui dicit peccatori illud Num. 22. *Peruersa est* (inqui[illegible]) *via tua, mihique contraria.* Et aduerte, quod ipse sibi reputat [illegible] tras & aduersos multigeneris peccatores. Et isti sunt

Adulatores [illegible] blanditijs,
Oblocutores [illegible] prompti conuitijs,
Simulatores picti fallacijs,
Deprædatores onusti spolijs,
Ministratores dati nequitijs.

De vanis adulatoribus dicere videtur dominus illud Esa. 1. *Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum? Incensum abominatio* [illegible] *hi.* Et Hierem. 6. dicit. *Ad quid mihi thus de Saba affertis, & calamum suaueolentem de terra longinqua? Holocausta vestra non sunt accepta, victimæ vestræ non placent mihi.* Thus enim incensum & calamus, quæ in fumum odoriferum euanescunt, sunt verba adulatoria vana, dulcia & placentia, quę pro certo Deum non lętificant, sed contristant.

¶ Item de prauis oblocutoribus dicit ipse Dominus. Numer. 14. *Vsquequo detrahet mihi populus iste?* De fictis simulatoribus, scilicet de hypocritis dicit Dominus Hierem. 12. *Numquid auis discolor facta est hæreditas mea mihi?* Auis discolor est hypocrita, pallore ficto discoloratus. Isti sunt enim de quibus Dominus dicit Matth. 7. *Igitur à fructibus eorum cognoscetis eos.* Sequitur. *Non omnis, qui dicit mihi domine, domine, intrabit in regnum cælorum.* De diris deprecatoribus dicit dominus, Hierem. 12. *Hæreditas mea facta est, quasi leo in sylua.* De iniquis ministratoribus, id est, de malis & ignorantibus Ecclesiasticis dicit ipse dominus, Oseæ 4 *Quia scientiam repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi.* Omnes enim isti Deo sunt displicentes, & suis beneplacitis obsistentes. Vnde ipse dicit cuilibet tali illud Matth. 16. *Vade retro sathana, scandalum mihi es.* Timeant ergo isti illud, quod ipse dicit: Exod. 32. *Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo, quem scripsi.* Potissime autem timeat malus ecclesiasticus sententiam illam, quam ipse profert Zachar. 13. vbi dicitur. *Frameam suscitabo super pastorem meum, & super virum cohærentem mihi.* Patet igitur, quomodo mihi refertur ad Deum cuncta vendicantem.

¶ Secundo dico, quod mihi pertinet ad iustum malum abdicantem. Iustus enim quælibet virtutes & bona acquirit, & vendicat, & ea sibi adscribit, & applicat, omne vero malum refugit, & à se abdicat, dicens. Mihi adsit bonum, mihi absit malum. Et nota, quod istud pronomen mihi, in sacra scriptura, sibi dare, & adscribi petit, scilicet aliqua, quæ spectant ad statum pœnitentiæ, & conuersionis, aliqua, quæ spectant ad statum eminentiæ, & perfectionis, aliqua, quæ spectant ad statum excellentiæ & prælationis, aliqua, quæ spectant ad statum opulentiæ & saluationis.

¶ Dicam igitur, quod est vnum mihi virorum pœnitentium: quia proculdubio vir pœnitens cogitans crimina quæ commisit, debet signa contritionis facere & ostendere, & se vilem & miserum proclamare, dicens, scilicet illud Hier. 10. *Væ mihi super contritione mea, pessima plaga mea.* Vt sic per mihi videatur petere, & requirere omnia sibi necessaria. Et sic ergo dico, quod ipsa debet dicere

Deus {
Parce mihi, nam malum edidi,
Redde mihi bonum quod perdidi,
Faue mihi in via, nam cecidi,
Præbe mihi cor fletus madidi,
Da mihi cor viri prouidi,
Adde mihi spem loci splendidi,
}

... pam admisi Iob 7. *Parce mihi ... dies mei.* Sequitur: *Vsquequo non parcis mihi, nec ... salivam meam: peccaui.* Et in Ps. 38. *Remitte mihi ...* Et illud 1. Reg. 13 *Propitius sit mihi dominus.* Et Lucæ ... *esto mihi peccatori.* Item Deus redde mihi bonum ... gratiam quam perdidi Psalm. 50. *Redde mihi ... tui, & Spiritum, &c.* Iudic. 16. *Redde mihi pristinam ...* Deus fer opem mihi, nam bellum commisi. ... *in Deum protectorem, & in domum refugij, vt saluum ...* Deus præbe mihi fletum quem dimisi, hoc est di... ocem & dolorem pro peccatis Iud. 1. *Terram ... mihi, da ... irriguam.* Et merito, quia pro certo tales ... imentum & consolatio animarum. Psalm. 41. ... *mea panes die ac nocte.* Item Deus da mihi sen... o est dictum, sapientiam & discretionem in ... ad salutem Ps. 118. *Da mihi intellectum, vt discam ...* Sapient. 9. *Da mihi sedium tuarum assistricem sapien...* ... adde mihi spem boni non visi, scilicet fidu... tradiú. Et merito, quia *mihi adhærere Deo bonum ... domino Deo spem meam.* Psal. 72. Et Hester. 14. *Da mihi ...rum.* V... desperando dicam illud Psal. 15. *Tu es qui ... hæreditatem meam mihi.* Et regratiando dicam illud Iob ... *misericordiam tribuisti mihi, & visitatio tua custodiuit spi...* ...gitur patet, quod est vnum mihi virorum pœni...

...ro, quod est vnum mihi virorum eminentium, ...tum perfectorum. Vir enim perfectus om... a sibi applicat, & per illud pronomen mihi, ...icat & applicat. Igitur dicat vir iustus atque ...

Titulum veræ humilitatis,
Vinculum bonæ societatis,
[M]odulum firmæ stabilitatis,
[M]odulum æquæ satietatis,
Speculum claræ limpiditatis & subtilitatis,

Mihi volo: Riuulum piæ benignitatis,
Sacculum promptæ sedulitatis,
Iaculum sanctæ loquacitatis,
Titulum lætæ iucunditatis,
Stabulum tutæ securitatis,
Flosculum mundæ sinceritatis,
Lectulum gratæ tranquillitatis.

... quod vir perfectus sibi vult veram humilitatem, & ... in Psalm. 118. *Bonum mihi quia humiliasti me.* Et Eccl. ... *laborum ne dederis mihi.*

... vult vir iustus bonam societatem. Vult enim so... dicens illud Psal. 77. *Mihi autem adhærere Deo bonum ...* ...tem cuiuslibet alterius viri iusti, dicens, scilicet il... *Si quæ est domini iungatur mihi.* Et in Psalm. *Recti ad...*

... vult vir iustus firmam stabilitatem. Vnde ipse di... ...15. *A dextris est mihi dominus ne commouear.* Et Psalm. *...ueniat mihi pes superbiæ, & manus peccatoris non moueat ...*

... vult vir iustus æquam societatem, id est, mode... ...rum, & bonorum temporalium facultatem. Et sic ... 30. *Duo rogaui te ne deneges mihi, diuitias nec pauper... tribue tantum victui meo necessaria.*

... vir iustus summam limpiditatem, hoc est di... ...tudinem, & sublimitatem mentis ad con... Deum, & bona suprema. Et sic dicit illud Sap. 7. *Optaui, & datus est mihi sensus, inuocaui, & venit in me spiritus sapientiæ.* ...templatione dicat Deo illud Cant. 2. *Ostende mihi fa...* ...*vox tua in auribus meis, &c.* Et illud. *Dilectus meus mihi ...*

¶ ... vult vir iustus piam benignitatem, qua scilicet pro... ...gen..., dicens, scilicet illud Eccl. 24. *Factus est mihi tra... ...dundans & fluuius meus appropinquauit ad mare.*

¶ Item ... vult vir iustus promptam sedulitatem, quia scilicet ... disciplina, & opere virtuoso libenter appetit labo... ...dicens, E... 14. *Vide quoniam non soli mihi laboraui, sed cun... ...exquirentibus disciplinam.*

... vir iustus sanam loquacitatem, scilicet prædi... ...do. ..., scilicet illud Esa. 59. *Dominus dedit mihi linguam ...ditam ... ...*

*eruditam, vt sciam sustentare eum qui lapsus est verbo,* vt scilicet dicat illud Dan. 3. *Placuit mihi prædicare signa eius, quia magna sunt, & mirabilia eius, quia fortia.* ¶ Item vult vir iustus lætam iucunditatem, scilicet gaudium in Spiritu sancto, dicens scilicet illud Baruch. 4. *Venit mihi gaudium a sancto.* Et Luc. 1. *Magnificat anima mea dominum, quia fecit mihi magna, qui potens est, & sanctum nomen eius.*

¶ Item vult vir iustus tutam securitatem. Habet enim firmam fiduciam in domino, in quo fiducialiter requiescit, dicens, scilicet illud Psalm. *Dominus adiutor, non timebo quid faciat mihi homo. Dominus mihi adiutor, & ego despiciam omnes inimicos meos. Non moriar, sed viuam, &c.* ¶ Item vult vir iustus mundam sinceritatem, hoc est dictum, conscientiæ & innocentiæ puritatem. Psalm. *Non adhæsit mihi cor prauum.* ¶ Item vult vir iustus gratam tranquillitatem, videlicet quietem animi, quam facit charitas & deuotio, dicens Eccl. 51. *Modicum laboraui, & inueni mihi multam requiem.* Patet igitur, quod est vnum mihi virorum eminentium. ¶ Deinde dico, quod est vnum mihi virorum præsidentium. Et sic dico, quod prælatus seu præsidens habet F

Officium { Doctoris, Rectoris, Imperatoris.

Doctoris dico, cui credatur Deut. 4. *Mihi mandauit dominus vt docerem vos.* Rectoris etiam, per quem regatur 1. Esdræ 1. *Omnia regna terræ dedit mihi dominus.* Imperatoris etiam, cui obediatur. Psalm. *Mihi alienigenæ subditi sunt.* Et Psalm. *In auditu auris obedierunt mihi.* Hoc est igitur vnum mihi virorum præsidentium. ¶ Insuper dico, quod est vnum mihi virorum triumphantium. Beati enim qui regnant, possunt dicere mihi, quia omnia bona illis præsto sunt, videlicet G

Æternitas quæ nunquam terminatur,
Iucunditas quæ non contristatur,
Auctoritas quæ nunquam conculcatur,
Securitas quæ non conturbatur,
Sanitas quæ non minoratur,
Stabilitas quæ non obfuscatur.

De æternitate interminabili, potest beatus domino dicere illud Psal. 15. *Notas mihi fecisti vias vitæ, adimplebis me lætitia cum vultu tuo, delectationes in dextera tua vsque in finem.* De iucunditate inæstimabili dicitur Baruch 4. *Venit mihi gaudium à sancto super misericordia.* Econtra autem in mundo isto nullum est gaudium. Tob. 5. *Quale mihi gaudium est qui in tenebris sedeo, & lumen cæli non video?* De auctoritate insuperabili dicat beatus illud Dan. 4. *Magnificentia amplior data est mihi.* De securitate seu tranquillitate imperturbabili dicat beatus illud 4. Reg. 5. *Requiem dedit mihi dominus.* Et Apoc. 14. *Audiui vocem de cælo dicentem mihi, scribe, beati mortui qui in domino moriuntur. A modo iam dicit spiritus vt requiescant à laboribus suis.* De saturitate indefectibili dicat beatus illud Psalm. 23. *Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocauit.* De subtilitate seu claritate inobfuscabili, id est, beatifica visione, qua scilicet Deum in se, omnia in Deo vident, dicat beatus illud Apoc. 22. *Ostendit mihi dominus fluuium aquæ vitæ splendidum tanquam crystallum, &c.* Vnde de visione beata dici potest illud Psal. *Hæreditas mea præclara est mihi, &c. Benedictum dominum qui tribuit mihi intellectum.* Sic ergo patet, quod istud pronomen mihi, pertinet ad iustum mala refutantem.

¶ Tertio principaliter dico, quod istud pronomen mihi pertinet ad impium mala machinantem. Igitur notabo, quod impius sibi applicat mihi, & appropriat, dicendo, H

Mihi { Miserias humanas, Diuitias mundanas, Delitias insanas, Scientias prophanas, Mœstitias orcanas seu vulcanias, id est, infernales.

Igitur de miserijs humanis dicit peccator illud Hierem. 15. *Væ mihi mater mea, quia genuisti me virum rixæ & discordiæ, omnes maledicunt mihi.* Iterum de diuitijs mundanis, quas scilicet peccator sibi appropriat, & appetit, in quibus gloriatur, & animo se extollit, videtur dicere illud Eccles. 2. *Coaceruaui mihi argentum & aurum, substantias regum, & prouinciarum. Feci mihi cantores, & cantatrices, delitias filiorum hominum.* De delitijs, id est, de carnalibus blanditijs dicit peccator illud quod dixit Amon incestuosus 2. Reg. 13. *Veniat obsecro Thamar soror mea vt det mihi cibum, & faciat pulmentum.* Et sequitur, quod *oppressit, & defloraui eam.* De scientijs prophanis dicat peccator sicut Saul Pythonissæ 1. Reg. 28. *Diuina mihi in Pythone, & suscita mihi quem dixero, suscita mihi Samuelem.*

De molestijs seu de violentijs infernalibus seu orcanis, id est, de pœnis orci, id est, inferni quas peccator sibi fideliter applicabit dicat similiter illud Esa. 21. *De terra horribili, visio dura nunciata est mihi.* Sic igitur patet quomodo istud pronomen mihi dicitur in persona Dei, in persona iusti, & in persona impij.

A **Michol.** Nota, Michol à Saul fuit nata, Dauid coniugata, à viro sublata, alteri ligata, tandem Dauid data, & Regina vocata, sicut hæc omnia patent 1. & 2. Reg. Talis est anima, quæ scilicet à Saule qui interpretatur abutens, id est, à mundo vel à corpore originaliter procreatur, tandem Dauid, id est, Christo in baptismo coniungitur, sed dum peccat, alteri diabolo copulatur, finaliter tamen per pœnitentiam Dauid, id est, Christo restituitur, & sic regina se bene regendo nuncupatur, &c. Applica prout vis.

A **Mephiboseth.** Interpretatur os confusum, vel vere condum, qui fuit filius regis Saul, qui de manu nutricis ad terram deiectus confractis pedibus claudus est effectus, & à seruo proprio est interfectus. Expone si vis, quia transeo gratia breuitatis.

A **Migrare.** Nota, quod migrare idem est, quod transire, vel de vno loco ad alium se transferre, sed vide in titulo transire, & in alijs titulis, quia paucæ sunt auctoritates.

A **Militia. Miles. Militare.** Nota, quod cum militare nihil aliud sit quam pugnam, seu militiam exercere, vel contra aduersarios bellare, vel dimicare, possumus dicere, quod tam in bono, quam in malo significato multiplex miles seu militia reperitur. Inuenitur enim militia luminis speciosi, hominis virtuosi, agminis seditiosi, turbinis fluctuosi, fulminis furiosi, nominis odiosi, culminis gloriosi.

¶ Prima est militia summorum Angelorum, de qua Iob 25. Numquid est numerus militum eius? Secunda est militia virorum perfectorum, qui scilicet armati virtutibus militant, & seruiunt creatori 2. Corinth. 10. *Arma militiæ nostræ non sunt carnalia.* Et 2. Timoth. 2. *Labora sicut bonus miles Christi.* Tertia est militia bonorum clericorum, qui scilicet in religione, & Ecclesia seruiunt, & militant Christo in diuersis officijs, & staribus. De quibus Zach. 9. *Circumdabo domum meam ex his, qui militant mihi.* Quarta est militia fluctuum mundanorum, id est, tribulationum, quæ continue militant contra nos. De quibus dicitur Iob 7. *Militia est vita hominis super terram.* Et Iob 6. *Terrores domini militant contra me.* Quinta vero est militia motuum internorum. De quibus dicitur 1. Pet. 2. *Abstinete vos à carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam.* Sexta est militia crudelium tyrannorum, de quibus dicitur Ioan. 19. quod *milites plectentes coronam de spinis, imposuerunt Christo.* Septima vero est militia nobilium dominorum, qui scilicet iuste militant, & defendunt rempublicam, sicut debent ordinari ad tuitionem, & custodiam aliorum. Act. 28. *Permissum est Paulo permanere sibimet cum custodiente se milite.*

B ¶ His ergo præmissis dicam solum triplicem esse militiam, videlicet, vnam,

Quæ { Imponitur naturaliter,
Exercetur virtualiter,
Ministratur temporaliter.

¶ Primo ergo, dicam, quod est quædam militia naturalis, & ista pro certo nihil aliud est, quam vitæ præsens quæ pro certo propriæ militia dicitur, eo quod extra patriam in exercitu, & expeditione in aliena terra seruire, & contra tribulationes exteriores, & tentationes interiores militare, & continue laborare probamur, vbi certe modicis stipendijs præmiamur, & plurimis periculis subiugamur. Militia ergo est vita hominis super terram. Quia reuera sicut miles, dum est in acie, vt plurimum est in periculo, raro in tuto, multum in labore, raro in quiete, sic homo. Quinimo sicut miles, qui est in acie, semper habet oculum intentum ad exitum pugnæ, ad laudem victoriæ, & ad regressum patriæ, sic homo, dum est in militia vitæ præsentis, semper debet habere oculum cordis ad exitum mortis, & ad laudem finalis victoriæ, & ad quietem, & præmium salutis æternæ, sicut habebat ille, qui dicebat Iob 14. *Cunctis diebus, quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea.* Et aduerte, quod sicut milites quandoque non bene se habent in prælio, & sic non solent attingere ad triumphum nec ad quietem, sed potius ad miseriam & laborem, sicut ponit Titus Liuius de militibus Romanis, qui in prælio Cannensi, alijs stantibus, & morientibus fugerunt, qui propter hoc damnati sunt à senatu, ne vrbem ingred[illegible] sed quod tamdiu in Sicilia extra propriam patriam [illegible] quousque hostis Hannibal, qui ipsos vicerat ab Italia p[illegible] De alijs etiam militibus Romanis legitur, quod quia male se [illegible] buerant in conflictu, damnati sunt ad hanc pœnam, [illegible] militibus recipientibus frumentum in stipendio, ipsi [illegible] deum pro stipendio reciperent, & quod etiam [illegible] prande[illegible] bus, & sedentibus in comedendo, ipsi stando, & in pedibus [illegible] mederent, quousque ignauiam suam sequentibus [illegible] præstantia militiæ futuræ purgarent. Sic vere dico, quod [illegible] militia vitæ huius multi sunt, qui magis demerentur quam merentur, & magis acquirunt vituperium, quam triumph[illegible] gisque merentur nutriri hordeo, quam tritico, [illegible], & laborando refici, quam sedendo, & quiescendo, [illegible] continuatur militia talium ad continuationem pe[illegible] tis, quam ad triumphum perpetuæ gloriæ, & honor[illegible] *Erat non parua turbatio inter milites.* Verumtamen quan[illegible] quod per virtutem pœnitentiæ taliter post lapsum [illegible] victorem suum diabolum superant, & quod per [illegible] verecundiam primam purgant, & sic vrbem Parad[illegible] propriam recuperant, quam perdiderant. Isti ergo d[illegible] cunctis diebus nunc militant, expectant donec veniat im[illegible] tio sua. Vere tales dicant illud 2. Cor. 10. *Non secundum carnem militamus, sed secundum spiritum. Arma enim militiæ nostræ non sunt carnalia.* Ista est ergo militia naturalis.

¶ Secundo principaliter dico, quod inuenitur militia virtualis. Ista scilicet qua homo militat

Virtuose viuendo,
Sanctitudinem seruando,
Scripturis insistendo,
Ecclesiam regendo,
Debite ministrando,
Bene operando.

Quilibet enim iustus potest dici miles, qui virtutibus armatus, & qui contra carnem, mundum, & diabolum militat, & operatur. Quilibet enim Christianus, & maxime Ecclesiasticus, ad talem militiam eligitur, & ad stipendia vitæ æternæ finaliter recipitur, dum tamen victoria ab hostibus animæ, & fidei reportetur. Et si vis dic, quod quicunq; vult digne Deo militare, debet esse instar boni militis, sc. fidelis & gratus, diligens, & ratus, à rebus militiæ non distractus, ducibus substratus, ictibus subactus.

¶ Ista enim sunt quinq; quæ requiruntur in quocunq; milite tam spirituali quam temporali, videlicet quod fidelis existat Tim. 1. *Hoc præceptum commendo tibi, vt milites bonam militiam, habens fidem, & bonam conscientiam.* Item quod diligens insistat. Vnde illud prædictum. *Labora sicut bonus miles.* 2. Tim. 2. Item vt ab alijs occupationibus desistat, quia sicut dicitur 2. Tim 2. *Nemo militans Deo implicat se negotijs sæcularibus.* Item quod ducibus a[illegible] quod eis pareat & obediat Luc. 7. *Domine sum sub potestate con[illegible] tus, habens sub me milites, & dico huic, vade, & vadit & alij fac hoc & facit, &c.* Item quod ictibus subsistat, seu quod hosti[illegible] Vnde illud 2. Cor. 10. *Arma militiæ nostræ non sunt carnalia, s[illegible] tia Deo ad destructionem munitionem, &c.* Hæc est ergo [illegible] tualis. Sed reuera econtra inuenitur militia criminalis, & ista illa qua mali militant diabolo male agendo, sibi seruiendo, pro ipso contra Deum & iustos pugnando, sicut scilicet hæretici, & mali, qui continue militant contra bonos Act. 12. *[illegible] trus dormiens inter duos milites vinctus catenis duabus.* Sed de malis militibus nota, & vide infra. Inuenitur ergo militia virtualis.

¶ Tertio principaliter dico quod inuenitur militia temporalis. Et sic nota quod ista militia

A Deo fuit instituta,
Pro iustis fuit constituta,
A malis iam est destituta.

Dico ergo, quod militia à Deo fuit instituta, quia reuera officium militare ortum habuit à Deo, & à natura. Sicut enim punit Plinius, expeditio militaris, dispositio exercituum, & mutatio castrorum, & tentoriorum, ortum habuit à locustis, quæ scilicet more militari mutant exercitum, & præmittunt exploratores, &c. Etiam secundum ipsum, forma militiæ ortum habuit à gallo, qui scilicet vngues habet pro mucronibus, aculeos in tibijs pro calcaribus, rostrum pro lancea, cristam pro galea. Etiam in mari inueniuntur quædam monstra ad formam militis facta, galeata, scil. & loricata, scoro durissimo monstra, & coria similitudine armata. In his ergo apparet, quod status militaris

siguram

...buit à natura, & quod a casu ...o est honor, & excellentia ...prouenerunt, & non à casu. ...Vnde etiam ipse Deus congregati... ...ue, & exercitus nominat, & suos ... *Nunquid est numerus militum suorum?* Et in ...itur. *Cumque omnis militia cælestium exercituum, Dominus mandans sanctificatis meis, & vocans ... exercituum præcepit militiæ belli venientis.* Militia ergo à Deo fuit instituta. Esa. 40. *Qui ... in numero militiam.*

...quod militia pro iustis fuit constituta, quia tenetur ...isti facta sunt

Respublica tuenda,
Iustitia seruanda,
Ecclesiis defendenda,
...quitia propellenda.

...militibus quando creantur præcipitur quod ...uanda debent esse parati. Et datur eis ensis, in ...pro iustitia facienda debent esse armati, & in pe... ...sures, in signum quod ad stimulandum equos ...t, sotulares perforatos & picturatos recipiunt ...ligus & labores debent esse aptati. Frænum, ...amenta debent habere deaurata, in signum ...atem ipsi debent esse præ aliis aureati. Vnde 3. ...quod *Iosaphat rex Iuda constituit militum numeros in ...desque disposuit in terra Iuda.* Militia ergo pro iu...a

...quod militia per malos fuit destituta, quia ...tes, qui scilicet militia male vsi sunt, nomen ...unt, & ipsam in damnum, & non in vtilitatem ...runt. Et sic notabis, quod multi milites mo...

...ibi & de se præsumentes,
Auari & lucra cupientes, Vel
Crudeles & incompatientes,
Proterui & inobedientes,
Imbecilles & nunquam subsistentes.

...go inuenitur militia superborum. Et ista est militia quæ toties reprehenditur in scriptura, quia scilicet tales ...tes videntur tanquam cœlestes se aliis anteferre, & ...& non in terra præ cæteris nati esse, quia certe tales præ ...nt altius honorari. Vnde de illo Achab rege dicitur ...quod *ipse adorauit omnem militiam cæli.* Et Hierem. ...quod *filij Israel sacrificauerunt vniuersæ militiæ cæli,* & c. ...præ cæteris solent citius terminari, quia scilicet gloria ta...rum durat. Esa. 34. *Tabescet omnis militia cælorum.* Item tales ...ceteris ...nt durius dissipari, quia scilicet durissime poni... in fine. Vnde ibidem. *Indignatio domini super vniuersam fami...* ...ta est ergo militia superborum.

...enitur etiam militia auarorum, qui scilicet non tendunt ...pecuniam, & lucrum, de quibus dicitur Matth. 28. quod ...*am copiosam dederunt militibus, vt scilicet veritatem tacerent, ...falsitatem* Sequitur. *At illi accepta pecunia fecerunt sicut...*

...t præterea militia proteruorum, seu crudelium ...qui scilicet alios non cessant impie lædere, bona ..., & eos indebite conculcare, sicut apparet de ...e, qui magistro militum fuit venditus Gen. 37. ...qui translati sunt in Babylonem, & captiuati per ...trum Hierem. 39. De vestimentis etiam Christi, ...à militibus, & de Christo, qui crucifixus est ab ...*bus*, sicut scribitur Ioan. 19. Item tales præ cæteris so...lent mollibus eneruari, quia scilicet multi sunt, qui non va...lent nisi ad fugiendum, & non ad aliquem actum fortitudinis faciendum. Vnde Esa. 34. *Omnis militia eorum defluet sicut defluit fo...lium de vinea, & de ficu.* Isti sunt ergo milites, qui in se pessimi sunt, & proterui, aliis autem impij sunt & amari. Et propter hoc de bono presbytero narratur, quod dum litaniam suam in Qua...dragesima diceret, semper consueuerat dicere. *Ab omni malo ...tubera nos domine.* Quo audito, & ab aliis interrogato, quare ...oraret, respondit, quod militem in parochia sua habuerat, qui ...tum comederat, & consumpserat, sed quia mor...tuus erat, ...ne alius miles veniret ibidem, ita dominum ro...gabat. ...beunt ...tales mali milites, & nobiles à Deo finaliter ...

Dudum Bercherq.

...sitabuntur, & in inferno ... punientur. Vnde ... dicitur sic. *Visitabit* (inquit) ... *super militiam cæli in excelso, & super reges terræ, & congregabuntur congregatione vnius fascis in lacum, & claudentur ibi in carcere.* Patet igitur, quomodo inuenitur militia temporalis, virtualis, & naturalis.

## Mille.

Nota, quod numerus millenarius cum sit maximus, & perfectus, siue perfectissimus numerus, constans ex denario centies ducto, inde potest denotare boni vel mali maximam quantitatem, vel multitudinem copiosam, siue cuiuslibet numeri vel temporis vniuersalem numerosam magnitudinem. Et ideo breuiter notandum, quod accipiendo mille in bono, signat A

Virtutum plenitudinem,
Sanctorum multitudinem,
Scripturæ fortitudinem,
Gloriæ magnitudinem,
Bonorum sanctitudinem.

Primo igitur dico, quod per mille significatur virtutum plenitudo. Et sic sumitur 2. Paral. 1. vbi dicitur, quod *Salomon obtulit domino mille hostias.* Et Numer. 35. vbi dicitur, quod *circa ciuitates Leuitarum debebat esse spatium mille passuum pro pecoribus educendis.* Mille enim hostiæ, & mille passus significant plenitudinem virtutum, quæ scilicet Deo debent à fidelibus offerri, & in quibus pecora, id est, Christi fideles debent continue impinguari. Vt sic cuilibet dicatur illud, quod dictum est Rebeccæ Genes. 24. *Soror mea paruula es, crescas in mille millia.* Vbi aduerte, quod ab habendum numerum millenarium, id est, ad plenitudinem virtutum, necessarius est pius affectus. (Soror inquit) Sui despectus (Paruula.) Iugis profectus. (Crescas.) Et sic igitur sibi inhæret plenitudo virtutum.

¶ Secundo dico, quod per millenarium numerum intelligitur sanctorum multitudo, scilicet maxima, & admirabilis, & perfecta collectio beatorum. Vnde nota, quod inter beatos est B

Millenarius { Conuiuantium, Ministrantium, Iubilantium.

Sunt ergo ibi mille conuiuantes. Vnde Dan. 5. *Balthasar rex fecit grande conuiuium optimatibus suis mille, & vnusquisque secundum suam bibebat ætatem.* Balthasar enim qui interpretatur absorbens diuitias, signat Deum, qui diuitias æternæ beatitudinis in seipso continet, & absorbet, qui pro certo in patria Paradisi mille, id est, optimatibus vniuersitati beatorum facit magnum conuiuium, & immensum, itaquod vinum æternæ fœlicitatis secundum ætatem proprietatum meritorum bibunt, & recipiunt vniuersi. Item sunt ibi mille ministrantes, & isti significant vniuersitatem Angelorum qui *omnes dicuntur administratorij spiritus in ministerium missi.* Hebr. 1. De quibus dicitur Dan. 7. *Millia millium ministrabant ei, & decies centena millia assistebant ei.* Item sunt ibi mille iubilatores, & isti signant multitudinem prophetarum, & doctorum, qui iubilum vaticinorum, & bonorum documentorum promunt. De quibus dicitur in Psalm. 67. *Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætantium, dominus Deus in eis in Sinai in sancto.* Et sic per millenarium intelligitur sanctorum multitudo.

¶ Tertio dico, quod per millenarium intelligitur scripturæ fortitudo, vel verborum domini magnitudo, vel documentorum ibi existentium amplitudo. Bene ergo dicitur, quod scriptura est *sicut turris Dauid, in qua mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.* Cant. 4. C

¶ Quarto dico, quod per millenarium intelligitur, gloriæ amplitudo. Vnde Deus dicitur *facere misericordiam in multa millia diligentibus se.* Deuteron. 5. Cantic. 8. *Vir affert pro fructu eius mille argenteos.* D

¶ Quinto dico, quod per millenarium, intelligitur bonorum hominum sanctitudo. Vnde de Christo, qui præ omnibus bonis fuit electus, dicitur Cant. 5. *Dilectus meus, candidus, & rubicundus, electus ex millibus.* Sic igitur patet, quod mille signat in bono. E

¶ Sed adhuc dico, quod mille signat omnem multitudinem aggregatam in malo. Vnde nota, quod per mille intelligitur F

Multitudo { Dæmoniorum, Peccatorum, Etiam tormentorum.

Dæmones enim per millenarium denotantur. Vnde locustis

exeuntibus de puteo abyssi dicitur Apoc. 9. *Erat numerus exercitus vigesies millies dena millia.* Vnde etiam de Christo dæmonem superante dicitur in Psal. 90. *Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis.* Item peccatores per millenarium significantur. Vnde de Philistæis à Dauid victis dicitur 1. Reg. 18. *Saul percussit mille, & Dauid decem millia.* Vnde damnati millenario numero figurantur. Vnde 1. Mach. 2. *Mortui sunt vsque ad mille animas hominum.* Et Esa. 30. dicitur. *Mille homines à facie terroris vnius fugient.* Item æternitas tormentorum ad millenarium applicatur. Vnde de diabolo dicitur Apoc. 20. quod *ligatus fuit in carcere per annos mille.* Et sic igitur patet, quod mille signat in bono, & in malo. Et hæc de mille sufficiant.

## A Ministrare. Minister.

Nota, quod in scriptura minister accipitur in bono, & in malo. Vnde possumus notare, quod in scriptura inueniuntur, videlicet.

Ministri { Splendoris, Vigoris, Erroris, Terroris.

Primi sunt ministri valde mirabiles,
Secundi sunt ministri valde laudabiles,
Tertij sunt ministri valde damnabiles,
Quarti sunt ministri valde terribiles.

¶ Primi ministri sunt Angeli comprehensores, figurati in ministris Salomonis, quorum vestes & ordinem regina Saba mirabatur, sicut dicitur 3. Re. 10. de quibus intelligitur illud Dan. 7. *Mille millium ministrabant ei,* quia sicut dicitur Heb. 1. *Deus fecit Angelos & ministros suos flammam ignis.* Vide eam supra de Angelis Matth. 4. vbi dicitur: *Accesserunt Angeli, & ministrabant ei.*

¶ Item dico, quod secundi ministri sunt viri sancti, & iusti viatores. De quibus latius dicemus in sequenti §., aliquid potissime enim ministri possunt dici prælati, à ministrando, eo scilicet quod subditis debent ministrare virgam pastoralis correctionis, panem temporalis subuentionis, potum scientialis instructionis, & prædicationis. Et accipitur Matth. 20. *Quicunque voluerit fieri maior, erit minister.* In aliquibus enim religionibus, prælati vocantur ministri, eo quod prælati debent alijs ministrare, sicut Christus de seipso dicit Matth. 20. *Non veni ministrari, sed ministrare.* Et Lucæ 22. *Ego autem in medio vestri sum, sicut qui ministrat.*

¶ Tertij ministri sunt viri impij, & peccatores. Isti enim ministrant diabolo diuersa obsequia, sibi vero ministrant pœnam, & supplicia, alijs autem ministrant mala exempla, & flagitia. Figurati in illis ministris, qui alapis cædebant Iesum, sicut dicitur Matt. 14. & Ioan. 18. *Vnus assistens ministrorum dedit alapam Iesu.* Quodlibet enim mortale peccatum est vna alapa, qua dominus ab impijs verberatur. Isti enim sunt ministri diaboli, qui per hypocrisim *transfigurant se in ministros iustitiæ,* sicut dicitur 2. Cor. 11. Et ideo periculosum est societatem talium ministrorum intrare, sicut enim dicitur Matth. 14. *Petrus, quando sedebat cum ministris, & calefaciebat se, ter dominum negauit.* Quia pro certo illi, qui cum ministris diaboli ad ignem auaritiæ se calefaciunt, Deum sæpe peccando denegant, & contemnunt.

¶ Quarti vero ministri sunt infernales dæmones, & tortores, qui scilicet sunt ministri Dei in vindictam malorum. Sunt enim ministri Dei, sicut bourellus, qui suspendit latrones, est minister regis. Ministri etiam sunt damnatorum, in quantum, scilicet eis ministrant miseriam, & dolorem. De istis enim videtur dictum illud Matth. 22. *Dixit rex ministris: Ligatis pedibus, & manibus mittite eum in tenebras exteriores.* Vnde Nehæ. 5. *Ministri eorum depresserunt populum.* Et sic patet, quomodo sumitur ministrare multis modis.

B ¶ Sed vt de ministris Dei, videlicet de viris iustis, & perfectis, & maxime de Ecclesiasticis, & prælatis aliquid vlterius dicatur, aduertendum, quod sicut reges habent multa genera ministrorum, scilicet quosdam superiores, quosdam medios, quosdam infimos, ( Vnde videmus quod in magnis domibus quidam ministrant panem, quidam vinum, quidam carnes, quidam vestes & sic de alijs ) sic proculdubio in domo magni regis (quæ est Ecclesia ) sunt multa genera ministrorum, id est, hominum perfectorum, qui ministrant panem temporalis subuentionis, qui ministrant vinum dulcis & blandæ consolationis, qui ministrant carnes mollis & dulcis compassionis, qui ministrant vestes pulchræ & honestæ conuersationis. Omnes enim ministrant, & Christi ministri spirituales sunt. Ideo [illegible] 1. [illegible] 4. *Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores* [illegible] *rum Dei.* Et breuiter de quolibet bono ministro Christi potest exponi verbum illud 1. Regum 2. *Puer autem Samuel erat* [illegible] *in conspectu Domini.* Vbi aduerte, quod sicut bonus mi[illegible] [illegible] domo magni domini debet habere quatuor conditiones, videlicet

Humilitatem,
Stabilitatem,
Sedulitatem,
Fidelitatem.

Sic pro certo in ministris Christi debet esse

Humilitas, & patientia, quod ostenditur [illegible] tur (Puer.)
Stabilitas & permanentia, quod ostenditur, cum dicitur (Erat.)
Sedulitas & diligentia, quod ostenditur in [illegible] rbo (Minister.)
Fidelitas & amicia, quod ostenditur, cum di[illegible] (In conspectu domini.)

¶ Primo ergo dico, quod minister Dei debet habere humilitatem, & patientiam, quod ostenditur, cum dicitur, Pue[illegible] Puer enim naturaliter est humilis, non enim magis abhorret pauperem, quam diuitem, non magis gloriatur poni in alto, quam in infimo. Manibus etiam, & pedibus tangit terram. Patiens etiam est, qui scilicet si verberatur, timet, & si illi quis iniuriatur, non dolet, si vituperatur, non indignatur, nec ad vindictam vel odium concitatur, sed magis ad fletum sicut ad vnicum remedium prouocatur. Talis proculdubio debet esse minister domini. Debet enim habere humilitatem in affectione, patientiam in afflictione. Item ex toto debet tangere terram, scilicet

Per { Mortis considerationem, Humilitatis repræsentationem, Pœnitentiæ macerationem.

Iuxta illud Iere. 1. *Vlulate ministri altaris, cubate in sacco ministri Dei mei.* Si enim sublimetur ad dignitatem, non debet gloriari iuxta illud Eccles. 32. *Rectorem te posuerunt, noli extolli.* Si associetur pauperibus, scilicet si in infimo gradu ponitur, non debet indignari. Si tribulationibus feriatur, non debet contristari, sed potius ad fletum compunctionis excitari. Vnde Ioan. 1. *Plorabunt sacerdotes ministri domini.* Sed per firmitatem, & fortitudinem patientiæ in melius roborari, sicut dicit Apostolus 2. Cor. 6. *In omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros in multa patientia, in ieiunijs multis per arma iustitiæ.* Et sicut videmus, quod puer est sine malitia, & sine culpa, innocens etiam, & sine d[illegible], sic pro certo minister Christi debet esse potius, innocens atque mundus, & sine macula peccatorum. Vnde dicitur in Psal. 1[illegible] *Ambulans in via immaculata hic mihi ministrabat.* Samuel ministrabat ante faciem domini, puer accinctus Ephod lineo, & tunicam paruam faciebat ei mater sua. Illa auctoritas dicitur 1. Reg. 2. vbi ostenditur, quod qui vult esse bonus minister, debet habere, scilicet puritatis nitorem, quia puer quasi purus est, castitatis candorem, quia debet indui ephod lineo, paupertatis algorem, quia debet esse contentus tunica parua (id est paupertate, & tenuitate, quam ministrat sibi Ecclesia mater sua. Patet ergo, quod Christi minister debet habere humilitatem & patientiam.

¶ Secundo dico, quod ipse debet habere stabilitatem & permanentiam, quia scilicet Christi ministri debent esse stabiles, & perseuerantes in seruitio & ministerio Christi, quod ostendi[illegible] cum dicitur ( Erat.) Verbum enim sum, es, signat substantiam, & existentiam permanentem. Vnde etiam de Deo cuius [illegible] nentia & existentia nunquam deficit, dicitur Apoc. [illegible] *qui erat, & qui venturus est.* Quia proculdubio sicut plan[illegible] in firmamento motibus, & influentijs suis ministrant [illegible] famulantur, & ministerium suum sibi à Deo trad[illegible] exequuntur, habent essentiam incorruptibilem, motum & [illegible] uentium indefectibilem, sed perpetuo perseuerantem & durabilem, sic illi, qui in firmamento Ecclesiæ ministri positi sunt debent esse sine defectu in bono perseuerantes, & nunquam per imperseuerantiam desistentes. (Erat inquit.) Vnde de bonis pe[illegible] uerantibus Christi ministris dicitur 2. Cor. 11. *Ministri Christi sunt, & ego.* Et sic patet, quod debent etiam habere stabilitatem & [illegible] seuerantiam seu permanentiam.

¶ T[illegible]o

Tertio dico, quod illi, qui volunt esse Dei ministri debent [illegible] sedulitatem & diligentiam, quod ostenditur in verbo [illegible] ster) Proprium enim & proprissimum est ministro, quod [illegible] esse diligens & circumspectus. Et hoc principaliter ad [illegible] videlicet

Ad { Intelligendum, quod præcipitur,
Exequendum, quod iniungitur,
Custodiendum, quod committitur.

[illegible] cu[illegible]dubio ministri Dei nostri, scilicet fideles, & Ecclesiæ [illegible] debent esse diligentes, & seduli ad Dei mandata intelligendum, qui sicut dicitur Prouerb. 14. *Acceptus est regi minister [illegible]* Ad Dei voluntatem exequendum, iuxta illud Psalm. *[illegible] tui, qui facitis voluntatem eius.* Ad animas commissas tam nostras, [illegible] as seruandum & custodiendum. Vnde Nu. 8. *Erant [illegible] fratrum suorum in tabernaculo fœderis, vt custodiant, [illegible] mandata.* Et proculdubio talis sedulitas requi[illegible] a [illegible] ia, quia sicut videmus omnia corpora supe[illegible] le[illegible] us influentiæ suæ tanta diligentia exe[illegible] q[illegible]tur, quod à die creationis suæ vsque ad diem iudicii nunquam cessare aut q[illegible] re dignoscuntur. Non decet ergo Dei ministros esse in b[illegible] operibus negligentes, qui vident creaturas irrationabiles esse in suis ministeriis diligentes. Et ideo Martha sollici[illegible] bat circa frequens ministerium, sicut dicitur Lucæ 1[illegible] etiam præcipitur Numer. 18. quod præsto sint ad mini[illegible]n. Quia proculdubio sicut dictum est, ipsi debent habe[illegible] ulitatem & diligentiam.

F ¶ [illegible] quod ipsi debent habere fidelitatem & amicitia[illegible], q[illegible] ostenditur cum dicitur in conspectu Dei. Esse enim [illegible] nspectu magistri & domini sui, signum est fid[illegible] & ami[illegible]tia. Et ideo fidelis seruus, & prudens debet in c[illegible] per gratiam ministrare, vt fidelitatem & amici[illegible] t[illegible]: prætendere, & monstrare. Vnde Eccl. 24. *In habitatione [illegible] coram ipso ministraui.* Vt sic ipse possit dicere illud 3 Reg. 17. *Viuit dominus, in cuius conspectu sto.* Et sic erit sicut ille, de quo dicitur ad Ephes. 6. *Notũ faciet vobis, frater meus & fidelis minister, Tychicus, charissimus.* Apostolus etiam 2. ad Cor. 4. *Hic iam quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur.* Fideles enim debent esse viri ec[illegible]clesiastici & prælati, scilicet Deo, fidem ipsius custodiendo: Sibi vtilitatem, animæ suæ propriæ pro posse procurando: Proximo, bona commissa et distribuendo, & iuste & fideliter ad eum se habendo. Quod est contrarium in multis Ecclesiæ ministris, quia scilicet bona Ecclesiæ, quæ à Deo susceperunt vt ipsa fideliter pauperibus ministrent, sibi & suis retinent & aliis in[illegible] [illegible]e[illegible] bri hunt, atque tenent. Contra quos dicitur Sap. 7. *[illegible] reges, & intelligite discite iudices finium terræ,* &c. Sequitur. *[illegible] cum essetis ministri regni illius, non iuste egistis, neque custodistis [illegible] neque secundum voluntatem eius ambulastis, horrende & cito [illegible] vobis, quoniam iudicium durissimum fiet his, qui præsunt,* &c. [illegible] ergo charissimi, sed ministremus fideliter in gradibus [illegible] missis. Quia scilicet

Boni ministri { Solent singulariter dedicari,
Debent temporaliter honorari,
Sperant æternaliter præmiari.

[illegible] eo) singulariter dedicantur. Vnde 1. Paralipomenon 23. *[illegible] atus est Aaron, vt ministraret in sancta sanctorum* Item tempo[illegible]aa[illegible] orantur. Eccl. 7. *In omni virtute tua dilige Deum, & ministros [illegible] non derelinquas* Item æternaliter præmiantur. Vnde Ioan. 12. *[illegible] ministrat, me sequatur, & vbi ego sum, illic & minister meus [illegible]* [illegible]cet, quomodo ministri Dei & Ecclesiæ debent h[illegible]m, stabilitatem, humilitatem. Et sic sufficit. Videm[illegible] de [illegible] & seruire.

A

## Minor. Minorare. Minimus. Minoritas.

Nota quod minoritas in scriptura sumitur in bono, & in malo. Vnde breuiter notandum, quod per minus intelligitur siue intelliguntur

Homines humiles & virtuosi,
Homines fragiles, & vitiosi,
Homines pauperes & luctuosi.

¶ Signat ergo minoritas statum moralis humilitatis. Humilis enim semper [illegible] ui consideratione est minor, sicut Apostolus Paulus dicebat 1. Cor. 15. *Ego autem sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus.* Circa quod aduerte, quod illa, quæ sunt [illegible] ni in quantitate, maxima sunt potestate secundum philosophos, sicut patet de principiis corporum, & de qualitatibus elementaribus, quæ cum sint minima, tamen tantæ sunt virtutis, quod ab eis dependere omnia noscuntur. Inter animalia etiam videmus, quod illa, quæ sunt minora, sunt (vt communiter) sagaciora, sicut patet de apibus, araneis & formicis. Humana enim sapientia non attingit ad sapientiam animaliũ prædictorum, quam habent videlicet

In { Grana congregando,
Telam componendo,
Cellas ordinando,
Mella conficiendo.

Inter homines etiam videmus, quod cæteris paribus plus abundat virtus sensus in personis minoribus quam in magnis. Ad quod etiam concordat auctoritas sapientiæ. Prou. 30. vbi dicit, quod *quatuor sunt minima terræ, & ipsa sunt sapientiora sapientibus.* Sic proculdubio loquendo moraliter, illi qui per humilitatem in sui consideratione aliis sunt minores, illi etiam, qui consideratione diuitum sunt aliis viliores, scilicet viri sancti & iusti apud Deum reputantur maiores, & in virtutibus, & sapientia potiores. Vnde de hoc potest exponi illud Lucæ 7. *Qui minor est in regno cælorum, maior est illo.*

Et aduerte, quod illi, qui sic sunt minimi vel minores, habebunt finaliter inter alios

Sapientiam clariorem,
Eminentiam digniorem,
Affluentiam pleniorem,
Permanentiam longiorem,
Amicitiam grandiorem.

Dico sapientiam clariorem. Scyphus enim Ioseph, per quem designatur sapientia, in sacco fratris minoris fuit inuentus sicut dicitur Genes. 44. Ad denotandum, quod illi, qui per humilitatem sunt minores, erunt aliis in potu scientiæ pleniores, quod maxime fiet in patria, vbi verificabitur illud Hebr. 8 *Omnes enim scient me, dicit dominus,* &c. Et illud prææallegatum Prouerb. 30. *Minima terræ ipsa sunt sapientiora.* Item eminentiam digniorem. De Dauid enim qui vnctus fuerat in regem, dicitur 1. Reg. 17 quod *ipse erat minimus fratrum suorum* Et 2 Paral. 22. dicitur, quod *habitatores Hierusalem octauum filium minimum patris sui constituerunt regem.* Ad denotandum, quod illi, qui per humilitatem sunt minimi, in patria erunt in dignitate maximi, & supremi. Item affluentiam pleniorem. Vnde Esa 60. *Minimus erit in mille.* Item permanentiam longiorem, quia scilicet tales cum Christo perpetuo permanebunt, sicut de Beniamin minore filiorum Iacob dicitur Genes. 42. *Minimus frater noster cum patre nostro est.* Item amicitiam grandiorem, quia scilicet sicut omnis res diligit simile sibi, ita Christus cum per humilitatem fuit minimus, alios, qui per humilitatem sunt minimi valde amat, sicut ipse dicit Matth. 25. *Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis* Et sic patet, quod minoritas signat statum moralis humilitatis. Et de hoc potest potissime exponi illud Ephes. 3. *Mihi autem minimo sanctorum, minima data est gratia,* &c.

¶ Secundo dico, quod signat statum lethalis iniquitatis. Veri enim iniqui dicuntur minores, quia scilicet dimensiones virtutum deficiunt eisdem, videlicet B

Altum spei,
Longum fidei,
Latum charitatis,
Profundum humilitatis.

Et ideo talibus potest dici illud Dan 5. *Appensum est regnum tuum in statera, & inuentum est minus habens.*

¶ Tertio dico, quod minoritas signat statum labentis prosperitatis, quia videlicet bona spiritualia dicuntur minora. Vnde C Genes. 1. dicitur, quod *Deus creauit dua magna luminaria, luminare maius, quod præesset diei, & luminare minus, quod præesset nocti.* Luminare enim minus est mundana prosperitas, quæ faciliter, & finaliter minuitur, & decrescit, iuxta illud Eccles. 43 *A luna signum diei festi, luminare minus, quod minuitur in consummatione.* Luna enim quæ fluit, & refluit, illuminatur, & eclipsatur, signat prosperitatem temporalem sicut visum est de luna. Vel etiam potest significare minoritas statum pauperis tenuitatis, quia scilicet pauperes in hoc mundo aliis sunt minores. Et isti figurantur in grano sinapis, de quo dicitur Marc. 4. quod *minus est omnibus seminibus, & tamen maius efficitur omnibus oleribus.* Quia scilicet illi, qui per paupertatem in hoc sæculo sunt minores, fient oleribus, i. mundi diuitibus in alio grandiores. Vnde Luc. 9. *Qui minor est*

*inter vos hic maior est*, &c. Patet igitur, quod minoritas signat temporalium labilitatem, delinquentium iniquitatem, promerentium humilitatem.

A **Mirari. Mirabile.** Nota, quod cum miraculũ, seu mirabile sit illud, in quo tota ratio facti, est potentia facientis, hinc est, quod attenta potentia creatoris, nihil est mirabile vel stupendum. Dico tamen breuiter, quod res dicuntur mirabiles, vel quia insolitæ, vel quia arduæ, vel quia incognitæ. Idcirco multa videmus, quæ à nobis mirantur, & quæ mirabilia merito iudicantur. Vnde breuiter nota, quod

| | | | |
|---|---|---|---|
| Mirabilis dicitur | Deus | ratione | summæ potestatis, |
| | Vir iustus | | grandis bonitatis, |
| | Peccator | | magnæ prauitatis, |
| | Diabolus | | magnæ fallacitatis, |

¶Sicut enim videmus, quod aliqua miramur, quia valde magna, sicut cetum inter pisces, griphes inter volucres, elephantem inter bestias quadrupedes, gigantem inter homines, aliqua etiam miramur, quia valde bona, sicut aurum in genere metallorum: Balsamum in genere liquorum, sapphirum in genere lapidum pretiosorum, aliqua etiam miramur, quia valde mala, & sic miramur sæuitiam leonis, inflaturam bufonis, impetum vnicornis, aliqua etiam miramur, quia valde astuta, & sic miramur vulpis malitiam, draconis fallaciam, serpentis prudentiam, araneæ astutiam, sic pro certo charissimi, loquendo moraliter, mirari possumus res, quæ sunt cæteris grandiores, & sic (sicut dictum est) mirabilis est Deus in sanctis suis, quia scilicet ipse est infinitus in potentia, in sapientia, in eminentia. Vnde Psal. *Magnus es tu, & faciens mirabilia, tu es Deus solus.*

¶Item miramur ea, quæ sunt cæteris meliores, & sic miramur hominum bonorum bonitatem, conscientiam, perfectionem, virtutem, & humilitatem. Isti enim ratione suæ decentiæ gratiosæ, ratione suæ scientiæ luminosæ, ratione suæ sanctimoniæ virtuosæ mirabiles aliis videntur, & spectabiles merito iudicantur, sicut sapiens de seipso dicebat Sap. 8. *In conspectu sapientium amabilis ero, & facies principum mirabuntur me.* De Helia etiam dicitur Eccl. 48. *Amplificatus est Helias in mirabilibus suis.*

¶Item miramur res, quæ sunt cæteris nequiores, & sic potest admirari prauitas hominum iniquorum. Mirabile enim est illud, quod fit contra, supra, & præter naturam. Et ideo *cum Deus fecerit hominem rectum* (sicut dicitur Eccles. 7.) excessus criminũ in homine potest mirabilis reputari. Vnde Esa. 21. *Babylõ dilecta mea facta est mihi in miraculum.* Et Apoc. 17. dicitur. *Vidi*, inquit, *mulierẽ ebriam sanguine martyrum Iesu, & miratus sum cum vidissem.* Danielis etiam 7. dicitur, quod *bestia quarta erat terribilis, & admirabilis, & fortis nimis, dentes habebat ferreos, comedens, atque comminuens, & pedibus reliqua conculcans.* Tales proculdubio sunt mundi peccatores, & maxime diuites & potentes. Quia enim isti inebriantur, & replentur sanguine martyrum Iesu, id est, substantiis pauperum, & egenorum, quia etiam dentibus crudelitatis suæ ipsi deuorant, & comminuunt diuitias alienas, aliosque per iniurias concutiunt, & conculcant, hinc est, quod à cunctis mirabiles atque terribiles possunt dici. Figurati in illis septem vaccis pinguibus, quarum mira species & habitudo erat, quæ (sicut dicitur Genes. 41.) *Circa ripam fluminis vireta carpebant.* Et proculdubio tam sunt hodie enormia, & grãdia scelera aliquorum, quod bene possunt, & debent mirabilia iudicari. Vnde Hierem. 5. *Stupor & mirabilia facta sunt in terra prophetæ prophetabant mendacium, & sacerdotes plaudebant manibus, & populus meus dilexit talia.* ¶ Item miramur res, quæ sunt cæteris falsiores, & prauiores, & sic possunt admirari, videlicet

Mundi maligna defraudatio,
Carnis deceptrix delectatio,
Hostis maligna cauillatio.

De quibus Hieremiæ 23. dicitur. *Seduxerunt populum meum in mendaciis suis, & in miraculis suis.* Et sic igitur patet, quomodo quatuor sunt principaliter admiranda.

B ¶Sed vt amplius aliquid annectamus, dicamus adhuc de admiranda Dei potestate, & de mirabili sanctorum bonitate. Sicut enim videmus, quod creaturæ Dei sunt mirabiles, & admirandæ. Quædam propter suæ influentiæ vtilitatem, sicut stellæ, lapides pretiosi, herbæ: quædã propter suæ magnitudinis quantitatem, sicut aer, & mare; quædam propter sui motus celeritatem, sicut cœlum, sol & planetæ, sic proculdubio Deus debet à nobis admirari propter magnitudinem suæ potentiæ creatiuæ, propter influentiam suæ [illegible] entiæ recreatiuæ, [illegible] & efficaciã suæ occultæ prouidentiæ regitiuæ. V[illegible] in sole sunt tria mirabilia, videlicet quantitas incredibili[illegible] octies est maior terra, claritas inæstimabilis, quia ocu[illegible] potest ipsam claritatem aperte considerare, motus im[illegible] lis, quia videlicet quamuis tarde moueri videatur [illegible] quod rapidissime circuit, & mouetur. Sic proculdub[illegible] sunt tria, quæ sunt valde admiranda, videlicet ma[illegible] immensitatis, de qua illud prædictum in Psal. 85. *Quoniam [illegible] es tu, & faciens mirabilia, tu es Deus solus.* Claritas suæ sap[illegible] veritatis, de qua in Psal. 138. *Mirabilis facta est scientia tua [illegible]* [illegible] leritas suæ prouidentiæ, & operatiuæ potestatis. De q[illegible] 14. *Mirabilia opera tua, & anima mea cognoscet nimis.* Q[illegible] dicitur in Psalm. 105. *Ipse fecit magnalia in Aegypto, mi[illegible] in terra Cham, terribilia in mari rubro.* In quibus verbis aduerte[illegible] in Deo principaliter sunt tres virtutes, videlicet

Scientia infallibilis,
Clementia incredibilis,
Iustitia inflexibilis.

Sic vere tria genera mirabilium, seu miraculorum [illegible] à Deo, scilicet quædam, quæ pertinent ad suam scientiam luminosam, quædam quæ pertinent ad suam clementiam amorosam, quædam quæ pertinent ad suam iustitiam vigorosam. P[illegible]ma mirabilia sunt de mundi gubernatione, & ista sunt magnalia in Ægypto. Secundo mirabilia sunt in mundi reparatione, quam scilicet ipse fecit carnem assumendo, & ista sunt mirabilia in terra Cham. Tertia mirabilia sunt de mundi disputatione, quæ scilicet fiet in die iudicii, & ista sunt terribilia in mari rubro. ¶Et sic possumus dicere, quod sunt quædam mirabilia

Dei scientiæ mundum gubernantis,
Dei clementiæ mundum reparantis,
Dei iustitiæ mundum iudicantis.

Prima sunt stuporis inductiua. Secunda sunt amoris allectiua, Tertia sunt timoris incussiua. ¶Primo igitur dico, quod ista sunt mirabilia, quæ pertinent ad Dei scientiam mundum gubernantem, & ista ostenduntur, cum dicitur. *Fecit magnalia in Aegypto.* Ægyptus enim quæ interpretatur tenebræ vel angustia, signat scientiam prouidentiæ diuinæ, quæ, scilicet in gubernatione huius mundi angusti, & tribulati occulta est, & tenebrosa. Nihil enim est magis tenebrosum vel occultius quam iste actus diuinæ prouidentiæ in regimine huius mundi. Quid enim magis mirabile in Ægypto huius mundi, quam quod boni deprimantur, & tribulentur, & turbentur, mali vero promoueantur, & exaltentur? Hæc omnia facit quotidie sagax, & occulta Dei prouidentia, quæ iniustos permittit in sua iniustitia prosperari, iustos vero permittit in sua iustitia tribulari, sicut exemplum habemus de Nabuchodonosor pessimo in sua iustitia prosperato. Vnde Hier. 12. *Impii prosperantur, bene est iis omnibus, qui præuaricantur &c.* Sicut etiam pater de Iob, & Tobia iustissimis, qui tamen sine peccato suo afflicti sunt. Et sicut dicitur in Psal. *Multæ tribulationes iustorum.* Ista ergo sunt magnalia in Ægypto. Vnde dicitur in Ps. *Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra Aegypti in campo Thaneos.* Inter omnia etiam Dei mirabilia ista possunt maxima reputari, quia, iusti fieri mali à Deo permittuntur, iniusti vero boni à Deo efficiuntur. Teste enim Chrysostomo super Mat. *Mirabilis fuit Dei mutatio, vt de piscatore faceret primum Ecclesiæ pastorem. De persecutore primum gentium doctorem. De latrone primum Paradisi possessorem.* Ista sunt illa mirabilia Dei scientiæ mundum gubernanti[illegible] de quibus Eccl. 11. *Mirabilia opera altissimi.* Solus ergo Deus fecit magnalia, in Ægypto. Et vere multa, & infinita facit, & fecit in Ægypto huius mundi Deus mirabilis, & hoc non solum in istis communibus dictis agibilibus, imo & in rebus naturalib. Vnde Hug. lib. de operibus trium dierum dicit. *Miramur*, inquit, *quare crocodilus manducando superiorem mandibulam mouet, quare salamandra in igne illæsa viuit, & permanet, quare ericius onustus pomis more plaustri stridet, quomodo aranea diligentia de se laqueos præparat quomodo etiam formica prudentia in æstate pro hyeme grana parat. Hæc enim omnia* (inquit) *testes sunt sapientiæ conditoris.* Ista igitur sunt mirabilia, quæ pertinent ad Dei scientiam mundum gubernantem. ¶Secundo D dico, quod Deus fecit mirabilia, quæ pertinent ad suam clementiam mundum reparantem, & ista sunt mirabilia in terra Cham. Cham enim interpretatur necessitas, quia, scilicet, pro mundi necessitate subleuanda Deus fecit mirabilia redemptionis, inter quæ sunt præcipua

Incarna-

[illegible]
[illegible],
[illegible],
[illegible].

[illegible] in Psal. *Cantate domino canticum nouum, quia mi-* [illegible] loquitur Bernardus in quodam sermone de [illegible] *Quis vel satis miretur in conceptu partuque virginali?* [illegible] recto inspicit, qui requirit.

[illegible] agit [illegible] do breuis,
[illegible] do angusta,
[illegible] do subdita,
Profunditas plena.
Lux non lucens,
Verbum infans, id est, non fans,
Aqua sitiens,
Panis esuriens,

[illegible]

[illegible] tiam regi,
Sapientiam instrui,
Virtutem sustentari,
[illegible] tiam & leutiam,
[illegible] ucere fiduciam,
[illegible] alutem pati,
[illegible] tudinem infirmari,
Vitam mori.

[illegible] non mirandum est, ibi etiam

Cernitur
- [illegible] ustitia lætificans,
- Pauor confortans,
- Passio saluans,
- Infirmitas roborans,
- Mors viuificans.

¶ [illegible] fuerunt mirabilia, in terra Cham. De tali er- [illegible] negotio, & mysterio dicitur in Psal. 117. *A domino* [illegible] *est mirabile in oculis nostris*. Ista ergo sunt mirabilia E pertinen[illegible] Dei [illegible] mentiam, mundum reparantem. ¶ Ter- [illegible] quædam mirabilia pertinentia ad Dei iusti- [illegible] mundum [illegible] antem, & ista sunt terribilia in mari rubro, [illegible] denotantur facta iudicii futuri, quæ erunt terris, id est, [illegible] peccatoribus & malis terribilia, & amara. Iudicium e- [illegible] paratur mari, ratione amari saporis, ratione horrendi [illegible] ratione pellendi horroris. Mare enim continet ama- [illegible] rem, causat ductuum clamorem, pellit fæcium horro- [illegible] rat mercium valorem.

[illegible] ro certo mare futuri iudicii erit amarum per tribula- [illegible] osorum per tubarum resonationem, horroris ca- [illegible] per peccatorum ad infernum iniectionem, mercium [illegible] per bonorum ad Paradisum delationem, & mis- [illegible] ista ergo sunt terribilia in mari rubro, sicut in Ps. 92. di- [illegible] *Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis dominus*. Vnde de mi- [illegible] diuini iudicii potest exponi illud Exod. 3. *Percussi Aegy-* [illegible] *mirabilibus meis*. Sed de istis vide supra de iudicio. Et sic patet, quomodo Deus dicitur mirabilis ratione scientiæ gubernantis, ratione clementiæ mundum reparantis, [illegible] iustitiæ mundum dissipantis seu iudicantis. Et ideo sicut quod res mirabiles libenter audiuntur, retinentur, re- [illegible], sic proculdubio prædicta Dei mirabilia deberent à nobis [illegible] mari per inuestigationem, iuxta illud Psalm. 79. *Vsque* [illegible] *mirabilia tua*. Quamuis proh dolor de multis di- [illegible] Psal. 105. *Patres nostri in Aegypto non intellexerunt mirabilia* [illegible] *memores multitudinis misericordiæ tuæ*. Et hæc de Dei [illegible] ciam gratia breuitatis. Sunt igitur quædam mi- [illegible] manifestatis.

¶ [illegible] dico, quod sunt quædam mirabilia humanæ bo- [illegible] modo mirabiles dicuntur viri iusti, & sancti. Cum [illegible] alter insit homini, quod sit malus, iuxta illud Matth. [illegible] *ab adolescentia sua mala &c.* satis videtur mirabile, quod sit bo- [illegible] ssime illi possunt mirari, qui gratiis, & virtutibus præ [illegible] ualde excellentes, sicut fuerunt sancti viri, quorum cō- [illegible] sanctitas & conditio fuit mirabilis, & stupenda, atque [illegible] dici illud Hester. 15. *Valde enim mirabilis es Domine,* [illegible] *facies tua plena est gratiarum*. Vbi aduerte, quod sancti, & sanctæ [illegible] mirabiles [illegible]

[illegible] Constantiæ fortitudine,
[illegible] Clementiæ magnitudine,
[illegible] Decentiæ pulchritudine.

Dico ergo, quod isti habuerunt mirabilem constantiæ fortitudinem. (Es inquit) & hoc apparuit in martyribus, qui nulla pœnitentia lassabantur. Sicut etiam in prædicatoribus qui nullis minis geotium terrebantur. Constantia enim talium erat mirabilis, quia sicut in natura fortitudo ignorum Sethim mirabilis reputatur, eo scilicet, quod nec aqua potest putefieri nec igne consumi, sic isti nec aqua prosperitatis, nec igne tormentorum vrgentium soliditate boni propositi mouebantur, sicut exemplum habemus de illo iuuene, de quo dicitur 2. Mach. 7 *quod mirabantur adolescentem constantem, qui tanquam nihilum duceret cruciatus*. Et hoc ostenditur, cum dicitur (Es) quia, sum, es signat constantiam & permanentiam virtutum. Vnde de sanctis veris potest dici illud Ps. 64. *Sanctum est templum tuum, mirabile in æquitate*. Isti igitur habent mirabilem constantiæ fortitudinem. ¶ Deinde G
dico, quod sancti habuerunt mirabilem decentiæ pulchritudinem (Facie inquit tua) Nihil enim pulchrius in homine quā facies. Sic spiritualiter nihil gratiosius in hominibus quam decens, & honesta conuersatio, & moralis. Nam sicut stellio, & panthera habent in pelle mirabilem pulchritudinem & colorem, in tantum quod (sicut dicit Plinius) pulchritudinem pantheræ omnia animalia admirentur, sic vere facies & pellis, id est, exterior conuersatio sanctorum ita fuit pulchra & honesta, quod cunctis vel videntib. extitit admirata, ita quod cuilibet illorum poterat dici illud, vel illa verba Cant. 2. *Vox enim tua dulcis, & facies tua decora*. Talis erat facies Iudith, de qua dicitur Iud. 10. *quod Assyrii considerabant faciem eius, & erat in oculis eorum stupor, quoniam mirabantur pulchritudinem eius nimis*. Isti ergo habuerunt miram decentiæ pulchritudinem. ¶ Denique dico, quod ipsi habent, vel habuerunt clementiæ magnitudinem. Et hoc ostenditur, cum dicitur (Plena est gratiarum) quod enim est plenum, faciliter superfundit. Sic quia isti dicuntur gratia pleni, ideo gratias suas aliis per virtutem clementiæ libenter & faciliter effuderunt. Ipsi vero effuderunt aliis, scilicet, scientiam suam per prædicationem, substantiam suam per eleemosynarum largitionem, aliis virtutes suas per bonorum exemplorum ostensionem.

¶ De mirabili enim scientia talium dicitur in Psalm. 138. *Mirabilis facta est scientia tua*. De mirabili eleemosyna istorum dicitur H
Eccles. 31. *Beatus diues, qui inuentus est sine macula & qui post aurum non abiit, nec sperauit in pecunia thesauris, quis est hic? & laudabimus eum, fecit enim mirabilia in vita sua*. De mirabili etiam bonorum exemplorum ostensione talium dicitur 2. Mach. 15. *quod ipsi vidit alterum virum ætate, & gloria mirabilem*. Et sic ergo patet quomodo sancti fuerunt in via per excellentiam meritorum mirabiles. Vnde Sap. 10. dicitur, quod *deduxit sanctos suos in via mirabili & fuit illis in velamento diei, & in luce stellarum nocte, transtulit illos per mare rubrum, & transuexit eos per aquam nimiam*. Vbi aduerte, quod via, seu vita sanctorum fuit mirabilis, videlicet propter virtutum absconsionem, quia fuerunt in velamento propter gratiarum infusionem, quia habuerūt lucem stellarum, propter pœnarum afflictionem, quia translati sunt per mare rubrum, propter lacrymarum effusionem, quia transuecti sunt per aquam nimiam. Sic igitur patet, quomodo sancti fuerunt mirabiles in hoc mundo. Sed pro certo magis erunt adhuc mirabiles in futuro, sicut dicitur Apoc. 15. *Vidi aliud signum in cælo magnum, & mirabile &c.* Sufficit ad præsens.

# Misereri. Miseratio. Misertus.

Cum A
miseratio nihil aliud sit, quam alienam miseriam intueri, & quandoque miseratio sumitur pro clementia & compassione, quando, scilicet, habito respectu ad miseriam pœnæ quam sustinet homo, compatitur quis, & miseretur eidē, sicut petebant illi cæci Matt. 9. dicentes Christo. *Miserere nostri fili Dauid*. Et in Psal. 24. *Respice in me & miserere mei, quia vnicus & pauper sum ego*. Et quandoque pro venia & indulgentia, quando, scilicet, habito respectu ad miseriā culpæ, quam quis erga alium commisit, sibi benigniter indulgetur, sicut petebat Dauid in Psal. 6. *Miserere mei domine, quoniam infirmus sum, sana animam meam, quia peccaui tibi*, & Oseæ 2. *Miserebor eius, quæ fuit absque misericordia*. Notare igitur possum, quod in scriptura reperitur triplex miseratio videlicet

Miseratio semper
- Appetenda,
- Impendenda,
- Compescenda.

¶ Primo igitur dico, quod est miseratio supernæ deitatis siue diuina, B

uina, quæ semper est optanda, de qua Esa. 33. *Domine miserere nostri, te enim expectamus* &c. Secunda est miseratio discretæ pietatis, quæ semper est fundanda. De qua Iob. 31. *Ab infantia creuit mecum miseratio.* Tertia est miseratio fatuæ vanitatis, quæ nunquam est edenda, quando, scilicet, quis miseretur alicui incorrigibili vel proteruo. De qua Esa. 26. *Misereamur impio, & non discet facere iustitiam.* ¶ Dicamus ergo primo de miseratione diuina, quam quilibet debet appetere. Nullus enim est, quin indigeat, quod Deus misereatur sibi, vel super indulsione culparum, vel super remissione pœnarum. Subiecti enim sumus diuersis culpis, quas committimus, & variis pœnis, & miseriis, quas incurrimus. Et ideo à Deo debemus petere, quod nobis misereatur, & indulgeat, culpas & offensas dimittendo, dicendo, scilicet, illud Ps. 40. *Tu autem domine miserere mei, & resuscita me*, & 4 Reg. 1. *Obsecro, vt miserearis animæ meæ*, & Matth. 17. *Miserere filii mei, quia lunaticus est.* Et vt nobis misereatur, & subueniat, pœnas & miserias dimittendo vel temperando, dicendo, scilicet, illud Psal. 30. *Miserere mei domine, quoniam tribulor.* Et notabis, quod Deus miseretur multis generibus personarum, videlicet,

Humilibus & timorosis,
Flebilibus & lacrymosis,
Fidelibus & luminosis,
Pœnitentibus & dolorosis,
Confidentibus & amorosis,
Persistentibus & vigorosis,
Eminentibus & virtuosis.

¶ Parcit (dico) & miseretur timorosis & humilibus exemplo leonis, qui pueros non dicitur tangere nisi fame terribili fuerit coactus. Sic Christus pueros, id est, puros, & innocentes, timorosos, & humiles diligit, ipsisque faciliter miseretur, & parcit, sicut in Ps. 102 dicitur: *Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est dominus timentibus se, quoniam ipse cognouit figmentum nostrum.* ¶ Item parcit, & miseretur lacrymosis & flebilibus, quando scilicet, ipsum deuote, & suppliciter exorant. Exemplo leonis, qui etiam prostratis parcit, sicut ponit Plinius de muliere Getula inuenta in deserto à leone, quæ cum ipsum flexis genibus & cum lacrymis deprecata esset, quod se mulierem pauperculam non tangeret, cum esset indigna præda regio animali, pepercit, & misertus est, multo fortius ergo Deus. Vnde Matth. 18. *Misertus dominus serui illius, dimisit eum.* Et 2. Reg. 24 *Misertus est dominus super afflictionem.* ¶ Item parcit, & miseretur luminosis, & fidelibus. Facilius enim gratiam consequuntur in bello capti & victi prudentes, & fideliter dominii sui nomen confitentes, quam fatui, & leuiter alterius ditioni se subdentes. Sic Deus magis est propitius maiestatem suam oculis, seu luminibus mentis & rationis contemplantibus, quam eis, qui ad diuina contuenda hebetatos habent obtutus. Similiter & his citius veniam tribuit delictorum, qui nomen suum firmiter confitentur, (quod est magnæ fidelitatis indicium) quam his qui faciliter ipsum negant, & diffitentur. De primis dicitur Ezech. 39. *Miserebor omnis domus Israel.* Israel, quod interpretatur mens videns Deum significat eos, qui sunt luminosi radiis cognitionis diuinæ. De secundis dicitur Oseæ 1. *Domus Iuda miserebor.* Iuda interpretatur confitens, confiteri vero ex fideli corde & animo proficiscitur.

¶ Item parcit, & miseretur dolorosis & pœnitentibus. Exemplo illius patris, qui misertus est filio prodigo pœnitenti & reuertenti Luc. 15. Quia sicut dicitur Eccl. 12. *Altissimus odio habet peccatores, & misertus est pœnitentibus.* Ideo Esa. 55. dicitur: *Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad dominum & miserebitur eius* &c. Ideo pœnitenti dicitur illud Eccl. 17. *Conuertere ad dominum, & relinque peccata tua.* Sequitur. *Viuens, & sanus confiteberis, & laudabis dominum, & glorificaberis in miserationibus eius.* ¶ Item parcit, & miseretur amorosis & confitentibus. Libentius enim miseretur quis amico, quam inimico, & homini de se confidenti, quam diffidenti Ps. 56. *Miserere mei Deus, quoniam in te confidit anima mea, & in vmbra alarum tuarum sperabo.* ¶ Item parcit, & miseretur vigorosis & persistentibus. Sicut enim videmus, quod in bellis magis parcitur valentibus militibus quando capiuntur, quam aliis, sic Deus facilius miseretur hominibus virilibus & constantibus quando indigent eius gratia & auxilio, quam aliis. Vnde Hier. 12. *Miserebor* (inquit) *eorum, & reducam eos, virum ad hæreditatem suam, & virum in terram suam.* Virum inquit, id est, virilem & animosum.

¶ Item parcit, & miseretur virtuosis, & eminentibus, quia, scilicet, sicut diuitibus captis in prælio magis parcitur, & hoc sub spe futuræ remunerationis, sic Deus magis [illegible] & [illegible] tur illis, quos virtutibus & gratiis scit esse diuites, [illegible] tales reipublicæ et sibi vtiles, vnde Eccles. 36. *Miserere domine plebi tuæ, miserere ciuitati sanctificationis tuæ, Hierusalem ciuitati requiei tuæ, reple Sion inenarrabilibus virtutibus tuis, & gloria tua populum tuum.* Sic igitur patet quomodo miserator & misericors est dominus, patiens & multum misericors. Et quomodo miserationes eius super omnia opera eius. Veruntamen quia ipse est, qui d[illegible] Exod. 33. *Miserebor cui voluero, & clemens ero in quem mihi placuerit*, d[i]camus ergo et illud Psal. 118. *Veniant mihi miserationes tuæ, [illegible] vicam, & non confundas me ab expectatione mea.* Vt sic ipse corone[t] n[o]s misericordia & miserationibus, & repleat in bonis [illegible] nostrum. Ista est igitur miseratio diuina, quam quilibe[t] [illegible] appetere.

¶ Secundo vero dico, quod inuenitur miseratio [illegible] quam quilibet debet impendere. Et reuera pietas & C

Miseratio nobis debet { Naturaliter inesse, Fraternaliter adesse, Virtualiter prodesse. }

Inesse (dico) debet naturaliter. Vnde illud Iob. 31 *Ab infantia [cre]uit mecum miseratio, & ab vtero egressa est mecum.* Adesse [debet fr]aternaliter, quia, scilicet, sicut dicitur Eccl. 18 *Miseratio homi[nis] [cir]ca proximum suum, misericordia autem Dei super omnem carnem.* Prodesse autem virtualiter Psal. 36. *Iustus autem miseretur, & retribuet.* Et reuera virtus clementiæ & miserationis valde proficit professori suo, quia, scilicet, ista est, quæ

Lætificat, Ditificat, Beatificat, } quo ad { Interiora, Exteriora, Posteriora.

Ista enim solet mentem interius lætificare Psal. 111. *Iucundus homo qui miseretur & commodat* &c. Ista etiam exterius solet ditificare, seu diuitias multiplicare, quia sicut dicitur Prouerb. 19 *Fœneratur domino, qui miseretur pauperi.* Quia reuera talis tota die miseretur, & commodat, & semen illius in benedictione erit. Ista insuper solet beatificare Prouerb. 14. *Qui despicit proximum suum, peccat, qui autem miseretur pauperi, beatus est.* Dicat igitur pauper diuiti misericordi illud 4. Reg. 1. *Obsecro vt miserearis animæ meæ.* Et illud Luc. 16 *Pater Abraham miserere mei.* Et illud Iob 18. *Miseremini mei, miseremini mei saltem vos amici mei*, &c. Alius vero respondeat illud Matth. 9. *Misereor super turbam, quia ecce iam triduo sustinent me, nec habent quod manducent.* Et merito, quia homo debet alteri misereri sicut ipse vult, quod Deus misereatur sibi. *Iudicium enim sine misericordia fiet illi, qui non fecerit misericordiam.* [illegible] Vnde etiam dominus reprehendit seruum illum, [q]ui conser[u]o suo noluerat misereri, etiam in illo casu, vbi à dom[ino] [illegible] tat misericordiam impendi, Matth. 18. *Serue nequam, nonne [et te] oportuit misereri conserui tui, sicut & tui misertus sum?* quasi dicat [illegible] Sed reuera proculdubio multi sunt, qui aliis non miserentur, nec alienæ miseriæ compatiuntur, & ideo misericordiam diuinam nullatenus promerentur, sicut sunt auari, vsurarii, tyranni, impii, & crudeles, qui, scilicet, aliis non miserentur, nec ipsorum miserias intuentur, sed omnes quanto plus possunt immisericorditer persequuntur Psalm. 108. *Non sit qui misereatur pupillis eius*, & Hier. 6. *Sagittam & scutum accipiet crudelis, & non miserebitur.* Ista est ergo misericordia humana, quam quilibet debet impendere.

¶ Tertio principaliter dico, quod in scriptura reperitur miseratio insana, quam quilibet debet suspendere. Et ista est illa, qua quis sine causa alteri miseretur, vtpote quando illum, qui malefecit, in perniciosum exemplum & damnum reipublicæ impunitum dimittit, sibique miseretur & parcit. Et ista proprie vocatur miseratio iniqua de qua dicitur 2. Macha. 6. *quod hi qui astabant, iniqua miseratione commoti, propter viri amicitiam, consulebant Eleazaro, quod simularet se comedisse carnes porcinas contra legem, vt obediret regi Antiocho.* Taliter non miserebatur illa fortis mulier filiis suis Machabæis, quos ante se volebat mortem subire, ne contaminarentur cibis gentilium. Talis autem miseratio prohibetur potissime iudicibus, quibus scilicet prohibetur, ne malefactorib. misereantur, etiam si paupertate & miseriis deprimantur Exod. 24. *Pauperis non misereberis in iudicio.* Vnde etiam [d]e idololatris extirpandis dicitur & præcipitur Deut. 7. *Non inibis cum eis fœdus, & non misereberis earum.* Et reuera talem effœminatam miserationem non habet Deus, qui scilicet scit, cui est miserendum, & cui non, quia sicut dicitur Rom. 9. *Cui vult miseretur Deus, & quem vult indurat.* Quia dato, quod (sicut Ecclesia canit) sibi [es]t proprium D

… & parcere, ita quod sicut supra di… nisi consueuerit parcere humilibus … unquam tamen rebellibus & iniquis (sicut etiam …, & in sua malitia perseuerantibus & proteruis. … finaliter dicit talibus illud Ezech. 7. *Iudicabo te & ponam contra te omnes abominationes tuas, & non parcet oculus meus super te, neque miserebor: sed vias tuas ponam super te, & abominationes tuae in medio tui erunt.* Patet igitur, quod in scriptura reperitur … mixtura, quae est fugienda, sancta & iusta, quae alta & summa, quae est petenda. Vide infra de mi…

## Miscere. Mixtio. Commixtio.

Cum mixtio … quandam aggregationem, adiunctionem, & quandam … combinationem, importare possum, quod … mixtio in bono significat, & in malo. … in bono significat
… ineffabilem incarnationem,
… bilem compositionem,
… bilem aggregationem.
… quod in scriptura reperitur mixtio superna & in… illa, qua per beatam incarnationem Deus … & in vnitate suppositi idem factus. Quam… tuetur mixtio, quia, scilicet non commixtione … nem, sed assumptione humanitatis in Deum ista … potest tamen dici commixtio, id est, diuer… vnum suo modo. Figura Gen. 18. Vbi dicitur, … *Sara, Accelera*, inquit, *tria sata farinae & commisce,* … Et sine praecepit, vt inde Angeli, quos in… Ista enim tria sata sunt tres in Christo na… caro, & diuinitas, quae, scilicet, simul mixta, … Angelorum Christum confecerunt, & cum … caritatis igne charitatis coxerunt, & come… id est, viris Angelicis in Ecclesia reliquerunt. … dicitur 1 Esd. 9. *Commiscuerunt semen sanctum cum …gentibus.* Vel vt habet alia litera, cum populis terrarum. … in manu domini vini meri plenus mixto. Ista est … superna & ineffabilis.

¶ … dico, quod in scriptura reperitur mixtio interna, … & ista est proprie mixtio & compositio diuer… in mente, quia pro certo sicut videmus, quod … faciunt & componunt antidota, & pigmenta, … simul miscendo & componendo, sicut etiam … quod omnia corpora viuentia mixta sunt & composi… ex elementis, quia, scilicet, corpora simplicia & mi… vita carent, sic reuera pigmentarii, id est, viri iusti … unguentorum confectiones & pigmenta diuer… confíciunt, & sic vitam spiritualem obtinent, … reddunt, dum in bonis moribus se componunt. … est mixtura myrrhae & aloes, qua Christus … Ioan. 19. quando sibi a Ioseph, id est, a quolibet … virtutum compositio praesentatur. Figurata certe in … thymiamatis Exod. 30. quod de diuersis … simul mixtis conficiebatur, quod ad vsus diui… ad alios applicari tantummodo iubebatur. Quia … aromaticas, id est, virtutum fragrantiam sibi Christus … & nulli alteri applicari, sed sibi soli confici, & … scilicet, in odorem suauitatis solet recipere, & se … fragrantia delectare. Ista est ergo illa mixtura virtu… aqua aspersionis qua quis aspergebatur, a tactu … mundabatur. De qua dicitur Num. 19. quod *quicunque … aspersus non fuerit, polluet tabernaculum domini.*

¶ … quod pigmentarius solet facere mixtionem de … & de rebus dulcibus & vnam cum altera temperare. … debet miscere res acres & dulces, i. virtutes spe… amaritudinem timoris, sicut est contritio & mortis me… poenitentia, dicens, scilicet, illud Psalm. *Cinerem tanquam panem manducabam & potum meum cum fletu miscebam.* Et … ad dulcedinem spei, & amoris, sicut scili… & compassio, clementia, mitas & coelestium co… ad quam, scilicet, inuitat dominus dicens Prouerb. 9. … *& bibite vinum, quod miscui vobis.* Vnde de sa… Prouer. 9. quod *ipsa aedificauit sibi domum, & miscuit … vinum.* Ista est igitur mixtio interna pollens &

C ¶ Denique dico, quod in scriptura reperitur mixtio fraterna & ingens nobiles, & ista nihil aliud est, quam bona & sancta societas, quae, scilicet, associatae & charitatiuae inuicem se solet miscere. Vnde 2. Par. 35. dicitur, quod *in celebratione Phase fuerunt pecora commixtim duo millia.* Sic igitur patet quomodo inuenitur mixtio fraterna & socialis, interna & virtualis, paterna & superna-
D lis. Et sic mixtio (vt dictum est) sumitur in bono. ¶ Secundo principaliter dico, quod mixtio quandoque (vt communiter) sumitur in malo. Et sic nota, quod in scriptura reperitur

Mixtio { Carnalitatis impurae, Societatis obscurae, Iniquitatis peruersae.

Est igitur quaedam mixtio foedae carnalitatis, & ista est illa, qua per luxuriam, alias quam sub lege matrimonii, diuersae personae inuicem copulantur, & commiscentur. De qua impudici senes dicebant Susannae Dan. 13. *Commiscere nobiscum, alioquin feremus contra te testimonium.* Et ibidem. *Vidimus eos pariter commisceri.* Cuius contrarium faciebat illa sancta mulier Sara (Tob 3) dicens. *Mundam seruaui animam meam ab omni concupiscentia, nunquam cum ludentibus miscui me.* Ista est ergo mixtura foeda carnalitatis.

E ¶ Inuenitur etiam mixtura prauae societatis, & ista pro certo multum est periculosa. Sicut enim corruptus liquor faciliter corrumpit liquorem purum, quando sibi miscetur, sic malus homo bonum. Et ideo in lege fuit prohibitum filiis Israel, ne cum gentibus & finitimis populis miscerent se connubio, ne forte per vxores alienigenas ad idololatriam traherentur, sicut dicitur Ios. 23. vnde Nu. 18. *Alienigena non commiscebitur vobis.* Vnde de mala commixtione malae societatis dicitur in Psal. quod *filii Israel commixti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, & seruierunt sculptilibus eorum, & factum est illis in scandalum.* Et ideo scriptura bene docet tales commixtiones vitandas, & potissime commixtionem cum illis, qui linguas acuunt alios mordendo, cum illis, qui carne defluunt immunde viuendo, cum illis, qui verbis affluunt dulcia loquendo. Igitur non commisceamur cum detractoribus qui mordent acriter Prouer. 24. *Cum detractoribus non commiscearis, quoniam repente veniet perditio eorum.* Item non commisceamur cum infectoribus qui viuunt turpiter, id est, cum luxuriosis personis 1. Cor. 5. *Scripsi vobis non commisceri fornicariis.* Item non commisceamur cum deceptoribus qui falluntur dulciter Prouer. 29. *Et qui dilatat labia sua, non commiscearis.* Ista est ergo
F mixtura prauae societatis. ¶ Inuenitur denique mixtura malae iniquitatis. Quidam enim sunt, qui non sunt simplices, sed in seipsis diuersis vitiis compositi. Figuratur in mari vitreo, quod erat mixtum igne, quod Ioannes vidit Apoc. 15. Quia certe multi sunt, qui quamuis sint mare per amaritudinem poenitentiae & macerationis, & vitrei per splendorem conuersationis, mixti tamen sunt igne per ardorem auaritiae & ambitionis Exo. 9. *Grando & ignis mixta pariter ferebantur.* Et tamen isti debent aduertere, quod res mixtae nunquam sunt tanti pretii sicut simplices, sicut patet de vino mixto, & de metallo, & etiam de liquoribus. Vnde vir perfectus simplex & rectus videtur posse dicere illud Eccles. 24. *Ego quasi libanus non incisus, vaporaui habitationem meam & quasi balsamum nō mixtum odor meus.* Sed reuera mali non sic, quia, scilic. isti in se, & apud se habent mixturam multiplicium vitiorum, videlicet

Mixturam { Fatuitatis, Fallacitatis, Carnalitatis, Crudelitatis, Malignitatis, Curiositatis, Ebriositatis, Luctuositatis.

¶ De fatuitate dicitur Prouerb. 20. quod *stulti miscentur contumeliis,* & Esai. 29. dicitur, quod *dominus miscuit in medio eorum spiritum vertiginis.* De fallacitate dicitur Esa. 1. *Argentum tuum versum est in scoriam, vinum tuum mixtum est aqua.* Aqua in vino, scoria in argento, est fallacitas in animo. De carnalitate dicitur illi fornicariae mulieri Eze. 16. *Ecce congregabo omnes amatores tuos quibus commixta es.* De crudelitate dicitur Esa. 9. quod *vestimentum mixtum sanguine erit in combustionem, & cibus ignis.* Sanguis enim crudelitatem signat. De malitia seu de malignitate dicitur Matt. 27. quod *Iudaei dederunt Christo vinum bibere cum felle mixtum:* Fel enim malitiam signat. De curiositate dicitur Eccl. quod *Deus fecit hominem rectum, & ipse*

*& ipse infinitis se miscuit quæstionibus.* De ebriositate vero dicitur Esa. 5. *Væ qui potentes estis ad bibendum vinum, & fortes ad commiscendam ebrietatem.* De finali vero pœnalitate, seu luctuositate dicitur Prou. 14. *Risus dolore miscebitur, & extrema gaudii luctus occupat.* Et breuiter multi sunt, in quibus est mixtura omnium vitiorum, quia sicut dicitur Sap. 14 *Omnia commixta sunt, sanguis, homicidium, furtum & fictio, corruptio, infidelitas, turbatio & periurium.* Sic ergo patet, quod inuenitur mixtura multorum vitiorum, mixtura malorum sociorum, mixtura fœdorum negotiorum. Et sic patet, quomodo mixtura in bono sumitur & in malo.

A **Miseria.** Nota, quod tres sunt species miseriæ, videlicet,

Miseria quædam { Naturalis, Temporalis, Infernalis.

Prima cum homine nascitur naturaliter,
Secunda homini accidit temporaliter,
Tertia homini infertur æternaliter.

¶ Naturalis est illa, quæ de necessitate consequitur naturam, sicut est fames, sitis, labor, somnus, infirmitas, dolor & mors. De ista dicitur Iob. 14. *Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miseriis.* Temporalis est illa, quæ sequitur fortunam, sicut est paupertas, aduersitas, contemptus, calamitas, & sic de aliis. De qua dicitur Iud. 10. *Seruierunt Deo, qui doluit super miseriis eorum.* Æternalis seu infernalis est illa, quæ sequitur culpam. Ista est miseria pœnæ æternæ, de qua dicitur Sapien. 1. *Dies illa dies iræ, dies calamitatis & miseriæ.* Sed de omnibus istis pulchre & laudabiliter tractat Innocentius in lib. de miseria humana, ideo omitto. Vnde infra de tribulatione, & in aliis titulis, & in tabula. Auctoritates vero in Bibliis inuenies paucas, in manipulo florum multas.

A **Misericordia.** Nota, quod secundum Augustinum in lib. de diuinitatibus misericordia est animus dolentis affectus ad compatiendum proximo, & largiendum ei de proprio. Et est differentia inter misericordiam, & miserationem, quia secundum Hug. *Misericordia est quasi fons in affectu, miseratio vera est quasi riuulus in effectu.* Accipiendo ergo misericordiam pro affectu compassiuo ad indulgendum, miserandum, benefaciendum proximo, possumus notare, quod est duplex misericordia, scilicet humana & diuina. Diuina est superior & immortalis, humana est inferior & fraternalis. Prima est iugiter recommendanda, secunda est iugiter impendenda. ¶ Dicamus ergo breuiter, quod est misericordia superior & diuina. Deus enim est misericors à natura. Sicut enim mare est fons humoris, sic Deus est fons misericordiæ & dulcoris. Sed sicut mare cum humore habet amarum saporem, sic Deus cum misericordia habet admixtam asperam iustitiam & rigorem. Et ideo Deus dicitur misericors respectu bonorum, iustus vero respectu malorũ. Vnde in Ps. 114 dicitur. *Misericors dominus & iustus, & Deus noster miseretur.* Deus enim est sicut aquila, quæ semper habet in nido suo duos lapides pretiosos, qui dicuntur Æties, quorum vnus est masculus, & alius fœmella, quibus, scilicet, pulli sui à morsibus reptilium defenduntur, & mulieres prægnantes à partu suo velocius liberantur. Vitulus etiam marinus duas habet pinnulas, secundum Plinium, quarum dextera supposita capiti dormientis, ipsum facit profundissime obdormire. Sic pro certo charissimi, Deus, qui in scriptura vitulo & aquilæ comparatur (quia, scil. iste in passione fuit sicut vitulus immolatus, in resurrectione vero fuit sicut aquila renouatus, in ascensione vero sicut regalis aquila sublimatus) iste dico semper dignoscitur habere duas pinnulas & duos lapides pretiosos, hoc est dictũ, duas speciales virtutes, videlicet misericordiã, quæ est dextera, & iustitiam, quæ est sinistra. Istæ enim duæ sunt filiæ regis summi. Istæ enim sunt duæ domicellæ, quæ custodiunt corpus regis, quia sicut dicitur Prouer. 20. *Misericordia, & veritas custodiunt regem.* Per istas, pulli, id est, fideles Christi ab hominibus malis defenduntur. Per dexteram etiam istarum, hoc est dictum, per virtutem misericordiæ boni in patria dormiunt, & quietantur. Per sinistram vero, id est, per eius iustitiam mali in inferno vigilare perpetuo compelluntur. Sicut enim dicitur in Prouerb. 21. *Facere misericordiam, & iudicium placet Deo.* Et ideo in Ps. 60. dicitur, *Deus misericordiam & veritatem diligit, gratiam & gloriam dabit dominus.* Ista enim semper concomitantur Deum, scil. misericordia & veritas. Istæ enim sunt duæ partes regis Christi. Sed vt de iustitia taceamus, de qua scilic. superius iam est dictum, dicamus de misericordia, quam, sc. Christus summe diligit [illegible] fidelibus indicauit. Ipse enim misericordi[illegible] summe [illegible] sc. ipse dicit Ozeæ 6. *Misericordiam volo & non sacrificium.* [illegible] n. suis ipsam quasi testamentarie reliquit, Vnde Luc. 6. [illegible] *misericordes, sicut & pater vester misericors est.* Vt igitur de misericordia tam diuina, quã humana aliquid breuiter dicamus, nota, quod est triplex ratio quare virtus misericordiæ est habenda, videlicet

Propter { Præceptum scripturæ (Estote misericordes), Exemplum figuræ (Sicut inquit), Instinctum naturæ (Pater vester misericors est.)

Ad habendam enim misericordiam nos mouet
Virtus præceptorum imperatiuorum (Estote misericordes)
Actus exemplorum (Sicut inquit)
Status progenitorum (Pater vester misericors est [illegible])
Primum probat dictio imperatiua (Estote misericordes)
Secundum dictio exemplatiua (Sicut inquit)
Tertium dictio generatiua (Pater vester inquit)

¶ Dico igitur, quod virtus misericordiæ nobis præcipitur scripturaliter, & hoc fit, cum dicitur (Estote misericordes. Sicut enim filii seruant, quæ pater eis in testamento præcipit, alias hæreditate priuantur, sic vere quia Deus pater noster nobis in testamento sacræ scripturæ misericordiam præcipit & iniungit, necesse est, quod eam faciamus, alias hæreditate paradisi nos ipsos spoliamus, destituimus, & priuamus. Sicut enim dicitur Iac. 2. *Iudicium sine misericordia fiet illi, qui non fecerit misericordiam, superexaltat enim misericordia iudicium.* Et istud præceptum ostenditur, cum dictum est. *Estote misericordes,* Et etiam præcipit Tobias filio suo Tob. 4. *Quomodo potueris, ita esto misericors.* Et ad Eph. 4. *Estote benigni inuicem, misericordes, donantes inuicem.* Sed nota, quod dicit donantes inuicem. Summa enim & præcipua pars misericordiæ est donare, & remittere iniuriam. Istam enim summe diligit Deus. Sicut ergo homo inter omnia animantia habet pellem molliorem, cassia etiam species aromatica, quæ faciliter replicat vilior à Medicis iudicatur, sic pro certo homo debet habere pellem animæ, id est, interiores affectiones, benignas & misericordes, teneras, atque molles. Electi enim debent ad misericordiam & ad indulgendum per clementiam faciliter inclinari, quia proculdubio illa faciliter flectũtur, qui & mollitie benignitatis dotantur, & homines, id est, viri rationales esse noscuntur & apud Deum laudabiles iudicantur. Estote ergo misericordes. Et hoc non solum in iuuentute, imo etiam in senectute. Quia scilicet, sicut castor semper vult habere caudã in aqua, pro eo quod de natura piscis est, & sine aqua faciliter corrumperetur, sic homo præcipue debet caudam, id est, finem vitæ suæ in aqua misericordiæ enutrire, ne forte per vitia corrũpatur. Sic faciebat Dauid, qui dicebat in Psal. 91. *Senectus mea in misericordia vberi.* Estote ergo misericordes. Quæ tamen omnia sunt contra multos, qui, scilicet ad modum hominis pedes affectionum non habent molles aut teneros per clementiam, nec etiam sunt flebiles per misericordiam & indulgentiam imo certo ad modum animalium syluestrium pedes habent duros, impios & crudeles, sicut dicitur Ose. 4. *Non est veritas, non est misericordia, non est scientia in terra, Maledictum & mendacium, furtum, homicidium & adulterium manducauerunt, & sanguis sanguinem tetigit.* Non sic ergo, sed estote misericordes. Vnde Zach. 7. *Misericordiam & miserationem facite.*

¶ Et possumus dicere, quod facienda est misericordia multiplicatione videlicet per misericordiam

Homo { Culpa purificatur, Gratia viuificatur, Deo pacificatur, Gloria dignificatur, Fama laudificatur, Diuitiis amplificatur.

¶ Dico primo, quod per misericordiam possumus à culpa purificari. Quia sicut elephas oleum comedendo sanatur & purgatur à morbo quem incurrit, quando vermes venenosos comedit, secundum Plinium, sic homo per oleum misericordiæ sanatur à veneno peccatorum, sicut de sauciato habemus Luc. 10. in cuius vulneribus Samaritanus imposuit oleum & vinum. Vnde Prou. 16. *Misericordia & veritate redimitur iniquitas.* ¶ Item per misericordiam possumus gratia viuificari Prou. 21. *Qui sequitur misericordiam & iustitiam, inueniet vitam, & gloriam.* ¶ Item possumus cũ domino pacificari. Nihil enim magis pacificat hominem Deo quam misericordia, quia sicut dicitur Prou. 21. *Facere misericordiã & iudi-*

[illegible] ¶ Item per misericordiam possumus cum [illegible], sicut dicitur 1. Mac. 2. *David in sua misericordia consecutus est regnum.* ¶ Item per misericordiam possumus [illegible] laudificari seu nominari, quia sicut dicitur *[illegible] est ad misericordiam, benedicetur.* ¶ Item per misericordiam possumus diuitijs ampliari in hoc sæculo, & in futuro, sicut dicitur Eccl. 29. *Qui facit misericordiam, fœneratur [illegible].* Ex his bene patet, quod merito dixit: *Estote misericordes.* [illegible] 12. *Misericordiam & iudicium custodi, & spera in Deo tuo.* Debemus ergo misericordes esse, quia præcipitur scripturaliter. *Estote* [illegible] *misericordes.* ¶ Secundo dico, quod debemus [habere mis]ericordiam, quia ostenditur exemplariter. Et hoc [insinuat]ur in hoc vocabulo sicut, quod denotat mihi similitudinem & exemplum, sicut Exod. 25. *Facies sicut in monte tibi monstratum est.* [illegible] quo innititur, quod per considerationem bonorum [operum] aliorum possumus & debemus ad misericordiam [prouocari], vnde de tali sicut, potest exponi illud Iob. 6. *Misericordia vestra quasi nubes matutina, & quasi ros mane pertransiens,* quod homo misericors ad exemplum nubis & roris [debet] pres refrigerare & eorum ardorem beneficiorum [illegible] Et nota, quod ista exempla miseriæ possumus [illegible]:

In { Rebus naturalibus, / Figurarum ænigmatibus, / Scripturarum voluminibus.

Igitur curramus ad exempla naturalia, & simus sicut leo. Leo [enim habe]t naturam erga hominem valde benignam. Et ideo h[ominem (vt] communiter) nunquam lædit, nisi valde famescens, [vel pro]uocatus ad iram. Et ideo simus sicut leo, sicut elephas [illegible] Leonum prostratis & mulieribus & paruulis [illegible], & ipsos nec lædere nec grauare. Elephas etiam erga [hominem] natura est valde piæ. Inueniunt enim hominem errantem secundum Plinium solet ad viam reducere & ipsum, ne à dracone occidatur, conducere, & à dracone etiam defendere. De lupo etiam inuenitur scriptum, quod quodam pietatis instinctu, si paruulum expositum à matre solum reperit, ipsum non solet lædere, sed magis ab alijs bestijs præseruare. Ista igitur exempla sunt misericordiæ & pietatis. In quibus proculdubio exemplariter instruimur, quod indulgendo nostris fratribus debemus compati, condolere, misereri & indulgere hominibus errantibus, id est, ignorantibus, pueris, id est, viris puris & innocentibus, mulieribus, id est, viris fragilibus, & impotentibus, prostratis, id est, viris victis & se nobis subijcientibus. Nobis enim cordi sufficit inimicos prosternere, & posse de eis victoriam, & vindictam sumere, non tamen accipere. Vnde Isidorus in lib. soliloquiorum: *Magna est virtus, si non lædis eum à quo læsus es. Magna est fortitudo si etiam læsus remittas. Magna est gloria si cui potuisti nocere, parcas.* ¶ Adhæc etiam faciunt figuræ & exempla sacræ scripturæ. Manna enim dulcissimi saporis in arca fœderis continebatur. Oleum etiam in omnibus libaminibus sacrificiorum ponebatur. Quæ quidem figuræ fuerunt & signa, quod oleum & manna pietatis & miseriæ debent in nostris actibus abundare. [illegible] vtique per exempla sanctorum patrum possunt probari. [Dau]id enim fuit misericordissimus, qui Sauli inimico & aduersario suo, quem in cauerna potuit occidere, voluit misericorditer indulgere, sicut dicitur 1. Reg. 24. De Samuele etiam [legitur], quod Saulem Dei inimicum misericorditer lugebat, [eo] quod eum à Deo repudiatum videbat sicut habemus 1. [Reg.] [illegible] etiam misericordia filij Israel fratres suos filios Iuda [illegible] satiatos & refectos abire liberos permiserunt, quos tamen in bello ceperant, & occidere potuerunt, sicut dicitur 2. Paral. Ecce ergo quot exempla nunc inuenimus in antiquis. Et Eccl. 44. de illis dicitur: *Viri misericordiæ fuerunt, quorum pietates non defuerunt.* Quare vero laboramus de patribus veteris testamenti, qui in fide positi misericordiam habuerunt, cum etiam inueniamus paganos sine fide misericordiam maximam habuisse, sicut narrat Valerius in lib. de factis memorabilibus Romanorum, quod tamen longum esset per singula enarrare. Exemplis igitur tot & tantis commoniti, misericordiam diligamus, & ipsam exemplo eorum continue faciamus. (Sicut inquit. Et ideo Leo Papa in quodam sermone tractans illud verbum Iac. 2. *Iudicium sine misericordia fiet illi, qui non fecit misericordiam,* dicit sic. *Sane misericordia non prodest alia quæque virtus. Quia licet quis ardeat charitate, licet quis polleat castitate, licet quis fulgeat bonitate, nisi tamen misericors fuerit, misericordiam non meretur.* Sic ergo Dicition. Berchorij.

dico, quod misericordiam debemus facere & habere quod nobis ostenditur exemplariter, quia ostensum est in vocabulo Sicut. ¶ Tertio dico, quod misericordia est habenda, quia nobis inducitur naturaliter, quod ostenditur, cum dicitur Pater vester misericors est. Bene ergo sequitur, quod nos debemus habere misericordiam à natura, quia *sicut patrem sequitur sua proles,* vt dicit Hieronymus in epistola, *natura hominum prona est ad clementiam.* Cui tamen contrarium videntur facere impij & tyranni, qui videlicet non videntur esse filij Dei, nec hominum naturam habere, sed potius vrsorum, tigridum & draconum. Quia videlicet in nullo volunt alijs misericordiam facere, potius in omnibus erga paruos crudeliter se habere. Narratur enim, quod in quibusdam regionibus aliqui sunt homines, qui per violentiam fati sui de hominibus conuertuntur in lupos, ita quod ipsi perdunt humanam speciem, & naturam, acquirunt vero lupinam proprietatem & figuram. Tunc enim non solum lupi, imo lupis crudeliores efficiuntur, quia animalia bruta non tangunt, homines vero & maxime pueros rapiunt, exterminant & consumunt, quorum hominum qui sic per lunationes transformantur in lupos, dicuntur in montibus Aluerniæ multi commorari. De istis etiam facit mentionem Isid. li. 10. etymologiarum de portentis, cap. 3. Istud videtur sapere fabula Ouidij de crudelissimo Lycaone, qui, scilicet, homines occidebat, & ad comedendum suis hospitibus eos dabat & exponebat, quapropter à Ioue fuit humana figura priuatus, & in lupum mutatus, & transfiguratus. Pro certo charissimi, tales videntur hodie spiritualiter esse multi, qui vere propter crudelitatis excessum non videntur esse homines, imo lupi, quia videlicet lupinam sæuitiam acquisierunt, & humanam clementiam perdiderunt. Quia proculdubio sicut de multis videmus, ipsi crudelius quam lupi in homines debacchantur, & peius in bonos, quam in malos. Animalia enim bruta, id est, alios homines malos non solent lædere, homines vero puros, id est, bonas, discretas, innocentes personas, solent rapinis & exactionibus deuorare. Oseæ 13. *Immolate homines vitulos adorantes.* Figurati in populis Medorum, de quibus dicitur Hier. 50. *Crudeles sunt, & immisericordes, vox eorum quasi mare sonabit, & super equos ascendent quasi vir paratus ad prælium contra te filia Babylon.* Non sic charissimi, non habeamus naturam crudelem & lupinam, sed potius piam, misericordem & humanam. Quia proculdubio pater noster misericors est. Vnde in Psal. dicitur. *Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se.* Vnde etiam sequitur, *quod si pater noster misericors est, nos filij debemus naturales esse.* Talis dico igitur, prout visum est, misericordia est habenda, vt nobis naturaliter concreata, quia pater noster misericors est. Vt nobis exemplariter demonstrata, & ostensa in aduerbio sicut. Vt nobis scripturaliter prædicata, quod ostenditur in hoc, quod dictum est (Estote misericordes.) Et hæc de misericordia humana sufficiant. ¶ Sed si vis de misericordia diuina dicere, possumus notare, quod diuina misericordia à nobis humiliter debet implorari, triplici ratione, quia scilicet ista est

Peccatorum reuocatiua,
Miserorum consolatiua,
Beatorum præmiatiua.

Est (dico) reuocatiua hominum peccatorum. Nullus enim peccator à malo reuocatur, nisi Dei misericordia mediante, & ipsum interius inspirante, sicut in beato Paulo conuersio apparuit. Et ideo ipse dicit 1. Tim. 1. *Misericordiam consecutus sum, quoniam ignorans feci.* Et in Ps. 58. dicitur. *Misericordia eius præueniet me.* Misericordia enim domini est sicut vnus lapis pretiosus, qui dicitur liparis, qui habet virtutem ad aspectum sui omnium animalium attractiuam. Omnia enim animalia in aspectu huius lapidis mirabiliter delectantur, & ad ipsum aspiciendum quasi per violentiam attrahuntur. Vnde venatores bestias, quas per violentiam capere nequeunt, per virtutem istius lapidis sine difficultate capiunt. Sic pro certo charissimi, facit misericordia Domini. Attrahit enim ad salutem omnia genera peccatorum: virtutem enim habet cordium attractiuam, & à malo retractiuam. Et ideo venatores, id est, prædicatores ad capiendum & conuertendum bestias, id est, peccatores, isto lapide debent vti, scilicet prædicare de Dei misericordia infinita. Multi enim obstinati & desperati peccatores per solum aspectum diuinæ misericordiæ conuertuntur, qui nullo modo per asperam correctionem mutantur. Tali misericordia videbatur Dauid fuisse tractus & à malo reuocatus, qui dicebat in Psalm. Mise-

*Misericordia tua magna est super me, & eruisti animam meam ex inferno inferiori.* Et alibi. *Ipse autem est misericors & propitius fiet peccatis eorum,*
G *& non disperdet eos.* Ista est ergo peccatorum reuocatiua. ¶ Item Dei misericordia est miserorum consolatiua. Et hoc est, quod petebat Dauid in Psal. *Fiat misericordia tua, vt consoletur me, quia mandata tua exquisiui.* Istud enim est regulare, quod in quacunque tribulatione vel miseria homo fuerit, si profunde Deum inuocat, percipiet misericordiam ipsius ipsum consolantem, quia sicut dicitur in Psal. *Deus est multa misericordia omnibus inuocantibus se.* Sicut enim pater vel mater paruulo famescenti, & clamanti solet mammillam porrigere, sic Deus omni pauperi tribulato & indigenti si digne clamet ad ipsum, & si in ipso confidat, solet misericordiam facere, & impendere. Et ideo clamabat Dauid dicens, *Miserere mei Domine, miserere mei, quoniam in te confidit anima mea.* Hic vero nota, quod quamuis Dei misericordia sit principaliter attendenda, nunquam tamen sua iustitia est obliuiscenda. Aries enim iacet æqualiter super latus dextrum & sinistrum, per medium annum in dextro, & per medium annum in sinistro. Sic vere charissimi debemus æqualiter per considerationem iacere in latere dextro diuinæ misericordiæ, & in latere sinistro diuinæ iustitiæ, vt scilicet per Dei misericordiam ad bonum excitemur, & per iustitiam à malo retrahamur. Sicut enim dicitur Ecclesiast. 5. *Misericordia, & ira cum illo est.* Et nunquam debemus in dulcedine suæ misericordiæ tantum sperare, quin continue debeamus iram suæ iustitiç formidare. Quod est contra multos, similes porco, quia porcus, secundum Plinium, dum in luto dormit, plus dormit in dextro latere quam sinistro. Quia pro certo mundi peccatores in luto delitiarum dormientes, plus insistunt dextro lateri diuinæ misericordiæ, quam sinistro suæ iustitiæ. Isti enim Dei iustitiam non considerant, sed de sua misericordia semper sperant. Dicunt & quidem fatue, quod Deus nunquam facit eos, vt ipsos damnaret & perderet. Et bene dicunt sicut fatui, quia saluator est sicut campsor, qui denarios ponderosos retinet, & de leuioribus se expedit. Sic sunt isti, &c. Etiam dicunt, quod in fine dierum suorum pœnitebunt, & quod interim de pœnitentia sua non curabunt. Tales enim videntur dicere illud Eccles. 5. & Eccl. 17. *Misericordia Domini magna, omnium peccatorum meorum miserebitur.* Et isti sunt fatuissimi, quia proculdubio ipse semper simul debet misericordiam & iustitiam, dulcedinem & rigorem, benignitatem, & seueritatem, & secundum sua occulta iudicia ipse nunc vtitur vna, nunc alia, & hoc non ad nostram ordinationem, sed ad suam dispositionem, sicut ipse dicit Exod. 33. *Miserebor, cui voluero, & clemens ero, in quem mihi placuerit.* Non est ergo tutum ex toto in Dei misericordia confidere, imo necesse est seueritatem suæ iustitiæ præcauere, quia sicut dicitur Eccl. 16. *Misericordia, & ira cum ipso est.* Est igi-
H tur misericordia miserorum consolatiua. ¶ Item Dei misericordia est bonorum præmiatiua. Beati enim in patria præmiantur à Dei misericordia, non à iustitia. Merita enim nostra non possunt ascendere ex condigno ad habendam gloriam paradisi. quia sicut dicitur ad Tit. 3. *Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit.* Et hoc est, quod petebat Dauid in Psal. *Ostende nobis Domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis.* Et sic breuiter patet, quod Dei misericordia est beatorum præmiatio, est miserorum consolatio, est peccatorum reuocatio. Et hæc sufficiant. Vide infra de pietate.

A **Mysterium.** Nota, quod mysterium sumitur pro re secreta & occulta, & pro re sub ænigmate producta & protelata. Et ideo in scriptura sumitur

Mysterium pro { Secretorum confessione, / Fidei & sacramentorum absconsione, / Figurarum & ænigmatum inuolutione.

Dico pro secretorum confessione, & sic sumitur Prouerb. 20. vbi dicitur. *Et qui reuelat mysteria, ne commisceatur.* ¶ Item pro fidei & sacramentorum absconsione, & sic sumitur 1. Cor. 14. *Spiritus loquitur mysteria:* & 1. Cor. 2. *Loquimur Dei sapientiam in mysterio absconditam* ¶ Item pro ænigmatum inuolutione, & sic sumitur 1. Cor. 13. *Ecce mysterium vobis dico, &c.*

A **Mittere. Missus. Missio.** Cum mittere pertineat ad superiorem, mitti vero ad inferiorem, hinc est, quod mittere est signũ auctoritatis, mitti vero signum est humilitatis. Dicamus ergo, quod Deus mittit ad diuersas operationes diuersa genera ministrorum. Nam

Mittit { Filium ad redimendum, / Spiritum ad confirmandum, / Angelos ad ministrandum, / Prælatos ad gubernandum, / Doctores ad prædicandum, / Viros iustos ad operandum, / Dæmones ad malos puniendum, / Tormenta ad malos feriendum, / Beneficia ad bonos consolandum.

¶ Dico ergo, quod filius est missus ad nostram redemptionem. Et de hoc dicitur Gal. 4. *Misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, vt eos, qui sub lege erant, redimeret.* ¶ Item missus est Spiritus sanctus ad nostram in fide confirmationem. Vnde Ioa. 14. *Paracletus autem Spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia,* & Sap. 9. *Misit spiritum sanctum suum de altissimis.* ¶ Item mittuntur Angeli ad nostram administrationem. Vnde Mal. 3. *Ecce mitto Angelum meum, & præparabit viam tuam ante te.* ¶ Item mittuntur prælati ad mundi gubernationem. Et de hoc habetur in Psalm. *Misit Moysen seruum suum Aaron, quem elegit ipsum.* ¶ Item mittuntur doctores ad nostram informationem. Vnde Hierem. 1. *Ad omnia, ad quæ mittam te, ibis, & quæ mandauero tibi, loqueris ad eos.* ¶ Item mittuntur viri iusti per bonam operationem. Vnde de patrefamilias dicitur Matt. 20. quod conuentione facta cum operarijs ex denario diurno, misit eos in vineam suam ¶ Item mittuntur dæmones ad malos, siue ad malorum deceptionem. Vnde 2. Thess. 2. *Mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio* ¶ Item mittuntur tormenta ad malorum punitionem. Vnde Psal. *Misit sagittas suas, & dissipauit eos, fulgura multiplicauit, & conturbauit eos.* ¶ Item mittuntur beneficia ad bonorum consolationem. Et sic dicitur in Psal. *Misit Deus misericordiam suam & veritatem suam, &c.* ¶ Si vis alio modo, dic, quod mittere accipitur quadrupliciter. Accipitur enim pro ponere, & sic accipitur Ioan. 21. *Mittite in dextram nauigij rete, & inuenietis.* ¶ Item accipitur pro dare seu distribuere, & sic sumitur Iohel. 2. *Mittam vobis frumentum, vinum, & oleum.* ¶ Item sumitur pro affligere, & sic accipitur in Ps. quando dicitur. *Mittit crystallũ suã sicut buccellas, ante faciẽ frigoris eius quis sustinebit.* ¶ Itẽ sumitur pro destinare seu promulgare, & prolegare, & sic accipitur cõmuniter qñ aliquis superior mittit alicui aliquã personã inferiorem, sicut de Christo dicitur Luc. 10. quod *ipse designauit alios 72. & misit illos binos ante faciẽ suam in omnẽ locum, in quem erat ipse venturus.* Et sic istos quatuor modos accipiendo possumus notare, quod est quædam B

Missio { Personalis admutationis, / Liberalis collationis, / Corporalis afflictionis, / Supernalis prælationis.

Primum probat, siue significat mutabilitatem, secundum liberalitatem, tertium tribulationem, Quartum iurisdictionem. Primo ergo dico, quod est vnum mittere mutabilitatis. Et hoc est quando homo mittitur, & ponitur de vno statu in alium, & quando conuertit se de vitio in virtutem, de peccato in gratiam, de gratia in gloriam. Vel quando mittit manum suam ad aliquid operandum. Et secundum hoc dico, quod

quidam mittuntur { In mare per pœnitentiam, / In ignem per amicitiam, / Exterius per depressionem, / Inferius per subiectionem.

Mittuntur (dico) quidam in mare pœnitentiæ. Et sic Ionas dixit Ionæ 2. *Mittite me in mare, & cessabit mare,* & sequitur, quod *miserunt eum in mare, & cessauit mare à furore suo.* Quia pro certo charissimi, si homo in mare pœnitentiæ mittitur, mare, id est, amaritudo inferni ab eo mitigatur. Item mittuntur quidam in ignem charitatis & amicitiæ, & sic legitur Luc. 12. *Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt ardeat?* Item mittuntur quidam externis per depressionem, sicut dicitur Matth. 5. *Ad nihilum valet vltra, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus.* Item quidam mittuntur inferius per humilem subiectionem, sicut dicitur Matth. 4. *Si filius Dei es, mitte te deorsum.* Sed proculdubio multi sunt, qui non ponuntur, nec mittuntur isto modo, sed magis modo contrario, & diuerso, quia pro certo

quidam mittuntur in { Ignem auaritiæ, / Tenebras ignorantiæ, / Carcerem pigritiæ seu acediæ, / Porcos luxuriæ seu immunditiæ, / Caminum infernalis pestilentiæ.

Dico

[illegible] *aluam* [illegible] *am* [illegible] *in* [illegible] Matt. [illegible] *membra* [illegible] De [illegible] exponi illud Matth. 18. [illegible] *qui fuit missus qui redderet* [illegible] *debitum*. De peccatis vero, id [illegible] luxuriæ potest exponi illud quod dæmones [illegible] Matt. [illegible] *eijcis nos hinc, mitte nos in porcos*. De [illegible] Matth. [illegible] quod *Angelis* [illegible] *rum*, [illegible] *mittent eos in caminum ignis, ibi e*- [illegible] patet, quomodo mittere si- [illegible] ¶ Secundo dico, quod mittere [illegible] & sic sumitur pro liberalitate [illegible] quotidie mittit nobis. Misit enim [illegible] tanquam

| | | |
|---|---|---|
| [illegible] | vt | instrueremur, |
| | | anaremur, |
| | | redimeremur, |
| | | satiaremur, |
| | | conduceremur, |
| | | protegeremur, |
| [illegible] em, | | consolaremur, |
| [illegible] otem, | | prouideremur. |

[illegible] est Dei filius missus est nobis sicut sa- [illegible] Et hoc est, quod genus humanum pe- [illegible] (inquit) *sedium tuarum assistricem sapien*- [illegible] *tiam*. Item sicut medicinam ad nos [illegible] *misit verbum suum, & sanauit eos*, & Tob. [illegible] *curarem te*. Item sicut pretium ad re- [illegible] *tionem misit Dominus populo suo*. Item sic- [illegible] *Pacem de cælo dedit eis in abundantia*. [illegible] conducendum. *Misit ante eos virum*, &c. [illegible] ad [illegible] gendum Exo. 4. *Obsecro Domine mitte quem missurus es*. Item sicut visitatorem ad consolandum. Vn- [illegible] dicitur, quod *Dauid misit viros ad consolandum regem* [illegible] *morte patris*. Item sicut gubernatorem ad prouidendum, vnde Gen. 45. *Pro salute vestra misit me Deus ante vos*. Sic [illegible], quomodo mittere signat legalem liberalitatem. ¶ [illegible], quod mittere signat immissam pœnalitatem. Et [illegible] quando Deus mittit nobis pestilentias & tribulationes propter delicta nostra, quod vtique quandoque facit

Ad nostram { Correctionem,
Probationem,
Condemnationem.

Ad nostram correctionem dico, & sic dicitur Thren. 1. *De excelso misit ignem in ossibus meis, & erudiuit me*. Item ad probationem. [illegible] Iob & Tobia apparet. Vnde Thren. 3. *Misit in renibus meis* [illegible] Matth. etiam 10. dicitur. *Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum*. Item ad condemnationem, & sic immittit [illegible] tibus mortem æternam. De quo Amos 4. *Misi in* [illegible] *Aegypti*. Et sic igitur patet, quomodo mittere signat [illegible] pœnalitatem. ¶ Quarto dico, quod mittere signat supernam auctoritatem. Sicut enim dictum [illegible] pertinet ad superiorem, mitti vero ad inferiorem. [illegible] accipitur mittere & mitti. Quia proprie illi [illegible], qui à Deo mittuntur, destinantur, & ordi- [illegible] populum gubernandum. Et sic omnes personæ su- [illegible] ecclesiasticæ, siue sæculares possunt dici missi. [illegible] gubernant regnum suum per officiales quos [illegible] regni sui dirigunt, atque mittunt, sic Deus per [illegible] suos scilicet per prælatos & prædicatores, per principes & alios iudices, quos per suam occultam prouidentiam [illegible] modo destinat atque mittit, regit, & dirigit totum mundum. Et ideo sicut ille qui mittitur, debet facere voluntatem eius, à quo mittitur, sic boni prælati debent facere voluntatem [illegible] ipsos in diuersis officijs destinantis, sicut Christus inquit de seipso, dicens Ioan. 6. *Descendi de cælo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me*. Et ideo generaliter de [illegible] omnibus missis potest exponi illud Iob 38. *Nunquid mittes fulgura, & ibunt, & reuertentia dicent tibi, assumus?* q. d. Illi, quos [illegible] Deus mittit, debent esse fulgura, & reuertentia, & dicentia. Assumus. In [illegible] bus verbis aduerte, quod missi debent notali- [illegible]

Dictum Berchorij.

[illegible] ingredi, quod ostenditur, cum dicitur [Nunquid mittes] quasi diceret, à te, & non ab alio debent mitti. [illegible] di, quod ostenditur, cum dicitur. [Ibunt & [illegible] Viriliter congredi, quod ostenditur, cum dicitur [fulgura] quæ scilicet sunt maximæ potestatis. Faciliter regredi, quod ostenditur, cum dicitur [Reuertentia] ¶ Dico ergo, F
quod tales missi debent esse sinceriter ingredientes, quod ostenditur in verbo [Nunquid mittes] quasi diceret, ad te Deus & non ad aliud pertinet missio, institutio & promotio. Solus enim Rex potest instituere & mittere per regnum suum officiales suos & legatos, alias sibi ab alio non habente potestatē mittere tentur, veri legati seu missi nullatenus crederentur. Sic vere in regno huius mundi, & maxime in Ecclesia, non debet aliquis introduci in officium legationis seu prælationis nisi à rege Deo, quia *nullus assumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo sicut Aaron*. Heb. 5. Alias si carnalis affectio seu simoniæ corruptio ipsum introduxerit, verus legatus vel missus nunquam erit. (Mittes ergo) vt sic quilibet talis possit dicere illud Hierem. 26. *In veritate enim misit me Dominus*, vt & de eo exponi possit illud Ioan. 1. *Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes*. Vbi aduerte, quod tales à Deo missi sunt (vt communiter) cæteris discretiores, quia homo, famosiores, quia habent nomen, cæteris perfectiores, quia dicuntur in quo est gratia, quia Ioannes. Pro certo hodie non sic, quia vere pauci sunt, qui à Deo mittuntur, & instituuntur, quia aut per ambitionem se ingerunt, aut per affectionem seu simoniam sine iussu Dei se introducunt. Vnde dicit Dominus Hierem. 23. *Non mittebam prophetas, & ipsi currebant, non loquebar illis, & ipsi prophetabant*. Isti enim debent expectare domini præceptum, imo etiam illud deberent cum timore & reuerentia suscipere, & se etiam excusare sicut habemus exemplum in Moyse, quem cum dominus ad prælationem mitteret pro populo liberando, vix & cum difficultate voluit acceptare sicut habetur Exod. 5. Sed non sic isti, imo pro certo ipsi se ingerunt non vocati, dicentes illud Esa. *Ecce ego, mitte me*. Non sic ergo tales, nisi sinceriter ingredientes (Mittes inquit) Nota hic de Bethsaida, qui interpretatur missus Ioan. 5.

¶ Deinde dico, quod ipsi debent esse celeriter progredientes G
[Ibunt inquit, & dicent: assumus] Omnia enim quæ à superioribus huc mittuntur, suum officium celeriter exequuntur, sicut patet de vento, & de aeris statione, & cæteris aeris impressionibus. Sic vere illi, qui à Deo huc mittuntur ad Ecclesiæ officia sua peragenda, debent ipsa exequi cum celeritate, non cum tarditate, cum diligentia non cum pigritia, cum sedulitate, non cum ignauiæ tuditate [Ibunt inquit & dicent, assumus] Ezech. cap. 1. *Animalia ibant, reuertebantur in similitudinem ignis coruscantis*. Vide supra in titul. Ire. Vt de tali talium sedulitate possit exponi illud H
Exod. 33. *Mittam præcursorem tui Angeli*. ¶ Denique dico, quod tales missi debent esse viriliter congredientes, quod ostenditur, cum dicitur, quod ipsi debent esse fulgura, quia sicut fulgura maximæ sunt potestatis & virtutis, ita quod fortitudine sua scindunt & penetrant, vrunt & dissipant quicquid tangunt, sic vere tales missi seu legati debent habere tantam audaciam, constantiam & virtutem, quod contra impios & proteruos debent viriliter dimicare, & ipsos per iustitiam eneruare. Vnde Ps. *Misit sagittas suas, & dissipauit eos, fulgura multiplicauit, & conturbauit* I
*eos*. Vide supra de fulgure, si vis applicare. ¶ Insuper dico, quod tales missi debent esse faciliter regredientes, quod notatur in verbo [Reuertētia] legatus enim missus à Papa facta legatione reuertitur ad eundem. Sic vere bonus prælatus facto officio sibi commisso in hoc mundo, taliter se habere debet, quod in egressu vitæ possit ad Deum, qui ipsum miserat, ad patriam reuertere. Reuertentia inquit, vt sic ipse possit dicere illud Tob. 12. *Reuertar ad eum, qui misit me, vos autem benedicite Deum*. Et sic patet quomodo missi & legati à Deo debent egredi, progredi, congredi, regredi. Et hæc sufficiant.

## Mitis. Mitigare.

Cum mititas & benignitas, mansuetudo & modestia quasi pro A
eodem supponant, notabis quod mititas est quędam animi modestia exterioribus verbis & actibus declarata. Igitur dico, quod in scriptura virtus mititatis est habenda, quia

Indicitur naturaliter,
Iniungitur magistraliter,
Ostenditur exemplariter,
Assistitur sociabiter,
Erigitur superoaliter.

Dico ergo, quod vir [illegible] mititatis naturaliter inducitur. Homo enim est anim[al] [illegible] instinctum naturaliter, quinimo si quid crudelitatis exequitur, contra naturam propriam operatur. Exemplo ouis vel bouis, quæ sunt animalia mitia, quæ si morderent, innatum aliter agere viderentur. Vnde de Moysi dicitur Num. 12. quod *ipse erat mitissimus super omnes homines, qui morabantur in terra.* Et hoc etiam satis ostendit ipsa factura hominis, quæ scilicet nõ habet aculeos ad pungendum, cornua ad percutiendum, dentes acutos ad mordendum, vngues recuruos ad lacerandum, sed pro certo ipse habet manus molles ad leniendum, vultum gratum ad complacendum, oculos pios ad mititatem & mansuetudinem ostendendum, & ad iras aliorum pro viribus mitigandum. *Iracundus enim prouocat rixas, qui autem patiens est mitigat suscitatas* Prou. 15. Mititas ergo naturaliter inducitur. ¶ Item dico, quod mititas magistraliter iniungitur scilicet ex mandato diuino Ps. *Diriget mansuetos in iudicio, docebit mites vias suas.* ¶ Item exẽplariter proponitur, seu ostenditur, scilicet in persona Christi & sanctorum. Ipse enim est, qui dicit Matt. 11. *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde* Vnde sibi dicitur in Psal. *Quoniam tu Domine suauis & mitis, & multæ misericordiæ omnibus inuocantibus te.* ¶ Item socialiter assistitur, quia scilicet societas mitium valde diligitur, & libenter ab alijs frequentatur. Quia sicut scriptum est. *Melius est humiliari cum mitibus quam diuidere spolia cum superbis.* Prouerb. 16 ¶ Item mititas supernaliter promouetur, seu erigitur, & hoc pro certo temporaliter & æternaliter. Quia vere temporaliter mites libenter promouentur, & eriguntur ad sæculi dignitatem, iuxta illud Eccl. 10. *Sedes ducum superborum destruxit Dominus, & regnare fecit mites pro eis* Finaliter vero extolluntur ad æternam fœlicitatem Matth. 5. *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.* Et breuiter dico, quod ad quemlibet virum iustum pertinet mitem esse & suas & aliorum impatientias pro viribus mitigare, quia scilicet *verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos* Eccl. 6. Exemplo Christi, qui propriam iram mitigare dicitur, se non vindicando. Ps. *Mitigasti omnem iram tuam, auertisti ab ira indignationis tuæ.* Alios etiam mitigat, ipsorum impetus refrænando. Ps. *Tu dominaris potestati maris, motum autem fluctuum eius tu mitigas.* Talis autẽ mitigatio Christi & propriæ iræ suæ seu iustitiæ, seu etiam alienæ miseriæ, finaliter fiet in iudicio, quia scilicet Christo de mitigatione iustitiæ suæ erga iustos dicitur in Ps. *Vt mitiges ei à diebus malis, donec fodiatur peccatori fouea.* Vnum tamẽ aduerte, quod licet boni mites diligant, mali tamen ipsos hodie vilipendunt, & grauant, & ipsos decipiunt, & defraudant Esa. 23. *Fraudulenta vasa pessima sunt.* Ipse n. cogitationes concinnauit ad perdendos mites. Sufficit. Vide in titulo mansuetudo.

A **Moab.** Nota, quod per Moab (vt communiter) intelligitur in scriptura peccator siue peccatores. Moab n. interpretatur ex patre, quia peccatoribus dicitur Ioan. 8. *Vos ex patre diabolo estis.* Moab n. fuit populus gentilium, qui semper fuit populo Dei contrarius & nociuus. Ad denotandum, quod mali semper cõtrariantur bonis, & eis quãto plus possũt aduersantur. Vnde 2. Par. 20. dicitur. *Cõgregati sunt filij Moab, & filij Amõ ad Iosaphat, vt pugnarent cõtra eũ.* De Moab ergo, i. de peccatoribus est notandum, quod isti, sunt, dũ viuũt in hoc mundo, videlicet

Transgressores diuinæ voluntatis,
Sectatores superbæ vanitatis,
Possessores mundanæ facultatis,
Prædatores terrenæ ciuitatis.

Dico ergo, quo isti sunt diuinæ voluntatis transgressores. Vnde 4. Reg. 1. dicitur, *Præuaricatus est Moab* Item isti superbæ vanitatis sunt sectatores. Vnde Esa. 16. *Audiuimus superbiam Moab, superbus est valde*, Superbia eius & arrogantia eius & indignatio eius plusquam fortitudo eius. Item mundanæ facultatis sunt possessores. Vnde Hier. 48. *Fertilis fuit Moab ab adolescentia sua, in captiuitatem non abijt, nec est transfusus de vase in vas, idcirco permansit gustus eius in eo, & sapor eius non est immutatus.* Item isti terrenæ ciuitatis sunt prædatores. Vnde 4. Reg. 3. *Nunc perge ad prædam Moab.* ¶ Iste est populus peccatorum propter ista, quia

Priuatur interna securitate,
Delebitur superna auctoritate,
Nudabitur externa prosperitate,
Damnabitur æterna aduersitate.

Dico igitur, quod peccatores securitate priuabuntur, in quantum scilicet æternis tremoribus tristabuntur. Vnde Exod. 15. *Robustos Moab obtinuit tremor, obriguerunt omnes habitatores Chanaan.* Item Dei auctoritate delebuntur. Vnde Nu. 21. *Væ tibi Moab, peristi populus Chamos.* Item mundi prosperitate nudabuntur Esa. *Omnis Mo[ab], quia nocte vastata est Ar, Moab conticuit* Item inferni aduersitate grauabuntur. Vnde Hier. 48. per totum capitu[lum] *Vastata est Moab, & ciuitates eius succensæ.* Et iterum ibidem. *Abscissum est cornu Moab, & brachium eius contritum est.* Et iterum ibidem. *Ablata est lætitia de Carmelo, & de terra Moab.* Item ibide[m]. *Super [omnia] tecta Moab omnibus planctus, quoniam contriui Moab sicut vas inutile. Quomodo deiecit ceruicem Moab, & confusus est? Erit q. Moab in deri[sum]* & hæc satis sint.

**Modestia. Modeste. Modest⁹. Moderatio.** Nota, quod moderatio dicitur à modo. V[nde mo]destia idem est, quod modus honestus. [Dif]fe[runt] autem mititas, & modestia, quia mititas est interius [in a]ni[mo], modestia vero est exterius in operatione & in facto. Mititas est erga proximum, modestia spectat ad seipsum. Igitur [dico], quod omnia facienda sunt à prudentibus modeste, & m[oder]ate, [n]on impetuose, temere vel funeste. Modestia enim valde [de]c[et] quemlibet virum iustum, & maxime ecclesiasticum vel præ[latum. Vn]de 1. Tim. 3. *Episcopum oportet esse prudentem, sobrium &c.* Sequitur. *Non percussorem, sed modestum.* Vnde 1. Pet. 3. *Vnanimes in oratione, misericordes, modesti, humiles estote.* ¶ Et si vis dic, quod modestia est habenda, quia

Mouet ad compassionem,
Inflammat ad dilectionem,
Ornat ad conuersationem,
Commendat operationem,
Communicat, & concomitatur miserationem.

Dico ergo, quod modestia excitat compassionem. Libent[ius e]nim compatitur quis in necessitate homini modesto quam proteruo. Exemplo modesti viri pro cuius iniusta morte Antiochus Rex, quanquam iniquus legitur fleuisse, recordans defuncti modestiam & sobrietatem, ita quod occisorem in eodẽ loco vbi eum occiderat, fecit occidi, sicut dicitur 2. Machab. 4. Item inflammat dilectionem. Hominem enim pium & modestum diligunt etiam eius contrarij, id est, homines impij & superbi. Ideo Col. 3. dicitur: *Induite vos sicut electi Dei, sancti, & dilecti, viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, supportantes inuicem & donantes.* Item adornat conuersationem. Certum est enim quod conuersatio hominis maturi, & modesti valde reputatur, Ad Tit. 3. *Admone illos non litigiosos esse, sed modestos & mansuetos ad omnes homines.* Item commendat operationẽ. Opus enim quod fit cum modestia & maturitate, amplius commendatur. Ad prudentem enim pertinet, quod sit modestus in operationibus suis, sicut de illo principe dicebat Rex 1. Mac. 9. *Confido enim eum humanum & modestum actuum vobiscum.* Vnde Iac. 3. dicitur, quod *sapientia, quæ desursum est, primum quidem pudica est, deinde pacifica & modesta.* Item concomitatur miserationem, quia (vt communiter) homines modesti sunt misericordes & pij. 1. Pe. 3. *Vnanimes in oratione estote, misericordes, modesti, humiles, &c.* Vide infra de Temperantia, & supra de mititate & mansuetudine.

**Modicum.** Nota, quod istud aduerbium modicum significat in bono & in malo. In bono enim significat, & inuenitur

Modicum { Pœnitentiæ, Affluentiæ, Amicitiæ, Patientiæ.

¶ Inuenitur enim modicum pœnitentiæ, quia scilicet quicq[uid] boni patiuntur in hoc mundo, valde modicum potest dici. Vnde Eccl. 51. *Modicum laboraui, & inueni mihi multam requiem.* Item inuenitur modicum affluentiæ. De affluentia enim deliciarum & diuitiarum debemus modicum sumere, scilicet ad necessitatem, non ad voluptatem. Et sic legitur 1. Tim. 5. *Modico vino vtere propter stomachum tuum & frequentes tuas infirmitates.* Item inuenitur modicum amicitiæ. Modicum enim bonæ fidelitatis vel boni amoris, quod Deo impendimus, ab ipso maximum reputatur. Vnde Luc. 17. *Euge serue bone & fidelis quia in modico fuisti fidelis, &c.* De isto etiam modico dicit Christus Ioa. 7. *Adhuc modicum tempus vobiscum sum.* Itẽ inuenitur modicum patientiæ. Totum enim tempus huius vitæ, vnum modicum dicitur respectu æternitatis Et ideo mala, quæ hic patimur, sunt in patientia sustinenda. Vnde Apoc. 6. *Sustinete adhuc modicum tempus, donec impleatur numerus fratrum vestrorum:* & Esa. 26. *Abscondere modicum ad momentum, donec pertranseat indignatio mea.* Et sic patet, quod modicum sumitur in bono

¶ Sed

¶ Sed adhuc dico, quod aliquando etiam vt communiter modicum sumitur in malo. Et sic dico, quod in scriptura inuenitur, quod mali in hoc mundo habent omnia bona modica, quod quasi nulla. Habent enim

Modicum { Stabilitatis, Credulitatis, Sagacitatis, Virtuositatis, Durabilitatis, Taciturnitatis, Securitatis.

¶ De modo stabilitatis & de paucitate eius intelligo illud Esa. *Expecta expecta modicum.* q. d. tales modicum perseuerant in [...] illam. De modico credulitatis seu infidelitatis dicitur Matth. 14. *Modicæ fidei quare dubitasti.* De modico sagacitatis dicitur Ioan. 11. *Adhuc modicum lumen in vobis est.* Item de modico virtutis dicitur Apocal. 3. *Ecce dedi ostium apertum coram te, sciens, quod modicam habes virtutem?* Item de modico durabilitatis dicitur Iac. 4. *Quæ autem est vita nostra, nisi vapor ad modicum parens?* Item de modico taciturnitatis dicitur Iac. 3. *Lingua modicum membrum est & magna exaltat.* Item de modico securitatis dicitur Matth. 8. *Quid timidi estis?* ¶ Vel si vis dic, quod per istud aduerbium modicum intelligitur peccatum, quod vere ita modicum habet de essentia, quod à Sanctis non solum dicitur modicum, imo nihil omnino. Iden nota, quod per modicum intelligitur

Peccatum { Malitiæ & malignitatis, Nequitiæ & iniquitatis, Stultitiæ & fatuitatis.

De peccato malitiæ dicitur 1. Cor. 6. & Gal. 5. *Modicum fermentum totam massam corrumpit.* De peccato nequitiæ dicitur Luc. 16. *Qui in modico iniquus est, & in maiori iniquus erit.* De peccato vero stultitiæ dicitur 2. Cor. 11. *Vtinam sustineretis modicũ quid insipientiæ meæ.* Et hæc de modo sufficiant. Vide infra in titulo, Paruum.

A **Modo.** Nota, quod modo quandoque sumitur pro tempore præterito, quandoq; pro præsenti, quandoq; pro futuro, sicut cum dicitur, Modo veni, modo vado, & modo ibo. Vt communiter tamen Modo sumitur pro nunc, pro statim, & similibus signantibus præsens tempus, applicando igitur ad tempora quæ nunc vel alias nobis sunt vel erunt præsentia, notemus quod in scriptura reperitur

Vnum modo { Quod semper labitur, nec est durabile, Quo virtus nascitur, & est laudabile, Quo salus panditur, & est mirabile.

Primum est naturæ,
Secundum gratiæ,
Tertium gloriæ.

¶ Primo ergo dicam quod in scriptura reperitur vnum modo naturæ labentis. Et sic pro certo per modo intelligitur vita præsens, quæ certe non est nisi vnum nunc, vnum statim, vnum protinus, vnum modo. ¶ Et sic certe possum dicere quod vita præsens est vnum modo scilicet

Indigentiæ & nuditatis,
Ignorantiæ & cæcitatis,
Impotentiæ & debilitatis.

¶ In isto ergo modo vitæ præsentis viget nuditas & indigentia. Vnde Genes. 31. dicitur, quod *nisi Deus patris mei Abraham & timor Isaac affuisset mihi, forsitan modo nudum me dimisisses.* Item in modo vitæ præsentis viget cæcitas & ignorantia Ioa. 13. *Quod ego facio, tu nescis modo, scies autem postea.* Item in isto modo viget debilitas & impotentia vnde Ioan. 13. *Christus dixit Petro. Quo ego vado, non potes me modo sequi.* Sequitur. *Quare nõ possum te modo sequi?* Et illud Ioan. 16. *Multa habeo vobis dicere, quæ non potestis portare modo.* Patet

B ergo, quod est vnum modo naturæ labentis. ¶ Secundo dico, quod est vnum modo gratiæ præsentis. Et sic dicam, quod gratia quæ nunc datur in præsenti Christi fidelibus est

Vnum modo { Iustitiæ & æquitatis, Credentiæ & veritatis, Innocentiæ & sinceritatis, Confidentiæ & securitatis.

Quod status gratiæ, sit vnum modo & vnum tempus æquitatis & iustitiæ patet Matt. 3. vbi dicitur, *Sine modo, sic enim nos decet adimplere omnem iustitiam.* Item quod sit vnum modo veritatis & notitiæ seu credentiæ & iustitiæ, patet Ioan. 16. vbi dicitur. *Modo creditis, ecce venit hora, & nunc venit.* & Matth. 26. *A modo videbitis filium hominis.* Item quod sit vnum modo sinceritatis & innocentiæ, patet 1. Pet. 2. vbi dicitur. *Quasi modo geniti infantes rationabiles, lac concupiscite sine dolo.* Item quod sit vnum modo securitatis & confidentiæ, patet Esa. 39. vbi dicitur: *Non modo confundetur Iacob, nec modo vultus eius erubescet.* Et illud 1. Mach. 9. *Liberemus animas nostras modo.* Istud est ergo vnum modo gratiæ præsentis. ¶ Tertio vero dico, quod inuenitur vnum modo gloriæ sequentis. Æterna enim gloria est semper præsens, semper modo, tota simul, Et sic notabo, quod ista est C

Vnum modo quod { Nunquam deficit, Clare respicit, Mentem reficit.

¶ Nunquam iden deficit. Esa. 9. *A modo & vsque in sempiternum zelus domini exercituum faciet hæc.* Clara etiam respicit, quia scilicet ibi est visio clara. Matth. 23. *Non me videbitis amodo donec dicatis, Benedictus, qui venit.* & Ioan. 14. *Amodo videbitis eum & cognoscetis eum.* Mentem insuper delectat & reficit Apoc. 14. *Amodo iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis.* Sic ergo patet quomodo istud aduerbiũ modo spectat ad gloriam, gratiam, & naturã. Sufficit.

**Modus.** Quia de modo non intẽdo loqui logicaliter nec grammaticaliter: sed solum moraliter, notabo, quod modus est quædam decens & congrua adiacentia actionum, sine qua ipsæ actiones non habent efficaciam aut valorem, modus etiam quandoque denotat ordinem, sicut dicitur, quod quis locutus est in modum, qui sequitur. Quandoque similitudinem, sicut cum dicitur, quod in *candelabro erant scyphi quasi in modum nucis*, vel sicut cum dicitur, & simili modo factum est hoc. Quandoque autem signat modestiam, regulam & temperantiam, & sic sumitur moraliter loquendo. Igitur moraliter loquendo dico, quod in omnibus actionibus nostris debemus ponere regulam atque modum. Modus enim in opere vel in facto, est sicut sal in potagio vel in cibo, quia sicut cibaria quantũ bona & delicata sine sale sunt insipida, sic opera sine modo sunt inutilia. Igitur dico, quod nos debemus habere moderantiam, regulam atque modum, scilicet A

In { Scientia, Iustitia, Lætitia, Potentia } ne nimis { inquiramus, exuramus, gaudeamus, exorgamus.

¶ Primo igitur adhibeamus modum in scientia. Teste enim Apostolo ad Roman. 12. *Non decet plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem.* Sicut enim ante oculos natura posuit palpebras ad modificandum visum, quia scilicet si oculus semper esset apertus, spiritus visibilis dispergeretur, & sic visus propter debiti modi carentiam læderetur, quinimo forsitan cæcaretur, sic intellectus indiget palpebra rationis, quæ modũ & regulam imponat spiritui inquisitionis, quia si intellectus circa ardua, & maxime circa aspectum solis & luminis, id est, circa cœlestia & diuina plus iusto vagari permitteretur, faciliter per hæc esset excæcaretur. Animalia enim quæ non habent palpebras (sicut pisces) obscurius vident. Sic tales, &c. Bene ergo dicitur Prou. 23. Noli (inquit) *laborare, vt diteris, sed prudentiæ tuæ pone modum, ne erigas oculos tuos ad opes, quas habere non potes, quia facient sibi alas quasi aquilæ & volabunt in cælum.* Homo enim non debet laborare, vt ditetur opibus scientiarum nimis arduarum, quia tales non solent faciliter acquiri, sed volare, id est, possibilitatem humanam excedere, & abire. Igitur habeamus modum in scientia. ¶ Secundo dico, quod debemus adhibere modum in iustitia. Non enim debemus esse nimis excessiui in puniendo. Ignis enim melius calefacit, quando aquæ aspersio suæ excessiuæ flammæ modum imponit. Sic vere ille ignis, & ille rigor magis est commendabilis qui per modum debitum fit temperabilis. Teste enim scriptura Deut. 25. *Pro mensura peccati erit & plagarum modus.* Sicut de leone legitur, quod ipse secundum quod magis, vel minus ab aliquo læditur, vel percutitur, ipsum magis vel minus rotare, vel percutere dicitur, vel mordere, & sic iræ suæ modum imponere cõprobatur. Quod est contra tyrannos, qui sine modo contra alios debacchantur contra illud Gal. 1. *Supra modum persequebar Ecclesiam Dei.* Vt tales oppressi possint dicere illud 2. Cor. 1. *Supra modum grauati sumus, & supra virtutem, ita vt tæderet nos etiam viuere.* Exemplo beati Pauli 2. ad Corinth. 11 *se dicentis fuisse in plagis supra modum, in mortibus frequenter.* Adhibeamus igitur modum in iustitia. ¶ Tertio dico, quod adhibere debemus modum in lætitia, ad literã enim modus valde requiritur in omni musica & cantu. Sic vere valde decet virum prudentẽ, quod in sua lætitia, C D

modum ponat. Exemplo illorum, de quibus dicitur Eccles. 44. quod *ipsi fuerunt homines magni virtute, & prudentia sua præditi, in peritia sua exquirentes modos musicos.* Contra illos, qui nullum in lætitia tenent modum. De quibus potest dici illud Apoc. 16. quod *ipse vidit tres spiritus immundos in modum ranarum.* Spiritus enim
E sunt superbiendo, immundi luxuriando, & ranæ garrulando & superflue exultando. ¶ Quarto adhibeamus modum in potentia. Valde enim requiritur, quod homo in suæ prosperitate & potentia modum ponat, quodque seipsum temperet, & componat. Nonne vitis anno quolibet putatur, & non sibi de ligno super modum dimittitur, & secundum modum & regulam temperatur, ne forte nimis excedens in fructibus, citius sterilescat, & ad nihilum deducatur. Sic diues debet ramos diuitiarum suarum rescindere, & potentiæ & opulentiæ suæ modum ponere, ne forte ipsum contingat propter excessum sterilescere, vel perire, sicut illi, de quibus dicitur Sap. 15 quod *omnes insipientes & infelices supra modum animæ suæ superbi sunt.* Ideo de diuitibus moderatis potest exponi illud, quod scribitur 3. Reg. 8. quod *supra capita columnarum erat opus in modum lilij.* Capita enim columnarum sunt diuites & capitanei, qui scilicet debent esse in modum lilij, quod est valde suaue & temperatum, quamuis sit pingue & humorosum. Ad denotandum, quod diuites licet prosperitate & honore diuitiarum sint pingues, debent tamen moderati esse & humiles, vt possit de eis dici illud 3. Reg. 10. quod *in hunc modum cuncti reges Hethæorum & Syriæ equos venundabant*, id est, superbiam deponebant. Sic ergo patet quomodo ponendus est modus, & adhibendus in potentia ne superbiat. In lætitia
F ne deficiat. In iustitia ne desæuiat. In scientia ne decipiat. ¶ Et aduerte quod iusti debent habere

Modum {
- Indicatiuum bene docendo & prædicando,
- Imperatiuum bene regendo & gubernando,
- Optatiuum bene orando & supplicando,
- Coniunctiuũ bene amando & pacifice viuendo,
- Infinitiuum semper manendo & in infinitum perseuerando.

Et sic dicemus, quod *multifarie multisque modis loquitur Deus patribus in prophetis.* Heb. 1. Et hoc de modo sufficit. Vide de modestia, & vide infra de quomodo.

## A Moyses.

Nota, quod Moyses secundum diuersas conditiones & actus ipsius potest in scriptura diuersa & varia designare. ¶ Vnde generaliter notandum est, quod Moyses signat

Statum {
- Prælatorum & præsidentium,
- Perfectorum & contemplantium,
- Iudæorum & pereuntium.

¶ Primo ergo dico, quod Moyses signat statum præsidentium prælatorum. Vnde Matth. 23. *Super cathedram Moysis sederunt scribæ & Pharisæi.* Sicut enim Moyses fuit à domino electus ad educendum populum Israel de Aegypto, & ad educendum ipsum extra domum Pharaonis vsque ad terram promissionis, sicut habetur Exod. 3. & deinceps, sic prælati sunt à domino electi vt populum sibi commissum de Ægypto, id est, de statu peccati & de potestate Pharaonis, id est, diaboli eripiant, & educant, & per desertum pœnitentiæ ipsos vsq; ad terram promissionis Paradisi dirigant, pertrahant, & perducant, Psa. *Deduxisti sicut oues populum tuum in manu Moysi & Aaron.* Vnde nota, quod sicut

Moyses fuit {
- Ouium pastor,
- Populi ductor,
- Ouium doctor,
- Populi protector.

Sic vere bonus prælatus debet se exhibere recreatorem ouium & pastorem, populi ductorem & gubernatorẽ. Ouiũ doctorem & legislatorem. Ouium tutorem & defensorem. ¶ Dico ouium pastorem, sicut de Moyse legimus Exod. 4. *Moyses pascebat oues Iethro cognati sui.* Prælatus enim debet subditos suos pascere, & nutrire, & non solum pabulo scientialis eruditionis, imo etiam pabulo tẽporalis recreationis & subuentionis, vt dicat illud Ioan. 10. *Ego sum pastor bonus*, &c. Item dico populi ductorem. Prælatus enim dare debet per bona exempla vias vitæ subditis suis, vt eũ sequendo, ipsos ad patriam perducat. Ideo de Moyse legitur in Ps. quod *Deus notas fecit vias suas Moysi, & per eum filijs Israel voluntates suas.* & Mich. 6. *Misi ante faciem tuam Moysen.* Item dico ouium doctorem, quia videlicet sicut Moyses ascendens in montem in medio nebulæ quadraginta diebus ieiunauit, legem suam dominus sibi reuelauit, & destinauit, per quam tandem populum instruxit & informauit, sicut dicitur Exo. 19. & 20. sic pro certo prælatus debet in montem perfectionis ad dominum ascendere, debet carnem suam abstinentijs, & ieiunijs macerare, debet etiã nebulositatẽ propriæ conscientiæ penetrare, & sic à Deo legem & scientiam poterit audire, & discere, de qua postmodum populum poterit edocere. Vnde Ioa. 7. *Nonne Moyses dedit vobis legem?* Item dico populi tutorem, quia sicut Moyses orando populum Israel iuuabat, ita quod dum Moyses manus leuabat, Israel vincebat Amalech, sicut dicitur Exo. 17. sic pro certo charissimi, prælatus debet orationibus populum defendere & iuuare & pro ipso contra diabolum precibus dimicare. Vnde Exod. 19. dicitur *Moyses ascendit in mõtem, ad dominum* (supple) orandum. Breuiter ergo dico, quod Moyses signat statum præsidentium prælatorum. ¶ Secundo dico, quod Moyses signat statum con- B
templantium perfectorum. Et hoc triplici ratione, videlicet

Quia fuit {
- Benignissimæ conditionis,
- Concordissimæ dilectionis,
- Seuerissimæ correctionis.

De benignitate sua dicitur, Num. 12 quod *Moyses erat vir mitissimus super omnes homines, qui morabantur in terra.* De concordi societate, seu charitate ipsius dicitur Luc. 9. quod *Moyses & Helias apparuerunt in monte cum Domino.* De seueritate vero istius dicitur Ioan. 8. *Moyses mandauit mulierem lapidare adulteram.* Sic pro certo viri perfecti debent habere exemplo Moysis scilicet

Virtutem {
- Benignitatis,
- Concorditatis,
- Seueritatis.

Vt sic quilibet talis possit dicere illud Ioan. 9. *Nos Moysis discipuli sumus.* ¶ Tertio dico, quod Moyses signat statum pereuntium C
Iudæorum. Sicut enim Moyses habuit velamen super faciem suam, sicut dicitur Exod. 34. sic Iudæi habent velamen erroris. Vnde 2. Cor. 3. *Vsque ad hodiernum diem cum legitur Moyses, velamen est positum super faciem cordis eorum.*

## Molestia.

Nota, quod molestia accipitur pro grauamine vel pro nocumento, seu etiam pro zelo, vel difficultate, vel iniuria. Vide infra in titulo nocere.

## Mollis. Mollities.

Nota, quod mollities moraliter loquendo signat in bono A

- Benignam locutionem,
- Teneram affectionem,
- Deflentem compunctionem.

De mollitie benignæ locutionis dicitur Prou. 15. *Responsio mollis frangit iram, sermo durus excitat furorem* De mollitie vero affectionis seu compassionis dicitur Sap. 2. *Spiritus diffundetur sicut mollis aer.* De mollitie insuper cordialis compunctionis dicitur Iob 23. *Deus molliuit cor meum, & spiritum* (alias omnipotens) *conturbauit* B
*me.* ¶ Item mollities in malo signat

- Verborum fallacitatem,
- Animorum fragilitatem,
- Immundorum carnalitatem,
- Prosperorum labilitatem.

¶ De mollitie fallacium verborum dicitur in Psa. *Molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula.* De mollitie vero fragilium animorum dicitur Hier. 51. *Egredimini de medio Babylonis, ne forte mollescat cor vestrum.* De mollitie etiam carnalium immundorum dicitur Esa. 47. *Non vocaberis vltra mollis & tenera.* De mollitie vero labilium prosperorum dicitur Matt. 11. *Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt*, &c. Omitto gratia breuitatis, quia quamuis infinita sint exempla, paucissimæ tamen sunt auctoritates.

## Momentum.

Nota, quod momentum quandoque sumitur pro fama, nomine vel valore, vt quando dicitur, quod illa erat res magni momenti, id est, magnæ famæ, nominis vel valoris, sed (vt communiter) sic non accipitur in scriptura. Quandoque vero vt communiter sumitur momentum pro modicissima parte temporis seu horæ. Et sic sumitur pro nunc, pro statim, pro subito, pro instanti. Quia scilicet sicut punctus est minima pars lineæ quæ excogitari possit, sic momentum temporis. Nota ergo, quod in scriptura comparatur momento omne illud, quod est transitorium, quia scilicet respectu æternitatis omne temporale est momentaneum, & omne tempus dicitur momentum. ¶ Sic igitur dic, quod inuenitur videlicet C

Monumentum { Labentis naturæ, / Præsentis figuræ, / Nocentis iacturæ, / Sequentis puncturæ, / Latentis scripturæ.

Nam pro certo quasi subito & in momento transeunt omnia quæ sunt. Igitur dico quod in momento transit labentis vitæ natura scilicet vita corporum humanorum. Vnde Esaiæ 40. *Ecce gentes quasi stilla situlæ, & quasi momentum stateræ reputata sunt ei*, scilicet respectu æternitatis. Item in momento transit præsens rerum figura, quia scilicet omnis natura rerum creatarum non est nisi vnum momentum rerum immensitatis. Vnde Sap. 11. *Quoniam tanquam momentum stateræ, sic est ante te orbis terrarum, & tanquam gutta roris antelucani.* Item momento comparatur innocentis iactura, hoc est dictum, omnis mundi tribulatio, seu pœna. Esa. 26. *Absconde te modicum ad momentum donec transeat furor meus* & 2. Corint. 4. *Illud enim, quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis.* Vnde etiam de morte quæ est vltimum terribilium constat, quod ipsa transit, & deficit in momento 3. Reg. 4. *Inopsi autem momento mortis eius.* Item momento comparatur sequens mundi punctura, scilicet dies iudicij. De quo 1. Corinth. 15. *In momento, in ictu oculi in nouissima tuba*: loquitur enim de resurrectione & iudicio. Item momento comparatur latens Dei scriptura, seu norma rerum futura, id est, voluntas & ordinatio Dei circa futura rerum negotia. Vnde Act. 1. *Non est vestrum scire tempora vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate.* & 1. Thess. 5. *De temporibus autem & momentis non indigetis fratres.* Sic ergo patet, quomodo omnia minutis, atomis, instantibus subiacent & momentis. Vide de hora.

A **Monere.** Cum monere idem sit, quod hortari, sollicitare, inducere, instigare, seu verbis, exemplis aut factis ad aliquid inclinare, videtur, quod monumentum & monile etiam sumpserunt à monere. Monumentum enim dicitur, eo quod hominem admoneat de morte, vel de mortuo incluso. Monile autem quod in pectore ponitur, quod rotundæ est figuræ, portantem de rebus æternis admonet cogitare quæ figura solet dici sphærica, eo quod fine & principio caret. Montiones ergo & monita nihil aliud sunt, quam documenta, & ad bonum faciendum sollicita monumenta sicut de Tobia dicitur Tob. 4. quod *monita salutis dabat ei*. & Tobiæ etiam 10. dicitur, quod *parentes Saræ monuerunt eam honorare socerum, diligere maritum, regere familiam, gub[ernare dom]um*. Et nota, quod homo monetur ad bonum faciendum, videlicet

Per { Stimulum tribulationis, / Sarculum exhortationis, / Speculum informationis, / Rotulum eruditionis, / Iaculum prædicationis, / Sibilum inspirationis.

¶ Dico ergo, quod homo monetur benefacere per tribulationis stimulum, sicut de filijs Israel dicitur Sap. 11. quod *hos Deus tanquam pater probans monuit, &c.* & Eccles. 7. dicitur, quod *melius est ire ad domum luctus, quam ad domum conuiuij. In illa enim finis cunctorum admonetur hominum.* Item admonemur benefacere per exhortationis sarculum. Sapien. 15. *Hos, qui exerrant patribus, corripe, & in quibus peccant, admone & alloquere.* & Rom. 15. *Certus sum (inquit) fratres mei, quoniam & ipsi pleni estis dilectione, repleti omni scientia, ita vt possitis alterutrum monere.* Item monemur benefacere per informationis speculum, hoc est, per exempla. Vnde de lapidibus qui fuerunt extracti de fluuio Iordanis, dicitur Ios. 4. quod *posi[ti sunt] lapides isti in monumentum æternum filijs Israel.* Et etiam Num. 16. dicitur, quod *Dominus præcepit in altare affigi thuribula hominum incendiorum, vt essent filijs Israel pro signo & monumento, & vt commonerentur, ne alienigena accederet ad altare.* Item monemur benefacere per eruditionis rotulum, hoc est dictum, per verba sacræ scripturæ. Coloss. 3. *Verbum Christi abundet in vobis abundanter in omni sapientia, docentes & commonentes vosmetipsos in psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus.* Item monemur benefacere per prædicationis iaculum 1. Cor. 4. *Non vt confundam vos sed vt filios meos charissimos moneo.* & 2. Timoth. 2. *Commoneo te testificans coram Deo, &c.* Item monemur benefacere per inspirationis sibilum sicut de Ioseph legitur Matt. 2. quod *admonitus in somnijs secessit in partes Galileæ &c.* Vide in tit. docere, & in alijs consimilibus titulis.

**Monumentum.** Nota, quod monumentum idem est quod sepulchrum vbi mortui reconduntur, quod etiam alio modo mausoleum seu sarcophagum nuncupatur. Et potest moraliter loquendo significare plurima in scriptura. Vnde nota, quod monumenta designant, videlicet A

Conscientiam puram & secretam,
Conscientiam puram & infectam,
Successiuitatem vitæ temporalis,
Afflictionem mortis corporalis.

¶ Dico ergo, quod per monumentum intelligitur

Conscientiæ sanctitudo,
Conscientiæ turpitudo,
Temporalium plenitudo,
Corporalium mœstitudo.

¶ Dico, quod monumentum signat conscientiæ sanctitudinem B & sic accipitur monumentum Ioan. 19. vbi dicitur quod *in horto vbi erat monumentum, in quo nondum quisquam positus fuerat, ibi posuerunt eum.* Istud monumentum signat conscientiam viri iusti, qui dicitur hortus propter virtutum fœcunditatem. Dicitur nouum propter virtutum amœnitatem. Ibi etiam nullus fuerat sepultus, id est, ibi nullum erat peccatum propter specialem sinceritatem, & propterea sibi mundè sepelitur Christus per continuam suæ mortis memoriam & dolorositatem. Quia semper boni viri debent in monumentum puræ conscientiæ dominum spiritualiter sepelire, & ipsum sibi per compassionem & memoriam retinere. Vnde Marc 15. *Tulerunt corpus eius & posuerunt illud in monumentum.* ¶ Item monumentum signat conscientiæ turpitudinem. Sicut monumentum exterius est clausum, & quandoque pulchrum & pictum, interius vero corruptione & immunditia totum plenum, sic vere conscientia peccatoris, quæ est exterius clausa per confessionis denegationem, interius vero est infecta per multorum peccatorum corruptionem, exterius videtur pulchra per hypocrisim & palliationem, interius vero est squalida per scelerum contaminationem. Vnde Lucæ 11. *Væ vobis, qui estis, vt monumenta quæ non apparent.* Et breuiter, per monumenta possunt intelligi omnes immunditiæ peccatorum. vnde Marc. 5. dicitur, quod *ille, qui habebat domicilium in monumentis*, id est, in infectionibus & peccatis. ¶ Item monumentum D signat temporalium prosperitatem seu plenitudinem. Quia sicut illi, qui in monumentis sunt, nunquam possunt amplius exire, imo necesse est, quod habeant ibi perpetuo manere, sic illi qui in prosperitate mundana semper fuerunt inuoluti, nunquam se possunt amplius expedire, imo necesse habent sicut in monumento putrescere & fœtere. Soli enim mortui, id est, peccatores tali monumento tenentur, figuratur in Lazaro, qui *quatriduanus in monumento fœtebat*, sicut dicitur Ioan. 11. vnde dicitur Prou. 12. *Desiderium impij monumentum est pessimum.* ¶ Item monumentum signat acerbitatem, seu afflictionem mortis corporalis. E Et sic per monumentum intelligitur mors, quæ dicitur monumentum, à moneo, mones, eo quod per monumentum corporale quod cæteris videmus, semper instrui debemus & moneri ad mortem præ oculis habendam, sicut faciebat Magdalena, de qua dicitur Ioan. 11. quod *ipsa vadit ad monumentum vt ploret.* Ioan. 20. etiam dicitur, quod *Simon Petrus introiuit in monumentum*, quia videlicet nos per mortis considerationem debemus monumenta introire, & nostram mortalem miseriam deplorare. Et hoc sufficit. Vide infra de verbo Sepelire.

**Mons. Montes.** Nota, quod in scriptura inuenitur mons A virtuosus, fructuosus & gloriosus. Mons virtuosus signat statum hominum perfectorum, vnde de hoc potest dici illud Esa. 40. *Omnis mons & collis humiliabitur.* ¶ Mons fructuosus signat statum ecclesiasticum prælatorum, vel etiam dignitatem hominum clericorum. Et sic mons nihil aliud est quam Ecclesia. Et de hoc dicitur Esaiæ 2. *Erit in nouissimis diebus præparatus mons domus Domini super verticem montium, & fluent ad eum omnes gentes.* ¶ Item mons gloriosus significat statum hominum beatorum, videlicet statum gloriæ Paradisi. Et sic dicitur in Ps 23. *Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius. Innocens manibus & mundo corde.* Et ideo breuiter de isto triplici monte possumus secundum modicitatem nostri ingenij aliquid balbutire. Dicamus igitur, quod aues cæteris nobiliores, bestiæ cæteris velociores, arbores cæteris altiores solent in montib. facere mansionem. De auibus patet secundum Greg. quia aquila cæteris auibus nobilior, semper vult in altis montibus & rupib. nidificare. De animalibus etiam patet, quia capræ, quæ velocissi-

mi funt curfus femper quāto plus poffunt, volunt in altis montibus habitare. De arboribus etiam patet, quia pinus, quæ cæteris arboribus vtilior eft, folet melius in altis ficcis & fabulofis locis vel mōtibus crefcere & fructificare. Sic proculdubio chariffimi, viri fancti, iufti & perfecti qui poffunt dici aquilæ propter volatum altiffimæ contemplationis, dici etiam poffunt capræ propter curfum bonæ & diligentis operationis, dici etiam poffunt pini, propter rectitudinem fanctæ & finceræ intentionis, femper debent prædictos montes iugiter habitare. Habitare enim debent

In Monte { Perfectionis, propter meritorum cumulationem, Ecclefiæ vel religionis per fidem & deuotionem, Cœleftis manfionis & regionis, per perfectionem & contemplationem.

Vt fic cuilibet tali dicatur illud Cant. 2. *Fuge dilecte mi, fimilis efto capra, hinnuloque ceruorum fuper montes Bethel.* Nos etiam dicamus inuicem illud Efa. 2. *Venite afcendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob.* In quibus verbis aduerte, quod tres funt montes fpirituales, in quibus & fancti & iufti diuerfimode conuerfantur. Eft enim ibi

Mons { Perfectionis feu infectionis, Prælationis, Saluationis.

Primus eft mons magnæ fecuritatis,
Secundus eft mons magnæ nobilitatis,
Tertius eft mons magnæ fertilitatis.

¶ Primo dico, quod eft mons magnæ fecuritatis, quod oftenditur in verbo (Venite afcendamus) Secundo eft mons magnæ nobilitatis, quod oftenditur in verbo (montem Domini) Tertio eft mons magnæ fertilitatis, quod oftenditur in verbo (domum Dei.) ¶ Primus eft habitaculum perfectorum. Secundus eft tabernaculum prælatorum. Tertius eft receptaculum beatorum. ¶ Primum montem facit cumulus fanctitatis. Sed fecundum facit tumulus dignitatis. Et tertium facit riuulus boni-
B tatis. ¶ Dico primo, quod iufti habitant in monte fecuritatis & perfectionis. Et ifte mons pro certo nihil aliud eft, quam eminentia vitæ & cumulus meritorum, quod oftenditur, cum dicimus (Afcendamus ad montem) Afcendere enim fignat locum eminentiorem, quia ficut ille, qui afcendit in fuperiora, fuperat, & dimittit inferiora, & ad alta fe erigit & emittit, fic pro certo boni viri iufti afcendendo gradum eminentis perfectionis, & fanctitatis, folent inferiores, id eft, peccatores dimittere & fe ab eis feparare, & ad alta virtutum & meritorum fe tranfuehere & coæquare. Et ficut auis afcendendo fuperius folet effe fecurior, quia fcilicet tunc non timet laqueum & fagittam, fic homo, qui altitudinem fanctitatis afcēdit & perfectionis, eft fecurus, quia fcilicet omne periculum tranfcendit & euadit. Afcendamus ergo, &c. Matth. 14. *Afcendit Iefus in montem folus orare.* Quæritur etiam à naturalibus quare in monte inueniuntur aquæ dulciores & fapidiores, quam in valle. Et refpondent, quod aquæ dulces funt puriores & leuiores, atque vero inferiores & groffæ funt impuriores & grauiores. Et ideo (vt inquiunt) aquæ dulces & quæ furfum ad montes afcendunt, & attrahuntur, vbi fcilicet per fontes & flumina emittuntur, groffæ vero impuræ, quia furfum afcendere nequeunt, inferius in vallib. retinentur. Sic pro certo illi, qui funt dulces & puri, id eft, boni & iufti, furfum ad apicem & eminentiam perfectæ vitæ afcendunt & euehuntur. Impuri vero, id eft, peccatores inferius in ftatu imperfectionis remanent & aggrauantur. Et hoc eft, quod ait propheta in Pfal. 23. *Quis* (inquit) *afcendit in montem Domini? &c.* Sequitur. *Innocens manibus.* Et fic igitur dico, quod iufti habitant in monte fecuritatis & perfectionis. Sed de ifto monte nota, q. ad iftum montem eft tutum afcendere, & ibidem etiam habitare propter tres ipfius conditiones, in quibus etiam montibus corporalibus affimilatur. Sicut enim montes, vel illi, qui in montibus

Sunt { Cœlo propinquiores, Luce fplendidiores, Rore perfufiores.

Sic pro certo viri perfecti funt cœlo propinquiores per affli ctionem; funt luce fplendidiores per difcretionem; funt rore perfufiores per deuotionem. ¶ Dico, quod iufti debent effe ficut montes, qui furfum verfus cœlum eleuantur, à terra vero elongantur. Vnde etiam fecundum Ifidorum, mons eft cumulus terræ folo pede tangens terram. Et ideo fecundum eum, montes dicuntur quafi eminentes. Et inde fuit, quod Athlas mons Aphricæ pro eo, quod fua altitudine videtur cœlum tangere fictus fuit à poëtis fuiffe gigas, qui vfque ad cœlum attingebat, & totum cœlum humeris fuftinebat, vt dicit idem. Sic pro certo viri perfecti debent furfum ad cœlum per affectum per defiderium eleuari & à terra, id eft, à bonis corporalibus per contemptum & fubterfugium fuftolli. Sicut enim dicitur in Pf. 8. *Afcendunt montes & defcendunt campi.* Et fic tales dicuntur alti & eminentes & capite, id eft, affectione cælum & cœleftia contingentes, & folo corpore terræ inferius adhærētes, iuxta illud Sap. 18. *Vfque ad cælos attingebat ftans in terra.* Vnde proprie de tali monte dicitur Deut. 4. *Acceffit ad radices montis, qui ardebat vfque ad cælum.* Ardor enim affectionem fignat. ¶ Item dico, quod ifti debent effe luce fplendidiores, quia fc. ficut fol folet montes citius, plenius & diutius illuminare, fic lux diuinæ gratiæ & fcientiæ folet viros perfectos, vel etiā ftatum monachorum perfectorum citius & abundantius illuftrare & in ipfis permanere diutius. Vnde 1. Mach. 6. *Refulfit fol in clypeos aureos & refplenduerūt montes ab eis.* Item ifti debent effe rore perfufiores. Quia ficut ros folet montes à fuperioribus perfundere, fontes vero & flumina folent eos interius humectare, quia f. propter fui concauitatem montes aquam attrahunt, quam per fontes & flumina mox emittunt, fic pro certo & viri perfecti, & ftatus perfectorum, folet à fuperiori, f. à Deo haurire rorem gratiæ & deuotionis, quia ficut dicitur in Pfal. *Ros Hermon defcendit in montem Sion.* Ab interiori vero fcil. è corde debēt attrahere aquas lacrymarum & compunctionis. Pfal. *Inter medium montium pertranfibunt aquæ.* Et alibi. *Rigans montes de fuperioribus fuis, &c.* Ifta tamen tria proculdubio habent hodie effe contrarium, quia fcil. in viris & in ftatibus, qui deberent effe perfecti, videlicet in clericis, vel etiam in religiofis, nō funt hodie ifta tria. Videlicet cœli altitudo, lucis claritudo, roris plenitudo. Ibi enim hodie deficit altitudo fublimis affectionis, quia fcilicet omnes ad terram per auaritiam inclinantur, iuxta illud Efa. 40. *Omnis mons & collis humiliabitur* Iob 14. *Mons cadens defluet alluuione terra confumetur.* Item ibi deficit claritudo lucis difcretionis, quia omnes per ignorantiam obfcurantur. Vnde Exod. 19. *Totus mons Synai fumigabat, & confequens totus obfcurus erat.* Item ibi deficit plenitudo roris deuotionis, quia fcilic. omnes per iracundiam feu per vitiorum ardentiam deficcantur. Vnde 2. Reg. 1. *Montes Gelboe, nec ros, nec pluuia defcendat fuper vos, vbi ceciderunt fortes Ifrael.* Non fic chariffimi, fed fit in viris, & in ftatibus virtuofis,

Deuotio rorificans,
Difcretio clarificans,
Affectio altificans.

¶ Et fic pro certo dico, quod ifte erit ftatus fecuritatis & perfectionis, & ifte erit primus mons. ¶ Secundo dico, quod ifti mo- C
rantur in monte nobilitatis & prælationis. Et hoc oftenditur, cum dicitur (Montem Domini) Status enim Ecclefiæ & maxime prælationis, dicitur mons Domini. Quia fcilicet illi, qui ibi habitant, funt vicarij Chrifti, & fibi in Ecclefia fubftituti. In ifto enim monte ipfe primus fedit, quia ficut habemus, Chriftus in monte fuit transfiguratus. Matth. 17. In monte fuit manifeftatus, ficut dicitur Matthæ. 28. In monte fuit à dæmonibus tentatus, ficut dicitur Lucæ 4. In monte fuit ad orandum fecretius feparatus, ficut dicitur Marc. 6. & Matth. 14. In monte fuit ad gratias agendū Deo eleuatus & fublimatus, ficut dicitur Mat. 14. In quibus proculdubio poteft notari, quod illi, qui in [illegible] tem prælationis, vel Ecclefiæ veniunt, debent transfigurari [illegible] immutari per moralem conuerfationem: debent manif[illegible] fuis difcipulis, id eft, fubditis per doctrinam & prædicationem: debent præparati ad fuftinendum tentationem: debent ded[illegible] pro populo in orationem: debent etiā habitari ad Dei laudem & gratiarum actionem. Et breuiter, ficut antiqui philo[illegible] lebant afcendere in altiffimos montes, vt ibi curfus [illegible] fpecularentur, fic vere montes Ecclefiafticæ dignitatis [illegible] debent afcendere, qui per difcretionem nomē [illegible] rentur fortiri, & qui curfus fyderum, id eft, beatitudi[illegible] fanctorum nouerunt fecretius contemplari. Et quia pauci funt hodie tales, ideo admiratiue quærebat Dauid in Pf. *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiefcet in monte fancto tuo?* Et refpondet. *Qui ingreditur fine macula, & operatur iuftitiam, qui non egit dolum in lingua fua. &c.* q. d. Sic debent effe illi, qui occupant iftos montes. Quod bene figuratum eft Matth. 17. vbi dicitur quod *Iefus affumpfit Petrum, Iacobum & Ioannem, & duxit illos in montem excelfum.* Quis fcilicet cum Chrifto in excelfo monte Ecclefiæ Ni

toli

debent esse, qui dicuntur Petrus, ratione constantiæ & fortitudinis. Quia Petrus dicitur à petra. Qui dicuntur Iacob ratione prudentiæ & subtilitatis, quia Iacobus interpretatur supplantans. Qui dicuntur Ioannes, ratione munditiæ & integritatis, quia Ioannes semper fuit castus & virgo. Et hoc etiam est, quod innuitur Exod. 19. vbi dicitur, quod soli *Moysi fuit licitum ascendere mõtem, alijs vero tam hominibus quam iumentis fuit inhibitam sub pœna mortis, ne in montem ascenderent, vel etiam tangerent ipsum.* Ad denotandum, quod soli sancti & discreti viri debent ad mõtem Ecclesiæ, & maxime ad statum prælationis accedere, & quod populus tam simplicium, quam rudium, atque iumenta, id est, congregatio hominum peccatorum nunquam debent ad montem huiusmodi vitæ anhelare. Citius hodie contrarium inuenitur. Bene enim verificatum est illud Psalm. *Iumenta in montibus & boues*, scilicet illi qui sunt boues per ignorantiæ ruditatem, & illi, qui sunt iumenta per immunditiæ fœditatem. Sed non sic charissimi, quia viri iusti & boni debent ibi habitare. Exemplo Heliæ, de quo dicitur 3. Reg 19. quod *ipse ambulauit vsque ad montem Dei Oreb.* Iste est ergo mons Domini. ¶ Et possumus notare, quod Ecclesia vel status prælationis, vel etiam quicunque Ecclesiasticus vel prælatus potest dici

M { Compassionis,
Dilectionis,
Deuotionis,
Subiectionis,
Orationis,
Defensionis,
Saluationis,
Refectionis,
Contemplationis,
Prædicationis,
Exultationis,
Habitationis,
Gratiarum actionis,
Doctrinæ & eruditionis,
Amaræ tribulationis.

D ¶ Dico ergo, quod ecclesiasticus, vel Ecclesia est mons compassionis, quia scilicet sicut in montibus sunt aquæ dulciores, ibi etiam crescunt arbores gummi & resinam sudantes & destillantes, sic vere in monte Ecclesiæ semper debẽt aquæ dulces compassionis & misericordiæ fluere & arbores, id est, personæ, quæ ibi sunt, debent semper gummi operum misericordiæ destillare. Vnde in Psalm. dicitur de isto monte. *Mons coagulatus, mons pinguis.* & Iohel. 3. *In die illa stillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lac & mel.* Figura in monte Oliueti, vbi Dominus dicitur toties habitasse. Oliua enim de sua natura opera misericordiæ designat. Quia scilicet Deus in illis montibus, id est, in illis personis habitat & moratur, qui oliuas misericordiæ producunt, & exequuntur. Lucæ 22. *Ibat secundum consuetudinem in montem Oliuarum.* ¶ Item dico quod est mons dilectionis, quia scilicet arbores, quæ sunt in monte, calorem solis solent primo & principaliter percipere. Sic illi, qui sunt in Ecclesia solent primo & ante omnia calorem cœli & amorem cœli, id est, solis iustitiæ percipere & habere. Vnde Psalm. *Sed elegit tribum Iuda, montem Sion, quem dilexit.* ¶ Item est mons deuotionis, quia sicut in montibus crescunt balsamus cum myrrha, & alia aromata, quibus odor euaporatur, & quibus odor recreatur, sic in monte Ecclesiæ sunt aromata bonorum Paradisi, quæ ibi per deuotionem odorantur, & [illegible]ibus deuotorum animus consolatur. Vnde Cant. [illegible] *ad montem myrrhæ, & ad collem thuris.* ¶ Item est mons subiectionis, quia sicut dicitur Esa. 40. *Omnis mõs & colla humiliabitur.* ¶ Item est mons orationis, quia sicut montes sunt naturaliter concaui & porosi, & ideo vaporosi exhalant spiracula sua, sic Ecclesia, vel Ecclesiastici, cum sint concaui per humilitatem, semper solent orationis spiracula ad Deum exhalare. Vnde in Psalm. *Tange montes & fumigabunt.* Et Exod. 19. *Totus mons Sion fumigabat.* De Christo etiam dicitur Matt. 6. quod *ascendit in montem solus orare.* ¶ Item est mõs defensionis, quia scilicet sicut in montibus sunt tuta loca & castra fortiora, sic in isto monte sunt loca contra diabolum fortiora & tutiora. Vnde in Ps. *Fundamenta eius in montibus sanctis.* Ibi enim non potest diabolus, vel caro nec mundus ad voluntatem nocere. Vnde Esa. 11. & 65. dicitur. *Non nocebunt & non occident in vniuerso monte sancto meo.* ¶ Item est mons saluationis, quia scilicet ibi est refugium cõtra hostes. Ibi etiam sunt herbæ medicinales, id est, sacramenta, quæ animabus & corporibus dant salutem: vnde Abdias. *In monte erit saluatio.* ¶ Item est mons refectionis, quia scilicet ibi debent animalia, id est, simplices & pauperes per eleemosynas nutriri. Ezech. 34. *In pascuis pinguibus pascentur super montes Israel.* ¶ Item est mons contemplationis. Numer. 27. *Ascende in montem istum Abarim, & contemplare.* Vide terram, quam daturus sum filijs Israel. ¶ Item est mons prædicationis. Ioel. 2. *Vlulate in monte sancto meo.* Et Esaiæ 40. *Super montem excelsum ascende tu, qui euangelizas Sion.* ¶ Item est mons exultationis. Psalm. *Montes exultauerunt vt arietes, &c.* ¶ Item est mons habitationis 1. Regum 23. *Morabatur autem Dauid in monte solitudinis Ziph.* & Deut. 10. *Steti in monte quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.* ¶ Item est mons gratiarum actionis. Marc. 14. *Hymno dicto exierunt in montem oliuarum.* ¶ Item est mons doctrinæ & eruditionis. Psalm. *Producit in montibus fœnum & herbam seruituti hominum.* ¶ Item est mons amaræ tribulationis seu contritionis. Psalm. *Transferentur montes in cor maris.* Ecce ergo charissimi, de monte Ecclesiæ vel Ecclesiasticæ prælationis, vel etiam de quolibet vero ecclesiastico vel prælato quales debent esse. Sed proculdubio in multis hodie totum contrarium reperitur, &c. Inuenies si vis sicut inuenies infra [illegible] ti. vbi dicitur de monte sæcularis prosperitatis. ¶ Tertio dico, quod viri iusti & perfecti debent habitare in monte fœlicis saluationis. Et iste est mons gloriæ Paradisi, vbi pro certo iusti finaliter habitabunt, quod notatur, cum dicitur, Ad domum Dei Iacob, quia scilicet, sicut soli domestici recipiuntur ad habitandum in domo, sic soli sancti recipiuntur ad habitandum in Paradiso. Et sicut extraneis tanta domus clauditur, sic pro certo Paradisus peccatoribus denegatur, quia sicut dicitur in Psalm. *Non habitabit in medio domus meæ, qui facit superbiam.* Et ista domus proculdubio comparatur monti qui in altissimo cœlo cœli empyrei situatur. Vnde Esaiæ 2. *Erit præparatus mons domus Domini in vertice montium.* Sicut enim mons. E

Est locus { Tutus, Clarus, Mundus, Secretus, Firmus, Quietus } qui non { expugnatur, obscuratur, maculatur, conturbatur, dissipatur, infestatur.

Sic pro certo locus Paradisi est tutus, nec potest expugnari Gen. 19. *In monte saluum te fac.* ¶ Item est clarus, nec potest obscurari 1. Mac. 6. *Resplenduerunt montes.* Item est mundus, nec potest maculari. Psalm. *Fundamenta eius in montibus sanctis*, id est, puris & mundis. ¶ Item est secretus, nec potest conturbari, quia scilicet nullus malus potest ibi esse, vel ascendere, quia sicut dicitur Heb. 12. *Bestia si montem tetigerit, lapidabitur.* ¶ Item est firmus nec potest dissipari. Psalm. *Non commouebitur in æternum, qui habitat in Hierusalem. montes in circuitu.* Est etiam quietus, nec potest infestari. Vnde in Psalm. *Suscipiant montes pacem populo.* In illo enim monte proprie & perfecte requiescet anima sicut in vltimo statu suo. Vnde Psal. *Requiescet in monte sancto tuo.* & Deut 8. *Requieuit arca super montes Armeniæ.* Iste est ergo mons fœlicitatis, in quo scilicet tot bona dicuntur abundare, & in quo sancti dicuntur habitare. Quia sicut dicitur in Ps. *Montes excelsi ceruis, petra refugium erinacijs.* Vbi aduerte, quod ibi morantur, & habitant illi, qui fuerunt virtutis operibus occupati. Isti sunt cerui, qui quasi continue sunt in cursu: dolorosis verberibus impugnati, qui indigent refugio [Petra inquit refugium] Punctuosis oneribus castigati: isti sunt erinacij, qui scilicet spinis pœnitentiæ se affligunt. Et sic ergo patet, quomodo in scriptura sunt tria genera montium, id est, statuum bonorum, videlicet

Mons { Eminentis perfectionis, Excellentis prælationis, Permanentis promotionis.

Et sic patet, quomodo mons accipitur in bono. ¶ Sed aliud dico, quod in scriptura, moraliter loquendo, mons potest accipi in malo. Et sic per montem potest intelligi fastus & arrogantia superborum, vel fastus & eminentia peccatorum. Dicamus igitur, quod per montem intelligitur superbus vel etiam quicunque peccator. Sicut enim dicit Isidor. *Mons nihil aliud est, quam [illegible] terræ surgens in altum & secretus, à terra vero se elongans, & solo pede terram tangens.* Sic pro certo superbus nihil aliud est proprie nisi tumor terræ, quia licet quantum ad superbiam tumidus & inflatus, ipse tamen est de terra [illegible] limus & fermentum. Vnde Bernard. *Quid superbis terra & cinis.* Iste F

enim

enim semper ad alta nititur ascendere, & à terra, id est, conditione suæ naturæ vel etiam suæ naturalis originis contendit, quanto plus potest se leuare. Quod vtique videmus sensibiliter in multis superbis, qui humiles parentes suos dedignantur, ipsosque vix tangere comprobantur, altis vero nobilibus se associare satagunt & nituntur. Sicut enim montes ventis & turbinibus exponuntur, sole & caloribus comburuntur, igne & fulminibus feriuntur, terræ motu & impulsibus agitantur, aquis & fontibus irrigantur, vineis & segetibus fœcundantur, & magnis oneribus aggrauantur, sic proculdubio diuites praui & superbi ventilantur per superbiã, concremantur per auaritiam, fulminantur per iracundiam, agitantur seu commouentur per inuidiam, irrigantur seu humectantur per luxuriam, fœcundantur seu impinguantur per gastrimargiam, aggrauantur, seu immobiliter sistuntur per acediam. ¶ Dico ergo, quod montes, id est, peccatores vento superbiæ ventilantur. Vnde 3. Regum 19. *Vidit Helias spiritum seu ventum magnum & fortem, qui conterebat montes & petras.* Isti enim dicuntur montes, tum quia scilicet sunt vento inanis gloriæ ventilati, tum etiam quia sunt grossi, tumidi & inflati. Vnde de superbo diabolo Zac. 4. dicitur. *Quid tu mons magne contra Zorobabel?* ¶ Item isti ardore auaritiæ concremantur. Montes enim citius, quam aliæ partes terræ solent æstatis ardoribus (vt communiter) desiccari. Sic auari ardore auaritiæ siccantur, & humore clementiæ denudantur. Vnde de auaritia potest exponi illud Ecclesiastic. 43. *Deuorabit sol montes & exuret.* Isti sunt sicut mons Æthna, qui continue spirat ignem. ¶ Item isti fulmine iracundiæ verberantur. Sicut enim fulmen magis solet in altis montibus cadere, & inde est, quod montes Pyrenæi dicti sunt à pyr, quod est ignis, propter crebra fulgura quæ solent ibi cadere, vt dicit Isidorus, sic fulmen iracundiæ corda peccatorũ percutit, ipsa corrodit, concremat & corrumpit. Vnde de iracundis potest dici illud Exod. 19. *Cœperunt audiri tonitrua, & micare fulgura, & nubes densissima operire montem*: in talibus enim iracundis inuenitur fulgur ardentis iracundiæ, nubes turbantis ignorantiæ, tonitruum clamantis & obiurgantis eloquentiæ. Isti enim sunt rixosi, clamosi, & ad omnia verba iniuriosa respondere parati. Similes etiã montibus illis, in quibus semper resonat illa vox echo, quæ ad omnia verba respondet, sicut iracundi, verbosi & impatientes. Vnde Sapient. 17. *Resonans de montibus altissimis echo, &c.* ¶ Item peccatores terræ motu inuidiæ agitantur. Montes enim quamuis sint naturaliter solidi, adueniente tamen ab interiori forti spiritu, sæpe fit, quod fortiter agitantur. Vnde etiam dicit Seneca lib. de naturalibus quæstionibus, quod opinio est apud Thessalonicenses, quod mons Olympus & mons Ossa fuerunt vnus mons, sed per fortem terræ motum ab inuicem sunt distincti. Et ad hoc accedit verbum scripturæ Hierem. 4. *Vide* (inquit) *montes, & ecce mouebantur.* Sic vere charissimi, sæpe fit, quod vento & spiritu diabolico interius in imaginatione sufflante, terræ motus inuidiæ generatur, à quo humana mens taliter agitatur, quod cessante omni soliditate constantiæ & virtutis, illi, qui erant vnum per amicitiam, & vnitatem efficiuntur duo per inimicitiam & aduersitatem. Vnde de talibus dicitur in Psalm. *Transferentur montes in cor maris.* ¶ Item peccatores fluminibus carnalis immunditiæ humectantur. Sicut enim montes porosi & concaui sæpe aquas trahunt, ita quod à montibus fontes & flumina sæpe fluunt, sic luxuriosi aquas delitiarum non cessant attrahere, propter quod sequitur, quod ipsos solet fluuius luxuriæ irrigare. Psalm. *Super montes stabunt aquæ.* ¶ Item peccatores pinguibus gastrimargiæ delectantur. Sic enim inueniuntur vineæ, quibus homines inebriantur, animalia pinguia, quibus homines pascuntur, fructus etiam dulces quibus homines recreantur & impinguantur, sic vere gulosi volunt omnia supradicta scilicet vinum, carnes & fructus habere, vt sic seipsos valeant impinguare. Vnde in Psalm. *Mons coagulatus, mons pinguis.* ¶ Item peccatores ponderibus acediæ aggrauantur, quia scilicet sicut montes sunt naturæ grauissimæ & ponderosissimæ, ita quod faciliter non possunt concuti vel moueri, sic acediosi ita sunt graues & difficiles ad bonum faciendum, quod vix, aut nunquam possunt ad bona opera excitari. Vnde Prou. 8. *Montes graui mole constiterant.* Peccatores ergo dicuntur montes ratione septem peccatorum mortalium, sed pro certo quamuis sint alti & magni, quandoque tamen subuertuntur, euelluntur, sicut de quodam monte narratur in historia Martiniana. Quandoq; etiam comburuntur, & perpetuis incendijs inflammantur, sicut de monte Æthna dicitur. Sic proculdubio peccatores quamuis hoc mũdo sint magni & alti propter prosperitatem & eminentiam temporalem, figurati tamen illo lapide paruo, qui percussit statuã Dan. 2. qui factus est mons magnus, (quia videlicet isti statuas, id est, pauperes non cessant lædere, & percutere, propter quod necesse est eos crescere, & ad magnitudinem status venire) sæpe tamen in præsenti per paupertatem & infortunium destruuntur, iuxta illud Psal. *Montes sicut cera fluxerunt à facie Domini*, id est, peccatores per damnationẽ æternam igne perpetuo concremantur. Et ideo talibus loquitur scriptura. Hier. *Ecce ego ad te mons pestifer, qui corrumpis vniuersam terram, & extendam manum meam super te, & euellam te de petris, & dabo te in montem combustionis.* Et sic igitur patet charissimi, quod accipiẽdo in malo, per montem intelligitur fastus arrogantiæ superborum vel etiam reproborum. ¶ Sed adhuc dico & vltimo, quod per montem intelligitur fastus & eminentia peccatorum. Et si per montem intelligitur prosperitas & dignitas temporalis, quæ vt communiter magis eminet in malis quam in bonis. Vnde ad eos refertur illud Amos 6. *Væ qui opulenti estis in Sion, & cõfiditis in montibus Samariæ.* Et aduerte, quod mons mundanæ prosperitatis comparatur omnibus malis montibus, de quibus fit mentio in scriptura, videlicet monti Samariæ, monti Seir, monti Esau, monti Edom, monti Bethanis. Expone si vis prolongare literam. De monte mundanæ prosperitatis possumus breuiter notare, quod ista est  G

Mons { Carnalitatis, Cupiditatis, Pompositatis, Garrulitatis, Aduersitatis, Labilitatis, Obscuritatis, Flebilitatis. }

Mons dico carnalitatis & immũditiæ. Et sic potest exponi illud Psalm. *Montes sicut cera fluxerunt.* ¶ Item mons cupiditatis & auaritiæ. Vnde in Psalm. *Sicut ignis, qui comburit syluam, & sicut flamma comburens montes.* ¶ Item mons pompositatis & superbiæ. Vnde 4. Regum 6. dicitur, quod *totus mons erat plenus curruum & equorum*, quorum scilicet strepitus pompam designat. ¶ Item mons garrulitatis & inanis lætitiæ. Quia sicut aues in montibus garriunt, sic diuites in honoribus & dignitatibus. Psalm. *Montes exultauerunt vt arietes.* ¶ Item mons aduersitatis & pestilentiæ. Quia sicut tẽpestates & fulgura, & terræ motus in montib. solent cadere & accidere, sic multæ aduersitates solent honorib. & prosperis immisceri. Vnde Hier. 4. *Vidi mõtes & ecce mouebãtur, & omnes colles conturbati sunt.* ¶ Item mons labilitatis & defluentiæ. Cito enim tales montes in nihilum defluent. Vnde Iob 14. *Mons cadens defluit.* ¶ Item mons obscuritatis & ignorantiæ. Quia in isto monte magna est obscuritas ignorantiæ & erroris, in tantum, quod ibi homo obliuiscitur Deum & proximum, & salutem propriam & seipsum. Vnde Hierem. 50. *Pastores eorum seduxerunt eos, & fecerunt eos vagari in montibus.* Et ibidem. *Transierunt de monte in collem, obliti sunt cubilis sui.* ¶ Item mons flebilitatis & æternæ tristitiæ. Quia malorum dignitates & prosperitates ad flebilitatem tribulationum, & æternæ miseriæ (vt communiter) deducuntur Ezechiel. 38. *Subuertentur montes, & cadent sepes, & omnis murus in terram corruet.* & Ezechiel. 35. *Dabo montem Seir desolatum.* Seir interpretatur hirsutus. Sic igitur patet, quomodo per montem intelligitur status & eminentia peccatorum. Sed si velles vltra addere, dic, quod status perfectorum vel etiam ipsi perfecti possunt comparari bonis montibus, de quibus fit mentio in scriptura. Nota igitur, quod tales dicuntur videlicet mons Oliueti, propter pietatem, quia scilicet oliua pietatem signat: Mons libani, propter castitatem, quia libanus interpretatur candor: Mons Carmeli, propter charitatem, quia Carmelus interpretatur tener, seu pinguis. Mons Sion, propter intelligentiæ claritatem, quia Sion interpretatur specula & cætera. Allega si vis & dilata. Sufficit ergo de montibus.

**Monstrare.** Nota si vis, quod Deus mõstrat nobis viã bonã, vt hanc teneamus: bona opera vt faciamus, viros iustos, vt hos eligamus, gratiam suam, vt hanc diligamus, cœlestem gloriam vt hanc adeamus & appetamus. De via bona dicitur Prou. 4. *Viam sapientiæ mõstrabo tibi, quam cum ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui, &c.* De bonis exemplis & operibus dicitur Exo. 25. *Respice, & fac secundum exemplar, quod tibi in monte* A

*monſtratum eſt.* De viris iuſtis ad regimen eligendis dicitur 1. Reg. 6. quod Dominus volens, quod Dauid eligeretur in regem, dixit Samueli: *Vnges quemcunque monſtrabo tibi.* De gratia vero & benignitate diuina, quam Deus in ſuis beneficijs quotidie demonſtrat, poteſt dici illud Heſt. 8. quod *Aſſuerus extendit virgam ad Heſter,* quo ſignum clementiæ monſtrabatur. De cœleſti autem gloria poteſt dici illud Gen. 12. *Egredere de terra tua, &c. & veni in terram, quam monſtrauero tibi, faciamq; te in gentem magnam.* Vide de oſtendere.

A **Monſtrum.** Nota, quod monſtra dicuntur animalia præter, vltra, vel contra naturam genita, ſicut ſi naſceretur homo cum capite bouis, vel cum capite bino, vel pedibus leonis & ſimilibus. Talia ergo dicuntur monſtra, à monſtrando, vel quia aliquod futurũ ſignificant & monſtrant, vel quia libenter tanquam rara & mirabilia monſtrantur, alioſque ad ſui conſiderationem inuitant. Simili ergo modo monſtra dicuntur oſtenta, ab oſtendendo dicta, vel quia aliquod futurum ſolent oſtendere, vel oſtendi libenter & alijs monſtrari. Quoties enim apud Romanos talia monſtra proueniebant, ſignum alicuius mali futuri, vel aliquod prodigium reputabant. Et ideo pro placandis dijs ad ſacrificia recurrebant, vel etiam libros Sibyllinos adibant, ſicut ponit Titus Liuius in multis locis, & ſicut etiam bene ſupponitur 2. Mach. 5. vbi dicitur, quod B *rogabant in bonum monſtra conuerti.* ¶ Item per monſtra à figura communi exorbitantia poſſunt intelligi mali homines in moribus diſſimiles bonis & difformes, vel etiam ipſa mala malorum opera, quæ quandoq; ita à communi regula bonitatis deuiant, & recedunt, quod monſtra merito dici poſſunt. Vnde de illis excelſitatis hominibus filijs Enach dicitur Num. 13. *Vidimus monſtra quædam filiorum Enach, quibus comparati, locuſtæ videbamur.* Sed de monſtris vide in diuerſis titulis, & exemplis varijs allegatis, quia tranſeo gratia breuitatis.

A **Morari. Mora.** Cũ morari idẽ ſit, quod habitare, ſeu in aliquo loco perſeuerare, & ſupra ſatis ſit dictũ de habitare, hinc eſt, quod de morari non intendo facere magnam vim. ¶ Vnde breuiter notemus, quod eſt inuenire

Morari:
- Virtuoſum,
- Vitioſum,
- Doloroſum,
- Gaudioſum.

¶ Primo igitur dicam, quod eſt mora hominum perfectorum quæ eſt virtuoſa. Morantur enim hi

In:
- Cœlo per deſiderium & amorem,
- Inferno per meditationem & timorem,
- Corde proprio per contritionem & dolorem,
- Pœnitentiæ deſerto per afflictionem & laborem.

¶ De mora ergo in Paradiſo, quam faciunt contemplantes, dico quod ſc. more aquilæ, libenter morantur in locis arduis ad ſpeculandum. Iuxta illud, quod de aquila dicitur Iob 39. *In petris manet, & in præruptis rupibus commoratur, & in acceſsis ſilicibus vnde contemplatur eſcam.* Etiam quandoq; morantur in deuotionis agro ſicut dicitur Cant. 1. *Dilectus meus inter vbera mea morabitur.* Etiam dicitur Eccl. 24. *In omnibus requiem quæſiui, & in hæreditate Domini morabor, & in Hieruſalem poteſtas mea.* ¶ De mora inferni, quam faciunt meditantes, dico ſc. quod iſti habent conſiderare amaritudinem infernalem ſimiles talpæ vel anguillæ piſci, quarum illa audita voce humana, fugit remotius, iſta in tempore tempeſtatis commoratur in profundo maris. Vnde dicitur Eccl. 25. *Commorari leoni, & draconi placebit.* Dicitur etiam Num. 13. *Chananæus habitabat iuxta mare.* De mora in corde proprio, quam faciunt inſipientes, qui ſcilic. per amaram contritionem ſemper examinant corda ſua, dicitur Iob 17. *In amaritudinibus moratur oculus meus.* ¶ De mora vero in pœnitentiæ deſerto, quam faciunt proficientes, dicitur 1. Reg. 23. *Dauid morabatur in deſerto in locis firmiſsimis.* Iſta eſt ergo mora hominum perfectorum, quæ eſt virtuoſa. ¶ Secundo dico, quod inuenitur mora hominum peccatorum, quæ eſt vitioſa. Et iſti procul dubio morantur

In:
- Diuitijs temporalibus,
- Delitijs corporalibus,
- Eminentijs ſæcularibus.

¶ Prima eſt mora auarorum, qui ſcilicet nimium volunt circa mundi diuitias immorari. Et de hoc dicitur Iob 39. *Nunquid rhinoceros volet ſeruire tibi, aut morari ad præſepe tuum?* Rhinoceros vero ſignat auaros, qui ad laborandum pro terrenis ſunt fortiſſimi, & ideo ad præſepe diuitiarum mundialium cõmorantur.

¶ Secunda eſt mora luxurioſorum, qui ſcilicet ſemper ... tunt in delitijs conuerſari. Vnde Iob 37. *Ingredietur beſtia latibulum ſuum, & in antro ſuo commorabitur.* ¶ Tertia vero mora eſt ſuperborum, qui ſcilicet ſemper quærunt in mundi officijs & dignitatibus collocari. Vnde Prou. 30. *Stellio manibus innititur, & moratur in ædibus regum.* Iſta ergo eſt mora hominum peccatorum, quæ eſt vitioſa.

¶ Tertia eſt mora hominum damnatorum, quæ eſt doloroſa. Et iſti figurantur Soph. 2. vbi de Niniue deſtructa loquitur, & dicit, quod *beſtiæ gentium & onocrotalus & ericius in liminibus eius morabuntur,* quia ſcilicet in inferno, qui deſtructa ciuitas poteſt dici, morabuntur finaliter beſtiæ, id eſt, carnalis immunditiæ ſectatores. Onocrotalos, qui horrende ſtridet, id eſt, infamis eloquentiæ detractores. Ericius indutus ſpinis, id eſt, auari opulentiæ poſſeſſores. De quibus dicitur Prou. 21. *Vir, qui errauerit à via doctrinæ, in cœtu gigantum commorabitur.* Iſta eſt ergo mora hominum damnatorum quæ eſt doloroſa. C

¶ Quarta autem eſt mora hominum beatorum, qui ſcilicet ſurſum cum Chriſto in cœli palatio commorantur, quæ eſt gaudioſa, Ioan. 11. *Venit Ieſus in ciuitatem quæ dicitur Ephrem, & ibi morabatur cum diſcipulis ſuis.* De mora etiam, in quantum ſumitur pro perſeuerãtia, dic per omnia ſicut ſupra dictum eſt de mora virtuoſa. De mora in quantum denotat tarditatem, ſicut Gen. 45. *Deſcende ad me, ne moreris.* & Leuit. 19. *Non morabitur opus mercenarij apud te vſque mane.* Vide de negligentia & tarditate vel in tabula ſi non ſit titulus ſpecialis. D

**Mordere. Morſus.** Cũ mordere ſit aliquid dentibus pungere vel vorare, notabis, quod in ſcriptura reperitur multiplex morſus, videlicet A

Morſus:
- Detractionis,
- Tentationis,
- Vexationis,
- Damnationis.

Mordet:
- Detractor morſu vipereo,
- Tentator morſu venereo,
- Vexator morſu funereo,
- Damnator morſu tartareo.

¶ Primo ergo dicam, quod eſt dare morſum vipereæ detractionis. Conſtat enim quod ſicut vipera occulte mordet & pungit, & tamen manifeſte nocet, & inficit, ſic detractor occulte hoc eſt dictum, in abſentia patris mordet & detrahit, & totum corpus, id eſt, totam famam inuenenat, inficit & corrumpit. Vnde Eccl. 10. *Si mordeat ſerpens in occulto, nihil eo minus habet, qui occulte detrahit.* O quot ſunt hodie tales occultæ viperæ, & ſerpentes aliorum famæ & nomini detrahentes. Videtur enim quod totus mundus in Libya eſt poſitus, quæ ſcil. eſt regio, quæ in multitudine ſerpentum cæteris orbis partib. plus abundat, & maxime in ſolitudinib. & deſertis, quia vix tranſit aliquod animal quin ab eis mordeatur. Sic reuera in mundo abundat tanta copia detractorum & maxime in deſertis religionum, clauſtrorum, quod via poteſt aliquis trãſire per iſtos, quin morſorem inueniat, aut punctorem. Hierem. 8. *Mittam vobis ſerpentes & regulos, quibus non eſt incantatio, & mordebunt vos.* Et ſcitis certe, ſicut lupi quando ſunt antiqui & in rabiem conuerſi, libentius mordent, & deuorant homines, quam pecudes, ſic tales libentius per detractionem lacerant bonos, quam malos, & virtuoſos homines, quam infames. Sapient. 16. *Superuenit illis ſcilicet iuſtis, ſæua beſtiarum ira, & morſibus peruerſorum colubrorum exterminabantur.* Vnde Mich. 3. Dominus reprehendit malos prophetas, qui (inquit) *ſeducunt populum meum, & mordent dentibus ſuis, & prædicant pacem, & ſi quis non dederit in ore ipſorum quippiam, ſanctificant ſuper eum prælium.* Patet ergo, quod eſt dare morſum vipereæ detractionis. ¶ Secundo dico, quod eſt dare morſum venereæ tentationis. Conſtat enim quod caro, mundus, & dæmonia diuerſis morſib. tentationum mordent animam. Sed præcipue caro humana venereis morſibus mordet, ita quod de delitijs carnalibus, vel de carne poteſt dici illud Prou. 23. *Fouea profunda meretrix, & puteus anguſtus aliena.* Sequitur. *Ingreditur blande, ſed in nouiſsimo mordebit vt coluber, & ſicut regulus venena diffundet.* Eſt igitur dare morſum venereæ tentationis. ¶ Tertio dico, quod eſt dare morſum funereæ ſeu fulgureæ vexationis, hoc eſt dictũ, exterioris & temporalis tribulationis. O quis eſt ille, qui tali morſu non mordeatur, & qui mundi tribulationibus, & vexationibus quotidie non ſubeatur. Nam ſicut videmus, quod animalia imbellia, fugitiua & debilia, ſicut ſunt lepores & capræ, morſibus ſubiacẽt plu- B C

plurimorum, vtpote canum, luporum etiã & leonum, ita quod si vnum euaserint, in dentes incidunt aliorum, sic vere homo diuersis morsibus tribulationum subiicet, & si vnum euaserit, succedens alius eum mordet. Non speret ergo homo, quod in hoc mundo sine tribulationibus viuat, quia teste beato Isidor. *Impossibile est, quod homo sit & quod tribulationes non sentiat.* Vnde Amos 9. *Non erit fuga eis* (supple quin tribulationes sentiant & sustineant) *& non saluabitur, qui fugerit & si celauerint se ab oculis meis in profundo maris, ibi mandabo serpenti, & mordebit eos,* q.d. quod homo nunquam taliter abscondit se, aut celat, quod omnino tribulationes euadat, imo certe sæpe fit, quod vbi securior credit esse, aliquem ex insperato reperit qui ipsum mordeat & inuadat, sic ad literam videmus de beatis & fœlicibus huius mundi, quibus vbi se magis securos esse credunt, ibi citius tribulationes & miseriæ veniunt, inimici & accusatores insurgunt, ita quod status eorum ad nihilum deueniunt, & decurrunt iuxta illud Abac. 2. *Repente consurgent qui mordeant te, & suscitabuntur lacerantes te, & eris in rapinam eis.* Et quia spoliasti gentes multas, spoliabunt te qui reliqui fuerint ex populis. Patet ergo, quod est dare morsum
D corporeæ seu fulgureæ vel funereæ vexationis. ¶ Quarto dico, quod est dare morsum tartareæ damnationis. Quia reuera damnati sentiunt multos morsus videlicet

Morsum { Sententiæ superius contra eos fulminatæ, / Conscientiæ interius contra eos effrænatæ, / Diabolicæ malitiæ exterius contra eos ordinatæ.

¶ Vnde Deut. 32. *Consumentur fame, & deuorabunt eos aues morsu amarissimo.* Dentes bestiarum immittam in eos, cum furore trahentium super terram atque serpentium. Sic ergo patet, quod
E in scriptura reperitur quadruplex malus morsus. ¶ De vero morsu potest dici, quod inuenitur

Morsus { Conscientiæ pectoralis, / Iustitiæ pastoralis, / Potentiæ imperialis.

¶ Conscientia enim bene ordinata statim mordet, & murmurat contra quemcunque male agentem, iuxta illud Eccl. 10. *Qui dissipat sepem, mordebit eum coluber.* Iustitia etiam boni iudicis, vel prælati malefactores solet mordere, & eos punire. Gen. 49. *Fiat Dan coluber in via cerastes in semita, mordens vngulas equi.* Potentia insuper maxime diuina dæmones & mortẽ momordit, & eorum potentiam maxime destituit & confundit, iuxta illud Ozeæ 13. *Ero mors tua ô mors, morsus tuus ero inferne.* Sic ergo patet, quod mordere in bono sumitur & in malo.

A **Mors. Mori. Mortuus.** Nota, quod in scriptura fit mentio de quadruplici morte, videlicet

De morte { Naturali, quæ est præuidenda, / Virtuali, quæ est appetenda, / Criminali, quæ est præcauenda, / Æternali, quæ est metuenda.

¶ De morte, dico, naturali, id est, illa, cui propter peccatum Adę subiicitur omnis homo. De qua dicit Apostolus Heb. 9. *Statutum est hominibus semel mori:* & Seneca dicit, quod *quibus nasci contingit, mori restat.* ¶ De morte etiam virtuali. Et ista est mors spiritualis, quã boni moriuntur, & mortificantur mundo, vt viuant Deo. De qua Phil. 1. *Mihi viuere Christus est & mori lucrum.* & Col. 3. *Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram.* ¶ De morte etiam criminali, & ista mors nihil aliud est, quam mortale peccatum, quod animam mortificat & occidit. De quo Apoc. 3. *Nomen habes quod viuas, & mortuus es.* ¶ De morte insuper æternali, & ista est mors, & pœna inferni, quæ etiam in scriptura dicitur mors secunda. De qua dicitur in Psal. vbi de damnatis peccatoribus loquitur. *Sicut oues, inquit, in inferno positi sunt, mors depascet eos.* De ista ergo quadruplici morte aliquid breuiter per ordinem est
B dicendum. ¶ Dicamus ergo primo de morte naturali. Sed quia de mortuis recordamur plusquam 20. fecisse sermones, quorum etiam auctoritates diuisæ & prosecutæ potuerunt hic annecti, idcirco breuiter transeamus & dicamus, quod secundum Senecam, *mors nihil aliud est, quam finis & defectus vitæ.* Mors enim non est aliquid, quia, vt dicit, non est aliquid positiuum, sed priuatiuum. Et inde est, quod dicitur Sapient. 1. *Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum.* Et possumus notare de morte, quod omnia quæ sunt hic inferius, sunt naturaliter corruptioni subiecta, sicut patet in animalibus, arboribus & fructibus quod vtiq; facit contrarietas quatuor elementorum, quorum vnum continue agit in aliud, & inde necesse est, quod corruptio sequatur, & quod res deficiat & frustretur. Ad quod accedit verbum scripturæ Eccl. 14. dicentis, quod *opus corruptibile in fine deficiet.* Et propter hoc charissimi, cum nos simus humani quo ad corpus de elementis contrarijs compositi, & vanitati & mutabilitati subiecti, secundum quod dicitur Rom. 8. *Vanitati subiecta est omnis creatura,* inde est, quod per mortem necesse habemus deficere & corruptioni & miseriæ subiacere. Sicut enim videmus, q̃ omnes stellæ, quæ ab oriente veniunt, quamuis magnæ sint claritatis & virtutis, ad occidentem tamen tendunt, & ibi secundum diuersos iaculos aliæ tardius, aliæ citius à nostris visibus se abscondunt, sic vere homines vniuersi qui ab oriente, id est, per natiuitatem vtuntur mundo, quamuis ibi aliquamdiu rutilent & clarescant, tamen necesse est, quod alij tardius, alij citius, secundum quod cursum durationis suæ à Deo acceperunt, finaliter ad occidentem mortis veniant, & descendant, & quod ibi à mundi visibus deficiant & recedant. Sicut enim dicitur 1. Corinth. 15. *In Adam omnes moriuntur.* Et ideo breuiter exponamus illam flebilem auctoritatem, quæ scribitur 2. Regum 14. *Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram, quæ non reuertantur.* In quibus verbis aduerte, quod mors habet scilicet potentiam insuperabilem, quia scilicet ista concludit omnes: pœnitentiam ineuitabilem, quod scilicet notatur in verbo præsentis temporis, morimur. Duritiam inmitigabilem, quia scilicet ipsa facit quasi aquam, nos labi in terram, & ostendimus cum dicitur, *Et quasi aquæ dilabimur in terram:* Sententiam irreuocabilem quod ostenditur, cum dicitur. *Quæ non reuertuntur.* ¶ Dico, quod ista habet insuperabilem potentiam, C
quod ostenditur, cum dicitur. [Omnes] quia scilicet ista non superat vnum solum, imo proculdubio omnes scilicet fortes & debiles, lætos & tristes, diuites & pauperes, egenos & aduenas, vicinos & vicinas. Sicut enim secundum sapientem Ecclesiast. 1. *Omnia flumina intrant mare,* sic proculdubio omnes homines in hac fluctuosa vita fluentes, mare, id est, mortis amaritudinem necessario subintrant. Amos 9. *Morientur omnes peccatores.* Mors erum est

Omnium { Pœna, / Tributum, / Carcer, / Domus, / Receptaculum.

Sicut enim maris abyssus dicitur hospitium omnium fluuiorum, sic mors (vt dictum est) est finalis receptio omnium mortalium viatorum. Et ideo Iob 30. dicitur: *Scio, quod morti trades me, vbi constituta est domus omni viuenti,* Vnde dicebat Seneca. *Morior, nec primus nec vltimus, omnes, inquit, me præcesserunt, & omnes sequentur, hac conditione intraui, vt exirem.* De ista ergo vniuersali & insuperabili potentia mortis possumus notare, quod mortem non possunt euadere, scilicet

Nec { Potentia fortiores, / Scientia doctiores, / Substantia ditiores, / Eminentia digniores.

De fortioribus enim patet, quia sicut dicitur Iob 1. *Iste moritur robustus & sanus.* De doctiorib. dicitur Eccl. 2. *Moritur doctus simul & indoctus.* De ditioribus dicitur Luc. 16. *Mortuus est autem diues & sepultus est in inferno.* ¶ Item de dignioribus etiam dicitur Eccl. *Hodie est Rex, cras morietur.* Et breuiter nulla ætas, nullus sexus, nulla conditio euadit mortem. Ista est enim sicut hyæna bestia immundissima, quæ in mortuorum carnibus delectatur, quæ secundum Plinium, talis est naturæ quod si hominem viderit mortuum, necessario figit gradum, & tres circulos facit ne ab eo abstrahatur. Sic pro certo charissimi, mors videtur in mortuorum carnibus delectari, quæ scilicet tot & tantos non cessat quotidie deuorare, & suis legibus subiugare. Homines enim tribus circulis, i. e. tribus præcipuis nocumentis circuit & concludit, videlicet ablatione rerum, amicorum & corporum, sicque necessario facit homines sistere, & suis duris legibus subiacere. Ideo fortitudinem istius bestiæ expauescens dicebat Dauid in Psal. *Quis est homo, qui viuet, & non videbit mortem?* q. d. nullus. Quia sicut dicitur Eccles. 26. *A muliere initium peccati factum fuit, & per ipsam omnes morimur.* Et sic patet, quod mors habet potentiam insuperabilem. Omnes inquit. ¶ Item mors habet D.
præsentiam ineuasibilem. Vbicunq; enim se homo vertit, semper habet mortem præsentem. Vnde etiam dicit Bernard. *Scito, inquit, quod vbique mors te expectat, tu vero si sapiens fueris, vbique eam* expe-

expectabis. Ista vero mortis præsentia ostenditur, cum dicitur (Morimur.) Non moriemur, scilicet, quia nostrum viuere est vnum mori. Et hoc probat Seneca. *Dicit enim quod in prima die natiuitatis nostræ, vita nostra longior est, quam vnquam postea futura sit.* Et ideo omni die & omni hora demitur aliquid de via & longitudine cursus nostri. Et inde est, quod quanto plus viuimus tanto magis minuitur vita nostra. Quapropter (dictum est) mors vt semper nos comitatur, nobis præsentialiter imminuatur, & omni die vnum diem de vita nostra nobis subtrahit; & furatur. Morimur ergo sicut dictum est, in præsenti. Vnde etiam dicit Seneca epist. 24. *Quotidie* (inquit) *morimur, quotidie demitur vitæ nostræ aliqua pars, & tunc quoque cum crescimus vita decrescit. Infantiam amisimus, deinde pueritiam, denique adolescentiam, vsque ad hesternum quicquid transijt temporis, perijt, & hunc ipsum, quem agimus diem, cum morte diuidimus.* Ecce charissimi quanta est nobiscum præsentia mortis, cum qua etiam necesse habemus omni die diuidere vitam nostram. Apostolus etiam dicit 1. Cor. 15. *Quotidie morior propter gloriam vestram.* Et propter hoc bene patet, quod
E mors habet præsentiam ineuitabilem. ¶ Item mors habet duritiam intolerabilem, quia scilicet ipsa facit nos in terram dilabi sicut aquas. Sicut enim videmus, quod aqua in nube vel in glacie congelata propter feruorem solis solet liquefieri, & in terram & lutum dilabi, & conuerti, sic vere nostra fragilis, & aquea conditio, quæ recte nihil aliud est, quam quædam carnea glacies aliquantulum congelata, quando per feruorem mortis cōteritur, & vrgetur, necesse habet affluere, & dilabi, & ad terram, & in terram decidere, & mutari. Quasi (inquit) aquæ dilabimur in terram. Et in Psalm. 21. dicitur: *Sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia ossa mea.* Et Ecclesiast. 3. *De terra facta sunt omnia, & in terram pariter conuertentur.* Elephas enim quamuis sit animal fortissimum, dicunt tamen quod cum incante arbori dormiendo innititur, occultus venator arborem debilitat, & sic elephas fracta arbore in terram delabitur, vbi quia consurgere nequit, à venatore necatur, quia quando cadit super terram, non potest surgere de seipso, & propter hoc dormit innixus arbori. Sic pro certo quanquam homo sit fortis & strenuus, quia tamen occultus venator, id est, mors arborem suæ vitæ fragilis continue debilitat & consumit, necesse est, quod ad terram finaliter cadat, & quod ibi miserabiliter corrumpatur. Esa. 14. *Corruisti in terram, qui vulnerabas gentes.* Sicut igitur aquæ dilabimur in terram. Et bene sicut aquæ quia pro certo sicut aquæ labentes in terram, à terra absorbentur ita quod amplius non inueniuntur: sic homines mortui in terram defossi nostris conspectibus non repræsentabantur. Et ideo, quærebat dubitatiue Iob 24. *Homo cum mortuus fuerit & nudatus, atque consumptus, vbi quæso est?* q. d. nescitur. Et nota, quod iste dicitur

Homo, Consumptus, Nudatus, } propter { fragilitatem naturalium, abstersionem temporalium, corruptionem corporalium.

F ¶ Patet ergo, quod mors habet duritiam intolerabilem. ¶ item mors habet sententiam irreuocabilem, quod ostenditur cum dicitur. Quæ non reuertuntur.) Sicut enim cœlum currendo ab oriente ad occidentem, nunquam reuertitur, imo directo cursu semper labitur quousque in mane iterum oriatur, sic homo postquam ad occidentem mortis venerit, nunquam ad vitam naturaliter amplius reuertetur quousque per resurrectionem viuinam iterum orietur. Non reuertuntur inquit. Vnde Iob. 7. *Viam per quam non reuertar, ambulo.* Et ideo admiratiue dicitur Iob 14. *Putas ne mortuus homo rursum viuat?* q. d. non naturaliter, quia sicut dictum est, mors habet sententiam irreuocabilem. Et istæ sunt quatuor mortis conditiones, videlicet sententia irreuocabilis, duritia immitigabilis, præsentia ineuitabilis, potentia indeclinabilis. ¶ Et ideo nota, quod mors est talis conditionis, quod ipsa

Per { Patientiam debet sustineri, Sapientiam debet præuideri, Fortitudinem non debet timeri, vel Sanctitudinem debet præueniri.

G ¶ Dico ergo, quod mors debet in patientia sustineri. Sicut enim dicit Seneca. *Homo moriens non debet magis conqueri vel tristari si ad mortem peruenerit, quam nauigans si celerius quam credidit, ad portum ad quem nauigat applicuit.* Portus ad quem continue nauigamus, est mors. Et ideo si euentus casus & fortunæ ad istum portum nos subito & ex insperato duxerit, nos non debemus dolere, sed potius in patientia sustinere. Et ideo sancti, & iusti, & naturales philosophi de morte non doluerunt, sed ipsam in patientia sustinuerunt, sicut exemplum habemus in scriptura 2. Mach 6. de Eleazaro, de quo dicit, quod *gloriosam mortem magis, quam odibilem vitam amplectens voluntarie ibi dat supplicium*, innocens quemadmodum oportet accedere patienter: exemplū etiam habemus de filia Iepthe Iudicum 11. videns se propter votum patris occidendam & immolandam, non timuit, sed mortem in patientia sustinuit, sed solum ad plorandum virginitatem dilationem mortis spatium duorum mensium requirit. Inter philosophos etiam quot sunt exempla de patientia mortis potest qui libros legit recordari. Sicut enim in libro Laertij de vitis philosophorum legitur, Socrates, qui Athenis morti à ciuibus erat condemnatus, pro eo, quod eos de Idololatria reprehendebat, cum posset ab amicis data pecunia liberari, noluit, sed de potione venenosa mortem patientissime sustinuit, & de morte vsque ad mortem cum discipulis disputauit. Et breuiter lege Senecam, & discurre per libros philosophorum & infinitos inuenies mortem per patientiam sustinuisse, & vitam istam miseram contempsisse. Lege Tullium in libr. 1. quæstionum Tusculanarum. Vbi de commoditate mortis ipse posuit exempla naturalia. Cum enim (vt ait) Trophonius, & Agamedes templum Apollini ædificassent, petierunt in genere remunerationem à Deo, & sibi dari indeterminate illud, quod erat hominibus optimum. Quibus cum respondisset Apollo orationes eorum esse exauditas, & quod die tertia erant munus salarium recepturi, sic actum est, quod illi duo illa die mortui sunt reperti. Ad idem autem addit exemplum idem Tullius de Argia sacerdotissa, quæ cum quodam die pro sacrificando in quadam solennitate ad templum curru veheretur, & propter iumentorum mortem vltra ire nequiret, sic actum est, quod duo filij sui scilicet Cleobis, & Biton veste posita corpora oleo inungentes currum matris ad locum traxerunt, In quo cum plurimum laborassent, petijt à dijs sacerdotissa dari filijs suis pro præmio pietatis illud maximum donum quod à dijs poterat dari hominibus, nihil aliud exprimendo, sed aliquod maximum expectando. Factum ergo fuit, quod cum dicti iuuenes cum matre cœnassent, euntes ad somnum in crastino mortui reperti fuerunt. In quibus quidem exemplis vult Tullius supponere, quod nihil potest dari mortalibus quod eis sit melius ipsa morte. Dato enim quod illi dij nihil essent aliud, quam dæmonia, in responsis tamen suis consueuerant (vt communiter) veritatem dicere, vt sic possent miseros homines ad cultum suum fortius inuitare. Concludo ergo, Si apud illos paganos, qui futurorum nullam spem habebant, mors reputabatur summum bonum, sicut etiam de Thracibus dicit Pomponius & Valerius Maximus libr. 2. cap. 1. quod apud eos læta sunt funera, luctuosa vero natalitia. (Nam inter philosophos animas putant non emori, sed transire, alij vero emori, quidam vero putant beatius esse mori quam viuere) multo fortius ergo nos Christiani, qui velut firmam anchoram spem futurorum habemus, debemus mortem non timere, sed cum patientia sustinere. Sicut patet etiam exemplis pluribus ipsorum infidelium paganorum scilicet Catonis, qui se occidit. Socratis qui venenum bibit. Reguli, qui patientia crucem tulit. Philenorum, qui pro augendo Carthaginis imperio se viuos sepeliri permiserunt in ijsdem arenis vbi patriæ fines ampliauerunt. Et de duobus Decijs, qui pro vtilitate Romana vitam suam inferis deuouerunt, sicut ponit Titus Liuius & Valerius maximus. De patribus noui testamenti quid dicemus, & maxime de martyribus sanctis, qui videlicet pro Christo mortem non solum in patientia sustinuerunt, imo etiam ipsam non senserunt? Nam sicut linitus oleo mandragoræ, ferrum & sectionem non sentit, sic & isti, qui oleo exaltationis & futuræ & spei & consolationis à Deo fuerunt liniti, mortem, & verbera non senserunt, sed ipsa cum gaudio, & patientia sustinuerunt, iuxta illud Prou. 23. *Verberauerunt me, & non dolui: vulnerauerunt me, & non sensi.* Ideo merito mors in patientia est sustinenda, quia sicut dicit Seneca: *Quicquid futurum est, necessarium est & libenti animo debet ferri.* Vnde ipse dicit in libro Prou. *Libenter feras quod necesse est.* Et quia mors omnibus est necessaria libenti animo est ferenda, vt ipse dicit in quadam epistola. *Libenter mori est bene mori.* Vnde etiam ipse dicit alibi. *Vixi* (inquit) *mi Lucille, quantum opus erat, mortem lætus & plenus dierum expecto. Fortissimus aduersus fortunam, non contremiscamus iniurias, vincula, verbera, carceres, egestatem, mors quidem aut finis est aut transitus ad meliora.* Ergo desine timere aut transire. Sic igitur patet, quomodo

H do mors debet in patientia sustineri. ¶ Deinde dico, quod mors debet cum diligentia præuideri. Præuidenda est enim & considerãda, videlicet mors propria, vt præmuniamur. Mors bonorum, vt ad bonum animemur. Mors malorum, vt in nostris passionibus consolemur. ¶ Est enim consideratio mortis nostræ vtilis ad nostram præmunitionem. Teste enim Gregor. *Minus iacula feriunt, quæ præuidentur.* Et ideo si mortem cogitando præuiderimus, minus sua percussio cum venerit, nos grauabit. Et ideo Seneca dicit. *Mortem vero nunquam timeas, sed semper cogita.* Talis enim consideratio inducit humilitatem. Exemplum de pauone, qui videns turpitudinem pedum suorum, fastum plumarum suarum deponit. Causat securitatem, quia scilicet mors continue præuidetur, securius expectatur. Vnde dicit Seneca in libro de naturalibus quæstionibus. *Effice tibi mortem cogitatione familiarem, vt ita cum fors tulerit, possis ei obuiam exire.* Item ostendit sagacitatem. In libro enim de dictis Philosophorum dicitur, quod requisitus quidam Philosophus, *quæ esset maior sapientia,* dixit: *frequenter cogitare de morte.* Consideratio igitur mortis nostræ vtilis est ad nostram præmunitionem. Et istud est contra illos, qui non præcogitant mortem suam quibus accidit sicut crocodilo, qui dum satiatus profunde dormit, quædam auicula, quæ habet pennas scindentes, in ventrem ipsius illabitur, & ipsum, dum dormit, scindit, vulnerat, & occidit. Sic vere dum homo præcogitans mortem dat se ad dormiendum in delitijs & peccatis, subito à morte scinditur, & occiditur, & dum non sperat, subito enecatur. Et ideo docet sapiens Eccl. 14. *Memor esto, quoniam mors non tardabit.* Non sic ergo, quia pro certo, vt dictum est, consideratio mortis nostræ vtilis est ad nostram præ-
I munitionem. ¶ Item dico, quod consideratio mortis bonorum vtilis est ad nostram animationem, quia videlicet sicut elephas aspectu sanguinis ad prælium animatur sic iustus consideratione mortis iustorum qui scilicet tam sancte mortui fuerunt, tam alta speraverunt, & tam fortiter contra hostes animo pugnauerunt, debet ad similia spirare, & in pugnam mundi ex causis similibus consolari. Et sic consideratione mortis cuiuslibet viri iusti nos possumus dicere illud Ioannis 11. *Vadamus, & moriamur*
K *cum eo.* ¶ Item consideratio mortis malorum est vtilis ad nostram consolationem. Summa enim consolatio bonorum est consideratio enormis & infamis mortis hominum malignorum, qualiter scilicet subito moriuntur, & qualiter in hoc sæculo & in alio puniuntur. Sicut enim dicit Plinius, Cinis murium combustorum cum vino mixtus si dolentibus auribus instilletur, sanat dolorem. Mures enim charissimi, signant malos detractores, qui non cessant corrodere famam nostram. Malos etiam auaros, & raptores, qui non cessant corrodere substantiam nostram Malos insuper iniuriatores, qui non cessant corrodere & lædere vitam nostram. Quia charissimi, cum tales post mortem igni perpetuo tradiri sunt comburendi, dolentibus de iniurijs sibi factis summum est remedium & solatium, quod auribus & auditibus ipsorum, cinis id est, memoria mortis talium instilletur, & quod de morte sua mala aliqua narratio prædicetur. Sicut enim dicitur in Psal. 33. *Mors peccatorum pessima.* Et ideo *lætabitur iustus cum viderit vindictam, manus suas lauabit in sanguine peccatoru.* Breuiter igitur hæc mors, videlicet tam nostra, quam aliena, à nobis debet meditari, & iugiter memoriæ commendari. Exemplo cuiusdam magni Philosophi qui cum semper vellet habitare in cœmiterijs, & ossa mortuorum tangere & palpare, requisitus ab Alesandro quare hoc faceret, respondit: *Quia valde* (inquit) *libenter vellem internoscere ossa regum & ducum ab ossibus pauperum seruorum.* In quo quidem instruimur, quod bonum est per considerationem in cœmiterijs habitare, & conditione carnis quali post mortem futura sit, profundius cogitare. Vnde Iob 21. *Ipse ad sepulturam ducetur, & congerie mortuorum vigilabit.*
L Patet ergo, quod mors debet cum diligentia præuideri. ¶ Denique dico, quod mors debet per fortitudinem non timeri. Mors enim non est timenda triplici ratione, tum

Quia est { Certa & necessaria,
Breuis & transitoria,
Vtilis & meritoria.

¶ Certa dico, & necessaria. Istud vero valde debet diminuere timorem, quia scilicet certi sumus, quod necesse est nos mori. Vnde Seneca inquit. *Vis aduersus proprium corpus fortis esse? tanquam migraturus habita. Propone quandoque hoc contubernio carendum, fortior eris ad necessitatem exeundi.* ¶ Item breuis & transitoria. Vnde dicit idem libro de contemptu mortis. *Mors timenda erat si tecum esse posset, sed necesse est, aut quod non veniat, aut quod transeat.* ¶ Item vtilis & meritoria, quia videlicet sicut dicit quidam sanctus, mors nihil aliud est, quam exitus de carcere. Finis enim illius est

Laboris consummatio,
Ad portum applicatio,
Peregrinationis fruitio,
Oneris grauissimi depositio,
De equo furioso descensio,
De domo ruinosa liberatio,
Omnium ægritudinum terminatio,
Omnium periculorum euasio,
Omnium malorum consumptio atque diruptio,
Debiti naturæ solutio,
Reditus in patriam, & ingressus ad gloriam.

¶ Est igitur mors non timenda certe & maxime bonis viris, qui per mortem ad gloriam se venturos esse [illegible]unt, quia in talibus verificatur illud Eccles. 7. *Melior est dies mortis, quam dies natiuitatis* Ideo talibus dicitur illud Eccles. 41. *Noli metuere iudicium mortis* Sed pro certo charissimi, illud intelligitur de viris iustis non de iniustis, quia videlicet viri iniusti valde (& merito) debent timere mortem, cum per ipsam non habent transire ad gloriam, sed ad pœnam. Eccl. 41 *O mors quam amara est memoria tua homini iniusto & pacem habenti in diuitiis suis, viro quieto, cuius viæ sunt directæ in omnibus, & adhuc valenti capere cibum.* ¶ Vbi aduerte, quod M
mors est terribilis & amara, videlicet abundantibus iniquitate. [Homini iniusto inquit.] Affluentibus in prosperitate [Pacem inquit habenti in diuitijs.] Diffidentibus de bonitate [Viro inquit quieto.] id est, otioso. Carentibus aduersitate. [Cuius inquit directæ sunt viæ.] Nec languentibus infirmitate. Ad hoc (inquit) valenti sumere cibum. Non simus igitur tales, sed simus boni & iusti, vt non timeamus mortem cum venerit. Exemplo Phœnicis, quæ instinctu naturæ sciens se per ignem & mortem vitam iterum recepturam, & redituram per pristinam iuuentutem, voluntaria & intrepida intrat ignem vbi accenditur, & moritur, & in cinerem & puluerem commutatur, & tandem in eandem auem post trium dierum spatium transformatur. Sic vere sancti & iusti per mortem ad vitam venire perpetuam crediderunt. Patet ergo, quod mors est per fortitudinem vilipendenda, per sapientiam præuidenda, per sapientiam sustinenda. Et hæc ad præsens sufficiant de morte naturali, quia quasi in infinitis locis & titulis inuenies multa dicta. Est ergo mors naturalis, quæ est exoluenda. ¶ Secundo principaliter dico, quod N
est mors spiritualis & virtualis, quæ est appetenda. Et ista nihil aliud est, quam suipsius deiectio, maceratio, & ad humilitatem vel patientiam reductio. Vir enim iustus & perfectus dicitur mortuus, qui ad voluntatem portantis regitur. Non se mouet vel recalcitrat, si pungitur nõ sentit, nec clamat, sed omnia, quæ sibi fiunt, in patientia sustinet, sic vere vir perfectus & maxime bonus religiosus, ad voluntatem alterius permittit se regi per obedientiam, imo sine rebellione sustinet omnia per patientiá & tolerantiam. Et de tali mortuo legitur Rom. 6. *Qui enim mortuus est, iustificatus est à peccato.* Et tali etiam morte religiosi dicuntur mortui, quia scilicet non mundo debent viuere, sed Deo. Et sic de tali morte exponitur illud Ioan. 11. *Lazarus amicus noster mortuus est.* De tali etiam morte, vel mortificatione intelligitur ill[illegible] Ioan. 12. *Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet. si autem mortuum fuerit, multum fructum affert.* ¶ Vbi aduerte, quod tales sunt mortui vel mortificati per exteriorem afflictionem, quia dicuntur mortui. Per vberiorem conditionem, quia dicuntur multum fructum afferre, quia suam carnem mortificant, & affligunt. Ideo tales dicuntur

Prompti & obedientes,
Deuoti & compatientes,
Docti & studientes.

De obedientibus potest dici illud Ioan. 5. *Mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint viuent.* De compatientibus vero dicitur Io. 6. *Patres vestri manducauerunt manna, & mortui sunt.* Dulcedo enim mannę signat dulcedinem deuotionis & compassionis, quę semper solet, mortem humilitatis concomitari. De prudentibus dicitur Ioan. 6. *Abraham pater noster mortuus est, & prophetæ mortui sunt.* Et breuiter omnes boni in hoc mundo habentur pro mortuis & pro vilibus & despectis. Vnde Sapient. 3. *Visi sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace.* Vnde ipsi dicunt illud Psalm. 43. *Propter te mortificamur, tota die æstimati sumus sicut oues occisionis.* ¶ Sed tamen si aliquid velis addere de morte O
vir-

virtuali & spirituali, potes notare, quod vir perfectus mortuo comparatur multiplici ratione, quia scilicet

Tumultibus non inquietatur,
Insultibus non plus infestatur,
Terrestribus bonis non plus meditatur,
Spiritibus notis sociatur,
Cum dentibus punitus non tristatur,
Hominibus non plus copulatur,
Inanibus verbis non lætatur,
Ab omnibus licet expellatur,
A manibus tamen receptatur,
Tegumnibus aureis velatur,
Luminibus cæteris lustratur,
Cantibus clericis laudatur, &
Pulsantibus campanis sonatur,
Egentibus panis erogatur,
Patentibus templis tumulatur.

¶ Istæ enim sunt conditiones mortui, quæ possunt bonis moribus applicari. Dicam ergo, quod mortuus, id est, vir perfectus, (qui scilicet est de numero illorum, de quibus dicitur Roman. 6. *Exhibete vos Deo tanquam ex mortuis viuentes.* Et Apocal. 14. *Beati mortui, qui in Domino moriuntur*) non inquietatur mundi tumultibus, id est, mundi negotijs, quia scilicet isti abnuunt, & repudiant negotia huius mundi ad modum scilicet mortui, qui caret penitus omni motu, quia scilicet isti prorsus à mundi motibus requiescunt Eccles. 22. *Modicum plora super mortuum, quoniam requieuit.* Et Apoc. 14. dicitur de mortuis, *qui in Domino moriuntur, quod amodo iam dicit spiritus, quod requiescant à laboribus suis.* ¶ Itē talis mortuus non plus infestatur hostis insultibus, id est, diaboli tentationibus. Sicut enim hostis persequitur inimicum suum vsque ad mortem, sed si inuenit eum mortuum, dum tamen sit vir nobilis cordis, non solet eum amplius lædere, nec contra eū plus sæuire sic diabolus persequi solet hominem quamdiu sentit eum proficiendo viuum & spirantem, quando vero inuenit eū ex toto mortuum, id est, virtutum plenitudine consopitum, & à motu vitiorum penitus alienum, tunc cessat eum tentare, & sibi amplius insultare. Sicut enim dicunt sancti diabolus non libenter tentat hominē à quo fuit superatus. Exemplo leonis 3. Regum 13. de quo dicitur. *Non tetigit prophetam mortuum, nec læsit asinum.* Ad denotandum, quod leo diabolus spirituales mortuos, seu mundo mortificatos, non potest lædere, nec asinos, id est, deiectos & humiles infestare. Leuit. 22. *Morticinum aut captū à bestia non comedet.* Vnde Ioan. 19. *Vt autem viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura.* ¶ Item talis mortuus virtualis non plus meditatur bonis terrestribus. Quia scilicet sicut mortuus totaliter est semotus ab omni cura, & appetitu bonorum terrenorum, cum amplius non indigeat talibus, sic vir perfectus omnia mundi bona abdicat, & ab eis quo ad affectum penitus se elongat. Eccles. 9. *Mortui autem nihil nouerunt amplius.* q.d. Non amplius cogitant in terrenu. ¶ Item talis mortuus spiritualis applicatur magis cœlestibus, & etiam sociatur magis notis spiritibus. Constat enim quod mortui mole mortalis corporis liberati, melius solent cœlestia cognoscere, & etiam spiritualem naturam perfectius intelligere, & sibi familiares & noti, quam antea magis esse. Sic vere viri perfecti cœlestibus per contemplationem se applicant, & beatis etiam spiritibus famulantur, seruiunt & ministrant. Vnde Luc. 20. dicitur, quod *in resurrectione à mortuis neque nubent, neque nubentur, sed sunt sicut Angeli Dei.* Tales enim sunt viuentes cum mortuis, de quib. dicitur Luc. 24. *Quem quæritis viuentem cum mortuis? non est hic, surrexit,* scilicet ad cœlestia contemplanda. ¶ Item talis mortuus non tristatur punitus cum dentibus. Quia scilicet sicut mortuus perdidit omnem sensum, ita quod si percutitur aut pungitur, nunquam solet sentire, sic vir perfectus tanta patientia solet esse firmatus, quod omni sensu videtur esse priuatus, in quantum scil. non murmurat nec recalcitrat, neque turbatur, sed se habet tanquam non sentiens, aut sicut mortuus. Vnde 2. Mach. 6. *Gloriosam mortem magis, quam odibilem vitam complectens voluntarie ibat ad supplicium* 1. Petr. 3. *Mortificatos in carne, viuificatos autem spiritu.*

¶ Item talis mortuus non ligatur, seu copulatur viuis hominibus. Sicut enim mortui segregantur à societate hominum viuorū & iunguntur cœtibus mortuorum, sic viri perfecti solent se ab hominibus relegare, & à mundanis consortijs segregare, & cum alijs mortuis, id est, viris sanctis & mortificatis personaliter habitare. Psal. 87. *Factus sum sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber,* & Iob 21. *Ipse ad sepulchrum ducetur & in congerie mortuorū vigilabit.* q.d. Habitabit cum mortuis, non cum viuis.

¶ Item talis mortuus non lætatur verbis inanibus, quia scilicet sicut mortui nec loquuntur, nec audiunt etiam loquentes, sic viri perfecti non loquuntur scilicet inaniter verba multiplicando, imo certe silent, & tacent à vanis locutionibus abstinendo, quinimo & loquentes & obloquentes, & insurrantes, & blasphemantes non libenter audiunt, suis vanis sermonibus applaudendo. Vnde Amos 8. *Multi moriuntur, in omni loco projicietur silentium.*

¶ Item talis mortuus conculcatur seu contemnitur à cunctis gentibus, seu etiam à nunc viuentibus. Sicut enim videmus, quod (vt communiter) viui abominantur mortuum, sic vere peccatores & mundo viuentes contemnunt, & abominantur virum iustum, sicut de Lazaro mortuo legitur Ioan. 19. quod etiam proprijs fœtoribus fœtebat. *Domine* (inquit) *iam fœtet,* & tamen Christus ipsum amicum appellabat. *Lazarus* (inquit) *amicus noster dormit.* Vnde de tali contemptu potest dici illud 4. Reg. 7. *Conculcauit eum populus, & mortuum est.* Psal. 30. *Obliuioni datus sum, tanquam mortuus à corde.*

¶ Item talis mortuus receptatur à datis manibus, id est, ab alijs iustis & mortificatis hominibus. Sicut enim manes & mortui præcedentes secum recipiunt alios nouiter morientes, sic viri iusti & sancti libenter recipiunt, & associant illos, quos mundani fugiunt, & euitant, quando ipsos sibi similes, & spiritualiter mortuos esse vident. Matth. 8. *Sinite mortuos sepelire mortuos suos.* ¶ Item talis mortuus adornatur pulchris tegminibus, quia scilicet sicut mortui ponuntur in feretro pannis aureis ornato, sic vere illi, qui per virtutes spiritualiter est mortuus, pannis aureis, id est, honesta exteriori conuersatione velatur, & bonis actibus, moribus & gestibus adornatur. Vnde de tali coopertura honestæ conuersationis potest dici illud Psalm. 20. *Cooperuit nos vmbra mortis.* ¶ Item talis mortuus illustratur claris luminibus. Quia reuera sicut plura luminaria accenduntur erga mortuū, sic plura bona exempla & documenta circumstant, & circumeunt virum iustum. Luc. 1. *Illuminare his, qui in tenebris & vmbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.* ¶ Item talis mortuus circumstatur multis cantantibus. Quia scilicet sicut mortuum solent cantantes clerici circumstare, & propter eum campanæ strepere, & sonare, sic vere multi sunt qui finaliter de vita & perfectione viri iusti cantant, & exultant, ipsumque magnificant, atque laudant. Ecclesi. 4. *Laudaui magis mortuos, quam viuentes.* ¶ Item talis mortuus frequentatur à viris egentibus. Quia reuera sicut pauperes & indigentes solent conuenire erga funera mortuorum vt eleemosynas recipiant pro eisdem, sic vere ad literam tales spirituales mortui solent indigentes nutrire, & eisdem eleemosynas diuidere, & donare. Ecclesiastic. 41. *O mors, bonum est iudicium tuum homini indigenti.* ¶ Item finaliter talis mortuus tumulatur templis patentibus, quia sicut mortuus finaliter in loco sacro, ecclesia scilicet vel cæmiterio tumulatur & ab humanis visibus occultatur, sic vere vir perfectus finaliter, loco sacro paradisi reconditur & sepelitur 4. Regum 13. *Mortuus est igitur Helisæus, sepelierunt eum.* Sic igitur patet, quod vir iustus mortuo comparatur. Et ideo bene dicitur, quod in scriptura inuenitur mors virtualis, quæ est appetenda. ¶ Tertio principaliter dico, quod est mors peccati, quæ est præcauenda, quæ scilicet animam occidit, & hominem peccatorē facit mortuum & infectum. Sicut enim videmus, quod mortuus se non mouet, non loquitur, non videt, non odoratur, nec gustat, fœtet, est viuis terribilis, grauis, & ad portandum difficilis, sic vere peccator non mouetur per bonam operationem vnde Dan. 13. *Ecce morior, cum nihil horum fecerim.* ¶ Non loquitur per Dei laudem & confessionem. Psal. 113. *Non mortui laudabunt te Domine.* Et Ecclesiastic. 27. *A mortuo quasi nihil perit confessio.* Item non videt per discretionem. Ps. 142. *Collocauit me in obscuris sicut mortuos* ¶ Item non odoratur, nec gustat per deuotionem. Eccles. 9. *Mortui nihil nouerunt amplius.* ¶ Item isti fœtent per malam infamiam, & conuersationem. Et ideo peccatores comparantur *sepulchris dealbatis, quæ plena sunt ossibus mortuorum & immunditia.* Matt. 23. Et Exod. 8. *Mortuæ sunt ranæ, & computruit terra.* ¶ Item sunt viuis, id est, sanctis viris horribiles per contemptū, & abominationem, & per suæ societatis fugam & vitationem. Et ideo Leuit. 21. dicitur, & præcipitur, quod *quilibet sacerdos*, qui significat quemlibet virum iustum, *ad mortuum non ingrediatur* ¶ Item isti sunt graues & onerosi, scilicet, alijs per suam importabilem tentatio-

nem Esaiæ 14. *In anno, quo mortuus est rex Achas, factum est onus istud.* Et sicut videmus, quando aliquis moritur, sudario inuoluitur, luminaribus circumcingitur, panno aureo cooperitur, ab amicis defletur, & deplangitur, à sacerdotibus vero circa ipsum psallitur atque canitur, & tandem à quatuor ad foueam deportatur, vbi in terra absconditur, & sepelitur, & sic proculdubio peccatores sudario malæ consuetudinis inuoluuntur, luminaribus aliquorum beneficiorum & bonorum operum circumcinguntur. Et sic figuratur in Alexandro, qui secundum vaticinia philosophorum, mori debebat super pauimentum ferreum & sub velo aureo, & sic accidit, vt in bello, vbi vulneratus lethaliter fuit, ipse Alexander super loricam cuiusdam militis iacuit, quod fuit pauimentum ferreum, super se vero habuit velum aureum, ita quod tunc cognouit Alexander se necessario moriturum, sicut narratur de dictis philosophorum. Spiritualiter per Alexandrum possunt mortui peccatores reputari, qui vulnerati vitijs & peccatis iacent in pauimento ferreo durissimæ obstinationis, & iacent sub velo aureo diuitiarum & temporalis possessionis. Quia sicut dicitur Ecclesiastic. 8. *Multos perdidit aurum & argentum.* Et ideo Ecclesiastic. 31. dicitur: *Beatus diues, qui post aurum non abijt*, beatus dicitur, & fecisse mirabilia proclamatur. ¶ Item tales mortui, id est, peccatores ab amicis, scilicet, à bonis personis per compassionem deflentur Ecclesiast. 38. *In mortuum produc lacrymas.* Circa istos vero quotidie canitur per adulationem Ecclesiast. 4. *Laudaui magis mortuos, quam viuentes.* Finaliter ad foueam inferni portantur atque feruntur per spem finalis veniæ & per malam consuetudinem & obstinationem Lucæ 13. *Mortuus est diues, & sepultus est in inferno.* A malis regitur, & sepelitur per malam suorum criminum excusationem 4. Regum 13. *Cum mortuus sepelies me.* Et sic bene patet, quomodo varijs similitudinibus & figuris peccator mortuo comparatur. De diuersis enim generibus mortis applicando ad diuersa vitia & pericula, possunt multa dici, & omnia exempla naturæ & per figuras & auctoritates scripturæ possent probari, sed vide in diuersis locis particularibus vbi de criminibus multa sunt dicta. Vide ergo supra de interficere, & infra de occidere, & vide supra de dormire, vbi inuenies qualiter peccatores & dormiendo diuersimode moriuntur. Patet igitur, quod inuenitur mors peccatorum, quæ est fugienda. De qua
Q etiam dicitur Ezechiel. 18. *Anima, quæ peccauit, ipsa morietur.* ¶ Si tamen vis breuiter tangere conditiones hominis mortui, & peccatori huiusmodi applicare, dic, quod sicut mortuus, videlicet,

Alligatur panni ligamine,
Obumbratur cœca caligine,
Tumulatur stricta voragine,
Viciatur fœda putredine,
Deuoratur vermis acredine,
Acclamatur cantus dulcedine,
Decoratur charorum agmine,
Circumstatur plurimo lumine,
Occultatur à mundi lumine.

Sic vere peccator,

Malis affectionibus inuenitas,
Cœcis dubitationibus obtegitur,
Strictis obstinationibus includitur,
Fœdis diffamationibus inficitur,
Diris cordis remorsibus impingitur,
Falsis hominum laudibus præcingitur,
Diris charorum luctibus deplangitur,
Claris rerum luminibus extollitur,
Nostris tandem obtutibus abducitur.

¶ Dicam ergo, quod mortuus, scilicet, peccator alligatur sudario malæ delectationis. Vnde Io. 11. dicitur, quod *prodijt*, inquit, *qui fuerat mortuus ligatus pedibus & manibus institis, & facies eius sudario erat ligata.* ¶ Item talis mortuus obscuratur sub nubilo cœcæ dubitationis, quia, scilicet, peccator multis ignorantijs & dubitationibus est subiectus, quia sicut dicitur in Psal. *Isti sunt sedentes in tenebris & in vmbra mortis, vincti in mendicitate & in ferro.* ¶ Item talis mortuus carceratur tugurio strictæ obstinationis. Sicut enim mortuus à fouea, vbi ponitur, nunquam surgit, sic peccator obstinatus à peccato non resilit Ecclesiastic. 17. *A mortuo quasi nihil perit confessio.* Tales enim sunt sicut mortui dormientes in sepulchris, quorum non es memor amplius & ipsi de manu tua repulsi sunt. ¶ Item talis mortuus maculatur contagio fœdæ diffamationis, quia, scilicet, sicut mortuus fœtet viuis, ipse tamen proprium fœtorem non sentit, sic peccator viuis, id est, viris iustis fœtet & est abominabilis & infamis vt dictum est, & tamen fœtorem & horrorem suũ nõ percipit solus. Prou. 23. *Vulnerauerunt me, & non dolui. Traxerunt me, & ego non sensi*, quasi dicat. Isti non sentiunt oblocutiones & verba, quæ fiunt contra illos 2. Reg. 19. *Nunquid vigent sensus mei ad discernendum?* Et Hier. 4. *Sensus cordis mei turbati sunt.* Vnde de fœtore talium dicitur illud prædictum *Lazarus mortuus est.* Sequitur. *Domine iam fœtet.* Ioan. 11. Et Esa. 34. *De cadaueribus eorum ascendet fœtor.* ¶ Item talis mortuus stimulatur flagitijs duræ remorsionis. Quia, scilicet, sicut mortuus mordetur, & laceratur à vermibus, sic peccator continuis conscientiæ stimulatur remorsibus: vnde Esa. 66. *Vermis eorum non morietur.* Vnde tales mortui dicuntur à bestijs lacerari, id est, conscientiæ dentibus deuorari. Vnde Leu. 22. *Morticinum & laceratum à bestia non comedet.* ¶ Item talis mortuus commendatur eloquio falsæ adulationis. Quia, sc. sicut dictum est, & mali hodie magis commendantur, quam boni, sic magis cantatur à sacerdotibus circa mortuos quam circa viuos, & magis pulsantur classica pro eisdem. Vnde de puella mortua legitur, Matt. 9. quod *circa illam erat turba tumultuans & tibicines.* Quia, sc. erga mortuos peccatores, maxime si sint principes vel magnates, nunquam deficiunt tibicines, i. suorum malorum actuum laudatores. Quia sicut dicitur Prou. 28. *Qui derelinquunt legem, laudant impium.* Vnde illud prædictum, *Laudaui magis mortuos, quã viuentes.* ¶ Item talis mortuus illustratur, seu illuminatur fastigio claræ reputationis, mundanæ gloriæ, & temporalis possessionis Esa. 9. *Habitantibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis.* ¶ Item finaliter talis mortuus, scil. peccator occultatur, & segregatur à consortio humanæ habitationis. Quia, sc. sicut mortui sepeliuntur, & absconduntur, ita quod amplius non videntur, sic peccatores ita finaliter pereunt, quod de ipsis memoria non habetur Ps. *Perijt memoria eorum cum sonitu.* Vnde Eccl. 10. *Cum morietur homo, hereditabit serpentes, bestias & vermes.* Sequitur. *Vsque ad fundamentum arefecit ex ipsis, & disperdidit eos, & cessare fecit memoriam eorum à terra.* Sic igitur patet, quod multis rationibus peccator mortuo comparatur. Et sic dico, quod ista est mors criminalis, quæ est fugienda. Et hoc est membrum tertium principale.
¶ Quarto principaliter dico, quod est mors tormentorum quæ R
est metuenda. Et ista est mors pœnæ æternæ, quæ peccatoribus perpetuo infligetur: *Mors enim peccatorum pessima.* Ps. 33. quia sicut dicitur ad Rom. 6. *Stipendia peccati mors.* Cum enim mors sit omnium pœnarum maxima, congrue per mortem fuit illa æterna pœna, sicut omniũ maxima designata. ¶ Et ideo breuiter notandum est, quod morte æterna moriuntur illi, scilicet,

Qui sunt
- Diuitijs onerati,
- Delitijs impinguati,
- Sæuitijs occupati,
- Inuidijs macerati,
- Iniurijs refrænati,
- Honoribus eleuati,
- Rancoribus instigati.

Dico diuitijs onerati Luc. 16. *Mortuus est diues, & sepultus est in inferno.* ¶ Item delitijs impinguati Apoc. 18. *Quantum glorificauit se in delitijs suis, tantum date illi tormentum & luctum.* Et sequitur. *In vna die venerunt plagæ eius, mors & luctus, fames, & ignis.* Mortui enim habent luctum inconsolabilem, famem insatiabilem, ignem inextinguibilem, mortem interminabilem. ¶ Item ibi moriuntur sæuitijs inflammati, scilicet, homines crudeles. Quia sicut dicitur Hier. 28. *Quicunque in ciuitate hac manserit, morietur gladio.* ¶ Item *moriuntur ibi inuidia macerati* Iob 21. Alius moritur in amaritudine animæ. ¶ Item iniurijs effrænati 1. Reg. 24. *Canem mortuum persequeris.* ¶ Item honoribus eleuati 4. Reg. 18. *Filius regis mortuus est.* ¶ Item rancoribus instigati 2. Reg. 20. *Percussit eum in latere, & mortuus est.* Plaga enim in latere, est odium in corde. Et breuiter morte æterna morientur omnes peccatores, quia sicut dicitur in Psal. 54. *Veniat mors super illos, & descendant in infernum viuentes.* Et hoc de morte sufficit.

## Mos. Moris. Mores.

Notabo, quod est dare A morem bonorum, & morem malorum. Boni enim bonis moribus instruuntur, & bono more aguntur & deducuntur. Sicut enim bonæ arbores vsitato more faciunt bonos fructus, & bona animalia bonos fœtus, sic vere boni & iusti ex more docti, & hactenus assueti faciunt bonos actus. Vnde notabis, quod ex more

Boni

Boni {
Indigentibus compatiuntur,
Innocentibus compatiuntur,
Supplicantibus afficiuntur,
Præsidentibus subijciantur,
Habitantibus consociantur,
Mendicantibus assimilantur,
Morientibus confamulantur.
}

Dico ergo, quod boni & iusti iuxta morem suum compatiuntur indigentibus, scil. eleemosynas erogando. Vnde Gen. 39. dicitur, quod *amoto lapide de ore putei mos erat cunctis gregibus conuenire, & ibidem adaquari.* Quia remota putei, id est, diuites boni & humiles ex more insitæ pietatis, lapidem duritiæ & parcitatis à se tollunt, & se per paupertatem aperiunt, & ouibus, id est, pauperibus ex more confluentibus sua condiuidunt atque donant, Deut. 11. *In hortorum morem aqua ducuntur irrigua*, supple, ad madefaciendum aridos indigentes. ¶ Item dico, quod boni iuxta morem pie compatiuntur innocentibus. Vnde Iudicum 11. de filia Iephte, quam pater, vt impleret votum, Deo sacrificauit, & eam fatue occidit, & immolauit, dicitur, quod *mos introiuit in Israel & consuetudo seruata est, vt conueniant in vnum filiæ Israel, & plangant filiam Iephthe.*

¶ Item dico, quod boni iuxta morem afficiuntur supplicantibus seu condescendunt iusta petentibus & orantibus sicut de Assuero legitur Hester. 8. quod *Vbi vidit Hester reginam ad terram prostratam, & suam gratiam implorantem, ipse ex more sceptrum aureum, quod tenebat in signum clementiæ pretendit ei.* ¶ Item dico, quod boni iuxta morem subijciuntur præsidentibus, scilicet, eis obediendo. vnde Hest. 1. dicitur quod *rex interrogauit sapientes, qui ex more regio assistebant ei.* ¶ Item dico, quod boni iuxta morem consociant se conuiuentibus, scilicet cum eis pacifice conuersando Psalm. *Deus, qui inhabitare facit vnanimes in domo* ¶ Item dico, quod boni iuxta morem assimilantur, seu conformantur mendicantibus, sicut, scilicet, de Ruth 2. quod *ipsa collegit reliquias & surrexit vt spicas ex more colligeret.* ¶ Item dico, quod boni confamulantur morientibus, scilicet, sepeliendo & pietatis debitum impendendo, iuxta illud Ioan. 16. vbi dicitur, quod *acceperunt corpus Iesu, & ligauerunt linteis aromatibus sicut mos erat Iudæis sepelire.* Exemplo, scilicet, Ioseph, qui præcepit seruis suis Medicis, vt aromatibus condirent corpus patris sui Iacob, quibus iussa complentibus transierunt 40. dies. Iste quippe mos erat cadauerum condiendorum, sicut patet Gen. 50. Sic ergo patet, quomodo boni iusti sunt moribus assueti, & bono cognito more instructi pariter, & edocti.

B ¶ Sed adhuc dico, quod mali homines habent (vt communiter malos mores. Et sic dico, quod in eis viget mos

Crudelitatis & violentiæ,
Mobilitatis & inconstantiæ,
Inhonestatis & insolentiæ,
Fatuitatis & pertinaciæ,
Simplicitatis & ignorantiæ,
Mendacitatis & verecundiæ,
Carnalitatis & immunditiæ.

Habent (dico) mali morem violentiæ & crudelitatis. Vnde 2. Mach. 5. dicitur, quod Antiochus reliquit præpositos ad affligendum gentem, Hierosolymis quidem Philippum quendam moribus crudeliorem ipso, à quo constitutus est. Item habent mores inconstantiæ & mobilitatis Iud. 20. *Putauerunt eos more solito cedere.* Item mores insolentiæ & inhonestatis Exod. 33. *Nullus ex more indutus est cultu suo* ¶ Item mores pertinaciæ, & fatuitatis, scilicet, ad perseuerandum in malo. Vnde de Samaritanis, qui de Babylonis venerunt, dicitur 4. Reg. 17. quod *vsque in præsentem diem morem sequuntur antiquum.* ¶ Item mores ignorantiæ & simplicitatis Sapient. 12. *Infantium insensatorum more viuentes*, pro hoc tanquam pueris insensatis iudicium in derisum dedisti. ¶ Item mores verecundiæ & mendacitatis Eccl. 20. *Mores hominum mendacium sine honore, & confusio illorum cum ipsis sine intermissione.* Item mores immunditiæ, seu luxuriæ, & carnalitatis. Vnde eis potest dici illud 2. Mach. 10. quod *diem solennem more bestiarum egerunt.* Isti sunt ergo mores corrupti, quos Deus grauiter tolerat, iuxta illud Act. 16. *Annunciant nobis morem, quem non libet nobis suscipere.* Non sic charissimi, sed habeamus bonos mores & sanctos, malos vero & inhonestos dimittamus, & in melius conuertamus iuxta illud Heb. 13. *Sint mores sine auaritia contenti præsentibus* Quia sicut ibidem dicitur, *fornicatores & adulteros iudicabit Deus.* Item de bonis moribus dicitur 1. Cor. 13. *Corrumpunt bonos mores colloquia praua*, de illis vide infra de virtutibus. De malis dicitur Leu. 18. *Iuxta morem regionis Chanaan non agetis.* Et isti mores nihil aliud sunt quam maledictiones & vitia & peccata de quibus infra dicetur.

Diction. Berchorij.

C ¶ Item mos accipitur per similitudinem. Vnde 2. Mach. 11. dicitur de filijs Israel, quod *leonum more irruerunt in hostes.* Etiam accipitur pro consuetudine, vt Hester 1. vbi dicitur, quod *Assuerus rex interrogabat sapientes, qui ex more regio adhærebant sibi.* Et ideo breuiter vide de consuetudine vel similitudine. Sufficit. Vide in diuersis titulis, vbi de conditionibus consuetudinibus, moribus, & operibus fit mentio.

## Mouere. Motus.

A Cum mouere, seu moueri sit de loco ad locum, vel de forma ad formam mutari & transferri, inde est, quod secundum Philosophos duo sunt genera motuum; videlicet, motus localis, & motus formalis: possumus per motum intelligere quamlibet mutationem moralem. Et quamuis materia moralis possit esse valde longa, quia tamen paucæ sunt auctoritates, necesse est breuiter pertransire. Notemus ergo, quod inuenitur

Motus {
Tractus,
Raptus,
Rectus,
Reflexus.
}

B ¶ Motus tractus est ille, quod quis ad bonum trahitur, & mouetur per Dei, vel prælati violentiam, & correctionem. Et iste assimilatur terræ motui, quia terra stabilis & grauis, signans obstinatos in malo, qui cum magna violentia possunt ad bonum moueri. Et de hoc dicitur Esa. 13. *Terra mouebitur de loco suo.*

C ¶ Item motus raptus est ille, quo quis rapitur, & ducitur per voluntariam obedientiam & subiectionem. Et iste assimilatur motui raptus firmamenti, quod sine quacunque difficultate ad solam voluntatem & imperium Dei velocissime rapitur, & mouetur, signans bonos & religiosos, honestos & perfectos viros, qui voluntarie & prompte ad instinctum Dei, ad bona opera circumeunt & mouentur. Et de hoc dicitur Luc. 21. *Virtutes cælorum mouebuntur.*

D ¶ Item motus rectus est ille, quo quis directe mouetur in Deum per amorem & dilectionem. Et iste assimilatur motui lapidis, qui directe mouetur ad centrum, nec quiescit quousque attigerit ipsum. Sic homo deuotus directe mouetur ad Deum tanquam ad centrum, nec quiescit quousque per gratiam attigerit ipsum. Vnde Actor. 17. *In ipso enim viuimus, mouemur, & sumus.*

E ¶ Item motus reflexus est ille, quo quis mouetur ad sui ipsius examinationem, & considerationem. Et iste assimilatur motui maris & fluuiorum, qui circa terram mouentur, quia videlicet bonus homo debet circa cor suum per bonam cõsiderationem circuire, & ad eius rimationem, vel minationem circulariter se mouere. Sicut enim mare mouetur continue, & hoc diuersimode, quia videlicet nunc sursum, nunc deorsum, nunc ad dexteram, nunc ad sinistram, sic vere cor sapientis, qui, scilicet, est sicut mare propter amplitudinem capacitatis, semper debet esse in motu circumspectionis, & sagacitatis. Vnde pro certo nũc debet ascendere, & moueri sursum ad paradisum per æternorum affectionem, nunc debet moueri deorsum ad infernum per tormentorum præuisionem. Nunc debet moueri deorsum ad mundi prosperitates ad ipsarum abominationem. Nunc vero debet moueri sinistrorsum ad mundi aduersitates per ipsarum fortem & strenuam tolerationem. Et sic de isto mari sic diuersimode se mouente potest intelligi illud verbum Matth. 8. *Motus magnus factus est in mari.*

F ¶ De moribus ergo virorum perfectorum & de ipsorum bonis actibus & operibus possumus exponere illud Iohel. 2. *Contremuit terra, moti sunt cæli, sol & luna obscurati sunt.* In quibus verbis aduerte quatuor genera bonorum motuum quibus boni debent moueri. Est enim

Motus {
Interior,
Superior,
Exterior,
Inferior.
}

Motus interior est motus cõuersorum (Contremuit inquit terra) Motus superior est motus prælatorũ (Moti inquit sunt cæli) Motus exterior est motus prædicatorum (Sol inquit) Motus inferior est motus actiuorum seu passiuorum (Luna inquit) Et sic patet, quod primus est motus contritionis: secundus est motus

discretionis: tertius est motus discussionis: quartus est motus compassionis.

¶ Dico primo, quod est motus contritionis, qui fit interius. Et iste notatur in tremore terræ (Contremuit inquit terra.) Sicut enim terra quamuis sit stabilis & naturaliter immobilis, vt dictum est, iuxta illud Ps. 103. *Fundauit terrā super stabilitatem suam*, quando tamen interius in ventre terræ congregatur, & generatur fortis spiritus, seu ventus, necesse est quandoque terram concuti & moueri, & ciuitates & terras destrui, tonitruum audiri, & terram etiam aperiri, & quandoque etiam fontes & flumina à terræ interioribus exhalari, sicut dicunt Aristoteles in libro Meteororum, & Seneca in libro de naturalibus quæstionibus, sic vere charissimi, quamuis peccator sit quandoque ad modum terræ per malam consuetudinem, & obstinationem induratus & immobilis, & à malo proposito suo inflexibilis, fit tamen quandoque quod in ventre conscientiæ suæ diuinus spiritus generatur, virtute cuius interius inspirantis ipse terrenus peccator per contritionem & per sui status examinationē concutitur, & mouetur, & in bonum conuertitur & mutatur. Tunc enim auditus subterraneum tonitruum humilis & veræ confessionis, tunc emanant fontes lacrymarum & compunctionis, & flumina compassionis & deuotionis, & sic ciuitas diaboli, id est, congeries peccatorum seu interioris habitationis destruitur (Contremuit ergo terra) Et de hoc dicitur in Psalm. *Commota est, & contremuit terra.* Et de hoc alibi in Psal. 17. *Fundamenta montium conturbata sunt, & commota sunt.* Seneca dicit (vt supra) quod in Ægypto non accidit terræ motus, causam autem assignat, quia Ægyptus est terra fluuialis, pinguis, & limosa, à flumine qui dicitur Nilus, anon quolibet irrigata, & arenis & limositatibus cumulata, & ideo propter limosam compactionem interior spiritus non generatur, cum non sint ibi cauernæ, & propterea terræ motus ibi non efficitur, nec causatur. Charissimi, Ægyptus, quæ interpretatur tenebra vel obscuritas, significat aliquos loco diuinæ gratiæ penitus priuatos, qui videlicet limo deliciarum impinguantur, & qui fluuio prosperitatis irrigantur & arenis diuitiarum cumulantur. In istis enim propter compactionem obstinatæ & malæ voluntatis nunquam consueuit spiritus timoris & contritionis facere terræ motum alicuius bonæ conuersationis, quinimo tales sunt immobiles quasi lapis, dicentes cum Psal. 29. *Ego dixi in abundantia mea, non mouebor in æternum.* Quia, scilicet, tales in temporalibus abundantes non curant à malo statu suo moueri in meliusq; mutari. Vnde de diabolo & de talibus potest dici illud Esa. 40. *Quærit quomodo statuat simulacrum quod non moueatur.* Et Esa. 41. *Confortauit simulacrum clauis vt non moueatur.* Et nota, si vis, quomodo tales dicuntur simulacra, sicut supra de idolo. Non sic ergo, sed sit in nobis motus contritionis, qui fit interius (Contremuit inquit terra) Psal. *Terra mota est, etenim cæli destillauerunt.*

G ¶ Secundo dico, quod habendus est motus discretionis, qui fit superius. Et iste est motus prælatorum, quod notatur, cum dicitur (Cœli) Quia cœli, qui sunt istis inferioribus superiores, signant prælatos, qui motu prouidentiæ discretionis regunt, & dirigunt & ad bonum etiam ducunt, & trahunt inferiores populos & subiectos. Et de hoc dicitur Iudicum 5. *Mouebuntur cæli & terra, & Dominus spes populi sui.* Cœli enim, id est, superiores prælati mouentur debite regendo, & diligenter gubernando. Terra autem, id est, subditi mouentur obediendo & bene operando. Exemplo cœli, cuius motus facit moueri planetas inferiores. Exemplo etiam magnetis, qui extra vas facit moueri acum ferream contentam vase. Quia, scilicet, motus bonorum operum & exemplorum in prælatis, est causa motus bonorum operum in subditis, quamuis de multis subditis possit dici illud Exod. 10. *Tribus diebus nemo vidit fratrem suum, nec mouit se de loco suo.* Quia, scilicet, nullus hodie vult videre fratrem suum per compassionem, nec moueri de loco per obedientiam seu per bonā operationem. Non sic, sed moueamur ad motum orbis, id est, prælati, qui superius est, non motu proprio, sicut supra dictum est de currere. Quia pro certo in prælatis est motus discretionis, qui fit superius.

H ¶ Tertio dico, quod inuenitur motus prædicationis, quæ fit exterius. Et iste notatur cum dicitur (Sol) Sicut enim sol per mundum mouetur vt cæteras illuminet creaturas, sic prædicator debet per mundum currere & moueri, vt per doctrinam suam illuminet peccatores Eccl. 42. *Sol illuminans per omnia respexit.* Vnde etiam potest dici illud Apoc. 2. *Mouebo candelabrū tuum.* Quamuis hodie diabolus videatur dicere malis peccatoribus illud Iosue 10. *Sol contra Gabaon ne mouearis.*

¶ Quarto dico, quod inuenitur motus compassionis, qui fit inferius. Et hoc notatur cum dicitur (Luna) Luna enim cuius motus & influentia totem mundo ministrat, signat viros pios & misericordes, qui per compassionem mouentur, & totem beneficiorum alijs distribuunt & infundunt, sicut supra de luna visum fuit. Allega sicut ibi. Figuratur in Samaritano, de quo legitur Luc. 10. quod *misericordia motus, sauciato contulit medicinam.* De patre dicitur Luc. 15. quod *misericordia motus est super filio prodigo reuertente, & contulit sibi vestimenta &c.* De Ioseph etiam legimus Gen. 43. quod *commota sunt viscera super fratre suo, & incepit flere.* In quibus verbis notatur, quod tribus generibus personarum debemus compati, & erga ipsos misericordia commoueri, videlicet indigentibus qui figurantur in sauciato vel spoliato. Item pœnitentibus, qui figurantur in filio prodigo reuertente. Item innocentibus, qui figurantur in Beniamin fratre Ioseph minore. Et sic ergo patet, quomodo in scriptura inuenitur quadruplex bonus motus, videlicet I

Motus { Miserationis, Prædicationis, Contritionis, Discretionis.

¶ Sed adhuc dico, quod motus potest in malo designare. Et sic designat mentis mobilitatem & inconstantiam, & vanitatem. Vnde in Psal. dicitur. 81. *Mouebuntur omnia fundamenta terræ.* Vnde nota, quod motus signat K

Vitium { Imperfectionis, Indignationis, Subsannationis, Variationis.

¶ Dicamus, quod signat vitium imperfectionis, quia, scilicet, illi, qui inter malos habitant, sunt infirmi & imperfecti, & faciliter mouentur de bono in malum, nec perseuerant in eodem. Et de hoc dicitur Hier. 14. *Dilexit mouere pedes suos & Domino non placuit.* Isti videntur nasci in sagittario, quia delectantur in motu. Isti igitur cum tentantur, deberent recurrere cum Dauid ad Deum, dicentes illud Ps. 93. *Si dicebā, motus est pes meus, misericordia tua Domine adiuuabat me* Iuxta consilium Apost. 2. Thessal. 2. *Non cito moueamini à vestro sensu.* ¶ Item signat vitium indignationis, L quia, scilicet, iracundi faciliter sine causa mouentur ad iracundiam vindictam. Et de hoc dicitur in Ps. 106. *Turbati sunt, & moti sunt sicut ebrius.* & 1. Macchab. 13. *Factus est motus magnus in ciuitate.*
¶ Item signat subsannationis vitium & derisionem, quia caput M solet moueri in signum derisionis. Vnde in Psal. 21. dicitur. *Locuti sunt labijs, & mouerunt caput.* Vnde etiā de Iudæis dicitur Mat. 27. quod *ipsi blasphemauerant Dominum mouentes capita sua.* ¶ Item signat vitium inconstantiæ & variationis, quia sunt plures, qui ad N vniuscuiusque sermonis flatum & persuasionem mouentur, nec aliqua firmitate consistunt. Quibus recte dicitur illud Hier. 46. *Velut flumina mouebuntur.* Et de motu sic sufficit tam in bono, quā in malo gratia breuitatis. Vide supra de exercitio, & infra de mutatione. Sufficit quo ad præsens.

Mulier. Nota, quod mulier in scriptura accipitur in bono, & in malo. Potest enim significare habitualiter & moraliter. Et in vtroque sensu potest signare in bono & in malo. Omissa ergo distinctione gratia breuitatis dicamus de muliere bona sicut moraliter sumitur. Secundum enim Isidor. Mulier dicitur à mollitie. Et sic dicitur mulier quasi mollis aër, vel dicitur à mulceo, ces, pro es, quia mulier est naturaliter apta nata homines attrahere & mulcere, ad denotandum, quod moraliter loquendo, anima rationalis vel quęlibet persona quę per mulierem potest significari, debet esse mollis per pietatem. Aër per puritatem. Mulcens & leniens per benignitatem. Et sic de anima vel de qualibet bona muliere potest exponi illud [illegible] *Datū est mulier tacita & sensata.* ¶ In quibus verbis ad[illegible] quod B quælibet bona mulier, vel quælibet anima, vel sanct[illegible] debet principaliter tribus virtutibus præpollere, ad [illegible], quod possit mulier nuncupari, videlicet A

Pietate compassionis (Mulier)
Raritate locutionis (Tacita)
Claritate discretionis (Sensata)

Dico, quod talis mulier debet habere magnam compassionem. (Mulier inquit) Etenim natura mulier est valde flexibilis atque mollis, ad denotandum, quod tam bonæ mulieres quam qua-

[illegible] debent habere teneritatem & molliciem [illegible] delinquentibus & pœnitentibus [illegible] & per eleemosynas & per beneficia indigentibus [illegible] & prouidere. Vnde de bona muliere dicitur Pr. [illegible] *fortem quis inueniet?* Et sequitur. *Manum suam aperuit inopi, [et] palmas suas extendit ad pauperem.* Et merito quia pro sicut dicitur [illegible] 1. *Mulier gratiosa inueniet gloriam* q. d. illa persona est gloriosa, quæ est gratiosa, idest, grata ad benefaciendum & promptula, dico inueniet gloriam sempiternam. ¶ Et nota, quod [illegible] compassio istius mulieris in tribus potuit apparere, videlicet quia

Prouidebat Christi pauperibus,
Condolebat Christi vulneribus,
Supplicabat peccatoribus.

[illegible] mulier compatiens indigentiæ miserorum. Et id[eo] [illegible] figuratur in muliere vidua de Sarepta, quæ Heliam [illegible] nutriebat, & tamen nec farinam, nec oleum con[sumpsit] [illegible] dicitur 3. Reg. 17. De qua dicitur ibidem. *Vade in Sar[eptam] [illegible], præcepi enim ibi mulieri viduæ vt pascat te.* Quia [illegible] hoc habet proprium pietas pauperum, quod [illegible] de bonis temporalibus elargitur, tanto plus per Dei clementiam affluere dignoscitur, iuxta illud Luc. 6. *Date, & dabitur vobis.* Et iuxta illud Prouerb. 11. *Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt, alij autem rapiunt non sua, sed semper in egestate sunt.* Allegatur ex [illegible] lapide enydro. ¶ Item ista erat compatiens [illegible] C[hristi] tormentorum. Sicut enim bona mulier compatitur vulneribus viri sui, & maxime quando videt, quod propter requirendum ius hæreditatis suæ, fuit vir suus vulneratus, sic pro certo quia Christus pro hæreditate paradisi animæ acquirenda fuit mortuus & occisus, debet sibi anima merito cõ[dolere] [illegible] figurata in illa muliere, de qua dicitur 3. Reg. 17. *Apparuit mulier vidua colligens ligna.* Quia videlicet ligna crucis Christi sunt colligenda & per compassionem in scrinio memoriæ reponenda. Vnde 2. Regum 14. *Lugere te simula, & induere veste lugubri, & sis quasi mulier iam plurimo tempore lugens mortuum.* ¶ Item ista erat compatiens miseriæ mundi peccatorum, & ideo pro ipsis Deum consueuerat exorare, & pro ipsis Christi clementiam implorare. Figurata in Hester, cuius patrocinium populum suum de interitu liberauit, sicut dicitur Hest. 6. & deinceps. Ideo sibi potest dici illud Iud. 8. *Ora pro nobis, quoniam mulier sancta es.* Patet ergo, quod ista dicitur mulier, quia habuit magnam

D compassionem. ¶ Secundo dico, quod dicitur mulier, quia habet raram locutionem. Istud enim summe pertinet ad bonam mulierem, videlicet raro loqui, & etiam ad quamlibet bonam personam. Quod ostenditur in verbo (tacita) Vnde Amos 5. *Prudens in tempore illo tacebit, quoniam tempus malum est.* Inter enim omnia animalia (vt communiter) illa, quæ sunt fœminei generis habent vocem magis tenuem & subtilem. Ad denotandum, quod illæ personæ, quæ vel literaliter vel moraliter mulieres dicuntur, vti voce & locutione submissa per taciturnitatem tenerentur iuxta præceptũ Apost. 1. ad Cor. 14. *Mulieres in Ecclesijs taceant.* & 1. ad Tim. 2. *Mulier in silentio discat, cum omni subiectione, docere autem mulieri non permitto.* Habeant igitur raram locutionem.

E Sed de hoc vide supra de loqui, & infra de tacere. ¶ Tertio dico, quod debet habere claram discretionem (Sensata inquit) Sicut enim mulier debet esse bene sensata, vt scilicet sciat discrete nociua declinare, & proficua procurare, sic proculdubio anima, vel quælibet sancta virgo, vel quælibet sancta persona, debet habere sensum discretionis & prudentiæ, vt a nociuis caueat & abstineat, & proficua prouideat, & disponat, vt sic de [tali] muliere possit dici illud Iud. 21. *Non est talis mulier super terram in aspectu & pulchritudine, & in sensu verborum.* Ista enim habent speciem honestatis, pulchritudinem castitatis, sensum etiam veritatis & sagacitatis. Ideo ista potuit figurari in illa Abigail, quæ sapientia sciuit Dauid mitigare, & ideo ista *mulier prudentissima, & pulcherrima* nuncupata fuit, sicut dicitur 1. Regũ 25. Figuratur etiam in Iudith, quæ suo sensu sciuit Holofernem occidere, & gratiare, sicut dicitur Iudith 13. Figuratur etiam in illa muliere sapiente, quæ ciuitatem sciuit de Ioab manibus liberare, sicut dicitur 2. Reg. 20. Quia pro certo charissimi, ista spiritualis mulier, de qua agimus, quæ sapientia & scientia fuit decorata, suis intercessionibus mitigat iram Dauid, id est, iustitiam Dei patris. Holofernem etiam, id est, diabolum superat atque vincit. Ciuitatem vero istam, id est, conscientiam propriam, vel personam sibi deuotam liberat, atque munit. Et sic sibi proprie potest dici illud Ruth. 3. *Scit omnis populus mulierem te esse virtutis.* Et ideo quia virtutes sunt cœlestis gloriæ introductiuæ & procuratiuæ, inde est, quod bene potest de ista dici illud quod dicitur Gen. 12. de Sara, quod sc. *Sublata est mulier in domum Pharaonis.* Quia, scil. propter prædictas virtutes quasi modo habentur, mulier, id est, anima vel bona persona introducitur in paradisũ, quæ est domus & habitaculum summi regis. Quia sicut dictum est, *mulier gratiosa inueniet gloriam.* Et sic figuratur in illa *muliere amicta sole, & luna sub pedibus eius & in capite eius corona stellarum 12.* Apo. 12. &c. Expone sicut alibi. Patet ergo quomodo mulier in bono accipiendo signat animam seu quamcunque virginem, seu etiam quamlibet bonam personam vel etiam bonam mulierem, & hoc ratione claræ discretionis, raræ locutionis, piæ compassionis &c. ¶ Sed adhuc dico, quod mulier potest accipi in malo significato. Et sic per mulierem potest intelligi ad literam, scilicet

Conditio malarum mulierum,
Deceptio hostium malignorum,
Imperfectio hominum peccatorum.

Dico, quod per mulierem intelligitur hostium malignorum deceptio. Vnde de hostibus spiritualibus scilicet, de diabolo, carne, & mundo potest intelligi illud Eccl. 19. *Vinum & mulieres faciunt apostatare sapientes.* Quia sicut per blandimentum mulierum mens humana decipitur, sic per oblectamenta, quæ facit diabolus in suggestione, mundus in temporalium concessione, caro vero in delectatione vel in desiderabilium propinatione, animæ desiderio capiuntur, & ad peccatorum perniciem deducuntur. Sicut enim Prou. 6. *Mulier viri pretiosam animam capit.* quia sicut dicitur quod musca ab aranea mediantibus suis filis capitur, & humore vacuata exterius proijcitur, sic homo filis & laqueis diuersarum delectationum & suggestionum ab istis mulieribus capitur, & per mala desideria in vitijs illaqueatur, humore etiam gratiæ vacuatur, & tandem vacuus de mundo in infernum expellitur, & fugatur. Et sic tales spirituales mulieres figurantur in Dalila, quæ Samsonem primo allexit, vt super genua sua dormiret, quem totondit, & pilis & fortitudine spoliauit, & tandem eiecit eum, & tradidit Philistæis, qui eum excæcantes carceri mancipariunt, sicut dicitur Iudic. 16. Sic vere tales mulieres spirituales super genua mondanæ prosperitatis oblectant, & dormire faciunt peccatores, vbi proculdubio fortitudine spirituali & cæsarie virtutum priuantur, & sic à Philistæis, i. dæmonibus per vitia diuersa subiugantur, qui ipsum per obstinationem excæcant, & in carcere malæ consuetudinis carcerant atq; ligant. Istæ sunt illæ mulieres alienigenæ, quas adamauit Salomon, quę auerterunt cor eius à domino Deo suo, sicut dicitur 3. Reg. 11. quia sicut dicitur ibid. *Depravatum est cor eius per mulieres.* De istis potest etiam intelligi illud 1 Esd. 3. *Forte est vinum fortior est rex fortiores sunt mulieres,* multa possent de talib. mulierib. dici, sed lõgum esset, vide in tabula vbi exponitur exemplum duarum mulierum portantium amphoram &c. Intelligitur ergo per mulierem hostium malignorum deceptio. ¶ Deinde dico, quod per mulierem intelligitur hominũ imperfectorum conditio, sicut enim mulier G

| | |
|---|---|
| Habet | Sexus fragilitatem, |
| | Sensus debilitatem, |
| | Mentis labilitatem. |

Sic viri imperfecti sunt fragilis conditionis, habent debilem discretionem, habent labilem, & volubilem affectionem. Vnde Eccl. 5. *Manus debiles, & dissoluta genua.* Fragiles (dico) sunt, quia, scilicet non possunt in bono persistere, nec contra malum resistere. Sensus etiam habent debiles, quia videlicet isti non vtuntur discretione, imo sunt ignorãtes Iob 2. *Quasi vna de stultis mulieribus locuta es.* Affectiones etiam habent volubiles. Ideo de talibus potest intelligi illud Eccl. 9. *Non aspicias mulierem multiuolã.* Sed quid? Dato certe, quod tales sint hodie imperfecti, sunt tamen quandoque in magnis dignitatib. constituti. Vnde Esa. 3. *Populum meum exactores sui spoliauerunt, mulieres dominatæ sunt eis.* Et quod peius est, tales quandoque promouentur, qui sunt alijs acriores, & ad rapinam & iniustitiam promptiores. Exemplo apum de quib. dicitur, quod fœminæ inter ipsas acrius pungunt, quam masculi: sic videlicet ignorantes & fœminei prælati durius percutiunt, pungunt, & rapiunt, q̃ perfecti, quia sicut dicitur Eccl. 25. *Breuis est omnis malitia super malitiam mulierum.* Et ibidem. *Non est ira super irã mulieris.* Et sic ergo patet, quomodo p mulieres



intel-

H intelligitur hominum imperfectorum cooditio. ¶ Denique dico, quod ad literam per mulierem potest intelligi malarum mulierum infectio. Et circa hoc possumus dicere illud Chrysostomi super Matth. 19. vbi dicitur. *Non expedit nubere*, vbi de mulieribus loquitur sic. *Quid* (inquit) *aliud est mulier, quam amicitia inimica, ineffugibilis pœna, necessarium malum, naturalis tentatio, desiderabilis calamitas, domesticum periculum, delectabile detrimentum?*
I ¶ Circa quod possumus ad detestationem malarum mulierum notare, quod mala mulier esse detestabilis,

Quia {
Fallax & prodiriosa,
Loquax & garrulosa,
Tenax atque glutinosa,
Ardens & luxuriosa,
Cauta & malitiosa,
Leuis & curricolosa,
Rebellis & litigiosa,
Compta atque curiosa,
Nociua & periculosa,
}

Istæ sunt ergo nouem conditiones malæ mulieris à quibus nos præseruet omnipotens. Dico igitur, quod mala mulier est fallax: optime enim sciunt malæ mulieres homines decipere, & ad simulationem amoris homines, & ad peccata inducere, & ipsos tandem spoliare, consumere, & de ipsis amplius non curare: similes Hyænæ, quæ secundum Plinium lib. 8. vocem fingens humanam, pastores & canes ad se aduocat ipsosque necat & occidit. Vmbra etiam ipsius canes mutescere facit, mortuos de sepulchro eijcit, & animal quod ter lustrauerit, necessario gradum figit.
K ¶ Sic vere mala mulier fallacia vocis & verborum suorum decipit quandoque quatuor genera personarum, videlicet,

Pastores,
Canes,
Mortuos,
Animalia.
Hoc est dictum,
Prælatos,
Prædicatores,
Religiosos,
Sæculares.

Ipsos enim pastores, & prælatos solet sorbendo famam & gratiam & deuorando temporaneam substantiam, spiritualiter occidere. Canes vero, id est, prędicatores solet per vmbram malarum delectationum à latratu prædicationis facere cessare, & obmurescere. Mortuos vero, id est, religiosos solet quandoq; de tumulis claostrorum suorum eapellere, & eatrahere. Animalia vero, idest, sæculares, quos per malas suggestiones circuit, & lustrat, solet intra laqueorum suorum ambitum ineuasibiliter arrestare. Et sic *vna mulier Hebræa fecit confusionem in domo regis Nabuchodonosor*, sicut dicitur Iudith 14. Fallax est ergo & prodiosa, quæ, scilicet, ita scit omnia genera hominum verbis suis decipere & suis legibus subiugare. Non est enim qui se abscondat à calore eius, quia sicut dicitur Eccl. 9. *Propter speciem mulieris multi perierunt*. Ideo Prouerb. 2. dicitur: *Vt eruaris à muliere aliena, quæ mollit sermones suos*. Et ideo docet Sapiens Prou. 5. *Ne intendatis fallaciæ mulieris. quia fauus destillans labia meretricis &c. Nouissima vero illius amara velut absinthium, & acuta velut gladius biceps*. Est
L igitur fallax & prodiriosa. ¶ Item dico, quod mala mulier est loquax, & garrulosa. Serpens enim super omnia animalia linguam citius & velocius mouet, ita quod etiam, sicut pluries supra dictum est, duas linguas videtur habere secundum Plin. Quia vere illæ mulieres per multiloquium solent citissime linguam mouere, aliorum verba irrumpere, & verba sua sine discretione dicere & mouere, lætitiam, cantus, rixas, & verba inutilia fulminare. Et de hoc dicitur Prouerbior. 7. de mala muliere, quod *erat ornata meretricio apparatu, garrula, & vaga, quietis impatiens*. Et bene dicit garrula, quia multa sunt genera auium, in quibus sunt fœmellæ magis garrulæ, quam masculi. Et proculdubio tale genus auium videtur esse genus humanum, quia mulieres plus quam viri videntur garrulæ & verbosæ, & inani gloria curiosæ. Et metro: cuidam enim quærenti *quare mulier esset magis verbosa, quam vir*: respondit quidam Philosophus, quod *homo fuit formatus de terra: mulier vero de osse*, scilicet, *costa viri*. Et quia saccus plenus terra nunquam clamat, saccus vero plenus ossib. modico impulsu sonum reddit, & clamitat. Figurata in Eua, quæ citius dicitur locuta fuisse cum serpente tentante, vt deciperetur, quam cum Deo, vt protegeretur, vel cum viro, vt erudiretur. Sic vere tales citius loquuntur mala cum malis, quam bona cum bonis. Ita quod cuilibet tali potest dici illud Iob 2. *Quasi vna de stultis mulieribus locuta es*. Ista est igitur loquax & garrulosa.
¶ Item dico, quod mala mulier est tenax, atque glutinosa. Mala M enim mulier est, sicut quoddam periculum maris, quod dicitur Bithalassur, quod nihil aliud est quam bitumen tenacissimum, cui si nauis impingitur, ita fortiter tenetur, quod ibi necessario remanet, & finaliter frangitur, & cassatur. Echeinus etiam est piscis modicus via semipedalis secundum Plin. qui si naui alicui casu adhæreat, ita fortiter eam arrestat, & tenet, quod nisi ferro abscindatur piscis; nauis illa non amplius procedit. Talis per omnia est mala mulier, quia pro certo si nos qui in mari fluctuoso huius sæculi nauigamus, isti pisci per inordinatum amorem adhæreamus, vel intra eius laqueos incidamus, tantæ est tenacitatis & adhæsionis, quod via aut nunquam euademus, nisi forte per diuinum miraculum eruamur. Istud bene senserat Salomon, qui dicebat Eccl. 7. *Inueni mulierem morte amariorem, vinculum sunt manus eius, sagena est cor eius*. Est igitur tenax & glutinosa. ¶ Item dico, quod ipsa est ardens & libidinosa. Et ideo se- N cundum Isidor. fœmina dicitur à fos, quod est ignis, eo quod in mulieribus sit ardor igneusque appetitus. Non enim diligunt nisi delectabilia carnis & ardorem libidinis suæ satiare. Similes Sirenis, quæ tantum appetunt, quod vltro homines rapiant, & eos secum cohabitare compellant. Vnde 1. Reg. 20. *Filius mulieris vltro virum rapientis*. Figuratæ etiam in vxore Putiphar, quæ Ioseph ad carnis copulam prouocauit, qui quia recusauit, ipsa eum accusauit, quod eam fœdare voluerat & ipsum fecit carceri mancipari. Sicut enim dicitur Eccl. 9. *Mulier fornicaria quasi stercus ab omnibus transeuntibus conculcabitur*. Quia vere multæ sunt, quæ ea industria, actibus & nutibus, verbis & gestibus inclinant homines ad peccatum, iuxta illud Esa. 4. *Apprehendent septem mulieres virum vnum &c.* ¶ Item dico, quod mala mulier est O cauta & malitiosa. Ista enim comparatur serpenti propter malitiam, quia sicut dicitur Eccl. 25. *Breuis est omnis malitia super malitiam mulierum*. De malitiis vero & de cautelis mulierum vide in libro de donis & in libro Petri Alfonsi &c. in quibus multa historica exempla reperies de malitia mulierũ. Sicut enim mulieres malitiose cantando in deserto attrahunt elephantem ad se venientem, & mammillas ipsarum lambentem proditiose occidunt, sed ad hoc vt eius sanguinem pertingentes purum extrahant ab eodem, sic vere hodie mulierum malitia non cessat malitiose suggerere, & verbis fallacibus elephantes, id est, homines ad se attrahere & ad amorem proprium inuitare, & hoc non, vt ipsos in veritate diligant, sed vt sanguinem suæ temporalis substantiæ ab eis auferant, & educant. Et hoc est, quod dicit Hugo loquens socio volenti nubere. *Mulier* (inquit) *diligit, vt decipiat, decipit, vt accipiat, amat quod habes, nec diligit quod es*. Ista est ergo cauta & malitiosa mulier. ¶ Item, dico quod ista est leuis, P & curriculosa. *Mala enim mulier non potest consistere in vno loco pedibus suis, quia nunc foris, nunc intus, nunc in plateis, nunc in angulis domorum insidians*, sicut ad literam dicitur Prou. 7.

¶ Item dico, quod ipsa est rebellis & seditiosa, quia sicut inter Q Phocas mulier contra proprium masculum suum pugnat, quamuis ipse masculus ipsam cum impugnatur defendat, vt dicit Plinius, sic multæ sunt ita peruersæ mulieres, quod etiam viris suis in omnibus contrariantur & per lites, iurgia, discordias, & litigia paci & voluntati eorum continue aduersantur, quia sicut dicitur Eccl. 25. *Mulier si primatum habeat, contraria erit viro suo*. Vnde in lib. Philosophorum de dictis eorum, vbi conqueritur, Socrates de importabilitate suæ mulieris &c. Et ideo bene faciebat ille, cuius vxor in aquam fluminis ceciderat, & submersa erat, qui quærebat eam in superiori parte fluminis, non [illegible] riori, dicens, quod contra rationem & contra illud, quod [illegible] bat, semper consueuerat facere, & ideo non inferius [illegible] superius contra cursum aquæ debuerat enatasse. Et breui[illegible] talibus dicitur illud Prou. 27. *Tecta iugiter destillantia in die frigoris & litigiosa mulier comparantur*. Et Eccl. 26. *In muliere [illegible] ipsa flagellum linguæ*. Ista est ergo rebellis & seditiosa.

¶ Item dico, quod ipsa est compta atque curiosa. Tales enim R totum intentum suum ponunt in corporis ornamentis. Catus enim in pellis pulchritudine gloriatur, ita quod [illegible] siluestris, & vagus efficitur, & etiam propter pellis pulchritudinem sæpe à pelliparis capitur, & necatur. Equa etiam in iuba colli [illegible], quam

quam plurimum gloriantur, & propter ipsam ad libidinem excitatur, quod si ei abscissa fuerit, libido eius minuitur & decrescit, sicut dicit Plin. Sic vero mulier in pulchritudine corporis, & in vanitate vestium, & in multitudine iubæ, id est, relucentia capillorum quam plurimum gloriatur, & in eis etiam delectatur, quæ sunt tamen causa, quod mulier curiosa, vaga, vaniglorosa, & libidinosa afficitur, propter quod sæpe fit, quod à luxuriosis capitur, & per peccatum mortale ab eis spiritualiter occiditur. Vnde dicit Hugo, quod *mulieres velant, quod fœdum est, monstrant quod pulchrum est, lingua ipsarum sonat castitatem, sed totus gestus corporis voluptatem.* Et proculdubio talis dissolutus ornatus signum est, quod in eis latet luxuria & libido interior. Sicut enim circulus ante domum, signum est, quod ibi est taberna, signum etiam super caput equi positum significat, quod equus est expositus ad vendendum. Sic tales exteriores circuli capillaturæ & ornatus, sunt in mulieribus quædam signa, quod in eis est taberna luxuriæ, & quod expositæ sunt ad vendendum. Ideo bene docet Apostolus Petrus in canonica sua prima cap. 3. *Mulierum, inquit, non sit extrinsecus capillatura, aut circumdatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus.* Etiam dicitur Gallice, *Femme de belle cour est arboleste à cour.* Nam vt dicitur Eccl. 6. *propter speciem mulieris multi perierunt:* Et ideo consulitur Eccl. 9. *Auerte faciem tuam à muliere compta.* Est igitur compta atq; curiosa.

¶ Item dico, quod ista est nocens & periculosa. Et proculdubio, quia ista solet

Attrahere,
Decipere,
Consumere,
Peruertere.

¶ *Solet* dico attrahere. Ista enim est sicut lapis, qui dicitur *liparis* qui ad sui conspectum attrahit omnia animalia, ita quod est causa, quare à venatoribus capiuntur. Sic mulier proculdubio ad sui amorem peccatores attrahit, & sic in manus venatorum infernalium eos tradit. Figurata in vxore Samsonis, qui amore eius contractus fuit à Philistæis captus & excæcatus. Quia sicut dicitur Eccl. 9. *Speciem mulieris multi admirati reprobi facti sunt.* ¶ Item ista solet decipere, sicut supra visum est. ¶ Item ista solet consumere, similis auripigmento, qui lapis prætendens colorem aureum, cuius virtus est attrahere, dissoluere, & corrodere. Omnia enim metalla solet corrodere, & consumere præter aurum. Sic vere mulier, quæ propter pulchritudinem aurea potest dici, attrahit per suggestionem, dissoluit per delectationes, corrodit per omnium virtutum extirpationem. Breuiter enim mulier omnia metalla, id est, omnia genera personarum solet destruere, & omnibus etiam præualere, nisi forte fuerint aurum, id est, viri deuoti & perfecti, à Deo sanctificati, electi. Exemplum habemus de Samsone fortissimo, de Dauid sanctissimo, de Adam dignissimo, de Salomone sapientissimo, qui omnes à mulieribus sunt destructi. Ideo docet Hieronymus scribens ad Nepotianum. *Hospitium,* inquit, *tuum mulieres nunquam teneat. Omnes Christi virgines, aut æqualiter diligas, aut æqualiter ignores, nec de præterita castitate confidas, quia non es Adam dignior, Dauid sanctior fortior Samsone, nec sapientior Salomone, qui tamen omnes mulierum fallacijs perierunt.*

¶ Item solet peruertere. Ego enim dico, quod sicut cum Achate, qui est lapis niger, incantatores flumina à cursu suo proprio retrouertunt, tigris etiam aspiciendo specula ab itinere suo diuertitur, & à recuperandis catulis impeditur, sic pro certo charissimi mala digna & infamis mulier sæpe est causa, quod flumina, id est, viri purissimi & sanctissimi, tigrides, id est, viri iustissimi, & serenissimi à via & cursu virtutum retrouertuntur, & à bonis operibus retardantur. Patet in prædictis exemplis. Vnde 3. Reg. 11. dicitur, quod *mulieres alienigenæ, quas Salomon adamauit, auerterunt cor eius à Domino Deo suo.* Patet ergo, quomodo mala mulier est periculosa, curiosa, litigiosa, curriculosa, malitiosa, libidinosa, glutinosa, garrulosa, proditiosa. ¶ Et ideo mala mulier comparatur multis malis rebus, quia, scilicet, ipsa comparatur animalibus luctuosis. Et sic nota, quod in scriptura mala mulier comparatur

Sui, propter fœditatem luxuriæ,
Stercori, propter vilitatem infamiæ,
Vrso, propter insatiabilitatem auaritiæ
Vento, propter instabilitatem lasciuiæ,
Scorpioni, propter fallacitatem malitiæ,
Leoni, propter pompositatem superbiæ,
Draconi, propter crudelitatem nequitiæ,
Laqueo, propter tenacitatem adhærentiæ,
Stillicidio, propter raucitatem discordiæ.

Ista ergo comparatur sui propter luxuriæ fœditatem, quia, scilicet, sus est animal immundum & luxuriosum. Vnde Prou. 11. *Circulus aureus in naribus suis mulier pulchra & fatua* ¶ Item stercori propter infamiæ vilitatem. Stercus enim summe fœtet, sic tales per infamiam sunt fœtentes Eccl. 9. *Mulier fornicaria quasi stercus in via, ab omnibus conculcabitur,* id est, ab omnibus diffamabitur. ¶ Item vrso propter auaritiæ insatiabilitatem. Vrsus enim vix est ita satiatus, quin semper velit amplius comedere. Sic mulier, quanquam multa recipit, semper vult amplius recipere Eccl. 15. *Nequitia,* id est, *auaritia mulieris immutat faciem eius, & obcæcabit vultum suum tanquam vrsus, & tanquam saccum ostendit in medio proximorum.* ¶ Item comparatur vento, propter lasciuiæ & inconstantiæ instabilitatem vnde sapiens Prou. 27. loquens de mala muliere dicit. *Qui tenet eam, quasi qui ventum teneat.* ¶ Item comparatur scorpioni, propter malitiæ venenositatem. Ista enim more scorpionis in facie, id est, in principio blanditur, in cauda vero, id est, in fine pungit, & venenat, & nequitiam operatur. Vnde Eccles. 26. *Mulierem nequam qui tenet, quasi qui apprehendit scorpionem.* ¶ Item comparatur leoni propter superbiæ pompositatem. Sicut enim Leo habet collum immobile, sic mulier mala collo erecto incedit per superbiam & pompositatem. Vnde de locustis, quæ habebant capillos sicut mulieres dicitur Apoc. 9. quod *ipsæ habebant dentes sicut leones.* ¶ Item comparatur draconi propter eloquentiæ flammeitatem. Quia sicut draco naturaliter de ore suo spirat ignem, sic mala mulier de ore suo emittit verba flammea, & ad ardorem libidinis incendentia, quia sicut dicitur Hier. 6. *Eloquium eius quasi ignis exardescit.* Vnde Ecclas dicitur. *Commorari Leoni & Draconi plus placebit, quam habitare cum muliere nequam.* ¶ Item comparatur laqueo propter inhærentiæ ineuasibilitatem, qui enim laqueo mulierum tenetur vix aut nunquam amplius deligatur. Vnde Eccl. 7. *Inueni mulierem morte amariorem, quæ laqueus venatorum est.* ¶ Item comparatur stillicidio, propter discordiæ raucitatem. Vnde Prou. 27. *Tecta iugiter perstillantia in die frigoris & mulier litigiosa comparantur &c.* Sufficit de muliere.

## Multum. Multitudo.

Nota, quod multitudo sumitur in bono & in A
malo. Vnde nota in bono, quod est

Multitudo:
- Virtuosa & commendabilis,
- Fructuosa & delectabilis,
- Gloriosa & honorabilis,
- Gaudiosa & consolabilis.

Dico primo, quod est multitudo commendabilis & virtuosa, & ista est multitudo hominum perfectorum, qui sunt in Ecclesia sancta Dei. Sicut enim videmus, quod in mari sunt multi pisces natantes, in terra sunt multæ herbæ virentes, in cœlo vero sunt multæ stellæ fulgentes & relucentes, sic pro certo in Ecclesia multi sunt homines, qui in mari & in statu religionis natant more piscium, per deuotionem, qui in terra, id est, in statu sæcularium laicorum florent & virent per honestam conuersationem, multi etiam, qui in cœlo, id est, in statu prælatorum splendent, & rutilant per doctrinam & exemplarem operationem. Et breuiter hodie videtur impletum illud, quod dicitur Math. 8. *Multi venient ab oriente & occidente, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Iacob.* Vnde Mart. 13. de Christo dicitur, quod *multæ turbæ congregatæ sunt ad eum.* Istud etiam pertinet ad Ecclesiam, ad quam confluit multitudo gentium & sectarum, quia sicut diues replet thesaurum suum multis pecunijs, sic Deus Ecclesiam suam multis personis. Et sic ad Ecclesiam refertur illud Esa. 60. *Tunc videbis, & affluet &c. quando conuersa fuerit ad te multitudo maris &c.* Ista est ergo multitudo commendabilis & virtuosa. ¶ Se- B
cundo dico, quod est quædam multitudo delectabilis & fructuosa, & ista est multitudo gratiarum & virtutum, quæ, scilicet, quanto amplior, tanto est melior. Arbores enim quæ ramorum pulchritudine spoliantur, fructuum multitudine fœcundantur. Sic proculdubio illis, quibus Deus ramos bonorum temporalium subtrahit, maiorem virtutum multitudinem concedit Math. 9. *Messis quidem multa.* Et tales sic fructuosi figurantur in regina Saba, de qua dicitur 3. Reg. 10. quod *ipsa dedit regi Salomoni aurum & argentum & aromata multa nimis.* Quia, scilicet, boni offerunt regi Deo aurum sapientiæ, argentum eloquentiæ, & aromata virtutũ & famosæ redolentiæ. Ista est ergo multitudo

C titudo valde vtilis & fructuosa. ¶ Tertio dico, quod est multitudo valde nobilis & generosa. Et est multitudo sanctorum & Angelorum, qua multitudine, Deus est continue circumseptus. Ideo dicitur Daniel. 7. quod *millia millium ministrabant ei*. Vnde etiam Num. 16. dicitur. *Sufficiat vobis, quoniam omnis multitudo sanctorum est*. ¶ Quarto dico quod est multitudo consolabilis &
D gaudiosa. Et ista est multitudo bonorum paradisi. Ibi enim est, scilicet,

Multitudo { Delectationum, Habitationum, Praemiationum.

Dico delectationum, quia, scilicet, sicut dicitur Eccl. 51. *Modicum laboraui, & inueni mihi multam requiem*. Dico etiam habitationum, quia sicut dicitur Ioan. 14. *In domo patris mei mansiones multae sunt*. Dico insuper praemiationum, seu retributionum Psal. 18. *In custodiendis illis retributio multa*. Et Lucae 6. *Merces vestra multa est in caelo*. Et haec de multitudine bona dicta sufficiant. Sed vide infra de
E Plus & Pluries. ¶ Sed adhuc dico, quod multum potest accipi in malo. Et sic est notandum, quod inuenitur

Multitudo { Peccatorum, Vitiorum, Tormentorum, Damnatorum.

Et (dico) multitudo peccatorum, quia sicut multae sunt arbores steriles magis, quam fructiferae, sic multi sunt homines vitiosi magis, quam virtuosi: multa sunt enim genera serpentum generis & speciei differentium, sed quot colores, tot sunt dolores, quot venena, tot tormenta. Sic vere in mundo, multorum genera sunt malorum, quorum quanta est differentia, tanta est malitia, pestilentia & nequitia, sicut dicitur Matt. 7. *Lata est via, quae ducit ad mortem, & multi ingrediuntur per eam*. Serpens enim multos generat filios, quia, scilicet quandoque 20. secundum Plinium & Solinum. Ouis vero, quae est animal vtile, valde paucos quia, scilicet vnum solum, vel ad plus duos. Sic vere serpens diabolus in hoc mundo multos filios & subditos, id est, multos peccatores producit, cum ipse sit *rex super omnes filios superbiae*. Ouis vero, id est, Christus habet in hoc saeculo valde paucos. Vnde Esa. 54. *Multa filij desertae magis quam eius quae habet virum*. Et ideo pro certo hodie accidit in mondo sicut secundum Plin. dicitur, quod inter apes quando exercitus apum, qui est cum vno rege, inuenit alium regem, qui plures in exercitu suo habet, quam suus rex, dimittunt regem suum & sequuntur alienum, qui maiorem apum multitudinem videtur obtinere. Sic vere charissimi, hodie accidit, quod cum in hoc mundo sint duo reges, scilicet Christus & diabolus, Christus vero paucos habet, diabolus autem multos, saepe sit hodie, quod homines sequuntur, qui plures habet discipulos, non qui paucos. Quod etiam in scholis & generalibus studijs accidit, quia illi doctori vel baccalaureo, qui multos habet scholares, alij facilius adhaerent, & ipsum credunt meliorem. Vnde narratur de quodam rege pagano consentienti baptizari, qui cum videret aquam paratam petijt a sancto, qui baptizare eum debebat, *quis* (inquit) *est dominus plurium personarum, Deus in paradiso, vel diabolus in inferno*? Respondit sanctus, quod *multo plures sequebantur diabolum quam Christum, & quod multo plures homines erant in inferno damnati, quam in Paradiso saluati*. Rex autem audiens illa dixit, *Et ego* (inquit) *volo esse cum illo, qui plures habet*, & retraxit pedem ab aqua baptismi, & Christo contempto in infidelitate permansit. Et sic breuiter videtur verificatum illud Ioan. 6. *Discipuli multi abierunt retro, & iam cum illo non ambulabant*. Inuenitur ergo multitudo peccatorum hominum.

F ¶ Deinde dico, quod inuenitur multitudo grauium vitiorum. Sicut enim arbor multo plura habet folia, quam fructus, sic (vt communiter) homo plura habet vitia, quam virtutes. Sicut enim arbores syluestres plus abundant in fructibus suis malis quam bonis, sic mali plus abundant in suis malis operibus quam boni in suis virtutibus. Vnde Hier. 51. *Ascendit super Babylonem mare, & multitudine fluctuum eius operta est*. ¶ Denique dico,
G quod inuenitur multitudo grauium tormentorum. Multis enim criminibus correspondent multa tormenta. Vnde Genes.
H 3. *Multiplicabo aerumnas tuas*. ¶ Insuper dico, quod inuenitur multitudo hominum damnatorum, quia proculdubio in inferno sunt

Possessores diuitiarum,
Sectatores saeuitiarum,
Votatores deliciarum.

Dico, quod ibi sunt diuitiarum possessores, quia sicut dicitur Eccl. 8. *Multos perdidit aurum & argentum*. Item ibi sunt saeuitiarum improbi sectatores. Vnde Eccl. 11. *Multi potentes oppressi sunt valde*. ¶ Item ibi sunt deliciarum gulosi votatores. Vnde Eccl. 41. *Amaritudo animae vinum multum*.

## Multiplicare.

A Cum multiplicare accipitur pro crescere seu pro augmentari, de quibus superius satis dictum est, tamen dico, quod est *multiplicatio* multiplex, videlicet

Multiplicatio { Meritorum, Gaudiorum, Perfectorum, Vitiorum, Tormentorum, Prosperorum, Asperorum, Peccatorum.

Dico, multiplicatio meritorum, quia, scilicet, modicum semen in terra bona positum sic multiplicatur, quod efficitur seges multa, sic in corde viri iusti semen gratiae multiplicatur. Vnde Deus dicit Hier. 33. *Multiplicabo semen Dauid serui mei* Ps. 137. *Multiplicabis in anima mea virtutem*. ¶ Item est multiplicatio gaudiorum, & ista est in Paradiso, vbi quantum ad praemia accidentia continue multiplicantur gaudia sanctorum Psal. 35. *Multiplicasti misericordiam tuam Deus*. ¶ Item est multiplicatio perfectorum. Apes enim multiplicantur in tempore pluuioso, gramen vero multiplicatur tunc, quando primo fortiter conculcatur. Sic vere boni & sancti fuerunt tunc in Ecclesia multiplicati, quando pluuia diuinae gratiae fuerunt irrigati, & quando per tribulationes fuerunt tyrannis crudelibus conculcati. Vnde de filiis Israel Exod. 1. quod *quanto magis opprimebant eos Aegypty, tanto magis multiplicabantur*. ¶ Circa quod nota, quod in Ecclesia debent multiplicari tria genera personarum, videlicet illi, qui habent B

Rectitudinem intentionis,
Altitudinem affectionis,
Longitudinem durationis.

Primi sunt iuste meditantes quia, scilicet, sunt recti. De quibus in Psalm. 91. dicitur: *Iustus, vt palma florebit, sicut cedrus Libani multiplicabitur*. Secundi alte contemplantes. De quibus Deut. 10. dicitur. *Multiplicauit te Deus sicut astra caeli*: & Nehem. 9. dicitur, quod *filij Israel multiplicati sunt sicut astra caeli*. Tertij sunt diu perseuerantes. Et de hoc dicitur Iob 29. *Sicut palma multiplicabo dies*. Talibus autem dicitur Gen. 1. *Crescite, & multiplicamini, & replete terram*. Causa vero multitudinis fidelium fuit occisio, & mors martyrum. Sicut enim propago, quando sub terra ponitur, sicut multitudinem inducit, sicut etiam amphisbaena serpens quando auferebatur ei vnum caput, duo loco ipsius nascebantur, sicut dicit Isid. sic vere antiquitus quanto plures occidebant sanctos, tanto plures exurgebant Exod. 1. *Quasi germinantes multiplicati sunt filij Israel*. Ista est ergo multiplicatio perfectorum. ¶ Item est multiplicatio vitiorum Hier. 5. *Multiplicatae sunt iniquitates* (alias praeuaricationes) *eorum*. ¶ Item est multiplicatio tormentorum Psal. 105. *Multiplicata est in eis ruina*. ¶ Item est multiplicatio prosperorum. Vnde Ezech. 36. *Vocabo frumentum, & multiplicabo illud*. ¶ Item est multiplicatio aduersorum, seu asperorum, de quibus dicitur Gen. 3. *Multiplicabo aerumnas tuas*. Et in Psal. 15. *Multiplicatae sunt infirmitates eorum &c.* ¶ Item est multiplicatio hominum iniquorum Ps. 39. *Multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui oderunt me gratis*.

## Mundare. Mundus. Munditia.

A Cum munditia denotet mihi quatuor species virtutum, videlicet,

Innocentiam mortalem,
Continentiam carnalem,
Poenitentiam virtualem,
Apparentiam seu conuersationem moralem.

Et quoniam multa supra dicta sunt, & inferius etiam dicentur, hinc est, quod breuiter aliquid est dicendum, videlicet, de

Munditia { Virtuosa, Pretiosa, Fructuosa, Gratiosa.

Nota n-

Notandum est ergo, quod est munditia virtuosa, & ista est munditia conscientiæ, seu innocentiæ, quæ, scilicet intus in corde principaliter reperitur, de qua Esa. 1. *Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum.* Secunda est munditia continentiæ, de qua Tob. 3. *Mundam seruaui animam meam ab omni concupiscentia.* Tertia est munditia pœnitentiæ, quia, scilicet pœnitentia cum aqua compunctionis, & cum fricatura satisfactionis purificat, atq; mundat animam. De ista munditia dicitur 1 Mach. 13. *Mundauit ædes in quibus fuerant simulachra.* Quarta vero munditia est honestæ apparentiæ, & de hac Exo. 25. dicitur, siue præcipitur, quod fieret arca de lignis Sethim, & quod deauraretur auro mundissimo intus & foris. Quocunq; ergo modo accipiatur munditia, dico breuiter, quod nos debemus spiritualiter esse mundi, & ab omni immunditia peccati liberi, atq; puri. Sicut enim ministri dominorum suorum, & maxime illi, qui in conspectu eorum assistunt, solent summe curare, vt mundi appareant coram ipsis, vasa etiam, in quibus pretiosi liquores reponuntur, ab omni prius sorde diligenter mundantur, sic vere charissimi, cum nos Christiani, & maxime ecclesiastici simus ministri regis Christi, & in conspectu eius continue assistamus, simus etiam vasa, in quibus pretiosus liquor diuinæ gratiæ est reponendus, dico quod nos specialiter, & spiritualiter debemus esse mundi, & ab omni sorde peccati diligenter & efficaciter expiati, vt & de nobis exponatur siue intelligatur illud Nehem. 12. *Mundati sunt sacerdotes & Leuitæ. & mundauerunt popu-*
B *lum, & portas & murum.* ¶ In quibus verbis ostenditur, quod tria genera sunt principaliter mandanda ad hoc, quod nos, qui sumus sacerdotes & Leuitæ possimus spiritualiter esse mundi.

Mundari ergo debent { Cordium voluntates, / Sensuum vanitates, / Carnium voluptates.

Primo igitur dico, quod mundemus, & purgemus cordiales affectiones, & istæ notantur per populum: Sensuales affectiones, & istæ designantur per portas: Corporales infectiones, & istæ signantur per murum. ¶ Dico ergo quod mundandæ sunt cordium affectiones (Mundauerunt inquit populum) Populus enim signat turbam affectionum, desideriorum & cogitationũ cordis, quæ pro certo ab omni sorde peccati debent mundari, & à cunctis vitijs expiari. Mundus enim rex mundum vult habere populum. Mundus dominus vult habere mundam domum. Mundus homo vult habere mundum lectum. Sic vere cum Christus mundus rex, mundus dominus, mundus homo in cordibus humanis, & in eorum cogitationibus & affectionibus sibi elegerit, scilicet, lectum ad quiescendum, domum ad habitandum, populum ad imperandum, summe necesse est, quod ista omnia spiritualiter sint valde munda, & ab omni sorde peccati penitus aliena. Vnde Iac. 4. *Emundate manus à peccatis, purificate corda, duplices animo.* Populum ergo mundauerit. Vnde de Christo dicitur ad Titum 2. quod *ipse passus fuit, vt nos redimeret & vt mundaret sibi populum acceptabilem & placentem Deo.* Et vere charissimi, populus cordis est bene mundandus, quia, scilicet, mũdanda est voluntas à vitio carnis & concupiscentiæ: intelle-
F ctus à vitio erroris & ignorantiæ: memoria vero à vitio ingratitudinis, & insipientiæ. Et sic vbi cordis populus, domus, & lectus fuerint bene mundi, ibi dominus libenter habitabit, ibi frequenter dominus accubabit, ibi etiam dominus imperabit. Mundentur ergo cordium affectiones & desideria, quia sicut dicitur Matt. 5. *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* Apes enim mirabiliter diligunt munda vasa, ibique libenter mellificant, & domum sextilem, id est, conscientiam, quæ habeat sex virtuales angulos, sibi parant. Anguli enim istius domus mundæ debent esse sex virtutes, videlicet

Rectitudo,
Sanctitudo,
Fortitudo,
G Claritudo,
Altitudo,
Latitudo.

Domus enim cordis debet esse recta per mentis æquitatem, sancta per mentis puritatem, fortis per mentis firmitatem, clara per mentis sagacitatem: alta per mentis sublimitatem: lata per mentis charitatem. Cor enim rectum debet esse munda domus. Quia sicut dicit Plin. Apes sunt animalia valde munda, & ideo in domibus suis nullam penitus immunditiam dimittunt sed eam eijciunt, & expellunt. Sic vere de cordibus debemus peccatorum expellere immunditiam, vt ibi possimus spiritualem munditiam custodire. Iuxta illud 2. Paral. 29. *Mundate domum Domini Dei patrum vestrorum.* Mundandæ ergo sunt cordium
affectiones. ¶ Secundo dico, quod mundæ esse debent sensuum C
conditiones, quia, scilicet, visus debet esse mundus ab infectione visibilium, tactus à delectatione tangibilium, gustus à suauitate gustabilium, auditus à deturpatione scurrilium, olfactus à delectatione odorabilium &c. quia breuiter debemus sensus nostros ita mundos à pollutione seruare, quod nihil sensibile possit ipsos per peccatum corrumpere vel fœdare. Et hoc ostenditur, cum dicitur, quod ipsi mundauerunt portas. Portæ enim animæ sunt ipsi corporis sensus, quia cum omnis cogitatio nostra & cognitio incipiat à sensu, nihil intrat animam nisi per portas sensuum corporalium. Sicut ergo præsumitur domus esse immunda, cuius & portæ & introitus sunt immundi sic anima immunda merito præsumitur, cuius portæ, id est, sensus per peccatorum immunditias maculantur. Sicut etiam valens homo non libenter intrat domum, cuius portæ varijs sordibus sunt fœdatæ, sic nec Deus conscientiam cuius sensus exteriores vitiorum sic sordibus sunt corrupti. Mundæ ergo sint portæ nostræ, iuxta illud Apoc. 21. *Singulæ portæ erant ex singulis margaritis, platea ciuitatis aurum mundum.* Tunc enim homo efficitur spiritualiter aurum mundum, quando sensus ipsius sunt margaritæ, id est, honesti, modesti, puri, candidi atque mundi. Mundati er-
go debent sensuum conditiones. ¶ Tertio dico, quod munda- D
re, & purgare debemus carnium infectiones, & istæ donantur per murum (Murum inquit mundauerunt) Murus enim qui fit de luto & lapidibus & intra cuius ambitum ciuitas est contenta, signat corpus, quod ex luto, id est, ex carne, & ex lapidibus, id est, ex ossibus est confectum, intra cuius ambitum ciuitas, id est, anima est inclusa. Iste ergo murus carnis nostræ debet munde seruari per castitatem & ab omni inquinamento debite custodiri. Vnde illud. *Circuitum murorum eius ex lapide candido & mundo.* Et bene dicit murorum in plurali, quia, scilicet, ciuitas animæ habet murum corporis, habet murum manuum, habet murum vestimentorum tanquam magis proprium, & propinquum, habet etiam murum bonorum temporalium tanquam magis extraneum & remotum. In omnibus ergo muris istis debet esse munditia, quia scilicet, in muro corporis debet esse munditia castitatis. De quo Heb. 10. *Abluti corpus aqua munda* Et 2. Cor. 6. *Mundemus nos ab omni inquinamento carnis* Item in muro manuum debet esse munditia bonitatis, seu sanctitatis, quia, scilicet, manus nostræ debent habere opera munda & sancta. Vnde Iob. 17. *Tenebit iustus viam suam, & mundis manibus addet fortitudinem.* In muro vestimentorum debet esse munditia honestatis. Vnde Apoc. 15. dicitur, quod *ipsi Angeli erant vestiti lapide mundo & candido,* in muro vero bonorum temporalium debet esse munditia eleemosynæ, & largitatis: iuxta illud Luc. 11. *Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis.* Et sic ergo patet, quomodo in nobis debent esse munda, & interiora, & exteriora, vt sic de nobis, vel de quolibet viro perfecto possit exponi illud A-
poc. 21. *Ipsa vero ciuitas erat aurum mundum simile vitro mundo.* ¶ Vbi E
aduerte, quod tria faciunt spiritualiter hominem mundum, videlicet, quando

Vallatur per sedulitatem,
Purgatur per aduersitatem,
Rigatur per flebilitatem.

Ista enim tria mundificant hominem à peccato, scilicet, sedulitas, qua vallatur, quod ostenditur, cum dicitur (Ciuitas) quia sicut ciuitas claudi debet, ne ab hostibus capiatur, sic homo debet claudi, ne à spiritualibus hostibus possit per immunditiam maculari. Item hominem mundat asperitas, seu aduersitas qua purgatur, quod ostenditur, cum dicitur (Aurum) quia sicut aurum in igne probatur & purificatur, sic homo per ignem tribulationis à vitijs abstrahitur, & præseruatur. ¶ Item hominem mundat flebilitas, qua rigatur, quod ostenditur, cum dicitur (Vitrum) quia, scilicet, sicut vitrum efficitur mundum per loturam aquarum, sic homo per lauacrum lacrymarum, iuxta illud Ps. 50. *Asperges me Domine hyssopo, & mundabor, lauabis me, & super niuem dealbabor.* Patet ergo, quod est munditia cordialis, sen-
sualis, & corporalis. ¶ Sed adhuc dico, quod, scilicet, possumus F
notare quod homo spiritualiter mundatur, scilic. sicut area per spiraculum diuinæ inspirationis. Sicut vestis per loturam lacrymarum & confessionis. Sicut vas æneum per fricaturam pœnitentiæ & afflictionis. Sicut à dæmone obsessus per virtutẽ sancte

ctæ &c

ctæ & meritoriæ orationis. Sicut leproſus per myſterium ſpiritualis curationis. Dico ergo, quod peccatorem mundat diuinæ gratiæ inſpiratio. Vnde Pſal. 50. *Cor mundum crea in me Deus & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis.* Sola enim inſpiratio diuinæ gratiæ facit hominem purum, & mundum ſicut ille dicebat Luc. 5. *Domine ſi vis, potes me mundare.* Item peccatorem mundat baptiſmi, vel lacrymoſæ confeſſionis irrigatio. Vnde Eſa. 1. *Lauamini, mundi eſtote.* Figura de Naaman leproſo, qui lauit ſe ſepties in Iordane, & reſtituta eſt caro eius ſicut caro pueri, & mundatus eſt. Ideo dictum fuit ei: *Vade lauare ſepties &c.* (ſicut 4. Reg. 5. dicitur) *& recipiet ſanitatem caro tua, atque mundaberis.* Et ſequitur quod *poſt loturam huiuſmodi reſtituta eſt caro eius ſicut caro pueri, & mundatus eſt.* ¶ Item peccatorem mundat pœnitentiæ & afflictionis caſtigatio. Et de hoc dicitur Matt. 12. vbi dicitur, quod *diabolus inuenit domum ſuam ſcopis mundatam & ornatam*, quia, ſcilicet, peccator qui fuerat domus diaboli, per ſcopas afflictionis & pœnitentiæ mundificatur, ſtringitur, & purgatur. ¶ Item peccatorem mundat meritoriæ orationis ſupplicatio, ſicut Leuit. 12. dicitur de muliere ſanguine fluente, quod *ſacerdos rogabit pro ipſa, & mundabitur.* ¶ Item peccatorem mundat remediorum Eccleſiæ operatio. Et ſic pro certo poteſt mundari peccator ſicut leproſus: leproſus enim ſicut dicitur Leu. 12. quando catoto debuit mundari multa requirebantur, videlicet ſanguis, aqua viua, vas fictile, cedrus, hyſopus, coccus, lotura corporis, raſura capillorum. Sic vere ad hoc, quod homo peccator purificetur, & mundetur, neceſſe eſt, quod habeat ſanguinem, id eſt, memoriam ſanguinis Chriſti & paſſionis, quia ſicut dicitur Hebr. 9. *Omnia vere in ſanguine mundantur.* ¶ Item aquam viualem, id eſt, redundantiam lacrymarum & compunctionis. Eze. 16. *Laui te aqua, & mundaui ſanguinem tuum ex te.* ¶ Item vas fictile, id eſt, memoriam ſuæ fictilis & fragilis conditionis. Vnde Heb. 9. dicitur, quod *cinis vitulæ aſperſus inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis.* ¶ Item cedrum altæ & eleuatæ contemplationis. Vnde Ezec. 36. loquens montibus dicit: *Effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini.* ¶ Item hyſopum humilis & baſſæ affectionis. Vnde in Pſal. dicitur *Aſperges me Domine hyſopo, & mundabor.* ¶ Item coccum, qui eſt pannus ardens & rubeus, id eſt, ardorem charitatis & dilectionis. Vnde Eph. 5. *Chriſtus dilexit Eccleſiam, mundans eam.* ¶ Item loturam corporis, id eſt, mundationem pœnitentiæ, & confeſſionis. Vnde Leu. 14. *Lauabit ea, quæ pura ſunt ſecundo, & munda erunt.* Secundo dicit, quia primo debet homo lauari per compunctionem, ſecundo per confeſſionem. ¶ Item finaliter debet habere raſuram capillorum, id eſt, abſterſionem omnis ſuperfluæ, & inutilis affectionis & exterioris veteris conuerſationis. Vnde Leu. 13. dicitur. *De cuius capite capilli fluunt, caluus & mundus eſt.* Et ibidem. *A cuius fronte ceciderint capilli, recaluaſter & mundus eſt.* Sic ergo patet, quomodo peccator

G diuerſimode poteſt effici mundus ¶ Si autem vis, notare potes, quod apud Deum ſunt munda quatuor genera perſonarum, ſcilicet illi, qui ſunt

Secretorum obſeruatores,
Egenorum benefactores,
Delinquentium miſeratores,
Ignorantium inſtructores.

Primi figurantur in arca, quia ſicut dicitur Exod. 25. *Erat deaurata intus & foris auro mundiſſimo.* Secundi figurantur in menſa propoſitionis Exod. 37. *Erat circumdata auro mundiſſimo.* Tertij figurantur in propitiatorio, quia ſicut dicitur Exod. 25. *Ex auro mundiſſimo erat factum.* Quarti vero figurantur in candelabro, quia ſicut dicitur ibidem Exod. 25. *Ex auro mundiſſimo factum erat*, quia, ſcilicet, illi, qui ſunt arca, ſecreta cuſtodiendo, menſa, pauperes nutriendo, propitiatorium, miſeris ſubueniendo & indulgendo, candelabrum ignorantes docendo, illuminati ſunt apud Deum, atque mundi &c. Vide de lauare, atque purgare, de caſtitate, de corde, de conſcientia & innocentia &c. ſicut in alijs pluribus locis præcedentibus.

A **Mundus.** Cum de mundo & immunditia multa in ſuis titulis iam ſint dicta, iudico iam fore tranſeundum.

**Mundus ſubſtantiue.** Nota breuiter, quod mundus accipitur pro vniuerſitate creaturarum, ſicut dicitur Eccl. 44. *Species cœli gloria ſtellarum, mundum illuminans in excelſis Dominus.* ¶ Item accipitur pro ſtatu præſentium miſeriarum, & de hoc 1. ad Tim. 1. *Nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium quia nec auferre quid poſſumus.*

¶ Item accipitur pro communitate omnium malarum perſonarum, Et ſic accipitur, vt in pluribus locis in ſcriptura videre licet 1. Ioan. 2. *Nolite diligere mundum, neque ea, quæ in mundo ſunt*, notandum, quod iſte mundus non debet diligi, ſed magis refugi, & contemni, multiplici ratione, videlicet, quia eſt

Locus {
Nociuus & periculoſus,
Obſcurus & nebuloſus,
Infectus & pernitioſus,
Turbatus & laborioſus.
Fallens & deceptuoſus,
Labens & defectuoſus.
}

Primo dico mundum eſſe nociuum, & periculoſum. Eſt enim ſicut nemus, vbi animalia domeſtica ſemper ſunt in periculo, vel vt à venatoribus capiantur, vel à beſtijs crudelibus deuorentur. Eſt etiam ſicut mare, vbi minores piſces ſunt eſca maiorum, & vbi via euadunt retia ſeu ſporta pi[illegible]ſcatorum. Nam ſicut in mari cancri ſentientes lac & carnes al[illegible]s, libenter retia piſcatorum ingrediuntur, & capiuntur, vt finaliter comedantur, ſic vere mundus eſt periculoſus, quia non ſolum ibi ſunt beſtiæ crudeles, id eſt, peruerſi homines & raptores, quinimo etiam ibi ſunt occulti venatores & piſcatores, [illegible]icet, ipſi dæmones, qui non ceſſant cancris, id eſt, peccatoribus retrogradis, lac & carnes, id eſt, mundi delicias porrigere, & oſtendere, vt in retibus ſuarum tentationum, ipſos poſſint per mare conſenſus & deſideria irretire, & in inferno finaliter deuorare. Ipſum ergo debemus contemnere tanquam nociuum & periculoſum. Nam (vt dicit Aug. ad Dioſcorum) *periculoſior eſt mundus blandus, quam moleſtus, & plus cauendus eſt, cum allicit, vt diligatur, quam cum cogit, vt contemnatur.* ¶ Secundo ipſum debemus con- B
temnere tanquam obſcurum & nebuloſum. Sicut enim in mari & in locis paludinoſis ſolent abundare nebulæ & vapores, & per conſequens maior obſcuritas ibi eſſe, ſic in mari huius mundi abondant vitia & errores, & ideo ibi tanta eſt obſcuritas ignorantiæ, & tanta ingratitudinis caliginoſitas, quod Deus quaſi à peccatoribus oblitus non cognoſcitur, omnis veritas ignoratur, & Dei beneficia quaſi à nemine cogitantur. Sicut enim dicitur Ioan. 1. *Deus in mundo erat, & mundus per ip[ſ]um factus eſt, & mundus eum non cognouit.* Quia ſicut d[illegible] *[illegible] ritum veritatis, quem mundus non poteſt accipere &c.* ¶ T[illegible] C
quod ipſum debemus contemnere tanquam infectum & pernicioſum. Sicut enim aliqua loca ſunt pernicioſa & humanæ complexioni contraria propter mala accidentia, quæ ſunt ibi, videlicet aliqua propter terræ motum, ſicut Sicilia, aliqua propter ignem cõtinue ſpirantem, ſicut Elcya, aliqua propter ventum flantem, ſicut Prouincia, aliqua propter calorem vrentem, ſicut Æthiopia, aliqua propter algorem ſtringentem ſicut Liuonia, aliqua propter copiam animalium venenoſorum inhabitantem, ſicut eſt Ægyptus, & ſuperior Libya, & Iordanis ſic vere mundus eſt ſpiritualiter pernicioſus, & illorum, quæ ibi ſunt, mentaliter infectiuus, quia ibi ſunt

Terræ motus Inconſtantiæ & labilitatis,
Ignis ſpirans auaritiæ & cupiditatis,
Ventus perflans ſuperbiæ & pompoſitatis,
Calor vrens luxuriæ & carnalitatis,
Frigus ſtringens indeuotionis & tepiditatis.

Copia beſtiarum ſeuiens, id eſt, multitudo hominum totius malitiæ & iniquitatis. Nam ſecundum Plinium in Ægypto ſuperiori eſt terra inhabitabilis, pro eo, quod ibi ſunt baſiliſci viſu interficientes. Dracones ignem ſpirantes & exhalantes, reguli alte volantes & diſcurrentes, tigrides dure mordentes & occidentes. Sic vere terra huius mundi eſt pernicioſa, qui pro certo ibi ſunt baſiliſci, id eſt, luxurioſi, qui ſecundum beatum [illegible]ttum 2. Pet. 2. *Oculos habentes plenos adulterio*, viſu interfi[illegible] quantum alliciunt ad peccatum. Ibi etiam ſunt dra[illegible] auari & ambitioſi, qui, ſcilicet, igne auaritiæ inflamm[illegible] Ibi etiam ſunt reguli, id eſt, ſuperbi, qui alis ſuperbiæ [illegible] elationem vndique deferuntur. Et breuiter verum [illegible] dicitus 1. Ioan. 2. quod *omne, quod eſt in mundo, aut eſt [illegible] oculorum, aut concupiſcentia carnis, aut ſuperbia vitæ.* ¶ [illegible] oſtenditur, quod in mundo ſunt

Cupiditas temporalis, Hæc eſt concupiſcentia oculorum,
Carnalitas corporalis, Hæc eſt concupiſcentia carnis,
Pompoſitas vitæ, Hæc eſt ſuperbia vitæ.

Vnde Ambroſ. ſuper Pſal. *O quam rarus eſt in terris cui nihil cum ſeculo*

*culo commune sit quem non inflammet libido, stimulet auaritia, lasciuia effeminet, luxuria decoloret, sternat ambitio, cruciet inuidia, ira sollicitet.* Contemnamus ergo mundum tanquam infectum & perniciosum.

D ¶ Quarto dico, quod ipsum debemus contemnere, tanquam turbidum & laboriosum. In mundo enim nõ est nisi labor, angustia, miseria, calamitas, aduersitas: & tamen mundus amatores suos ità allicit, quod huiusmodi miserias nihil sentiunt. Mãdragora enim facit poma totaliter insipida, talis tamen sunt virtutis, quod odorantem ipsa poma totaliter faciunt obdormire, ita & si ferro vulneretur, nunquam sentit, vt dicit Plinius. Sic vere mundus habet poma sua, id est, temporalia bona, quæ pro certo insipida sunt, quinimo aspera & amara, quia proculdubio nihil est in temporalibus quin plus habeat amaritudinis, quam dulcoris, quia sicut dicitur Ioan. 15. *In mundo pressuram habebitis.* Verumtamen odor, & delectatio eius ita sapit, delectat, & attrahit peccatores mundanos, quod pro temporalibus acquirendis quicquid mali sustinuerint, libenti animo patiuntur ita quod pœnas sentire aliqualiter non videntur. Contra quos loquitur Greg. in Homel. *Ecce mundus in se arescens in vestris cordibus reuirescit, vbique luctus, vbique mors, vbique desolatio, vbique periculum, vbique amaritudine replemur, tamen cæca mente eius amaritudinem amamus, fugientem sequimur, labenti inhæremus, & quia labentem retinere non possumus, necesse est, quod cum labente labamur.* Contemnamus ergo mundum tanquam turbidum & laboriosum. ¶ Quin-

E to dico, quod ipsum debemus contemnere tanquam fallentem & deceptuosum: Iste enim videtur multa promittere, sed finaliter nihil reddit. Vnde Petrus Ble. dicit, quod *mundus fallax est, &*

F *finis eius est dubius, exitus horribilis, iudex terribilis.* ¶ Sexto dico, quod ipsum debemus contemnere tanquam labentem & defectuosum. Ipse enim nihil habet firmitatis, quia, scilicet, continue variatur in suis conditionibus & mutatur, similis mari, quod continue fluitat & mouetur, similis etiam firmamento, quod continue mouetur, ita quod quantum ab vna parte eleuatur, tantum ab alia deprimitur. Vnde 1. Ioan. 2. *Mundus transit, & concupiscentia eius.* Et breuiter malas conditiones mundi bene tangit magister in libro de proprietatibus rerum, dicens sic. *Licet mundus videatur esse nutritor corporum, est tamen carcer spirituum & animarum.*

Mundus est locus
- Incolatus & peregrinationis,
- Reatus & transgressionis,
- Doloris & lacrymationis,
- Laboris & fatigationis,
- Horroris & confusionis,
- Motus & mutationis,
- Fluxus & alterationis,
- Transitus & corruptionis,
- Insolentiæ & turbationis,
- Violentiæ & oppressionis,
- Fraudulentiæ & deceptionis.

Et sequitur. *Mundus ignotos allicit, notos abiicit, multis obest paucis prodest, multa promittit, pauca reddit. Et quos hic diuitijs & honoribus extollit, in fine nudos dimittere consueuit.* Sic igitur pater charissimi, quomodo mundus est fugiendus, & contemnendus, & summopere deuitandus, quia sicut dicitur 1. Ioan. 2. *Si quis diligit mundum, non est charitas patris in eo.* Sicut enim scriptura colligitur, mundus habet mordacem sapientiam, fallacem amicitiam, mendacem inimicitiam. ¶ Dico sapientiam mordacem, quia sicut dicitur 1. Cor. 3. *Sapientia huius mundi stultitia est apud Deum.* Item amicitiam fallacem, quia sicut dicitur Io. 15. *Si de mundo essetis, mundus vtique quod suum est, diligeret.* ¶ Item inimicitiam mendacem. Ibidem. *Quia de mundo non estis, ideo odit vos mundus.*

A **Munire. Munitus. Munitio.** Communitio nihil aliud sit, quam rerum ad defensionem alicuius loci, vtilium aggregatio & prouisio, hinc est, quod secundum conditiones & varietates locorum, ponam varietatem munitionum. Nota ergo quod quandoq; munitio sumitur pro ipso loco munito, quandoque pro gentibus armis defendentibus & munientibus locũ, quandoq; vero pro rebus & armis ad munitionem loci, vel etiã personæ ordinaria, quandoque etiam pro machinis & instrumentis, & circumdantibus ad captionem alicuius castri, vel ciuitatis. Sumendo igitur primo in bono significato, dicam, quod in scriptura reperitur munitio personarum, & munitio locorum: Et sic dicam, quod inuenitur munitio virtualis, quæ est perfectorum, spiritualis, quæ est clericorum, & temporalis, quæ est mundanorum, cum prima munitur conscientia, cum secunda religio, seu Ecclesia, cum tertia vero munitur iniquorum collegium seu malitia. ¶ Dico ergo primo, quod est munitio perfe- B
ctorum qui muniuntur interius virtutum titulis. Nam sicut videmus, quod ciuitates, & fortalitia muniuntur armis, victualibus & militibus ne faciliter ab hostibus capiantur sic re vera iusti interius in conscientijs, armis virtutum, victualibus scientiarum, & militibus, id est, præsidijs & adiutorijs sanctorum & Angelorum muniuntur, ne scilicet à dæmonibus opprimantur. Vnde talis ciuitas munita erat ille, cui dominus dicebat Hier. 1. *Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æreum super omnem terram, & debellabunt aduersum te & non præualebunt.* Figura ad hæc Ecc. 48. vbi dicitur, quod *Ezechias muniuit ciuitatem suam, & induxit in medio ipsius aquam, & fodit ferro rupem, & ædificauit puteum,* & dicitur ibidem, *& Sennacherib rex potentissimus contra illam ciuitatem sic munitam non potuit præualere.* Quia re vera quando Ezech. auxiliatus à Deo, id est, iustus munit, & præparat ciuitatem conscientiæ suæ armis & virtutibus copiosis, & inducit in medio eius aquam, id est, pluuiam lacrymosæ deuotionis, & effodit, & eradicat ab ea rupem, id est, duritiem obstinationis, & ædificat sibi puteum, id est, profunditatem humilitatis & deiectionis, certe Sennacherib rex superbissimus infernalis contra eam non poterit præualere. Similis ergo Iudas Machabæus, qui sicut dicitur 1. Macha. 4. *Aedificauit montem Sion, & per circuitum muros altos & turres firmas & muniuit eum, vt haberet populus munitionem contra faciem Idumeæ.* Sed scitis quid est: pro certo sicut videmus; quod illi, qui habitant in aliqua fortissima ciuitate munita, minus solent esse solliciti & vigiles super custodia ciuitatis; vnde sæpe fit, quod ipsi dormiendo in suis munitionibus ab hostibus capiuntur, sic certe multi sunt qui in suis munitionibus, id est, in suis virtutibus nimis confidunt, & ideo contra insultus tentationum & cautelas diabolicarum proditionum minus vigilant, & attendunt, quapropter sæpe fit, quod à dæmonibus capiuntur, & tentationibus & peccatis succumbunt Hier. 48. *Pro eo, quod habuisti fiduciam in munitionibus tuis, & in thesauris tuis, tu quoque capieris.* Sequitur Ibidem. *Vastator Moab ascendet ad te, & dissipabit munitiones tuas.* Et bene dicit *dissipabit,* quia certe sicut inimici capta ciuitate dissipant munitiones, subuertunt turres, muros destruunt, portas aperiunt, rapiunt thesauros, & post iniecto igne, & occisis hominibus omnia deducunt ad vltimas desolationes, sic pro certo hostes infernales postquam ceperint animam Christianam, statim turres contemplationis subuertunt, muros, id est, clausuram obseruantiæ destruunt, portas sensuum naturalium ad cuncta delectabilia aperiunt, thesauros virtutum rapiunt, & homines, id est, vsum rationis perimunt, ignem auaritiæ immittunt, & sic omnes munitiones destruunt, iuxta illud Thre. 2. *Omnia speciosa Iacob destruxit in furore suo, munitiones virginis Iuda deiecit in terram, polluit regnũ, & principes eius.* Non sic charissimi, sed super nostris custodijs vigilemus, ne forsitan munitiones virtutum per negligentiam amittamus Zach. 9. *Conuertimini ad munitionem vinctissimi.* Patet igitur, quod iustus munitur interius virtutum titulis.

¶ Secundo dico, quod Ecclesia munitur exterius iustorum C
cumulis. Ecclesia enim & religio tunc est fortis & bene munita, quando iustis habitatoribus est repleta. Iusti enim sunt lapides quatuor virtutibus cardinalibus quadrati, quibus Ecclesia cingitur, & munitur, & quibus defenditur, & tuetur. De quo dicitur 1. Mach 10. quod *Ionathas iussit extruere muros in circuitu, montem Sion lapidibus quadratis ad munitionem.* Christus enim fecit sibi & suis fidelibus Ecclesiam pro habitatione, & ideo ipsam personis bonis & virtutibus muniri voluit & decreuit. Figuratum in Simone Machabæo. 1. Machab. 14. *qui muniuit montem templi, & habitauit ibi & qui cum eo erant.* Infirmi enim libenter habitant in castris, & locis munitis, & inde est, quod capræ, & ibices, quę sunt animalia imbellia & fugitiua, libenter morantur in locis altis & montuosis, & in rupibus sua natura munitis, vbi ferarum difficilis est accessus. Sic vere quia nos infirmi sumus in hac parte, debiles ad resistendum, & debiliores ad inuadendum, necesse est, quod loca munita, scilicet, religionem vel Ecclesiam habitemus, vt ibi ferarum infernalium impetus euitemus. Et hoc est, quod desiderabat ille, qui dicebat in Psal. 59. *Quis deducet me in ciuitatem munitam? quis deducet me vsque in Idumæam?* Bene ergo consulitur Hierem. 8. vbi dicitur. *Conuenite, & ingrediamur ciuitatem munitam, & sileamus ibi.* Aduerte tamen, quod diabolus munitiones suas,

suas, id est, machinas, tentationes, & vitia contra ciuitates munitas religionum, & Ecclesiarum erexit, iuxta illud 4. Reg. 24. *Venerunt serui regis Babylonis in Hierusalem, & circumdata est vrbs munitionibus, ipsamq; vastauit multipliciter, & destruxit.* Patet, quia certe paucę inueniuntur hodie Ecclesiæ talibus munimentis, id est, bonis scientificis personis munitæ, multæ vero talibus vacuæ & desertæ. Vnde Zach. 11. *Vlula abies, quia cecidit cedrus, quia magnifici vastati sunt. Vlulate quercus Basan, quoniam succisus est saltus munitus:* Non sic, sed habeamus ciuitates munitas, iuxta illud Ose. 8. *Iudas multiplicauit ciuitates munitas.* Patet ergo, quod Ecclesia munitur iustorum cumulis.

D ¶ Tertio vero dico, quod iniquus munitur terrenis loculis, id est, terrenis diuitijs, potentijsque mundanis. Constat enim quod diuites huius mundi taliter hodie sunt muniti, & tot & tantis diuitijs, auxilijs & fauoribus circumfulti, quod nullus potest eos vel ius suum ab eis reportare Deut. 3. *Cuncta vrbes regni Basan erant munita muris altissimis.* Sed quid? pro certo tales ciuitates munitas, id est, diuites impios & tyrannos Deus finaliter destruet ipsosque & eorum prosperitatem euertet Esaiæ 2. *Dies,* inquit, *domini exercituum super omnem superbum, & excelsum, super omnem arrogantem, & humiliabitur.* Sequitur. *Et super omnes colles eleuatos, & super omnem turrem excelsam, & super omnem murum munitum.* Mors enim & diabolus talium munitiones Deo permittente finaliter subuertunt, & eos postquam diu regnauerint, impetuose confundunt, dicentes, scilicet cuilibet tali illud Mich. 5. *Perdam ciuitates terræ tuæ, & destruam omnes munitiones tuas.* Exemplo, scilicet, Alexandri, de quo dicitur 1. Machab. 1. quod *ipse percussit Darium regem Persarum, & constituit prælia multa, & omnium obtinuit munitiones.* Patet ergo, quod triplex munitio in scriptura reperitur, videlicet nequitiæ mundo dominantis, Ecclesiæ digne militantis, iustitiæ in corde latitantis.

A **Munus.** Nota, quod munus potest accipi in bono & in malo. In bono enim signat, quicquid vtile ad salutem animæ tribuitur, & offertur. Et sic potest significare eleemosynam, qua pauper ditatur, virtutum meritum & opus meritorium, quo Deus placatur. Gloriam paradisi, qua beatus in patria præmiatur. De muneribus ergo eleemosynarum potest intelligi illud 2. Esdr. 9. Vbi præcipitur filijs Israel *dare munera his, qui non habebant.* Et ratio est, quia pro certo sicut dicitur Pro. 19. *Donum hominis dilatat viam eius, & ante principes spatium ei facit.* Donum enim eleemosynarum dilatat viam hominis, ita quod sine difficultate intrare poterit paradisum, & ante principes, id est, ante sanctos spatium ei facit, atque locum, quia sicut dicitur Pro. 22. *Victoriam & honorem acquiret qui dat munera.* De muneribus vero bonorum operum & meritorum, quæ scilicet Deo offerimus cum ipsum placare volumus, quod sui ipsius gratiam volumus impetrare, dicitur in Ps. 44. *Filiæ in muneribus vultum tuũ deprecabuntur, omnes diuites plebis:* nullum enim potest offerri Deo gratiosius munus, quam bona opera meritoria & virtuosa, sicut de magis dicitur. *Apertis thesauris suis obtulerunt Christo munera, aurum, thus, & myrrham,* sicut dicitur Matth. 2. Nos enim aperire debemus thesauros cordium nostrorum per deuotionem, & Christo debemus offerre bonorum operum munera per gratiarum actionem. Offeramus ergo sibi

Munus { Discretionis, / Orationis, / Afflictionis.

Discretio significatur in auro, quod splendent Ps. 71. *Viuet, & dabitur ei de auro Arabiæ.* Oratio signatur thure cuius fumus sursum ad cœlum tendit. Vnde Hierem. 41. dicitur de viris Sichen, qui volebant sacrificare, quod *munera & thus habebant in manu, vt offerrent in domo domini.* Affectio seu carnis mortificatio significatur in myrrha, quæ mirabiliter est amara, & qua mortua corpora condiuntur. Vnde Prouer. 7. *Aspersi cubile meum myrrha & aloe.* Talia ergo munera debemus Deo offerre, vt possimus ipsius gratiam impetrare, quia sicut dicitur Prou. 21. *Munus absconditum extinguit iram.* De Salomone etiam dicitur 3. Reg. 10. quod *singuli offerebant ei munera.* De Saul vero dictum est, quod cum factus fuisset rex, *filij Belial non obtulerunt ei munera.* Quia pro certo illi qui boni sunt, talia munera regi suo offerunt. Illi vero qui sunt Belial, ei offerre spiritualia munera contradicunt. Simus ergo sicut illi, de quibus dicitur in Ps. 71. *Reges Tharsis & insulæ munera offerent, reges Arabum & Saba dona adducent.*

B ¶ Vbi aduerte, quod tria genera personarum offerunt munera grata Deo, videlicet,

{ Discreti gubernatores, / Astuti contemplatores, / Compuncti lacrymatores.

Bene dicit discreti gubernatores, quod notatur cum Dicit (Reges) qui scilicet se & alios bene regunt. Astuti contemplatores, cum dicitur, (Tharsis,) quod interpretatur explorans gaudium, compuncti lacrymatores, cum dicitur (Insulæ) quæ scilicet, vndique circumdantur aqua. De muneribus vero diuinis, scilicet, de affluentia donorum cœlestium & gaudiorum, quæ scilicet Deus solet dare beatis, potest exponi illud Heb. 8. *Pontifex ad offerendum munera & hostias constituitur.* Pontifex enim Christus fuit à Deo patre constitutus ad offerendum munera cœlestis gloriæ fidelibus. Sic ergo patet, quomodo munera accipiuntur tripliciter in bono. ¶ Sed adhuc dico, quod munus accipitur in malo. Et sic accipitur pro illis donis spiritualibus, id est, pro illis operibus quæ Deo ab hypocritis & cæteris malis hominibus offeruntur, sicut legimus de Cain, qui offerebat domino de fructibus terræ munera, & tamen *Deus ad munera Abel respexit, ad munera vero Cain non respexit,* sicut dicitur Gen. 4. Cuius ratio additur, quia Abel offerebat sua munera bona intentione, Cain vero offerebat cum odio fraterno, & cum inuidia, & mala intentione. Talia enim munera non sunt Deo accepta. Quia sicut sapiens dicit Eccl. 34. *Dona iniquorum non probat altissimus.* Vnde talibus dicitur Amos 5. *Holocausta vestra, & munera vestra non suscipiam.* Potest etiam dici, quod munus accipitur pro lucro vel præmio, quod mali solet dare & offerre malis iudicibus & superioribus vt ab eis sustineantur, & vt ab eis non impugnentur, & vt ab eis ius & iudicium corrumpantur. Mali enim de sua malicia diffidentes, nullum habent promptius remedium, quam muneribus corrumpere iudices & potentes. De vulpe enim legimus, quod infestata à canibus quando nimis proximant ad eam, solet caudam suam vitiosam in ora ipsorum immittere, quam dũ tenuerint, & pilos in abundantia inuenerint, fortiter vulpes trahit caudam suam, & eis remanent pili, ipsa vero vulpes effugit & recedit, canibus cum pilis qui in dentibus suis remanent occupatis. Sic vere dum aliqua vulpes, id est, aliquis fraudulentus aduersarius, vel quicunque iniquus videt se propter sua fore facta à canibus, id est, à prælatis, vel iudicibus persequi, pilos caudæ suæ, id est, munera diuitiarum suarum solet eis præsentare, quia scilicet per caudam, quæ sequitur bestiam, & quæ ei inhæret, intelligitur possessio temporalis. Per pilos, qui sunt superflui & quasi extrinseci ipsi corpori, intelliguntur diuitiæ temporales. Ea sic igitur talis vulpes, id est, malefactor, dum ipsis canibus, id est, malis auaris & insatiabilibus iudicibus tales pilos, id est, talia munera dimittit, ipse taliter effugit, & euadit. Bestia etiam, quæ Bunasus dicitur, videns se à canibus persequi, solet stercus suum igneum & ardentissimum contra canes proijcere, & sic à canibus fugientibus, & retrocedentibus fugiendi spatium obtinere. De bestia etiam, quæ dicitur Loch, quæ est in Bohemia, reperitur scriptum, quod dum à venatoribus insequitur, solet aquam in quodam paleari, quod habet sub gutture, taliter calefacere quod tandem illam aquam feruentissimam solet contra canes & venatores proijcere, & ipsos necessario facere retroire. De bubalo etiam legimus, quod dum stercus suum odoriferum egerit, canibus circa odorem stercoris remanentibus ipse bubalus effugit, & recedit. Quia proculdubio charissimi dum canes insanabiles, id est, auari iudices & balliui, venatores, id est, crudeles raptores, principes & prælati aliquam bestiam, id est, aliquem peccatorem vel malefactorem volunt ex iniuncto sibi iustitiæ officio capere, corripere, & punire, non restat nisi quod ipsi malefactores proijciant eis stercora, id est, *munera temporalia,* quæ ab apostolo *stercora* nuncupantur ad Phil. 3. quibus dum ipsi canes, & venatores fuerint inflammati & auaritiæ feruore recreati, dilectionis ardore statim ipsos dimittunt [illegible] gere, & retentis hominum stercoribus & muneribus ipsos [illegible] & impunitos sinunt recedere, & abire. Quibus do[illegible] maledicit Esa. 5. *Væ qui iustificatis impium pro muneribus* quia breuiter de omnibus verificatur illud verbum Esa. 1. *Principes tui infideles socij furum, omnes diligunt munera, sequuntur retributiones.* ¶ [illegible] ota breuiter, quod munera non sunt accipienda, nec diligenda triplici ratione, videlicet, D

Quia { Tollunt rectitudinem iudiciorum, / Causant multitudinem flagitiorum, / Procurant magnitudinem suppliciorum.

Primo ergo dico, quod munera tollunt iudiciorum rectitudinem,

rem. Vix enim aut nunquam potest esse iustus iudex, qui libenter accipit munera, necesse est enim vel quod vnum iniuste sustineat, vel quod alium deprimat. Et ideo præcipitur Deut. 16. *Non accipies personam, aut munera, excæcant enim munera oculos sapientum.* Quia sicut oculus vrsi excæcatur per aspectum peluis candentis, & per ardorem ipsius, humorem oculi consumentis, sic oculus iudicij, & rationis mali iudicis, principis vel prælati, turbatur, & excæcatur, quando peluis ardens, id est, aliquod munus ardorem auaritiæ continens eidem præsentatur, sicut de filijs Samuelis dicitur, quod *acceperunt munera, & peruerterunt iudicium.* Et istud est hodie pessimum, quod via inuenitur hodie ita bonus prælatus aut iudex, quin in muneribus glutietur, & per consequens ad faciendum vltra conscientiam aliqualiter obligetur. Vnde dicitur Mic. 3. *Principes eius in muneribus iudicabant, sacerdotes eius in mercede docebant, & prophetæ eius in pecunia diuinabant.* Hi enim tales comparantur cattis, qui dicuntur à capiendo: Comparantur accipitribus, qui dicuntur ab accipiendo: comparantur sanguisugis, quæ dicuntur à sanguine sugendo & hauriendo. Quia pro certo tales non cessant munera capere, & accipere, & ipsa paulatim sugere, & haurire, contra illud Exod. 23. *Non accipias munera, quæ excæcant etiam prudentes & peruertunt verba iustorum.* Munera ergo tollunt iudiciorum rectitudinem.

E ¶ Secundo dico, quod munera causant flagitiorum multitudinem. Constat enim quod mali animantur ad malefaciendum, quando sperant, quod per munera de correctorum manibus eruentur. Sicut enim rana quando persequitur, statim refugit in aquam, sic mali quando persequuntur à prælatis, statim vadunt ad arcam, scilicet, pro muneribus offerendis. Sicut enim vmbra Hyænæ facit canes mutescere, sic vmbra, & memoria munerum facit iudices à latratu reprehensionis cessare. Vnde tales videntur dicere illud Genes. 32. quod dixit Iacob de Esau. *Placabo eum muneribus quæ præcedunt, & sic videbo faciem eius.* Et quod peius est, inferiores balliui cessant pauperes excoriare & rapere, vt habeant vnde valeant superioribus & magnatibus munera ministrare. Figurati in Samsone, qui cum perdidisset problema, descendit ad occidendum Philisthæos, vt de ipsorum vestibus solueret stipendia seu munera, quæ debebat, sicut dicitur Iud. 13. Quia scilicet tales non faciunt conscientiam de pauperum, vel etiam cuiuscunque spolijs auferendis, vt habeant vnde munera offerant suis fautoribus & magistris. Tamen de Acham dicitur 2. Par. 28. *Spoliata domo domini & domo regis, & principum, misit munera regi Assyriorum.* Istud non debet esse charissimi, quia pro certo superiores nunquam debent accipere munera pro iniustitia facienda, quinimo omni homini eadem munera deferenti debent dicere illud Dan. 5. *Munera tua tibi sint, & dona domus tuæ alteri da.* Et illud Amos 5. *Holocausta vestra, & munera vestra non suscipiam.* Et Mal. 1. *Munus non suscipiam de manu vestra.* Quod proculdubio non faciunt hodie multi, de quibus dicitur in Psalm. *Dextera eorum repleta est muneribus.* Non sic ergo, sed contemnamus munera, quæ ista causant flagitiorum multitudinem.

¶ Tertio dico, quod contemnenda sunt, quia inducunt suppliciorum magnitudinem. Quia proculdubio tormenta infernalia promittuntur munera accipientibus, vita vero æterna contemnentibus & fugientibus. De tormentis enim infernalibus potest exponi illud Iob 15. *Ignis deuorabit tabernacula eorum, qui libenter munera accipiunt.* De vita vero beata, promittitur munera refutantibus, dicitur Prouerbior. 15. *Conturbat domum suam, qui sectatur auaritiam, qui autem odit munera viuet.* Etiam in Psalm dicitur *in monte sancto domini habitare, qui super innocentem munera non accepit.* Et sic patet, quomodo munera si iniuste accipiantur, tormentorum mansitudinem solent generare, vitiorum multitudinem solent procurare, animorum limpitudinem solent excæcare. Et hæc de muneribus sufficiunt. Vide supra de acceptione.

A **Murmur.** Nota, quod murmur idem est, quod susurratio, detractio, oblocutio vel impatientiæ demonstratio, & displicentiæ manifestatio. Est autem conditio murmuratoris similis porco, qui siue dormiat, siue vigilet, siue vadat, siue quiescat, semper solet grunnire, & aliquem grunnitum displicentiæ emittere. Sic vere susurro, vel murmurator vbicunque sit, quodcunque faciat, siue sit in labore, siue in quiete, semper solet grunnitum murmurationis effundere, & aliquod signum murmurantis displicentiæ propalare. Isti enim solent murmurare de tribus, videlicet,

De { Sanctorum perfectione,
Laborum afflictione,
Bonorum defectione. }

Murmurant enim de sanctorum perfectione, quia scilicet tales solent magis murmurare de bonis, quam de malis, sicut dicitur Exod. 15. quod *omnis populus murmurauit contra Moysen.* De Christo etiam dicitur Luc. 5. quod *de ipso murmurabant scribæ & Pharisæi, dicentes, quod cum publicanis & peccatoribus manducat, & bibit.* Tales enim solent quicquid ab alijs est benefactum, vilipendere, & sinistra interpretatione damnare. ¶ Item isti murmurant de laborum afflictione. Tales enim non possunt sustinere aliquid tribulationis vel laboris, quin statim murmurent & loquantur Num. 11. *Ortum est murmur populi quasi dolentium præ labore.* ¶ Item isti murmurant de bonorum defectione, quia scilicet, statim quando eis deficit aliquid, ipsi solent irare, & murmurare, sicut dicitur in Psalm. *Si vero non fuerint saturati, & murmurabunt.* Sicut bene apparuit Exod. 16. vbi dicitur, quod *præ desiderio carnium populus contra Moysen murmurabant.* Vnde etiam aqua deficiente dicitur Exod. 17. quod *sitiuit populus, & murmurauit contra Moysen &c.* Vide supra de detractione.

**Murus. Muri.** Cum muri instituantur ad munitionē ciuitatum & fabricationem & fortificationem castrorum, turrium, & domorum, hinc est, quod per muros loquendo moraliter possumus intelligere illos, qui habent defendere, & tueri ciuitatem, domum vel castrum Ecclesiæ sanctæ Dei. Et sic per murum potest intelligi, videlicet, A

Status & habitatio perfectorum,
Actus & operatio prælatorum,
Virtus & defensatio Angelorum,
Fructus & ordinatio mandatorum.

Dico ergo, quod per muros possunt intelligi perfectorum habitationes, seu Ecclesiæ congregationes, quia status bonorum est vnus murus in Ecclesia, ita quod de omnibus inuicem aggregatis efficitur vna maxima munitio. Vnde talibus muris dicitur Iud. 1. quod *ille ædificauit muros ciuitatis suæ, de quadratis lapidibus.* Lapides enim quadrati sunt quatuor virtutes cardinales, quibus pro certo personæ & status perfectorum sunt à Deo fabricati.

¶ Item per muros intelliguntur prælatorum visitationes. Sicut enim muri circumeunt ciuitatem, & ipsam ab inimicis protegunt, & defendunt, sic prælati Ecclesiam per diligentiam ambiunt, ipsamque ab hostibus principalibus tutam reddunt. Vnde Deut. 3. *Vrbes erant munitæ muris altissimis,* id est, prælatis perfectissimis & excellentissimis. ¶ Item per muros intelliguntur Angelorum consolationes, Angeli enim sunt muri Ecclesiæ, quia scilicet eam ambiunt, & muniunt. Vnde dominus loquens dicit Es. 49. *Muri autem tui coram oculis meis sunt semper.* ¶ Item per muros intelliguntur statutorum seu mandatorum ordinationes, quibus, sc. affectiones nostræ clauduntur, & ne ad peccata prolisiant, prohibentur. Et de hoc dicitur 2. Paral. 14. *Ædificemus ciuitates, & muniamus eas muris.* His autem omissis, dicamus, quod per murū potest intelligi vir perfectus, & maxime ecclesiasticus, vel prælatus vt in persona ipsius dicatur illud Can. 8. *Ego murus, & vbera mea sicut turris.* ¶ Vbi aduerte, q. sicut murus est medius B inter tectum & fundamentum, sicut etiam murus habet circuire totum ædificium, in muro fiunt etiam ostia, per quæ homines recipiuntur in domum, & murus insuper erigitur, & eleuatur in altum, sic prælatus quantū ad istas quatuor proprietates debet habere quatuor virtutes, vt murus Ecclesiæ possit spiritualiter appellari. Debet n. spiritualiter loquendo, esse charitatiuus mediator quantum ad primum, quod ostenditur verbo (Ego) Diligentissimus visitator quantum ad secundum, quod ostenditur cum dicitur (Murus) Liberalissimus miserator quantum ad tertium, quod ostenditur in verbo (Vbera) Eminentissimus speculator quantum ad quartum, quod ostenditur in verbo (turris.)

¶ Dico primo, quod iste debet esse mediator charitatiuus, quod notatur cum dicitur (Ego) Quia sicut ego est pronomen quod, scilicet pronomine ponitur, murus vero sicut dictū est medius est inter tectum & fundamentum, & inter terram, & cælum, sic prælatus vel ecclesiasticus, vel perfectus debet esse medius & mediator inter populū, & Deum, & debet esse pronomen, quia scil. pro numine, vel Ecclesia, cuius portat nomen, debet apud Deum & homines interponere partes suas, vt possit dicere illud Deut. 5. *Ego sequester, & medius fui inter vos & Deum.* Vnde quilibet talis debet dicere illud Zach. 2. *Ego ero ei murus ignis in circuitu.* Et ideo de tali mediatore potest dominus dicere illud Ezech. 43.

*Murus enim erat inter me & vos &c.* Quamuis de multis doctis & crudelibus prælatis possit dici illud Ezech. 43. *Accipite sartaginem ferream, & pones eam tanquam murum ferreum inter te & ciuitatem, & te.* Quia, scilicet illi, qui sunt hodie inter Deum & ciuitatem mediatores constituti, sunt sartago per ardorem cupiditatis & mu-
C rus ferreus per duritiam impietatis. ¶ Secundo dico, quod prælatus debet esse visitator diligentissimus, quod etiam notatur in nomine muri, quia sicut murus ambit ædificium, sic prælatus de sua natura, debet circuire, & visitare Ecclesiam, & populum sibi commissum. Vnde de bono prælato potest dici illud Ezec. 40. *Ecce murus forinsecus in circuitu.* Quamuis de prælatis negligentibus possit dici illud, quod de muris Hierusalem dicitur Hier. 39. quod *murum Hierusalem per circuitum destruxit exercitus Chaldæorum*, quia proculdubio exercitus Chaldæorum, id est, vitiorum vel dæmoniorum, destruit illos muros, id est, prælatos Hierusalem, id est, Ecclesiæ. Igitur prælatus debet Ecclesiam
D per diligentiam circuire. ¶ Tertio dico, quod prælatus, vel ecclesiasticus, seu perfectus debet esse miserator liberalissimus, quia sicut in muro est porta per quam homo recipitur in ciuitatem, & sic in prælatis debet esse porta misericordiæ, quæ scilicet ad ciuitatem & vnitatem Ecclesiæ debet admittere, & recipere vniuersa, quod notatur cum dicitur (Vbera) quia scilicet misericordis & vbera debent esse in prælato, quæ lac doctrinæ & temporalium beneficiorum alijs affluant & effundant, vt sic subditi possint dicere illud Cant. 1. *In odorem vnguentorum tuorum curremus memores vberum tuorum super vinum*, vt de talibus muris dicatur illud Num. 2. vbi dicitur, quod *diuitiæ Alexandriæ erant mare, aqua muri eius* Et Exod. 14. dicitur: *Aqua erant filijs Israel pro muro à dextris & sinistris.* Quia videlicet prælati, qui sunt muri
E Ecclesiæ debent esse aqua per refrigerium pietatis, & per mollitiem benignitatis. ¶ Quarto dico quod prælatus debet esse contemplator eminentissimus, quia videlicet ipse debet esse sicut turris, scilicet eleuatus ad cœlum per contemplationem æternorum. Vnde Gen. 11. *Faciamus nobis ciuitatem, & turrem cuius culmen ascendat vsque ad cœlum.* Vnde Iud. 9. *Erat turris excelsa in medio ciuitatis.* Sed proculdubio verificatur in multis illud, quod de muro Babylonis dictum est Hier. 5. *Murus Babylonis ille altissimus suffossione suffodietur.* Quia vere hodie muri altissimi, id est, prælati contemplatiui sunt ab ecclesia suffossi & ex toto ad terram, id est, ad amorem terrenorum diruti, & destructi. Antiquitus enim erant prælati ecclesiæ

Muri { Ferrei, Lapidei, Altissimi, Firmissimi.

De Hieremia enim legimus, quod dictum est ei Hier. 1. *Dedi te in murum æneum, & in columnam ferream, & prœliabuntur aduersum te, & præualere non poterunt* Quia breuiter prælati, & ecclesiastici solebant esse ferrei per stabilem firmitatem: ærei per eloquentiæ veritatem: lapidei per ponderosam maturitatem: alti per mentis sublimitatem 1. Mac. 4. *Aedificauerunt montem Sion per circuitum muris altissimis.* Sed pro certo hodie videtur impletum esse illud 4. Re. 3. Vbi dicitur, quod *tres reges aggregato exercitu ciuitates Moab destruxerunt, vniuersosq; fontes aquarum obturauerunt, & omnia ligna fructifera succiderunt, ita vt tantum muri fictiles remanerent.* Tres enim reges sunt mundus, caro, & dæmonia, qui congregato exercitu, scilicet, omnium vitiorum, ciuitatem Ecclesiæ militantis destruxerunt, fontes aquarum, id est, viros misericordes, seu etiam doctores, aquas doctrinæ vel temporalis eleemosynæ effundentes obturauerunt, ligna fructifera, id est, sanctos viros fortes & perfectos prælatos succiderunt, & soli muri fictiles remanserunt. Quia hodie iuxta planctum Hier. Thr. 4. *Filij Sion inclyti, & amicti auro primo, reputati sunt in vasa testea.* Nõ sic ergo, sed sint viri ecclesiastici & prælati muri Ecclesiæ defensiui, vt de quolibet dicatur illud Esa. 26. *Saluator ponetur in ea murus & antemurale.* Et sic ipsi bene poterunt dici speculatores & contemplatores, miseratores & receptores, visitatores & inquisitores, mediatores &
F intercessores. Et hæc de muro in bono sufficiant. ¶ Sed adhuc nota, quod murus accipitur in malo, & sic signat

Carnis vilitatem,
Mundi facultatem,
Culparum prauitatem,
Hostium commutatem.

De muro enim carnis, qui, scilicet, valde fragilis est & faciliter dissipatur per mortem, bene dicitur Neh. 2. *Considerabam murum Hierusalem dissipatum* De muro etiam mundanæ facultatis & temporalitatis dicitur Prou. 18. *Substantia diuitis, vrbs roboris eius, & quasi murus validus circumdans eum.* De muro vero culpæ & iniquitatis, in quo scilicet peccatores concluduntur, & incarcerantur dicitur 3 Reg. 20. quod *murus cecidit super 27. millia, & oppressit eos.* De muro hostilium tentationum dicitur in Psal. *In Deo meo transgrediar murum*: sufficit. Vide supra de Munire.

## Mutare. Mutatio.

A Cum naturaliter omnis res aut mutatur de loco ad locum, aut de forma ad formam, hinc est quod per mutationem potest spiritualiter intelligi omnis ille motus, actus vel passio per quem homo spiritualiter de vno statu ad alium variatur. Nota ergo, quod in scriptura inuenitur mutatio vtilis, & virtuosa, flebilis & luctuosa, nobilis & gloriosa, damnabilis & vitiosa, testabilis & dolorosa ¶ Primum est mutatio pœnitentium & conuersorum qui videlicet mutantur de vitio ad virtutem, de malo ad bonum, de culpa ad meritum. Et de ista dicitur Gen. 35. *Mundamini, & mutate vestimenta vestra.* ¶ Secunda mutatio est hic viuentium B
viatorum, qui semper quamdiu hic viuunt subsunt motui & mutationi, quia videlicet homo nunquam in eodem statu permanet, quinimo continue mutatur de diuitijs ad paupertatem, de sanitate ad infirmitatem, de prosperitate in aduersitatem, de iuuentute ad senectutem & vltimo de vita ad mortem. Vnde Eccl. 18. *A mane vsque ad vesperam immutabitur tempus.* Sed de ista de supra de homine, & infra de vita. ¶ Tertia est mutatio triumphantium beatorum, qui, scilicet mutantur C

De { Miseria ad gloriam, Peregrinatione ad patriam, Aduersitate ad fœlicitatem, Corruptione ad immortalitatem.

Vnde de talibus dicitur Dan. 4. *Septem tempora mutabuntur super te.* Septem n. tempora signant 7. miserias temporales, videlicet

Famem,
Sitim,
Laborem,
Dolorem,
Angustiam,
Ignorantiam,
Mortem.

Quia proculdubio istã in bonis mutãtur in 7. dotes. Quia sicut dicitur Esa. 40. *Beati, qui sperant in domino, mutabunt fortitudinẽ Assument pennas, vt aquilæ, current, & non laborabunt, volabunt, & non deficient* Isti n. quantum ad animam habebunt dilectionẽ [Sperant inquit in domino] Fruitionem [Assument inquit] Exaltationẽ [Pennas inquit] Cognitionem [Aquilæ inquit.] ¶ Item quantũ ad corpus ipsi habebunt claritatem, quia erunt sancti, i. sine terra, hoc est dictum, sine obscuritate: Subtilitatem, quia isti volabunt super pennas ventorum: Agilitatem, quia current: Impassibilitatem, quia sc. ipsi non laborabunt, & non deficient. Et de eo breuiter de tali mutatione dicitur in Ps. *Hæc mutatio dexteræ ex-* D
*celsi* ¶ Quarta vero mutatio est delinquentium peccatorum, qui scilicet semper mutantur de malo in malum, de gratia ad peccatum Vnde nota, quod isti mutantur videlicet

De { Gratia ad iniustitiam, Gloria ad vilitatem, Sapientia ad ignorantiam, Honesta apparentia ad insolentiam.

In peccatoribus ergo mutatur gratia ad iniquitatem. Vnde de ipsis dicitur Esa. 24. quod *ipsi transgressi sunt leges, mutauerunt ius, dissipauerunt fœdus sempiternum*, Etiam dicitur Eccl. 27. quod *stultus mutatur, vt luna.* Item mutantur de gloria ad vilitatem, quia sicut dicitur in Ps. *Ipsi mutauerunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fœnum.* Tales igitur figurantur in Nabuchodonosor, qui fuit de rege mutatus in bestiam, & vt dicitur, in vitulũ vel in bouem, sicut dicitur Dan. 3. Item mutantur de sapientia ad ignorantiam, & ad tuditatem, & illi figurantur in vxore Loth, quæ non obediendo domino, mutata fuit in statuam salis, sicut dicitur Gen. 19. vnde Iud 19. dicitur, quod *dies mutabatur in noctẽ*, quia scilicet dies, prudentia & discretio peccatorum in noctem ignorantiæ transmutatur. ¶ Item mutantur de honesta apparẽtia ad conuersationem inhonestam & leuitatem: vnde Thre. 4. *Obscuratum est aurum, mutatus est color optimus.* Psal. *Sicut opertorium mutabis eos & mutabuntur.* Sed de istis mutationibus esset longum dicere, sed paucæ sunt auctoritates, & ideo si vis dilatare, vide exempla vbicunque agitur de instabilitate, seu de inconstantia, supra

[illegible] ¶ [illegible] *negociatores populorum.* ¶ De pri[illegible] [illegible]ud est, quam ad [illegible]num co[illegible] [illegible]ue si non satis de ipsa dicatur, dic[illegible] q[illegible] sicut arbores omni anno & [illegible] temporibus fœcundentur, tra[illegible] bent in hyeme, mutantur prius ad vi[illegible] nd[illegible] ad amœnitatem florum, & finaliter ad [illegible] sic veri boni & iusti semper debent in bo[illegible] contingat eos in hyeme peccati, & in [illegible] pro certo se debent mutare ad viro[illegible] & recuperare flores bonæ affectio[illegible]nis conuersationis, vt sic finaliter fru[illegible] fruitionis mutentur, & in ipsis fructus [illegible] Sicut enim videmus, quod quædam sunt [illegible] ad aliquas sui partes se solent mutare, [illegible] ceruos mutat cornua, coluber pellem, [illegible]unas, equus dentes, hyæna sexum, cancer [illegible] nos debemus mutare malas conditio[illegible]biles & bonas. Et ideo mutemus videlicet [illegible] & præsumptionis, sicut ceruus pellem [illegible] sicut serpens: pennas nostræ elationis, [illegible] nostræ detractionis, sicut equus: sexum no[illegible]ctati[illegible], sicut hyæna: testam nostræ duræ ob[illegible] T [illegible]. ¶ Quia breuiter charissimi, quicquid [illegible] erit in actu malum & vitiosum, debet mu[illegible] [illegible] bonum & virtuosum, vt sic quilibet nostrum [illegible] Saul, qui irruente in eum spiritu domini, cœpit [illegible] prophetantibus ita *vt mutatus sit in virum alte[illegible]* [illegible]1. Reg. 10. Et ideo breuiter de conuersatione, [illegible]one morali & virtuosa, maxime de illa qua pecca[illegible] [illegible]nam ad virtutem conuertitur, possum expone[illegible] [illegible] de Ioseph dicitur Gen. 41. vbi dicitur, quod *edu[illegible] carcere totonderunt, & veste mutata obtulerunt regi.* In [illegible] ostenditur, quod nos debemus mutari, sicut boni videlicet,

Quantum ad { Interiora. / Exteriora. / Posteriora.

[illegible] dico, quod homo iustus mutatur interius deseren[illegible] interiores, quæ scilicet notantur in capillis com[illegible] [T]onderunt inquit] Exterius reparando conditiones [M]utata inquit veste.] Posterius acquirendo promo[illegible]tiones [Obtulerunt inquit regi.] Istæ enim sunt tres [illegible] bonorum, videlicet prima, quæ est mentalis: secun[illegible] [mor]alis: tertia, quæ est finalis. ¶ Primo ergo dico, quod [illegible] volumus, debemus mentaliter deserere malas af[illegible] [Tot]onderunt inquit eductum de carcere. Quia pro [illegible] ad hoc, quod aliquis de carcere peccati educa[illegible] [illegible] peccatore in virum iustum mutetur, necesse est, [illegible] superfluas, id est, à malis affectionibus, desiderijs & [illegible] tondeatur. Sic fuit mutatus Saul, de quo dicitur *Deus immutauit sibi cor aliud* [Totonderunt ergo] *Nazaræus debebat fieri, & qui domino voluit spiritualiter [illegible] ante omnia tondere & radere capillos suos* sicut dici[illegible] [illegible] scilicet nullus sanctus Deo efficitur, neque [illegible] capillis malarum affectionum & cogitatio[illegible] [illegible]rum. Ideo præcipit Dominus Hier. 7. *Tonde ca[illegible]* Rosa enim rubea efficitur alba quando in ve[illegible] [illegible]ndatur, & auripigmentum immittitur, & orifi[illegible] clauditur. Tunc enim humor interior per au[illegible] [i]mmutatus, facit flores rosæ, qui rubei debuerunt [illegible] Quia proculdubio istud est regulare, quod mu[illegible] [illegible] humoris, id est, cordialis affectionis, est causa [illegible] exterioris rosæ, id est, exterioris conuersationis. [illegible] Eccl. 13. *Cor hominis immutat faciem eius, siue in bo[illegible]* [D]ebemus ergo mentaliter deserere malas affectio[illegible] [illegible] dico, quod homo iustus mutatur moraliter inse[illegible] [con]ditiones, quæ scilicet notantur in veste. Veste [illegible] enim lhurandus est animal timidum & im[illegible] [illegible] est timiditatis, vt dicit Arist. quod timore

*Dalian Zetiberg.*

[illegible] [illegible] [illegible] mutat, sic nos ita perfecte [illegible] [illegible] [illegible] mum, quod si non a[illegible] [illegible] [illegible] malæ conuersatio[illegible] [illegible] vertere & mutare, [illegible] *Commuta habitum, ne cognoscaris.* Exemplum [illegible] [illegible]s populari cum Iuda Patriarcha, depositis vid[illegible] [illegible] bus sumpsit theristrum, & [illegible] habitu sedit in biuio [illegible]. Quia pro certo si [illegible] [illegible] Iudæ Patriarchæ, id est, Christi volumus habere, necesse est quod vestes viduitatis, id est, peccata, quæ animam viduam fecerant, ante omnia dimittamus per contritionem, quod autem sedeamus in biuio conscientiæ nostræ per ipsius examinationem, & insuper mutemus habitum, id est, veterem & inhonestam conuersationem, & quod vlterius nos sumamus theristrum, quod erat genus nobilis vestimenti, id est, quod acquiramus virtutum & meritorum ornamentum & p[illegible] [illegible]onem. Et sic poterit nobis dici illud Zac. 3 *Ecce abstuli iniquitatem tuam a te, & indui te mutatorijs.* Dico ergo, quod si volumus perfecte mutari quod debemus moraliter inserere bonas conditiones. ¶ Tertio dico, quod nos debemus finaliter acquirere cœli promotiones, & hoc notatur cum dicitur (Obtulerunt inquit regi) Ista enim est melior & perfectior mutatio, quæ scilicet in fine acquiritur, & qua boni & perfecti viri in sanctos & perfectos mutantur. Ibi enim conuertitur H

Tristitia in solatium,
Miseria in fastigium,
Inopia in conuiuium.

Ibi mutatur paupertas in diuitias, asperitas in delitias, confusio in laudes & honores, turbatio in pacem dulcoris. Et quare, quia certe homo offertur ibi regi Deo, quia scilicet est rex copiosus, rex gloriosus, rex virtuosus, virtualis, rex liberalis. Sicut enim Ioseph oblatus regi Pharaoni, & de carcere eductus fuit per ipsum regem quasi subito in virum alterum mutatus: nam Ægypto fuit præfectus, annulo subarrhatus, stola byssina fuit indutus & torque aurea fuit honorabiliter insignitus, sicut dicitur Ge. 41. sic vere dico, quod quando homo in patria regi summo per Angelos præsentatur statim proculdubio datur sibi anulus charitatis, stola iucunditatis, torques auctoritatis. Ægypto etiã, id est, huic inferiori mundo in statu & gradu præficitur, & sic in melius immutatur. Obtulerunt ergo eum regi Ps. *Offerentur regi virgines proximæ eius*, id est, animæ sanctæ, & puræ. Patet ergo, quomodo boni & sancti diuersimode mutantur quantum ad moralem conditionem vel perfectionem, quantum ad finalem promotionem. ¶ De mutatione vero, qua Deus in incarnatione visus fuit mutari quando *verbum caro factum est, & habitauit in nobis*, multa possent dici, sed hoc vide in materia incarnationis Christi. Sicut enim dicitur 3. Reg. 22. quod *rex Israel mutauit habitum*, sic Christus diuinæ naturæ substantiam suscepto carnis habitu variauit. Et si vis, quod ille, qui de nouo ingreditur religionem vel prælationem, debet in moribus & conditionibus & ex toto mutari, sicut phœnix, qui ex toto se renouat & immutat. I Vnde nota, quod ipse debet

Mutare { Aspectuum vagabilitatem, / Vestituum curiositatem, / Affatuum stultiloquacitatem.

De mutatione enim vagabilium aspectuum dicitur 3. Reg. 20. de propheta quia *aspersione pulueris mutauit os & oculos.* De mutatione vestituum dicitur Gen. 35. *Mundamini, & mutate vestimenta vestra.* De mutatione autem affatuum, id est, locutionum dicitur 1. Reg. 21. quod *Dauid mutauit os suum coram Achis*, &c. sufficit. Vide infra de transfiguratione, & supra de conuersatione, & in multis alijs locis.

**Mutuo.** Nota, quod mutuo & inuicem sunt idem. Et est mutuo idem quod simul vel æqualiter, & sumitur in bono, & in malo. Sed quocunque modo sumatur, semper signat societatem, participationem vel communitatem. Dicamus ergo, quod est vnum mutuo virtuosum, & vnum mutuo vitiosum. Mutuo virtuosum denotat mihi copulam & charitatem bonorum. Sicut enim animalia eiusdem speciei solent se mutuo diligere, quia teste scriptura, omne animal diligit simile sibi, ipsi planetæ solent virtutes & influentias sibi mutuo communicare, signa etiam dicuntur se mutuo aspicere, sic pro certo viri iusti mutuo se diligunt, se mutuo aspiciunt, se mutuo visitant, bona sua spiritualia & temporalia communicant mutuo, iuxta illud Luc. 6. *Date mutuum, nihil inde sperantes.* ¶ Vnde nota, quod nos debemus nos A

Mutuo { Salutare, Visitare, Copulare, Affectare, Adiuuare. }

Debet in nobis esse mutua salutatio, sicut dicitur Exod. 18. quod *salutauerunt se mutuo verbis pacificis.* Item mutua visitatio. Vnde 2. Paralip. 25 *Veni, & videamus nos mutuo* ¶ Item mutua copulatio seu concursus, & associatio, quia scilicet boni semper sunt per veram concordiam & amicitiam mutuo colligati. Vnde dicitur de cortinis tabernaculi Exod. 26. quod *erant mutuo copulata.* ¶ Item mutua affectatio, quia scilicet vbicunque sumus, per verum amorem nos debemus per desiderium mutuo mentaliter aspicere, & bona alter alterius mutuo affectare. Vnde dicitur de Cherubin Exo. 25. *Respiciunt se mutuo versis vultibus in propitiatorium.* Vide supra de Cherubin. Item mutua adiuuatio. Nam elephantes quando cadunt, mutuo si possunt se adiuuant, & releuant. Cerui etiam transeundo vada & flumina mutuo se supportant. Sic boni in suis necessitatibus mutuo se releuant, atque iuuant ad Galat. 4. *Alter alterius onera portate, &c.* Vnde et-
B iam Eccl 4. dicitur. *Si duo fuer, fouebuntur mutuo.* Et sic signat in bono. ¶ In malo vero dicendo, dico, quod mali solent mutuo per luxuriam se fœdare, per inuidiam murmurare, per malitiam rebellare. De mutua fœdatione dicitur Leu. 20. *Turpitudinem suam mutuo reuelauerunt.* De mutua murmuratione dicitur de fratribus Ioseph Gen. 37. quod *mutuo loquebantur, dicentes: Ecce somniator venit.* De mutua impugnatione dicitur 2. Par. 20. quod *exercitus filiorum Aman Moab & Seyr, mutuis se concidere vulneribus:* & Iud. 7. dicitur, quod *se mutua cæde truncabant.* Et hæc de mutuo sufficiant tam in bono, quam in malo. Vide supra de inuicem, & infra de pariter.

A **Mutus.** Nota, quod mutus est ille, qui loquendi non habet possibilitatem. Et potest mutus accipi in bono, & in malo. Vnde breuiter loquendo, possum notare, quod mutus signat tam in bono quam in malo, scilicet

Virum { Perfectum & patientem, Negligentem, Ignorantem, Munera diligentem, Verecondantem. }

Dico ergo, quod homo fit spiritualiter mutus ratione patientiæ, & sic illi fiunt muti, qui iniurijs & tribulationibus non obiurgans, nec murmurant, nec respondent, sicut erat Christus, de quo Esa. 53. *Sicut ouis coram tondente se obmutuit, & non aperuit os suum.* Et tali capio certo debemus esse, iuxta illud Ezec. 3. *Et eris*
B *mutus, nec quasi vir obiurgatus* ¶ Item fit homo mutus ratione negligentiæ, quia scilicet multi sunt ita negligentes proponere verbum Dei vel dicere, & confiteri propria peccata, quod videntur penitus esse muti. De quibus Esa. 56. *Vniuersi canes muti, non*
C *valentes latrare.* ¶ Item fit homo mutus ratione ignorantiæ, quia scilicet nescit aliquid dicere de bono 1. Cor. 12. *Ad simulachra*
D *muta, prout ducebamini, euntes.* ¶ Item fit mutus ratione iniustitiæ sicut videmus, quod mali iudices, & prælati, si volunt aliquem corrigere, statim fiunt muti, & statim omittunt contra eum latrare, si aliquod munus proijcitur in os eorum. Vmbra enim hyænæ facit obmutescere canes. Rana etiam nemorum seu arborum proiecta in os canis ipsum obmutescere facit. Si etiam canis vellet aliquem mordere, si ei proijciatur aliquod os carnosum, statim solet cessare à latratu suo pariter, & à morsu, os enim carnosum recipit, & latrare, vel mordere cessas, & omittit, & sic homo liber effugit, & euadit. Sic vere vmbra hyænæ, id est, affectio parentum carnalium. Rana loquax, id est, applausus adulatorum fallacium, os carnosum, id est, abundantia bonorum fusuum, solet facere canes mutos, id est, prælatos & iudices à latratu reprehensionis, & à morsu correctionis penitus alienos. Quia proculdubio sicut ad sensum videmus, tales efficiuntur hodie muti quantum ad correctionem faciendam, aut propter carnalem affectionem, aut propter verbalem deceptionem, aut munerum acceptionem. Et ideo de talibus mutis correptoribus in persona Balaam dicitur 2. Pet. 2. *Correptionem habuit suæ vesaniæ subiugale mutum animal.* Talis enim dicitur subiugale mutum, id est, animal quod est sub iugo, quia scilicet ta-
E les sub iugo iustitiæ detinentur. ¶ Item fit homo mutus ratione verecundiæ, sicut sunt illi, qui præ verecundia omittunt confiteri. Quia sicut lupus suo anhelitu facit hominem mutum & raucum, sic [illegible] suggesti[illegible] sion peccato[illegible] al [illegible] præ [illegible] rat ille quem dominus curauit, de qu[illegible] dicit[illegible] Ma[illegible] *duxerunt ei surdum & mutum, & sanauit eum* Peccat[illegible] tur surdus, quando non vult audire prædicatio[illegible] ctionem, tunc vero dicitur mutus, quando non vult d[illegible] cata sua per confessionem. Istum tamen dominus [illegible] suam gratiam & inspirationem, ita quod tunc potest d[illegible] Mat. 9. *Locutus est mutus, & admirata sunt turbæ.* Peccator [illegible] citur mutus, quia nullum verbum bonum potest proferre, scilicet confessionem, nec orationem, nec gratiarum actionem, nec correptionem, nec prædicationem, nec informationem [illegible] similis crocodilo, qui dicitur animal penitus mutum. Sed talis mutus tunc loquitur, quando peccator ad loquendum [illegible] naliter, & vtiliter edocetur. Et ideo quando Deus d[illegible] alibus vocem bonæ locutionis reddere, bene debemus ipsius mirabilia commendare, dicentes illud Mar. 7. *Bene omnia fecit, surdos fecit audire, & mutos loqui.* Sic ergo patet, quomodo peccator spiritualiter efficitur mutus ratione patientiæ, ratione negligentiæ, ratione ignorantiæ, ratione iniustitiæ, ratione verecundiæ. Vide supra de loqui, & supra de lingua & infra de tacere.

## N.

**NAaman.** Nota, secundum quod tangitur in historia libri regum scilicet 4. Reg. 5. quod Naaman, qui interpretatur decorus vel pulcherrimus, commouens, vel commotio, cum fuerit diues & sufficiens, iuit quærere remedium. A
Fuit etiam infectus & inficiens: fuit humilis & obediens: fuit commotus & concurrens: fuit in aqua se discuriens: fuit sanatus & proficiens: fuit liberalis & compatiens: fuit decorus, & conueniens. Iste igitur typum gerit hominis pœnitentis, qui scilicet primo est diues per gratiam baptismalem, tandem vero fit leprosus per culpam & infectionem criminalem, postea vero fuit commotus per contritionem cordialem, tandem septies in Iordane (qui interpretatur riuus iudicij) fuit lotus per pœnitentiam sacramentalem. Postea autem liberalis, & largus per eleemosynam temporalem. Tandem factus est sanus & mundus per restitutam gratiam spiritualem. Et sic factus est Deo & hominibus gratus & decorus per conuersationem honestam & virtualem. Concorda cætera prout vis.

**Naas.** Naas fuit rex filiorum Amon, qui pactum cum filijs Israel noluit facere nisi erueret ipsis oculos suos dexteros sicut dicitur 1. Reg. 11. Interpretatur autem Naas serpens, vel coluber, augurans vel augurium. Iste ergo potest significare diabolum, qui est coluber & serpens antiquus, & auguriorum magister & author, & filiorum Aman, id est, reproborum imperator & rex, qui pro certo cum viris Iabes, quod interpretatur dolor aut siccitas, id est, cum viris pœnitentibus, siccis, dolentibus & abstinentibus anititur pactum facere valde malum, videlicet, quod dextros oculos ipsorum, scilicet fidem & sapientiam spiritualem eis auferat, & oculos sinistros, id est, sapientiam terrenorum ipsis solummodo dimittat. Vide alia & applica si placet. A

**Naason.** Interpretatur coluber murmurans, vel serpens inutilis, siue augens dolorem, siue augmentum iniquitatis &c.

**Nabal.** Nabal interpretatur stultus vel insipiens. Et fuit ille, qui fuit diues in monte Carmeli, cuius vxor fuit Abigail &c. Vide historiam 1. Reg. 25. & applica prout vis. A

**Naboth.** Naboth fuit ille, quem iniquissimus rex Achab & Iezabel vxor sua fraudulentes occidi fecerunt, quia hæreditatem patrum suorum, scilicet vineam ipsius pro faciendo horto olerum ab ipso habere nequiuerunt. Interpretatur autem cessio, vel prophetia, siue concludens, aut superueniens. Hæc si vis applica ad Christum, qui pro conseruanda hæreditate, videlicet genere humano, à pessimo rege diabolo & Iezabel synagoga sua, fuit occisus, & sanguis eius à canibus, id est, à fidelibus per fidem, & deuotionem lambitus, & receptus. Vide historiam 3. Reg. 21. A

**Nabuchodonosor.** Qui interpretatur sedens in angustia, fuit rex Babylonis, pessimus & superbus, qui filiorum Israel fuit inimicus. Et post- A
quam

[illegible] deuicerat, & [illegible] in [illegible] mat[illegible] [illegible] ns, [illegible], & [illegible] [illegible] fluntur. Igitur [illegible] [illegible] ficare, qui [illegible], omnes ni- [illegible] & omnibus superbe & crudeliter [illegible] chodonosor dicitur Iudith [illegible] & [illegible] *[illegible] Deus terræ voluit appellari, non [illegible] filios vero Israel per Holofernem vo-* [illegible] tyranni & superbi [illegible] es volunt sup- *[illegible] omnes misit nuncios Nabuchodonosor rex.* Deum [illegible] tur [illegible] edere vel [illegible] ndare, imo Deiter- [illegible] pro libito voluntatis omnia fo- [illegible] V de pro certo serui & amici eorum [illegible] dicere & credere, & tanquam Deos [illegible] Iudith 5. *Ostendam tibi, quod non est Deus nisi* [illegible] babo, quoniam Nabuchodonosor sit Do- [illegible] Et ideo isti solent omnes alios grauare, [illegible] ne filios Israel, id est, Deum videntes & [illegible] d Deum, viros ecclesiasticos & scientificos [illegible] o estare, & omnes bonos de paupertate de- [illegible] mare, vt soli possint Dij & Domini apparere, [illegible] re. vnde Iudith. 3. dicitur, quod *rex Nabucho- [illegible] Holoferni principi militiæ suæ, vt omnes Deos terræ ex- [illegible] dicerentur Deus.* ¶ Et si vis, nota de talibus ma- [illegible], quod isti

[illegible] tes iniuste subigunt,
[illegible] es in summis erigunt,
[illegible] n vt brutum transigunt.
[illegible] bigunt innocentes.

Exemplo Nabucho- [illegible] *[illegible] in fornacem ignis ardentis mitti iussit,* sicut [illegible] ¶ [illegible] indigne erigunt ignorantes. Vnde de Na- [illegible] dicitur Dan. 3. quod *ipse erexit statuam auream,* [illegible] *ipsam statuam adorarent, ipse etiam ipsam vna* [illegible]. Sic reuera mali principes solent statuas, dum [illegible] aureæ, id est, viros ignorantes, dum tamen sint di- [illegible] erigere & promouere, & eorum consilijs taliter [illegible] od ipsos videntur, vt Deos habere, atque colere, & [illegible] per ipsos adorari, ipsosque plus quam deceat honora- *[illegible] statuam, quam fecit erigi Nabuchodonosor rex,* Dan. 3. ¶ I- [illegible] vitam suam, vt bestiæ transigentes, id est, carnali- [illegible] ter viuentes & conuersantes, sicut de Nabucho- [illegible] legitur Dan. 4. quod *ipse in bestiam fuit mutatus, & ab ho- [illegible] segregatus, & feris & bestijs sociatus.* Quia reuera [illegible] die tyranni & principes qui solam videntur sape- [illegible], & hominum, hoc est dictum, personatum i- [illegible] fugere societatem, & ferarum & bestiarum, id est, [illegible] orum & carnalium sociorum sectari & dilige- [illegible] tatem Dan. 4. *Tibi dicitur Nabuchodonosor rex, [illegible] transibit a te, & ab hominibus te ejicient, & cum feris & be- [illegible] erit tua.* Sic igitur patet, quomodo mali principes & [illegible] tur per Nabuchodonosor significari, & quomodo [illegible] edere in angustia, & regno suo finaliter spoliari. [illegible] orte ad bonũ propositum applicare, notabis, quod [illegible] donosor futura prospexit scilicet processum quatuor [illegible] um in statua & arbore Dan. 2. & 4. *Seipsum correxit,* [illegible] post mutationem in bestiam, & figuræ restitutionem [illegible] elexerit scilicet Danielem, Sydrach, Misach & Ab- [illegible] qui fuerunt constituti super regnum & prouinciã Ba- [illegible] os despexit, scilicet qui iniuste accusauerunt Sy- [illegible] sach, & Abdenago, quos in fornace fecit combori [illegible] boni principes possunt comparari Nabuchodo- [illegible] pter statum sedens in angustia: pro eo, quod isti semper [illegible] propter sollicitudinem, & discretionem scilicet [illegible] subditorum Dan. 2. *Videt Nabuchodonosor somnium [illegible] conturbatus est spiritus eius* Dan. 4. *Ego Nabuchodonosor quietus eram in [illegible] in palatio meo Somnium vidi quod perterruit me, & cogi- [illegible] in strato meo & visiones capitis mei conturbauerunt me.* ¶ [illegible] futura præuidet per sapientiam & discretionem Dan. 2. *[illegible] reuelans mysteria, qui indicauit tibi rex Nabuchodonosor [illegible] ipsum.* Item seipsos corrigunt per pœnitentiam, & vir- [illegible] recuperationem Dan. 4. *Ego Nabuchodonosor oculos meos ad [illegible] & sensus meus redditus est mihi, & altissimo benedixi* Se- [illegible] *figura mea reuersa est ad me & in regnum meum restitutus [illegible] magnificentia amplior reddita est mihi.* Vide historiam, & sp- p[illegible] c, qui post lapsum resurgit perfectior. ¶ [illegible] vi[illegible] &, [illegible] x[illegible], & erigi[illegible] et ad honore[illegible] & pr[illegible] mot[illegible] *[illegible] Nabuchodon[illegible] cecidit in faciem suam & adorauit Danielem [illegible] eum extulit in sublime, & munera magna dedit ei, & constituit eum principem super omnes prouincias Babylonis.* ¶ I[illegible] malos deprimit, & despicit per iustitiam, [illegible] puni[illegible] Vide de Sedechia rege in prodicti [illegible] *Comprehensus adduc[illegible] est ad Nabuchodonosor qui excæcauit [illegible] captiuum eum.* Et hoc de Nabuchodonosor tuste [illegible] bono, quam [illegible] malo

**Nabuzardan.** Interpretatus, est prophetauit paleas, vel propheta alie[illegible] iudi[illegible]. A

**Nachor.** Interpretatur requiescens lux, [illegible] no[illegible] uissima, requies moneris præparatio iracundiæ. A

**Nadab.** Interpretatur bonus, vel spontaneus Vide histo- rias, & appl[illegible] prout volueris, quia transeo gra- tia breuitatis. A

**Nam.** Nota, quod ista dictio Nam, est ad aduerbium affir- mandi. Ista enim certificat & affirmat, [illegible] tur, & allegat, inducit, asserit & demonstrat. Sumitur enim pro quia, vel pro certe. Dicam ergo, quod nam signat omne illud, quod aliquis siue veraciter siue mendaciter nititur affirmare. Et sic dicam, quod Nam signat A

Deum realiter manentem,
Iustum veraciter loquentem,
Diabolum fallaciter lædentem,
Virum vanum mendaciter dicentem.

Primo ergo dico, quod ista dictio nam refertur ad Deum, qui realiter existit. Constat enim quod Deus est vnum nam, vnum quid certificum, ratiocinatiuum & firmum. vnde in Psal. *Nam ipse Deus meus, & salutaris meus.* ¶ Vnde nota, quod in isto Nam, est scilicet, B

Potentia, qua vult honorari,
Scientia, qua volt operari,
Clementia, qua scit consolari.

De potentia ergo ipsius, qua vult honorari & adorari, dicitur Ioan. 4. *Nam & pater tales quærit, qui adorent eum.* De sapientia, prudentia, & scientia eius, qua vult vtilia operari, dicitur Eccl. 16. *Nam plurima opera eius sunt in absconsis.* & Sapient. 9. *Nam per sapientiam sanati sunt quicunque placuerunt tibi.* De clementia autem ipsius qua scit iuuari & consolari, dicitur 2. Mac. 1. *Nam & ipse, qui habet in cœlis habitationẽ, visitator & adiutor est* Patet ergo, quod ista dictio nam allegatiua est & certificatiua. Nam pro certo refertur ad Deum, qui realiter existit. ¶ Secundo dico, quod ista dictio nam refertur ad iustũ, qui veraciter persistit. Iustus enim est vnum nam, vnum quia, vnum certe, vnum quid solidum, atque firmum, & hoc in operibus & verbis. De factis enim potest dici illud Eccl. 48. *Nam fecit Ezechias quod placuit Deo.* De verbis vero potest dici illud quod dictum fuit beato Petro Matth. 26. *Nam & loquela tua, manifestum te facit.* Et sic igitur notabo de isto nam, id est, de homine perfecto, quod scilicet in ipso est C

Virtus:
- Castitatis quæ carnem afficit,
- Honestatis quæ visum reficit,
- Charitatis quæ fratrem respicit,
- Firmitatis quæ nunquam deficit,
- Veritatis quæ verba perficit,

Vis humilitatis, quæ sese deficit,
Vis felicitatis quam Deus adijcit.

Est igitur in viro perfecto virtus castitatis carnem afficiens. 2. Cor. 10. *Nã arma militiæ nostræ non sunt carnalia.* Vnde de muliere dicitur Prou. 9 *Nam qui abscesserit ab ea, saluabitur.* Item in ipso est virtus honestatis visum reficiens. Vnde de ipso dicitur Can. 2. *Nam vineæ nostræ floruit,* & 1. Cor. 9. *Nam signaculum apostolatus mei vos estis.* Itẽ in ipso est virtus charitatis fratres respiciens. Vnde de Ionatha dicitur 1. Reg. 18 *Nam expoliauit se tunica sua, & dedit eam Dauid cũ quo s. conglutinata fuerat anima eius* Vnde vir charitatiuus erat ille qui dicebat Col. 2 *Nã si corpore absens sum, spiritu tamẽ præsens sum* ¶ Itẽ in ipso est virtus firmitatis, seu stabilitatis nunquã deficiens 2. Para 6. *Nã omnis turba stabat vtrinq;* & 2. Cor. 12. *Nã virtus in infirmitate perficitur* ¶ Itẽ in ipso est virtus veritatis falsa rejciẽs. vnde Apost. dicit 1. Cor. 12 *Nã & si voluero gloriari, non ero insipiens: veritatẽ n. loquor* vnde Petro dictũ fuit Mat. 26. *Nam & loquela tua manifestum te facit, nam & Galilæus es.* ¶ Item in ipso est virtus, & vis humilitatis sese dejiciens. vnde Matth. 8. *Nam & ego homo sum sub potestate constitutus.* & Prou. 9. *Nam & ego filius patris mei & tenellus*

*coram matre mea.* Ista tamen humi... in melius, quia licut d... Luc. 9. *Nam qui minor est inter vos, hic ... maior.* ¶ Item ... naliter est fœlicitas beatum faciens, scilicet gloria Paradisi, vnde illud 2. Mac. 7. *Nam fratres mei modico nunc dolore sustentato sub testamento æternæ vitæ effecti sunt.* Et illud, quod de ciuitate Paradisi scribitur Apo. 21. *Nam claritas Dei illuminabit eam,* & Baruch 6. *Nam erit longe ab opprobrijs.* N... igitur refertur ad iustum,
D qui vera... perstitit. ¶ Tertio dico, quod nam quandoque refertur ad diabolum, qui faciliter resistit. Diabolus enim allegando & ducendo ad malum, bonisq; cogitationibus obuiando, nosque tentando & molestando, potest dici nam. Vnde de eo potest dici illud 2. Mach. 14. *Nam illum prauitate vniuersum genus nostrum non minime vexatur.* Vnde de ipso, & sequacibus suis potest dici illud Ezech. 31. *Nam & ipsi cum eo descenderunt in infer-*
E *num.* ¶ Quarto vere dico, quod ista dictio nam refertur ad iniustum, seu ad impium, qui mendaciter insistit. Viri enim impij & mendaces solent in vanis verbis & mendacibus resistere, & allegando, & affirmando nunc hoc, nunc aliud ostentare. Et sic igitur supponendo, quod nam sit vnus magnus mendax & fallax orator, & mendaciorum affirmator, & sic in pluribus impius & peccator, notare possumus, quod talis est

Vanus & varius sine constantia,
Cœcus & inscius sine prudentia,
Fallax & deuius plenus malitia,
Fœdus & ebrius madens luxuria,
Raptor & obuius sine iustitia,
Ardens & anxius præ auaritia,
Malorum socius cum impudentia,
Pœnis obnoxius in inferni patria.

Dico ergo, quod talia nam inuenitur sine constantia vanus & varius. Vnde de eo dicitur illud Eccl. 27. *Nam stultus sicut luna sic immutatur.* ¶ Item inuenitur sine prudentia cœcus & inscius. Vnde de eo dicam illud Matth. 17. *Nam sæpe cadit in ignem, & sæpe in aquam.* ¶ Item inuenitur plenus malitia fallax & deuius, vt de ipso & eius similibus dicatur illud, quod de idolis dicitur Baruch. 7. *Nam cum sint lignea & aurea, scietur postea quia falsa sunt.* Vnde de malitiosis dicitur Luc. 6. quod *ipsi colloquebantur adinuicem, quidnam facerent de* IESV. ¶ Item inuenitur madens luxuria, fœdus & ebrius 2. Mach. 6. *Nam templum luxuria, & comessationibus erat plenum.* ¶ Item inuenitur sine iustitia raptor & obuius. Vnde 2. Mach. 4. *Nam adhuc exactio vectigalium pertinebat.* ¶ Item inuenitur sine prudentia cœcus & inscius, quia quamuis isti temporaliter sint prudentes, sunt tamen spiritualiter ignorantes. Vnde Rom. 8. *Nam prudentia carnis mors est.* Et ibidem. *Nam quid oremus, sicut oportet, nescimus.* ¶ Item inuenitur cum auaritia cunctis obnoxius. Luc. 6. *Nam peccatores peccatoribus fænerantur vt recipiant.* ¶ Item inuenitur cum impudentia malorum socius. Luc. 6. *Nam & peccatores diligentes se diligunt.* ¶ Item inuenitur in inferni patria tormentis saucius, quia scilicet in fine tales in infernum descendunt. Vnde Roman. 6. *Nam finis illorum mors est.* Sufficit.

A **Narrare.** Nota, quod narrare idẽ est, quod loqui, vel dicere, vel aliquid ex ordine recitare. Vnde potest accipi in bono & in malo. In bono scilicet quando homo dicit illa & narrat, quæ sunt vtilia & necessaria ad salutem. In malo vero sumitur quando quia narrat illa, quæ sunt inutilia, vel saluti animæ contraria. ¶ Dicamus ergo, quod quidam sunt narratores boni, & quidam mali. Boni narratores quædam

Narrant { Deo, Proximo, Subdito.

Dicam ergo, quod sunt narratores boni & laudabiles. Sicut enim videmus in istis sensibus quod pauperes narrant suas necessitates, miseri narrant suas calamitates, ægroti narrant suas infirmitates, histriones narrant bonorum probitates, denique doctores narrant sophiæ veritates, magistri narrant statutorum auctoritates, sic pro certo charissimi, boni debent omnia ista narrare. Deo enim debent narrare omnia ista quatuor, videlic.

Necessitates naturales,
Calamitates temporales,
Infirmitates criminales,
Probitates seu bonitates supernales.

Necessitates enim naturales debent narrari per propriæ fragilitatis recognitionem. De quo potest intelligi illud Ps. *Nunquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam?* ¶ Item calamitas temporalis ... temporalium detestati... de Gen. ... *Narrauit ergo Pharao somnium, quod ...* ... imperata ... nisi so... quædam. ¶ Item ... criminalis est narranda per confessionem & recog... De quo Esa. 43. *Narra si quid habes, vt iustificeris.* ¶ Item bonitas, seu probitas supernalis debet narrari per laudem, & ... ctionem. Vnde Esa. 43. *Populum istum formaui mihi, laudem meam narrabit.* Et illud Ps. *Laudationem domini loquetur os meum,* ... illud. *Narrantes laudes domini &c.* Ista ergo sunt, quæ debemus ... tare Deo. ¶ Item dico, quod quædam sunt quæ debemus n...
B te proximo. Et sic nota, quod proximo sunt quatuor principaliter narranda, scil.

Summæ veritatis eruditio,
Dei voluntatis reseratio,
Dei bonitatis miseratio,
Charitatis Dei demonstratio.

Narreot igitur prælati proximis sapientię eruditionem per prędicationem. Vnde Eccl. 25. *Beatus qui inuenit amicum verum, & qui narrat iustitiam.* De qua alias dicitur Ecc. 6. *In multitudine presbyterorum prudentium sta, vt omnem narrationem Dei possis audire.* ¶ Item narranda est proximis bonitatis Dei miseratio per laudem & gratiarum actionem Ps. *Narrabo nomẽ tuum fratribus meis in medio Ecclesiæ laudabo te.* ¶ Item narranda est eis legis diuinæ ordinatio per iudiciariam impositionem Exod. 4. *Narrauit Moyses Aaron omnia verba domini.* ¶ Item narretur diuinæ charitatis operatio per suorum beneficiorum recordationem Ps. *Venite & narrabo vobis omnes qui timetis Deum, quanta fecit animæ meæ.* ¶ Item dico quod
C quædam sunt narranda subdito, scilicet superiorum probitatis seu sanctitatis perfectio, seu declaratio per suarum virtutum ...nificationem & impressionem 4. Re. 8. *Narra mihi omnia magnalia, quæ fecit Eliseus.* Et illud 1. Mach. 3. *De prælijs Iudæ narrabãt omnes gentes.* Et merito, quia pro certo historicæ narrationes melius à simplicibus retinentur, & ad effectum ducuntur Eccl. 39. *Narrationem virorum nominatorum conseruabit.* Ideo bene dicitur eib. Eccl. 8. *Non te prætereat narratio seniorum.* Ergo breuiter loquendo, narratio (vt communiter) pertinet ad laudem diuinam, & ad operum suorum magnificationem. Nam sicut sacra scriptura nobis innuit, mirabilia, & eius beneficia sunt laudanda, scil.

Altis sermonibus,
Cunctis temporibus,
Bonis hominibus.

Dico altis sermonibus & patenter. Vnde in Ps. dicitur, *Narrate in turribus eius.* ¶ Item cunctis temporibus & frequenter. vnde in Psal. *Vespere & mane, & meridie narrabo, & annunciabo laudem tuam.* ¶ Item bonis hominibus & prudenter Psa. *Non moriar sed viuam, & narrabo opera domini.* Et illud prædictũ. *Venite & narrabo omnes, qui timetis Deum, quanta fecit animæ meæ.* ¶ Sed adhuc dico, quod
D narratio capitur in malo. Et sic accipitur pro verbis & narrationibus fatuorum & importunorum, deceptorum, & hæreticorum, detractorum & odiosorum. Est ergo narratio fatuorum, quæ est tædiosa. De qua Eccl. 21. *Narratio fatui quasi sarcina in via.* ¶ Item est narratio deceptorum, quæ est vitiosa. Vnde in Psalm. *Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non vt lex tua.* ¶ Item est narratio detractorum, quæ est odiosa. De qua Eccl. 27 *Narratio peccantium odiosa.* Sufficit. Vide supra de loqui.

A **Nares.** Cum nares sint corporis partes, quæ sensus odoratus sunt proprium subiectum, vna tamen cum quibusdam pomulis interioribus in quibus nerui odoratiuj inseruntur, quibus spiritus attractus, & emissus præsentatur, ita quod qualis odoris res existat, discernitur ab eisdem, sicut ponunt Constantinus & Auicenna, possum igitur moraliter dicere, quod per nares signatur scilicet

Discretionis virtus,
Deuotionis actus,
Solationis flatus.

Nares enim discretionis sunt aperiendæ. Istæ enim sunt quæ discernunt inter bonos & malos odores, inter famam & infamiam singulorum. Equus enim qui habet nares apertas, nobilior reputatur, sicut de Equo dicitur Iob 39. *Gloria narium eius terror.* Aduerte tamen, quod nares aliquorum sunt nimiæ, & isti sunt malitiosi, qui more simiæ habent nares tortas & peruersas, & per malitiam deuias & submersas. Figurari in idolis, de quib. dicitur Sap. 15. quod *illis non est visus ad videndum, neq; nares ad percipiendum spiritum.* Aliorum etiam nares sunt nimis repletæ humoribus sicut patet in rheumaticis, qui non percipiunt bonos,

vel

...rat. Sic discretio quorundam ita est per carnali... quo... non bene percipit cognoscenda. Num 11. ...*carnes donec exeant per nares vestras.* Et Amos 4. *...putredinem castrorum vestrorum ad nares vestras ad me.* ...alter dicitur Leu. 21. quod ille, qui habebat na... grandem vel tortuum, nō debebat in taber... rare. ¶ Nares deuotionis sunt reficiendæ sc. bonis ...tuum, & suauitate gloriæ Paradisi. Iob 27. *Spiritus ...naribus meis.* Et illud Cāt. 7. *Nasus tuus sicut turris Libani.* Quod ...os, de quibus dicitur in Ps. *Oculos habent, & non vi... nares habent & non odorabunt.* Quia sc. mali libentius odo... quam æternalia, vana, quam sana, transitoria, ... Sap. 2. *Fumus & flatus est in narib. vestris.* ¶ Na... sunt afficiendæ. Nares n. ex quib. excessiue cau & ...& spiritus hominum iratorum & elatorum, signat ...& elatione. De qua potest dici illud 2. Reg. 22. *Ascen... narib. eius & ignis de ore eius.* Quæ sc. debent reprimi, & ...tant, moderari. Nam sicut bubalo imponitur cir... vt ad laborem ducatur, atque regatur, sic etiam ...ponitur circulus in naribus, ne per ipsos pratum læ... sic vere circulus temperantię est homini im..., seu etiā necesse sit, circulus violentiæ est superbis & ...narib. apponendus, vt proteruus bonū facere doce... vel ... ne plus debito lædere permittatur. Vnde illi Sen... nacherib dicit Dominus 4. Reg. 19. & Esa. 37. *Ponam ego circulum in narib. tuis, & reducam te per viam per quā venisti.* Ille est ergo circu... & tribulationis, quem Deus quandoq; in narib. ... malorū imponit, ne bonis noceant quan... vnde de Leuiathan dicitur Iob 40. *Numquid pones cir... in narib. eius, aut armilla perforabis maxillā eius?* quasi diceret. Diffi... de superbis & tamē faciendum est, ne sæuiant. ... ibidem dicitur de Behemoth. *In oculis eius quasi hama ...et in sudibus perforabit nares eius.* Vnde Ezech. 23. dicitur ...o vel tyranno: *nasum tuum & aures præcident, & quod ...fuerit gladio concident,* scilicet dęmones finaliter in infer... merito, quia pro certo nares malorum signo nequitiæ, luxuriæ, signo lasciuiæ, signo superbiæ præ cæteris sunt ... De signo nequitiæ dicitur Apoc. 20. q *illi, qui nō acceperunt ...vero vestra in naribus, aut frontib. suis, aut manibus vixerūt & re... gnauerūt* q. d. Character nequitię & malitiæ in naribus elationis ...habendi. De signo luxuriæ dicitur Prou. 11. q *circulus aureus in naribus suis, mulier pulchra & fatua.* De signo curiositatis & lasci... quibus superflue delectantur in bonis odoribus, dicitur ...*Replentes terram iniquitate conuersi sunt ad irritandum me, & applicant ramum ad nares suas*: de signo vero superbiæ potest ...illud Esa. 2. *Quiescite ab homine cuius spiritus in naribus eius, quia ...reputatus est ipse.* Et hoc de naribus sufficit, & de naso.

## Nasci. Natus. Natiuitas.

Nota, quod natiuitas sumitur in bono ...malo, sumitur naturaliter & moraliter, & ideo omnia in vnum complectendo possumus notare, quod inuenitur

Natiuitas
- Laboris,
- Amoris,
- Nitoris,
- Decoris,
- Honoris,
- Horroris,
- Terroris.

Prima est natiuitas naturalis: secunda est supernalis, scilicet, ...vel virginis gloriosæ: tertia est natiuitas baptismalis: quarta ...itas lætitiæ æternalis: quinta est natiuitas ...temporalis; sexta est natiuitas nequitiæ criminalis: se... ptima est natiuitas infernalis. Homo enim aut nascitur in natu... ra, aut supernatura, aut in gratia, aut in gloria, aut in fortuna, aut in culpa, aut in pœna. ¶ Dicamus ergo primo, quod est natiui... tas naturalis, quæ est miserabilis & tædiosa, sicut enim dicitur Iob 5. *Homo nascitur ad laborem, & auis ad volatum.* Nam sicut vi... demus, quod sol ab ortu, vsque ad occasum non cessat currere, fluuius de fonte ex quo nascitur vsque quo absorbeatur a mari, non cessat fluere, arbor ex quo de terra nascitur, ventis & turbi... nibus solet exponi, flatibus, frigoribus & caloribus arceri, & quousque de terra tollatur, non cessat aeris passionibus subia... cere, sic vere homo ex quo oritur & nascitur, vsque quo de terra ...s, vsque ad occidentem vitæ suæ ducatur, & per mare ... mortis absorbeatur, non cessat pœnis & laboribus fatigari, fla... ibus & turbationibus agitari & molestari. Quod bene pro... nunciat puer cum nascitur, qui scilicet nascitur eiulando, & la... crymando, *quod facit secundum Augu. tanquam prænuntius, & pro... pheta calamitatis & laboris, miseriæ & angustiæ, ad quam intrat.* De quo lamentabiliter dicitur Iob 14. *Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miserijs. &c.* Vide eam supra de homine. B

¶ Illa enim natiuitas habet quatuor annexa, videlicet,

Carnis debilitatem [Homo natus de muliere.]
Vitæ labilitatem [Breui viuens tempore]
Pœnæ flebilitatem [Repletur multis miserijs.]
Mortis necessitatem [Qui quasi flos egreditur]

Nascitur (dico) homo ad carnis debilitatē & fragilitatem q o... stenditur cum dicitur [Homo natus de muliere] Homo n. dici... tur ab humo, vel ab humore. Mulier vero dicitur quasi mollis aer. Ad denotandū q omnis homo, qui de muliere nascitur, est

Fragilis sicut mulier,
Vilis sicut humus,
Debilis sicut humor.

Sicut enim Ioa. 3. dicitur, *Quod natum est de carne, caro est.* Quia sicut dicitur Iob 25 *Difficile est, quod mundus appareat natus de mulie... re.* Plumbū enim secundum Arist. de argento viuo & de grosso & immundo sulphure generatur & ideo grossum & impurum est metallum, ita quod eius immunditia nunquam ea purgetur vel lauatur. Sic vere quia homo de vili materia & fragili, scilicet, à muliere sumit originem, necesse est, quod fragilitatem & vilitatem attrahat, à qua nullus quamdiu vixerit, ipsum lauat. Homo enim nascitur non solum cum vilitate & fragilitate na... turæ, imo etiam cum vilitate culpæ, & maxime culpæ origina... lis & fomitis carnis, qui nunquam ab homine eradicatur, vel aufertur. vnde Ezech. 16. *In die qua natus es, non est præcisus vmbilicus tuus.* Vmbilicus enim carnalem delectationem vel originalem defectionem designat, quia secundum Greg. *Viris luxuria in lumbis est, fœminis in vmbilico.* Nascitur ergo homo ad carnis fragili... tatem & debilitatem.

¶ Deinde dico, quod homo nascitur ad vitæ labilitatem C
& tenuitatem (Breui inquit viuens tempore) Homo enim est sicut piscis, qui dicitur Ephemeron, qui eadē die, qua nascitur, moritur & finitur. Quia proculdubio illa eadem die, qua nos in mundum nascimur & venimus, mortem nostram incipimus, & continue mortis terminis propinquamus. Teste enim Greg. *Vita præsens nihil aliud est, quam prolixitas quædam mortis*, vnde dicit Sen. epist. 23. quod *quotidie morimur, & continue demitur aliqua pars vitæ nostræ, & tunc quoq; cum crescimus, vita nostra decrescit.* Sapiens etiam Sap. 5. dicit, quod *nos, vt nati sumus continuo desinimus esse.* & Eccl. 44. dicitur de malis, quod *perierunt quasi qui non fuerunt, & nati sunt quasi non nati* [Breui ergo viuens tempore] quia sicut di... citur. *Omnis potentatus breuis vita.* Nascitur ergo homo ad vitæ la... bilitatem & tenuitatem. ¶ Denique nascitur homo ad mundi D
pœnalitatem & flebilitatem [Repletur inquit multis miserijs] Et reuera homo nascitur ad miseriā & ad pœnā, quia ex quo hu... mo natus fuerit, nunquam potest dies aliqua pertransire, quin ipsum contingat multis laboribus & miserijs desolari. Teste e... tiam Sene. *Qui optat hominem, quod tribulationib. careat, optat ipsum non esse hominem.* Quia (secund. Isido de summo bono) *impossibile est, quod homo sit, & tribulationes non patiatur.* [Multis ergo replentur miserijs] Super quo dicit B. Bern. in quodam sermon. *In sordibus,* inquit, *generamur, in tenebris confouemur, in doloribus parturimur Nam ante exitum matres oneramus, in exitu matres vt vipera laceramus, post exitum flatim nostram miseriam deploramus.* Quid plura? Bene legi... tur (Multis repletur miserijs) Nascitur ergo ad mundi pœnali... tatem, asperitatem, seu flebilitatem. ¶ Quarto nascitur ad mor... E
tis necessitatem & asperitatem. Sicut n. in Syllogismo maior & minor ordinantur ad conclusionem, ita quod maior vel minor non proponitur nisi, vt cōclusio subsequatur, sic pro certo nati... uitas sicut propositio maior, vita vero sicut ppositio minor ad mortem sicut ad conclusionē ordinantur, ita quod est istis dua... bus præmissis s. natiuitate & ex vita mors necessario cōcluditur & per modum conclusionis finalis ex duabus præmissis prædi... ctis necessario subinfertur. Et istud est, quod dicit Senec. in qua... dam epist. *Quibus, inquit, nasci contingit, his mori restat.* Et hoc ostē... ditur cum dicitur. *Quasi flos egreditur & conteritur & fugit velut vm... bra.* Flos enim in suo principio valde est pulcher, in fine tamen si... ccus efficitur & contritus, sic homo &c. quia sicut dicitur Esa. 40. *Exsiccatum est fœnum, & cecidit flos.* De tali ergo natiuitate di... citur Eccl. 14. *Generatio carnis & sanguinis alia finitur & alia nascitur.*

Ad

Ad hoc enim fluuius nascitur, vt post multos discursus in mari terminetur, sic homo non alia causa nascitur nisi vt post multos labores ad mare, id est, ad mortis amaritudinem reuertantur. vnde Ezech. 21. videtur dictum homini: *Reuertere ad vaginam tuam, in locum, in quo creatus es, in terra natiuitatis tuæ iudicabo te.* Mors enim dicitur vagina nostra. Mors etiam terra natiuitatis nostræ dicitur, eo quod natiuitas nostra ad mortem finaliter ordinatur. Sicut igitur patet, quomodo natiuitas nostra includit mortis necessitatem, mundi pœnalitatem, vitæ labilitatem carnis debilitatem. Patet ergo, quod est natiuitas naturalis, quæ est miserabilis & tædiosa. ¶ Secundo principaliter dico, quod est natiuitas supernalis, quæ est amicabilis & amorosa. Et ista est natiuitas Christi vel virginis gloriosæ. Planta enim aliquando sine semine solet nasci, ex virtute scilicet cœlesti à supernis influente, & ex terra humorem, & materiam ministrante: sic vere Christus sine humano semine fuit natus. Nam Spiritus sanctus à supernis influit. Terra vero, id est, beata virgo materiam ministrauit, quia sicut dicitur Matth. 1. *Quod in ea natum est, de Spiritu sancto est.* Sicut enim muræna de serpente concipiens non parit serpentem, sed murænam, sic beata virgo Maria ex Spiritu sancto concepit, Spiritum tamen sanctum non peperit, sed murænam id est, corporalem hominem Christi virginitati in humanitate similem parturiuit. Nam sicut Ioan. 3. *Quod natum est ex carne, caro est. quod natum est ex spiritu, spiritus est.* Et ideo breuiter de Christo sic nato, & sic mundo mirabiliter præsentato possumus cum gaudio dicere illud Esa. 9. *Puer natus est nobis. & filius datus est nobis &c.* Vbi aduerte, quod ista natiuitas nobis describitur

Tanquam { Humiliter inchoata, quia puer / Viliter procurata, quia Natus est nobis, / Nobiliter consummata, quia Filius. }

Vide prosecutionem infra in fine vbi agetur de Christi natiuitate. Hic autem solum aduerte quod iste fuit primus quia à virgine fuit natus. Vnde Iob 15. *Nunquid primus homo tu natus es?* & Num. 3. *Sanctificaui mihi quod primum nascitur, &c.* Ista est ergo natiuitas supernalis, quæ est amicabilis & amorosa. ¶ Tertio inuenitur natiuitas spiritualis, quæ est commendabilis & virtuosa, & sic homo dicitur nasci, quando de nouo acquirit aliquem bonum statum, siue statum gratiæ & perfectionis, siue statum pœnitentiæ & religionis, siue statum cœlestis gloriæ & salutationis: arbores enim & herbæ diuersimode nascuntur: quædam ex solius aquæ infusione: quædam ex boni seminis appositione: quædam ex diligenti plantatione & loci primi mutatione: quædam vero ex alterius rami adiunctione & insertione. Sic vere charissimi, homines nascuntur in gratia & in virtute multis modis. Quidam scilicet per aquæ infusionem, & isti sunt illi, qui in baptismo in gratia generantur. Et ideo baptismus dicitur renouatio & regeneratio, quia homo, qui erat natus & genitus naturaliter ibi regeneratur, & nascitur spiritualiter. Vnde Ioan. 3. dicitur, quod *nisi homo renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum cælorum.* ¶ Item alij in gratia nascuntur per boni seminis seminationem, & isti sunt illi, qui semen verbi Dei ad statum gratiæ conuertunt. Vnde in Ps. dicitur. *Annuntiabitur Domino generatio ventura, & annuntiabunt cæli iustitiam eius, populo qui nascetur, quem fecit Dominus.* ¶ Item homo in gratia nascitur per diligentem transplantationem. Et ista est, quando quis per pœnitentiam de mundo, vel de peccato tollitur, & in religione, vel in statu gratiæ collocatur. Vnde de Enoch, qui fuit translatus, vel transplantatus in Paradisum terrestrem, dicitur Ecclesiast. 49. *Nemo natus est in terra qualis est Enoch. Ipse enim receptus est à terra* ¶ Item alij nascuntur in gratia per boni rami insertionem, & isti sunt illi, qui per societatem & adiunctionem bonorum boni efficiuntur. De quibus in Psal. *Pro patribus tuis nati sunt tibi filij*. q. d. bona societas bonorũ patrum est causa generationis bonorum filiorum. Et breuiter de illis, qui ita spiritualiter nascuntur intelligitur illud Io. 1. *Qui non ex sanguinibus neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.* Et bene dicit non ex sanguinibus, quia scilic. puer quamdiu est in ventre & in sanguinibus matris, non potest dici natus. Cum vero à vẽtre matris egreditur, frigido aeri exponitur, pelle secundina exuitur, lacte nutritur, tunc proprie dicitur natus. Sic vere illi, qui in sanguinibus carnalis affectionis nutriuntur, & qui in vtero matris suæ, id est, in amore matris suæ mundi vel carnis detinentur, nati spiritualiter non dicuntur. Ideo de talibus videtur dictum illud Ioan. 3. *Quomodo potest homo denuo nasci, cum sit senex?* Sed pro certo cum ab vtero mundani amoris extrahitur per eius abominationem, quan[illegible] ca[illegible] infectionis exuitur, per castitatis mundificationem, qu[illegible] frigido aeri, id est, tribulationum pœniten[illegible] exponitur per omnis miseriæ tolerationem, quando insuper lacte doctrinæ nutritur per sapientiæ degustationem, tunc dico, quod spiritualiter nascitur, & apud Deum penitus innouatur. Vt de eo dicatur illud Ose. 2. *Expoliam eam nudam, & statuam secundum diem natiuitatis suæ.* ¶ Et possumus notare, quod illi dicuntur ex Deo spiritualiter esse nati, qui sunt scilicet

Iustitiæ sectatores,
Nequitiæ contemptores,
Concordiæ dilectores,
Constantiæ professores.

De iustitiæ sectatoribus dicitur 1. Io. 2. *Qui facit iustitiam, ex Deo natus est.* De nequitiæ contemptoribus dicitur 1. Ioan. 3. *Omnis qui natus est ex Deo, non peccat.* De concordiæ dilectorib. dicitur 1. Ioan. 4. *Omnis qui diligit fratrem suum, ex Deo natus est.* De constantiæ vero professoribus dicitur 1. Ioan. 5. *Omne quod natum est ex Deo, vincit mundum.* Patet ergo, quod inuenitur natiuitas spiritualis & virtuosa. ¶ Quarto dico, quod inuenitur natiuitas æternalis & gaudiosa, & ista est quando homo nascitur cœlo. Et secundum istum modum mors sanctorum dicitur natale, quia scilicet Paradiso nascuntur. Vnde de ipsis dicitur Ioa. 16. *Non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo.* & Luc. 1. dicitur. *In natiuitate eius multi gaudebunt.* ¶ Quinto dico, quod est quædam natiuitas temporalis & deliciosa & ista est pro mono gloriæ temporalis. Homo enim tunc mundo nascitur, quando ad mundi honores eminet vel etiam parturitur. Vnde ille tunc dicitur natus, qui mundi prosperis & diuitijs est formatus. Vnum tamen est notandum, quod tales sic nati solent scilicet

Carere { Scientiæ veritate, / Constantiæ firmitate, / Lætitiæ amœnitate, / Munditiæ puritate, / Iustitiæ æquitate. }

Tales enim qui in prosperitate nascuntur, sunt vt communiter cœci & ignorantes. Mundus enim est sicut canis, qui suos filios parit cœcos. Quia pro certo tales, qui in mundi dignitatibus & eminentijs nascuntur, patiuntur & promouentur, & ignorantes & cœci sæpissime dignoscuntur. Vnde Ioan. 9. dicitur, quod *præteriens Iesus vidit hominem cæcum à natiuitate.* Vnde ibidem dicitur. *Hic est filius vester, de quo dicitis quia cæcus natus est.* ¶ Item tales sunt (vt communiter) debiles, & non durantes. Non enim perseuerat gloria mundanorum. Vnde de hædera Ionæ dicitur Ionæ 4. quod *sub vna nocte nata est hadera, & sub vna nocte perijt.* & Lucæ 8. dicitur de semine, quod *statim natum aruit, quia non habebat humorem.* ¶ Item tales sunt (vt communiter) miseri & laborantes. Quia pro certo mundi prosperitas multis miserijs est annexa, vnde Iob dicebat Iob 3. *Pereat dies, in qua natus sum, & nox in qua dictum est, conceptus est homo.* Prosperitas enim dicitur dies, propter eius amœnitatem. Dicitur etiam nox, propter annexam asperitatem. ¶ Item tales sunt (vt communiter) immundi & petulantes. Vnde Ezech. 16. *In die nata es, non est præcisus vmbilicus tuus.* ¶ Item tales sunt iniusti & male viuentes quod summe patet in illis, qui in Ecclesia à simonia, vel à carnali affectione nascuntur, qui scilicet iniuste & rapaciter (vt communiter) viuere dignoscuntur. Est enim differentia inter radios, qui nascuntur à sole & flumina, quæ nascuntur à fonte. Quia scilicet radij processu sunt rectissimi, fluuij vero sunt flexuosissimi. Sic vere illi, qui à sole iustitiæ Christo in Ecclesia nascuntur, & ibidem diuinitus introducuntur, recte & iuste viuere comprobantur, & ijdem filij solis iustitiæ Christi appellari merentur. Ioan. 1. *Dedit eis potestatem filios Dei fieri, qui non ex sanguinibus neq; ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.* Sanguis enim significat consanguinitatis affectionem. Voluntas carnis signat luxuriæ infectionem, seu quamlibet immundam delectationem: voluntas viri signat simoniacam intentionem. Illi ergo, qui in talibus fontibus in Ecclesia nascuntur, tortuose & iniuste incedere & viuere dignoscuntur. Isti autem figurantur Iudicum 11. vbi dicitur quod *Iephthe princeps Israel propriam filiam interfecit, qui* scilicet de meretrice natus erat. Ad denotandum, quod illi, qui à meretrice simonia vel à carnali amicitia in Ecclesia nascuntur & introducuntur, filiam suam, id est, plebem sibi

[illegible] grauant, occidunt & prædantur. Ideo bene di[illegible] *Non ingredietur de scorto natus Ecclesiam Dei.* Et meri[illegible] pro certo tales sic nascentes & intrantes (vt communi[illegible] male viuunt, scilicet

Iniuste & crudeliter,
Immunde & carnaliter,
Superbe & inaniter,
Ignominiose & infamiter,
Confestim & non stabiliter.

[illegible] dico & crudeliter Iob 15. *Quid est homo, vt immaculatus [illegible] iustus appareat natus de muliere*, q. d. Impossibile est, quia [illegible] *qui secundum carnem natus erat, persequebatur eum, qui se[illegible] cum* Ad Galat. 4. ¶ Item immonde & carnaliter. Iob [illegible] *nunquid iustificari potest homo, aut apparere mundus natus de muliere*[illegible]. ¶ Item superbe & inaniter. Iob 40. *Vir vanus in [illegible] surgit, & tanquam pullum onagri se liberum natum putat.* [illegible] iose & infamiter Prou. 18. *Natus est stultus in ignominiam.* ¶ Item imperseueranter, & non stabiliter. Iob 14. *[illegible] de muliere, breui viuens tempore.* Quid ergo? certe talea [illegible] icere illud Iob 3. *Pereat dies in qua natus sum.* Quia sic[illegible] Matth. 16. *Bonum erat ei si natus non fuisset homo ille.* Ideo [illegible] dicitur Eccl. 4. *Laudaui magis mortuos, quam viuentes, & feliciorem [illegible] iudicaui illum qui nec dum natus est.* Sed non sic iusti, qui sci[illegible]licet n[illegible] de Deo, non à carne, iuxta illud 1. Ioan. 2. *Omnis, qui facit iustitiam, ex Deo natus est.* Et ideo sicut supra dixi, isti à cul[illegible]pa [illegible] *qui natus est ex Deo non peccat* 1. Io. 3. Impijs e[illegible] *quia omne, quod natum est ex Deo, vincit mundum* 1. Ioan. 5. Pr[illegible] sustinent. Ioan. 16. *Non meminit pressuræ, propter gaudium, quia natus est homo in mundum.* Et vera continent. Ioan. 18. *Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni, vt testimonium perhibeam veritati.* Hæc [illegible] ergo natiuitas temporalis & deliciosa. ¶ Sexto dico, [illegible] natiuitas criminalis atque vitiosa, & ista est, quan[illegible]do quis nascitur peccato & moritur gratiæ & virtuti. vnde Io. 9. *In peccato natus est totus.* Ideo de peccatoribus dicitur 1. Regum 5. *Nati sunt mures, & facta est confusio in horto.* Sed vide supra § præce[illegible], vbi multa de tali natiuitate dicuntur. ¶ Septimo dico, quod est natiuitas infernalis, & ista est illa, qua damnati in inferno nascuntur, & quæ ibi de nouo veniunt, & inducuntur. De quo [illegible] *Fiant nati eius in interitum.* & Eccl. 41. *De vobis viri impij, quia si nati fueritis, in maledictione nascemini, &c.* Sic igitur patet, quomodo diuersimode tam naturaliter quam spiritualiter potest nasci. Vide supra de generare.

**Natu.** Vide in tit. maior & senectus.

**Natio.** Nota, quod natio accipitur pro populi congregatione vel pro regione, seu pro patria vel continentia. Et sumitur communiter in scriptura pro illis gentibus vel populis qui Dei populo erāt inimici, sicut erant Philistijm, Amon, Amelech. Vnde breuiter per nationes vniuersa genera populorum denotantur gentilium. Et ideo denotandum, quod [illegible] loquendo, nationes signant inimicos nostros spirituales, scilicet

Communitatem hominum peccatorum,
Malignitatem hominum vitiosorum,
Peruersitatem dæmonum malignorum.

Omnes enim istæ nationes hominibus inimicantur, & eis in [illegible] plurimum aduersantur. vnde 1. Mach. 3. *Ecce nationes conuenerunt aduersum nos, vt disperdant nos.* Natio enim peccatorum est peruersissima. vnde Phil. 2. *Sitis simplices sine querela in medio nationis prauæ atque peruersæ, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo.* ¶ Natio vitiorum est potentissima: vix enim potest ab aliquo superari. Sicut enim dicitur Iudic. 1. *Filij Israel non potuerunt delere nationes diuersas, sed tamen ipsas superauerunt, & dimiserunt viuere sub tributo.* Sic vere homo nunquam potest ea toto extirpare, vel delere nationes vitiorum de terra carnis suæ, & maxime vitia carnalia, ipsa tamen debet subiugare rationi & ipsa dimittere viuere sub tributo vt sic ei dicatur illud Deut. 15. *Dominaberis nationibus plurimis & tibi nullus dominabitur.* Et ideo pro populo suo orat Ecclesia. Ioan. 2. *Parce Domine, parce populo tuo, & ne des hæreditatem tuam opprobrium, vt non dominentur ei nationes.* ¶ Natio vero dæmonum est crudelissima. vnde Eze. 31. de Assuero, id est, de superbo in figura altæ cedri dicitur, quod *succident illam alieni, & crudelissimi nationum.* ¶ Et si vis etiam bono dic, quod est natio sanctorum atque iustorum, quæ scilicet

Deo seruit & ei subiugatur,
Deum laudat & regratiatur,
Cum Deo ligatur atque copulatur,
A Deo iouatur atque visitatur,
A Deo spiratur & viuificatur,
A Deo vocatur & beatificatur.

Dico ergo, quod natio sanctorum Deo seruit atque subiugatur Sapient. 8. *Nationes mihi erunt subiectæ.* ¶ Item Deum laudat & regratiatur. Psalm. *Psallam tibi in nationibus.* ¶ Item cum Deo copulatur Deuter. 4. *Non est alia natio tam grandis quæ habeat Deos appropinquantes sibi sicut Deus noster adest nobis.* ¶ Item à Deo visitatur, quia sicut dicitur Sapient. 7. *Per nationes in animas sanctas se transfert.* ¶ Item à Deo viuificatur quia sicut dicitur Actor. 10. *Per nationes Spiritus sancti effusa est.* ¶ Item à Deo beatificatur scilicet in cœlo Tob. 13. *Nationes de longinquo ad te venient.* Vide infra de populo.

**Nathan.** Fuit propheta Domini, qui scilicet interpretatur donum, donans, vel donatus gratiæ. Fuit autem Nathan, propheta Domini, quia scilicet, A

Nathan {
Deum consulebat,
Vera respondebat,
Plebem instruebat,
Regem arguebat,
Malos fugiebat,
Bonos promouebat,
Gratia vigebat,
Gloria fulgebat.
}

De omnibus istis vide historiam 2. Reg. 7. & 12. quia nimis esset longum ponere. Et applica ad bonum principem & ad bonum regis consiliarium, qui populum debet recurrere, qui vera debet respondere, qui populum debet instruere, qui regem debet arguere scilicet sicut Nathan fecit Dauid de morte Viiæ. Qui impios debet refugere scilicet sicut Nathan Adoniā. Qui bonos solet extollere. sicut scilicet Nathan, qui inunxit Salomonem in regem. Qui gratia debet influere, sicut scilicet iste, qui interpretatur donans donum & donatus gratiæ: Qui gloria debet præcellere, sicut scilicet iste. qui erat summus in curia Dauid. Vnde igitur de tali Nathan dicitur Ecclesia. 47. *Surrexit Nathan propheta in diebus Dauid quasi adeps separatus à carne.* Dilata si vis & concorda.

**Nathanael.** Interpretatur donum Dei, vel donauit eū Dominus, & fuit ille, de quo dixit Christus. Ecce vere Israelita, in quo dolus non est, quando vidit eum venientem ad se. Ioan 1. Iste ergo signat bonos A

Simplices. qui à Christo {
vocantur,
donantur,
laudantur,
visitantur.
}

Expone prout volueris de bonis prælatis.

**Nathinæi.** Fuerunt quidam templi seruitores, qui interpretantur donantes, vel donati, seu hypodiaconi, vel subministri. Et possunt signare bonos ecclesiasticos, qui à Deo donantur inspiratiue, qui Deo subministrant famulatiue, qui sese sunt donantes Deo destinatiue. Concorda si vis, quia transeo gratia breuitatis. A

**Natura.** Cū paucissime sint auctoritates de natura, quanquam multa sint exempla, parū necesse est de ea dicamus. Ne tamen omnino sub silentio transeamus notandum est, quod in scriptura fit mentio de quadam A

Natura {
Immutabili,
Corruptibili,
Detestabili,
Commendabili.
}

Primo igitur dico quod est natura immutabilis, quæ est ille instinctus naturalis rectitudinis. Et sic accipitur ius naturale illud quod vnumquodque animal natura docuit, sicut est educatio filiorum, dilectio sociorum, conseruatio corporum propriorum. Et secundum hæc loquitur Augu. quod *nullum est adeo magnum vitium, quod possit delere extrema naturæ vestigia.* Et hoc bene apparuit in exemplo, quod ponit Valerius in libro suo de factis memorabilibus Romanorum, vbi dicit, quod cum rex Pyrrhus in quodam prælio esset captus, & inimici nescientes eum esse Pyrrhum, cum se nominare non vellet, voluerunt eū occidere, filius, qui à natiuitate mutus fuerat, videns periculum patris, quasi cōpulsus à natura loqui pro patre suos militibus illis,

qui

qui patrem occidere intendebant, dixit, *Nolite occidere Pyrrhum regem*. Et sic alij audientes ipsum captum seruauerunt, nec occiderunt. Ista est ergo natura immutabilis, cuius quidem exempla habemus plurima in natura. Quis enim docet pellicanum se pro filijs occidere? Quis docet ceruum pro sagitta extrahenda dictamnum quærere? Quis docet canem pro vomitu procurando gramen comedere? Quis docet castorem testiculos suos dimittere? Quis docet elephantem, dentes suos frangere? Omnia enim ista natura docuit, cuius iura immutabilia Deus fecit. Quia breuiter, quædam vis & natura omnibus animalibus est indita, per quam ad faciendum, quod debent sunt naturaliter inclinata. Vnde præcipue natura humana habet insitam quandam regulam naturalem, per quam cognoscit quid est faciendum & quid etiam omittendum, vnde Rom. 2. dicitur: *Gentes non habentes legem naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt*. Hæc est igitur
B natura immutabilis. ¶ Secundo dico, quod est natura corruptibilis, & ista natura humana quantum ad corpus, quæ scilicet est valde corruptibilis, atque fœda. Caro enim habet naturam vilem & infectam & corruptam. Quia sicut limax vilis est & immundæ naturæ, ita quod inficit & maculat quicquid tangit, sic caro nostra ita est vilis, quod animam sibi coniunctam corrumpit, inficit & fœdat, & ad peccata pertrahit & inclinat. Ephes. 2. *Eramus enim natura filij iræ*. Et breuiter pro statu naturæ lapsæ vitia sunt naturalia nobis, virtutes vero innaturales. Quia sicut videmus, quod vulpes solet naturaliter claudicare, porcus solet se in luto naturaliter lauare, leo solet bestias innocentes naturaliter deuorare, aranea solet ad muscas capiendas naturaliter intendere & necare, sic vere nos à natura corrupta habemus vulpinam dolositatem, porcinam impuritatem, leoninam voracitatem, araneæ cupiditatem, vt sic verificetur illud quod dicitur Sapient 12. *Erat eorum malitia naturalis*. Ista est ergo natura corruptibilis. ¶ Tertio dico, quod est natura detestabilis, & ista est quando aliquis ita assuescit in vitijs & peccatis, quod illa vitia per obstinationem in naturam conuertuntur. Nam quamuis piper sit album originaliter, per decoctionem tamen efficitur nigrum immutabiliter. Quia vere multi sunt, qui ita radicaliter immutantur in malum, quod nunquam amplius reuertuntur in bonum Rom. 1. *Fœminæ eorum immutauerunt naturalem vsum*: & Seneca dicit, quod *illud vitium est delectabile, quod in*
D *naturam consuetudo perduxit*. ¶ Quarto dico, quod est natura commendabilis & ista nihil aliud est quam *bona consuetudo, quæ* secundum Senecam *est altera natura*, Natura enim cineris quæ est vilis mutatur in naturam vitri, quæ est pulchra. Adiuncto etiam surculo domestico alicui alieni arbori syluestri, natura syluestris in naturam domesticam transmutatur. Sic vere per insertionem gratiæ Dei homo per bonas consuetudines taliter immutatur, quod quasi in naturam bonam & contrariam transfertur. vnde Rom. 11. *Tu ex naturali excisus oleastro, contra naturam insertus es in oliuam bonam*.

A **Nauis. Nauicula.** Nota, quod nauis est instrumentũ ligneum ad transeundũ mare vel flumina ordinatum. Et potest multimode signare in scriptura, in bono scilicet & in malo. In bono enim signat

Ecclesiæ communionem,
Viri perfecti conditionem,
Beatæ virginis perfectionem,
Pœnitentiæ vel religionis habitationem.

| | | |
|---|---|---|
| Prima | est nauis | capacitatis, |
| Secunda | | agilitatis, |
| Tertia | | fertilitatis, |
| Quarta | | securitatis, |

Ecclesia ergo est nauis capacissima. Ista enim continet bonos & malos. vnde Lucæ 5. dicitur, quod *ad præceptum Domini Petrus & socij sui tantum de piscibus prenderunt, quod duas nauiculas impleuerunt*. Duæ enim nauiculæ sunt Ecclesia & religio, quæ sicut videmus, piscibus, id est, hominib. tam bonis, quam malis hodie sunt repletæ. Vir perfectus est nauis agilissima, quia scilicet iustus ad modũ nauis velociter transit per mare huius mundi, non sistens ibi per desiderium & amorem. Vnde de perfectis viris potest dici illud Iob 9. *Transierunt sicut naues poma portantes*. ¶ Beata virgo est nauis replentissima & perfectissima. Ista enim merces Paradisi continuit & portauit, & portum huius mundi ditauit multipliciter & repleuit. De quo Prou. 31. *Facta est quasi nauis institoris, de longe portans panem suum*. ¶ Religio vero seu status pœnitentiæ est nauis securissima. Vnde Acto. 27. *Salui fieri non poteritis, nisi in naui manseritis*. ¶ Si vero de malo agitur, dico, quod nauis seu nauicula potest in malo significare B

Peccatorum instabilitatem,
Mundanorum mutabilitatem,
Humanorum vertibilitatem.

¶ Nauis enim (vt dictum est) signat,

Labilitatem vani peccatoris,
Prosperitatem mundi deceptoris,
Mortalitatem vitæ viatoris.

Dico ergo, quod signat mobilitatem hominum peccatorum. Tales enim sunt in mari huius mundi sicut naues ad portum transferentes merces diaboli & vitia & peccata secum cõtinue deferentes, & per flatum diabolicæ suggestionis ad peccatum se faciliter mouentes. Diabolus est enim sicut Antiochus, de quo dicitur 1. Mach. 1. quod *ipse intrauit in Aegyptum cum magna multitudine nauium*, quia scilicet diabolus intrat infernum cum multitudine hominum peccatorum, quia sicut dicitur in Psal. *Deus in spiritu vehementi conteret naues Tharsis*. ¶ Itẽ nauis signat prosperitatem hominum mundanorum. In istam enim nauem cupiunt intrare omnes qui transierunt per hoc mare, id est, istum mundum, & tamen vident continue, quod ista nauis fluctuat semper, multoties perit & submergitur, nunquã vero quiescit. Quapropter ista videtur illa nauicula de qua dicitur Matth. 8. *Motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus*. Ista enim est nauis Ionas fugiens à facie Domini intrauit: vbi tamen tempestas ipsum arripuit, ita quod in mare fuit proiectus & à cete etiam deuoratus. Quia vere peccator qui peccando à Deo recedit & fugit, & qui naui mundanæ prosperitatis se recolligit & reponit, multis in præsenti tempestatibus & tribulationibus impellitur, in fine etiam de naui prosperitatis ejicitur, & in mari inferni demergitur & ibi à cete, id est, diabolo deuoratur. Ideo de talibus dicitur Ecclesiastic. 43. *Qui nauigant mare, enarrant pericula eius*. Signat ergo nauis prosperitatem bonorum mundanorum. ¶ Item signat fragilitatem hominum viatorum. Mortalis enim homo naui comparatur, quia sicut et de fragili materia componitur. In mari enim huius mundi semper fluctibus agitatur, & ad portum mortis continue curritur & mouetur. vnde Sapient. 5. dicitur. *Transierunt omnia velut vmbra, & tanquam nuntius vanus dici & tanquam nauis, quæ pertransit fluctuantem aquam, cuius cum præterierit, non est vestigium inuenire*. ¶ Si C
tamen adhuc de naui in malo significato, vt pote de peccatore, de diuite seu de mũdi prosperitate velis aliquid dicere, notabis, quod talis nauis solet multis periculis subiacere, iuxta illud prædictum. *Qui nauigant mare, enarrant pericula eius*. Ecclesiast. 43. Ista enim

Tempestatum pulsatur fluctibus,
Beluarum cassatur ictibus,
Adamantium ligatur tractibus,
Echeneidum tenetur tactibus,
Arenarum turbatur syrtibus,
Voraginum sorbetur haustibus,
Piratarum grauatur raptibus,
Sirenum necatur cantibus.

¶ De tempestatibus patet quomodo naues submergũt, & franguntur. De beluis etiam patet per doctores, quomodo naues perforant, atque lædunt, sicut exemplificat Plinius de serra maris, quæ dorso suo serrato scindit nauem. Et de monocerote & gladio, quorũ primus cum cornu, alius cum ense perforant naues & scindunt. De adamantibus etiam, qui ferrum attrahunt, patet, quod naues ab ipsis trahuntur & detinentur. De echeneide pisce semipedali dicit Plinius, quod sola adhæsione nauem arrestat, nec procedit vlterius nisi lignum cum pisce scindatur. De syrtibus etiam quomodo cumulis arenarum bullientium [illegible] punt naues, de charybdi vero, quomodo in profun[illegible] voragines naues, de charybdi vero, quomodo ipsi in[illegible] tibus spoliant omnia satis patent. Quid ergo? P[illegible] ista pericula significant pericula spiritualia, quibus [illegible] quilibet mundanorum status, seu etiam prosperitatis temporalis. Quia certo istæ naues tentationum fluctibus [illegible] ntur: belluarum, id est, tyrannorum ictibus cassantur: adamantium, id est, mulierum tractibus ligantur: echeneidum, id est, malorum sociorum tactibus & trib. detinentur: arenarum, i. e. diuitiarum syrtibus rumpuntur: voraginum scilicet mortis & inferni haustibus absorbentur: piratarum, id est, dæmonum seu officialium captibus spoliantur. Vide concordantias omnium illorum de naui,

nani, naucula, nauigare, & nauta, quia transeo gratia breuitatis. Expone, quomodo *naues, quæ ibant in Tharsis ad reportandum* D *aurum, sint confractæ.* 2. Par. 20. &c. ¶ Sed, vt aliquid amplius dilatemus possumus dicere de naui spirituali, videlicet de anima vel de beata virgine, seu de quolibet viro perfecto, quod sicut videmus, quod nauis ex leui materia fabricatur, super aquam maris fertur, ad portum continue appropinquat & applicatur, pretiosis mercibus oneratur, à parte maris est clausa, sed sursum à parte cœli aperitur, in principio & in fine est stricta sed in medio dilatatur, fluctibus continue mouetur, flatu venti faciliter ducitur, cito agitatur, sic vere spiritualiter loquendo, anima, seu vir perfectus debet esse leuis per temporalium grauium abdicationem. Debet mari, i. mundo superferri per ipsius contemptum & abominationem. Debet versus portum Paradisi moueri per continuam affectionem, debet mercibus virtutum onerari per omnimodam perfectionem. Mari, i. mundo claudi per bonorum suorum operum occultationem, cœlo vero, id est, Deo vel Paradiso aperiri per pij affectus exhibitionem. Debet etiam strictus esse per corpus lasciuię austeritatem: latus vero in medio per charitatem: fluctibus vero continue moueri per patientiæ laborem & aduersitatem: vento continue agitari per obedientiam & sedulitatem. Et sic igitur ista est nauis institoris, id est, mercatoris Christi in qua scilicet merces virtutum reponit: figurata in nauibus Salomonis de quibus dicitur 2. Paral. 9. quod *naues regis ibant in Tharsis semel in annis tribus, & deferebant inde aurum, & argentum, & ebur, & simias, & pauos.* Tharsis enim interpretatur explorans gaudium, quia scilicet tales naues Christi regis semper vadunt explorare per contemplationem
E gaudium Paradisi. ¶ Et ideo inde acquirunt

Aurum sapientiæ,
Argentum eloquentiæ,
Ebur puræ continentiæ,
Simias spiritualis lætitiæ,
Pauos honestæ conuersationis & apparentiæ.

Sed adhuc de naui, in quantum etiam signat Ecclesiam, religionem vel pœnitentiam, aliquid est dicendum. Sicut enim homo in mari non potest incedere, nec etiam nauigare nisi naui mediante, seu naucula, sic nec homo potest mare huius mundi tute transire nisi in naui Ecclesiæ, religionis vel pœnitentiæ studeat nauigare. Et ideo de Christo legitur Mar. 8. quod *ipse ascendit nauem cum discipulis suis*, videlicet

Nauem {
Laboris & diligentiæ,
Mœroris & sustinentiæ,
Splendoris & sapientiæ,
Timoris & reuerentiæ,
Tenoris & permanentiæ,
Amoris & beneuolentiæ,
Vigoris & obedientiæ,
Tranquillitatis & patientiæ,
Humilitatis & subiacentiæ,
Fertilitatis & opulentiæ,
Securitatis & confidentiæ.
}

Et nota, quod Ecclesia, vel religio est nauis, vel etiam homo iustus, vel anima sancta est nauis diligētiæ & laboris, vnde Petrus, qui erat in naui, dixit Christo Luc. 5. *Domine per totam noctem laborantes, & nihil prendidimus.* Ps. *Descendunt mare in nauibus facientes operationes in aquis multis.* ¶ Item est nauis sustinentiæ & mœroris, quia sc. ipse Christus Dei filius in ista naui nauigauit per mundum, vnde Mar. *Ascendentes in nauem abierunt in desertum &c.* Locus enim signat planctum contritionis, desertum vero siccitatem abstinentiæ & asperitatem victus & conuersationis. ¶ Item est nauis sapientiæ & splendoris, vnde Luc. 5. dicitur, quod *Iesus sedens de nauicula docebat turbas.* ¶ Item est nauis reuerentiæ, & timoris Ionæ 1. *Timuerunt nautæ & clamauerunt ad Deum.* ¶ Item est nauis persistentiæ & tenoris Luc. 5. *Vidit duas naues stantes secus stagnum:* ¶ Item est nauis beneuolentiæ & amoris Act. 21. *Cum vale fecissemus inuicem, ascendimus nauem.* & Act. 18. *Paulus fratribus vale faciens nauigauit.* ¶ Item est nauis obedientiæ & vigoris, vnde Lu. 5. dicitur, quod *Iesus ascendit in vnam nauem, quæ erat Simonis*, qui interpretatur obediens. ¶ Item est nauis tranquillitatis & patientiæ, vnde Luc. 8. dicitur, quod *cum Iesus dormiret in naui, cessauit tempestas, & facta est tranquillitas magna.* ¶ Item est nauis humilitatis & subiacentiæ, vnde Marc. 8. dicitur quod *cum Iesus ascendisset nauiculam, cessauit ventus*, id est, superbia. ¶ Item est nauis fertilitatis & opulentiæ, scilicet cumulus virtutum Apo. 18. *Diuites facti sunt omnes, qui habebant naues.* ¶ Item est nauis securitatis & confidentiæ Act. 27. *Nisi in naui manserint non potestis salui fieri.* Pulchrum esset hic ponere, & exponere illa, quæ dicuntur Ez. 27. vbi Dominus loquitur de magnificentia ciuitatis Tyri sub metaphora vnius nauis, sed valde esset longum. ¶ Hoc solum adiūgo, quod in naui Ecclesiæ vel religionis, vel pœnitentiæ debet esse F

Gubernaculum sapientiæ & discretionis,
Remi bonæ affectionis, & dilectionis,
Malus sublimis & altæ contemplationis,
Velum mundæ & castæ conditionis,
Chorda concordiæ, veritatis & communionis,
Anchora spei, fiduciæ, charitatis & consolationis,
Haustorium munditiæ & purificatæ confessionis,
Operimentum honestæ apparentiæ & conuersationis.

De gubernatoribus dicitur Eze. 27. *Sapientes tui Tyre facti sunt gubernatores tui &c.* De remis dicitur Eze. 72. *Quercus de Basan dolauerunt in remos tuos.* De velo vero dicitur ibidem. *Cedrum de libano tulerunt, vt facerent sibi malum.* De malo vero dicitur ibidem. *Byssus varia de Aegypto texta est tibi in velum.* De Anchora dicitur Act. 27. *Mittentes Anchoras quatuor.* De chorda dicitur in Psal. 32. *In Psalterio decem chordarum psallite illi.* Expone &c. De haustorio dic illud Esaiæ 12. *Haurietis scilicet cum haustorio aquas in gaudio.* Aquas dico confessionis, quibus purificabimini. De operimento vero dicitur Eze. 27. *Hyacinthus & purpura sunt facta operimentum tuum &c.* Ibi invenies, vbi tabula monstrabit, quomodo nauis vbi ferrum attrahitur á rupibus adamantis, & penitus dissipatur. *Quia dominus in spiritu vehementi conteret naues Tharsis.* Patet ergo & cætera.

## Nazareth. Nazarenus Nazaræus. A

Cum Nazareth interpretatur flos, virgultum, sanctitas aut consecratio, vnctio, mundities, custodiens aut separatio, Nazarenus & Nazaræus virgultum, floridus, custodiens, separans, mundus vnctus, sanctus, & consecratus possimus dicere, quod per Nazareth potest intelligi religio, vel Ecclesia, beata virgo vel anima sancta, vel quilibet vir perfectus. Sicut enim legitur Num. 6. quod *Nazaræus domino consecrandus, caput non tondebat, vitem fugiebat, vinum non bibebat, mortuum non tangebat, sese deuouebat, plura offerebat*, sic vere dicam, quod homo perfectus, qui in religione vel alibi seipsum offert & consecrat, vitæ puritatem tenet, & vendicat, morum sanctitatem seruat, & prædicat, cibi voluptatem odit, & abdicat, rerum facultatem damnat & iudicat, cordis pietatem monstrat & indicat, apud deitatem seipsum dedicat. Iste dico, quod tenet, & vendicat vitæ puritatem, & ideo dicitur floridus, mundus, & munditia, flos, virgultum. Et sic est de illis, de quibus dicitur Cantic. 4. quod *Nazaræi Hierusalem erant candidiores niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, sapphyro pulchriores.* In signum autem istius puritatis bene dicitur Luc. 1. quod *missus est Gabriel Angelus ad Mariam virginem in ciuitatē Galilææ, cui nomen Nazareth*, Angeli n. cum puri sint semper diligunt puritatē. Ista etiam seruat, & prædicat morum sanctitatē. Et ideo iste interpretatur sanctus, seu sanctitas, vt de eo dicatur illud Matth. 21. *Hic est Iesus propheta à Nazareth.* Propheta n. debet prædicare, & etiam sanctus esse. ¶ Item iste odit, & abdicat cibi voluptatem. Ideo iste interpretatur custodiens, & abstinens, quia etiam sicut dicitur Num. 6. *Nazaræus vinum aut quicquid inebriare potest, nō bibebat. vua & quicquid de vinea nascebatur, nullatenus comedebat.* Vnde de pœnitente & abstinente potest dici illud Mat. 16. *Iesum quæritis Nazarenum crucifixum.* ¶ Item iste damnat, & indicat rerū facultatē, seu etiam mundi vanitatem. Et ideo iste interpretatur separatus, aut separatio, eo quod ab amore sæculi separatur. Et hoc figuratur in hoc, quod Nazaræus completo tempore cōsecrationis & voti capillos suos tōdebat, & in igne sacrificij cōburebat, & Deo offerebat, sicut dicitur Nu. 6. Ad denotandū, quod capillos, id est, diuitias suas debet vir perfectus abijcere, & igne charitatis cremare, & per eleemosynas cō sumere, & Deo offerre, & præsentare, vnde Nu. 6. dicitur *Radetur Nazaræus ante ostium tabernaculi.* ¶ Itē iste monstrat & indicat cordis puritatem. Et ideo interpretatur vnctus & vnctio, vnde Luc. 4. dicitur, quod *Iesus venit Nazareth, vbi erat nutritus*, quasi dicat Pauperes in Nazareth, i. in loco & à persona pietatis nutriūtur. ¶ Item seipsum dedicat apud deitatē. Et ideo interpretatur consecratus, vnde Iud. 13. *Erat n. Nazaræus Dei, ab infantia.* Iud. 16. dicitur, *Nazaræus*, i. consecratus *domino sum*, Talis ergo Nazaræus, i. cōsecratus & sanctus debet frequen-

mmm tari,

tari, debet honorari, debet etiam exorari. Frequentari (dico) per amicitiam, sicut de beato Petro dicitur Marc. 14. *Et tu cum Iesu Nazareno eras.* Honorari etiam per excellentiam, vt scilicet dicatur de ipso illud Io. 19. *Iesus Nazarenus rex Iudaeorum.* Adorari itasuper per reuerentiam, sicut de illo cœco dicitur Io. 9. & Luc. 18. *Qui audiens, quod Nazarenus transiret, clamauit dicens. Fili Dauid miserere mei.* Hæc igitur sufficiant de Nazaræo, Nazareo, Nazareth.

A **Nebula.** Nota, quod nebula est impressio aeris ex exhalationibus aquæ & terræ, in terræ superficie generata. Et potest significare multipliciter in scriptura. Significat enim

Turbulentiam vitæ præsentis,
Affluentiam mundi labentis,
Ignorantiam mentis errantis,
Pœnitentiam cordis dolentis.

Signat ergo nebula vitæ præsentis turbationem. Sicut enim nebula turbulentæ & debilis est naturæ, ita quod ad calorem solis modicum euanescit, sic vita præsens ignorantiæ & aduersitatis turbine obscuratur, & faciliter destruitur, & penitus dissipatur. Sicut enim nihil est debilius, quam nebula, sic nihil est debilius & fragilius, quã misera vita nostra. vnde Sap. 2. *Transiet vita nostra tanquam vmbra, & sicut nebula dissoluetur, quæ fugata est à radiis solis, &*
B *calore illius aggrauata.* ¶ Itẽ nebula signat mundi labentis affluentiam. Sicut enim nebula est claritatis aeris obnubilatiua, radiorũ solarium est interceptiua, viarum & itinerũ est occultatiua, viatorum & nauigantium est impeditiua, latronũ est amica, & insidiantium conceptiua (Tempore enim nebuloso solent latrones facilius furari, lupi vero oues diripere & prædari) sic nebula affluentiæ, seu prosperitatis mundanæ aerem conscientiæ solet obnubilare, & obscurare per ignorantiam: lumen gratiæ solet intercipere: viatores & nautas, i. mortales huius mundi à recto Paradisi itinere solet facere deuiare: latronibus, i. mũdi peccatoribus & lupis, id est, dæmonibus solet esse amica & eorum insidijs suffragari. Constat enim de nebula mundanæ prosperitatis, quod si obnubilat cor humanum, minus potest malitia diaboli præcaueri. Et ideo ista nebula bene dicitur suis lupinis fraudibus amicari. Ista enim est nebula corrupta, quæ scil. & segetes & vineas & animalia destruit, & corrumpit. Quia videlicet destructio prosperitatis mundanæ facit ipsa vtentibus multa mala. Et ideo Soph. 1. dies mundanæ prosperitatis dicitur, *Dies nebulæ & turbinis, dies tenebrarum & caliginis, dies tubæ & clangoris.* Et ideo breuiter de mundi peccatoribus diuitibus parum duratoribus & cito pereuntibus potest dici illud 2. Petr. 2. *Hi sunt fontes sine aqua, nebulæ turbinibus exagitatæ, quibus caligo tenebrarum*
C *reseruatur.* ¶ Item nebula signat mentis errantis ignorantiam. Ista enim nebula, i. obscuritate & ignorantia est totus mundus circumdatus, & obtectus, vnde Eccl. 24. *Sicut nebula texi omnem*
D *carnem.* ¶ Item signat cordis dolentis pœnitentiam, quia videlicet sicut nebula facit aerem turbidum & nebulosum, est tamen quandoque pluuiæ generatiua saepius exhalatiua, & serenitatis in aere post suum transitum inductiua, sic vere contritio & compunctio quodo obnubilat aerem cordis nostri, solet ibi generare pluuiam lacrymationis, solet facere sursum ad Deum exhalare fumum deuotæ orationis, solet etiam suum transitum
E causare serenitatẽ conscientiæ & cordialis affectionis. ¶ Et ideo nota, quod talis spiritualis nebula, i. talis conscientiæ obnubilatio est à fidelibus habenda multiplici ratione, quia scil. ista est

Hospitatrix diuinæ maiestatis,
Receptatrix supernæ charitatis,
Mediatrix internæ prauitatis,
Expiatrix omnia iniquitatis,
Reuelatrix omnis peruersitatis,
Exoratrix æternæ diuinitatis.

Dico ergo, quod in tali nebula æterna deitas hospitatur. Vnde dominus videtur esse conditionis illius nobilissimi & candidissimi piscis qui dicitur Glaucus, qui secundum Ouidium numeratur inter numina maris. De quo dicit Plinius, quod nunquam apparet nisi in hyeme, vel saltem in tempore nebuloso. Sic vere Deus nunquam inuenitur nisi in corde humili & contrito, vnde sicut dicitur Exod. 24. *Lex in nebula fuit data à Deo.* Ideo dicitur 3. Reg. 8. quod *nebula impleuit domum domini.* Et sequitur. *Dominus dixit, quod habitaret in nebula.* ¶ Item in tali nebula superna charitas reuelatur, quia scilicet Spiritus sanctus illuminat cor contritum & nebulosum, & est (sicut dicitur Eccl. 50) *quasi stella matutina in medio nebulæ.* ¶ Item per talem nebulam peccati iniquitas medicatur, quia sicut dicitur Eccl. 43. *Medicina omnium dolorum in festinatione nebulæ.* ¶ Item per talem nebulam mentis iniquitas expiatur Es. 44. *Quasi nebulam peccata tua solueruntur.* ¶ Item per talem nebulam culpæ peruersitas explicatur scilicet per confessionem, vnde Iob 38. *Eleuabis in nebula vocem tuam.*

¶ Item interius per talem nebulam æterna deitas exoratur, vnde Leu. 16. *Positis super ignem aromatibus nebula eorum, vt vapor operuerat oraculum.* In altari enim cordis aromata bonarum affectionum igni feruidæ charitas superponuntur, & sic nebula contritionis in oraculum orationis eleuatur. Quia sicut dicitur Eccles. 43. *Aperti sunt thesauri, & euolauerunt nebulæ sicut aues.* Vide infra de nube.

**Necessitas. Necessaria.** Nota, quod necessarium dicitur generaliter tribus modis. Signat enim necessitas A

Vtilitatem,
Aduersitatem,
Ineuitabilitatem.

Prima necessitas est procuranda, secunda est reuelanda vel adiuuanda, tertia est toleranda. ¶ Necessitas ergo procuranda est, illa necessitas, quam habemus de rebus pertinentibus ad salutem. Illa enim summe nobis sunt necessaria & vtilia, vnde 2. Mac. 9. *Necessarium duxi pro communi vtilitate curam habere.* Et ideo sunt summopere procuranda. Et istam petebat Salomon Prou. 30. *Tribue tantum victui meo necessaria* scilicet gratias & virtutes Gen. 42. *Descendite, & emite nobis necessaria.* ¶ Necessitas vero sub- B
leuanda est illa, quam sustinent miseri in hoc mundo, quæ nihil aliud est, quam aduersitas, infirmitas, infortunium vel paupertas. De qua Eccl. 29 *Fœnerare proximo tuo in tempore necessitatis.* Ista est ergo necessitas miseriæ, in qua scilicet nullus debet alteri deficere, cum etiam in ipsa omnia sint communia, quamuis mali & falsi amici alios optime iuuent in prosperitate, ab ipsis tamen fugiant in necessitate, sicut dicitur Eccl. 5. *Est amicus socius mensæ, sed non permanebit in die necessitatis.* Sed de hoc vide supra de amicitia, & de adiuuate, & de aduersitate.

¶ Necessitas autem toleranda est illa ad quam sustinendam C
necessario compellimur, quia secundum logicos, necessarium est, quod impossibile est aliter se habere. Et talia, quæ sic nobis necessaria vel à Deo, vel à natura vel à prælato, vel à casu imponuntur, sunt in patientia sustinenda. Debemus enim facere de necessitate virtutem, iuxta doctrinam Senecæ qui dicit, *Libenter feras, quod necesse est. Ista enim extrema necessitas, cui alias non potest occurri.* Circa istam tamen nota, quod patientia, quæ habetur in necessitate, est meritoria atq; grata. Ipsa vero necessitas quamuis possit Deo aliqualiter esse grata, non tamen valde meritoria est & accepta. Bonum enim quod facit homo, non debet fieri ex necessitate, sed ex voluntate, iuxta illud Apost. 2. Cor 9. *Non ex tristitia aut ex necessitate, hilarem datorem diligit Deus.* Necessitas enim non habet rationem meriti, sicut supponit Apost. 1. Cor 9. *Si euangelizauero, non habeo gloriam, necessitas enim incumbit.* Mali enim in necessitate sua hominem sæpe diligunt & requirunt qui tamen ipsum prosperitatis suæ tempore vilipendunt. Et talibus non sunt nec grates nec gratiæ referendæ, sicut Iephthe bene dicebat fratribus suis, qui ipsum in necessitate sua volebant facere ducem suum, & tamen in sua prosperitate ipsum eiecerant à seipsis. Ideo ipse dixit eis. Iud. 11. *Nonne uos estis qui odistis me, eiecistis de domo patris mei, & nunc venistis ad me necessitate compulsi?* ac si diceret, vobis non sunt ex hoc aliquæ gratiæ referendæ. ¶ Sed adhuc possemus notare, quod illa, quæ sunt vtilia & necessaria, sunt cum diligentia procuranda. Formicae & araneæ & apes, sibi necessaria prouident & procurant, superflua vero non diligunt, neq; curant. Ad denotandum, quod quæ nobis sunt necessaria & vtilia ad salutem, à nobis [illegible] curanda, scilicet virtutes & gratia in præsenti, & glori[illegible] ro, iuxta illud Gen. 49. *Emite nobis necessaria, vt possimus* [illegible] perflua vero scilicet mundi bona non sunt curanda, [illegible] quam necesse est procuranda. ¶ Et ideo breuiter nota [illegible] ad salutem perpetuam obtinendam, multa sunt nobi[illegible] ria, quæ scilicet ponuntur Eccl. 36 *Initium necessariæ* [illegible] *hominis aqua ignis, ferrum sal, lac, panis, mel, botrus, vua, oleum & vestimentum,* quæ scilicet necessaria sunt ad salutem, id est, ad vitam spiritualem, quia ad ipsam requiritur

Humor compunctionis [Aqua]
Feruor dilectionis [Ignis]
Rigor correctionis [Ferrum]

Sp codex

plendes ... Sal]
Dulce ... compa... [Lac]
¶ ... necessarium est habere
Sacramentalem refectionem [Panis]
Spiritualem deuotionem [Mel]
... domini recordationem [Vuæ]
Pauperum Christi nutritionem [Oleum]
...norum motum adiunctionem [Vestimentum]

O...a enim ista sunt necessaria ad salutem, quia sicut illi, qui ...inquam terram volunt itinerare vel nauigare, solent si... ...orum de vna, imo de multis necessitatibus prouidere, ... ut ad longinquum portum, & terminum nauigare, & ...re debemus, habemus nobis de prædictis necessarijs prouidere, & ipsa diligenti studio procurare, sicut Actor. 28. dicitur quod *nauigantibus imposuerunt quæ necessaria erant*, & Tob. 8. *Præparauerunt omnia, quæ in ... ibi erant iter agentibus necessaria.* Nonc sicut videm...s quod apothecarij herbas medicinæ necessitatis recolligunt, & reponun... & nos debemos quærare, & leruare, quæ sunt nec...ssaria a... salutem. Et ideo filio Tobiæ consuluit Angelus, qu...d qu... dam maximum piscem, qui cum de fluuio deu...rare ...olebat, acciperet, quodque fel, cor & iecur quæ esse...t valde vtil...a, & medicinæ necessaria reseruaret. Et dicitur ibide..., quod *fumus illius cordis dæmonium effugaint. fel vero Tobia antiquiorum cæcitatem anauit & illuminauit*, vnde Tobiæ 6. dixit Angelus T...biæ. *Cor, ... & iecur repone: hæc enim necessaria sunt ad medicamenta.* P... c... iste charissimi, potest significare mihi Deũ, qui illus, q... flumine mundialium deliciarum se balneant, finaliter d...bit. Iste igitur habet tres partes, videlicet, cor profund... meditationis, fel seuerissimæ iurisdictionis, iecur, qu... ...are cogit, id est, virtutem amantissimæ dilectionis. ...uæ qu...lem valde sunt necessaria ad salutem, quia scilicet val... nec...essarium est videre, quomodo cor suæ conscien...æ, & ...ernoois per prædestinationem alios saluat, & alios damnat. ...uomodo etiam fel suæ asperæ correctionis in indi...t... b... damnabit. Quomodo insuper iecur suæ dilectionis ...at ad ... beatos saluabit. Si igitur à nobis volumus dæmo... ...e ...llere, & cordis nostri cæcitatem illuminare, necesse est ist... tria scilicet cor diuinæ sapientiæ, fel diuinæ iustitiæ, iecur diuinæ amicitiæ & misericordiæ tanquam spirituali me...icinæ necessaria, in nostris cordibus reponere & seruare, vnde To... *... olle iecur de felle piscis, erit enim necessarium.* ¶ Et nota, quod nece... ...m est homini habere

...atientiæ firmamentum,
...ubire pestilentiæ nocumentum,
Tenere temperantiæ libramentum,
Seruare conscientiæ temperamentum,

N...sse est ergo, vt patientiam habeamus Heb. 10. *Patientia nobis necessaria est.* Item vt tribulationem, seu molestiam sobeamus, ...ob. 12. *Quia acceptus eras Deo, necesse fuit vt tentatio probaret ...* vt temperantiam teneamus, vnde Eccl. 7. *Non plus sapias quam necesse est.* Item vt sufficientiam diligamus. Prou. 27. *Sufficiat ... caprarum in cibos tuos, & in necessaria domus tuæ.* ¶ Sed si vis v... quid dicere de necessitate tribulationis & paupertatis, ...bis, quod est necessaria, cui est

| | |
|---|---|
| Compatiendum, | Dissentiendum; |
| S...ueniendum, | Obediendum, |
| A...entiendum, | A quâ refugiendum. |

P...a
Sec...da
Ter... } est necessitas { impiorum,
... miserorum,
... perfectorum,
... fatuorum,
... viatorum,
Sexta damnatorum.

Prima est nec...tas culpæ seu iniquitatis, in quam scilicet miseri & peccatores sæp... trahi se permittunt, & à qua sine Dei auxilio non resurgunt. Deus tamen de tali necessitate eripit, quando humilitas & supplicatio digna præcedit Psal. *Respexisti humilitatem meam, saluasti de necessitatibus animam meam.*

¶ Secun...a est necessitas miseriæ & calamitatis, de qua dictum est supra, cui scilicet iustus libenter subuenit, Deus etiam inuocatus succurrit, sicut de iusto scribitur ad Ro. 12. *Necessitatibus sanctorum communicantes.* De Deo vero dicitur, quod clamauerunt ad Dominum cum tribularentur, & de necessitatibus eorũ eduxit eos. ¶ Tertia est necessitas casus & occulta Dei voluntas. Ista enim est necessitas fati quantum ad causam secretam quę dicitur esse casus & fortunę quantum ad causam apertam, quia scilicet tali necessitati debet homo consentire, & ipsam in pœnitentia sustinere, sicut dicit Sene. in epistola, quod *sapiens nunquam indignabitur, Deum sequetur. fatum feret*, vt sic dicat homo illud Gen. 43. *Si necesse est, facite quod vultis.* Quarta est necessitas damni, seu inaduertentiæ, quæ est fatuitatis. Et ista est illa necessitas, in quam fatui cadunt ex inaduertentia sua. De qua Eccl. *Quid necesse est homini maiora se quærere?* vnde Dan. 14. dicitur de rege Nabuchodonosor, quod *necessitate compulsus tradidit eis Danielem.* ¶ Quinta est necessitas naturæ & immutabilitatis, sicut scilicet est infirmitas & mors, cui scilicet est libenter obediendum, sicut de illis dicitur Sap. 17. quod *ineffugabilem sustinebant necessitatem, anathemate tenebrarum ligati* ¶ Sexta est necessitas pœnæ & æternæ aduersitatis, de qua Sapien. 19. *Ducebat enim illos ad hunc finem digna necessitas.*



## Necis. Necare.
Nota, quod necare idem est, quod occidere, vel interficere. Necis autem idem est, quod mors, & ideo quia de morte, interficere, & etiam occidere satis dixi, transeo nec insisto, maxime quia paucæ sunt auctoritates vocales. A

## Neemias.
Fuit ille, qui filios Israel de captiuitate Babylonis redeontes in terram Iuda reduxit, & qui Hierusalem reædificauit, & templum Domini reformauit. Interpretatur autem Neemias consolatus à domino, seu consolatio domini. Per istum ergo quod potest quilibet bonus pastor intelligi, qui ad salutem solet peccatores reducere, Ecclesiam reformare & restituere, & consolationem omnibus ministrare. A

## Negare.
Nota, quod est negare Infidelitatis, mendacitatis, pompositatis, & paucitatis ¶ Infidelitatis est, quando homo negat Deum & fidem ipsius & opera, sicut sunt infideles, de quibus dicitur 2. ad Tim. 2. *Si negauerimus illum, & ipse negabit nos.* Sicut de Petro dicitur Luc. 22. quod *ipse negauit Christum*, dicens, *Non noui hominem istum.* Tales etiam sunt hypocritæ; de quibus dicit Apostolus ad Tit. 1. quod *confitentur quidem se nosse Deum, factis autem negant.* Et istud non deberet esse, quia nulla pœna, nullo timore deberemus moueri ad dominum denegandum, quia sicut ipse dicit Matth. 10. *Quicunq; negauerit me coram hominibus, negabo illum coram patre meo* Item negare mendacitatis est illorum, qui semper solent veritatem negare, & mendacium contra veritatem asserere, sicut Sara negauit domino se risisse. Gen. 18. & 1. Io. 2. *Quis enim mendax, nisi qui negat*: ¶ Item negare pompositatis est illud, quod habent superbi, qui scilicet non dignantur recognoscere pauperes consanguineos & vicinos, imò ipsos denegant se nouisse, similes Struthioni, qui ouum suum; dum est in sabulo, non cognoscit, quia scilicet tales omnes illos denegant esse suos, quos vident in sabulo paupertatis. Exemplo Petri, qui tunc Christum magistrum suum negauit, quando ipsum in tribulatione esse vidit, sicut dicitur Marc. 14. Vnde de talibus potest exponi illud Iob. 8. *Si absorbuerit eum de loco suo, negabit eum, & dicet. Non noui te.* Quia scilicet quando aliquis à fortuna sua ab infortunio, de loco, id est, de statu proprio absorbetur, tunc pro certo à suis notis, & familiaribus non cognoscitur, sed negatur. Nam sicut Arcas secundum fabulam Ouidij lib: 2. fab. 5. videns matrem suam Calysto conuersam in vrsam, ipsam horrebat, & fugiebat, & sagittis etiam impetebat, sic vere tales illos de genere suo quos vident in vrsam, id est in viles & pauperes per infortunia mutatos & conuersos, solent fugere & negare, & eos verbis & improperijs sagittare. Et tales non bene faciunt, quia scilicet negando consanguineos, & propinquos negant fidem & fidelitatem; & naturæ etiam bonitatem. Nam vt dicit Apostolus 1. ad Ti. 5. *Qui suorũ & maxime domesticorũ curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior.*

¶ Item nega... paucitatis vel cupiditatis est illud, quod habent aliqui semper in ore, quia quicquid ab alijs misericorditer & humiliter petitur, ab ipsis frontose & proteruiter denegatur, quod vtique fatetur Iob, se non fecisse, Iob. 31. vbi dicit. *Si negaui pauperibus quod volebant, & si oculos viduæ expectare feci*, quasi dicat Non. Sic ergo negatio accipitur, vt communiter, in malo. ¶ In bono vero negare, & abnegare debemus tria, videlicet, B

Proprias voluntates,
Annexas facultates;
Noxias voluptates.

Proprias (dico) voluntates, Vnde Luc. 9. *Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me.* Item noxias

facultates, vnde ad Titum 2. *Abnegantes omnem impietatem, & sæcularia desideria, sobrie & iuste & pie viuamus in hoc sæculo.* Item n[illegible]xias voluptates. Vnde de Mo[illegible] se legitur Hebr. 11. quod *Moyses grandis factus negauit se esse filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere iucunditatem.* Filia [illegible]rum Pharaonis, id est, diaboli est carnalitas vel voluptas, cuius pro certo debemus filios nos negare, & omnem iucunditatem criminum temporalium abhorrere, & afflictionem pœnitentiæ eligere & amare. Patet ergo quomodo negare in bono & in malo sumitur.

A **Negligentia.** Quamuis multa possent de negligentia inueniri exempla, quia tamen paucæ sunt auctoritates, ideo vide supra de diligentia. & de exercitio, vbi forte inuenies multas inuectiones de negligentia. Vide etiam supra de acedia. & de dormire. Et si vis potes breuiter notare, quod in scriptura inuenitur

Negligentia { Quam iustus diligit, Quæ iustos corrigit, Quam iustus negligit.

Primam / Secundam / Tertiam } seruat { fraterna charitas, / superna deitas, / externa prauitas.

¶ Dico ergo, quod est quædam negligentia, quam custodit fraterna charitas. Et ista est illa, qua quis contemnit, & negligit pro amico suo pœnam, tribulationem & damnum, de qua dicitur Prouerbiorum 12. *Qui negligit damnum propter amicum, iustus est.*

¶ Item est negligentia, quam ostendit superna veritas. Et ista est illa, qua Deus negligit peccatores, ipsosque indurari, & prosperari in peccatis suis permittit. Hebr. 8. *Non permanserunt in testamento, non custodierunt mandata mea, & ego neglexi eos, dicit Dominus.* Exemplo aquilæ, quia scilicet pullos suos degeneres solet de nido suo eijcere, & tanquam alienos negligere, illos autem, quos secum retinet, solet cum vnguibus ad aspiciendum solem compellere, & arcere.

¶ Item est negligentia, quam impendit externa prauitas, & ista est illa, quam habent generaliter omnes mali, qui scilicet ad bona faciendum sunt negligentes & pigri, similes eleo, alias fekho monstro marino, quod super omnia animalia graui somno opprimitur. Si quis etiam pinnulam eius dexteram capiti supposuerit, statim fortiter dormiet, & iacebit, significans, scilicet, illos, qui præ alijs sunt negligentes & dormientes, quia reuera eorum pinnulis, id est, eorum documentis & exemplis alij somnolenti & negligentes fiunt. Isti etiam sunt sicut lethargici, qui moriuntur dormiendo, vel etiam sicut veneno aspidis vel opio potati, de quibus dicitur Prouerb. 19. quod *pigredo immittit soporem, & anima dissoluta esuriet.* Qui custodit mandatum, custodit animam suam, & qui negligit vias suas, mortificabitur. Et aduerte, quod quidam per superbiam fiunt negligentes in bono, sicut sunt illi qui dedignantur facere bonum, figurati in rege Ozia. 2. Par. 26. vbi dicitur quod *cum roboratus esset, eleuatum est cor eius in interitum suum, & neglexit Dominum.* ¶ Vnde nota,

B quod mali negligunt, & contemnunt

Medicinam veræ scientiæ,
Disciplinam veræ iustitiæ,
Officinam summam clementiæ,
Libitinam mortis & tristitiæ,
Proserpinam summæ lætitiæ.

Isti igitur negligunt, & contemnunt veræ scientiæ medicinam, scilicet, sacram scripturam, & verba & mandata diuina de quibus Gen. 42. *Quare negligitis? audiui quod triticum venundetur in Ægypto.* triticum dico scripturæ: vnde Deuteronom. 8. *Obserua & caue ne quando obliuiscaris domini Dei tui, & negligas mandata eius.* Item isti negligunt sacræ iustitiæ disciplinam: Sapien. 3. *Neglexerunt iustum, & a domino recesserunt.* Sapientiam & disciplinã qui abijcit, infœlix & Prou. 1 *Despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis*, contra illud Heb. 12. *Noli negligere disciplinam domini.* Item isti negligunt cœl[illegible] stis patriæ officinam, figurati scilicet [illegible] Matth. 22. vbi *illi neglexerunt prandium paratum, & abierunt alius in villam suam, alius in negotiationem suam.* De Libitina etiam mor[illegible], & etiam de Proserpina, quæ fuit dea & regina secundum fabulas, id est, de [illegible]ientia maiorum, quam, scilicet, fatui negligunt, dic, quod si Deum mittem, & dominos su-

periores negligunt [illegible] horrent, [illegible] debi[illegible] ent [illegible]nquam [illegible] li[illegible]terent, quia sicut d[illegible]r Ecclesiast. [illegible] *nihil negligit.* Ista ergo de negligentia [illegible] dia.

**Negotium. Negotiari.** Cum [illegible] p[illegible] que opere vel tractatu, possumus notare, quod [illegible] in bono sumitur, & in malo, ita est

Negotium { Virtuosum, Vitiosum, Dolorosum, Gloriosum.

Primum est negotium moralis bonitatis. Et sic [illegible] aliud est, quam in bono occupatio, virtutum & [illegible] quisitio, labor, diligentia, & bona operatio. V[illegible] forti muliere di[illegible], quod *ipsa gustauit & vidit quia [illegible] tio eius.* Ideo sequitur, quod *manum suam misit ad [illegible] eius apprehenderunt fusum.*

¶ Secundum negotium ideo quod est peccatum, & negotiatio nihil aliud est, quam mala malorum in malo [illegible] quo Ioan. [illegible] *Nolite facere domum patris mei, domum negotiationis.* Tunc enim in domo Ecclesiæ mala negotiatio efficitur, q[illegible] do homo diabolo animam suam vendit, & peccata & [illegible] quirit, & mercatur. Vitiosum etiam negotium pot[illegible] gotium vel negotiatio mundialis, quia scilicet ista d[illegible] Dei seruitio cor humanum, & est causa multorum [illegible] culparum. Sicut enim lepus directe currens versus valle[illegible] tim cadit, sic homo directe currens & anhelans ad [illegible] negotiationem ministrandam, cadit facil[illegible] in peccatum. ideo sicut lepus non libenter currit versus v[illegible], ita ne[illegible]mo ad huius mundi negotia anhelare debet, ne forte [illegible] tum labatur, quinimo debet dicere illud Deuteronom[illegible] *possum solus vestra negotia sustinere.* Quia sicut dicit Apo[illegible] 2. ad Timoth. 2. *Nemo militans Deo implicat se negotijs sæcularibus.*

¶ Tertium est negotium infernalis pœnalitatis. E[illegible] supponitur illud Neem. 13. *Miserunt negotiatores vrbes a venalia foras Hierusalem.* Negotiatorem enim sunt dæmones, qui [illegible] cet foras Hierusalem cœlestem mittunt animas damnatas, quæ apud diabolum sunt venales. Et istud est negotium, de qu[illegible] uid dixit in Psalm. 91. *Non timebis à timore nocturno, à sagitta volante in die a negotio perambulante in tenebris.* ¶ Quartum vero ne[illegible]gotium est æternalis fœlicitatis, & istud est negotium [illegible] beatorum, de quo Prouerbiorum 3. *Melior est acquisitio eius negotiatione argenti & auri, & omnia quæ desiderantur, huic non valent comparari.*

¶ De negotio ergo bonorum operum & virtutum, quod nihil aliud est quam bonorum exercitium seu labor, possumus dicere, quod sicut fidelis procurator solet negotia sibi commissa diligenter & fideliter exercere, sic cum negotium salutis nostræ sit à Deo nobis commissum (iuxta illud Luc. 19. *Negotiamini dum venio*) inde dico, quod ipsum debemus pro posse nostro diligenter & vtiliter procurare, vt ad nos videatur dirigi illud Gen. 34. *Negotientur in terra, quæ spatiosa, & lata cultoribus indiget.* Vbi nota, quod nos debemus specialiter negotiari propter tria scilicet propter fructus plenitudinem, quia, scilicet ibi est terra, quæ est fructifera, propter situs amplitudinem, quia [illegible] et ipsa est spatiosa & lata, propter actus sanctitudinem, quia scilicet nos debemus esse cultores.

¶ Primo igitur negotiemur, quia ad hoc debet nos mouere fructus, & præmij plenitudo. [In terra inquit] Nam sicut mundi negotiatores sunt cæteris hominibus ditiores, & diuitiarum fructibus pleniores, sic vere illi qui in virtutibus & bon[illegible]tibus negotiantur, fructibus æternæ gloriæ finaliter [illegible]tur, quod ostenditur cum dicitur, quod ista negotia [illegible] terra [Negotientur inquit in terra] Terra vero solum [illegible] elementum fructiferum, in quo notatur, quod tales negotiatores fructum æternæ gloriæ consequentur. Sic enim dicitur in Psalmo. *Terra dedit fructum suum.* Ideo dicitur Matthæi 13. *Simile est regnum cœlorum homini negotiatori quærenti bonas margaritas*, quasi dicat homo, qui in virtutibus negotiatur margaritis æternæ gloriæ se replendo lætatur. Negotiari ergo nos admo[illegible] fru[illegible]ctus & præmij plenitudo. ¶ Secundo dico, quod negotiari G

nos

... aptitudo [Spatiosa inquit & lata] ... negotiatur & operatur quandoloque ... gatur, sic quia nos habemus locum aptum, ... m scilicet statum Ecclesiæ militantis, congru... nemur & quod bonis operibus occupemur. ... cum nos habemus locum spatiosum, sed locum ... um & arctum, quod negotiandi non dabitur vo... est enim dicitur Eccles. 8. *Omni negotio tempus est*, & ... Quia scilicet tempus negotiandi à Deo est nobis ... dum durat latitudo status militantis Ecclesiæ, & spa... vitæ Luc. 19. *Negotiamini dum venio*. Vt gratias refe... Deo de tam lata spatiositate, dicam illud Psal. *Statuisti in loco pedes meos*.

... dico, quod negotiari nos admonet actus & officij ... Cultoribus inquit] Colere enim nos templum ... & laborem, est actus sanctitudinis & virtu... Apostoli 1. ad Cor. 3. *Dei enim sumus adiutores, Dei ... Dei ædificatio estis*. Et ideo in tali negotio oportet ... hæc negotiari debemus.

... nem scilicet contemplationis,
... titudinem conuersationis,
... tudinem operationis,
M... nem miserationis.

... templationis potest exponi illud Ezech. 27. ... *bantur in negotiatione sua*. Cedros enim altam si... templationem. De negotio conuersationis potest ... idem. Negotiator tuus in multitudine operum, ... es optimi. De negotio vero operationis dicitur ... ator tuus propter multitudinem operum. De ne... benignitatis & miserationis potest dici ibidem. ... s mansuetæ cum agnis, arietibus & hœdis. Ista e... quæ valde sunt mitia & benigna, virtutem beni... sunt designare, in qua nos debemus multipliciter ... Sed heu, quam pauci sunt hodie, qui in prædictis vir... negotiantur, quinimo proculdubio quasi totus mun... negotiatur in vitijs & peccatis.

¶ Ideo possumus dicere, quod diabolus habet hodie nego... & mercatores, qui in nundinis huius mundi exercent ... orum. Et isti sunt scilicet

Cumulati prosperitate,
Effrenati crudelitate,
Humectati carnalitate.

... sunt vsuris & diuitijs ampliati. Isti figurantur in Cartha... ensibus, qui in mercato Tyri mercabantur. De quibus dici... Eze. 27. *Carthaginenses negotiatores tui in multitudine multarum ... argento, ferro, stanno & plumbo repleuerunt nundinas tuas*. ... ginenses enim interpretantur ciues solennes, & isti sunt ... j, qui ad litteram in nundinis huius mundi proponunt ... & metalla.

¶ Secundo sunt superbijs & læuitijs inflammati. Figurati in ... de quo dicitur ibidē. *Damascenus negotiator tuus*. Quia Damascenus interpretatur sanguinem bibens, quia sci... per crudelitatem, & rapinam bibit, & haurit sangui... substantiam aliorum. ¶ Tertij sunt luxurijs, atque ... Figurati in Syris, de quibus dicitur ibidem. ... *tuus*. Syrus enim interpretatur humectus, signi... ... & carnales, qui semper volunt in humorum ... negotijs occupari. Sed quid? pro certo ci... interpretatur angustia, id est, ciuitati huius mū... mis est angustijs constricta, loquitur Propheta ... ibidem. *In negotiatione tua repleta es, & glorificata ... maris*. Et sequitur. *Ventus auster contriuit te*. Et in fine ... *Ad nihilum redacta es, & non eris in perpetuum*. Quia pro ... ciuitas huius mundi, quæ per formulas nego... delitijs, diuitijs & eminentijs glorificatur, & repletur, ... astro mundanæ prosperitatis conteretur, & ad nihi... tur. ¶ Et breuiter de mundi negotiatoribus & mer... potest notari, quod ipsi

L... tatis fœtent horroribus,
... lenitatis pallent erroribus,
Carnalitatis scatent fœtoribus,
P... tatis nitent honoribus,
... pœnalitatis squalent terroribus.

Dictum. Berthorij.

Dicam ergo, quod negotia... & mercatores huius m... iniquitatum fœdantur horrore. Vnde Ez. 28 *In multitudine nego... tiationis tuæ repleta sunt interiora tua iniquitate*. Item isti obscuritatum cæcantur errore. Es. 47. *Negotiatores tui ab adolescentia sua vnusquisque in via sua errauerunt*. Item isti carnalitatum maculantur fœtore Eze. 28 *In multitudine iniquitatum tuarum polluisti sanctificationem tuam*. Item isti prosperitatum, seu pomposiratum cumulantur honore. Ezech. 28. *In negotiatione tua multiplicasti tibi fortitudinem & eleuatum est cor tuum in robore tuo*. Finaliter tamen isti pœnalitatum grauabuntur terrore scilicet in inferno, de quo Apocalypsi. 18. dicitur Babyloni, id est, mundo, *Vna hora venit iudicium tuum, negotiatores tui flebant atque lugebant*. In bono ergo & non in malo debemus negotiari, vt possimus non temporalibus, sed æternis diuitijs ampliari. Hæc ergo de negotio sufficiant.

## Nemo.

Nemo. Nota, quod nemo est nomen negatiuum, sicut nullus. Nam quicquid homo signat, & ponit, nemo tollit, & deponit. Vnde nemo idem est quod non homo. Et ideo nemo signat peccatorem, qui dicit cum Psal. *Ego sum vermis, & non homo: Opprobrium hominum, & abiectio plebis*. Et breuiter illud nomen nemo potest mihi significare defectus hominis tam naturales quam morales. Notandum ergo quod in homine, & maxime in peccatore, est & inuenitur A

Duritia impietatis,
Malitia proteruitatis,
Carentia nobilitatis,
Stultitia verbositatis,
Spurcitia carnalitatis,
Fluctia mortalitatis,
Ignorantia obscuritatis,
Indigentia credulitatis.

Habet igitur homo impietatis incompassionem quia, scilicet hodie homines ita parci, & duri sunt, quod nemo est, qui velit alij misereri. Vnde verificatur illud Exod. 10. *Tribus diebus nemo vidit fratrem suum*. Sicut enim fabulatur Ouidius, primi homines, qui fuerunt post diluuium creati, facti fuerunt de lapidibus ad preces Deucalionis. Et propter hoc (sicut dicit) nos sumus naturaliter duri, incompatientes, quasi de materia dura procreati. Et inde est, quod nemo vult hodie alteri compati, vel alteri misereri. Nam sicut Luc. 15. dicitur *Pauper ille filius cupiebat saturari de siliquis, quas porci manducabant, & nemo illi dabat*. Ita quod quilibet pauper potest modo lamentabiliter dicere illud Dan. 10. *Nemo est adiutor meus*. Quia pro certo sicut Eccles. 4. dicitur, *Vidi calumnias, quæ sub sole geruntur, lacrymas innocentium, & consolatorem neminem*. Sic ergo dico, quod homo habet impietatis incompassionem.

¶ Item dico quod habet homo proteruitatis obstinationem. B
Multi enim sunt hodie ita proterui, & obstinati, quod nec Deus tribulationibus nec prælati correctionibus nec prædicatores monitionibus, nec natura infirmitatibus nec fortuna calamitatibus possunt eos corrigere, vel domare, vel ad bonum aliquid inclinare. Quia sicut dicitur Eccl. 7. *Non potest corrigere quem Deus despexerit*. Tales enim habent naturam adamantis, quem nullus lapis, seu ferrum potest frangere, vel domare. Figurati in illo dæmoniaco Marc. 5. qui *nec ligari poterat, nec domari*, ita quod de talibus proprie potest dici illud, quod de Nabal dicitur 1. Reg. 25. *Nam ipse est filius Belial, ita vt nemo possit ei loqui*. Habet ergo homo peccator proteruitatis obstinationem.

¶ Item habet homo nobilitatis abdicationem. Homo enim C
à natura est vilis conditionis, quia videlicet ex vili materia factus, in vili loco portatus, in vili loco genitus, in vili loco nutritus, in vili loco sepultus, ad vilem materiam redactus. Et de hoc dicitur Sam. 8. vbi post multas vilitates conditionis humanæ, quas ibi enumerat, dicit. *Nemo ex regibus aliud habuit initium, & nullo fortius nemo ex popularibus*.

¶ Item habet homo peccator verbositatis indiscretionem. D
Vnde Hierem. 8. *Attendi, & auscultaui nemo quod bonum est loquitur*

¶ Item habet carnalitatis inquinationem, quia sicut Ephes. 5. dicitur. *Nemo vnquam carnem suam odio habuit*. ¶ Itē habet mortalitatis indurationem, quia sicut dicitur Eccl. 9. *Nemo est, qui semper viuat, & qui huius rei habeat fiduciam*. ¶ Item habet obscuritatis excæcationem. Vnde Mat. 13. *De die autem illa, & hora nemo scit*. &

Io. 1. *Deum nemo vidit vnquam*, & Mat. 6. *Nemo nouit filium &c.* ¶ Item habet credulitatis hebetationem quia sicut dicitur Abacuc. 1. *Opus ego facio quod nemo credet cum narrabitur.* Ecce ergo quomodo per nemo signantur omnes malæ conditiones humanæ. ¶ In bono vero potest accipi, & signat negationem alicuius mali. Vnde nota, quod homo potest habere

Fraternam charitatem,
Verbalem veritatem,
Firmam credulitatem,
Longam æternitatem,
Nullam sollicitudinem,
Magnam stabilitatem, seu longanimitatem.

Et tamen omnia ista possunt probari per nemo. De fraterna enim charitate dicitur 1. Cor. 10. *Nemo quod suum est quærat, sed quod alterius.* De verbali veritate dicitur 1. Cor. 12. *Nemo in spiritu Dei loquens dicit anathema Iesu.* De firma credulitate dicitur ad Ephes. 5. *Nemo vos seducat inanibus verbis.* De longa vero durabilitate, seu stabilitate dicitur Ioan. 16. *Gaudium vestrum nemo tollet à vobis.* De nulla vero cura, seu curiositate dicitur 2. ad Timoth. 2. *Nemo militans Deo implicat se negotiis sæcularibus.* De perseuerantiæ vero longanimitate dicitur Luc. 9. *Nemo mittens manum ad aratrum, & aspiciens retro, aptus est regno Dei*, ista ergo sufficiant de nemine, quia inter centum homines non inuenitur vnus bonus homo. Vide infra de nullus.

¶ Quia tamen quandam truffam semel de nemine recolo me vidisse, vbi scilicet Nemo fuisse quidam valens homo supponebatur, vbi de ipso sicut de quodam solenni martyre legenda notabilis tractabatur, hinc est, quod truffatione de nemine possumus multa loqui. Notemus igitur, quod dominus Nemo fuit quidam

Nobilissimus Imperator,
Benignissimus consolator,
Sæuissimus castigator,
Prudentissimus prædicator,
Potentissimus pugnator,
Sagacissimus famulator,
Subtilissimus contemplator,
Astutissimus explorator,
Occultissimus operator,
Audacissimus debellator,
Generosissimus equitator,
Agilissimus aduolator,
Diligentissimus procurator,
Excellentissimus dominator.

Fuit igitur dominus Nemo imperator nobilissimus, quia sicut dicitur Sapient. 7. *Nemo ex regibus aliud habuit natiuitatis initium.* Et ideo bene dicitur 1. Machab. 8. quod *nemo portabat diadema.*

¶ Item consolator benignissimus. Consolabatur enim pauperes & egenos, quia, scilicet, sicut dicitur Lucæ 15. *Filius prodigus cupiebat comedere de siliquis porcorum, & nemo ei dabat.* Et ideo dicitur Ecclesiastic. 4. *Vidi lacrymas innocentium, & consolatorem neminem.*

¶ Item iste fuit castigator seuerissimus, nam illum dæmoniacum indomabilem, de quo loquitur Marc. 5. *Nemo poterat domare*, vt dicitur ibidem. Quia sicut dicitur Eccl. 7. *Nemo potest corrigere quem Deus despexerit.*

Item iste fuit prædicator prudentissimus, quia sicut dicitur Ioan. 7. *Nemo de Christo palam loquebatur*, & Hier. 8. *Nemo quod bonum est loquitur.*

¶ Item fuit propugnator potentissimus. Nam iste ita fortis fuit & potens, quod etiam domino resistebat. Vnde dicitur Iud. 16. *Adonai domine rex, quem superare nemo potest.* ¶ Item iste fuit famulator sagacissimus, quia, scilicet, iste non solum vni domino oportet at famulari, imo duobus vel pluribus seruiebat, sicut dicitur Matth. 6. *Nemo potest duobus dominis seruire.* Iste fuit contemplator subtilissimus. Iste enim nouit omnia præterita & futura. Deum enim contemplabatur, quia sicut dicitur 1. Io. 4. *Deum nemo vidit.* Futura autem præsciebat. Vnde etiam de die iudicii dicitur Matt. 24. quod *de die illa, & hora nemo scit.* Et nec mirum, cum ipse esset propheta, quia sicut Luc. 4. *Nemo propheta acceptus est in patria sua.*

¶ Item iste fuit explorator, seu perscrutator astutissimus, quia etiam Christum de suis propriis operibus inquirebat. Volebat enim scire vnde veniebat, & quo ibat. Vnde Ioan. 16. *Nemo interrogat me quo vadis?*

¶ Item fuit operator occultissimus, non enim erat sicut hypocritæ, qui in publico faciunt opera sua, sed dominus nemo in occulto faciebat bona opera sua. Vnde Ioan. 7. *Nemo in occulto aliquid facit.*

¶ Item iste fuit debellator audacissimus, quia etiam Christum manibus ausus fuit accipere violenter Ioan. 7. *Nemo in eum misit manum.* Et merito, quia *cognatus eius &c. & nondum venerat hora eius.* De Apostolis etiam dicitur Act. 5 quod *nemo audebat se iungere eis.* Et merito, quia iste erat strenuissimus miles. Vnde dicitur 2. Tim. 2. quod *nemo militans Deo implicat se negotiis sæcularibus.*

¶ Item iste fuit equitator gratiosissimus, quia scilicet, iste equitabat super vnum pullum asinæ sicut dicitur Lucæ 19 & Mar. 11. *Inuenietis pullum asinæ alligatum super quem nemo hominum ascendit.*

¶ Item iste fuit adulator agilissimus, quia sicut dicitur Ioan. 3. *Nemo ascendit in cælum.*

¶ Item iste fuit procurator diligentissimus, quia, scilicet, ipse non verecundabatur ponere manum ad negotia familiaria, quia sicut dicitur Marc. 2 *Nemo mittit vinum nouum in vtres veteres.* Et non solum in domo, sed etiam in agro, quia sicut dicitur Lu. 9. *Nemo mittens manum suam ad aratrum aspiciens retro.* Et breuiter, vt concludamus, iste fuit dominator excellentissimus, quia sicut dicitur Luc. 7. *Maior inter natos mulierum nemo est.* Ipse enim erat Dominus dominantium, & rex regum. Vnde Deuteron. 15. dicitur populi domini: *dominaberis nationibus plurimis, & tibi nemo dominabitur.* Et hæc de bono Nemine gratia solatii dicta sufficiant.

# Nemus.

Nota, quod nemus cùm sit vmbrosum, ramosum, solitarium & secretum, ab hominibus raro habitatum, feris & auibus assuetum, potest significare multipliciter in scriptura. Signat enim in malo A

Vmbram vitiosorum,
Statum mundanorum,
Locum infernorum,

Primo dico, quod cultus & ritus vitiosorum nemori comparantur, eo quod semper vmbram secretam & tenebras quærunt, & nunquam videri ab hominibus delectantur. Et hoc satis figuratur in scriptura, vbi dicitur, quod ara & altaria idolorum semper in nemoribus ædificabantur, & in vmbris nemorum immolabatur. Quia reuera peccata, quæ nihil aliud sunt, quam dæmonum sacrificia, semper volunt in vmbris fieri, & in secretis nemorum immolari. Vnde de idololatris dicitur Ezechielis 20. quod *ipsi viderunt collem excelsum, & omne lignum nemorosum, & ibi immolauerunt victimas suas. &c.* Et ideo Iudicum 6. dicitur Gedeoni. *Destrues inquit aram Baal, & nemus, quod circa aram est, succide.*

¶ Secundo dico, quod nemus signat statum mundanorum, quorum vbera & eminentia feris & auibus, id est, malis & superbis placet, hominibus vero & rationabilibus personis non, sicut de illo pessimo dicitur Ezechielis 31. *Ecce Assur quasi cedrus in Libano pulcher, & frondibus nemorosus, excelsusque altitudine &c.* Et reuera in tali nemore, id est, in vmbra diuitum mundanorum habitant feræ, id est, mali familiares, & fiunt etiam multa mala 4. Regum 17. *Fecerunt sibi statuas subter omne lignum nemorosum.* B

¶ Tertiu dico quod nemus signat locum infernorum, ibi enim est vmbra caliginis sempiternæ, & ibi aues & feræ habitant infernales. Vnde Eze. 6. dicit dominus de damnatis. *Subter omne lignum nemorosum extendam manum meam super eos, & dabo terram eorum in desolationem.* ¶ Sed si vis in bono significare diuerte, dic, quod est dare D

Nemus { Interius, Exterius, Superius.

Nemus interius est conscientia, vbi, scilicet, vmbra & refrigerium diuinæ gratiæ, & aues diuinæ, laudis, & lætitiæ, & feræ prosperitatis & iustitiæ abundant, vt, scilicet, de illo dici possit illud Num. 24. *Tentoria tua Israel, vt valles nemorosæ, & vt horti iuxta fluuios irrigui.*

¶ Nemus

... o vel ecclesia. Ibi enim sunt aues, ... æ, id est, viri actiui secretum solitu- ... omnis humilitatis, & refrigerium suspirantis. ... ore potest dici illud Gen. 21. *Abraham plantauit* ... Nemus superius est cœli curia. Ibi enim est lu- ... gerij, locus iubilationis & gaudij, & locus quie- ... Vnde illud videtur esse nemus, vbi rex Assuerus ... parari conuiuium in vestibulo horti & nemoris, He- ... id nunc est nemus vbi sancti post mortem sepeliuntur, ... de Saul & Ionatha legitur 1. Reg. 31. quod *ossa eorum sepelie-* *runt* ... Et sic igitur patet, quomodo nemus sumitur ... & in malo.

## Neomenia.

Nota, quod neomenia apud Iudæos erat festum quod fiebat in nouitate lunæ, & ... a luna is, dicta, scilicet à neos, quod nouum & ... est luna. Igitur dico quod ista potest significare

Internæ ... tatis,
Æternæ fœlicitatis,
Supernæ natiuitatis,
Æternæ prosperitatis.

... tatem constituit nouitas gratiæ, quando, sci- ... defectuosa conscientia per pœnitentiam & gra- ... qua 1. Esd. 3. *A neomenia*, alia litera, *A primo* ... *... operunt hostiam offerre*. Septimus enim mensis ... fatum, in quo deletur septenarius vitiorum ... enarius vitiorum. Æternam fœlicitatē con- ... gloriæ Ista enim luna, id est, anima æternaliter re- ... dicitur in Psalm. *Buccinate in neomenia tuba, in in-* *... vestra*, supernam natiuitatem, scilicet Christi, ... nouitas naturæ De qua 1. Mach. 10. dicitur, quod *dies* *... solemnes & sabbatha Neomeniæ* Extremam asperi- ... bitur nouitas seu vanitas naturæ. De qua dicitur *Neomeniam, & sabbathum & festiuitates alias non feram*.

## Nepos. Nepotes.

Nota, quod nepos cum sit filius filij vel fratris linea descendenti, ... significat dilectionem, subiectionem, successionem ne- ... à parentibus subijciuntur, Parentibusque succe- ... subsiituuntur. Videtur ergo, quod per nepotes in- ... boni subditi, qui à Deo, & sanctis sunt dilecti, præ- ... maioribus subiecti, & tandem ad hæreditatem æternæ ... sunt prouecti. Vnde de istis dicitur Ecclesi. 44. *Cum semine* *... erant bona, hæreditas sancta nepotes illorum, & semen eorum* *... stetit.*

¶ ... malis vero nepotibus, subditis & successoribus potest ... quod isti sunt nequitiarum imitatores, diuitiarum de- ... vel appetitores, vitæ supernæ non successores, mor- ... æternæ toleratores. Isti igitur sunt malorum imitatores 4. Reg. *Nepotes eorum sicut fecerunt patres sui, ita faciunt*. Item sunt bonorum appetitores Iob 27. *Nepotes eius non saturabun-* ... sunt vitæ beatæ non successores Ecclesi. 40. *Nepotes im-* *... multiplicabunt ramos*. Item sunt mortis perpetuæ tole- ... qua sicut dicitur Exod. 34. *Deus reddet iniquitatem patrum* *... nepotibus & cætera.*

## Nephthalim.

Interpretatur habitatio vel compara- tio siue conuertens cor seu etiam im- ... conuersatio, seu dilatauit me dominus, aut dilata- ... Expone prout volueris, quia transeo.

## Nequando. Neforte.

Nota quod istæ negatiuæ compositæ nequan- & neforte, semper videntur innuere aliquam ... vel timorem. Et quia timor & dubitatio quando- ... quandoque malus, dicamus primo de bono timo- ... quod iustus quandoque dubitat de

Dei iustitia, ne puniat,
Dei notitia, ne fugiat,
Mundi derisione, ne seuiat,
Fidei confusione, ne veniat.

... ergo iustus Dei iustitiam, ne puniat Deut. 6. *Non ibitis post ... deos, quia Deus æmulator in medio tui, nequando irascatur ... furor Dei tui contra te, & auferat te de medio terræ.* Item ti- meat ... notitiam, ne fugiat Deuteron. 8. *Obserua & caue ne ... quando obliuiscaris domini Dei tui, & negligas eius mandata & iudicia;* ... timeat malorum derisionem, ne seuiat. Psalm. *Nequando ... gaudeant mihi inimici mei, & dum commouentur pedes mei, super me ... locuti sunt.* Item timeat fidei confusionem; ne veniat seu accidat Psal. *Nequando dicant gentes, vbi est Deus eorum: & innotescat in nationibus coram oculis nostris.*

¶ De neforte vero potes plenius dicere, quia plures sunt au- ctoritates. Et sic notabis, quod in scriptura reperitur neforte, B
quod spectat

Ad { Deum comminantem,
Iustum formidantem,
Prælatum docentem,
Incipitum torpentem,

Primo ergo dicamus, quod istud aduerbium negatiuum nefor- te pertinet ad Deum mala comminantem. Vnde ipse est, qui di- cit peccantibus illud Esa. 28. *Et nunc nolite illudere ne forte constrin- gantur vincula vestra*. Et illud Hier. 21. *Egredietur vt ignis ... de manu calumniantis, ne forte egrediatur, vt ignis indignatio mea, & succendatur, & non sit qui extinguat.*

¶ Secundo dico, quod istud neforte pertinet ad iustum iu- ste formidantem. Iustus enim merito timet neforte veniant si- bi mala. Et ideo istud est, qui timet Dei seueritatem, ne per eam damnetur culpæ malignitatem, ne per eam fœdetur, pœnæ cru- delitatem, ne in ipsa ligetur. De Dei seueritate patet Hiere. 14. vbi iustus dicit ipsi Deo tu: *Corripe me Domine, veruntamen in iu- dicio, & non in furore tuo, ne forte ad nihilum redigas me*. De culpæ ve- ro malignitate patet Tob. 4. vbi Tobias cæcus dixit de agno ad comedendum sibi oblato (*Videte ne quis neforte furtiuus sit*) & Iob. 1. dicitur, quod *ipse sacrificia pro filijs offerebat*, dicens, *Neforte peccaue- runt filij mei, &c.* De pœnæ vero crudelitate dicitur Amos 5. *Quæ- rite dominum & viuite, ne forte comburatur vt ignis domus Ioseph, & deuorabit, & non erit qui extinguat*, Et Genes. 3. dixit Eua serpenti. *De ligno, quod est in medio Paradisi, præcepit nobis Deus ne comederemus, & ne tangeremus, neforte moriamur.*

¶ Sed tertio dico, quod istud aduerbium neforte pertinet ad prælatum seu etiam ad scripturam digne consulentem seu D
docentem. Et sic nota, quod scriptura interdicit homini cuncta mala, & hoc neforte ex hoc contingant pericula seu damna. Dicit enim

Fuge mali consortia, ne forte fias similis,
Custodi tua propria, ne forte fias sterilis,
Serua caute consilia, ne forte sis risibilis,
Reprime vana gaudia, ne forte sis odibilis,
Tempera potus vitia, ne forte sis damnabilis,
Tolle cuncta fictitia, ne forte sis culpabilis,
Cedat à te superbia, ne forte tuas humilis,
Longe sis à potentia, ne forte cadas flebilis,
Caue carnis solatia, ne forte fias debilis,
Tene linguæ colloquia, ne forte fias labilis.

Dico ergo, quod fugienda sunt mala consortia, ne forte simus similes prouerbiorum 22. *Non ambules cum homine furioso, ne forte discas semitas eius*. ¶ Item custodienda sunt bona nostra, ne forte simus steriles seu pauperes Prouerb. 5. *Ne des alienis honorem tuum ne forte impleantur extranei viribus tuis, & labores tui sint in domo a- liena*, vt dicat illud Matt. 25. *Neforte sufficiat nobis & vobis*. ¶ Item seruanda seu celanda sunt caute cōsilia, ne forte simus derisibi- les Prouerbiorum 25. *Secretum extraneo ne reueles, ne forte insultet tibi, cum audierit, & exprobrare non cesset*, & Ecclesi. 8. *Non omni ho- mini cor tuum manifestes, ne forte inferat tibi gratiam falsam, & conui- tietur tibi.*

¶ Item reprimenda sunt inepta gaudia, ne forte simus Deo odibiles Prouerb. 24. *Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, & in ruina eius non lætetur cor tuum, ne forte videat dominus, & displiceat ei.*

¶ Item temperanda sunt potus vitia, ne forte contingant ca- sus damnabiles Prouerb. 31. *Noli regibus dare vinum, quia nullum se- cretum vbi regnat ebrietas, ne forte bibant & obliuiscantur iudiciorum, & mutent causam filiorum pauperis*. & Luc. 21. *Attendite vobis, ne forte grauentur corda vestra crapula & ebrietate & curis huius vitæ*. ¶ Item tolerenda sunt cuncta fictitia, ne forte dicamur falsi vel fictiles. Vnde Eccl. 1. *Ne fueris hypocrita in conspectu hominum, ne forte cadas & adducas animæ tuæ inhonorationem.*

¶ Item enacuanda est omnis superbia, ne forte ruamus ad sta- tus humiles Ecclesiast. 6. *Ne extollas te in cogitatione animæ tuæ, sicut taurus ne forte elidatur virtus tua per stultitiam*. ¶ Item et fugienda est omnis potentia ne forte ducamur ad casus flebiles. Vnde Ec-

clef. 8. dicitur. *Non litiges cum homine potente, ne forte incidas in manus illius.*

¶ Item abominanda sunt carnis solatia, ne forte fiamus viles & debiles Eccles. 9. *Ne respicias mulierem multiuolam, ne forte incidas in laqueos illius, cum saltatrice ne assiduus sis nec audias illam, ne forte pereas in efficacia illius. Virginem ne conspicias, ne forte scandalizeris in decore eius.* ¶ Item contemperanda sunt linguæ colloquia, ne forte dicamur stulti vel mobiles, Ec. 28. *Verbis tuis facito stateram, & frenos ori tuo rectos, & attende ne forte labaris in lingua, & cadas in conspectu inimicorum insidiantium tibi.* Patet ergo quomodo ista dubitatio ne forte pertinet ad scripturam sitæ consulentem.

E ¶ Quarto vero dico, quod quandoq; ne forte spectat ad impium vane metuentem. Mali enim sæpissime trepidant, vbi non est timor dicendo, scilicet, ne forte accidat hoc aut illud. Et sic nota, quod mali

Timent { Præsentes illusiones,
Futuras derisiones,
Asperas correctiones,
Inanes locutiones,
Prudentium prouisiones.

De præsentibus illusionibus patet in Saul. 1. Reg. 31. qui præcepit armigero suo quod occideret eum, *ne forte*, inquit, *veniant incircumcisi, & illudant mihi.* De futuris autem derisionibus patet in illo Abimelech, cuius caput mulier fragmine molæ confregerat, quia à scutifero suo se fecit interfici, *ne forte à fœmina in futurum diceretur occisus.* Iud. 19. De asperis vero correctionibus patet de illo rege Amasia, qui reprehensus à propheta, eo quod idola adorasset, dixit sibi 2. Paralip. 25. *Nunquid consiliarius regis es? quiesce ne forte interficiam te.* Ad quod facit illud, quod Philisthijm cauerant ne forte Hebræi facerent gladios, aut lanceas 1. Reg. 13. De locutionibus hominum dicitur Matt. 26. & Mar. 14. quod Iudæi cauebant, *ne forte tumultus fieret in populo.* De prouisionibus vero bonorum timebant cum dicebant, Mat. 27. *ne forte veniant discipuli eius & furentur eum.* Sufficit de Ne forte.

A **Neque. Nequaquam.** Nota, quod neque, sicut non & nec, est negatiua diuersimode pertinens ad diuersos. Vnde nota, quod est vnum Neque, quod, scilicet est

Miserorum,
Contritorum,
Perfectorum,
Beatorum,
Iniquorum,
Damnatorum.

Quodlibet enim genus hominum habet suum Neque & suam negatiuam. Et quidem habent suum Neque miseri indigentes. De istis enim dicitur Esa. 3. *Non sum medicus, & in domo mea non est panis neque vestimentum.* ¶ Item humiles & pœnitentes. Isti enim cauent à delitijs & à vitijs Luc. 7. *Venit Ioannes Baptista neque manducans neque bibens* ¶ Item perfecti vel eminentes. Isti enim perfectionis habent viam, cui denegatur omne decliue, iuxta illud Esa. 30. *Hæc est via ambulate in ea, nec declinetis extra, neque ad dexteram neque ad sinistram.* ¶ Vnde etiam ipsis dicitur Luc. 9. *Nihil tuleritis in via, neque virgam, neque peram, neque pecuniam, neq; panem neque duas tunicas.*

¶ Item beati vel triumphantes. Isti enim habent negatiuam omnia mali, quia sicut dicitur Apo. 21. *Ibi nō erit amplius, neq; luctus neque clamor, neque dolor erit vltra, quæ prima abierunt*, Et Luc. 20. dicitur quod *isti neque nubentur, nec ducent vxores, nec vltra mori poterunt.*

¶ Item impij vel delinquentes, Isti habent negatiuam sapientiæ vel splendoris Psalm. *Nescierunt neque intellexerunt, in tenebris ambulant.* Isti enim habent negatiuam bonæ eloquentiæ vel clamoris 1. ad Tim. 1. *Non intelligunt*, inquit, *neque de quibus loquuntur neque de quibus affirmant.* Et in Psalm. dicitur. *Neque enim est spiritus in ore ipsorum.* Isti habent negatiuam reuerentiæ vel timoris Luc. 23. *Neque tu times Deum qui in eadem damnatione es.* Isti habent negatiuam eminentiæ vel valoris, id est, perfectionis omnium bonorum operum & virtutum, quia sicut dicitur Dan. 3. *Non est in tempore hoc neque holocaustum, neque sacrificium, neque oblatio, neque incensum, neque locus primitiarum.* Et isti finaliter habent negatiuam æternæ affluentiæ, supernæ gloriæ vel honoris, quia sicut dicitur 1. ad Cor. 6 *Neque fornicarij, neq; idolis seruientes regnum Dei possidebunt* Isti ergo sunt impij, vel delinquentes. ¶ Item habent suam negatiuam damnati vel desperantes. Istis enim negatur, & interdicitur omne bonum & omnis possibilitas euadendi tormenta, iuxta illud 2. Mac. 6 *De manu omnipotentis Dei neque viuus neque defunctus effugies, &c.* Vide supr. de non & nec, &c ¶ Nequaquam autem est negatio composita de ne & de quaquam. Est autem nequaquam dictio fortiter & abundanter negatiua. B

Si via nota, quod aliqua sunt, quæ nobis nequaquam [illegible] denegantur, scilicet

Otium mundanæ habitationis,
Vitium fallacis circumuentionis,
Pretium auaræ cumulationis,
Gaudium liberæ diuagationis,
Studium peruersæ operationis.
Brodium carnalis delectationis.

¶ Dicam ergo quod per nequaquam denegatur iustis mundana habitatio, vel occupatio. Vnde de Ægypto, per quam designatur mundus, dicitur filijs Israel Exod 9. *Nequaquam hic vltra videbitis.* Quod tamen est contra multos filios Israel, id est, contra multos religiosos, qui plus diligunt mundum quam claustrū & Ægyptios sæculares, quam clericos & regulares, dicentes, scilicet illud Hier. 42. *Non habitabimus in terra ista, nec audiemus vocem domini Dei nostri, dicentes. Nequaquam sed ad Ægyptum pergemus vbi non videbimus bellum.* Ista optime spectant ad apostatas religionem dimittentes, & Ægyptum & Babylonem intrantes. ¶ Item per nequaquam denegatur iusto humanæ circumuentionis vitium. Vnde Genes. 32. *Nequaquam Iacob, id est, supplantator appellabitur nomen tuum, sed Israel.* ¶ Item auaræ cumulationis pretium sicut de Dauid legitur 1. Paral 21. qui aream gratia dare volenti dixit: *Nequaquam ita fiet sed pretium dabo* ¶ Item liberæ diuagationis gaudium, sicut patet de illis, qui magis volebant esse sub regimine & seruitute regis, quam liberi 1 Reg. 8. *Nequaquam*, inquiunt, *rex enim erit super nos.* Et 10. *Nequaquam sed regem constitue nobis, &* 11. *Nequaquam sed rex imperabit nobis.* ¶ Item peruersæ operationis studium Leu. 14. *Nequaquam vltra immolabunt hostias dæmonibus* ¶ Item ebriosæ delectationis brodium. Vnde Anna reprehensa ab Heli de ebriositate 1. Reg. 1. dixit: *Nequaquam* (inquit) *domine mi, nam infelix mulier nimis ego sum, sed effudi animam meam in conspectu domini.* C

¶ In malo autem significato potes notare, quod in scriptura reperitur nequaquam D

Vani timoris,
Leuis tenoris,
Mundani amoris,
Parui valoris.

De vano timore patet No. 13. vbi illi exploratores non obstante promissione diuina dicebant filijs Israel: *Nequaquam ad populū istum valemus ascendere, quoniam fortior nobis est.* De leui seu instabili tenore patet Esai. 30. vbi illis quibus stabilitas, spes & silentium suggerebantur, dixerunt. *Nequaquam, sed ad equos fugiemus, & super veloces ascendemus.* De mundano vero amore dicitur illud prædictum Hierem. 42. *Nequaquam sed ad terram Ægypti pergemus.* Ægypti dico, id est, mundi seu amoris mundani. De paruo vero seu modico valore dicitur Roman. 3. *Quid ergo? præcellimus eos? nequaquam.* Ista igitur de neque, & nequaquam sufficiant.

## Nequitia. Nequam. Nequissimus.

Nota, quod nequam dicitur de non & æquus. Et ideo nequam idem est, quod non æquus seu inimicus. Nequitia vero idem est, quod non æquitas seu iniquitas. Nequam igitur nihil aliud est quam peccator iniquus, malus, nefarius & peruersus Et sic accipitur Esa. 1. vbi dicit dominus: *Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam filijs sceleratis.* In quibus verbis ostenditur quadruplex nequitia, à qua principaliter est cauendum, scilicet

Nequitia { Carnalis inquinationis,
Lethalis aggrauationis,
Verbalis prædicationis,
Mentalis obstinationis.

Prima est nequitia hominum immundorum (Genti inquit peccatrici,) Secunda est nequitia hominum auarorum (Populo inquit graui.) Tertia est nequitia hominum hæreticorum Semini inquit nequam.) Quarta est nequitia malorum subditorum (Filijs inquit sceleratis.) Dico ergo primo, quod est quædam nequitia carnalis inquinationis. Et ista denotatur cum dici-

[illegible] quod [illegible] r. [illegible] ftan [illegible] io [illegible] *cum habe* [illegible] leoni qui leo [illegible] valde fœte [illegible]. Sic tales [illegible] ardore luxuriæ, & ab [illegible] verborum [illegible] ium & na- [illegible] habent ne[illegible] in persona, [illegible] n [illegible]. V[illegible] *Beatus qui* [illegible] er de nequ[illegible] æ dicitur [illegible] *erit ne[illegible]am*, [illegible] dias, illi n [illegible] e ta[illegible] lios [illegible] quisli- [illegible] quod nequitia luxuriæ maxime [illegible] deli et

[illegible] ti[illegible]ne,
[illegible] cumspe[illegible]tione,
[illegible] immo[illegible]tione.

[illegible] p[illegible] test exp[illegible] illud Eccl[illegible]. 25. *Nequitia* [illegible], de cit[illegible] spectione etiam dic[illegible] Ec- [illegible] *mulieris, in extollentia oculo* [illegible] tur Eccles. 25. *Non des aquæ tuæ* [illegible] *prodeundi*, q. d. parata est dis- [illegible] nimiosi dicuntur gens pecca- [illegible]. Vnde illi sunt illa gens, de qua di- *mantem, & seruum dominorum*. Ista est ne- [illegible].

[illegible] est nequitia auaræ inclinationis, quod [illegible] lo graui iniquitate) Auari enim di- [illegible] sicut res dicitur grauis, quæ infe- [illegible] turaliter & mouetur, sic isti spiritua- [illegible] fertur ad terram & ad terrena per [illegible] er auarum desiderium inclinantur. Si- [illegible] rena, aurum, argentum, & vinum sunt [illegible], & omne illud, in quo fuerint aggrauan- [illegible] nantes, sic vere mundi bona grauia sunt & [illegible] n qua habitant, aggrauantur, & ad terram deiectius Psalm *Filij hominum vsquequo graui corde?* [illegible] auaro dicitur Ec. 32. *Cor nequam grauabitur in dolo* [illegible] s auaritiæ est semper fallax, proditoria & do- [illegible] re dolus apparet in auaris, vsurarijs, fraudulen- [illegible] fallacia, dolo & nequitia potest exponi illud [illegible] *n est caput nequius super caput colubri*. Coluber [illegible] lens vmbras, & qui semper tortuose ince- [illegible] os & auaros, qui in vmbris, id est, in locis ab- [illegible] tis, vel etiam in absconditis, vel sub occultis [illegible] iaturis solent facere fraudes suas, & semper [illegible] t incedunt in omnibus factis suis. Quia [illegible] est nequius in hoc mundo. *Qui enim sibi ne-* [illegible] *erit* [illegible] Ecclesi. 14. Et ideo quia tales nequam [illegible], quia scilicet non audent vti bonis suis p[illegible] [illegible] te, non mirum si sunt nequissimi alienis. Iste [illegible] graui iniquitate. Vnde de terra, id est, de [illegible] citur Esa. 24. *Agitabitur terra sicut ebrius, & grauata* [illegible] *& corruet & non adijciet vt resurgat*. Tales enim [illegible] desiderium & affectionem, sunt sicut ebrius per [illegible] itiam & ambitionem, grauantur iniquitate [illegible] turæ inclinationem, corruunt & non resurgunt [illegible] etudinis aggrauationem. Aduerte tamen [illegible] eca lib. de naturalibus quæstionibus de rebus [illegible] enim quod sint quædam aquæ quæ sostinent [illegible] sicut exemplificat de lacu Arethusæ in Perside, [illegible] quantumcunque graue sit. Sicut etiam ex- [illegible] tus de lacu Siciliæ iuxta Parthiamixam. Causam [illegible] eca, dicens, quod illæ aquæ sunt lapidibus [illegible] cum maius graue naturaliter potest, & susti- [illegible] n mirum si tali gratia ab aquis grauioribus [illegible] vere charissimi, nos videmus, quod tales [illegible] ni grauiores iniquitate, ita quod satis de- [illegible] estatus & gradus descendere, & quandoque [illegible] submergi, ipsi tamen ab aquis, quibus in-

[illegible] oner [illegible] & [illegible] C [illegible] ibus graui [illegible] ile sati [illegible] *animam ipsi-* [illegible] *rari*, [illegible] um fo- [illegible] cetari [illegible] t tes [illegible] scelere [illegible] *raut* [illegible] *ju-* [illegible] *rum* [illegible] a [illegible] er [illegible] nue[illegible] bu[illegible] aff[illegible] es [illegible] N[illegible] *malo iudice quod reatu* [illegible] p d [illegible] nequitis super ca [illegible] ut c[illegible] b [illegible] it [illegible] Eccl. 2 [illegible]. *Facien-* *s nequissimum* [illegible] *erum*. Et illud Ecclesiast. 28. *Mors illius mors nequ*[illegible] *potius, quam illa*. Illa est ergo n[illegible] quia [illegible]

¶ Tertio d[illegible] verbalis prædicationis Et C ista est nequ[illegible] hæ[illegible] ditur cum dicitur (Se- mini nequam) Sicut [illegible] ens arboribus relinquit in magna quantitate p[illegible] fuun[illegible] à q[illegible] totus hor- tus cum suis herbis, & b[illegible] roditur & vastatur, sic hæ- retici semen suæ pestiferæ præd[illegible]ionis & doctrinæ in [illegible] abundantia quandoque post se relinquunt, quod totus hor- tus Ecclesiæ exinde patitur detrimentum. Vnde de istis potest intelligi illud M[illegible]h 6. *Si oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum erit tenebrosum*. Isti enim qui oculi, id est, directores & du- ctores Ecclesiæ creduntur, quando nequitia hæresis corrum- puntur, totum corpus Ecclesiæ per errores faciunt tenebro- sum. Et ista est nequitia linguæ, quia videlicet lingua talium est alijs venenosa & causa nequitiæ & peccati. Et ideo dicitur Ec- cles. 28. *Noli audire linguam nequam*. Quia sicut dicitur ibidem, *Multi ceciderunt qui interierunt per linguam nequam*. Et ratio reddi- tur ibidem, *quia mors illius mors nequissima, & vtilis infernus potius, quam illa*. Semini ergo nequam. Vnde cuilibet tali potest dici il- lud Eccles. 44. *Dedisti maculam in gloria tua, prophanasti semen tuum*. Ista est igitur nequitia verbalis prædicationis.

¶ Quarto dico, quod inuenitur nequitia mentalis obstina- tionis. Et ista est nequitia, quæ in proteruis subditis inuenitur, quod ostenditur cum dicitur (Filijs sceleratis) Quia vere mul- ti sunt filij spirituales, id est, subditi ita obstinati, & proterui, ita etiam nequam & scelerati, quod nec Deo, nec prælato vo- lunt obedire, sed sicut filij viperæ matrem suam, scilicet, Eccle- siam, vel prælatum per mala sua opera & exempla solent, pro- teruiter laniare. Vnde Sap. 3. *Nequissimi filij illorum, maledicta crea- tura eorum*. D

¶ Et nota, si vis, quod mali filij religionis, vel Ecclesiæ sunt hodie nequam.

Propter
- Mendacij vanitatem,
- Hypocrysis falsitatem,
- Sæuitiæ prauitatem,
- Luxuriæ fœditatem,
- Malitiæ dolositatem,
- Inuidiæ malignitatem.

De nequitia enim mendacij dicitur Eccl. 20. *Opprobrium nequam in homine mendacium*. De nequitia hypocrisis dicitur Esa. 9. *Omnis hypocrita est nequam*. De nequitia sæuitiæ dicitur Math. 18. vbi loquitur de illo, qui noluit misereri conserui sui, cui dixit do- minus eius, *Serue nequam omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me, nonne ergo oportebat te misereri conserui tui?* De nequitia luxuriæ dicitur Eccles. 17. *Quid nequius, quam quod cogitat caro, & sanguis?* De nequitia malitiæ dicitur Prouerb. 26. *Quando submiserit vo- cem suam, ne credas ei, quoniam septem nequitiæ in corde illius sunt*. De nequitia inuidiæ dicitur Ecclesiast. 14. *Nequam est oculus inuidi*. Et sic igitur patet, quomodo est quadruplex nequitia in genere, scilicet, luxuriosorum, auarorum, hæreticorum & malorum subditorum.

**Nequire.** Nota, quod nequire idem est, quod non posse, vide ergo infra in titul. posse, & in titul. poten- tia, quia auctoritates valde paucæ sunt.

**Nescire.** Cum nescire idem sit, quod ignorare, notandum quod in scriptura inuenitur

Nescire: Excusabile, Detestabile, Excæcabile, Commendabile.

Nescire excusabile pertinet ad ignorantiam naturalem. Et ista est quando homo ignorat illa, quæ excedunt cogitationem naturæ, sicut scire futura & diuinæ voluntatis beneplacita, & occulta. Si enim ista nesciamus, excusati sumus. Et de tali nescire dicitur Eccl. [illegible]. *Nescit homo vtrum amore vel odio dignus sit.* Et [illegible] dem d[illegible]. *Nescit homo finem suum*, & Luc. 9. *Nescitis cuius spiritus estis.*

B ¶ Nescire detestabile pertinet ad proteruiam cordialem, & istud est quando homo ex obstinatione non dignatur scire, [illegible] est, cognoscere benefactorem, creatorem, vel superiorem suum sicut Pharao qui dicebat Exod. 5. *Nescio dominum, & Israel non dimittam.* Talis etiam ignorantia vel nescientia idem est, quod desuetudo, quia scilicet est res quæ non frequentatur, in desuetudinem, obliuionem & nescientiam vertitur & sic loquitur [illegible] 3. vbi de peccatoribus dicit: *Sapientes sunt, vt faciãt mala, bene autem*

C *facere nescierunt.* Et Hier. 6. dicitur, *Confusione non sunt confusi, erubescere nescierunt*, & Sophon. 3. *Nesciuit Dei inimicus confusionem.* ¶ Nescire excæcabile pertinet ad ignorantiam criminalem. Et sic accipitur (vt communiter) quando scil. homo nescit illa, quæ

D tenetur scire. Et sic loquitur in P[illegible] 81. *N[illegible] cierunt n[illegible], intellexerunt in tenebris ambulãt, mouebuntur omnia fundamenta terræ.* ¶ Nescire commeodabile pertinet ad ignorantiam virtualem. Et ista est, quando homo nescit illa, quæ non est vtile scire sibi. Et sic loquitur Matth. 6. *Cum facis tu eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua.* Ista autem propter potest dici ignorantia mali non experti, sicut de beato Ioanne dicitur: *Nesciens labem niuei pudoris*, de beata virgine *Nesciens virgo virum, &c.* & illud Oseæ 13. *Deum absque me nescient, & non est absque me saluator.*

E ¶ Sed cæteris omissis, de ignorantia criminali, qua scilicet, nescit homo illa quæ tenetur scire, & maxime illa, quæ pertinent ad salutem, aliquid est dicendum. Notare ergo possumus, quod sicut in mundo naturaliter multa sunt genera personarum, quæ illa, quæ sunt eis vtilia, nesciunt & ignorant, videlicet pueri phrenetici, cæci, dormientes, ebrij & absentes, sic vere moraliter loquendo, multa sunt hodie genera hominum peccatorum, qui nesciunt illa, quæ pertinent ad salutem. Et isti sunt, scilicet pueri carnalis immunditiæ sectatores, vel phrenetici & mente capti temporalis eminentiæ dilectores, dormientes, & se ad terram prosternentes, mundanæ affluentiæ possessores. Ebrij vino mundanæ, scilic. sapientiæ professores. ¶ Dico ergo, quod primi sunt sectatores carnalis immunditiæ. Nam sicut pueri quamdiu sunt parui, sunt naturaliter fœtidi & immundi, ignorantes & inscientes, sic luxuriosi præ cæteris peccatoribus immundi sunt & ignorantes, & ad salutem animæ pertinentia nescientes. Nam sicut pueri tria principaliter nesciunt facere, videlicet loqui, discernere, & erubescere sic vere luxuriosi nesciunt habere honestam & ordinatam locutionem, dicentes illud Hier. 1. *A, a, a, Domine Deus nescio loqui, quia puer ego sum.* Talia enim semper loquuntur insolenter & impudice, nec aliquid sciunt loqui ordinate, de quibus dicitur Nehe. 13. *Loquebantur Azotice, & nesciebant loqui Iudaice* Item nesciunt habere claram discretionem. Quia sicut puer non discernit inter res bonas & malas, ita quod aliquando plus diligit pomum, quam castrum, sic nec isti bene discernunt inter delitias corporis & animæ, mundi & Paradisi, & peccati & meriti. Quia plus videntur diligere ista modica temporalia, quam illa maxima æternalia. Vnde isti sunt de illis centum hominum millibus, qui nesciunt quid sit in dextera & sinistra, sicut dicitur Ionæ 4. quia scilicet tales non bene sciunt discernere inter sinistram temporalium & dexteram æternorum. Item isti nesciunt habere verecundiam confusionum. Quia sicut pueri non verecundantur ostendere pudenda sua, sic nec isti vilia opera sua. Vnde Hierem. 6. *Confusione non sunt confusi, erubescere ne-*

F *scierunt.* Isti ergo sunt sectatores carnalis immunditiæ. ¶ Secundo dico, quod sunt nescientes, seu ignorantes, & dilectores temporalis eminentiæ. Isti enim sunt sicut phrenetici vel mente capti, qui amore mundi ita sunt capti, quod penitus nesciunt, nec cognoscunt nec Dei potestatem, nec sui fragilitatem, nec mundi transitoriam vanitatem, sicut patet ad literam de vanigloriis & superbia, [illegible] ciunt dico Dei potestatem, quia scilicet, non d[illegible] re [illegible] quod Deus possit eos punire, dicentes cum Pharaone Exod. 5. *N[illegible] io dominum & I[illegible] rael non dimittam.* Item ne-

sciunt p[illegible] quod deben[illegible] & ta[illegible] im nes[illegible] sui [illegible]. *Ad* [illegible] sciunt mundi vanitatem [illegible] qui nesciens quid esset [illegible] tamen tandem cognouit esse [illegible] licet mundi gloriam dulcem credunt [illegible] finaliter valde tristem. Isti ergo sunt dilector[illegible] uentiæ.

¶ Tertij sunt possessores mundialis affluentiæ. [illegible] diuites qui comparantur dormientibus. Homo [illegible] mus erectus, sed inferius ad terram prostratus. [illegible] munt, nec quiescunt ad Parad[illegible]um erecti, sed [illegible] na per auaritiam depressi & deiecti. Et isti pro[illegible] nescire

Fraternam charitatem,
Mortis propinquitatem,
Dei benignitatem,
Mentis saturitatem.

Fraternam (dico) charitatem, quia scilicet no[illegible] scire, quod teneantur benefacere fratribus & v[illegible] nis. [illegible] beneficia eis negant. Vnde Deut. 33. *Dixerunt patri [illegible] ma[illegible] vos, & fratribus suis ignoro illos.* Quia ad literam au[illegible] recognoscunt nec propinquos, nec consanguin eos. ¶ Item [illegible] tis propinquitatem, quia sc[illegible] videntur se nescire mor[illegible] Et ideo comminatur eis dominus Matt. 24. *Nescitis qua hora [illegible] minus vester venturus sit*, Et 25. *Nescitis diem neque horam.* ¶ Ite[illegible] Dei benignitatem quia, scilicet, isti videntur nes[illegible] ire, q[illegible] derit eis bona, quæ habent, in quantum ipsi r[illegible] noscere dignantur, de quo Oseæ 11. *Ego nutritius Ephraim & nesciebant curarem eos.* ¶ Item saturitate[illegible]. Ideo de ipsis proprie d[illegible] lud Esa. 56. *Canes impudentissimi nescierunt saturitatem.* [illegible] ipsos canibus sicut supra. ¶ Quarti autem sunt profe[illegible]res danæ sapientiæ, similes ebrijs, qui vino sapientiæ te[illegible]orali[illegible] sunt repleti, quod nesciunt aliquid de pertinentibus ad salutem. De hoc vide supra de Ebrio. Vnde Esa. 28. *Sacerdos & propheta nescierunt præ ebrietate, absorpti sunt à vino.* Et Hier. 2. dicitur, *Sacerdotes non dixerunt, vbi est dominus? & tenentes legem nescierunt me.* Et illud prædictum Hierem. 4. *Sapientes sunt &c.* Et hoc de [illegible] re sufficit. Vide supra de ignorantia.

**Nicanor.** Nota, quod Nicanor, qui interpretatur stans lucerna, vel statura lucida, qui fuit princeps niquissimus, quem Antiochus contra filios Israel destinauit, & qui eos crudeliter flagellauit, in fine tamen perijt turpiter & decessit sicut ponitur 1. Mac. 7. & deinceps &c. potest significare malos consiliarios principum & magnatum, quia scilicet creduntur esse lucerna & gubernacula regni & patriæ, cum tamen sint filiorum Israel, id est, Ecclesiasticorum & simplicium subuersio & flagellum. Notabis ergo, quod exemplo istius tales solent esse

Fallaces & proditores,
Tyranni & exactores,
Malorum fautores, vel Prauorum sustentatores,
Bonorum molestatores,
Pœnarum toleratores,
Superbi & iactatores,
Cito simulatores,
Mali terminatores.

Dico ergo, quod malus & tyrannicus princeps est (vt communiter) fallax & proditor, sicut de isto legitur 2 Mac. 14. quod audiuit rex Nicanorem rebus alienis assentire, & exasperatus [illegible] psit Nicanori.

¶ Item est (vt communiter) rapax & exactor, sicut de [illegible] gitur 2. Mach. 8. quod ipse constituit regi, quod tribut[illegible] dum Romanis de captiuitate Iudæorum suppleret. ¶ [illegible] (vt communiter) malorum & pessimorum fautor, sicut de isto legitur 2. Mach. 14. quod gentes, quæ de Iudæa fu[illegible], N[illegible] canori miscebant.

¶ Item est (vt communiter) iustorum grauator, sicut de isto legitur 2. Mach. 9. quod volens manifestare odium, quod habebat in Iudam, Nicanor misit milites, vt illum comprehenderent.

¶ Item est (vt communiter) mali tolerator, quia, scilicet, tales vt communiter in tormentis finiunt dies suos, sicut de isto legitur 1. Mach. 7. quod contrita sunt castra Nicanoris & cecid[illegible]

ipse

[illegible] *qui & dexteram ampliauerunt ei, & in* [illegible]

[illegible] is (vt communiter) est superbiæ ia-[illegible] ur, quod summa superbia erectus [illegible] *potens in cælo, qui præcepit seruari diem Sabba-* [illegible] *super terram, qui impero sumi arma* ¶ Item est (vt [illegible] simul [illegible], sicut de isto legitur 2. Mach. 14. [illegible] nor Hierosolymis, nihilque inique age-[illegible] co, quod iste est malus terminator, quia [illegible] *Facinorosissimus Nicanor deposita veste gloria* [illegible] *bium*, hoc est dictum, applicauit in infer-

[illegible] quod nihil leitas nihil aliud signat, quam non [illegible] nde nihil esse, idem est, quod non esse. In-[illegible] quod esse distinguitur, potest per oppo-[illegible] Et quia inuenitur esse naturæ, esse vitæ, es-[illegible] se, esse finale, esse virtuale, esse pœnæ, sic & [illegible] icere quod sit meurio in scriptura de nihilo [illegible] supradicta.

[illegible] quod nihil multa signat, scilicet

Naturalem conditionem,
[illegible] em durationem,
T[illegible] m successionem,
[illegible] ursectionem,
[illegible] m afflictionem,
[illegible] lem definitionem,
[illegible] m perfectionem.

[illegible] quod est naturale. Et ista est tota conditio [illegible] a quia pro certo ista ratione suæ vilis & fragi-[illegible] est merito dici nihil. Vnde Esa. 40. *omnes gentes* [illegible] *coram eo, & quasi nihilum & inane reputatæ sunt.* [illegible] umanæ naturæ bene potest dici illud 1. [illegible] *ntulimus in hunc mundum.*

[illegible] est vnum nihil, quod est personale, scili-[illegible] cens, de qua Iob. 7. *Parce mihi Domine, nihil enim sunt* [illegible]

[illegible] est vnum nihil temporale. Et istud signat bona mun-[illegible] o certo & quantum ad conditionem, & quantum ad [illegible] & quantum ad dulcorem penitus nihil sunt. Vnde [illegible] *aspexi terram & ecce vacua erat, & nihil.* Et Sap. 7. *Diuitias* [illegible] *hil.* Et in Psal. *Nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in ma-* [illegible]

[illegible] est vnum nihil, quod est criminale, & istud est nihil [illegible] Teste enim Aug. *Peccatum nihil est & nihil fiunt homines* [illegible] Psalm. *Ad nihilum deuenient tanquam aqua decurrens.* [illegible] vnum nihil, quod est infernale, & istud est pœna [illegible] damnatorū, quæ homines annihilat & deuastat & quę [illegible] prosperitate ipsos facit penitus nihil esse. Vnde [illegible] damnata potest dici illud Esai. 34. *Extendit super eam men-* [illegible] *redigatur in nihilum.* Quia scilicet, quando mensura diui-[illegible] per eos extenditur, tunc ad nihilum perpetuum te-[illegible] zech. 28 *Nihil factus es, & non eris in perpetuum*

[illegible] vnum nihil, quod est finale, seu corporale, & istud [illegible] em, quæ, scilicet, annihilat omne viuum vnde Iob. [illegible] *mea ad nihilum redacta sunt.* ¶ Item est vnum nihil, [illegible] rtuale, & istud est nihil humilitatis, quod est, quan-[illegible] ex humilitate & se & bona sua & merita reputat esse [illegible] de isto nihilo, scilicet paupertatis & humilitatis di-[illegible] inth. 6. *Tanquam nihil habentes, & omnia possidentes:* [illegible] *Pro nihilo saluos facies illos:* & alibi. *Pro nihilo habuerunt* [illegible] *desiderabilem*, quia scilicet, per paupertatis & humilitatis [illegible] salui efficiuntur, & terra desiderabilis Paradi-[illegible] ncedi[illegible], & dicatur. ¶ Sed prædictis expositi-[illegible] s & omissis, dicamus adhuc de nihilo in quan-[illegible] carentiam omnis boni, & notemus, quod istud voca-[illegible] gnat carentiam omnium gratiarum, meritorum, [illegible] & virtutum. Nota ergo, quod mali nihil sunt, & hoc [illegible] qui habent

Nihil de
- Discretione,
- Compassione,
- Duratione,
- Possessione,
- Dilectione,
- Perfectione,
- Prosperitate,
- Sagacitate,
- Vtilitate,
- Virilitate,
- Consolatione,
- Conuersatione,
- Operatione.

Dico igitur, quod mali nihil debent dici, quia pro certo ipsi habent nihil, id est, carentiam discretionis. Vnde ipsi possunt dicere illud Numer. 11. *Nihil vident oculi nostri nisi Man.* Man enim quod erat cibus dulcis, qui faciliter corrumpebatur, & qui pro via deserti fuit tantum filijs Israel concessus signat temporalia bona, quæ solum pro deserto huius mundi sunt hominibus concessa. Quia vere multi sunt hodie & fere omnes, qui nihil vident, nisi Man, id est, qui nō habent aliquam discretionem nisi in temporalibus. Vnde etiam de Ecclesiasticis & mundi sapientibus dicitur Ezec 13. *Væ prophetis insipientibus qui sequuntur spiritum suum, & nihil vident.* ¶ Item habent carentiam compassionis, quia scilicet, isti sunt auari & iniqui. Vnde Eccl. 10. dicitur de auaro, quod auaro *nihil est scelestius, nihilque iniquius, quam amare pecuniam* ¶ Item ipsi habent nihil seu carentiam durationis. Tales enim non durant nec perseuerant in bono Psalm. *Ad nihilum redactus sum, & nesciui* Naturaliter enim isti non durant, nec perseuerant, quia viri sanguinum non dimidiabunt dies suos Iob 7. *nihil enim sunt dies mei,*

¶ Item isti nihil habent possessionis, quia etiam ad literam sæpe fit, quod possessio & affluentia temporalis impijs denegatur, quod si eis quandoque conceditur, nullatenus perseuerat. Vnde in Psal. *Dormierunt somnum suum & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis.* Mors enim à talibus totum aufert, quia sicut dicitur Iob 26. *Diues cum dormierit, nihil secum affert, aperiet oculos suos, & nihil inueniet* ¶ Item isti nihil habent dilectionis, vnde 1. Corinth. 13 *Charitatem autem non habeam, nihil sum.* ¶ Item isti nihil habent perfectionis, ad Hæb 7. *Nihil autem ad perfectum adduxit lex.* ¶ Item isti nihil habent prosperitatis, quia scilicet, prosperitas temporalis non est proprie prosperitas, cum magis habeat de aduersitate, quam de prosperitate. Vnde Hierem. 2 *Conteret Deus confidentiam tuam, & nihil habebis prosperum.* ¶ Item isti nihil habent sagacitatis Luc. 18. *Et ipsi horum nihil intellexerunt.*

¶ Item isti nihil habent vtilitatis, quia videlicet nihil, quod faciunt, est eis bonum, & vtile ad salutem. Vnde ipsi possunt dicere illud Luc. 5. *Domine per totam noctem laborantes & nihil cepimus.* ¶ Item nihil habent virilitatis, quia scilicet, nihil habent cōstantiæ vel virtutis. Vnde Dan. 10. *Nihil in me remansit virium.* ¶ Item dico, quod isti nihil habent consolationis Ita enim sunt tristes & inuidi, quod in nullo consolantur, sicut Aman inuidens Mardochæo, qui dicebat Hest. 5. *Nihil habere me puto quamdiu videam Mardochæum.*

¶ Item nihil habent bonæ conuersationis, quia sicut dicitur Exod. 10. *Nihil virens in Aegypto relictum est* ¶ Item isti nihil habent bonæ operationis 2 Thess. 3. *Audiuimus quosdam ambulare inter vos nihil operantes.* Et sic igitur patet, quomodo nihil quantum ad malos diuersimode sumitur scriptura. ¶ Sed adhuc potest dici, quod nihil potest applicari ad viros spirituales & bonos. Et hoc nihil potest dicere carentiam omnis mali. Vnde nota, quod boni habent

Nihil
- Cupiditatis,
- Inhonestatis,
- Calamitatis,
- Carnalitatis,
- Fatuitatis,
- Præsumptionis,
- Elationis,
- Successionis.

Isti ergo nihil habent de cupiditate, quia scilicet, illud modicum, quod habent, sufficit eis, sic non cupiunt ampliora. Et sic loquitur Apostolus 1. Corin. 1. *In omnibus diuites facti estis, ita vt nihil vobis desit.*

¶ Item nihil habent de inhonestate. Vnde 3 Reg 6. dicitur quod *nihil erat in templo, quod non auro tegeretur.* Aurum enim claritatem honestatis designat. Item nihil habent de calamitate; quamuis enim multa sustineant in hoc mundo, quia tamen amore Dei placet eis, non est eis calamitas neq; pœna habentes enim virtutem sufficientiæ, quæ omnibus diuitijs æquipollet

Vnde

Vnde Nehem. 9. *Nihil ei defuit in deserto.* Ad literam enim diuina prouidentia (vt communiter) non patitur, vt iustis in necessitate aliquid denegetur. Vnde Luc. 22. *Quando misi vos sine sacculo, & pera, nunquid aliquid defuit vobis? Dixerunt ei nihil.* Item nihil habent de carnalitate. Isti enim sunt sicut illa sapientia, de qua dicitur Sapient. 7. *Nihil inquinatum in eam incurrit.* Item nihil habent de fatuitate. Quia sicut dicitur Sap. 8. *Prudentiam & sapientiam docet, quibus nihil est in vita vtilius hominibus.* Item dico, quod isti nihil habent de præsumptione, quia scilicet, non confidunt de suo sensu, imo innituntur consilijs aliorum iuxta illud Eccl. 32. *Fili sine consilio nihil facias.* Item nihil habent de elatione, quia videlicet semper habent timorem domini secum, audientes illud Eccle. 23. *Nihil melius, quam timor Dei, & nihil dulcius quam attendere mandatis domini.* Item nihil habent de terrena successione, quia, scilicet, isti non possident diuitias in hoc mundo, iuxta illud Luc. 9 *Nihil tuleritis in via, neque virgam, neque peram, neque duas tunicas habeatis.*

D ¶ Sed nota, adhuc si vis, quod apud Deum nihil reputantur hi, qui

Vigent magna potentia,
Fulgent mundi scientia,
Pollent falsa iustitia,
Gaudent vana lætitia,
Tument magna substantia,

Igitur dico, quod apud Deum nihil sunt, tyranni vigentes magna potentia. Vnde Esa. 34. *Omnes principes eius,* (scilicet Babylonis) *erunt in nihilum.*

¶ Item nihil reputantur clerici fulgentes mundi scientia. Quia scilicet, sicut dicitur Esa. 40. *Deus est, qui extendit quasi nihilum cælos,* cælos inquit, id est, clericos. Item nihil reputantur hypocritæ pollentes victa iustitia, Vnde de idolis dicitur Esa. 41. *Ecce vos estis ex nihilo, & opus vestrum ex eo, quod non est.* Item nihil reputantur fatui gaudentes vana lætitia. Vnde Amos 6. dicitur: *Væ qui lætamini in nihil, & dicitis, Nunquid in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua?* Item nihil reputantur diuites tumentes magna substantia Psal. *Ad nihilum redactus est in conspectu eius malignus,* id est, malus dicens dicens, scilicet, domino illud Psalm. *Substantia mea tanquam in nihilum ante te.* Et hoc de nihil sufficit siue in bono siue in malo.

A **Nidus.** Cum nidus sit locus qui ab auibus ædificatur & inhabitatur, & ibidem ab ipsis pullificatur, notabo, quod in scriptura reperitur

Nidus { Perfectorum,
Peccatorum, vel
Mundanorum,

Nidus iustorum & perfectorum est inferior religio, & Ecclesia interior intentio, & conscientia. Superior paradisus, & cœli curia. Vbi enim cor hominis figitur, ibi nidum habere dicitur, & ibi pullos affectuum & operum facere comprobatur. Et nota, quod iustorum triplex est nidus, scilicet, inferioris Ecclesiæ, interioris conscientiæ, superioris cœli patriæ. De inferiori religione vel Ecclesia dicitur in Psalm. *Etenim passer inuenit sibi domum, & turtur nidum, vbi reponat pullos suos.* (Altaria tua domine virtutum.) De interiori vero intentione, & conscientia, vbi scilicet homo nidificat meditando, & de cœlo & inferno cogitando, dicitur Luc. 9. *& vulpes foueas habent & volucres cæli nidos.* Iustus enim dicitur volucris, quando cœlestia contemplatur, & vulpes quando infernalem foueam meditatur. De superiori habitatione & mansione & cœlesti patria dicitur Iob 39. *Eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidum suum.* Isti ergo sunt nidi iustorum.

B ¶ Secundo dico, quod inueniuntur nidi malorum. Et isti certe significant mundum, peccatum & infernum. Mali enim nidificant in mundo, temporalia diligendo. Iste enim est nidus hirundinum, quarum stercora calida dormientem Tobiam excæcauerunt. Tob. 2. *Et vtinam tam mundus, quam status peccati dicitur.*

Nidus { Fœtidus per luxuriam,
Plenus per auaritiam,
Altus per superbiam.

Nidus ergo fœtidus dicitur per luxuriam. Iste est nidus vpupæ quæ nidificat in stercoribus, sic luxuriosi nidificant in immunditijs. Vnde de malis mulieribus potest dici illud Esa. 16. *Sicut auis fugiens, & pulli de nido auolantes, sic erunt filiæ Moab.* Nidus etiam plenus dicitur per auaritiam, quia scilicet auari congregant in nidis diuitias suas, sicut aues prædales cadauera. De quo Abacuc. 2. *Væ qui congregat auaritiam domui suæ, vt sit in excelso nidus eius.* Nidus etiam alius dicitur per superbiam. Vnde Abd. 1. *Si inter sydera posueris nidum tuum, inde detraham te, dixit dominus.* Et breuiter in istis tribus ramis prosperitatis mundanæ nidificant hodie peccatores scilicet in

Delitijs per luxuriam,
Diuitijs per auaritiam,
Honoribus & eminentijs per superbiam,

Figura Ezech. 31. vbi dicitur, quod *in ramis cedri fecerunt nidos omnia volatilia cæli.* Sed certe finaliter ibi habebunt nidũ cum dæmonibus in inferno Hier. 49. *Cum exaltaueris quasi aquila nidum tuum, inde detraham te, & erit idumæa deserta: omnis qui transibit per eam stupebit & sibilabit super omnes plagas eius.*

**Nigredo.** Nota, quod nigredo signat in scriptura tam in bono quam in malo. In bono enim [illegible] to nigredo, quæ (vt cõmuniter) à calore procedit, est calor cæteris obscurior & vilior & signat virtutẽ humilitatis, quam scilicet, calor charitatis generat, & obscuritas, mortificationis & pœnitentiæ cõmendat. Sicut enim videmus, quod multi sunt fructus, qui nullatenus maturi efficiuntur, nisi quando nigredine vestiuntur, sic pro certo nullus efficitur maturus aut sanctus, nisi humilitatis nigredine sit vestitus. Et sic figurantur tales Genes. 30. vbi Laban prælegit oues nigras, & diuersi coloris & varias, & albas dimisit. Ad denotandum, quod illi, qui per innocentiam sunt albi, & per nigredinem humiles, & abiecti, à Deo eliguntur, varij, vero & fraudulenti repudiantur. Et hoc est quod sponsa Christi dicit Cantic. 5. *Coma tua sicut elata palmarum nigra sicut coruus.* A

B ¶ In malo vero significato dico, quod nigredo, quæ cæteris est vilior color, & in alium colorem immutabilior, signat scilicet

Mortis horrorem,
Culpæ errorem,
Inferno timorem,

Mortis dico horrorem, quia oculi & facies & omnia bona naturæ in morte fiunt obscura, sicut dicitur Eze. 30. *In Taphnis nigrescet dies, dum contrivero sceptra Aegypti, & defecerit potentia eius.* Culpæ autem signat terrorem, quam scilicet ardor auaritiæ, & fumus superbiæ, & squalor etiam luxuriæ introducit. Vnde de peccatoribus dicitur Naum. 2. *Facies omnium sicut nigredo ollæ,* vt sic peccator figuretur in equo Apoc. 6. vbi dicitur: *Ecce inquit, equus niger, & qui sedebat super eum, nomen illi mors & infernus sequebatur eum.* Inferni etiam terrorem & timorem designat, vbi scilicet omnia obscura. Vnde Zachar. 6. dicitur, quod *quadrigæ in qua erant equi nigri, egrediebantur in terram aquilonis,* quæ, scilicet est frigidissima, per quam significatur infernus, quia scilicet ibi est frigus & ardor & fumus, sicut de damnatis dicitur Baruc 6 quod *nigræ fiant facies eorum de fumo, qui in domo fit,* Ista autem de nigredine sufficiant. Vide in titul. obscuritas.

**Nimietas. Nimis.** Cum nimis seu nimius aliquando in scriptura denotet superabundantiam in bono, aliquando designent excessum & superabundantiam in malo, hinc est quod nimietatem bonam & nimietatem malam possumus inuenire

¶ Primo quidem dico, quod nimis potest accipi in bono. Et sic nimis idem est quod multum, maxime seu valde. Et notandum, quod boni habent nimietatem, id est, superabundantem fertilitatem in omnibus tam spiritualibus, quam æternis. Inuenio enim, quod isti habent

Nimium { Dolorem contritionis,
Laborem afflictionis,
Clamorem confessionis,
Splendorem discretionis,
Decorem conuersationis,
Timorem trepidationis,
Honorem dominationis,
Valorem retributionis.

Dico ergo, quod boni habent nimietatem doloris, quia scilicet, per dolorem & cõtritionem in corde multiplicitei cono[illegible]tur, sicut dicebat Dauid in Psalm. *Afflictus sum & humiliatus sum nimis, rugiebam à gemitu cordis mei.* ¶ Item habent nimietatem doloris & laboris, quia scilicet boni & iusti nimijs pœnis, & laboribus fatigantur. Vnde Iudicum 10. *Afflictus est Israel nimis.* Item habent nimietatem clamoris. Clamant enim valde, & nimis

… confitendo, & Deum laudando, & prædicando … *Confitebor Domino nimis in ore meo.* Item habent nimietatem … Splendorem … in claræ discretionis habent … sicut Dauid dicebat in Psalm. *Mirabilia opera tua, & anima mea cognoscit nimis.* Item isti habent nimietatem decoris, … per bonam, & honestam conuersationem præ cæteris … decori, sicut de Susanna dicitur Dan. 13. quod *ipsa Susanna erat mulier pulchra nimis.* Et de Iudith dicitur Iudith 8. quod *ipsa erat eleganti aspectu nimis.* Item habent nimietatem timoris, quia scilicet boni viri semper habent timorem Dei in corde suo. Quia bene sciunt, quod scilicet dicitur Eccles. 1. *Vnus est altissimus creator omnium, omnipotens Rex, potens, & metuendus nimis.* Nimis … timent isti Dei seueritatem, inferni pœnalitatem, & dæmonum malignitatem. Vnde 1. Reg. 28. dicitur, quod *Saul … castra Philisthiim, timuit, & expauit cor eius nimis.* Item habent, vel tales habebunt in Paradiso nimietatem honoris, quia tunc verificabitur illud Psal. *Nimis honorati sunt amici tui Deus, nimis … est principatus eorum.* Et sic sequitur, quod ipsi habebunt nimietatem valoris, sicut ipsi in hoc mundo habent nimietatem bonorum … *& virtutum.* Figurari in arbore Dan. 4. de qua dicitur, quod *altitudo eius nimia, & fructus nimij.* Sic habebunt in futurum nimietatem, & abundantiam munerum æternorum, atque cœlestium præmiorum, quia tunc implebitur illud Gen. 15. *Noli timere … quia ego tecum sum, & merces tua magna nimis.* Et istud est illud nimis, quod ad bonos dignoscitur pertinere. Signat ergo nimis in bono.

B ¶ Sed secundo dico, quod nimis signat in malo. Et sic potest significare excessum vitiorum & malorum, quem mali habent in hoc mundo. Sicut enim serpentes excedunt in venenositate, leones in crudelitate, porci in voluptate, & fœditate, sic mali procul dubio excedunt in nimia iniquitate. Vnde Ezech. 9. *Iniquitas Israel, & Iuda magna est nimis valde.* Et nota, quod tales habent in hoc mundo excessum

Lætitiæ & iucunditatis,
Affluentiæ & prosperitatis,
Gastrimargiæ & ebrietatis,
Ignorantiæ & obscuritatis,
Luxuriæ & carnalitatis,
Sæuitiæ & crudelitatis,
Malæ apparentiæ, & totius inhonestatis.

Dico ergo, quod isti habent nimietatem iucunditatis, sicut dicitur de Nabal 1. Reg. 25. quod *cor Nabal iucundum erat, erat enim ebrius nimis.*

¶ Item habent nimiam prosperitatem. Mali enim in hoc mundo plus prosperantur, quam boni. Vnde ciuitati peccatrici Ezech. 16. *Similam, & mel, & oleum comedisti, & decora facta es vehementer & nimis.* Item isti habent nimietatem gulositatis. Vnde de Holoferne dicitur Iudith 13. quod *ipse iacebat super lectum suum nimia ebrietate sopitus.* Item isti habent nimietatem obscuritatis. Non enim attendunt ad lucem sapientiæ, & claritatis, imo abhorrent, dicentes illud Eccles. 6. *Aspera est nimium sapientia.* Item … habent nimietatem carnalitatis. Vnde de Assuero dicitur Hester 1. quod *ipse post nimiam potationem incalescebat mero.* Item … habent nimietatem crudelitatis. Vnde ibidem dicitur, quod *iratus nimis furore succensus interrogauit sapientes.* Item isti habent nimietatem malæ consuetudinis, & totius inhonestatis. Vnde … 2. *Quam vilis facta es nimis iterans vias tuas.* Et Ezech. 24. *Multo labore sudatum est, non exiuit de ea nimia rubigo eius.*

C ¶ … autem aduerte: quod vna nimietas semper (vt communiter) … in nimietatem oppositam sicut videmus in arboribus, quæ … vno anno nimis abundant in fructibus, in sequenti … steriles. Humor enim nimis abundans citius desiccatur. … figuraliter dicitur Dan. 4. de illa pulcherrima arbore, cuius decor … nimia, cuius fructus erat nimium, quod subito succisa est … Sic vere nimius excessus iniquitatis, iucunditatis, & … seu mundanæ prosperitatis, facile vertitur in excessum tribulationis, & paupertatis, & temporalis, & æternæ calamitatis. Exemplum de Nabuchodonosor rege iniquissimo, & crudelissimo, & potentissimo subito mutato in bestiam, & à regno eiecto, quia scilicet in illa hora, qua actualiter superbiendo, & excessiue gaudendo, gloriando ipse clamabat, *nonne hæc est Babylon, quam ædificaui in domum regni, &c. in gloria decoris mei, &c.* … *facta est sibi vox de cœlo, dicens, Tibi dicitur Nabuchodonosor Rex, &c.* Vnde Dan. 4. circa finem. Quia pro certo istud est commune, quod de nimio calore peruenitur ad pluuiam, & de nimia prosperitate, & gaudio peruenitur ad miseriam & tristitiam Eccles. 21. *Domus, quæ nimis est locuples, annullabitur superbia.* Vnde illi potentissimæ ciuitati Tyro dicitur Ezech. 27. *Glorificata es nimis in corde maris.* Sequitur. *Ventus auster contriuit te.* Nimia enim pinguedo mors est. Et breuiter, omne nimium reprobatur. Arbores enim nimiæ facilius eradicantur à vento & animalia nimia tardius fugiunt pericula. Figura de illo hirco Dan. 8. *Hircus autem caprarum factus est magnus nimis, cumque creuisset, fractum est cornu magnum.* Et sic ergo patet, quomodo nimis, & nimietas applicantur, & ad bonos & ad malos. Vide supra de multitudine, vel de multum.

Dictionarium Berchorij.

# Niniue.

A Nota, quod Niniue, quæ quondam fuit maxima ciuitas scilicet *itinere trium dierum*, sicut dicitur Ionæ; & quæ regni Assyriorum, id est, superioris Syriæ fuit caput, cum Syri idem sint, quod Assyrij, sicut dicit Iustinus libro secundo, & quæ interpretatur fœta, vel speciosa, germen pulchritudinis, vel natiuitas pulchra, potest significare in bono, & in malo. Et primo quidem in bono. Et sic certe dico, quod signat

Animam innocentem,
Ecclesiam militantem,
Patriam triumphantem.

Anima enim pulchra est, & fœcunda per innocentiam. Ecclesia militans per pœnitentiam. Ecclesia triumphans per gratiam, & affluentiam. In anima sunt tres diætæ, hoc est dictum, tres naturales potentiæ, scilicet

Intellectus,
Memoria,
Voluntas.

In militanti Ecclesia tres sunt diætæ, hoc est dictum tria religionis vota, seu tres partes pœnitentiæ, videlicet

Contritio,
Confessio,
Satisfactio.

In cœlesti vero patria sunt similiter tres diætæ, videlicet tres dotes animæ seu gloriæ, quæ scilicet sunt,

Visio,
Fruitio,
Tentio.

De anima potest dici illud Ionæ 3. *Niniue erat ciuitas magna.* Et vere magna est anima, quæ per intellectum, memoriam, & voluntatem omnia comprehendit. De militanti Ecclesia potest dici illud Ionæ 1. *Vade in Niniuen ciuitatem magnam, & prædica ibi verbum Domini.* De cœlesti vero gloria, patria, seu curia potest dici illud quod dicitur Tob. 14. quod *Tobias sepultus est honorifice in Niniue.* Et sic notabis, quod Niniuitæ, sunt viri iusti, qui scilicet confidenter Deo credunt, & sua mala deflent, & criminis loquuntur; cœlum scandunt, & sursum sublimantur. Isti dico domino solent credere Ionæ 3. *Crediderunt viri Niniuitæ domino.* ¶ Item crimina solent plangere Ionæ 3. *In Niniue ex ore regis, & principum, & homines, & iumenta non gustabunt quicquam, &c. operiantur saccis, & clament ad dominum.* ¶ Item ad cœlum solent scandere Lucæ 11. *Viri Niniuitæ surgent in iudicio,* & sic patet, quod Niniue signat in bono. ¶ Sed adhuc dico, quod Niniue signat in malo. B
Et sic dic, quod ista fuit

Crudelium domus & habitatio,
Potentium locus & exaltatio,
Fidelium locus & flagellatio.

Et sic certe dico quod hæc signat mundum, & mundi prosperitatem, vbi scilicet mali principantur. Vnde Iudith 1. dicitur, quod *Nabuchodonosor regnabat in Niniue.* ¶ Item ibi magni dominantur. Vnde Esaiæ 36. dicitur, quod *Sennacherib rex Assyriorum habitauit in Niniue.*

¶ Item boni & maxime principes flagellantur, & molestantur. Vnde Angelus & Tobias dixerunt Tob. 7. *Ex tribu Nephthalim sumus ex captiuitate Niniue.* In fine autem Niniue, id est, mundus & mundi honores desolantur, & dissipantur. Vnde Naum 1. *Onus Niniue, liber visionis Naum.* Et Naum 2. *Niniue quasi piscina aquarum.* Sequitur. *Dissipata & scissa & dilacerata, & cor tabescens, & dissolutio geniculorum, & defectio in cunctis renibus, & facies omnium sicut olla.*

# Nisi.

A Nota, quod ista dictio Nisi quandoq; ponitur per modum exceptionis, sicut cum dicitur Luc. 4. quod *multi leprosi erant in Hierusalem tempore Helisæi, sed nemo eorum mundatus est nisi Naaman Syrus.* Quandoque per modum conditionis, sicut

cum dicitur Matt.13. quod *nisi abbreuiasset Dominus dies Antichristi, non fuisset salua omnis caro.* Quandoq; per modum comminationis, sicut cum dicitur 1. Machab. 14. *Nisi mihi vinctum Iudam tradideritis, istud Dei sanctum in planitiem deducam.* ¶ Et possumus notare, quod sicut homines cauti semper solent in suis contractibus ponere vnum Nisi, id est, vnam conditionem, qua scilicet stante consueuit stare contractus, & non stante non stare, sic reuera videtur, quod in rebus humanis, & diuinis semper inuenitur Nisi, id est, aliqua dubitatiua exceptio, vel conditio, quæ nisi completa fuerit, totum perit. In rebus etiam humanis nihil in-

B uenitur purum aut absolutum, omnia enim sunt cum Nisi. ¶ Sic igitur notabo, quod in scriptura Nisi significat, quo ad

Deum, singularem excellentiam,
Iustum, virtualem sapientiam vel prudentiam,
Impios, vitiosam diligentiam,
Beatum, gloriosam affluentiam.

Primo igitur dicam, quod est vnum Nisi, quod spectat ad Deum. Et istud pro certo est vnum Nisi excellentiæ singularis, sicut cum dicitur, quod *nemo potest hæc facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo.* Et sic notabis, quod istud Nisi, id est, ista excellentia apparet in multis, videlicet in hoc, quia

Viros iustos iuuat & liberat,
Res humanas regit & temperat,
Res diuinas monstrat & reserat,
Peccatores damnat & vulnerat,
Viros iustos trahit, & fœderat.

Dico ergo, quod Deus habet suum Nisi, id est, suam specialem prærogatiuam iustos iuuando, & liberando. Vnde in Psalm. dicit Dauid. *Nisi quia Dominus adiuuit me, paulominus habitasset in inferno anima mea.* Et Gen. 31. *Nisi Deus patris mei Abraham affuisset mihi, forsitan modo nudum me dimisisses.* Item mundum regendo, & moderando. Negotia enim mundana, & humana magis gubernantur, & moderantur per diuinam prouidentiam, quam per humanam Psalm. *Nisi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt, qui ædificant eam. Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat, qui custodit eam.* Item se reuelando, & declarando, seu etiam reserando. Constat enim quod nemo potest Deum cognoscere nisi ipse Deus ostendat, & reuelet homini semetipsum. Vnde Matth. 11. *Nemo nouit filium, nisi pater, neque patrem quis nouit nisi filius, & cui voluerit filius reuelare.* Et Luc. 10. *Nemo scit quis sit filius nisi pater, & quis sit pater, nisi filius.* Item malos lædendo, & vulnerando. Constat enim quod mali sunt hodie tantæ potentiæ, quod nisi Deus ipsos vulneraret aut morte præueniret, non esset, qui resisteret, aut ab eorum nequitijs tutus esset, sicut de Antichristo dicitur Marc. 14. quod *nisi abbreuiati fuissent dies eius, non fuisset salua omnis caro.* Et in Psalm. dicitur, quod *nisi quia Dominus erat in nobis, cum exurgerent homines in nos, forsitan viuos deglutissent nos.* Item iustos trahendo, & fœderando, quia scilicet, nemo est qui iustos trahere possit ad ipsius amorem, & finaliter ad Paradisi gloriam, & splendorem, nisi ipsemet. Vnde ipse dicit Ioan. 14. *Nemo venit ad patrem nisi per me.* Et Ioan. 6. *Nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxerit eum.* Et ibidem. *Nemo potest venire ad me, nisi fuerit datum ei à patre meo.* Patet ergo, quod est vnum Nisi quod spectat ad Deum.

C ¶ Secundo dico, quod est vnum Nisi, quod spectat ad iustum. Iusti enim habent suum Nisi, id est, suam conditionem exceptiuam, & suam singularem prærogatiuam. Et sic nota, quod iusti habent scilicet vnum Nisi,

Quod facit:
- Bene viuere,
- Recte sapere,
- Rite credere,
- Iuste agere,
- Diu sistere,
- Culpas lugere,
- Sursum scandere,
- Corda iungere.

Dicamus ergo, quod est vnum Nisi, quod spiritualiter facit viuere. Et istud est prærogatiua sacramenti altaris, de quo dicitur Ioan. 6. *Nisi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* ¶ Item est vnum Nisi, quod sobriliter facit sapere, de quo Sapient. 7. *Neminem diligit Deus, nisi, qui cum sapientia inhabitat.* Et illud 1. Corinth. 2. *Nemo nouit hominum, quæ sunt in homine, nisi spiritus hominis, qui est in illo.* Item est vnum Nisi, quod veraciter facit credere, seu colere, videlicet Deum solum. Vnde 4. Regum 5. *Non faciet vltra seruus tuus holocaustum & victimam dijs alienis, nisi Domino.* Item est vnum Nisi, quod vitaliter facit agere, vnde illud prædictum Ioan. 3. *Nemo potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo.* Item est vnum Nisi, quod stabiliter facit sistere, id est, in bono perseuerare. Vnde Ioan. 15. *Sicut palmes non potest facere fructum nisi manserit in vite, sic nec vos nisi in me manseritis, &c.* Et Act. 27. *Nisi in naui manserint, &c. salui fieri non potestis.* Item est vnum Nisi, quod humiliter facit lugere, scilicet, virtus pœnitentiæ Apoc. 2. *Sin autem non, venio tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco suo, nisi pœnitentiam egeris.* Item est vnum Nisi, quod superaliter facit scandere, & illud est humilitas vel baptismus. De humilitate enim dicitur Ioan. 3. quod *nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo.* De baptismo vero dicitur Ioan. 3. *Nisi quis renatus fuerit denuo, non potest intrare in regnum Dei.* Item est vnum Nisi, quod mentaliter facit iungere seu diligere, scilicet, charitas, de qua ad Roman. 14. *Nemini quicquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis.* Et sic patet, quod vnum Nisi facit viuere, quod est dignitas magni sacramenti, scilicet, Eucharistia. Sapere, quod est claritas sani documenti, scilic. diuina sapientia vel scientia. Credere, quod est firmi veritas fulcimenti, scilicet, fides nostra. Agere, quod est sanitas diuini iuuamenti, scilicet, ipse Deus, & eius gratia. Sistere, quod est firmitas fortis fundamenti, scilicet, perseuerantia & constantia. Plangere, quod est asperitas tristis nocumenti, scilicet pœnitentia. Scandere, quod est humilitas vilis condimenti, scil. contemptus sui, & puritas. Mentes iungere, quod est charitas iuris ligamenti, scilicet amor & dilectio vera. Sic ergo patet, quod est vnum Nisi, quod spectat ad iustum.

D ¶ Tertio dico, quod inuenitur vnum Nisi, quod spectat ad impium. Constat enim, quod mali habent suum Nisi, id est, suam exceptionem, & suam in suis actibus fraudulentam, & dubiam additionem. Et sic notabo, quod isti semper apponunt in suis verbis, & operibus scilicet vnum Nisi

Fallacitatis & fraudulentiæ,
Fatuitatis & ignorantiæ,
Pœnalitatis & pestilentiæ.

Est igitur in eorum factis inclusa vna conditio, seu etiam vnum Nisi fraudulentiæ, & fallacitatis. Vnde Prou. 4. dicitur, quod *ipsi non dormiunt nisi male egerint, nec capitur somnus ab oculis eorum, nisi supplantauerint.*

¶ Item ibi est vnum Nisi ignorantiæ, & fatuitatis. Vnde Prouerb. 8. dicitur, quod *non recipiet stultus verba prudentiæ, nisi ea dixeris, quæ versantur in corde suo.* Item subinuenitur vnum Nisi pestilentiæ, & pœnalitatis, scilicet, pœna inferni, de qua dicitur Ioan. 17 *Nemo ex his perijt nisi filius perditionis.* Patet ergo, quomodo Nisi spectat ad impium.

E ¶ Quarto vero dico, quod Nisi quandoque spectat ad beatum. Gloria enim æterna est vnum Nisi, id est, vna conditio, quam nullus percipit nisi beatus, de quo Apocal. 2. dicit dominus sic. *Vincenti dabo manna absconditum, & dabo illi calculum candidum, & in calculo nomen meum scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit.* Sufficit.

## Nitere. Nitor.

A Cum Nitor idem sit, quod splendor, potest dici, quod nos inuenimus

Nitorem:
- Sanctitudinis,
- Pulchritudinis,
- Realis seu temporalis celsitudinis.

De nitore seu splendore sanctitudinis virtualis dicitur Thren. 4. quod *Nazaræi eius erant candidiores, lacte nitidiores, rubicundiores ebore antiquo.* Vnde etiam de illa sancta regina Hester dicitur Hester 15. quod *nitentibus oculis tristem celabat animum*, vt scilicet à morte suum populum liberaret. De nitore vero, seu decore pulchritudinis temporalis dicitur Prou. 6. *Fauus*, inquit, *distillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius, nouissima autem illius amara velut absinthium, & lingua eius acuta quasi gladius biceps.* De nitore vero, seu fulgore celsitudinis temporalis potest dici illud Iud. 5. *Qui ascenditis* (inquit) *super nitentes asinas, & sedentes in iudicio, & ambulantes in via loquimini.* Sufficit quia non sunt auctoritates. *Vide in titul.* fulgor, splendor & claritas, & similia.

## Niti.

B Nota, quod niti idē est quod ad aliquid agendum viriliter insistere, vel conari. Et sic Niti in bono sumitur, & in malo. In bono enim, sicut quando quis vltra vires vel saltē iuxta vires nititur, tentat & conatur facere. Talis enim conatus laudabilis est, quia scilicet datur, quod nullus congruus sequitur effectus, qui tamen iuxta posse nititur, & conatur, apud Deū, & homines non solum excusatur, imo etiam commendatur, sicut scili-

[illegible] Re[illegible] 1. Esdræ 1. quod *ipse conabatur expu-* [illegible] in bono tamen significato iam de niti quam [illegible] quia nullæ sunt auctoritates. ¶ In malo vero signifi- [illegible] & conatus in auct[illegible] ibus plus abundant. Dicer- [illegible] mali nituntur, & conantur semper ad malum. Ipsi e-

Inter concordes discordiam seminare,
In[illegible] onum potentiam intentare,
F[illegible] mi[illegible] ciam eneruare,
S[illegible] np[illegible] um substantiam occupare,
M[illegible] cem eloquentiam ventilare,
H[illegible] crisis fallaciam frequentare,
Egenorum iustitiam dissipare,
S[illegible] nctam matrem ecclesiam subiugare.

[illegible] od mali conantur, seu nituntur inter concordes [illegible] diam. [illegible] sic de quolibet tali potest dici illud [illegible] *impius: ostio ignem supportare nitebatur.* Ignem dico [illegible] rite.

[illegible] in maiore annullare potentiam, sicut scilicet [illegible] A[illegible] rtus de Amon, quod *ipsum de regno pellere ni-* [illegible] tur in amicitiam seruare fiduciam. Et sic di- [illegible] *nopollem irruerit, & subuertere nititur amicum ve-* [illegible] simplicium occupare substantiam. Vnde [illegible] *mon, & Moab, & Mons Seir nituntur eijcere nos de* [illegible] *tradidisti nobis.* Item nituntur mendacem multi- [illegible] Prou 10. *Qui nititur mendaciis, hic pascit ventos.* [illegible] hypocrisia palliare fallaciam. Vnde de stel- [illegible] us pulchris maculis & coloribus picturatus, & [illegible] osus, dicitur Prou. 30. *Stellio manibus nititur, &* [illegible] *regum commoratur.* Manibus enim, id est, operibus [illegible] hos nituntur tales picti, & ficti domos regum [illegible] & per hypocrisim, & fallaciam cum regibus officia [illegible]. De quo certe reprehenditur hypocrita Hier. 2. vbi [illegible] *Quid niteris bonam ostendere viam tuam ad quærendam di-* [illegible] *qua insuper, & malitias docuisti vias tuas?* Et sic ad hypocri- [illegible] feratur illud Hier. 49. *Qui habitas in cauernis petræ, apprehen-* [illegible] *altitudinem collis.* Item nituntur seu conantur egeno- [illegible] dissipare, seu suffocare iustitiam, sicut de illis pessimis dici- [illegible] ter 10. quod *conati sunt delere nomen Iudæorum.* Item conan- [illegible] licam violare Ecclesiam, sicut scilicet Actor. 24. Paulo [illegible] abant (licet falso) quod *auctor erat sectæ Nazarenorum, &* [illegible] *templum violare conatus sit.* Et hoc igitur de niti & conari [illegible] ide supra de Inniti.

A **Nix.** Nota, quod nix habet naturaliter candidissimam per- fectionem, debilissimam durationem, frigidissimam [illegible] ditionem. Et sic spiritualiter loquendo, secundum istas tres [illegible] proprietates possumus dicere, quod nix in bono tria po- [illegible] generaliter designare, videlicet

Perfectionem virtualem,
Possessionem temporalem,
Afflictionem corporalem.

Primo dico, quod nix signat perfectionem virtualem. Nix enim [illegible] habet colorem purissimum, & mundissimum, & omni macula [illegible] issimum per quod potest mentis, & corporis puritas, & [illegible] honestas designari. Quia, videlicet tantus debet esse nitor [illegible] interius in intentione, quod nulla prorsus nigra macu- [illegible] vitij debet ibi quomodolibet admisceri, vt sic di- [illegible] sic dealbatus illud Psalm. 50. *Asperges Domine hysopo, & mundabor, lauabis me, & super niuem dealbabor.* Tantus etiam [illegible] candor honestatis exterius in conuersatione, quod [illegible] inhonestatis debet apparere, vt ipse etiam sit si- [illegible] de quo dicitur Matth. 28. quod *aspectus eius erat, si- cut fulgur, vestimenta autem eius candida sicut nix.* Vt & de quoli- bet vi[illegible] perfecto exponatur illud Dan. 7. *Antiquus dierum sedet, vestimentum eius vt nix candidum.* Tales enim debent esse antiqui per maturitatem. Debent sedere per mentis tranquillitatem. Debent etiam habere vestimentum conuersationis candidum sicut nix per puram, & honestam, & nitidam conuersationem. Et [illegible] figurabantur in illo filio hominis Apoc. 1. *qui habebat ca- put, & capillos candidos tanquam lana, & albos tanquam nix.* Quia videlicet nos non debemus solum habere niueum seu album caput intentionis vel capillos affectionis, sed etiam lanam con- uersationem candentem. Et sic proculdubio per istam niueitatem virtualem dealbabimur, taliter, quod finaliter habebimus ni- ueitatem gloriæ sempiternæ. Et sic de nobis dicetur illud Psal. *Nive dealbabuntur in Selmon.* Sic igitur nix signat perfectio[illegible] virtualem.



¶ Secundo dico, quod nix signat possessionem temporalem Sicut enim videmus, quod nix modico calore dissoluitur, ita quod nihil de ea amplius reperitur, sic mundi bona faciliter pe- reunt, & valde modicum durant aut subsistunt. Ista vero solet es- se quandoque bona, quandoque mala. Bona, quia solet terras impinguare. Mala autem, quia solet visum debilitare, & oculos congrorum in mari penitus excæcare, quia scilicet tempore magnæ niuis congri in mari cæci efficiuntur, ita quod ad volun- tatem piscatorum capiuntur. Sic vere mundi possessio vel pro- speritas solet quandoque facere bonum scilicet illis, qui bene vtuntur, & qui per eleemosynas istam niuem alijs largiuntur. Constat enim quod eamde gratijs, & virtutibus impinguantur. Quia vere illi in scriptura commendantur, qui dant niuem sicut lanam, nebulam sicut cinerem spargunt. Quandoque etiam so- let facere malum, & hoc solum illis, qui illa male vtuntur, & qui in aspectu huius niuis delectantur. Sæpe enim fit, quod ipsos ex- cæcat per peccatum, & finaliter destruet per tormentum. Con- gri enim, id est, delitiosi, tunc lumine gratiæ priuantur, & a pi- scatoribus, id est, a dæmonibus capiuntur, quando in mari hu- ius mundi niue prosperitatis nimium profundantur. Vnde po- test dici, de diabolo illud 2. Reg. 23. quod *ipse percussit leonem*, id est, peccatorem, *in medio cisternæ in diebus niuis.* Signat ergo possessio- nem temporalem. ¶ Tertio dico, quod signat afflictionem cor- C poralem. Nix enim quæ sua frigiditate lędit membra, signat tri- bulationem, & pœnitentiam, quæ nos lædunt corporaliter, & affligunt. Et sicut niues in altis montibus solent amplius abun- dare, sic in altis & sanctis viris solet nix tribulationis, & pœni- tentiæ amplior apparere Hierem. 18. *Nunquid de petra agri deficiet nix Libani?* ac si dicat non. Et ista nix habet virtutem purificati- uam animarum, sicut dicebat Iob 9. *Si lotus fuero, quasi aquis niuis, & fulserint velut mundissimæ manus meæ.* Et sic igitur patet, quomo- do triplex nix accipitur in bono.

¶ In malo vero per niuem potest intelligi hypocrisis, simula- D tio deceptiua, & infernalis tribulatio afflictiua. Signat ergo nix vitium externæ simulationis, quia sicut nix operit, & contegit viarum, & paludum fœditates ita quod locus qui niue cooperi- tur, quamuis sit lutosus, & periculosus, non tamen cognoscitur nec cauetur, sic nix hypocrisis exterioris solet in malis fæces a- nimi taliter tegere, & velare, quod homo nō potest eas cogno- scere nec cauere. Figurari Num. 12. in Maria sorore Moysi, quæ *cum propter murmur facta esset leprosa, facta est alba vt nix.* Quia regu- lariter talis albedo niuea erat antiquitus signum lepræ. Quia vere sæpe fit, quod illi, qui niue exterioris conuersationis am- plius dealbantur, magis leprosi, id est, magis peccatores interius dignoscuntur. Vnde de Giezi dicitur 4 Reg. 5. quod *egressus est leprosus quasi nix.*

¶ Item signat nix supplicium æternæ tribulationis. Et sic su- B mitur Iob 24. vbi de peccatoribus loquens dicit, quod *ad nimi- um calorem transibunt ab aquis niuium.* Vnde in Psal. dicitur, quod *ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum pars calicis eorum.* Vide eam supra de igne vel de glacie.

**Nobilis. Nobilitas.** Nota, q nobilitas animi, te- A ste Seneca, generositas est sensus, & nobilitas hominis est animus generosus. Et ideo se- cundum Senecam, illa non est proprie nobilitas quæ ex carne venit, sed quæ ex mente procedit. Possumus igitur distinguere, quod nobilitas dicitur multis modis. Est enim Nobilitas

Naturalis,
Virtualis,
Temporalis,
Æternalis.

Prima nobilitas debet commendari,
Secunda honorari,
Tertia reprobari,
Quarta vero affectari.

Dico ergo primo, quod est nobilitas naturalis, & ista nihil aliud est, quam quædam naturalis inclinatio, & dissipatio, quā quan- doque habet homo a natura naturante, vel a natura constella- tionū influente, sibi naturaliter, & originaliter concreatam, per quam ad nobiles, & virtuosos actus disponitur, & naturaliter inclinatur. Sicut enim in naturalibus est vna materia nobilior a- lia, ita quod materia secundum quod est nobilior, tanto est no- bilioris formæ capacior, & ad ipsam inclinatior (& inde est,

quod in natura sunt aliquę res alijs nobiliores, & in suis naturalibus conditionibus meliores, sicut patet de cœlestibus respectu elementorum, de animalibus respectu arborum, & metallorum, & de hominibus respectu quorumlibet animalium, & iumentorum) sic vere ipse Deus in ipsa natura intellectuali scilicet in Angelis, & hominibus, alijs solet dare nobiliora, alijs viliora. Et inde est, quod inter homines aliqui sunt naturaliter inclinati & dispositi ad nobiliores scientias, & speculationes, ad nobiliores artes, & operationes, ad nobiliores operas, & negociationes. Et ideo de ista nobilitate naturæ potest dici illud 1. ad Cor. 1. *Non multi nobiles secundum carnem.* Et quare? quia vere illi, qui sunt hodie in naturalibus nobiliores scilicet Philosophi naturales Astrologi, & scientijs nobilibus dedicati, reputantur hodie viliores, quinimo etiam tales hodie oportet, quod dimittant scientias huiusmodi, quia exinde non possunt acquirere victum suum. Vnde hodie verificatur illud Esa. 5. *Nobiles eius interierunt fame, multitudo eius siti exaruit.* Inuenitur ergo nobilitas natu-

B ralis ¶ Secundo dico, quod inuenitur nobilitas virtualis. Sicut enim sæpe fit, quod rusticus propter strenuitatem, vel diuitiarum multiplicitatem, vel gratiæ Regis fauorabilitatem, nobilitatur, & à pristinis suis rusticitatibus, & seruilibus conditionibus liberatur, sic homo, qui naturaliter est rusticus, & peccator, quia scilicet teste Apostolo, *Nos sumus naturaliter filij iræ*: à Deo spiritualiter nobilitatur, quia pro certo Deus Rex noster ante secula, quando videt nos diuitijs virtutum, & strenuitate bonorum operum abundare, solet nos nobilitare & summe nobiles reputare. Nobilis enim dicitur, qui

Libertatibus vtitur, vel
Seruitutibus non subijcitur,
Sua liberaliter largitur,
In equis, canibus & auibus delectatur,
In bellis, & hastiludijs viriliter operatur.

Et pro certo tales nobiles sunt viri sancti, quia vere ipsi non sunt peccati seruitutibus, & malis consuetudinibus subiugati, sed magna gratia libertatis sunt dotati, dicentes illud Galat. 4. *Itaque iam non sumus ancillæ filij sed liberæ.* Isti etiam sua largiuntur per eleemosynam, & liberalitatem. Isti diligunt equos, id est, obedientiam, & humilitatem, quia scilicet equus, quod est animal domesticum, & obediens & frænatum, signat virtutem humilitatis & obedientiæ.

¶ Item isti diligunt canes, qui domino suo fideles sunt, & signant veram amicitiam, & fidelitatem. Item isti etiam diligunt aues, alte volantes, id est, altam contemplationem, & sublimitatem. Isti etiam diligunt bella, id est, pugnam contra hostium spiritualium nequitiam, & malignitatem. Isti ergo sunt nobiles, quia sicut dicit Hieronymus, *Sola apud Deum est libertas, non seruire peccatis, & sola apud Deum est nobilitas, virtutibus esse clarum.* Poeta enim dicit, quod *Nobilitas sola est animus, qui moribus ornatus.* Vnde de illo Machabæo dicitur 2. Mac. 14 quod *ipse elegit nobiliter mori potius, quam subditus esse peccatoribus.* Et ideo de nobilitate morali potest exponi illud Luc. 19. *Homo quidam nobilis abijt in regionem longinquam accipere sibi regnum.* Vbi aduerte, quod ad spiritualem nobilitatem requiritur benignitas interius in conscientia. Homo. Celeritas exterius in apparentia. Abijt. Auctoritas superius in præsidentia. (Regnum inquit.) Nos enim debemus habere interius in affectu benignitatem. Exterius in effectu velocitatem. Superius in præfectu auctoritatem.

C ¶ Dico ergo, quod ad spiritualem nobilitatem requiritur benignitas in affectione (Homo inquit) qui scilicet est animal mansuetum natura, quia videlicet creaturæ, quæ sunt nobiliores, sunt (vt communiter) benigniores. Vnde etiam de cane nobili videmus, quod quamuis natura eius contra feras sit valde ferox, est tamen erga homines valde grata, valde fauorabilis & benigna. Nam sicut contra hominem quandoque currat quasi in seipsum reuertens subito desinit. Sic vere vir iustus contra feras, id est, contra peccatores debet esse ferox, ipsos scilicet mordendo, & corrigendo, & contra eos latrando, & prædicando, erga tamen homines, id est, erga viros honorabiles, & perfectos, debet esse benignus, & pius, & ab omni nocumento eorum debet esse totaliter alienus, imo potius debet ipsis applaudere, fauorabilis, atq; gratiosus esse, sicut de cane dicitur Tob. 11. *Tunc præcucurrit canis, & quasi nuncius blandimento sua cauda gaudebat.* Nam sicut canis nobilis solet prædam suam non comedere, sed magistro suo seruare, sic vir perfectus prædam suorum bonorum temporalium non debet solus expendere, sed magistro suo Deo in persona pauperum reseruare Canticorum … *Omnia poma mea noua, & vetera seruaui tibi.* Nobilis ergo est, quia pro certo lux, quæ est nobilissima res, est suiipsius mirabiliter diffusiua, est etiam suiipsius cum corporibus minus nobilibus, scilicet, cum aere, & aqua immediatius adiunctiua. Ad denotandum, quod illi proprie sunt nobiles, qui per virtutem pietatis diffundunt, & communicant se & sua, & qui corporibus ignobilibus, id est, peccatoribus, & pauperibus non dedignantur associare, & coniungere seipsos. Exemplo Christi, qui peccatores non dedignabatur, & qui cum ipsis sedebat, & aliquoties cibo reficiebatur. Ista est igitur nobilitas virtualis, quando, scilicet, homo habet benignitatem in affectione. (Homo inquit quidam,) quasi diceret. Pauci sunt tales, quia scilicet iste singulariter dicitur quidam. Vnde talis potest dici ille, de quo Luc. … *Bonus homo de bono thesauro suo profert bona.* Et Luc. 13. *Homo quidam fecit cœnam magnam.*

D ¶ Deinde dico, quod qui vult esse spiritualiter nobilis, debet habere celeritatem in operatione. (Abijt inquit.) Corpora enim nobiliora sunt (vt communiter) velociora, patet in cœlo, & etiam planetis, qui sunt nobilissima corpora, & velocissime voluuntur. Patet etiam in fluminibus, qui respectu lacuum sunt nobilia, quæ continue fluunt, agitantur, & currunt. Patet in … per in auibus prædalibus, & nobilibus, quæ celerrime volant, & superius in aera eleuantur. Patet nihilominus in nobilibus canibus, qui valde citius cæteris currunt, saltant, circumeunt, & mouentur. Sic vere charissimi, illi, qui in moribus sunt nobiliores, sunt bene operando celeriores, & ad seruiendum, & obediendum, & discurrendum velociores, & promptiores. (Abijt inquit.) Res enim quanto est nobilior, tanto in operando vel in producendo actum suum est celerior, sicut patet in luce, quæ ab oriente in occidentem subito se diffundit. Sicut etiam patet de Angelis ac de Deo, qui sine successione temporis operantur. Sic vere illi, qui spiritualiter nobiles, vel perfecti possunt dici, operando bonum non quærunt dilationem vel successionem, imo statim & subito ad nutum Dei, & prælati exequuntur suam bonam operationem. Abijt ergo. Vt sic quilibet talis dicat illud Ioan. 9. *Abij, & laui, & vidi.* Vnde 1. Mach. 10. *Ascendit Alexander, qui cognominatus nobilis, & occupauit Ptolomaidam, & regnauit ibi.* Habeat ergo celeritatem in operatione.

E ¶ Denique dico, quod qui vult spiritualiter esse nobilis debet habere auctoritatem in dominatione, quia ipse debet sibi accipere regnum, quia scilicet ipse non debet seruire vitijs, sed potius eis imperare. Quia secundum Chrysostom. super Matthæum. *Ille se potest clarum, & nobilem reputare, qui seruire vitijs dedignatur.* Sicut enim res, quæ sunt in natura nobiliores, sunt superiores in situ (vt communiter,) sicut patet de cœlo, & stellis, sic si tu vis esse spiritualiter nobilis, necesse est, vt in præsidendo tibi ipsi tu sis superior, & sublimior. Requisitus enim quidam Philosophus, *quis proprie debebat appellari nobilis*, respondit quod *ille, qui non erat propriæ voluntati subiectus, & qui suis concupiscentijs imperabat.* Vnde Prosper ait, quod *non floret regia potestate, qui nescit corpori suo rationabiliter imperare.* Vnde Poeta Claudianus in metro suo dicit sic.

*Tu licet extremos late domineris per Indos,*
*Te Medus, te mollis Arabs, te Seres adorent,*
*Si metuis, si praua cupis, si duceris ira,*
*Seruitij patiere iugum, tolerabis iniquas*
*Interius leges: Tunc omnia iure tenebis,*
*Cum poteris Rex esse tui, &c.*

Tales enim sunt spiritualiter nobiles, & ideo tam sui quam aliorum merentur esse principes, atque reges, quia sicut dicitur. Eccles. 10. *Beata terra, cuius Rex nobilis est.* Et proculdubio charissimi, illi, qui super homines accipiunt sibi regnum, bene debent esse spiritualiter nobiles, & perfecti, quia sicut taurus dicitur esse nobilis & generosus, qui habet frontem duram, & cornutam, aspectum ferocem, aures acutas, & qui dimicationē abijt præoffert, & qui arenam in altū spargit, sic prælatus nobilis debet dici, qui habet frontem duram per constantiam, & firmitatem Aspectū ferocem per maiestatem, & auctoritatem. Aures acutas per audiendi causas patrium promptitudinem, & sedulitatem. Dimicationem seu bellum præofferens, scilicet, malis per ipsorum punitionem, & per iustitiæ seueritatem. Arenam autem dignitatum spargit per eleemosynas, & largitatem. Et sic verificabitur in illo illud Psalm. *Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in sæculum sæculi.* Tales ergo debent esse nobiles,

& ta-

... debent fieri Reges, & Principes, & accipere ... illud Deu... 1. *Tuli de tribubus vestris sapien... ... Principes, tribunos, quinquagenarios, & de...* ... quod ille, qui vult spiritualiter esse nobi... habere auctoritatem in statu, velocitatem in actu seu motu, benignitatem in affectu. Ista est igitur nobilitas virtutis.

¶ Tertio dico, quod est quædam nobilitas temporalis. Et ista ... vilipendenda est, & contemnenda propter multa, videlicet quia ista habet

Vilem ingressum,
Malum progressum,
Tristem egressum.

... dico ingressum, quia scilicet nobilitas à principio habuit ... mes violentijs crudelium tyrannorum, qui pauperes, & ... bres oppresserunt, & super eos dominium vsurpaverunt. ... aderunt se superiores, se nobiles vocaverunt, sicut de ... gigante dicit magister in Historia scholastica. Habuit etiam ortum nobilitas à diuitijs auarorum. Teste enim Cassio. *Nobilitas nihil aliud est, quam diuitiæ inueteratæ, & per genus ad posteros ... Formicæ enim omnes sunt eiusdem conditionis, & o... ...nes sunt paruuli vermes circa terram continue grana colligentes. Fit tamen quandoque, quod formica quando senescit, acquirit alas, & sursum in aere volitat sicut auis, ita quod iam videtur naturam aliarum formicarum excedere, & ad naturam auium aliqualiter se transferre. Sic vere antiquitus natura omnes formicas, id est, omnes homines similes creauit, & omnes aliqualiter circa grana colligenda, id est, circa agriculturę officium occupauit, verum q... quidam alas diuitiarum acceperunt, ideo ... se super alios per superbiam erexerunt. Et se in aues, id est, nobiles transformatos crediderunt, & se ex tunc nobiles appellaverunt. Isti ergo facti sunt nobiles à fortuna, non à natura. Illud etiam videmus quotidie accidere, quia scil. viles ... se fieri nobiles, & milites faciunt, vt apparet in ornatu ... Quia non cognoscitur miles à rustico, & clericus à ... amico, id est, à furore, & ab omni practico vix cognoscitur, & ex tunc vos cum sua posteritate nobiles se esse credunt, patet supra in exemplo de eruca, & alijs exemplis prout tabula indicabit. Ista ergo nobilitas habet vilem ingressum

¶ Item ista habet malum progressum. Ista enim habet annexam

Vanitatem,
Crudelitatem,
Pompositatem.

Sicut enim videmus, aues nobiles dicuntur illæ, quæ rapaces, & violentæ esse noscuntur, sicut patet in aquila vel falcone. Leo etiam, qui cæteris animalibus dicitur nobilior, est crudelior, & superior. Plinius etiam dicit, quod nobilitas taurorum est torvum aspectum habere, frontem cornutam gestare, aures acutas, & erectas tenere, bellum alijs præofferre, & arenam dispergere, & vltare. Sic vere hodie illi reputantur nobiliores, qui sunt superiores, & seuiores, & qui sunt animalibus simplicibus, id est, pauperibus nequiores, qui sciunt etiam aures ad libenter audiendam adulationem, habere frontem cornutam per gestum superbum, & elationem, & rapinam, & exactionem, arenam diuitiarum spargere per prodigam, & expensam largitionem, quę omnia sunt hodie signa nobilium, quia hodie nullus nobilis reputatur, nisi in elatione, & crudelitate alijs præferatur. Talibus loquitur scriptura Ezech. 21. *Sordida, nobilis, grandis interitus, tolle gloriam, aufer coronam.* Ideo de nobilibus, & specialiter de militibus loquitur Petrus Ble. in epistola. *Ordo*, inquit, *militum est ordinem tenere.* Nam cuius os inhonestius loquitur, qui minus Deum timet, qui detestabilius iurat, qui ministros Dei vilificat, qui Ecclesiam non veretur, ille hodie in cœtu militum fortior, & nobilior reputatur. Et breuiter sicut ferrum, quando est clarum, & politum, solet facilius rubiginem contrahere, & rubigo solet exinde difficilius abstergi, sic hodie sæpe fit, quod homo quanto genere est nobilior, & clarior, tanto facilius rubigine vitiorum consumitur, & tanto huiusmodi rubigo exinde difficilius extirpatur. Vnde dicit Hieronymus in epistola, quod *plerumque nobilitas carnis, ignobilitatem parit mentis.*

¶ Item ista habet tristem egressum, quia scilicet talis nobilitas in morte non cognoscitur. Quia, scilicet, ita nobiles sicut ignobiles corrumpuntur. Et quod peius est, isti propter peccata commissa occasione nobilitatis, in inferno grauius cruciantur,

*Dormi. secur. Dom. xvij.*

quia sicut in Psal. dicitur. *Ligantur reges mundi in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis.* Ista est igitur nobilitas, & libertas temporalis.

¶ Quarto vero dico principaliter, quod est nobilitas æternalis. Et ista est nobilitas illa, & libertas, quam habent animæ in Paradiso. De qua 1. Reg. 9. *Ecce est vir Dei in ciuitate hac vir nobilis, quicquid loquitur absque ambiguitate venit.* Sancti ergo, qui sunt in Paradiso, proprie nobiles possunt dici, quia ad eos spectat regnum nobilissimum Paradisi. Figuratur 1. Machab. 1. vbi dicitur, quod *Alexander*, id est, Deus *vocauit pueros suos nobiles, qui secum erant nutriti à iuuentute, & diuisit illis regnum suum, & imposuerunt sibi omnes diademata, &c.* Vide supra de libertate.

## Nobiscum. Vobiscum.

Nota, quod nobiscum semper signat A
societatem, siue bona fuerit, siue mala. Et sic nota, quod in scriptura nos reperimus nobiscum designans fœdus perpetuum diuinitatis, nobiscum consignans nodum proficuum humanitatis, nobiscum continens iugum assiduum iniquitatis, nobiscū sustinens morbum continuum pœnalitatis. Et sic dico, quod per nobiscum nos inuenimus

Societatem { Deorum, Iustorum, Malorum.

Primo igitur dicamus aliquid de societate Deorum, seu etiam Dei & sanctorum, quæ permanet indiuisibilis. Deus enim quo ad diuinitatem habet suum esse beatissimum nobiscum, in quantum scilicet ad societatem suam, Patris scilicet & Filij & Spiritus sancti, & ad beatam fruitionem, cognitionem, & participationem ipse admittit beatos Deuter. 5. *Non cum patribus nostris inijt pactum, sed nobiscum.* Et ideo iste proprie à beatis potest vocari *Emanuel, quod interpretatur nobiscum Deus.* ¶ Et sic notabimus, quod B
ipse nobiscum est dum

Carnem induit modo personali,
Se substituit pani figurali,
Mentem imbuit vita spirituali,
Se distribuit cœlo supernali,
Pœnas acuit orcu infernali.

Nobiscum enim Deus, seu Christus est videlicet in carnis lilio, quod nunc inhabitat. Sub panis folio, quo totus latitat, in mentis dolio, quo suos visitat, in cœli solio, quo regnans equitat, in orci exilio quo malos agitat. Igitur dicamus, quod dominus nobiscum est in carne personaliter. Sicut enim videmus, quod quando puer propter noctis phantasias non audet iacere solus, mater sua dat sibi aliquam maiorem personam, & tutiorem ad iacendum cum eo, sic beata Trinitas mater nostra videns, quod homo phantasias infernales met ... metuebat, dedit filium Dei, qui in lecto humanitatis eiusdem secum personaliter iaceret, ipsumque defenderet, & iuuaret. Et ideo de tali societate bene potest dici illud Esa. 7. *Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel, quod scilicet interpretatur nobiscum Deus.* Nam sicut fortitudo vnius militis quandoque totum assecurat exercitum, quando vult esse cum eis, & indui armis similibus sicut ipsi, sic fortitudo filij Dei nos assecurauit, quando arma humanitatis assumens pro nobis contra dæmones dimicauit, iuxta illud 1. Paralip. 22. *Cernitis*, inquit, *quod Dominus Deus vester vobiscum sit, & dederit vobis requiem per circuitum, & tradiderit omnes inimicos, in manu vestra.* Ideo bene possumus modo dicere illud Num. 14. *Dominus nobiscum, nolite timere.* Vterus enim virginalis fuit camera vel capella vbi Deus cum humano genere fecit pactum, & vbi se sibi perpetuo fœderauit. Figura Gen. 9. vbi Dominus dicit hominibus: *Statuam*, inquit, *pactum meum vobiscum.* Sequitur. *Cumque obduxero nubibus cœlum, apparebit arcus meus in nubibus.* In nubibus dico fragilis humanitatis tunc apparuit Christus Deus, & homo, sicut arcus maximæ potestatis. Sicque Deus nobiscum fecit pactum perpetuæ charitatis, Deuteron. 5. *Dominus Deus noster pepigit nobiscum fœdus.* ¶ Et nota, quod iste nobi- C
scum fuit

In carne veniens,
Per mundum gradiens,
Doctrinam iaciens,
In cruce moriens,
De morte rediens.

In carne dico veniens 2. Paral. 20. *Cras egrediemini, & Dominus erit*

*ris vobiſcum.* Et 3. Regum 18. *Egrediar & ego vobiſcum.* Item per mundum gradiens. De quo Ioan. 13. *Tanto tempore vobiſcum ſum, & non cognouiſtis me, &c.* Item doctrinam faciens Luc. 22. *Quotidie vobiſcum eram in templo docens.* Item in cruce moriens Gen. 48. *Ego morior, & Dominus erit vobiſcum.* Item à morte rediens, ſeo reuertens Pſalm. *Reſurrexi, & adhuc ſum tecum.* Vnde ſancti poſt Chriſti reſurrectionem victo lucifero potuerunt dicere Angelis illud, quod Iudith dicebat filijs Iſrael victo Holoferne tyranno Iudith 13. *Aperite portas, quoniam nobiſcum eſt Deus, qui fecit virtutem in Iſrael.* Patet ergo, quomodo Deus nobiſcum eſt in carne perſonaliter.

D Deinde dico, quod nobiſcum eſt Deus ſub pane figuraliter ſeu ſacramentaliter. Sicut enim anima latet ſub figura corporis, & ſub vmbra, nec apparet viſibiliter ibi eſſe, & tamen ibi eſſe, & latere creditur certitudinaliter, atque ſcitur, ſic vere Chriſtus quamuis non appareat oculo corporali, ſub figura tamen panis dignoſcitur, & creditur eſſe vere, iuxta illud Eſaiæ 45. *Vere tu es Deus abſconditus.* Vnde 2. Paral. 32. *Nobiſcum Dominus Deus noſter.* Et hoc eſt illud, quod ipſemet promiſit Matth. 28. dicens: *Ego autem vobiſcum ſum cunctis diebus vſque ad conſummationem ſæculi.* Eſt

E igitur nobiſcum Deus ſub pane figuraliter. ¶ Denique dico, quod nobiſcum eſt in mente ſpiritualiter. Sicut enim radij & virtutes ſolis, & cœli inuiſibiliter manent cum rebus inferioribus, & terreſtribus, ita quod ſua inuiſibili virtute ipſas ſolent vegetare, & viuificare, & à ſiccitate ad viorem, à ſterilitate ad vbertatem mirabiliter transformare, ſic certe Deus per gratiam mentes hominum iuſtorum inhabitat, & ipſas ſpiritualiter vegetat, & fructibus bonorum operum ipſas ornat. Vnde 2. Par. 15. *Dominus vobiſcum eſt, quia fuiſtis cum eo, ſi quæſieritis, eum inuenietis, ſi vero dereliqueritis eum, derelinquet vos.* Et aduerte, quod Deus nobiſcum eſt, vt

Socius, nobiſcum manendo,
Amicus, ſe nobis iungendo,
Adiutor, à malis tuendo,
Tributor, in bonis fouendo.

Dico, quod nobiſcum eſt, vt ſocius nobiſcum habitans Hierem. 7. *Bonas facite vias veſtras, & ſtudia veſtra, & habitabo vobiſcum in loco iſto.* Quod etiam illi petebant, qui dicebant Lucæ 24. *Mane nobiſcum Domine, quoniam adueſperaſcit.* Item nobiſcum eſt, vt amicus fœdera recitans. Vnde iſte eſt, qui dicit Eſa. 45. *Feriam vobiſcum fœdus ſempiternum, miſericordias Dauid fideles.* Item nobiſcum eſt, vt adiutor à malis defendens, ſeu pro nobis militans. Vnde Hierem. 42. *Nolite timere à facie Regis Babylonis, dicit Dominus, quia ego vobiſcum ſum, vt ſaluos faciam vos, & vt eruam de manu eius.* Et Numer. 14. *Dominus vobiſcum eſt nolite timere.* Et reuera niſi iſte ſit nobiſcum, nunquam poſſumus aduerſarios ſuperare. Vnde Deuter. 1. *Nolite aſcendere, neque pugnetis, non enim ſum vobiſcum, ne cadatis.* Item nobiſcum eſt, vt retributor nos pie viſitans ſcilicet beneficia concedendo 2. Paralipom. 19. *Confortamini, & agite diligenter, & erit Dominus Deus veſter vobiſcum in bonis.* Et Tob. 4. *Feciſti enim nobiſcum miſericordiam tuam.* Eſt ergo Deus nobiſcum in mente ſpiritualiter.

F ¶ Inſuper dico, quod eſt nobiſcum in cœlo triumphaliter. Sicut enim Imperator Romanus ſubacta Prouincia, & victoria habita, vrbem cum triumpho intrabat, & ſecum milites ſuos, qui participes fuerant laboris, & victoriæ, vt participes fierent triumphi ſeu gloriæ, ſecum ducebat, & vna cum eis triumphabat, ſic Deus in ſocietate iuſtorum, qui ſolo ductore vicerunt acies hoſtium malignorũ, nunc triumphat in cœlis, ipſoſque præmians beatificat in excelſis, ita quod ipſi poſſunt dicere illud Pſalm. *Dominus virtutum nobiſcum, ſuſceptor noſter Deus Iacob.* Et Tob. 12. *Benedicite Deum cœli, quia fecit nobiſcum miſericordiam ſuam.* Eſt ergo Deus nobiſcum in cœlo triumphaliter. De quo poteſt dici illud Ioſuæ 22. *Nunc ſcimus, quod nobiſcum ſit Dominus.*

G ¶ Demum dico, quod Deus eſt nobiſcum in iudicio facialiter, quia ſcilicet Chriſtus perſonaliter erit in iudicio, vbi, ſcilicet, cum impijs facialiter diſceptabit, & eos condemnabit, bonos vero amicabiliter aduocabit, & eos exaltabit, & honorificabit. Vnde Ezech. 20. Dominus loquitur peccatoribus, dicens, *Adducam,* inquit, *vos in deſertum populorum, & iudicabor vobiſcum facie ad faciem, ſicut iudicio contendi aduerſus Patres veſtros.* Sequitur. *In furore effuſo, & brachio extento regnabo ſuper vos, dicit Dominus.* Patet igitur, quomodo Deus habitat nobiſcum.

In { Iudicio facialiter, Paradiſo triumphaliter, Mente ſpiritualiter, Sacramento figuraliter, Seipſo perſonaliter. }

Et ſic patet, quomodo per nobiſcum intelligitur ſocietas Deorum, id eſt, Dei & ſanctorum ſeu Angelorum. ¶ Secundo principaliter dico, quod per nobiſcum intelligitur ſocietas iuſtorum. Iuſti enim ſolent inter ſe communiter, & ſocialiter viuere, & alter alteri per charitatis copulam innexus eſſe. (Nobiſcum inquiunt, & vobiſcum.) Vnde ipſi poſſunt dicere illud Gen. 34. *Iungamus inuicem connubia, & habitate nobiſcum.* Vbi aduerte, quod ſocietas noſtra debet ſcilicet mentaliter vniri. (Iungamus connubia.) Pariliter iniri. (Inuicem inquit.) Stabiliter firmari. (Habitate inquit.) Ciuiliter tractari. (Nobiſcum inquit.) Bona enim ſocietas debet eſſe mentalis, & vniuoca, communis temporalis, & non æquiuoca, ſtabilis & certiloca, ciuilis & politica. Sit igitur ſocietas noſtra mentaliter vnita, quod oſtenditur cum dicitur. (Iungamus.) Societas enim quæ per charitatem non iungitur, ſed per diſcordias, & odia diuiditur, nunquam perſeuerare poteſt, ſed faciliter dirumpi comprobatur. Quando enim cemento deficiente lapides diuiduntur, neceſſe eſt, quod paries corruat. Et quando conſumpto humido radicali, corpus & anima ab inuicem ſeparantur, neceſſe eſt, quod corpus vel cadauer in puluerem totum cedat. Sit igitur bona ſocietas, per charitatem bene iuncta, alias cito corruet, & erit labilis, & diſiuncta. (Iungamus inquit connubia.) Figura Ezech. 1. vbi de ſanctis animalibus dicitur, quod *duæ pennæ ſingulorum iungebantur.* Et Eze. 37. vbi dicitur, quod *acceſſerunt oſſa ad oſſa, vnum quodque ad iuncturam ſuam,* vt de tali nobiſcum dicatur illud 1. Ioan. 4. *Perfecta eſt charitas Dei nobiſcum.* Vt & de tali fraterna charitate dicatur illud Gen. 43. *Si deſcenderit frater noſter minimus nobiſcum, proficiſcemur.* Frater enim ſignat charitatem, minimus humilitatem, nobiſcum ſocietatem. Sit igitur ſocietas noſtra mentaliter vnita. (Iungamus inquit connubia.)

H

I ¶ Item ſocietas noſtra debet eſſe pariliter, ſeu æqualiter inita, quod oſtenditur cum dicitur. (Inuicem) Societas enim non debet claudicare, ſed in omnibus perſonis æqualiter ſe habere. In mixto enim ſi vna qualitas aliam excedit, totum mixtum corrumpitur atq; perit. Vnde 1. Ioan. 1. *Societatem habemus vobiſcum.* Sequitur. *Societatem habemus ad inuicem, &c.* Sit igitur æqualiter inita. (Inuicem inquit.) Item debet eſſe ſtabiliter munita, quod oſtenditur, cum dicitur. (Habitate,) quaſi dicatur, non debet eſſe tranſitoria vel tranſcurrens, ſed diutius habitans atq; manens, vt ſic dicat alter alteri illud prædictum Hier. 7. *Habitabo vobiſcum in loco iſto.* Et Gen 34. *Habitabimus vobiſcum, eritmuſq; vnus populus.* Item ſocietas debet eſſe ciuiliter ordinata. Et hoc oſtenditur cum dicitur, (Nobiſcum.) Quia ſcilicet ſimul ciuiliter, & politice debemus inuicem conuerſari. Nehem. 6. *Tractemus vobiſcum in domo Dei.* ¶ Et ſi vis nota, quod iſta ciuilitas, & iſte communis conuictus debet habere communem

Laborem & diligentiam,
Nitorem & continentiam,
Vigorem & efficaciam,
Feruorem & amicitiam,
Honorem & reuerentiam,
Tranquillitatem & pacis gratiam,
Simplicitatem & innocentiam,
Fidelitatem & beneficentiam,
Humilitatem ſeu paupertatem & indigentiam.

¶ Sit igitur in nobis diligentia communis laboris, vt, ſcilicet, alter alteri dicat illud 3. Eſdr. 5. *Ædificabimus vna vobiſcum.* K

¶ Item ſit nobiſcum continentia communis nitoris, quæ, ſcilicet deſignatur per puritatem Angelicam. Vnde Bar. 6. *Angelus meus vobiſcum eſt.* Et Tob. 5. *Angelus enim comitetur vobiſcum.* Item ſit nobiſcum potentia communis vigoris, ſeu tenoris, quæ, ſcilicet denotatur per oſſa, quæ, ſcilicet ſunt fortia, & ſolida, cum dicitur. Exod. 13. *Efferte oſſa mea, hinc vobiſcum.* Item ſit nobiſcum amicitia communis amoris, quæ ſcilicet ſignatur per fratrem, cum dicitur Geneſ. 43. *Adducite vobiſcum fratrem veſtrum.* Nomen enim fratris ſemper ſignat charitatem Mar. 6. *Sorores eius nobiſcum ſunt.* Vt de feruore charitatis dicatur illud Apoſtoli ad Col. 2. *Si corpore abſens ſum, ſpiritu tamen præſens ſum.* Item ſit nobiſcum reuerentia cõmunis honoris, vt ſcilicet dicamus dignioribus illud Iud. 11. *Ad te venimus, vt proficiſcaris nobiſcum, & pugnes pro nobis, ſiſque*

dux

... *qui sunt in Galad.* Et Iud. 18. *Veni nobiscum, & habeamus* ... Item sit nobiscum pax, & gratia communis tranquillitatis, dicentes alijs illud 1 Mach. 13. *Parati sumus nobiscum facere pacem.* Item sit nobiscum innocentia communis tranquillitatis, quæ, scilicet, signatur per greges, & paruulos. De quibus dicitur Exo. 1 . *Paruuli vestri eant vobiscum.* Et ibidem. *Cuncti greges pergant nobiscum.* Item sit nobiscum beneficentia communis fidelitatis & humanitatis, vt alter alteri dicat illud 1. Mach. 10. *Quæ nostra ... fuerint nobiscum* & 1. Mach. 10. *Retribuemus vobis bona pro his, quæ fecistis nobiscum.* Ibidem. *Item sit nobiscum indigentia communis calamitatis, seu paupertatis,* iuxta illud Matth. 26. *Pauperes semper habetis vobiscum.* Et sic patet, quomodo per nobiscum, & vobiscum intelligitur societas iustorum. Aduerte tamen, quod multi sunt qui non curant de nobiscum, vel vobiscum, sed solum de mecum, & tecum. Volunt enim viuere solitarij, & in singularitate, non in communi, & societate, sicut videmus de multis, qui ... noscuntur nisi sibi similes crudelibus animalibus, & auibus, ... sunt aquilæ, vel leones quæ scilicet, socialiter non vi... ... am pro se, & filijs rapiunt, & acquirunt, dicentes cum Balaam, qui interpretatur deuorans populum, illud Num. ... *Prohibuit me Dominus venire vobiscum.* Figurati in Naas rege A... qui nolebat facere pactum cum filijs Israel, nisi auferret eis oculos dextros ... Reg. 11. *In hoc feriam vobiscum fœdus, & eruam vobis oculos dextros.* Sed non sic boni, & iusti, &c. Ostenditur ergo per nobiscum societas hominum iustorum. ¶ Tertio principaliter dico, quod per nobiscum intelligitur societas hominum malorum. Et ... notabis, quod mali habent vnum nobiscum.

Crudelitatis & violentiæ,
Rapacitatis & auaritiæ,
Carnalitatis & immunditiæ,
Iniquitatis & iniustitiæ,
Fallacitatis & fraudulentiæ.

Dicam ergo, quod sub isto pronomine nobiscum, seu vobiscum inuenitur societas crudelium impiorum. Isti enim socialiter conueniunt contra bonos. Patet in latronibus, qui sic dicunt ad inuicem illud Prou. 1. *Veni nobiscum, insidiemur sanguini, abscondamus tendiculas contra insontem, deglutiamus eum tanquam infernus viuentem.* ¶ Item societas rapacium auarorum. Vsurarij enim, & auari confœderati sunt adinuicem contra pauperes, dicentes, scilicet, alter illud Prou. 1. *Sortem mitte nobiscum, marsupium sit vnum omnium nostrum, omnem pretiosam substantiam inueniemus, implebimus domos nostras spolijs.*

¶ Item societas carnalium immundorum. Figurati in illis senibus luxuriosis, qui dicebant Susannæ. Dan. 13. *Nemo videt nos, & nos in concupiscentia tui sumus, assentire nobis, & commiscere nobiscum.* Vnde de talibus dicitur 2. Pet. 2 *In conuiuijs luxuriantes vobiscum.* ¶ Item societas fallacium vitiorum Esa. 59. *Scelera nostra nobiscum sunt & iniquitates nostras cognouimus.* Item societas mendacium, & fictorum, hoc est dictum, hypocritarum. De quibus dicitur Luc. 9. quod discipuli Christi videntes illum, qui faciebat miracula in nomine ipsius, & tamen non erat eius discipulus, prohibebant eum, dicentes *Prohibuimus eum, quia non sequitur te nobiscum.* Sic ergo patet, quomodo sub istis pronominibus nobiscum, & vobiscum inuenitur societas malorum, quæ est fugienda. Societas iustorum, quæ est appetenda. Societas Deorum seu eam Dei, & sanctorum, quæ est metuenda, vide supra in ... cum, & in tit. mecum, & infra de tecum, & secum.

A **Nocere.** Nota, quod cum de nocumentis, tam spiritualibus, quam temporalibus, & æternis quasi inueniantur infinita exempla quia tamen rarissimæ inueniuntur auctoritates vocales, necesse est, vel quod penitus dimittamus, vel quod sub breui eloquio transcurramus. Notemus ergo breuiter, quod inueniuntur quadruplicia nocumenta, scilicet, Nocumenta

Naturalia,
Temporalia,
Spiritualia,
Æternalia.

Nocumenta naturalia sunt illa, quæ post peccatum Adæ ad punitionem, & reprehensionem corruptæ naturæ à Deo hominibus sunt inflicta, sicut sunt dolor, labor, fames, sitis, infirmitas, & mors. Ad humiliationem enim humanæ proteruiæ factum est, quod non est in mundo tam modica creatura quin possit nobis afferre aliquod nocumentum, sicut patet de pulicibus, & culicibus, de pediculis, & lenticulis, de bufonibus & scorpionibus. Istud autem nocumentum nobis intulit Deus, vt fragilitatem propriam cognoscamus, dum à rebus tam modicis nos lædi, & nocere videmus Iud. 15. *Dominus omnipotens nocuit eum, & tradidit eum in manibus fœminæ.* ¶ Nocumenta temporalia sunt B

Prosperitas terrenorum,
Aduersitas tormentorum,
Malignitas peruersorum.

Nocet (dico) aliquando terrenorum prosperitas & oblectatio. Pinus enim arbor altissima est, & nobilibus ædificijs valde apta, verum tamen cortex eius valde quandoque solet sibi nocere. Ibidem enim vermes generantur, à quibus pini substantia deterioratur. Et ideo qui pinum illæsam volunt seruare, solent eam à cortice denudare. Cortex enim chartissima, quæ exterius lignum ambit, signat temporalia mundi bona, & prosperitatem exterius circumstantem. Ista enim quandoq; valde nocet homini. Generat enim vermes malorum desideriorum per quos homo incurrit corruptionem multiplicium vitiorum. Vnde de mundi prosperitate potest exponi illud 1. Esdr. 4. *Vrbs illa vrbs rebellis est, & nocens regibus.* Et ideo Deus à cortice temporalium solet amicos suos aliquoties decorticare, & nudare, ne cortex huiusmodi possit ipsos destruere, & grauare. Quia sicut dicitur de virgis Iacob Gen. 30. *Detractis corticibus in his, quæ decorticata erant, candor apparuit.* Et loquitur de virgis quarum aspectus oues concipere faciebat, per quas viri sancti designantur, qui à Deo fuerunt cortice temporalium nudati, ita quod oues, id est, simplices per aspectum suæ sanctæ, & candidæ vitæ ad concipiendum bonum propositum fuerunt moraliter animati. In istis enim candor puritatis, & innocentiæ apparuit, quando cortex temporalium ab ipsis detractus fuit. Et tamen proculdubio quamuis ista exteriora prospera valde nociua reperiantur, ista tamen à fatuis ante omnia appetuntur, quia sicut dicitur Prou. 1. *Stulti ea quæ sibi sunt noxia, cupiunt.* Nocet ergo homini terrenorum prosperitas & delectatio.

¶ Denique dico, quod homini nocet tormentum, aduersitas & tribulatio. Abies enim & platanus, & cætera ligna mollia sub tecto dicuntur multum durare, exposita vero vento, & pluuiæ, solent faciliter deperire. Istis enim ventus, & pluuia nocent, quies vero, & siccitas prosunt, & valent. Quia vere multi sunt, quibus quies prosperitatis proficit, & ventus, & pluuia tenerum aduersitatis officit, quia scilicet multi debiles in prosperitate bene eis vtendo boni perseuerant, qui tamen positi in aduersis præ impatientia, & desperatione sæpe pereunt atque peccant. Vnde de nocumento aduersitatum dicitur Prou. 25. *Tristitia viri nocet cordi.* Deinde dico, quod homini nocet peruersorum malignitas, & impugnatio. Sicut enim animalia syluestria (vt communiter) hominibus sunt nociua, quia videlicet quædam lædunt cornibus percutiendo, sicut rhinoceros, quædam vnguibus dilacerando, sicut leo, quædam dentibus mordendo, & deuorando, sicut apri, quædam caudis ligando, & inuoluendo, sicut draco, quædam aculeis pungendo, & affligendo, sicut scorpio, sic proculdubio omnia genera malorum hominum bonis, & humilibus sunt nociua, quia proculdubio quidam nocent alias cum cornibus superbiæ & elationis, quidam cum vnguibus rapinæ, & inuasionis, quidam cum dentibus mordacitatis, & detractionis Psalm. *Dum appropiant super me nocentes, vt edant carnes meas,* quidam tamen cauda fallaciæ & deceptionis, quidam vero cum aculeo sæuitiæ & inuasionis. Et sic omnia genera hominum malignorum possunt figurari in illis locustis. Apoc. 9. Quæ ascenderunt de puteo abyssi, quarũ erat numerus infinitus, quia habebant caudas sicut scorpiones, & aculei erant in caudis ipsarum, & potestas earum nocere hominibus mensibus quinque. Sic non decet esse charissimi, quia homo non debet nocere homini, sed iuuare, iuxta illud Act. 7. *Fratres ad quid nocetis alterutrum,* quamuis mali & obstinati videantur dicere illud, Apoc. 22. *Qui nocet, noceat adhuc.* Ista sunt ergo nocumenta temporalia.

¶ Nocumenta spiritualia sunt multa. Quia quot sunt vitia & peccata, tot sunt spiritualia nocumenta. Sicut enim videmus, quod quando tyrannus persequitur aliquam ciuitatem, multis & varijs modis solet ei nocere, scilicet, ignem immittendo, nũc gladio bellando, nunc muros rumpendo, nũc victualia subtrahendo, sic tyrannus diabolus multimode nobis nocet. Immittit n. nobis ignem iracundiæ, percutit nos gladio inuidiæ, destruit in nobis murum regularis obseruantiæ, subtrahit nobis victum gratiæ, & scientiæ. Et ideo breuiter diabolo potest dici, & dirigi D

 illud

illud verbum Iob 25. *Homini, qui similis tui est, nocebit impietas tua.* Quia, scilicet, impietas diaboli est nocius homini, quia tameo sibi in ratione est similis, & conformis. Diabolus enim est sicut serpens, qui dicitur ophites, qui diuersis, & varijs maculis est distinctus secundum Isidorum, & qui tot habet nocendi modos, quot habet colores varios, & diuersos. Sic vere diabolus multis maculis cautelarum variatur, & ideo multis modis nocet hominibus & aduersatur. Et ideo istum timens David, petebat adiutorium à Domino dicens, *Iudica Domine nocentes me, impugna expugnantes me.* Dominus vero promittit auxilium, dicens in Ps. *Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non apponet nocere ei.* De varijs autem nocumentis, & generibus nocumentorum, id est, vitiorum, supersedeo gratia breuitatis.

E ¶ Nocumenta vero æternalia sunt multa, quia, scilicet, ista sont tot, & tanta, quot sunt inferni supplicia, & tormenta. Non sufficit enim diabolo nocere homini per peccatum, nisi iugiter noceat per tormentum. Et ideo necesse est, quod diuinam habeamus gratiam, vt isto nocumento finaliter careamus. Sicut enim sardius est lapis pretiosus, qui impedit, & præseruat ne lapis onychinus, qui multas habet proprietates malas, in præsentia sua possit nocere, sic gratia Dei homines custodit, & tuetur, ne per diabolũ æternaliter torqueantur, & ne eis æternæ damnationis periculum inferatur. Et hoc est, quod promittit Dominus Eze. 33. *Impietas impij non nocebit.* Et pro certo Deus præseruat iustos à talibus nocumentis spiritualibus Ps. *Nihil proficiat inimicus in eo, & filius iniquitatis non apponat nocere ei.* Item à temporalibus Ps. *Non reliquit hominem nocere eis.* Et Marc. 16. *Si mortiferum quid biberint, non eis nocebit.* Item ab æternalibus Act. 18. *Nemo apponet tibi, vt noceat.* Et merito, quia scil. sancti erunt finaliter in paradiso, vbi nullum est nocumentum Esa. 11. & 65. *Non nocebunt ei, & non occident in omni sancto monte.* Sic igitur patet, quomodo inueniuntur nocumenta æternalia, spiritualia, temporalia, naturalia. Omitto & transeo propter raritatem auctoritatum vocalium, & doleo, quia habebam multitudinem exemplorum, Sed vide supra, & infra in diuersis locis, & titulis, vbi inuenies infinita de diuersis, & varijs spiritualibus nocumentis.

## A Nocturnus. Nox. Noctes.

Nota, quod nox in scriptura sumitur in bono, & in malo, secundum quod nõa habet aliquas bonas conditiones, & aliquas malas. Et ideo nota, quod in scriptura inuenitur nox

Humilitatis,
Fœlicitatis,
Aduersitatis,
Mortalitatis,
Simplicitatis,
Prosperitatis,
Iniquitatis.

Primo ergo dico, quod nox potest significare cordis humilitatem. Nox enim est frigida humida & obscura, celat enim & abscondit omnes colores rerum. Sic vere humilitas, est humida per deuotionem, frigida per diuini timoris turbationem, obscura per suorum bonorum operum celamentum, & absconsionem. Et in tali nocte erat ille, qui dicebat Thren. 1. *Plorans plorauit in nocte, & lacrymæ eius in maxillis eius.* Et ideo breuiter de nocte virtuosa possumus exponere illud, quod de filijs Israel dicitur in Psalmo, quod, scilicet, *Deus extendit nubem in protectionem eorum, & ignem, vt luceret eis per noctem.* ¶ Vbi aduerte, quod sicut

B ista nox naturalis est

Humorosa,
Timorosa,
Luminosa,
Tenebrosa.

Sic pro certo humilitas, seu etiam status humilium, & perfectorum, qui per noctem signatur, debet esse humorosus per fletuum orationem. [Nubem inquit] Timorosus per criminum meditationem. Quod, scil. notatur, cum dicitur. [Extendit in protectionem.] Luminosus per sanctorũ inspirationem. [Ignẽ inquit vt luceret eis.] Tenebrosus per virtutum occultationem. [Per noctem inquit.] Dicam igitur, quod status humilium debet vberius irrigari, quod ostenditur in verbo [Nubem.] quia, scilicet, nubes, quæ est naturaliter humida, & pluuiosa, signat humorem compunctionis, qui per pluuiam deuotionis vel lacrymarum irrigat mentem nostram. Sicut enim nox est naturaliter humida, vt dictum est, ita quod in nocte de cœlo descendit ros, & libentius de nocte, quam de die pluit, sic in nocturna mentis obtenebratione, & humili conditione descendit de cœlo ros contritionis, & abundat pluuia lacrymarum, & compunctionis. Et ideo de tali nube dicitur in Psal. *Pluit illis in nube diei, & tota nocte in illuminatione ignis.* ¶ Et nota, quod in tali nocte compunctionis est nocte specialiter tempus aptum ad

Deum collaudandum,
Deum recordandum,
Hostem superandum,
Bonum impetrandum,
Cœlum affectandum,
Culpas reuelandum.

Dico ergo, quod in tali nocte Deum attentius collaudamus Thr. 2. *Consurge, lauda in nocte,* & in Psalm. *In die mandauit Dominus misericordiam suam, & nocte canticum eius.* Item Deum deuotius memoramus Psalm. *Memor fui nocte nominis Domini.* Item hostem virilius superamus Tobiæ 6. *Ipsa nocte incenso iecore piscis fugabitur dæmonium.* Quia, scilicet, hostes nostri dæmones infernales per nubem, & per noctem lacrymosæ compunctionis fugantur, & superantur: vnde Hierem. 39. *Viri bellatores fugerunt, & egressi sunt nocte.* Item bonum facilius impetramus 2. Par. 1. *Ipsa nocte apparuit sibi Dominus, dicens, Postula quod vis.* Item culpas secretius reuelamus Psal. *Media nocte surgebam ad confitendum tibi.* Item cœlum feruentius affectamus Esa. 26. *Anima mea desiderauit te in nocte.* Ista est ergo conditio noctis humorosæ, id est, compunctionis humilis, & lacrymosæ, de qua Cant. 5. *Capilli mei pleni sunt rore, & cincinni mei guttis noctium.* Debet ergo nox ista vberius irrigari. [Nubem inquit.]

¶ Deinde dico, quod nox spiritualis, id est, vita & conditio C humilium debet interius conturbari. Extendit (inquit) in protectionem, quia, scilicet, quod homo indigeat protectione, signũ est, quod timeat aliquod nocumentum sicut bene videbatur timere ille, qui dicebat in Ps. *In velamento alarum tuarum protege me à facie impiorum, qui me afflixerunt.* Nam sicut videmus quod nox est naturaliter timorosa, omnia enim animalia mitia, & benigna magis timent de nocte, quam de die, quia scilicet, obscuritas solet esse causa timoris, & inde est, quod melancholici ratione illius choleræ nigræ, quæ in eis abundat, sunt naturaliter timidi, sic vere spiritualiter loquendo, ista nox, sc. humilitas habet naturaliter annexum Dei timorem. In corde enim semper homo debet habere illam choleram nigram diuinæ asperitatis, & rigoris, quæ ipsum debet facere tremebundũ. Vnde de tali nocte dicitur Rut. 3. *Ecce nocte media expauit homo* & Iob 30. *Nocte os meum perforatur doloribus.* Debet ergo nox interius conturbari. ¶ Denique dico, quod ista nox debet superius illustrari. [Ignem inquit vt luceret eis.] Sicut enim videmus, quod in nocte homines illuminantur ab inferiori per ignis splendorem, & superiori per lunæ, & stellarũ splendorẽ seu vulgorem, sic vere illos, qui sunt in ista spirituali nocte solet ignis interne charitatis interius inflãmare, & splendor lunę, & stellarum, i. gratia, & suspiratio Dei & sanctorum spiritualiter illustrare, vnde de isto igne dicitur in Ps. *Tota nocte in illuminatione ignis,* vnde Exo. 13. *Nunquam defuit columna ignis per noctem.* De stellis vero dicitur Sap. 14. *Fuit illis in velamento diei, & in lucem stellarũ nocte.* Et proculdubio talis nox habet multas spirituales illuminationes. Nam dominus legitur nocte apparuisse Salomoni, & eidem sapientiã influxisse, sicut dicitur 3 Reg. 3. Nocte legitur dominus Danieli mysterium reuelasse. Dan. 2. Nocte legitur Angelus domini ianuam carceris Apostolis aperuisse Act. 5. Nocte legitur Daniel filium hominis venientem vidisse Dan. 7. Nocte legitur Paulus consolationes & visitationes Angelicas plures habuisse, sicut habetur Act. 16. & 18. Quia pro certo charissimi, illi, qui in nocte veræ humilitatis morantur spiritualiter à Deo illuminari merentur, & in illis quæ ad salutem pertinent, clarius & perfectius illuminantur, & informantur, ita quod quilibet talis humilis & nocturnus potest dicere Psal. *Nox illuminatio mea in delitijs meis.* Nam sicut videmus, quod catus melius videt de nocte, quam de die, quod etiam verũ est de auibus vlulantibus sicut est noctua, bubo, vespertilio & vlula, sic homo melius videt se spiritualiter regere, & dirigere, dum ipse perseuerat in nocte humilitatis & paupertatis, quam quando est in die mundanæ prosperitatis & claritatis Act. 16. *Nocte visio ostensa est Paulo.* Debet ergo ista nox superius illustrari.

¶ Insuper dico, quod nox humilitatis debet exterius occultari, quod ostenditur, cũ dicitur [Per noctem.] Nox enim dicitur E à nocendo, eo quod nocet oculis ad videndum. Vel à nocendo

di citur

[illegible] nebi [illegible] est & obscura, ita quod co- [illegible] egit & occultat, & oculos a visu impedit & re- [illegible] vere humilitatis bona sua, colores, virtutes, perfe- [illegible] let occultare & celare, & ab aliorum oculis se- [illegible] vnde Iud. 6. dicitur, quod *mandatum Domini noluit de die* [illegible] *nocte adimplevit.* Quia videlicet boni non faciunt [illegible] opera in die, id est, in publico coram hominibus vt vide- [illegible] ab eis, sed magis de nocte, id est, in abscondito & occulto. [illegible] lo animalium sylvestrium, quæ de die se occultant, & de [illegible] unt facta sua, iuxta illud Psal. *Posuisti tenebras, & facta est* [illegible] *pertransibunt omnes bestiæ sylvæ.* Et ideo de tali nocturna [illegible] e potest dici illud Iud. 9. *Surge de nocte cum populo, qui te-* *cum est, in agro.* Et sic ergo patet, quod nox, id est, vita, [illegible] conditio [illegible] bonorum personarum occultatur, illustra- [illegible] atur, & irrigatur. Patet ergo, quod nox signat sta- [illegible]

F ¶ [illegible] principaliter dico, quod nox signat statum felici- [illegible] em enim intelligitur vita futura beatorum. Nox [illegible] o in nocte,

Laborum fluctibus non turbatur,
[illegible] allorum cantibus iucundatur,
Ardorum facibus non gravatur.

[illegible] homo in nocte non turbatur laborum flucti- [illegible] sicut nos communiter videmus homines & [illegible] de die laboraverint, de nocte veniunt ad [illegible] vtiq; necessarium est) virtutes naturales, quæ [illegible] laboribus dissolutæ fuerant, per noctis quie- [illegible] ur. Sic vere sancti & iusti postquam in die [illegible] multis fuerint laboribus occupati & in virtutibus [illegible] tiplicites dimicati, & per pœnas, martyria, [illegible] itatem, quam plurimum fatigati, quando ra- [illegible] æternæ requies veniunt, ibi requiescunt à labo- [illegible], & consolantur dormitationibus sempiternis, [illegible] te beatorum potest dici illud Luc. 17. *Erunt in il-* [illegible] *lecto vno.* De Petro etiam dicitur Act. 12. quod *in ipsa* [illegible] *erat dormiens.* Item dico, quod homo in nocte iucun- [illegible] lorum cantibus, quia videlicet ibi sunt galli spirituales [illegible] ati & Angeli, qui cantant incessabiliter Dei laudes [illegible] *Media nocte galli cantant.* De Deo etiam dicitur Iob 35. [illegible] *dedit carmina in nocte.* Item dico, quod homo in illa no- [illegible] æstibus non gravatur. Quia sicut videmus, quod [illegible] temperantur calores & radij præcedentis diei, sic in pa- [illegible] non solum temperantur quinimo totaliter abolentur ar- [illegible] nationum quas patimur in hoc mundo Sap. 10. *Fuit il-* [illegible] *velamento diei, & in luce stellarum per noctem.* Nox enim nihil a- [illegible] est, quam vmbra terræ, quia, scilicet, nox gloriæ paradisi [illegible] vmbra, quæ dat verum refrigerium animabus. Et sic di- [illegible] d signat statum fœlicitatis.

[illegible] no dico, quod nox signat statum adversitatis, nox enim [illegible] nocendo, in nocte enim infirmitates sunt (vt commu- [illegible] res, & nocte etiam omnes homines generaliter va- [illegible] ad dormiendum, ita quod pauci vel nulli sunt exterius ap- [illegible] Nocte etiam bestiæ sylvestres, quæ de die latuerant, [illegible] discurrunt & vagantur, & agros & vineas deprædan- [illegible] insuper latrones insidiantur, & qui de die apparere [illegible] bant, de nocte malum intrepide operantur. Sic vere [illegible] status adversitatis solet omnia ista continere. Iste e- [illegible] temporaliter est nocivus, & infirmitatum, & do- [illegible] ter causativus, vnde Iob 30. *Nocte os meum per-* [illegible] Item iste status est dormitionis hominum indu- [illegible] tis amicorum ostensivus, quia, sc. illi, qui in [illegible] is circumeunt, & operantur circa homines ami- [illegible] dendo, in nocte adversitatis vadunt ad dormien- [illegible] accedendo, & de ipso penitus non curando, 1. ad [illegible] *dormiunt, nocte dormiunt.* Et sequitur. *Itaq; non simus si-* [illegible] *ceteri.* Item iste status est animalium crudelium, & [illegible] prędas, & rapinas excitativus. Quia scilicet, rapto- [illegible] ceteri maligni, quando vident hominem in nocte [illegible] status, solent totis viribus contra eum debacchari, & [illegible] ipsum sicut latrones bonis suis temporalibus denudare, sicut [illegible] exemplum habemus in Pharaone Exod. 12. qui *de nocte consur-* *gens compellebat filios Israel, vt de terra sua exirent.* Vnde Iob 27. dici- [illegible] paupere, quod *nocte opprimet eum tempestas.* Nam sicut la- [illegible] [illegible] de [illegible] rantur loco diei, quia scilicet nox est eis pro die, [illegible] dies pro nocte, quia, scilicet, in die non audent apparere, sic vere talibus malignis nox adversitatis aliorum est eis p[illegible], [illegible] prosperitatis, quia secundum Iob sententiam Iob 17. *Isti noct[em]* *verterunt in diem, & rursum post tenebras sperant lucem.* Et ad[illegible] [illegible]te, quod ista nox adversitatis potest esse vtilis patientibus tribula- tionem, & hoc quia

Monstrat morum perfectionem,
Purgat nostram culpæ defectionem,
Levat mentis affectionem.

Monstrat (dico) morum perfectionem, quia sicut nox oste[illegible] claritatem stellarum, quam dies occultaverat, sic no[x] [illegible] tis virtutes hominum demonstrat, quas tamen di[illegible] tis penitus abscondebat. De stellis enim, id est, viris iu[st]i[s] qu[amdiu] diu sunt in prosperitate, nescitur quantæ sunt claritatis, aut [illegible] tatis, ita quod proprie nox adversitatis est quædam probatio qua ipsorum virtus, & claritas declaratur. Vnde in Psal. dicitur, quod *Deus fecit lunam & stellas in potestatem noctis.* Crysoprasus enim & carbunculus talis sunt virtutis, quod nocte splendor eorum est perfectior, & clarior quam in die. Quia vere viri iusti clarius splendent in nocte tribulationis, quam in die temporalis [su]ccessionis. Vnde Prov. 31. *Non extinguetur in nocte lucerna eius.* Item dico, quod nox adversitatis purgat culpæ defectionem Ps. *Pro-* *basti cor meum, & visitasti nocte, igne me examinasti, & non est inventa* *in me iniquitas.* Item dico, quod ista nox levat cordis affectio- nem, quia, scilicet, non in nocte adversitatis compellitur recur- rere ad Deum, & ipsum requirere & orare. Apes enim si nox eas foris apprehenderit, cacubant supinæ. Quia, scilicet, si nox ad- versitatis nos apprehenderit, necesse est, quod nos spiritualiter supinemus, & quod faciem cordis ad Deum cõvertentes ipsum devote exoremus 1. Reg. 15. *Contristatus Samuel clamavit ad Do-* *minum tota nocte.* Patet ergo quod nox significat statum adversi- tatis. Et de isto modo significandi vide infra vbi Perseverare, v- bi satis dicitur de nocte adversitatis.

¶ Quarto principaliter dico, per noctem designatur status H mortalitatis. Quia sicut dies significat vitam, ita nox significat mortem. Nox enim nihil aliud est quam absentia diei, quæ, scil. causatur propter vmbram terræ, vel propter terræ interpositio- nem inter nos & solem. Sic vere mors nihil aliud est quam ca- rentia vitæ, quam, scilicet, interpositio terræ, i. e. terrenæ & fra- gilis conditionis habet flebiliter generare Psal. *Posuisti tenebras,* *& facta est nox.* Et si vis dicere de morte bonorum, adiunge illa, quæ superius dicta sunt de fœlicitate. Si vero vis dicere de mor- te malorum, dic illa, quæ supra dicta sunt in malo de adversita- te. Vnde de morte corporis potest dici illud Esa. 24. *Confractione* *confringetur terra sicut tabernaculum vnius noctis.*

¶ Quinto dico, quod nox signat statum simplicitatis, vide- I licet statum, & conditionem hominum simplicium, & igno- rantium, qui obscuritate ignorantiæ taliter sunt detenti, quod in viam salutis nesciunt dirigere gressus suos. Et ideo talibus est necessarium lumen, & claritas stellarum, id est, doctrina & eru- ditio prælatorum. De istis enim dicitur Ioan. 11. quod *qui ambu-* *lat in nocte, offendit, quia lux in eo non est.* Talem habuerunt noctem sancti patres antiquitus ante adventum Christi, quia quamuis haberent cantum gallorum, id est, vaticinia prophetarum, qui adventum diei gratiæ prædicabant, & quamuis etiam haberent lumen, & doctrinam stellarum, id est, prophetarum & patriar- charum, lucem tamen solis Christi vel eius præsentiam non ha- bebant, & ideo in multis errabant, & deficiebant, ita quod ad paradisum venire nesciebant, imo omnes ad infernum misera- biliter descendebant. Et ideo de tali nocte gaudebat Apostolus evasisse, dicens ad Rom. 13. *Nox præcessit, dies autem appropinquavit,* *abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis.* Signat ergo nox statum simplicitatis, seu ignorantiam obscuritatis.

¶ Sexto dico, quod nox signat statum prosperitatis seu mun- K danæ labilitatis. Sicut enim apparet, in nocte solent

Oculi somno gravari,
Omnia luce privari,
Latrones prædari,
Feræ & lupi insidiari,
Noctilucæ dotari.

Sic vere charissimi, in nocte prosperitatis homines gravantur somno voluptatis, & negligentiæ Io. 9. *Venit nox, quando nemo po-* *test operari.* Item privantur luce veritatis, & sapientiæ Ps. *Posuisti* *tenebras, & facta est nox.* Itẽ ibi latrones, id est, avari ditantur præ- da tẽporalis opulentiæ. Vnde de raptore dicitur Iob 24. *De nocte* *vero erit quasi fur.* ¶ Item feræ, id est, dæmones ibi hominibus insi- diantur

dianturper suggestiones & malitias 1. Mach. 4. *Venit Gorgias in castra Iuda nocte.* ¶ Item ibi nocti lucæ, id est, hypocritæ, videntur lucere per fulgorem honestæ apparentiæ. Psal. *Ignem vt luceret eis per noctem.* Signat ergo nox statum prosperitatis.

L ¶ Septimo dico, quod nox signat statum iniquitatis. Et hoc multiplicitatione, quia scilicet sicut

In nocte
- Oculi non solent clare videre,
- Homines in lectis solent iacere,
- Homines à verbis solent tacere,
- Homines operibus solent carere,
- Aues immundæ solent gaudere,
- Feræ & latrones solent nocere,
- Infirmi magis solent dolere.

Sic pro certo charissimi, ista omnia accidunt in statu peccati. Ibi enim non videtur clare per discretionem, quia, scilicet, homo, qui est in peccato, non videt, nec considerat illa, quæ pertinent ad salutem. Lux enim diuinæ gratiæ ipsos non illuminat, & ideo multis errorum obscuritatibus sunt detenti. Vnde Sap. 17. *Nec syderum limpida flamma illuminare poterant illam noctem horrendam.* Item ibi iacent peccatores in lectis per carnalem consolationē, Luc. 17. *Erunt in illa nocte duo in lecto vno.* Vnde etiam de illo carnali iuuene Prouerb 7. dicitur, quod *in noctis tenebris & caligine suam turpitudinem faciebat.* Item ibi tacent homines à verbis quantum ad peccatorum confessionem, & quantum ad Dei laudem, & gratiarum actionem. Quia, scilicet homo quando est in nocte peccati, non curat Deum laudare, nec ei gratias agere nec propria vitia confiteri, seu dicere Oseæ 3. *Nocte feci tacere matrem tuam.* Item ibi quiescunt homines ab operibus per negligentiæ torporem, & obliuionem Ioan. 9. *Venit nox quando nemo potest operari.* Item aues immundæ, id est, peccatores in nocte peccati gaudent, & cantant per inanem lætitiam, & per malæ complacentiæ delectationem. Vnde Marc. 13. & Matt. 26. *Media nocte gallus cantauit.* Item feræ, & latrones, id est, dæmones in nocte peccati summe nocent per tentationem, & tribulationem, & finaliter per æternam damnationem. Vnde 1. Reg 19. *Misit Saul satellites suos nocte in domum Dauid, vt custodirent eum, & occiderent mane.* Item infirmi (id est) peccatores, in ista nocte peccati grauiter solent dolere per multiplicem laborem, & vexationē. Constat enim, quod plus laborant mali faciendo opera damnationis, quam boni faciendo opera salutis. Vnde Luc. 5. *Domine per totam noctem laborantes nihil cepimus.* Et sic ergo patet, quomodo nox secundum diuersos respectus signat ista septem, videlicet iniquitatem, prosperitatem, simplicitatem, mortalitatem, aduersitatem, fœlicitatem, humilitatem, & hæc sufficiant de nocte dixisse.

A **Noe.** Nota, quod Noe qui fuit patriarcha, & qui diluuium futurum præuidit, arcam ædificauit, & in ea genus humanum saluauit, interpretatur patris requies, & potest significare, quemlibet virum sanctum, & maxime patriarcham, Episcopum vel prælatum, qui diluuium tribulationum, & tentationum solet præuidere discrete meditando, arcam Ecclesiæ, & animæ solet construere, exemplis, & prædicationibus ædificando, genus humanum solet saluare, culpis, & tentationum periculis eruendo, & sic est patris requies, eo quod Deus pater in ipso solet requiescere, sibi in eo complacendo, vt sic, scilicet, de eo dicatur illud Gen. 6. *Noe vir iustus, atque perfectus in generationibus suis fuit.* Vide eam infra vbi perfectus, vel si vis, quod hic describitur talis Noe vt

Mente quietus [Noe inquit.]
Robore fretus. [Vir.]
Zelo repletus. [Iustus.]
Profectu lætus [Atque.]
Bonis completus. [Perfectus.]
Corde secretus. [In.]
Opere fœtus. [Generationibus suis.]
Tempore vetus. [Fuit.]

B ¶ Primo dicam, quod spiritualis Noe, id est, vir perfectus seu bonus ecclesiasticus vel prælatus debet esse mente quietus, quia Noe qui interpretatur requiescens, quia, sc. ab omni motu exteriorum negotiorum, & maxime vitiorum debet cessare. Vnde de Noe legitur Gen. 7. quod *à facie fluctuum & diluuij Noe ingressus est in arcam,* vt, scilicet, ibi quiesceret, & à periculis saluus esset. Arca, secretum meditationis, contemplationis, & religionis signat. Sed reuera de multis Ecclesiasticis est hodie verum contrarium, quia, scilicet, isti talem arcam non ingrediuntur, sed ea dimissa, ad exteriora mundi negotia, & ludibria egrediuntur. Quia reuera sicut Noe aperta fenestra emisit columbam quæ tandem reuersa reportauit sibi ramum oliuæ virentis, ita quod tunc fuit animatus ad exeundum de arca, & ad habitandum terras, sic multi sunt Ecclesiastici vel prælati, qui quando vident, quod columbæ emissæ, id est, procuratores sui reportant sibi ramos virentes, id est, lucra & commoda de iurisdictione sua, ipsi certe animantur arcam contemplationis dimittere, & ad mundi negotia se transferre Gen. 8. *Egressus est Noe & filij eius de arca.* Non sic, sed sit talis Noe quietus. [Noe inquit.]

¶ Secundo dico, quod debet esse robore fretus, quia debet esse vir, id est, viribus pollens. Vide infra vbi vir, vnde Gen. 9. *Cœpit Noe esse vir agricola, & exercere terram.* C

¶ Tertio dico, quod debet esse zelo repletus, scilicet, zelo iustitiæ. Vide infra de iusto & iustitia. Vnde Ezech. 14. [illegible] *& Iob, ipsi iustitia sua liberabunt animas suas, dicit Dominus.* D

¶ Quarto dico, quod talis spiritualis Noe debet esse profectu lætus, quia, scil. semper debet crescere in melius, quod [illegible] tur, cū dicitur [Atq; ] quod signat crementum, & additamentum. Vide supra in titulo suo, vbi inuenies ad plenum, & vbi inuenies istam eandem auctoritatem aliter diuisam, vt de [illegible] li cremento, & de tali Atque dicatur illud 1. Reg. 2. *Puer autem Samuel proficiebat, atque crescebat:* vnde Gen. 9. *Benedixit Dominus Noe, & filijs suis. & dixit Crescite, & multiplicamini, & replete terram, &c.* E

¶ Quinto dico, quod talis Noe debet esse bonis completus, quia ipse debet esse perfectus, quia nihil debet habere notabiliter in moribus diminutum. Vide infra vbi perfectio Eccl. 44. *Noe inuentus est perfectus & iustus.*

¶ Sexto dico, quod talis Noe debet esse corde secretus, quod ostenditur, cum dicitur. [In.] Vide supra de In valde late. Vnde de isto intimo secreto, quod debet habere iustus, potest di[illegible] lud Matt. 24. *Intrauit Noe in arcam,* & Gen. 7. *In articulo diei illius ingressus est Noe in arcam.* Sequitur. *Et inclusit eum Dominus de foris.*

¶ Septimo dico, quod talis Noe debet esse opere fœtus, id [illegible] bonis operibus plenus, quod ostenditur cum dicitur. [In generationibus suis] quia, scilicet, semper debet bonos fœtus bonorum operū generare. Vide supra de generare §. Noe cum quingentorum esset annorum, genuit Cham, Sem, & Iaphet Genes. 10. *Hæ sunt generationes Noe.*

¶ Octauo vero dico, quod talis spiritualis Noe debet esse tempore vetus, id est, spiritualiter antiquus scilicet, per perseuerantiam in bono, quod ostenditur, cum dicitur. [Fuit] quod signat tempus præteritum, & transactum. Vnde de vetustate perseuerantiæ suæ potest dici illud Gen. 9. *Vixit autem Noe post diluuium.* Sequitur. *Et facti sunt dies eius nongentorum quinquaginta annorum.* [Fuit inquit.] Ioan. 1. *Fuit homo missus à Deo &c.* Et Iob. *Fuit vir vnus in terra Hus, nomine Iob.* Et sic patet, quomodo Noe potest accipi in bono.

¶ In malo vero potes dicere, quod Noe quantum ad opera fuit, ociosus, quia interpretatur requiescens. In potando fuit ebriosus, quia plantauit vineam, bibit vinum, & inebriatus est. Se nudando fuit vitiosus, quia ostendit verecunda sua filijs suis. Se vindicando fuit odiosus, scilicet, puniendo Cham.

**Nolle.** Nota, quod nolle est verbum negatiuum, contradictiuum, & prohibitiuum, & potest accipi in bono & in malo, secundum quod de mala vel bona materia prędicatur. Et ideo breuiter dicamus, quod istud verbum tunc signat in bono, quando per istud nobis à Deo vel prælato prohibetur aliquod vitiosum. Sicut enim Medicus per istud verbum, noli, dictat infirmo dietam, sibique prohibet cuncta, quæ sibi videntur contraria, & nociua, sic Deus Medicus animarum nobis peccatoribus & infirmis scripsit vnam nobilissimam receptam, scilicet sacram scripturam, in qua proculdubio dictat dietam spiritualem, & prohibet nobis omnia, quæ sunt periculosa ad salutem, scilicet vitia, & peccata, dicens, scilicet illud Ioan. 8. *Vade, & amplius noli peccare.* ¶ Et ideo dico, quod Deus in scriptura B per istud verbum noli nobis prohibet

Duram auaritiam & cupiditatem,
Malam amicitiam & societatem,
Tristem iracundiam & crudelitatem,
Altam eminentiam & auctoritatem,
Prauam sapientiam & subtilitatem,
Gulæ Gastrimargiam & carnalitatem,
Mentis desistentiam & debilitatem,
Morum negligentiam & tepiditatem.

Dica

... Deus nobis inhibet diuitiarum auaritiam, & cupi... facit Tob. 4. *Quomodo poteris, esto misericors, & noli faciem tuam ab vllo paupere.* Et Prou. 23. *Noli laborare vt dite...* ... prohibet malam societatem, & amicitiam. Vnde ibi... *Noli manducare cum peccatoribus.* Item prohibet duram cru... & iracundiam. Prou. 22. *Noli esse amicus homini iracun...* Item prohibet altam auctoritatem, & eminentiam Eccl. 6. ... *fieri iudex.* Item prohibet prauam subtilitatem & sapi... vnde ad Rom. 11. *Noli altum sapere, sed time.* Eccl. 3. *In super... rebus noli scrutari.* Et Ioan. 20. *Maria noli me tangere,* i. noli me ... tum liceat disputare. Et Eccl. 7. *Noli esse iustus multum nec ... sapiens, quam necesse est.* Item prohibet gulæ carnalitatem, & ... Eccl. 7. *Noli esse auidus in omni epulatione,* & Prou. *... esse in conuiuiis potatorum.* Item prohibet mentis debilita... & ... entiam, vnde ad Rom. 12. *Noli vinci à malo, sed vince in bono malum.* Et Gen. 19. *Noli respicere post tergum tuum.* Item prohibet ... tepiditatem & negligentiam, vnde Mat. 1. *Noli timere accipere Mariam coniugem tuam.* Maria enim signat amaritu... pœnitentiæ, & laboris. Ista igitur inhibet nobis Deus in ... ptura, sicut diligens Medicus, & patronus de salute nostra ... curam gerens. Et ideo breuiter du... in scriptura ... disposuit vnam generalem inhibitionem, vbi multa particularia continentur. Et hoc facit Matt. 10. vbi dicit. *Nolite possidere aurum &c. neque calceamenta, neque virgam.* ¶ In quibus verbis ... quod ipse nobis prohibet, scilicet,

D... igere mundi successionem,
Eligere carnis infectionem,
Appetere status erectionem.

Ille enim nobis prohibet ne temporalia diligamus [Nolite Inquit possidere aurum &c.] Ne carnalia eligamus, quæ notantur ... calceamenta. Ne superna appetamus, quæ scilicet, notantur ... ¶ Dico ergo primo, quod nos prohibemur diligere di... ... porales, quod facit cum dicit. Nolite possidere au... ... enim viator, qui habet cito currere ad aliquem locū, ... debet se grauibus sarcinis onerare, sicut bene docet natura ... qui si necesse fuerit currere, & fugere, solet cibos de ven... & expellere, & proprijs vnguibus à se reijcere, & ... sic vere nos, qui necesse habemus ad paradisum recur... & à facie venatoris diaboli fugere, debemus deponere ... graue diuitiarum, & ipsas in bursa desiderij non habe... sed potius pauperibus erogare. *Nolite inquit possidere aurum atq; argentum neque pecuniā.* Quod breuius inhibet Prou. 23. vbi Act. 3. *Argentum & aurum non est mihi, quod autem habeo, hoc tibi do.* Circa ... prohibitionem possumus notare, quod diuitiæ simplici... prohibentur, sed solum nimia affectio diuitiarum & ni... sollicitudo acquisitionis earum, vnde in Psal. non dicitur, *... acquirere diuitias:* sed sibi dicitur: *Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere.* Teste enim scriptura Eccl. 13. *Bona est substantia, cui non est ... in conscientia.* Et teste Hieronymo. *Vitium non est in opibus, ... ipsis.* Requiritur enim secundum doctrinam sapientis & A... ... quod homo sit quasi diues, cum nihil habeat, & quasi pauper, ... sit. Prohibemur ergo diligere diuitias rem ... Nolite inquit &c. Vnde illud 1. Ioan. 2. *Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt.*

D ¶ Secundo dico, quod nos prohibemur diligere diuitias cor... quod ostenditur, cū dicitur. [Neq; calceamenta.] Vnde cum calceamenta fiant de pellibus animalium mortuorum, ... originem traxerunt, recte significant delitias carna... in carne habent originaliter sedem suam, qua... in verbis prædictæ auctoritatis prohibetur. Et ... prohibetur Luc. 10. *Nolite portare sacculum, neq; peram, neq; calceamenta.* Sed de hoc vide supra vbi agitur de calceamento. Et ... de istis carnalibus delitijs nota, quod nobis prohibetur ... triplicem sui partem, scilicet quantum

Ad { Nimiam comestionem,
Superfluam potationem,
Nefariam coniunctionem.

¶ Comestio enim prohibetur Tob. 4. *Noli manducare cum peccatoribus.* Potatio etiam prohibetur Prou. 23. *Noli esse in conuiuiis potatorum.* Coniunctio insuper prohibetur Eph. 5. *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria.* Et sic patet, quod nos prohibemur diligere ... corporales.

¶ Tertio dico, quod nos prohibemur appetere eminentias ... quod notatur cū prohibemur habere virgam. Quis, ... virga, cum qua reguntur oues, signat officium regiminis pastorum, quod scilicet non debemus per ambitionem appetere, sed potius refugere, & non velle, iuxta illud Eccl... 7. *Noli velle fieri iudex, & noli quærere à principe ducatum.* Figuratur in Moyse, qui coram Pharaone proiecit virgam quam postmodū versam in colubrum timuit apprehendere. Quia vere virga iurisdictionis mundanæ est malis, & ambitiosis coluber periculosus, per quem, scilicet, ipsi deuorantur, & per peccata plurima inuenenantur. Istam ergo debet Moyses, id est, vir perfectus pro posse suo refutare, & reijcere, & ipsam recipere & trepidare. Sed vide de virga infra in titulo suo. Et sic igitur patet, quomodo in scriptura tria nobis generaliter prohibentur per istud vocabulum [Nolite.]

¶ Sed si adhuc volumus notare, possumus dicere, quod per F istud verbum nolite nobis prohibetur, ne habeamus

Vitium < { Desperationis,
Excæcationis,
Obstinationis,
Æstimationis,
Impugnationis,
Imitationis,
Subiugationis,
Acquisitionis,
Dominationis.

Prohibetur ergo nobis tristitia desperationis Genes. 45. *Ego sum Ioseph nolite pauere.* Item prohibetur nobis ignorantia excæcationis Psal. *Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus.* Item malitia obstinationis Psal. *Nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione.* Item fallacia æstimationis Luc. 6. *Nolite iudicare & non iudicabimini.* Et Ioan. 7. *Nolite iudicare secundum faciem.* Item sæuitia seu violentia impugnationis, quia, scilicet, nos non debemus lædere nec impugnare nec bonos, nec malos. De bonis prohibemur in Psalm. *Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari.* De malis etiam prohibemur 1. Mach. 5. *Nolite committere bellum aduersum gentes.* Item prohibetur nobis conformitas malæ imitationis ad Rom. 12. *Nolite conformari huic sæculo nequam.* ¶ Item seruilitas malæ subiugationis ad Gal. 5. *Nolite ergo seruituti detineri.* Item sollicitudo acquisitionis. Vnde Luc. 13. *Nolite solliciti esse.* Item sublimitas dominationis. Luc. 13. *Nolite in sublime tolli &c.*

¶ Sed adhuc dico, quod nolle accipitur in malo. Et hoc fit G quando mali nolunt facere illa quæ pertinent ad salutem. Vnde nota, quod mali nolunt

Audire Deum sibi obediendo,
Ad Deum ire, ad ipsum reuertendo,
Legem tenere, mandata faciendo,
Clare videre, discrete se regendo,
Bonum habere, gratiam amplectendo.

Dico ergo quod mali nolunt obedire 1. Reg. 8. *Noluit populus audire vocem Samuelis.* Item nolunt reuertere. Hier. 5. *Indurauerunt faciem suam supra petram, noluerunt reuerti.* Item nolunt legem tenere. Psal. *In lege eius noluerunt ambulare.* Item nolunt clare videre. Vnde in Psal. *Noluit intelligere, vt bene ageret.* Item nolunt bonum agere siue habere Psalm. *Noluit benedictionem, & elongabitur ab eo.* Et de hoc Nolle sufficit.

# Nomen.

Nomen multipliciter sumitur in scriptura. Inuenitur enim in scriptura. A

Nomen { Sanctum & honorabile,
Fictum & detestabile,
Bonum & delectabile,
Malum & execrabile.

Nomen honorabile est nomen deitatis, & de hoc Exod. 3. *Ego sum qui sum, & hoc est nomen meum in æternum.* Nomen detestabile est nomen hypocriticæ falsitatis, quia, scilicet isti habent nomē, & non rem. Eccl. 37. *Est amicus solo nomine.* Nomen delectabile est nomen veræ, & laudabilis famositatis, & istud est nomen bonorum, & perfectorum, de quo Eccl. 7. *Melius est nomen bonum, quam vnguenta pretiosa.* Nomen execrabile est nomen infamis vitæ, & prauitatis. Et de hoc Prou. 10. *Nomen impiorum putrescet.* Dicamus igitur de istis aliquid per ordinem. ¶ Primo igitur dico de nomine sancto & honorabili, scil. de nomine Dei. Quia sicut videmus, quod nomina regum, & principum solent timeri, & honorari, quia scilicet solo timore vel honore nominis ipsorum multa fiunt, sic nomen Dei honorandum est, & timendū, & timore, & honore ipsius omne bonum est faciendum, & omne vitium declinandum.

Istud

Istud enim est Nomen
- Gloriosum,
- Virtuosum,
- Gratiosum,
- Dulcorosum.

Et ideo breuiter de isto nomine potest exponi illud Prouer. 18. *Turris fortissima nomen Domini, ad ipsam confugit iustus, & saluabitur.* Vbi aduerte, quod istud nomen habet fastigium, quia nomen Domini præbet refugium, quia turris fortissima, quærit suffragium, quia ad ipsum, tollit naufragium quia saluabitur.

B ¶ Dico ergo, quod istud nomen habet fastigium summæ auctoritatis, quia, scilicet est nomen Domini, non nomen serui, vel cuiuslibet alterius. Istud enim nomen tantæ est dignitatis, quod humanum genus vix fuit dignum, quod eo nominaretur, sicut ipse dominus de Abraham, Isaac & Iacob dicit Exod. 6. *Nomen meum Adonai non indicaui eis.* Et ideo Angelus in persona Domini loquens Iacob & Manue nomen suum roganti cuilibet legitur dixisse Genes. 32. & Iud. 13. *Cur quæris nomen meum, quod est mirabile?* ac si dicat. Ad te non pertinet, nec reuelare, nec scire. Istud enim est

Nomen
- Dignitatis incogitabilis,
- Potestatis insuperabilis,
- Charitatis inæstimabilis.

Istud enim nomen habet dignitatem, & ideo dicitur Adonai, quod interpretatur Dominus. Quia, scilicet, *ipse est rex regum, & dominus dominantium*, vnde Hier. 23. *Et hoc est nomen, quo vocabunt eum, dominus iustus noster.* Iste enim dicitur dominus, ratione auctoritatis. Dicitur iustus ratione veritatis. Dicitur noster, ratione charitatis, & benignitatis. ¶ Item istud nomen habet potestatem, & ideo iste dicitur Deus Sabaoth, quod interpretatur exercituum, & virtutum. Quia, scilicet, nomen eius habet potestatem super exercitus Angelicos, & virtutes. Vnde etiam de virtute, & potestate huius nominis dicitur Mar. 16. *In nomine meo dæmonia eijcient, linguis nouis loquentur, serpentes tollent, super ægros manus imponent, & bene habebunt, & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit.* Quia pro certo sicut exemplis infinitis patet,

Nomen Dei valet ad
- Dæmonum expulsionem,
- Linguarum intellectionem,
- Bestiarum & reptilium superationem,
- Infirmorum curationem,
- Venenorũ & periculorum euasionem.

Spiritualiter enim loquendo, istud nomen eijcit dæmonia per contritionem. Linguis loquitur nouis per confessionem. Serpentes, id est, stimulos conscientię tollit per satisfactionem. Super ægros, id est, peccatores manus imponit per gratiæ collationem. Mortifera etiam lędere non sinit per aduersitatum tolerationem. Istud ergo nomen habet potestatem. ¶ Item dico, quod istud nomen habet charitatem. Et ideo dicitur Emanuel, id est, nobiscum Deus Esa. 7. *Vocabitur nomen eius Emanuel.* Iste enim per charitatem nobiscum est, sicut ipse dicit Matt. 18. *Vbi duo, vel tres congregati sunt in nomine meo, ibi sum in medio ipsorum.* Et ideo breuiter de isto nomine tam admirabili, tam laudabili, tam glorioso, tam virtuoso, tam delectabili, tam amicabili dicitur in Ps. *Sit nomen eius benedictum in sæcula, ante solem permanet nomen eius* Patet ergo, quod nomen Dei habet fastigium summæ auctoritatis. Nomen inquit Domini. ]

C ¶ Deinde dico, quod istud nomen prębet refugium magnæ securitatis, quia istud dicitur turris fortissima. Sicut enim turris est tutamen, & refugium obsessorum: sic nomen domini nobis in ista valle miseriæ refugij locus est, & tentationibus, & tribulationibus obsessis est vnicum refugium, & tutamen. Sicut enim illi, qui ab inferioribus iudicibus grauantur, solent appellare, & refugere ad Regem vel Papam sicut ad refugium, seu præsidium singulare, sic nos, qui ab iniquis iudicibus, scil. mundo, carne & dæmonibus quotidie affligimur, & grauamur, debemus ad auxilium diuini nominis recurrere, & ad tutelam ipsius refugere, & nos ipsius protectioni, & munimini penitus, & totaliter commendare. Vt in Ps. *Deduxisti me Domine, quia factus es spes mea, turris fortitudinis à facie inimici.* De isto nomine, & ipsius fortitudine protectiua potest dici illud Hier. 10. *Magnus es tu, & magnum nomen tuum in fortitudine.* Istud ergo nomen præbet refugium magnæ securitatis.

D ¶ Denique dico, quod istud nomen quærit suffragium magnæ humilitatis, quod ostenditur cum dicitur. [Ad ipsum fugit iustus] Istud enim nomen humiliter debet inuocari, & à quolibet iusto per humile suffragiũ implorari. Sicut enim pullus videns miluum, confugit ad alas gallinę, quasi inuocans protectionem ipsius contra miluum, sic homo contra impetum milui, id est, diaboli, debet ad alas gallinę, id est, ad protectionem diuini nominis per orationem confugere, & ipsum in auxilium inuocare, iuxta illud Hester 14. *Hester quoque regina confugit ad dominum, pauens periculum.* Nihil enim tutius in periculis quam diuini nominis inuocatio, sicut de Enoch dicitur Gen. 4. quod *iste cœpit inuocare nomen domini* Psal. *Nos autem in nomine Dei nostri inuocabimus.* Et nota, quod istud nomen inuocandum est, quia

- Dulcorosum odorantibus,
- Fructuosum exorantibus,
- Luminosum contemplantibus.

Et (dico) istud nomen odorantibus dulcorosum. Vnde Cant. 1. *Oleum effusum nomen tuum.* Item est exorantibus fructuosum, vnde Ioan. 16. *Quodcunque petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis.* Item est contemplantibus luminosum Psal. *In lumine tuo videbimus lumen, & in nomine tuo confitebimur tibi in sæculum.* Istud ergo nomen quærit suffragium magnæ humilitatis, quia videlicet istud nomen requirit, quod debeat humiliter inuocari, quia, scilicet sicut dicitur ad Philip. 2. *Istud est nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum.*

¶ Insuper dico, quod istud nomen tollit naufragium omnis iniquitatis [Saluabitur inquit.] Quia sicut dicitur Act. 4. *Non enim est datum aliud nomen hominibus, in quo oportet nos saluos fieri.* Et certe bene dico, quod ad istud nomen est fugiendum, & in eo totaliter confidendum. Si enim malorum spirituum inuocatores, contra ipsorum sæuitiam per virtutem diuinorum nominũ proteguntur, ita quod ab ipsis lædi nequeunt, dum in circulis circumscriptis diuinis nominibus includuntur, imo (sicut dicitur) ipsi respondere per virtutem diuinorum nominum compelluntur sicut de nomine Dei ineffabili semiphoras, & alijs Dei nominibus in libris magicis continetur, certe multo fortius credendum est, quod si bonæ, & deuotæ personæ nomen diuinum in suis necessitatibus inuocent, ipsius auxilium sentiant, & reportent. Quia si peccatores à dæmonibus, & à periculis liberat, multo fortius iustos saluat, vnde Iohel. 2. *Omnis quicunque inuocauerit nomen Domini, saluus erit.* Istud est nomen Dei

Quod
- Saluat periclitantes,
- Recipit ad se confugientes,
- Erigit ad se clamantes,
- Protegit in se confidentes.

Et propterea de virtutibus istius nominis admiratiue loquitur Dauid, dicens in Psal. *Domine dominus noster quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra.* Et Esa. 9. dicitur, quod *vocabitur nomen eius admirabilis, Deus fortis, pater futuri sæculi princeps pacis.* Ista ergo sunt dicta de nomine sancto & mirabili. ¶ Secundo principaliter dico de nomine bono, & delectabili, seu commendabili. Et istud est bonum nomen, bona fama, bonus rumor cuiuslibet viri iusti. Istud enim summe est appetendum, quia sicut nomen est illud, per quod vnaquæque res cognoscitur, sic fama est illud, per quod de nobis notitia diuulgatur. Arboris enim virtus quandoque cognoscitur per odorem, vnde nulla res dicitur (vt communiter) conuenienter virtuosa, cuius non est substantia odorosa. Sic vere per odorem boni nominis, bonitas interior cognoscitur. Quia (vt communiter) vbi latet interius mala substantia malæ vitæ, nunquam fragrat exterius redolens bonæ famæ. Et ideo breuiter bonum nomen debet super omnia diligi, & haberi, multiplici ratione, quia videlicet istud est

- Diuitijs præponendum,
- Delitijs præferendum,
- Eminentijs præmittendum.

Bonum enim nomẽ est melius, quam diuitiæ, quia sicut dicitur Prou. 22. *Melius est nomen bonum, quam diuitiæ multæ.* ¶ Item melius est, quam delitiæ, quia sicut dicitur Ecc. 7. *Melius est nomen bonum, quam vnguenta pretiosa.* Item melius, quam honores, seu eminentiæ, quia sicut dicitur Gen. 11. *Gigantes turrem altam vsque ad cælum voluerunt ædificare, vt nomen suum possent celebrare.* Et sic quia propter nomen suum celebrandum turris eminentiam ædificauerunt, exinde patet, quod nomen eminentiæ prætulerunt. Et istud pro certo apparuit in antiquis patribus, qui pro nomine bono habendo non solum sustinuerunt infinita mala, imo etiam pro nomine bono conseruando passi sunt infinita damna. Legi enim quod dum in quadam ciuitate Cypri esset quidam Burgensis magnæ famæ, magnique nominis & virtutis, apud quem omnes transeuntes mare, bona sua deponebant, accidit, quod

[illegible] mo quadam die publice clamauit apud [illegible] pungentas libras quas deposuerat apud [illegible] n veritate falsumerat. Burgensis tamen vidēs, [illegible] pr[illegible] a clamore desistere non volebat, vocauit [illegible] ro, & tradidit illi pecuniā, quam petebat, magis eli[illegible] pecuniam perdere, quam boni nominis sui aliquam [illegible] nem incurrere. Verumtamen Dei iudicio factū fuit, [illegible] pestilet de dicta pecunia valde diues effectus est: ad [illegible] uis veniēs compunctus corde, totum quod habuerat, [illegible] d acquisierat dicto Burgensi reliquit. & sic ipsius fa[illegible] mis procurator, qui fuerat nequissimus defraudator. [illegible] de bono nomine curabat, & ipsum suis diuitijs præpo[illegible] illud Ecc. 41. *Curā habe de bono nomine, hoc n. magis per[illegible] quā mille thesauri magni & pretiosi.* Per nomen ergo si[illegible] buna fama, quam, sc. viri iusti vndiq; circumstaciont, [illegible] Et ideo cuilibet sic nominato, & famuso potest [illegible] .11 *Oliuam vberem, pulchram, fructuosam, speciosam, [illegible] Dominus nomen tuum.* § Vbi aduerte, quod homo potest [illegible] minatus propter quattor, videlicet quando habet

Constantiæ firmamentum,
Clementiæ lenimentum,
Decentiæ velamentum,
Scientiæ paramentum.

Probat constantiam ligni soliditas. [Oliuam.]
Probat clementiam fructus fertilitas. [Vberem.]
Probat decentiam formositas. [Pulchram.]
Probat scientiam vernans amœnitas [Speciosam.]

¶ Dico ergo, quod ad bonum nomen habendum requiritur so[illegible] liditas fir[illegible] constantiæ, q notatur in nomine. [Oliuam,] quæ, scilicet, [illegible] het lignum valde solidum, & quasi penitus imputribi[illegible] natur. [Vn]de & factū est, quod in tabernaculo fœderis quic[illegible] [illegible] ostium, de lignis imputribilibus factū fuit. *Duo etiā Che[illegible] sunt de ligno oliuarum.* Sic vere spiritualiter loquendo, si [nomen] & gloriam acquirere volumus, constātes & solidi in di[illegible] [illegible] ibus, factu, temptationibus, & tribulationibus indefe[illegible] [illegible], & imputribiles esse debemus, vnde Ose. 14. *Erit quasi oliua [gloria eius.]* [Exe]mplo Dauid, qui interpretatur manu fortis, de quo [dicitur 1.] Re. 18. *Celebre factū est nomē eius nimis.* vnde etiam de Io[sue] forti & strenuo debellatore dicitur Ios. 6. quod *fuit Dominus cum Iosue & nomen eius diuulgatū est in omni terra.* Sicut n. videmus, quod milites fortes, & strenui, & victoriosi per pœnas, & tribu[la]tiones corporis, nomen & gloriam acquirunt, ita quod coram [re]gibus, & magnatibus laudes, & magnificentias accipiunt, sicut [vi]demus, quod species quando teruntur, melius fragrant, [illegible] tum, qui dicitur gagates extra ignem redolere non vide[tur,] [illegible] igne tamen positus suauissimum fragrat odorem, sic vere [illegible], quando tribulationibus huius mundi teruntur, quā[illegible] [illegible] igne tribulationis cremantur, quando in bellis contra vitia, [illegible] victorias fortiter assequuntur, odorem bonæ famæ [illegible] effundere, & gloriam præclari nominis corā regibus Deo [&] Angelis acquirere, & habere, sicut de rege Ozia dicitur 2. Par. [illegible] *Diuulgatum est nomen eius vsque ad introitum Aegypti propter cre[illegible] [illegible].* Requiritur ergo ad bonum nomen habendum, so[illegible] [illegible] constantiæ.

¶ [Item] ad bonum nomen requiritur in homine fertilitas piæ [clemen]tiæ. [Vberem inquit & fructiferam.] Sicut n. videmus, [quod ho]mines liberales, suas diuitias alijs largientes præ cæteris [illegible], arbores etiam fructiferæ fructus suos vberiter e[illegible] præ cæteris commendantur, sic viri pij, qui fructus di[uitiarum] [illegible] libenter, & liberaliter pauperibus distribuunt [illegible] Deo, & hominibus nomen, laudem, & glo[riam] [illegible], ita quod propriè pauperes possunt dicere de [illegible] illud [illegible] 7. *Vidimus terram valde opulentam vberem,* ita q [illegible] ad quemlibet talem misericordem possunt dirigere verbum il[lud] Cant. 1. *In odore vnguentorum tuorum currimus, oleum effusum no[men] tuum.* Requiritur ergo fertilitas piæ clementiæ.

¶ Item ad bonum nomē requiritur formositas ornatæ decētiæ [Pulchram inquit] Sicut enim res pulchræ præ cæteris nominan[tur,] ita quod etiā iā viri, quā mulieres quandoq; propter sui pul[chritu]dinē corporis nomen non modicum assequuntur, sic ve[re ap]ud Deum pulchritudo honestæ apparētiæ, & decentiæ so[illegible] magnum nomē, & gloriam generare. Illiq; apud Deum sunt [illegible] nationes, qui sunt per honestam apparentiam pulchriores, [illegible] Eze. 16. dicitur eidem ciuitati in figura cuiusdam virginis [illegible]. *Egressum est,* inquit, *nomen tuū in gentes propter speciem tuā,*

*quia perfecta eras in decore meo, quem posueram super te, dicit Dominus Deus.* Requiritur ergo formositas ornatæ vel piæ decentiæ.

¶ Item ad bonum nomen requiritur sagacitas magnæ prudē- K
tiæ [Speciosam inquit.] Sicut enim sensibiliter videmus, illi, qui sunt sapientiores, sunt in fama, & gloria commutationes. Vnde de Salomone sapientissimo, de Aristotele subtilissimo, de Seneca moralissimo, & prudentissimo propriè viget nomen. Vnde etiā ipsi Salomoni dicitur Eccl. 47. *Ad insulas longius diuulgatū est nomē tuum, & dilectus es in pace tua.* Et ideo proculdubio si nomen bonū habere volumus, necesse est, quod in virtute prudentiæ & spiritualis scientiæ vigeamus, quod ostenditur cum dicitur. [Speciosam.] Viror enim & speciositas arboris viuacitatem denotat ingenij seu mentis, vt sic cuilibet in scientia, & eloquentia nominatur dicatur illud Psal. *Speciosus forma præ filijs hominum, diffusa est gratia in labijs tuis.* Sic igitur patet charissimi, quod propter

Prudentiam subtiliorem,
Decentiam honestiorem,
Clementiam vberiorem,
Constantiam robustiorem,

Viri iusti habuerunt bonum nomen, ita quod cuilibet poterat dici illud Esa. 27. *Vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominauit.* Isti enim figurantur in templo, quod sicut dicitur 1. Mach. 3. *Nominatum erat vsq; ad extremum terræ.* De quo etiā dicitur 1. Par. 22. *Domus, quam ædificare cupio, talis debet esse, vt in cunctis regionibus nominetur.* Figurantur etiam in gigātibus, de quibus dicitur Bar. 3. *Ibi fuerunt gigantes nominati, statura magna, scientes bellum.* Figurantur etiam in Iudæis, de quibus dicitur 1. Mac. 11. *Glorificati sunt Iudæi & nominati sunt in regno.* Ista ergo dicta sint de nomine bono & commendabili.

§ Tertio principaliter dico, de nomine malo, & execrabili, L
quod videlicet nihil aliud est, quā mala fama, vel mala opinio, vel rumor. Istud n. nomen summe cauendum. Quia sicut homo valde cauet, ne fœteat corporaliter, & ne aliquam immunditiā habeat per quā vilis, & horribilis ab alijs iudicetur, sic spiritualiter à fœtore mali, & infamis nominis debemus cauere, quia pro certo Deus, & mundus tales fœtentes nō diligunt, sed ipsos fugiunt, & contemnūt. Hircus enim animal & fœtidum, & immūdum, & ideo ad conuersandū inter homines non est gratū. Porcus etiā immundus dicitur, eo quod in stercoribus, & fœtorib. delectatur. Vpupa etiā sacrificari Deo indigna fuit, eo quod de stercoribus, & rebus fœtentibus nidū facit, sicut dicitur Leu. 11. & Deut. 14. Quia ꝓ certo tales, qui per infamiam sunt fœtidi, & qui in reb. fœtidis, & infamibus sunt nutriti, Deo sunt & hominibus odiosi, nec digni sunt eū bonis hominibus conuersari, nec etiā Deo & Angelis dedicari. Isti enim sunt sicut *bestia, quæ ascendit de abysso, quæ nominibus blasphemiæ erat plena.* sicut dicitur Apoc. 13. & 17. Et possumus notare, quod illud malū nomē acquiritur

Per { Stultitiam, & præsumptionem, Luxuriam, & infectionem, Sæuitiam, & exactionem. }

Est igitur malum nomē fatuitatis. Et de hoc dicitur Eccl. [illegible] vbi de onerosa conditione hominis loquens dicit sic: *Super plumbum quidem grauabitur, & quod illi aliud nomen, quā fatuum?* Tale nomen habebat præsumptuosus Nabal, qui per suam præsumptionem totam domum suam, & seipsum exposuit periculo & ruinæ, scilicet Dauid male respōdendo, & eidē victualia denegando, sicut dicitur 1. Reg. 25. Vnde de ipso dicitur ibidem. *Ipse enim secundū nomen suum stultus est.* Item est malū nomen carnalitatis. Vnde multi sunt sicut illa mulier meretrix de qua Apo. 17. dicitur, quod *in fronte sua habebat nomen scriptum Babylon, mater fornicationum.* Item est malum nomen crudelitatis Vnde de multis potest dici illud Esa. 8. *Voca nomen eius, accelera spolia, detrahe, festina prædari.* Isti figurantur in illa stella cadente de cœlo, de qua Apoc. 8. quod *nomen stellæ absinthium,* quia sc. raptores sunt alijs absinthium eius amaritudinis. Et sic patet de nomine malo, & execrabili. § Quarto M
dico de nomine ficto, & detestabili, & illud est nomē hypocritarum, qui nomen habēt sine re. Figurantur in equo pallido Apocal. 6 quia *qui sedebat super eū, nomen illi mors, & infernus sequebatur eum.* Tales enim sunt pallidi per fictam apparētiā honestatis. In ipsis enim secundum veritatem sedet mors, i. e. abundantia totius iniquitatis, quam, scilicet, sequitur infernus finalis pestilentiæ & pœnalitatis. Isti enim sunt similes fatuis nobilibus, qui hæreditatem suā vendiderunt, quia de hæreditate, & de genere & nobilitate non retinent nisi nomen. Sic isti hæreditatem virtutum non habent, sed solum nomen, & famam retinent, vnde Apocal. 3.

loquitur vni tali dicẽs: *Nomen habes, quod viuis, & mortuus es.* Et tale nomẽ in veritate non potest diu durare. Accidentia enim non possunt manere sine subiecto, & quia isti non habent subiectũ, necesse est, quod deficiat in eisdẽ accidens honestatis. Teste n. Sen. *Nihil, quod simulatam & fictum est, potest esse diuturnum.* Odor n. aromatum post recessum, & in absentia ipsorum potest in aliquo loco aliquamdiu durare. (Patet enim de pomo quod homo tenuit in manu, quo odor manet odor in manu aliquantulum.) veruntamẽ non potest talis odor diu perseuerare, cum nõ habeat, quod ipsum possit continuare. Sic odor boni nominis, & famæ in talibus aliquamdiu potest stare, sed pro certo diu non potest sistere vel durare: Vnde enim Ecc. 41. *Nomen impiorum delebitur.* & Esa. 14. *Perdam Babylonis nomen.* Hæc igitur de quadruplici nomine sufficiant, videlicet de nomine ficto, de nomine malo, de no-
N mine bono, & de nomine sancto. ¶ Sed adhuc potest dici, quod nomen seu nominatio nihil aliud est, quam ad aliquam dignitatem promotio vel electio. Vnde cuilibet nouiter electo potest dici illud Esa. 62. *Vocabitur tibi nomen tuum quod os domini nominauit.* Et si vis potes dicere, quod adhuc, quod aliquis sit dignus nominari ad dignitatem, requiritur, quod habeat illas quatuor conditiones in illa auctoritate supra positas. Oliuam vberẽ &c. Vel si vis, pone illam auctoritatem suprà tit. de Appellare. *Appellauit Adam nominibus suis cuncta animantia, & cuncta volatilia cœli, & cunctas bestias terræ.* Et de ista nominatione dicitur Ezech. 34. *Suscitabo eis germen iustum, & nominatum.*

A **Nondum.** Nota, quod Nondum semper signat dilationem, seu futuri temporis successionem. Et sic igitur dico, quod tam in bono, quam in malo per nondum potest intelligi

Mentis prudentia diu deliberans,
Cœli clementia beatos remunerans,
Mortis potentia tandem accelerans,
Cordis pigritia nunquam properans.

¶ Primo igitur dico, quod per Nondum intelligitur mentis prudentia deliberatiua. Ista enim nunquã subito prorumpit ad negotia, sed semper deliberat, & expectat per consilia. Dicit enim Nondum est tempus, Nondum fiat &c. Deus enim tale Nondũ diligit, & in talibus prudentibus deliberationibus requiescit. Figura ad hoc, quia corpus domini, sicut dicitur Lu. 23. *fuit positum, & sepultum in sepulchro, in quo Nondum quisquam positus fuerat,* & Act. 8 dicitur, quod *quia spiritus sanctus Nondũ in quemquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine domini Iesu, ideo venit subito super illos.* Primo videbatur spiritus diu deliberasse, & postea se subito infudisse. Exemplo Christi, qui dicebat Ioan. 7. *Tempus meum Nondum impletum est.* Sicut etiam ipse dicebat beatæ virgini dum miracula facere ad tempus differret Ioa. 2. quando ipsa dixit *Vinum non habent. Quid* inquit *mihi, & tibi mulier? Nondum venit hora mea,* ac si dicat? Nondum, id est, tempus & hora est in omni negotio expectanda. sicut de missione spiritus sancti dicitur Io. 8 quod *Nondum erat spiritus datus, quia Nondum erat Iesus glorificatus.* Patet ergo, quod per Nondum intelligitur mentis prudentia deliberatiua:

B ¶ Secundo dico, quod per Nondum intelligitur cœli clementia beatificatiua. Constat enim quod gloria paradisi *Nondum apparet nobis, sed expectatur in fine.* De quo Heb. 9. dicitur. *Hoc significante spiritu sancto Nondum esse propalatam sanctorum viam, adhuc priore tabernaculo habente statum.* Vnde etiam de ista futura gloriæ successione dicitur Ioan. 20. *Noli,* inquit, *me tangere. Nondum enim ascendi ad patrem meum,* &c.

C ¶ Tertio dico, quod per Nondũ intelligitur mortis potentia acceleratiua. Mors enim & Iudicium habẽt suum Nondum, de quo Matt. 24. *Oportet primum hæc fieri, sed Nondum statim finis.* Vnde de isto Nondum, i. e. de finali fato, & hora mortis dicitur Io. 7. quod *nemo misit in Iesum manus, quia Nondum venerat hora eius.* Apud Deum enim secundum quosdam Philosophos omnia negotia habent suum Nondum, id est, suum futurum non essendi punctum, sicut Christus de seipso dicebat Ioan. 7. *Tempus meum Nondum aduenit.* Igitur patet, quod per Nondum intelligitur mortis potentia acceleratiua.

D ¶ Quarto dico, quod per Nondum intelligitur lenta pigritia semper dilatiua. Pigri enim & imbecilles semper quærũt dilationem negotiorum. Dicunt enim quod Nondum est tempus operandi, sicut bene reprehenduntur illi pigri, qui dicebant Agg. 1. *Nondum venit tempus domus ædificandæ.* Isti enim differunt, & bene operari, & bene intelligere. Bene dico operari, sicut dictũ est de illis, *qui domum Dei Nondum ædificandam* dicebant. Bene etiam intelligere, sicut Mar. 8. vbi dicitur. *Nondum cognoscitis, aut intelligitis, adhuc cor cæcatum habetis.* Igitur patet, quomodo Nondum tam in bono, quã in malo potest dilationes quatuor designare.

A **Non.** Cũ Non sit syllaba, seu dictio negatiua, & priuatiua, posset dici, q secundum quod Non negat, & tollit, & est negatio bona, vel mala, in bono potest accipi, & in malo. Sic ergo notabo, q in scriptura reperitur in bono. Nõ quod spectat

Ad { Summum eminentem,
Tristem pœnitentem,
Iustum excellentem,
Sanctum triumphantem.

¶ In malo vero reperitur vnum Non, quod spectat

Ad { Miserum egentem,
Dæmonem lædentem,
Impium peccantem,
Damnatum lugentem.

¶ Primo ergo dicamus, quod est vnum Non, quod pertinet ad summe regentem, hoc est dictum, ad Deum. Cõstat enim, quod cum Deus sit summe perfectus, ad ipsum pertinet esse Nõ, quod priuat, & aufert aliquid imperfectum. Et sic de eo potest dici, quod ipse est non impius, non iniustus, non variabilis, non corruptus. Et sic dico, quod ad ipsum spectat vnum Non tollens

Prauitatem,
Falsitatem,
Vanitatem,
Mortalitatem,
Iniquitatem,
Crudelitatem.

¶ De prauitate constat, quod ipse est non peccabilis, quia scilicet *peccatũ non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius.* De falsitate constat, quia ipse est immentibilis, quia sc. *Non est Deus, vt homo, vt mentiatur, nec vt filius hominis, vt mutetur* Nu. 23. De vanitate seu variabilitate constat, quia est immutabilis, quia sc. *ipse est apud quem nõ est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio* Iac. 1. dicitur in Ps. *Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.* & Mal. 3. *Ego Dominus, qui nõ mutor.* De mortalitate constat, quod ipse est immortalis seu nũquam corruptibilis, quia sc. *Christus resurgens ex mortuis iam nõ mo-*
B *ritur, mors illi vltra non dominabitur* Ro. 6. ¶ De iniquitate vero cõstat, quod ipse est peccato inconsentibilis. Deus enim non solũ non peccat: imo etiam peccato nunquam consentit, sed peccata prohibet, atq; vetat. Negat enim & prohibet, & vetat, per illud aduerbium Non, omne peccatum, & potissime peccatum veneris, quod carnem maculat, hoc est, luxuriã: peccatum aeris, q sursum eleuat, hoc est, superbiam: peccatum funeris, quod pigrũ vinculat, hoc est, acediam: peccatum sceleris, quod iram iaculat, hoc est, sæuitiam: peccatum fœnoris, quod opes cumulat, hoc est auaritiã: peccatum iecoris, quod in ventre pullulat, hoc est, gastrimargiam: peccatũ pectoris, quod bonos iugulat, hoc est, inuidiam. ¶ Dico ergo, quod Deus habet vnum Non, quod prohibet peccatum veneris, & luxuriæ, & sic dicit Exod. 20. *Nõ mœchaberis, & non concupisces vxorem proximi tui,* & Eccl. 9. *Non aspicias mulierem,* & Eccl. 25. & 41. ¶ Item habet vnum Non, quod prohibet peccatum aeris, & superbiæ Eccles. 5. *Non te ventiles in omnem ventum,* & Tob. 4. *Superbiam nunquam in tuo sensu dominari permittas, ab ipsa enim sumpsit initium omnis perditio.* ¶ Item habet vnũ Non, quod probibet peccatũ funeris, & acediæ, i. e. pigritiæ, quæ sc. similis est funeri, seu morti Eccl. 7. *Non te pigeat visitare infirmum, ex hoc enim in charitate firmaberis.* ¶ Item habet vnum Nõ, quod prohibet peccatum sceleris, & sæuitiæ, seu iracundiæ Exo. 20. *Non occides,* & illud Leu. 19. *Non facias calumniam proximo tuo,* quia sicut dicitur Iac. 1. *Ira enim viri iustitiam non operatur.* ¶ Item habet vnum Non, quod prohibet peccatum fœnoris & auaritiæ Exod. 20. *Non furtum facies.* Et illud. *Non fœnerabéris fratri tuo.* ¶ Itẽ habet vnum Non, quod prohibet peccatum iecoris, & gastrimargiæ Eccl. 37. *Non te effundas super omnem escam.* ¶ Item habet vnum Non, quod prohibet peccatum pectoris & inuidiæ Leu. 19. *Non oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publice argue eũ.* Et breuiter dico, quod omne nõ mali prohibitiuum pertinet ad Deũ, sicut est. *Non peierabis. Non furtum facies. Non mentieris. Non falsum testimoniũ dices. Non maledices surdo, & coram cæco non pones offendiculum. Non eris criminator in populis. Non falsum testimoniũ dices.* Leu. 19. & cætera similia, quæ longum, & impossibile esset ponere. Est ergo vnum Non quod pertinet ad summe regentem. ¶ Secundo principaliter dico, quod est vnum Non, quod pertinet ad culpas lu-

[illegible] ;k [illegible]
[illegible] to,
[illegible]
[illegible] ceta [illegible],
[illegible] tiam.

[illegible] tam, quia [illegible] bet negare [illegible] pœnitentibus, absti [illegible] entibus, & tri- [illegible] 24. *Cessauit gaudium tympanorum, quie- [illegible] dulcedo cytharæ, cum cantico non bibent* pe[illegible] *amarum erit potio bibentibus illam.* Et illud Luc. 1. *Vinum & sice-*

[illegible] bet denegare virtuti desistentiam, quia [illegible] [illegible] bet cauere, ne re [illegible] cidat. Vnde illud 1. Cor. [illegible] *videat ne cadat.* ¶ Item debet negare crimi- [illegible] erantiam seu conualescentiam, iuxta illud [illegible] *in cordibus tua, vt non peccem tibi.* Et merito, [illegible] *. Si non peccauerimus scimus quoniam apud te* [illegible] ¶ I[illegible] m debet per [illegible] ens denegare dæmoni ob- [illegible] Mach. [illegible]. *Non obediemus præcepto regis, sed præce-* [illegible] d est vnum non, quod pertinet ad culpas [illegible] entem. ¶ Tertio principaliter dico, quod [illegible] pertinet ad iuste viuentem, hoc est dictum, [illegible] & iustum. Iste enim dicit non, omnibus, [illegible] trahere volunt. Nam iste

[illegible] ellanti, non tristabur,
[illegible] variani, non mutabor,
[illegible] maculanti, non fœdabor,
[illegible] ignanti, non placabor,
[illegible] minanti, non turbabor.

[illegible] subiugabor, seu deprecabor, & humilia- [illegible] in Deo, quod cum flagellat, nō contristabi- [illegible] tientiam habebit, iuxta illud Pro. 12. *Non* [illegible] *quid ei acciderit.* ¶ Item dicit mundo, quod cū [illegible] mutatur, sed potius, quod se opere erit stabilis, & p- *[illegible] in æternum non commouebitur.* ¶ Item dicit carni [illegible] quod non fœdabitur Rom. 8. *Spiritu ambulate, & non perficietis.* Et merito, quia sicut ibidem dicitur [illegible] *sunt, Deo placere non possunt.* ¶ Item dicit hosti, quan- [illegible] incitat, quod non placabitur, sed superabitur [illegible] auxilio diuino. De quo dicitur in Ps. *Non dimisit ho- [illegible], & corripuit pro eis reges.* Et illud, *Iunior fui, etenim se- [illegible] iustum derelictum nec semen eius.* ¶ Item dicit morti [illegible] appropinquat, quod non turbabitur, iuxta illud Ioa. *[illegible] cor vestrum, neque formidet, vado, & venio ad vos.* Et *[illegible] crediderit in me, non morietur in æternum.* Ioan. 11. ¶ Item [illegible] regi, sc. Deo, quod contra ipsum Non eleuabitur, [illegible] d ipsi humiliabitur, & ipsum orare non dedigna- [illegible] bit, orabit & deprecabitur, dicens illud Ps. *[illegible] tuam a me, & ne declines in ira à seruo tuo.* Et illud *Ne [illegible] in tempore senectutis, & cum defecerit virtus mea, ne derelin- [illegible] Ne veniat mihi pes superbiæ, & manus peccatoris non moueat me.* Patet ergo, quod ista negatio non, quandoque [illegible] sum, seu etiam est vnum non, quod pertinet ad [illegible]

[illegible] vero dico, quod est vnum Non, quod pertinet ad [illegible] est dictum, ad quemlibet virum beatum, [illegible] ne suum Non, & suam negatiuam, in qua, sc. [illegible] denegatur omne malū, iuxta illud Apo. 7. *Ab- [illegible] lacrymam ab oculis sanctorum, & iam non erit am- [illegible] clamor, sed nec vllus dolor, quoniam priora transie-* [illegible] sti non

[illegible] nt hostis iniuriam,
A[illegible] ittant cordis lætitiam,
Sentiunt pœnæ mœstitiam,
Cognoscunt vmbræ tristitiam,
Admittunt culpæ nequitiam,
Incurrunt mortis angustiam.

[illegible] quam beati non metuāt hostis iniuriam, patet, quia sicut Esa. [illegible] de ciuitate paradisi. *Ibi non erit leo, & mala bestia non [illegible] eam, nec inuenietur ibi,* & Esa. 66. *Non nocebunt neque occi- [illegible] monte.* ¶ Item quod beati non amittant verum [illegible] ubi [illegible] dicitur cuilibet beato. *Requiesces, & non [illegible] occurrat, & habebis fiduciam proposita tibi spe, & defossus secu- [illegible].* & Ioan. 16. *Gaudium vestrum nemo tollet a vobis.* ¶ Item

Dorm. [illegible]

[illegible] iant pœnæ mœstitiam patet vbi sup. a Apo. [illegible] *[illegible], neq; luctus neq; clamor, sed nec vllus dolor.* ¶ Item [illegible] quod non cognoscunt vmbræ tristitiam, quodque semper [illegible] ca [illegible] claritatis æternæ, patet Esa. 6[illegible] vbi cuilibet [illegible] dicitur *Non occidet vltra, sol tuus, & luna tua non minuetur.* ¶ Item quod beati non admittant seu committant culpæ nequi- tiam patet 1. Ioan. 3. vbi dicitur, quod *omnis qui in Deo manet, non peccat.* ¶ Item beati nō incurrant mortis angustiam, tempor[illegible] is, sc. [illegible] æternæ, patet in Ps. vbi dicitur: *Non moriar sed viuam & nar- rabo opera Domini.* Sic ergo patet, quod est vnum non, quod per tinet ad beate regnantem. Et sic patet, quod hæc dictio negati- ua non potest accipi in bono significato. F

¶ Sed adhuc dico, quod Non potest accipi in malo. Et hoc [illegible] ut, quando negat, & priori illud quod affirmatur esse bonum. Et sic notabo, quod in scriptura reperitur Non quod spectat ad

Tristem miserum, id est, pauperem,
Hostem asperum, id est, dæmonem,
Virum scelerum, id est, peccatorem.

Statum infernum, id est, ad vocatorem, hoc est dictum, ad in- fernum malorum hominum receptorem.

¶ Dico ergo, quod est vnum Non, id est, vna negatiua, quæ pertinet ad miseros egenos. Pauperes enim. & miseri habent suum non, id est, suam priuationem, & carentiam bonorum mundanorum, videlicet

Carentiam {
Delitiarum & saturitatis,
Diuitiarum, & prosperitatis,
Eminentiarum, & auctoritatis,
Amicitiarum, & fraternitatis.
}

¶ Habent (dico) miseri in hoc mundo carentiā saturitatis, & de- litiarum, quia sc. isti in mundo non habent victum sufficientem, vnde Thre. 4. *Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis.* Et illud Ps. *Non sit illi adiutor, nec sit qui misereatur pupillis eius.* ¶ Itē ha- bent carentiam prosperitatis, & diuitiarum. Vnde ipsi possunt dicere illud Act. 3. *Argentum & aurum non est mihi.* Et illud Esa. 3. *Non sum medicus & in domo mea non est panis, neque vestimentum.* ¶ I- tem habent carentiam sublimitatis, & eminentiarum, quia, scil. isti possunt dicere illud Ioan. 18. *Regnum meum non est de hoc mundo.* Isti enim non habent auctoritatem superiorem vel dominicam, subtiliorem vel propheticam, potentiorem, & authenticā. De superiori enim & dominica patet Ioa. 1. vbi dicitur *Helias es tu? Re- spondit, non sum.* Helias n. interpretatur ascendens dominus, vel robustus. De subtiliori autē, & prophetica patet ibidem Ioan. 1. *Propheta es tu? Respondit, non.* Psal. *Signa nostra non videmus, iam non est propheta.* De potentiori vero & authentica patet Thre. 1. vbi dicit misera Hierusalē: *Infirmata est virtus mea, dedit me dominus in manu, de qua non potero surgere.* ¶ Item habent carentiam fraternitatis, & amicitiarum, quia sc. fratres si sunt pauperes, derelinquuntur et- iam à fratribus & amicis. Vnde illud Thren. 1. *Non est qui console- tur eam ex omnibus charis eius, omnes amici eius spreuerunt eam, & facti sunt ei inimici.* Et loquitur de ciuitate Hierusalem misera & de- structa. Patet ergo, quod est vnum non, seu vna negatio, quæ pertinet ad miseros egenos.

¶ Deinde dico, quod est vnum Non, quod pertinet ad dæ- mones vrgentes, seu tentantes etiam, & tribulantes. Isti enim habent Negatiuam G

Certæ veritatis,
Dulcis pietatis,
Altæ dignitatis,
Iustæ æquitatis.

¶ Isti n. carent veritatis certitudine, dicentes, sc. illud 1. Ioan. 1. *In tenebris ambulamus, & mentimur & non facimus veritatem.* Item ipsi carent pietatis plenitudine. Crudeles enim sunt, & non pii, sicut de Medis dicitur Esa. 13. *Ecce ego suscitabo super eos Medos, qui argen- tum non quærant, nec aurum velint, sed sagittis paruulos interficient, & la- ctantibus vteri non miserebuntur, & super filios non parcet oculus eorum.* Vt de diabolo dicatur illud Hier. 6. *Sagittam, & scutū arripiet cru- delis, & nō miserebitur,* Item isti carent dignitatis celsitudine. Vt de diabolo exponatur illud Eze. 26. *Collocabo te in terra nouissima, sic- ut solitudines veteres, & cum his, qui deducuntur in lacum, ad ut non habite- ris, & non eris quæreris, & non inuenieris.* Item isti carent æqui- tatis rectitudine. Vt, scilicet, de ipsis posset dici illud Sap. 2. *Dixe- runt enim apud se non recte cogitantes exiguum, & cum tædio est tempus nostrum, & non est in fine refrigerium, nec est agnitus, qui reuersus fuerit ab inferis. Venite ergo opprimamus pauperem iustum, & non parcamus vi- duæ, nec veterani multi tēporis reuereamur canos.* Sic ergo patet, quod

 est vnum

H est vnum non, quod pertinet ad dæmones vrgentes. ¶ Denique dico quod est vnum Non, quod pertinet ad homines peccatores & delinquentes. Isti enim habent negatiuam omnis boni. Ideo possumus dicere, quod isti sunt

Qui carent {
Veritatis eloquio,
Pietatis eliquio,
Charitatis solloquio,
Humilitatis obsequio,
Sedulitatis officio,
Fraternitatis hospitio,
Tranquillitatis refugio,
Æternitatis fastigio.
}

¶ Dicam igitur, quod peccator non habet (vt communiter) eloquium veritatis 1. Ioa. 2. *Qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mendax est, & veritas in eo non est.* Item nõ habet eliquium pietatis Esa. 9. *Vir fratri suo non parcet, & declinabit ad dexteram, & esuriet, & comedet ad sinistram, & non saturabitur, vnusquisque carnem brachij sui vorabit.* Item non habet solloquium charitatis, quia, sc. peccator nunquam vere diligit, vnde Hiere. 9. *Vnusquisque a proximo suo se custodiat, & in omni fratre suo nõ habeat fiduciam, quia omnis frater supplantans supplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet, & veritatem non loquetur.* Et tamen scriptum est 1. Ioan. 3. *Iustum est, quod qui non diligit, manet in morte.* Item dico, quod peccator nõ habet humilitatis obsequium. Vnde Hierem. 2. peccatori dicitur: *A sæculo confregisti iugum, rupisti vincula, dixisti, non seruiam.* Vt sit de illis, qui dicunt Ioan. 8. *Filij Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus vnquam.* Item non habet hospitium fraternitatis: nemini enim humanitatem hospitalitatis impendunt, nisi forte his, qui rependunt: pauperes vero, qui non habent rependere, cum indignatione repellunt. Vnde comminatiue dicitur eis illud Eph. 2. *Non estis hospites* sc. pauperes recipiendo, nec erit vester hospes Christus in cœlum vos introducendo. Quia *qua mensura mensi fueritis, eadem remetietur vobis* Matt. 7. Item non habet refugium pacis, & trãquillitatis. Sicut o. dicitur Esa. 57. *Impij sicut mare feruens, quod quiescere non valet, & non est pax impijs dicit Dominus.* Hier. 16. *Dicentes pax, pax, & non erit pax.* Item non habent officium benignitatis, quia nunquam respondent benigniter, vel gratanter, sed potius arroganter. Cõstat enim, quod mali nunquam benigniter acquiescunt alicuius iustæ petitioni, imo semper consueuerunt dicere non, & nunquam humiliter consentire. Vnde possum dicere, quod isti dicunt,

Maioribus non obediemus,
Pauperibus non subueniemus,
Supplicibus nihil faciemus, vel
Clamantibus non subueniemus.

Isti ergo dicunt maioribus quod non obedient, & tamen de filio proteruo, qui patri, & matri obedire contempserit, præcipitur Deut. 21. quod lapidibus obruatur. Vnde illud prædictum Hier. 2. *Rupisti vincula, dixisti, non seruiam.* Isti dicunt pauperibus quod non subuenient, iuxta illud Thre. 4. *Paruuli petierũt panem, & non erat qui porrigeret eis.* Et in Psal. dicitur. *Pauperem cui non erat adiutor.* Contra illud Eccle. 10. *Non despicias hominem iustum pauperem, & noli magnificare hominem peccatorem diuitem.*

¶ Isti dicunt supplicibus & orantibus, quod nihil facient, seu quod non exaudient, quia sc. semper habent negatiuam in ore, quanquam supplicatio sit honesta. Nota quod Papa Benedictus 12. homo fuit durus, & negare etiã assuetus, ex quo Dux Borbonensis dixit sibi, ꝙ ipse non videbatur esse de lingua hoc, sed de lingua non, quia rarissime assentiendo dicebat hoc, sæpissime aũt dicebat non. Vt sic tales figurẽtur in illo lento amico, qui pro alio ab eo postulante tres panes, surgere nolebat, imo se grauiter excusabat, dicens Lu. 11. *Noli mihi molestus esse, iam ostium meũ clausum est, & pueri mei mecũ sunt in cubili, nõ possum surgere, & dare tibi.* Et breuiter bene potest dici talibus illud Matt. 25. *Nudus erã, & non operuistis me, esuriui, & non dedistis mihi manducare.* ¶ Item propterea peccator non habebit, nec obtinebit æternitatis fastigiũ. Vnde cum post mortem peccatoris quæritur vbi sit, vere respõdetur, quod scribitur 1. Par. 27. *Non est relatus in fastos regis Dauid,* quia sicut illi filij Israel, qui numerati fuerunt à Ioab filio Saruiæ, annalibus Dauid nõ sunt inscripti, quia domini irã prouocarunt, sic nec peccatores Deum sceleribus irritantes, in libro vitæ sunt scripti, nec ad cœli curiam recepti, &c. Et sic bene apparet, quod est vnum non, quod pertinet ad peccatores vel delinquentes.
¶ Insuper dico, quod est vnum Non quod pertinet ad damnatos, & desperantes. Et sic nota, quod ad istos spectat vnum Nó,

Quod {
Claudit Dei benignitatem,
Negat omnem iucunditatem,
Infert omnem crudelitatem,
Aufert omnem stabilitatem
}

¶ De Dei pietate, & benignitate, quod eis claudatur, *Clamauerunt nec erat, qui saluos faceret, ad dominum, nec* [illegible] Vnde Prou. 1. *Tunc inuocabant me, & non exaudiam, mane & non inuenient me, eo quod exosam habuerint meam di*[illegible] *morem domini non susceperint, nec acquieuerunt consilio meo.* [illegible] iucunditate, quod eis denegetur, patet Esa. 9. vbi [illegible] *plicasti gentem, non magnificasti lætitiam* vt accedat [illegible] mnatis dicitur Esa. 24. *Cessauit gaudium tympanorum* [illegible] *lætantium, conticuit dulcedo citharæ, cum cantico nõ bibe*[illegible] *ra erit potio bibentibus illam.* De dira vero crudeli[illegible] feratur, patet Hie. 50. vbi dicitur: *Præparamini contra Ba*[illegible] *mus, qui intenditis arcum, non parcatis iaculis, quia domino* [illegible] omni vero stabilitate, quod eis auferatur, patet Eze [illegible] ti damnato dicitur sic. *Cum dedero terrorem tuum in terra* [illegible] *tem, ad nihilum redigam te, & non eris, & quæsitus non inuenieris in perpetuum.* Sic igitur patet, quomodo ista negatiua dictio Non [illegible] test accipi in bonũ, & in malo.

# Nonne.

Quamuis Nonne sit aduerbium dubitandi & interrogandi, est tamen (vt communiter [illegible] tiuum aduerbij affirmãdi, semper enim supponit sic vel [illegible] cum dicitur. Nonne ex denario conuenisti mecum. quasi dicat sic. Et sumitur (vt communiter) in omni significato. S[illegible] solet fieri quæstio & dubitatio, vt exinde sequatur affi[illegible] responsio, & veritatis declaratio. Et ideo Nonne est sicut ironica negatio, quia scil. per oppositum signat affirmat[illegible] & veritatis assertionem, & omnis dubij amotionem. S[illegible] nota quod veritas ista Nonne refertur ad

| | | |
|---|---|---|
| Deum, | Quo ad Deum, | Nonne est veritas affirmatiua, |
| Seipsum, | Quo ad seipsum, | Nonne est veritas lamẽtat[illegible], |
| Iustum, | Quo ad iustum, | Nonne est veritas ordin[illegible], |
| Impium, | Quo ad impium, | Nonne est veritas execratiua, |
| Mundum, | Quo ad mundum | Nonne est veritas impugnatiua. |

Homo enim verus & iustus & ab omni falsitate & mẽdacio alienus, per istam dictionẽ Nonne, affirmat in Deo laudabilia, [illegible] git in seipso culpabilia, commendat in iusto notabilia, arguit impio damnabilia, prædicat de mundo terribilia.

¶ Dico ergo primo, quod est vnũ Nonne, quod homo debet affirmare de Deo omniũ creatore, & hoc pro certo est, quod ipse debet per Nonne affirmare & laudare, sc. qualiter dominus

Deuotis imminet, ipsos defendendo,
Immundis eminet, ipsos abluendo,
Videt & retinet cuncta gubernando,
Portat & sustinet mala tolerando,
Pauperes continet, ipsis miserendo,
Auaros respuit, ipsos flagellando,
Inuidos arguit, propria spargendo,
Superbos instruit, parua præferendo.

Igitur dicam, quod per istud aduerbium Nonne ipsum refer[illegible] elicitur vna veritas de iustorum defensione. Verum est enim certũ, quod Deus bonos defendit, & protegit. Vnde Satan dicebat domino de B. Iob 1. *Nonne tu vallasti eum & domum eius, & substantiam eius per circuitum* quasi diceret, sic. Itẽ elicitur alia veritas de peccatorum ablutione, vnde Iob 14. *Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine, Nonne tu qui solus es?* quasi diceret, ita.

¶ Item elicitur alia veritas de humanorũ gubernatione, vnde Iob 31. *Nonne ipse considerat vias meas, & omnes gressus meos enumerat?* Item elicitur alia veritas de tormentorum toleratione. Deus quo ad humanitatem tormenta grauia tolerauit, vnde [illegible] *Nonne oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam* [illegible] citur vna veritas de miserorum consolatione. Constat [illegible] quod Deus consueuit pauperibus & miseris subuenire Iob 2. *Nõne pauperes elegit Deus, diuites in fide?* & Eec. 35. *Nonne lacrymæ viduæ ad maxillam descendunt, & a maxilla ascendunt in cœlum, & dominus exauditor non delectabitur in illis?* Item per Nonne quo ad Deũ elicitur alia veritas de auarorum reprehensione. Vnde de nummularijs quorũ Christus cathedras euertit & de templo ementes, & vendentes eiecit, dicitur Mat. 21. *Nonne scriptum est: Domus mea domus orationis vocabitur vos autem fecistis eam speluncam latronum.* Ite per Nonne elicitur alia veritas de inuidorum redargutione vnde

Matth.

... iam recipientib. inuidebat, ... bant, dicitur *Nōne ex denario ... iam, tolle quod tuum, & vade.* Item ... renitates ſuperborum deteſtatione. Vnde diſcipulis ... quærētibus dicitur Lu. 22. *Quis maior eſt in vobis, fiat ... qui maior eſt, qui recumbit, an qui miniſtrat? Nōne qui ...* cumbit, vos non recūbitis, ſed miniſtratis, & ideo ... vos ... pu... ſe debetis, patet ergo, quod eſt vnū Nonne, ... bet affirmando quærere de Deo omnium creatore. ... dico, quod eſt vnū Nonne per quod quæritur homundano viatore. Et ſic dico, quod homo per ... is de

... bilitate propriæ carnis,
Ad... ſitate mundanæ iactatæ.
... ietate guloſa paſtitiæ.

¶ ... co, de propria fragilitate vnde 2. Eſd. 4. homo ... *viri vos oportet, quoniā mulieres dominantur veſtri. ... tis ſunt mulieres* quaſi diceret. Ita, ploſquā nos. ... tur de mūdana aduerſitate. Vnde ipſe dicit Iob 3. *... nonne ſilui: nonne quieui: & venit ſuper me tribulatio.* ¶ ... de rationis obſcuritate ſeu de ebrietate vnde ... *patri vae cui rixæ? cui foueæ? cui ſuffuſio oculorum? Nonne hi, qui morantur in vino, & vacant calicibus* ... uenitur nonne, quo quis conqueritur de ... ¶ Tertio dico, quod eſt verum Nunne, ... ogat de iuſto profeſſore. Et ſic dico, quod per ... quæſtiones de viro iuſto ad eliciendum ab ... Et ſic dico, quod per Nonne quæritur de iuſti

Senſibus & diſcretionē,
Fletibus & compaſſione,
Fructibus & ſucceſſione,
Laudibus & commendatione,
Sermonibus & locutione,
Affectibus & intentione,
Parentibus & generatione.

¶ ... dico, quod per Nonne quæritur de iuſti ſenſibus. Et ſic ... Luc. 14. de homine volente ædificare turrim. *Nonne ... prius cogitat ſi habeat ſumptus ad perficiendum, ne poſtquam ... poſuerit fundamentum, & non potuerit conſummare, omnes, qui vident, incipi...* Bene ergo quæritur de diſcretione viri iuſti. Vnde Iob 12. *Nonne auris verba dijudicat, & fauces comedentis, ſapo...* Item per Nonne quæritur de iuſti tactibus, ſc. interioris cō... ... quis, ſc. tenetur proximo miſereri. De quo Matth. 18. *... ergo oportuit te miſereri fratris tui ſicut & ego tui miſertus ſum?* ... ſecūdū illud Eccl. 4. 4. *Nonne ardorem refrigerabit ros?* qualis ..., & tu eleemoſyna foue pauperem, ſi vis facere iuſte. ... per Nonne quæritur de iuſti fructibus ſeu operibus Matt. ... *nonne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo?* Item quæritur per Nonne de iuſti laudibus vnde 1. Reg. 18. *Nonne iſte eſt Dauid cui cantabant, dicentes, Saul percuſſit mille, & Dauid decem millia?* Item ... Nonne quæritur de iuſti affatibus 3. Re. 1. *Nonne tu domine mi ... mihi, Salomon filius meus regnabit poſt me?* Item quæritur de ... Luc. 24. *Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis?* Item de iuſti parentibus vnde Matt. 13. *Nonne hic eſt fabri filius? ... eius dicitur Maria?* & Mar. 6. *Nonne hic eſt fabri filius* &c. ... *omnes nobiſcum ſunt?* Sic ergo patet, quod per Nōne ... de iuſto profeſſore. ¶ Quarto vero dico, quod per ... quæſtio de vano peccatore. Et ſic certe dico, quod per ... de malorum

Cibis & potibus,
Pactis & cœtibus,
Verbis & actibus.

¶ ... dico, & potibus quærunt ipſimet Eccleſ. 2. *Nonne (in... eſt comedere & bibere, & videre bona de labore ſuo?* De pa... & amoribus malorum dicitur Matt. 5. *Quod ſi inquit vos ... qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Nonne & publicani ... faciunt?* De malorum autem verbis & actibus dicitur Iac. *Nonne ipſi blaſphemant bonum nomen?* Et ibidem. *Nonne diuites per potentiam opprimunt vos?* Iſtud eſt Nonne, per quod quæritur de ... peccatore. ¶ Quinto dico, quod per Nonne quæritur de ... Et ſic quæſtio de mundi potentia, nequitia, & ſtultitia, de quibus Dan. 4. *Nonne hæc eſt Babylon ciuitas magna?* Eze. 21. *Nonne ... eſt, quæ ſublimem humiliauit?* Et 1. ad Corint. *Nonne ſtultam fecit ... ſapientiam huius mundi?*

Dulcor. Ber. Iboren.

# Noſcere.

A

**Noſcere.** Nota, quod noſcere idem eſt, quod ſcire, cognoſcere vel ſapere. Notitia vero idem eſt, quod ſcientia, cognitio vel ſapientia. Et quia in locis pluribus de diſcretione, ſcientia vel prudentia fuit actum, breuiter aliquid eſt dicendum. Notemus ergo, quod nos debemus noſcere

Anteriora,
Poſteriora,
Interiora,
Exteriora,
Superiora,
Inferiora.

Tota n. ſumma noſtræ iuſtitiæ & cognitionis debet vergere circa aliquod prædictorum: nos enim debemus noſcere (vt dictum eſt immediate) anteriorem naturæ vilitatē, poſteriorem mortis neceſſitatem, interiorem cordis iniquitatē, exteriorem proximi paupertatem, ſuperiorē cœli fœlicitatem, inferiorē inferni grauitatem. ¶ Habeamus ergo notitiam rerum anteriorum, quia videlicet ſicut vnumquodq; animal ſemper habet faciē inclinatā ad terrā, de qua ſumpſit ſuum principium & originē, ſic nos faciem & conſiderationē cordis noſtri debemus ſemper habere & vertere ad terram, i. e. ad conſiderationem noſtræ anterioris terrenæ vilitatis, de quo poteſt dici illud Iob 39. *Nunquid noſti tempus partus ibicū in petris, & dinumeraſti menſes conceptus earum.* Item habeamus notitiam rerum poſteriorū, videlicet mortis, iudicij & inferni, quia ſc. ſicut dicitur Pro. 14. *Cor quod nouit amaritudinem ſuam, in gaudio eius non miſcebitur extraneus.* Item habeamus notitiā rerum interiorum, ſc. peccatorum & delictorū, ſiue cōtra Deū, ſiue contra proximum commiſſorū, de quibus nos propria conſcientia arguit, dicens cū timore Deo illud Iob. 12. *Ipſe nouit decipientem,* ſcil. peccatorem. Item habeamus notitiam exteriorum. Et iſta notitia potiſſime pertinet ad naturam quia nos debemus agnoſcere & per compaſſionē ſcire, quæ ſunt miſeriæ proximorum, quia ſicut dicitur Pro. 29. *Nouit iuſtus cauſam pauperum,* ſicut de Iob tribulato & paupertato dicitur Iob 42. quod *proximi venientes venerunt ad eum omnes fratres ſui, & omnes qui nouerant eum prius.* Quod tamen eſt contra multos, qui non noſcunt hominem tēpore aduerſitatis, ſed tantum tempore proſperitatis, ſimiles coruis, qui pullos ſuos quamdiu plumis carēt, non noſcūt, poſtquā vero plumas habuerint, ipſos recipiūt, & nutriunt tanquā ſuos. Quæ vere ſæpe fit, quod homines etiam ſuos pullos, id eſt, ſuos compatriotas, cōſanguineos vel vicinos, dum plumis diuitiarū carent, noſcere, vel cognoſcere non dignantur iuxta illud Iob 8. *Negabit eum, & dicet, non noui te.* Exemplo Petri, qui videns Chriſtum in tribulatione *negauit ſe noſſe illum,* ſicut dicitur Marc. 14 & Luc. 22. Vnde etiam in perſona pauperum dicitur in Pſ. *Longe feciſti notos meos a me, & poſuerunt me abominationē ſibi.* Sed pro certo quando plumas diuitiarum vident eos habere, tūc optime ſolēt eos noſcere, & amare, quia ſicut dicitur Ec. 13. *Decepto diuite, multi ſunt recuperatores, humilis autem ſi ceciderit, expellitur etiam à notis.* ¶ Item habeamus notitiam rerū ſuperiorum, ſc. Dei & bonorū Paradiſi, Iob 38. *Nunquid noſti ordinem cœli, & pones rationem eius in terra?* Vt ſic ſimus de illis, *quibus datū eſt noſſe myſteria regni Dei,* Luc. 8. Ne forte *ſi habeamus Deum in notitia, tradat nos in reprobum ſenſum, & faciamus quod nobis non expedit,* ſicut dicitur Ro. 1. Item habeamus notitiam rerum inferiorum, ſc. infernalium tormentorum, vnde Act. 9. *Nota facta ſunt Paulo inſidiæ.* Sic igitur patet, quomodo debemus ſcire, & noſcere illa, quæ pertinent ad ſalutē, quia pro certo iuxta dictum Apoſtoli Rom. 1. *Quod notum eſt Dei, debet eſſe manifeſtum nobis, vt gratias ipſi referentes, qui notas fecit vias ſuas Moyſi, filiis Iſrael voluntates ſuas,* dicamus illud Pſal. *Notas mihi feciſti vias vitæ, adimplebis me lætitia cum vultu tuo, delectationes in dextera tua vſq, in finem* ¶ Et poſſumus notare, ſi volumus, quod ſicut bonus ſapiens, & ſubtilis magiſter ſolet multa ſcientiæ ſecreta notificare B
diſcipulo prædilecto, quæ alijs nō reuelat, ſic Deus dilectis ſuis, ſc. ſanctis hominibus ſolet multa ſecreta voluntatis ſuæ reuelare, quæ tamen ſolet alijs denegare, ſicut etiam videmus, quod fidem ſuam & ſecreta diuinitatis ſuæ non notificauit paſſim omnibus hominibus, ſed ſolum ſuis prædilectis diſcipulis fidelibus Chriſtianis. Iſtis ergo notificauit

Virtutem, qua protegerentur,
Salutem, qua ſanarentur,
Viam, qua progrederentur,
Dexteram, qua continerentur.

¶ Virtutem eius fuit notificata in mundi creatione Pſa. *Notam feciſti populis virtutem tuā.* Salus eius fuit notificata in mūdi reparatione,

seu in filij incarnatione Psal. *Notum fecit dominus salutare suum.* Via eius quotidie notificatur in mandatorum suorum ostentione Ps. *Notam fac mihi domine viam tuam, in qua ambulē.* Dextera sua vero finaliter notificabitur in æternæ prosperitatis retributione & collatione Ps. *Dexteram tuam sic notā fac. Sic erit notus in Iudæa Deus, & in Israel magnum nomen eius.* Et sic verificatur illud Ezec. 38. *Magnificabor, & sanctificabor, & notus ero in oculis omnium gentium.* Notus ergo debet esse Deus, & maxime notis suis, id est, illis quos in domo Ecclesiæ suæ promouet, & tenet sicut domesticos atque notos. Quia vere tales præcipue debent Deum noscere, & eius familiaritatem acquirere, & habere. Quamuis proculdubio ipse Deus possit hodie dicere illud Iob 19. *Noti mei quasi alieni recesserunt à me* &c. ¶ Sed si alio modo volumus dicere, distingue,
C quod in scriptura reperitur notitia

Summi creatoris,
Iusti viatoris,
Vani peccatoris.

¶ Est (dico) quædā notitia sūmi creatoris, & ista pro certo triplex est, sc. notitia certitudinis, quæ nō fallitur, gratitudinis, quæ non obfuscatur: rectitudinis, quæ non flectitur. ¶ Primo dico, quod est notitia summi creatoris, s. notitia certitudinis, qua cognoscit cūctos, quia sc. ipse nouit superiora, & inferiora, interiora & exteriora, anteriora & posteriora Dan. 13. & Ioa. 2. *Domine tu omnia nosti.* Et 2. Esd. 6. *Omnia nota sunt domino regi.* Et breuiter ipse est, qui nescit abscondita cordis Ps. *Qui nouit hominum vanitatem* Iob 12. *Ipse nouit & decipientem, & eum, qui decipitur.* Ista est ergo notitia certitudinis, qua nouit cunctos. Et ista est notitia approbationis, qua Deus approbat bonos, & ipsos cognoscit tanquā suos & sic dignos. Omne enim animal nouit fœtum suum inter alios, ipsumq; vocat, & sibi appropriat inter oēs. Sic Deus optime nouit, qui sui sunt. Et de tali notitia dicitur 2. Pet. 2. *Nouit Deus pios de tentatione eripere.* Et in Ps. dicitur. *Nouit dominus dies immaculatorum, & hæreditas eorum in æternum erit,* & Ioan. 13. *Ego noui quos elegerim.* Ista est ergo notitia gratitudinis, qua cognoscit sanctos. Item in isto est notitia rectitudinis, qua cognoscit fictos, h. e. dictum, peccatores & malos. Et ista est notitia iustitiæ, qua, scil. ipse nouit iustos ad præmiādum, malos vero ad puniendū, quia sicut dicitur Pro. 4. *Vias quæ à dextris sunt, nouit dominus.* Peruersæ autem viæ sunt, quæ à sinistris sunt. Et illud prædictum Iob 12. *Ipse nouit decipientem, & eū, qui decipitur.* Et sic patet, quod est notitia summi creatoris, scilicet, rectitudinis, gratitudinis, & certitudinis. ¶ Secundo principaliter dico, q̄ est notitia iusti viatoris. Iu-
D stus n. nouit illa quæ sunt supra se, infra se, extra se. Supra se, vt Deū, cælū, Angelos, & vitam æternā. Vnde de Deo dicitur in Ps. *Nouit potestatē iræ suæ, & præ timore* &c. De cœlo dicitur illud Iob 38. *Nunquid nosti ordinem cæli?* De Angelis etiam dicitur in Psal. *Cognoui omnia volatilia cæli & pulchritudo agri mecum est.* De vita æterna dicitur Mat. 13. *Vobis datum est nosse mysteria regni cœlorum.* Infra se etiam, sc. cor, concupiscentiam, fragilitatē, & similia. Pone de tripode Apollinis vbi sculptum erat, γνῶθι σεαυτὸν, i. e. *nosce teipsum.* Vide infra in titulo de Prouidere Prou. 14. *Cor quod nouit amaritudinem animæ suæ, in gaudio eius non miscebitur extraneus.* Item extra se, scilicet, mundum & rem suam familiarem, & temporalia negotia Pro. 12. *Nouit iustus animas iumentorum suorum.* Item iuxta se necessitates proximorum & similia Prou. 29. *Nouit iustus causam pauperum,* & cætera similia. Et sic patet, quod est notitia iusti viatoris.

E ¶ Tertio principaliter dico, quod est notitia vani peccatoris, quia sc. peccatores plus abundant in sensu & notitia huius mūdi, quam iusti. Animalia enim nocturna sicut sunt leones & aquilæ, clarius cæteris (vt communiter) vident. Sic filij huius sæculi Lu. 11. *Vos cum sitis mali, nostis bona* &c. Sufficit. Vide supra de cognitione, & infra de scire.

A **Nouem. Nonus. Nonaginta.** Nota, q̄ numerus nouenarius, qui ex ternario ter ducto componitur, in scriptura plurimum commendatur. Significat enim

Statum humanorum mortalium,
Ritum Angelorum sublimium,
Cultum perfectorum humilium.

Primo significat statū humanæ conditionis. Quia reuera iste numerus videtur specialiter applicatus ad hominē, in quantum, sc. ter tribus potentijs constituitur, sc. tribus corporis viribus, quæ sunt sensitiua, vitalis & nutritiua. ¶ Item tribus potentijs animæ, quæ sunt intellectiua, volitiua & memoratiua. Et trib. Theologicis virtutibus, quæ sunt spes, fides & charitas. Et ideo breuiter, homo sub nouenario numero specialiter sumitur, quia sicut expertum est, homo sine cibo nouē diebus viuere comprobatur, homo nouem Angelorum ordinibus finaliter sociatur. Puer etiā in vtero nouem mensib. perficitur & formatur, vnde 2. Mach. 7. dixit filio suo mater, quod *nouem eū mensibus in vtero portauerat.* Ad quod etiam facere comprobatur, quod de cœmiterio S. Innocentij Parisiensis quotidie experitur, sc. corpora ibi sepulta nouem dierū numero taliter computrescere, quod in puluerem reducantur, & ossa nuda extrahuntur, & alij in eisdē sepulchris sepeliantur. Ad quod potest applicari illud, quod dicitur de sepulchro illius gigantis mortui Deut. 3. quia *adhuc ostenditur lectus eius ferreus nouem cubitos habens.* Vt sic homo figuretur in templo domini de quo dicitur Ezec. 21. quod *longitudo eius nonaginta cubitorum.* Nonaginta enim constans ex denario nouies ducto. vt ad eam applicetur illud, quod dicitur Mat. 27. quod, scilic. *hora nona dominus expirauit, & quod tenebræ factæ sunt vsque ad horam nonam,* sed tunc lux rediit, & accessit, ad denotādum, quod humanæ vitæ tenebrositas infra nouenarij terminos continetur, quo numero completo, homo moritur, & lux futuræ vitæ succedere comprobatur. Patet ergo, quod nouenarius numerus signat statum humanæ conditionis.

¶ Secundo dico, quod iste numerus signat ritū Angelicæ reli- B
gionis. Constat enim quod nouem sunt ordines Angelorū. Numerus enim iste constat ex ternario ter ducto, ad denotandum, quod in istis est perfecta notitia trinitatis. Figurati in nouē Musis Apollini Deo sapiētiæ deputatis & cōsecratis, & fonti Heliconi, cuius gustus sapientiā bibentibus influebat, specialiter dedicatis, sicut ponit Ouidius. Quia reuera isti nouē ordines Angelorum fonte æternæ sapientiæ præcipue potātur, & Apollini, i. e. soli iustitiæ Christo, qui est patris sapientia, principaliter famulantur. Figurati etiam Luc. 15. In nonaginta nouem iustis, qui centesima oue perdita patrisfamilias remanserunt. Ouis n. centesima (qui numerus constat ex denario decies ducto) sicut & drachma decima, humanum genus, quod in Adam peccauerat, designauit, qui, sc. post nouem Angelorū ordines decimum tenet locum. Quia, sc. isti nonaginta nouem, id est, iste nouenarius Angelorum cum Deo mansit, & malis ruentibus ab eo non recessit, vt de ipsis dicatur illud Ecc. 25. *Nouem sunt insuspicabilia.* Significat ergo numerus iste ritum Angelicæ religionis.

¶ Tertio dico, quod iste numerus signat cultū virtuosæ perfectionis. Numerus n. iste (sicut dictum est) ex tribus vnitatibus ter ductis constituitur, Angelorum ordinibus ascribitur, humano generi specialiter deputatur, templi Salomonis longitudini applicatur. Ad denotandum, quod perfectionis status & virtutis, trinitatis fide solidatur, Angelicæ vitæ cōformatur, humaniter viuere probatur, Dei templum esse confirmatur. Constat n. quod homo dicitur perfectus ex ternario ter ducto propter fidē beatæ trinitatis, dicens illud Eccl. 25. *In tribus beneplacitū est spiritui meo.* Item conformatur vitæ & ordini Angelicæ bonitatis Apoc. 14. *Vidi alterum Angelum Dei volantem per medium cæli.* Humanitatē debet habere per benignitatem dulcissimæ pietatis. Apostolus. *Humanum dico propter infirmitatem* &c. Ro. 6. *Templo Dei conformari debet per obtentum omnimoda sanctitatis* 1. ad Cor. 3. *Templum Dei sanctum est, quod estis vos.* Et breuiter dico, quod iste numerus virtutū perfectionem designat, quam taliter dominus consecrat, & cōmendat. O inquit Christus. *Ecce decem mundati sunt, & nouem vbi sunt?* Lu. 17. Conqueritur enim Christus, quando in hominibus istum perfectionis nouenarium non inuenit. Ad quod facit illud quod scribitur Ezec. 28. vbi ponuntur nouem lapides pretiosi, qui perfectioni primi Angeli ascribuntur. Vide infra titulo de perfectione membro quarto. Quid etiam dicemus de dictis aliquorum Philosophorū? Plinius enim dicit, quod cor hominis venenati nunquam comburitur, quinimo si nouē annis in igne teneatur, conuertitur in lapidē pretiosum, qui contra venena, ignes & fulgura summe valet, & portanti cōtra hostes victoriam semper præbet. Ouid. etiam libro vltimo de transformatis fabula 26. ponit, quod in Aphrica in lacu Trinotico vbi Pallas sapientiæ Dea primo visa est, tale contingit prodigiū, quia, scil. si quis ibi nouem vicibus balneatur, sumptis alis in auē mirabiliter transformatur. Quæ ad hominē applicari certe conuenienter possunt, quod sc. si homo nouem annis vel nouem vicibus, i. e. per decursum perfectionis & virtutis cor suum, (licet quando fuerit veneno vitiorum extinctū) igne charitatis combusserit, seq; in lacu sapiētiæ balneauerit, lapis pretiosus fiet, & cōtra

venena

[illegible] Ad [illegible] nas etiam infernalium tor[illegible] entorum, & [illegible] um dam[illegible] um effi[illegible] aciter præualebit & quod [illegible] ionalem inuabitur & in cœlum fi[illegible] autem [illegible] *Quis dabit mihi pēnas vt columba & volabo & re-quiescam.* Vel [illegible] de viro perfecto dicatur illud Gen. 17 & 21 quod [illegible] *a nonem annorum erat Abraham, quando genuit Isaac.* [illegible] tandum, quod de isto perfectionis numero ad p[illegible] [illegible] perueniatur. Illas enim ei ius vel gaudium inter-[illegible]

§ Et breuiter dico, quod numerus nouenarius spiri-[illegible] ctionis status dicitur in scriptura numerus

Verbi Dei & prædicationis,
Orationis & supplicationis,
[illegible] timoris & contristationis,
[illegible] næ gratiæ & reuelationis,
Bo[illegible] i boni & occupationis,
Perseuerantiæ & fortissimæ stabilitionis,
Æternæ vitæ & perpetuæ requietionis.

[illegible] nouenario numero, i. in perfectionis statu auditur [illegible] b[illegible] & prædicatio Ez. 24. *Factum est verbum Domini in an-*[illegible] [illegible] ibid. effunduntur Dei preces & supplicatio Act. 3. [illegible] *ascendebant in templum ad horam orationis nonam.* Et [illegible] *Orans eram orans hora nona in domo mea.* Item ibid. abundat [illegible] & conturbatio Mat. 27. *Tenebræ factæ sunt vsq; ad horam* [illegible] ibid. fruitur Dei visitatio & reuelatio. Nam de Cor-[illegible] dicitur Act. [illegible] quod *ipse vidit Angelum quasi hora nona ad se* [illegible], &c. Similiter patet de S. Petro Actu. 11. quod *ipse vidit* [illegible] *hora nona, sc. linteum de cœlo demissum omnibus animalibus ple-*[illegible] [illegible] d perficitur bonus labor & occupatio Vnde Mat. [illegible] de illo, qui exiuerat conducere operarios in vineam, [illegible] *hora nona, quibus*, scil. *dixit. Ite & vos in vineam meã.* Item [illegible] ante virtus cordis & stabilitio Apoc. 21. *Fundamentum* [illegible] *nonum topazius.* Item ibid. scilicet, in fine donatur beata vita & [illegible] tio Luc. 13. *Die nono mensis septimo à vespere vsque ad vesperam* [illegible] *celebrabitis sabbatha vestra.* Et sic patet, quomodo iste numerus [illegible] plicatur laudatur in bono.

§ Si vero in malo significato accipere numerum istum velis, [illegible] ad illo numerus denarium non attingit, qui scilic. den[illegible] decalogi perfectionem designat. Et sic nouenarius statum [illegible] fectorum signat. Et sic notabis, quod tales nouem, id est, homines imperfecti

Obscuritatis ignorantia cœcantur,
Diuinitatis complacentia priuantur,
Tepiditatis somnolentia grauantur,
Infidelitatis inconstantia motantur.

§ Dico ergo, quod homines imperfecti nouem dicuntur, pro eo quod tres vires corporis, quæ sunt animales, sc. motiua, nutriti-[illegible] & generatiua, item tres vires animæ, quæ sunt rationalis, vo-[illegible] & memoratiua, tribus mundi principalib. vitijs quæ sunt superbia, auaritia & luxuria, applicare noscuntur. Isti ergo c[illegible] obscuritatis ignorantia, quia sicut dicitur Luc 13. *Tenebræ* [illegible] *sunt vsq; ad horam nonam* Vnde de Heli cæcutiente dicitur 1. Reg. 4 quod *mortuus est cum esset nonaginta annorum.* Item isti pri-[illegible] uantur diuinitatis complacētia, sicut bene potest supponi Luc. [illegible] dicitur, quod *Deus nonaginta nouem in deserto dimittens, de vno fratris solo gaudere.* Vnitas enim perfectionem signat, Nonagin-[illegible] [illegible] vero imperfectionem. *Gaudium enim est Angelis Dei super vno peccatore, quam super nonaginta nouem iustis*, sicut di-[illegible] ibid. Item isti grauantur tepiditatis somnolentia. Vnde [illegible] dicitur, quod *procurator ille hora nona inuenit otiosos in fo-*[illegible] [illegible] motantur infidelitatis inconstantia, sicut, scil. Luc. 17. dicitur, quod *decem mundatis vnus reuersus est Deum laudans*, & [illegible] ipsum sequi non curauerunt.

A **Nouus. Nouitas.** Quoniam res nouæ solēt liben-tius audiri, & libentius videri, di-[illegible] placet, quomodo in scriptura inueniuntur multa ge-nera nouitatum, scilicet,

Nouitas { Admirabilis,
Commendabilis,
Honorabilis,
Detestabilis.

Prima nouitas apparuit in verbi incarnatione. Tunc n. fuerunt facta, dicta & annuntiata illa noua, quæ dicuntur Hier. 31. *Crea-uit Dominus nouum super terram, fœmina circumdabit virum.*

§ Secunda nouitas quotidie fit in hominū conuersione quā-[illegible], ic per gratiam homines à suis veteribus malis conuersatio-nibus innouantur. Et de hoc dicitur Gal. 6. *In Christo n. Iesu neq; circumcisio aliquid valet, neq; præputium, sed noua creatura.*

§ Tertia nouitas fiet in æterna salutatione, quod tota huma-na creatura innouabitur, glorificabitur, perficietur, quia scilicet tunc homo quarum ad tres dotes animæ & quatuor dotes cor-poris, fiet quasi totaliter totus nouus. Tunc etiam agni nobelli, scil. sancti cantabunt nouum canticum coram agno, & hoc in cœlo nouo, & in noua ciuitate, quia sicut dicitur Apoc. 13. *Qui vicerit, scribam super eum nomen meum, & nomen nouæ ciuitatis Hieru-salem.* Quarta vero nouitas fit quotidie in vana vanorum prolo-cutione, & etiam operatione. Quia sc. homines moderni non delectantur nisi in nouitatib. & consuetudinib. & nisi in nouis doctrinis & opinionibus, sicut de Atheniensibus dicitur Actue. 17 *Athenienses autem omnes & aduenæ hospites ad nihil aliud vacabant, nisi aut dicere aut audire aliquid noui.* Et ideo beatus Benedictus in regula sua dicitur præcipere, quod monachus noua referens pœnam morabatur sustinere. De illis autem qui libenter audiūt rumores & noua, vide supra titulo audire vel auris. Tales tan-tum nouitate sunt sicut vinum nouum, quod quamuis sit magis delectabile, est tamen minus vtile, quia se fæces habet plurimas intermixtas. Et ideo dicit Christus Lucæ 5 *Nemo bibens vinum vetus, statim vult nouum: dicit enim vetus melius est.* Sic vere tales no-uitates non sunt ita sanæ sicut antiquitates, semper enim habēt aliquid fæculentum, id est, aliquid mali admixtum, videlicet a-liquid hæreticæ falsitatis, vel aliquid superbiæ & vanitatis. Et propter hoc dicit Apostol. 1. ad Tim 6. *Prophanas vocum nouitates deuita.* Quinimo etiam de talibus nouis opinatoribus potest dici illud Act. 17. *Nouorum dæmoniorum videtur annuntiator esse* Istis ergo omissis aliquid per ordinem est dicendum.

§ Primo ergo dicamus aliquid de nouitate dominicæ incarna-tionis. Ista n. fuit nouitas valde admirabilis. Sicut n. apud nos est nouum & mirabile quando videmus solē eclipsari, terram mo-ueri, stellas cadere seu de loco ad locū mutari, sic vere in ista in-carnatione mirabilia & noua fuerunt. Ibi n. sol, i. Dei filius be-nedictus fuit vmbra terræ humanitatis nostræ, & interpositio-ne lunæ, i. instabilis mortalitatis humanæ obscuratus & eclipsā-tus. Ibi etiam terra, i. terrestris humanitas nostra fuit spiritualiter mota, & de indignitate aut ignobilitate ad nobilitatem mu-tata, in quantum, scil. fuit in Christo Deificata. Ibi etiam stella quæ ab æterno fuit in firmamento cœli, i. ipsa Dei æternitas, ali-quo modo cecidit, in quantum, sc. per carnis assumptionem fuit aliqualiter quantum ad apparentiam immutata. Vnde de istis nouitatib. canit Ecclesia. *Mirabile mysterium declaratur hodie, inno-uantur naturæ. Deus homo factus est, id quod fuit permansit, & quod non erat, assumpsit, non commixtionem passus, neq; diuisionem.* Et de hoc potest dici Apoc. 21. *Vidi cœlum nouum, & terram nouam.* § Vbi C nota, quod in verbi incarnatione innouata fuit

Sublimitas diuinitatis superioris,
Infirmitas humanitatis inferioris,
Sublimitas sagacitatis interioris.

§ In Christi ergo incarnatione innouata fuit Dei sublimitas per nouæ carnis assumptionem (Cœlum inquit nouum) No-stra humanitas per nouam verbi coniunctionem. (Terram no-uam.) Nostra subtilitas per nouæ fidei susceptionem. (Vidi in-quit.) Innouata ergo fuit Dei sublimitas carnem assumendo. Quia sc. cœlum fuit factum nouum. Cœlum enim est naturali-ter incorruptibile & immutabile, ita quod proprie non potest mutari, vel innouari. Veruntamen sæpe fit, quod cœlum, quod sub velamine nubium latuerat, visibiliter & clare cum stellis suis apparet nobis, ita quod tunc videtur quantum non naturaliter, sed accidentaliter innouatum. Sic vere Deus, qui naturaliter est incommutabilis & æternus, quamuis impossibile sit, quod pro-prie possit innouari vel immutari (quia scil. sicut dicitur 1 Reg. 15. *Non est Deus quasi homo, vt mutetur, nec vt filius hominis, vt muete-tur.* Et Malach. 3. *Ego Dominus qui non mutor*) accidentaliter tamen quantum ad apparentiam fuit in ista incarnatione innouatus & mutatus, in quantum, sc. ipse, qui diutissime latuerat, fuit ho-minibus visibiliter declaratus Baruc. 3. *Postea in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est.* Cœlum ergo nouum. Vnde de no-uitate dicitur 2. Pet. 3. *Cœlos nouos & terram nouā expectamus.* Deus enim fuit renouatus sicut Aquila. Aquila enim quando se sen-tit antiquari, solet ad fontem descendere, & ibi veteres plumas deponere, & nouas acquirere, & sic se superficialiter de antiqua iuuentem innouare. Sic Deus ad fontē misericordiæ, sc. ad Ma-riam descendit, antiquas pennas, i. antiquū rigorem & iustitiam

deposuit, nouas etiã pennas humilitatis & benignitatis assumpsit & sic naturam suam quodãmodo quantum ad superficiem innouauit. De hoc in Ps. dicitur. *Renouabitur, vt aquila iuuentus tua.* Nouum ergo cœlum. Elitropia n. est lapis, qui solẽ facit actualiter eclipsari. Vnde de isto dicitur in lapidario. *Sanguineum reddit mutato lumine solem, Eclipsimq; nouam terris effundere cogit.* Sic pro certo lapis pretiosus immensæ charitatis ipsius solis iustitiæ filij Dei, fecit eum per incarnationem nouiter eclipsari, & sub nube carnis virgineæ in sanguinem humanæ conditionis nouo conuersionis genere obscurari & innouari. Ibi n. fuit eclipsata æternitas, quando fuit facta temporalis. Ibi n. fuit eclipsata immensitas, quando facta fuit localis. Ibi fuit eclipsata æterna claritas, quando fuit facta obscura pariter & carnalis. Ecce ergo quam noua & mirabilia facta sũt hæc. Et ideo pulchre loquitur Bernhardus in quodam sermone de Pentecoste. *In conceptu* (inquit) *partuq; virginali noua & mira suspicit qui inquirit.* Porro ibi agnoscitur longitudo breuis, latitudo angusta, &c. Vide eam supra in titulo de mirabili. Patet ergo quomodo innouata fuit Dei sublimitas, carnem recipiendo. Cœlum inquit nouum.

D ¶ Item dico, quod ibi innouata fuit nostra mortalitas verbũ concipiendo. (Terrã inquit nouam.) Sicut n. per appropinquationem solis ad terram & per sui caloris incorporationem cum terra, & per boni seminis seminationẽ, ipsa terra, quæ in hyeme erat sterilis, atq; sicca, in vere solet quasi penitus innouari, quia s. tunc nouis herbis & florib. decoratur, tũc nouis animaliũ fœtib. fœcundatur & nouis etiam auium modulis iucundatur, sic quando sol iustitiæ ad mundũ appropinquans seipsam terræ nostræ mortalitatis vniuit & incorporauit, & in eã per seipsius incarnationẽ de Paradisi semine aliud semẽ seminauit, ipsam pro certo quæ *prius erat inanis & vacua* (Gen. 1.) fecit spiritualiter esse nouã, quia s. nouũ flores nouæ virginitatis apparuerunt Cant. 2. *Flores apparuerunt in terra nostra.* Tunc exinde etiã noui fœtus, sc. Deus & homo & homo Deus nati sunt & exterius prodierunt, quia tunc *terra dedit fructũ suum*, quando sc. *veritas de terra orta est, & iustitia de cælo prospexit.* Tunc etiam noui cantus, nouæ aues, i. nuncij cœlestes nuncij cecinerunt, dicentes, *Gloria in excelsis Deo.* Quia sc. isti sunt citharœdi, qui cantauerunt canticum nouum ante sedem Dei & agni, sicut dicit S. Ioannes Apoc. 14 Iuxta illud Ps. *Cantate Domino canticum nouum, quia mirabilia fecit.* Terram ergo nouam. Ideo tunc potuit dici illud Hier. 31. *Creauit Deus nouum super terram, fœmina circumdabit virum*, &c. Expone sicut supra. Fuit ergo innouata nostra mortalitas verbum cõcipiendo.

E ¶ Itẽ dico, quod tunc fuit innouata nostra sagacitas, seu subtilitas fidem suscipiendo, quod ostenditur cum dicitur. (Vidi.) Tunc enim inceperunt homines clare videre, quia primitus erant cœci quantum ad illa, quæ pertinent ad salutem. Quia sicut luna quando cum sole cõiungitur, in suo lumine renouatur, ita quod tunc dicitur luna noua, & nouo modo lucendi mundo communicat lumen suum. Sic etiam quando soli iustitiæ Christo fuit in ista incarnatione principaliter copulata, ab ipso nouum lumẽ fidei recepit, & mundum nouo fidei lumine illustrauit. Quia tunc verificatum fuit illud Hest. 8. *Noua lux oriri visa est in gaudium & tripudium.* Nam vt dicit Greg. *Quia redemptor noster nouus homo venit in mundum, ideo noua præcepta dedit mundo, & vita nostra veteri in vitijs enutrita, contrarietatẽ opposuit nouitatis suæ.* Tunc enim apparuerunt multa noua, videlicet

Nouus Rex,
Noua lex,
Nouus dux,
Noua lux,
Noua ciuitas,
Noua communitas.

Nouus Rex dico, quia sicut dicitur Exo. 1. *Surrexit Rex nouus super Aegyptum.* Noua lex. Vnde Hest. 3. *Est populus in regno tuo nouis vtens legibus*, &c. Nouus dux, sc. Christus, qui fuit dux nouus noui exercitus Christiani, cui dicit Deus pater Esa. 41. *Ego posui te quasi plaustrum triturans nouum, habens rostra serrantia.* Noua lux, scil. nouæ fidei & nouæ sapientiæ & doctrinæ, quia tunc, vt dictum est, noua lux oriri visa est. Sicut enim Helisæus ponens sal in vase nouo sanauit aquas Hiericho, (4. Reg. 2.) sic Helisæus Deus pater, quando in vase nouo vteri virginalis ipse posuit sal sapiẽtiæ increatæ, tunc dico aquæ Hiericho, i. scientiæ mundi & doctrinæ Philosophorum, quæ per multos errores faciebant sterilescere terram intellectus humani, per veram fidem fuerunt sanatæ, & ab omni errorum genere depuratæ. Vnde Hest. 8. dicitur, quod *noua Regis epistola veteres Aman epistolæ fuerũt correctæ.* [illegible] ista nouitate fidei & scientiæ dicitur C[illegible]. *Induentes nouũ hominem, qui renouatur in agnitionem Dei.* Item noua ciuitas, quia sc. [illegible] uitas Ecclesiæ Dei fuit tunc temporis renouata & in personis & in doctrinis & in hominib. & in ritibus, quod videns Ioannes dicebat Apoc. 21. *Vidi ciuitatem sanctam Hierusalem nouam, descendentem de cælo*, i. ab institutione cœlesti ordinatam, [illegible] tanquam sponsam ornatam sponso suo. Noua etiam com[illegible]munitas, quia sc. in ista incarnatione cõmunitas fidelium [illegible] tijs & virtutib. decorata & renouata 1. Mach. 15 *Misit [illegible] exercitum nouum in Ioppen* Et sic patet, quomodo innoua[illegible] dei claritas, nostra mortalitas, Dei æternitas. Illud ergo dictum sufficit de nouitate diuinæ incarnationis.

¶ Secundo principaliter dicendum est de nouitate [illegible] F
conuersationis. Sicut n. videmus, quod homines, qua[illegible] inuitati ad aliquod magnum festum, summe nituntur habere vestimenta noua, milites etiam noui omnia, quæ circa se [illegible] debent habere noua, vestes videlicet, calcaria, cingula, galeam & alia necessaria, sic vere nos, qui sumus noui milites noui regis Christi & qui ipsius nouo nomine nominamur, itaq; a Christo dicimur Christiani, & qui etiam ad nuptias Dei & Ecclesiæ inuitamur, debemus spiritualiter totaliter innouari, & nouis vestibus honestæ conuersationis, nouisq; calcarib. diuini timoris & cõtritionis, nouo cingulo charitatis & dilectionis, nouo ense verbi Dei & orationis moraliter & virtualiter adornari Et hoc est, quod præcipitur Eph. 4. *Induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est, in iustitia & sanctitate, deponentes mendacium, loquimini veritatem.* In quibus verbis ostenditur quod ad hoc, quod homo spiritualiter possit fieri nouus, necesse est,

Extirpare culpam inficientem. (Deponentes inquit mendacium,)
Procurare causam efficientem. (Iustitia & sanctitate
Immutare mentem deficientem. (Creatus est.)
Aggregare modum proficientẽ. (Induite nouũ hominẽ.)
Frequentare actũ perficientem. (Loquimini veritatem.)

Dico igitur, quod si volumus spiritualiter innouari, primo & principaliter debet expiari culpa inficiens. (Deponentes inquit mendacium,) id est, peccatum, quia sicut dicitur Sap. 1. *Os, quod mentitur, occidit animam.* Sicut enim ad hoc, quod noua forma in aliquam materiam introducatur, necesse est, quod ante omnia forma primaria expellatur. (Vnde etiam serpens quando se renouat, necesse est, quod pellem veterẽ in quadam stricta rimatura lapidis exuat & deponat) sic loquendo spiritualiter, si spiritualiter volumus renouari, necesse habemus pellem nostræ malæ conuersationis dimittere, & culpas omnium vitiorum ante omnia deponere & horrere (Deponentes inquit mendacium.) Et hoc est, quod bene dicitur Col. 3. *Nolite mentiri inuicem expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, & induentes nouum eum, qui renouatur in agnitionem Dei.*

¶ Item si volumus esse noui debet procurari causa efficiẽs, & G
ista causa, ista virtus, ista res, quæ nos potest facere nouos, nihil aliud est quam iustitia & sanctitas. In iustitia inquit & sanctitate. Rectitudo n. iustitiæ & sanctitudo continentiæ apud Deum nos faciunt esse nouos, vt seruiamus illi in sanctitate & iustitia coram ipso omnib. diebus nostris. Sanctitas enim, i. puritas & castitas sunt causa spiritualis nouitatis. Nã sicut videmus, quod quando vestis bene abluitur & mundatur, tunc a suis antiquis maculis innouatur, sic conscientia, quam munditia castitatis & puritatis abluit, nouitatem gratiæ & perfectionis acquirit, & vendicat. Vnde 1 Mac. 4. *Ascendamus nunc emundare sancta & renouare.* Et proculdubio talis nouitas, i. continentia, innocentia & puritas, requiritur in nobis Ecclesiasticis, quia sci. apes libentius mellificant in vase nouo & mundo. Pisces etiam libentius intrant rete de nouo confectum. Sic vere Deus, qui est piscis magnæ delitiositatis, qui est apis magnæ vtilitatis, libenter intrat in vas & in rete nouum, id est, in cor per gratiam & sanctimoniam innouatum. Vnde Ioan. 19. dicitur, quod *in horto erat monumentum nouum, vbi dominum sepelierunt* Et 2. Reg. 6. dicitur, quod *super plaustrum nouum arcam fœderis Domini posuerunt.* Quia vere ipse Deus tunc quiescit & delectatur quando super plaustrum nouum puræ & sanctæ voluntatis per dilectionem defertur, & quando in monumento nouo puræ & mundæ conscientiæ per deuotionem & memoriam sepelitur Matth. 27. *Accepto corpore Iesu posuit illud in monumento nouo.*

¶ Item ad spiritualẽ renouationẽ debet immutari status deficiens. H

[illegible] aliquid [illegible] præcedant. [illegible] quantū adesse [illegible] per [illegible] hominis co[illegible] & mutatur, [illegible] nouum hominem spiritualem [illegible] *Deus & spiritum rectum innoua in* [illegible] igne [illegible] & tandem in bonum [illegible], & sicut Phœnix igne mediante re[illegible] & pristinam formam restauratur, sic [illegible] antiquitas & vetustas quādo in igne [illegible] dissoluitur & ibi per humil[illegible] [illegible]dulo, i. exemplo sanctorum hominum con[illegible] ibi ac si de nouo crearetur, per virtu[illegible] hominem innouatur iuxta illud Psa. *Emittis spiritum, & renouabis faciem terræ.*

[illegible] innouationem debet aggregari gestus [illegible] ostenditur, cum dicitur. *Induite nouū hominem,* [illegible] innouari debet fieri non solum interius in co[illegible] exterius in gestu, habitu & conuersatione, quę [illegible] (induite inquit.) Quia sicut indumen[illegible] decet hominem & multo melius quā an[illegible] exterior conuersatio valde est hominum gratio[illegible] infamis, turpis & antiqua & in malis cum [illegible] Ideo consulit Apostol. Col. 3. *Expoliantes ve[terem hominem cum actibus] suis induite nouum.* Et sic figurabatur in A[illegible] qui obuiauit Ieroboam indutus pallio [illegible] A[illegible] n. interpretatur pater, Sylonites inter[illegible] Quia vere si nos volumus esse patres per ho[illegible] sc. de peccato ad sanctitatem, prophetæ per [illegible] gratiam, dico, quod necesse est, quod habea[illegible] [illegible] exterioris conuersationis speciem & for[illegible] ad spiritualem innouationem debet frequē[illegible] sufficiens, videlicet verbum veritatis (Loquimini [illegible]) sine tali enim verbo non potest homo spiri[illegible] esse nouus. Sicut n. auiculæ syluestres ab hominib. ca[illegible] in cauea positæ quasi totaliter innouant linguam suam, [illegible] prius cantabant sicut aues syluestres, tunc vero [illegible] loqui sicut homines, sic homo, qui de sylua peccatorū [illegible] ad caueam virtutum, vel ad domum Ecclesię, religio[illegible] spiritualium mansionum, debet cantum, linguam, & ge[illegible] loquendi totaliter immutare. Quia sc. si prius nos loqueba[illegible] sicut aues, i. personæ vanæ, mendaces, garrulæ & superbæ, [illegible] modo nos debemus loqui sicut homines, i. sicut personæ vere[illegible] rationales & discretæ, vt de nobis dicatur, quod de discipu[lis dicitur] Marc. 16. *In nomine meo dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent.* Et potissime istæ nouæ linguæ nostræ debēt cantare noua cantica corā Deo, sicut dicitur Apoc 14. quod [illegible] *cantabant canticū nouum coram Deo & agno.* Iuxta illud Psa. *Cantate domino canticū nouum, laus eius in Ecclesia sanctorum.* Sic ergo [illegible] charissimi, quomodo homo debet spiritualiter innouari. Ad quod, prout dictum est, quinq; necessario requiruntur, s. no[illegible] [illegible] cationis, cōuersationis, cōditionis, intentionis, electio[nis] [illegible] quod vtiq; est contra multos, de quib. dicitur Eccl 1. *Nihil [sub sole] nouū, nec potest dicere homo, ecce hoc recens est.* Quia videlicet [illegible] quia in antiquitate vitiorū sunt taliter radicati, quod [nunquam] possint per nouitatem virtutum aliqualiter innoua[illegible] [illegible] sic, sed habeamus noua omnia, iuxta illud Apo. 21. *Ecce [noua facio omnia].* ¶ Et nota adhoc, quod si bene volumus esse no[illegible] debemus habere spiritualiter noua, iuxta illud 2. Cor. *[Si qua ergo] in Christo noua creatura est, vetera transierunt, & ecce facta sunt [omnia noua].* Et notandum, quod nos debemus

Nouiter {
Cogitare,
Ambulare,
Nos ornare,
Debellare,
Fructificare.
}

¶ Iterum debemus

Nouiter {
Viuere,
Sapere,
Edere,
Bibere,
Operari,
Modulari,
Nominari,
}

[illegible]

¶ [illegible] nouiter cogitare, quia videlicet cor nostrum [illegible] Ez. [illegible] *Facite vobis cor nouum & spiritum nouum.* ¶ Item nouiter ambulare, quia si nos debemus [illegible] edere in noua vi[illegible] & semp[illegible] nouare vias nostras Exemplo leporis, qui omni anno [illegible] viam nouam ad intrādum cauernam suam, [illegible] sua. Quia vero quāto plus viu[illegible] tāto plus [illegible] & [illegible] noua modos [illegible] in domum nostrā Parad[isi] [illegible] & prouidere debem[us] Heb [illegible] *Habentes fiduciā in introitu [sanctorum] in sanguine Christi quam initiauit nobis viā nouam.* ¶ Item debemus nouiter nos ornare [illegible] quæ omni anno [illegible] nunt noua vestimenta [illegible] & [illegible] Vnde 3 Reg 11 [illegible] quod *Ieroboā occurrit Ahias propheta amictus pallio nouo.* ¶ Item nouiter debellare, quia s. nos debemus gerere noua bella & virtuosa, sc. contra carnem, hostem & mundū, vt dicitur 2 Reg. 21 *Erat accinctus ense nouo.* Quia sicut dicitur Iud. [illegible] *Noua bella elegit Deus.* ¶ Item nouiter fructificare, exemplo arengestum & limonum, quæ omni mense faciunt nouos fructus. Deut. 16. *Obserua mensem nouarū frugum.* Vt simus sicut cuniculus seu lepus, qui in aliquib. regionib. ita sunt fœcundi, quod quando fœtus suos pariunt ex[illegible] tantus, nouum fœtum conceptum semper habent interius. Sic & nos quando vnū bonum fructum alicuius boni operis exte[illegible] rius producimus, semper nouū bonum opus in mēte habere de[illegible] bemus, dicentes domino illud Cant. 7. *Omnia poma noua & vetera seruaui tibi.* ¶ Item nos debemus nouiter viuere Ro. [illegible] *In nouitate vitæ ambulemus.* ¶ Item nouiter sapere Ro. 12. *Renouamini in nouitate sensus vestri.* ¶ Item nouiter edere, sc. nouam escam corporis Christi. Vnde Ex[od]. 23. *Comedes azyma mensis nouorum, quando egressus es de Aegypto.* ¶ Item nouiter habere potum, sc. nouam spiritualem doctrinam, vel nouum Christi sanguinem 1. ad Cor. 11. *Hic calix nouum testamentum est* Luc 5. *Vinum nouum in vtres nouos mittendum est* ¶ Item nos debemus nouiter operari Apo. 21. *Ecce noua facio omnia.* ¶ Item nouiter modulari Iudith. 16. *Modulamini illi psalmum nouum.* ¶ Item nouiter nominari Esa. 62. *Vocabitur tibi nomen nouum, quod os domini nominauit.* ¶ Item nouiter famulari Rom. 6. *Seruiamus in nouitate spiritus, non in vetustate.*

¶ Item nouiter concordari. Vnde Hier. 31. *Feriā domui Israel & domui Iuda fœdus nouū.* Ista ergo dicta sufficiant de nouitate virtualis perfectionis, quod erat secūdum principale. ¶ Tertio princi- M
paliter dico, quod est nouitas æternalis refectionis, quia s. tunc renouabitur tota humana cōditio. Quia sicut Phœnix post incinerationē reficitur, & de nouo renouatur & reformatur, sine innouatur, sicut et de palma singulari dicit Plin. quod sc. postquā diutissime durauerit, per seipsam consumpta prima arbore iterum renouatur & crescit, sic homo per mortē incineratus, iterum per resurrectionē reuertet, & sursum in patria nouus fiet. Tunc n. dabitur animæ nouum genus cognitionis, nouū genus fruitionis, nouum genus dilectionis. Cognitionis dico, quia sc. tunc cognoscet in verbo, quia tunc (sicut dicitur Eze 36) *dabunt sibi cor nouū & spiritum nouum.* Fruitionis etiam, quia sc. tunc in verbo inueniet sempiternas delitias Sap. 16. *Delectamentum sui cum nouissimū dedisti eis nouum saporem.* Vnde de ista nouitate dicitur Mat 26 *Non bibā amodo de genimine vitis huius, donec bibā illud nouum in regno Dei.* Dilectionis insuper, quia sc. nouo genere dilectionis anima diliget Deum & proximum, sicut dicitur Io. 13. *Mandatum nouū do vobis, vt diligatis inuicem.* Ista est ergo nouitas æternæ refectionis.
¶ Quarto principaliter dico, quod inuenitur nouitas manifestæ con- N
ditionis. Et sic nouitas accipitur pro iuuentute, ignorantia, vel simplicitate. Et sic nouus idem est, quod nouitius, i. e. simplex & imperfectus. Sicut n. liber nouus non est melior, quāuis sit pulchrior, equus etiam, qui habet pedes nouos, est illaudabilior & debilior, sic tales nouiter ignari & imperfecti sunt cæteris illaudabiliores, & vitijs & imperfectionib. pleniores Deut. 32. *Noui recentesq; venerūt.* Et potissime vituperabiles sūt illi mali, qui quotidie innouāt mala sua, & qui in malo quotidie innouantur de quib. Iud. 10 *Filij autem Israel peccatis veteribus iungentes noua, fecerunt malum in conspectu Domini.* Potissima autem de nouitijs possent poni multa exempla, sed raræ sunt auctoritates. Et ideo vide in tabula. Quia breuiter nullus nouus in bono est ita laudabilis vt antiquus Eccl. 9. *Amici nouū amicum nouum. vetera fiet n. & bibes illud cū suauitate.* ¶ Adhuc possumus dicere, quod est nouitas garrulosæ O
locutionis. Et ista est illorū qui vacant in rumoribus. & in nouis sermonib. Sed de ista vide sup. in principio illius tituli, & supra [illegible]

de audire. Hæc igitur de nouitate sufficiant. Etiam in tabula multa; verum inueniri.

A **Nouissimus. Nouissima.** Nota, quod nouissimum idē est quod vltimum, posterius, aut finale. Et potest significare in bono & in malo. In bono enim potest statum humilitatis interioris significare, statum fœlicitatis posterioris, statum aduersitatis exterioris. Nouissimum ergo in bono signat

Humilitas perfectionem,
Fœlicitatis possessionem,
Aduersitatis depressionem.

Prima est nouissimitas continenda,
Secunda est nouissimitas appetenda,
Tertia est nouissimitas sustinenda.

B ¶Primo ergo dico, quod est vnū nouissimum continendum, & istud est nouissimum humilitatis, quia videlic homo non debet se alijs præponere per superbiam & præsumptionem, sed magis debet nouissimus & vltim⁹ velle apparere per humilitatē & subiectionē. Talem vero humilitatem videbatur Saul habere, quādo primo nonciatum fuit ei, quod ipse erat Rex futurus, dicens 1.Reg.9. *Nonne filius Iemini ego sum, de minimis Israel & cognatio mea nouissima?* Et tamē de isto, qui se nouissimum appellabat dicitur 1.Reg.10. quod *in Israel non erat melior illo.* Inter fœtus n. animaliū primi nō sunt ita boni sicut nouissimi. Vt n. veniunt ad bonum primi fœtus catulorum fœtentium. Etiam dicit Plin. quod canicula quandō parit in eodem lecto, catulorum ille semper est melior, qui nascitur vltimior, & ille etiam à matre ad cubile reportatur primus, qui nascēdo fuit nouissimus. Sic vere loquendo spiritualiter, illi, qui nascendo, i. promotionem vel prosperitatem acquirendo volunt esse priores, apud Deum (vt communiter) sunt peiores. Illi vero apud Deum meliores inueniuntur, qui nouissimi per humilitatem esse noscuntur, & qui tardius ad mundi dignitates nascuntur & egrediuntur. Et sic verificabitur

C illud Mat.19. & 20. *Erūt nouissimi primi.* ¶Et aduerte in ista auctoritate [Erunt nouissimi primi] q̄ virtus humilitatis quę per locū nouissimum denotatur, est habenda multiplici ratione videlic.

Quia { Confert constantiæ durationem.
Aufert mentis præsumptionem,
Adfert cœli prælationem.

Primum probat verbum substantiuum [Erunt]
Secundum nomen defectiuum [Nouissimi]
Tertium nomen erectiuum [Primi]

¶Dico ergo, quod bonum est esse nouissimum per humilitatem, quia per hoc confertur cōstantia firmæ durationis, quod ostenditur in verbo Erunt, quod est verbum substantiuum, signans rei existentiam & permanentiam virtualem. Sicut n. lapis, qui locum nouissimum vltimum & infimum tenet in fundamento, est stabilior & firmior, quia sc. talis non exponitur superius impulsui ruinæ, sic vere illi, qui locum habent nouissimum quantum ad gradum paupertatis, vel infimum, quantum ad statum humilitatis, magis habent de durabilitate totius firmitatis. Humiles n. & pauperes sursum in statu excellentiæ non ponuntur, & ideo tentationib. non mouentur, & per consequens stabilius & permanentius in bono proposito radicantur. Erunt inquit: quasi dicatur. Tales non desinūt esse boni, nec à bono desistunt, aut deficiunt. Et ideo de Dauid, qui interpretatur manu fortis, & de viris eius qui dicuntur à virtute dicitur 1. Reg. 29. quod *Dauid & viri eius erant in nouissimo agmine.* Ac si vellet dicere, quod illi, qui sunt nouissimi per humilitatem, possunt dici Dauid, i.e. manu fortis & viri, id est, virtuosi per constantiæ firmitatem, & perseuerantiæ firmitatem & diuturnitatem. ¶Et nota, quod illi possunt dici viri, pro eo, quod vir scilicet est

Patientior ad mala sustinendum,
Sapientior ad cuncta prouidendum,
Virtuosior ad bona faciendum.

Sic pro certo dico, quod humiles sunt ad sustinēdum patientiores. Et ideo de Christo dicitur Esa.35. *Desiderauimus eum, despectum & nouissimum virorum, & virum dolorum, & scientem infirmitatem.*

¶Item isti sunt ad meditandū sapientiores, quia viri nouissimi, sc. humiles, melius præuident, & meditantur illa, quæ pertinent ad salutem. Vnde Hier.23. *In nouissimis diebus intelligetis consilium.* Et ideo Apostol. dicit 1. ad Cor.15. *Nouissime autem omnium tanquam abortiuo visus est & mihi,* sc. *Christus.* Et Eze.33. dicitur. *Tulit populus terræ virum de nouissimis suis, & constituit eum speculatorem,* Eccl.33. *Ego nouissimus vigilaui.* Item humiles sunt ad operandum efficaciores seu vi[illegible] fuerunt remunerati, d[ic]itur Matth. [illegible] *Nouissimi [illegible] runt, & pares illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei & æs[tus]* ergo sunt viri virtuosi, & ad operandum, & ad meditand[um] ad tolerandum. Per humilitatem ergo confertur long[itudo fir]mæ durationis. (Erunt inquit.)

¶Deinde dico, quod per talem nouissimitatem aufertur [turpi]tudo vanæ præsumptionis. (Nouissimi inquit.) Quia sicut [inter] planetas luna quæ est nouissima, est cæteris cētro terræ pr[o]pinquissima, & à circumferentia sphæræ remotissima, [pro]culdubio illi, qui per humilitatem sunt nouissimi, centro, Deo sunt propinquissimi & vicinissimi, & ab altitudine præsumptionis, & à sphæra vanitatis & elationis sunt remotissimi. Et ideo vitare præsumptionem docet Dominus Luc.14. dicens. *Cum vocatus fueris ad nuptias, vade & recumbe in nouissimo loco, vt cum venerit, qui te inuitauit, dicat tibi, Amice, ascende superius.*

E ¶Deniq; dico, quod per nouissimitatē humilitatis [ac]quiritur, seu affertur plenitudo altæ prælationis. (Primi inquit.) Quia videlicet si homo per humilitatē in hoc mūdo fit nouissimus, ipse finaliter in Paradiso & etiā in hoc sæculo efficietur primus. Sicut n. Saturnus est stella respectu terræ nouissima & remotissima, à parte tamē cœli est prima & propinquissima, sic illi, qui interra sunt per humilitatē & paupertatem nouissimi & à dignitatib. terrigenis elongatissimi, à parte cœli, i. quantum ad Deum, & quantum ad obtentū bonorum æternorum ipsi sunt primi, d[i]gnissimi, propinquissimi & specialissimi, ita q̄ quilibet talis poterit tūc dicere illud Esa.41. & 44. *Primus & nouissimus ego sū.* Qu[i] sc. humiles, qui apud mundū sunt nouissimi & minimi, sunt & erunt apud Deū primi & maximi. Quia pro certo ibi fiet cōuersio, quæ fit in rota & in cœli curriculo. Quando n. cœlum voluitur, stella quæ erat prima & erat in oriēte, fit nouissima & venit in occidentē, & ecōuerso stella quę erat nouissima in occidente, efficitur prima & venit in orientē. Sic vere quando cœlum & circulus huius mūdi voluitur (quod fit in morte, vel fiet in iudicio) tunc pro certo mutabuntur conditiones rerum, quia quod nūc est prius, fiet posterius. Quia qui modo sunt in oriēte & claritate dignitatū, erunt in occidēte, & obscuritate calamitatum. Humiles vero & pauperes, qui modo sunt in occidente miseriæ & in tenebrositate aduersitatis, erunt tunc in oriēte & claritate totius fœlicitatis & dignitatis. Et sic verificabitur illud Luc.13. *Ecce sunt nouissimi, qui erant primi & primi, qui erant nouissimi.* Et ideo de ipsis nouissimis tūc primis effectis dicetur illud Aggæi 2. *Magna erit gloria domus istius nouissimæ, magis quā primæ.* Ad quod facit illud, q̄ ponitur Matt 20. vbi dicitur, quod *illi, qui nouissima hora venerant plenū denarium reportauerunt.* Ad denotandum, quod illi pleni humilitatis, nouissime in virtutū vinea laborare nōscuntur. Et sic patet charissimi, quomodo nouissimitas humilitatis confert stabilē durationem, aufert flebilē præsumptionem, affert nobilē promissionem. Et reuera in isto nouissimo humilitatis, paupertatis & aduersitatis, Christus voluit apparere. & salutē humano generi procurare. Fig. Mat.21. vbi dicitur, quod *nouissime misit ad cultores vineæ filiū, quem tamen impij occiderunt.* Vnde Heb. 1. dicitur. *Nouissime diebus istis locutus est nobis in filio suo, quem constituit heredem vniuersorum per quē fecit & sæcula,* dicens, sc. Apo.1. *Ego sum primus & nouissimus.* Istud est ergo nouissimum humilitatis, quod est continendum.

F ¶Secundo principaliter dico, quod est nouissimum fœlicitatis, quod est appetendum. Bona n. Paradisi dicuntur nouissima, quia sc. non veniunt in hac vita, sed in altera, non in præsenti, sed in futura, nō in principio, sed in nouissimo. Palma n. non potest proferre fructus suos in principio, imo in nouissimo & in fine, sc. postquam compleuerit centum annos. Sic Deus fructus æternæ gloriæ non profert nec tribuit in præsenti, sed ipsa distribuet & proferet in nouissimo, sc. post mortem in alio sæculo & in fine. Sicut enim dicitur Esai. 2. Et Mich.4. *Et erit in nouissimis diebus præparatus mons domus domini?* Et possumus notare, quod in isto nouissimo erit

Iucunditas sine dolore,
Suauitas sine labore,
Immortalitas sine timore.

¶De iucunditate dicitur Prou. 31. quod *fortis mulier* de qua ibi agitur) *fortitudo, & decor indumentum eius, & ridebit in die nouissimo.* De suauitate vero seu de tranquillitate dicitur Eccl.6. *In nouissimo inuenies requiem.* De mortalitate vero dicitur, 1.Cor. 15. *Nouissime autem inimica destruetur mors.* Et si vis, nota adhuc de nouissimo fœlicitatis æternæ, quod

Maior

Malor domus nouissime procedit.
Plenior merces nouissime succedit.
Dulcior fructus nouissimus accedit.

... & authentici viri vltimo solent procedere. Merces au... & stipendia vltimo post laborem solent accedere. Sic vere ... quod in nouissimo gloriæ Paradisi apparet rex regum ip... h... e, dicens illud Esa. 44. *Ego primus, & ego nouissimus.* ... iam recipitur cum pleno valore Prou. 23 *Habebis in no... spem, & spes tua non peribit.* Fructus degustatur cum summo ... Eccles. 5 *Benedictio illius in nouissimo manet.* Illud est ergo ... mum. felicitatis, quod est appetendum.

G ¶ ... principaliter dico, quod est nouissimũ aduersitatis, ... est abstinendum. Et sic per nouissimum intelligitur status ... ur, ... modo ponuntur nouissimi, sicut illis, de quib. ... Quia sicut dicitur Esa. 9. *Nouissimo aggrauata est via ... Galilea gentium.* Potissime autem per nouissi... ur mors & senectus, quæ nouissimo & finaliter ... velut etiam dies iudicij, de quo Iob 19 *In nouissimo die ... surrecturus sum.* Mirabiles n. sunt fructus oliuæ. Primo sũt ... nouissime autem amari sunt. Quia vere nulla est in vita ... prosperitatem dulcedo, quæ ipsam absorbeat, & destruat ... & nouissime mortis amaritudo, asperitas & salsedo. Et ideo ista est via maris, i. conditio fluctuosæ præsentis vitæ, quæ nouissime per mortem aggrauatur, quãdo trans Iordanem Galilææ, i. e. vltra & extra præsens mortale sæculum transportatur. Vnde Amos 8. *Ponã nouissima eius quasi diem amarum.* Et aduerte, quod illud nouissimum est cũ reuerentia metuendum, & etiam est cum diligentia præuidendum. Metuendum dico Os. 3. *Pauebunt ad Dominũ & ad bonum eius in nouissimo dierum.* Et Pro. 23. *In timore Domini esto tota die & habebis spẽ in nouissimo.* Præuidendum ẽt, quia ... est nouissimitas mortis, iudicij & inferni, præcogitanda & diligenti animo meditanda Deut. 32. *Vtinã saperent & intelligerent, ac nouissima prouiderent* Eccl 7. *In omnib. operib. tuis memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis* Et Eccl. 28 *Memento nouissimorum & desine inimicari.* Et ideo ciuitas Babylonica reprehenditur Esa. 47. eo quod sua nouissima nõ recordabatur. *Non posuisti* inquit *hæc super cor tuum nec recordata es nouissimi tui.*

H ¶ Sed adhuc dico, quod nouissimum tribus modis accipitur in malo. Signat enim

Negligentium prolixitatem,
Temporalium prosperitatem,
Desperantium peruersitatem,
Infernalium pœnalitatem.

¶ Dico ergo, quod signat morum prolixitatem seu tarditatem s. negligentiũ, quia s. tales semper sunt nouissimi ad faciendũ bonum, hoc sunt illi qui procrastinant bona facere vsq; ad nouissimũ senectutem, qui deberẽt aduertere, q; sicut nouissimi fructus qui veniunt in ficubus, nihil valẽt, quia ab hyeme congelãtur, de vino & de oleo illud, quod de torculari extrahitur nouissimum, inutile ... reputatur, sic spiritualiter loquẽdo, illa opera, q̃ ita tarde & ita nouissime fiunt, à Deo inutilia iudicãtur Quod bene figuratũ est Mat 25. vbi dicitur, q; *virgines nouissime venientes & lampades sine oleo deferentes, à nuptijs sunt exclusæ.* Vnde Hier. 17. *Perdix fouit quæ non peperit.* Et sequitur. *In nouissimo sua erit insipiens.* Et

I Sap 3 dicitur. *Sine honore erit nouissima senectus eorũ* ¶ Item nouissimũ signat mundi vanitatem vel prosperitatẽ. Bona n. spiritualia omnium principalia debent dici prima, bona vero mundi tanquam ... de quib. debemus parũ curare, debẽt dici nouissima. Et ... de mũdo & eius statu dicitur Prou 14 *Est via quæ videtur hominis recta, nouissima aũt eius ducũt ad mortẽ.* Et ideo de prosperitate ... illud Pro. 5. *Fauus destillans labia meretricis & nitidius*

K *oleo guttur eius, nouissima aũt illius amara velut absynthiũ.* ¶ Itẽ signat ... obstinati prauitatẽ & peruersitatem. Tales sunt illi, qui in fine sũt peiores, quã in principio, de quib. dicitur Lu. 11. *Facta sunt nouissima hominis illius peiora prioribus* Et Mat. 27. *Erit nouissimus error peior priore.* Illi sũt potissime illi, qui in fine remeãtes in peccata & quorũ iuuentus est melior quã senectus, similes Gryphib. quorũ pars anterior similis est Aquilæ, posterior vero nouissima similis est Leoni, quia sc. tales in principio iuuentutis sunt boni & aquilini in nouissimo vero senectutis sunt pessimi & leonini Prou. 20. *In nouissimo benedictione carebit.* Et Eccl. 10. *Nouissimũ erit illius error pessimus.* ¶ Itẽ nouissimũ signat inferni pœnalitatẽ. Vnde et in scriptura infernus dicitur terra nouissima Ez 26. vbi loquitur ciuitati Tyri: *Collocauero te in terra nouissima, sicut solitudines veteres.* Et nota, quod infernus dicitur locus nouissimus, quia ibi

Abundat terror & gemitus,
Perturbat ardor & strepitus,
Confundat rubor adhibitus,
Affligit dolor implicitus,
Afficit stridor & fremitus,
Deficit dolor paraclitus,
Decipit error incognitus,
Occidit furor internus.

¶ Dicam ergo, quod in isto nouissimo, id est, in inferno est locus gemitus & terroris Prou. 5. *Et gemas in nouissimis, cum consumpseris carnes tuas.*

¶ Item est locus strepitus & ardoris Eze. 23. *Nouissimum tuum igne deuorabitur.* Item est locus cõfusionis & ruboris Luc. 14. *Et incipias cum rubore nouissimum locũ tenere.* Et Eccl. 13. *In nouissimo deridebit te,* sc. diabolus in inferno, sicut 2. Pet. ... dicitur, quod *venient in diebus nouissimis illusores* sc. dæmones. &c. Item est locus afflictionis & doloris. Inferius enim habet morsum & gladium. *In nouissimo aũt mordebit, vt coluber.* (Gladium) (Morsum) Prou. 23. Item est locus ... Amos 9. *Nouissimum eorum gladio interficiam.* Item est locus inquietudinis & stuporis Eccl. 30. *In nouissimo obstupescent dentes tui.* Item est locus amaritudinis non dulcoris Amos 8. *Ponam nouissima eius quasi diem amarum.* Item est locus incertitudinis & erroris Eccl. 10. *Nouissimum erit illius error pessimus.* Item est locus lateb... tus & mortis, quia sicut dicitur Prou 14 *Nouissima illius ducunt ad mortẽ* Igitur de isto nouissimo potest dici illud Eccl. 3. *Cor durum male habebit in nouissimo.* Et 2. ad Tim. 3. *In nouissimis diebus instabunt tempora periculosa.* Vide infra de vltimo & finibus.

## Nox.

Vide supra in tit. nocturnus, vbi satis ample prosequitur de nocte.

## Nubes.

Nota, quod nubes multipliciter sumitur in scriptura tam in bono, quam in malo: A

Nubes signat:
- Vanitatem humanæ naturæ,
- Puritatem diuinæ scripturæ,
- Dignitatem humanæ præturæ,
- Bonitatem sanctæ creaturæ,
- Sanctitatem virgineæ clausuræ,
- Prauitatem superbæ iacturæ.

Primo igitur de nube humanæ vanitatis potest dici illud Iob 30. *Velut nubes pertransijt salus mea.* Sicut n. nubes de valde rara & debili materia componitur & inde est, quod valde debilem habet substantiam, quia videl. modo est & modo non est, sic humana vita ex natura debili, carne & sanguine cõstituta, numquam potest in eodem statu permanere. Statim enim per mortem deficit & consumitur, & qui prius toti vni regno magnus apparuerat, & per mundanam potentiam fulgurauerat, & tonuerat, nunquam vlterius reperitur Sap. 2. *Transibit vita nostra quasi vestigium nubis.* Signat ergo nubes vanitatem humanæ naturæ.

¶ Secundo signat puritatem diuinæ scripturæ. Nam sicut nubes habet quãdam obscuritatem exterius, continet tamen ignem & claritatẽ interius & inde est, quod ipsa quandoq; pluit quãdoq; tonat, quandoq; coruscat, quãdoq; fulgorat inferius, sic sancta scriptura exterius in apparẽtia rudis & obscura videtur s. quantum ad literam & historicam ruditatẽ, & tamen constat, quod ipsa continet interius claritatẽ summæ scientiæ & doctrinæ quãtum ad mysticam veritatem. Et inde est, quod ista nũc pluit per dulces cõsolationes & promissiones, nũc tonat per fortes comminationes & prohibitiones, nunc fulgurat per bonorum exemplorum declarationes, & per diuinæ voluntatis reuelationes, nunc fulminat per diuinorum iudiciorum manifestationes & per maledictionum imprecationes. Et ideo de ista nube tenebrosa & eius doctrina caliginosa dicitur in Psal. *Tenebrosa aqua in nubibus aeris* Exod. *Erat nubes tenebrosa illuminans noctem.* B

¶ Tertio nubes signat dignitatem humanæ præturæ. Nubes enim semper solet esse in alto, & signat statum & eminentiam dignitatum, vbi quandoq; boni quandoq; mali ascendunt diuersimode. De bonis enim dicitur Apoc. 14. *Vidi, & ecce nubem candidam & super nubem sedentem similem filio hominis.* De malis etiam & ambitiosis in persona luciferi dicitur Esa. 14. *Ascendam super altitudinem nubium,* &c. Vide etiam supra de ambitione. Et nota, quod boni qui in ista nube dignitatum volunt ascendere debent habere tria, videlicet C

In affectu tranquillitatem. (Sedentem inquit,)
In conspectu conformitatem. (Similem inquit,)
In intellectu subtilitatem (Hominis inquit.)

¶ Quarto dico, quod nubes signat bonitatẽ sanctæ creaturæ, id est, per- D

est, perfectionem cuiuslibet iusti. Vnde Esa. 45. *Rorate cæli desuper, & nubes pluant iustum.* Sed de hoc inferius latius dicetur.

E ¶ Quinto dico, quod nubes signat puritatem seu sanctitatem virgineæ clausuræ. Ista est enim illa nubes, de qua dicitur Num. 17. & Exo. 40. *Operuit nubes tabernaculum*, sed de hoc dicetur infra.

F ¶ Sexto dico, quod nubes signat prauitatē superbæ iacturæ, quia sc. sicut nubes vento mouentur, alte leuātur, magnæ videntur, tonare, fulminare & coruscare noscuntur, cito tamē deficere & in pluuiam resolui & ad terrā descendere perpenduntur, sic vere dico, quod diuites & mundani mouentur & agitātur vento vanitatis, leuantur & sublimantur in alto dignitatis, creduntur & æstimantur magnæ auctoritatis, emicant & illustrantur luce prosperitatis, fulminant & operantur ignem rapacitatis, cito tamen deficiunt & annihilantur iure mortalitatis. De talib. & nubib. dicitur in canonica Iudæ. *Hi sunt in epulis suis maculæ conuiuantes, sine timore pascentes semet ipsos, nubes sine aqua, quæ à ventis circumferuntur, arbores autumnales, infructuosæ, bis mortuæ*, &c. In fine vero & defectione talium dicitur Iob 7. *Sicut consumitur nubes & pertransit, sic qui descendunt ad inferos, non reuertentur.* Sed de hoc vide supra de altitudine & supra de ambitione. Et in illa auctoritate. (*Ascendam super altitudinem nubium*,) quæ vtrobiq; ponitur. Sed ne ita sub nube & de nube transeamus dicamus aliquid de nube

G in quantum signat personam virtuosam, & in quantum signat virginem gloriosam. ¶ Primo quidem dicemus, quod per nubem intelligitur perfectus & maxime vir Ecclesiasticus, religiosus, prædicator vel Prælatus, vel ipsorum perfectio siue virtus. Sicut n. nubes habet in substantia puritatem, in existentia cōcauitatem, in natura etiam maximā leuitatem seu capacitatem, sic vere viri perfecti debēt habere puritatem mundæ castitatis, capacitatem summæ charitatis, leuitatem, seu agilitatem voluntariæ paupertatis. Quia procul dubio isti debent habere scil.

Puritatem caste conuersando,
Charitatem cunctos diligendo,
Paupertatem mundum contemnendo.

¶ Et sic ipsi erunt illud tabernaculum fœderis de quo dicitur. Nu. 16. & Exod. 40. *Operuit nubes tabernaculum.* Quod pro certo tales debent habere conditionem nubis in moribus & nubi assimilari in virtutibus. Tales erant illi, de quibus admirando dicebat Esa. 60. *Qui sunt isti, qui vt nubes volant?* Vbi aduerte, quod sicut nubes materiales habent scilicet.

Naturam admirabilem,
Figuram conformabilem,
Situm altum & notabilem,
Motum citum & volubilem.

Sic pro certo viri perfecti & prælati debent habere
Admirabilem perfectionem. (Qui sunt isti inquit,)
Conformabilem conditionem. (Vt inquit,)
Eleuabilem affectionem. (Nubes inquit,)
Inretardabilem profectionem. (Volant inquit.)

H ¶ Dico ergo, q illi, qui volunt esse nubes spirituales, debēt habere mirabilem perfectionem, quod ostendit stupor quæstionis, cum dicitur (Qui sunt isti) In nubibus n. multa sunt mirabilia. Nubes n. sunt inter cœlum & terram mediatiuæ, sunt ardoris solaris temperatiuæ, sunt terræ subiacētis irrigatiuæ, ignis & luminis interius contentiuæ, tonitrui exterius sunt transmissiuæ, grādinis & fulguris sunt inferius emissiuæ. Et reuera charissimi, tales mirabiles conditiones debēt habere viri perfecti, prædicatores, Ecclesiastici vel prælati. Isti n. debent esse inter cœlum & terram, i. inter Deum & inferiorem populum mediatiui, pro ipsis, sc. orando & intercedēdo, & pro salute ipsorū apud Deum deuotis precib. meditando. Figurati in arcu cœlesti, de quo dicit Dominus Gen. 6. *Arcum meū ponam in nubibus & erit signum fœderis inter me & inter terram.* Arcus n. fœderis signat virtutem placatiuam, reconciliatiuā & pacificatiuam ipsius Dei ad peccatores, qui pro certo in nubibus, i. in viris perfectis & maioribus debet principaliter inueniri. Item isti debent esse ardoris tentationis refrigeratiui, quia pro certo istæ nubes per vmbram bonorum exemplorū & pluuiā bonorum suorum documentorum debēt omnes malos ardores, i. malos affectus & appetitus in alijs temperare. Quod figurari potuit in filijs Israel, quibus Dominus *dedit nubem ductricem de die contra ardorē & columnam ignis de nocte contra obscuritatem*, sicut dicitur Exo. 13. Quia pro certo filijs Israel, i. fidelibus in deserto huius mundi dati sunt nubes ductores, i. e. viri perfecti, qui ipsos, sc. ab ardoribus tentationum protegant, & ad terram promissionis paradisi ipsos illuminando perducāt.

Ps. *Deduxit illos in nube diei, tota nocte in illuminatione ignis.* Item isti debēt esse terræ subiacētis irrigatiui, quia vere viri iusti, prælati, vel prædicatores debēt pluuia sciētiæ & doctrinæ alios irrigare, & ariditatē suæ indeuotionis spiritualiter humectare, quia sicut dicitur in Ps. 146. *Deus operit cælū nubib. & parat terræ pluuiā.* Iud. 5. *Cæli & nubes stillauerunt aquis.* Quamuis diabolus videatur hodie dicere illud Esa. 5. *Nubibus mādabo desuper ne pluant super eam.* Quia pro certo charissimi, hodie in Ecclesia sunt multæ nubes sine aqua, i. multi prælati sine scientia. Isti ergo non sunt irrigatiui nec per eorū doctrinam subditorum sterilitates fœcundantur. Item isti sunt ignis & luminis contentiui, quia sc. isti debent ignē charitatis cōtinere interius & lumē honestatis habere exterius. Lumen n. bonorum exemplorū debet alijs exterius ostēdere Mat. 5. *Luceat lux vestra corā hominib. vt videant opera vestra bona.* Et omnia ex charitate interius disponere, iuxta illud. *Omnia opera vestra ex charitate fiant.* Vnde Iob 37. dicitur. *Nubes spargant lumen suum.* De igne vero charitatis quomodo à talib. nubib. debeat contineri, dicitur Eze. 1. *Nubes magna & ignis inuoluens & splendor in circuitu.* Item isti sunt tonitrui terribilis causatiui, quia sc. tales debent tonitruū altæ prædicationis alijs procreare, in quantū sc. tenentur de terrore diuinorū iudiciorum, & de horrore infernalium tormentorū alijs terribiliter comminari Ps. *Vocē dederunt nubes.* Item isti debent esse grandinis & fulguris productiui, quia pro certo isti debent fulgur & grandinē seueræ correctionis habere, quib. si necesse sit, possint subditos dyscolos castigare Ps. 96. *Nubes & caligo in circuitu eius, iustitia & iudicium correctio sedis eius.* Ecce ergo quā mirabiles sunt istarum nubiū cōditiones. Bene ergo admiratiue quæritur. *Qui sunt isti?* Et talē quæstionem videtur facere Apo. 6. *Hi, qui amicti sunt stolis albis, qui sunt & vnde venerunt?* Valde habent igitur mirabilem perfectionem, & hoc est primum.

I ¶ Itē si volumus spiritualiter esse nubes, nos debemus cōformabilē conditionem habere, quod notatur cū dicitur Vt, quod idē est, quod sicut seu quasi, quod signat conformitatē & imitationem. Nā sicut dicit Beda, Nubes à parte cœli se conformat in figura firmamēto & ideo rotundā figuram, in laterib. vero non est determinatæ figuræ, sed secundū figuram aliarū circumstantium nubium figuratur. Sic vere charissimi, vir perfectus à parte superiori, i. à parte superioris iudicij rationis se debet firmamēntu, i. Deo conformare, sc. per imitationem virtualium & sapientium æternorum. In lateribus vero, i. in istis exteriorib. debet se conformare nubib. lateralibus, i. proximis, vicinis & pauperib. per compassionē & per cōmunionem cordium. Quia procul dubio ad virum perfectum, maxime ad prælatum pertinet, quod non solū cōformet se Deo p perfectiones sectant, imo etiā q se conformet proximis eorum infirmitatib. condescendēdo, & mores suos eorum morib. socialiter applicādo, sicut faciebat Apostol. vt 1. ad Cor. 9. patet vbi dicebat, *Factus sum Iudæis Iudæus, gentilib. gentilis, &c.* sequitur. *Omnib. omnia factus sum, vt omnes lucrifacerē.* Sic legitur fecisse B. Bern. qui inueniēs iuuenes carnes occulte comedentes, cōformauit se eis & comedit & hoc ne timerent & præ timore apostatarent, in crastino vero respondit Abbati suo ipsum reprehendenti, quod ipse non comederat carnes sed charitas. Conformare ergo se debet prælatus non solū Deo, sed etiā subditis, quod ostenditur cum dicitur. (Vt) vt ipse dicat illud Psa. *Vt iumentū factus sum apud te.* Vide istā auctoritatē supra vbi iumentum. Debemus ergo habere conformidabilem cōditionem. Vide de Vt, infra in suo loco.

K ¶ Item debemus habere si volumus dici spiritualiter nubes, eleuabilē affectionē, quod notatur in verbo (Nubes.) Nubes n. de terra, & de mari & de magis leuib. & puris vaporib. eleuatur sursum, in aere suspenditur, & quamuis de mari amaro ortum habeat, eius aqua non amara, sed dulcissima reperitur. Sic vere vir perfectus debet de mari, i. de mundo sursum ad amorem æternorū se erigere per affectionem, superius se suspendere per cōtemplationem & quanquam de mari huius mundi sumpserit ortum, amaritudinem tamen vitiorum non retinet, nec per peccati infectionem fit amarus, quinimo dulcis inuenitur, & sapidus per benignitatem & deuotionem. Vnde de tali nube dicitur 3. Reg. 18. *Ecce nubecula parua ascendebat de mari.* Et sequitur, quod *ab illa nubecula parua facta est pluuia largissima.* ¶ Vbi nota, quod vir perfectus debet esse

Honestus & luminosus. (Ecce inquit,)
Humilis & gratiosus. (Parua,)
Nobilis & gloriosus. (Ascendebat,)
Flebilis & dolorosus. (De mari.)

L Dabemus ergo habere eleuabilē affectionem. ¶ Itē si volumus spiritua-

[illegible] debemus habere incessabilem p[illegible] [illegible] quod ostenditur, cum dicitur [illegible] motum, quia aura quamdiu est in [illegible] sicut nubes nunquam quiescit, [illegible] semper est [illegible] q[illegible] et solet de loco ad locum [illegible] quamdiu dura[illegible], et solet de loco ad locum [illegible] sic vere vir perfectus semper debet se mouere [illegible] operationem, discurrere per obedientiae executionem, [illegible] nunquam cessare ab [illegible] per altam contemplationem, nunquam [illegible] per aliquam pigritiae retardationem. (Volaor inquit) [illegible] *qui sperant in Domino, habebunt fortitudinem, assument [illegible] currēt, & non laborabunt, volabunt, & non deficient.* [illegible] notat, quod sunt sex, quae faciunt, quod nubes [illegible], scilicet, de qua est compositio, quia scilicet no[illegible] de vaporibus puris, loci, in quo est dispositio, [illegible] generantur in aere, vbi nullum est fundamentum, [illegible] discrepatio, quia, scil. rigoris quaerens exitum [illegible] tangentis circumpulsio, quia ventus circumpellit. Centri terrestris elongatio, quia, scil. cen[illegible] tenet illam. Figurae suae circumscriptio, [illegible] habet sphaericam, quae habilior est ad motum. [illegible] sex debent esse rationes, propter quas nos debemus mobiles esse, & ad proficientes.

¶ [illegible] qua sumus compositio, quia, scilicet, nos compositi de puris vaporibus, id est, de sanctis af[illegible] nulla iniquitas debet nos grauare, quin ad [illegible] nos faciliter mouere, vnde Apoc. 10. *Angelum descendentem de caelo amictum nube.* An[illegible] ditiones designat. ¶ Item loci, in quo sumus di[illegible], nos sumus in aere Ecclesiae vel fidei, vbi [illegible] quod nos possit (si volumus) à motu bo[illegible] trahendo impedire Iob 37. *Subito aer cogetur in [illegible] transiens fugabit eas*, id est, Spiritus sanctus moue[illegible] contentiae excitatio, quia pro certo in corde [illegible] diuini amoris continet, per quem debemus [illegible] bonorum operum excitari. Teste enim Gregorio: *amor Dei otiosus, operatur enim magna si est: si autem operari renuit, amor non est.* Ideo de tali nubis motu dicitur in Ps. 17. *[illegible] nubes transierunt, grando & carbones ignis.* ¶ Item venti circumpulsio, quia vere nunc ad bonum fortius mouetur, quando per ventum exteriorum tribulationum impellitur, quando per flatum interiorum inspirationum à Spiritu [illegible], vnde 3. Reg. 18. *Caeli contenebrati sunt, & ventus, & [illegible] est pluuia grandis.* ¶ Item centri terrestris elongatio [illegible] homo ad bonum mobilior efficitur, quando ad [illegible], de centro, id est, de terra, hoc est dictum, de amo[illegible] amplius elongatur. Et ideo dicitur, Numer. 12. *[illegible] erat super tabernaculum.* ¶ Item propriae figurae cir[illegible], quia, scilicet, nos debemus esse sphaerici & rotun[illegible] per obedientiam dispositi. Quia ille, qui vir vir[illegible] amplius disponitur, facilius in motu bono[illegible] excitatur. Vnde de bonis obedientibus Iob 37. *Nubes [illegible] quae lustrantur cuncta per circuitum, quocunque [illegible] duxerit.* Et sic igitur patet, quomodo sex ra[illegible] debemus habere incessabilem profectionem. Et talis vir perfectus potissime poterit figurari in illa [illegible] Israel in deserto, quae ipsos ad terram promissio[illegible] ipsis de nocte illuminabat & de die obombrabat, [illegible], sicut dicitur Exod 13. Et sic ponitur Num. 10. *[illegible] proficiscebantur, quando sistebat, arrestabantur*, Quia [illegible], & viri perfecti, qui subditos ad terram Para[illegible], debent eos per doctrinam illuminare, & per [illegible] refrigerare, & per bonum exemplum praecedere. [illegible] & motu talium, debet esse motus & profectio & econuerso ipsorum virtutum cessatio est subdi[illegible] à bono arrestatio. Sic igitur patet, quod [illegible] ecclesiasticus vel perfectus debet habere, ista [illegible] scilicet ipse (vt dictum est) debet

Incessanter proficere,
Inuariabiliter ascendere,
Conformabiliter figurari,
Admirabiliter conuersari.

[illegible] de viro perfecto. ¶ De nube vero in quantum [illegible] gloriosam, possumus dicere, quod sicut nubes [illegible] & pura, & ideo magis coelestium influ[illegible]entiarum recepiua, & inde est, quod per impressionem radiorum solarium [illegible] in ventre nubis mirabiliter decoratur, sic vere beata virgo fuit per humilitatem concaua, quia se semper concauam, & vacuam reputabat, figurata in altari holocausti, quod *erat non solidum sed concauum & quadratum*, sicut dicitur Exod. 26. Et propter hoc ipsa fuit habilis ad recipiendū influentiam coelestem plenitudinem omnium gratiarum. Iuxta illud 4 Regum. 4 *Subine vasa vacua non pauca, & cum plena fuerint, tolles.* Et ideo ipsum radiū Dei Patris sc. filium benedictum in se ipsa continuit, & concepit, ipsumque ibi conuersum in eundem, id est, in hominem hominibus denunciauit, & ipsum qui de se est inuisibilis, omnibus visibiliter declarauit Baruc. 3. *Postea in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est.* Alias enim radius Dei patris, id est, Dei Filius, non poterat se mundo facere visibilem, nisi primo per nubem istam descenderet, ibique in eundem, id est, in hominem se moraret, & sic mundo visibilis appareret Gen. 9. *Apparebit arcus meus in nubibus.* Et ideo dicebat Esaias 19. *Ascendet Dominus super nubem leuem, & ingredietur Aegyptum.* ¶ Vbi nota, quod ista fuit

Nubes { Luminosa, Virtuosa, Fructuosa.

Primum probat aeterna claritas in ea obumbrata (Ascendet inquit Dominus,)

Sed secundum interna puritas in ipsa congregata. (Quia nubes leuis,)

Sed tertium externa prauitas per ipsam reparata,) Quia sc. Dominus per eam ingressus fuit Aegyptum.)

¶ Dico igitur, quod ista fuit nubes luminosa per filij conceptionem (Ascendit inquit Dominus.) Totum enim lumen Paradisi scilicet Filius Dei, qui est *lux vera illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum*, fuit positum in ista nube, sicut in quadam laterna, vt exinde totus mundus reciperet lumen suum. Vnde ipsa fuit illa, de qua dicitur Exod. 14. *Erat nubes tenebrosa, illuminans noctem.* Tenebrosa fuit enim ista per humilitatem, quia sicut nubes quanto plus habet de pluuia & humiditate, tanto magis habet de tenebrositate, sic ista quanto pluuia gratiarum fuit plenior, tanto fuit tenebrosior & humilior. Ista ergo nubes tenebrosa noctem praesentis vitae illuminauit primo, quod lucem totius Paradisi se continuit, & portauit. Ascendet inquit Dominus. Et de hoc dicitur Exod. 16. *Gloria Domini apparuit in nube.* Et nota, quod Dominus apparuit in ista nube vt

Declararet suam maiestatem,
Occultaret suam claritatem,
Visitaret mundi paupertatem,
Concordaret mundi diuersitatem,
Irrigaret mundi sterilitatem.

Per Christum ergo in virgine apparentem fuit maiestas ipsius declarata, quia sc. ipse sedit in ipsa sicut in sede suae imperatoriae maiestatis Eccl. 24. *Ego in altissimis habito, & thronus meus in columna nubis.* Figurata Apoc. 14. vbi dicitur: *Vidi, & ecce nubem candidam, & super nubem sedentem similem filio hominis.* Item ibi fuit claritas ipsius obscurata. Claritas enim solis iustitiae tanta erat, quod debilitas humani visus ipsum videre non potest, nisi nube carnis humanae mediante. Ideo dicitur Ezech. 32. *Solem nube tegam, & luna non dabit lumen suum.* Et Exod. 40. *Operuit nubes tabernaculum.* ¶ Item ibi fuit humana paupertas visitata Exod. 19. *Veniam ad te in caligine nubis.* Item ibi fuit mundi & Dei diuersitas concordata Gen. 9. *Arcum meum ponam in nubibus, & erit signum foederis inter me & terram.* Item ibi fuit mundi sterilitas irrigata Psalm. 146. *Operit caelum nubibus, & parat terrae pluuiam.* Ascendit ergo Dominus super nubem, Psalm. 103. *Ponis nubem ascensum tuum, qui ambulas super pennas ventorum.* Ista fuit ergo nubes luminosa. Vnde Mat. 17. *Ecce nubes lucida obumbrauit eos.*

¶ Deinde dico, quod ista nubes fuit virtuosa. Et hoc ostenditur cum dicitur. (Nubem leuem) Nubes enim quanto est leuior & purior, tanto ad sursum ascendendum est virtuosior & tanto ad motum est habilior. Et ideo quando ista dicitur nubes leuis, bene supponitur quod ipsa fuit virtuosa ad se mouendum per bonam operationem, & ad sursum ascendendum per altam contemplationem. 3. Reg. 18. *Ecce nubecula parua ascendebat de mari.* O

¶ Deniq; dico, quod ipsa fuit nubes fructuosa, quia, sc. per ipsam Dominus ingressus est in Aegyptum, i. in mundum, videlicet ad ipsum saluandum. Quia sicut in nubib. generatur Ceraunius lapis preciosus, qui tandem cadens in terram est vtilis & fru- P

ctuosus, quia videlicet valet contra tempestatē, vt dicit Dioscorides, sic in ista nube fuit genitus ceraunius Dei filius, qui in Ægyptum huius mundi ingrediens & descendens, fructum salutis hominibus dedit, ipsosq; à tempestate dānationis liberauit. (Ingressus est inquit Ægyptum) Exod. 11. *Media nocte ingrediar in Aegyptum.* Vnde de fructuositate istius nubis dicitur in Psal. *Mandauit nubibus desuper, & ianuas cœli aperuit, & pluit illis manna ad manducandum.* Sic igitur patet, quod ista est nubes luminosa, virtuosa, fructuosa. Et sic hic applica omnia, quæ dicta sunt super eodem titulo, de viro perfecto. Vide etiam supra de Arcu, vbi multa inuenies de nube & iride.
Q ¶ Sed si volumus, per nubem potest intelligi peccatorū siue etiam mundi prosperitas quæ ad modum nubis faciliter perit. Quia ista est, quæ aerem conscientiæ obnubilat, & quæ lucem cœlestis gratiæ impedit, & retardat Thr. 3. *Opposuisti nubem tibi, ne transeat oratio.* Hæc igitur de nube sufficiant.

A **Nudus. Nuditas.** Cum nuditas, nihil aliud sit, quā carētia vestimentorū, & vestimēta multipliciter significēt in scriptura, hinc est, quod distinguere possumus multiplicem nuditatem. Notemus igitur, quod est

Nuditas { Naturalis, Temporalis, Virtualis, Criminalis.

Prima est inductiua humilitatis,
Secunda expulsiua cupiditatis,
Tertia perfectiua confessionis,
Quarta est exclusiua perfectionis.

¶ Dico ergo primo, quod est quædā nuditas naturalis, & ista est generalis omnibus, quia, sc. naturaliter nascimur nudi, & morimur nudi. Nudi dico scientijs, nudi virtutibus & vitibus. Et istud proculdubio est causa magnę humilitatis, quia in hoc est homo vilior & inferior cæteris rebus. Arbor enim nascitur cū cortice, animalia nascuntur cū vellere, pisces cum squammis, volucres cū plumis, homo autē nudus & debilis nascitur, vt ad Deum recurrere compellatur. Et ideo istam naturalē paupertatem lamentabatur Iob 1. dicens: *Nudus egressus sum de vtero matris meæ, nudus reuertar illuc.* Sicut enim nudus intrat lectum, aut balneū, & exinde nudus exit, sic vere homo mundum nudus ingreditur, & exinde nudus exit, & egreditur Iob 14. *Homo, cum mortuus fuerit, nudus, atq; consumptus, vbi quæso est?*
B ¶ Secundo dico, quod est quædam nuditas temporalis. Et ista nihil aliud est, quam paupertas, & bonorū temporalium defectus, quæ aliquando est voluntaria, aliquādo necessaria. Voluntaria dico, sicut fuit in Apostolis & in Christo, qui se bonis temporalib. nudauerunt. De quo 1. Cor. 4. *Vsque adhuc esurimus, & sitimus, & nudi sumus.* Serpens enim timet hominē nudum & audacter insilit in vestitum, sicut dicit Plinius. Sic diabolus illos timere dicitur, qui per spiritualem paupertatem nudi temporalibus inueniuntur, vel qui saltē quantum ad amorem, istis temporalibus denudantur. Et ideo quātum ad effectum nudari debemus, & maxime nos Ecclesiastici & religiosi, vt magistrū nostrū Christum (qui nudus in cruce pependit) nudi famulando sequamur. Exemplo Petri, de quo dicitur Io. 21. quod *ipse nudus erat, & quod ipse tunica sua cinxit se, & misit se in mare, vt ad Dominū veniret.* Quia vere si digne ad Christū accedere cupimus, necesse est, quod nudi simus per temporalium contemptū. & quod tunica temporalium succincta & diminuta, in mari pœnitentiæ nos mittamus sicut de Esaia dicitur Esa. 20. *Ambulauit seruus meus Esaias nudus & discalceatus.* Vbi ostenditur, quod tales

Nudi melius { Operantur, Famulantur, Liberantur.

Nudus. n. solet melius currere. Et ideo dicitur. (Ambulauit.) Nudus solet melius seruire. Vnde etiā seruitores solēt se nudare vsq; ad tunicas. Et ideo dicitur. (Seruus meus) Nudi etiam solēt inter latrones melius transire. Ideo dicitur (Esaias) qui interpretatur salutare. Ista est ergo nuditas voluntaria. ¶ Sed adhuc dico, quod ista nuditas paupertatis aliquando est necessaria, & hoc quia hodie raptores auferunt eis temporaliū vestimēta, sicut dicitur Iob 24. *Nudos dimittunt homines, vestimēta tollentes.* Et talis nuditas, siue sit corporalis, semper est à nobis subleuanda, & si possumus misericorditer contegenda. Istud est enim vnum de operibus pietatis, de quo dicitur Esa. 58. *Cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris.* Ista est ergo nuditas temporalis.
C ¶ Tertio dico, quod est nuditas virtualis. Et ista est, quando homo nudat conscientiā suam sacerdoti per puram & nudam & integram confessionem, quia sicut medicus non potest ... vulnus curare, nisi membrum nude tangeret & videret ... nec sacerdos potest salubre remedium peccatori dare, nisi culpam suam velit nude, & integre reuelare. Exemplo Dauid 2. Reg. *qui ascendit cliuum oliuarum nudis pedibus incedens, flens & plorans operto capite.* Nudus etiam inter latrones potest tutus ire. Nudæ puellæ (teste Philosopho) solent Elephantem cantando occidere & superare. Nudus homo solet in lectum intrare. Sic vere ille qui per mundam confessionem fit nudus, non solet infernales latrones timere, sed Elephantem diabolum superat, & lectū æternæ quietis finaliter intrat. Exemplo huius Adam & Eua nudi creati fuerunt, & quamdiu innocentiā habuerunt, nudi & sine vestib. permanserunt. Statim vero quando innocentiā perdiderunt, nuditatem suam pręe verecundia tegere voluerunt. Sic proculdubio hodie illi, qui innocenter volunt viuere, debent nuditatem confessionis habere, & ea hoc non verecundari nec timere. Sed pro certo illi, qui innocentem respuunt, nuditatem istam erubescunt, & fugiunt, ipsamque excusationibus & palliationibus quantum possunt contegunt, & abscondunt. Istis videtur diabolus dicere illud Leu. 10. *Capita vestra nolite nudare. &c.* Non sic, sed simus nudi per integram confessionem, vt dicamus illud Mich. 1. *Super hoc plangam & vlulabo, vadam spoliatus & nudus.* Pœnitens enim debet plangere interius per contritionem, vlulare exterius per lacrymationem, vadere vlterius per suspirius mutationem, spoliari temporalibus per eleemosynarum largitionem, nudari criminalibus per integram & nudam confessionem. Ista est igitur nuditas virtualis, quia debemus nudari, &c.

¶ Quarto dico, quod est quædam nuditas criminalis. Et ista proculdubio potest esse duplex scilicet vna, quæ pertinet ad iactantiam & detractionem, alia, quæ pertinet ad bonorum carentiam & defectionem. Prima ergo mala nuditas est iactantia, quæ quantum ad se vel quantum ad proximum nuditas dici potest. Iactantia enim denudat in homine quicquid habet in bono. Exemplo Barbitonsorum, qui nudant suos pulchros badinos. Et exemplo mercatorum, qui nudant meliores merces suas. Sic isti per iactantiam nudant, & reuelant omnia bona sua Thren. 4. *Inebriaberis, & nudaberis.* Et 1. Reg 9. *Quam gloriosus fuit apparuit hodie Rex Israel, nudatus coram ancillis suis, ac si nudetur vnus de scurris.* Denudat etiam iactantia quandoque quicquid habet de malo, quia etiam multi sunt, qui in suis proprijs criminibus iactant, similes istis pauperibus mendicis, qui viliores partes sui solent nudare, & hominibus ostendere. Ideo Ezech. 16. dicitur *Nuda eras, & confusione plena* Item detractio denudat proximum. Detractor enim semper quærit nudare & reuelare mala vita aliorum Iob 22. *Nudos spoliasti vestibus.* Et Ezech. 16. dicitur detractoribus: *Nudabunt te vestimentis tuis, & auferent vasa decoris tui.* Ista est igitur nuditas criminalis, quæ pertinet ad iactantiam & detractionem.

E ¶ Sed adhuc dico, quod est alia nuditas criminalis, quæ signat virtutum carentiā. Vestes enim in scriptura significant virtutes. Et ideo ille spiritualiter nudus dicitur, quia à diabolo virtutibus spoliatur. Et tales hodie sunt multi similes quibusdā hominibus Æthiopiæ, qui continue vadunt nudi, ita quod sicut alij in vestibus, ita isti in nuditate gloriantur. Sic vere multi inueniūtur hodie in Æthiopia huius mundi, qui semper volunt more bestiarū virtutibus se nudare. De vestibus enim virtutum non curant, sed de nuditate ipsorum damnabiliter se delectant. Talibus dicitur illud Apoc. 3. *Dicis, quia diues sum, & nullius indigeo, cum sis miser & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus.* Tales figurantur in leproso Leui. 13. qui *nudum caput semper iubebatur habere.* Et ideo bene dicitur Apoc. 16. *Beatus, qui custodit vestimentum suum, ne nudus ambulet.* Ista est igitur nuditas criminalis. Sed proculdubio istam concomitatur nuditas æternalis, quia sc. peccator nudatur bonis temporalibus & æternis. Vnde animæ peccatrici dicitur Apoc. 17. *Odiēt fornicariam,* id est, animam peccatricem, (sc. Deus & Angeli) *& desolatam eam facient & nudam*
F ¶ Et sic vis nota, quod anima damnata dicitur nuda, quia

Non velatur virtutibus amœnis,
Non iuuatur cautelarum catenis,
Execratur consociorum querelis,
Non collocatur retiborum habenis,
Reuelatur sociorum venenis.

¶ In anima enim damnata cessat virtutum aggregatio, quæ sc. deberet ipsā ornare & operire ne nuda videretur. Vnde Ezech. 16. *Eras nuda, & confusione plena* Item in ipsa cessat cautelarum executio.

[illegible] & exculationes multum faciunt [illegible], [illegible] est, i. loco damnatorum [illegible] *plangam, & vlulabo, vadam spoliatus & nu-*

[illegible] accusatio, i. dæmonum, qui in suo [illegible] fuerunt [illegible] & Angelorum, qui suorū magis conscij. Dæ[illegible] enim qui foci fuerunt animā manifestam, quia [illegible] sicut dictum est Iob 14. *Nudus* [illegible] i. ex [illegible] attonem *videntes*, Deus vero & [illegible] fuerunt opera mala ipsius, & viderunt, ipsi non [illegible], sed ea voluntatibus reuelari. Vnde in Psal. [illegible] *nudam meam* Et ad Hebræos 4. *Omnia nuda &* [illegible] Et [illegible] tali animæ sic nudatæ potest Do[illegible] *Nudam femora tua ante faciem tuam, &* [illegible] Vnde etiam sibi dicit Naum 3. *Ostendā gentibus* [illegible] Et [illegible] igitur patet quomodo est quadruplex [illegible] lis, virtualis, temporalis, & naturalis.

**[Nudiu]stertius.** Nota, quod illud aduerbium tēporis Nudiustertius, semper signat tempus [illegible] vt communiter) coniungitur cū aliquo ad[illegible] quod est heri. Vnde etiam nudiustertius idem [illegible] notemus, quod est dare

[illegible] nudiustertius, quod est
- Corrigendum,
- Resumendum,
- Frequentandum,
- Confitendum,
- Attendendum vel cognoscendum,
- Metuendum.

[illegible] quod est dare vnum nudiustertius, quod quili[illegible] gere. Et istud pro certo signat malas & improbas [i]nclinationes, quas à tempore retroacto in nobis [illegible] quia, [illegible] tenemur refrænare & restringere, [illegible] per nimete diuagari. Figura Exod. 21. vbi dicitur, *[illegible] habebat bouem cornupetam ab heri, & nudiustertius, [illegible] recluderet ne læderet seu percuteret communes, quod si non face-[illegible] tur, & homo etiam occidi propter hæc iubebatur.* Quia [b]ouem nostrum, i. corpus sentimus esse cornupetā, & [illegible] animam per tentationes & desideria satis aptū, [illegible] per pœnitentiā coercere, & ne lædat, includere, Quod si non fecerimus, sciamus nobis æternæ dāna[tionem] imminere. ¶ Item est vnū nudiustertius, quod [illegible] debet resumere. Et istud certe signat bona, quæ nudius[tertius], & ante heri, i. tēpore retroacto cognoscimus nos [illegible] quia, [illegible] illa resumere debemus, & iterum sicut solebant [illegible] are. Vnde 2. Reg. 5. *Iam heri, quam nudiustertius quærebatis [illegible] requireris super vos, nunc ergo facite, &c.* Si enim nudiuster[tius] [illegible] quæsiuimus, etiam nunc necesse est & vtile, quod [illegible] requiramus. ¶ Item est vnum nudiustertius, quod [illegible] debet repetere, quia, scil. si nudiustertius bona fecimus, [illegible] plus repetere debemus, sicut fe. Dauid de se & socijs [illegible] Reg. 21. *Si autem de mulieribus agitur, continuimus nos [illegible] nudiustertius.*

[illegible] vnum nudiustertius, quod quilibet debet dimittere. [illegible] est præcedens peccatum, quia, sc. si nos heri, & ante [illegible] sequebamus, resilire, & abstinere debemus, sicut fe. [illegible] 4. de Hebræis, *qui fuerant cum Philistijs, & nudiustertius essent cum Israel.* ¶ Item est vnum nudiustertius, [illegible] debet attēdere. Et istud certe signat imperfectio[illegible] quas ante heri & etiā adhuc nos habere [illegible] debemus in mente habere, & recognosce[re] [illegible] humilitatem concipere, & tenere, sicut s. [illegible] dicebat Exod. 4. *Non sum inquit eloquens ab heri, & nudiustertius* ¶ Item est vnū nudiustertius, quod quilibet debet metuere, quod de Deo si ipsū in præsenti nobis non esse paratū, [illegible] fuerat, videmus, debet esse quia sc. ipsum for[tius] [illegible] metuere debemus. Exēplo sc. Iacob. qui dicebat vxo[ribus] [illegible] 31. *Video (inquit) faciem patris vestri, quod non sit erga me sicut heri, & nudiustertius.* ¶ De heri vero in quantum signat [tempus] præteritum, potest notare, quod est scilicet

H[eri]
- Breuiter transiens,
- [In]iqua faciens,
- [T]amen patiens,
- Torpens & dormiens,
- Mundo subueniens.

¶ Heri breuiter transiens signat mundi prosperitatē, seu etiā vitæ nostræ labilitatem, & fugacitatē. Isti. n. quodammodo ma[gis] videntur esse hesterna quam hodie, quia s. magis videntur recedere, quā manere, sicut de vita nostra dicitur in Ps. quod *multi anni respectu æternitatis sunt sicut dies hesterna, quæ præterijt* Vt sic cuilibet possit dici illud 2. Reg. 1[5]. *Heri venisti, & hodie compelleris exire.* I
¶ Item est vnum heri, iniqua faciens, quia s. multi heri, i. [in] tempore retroacto multa grauia commiserunt, de quibus hodie puniri, & argui metuerunt Exod. 2. *Nunquid occidere me vis sicut occidisti heri Aegyptium.* ¶ Item est vnū heri tamen patiens, & istud K
est dies veneris sancta, quæ scil. Pascha vigiliæ est hesterna, ita quod in vigilia Paschæ de humano genere possit dici illud Ioan. 4. *Heri hora septima reliquit eum febris*, quia scil. Christus, qui à febre L
peccati humanum genus [sa]nauit, hora sexta mortuus fuit ¶ Itē est vnum heri torpens & dormiens. Et istud est, quo impij, nec heri, nec hodie bonum faciunt, sed continue in vitijs pinguescere volunt quib. potest dici illud Exod. 5. *Quare non impletis mensuram laterum nec hodie, nec heri?* M

¶ Item est vnum heri mundo subueniens. Et istud est dies natiuitatis domini, quæ respectu sequentis diei beati Stephani potuit dici Heri, ita quod Christus protomartyri suo loquēs potest dicere illud Eccles. 38. *Mihi heri, & tibi hodie.* Et potest esse thema in die beati Stephani satis pulchrum, sicut illud. *Heri venisti, & hodie compelleris exire*, potest esse thema in die veneris sancta, in casu vbi annunciatio dominica fuisset in die Iouis sancta, quod aliquoties inuenitur. Et illud etiam prædictum, *Heri hora septima reliquit eum febris*, potest esse thema pro vigilia Paschæ. Sufficit, Vide supra in titulo hodie.

**Nullus.** Nota, quod nullitas quæ priuat & tollit omnem entitatem, potest in bono & in malo significare, secundum, quod entitatem quam priuat, bona fuerit siue mala. Sic A
igitur nota, quod in scriptura reperitur

Nullitas
- Perfectorum,
- Refectorum,
- Miserorum,
- Infectorum.

Et primo dico, quod viri perfecti habent suam nullitatem. Et hæc pro certa est illa, negat in eis & tollit ab eis omne malum. Isti enim

Carent
- Superbiæ turgido tumore,
- Luxuriæ fœtido liuore,
- Scientiæ auido furore,
- Auaritiæ cupido feruore,
- Negligentiæ tepido liuore.

Igitur dicā, quod viri perfecti nulla tument vana superbia Deut. 17. *Nullus deinceps intumescat superbia.* Item nulla fœtent vili luxuria Vnde Leu 18 *vxorem fratris sui nullus accipiat.* Figuratur in vacca rufa, quæ immolabatur pro aqua expiationis facienda, de qua dicitur Numer. 19. quod *nulla macula debebat esse in ipsa.* Item isti nulla abundant vana scientia, quia s. isti non plus sapiunt quam oportet sapere, sed sapiunt ad sobrietatem. Vnde de talibus dicitur, Numer. 4. quod *nulla curiositate videant quæ in sanctuario sunt.* Vnde etiam Exo. 34. præcipitur Moysi, quod *nullus ascendat secum in montem* Montem dico sacræ scripturæ ad secreta diuina inuestigāda, quia nullus alius debet ad hæc inquirenda, præsumendo accedere Leuit. 16. *Nullus sit in tabernaculo*, videlicet dum sanguis spargitur in sanctuario, *sed & sacerdos ingrediatur solus in sancta, &c.* Item isti nulla feruent rerum angustia, hoc est dictum, cupiditate vel auaritia. Vnde Apostolus Actorum 20. *Vestem nullius concupiui.* Item isti nulla torpent mentis pigritia. Exemplo Apostoli qui sc. dicit 2. ad Cor. 11. *Nam cum egerem, nulli onerosus fui.* Sed, sicut ait, manus suæ laborando victualia ministrauerunt. Patet igitur, quomodo est quædam nullitas hominum perfectorum. ¶ Secundo vero dico, quod est quædam nullitas hominum refectorum, i. beatorum. Isti enim nullam habent pœnæ molestiam, nullam timent mortis angustiam, & nullam vident famis miseriam, nullam horrent rerum penuriam, nullam stupent hostis malitiam. Quod isti careant pœna vel labore, patet Iud. 18. vbi ipsi dicunt: *Nullus erit labor, intrabimus ad securos.* B

Itē quod isti careant morte vel dolore, patet Iohan. 19. vbi de quolibet beato potest dominus dicere. *Ego nullam causam mortis inuenio in eo.* Itē quod isti careāt fame vel languore, patet 3. Reg. 11. vbi dicitur: *Quia enim re apud me indiges?* respondit *nulla.* Itē quod isti carent fortunæ furore sc. paupertate, pateat Deut. 15. vbi dicitur. *Fænerabis nationibus plurimis & ipse à nullo accipies mutuum*

Item quod isti careant hostis fatuie, patet Exod. 34. vbi dicitur: *Nullus insidiabitur terrae tuae.* Et sic patet, quod inuenitur nullitas electorum.

C ¶ Tertio dico, quod inuenitur nullitas miserorum. Miseri enim Nullum

Habent longae vitae tractum,
Noscunt scientiae pactum,
Sentiunt clementiae tactum,
Inueniunt amicitiae factum.

Miseri enim dicuntur, quia nulla est eis vitae longitudo. Vnde isti dicere possunt illud 1. Par. 29. *Dies nostri quasi vmbra, & nulla est mora.* Item quod nulla est eis veri certitudo, patet Eccl. 8. *Intellexi, quod nullam possit homo inuenire rationem operum domini.* Et Hier. 12. *Nullus est, qui recogitet corde.* Item quia nulla est apud eos clementiae plenitudo seu miseric... quia sc. pauci volunt eis benefacere. Vnde Iud. 19. *Nullus nos sub tectum suum vult recipere.* Item quia nulla est ad ipsos verae reputationis & amicitiae rectitudo. Nullus enim reputat aut amat eos quantum valent. Vnde Eccl. 9. de paupere, qui liberauit sua prudentia ciuitatem, dicitur, quod *nullus deinceps recordatus est hominis illius pauperis.* Et sic patet, quod inuenitur nullitas hominum miserorum.

D ¶ Quarto dico, quod inuenitur nullitas hominum iniquorum. Isti enim nulli dicuntur, quia Nullam

Intelligunt veritatem,
Diligunt bonitatem,
Concipiunt firmitatem,
Percipiunt sanitatem.

Veritatem (dico) nullam intelligunt Iob 4. *Quia nullus intelligit, in aeternum peribunt.* Bonitatem etiam nullam diligunt. Vnde de illo pessimo Antiocho dicitur 2. Mac. 9. quod *nullo modo à malitia sua cessauit.* Firmitatem insuper nullam concipiunt, quia dicitur Iosu. 23. *Nullus vobis resistere poterit.* Et ideo finaliter sanitatem nullam percipiunt 2. Mach. 14. *Considerans nullo modo sibi esse salutem.* Sufficit de nullus, Vide supra in ter. Nihil.

A **Numerus. Numerare.** Nota, quod numerus significare potest in bono & in malo. In bono enim per numerum intelligitur certitudo communitatis bonorum. Nam sicut videmus, quod illa, quae numerantur, in quadam certitudine constituuntur, & ab alijs non numeratis distinguuntur, & per numerum à generali confusione ad quandam certitudinem reducuntur, sic boni numerati dicuntur, quia, sc. isti in aestimatione diuina & in sua occulta praedestinatione sub quadam sunt certitudine constituti, & ideo apud Deum ipsi sunt à peccatoribus distincti. Et sic res quae diligitur, numeratur, quod bene figuratum est Num. 1. vbi praecipit Dominus, quod *filij Israel numerentur*, vt. sc. sciretur quot, & quanti erant, qui ad bella progrederentur. Breuiter ergo dicamus, quod numerus in bono signat limites regularis disciplinae. Nihil enim est creatum, quod consistat in aliquo certo numero. Et sic numerus est, quod includit, & continet omnia, quae creantur. Et sic potest significare clausuram & continentiam Dei mandatorum, virtutum & consiliorum, infra quorum numeros debemus contineri, & infra quorum limites debent actus & opera nostra numerari, sicut dicitur Sap. 11. *Deus fecit omnia in numero, pondere, & mensura.* Et sic numerare idem est, quod discernere, diuidere, & probare. Notemus ergo tam in bono, quam in malo, quod in scriptura multiplex numerus reperitur, videlicet

Numerus { Perfectorum, Peccatorum, Beatorum, Damnatorum, Terrenorum.

Primus, Secundus, Tertius, Quartus, Quintus, } numerus est { virtuosus, vitiosus, gloriosus, dolorosus, periculosus,

¶ Sicut enim videmus, quod isti nummularij numerant pecunias suas, & secundum quod sunt diuersi valoris solent eas in locis diuersis assignare, sic Deus omnes creaturas suas numerauit, & distinxit, & vnicuique certum gradum & ordinem assignauit.

B ¶ Dicam ergo primo, quod est quidam numerus perfectorum isti enim à Deo numerantur sicut pauperes ad conuiuium intromittendi, & sicut milites ad exercitum destinandi. Quia sc. Deus iam ordinauit & numerauit viros sanctos, vt primo in mundo debeant per bona opera militare, deinde ad caeleste ... transfretare 1. Paral. 21. *Numerate Israel à Bersabee vsque Dan.* ... autem numeratio nihil aliud est, quam bonorum à ... electio. Sicut enim homo rem, quam diligit numerat, sic D[eus] ... los, quos diligit, sub numero suae congregationis reponit A[ct.] ... *Multiplicabatur numerus discipulorum.* Et sicut natura nume[ri] quod de modico potest crescere in infinitum, sicut patet de [vni]tate, quae est minimus numerorum, quae crescit ad quamcum[que] libet quantitatem sic vere iste numerus bonorum qu... valde modicus in praesenti iuxta illud Deut. 33. *Viuat Ruben, non moriatur, & sit paruus in numero*, erit tamen maximus i... quando de Angelis & hominibus fiet vnum ouile & [vn]us pastor. Et ideo dicitur de bonis illud Psalm. 104. *Cum essent numero breui, & paucissimi incolae eius, transierunt de gente in gentem, [&] de regno ad populum alterum.* Iste ergo est numerus perfectorum. ... de numero & de praedestinatione bonorum dicitur Sa... *Sumus, quoniam apud te sumus computati.*

¶ Secundo dico, quod est numerus peccatorum. ... iste pro certo est numerus sine numero, quia sc. tantus est hodie numerus, & congregatio talium quod ipsi sine numero possunt dici, quia sicut dicitur Eccles. 1. *Stultorum infinitus est numerus, &c.* Ioannes enim Apoc. 9. voluit numerare numerum locustarum, quae ascenderant de puteo abyssi, dicens. *Numerum equestris exercitus vigesies millies dena millia.* Et tamen iste numerus hodie non sufficeret ad numerandum malos. Vnde malis dicitur in persona Christi in Ps. *Multiplicati sunt super numerum, qui oderunt me gratis.* De tali enim numero dicitur Sapient. 5. *Si nati fuerint, in nihilum computabuntur.* C

¶ Tertio dico, quod est numerus beatorum. Beati enim in certo numero à Deo sunt constituti, quia secundum Greg. *Certus est numerus saluandorum.* Vnde in Ps. dicitur: *Constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israel.* Super quod dicit Greg. *Illa* ... *superna ciuitas ex Angelis, & hominibus constat, ad quam tantos conscendere homines credimus, quantos ibi boni Angeli remanserunt.* Iste autem numerus nondum est completus, sed per aggregationem quotidie perficitur, & completur. Ideo dictum fuit Apoc. 7. animab. interfectorum ... *pectate modicum donec impleatur numerus fratrum vestrorum.* De ... etiam numero dicitur Sap. 5. *Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei & inter sanctos sors illorum est.* ¶ Quarto dico quod est numerus damnatorum. Quia sicut falsa moneta numeratur, vt in fornace iterum refundatur, sic Deus in sua praescientia damnandos appendit, & numerat, vt eos in fornace inferni fundat finaliter & confundat. Vnde Dan. 5. *Numerauit Deus regnum tuum, appensus es in statera, & inuentus es minus habens.* Ita quod quilibet, qui taliter erit numeratus, iudicatus & damnatus, potest dicere illud Ps. *Circumdederunt me mala quorum non est numerus, comprehenderunt me iniquitates meae, & non potui vt viderem.* ¶ Quinto vero dico, quod est numerus terrenorum. Et iste numerus signat pecuniam, quae in numero consistit iuxta illud Eccl. 42. *Omne, quod trades numera & appende.* Iste etiam est numerus de quo dicitur Iud. 20. quod *filij Israel in numero confidentes, in praelio contra Beniamin corruerunt.* Quia illi, qui in numero pecuniarum confidunt, ad infernum cadunt finaliter & descendunt. Quod figuratur in *numero bestiae, sine qua nullus poterat vendere, vel emere* sicut dicitur Apo. 13. Et tamen illi, qui *numerum bestiae habuerunt in stagnum ignis & sulphuris missi fuerunt*, sicut dicitur Apo 19. Quia vere ad literam sine pecunia numerata nihil acquiritur vel habetur, quod etiam quandoque ad Ecclesiastica beneficia se ext[en]dit. Verumtamen istud est verum, quod illi, qui habent numer[um] bestiae, s. illi, qui in numerando & habendo pecuniam (quae proprie dicitur numerus bestiae, quia ad homines insensatos & bestiales pertinet tales numerus habere) plus debito delectantur, in igne infernali finaliter cremabuntur, & tunc non valebit eis iste numerus, quia sicut dicitur Eccl. 12. *Otiosae erunt molentes, in minuto numero.* Molentes enim sunt vsurarij, qui per vsuras pauperes conterunt, atque molunt, qui tamen quantum ad numerationem pecuniae erunt tunc temporis otiosi, quia sc. talibus erit numerus imminutus. Patet ergo, quod est numerus multiplex in scriptura. ¶ Sed de numero perfectorum & beatorum possumus adhuc aliquid notare. Dicamus igitur, quod ad tales numeros recipiuntur multa genera personarum, quia scilicet de isto numero sunt vel erunt illi, qui habent G

Virtuosam fortitudinem,
Luminosam limpitudinem,
Gratiosam pulchritudinem,
Pudorosam sanctitudinem.

¶ Sunt

de [illegible] numero illi, qui virtutis fortitudine so- [illegible] *est numerus robustorum David*. Et isti sunt illi, [illegible] tentationes & tribulationes, qui sc. con[illegible] contra vitia & peccata Iob 25. *Nunquid est numerus* [illegible]

[illegible] splendoris limpitudine illustrantur sc. viri con[illegible] Num. 26. *Numerate omnem summam filiorum Israel*. Is[illegible] interpretatur videns Deum, & signat contemplatiuos. [illegible] honestatis pulchritudine decorantur, videlicet ho[illegible] mosi, qui in conuersatione sunt lucidi, atq; clari. De [illegible] Ps. 14[illegible]. dicitur, quod *Deus numerat multitudinem stella[rum] omnibus eis nomina donat*. Stellæ enim significant viros bo[nos] atque claros.

[illegible] qui castitatis sanctitudine deputantur. Et de hoc di[illegible] *Qui se miscet fornicarijs, tolletur de numero anima eius* [illegible] fornicarijs abstinebit, anima eius in isto numero per-[illegible] ¶ Si autem alio modo vis distinguere, dic, quod in scri[illegible] [apu]d Deum reperitur

[illegible] { Mensium determinatorum,
[F]ortium prædestinatorum,
[F]ortium, rerum & fatorum,
Meritum, virtutum & donorum,
Pessimum, culparum & malorum.

[illegible] numerus mensium. Et iste est numerus mensium hu[illegible] vitæ apud Deum determinatus & certus, de quo Iob *dies hominis [illegible] breues dies hominis sunt, numerus mensium eius apud te est, con[stitui]sti [illegible], qui præterire non poterunt*. Item est apud ipsum [illegible], i. numerus sanctorum & prædestinatorum, quia [apud] Deum certum & numeratum est, qui & quoti sunt [illegible] numero locandi. De quo illud primo Esdræ secundo. *[illegible] virorum populi Israel*. Et Apoc. 7. *Audiui numerum signatorum* [illegible] est apud Deum numerus fortium, hoc est dictum, [illegible] fatorum & bonorum, seu malorum fortunæ, quæ sunt [illegible] in certo numero, siue bonis, siue malis hominibus [illegible]tur. Vnde de bonis fortunæ dicitur Dan. 5. quod *numera[uit Deus] regnum suum*, sc. in scriptura: *Mane Thechel Phares*. De [illegible] vero fortunæ dicitur Esa. 65. *Numerabo vos in gladio*. Item est [illegible] numeros meritum, hoc est dictum, spiritualium, o[illegible] & virtutum. Hic est enim numerus optimus, in quo Deus [illegible] & appendit illos, quos in Paradisi Thesauro reponit. [illegible] numero dicitur Marc. 10. & Luc. 12. *Capilli ca[pitis vestri] omnes numerati sunt*, vt de bonis & sanctis dicatur illud [illegible] *Omnes hi numerati sunt in diebus Ioathan*. Aduerte tamen, [illegible] populus Israel numeraretur à Moyse, sicut dicitur [illegible] *Leuitæ numerati non sunt*, ad denotandum, quod Leui[illegible], Ecclesiastici sunt hodie illi, qui minus consistunt in nu[mero] & mensura, & qui minus sunt in virtutum numero consti[tuti] [illegible]. *Leuitæ vero numerati non sunt* Oseæ 1. *Sine mensura est, [quæ] non numeratur*. Iste est ergo numerus meritum, scilic. spiritua[lium].

[illegible] apud Deum est numerus pessimorum, hoc est dictum, [illegible] pœnarum infernalium & tormentorum. Quamuis enim [illegible] 2. Paral. 17. quod *vincitur numerus magnitudine*, constat ta[men], quod omnia apud Deum sunt numerata, quia scil. certus [apu]d eum numerus in inferno & personarum & tormento[rum] [illegible] illud Hester. 9. *Numerus illorum, qui occisi erant in Susis, ad [illegible] est*. Et sic patet, quomodo apud Deum omnia consi[stunt] numero, pondere & mensura.

## [Nun]ciare. Nuncius.

Nota, quod nuncius est ille, qui ex parte alicuius alt[illegible] [a]udeat, & narrat. Vnde spiritualiter loquendo

Nunciorum nomen { Humilitatis,
Authoritatis,
Vtilitatis,
Sedulitatis,
Veracitatis,
Sagacitatis.

Cum igitur, vt breuiter transeã, prædicatores, prælati, iudices & doctores sint illi nuncij Dei patris qui populis inferiorib. habẽt denunciare & dicere illa, quæ pertinent ad salutẽ, dico, quod ipsi tales spirituales nuncij debẽt, prædictas sex conditiones habere ad hoc, quod conuenientes nuncij possint dici. ¶ Primo ergo debent habere humilitatem, quia, sc. illi, cuius sunt nuncij scil. Deo obedientes, & subiecti, & humiles debent esse. Illis etiã quibus nunciant, debent modesti & humiles apparere Psalm. *Paratum est e[illegible]* *Dicam Bethsheny*.

*[illegible]runt, vt annunciarent* Non enim debet esse nuncius superbus, quinimo humilis tenetur esse, qui nomen nuncij profitetur. Quod vtique est contra multos prædicatores, & prælatos, qui quamuis ex natura officij esse debeant humiles & benigni, ipsi tamen inueniuntur arrogantes & superbi. Isti autem sunt illi nuncij, de quibus dicitur Prouerb. 16. *Indignatio regis nuncij mortis*. Non sic ergo, sed habeant humilitatem.

¶ Secundo dico, quod tales nuncij debent habere auctoritatem. Non debent enim tale officium à seipsis assumere, sed auctoritatem à superiorib. obtinere. Nullus enim debet hoc facere, nisi à superiore mittatur. ( Iuxta illud Iud. 7. *Misit Gedeon nuncios in omnem montem Ephraim* ) ne forte illi sint de illis, de quibus Dominus dicit Hier. 23. *Non mittebam Prophetas, & ipsi currebant, non loquebar illis, & ipsi prophetabant*. Quod est contra illos, qui fingunt se habere auctoritatem, & priuilegia à Papa, vt possint pecunias extorquere, & vt communiter male accidit talibus, quia quandoq; conficiunt bullas falsas, vt ostendant se auctoritatem habere, ex quo finaliter puniuntur, quia sicut dicitur Prou. 13. *Nuncij impij cadent in malum*. Non sic, sed habeant auctoritatem. B

¶ Tertio dico, quod tales nuncij debent habere vtilitatem, quia sc. bonus nuncius semper debet intendere vtilitatem Domini ex parte cuius nunciat, vel illorum, quib. ipse annunciat. Non enim debet intendere lucrum proprium, sed potius auditorum. Quod tamen hodie est contra multos, qui sc. magis annunciant verbum Dei pro lucro suo temporali, quam pro alieno vel spirituali. Hoc etiam est contra illos, qui plus delectantur esse nuncij malorum, quam bonorum, sicut sunt relatores verborum, qui dominis suis magis gaudent dicere mala de alijs, quam bona, similes cornicibus quæ secundum Ouidium sunt nuncij rerum malarum 3. Reg. 14. *Ego autem missus sum ad te durus nuncius*. Non sic ergo, sed habeant vtilitatem. C

¶ Quarto dico, quod tales nuncij debent habere sedulitatem. Ad nuncium enim pertinet, quod diligenter nunciet alijs illa, quæ debet. Vnde dicitur 1. Reg. 18. *Ecce homo currens solus, & dixit Rex, & iste bonus est nuncius*. Et Esa. 58. *Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum*. Istam auctoritatem vide diuisam & prosecutam supra de verbo annunciare. Sed adiunge ibi auctoritates vocales in quolibet membro. D

¶ Quinto dico, quod tales nuncij debent habere veracitatem, quia sc. verissime debent annunciare voluntatem Domini sui Psalm. *Annunciabo veritatem tuam in ore meo*. Quod est contra hæreticos, qui non annunciant veritatem, & domini voluntatem, sed potius falsitatem. Et ideo de quolibet tali potest dici illud Actor. 17. *Nouorum dæmoniorum videtur annunciator esse*. Habeat ergo veracitatem. E

¶ Sexto dico, quod tales nuncij debent habere sagacitatem. Nuncius enim debet esse sapiens, & discretus, vt sc. sciat voluntatem domini sui sagaciter exponere, & narrare, quia sicut dicitur Prou. 26. *Claudus pedib. & iniquitatem bibens, qui mittit verbum suum per nuncium stultum*. Et ideo Eccl. 10. dicitur, quod *qui habet pennas annunciabit sententiam*. Pennas inquit ad modum volucris, hoc est dictum, intellectum subtilem & altum. Vnde nota, quod tales nuncij debent esse claritate sapientiæ dotati atq; præditi, quia scriptura vocat eos cœlos, Psal. *Annunciabunt cœli iustitiam eius*. Et aduerte, quod in scriptura tales F

Spirituales Nuncij dicuntur { Cœli,
Sol,
Patres,
Firmamentum,
Tuba,
Volucres.

Cœli dico per puritatem innocentiæ. Alibi in Psalm. *Annunciabunt cœli iustitiam eius*. Sol per claritatem Sapientiæ Eccl. 43. *Sol in aspectu annuncians in exitu*. Patres per charitatem amicitiæ Psal. *Patres nostri annunciauerunt nobis*. Firmamentum per firmitatem constantiæ. Opera manuum eius anounciant firmamentum. Tuba per clamorositatem eloquentiæ Esa. 58. *quasi tuba, &c.* annuncia, &c. & sicut supra. Volucres per sublimitatem eminentiæ Eccles. 10. *Qui habet pennas, annunciabit sententiam*. Et sic igitur patet, quod illi, qui volunt esse boni & spirituales nuncij, debent diuersimode esse conditionati. ¶ Sed adhuc possumus notare, quod multa sunt annuncianda ab istis nuncijs spiritualibus, & puro corde narranda & dicenda. Vnde nota, quod isti debent G

Nunciare
- Summam veritatem,
- Dei maiestatem,
- Cœli fœlicitatem,
- Inferni pœnalitatem,
- Propriam iniquitatem,
- Diuinæ laudis iucunditatem.

Isti ergo debent esse sicut galli, qui sunt nuncij diei subsequentis, & diuersis horis & punctis annunciant istam diem. Isti ergo aliquando annunciant diei scientiæ veritatem Psal. *Annunciabo veritatem tuam in ore meo* Item quandoque diuinæ gloriæ maiestatem Esa. 66. *Annunciabunt gloriam meam gentibus.* Item cœlestis patriæ fœlicitatem Gen. 45. *Nunciate patri meo vniuersam gloriam meã.* Item quandoque inferni pœnalitatem Lucæ 24. *Egressæ de monumento nunciauerunt hæc omnia.* Item quandoque propriam iniquitatem Psalm. *Deus vitam meam annunciaui tibi, posuisti lacrymas meas in conspectu tuo.* Item quandoque diuinæ laudis iucunditatem Psal. 50. *Domine labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam.* Et sic si omnia ista nunciauerimus, erimus boni nuncij. Sed vide supra de annunciare, clamare, narrare, dicere, manifestare, & in quolibet loco, vbi fit mentio de prædicatore. Et breuiter de nuncijs bonis, ambasiatoribus & legatis potest dici illud 1. Regum 16. *Misit Saul nuncios ad Isai dicens: Mitte ad me Dauid filium tuũ.* Et 2. Paral. 39. *Decreuerunt, vt mitterent nuncios.* ¶ Vbi nota, quod in omni nunciorum missione & legatione, consilium deliberatiuum debet præcedere, officium acceleratiuum debet procedere, obsequium obtemperatiuum debet succedere. Nam à parte mittentis nuncios debet esse deliberatio. Ideo dicitur: (Decreuerunt) A parte missorum debet esse acceleratio. Ideo dicitur (Vt mitterent nuncios.) A parte vero illius ad quem nuncij mittuntur, debet esse obtemperatio (Ad Dauid inquit) qui, s. fuit misericors & benignus, iuxta illud. Nuncians Dauid fideli. Dico igitur, quod in omni legatione debet esse discretio deliberatiua sc. à parte illius à quo nuncij mittuntur. Decreuerunt inquit, s. Papa, & Cardinales, vel Rex, & consilium suum. Nota, quod Romani nunquam mittebant legatos nisi primo per senatum esset decretum. Et nota, quod ad Papam pertinet discernere, & decernere super omnibus publicis negotijs. Istud est *decretum vigilans*, de quo Dan. 4. Vigiles enim sunt illi, qui vigilant super negotijs vtilitatis & pacis, sicut sunt Papa & Cardinales, &c. Concorda. Igitur dico, quod in legatione debet esse discretio deliberatiua.

¶ Deinde dico, quod ibi debet esse discretio acceleratiua, quod ostenditur cum dicitur (Nuncios) Nomen. n. nuncij est, quod debeat esse discurrens & diligens, sicut de illo *qui apparuit solus & currens*, dicitur 3. Reg 18. quod *iste bonus erat nuncius*. Solus. n. debet esse, secum secrete de commissis cogitando, currens, celeriter mandata commissa exequendo: bonus, fideliter & vtiliter viam faciendo, vt de tali solo nuncio dicatur illud Iob 1. *Euasi ego solus, vt nunciarem tibi.* Sit igitur in tali nuncio discursio acceleratiua. ¶ Denique dico, quod in tali nuncio debet esse auditio obtemperatiua, s. à parte illorum, ad quos mittuntur, quia, s. isti debent esse Dauid, qui licet interpretatur manu fortis, erat tamen obediens, mansuetus & mitis Ps. *Memento Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius.* Ad innuendum, quod isti, ad quos mittuntur nuncij, nunquam debent esse ita potentes, quin obediendo & respondendo debeant esse mites, vt sic de quolibet tali nuncio possit dici illud 1. Reg. 20. *Venit igitur nuncius ad Dauid.* Et vtinam non verificetur illud, quod scribitur 1. Reg. 19. vbi dicitur, quod *nuncij venientes in lectis Dauid non inuenerunt ipsum Dauid, sed vnum simulacrum.* Quia pro certo si nuncij Papæ loco Dauid inueniant modo simulacrum, i. loco obedientis & pacifici virum pestiferum, atque durum, qui s. audire, & intelligere non velit male erit. Sit igitur quilibet talis Dauid, vt sic ille, qui ad eum mittit, ad Dauid & non ad Saul gaudeat se misisse. Iuxta illud 3. Re. 3. *Misit ergo Abner nuncios ad Dauid* ¶ Et revera nuncij tales mittuntur triplici causa, sc.

Ad
- Visitandum,
- Mitigandum,
- Consolandum.

Visitando dico per dulcem amorem, sicut 1. Reg. 19. dicitur: *Misit Rex nuncios, vt viderent Dauid.* Ad mitigandum etiam litium horrorem, s. ad componendum pacem super controuersijs litium & guerrarum 3. Reg. 2. *Venit nuncius ad Salomonem*, qui, s. interpretatur pacificus. Ad consolandum insuper mœrentium terrorem, sicut de Dauid legitur 1. Par. 19. quod *Dauid misit nuncios ad consolandum Regem Ammon super morte, sc. Patris sui.* Et sic certe tales

Nuncij
- Amicorum visitatiui,
- Inimicorum concordatiui,
- Infirmorum tristium consolatiui

possunt dicere illud 2. Re. 18 *Bonum apporto nuncium domine mi Rex.* Vt etiam de quolibet tali possit dici illud ibidem. *Vir bonus est, & nuncium portans bonum.* Vbi nuncius describitur, vt animi viribus præditus, quia vir: Vt virtutum moribus inclytus, quia sc. bonus: Vt vtili operæ deditus, quia nuncium portans bonum. Et hæc de nuncijs sufficiant.

**Nunc.** Nota, quod istud aduerbium temporis Nunc significat cuiuslibet durationis præsentem, momentaneã & indiuisibilem portionem. Istud enim non respicit præteritum aut futurum, sed solum illud, quod est præsens, momentaneum atque certum. Aliæ enim partes temporis sunt incertæ, sc. præteritum quod iam transijt & futurum etiam quod nondum est. Nunc autem, quod est præsens, solummodo potest dici certum. A

Igitur notare possum, quod Nunc diuersimode sumitur in scriptura. Inuenitur enim Vnum Nunc
- Ingentis diuinitatis,
- Labentis mortalitatis,
- Vireoris moralitatis,
- Præsentis prosperitatis.

Et sic pro certo dico, quod

Deus, Homo, Iustus, Peccator, habet suum Nunc, quod mensurat: eius essentiam, vitæ præsentiã, morũ iustitiã, eius nequitiã. B

¶ Primo igitur dicamus, quod in scriptura reperitur vnũ Nũc, quod pertinet ad summam diuinitatem. Et sic dico, quod Deus habet Nunc æternitatis. Apud Deum enim totũ est Nunc, nihil enim ibi est nisi præsens Infra ambitũ enim suæ infinitatis & æternitatis continetur, & comprehenditur in isto Nunc, & in isto præsenti omne, quod est tẽporale, & quicquid successiue durauit à mundi principio & ab æuo. *Mille enim anni ante oculos eius tanquã dies hesterna, quæ præterijt.* Vnde de tali Nunc dicitur Esa. 43. *Et nunc hæc dicit dominus creans cælos.* Et hic nota, quod Deus habet

Vnum Nunc
- Magnitudinis,
- Longitudinis,
- Fortitudinis,
- Mititudinis,
- Celsitudinis,
- Amplitudinis,
- Rectitudinis,

quæ non
- Minoratur,
- Terminatur,
- Superatur,
- Irritatur,
- Inclinatur,
- Coarctatur,
- Refrænatur.

Igitur dico, quod Deus habet in isto Nũc æternitatis imminorabilem magnitudinem Exod. 18. *Nunc cognoui, quia magnus Dominus, &c.* Item habet interminabilem longitudinem, quia sc. iste viuit, & durat in æternum 1. Reg. 25. *Nunc ergo domine mi viuit dominus.* Item habet insuperabilem fortitudinem Apoc. 12. *Nũc est salus & virtus, potestas & imperium, & fortitudo Dei nostri, &c.* Item habet irritabilem mititudinem, quia s. ipse habet clementiam infinitã qua incessanter adiuuat & confortat Ps. *Propter miseriam inopum & gemitum pauperum nunc exurgam, dicit dominus.* Et Tob. 3. *Nũc domine memento mei, ne vindictã sumas de peccatis meis.* Vnde de beatis, quos nũc Deus beatificat in patria, dicitur Oseæ 8. *Nunc congregabo eos, & quiescent* Item habet non inclinabilem celsitudinem. Iste enim nunquã deprimitur à sublimitate Maiestatis æternæ, dicẽs illud Esa. 33. *Nunc exurgam, dicit dominus, nunc exaltabor, nunc sublimabor.* Quod bene recognoscunt beati dicentes in Psal. *Sit nomẽ domini benedictum ex hoc nunc & vsque in sæculum, à solis ortu vsque ad occasum, &c.* Item habet inestringibilem amplitudinem, quia sc. iste est super omnia liberalis & amplus, dicẽs sc. Ioan. 17. *Nunc cognouerunt, quia omnia, quæ dedisti mihi, dedi eis.* Itẽ habet irrefragabilem rectitudinem, hoc est dictum, iustitiam infinitam ad puniendum malos dicens Mich. 5. animæ peccatrici. *Nunquid vastaberis latronis.* Vnde Dominus dixit Pharaoni Exod. 9. *Nunc enim extendens manum percutiam te.* Et ibidem: *Peccaui etiam nunc. Dominus iustus, &c.* Et Tob. 3. *Nunc domine magna iudicia tua.* Et Oseæ 8. *Nunc recordabitur Dominus iniquitatis illorum.* Sic ergo patet, quod est vnum Nunc, quod pertinet ad summam diuinitatem. ¶ Secundo dico, quod est vnum Nunc quod pertinet ad nostram humanitatem, seu mortalitatem. Et istud pro certo nihil aliud est, quam vita præsens, de qua non habemus nisi Nunc. Et pro certo ista est Vnum Nunc, quod C

Cito labitur, dum parum manemus,
Nube tegitur, dum pauca videmus,

Mors

*Morte frangitur, quia cito cademus,*
*Parum angitur, dum pace caremus.*

[illegible] igitur, quod humana vita est vnum Nunc, quod cito labi-[illegible] Nunc vitæ præsentis valde modicum perseuerat Io. 12. *Nūc [illegible] huius mundi eiicietur foras.* Item est vnum Nunc, quod nunc [illegible] dico ignorantiæ 1. Cor. 13. *Nunc cognosco ex parte.* Et ibidē. *Videmus Nunc in ænigmate, tunc autem facie ad faciem.* Item est vnum Nunc, quod morte clauditur seu frangitur Iob 7. *Ecce Nunc in puluere dormio.* Item est vnum Nunc, quod pœnis angitur seu subuer-[illegible] ondat n. quod Nunc vitæ præsentis est plenum miseriis at-que pœnis. Vnde Iob 5. *Nunc venisti, & modo videntes plagam meam timetis.* Et sic patet, quod est vnum Nunc quod pertinet ad nostrā humanitatem. ¶ Tertio dico, quod est vnum Nunc quod perti-net ad morum sanctitatem. Boni n. & iusti habent suum Nunc, [illegible] delicet tempus & statū perfectionis & virtutis, quod peragūt in præsenti, & in quo Deo Nunc, i. prompte & principaliter obe-diunt [illegible] mora. Vnde de tali Nunc, i. de statu perfectionis virtu-tis & gratiæ potest dici illud 1. Reg. 25. *Nunc ergo inueniant pueri tui gratiam in conspectu tuo.* Notabo ergo, quod in tali Nunc

Magna videt clara discretio,
D[illegible] laudat sana locutio,
Su[illegible] clamat frequens oratio,
C[illegible] paret velox auditio,
Cib[illegible] paret arcta comestio,
I[illegible] git iustus editio,
S[illegible] tor mitat Dei prouisio,
Deum timet sancta subiectio,
Deum colit sacra religio,
Deum sperat vera deuotio,
Cohæredes facit patris adoptio,
Deum gustat beata fruitio,
Deum cernit certa cognitio.

[illegible] dico, quod in isto Nunc scil. in statu gratiæ, perfectionis & [illegible], magna videt clara discretio Io. 9. *Hic est filius noster, quia cæcus natus est, quomodo autem nunc videt, nos nescimus:* & ibidem. *Quomodo ergo Nunc vides? qui respondit. Cum cæcus essem, modo video.* Item [illegible] o Nunc Deum laudat sana locutio Io. 10. *Ecce nunc palam loqueris, & prouerbium nullum dicis* Psal. *Nos qui viuimus, benedicimus Domino ex hoc Nunc & vsque in sæculum.* Item in isto Nunc clamat fer-[illegible] oratio 1 Mach. 4. *Et nunc clamemus in cælum, & miserebitur nostri* [illegible] Et 2. Mach. 1. *Et nunc hic sumus orantes pro vobis.* Item [illegible] isto Nunc cito paret velox auditio, i. obedientiæ virtus. Vnde [illegible] 14. *Nunc ergo filii audite me.* Et Io. 5. *Venit hora, & Nunc est, quando mortui audient vocem filii Dei, & qui audierint, viuent.* Item in isto [illegible] cibus paret arcta comestio, i. abstinentia Ioel. 2. *Nunc ergo dicit Dominus, conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio & fletu, & planctu &c.* Et Luc. 6. *Beati qui Nunc esuritis, quia saturabimini.* Itē [illegible] isto Nunc læta fuit in isto dilectio, i. lamentabilis meditatio. [illegible] Mat. 5. *Beati qui Nunc fletis, quia ridebitis.* Item in isto Nunc [illegible] famulatur Dei prouisio. Vnde Act. 12. *Nunc scio vere, quia misit Dominus Angelum suum & eripuit me de manu Herodis &c.* Item in isto [illegible] Deum timet sancta subiectio Gen. 22. *Nunc cognoui quod timeas Dominum dixit Angelus Abrahæ.* Item isto Nunc Deum colit sacra religio Iud. 24. *Nunc ergo ait auferte Deos alienos de medio vestri.* Et Iud. [illegible] *Ego sum ancilla tua Deum colo etiam Nunc apud te.* Item in isto N[illegible] Deum sperat vera deuotio 1. ad Cor. 13. *Nunc autem manent fides, spes, charitas, hæc tria, maior autem horum est charitas.* Item in isto [illegible] filios vocat patris adoptio 1. Ioan. 13. *Charissimi, Nunc filii* [illegible] Item in isto Nunc Deum gustat beata fruitio. Vnde de [illegible] beato dicitur cuilibet damnato illud Luc. 16. *Fili recordare quia recepisti bona in vita tua, Lazarus autem similiter mala, Nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris.* Vnde Mar. 10. dicitur, quod [illegible] *recipiet Nunc in hoc tempore domos & temporalia bona, & in futuro sæculo vitam æternam.*

Item in isto Nunc Deum cernit certa cognitio Luc. 2. *Nunc dimittis seruum tuum domine secundum verbum tuum in pace, quia viderunt oculi mei salutare tuum.* Et breuiter istud est Nunc diuinæ acceptio-nis. Quia *ecce Nunc tempus acceptabile, ecce Nunc dies salutis* 2. ad Cor. [illegible] *Præterea turbationes. Nunc si oportet contristari in variis tentationibus.* [illegible] *consolationes, quia ecce Nunc dies salutis.* Et sic patet, quod est [illegible] Nunc quod pertinet ad morum sanctitatem.

¶ Quarto vero dico, quod est vnum Nunc quod pertinet ad [illegible] iniquitatem, hoc est dictū, ad statum & cōditionem malorum. Mali enim non respiciunt nisi Nunc, id est, vitam & prosperitatem præsentē. Nunquam enim respiciunt tempus præterritum, quod perdiderunt bona opera, quæ amiserunt, magna scelera quæ commiserūt. Item nunquam respiciunt tempus futurum ad quod venerūt, bonum perenne, quod amiserunt, pœnam æternam, quam meruerunt. Sed quid respiciūt? Certe illud Nunc, hoc est dictum, præsens gaudium, quod receperunt, mūdi gloriā, quam conceperunt, bona terrena, quæ possederunt. Et breuiter isti videntur similes lynci, quæ nihil videt nisi præsens, quia, sc. statim obliuiscitur quicquid videt ante vel retro. Item de leone legitur, quod collum habet inflexibile, ita quod solū ante se potest respicere nisi forte vertatur totū corpus. Sic vere multi sunt, qui non considerant de tempore Nunc & de mundi negotiis nisi præsens, quia sc. nūquam vertunt animum suum ad præterita vel futura, imo obliuioni penitus solent dare quicquid ante te fuit aut post erit. Et tamen isti deberent aduertere, quod *sancta animalia oculos habebant ante & retro*, sicut dicitur Apoc. 4. & Ezech. 1. De isto ergo Nunc, i. præsenti statu, & gloria & prosperitate potest dici illud Luc. 6. *Væ vobis qui nunc ridetis, quia plorabitis, & flebitis vos.* Vnde nota, quod istud est vnum Nunc

Ignorantiæ & obliuionis,
Resistentiæ & rebellionis,
Violentiæ & inuasionis,
Fraudulentiæ & deceptionis,
Inconstantiæ & defectionis.

Dico ergo, quod istud est vnum Nunc obliuionis & ignorantiæ, quia, sc. mali nunc videntur esse cæci, in quantum, sc. Nunc non videntur perpendere mala, quæ imminent ipsis Luc. 19. *Nunc autem abscondita sunt hæc ab oculis tuis.* Item istud est vnum Nunc rebellionis & resistentiæ 1. Ioh. 2. *Nunc Antichristi facti sunt multi.* Itē istud est vnum Nunc inuasionis & violentiæ, quia, sc. alter rapit ab altero si sit potens 1. Reg 2. *Nunc dabis mihi, alioquin tollam vi.* Item istud est vnum Nunc deceptionis & fraudulentiæ. Vnde Dalila legitur deceptorie dixisse Samsoni Iud. 16. *Nunc indica mihi quo ligari debeas.* Item istud est vnum Nunc defectionis & inconstantiæ, quia, sc. gloria malorum non perseuerat. Vnde de Adam peccante dicitur Gen. 3. *Nunc ergo ne forte sumat de ligno vitæ, & viuat in æternum, eiecit eum de paradiso.* Et Io. 12. *Nunc princeps huius mundi eiicietur foras*, sc. per mortem & damnationem æternam. Et sic ergo patet, quomodo istud aduerbium Nunc diuersimode sumitur in scriptura, sc. quantum spectat ad malorum iniquitatem, ad iustorum, seu ad virtutum sinceritatem, ad hominum mortalitatem, ad æternam diuinitatem. Sufficit.

¶ Sed de isto Nunc vis amplius dilatare, nota, quod istud aduerbium Nunc (quod est breuissima pars temporis) signat breuissimam vitam nostrā, quæ de tempore non habet nisi Nunc, sc. F
illud instans, quo præsentialiter viuimus. Secundū Senec. *quicquid de tempore transiit mors iam tenet, quod autem futurum est, vitā nondum habet.* Quia nihil breuius, nihil incertius, nihil indurabilius vita nostra. Vnde dicit idem Seneca: *Homo vitæ accommodatus est, nō datus*, & bene dicit accommodatus, quia non manet apud commodatarium, nisi quamdiu placuerit commodāti. Res autē data, perpetuo potest commodatario remanere. Sic vere homo vitæ dicitur accommodatus, & non datus, quia ad voluntatē commodatoris, s. Dei, non ad suam, apud vitam commoratur, & ideo ad beneplacitum reuocatur. Ideo bene dicitur Iac. 4. *Quæ autem est vita nostra? vapor est ad modicum parens.* Quod pulcherrima tractans B. Aug. dicit sic. *Vita (inquit) hæc, vita dubia, vita cæca, vita ærumnosa. Hanc n. humores fœdant, dolores exterminant, ardores desiccant, aera morbidant, esca inflant, ieiunia macerant, ioci soluunt, tristitiæ consumunt, sollicitudo coarctat, securitas hebetat, diuitiæ inflant, paupertas deiicit, iuuentus extollit, senectus incuruat, infirmitas frangit, mœror deprimit, & post hæc omnia mors interimit, quæ vniuersis gaudiis finem imponit, ita vt cū esse desierint, nec fuisse putentur.* Ista est ergo vita nostra quæ proprie dicitur nūc, quia valde est transitoria seu breuis. Ideo de ista breuitate dicitur 1. Pet. 1. *Modicum Nunc si oportet contristari.* Ad quod facit verbum B. Aug. in quodam sermone. *Vita inquit huius prolixitas breuitas potest dici. Si enim Adam adhuc viueret, & hodie moreretur, quid eidem proficeret præterita longitudo.* Est enim de vita nostra sicut de constellationibus quæ secundum Mathematicos non durant in eadem dispositione nisi per vnum momentum, seu per vnum instans. Ratio est euidens intuenti. Nam constellationes considerantur ex motu, situ & aspectu stellarum erraticarum seu planetarum ad stellas fixas, quorū, sc. motus sunt diuisi & varii, & quandoq; cōtrarii, ita quod in eadem dispositione non manent nisi per instans. Ideo cum continue moueantur, necessario concluditur, quod earum influētia, proprietas & constellatio in in-

ſtanō tranſcat & mutetur. Sic vere chariſſimi, vita humana ex cõtrarus motibus planetarũ, i. ex contrarus proprietatibus elemẽtorum componitur, & ideo per vnum Nunc & per vnũ præſens modicum durat. Semper enim currit, & labitur, & tam in moralibus, quam in naturalibus conditionibus continue vertitur, & mutatur. Vt de tali Nunc dicatur illud Iob 13. *Cunctis diebus, quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea.* Et ideo ſicut videmus, quod nauta habens ventũ proſperum quanto citius poteſt properat ad portũ, ſciens, quod vẽtus mirabiliter eſt res dubia & incerta, eo quod facillime poteſt mutari, ſic vere chariſſimi, quia ſcimus ventum labilis vitæ noſtræ valde mutabilem, & incertum quodq; facillime mutatur de ſanitate in infirmitatem, de diuitiis ad paupertatem, de iuuentute ad ſenectutem, de proſperitate ad ad aduerſitatem, & quod deterius eſt, de vita ad mortem, debemus quamdiu durat iſtud nunc, id eſt, quamdiu durat ſtatus merendi, per mare pœnitẽtiæ properare, & iter virtutum continuare, vt ad portum ſalutis per pœnitẽtiam valeamus applicare. Ideo conſulit Dominus per Prophetam Iohelem 2 ca. *Nunc conuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio, & fletu, & planctu, & ſcindite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra.* In quibus verbis aduertendum eſt, quod breuitas huius vitæ debet nos inducere ad pœnitentiã faciendam Celeriter feſtinando [Nunc inquit] Sagaciter ordinando [Conuertimini ad me] Mentaliter cogitando vel conuertendo [In toto corde veſtro] Carnaliter affectando [In ieiunio] Vocaliter lamentando [Et fletu & planctu.]

G ¶ Dico ergo, quod breuitas huius vitæ debet nos inducere ad pœnitẽtiam faciendam celeriter cum feſtinatione, quod oſtenditur, cũ dicitur [Nunc] Res n. debet fieri cito, cuius dilatio eſt periculoſa. Vnde homo intoxicatus ſtatim debet per theriacam remedium adhibere, priuſquam per veneni malitiã perimatur. Homo etiam condemnatus ſtatim debet appellare, ne ſententia in rem iudicatam tranſeat, & non ſit locus amplius appellãdi. Sic vere homo intoxicatus per peccatum mortale & per conſequẽs ad pœnam cõdemnatus æternam, ſtatim & ſine dilatione debet remedium apponere, & adhibere theriacam contritionis, & emittere appellationem confeſſionis. Et poterit ſententiam reuocare, & mortem æternam vitare. Nunc ergo. Ideo docet ſcriptura Tob. 14 *Nunc ergo filii audite me.* Iſtud tamen eſt contra multos, qui ſunt valde tardi ad pœnitentiam, ſemper n. procraſtinãt pœnitere ſimiles cornici, quæ ſemper dicit *Cras, Cras,* ſperantes diu viuere, & in fine vitam ſuam emendare. Et tamen iſtis accidit ſicut gypſo ſeu plaſtro, quod eſt talis conditionis, quod niſi ſtatim, poſtquam eſt diſtemperatum, in opere ponatur, ita fortiter induratur, quod nunquam poteſt amplius operari. Sic vere homo diſtemperatus per contritionem vel per ſui ſtatus conſiderationem, niſi cito ponitur in opere per pœnitentiam & conuerſionem, faciliter perit. Nam ſi diu moraretur per obſtinationem, ita per malam conſuetudinem induraretur, quod vix amplius ad bonum aliquod applicaretur. Nunc ergo, id eſt, celeriter eſt faciẽda. Vnde Apoſtolus, *dum tempus habemus, operemur bonum.* Et nota ſi vis, quod breuitas huius vitæ, quæ per iſtud aduerbium Nunc, denotatur, habet generaliter multa, quæ inducere poſſunt ad pœnitentiam celeriter peragendam. Habet enim pœnarum paucitatem 1. Pet. 1. *Modicum nunc ſi oportet contriſtari in variis tentationibus.* Virtutum quantitatem 1. Cor. 13 *Nunc autem manet fides, ſpes, charitas, tria hæc.* Amicæ libertatem Rom. 6. *Nunc autem liberati a peccato, ſerui facti iuſtitiæ, &c.* Bonorum vbertatem Matt. 5. *Beati, qui nunc eſuritis, quia ſaturabimini, beati, qui nunc fletis, &c.* Fiat igitur pœnitentia celeriter cum feſtinatione.

H ¶ Item debet fieri ſagaciter cum ordinatione vel cũ diſcretione, quia, ſc. ad dominum debet fieri, nõ ad mundum, [Conuertimini inquit ad me] Solſequium enim ad nullam ſtellam ſe cõuertit præterquam ad ſolem, ſed ſolem ſequitur, & ad eum aperitur, & ad ipſum continue inclinatur, & ideo ſponſa ſolis & ſolſequium nuncupatur. Ferrũ etiam non ad quemcũq; pretioſum lapidem ſe conuertit, ſed tantum ad adamantem & magnetem, qui ſunt lapides reconciliationis. Sic chariſſimi, cor noſtrum & affectio noſtra non ad quæcunq; delectabilia ſe debet conuertere, ſed tantummodo ad ſolem iuſtitiæ Ieſum Chriſtum, *qui lapis reconciliationis* dicitur, quia per ipſum peccator Deo Patri mediante pœnitentia reconciliatur. Ad iſtum enim debet reſpicere per deuotionem Ad iſtum ſe debet aperire per confeſſionẽ. Ad iſtum ſe debet inclinare & tendere per deſiderium & affectionẽ. Et ſic bene dico quod ipſe debet facere pœnitentiam ſagaciter, ſcilicet, ipſam ad Deum referendo & ordinando, quod oſtenditur cum dicitur, *Conuertimini ad me, & ſalui eritis.* Vnde Auguſtin. ſuper Pſalmos: *Conuertere ad Dominum, quia ab eo recedendo frigeſcis, accedendo feruescis, recedendo tenebreſcis, accedendo ſplendeſcis. A quo enim habes, vt ſis, ab ipſo habes, vt bene ſis.* Fiat ergo pœnitentia ſagaciter cum diſcretione [Cõuertimini ad me inquit] quaſi dicatur non ad alium, quam ad Deum Iohan. 16. *Nunc vado ad eum, qui me miſit.* Et Ioh. 17 *Nunc autem ad te venio.* Quod non faciunt hypocritæ, qui ſe non conuertunt ad Deum, ſed ad mundum, quia, ſcilicet, pœnitentiam ſuam faciunt non ad gloriam Dei, ſed ad vanitatem mundi, iuxta illud Oſeæ 5. *Nunc fornicatus eſt Ephraim,* ſcilicet, Deum dimittendo, & ad mundum ſe conuertendo.

¶ Item debet fieri pœnitentia mentaliter cum contritione [In toto inquit corde veſtro] Sicut n. ſpecies amaræ ſunt (vt communiter) magis medicinales, quam dulces ſicut patet de aloe & de myrrha, ſic vere amara & doloroſa cordis contritio valde medicinalis eſt. In toto ergo corde veſtro. Vnde Iohel. 2. *Scindite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra.* Apes n. ſecundum Ambroſium & Plinium, liniunt in æſtate oſtia domorum ſuarum ſuccis amaris. Sic vere oſtium animæ, id eſt, cor, per quod bona, ſc. vel mala intrat cogitatio, debemus linire ſuccis amaris, id eſt, amaritudine contritionis, doloris pariter & timoris Eſa. 33 *Cor tuum meditabitur timorem.* Vt enim dicit Chryſ. lib. de compunctione cordis. *Contritio eſt humilitas cordis vera compunctio, maxima agere, humilia loqui, iuſta operari, & ſuper peccatis timere, & tremere* [In toto corde veſtro inquit] Eccl. 39. *Nunc in omni corde & ore collaudate, & benedicite nomen Domini.* Quod eſt contra illos, qui non toto corde ſuo Deum colunt, imo cum iſto nunc cor ſuum ad mundum diuidunt & extendunt Oſeæ 10. *Diuiſum eſt cor eorum, nunc interibunt.* Fiat igitur pœnitentia mentaliter cum contritione. I

¶ Item debent fieri realiter cum afflictione [In ieiunio inquit] K Ieiunare enim debemus & realiter abſtinere, & ab illicitis, ſcil. à peccatis, & à licitis, ſcilicet, à cibis. A peccatis enim debemus ieiunare, qui ſecundum Innocent. in ſermo. Magnum & ſalutare ieiunium eſt à vitiis abſtinere. Hoc eſt enim magnum ieiunium, quod diſſoluit colligationes impietatis, ſoluit faſciculos deprimentes. A cibis etiam abſtinere debemus, quia ad hoc monet natura, dictat figura, docet ſcriptura [Natura] Ieiunant enim animalia, quando vident ſe nimium repleta, ſicut dicitur, de leone & lupo, quod quandoque ieiunet per tres dies. Quia vere ſi vitiis & peccatis nos repletos ſentimus, vt ſanemur, per abſtinentiam ieiunare debemus. Ad quod facit figura, quia, ſcilic. Moyſes, Helias, & Chriſtus ieiunauerunt, vt eorum exemplo nos ieiunare docerent.

Item hoc docet ſcriptura, quia prima inhibitio, quæ fuit de ieiunio, facta fuit parẽtibus in paradiſo. Vnde de *ligno ſciẽtiæ boni & mali ne comedas,* Geneſ. 2. Et ideo merito debemus ieiunare, quia reuera ieiunium valet ad bona omnia procurãda, & ad mala omnia extirpanda. Ideo Innocẽt. dicit, quod *ieiunium valet ad iram placandam, ad veniam impetrandam, ad nequitiam extirpandam, ad pœnam vitandam, ad munditiam retinendam, ad ignorantiam excludendam, ad victoriam conſequendam, ad gratiam obtinẽdam,* quæ omnia exemplificat idem Innoc. per hiſtoriam, exempla ſacræ ſcripturæ. Fiat ergo pœnitentia realiter & cum afflictione. *In ieiunio,* inquit 2. ad Cor. 6 *Ecce nunc dies ſalutis.* Sequitur: *In omnibus exhibeamus nos tanquam Dei miniſtros, in multa patientia, in laboribus, in ieiuniis, &c.* ¶ Itẽ debet fieri cum vocis emiſſione [Fletu inquit & planctu.] Pœnitens enim debet eſſe ſicut columba, quæ pro cantu gemitum reddit. Quia vere nobis in iſto tempore non debet eſſe cantus ſolatii vel canoris, ſed gemitus triſtitiæ vel mœroris Pſ. 6. *Laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meũ, lacrymis meis ſtratum meum rigabo* [Fletu inquit & planctu] Fletus enim & lacrymatio eſt lixiuium, quod maculas peccatorum abſtergit. Vnde Chryſ. exponens illud Pſ. *Fuerunt mihi lacrymæ meæ, &c.* dicit ſic, *Fletus inquit cibus eſt animarum, corroboratio ſenſuum, ablatio peccatorũ, refectio mentium, lauacrum culparum.* De voce ergo confeſſionis & compunctionis, orationis, deuotionis, quæ debet fieri in iſto nunc, dici poteſt illud 1. Mach. 4. *Et nunc clamemus in cœlum, & miſerebitur noſtri Deus noſter* Iſta ſunt ergo quinq; bona, quæ nos inducunt ad pœnitẽtiam in huius vitæ breuitate, ſc. fletus emiſſio, carnis afflictio, mẽtis contritio, ſagax diſcretio, velox executio. A

# Nunquam.

Cum nunquam ſit aduerbium ſortitur negatiuum, nota, quod nunquam pertinet ad Deum, ad iuſtum, & ad impium. Deus enim in ſcriptura habere vnum nunquam reperitur, quod

[illegible]
[illegible]os.
[illegible]

[illegible] quod [illegible] vnum nunquam Dei, quod potest no[illegible] [illegible] eorum nunquam parcet peccatoribus ob[illegible] peccato. Vnde Matth. 7. de damnatis [illegible] dicet, in iudicio *non scio vos, quia* [illegible] *discedite a me operarii iniquitatis.* [illegible] quod lunat amor, est clementia seu miseri[illegible] [illegible] 2. M[illegible] 6. *Nunquam quidem Deus a nobis miseri[illegible] [illegible], corripiens vero in aduersis populum suum non de[illegible]* [illegible] Nunquam Dei, quod docet nescios vel inscios, est [illegible] de quo dicitur Io. 7. quod Christo praedi[illegible] dicerent: *Nunquam sic locutus est homo.* ¶ Nunquam [illegible] seu socios est amicitia. Et sic dicitur de [illegible] [illegible]ntib. & a principib. sacerdotum redar[illegible] [illegible] Christus ipsos laudauit, dicens: *Nunquam le[illegible] [illegible] & lactantium perfecisti laudem:* Deus ergo [illegible] & suum nunquam.

[illegible] quod iustus etiam habet suum nunquam. Et [illegible] Nunquam

[illegible] luxuriae face,
[illegible] superbiae nece,
A[illegible] pecuniae face,
Ar[illegible] leuitatis falce.

[illegible] luxuriae face nunquam corrumpitur dicens [illegible]. *Nunquam concupiui virum, & mundam seruaui ani[illegible] [illegible] concupiscentia. Nunquam ludentib. miscui me, neque [illegible] ambulant participem me praebui.* Viro vero castus di[illegible] [illegible]. *Praeter virum tuum nunquam patiaris crimen scire.* Itē [illegible] nece superbiae nunquam extinguitur, iuxta il[illegible] [illegible]. *Superbiam in sensu tuo nunquam dominari permittas.* ¶ I[illegible] pecuniae face nunquam succenditur. Vnde Tob. 5. di[illegible] Tobiae de filio suo. *Nunquam fuisset ipsa pecunia pro[illegible] [illegible] peregrinari lumen oculorum nostrorum.* ¶ Item iustus [illegible] nunquam attingitur, sicut seruis Dauid dicebant de [illegible] *Nunquam eis molesti, &c.* Iustus igitur habet suum [illegible]

[illegible] tertio dico, quod impius habet suum Nunquam. Et sic [illegible]d impius Nunquam

Satiatur, sed semper famescit,
Foecundatur, imo sterilescit,
Quietatur, imo plus famescit.

[illegible], quod impius nunquam satiatur, & hoc facit ardo[illegible] [illegible] Prouerb. 30. *Ignis autem Nunquam dicit sufficit.* Item [illegible]d impii nunquam foecundantur, scilicet, bonis operi[illegible] [illegible]bus, & hoc facit vrgens iniquitas. Vnde peccator [illegible] ficulnea, cui maledixit Christus, dicit Matth. 21. [illegible] *Nunquam nascatur.* Item dico, quod impius Nunquam [illegible] hoc facit inuidiae prauitas. Vnde ille frater, qui in[illegible] [illegible] honorifica receptio, dixit patri Luc. 15. *Ecce in[illegible] [illegible] seruio tibi, & Nunquam mandatum tuum praeterui, & [illegible] dedisti mihi hoedum, vt cum amicis meis epularer.* Et sic di[illegible] Nunquam potest diuersimode dici, scilicet de Deo, de [illegible] impio. Vide supra in titulo non & neque & alius nega[illegible]

[illegible]uid. Nota, quod istud aduerbium interrogandi Nūquid semper denotat aliquam querelam [illegible]nem factam, scil. ad maiorem veri affirmationem [illegible] talē denegationem. Et quia in scriptura aliquan[illegible] [illegible], aliquando iustus, aliquando impius, possum [illegible] ista interrogatio Nunquid ad istos tres modos lo[illegible] [illegible] vt communiter in scripturis.

Primo ergo dicamus, quod Nunquid quandoque refertur ad [illegible] sequentem. Constat enim quod Deus in scriptura [illegible] isto aduerbio Nunquid. Et hoc certe facit, scilic.

Stultos arguendo,
Doctos instruendo,
Iustos commendando,
Se praeferendo,
Sana detestando, vel
Vana reprimendo.

[illegible], quod Deus per Nūquid solet stultos arguere. Con[illegible] quod Deus per Nunquid arguit fatuos de ignorātia, de impotentia, de iniustitia, de inconstantia. De ignorantia dic[illegible] Et [illegible] dicit Iob 39. *Nunquid considerasti latitudinem terrae? indica mihi si nosti, in qua via habitet lux, & tenebrarum quis locus sit?* Sequitur. *Nunquid nosti ordinem caeli, & pones rationem eius in terra.* Et Iob. 37. *Nunquid nosti semitas nubium magnas & perfectas scientias?* ac si diceret, Non. Item stultum arguit de impotentia, dicens Iob 38. *Nunquid coniungere poteris micantes stellas Pleiadas? Nunquid mittes fulgura, & ibunt, & reuertentia dicent tibi, adsumus. Nunquid tenuisti concutiens extrema terrae?* quasi diceret, Ista non pertinent ad potentiam mortalem. Item arguit stultum de iniustitia, dicens, scilicet, Ezech. 18. *Nunquid via mea non est aequa domus Israel, & non magis viae vestrae prauae sunt?* Et Michae. 5. dicitur *Nunquid vestrum est scire iudicium, qui diligitis malum, & odio habetis bonum?* ac si dicat, non. Item arguit stultum de inconstantia, dicens Hier. 22. *Nunquid vas fictile, atque contritum vir iste? Nunquid vas absque omni voluptate?* Patet ergo, quomodo per Nunquid solet Deus stultos arguere.

¶ Item dico, quod Deus per Nunquid solet bonos instruere. Et sic certe dico, quod Deus per Nunquid instruit hominē qualiter debeat B

Ieiunare,
Erogare,
Gubernare,
Adorare.

Dico, quod Deus per Nunquid docet hominem qualiter debeat ieiunare, dicens Esa. 58. *Nunquid tale est ieiunium quod elegi affligere hominem per diem animam suam? Nunquid contorquere quasi circulum caput suum, & saccum, & cinerem sternere? Nunquid istud vocabis ieiunium, & diem acceptabilem domino? Nonne hoc est magis ieiunium, quod elegi, dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes, dimitte eos qui confracti sunt liberos, & omne onus dirumpe, frange esurienti panem tuum, &c.* Vide ibi. Item dico, quod Deus per Nunquid docet hominem qualiter debeat erogare, sc. eleemosynam. Et sic certe Christus in Euangelio dicit Luc. 11. *Quis (inquit) ex vobis patrem petit panem, Nunquid lapidem dabit illi? aut piscem, Nunquid pro pisce serpentem dabit? aut si petierit ouum, Nunquid porriget ei scorpionem?* quasi dicatur, non. Sequitur. *Ergo si vos, cum sitis mali, nostis bona data dare filiis, &c.*

Item dico, quod Deus per Nunquid docet hominem qualiter debeat gubernare. Et sic dicitur Luc. 6. *Nunquid potest caecus caecum ducere? Nonne ambo in foueam cadunt?* quasi dicatur, sic, propter defectum regiminis. Item dico, quod Deus per Nunquid docet hominem quid & qualiter debeat adorare. Et sic docet 4 Reg. 1. *Adorare vnum Deum & omnem idololatriam vitare* dicens: *Nunquid non est Deus in Israel, vt eatis ad consulendum Deum Accaron? &c.* Sic ergo patet, qualiter per Nunquid solet Deus bonos instruere. ¶ Itē C dico, quod per Nunquid solet Deus sanctos extollere. Et sic certe dicit Iob 1. *Nunquid considerasti seruum meum Iob, quod non sit ei similis in terra?* Item per Nunquid solet Deus se magnum dicere. Et sic certe dico, quod ipse praefert & praeponit, scilicet,

Suam
- Potentiam insuperabilem,
- Clementiam inaestimabilem,
- Iustitiam inuariabilem,
- Scientiam indeceptibilem,
- Munditiam immaculabilem.

Dico ergo, quod per Nunquid ipse praefert suam insuperabilem potentiam dicens Iob 39. *Nunquid volet Rhinoceros seruire tibi? Nunquid fiduciam habebis in magna fortitudine eius?* Et ibidem: *Nunquid praebebis equo fortitudinem? Nunquid ad praeceptum tuum eleuabitur aquila?* quasi dicatur, sic omnia ista fient per potētiam meam. Ite per Nunquid praefert suam inaestimabilem clementiam, dicens Esa. 49. *Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui.* Item per Nunquid ipse praefert suam inrefragabilem iustitiam, dicens, scilicet illud Mich. 6. *Nunquid iustificabo stateram impiam?* dicit dominus, quasi dicatur, non. Item per Nunquid ipse commendat, & extollit suam indeceptibilem scientiam. Et sic dicit illa praedicta Iob. 37. *Nunquid nosti semitas nubium, magnas & perfectas scientias? Nunquid scis quando praeceperit Deus pluuiae?* Et 38. *Nunquid ingressus es thesauros niuis, & grandinis? Nunquid apertae sunt tibi portae mortis? Nunquid considerasti latitudinem terrae? indica mihi, si nosti in qua via habitat lux. Nunquid nosti ordinem caeli, & pones rationē eius in terrā,* quasi dicatur. Haec omnia sunt mihi nota. Item dico, quod ipse per Nunquid praefert, & extollit suam immaculabilem munditiam. Et inde est quod ipse dicit in Psal. *Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem*

*gumen in locorum potabis?* Et sic ergo patet, quomodo per Nunquid solet Deus se magnum dicere.

D ¶ Item dico, quod per Nunquid solet Deus sæua detestari, vel vana reprimere. Et sic certe videtur, quod per Nunquid ipse arguit, & reprimit præsumptionem omnium fatuorum, qui sc. plus se iactant posse, & sapere quam oporteat. Vnde Iob 49. ipse dicit: *Nunquid per sapientiam tuam plumescit accipiter?* Et Iob 39. *Nunquid nosti tempus partus ibicum? Nunquid produco luciferum in tempore suo?* quia ista non spectant ad hominem. Et Iob 15. *Nunquid primus homo tu natus es? Nunquid consilium Dei audisti?* Et Iob 16. *Nunquid habebunt finem verba ventosa?* Sic igitur patet, quomodo ista interrogatio Nunquid, aliquando spectat ad Deum loquentem.

E ¶ Secundo principaliter dico, quod aliquando spectat ad iustum quærentem. Iustus enim per Nunquid facit querimonias suas, scilicet, de

Deo,
Proximo,
Seipso,
Impio.

Et sic dico, quod iustus per Nunquid quærit, & interrogat de Dei pietate cur bonis non succurrit, de Dei potestate cur maculis nõ occurrit, de Dei æquitate cur iuste non percutit, de Dei claritate cur palam non discutit. ¶ Quærit dico de Dei pietate quare bonis tardat soccurrere. Et sic dicitur 10 Psalm. *Nunquid in æternum irasceris nobis, aut extendes iram tuam à generatione in generationem?* Et alibi. *Nunquid in æternum proiiciet Deus, aut continebit in ira sua misericordiam suam?* Et alibi. *Nunquid in fluminibus iratus es Domine, aut in mari indignatio tua?* Item quærit de Dei potestate quare tardat malis occurrere Esa. 51. *Nunquid non percussisti superbum, vulnerasti draconem?*

Item quærit de Dei iustitia, & æquitate, quare causas tardat discutere, seu discernere. Et sic dicit in Psalm. *Nunquid adhæret tibi sedes iniquitatis, qui fingis laborem in præcepto?* Et Iob 10. *Nunquid tibi bonum videtur si calumnieris & opprimas me, & consilium impiorum adiuues?* Item quærit de Dei claritate quare tardat vera ostendere dicens illud Psal. *Nunquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua, & iustitia tua in terra obliuionis?* Sic ergo dico, quod iustus per Nunquid

F quærit de Deo. ¶ Deinde dico, quod iustus per Nunquid quærit de proximo. Et sic dico, quod ipse quærit de proximo, ipsum excusando de turbulentia, seu impatientia, de inconstantia, de impotentia, & ignorantia.

¶ Dico ergo, quod iustus per Nunquid proximum excusat. Et hoc primo de turbulentia seu impatientia, dicens, sc. Iob 6. *Nunquid rugiet onager cum habuerit herbam, vel mugiet bos cum ante præsepe plenum steterit*, quasi dicatur, non. Item de inconstantia, dicens, sc. illud Iacob 3. *Nunquid fons emanat dulcem, & amaram aquam?* quasi dicatur non, imo semper perseuerat in vna emanatione. Item de impotentia omnes dicens, scil. illud 1. ad Cor. 12. *Nunquid omnes sunt virtutes? Nunquid omnes habent gratiam sanitatum?* quasi dicatur, non omnes possunt habere vel esse. Item de ignorantia, dicens, s. illud ibidem. *Nunquid omnes Apostoli? Nunquid omnes Prophetæ? Nunquid omnes doctores? Nunquid omnes lingua loquuntur? Nunquid omnes interpretantur?* quasi dicatur, non est possibile. Patet ergo, quod iustus per Nunquid quærit de proximo ipsum, sc. excusando.

G ¶ Denique dico, quod iustus per Nunquid quærit de seipso. Et sic certe quærit, imo conqueritur, dicendo Nunquid de breuitate vitæ, de mentis cæcitate, de mundi calamitate, de fratrũ fallacitate. De vitæ breuitate dicit illud Iob 10. *Nunquid non paucitas dierum meorum finietur breui?* &c. Item de mentis cæcitate, dicens, sc. illud 2. Reg. 19. *Nunquid vigent sensus mei ad discernendum?* quasi dicatur, non. Item de mundi calamitate, seu aduersitate, dicens, sc. illud Iob 7. *Nunquid mare sum ego, aut cetus, quia circumdedisti me carcere?* Item de fratrum fallacitate, dicens de fraterna charitate, vel fida societate illud Amos 3. *Nunquid ambulabunt duo pariter*, sc. in vera fraternitate & societate, quasi dicatur, non. Et sic dico, quod iustus per Nunquid quærit de seipso.

¶ Insuper quærit iustus per Nunquid de impio. Et sic dico, quod pro certo ipse quærit qualiter solet

Vana sapere,
Falsa dicere,
Fœdè viuere,
Vestes tingere,
Deum spernere,
Lites facere,
Pœnas luere.

Dico ergo, quod iustus quærendo de ipso ostendit pe[...] qualiter soler vana sapere, dicens Ezec. 13. *Nunquid n[...] sam vidi[...]* Item qualiter solet vana seu falsa dicere E[...] *quid non parabolas loquitur iste.* Item qualiter solet fœde vi[...] luxuriose & immunde Hier. *Nunquid non polluta, & con[taminata] erit mulier illa?* Item qualiter solet vestes tingere, i. vane & [super]flue se vestire Hier. 12. *Nunquid auis discolor hereditas mea mihi? Nunquid auis tincta per totum?* Item qualiter solet Deum spern[ere] *Nunquid paruum vobis est molestos esse hominibus, quia mole[sti estis et Deo] meo?* Item qualiter solet lites facere Prou. 6. *Nunquid po[test homo] abscondere ignem in sinu suo?* id est, Nunquid potest imp[ius] celare, ita vt non prodeat tot de lites & guerræ, ac [...]. Item qualiter solet pœnas luere, sc. finaliter in [...] *Nunquid non dolores apprehenderunt te quasi mulierem parturientem.* S[ic] igitur patet, quomodo per Nunquid iustus interroga[t] de seipso, de proximo, & de Deo. Et sic dico, quod [Nun]quid quandoque spectat ad iustum quærentem.

I ¶ Tertio dico, quod quandoq; Nunquid spectat ad [impium] vana dicentem. Vnde nota, quod mali deriso[rie] per [N]unq[ui]d faciunt interrogationes suas, scilicet,

Iustos deridendo,
Bonos arguendo,
Vera denegando,
Mala allegando,
Superba iactando.

Solent (dico) impii per Nunquid bonis insultare, sicut ill[i] [...] Christo dicebant Ioan. 8. *Nunquid tu maior es patre nostro Abraham?* quasi dicerent, non. Et illud Ioan. 9. *Nunquid, & vos vultis discipuli eius fieri?* Item solet per Nunquid doctos infestare, dicendo, sc. vere credentibus illud Ioan. 7. *Nunquid & vos seducti estis?* Item solent vera conculcare, seu vero repugnare, dicendo, sc. illud Ioan. 4. *Nunquid à Galilea venit Christus?* quasi dicat, non: cuius tamen contrarium erat verum. Item solent per Nunquid malos allegare, dicendo, scil. illud Ioan. 7. *Nunquid aliquis ex principibus credidit in eũ?* Item solent per Nunquid superbe se iactare, dicendo, scil. Amos 6. *Nunquid in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua?* quasi dicerent, sic. Et sic patet, quomodo per Nunquid quærit impius, quærit iustus, & quærit Deus.

A **Nuptiæ.** Nota, quod Nuptiæ nihil aliud sunt, quam solennitates, seu conuiuia, quæ solent fieri in coniunctione viri, & mulieris. Et possunt breuiter designare omne illud, in quo societas, seu coniugalis solennitas reperitur. Notemus igitur, quod in scriptura inueniuntur quinque genera nuptiarum, videlicet

Nuptiæ
- Corporales,
- Temporales,
- Criminales,
- Virtuales,
- Supernales.

Primæ Nuptiæ significant coniugum societatem, de quibus dicitur 1. ad Cor. 7. *Si non continent, nubant, melius enim est nubere quam vri.* Istæ enim nuptiæ sunt hominibus concessæ ad peccatum vitandum, ad simul habitandum, ad mundum propagandum. Dico ad peccatum vitandum. Ideo consulit Apostolus *propter periculum fornicationis*, quod iuuenes mulieres nubant 1. ad Tim. 5. *Volo autem iuniores nubere.* Dico etiam ad simul habitandum, quia, sc. per nuptias duarum personarum, multæ aliæ personæ simul ligantur, sociantur, & per amorem vniuntur. Vnde Gen. 29. *Vocatis multis amicorum turbis ad conuiuium, fecit nuptias.* Dico insuper ad mundum propagandum. Et ideo Apostolus reprehendit illos, qui *prohibent nubere, & abstinere à cibis* 1. ad Timot. 4. ¶ Secundæ

B nuptiæ signant mundanam prosperitatem. In istis enim nuptiis, scilicet in mundi prosperitate homo recte sibi desponsat mundum, & mundi negotia iuxta illud 1. ad Cor. 7. *Quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi.* ¶ Et istas nuptias pro certo concomitatur

Contagium carnalitatis,
Flagitium cupiditatis,
Supplicium pœnalitatis.

De carnalitate enim dicitur Sap. 14. *Neque nuptias mundas iam custodiunt.* De cupiditate, seu rapacitate potest dici illud Iud. 14. *Vocastis nos ad nuptias, vt spoliaretis nos.* De pœnalitate vero dicitur 1. Mach. 9. quod *filii Iambri faciebant nuptias, sed dum essent in suo solatio, & gaudio, occisi sunt, & depopulati*, Ita quod sicut dicitur ibidem, *conuersæ sunt nuptiæ in luctum.*

¶ Te

… mentalem in quitatem. Istæ sunt … æ, quas ducit hic anima relicto Deo per diab… copulatur, & cum ipso coniungitur. … tur Matt. 10. *Si vxor dimiserit virum suum,* … *alteri.* Et vide dilata sicut supra § præcedenti. … nuptiæ signant moralem communitatem. Et hic … conmunctionem, qua coniungitur anima cum … tam, & … aritatem, vel per fidem & vnitatem, vel … iungitur quis cum Ecclesia per promotionem & … istis nuptiis anima est sponsa, Christus est sponsus, … sus, & Ecclesia sponsa. Inuitatur ad istas nuptias … em vocari, vel omnes in Ecclesia promoti. Si… Matt. 22. *Simile est regnum cælorum homini regi, qui …* § Item dico istis potissimis dicere, quod inuitatus … habere debet quatuor, videlicet

… bum pat… simum,
… um bassissimum,
… m mundissimum,
… em promptissimum.

… num, quia vere … nuptiis spiritualibus, i. io … Ecclesiæ pœnitentia debet esse cibus noster, … est Ioan. 2. vbi *in nuptiis vbi erat Iesus ipse præcepit … implere, & communicat eis inde replere & satiare.* Aqua e… aqua crimina lauat, ita hydriæ sunt sex partes … in istis nuptiis aqua pœnitentiæ sunt implendæ, vi… implendum est aqua contritionis, os, quod est … qua confessionis, manus, quæ sunt implendæ aqua … ceas, venter, qui est implendus aqua partialis ceſſe… pus quod est implendũ aqua asperæ restrictionis. Sic … num mutabitur, in quantum, sc. amara pœnitentia … onem æternam finaliter conuertetur. Ideo bene di… *Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ, & erat mater Iesu ibi.* … Maris signat amaritudinẽ pœnitentiæ. Habe… istis nuptiis cibum parcissimũ. § Item dico, quod in … s tenere debemus locum bassissimum, scil. gradum & … unilitatis Luc. 14. *Cum inuitatus fueris ad nuptias, non dis… primo loco.* Sequitur: *Sed cum vocatus fueris, vade, & recumbe … mo loco vt veniens, qui inuitauit te, dicat tibi: Amice, ascende su… erit tibi gloria coram simul discumbentibus.* Vbi nota, quod ta… les consequuntur diuinum amorem. [Amice inquit] … super omnem honorem [Ascende inquit] Amplectun… num fauorem [Erit tibi gloria coram simul discumben… ] Item dico, quod in istis nuptiis nos debemus habere ha… honestissimum seu mundissimum, quia proculdubio si… ut Matth. 22. ille de nuptiis regalibus meruit eiici, quia … qui non habent habitum honestæ conuersationis, non … esse in nuptiis diuinæ gratiæ seu Ecclesiasticæ conuer… sationis. Et idem multis potest hodie dici, sicut illi dicitur Matt. 22. *Amice, quomodo huc intrasti?* Item dico, quod in istis nuptiis nos … habere affectum paratissimum seu promptissimum, s. … seruiendum, ministrandum, & obediendum, quia sicut … Matt. 25. *Solum illæ virgines, quæ paratæ erant, intrauerunt cum … ad nuptias.* Sed heu charissimi hodie conuiuæ in nuptiis Ec… … videntur istas quatuor conditiones habere. *Ecce enim … repletæ sunt nuptiæ discumbentibus,* sed vbi est hodie, qui ha… … pœnitentiæ asperitatem, subiacentiæ humilitatem, appa… … mundicitudinem, obedientiæ promptitudinem? Quis est il… … hodie velit recumbere in nouissimo loco, qui velit pœni… … tere, qui vestem velit honestæ conuersationis habere, … ad obediendum, & ministrandum se promptum Domi… …? Proculdubio pauci, & ideo timendum est, quod … faciunt, de istis nuptiis finaliter eiicientur, & in te… nebras exteriores, vbi est fletus, & stridor dentium, reponentur. Et … uerificabitur in eis illud 1. Mach. 9 *Conuersæ sunt nuptiæ in lu… ctum.* … gnant ergo nuptiæ moralem communitatem. § Quintæ … signant æternam fœlicitatem. Istæ enim sunt nuptiæ pa… … vbi Deus est sponsus, & anima est sponsa, vel vbi Christus … sponsus, & B. Virgo sponsa. Iuxta illud 1. Cor. 7. *Sicut virgo … cogitat.* Et Apoc. 19. *Vxor agni parauit se,* scil. ad veniendum ad nuptias. § Et nota, quod istæ nuptiæ sunt

…iosæ propter sæculorum plenitudinem,
Gratiosæ propter personarum sanctitudinem,
Co… æ propter conuiuarum multitudinem,

Sunt (dico) istæ nuptiæ gloriosæ vnde 1. Mach. 10. dicitur, quod *Demetrius fecit nuptias Alexandri sicut rex in gloria magna.* Et Hester 2. dicitur, quod *Assuerus iussit præparari conuiuium magnificum pro co… iunctione & nuptiis Hester.* Item sunt gratiosæ, quia solæ virgines, id est, solæ puræ personæ & sanctæ ibi admittuntur, sicut de pruden… tibus virginibus oleum & lampades, id est, bonam intentionem & bonam operationem habentibus dicitur Matth. 25. *Quæ paratæ erant intrauerunt ad nuptias.* Itẽ istæ sunt copiosæ, quia ibi est multitudo hominum & Angelorum. Vnde Matt. 22. *Impletæ sunt nuptiæ discumbentium.* De talibus ergo nuptiis gaudendo dicunt beati illud Apoc. 19. *Gaudeamus & exultemus, & demus gloriam Deo, quia venerunt nuptiæ.* Et sequitur. *Beati, qui ad cœnam nuptiarum agni vocati sunt.* Et sic igitur patet quod in scriptura inueniuntur quinque genera nuptiarum. Sufficit. Vide infra de vxore.

## Nutrire. Nutrix.

A Nota, quod sicut sunt plura animalia, sic multa sunt genera nutrimentorum. Vnde secundum Arist. lib. 1. animalium quædã sunt animalia, quæ nutriuntur carnibus vt leo, & lupus: quædam graminibus, vt bos & ceruus: quædã propriis gustabilibus, vt apes, melle, muscæ, araneæ humore. Sic spiritualiter loquendo multa possunt inueniri in genere spiritualium nutrimentorum, quibus scilicet, affectus hominum nutriuntur tam in bono, quã in malo. In bono n. nutriuntur quidam carnibus Christi & martyrum, per passionum suarum considerationem, sicut sunt leones, id est, viri alti & contẽplatiui Iob 31. *Quis det de carnibus eius vt saturemur?* Et Ioan. 6. *Caro mea vere est cibus,* quidam graminibus scientiarum per studium & lectionem, sicut sunt boues, id est, laboriosi prædicatores & doctores, & boni actiui: quidam gustabilibus gratiarum per meditationem & deuotionem sicut sunt apes, id est, boni religiosi æternæ dulcedinis gustatiui. Omnes enim boni quocunq; nomine censeantur, habent sua spiritualia nutrimenta, quibus vitam gratiæ nutriunt, atque fouent, & quibus à Deo spiritualiter nutriuntur, & in statu gratiæ vegetantur. Vnde Esa. 49. *Erunt reges nutritii tui, & reginæ nutrices tuæ.* Arbor enim in terra, vel in aqua plantata, sursum surgit & recipit nutrimentum, ita quod plantula paulatim magna efficitur. & versus cœlum superius inaltatur. Sic homo à Deo vel ab Ecclesia in qua per fidem debet esse plantatus, spiritualia nutrimenta recipit, ita quod per cumulum perfectionis in altitudinem magnam crescit. Vnde sic de quolibet viro iusto possit dici illud Ezech. 31. *Aquæ nutrierunt illum, abyssus exaltauit eũ.* In quib. verbis aduerte, quod boni nutrimento triplici nutriuntur, videlicet spirituali, tẽporali, supernali.

Primum pertinet ad carnalem necessitatem [Aquæ]
Secundum pertinet ad carnalem necessitatem [Nutrierunt]
Tertium pertinet ad finalem fœlicitatem. [Abyssus exaltauit eum.]

B § Primo ergo dico, quod boni nutriũtur spiritualiter interius. Et hoc ostenditur, cũ dicitur [Aquæ] Per aquas enim intelliguntur omnia spiritualia nutrimẽta, sicut est nutrimentum scientiæ & lectionis, gratiæ & deuotionis, amoris & dilectionis, splẽdoris & contemplationis. Istæ sunt enim quædam aquæ spirituales, quibus anima vegetatur, quibus vita spiritualiter continuatur, & quib. animæ moralis quantitas augmentatur. Vnde Esa. 44. *Plantauit pinum, quam pluuia nutriuit, & facta est hominibus in focum.* Vbi aduerte, quod ad hoc, quod anima possit vel gratia vel sciẽtia spiritualiter nutriri, tria sunt necessaria, scilicet,

Vigor radicatiuus,
Humor vegetatiuus,
Calor augmentatiuus.

Sic vere ad hoc, quod homo possit spiritualiter nutriri, necessaria sunt,

Tenor firmitatis [Plantauit inquit.]
Humor pietatis [Pluuia inquit]
Calor charitatis [Focum inquit.]

Necessariæ sunt dico firmitas & permanentia, quia sicut arbor quæ quotidie mutaretur de loco ad locũ, nunquã bene nutriretur nec proficeret, & ideo necesse est, quod arbor sit plantata, & in terra firmiter radicata, sic vere homo spiritualiter nõ nutritur, nisi per virtutẽ permanẽtiæ in bono firmiter radicetur. Homo n. qui omni die vult mutari & transferri de beneficio ad beneficiũ, de studio ad studiũ, nunquã potest perfecte nutriri, nec scientia vel gratia vegetari, quia sicut dicit Senec. *Non conualescit plãta, quæ sæpe trãsfertur.* Debet igitur esse plãtatus [Plantauit inquit pinũ] vt sic sit tanquã lignũ, quod plantatũ est secus decursus aquarũ, quod fructũ suũ dabit tempore suo. Itẽ necessaria est pietas, & clemẽtia. [Quam pluuia inquit nutriuit] Pietas enim non solũ nutrit pauperes tẽporaliter, imo etiã nutrit suum propriũ possessorem spiri-

spiritualiter. Pietas enim est sicut stomachus animæ, qui totum corpus nutrit. Et est etiam sicut humor terræ, qui in omnibus viuentibus nutrimentum tribuit. Est etiam sicut sanguis in corpore, qui omnia deperdita membris continue restituit. Ista est ergo pietatis pluuia. Quod bene figuratum est Exod. 2. vbi dicitur de Moyse, qui erat in aqua, quod *filia regis Pharaonis accepit eum, & fecit eum nutriri*. Quia vere pietas filia regis puerum illum facit in motibus vegetari, quem aqua pietatis videtur humectari. Item necessaria est charitas, & amicitia, quod ostenditur, cum dicitur. [Focum] quia, sc. sicut nihil nutritur sine calore, & humore digerente, & ad partes varias deferente, sic spiritualiter homo non nutritur sine charitate & sine diuini amoris influxu superius bonitate Leu. 6. *Ignis in altari meo semper ardebit, quem nutriet sacerdos subiiciens ligna per singulos dies*. Istud ergo est nutrimentum quo boni nutriuntur spiritualiter interius. [Aquæ inquit.] Vnde de nutrimento gratiæ dicatur illud Sap. 16. *Omnium nutrici gratiæ tuæ deseruiebant*.

C ¶ Secundo dico, quod est nutrimentum, quo homines nutriuntur temporaliter exterius. Et istud est nutrimentum bonorum temporalium. Nutrierunt inquit. Quia, sc. illud verbum nutrierunt, quod est præteriti temporis, competenter designat temporalia, quæ faciliter prætereunt, & desistunt. Diuites. n. & maxime prælati tenentur istud nutrimentum pauperib. erogare & porrigere, & secundum virium facultates eis in temporalib. subuenire. Vnde 1. Mac. 3. dicitur, quod *rex reliquit Lysiam super negotia regni, & vt nutriret Antiochum filium suum*. Quia pro certo rex cœlestis ad hoc reliquit Lysiam, i. prælatos super negotia regni sui, sc. Ecclesiæ, vt ipsi nutriant & foueant filium suum, i. statum pauperum, & egenorū. Quamuis proculdubio multi hodie sint similes quibusdā porcis seu suibus, quæ quandoq; concipiunt etiam maximam multitudinē porcellorum, sc. quandoq; viginti, sed videntes, quod non sufficiunt ad nutriendum, deuorant omnes præter primū, quem tandem pinguissime nutriunt & impinguant. Sic multi sunt, qui omnes filios suos, i. subditos solent per rapinas, & extorsiones deuorare, nullum nutrire, nec promouere, vt sic primum filiorū, i. illos, qui apud eos sunt primi, sc. consanguineos, & affines possint pinguius beneficiare. Similes etiam aquilis, quæ proprijs filijs sunt crudeles. Vltra duos enim in nido suo non dimittūt, sed abnegato penitus nutrimento eiiciunt, & expellūt. Corui etiam proprijs pullis dicuntur nutrimentum negare, quousque depositā albedine ipsos sibi recognouerint similes. Quia pro certo tales nutrimenta bonorum temporalium illis denegant, quos non amant. Illos vero, quos diligunt solum nutriunt, & impinguant, & maxime quando vident eos sibi similes in natura, vt pote eiusdem patriæ vel parentelæ, alijs omnib. prætermissis. Dicunt n. quod iuxta dictum Apostoli ad Eph. 5. *Nemo carnem suam odio habuit, sed nutrit & fouet eam*. Et breuiter, bene verificatur in talib. dictum philosophi, qui dicit, quod aues curuorum vnguium sunt difficilis cubationis super pullos suos. Pisces etiam pullos, & fœtus suos non nouerunt, præter ranas, quæ, scil. caudis carent. Dicit enim, quod masculi sunt magis negligentes quam fœminæ ad pullos nutriendos. Fœmina enim quanquam sit corpore imbecillior, est tamen fouendo pullos feruentior, & diligentior. Sic proculdubio hodie illi sunt ad nutriendum pullos, i. subditos, & pauperes minus sufficientes, & minus diligentes, qui manus habent vncas, & curuas per rapacitatem, & tenacitatem, qui etiam more ranæ cauda, i. mortis memoria carent per mentis obstinatam fatuitatem, qui insuper masculi sunt, i. superiores, & diuites per temporalem prælationem, & prosperitatē. Quia proculdubio istud hodie planum est, quod illi, qui sunt inter cæteros masculi, i. potentiores, qui sunt curui vnguis, i. e. auari & tenaciores, qui sunt etiam sicut ranæ sine cauda, i. mortis memoria carentiores, tales dico nutrire per eleemosynas pauperes negligūt, nec eisdem in necessitatib. suffragantur. Vnde isti sunt illi pastores, quos dominus maledicit Ezech. 34. *Pascebant pastores semetipsos, & greges meos non pascebant*. Sic ergo patet, quomodo nutriuntur homines temporaliter exterius. (Nutrierūt inquit.) Vt de tali pauperum nutrimento dicatur illud 4. Reg 3. *Rex Moab nutriebat pecora multa*. Vt de pauperib. filijs regis Christi dicatur illud 4. Reg.

D 10. *Filij regis apud optimates ciuitatis nutriebantur*. ¶ Tertio dico, quod boni nutriuntur æternaliter superius, quod ostēditur, cū dicitur. (Abyssus exaltauit illum.) Quia f. beatæ animæ in illa æterna celsitudine, in qua sunt à Deo exaltatæ beatifice nutriūtur. Apes. n. nutriuntur melle. In Æthiopia sunt homines qui nutriūtur arborum odore. In historia etiam Alexādri legitur, quod ipse inuenit puellas infinitas in quodam nemore, quæ sola arborū vmbra viuebant, & nut[illegible], ita quod [illegible] tam a[illegible] illico moriebātur. [illegible]ale est proculdubio mirabile æt[illegible] nutrimētum. Ibi. n. mel, i. dulcedo fruitionis, odor, i. [illegible] lectionis, vmbra, i. securitas diuinæ protectionis animas [illegible] & impinguāt, ita quod ibi perpetuātur, & ducant, & in [illegible] na altitudine perseuerant. (Abyssus inquit exaltauit eu[m] [illegible] n. gloria dicitur Abyssus, ratione inexhaustibilis fœlicit[atis] [illegible] citur animas exaltare, ratione perpetuæ dignitatis. V[n]de [de] Abysso dicitur in Ps. *Adaquauit eos velut in Abysso multa*. Et de illa tā nutritione dicitur Sap. 16. *Angelorū esca nutriuisti populum tuum, & panē de cœlo præstitisti eis*. Et sic ergo patet, quomodo multiplex nutrimentū reperitur, sc. spirituale, temporale, sopernale. ¶ Sed ad

B huc notādum, quod in scripturis inueniuntur septem genera nutritorū, sc. Christus, Ecclesia, Prælatus, perfectus, prædicator, dæmon, caro, & mūdus, qui suos alumnos diuersimode [illegible] dissimiliter quoq; pascūt, quos nutrit interius Christus i[n]duēdo. Ecclesia nutrit exterius promouendo. Prælatus nutrit libe[ra]liter erogādo. Perfectus nutrit exemplariter informādo. Prædicator nutrit verbaliter prædicādo. Diabolus nutrit falsissime decipiendo. Caro nutrit dulcissime inficiendo. Mundus nutrit blandissime alliciendo. De Christo. n. spiritualiter nutriente dicitur Os. 11. *Ego quasi nutritius Ephraim, in brachio meo portabam eos*. Et tamen de multis dicitur Baruc. 4. *Obliti estis* (alia litera, exacerbastis) *eum, qui nutriuit nos, & contristastis Hierusalem nutricem vestram*. De Ecclesia promouēte dicitur Ruth. 4. quod *susceptum Noemi puerum, posuit in sinu suo, & nutricis fungebatur officio*. Et tamen multis potest hodie dicere Ecclesia. Filios enutriui, & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. De Prælato liberaliter erogante potest dici illud 1. Mach. quod *rex reliquit Lysiam super negotia regni, vt nutriret Antioch[um filium] suū*. De perfecto exemplariter informante dicitur Leu. 6. *Ignis in altari meo semper ardebit, quem nutriet sacerdos subijciēs ligna per singulos dies*. Ligna. n. sunt bona exempla maiorum, qui ignem charitatis nutriūt in cordib. simplicium, & minorum Esa. 30. *Nutrimenta eius, & ligna multa*. De prædicatore vtiliter edocēte dicitur Exo. 2. *Accipe puerū, & nutri eum mihi, & ego dabo tibi mercedem*. Quāuis pauci sunt hodie tales spirituales nutrices, quia sicut dicitur Gen. 35. *Mortua est Delbora nutrix Rebeccæ*. De diabolo vero fallaciter decipiente, qui, sc. souet, & nutrit fatuos peccatores in suis vitiis, & peccatis, dicitur 2. Par. 10. quod *Roboam cum iuuenibus tractaret, qui cum eo nutriti fuerūt ab adolescentia sua*. De carne vero dulciter inficiente dicitur, Prou. 29. *Qui delicate nutrit seruum suū*, i. corpus à pueritia sua, *ipsum in fine sentiet contumacem*. Ista. n. est nutrix Mephiboseth, *quæ dimittens eum cadere, fecit eum cadere, fecit eum esse claudum*, sicut dicitur 2. Reg 4. quia vere omnes illi, quos caro deliciose tractat, & nutrit, claudos in morib. esse facit Iac. 5. *In luxurijs vestris enutristis corda vestra*. De mundo vero amicabiliter alliciente, qui, sc. in prosperitate sua nutrit filios suos, dicitur Sap. 7. *In voluminibus nutritus sum, & curis multis*, de quo Thren. 4. *Qui vescebantur voluptuose, amplexati sunt stercora*, i. diuitias. Vt etiam mūdus de talib. dicat illud Baruch. 4. *Nutriui eos cum iucunditate, & dimisi eos cū luctu*, quia sicut dicitur de mundo 4. Reg. 3. *Rex Moab nutriebat pecora multa*. Et hæc de nutrimentis sufficiant. Vide supra de gratia, infra de vita, & in multis alijs locis, vbi de nutrimento infinita ponuntur exempla, quæ hic non volui allegare.

## O.

O Nota, Quod ista dictio, seu litera O ponitur A diuersimode in scriptura, ponitur enim pro signo vocatiui casus: semper enim O est signū allocutionis, seu loquitur aduocando & est (vt cōmuniter) signum admirationis. Et qualitercunque homo ponat O, semper est signū vel admiratiuū vel execratiuū. Notare ergo possumus, quod ista dictio O, est in scriptura signū

Stuporis & admirationis,
Dulcoris & consolationis,
Doloris & lamentationis,
Rigoris & castigationis,
Horroris & execrationis,
Squaloris, & deceptionis,
Timoris & conturbationis,
Amoris atque dilectionis,
Ardoris & desiderationis,
Honoris & commendationis,
Saporis & delectationis,
Clamoris & aduocationis,
Feruoris & deprecationis.

¶ Est

[illegible] O signum seu [illegible] admirationis & stu[illegible] ad[illegible] & stupide loquebatur ille, qui dicebat [illegible] *altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius.* ¶ Item est signi[illegible] consolationis & dulcoris. Et sic sumitur 2. Par. 20. O [illegible] *nolite timere, nec paueatis, cras egrediemini, & domi[illegible].* ¶ Item est significatiuum lamentationis & do[illegible] sumitur Thre. 1. *O vos omnes, qui transitis per viam, atten[illegible] est dolor meus.* ¶ Item est significatiuum castigatio[illegible] arguitionis & rigoris. Et sic sumitur Iob 9. *O homo tu [illegible] respondeas Deo?* Et Rom. 2. *Inexcusabilis o ô homo omnis qui [illegible] alterum iudicas, teipsum condemnas.* ¶ Item est significa[illegible] [illegible] erationis & horroris. Et sic sumitur Matth. 17. & Marc. [illegible] dixit tenentibus eum: *O generatio incredula & per[illegible] quæ [illegible] apud vos?* Et Zach. 11. *O pastor, & idolum derelin[illegible].* ¶ Item est significatiuum deceptionis & squaloris. [illegible] Act. 1[illegible] *O plene omni dolo & omni fallacia, vsquequo non [illegible] vias domini rectas.* Item est significatiuum contur[illegible] & [illegible]. Et sic sumitur Hierem. 10. *Quis non timebit te ô* [illegible] ¶ Item est significatiuum dilectionis, atque amoris. [illegible] Paral. 12. vbi fortes Dauid dixerunt ei. *Tui sumus* [illegible] ¶ Item est significatiuum desiderationis & ardoris. E[illegible] sumitur 1. Paral. 40. vbi Dauid desiderans a[illegible] dicebar. [illegible] *quis mihi daret aquam de cisterna Bethleem.* ¶ I[illegible] [illegible] um collaudationis & honoris. Et sic dicitur [illegible] *O pul[illegible] inter mulieres.* Et Sap. 4. *O quam pulchra est ca[illegible] generatio cum caritate.* Et Matth. 15. *O mulier magna est fides tua.* [illegible] est [illegible] uum delectationis & saporis. Et sic sumitur Sap. [illegible] *O [illegible] bonus & suauis est domine spiritus tuus in nobis.* ¶ Item est [illegible] aduocationis, & clamoris, quia tenera per [illegible] O, nos vocamus Deum, proximum, im[illegible] & iniustum, Mortem & Peccatum. Deum dico, videli[illegible]

Ipsum { Exorando, Formidando, Admirando.
Ipsi Famulando.

[illegible] (dico) deprecando Psalm. *O Domine saluum me fac, [illegible] bene prosperare, benedictus qui venit in nomine domini.* Et ite[illegible] *Domine libera animam meam à labijs iniquis & à lingua dolosa.* ¶ Ipsum etiam formidando Hierem. 10. *Quis non timebit te, ô [illegible] gentium.* ¶ Ipsum insuper admirando. Vnde illud Rom. [illegible] *altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei.* ¶ Ipsi nihilomi[illegible] seruiendo & famulando Psalm. *O Domine, quia ego seruus [illegible] & filius ancillæ tuæ.* Per ô igitur nos vocamus Deum. ¶ I[illegible] nos vocamus proximum, & hoc pro certo ipsi de[illegible] monstrando Dei maiestatem, vt obediat, ipsi declarando culpæ [illegible] ut refugiat, ipsi prædicando legis veritatem vt perfi[illegible]. De Dei maiestate veneranda dicitur Baruch. 3. *O Israel quam [illegible] domus Dei.* De culpæ vilitate fugienda dicitur Zach. 2. [illegible] *de terra Aquilonis.* Et 1. ad Timoth. 6. *O homo Dei hæc* [illegible] legis vero veritatis tenenda & obseruanda dicitur 1. [illegible] *filij emulatores estote legis.* Per ô igitur nos vocamus pro[illegible] [illegible].

[illegible] per O nos vocamus impium, seu iniustum, & hoc cer[illegible] erudiendo, & ipsum redarguendo. Erudiendo dico. [illegible] *tibi O homo quid sit bonum, & quid dominus requirat* [illegible] & Zach. 2. *O Sion fuge, quæ habitas apud fi[illegible]* [illegible] redarguendo, scilic. de incredulitate Matth. [illegible] *credula & peruersa.* Et Zach. 11. *O pastor & idolum.* Et [illegible] *qui despicitis nomen meum.*

¶ De morte vero dicitur peccatori se redarguitur. Forte es im[illegible] mortalis, vel non moris morris, & à peccato non desistis? Putas er[illegible] go, quod tunc possis dicere illud Oseæ 13. *Ero mors tua O mors?* [illegible] non.

¶ De peccato vero dicitur Eccle. 37. *O præsumptio nequissima,* [illegible] es.

**Obdormire.** Vide in titulo Dormire.

**Obducere.** Lege in titulo claudere.

**Obdurare.** Vide in titulo Durus & Indurare.

**Obedientia.** Nota, quod obedientia est virtus, qua quis alicui amore cœlestis patriæ sponte subijcitur. Accipitur autem obedientia pro quocunque consensu seu quacunque executione mandati, siue bona fuerint siue mala. Notare ergo possumus, quod in scriptura inuenitur multiplex obedientia, videlicet

Dalem Boxberg.

Obedientia { Voluntaria, Necessaria, Deceptoria, Damnatoria.

Est (dico) obedientia voluntaria, & ista est, qua quis Deo vel prælato voluntarie obedit. De qua infra latius est dicendum. Et de ista dicitur 1. Reg. 15. *Melior est obedientia, quam victimæ.* Item est obedientia necessaria. Et ista est illa, qua de necessitate consuetudinis vel naturæ aliquis alicui obedire tenetur, sicut serui dominis, vxores maritis, filij patribus, vasalli principibus. Vnde de seruis dicitur Colos. 3. *Serui obedite per omnia dominis vestris.* De vxoribus dicitur Eph. 6. *Mulieres subditæ sint viris suis.* De filijs ibidem. *Filij obedite parentibus vestris.* De vasallis vero dicitur Rom. 13. *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit.* Item est obedientia deceptoria. Et ista est illa, qua mens inclinatur ad obediendum peccato seu carni, mundo, vel diabolo. Et ista est illa, de qua dicitur Rom. 6. *Non regnet peccatum in mortali corpore vestro, vt obediatis concupiscentijs eius.* Item est obedientia damnatoria vel afflictoria. Et ista est illa, qua impij & protetui, qui nunc obedire nolunt Deo, tunc obedire compellentur in inferno diabolo, & cui in hoc mundo se voluntarie subiecerunt, in inferno inuoluntarie ipsius imperio violenter & necessario subiacebunt. Rom. 6. *Cui exhibetis vos seruos ad obediendum, serui estis eius, cui obedistis.*

¶ His igitur præmissis dicamus aliquid de obedientia meritoria & virtuosa, & tandem de obedientia deceptoria, & vitiosa. Dico ergo, quod sicut omnia quæ sunt creata sunt in quadam obedientia naturali, sicut patet, quia planetæ naturaliter obediunt motui firmamenti, mare naturaliter obedit influentiæ lunari, omnia generabilia & corruptibilia obediunt motui, & influentiæ solari, quia breuiter in omni genere rerum Deus constituit aliquas res superiores, & excellentiores, quibus obedire voluit res inferiores, sic proculdubio inter homines natura naturans Deus aliquoties superiores, vt prælatos, præsides, principes, & perfectos voluit ordinare, (quia teste Apostolo. *Non est potestas nisi à Deo,* Rom. 13.) quibus proculdubio voluit, quod omnes obediamus, & quod per ipsorum motus, ordinationes, & influentias, nos regamur. Et ideo cuilibet superiori dicitur illud quod dixit Pharao Ioseph Gen. 41. *Ad tui oris imperium cunctus populus obediet.* Et sic de virtute obedientiæ exponamus illud Luc. 17. *Dicetis arbori moro, eradicare, & transplantare, & obediet vobis.* In quibus verbis ostenditur, quid ad veram obedientiam requiritur

B

Obedientis dispositio, quia homo debet esse arbor morus,
Impedientis depositio, quia homo debet esse eradicatus,
Proficientis acquisitio, quia homo debet esse transplantatus,
Perficientis executio, quia homo debet esse obediens, & occupatus.

¶ Primo igitur dico, quod si volumus esse viri obedientes, nos debemus habere causam dispositiuam, & hoc ostenditur cum dicitur (Arbori moro.) Arbor enim habet internus medullam, & humorem, quæ est materia fructuum, florum, & foliorum. Et sic talis humor sit bene digestibilis, & calori naturali obediens, tunc fructificat & facit fructus dulces, si vero humor sit crudus & compactus, & calori non obediens, sed resistens, tunc efficit naturaliter fructus acres. Sic vere in homine est humor affectionis interioris, qui pro certo, loquendo spiritualiter, est materia omnium, quæ exterius aguntur in fructibus operis, & in folijs verborum, & in floribus exemplorum, siue bona fuerint siue mala; sed proculdubio diuersitatem causat dispositio mentis, quia si humor interioris persectionis sit per humilitatem bene dispositus & formatus, & calori cœlesti, id est, superiori suo Deo, vel prælato prompte obediens, tunc exterius boni & dulces fructus bonorum operum producuntur. Si vero humor interioris affectionis sit male dispositus vtpote quia in præsumptione & superbia compactus, & obstinatus, tunc Deo vel prælato inobediens est, & sic productio bonorum operum vel fructuum impeditur. Arbori enim inquit. Et sic teste domino Matth. 7. *Arbor bona bonos fructus facit.* Et Luc. 6. *Non est arbor bona, quæ facit fructus malos.* Debet

C

homo igitur habere [illegible] causam dispositiuam. Et ista causa pro certo est humilitas quæ mater est obedientiæ. Quia sicut res gracilis & tenuis magis est obediens, quam sit grossa, sicut patet de parua virga, quæ pro libito potest torqueri & plicari, quod tamen non posset fieri de arbore magis dura, sic vere mens quæ est per humilitatem gracilior, est ad plicaturam obedientiæ magis habilior. Nam illi, qui per superbiam ingrossantur, per obedientiam faciliter non plicantur. Debemus ergo esse bene dispositi, vt possimus dicere illud Exod. 23. *Omnia, quæ locutus est dominus, faciemus, & erimus obedientes.* Fructus enim si sit maturus, cedit digito, si vero sit crudus & immaturus, non. Aloe etiam, quæ est arbor valde medicinalis & aromatica, quamuis de natura sit arbor solida & dura, masticanti tamen non solet resistere, sed magis dentibus obedire. Sic vere si per humilitatem bene dispositi, & in moribus honesti, & in mente maturi, & in fama fragrantes, & aromatici fuerimus, nunquam impulsiui monitionis nec masticationi correctionis aliqualiter resistemus, sed potius sine rebellione obediemus, & voluntatem Dei & prælati humiliter faciemus. Et ideo dicit Bernh. super Cantica. *Optimum moribus dico, si in nullo prorsus resistat posterior prioribus aut par inuideat paribus, aut superior noceat minoribus,* sed

Sic vnusquisque {
Prælatis obediens,
Socijs congruens,
Subditis condescendens,
Deo deuotus,
Magistro subditus,
Senibus obtemperans,
Angelis placens,
Verbo vtilis,
Corde humilis,
Omnibus mansuetus.

Patet ergo, quod nos debemus interius habere causam dispositiuam. (Arbori inquit.) ¶ Secundo dico, quod si nos volumus esse boni obedientes, nos debemus exterius cauere causam impeditiuam, quod ostenditur cum dicitur, Eradicare. Res enim quamuis de se sit naturæ mobilis, & mutabilis, tamen si rei immobili firmiter adhæreat, non poterit moueri, & ideo arbor ad voluntatem artificis non ducitur, nisi de terra cui adhæreat, penitus euellatur. Sic vere quamuis homo de sua naturali dispositione sit habilis ad hoc, quod possit per obedientiam gubernari, accidit tamen quandoque, quod rebus immobilibus, scil. istis temporalibus aliqui per affectionem adhærent, & tunc ex toto ad votum spiritualis artificis non se mouent, necesse est ergo, vt ab amore mundi eradicentur, & euellantur, antequam per virtutem obedientiæ moueantur. (Eradicare inquit.) Prou. 15. *Cogitationes impiorum eradicabuntur.* Sicut enim aurum & alia metalla, quando sunt mixta, scilicet cum terra, nunquam sunt ductilia, nec ad voluntatem artificis tractabilia, imo oportet, quod primo ab huiusmodi corpulenta materia separentur, sicut etiam pellis licet sit mobilis, & plicabilis, si tamen cum ligno rigido sit consuta, implicabilis efficitur quousque ab eo dissuatur, sic pro certo ad hoc, quod homo possit ductilis, obediens & plicabilis fieri, ipse debet ab omni terrestri corpulentia ab omnique temporali affluentia quantum ad affectum, & desiderium segregari. Exemplo Petri & Andreæ, qui omnibus impedimentis dimissis, domino vocanti obedierunt. Vnde Matt. 4. dicitur, quod *Iesus videns duos fratres mittentes retia in mare, vocauit eos: at illi relictis retibus secuti sunt eum.* Sciebant enim quod *melior est obedientia quam victimæ,* sicut dicitur 1. Reg. 15. super quo dicit Gregor. 35. Moralium, quod *obedientia victimis præponitur, quia in illis aliena caro, in ista voluntas propria mactatur.* Debemus ergo sapienter cauere causam impedientem. ¶ Tertio dico, quod nos debemus diligenter tenere modum proficientem. Modus autem iste est, quod propriam voluntatem dimittamus quodque ad voluntatem prælati quicquid nobis mandatum fuerit faciamus. Et hoc ostenditur, cum dicitur, [Transplantare.] Transplantatio enim nihil aliud est, quam de aliquo loco, vbi arbor plantata est, ad alium locum mutatio. Quia, scilicet, tunc homo verus obediens efficitur, quando à plantatione propriæ voluntatis euellitur, & ad voluntatem superioris alibi, & aliter transportatur. Sicut enim caulis, & porri, & communiter omnia genera arborum per transplantationem proficiunt, quia communiter arbor in loco proprio non bene crescit, si ipsam à sua prima radicatione agricola non transponit, sic vere spiritualiter homo [illegible] proficere in bonitate, si transplantatus [illegible] nelli[illegible] à sua propria voluntate. Ille enim in moribus [illegible] ficit, qui voluntatem propriam non disponit, vnde de tali [illegible] tur Hier. 17. *Et erit tanquam lignum quod plantatur super aquas, quod ad humorem mittit radices suas, & non timebit cum venerit æstus. Et erit folium eius viride, nec aliquando desinet facere fructum.* Quia procul dubio charissimi, si homo transplantetur, & moueatur ad voluntatem sui superioris, si sit super aquas lacrymarum & deuotionis interioris, tunc ad humorem gratiæ mittet radices boni propositi profundioris, & habebit folium viride bonæ & honestæ conuersationis interioris, & faciet fructum vitæ [illegible] operationis & vberioris. Et ideo de tali transplantatiua obedientia potest dici illud Heb. 11. *Fide, qui vocatur Abraham, obediuit in locum exire.* Debemus igitur diligenter tenere modum proficientem.

¶ Quarto dico, quod debemus permanenter implere actum perficientem, quod ostenditur, cum dicitur. [Obediet vobis] Obedientia enim est quidam actus valde proficiens apud Deum. Et idem istum actum commendant

Exempla naturarum,
Ænigmata figurarum,
Opera creaturarum,
Mandata scripturarum.

Dico igitur, quod obedientia exemplatur in rerum omnis. Omnes enim res naturales suis superioribus causis obediunt. Vnde etiam apes regem habere dicuntur, cui suo modo facere obedientiam dignoscuntur. Elephas etiam de fouea liberatus efficitur domesticus, & ex tunc suo liberatori efficitur obediens & subiectus. Vitulus etiam marinus secundù Pliniò est animal valde disciplinabile, ita quod magistro suo solet libenter, & faciliter obedire. In quibus omnibus virtus obedientiæ commendatur. Quia si ista ratione carentia obedientiam amplectuntur, multo magis homo ratione vtens & propter obedientiam, cælestem gloriam expectans, debet obediens esse Deo, & prælato obedientiam exhibere. Ista ergo exemplatur in rerum naturis. Sed adhoc dico, quod obedientia commendatur in patrum figuris. Figuratur. n. obedientia in Adam, qui *statim cum creatus est, fuit præcepto obedientiæ astrictus & ligatus, & non obediendo de paradiso depositus & fugatus* sicut dicitur Gen. 3. Noe etiam *obediendo & arcam faciendo & intrando à diluuio fuit saluatus* Gen. 7. Abraham *insuper Deo obediendo & filium occidere volendo & sacrificare, fuit pater multarum gentium nominatus* Gen. 22. Loth *insuper Angelis obediendo & ciuitatem dimittendo fuit ab incendio Sodomæ liberatus, vxor vero sua dum non obediuit, in statuam salis mutata fuit.* Duo etiam generi Loth sibi non obedierunt, ideo cum alijs in damnationis lacum corruerunt, sicut dicitur Gen. 19. Quid autem dicam de Saul, qui *propter inobedientiam fuit lapidatus* e Iosuæ 7. De propheta bono & sancto, qui *cum indiscrete inobediens fuit Deo, fuit à leone trucidatus* 3. Reg. 13. Deus enim in tantum obedientiam diligit: quod contrarium facientes dure & atrociter sæpe punit. Vnde etiam 3. Reg. 20. legitur, quod *illum,* [illegible] *filium prophetarum in verbo domini percutere voluit, leo* [illegible] *uit.* Ista ergo commendatur in sanctis figuris. Etiam dico, quod ista approbatur in mutis creaturis. Ipsæ enim mutæ creaturæ viris obedientibus obediunt. Vnde etiam in dialogo Greg. legitur, quod cum puer placidus in flumine mergeretur, B. Maurus ad præceptum B. Benedicti ad ipsum liberandum super aquam cucurrit, aqua vero se sibi palpabilem efficit, ita quod dictum puerum à submergio liberauit. In vitis etiam patrum legitur, quod cum de mandato senioris puer ad hauriendum aquam oblito fune ad puteum cucurrit, ad verbum ipsius obedientis aqua de profundo vsque ad os putei se inaltauit, ita quod aquam in suo vase seniori portauit. De quodam etiam [illegible] religioso in vitis patrum memini me legisse, quod quidam senior volens probare obedientiam ipsius, præcepit sibi quod ad leonem syluestrem, quem vidit transire, iret, quodque ipsum sibi adduceret, qui mandatum statim compleuit, leonemque obedientem nec repugnantem ad seniorem adduxit. Ecce ergo quomodo obedientia approbatur à mutis creaturis. Vltimo dico quod ista virtus imperatur, seu prædicatur in multis scripturis. Ista enim prædicatur 1. Macb. 8. vbi de senatu Romano dicitur, quod *omnes obediunt vni, & zelus & inuidia non est inter eos.* Ista præcipitur Ephes. 6. vbi dicitur, *Filij obedite parentibus vestris.* Ista etiam imperatur Colos. 3. vbi dicitur, *Serui obedite dominis*

[illegible] entia est à scriptura [illegible] commendata, inte- [illegible] bene [illegible] quia ipsa est actus valde [illegible] quantum auctoritatis. Bene er- [illegible] quod [illegible] debet implere actum perficientem, [illegible] autem causam impedientem. Ha- [illegible] formam [illegible] causam expedientem. Ista ergo dicta sunt de [illegible] tia bona.

¶ D[illegible] dite vero [illegible] lentibus dic, quod isti sunt similes vi- [illegible] modo potest obedire malleo, citius enim fran- [illegible], imo si quis ipsum in aliquam formam [illegible] necesse est, quod per ignis fortitudinem li- [illegible] multi sunt ita obstinati, rebelles & inobedien- [illegible] omni humore gratiæ, & deuotionis ita caren- [illegible] malleo diuinæ monitionis vel prælati correctionis [illegible] voluntarie obediunt, imo certe citius per impatien- [illegible], quam se obediendo plicare noscantur, qui et- [illegible] figurantur in bono nisi per fortis ignis & tribo- [illegible] tiam dissoluantur, & reprimantur à malo. Con- [illegible] inobedientes dicitur Num. 14. *Tentauerunt me,* [illegible] *mea.* Figura de filio proteruo, de quo præcipi- [illegible] quod *si parentibus obedire noluerit, sed superbierit, lapidi-* [illegible] *rum.* Vnde ergo reprehenduntur tales Gal. 3. *O in-* [illegible] *latæ quis vos fascinauit veritati non obedire.* Isti etiam viden- [illegible] collum dicitur inflexibile, vide supra de [illegible] & tales nec Deo nec prælato possunt nisi coacti fle- [illegible] Hier. 37. *Populus iste non obediuit mihi.* Vnde 2. ad [illegible] *nouissimis diebus parentibus non obedientes &c.* Non [illegible] obedientes, vt de nobis dicatur illud Rom. 16. *Ve-* [illegible] *in omni loco diuulgata est* & Eccl. 4. *Eris tu velut fi-* [illegible] *&c.* Dic de obstinatione sicut in tabula in- [illegible] duratis locis signatum. De mala vero obedientia, [illegible] est, quam inclinatio vel consensus ad malum, [illegible], quod quidam obediunt cupiditati, quidam car- [illegible] verbositati. Auari enim obediunt cupiditati- [illegible] sicut dicitur Eccl. 10. *Pecuniæ obediunt omnia, &c.* Luxo- [illegible] diunt carnalitatibus, contra quos dicitur Rom. 6. *Non* [illegible] *peccatum in mortali corpore vestro, vt obediatis concupiscentijs eius.* [illegible] obediunt verbositatibus, sicut sunt illi, qui libenter [illegible] verbis adulatorum & detractorum, de quibus dicitur [illegible] *Malus obedit linguæ iniquæ.* Tales ergo mali obedientes [illegible] dicere diabolo illud, quod iunior Machabæus dixit de [illegible] tiocho 2. Mac. 7. *Non obedio præcepto regis, sed præcepto legis &c.* Vi- [illegible] mala obedientia vbicunque agitur de malo consensu, [illegible] tatione. Generaliter ergo de obedientia vide infra in [illegible] curia, de motu & alijs titulis infinitis.

**Obijcere.** Idem est, quod opponere, imponere contra- dicere, vel obstare. Vide contra, & contradi- [illegible] deficiunt auctoritates.

**Obire. Obitus.** Vide in tit. mors seu etiam mors.

**Oberrare.** Lege in titulis errare, delectare, &c.

**Obligare.** Nota, quod obligari idem est, quod ad ali- quid agendum, vel sustinendum aliqua neces- [illegible] vel ad illud affici necessario vel astringi. Nota ergo, [illegible] criptura reperitur obligatio

Naturalis & necessaria,
Virtualis & meritoria,
Criminalis & damnatoria.

[illegible] gulis, quæ est singulorum. Et ista est illa, qua omnes [illegible] gantur ad miseriam, & ad mortem, & etiam ad co- [illegible] cupiscentiam, & reatum, vt sic obligatis posset di- [illegible] *ligati sunt, & ceciderunt,* supple in mortem. [illegible] est vtilis, & est perfectorum seu iustorum. Et ista [illegible] voto vel alias voluntate se obligant ad opera [illegible] ad illa, ad quæ quos alias non tenerentur, de [illegible] dicitur, quod *Israel voto se domino obligauit &c.* I- [illegible] qua omnis homo eo ipso quod fidem recepit & [illegible] obligat se ad diuinorum obseruantiam mandatorum. [illegible] debilis, & est peccatorum. Et ista est illa, qua [illegible] obligat ad damnationem æternam, de qua in [illegible] *in obligationes, adducet damnum eius operan-* [illegible] cet, id est infernum. Et Act. 8. *In felle amaritu-* [illegible] *gatione iniquitatis video te, &c.* Lata poterat esse mate- [illegible] *Bar. hist.*

[illegible] d auctoritate in [illegible], idem [illegible] de [illegible] debere, tenere, alij [illegible]

**Obliquitas. Obliquus.** Nota, quod obliquum dicitur illud, quod tor- tuosum est & non rectum. Dicam ergo quod in scriptura repe- ritur obliquitas bona & pessima, vnde nota quod est A

Obliquitas { Discretionis & prudentiæ,
Deceptionis & fallaciæ,
Damnationis & tristitiæ.

Obliquitas discretionis ac prudentiæ est illa, qua quis in ne- gotijs suis procedit sagaciter, deliberate & caute, non proter- ue, ferociter & abrupte. Ire enim recto itinere, non semper est tutum, viæ enim obliquæ sunt aliquoties tutiores. Cum enim altus mons ascenditur, non directo gressu proceditur, sed per obliquum nunc huc, nunc illuc ascenditur ob grauetur. Etiam lepus descendendo montem arduum, non directe descendit, ne forte corruat in descensu, cum anteriores tibias habeat val- de breues, sed oblique & tortuose incedit, quod etiam ille, qui nauigat fortem fluuium, ex transuerso solet facere, quia, scil. oblique & non recte solet fluminis impetum superare, sic vtique ille, qui forte & imperiosum, altum & arduum negotium ha- bet facere, vel aliquod periculum pertransire, non directe nec ex abrupto debet procedere, sed oblique & per laterales vias caute & deliberate transitum quærere, vel tentare, alias enim posset esse, quod impetus fortunæ ipsum obrueret, & nauem status sui frangeret & cassaret. Figura ad hoc 3. Reg. 6. vbi dici- tur, quod *de mandato Domini Salomon fecit in templo fenestras obli- quas.* Quia, scilicet, in templo Dei quod factum est, & quod estis vos, debet esse obliqua fenestra discretionis & prudentis cir- cumspectionis, iuxta illud Ezech. 40. vbi dicitur quod *ipse vidit in templo lumina & fenestras obliquas.* Ista est ergo obliquitas pru- dentiæ. B

¶ De obliquitate vero fallaciæ vel malitiæ, qua, scilicet, mali & fraudulenti in factis suis obliqua & tortuosa intentione pro- cedunt: de obliquitate etiam finalis tristitiæ, qua, scilicet, dam- nati relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebrosas, & per iter devium, quod ducit ad mortem, multa possent dici, sed nullæ sunt auctoritates vocales, vide ergo in tabula & infra de rectitudine. C

**Obliuio.** Nota, quod obliuisci accipitur pro nescire vel pro non curare: Et potest referri ad Deum, & ad hominem: & potest significare in bono, & in malo. Note- mus ergo, quod in scriptura inuenitur A

Obliuio { Virtuosa,
Luctuosa,
Vitiosa,
Dolorosa, vel Tædiosa,
Gaudiosa.

Primo igitur dico, quod est obliuio virtuosa, quæ pertinet ad bonitatem. Ista est enim illa, qua homo obliuiscitur propter Deum, delitias temporales, eminentias seculares, iniurias fra- ternales. Sic pro certo debent facere boni religiosi qui pro cer- to statim quando veniunt ad religionem, ipsi debent obliuisci mundum & mundana, & de solo Deo & spiritualibus recorda- ri similes asino, qui est animal obliuiosum, patiens oneris & la- boris. Et dicitur asinus à sedendo, eo quod desuper sedeatur, vel ab a, quod est sine, & sinos, quod est sensus, eo quod est ani- mal sine sensu, vt dicit Isidorus. Sic vere bonus religiosus & e- tiam quilibet vir perfectus debet dici asinus, ratione

Patientiæ,
Obedientiæ,
Spiritualis insipientiæ.

Dico patientiæ, quia scilicet, iste debet esse patiens in omni tri- bulatione, onere vel labore Gen. 49. *Isachar asinus fortis.* Obedi- entiæ dico, quia, sc. iste debet sessoribus, id est, prælatis & supe- rioribus esse obediens & subiectus Matth. 21. *Sedens super asinam filium subiugalis.* Insipientiæ, insuper, quia, scil. talis debet esse sine sensu mundanæ sapientiæ, iuxta illud 1. Cor. 3. *Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat, vt sit sapiens.* Nam talis debet es- se animal obliuiosum, quia, scil. vt dictum est ipse debet obliui- sci, & dimittere quicquid ipsum impedit à salute, vnde de hoc di- citur in Ps. *Obliuiscere populum tuum, & domum patris tui, & concupi- scet Rex decorem tuum.* Et Gen. 50. *Obsecro vt obliuiscaris sceleris fratrum tuorum.* Ista est ergo obliuio virtuosa.

¶ Secundo dico, quod est obliuio luctuosa & ista est illa, qua B

Deus obliuiscitur nec curare dicitur de peccatoribus, obliuisci enim idem est quod non curare, quia id faciliter obliuioni traditur, de cuius memoria non curatur. Et ideo quia peccatores obliuiscuntur Deum, qui saluauit eos, qui etiam pro eis redimendis fecit magnalia in Ægypto, mirabilia in terra Chan, terribilia in mari rubro, hinc est, quod ipse Deus ipsius obliuiscitur, & de eorum salute non curare, nec cogitare videtur. Pellicanus etiam propter filios resuscitandos sanguine perdito debilitatus optime videt, quæ pullorum tunc temporis eius nutritione laborant, & quia ibi sunt aliqui qui matri legitimæ læsæ compatientes ipsam in obliuionem non ponunt, sed pro ea nutrienda laborant, hinc est, quod mater tandem sanata ipsos non obliuiscitur, sed de ipsorum diligentia recordata, secum sicut veros filios in nido suo retinet & recipit. Quia vero ibi sunt aliqui alij pulli qui de matre læsa nutrienda non curantes, ipsam obliuisci videntur, hinc est, quod mater sanata illorum obliuiscitur, & de ipsis amplius non curans, ipsos à se & à nido suo reijcit, & expellit, sicut dicit Magister Iacobus in libro de mirabilibus orientalium regionum. Sic vere charissimi, facit Deus. Ipse enim pro nobis viuificandis in cruce fuit vulneratus, & sanguine diminutus. Sed vere multi sunt, qui illud beneficium obliuiscuntur, nec per bona opera sibi, nec membris suis pauperibus regratiari videntur, iuxta illud Psalm. *Cito fecerunt, obliti sunt operum eius &c.* Et propter hoc iste tales ponit in obliuionem, bonos vero & gratabundos ponit, & ponet in perpetuam recordationem. Et ideo ciuitati, & congregationi talium ingratorum loquitur Deus Oseæ 4. *Quia oblita es legem Dei tui, obliuiscar filiorum tuorum, & ego.* Sicut enim aquila degeneres filios solet de nido suo tanquam extraneos eijcere, & ipsos obliuisci, & de ipsis amplius non curare, sic Deus degeneres peccatores de nido sui interioris amoris eijcit, & de ipsis corrigendis, & emendandis non curans, ipsorum obliuiscitur, nec de ipsis magis curat, cogitat, aut aduertit sicut patet de multis, quos Deus sine correctione in mundi prosperitatibus peccare dimittit ad libitum, ita quod de ipsis non videtur Dominus recordari.

C ¶ Et ideo notare possumus, quod Deus obliuioni tradidit, & tradet tria genera peccatorum, videlicet

Luxuriosos,
Præsumptuosos,
Iniuriosos, & vaniglorios.

De luxuriosis dicitur Esa. 23. *Sume citharam, circui ciuitatem meretrix obliuioni tradita.* De præsumptuosis dicitur Ezech. 33. *Si iustus confisus in iustitia sua iniquitatem fecerit, omnes iustitiæ eius obliuioni tradentur.* De iniuriosis vero crudelibus, superbis, & vanigloriosis, qui, sc. ad nihil aliud vacant nisi ad nocumentum aliorum, dicitur Ezech. 21 de Nabuchodonosor crudelissimo principe. *Igni eris cibus, sanguis tuus erit in medio terræ, & obliuioni traderis, quia ego dominus locutus sum.* Ista est ergo obliuio luctuosa. Istam timebat ille, qui dicebat in Psal. *Vsquequo domine obliuisceris me in finem? vsquequo auertis faciem tuam à me?* Veruntamen de hoc sumus assecurati, quod nunquam Deus obliuiscitur bonorum.

D ¶ Vnde nota, quod Deus recordatur & non obliuiscitur, scilicet,

Patientium & tribulatorum,
Compatientium & benignorum,
Indigentium & miserorum.

Dico, quod Deus nunquam obliuiscitur patientium, & tribulatorum. Vnde ciuitati Hierusalem tribulatæ consolando illam loquitur dominus Esa. 49. dicens sic? *Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? & si illa oblita fuerit, ego tamen tui non obliuiscar.* Quamuis enim superficialiter videatur dominus obliuisci illorum, quos in tribulatione dimittit, ipsorum tamen finaliter recordatur, & ipsos in suis tribulationibus consolatur Psalm. 9. *Quoniam non in finem obliuio erit pauperis: patientia pauperum non peribit in finem.* Item non obliuiscitur compatientium, & benignorum. Summe enim placet Deo virtus misericordiæ & clementiæ Eccles. 3. *Eleemosyna patris non erit in obliuione.* Item non obliuiscitur indigentium, & miserorum, quia in Psalm. dicitur. *Non est oblitus clamorem pauperum.* Et alibi. *Animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem.* Ista est ergo obliuio luctuosa seu periculosa, qua Deus obliuiscitur peccatorum.

E ¶ Tertio dico, quod est quædam obliuio vitiosa, & ista est illa, qua homo obliuiscitur illa quæ tenetur recordari. Nam sicut obliuio naturalis generatur ex tribus, videlicet

Ex { Humoris interioris [illegible],
Accidentis exterioris receptione,
Absentis vlterioris remotione.

Ista enim tria generant obliuionem, scilicet,

Humor qui interius generatur,
Causa quæ exterius operatur,
Res quæ remotius elongatur.

Sic vere spiritualiter loquendo, tria sunt, quæ in nobis [illegible] obliuionem eorum, quæ pertinent ad salutem, videlicet, [illegible]ctio interioris carnalitatis, receptio exterioris prosperitatis, elongatio profundioris iniquitatis. ¶ Dico ergo, quod illam obliuionem generat interior carnalitas. Sicut enim dicunt Med[ici] posterior cellula cerebri quandoque humore corrupto taliter [in]ficitur, quod memoria totaliter impeditur, & omnium, quæ prius sciebantur, obliuio generatur. vnde etiam de quodam monacho, qui corde tenus sciebat totum officium suum, recolo me audiuisse, quod quadam graui infirmitate detentus, taliter perdidit memoriam, quod etiam literas & officium ex toto penitus est oblitus, per talem modum ita quod postquam fuit sanatus, oportuit, quod de nouo literas disceret sicut puer. Reuera charissimi, spiritualiter loquendo, talis infirmitas est luxuria. Nam quando humor carnalitatis animam in qua debet vigere memoria salutis suæ, per luxuriam inficit, tunc memoriam propriæ salutis tollit, & obliuionem damnabilem introducit. Et de hoc potest dici illud Sap. 19. *Ignis supra suam virtutem in aqua valebat, & aqua extinguentis naturæ obliuiscebatur.* Quia enim tales sunt sicut aqua per flexibilem fragilitatem, hinc est, quod ignis concupiscentiæ in ipsis præualet per luxuriæ carnalitatem ipsi vero talem ignem obliuiscuntur extinguere, propter suæ malæ consuetudinis peruersitatem. Talem ergo obliuionem damnabilem generat interior carnalitas.

¶ Deinde dico, quod ipsam generat exterior prosperitas. Mundana enim prosperitas est sicut ille fons Boenæ, de quo narrat Isidorus quod potatus inducit obliuionem. Est enim sicut ille anulus Moysi, de quo loquitur Iosephus, de quo regina Æthiopiæ fuit subarrhata, per cuius virtutem oblita est quicquid Moyses fecerat circa ipsam. Quia vere charissimi, in Æthiopia huius mundi, quando aqua mundanæ prosperitatis bibitur, illa, quæ ad salutem pertinent, obliuioni traduntur. Quia vere statim quando Moyses, id est, Deus dat peccatori istum anulum prosperitatis, peccator ipsum Deum obliuioni tradit, nec de ipsius mandatis amplius reminiscitur. Et hoc est, quod de illo pincerna dicitur Gen. 40. cui Ioseph prosperitatem suam interpretatam ex somnio suo prædixerat, & tamen dicitur ibidem quod *succedentibus prosperis oblitus est interpretis sui*, & Oseæ 13. *Saturati sunt, & leuauerunt cor suum, & obliti sunt mei.* Obliuionem igitur inducit exterior prosperitas.

¶ Denique dico, quod ipsam inducit profundior iniquitas. Sicut enim videmus, quod res, quæ à nobis longo tempore absentantur, & absconduntur, obliuioni de facili traduntur, sic peccator, quando à Deo & à rebus pertinentibus ad salutem per peccatum longissime se absentat (quia sicut dicitur in Ps. *Longe à peccatoribus salus*) tunc ipse peccator Deum à se per peccatum elongatum obliuiscitur, & de rebus ad salutem pertinentibus nullatenus recordatur. Vnde quilibet talis peccator potest dicere illud Thren. 3. *Repulsa est à pace anima mea, oblitus sum bonorum.* Et pro certo ista videmus quotidie ad oculum, quod multi qui ad tantam profunditatem vitiorum deuenerunt & se tantam mentis obstinationem à Deo, & bonis spiritualibus absentauerunt, quod recte, & Deum, & salutem animæ obliuioni penitus tradiderunt Hier. 2. *Populus meus oblitus est mei diebus innumeris.* Ecce ergo quomodo tria sunt, quæ faciunt hominem obliuiosum.

¶ Et si homo quærit quæ sunt illa, quæ tales dicuntur esse obliti, possumus notare, quod ipsi pro certo obliti sunt

Dei potentiæ sublimitatem,
Dei clementiæ benignitatem,
Cœlestis gloriæ tranquillitatem,
Diuinæ gratiæ vtilitatem,
Diuinæ amicitiæ societatem,
Diuinæ patientiæ longanimitatem,
Diuinæ iustitiæ seueritatem.

Dico ergo, quod isti obliuiscuntur Dei auctoritatem, & potentiam Psalm. *Obliti sunt Deum, qui saluauit eos, qui fecit magnalia. &c.* sicut supra. Bene ergo tales reprehenduntur in Ps. *Intelligite hæc, qui obliuisci-*

[illegible] pa crispus [illegible] m, [illegible] est [illegible] jas. Et [illegible] tiam, & mercedulam tuam, qua ostendit eu [illegible] men cœli, & lætitiam. Vnde Hiere [illegible] populus meus, obliti sunt cubilis sui. Et tamen [illegible] Psalm. 136. Si oblitus fuero tui Hierusalem, [obliuioni detur] dextera mea. Item isti obliuiscuntur propriam [illegible] & [illegible] rationem. Vnde isti sunt illi, de quibus dicitur [illegible] quia obliti sunt panem accipere. Item isti obliuiscuntur Dei societatem & amicitiam, & maxime illam, quam [illegible] in baptismo. Vnde de mala muliere, scilicet, de [illegible] dicitur Prou. 2. quod pacti Dei sui oblita est. Item [illegible] Dei longanimitatem, & patientiam. Vnde Esa. [illegible] quia ego tacens, & quasi non videns, & mei oblita es. [illegible] tur diuinam veritatem & iustitiam. Vnde [illegible] longe stetit, & corruit in platea veritas & æquitas non pa[tuit] [illegible] facta est veritas in obliuionem. Ista est igitur obliuio vi[tiosa] [illegible] potissime, quæ nobis prohibetur in scriptura. [illegible] possumus notare, quod in scriptura nobis prohi[betur obliuio]

[illegible] { Ostensæ fidelitatis,
Impensæ vtilitatis,
Impendendæ benignitatis.

[illegible] quod nos non debemus obliuisci fidelitatis amico[rum] [illegible] Ne obliuiscaris amici tui. Item vilitatis benefi[ciorum] [illegible] Eccl. 29. Gratiam fideiussoris ne obliuiscaris. Item bo[nit]atis [illegible] meritorum. Vnde Heb. 13. Hospitalitatem [illegible] [Ist]a est ergo obliuio vitiosa.

¶ [Secundo di]co, quod est quædam obliuio dolorosa seu [illegible] [illegible] illa obliuio, qua fama, virtus & prosperitas pec[catorum] per mortem & damnationem facilitèr obliuiscetur. & [illegible] hominum remouetur. De qua dicitur Sap. 2. Nomen [illegible] accipiet. Tales enim obliuioni dati sunt à Deo [illegible] illud Eccles. 9. Obliuioni data est memoria eorum. [illegible] Obliuioni tradetur Tyre.

¶ [Tertio] vero dico, quod est obliuio gaudiosa, & ista est illa, [illegible] patria absurpet ab immensitate gloriæ, obliuiscun[tur] malorum, quæ in isto sæculo sustinuerunt. Vnde [illegible] Lethæum apud inferos posuerunt, qui interpre[tatur obliuio], pro eo, quod animæ purgatæ per istum fluuium [illegible] omnia præterita obliuiscebantur, & sic de inferno [illegible] transibant, vbi vsque ad resumptionem corporum in [illegible] orabantur. Vnde Esa. 54. Confusionis adolescentiæ tuæ obli[uisceris] [illegible] de hoc dicitur Esa. 65. Obliuioni traditæ sunt angustiæ prio[res] [illegible] absconditæ sunt ab oculis nostris. Æterna enim gloria est sicut [illegible] quod mentem ita inebriat atque replet, quod omnium [illegible] præcedentium facit hominem obliuisci. Vnde Prou. [illegible] merentibus bibere vinum &c. Sequitur. Bibant, & obliuiscantur [illegible] paupertatis non recordentur amplius. Ideo talibus dicitur [illegible] Miseriæ quoque obliuisceris, & habebis fiduciam proposita [illegible] [def]ossus securus dormies. Et hæc de obliuione sufficiant. Vi[de] [illegible] & infra de recordari.

**[Ob]mutescere.** Vide in tit. mutus.

**[Obno]xius.** Idem est, quod obligatus, sicut innoxius econuerso. posses ergo distinguere sicut de [illegible] sed transeo, quia paucæ sunt auctoritates.

**[Obri]gescere.** Vide in titulis frigus, & rigor, & rigidus.

**[Obrue]re. Obrutus.** Item est, quod super aliquem cum impetu ruere, & eum cu[m] [illegible] ose occidere, vel delere. De illis ergo, qui lapi[dibus] [illegible] lapidari, vel obrui, vide supra in titulis lapis &

**Obscuritas.** Nota, quod obscuritas & tenebrositas sunt quædam aeris passiones, quæ in ipso [illegible] dum luminis generantur, quæ solent à visu oculos [illegible] quamuis moraliter loquendo per obscuritatem [illegible] obtenebratio contritionis & humilitatis (Naum. [illegible] contritio tua) quia tamen iste modus significandi [illegible] notare possumus, quod obscuritas (vt com[muniter sig]nificat) in malo & nihil aliud est obscuritas, quam [illegible] [clari]tatis. Cum igitur sit dare claritatem interiorem [illegible] exteriorem in conuersationis aspectu, posteriorem [illegible] Ecclesiastici.

[illegible] Dei conspectu, notare p[illegible] multiplex obscuritas potest reperiri, videlicet.

Obscuritas { Interioris meditationis,
Exterioris [illegible] conuersationis,
Posterioris habitationis.

Prima est obscuritas mentalis ignorantiæ, secunda est obscuritas moralis apparentiæ, tertia est obscuritas infernalis seu le[tali]s pestilentiæ. Dico ergo primo, quod est obscuritas ignorantiæ interioris. Sicut enim videmus, quod loca, quæ carent lumine, sunt obscura, ita quod ibi aliquid non videtur, sic vere quando cor humanum priuatur lumine diuinæ gratiæ propter vitia & peccata, tunc per ignorantiam taliter obscuratur, quod non videt aliquid, quod pertineat ad salutem Psalm. Obscurentur oculi eorum ne videant & dorsum eorum semper incurua. Obscuritas enim causatur vel propter nubium densitatem, vel propter loci profunditatem, vel propter luminis debilitatem & paucitatem. Sic vere ignorantia causatur in homine quando nubes mundanæ prosperitatis & carnalis voluptatis circa eum indensantur Apoc. 9. Obscuratus est sol & aer de fumo putei. Quando etiam locus interior cordis humani per desperationem & obstinationem in vitijs profundatur Psalm. Collocauit me in obscuris sicut mortuos sæculi. Quando etiam lumen spiritualis gratiæ, & doctrinæ & sanæ, & veræ scientiæ à talibus elongatur, sicut patet in hæreticis, in quibus propter defectum veræ scientiæ est ratio penitus obscurata Zach. 11. Brachium eius dextrum siccabitur, & oculus eius dexter tenebrescens obscurabitur. Et ideo de tali obscuritate dicitur Roman. 1. Euanuerunt in cogitationibus suis & obscuratum est insipiens cor eorum. Ista est ergo obscuritas ignorantiæ interioris.

¶ Secundo dico, quod est obscuritas apparentiæ exterioris. B
Sicut enim vasa aurea & argentea aliquoties obscurantur, & à sua exteriori claritate subtrahuntur, & obfuscantur, quod aliquoties accidit propter contractum alicuius pinguedinis, pulueris seu luti, solem tamen & lunam propter terræ interpositionem solent obscurari & eclipsari, & à claritate luminis obfuscari, sic vere sæpe fit, quod sol & luna, aurum & argentum, id est, vir Ecclesiasticus, vel religiosus, vel alius vir honestus, qui, scilicet, dicitur sol ratione caloris charitatis, luna ratione humoris pietatis, aurum ratione fulgoris honestatis, argentum ratione clamoris eloquentiæ, veritatis, aliquando perdit honestæ conuersationis claritatem, & per rubiginem peccati vel carnalitatis pinguedinem incurrit exterioris apparentiæ obscuritatem, & totius infamiæ vilitatem, & de hoc dicitur Thren. 4. Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus? &c. Quod bene signatum est Luc. 23. vbi dicitur, quod sol obscuratus est, & velum templi scissum est. Quia pro certo hodie in templo Ecclesiæ velum, quod velat omnia interiora, id est, exterior honestas scissa est & laniata, ita quod claritas solis, id est, fama & reputatio status Ecclesiastici est totaliter obscurata. Ista est igitur obscuritas exterioris apparentiæ.

¶ Tertio dico, quod est obscuritas posterioris pestilentiæ, & C
ista est obscuritas infernalis, quæ, scilicet, est locus fœtidus & obscurus. Ibi enim est locus profundior, & fumosior, crudelior & turbulentior cæteris vniuersis. Ibi ergo est obscuritas, & non solum temporalis vel corporalis, imo etiam spiritualis. Mentes enim illorum, qui ibi sunt, obscuræ sunt per turbulentiam doloris nubilationis & tribulationis. Corpora etiam, quæ sunt ibi, sunt obscura propter defectum prosperitatis & consolationis. Et ideo breuiter de obscuritate tali potest dici illud Iob. 3. Obscurent eum tenebræ & vmbra mortis.

¶ Adhuc dico, quod est obscuritas subtilioris sapientiæ seu D
intelligentiæ, & ista est obscuritas scripturæ, de qua Dan. 5. Audiuimus de te, quod obscura possis dissoluere. Est etiam obscuritas humilioris subiectionis, hoc est dictum, præsentis gloriæ vel fortunæ quæ, scilicet, obscura dicitur, quando à claritate mundanæ famæ & excellentiæ per paupertatem vel infortunium denigratur, sicut de stellis cadentibus dicitur Apoc. 8. quod obscurata est tertia pars earum Psal. Collocauit me in obscuris sicut mortuos sæculi &c. & Hier. 14. Portæ eius obscuratæ sunt in terra. Et sic patet, quomodo obscuritas potest quinque significare.

¶ Si vero per obscuritatem intelligitur absentia, seu locus absconditus, aut secretus, possumus notare, quod quinque sunt genera peccatorum, quæ in occulto, id est, obscuro volunt facere facta sua, scilicet, E

Carnales [illegible],
Detractores & [illegible]iosi,
Deceptores & malitiosi,
Auari & ambitiosi,
Idololatræ & superstitiosi.

[illegible] luxuriosis & carnalibus dicitur Prou. 7. vbi de luxurioso iu[illegible] loquitur Sapiens dicens, quod *graditur in obscuro aduesperascente die in noctis tenebris, & caligine.* De malignis detractoribus dicitur in Psalm. *Ecce peccatores intenderunt arcum suum, parauerunt sagittas suas in pharetra, vt sagittent in obscuro rectos corde.* De malitiosis vero & proditoribus, qui, scilicet, semper volunt, quod opera sua lateant, potest dici illud Sap. 18. *Putant se latere in obscuris &c.* De auaris etiam & malis diuitibus qui, sc. contractus suos faciunt in obscuris, dicitur in Ps. *Repleti sunt, qui obscurati sunt domibus terra iniquitatum.* De idololatris vero & superstitiosis, qui, sc. in obscuris faciunt sacrificia sua, dicitur Sap. 14. *Aut obscura sacrificia facientes.* Sufficit. Vide infra de tenebris & vmbra, & supra de abscondito & de cæcitate.

A **Obsecrare.** Nota, quod obsecrare idem est, quod orare, deprecari, postulare, & aliquid humiliter implorare. Et est propter obsecratio cum quadam allegationum requisitio, sicut si diceretur. Amore Dei rogo te, aut, in nomine Dei fac illud, & cætera similia. Est igitur obsecrare.

Officium { Humilitatis, Vtilitatis, Sedulitatis.

Officium dico humilitatis, quia, scilicet, obsecrare, id est, aliquid humiliter deprecari, pertinet ad humiles & ad pauperes. Vnde Prou. 18. *Cum obsecrationibus loquetur pauper, diues autem effabitur rigide.* Item est officium vtilitatis, quia videlicet sæpe fit, quod homo obsecrando & humiliter implorando, plura bona impetrat, quam cum arrogantia requirendo. Cum enim obsecratio nihil aliud sit, quam humilis & benigna deprecatio & oratio, & de oratione dicatur Eccl. 35. quod *oratio humiliantis se penetrabit nubes*, bene sequitur, quod obsecrare est exercitium vtilitatis. Deus enim libentius illum audit qui solet humilius obsecrare. Et ideo docebat Apostolus Phil. 4. *In omni oratione, obsecratione, & gratiarum actione petitiones vestræ innotescant apud Deum.* In istis inferioribus obsecratio etiam humilis & benigna obsecratio, & monitio, quam quæcunque grauis & aspera obiurgatio. Et ideo bene docet Apostolus 2. ad Tim. 4. *Argue, obsecra, increpa, in omni patientia & doctrina.* De hoc vide supra de arguere. Et acquireodo etiam vtilitatem ab homine, homo magis humiliter obsecrando proficit quam importune circa hoc insistendo. Sanguisugæ enim lente sugendo, magis de sanguine eliciunt, quam culex tumultuose pungendo. Quia vere illi sibi quandoque plus de vtilitate sugunt, & attrahunt, qui obsecrando lente & benigniter & quasi non curando illa petunt, & quærunt, quam illi, qui ad modum culicis allegationibus & importunis precibus quasi violenter insistunt. Ista est ergo obsecratio vtilis. Et ideo quod magis sit insistendum obsecrationibus quam increpationibus, patet 1. ad Tim. 5. vbi dicitur, *Seniorem ne increpaueris, sed obsecra vt patrem.* Est ergo officium vtilitatis. Item dico, quod obsecrare est officium sedulitatis. Oportet enim quod hic sit sedulus & diligens Deum obsecrando qui vult impetrare aliquid. Et ideo dicit Apostolus Eph. 6. *Per orationem & obsecrationem orantes omni tempore.*

B ¶ Notemus ergo, quod obsecratio potest fieri homini. Et ideo Deo possumus notare, quod ipsum obsecrare debemus, vt

Auferat mentis iniquitatem,
Inferat gratiæ sanitatem,
Conferat gloriæ claritatem,
Differat pœnæ calamitatem,
Afferat clementiæ pietatem.

Obsecremus ergo, vt velit mentis iniquitatem auferre, sic obsecrabat David, qui dicebat 1. Paral. 21. *Obsecro aufer iniquitatem serui tui.* Item vt velit gratiæ sanitatem inferre. sic videbatur obsecrare, qui dicebat 3. Reg. 17. *Reuertatur obsecro anima pueri huius in viscera sua.* Et Num. 12. *Obsecro domine sana eam.* Item vt velit gloriæ claritatem conferre. Et sic videbatur obsecrare ille, qui dicebat Gen. 27. *Mihi quoque obsecro vt benedicas* Et 2. Reg. 14. *Obsecro, vt videam faciem regis.* Item vt velit æternam calamitatem differre, sic obsecrabat ille Dan. 9. *Auertatur obsecro ira tua à populo tuo.* Et Luc. 8. *Obsecro te ne me torqueas.* Item vt velit clementiam & pietatem afferre. E[illegible] *Domine Deus propitius [illegible]*

¶ Sed adhuc dico, quod est obsecra[illegible] ciendi, & ista propter pertinet ad correct[illegible] quia peccatores debent humiliter obsecrare [illegible] vt [illegible] bonum conuertere, & mouere. Et de hoc nota, qu[illegible] di sunt homines à prædicatoribus & prælatis, vt

Caueant carnalem infectionem,
Habeant mentalem dilectionem,
Teneant moralem conuersationem,
Arceant lethalem delectationem.

Obsecrandi sunt ergo, vt caueant ab infectione carn[illegible] atque ab illa horrenda infectione, de qua dicitur Iud. 19. [illegible] *cro ne scelus hoc operemini contra naturam in virum.* Et [illegible] omni carnis infectione cauendum est, iuxta illud 1. Pe[illegible] *cro vos tanquam aduenas & peregrinos, abstinete vos à carnalibus [desiderijs] quæ militant aduersus animam* Vbi ostenditur, quod ho[illegible] sectatur abstinere à [illegible] &c. vide eam prosecutam supra de abstinentia. Item vt maneant in mentis dilectione 2. Cor. 2. *Obsecro, vt confirmetis in illo charitatem.* Item vt polleant digna & honesta conuersatione, vnde Eph. 4. *Obsecro vos ego vinctus in domino vt digne ambuletis.* Item vt abstineant à mala delectatione, vnde Rom. 12. *Obsecro vos fratres per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam sanctam, &c.* vide infra de oratione & de petere, & supra de adorare.

**Obsequium.** Vide in titul. seruitium, & in titul. officium.

**Obseruare.** Nota, quod obseruare quandoque sumitur pro cauere, quandoque pro implere, quandoque pro vitare, quandoque pro expectare. Pro cauere sumitur in Ps. vbi dicitur, *Obseruabo me ab iniquitate mea.* Et Deut. 8. *Obserua, caue ne quando obliuiscaris Deum* Pro implere sumitur Deut. 12. *Obserua & audi omnia quæ ego præcipio tibi hodie.* Et 3. Reg. 2. *Obserua, vt custodias mandata Dei tui.* Pro vitare sumitur Rom. 16. vbi dicitur, *Obseruate eos, qui dissensiones & offendicula faciunt.* Pro expectare vero sumitur Prou. 8. *Beatus, qui audit me, & obseruat ad postes ostij mei.* Qualicunque ergo modo sumatur, possumus notare, quod obseruare in scriptura signat promptitudinem voluntatis, siue ad bonum siue ad malum.

¶ Dico ergo primo in bono, quod obseruare debemus
Verba legis & mandatorum,
Votum regis & prælatorum,
Statum gregis & subditorum.

Obserua ergo mandatum diuinæ legis Eccl. 12. *Time Deum, & mandata eius obserua.* Item obserua præcepta superni regis Dei & prælati, vnde Exod. 23. *Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, obserua eum, & audi vocem eius* Item obserua, i. e. attende ad statum plebis & gregis, quod maxime pertinet ad prælatos 2. Par. 35. *Ianitores per portas singulas obseruabant.* ¶ Secundo dico, quod obseruare signat in malo. Et sic dico quod est vnum Obseruare

Fallacitatis, Fatuitatis,
Carnalitatis, Crudelitatis.

Dico ergo, quod est vnum obseruare fallacitatis, quod pertinet ad exploratores, quia pro certo multi sunt, qui valde student obseruare facta & dicta aliorum, vt habeant cui possint obloqui. Et sic faciebant scribæ & Pharisæi domino Luc. 14 vbi dicitur, quod *Iesus intrauit in domum cuiusdam principis Pharisæi sabbatho manducare panem.* Sequitur quod *ipsi obseruabant eum*, id est, insidiabantur sibi. Sicut enim leporarij obseruant passus & vias leporum, vt ipsos capiant, sic falsi homines insidiando obseruant facta & dicta hominum, vt ipsos percipiant atque prodant. Istud maxime patet in aduocatis, & iudicibus, & balliuis, qui dicta aliorum obseruant, & attendunt vt eos capiant in sermone vt 1. Reg. 1. dicitur, quod cum *Anna amaro animo orabat ad dominum, Heli obseruabat os eius.* Psal. *Obseruat peccator iustum, & quærit mortificare eum,* sicut de serpente, qui enydros dicitur, quod obseruat [illegible] crocodili dormientis, vt in viscera eius subintret, & ea corrodat & perforet. Sic detractor, & proditor ora innocentium obse[ruat,] occasione inuenta noceat, atque lædat, dicens, [illud] Eccl. 8. *Ego os regis obseruo.* Vt alius dicat illud Ps. *Ipsi calcaneum meum obseruabunt.*

¶ Item obseruare fatuitatis, quod pertinet ad Mathematicos C speculatores, *Isti enim obseruant dies & menses, & annos,* sicut dicitur Gal. 4. Quamuis enim tales obseruantiæ aliquando côtineant veritatem, quia, scilic. secundum diuersos motus & influentias

[illegible] multa etiam mirabilia acci[illegible] sunt aliquoties in quas [illegible] retrahunt hominem a salute. Magis [illegible] fideles occultæ Dei prouidentiæ, [illegible] influentiæ. Vnde Eccles. 11. dicitur, *[illegible] ventum, non seminat, &c.* Et ideo ille rex Manasses reprehenditur, eo *quod obseruabat somnia, & auguria*.

[illegible] obseruare carnalitatis, & illud pertinet ad [illegible] sectatores. Isti enim sunt sicut cattus, qui [illegible] per quam cautelam capiat murem. Sunt etiam [illegible] quæ obseruant per optimè tempus noctis, quia scil. [illegible]nt, & attendunt ad nocturnam obscuritatem Iob. *[illegible] adulteri obseruat caliginem.* Et ad cautelosam & insidia[illegible]em, sicut de malis iudicibus dictum Danielis. *[illegible] licatis quotidie videre Susannam.*

¶ [illegible] obseruare crudelitatis. Sicut enim leo & lupus [illegible] & attendunt quomodo possint animalia innocentia [illegible] & crudeles ad nihil aliud vacant, nisi quod [illegible] iudicium generare Iob 10. *Posuisti in neruo pedem [illegible] obseruasti omnes semitas meas, & vestigia pedum meorum consi[illegible]* [illegible]rum gratia breuitatis. Vide supra de custodire, [illegible] [illegible]uare.

## Obsidere.

Nota, quod obsessio idem est, quod continua impugnatio. Et potest significare obsessio æ[illegible] impugnationem spiritualem tentationum, vel quam à nostris hostibus spiritualibus, scilicet, [illegible]e, & mundo in isto sæculo sustinemus. Isti e[illegible] [illegible] nos obsident, & impugnant, & ad nos capiendum, & mortem æternam destruendum [illegible]igenna semper vacant 4. Reg 25. *Chaldæi obsidebant [illegible]tatem.* Sicut enim illi, qui aliquam ciuitatem obsi[illegible] contra eam parietes & machinas erigere, aquam, subtrahere, muros & turres destruere, & foueas, seu [illegible]ulare & implere, sic isti hostes spirituales qui velut [illegible] nos obsident, nobis pro posse suo subtrahunt omnia [illegible] pertinent ad salutem. Subtrahunt enim & destruunt panem Eucharistiæ, seu doctrinæ & refectionis: aquam [illegible]narum & deuotionis: muros custodiæ & discipli[illegible] obseruationis: turres eminentiæ & altitudinis contem[illegible] [illegible]ssata humilis aut spiritualis delectionis. Vnde de [illegible] & exercitu eius taliter animam obsidente dicitur Hie[illegible] *Venit Nabuchodonosor Hierusalem & obsedit eam.* Et ideo sic[illegible], quod obsessi solent cum omni diligentia cogitare, [illegible] caueant, ne capiantur, & quomodo à suis obsessuri [illegible]erentur, sic nos omnia spiritualia remedia debemus ad [illegible], quomodo obsessores isti aduersus nos valeant præua[illegible] hoc est, quod consolitur Naum. 3. *Aquam propter obsidio[illegible]* Et ibidem 2. *Ascendit,* inquit, *qui custodiat obsidionem, [illegible] viam, conforta lumbos, robora virtutem valde:* vbi ostendi[illegible] quod tales obsessi debent habere tria, videlicet, quod isti de[illegible]

Cogitare, quod est vtilius,
Reparare, quod est debilius,
Excitare, quod est virilius.

[illegible] facit prudentia, quæ est vtilium cogitatrix [Contem[illegible]pla, inquit viam.]
[illegible] continentia, quæ est debilium reparatrix [Conforta lumbos.]
[illegible] constantia, quæ est virilium amatrix. Ideo dicitur [Rob]ora virtutem valde.]

[illegible] spirituali obsidione debet meditari rerum vtilitas, [illegible] debilitas, animari cordis virilitas. Et sic igitur [illegible]mus, hostium spiritualium obsidionem non [illegible] Vt sic inimici nostri possint dicere illud 1. Mach. 6. *[illegible] obsidemus, est munitus.*

## Obstinatio.

(Vt communiter) sumitur in malo, & est idem quod in malo proposito confirma[illegible]tio. Lata & magna poterat esse materia sed auctori[illegible]tates desunt. Vide ergo in titulis insioitta, vbi inuenies de [illegible] & in aliis titulis similibus.

## [Obs]truere.

Idem est, quod claudere & obducere, & os alicuius concauitatis vel foraminis aliqua [illegible]lare, ne intrare quid valeat vel exire. Et sic notabis [illegible] obstruit, & claudit, scilicet terra mundani amo[illegible] seu humore carnalis [illegible] peccatoris de [illegible] [illegible]citet, & etiam manus eius ne p[illegible], vnde Gen. [illegible] dicitur, *quod Philistæi omnes puteos obstruxerunt implentes humo.* Et [illegible] Mach. 5 dicitur, *quod portæ ciuitatis obstructæ sunt lapidibus.* In bono autem significat [illegible], quod timor Dei corda iustorum [illegible] obstruit, quod nullum peccatum intrare sinit vnde 2. Mach [illegible] dicitur, *quod Hieremias quasi arcam abscondit, ostium ne inueniretur & remoueretur, obstruxit.* Vnde Rom. 3. *Omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus Deo, &c.* vide supra in titul. claudere.

## Obstupescere.

Nota, quod obstupescere nihil aliud est, quam subito mirari de aliqua incredibili nouitate. Est enim stupor passio mentis, quam solet cõsideratio rerum excedentium & incredibilium generare. Possumus ergo notare, quod stupescere in bono pertinet A

Ad { Pœnitentes,
Contemplantes,
Triumphantes,
Militantes.

Obstupescere enim est opus pœnitentium & contritorum, est opus contemplantium & discretorum, est opus militantium & viatorum, est opus triumphantium & beatorum. Obstupescunt ergo pœnitentes prius sua præcedenti iniquitate. Vnde de conuersis & pœnitentibus gentilibus dicitur 1. Pet. 4. *Ambulauerunt* (inquit) *in luxuriis & desideriis, commessationibus, potationibus & idolorum cultibus in quibus nunc obstupescunt, & in quibus admirantur.* Item contemplantes de Dei iudiciorum profunditate Abac. 1. *Videte, admiramini, & obstupescite, quia opus factum est in diebus vestris, quod nemo credet cum narrabitur ei.* Item militantes, seu in isto sæculo laborantes, de mundanæ miseriæ calamitate & aduersitate Hierem. 31. *Omnis, qui comederit vuam acerbam, obstupescent dentes eius.* Et Esa. 29. *Obstupescite & admiramini, fluctuate, & vacillate, &c.* Item triumphantes de cœlestis gloriæ immensitate. Vnde potest dici illud 1. Machab. 15. *Venit Athenobius amicus Regis in Hierusalem, & vidit gloriam Simonis, & claritatem in auro & argento, & apparatum copiosum, & obstupuit.*

¶ Item dico, quod obstupescere potest pertinere ad malos. Vnde nota, quod mali obstupescunt, & obstupescent, & maxime in iudicio, scilicet B

De { Mundanæ prosperitatis amissione,
Internæ iniquitatis apparitione,
Æternæ pœnalitatis incursione,
Supernæ fœlicitatis priuatione.

Dico ergo, quod isti obstupescent de amissione prosperitatis æternæ. Vnde Esa. 32. *Collectio vltra non veniet, obstupescite opulentæ, conturbamini confidentes,* vt sic gloriæ mundanæ tunc perditæ dicatur illud Ezech. 28. *Omnes, qui viderint in gentibus obstupescent.* Et Hierem. 18. *Omnis, qui præterit per eam obstupescet.* Item de reuelatione iniquitatis internæ. Vnde Hester. 7. dicitur de Aman, *quod ipse obstupuit vultum regis ac reginæ.* Item de incursione pœnalitatis æternæ Ezech 21. *Hic est gladius occisionis magnæ, qui obstupescere eos facit.* Item de priuatione fœlicitatis supernæ Hierem. 2. *Populus meus mutauit gloriam suam in idolum, obstupescite cœli super hoc.* Talibus ergo de sua tam incredibili tamque inopinabili miseria, obstupescentibus dicitur Esa. 29. *Obstupescite, & admiramini, fluctuate & vacillate, inebriamini & non à vino, mouemini & non ab ebrietate, quoniam miscuit vobis Dominus spiritum soporis.* Et Hier. 26. *Obstupescet vnusquisque ad proximum suum.* Sufficit. Vide supra de mirari, & infra de stupore & de timore & tremore.

## Obtemperare.

Lege in tit. obedire.

## Obtenebrare.

Vide infra in tit. tenebræ.

## Obtinere.

Nota, quod obtinere idem est, quod occupare, tenere, acquirere vel possidere. Et sic patet A quod est obtentus virtuosus & meritorius, vitiosus & deceptorius, dolorosus & damnatorius.

¶ Primo dico, quod est obtentus virtuosus. Et iste est ille quo iusti ex dono diuinæ gratiæ & virtutis obtinent, contra diabolum & peccata in prælio tentationum & certaminum huius mundi, & quo etiam ipsi lucrantur, acquirunt & obtinent possessionem virtutum & meritorum, & regnum etiam cœlestium præmiorum Iud. 2. *Abierunt filii Israel in possessionem suam, vt obtinerent eam.* Et sic nota, quod multi Obtinent

[illegible] m victoriam,
A [illegible] copiam,
A d[illegible] cælestem gloriam.

[illegible] ergo obtinent claram victoriam in tempore certaminis, scilicet contra spirituales hostes Dan 11. *Populus autem sciens Deum [illegible] tenebit.* Item obtinent virtutum copiam in cordis termino [illegible] le 2. Esdr. 7 dicitur. *Esdras autem magnam disciplinam obtinebat.* Ista est terra promissionis, de qua dicitur Num. 13. *Ascendamus, quoniam poterimus obtinere eam.* Item obtinent supernam gloriam in regno luminis, id est, in Paradiso finaliter. Vnde Dan. 7. *Regnum obtinuerunt sancti.* Et Esa 35. *Lætitia sempiterna super capita eorum, gloriam, & gaudium, & lætitiam obtinebunt.* Iste est ergo obtentus viri iusti.

B ¶Secundo vero dico, quod inuenitur obtentus vitiosus. Et iste est ille, quo, scilicet, mali Obtinent

Diuitias & facultates,
Potentias & dignitates,
Fallacias & prauitates.

Obtinent (dico) diuitiarum opulentiam Psalm. *Ecce ipsi peccatores & abundantes in sæculo obtinuerunt diuitias.* Item obtinent potentiarum violentiam, scilicet, contra simplices innocentes 1. Mach. 1. *Omnium obtinuit munitiones.* Et ibidem. *Obtinuit munitiones & regiones gentium.* Et Iob 22. *In brachio tuo possidebas terram & potentissimus obtinebas eam.* Item obtinent nequitiarum pestilentiam. Vnde 1 Mach 15. *Pestilentes obtinuerunt regnum.* Dan. 6. *Obtinebunt regnum in fraudulentiam.* Iste est igitur obtentus vitiosus.

C ¶Tertio vero dico, quod inuenitur obtentus dolorosus. Et iste certe est ille non quo peccatores obtineant mala, sed quo potius obtinentur & occupantur à malis. Et sic nota, quod illos obtinent

Dolor & gestus,
Stupor & strepitus,
Languor exhibitus,
Pallor adhibitus.

De dolore dicitur Exod. 15. *Dolores obtinuerunt omnes habitatores Philistiim.* De stupore dicitur Hier. 8. *Stupor obtinuit me.* De fame etiam & languore dicitur, Hierem. 52 *Fames obtinuit ciuitatem.* De pallore vero dicitur, Iud 6. *Pallor faciem tuam obtinuit* Sufficit. Vide in tit. tenere, occupare, & possidere.

## Obturare.
Vide supra de claudere, & in titul. obstruere & implere.

A
## Obuiare.
Cum obuiare nihil aliud sit, quam sibi inuicem occurrere, possumus notare, quod sicut homo corporaliter solet alteri obuiare multiplici ratione, videlicet

Ad { Salutandum,
Imitandum,
Implorandum,
Impugnandum.

Sic spiritualiter loquendo possumus dicere, quod obuiatio potest designare quatuor, videlicet

Actum { Charitatis & dilectionis quantum ad primum,
Pietatis & compassionis, quantum ad secundum,
Humilitatis & deuotionis, quantum ad tertium,
Diuersitatis & rebellionis, quantum ad quartum.

¶Primo ergo dico, quod est obuiatio charitatis. Et ista est illa, qua quilibet tenetur alteri obuiare, & in necessitatibus occurrere & præuenire, & se sibi per veri amoris connubium copulare. Obuiare enim signat coniunctionem & copulam personarum, quæ semper in bono signat charitatem. Vnde Gen. 29. dicitur de Laban, *quod cum audisset venisse Iacob, occurrit ei obuiam.* ¶Exire enim obuiam alicui.

Signum est { Amoris,
Honoris,
Timoris.

Signum est (dico) amoris. Ideo debemus nobis obuiare alter alterum diligendo, quia, scilicet, sicut plures boni planetæ in aliquo signo sibi obuiantes solent bonum significare, & alter alterius influentiam adiuuare, sic plures boni sibi in bono amore & societate obuiantes, & alter alteri se iungentes, solent alter alterum in suis bonis operibus confortare. Et ideo de Tobia dicitur, Tob 11. *quod data manu puero occurrit obuiam filio suo.* Signum etiam est honoris. Et ista obuiatio erit potissime in patria, vbi, scilicet, Deus & Angeli & beati obuiabunt sibi inuicem. Quia tunc misericordia & veritas obuiabunt sibi, iustitia & pax o[illegible] abuntur. [illegible] *sponso & sponsæ & quæ paratæ* [illegible] Quia secundum Apost. 1. ad Thessal. 4. *Nos simul r[illegible]bimur obuiam Christo in aera, & sic semper cum Domino erimus.* [illegible] etiam & Angeli venient illis obuiam in signum h[illegible]ni. Vnde de Christo dicitur Eccles. 15. *quod obuiabit illi, quasi honorificata.* De Angelis etiam sanctis obuiantibus, & [illegible] honorantibus, potest dici illud Genes. 32. *Egressi sunt Iacob obuiam Angeli Dei.*

¶Est etiam signum timoris. Et ideo si Deum timuerim [illegible] Prælatum, si teneor cum humilitate & reuerentia o[illegible]are sicut Iud. 3. dicitur. *Vniuersarum vrbium habitatores exibant obuiam Holoferni.* Et ista est ergo obuiatio charitatis. ¶Secundo d[illegible] quod est obuiatio pietatis, & ista est, quando homo [illegible] misericors & hospitalis desiderat pauperibus vel peregrinis hominibus obuiare, vt eis possit aliquid beneficii erogare. [illegible] Loth, de quo dicitur Genes. 19. *quod cum sederet in foribus d[illegible], & videret Angelos sub peregrina specie transeuntes, venit obuiam eis, [illegible]cens, Obsecro domini, declinate in domum pueri vestri, & manete ibi.* Ista est ergo obuiatio pietatis. ¶Tertio dico, quod est obuiatio humilitatis. Sicut enim pauperes nituntur obuiare diuitibus, vt ab ipsis petant eleemosynas, & acquirant, sic nos debemus Deo humiliter obuiare, vt gratiam suam possimus acquirere, & habere. Actor. 10. *Cum introisset Petrus, obuiam venit illi Cornelius.* C

¶Quarto vero dico, quod est obuiatio prosperitatis E[illegible] ista quandoque est controuersiæ, quandoque sæuitiæ, quandoque iustitiæ. Obuiant enim sibi per controuersiam & discordiam superbi, discordes & iniuriosi, qui, sc. nunquam sunt vnanimiter concordantes, sed sibi inuicem in omnibus obuiantes, & ad modum Leonis & Leopardi sibi obuiant, alter in alterum irruentes. Et semper istud est verum, quod mali homines melioribus, subditi praesertim bonis superioribus solent se opponere, & eis cum controuersiis & litigiis obuiare. Similes illi serpenti, qui dicitur iaculus, qui volans ad modum iaculi, quodcunque animal habet obuium, ipsum vulnerat & occidit. Sic multi sunt & in sæculo & in claustro, qui ita sunt proterui & discordantis naturæ, & quoscunque bonos sibi vel in conditionibus, vel in iurisdictionibus, vel in affectionibus, vel etiam verbalibus correctionibus, vel redargutionibus obuios & rebelles habuerint ipsos verbis & controuersiis corrodunt, lacerant & impugnant. Mali enim semper obuiant bonis, eo quod vident bonos sibi obuios, & in moribus contrarios & aduersos. Vnde de malis possunt dicere boni illud Deut. 1. *Amorrhæus obuiam veniens persecutus est nos.* Ista ergo est obuiatio controuersiæ. Item [illegible] obuiatio sæuitiæ. Et ista est illa, qua Tyranni obuiant, & se opponunt pauperibus: dæmones vero, mundus & caro, bonis & perfectis hominibus aduersantur. Et de hoc Num. 21. dicitur, *quod Seon Rex Amorrhæorum congregato exercitu egressus est obuiam filiis Israel in desertum.* Item est obuiatio prudentiæ, & iustitiæ. Et ista est illa, qua Deus vel Prælatus obuiat malis, ipsos per iustitiam percutiendo, per prudentiam ipsorum malitiis contrariando, iuxta illud Eccl. 43. *Ros obuians ab ardore venienti humilem efficiet eum.* Sicut enim aries obuians alii arieti sibi obuio, solet eum dure percutere, sic Prælatus & Deus, quando inuenit aliquem sibi obuium, & rebellem, solet ei per iustitiam obuiare, & ipsum humiliare & eum dure, & seuerius castigare 1. Reg. 4. *Egressus est Israel obuiam Philistiim in prælium.* Ecce ergo quomodo obuiatio signat, vt dictum est, scilicet,

Asperitatem & rebellionem,
Humilitatem & subiectionem,
Pietatem & compassionem,
Charitatem & dilectionem.

Hæc igitur de obuiare sufficiant. Vide supra in titulo de contra de contradicere, & de contrarietate, & supra de aduersari, de charitate, & dilectione, & infra occurrere.

## Occasus. Occidens.
A Cum Occasus, seu Occidens nihil aliud denotet, quam recessum solis ab hemisphærio nostro, seu locum illum, in quo sol à nobis & hemisphærio nostro deficit, & recedit, & cum solis claritas habeat significare quatuor, scilicet,

Mundi prosperitatem,
Gratiæ potiratem,
Scientiæ veritatem,
Vitæ iucunditatem.

Hinc est, quod quadruplex seu quadruplicem occasum spiritualem

[illegible] us assi[illegible]re, scilicet,
[illegible] b[illegible]onem,
[illegible] illust[illegible]onem, vel obscurationem,
[illegible] excæcationem,
[illegible] denigrationem,

¶ Primo ergo occasus seu occidens signat statum paupertatis [illegible]is. Quando enim sol mundanæ gloriæ & pro[illegible] deficit, tunc homo ad occasum aduersitatis, & [illegible] peruenit. Sic spiritualiter quando homo orientem [illegible] dimittit, tunc ad occasum humilitatis per pœ[illegible] se conuertit. Et sic non solum signat aduersitatem, & [illegible], imo pœnitentiam & humilitatem. Sicut enim [illegible] quod plaga occidentalis est tenebrosa, pluuiosa, fri[illegible] & ventosa, sic occasus iste spiritualis scilicet humilitas [illegible], est tenebrosus per contritionem, & per munda[illegible] & [illegible] & per propriæ mortis consideratio[illegible] *cognouit occasum suum.* Et etiam pluuiosus per [illegible] compunctionem. Vnde Luc. 12. *Cum videritis nu[illegible] ab occasu solis, statim dicitis, imber venit, & ita fit.* Est et[illegible] & ventosus per multiplicem tribulationem. Vnde [illegible] *ventum ab occidente vehementissimum.* Quod be[illegible] Dan. 8. *vbi ipse vidit orientem venientem cornibus contra* [illegible]

¶ [illegible] videmus, quod pars occidentalis quanquam sit [illegible] orientalis, solent tamen habere
[illegible] meliores,
[illegible]pore maiores,
Animo audaciores,
[illegible]enitis clariores.

¶ [illegible]aliter loquendo, status humilitatis, & aduersitatis [illegible] sit sterilior in bonis temporalibus, est tamen lauda[illegible] [illegible]ualibus. Et ideo dicitur Zach. 8. *Saluabo populum meum de* [illegible] *occasu solis.* Sic ergo dico, quod occidens signat statum [illegible]pertatis & aduersitatis.

¶ [illegible]do dico, quod signat statum prauitatis & iniquitatis, [illegible] scil. sol nobis occidit, & deficit in occasu, & à nobis ab[illegible]tur, & recedit. Sic Deus & claritas gratiæ suæ nobis de[illegible] in peccato. Sicut enim flos solsequii in solis ortu, & in [illegible] crepito aperitur, in eius vero occ[illegible] clauditur, sic ho[illegible] [illegible]aliter in præsentia gratiæ [illegible] & [illegible] æterna per affe[illegible] se aperit, occidente vero sole diuinæ gratiæ statim per peccatum se constringit, & claudit. Vnde 2. Paral. 28. de Achab [illegible] dicitur, *quod mortuus est occidente sole.* Quod autem oc[illegible] significet statum peccati, patet in Psalm. *Quantum distat ortus ab occidente longe fecit à nobis iniquitates nostras.* Et ideo sicut Holofernes *fuit destinatus ad inuadendum regnum occidentis*, sicut dicitur Iud. 2. sic diabolus est spiritualiter à Deo destinatus ad [illegible]endum finaliter illos qui sunt in occidente iniquitatis, & prauitatis. Sol enim peccatori occidit, quando lumen gratiæ ab eo deficit, quod in die mundanæ prosperitatis sæpe contingit. [illegible] *Occidit ei sol, dum adhuc esset dies*: & Amos 8. *Occidet sol* [illegible]

¶ Tertio dico, quod per occasum intelligitur status ruditatis & obscuritatis, hoc est dictum, status ignorantiæ. De hoc po[illegible] illud Iob. 23. *Si ad orientem iero, non videbo eum, si ad occidentem non intelligam.*

¶ Quarto dico, quod signat statum grauitatis & mortalitatis, [illegible] quia sicut solis claritas nobis deficit in occasu, sic vitæ [illegible]alitas nobis deficit in obitu. Et de hoc Eccles. 2. *Vnus & stultus & [illegible] occasum, occasus enim est finis, & terminus diei.* Vnde Isaiæ 1. [illegible] *occasum erit terminum vester.*

[illegible] mora est ille occasus,
[illegible]em iustus semper considerat,
[illegible] ad quem iustus in bono properat,
[illegible] quo iustos laudes accelerat,
[illegible] quo Deus suos remunerat,
Quo dæmon malos vituperat.

[illegible] ergo occasum, id est, tempus mortis solet iustus præuidendo considerare. Psal. *Sol cognouit occasum suum.* ¶ Item vsque ad i[illegible]llum occasum solet iustus in virtute perseuerare. Psal. *A solis ortu vsque ad occasum ex Sion species decoris eius.* Exod. 18. *Factum est vt manus [illegible] non lassarentur vsque ad occasum solis.*

¶ Item vsq. ad istum occasum solet Deum magnificare, Mala. [illegible] *ortu vsque ad occasum magnum est nomen meum.* Et in Psalmis. *A solis ortu vsque ad occasum, laudabile nomen Domini.*

¶ Item in occasu isto solet Deus remunerare, sc. beatos in patria, quia scilicet tunc recipit eos in sedibus sempiternis, iuxta illud Deut. 23. *Post solis occasum ingredientur in castra.* Et tunc etiam facit *in phase deliciarum gloriæ Paradisi.* Deut. 16. *Immolabitur phase vespere ad occasum solis.*

¶ Item in isto occasu solet Deus malos damnare, & exaspe[r]are scilicet in inferno Exod. 10. *Flare fecit ventum ab occidente.* Vide supra in pluribus exemplis, & maxime in quantum occidens potest significare mundi prosperitatem, vide supra de luna, & de mari.

**Occasio.** Nota, quod occasio accipitur pro leui, & facili, & causali, seu etiam ficta, & incerta causa, sicut bene videtur Apostolus supponere, dicens Philip. 1. *quod omnis modo curabat, vt siue per veritatem, siue per occasionem Christus annunciaretur.* Accipitur ergo in bono & in malo. In bono dico accipitur, quando quis faciliter ex aliquo leui casu accipit occasionem faciendi bonum. Quia vere nunquam debet esse ita modica occasio, quin debeat homini sufficere ad hoc, quod bonum aliquod facere debeat, vel tractare. Etiam semper debet dari homini occasio benefaciendi, & tolli occasio male agendi. Ideo dicitur Prou. 9. *Da sapienti occasionem, & addetur ei sapientia.* Ideo Apostolus de seipso dicebat Corinthiis 2. ad Cor. 5. *Occasionem damus vobis gloriandi pro nobis.* Ad prudentem enim spectat accipere, dare, & inuenire occasiones benefaciendi loco & tempore opportuno, sicut de dare & accipere visum est. De inuenire vero patet Iudicum 14. vbi dicitur, *quod Samson quærebat occasionem contra Philisthiim.* Quia certe ad prudentem spectat, quod occasionem & dolorem bonum in actibus suis quærat. Sic ergo occasio sumitur in bono. A

¶ In malo vero dico, quod sumitur & accipitur occasio. Sicut enim boni sunt ita habituati & dispositi ad bonum, quod occasione modica exequuntur. Sic vere multi sunt ita mali, & ad malum dispositi & inclinati, quod valde modica occasio sufficit eis pro faciendo malo. Pro causa enim accipiunt occasionem, & pro veritate recipiunt fictionem. Sicut enim equus, qui habet tibias rigidas, seu curtas, facili offendiculo & occasione cadit etiam in itinere valde pulchro, sic multi sunt ita habituati ad vitia, quod faciliter præcipitantur, occasione etiam modica. Res enim quæ est in pendulo, facili occasione mouetur, & nauis, quæ est in flumio, faciliter inferius trahitur, & res, quæ est in aere occasione flatus modici ab vno loco ad alium inclinatur. Sic mali ad peccatum faciliter inducuntur. ¶ Vnde nota, quod faciliter quærit occasionem B

Inuidus & malitiosus,
Infidus & proditiosus,
Immundus & luxuriosus,
Nefandus & periculosus.

De inuidis & malitiosis constat. Isti enim semper quærunt occasiones, quomodo aliis possint nocere, sicut Dan. 6. dicitur, *quod satrapæ quærebant occasionem, vt inuiderent Danieli*, quia, scilicet, ipsum perderent, pro eo, quod bonitati & gloriæ ipsius inuidebant. Et aduerte, quod isti inuenerunt sibi occasionem nocendi, in hoc, quod Dominum adorabat. Procurauerunt enim fieri edictum sub pœna mortis, quod nullus vsq; ad certam diem aliquid ab aliquo Deo vel homine peteret nisi à Rege solum. Et quia Daniel in illo interuallo Dominum adorauit, ideo per pessimorum machinamenta occasio sibi exstitit, quod vt deuoraretur, Leonibus datus fuit. Constat enim quod etiam bona sunt quandoque occasio mali, sicut etiam Apostolus supponit de mandato & de lege ad Roman. 7. Quæ, scilicet, bona erant, sed tamen occasio transgressionis fuerunt. Vnde ait. *Peccatum*, inquit) *occasione accepta per mandatum seduxit me & operatum est in me omnem concupiscentiam.* Homo enim naturaliter nititur in vetitum. Et ad Gal. 3. *Igitur lex propter transgressionem posita, &c.* Sicut enim videmus, quod ignis tunc solet ardentior esse, quando modica stilla aquæ desuper irrigatur, illud enim stillicidium, quod ignis sibi sentit contrarium, solet eum irritare, & ardendi feruentius, occasionem aliquam sibi dare, sic malitiosi & inuidi siue in bonis siue in malis rebus occasiones quærunt, vt scilicet, illis noceant, quos oderunt 4. Regum 5. *Videte quasi occasiones quærit aduersum me*, sc. Rex Syriæ, *mandans Naaman a lepra mundari.* Ista ergo patent de inuidia & malitiosis.

¶ De infidis autem & proditiosis patet quas occasiones quærant, sicut dicitur Prouer. 18. *Occasiones quærit, qui vult recedere ab amico.* Infidus enim & proditor semper supponit, & inuenit occasionem

casionem & aliquam causam, quomodo ab alterius fidelitate recedat, sicut Deuter. 22. dicitur de illo, *qui occasiones quærit quomodo uxorem odiosam dimittat.* ¶ De iniquis vero luxuriosis certum est, quod occasione modica labuntur in luxuriam. Unde Eccl. 26. præcipit scriptura filiam custodiri, *ne inuenta,* inquit, *occasione abutatur se.*

¶ De nefandis etiam & perniciosis est verum, quod sicut occasionem mali ipsi solent faciliter accipere, ita etiam occasionem male agendi solent libenter aliis dare, contra illud Apostoli 1. ad Thess. 2. *Neque aliquando fuimus occasio malitiæ, &c.* Et 1. ad Tim. 5. *Volo autem nullam occasionem dare aduersario.* Et hæc de occasione sufficiant.

A **Occidere. Occisio.** Nota, quod in scriptura inuenitur multiplex occisio, scilic.

Occisio {
Corporalis,
Virtualis,
Criminalis,
Æternalis.

Occiduntur enim multi corporaliter, & talis, ut communiter, & Deo & naturæ est mirabiliter odiosa, in tantum quod sicut videtur Plin. dicere, Gladius, quo quis occisus fuerit nunquam amplius erit tectus. Occisio enim est naturæ destructiua & ideo inter cætera crimina ista est Deo amplius odiosa. Cum enim Deus cum magna diligentia formet hominem, ita quod animam rationalem suam imaginem prætendentem sibi tribuat, & inspiret, ipsamque nouem mensibus per multas adorationes constituat & componat, & tandem per varia nutrimenta ipsum ad debitum augmentum & incrementum perducat, valde potest ei displicere, quando per occisionem subito & in momento perimitur. Et ideo pœnam talionis etiam in ipso iure naturæ ipse Deus constituit, & occidendum occisorem in naturæ principio ordinauit, Gen. 9. *Quicunque fuderit humanum sanguinem, fundatur sanguis ipsius.* Et istud (ut communiter) est verum, *quod omnis,* qui deliberate & sine iustitia *hominem gladio occidit,* iuxta Saluatoris sententiam, *gladio finaliter perit,* iuxta illud Leuit. 24. *Qui occiderit hominem, morte moriatur.*

B ¶ Item quidam occiduntur virtualiter & ista occisio nihil aliud est, quam propriæ carnis mortificatio, quæ fit per pœnitentiam, in qua scil. homo occidit spiritualiter carnem suam, i.e. carnalitatem & voluptatem. Et tales occisores figurantur in Moyse, *qui Ægyptium fratrem suum Hebræum iniuste iniuriantem occidit, ipsumque sub sabulo sepeliuit,* sicut dicitur Exod. 2. Quia pro certo si nos videamus, quod Ægyptius, i. e. caro seu carnalitas, vel peccatum noceat fratri nostro, scilicet, animæ vel spiritui nostro statim debemus ipsum per contritionem & mortificationem accipere, & ipsum sub sabulo asperæ pœnitentiæ, ne a Deo videatur amplius, sepelire. De quo Actorum 10. *Surge Petre, occide, macta, & manduca.* Istud autem fuit dictum beato Petro videnti linteum de cœlo demissum, quod omnia genera bestiarum & reptilium continebat. Ad denotandum, quod quicunque beatum Petrum voluerit imitari, ipse debet in linteo corporis sui omnes bestias & reptilia carnalium vitiorum occidere, & ipsa penitus annullare. Isti ergo occiduntur virtualiter.

C ¶ Item dico, quod quidam occiduntur criminaliter. Et isti sunt illi, quos diabolus occidit spiritualiter per vitia & peccata. Sicut enim astutus miles habet multos modos occidendi aduersarios suos, sic diabolus multos habet modos nocendi, & hominem spiritualiter occidendi. Nam sicut videmus, multa sunt genera rerum spiritualium, quibus homo potest per peccatum spiritualiter occari. ¶ Nota ergo, quod hominem occidunt.

Diuitiæ temporales,
Delitiæ corporales,
Scientiæ mundiales,
Inuidiæ cordiales,
Eminentiæ sæculares,
Amicitiæ populares,
Eloquentiæ fabulares.

D ¶ Primo dico, quod hominem occidunt spiritualiter diuitiæ per auaritiam & cupiditatem. Multa enim sunt semina herbarum, quæ indiscrete sumpta hominem occidunt, sicut de helleboro & de iusquiamo dicunt naturales, quæ discrete sumpta præbent corporibus medicinam, sed indiscrete sumpta afferunt mortem. Sic vere semina diuitiarum, quamuis discrete & moderate sumpta hominibus possint proficere ad salutem, occidunt tamen illos per auaritiam, quia ipsas indiscrete accipiunt, & qui male ipsas admi[illegible]antes [illegible] nunt. Argentum enim viuum exterius corpori [illegible] test multis medicinis esse multum utile, si vere in[illegible] terius bibatur, occidit hominem, eiusque viscera pe[illegible] corrodit. Sic vere argentum viuum ardens gentem viuente diuitiarum affluentia si exterius & superficialiter habeatur, utilis est, si vero intus in corde per amorem recipiatur, tunc [illegible] hominem per auaritiam occidere, & per curas & soll[illegible]itudines intima cordis sui multipliciter lacerare. Et hoc est, quod figuratur Gen. 4. in Caio, qui interpretatur possessio, qui in agro occidit Abel fratrem suum, eo quod indiscrete cum eo iuisset, & [illegible] in eo fidisset. Quia vere mundi possessiones & diuitiæ [illegible] in huius mundi fratres suos, i. illos, qui ipsas amant per auaritiam, & eos qui se eis indiscrete associant per affectum, & qui stulte in eis confidunt, solent per multa crimina occidere & trucidare. Ideo 1. Ioan. 3. dicitur: *Cain occidit fratrem suum.* Occidunt ergo bo[illegible]m diuitiæ per auaritiam & cupiditatem.

E ¶ Secundo dico, quod hominem occidunt delitiæ per immunditiam & carnalitatem. Sicut enim venenum [illegible], qui dicitur aspis solet hominem statim facere dormire, & ipsum dormiendo occidere, sic venenum delitiarum facit hominem dormire per delectationem, & dum non aduertit, ipsum per luxuriam interficit, & occidit. Quod bene figuratur in Iahel, Iud. 4. quæ dato lacte Sisaræ calefacto, ipsum indormiuit, & statim eum, dum dormiret, occidit. & vulnerauit Zach. 11. *Pasce pecora occisionis, quæ qui possederant occidebant.* Sicut enim Rhinoceros a puella decipitur, & tandem per eam occiditur, sic homo a mulieribus deceptus, & oblectatus per luxuriam, solet [illegible] eis tore fieri & occidi. Figura in Dalila, per *quam Samson,* & Iudith. per *quam Holofernes potentissimi sunt occisi,* sicut dicitur [illegible] 16 & Iud. 13. Quia vere in sæculo & in claustro quandoque [illegible] quod temporaliter & spiritualiter fortissimi & potentissimi a mulieribus oblectati decipiuntur, & per ipsas per luxuriam occiduntur. Unde 1 Reg. 28. dicitur, *quod mulier quæ habebat vitulum paschalem, festinauit & occidit eum.*

¶ Tertio dico, quod hominem occidunt scientiæ mundiales per superbiam & præsumptionem. Sicut enim columba portans literas quandoque propter literas occiditur, & ab inimicis literas viden[illegible] sagittatur, ita quod literæ sunt causa mortis suæ, sic spiritu[illegible] sæpe fit, quod scientia hominem occidit, dum homo de literis scientiarum quas portat, superbit, & præsumit. Hostis enim, id est, diabolus videns columbam istam portantem literas, solet ipsam sagitta præsumptionis percutere, & sic fiunt sibi istæ literæ & scientiæ mortis causæ. Et hoc est, quod dicit Apostolus 2. ad Cor. 3. *Litera occidit, spiritus autem viuificat.*

¶ Quarto dico, quod hominem spiritualiter occidunt inuidiæ per odium & turbationem. Sicut enim ille vermis qui dicitur bupriestis, qui generatur in ventre bouis, ipsum occidit, hepar eius calefaciendo corrodit, sic vermis iracundiæ & inuidiæ in corde hominis genitus, ipsum solet interius corrodere, & per fraternum odium occidere. Unde Iob 5. *Virum stultum occidit ira, & paruulum occidit inuidia.* Et si vis dic, quod iste est gladius Goliæ sicut supra de interficere.

¶ Quinto dico, quod hominem occidunt spiritualiter eminentiæ sæculares per stultitiam & elationem: Sicut n. auis aliqua nobilis prædam suam capit, & occidit sursum in aere, sic diabolus qui est naturæ nobilissimæ, solet illos per vanitatem & elationem occidere, quos videt sursum in aere, i. mundi dignitatibus euolare. Et istud genus spiritualis occisionis bene potest suspendio comparari. quia scil. tales elati non videntur terram tangere, imo recte sursum per spei elationem pendere. Figurati in Saul occiso, quem Philistæi in muro suspenderunt.

I ¶ Sexto dico, quod hominem occidunt amicitiæ populares per fraudulentiam & deceptionem. Constat enim quod multi per falsas amicitias aliquoties occiduntur. Diabolus enim & mundus sub specie boni multa mala quandoque homini suggerunt, propter quod ipsum spiritualiter occidunt. Sicut enim cattus primo cum mure, ac si eum diligeret diu ludit, & tamen postea ipsum occidit, sic diabolus sæpe cum homine videtur ludere, sibi sub boni specie aliquid suggerendo, sed quamuis tunc esse videatur amicus, ipsum tamen per peccatum occidit sicut publicus Inimicus. Figuratus in Ioab, *qui sub specie amoris benigne tenens mentum Amasiæ ac si eum osculari vellet, occidit eum,* sicut dicitur 2. Reg. 20. Unde 1. Machab. 13. dicitur, *quod Tryphon cum iter*

[illegible] *[illegible] eduli cater, dolo occidit eum.* Ad quod facit [illegible] *vnusquisque fratrem suum & amicum.*

[illegible] quod hominem occidunt eloquentiæ per [illegible] & de[illegible] oem. Homo enim occiditur spiritualiter [illegible] dacem propriæ linguæ, quia sicut dicitur Sap. 8. *Os [illegible] mentitur occidit animam.* Item per detractionem linguæ a[illegible] Iob. 2[illegible]. *Caput aspidum suget, & occidet eum lingua vipera.* [illegible] o patet, quomodo septem modis homo occiditur spiri[illegible]

[illegible] principaliter dico, quod quidam occiduntur æter[illegible] isti sunt damnati & miseri in inferno Amos 9. *Ibi [illegible] mandabo gladium, & occidet eos.* Sicut enim aspis miro zelo prole[illegible], & [illegible] potest occidit eos, qui eius comparem occiderunt, [illegible] Plinius, sic Deus quando comparem sui, id est, ani[illegible] rationabilem, quam sibi per fidem desponsauit, mortuam [illegible] per peccatum, solet qui eam occidit, scilicet, peccato[illegible] et inuadere. & per mortem æternam occidere & pu[illegible] [illegible] *Qui gladio occiderit, oportet eum gladio occidi.* Et ideo [illegible] o peccati animam nostram occidimus, necesse est, [illegible] gladio tormentorum æternaliter occidamur. Et possumus [illegible] quod Deus in inferno occidit multa genera peccato[illegible] videlicet

Impinguatos ab opulentia temporali,
Excæcatos à sapientia virtuali,
Occupatos in immunditia corporali,
Effrenatos in violentia criminali,
Leuatos in eminentia mundiali.

De [illegible] et impinguatis dicitur in Psalm. *Occidit pingues eo[illegible] rum [illegible] eos impediuit* Luc. 15. *Adducite vitulum saginatum, & oc[illegible]* [illegible] cordialiter excæcatis dicitur 4. Reg. 25. *quod Rex Ba[illegible] b[illegible] excæcauit Sedechiam, & filios eius occidit.* De carnaliter seu [illegible] et occupatis dicitur 1. Reg. 25. *Carnes occidi tonsoribus meis.* De [illegible] fenter seu criminaliter effrænatis dicitur 1. Mach. 2. *[illegible] eum qui cogebat immolare, occidit in tempore illo.* De mundialiter [illegible] eleuatis dicitur Oseæ 7. *Omnes Reges eorum occiderunt.* Et 4. R[illegible] 1[illegible]. *Athalia occidit omne semen regium*, vt & de superbis dicatur Matth. 22. *Tauri mei & altilia mea occisa sunt.* Et Ezech. 35. *In[illegible] montis sanguine occisorum.* Et sic patet, quod aliqui occiduntur [illegible] aliter, aliqui criminaliter, aliqui virtualiter, aliqui corpora[illegible] [illegible] supra de interficere, & de mori.

A **Ocium. Ociositas.** Cum ocium idem sit, quod pigritia, acedia, seu desidia, aut [illegible] inertis & imbecillis à bono exercitio, occupatione & ope[illegible] one cessatio, notare possumus, quod ocium, seu pigritiam [illegible] quatuor, videlicet,

Punctio diuini amoris, id est, interior inspiratio,
Pulsio fraterni clamoris, id est, exterior perditio,
Motio interni vigoris, id est, animi virtus & perfectio.
Tractio superni dulcoris, id est, Paradisi munus & retributio.

[illegible] contra quatuor modis pigritiam & otium perdit equus fortis,

Quando { Realiter stimulatur,
Vocaliter exhortatur,
Virtualiter roboratur,
Externaliter inuitatur, scilicet quando aliquod allectiuum ipsum ab exteriori trahit & inuitat ad cursum, sicut est pratum, pabulum vel iumentum.

[illegible] operarer dilatari, sed auctoritates vocales deficiunt, Hoc [illegible] quod ociositas fugax est operum & laborum, nutrix [illegible] & malorum, genitrix est paupertatis, verbositatis & [illegible]. Ista enim mater est tepiditatis seu imbecillitatis & fragilitatis, quia scilicet nunquam vult operari Matth. 2[illegible]. *[illegible] stantes in fore ociosos.* Cuius contrarium faciebat illa [illegible] mulier, de qua Prouer. 31. dicitur, *quod panem ociosa non comedit.* [illegible] mater est iniquitatis. Constat enim quod in terra non cu[illegible] nascitur multitudo malarum herbarum. Sic in persona [illegible] multitudo nascitur vitiorum Eccles. 33. *Mitte seruum in operationem, ne vacet, multam enim malitiam docuit ociositas.* Et Ezech. [illegible] dicitur *Hæc fuit iniquitas Sodomæ, abundantia panis & otium.* Item mater est sterilitatis, seu etiam paupertatis, temporalis [illegible] & spiritualis. Prouerb. 28. *Qui sectatur otium, replebitur egestate.* Item mater est verbositatis 1. ad Timot. 5. *Ociosæ (inquit) discunt circuire domos, non solum ociosæ, sed verbosæ.* Item mater est mortalitatis seu æternæ calamitatis, quia sicut constat, quod propter defectum exercitii multi moriuntur, sic in moribus. Vnde Seneca dicit, *quod ocium sine literis mors est, & viui hominis sepultura.* Ista igitur sufficiant propter defectum auctoritatem. Vide vbicunque agitur de pigritia, & acedia, & similibus.

**Octo. Octonarius.** Nota, quod secundum morales vel allegoricas significationes scripturæ, nos possumus inuenire, scilicet, A

Octonarium { Circumcisionis,
Reparationis,
Resurrectionis.

Primus aufert culparum speculantiam,
Secundus infert virtutum excellentiam,
Tertius affert gloriæ opulentiam.

¶ Primo ergo dicam, quod in scriptura reperitur octonarius circumcisionis, qui crimina solet abstergere. Et iste numerus nihil aliud est, quam pœnitentia, seu etiam carnis maceratio & abstinentia. Sicut enim in antiqua lege puer octaua die circumcidebatur, sibique caro superflua, seu præputium auferebatur, sic vere dico, quod per octonarium pœnitentiæ, vitiorum superfluitas tollitur, & carnis delectatio & præputii concupiscentia maceratur Genes. 17. *Infans octo dierum circumcidetur.* Exemplo etiam Christi, qui volens instruere, quod per circumcisionem pœnitentiæ nos à vitiis circumcidere debeamus, octaua die voluit circumcidi. Luc. 1. Vnde Gen. 2. *Circumcidis eum octaua die.* ¶ Et notabis quod per istum octonarium pœnitentiæ

Crimina purgamus,
Defectus ploramus,
Veniam oramus,
Numina placamus,
Animos fundamus, vel Animas saluamus,
Innocentiam reparamus.

Dico igitur, quod per octonarium pœnitentiæ crimina nostra solemus purgare. Et sic dicitur 2. Paral. 29. *quod ipsi expiauerunt templum diebus octo.* Expiauerunt dico, id est, purgauerunt, & purificauerunt. Item per istum numerum defectus nostros solemus plorare, & hoc est, quod dicitur Leuit. 15. quod *die octauo sacerdos pro se debebat duos turtures offerre*, quæ scilicet sunt aues gemebundæ. Ad denotandum, quod octonarius pœnitentiæ requirit gemitum, atque planctum. Num. 6. *Offeres, scilicet, octaua die duos turtures.* Item per istum numerum pro veniis habenda solemus orare Iud. 3. *Seruierunt octo annis, & clamauerunt ad dominum.* Item per istum numerum Deum & sanctos solemus placare. Vnde figuraliter dicitur Ioan. 20. *quod post dies octo vbi discipuli erant congregati in vnum, venit Iesus ianuis clausis.* Ad denotandũ, quod quando octonarium pœnitentiæ facimus Christum & eius gratiam [illegible] ahimus, & placamus. Item per istum numerum animos nost[illegible] solemus fundare. Constat enim quod post lapsum pœnitentia est virtutum omnium fundamentum. Vnde 3 Reg. 7. dicitur, *quod in domo saltus Libani erant fundamenta de lapidibus pretiosis, lapidibus magnis octo cubitorum.* Item per istum numerum innocentiam nostram reparamus, & hoc significatur *in duobus agnis, qui præcipiebantur offerri die octaua.* Leuit. 14. Ad denotandum, quod duplex innocentia, mentis, scilicet, & corporis acquiritur, quando scilicet pœnitentiæ octonarius iteratur. Et si vis pone, quomodo octo necessaria sunt ad pœnitentiam videlicet,

Horror culpæ,
Spes veniæ,
Timor pœnæ,
Contritio,
Confessio,
Satisfactio,
Dei amor & dilectio,
Proximi zelus & compassio.

Et sic ergo patet, quomodo inuenitur octonarius circumcisionis, quo crimina solemus purgare. B

¶ Secundo principaliter dico, quod inuenitur octonarius reparationis, quo virtutes solemus iungere, & inuicem aggregare. Et pro certo dico, quod numerus iste signat, scilicet,

Culparum transilitionem,
Virtutum aggregationem,
Mentium roborationem.

Per hunc n. vitia transilimus, & transcendimus, virtutes communi-

munimus & coniungimus, pectora stabilimus & constringimus. Dico, quod vitia transilimus, quia, scil. sicut videmus, quod numerus octo transcendit septenarium, sic vere octonarius perfectionis transcendit, transilit, & dimittit septenarium criminalium vitiorum: Vnde Ezech. 40. *Octo gradus erant, quibus ascensus erat.* Ascensus dico, i.e. vitiorum transcensus, vel ascensus, id est, vltra vitia transilitio atque motus. Et ibidem. *In octo gradibus ascensus eius.* Deinde dico, quod per octonarium perfectionis virtutes communimus seu etiam coniungimus. Constat enim quod iste numerus signat aggregationem virtutum. Nam prima vnitas signat cultum vnius Deitatis: dualitas nexum duplicis charitatis: Ternarius fidem Trinitatis: quaternarius quadraturam quadruplicis Cardinalis virtutis: quinarius quinque sensuum discretam custodiam: senarius sex operum misericordiæ completam clementiam: septenarius septem virtutum moralium completam iustitiam: octonarius octo beatitudinum perfectam excellentiam, de quibus scilicet dicitur. *Beati pauperes. Beati mundo corde, &c.* Iste est ergo octonarius perfectionis virtutum, qui scilicet est

Iustorum regnum & prætura,
Cordium limes & mensura,
Pauperum cibus & pastura.

Quod octonarius virtutum sit iustorum honor, & prætura patet 2. Par. 34. vbi dicitur, *quod octo annorum erat Iosias cum regnum recepisset.* Item quod octonarius virtutum sit cordium limes & mensura, patet Ezech. 40. vbi dicitur, *quod Angelus mensus est vestibulum porta octo cubitorum.* Item, quod iste numerus sit pauperum cibus & pastura, patet Ezech. 40. vbi dicitur, *quod octo mensæ erant, super quas immolabatur,* sc. pauperibus: & Mich. 5. dicitur. (*Suscitabimus ei septem pastores, & octo primates homines.*) Pastores enim à pascendo dicuntur. Patet igitur quod per octonarium perfectionis virtutes communimus. Denique dico, quod per octonarium perfectionis pectora stabilimus. Numerus enim quaternarius, qui quadrus est, perfectam stabilitatem designat, quia, scilicet, res quadrata stat in quolibet sui latere. Cum igitur octonarius duplicem quaternarium contineat, satis patet, quod duplicem stabilitatem & firmitatem designat moralem, scilicet, & naturalem. Figura Numer. 7. vbi dicitur, *quod in tabernaculo fœderis habebant necessaria, vt erant ibi quatuor plaustra & octo boues.* Vnde Apoc. 21. dicitur, quod *cælestis Hierusalem fundamentum octauum fuit berillus.* Iste est igitur octonarius reparationis, quo
C virtutes solemus iugare. ¶ Tertio principaliter dico, quod in scriptura reperitur octonarius resurrectionis, quo salutem possumus optare. Et sic pro certo per octonarium designatur futura resurrectio, quæ scil. in octaua ætate continget, vbi beatæ animæ æterna gloria perfruentur. Et nota, quod iste numerus, seu status est

Numerus { Dedicationis, Receptationis, Requietionis, Festinationis, Retributionis, Visitationis.

In isto enim octonario, i. in statu resurrectionis seu futuræ vitæ animæ beatæ Deo dedicantur, & desponsantur 2. Mach. 4. *Fecerunt dedicationem altaris diebus octo.* Item rite receptantur, & hospitantur Iohan. 20. *Post octo dies erant discipuli eius intus*, vt de quolibet beato dicatur illud 4. Reg. 24. *Suscepit eum Rex anno octauo.* Item læte quietantur, & consolantur Leuit. 23. *Die octauo erit sabbathum*, i. requies. Numer. 29. *Die octauo qui est celeberrimus omne opus seruile non facietis in eo.* Item laute festiuantur & honorantur Leuit. 23. *Dies octauus erit celeberrimus.* Item remunerantur & stipendiantur 2. Par. 7. *Fecit die octauo collectam, eo quod dedicasset altare.* Item salutantur. Quia sicut dicitur Ioan. 20. *Post dies octo venit Iesus ianuis clausis, dicens, Pax vobis.* Et sic patet, quod generaliter triplex inuenitur octonarius in bono.
D ¶ In malo vero significato dic, quod iste numerus potest significare statum peccati, vel etiam peccatorem. Nam sicut videmus, quod octaua die circumcidebatur infans, numerus octo septenarium transcendit, & in octaua ætate homo, qui dormierat, à somno & à quiete resurgit, sic vere dico, quod in statu peccati infans, i. innocentia circumciditur, & resecatur. Septenarius, i. virtutum vniuersitas transgreditur, & dissipatur. Quies animæ impeditur, & excitatur, & corpus cum damnata anima punitur atque damnatur. Et ideo breuiter de peccatore innocentiam circumcidente, virtutes [illegible] mentis suscitante, & commouente dicitur Apocal. [illegible] *erat non est, & ipsa octaua est.* Et sic igitur patet, quomodo o[illegible]rius numerus signat in bono & in malo.

**Octoginta.** Nota, quod numerus octoginta, qui d[illegible]tur ab octo, & gintos, quod est dece, q[illegible] decies octo, vel octies decem, potest significare in bono & in malo, Et sic nota, quod signat, scilicet,

Statum { Virtutis & perfectionis, Peccati & infectionis, Mortalis durationis, Salutis & saluationis, Tormenti & damnationis.

Signat dico statum perfectionis, quia, scil. iste signat denarium, i.e. decem mandatorum obseruantiam, & octonarium, i.e. octo beatitudinum abundantiam, vt sic de perfectione M[illegible]y[illegible] dicatur illud Exod. 17. *Erat autem Moyses octoginta annorum.* Et Io[illegible]æ 14. *Hodie octoginta annorum sum:* & Luc. 16. *Accipe ergo literas tuas, & scribe octoginta. Anna filia Phanuel octoginta annorum erat, quando Dominum in vlnas recepit* Luc. 2.

¶ Item signat statum infectionis, i. statum peccati, & sic dicitur à denario & octonario, quia, sc. ibi est numerus decem, i. decem mandatorum transgressio, quæ, sc. sunt *decem cornua bestiæ* Apocal. 16. & ibi etiam est numerus octo multiplicatus, i.e. octo beatitudinum incompletio & omissio, vt sic peccator figuretur in capite asini, de quo dicitur 4. Reg. 6. *quod venundabatur octoginta argenteis, & in illo octoginta viris qui venerant rasi barba, &c.* vt scribitur Hierem. 41. Rasi enim barbæ, perditionem virtutum signat, quam, sc. peccator incurrit, quando octogenarium transgressionum attigit.

¶ Item iste numerus signat statum mortalis durationis, s. præsentia vitæ laboriosæ & miseræ, vbi, sc. denarius per octonarium multiplicatur, quando post octauam resurrectionis, & percussum præsentis circumcisionis, æternæ gloriæ denarius in labore & miseria expectant. Vnde in Psal *Si autem in potentatibus octoginta anni, & amplius eorum labor, & dolor.*

¶ Item iste numerus significat statum gloriæ & statum saluationis, quia, scil in cœlesti gloria inuenitur denarius in octonarium multiplicatus, in quantum, scil. ibi acquiritur obseruantia decem mandatorum digna retributio, & octo beatitudinum perfecta completio & acquisitio. De isto ergo numero dicitur Iud. 3. *Humiliatus est Moab, & quieuit terra octoginta annis.* Vt & sic de beatis animabus dicatur illud Cant. 6. *quod septuaginta sunt reginæ, & octoginta sunt concubinæ.*

¶ Item iste numerus signat statum miseriæ & damnationis, sc. miseriam infernalem, vbi, sc. in octaua ætate futuræ resurrectionis punietur octonarius malæ circumcisionis, & denarius decalogicæ transgressionis, ita quod tunc verificabitur illud 2. Machab. 2. *Octoginta millia interfecti sunt.* Et sic igitur patet quomodo octoginta signat in bono & in malo, scilicet, Votorum copiam, culpæ spurcitiam, mundi miseriam, cœlestem gloriam, pœnæ mœstitiam.

**Octingenti.** Nota, quod octingenti idem est, quod octies centum: genitos enim græce, centum latine. Vide ergo quid signant numerus octo, & numerus centum, & expone prout volueris. Potest enim significare statum perfectorum, sicut cum dicitur Gene. 6. *Vixit Iared octingentis annis.* ¶ Item statum iniquorum, qui, scilicet, spiritualiter & æternaliter interficiuntur 2 Reg. 23. *Octingentos interfecit impetu vno.* ¶ Item signat statum beatorum 2. Reg. 24. *Inuenti sunt de Israel octoginta millia.* A

**Occumbere.** Nota, quod occumbere siue accipiatur pro homine moriente, siue pro sole occidente, semper signat luminis defectum & virtutis. Et sic nota, quod inuenitur A

Occubitus { Vitæ quo ad morientes, Gratiæ quo ad delinquentes, Fortunæ quo ad indigentes, Gloriæ quo ad pereuntes.

Occumbit enim sol, id est, claritas vitæ morientibus. Et sic dicitur Genesis 15. *quod cum occubuisset sol, facta est caligo* Vnde de occubitu mortis dicitur Num. 20. *quod multitudo videns occubuisse Aaron, fleuit.* ¶ Item occumbit claritas gratiæ delinquentibus. Vnde de occubitu peccati dicitur Iudic. 19. *Occubuit sol iuxta Gabaa.* Et Mich. 3. *Occubuit sol super Prophetas.*

Item

¶ Item occumbit claritas fortunæ indigentibus seu etiam pœnitentibus. Constat enim quod per obitum claritatis fortunæ pœnitens efficitur mundior. Leu. 22. *Cum occubuerit sol, tunc mundatus efficitur.* Pius etiam & clemens efficitur dulcior, sicut de Tobia misericorde legitur, *quod cum sol occubuisset, abijt & sepeliuit mortuum* Tob. 2. Prudens vero, seu sapiens efficitur cautior, sicut de eodem Tobia ibidem legitur, *quod ipse expectauit, vt cum sol occubuisset, caute sepeliret eum.* ¶ Item sol gloriæ occumbit peccantibus. Vnde de occubitu mortis æternæ dicitur Ioel. 3. *Ibi occumbere faciet Dominus robustos tuos.* Et 2. Reg. 2. *Persequentibus autem Ioab & Abisai Abner fugientem, sol occubuit.* De beatis vero quibus sol gloriæ sempiternæ nunquam occumbit, dicitur Ios. 10. *Stetit itaque sol, & non festinauit occumbere.* Ista ergo de occubitu sufficiant. Vide supra de occasu, & infra de sole.

A **Occultum.** Nota, quod occultu vel occultare accipitur in bono vel in malo. In bono enim occultare, vel occultum signat diuinæ sapientiæ sublimitatem, ... conscientiæ profunditatem, moralis excellentiæ humilitatem. Primum occultum est inquirendum, s. occultum sapientiæ, quia sicut dicitur Eccl. 39. *Occulta prouerbiorum exquiret.* Quia secundum quod dicitur Iob 28. *Trahitur sapientia de occultis.* Et istam traxisse se gloriabatur Dauid dicens in Psalm. *Incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.* Secundum occultum est reuelandum, s. occultum conscientiæ, maxime per confessionem sacerdoti Matth. 10. *Nihil opertum, quod non reueletur, & nihil occultum, quod non sciatur.* Psal. *Ab occultis meis munda me Domine, & ab alienis parce seruo tuo.* Tertium occultum est abscondendum, & illud est occultum humilitatis, quia s. boni tenentur occultare bona facta sua iuxta illud Sen. *Esto occultator virtutum tuarum, sicut & alij vitiorum.* Istam autem occultationem facit ... as, quæ non reputat opera sua digna videri, sicut de Tobia dicitur Tobiæ 2. *quod occisos occulte de nocte sepeliebat*, vt de quibusdam dicatur illud Ioan. 19. vbi dicitur, *quod Ioseph ab Arimathia eo quod erat discipulus Iesu, occultus tamen* Hebr. 11. *... occultatus est.* Et sic signat in bono. Si vis exempla & figuras, vide supra de abscondere, vbi multa inuenies.

¶ Sed adhuc dico, quod occultum signat in malo. Et sic signat,

Hypocritarum palliationem,
Proditorum simulationem,
Luxuriosorum inquinationem,
Detractorum locutionem,
Inuidorum contentionem.

Hypocritæ enim occultant sua mala, & sua vitia, & tamen dicitur Hiere. 16. *Non sunt occulta iniquitas eorum ab oculis meis.* Proditores occultant sua consilia Psal. *Sedet in insidijs cum diuitibus in occultis, vt interficiat innocentem.* Et Hier. 9. *Pacem cum amico suo loquitur & occulte ponit ei insidias.* Luxuriosi occultant sua flagitia, ... *Quæ autem in occulto ab eis fiunt, turpe est dicere.* Detractores vero occultant sua colloquia, quia scilicet, tales de alijs detrahunt non publice, sed occulte. Vnde Psalm. *Acuerunt vt gladium linguas suas, vt sagittent in occultis immaculatum, subito sagittabunt, & non timebunt, firmauerunt sibi sermonem nequam:* inuidi vero occultant sua bona opera & vtilia, sicut sunt illi, qui ex inuidia nolunt alios docere, de quo Eccl. 20. *Sapientia absondita & thesaurus occultus, quæ vtilitas vtrisque.* Omnes enim isti occultant facta sua, quia sicut scriptum est, *Omnis qui male agit, odit lucem*, veruntamen nolunt, quod omnia occulta eorum finaliter reuelabuntur, & ... coram hominibus ostendentur. Vnde Rom. 2. ... *occulta hominum*, quia sicut dicitur Luc. 8. *Non est occultum, quod non manifestetur.* Et hoc certe, non solum Deo, imo etiam hominibus Ps. *Non sunt occultata à filijs hominum, &c.* Et omnia possunt per Exempla probari, sed paucæ sunt auctoritates. Et supra de abscondere posita est copia exemplorum, vide ergo ibi, si vis aliquid dilatare.

A **Oculus.** Nota, quod cum oculus sit illud membrũ, quod datum est corpori ad ipsius regimen eorum, possumus dicere, quod per oculos intelliguntur Iudices & superiores, à quibus corpus Ecclesiæ gubernatur, considerationes interiores à quibus corpus animæ regulatur. Et quia est dare & bonos superiores & malos, & bonos corda & mala, hoc est quod oculi possunt accipi in bono & in malo. Dicamus igitur primum, quod oculi accipiuntur in bono. Et sic in scriptura possunt significare tria, sc.

Diuinæ sapientiæ claritatem,
Supernæ eminentiæ dignitatem,
Internæ conscientiæ puritatem.

In istis igitur tribus membris omnia genera bonorum oculorum inseramus, & dicamus quod sunt oculi diuinæ sapientiæ, de quibus Eccl. 23. *Oculi Domini lucidiores super solem.* Et ista sapientia, seu isti oculi quandoq; dicuntur

Oculi { Misericordiæ pietatis,
Iustitiæ & seueritatis,
Clementiæ & largitatis.

Oculi enim diuinæ misericordiæ hominis respiciunt ad eos misericorditer liberandum: & sic desiderabat respici Daniel, cum dicebat Dan 9. *Inclina Deus meus aurem tuam, & audi, aperi oculos tuos, & vide desolationem nostram.* Istis oculis aspicit Deus humiles pauperes & timorosos Psalm. *Oculi Domini super metuentes eum, vt eruat à morte animas eorum.* Veruntamen istos oculos auertit à peccatoribus, quia ipse est qui dicit Esa. 1. *Auertam oculos meos à vobis.* Oculi diuinæ iustitiæ malos respiciunt ad ipsos seueriter puniendum, bonos vero ad ipsos saluandum & defendendum Prou. 15. *In omni loco oculi Domini contemplantur bonos & malos.* Isti enim sunt oculi lyncei, qui vident vltra parietem, quia scilicet, vltra parietem corporis vsque ad intima cordis vident oculi Domini facta nostra. Vnde quod Deus respiciat iniquos ad eos puniendum, dicitur Amos 9. *Ecce oculi Domini super regnum peccans, & destruet illud.* Iste enim est Argus, qui centum oculis caput habebat ornatum, ita quod nunquam dormiebat simul nisi duo, & ideo ante & retro videbat, sicut dicitur in Ouidio, quia sc. Dei circumspectio & consideratio tanta est, quod nunquam potest deficere, vel per aliquem defraudari, quia semper videat omnia, quæ sunt antea & retro, i. præterita & futura Ezech. 1. *Totum corpus in circuitu plenum erat oculis ante & retro.* De istis vero oculis diuinæ iustitiæ narratur de quodam barbitonsore, quod amore Dei pauperes quantumcumq; deformes libenter radebat, & eis succurrebat, qui cum semel pauper affectus quendã potum fuisset furatus, dominus Christus volens eum reducere ad pœnitentiam, apparuit sibi in specie cuiusdam deformissimi scabiosi, radi amore Dei petentis, quod cum barbitonsor libenter vellet facere, inuenit totum caput eius plenum oculis, quod cum admirans peteret quid hoc esset, pauper respondens, dixit: Ego (inquit) sum ille, qui video vbique. Et bene vidi heri, quando potum furatus fuisti. Barbitonsor autem paupere euanescente timuit, pœnitensque restituit potum illum. Ecce ergo, quomodo oculi diuinæ iustitiæ non patiebantur pati, quod iste perderetur Eccl. 34. *Oculi Domini super timentes eum.* Oculi vero diuinæ largitatis respiciunt iustos, ad ipsos in Paradiso liberaliter præmiandum. Vnde in Psal. *Oculi Domini super iustos, & aures eius in preces eorum.* Ecce ergo quomodo oculi diuinæ sapientiæ diuersimode respiciunt homines in hoc mundo. Iste est enim sicut aquila, quæ oculos habet limpidissimos, ita quod pisciculos in mari natantes dicitur à celsitudine aeris videre, & super ipsos subito descendere, & venire. Quia vere sicut dictum est, oculi scientiæ diuinæ, qui sole sunt clariores, in mari huius mundi vident quicquid homines faciunt, & qualiter vel in bono, vel in malo se gerunt, Eccles. 17. *Viæ hominum non sunt absconsa ab oculis suis.* Isti sunt ergo oculi diuinæ sapientiæ.

¶ Secundo dico principaliter, quod in scriptura inueniuntur oculi supernæ præsidentiæ. Et sic per oculos intelliguntur Prælati & superiores, qui se regere cætera membra Ecclesiæ militantis. Et ideo breuiter de bono Ecclesiastico, prælato vel viro perfecto, potest exponi illud, quod Iob de seipso dicebat Iob 29. *Oculus fui cæco, & pes claudo, pater eram pauperum, & causam quam nesciebam, diligentissime inuestigabam.* Vbi aduerte, quod sicut oculos habet, ic. B

Magnam { Luciditatem,
Vtilitatem,
Humiditatem,
Sublimitatem,
Mobilitatem.

Sic pro certo vir perfect⁹ & maxime prælatus debet habere Luciditatem discretionis. (Oculus inquit fui cæco.) Vtilitatem dilectionis. (Pes inquit claudo) Humiditatem cõpassionis. (Pater inquit eram pauperum.) Sublimitatem iurisdictionis. (Causam inquit inuestigabã) Mobilitatẽ circumspectionis. (Diligentissi-

gentissime inquit.) Istæ sunt enim quinque spirituales conditiones [illegible] ubi; id est, boni Iudicis vel prælati.

¶ Dicamus igitur, quod ad talem oculum pertinet, quod sit lucidus per discretionem. (Oculus inquit fui cæco.) Omnia enim membra naturaliter sunt cæca præter oculum. Et ideo necesse est, vt oculus satis habeat de lumine vel splendore, vt cæteris membris possit debitum regimen ministrare. Sic vere cum in corpore Ecclesiæ sint multa membra cæca, i. e. multi subditi ignorantes, ideo necesse est, quod oculi, i. prælati & viri perfecti, religiosi & clerici magnæ discretionis lumine sint dotati, vt per ipsos possint alij doctrinis, & scientijs fidei, & morum illuminari, & in viam salutis dirigi, & debite gubernari. (Oculus inquit fui cæco.) Vnde Esaiæ 29. *Oculi cæcorum videbunt & addent mites in domino lætitiam.* Quod tamen est hodie contra multos oculos & prælatos, qui sc. magis sunt cæci & ignorantes in spiritualibus, quam alij subditi vel inferiores, quamuis enim ipsi quandoque, lumen scientiarum legalium, & mundialium habeant, istud tamen lumen non est conueniens ad docendum & dirigendum subditos in via spiritualis rectitudinis & salutis. Et ideo membra Ecclesiæ possunt de istis oculis suis horribiliter conqueri, dicentes illud Psalm. *Lumen oculorum meorum & ipsum non est mecum.* Et quare? quia pro certo isti oculi sunt hodie plus quam ipsi subditi in spiritualibus ignorantes, iuxta illud Psalm. *Obscurentur oculi eorum ne videant, & dorsum eorum semper incurua.* De modis vero quomodo iste oculus obscuratur, vide infra. Sit ergo lucidus per discretionem [ Oculus inquit fui cæco.]

C ¶ Deinde dico quod iste debet esse vtilis per dilectionem, quod ostenditur, cum dicitur [ Pes claudo] Pes enim affectionem signat & amorem. Sicut enim oculus super omnia membra est vtilis ipsi corpori, sic & prælatus debet esse ipsi Ecclesiæ. Debet enim esse pes spiritualis affectionis, ipsos intime diligendo, pes quoque fundamentalis sustentationis, ipsos benigniter supportando, quod bene figuratum est Apo. 1. *in illo filio hominis sedentis in throno cuius oculi erant sicut flamma ignis, & pedes similes orichalco cum est in camino ignis ardentis.* Sic igitur patet, quod est vtilis oculus per affectionem.

D ¶ Deinde dico, quod est oculus humidus, & iste oculus debet esse humidus per compassionem. Et hoc ostenditur, cum dicitur [Pater eram pauperum] Sicut enim oculus multam habet humiditatem respectu quantitatis suæ (quod necessarium fuit ad faciliorem formarum impressionem) sic prælatus debet esse per pietatem & benignitatem tener & humidus, ita quod faciliter possit in se recipere per compassionem quicquid sibi per preces pauperum ab exteriori imprimitur, & quicquid calamitatis & paupertatis in alijs exterius speculatur, vt de prælatis Ecclesiæ dicatur illud Psalm. *Oculi eius in pauperem respiciunt* [ Pater inquit eram pauperum] Vide si vis infra de patre. Sed sicut in oculo sunt plures tunicæ, sc. quædam humidæ, quædam magis duræ, istud tamen verum est, quod illa, quæ est mollior, est pupillæ proximior, quam illa, quæ est durior, sic in prælato debet esse mollities pietatis & compassionis, & etiam duritia seueritatis, ita tamen quod pietas magis ei adhæreat quam iustitia. Exemplu Samaritani, qui *primo infudit sauciato oleum lenitiuum, deinde vinum mordicatiuum*, sicut dicitur Lucæ 10. Quia quamuis vna non debeat ab altera separari, vna tamen debet proximius amplexari, vt sic dicatur ei illud Iob 10. *Oculi carnei*, id est, *misericordes tibi sunt, & sicut videt homo, & tu videbis.*

E ¶ Item dico, quod talis oculus debet esse sublimis per iurisdictionem. [Causam inquit inuestigabam ] Causas enim inuestigare pertinet ad iudicem & superiorem. Psal. *Iudica me Deus, & discerne causam meam.* Sicut enim oculi sunt in loco altiori, sc. in capite, sic tales collocati sunt in sublimiori dignitate. Et sicut videmus, quod oculi dicuntur sublimes, quia sunt in capite radicati, & versus cœlum eleuati & sublimati, & ideo sunt ad videndum, & respiciendum vndique magis apti, & etiam ordinati, sic proculdubio spiritualiter loquendo, prælati sublimes possunt dici, quia in capite Christo radicantur per fidem & dilectionem. Eccl. 2. *Oculi sapientis in capite eius.* Sursum versus paradisum eleuantur per affectionem & contemplationem. 4. Reg. 19. *Eleuasti in cælum oculos.* Circumquaque etiam respiciunt & speculantur per prudentiæ circumspectionem Iob 39. *Oculi eius de longe prospiciunt.* Tales ergo oculi debent esse sublimes, quamuis proculdubio hodie vsq; ad terram per auaritiam multipliciter sint depressi. Es. 5. *Oculi sublimes deprimentur.* Non sic, sed sit sublimis per iurisdictionem.

¶ Rursum dico, quod talis oculus debet esse mobilis per circumspectionem [ Diligentissime inquit ] Sicut enim videmus, inter cætera corporis membra oculi sunt cæteris mobiliores, & ad vertendum sunt vndique promptiores, iuxta illud 1. Corint. 15. *in momento, in ictu oculi, in nouissima tuba*: Sic prælati debent esse diligentiores, & ad motum bonorum operum promptiores, iuxta illud 2. Para. 19. *Cum diligentia cuncta facite.* Vnde de tali circumspectione dicitur Es. 21. *Contemplatus est diligenter multo intuitu*, vt de talibus oculis dicatur illud Es. 32. *Non caligabunt oculi videntium, & aures surdorum diligenter auscultabunt.* Et sic patet quomodo oculi, id est, prælati, iudices, & doctores debent esse diligentes, eminentes, compatientes, affectuosi & luminosi. Et sic religioni, vel Ecclesiæ poterit dici illud Cant. 1. *Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra, oculi tui sicut oculi columbarum.* Et sicut oculi naturaliter in sui compositione septem habent tunicas seu pelles, vt dicit Constantinus, sic prælati debent habere septem virtutes ad implendum spirituale iudicium, tres sc. theologicas, & quatuor cardinales. Vnde Eccles. 10. *Oculi eius septemplices sunt.* Isti ergo sunt oculi supernæ præsidentiæ, quod est secundum principale. F

¶ Tertio principaliter dico, quod in scriptura inueniuntur oculi internæ conscientiæ. Et isti pro certo nihil aliud sunt, quam intellectus & affectus. Duo enim fuerunt necessarij, vt sic vnus impediretur, eius defectus per alterum suppleretur, Quia oportet, quod illi simplices in quib. oculus Intellectus deficit quantum ad perfectam cognitionem, oculum affectus habeant clariorem quantum ad veram simplicitatem & dilectionem. Istud enim de oculo naturali ita se habet, quod si vnus excæcatur, vel impeditur, alius clarius intuetur. Et hoc fit, quia spiritus visiuus, qui ad ambos diuidebatur, tunc in vno solo luminosius congregatur, & sic ibi perfectius operatur. Sic vere fit inter istos duos oculos, inter intellectum, sc. & affectum, quia vere impeditio vnius, est promotio & fortificatio alterius. Sicut enim ad oculum videmus, sæpe quanto oculus intellectus in visu scientiarum amplius proficit, tanto affectus ad Dei, & proximi dilectionem amplius impeditur, sicut ad literam patet de clericis, qui quanto sunt in scientijs subtiliores, tanto & in moribus tepidiores. Et econuerso simplices in quibus intellectus obtunditur in Dei dilectione in cæteris moribus perfectius disponuntur. Vnde August. dicit, *quod simplices, & idiota rapiunt cælos, & nos cum literis nostris mergimur in profundum.* Per oculum ergo mentis cor, & conscientiam intelligamus, & exponamus de quolibet viro iusto, & eius spirituali oculo illud Zach. 3. *Super lapidem vnum oculi septem sunt.* In quibus verbis apparet, quod sicut oculi sc. in capite radicaliter imponuntur, ad vnum effectum vniformiter disponuntur, in superciliis sensibiliter absconduntur & reponuntur, insuper in substantia multipliciter componuntur, ita viri perfecti debent habere

- Radicalitatem stabilis durationis. [Super lapidem inquit.]
- Vniformitatem simplicis intentionis. [ Vnum inquit.]
- Concauitatem humilis contritionis. [Oculi] id est, occulti.
- Multiplicitatem nobilis perfectionis. [ Septem inquit.]

¶ Dico ergo quod oculi mentis debent habere stabilem durationem, quia sc. sicut oculus radicaliter adhæret capiti, & ibi habet fundamentaliter locum suum, & mediantibus duobus neruis cum ipso tam tenaciter colligatur, quod nunquam potest ab eo nisi per violentiam separari, sic oculi mentis nostræ debent per affectum & desiderium, & per firmitatem propositi in capite nostro Deo, & mediantibus duobus neruis duplicis charitatis tam fortiter, & iam fundamentaliter radicari, quod nunquam debent ab ipso aliqualiter separari. Quod ostenditur, cum dicitur [Super lapidem.] Domus enim non potest stabilior esse quam quando super lapidem est fundata. Oculi ergo mentis nostræ super illū, qui est lapis angularis, debent fundari, & firmari, vt nunquam per peccatum possint ab eo segregari. Vnde Ezech. 10. *Super caput Cherubin quasi lapis sapphirus.* Nos etiam debemus esse spirituales lapides, vt oculos mentis in domino firmos, stabiles, & lapideos habeamus, *vt sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ, ita oculi nostri ad dominum Deum nostrum* H

[illegible] *[illegible] est.* Sicut enim hyæna dicitur habe[illegible] [illegible] immobiles [illegible] sunt [illegible]. Item, aquila etiam habet [illegible] elatos, quia [illegible] sæpe recte [illegible] in solem potest figere [illegible] & [illegible] inspicere & videre, ita etiam nos debemus [illegible] nostræ mentis in Deum tam immobiliter figere per amorem quod nunquam ad aliquid aliud diligendum debemus [illegible] auertere vel auferre. Habere enim oculos attendaliquem, signum est

Amicitiæ veracis,
Obedientiæ promptioris,
Indigentiæ amplioris,
Gratitudinis amicabilitatis.

Homo [illegible] alium figit oculos suos [illegible] amicus in amicum [illegible] delectatur. Et sic ipsos debent in Deum figere [illegible] quia sicut dicitur Eccles. 11. *Delectabile [illegible] solem.* Item sicut verus obediens in prælatum ad [illegible] sibi totis affectibus, & oculus eleuatur, sic etiam [illegible] habere boni ecclesiastici & religiosi, sicuti dicebat [illegible] Ps. *Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ, ita oculi nostri ad* [illegible] Videbatur etiam loqui Dauid sicut bonus religiosus, [illegible] dicebat: *Anticipauerunt vigilias oculi mei, turbatus sum, & non* [illegible] Quia scilicet religiosus debet habere

Subiectionis, & obedientiæ promptitudinem, quia debet vigilare.
T[illegible] & reuerentiæ mœstitudinem, quia debet esse turbatus.
Verborum, & facundiæ paucitudinem, non sum inquit locutus.

Item debemus oculos mentis figere in Deum, sicut pauper in [illegible] aliquid de eius manibus reportet & resocilletur [illegible] *Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi.* Item [illegible] homo in suum adiutorem propitium & beneuo[illegible] gratias agendo eidem gratuletur, sicut faciebat Dauid [illegible] dicebat. *Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cælis.* Istam [illegible] materiam de gratiarum actione pulchre dilatat auctor ille [illegible] libello de oculo cap. 24. Et ponit ibi duo pulchra exempla [illegible] de quodam serpente, aliud de quodam leone, sed [illegible] gratia breuitatis, quia forte alibi ponam ea. Patet ergo, quod oculus mentis nostræ debet habere stabilem dilatationem seu fixionem. [Super lapidem inquit sunt.] Quia scilicet in [illegible] nostro Deo debent radicaliter esse fixi. Quod est contra multos, qui non habent oculos in capite, id est, in Deo, sed [illegible] vana gloria & in mundo. Similes quibusdam vermibus, qui oculos habere dicuntur in cornibus, sicut dicuntur [illegible] limaces. Similes etiam quibusdam monstris seu hominibus monstruosis, qui sunt in Æthyopia secundum Isidorum, qui capite carentes, oculos dicuntur habere in pectoribus. [illegible] vere multi sunt, qui oculos mentis considerationis, & affectionis non habent fixos in capite suo Deo, sed magis in cornibus, hoc est dictum, in appetitu cornuum, id est, eminentiarum & dignitatum per superbiam & ambitionem. Sed in pectore, hoc est dictum, in illis, qui sunt sibi impectorati, & in[illegible] per affectionem & per personarum acceptionem. In [illegible] enim figunt moderni oculos, non in Deo, quia sicut dicitur Prouerb. 17. *Oculi stultorum in fines terræ.* Et hoc quia sicut dicitur [illegible] Psal. *Oculos suos statuerunt declinare in terram.* Contra illud [illegible] *Ne erigas oculos tuos ad opes.* Non sic ergo charissimi, sed habeant oculi mentis nostræ in Deo stabilem affectionem, seu [illegible] in Psalm. *Oculi mei semper ad dominum, quoniam ipse euellet [illegible] pedes meos.*

[illegible] oculi debent habere humilem, simplicem, & gra[illegible] [illegible] rationem, quod ostenditur, cum dicitur. [Vnum] Sicut [illegible] videmus quod quamuis oculi nostri sint duo, tamen vnicum & [illegible] simplicem habent actum, quia sc. de vna re non respicientes concipiunt duas imagines, sed tantum vnam. (Quod [illegible] secundum naturales quia duo nerui spirituales [illegible] à capite ad oculos deferentes, in media fronte in modum crucis vniuntur & coniunguntur, & sic species rerum à duobus oculis receptæ non diuersa sed vna esse videtur, quia sub [illegible] ratione intellectus præsentatur.) Sic vere charissimi, oculi [illegible] nostræ debent quantum ad intentionem esse simplices [illegible] vniformes, quia sc. vnam rem non debent videre duplici [illegible] [illegible] duplici intentione, vt sc. vnum intendant interius, & a[illegible] prætendant exterius, sicut sunt proditores, hypocritæ & fallaces quia sc. ille qui terram ingreditur duabus vijs, à domino maledictus [illegible] Eccle. 2. *Væ duplici corde etiam homini ingredienti terram duabus vijs,* quia sicut Luc. 11. *Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit.* Simplicem ergo oculum habeamus [Vnum inquit] Quia sicut dicitur Matth. 18. *Bonum est tibi cum vno oculo ad vitam ingredi, quam duos oculos habentem mitti in fornacem ignis.* Habeamus ergo simplicem intentionem. Item nos debemus habere humilem absconsionem, quod notatur cum dicitur [Oculi.] Quia secundum Isidorum oculi dicuntur quasi occulti. Sicut enim videmus, quod oculi in profundo loco capitis & quasi in absconditio sunt locati, & quod etiam palpebris sunt cooperti & velati (quod vtique necessarium fuit, vt oculus sic illæsus à nocumentis exterioribus seruaretur, vt faciliter clauderetur, & ne per subintrationem alicuius pulueris, seu venti eius tenera substantia læderetur) sic vero dico, quod oculus mentis nostræ debet per humilitatem contegi & velari, & ne exterius indiscrete vagetur, per discretionem reprimi, & recludi, & in profundo meditationis spiritualiter locari, & ingiter profundari. Esa. 2. *Oculi sublimes hominis humiliati sunt.* Et bene dicit sublimis, quia vere illi, qui sunt in virtutibus sublimiores cautius tenent oculos suos, & etiam magis clausos, & ne malum videant amplius coopertos. Inter aues enim illæ, quæ sunt nobiliores sicut sunt aquilæ, habent oculos profundiores, & magis occultiores. Vt sic isti videantur dicere illud Psa. *Auerte oculos meos, ne videant vanitatem.* Cuius tamen contrarium multi faciunt qui se, more canis rabidi oculos cordis semper tenent apertos ad videndum & desiderandum, explorandum & deridendum omnia vana exteriora. Et tamen vt dicit Arist. in libro de anima, quod animalia quæ carent palpebris, & quæ oculos non possunt claudere, sunt debilis visus, sicut sunt pisces & serpentes. Qui vere pisces, id est, carnales & deliciosi, serpentes terram comedentes, id est, auari & malitiosi, qui scilicet oculum cordis non possunt claudere, nec à malis desiderijs cohibere, sed qui potius ipsum ad omnia desiderabilia continue tenent apertum, sunt debilis visus spiritualis, id est, debilis discretionis in illis, quæ pertinent ad salutem. Isti videntur dicere illud Eccl. 2. *Omnia quæ desiderauerunt oculi mei, non negaui eis.* Et ideo consecutiue possunt dicere illud Thre. 3. *Oculus meus deprædatus est animam meam.* Non sic charissimi, sed oculos cordis palpebris humilitatis claudamus, bona nostra celemus & abscondamus, nec nos indiscrete exterius propalemus. *Manus*, enim, *Moysi dum in sinu abscondita fuit, sana permansit, exterius foris producta, leprosa cunctis videntibus est facta,* sicut dicitur Exod. 4. *Ezechias etiam à Deo reprehenditur, dum thesauri sui per ipsum Babylonicis nunciis ostenduntur.* Esa. 39. Ipse etiam Christus *orando & clamando iubet nos abscondere, in cubiculum intrare, & ostium sensuum claudere*, vt à vanis cogitationibus & tentationibus, & ab inani gloria possimus animum præseruare, quia secundum Gregorium in Homi. *deprædari desiderat, qui thesaurum in via publice portat.* Habeamus igitur humilem absconsionem [Oculi inquit, id est, occulti] Quia sicut dicitur Esa. 33. *Qui obturat aures suas, ne audiat sanguinem, & claudit oculos suos, ne videat malum, iste in excelsis habitabit.* Item oculus cordis nostri debet habere nobilem perfectionem, seu conditionem, quod ostenditur, cum dicitur. [Septem] Numerus enim, septenarius vniuersitatem designat, secundum Gregorium. Quod probat pro eo, quod omnia, quæ sunt, in quodam septenario consistunt. Sunt enim

Septem planetæ,
Septem climata,
Septem dies.

Etiam in scriptura inueniuntur

Septem stellæ,
Septem virtutes,
Septem vitia,
Septem dona.

In ipso etiam oculo septem à Constantino dicuntur esse tunicæ, ex quibus ipsius oculi substantia componitur, & ipsius oculi pupilla circumdatur & velatur. Sic ergo dico, quod oculus mentis debet septenario, id est, vniuersitate virtutum & perfectionum esse compositus ad hoc, quod possint in suo morali esse debite virtuosus.

¶ Possumus ergo hic notare, quod sicut oculus corporalis habet

Splendorem,
Humorem,



Fluo-

Fludrem,
Tremorem.

¶ Sic oculus moralis, debet habere
Splendorem discretionis,
Humorem compassionis,
Fluorem lacrymationis,
Tremorem dubitationis.

Dico ergo, quod iste oculus debet splendere per discretionem. Sicut enim oculus totum corpus dirigit, atq; regit, (Et inde necessarium est, quod habeat in se lumen, quia se. ipse videt pro toto corpore, non pro se solo, & ideo Secundus Philosophus dixit, quod oculus est dux corporis, vas luminis, index animi) sic vere spiritualiter loquendo, quia oculus mentis est totius moralis corporis directiuus, i. hominis interioris, & exterioris (quia sicut dicitur Luc. 11: *Lucerna corporis tui est oculus tuus*) necesse est, quod lumen gratiæ & spiritualis discretionis habeat, vt hominem discrete dirigat, atque regat. Et hoc est, quod petebat Dauid in Ps. *Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte*: aduertamus tamen de oculis, quia dicit Arist. in li. de anima lib. 2. Oculi nigri coloris melius vident de die, quam de nocte: oculi vero albi seu glauci melius vident de nocte, quam de die, sicut patet de bubonibus & de cattis habentibus oculos candidos, seu glaucos. Sic vere charissimi, dico, quod illi, qui colorem nigrum, id est, memoriam mortis & virtutem humilitatis, quæ in scriptura nigredini comparantur, habent in oculis mentis suæ, isti de ideo in die bonorum spiritualium solent clare & discrete cognoscere & videre, quamuis in nocte negotiorum temporalium non semper sciant ita sagaciter se habere. Ideo ad mortis etiam considerationem habendam monebat ille Esaias, Esa. 51. *Leuate in cælum oculos vestros, & videte sub terra deorsum*. Et econuerso autem illi, qui in istis oculis habent albedinem voluptatis, & glaucedinem gloriæ & prosperitatis mundanæ, tales (dico) licet in nocte negotiorum mundi clare videant & discrete, tamen in die bonorum spiritualium obscure sapiunt, & non clare, quinimo isti sunt illi, qui dicunt Esaiæ 59. *Palpauimus sicut cæci parietem, & quasi absque oculis tractauimus*. Impegimus meridie quasi in tenebris, id est, caliginosis quasi mortui. Debet ergo oculus iste splendere per discretionem.

L ¶ Debet etiam dare humorem per compassionem. Sicut enim oculus multum humorem continet, quia secundum Constantinum tribus humoribus & septem tunicis est oculus compositus: sic vere oculus mentis debet per compassionem esse humidus & benignus, septem etiam tunicas, id est, septem pietatis opera debet habere, tribus vero humoribus, i. tribus compassionis generibus præpollere, quæ sunt

Faciliter { Indulgere delinquentibus,
Condolere patientibus,
Subuenire indigentibus.

De oculo indulgente dicitur Ezech. 20. *Pepercit oculus meus super eos*. De oculo condolente dicitur Thren. 1. *Oculus meus deducens aquam, eo quod longe factus est consolator*. De oculo insuper subueniente dicitur in Psal. *Oculi eius in pauperem respiciunt*. Debet ergo dare humorem per compassionem.

M ¶ Debet quoque flere, seu lugere per componctionem. Proprium enim est oculi, quod lacrymas emittat. Lacrymæ vero dolorem & compunctionem designant. Ad denotandum, quod oculus mentis debet faciliter de peccatis dolere, & lacrymas compunctionis, si non materialiter, sed tamen spiritualiter destillare. Thren. 2. *Defecerunt post lacrymas oculi mei*. Et aduerte, quod iste oculus debet flere, & spiritualiter tristari, & dolere, scilicet,

Propter fumum considerationis infernalium tormentorum,
Propter ventum vanæ gloriationis mundialium gaudiorum,
Propter puncturam duræ conditionis criminalium delictorum.

Ista enim tria debent oculum cordis ad lacrymas & dolorem prouocare. Teste enim Salomone Eccles. 22. *Pungens oculum educit lacrymas*. Et ideo dicebat Hierem. 9. *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum? & plorabo die ac nocte*. Sic ergo dico, quod iste oculus debet lugere per compunctionem.

N ¶ Iste præterea oculus debet tremere, seu etiam se mouere per conturbationem. Oculus enim præ alijs membris est summe mobilis. Excessiua autem [illegible] dicitur designare. Vnde etiam de Ch[illegible]nte, [illegible] mal summe timidum, in tantum, quod præ timore [illegible]tem, dicitur, quod oculos summe habet mobiles, v[illegible]que vagos: sic vere dico, quod oculus mentis nostræ [illegible] tremebundus & mobilis per timorem, in tantum, quod præ timore diuinæ offensæ nunquam debet in pace quiescere, aut dormire. Deut. 28. *Dabit tibi Dominus cor pauidum, & deficientes oculos*. Et nota, quod oculi nostri debent timere

Amittere cœli possessionem,
Incurrere Dei offensionem,
Acquirere mortis damnationem.

Timeamus ergo cœlestis gloriæ amissionem. Es. 38. *Attenuati sunt oculi mei suspicientes in excelso*. Item de diuinæ offensæ [illegible]sione. Psal. *Turbatus est à furore oculus meus*. Item de igni per[illegible] damnatione. Vnde Leuitic. 26. *Visitabo super vos velociter in ardore, qui conficiat oculos*. Istæ sunt ergo bonæ conditiones huius oculi mentalis, vt sic possimus assimilari illi, qui dicitur esse oculus hominis, Zach. 9. vbi dicitur: *Dominus est oculus hominis: Cuius oculi in pauperem respiciunt, & cuius oculi sicut lampas ardens*, Dan. 6. Sic igitur patet, quod isti oculi debent habere F

Moralem confessionem,
Humilem absconsionem,
Simplicem intentionem,
Stabilem infixionem.

Et hoc de oculo spirituali sufficit, in quantum potest significare in bono.

¶ Sed adhuc dico, quod oculus potest significare in malo. Et sic per oculos possunt denotari multa genera cordium malignorum, & multa genera personarum. O

¶ Primo ergo dicamus, quod per oculum malum possunt intelligi mala corda. Sicut enim oculus multis causis potest in operationibus impediri, sic oculus mentis potest in suis actionibus diuersis occasionibus perturbari. Et ideo breuiter notare possumus, quod in scriptura inueniuntur multa genera malorum oculorum, per quos possunt vel malæ personæ, vel malæ conscientiæ notari, videlicet,

Oculi { Turbati,
Inflati,
Grauati,
Cœcati,
Fœdati,
Fraudati.

Oculos enim { Turbat inuidia,
Inflat superbia,
Grauat acedia,
Cœcat auaritia,
Fœdat immunditia,
Fraudat amicitia.

¶ Dico ergo, quod inueniuntur oculi, qui per inuidiam sunt turbati. Sicut enim oculus quandoq; turbatur propter nimiam claritatem spiritum visibilem disgregantem, in tantum scilicet, quod non videt, sicut ante videbat: sic vere oculus mentis, quando respicit claritatem alienæ prosperitatis, solet quandoque taliter per inuidiam conturbari, quod rectitudinem iudicij amittit, & quod facere debeat, non aduertit. Eccles. 14. *Nequam est oculus inuidi*. Isti enim sunt oculi serpentis, qui sunt temporibus, non in fronte, & ideo nunquam potest aliquid recte respicere. Isti sunt etiam oculi strabi, qui recte non respiciunt. Sed aduerte, quia vere ad literam inuidi nunquam recte respiciunt, sed alios, nec eorum bona, imo semper tortuose & inuidiose cum dolore, displicentia & mœrore. Exemplo Saul, *qui inuidens Dauid, non rectis oculis aspiciebat ipsum*, sicut dicitur 1. Regum 18. Inuidus igitur cum oculo suo sic turbato potest dicere illud Psa. *Turbatus est à furore oculus meus, inueteraui inter omnes inimicos meos*.

¶ Secundo dico, quod inueniuntur oculi, qui per superbiam sunt inflati, seu etiam elati, quos tamen non habebat ille, qui dicebat: *Domine, non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei*. Proprium est enim oculi, quod sedeat in alto loco. Accidit etiam oculo, quod semper in infirmitate inflatur. Quia vere oculus mentis humanæ solet per superbiam & ambitionem alta loca summe appetere, & infirmitate superbiæ percussus solet contra altos indebite se inflare. *Isti sunt oculi sublimes, quos Deus detestatur*, sicut dicitur Prouerbior. 6. Tales oculos habent P

[illegible], qui non dignantur respicere inferius ad videndum pauperes & vicinos, sed superius ad videndum nobiles & maiores, sicut potissime sunt illi, qui non respiciunt inferius, ad [illegible], vnde originaliter processerunt, sed semper sursum ad magnum gradum, quem accidentaliter, ascenderunt. [illegible] 41. *Omne sublime videt oculus eius*, Ipse est rex super omnes filios superbiæ. Talibus comminatur Deus in Psalm. vbi dicitur: *Oculos superborum humiliabis*: & Es. 2. *Oculi sublimes hominum humiliabuntur*. Isti ergo sunt oculi, qui per superbiam sunt elati.

¶ Tertio dico, quod inueniuntur oculi, qui per acediam sunt grauati. Oculi n. grauantur à somno, quando homo comedit illud antidotum Medicinæ, quod dicitur Hiera picra. Quia vere pigritia vitiosa facit oculum mentis spiritualiter somnolentum. Duo autem sunt, quæ istam somnolentiam inducunt, sicut pulcherrime iste ponit in libro de oculo morali, ca. 14. videlicet, inconsideratio diuinæ gloriæ, & inconsideratio æternæ [illegible]. Nam sicut duo sunt inter cætera, quæ oculum impediunt [illegible] somno corporali, i. præsentia nimiæ claritatis, & auditus [illegible] tus vel tumultus. sic duo sunt, quæ somnum pigritiæ ab oculis mentis possunt excutere, scil. consideratio claritatis gloriæ Paradisi, quia sicut dicitur Eccl. 40. *Gratiam & speciem desiderabit oculus, & consideratio tumultus miseriæ inferni*, sicut habebat Dauid, qui dicebat in Ps. *Turbatus est à furore oculus meus*. Ideo ista duo considerare non videntur illi, quorum oculi mentales somno pigritiæ prægrauantur. In vitis patrum enim legitur, quod cum frater quidam ab Abbate Achille peteret, quomodo ipse frater tantam acediam haberet, respondit Abbas: Quia (inquit) necdum vidisti, quæ sunt præmia, quæ speramus, & supplicia, quæ timemus. Primam considerationem non videbantur habere Apostoli Matth. 26. vbi dicitur, *quod Iesus inuenit eos dormientes, erant enim oculi eorum grauati*. Secundam vero considerationem non habebant illi, de quibus dicitur in Ps. *Contritio & infelicitas in viis eorum, non est timor Dei ante oculos eorum*. Isti ergo sunt oculi, qui per acediam sunt grauati.

4 ¶ Quarto vero dico, quod inueniuntur oculi per auaritiam excæcati. Sicut enim oculus, quamuis videatur pulcher & lucidus, est tamen aliquando corporaliter cæcus, sicut patet in illis, quorum oculi peluis ardenti cæcantur, & tamen exterius pulchri & lucentes videntur: sic vere auari per peluim ardentem, id est, per ardorem auaritiæ sunt cæcati, & lumine veræ discretionis priuati, quamuis exterius in mundanis videantur claros habere oculos, & sint luce temporalis scientiæ præ cæteris illustrati. Hierem. 2[illegible] *[illegible] vero & oculi & cor ad auaritiam*. Et bene illi habent oculos [illegible]cos, & hoc etiam maxime in cognitione terrenorum, quæ scilicet tantum videntur appetere. Non enim vident quanta est ibi vanitas, mutabilitas, laboriositas, & periculositas. Oculus enim non videt rem sibi omnis appropinquantem. Interpositio etiam terræ impedit oculum, quanquam sit clarum, à visione solis, sicut patet de nocte: Luna quanquam sit clara, eclipsim solet pati quando inter ipsam, & solem contingit terram aliqualiter interponi. Quia vere charissimi, quamuis oculus intellectus sit in homine quantum ad naturale ingenium luminosus, est obscurus tamen, obscuratus & cæcus in spiritualibus negotijs efficitur, quando terra, id est, bona temporalia sibi per nimium amorem vltra debitum approximantur, & quando per vitium auaritiæ amor terrenorum inter ipsum & Deum interponitur, & locatur. *Isti sunt illi, qui oculos statuerunt declinare in terra*. Ps. 16. *Isti sunt* illi illiciti, *quorum oculi sunt fines terræ*, sicut dicitur Prou. 17. *Isti sunt* etiam illi, *quorum oculi insatiabiles sunt*, sicut dicitur Eccl. 2. *Non satiatur* (inquit) *oculus visu, nec auris auditu*: Et vere oculus cordis auarorum [illegible] diuitijs visibilibus, quia sc. quicquid desiderabile videt, totum habere desiderat & affectat. Vnde Eccl. 14. dicitur, *quod insatiabilis est oculus cupidi*. Isti sunt ergo oculi per auaritiam excæcati. Vide supra de cæcitate.

5 ¶ Quinto dico, quod inueniuntur oculi per immunditiam inquinati. Et isti sunt oculi luporum, qui præ cæteris sunt immundi. Quia scilicet luxuriosi habent in oculo cordis lippam immundissimæ fœditatis. Isti enim luxuriosi non solum habent immunditiam luxuriæ in oculo interiori, imo etiam in exteriori, quia multi & multæ sunt, quorum aspectus corporales sunt totius luxuriæ interioris prouocatiui, & aliorum ad luxuriam inductiui. Isti sunt oculi Basilisci, qui interficiunt quicquid vident. Isti sunt oculi bufonis, qui quamuis sint pulcherrimi, sunt tamen non modicum venenosi, & quamuis videantur magnam habere luminositatem, fugiunt tamen diem & claritatem, & diligunt noctem & obscuritatem. Quia vere oculi luxuriosorum diem, id est, hominum præsentiam non diligunt, sed obscuritatem & solitudinem semper quærunt. Eccle. 24. *Oculus adulteri obseruat caliginem dicens, non me videbit oculus*. Isti ergo sunt illi oculi, quos domina Ioseph in eum dicitur iecisse, quando ipsum ad libidinem voluit prouocare, sicut dicitur Gen. 39. De istis etiam dicitur 2. Petr. 2. *Oculos habentes plenos adulterij*. Et ideo breuiter isti sunt quasi fenestræ, per quas latrunculi, id est, tentationes intrant ad animos vel ad animas. Sunt etiam foramina, per quæ fures, id est, dæmones intrant ad deprædandum cuniculos. Vt sic dicat quilibet illud Thren. 3. *Oculus meus deprædatus est animam meam*. Et vere oculus animam deprædatur, quia constat, quod per oculum indiscrete respicientem, venenum tentationis bibitur, per quod mors & consensus operis sequuntur, per quæ anima à virtutibus spoliatur. Oculus enim plus læditur rem albam inspiciendo, quam rem nigram. Leonis etiam natura est, quod si homo ipsum aspiciat, ab ipso inuaditur, si vero non aspiciat, à leone non curatur. Aspectus ergo mulieris est periculosus, & magis albæ & formosæ, quam deformis, ignobilis, seu nigræ. De hoc videtur applicabile illud Iudic. 10. vbi dicitur, *quod captus est in suis oculis Holofernes*, videlicet quando Iudith vidit pulchritudinem & aspexit. Vnde etiam Iudith. 9. dicitur, *Capiebat laqueo oculorum suorum*. Oculi ergo isti sunt causa spiritualis captionis, & hoc non solum virorum, sed etiam mulierum. Teste enim Solino lib. de mirabilibus mundi, Simiæ sic à venatoribus capiuntur. Venatores enim oculos suos fingunt se inungere & dimittentes viscum in præsentia simiarum recedunt. Simiæ vero venientes, & quicquid vident fieri, facere tentantes, illo visco oculos suos inungunt, & sic claudentes palpebras cæcæ fiunt, quare à venatoribus citius capiuntur, & per vnctionem oculorum alterius dominio supponuntur. Istud exemplum adducit magister, qui fecit librum de oculo morali contra mulieres se fucantes & fardantes, & stibio oculos suos, vt pulchræ appareant, depingentes, quæ pro certo causa sunt & occasio, quod à luxuriosis venatoribus capiuntur quoque per luxuriam & dominio eorum submittuntur. Figuratæ in Iezabel 4 Reg. 9. quæ volens placere illi Iehu, qui occiderat virum suum, *oculos suos stibio pinxit*, & tamen ipsam ipse Iehu interfecit. Quia vere illæ, quæ taliter oculos suos depingunt, mortem culpæ, & pœnæ incurrunt. Vnde de luxuriosa persona potest exponi illud Ecclesi. 17. *Linguam & oculos & cor dedit illis*, sc. luxuriosis. Isti sunt ergo oculi [illegible] immunditiam inquinati.

¶ [illegible]exto dico, quod inueniuntur oculi per amicitiam defraudati [illegible]. Et isti oculi sunt, vt communiter prælatorum. Oculi enim deluduntur per nimiam attentionem de candela. Tunc enim digito, vel virga inter oculos posito videre creduntur duo. Oculus etiam impressus fortiter à digito solet vnam candelam videre duas esse. Oculus insuper illud, quod videt in speculo concauo, solet videre totum inuersum, quia scil. alta videntur ibi sibi infima, dextra, sinistra & econuerso. Sic vere charissimi, quia hodie multi sunt, qui filios & nepotes attendunt, & considerant mediante lumine carnalis affectionis, ad quos etiam totaliter attendunt mediante etiam speculo specialis dilectionis & personarum acceptionis mouente etiam & impellente digito, id est, vrgente consilio alicuius consiliatoris, vel mediatoris, necesse est, quod vnum videatur esse duo, id est, quod illa persona sic respecta, vel dilecta credatur ab eis plus duplo valere, quam valeat. Quinimo, quod peius est multi sunt qui oculum cordis habent per carnis affectionem & per personarum acceptionem sic delusum, quod alta videntur sibi infima, id est, viri boni videntur sibi esse mali, & mali boni, & totaliter econuerso. Quia breuiter oculus cordis nunquam de rebus bene iudicat, quem personarum acceptio vel carnis affectio oculorum turbat. Isti figurantur in Samsone, quem Dalila, id est, carnis affectus fecit à Philistæis excæcari. Iud. 16. Isti figurantur in Heli sacerdote, *cuius oculi caligauerunt, & non poterat videre lucernam domini, donec extingueretur*, sicut dicitur 1. Reg. 3. Quia vere tales non possunt videre lucernam domini, id est, personas lucidas & discretas. Vident tamen optime lucernas extinctas, id est, personas ignorantes & indiscretas, & ad quas per carnis affectionem trahuntur. Et quid? pro certo talibus accidit sicut Isaac: de quo dicitur Genes. 27. *quod oculi eius caligauerant, & videre non poterat*. Et ideo Iacob, quem

*Diction. Berchorij.*

ttt 3

quem mediante pelle hædorum tetigerat, quamuis esset secundogenitus, benedictionem tamen Esau primogeniti reportauit. Quia vere charissimi sæpe fit inter tales, qui oculus intellectus habent sic cæcutientes & delusos, quod dum mediante pelle carnalis affectionis aliquem considerant atque tangunt, quamuis constet ipsum esse secundogenitum, id est, minus idoneum & perfectum, benedictionem tamen primogeniti reportet, id est, beneficia, quæ personis dignis & sufficientibus debellantur, eisdem conferuntur & conceduntur. Isti sunt ergo illi, quorum lumen oculorum non est secum, quia sc. magis est cum istis suis nepotibus, quam cum ipsis. Vt de eis proprie exponatur illud Zach 3. *Super lapidem vnum septem oculi sunt*, hoc est dictum, quod tales figunt oculos suos septies plus, quam deberent super tales lapideos & ignaros. Ecce ergo charissimi, quomodo inueniuntur in scriptura multa genera malorum oculorum, vel quomodo oculus cordis in suis operationibus impeditur. Sed vide si vis, supra de cæcitate, de iudicare, & infra de videre. Et si tibi non sufficit, vide libellum de oculo morali, vbi quicquid potest dici de oculo, dicetur ibi. Quia status totius mundi ad oculum pulcherrime applicatur. De quo etiam fateor me multa accepisse, & isti meo opusculo addidisse. Hæc igitur de oculo sufficiant, quæ sunt dicta de pupilla, vide infra.

A **Occupare.** Nota, quod occupare sumitur

Pro { Rei vendicatione,
Laboris & exercitij executione,
Alterius dominij subiugatione.

Dic igitur, quod in scriptura reperitur Occupatio
Commendabilis & virtuosa,
Detestabilis & vitiosa,
Affectabilis & fructuosa,
Contristabilis & luctuosa.

¶ Primo dico, quod est quædam occupatio virtuosa, & ista pro certo est illa, qua boni se solent in bonis operibus & exercitijs occupare, similes corporibus cœlestibus, quæ semper sunt in suis motibus occupata, & in officiorum suorum executione ad orbis regimem ordinata. Sic iusti nunquam debent à bono motu & operatione cessare, sed semper in aliquo virtuoso exercitio se occupare. 2. Paral. 35. *Vsque ad noctem fuerunt occupati sacerdotes.* (Ad noctem, inquit,) id est, vsque ad mortem, iuxta illud verbum Hieronymi: *Semper aliquid boni facito, vt te diabolus inueniat occupatum.* Iusti ergo

Occupantur { Virtutum fructibus,
Aquarum fluctibus,
Pauperum pastibus.

Dico, quod iusti occupantur virtutum fructibus. Exemplo scilicet bonæ terræ, quæ dum bene colitur, bonis fructibus occupatur & cumulatur, iuxta illud Leuit. 26. *Occupabit messium tritura vindemiam, & vindemia occupabit sementem*, quasi dicatur, vna virtus occupabit aliam. Item occupantur iusti aquarum fluctibus, seu lacrymarum fontibus, quia scilicet iusti occupantur in lacrymis, & fontes etiam lacrymarum & compunctionis, & fluenta deuotionis & compassionis occupare non cessant: more, scilicet fontis, qui se occupare non cessant in amissione riuorum. Vnde Iud. 7. *Descendite in occursum Madian, & occupate aquas.* & Iudic. 3. *Occupauerunt viri Galaadita vada Iordanis.* Item occupantur iusti pauperum pastibus. Sicut enim radix continue occupatur in nutritione ramorum, sic iusti in pastu pauperum & egenorum. Vnde de filijs Iacob dicitur Gen. 33. *quod ipsi erant absentes, & in pastu pecorum occupati*: Ista est ergo occupatio virtuosa.

B ¶ Secundo dico, quod inuenitur occupatio vitiosa. Et ista pro certo est illa qua mali occupant mala, & qua etiam occupantur à malis. Et sic dico quod inuenitur Occupatio
Nequitiæ, cui mali subiugantur,
Sæuitiæ, cui mali effrænantur,
Stultitiæ, qua mali possidentur,
Miseriæ, qua mali detinentur.

De occupatione peccati & nequitiæ constat, quod sicut terra inculta faciliter occupatur à vepribus & infructuosis herbis: sic vere homo, qui per laborem & pœnitentiam non colitur faciliter à vitijs occupatur Iob. 3. *Occupet eum caligo & tenebræ, nec sit in recordatione, &c.* Vide Vbi. Vnde proprie mali sunt sicut illi, qui se nesciunt defendere, qui ab hostib. sc. à vitijs & dæmonibus occupantur. Iud. 7. *Illorum, quos occupauerat captiuitas.* Talem autem occupationem timebat Dauid cum dicebat 2. Reg. 15. *Festinate (inquit) egredi, ne veniens Absalon occupet vos.* De occupatione rapinæ & sæuitiæ, qua s. mali non cessant aliena capere, & occupare, dicitur 1. Mach. 10. *Ascendit Alexander, & occupauit Ptolomaidam.* Et 1 Mach. 9. *Occupauerunt eam, & peremerunt animas hominum.* De occupatione vero stultitiæ, qua sc. homines imprudentes se occupant in rebus superuacuis, & ineptis dicitur Eccles. 1. *Occupationem pessimam dedit Deus filijs hominum, vt occuparentur in ea.* De occupatione autem miseriæ, qua sc. occupantur pauperes, & qua etiam miseri occupantur, dicitur Eccl. 40. *Occupatio magna creata est omnibus hominibus, &c. Graue iugum super filios Adam, &c.* Ista est igitur occupatio vitiosa.

C ¶ Tertio dico, quod inuenitur occupatio fructuosa. Et ista pro certo est illa beatitudo quæ sanctos post mortem occupat in excelsis: Esa. 60. *Occupabit salus muros tuos.* Et qua etiam ipsi beati vindicant, & occupant paradisum. 1. Mach. 16. *Misit occupare Hierusalem & montem templi. &c.*

D ¶ Quarto vero dico, quod inuenitur occupatio luctuosa. Et ista pro certo est illa, qua damnati occupantur à miserijs infernalibus & tormentibus. De quo dicitur Prouer. 14. *Extrema gaudij luctus occupat.* Vt de diabolo ipsos occupante dicatur illud Mach. 5. *quod occupauit ciuitatem, & occidit omnem masculum.* Et hæc de occupatione sufficiant. Vide supra de Obtinere.

A **Occurrere. Occursus.** Nota, quod occurrere idest, quod obuiam currere. Et quia homo occurrit alteri homini aliquando pro bono, aliquando pro malo possumus breuiter notare, quod in scriptura inuenitur, quod homo quandoque occurrit alteri

Ad { Ipsum veraciter honorandum,
Sibi benigniter succurrendum,
Ipsum seueriter corrigendum,
Ipsum sinceriter diligendum,
Sibi humiliter supplicandum,
Sibi viriliter repugnandum,
Ipsum concorditer salutandum,
Ipsum communiter visitandum, vel consolandum,
Ipsum efficaciter adiuuandum,
Sibi hilariter gaudendum.

Omnibus istis modis accipitur occurrere in bono. ¶ Sed adhuc occurrit alter alteri in malo, sc.
Ad sibi pertinaciter obuiandum,
Ad ipsum fallibiliter defraudandum,
Ad ipsum fabulariter derideodum,
Ad ipsum horribiliter deuorandum.

¶ Dico ergo, quod est occursus ad honorandum veraciter. Et sic videmus quod diuitibus occurritur in signum reuerentiæ & honoris. Quod etiam in nobis debet esse ad literam, quia etiam nos debemus alter alteri occurrere: & alter alterum honorare, sicut de Abraam dicitur Gen. 18. *quod cum vidisset tres viros, occurrit in occursum eorum.* Christus etiam in patria dicitur sanctis occurrere, & singulariter honorare. Figura 2. Reg. 2. vbi dicitur, *quod surrexit Rex Salomon in occursum Bersabee &c.* ¶ Item est occursus ad succurrendum benigniter. Et sic viri liberales occurrunt, id est, obuiam currunt pauperibus, quando vident eos indigere. Quia scilicet homo pius non debet solum succurrere, imo etiam succurrendo præuenire & occurrere, quia vt dicit Seneca de beneficijs lib. 4. *Gratissima sunt beneficia parata, occurrentia, & facilia, vbi nulla fuit mora, nisi in accipientis verecundia.* Quia sicut dicit idem in Prouerbijs, *inopi beneficium bis dat, celeriter qui dat.* Sic iubet occurrere Esa. 21. *vbi dicitur cum panibus occurrere fugienti.* 4. Reg. 8. *Tolle tecum munera, & vade in occursum viri Dei.* Item est occursus ad corrigendum seueriter. Et sic debent occurrere prælati malis, & eorum malitijs & nequitijs Esa. 31. *Quomodo si rugiat leo cum occurrit ei multitudo pastorum.* Et sic præcepit dominus prophetæ, quod descenderit in occursum Achab ad ipsum reprehendendum de morte Naboth, dicens, 3. Reg. 21. *Descende in occursum regis Achab*, & 4. Reg. 1. *dicunt, Vir occurrit nobis, & dixit, reuertemini.* F

¶ Item est occursus ad diligendum sinceriter. Occurrere enim & ire obuiam alicui, signum est amoris, sicut dicitur Tob. 11 *quod Tobias data manu puero, obuiam occurrit filio suo.* Sic etiam spiritualiter Deus occurrit pœnitentibus, præuenientem gratiam infundendo: sicut de patre dicitur Lucæ 15. *quod videns filium*

*filium prodigum reuertentem occurrens cecidit super collum eius, & osculatus est eum.* ¶ Item est occursus ad supplicandum humiliter. Et sic occurrunt pauperes diuitibus ad petendum eleemosynam. Sic & nos debemus occurrere Deo, & eleemosynam suæ gratiæ humiliter implorare. Sic fecerunt illi leprosi, de quibus dicitur Luc. 17. *Occurrerunt Iesu decem viri leprosi, & steterunt à longe & leuauerunt vocem, dicentes, Iesu præceptor miserere nostri.* ¶ Item est occursus ad repugnandum viriliter. Et sic debemus occurrere diabolo & peccato, exemplo fortis militis, qui fortiter occurrit aduersario suo. Et sic de Dauid 1. Reg. 17. *Festinauit & occurrit ad pugnam ex aduerso Philisthæi.* ¶ Item est occursus ad salutandum concorditer. Et sic debemus alter alteri occurrere, & alter alterum pacifice salutare, sicut de Christo legitur Matth. 28. *Iesus autem occurrit eis dicens, Auete.* ¶ Item est occursus ad communiter visitandum, & si necesse fuerit, ad consolandum suauiter. Sic dicitur 4. Reg. 4. *Ecce Sunamitis illa, vade in occursum eius, & dic ei, Rectè ne agitur erga te & virum tuum.* ¶ Item est occursus ad iuuandum viriliter. Et sic dicitur occurrisse Simon fratri suo 1. Mach. 10. vbi de Ionata dicitur, quod *occurrit ei frater suus Simon in adiutorium.* ¶ Item est occursus ad congaudendum hilariter. Et sic dicitur 1. Reg. 18. quod *egressæ sunt mulieres in occursum, cantantes, chorosque ducentes, & dicentes Saul percussit mille, & Dauid decem millia.* Et istis omnibus modis accipitur occurrere in bono.

B ¶ In malo accipiendo occurrere, dico adhuc, quod est quidam occursus ad ambulandum ferociter & pertinaciter. Et sic occurrere idem est, quod contra currere. Et sic occurrunt prælatis & superioribus obstinati discipuli & rebelles, sicut patet in sæculo & in claustro. Vnde Luc. 8. *Occurrit ei quidam vir, qui habebat dæmonium.* Sic etiam occurrit diabolus, & vir iniquus tentando & fabulando, contradicendo & nocendo. Hier. 41. *Egressus est Ismael in occursum eorum.* De isto tamen dicitur Prou. 30. *Leo fortissimus bestiarum ad nullum pauebit occursum.* Et Iob 39. dicitur, quod *in occursum vadit armatis.*

¶ Item est occursus ad defraudandum fallaciter & fallabiliter, vt dicuntur falsi homines sub specie boni alijs occurrere, & falsum honorem & amorem fingere, vt possint eos decipere & tradere. Sic fecit Iahel Iud. 4. vbi dicitur, quod *egressa est Iahel in occursum Sisaræ, dicens, Intra ad me domine mi, ne timeas.* Et tamen dicitur ibidem, quod *dum dormiret, occidit eum.*

¶ Item est occursus ad deridendum nugaciter & fabulariter. Et sic multi qui fabulando & deridendo alijs occurrunt sub specie honoris. Vnde 2. Re. 9. dicitur, quod *egressa Michol filia Saul in occursum Dauid, deridebat eum pro eo, quod videbat eum nimis lætum.* Illum autem falsum occursum & falsum honorem dicuntur dæmones facere damnatis peccatoribus in inferno, quia sicut dicitur Esa. 34. *Occurrent ibi dæmonia, onocentauris & pilosus, clamabunt alter ad alterum.* & Esa. 14. *Infernus subter te conturbatus est, in occursum aduentus tui suscitabit tibi gigantes.*

¶ Item est occursus ad deuorandum crudeliter & damnabiliter. Et iste est ille occursus, quo animabus damnatis occurrunt dæmones in inferno, de quo Amos 5. dicitur: *Quomodo si fugiat vir à facie leonis, & occurrat ei vrsus.* Iste est etiam ille occursus, quo Deus occurret peccatoribus in iudicio. De quo Osee 13. *Occurram eis quasi vrsa rapto catulis.*

C ¶ Igitur charissimi, occurramus Deo sicut ex prædictis colligi potest, sc.

Ipsum { Honorando, Salutando, Diligendo, Requirendo, Supplicando. }

Et hoc est, quod ipse nobis sonuit in scriptura, dicens in Psalm. *Ingrediens in occursum meum, & vide.*

D ¶ Item occurramus proximo, sc. ipsum
Adiuuando,
Consolando,
Corrigendo,
Succurrendo.

¶ Item occurramus etiam diabolo, ipsum
Debellando,
Repellendo.

Et sic pro certo ipse non occurret nobis, nosmetipsos deuorando & puniendo. Nos etiam vltetius non malo modo occurramus proximo,
Ipsi obuiando, seu repugnando,
Ipsum deridendo, nec eum defraudando,
Ipsum deuorando, seu ipsi nocendo

Et sic finaliter nos occurremus omnes
In { Vnitatem fidei, Virum perfectum, Mensuram ætatis plenitudinis Christi. Eph. 4. }

De Deo vero nota, quod ipse solet occurrere
Pœnitentibus per gratiam præuenientem,
Laborantibus per clementiam subuenientem,
Triumphantibus per gloriam expedientem,
Delinquentibus per iustitiam impedientem.

Occurrit (dico) incipientibus, ipsos per gratiam præueniendo. De quo Marc. 14. *Occurret vobis homo lagenam aquæ* (scilicet gratiæ) *baiulans, sequimini eum, quocunque introierit.* Occurret etiam proficientibus ipsis subueniendo. Sap. 6. *In omni prouidentia occurret illis*, scilicet, Dominus. Occurrit insuper perficientibus, seu etiam triumphantibus, ipsos in cœlis recipiendo seu remunerando. Vnde de Deo dicitur Esa. 44. *Occurristi lætanti & facienti iustitiam.* Occurrit nihilominus deficientibus, ipsos impediendo, seu etiam male agentibus, eorum malitijs obuiando, & in inferno finaliter puniendo, quod præcipue fiet in iudicio, quando verificabitur illud Psalm. *A summo cælo egressio eius, & occursus eius vsque ad summum eius, nec est, qui se abscondat à calore eius.* Cum igitur nobis Deus multis modis occurrat, nos sibi etiam bene parati & ornati virtutibus occurramus, ipsique humilibus obsequijs nos dedamus. Amos 4. *Præparare in occursum Dei tui Israel.* Et hæc de Occurrere sufficiant. Vide supra de Obuiare, & de Currere.

## Odire. Odium.

Nota, quod in scriptura inuenitur triplex odium, sc. A

Odium { Formidandum, Euitandum, Frequentandum. }

Primum est odium diuinæ voluntatis, illud sc. quo Deus odit malos, de quo Eccl. 12. *Altissimus odio habet peccatores.* Secundum est odium mentalis prauitatis, & istud est illud, quo mali oderunt omne bonum, de quo dicitur 1. Ioan. 2. *Qui odit fratrem suum, in tenebris est.* Tertium est odium moralis bonitatis, & istud est illud, quo nos debemus odire & fugere omne malum, de quo in Ps. *Iniquos odio habui, & legem tuam dilexi.* De isto ergo triplici odio aliquid est dicendum.

¶ Primo quidem dicamus aliquid de odio virtuoso. Et dicamus, quod sicut ceruus secundum Plinium naturaliter odit serpentes, ipsosque de cauernis extrahit, & tandem ipsos deuorat, & sic venenum & infirmitatem ejicit & expellit. Sic vere charissimi, nos, qui *sicut cerui super montes Bethel debemus esse, & quemadmodum ceruus ad fontes gratiæ desiderare*, debemus procul dubio odire serpentes internus in terra nostræ conscientiæ latitantes, id est, vitia & peccata, ipsosque per confessionem de cauerna cordis debemus expellere, ipsosque per iugem recordationem comedere, & etiam incorporare, & sic sanitatem animæ poterimus rehabere. Amos 5. *Odite malum & diligite bonum.* Serpentes etiam exterius gradientes sc. peccatores odire debemus, in quantum sc. nobis obuiant in via bonorum. Quia sc. nos tenemur odire malos, in quantum mali & odire malum, quod in eis est, sicut faciebat Dauid, dicens in Psalm. *Odiui ecclesiam malignantium.* Et alibi: *Perfecto odio oderam illos, inimici facti sunt mihi.* Super quo dicit Chrysostom. *Perfectum odium est odire vitia, non naturam.* Nos ergo debemus odire & fugere mala, vt sic cuilibet nostrum possit Dominus dicere illud Psalm. *Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea vnxit te Deus.*

¶ Vbi ostenditur, quod mala sunt odienda, sc. vt possimus B
Charitatis fœdera reparare. (Dilexisti, inquit.)
Æquitatis opera frequentare. (Iustitiam.)
Prauitatis onera declinare. (Odisti iniquitatem.)
Pietatis viscera procurare. (Propterea vnxit te Deus &c.)

Per tale enim odium
Charitatis efficitur sanctitudo,
Æquitatis perficitur rectitudo,
Prauitatis deponitur turpitudo,
Pietatis acquiritur plenitudo.

¶ Dico ergo, quod odium vitiorum solet reparare pristina fœdera charitatis. (Dilexisti.) Vnum enim contrariorum (vt communiter) non oditur, nisi aliud contrariorum diligatur. Vnde a-

ues, quæ regiones frigidas solent fugere & odire, experiuntur regiones calidas diligere & amare, sicut patet de gruibus & turturibus, quæ in hyeme loca frigida dimittunt, & ad calida se conuertunt. Quia igitur malum & bonum sunt contraria, necesse est, quod si peccatum & malum odimus, quod Deum & bona spiritualia diligamus. Odium autem peccati, charitatem inter Deum & hominem reparat, quam complacentia peccati destruxerat & turbarat. Et hoc bene innuit Apostolus Rom. 12. dicens: *Odientes malum, & adhærentes bono.* Et quod tale odium dilectionem Dei generet, patet exemplo & authoritate. Exemplo. Ille enim gratiam & amorem hominis solet acquirere, qui inimicum suum solet amore eius fugere & odire, & quia diabolus, peccatum, mundus, & viri iniqui, Dei & sanctorum sunt inimici, per consequens si ipsos oderimus, sequitur, quod amici Dei erimus. (Dilexisti, inquit.) Psalm. *Qui diligitis Dominum, odite malum. Custodit Dominus animas sanctorum suorum, & de manu peccatoris liberabit eos.* Per tale ergo odium reparantur pristina fœdera charitatis.

¶ Item dico, quod per tale odium reformantur pristina opera æquitatis. (Iustitiam, inquit.) Sicut enim per amoré & complacentiam peccati illa mentis rectitudo & proportio vel iustitia, qua anima Deo debet subiici, & sibi humiliter famulari, destruitur & damnatur. (De qua dicitur Mich. 3. *Nunquid vestrum est scire iudicium, qui odio habetis bonum, & diligitis malum?*) ita per peccati odium iustitia reparatur. (Iustitiam, inquit.) Vnde 1. Tim. 6. *O homo Dei hæc fuge* sc. peccata, *sectare vera iustitiam, pietatem, fidem & charitatem.* Ps. *Qui oderunt iustum, delinquent.*

¶ Item dico, quod per tale odium repelluntur pristina pondera prauitatis. (Odisti iniquitatem, inquit.) Sicut enim natura abhorrens prauos humores, quando videt eos dissolutos, solet eos expellere: sic anima, quæ peccata odit, ipsa libenter eiicit & expellit. Non esset enim sapiens, qui in domo sua morari dimitteret illum, quem toto corde fugeret & odiret, & ideo si iniquitatem odimus, ipsam de domu cordis expellere debemus. Quare? Certe quia *qui diligit iniquitatem, odit animam suam.*

¶ Nota, quod nos debemus odire, sc.

Vitium cupiditatis,
Vitium loquacitatis,
Vitium pomposiiatis,
Gaudium prosperitatis.

De cupiditate dicitur Pro. 28. quod *qui odit auaritiam, longi fient dierum.* De loquacitate dicitur Eccl. 19. *Qui odit loquacitatem, extinguit malitiam.* De pompositate dicitur Amos 6. *Detestor ego superbiam Iacob, & domus eius odi.* De prosperitate etiam dicitur Amos 5. *Odi, & proieci festiuitates vestras.*

¶ Item dico, quod per tale odium acquiruntur in terra viscera pietatis. *Vnxit te Deus,* inquit, *oleo.* Psal. 44. & Matt. 5. *Diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum:* & Malac. 1. *Iacob dilexi, Esau autem odio habui,* quasi dicatur, per odium diligitur bonum, quod sc. est memoria pietatis. (Vnxit te, inquit.) & Ezech. 16 *Ibi vnxi te oleo, cinxi te bysso.* Istud ergo sufficiat de odio virtuoso.

C ¶ Secundo dico de odio perniciofo, id est, de odio fraterno. Istud enim odium magis inter peccata spiritualia reputatur, & quia hoc immediate opponitur charitati, quæ est maior & principalis inter virtutes. Et ideo etiam scriptura comparat ipsum homicidio. 1. Ioan. 3. *Omnis, qui odit fratrem suum, homicida est.* Sed quid? Omnia, quæ sunt mala, odiunt (vt communiter) bona. Quia vnumquodque solet naturaliter odire illud, quod est sibi contrarium in natura, quia sicut similitudo est causa amoris, ita contrarietas est causa odij & rancoris. Et inde est, secundum Astrologos, quod septimum signum cœli, quod est directe oppositum primo, est domus inimicitiæ & odij. Quia breuiter semper inuenies, quod illa, quæ sibi sunt in conditionibus contraria, sunt sibi inuicem inimica. Mali igitur odiunt bonos, tanquam sibi contrarios & diuersos. Et nota, quod isti odiunt generaliter quatuor, videlicet,

Bonorum operum executores,
Suorum scelerum reprehensores,
Suorum peccatorum informatores,
Suorum locorum reformatores.

¶ Dico ergo, quod mali odiunt bonorum operum executionem, seu omnis iustitiæ persecutionem. In sæculo enim & in claustro illi à malis amplius odiuntur, & contemnuntur, qui in bonis operibus diligentius occupantur. Vnde etiam dicit Plinius, quod in Labion sint quidem falsæ apes, quæ nihil operantur imo odiunt operantes, & comedunt earum mella, odiunt autem alias apes, quando vident eas diligentes & bonæ custodiæ. Quia vere multi sunt hodie, qui ad nullum bonum opus solent vacare, vacantes vero & diligentes solent contemnere & odire, & per detractionem mella suorum bonorum operum deuorare. Vnde Prou. 26. *Viri iniqui oderunt simplicem.*

¶ Mali etiam odiunt suorum scelerum reprehensionem, seu suæ nequitiæ redarguitionem. Sicut enim serpens naturaliter odit rutam, quæ est amara ipsamq; fugit & dimittit. (Vnde dicitur, quod in horto, seu loco, vbi est ruta, non solent habitare serpentes.) sic mali odiunt amaritudinem correctionis. Nunquam enim vellent corrigi, nec à suis malis operibus reprehendi, sicut exemplum habemus de iniquo rege Achab, qui de quodam sancto propheta dicebat 3. Reg. 22. *Odi, inquit, eum, quia non prophetat mihi bonum sed malum omni tempore.* Sicut enim phreneticus odit Medicum, & in suis vinculis gloriatur, sic tales mali in vinculis peccatorum suorum gloriantes, solent odire Medicos, correctores, & infirmitatum suarum punitores & curatores, iuxta illud Psalm. *Tu vero odisti disciplinam & proiecisti sermones meos retrorsum. Si videbas furem, currebas cum eo &c.* Quia tales magis diligunt consortium malorum, quam bonorum. Et tamen dicitur Eccles. 21. quod *qui odit correctionem, vestigium est peccatoris.* Et ideo sicut videmus, quod phreneticus odiens Medicum, & scissuras eius non sustinens, mortem incurrit, sic tales qui correctiones odiunt & fugiunt, mortem æternam finaliter incurrunt, quia sicut dicitur Prou. 15. *Qui increpationes odit, morietur.*

E ¶ Isti insuper odiunt sanæ conscientiæ informationem. Isti enim non solum odiunt reprehendi, imo etiam doceri, & informari. Et sicut aues immundæ odiunt scientiam, sic tales odiunt sapientiam & doctrinam Ioan. 3. *Omnis, qui male agit, odit lucem.* Et prou. 1. *Imprudentes odiunt scientiam.*

F ¶ Odiunt præterea dulcis concordiæ reformationem. Nunquam enim vellent esse in concordia, vel in pace. Dicit enim Plinius quod bufo habet vnum os, quod in aqua feruenti positum facit eam quiescere à feruore, & tamdiu non feruebit quamdiu ibi erit, & isto vtuntur magi (prout dicit) ad odium suscitandum. Tales procul dubio sunt mali, qui recte sunt ossa & membra bufonis diaboli. Feruorem enim charitatis impediunt, & odium suscitant & inducunt. Istud potissime patet in detractoribus & falsis verborum relatoribus, quia sc. isti mediantibus magi, id est, dæmones solent odia suscitare, & inter homines discordiam generare. Eccl. 5. *Susurrans autem odium & contumelia & inimicitia.* Istud est autem quadruplex odium perniciosum. Isti sunt ergo, qui

Recta fugiunt,
Pauperem odiunt,
Alte superbiunt,
In iustos sæuiunt,
In Deum tugiunt,
In Ecclesiam furiunt,
In prosperis ludunt,
In mortem veniunt.

Dico, quod tales odibiles & odiosi omne bonum solent fugere. Micheæ 3. *Odio habetis bonum, & diligitis malum.* Item omnem pauperem solent spernere. Prou. 19. *Fratres hominis pauperis oderunt eum.* Et Prou. 14. *Etiam proximo suo pauper odiosus erit.* Item alta superbe solent sapere. Psalm *Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper:* & alibi. *Qui oderunt te, extulerunt caput.* Item iustorum bona solent rapere Ps. *Qui oderunt nos, diripiebant sibi.* Item mala Deo solent dicere. Hier. 12. *Facta est mihi hæreditas mea quasi Leo in sylua, ideo odiui eam.* Item in Ecclesia solent furere. Ps. *Odiui ecclesiam malignantium.* Item in mundi bonis solent ludere. Ps. *Gloriati sunt, qui oderunt te, in medio solennitatis tuæ.* Item hi finaliter solent cadere se. in infernum Psa. *Confundantur omnes qui oderunt Sion.* Ecce ergo qualiter succedit illis qui Deum odiunt, & qui etiam à Deo odiuntur. Istud est igitur vnum odium periculosum.

G ¶ Tertio dico, quod inuenitur odium periculosum. Et istud est illud, quod Deus odit peccatores. Et quamuis ille motus animi, quem nos vocamus odium, non possit cadere in Deum, quia in ipso non potest esse aliqua mutatio. (Vnde etiam Sap. 11. dicitur, *Nihil odisti eorum, quæ fecisti*) dicitur tamen Deus odire, id est, ad modum odientis se habere in quantum sc. mala prohibet fieri, & in quantum malis subtrahit gratiam, & negat gloriam.

¶ Et ideo notare possumus, quod Deus odit

Superbos & vanigloriosos,
Auaros & ambitiosos,
Immundos & luxuriosos,
Iniquos & iniuriosos,
Raptores & seditiosos,
Discordes & litigiosos,
Loquaces & præsumptuosos,
Mordaces & perniciosos,
Procaces & insidiosos.

De superbis dicitur Amos 6. *Detestor ego superbiam Iacob, & domos eius odi.* Et Eccl. 10. *Odibilis coram Deo & hominibus superbia.* & in Psalmo: *Odisti obseruantes vanitates supervacue.* De auaris dicitur Malac. 1. *Iacob dilexi, Esau autem odio habui.* Esau enim qui erat pilosus diuites & auaros designat. De luxuriosis dicitur Apoc. 18 quod Babylon *facta est habitatio omnis volucris immundæ & odibilis.* De iniquis & iniquis dicitur Iudic. 5. *Deus illorum odit iniquitatem.* De iniuriosis vero dicitur Sap. 14. quod *odio sunt Deo impius & impietas eius.* Et Es. 61. dicitur, quod *Deus est odio habens rapinam in holocaustum.* De discordibus dicitur Prouerb. 6. *Sex sunt, quæ odit Deus &c.* Et sequitur: *Et illum, qui seminat inter fratres discordias.* De loquacibus dicitur Prou 54. *Vir verbosus erit, &c.* Et Eccl 9. *Terribilis autem in ciuitate sua vir linguosus, & temerarius vero in verbo odiosus erit.* De mordacibus, seu detractoribus dicitur Rom. 1. *Detractores Deo odibiles.* De procacibus ad loquendum dicitur Eccl. 10. *Est odibilis, qui procax est ad loquendum.* Et in 37. *Qui sophistice loquitur, odibilis est.* Vide de discordia, & de Ira.

A **Odor.** Cum Odor aliquando sumatur pro cælestis gloriæ suauitate & fragrantia, aliquando pro bona fama & nominis redolentia, aliquando pro virtutum sanctitate & gratia, possumus ergo notare, quod triplex bonus odor ponitur in scriptura videlicet,

Odor { Appetendus, Diffundendus, Retinendus.

¶ Primo dico, quod est odor appetendus, qui signat cœlestis gloriæ suauitatem, quæ odoratum deuotionis attrahit & delectat. Mons enim Libani ratione multitudinis arborum aromaticarum dicitur esse totus odoriferus. Ad quod concordat scriptura decens Eccl. 39. *Quasi Libanus odorem suauitatis habete.* Sic quia in monte Paradisi sunt Deus, Angeli & Sancti, qui velut arbores aromaticæ odore virtutum fragrauerunt, necesse est, quod odore suauitatis in deuotis cordibus redoleant, quodque ad se deuota attrahant & reficiant, atq; pascant. Deuoti enim sunt sicut apes, quæ libenter vadunt ad loca vbi florea odorifera esse sciunt. Sic deuoti loca paradisi appetunt, vbi tot sancti odoriferi præcesserunt. Et ideo sponsa, id est, anima dicit sponso, Christo Cantic. 1. *In odorem vnguentorum tuorum curremus &c.* Et merito, quia sicut dicitur Prou. 27. *Vnguento, & varijs odoribus delectatur cor.* Odor iste est ergo appetendus.

¶ Secundo dico, quod est odor diffundendus. Et iste signat bonæ famæ iucunditatem. Et sic dicitur Eccl. 39. *Florete flores, quasi lilium date odorem.* Sed de isto odore vide supra de fama, & supra de lilio & de flore.

¶ Tertio dico, quod est odor retinendus. Et iste signat virtutum sanctitatem & puritatem, Sicut enim boni Odores solent

Spiritus in corpore confortare,
Animam & cerebrum delectare,
Bufones & dracones effugare.

Sic vere odor sanctitatis, si sit in homine, solet confortare, & multiplicare spiritum bonæ affectionis. Delectare cerebrum diuinæ dilectionis: effugere venenum diabolicæ suggestionis. Sicut enim draco fugit odorem pantheræ redolentis, & bufo odorem vineæ florentis, sic diabolus fugit odorem sanctitatis in homine abundantis. Vnde 2. ad Corinth. 2. *Christi bonus odor sumus, alijs odor mortis in mortem, alijs odor vitæ in vitam.* Et ideo de quolibet viro iusto sic per virtutes odorifero potest dici Genes. 27 *Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni.* Vbi aduerte, quod homo debet esse odoriferus

Quantum ad se per sanctitatem & perfectionem. (Ecce, inquit, odor.)
Quantum ad Deum per charitatem & dilectionem, quia sc. debet esse filius Dei. (Filij mei, inquit.)
Quantum ad proximum per pietatem & compassionem, quia debet esse (Ager plenus.)

¶ Dico ergo, quod nos debemus esse delectabiles & odoriferi, quantum ad nos, id est, in nobis ipsis per sanctitatem & perfectionem (Ecce, inquit, odor) Quasi dicat. Iste in se & de se est odoriferus, & virtutum redolentia gratiosus. Sicut enim Constantinus dicit, è puta substantia resolutor bonus odor. Et ideo illi, qui sunt in virtutibus boni & puri, non possunt nisi bene redolere.

¶ Et ideo possumus notare, quod in viro iusto redolent aromata spiritualia virtutum, videlicet,

Nardus humilitatis & subiectionis,
Vnguentum benignitatis & deuotionis,
Vinea iucunditatis & consolationis,
Mandragora sublimitatis & contemplationis,
Thus patientiæ & deuotæ orationis,
Myrrha pœnitentiæ & amaræ compunctionis,
Libanus continentiæ & castæ conuersationis,
Balsamus diuinæ gratiæ & totius sanctificationis.

¶ Redolet ergo vir iustus ad modum vnius spiritualis apothecæ. Et quidem propter humilem subiectionem, & ista est nardus, quæ est herba modica, tamen summe odorifera, de qua dicit anima Cantic. 1. *Dum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem.* ¶ Item propter benignam deuotionem. Et istud est vnguentum odoriferum, quo deuotæ mentes vnguntur. Vnde cuilibet deuotæ dicit Deus Cantic. 4. *Odor vnguentorum tuorum super omnia aromata* ¶ Item propter iucundam consolationem. Lætitia enim spiritualis valde redolet ad Deum. Et iste est odor vineæ, quia vinum lætificat cor hominis. Et de hoc Cantic. 2. *Vineæ florentes dederunt odorem suum.* ¶ Item propter sublimem contemplationem. Ista est odor mandragoræ, quæ facit hominem dormire, quia contemplatio est quidam spiritualis somnus, de quo Cantic. 7. *Mandragora dederunt odorem suum* ¶ Item propter patientiam & orationem. Iste est odor thuris, quia thus tritum, & in igne positum melius redolet, & sursum etiam eleuatur in fumum. Sic patientia in tribulatione, & oratio in feruore & dilectione. Et de hoc Cantic. 4. *Odor vestimentorum tuorum quasi odor thuris.* ¶ Item propter pœnitentiam & compunctionem. Et iste est odor myrrhæ, quæ est species amarissima, de qua Eccles. 24. *Quasi myrrha electa dedi suauitatem odoris.*

¶ Item propter continentiam & castam conuersationem. Et iste est odor Libani quia Libanus interpretatur candor. Vnde Eccles. 24. *Quasi Libanus non incisus odor meus.* ¶ Item propter diuinæ gratiæ sanctificationem. Et iste est odor balsami. Gratiam enim signat balsamus. Eccles. 24. *Quasi balsamum non mixtum odor meus.* Bene ergo dicitur de viro iusto: *Ecce odor*, quia pro certo quando aliquis sic odoriferus est in aliqua domo Ecclesiæ vel religionis, tunc in tota patria redolet fama sua, sicut dicitur Ioan. 12. quod *domus impleta est odore vnguenti.* Et sic bene dico, quod vir iustus redolet in se per sanctitatem & perfectionem. (Ecce, inquit, odor.)

¶ Item vir iustus redolet, quo ad Deum, per charitatem & dilectionem. (Filij mei, inquit.) Filius enim nomen est amoris. Ioan. 3. *Pater enim diligit filium.* Quia scilicet nihil magis redolet apud Deum, quam quod nos efficiamus filij sui per charitatem. Sicut enim antiquitus holocaustum dicebatur, quando totum animal incendebatur, & illud sic incensum odor suauissimus dicebatur: sic etiam homo, quando per charitatem totus incenditur, totus odor gratiæ & complacentiæ Domino exhibetur. Exod. 29. *Offeres arietem totum incensum.* Odor suauissimus est victimæ Domini. (Filij mei, inquit.) Vide supra de Filio. B

¶ Item iustus redolet, quo ad proximum, per pietatem & compassionem, quia sc. ipse debet esse (Ager plenus) sc. ad pauperes nutriendum, quod vtique valde est apud Deum & homines odoriferum, sicut de eleemosyna suscepta à Philippensibus dicit Apostolus Philip. 4. *Repletus sum receptis ab Epaphrodito, quæ misistis in odorem suauitatis.* Et sic ergo patet, quomodo vir iustus dicitur odorosus, & apud Deum & homines gratiosus. Vnde propter de tali potest dicere Deus & Ecclesia illud Cant. 15. *Dilectus meus candidus & rubicundus, electus à millibus, odor eius vt Libani, electus vt Cedri* Et sic patet, quod triplex est odor bonus, scilicet, F

Appetendus,
Diffundendus, &
Retinendus.

¶ Sed adhuc dico, quod in scriptura inuenitur odor malus. Et hic odor significat G

Famæ

Famæ vilitatem,
Carnis voluptatem,
Rerum facultatem.

Famæ dico vilitatem, & sic sumitur Exod. 5 *Fœtere fecistis odorem nostrum coram Pharaone.* Item carnis voluptatem, & iste est odor fœtidus, in quo porci & luxuriosi delectantur. Vnde 2. Machab. 9. dicitur de Antiocho fœtido: *Odore*, inquit, *& fœtore illius exercitus grauabatur.* Item rerum facultatem. Iste enim est odor albæ spinæ, cuius fragrantia canis deceptus perdit prædam suam. Quia scilicet homo in odore mundi albedinis & prosperitatis delectatur, odorem prædæ suæ Christi, id est, deceptionem, quam habebat apud ipsum, perdit. Ideo talis deberet dicere illud Amos 5 *Non capiam odorem cœtuum vestrorum.* Et hoc de odore sufficit.

A **Offendere.** Nota, quod offendere idem est, quod ad iracundiam prouocare. Vel offendere idem est, quod nocere, seu lædere. Vel offendere idem est, quod obijcere, vel ad scandalum impingere, cadere, vel ruere, seu scandalum pati vel facere. Et sic communiter ponitur in scriptura. Vnde offendere aliquid nihil aliud est, quam aliquod obstaculum, seu offendiculum suæ voluntati opponere, sicut dicitur 1. Reg. 29. *Vade in pace, & non offendas oculos satraparum.* Sumitur etiam offendere pro incidere, vel pro irruere, sicut communiter ponit Titus Liuius, dicens, quod talis offendit in hostem &c. Possumus ergo notare, quod in scriptura inueniuntur, sc.

Offendicula { Maiestatis supernæ,
Charitatis fraternæ,
Voluntatis internæ.

¶ Dico ergo primo, quod est offendiculum supernæ maiestatis. Et sic offendere nihil aliud est, quam per obicem peccati ipsum ad iracundiam prouocare, sicut de duabus vxoribus Esau dicitur Genes. 26. quod *ambæ offenderunt animam Isaac & Rebeccæ:* Et Num. 27. dicit Dominus Moysi: *Offendisti me in deserto in contradictione multitudinis.* ¶ Secundo dico, quod est offendiculum fraternæ charitatis. Et sic offendiculum nihil aliud est, quam scandalum, vel malum exemplum, quod est alijs causa peccati & ruinæ. Et ab isto offendiculo debemus summe cauere. De quo Rom. 14. *Bonum est non comedere carnes, vel bibere vinum, in quo frater tuus offenditur.* ¶ Tertio dico, quod est offendiculum voluntatis internæ. Et ille offendiculum dicitur esse illud, quod est homini causa ruinæ in peccatum, & ruendi finaliter in tormentum. ¶ Et sic dico, quod offendicula dici possunt

Eminentiæ supernales,
Immunditiæ corporales,
Affluentiæ temporales.

B ¶ Ad eminentias dignitatum offendit homo per peccatum superbiæ. Et de hoc dicitur Hierem. 13. *Date gloriam Deo antequam offendant pedes vestri ad montes caliginosos*, id est, ad excellentias dignitatum, quæ animum caliginant & obscurant. ¶ Ad immunditias voluptatum offendit homo per peccatum carnalis concupiscentiæ. Et de hoc dicitur Ezech. 20. *Vnusquisque offensiones oculorum suorum abijciat.* Pulchræ enim mulieres sunt offendiculum oculorum. Vnde Ezech. 44. *Ministrauerunt in conspectu idolorum suorum, & facti sunt domui Israel in offendiculum iniquitatis.*

¶ Ad opulentias facultatum offendit homo per peccatum auaritiæ. Et de hoc Ezech. 28. *Non erit vltra offendiculum amaritudinis domui Israel, & spina dolorem inferens.* Quia saluator noster in parabola de semine *diuitias comparat spinis*, Lucæ 8. Ista ergo sunt hominibus ad peccatum offendicula. Peccata vero sunt offendiculum ad tormenta. Vnde Ezech. 3. *Si iustus conuersus à iustitia sua fuerit iniquitatem, ponam offendiculum coram eo.* Et sic videmus, quod multa sunt, quæ faciunt hominem offendere, sc.

Cursus celeritas,
Viæ obscuritas,
Soli inæqualitas.

Quæ scilicet fit

Vel per fouearum profunditatem,
Vel per lapidum immissam multiplicitatem.

Sic vere dico, quod homines facit spiritualiter offendere & ruere celeritas improuidæ operationis. Prouerb. 19. *Qui festinus est pedibus, offendet.* Item obscuritas defectiuæ discretionis. Ioan. 11. *Qui ambulat in nocte, offendit.* Item inæqualitas iustitiæ & interioris intentionis, quam facit fouea carnalis delectationis, & multitudo lapidum, id est, exterioris possessionis. Ios. 23. *Quæ* (inquit) *vobis erunt in foueam, & in laqueum, & in offendiculum.* Ista enim tria, sc.

Excessus affectionis,
Defectus discretionis, &
Inæqualitas intentionis.

Quam scil. facit multitudo peccati, & fouea obstinationis vel carnalis infectionis, faciunt nos offendere, & cadere in peccatum, & finaliter in tormentum, quia sicut dicitur Iacob. 3. *In multis offendimus omnes.* Ideo bene consulitur Eccl. 17. vbi dicitur: *Precare ante faciem Domini, & minue offendicula.*

¶ Vel si vis, distingue aliter, & dic, quod hominem faciunt offendere, ruere, seu cadere, sc. C

Motus celeritatis,
Nubes obscuritatis,
Viscus lutositatis,
Ventus flatuositatis,
Fossæ concauitatis,
Saxa diuersitatis.

Sic vere dico, quod in via motum homo offendit

Propter { Celeritatem inconstantiæ,
Obscuritatem ignorantiæ,
Viscositatem immunditiæ,
Ventositatem vanæ gloriæ,
Concauitatem fraudulentiæ,
Saxositatem opulentiæ.

De motu inconstantiæ dictum est illud prædictum Prouerb. 19. *Qui festinus est, pedibus offendet.* De nube ignorantiæ dicitur Ioan. 11. *quod qui ambulat in nocte, offendit.* De visco luxuriæ seu luto immunditiæ dicitur Rom. 14. *Bonum est non manducare carnem, & non bibere vinum, in quo frater tuus offenditur.* Carnem, inquit, id est, carnalitatem & luxuriam. De vento vanæ gloriæ dicitur Eccl. 32. *In via ruinæ non eas, vt non offendas.* De concauitate malitiæ & fraudulentiæ dicitur illud prædictum Iosuæ 23. *Vobis erunt in foueam, & laqueum & offendiculum.* De saxosa vero multiplicitate mundanæ opulentiæ dicitur Hierem. 7. *Posuerunt offendicula sua in domum, in qua inuocatum est nomen meum.* Diuitiæ enim sunt lapides & ligna, & materiæ offensionis & peccati, de quibus dicitur Ezech. 20. *Vnusquisque offensiones oculorum suorum abijciat.* Et bene dixit, Abijciat, quia certe offendicula diuitiarum sunt à corde abijcienda ne scil. per auaritiam aut superbiam offendamus, iuxta illud Esa. 1. *Auferte offendicula de via populi mei.* Quia certe sicut dicitur Prou. 25. *Via iustorum sine offendiculo*, vt cuilibet dicatur illud Prouer. 4. *Ducam te per semitas æquitatis, quas cum ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui, & currens non habebis offendiculum*, vt sic dicat quilibet illud Actor. 24. *Studeo sine offendiculo conscientiam habere.* Nos igitur simus sine offendiculo peccati, & caueamus, ne alijs demus offendicula mali exempli & verbi, iuxta illud 2. Cor. 6. *Nemini dantes vllam offensionem, &c.* Et 1. Cor. 9. *Omnia sustineamus, ne offendiculum demus.* Exemplo Christi. Quia sicut dicitur Iac. 3. *Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir.* Et sic patet, quod est

Offensio { Voluntatis internæ,
Charitatis fraternæ,
Maiestatis supernæ.

**Offerre. Oblatio.** Nota, quod offerre nihil aliud est, quam aliquid alicui per modum muneris voluntarie præsentare. Et est oblatio (vt communiter loquendo) idem, quod sacrificium vel hostia, seu etiam holocaustum. Et inuenitur in scriptura multiplex oblatio, tam in bono, quam in malo. In bono enim inuenitur oblatio somma, videlicet, Oblatio

Gratiosa,
Pretiosa,
Virtuosa,
Fructuosa.

¶ Oblatio enim gratiosa est illa, qua quis offert Domino seipsum, sicut faciunt illi, qui se Dei seruitio deputant & astringunt, de quibus dicitur Iudic. 5. *Qui propria voluntate obtulistis vos discrimini, benedicite Domino.* ¶ Oblatio pretiosa est illa, quam Deo offerimus in altari, scilicet Dei filius benedictus, qui pro nobis seipsum in ara crucis obtulit Deo patri, sicut dicitur Hebræor. 9. *Semetipsum obtulit immaculatum Deo:* & Malach. 1. *In omni loco offertur nomini meo oblatio munda.* ¶ Oblatio virtuosa est illa, qua quis offert Domino opera sua bona, tanquam quædam sacrificia

... Paral. 29. *In simplicitate cordis mei lætus obtuli uniuersa.* ¶ ... vero fructuosa est illa, qua nos offerimus per bona opera ... & qua nos offerimus pro animis adiutorium & medelam. De hac dicitur Actor. 24. *Eleemosynas facturus in gentem, & oblationes, & vota.* Aduerte ergo circa bonam & spiritualem oblationem, id est, circa bonorum operum executionem, quia sicut antiquitus Deo offerebantur sacrificia corporalia, sic nos offerre debemus spiritualia, quia sicut dicitur ... *sacrificium Deo spiritus contribulatus, &c.*

¶ Notandum ergo, quod sicut in illis antiquis oblationibus ... requirebatur

Rei munditia,
Salis præsentia,
Mellis absentia,
Fermenti carentia,
Voluntatis prompta obedientia.

De munditia dicitur Genes. 8. quod *Noe obtulit de animalibus ... mundis holocaustum Domino.* De salis præsentia dicitur Leuit. 2. *In omni oblatione tua offeres sal.* De mellis & fermenti absentia dicitur Leuit. 2. *Omnis oblatio, quæ offertur Domino, absque fermento fiet, nec quicquam fermenti aut mellis ponetur in sacrificio.* De ... voluntatis dicitur Exod. 35. *Omnis multitudo filiorum Israel obtulit mente promptissima atque deuota primitias Domino.* Sic ... dico, quod in oblatione spirituali, id est, bonorum operum executione

Conscientiæ munditia debet inesse,
Sal sapientiæ & prudentiæ præsentia debet adesse,
Mel ... & acceptio debet abesse,
Fermenti malitia & infectio debet deesse,
Promptæ voluntatis affectio debet præesse.

Et sic ... *Deus acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes & holocausta, tunc imponent super altare tuum vitulos.* Et sic videbatur offerre ..., cum dicebat: *Holocausta medullata offeram tibi cum incenso arietum, offeram tibi boues cum hircis.*

¶ Vel aduerte, quod nos debemus offerre Deo sex spirituales oblationes, videlicet,

Dilectionis ardorem. (Holocausta.)
Deuotionis liquorem. (Medullata.)
Orationis feruorem. (Cum incenso.)
Correctionis rigorem. (Arietum.)
Operationis laborem. (Boues.)
Conuersationis squalorem. (Hircis.)

¶ Igitur offeramus Deo ardorem dilectionis. Antiquitus enim in omni oblatione necessarius erat ignis, quia quicquid Deo offerebatur, igne necessario cremabatur. Et ideo præcipitur Leuit. 6. *Ignis in altari meo semper ardebit.* In quo notatur, quod in omnibus, quæ Deo offerimus, necessarius est ignis feruentis charitatis, iuxta doctrinam Apostoli: *Omnia opera vestra in charitate fiant.* Et hoc ostenditur, cum dicitur (Holocausta) quia holocausta erant illa sacrificia, quæ tota Deo offerebantur, & quorum nulla pars nec sacerdoti nec offerenti retinebatur. Et dicto dicitur ὅλος quod est totum, & καῦσις quod est incendium, quasi totum incensum. Quia scilicet quicquid boni facimus, totum Deo debet per charitatem attribui & offerri, nobis vero, vel nostræ industriæ nihil debet penitus retinere. Et hoc est, quod præcipitur Gen. 22. *Tolle filium tuum, quem diligis, Isaac, & offer eum ibi in holocaustum super vnum montium &c.* Filius enim ... quem generamus, signat bona opera, quæ facimus. Offeramus ergo ardorem dilectionis. 1 Mac. 4. *Obtulerunt holocausta ...*

D ¶ Deinde offeramus liquorem deuotionis (Medullata, inquit) Antiquitus enim in omni sacrificio offerebantur certa libamina, quæ fiebant de liquoribus, sc. de oleo, & de vino, addito medulla tritici, scilic. simila valde munda, sicut dicitur Exod. 29. & Leu. 2. Sic vere spiritualiter nos debemus offerre liquorem deuotionis & gratiæ, quæ sc. contineat.

Similam purissimæ intentionis.
Vinum spiritualis lætitiæ, spei, & gratiarum actionis,
Oleum intimæ pietatis & compassionis.

Quod quidem ostenditur, cum dicitur (Medullata) quia scili. medulla, quæ est mollis & tenera, pinguis & suauis, deuotionem designat. De quo dicitur Num. 18. *Omnem medullam olei, vini, & frumenti, & quicquid offerunt primitiarum Domino, dedi tibi.* Offeramus ergo Domino liquorem deuotionis.

¶ Deinceps offeramus Deo feruorem orationis. Et hoc ostenditur, cum dicitur. (Cum incenso.) Incensum enim antiquitus, & etiam adhuc thus, & incensum Deo solent offerri, quod sursum in fumum odoriferum solet ad Deum eleuari. In quo quidem solet virtus orationis notari, quæ sursum ad Dominum solet ascendere, & sicut bona procuratrix, quousq; bonum impetrauerit, non cessare. Vnde in Psalm. *Dirigatur Domine oratio mea sicut incensum in conspectu tuo:* & Num. 28. *Incensum odoris suauissimi offeret Domino per tempora sua.* In signum huius Magi obtulerunt Domino aurum, thus & myrrham. Per thus enim oratio designatur. Vnde Leu. 2. *Offeres primitias tuas domino fundens super eas oleum, & thus imponens, quia oblatio domini est.* Et Tob. 12. *Cum orares cum lacrymis, ego obtuli orationem tuam domino.*

¶ Denique offeramus Deo rigorem correctionis. Et hoc notatur, cum dicitur [Arietum.] Per arietem enim qui solet percutere, quando vermis, quem in capite gestat, se solet aliqualiter commouere, intelligitur virtus correctionis, quæ excitata à spirituali verme, i. e. à iustitiæ rectitudine, & conscientiæ morsu, solet corpus proprium percutere & corrigere, & etiam proteruos subditos castigare. Istam ergo Deo offerimus, quando nos, & subditos mediante iustitia percutimus, corrigimus & domamus. [Arietum inquit.] Gen. 22. *Vidit post tergum arietem, quem obtulit in holocaustum.* F

¶ Iterum offeramus domino laborem bonæ operationis, quod ostenditur cum dicitur. [Boues.] Bos enim animal est summe laboriosum, & ad omnia laboris opera virtuosum, significans laborem bonorum operum, quem pro certo debemus Deo offerre, & pro ipso laborem, & pœnitentiam sustinere. Et de hoc Leu. 3. *Si de bobus voluerit offerre marem siue fœminam, immaculatum offerret domino.* Bos enim, id est, labor immaculatus dicitur, qui solum pro Deo, & non pro temporali commodo aut aliquali inani gloria sustinetur. Vnde Ezech. 43. *Offeres vitulum de armento immaculatum.* Offer ergo laborem bonæ operationis. G

¶ Insuper offeramus squalorem carnis macerationis, seu conuersationis, quia scilicet conuersatio nostra debet esse humilis, aspera, squalida atq; macra, quod notatur in hirco. [Cum hircis inquit.] Per hircum enim qui habet vellus valde hirsutum, & qui est exterius valde macer, interius vero pinguis, intelligitur humilis conuersatio, quæ debet esse exterius per humilitatem habitus hispida & hirsuta, & per pœnitentiam squalida atque macra. Iudith. 4. *Holocausta offerebant domino præcincti ciliciis.* Vnde de mortificatione carnis dicitur illud 1. Petri 3. *Vt nos offerret Deo, mortificatos quidem carne, viuificatos autem spiritu.* Intus tamen in conscientia debet esse gratijs impinguata. Et de tali hirco dicitur Leuit. 16. *Postquam emundauerit sanctuarium, tunc offeret hircum viuentem.* Sic ergo patet, quomodo offerre seu oblatio accipitur in bono. H

¶ Sed adhuc dico, quod potest accipi in malo. Et sic dico, quod peccatores offerunt, præsentant & proponunt corã Deo multa sacrificia, quæ non sunt ipsius placatiua, sed potius ad iracundiam prouocatiua. Nota ergo, quod mali offerunt munera I

Crudelitatis,
Iniquitatis,
Cupiditatis,
Tepiditatis,
Carnalitatis,
Proteruitatis.

De oblatione crudelitatis dicitur Eccle. 34. *Qui offert sacrificium de substantia pauperis, quasi qui victimat filium in conspectu patris.* De oblatione iniquitatis dicitur Prouerbior. 21. *Dona iniquorum probat altissimus, quæ offerunt.* De oblatione cupiditatis patet Act. 8. vbi Simon obtulit pecuniam Apostolis, dicens: *Date mihi gratiam istam.* De oblatione tepiditatis dicitur Matth. 9. quod *offerebant paralyticum iacentem in lecto.* De oblatione carnalitatis dicitur Leuit. 3. *Si capra fuerit eius oblatio, ponet manum super caput eius.* De oblatione proteruitatis dicitur Matth. 8. *Obtulerunt ei multos dæmonia habentes.*

¶ Si autem volumus istam materiam amplius dilatare, possumus dicere, quod generaliter in scriptura inuenitur triplex oblatio, videlicet, K

Oblatio { Bonorum operum,
Malorum scelerum,
Rerum & munerum.

Est igitur oblatio bonorum operum. Et circa hæc nota, quod sicut antiquitus Deo offerebant sacrificia corporalia, sic & nos offerre

offerre debemus spiritualia, iuxta illud 1. Petr. 2. *Offerte spirituales hostias acceptabiles Deo.* Et sic notabis, quod sicut antiquitus offerebantur Deo multa sacrificia, videlicet agni, arietes, boues, vituli, hirci, columbæ, turtures, sal, vinum, oleum & incensum, sicut possumus inuenire per diuersa loca veteris testamenti, sic vere dico, quod spiritualiter loquendo, & intelligendo nos debemus offerre domino Deo nostro

Agnos bonæ simplicitatis,
Arietes iustæ seueritatis,
Boues fortis stabilitatis,
Vitulos lætæ iucunditatis,
Hircos duræ austeritatis,
Columbas lautæ fœcunditatis,
Turtures duplicis charitatis,
Sal discretæ sapiditatis,
Vinum deuotæ sanctitatis,
Oleum benignæ pietatis,
Incensum feruidæ voluntatis,
Sanguinem summæ nobilitatis,
Hominem perfectæ seu puræ munditatis.

L ¶ Primo igitur offeramus Deo agnos simplicitatis & innocentiæ. Agnus enim animal est innocentissimum & mundissimum. Ad denotandum, quod virtutem innocentiæ, & munditiæ Deo debemus offerre. 1. Reg. 7. *Obtulit Samuel agnum lactantem.* Figura Numer. 28. vbi dicitur, quod *in iugi sacrificio debebant offerri domino duo agni, vnus scilicet mane, & alius vespere.* Ad denotandum, quod duplex innocentia, scilicet voluntatis & operis, seu cordis, & manus Deo debet offerri, & hoc in mane iuuentutis, & vespere senectutis. Vnde ibidem dicitur: *Die sabbathi offeretis duos agnos.* Offeratur ergo agnus simplicitatis, & innocentiæ.

¶ Secundo dico, quod offerre debemus arietes seueritatis seu iustitiæ. Aries enim qui percutit seueritatem iustitiæ designat. Sed de hoc vide supra § Denique offeramus. ¶ Tertio offeramus boues pœnalitatis, & pœnitentiæ, seu etiam boues stabilitatis & permanentiæ. Bos enim qui est animal laboriosum, & forte, laborem pœnitentiæ, & fortitudinem stabilis perseuerantiæ designat, quam in altari cordis Deo debemus offerre. Vide supra §. Iterum offeramus.

¶ Quarto offeramus vitulos iucunditatis seu lætitiæ. Vitulus enim qui saltat, & ludit præ lætitia, spiritualem iucunditatem designat, quæ scilicet in omni bono opere debet interuenire, iuxta illud 1. Mach. 4. *Obtulerunt holocaustum cum lætitia.* Vnde de filijs Israel dicitur, quod *ipsi in dedicatione domus Dei obtulerunt vitulos centum*, id est, perfectam lætitiam. Centenarius enim numerus perfectionem designat Ezech. 43. *Offeres vitulum de armento immaculatum* Et bene dicit vitulum immaculatum, quia sc. lætitia nostra non debet habere maculam nec culpam, nec debet esse friuola vel inanis.

¶ Quinto offeramus hircos austeritatis, & abstinentiæ. Sed de hoc vide §. Insuper offeramus. Macredo enim hirci squalorem, & macerationem carnis signat. Num. 28. *Hircus quoque offeretur domino pro peccatu.* ¶ Sexto offeramus columbas fœcunditatis & opulentiæ. Columba enim quæ est auis fœcundissima, quia scilicet quasi omni mense pullificat, fœcunditatem bonorum operum, & virtutum designat, quam scilic. debemus offerre, in quantum bonis operibus debemus abundare. Vnde de Christo legitur, quod *parentes obtulerunt pro eo par turturum, aut duos pullos columbarum.* Et Leu. 24. *Pullum columbæ offeret.* ¶ Septimo offeramus turtures charitatis & amicitiæ. Turtures enim quæ semper binæ incedunt, & compares suos tantum diligunt, quod eis mortuis alijs nunquam nubunt, charitatem & amicitiam designant & prætendunt, quia sc. vnus alterum debet diligere, & pro vno amico nequaquam alteri adhærere. Ista ergo domino offeramus, & Deum & proximum intime diligamus, & more turturis pro dilatione patriæ doleamus continue, & gemamus, Leu. 15. *Octaua die offeret pro se duos turtures.* ¶ Octauo offeramus sal discretionis & sapientiæ. Sal enim, sine quo nihil est sapidum vel conditum, sapientiam, prudentiam, & discretionem designat, sine qua nullum sacrificium boni operis aliquid valet. Leuit. 2. *Quicquid obtuleris sacrificij, sale condies, & in omni oblatione tua offeres sal.* ¶ Nono offeramus vinum deuotionis, & sanctimoniæ. Vinum enim, quod inebriat, & quod etiam ebrios quandoque facit cantare, & quandoq; etiam plangere seu flere, feruorem deuotionis signat, quæ sc.

In homine { Ad modum ebrij sensum rapit, / Laudes & cantica promere facit, & / Spirituales lacrymas introducit.

Exod. 35. *Mente deuota obtulerunt donaria.* Vnde Num. 15. *Vinum offeres in odorem suauitatis.* ¶ Decimo offeramus oleum compassionis, atque clementiæ. Oleum enim quod lenit vulnera lenitatem pietatis signat. De qua Leuit. 7. *Offerent panes absque fermento conspersos oleo.* Et Exod. 30. *Hoc oleum vnctionis sanctum est.* ¶ Vndecimo offeramus thus seu incensum orationis & eloquentiæ. Sed de hoc vide supra §. Deinceps offeramus. Thus enim quod in igne feruet, & sursum ascendit, orationem signat, de qua canitur in Ecclesia. *Sacerdotes incensum & panes offerunt Deo suo, & ideo sancti erunt &c.* Et Num. 28. *Offeretis incensum holocaustum domino.* Illud tamen est contra multos, qui sc. potius offerunt sulphur, quam thus in incensum, quia scilicet propter eorum malam vitam magis fœtent, quam redoleant apud Deum. Vnde de talibus dicitur illud Hier. 6. *Ad quid offertis mihi thus de Saba, calamum suaueolentem? holocaustomata vestra non sunt accepta, victima vestra non placuerunt mihi. Incensum est abominatio mihi* Vide ibi. ¶ Duodecimo autem offeramus Deo sanguinem electionis & eminentiæ, sc. sanguinem Christi in sacramento altaris, quem scil. sæpe & deuote nos debemus offerre. Deut. 12. *Offers oblationem tuam carnem & sanguinem.* ¶ Tertiodecimo offeramus hominem perfectionis & excellentiæ. Quia sicut antiquitus ministri altaris offerebantur Domino ad ministrandum sibi: sic & nos nostrum interiorem hominem, sc. mentem & rationem Deo debemus offerre ad sibi humiliter seruiendum. Exemplo Christi, de quo dicitur Hebr. 9. quod *semetipsum obtulit immaculatum Deo.* Vel ad literam etiam nos debemus offerre ad seruitium & officium Ecclesiæ viros idoneos, rationabiles & perfectos. Exemplo Abraham, qui *vnicum filium voluit offerre*, sicut dicitur Genes. 22. Vnde Hebræ. 11. *Fide obtulit Abraham Isaac*, In quo instruuntur prælati & viri ecclesiastici, quod perfectiores & meliores in beneficijs ecclesiasticis Deo offerant, & quod ipsos omissis deterioribus anteponant. Vnde Num. 28. præcipitur, quod *omnia, quæ offerebantur, immaculata offerrentur.* Immaculata, inquit, offeretis omnia. Quod tamen est contra multos, qui religiosos & clericos faciunt de filijs debilioribus & turpioribus. Contra etiam multos prælatos, qui in officijs & in dignitatibus Ecclesiæ præficiunt deteriores. Figurati Matth. 14. *vbi* dicitur, quod *illi obtulerunt Christo omnes male habentes*, sicut bene exemplificatur Mat. 9. & 17. de paralytico & dæmoniaco Christo oblatis. Et tamen ista sunt prohibita in scriptura, vbi sc. prohibetur, *ne cæcus & claudus, maculatus aut testiculis mutilatus Domino offeratur.* Ad denotandum, quod illi, qui

Per ignorantiam sunt cæci,
Per malitiam sunt claudi,
Per luxuriam & infamiam sunt maculati, &
Per ignauiam sunt testiculis, id est, generatione bonorum operum mutilati,

ad offerendum Deo in Ecclesia sunt indigni. Eccl. 35. *Noli offerre munera praua.* Non sic ergo, sed offeramus digna Deo sacrificia, & non mala, iuxta illud Leuit. 7. *Mandauit filijs Israel, vt offerrent oblationes.* Sic ergo patet, quomodo digna sacrificia, & spiritualia sunt Deo offerenda. Multa alia genera oblationum aucthi poterant à scriptura, sed transeo gratia breuitatis.

¶ Hic tamen potes, si vis, adiungere, quod ad spirituale sacrificium digne Deo offerendum aliqua requiruntur, videlicet, M

Locus,
Tempus,
Modus.
Locus est in intima mente,
Tempus est in vita præsente,
Modus est in actu decente.

Igitur habeat oblatio boni operis & virtutis, sc.

Locum secretum,
Tempus contritum, id est, continuum,
Modum discretum.

¶ Locum dico secretum, sc. mentem, quia etiam ad literam bona opera sunt Deo offerenda, non publice, sed secrete, iuxta illud Deut. 12. *Caue, ne offeras holocaustum tuum in omni loco.* Cuius tamen hypocritæ contrarium faciunt, qui scilicet quærunt loca publica, non occulta. Et tamen Agg. 2. dicitur, quod *omnia, quæ obtulerunt ibi, contaminata erunt.* ¶ Tempus etiam contritum, id est, continuum & completum, quia scilicet homo nunquam debet

debet cessare ab oblatione boni operis. Quod bene figuratur in iugi sacrificio, de quo dicitur Num. 28. *Holocaustum iuge est, quod obtulistis in monte Sinai.* Vnde 2. Paralipom. 24. dicitur. *Offerebat holocaustum in domo Domini iugiter.* ¶ Modum insuper discretum, quia scilicet in omni opere debet interuenire prudens discretio, quæ scilicet conditiones & circumstantias adhibeat opportunas.

¶ Et sic in omni oblatione boni operis debet interesse

Mens spontanea,
Res idonea,
Manus congrua,
Vis continua,
Vox melliflua.

Mens (dico) spontanea, quia scilicet offerri debet voluntarie, non coacte. Vnde 1. Esdræ 2. *Sponte obtulerunt in domo Domini ad extruendam eam* & 1. Paral. 29. *Læti obtulit vniuersa hæc.* Res etiam idonea, quia scilicet res & opus, quod Domino offertur, debet esse idonea & honesta, sicut supra visum est in fine §. præcedentis Nehem. 18. *Immaculata offeretis omnia.* Quod etiam bene figuratum est in filijs Aaron, qui propter hoc perierunt, quia tem in igni scilicet *ignem alienum Domino obtulerunt.* Numer. 3. Manus etiam debet esse congrua, quia scilicet ille, qui offert sacrificium reale vel spirituale, debet habere manus mundas. Vnde Leuit. 21. *Qui habuerit maculas, non offerat panes.* Et ibidem: *Qui habuerit maculam, non accedat offerre hostiam, &c.* Sicut de Saul satis apparuit, quod cum non esset sacerdos, holocaustum obtulit, & Deum & Samuelem contra se irritauit. Ideo Leuit. 22. dicitur: *De manu alienigenæ non offeretis panes.* Vis insuper continua, quia scilicet iugiter debet offerri Domino actu vel habitu bonum opus, sicut supra statim visum est. Vox nihilominus melliflua, scilicet vox iubilationis & laudis, quia scilicet Deum laudando, omnia bona opera facere debemus, vt & sibi laudis sacrificium offeramus 2. Paral. 29. *Accedite, & offerte victimas & laudes.* Et ibidem: *Obtulit vniuersa multitudo hostias & laudes.* Munus etiam, quod læte offertur, magis Deo placet. Vnde 1. Paral. 29. *Lætatus est populus.* Sequitur: *Quia toto corde offerebant ea.* Et ibidem: *Populum tuum vidi cum ingenti gaudio tibi offerre donaria.* Istæ sunt ergo oblationes iustorum, quæ impinguant altare, & quæ etiam Deo sunt acceptabiles & deuotæ, iuxta illud Psalm. *Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes & holocausta, tunc imponent super altare tuum vitulos.* Sic igitur patet, quomodo in scriptura reperitur oblatio bonorum operum.

O ¶ Reperitur etiam in scriptura oblatio malorum scelerum. Et ista pro certo est oblatio seu operatio hominis peccatoris, qui scil. nihil offert Deo vel proximo, nisi mala opera, & horribilia scelera & peccata. Quid enim offert arbor mala domino suo nisi malos fructus? Et quid potest fons venenatus offerre, nisi riuos pestiferos atque fructus malos? Notabis igitur, quod mali solent offerre multitudinem malorum, & iniquitatum scelerum,

Deo,
Diabolo, &
Mundo.

¶ Deo enim offerunt in Ecclesia, & in beneficijs, videlicet,

Paruulos & ignorantes,
Tremulos & vacillantes,
Fremulos & malignantes,
Loculos & aggregantes.

De paruulis ignorantibus dicitur Matt. 7. & Luc. 18. quod *ipsi offerebant Christo paruulos, vt eos tangeret.* De tremulis & vacillantibus, seu ad bene operandum impotentibus exponi potest illud Matt. 9. *Et ecce offerebant ei paralyticum iacentem in lecto.* O quot spirituales & iacentes paralytici offerunt hodie Christo in Ecclesia. De fremulis vero malignantibus, id est, de fatuis & vanitati vacantibus potest exponi illud Matth. 8. *Obtulerunt ei multos dæmonia habentes.* De loculis vero pecunias aggregantibus scil. de diuitibus & simoniacis, qui certe hodie præ cæteris in Ecclesia offeruntur, potest dici illud prædictum Matth. 4. *Obtulerunt ei omnes male habentes*, id est, omnes malos diuites. Isti igitur sunt qui à malis offeruntur Deo.

P ¶ Sunt etiam, quæ à malis offeruntur diabolo. Et sic nota, quod mali offerunt diabolo

Vitium { Tumentis eminentiæ, / Ardentis auaritiæ, / Latentis idololatriæ. }

*Dictum. Bersberij.*

De vitio tumentis eminentiæ, hoc est dictum, præsumptionis & superbiæ, potest exponi illud, quod dicitur 3. Regum 3 quod *adhuc populus immolabat, & sacrificabat in excelsis* De quo Hierem. 48. *Auferebam de Moab* (ait Dominus) *offerentem in excelsis* De vitio ardentis auaritiæ potest exponi illud Leuit. 10. vbi dicitur, quod offerentes ignem alienum interfecti sunt. Ignis enim ardorem auaritiæ signat. Nam auari ita ardent auaritia, quod proprios filios offerunt diabolo comburendo, in quantum sc. ipsos dedicant officijs & scientijs lucratiuis. Figurati in rege Amon, qui proprium filium obtulit sacrificium diabolo 4 Reg. 3. Vnde Ezech. 24. *Filios suos obtulerunt ei ad deuorandum.* Et Deuteronom. 24. *Offerentes filios & filias, & comburentes igni.* De vitio vero latentis idololatriæ, quo scilicet mali experimentatores adhuc offerunt sacrificia dæmoni, potest dici illud Aggæi 2. *Omnia, quæ obtulerunt contaminata erant.* Ista igitur à malis offeruntur diabolo.

¶ Et sunt mala, quæ à malis offeruntur mundo. Et ista pro certo sunt Q

Grata colloquia,
Praua donaria,
Lauta conuiuia.

Offerunt enim mali grata colloquia alijs adulando, sicut de illa Iahele dicitur Iud. 5. quod *in phiala principum obtulit butyrum*, scil. signat adulationis vnguentum. Offerunt etiam praua donaria, sc. ad corrumpendum iudicium: exemplo scil. Simonis Magi, qui pecuniam obtulit pro simonia committenda, Act. 8. *Offerunt etiam lauta conuiuia.* Multi enim sunt, qui ad nihil aliud vacant, quam commessationibus 3 Reg. 9. *Hæc est summa expensarum, quam obtulit Salomon.* Patet igitur, quod in scriptura reperitur oblatio malorum scelerum.

¶ De oblatione rerum & munerum vide supra in titulo Munus. Et hæc de oblatione sufficiant. Vide in titulis Dare, Tribuere, vel Præbere, & similibus. R

# Officium.

A Cum officium nihil aliud sit, quam opus seu exercitium, ad quod vnumquodq; specialiter deputatur, de diuersis igitur officijs Ecclesiæ multa possent dici, nisi de quolibet in suo titulo particulariter diceretur, præsertim autem de officio prælatorum, iudicum, & prædicatorum nihil ad præsens. Hoc solum nota, quod sicut in maiori mundo variæ sunt creaturæ diuersis officijs deputatæ, sicut

Sol ad illuminandum,
Ignis ad calefaciendum,
Aqua ad humectandum,
Terra ad omnia nutriendum.

Sic in minori etiam mundo diuersa sunt membra ad diuersa officia ordinata, sicut

Oculus ad videndum,
Lingua ad loquendum,
Auris ad audiendum,
Pedes ad ambulandum,
Manus ad operandum.

Sic proculdubio in corpore Christi mystico diuersæ sunt personæ in diuersis constitutæ, quia

Quidam exercent officium Solis, alios illuminando per doctrinam & prædicationem.
Quidam officium ignis, alios calefaciendo per Dei amorem & dilectionem.
Alij officium aquæ, alios humectando per gratiam & deuotionem.
Alij officium terræ, alios sustinendo per patientiam & supportationem, & nutriendo per eleemosynam & compassionem.
Alij officium oculorum, alios regendo per prælationem & iurisdictionem, & pro alijs videndo per iudiciorum examinationem.
Alij officium linguæ loquendo per Dei laudem, & gratiarum actionem.
Alij officium auris, diligenter audiendo per obedientiam & subiectionem.
Alij officium pedis, vndique currendo per proprij officij executionem.
Alij vero officium manus, per omnium bonorum actuum operationem.

Et breuiter verum est, quod dicit Apost. Rom. 12. quod *corpus non est vnum membrum, sed multa.* Omnia enim membra corporis

non eundem actum habent. Et hoc est, quod dicitur 2. Paral. 31. quod *Ezechias constituit sacerdotes & Leuitas per diuisiones suas vnumquemque in officio proprio.*

B ¶ Breuiter ergo notare possumus, quod nos debemus vti in Ecclesia Dei multiplici officio, scilicet,

Officio:
- Sacerdotis per sanctitatem,
- Ministri per humilitatem,
- Pincernæ per iucunditatem,
- Paniferi per pietatem,
- Portatoris per patientiæ firmitatem.

¶ Habeamus ergo officium sacerdotum nos Deo sanctificando per deuotionem. Vnde 2. Paral. 8. *Constituit officia sacerdotum in ministerijs.* Quamuis de multis hodie dicatur illud 1. Reg. 2. *Filij Heli filij Belial, nescientes Dominum, nec officium sacerdotum.* ¶ Item habeamus officium ministrorum, seruiendo Deo per subiectionem 1. Paral. 25. *Segregauit filios Asaph in ministerijs dedicatos sibi officio seruientes.* ¶ Item habeamus officium pincernæ per iucunditatem spei, & spiritualem consolationem, vt sic simus sicut pincerna Pharaonis, qui fuit in pristino officio restitutus, Gen. 41. ¶ Item habeamus officium paniferi, alios nutriendo per pietatem, & eleemosynarum largitionem, sicut de Ruth dicitur Ruth 4. quod ipsa gerulæ ac nutricis officio fungebatur. ¶ Item habeamus officium portatoris onerum, per tribulationem & pœnitentiæ tolerationem Numer. 4. *Hoc est officium familiæ Gersonitarum, vt portet cortinas tabernaculi, &c.* Si vis, applica de illis, qui exercent mala officia, id est, officia & peccata, applicando quodlibet peccatum ad quodlibet vile officium. Item si vis, potes dicere, quomodo quodlibet membrum est contentum officio proprio, nec ambit officium alterius, sicut habetur supra.

C ¶ Si autem vis, potes dicere, quod illi, qui in officijs publicis & priuatis constituuntur, debent esse cæteris

Sapientiores in subtilitate,
Diligentiores in sedulitate,
Eminentiores in auctoritate,
Abstinentiores ab iniquitate.

Igitur sicut sapientes agunt omnia subtiliter, sicut videmus de corporibus constitutis in officijs cœlestibus, quæ præ cæteris abundant lumine: sic vere tales abundare debent scientia & discretione. Vnde de regina Sabba dicitur, quod *non habebat vltra spiritum præ stupore, quando videbat sapientiam Salomonis, & officia ministrorum,* 2. Paral. 9. Item vt diligentes agant omnia sedulo, seu etiam vtiliter. Hester 16. *Credita sibi officia diligenter obseruant* Item sicut eminentes agant omnia regulariter, authentice, & solenniter, scil. secundum quod requirit auctoritas officij 2. Paral. 35. *Sacerdotes autem stabant in officijs suis.* Stare enim eminentiam & auctoritatem signat. Item sint abstinentes, sc. ab iniustitia & agant omnia legaliter, id est, subditos non grauando, & alterius officium alterius non inuadendo, sicut scil. fecit Rex Ozias, qui offerendo incensum, vsurpauit sibi officium sacerdotis, & ideo lepra continuo percussus est. 2. Par. 26. *Non est tui officij Ozia, vt adoleas incensum Domino.* Ideo 1. Par. 25. dicitur: *Dedicata, inquit, sibi officia seruientes.* Corpora enim cœlestia ita sua exercent officia, quod vnum aliud nunquam turbat, sicut dicitur Eccl. 26 *Vnusquisque proximum suum non molestabit*, sc. in officio sibi dedito perpetuo perseuerat, & aliud aliqualiter non anhelat. Quod est contra ambitiosos. Dicit enim Seneca in Epistol. *Vtere officio, quod semel sumpsisti, turpe est oneri cedere.* Sufficit, quia paucæ sunt auctoritates vocales.

A **Oleum.** Nota, quod oleum in scriptura potest significare in bono, & in malo. Primo quidem dico, quod sumitur in bono; & sic dico, quod per oleum intelligitur omnis virtus, quæ habet animam spiritualiter reficere & linire. Et sic dico, quod

per Oleum potest intelligi:
- Gratia,
- Deuotio,
- Compassio.

Sicut enim Oleum est liquor
Dulcis & saporosus,
Vtilis & virtuosus,
Sanus & fructuosus.

Sic diuina gratia est quidam liquor spiritualis, qui est ipsi animæ
Dulcis,
Vtilis,
Sanus.

Secundum ergo quod oleum habet plures naturales conditiones, sic gratia habet plures spirituales effectus & operationes. Et ideo sicut oleum in domo summe est necessarium, & inde est, quod omni anno oleum de oliuis & nucibus colligitur, & in domo reponitur, & seruatur: sic in domo conscientiæ gratia est valde necessaria. Et ideo à nobis debet cum diligentia procurari, & ibi sine deficientia reseruari, iuxta illud Eccl. 9. *Oleum de capite tuo non deficiat.* Et ideo bene præcipitur Hier. 40. *Colligite vindemiam, & messem, & oleum, & condite in vasis vestris.*

¶ Et aduerte hic, quod secundum triplicem proprietatem olei materialis, triplex spirituale oleum à nobis est habendum. B

Est enim Oleum liquor:
- Gaudij causatiuus,
- Pabuli conditiuus,
- Luminis nutritiuus.

Per:
- Primum tristes viuentes lætificantur,
- Secundum esurientes nutrificantur,
- Tertium cæcutientes illuminantur.

Primum signat spiritualis lætitiæ blandimenta, quod notatur per (Vindemiam.)
Secundum denotat fraternalis clementiæ nutrimenta, quod notatur per (Messem.)
Tertium designat supernalis scientiæ documenta, quod notatur per (Oleum in vasis.)

Igitur charissimi, colligamus & habeamus oleum lætitiæ spiritualis. quod scil. notatur per (Vindemiam) quia *vinum lætificat cor hominis.* Antiquitus enim oleum solebat esse signum lætitiæ. Vnde ille faciem suam solebat vngere, qui lætus hominibus volebat apparere. Et hoc est, quod 10 Psal. supponitur cum dicitur: *Vt exhilaret faciem in oleo, & panis cor hominis confirmet.* Et ideo per oleum potest spes, & spiritualis consolatio designari, per quam solet anima spiritualiter iucundari. Quo quidem oleo debemus faciem cordis nostri inungere, vt possimus desperationem, & tristitiam effugare. Matth 6. *Vnge caput tuum oleo.* Istud autem potest comparari oleo papaueris, quod somnum solet inducere. Oleo etiam mandragorarum, quod membrum inunctum facit sectiones, & verbera non sentire. Quia pro certo spes æternorum, & spiritualis lætitia in Deum, somnum contemplationis inducit, & sectiones tribulationum mundi sentire à fidelibus non permittit. Quia pro certo qui spirituali lætitia perfecte inunguntur nunquam à mundi tribulationibus grauantur Psalm. *Caro mea immutata est propter oleum.* Et sic erat vnctus ille, cui dicitur in Psal. *Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea vnxit te Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.* Istud habent boni in via per spem, in patria vero per speciem, quando iuxta verbum Esa. 61 *Dominus dabit eis coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu pallium laudis pro spiritu mœroris.* Igitur colligamus oleum lætitiæ spiritualis. Illud tamen oleum non videntur habere, qui semper viuunt in tristitia, & in mœrore, in odio & inuidia, & dolore, in motu iracundiæ, & feruore, quia scilicet tales de spirituali lætitia nihil habent. Et ideo de Saul proprio gladio interfecto, per quem scil. intelliguntur inuidi, iracundi, & desperati, qui proprijs iaculis semetipsos occidunt dicitur 2. Reg. 1. quod *ibi abiectum est clypeus Saul, quasi non esset vnctus oleo.* Non sic ergo, sed habeamus oleum lætitiæ spiritualis. [Vindemiam inquit.] Per vindemiam enim & per vinum (vt dictum est) lætitia designatur. Vt sic dicamus illud Neemiæ 10. *Primitias ciborum nostrorum & libaminum, vindemiæ quoque & olei offeramus sacerdotibus.*

¶ Deinde colligamus & habeamus oleum clementiæ fraternalis. Et hoc ostenditur, cum dicitur [Messem.] Messis enim ad nutrimentum hominum principaliter ordinatur, significans virtutem clementiæ, & misericordiæ, cuius est officium indigentes nutrire. Et ideo pauper & indigens comparatur formicæ, *quæ congregat in messe, quæ comedat, & parat in æstate cibum sibi,* sicut dicitur Prou. 6. Ideo dicitur Iob. 5. *Cuius messem famelicus comedit.* Et ista etiam virtus potest per oleum designari. Oleum enim esurientes nutrit, & dolorem vulnerum mitigat atque lenit. In quo scilicet notatur, quod virtus clementiæ habet per eleemosynas pauperes enutrire, & per indulgentiam, & benignam consolationem vulnera suarum miseriarum mitigare, & lenire. Quod bene figuratum fuit in sauciato, cui prius *Samaritanus appropians alligauit vulnera eius, infundens oleum, & vinum,* sicut dicitur Lucæ 10. Aduerte tamen de oleo misericordiæ, quia sicut oleum materiale habet C

Cibos

[illegible]
[illegible]
[illegible] recreare,
A[illegible] mata maturare.

[illegible] bus bonorum multorum operum condit, & [illegible] acceptabiles facit. Et ideo ipse à nobis tale [illegible] 24. *Præcipe filijs Israel, vt offerant mihi oleum de* [illegible] charitatis in nobis nutrit. Vnde dici[illegible] *ac obtulerant oleum ad nutrimentum ignium.* [illegible] id est, pauperes miserijs fatigatos recreat, [illegible] *ungebant oleo multos ægros.* Item apostemata [illegible] maturat, ejicit, atque tollit. Vnde Iacobus 6. *præ*[illegible] *vt sanitatem recuperarent.* Vnde Ezech. 16. [illegible] *emundaui sanguinem tuum ex te, vnxi te oleo*, quasi di[illegible] olei misericordiæ sanguinem peccatorum tollit, [illegible] conscientiam abluit, & abstergit. Sed scitis, quid [illegible] tria requiruntur ad olei bonitatem, vi[illegible] nouum, & recens, quia scilicet oleum per an[illegible] impiatur. Item quod cito exeat de torculari, [illegible] cum minori difficultate, tanto plus habet de [illegible] oleum, quod per magnam violentiam extor[illegible] ita laudabile sicut illud, quod sine violentia [illegible] quod nihil habeat de terræ fæculentia inter[illegible]tum, quia oleum tanto est laudabilius quanto terræ, & [illegible] mixtius. ¶ Sic vere dico, quod oleum pietatis, [illegible] tunc temporis est melius quando est nouum, [illegible] habet fragrantem gratiæ nouitatem, quia alias no[illegible] rei in vetustate peccati. Item quando cito exit [illegible] promptam, & celerem voluntatem, quia secundum Senecam [illegible] *Beneficium qui cito dat indigentibus, bis dat.* Item quando non est admixtum terræ, id est, quando non fit propter terrenam gloriam, aut propter aliquam vanitatem. Et sic istud erit oleum bonum, vtile, & virtuosum, de quo dicit dominus illud Iob 29. *Lauabam pedes meos butyro, & petra fundebat mihi riuos olei.* Pedes enim domini sunt pauperes, qui in corpore Ecclesiæ sunt inferiores, & ad terram inferius depressiores. Isti ergo butyro consolationis lauantur, quando à petra, id est, à viro perfecto olei misericordiæ riuuli effunduntur.

D ¶ De vtilitate vero, & bonitate olei misericordiæ possumus adhuc notare, quod istud oleum

Tollit criminum horrorem,
Confert gratiæ decorem,
Procurat gloriæ dulcorem,
Elongat infirmi dolorem,
Exoluit debiti langorem,
Consecrat animi valorem,
Tribuit virium vigorem,
Infert gloriam & honorem,
Affert gratiarum odorem.

Quod enim istud oleum tollat peccatorum horrorem, patet [illegible] vbi dicitur, *Afferte mihi oleum, & smigmata, & ostia pomerij claudite vt lauer.* Item conferat gratiæ decorem, patet Ezech. 16. [illegible] dicitur animæ: *Tu similam & mel & oleum comedisti, & decora [illegible] vehementer.* Item quod procuret gloriæ dulcorem, patet Matth. 25. vbi *virgines, quæ oleum habebant, cum sponso ad nuptias intrauerunt. Illæ vero, quæ oleo carebant, exterius remanserunt.* Quia procul dubio, qui oleum pietatis habuerit, cum sponso Christo ad [illegible] nuptias introibit, qui vero istu oleo caruerit in inferno [illegible] remanebit. Item quod elonget infirmi dolorem, patet [illegible] 41. vbi dicitur, quod *illi, qui thesauros in agro frumenti, hor*[illegible] *& mellis habuerunt, ab Ismaele occisi non fuerunt.* Quia vere [illegible] diabolus in inferno non interficiet, quos thesaurum misericordiæ in agro cordis habere sentit. Ideo bene dicitur Prouerb. 21. *Thesaurus desiderabilis & oleum in habitaculo iusti.* Item quod illud oleum exoluat debiti languorem, patet 4. Reg. 4. vbi dicitur, quod mulier quæ erat multis debitis obligata, superabundante oleo in vasis suis ad præcepta Helisæi, vendidit, & satisfecit creditoribus. Quia vere quamuis mulier, scilicet anima sit debitis peccatorum ad pœnam inferni vel purgatorij obligata, si tamen vasa conscientiæ suæ oleo redundauerunt pietatis, facile satisfaciet de peccatis, iuxta illud Dan. 4. *Peccata tua eleemosynis redime, &c.* Item quod istud oleum consecret animi valorem, patet Exod. 29. & 40. vbi sacerdotes altaris, & vasa oleo sunt uncta, ad hoc vt domino essent debite consecrata. In [illegible] notatur quod nullus est Deo debite consecratus nec suis v[illegible] propriè deputatus, [illegible] oleo pietatis, & [illegible] cordiæ sit inunctus. Nullum enim [illegible] Deo antiquitus acceptum sacrificium, nisi esset oleum libaminis intermixtum. Quia vere nullum sacrificium boni operis à Deo acceptatur, nisi illud, quod per oleum, misericordiæ impinguatur. Item quod illud oleum tribuat virium vigorem, patet 1 Reg. 16. & 17. vbi dicitur, quod *Dauid oleo inunctus fuit, & postea gigantem interfecit.* Item quod inferat gloriam, & honorem, patet [illegible] Reg. 10. vbi dicitur, quod *Saul inunctus est in regem cum lenticula olei à Samuele Propheta.* In quo notatur, quod illi soli digni sunt regnum & regimen obtinere, qui oleo pietatis inuncti, [illegible] clementiam præpollere. Vnde dicitur 1. Mach. 3. quod *Dauid in sua misericordia consecutus est regnum.* Item quod illud oleum afferat gratiarum odorem, patet, quia baptizati, confirmati, & ad ordines consecrati, oleo inunguntur, & in qualibet vnctione gratiæ variæ conferuntur. Ad denotandum, quod illi, qui à culpis volunt esse loti, & baptizati, qui in bono volunt esse roborati, & confirmati, & qui in moribus volunt esse bene compositi, & ordinati, & Deo specialiter dedicati, debent esse proculdubio oleo misericordiæ delibuti & impinguati, sicut de Dauid in Psalm. *Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo vnxi eum.* Inueni (inquit) in baptismo per culparum ablutionem, Dauid manu fortis in confirmatione per hostium superationē seruum meum, in sacramento ordinum per spiritualem dedicationem (Oleo sancto, &c. Et sic ergo patet multis rationibus quod habere debemus oleum clementiæ fraternalis. Et hoc est secundum.

¶ Denique dico, quod colligere, vel habere debemus oleum scientiæ supernalis, quod etiam notatur in verbo oleum. Oleū enim habet quandam relucentiam specularē, ita quod in ipso possunt facies sicut in speculo intueri. Oleum est nutrimentum luminis lampadarum. Oleum etiam secundum Papiam si in ore teneatur, & in profundo maris exterius emittatur, solet respirandi, & anhelandi spatium dare, & lumen & fulgorē vndique generare. Vnde etiam Geruasius in libello suo de mirabilibus mundi dicit, quod circa ciuitatem Puteolum est lacus, qui dicitur lacus Ioannis, cuius aqua est deterrima, oleo tamen infuso efficitur limpidissima. Vnde etiam narrat idem, quod cum S. Ioannes Episcopus dicti loci quadam die circa dictum lacum deambularet, volens perscrutari quid sub aqua esset pro eo quod voces lamentabiles ibidem sæpius audiebantur, cadum olei purissimi in aquam infudit, statimque quasi accensa lucerna, vidit sub aqua portas æneas, & vectes ferreos maximæ quantitatis prostratos. Cœpitque vir Dei cogitare has esse portas æneas, quas Christus infernum spoliaturus dicitur confregisse. Per oleum igitur, quod dictum est virtutem habere illuminatiuam, potest intelligi virtus discretionis & prudentiæ, notitia enim sacræ & diuinæ scientiæ, per hanc enim illuminamur, per hanc in mari huius mundi dirigimur, & regulamur, & ad videndum & cogitandum portas & pœnas inferni clarius & lucidius informamur. Tale igitur oleum debemus habere, & Deo spiritualiter offerre, iuxta illud, quod præcipitur Leuit. 24. *Præcipe filijs Israel, vt offerant oleum de oliuis purissimū & lucidū ad concinnandas lucernas.* Et sic igitur patet, quod triplex oleum à nobis spiritualiter est habendum, videlicet,

Oleum { Scientiæ limpidissimæ,
Clementiæ benignissimæ,
Lætitiæ iucundissimæ. }

Et hæc de bono oleo sufficiant.

¶ Secundo dico, quod oleum accipitur in malo. Et sic oleum potest significare E

Superbiæ leuitatem,
Luxuriæ fœditatem,
Blanditiæ falsitatem,
Opulentiæ voluptatem,

¶ Dico ergo, quod per oleum designantur superbiæ leuitates. Sicut enim oleum valde est leuis & aereæ naturæ, & hinc est quod in aqua positū statim vult superesse, & sursum in summitate præeminere: sic vitium superbiæ tantam habet leuitatem, & aeream vanitatem, quod nunquam vult esse in imo, sed semper in summo; nunquam vult subesse, sed semper præesse, nunquam diligit gradum inferiorem, sed semper quærit statum superiorem. Ideo ad superbum potest referri illud Leuit. 2. *Simila erit tua oblatio, fundesque oleum desuper.* Quia scilicet simila signat leuem affectionem, quæ à vento vanitatis dispergitur. At proculdubio oleum desuper funditur, quando peccatum superbiæ

perbiæ, quod semper supe[illegible] quærit, ibidem aggregatur. Figura Gen. 35. vbi Iacob erexit lapidem in titulum, fundens desuper oleum. Quia vere sæpe fit, quando lapis, id est, aliquis lapideus & insufficiens in aliquẽ magnum gradum erigitur, statim à Iacob, id est, à diabolo luctatore oleo superbiæ inungitur. Et sic patet, quod per oleum designantur superbiæ leuitates.

¶ Item per oleum designantur luxuriæ fœditates. Oleum enim est naturæ valde contagiosæ & infectiuæ. Inficit enim & maculat quicquid tangit, eiusque macula faciliter etiam non recedit. Est etiam naturæ valde penetratiuæ, omnia enim vasa penetrat, nisi sint vitrea vel lapidea. Est insuper naturæ valde suauis & lenitiuæ. Nihil est enim suauius, quam illud quod oleo est munctum. Sic vere peccatum luxuriæ est animæ maculatiuum & infectiuum, quia sicut dicitur Esa. 10. *Computrescet iugum à facie olei.* Reddit enim maculatum & putridum, quicquid tangit. Item est animæ penetratiuum. Non est enim aliquis ita fortis & virtuosus, quin per malas delectationes penetretur, nisi forte lapideus per constantiam, aut vitreus per claram prudentiam efficiatur. Psal. *Intrabit sicut aqua interiora eius, & sicut oleum in ossibus eius.* Item est voluptatis lenitiuum. Nihil enim ita leniter nos blanditur, sicut luxuriæ voluptas. Vnde Prou. 5. *Fauus distillans meretricis, & nitidius oleo guttur eius.* Signat ergo oleum luxuriæ fœditates.

¶ Item per oleum significantur blanditiæ falsitates. Et sic signat peccatum adulationis vel falsæ & deceptoriæ locutionis. Oleum enim quod lenit & vngit, molle & lene & suaue est, significans verba deceptoria, adulatoria, & fallacia, quę mollcendo & leniendo hominem decipiunt & defraudant, sicut in Psal. dicitur: *Molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula.* Et ideo de adulatore dicitur Ose. 12. *Fœdus cum Assyrijs iniuit, & oleum in Aegyptum ferebat.* Vide eam supra de Adulatione. Signat ergo oleum blanditiæ falsitates.

¶ Item oleum in malo potest significare opulentiæ facultates. Oleum enim quamuis sit de se bonum, adiunctione tamen efficitur aliquoties valde malum. Vnde in compendio Solini dicitur: Si caro leonina in oleo decoquitur, illud oleum ita efficitur calidum, quod si volæ manuum & venæ pulsatiles ex eo inungantur, febrem inducere dignoscitur. Sic vere oleum mundanæ prosperitatis & opulentiæ de se bonum est, veruntamen propter carnem leonum, id est, propter malum exemplum malorum hominum, qui in isto oleo quotidie decoquuntur, ad tantum calorem peruentum est, quod si quis isto oleo per malam complacentiam inungatur, necesse est, quod febrem, id est, ardorem malarum tentationum & cogitationum patiatur. Et sic potest figurari Leu. 6. vbi præcipitur, quod *in sartagine cum farina oleum frigatur.* Ad denotandum, quod illi, qui sunt oleo mundanæ prosperitatis inuncti, solent esse in sartagine caloris vitiorum, & tentationum frixi, & multipliciter calefacti. Sic ergo patet, quomodo oleum in bono & in malo accipitur.

A **Oliua.** Nota breuiter, quod per oliuam potest intelligi vir perfectus, seu bona persona quæcunque. Oliua enim habet

In { Radice amaritudinem,
Ligno fortitudinem,
Folijs pulchritudinem,
Ramis latitudinem,
Duratione longitudinem, vel
Erectione celsitudinem,
Fructificatione plenitudinem.

Et procul dubio per istas septem conditiones potest vir iustus
B oliuæ comparari.

¶ Primo quidem propter amaritudinem pœnitentiæ, quia vere radix cordis sui semper debet esse in amaritudine pœnitentiæ, & dolore. Vnde dicit Hieron. quod surgit oleum oliuæ ex amaritudine radicis

In { Pabulum luminis,
Refectionem esurientis,
Medicinam vulneris.

Et ideo de Dauid dicitur 2. Reg. 5. quod *Dauid ascendebat montem oliuarum scandens, & flens, operto capite, & nudis pedibus.*

¶ Secundo comparatur oliuæ propter fortitudinem permanentiæ. Oliua enim lignum habet valde solidum, & quasi imputribile. Et ideo de lignis oliuarum fuerunt facta duo Cherubin in templo Salomonis, sicut dicitur 3. Reg. 6. Sic vere lignũ conscientiæ interioris, debet esse solidissimum & fortissimum, scilicet ad mala sustinen[illegible] bet possit dici illud Zach. 14. *Stabunt pe[illegible] eius super m[illegible]*. Sed de hoc vide supra de Cherubin.

¶ Tertio comparatur oliuæ propter pulchritudinem app[illegible] rentiæ. Sicut enim oliua habet pulchritudinem magnam p[illegible] eo, quod folia sua nunquam deponit, imo semper & quoti[illegible] e seruat virorem: sic vir perfectus debet esse pulcherrimus [illegible] a exteriori conuersatione, quia sc. virorem honestæ con[illegible] nis debet in te perpetuo conseruare. Et sic figurabitur [illegible] ba, *quæ venit ad Noe in arcam, portans ramum oliuæ virentis in* [illegible] *per quod cessasse diluuium nunciauit*, sicut dicitur Gen. 8. [illegible], qui sunt sicut columba per simplicitatem, & qui habent [illegible] o oliuæ virentis, id est, virentem honestatem, tales d[illegible] am Paradisi ad Noe, id est, ad Christum veniunt, & [illegible] uium non incurrunt. Isti sunt sicut oliua speciosa [illegible] quod de illis proprie potest dici illud Hierem. 11. *Oliuam vberem, pulchram, fructiferam, speciosam vocauit Dominus nomen tuum.* [illegible] ide eam supra de Nomine. Isti enim vocantur

Vberes, ratione deuotionis,
Pulchri, ratione conuersationis,
Fructiferi, ratione operationis,
Speciosi, ratione castæ & mundæ conditionis,
Habent nomen, ratione suæ famosæ diuulgationis.

Sunt ergo oliuæ propter pulchritudinem apparentiæ.

¶ Quarto dico, quod iusti dicuntur oliuæ propter latitudinem amicitiæ. Oliua enim solet multum in latum exte[illegible] ere ramos suos, & ipsos circa se multum dilatare, significans virum iustum, qui ramos affectionum suorum debet ad alios per charitatem extendere, & se per veram amicitiam omnibus alijs approximare. Vnde Ose. 14. dicitur: *Ero quasi ros, & Israel germinabit quasi lilium. & erumpet radix eius vt Libani, ibunt rami eius, & erit quasi oliua gloria eius.* Vbi aduerte, quod vir iustus describitur hic D

A gratiæ plenitudine (Ero, dicit, quasi ros.)
A scientiæ limpitudine (Israel germinabit.)
A munditiæ sanctitudine (Quasi lilium.)
A constantiæ fortitudine (Quia erumpet radix eius vt Libani.)
A charitatis amplitudine (Quia ibunt rami eius.)
A pietatis gratitudine (Quia debet esse quasi oliua.)

Iusti ergo sunt oliuæ, vt dictum est, propter latitudinem amicitiæ.

¶ Quinto sunt oliuæ propter celsitudinem eminentiæ. Sicut enim oliua sursum versus cœlum erigitur, ita quod tota figura sursum quasi per modum pyramidis eleuatur: sic vir iustus debet sursum per contemplationem & affectionem ad Deum erigi, & per æternorum desiderium eleuari. Vnde Eccl. 24. & Eccl. 50. *iustus* dicitur *quasi oliua pullulans, & quasi cypressus in altitudinem se tollens.* E

¶ Sexto dico, quod dicuntur iusti oliuæ propter plenitudinem influentiæ seu clementiæ. Sicut enim oliua est arbor valde fructuosa, fructus enim multiplices producit, & oleum pro nutrimento, & pro lumine hominibus effundit: sic vir iustus debet fructus bonorum operum producere. Psal. *Ego autem sicut oliua fructificaui.* Debet insuper oleo pietatis esurientes reficere, Leu. 24. *Præcipe filijs Israel, vt offerant mihi oleum de oliuis purissimum.* Debent insuper oleum luminis, id est, illuminationem eruditionis & doctrinæ alijs destillare. Vt sit ipse de illis, de quibus dicitur Apoc. 11. *Hi sunt duæ oliuæ, & duo candelabra lucentia.* Vide etiam supra de duo. F

¶ Si vero de oliueto vis aliquid dicere, nota, quod oliuetum est locus, vbi oliuæ plurimæ sunt implantatæ. In speciali vero mons erat prope Hierusalem, & prope templum, vbi scilicet abundabant oliuæ virentes, & vnde etiam oleum plurimum destillabat, vbi sc. lumina templi videbantur, & vbi Christus sedit & docuit, ibique orauit & gemuit, & ibi captionem & latronum turbam sustinuit, & exinde finaliter cœlos ascendit, sicut omnia patent in euangelio in diuersis locis. Dic igitur, quod oliuetum signat locum fidei, ecclesiæ vel religionis, qui scilicet potest dici

Locus { Securæ habitationis,
Honestæ conuersationis,
Benignæ consolationis,
Quietæ contemplationis,
Discretæ eruditionis.

Locus {Deuotæ deprecationis, / Beatæ retributionis, / Amaræ tribulationis.

Item est ibi secura habitatio, & hoc propter multitudinem olivarum, id est, sanctorum, qui ibi plantati sunt. Item est ibi honesta conuersatio, & hoc est, quia oliuæ, id est, sancti, qui ibi sunt, semper virent. Item est ibi benigna consolatio seu compassio, & hoc est, quia ibi reperitur oleum. Item ibi est quieta contemplatio, & hoc, quia ibi Dominus sedit & quieuit. Item est ibi discreta prædicatio seu eruditio, & hoc, quia ibi Dominus docuit. Item est ibi deuota deprecatio, seu oratio, & hoc, quia Dominus ibi orauit. Et finaliter est ibi beata retributio, quia scilicet exinde Christus ad cœlos ascendit. Quandoque vero est ibi aspera tribulatio, seu etiam malorum aggregatio, quod patet, quia ibi Dominus captus fuit. Si vis, concorda omnia, & prosequere, quia transeo gratia breuitatis. Vide, si vis, in libro de proprietatibus rerum, qui pulchre deducit de monte Oliueti, & in introductorio meo morali, vbi expono. Sufficit de oliua, & de olueto.

A **Olla.** Nota, quod olla est vas æneum seu terreum, ad coquendum cibos vel alia deputatum. Vas est etiam concauum & profundum, ignibus & incendijs assuetum.

¶ Dicam igitur, quod in scriptura olla signat in bono, & in malo. In bono enim signat cor feruens & charitatiuum, vbi sc. cibi bonorum cogitatuum decoquuntur, quibus Dei sancti & Angeli consolantur. Figura 4. Reg. 4. vbi præcepit Helisæus: *Cape, inquit, ollam grandem, & coque pulmentum*, sc. quo nutrirentur filij Prophetarum, quia scil. quando aqua compassionis in olla piæ affectionis, seu etiam in corde hominis compatientis igne charitatis bullit, tunc certum pulmentum eleemosynarum efficitur, & coquitur, quo multitudo pauperum enutritur, ita quod quilibet pauper de tali olla potest dicere illud Psalm. 59. *Moab olla spei meæ, in Idumæam extendam calceamentum meum.* Signat igitur olla in bono. Vnde ibidem 4 Reg. 4. *Non fuit amplius quicquam amaritudinis in olla.* Quanquã hodie, proh dolor, possit dici illud 4. Reg. 25. sc. quod *Nabuchodonosor tulit de templo Domini ollas æneas & trullas.*

B ¶ Item dico, quod olla quandoque signat in malo. Et sic dico, quod (vt communiter) olla signat

Pectoralem capacitatem,
Temporalem aduersitatem,
Infernalem crudelitatem.

Prima est insatiabilis conscientiæ,
Secunda est intolerabilis iniustitiæ,
Tertia est immitigabilis violentiæ.

¶ Signat igitur olla pectoralem capacitatem insatiabilem, id est conscientiam peccatoris, quæ scilicet igne tentationis accensa, omnia recipit & absorbet. Vnde de insatiabili peccatore potest dici illud Iob 41. quod *Behemoth seu Leuiathan*, id est, diabolus *feruescere facit quasi ollam profundum maris.* Et reuera peccator suis peccatis feruet ad modum ollæ per mala desideria, quando igne concupiscentiæ incenditur, & vento diabolicæ tentationis afflatur.

¶ Vnde nota, quod talis dicitur in scriptura

Olla {Rubiginosa, / Caliginosa, / Pruriginosa.

Rubiginem dat auaritia, quia scilicet sicut olla efficitur rubiginosa per pulueris multiplicationem, sic conscientia peccatoris diuitiarum aggregationem. Vnde Ezech. 24. *Vae ciuitati sanguinum, ollæ cuius rubigo in ea est.* Ista est autem olla, de qua ibidem dicitur: *Pone ollam æream*, &c. Sequitur: *Pone eam super prunas vacuam vt incalescat æs eius, & liquefiat.* Caliginem causat superbia, caligo enim & obscuritas in olla causatur à fumo. Sic vere in peccatore caligo inhonestæ conuersationis causatur à fumo superbiæ. Vnde Nahum 2. *Facies omnium sicut nigredo ollæ*, vt de superbo dicatur Iob 41. *De naribus eius procedit fumus sicut ollæ succensæ.* Pruriginem causat luxuria. Et ista certe est olla pro carnibus decoquendis. Figurata in ollis Ægypti, de quibus amissis & dimissis in Ægypto dolebant filij Israel in deserto, dicentes sc. Exod 16. *Recordamur, inquiunt, piscium, quos comedebamus in Aegypto, &c. quando sedebamus super ollas carnium.* Et Mich. 3. *Quasi carnem in medio ollæ.* Sic igitur patet, quomodo olla signat capacitatem insatiabilem.

¶ Secundo dico, quod signat temporalem aduersitatem, seu



iniquitatem intolerabilem. Et sic dico, quod per ollam intelliguntur crudeles & tyranni, igni furoris succensi, & ad cruciandum simplices in hoc mundo per diabolum ordinati. Similes ollæ Vulcani, quæ est puteus in Sicilia, qui semper spirat ignem & fumum, in quo etiam sæpe audiuntur voces & planctus lamentantium. Vnde ibidem creditur esse respitaculum infernale. Quia reuera tales ollæ Vulcani, id est, mundi potentes, & impij ignem crudelitatis spirantes, & fumum superbiæ afflantes, ad hoc videntur esse creati, vt alios torqueant, & vt ollæ & instrumenta diaboli ad grauamina pauperum semper viuant. Figurari Hierem. 1. vbi dicitur: *Ollam succensam ego video, & faciem eius à facie Aquilonis*, &c. Signat igitur olla aduersitatem intolerabilem.

¶ Tertio vero dico, quod signat infernalem crudelitatem immitigabilem, seu inextinguibilem. Infernus enim olla dicitur, pro eo, quod ibi animæ cruciantur, ac si in olla ignea bullirentur. Vnde de Antiocho, qui fuit figura diaboli, dicitur 2. Mach. 7. quod *Rex iussit sartagines & ollas succendi.* Et nota, quod infernus dicitur olla, pro eo, quod sicut in olla strepitus ignis & aquæ bullientis auditur, fœtor & ardor sentitur, & ibi carnes mortuæ decoquuntur: sic in inferno est vox & strepitus lamentantium Eccl. 7. *Sicut sonitus spinarum ardentium sub olla.* Est ignis & ardor sustinentium. Amos 4. *Leuabunt vos in contis, & reliquias vestras in ollis feruentibus.* Est mors & rabies desperantium 4. Reg. 4. *Mors in olla vir Dei.* Et sic patet, quomodo in malo per ollam in scriptura potest accipi, scilicet, D

Crudelitas infernalis,
Aduersitas temporalis,
Capacitas criminalis, seu iniquitas pectoralis.

**Olim.** Cum olim sit aduerbium temporis, significans illa, quę facta sunt in tempore retroacto, siue bona fuerint, siue mala, possumus dicere, quod in scriptura repetitur multiplex Olim, videlicet, A

Olim videndum,
Olim timendum,
Olim lugendum,
Olim legendum.

¶ Olim videndum signat bona bonorum exempla olim facta, quæ debemus videre, & in mente iugiter retinere, iuxta illud 1. Reg. 9. Qui enim Propheta dicitur hodie, vocabatur olim videns. Exempla enim iustorum & Dei beneficia nobis olim exhibita nos ad bene operandum prouocant, & à male agendo retardant. Vnde Luc. 10. *Si in Sodomis ista facta essent olim, & in cilicio, & in cinere pœnituissent.*

¶ Olim timendum signat Dei iudicia olim inflicta, quibus scilicet mali olim fuerunt puniti, quæ à nobis sunt consideranda, & metuenda. Esa. 57. *Non audisti quæ olim fecerim.* Vnde 2. Pet. 2. *Quibus iudicium iam olim non cessat.* Et dicitur de malis iudicibus, quod olim scripti sunt in hoc iudicio.

¶ Olim lugendum signat antiqua scelera, quæ sc. olim commisimus, quæ nos modo lugere, & de ipsis pœnitere debemus. Multi enim sunt, qui olim multa mala fecerunt Esa. 2. *Repleti sunt vt olim, & augures habuerunt vt Philisthijm.* Propter olim ergo commissa nos debemus lugere, & de huiusmodi pœnitere, Matth. 11. *Olim in cinere & cilicio egissent pœnitentiam.* B

¶ Olim legendum signat antiqua scripturæ documenta & scripta, quæ sunt sc. memoranda & legenda, quia sicut ad Heb. 1. dicitur: *Olim Deus loquens patribus in Prophetis*, &c. sicut ipsemet dicit Hierem 20. *Iam olim loquor vociferans iniquitatem*, &c. Vide de Dudum, & Antiquitus, & similibus. C

**Omne. Omnis.** Nota, quod istud nomen semper denotat

Vniuersitatem,
Communitatem,
Generalitatem.

Hinc est, quod cum multæ inueniantur vniuersitates, scilicet, bonæ & malæ, necesse est dicere, quod de sua natura inuenitur in bono

Vnum Omne {Miserabile, / Commendabile, / Detestabile, / Delectabile, / Contristabile.

Primum pertinet ad naturam,
Secundum pertinet ad gratiam,

Tertium pertinet ad culpam,
Quartum pertinet ad gloriam,
Quintum pertinet ad pœnam.

¶ Primo igitur dico, quod Omne in bono signat vniuersitatem omnium viatorum. Ista est quædam vniuersitas valde miserabilis atque vilis. Sicut enim vniuersitas creaturarum & elementorum motui & corruptioni est subiecta, & inde est, quod omnia, quæ sunt hic inferius, nunquam in eodem subsistunt, quinimo de forma ad formam transeunt, & de vna conditione in aliam se conuertunt, iuxta illud Rom. 8. *Vanitati subiecta est omnis creatura non volens*: sic vere omnes homines, quamdiu in ista vita mortali morantur, multis & varijs miserijs supponuntur. Necesse enim habent multa discrimina sustinere, & de conditione ad conditionem, de fortuna ad fortunam, de miseria ad miseriam continuo se mutare, quia sicut dicitur in Psal. *Verumtamen vniuersa vanitas omnis homo viuens.*

¶ Et nota hic, quod ista vniuersitas generaliter subijcitur
Carnis fragilitati,
Mundi aduersitati,
Hostis malignitati,
Vitæ labilitati,
Mortis necessitati.

¶ Dico ergo, quod omnis homo subijcitur carnis fragilitatibus, quia sicut dicitur Esa. 40. *Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius sicut flos agri, &c.* ¶ Item subijcitur mundi aduersitatibus, quia sicut dicitur Eccl. 1. *Omnia flumina intrant mare.* Quia vere quotquot in hoc sæculo sumus, necesse est, quod mare, id est, tribulationum amaritudinem subintremus. Vnde Isidor. dicit, quod *impossibile est, quod homo sit, & tribulationem non patiatur.* ¶ Itē subijcitur hostis malignitatibus seu tentationibus. Impossibile est enim, quod homo hic viuat, & quod hostis tentationes non subeat, quia sicut dicitur Gen. 16. *Manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum.* ¶ Item subijcitur vitæ labilitatibus, quia sicut dicitur Eccl. 1. *Vanitas vanitatum & omnia vanitas.* ¶ Item subijcitur mortis necessitatibus, quia sicut dicitur 2. Reg. 14. *Omnes morimur, & quasi aqua dilabimur super terram.* Nam sicut stellæ, quæ ab oriente surgunt, necessario ad occidentem vadunt, & currunt: sic nullo excepto omnes homines quotquot surgunt ad vitam, necesse est, quod accidant ad mortem, quia sicut dicitur 1. Cor. 15. *In Adam omnes moriuntur.* Ista est ergo vniuersitas miserabilis.

B ¶ Item dico, quod est quædam vniuersitas commendabilis. Et ista est vniuersitas bonorum, quæ sunt in hoc mundo. Et sic istud nomen Omne non solum signat vniuersitatem, imo signat etiam congregationem & societatem, dilectionem & vnitatem & charitatem, Sicut enim
Omnia membra vniuntur in vno corpore,
Omnia volatilia perseuerant in vno aere,
Omnes pisces communiter viuunt in vno æquore.
Sic omnes boni debent vniri & aggregari per charitatem in vno pectore, quia proculdubio omnes debemus per charitatis vinculum vnum esse, & omnitatem in vnitate, & vnitatem in omnitate perpetuo conseruare, vt sit omnibus vnus introitus ad vitam, & similis exitus, vt etiam de nobis omnibus possit dici illud Act. 4. quod de Apostolis dicitur, quod sc. *repleti sunt omnes Spiritu sancto, & quod multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna, & erant eis omnia communia.* Et possumus hic notare, quod nos debemus omnes
Inuicem nos conformare.
Prælatis nos subiugare,
In vnum cohabitare,
In bono perseuerare.
Dico, quod omnes debemus inuicem nos conformare, vt sic quilibet possit dicere illud 1. Cor. 9. *Omnibus omnia factus sum, vt omnes lucrifacerem.* Item prælatis subiugari 1. Mach. 8. *Omnes obediunt vni, & zelus & inuidia non est inter eos.* Item in vnum associari. Act. 2. *Erant omnes discipuli pariter in eodem loco.* Item in bono confirmari, vel perseuerare. Vnde Act. 1. *Erant omnes discipuli perseuerantes in oratione cum Maria matre Iesu, & mulieribus.* Ista est vniuersitas commendabilis.

C ¶ Deinde dico, quod est quædam vniuersitas detestabilis. Et ista est vniuersitas peccatorum & malignorum, quia sc. faciunt vnum corpus diaboli, vnam vniuersitatem & communitatem peccati. Sed de ista vide infra plene in titulo Vniuersitas.

D ¶ Denique dico, quod est vniuersitas delectabilis. Et est vniuersitas beatorum, quia sc. sicut omnes stellæ vniuersaliter sunt in firmamento, sic omnes beati sunt in Paradiso. Ibi enim est vniuersitas omnium bonorum, & vniuersitas omnium beatorum, sicut bene dicitur 1. Cor. 15. *Vt sit Deus omnia in omnibus.* Beati enim omnes dicuntur, quia omni bono fruuntur, ab omni malo & periculo absoluuntur & liberantur, & ab illo, qui omnia potest, gubernantur, & præmiantur. Et nota, quod isti dicuntur Omnes, pro eo, quia sunt

Omnes in { Vna societate,
Magna iucunditate,
Summa fœlicitate,
Æquali sublimitate,
Mentali suauitate. }

¶ Isti enim omnes sine discordia viuunt communiter. Vnde de Deo potest dici illud Esa. 60. *Omnes isti congregati sunt, venerunt tibi.* Et illud 1. Mach. 8. *Omnes obediunt vni, & zelus & inuidia non est inter eos.* Et Act. 4. *Omnes, qui credebant, habebant omnia communia.* ¶ Item isti omnes magna lætitia viuunt hilariter, iuxta illud Psalm. *Lætamini in Domino, & exultate iusti, & gloriamini omnes recti corde.* ¶ Item isti omnes in summa gloria viuunt fœliciter. Psalm. *Gloria hæc est omnibus sanctis eius.* ¶ Item omnes æterna præmia habent æqualiter, quia scilicet omnes percipiunt eundem denarium diurnum, & visionem beatam, sicut enim dicitur Sapient. 6. *Aequaliter est Deo cura de omnibus*, id est, beatis. Vnde illud 1. Corint. 10. *Omnes eandem escam spiritualem manducauerunt.* ¶ Item isti omnia æterna gaudia gustant suauiter, & ideo isti dicuntur dormire, id est, perpetuo quiescere & gaudere Esa. 13. *Omnes Reges gentium vniuersi dormierunt in gloria.* Ista est igitur vniuersitas delectabilis.

¶ Insuper dico, quod inuenitur vniuersitas contristabilis. Et ista est vniuersitas damnatorum, quia s. simul & omnes vniuersaliter in inferno tristantur. Psalm. *Turbati sunt omnes insipientes corde sicut oues, in inferno positi sunt, mors depascet eos.* Et nota, quod isti omnes, qui scilicet omnibus tormentis subditi sunt, videlicet, damnati E
Conscientiæ verme roduntur,
Violentiæ ense scinduntur,
Pestilentiæ metu sternuntur,
Impatientiæ luctu terunntur.
De verme rodente dic, quod vermes & torsiones conscientiæ comparantur bestijs deuorantibus, de quibus dicitur Hierem. 12. *Omnes bestiæ properate ad deuorandum.* De ense scindente dicitur Hierem. 42. *Omnes quoque viri morientur gladio.* De metu sternente dicitur Ezech. 27. *Omnes tempestate percussi mutauerunt vultum*, scil. præ timore Dei. De luctu vero terrente, seu etiam desolante dicitur Hierem. 47. *Vlulabunt omnes habitatores terræ à strepitu, &c.* Et sic patet de quintuplici vniuersitate, quæ denotatur per Omnes, scilicet,
Miserabili,
Commendabili,
Detestabili,
Delectabili,
Contristabili.

¶ Secundo dico, quod Omne potest significare in malo. Et F
sic signat vniuersitatem
Malorum temporalium,
Vitiorum cordialium,
Virorum criminalium,
Dolorum infernalium.
De malis temporalibus potest dici illud 1. Ioan. 2. *Omnia, quæ in mundo sunt, aut sunt concupiscentia oculorum, aut concupiscentia carnis, aut superbia vitæ.* De vniuersitate vitiorum cordialium potest dici illud Hierem. 6. *A Propheta vsque ad sacerdotem omnes student auaritiæ. A maiore vsque ad minorem omnes faciunt dolum.* De vniuersitate hominum criminalium dicitur in Psalm. *Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est, qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.* De vniuersitate vero tormentorum seu etiam dolorum infernalium dicitur Matth. 7. *Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur, &c.*

¶ Item cum illud nomen Omnis sit adiectiuum generalissimum, impossibile est, quod de ipso possit fieri aliquis competens tractatus in generali, pro eo, quod semper de ipso sit tractandum secundum naturam sui substantiui.

¶ Nota ergo, quod materiæ morales distinguuntur & exercentur circa tria generaliter, videlicet,

Circa { Loca, Personas, Res.

Circa loca dico, quæ scilicet sunt
Exterior,
Superior,
Inferior.

Exterius est mundus, Ecclesia vel religio,
Superius est Paradisus, & cœlestis habitatio,
Inferius est infernus, & damnatorum adunatio.

Circa personas etiam, quæ scilicet sunt personæ
Iustorum,
Malorum,
Beatorum,
Damnatorum.

Circa res quoque, quæ scilicet sunt

Quædam {
Spirituales, scilicet virtutes,
Criminales, scilicet, vitia,
Temporales, scilicet, terrena,
Supernales, scilicet, præmia,
Infernales, scilicet, tormenta.
}

Cum igitur illud nomen Omnis sit generalissimum, videtur, quod qui de ipso vellet bene tractare, deberet ipsum, ad ista omnia dilatare, & ad omnia loca, personas & res diuersimode applicare, & de quolibet in particulari specialem materiam ordinare. Sed quia istud esset prolixum, cum istud vocabulum sit communissimum in scriptura, hinc est, quod solum superaddã aliquid de personis, quæ eum propter rerum opera bona, vel mala dicantur, fit, vt cum de personis agam principaliter, etiam actum sit aliquid de rebus incidentaliter. Et sic dices de personis, quod Omnis potest accipi in bono & in malo.

G ¶ Primo quidem in bono significato dico, quod quilibet homo iustus potest dici Omnis, eo quod secundum Gregor. super illud Euang. *Ite prædicate Euangelium omni creaturæ*, participat omnibus creaturis. Habet enim

Esse cum lapidibus,
Viuere cum arboribus,
Sentire cum animalibus,
Intelligere cum beatis spiritibus
Gaudere cum sanctis,
Timere & contristari cum dæmonibus & damnatis.

Et sic merito iustus Omnis dicitur, quia omnibus rebus existentibus in natura aliqualiter conformatur. Et breuiter de isto Omni, id est, de viro iusto & virtuoso potest dici illud Ioan. 6. *Omnis qui videt filium & credit in eum, habet vitam æternam.* Et Rom. 10. *Omnis, quicunque nomen Domini inuocauerit, saluus erit.* Et illud: *Time Deum, hoc est omnis homo.*

¶ Nota ergo, quod iustus dicitur Omnis, quia
Supponitur omni superiori,
Opponitur omni deteriori,
Exponitur omni pœnaliori,
Componitur omni vtiliori.

Igitur dico, quod iustus Omnis dicitur, quia omni superiori supponitur, scilic. per humilem subiectionem & conditionem, iuxta illud Rom. 13. *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit.* Et 1. Petr. 2. *Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter Deum.* Et merito quia certe sicut dicitur Luc. 14. & 18. *Omnis, qui se exaltat, humiliabitur, & omnis, qui se humiliat, exaltabitur.* Item quia omni deteriori opponitur, hoc est dictum, omni vitio & peccato. Vnde Ephes. 4. *Omnis sermo malus de ore vestro non procedat.* Et ibidem: *Omnis amaritudo & ira tollatur à vobis.* Et iterum: *Omnis immunditia &c. nec nominetur in vobis*, vt sic dicatur mundo de peccato, & impio dicitur Naham. 3. *Omnis qui viderit te, resiliet à te.* Item quia omni pœnaliori, i. omni pœnitentiæ & labori exponitur. 1. Corint. 9. *Omnis qui in agone contendit, ab omnibus*, scilicet agonem impedientibus *se abstinet.*

H ¶ Exponit enim se omni
Dolori contritionis,
Clamori orationis,
Labori bonæ operationis,
Fletui piæ consolationis.

De omni dolore contritionis dicitur 1. Machabæor. 1. *Factus est planctus in omni loco.* Et ibidem: *Omnis maritus sumpsit lamentum.* Et Roman. 8. *Omnis creatura ingemiscit & parturit.* Et Thren. 1. *Omnis populus eius gemens.* De omni clamore orationis dicitur Ephes. 6. *Orantes omni tempore in omni instantia.* Et merito, quia omnis, qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Rom. 10. *Et omnis qui petit, accipit, & pulsanti aperietur*, Matth. 7. De omni labore bonæ operationis dicitur Col 1. *In omni opere bono fructificantes.* Sequitur. *In omni virtute confirmati.* Et Eccles. 1. *Omnis labor hominis in ore eius.* Et Ioan. 14 dicitur de fructu bonæ operationis, quod *pater omnem palmitem non ferentem fructum, tollet eum, & omnem, qui fert fructum purgabit eum, vt fructum plus afferat.* De omni vero fletu devotionis, miserationis, compassionis, & consolationis dicitur Luc. 6. *Omni petenti te tribue.* Et Luc. 11. *Omnis enim qui petit, accipit*, scilicet à pio & misericorde, qui scilicet libenter subuenit fratri suo, sciens quod sicut dicitur 1. Ioan. 3. *Omnis qui odit fratrem suum, homicida est.* Et 1. Ioan. 4. *Omnis qui diligit fratrem suum, ex Deo natus est.* Patet ergo quod iustus Omnis dicitur, quia omni pœnaliori exponitur. Item quia omni vtiliori & nobiliori componitur. Iustus enim componitur & formatur ex omni gratia & virtute. Conuersatio enim viri iusti omnibus virtutib. debet esse composita & ornata, iuxta illud Ezech. 28. *Omnis lapis pretiosus operimentum tuum.* Vide eam alibi expositam. Quia certe ita debet fulgere, scilicet

Omnis {
Vigor patientiæ
Rigor abstinentiæ,
Vigor conscientiæ,
Splendor sapientiæ,
Ardor amicitiæ,
Odor pudicitiæ.
}

De omni vigore patientiæ dic illud 2. Cor. 6. *In omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros.* Sequitur: *In multa patientia, in ieiuniis multis, &c.* Ista enim est illa *omnis armatura fortium*, de qua fit mentio Cant. 4. De omni rigore abstinentiæ dicitur Eccl. 37. *Noli auidus esse in omni epulatione, & non te effundas super escam.* De omni vigore conscientiæ dic illud Act. 24. *In omni conscientia bona conuersantes ante Deum.* De omni splendore sapientiæ dic illud Sap. 16. quod *omnis orbis terrarum lampitudo illuminabitur lumine.* Et Eccl. 18. *Omnis astutus cognoscit sapientiam.* Vt sic de talibus exponatur illud Ezech. 10. *Omne corpus rotarum plenum oculis ante & retro.* De omni ardore amicitiæ dic illud Prouerb 17. *Omni tempore diligit, qui amicus est.* De omni vero odore pudicitiæ dic illud Ecclesiast. 8. *Omni tempore sint vestimenta tua candida, & oleum de capite tuo non deficiat.* Sic igitur patet quomodo iustus potest dici omnis, id est, omni virtute perfectus & plenus, & hoc pro certo.

Omni {
Tempore,
Loco,
Corde,
Opere,
Verbo,
Desiderio,
Vita.
}

Omni dico tempore, dicens illud Psalm. *Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo.* Et illud Tobi. 4. *Omni tempore benedic Deum, & pete ab eo, vt vias tuas dirigat.* Et Ecclesiast. 6. *Omni tempore sint vestimenta tua candida.* Item omni loco, Psalm. *In omni loco dominationis eius benedic anima mea Domino.* Item omni corde Eccles. 47. *De omni corde suo laudauit Dominum.* Item omni opere ibid. *In omni opere dedit confessionem Deo.* Item omni verbo, attendens scilicet illud Matt. 12. quod *de omni verbo otioso oportebit in iudicio reddere rationem.* Item omni desiderio, iuxta illud Psalm. *Apud te omne desiderium meum.* Item omni vita Ecclesiast. 13. *In omni vita tua dilige Deum*, vt dicat illud Ecclesiast. 24. *In me gratia omnis vitæ & veritatis, in me omnis spes vitæ & virtutis.* Iustus ergo dicitur Omnis multiplici ratione, & hoc singulariter.

¶ Secundo in malo significato & in singulari de Omnis & de Omne dico, quod peccator potest dici Omnis, & hoc certe, quia I

Omni {
Vitioso subiicitur,
Virtuti opponitur,
Supplicio deputatur.
}

Et breuiter in peccatore *omne caput languidum, & omne cor mœrens non est in eo sanitas.* Esa. 1. Iste enim dicitur *omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, quæ scilicet excidetur & in ignem mittetur*, Matth. 7. Et ideo nota, quod iste subiicitur

Omnis { Pigritiæ & tepiditati,
Inuidiæ & malignitati,
Luxuriæ & carnalitati,
Superbiæ & pompositati,
Stultitiæ & fatuitati,
Mœstitiæ & obscuritati,
Blanditiæ & verbositati,
Sæuitiæ & crudelitati,
Fallaciæ & dolositati,
Inconstantiæ & fragilitati,
Pestilentiæ & pœnalitati.

Dicam ergo, quod peccator dicitur omnis, quia habet & possidet omnem pigritiam & tepiditatem, & sic iste est omnis piger de quo dicitur Prouerb. 21. *Omnis piger semper in egestate est.* Item omnem inuidiam & malignitatem, & sic iste est omnis inuidus, de quo dicitur Ecclesiast. 6. *Omnis peccator inuidus & bilinguis.* Item omnem spurcitiam & carnalitatem, & sic iste est omnis fornicarius, de quo Ecclesi. 13 *Homini fornicario omnis panis dulcis, non fatigabitur transgrediens vsque ad finem:* vt & de mala muliere dicatur illud Eccles. 36. quod *omnem masculum excipiet mulier, & super omnem concupiscentiam hominis superducet desiderium:* & Iudic. 8. *Fornicatus est omnis Israel,* & Ezech. 17. *Exposuisti fornicationem tuam omni transeunti viam.* Item superbiam & pompositatem, vt de elatione superbi exponatur illud Esaiæ 22. *Ascendisti tu & omnis in tecta.* Sequitur: *Suspendam eam super omnem gloriam eius.* Suspendium enim elationem superbiæ signat. Vnde de superbo Aman dicitur Hester. 16. quod *omnis cogitatio eius pendet in patibulo.* Item habet stultitiam & fatuitatem. Ec. 21. *Cor fatui quasi vas confractum omnem sapientiam non tenebit.* Item habet omnem mœstitiam & obscuritatem. Peccator enim nunquam est vere lætus, imo certe semper est in mœstitia & obscuritate cordis. Esa. 15. *In plateis eius omnis vlulatus,* quia sicut dicitur Hierem. 48. *Super omne caput peccatoris caluitium, & omnis barba rasa erit, & in plateis eius omnis planctus.* Rasio enim barbæ & caluitium defectus prudentiæ significant, planctus vero mœstitiam & desperationem designat. Item habet omnem blanditiam & verbositatem, & dicitur Eccles. 37. *Qui sophistice loquitur odibilis est, in omni re defraudabitur.* Item habet omnem sæuitiam & crudelitatem, scilicet, pauperes grauando & deuorando. Vnde ei potest dici, quod de volatili dicitur Ezechiel. 39. *Feris, auibus, omnique volatili, & bestiis terræ dedi te ad deuorandum.* Hieremiæ 6. *Omnis calumniam medio eius.* Item habet omnem fallaciam & dolositatem. Non enim tenet fidem alicui etiam proximo, seu fratri. Vnde ipse est ille omnis frater, de quo dicitur Hierem. 9. *Vnusquisque à proximo suo se custodiat, & in omni fratre suo non habeat fiduciam, quia omnis frater supplantans supplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet & veritatem non loquetur. & inimici hominis domestici eius.* Item habent inconstantiam & fragilitatem, quia reuera tales sunt fragiles & inconstantes, & faciles, vt corruant in peccatum, & vt etiam deficiant, quo ad fortunam gloriæ temporalis. Sicut enim dicitur Esa. 4. *Omnis caro fœnum, & omnis eius gloria quasi flos agri &c.* Finaliter vero dico, quod talis omnis, scilicet peccator habebit in inferno omnem tristitiam & pœnalitatem. Tunc enim sicut dicitur Esaiæ 13. *Omne cor hominis tabescet & conteretur.* Sequitur. *Et omnis qui inuentus fuerit, occidetur.* Quia etiam sicut dicitur Hierem. 12. *Omnis herba regionis siccabit, & desolatione desolabitur omnis terra.* Et sic igitur patet, quomodo peccator dicitur omnis. Vnde 1. Ioan. 3. *Omnis, qui facit peccatum, iniquitatem facit. Omnis qui peccat, non videt Deum. Omnis, qui non est iustus, non est ex Deo. Omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Omnis homicida non habet vitam æternam.* Hæc igitur de omni sufficiant in singulari, tam in bono quam in malo significato.

K ¶ In plurali vero dicam, quod omnes & omnia applicari possunt ad multa, tam in bono quam in malo.

¶ Primo dicamus de omnes in bono, quod scilic. ista vniuersalis & pluralis dictio Omnes potest significare in bono omnem bonam bonorum societatē, & omnem laudabilem vniuersitatem, vnitatem, & communitatem, sicut supra in principio visum est, iuxta illud Iosu. 18. *Congregati sunt omnes filij Israel in Silo:* & Iudic. 20. *Omnes filij Israel pariter congregati sunt.* In speciali vero dicamus, quod iusti dicuntur Omnes, pro eo, quod

Ex omnibus virtutibus componuntur,
Omnibus vitijs opponuntur,
Omnibus hominibus amicantur,
Omnibus sanctis seruiunt & famulantur,

Vt sic de ipsis proprie possit dici illud Galat. 3. *Omnes enim vos vnum estis in Christo.* In quibus verbis ostenditur, quod iusti dicuntur

Omnes propter { Summam perfectionem (Omnes)
Veram assertionem (Enim)
Iunctam consolationem (Vos)
Simplicem affectionem (Vnum)
Stabilem durationem (Estis)
Secretam intentionem (In)
Feruidam deuotionem (Christo.)

Est enim in ipsis, scilicet,

Perfectio, quæ non minuitur (Omnes, inquit) quod scili. est nomen, quod integritatem & perfectionem designat.
Assertio, quæ non decipitur (Enim) quod est aduerbium affirmandi.
Communio, quæ pace finitur (Vos)
Affectio quæ non disiungitur (Vnum)
Duratio, quæ nunquam soluitur (Estis.)
Intentio, qua bonum conditur (In.)
Deuotio, qua fides alitur (Christo.)

Isti sunt enim septem solennia argumenta, quibus scil. probari potest, quod iusti possunt dici omnes. Secundum veritatem enim isti magis sunt omnes, quam soli; magis publici, quam priuati, magis vnum, quam singuli, inquantum bonis omnibus sunt repleti, & à malis omnibus sunt segregati, & sic omnis, id est, vtilitati publicæ assueti.

¶ Dicam igitur, quod iusti habent summam perfectionem (Omnes, inquit.) Iusti enim videntur figurari in Pane Dei vniuersali, qui omnium rerum repræsentabat figuram. Et idem dicebatur à πᾶν, quod est totum. Vnde & illud Romæ templum, quod Pantheon dictū fuit, sibi fuit dedicatum, in quo loco ecclesia Sanctorum omnium postmodum est fundatū. Iusti enim vniuersales & omnes dicuntur, in quantum bonis omnibus comparantur, & virtutum omnium imaginem repræsentare noscuntur. (Omnes, inquit) Deuteronom. 23. *Omnes sancti in manu Dei sunt.* Et reuera in ipsis repræsentatur L

Virtus { Contemplatiua summorum syderum,
Propagatiua bonorum operum,
Consolatiua dolorum pauperum,
Stupefactiua cordis & viscerum,
Charitatiua pacis & fœderum.

Dico, quod in iustis viget virtus contemplatiua. Ista enim est, qua omnes iusti Deum & cœlestia considerant, & cognoscunt. Vnde Dominus dicit Hierem. 13. *Omnes enim cognoscent me.* Et 2. Cor. 4. *Omnes,* inquit, *reuelata facie gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur.* Item viget in istis virtus propagatiua, id est bonorum operum generatiua. Cant 4. *Omnes gemellis fœtibus, & sterilis non est in eis.* Item viget in eis virtus consolatiua, seu etiam compositiua. Vnde ipsis dicitur Thren. 1. *O vos omnes, qui transitis per viam attendite, & videte, si est dolor, sicut dolor meus.* Item viget in eis virtus stupefactiua, scilic. timor Dei. 2. Paralipo. 26. *Omnes pauent & tremunt à vultu virtutis tuæ.* Item viget in eis virtus vestitiua, de qua scilicet Pron. 31. *Omnes domestici eius vestiti sunt duplicibus.* Duplicia enim duplicem charitatem designant. Patet ergo, quod isti habent summam perfectionem, quia (Omnes.)

¶ Item iusti habent veram assertionem. Et hoc ostenditur, cum dicitur (Enim) quod idem est, quod certe, seu vere, & est aduerbium affirmandi, significans, quod omnes illi, qui omni virtute volunt pollere, omnem veritatem debent habere, & verbi certitudinem continere. Exemplo corporum cœlestium, quæ omnia sunt peruia atque clara, & omnium, quæ in se sunt veraciter ostensiua Luna duntaxat excepta. Sic isti &c. (Enim,) inquit. Luc. 20. *Omnes enim viuunt.* Et merito, quia scilicet sicut dicitur 1. Esdr. 4. *Omnes populi clamabant: Magna est veritas.* Vt & sibi dicatur illud Iudith 8. *Omnia, quæ locuta es, vera sunt.* Quis *super omnia vincit veritas,* sicut dicitur 2. Esdr. 3. Nam tales omnes, id est perfecti & veri sunt M

In bono perseuerantes,
In omnibus se referentes,
Nobiles & se fœderantes,
Humiles & obsequentes,

Vtiles

... cantes.

... perseuerantes, dicentes feliciter illud Gal. ... Rom. 14. *Omnes enim stabimus ante tri-* ... & esse, perseuerantiam signant. Sunt ... & ... tentes. 2. Corint. 5. *Omnes enim nos manife-* ... Sunt ... hæc nobiles, & se fœderantes. Iudith. ... *cum in commune iurauimus.* Item sunt humiles & obse- ... *Omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes.* ... ferte munera, signum est humilitatis & ob- ... que vtiles & prouidentes. Philip. 2. *Omnes, qua* ... sanet etiam habiles & considerantes. Vnde do- ... Hiere. 15. *Omnes enim cognoscent me:* & Marc. 7. *O-* ... *derunt.* Vide supra de Enim. Habent ergo veram

¶ ... habent firmam coniunctionem, hoc est dictum ... & communionem. Et hoc ostenditur, cum ... od est pronomen significans pluralitatem ha- ... E. 21. *Omnes, qui inuenti sunt, vincti sunt pa-* ... ad dictum Thren. 1. *O vos omnes, qui transitis per* ... Vt etiam talibus simul fœderatis & iunctis di- ... *Accedentes ignem omnes vos accincti flammis.* Vt de ... etate dicatur illud 1. Corinth. 10. *Omnes eun-* ... *dem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritua-* ... igitur isti firmam coniunctionem seu com- ... inquit.) Vide infra de tit. Vos.

¶ ... n & perfecti dicuntur Omnes, quia habent ... em. Quia sc. ipsi in mente & affectione sunt ... (Vnum, inquit) & non multi, ad mundi ... Porro *vnum est necessarium.* Luc. 10. Iusti e- ... quia vna sc. Deo cum Maria seruiunt & ... singulari voluntate. 2. Machab. 8. *Omnes obe-* ... circa multa cum Martha fuerunt & con- ... illud 1. Cor. 10. *Omnes de vno pane & de vno* ... Et 1. Corin. 12. *Omnes vno spiritu potati estis.* Ha- ... strictam seu simplicem affectionem.

... dicuntur Omnes, qui habent fortem duratio- ... ostenditur cum dicitur, (Estis.) Esse enim stabilita- ... uerantiam signat. Vide supra de tractatu Esse, & in- ... de illud Gal. 3. *Omnes enim vos filij Dei estis.* Et Ro- ... *enim stabimus ante tribunal Christi.* Vnde 1. Thess. 5. ... *lucis estis.* Et Iudic. 20. *Omnes robustissimi pugnato-* ... *Omnes recti steterunt:* & 2. Paral. 14. *Omnes isti viri*

¶ ... sti dicuntur Omnes, quia habent clausam intentio- ... stenditur, cum dicitur (In.) In enim signat interio- ... atem secretæ conscientiæ, sicut supra in suo tit. be- ... est, enim iusti habent, in quantum bona opera sua nō ... secreto facere student, & in quantum intentio- ... sanctam secretam & clausam tenent. Vnde istud Ios. ... *ati sunt omnes filij Israel in Silo.* Et Miche. 4. *Omnes populi* ... *in nomine Dei sui.* Quia sicut dicitur Baroch. *Iustus est* ... *in omnibus operibus suis.* Habent igitur clausam intentio- ... inquit.)

¶ ... iusti dicuntur Omnes, quia habent piam deuotio- ... ligionem. (Christo, inquit.) quia scilicet omnes san- ... Christo credunt, & ei confitentur & obediunt, & ipsum ... dicant, & benedicunt, 2. Machab. 12. *Omnes itaque* ... *iustum iudicium Dei.* Et 2. Machab. 14. *Omnes igitur* ... *nt.* (Christo, inquit.) Rom. 14. *Omnes stabimus* ... *Christi,* scilicet ipsum adorando, & ei deuote & hu- ... o, iuxta illud prædictum Esa. 60. *Omnes de Saba* *venient: aurum & thus deferentes. & laudem Domino annunciantes.* Et ... quomodo perfecti & iusti dici possunt Omnes, ... ione, vt sic Christo dicatur illud Esa. 60. *Populus* *tuus omnes iusti.*

¶ Secundo vero, si in malo significato vis omnes accipere, ... od mali & impij Omnes dicuntur, pro eo, quod ab ... & charitatis recedunt, & omnibus vitijs se com- ... mentum ventum se ventilant, & omnibus mundi ne- ... exponunt. Sicut enim dicitur in Psal. *Omnes declinaue-* *runt simul inutiles facti sunt, non est Dei timor ante oculos eorum.* Esaiæ ... *in viam suam declinauerunt.* Nota ergo, quod mali in ge- ... nere dicuntur Omnes multiplici ratione, videli- ... licet

Amatores falsissimi,
Bellatores debilissimi,
Prædatores iniquissimi,
Peccatores immundissimi,
Derisores nugacissimi,
Seruitores ignauissimi,
Possessores despectissimi,
Speculatores ignarissimi,
Gladiatores crudelissimi,
Gloriatores inanissimi,
Epulatores voracissimi,
Acquisitores auarissimi,
Imperatores iniustissimi.

Dicamus igitur, quod mali dicuntur Omnes, id est, omnibus vitijs dediti, quia sunt amatores falsissimi. Nullum enim veraciter diligunt, sed potius proditiose & fallaciter alios diligere se confingunt. Threnor. 1. *Omnes amici eius spreuerunt eam, & facti sunt ei inimici.* Quod maxime apparet in falsis amicis & adulatoribus, qui tempore prosperitatis diligunt, & tempore aduersitatis fugiunt & odiunt. Thre. 1. *Omnes qui glorificabant eam, spreuerunt eam &c.* Et illud Hierem. 30. *Omnes amatores obliti sunt tui, contempserunt te &c.* Sunt igitur isti amatores fallacissimi. Item quia sunt bellatores debilissimi, scilicet in bello tentationum & tribulationum. Vnde Hierem. 25. *Omnes viri bellatores fugerunt.* Item quia sunt prædatores iniquissimi. Psalm. *Diripuerunt eam omnes transeuntes viam.* Et Abac. 1. *Omnes ad prædam venient.* Et tamen isti deberent timere illud, quod dicitur Hierem. 30. *Omnes prædatores tuos dabo in prædam &c.* Item quia sunt peccatores immundissimi, seu carnalissimi. Hierem. 23. *Facti sunt mihi omnes Sodoma & Gomorrha.* & Ezech. 23. *Omnes hi incircumcisi, quibus scilicet caro præputij non aufertur.* Item quia sunt derisores nugacissimi Psalm. *Omnes videntes me, deriserunt me, locuti sunt labijs, & mouerunt caput.* Item quia sunt seruitores ignauissimi. Ezechiel. 7. *Omnes manus dissoluentur, & omnia genua fluent aquis.* Item quia sunt possessores despectissimi. Deus enim despicit & contemnit omnes mundi possessores, licet in mundo appareant cæteris potiores. Esa. 40. *Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo:* & Dani. 3. *Omnes habitatores coram eo in nihilum reputati sunt.* Item quia sunt speculatores ignarissimi, seu obscurissimi. Esaiæ 53. *Omnes nos quasi oues errauimus.* Item quia sunt gladiatores crudelissimi. Miche. 7. *Omnes in sanguine insidiantur.* Et tamen ipsi deberent timere illud Matth. 26. *Omnes enim qui acceperint gladium gladio peribunt.* Item quia sunt gloriatores inanissimi. In vanis enim adulationibus & lætitijs gloriantur. Hier. 22. *Omnes pastores tuos pascet ventus:* & illud Iob 14. *Omnes bestiæ agri ludunt ibi.* Item quia sunt epulatores voracissimi. Esa. 27. *Omnes mensæ repletæ sunt vomitu.* Item quia sunt epulatores voracissimi. Esaiæ 27. *Omnes mensæ repletæ sunt vomitu.* Item quia sunt acquisitores auarissimi. Vnde Hier. 6. *A maiore vsque ad minorem omnes auaritiæ student, à propheta vsque ad sacerdotem omnes faciunt dolum.* Item quia sunt imperatores iniustissimi. Vnde Esa. 1. *Principes tui infideles socij furum, omnes diligunt munera, sequuntur retributiones, pupillo non iudicant, & causa viduæ non ingreditur ad eos.* Et breuiter isti propriè Omnes dicuntur, quia in omni peccato Domino contrariantur, vt sic talibus Dominus conquerendo dicat illud Hiere. 2. *Omnes dereliquistis me, dicit Dominus.*

¶ De omnia vero in neutro genere notabis, quod Omnia neutraliter potest referri ad multa videlicet, ad quædam

Intuenda, sc. Dei mirabilia,
Metuenda, sc. Dei iudicia,
Construenda, sc. bona opera,
Destruenda, sc. mala opera seu scelera,
Induenda sc. virtutes & bona exempla,
Cupienda, sc. bona æterna & cœlestia,
Respuenda, sc. bona temporalia & mundana,
Sustinenda, sc. mundi tribulamina & flagella,
Fugienda, sc. tormenta & infernalia.

¶ Igitur dico, quod sunt quædam, quæ sunt intuenda, & ista certo sunt omnia opera & mirabilia altissimi, quæ scilic. debent considerari, & sulerti oculo intueri. In quocunque enim genere artificij opera bonorum artificum libenter considerantur. Ideo cuilibet dicitur illud Eccl. 42. *Respice in omnia opera altissimi omnia duplicia, vnum contra vnum &c.* Et merito consideranda sunt, quia

Facta

Facta sunt sapienter,
Bona sunt eminenter,
Durabunt permanenter,
Pia sunt excellenter,
Sua sunt euidenter,
Recta sunt prouidenter.

Facta sunt (dico) sapientissime Psalm. *Omnia in sapientia fecisti, impleta est terra possessione tua* Et Sap. 11. *Omnia in mensura, pondere & numero disposuisti*: & iterum. *Omnium artifex docuit me sapientiam.* Item quia bona sunt eminentissime. Eccl. 39. *Omnia opera Dei vniuersa bona valde.* Item quia durabunt permanentissime, i. in æternum. Eccles 3. *Didici, quod omnia opera, quæ fecit Deus perseuerant in æternum*: Et Eccl. 24. *Omnia opera Domini viuunt, & manent in sæculum*: Item quia pia sunt excellentissime. In operibus enim Dei apparuit pietas infinita. Ideo bene dicitur illud Sap. 11. *Misereris omnium, quoniam omnia potes, parcis omnibus, quoniā tua sunt* Itē quia sua sunt euidentissime. Vnde ipse dicit Iob 41. *Omnia quæ sub cælo sunt, mea sunt*: Et in Psalm. dicit. *Mea sunt omnes feræ syluarum, mea sunt omnia volatilia cæli &c.* Item quia recta sunt prouidentissime, qui enim bene considerat, manifeste videt, quod prouidentia Dei gubernat omnia. Vnde Sap 6. dicitur, quod *æqualiter est ei cura de omnibus*: Et Eccl. 22. *Omnia videt oculus eius.* Et 1. Cor. 2. *Spiritus enim omnia scrutatur.* Sunt igitur quædam omnia, quæ sunt metuenda.

V ¶ Secundo dico, quod sunt quædam omnia, quæ sunt metuenda, & ista pro certo sunt iudicia diuina & etiam tormenta infernalia. Ista sunt enim iudicia, certa, secreta, durabilia & æterna. Psalm. *In æternum omnia iudicia iustitiæ tuæ.* Et ideo sibi dicebat Dauid in Psalm. *Omnes viæ tuæ veritas, omnes viæ meæ in conspectu tuo. Omnia, quæ supra me sunt nomini sancto eius.* Vnde in Psalm. *Omnia iudicia eius in conspectu meo, & iustitias eius non repuli à me.* Ista sunt igitur omnia metuenda.

X ¶ Tertio dico, quod sunt quædam omnia, quæ sunt construenda. Et ista procuidubio sunt bona opera & mandata diuina, quæ scil. non scienda & construenda Psal. *Ad omnia mandata tua dirigebar.* Vnde de bonis operibus dicit Apostolus 1. Cor. 10. *Omnia autem facimus propter Euangeliū.* Et Philip. 2. *Omnia facite sine murmurationibus* Et omnia honeste & secundū ordinem fiant in vobis. Et 1. Cor. 10. *Omnia in gloriam Dei facite.* Et 1. Cor. 14. *Omnia secundum ædificationem fiant, &c.* Ista sunt igitur quædam omnia, quæ sunt construenda seu facienda.

Y ¶ Quarto dico, quod sunt quædam omnia quæ sunt destruenda. Et ista pro certo sunt omnia vitia & peccata, sicut de illis dicitur Iud. 10. quod *omnia idola proiecerunt.* Vt & hodie dicat quilibet illud Psal *Tu remisisti omnia peccata mea.* Quia sicut dicitur Zach. 8. *Omnia hæc sunt, quæ ego odi, dicit dominus.* Sunt igitur quædam omnia, quæ sunt destruenda 4 Reg. 23. *Omnia vana excelsorum, abstulit Iosias.*

Z ¶ Quinto dico, quod sunt quædam omnia, quæ sunt induenda. Et ista pro certo sunt virtutes & bona exempla, de quibus scilicet potest exponi illud 2 Paral. 4. *Omnia de auro mundissimo facta sunt.* Et c. 9. *Omnia vasa conuiuij Salomonis erant aurea*, i. virtutibus adornata. Ista sunt igitur omnia induenda, seu recipienda.

¶ Sexto dico, quod sunt quædam omnia, quæ sunt cupienda Et ista pro certo sunt bona paradisi, & etiam ipse Deus, de quibus scilicet dicitur 1. Corint. 15. *Erit Deus omnia in omnibus* Et ipse potest dicere illud 1. Cor. 9 *Omnibus omnia factus sum* Et Apoc. 21. *Ecce noua facio omnia.* Vt de istis dicamus Deo illud Tob 10 *Omnia simul in te vno habentes non te debuimus dimittere.* Ista sunt igitur quædam omnia, quæ sunt cupienda.

¶ Septimo dico, quod sunt quædam omnia, quæ sunt respuenda, & ista pro certo sunt omnia temporalia & mundana. Exemplo scilicet Apostulorum, qui dicebat Matt. 19. *Ecce nos dimisimus omnia quid ergo erit nobis? Amen dico vobis, quod vos, qui reliquistis omnia, cum sederit filius hominis &c.* Sequitur. *Centuplum accipietis, & vitam æternam possidebitis* Bene ergo consulitur ibidem *Omnia quæcunque habes vende & da pauperibus.* Ista sunt ergo quædam omnia, quod sunt respuenda.

¶ Octauo vero dico, quod sunt quædam omni, quæ sunt sustinenda Et ista procerto sunt tribulamina huius vitæ quæ scilicet nos debemus in patientia sustinere, sicut de charitate dicitur 1. Co. 13. quod *ipsa omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet.*

¶ Nono vero dico, quod sunt quædam omnia quæ sunt fugienda seu etiam abhorrenda. Et ista [illegible] sernolis. Omnia enim quæ ibi [illegible] de Exo. 9 dicitur de Ægypto, quod *mortua sunt omnia animantia.* Et Apoc. 21. dicitur, quod *omnibus mendacibus pars illorum erit in stagno ignis.* Sic igitur patet, quod omnia sumitur multis modis V de supra de Omnis in prima distinctione.

## Omnino.

Cum Omnino, idem significet, quod [illegible]ter vel ex toto, idem quoque, quod [illegible] vel perfecte, notandum est, quod siue accipiatur affirmatiue, vel negatiue, seu etiam prohibitiue vel præceptiue, semper significat quid

Certum,
Præfixum,
Integrum,
Completum.

Nota ergo, quod omnino significat

Fixam & completam prohibitionem,
Certam & perfectam comminationem,
Totam & infectam imperfectionem.
Tutam & suppletam consolationem.

¶ Dicam igitur, quod quædam sunt, quæ per omnino nobis totaliter prohibentur. Et sic certe dico, quod in scriptura nobis præcipitur,

Ne omnino malum consortium frequentemus,
Vt omnino carnis contagium euitemus,
Vt omnino oris periurium declinemus.

Igitur omnino fugias mala consortia. Et sic certe pro[illegible]betur cuilibet sacerdoti Leuit. 21. quod ad *omnem mortuum non ingredi[a]tur omnino.* Mortuus n. vilem, infectam & infamem [illegible] signat. Item omnino fugias carnis contagia. E sic cu[illegible] dicitur Eccles. 9. *Cum aliena muliere non sedeas omnino.* Item [illegible]no fugias falsa periuria Matt. 5 *Ego autem dico vobis non iurare omnino.* Dicam ergo, quod quædam per omnino nobis to[illegible] prohibentur.

¶ Item dico, quod quædam per omnino nobis totaliter [illegible]minantur. Et sic Deus comminatur omnino mortem [illegible] data non seruantibus. Deut 8. *Prædico tibi quod omnino d[illegible].*

¶ Item dico, quod quædam per omnino mala total[illegible] d[illegible]ntur, seu nobis totaliter condemnantur, Et sic dicitu[illegible] 5. *Omnino auditur inter vos fornicatio, & adulterium.* Vide ibi [illegible]nde etiam de totali bonorum c[illegible]entia dicitur Exod. 10 quod *nihil omnino virens relictum est in Aegypto* Et Deut. 8 dicitur de des[illegible] quod *ibi non erant ficus nec malagranata & nulla omnino aqua.* Et Pro. 9. dicitur, *quod nihil omnino sciens sedet in foribus, &c.*

¶ Item dico, quod quædam per omnino nobis tota[l]iter promittuntur. Et sic dicitur Deut. 4 *Deus inquit non dimittet te nec omnino delebit.* Et Deut. 5. *Omnino indigens & mendicus non erit inter vos.*

## Omnipotens.

Cum nomen omnipotentiæ ad [illegible] Deum pertineat, possumus notare quod Dei omnipotentia apparet principaliter in tribus, videlicet quia potest

Præsumptuosos humiliare,
Delitiosos amaricare,
Defectuosos fortificare.

¶ Potest (dico) humiliare præsumptuosos, sicut apparuit d[e] Holoferne superbissimo, qui tamen ad magnam humilitat[em] Dei omnipotentia est deductus. Vnde Iudit. 16 dicitur: *Dominus autem omnipotens nocauit eum, & tradidit eum in manu fœminæ.*

¶ Item potest amaricare delitiosos, quia scilicet illi, qui in delitijs & mundi prosperitatibus nutriuntur, per Dei omnipotentiam ad infernam amaritudinem sæpissime deducuntur. R[u]th. 1. *Vocate me mare*, id est, amaram, *quia amaritudine repleuit me omnipotens.*

¶ Item potest fortificare defectuosos. Ad Dei enim omnipotentiam pertinet defectuosos & debiles in virtutibus roborare. Vnde Eccl. 42. *Confirmauit dominus omnipotens stabile gloria.* Aduerte tamen, quod quamuis Dei omnipotentia sit summa, in tantum, quod animam & corpus potest perdere in gehennam, ab impijs tamen non formidatur nec timetur, nec timore ipsius à peccatis quiescitur aut cessatur. Vnde ipsi videntur dicere illud Iob 21. *Quis est omnipotens, vt seruiamus ei? aut quid nobis prodest si adorauerimus illum?* Et Iob 22. *Quasi nihil posset facere omnipotens, æstimabant illū.* Ista autē propriè possunt dici de superbis & præsumptuosis, quibus videtur quod [n]od possit eis nocere, ita

quod

[illegible] de quolibet tali dicanit Iob 15. *Tetendit aduersus Deum manum, & contra omnipotentem roboratus est.*

¶ Et [illegible] adhuc dic, quod Deus est omnipotens, scilicet,

Bonos ampliando,
Malis obuiando,
Iras leniendo,
Cuncta gubernando,
Pœnas mitigando,
Iustos conseruando,
Preces audiendo,
Malos affligendo,
Alta cognoscendo
Sanctis inspirando,
Cunctis imperando,
Iuste iudicando,
Pressos liberando,
Beatos præmiando.

Dicam igitur, quod omnipotentia Dei apparet in bonorum [illegible] Genes. 35. *Ego dominus omnipotens cresce & multiplicare* [illegible]. Item in malorum repercussione Psal. *Dominus quasi* [illegible] *omnipotens nomen eius.* Item in irarum mitigatione [illegible] *Dominus autem omnipotens faciet vobis eum placabilem.* scilicet [illegible] atribus. Item in cunctorum gubernatione Hester. [illegible] *non possit resistere voluntati tuæ.* Item in pœnarum consolatione. He[illegible] *Hanc autem diem mœroris & luctus omnipotens Deus vertit in gaudium* Item in iustorum conseruatione, seu protectione. Iob 22. *Erit omnipotens contra hostes tuos*, scilicet, de defendendo. Et Iob 8. *Nunquid omnipotens subuertit quod iustum est?* quasi diceret. Non. Item in [illegible] um exauditione Iob 8. *Si omnipotentem fueris deprecatus.* & [illegible] in malorum afflictione, Vnde de impio & peccatore potest dici illud Ruth 1. quod *eum Dominus humiliauit, & afflixit omnipotens.* Item in cunctorum præcognitione Iob 21. *Ab* [illegible] *non sunt abscondita tempora.* Item in sanctorum inspiratione [illegible] 32 *Inspiratio omnipotentis dat intelligentiam.* Et 39. *Spiraculum omnipotentis viuificauit me.* Item in omni iurisdictione Ec[illegible] *Vnus est altissimus creator omnium, omnipotens, rex potens & metuendus nimis.* Item in solenni iudicatione, quæ scilicet fiet in iudicio generali. Iob 33. *Nec omnipotens subuertet iudicium.* Et 35. *Omnipotens inquit singulorum causas intuebitur.* Item in oppressorum liberatione, 2. Mac. 2. *Omnipotens & æternus qui liberas Israel.* Item in be[illegible] præmiatione. Vnde cuilibet beato tunc poterit dici Iob 22. *Super omnipotentem delitijs affluet.*

**Onager.** Cum Onager sit animal asino simile in figura quod natura ita creauit liberum, quod nullo [illegible] ad portanda onera edomari potest, & ideo communiter & vagatur solitarium in deserto, quamuis in domibus quorundam prælatorum aliquos viderim domesticos, nulli tamen operi velut iam assuetos, possumus dicere, quod in bono & in malo.

¶ Primo dico in bono. Et sic pro certo dico, quod per onagrum intelligitur vir perfectus, qui asino per humilitatem & [illegible] comparatur, libertate spirituali dotatus & nulli [illegible] vitijs subiugatus, sed deserto pœnitentiæ assuetus. Sic igitur nota, quod onager, id est vir perfectus

Patientiæ firmatur viribus,
Pœnitentiæ arctatur rutibus,
Innocentiæ fundatur iuribus,
Excellentiæ leuatur turribus,
Violentiæ grauatur legibus.

¶ [illegible] quod vir perfectus dicitur onager, propter patientiam [illegible] confirmatur. Et inde est, quod onager dicitur similis asino, quod est animal patientissimum. Onager etiam etiam [illegible] dicitur, quod licet sitiat supra modum, dato, quod aquam turbidam inueniat, nunquam bibit, imo expectat [illegible] sit clara. In quo scilicet virtus patientiæ & abstinentiæ designatur, qua scilicet debitum tempus & opportunitas [illegible] Psal. *Expectabunt onagri in siti sua.*

¶ Item dicitur onager propter pœnitentiam, in qua com[illegible] Onager enim habitat in desertis, quæ sunt loca aspera, atque sicca, & asperitatis pœnitentiæ signatiua. Iob [illegible] *quasi onagri in deserto egrediuntur.* Et Hie. 2. *Onager assuetus in solitudine.*

¶ Item dicitur onager propter innocentiam, qua libertas da[illegible] quia scilicet sicut illud est animal liberum, sic iustus liber dicitur, quia seruitute alicuius vitij non grauatur. Vnde Iob 39. *Quis dimisit onagrum liberum?* ¶ Item dicitur onager propter excellentiam, qua sursum leuatur, quia scilicet sicut onager libenter habitat in rupibus desertorum, sic vere iusti sursum ad altitudinem contemplationis ascendunt, vbi mentaliter requiescunt Hie. 14. *Onagri steterunt in rupibus, attraxerunt ventum quasi dracones.* ¶ Item dicitur onager propter violentiam, qua in mundo grauatur. Quia sicut dracones sæpe deuorant onagros in deserto, sic tyranni grauant & molestant iustos & bonos homines in hoc mundo Eccl. 13. *Venatio leonis onager in eremo, sic & pascua diuitum sunt pauperes.* Breuiter ergo de tali onagro, id est, de viro perfecto potest dici illud Hie. 2. *Cursor leuis leuis explicans vias suas. Onager assuetus in solitudine.* Quære in tabula, vbi eam exposui. Et bene dicit (in solitudine) quia scilicet sancti viri loca publica & frequentia, scilicet mundum & mundana fugiunt, & in solitudine religionis vel pœnitentiæ habitant atque sistunt Ose. 8. *Onager solitarius Ephraim.* Sic igitur patet, quomodo per onagrum intelligitur vir perfectus.

¶ Secundo in malo significato dico, quod per onagrum potest intelligi vir imperfectus sc. peccator & hoc certe quia est

Sitibundus per cupiditatem,
Vagabundus per fatuitatem,
Furibundus per pompositatem,
Queribundus per rixositatem.

De siti cupiditatis allega illud prædictum. *Expectabunt onagri in siti sua.* De vagabilitate fatuitatis allega illud Iob 11. *Vir vanus in superbiam erigitur, & quasi pullum onagri se liberum natum putat.* De furiositate pompositatis seu violentiæ & austeritatis allega illud prædictum. *Onagri steterunt in rupibus, attraxerunt ventum quasi dracones.* Dracones dico, superbe omnia attrahentes, & ignem crudelitatis spirantes. De querulositate impatientiæ & rixositatis allega illud Iob 6. *Nunquid rugiet onager cum habuerit herbam?* quasi diceret, sic rugiet dico, scilicet iram & impatientiam ostendendo. Et hæc de onagro sufficiant in bono & in malo.

**Onus.** Nota, quod in scriptura inuenitur multiplex onus tam in bono, quam in malo. Inuenitur enim B

Onus sustinendum,
Onus appetendum,
Onus deponendum,
Onus metuendum.

Onus sustinendum signat mundi tribulationem, de quo dicitur Exod. 1. quod *Pharao proposuit filijs Israel magistros operum, vt affligerent eos oneribus* Illud enim onus licet non sit procurandum est tamen in patientia si superuenerit sustinendum. Sicut enim tauri grauibus oneribus solet subiugare quousque possit eorum ferocitas edomari, simiæ etiam trunco oneroso alligantur vt à suis motibus leuibus compescantur, sic Deus onus tribulationum quandoque nobis solet imponere, vt nos possit à malis nostris desiderijs compescere, & disciplinis spiritualibus edomare Num. 4. *Sciant singuli cui debeant oneri mancipari.* Tales enim sic tribulati & onerati solent à domino consolari, & refectione cœlestis gloriæ satiari. Bubulcus enim quamuis boues & asinos de die fortiter oneret, eosque compellat onera grauia portare, solet tamen in sero de ipsis optime curare, & eos cibis, & straminibus satiare. Sic vere Deus in sero mortis illos in paradiso satiat, quos in die præsentis vitæ oneribus tribulationum grauat, sicut ipse promittit dicens Matth. 11. *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos.* Figura ad hæc Hie. 17. vbi dominus prohibet, *ne in die sabbathi onus per portas Hierusalem inferatur.* Sabbathum enim requiem paradisi signat, vbi onera tribulationum nullus portat. Vnde ibidem *non inferatis onus per portas ciuitatis huius die sabbathi.* Hoc est igitur onus sustinendum, quod designat mundi tribulationem.

¶ Onus appetendum signat Christi subiugationem, sc. onus legis diuinæ & mandatorum, seu onus regularis disciplinæ, & regularium statutorum. Sicut enim piscis, qui dicitur rex locustarum, potest diu viuere extra aquam, dum tamen aliquod graue onus, seu aliquod graue saxũ supra dorsum ipsius imponatur, & hoc prout dicunt homines maritimi, propterea quia tunc se semper esse credit in mari in rupe & in cauerna sua quãdo super se sentit lapidem, & sic ex imaginatione decipitur & viuere diutius cum tali onere comprobatur, sic vere dico spiritualiter, quod onus spirituale prædictũ nobis solet commuoicare vitam gratiæ, & mortem peccatorum à nobis penitus elõ- B

gare,

gare. Isti figurantur 3. Reg. in illis septuaginta millibus equorum qui onera portabant pro templi Domini ædificatione. Qui vere ad ædificationem templi Ecclesiæ militantis valde necessarij sunt illi, qui Christi oneribus, statutis, mandatis & iussionib. seipsos dedicant, & submittunt. Istud est illud onus, de quo Christus dixit Matt. 11. *Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue.* Et ad Gala. 6. *Alter alterius onera portate.* Quamuis pro certo multi sint hodie iudices & prælati, qui onera grauia & importabilia imponunt humeris subditorum, digito autem suo nolunt ea mouere. Et isti sunt stulti, quia sæpe fit, quod sine causa faciunt subditos desperare. Exemplo cameli, qui si plus debito oneratur, solet onus in totum reijcere, si vero iuxta vires suas onus sibi impositum fuerit, solet ipsum in patientia sustinere. Ad quod facit figura Exod. 1. in filijs Israel qui moderate afflicti oneribus & operibus Ægyptiorum, in patientia operabantur. Tandem vltra debitum grauati, clamare & murmurare compellebantur. Lu. 11. *Oneratis homines oneribus, quæ portari non possunt.* Non sic charissimi, sed imponatur subditis iugum suaue & onus leue, vt in charitate viuentes possit alter alterius onera supportare. Exemplo sc. Apostoli, qui dicebat 2. Cor. 11. *Nulli onerosus fui* scilicet vltra debitum. Vnde ibidem. *Sine onere me vobis seruaui.* Quod est contra importunos & onerosos, qui scilicet sunt alijs omnibus onerosi, iuxta illud 2. Reg. 15. *Si veneris mecum, eris mihi oneri.* Est igitur onus appetendum, quod signat Christi subiugationem seu etiam disciplinam & correctionem.

C ¶ Onus deponendum signat peccati aggrauationem siue aggregationem. Sicut enim ceruus omni anno eijcit cornua, quod bene prouisum est à natura, pro eo, quod cornua ipsius nimia crescunt & sic sibi nimium fierent onerosa, sic vere nos debemus peccata nostra eijcere & deponere, pro eo, quod sunt quædam cornua superbiæ contra Deum, quæ in nobis faciliter crescunt, & ideo nisi deponerentur, possent nos vsque ad inferos aggrauare. Quia sicut dicitur in Ps. 37. *Iniquitates meæ supergressæ sunt caput, & sicut onus grauatæ sunt super me.*

D ¶ Onus vero metuendum signat inferni mortem & damnationem, & onus pœnæ æternæ, quod ita est graue, quod nec excuti, nec sustineri potest & tamen sustineri necesse est, quia sicut dicitur Gal. 6. *Vnusquisque onus suum portabit.* Istud onus figuratur in illis oneribus, de quibus fit mentio in scriptura vbi dicitur: *Onus Babylonis*, Esa. 13. *Onus Damasci*, Esa. 17. *Onus Aegypti*, Esa. 19. *Onus deserti maris*, Esa. 21. *Onus Tyri*, Es. 23. &c. Per ista enim onera per quæ significatæ fuerunt pœnæ temporales istarum regionū & ciuitatum, possunt intelligi onera pœnarum inferni, per quas affliguntur & puniuntur regiones, id est, legiones hominum iniquorum. Onus enim Babylonis, quæ interpretatur confusio, signat pœnam & damnationem superborum, qui præ cæteris cōfundi merentur. Onus Damasci, quæ interpretatur sanguineus saccus, signat pœnam & damnationem carnalium & luxuriosorum. Onus Ægypti, quæ interpretatur obscuritas, signat pęnam & damnationem hominum inuidorum. Onus deserti, quæ est terra arida & sicca, signat pœnam & damnationem hominum detractorum & exploratorum, quia sc. omnia aliorum facta volunt videre. Onus vero Tyri, qui interpretatur angustia, signat pœnam & damnationem hominum iracundorum. Omne enim onus pęnæ æternæ sustinebunt, & patienter ipsum portare perpetuo compellentur. Hi. 23 *Onus domini vos estis.* Ideo de quolibet beato dicitur in Psa. quod *dominus diuertit ab oneribus dorsum eius* &c. Vide supra de grauitate, de iugo & infra de pondere.

A **Onias.** Nota, quod Onias fuit summus sacerdos populi Iudæorū, qui in scriptura plurimum commendatur, tamen fuit per ambitionem à sacerdotio depositus, & tandem nequiter interfectus, sicut 2. Mac. 3. & 4. per ordinem reperitur. Interpretatur autem Onias mœrens domino vel dolor domini seu iniquus domino vel inutilis Dominus, se murmurās domino, vel inusitatio domini. Ista non psequor, quia paucæ sunt auctoritates. Et ideo non videtur vtilitas magna in prosecutione.

A **Operari. Opus. Opera.** Cum opus, in quantū habet rationem meriti vel demeriti, nihil aliud sit quam actus rationabilis creaturæ à deliberata voluntate procedens, possumus dicere, quod in scriptura possunt diuersa genera operum inueniri, scilicet,

Opera quædam {
Admiranda,
Imitanda,
Frequentanda,
Detestanda.
}

Prima sunt opera diuinæ potestatis,
Secunda sunt opera diuinæ bonitatis,
Tertia sunt opera humanæ bonitatis,
Quarta vero sunt opera humanæ prauitatis.

¶ Dico ergo, quod sunt opera diuinæ potestatis, quæ debent admirari. Psal. *Mirabilia sunt opera tua Domine, & anima mea cognoscet nimis.* Si enim mirabilia sunt opera aranearum, apum, formicarum, & multorum aliorum animalium, pro eo quod humana sapientia & potentia ad productionem taliū non attingit, multo magis opera Dei, quæ continue facit in rerum productione imo & etiam in gubernatione, sunt admiranda, ad quorum non solum productionem, sed nec etiam perfectionem cogitare vix, aut nunquam nostra creata potentia se extendit. Et hoc loquitur Dauid in Psa. dicens. *Quam magnifica sunt opera tua domine, omnia in sapientia fecisti. Impleta est terra possessione tua.* ¶ Item sunt opera diuinæ bonitatis, quæ debent imitari. Et ista sunt, quæ concernunt suam misericordiam, quæ scilicet ipse quotidie facit quando *aperit manum suam, & implet omne animal benedictione.* Et potissime ista sunt illa opera, quæ ipse in mundo exercuit factus homo, de quibus ipse dicit. Ioan. 4. *Opera quæ ego facio testimonium perhibent de me.* Ipse enim exercuit opera charitatis & amicitiæ, parcitatis & abstinentiæ, humilitatis & obedientiæ seueritatis & iustitiæ. Eccl. 39. *Opera omnia Dei bona, & non est dicere, hoc illo melius.* Item sunt opera humanæ sanctitatis, quæ debent frequentari. Et ista sunt bona & sancta opera & honesta, de quibus infra dicemus, & de istis dicitur Eccl 14. *Ante mortem operare iustitiam* ¶ Item sunt opera humanæ prauitatis, quæ debent euitari. Et ista sunt mala opera & vitiosa, de quibus etiam aliquid est dicendum Rom. 13. *Abijciamus opera tenebrarum & induamur arma lucis.* Dicamus igitur aliquid de operibus virtuosis, & aliquid de operibus vitiosis.

C ¶ Opus virtuosum est illud, in quo vltimata perfectio solet consistere vel inesse. Sicut enim vltima & summa perfectio arboris est productio fructuum, quia scilicet omnia illa, quæ præcedunt fructum, flos videlicet & folium, ad fructum sunt ad quid perfectum, & ad quid vltimum ordinantur, sic vltima animæ perfectio pro tempore huius vitæ cōsistit in productione bonorum operum, & virtutum, quia scilicet omnia alia præcedentia scilic. flores bonarum affectionum, & folia bonarum locutionum, vltimate ordinantur ad illam. Sicut ergo omnes mundæ creaturæ habent certas operationes sibi iniunctas & indictas à natura, quas non cessant vel continue exercere, vel statutis temporibus adimplere, sic vere omnes homines ad productionem bonorum operum sunt naturaliter ordinati, & ideo in ipsis debent esse iugiter, & continue occupati. Et hoc est, ad quod inducitur homo Eccl. 9. vbi dicitur: *Quodcunque potest manus tua facere, instanter operare.* ¶ Vbi aduerte, quod ad bona opera facienda requiritur in bene operante, scilicet,

Amplitudo generalis intentionis. [ Quodcunq; inquit ]
Aptitudo personalis conditionis. [ Manus tua ] quasi dicat non aliena.
Promptitudo cordialis affectionis [ Instanter operare. ]

Ista enim tria in bene operante requiruntur, scilicet ipsorum operum cumulatio, propriæ personæ occupatio, parati enim animi seu affectus cœlestis executio. D

¶ Dico quod requiritur in bene operante, quod habet generalem intentionem. Quodcunque potest &c. Sicut enim terra non est contenta proferre vnum bonum fructum, quinimo omnia bonorum genera fructuum solet generare. Arbores etiam quædam ita sunt opulentæ, quod non solum semel, imo etiam bis & ter, vel quater in anno proferunt fructus suos, sicut patet de citronibus & limonibus (quæ continue & plures fructus habent, hyeme scilicet & æstate ita quod dum vnus fructus colligitur, semper alius aut floret, aut viret, aut inchoatur.) Aliqua etiam sunt volatilia, quæ non semel in anno solum, imo pullificant omni mense, sicut de columbis dicitur in Ægypto. Aliqua et sunt animalia, quæ tantæ sunt fœcunditatis, quod dum fœtum vnum solent parere, semper solent prægnātia de alio remanere, sicut in multis angelis est de cuniculis comprobatum, sic pro certo spiritualiter loquendo nos debemus in productione spiritualium fructuum, fœtuum & pullorum, id est, in factione bonorum operum mirabiliter fertiles esse & fœcundi, quia sc. non vnum bonum opus, sed plura non semel, sed plures debemus producere, & vno exemplo semper debemus aliud inchoare, ita quod nunquam debemus vacui esse, & sine aliis fructibus,

nec

neci... [illegible] ... perspicacitatis, nec in hyeme adversitatis, sed in ipsis ... [illegible] ... mus abondare. Quodcunq; inquit, quasi dicat, ... [illegible] ... faciendum, sed generaliter quodcunque ... bene, est simpliciter exequendum, iuxta illud Ioan. 2. *Quodcunque dixerit vobis facite.* Ad quod monet Apostolus 2. Cor. 9. *In omnibus omnem sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum.* Quodcunque ergo. ¶ Et possumus advertere, quod multa sunt bona opera, quæ a nobis generaliter sunt habenda, scilicet,

Opera {
Iustitiæ & æquitatis,
Clementiæ & pietatis,
Scientiæ & veritatis,
Amicitiæ & charitatis,
Patientiæ & firmitatis,
Apparentiæ & totius honestatis.

De operibus iustitiæ dicitur Esaię 32. *Et erit opus iustitiæ pax, & cultus iustitiæ silentium.* De operibus clementiæ dicitur Matt. 26. Vbi de Magdalena vnguenta fundente dixit Christus, *Quid molesti estis huic mulieri? opus enim bonum operata est in me.* De operibus scientiæ ... dicitur Ezec. 1. *Aspectus rotarum & opus earum quasi visio maris.* Et ... *Veritas ad illos, qui operantur illam, revertetur.* De operibus charitatis & amicitiæ dicitur Gala. 6. *Dum tempus habemus operemur bonum ad omnes.* De operibus firmitatis & patientiæ dicitur ... *Tribulatio patientiam operatur.* De operibus vero honestatis & apparentiæ dicitur Rom. 13. *Abiiciamus ergo opera tenebrarum & induamur arma lucis.* Et breviter quanto plura genera bonorum operum producimus, tanto opulentiores arbores dici poterimus. Quodcunque inquit. Mat. 6. *Omnia quæcunque vultis vt faciant vobis homines sic & vos facite illis.* Patet ergo, quod bene operans debet ad omnia generaliter dilatari.

E ¶ ... dico, quod ipse debet in persona corporaliter necessario ... [Manus tua loquitur] quia scilicet homo per manum suam, non ... debet facere bona opera. Quod est contra illos, qui per ... factores faciunt beneficia sua deserviri, & qui per substitutos faciunt orationes, peregrinationes, & pœnitentias adimplere, quia scilicet isti non per manum suam, sed per manum alienam faciunt facta sua, similes illis de Lombardia, qui in faciendo guerras summe delectantur, ipsas tamen manualiter non faciunt, sed per substitutos stipendiarios ipsas agunt. Non sic, sed apponamus ibi manum nostram. Exemplo illius fortis mulieris, de qua dicitur Prou. 31 quod *operata est consilio manuum suarum, & facta est quasi navis institoris.* Debet igitur operans in persona corporaliter occupari.

F ¶ Denique dico, quod ipse operans debet ad implendum celeriter excitari seu agitari [Instanter inquit operare.] Sicut enim ... sunt nobiliores, tanto solent actus suos & operationes suas citius & velocius facere, & in actus suos celerius prorumpere & erumpere, sicut patet de sole qui opus & actum illuminationis ... tendere, & in oculo, qui actum videndi solet celeriter exercere, sic proculdubio inter homines ille perfectior & nobilior apud Deum dicitur, qui promptius & celeriter operatur, & qui ... dilatione ad actum bonorum operum applicatur [Instanter inquit operare] i. cito, velociter, ferventer & faciliter, sicut ... Prouerb. 22. *Vidisti hominem velocem in opere suo, coram regibus stabit, nec erit ante ignobiles.* Instanter ergo operare. Et ab ... adducimus Eccles. 31. dicitur. *In omnibus operibus tuis esto velox, & omnis infirmitas non occurret tibi.* Et Ecclesiast. 33. *In omnibus operibus tuis præcellens esto.* Illud non faciunt homines pigri, & imbecilles ... qui si aliquando aliquod bonum opus faciunt, ita tarde, & ita ... illud faciunt, quod quasi penitus illud vendunt. Patet ... cum difficultate eleemosynam erogantibus. Patet de ... religiosis cum difficultate prælato obedientibus. Patet de ... cum difficultate & tarditate pœnitentiam facientibus ... non operantur instanter, sed negligenter, non ex voluntate, sed ex necessitate. De quibus dicitur ad Tit. 1. quod *ipsi sunt abominati & incredibiles, & ad omne opus bonum reprobi.*

¶ Est adverte, quod bonum opus est celeriter faciendum propter tria, videlicet propter

Temporis breuitatem,
Operis bonitatem,
Muneris quantitatem.

¶ Dico propter temporis breuitatem. Ille enim qui habet aliquod opus facere, & habet parum de tempore, solet celerius & instantius laborare, sic quia valde breve tempus ad bona opera facienda habemus, scilicet nunc, necesse, quod circa hoc celeriter insistamus. Galat. 6. *Dum tempus habemus, operemur bonum ad* *Dictiom. Berchorij.* *omnes, maxime autem ad domesticos fidei.* ¶ Item dico propter operis bonitatem, quanto enim opus est melius & gratiosius, tanto debet impleri instantius & libentius 2. ad Tim. 3. *Perfectus sit homo Dei, & ad omne opus bonum instructus.* ¶ Item dico propter muneris largitatem, quia scilicet sicut propter bonum & magnum præmium & salarium solet homo libentius & promptius operari, sic quia summum & æternum præmium gloriæ paradisi propter bona opera promittitur, iustum est, quod instanti diligentia compleantur. Ideo dicitur 2. Para. 15. *Confortamini & non dissoluantur manus vestræ.* Est enim merces operi vestro. Sic ergo patet, quod bene operans debet in bene operando Celeriter se præparare. Personaliter se occupare. Generaliter se dilatare. Bene ergo dictum fuit. Eccl. 9. *Quodcunque potest facere manus tua, instanter operare.* Multa alia possent de operibus dici & multa exempla applicari, sed quia in diversis locis huius operis de bonis vel malis operibus satis plene tractatur, hoc est, quod sub breuitate transcurro.

G ¶ Sed adhuc aliquid dicendum est de operibus vitiosis. Notemus ergo, quod sicut inter infimas creaturas aliquæ sunt deditæ ad faciendum aliqua opera respectu aliorum vilia, turpia & nociua, sicut patet de leonibus & lupis, qui semper parati sunt ad opera crudelitatis, & sic de aliis, ita proculdubio inter homines multi sunt qui semper parati sunt ad opera totius iniquitatis & prauitatis. Et ideo possumus notare, quod inter cætera opera, quæ dicuntur mala, ista obtinent principatum, videlicet,

Opus {
Crudelitatis & sæuitiæ,
Carnalitatis & luxuriæ,
Tepiditatis & acediæ.
Pompositatis & superbiæ,
Cupiditatis & auaritiæ,
Fragilitatis & inconstantiæ,
Obscuritatis & insipientiæ.

De operibus crudelitatis & iniustitiæ dicitur in Psalm. *In corde iniquitatem operamini in terra, iniustitias manus vestræ concinnant.* De operibus carnalitatis & immunditiæ dicitur Ezech. 16. *In quo mundabo cor tuum, cum facias omnia opera hæc mulieris meretricis & procacis.* De operibus tepiditatis & negligentiæ dicitur Prouer. 10. *Egestatem operata est manus remissa.* Contra illud Ecclesia. 4. *Noli esse inutilis & remissus in operibus tuis.* De operibus pompositatis & excellentiæ dicitur Hier. 51. *Vana sunt opera, & risu digna.* De operibus cupiditatis & auaritiæ dicitur Esa. 59. *Opera eorum inutilia, & labores eorum sine fructu.* De operibus fragilitatis & inconstantiæ dicitur Prouer. 11. *Impius facit opus instabile.* De operibus vero obscuritatis & ignorantiæ dicitur Ioan. 3. *Dilexerunt homines magis tenebras quam lucem.* Erant enim eorum mala opera &c.

¶ Si vero vlterius volueris de opere, seu operibus dilatare, H notabis, quod, sicut in scriptura sacra reperitur, tria sunt genera operum, videlicet,

Opera {
Summa & gloriosa,
Bona & virtuosa.
Praua & vitiosa.

Prima sunt opera supernæ Deitatis,
Secunda sunt opera humanæ bonitatis,
Tertia sunt opera vesanæ voluntatis.

¶ Primo ergo principaliter dicam, quod inveniuntur opera Deitatis supernæ, res enim quanto sunt magis virtuosæ, tanto sunt magis activæ & operosæ. Et inde est, quod cœlestia corpora, quæ maxime sunt virtutis, continuo agunt, operantur, & influunt, & a motu & opere nunquam sistunt. Multo ergo fortius Deus cum sit virtutis infinitæ, magna & mirabilia operatur, & a motu mirabilium operum nequaquam desistit aut tardatur. Vnde ipsemet dicit in Euangelio Ioan. 5. *Pater meus vsque modo operatur, & ego operor.* Et 1. Cor. 12. dicitur, quod *idem est Deus, qui operatur omnia in omnibus.*

¶ Circa quod est advertendum, quod Deus quadrupliciter operatur, videlicet, Opera

Potentiæ, quæ debent meditari,
Prudentiæ seu sapientiæ, quæ debent admirari,
Clementiæ, quæ debent imitari,
Iustitiæ, quæ debent formidari.

¶ Dicam ergo, quod inveniuntur opera diuinæ potentiæ, quæ sunt speculanda seu honoranda. Et ista sunt opera creationis, quæ nihilo producuntur in esse. Et revera, qui bene attendit ad potentiam diuinæ creationis, & quomodo opera sua sunt

ttt maxima,

maxima, pulcherrima, & durabilissima, sicut apparet in cœli magnitudine, in stellarum pulchritudine, in spirituum scientifica limpitudine, & in omni fixa & permanenti longitudine, & durabili fortitudine, satis inuenit materiam meditandi. Sicut enim in Psalm. 101. dicitur: *Opera manuum ipsius sunt cœli.* Et ideo Dauid in Psal. 76. dicebat ipsi Deo: *Meditabor in omnibus operibus tuis, & in adinuentionibus tuis exercebor.* & Psalm. 8. *Quoniam videbo cœlos tuos opera digitorum tuorum, lunam & stellas quas tu fundasti.* Quintumo etiam ad ista potentissima opera videnda & meditanda dicitur in Psalm. 45. *Venite, & videte opera Domini &c.* Stupenda etiam & veneranda. Psalm. 65. *Quam terribilia sunt opera tua Domine, nimis profundæ sunt cogitationes tuæ.* Dicenda insuper, & recitanda. Psal. 106. *Annuncient opera eius in exultatione:* & alibi: *Opera manuum eius annuntiat firmamentum.* Bene ergo dicebat ipse Dauid in Psal. 76. *Memor fui operum Domini, quia memor ero ab initio mirabilium tuorum,* quasi dicat: Opera Dei sunt meditanda, & tenaci memoriæ commendanda. Narratur enim, quod in Insula Indiæ, quæ dicitur Ceylon, Rex habet quemdam pretiosissimum & maximum carbunculum, quem Rex Insulæ præfatæ pro regni honore & coronæ portat continue loco sceptri. Et merito, quia in toto orbe non est ei similis in quantitate, splendore, & valore. Nam ratione dicti carbunculi totus ipse rex (vt aiunt) scintillat sicut ignis. Narrat autem Marcus Paulus in libro suo de mirabilibus orientis, quod lapis iste taliter fuit inuentus. Quidam enim forte fecerat erga regem, & timens mortem fugit ad montes, dum igitur solus lateret inter horrendas rupes, vidit, quod omni die feræ, quæ erant in illis rupibus, se inuicem congregabant, & quandam cauernam seu foueam subintrabant, & tandem ad loca propria reuertebant. Iste igitur admirans cauernam ingressus vsque ad profundum foueæ penetrauit, & ibi claritatem maximam reperiens, lapidem illum in quodam angulo vidit, & quod feræ ad videndum lapidem, & se in aspectu ipsius delectandum omni die veniebant, dilucide recognouit, lapidem igitur ad regem detulit, & pacem cum eo impetrauit. O charissimi, quid dicam de isto exemplo? Si enim ista animalia bruta in consideratione vnius lapidis se taliter delectabant, quod omni die ad speculationem ipsius veniebant, quid debent facere filij rationis, qui vident à Deo tot mirabilia opera per ipsius infinitam potentiam esse facta? In quibus certe tanta relucet claritas maiestatis, quod impossibile est rationem inueniri, iuxta illud Ecclesiast. 8. *Intellexi, quod omnium operum Dei nullam possit homo inuenire rationem.* Proculdubio possum dicere, quod talia Dei opera ipsi debent considerare, & ipsa inuestigatione subtili, non tamen plus, quam deceat, indagare. Vnde in Psal. 45. dicitur: *Venite, & videte opera Domini, Domine Deus magnificatus es vehementer.* Quæ tamen sunt hodie contra multos, qui scilicet opera Dei nolunt meditari, vel attendere, sed solum circa opera hominum solent continuo se tenere, sicut clerici scientiarum ciuilium, qui diuina opera non attendunt, imo potius illos, qui circa diuina cogitant, & vilipendunt, & circa facta sæculi vacant totaliter, & intendunt. De istis dicitur Sapient. 13. *Neque operibus attendentes cognouerunt quis esset artifex.* In Psal. 65. dicitur: *Quam terribilia sunt opera tua Domine, nimis profundæ sunt cogitationes tuæ. Vir insipiens non cognoscet, & stultus non intelliget hæc.* Et alibi: *Quoniam non intellexerunt opera Domini, & in opera manuum eius destrues illos.* Et alibi: *Obliti sunt operum eius, & mirabilium eius, quæ ostendit illis.* Non sic, sed reminiscantur, & non obliuiscantur operum Domini, & mandata eius exquirant, quia sicut dictum est, ista sunt opera diuinæ potentiæ, quæ sunt speculanda seu honoranda.

I ¶ Inueniuntur etiam opera diuinæ prudentiæ seu sapientiæ, quæ sunt admiranda. Et ista pro certo sunt opera diuinæ gubernationis, quia scilicet ipse Deus regit & dirigit vniuersa, quæ revera valde sunt admiranda, iuxta illud Psal. 138. *Mirabilia opera tua, & anima mea cognoscet nimis.* O Deus, qui bene consideraret in regimine mundi, qualis & quanta est occulta Dei prouidentia, & qualiter concordant fatorum necessitas, & casuum contingentia, pro certo bene perpenderet diuinam sapientiam esse summam. Qui etiam consideraret in cœlestibus & arduis, quanta sit motuum concors diuersitas, quanta sit orbium velox agilitas, quanta sit in stellis virtus & claritas, quanta sit in cunctis manens æternitas, certe bene deberet mirari. Etiam in istis minimis animalibus, qui bene consideraret, quanta sit in formicis diligentia, quanta sit in apibus opulentia, quanta in araneis vigilantia, quanta etiam (teste Plinio) in aliquibus auibus secreta (si fas est dicere) intelligentia, certe bene deberet admiratione perfundi, & ad commendationem diuinorum operum mentaliter eleuari, dicens scilicet illud Apoc. 5. *Magna & terribilia sunt opera tua Domine.* In his enim omnibus relucet sapientia creatoris, quæ certe ad sui considerationem trahit mentem & animum viatoris, dicentis scilicet illud prædictum: *Quam magnificata sunt opera tua Domine, omnia in sapientia fecisti.* Sapient. 9. *Tecum sapientia tua, quæ nouit opera tua.* Patet ergo, quod inueniuntur opera diuinæ prudentiæ, quæ sunt admiranda.

¶ Etiam inueniuntur opera diuinæ clementiæ, quæ sunt imitanda. Et ista proculdubio sunt opera bonitatis diuinæ. De quibus dicitur illud prædictum, scilicet, quod opera Domini vniuersa bona valde. Et aduerte, quod opera bonitatis & clementiæ Dei sunt K

Opus { Humanæ reparationis, Fraternæ consolationis, Internæ reuelationis, Externæ castigationis, Æternæ retributionis.

¶ Dico ergo, quod ipse fecit opus humanæ reparationis, seu etiam diuinæ incarnationis, quod reuera fuit summum, & arduum, & pium. De isto dicitur Abac. 1. *Opus factum est in diebus vestris, quod nemo credet, quando narrabitur ei.* Istud tamen

Diuinitus fuit fabricatum,
In scriptura valde commendatum,
A prophetis multum affatum,
In publico cunctis demonstratum.

Dico ergo, quod istud opus fuit diuinitus fabricatum. Sola enim diuina potentia, & non humana, tantum opus potuit facere. Vnde sibi potest dici illud Esa. 45. *Opus tuum absque manibus est.* Manibus, dico, id est, operationibus humanis. Figura Daniel. 2. *de lapide paruo, qui abscissus fuit de monte sine manibus,* &c. Vnde etiam de eo dicitur in Psal. 43. quod *istud est opus, quod Deus operatus est in diebus eorum, & in temporibus antiquis.* Hoc opus igitur fuit diuinitus fabricatum. Item fuit in scripturis valde commendatum. Vnde de isto opere dicitur Ecclesiast. 42. quod *gloria Domini plenum est opus.* Vnde ipse etiam Dei filius incarnatus opus Dei dicitur Ecclesiast. 43. *Sol in aspectu annuncians in exitu vas admirabile, opus excelsi.* Item fuit à Prophetis valde affatum. Vnde ipsi dicebant Abac. 3. *Domine, opus tuum in medio annorum tuorum viuifica illud.* Item fuit in publico cunctis reuelatum, quia scilicet visibiliter apparuit homo factus, iuxta illud Psalm. *Qui nauigant mare in nauibus, facientes operationes in aquis multis, ipsi viderunt opera Domini, & mirabilia in profundo.* Istud est igitur opus humanæ reparationis.

¶ Item dico, quod ad Dei clementiam pertinet opus fraternæ consolationis. Et ista pro certo sunt illa opera, quibus Deus L

Nutrit indigentes,
Regit ignorantes,
Iuuat impotentes,
Sanat ægrotantes,
Lauat delinquentes, seu etiam dilabentes.

Est igitur istud opus diuinum, quo ad nutrimentum indigentibus, quo semetipsum cibauit Christus, dicens Ioan. 4. *Meus cibus est, vt perficiam opus eius &c.* Item quo dat regimentum ignorantibus. Psalm. 89. *Respice Domine in seruos tuos, & in opera tua, & dirige filios eorum.* Item quo dat iuuamentum impotentibus. Iob 14. *Operi manuum tuarum porriges dexteram:* & in Psalm. 137. *Opera manuum tuarum ne despicias.* Item quo dat sanamentum ægrotantibus, quia sicut dicitur Gala. 3. *Iste est qui tribuit nobis spiritum, & operatur virtutes.* Item quo dat leuamentum, seu saluamentum pœnitentibus Psal. 73. *Operatus est salutem in medio terræ,* id est, in corde terrei peccatoris, ipsum scilicet ad pœnitentiam reuocando. Sic igitur patet, quod ad diuinam clementiam pertinet opus supernæ consolationis.

¶ Item dico, quod ad Dei clementiam pertinet opus internæ reuelationis, quo scilicet absconditæ sapientiæ & fidei sunt hominibus reuelata, de quo in Psal. 32. dicitur, quod *omnia opera eius in fide.* & Ecclesiast. 17. dicitur, quod *Deus ostendit illis magnalia operum suorum.* M

¶ Item dico, quod ad Dei clementiam pertinet opus externæ tribulationis. Quia reuera Deus misericorditer tribulationes solet inferre, vt sic possit suos ad viã veritatis reducere, & à ma- N

lis ope-

[illegible] opera tua Domine [illegible] deo [illegible]nos per benigni[illegible] [illegible] noa & [illegible]. Quod et[illegible] [illegible]tum tuum, & operare in il[illegible] [illegible] tribula[illegible] [illegible] clement[illegible] [illegible]ner opus æternæ [illegible], nod certe est

[illegible] & [illegible]
{ [illegible]plerum & admirabile,
{ Pe[illegible]tum & commendabile.

[illegible]e, & valde secretum Eccle. 11. *Gloriosa & in[illegible] [illegible]. Eius opera sunt in absconsis* Opus et[illegible] [illegible]le & ple[illegible] completum. Eccl. 11. *Mirabilia opera al[illegible]* [illegible] super commendabile & vere perfectum. 1. [illegible] *bona sunt valde.* Sic igitur patet, quod inueniun[illegible] [illegible]æ, quæ sunt imitanda.

[illegible] un[illegible]r opera diuinæ iustitiæ, quæ sunt for[illegible] [illegible]erta sunt illa opera, quæ Deus exercet con[illegible] [illegible]s, ipsos scilicet mundi sine correctione di[illegible] [illegible] non iuxta demerita puniendo. Sicut enim [illegible] *a manuum eius veritas & iudicium:* & Baruch. [illegible] *in omnibus operibus suis* Et pro certo rationabile [illegible]do contemnunt suam clementiam, in fine [illegible]. Eccl. 16. *Opera iustitiæ eius quis enunciabit?* [illegible]od inueniuntur opera deitatis superne. Et hoc [illegible]le.

[illegible] p[illegible] paliter dico, quod inueniuntur opera bo[illegible] [illegible]& [illegible] sunt bona opera, meritoria &c. & perfecta, [illegible]a, quibus Paradisi fructus recolliguntur. Sicut [illegible] bono stipite procedentes faciunt (vt commu[illegible] [illegible]ctus, quia sc. ramus (vt communiter) naturam [illegible] ic vere nos qui sumus rami optimi stipitis, & [illegible]s, scilicet Christi, debemus fructus bonorum [illegible] di[illegible]e, & exemplo eius bonis & virtuosis operibus [illegible]ate, iuxta illud Ioan. 8. *Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite.* [illegible] cer il[illegible] ios piæ mulieris Tabitæ, de qua dicitur Acto. [illegible] *erat plena operibus bonis.* Si via aliquantulum dilatare, [illegible]u, quod bona opera debent fieri cum

Instanti celeritate,
Constanti maturitate,
Præstanti copiositate,
Distanti diuturnitate.

Si [illegible]m bonis operibus nostris instans celeritas & diligen[illegible] [illegible]uanto enim causa est perfectior, tanto ad introducendum [illegible]ionem & effectum est actiuior. Patet de sole, qui in in[illegible] [illegible]fundit radios ab oriente in occidentem virtutem, ela[illegible] [illegible]rem & calorem ipsius subito deferentes. Sic vere dico, quod [illegible] perfecti operationes virtuosas instanter & diligenter ope[illegible] [illegible], & sine negligentia statim ad emittendum ramos bono[illegible] [illegible]perum animantur. Audierunt enim illud Hier. 48. quod *maledictus qui facit opus domini fraudulenter:* alia litera, negligenter. [illegible] bene dictum est Eccl. 9. *Quodcunque potest manus tua facere, in[illegible] [illegible] operare* Et illud Eccle. 31. *In omnibus operibus tuis esto velox & [illegible] non occurret tibi.* Et illud Prouerb. 22. *Vidisti virum [illegible] in opere suo, coram regibus stabit,* quasi dicat, illi, qui sunt [illegible] in operibus, veloces & diligentes, pro certo digni sunt *[illegible]* regibus, scilicet Deo & Angelis esse in cœlis de[illegible] [illegible]ntes, & ipsi beatifice ministrantes. 2. Esd. 1. *Directa [illegible] in conspectu Domini.* Vt & tales sic diligenter ope[illegible] [illegible] de illis de quibus dicitur 2. Esdr. 7. *Insistebant operibus [illegible] diligentissime.* Et merito, quia sicut dicitur Prouerb. 18. *[illegible] dissolutus est in opere suo, frater est sua opera dissipantis.* Sit [illegible] executione bonorum operum instans celeritas & dili[illegible]gentia.

R ¶ S[illegible] etiam ibi constans maturitas & sapientia. Quamuis e[illegible] [illegible] in bono opere debeat esse instans celeritas, non tamen im[illegible]petuosa [illegible] præceps fatuitas seu agilitas. Natura enim non ope[illegible] [illegible] petuose, sed potius mature, deliberate & seriose, sicut [illegible] de arboribus, quæ per debitas successiones, flores & fru[illegible] [illegible]. Sic vere homo debet mature & seriose fructum [illegible]um producere, & ab omni furioso impetu abst[illegible] [illegible]ad Eccl. 3. *Fili in mansuetudine opera tua perfice.* Et me [illegible] certo sicut dicitur Sap. 8. *Nihil est sapientia locupletius, [illegible] operatur.* Et aduerte, quod opus prudentes eliciunt [illegible]tamor videlicet,

Dulcem. Berchory.

Satietas & abundantia,
Anxietas & tremulentia,
Sobrietas & continentia,
Stabilitas & patientia,
Nobilitas & excellentia,
Seueritas atque iustitia,
Auctoritas atque constantia,
Asperitas & pœnitentia,
Fidelitas & amicitia.

Igitur dico, quod bona opera concomitatur abundantia & s[illegible]tietas, quia sicut dicitur Prou. 28. *Qui operatur terram suam [illegible] bitur panibus.* Item tremulentia & anxietas, scilicet contri[illegible], & diuini timoris Phil. 2. *Cum metu & tremore salutem vestram operamini.* Item continentia, & sobrietas Prouer. 21. *Qui autem mundus est, rectum est opus eius.* Et in Psalm. 13. *Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam.* Item patientia & stabilitas. Iaco. [illegible] *Probatio fidei vestræ patientiam operatur.* Item excellentia & nobilitas, quia sicut dicitur Eccle. 14. *Omne opus electum iustificabitur, & qui operatur illud, honorabitur* Item iustitia atque seueritas, quia sicut dicitur Prou. 10. *Opus iusti ad vitam* Psal. 14. *Operatur iustitiam, & loquitur veritatem in corde suo.* Item constantia, seu auctoritas Vnde 1 Mac. 3. *Similis factus est leoni in operibus suis.* Item pœnitentia & asperitas. Acto. 26. *Digna pœnitentiæ opera facientes.* Item amicitia & fidelitas. Apoc. 2. *Noui opera tua & fidem.* Et breuiter ista sunt

Opera, quibus homo { Iustificatur,
{ Glorificatur,
{ Beatificatur.

Iustificatur dico Iac. 2. *Videtis, quomodo ex operibus iustificatur homo.* Glorificatur etiam seu commendatur & laudatur. Prouerb. 31. *Laudent eam in portis opera eius.* Beatificatur insuper, quia scilicet secundum opera & valorem operum, homo in fine recipit præmium & mercedem. Apocal. 14. *Opera enim illorum sequuntur illos.* Et 20 c. dicitur, quod *iudicatum est de singulis secundum opera eorum.* Igitur bene dico, quod in executione bonorum operum debet esse constans maturitas & sapientia.

¶ Ibi quoque debet esse præstans fertilitas & opulentia. Arbor enim fertilis & copiosa dicitur, quando non solum vnum fructum, sed plurimos profert. Sic igitur homo debet fructus plurimos bonorum operum producere, & non in vno, sed in pluribus abundare. Vnde Prouerb. 14. *In omni opere bono erit abundantia:* & Eccle. 10. *Melior est qui operatur, & abundat.* Et 2. Corint. 9. *Abundetis in omne opus bonum.* S

¶ Debet insuper in executione bonorum operum interesse distans æternitas & permanentia, hoc est dictum, longa & permanens perseuerantia. Non valet enim quod arbor floreat, nisi flos vsque ad fructus perfectam productionem maneat, & persistat. Sic vere non sufficit florem boni propositi producere, nisi etiam vsque ad finem & consummationem boni operis homo studeat laborare, sicut de illo dicitur in Psalm. 103. *Exibit homo ad opus suum, & ad operationem suam vsque ad vesperam,* id est. vsque ad mortem vel ad finem Et Eccles. 38. *Vigilia sua perficiet opus suum* Et Phil. 1. *Qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet.* Exemplo scilicet illius, de quo dicit Eccl. 38. *Cor suum dabit in consummationem operum.* Quæ tamen sunt contra multos, qui scilicet optime incipiunt bona opera, sed nunquam perseuerando finiunt, iuxta illud Eccle 14. *Omne opus corruptibile in fine deficiet.* Quod potissime pertinet ad hypocritas qui non quærunt nisi gloriam inanem & mundanam in suis operibus. Contra illud Ecclesiast. 10. *Noli te extollere in faciendo opere tuo,* sicut de seruo dicitur Eccl. 33. *Virga, & onus, & cibus asino, panis, & disciplina, & opus seruo.* Sequitur. *In opere constitue eum.* Et ibidem. *Seruum inclinant operationes assiduæ.* Sequitur. *Mitte eum in operationem, ne vacet. Omnia enim mala docuit ociositas.* Patet igitur, quomodo bonum opus debet concomitari, permanentia, opulentia, sapientia, diligentia. Patet ergo, quod inueniuntur opera bonitatis internæ. T

¶ Tertio principaliter dico, quod inueniuntur opera prauitatis externæ, scilicet opera mala & peruersa, quæ [illegible] licet mali homines proferunt incessanter. Sicut enim fons v[illegible] [illegible]sus fundit, & emittit riuulos venenosos, & arbor [illegible] [illegible] fructus malos, sic vere mal[illegible] [illegible]mines mala [illegible] [illegible] & in ipsis multipliciter abundare. E[illegible] [illegible] 59 *Ope[illegible] [illegible] manibus eorum.* Et nota, quod mali faci[illegible] [illegible] opera [illegible] [illegible]mus. V

Velociter,
Loquaciter,
Procaciter,
Atrociter,
Steriliter,
Nubiliter.

[illegible], quod mali operantur nimis velociter, scilicet sine prudentia & deliberatione Hier. 18. *Et ecce figulus faciebat opus super rotam.* [illegible] Hier. 22. *Tui vero oculi, & cor ad auaritiam, & ad sanguinem innocentem fundendum.* Sequitur. *Et ad cursum operis mali.* Item operantur nimis loquaciter, scilicet, alijs detrahendo: Ps. 108. *Hoc opus illorum, qui detrahunt mihi ad dominum.* Item operantur nimis procaciter, scilicet ipsa mala opera iactando, & publice faciendo, de quibus dicitur Matt. 23. *Omnia opera sua faciunt, vt videantur ab hominibus.* Item operantur nimia atrociter, seu crudeliter 1. Ioan. 3. *Opera eius maligna erant.* Contra illud Ecclesiast. 10. *Nihil agas in operibus iniuriæ.* Item operantur nimis inaniter seu steriliter [illegible] Sapient. 3. *Inutiliter opera eorum sine fructu.* Contra illud Ephe. 5. *Nolite communicare operibus infructuosis.* Item operantur nimis nubiliter, hoc est dictu, nimis obscure, & latenter, sicut patet de luxuriosis & vsurarijs, *quorum sunt in tenebris opera,* sicut dicitur Esaiæ 29. Contra illud prædictum Rom. 13. *Abijciamus opera tenebrarum, & induamus arma lucis & cætera.* Et merito, quia pro certo mala opera, quæ hic in tenebris & obscuritate celantur finaliter reuelabuntur, & potissime in iudicio & in morte, iuxta illud Ecclesiast. 11. *In fine hominis denudatio operum eius.* Et merito, quia scilicet ex talibus operibus sequitur mors æterna Psalm. 9. *In operibus manuum suarum comprehensus est peccator.* Et Psalm. 27. *Da illis secundum opera eorum, & secundum nequitiam adinuentionum ipsorum tribue ipsis.* Et propter hoc prudenter loquebatur Iob dicens domino. Iob. 9. *Verebar omnia opera mea, sciens, quod non parceres delinquenti.* Et sic bene patet generaliter, quod inueniuntur scilicet,

Opera { Impij, Iusti, Dei.

Impij dico, quæ sunt fugienda,
Iusti etiam, quæ sunt facienda,
Dei insuper, quæ intuenda.

Sufficit. Vide in tit. Facere, in tit. Fructus, & in diuersis alijs partibus huius operis.

A **Operire. Opertus.** Cum operire idem sit, quod absorbere, abscondere, tegere, vel celare, possumus notare, quod operire multis modis scribitur in scriptura, in bono scilicet & in malo. Et primo dico, quod in bono inuenitur

Operimentum { Decoris, Laboris, Honoris.

Primum operimentum facit bona operatio, & honesta conuersatio. Ista enim operit omnes mentis & carnis defectus. Et isto operimento potissime debemus esse operti nos Ecclesiastici, iuxta illud Exod. 28. *Facies feminalia linea Aaron & filijs eius, vt operiant carnem turpitudinis suæ,* &c. Secundum operimentum facit pœnitentia & confessio. Ista enim fœditatem & horrorem vitiorum nostrorum solet à Dei visibus abscondere, & ne amplius coram Deo appareant operire. Psalm. 68. *Operui in ieiunio animam meam, & oratio mea in sinum meo conuertetur.* Tertium operimentum facit virtutum aggregatio. Istud est enim operimentum, quo nos debemus præparare & ornare, vt cuilibet nostrum possit dici illud Ezech. 28. *Omnis lapis pretiosus operimentum tuum.*

B ¶ Vbi aduerte, quod istud operimentum debet esse
Virtutum multitudinis contentiuum (Omnis lapis)
Mirandæ sanctitudinis ostensiuum (Pretiosus)
Horrendæ turpitudinis contectiuum (Operimentum.)

¶ Est, dico, virtutum multitudinis contentiuum. (Omnis lapis.) Sicut enim videmus, quod multa sunt genera operimentorum, quia scilicet
Oues operiuntur lana ad caloris conseruationem,
Cœlum operitur nubibus ad humoris expressionem,
Miles operitur armis ad corporis defensionem,
Terra operitur herbis ad decoris ostensionem,
Pauperes operiuntur saccis ad carnis honoris contectionem.

Sic vere dico [illegible] omnibus istis [illegible]

¶ Operiatur ergo [illegible] to laneo per [illegible] Ista enim est, quæ [illegible] feruoris & deuotionis [illegible] quæ frigus torporis & peccatorum excludit [illegible] 1. Petri 4. & Prou. [illegible] *Charitas operit multitudinem* [illegible] operimentum habent aliqui nimis simplex, quia scil. [illegible] berent diligere Deum, proximos, & seipsos, ipsi pro [illegible] nisi se diligunt, de Deo & proximo non curantes. [illegible] de quibus dicitur Aggæ. 1. *Operuistis vos, & non estis calefacti* [illegible] rati in Dauid, de quo dicitur 3. Reg. 1. *Cumque operiretur* [illegible] *non calefiebat.*

¶ Item operiatur homo operimento nubeo per [illegible] Sicut enim ex nubibus venit pluuia, quæ solet terræ [illegible] mectari, sic ex operimento, id est, ex virtute pietatis [illegible] eleemosynarum defluere, quæ solet ariditatem terræ, [illegible] tiam pauperum reuelare. Psa. 146. *Operit cœlum nubibus* [illegible] *terræ pluuiam.* Figurati Gen. 7. vbi dicitur, quod *aquæ operti* [illegible] *mnes montes excelsi.*

¶ Item operiatur homo operimento ferreo per fi[illegible], quia scil. sicut milites solent se ferro operire & tege[illegible] stum se possint iaculis defensare, sic & nos virtute [illegible] constantiæ debemus esse operti, vt contra tentat[illegible] simus muniti & expediti. Ezech. 27. *Hyacinthus & purpura* [illegible] *sunt operimentum tuum.* Figurati in illo equo, de quo di[illegible] Macchab. 3. *Apparuit illis quidam equus optimo operimento ornatus, qui sedebat super eum, videbatur arma habere.*

¶ Item operiatur homo operimento herbeo, seu floreo, per honestatem, quia scilicet sicut terra operitur herbis & floribus, vt exterius possit pulchritudinem & decorem habere, & tandem bonos fructus producere, sic & nos debemus herbis & floribus honestæ conuersationis esse operti, vt Deo & hominibus simus exterius magis grati. Vnde Exod. 36. dicitur, quod *Moyses fecit operimentum tabernaculi de pellibus arietum.*

¶ Item operiatur homo sacceo operimento per pœnitentiam & asperitatem, sicut Iudic. 4. dicitur, quod *operuerunt altare cilicio:* & Ionæ 3. *Operiantur saccis homines & iumenta.* Patet ergo, quomodo operimentum gratiæ debet esse virtutum multitudinis contentiuum.

G ¶ Deinde dico, quod istud operimentum debet esse moralis sanctitudinis expressiuum. (Pretiosus, inquit.) Sicut enim non solum decet reginam, vt in lecto suo habeat, vel possit habere multa & varia operimenta, imo etiam, quod illa operimenta esse debeant pretiosa, sic anima non solum debet esse operta multis virtutibus, imo etiam nobilibus pretiosis & excellentibus, sicut dicitur Apoc. 19. quod *vxor agni,* id est, anima *operuit se, & datum est illi, vt se cooperiat bysso splendenti & candido.* (Pretiosus, inquit.) Luc. 7. *Ecce, qui veste pretiosa sunt, & delitijs, in domibus regum sunt.*

D ¶ Denique dico, quod operimentum gratiæ debet esse turpitudinis contectiuum seu celatiuum. (Operimentum, inquit.) Sicut enim operimentum celat & abscondit quicquid est subtus positum sic vere quamuis homo habeat multos naturales defectus, si tamen operimentum gratiæ & sanctitatis habeat, totum absconditur & operitur, totum etiam apud Deum & homines excusatur. Ezec. 16. *Expandi amictum meum super te, & operui ignominiam tuam.* Et nota, quod principaliter tres turpitudines sunt à nobis operiendæ, scilicet,

Turpitudo { Internæ prauitatis, Fraternæ nuditatis, Paternæ vilitatis.

Operiatur ergo turpitudo prauitatis internæ, quia scil. vitia nostra secreta nulli sunt dicenda vel reuelanda, nisi solummodo confessori, qui scit remedium adhibere, vel debet scire, quia [illegible] sunt magis operienda, & abscondenda, & ne scandalum generent, contegenda, exemplo catti, qui stercora statim operit post secessum. Figura Deuteronomi. 23. vbi filij Israel præcipiuntur *paxillum secum deferre, & egesta humo contingo operire.* Item operiatur turpitudo nuditatis fraternæ. Vnde Esa. 58. *Cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris.* Item operiatur turpitudo vilitatis paternæ, quia scil. quicquid in nostris spiritualibus patribus, prælatis, superioribus & maioribus videmus reprehensibile & pudendum, statim nos debemus operire, excusare, & celare, & ne alijs appareat, pro viribus impedire. Exemplo filiorum bonorum Noe, Sem scilicet & Isphet, qui patre su[illegible] N[illegible]e

[illegible] *operuerunt verenda eius*, sicut dicitur Ge. [illegible] erdebe[illegible]us nos operire, scilicet

[illegible] {
T[illegible]tudinis contectiuo,
[illegible]nctitudinis expressiuo,
Virtutum multitudinis contentiuo.
}

[illegible] de [illegible] bono sufficiunt.

[illegible] dico, quod operimentum solet significare In [illegible] scriptura inuenitur

[illegible]mentum {
[Pros]peritatis exterioris,
Iniquitatis interioris,
Pœnalitatis asperioris,
Fallacitatis callidioris,
Aduersitatis inferioris.
}

[illegible] ergo, quod aliqui operiuntur prosperitate exteriori. [illegible] *Operuit faciem eius crassitudo, & lateribus eius arvina dependet:* [illegible] *mundatio camelorum operiet te, dromedarij Madian & Epha.* [illegible] qui operiuntur iniquitate interiori vel deteriori. Et [illegible]atores, de quibus dicitur in Ps. 72. *Operti sunt iniqui[tate] [illegible] sua*: & Abac. 2. *Iniquitas Libani operiet te.*

[illegible] qui operiuntur fallacitate calllidiori, sicut sunt hy[pocrit]æ & [illegible]tores, qui sub quibusdam operimentis pallia[illegible] operiunt prauitatem suæ interioris intentionis, [illegible] *Labor laborum ipsorum operuit eos*, contra illud [illegible] *Non [illegible] vir a Propheta pallio [illegible] suo, vt mentiatur.*

§ Item [illegible] operiuntur pœnalitate asperiori, id est, tribulatione & [illegible] huius mundi, de quibus dicitur Matt. 8. *Motus magnus [factus est] in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus.*

§ [illegible] aliqui [o]periuntur aduersitate exteriori & inferiori, & [illegible] damnati qui procul dubio habent in inferno

[Oper]torium {
Confusionis,
Remorsionis,
Afflictionis.
}

C[onfusionis quid]em, dico. Vnde in Psalm. 108. *Operiantur sicut diploide [confusione su]a.* Remorsionis etiam. Vnde Esa. 14. *Operimentum [tuum er]unt vermes.* Afflictionis insuper. Vnde in Psalm. 77. dicitur: [illegible] *eorum operuit mare.* Et non mirum, si isti habeant talia o[perimen]ta, quia ipsi sunt *in terra tenebrosa, vel operta mortis caligine,* [illegible] *a mortis, & nullus ordo &c.* Sic igitur patet, quomodo in [scriptura i]nueniuntur varia operimenta, tam in bono, quam in [malo].

§ Sed si adhuc vis aliquid tangere, notabis, quod in scriptura [re]p[eri]tur quadruplex operimentum, secundum quod sunt quatuor genera personarum, videlicet, Operimentum hominum

Perfectorum,
Beatorum,
Impiorum,
Damnatorum.

§ Primum ergo dico, quod in scriptura reperitur operimentum [illegible]um perfectorum. Et istud pro certo est velamen & orna[men]tum virtutum, quo scil. illi operiuntur, & quo spiritualiter [illegible]uunt & consequuntur iuxta illud Esa. 4. *Apprehendent septem [mulieres vi]rum vnum, dicentes: Panem nostrum comedemus, & vestimen[tis no]stris operiemur, tantummodo inuocetur nomen tuum super nos.* Se[ptem e]nim mulieres significant vniuersitatem animarum sancta[rum], quæ scilicet virum vnum, scilicet Christum per fidem & [illegible] solent apprehendere, & panem Eucharistiæ deuote [illegible] & comedere, & vestimentis virtutum se operire multi[pliciter] & ornare, & nomini & virtuti Christi se specialiter [illegible]dare. Sicut enim videmus, quod terra operitur herbis [illegible], arbores operiuntur ramis & fructibus, homines honestis vestibus, sic reuera spiritualiter iusti o[perti] [per]fectis moribus, & multis bonis operibus & virtu[tibus] [illegible] in illo cœlesti vindice, qui scilic. apparuit operi[tu]s adornatus. 2. Mach. 3. & in illo propheta Ahia [qui] *obuiauit Ierobaam opertus pallio nouo.* 3. Reg. 11.

[illegible]us notare, quod in scriptura reperiuntur diuersa [operimenta] corporalia, per quæ certe denotari possunt operi[menta] spiritualia, videlicet operimenta virtutum & [vt] [illegible] dicam, quod in scripturis reperitur, scilicet.

O[perime]ntum {
Nubeum,
Sacceum,
Laneum,
Pelleum,
Vmbreum,
Aqueum,
}

Dilion. Bercherij.

Operimentum {
Terreum,
Aureum,
Lineum,
Ligneum,
Purpureum,
Puluereum,
Lapideum.
}

Nubes est misericordis & compassio,
Saccus est pœnitentia & afflictio,
Lana est am[icit]ia & dilectio,
Pellis est honestæ vitæ conuersatio,
Vmbra est timor domini & turbatio,
Aqua est lacrymarum inundatio,
Terra est futuræ mortis meditatio,
Aurum est splendens & clara contemplatio,
Linum est continentiæ depuratio,
Lignum est di[ui]næ crucis cogitatio,
Purpura est Christi sanguinis rubricatio,
Puluis & cinis est humilitatis examinatio,
Lapis est stabilitatis confirmatio.

§ Ista enim sunt 13. nobilia ornamenta, quibus scilicet iusti in hac vita operiuntur, vt digne ornati finaliter domino præsententur. Igitur operiamur operimento nubeæ compassionis, similes scilicet ipsi cœlo, quod antequam pluuiam terris fundat, solet nubibus operiri, quia reuera tunc pluuiam eleemosynarum pauperibus fundimus, quando nube tenderæ compassionis nos primitus operimus Psalm. 146. *Qui operit cœlum nubibus, & parat terræ pluuiam.* Figura Exod. 19. & 40. vbi dicitur, quod *cum Moyses legem assumpturus ascendisset in montem operuit nubes montem.* Ad denotandum, quod nullus terrenus dignus est legem diuinam recipere, nisi is quem nubes compassionis, & pietatis consueuerit operire. Num. 9. *Operuit nubes tabernaculum fœderis.* Operiamur ergo operimento nubeæ compassionis. § Item operimento sacceæ afflictionis. Saccus enim & cilicium, quæ sunt pungentia & aspera vestimenta puncturam pœnitentiæ signant qua scilicet se in mundo operiunt viri sancti Ionæ 3. *Operiantur saccis homines & iumenta.* Et 1. Mach. 2. *Operuerunt se ciliciis, & planxerunt* 4. Reg. 19. *Rex Ezechias opertus est sacco.* § Item operimento laneæ dilectionis. Lana enim & laneum operimentum calorem fouent, sic charitas feruorem deuotionis & dilectionis custodit & accendit, Ezech. 34. *Lac comedebatis, & lanis operiebamini.*

§ Item operimento pelleæ conuersationis. Pellis enim carnis & sanguinis vilitatem & horrorem operit, sic conuersatio bona. Figura Exodi. 26. vbi præcipitur, quod *tabernaculum fœderis hyacinthinis pellibus operiatur.* Nume. etiam 4. præcipitur *quod in arca testamenti operimentum hyacinthinarum pellium superius & exterius apponatur.* Hyacinthus autem colorem cœlestem prætendit. Ad denotandum, quod tabernaculum & arca fœderis, id est, viri sancti debent pellibus hyacinthinis, id est, cœlesti & honesta conuersatione vestiri, & exteriori honesta pulchritudine operiri, sicut Nume. 4. dicitur, quod *rursum operient velamine hyacinthinarum pellium.*

§ Item operiamur operimento vmbreæ turbationis, id est, vmbra & caligine diuini timoris & virtuosæ contristationis. Caligo enim & vmbra & tenebræ mentis timorosæ tristitiam & turbationem designant, pro eo, scilicet, quod tenebræ timorem & tristitiam naturaliter generant. Es. 60. *Tenebræ operient terram & caligo populos, super te autem orietur Dominus.* Et in Ps. 79. dicitur. *Operuit montes vmbra eius & arbusta eius cedros Dei.* § Item operiamur operimento aqueæ compunctionis, similes scilicet piscibus, qui operiuntur aquis, & in ipsis nutriuntur, & viuunt. Sic & nos debemus operiri lacrymis flebilibus & deuotis Iob 38 *Impetus aquarum operiet te.* Et Ezech. 26. *Operuerunt te aquæ multæ.* Et Mal[ac]h. 2. *Operiebatis lacrymis altare,* & Exodi 14. *Reuersæ sunt aquæ operuerunt currus* § Item operimento terreæ conclusionis, id est, consideratione nostræ terrestreitatis & mortis, & nostræ terreæ conclusionis & finis Deut. 25. *Egesta humo operies.* Et Iosu. 7. *Argentum quoque humo operuit.* § Item operiamur operimento aureæ discretionis, quia sicut omnia, quæ erant in tabernaculo & in templo, auro cooperta fulgebant, sicut dicitur Ex. 25. & 26. & 3. Reg. 6. sic vere omnes quotquot sumus in domo Ecclesiæ debemus esse operti & tecti auro, id est, splendore fidei & sapientiæ & claritate discretionis & prudentiæ. Vnde 3. Reg. 6. dicitur, quod *Cherubim, qui interpretantur plenitudo scientiæ operti erant auro.* Idcirco ibidem dicitur, quod *Salomon operuit omnia lamentis aureis.*

¶ Item operiamur operimento lineæ purgationis, id est, puritate castæ & mundæ conditionis, quæ scilicet denotatur per lineum. Vnde Iosuæ 2. [illegible] quod *Raab operuit exploratores Israel sub lini stipula, & saluati sunt ne occiderentur.* Item operiamur operimento ligneæ deuotionis, hoc est dictum, deuotione & memoria ligni crucis, sicut 3. Reg. 6. dicitur quod *Salomon operuit templum lignis cedrinis intrinsecus.*

¶ Item operiamur operimento purpureæ affectionis, hoc est dictum, memoria sanguinis Christi. Vnde 1. Machab. 14. *Operiatur purpura & auro.* ¶ Item operiamur operimento puluereæ, seu cinereæ deiectionis, quia scilicet puluis & cinis humilitatis debet nos principaliter operire. Iob 16. *Operui cinere carnem meam.*

¶ Item operiamur finaliter operimento lapideæ stabilitatis & durationis iuxta illud prædictum Ezech. 2[illegible]. *Omnis lapis pretiosus operimentum tuum, sapphirus, topazius, & smaragdus* &c. Vide infra. Sic ergo patet, quod in scriptura reperitur multiplex operimentum hominum perfectorum.

I ¶ Secundo vero dico, quod reperitur operimentum hominum beatorum, quia pro certo beati in patria operiuntur gloria infinita Esa. 60. *Gloria domini super te orta est.* Sequitur. *Inundatio camelorum operiet te.* Et Matth. 6. dicitur, quod *Salomon in gloria sua coopertus est.* Et Abacuc. 3. *Operuit cælos gloria eius, & laudis eius plena est terra.*

I ¶ Tertio dico, quod inuenitur operimentum hominum peccatorum, qui scilicet in hoc mundo multiplici operimento teguntur, sicut superius bene dictum est. Isti autem nunc operiuntur, scilicet substantia temporali, fallacia cordiali, nequitia criminali, lætitia mundiali, operiuntur dico diuitijs temporalibus. Istæ sunt enim spinæ, quæ lacerant cor humanum. Vnde Prou. 24. dicitur. *Per agrum hominis pigri transiui, & ecce operuerant faciem eius spinæ.* Istæ enim comparantur vmbræ, quæ intercipit claritatem. Vnde in Psalm. 79. *Operuit montes vmbra eius,* vt de auro dicat illud Ezech. 12. *Faciem tuam operietur, vt non videat.* Istud tamen est operimentum valde frigidum, nunquam enim generat charitatis calorem. Vnde 3. Reg. 1. *Cumque operiretur vestibus, non calefiebat.* Et Aggæi. 1. *Operuistis vos, & non estis calefacti.* Item operiuntur fallacijs pectoralibus. Constat enim, quod multis fallacijs operiunt fraudes suas & alia mala sua 3. Reg. 19. *Operuit vultum suum pallio* & Prouerb. 26. *Qui operit odium fraudulenter,* &c. Et tamen isti deberent attendere ad illud, quod dicitur Luc. 12. quod scilicet *nihil opertum, quod non reueletur.* Corpus enim humanum quodammodo est de natura crystalli, quæ scilicet, ita est perura, quod illa, quæ operta sunt crystallo, exterius apparent, sicut patet in reliquijs. Sic vere mala, quæ exterius operiontur in corde, apparent (vt communiter) exterius in exemplo & in odore Iob 26. *Nullum est operimentum perditionis.* Item mali operiuntur nequitijs in criminalibus. Iere. 3. *Operiet nos ignominia nostra.* Item operiuntur lætitijs mundialibus. Vnde ciuitati peccatrici, scilicet Tyro dicitur Ezec. 27. *Hyacinthus, & purpura facta sunt operimentum tuum.* Hyacinthus enim & purpura læto colore radiantes, lætitiam eius indicant, qui his operitur. Istud est igitur operimentum hominum peccatorum.

K ¶ Quarto vero dico, quod inuenitur operimentum hominum damnatorum. Isti enim operiontur, & inuoluuntur omni miseria, & dolore. Vnde nota, quod ipsi Operiuntur

Timore,
Pudore,
Dolore,
Mœrore.

Timore dico Ezech. 7. *Operiet eos formido.* Pudore etiam. Abdias: *Operiet te confusio, & peribis.* Dolore insuper. Vnde de anima damnata dici potest illud Hier. 51. *Multitudine fluctuum operta est.* Et mœrore etiam. Vnde 2. Reg. 15. dicitur de Dauid, quod *flens & plorans operto capite & nudis pedibus incedens* &c. Et hoc de operimento sufficit.

A **Opes.** Nota, quod Opes in plurali idem sunt, quod diuitiæ. In singulari vero idem sunt, quod auxilium, sicut dicitur Ope vel opem. Dicuntur autem ab Ops, quæ secundum poetas fuit vxor Saturni. Sic dico, quod opes sunt, quæ opem ferunt mortalibus. Igitur breuiter dico, quod nos inuenimus

Opes virtuales,
Opes literales,
Opes temporales,
Opes æternales.

¶ Primo dico, quod sunt opes virtualis excellentiæ, quæ sunt appetendæ. Vnde de Bo[illegible] dicitur Ruth 2. quo[illegible] *[illegible] ac, & magnarum opum* vir enim dicitur à virtute. Et [illegible] *[illegible] derunt populum ipsi se[illegible]entem magnarum opum.*

¶ Secundo sunt opes literalis sapientiæ quæ [illegible] dæ. Scientiæ enim sunt opes animi, quibus sci[illegible]cet [illegible] pollet & præualet vniuersis, dicens illud Prouerb. 8. *M[illegible] diuitiæ & gloria, opes superbæ & substantia.* Vnde de sapienti[illegible] Prou. 3. quod *pretiosior est cunctis opibus, & cuncta, quæ desiderantur huic non valent comparari.*

C ¶ Tertio dico, quod sunt opes temporalis opulen[illegible] sunt contemnendæ. de quibus dicitur Eccl. 9. [illegible] *& opes peccatoris, nescit enim, quæ ventura sit ipsius subuersio,* &c. *Ne erigas oculos tuos ad opes*, & merito, quia pro certo istæ quæ

Iustitiam subuertunt,
Plurimos in se vertunt,
Possessores euertunt,
Deum à se diuertunt.

¶ Solent igitur mundi opes iudicia iusta subuertere. Vnde [illegible] peruersæ ciuitati dicit. Ezech. 13. *Opes & pretium acceperunt in te,* supple mali iudices pro iustitia subuertenda. ¶ Item so[l]ent vi[illegible] malos in se conuertere. Quia scil. raptores & impij facil[illegible]ter vertontur contra illos, quos vident opibus esse plenos. Ideo bene dicitur Eccles. 5. quod *vbi multæ sunt opes, multi sunt, qui comedunt eas* ¶ Item solent possessores cito euertere, sicut Iob de seipso dicebat. Iob 16. *Ego ille quondam opulentus, repente contritus sum.* ¶ Item solent Deum à se prorsus, diuertere. Vnde donnous est, qui d[illegible] Amos 6. *Væ qui opulenti estis in Sion* &c. Et Zach. 2. *Ira magna ego irascor super gentes opulentas.* Istæ sunt ergo opes temporalis opulentiæ, quæ sunt contemnendæ.

D ¶ Quarto vero dico, quod sunt opes æternalis affluentię, quę sunt eligendæ, de quibus dicitur 2. Paralip. 9. quod *Regina Saba,* in qua figuratur anima beata, *intrauit Hierusalem cum apparatu magno & magnis opibus.* Vt sic de beatis, qui sunt in patria, dicat dominus illud Esa. 32. *Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiducia, in requie opulenta.* Et Iudi. 24. *Vidimus terram valde opulentam,* scilic. paradisum. Et hoc sufficit gratia breuitatis, quia supra ad plenum dixi de diuitiis.

A **Oppidum.** Cum oppidum sit locus ordinatus ad manendum & habitandum, sicut est ci[illegible] seu castrum, & potissime sicut est villa parua non murata vel clausa, notari potest, quod nos inuenimus oppidum.

Exeundum,
Subeundum,
Affectandum,
Formidandum.

¶ Primum oppidum est mundus, à quo debemus exire. Et me[illegible]to quia pro certo hostes nostri posuerunt ignem nostitiæ, [illegible] sæuitiæ, in isto oppido, & ideo fugiendum est, ne forte in eo comburamur. Num. 21. *Ignis egressus de oppido Seon.* Et tamen proh dolor multi sunt, qui hoc non obstante, oppidum mundi frequentant, & in his ignibus se habitare delectant 1. Reg. 9. *Descenderunt in excelso in oppidum.*

¶ Secundum oppidum est religio quam debemus subi[re] Gen. 13. *Loth vero moratus est in oppidis circa Iordanem.* Aduerte tamen, quod ille leuita, de quo fit mentio Iudic. 16. Noluit hospitari in oppido gentis alienæ, sed venit ad oppidum, vt habitabant filij Beniamin, & tamen vxor eius ibi stuprando fuit extincta. Quia reuera sæpe contingit, quod in oppido religionis plura mala fiunt quam in oppido gentis alienæ, id est, in statu mundano.

C ¶ Tertium oppidum est paradisus, quem debemus optare. iuxta illud quod scribitur Iosue 8. *Surge, ascende in* [illegible] *Hai.*

D ¶ Quartum vero oppidum est infernus: quem debemus [illegible] tare, quia scilicet istud est illud oppidum, de quo [illegible] 3. quod *defecerunt paruulus & lactans in plateis oppidi.* [illegible] le, qui est virtutibus diminutus. Lactans vero est [illegible] q[illegible] d[illegible] ijs est delibutus, qui scilicet in oppido infernali deficiunt, vbi in æterna miseria semper viuunt.

A **Oportet.** Nota, quod illud dicitur oportere, quod necesse est sustinere vel facere. vel habe[illegible] de nota, quod multa sunt nobis necessaria, & quæ nos op[illegible] [illegible] & pati ad salutem perpetuam obtinendam. Oportet enim [illegible] terdum

Op[illegible]

[illegible]
Tribulari,
Consolari,
Speculari,
Augmentari,
Minorari.

[illegible] exercere operationem. Et de hoc Lucæ 13. dicitur. *in quibus operari oportet.* Item oportet sustinere [illegible] Lucæ 24. *Oportuit pati Christum, & sic intrare in gloriam [illegible] Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.* [illegible] obtinere consolationem [illegible] Luc. 15. *Epulari, & [illegible], quia frater tuus mortuus fuerat, & reuixit.* Item oportet [illegible] speculationem. Actor. 19. *Oportet me Romam videre.* [illegible] tet vendicare augmentationem Ioan. 12. *Oportet ex[illegible]* Item oportet tolerare minorationem. Vnde *oportet crescere, me autem minui.*

[illegible] adhuc, quod oportet nos, scilicet,
[illegible] sanctitatem pollere,
[illegible] tate manere,
[illegible] tioni studere.

[illegible] sanctitatem & perfectionem. Ad Titum 1. *Oportet [illegible] sine crimine.* Item firmitatem & durationem 1. ad [illegible] *Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem.* Item charitatem [illegible] Luc. 18. *Oportet semper orare, & non deficere.*

[illegible] sciuit, quod boni habent suum Oportet. Et [illegible] dicentes illud Act. 16. *Quid me oportet facere, vt [illegible]* [illegible] potest ipsis illud Luc. 12. *Spiritus sanctus doceat.* Igitur dicamus ipsis quod

[illegible] oportet
Credere fideliter,
[illegible] te stabiliter,
Agere virtliter,
Surgere sublimiter,
Sapere moraliter,
Viuere mortaliter,
Dicere veraciter,
Parcere benigniter,
Eligere communiter,
Arguere seueriter,
Instruere verbaliter,
Precari humiliter,
Sedari orientaliter,
Tristari flebiliter,
Conuersari nobiliter,
Gloriari simpliciter,
Famulari seruiliter,
Fatigari pœnaliter,
Negotiari vtiliter,
Peregrinari agiliter,
Diiudicari finaliter.

[illegible] enim sunt viginti genera operum bonorum, quæ scilicet [illegible], quod laciatous, & in ipsis nos decenter & iugiter [illegible] Igitur dicam, quod oportet fideliter credere Heb. [illegible] *oportet accedentem ad dominum.* Item oportet stabiliter [illegible], perseueranter in bono manere & stare dicendo, [illegible] illud Lucæ 19. *In domo tua oportet me manere.* Item [illegible] viriliter agere Ioan. 9. *Oportet me operari opera eius, qui misit [illegible]* oportet sublimiter surgere, scilicet terrena contemnendo & cœlestia contemplando & affectando Ioan. *Oportet exaltari:* & Ioan. 3. *Illum oportet crescere* Ioan. 20. *Oportet eum resurgere.* Item oportet moraliter sapere. Rom. [illegible], *quam oportet.* Item oportet mortaliter viuere [illegible] *vos nasci denuo.* Et 1. Tim. 3. *Oportet episcopum irreprehensibilem esse, oportet illum testimonium habere bonum.* Item oportet [illegible] dicere, seu vera & vtilia prædicare, & offendere. Luc. [illegible] *oportet me euangelizare.* Apoc. 10. *Oportet te iterum pro[illegible]* oportet benigniter parcere Matth. 18. *Nonne oportuit [illegible] misereri tui, sicut & ego tui misertus sum?* Act. 20. O[illegible] *infirmos.* Item oportet communiter eligere, scilicet [illegible] causa cogit Act. 1. *Oportet ex his viris, qui nobiscum [illegible].* Item oportet seueriter arguere scilicet malos. [illegible] *sunt enim multi, quos oportet argui.* Item oportet verbaliter [illegible] nere. Coloss. 4. *Oportet vos vnicuique respondere.* Actor. [illegible] *et Romæ testificari.* Item oportet humiliter precari [illegible] *in spiritu & veritate oportet vos adorare.* Item oportet men-

[illegible] & c. Item oportet fle[illegible] [illegible] *oportet in variis tribulationibus*, &c. Item oportet [illegible] conuersari 1. ad Timoth. 3 [illegible] *modo oporteat te conuer[illegible]* Item oportet simpliciter gloriari [illegible] ad Cor. 12. *Si gloriari oportet in his, quæ infirmitatis meæ sunt, gloriabor.* Item oportet seruiliter famulari [illegible] Deo obediendo, quia sicut dicitur Actor. [illegible]. *Obedire oportet Deo magis, quam hominibus.* Item oportet pœnaliter fatigari [illegible] & tribulari [illegible] propter De[illegible] Mat[illegible] *Oportet filium hominis pati* Et Matt. 26. [illegible] *tuerit me mori tecum* [illegible] *te negabo.* Item oportet [illegible] Matth. [illegible] *Non oportet [illegible] pecuniam meam committere numulariis* &c. Item oportet [illegible] peregrinari [illegible] loca sancta amore domini [illegible] Matth. [illegible] *Oportet enim ire Hierosolymam.* Et Act. 19. *Oportet [illegible]* Item oportet finaliter diiudicari, scilicet coram De[illegible] 2. Cor. [illegible] *Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, [illegible] quæ prout in corpore gessit.* Et sic patet, quomodo multa sunt, quæ oportet fieri ad hoc, quod possimus æternam gloriam adipisci. Apoc. 4. *Ostendam tibi quæ oportet fieri cito.* Istud est igitur oportet iustorum.

§ Adhuc dico, quod inuenitur vnum oportet, quod est impiorum. Impii enim habent suum oportet & suam iniquam regulam, quam impossibile est variari, cum ad hoc stringantur per obstinationem mentis, quasi necessario more fati. Vnde nota quod mali habent D

Vnum Oportet
Luxuriæ,
Stultitiæ,
Ignorantiæ,
Idololatriæ,
Auaritiæ.

De incontinentia seu luxuria videtur dici illud 3. Esdræ 4. *Scire (inquit) ô viri vos oportet quoniam mulieres dominantur nostri.* De stultitia vero videtur dici illud Apoc. 20. *Oportet illum, scilicet, Satanam, solui modico tempore, &c.* De ignorantia autem dici potest illud Rom. 8. *Nam quid oremus sicut oportet, nescimus.* De idololatria etiam potest dici illud 1. ad Cor. 11. *Nam oportet hæreses esse.* De auaritia vero dicitur Sap. 15. *Oportet vndecunque et malo acquirere.* Sufficit

## Opportunitas.

Nota, quod opportunitas idem est, quod modus, conuenientia, & congruitas. Est autem opportunitas illud, quod summe necessarium est in omni re. Opportunitas igitur sumitur pro congruitate. Vnde dico, quod est opportunitas A

Verbalis,
Localis,
Realis,
Temporalis.

Verbalis dico, quia sicut dicitur Prou. 15. *Sermo opportunus optimus est.* Localis etiam. Vnde 2. Mach. 8. *Diligenter composuerant omnia in locis opportunis.* Realis insuper, quia sicut dicitur Eccl. 8. *Omni negotio tempus est & opportunitas.* Temporalis nihilominus, quia sicut dicitur in Psa. 144. *Oculi omnium in te sperant Domine, & tu das escam illorum in tempore opportuno.*

## Oppressio. Opprimere.

Cum opprimere idem sit, quod extinguere, destruere vel sub pedibus conculcare, possumus notare quod in scriptura inuenitur multiplex oppressio. Opprimitur enim homo A

Spiritualiter per tentationes,
Temporaliter per vexationes,
Æternaliter per damnationes.
Prima oppressio fit interius,
Secunda oppressio fit exterius,
Tertia oppressio fit inferius.

Primo ergo dico, quod opprimitur homo per interiorem tentationem Prou. 11. *Inuestigator malorum opprimetur ab eis.* Et ita oppressio figurata fuit in oppressione Iob, de quo dicitur, quod *ventus vehemens irruit a regione deserti, & concussit quatuor angulos domus, & oppressit filios eius*, sicut dicitur Iob 1. Quando enim super domum cordis nostri flat aliquando fortis ventus tentationum, sæpe fit, quod quatuor anguli domus, id est, cordis desideria penitus opprimuntur. Dicere enim videntur dæmones illud, quod dicebant de filiis Israel Ægyptii quando videbant eos multiplicari Exod. 1. *Venite ergo, & opprimamus eos sapienter.* Et aduerte, quod anima opprimitur triplici tentatione, scilicet,

Carnali,
Mundiali,
Hostili.

¶ Carnali dico, & sic opprimuntur sicut puer illius mulieris meretricis, quæ dormiendo oppressit filium suum sicut dicitur 3. Reg. 3. Quia scilicet quando meretrix caro nostra indiscrete dormit in delitiis, sæpe fit, quod incaute ad immunda desideria se conuertit, & filium, id est, spiritum suo per peccatum luxuriæ opprimit & suffocat. Ideo bene docet sapiens Prouerb. 20. *Noli diligere somnum, ne te egestas opprimat.* ¶ A mundiali etiam tentatione opprimitur. Vnde etiam de Aman crudelissimo, per quem intelligitur mundus, dicitur Hester. *Sed & Reginam vult opprimere.* Regina enim est anima, quam mundus tentationibus opprimit, quando temporalium affectionibus ipsam premit, vel pulsat Gen. 47. *Oppresserat enim fames terram, & maxime Aegypti.* ¶ Ab hostili etiam tentatione opprimitur. Vnde etiam Thamar filia Regis Dauid à fratre suo oppressa, sicut dicitur 2. Reg. 13. Sic anima filia regis Christi à fratre suo lucifero, seu diabolo per tentationes sæpissime fuit corrupta. Thr. 1. *Virgines eius squalida, & ipsa oppressa amaritudine.* Patet ergo, quod opprimitur homo per interiorem tentationem.

B ¶ Secundo opprimitur homo per exteriorem vexationem vel tribulationem. Et sic opprimitur homo dum viuit Iob. 16. *Nunc autem oppressit me dolor.* Et Iacob. 2. *Nonne diuites per potentiam opprimunt vos?* Isti enim sunt qui opprimunt mansuetos peregrinos, & se defendere non valentes Iob 24. *Oppresserunt pariter mansuetos terra,* dicentes illud Sap. 2. *Venite opprimamus pauperem iustum, &c.* Contra illud Iob 36. *Non superet te ira, vt aliquem opprimas.* Et istis proculdubio ex Dei præcepto est subueniendum, sicut dicitur Hiere. 21. *Eruite vi oppressum de manu calumniantis.* Et Esa. 1. *Subuenite oppresso, defendite viduam, &c.*

C ¶ Tertio dico, quod opprimitur homo per inferiorem damnationem, & ista est illa oppressio, quam damnati sustinent in inferno, de qua Iud. 6 dicitur, quod *filii Israel fecerunt malum coram domino, & tradidit eos dominus in manus Madian, & oppressi sunt valde.* Et sic ergo patet, quomodo est oppressio triplex scilicet,

Tentationis,
Tribulationis,
Damnationis.

A **Opprobrium.** Nota, quod opprobrium idem est, quod vituperium, confusio, iniuria vel præiudicium. Et ideo nota, quod est

Opprobrium { Euitandum iniquitatis, / Tolerandum aduersitatis, / Formidandum infernalis pœnalitatis.

¶ Euitandum est opprobrium iniquitatis. *Hodie abstuli opprobrium Aegypti.* Quia Ægyptus interpretatur tenebræ, & peccata dicuntur opera tenebrarum. Peccatum enim, id est, quod facit hominem opprobriosum & confusibilem, & Deo & hominibus abominabilem Psal. 21. *Ego autem sum vermis, & non homo opprobrium hominum, & abiectio plebis.*

¶ Tolerandum est opprobrium aduersitatis. Paupertates enim, miseriæ, confusiones, contemptus, & derisiones mundi, sunt quædam opprobria, quæ à viris perfectis debent in patientia sustineri, sicut de seipso dicebat Dauid in Psal. 122. quod *ipse erat opprobrium abundantibus, & despectio superbis.* De Christo etiam dicitur Threnor. 3. *Saturabitur opprobriis.* Boni enim sustinent opprobria, & derisiones malorum, imo ipsi sunt abominatio & opprobrium ipsis malis Psalm. 78. *Facti sumus opprobrium vicinis nostris, subsannatio & illusio his, qui in circuitu nostro sunt.*

¶ Formidandum vero est opprobrium infernalis pœnalitatis. Et de hoc dicitur Dan. 12. quod *per resurrectionem euigilabunt alii in vitam, alii in opprobrium, vt videant semper.* Et in Psalm. 77. dicitur: *Percussit inimicos suos in posteriora, opprobrium sempiternum dedit eis.* Vide supra de Contemptu, & abominari.

A **Optare.** Vide in tit. desiderare.

**Optimates.** Nota, quod Optimates in scriptura dicuntur illi, qui sunt in fama & potentia maiores, & dignitate & eminentia excelliores. Tales enim optimates dicebantur, eo quod optimi esse dicebantur, & eo quod in optimis officiis ponebantur. Veruntamen teste scriptura, isti optimates in quatuor præ cæteris hominibus delinquebant, videlicet,

In superbia & pomposítate,
In proteruia & fatuitate,
In acedia & tepiditate,
In gastrimargia & gulositate.

¶ Dico igitur, quod [illegible] sunt [illegible] communiter [illegible] pomposiores. Vnde Amos [illegible] dicitur. *Væ, qui opulenti estis [illegible] confiditis in monte Samariæ, optimates, capita populorum ingredientes pompatice domum Israel.* ¶ Item [illegible] sunt in stultitia proteruio[illegible] scilicet nolunt hodie corrigi, nec ab aliquo reprehend[illegible] *Ibo igitur ad optimates, & loquar eis &c. Ecce hi magis con[illegible] iugum, ruperunt vincula.* ¶ Item isti sunt in acedia tepidi[illegible] Nahum. 3. *Omnes optimates eius confixi sunt compedibus.* [illegible] sunt in gula seu gastrimargia voraciores. Vnde Dan[illegible] quod *Balthasar rex Babylonis fecit conuiuium optimatibus [illegible] optimates sui biberunt in vasis domus Domini.*

B ¶ Sed istud pro certo non debet esse, quia illi, qui [illegible] tes secundum naturam sui nominis, debent esse o[illegible] gnates. Vnde nota, quod debent esse cæteris

Humiliores,
Clementiores,
Timidiores.

Humiliores dico. Ideo dicitur Hierem. 25. *Aspergite vos cinere [illegible] mates gregis.* Et maxime correctiones prædicatorum [illegible] audiendo, sicut Nehem. 14. dicitur: *Obiurgaui optimates* [illegible] mentiores etiam. Vnde Hier. 31. dicitur, quod *optimates [illegible] bylonis tulerunt Hieremiam de lacu.* Et Nehem. 10. dicitur [illegible] *optimates spoponderunt pro fratribus suis* Timidiores insuper Da[illegible] dicitur, quod *visa manu scribente in pariete, optimates regis co[illegible] tur.* Et sic patet, quod optimates inueniuntur aliqui bo[illegible] & qui mali.

A **Optimus.** Nota, quod ille dicitur optimus, qui e[illegible] genere summe bonus, & quia supra sat [illegible] dictum de bono & meliori, hoc solum est notandum, q[illegible] scriptura inueniuntur aliqua, quæ sunt optima, scilicet

Temporaliter,
Virtualiter,
Æternaliter.

Primum designat mundi prosperitatem,
Secundum designat morum virtutem,
Tertium designat cœli fœlicitatem.

¶ Primo ergo dico, quod est optimitas temporalis & exteri[illegible] Et sic secundum mundi opinionem illi dicuntur optimi [illegible] qui sunt in mundo fœliciores, quamuis in moribus sint [illegible] Sic loquitur scriptura Amos 6. vbi dicitur, quod *bibentes in phialis & vnguentis optimis delibuti, nihil patiebantur super contritionem Ioseph.* Isti enim comparantur vnguento optimo, quia est sicut vnguenta leniunt dolores. (Vnde etiam vnguen[illegible] vbi est iusquiamum appositum, in plaga non sinit se [illegible] rum specierum corrosionem & vstionem.) Sic mundi pro[illegible] tas ita lenit & oblectat corda hominum mundanorum [illegible] qu[illegible] corrosiones aduersitatum, quæ mundi prospera comitan[illegible] maxime miserias alienas non videntur sentire, *nihil enim patiuntur super contritionem Ioseph.* Ista optimitas bene videtur figurata Iosuæ 2. vbi de ciuitate Hiericho, quæ interpretatur luna, dicitur, quod *habitatio huius ciuitatis optima erat, sed aquæ erant pessimæ & terra sterilis,* quia habitatio ciuitatis Hiericho, id est, mundanæ prosperitatis, quæ more Lunæ fluit & refluit, optima à fatuis dicitur, quamuis in spiritualibus pessima & sterilis dignoscatur. Ista est igitur optimitas mundana, qua etiam ipsi pessimi peccatores optimi reputantur. Et certe bene dicuntur optimi in genere suo, scilicet optimi vsurarii, optimi ribaldi, & sic de aliis, quia sicut dicitur Micheæ 7. *Qui optimus est, quasi paliurus* bene tales comparantur paliuro, qui est asper, & spi[illegible] cundum Isidorum, quia pro certo tales per rapinas & [illegible] nes & iniurias & detractiones sunt asperi & pungentes. Aduerte tamen, quod sicut optimis rebus melius [illegible] in tempore huius vitæ mundi diuitibus amplius à [illegible] dulgetur. Exemplo Saul, de quo dicitur 1. Regum [illegible] quod *ipse pepercit optimis gregibus.* Et certe bene parcitur tanquam suis. Vnde etiam ipse est iniquus ille Rex Syriæ, qui dicebat Regi Achab pessimo 4. Reg. 20. *Filii tui optimi mei sunt.* Quia reuera quicquid temporaliter est optimum, est hodie diaboli & suorum. Vnde 1. Reg. 6. *Et cuius erunt optima quæque Israel?* Vnum tamen restat, quia pro certo sicut carnifex in optimis pascuis nutrit bouem, & cum impinguatus fuerit, ipsum exinde eucit, sic diabolus,

qui

[illegible] Ista erg[illegible] optima

[illegible] itas virtualis & interior. E[illegible] & bona spiritualia dicuntur [illegible]

[illegible] optimo fabricantur,
[illegible] pt[illegible] na v[illegible]tas generantur,
[illegible] nem opti[illegible] ordinantur.

[illegible] spiritualia ab optimo princ[illegible] o sumunt ori[illegible] ipso Deo immediate, quia [illegible] ut dicat Iacob [illegible] *um. & omne donum perfectum desursum est descen*[illegible]. Ideo virtutem etiam habent optimam vi[illegible]nt hominem à peccatis & per consequens [illegible] ideo dicitur Hebr. 1[illegible] *Optimum est gratia stabilire* [illegible] ad optimum perducunt, scilicet ad gloriam P[illegible]ut. 28 promittitur custodientibus mandata Dei. [illegible] *veniet ex thesaurum suum optimum.* Vnde bene dico, [illegible]a & optima possunt dici. Et ideo virtutes & bo[illegible] illa munera optima, quibus potest Deus pla[illegible]tur Genes. 43. *Sumite de optimis terrae fructibus,* [illegible] *era.* Optimi enim fructus quos possit portare [illegible] gratiae & virtutes, quia scilicet ista sola sunt, [illegible] optimos.

[illegible], quod ille dicitur spiritualiter

[illegible], qui habet optimam
- Intentionem,
- Subiectionem,
- Compassionem,
- Affectionem,
- Conditionem,
- Locutionem,
- Conuersationem.

[illegible] procul dubio tales sunt virtuosi. Isti enim habent opti[illegible] em. Cant. 5. *Caput eius aurum optimum.* Caput [illegible] ntionem signat. ¶ Item optimam subiectionem. D[illegible] prelato, & superiori suo illud Iud. 12. *Quicquid illi pla*[illegible] *optimum.* ¶ Item optimam compassionem. Vnde [illegible] *Meliora sunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis.* ¶ Item [illegible] affectionem Luc. 10. *Maria optimam partem elegit,* scilicet [illegible] onem & deuotionis verbi auditionem. ¶ Item optimam [illegible]ionem, sicut habebat ille, de quo dicebatur Tob. 9. *Filius* [illegible] *optimi & iusti.* ¶ Item optimam locutionem. Cant. 5. *Guttur* [illegible] *vinum optimum:* & Pro. 15. *Sermo opportunus optimus.* ¶ Item [illegible] conuersationem. Vnde 2. Macch. 3. *Apparuerunt duo iu*[illegible] *virtute, optimi gloria.* ¶ Vbi aduerte, quod illi dicuntur [illegible]teri optimi, scilicet qui per

- Honestatem sunt picturati (Apparuerunt, inquit)
- Charitatem sunt combinati (Duo sunt)
- Castitatem sunt depurati (Iuuenes decori.)
- Fortitatem sunt roborati (Virtute)
- Sanctitatem sunt nominati (Gloria optimi.

¶ [illegible] optimitate ergo honestatis dicitur Ezech. 28. quod in [illegible] *tes autem lana coloris optimi.* Et 1. Esdrae 8. dicitur, quod *ad* [illegible] *Hierusalem reaedificandam missa sunt vasa aeris fulgentis optimi.* [illegible] hodie plangit Ecclesia Thre. 4. *Quomodo obscuratum est* [illegible] *tatus est color optimus.* (Apparuerunt, inquit.) Vide supra [illegible]rea 2. Mach. 3. *Apparuit equus optimus, optime adornatus.* ¶ De [illegible] charitatis dicitur Iob 22. *Habete pacem, & per hoc habe*[illegible] *optimos.* Et hoc ostenditur ibi. (Duo.) Vade supra de [illegible] optimitate castitatis, quae notatur in verbo (Iuuenes [illegible] supra de Iuuene, & allega quod castitas est illa o[illegible] quam post conuersionem elegit sibi Maria Magda[illegible] *optimam partem elegit sibi Maria.* ¶ De optimitate for[illegible] notatur, cum dicitur (Virtute) vide supra de Firmi[illegible] de Virtute, & allega 1. Paral. 12. *Confugerunt ad Dauid* [illegible] *optimi.* ¶ De optimitate vero famae seu nominatae fan[illegible] ostenditur, cum dicitur (Gloria) vide supra de Glo[illegible] illud Iudith 10. vbi dicitur, quod *lauit se vnxit se myrrho* [illegible] *optimo.* enim est vnguentum summe odoriferum, signi[illegible] bonae famae, &c. Ista est ergo optimitas virtualis, [illegible]

[illegible] dico, quod est optimitas aeternalis, quae est superior, [illegible] quam gloria Paradisi, quae optima super o[illegible] Pharao enim dixit Ioseph Gen. 47. quod *in opti*[illegible] *partem & terrae suos facerent habitare.* In figura, quod

[illegible]
[illegible] ... Et illud contin[illegible], cum [illegible]bat De[illegible] [illegible] *transferetur ... terram hanc optimam trans Iordanem.* Vbi nota, [illegible] terra dicitur Optima, quia

- [illegible] Transibo, inquit.)
- Spatiosa Terram.
- Copiosa Optimam, inquit, trans Iordanem.)

Et si vis, dilata, sicut in titulis suis, &c. Vide in titulo Melius.

## Oppugnare.

Vide in titulo Pugnare, & Expugnare.

## Ora.

Est in[illegible]bus seu terminus vestimenti seu panni, sicut c[illegible] [illegible] fit de alio filo, quam sit pannus, & d[illegible] [illegible]ce Eur. seu *Vela.* Dicitur tamen quandoque ora terminus [illegible] pa fluminis seu maris, sicut [illegible] Macch. 9 dicitur, quod *venit* [illegible] *bathe vsque ad oram Iordanis.* Et Heb. 11. dicitur: *Sicut arenam quae est in ora maris.* Transeo, quia paucae sunt auctoritates. A

## Oratio. Orare

Cum secundum Augustinum libr. de spiritu & anima, oratio nihil aliud sit, quam quaedam conuersio mentis in Deum, per pium & humile affectum, possumus dicere, quod omnia, quae sunt, solent libenter se vertere & conuertere ad illud, à quo possunt perfectionem aliquam adipisci, sicut patet de solsequio, quod se conuertit ad Solem, & de ferro, quod se conuertendo sequitur Adamantem. Sic procul dubio cum à Deo solo possimus perfectionem gratiae & gloriae obtinere & acquirere, hinc est, quod ad ipsum nos debemus conuertere per mentis affectionem, & eius auxilium requirere per humilem & deuotam orationem. Figura Esa. 38. vbi dicitur, quod *conuertit Ezechias faciem suam ad parietem, & orauit ad Dominum.* Sicut enim debitor, qui multa debet, nec habet vnde satisfaciat, & pro debitis est in carcere, nullum habet remedium, nisi quod creditoris misericordiam humilibus precibus interpellet: sic cum nos (qui in multis offendimus omnes) multa peccatorum debita contraxerimus, nosq; carceri inferorum obligauerimus, nec habeamus aliqua merita & virtutes, de quibus de condigno satisfacere valeamus, nihil habemus remedii, nisi quod ad Deum & ad sanctos per humiles orationis suffragium recurramus. Ita fecit illa Anna, de qua 1. Reg. 1. *Cum esset Anna amaro animo, orauit ad Dominum flens largiter.* In quibus verbis ostenduntur multa, quae sunt ad orationem necessaria, videlicet, A

- Subiectum,
- Intentum,
- Obiectum,
- Adiectum.

Debet enim ibi esse

- Subiectum magni vigoris, quia scilicet orans debet esse (Anna.)
- Intentum magni feruoris, quia debet esse (Amaro animo.)
- Obiectum magni valoris, scilicet, Deus (Orauit, inquit, ad Dominum.)
- Adiectum magni doloris, quia debet (Flere largiter.)

Si enim quaereretur de oratione,

- Quis?
- Quare?
- Cui?
- Quomodo?

Posset responderi per praedictam auctoritatem.

Si ergo quaeritur,
- Quis vel qualis debet esse, qui adorat? Respondetur, quod debet esse Anna.
- Quare? Respondetur, quod propter amaritudinem animi.
- Cui? Respondetur, quod debet orare ad Dominum.
- Quomodo? Respondetur, quod debet orare flendo largiter.

¶ Dico ergo, quod in oratione requiruntur quatuor, videlicet, B

- In orante virtus perficiens (Anna, inquit.)
- In orante causa sufficiens (Amaro animo.)
- In orato valor perficiens (Ad Dominum.)
- In orando modus conueniens (Flens largiter.)

¶ Primo ergo dico, quod in orante requiritur virtus & perfectio, quae proficiat, quia scilicet, qui orat, debet esse Anna. Anna enim fuit sancta & deuota mulier, mater scilicet Samuelis, quae

q[illegible] pre[illegible] impetrant. In e[illegible] gratia [illegible] donatio [illegible] sanctæ respon[illegible] d[illegible] mdum, quod [illegible], qui vult à Deo aliquid oratio[illegible] impetrare, debet esse sanctus & deuotus, gratia & elec[illegible] [illegible] oratione repletus, & Samuelis mater, id est, pan[illegible] nutritiuus & alumnus. Cum esset, inquit, Anna. Et sic [illegible] erat in illa Anna filia Phanuelis, *quæ non discedebat de templo, [illegible] & obsecrationibus intendens*. Luc. [illegible]. Sicut enim videmus, quod aduocatus debet esse persona sapiens & discreta, quia a[illegible] persona vilis, fatua & infamis, non bene sederet in officio aduocati. Intercessor etiam debet esse amicus principis, [illegible] teste Gregor. *Cum is, qui displicet, ad intercedendum mittitur, ira[illegible] animus ad deteriora prouocatur*: sic etiam, quia ille, qui Deum orat, aduocati allegantis suam necessitatem, & intercessoris implo[illegible] rantis [illegible] benignitatem personam assumit, ideo necesse est, qu[illegible] hum[illegible] sanctus, bonus, & iustus, & per virtutes & gra[illegible] tias Deo amicus, quia sicut dicitur Ioan. 9. *Deus peccatores non ex[illegible] audit*, quia scilicet, *illum audire Dominus dedignatur, qui sibi per mala opera in via salutis aduersatur*. Iuxta illud Esa. 1. *Cum extenderitis ma[illegible] nus vestras, auertam oculos meos à vobis. Et cum multiplicaueritis oratio[illegible] nes, non exaudiam, manus enim vestræ sanguine plenæ sunt*. Sicut enim vnicornis non capitur, non sopitur cantu molliciis corruptæ, sed à cantu puellæ incorruptæ virginis, pisces etiam non faciliter se capi & concludi permittunt in vase immundo, sanguine aliorum mortuorum piscium humectato: sic vere Deus illorum cantibus seu orationibus non capitur, nec eorum desideriis inclinatur, qui sanguine pauperum per rapinam & sæuitiam imbuuntur, & qui peccatis luxuriæ per immunditiam inquinantur. Vnde dicit Isidor. *Non potest habere certam fiduciam, qui adhuc in præceptis Dei pigritatur, & quem peccati recordari delectat. Qui enim à præceptis Dei auertitur, in oratione quod postulat, non meretur, nec impetrat ab illo quod poscit, cuius legis & iussionibus non obedit*. Sic ergo patet, quomodo in orante requiritur virtus & perfectio, quæ proficiat.

C ¶ Secundo dico, quod in oratione requiritur causa vel occasi[illegible] quæ sufficiat (Amaro, inquit, animo.) Tunc enim est causa sufficiens, vel quando nos impellit

Amaritudo { Interioris tentationis, / Exterioris tribulationis, / Posterioris damnationis.

Ista enim tria sunt sufficiens causa faciendi orationes,

Vel cum aliquis per peccati tentationem impellitur,

Aut per tribulationem vrgetur,

Aut timore damnationis turbatur.

Ecclesiast. 28. *Fili, in tua infirmitate tua ne despicias teipsum, sed ora Dominum, & ipse curabit te*: & Iob 10. dicitur: *Loquar in amaritudine animæ meæ, dicam Deo: Noli me condemnare*. Aper enim timens iacula venatorum,

Solet { Dentes suos ad arborem fricare & acuere, / Latus suum in luto mergere & inuoluere, / Seipsum ad Solem siccare & exponere.

Et sic in latere quasi osseam duritiam contrahit, ita quod nunquam in illo loco venatoris iaculum ipsum lædit, ita etiam, quod illa pars corporis indurata vocatur à venatoribus scutum apri, vbi vix potest gladius intrare. Sic vere charissimi, si spicula tentationum timemus, mollitiem nostræ fragilitatis pauemus, non restat, nisi quod

Dentes nostrorum verborum acuamus & fricemus ad arborem crucis ipsius Christi per deuotam memorationem.

Inuoluamus nos luto mortalitatis nostræ per ipsius iugem recordationem,

Exponamus nos Soli iustitiæ Deo per deuotionem & orationem, & per nostri suæ dispositioni commissionem & dimissionem.

Si enim sic fecerimus, indurabimur per constantiam, ita quod à iaculis tentationum nec penetrabimur, nec lædemur. 1. Mach. 11. *Orauit, & reuersum est in prælium*. Quia sicut dicit Greg in Hom. *Tanto magis orationi insistere tenemur, quanto à carne grauius impugnamur*. (Amaro, inquit, animo) quia scilicet amaritudo timoris propter causas vrgentes debet nobis inesse, amaritudo considerationis mortis debet nobis adesse. Iacob. 5. *Tristatur quis in vobis, oret æquo animo*. Sic orauit Ion[illegible] *qui cum in mare proiicitur, & in ventre piscis esset absorptus, orauit ad Dominum, liberatus est*, sicut dicitur Ionæ 1. & 3. Quia vere quando homo orat, id est, tribu[illegible] latione [illegible] [illegible], quan[illegible] b[illegible] per tentationem [illegible] per [illegible] [illegible] & orare, vt ipsum d[illegible] liberaret. 1. Mac[illegible] h 3. *Congregatus est conuentus, [illegible] misericordiam ab eo*. Requiritur ergo [illegible] in oratione causa quæ sufficiat.

¶ Tertio dico, quod [illegible] oratione requiritur valor &, quæ perficiat. (Ad Dominum inquit.) Quia [illegible] esset aliquid ab aliquo orare vel petere, nisi ille [illegible] cere & concedere. Et ideo à Deo solum debemus pe[illegible] aliquid quærere, cum ipse [illegible] sit potens totum [illegible] perficere. Dan. 6. *Inuenerunt Danielem orantem & ob[illegible] suum*. Quod est contra illos, qui non curant ad De[illegible] tionem recurrere, sed vndique in creaturis remedium & in homine spem & fiduciam ponere, propter q[illegible] contingit ipsos fraudari à proposito, & deficere. S[illegible] Ochoziæ, qui mittebat ad Beelzebub Deum Accha[illegible] dum, & supplicandum, & Dominum Deum Israel [illegible] bat, propter quod votum suum non meruit obtine[illegible] citur 4 Reg 1. *Oraui*, inquam, *ad Dominum*. Psal [illegible] *Sub[illegible] Domino, & ora eum*.

¶ Vbi aduerte, quod ad Dominum orandum necessaria est

Humilitas & subiacentia (Subditus

Stabilitas & permanentia (Esto)

Sedulitas & diligentia (Ora, inquit, eum.)

De humilitate enim dicitur Eccl. 35. *Oratio humiliantis [illegible] nubes penetrabit*. De stabilitate seu de perseuerantia dicitur Ecclesi[illegible] *[illegible] impediaris orare semper*. De sedulitate vero dicitur 1. Thessal. *Sine intermissione orate*. Quia pro certo, charissimi,

Deus est { Orandus, / Supplicandus, & / Requirendus.

Scilicet, cum { Humilitate & subiectione, / Stabilitate & perseuranti duratione, / Sedulitate & diligenti executione.

Quia pro certo in ipso Deo est valor & prælatio, quæ perficiat, quod erat tertium requisitum.

¶ Quarto dico, quod in oratione requiritur modus & conditio, quæ conueniat. (Flens, inquit, largiter.) Fletus enim humiliatorum Deus non despiciet. Sicut enim exhalationes vaporum solent sursum de terra ad nubes ascendere, ita quod pluuia solet vapores huiusmodi concomitari: sic vere quoties vapor orationis à nobis sursum mittitur, necesse est, quod lachrymarum pluuia subsequatur. (Flens, inquit, largiter.) Iacob. 5. *Orauit & cælum dedit pluuiam*: & Ioel. 2. *Conuertimini ad me in ieiunio, & fletu, & planctu*. Oratio enim, quando est lacrymosa, solet esse mirabiliter fructuosa. Exemplum de Ezechia rege, qui *conuertens se ad parietem fleuit, & orauit Dominum & sic vitam quindecim annorum à Domino impetrauit*, sicut dicitur 4 Reg. 20. & Esa. 38. Et sic bene dicitur, quod oratio debet habere

Modum debitum, quem comitetur,

Finem inclytum, ad quem terminetur,

Causam vrgentem, per quam inchoetur,

Virtutem eminentem, in qua radicetur.

¶ Aduerte autem adhuc, quod oratio est frequentanda, & sursum ad Deum eleuanda, & hoc, quia ista est

Dei & Angelorum lætificatiua,

Pœnæ & tormentorum leuificatiua,

Hostis & vitiorum exterminatiua.

¶ Dico ergo, quod oratio est lætificatiua Dei & Angelorum. Sicut enim patet, ad sensum fumus aromaticus omnem est suauis & delectatiuus. Vnde etiam dicit Plin. quod de arbore cinnamoni rami fracti solent fumum aromaticum spirare, vnde solet odor suauis & aromaticus exhalare: sic pro certo quando sancti per tribulationes fuerunt laniati & fracti, tunc [illegible] sanctæ orationis emiserunt, per quem Deum & Angelos [illegible] ter recreauerunt. De incensis enim legitur [illegible] aromaticus de thuribulo aureo exiuisse, & vsque ad [illegible] Dei superius aduisse. Quis vere fumus orationis, qui de thuribulo feruentis cordis emanat, vsque ad conspectum D[illegible] pro impetratione ascendit & properat. Vnde etiam A[illegible] Raphael dicebat Tob. 12. *Cum orabas cum lacrymis, ego obtuli [illegible] orationem tuam Domino*.

¶ Deinde dico, quod [illegible] est ref[illegible] [illegible] pœnæ & tormentorum. Sicut enim [illegible] [illegible] castanea,

[illegible] castanea, quod ipsa castanea non rumpitur, nec crepa[illegible] patet, quia si castanea non scinditur, & si via vapori [illegible] aperitur, statim facto tonitruo tota castaneæ substantia laceratur: sic vere vapor & fumus orationis impedit rupturam & destructionem æternæ damnationis. Illi vero qui fumum orationis non emittunt, rupturam æternæ damnationis incurrunt. Tob. 12. *Bona est oratio cum ieiunio & eleemosyna magis, quam thesauros auri condere, quoniam eleemosyna à morte liberat, & ipsa [e]st, quæ purgat peccata, & facit inuenire vitam æternam.*

¶ De [illegible] que dico, quod oratio est exterminatiua culpæ & vi[illegible]. Dulcis enim melodia dicitur dæmones fugare, sputum [illegible] de ore hominis ieiuni progrediens solet serpentem occi[dere], [f]umus etiam ab olla bullienti exiens solet muscas longius [fuga]re, nec ipsas patitur appropinquare. Sic vere fumus & spu[illegible] orationis ab olla cordis feruentis, & ab ore hominis deuo[illegible]dens, & in auribus Dei suauiter citharizans, muscas & [illegible] tentationum effugat, & dæmones superat & contur[bat], secundum quod bene figuratur Tob. 6. in fumo iecoris pi[sci]s, quod potestatem habebat dæmonia effugandi, vnde dici[tur], quod dicto iecore super carbones posito, alligatus est à Ra[phaele] dæmon Asmodæus. Christus etiam cuidam dæmonio [dixit] Matth. 17. *Hoc genus non eiicitur, nisi per orationem & ieiunium.* [Q]ua[re] pro certo, quando iecur, quod amare cogit, id est, virtus [illegible] affectionis ponitur super carbones feruentis dilectio[nis], [i]ta quod exinde fumus feruentis orationis exit, tunc procul [illegible] obit diabolus effugatur.

G ¶ Sed aduertendum est, quod ad orationem multa debent occurrere, videlicet,

Temporis aptitudo,
Pectoris mœstitudo,
Localis sanctitudo,
Hominum solitudo.

De temporis aptitudine dicitur in Psalm. 31. *Pro hac orabit ad te [omnis s]anctus in tempore opportuno.* Dauid vero de seipso dicebat in [Psal. 87.] *Et ego ad te Domine clamaui, & mane oratio mea præueniet te.* De [pe]ctoris mœstitudine dicitur Tob. 3. *Tunc ingemuit, & cœpit orare cum lacrymis.* De locali sanctitudine dicitur Esa. 58. & Ioan. [illegible] *[do]mus mea domus orationis vocabitur*: & in Psalm. 137. *Adorabo ad templum sanctum tuum.* De hominum vero solitudine dicitur Matth. 14. *Et Iesus ascendit in montem solus orare.* Sic igitur patet de oratione, quomodo est virtuosa.

H ¶ Si vero quæratur, quare dicat Dominus Matth. 21. *Quæcunque in oratione petieritis credentes, accipietis*; cum de multis tamen videatur, quod multum orant, & tamen nihil impetrant? Posset responderi, quod oratio non exaudiri contingit multiplici ratione, videlicet, propter

Orantis iniquitatem,
Illius, pro quo oratur, indignitatem,
Illius, qui orat, dubietatem,
Illius, quod oratur, inutilitatem,
Illius, qui orat, extorquendam continuitatem.

Impedit ergo orationem illius, qui orat, iniquitas. Esai. 1. *Cum [m]ultiplicaueritis orationem vestram, non exaudiam.* Et loquitur populo grandi iniquitate, filiis sceleratis. Item illius, pro quo petitur, indignitas. Hierem. 14. *Noli orare pro populo isto, neque assumas pro laude[m].* Item illius, qui orat, dubietas. Ille enim, qui orat, debe[t] firmissime confidere de obtentu. Iacob. 1. *Postulet autem in [fide nihil] hæsitans.* Item rei, pro qua oratur, inutilitas, quia scilicet [Deus n]unquam homini concedit illud, quod ad suam damnationem cedere conspicit. Ideo multis orantibus pro temporalibus [p]ro huiusmodi dicitur Iacob. 4. *Propterea non accipitis, eo quod male petatis.* Quia sicut dicit Isid. lib. 3. de sum. bon. *sæpe multis [ir]atus Deus ad voluntatem, vt eos exaudiat ad salutem & vtilitatem.* Item impeditur oratio, vt extorqueatur orationis continuitas. [Sic]ut sicut diues non statim satisfacit ioculatori, Imo solet dare [illegible] differre, vt melodiam, in qua delectatur, valeat diutius extorquere: sic Deus in melodiosa oratione bonorum delectatur, quandoque differt, quod petitur, vt diutius & deuotius requirant. Vnde Aug. serm. 5. super verba Matth. dicit: *Seruat tibi Deus, quod non vult cito dare, vt discas magna desiderare.* Hæc [im]pr[æsentiarum] de oratione sufficiant. Vide supra de Clamare, Fumo, & Inuocare.

# Orbis.

Nota, quod orbis idem est, quod rotunditas. Et ideo mundus orbis dicitur, eo quod ad orbicularē figuram componitur & formatur. Igitur, cum orbis significet mundi rotunditatem, diuersarum creaturarum aggregationem constructam, notabo, quod moraliter loquendo triplex dicitur esse orbis, videlicet,

Orbis { Interior, Exterior, Superior.

Primus est moralis & virtuosus,
Secundus est lethalis & vitiosus,
Tertius est realis & seriosus.

Primo ergo dicam, quod est dare vnum orbem moralem, qui est intimus & virtuosus. Et sic dicam, quod animus viri iusti, vel etiam ipse iustus orbis dicitur, eo scilicet, quod diuersarum personarum, id est, diuersarum virtutum serie decoratus in vnitate fidei conglobatur, & in orbicularem figuram, quæ fine caret, & principio, hoc est dictum, in naturam æternam & perpetuam terminatur. Vnde breuiter de orbe morali, id est, de homine perfecto potest dici illud Hierem. 51. quod *Deus præparauit orbem in sapientia sua.* ¶ Et si vis, nota, quod sicut iste temporalis & corporalis orbis

Solenniter fundatur,
Stabiliter firmatur,
Fertiliter cibatur,
Potenter subiugatur,
Patenter illustratur,
Prudenter gubernatur,
Clementer visitatur.

Sic vere dico, quod iste moralis & spiritualis orbis

A Deo {
Fundatur, quod facit primæ gratiæ sanctitudo,
Firmatur, quod facit permanentiæ fortitudo,
Cibatur, quod facit opulentiæ plenitudo,
Subiugatur, quod facit eminentiæ celsitudo,
Illustratur, quod facit sapientiæ limpitudo,
Gubernatur, quod facit prouidentiæ certitudo,
Visitatur, quod facit suæ præsentiæ promptitudo seu gratitudo.
}

¶ Dico ergo, quod iste moralis orbis à Deo fundatur solenniter. Constat enim, quod Deus etiam in homine iusto primo ponit & proiicit fundamenta, sc. gratiam atque fidem. Psal. 88. *Orbem terræ & plenitudinem eius tu fundasti, Aquilonem & mare tu creasti.* ¶ Item à Deo firmatur stabiliter, quia scilicet sicut orbis iste in suo statu & ordine immobiliter & perpetuo perseuerat: sic iustus per perseuerantiæ & perpetuæ constantiæ firmitatem. Ps. 92. *Etenim firmauit orbem terræ, qui non commouebitur*: & 1. Par. 16. *Ipse enim fundauit orbem terræ immobilem.* ¶ Item à Deo cibatur fertiliter. Constat enim, quod Dei clementia nutrit, & cibat, & replet etiam bonis orbem. Vnde Sap. 1. *Spiritus Domini repleuit orbem terrarum.* ¶ Item Deo subiugatur valde potenter. Orbis enim iste Deo immediate subiicitur. Vnde ipse est, qui dicit in Psalm. 49. *Meus est orbis terræ, & plenitudo eius.* ¶ Item à Deo illuminatur valde patenter, scilicet per discretionem & fidem. Vnde in Psalm. 96. *Alluxerunt fulgura eius orbi terræ, vidit & commota est terra.* Et Psalm. 17. *Reuelata sunt fundamenta orbis terrarum.* ¶ Item à Deo gubernatur valde prudenter; quia scilicet Deus regit & gubernat eum in iustitia & sapientia. Vnde de iustitia dicitur in Psalm. 97. *Iudicabit orbem terrarum in iustitia.* Et alibi: *In æquitate.* De sapientia vero dicitur Hierem. 51. *Præparauit orbem in sapientia sua.* ¶ Item à Deo visitatur clementer, scilicet per beatam incarnationem, vel per eucharistiæ consecrationem. Vnde Heb. 1. *Introduxit primogenitum in orbem terræ.* Patet igitur, quod est dare vnum orbem moralem, qui est intimus & virtuosus, &c.

¶ Secundo dico, quod est dare vnum orbem lethalem, qui est extimus seu pessimus & vitiosus. Et iste est corruptus & infectus mundus. Iste enim habet contrarias conditiones orbi primo. Vnde nota, quod iste B

Non est firma stabilitas, sed varia mobilitas singulorum,
Non est plena fertilitas, sed famescens cupiditas animorum,
Non est Dei regens auctoritas, sed crudelitas tyrannorum,
Non est tuta securitas, sed trepidans debilitas infirmorum.

Non

Non est sincera veritas, sed defraudans fallacitas deceptorum.

¶ Dico ergo, quod orbis iste est varius & mobilis, & caret stabilitate. Nihil est enim ibi durabile seu firmum, sed totum vacuum & ineptum. Esa. 24. *Defluxit orbis.* Et in Psalm. 32. dicitur. *Commoueantur omnes inhabitantes orbem.* Item orbis iste est auarus, & sterilis, & plenus cupiditate, vel carens fertilitate. Genes. 41. *In vniuerso orbe fames praualuit.* Vnde de Nabuchodonosore dicitur Esa. 14. quod *ipse posuit orbem desertum.* Quia sicut dicitur Genes. 47. *In toto orbe panis deerat.* ¶ Item orbis iste à Deo non sit regibilis, scilicet tyrannorum crudelitate. Vnde de illo Rege Assyriorum dicitur Hester. 9. quod *cuncta, quæ in toto orbe erant prouinciæ, subdita sibi erant.* Et Hester. 13. dicitur, quod *vniuersum orbem sua subiugauerat ditioni.* Et etiam ipse diabolus dixit Domino Mat. 4. *Ostendens, scilicet sibi omnia regna orbis terræ. Hæc,* inquit, *omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me quia mihi tradita sunt, & cui volo, do ea.* ¶ Item orbis iste non est tutus, sed debilis & carens securitate, quia scil. omnia sunt dubia & trepida. Vnde Luc. 21. *Præ timore,* inquit, *& expectatione, quæ superueniet vniuerso orbi.* ¶ Item orbis iste non est clarus, sed nubilus & plenus obscuritate seu etiam fallacitate, quia scilicet ibi abundat copia mortalium & immortalium deceptorum. Vnde Apoc. 12. dicitur, quod *descendit ad nos satanas qui seducit vniuersum orbem. Inuidia enim diaboli mors intrauit in orbem terrarum,* Sap. 2. Et sic igitur patet, quod est dare orbem lethalem, qui est pessimus & vitiosus.

C ¶ Tertio vero dico, quod est dare orbem realem, quia est optimus & gloriosus. Et iste certe orbis est naturalis, in quo scilic. est vniuersarum creaturarum ordinatissima aggregatio, qui vere gloriosus merito potest dici, & hoc certe, quia hunc fecerunt manus dominicæ, quæ non fatigantur: quia hunc fixerunt virtutes Angelicæ, quæ non tædiantur: quia hunc texerunt leges Tetrarchicæ, quæ non perturbantur: quia hunc vexerunt artes Automaticæ, quæ non dissoluuntur. Iste enim orbis habet auctoritatem insuperabilem, scil. ipsum Deum, quia sicut dicitur 1. Reg. 2. *Domini sunt cardines terræ, & posuit super eos orbem.* Quia sicut dicitur in Psalm. 92. *Ipse fundauit orbem terræ, qui non commouebitur.* Item iste orbis habet cœtum ministrorum infatigabilem, scilicet ordinem Angelorum, qui Deo seruiunt in gubernatione orbis, sicut dicitur Iob 9. *Sub quo curuantur, qui portant orbem.* Item orbis iste habet ordinem inuiolabilem. Ordo enim & cursus & dispositio creaturarum nunquam turbatur aut violatur. Sap. 16. *Disponat orbem terrarum in æquitate.* Iustum autem ordinem appetebat scire, qui dicebat Sap. 7. *Vt sciam* (inquit) *dispositionem orbis terrarum.* Item orbis iste habet naturam incorruptibilem, semper enim perseuerat & durat. Vnde illud 1. Par. 16. *Deus fundauit orbem immobilem.* Et sic igitur patet, quod est dare triplicem orbem, scilicet,

Realem,
Localem,
Moralem.

Vide supra de Mundo.

A **Ordo. Ordinare.** Cum ordo nihil aliud sit, quam debita rerum dispositio, & ordinare nihil aliud sit, quam aliquid debite statuere, disponere, & locare, breuiter notare possumus, quod moraliter loquendo, in scriptura inuenitur generaliter triplex ordo, videlicet,

Ordo { Personalis,
Temporalis,
Supernalis. }

Primus est ordo morum & actuum,
Secundus est ordo rerum & statuum,
Tertius est ordo cœli spirituum.

Dico ergo primo, quod est quidam ordo personalis & interior. Et iste est ille ordo, quo sc. homo debet esse in se virtualiter ordinatus, quantum ad seipsum, se debite regendo & gubernando, & sic de nobis verificabitur illud Rom. 13. *Quæ autem sunt, à Deo ordinata sunt.* Domus enim dicitur bene ordinata, vbi quælibet persona prompte & bene seruit in officio suo, & vbi Dominus debite dominatur, & serui debite famulantur. Sic vere domus Dei, quæ domus sumus nos bene ordinata, quando vnumquodque membrum ad Dei laudem suo officio vtitur, & quando caro animæ subiicitur, & corpus spiritui subiugatur. De tali ergo ordine gaudere se dicit Apostolus, dicens Colos. 2. *Gaudeo,* inquit, *videns ordinem vestrum fundamentum fidei vestræ.* De isto ordine, quo sc. debet homo esse spiritualiter ordinatus, dicitur Iob 38. *Numquid nosti ordinem cœli, & pones rationem eius in terra?* Ac si diceret: Sicut in cœlo omnia sunt ordinata, quia videlicet ibi sunt Planetæ ordinati vnus super alterum, qui quidem ordo nunquam deficit aut cessat, quia scilicet,

Primus est Saturnus,
Secundus est Iupiter,
Tertius est Mars,
Quartus est Sol,
Quintus est Mercurius,
Sextus est Venus,
Septimus est Luna.

Sic spiritualiter in terra, id est, In nobis mores & virtutes nostræ debent esse ordinatæ, vt primo sit Saturnus, qui est Planeta grauis, tardus, terreus, & viscerosus, id est, virtus humilitatis. Deinde Iupiter Planeta beneuolus, qui suos & non suos iuuat, id est, virtus amoris & charitatis. Deinde Mars Planeta feruens, igneus, & Deus belli, id est, virtus audaciæ contra vitia tentationis & operationes iniquitatis. Deinde Sol, Planeta clarissimus, id est, virtus sapientiæ, prudentiæ, & subtilitatis, Deinde Mercurius, Deus eloquentiæ, id est, virtus orationis & debitæ grauitatis. Deinde Venus Solem sequens aut præcedens, id est, virtus obedientiæ & promptæ sedulitatis. Deinde Luna plena humoribus, quæ est mater roris, id est, virtus benignitatis & pietatis. Ecce ergo, quomodo ordo cœli in terra ponitur, quando naturales virtutes corporum cœlestium hominum moribus applicantur. Et sic de nobis poterit dici illud Iudic. 5. *Stellæ manentes in ordine & cursu suo, aduersus Sisaram pugnauerunt.* Istæ enim virtutes sunt quædam stellæ spirituales, quæ animam faciunt relucere, & contra diabolum faciunt præualere. Iste est igitur ordo personalis interior.

¶ Secundo dico, quod inuenitur ordo virtualis & exterior. B
Et iste est ordo ecclesiasticæ disciplinæ, de quo dicitur Hier. 30. *Templum iuxta ordinem suum fundabitur.* Iste autem ordo consistit in debita personarum proportione. Sicut enim ordo naturalium sic stat, quod nobiliora & pulchriora locum obtinent superiorem, grossiora vero & viliora locum tenent inferiorem, sic & in Ecclesia personæ ordinatæ esse debent. 1. Paral. 6. *Stabant iuxta ordinem suum in ministerio,* ita quod perfecti meliorem gradum, imperfectiores vero inferiorem teneant statum. Esa. 5. *Pascentur agni iuxta ordinem suum.* Sicut enim apes in suis cellulis ordinatissime locantur, fila in telis aranearum ordinatissime situantur, grana leguminum in suis thecis ordinatissime coniunguntur, testæ in pineis ordinatissime disponuntur: sic procul dubio boni in suis cellulis & thecis, id est, in suis officiis & beneficiis & ecclesiis & collegiis, religionibus & conuentibus ordinate & debite conuersantur. 1. Cor. 14. *Omnia honeste & secundum ordinem fiant in vobis.*

¶ Et breuiter transeamus, possumus notare, quod multa sunt, quæ debent in personis ecclesiasticis fieri ordinate. Ipsi enim debent ordinate

Sursum ascendere,
Vitia vincere,
Gratias agere,
Stare & manere,
Lucere & docere,
Ministrare,
Militare,
Manducare,
Rutilare,
Currere.

Dico ergo, quod ordinate est sursum ascendendum, quia scilicet gradatim ascendendum est ad honores, secundum leges. Nu. 2. *Filii Israel per loca & ordines suos proficiscantur.* Item ordinate est malum vincendum. Vnde Nehem. 4. dicitur, quod *ipse statuit populum suum per ordinem cum gladiis & lanceis.* Et 2. Macchab. 15 dicitur quod *exercitus erat ordinatus.* Item ordinate gratiæ agendæ. Vnde 2. Paral. 35. dicitur: *Cantores steterunt in ordine suo.* Item ordinate standum est, & manendum. Iudic. 15. *Stellæ manentes, &c.* sicut supra. Item ordinate est aliis lucendum, scil. per bona exempla. Exod. 40. *Locatis per ordinem lucernis, &c.* concorda, si vis. Item dic quod casti ordinate parent & seruiunt Iud. 6. *Stabant autem iuxta ordinem suum in ministerio.* Item ordinate bellant & familiant, scil. contra vitia. Vnde Nehem. 4. *Statuit populum in ordine cum gladiis.* Item ordinate edunt & hauriunt. Vnde illud Esa. 5. *Pascentur agni iuxta ordinem suum.* Item ordinate splendorē faciunt. Hier. 31.

[illegible] *Laudate Dominum* [illegible] ordinate [illegible] & [illegible] [illegible] N[illegible]. *Profectis autem per tur*[illegible] [illegible] m[illegible] doc[illegible] [illegible] in rebus, & defectus or[illegible] [illegible] de peccato Iob [illegible]. dicitur de illa patria, [illegible] & [illegible] [illegible], quod *vmbra mortis in ea, &* *nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat*: constat enim [illegible] praelio, vt [illegible] quod de biblioteca sortio es [illegible] [illegible] de [illegible] ordinem tenuerunt, isti vero ordine [illegible] [illegible] quod inter impios & tyran- [illegible] possibile est communitatem stare, [illegible] [illegible] bene. Vnde etiam Dan. 7. dicitur, [illegible] *tres ordines dentium habebat in ore, cum quibus* [illegible] Patet ergo, quod est ordo virtualis, qui est [illegible] vide supra, vbi de promotione agitur, quia [illegible] igitur, quomodo ordinate homines debent [illegible]

[illegible] dico, quod est aeternalis ordo & supernus. Et iste est [illegible] ordinum spirituum, de quo dicitur 3. Reg. 1[illegible] quod *regina* [illegible] *ad Salomonem*, id est, ad Christum *veniens, mi-* *nistrorum &c.* Omitto gratia breuitatis, quia in [illegible] ordine superius est tractatum.

**Organum.** Cum organum sit musicum instrumentum, possumus dicere, quod per organa potest [illegible] plex laetitia, videlicet,

- Spiritualis & virtuosa,
- Supernalis & gloriosa,
- Mundialis & vitiosa.

P[illegible] enim intelligitur laetitia spiritualia, illa scilicet [illegible] rum spiritualiter erigitur, & qua laus diuina so- [illegible] natam. Vnde illud Psalm. 150. *In tympano & choro,* *organo laudate Deum.* Vnde 2. Par. 29. quod *steterunt Le-* [illegible] *organa Dauid.* Item per organum intelligitur laetitia [illegible], videlicet, sanctorum & Angelorum &c. de qua dici- [illegible] 23. *Electi sunt psaltes canentes Domino in organis.* Item [illegible] intelligitur laetitia temporalia, de qua dicitur Iob [illegible] *mundanorum gaudent ad sonitum organi.* Et Iob 30. *Ver-* *sa est in luctum cithara mea, & organum in vocem flentium.*

**Oriens. Orientalis.** Nota, quod cum oriens sit pars mundi magis clara, & [illegible] sol oritur, & coelum & stellae ascendere super nostrũ hemisphaerium comprobentur, possumus notare, quod oriens [illegible] sumitur, & in malo. In bono enim

Oriens signat { Gratiae claritatem, Sophiae veritatem, Gloriae voluptatem.

[illegible] dico, oriens claritatem diuinae gratiae, vt sic secundum modum significandi quilibet vir iustus & gratia plenus [illegible] dici orientalis, sicut de Iob dicitur Iob 1. quod *ipse erat* *inter omnes orientales.* ¶ Item signat Dei scientiae verita- [illegible] Et sic de magis, qui summi Astrologi & sapientes erant, di- [illegible] Matth. 2. *Ecce magi venerunt ab oriente.* ¶ Item signat coelestis [illegible] voluptatem. Et de hoc Baruch 5. *Hierusalem sta in excelso* *& circumspice ad orientem, & vide iucunditatem à Deo tibi venientem.* Sicut enim videmus, quod Planetae habent suum proprium [illegible] versus orientem, quamuis omni die per violentiam fir- [illegible] versus occidentem currere comprobantur: sic viri iu- [illegible] desideriorum & affectuum suorum ad orientem gra- [illegible] gloriae debent dirigere, & ad illam partem continue [illegible] Psalm. 67. *Qui ascendit super coelum coeli ad orientem,* [illegible] versus occidentem, id est, versus bona mundi, vel ver- [illegible] carnis malorum affectuum currere compro- [illegible]

B [illegible] dico, quod oriens potest sumi in malo. Et sic di- co, quod signat

- Voluptatem delitiarum,
- [illegible] Scilicet acualitatem diuitiarum,
- Vanitatem eminentiarum.

¶ [illegible] voluptatem delitiarum. Partes enim orientales solent [illegible] pinguiores & fertiliores, quam partes occidentales, signifi- [illegible] statum delitiarum, qui solet habere ampliorem pingue- [illegible] voluptatis. Vnde Genes. 4. dicitur, quod *Cain, postquam* *occidit Abel fratrem suum, habitauit ad orientalem plagam Eden.* Eden [illegible] interpretatur deliciae, quia pro certo illi, qui fratrem [illegible] id est spiritum per peccatum occidunt, nihil aliud, [illegible] plagam orientalem mundi delitiarum quaerunt. ¶ Item oriens signat [illegible] cultatem [illegible] tiarum. Pars enim orientalis ma- iorem [illegible] oriens [illegible] cipit claritatem, & tamen [illegible] sero [illegible] currit noctem, & obscuritatem, significans, quod status diuitia- rum quamuis claritatem prosperitatis amplius in mane huius mundi habere videatur, in sero tamen mortis obscuritate ad- uersitatis amplius grauatur. Et de isto oriente loquitur Ezech. 8. & 5. vbi *ipse videt viros habentes dorsa contra templum,* [illegible] *ad o-* *rientem.* Quia vere hodie fit, quod mali dorsum contem[illegible] & obliuionis suae ad templum Paradisi & Ecclesiae vertunt, faci- em vero affectionis suae ad orientem diuitiarum & mundanae prosperitatis conuertunt. ¶ Item oriens signat vanitatem emi- nentiarum, id est, appetitum & ambitionem dominandi, quia sicut signa, quae sunt in oriente, semper solent sursum ascende- re, & supra mundi hemisphaerium se leuare, sic illi, qui sunt in i- sto statu, semper [illegible] sursum ascendere per ambitionem, & super hemisphaerium praelationis se leuare per superbiam & prae- sumptionem. Et tales figurati sunt in Lucifero Esa. 14. vbi dicitur: *Quomodo cecidisti Lucifer, qui mane oriebaris!* Patet ergo, quomodo oriens in bono signat, & in malo.

¶ Si autem per orientem velis intelligere virum iustum, qui scilicet quotidie de virtute in virtutem oritur, solius Christi praesentia decoratur, & lumine gratiae, scientiae, & gloriae dele- ctatur; dic, quod illi potest dici illud Iob 11. *Orieris vt Lucifer, &* *habebis fiduciam proposita tibi spe.* Vbi nota, quod iustus hic à quin- que commendatur, videlicet, C

- Ab ingressu satis amoroso,
- A progressu satis luminoso,
- A suggressu satis fructuoso,
- A congressu satis virtuoso,
- Ab egressu satis glorioso.

Primum probat nouitas oriens (Orieris, inquit.)
Secundum probat claritas gradiens (Lucifer.)
Tertium probat vbertas veniens (Habebis.)
Quartum probat iuuamen patiens (Fiduciam.)
Quintum probat solamen subiacẽs (Proposita tibi spe.)

¶ Igitur dico, quod oriens noster, scilicet homo iustus habet se- riosum & amorosum ingressum. Et hoc ostenditur, cum dicitur [Orieris] scilicet de non esse in esse, de nihilo ad aliquid, de peccato ad gratiam, de antiquitate ad nouitatem. Oriri enim de sua natura signat nouitatem Hester 8. *Noua lux oriri visa est.* Sicut enim ab oriente sol ingreditur in virtutis & perfectionis statum Ezech. 42. *Introitus ab oriente.* Et nota, quod ortus istius orientis, videlicet iusti, portat secum triplicem lucem, videlicet, lucem fidei & scientiae, & lucem etiam finalis gloriae. Istas enim luces hic oriens secum trahit, & se clarum & rutilum ad domum Domini Christos finaliter secum ducit. Vnde ipse dicit Ezech. 11. *Introduxit ad portam domus Domini orientalem.* Ad istum igi- tur orientem, scil. ad claritatem gratiae & gloriae debet homo mentaliter aspicere, & ibi cordi suo anhelare Ezech. 16. *Aperietur* *porta, quae respicit ad orientem.* Patet igitur, quod vir iustus ha- bet serosum ingressum [Orieris inquit] Num. 24. *Orietur stella ex* *Iacob.*

¶ Secundo dico, quod ipse habet luminosum progressum, quod ostenditur, cum dicitur [Lucifer] qui scilicet est stella val- de clara, qui scilicet solem ingiter concomitatur, & cum sole continue graditur, & mouetur. Sic vere iustus solem iustitiae Christum per gratiam solet concomitari, & cum ipso de virtute in virtutem progredi & moueri [Lucifer inquit] 2. Pet. 1. *Oria-* *tur Lucifer in cordibus vestris.* [Lucifer inquit] hoc est dictum, bo- nus & luminosus progressus. D

¶ Aduerte tamen, quod multi sunt, qui quandoque defi- ciunt in progressu, figurati in primo Angelo Lucifero, qui su- perbiens cecidit de coelo empyreo Esa. 14. *Quomodo cecidisti Luci-* *fer, qui mane oriebaris* &c. Vide ibi. Iustus igitur habet lumino- sum progressum.

¶ Tertio dico, quod debet habere copiosum suggressum seu fructuosum [Habebis inquit] Habere enim possessionem diui- tiarum signat, quia scilicet sicut orientales partes plus abun- dant in auro & speciebus, quam caeterae mundi partes, sic vere illi, qui dicuntur per gratiam orientes, sunt caeteris in auro, id est, in virtutibus magis abundantes Gen. 28. *Dilataberis ad orien-* *tem.* Vnde Num. 32. *Habemus possessionem nostram in orientali plaga.* Habet igitur homo iustus copiosum seu fructuosum suggres- sum. (Habebis inquit.) E

¶ Quarto vero dico, quod iustus dicitur oriens, qui habet F

virtuosum congressum, scilicet contra vitia & tormenta, quod ostenditur, cum dicitur [Fiduciam] Vir enim audax & fidus fortior est cæteris paribus, quam infidens. Hic igitur orientalis dicitur, quia scil. sicut signa orientalia sunt cæteris fortiora, secundum Arist. & hoc quia sunt ignea atque prima, sic vere illi, qui in oriente gratiæ, & fidei statuuntur, fortes, & audaces contra hostes & vitia esse noscuntur Zach. 6. *Ecce vir oriens nomen eius.* Vir enim dicitur à virtute [Fiduciam inquit] Vide supra de fiducia & confidere, quia beati omnes, qui confidunt in Domino &c. Habet igitur homo iustus virtuosum congressum.

G ¶ Quinto vero dico, quod ipse habet gloriosum egressum, quia scilicet ipse habet in fine certam spem de vita futura [Proposita inquit tibi spe] Cœlum enim à parte orientali venit versus nos, & nobis etiam secum defert solem, & lunam & stellas. Ad denotandum, quod ad illos, qui sunt in oriente gratiæ, & qui etiam quotidie per gratiam oriuntur, cœlum, id est, cœlestis patria similiter deuoluitur, & sol, & luna, & stellæ, id est, Christus, beata virgo & Angeli & sancti ad ipsum ascendunt & applicantur, vt sic cuilibet in tali spe constituto dicatur illud Esa. 6 . *Ecce, inquit, tenebræ operient terram, & caligo populos, super te autem orietur Dominus, & gloria eius in te videbitur.* Proposita inquit tibi spe, Psal. 15 *Caro mea requiescet in spe.* Vt sic de futura vita sic promissa & sperata dicatur omnibus iustis illud Malach. 4. *Orietur vobis timentibus nomen meum sol iustitiæ. Quia Deus pater* (sicut dicitur Matt. 5. *solem suum facit oriri super bonos.* Patet igitur generaliter, quod iustus dicitur oriens, vel etiam dicitur esse in oriens, vel etiam esse in oriente,

Quia
- Consequitur gloriosum egressum,
- Insequitur virtuosum congressum,
- Assequitur fructuosum suggressum,
- Prosequitur vigorosum progressum,
- Subsequitur seriosum ingressum.

Sufficit. Vide de mari & de luna.

A **Oriri. Ortus.** Cum in scriptura inueniatur multiplex ortus seu processus, hoc solum possumus notare, quod in scriptura inuenitur oriens

- Ignobilis,
- Damnabilis,
- Tristabilis,
- Mutabilis,
- Mirabilis.

¶ Primus est ortus humanæ natiuitatis. Iste enim est valde ignobilis atque vilis, & hoc

Ratione vilis
- Materiæ, de qua componimur,
- Modi, per quem concipimur,
- Loci, in quo concludimur,
- Status, in quo progredimur,
- Cibi, ex quo reficimur.

Et de tali oriente & ortu dicitur Ezech. 16. & loquitur animæ peccatrici vel carni humanæ: *In die ortus tui non est præcisus vmbilicus tuus, & aqua non es lota in salutem, nec sale salita, nec inuoluta pannis,* quasi dicatur: Ortus iste est naturaliter vilis & immundus, miser etiam & calamitosus. Vnde Iob 30. *Ad dexteram orientis calamitatis meæ.*

B ¶ Secundus est ortus humanæ iniquitatis. Sicut enim in terra occulta naturaliter oriuntur spinæ, sic in nostra natura corrupta naturaliter oriuntur culpæ Iob 31. *Pro frumento orіatur mihi tribulus.* Figura Gen 41. vbi dicitur, quod *spicæ tenues percussæ vredine oriebantur ex stipula.*

C ¶ Tertius est ortus mundanæ aduersitatis: quamdiu enim sumus in vita ista, pœnæ & miseriæ non cessant nobis oriri. Num. 11. *Ortum est murmur populi quasi dolentium præ labore.* Vnde de spinis miseriarum & tribulationum, quæ oriuntur in nobis, dicitur Esaiæ 34. *Orientur in domibus eius spinæ, vrtica & paliurus.*

D ¶ Quartus est ortus terrenæ prosperitatis. Mundi enim prosperitas oriens dicitur, eo quod claritas mundanæ & inanis gloriæ ibidem reperitur. Et nota, quod in isto oriente, id est, in statu prosperitatis mundanæ viget

- Asperitas & amaritudo,
- Sterilitas atque solitudo,
- Obscuritas & incertitudo,
- Crudelitas & hebetudo,
- Calamitas & ineptitudo.

Et breuiter sicut videmus, quod stellæ, quæ in mane [...] progrediuntur ab oriente, in sero terminantur & ven[...] occidentem, sic vere illi, qui in mane præsentis [vi]tæ [...] prosperitatis inhabitant, in sero mortis ad occidentem [...]tionis properant. Quare certa iste oriens, scilicet, mundi [pro]speritas, vt dictum est, multas prosperitates habet. Vnde [...] 15. *Ab oriente* inquit *erit initium ad mare salsissimum.* Item [...] multas sterilitates, scilicet bonorum spiritualium & vi[...] Iosue 16. *Ab oriente solitudo, quæ ascendit Hiericho.* Item [...]tat obscuritates, quia scilicet ibi non plene cognoscitur [...] Vnde Iob 23. *Si ad orientem iero, non apparet.* Item ille [...]tas aduersitates seu calamitates, scilicet in fine, quando [...] istius orientis ad occidentem declinat. Tunc enim [...]pus, & dæmones animam deprædantur Esa. 11. *Prædabuntur [...] orientis.* Tunc diuites in valle inferi prosternuntur. Vnde [...] *Orientales populi, iussi iacebant in valle.* Tunc potentes vagi & [...]gi dissipantur, similes, scilicet ipsi Cain, de quo Gen. 4. *Habitauit profugus in terra ad orientalem plagam.* Iste est igitur ortus ter[renæ] prosperitatis.

¶ Quinto vero dico, quod est ortus æternæ diuinitatis. Et iste est ille ortus, quo Dei filius per carnis natiuitatem de matre virgine noscitur processisse. Et de hoc dicitur in Psa. 111. *Exortum est in tenebris lumen &c.* Et circa hæc possumus aduertere, quod sicut solis mane oritur, & tandem in die super hemisphærium nostrum discurrit & vertitur, finaliter tamen occidit, & à no[bis] absconditur, sic pro certo Dei filius fuit à nobis ortus & na[tus] temporaliter in nostro hemisphærio conuersatus corporaliter fuit insuper in occasu mortis à nostris visibus absconditus visibiliter. Et hoc Eccl. 1. *Oritur sol & occidit, & ad locum suum reuertitur.* Et ideo de ipso potest dici illud Zach. 6. *Ecce vir oriens nomen eius, & subter eum orietur lux* ¶ Vbi aduerte, quod in ortu solis

E

- Cuncta notificantur (Ecce)
- Vites fortificantur (Vir)
- Aues lætificantur (Oriens)
- Feræ tristificantur (Nomen)
- Gentes illuminantur (Orietur &c.)

Sic dico spiritualiter loquendo, quod Christi ortus, fuit, [...] cet,

- Cœlestium notificatiuus (Ecce inquit)
- Debilium fortificatiuus (Vir)
- Flebilium lætificatiuus (Oriens)
- Hostium, seu hostilium effugatiuus seu eliminatiuus (Nomen)
- Mentium illuminatiuus (Subter inquit eum, orietur lux.)

¶ Dicamus ergo primo, quod iste ortus fuit cœlestium notificatiuus. (Ecce, inquit.) Ecce, est aduerbium demonstran[di] quia scilicet in ortu multa secreta cœlestia, multaque mira [...] fuerunt demonstrata, de quibus poterat dici. (Ecce.) Ortus [e]nim Solis est declaratiuus omnium colorum; Ortus vero Christi est demonstratiuus omnium bonorum. Vnde Esa. 60 *Quia ecce tenebræ operient terram, & caligo populos, super te autem orietur Dominus, & gloria eius in te videbitur.*

¶ Secundo dico, quod iste ortus fuit debilium fortificatiuus. (Vir, inquit.) Sicut enim vites naturales solent in ortu Solis borari, infirmi etiam solent alleuiari, herbæ etiam & flores [so]lent aperiri, & virtute & efficacia plus repleri, homines insuper solent in suis operibus occupari: sic vere ortus Christi vel beatæ virginis fuit omnium virtutum in bene operantibus augmentatiuus, & omnium dolorum in mala sustinentibus mitigatiuus, quod notatur, cum dicitur (Vir) qui dicitur à virtute, quia iste est vir, qui dedit nobis virtutem benefaciendi, & malo resistendi Iob 1. *Erat vir ille magnus inter omnes orientales.* Vt & [...] *ille Angelus, qui ascendebat ab ortu Solis, & habebat signum Dei viui,* Apoc. 7.

H Tertio dico, quod iste ortus fuit flebilium lætificatiuus, quod ostenditur, cum dicitur (Oriens) quia scilicet sicut in ortu Solis aues modulantur, herbæ rident, & omnia iucundantur, sic in ortu Christi pastores Angelorum gaudium audierunt, & Angeli mundo gaudium annunciauerunt, & fideles, qui credere meruerunt, æternum gaudium finaliter receperunt Psal. 96 *Lux orta est iusto, & rectis corde lætitia.*

I ¶ Quarto dico, quod iste ortus fuit dæmonum seu hostium eliminatiuus & effugatiuus. Sicut enim in ortu Solis animalia syluestria & aues immundæ, quæ de nocte gaudebant, fugiunt; & ab-

& absconduntur, iuxta illud Psalm. 103. *Ortus est Sol, & congregati sunt, & in cubilibus suis collocabuntur.* Et loquitur ibi de bestijs syluestribus & leonibus.) Sic in ortu Christi dæmones & hæretici, qui prius nocebant, deficiunt, & superantur. Et hoc ostenditur, cum dicitur (Nomen eius) quia scilicet nomen Christi est illud, in quo omne genu flectitur, cœlestium, terrestrium, & infernorum. Ideo de nomine istius ortus & orientis dicitur Esa. 41. *Ab ortu Solis vocabit nomen meum, & adducet magistratum*, id est, dæmones, *quasi lutum*: & Num. 24. dicitur: *Orietur stella ex Iacob, & confringet duces Moab*, id est, dæmones.

K ¶ Quinto dico, quod iste ortus fuit mentium & cordium illustratiuus, quod ostenditur, cum dicitur (Subter eum orietur lux.) Quia scilicet sicut in ortu Solis lux oritur & diffunditur, per quam homines illuminantur, vt in suis actibus debite dirigantur: sic in ortu Christi lux veræ fidei & veræ scientiæ fuit orta, quia *tunc noua lux oriri visa est, gaudium & tripudium*, sicut habetur Hester 8. Ita quod tunc scierunt homines in vis salutis se regere, & peccatorum latebras, & tentationum pericula præcauere Esa. 60. *Surge, illuminare Hierusalem, quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est*: & Eccl. 24. *Ego feci in cœlo, vt oriretur lumen indeficiens.*

¶ Et nota, si vis, quod in ortu Christi orta sunt nobis omnia bona. Fuit enim tunc

Iustitiæ rectitudo,
Fiduciæ fortitudo,
Scientiæ limpitudo,
Decentiæ pulchritudo,
Potentiæ magnitudo,
Clementiæ plenitudo,
Lætitiæ gratitudo,
Eminentiæ celsitudo.

¶ Ista enim omnia orta sunt in ortu Christi, seu etiam in ortu virginis benedictæ. Et quidem dico, quod ibi orta est rectitudo veræ iustitiæ Psal. 71. *Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis*: & Esa. 45. *Et iustitia oriatur simul, ego Dominus creaui eum.* ¶ Item orta est fortitudo spei seu fiduciæ. Et de hoc dicitur Iob 11. *Cum te consumptum putaueris, orieris vt Lucifer, & habebis fiduciam proposita tibi spe.* ¶ Item orta est limpitudo fidei seu conscientiæ 2. Pet. 1. *Donec illucescat dies, & Lucifer oriatur in cordibus vestris.* Et in Psal. 84. *Veritas de terra orta est, & iustitia de cœlo prospexit.* ¶ Item orta est pulchritudo conuersationis & decentiæ Esa. 35. *In cubilibus, in quibus habitabant prius dracones, orietur viror calami & iunci.* Et in Psal. 49. *A Solis ortu vsque ad occasum ex Sion species decoris eius.* ¶ Item orta est magnitudo virtutis & potentiæ, quia sicut dicitur Num. 24. *Orietur stella ex Iacob &c.* Et sequitur: *Percutiet duces Moab*, id est, dæmones, *& vastabit omnes filios Seth.* ¶ Item orta est plenitudo pietatis & clementiæ, quia sicut dicitur Luc. 2. *Per viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus visitauit nos oriens ex alto.* ¶ Item orta est gratitudo iucunditatis & lætitiæ Psal. 96. *Lux orta est iusto, & rectis corde lætitia.* ¶ Item orta est celsitudo dignitatis & eminentiæ, quia sicut dicitur Hest. 11. *Ortus est Sol, & humiles exaltati sunt.* Patet ergo, charissimi, quomodo in ortu Christi orta sunt pariter cuncta bona, & quomodo ortus iste fuit, scilicet,

Mentium illuminatiuus,
Hostium eliminatiuus,
Flebilium lætificatiuus,
Debilium fortificatiuus,
Cœlestium notificatiuus.

Et hæc de ortu & ortis sufficiant.

M ¶ Si autem adhuc de ortu Christi, Virginis, & Baptistæ, vel etiam de ortu iusti, qui fit per gratiam, seu etiam de promotione cuiuslibet boni prælati vis aliquid dicere, notabis, quod talis spiritualis ortus est similis

Luminis clarificanti,
Numini iustificanti,
Semini fructificanti,
Carmini lætificanti,
Agmini pacificanti.

¶ Et breuiter dico, quod in tali ortu inuenitur lumen clarificans. Lux enim fidei, sapientiæ, & doctrinæ orta fuit in mundo, quando factus est ortus iste. Vnde ortus istius comparatur ortui Solis, propter lumen scientiæ & gloriæ tunc nascentis, & cum eo orientis Psalm. 49. *A Solis ortu vsque ad occasum ex Sion species decoris eius.* Vnde Esa. 60. *Ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui.* Vt sic omni populo dicatur illud Esai. 60. *Surge, illuminare Hierusalem, quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est.* ¶ Item dico, quod in isto ortu inuenitur numen iustificans. Vnde etiam iste est ille Angelus, de quo dicitur Apoc. 7. *Vidi alterum Angelum ab ortu Solis &c.* Tunc enim sicut in Psalm. 84. dicitur: *Veritas de terra orta est, & iustitia de cœlo prospexit.* ¶ Item in ortu isto inuenitur semen fructificans, quia scilicet iste *est semen illud, quod ortum fecit fructum centuplum*, Luc. 8. ¶ Item in isto ortu inuenitur carmen lætificans, quia scilicet talis ortus est homini gaudiosus. Vnde in Psalm. 112. *A Solis ortu vsque ad occasum laudabile nomen Domini. Quia lux orta est iusto, & rectis corde lætitia.* ¶ Item in tali ortu inuenitur agmen pacificans, quia, scilicet in tali ortu consueuit fieri concordia & pax Psalm. 103. *Ortus est Sol, & congregati, & in cubilibus suis collocabuntur.* & Psalm. 71. *Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis.* Sed heu pro certo multorum ortus, promotiones, & aduentus sunt contrariæ conditionis, vt recte dicamus illud Sap. 5. *Ambulauimus vias difficiles, & Sol intelligentiæ non est ortus nobis.* Et Esa. 13. *Obtenebratus est Sol in ortu suo.* Non sic &c. Sufficit.

**Ornatus.** Cum in scriptura fiat mentio de ornamentis corporis, & de ornamentis animæ, notare possumus, quod inueniuntur in scriptura tria genera ornamentorum, scilicet, A

Ornamentum { Necessitatis, Pomposítatis, Congruitatis. }

Primum est ornamentum virtutis & perfectionis. Et de hoc dicitur 1. Mach. 4. *Ornauerunt faciem templi coronis aureis.* Secundum est ornamentum superbæ compositionis Psalm. 143. *Filiæ eorum compositæ, circumornatæ, vt similitudo templi.* Tertium est ornamentum honestæ conuersationis, de quo 1. Timoth. 2. *Mulieres in habitu ornato cum verecundia & sobrietate ornantes se.* Dicamus igitur de ornamentis animæ, quæ sunt ornamenta valde virtuosa. Sicut enim videmus, quod reginæ & nouæ sponsæ diuersa deferunt in suis membris exterioribus ornamenta, vt cunctis intuentibus appareant magis gratæ: sic animæ, quæ regis Paradisi sunt sponsæ, ornamentis virtutum debent ornari, vt Deo & hominibus possint magis gratæ videri, & ad maiorem complacentiam promoueri. Esaiæ 6. *Indumento iustitiæ circumdedit me, tanquam sponsum decoratum corona, & tanquam sponsam ornatam monilibus.* Sicut enim corpus humanum tot habet turpitudines naturales, quod se non est pulchrum videri, nisi etiam habeat aliqua exterius ornamenta: sic etiam homo interior in anima & in conscientia tot vitijs naturaliter subiacet, quod nisi habeat ornamenta virtutum, nec Deo nec hominibus placet.

¶ Et sicut videmus, quod tria genera personarum solent ornari, scilicet,

Sacerdotes,
Milites,
Sponsi, seu coniuges.

Sic vere tria genera spiritualium personarum spiritualibus indigent ornamentis, videlicet,

Sacerdotes, id est, illi, qui Deo spiritualiter volunt ministrare,
Milites, id est, illi, qui volunt contra diabolum spiritualiter triumphare,
Virgines seu coniuges, id est, illi, qui se volunt Deo per charitatis coniugium spiritualiter copulare.

Omnes enim isti ornamentis virtutum debent pollere, & vt cunctis appareant gratiosi, gratijs & virtutibus refulgere, vt sic quilibet sit *tanquam vas auri solidum, ornatum omni lapide pretioso*, Eccl. 50. Natura enim ita bene curauit de rerum ornamentis, sicut de rerum naturis. Nullam enim creaturam dimisit sine ornamento.

Cœlum enim ornauit stellis,
Terram ornauit plantis,
Mare ornauit piscibus,
Aerem ornauit auibus,
Arbores ornauit folijs,
Pecudes ornauit capillis.

Sic proculdubio charissimi, natura naturans, id est, Deus vult nihil carere virtualibus ornamentis. Vult enim, quod in ornatu spirituali nos habeamus

Stellas, id est, splendorem discretionis,
Plantas seu herbas, id est, virorem conuersationis,
Pisces aqueos, id est, humorem deuotionis,
Aues aereas, id est, volatum contemplationis,
Folia arborum, id est, decorem bonæ locutionis,
Capillos animalium, qui scilicet causant interiorem in corpore calorem, id est, feruorem dilectionis & affectionis.

Et sic de nobis dicetur illud Iob 26. *Spiritus Domini ornauit cælos.* Et secundum Greg. *Ornamenta cælorum sunt virtutes.* Et breuiter de huiusmodi ornamentis videtur loqui Dominus animæ Christianæ, vel cuilibet personæ ecclesiasticæ vel perfectæ illud Ezech. 16. vbi sic dicit: *Ornata es auro & argento, & vestita es bysso & polymito, & multis coloribus.*

B § In quibus verbis ostenduntur quatuor genera ornamentorum, quibus debemus spiritualiter adornari, scilicet, Ornamentum

Sapientiæ discretioris (Auro, inquit)
Eloquentiæ facundioris (Argento)
Continentiæ interioris (Bysso)
Apparentiæ exterioris (Multis coloribus.)

Primum est ornamentum valde virtuosum,
Secundum est ornamentum valde pretiosum,
Tertium est ornamentum valde speciosum,
Quartum est ornamentum valde gratiosum.

Primum est ornamentum prælatorum,
Secundum est ornamentum prædicatorum,
Tertium est ornamentum religiosorum,
Quartum est ornamentum clericorum.

§ Primo igitur dico, quod ornati debemus ornatu sapientiæ luminosæ, quæ scilicet denotatur in auro, quod summe fulget, & quod omnibus alijs metallis præualet. Quia sicut dicitur Prou. 3. *Beatus homo, qui inuenit sapientiam, melior est acquisitio eius negotiatione argenti, & auri primi & purissimi fructus eius.* Sed de Auro vide supra in titulo suo. Et isto potissime debent esse ornati prælati & superiores, quia isti debent esse cæteris sapientiores. Quod bene figuratur in ornamento capitis pontificalis, scilicet in mitra, quæ est bicornuta, & auro & lapidibus circumiecta. Ad denotandum, quod prælatus debet habere duo cornua, scilicet scientiam duorum testamentorum, & aurum sapientiæ ad regimen sui & aliorum. Quod etiam antiquitus in lege figurabatur Exod. 28. vbi *in tiara sacerdotis lamina aurea cum nomine Dei Tetragrammaton ponebatur.* Quia videlicet caput Ecclesiæ, sc. prælatus debet habere tiaram honoris & excellentiæ, vbi sit lamina aurea splendoris & sapientiæ, & vbi insertum sit nomen Dei per incussionem timoris & reuerentiæ. (Ornata es, inquit, auro.) Vt sic de qualibet anima vel persona sic ornata dicatur illud Psal. 44. *Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate:* & 1. Mach. 4. *Ornauerunt faciem templi coronis aureis.* Prælati enim faces templi vel ecclesiæ possunt dici. Ornemur ergo ornatu sapientiæ luminosæ.

C § Secundo dico, quod ornari debemus ornatu eloquentiæ seriosæ, quæ notatur in argento, sicut supra de argento apparet. Istud autem ornamentum debent habere illi, qui sunt lingua Ecclesiæ, scilicet prædicatores & Dei laudatores, qui scilicet ornate & ordinate debent proferre verba sua. Tit. 2. *Doctrinam Saluatoris nostri Dei ornent in omnibus.*

D § Tertio dico, quod nos debemus ornari ornatu continentiæ pretiosæ, quod ostenditur, cum dicitur (Vestita es bysso.) Per byssum enim castitas denotatur, sicut supra in titulo suo dictum est. Vnde Ezech. 16. *Cinxi te bysso, calceaui te hyacintho, & ornaui te ornamento.* Et illud debent habere virgines & personæ regulares, quia sicut dicitur Hierem. 2. *Nunquid obliuiscatur virgo ornamenti sui, aut sponsa fasciæ pectoralis suæ,* quasi dicatur: Nulla virgo, id est, nullus homo virginitatem vouens vel tacite, vel expresse, debet obliuisci ornamenti castitatis, aut pectoralis fasciæ charitatis.

E § Sed quarto dico, quod nos debemus ornari ornatu apparentiæ gratiosæ, scilicet ornatu honestæ conuersationis, & bonæ, quæ notatur, cum dicitur (Multis coloribus) Color enim, qui immediate obijcitur visui, exteriorem conuersationem designat, quæ primo & principaliter obijcitur visui & aspectui hominum. Multis ergo coloribus debemus ornari, id est, multis perfectionibus & virtutibus in conuersatione exterius colorari Ezech. 16. *Sumpsisti vestimenta tua multicoloria, & vestita es eis.* Vide supra de Colore. Vnde etiam ibidem: *Vestiui te discoloribus, induí te subtilibus, & ornaui te ornamento.* Et isto ornamento debent potissime ornari clerici & sacerdotes. Ad istos enim summe pertinet habere ornamentum bonæ & honestæ conuersationis, vt sint alijs in exemplum. Figurati in virginibus sponsum & nuptias expectantibus, quæ lampades suas ornauerunt, & oleum in vasis habuerunt, sicut dicitur Matth. 25. Ad denotandum, quod ecclesiastici, qui ad nuptias agni sunt specialiter inuitati, debent lampadibus, id est, claritate bonæ conuersationis, & oleo, id est, vnctura piæ compassionis esse præcipue adornati. Ista enim sunt duo spiritualia ornamenta virorum ecclesiasticorum, scilicet honesta conuersatio, & misericordia seu compassio, vt cuilibet dicatur illud Ezech. 23. *Sedisti in lecto pulcherrimo, & mensa ornata est ante te.* Lectus enim pulcherrimus est virtus honestatis. Mensa autem ornata pro nutriendis pauperibus est eleemosyna pietatis. Sic ergo patet, quomodo sunt quatuor genera bonorum ornamentorum, & quomodo ornamentum potest accipi in bono.

F § Sed adhuc dico, quod ornamenta accipiuntur in malo. Et sic per ornamenta intelliguntur superfluitates paramentorum, quas tam viri quam mulieres solent hodie deportare. Et iste ornatus pro certo detestabilis est triplici ratione, videlicet, quia est

Superbiæ designatiuus,
Luxuriæ excitatiuus,
Malitiæ occultatiuus.

§ Est dico, designatiuus superbiæ, quia scilicet superbi & vanigloriosi semper volunt esse superflue ornati & parati, similes pauoni, qui summe delectatur in pulchritudine plumarum, ita quod caudam in rotam erigit, & fastum præ superbia circumducit. Chamæleon etiam colores circumiacentium parietum in pelle sua recipit, & ad formam colorum omnium se conuertit. Sic vere superbi in pulchritudine plumæ, id est, exterioris apparentiæ gloriantur, & ex hoc ad faciendum fastum rotam & magnificentiam excitantur. Præ curiositate enim ornatus colorem suum solent mutare, & quicquid curiositatis & nouitatis in alijs vident, in se volũt recipere & habere. Et breuiter de isto ornatu superbiæ dicitur Esa. 58. *Ornasti te regio vnguento, & multiplicasti pigmenta tua.* Et in Ps. 143. dicitur: *Filiæ eorum compositæ, circumornatæ vt similitudo templi.* Ista autem sunt contra multos modernos ecclesiasticos, qui de bonis Ecclesiæ ornant superflue equos, domos & lectos suos, figurati in Athalia impijssima, 2. Par. 24. quæ *de illis, quæ sanctificata fuerunt in domo Domini, ornauit Phanum Baal.* Et quod peius est sæpe fit, quod bonis Ecclesiæ ornant suas concubinas. Vnde Baruch 6. dicitur, quod *vestimenta Deorum suorum auferunt sacerdotes, & vestiunt & ornant inde vxores & filios suos.* Iste ergo ornatus est designatiuus superbiæ.

G § Deinde dico, quod iste ornatus est excitatiuus luxuriæ. Vnde Iudith 10. dicitur, quod quando Iudith voluit Holofernem decipere, ipsum scilicet ad luxuriam excitando, *ipsa ornauit se omnibus ornamentis suis, & sic decepit & occidit eum.* Cattus enim quandoque propter pulchritudinem pellis efficitur syluestris. Equa in iuba magna gloriatur, & ex hoc ad luxuriam excitatur, quod patet, quia perdita iuba, luxuriam deponit, vt dicit Plinius. Sic vere sunt multæ mulieres, quæ in pulchritudine ornatus sui ita gloriantur, quod discurrere non cessantes quandoque syluestres, id est, meretrices efficiuntur. Maxime autem in iuba, id est, in crinibus & capillis gloriantur, propter quod sæpe fit, quod ad luxuriam excitantur. De isto ornatu dicitur Prou. 7. vbi de mala muliere loquens, dicit sic: *Ecce mulier occurrit ornatu meretricio, garrula & vaga &c.* De talibus autem mulieribus sic impudice ornatis dicit Hier. *Si vir* (inquit) *vel mulier se ornauerit, & vultus hominum ad se prouocauerit, etiam si nullum inde sequatur malum, iudicium tamen meretur æternum. Venenum enim obtulit, licet, qui biberet, non adesset.*

§ Et aduerte, quod talis impudicus ornatus signum est luxuriæ manifestum. Vinum enim vendendum & equus vendendus solet exterius aliquo signo significari, vt vendendus esse noscatur. Illi etiam, qui merces suas volunt vendere, solent eas parare exterius, & ornare. Ornamenta ergo talium signa sunt, quod ei, qui emere eas voluerit, vendendæ sunt. Tales autem, quæ sic se ornant, fatuæ sunt, quia sæpe fit, quod vnde credunt se esse formosiores, sunt apud Deum & homines viliores. Vnde dicit Innocentius libr. de vilitate conditionis humanæ: *Absit, vt alterius color mutabilis sit natura. Quid enim vanius, quam crines pe-*

[illegible] cingere, faciem tingere, genas producere? Vana enim gratia [illegible] ide, & commutari fanum. Patet ergo, quod iste ornatus [illegible] tuus luxuriæ.

¶ Deinque dico, quod iste ornatus est occultatiuus malitiæ, [illegible] cum sit, quod sub ornatu honestæ conuersationis occul[illegible] poc[ri]tæ malitiam suæ fallæ intentionis. Isti enim sunt [illegible] um, quod pannis aureis exterius solet ornari, mor[illegible] tamen cadaueribus interius solet repleri. Quia quamuis isti [illegible] exterius ornati pannis siue paramentis bonæ conuersatio[nis], interius tamen repleti sunt cadauere peccati, & prauæ io[illegible] Matth. 24. Væ vobis hypocritæ, qui ædificatis sepulchra, & or[illegible] [illegible] ta. Isti autem, qui sic studeant in ornatu suæ exte[rioris conuer]sationis, fatui sunt, quia proculdubio apud recte [illegible] meliores non reputantur, sed falsiores sæpius æsti[mantur]. [V]nde dicit August. de virgin. lib. 1. Neglectus decor plus pla[cet], quod nos non ornatiores, ornatus est. Et certe talis hy[pocritarum] ornatus parum durat, quia diabolus eorum impor[illegible] atus in Antiocho, de quo dicitur 1. Machab. 1. quod [illegible] ornamentum aureum, quod erat in facie templi. Sic ergo patet, [quod tr]iplex inuenitur malus ornatus. Et breuiter omnis [illegible] malus, qui non fit vel ratione necessitatis, vel ratio[ne] [illegible] tis. Licitum enim est honeste & non superflue se or[nare] [illegible] de Sara exemplificatur 1. Pet. 3. dicitur, quod sanctæ [mulieres] sperantes in Deo ornabant se, subditæ proprijs viris. Ad quod [illegible] facit, quod dicit Ambros. lib. 1. de officijs: Non sit (inquit) decor corporis affectatus, nec vestibus vanitatibus adornatus, vel desit necessitatis, vel [illegible], vel accedat pulchritudini vel nitori. Hæc igitur de ornatu [illegible], & de ornatu corporis superfluo & vitioso, nec non de ornatu honestatis necessario & gratioso dicta suffici[ant].

A **Osculari. Osculum.** Cū osculari idem sit, quod os ori cumulari possumus [illegible] quod cum osculum sit inuentum, ad denotandum amo[rem] cordium & feruorem, amor vero

Quandoque est { Verus & virtuosus, / Falsus & proditiosus, / Carnalis & voluptuosus,

Secundum hoc potest triplex osculum inueniri, videlicet,

Osculum { Charitatis; / Falsitatis, / Voluptatis,

¶ Primo dico, quod in scriptura inuenitur osculum charita[tis]. Et hoc est illud osculum, id est, ille amor, & illud vinculum, quo Deus osculatus fuit humanum genus carnem sumendo, se [illegible] approximando & vniendo, quando scilicet misericor[dia] & veritas obuiauerunt sibi, iustitia & pax osculatæ sunt, Ps. 85. Quod osculum summe desiderabat humana natura, vbi ante aduentum dicebat Cant. 8. Quis mihi det te fratrem meum sugentem vbera matris meæ, vt inueniam te solum foris, & deosculer te, & iam nemo me despiciat? Foris enim, id est, extra Paradisum, id est, [illegible] in mundo cupiebat Dei filium inuenire, & eum oscula[ndo] sibi vnire, vt sic sine despectu posset secum perpetuo cū[illegible]. Et quod etiam ipse Dei filius figurari potuit in Narcisso, qui imaginem suam tantum dilexit, quod eam in fonte respi[ciens] & osculando submersus fuit. Quia reuera Dei filius i[maginem] suam, id est, hominem ad imaginem eius factum, in fonte [illegible] virginalis osculatus est, carnem, scilicet sumendo, quod pro nimia charitate mortem incurrit, se propter hu[manum genus] [cru]cifigi permittendo. Vnde Gen. 27. Accessit, & osculatus [est eum]. Illud etiam osculum charitatis potest significare illud a[moris] [vin]culum, quod nobis Deus facit, quando per charita[tem] & gratiam se nobis intimat & coniungit. Imago enim in speculo vel in aqua talis est naturæ, quod si te elongaueris, elon[gatur], si autem te sibi appropinquaueris, appropinquabit se et[iam] vsque ad osculum. Sic vere Deus elongatur ab illis, qui per peccatum ab eo se elongant, quia longe est Dominus ab impijs. Prou. 15. Illis autem, qui per pœnitentiam sibi appropinquant, solet appropinquare, & vsque ad osculum, id est, vsque ad perfectæ charitatis vinculum eis per gratiam copulari. Tale osculum pe[tit] Deus a nobis, dicens Gen. 26. Accede ad me, & da mihi osculum [fili] mi. Ipse etiam nos osculatur,

Nos ad indulgentiam recipiendo,
Nobis gratiam concedendo & conferendo,
Nos in gloriam introducendo.

Dico, nos recipiendo ad indulgentiam, quia sicut dicitur Luc. 15. Pater misericors cecidit super collum filij prodigi reuertentis, & osculatus est eum. Dico etiam, nobis gratiam communicando, & sic osculatus est Rex Dauid senem Berzellai 2. Regum 19. Osculatus est Rex Berzellai, & benedixit ei. Dico insuper, quod Deus osculatur nos in cœlestem gloriam introducendo, sicut de Laban dicitur Genes. 29. quod audiens Iacob sororis suæ filium aduenisse, cucurrit in obuiam eius, duxit eum in domum suam. Item adhuc dico, quod istud osculum charitatis potest significare illud concordiæ vel amicitiæ vinculum, quod est etiam inter bonos, quia scilicet viri iusti solent se spiritualiter osculari, & per charitatis amorem alter alteri colligari, sicut de Dauid & Ionathan dicitur 1. Regum 20. quod osculantes alterutrum fleuerunt pariter, Dauid amplius. De Tobia etiam dicitur Tob. 7. quod Raguel cum lacrymis osculatus est eum. Sic ergo patet, quod in scriptura inuenitur osculum charitatis.

¶ Secundo dico, quod in scriptura inuenitur osculum falsitatis, & istud certe est B

Osculum { Dæmonis decepturis, / Mundi defraudatoris, / Hominis proditoris.

Diabolus enim osculatur homines ipsos decipiendo. Figuratus in Ioab, qui tenens mentum Amasa, quasi osculans eum, & quasi osculando occidit eum, sicut dicitur 2. Reg. 20. Quia vere diabolus primo fingit osculari hominem, eidem mundi prospera conferendo, ipsum tamen tandem proditiose occidit, vitam & prosperitatem subtrahendo, & ipsum mortis æternæ iaculis feriendo. De tali osculo dicitur Prou. 27. Meliora sunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oscula odientis. Mundus enim osculatur adulando & alliciendo, sicut de mundanis amicis dicitur Eccl. 29. Postquam accipiant, osculantur manus dantis, & in promissionibus humiliant vocem suam. Quia scilicet tales non osculantur, nec applaudunt, propter veram amoris charitatem, sed solum propter proprij lucri vtilitatem, sicut de Absalon dicitur 2. Reg. 15. quod ipse omnes illos, qui veniebant ad curiam patris sui Dauid, osculabatur, vt ab eis in Regem promoueretur. Proditor vero osculatur amorem fingendo & simulando, sicut de Iuda dicitur, quod ipse dicit Iudæis Matth. 26. Quemcunque osculatus fuero, ipse est, tenete eum. Quia procerto proditores sub specie amicitiæ non cessant osculari & applaudere, vt hominem possint decipere, & secreta sua inuestigare, & ipsa alijs reuelare, sicut dixit Christus Iudæ: Osculo filium hominis tradis? Istud est osculum falsitatis.

¶ Tertio dico, quod inuenitur osculum voluptatis, & istud C est osculum luxuriosorum, qui more canum non cessant osculari, & exinde ad carnis voluptatem & immunditiam inclinari, & excitari. Vnde de mala muliere & de fatuo iuuene dicitur Prou. 7. Apprehensum deosculatur iuuenem, & procaci vultu blanditur, dicens &c. Et sequitur, quod iuuenis statim eam sequitur quasi bos ductus ad victimam, & nescit, quod ad vincula stultus trahatur. Sic ergo patet, quomodo triplex est osculum, scilicet,

Charitatis & amicitiæ,
Falsitatis & fraudulentiæ,
Voluptatis & immunditiæ.

**Os. Oris.** Nota, quod os secundum diuersa officia habet A plures virtutes in anima designare. Oris enim officia sunt quatuor, scilicet,

Cibos recipere, & masticare ad corporis nutritionem,
Aerem attrahere ad cordialis caloris refrigerationem,
Verba formare ad animi manifestationem,
Superfluitates vomendo eijcere ad corporis liberationem.

Secundum ergo istas proprietates possumus notare, quod os secundum bonum significatum signat multipliciter in scriptura. Signat enim

Virtutem { Discretionis, / Affectionis, / Locutionis.

Signat (dico) virtutem discretionis, quia scilicet sicut omnes cibos recipit, ipsosque masticat atque terit, & inter ciborum saporem discernit, quod bonū est, ad ventrem transmittit, quod malum est, reijcit & expellit: sic vere virtus discretionis & cogitationis cibus exteriorum rerum debet masticare, discutere, & discernere, & antequam ad ventrem affectionis transeant, vtrum bona vel mala sint, debent caute discernere, & videre. Bona autem debet intus in corde & affectione recipere, & pro nutrimen-

trimento spirituali animæ retinere; mala vero debet reijcere, & ne animæ nocumentum inferant, refutare, quia sicut dicitur Prou. 21. *Qui custodit os suum, custodit ab angustiis animam suam.*

B ¶ Item os signat virtutem affectionis. Sicut enim os attrahit spiritum & aerem, ex quo cordis calor temperatur, & cum ore etiam vermes se solent trahere, & in anterius se mouere: sic cor & affectio Spiritum sanctum per deuotionem attrahit, qui calores tentationum refrigerat atque tollit. Cum ore etiam affectionis homo per bona desideria trahitur, & ad partem anteriorem bonorum æternorum continue mouetur Psalm. 118. *Os meum aperui, & attraxi spiritum, quia mandata tua desiderabam.*

C ¶ Item dico, quod os signat virtutem locutionis. Et sic dico, quod istud os debet esse apertum, & debet esse clausum. Apertum, dico, videlicet,

Ad { Deum collaudandum,
Populo prædicandum,
Peccata confitendum,
Dyscolos arguendum,
Dominum exorandum.

D ¶ Dico, quod istud os debet esse apertum ad collaudandum Dei maiestatem Psal. 8. *Ex ore infantium & lactantium perfecisti laudem.* Et Psal. 39. *Immisit in os meum canticum nouum, carmen Deo nostro.* ¶ Item ad prædicandum omnem veritatem Hierem. 1. *Ecce dedi verba mea in ore tuo* Et in Psal. 48. *Os meum loquetur sapientiam, & meditatio cordis mei prudentiam.* ¶ Item ad confitendum culpæ grauitatem Iob 7. *Non parcam (inquit) ori meo, loquar in tribulatione spiritus mei, confabulabor cum amaritudine animæ meæ.* Rom. 10. *Ore autem confessio fit ad salutem.* ¶ Item ad arguendum morum prauitatem Iob 23. *Ponam coram eo iudicium, & os meum replebo increpationibus.* Figura in asina Balaam. Num. 22. cuius Dominus os aperuit, & Balaam magistrum suum reprehendit, vt sic dicat quilibet nostrum illud Esa. 49. *Posuit os meum Dominus quasi gladium bis acutum.* Vt & sic figuretur in illo filio hominis, *qui in ore suo habebat gladium bis acutum,* Apoc. 19. Aduerte tamen, quod multi sunt similes lampetræ, quæ solo ore est ossea & dura, toto autem corpore mollis & carnea. Psittacus etiam in solo ore habet potentiam & virtutem. Quia reuera isti solum potentes sunt in verbis, & nihil in opere Apoc. 9. *Potestas equorum in ore ipsorum.* ¶ Item ad deprecandum Dei pietatem. Vnde in Ps. 65. *Ad ipsum ore meo clamaui, & exultaui sub lingua mea.* Sed, prohdolor, multi sunt hodie, qui tali ore videntur carere, quia scilicet nesciunt loqui, nec prædicando, nec confitendo, nec Deum laudando, nec proximum arguendo. Similes quibusdam monstris Æthiopiæ, quæ ore dicuntur carere, & solo odore viuere, & quamuis alias formam humanam habeant, vocem tamen dicuntur penitus non habere. Sic isti, quantum ad vsum rectæ locutionis & discretionis, ore carent, & à pronunciatione humanæ vocis silent perpetuo, atque tacent Psalm. 113. *Os habent, & non loquentur &c.* Non sic ergo, sed habeamus modo prædicto os apertum.

E ¶ De ore autem, in quantum per ipsum superfluitates vitiorum euomuntur, dic, sicut proxime supra dixi, ibi. Item ad confitendum culpæ grauitatem &c. Sic ergo patet, quomodo os quadrupliciter sumitur in bono.

F ¶ Item illud os debet esse clausum, quia scilicet vir iustus debet loco & tempore claudere os suum, scilicet per silentij taciturnitatem, & per prudentis consilij maturitatem. Ita claudebat illud ille, qui dicebat in Psalm. 38. *Posui ori meo custodiam, cum consisteret peccator aduersum me.* Homo enim inter omnia animalia respectu corporis sui valde habet os modicum. Ad denotandum, quod isti, qui sunt homines, id est, personæ rationabiles debent habere os strictum & clausum, quantum ad ratum & modestum vsum verborum, iuxta illud Eccl. 28. *Verbis tuis facito stateram, & frenos ori tuo rectos:* Quod apparet in ore, quod duos habet circuitus, seu muros, labia scilicet atque dentes. Ad denotandum, quod cum difficultate & deliberata maturitate loqui debemus, quando verba nostra per tot portas transitura esse videntur. Et ideo dicitur Eccl. 21. *In ore fatuorum cor illorum, & in corde sapientum os illorum.* Sic ergo patet, quomodo os clauditur in bono.

G ¶ Sed adhuc dico, quod os signat quandoque in malo, & sic potest per os intelligi omne genus malæ locutionis. Animalia enim mordacia & rapacia solent habere multo maiora ora & latiora, quam animalia mitiora, sicut patet de leonibus, vrsis, canibus, atque catris respectu hominum, ouium, atque boum. Quia pro certo illi, qui sunt in mundo isto bestiæ rapaces & mordaces, id est, peccatores nocentes & sylvestres solent proculdubio habere præ cæteris ora maiora, & ad maniter loquendum promptiora & ampliora Psalm. 34. *Dilatauerunt super me os suum, sicut leo rapiens & rugiens.* Quia sicut dicitur Prou. 15. *Os impiorum redundat malis.* Et nota, quod mali habent os magnum principaliter ad multa, videlicet,

Ad fallendum per deceptionem,
Ad mordendum per detractionem,
Ad lambendum per adulationem,
Ad iurandum per blasphemationem,
Ad clamandum per iniuriationem,
Ad iactandum per inanem gloriationem,
Ad mentiendum per falsam locutionem.

¶ Primo ergo dico, quod mali habent os ad fallendum per deceptionem, & isti sunt proditores & hypocritæ, qui verum habent in ore, & aliud in corde suo, de quibus dicitur in Psalm. 61. quod *in ore suo benedicebant, & in corde suo maledicebant.* Isti potissime sunt multi in curia principum & magnatum, qui sub specie boni semper solent falsa consilia machinari. Similes cani rabido, qui semper gestat os apertum, & semper salinam effundit venenosam. Quia scilicet mali consiliarij, & homines falsi semper habent os apertum & promptum ad verba venenosa in præiudicium subditorum emittenda, & ad praua & venenosa consilia suggerenda, de quibus dicitur in Psal. 49. *Os tuum abundauit malitia, & lingua tua concinnabat dolos:* & Prou. 11. *Simulator ore decipit amicum suum, & ducit eum per viam non bonam.*

¶ Secundo dico, quod mali habent os ad mordendum per H detractionem, similes corticæ marinæ, quæ secundum Plin. plus habet os magnum & durum, quam quodcunque aliud animal. Duros enim lapides solet frangere, & oris fortitudine lacerare. Similes etiam Manticoræ, cuius os horribile trinos ordines dentium dicitur in ore gestare, quibus dicitur homines deuorare. Similes insuper serpenti, qui dicitur Præster, qui secundum Isid. & Lucanum, patulo ore semper incedit, venenumque continue diffundens, membrum, quod mordet, inficit, & rumpit. Quia proculdubio os detractorum valde est horribile atque durum, & ad inuenenandum & diffamandum semper est patulum & apertum Ps. 108. *Os peccatoris & dolosi super me apertum est, & sermonibus odij circumdederunt me, & expugnauerunt me gratis.* Isti enim os habent ita durum, quod nullus est ita virtuosus & fortis, quin ad dentes seu detractores veniens, confringatur, & quin per morsus suæ detractionis per infectionem infamiæ rumpatur. *Horum enim os* (teste Psalm.) *maledictione & amaritudine plenum est, sub lingua eorum labor & dolor.* Tres enim ordines dentium in ore eorum homines isti dicuntur habere, in quantum scilicet suis verbis detractoriis solent tria genera personarum, scilicet superiores, pares, & inferiores, detractorie deuorare. Figurati in illa bestia Dan. 7. *quæ habebat tres ordines dentium in ore, qui dicebant ei: Surge, comede carnes plurimas.* Istud est os gladij, de quo fit toties mentio in scriptura Ios. 6. *Interfecerunt in ore gladij omnes.* Lingua enim detractorum gladius est acutus, quia videlicet sicut gladius scindit & lacerat, quicquid tangit, sic os detractorum bonos mordet, & deuorat & corrodit. Vnde de Doech Idumæo dicitur 1. Reg. 22. quod *Nobe ciuitatem sacerdotum percussit in ore gladij.*

¶ Tertio dico, quod mali habent os ad lambendum per adulationem. Os enim de sua natura suaue est, & lene, & labijs mollibus & teneris circumseptum. Sic isti habent os lene & suaue per adulationem & mollitiem verborum, & circumseptum per fraudem & deceptionem. Similes sanguisugæ, quæ in ore portat fistulam, qua sanguinem attrahit in sugendo. Quia scilicet tales cum fistula verborum dulcium attrahunt, & acquirunt sibi sanguinem, id est, temporalem substantiam aliorum. De quibus possent dicere ipsorum auditores illud Esa. 29. *Populus iste ore suo appropinquat.* Et in Psal. 48. dicitur: *Postea in ore suo complacebunt &c.* Tale os etiam habent malæ mulieres, ... sunt similes illi serpenti, qui dicitur sepa, quæ ... carnem & ossa liquefacere, & in nihilum redigere & consumere. Similes etiam sunt pisci, qui dicitur Fastem, in cuius ore aqua maris dulcescit, ita quod alios pisces ad sui oris dulcedinem attrahit & occidit, sicut dicit Iorath. Sic vere mala mulier verbis oris sui solet homines liquefacere, æstuare, & eneruare, & ... attrahente dulcedine per mala desideria occidere, & per luxuriæ opera deuorare Prou. 22. *Fouea profunda os alienæ.* Vnde Iob 41. dicitur: *In medium oris ipsius quis intrabit?* Sequitur. *De ore ipsius lam-*

*lampadis procedunt.* Iſti habent os ad lambendum per adulationem.

¶ Quarto dico, quod mali habent os ad iurandum per blaſphemiam, contra illud Eccl. 23. *Iurationi non aſſueſcat os tuū.* Et iſti ſunt illi, qui non ceſſant anathematizare, blaſphemare, & iurare, & contra Deum verba nefaria propalare, de quibus dicitur Pſal. 72. *Poſuerunt in cœlum os ſuum, & lingua eorum tranſiuit in terra.* Et iſti figurantur in illa terribili beſtia, Apo. 13. de qua dicitur, quod *datum eſt ei os loquens magna, & aperuit os ſuum in blaſphemias contra Deum.*

L ¶ Quinto dico, quod mali habent os ad clamandum & iniuriandum, & iſti ſunt potiſſime iracundi, qui ea ore ſuo non ceſſant verba iniurioſa emittere, & totam circumiacentem patriam conturbare. Figurati Apoc. 12. in beſtia illa, *quæ aſcendebat de mari, quæ habebat os ſicut os leonis &c.* Quia videlicet tales iniurioſi & iracundi ſolent ore ſuo alios conturbare, ſicut leo ſolet ore beſtias deuorare. Iob 41. *Flamma de ore eius egreditur.* Vnde Prou. 18. *Os eius iurgia prouocat, os ſtulti contritio eius.*

M ¶ Sexto dico, quod mali habent os apertum ad iactandum per inanem gloriationem Pſal. 16. *Os eorum locutum eſt ſuperbiam.* Figurati, ſcilicet Dan. 7. in quodam cornu modico, de quo dicitur, *quod habebat os loquens grandia.* Quia pro certo illi, qui ſunt, inter cæteros magis modici per virtutum tenuitatem, conſueuerunt magis loqui grandia per iactantiæ & ſuperbiæ vanitatem. Prou. 17. *Qui exaltat os ſuum, quærit ruinam.* Et Matth. 12. *Ex abundantia cordis os loquitur.*

N ¶ Septimo vero dico, quod quidam habent os ad mentiendum per vanam locutionem, de quibus dicitur Sap. 1. *Os quod mentitur, occidit animam.* Tales autem ſunt illi, qui multis verbis ſolent vti, difficile eſt enim quin non cadant in ſtultiloquio vel mendacio. Vnde de talibus dicitur Eccl. 18. *Ex ore fatui reprobatur parabola, eo quod non dicit eam in tempore ſuo.* Et Eccleſ. 21. *In ore fatui verba inenarrabilia.* Ideo bene docetur Eccleſ. 23. *Indiſciplinatæ loquelæ non aſſueſcat os tuum.* Multi enim caſus in ea ſunt. Quod tamen eſt contra multos, qui ita aſſueti ſunt ad iurandum & mentiendum, quod vix poſſunt aliqualiter abſtinere. Et ſic ergo patet, quomodo peccatorum os ſeptempliciter variatur in malo. Hæc igitur de ore ſufficiant. Vide ſupra de loqui, de labijs, de lingua &c.

A **Os. Oſsis.** Cum Oſſa ſint in corpore partes ſolidiores, & ad ſuſtentationem flexibiliū carnium aptiores, inde eſt quod per oſſa poſſunt intelligi illi, qui ratione ſtatus & gradus in corpore eccleſiæ habent ſubditos & fragiles ſuſtinere, ſicut ſunt iudices, principes, magnates, prælati, religioſi, clerici & alij, qui inter alios debent eſſe virtuoſi & perfecti, ſiue boni fuerint ſiue mali. Dicamus ergo, quod oſſa poſſunt ſignificare in bono & in malo. In bono ſignificant viros virtuoſos & perfectos. In malo vero ſignificant viros vitioſos & infectos.

B ¶ Dico ergo, quod per oſſa ſignificantur homines perfecti & virtuoſi, & maxime eccleſiaſtici & prælati, quia ſcilicet iſti in corpore eccleſiæ gerunt officium oſſium, alios ſcilicet fouendo, & ſuſtinendo, & in bono, ne deficiant adiuuando. ad Rom. 15. *Debemus autem nos firmiores imbecillitatem infirmorum ſuſtinere.* Vt ſic poſſimus Chriſto dicere illud 1 Paral. 11. *Os tuum ſumus & caro tua.* ¶ Vbi aduerte, quod viri perfecti poſſunt dici oſſa. Sicut enim oſſa

Dura ex ſubſtantia componuntur,
Neruis adinuicem coniunguntur,
Carne exterius veſtiuntur.
Medulla interius imbuuntur.

Sic pro certo viri perfecti debent

Firmiſſime fundari per conſtantiæ fortitudinem [Os]
Fortiſſime ligari per concordiæ firmitudinem [Sumus]
Exterius velari per modeſtiæ mititudinem [Caro]
Interius rigari per clementiæ plenitudinem [Tua]

Quæ pro certo chariſſimi, ad viros eccleſiaſticos pertinet, quod habeant principaliter iſta quatuor, videlicet,

Conſtantiæ ſtabilitatem [Os tuum inquit]
Concordiæ charitatem [Sumus]
Modeſtiæ carneitatem [Caro]
Clementiæ medullitatem [Tua].

C ¶ Dico igitur primo, quod in oſſibus Eccleſiæ debet eſſe cōſtantiæ fortitudo. Et hoc etiam datur intelligi cum dicitur [Os] quia ſcilicet ſicut oſſa de ſua natura ſunt alba, arida, inſenſibilia, dura, (& inde eſt, quod faciliter non corrumpuntur, nec aqua molliuntur, nec igne etiam flectuntur aut diſſoluuntur, imo quamuis in medio carnium, ſanguinum & humorum habeant locum ſuum, nunquam tamen propter hoc deſtruuntur) ſic viri iuſti in corpore Eccleſiæ, & maxime religioſi, eccleſiaſtici & prælati debent eſſe

Albi per innocentiam,
Aridi per abſtinentiam,
Inſenſibiles per patientiam,
Fortes & duri per conſtantiam.

Infirmos enim debent ſuſtinere, bona debent fortiter facere, & mala fortiter tolerare, & nunquam corrumpi, vel deficere, nec igne aduerſitatis, nec aqua proſperitatis à bono immutari vel deſiſtere, ſed in bono perſeueranter & iugiter permanere [Os inquit] Et ſi ſic fecerimus, Chriſtus de quolibet noſtrum dicere poterit illud Gen. 2. *Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea.* Vnde etiam de iſta durabili oſſium ſpiritualium cōſtantia poteſt dici illud Exod. 12. *Os illius non confringetis.* Quod tamen eſt contra multos, qui per auaritiam comburuntur, per inuidiam corrumpuntur, per triſtitiam conteruntur. Comburuntur (dico) per auaritiam 3. Reg. 13. *Tulit oſſa de ſepulchris, & combuſſit ea ſuper altare.* Quia hodie oſſa ſepulchrorum, id eſt, religioſi, & oſſa altarium, id eſt, ſacerdotes & clerici à diabolo comburuntur per auaritiam Iob 30. *Oſſa mea aruerunt præ caumate.* Item corrumpuntur per inuidiam, quia ſicut dicitur Prou. 14. *Putredo oſſium inuidia.* Item conteruntur per triſtitiam & iracundiam Pſal. *Quaſi leo ſic contriuit omnia oſſa mea.* Non ſic chariſſimi, ſed ſit in nobis conſtantiæ fortitudo. Os inquit tuum.

¶ Secundo dico, quod in nobis debet eſſe concordiæ viciſſitudo, quod oſtenditur, cum dicitur [Sumus] Sumus enim denotat multitudinem aggregatam. Quia ſicut multa oſſa in corpore aggregantur, ita etiam quod oſſa quaſi in omni membro plura ſimul & duplicata inueniuntur, iſta inſuper oſſa neruis & tenaculis inuicem coniunguntur, ſic viri perfecti in eccleſia debent ſimul eſſe per concordiam & vnitatem, & debent inuicem coniungi & ligari per veram amicitiam & charitatem, vt ſic dicat Eccleſia illud Iob 10. *Pelle & carnibus veſtiſti me, oſſibus & neruis compegiſti me.* Vt ſic de charitate & concordia talium oſſium dicatur illud Ezech. 37. *Acceſſerunt oſſa ad oſſa, vnumquodque ad iuncturam ſuam.* Vnde etiam 3. Reg. 13. dicitur. *Ponite oſſa mea iuxta oſſa viri Dei.* Quod eſt contra multos, qui procul dubio non ſunt oſſa coniuncta per concordiam & charitatem, ſed magis oſſa disiuncta per odij diuiſionem & contrarietatem, de quibus dicitur Ezechiel 6. *Diſpergam oſſa veſtra circa aras veſtras.* Non ſic, ſed ſit in nobis concordiæ viciſſitudo [Sumus inquit] vt ſic nobis dicat Dominus illud 2. Reg. 19. *Os meum & caro mea vos.* Et nos dicamus illud 2. Reg. 5. *Ecce os tuum & caro tua ſumus nos.* D

¶ Tertio dico, quod in nobis debet eſſe modeſtiæ mititudo, quod notatur cum dicitur [caro] quia ſicut videmus, quod oſſium duritia in omni parte corporis ſemper eſt carnis mollitie cooperta, ſic vir perfectus quamuis in ſe ſit quandoque durus, ſolidus, rigidus & ſeuerus exterius, tamen in coopertura, id eſt, in apparentia, ſcilicet, in verbis & in modis ſemper debet habere carnem, quæ naturaliter eſt mollis, id eſt, modeſtiæ & benignitatis teneritudinem & dulcorem, vt ſic poſſit dicere Eccleſia: *Adhæſit os meum carni meæ.* Quamuis hodie proculdubio de multis poſſit dici illud Iob 19. *Pelli meæ conſumptis carnibus, adhæſit os meum.* Quia vere hodie oſſa Eccleſiæ, ſcilicet eccleſiaſtici mali, non adhærent carnibus exterioribus benignitatis, ſed magis pellibus foderaturarum vel ſubductuiarum & carnalis voluptatis, vel pellibus, quæ inflatæ faciunt ſonum, id eſt, turgedini ſuperbiæ, arrogantiæ, & vanitatis. Non ſic ergo, ſed ſit in nobis modeſtiæ mititudo &c. E

¶ Quarto vero dico, quod in nobis debet eſſe clementiæ plenitudo, & hoc oſtenditur cum dicitur (Tua) Oſſa enim non ſeruiunt ſibi ſolum, ſed etiam alijs membris, quia ſcilicet omnia illa membra habent ſuſtinere, ita quod oſſa magis proprie poſſunt dici eſſe aliorum quam ſua. In quo notatur virtus clementiæ, quæ alios fouet, ſuſtinet & ſupportat. Vir enim pius non quod ſuum eſt quærit, ſed quod alterius. Vnde proprie vir pius non eſt ſuus, imo ſuus, quia ſcilicet in bonis ſuis, vel aliorum ſolet gaudere, & in malis aliorū dolere. Vnde Eſa. 66. dicitur, *Oſſa veſtra quaſi herba germinabunt.* Oſſa enim interius ſunt naturaliter plena medulla, quæ ſcilic. ipſorum ſiccitatem temperat, & eorum ſubſtantiam nutrit pariter & homectat. Sic vere in oſſibus ſpiritualibus, id eſt, in perſonis eccleſiaſticis & perfectis, debet F

semper esse & abundare medulla pietatis interius, quæ ipsos debet irrigare, & cordialites humectare. Iob 2. *Viscera eius plena sunt adipe, & medullis ossa ipsius irrigantur*. Quod est contra multos, qui procerto non sunt ossa medullis plena per pietatem sed potius sunt ossa dura, sicca & arida per incompassionis duritiam, & siccitatem, de quo in Psal. 101. *Ossa mea sicut cremium aruerunt*. Non sie ergo charissimi, sed simus Ossa

Medullosa per pietatem,
Carnosa per benignitatem,
Neruosa per charitatem,
Dura seu virtuosa per constantiæ firmitatem.

Et sic patet quomodo ossa signant viros perfectos & virtuosos.

G ¶ Sed adhuc dico, quod ossa possunt significare viros infectus & vitiosos, scilicet peccatores, & maxime illos, qui in eorpore diaboli locum obtinent principalem maiores, scilicet & potentes siue potentiores. Nota ergo, quod peccatores dicuntur Ossa propter

Duram soliditatem,
Inanem vacuitatem,
Siccam ariditatem,
Carnis vicinitatem,
Sensus nullitatem,
Sonitus clamositatem,

¶ Quia proculdubio peccatores habent

Soliditatem obstinationis,
Vacuitatem imperfectionis,
Ariditatem indeuotionis,
Carneitatem deuotionis,
Insensibilitatem indiscretionis,
Clamositatem infamiæ & murmurationis.

H ¶ Dico ergo, quod peccatores sunt ossa solida per obstinationem, quia scilicet sicut ossa propter sui soliditatem & duritiam non facile penetrantur, sic nec peccatores, propter duritiã suæ obstinatæ voluntatis facile ad pænitentiam conuertuntur. Exo. 12. *Nec os ipsius confringetis*. Et sicut videmus, quod ossa nec aqua molliuntur, nec igne dissoluuntur, sicut faciũt cornu & vngues sic peccatores obstinati aqua dulcis monitionis non possunt molliri, nec igne asperæ correctionis dissolui. Et ideo proprie peccatores dicuntur ossa sepulta, quia scilicet in sepulchro malæ consuetudinis sunt inhumata Iosuæ 24. *Ossa Ioseph, quæ tulerant de Aegypto sepelierunt in Sichem*. ¶ Item isti sunt ossa vacua per imperfectionem: Ossa enim interius concaua sunt communiter & vacua maiori parte, medulla enim quæ ibi est, non solet concauitatem replere, ad denotandum, quod isti peccatores vacui sunt omni bono Iob 33. *Ossa, quæ tecta fuerant, nudabuntur*. ¶ Item isti sunt ossa arida per indeuotionem, quia sicut ossa naturaliter arida sunt, & parum habent de humore, sic peccatores sicci sunt, & aridi, & humore deuotionis priuati Psal. 101. *Ossa mea sicut cremium aruerunt* Ezech. 37. *Ossa arida audite verbum Domini*. Et sicut videmus, quod res arida cito comburitur, sic isti sicci, aridi & indeuoti, igne concupiscentiarum inflammantur faciliter. Similes ossibus leonis, quæ ita sunt arida & solida, quod ex sui collisione ignem dicuntur emittere. Vt sic de istis dicatur illud 4. Reg. 23. *Occidit sacerdotes excelsorum, & combussit ossa humana*. ¶ Item dicunt, quod peccatores sunt ossa carni vicina per carnalem dilectionem. Sicut enim ossa ex omni parte carne inuoluuntur, sic peccatores ex omni carne, id est, carnis voluptate teguntur Iob 19. *Adhæsit os meum carni meæ*. ¶ Item isti sunt ossa insensibilia per indiscretionem & per incompassionem. Ossa enim nullam habent virtutem sensitiuam. Eorum enim dura substantia non est habilis ad hoc, quod delectationem sentiat vel dolorem. Sic vere isti non habent sensum discretionis, nec etiam sensum pietatis vel compassionis. Nihil enim sentiunt de his, quæ pertinent ad salutem, nec de miseriis aliorum. Prou. 23. *Verberauerunt me, & non dolui; vulnerauerunt me, & non sensi*. Isti sunt ossa mortua, de quibus dicitur Matt. 23. quod *sepulchra dealbata plena sunt ossibus mortuorum*. ¶ Item isti sunt ossa clamosa per discordiam & murmurationem, quia scilicet sicut ossa inuicem collisa faciunt strepitum, sic mali inuicem coniuncti faciunt & generant dissensionis & detractionis sonitum. De Behemoth enim, id est, de diabolo dicitur Iob 40. quod *ossa illius velut fistulæ æris sonantia*. Et sic ergo bene patet, quod istis tea rationibus mali possunt dici ossa. Et sicut videmus, quod ossa quamuis in se non habeant nec sensum nec motum, in corpore tamẽ solent locum maximum occupare: sic mali, quamuis nec motũ bonæ operationis, nec sensum discretionis nec compassionis habeant in corpore, tamen Ecclesiæ magnum locum tenent & occupant. Quod bene figuratum est Ezech. 37. vbi dicitur. *Demisit me spiritus in medio campi, qui erat plenus ossibus aridis*. Et dicitur ibidem, quod extensa sunt super ea nerui, & carnes, & cutis, & spiritum non habebant. Quia vere charissimi, totus campus Ecclesiæ plenus est ossibus, id est, personis duris & aridis, indeuotis & insensibilibus, qui proculdubio neruis diuitiarum, carnibus deliciarum, & cute exteriorum opulentiarum hodie præ cæteris in Ecclesia sunt operti, spiritu tamen sancto & cœlestibus gratiis sunt priuati. Vnde ibidem dicitur. *Fili hominis ossa hæc vniuersa domus Israel est*. Sic ergo patet, quod ossa signant homines malos & defectuosos.

¶ Si vis per ossa intelliguntur interiores virtutes, carnem, id est, fragilitatem nostram ne defluat sustinentes, & maxime virtus fortitudinis & constantiæ, de quibus Prou. 16. *Dulcedo animæ sanitas ossium*. I

¶ Vel si vis, per ossa intelliguntur peccata, & maxime peccata duræ obstinationis & incompassionis. Lucæ 24. *Palpate, & videte, quoniam spiritus*, id est, homo spiritualis, *carnem & ossa non habet*. K

# Ostendere.

Nota, quod ostendere nihil aliud est, quã aliquid alicui reuelare, monstrare, vel declarare. Vnde breuiter possumus dicere, quod ostendere potest sumi in bono, & in malo. Et quidem in bono possumus dicere, quod est quædam ostensio diuina, qua Deus hominibus ostendit A

Viam bonam quam teneamus,
Culpæ periculum quod caueamus,
Iram suam quam timeamus,
Inferni tormentum quod fugiamus,
Gratiam suam quam diligamus,
Locum summum quem cupiamus.

Sicut enim videmus, quod sapiens Medicus ostendit infirmo quid debeat facere, & à quibus debeat abstinere, & breuiter quicquid videtur sibi necessarium ad sanitatem recuperandã, ostendere sibi solet, sic Deus infirmis, id est, peccatoribus huius mundi solenne receptum dictauit, scilic. sacram scripturam, in qua proculdubio hominibus dilucide ostenditur quicquid est necessarium ad salutem. Ostendit enim nobis ibidem

Quid {
Tenendum,
Cauendum,
Timendum,
Hortendum,
Diligendum
Eligendum.
}

Primo ergo dico, quid iste nobis ostendit, quid debemus tenere. Quia scilicet, iste est sicut elephas, qui hominem in nemore errantem inueniens, solet eum præcedere, & ei viam ostendere, & eum, si necesse sit, à dracone defendere. Sic vere Deus in sylua huius mundi nos errantes à diabolo defendit, & viam mandatorum suorum nobis enucleat, & ostendit. Illud autem non solum ostendit in libro artificiali, sed etiam in libro naturali, hoc est dictum, in synderesi rationis, in qua Deus descripsit nobis, & ostendit de omnibus rebus mundi, quid agendum, & quid fugiendum, & circa quod de necessitate salutis insistendum. Eccl. 17. *Creauit illis scientiam spiritus, sensu impleuit cor illorum, bona & mala ostendit illis*. Et Eccl. 18. dicitur. *Ostendit illis viam æquitatis*. Ostendit ergo, quid debeamus tenere. B

¶ Secundo dico, quod ipse ostendit, quid debeamus cauere. Sicut enim Medicus ostendit infirmo cibos grossos & contrarios, à quibus abstineat: sic Deus ostendit, quæ sunt mala & peccata, vt ipse homo fugiat & caueat. Et istam ostensionem petebat Iob 13. dicens Domino: *Responde mihi, quantas habeo iniquitates & peccata? scelera mea & delicta ostende mihi*. C

¶ Tertio ostendit nobis, quid debemus timere, quia scilicet nos debemus timere D

Dei {
Potentiam & auctoritatem,
Iustitiam & seueritatem,
Scientiam & subtilitatem.
}

Nobis ergo timenda ostenditur Dei potentia, quæ est insuperabilis. Luc. 12. *Ostendam autem vobis, quem timeatis. Timete eum, qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam*. Et Iob 13. *Contra folium, quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam, & stipulam siccam persequeris*. Item Dei iustitiam, quæ est irrefragabilis, & maxi-

maxime ille rigor, & illa iustitia, quam quotidie nobis ostendit [illegible]arum & tribulationum immissione, est timendus, quia scil. [illegible]um est. q Deus propter peccata nostra nobis irascitur, vel quia ne peccemus, ad nos terrendū nobis tribulationibus com[illegible]atur. Quod bene figuratur Ex. 19. vbi Deus ad terrorem incutiendū, & ad timorem suum hominib. imprimendum, dando legem suam ostendit populo Israel multa terribilia, scilicet,

Ignem ardentem,
Montem fumigantem,
Tubam clamantem.

e De quo dicitur Deut. 4. *De cælo audire te fecit vocem suam, vt doceret te, & in terra ostendit tibi ignem suum maximum*: & in Psalm. *Ostendisti mihi tribulationes multas & malas, & conuersus viuificasti me, &c.* Item timenda est Dei scientia infallibilis, seu deceptibilis. Iob 11. *Vtinam Deus loqueretur tibi, & ostenderet tibi secreta sapientiæ suæ, & quod multiplex sit lex eius.* Ostendit ergo Deus, quod debemus timere. Ipse enim est sicut auriga, qui ostendit virgam equo pigro, vt timore ipsius celerius vadat. Sic Deus virgam tribulationum & correctionum suarum nobis ostendit, vt eum timeamus, & vt timore eius à malo abstineamus, & in via mandatorum celerius procedamus. Psal. 59. *Ostendisti populo tuo dura, potasti nos vino compunctionis.*

E ¶ Quartum dico, quod Deus nobis ostendit, quid debemus horrere, & hoc est, quando ostendit nobis periculum æternæ damnationis, & pœnas & miserias damnatorum. Teste enim Plinio, Phalangium est genus araneæ, cuius ictus acerbior est, quam vespæ. Est tamen remedium contra morsum ipsius, quod vna alia talis aranea mortua ostendatur sic percusso. Et ideo tales araneæ mortuæ ex industria seruantur, vt percussis ab alijs pro remedio ostendantur. Sic vere loquendo spiritualiter, cum araneæ, id est, mali homines nos lædant, infestent, & percutiant multipliciter in hoc mundo, summum nobis est remedium, quod vnam aliam araneam mortuam videamus, scilicet quod mortem aliorum malorum, & eorum damnationem & pœnam sagaciter attendamus. Et ideo in scriptura Deus nobis mortuas araneas, id est, mortes malorum ostendit, & insinuat, vt dolorem, quem ab eis, vel eorum socijs sustinemus, in nobis temperet, & leniat. Vnde ipse dicit Apoc. 17. *Veni, ostendam tibi damnationem meretricis magnæ.* Ostendit ergo Deus, quid debemus horrere.

F ¶ Sed quinto dico, quod ipse ostendit nobis, quomodo debemus gaudere, & istud est, quando nobis ostendit beneficia sua, & maxime, quando misericordiam suam nobis dignatur ostendere, scilicet nos corrigendo, & de salute nostra curam gerendo. Et illud petebat Dauid in Psal. 84. dicens: *Ostende nobis Domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis.* Ipse est enim sicut Caladrion auis albissima, quæ ostendens faciem infirmo, signum est, quod sanabitur; si vero dorsum ei ostenderit, morietur. Quia vere illi solum, quibus Deus ostendit faciem suæ gratiæ & misericordiæ, sanantur & saluantur. Psal. *Ostende faciem tuam, & salui erimus.* Illi vero, quibus dorsum suæ indignationis ostendit, illis scilicet de quorum salute non curat, sed dimittit eos ire secundum desideria cordis eorum, tales, dico, damnantur & moriuntur. Hier. 18. *Dorsum, & non faciem ostendam eis in die perditionis eorum.* Et ideo faciem diuinæ misericordiæ & gratiæ petebat Moyses Exod. 33. *Si ergo inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam, vt sciam te, & inueniam gratiam ante oculos.* Et illud Cant. 2. *Ostende mihi faciem tuam &c.* Vide supra de Facie. Ostendit igitur Deus, quomodo debemus gaudere.

G ¶ Sexto dico, quod ipse nobis ostendit, quomodo debemus ardere. Et illud est, quando ostendit nobis gaudia beatorum. Ista enim nobis in scriptura ostenduntur, vt ad ea concupiscenda ardor nostri animi accendatur. Ideo ipse dicit Apocal. 20. *Veni, ostendam tibi nouam nuptam sponsam agni.* Vnde Sapient. 10. *Iustum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei.* Vide supra de deducere. Apoc. 22. etiam dicitur: *Ostendit mihi Angelus fluuium aquæ viuæ, splendidam tanquam crystallum.* Vide eam supra de aqua. Et sic breuiter dico, quod Deus ostendit nobis omnia necessaria ad salutem, & propter hoc ex ostensione talium homo debet ad bonum conuerti, & à malo se diuertere & auerti. Hier. 31. *Postquam ostendisti mihi, percussi femur meum &c.* Sic ergo patet, quod est quædam ostensio diuina.

H ¶ Sed adhuc possumus notare, quod sicut ex scriptura habemus, res possunt & solent hominibus multis rationibus ostendi, videlicet,

Ad {
Timorem incutiendum,
Amorem alliciendum,
Stuporem efficiendum,
Pietatem eliciendum,
Remedium adijciendum,
Exemplum perficiendum,
Omne dubium eijciendum.
}

Dico ergo, quod res ostenditur, vt timor incutiatur. Et sic ostendit nobis Deus seueritatem iustitiæ suæ per mundi tribulationes, & per peccatorum damnationes. Psal. 59. *Ostendisti populo tuo dura.* Item vt amor adijciatur, sicut de diabolo legimus, quod ipse ostendit Christo omnia regna mundi, dicens: *Hæc omnia tibi dabo si cadens adoraueris me,* sicut dicitur Matth. 4. & Luc. 4. Sic etiam Deus ostendit nobis bona sua spiritualia & æterna, vt ad ipsa amanda & affectanda corda nostra alliciat & inducat. Exo. 33. *Ego ostendam omne bonum tibi.* Vnde etiam Deut. 34. dicitur, quod *Deus ostendit Moysi omnem terram Galaad.* Vnde etiam Hest. 1. dicitur, quod *Assuerus fecit grande conuiuium &c. vt ostenderet omnibus diuitias regni sui.* Item vt stupor efficiatur, sicut dicitur Hest. 1. quod *Assuerus voluit omnibus populis ostendere pulchritudinem reginæ Vasthi,* vt scilicet, ex tanta pulchritudine mirarentur homines, & stuperent. Sic etiam facit nobis Deus, quia scilicet quotidie ostendit nobis virtutem mirabilium suorum, vt ex eorum consideratione in stuporem & admirationem veniamus. Mich. 7. *Secundum diem egressionis tuæ de terra Ægypti ostendam ei mirabilia.* Item ostenditur res, vt pietas eliciatur. Et sic ostendunt miseri vincula & vlcera, vt ad pietatem & compassionem possint corda intuentium commouere. Sic & nos debemus ostendere & allegare Deo miserias fragilitatis nostræ, vt ipsum ad misericordiam inclinemus, vt sic nos ostendamus ei nostram miseriam, ad finem, vt ipse nobis ostendat misericordiam, sicut petebat ille, qui dicebat Deo Hest. 14. *Ostende te nobis in tempore tribulationis.* Item ostenditur res, vt remedium adhibeatur. Sic ostendere nos debemus sacerdotibus per confessionem. Exemplo infirmorum, qui libenter ostendunt Medicis verecundas infirmitates, vt ab ipsis percipiant curationem. Vnde Dominus præcipit Luc. 17. *Ite, ostendite vos sacerdotibus.* Item ostenditur res, vt exemplariter perficiatur. Et sic nobis ostenduntur facta antiquorum bonorum, vt ad ipsorum imitationem moueamur. Vnde Ioan. 10. *Multa bona opera ostendi vobis.* Exemplo elephantum, quibus sanguis ostenditur, vt ad prælium animentur. 1. Mach. 6. *Ostenderunt elephantibus sanguinem vuæ & mori.* Item ostenditur res, vt veraciter esse sciatur. Et sic Dominus apparens Thomæ, *ostendit ei manus & latus,* sicut dicitur Ioan. 20. Et sic patet, quomodo ostendere diuersimode in bono sumitur in scriptura.

¶ Sed adhuc dico, quod ostendere potest sumi in malo. Et sic ostendere signat, scilicet, I

Hypocrisim & deceptionem,
Iactantiam & elationem,
Malitiam & detractionem.

Dico ergo, quod est vnum ostendere hypocrisis & deceptionis, quia scilicet hypocritæ semper volunt exterius bonam conuersationem ostendere, vt cordis sui nequitiam valeant occultare. Similes Cerastæ, qui ostendit caput arietinum, & occultat corpus serpentinum. Vide supra de Hypocrita. Ideo talibus dicitur Hier. 2. *Quid niteris bonam ostendere viam, vt quæras dilectionem?* Item est ostendere iactantiæ & elationis. Et isto modo sunt multi, qui omnia bona sua, & virtutes, & diuitias, & alia quæcunque alijs per iactantiam manifestant, sicut de Ezechia legimus Esa. 39. quod *nuncijs regis Babylonis ostendit omnes thesauros suos, & quicquid secretum erat in domo sua.* Item est vnum ostendere malitiæ & detractionis. Et isto modo detractores ostendunt omnibus, & declarant, quicquid sciunt in alijs esse mali. Nahum 3. *Ostendam cunctis gentibus nuditatem tuam.* Sufficit. Vide supra de Apparere.

Ostium. Nota, quod ostium idem est, quod porta vel ianua, hoc est dictum, illud, cum quo ostium vel ianua clauditur, veruntamen sæpe sumitur pro vtroque, scilicet pro clausura, & pro apertura. Est ergo proprie illa pars domus, per quam domum ingredimur, vel illud, à quo ingredi, vel egredi impedimur. Notemus ergo, quod in scriptura inueniuntur, generaliter loquendo, Ostia A

Anteriora,

Exte-

Exteriora,
Interiora,
Posteriora,
Inferiora,
Superiora.

¶ Ostia exteriora sunt sagaciter custodienda, & ista sunt ostia sensuum, quæ sunt quatuor, scilicet, os, aures, nares, & auditus, Dan. 13. *Ostia pomerij claudite.*

¶ Ostia exteriora sunt aperienda, & ista sunt ostia domorum nostrarum materialium, quæ proculdubio gratia hospitalitatis debent cunctis intrare, volentibus aperiri. Vnde Iob. 31. *Foris non mansit peregrinus ostium meum viatori patuit.*

¶ Ostia interiora sunt manifestanda. Et ista sunt ostia cordium, quæ scilicet debent esse aperta Deo per
Confessionem,
Orationem,
Laudem,
Gratiarum actionem.

Quia si sic aperiuntur, Dominus faciliter subintrat per suæ gratiæ infusionem. Vnde Apoc. 3. *Ecce sto ad ostium, & pulso, si quis aperuerit ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ille mecum.*

¶ Ostia posteriora sunt intuenda, & ista sunt ostia mortis, quæ necesse habemus finaliter ingredi. Ista enim in præsenti per considerationem debemus videre, vt ipsa finaliter possimus securius introire. Et de isto dicitur Genes. 18. *Apparuit Dominus Abraham sedenti in ostio tabernaculi.*

¶ Ostia inferiora sunt expauescenda, & ista sunt ostia inferni, quæ ita stricta sunt, quod nulli, postquam intrauerit, possunt amplius aperiri. Vnde de istis damnatis dicitur Iob 38. *Circundedi mare terminis, & posui vectem & ostia.*

¶ Ostia superiora sunt concupiscenda, & ista sunt ostia, quæ proculdubio summe debemus concupiscere introire, de quo Ezech. 41. *Duo ostia erant in templo.* Templum enim Ecclesiæ duo habet ostia, vnum scilicet in Ecclesia militante, & istud est ostium fidei Dei, de quo Act. 14 dicitur, quod *Deus aperuit gentibus ostium fidei.* Vel etiam istud ostium potest dici Christus vel prælatus, per quod omnes debent Ecclesiam ingredi per iustam & debitam promotionem & vocationem, quia sicut dicitur Ioan. 10. *Qui non intrat per ostium in ouile, ille fur est & latro.* Quod est contra illos, qui prece vel pretio intrauerunt. Christus enim est ostium Ecclesiæ. Vnde Ioan. 10. *Ego sum ostium, per me si quis introierit, saluabitur.* Aliud ostium est in Ecclesia triumphante, de quo Cant. 5. *Pessulum ostij mei aperui dilecto meo.*

B ¶ Dicamus ergo breuiter cæteris generibus ostiorum dimissis quod duo sunt genera spiritualium ostiorum, videlicet cor quod est interius, & sensus, qui sunt exterius. Istis ergo portis debemus ostia facere, ne aliquod peccatum, vel aliqua mala complacentia possit vsq; ad animam transire. Istud autem ostium debet esse virtus discretionis, quæ sc. sensus & corda debet taliter claudere, quod ibi non possint aliqua nociua subintrare. Apes enim ostia aluearis sui strictificant & linunt ea succis amaris quando vident animis larga, & hoc ne subintrent animalia venenosa. Taxus etiam ostium cauernæ suæ, per quod videt ventum flare, cum cauda villosa solet obstruere, ne ventus possit ingredi vel nocere. Diuites etiam cum vasa argentea possident currunt per domum, & solent ostia sua optime claudere, ne forte fures possint subripere, vel auferre. Sic proculdubio cum ad intrandum animam nostram plures sint ianuæ seu portæ, scilicet, cor & sensus corporis ostium prudentię debemus ibi ponere, & clausuram circumscriptionis apponere, quæ nullum nocíuum dimittat intrare, & nullum bonum dimittat perdere, vel exire. Vnde bene consulitur Esa. 26. *Vade populus meus, intra in cubicula tua, claude ostia tua super te.* ¶ Vbi aduerte, quod ista ostia debent quandoque
Apertius aperiri, quia dicitur (Vade intra)
Aptius præparari, quia dicitur. (Cubicula)
Attentius custodiri, quia dicitur (Claude &c.)

¶ Primo ergo dico, quod ista sunt ostia, quæ debemus interdũ reserare, quod ostenditur ibi. (Vade & intra.) Vide supra de intrare & ingredi. Ostium enim quod semper est clausum, nihil valet, necesse est enim quod aliquoties aperiatur, sicut de ostrea marina patet, quę quamuis in mari existens clausissima se teneat, ne aqua amara ipsam subintret, interdum tamen ad rorem cœlestem se aperit, & ipsum in se recipit, atque haurit. Sic & nos licet pro maiori parte ostia cordis & sensuum debeamus clausa tenere per discretam custodiam, ne forte aqua amara bonorum temporalium per aliquam malam concupiscentiam vsq; ad voluntatem subintret, ipsa tamen quandoque debemus aperire, & ad bona opera dilatare (Vade inquit & intra) Aperiatur ergo cor per dilectionem, vt intret Dominus gratiam infundendo Apoc. 3. *Ecce sto &c.* vt supra. Aperiatur oculus per compassionem, vt intret miseris pauperum animum afficiendo Apo 3. *Ecce dedi tibi ostium apertum, sciens quoniam modicam habes virtutem.* Ita debent diuites dicere pauperibus, qui ostium oculorum debent aperire ad miserias pauperum intuendas, vt duo oculi talium sint illa duo ostiola, de quibus dicitur 3. Reg. 6 quod Salomon *fecit in templo duo ostiola de lignis oliuarum.* Istos tamen quandoq; claudit auaritia, quod nihil possunt videre, exemplo illius, qui dicebat amico volenti accommodare tres panes. Luc. 11. *Noli mihi molestus esse, ostia mea clausa sunt, & pueri mei mecum sunt in cubili.* Item aperiatur os per bonam locutionem orationem confessionem, & gratiarum actionem, ad Coloss. 3. *aperiat nobis sermonis ostium.* Item aperiantur aures per omnium bonorum auditionem, & per obedientiæ executionem. Act. 14. *Aperuit gentibus ostium fidei.* Istud autem ostium est auditus, quia sicut dicitur Rom. 10. *Ergo fides per auditum.* Istud tamen ostium claudit obstinatia, scilicet illis, qui aures cordis nolunt ad audiendum vtilia aperire. Matt. 27. *Aduoluit lapidem ad ostium monumenti.* Lapis enim duritiam obstinationis designat. Item aperiamus nares per deuotionem. Matt. 6. *Intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum.* Et sic poterit nobis dici illud Act. 15. *Aperta sunt omnia ostia.* (Vade igitur & intra.) Patet ergo, quod ista sunt ostia, quæ debemus interdum reserare.

¶ Secundo dico, quod ista sunt ostia, quæ debemus interdum præparare. Et hoc ostenditur, cum dicitur (Cubicula.) Cubicula enim diuitum honeste parantur, munde seruantur, secrete tenentur. Sic cor & sensus nostri, qui sunt ostia spiritualia, debent virtutibus præparari, mundissime seruari, & secrete & humiliter teneri. Iudith 13. *Clausit Vaga ostia cubiculi.* C

¶ Tertio dico, quod ista sunt ostia, quæ debemus interdum obserare. Sicut enim ostia cameræ regis & papæ diligenter clauduntur, seris & vectibus obserantur, sic quia rex noster Christus in camera cõscientiæ dormit, necesse est, vt ostia sensuum claudamus, & quod ipsa per discretã custodiam obseremus (Claude, inquit, ostia super te.) Vide supra de Claudere. 4. Regum. 4. *Clausit ostium super se & super puerum.* Quod bene figuratur in arca Noe, Gen. 6. vbi dicitur: *Ne aqua diluuij subintraret, clausit de foris ostium Dominus.* Et nota, quod per clausuram istorum ostiorum, id est, sensuum exteriorum, & affectuum interiorum, D
Secretius Dominum exoramus,
Securius dæmonem prosternimus,
Virilius vitia fugamus.

De orando enim Dominum dicitur Matth. 6. *Tu autem, cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio &c.* De prosternendo diabolum dicitur Iudic. 3. quod *Aioth clausis diligentissime ostijs occidit Eglon regem Moab.* De excludendo vero peccatum dicitur 2. Reg. 13. *Ejice eam, & claude ostium post eam.* Ista tamen sunt contra multos, quorum ostia sensuum omnibus vitijs sunt aperta, ita quod nullum malum desiderium repellitur, sed sicut domus sine ostio omnibus malis complacentijs aperitur. Et ideo sicut castrum carens ostijs statim ab hostibus potest capi, & destrui, & occupari, sic cor & sensus nostri ostijs & valuis discretionis carentes, à dæmonibus capiuntur, & per diuersa vitia dissipantur, Hier. 49. *Non ostia, non vectes sunt eis, soli habitant, & erunt cameli eorum in direptionem, & multitudo iumentorum in prædam.* Et Act. 16. dicitur: *Aperta sunt omnia ostia.* Non sic ergo, sed habeamus ostia prudentiæ, quæ custodiant bona interiora, & claudant vitia exteriora. Et in quolibet ostio sit timor Dei ostiarius, qui nullo quando peccatum non dimittit intrare, quia sicut dicitur Eccl. 1. *Timor Domini expellit peccatum.* Et 2. Esdr. 7. *Ostiarij erant per singulas ianuas.* Patet ergo, quod ostia cordis & sensuum sunt interdum obseranda, & hæc de ostio sufficiant. Vide supra de Ianua, Intrare, Ingredi, Exire, Claudere, Aperire. & infra de porta.

## Ouis.

Nota, quod oues cum sint animalia debilia, & omni astutia naturali carentia, vt breuiter me expediam, per oues possũ significare bonos & malos. Boni enim oues sunt dominici gregis, mali vero sunt oues diabolicæ societatis. Breuiter ergo dicamus, quod per oues intelliguntur boni subditi & perfecti. Ouis enim est animal valde subditum, & viris bonis applicatiuum. Nunquam enim inueniuntur oues syluestres, sicut A

[illegible] nec bus animalium aliqua syluestria.
[illegible] sunt
[illegible] omni bus subiugatæ
Oues [illegible] gregibus adunatæ,
[illegible] ex generatæ.

[illegible] vere bo[illegible] subditi alijs subiugantur per obedientiam Io. [illegible] *meam audiunt.* I[illegible] gregibus adunantur per coo[illegible] *Leo & oues [illegible] morabuntur.* Domesticæ con[illegible] entiam Esaiæ 53. *Sicut ouis coram tondente se ob-* [illegible] ouis notare breuiter, quod oues domini et gre[illegible] plices & subditi sunt animalia timorosa, & a[illegible] uola: sunt dico timorosa. Ouis enim vltra lu[illegible] pum, timet etiam suorum pedum strepitum, quia aliquos multum curreret, nisi audiens strepitum pe[illegible] neret. Sic vere boni subditi debent esse timoro[illegible] [illegible]dubio lupum infernalem valde debent timere & strepitum pedum suorum, id est, inordinatum ap[illegible] onum suarum debent timere interius. Non mi[illegible] ent vt [illegible] strepitus cogitationum interiorum, [illegible] tiones insultuum exteriorum. Bellum enim dome[illegible] e, citius destruit vrbem, quam extrinsecum vel [illegible] & ideo vtrumque timendum, & ab vtroque quantum po[illegible] [illegible] cauendum. Quod bene figuratur Genes. 30. vbi [illegible] *ad aspectum virgarum oues tales fœtus concipiebant qua* [illegible] *olebat* Quia vere dum virga furoris Dei, scilicet, [illegible] moram respicitur, fructus bonorum operũ con[illegible] op[illegible] n ouis, vt dictum est, animal fructuosum, quia, [illegible] one nihil est, quin sit fructuosum & vtile. Ista enim [illegible] umerum annuo fœtum & quandoque duplicem [illegible] parare. Et breuiter fœtus eius est vtilis ad comedendum, lana [illegible] ad vestiendum, pellis est vtilis ad scribendum, fi[illegible] & [illegible] ad terram impinguandum. Sic vere fœtus & fru[illegible] operum ipsorum simplicium subditorum sunt vtiles, vt ab [illegible] nedantur per imitationem. Lana suæ conuersationis est [illegible] ab alijs induatur per exemplarem conformationem. [illegible] verosæ conscientiæ vtilis, vt a prælatis scribatur per in[illegible] onem. Stercus vero bonorum suorum temporalium v[illegible] est ad terrarum, id est, pauperum impinguationem & nutri[illegible]tio[illegible]. Et ideo breuiter de talibus ouibus dicitur in Psal. 143. *Oues eorum fœtosæ, abundantes in egressibus suis, boues eorum crassæ.* Et sic D[illegible]us poterit de nobis dicere illud, quod dixit Iacob Esau fratri [illegible] Genes. 33. *Nosti Domine mi quod paruulos teneros, oues & bo-* [illegible] *fœtas habeam mecum.*

B ¶ Vbi ostenditur, quod sicut oues sunt naturaliter cæteris a[illegible]nimantibus

Corpore minores,
Carne molliores,
Mente mitiores,
Fructu pleniores,
Gregis amantiores.

Sic dico, quod spiritualiter debemus esse, scilicet,

Per { Humilitatem modiciores (Paruulos)
Pietatem humidiores (Oues)
Patientiam benigniores (Boues)
Redundantiam fertiliores (Fœtas)
Amicitiam sodaliores (Mecum.) }

¶ Dico ergo primo, quod nos debemus esse per humilitatem [illegible]dicissimi, quod ostenditur, cum dicitur (Paruulos) Sicut e[illegible] [illegible] respectu aliorum animalium, quæ in adiutorium hu[illegible]mano generi data sunt, animalia corpore valde modica sunt, tamen [illegible] magis vtilia sunt, sic vere homines in sua æsti[illegible]ma[illegible] ne sunt valde modici, sunt tamen in vtilitate virtutum præ cæteris valde magni (Paruulos, inquit.) Iuxta illud: *Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote,* 1. Corinth. 14. Nam sicut oues [illegible] cæteris animantibus hominum sunt subiectæ, ita quod ad voluntatem pastoris ducuntur, & vbi voluerit, reponuntur: sic & nos ita debemus esse humiles & subiecti, quod ad voluntatem pastoris vel prælati nostri debemus duci, & sine rebellione sibi obedire & subijci. Psalm. *Qui deducis velut ouem Ioseph.* Vnde Ioan. 10. dicitur de pastore, quod *cum proprias oues emiserit ante eas vadit, & oues illum sequuntur, quia sciunt vocem eius.* Quia procul dubio quando pastor vel prælatus gregem subditorum per bona opera præcedit, grex ipsum per bona opera sequitur & succedit. Teste enim Greg. *Cum pastor per abrupta vitiorum graditur, necesse est, vt in præcipitium grex labatur.* Simus igitur per humilitatem modicissimi. (Paruulos, inquit.)

C ¶ Secundo dico, quod nos debemus esse per pietatem humidissimi & compassibiles. (Oues, inquit.) Nullum est enim animal ita tenerum & passibile, sicut ouis, significans, quod si oues gregis Domini esse volumus, humidi & teneri per pietatem & compassionem esse debemus. Faciliter enim debemus pati miserias aliorum eis compatiendo. Vnde de ista teneritudine pietatis dicitur 2. Reg. 17. *Obtulerunt ei boues, oues, & pingues vitulos.* Quia breuiter tales oues debent habere pinguedinem pietatis pro pauperibus nutriendis. Vnde in Psalm. *Dedisti nos tanquam oues escarum, & in gentibus dispersisti nos,* quasi dicatur, nos ad dispergendum alijs bona nostra temporalia dispergimus. Oues enim, quæ niuem super se cadentem excutiunt, hyemem transire possunt; illæ vero, quæ niuem desuper se nolunt excutere, solent byemis frigora non transire, sed ibi mortis periculo subiacere. Sic vere illi, qui niuem bonorum temporalium a se reijciunt pauperibus erogando, hyemem mortis æternæ non timebunt. Illi autem, qui istam niuem non excutiunt, sed per auaritiam ipsam reseruant & custodiunt, byemem mortis æternæ sine periculo non transibunt. Oues enim istæ debent pauperibus ministrare

Carnes ad comedendum,
Lanam ad vestiendum,
Lac compassionis & dulcedinis ad ipsos benigniter consolandum.

Et sic eis dicetur illud Deut. 32. quod *pauperes sugent mel de petra, oleumque de saxo durissimo, butyrum de armento, & lac de ouibus.* Simus igitur per pietatem humidissimi.

D ¶ Tertio dico, quod si volumus esse oues Christi, nos debemus esse per patientiam solidissimi seu benignissimi (Boues, inquit.) Bos enim est animal patientissimum, quamuis enim sibi inuitetur, nunquam tamen consueuit lædere, vel mordere. Sic & nos debemus esse patientes, nec contra mundi iniurias reclamantes. Exemplo Christi, de quo dicitur Esaiæ 53. *Sicut ouis ad occisionem ductus est, & quasi agnus coram tondente se obmutescet.* Vt sic nos computemur inter illos, de quibus dicitur in Psalm. *Propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oues occisionis.* Et hoc notatur, cum dicitur (Boues) quia bos est animal patiens oneris & laboris. Psalm. 8. *Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues & boues vniuersas:* & Iob 1. *Boues arabant, & asinæ pascebantur.* Vide supra de Boue.

E ¶ Quarto dico, quod nos debemus esse per abundantiam fœcundissimi, quia scil. in fœtibus & fructibus bonorum operum debemus esse abundantes, quod notatur, cum dicitur (Fœtas) quia oues fœtæ dicuntur illæ, quæ sunt prægnantes, & ad fructificandum paratæ. Psal. *Oues eorum fœtosæ.*

F ¶ Quinto vero dico, quod nos debemus esse per amicitiam concordissimi, quia scil. sicut oues gregatim incedunt, & societatem diligunt, sic nos debemus gregatim per charitatem viuere, & societatem, concordiam, & amicitiam diligere. Psal. 94. *Nos autem populus eius, & oues pascuæ eius.* Et hoc ostenditur, cum dicitur (Mecum) quod est vocabulum signans societatem. Psal. *Quoniam inter multos erat mecum.* Et sic patet quinque rationibus, quomodo in bono possunt dici oues.

G ¶ Sed adhuc dico, quod oues significare possunt in malo. Et sic dico, quod inueniuntur in scriptura, scilicet,

Oues segregatæ,
Oues dissipatæ,
Oues deuiatæ,
Oues iugulatæ.

Oues separat discordia, Zach. 13. *Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis.* Oues dissipat auaritia Ezechiel. 34. *Factæ sunt oues meæ in deuorationem.* Oues deuiat ignorantia. Esaiæ 54. *Omnes nos quasi oues errauimus, vnusquisque in viam suam declinauit.* Oues vero iugulat inuidia. Psalm. *Facti sumus sicut oues occisionis.* Et multa inuenies exempla de ouibus supra in titulis diuersis. Vide infra in titulo de Pastore.

P.

A **PActum. Pacisci.** Nota, quod pactum idem est, quod fœdus, conuentio, obligatio, commissio, concordia, vel consensus. Et ideo pactum dicitur quasi pacis tactus. Possumus ergo notare, quod in scriptura inuenitur

Pactum { Charitatis, Castitatis, Voluptatis, Prauitatis, Dignitatis.

Dico ergo, quod inuenitur quoddam pactum charitatiuum, & istud est illud pactum, ille amor, quo homines sunt per charitatem inuicem obligati, de quo pacto dicitur 2. Paral. 23. quod *Ioiada sacerdos pepigit fœdus inter se & vniuersum populum*: & Iob 5. *Cum lapidibus regionis pactum tuum*. Item dico, quod inuenitur pactum quoddam deputatiuum, & istud est illud fœdus seu pactum, quo quis promittit Deo vel religioni se à carnis desideriis abstinere, de quo Iob 31. *Pepigi fœdus cum oculis meis, vt nõ cogitarem quidem de virgine*. Item inuenitur pactum maculatiuum & istud est illud, quo luxuriosi sibi inuicem multa turpia paciscuntur, & multa vitia pollicentur, de quo Esa. 57. loquitur mulieri fornicariæ: *Pepigisti cum eis fœdus, dilatasti cubile tuum*. Item inuenitur pactum execratiuum, & istud est illud pactum, quod hæretici faciunt dæmonibus, qui sc. quandoque cum eis habent multa pacta, de quo Iud. 9. dicitur, quod *ingressi sunt Phanum Dei sui Berith, & cum eo pactum pepigerunt*. Item inuenitur pactum honoratiuum seu concordatiuum, & istud est pactum illud, quod Deus pepigit cũ humano genere, cum ipso societatem contrahendo, ipsum per baptismum sibi reconciliando, & salutem sibi perpetuam promittendo. Homo vero Deo promisit in baptismo fidem & dilectionem, & in bono perseuerantiam & durationẽ, de quo Gen. 9. dicitur: *Statuam pactum meum vobiscum, & cum semine vestro post vos*, Vbi aduerte, quod istud pactum habet

Fundamentum inconcussibile, quia scilicet, à Deo. (Statuam, loquit.)

Ligamentum inseparabile, quia scilic. istud fuit pactum. (Vobiscum.)

Firmamentum interminabile, quia scilicet (Cum semine vestro.)

B ¶ Primo ergo dico, quod istud pactum, quod est inter Deum & hominem, habet inconcussibile fundamentum, scilic. ipsum Deum, quod ostenditur, cum dicitur (Statuam) Statuere enim nihil aliud est, quam stabiliter aliquid ordinare & tenere. Et vere istud pactum, quantum est ex parte Dei, bene est stabile firmamentum, quia scilic. semper est paratus reddere, quod promisit. Esa. 55. *Feriam vobiscum pactum sempiternum, misericordias Dauid fideles*. Pactum autem istud fuit habitum in camera vteri virginalis, quando ipse Deus sororem nostram, id est, humanam naturam assumpsit, eo pacto, quod ipsam non deponeret in æternum, & eo pacto, quod nisi in nobis deficiat, paratus est nobis restituere Paradisum. Deut. 7. *Deus fortis & fidelis custodiens pactum & misericordiam diligentibus se*, quia scil. frangenti fidem, frangitur eidem; quia scilicet Deus non custodit pactum homini, nisi homo custodiat id sibi, eum scil. diligendo, & erga ipsum fideliter se habendo. Et ideo timeo de multis, quod quia Domino ruperunt treugas, & violauerunt fœdus, & transgressi sunt pactum, inobediendo scil. & peccando, Dominus similiter istud pactum non tenebit, nec iuxta pacta ipsos eripiet aut saluabit. Vnde Hier. 11. *Irritum fecerunt domus Israel & domus Iuda pactum meum, quamobrem inducam super eos mala*. Non sic, charissimi, sed istud pactum sit firmum & inuiolabile, quia habet (vt dictũ est) inconcussibile fundamentum. (Statuam, inquit) Gen. 17. *Ponam pactum meum tecum*.

C ¶ Secundo dico, quod istud pactum habet vel habere debet inseparabile ligamentum, quod ostenditur, cum dicitur (Vobiscum.) Quia scil. istud aduerbium Vobiscum signat charitatem, concordiam, & societatem, quæ sc. debent esse ligamentum pacti & coniunctionis nostræ cum Deo. Leu. 26. *Multiplicabimini, & firmabo pactum meum vobiscum*. Istud tamen pactum rumpunt hodie illi, qui per peccata sua rumpunt vinculum charitatis, quibus Dominus dicit Ezech. 44. *Dissoluistis pactum meum in omnibus sceleribus vestris*.

D ¶ Tertio dico, quod istud pactum debet habere interminabile firmamentum, quod scil. ostenditur, cum dicitur [illegible] Et cum semine vestro post vos.) Quia sc. istud pactum debet [illegible] minabile à parte nostra, sicut est infinitum [illegible] parte Dei. Num. [illegible] *Erit tam illi quam semini eius pactum sacerdotij sempiternum.* [illegible] est contra illos, qui istud pactum non continuant, [illegible] per diuersa peccata ipsum dirumpunt & dissipant. Ose. 6. *Ipsi autem sicut Adam transgressi sunt pactum*. Non sic, charissimi, sed [illegible] pacto [illegible] terminabile & æternum. Num. 18. *Pactum salis est sempiternum coram Domino, tibi ac filiis tuis*. Et aduerte, quod illa char[illegible] dicitur pactum salis. Antiquitus enim inter populos [illegible] mos erat, quod quando volebant aliquod pactum [illegible] quod perpetuo erat duraturum, comedebant sal, in signum quod sicut sal non potest corrumpi, sic illud pactum non [illegible] amplius violari. Et sic loquitur scriptura 1. Esdr. 4. [illegible] *Memores salis sumus, quia in palatio comedimus, læsiones regis* [illegible] *ducimus*. Ad denotandum, quod istud pactum cha[illegible] pientiæ debet habere, vt in sempiternum valeat [illegible]. 2. Paral. 13. *Dedit regnum Dauid super Israel in sempiternum* [illegible] *his eius in pactum salis*. Patet ergo, quod istud pact[illegible] esse interminabile, inseparabile, & inuiolabile &c. Vide [illegible] in titulo Fœdus.

**Pangere. Pepigi.** Vide in titulo Fœdus, & [illegible] titulo Pactum.

A **Palatium.** Cum palatium sit solenne habitaculum, vbi scil. rector vel princeps communitatis vel regni habitare, iura reddere, & curiam tenere, & exinde populum regere consueuit, notabis, quod in scriptura multiplex palatium inuenitur, videlicet,

Palatium { Interius, Exterius, Anterius, Inferius, Superius.

¶ Palatium interius est conscientia, sc. viri iusti. In isto enim specialiter & secrete habitat Dominus, quando ipsum videt præparatum virtutibus, & ornatum, vt sic de viro iusto dicatur illud 2. Paral. 2. *Decreuit Salomon, vt ædificaret domum Domino, & palatium sibi*. Conscientia enim viri iusti est domus & habitaculum summo regi, & requies atq; palatium ipsi iusto.

B ¶ Palatium exterius est Ecclesia, quia sc. in ista sicut in palatio habitat Deus, & omnium fidelium exercitus, & etiam prælatorum chorus & cœtus. Vnde istud est palatium illud, de quo dicitur Hest. 1. quod *Vasthi regina fecit conuiuium fœminarum in palatio, vbi rex Assuerus manere consueuerat*: & Hest. 3. dicitur, quod *serui regis ad fores palatij versabantur*.

C ¶ Palatium anterius est scripta sophia, hoc est dictum, sacra pagina, quia scil. in isto habitat ipse Deus, & etiam quilibet vir scientificus & deuotus. Vnde Hest. 11. dicitur, quod rex *præcepit Mardochæo, vt in aula palatij moraretur*. In isto enim inuenitur sal sapientiæ & doctrinæ, iuxta illud 1. Esdr. 4. *Memores salis, quod in palatio comedimus*. Vide supra de pacto.

D ¶ Palatium inferius est mundi curia. Istud est enim palatium mundi superborum & tyrannorum, vbi fiunt hodie multa mala, quia scilicet, ibi abundat hodie ignis auaritiæ & rapinæ, sicut de illo malo rege dicitur 3. Reg. 16. quod *ingressus palatium, succendit se cum domo regia*. Et etiam mollities inconstantiæ fœmineæ. Vnde 4. Reg. 2. dicitur Ezechiæ regi: *Filij tui erunt eunuchi in palatio regis Babylonis*. Eunuchi enim homines molles & effœminatos designant, quales certe abundant hodie in palatijs huius mundi, & etiam (quod dolendum est) in palatio Ecclesiæ. Vnde Hest. 1. dicitur, quod *regina Vasthi fecit conuiuium fœminarũ in palatio, vbi rex manere consueuerat*. Ista enim regina carnalem affectionem significat, quæ scilicet in palatio Ecclesiæ effœminatos exaltat.

E ¶ Palatium superius est cœlum regium, vbi scilicet Deus habitat cum Angelis & beatis, dicens scilicet illud Daniel. 4. *Quietus eram in domo mea, & florens in palatio meo*. Figura Daniel. 1. vbi dicitur, quod *pueri de semine regio cauti scientia, mundi & abstinentes & pulchri, electi sunt, vt possent stare in palatio regis*. Ad denotandum, quod in isto cœli palatio non admittitur, nisi ille, qui cautus, purus, mundus, & abstinens inuenitur &c. Omitto, quia paucæ sunt auctoritates.

**Palam.** Nota, quod palam idem est, quod publice vel aperte. Notabis ergo, quod multa sunt, quæ scilicet palam & in publico sunt

Dicenda,

Dicenda,
Agenda,
Quærenda,
Tacenda.

¶ Dicitur, quod quædam sunt palam dicenda, & ista pro certo sunt bonæ scientiæ & doctrinæ, quæ scilicet palam debēt doceri & prædicari, vt hominibus addiscantur. Exemplo scilicet Christi, qui scilicet fidem palam & publice prædicabat. Ioan. 7. *Ecce palam loquitur, & nihil ei dicunt*: & Ioan. 16. *Palam de patre meo annuntiabo vobis*. Quia reuera ad doctorem fidei Christianæ pertinet, quod palam doceat, & quod veritatem palam ostendat. Ecclesiastic. 19. *Ipse palam faciet disciplinam doctrinæ suæ*. Sicut enim Christus de seipso dicit Ioan. 18. *Ego palam locutus sum mundo, & in occulto locutus sum nihil*. Cum tamen contrarium faciunt hæretici, qui scilicet prædicant non palam, sed occulte in cubilis & cauernis. *Omnis*, enim, *qui male agit, odit lucem*, Io. 3. Vnde de istis intelligatur illud Ecclesiastic. 38. *In Ecclesiam non transilient: super sellam iudicis non sedebunt, testamentum iudicij non intelligent, neque palam facient disciplinam & iudicium*. Ideo cuilibet bono catholico doctori potest dici illud Ioan. 16. *Ecce nunc palam loqueris, & prouerbium nullum dicis*. Sunt ergo quædam palam dicenda

¶ Item sunt quædam palam agenda, & ista sunt bona facta & opera virtuosa, quæ scilicet palam facienda sunt, & exemplariter alijs ostendenda. Deut. 13. *Palam fiat virum diligatis Dominum*. Et merito, quia pro certo mala acta, quę occultè fiunt, vt abscōdantur, per seipsa palam sæpissime veniunt, & omnibus manifestantur. Marc. 4. *Nec factum est occultum, quod non in palam veniat*. Ita quod sæpissime admiratiue potest dici illud, quod scriptum est Exod. 2. *Et quomodo palam factum est verbum istud?* Bona sunt ergo palam agenda.

¶ Item quædam sunt palam quærenda, & ista pro certo sunt Dei mādata, & sacræ paginæ documenta. Ista enim quærere & inuestigare non est verecundum, sed magis honorabile & honestum, & ideo palam & publice faciendum. Ecc. 51. quod est alias in oratione Iesu filij Syrach. *Quæsiui sapientiam palam*.

¶ Item quædam sunt palam tacenda, & non propalanda. Vtile enim & necessarium est quandoque, quod homo à visibus hominum se abscondat & quod palam non inueniatur, nec publice se ostendat. Sicut de illo flore legitur, qui dicitur Scapulus, qui de nocte se occultat, & profundat in aqua, sed à media nocte incipit reascendere, ita quod in ortu solis palam ostenditur, & solet omnibus apparere. Quia reuera tēpus est scultandi, & tempus palam apparendi, & tempus loquendi, & tempus docendi. Vnde Christo dicitur Ioan. 11. *Christus autem iam non palam ambulabat*: & Ioan. 7. *Nemo palam loquebatur de illo*. Sufficit. Vide in titulo Ostendere, Manifestare, Apppatere, & similia.

A **Palea.** Cum palea sit illa pars spicæ, quæ separata à grano est leuior, ineptior, atq; peior, possumus notare, quod per paleam potest designari.

In scriptura sensus literalis,
In peccato culpa venialis,
In opibus gaza temporalis,
In humania vita corporalis.

¶ Sensus enim literalis & historicus per paleam significatur, eo quod sub huius palea granum siue intelligentia contineatur, ex quo panis veræ & fructuosæ doctrinæ conficitur & formatur. Vnde illa Rebecca, per quam Ecclesia designatur, dicebat seruo Abraham, quod asinos suos secū ad hospitiū duceret, dicens Genes. 24. *quod in domo patris sui locus erat spatiosus ad manendum*. *Nam*, inquit, *palearum quoque & fœni plurimum est apud nos*. Ista enim puella signat Ecclesiam, quæ scilicet domum patris sui Christi, id est, sacram scripturam dicit esse spatiosam & latam, vbi scilicet dicit esse plurimum palearum & fœni, id est, plurimum sensua & intellectus literalis & historici, pro scilicet asinis, id est, simplicibus educandis. Et breuiter de talibus paleis dicitur Esaiæ 11. *Leo, sicut & bos comedent paleas*. Leo enim signat subtiliores, bos rudiores, qui sc. ambo quandoque sensu literali vtuntur. Palea ergo signat scripturarum sensum literalem.

¶ Item palea significat delictorum culpam venialem, sicut est aliqua pars spicę, quæ faciliter comburitur & consumitur, sic venialia sunt illa delicta quæ faciliter adnihilantur. Mat. 3. & Luc. 3. *Paleas autem comburet igni*.

Dictionarium Bersuirij.

¶ Item paleæ significant huius mundi gazam. Granum enim signat spiritualia, palea vero tēporalia, Exod. 5. *Dispersus est Apostolus ad colligendum paleas*, scil. bonorum terrenorum, circa quæ plus laborat, quam circa granum spiritualium & virtutum. Et aduerte, quod sicut Exod. 5. dicitur, *Pharao rex Aegypti dabat filijs Israel paleas*, & sic ipsos in luto & latere occupabat, & sic ipsos sibi facere & coquere certum numerum laterum compellebat. Finaliter tamen paleas denegauit, & nihilominus laterum numerū impetrauit. Quia reuera rex Ægypti diabolus compulit hodie filios Israel Christianos ad certum numerum laterum, id est, vitiorum numerum sibi coquendum & faciendum, mediantibus tamen paleis, i. mediantib. bonis terrenis, quæ pro salario ipsis confert. Quandoque etiam fit quod aliquibus paleas bonorum temporalium subtrahit, & tamen lateres, i. peccata ipsos fabricare compellit, sicut pater de multis malis pauperib. tam religiosis quam alijs. Exod. 5. *Dixit Pharao, non do vobis paleas, complete numerum laterum &c.* Igitur patet quod paleę significant huius mundi gazam temporalem. C

¶ Item significant in humania vitam corporalem: Sicut enim palea cito putrescit & deficit, cito deperit & comburitur, cito defertur atq; rapitur, sic vita humana cito pro certo computrescit & perit, cito quoque per mortem rapitur & recedit. Vnde Iob 21. *Erunt sicut palea ante faciem venti*. Sic igitur patet quod palea quatuor modis significat in scriptura, & hæc de palea sufficiant. D

A **Palæstinus.** Nota, quod Palæstini fuerunt idololatræ & pagani qui alijs Philistijm nominantur. Interpretatur autem Palæstinus, ore concussus, seu ore contendens &c.

A **Pallium.** Nota breuiter quod cum pallium sit superius indumentum quod omnia alia coperit vestimenta, quod non tantum portatur ratione necessitatis, imo etiam quandoque ratione honestatis, & quandoque ratione curiositatis, possumus dicere quod in scriptura inueniuntur multa genera palliorum. Inuenitur enim.

Pallium {
Honestatis,
Charitatis,
Dignitatis,
Mortalitatis,
Humilitatis,
Iucunditatis.
}

¶ Pallium honestatis est illud quod omnes defectus habet contegere, de quo dicitur Gen. 38. quod *Thamar nolens cognosci, tollens cito pallium cooperuit se*.

B ¶ Pallium charitatis est illud quod à frigore habet protegere, & illud est quod ad pauperes per eleemosynam debet extendi, & ad alios misericorditer dilatari, Ruth. 3. *Extende pallium tuum, quia propinquus es*. Istud ēst pallium coccineum, de quo dicitur Ios. 7. *Vidi inter spolia pallium coccineum valde bonum*. Coccineum enim color est igneus, significans incēdium charitatis. Istud tamen pallium est in aliquibus ita breue, quod ad alios ipsum nequeunt elargiri Esaiæ 28. *Breue pallium vtrumque operire non poterit*.

C ¶ Palliū dignitatis est illud quod beatos solet depingere. Gloria enim æterna est ornamentum & pallium beatorum. 3. Reg. 11. *Occurrit ei Abias Silonites indutus pallio nouo*.

D ¶ Pallium mortalitatis est illud quod homines debent conscindere, & istud est pallium corporis, quod scilicet est per pœnitentiam conscindendum. 1. Esdr. 9. *Scidi pallium meum & tunicam*.

E ¶ Pallium humilitatis est illud, quod homines debent accipere, & istud potissime signat humilem bonorum conuersationem de quo dicitur 1. Re. 28. Vbi de Samuele suscitato dicitur, *Vir senex ascendit, & ipse est amictus pallio*.

F ¶ Pallium vero iucunditatis est illud quod homines debent appetere, & istud etiam est pallium virtutum, quod sc. sancti deseruerunt in hoc mundo, vt habeant pallium gaudiorum finaliter in futuro, de quo dicitur Es. 61. quod *Deus dabit sanctis coronā pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium laudis pro spiritu mœroris*. Ac si diceret quod sancti in hoc mundo portant, scilic. pallium cineris, luctus mœroris, & in paradiso portabunt, sc. pallium laudis, gaudij & honoris. Et sic patet, quomodo pallium potest accipi in bono &c.

G ¶ Sed adhuc dico, quod pallium potest accipi in malo, & sic signat omne malum velamentum vel operimentum. Et sic possumus dicere, quod in scriptura inuenitur.

Pallium deceptionis,
Pallium infectionis,
Pallium possessionis,
Pallium excusationis.
Pallium adulationis.

¶Hypocritæ portant pallium deceptionis fictę & falsæ conuersationis. Et istud est pallium quo gladius Goliat berat in tabernaculo coopertus. Quia vere multi sunt in tabernaculo ecclesiæ, qui quamuis sunt gladij diaboli, pallio tamen fictæ conuersationis sunt inuoluti. Contra quos dicitur Zach. 13. *Non operientur vltra pallio sacceno vt mentiantur.*

H ¶Luxuriosi portant pallium infectionis, & istud nihil aliud est quam dissoluta & inhonesta conuersatio talium immundorum. Et istud est pallium quod dimisit Ioseph in manu Dominæ suæ, ne committeret adulterium, de quo Gen. 39. *Relicto in manu illius pallio fugit, & egressus est foras.*

I ¶ Auari portant pallium temporalis possessionis. Istud est pallium, quod ipsi pauperibus auferunt, de quo ipsi se induunt, & inuoluunt, de quo Micheæ 2. *Desuper tunicam pallium sustulistis, & eos qui transibant simpliciter, conuertistis in bellum.* Istud est illud pallium propter cuius furtum lapidatus est Achan sicut dicitur Iosue 7.

K ¶Fatui portant pallium excusationis, quia s. fatui & obstinati nunquam defectus suos volunt recognoscere, sed ipsos excusare & palliare, & maxime in confessione. Et istud gloriabatur sponsa amico. Cant. 5. *Tulerunt pallium meum custodes murorum*

L ¶Falsi vero portant pallium adulationis, & potissime proditores, qui cum pallio fictę amicitię se transfigurant in angelum lucis Figurati in Iahele, quæ dans Sissaræ lac bibere, operuit eũ. palliu, & tandem occidit eum sicut dicitur Iudicum 4. Quia sc. falsi & proditores, pallio falsitatis amicitiæ suæ operiunt & obnubilant homines, & lacte suorum verborum dulcium & fallacium eos potant & tandem per proditionis virium ipsos destruunt atq; turbant. Et de tali pallio potest dici illud quod de Thamar volente decipere Iudam dicitur Gen. 38. *Tollens cito pallium cooperuit se.* Sic ergo patet quomodo multiplex est malum pallium, quo sc. mali palliantur, de quo mali in hoc sæculo contegũtur. Istud ergo sufficit de pallio quod dictum est.

A **Palma.** Nota, quod palma secundum suas diuersas proprietates potest in scriptura multa significare. Significatur enim per palmam, scilicet,

Morum sanctitudo,
Crucis mœstitudo,
Victorum certitudo,
Cœlorum plenitudo.

¶ Primo ergo dico quod palma signat morum sanctitudinẽ virtuosam. Per palmam enim intelligitur vir iustus vel ẽt perfectio viri iusti. Nam,

Palma {
Sursum erigitur,
Profunde figitur,
Virore decoratur,
Alteri combinatur,
Fructibus fœcundatur,
Durabiliter antiquatur.
}

B ¶Dico quod sursum erigitur, quia scilicet & palma & omnes rami palmæ sursum tendunt versus cœlum. Ad denotandum quod vir iustus & rami suarum affectionum ad Deum debent erigi, & ad cœlum per desiderium eleuari. Cantic. 7. *Statura tua assimilata est palmæ.*

C ¶ Dico etiam quod in terra figitur, quia scilicet palma profunde radicatur, sic & vir iustus per humilitatem debet profundari, & per fidem stabiliter radicari Ecc. 24. *Quasi palma exaltata sum in Cades & quasi plantatio rosæ in Hiericho.*

D ¶ Dico adhuc quod virore decoratur, nunquam enim perdidit virorem suum, sic & vir iustus virorem bonæ conuersationis nunquam debet perdere sed ipsam perpetuo custodire Leu. 23. *Sumetis fructus arboris pulcherrimæ, spatulasq; palmarum.* Istis enim debemus esse parati & ornati ad digne Domino obuiandum, sicut dicitur Ioan. 12. quod *acceperunt ramos palmarum, & processerunt obuiam Christo.*

E ¶Dico insuper quod palma alteri combinatur. Palma enim proficit per coniunctionem, & ideo binæ & plures simul arbores inde oriuntur. Mascula enim palma fœmellam fœcundat, si iuxta eam plantetur. Sic vere viri iusti tunc temporis in morib. proficiunt, quando per charitatis vinculum iunguntur & vniũtur ad inuicem. Charitatiua enim associatio virtutum est fœcundatio & cumulatio. Per istam enim fœminæ à masculis, imperfecta à perfectis, mali à bonis fœcundantur, & gratijs & virtutib. impinguantur. Palma enim nunquam vult esse sola, quia teste Sen. *Omnia mala docuit solitudo.* Quod bene figuratum est Exod. 15. vbi dicitur quod *filij Israel venerunt in Helym vbi erant 12 fontes & septuaginta palmæ.* Ad denotandum, quod palmæ in Helym .i.e. in Ecclesia illi qui volunt esse palmæ per virtutem & perfectionem, & fontes per gratiam & deuotionem, non debent per omnem esse soli, sed per charitatem & concordiam esse multi. Eccles. 50. *Palmæ steterunt in circuitu eius.* Ezechiel. 41. *Palma erat inter Cherub & Cherub.*

F ¶Dico nihilominus quod palma fructibus fœcundatur. Habet .n. palma fructus dulces, quos dactylos vocamus, quos frequentant & diligunt Elephantes, secundum Plin. quia s. viri iusti habent fructus bonorum operum abundantes, quibus Elephantes, i. e. simplices recreantur, & per bona exempla in virtutibus educantur. Et de hoc dicitur in Ps. 91. *Iustus vt palma florebit, sicut cedrus Libani multiplicabitur.* Vide eam supra de iustitia.

G ¶Dico vlterius quod durabiliter antiquatur, quia s. palma dicitur quasi sine defectu viuere. Quod satis euidenter apparet & probatur per hoc, quod centum annos dicitur expectare antequã faciat fructus bonos, quod etiam apparet ex natura nominis, quia palma Latine dicitur senex, vel phœnix Græce pro eo quod ad modum illius auis phœnicis diutissime duret. Per quod notatur perseuerantia viri iusti, qui sc. nunquam debet per peccatum deficere, sed in bono perpetuo perdurare Iob 29. *In nidulo meo moriar, & sicut palma multiplicabo dies meos.* Sequitur: *Gloria mea semper innouabitur, &c.* Et tales palmæ, i. viri iusti in templo debẽt esse insculpti, & ibi promoti & radicati, sicut 2. Paral. 3. dicitur, quod *Salomon per totum templi parietem sculpsit palmas.* Quia Salomõ, i. bonus prælatus debet tales palmas in templo Ecclesiæ sculpere, & eos ibidem constituere & locare. Ez. 41. *Palmæ cælatæ erant in pariete templi.* Patet ergo quod palma significat morum sanctitudinem virtuosam.

H ¶ Secundo dico, quod palma signat crucis mœstitudinem dolorosam. Palma enim est inferius multum aspera, sursum tamen est dulcis & fructifera. Palma etiam præbet Elephantibus, i. esurientibus nutrimentum, & ipsis dormientib. fulcimentum. Sic vere crux Christi fuit aspera inferius in hoc mundo, est tamẽ valde dulcis superius in paradiso Elephãtes ergo, i. viri iusti debent sub ista morari per deuotionem, eidem debent inniti per spem, fiduciam, & affectionem, & sic fructu istius arboris, scilicet, Christo reficientur finaliter per æternam fruitionem. Figuratur in Debora prophetissa vxore Lapidoth, *quæ sedebat sub palma, & iudicabat populum,* sicut dicitur Iudic. 4. Debora enim interpretatur eloquens, significans viros Ecclesiasticos, qui orando, gratias agendo, & alios docendo debent esse eloquentes, Isti enim sub palma crucis per memoriam & deuotionem debent sedere, vt se & alios possint debite iudicare. Quod etiam bene figuratur Ezech. 41. vbi dicitur, quod *in templo erant fabrefacta palma, & palma erat inter Cherub & Cherub.* Nos enim sumus tẽplum Dei spirituale, quia *templum Dei sanctum est, quod estis vos* 2. Corinth. 6. In nobis ergo debet esse cælata & impressa palma crucis per deuotionem, habens secum Cherub, quod interpretatur plenitudo scientiæ, i. spiritualem sapientiam & discretionem. Dicat ergo vir cruci deuotus illud Canticum 7. *Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius.* Vbi ostenditur.

Talium feruens affectio (Ascendam.
Crucis conditio (Palmam.)
Cordis deuotio (Apprehendam &c.

Signat ergo palma crucis mœstitudinem dolorosam.

¶Tertio signat victorum certitudinem gaudiosam. Palma enim est arbor victorialis. Victores enim solebant palma antiquitus coronari. Et ideo per palmam bene potest sanctorum victoria denotari. Et de hoc Apoc. 7. dicitur, quod *sancti erant in conspectu throni amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum.* Sic enim vitia vicerimus, & si iusti & boni fuerimus, palmam æternæ gloriæ & perpetuæ coronæ à Deo reportabimus Deut. 25. *Illi, quẽ iustum viderint, iustitiæ palmam dabunt.* Quod bene figuratur 1. Macchab. 13. vbi dicitur, quod *filij Israel mundauerunt arcem à contaminationibus, & intrauerunt in illam cum laudibus & ramis palmarum.* Quia arx Eccl. summe debet à vitijs mundari & expiari.

& eam

& eam illi solum debent intrare, qui sciunt Deo regratiari, & eum laudare, & qui palmam victoriæ sciunt de vitijs reportare.

K ¶ Quarto dico, quod palma significat cœlorum plenitudinē fructuosam, i. e. gloriam paradisi, sicut supra habes in titulo de Gloria. Gloria enim æterna ad modum palmæ

Habet vigorem vel nitorem immarcessibilem,
Habet virorem interminabilem,
Habet fructum indefectibilem,
Habet aspectum summe delectabilem.

Ista est ergo ciuitas palmarum, de qua dicitur Iudic. 3. *Possedit ciuitatem palmarum.* Vnde illud Cant. 7. *Ascendam in palmam &c.* Et illud Iob 29. *Sicut palma multiplicabo dies meos.* Vide supra in eodem tit. Patet ergo, quomodo palma signat

Æternæ gloriæ iucunditatem,
Fortis victoriæ strenuitatem,
Crucis memoriæ vtilitatem,
Virtutis & gratiæ moralitatem &c.

**Palma.** Manus, Palmus, Palmes, Palmare, Palpebra, Palos, Pali, & Palus, paludis, multa posset significare, sed auctoritates sunt valde paucæ de quolibet titulo prædictorum, quapropter transeo, gratia breuitatis.

A **Panis.** Cū Panis sit illud, per quod reficitur & nutritur corpus humanum, satis videtur consonum rationi, quod per panem intelligatur omne illud, quod delectat & reficit mētem nostram, siue bonum fuerit, siue malum. Notemus ergo, quod in scriptura inuenitur in bono significato.

Panis {
Doloris,
Laboris,
Sudoris,
Mœroris,
Timoris,
Saporis,
Dulcoris,
Vigoris.
}

Istis enim octo generibus panum debent fideles enutriri, vt per gratias & virtutes possint fœliciter augmentari. Comedamus ergo panem doloris per cordis contritionem & pœnitentiam Ps. 126. *Surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris.* Item comedamus panem laboris per diligentiam. Vnde Eccle. 33 *Cibaria & virga & onus asino, panis & disciplina & opus seruo.* Item comedamus panem sudoris per pœnarum sustinentiā, de quo Gen. . *In sudore vultus tui vesceris pane tuo.* Item comedamus panē mœroris per lacrymarum redundantiam. Ps. 41. *Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte.* Item comedamus panem timoris per diuinam reuerentiam Ezech. 12. *Panem tuum in conturbatione comede.* Item comedamus panem saporis per gratiarum influentiam, de quo Eccl. 29. *Initium vitæ hominis aqua, panis & vestimentum.* Itē comedamus panem dulcoris per scientiarū sapientiam, de quo Ecc. . *Cibauit illum Dominus pane vitæ & intellectus.* Item comedamus panem vigoris, i. e. sacramentum & Eucharistiam, de quo dicitur in Ps. 16. *Panis cor hominis confirmet.*

B ¶ Item accipiendo panem in malo significato dico, quod in scriptura inuenitur multiplex malus panis, videlicet,

Panis {
Carnalitatis,
Cupiditatis,
Mendacitatis,
Aduersitatis,
Prosperitatis,
Calamitatis.
}

¶ Panis carnalitatis est panis luxuriosorum. Vnde Ecc. 22. *Homini fornicario omnis panis dulcis,* id est, omnis delectatio carnalis. Panis cupiditatis est auarorum, de quo Esa. 65. *Serpenti puluis panis eius.* Panis mendacitatis est panis loquacium, verbosorum, seu etiam adulatorum, de quo Prouerb. 20. *Suauis est homini panis mendacij.* Panis aduersitatis est panis egenorum. Esa. 30. *Dabit tibi Dominus panem arctum, & aquam breuem.* Panis prosperitatis est panis diuitum & superborum, de quo Iob 28. *Terra, de qua oriebatur panis, in suo loco igni subuersa est:* Et Eccl. 10. *In risum faciunt panem.* Iste est panis, propter cuius comestionem maledicitur Propheta 3 Reg. 13. *Quia,* inquit, *comedisti panem in loco isto, non inferetur cadauer tuum in sepulchrum patrum tuorum.* Et sequitur, quod *ille Propheta à leone fuit occisus.* Quia vere, illi, qui pane prosperitatis vltra debitum fruuntur, sepultura Paradisi priuantur, & à leone diabolo perpetuo punientur. Panis vero calamitatis est panis damnatorum, de quo 3. Re. 22. *Mittite virum istum in carcerem, & sustentate eum pane tribulationis, & aqua angustiæ.* Ecce ergo, quomodo mali reficiuntur multis generibus malorum panum.

C ¶ Sed adhuc dico, quod sunt, scilicet,

Panes {
Desiderabiles & fructuosi,
Vituperabiles & vitiosi,
Exterminabiles & dolorosi.
}

Dicamus ergo aliquid de panibus bonis & spiritualibus. Sicut enim corpus habet suum panem corporalem, quo nutritur: sic anima habet suos spirituales panes, quibus mentaliter reficiatur. Paterfamilias enim Deus nobis seruis suis panes spirituales ministrat, quib. animam roborat, recreat, & confortat. Vnde ipse dicit Prou. 9. *Venite & comedite panem meum, & bibite vinū, quod miscui vobis.* De istis autem panibus dicitur Matt. 14. *Non habemus hic nisi quinque panes.*

¶ Vnde nota, quod Dominus hic in ista via administrat suis fidelibus quinq; panes, i. quinque genera spiritualium refectionum, & isti sunt

Panis {
Superior & sacramentalis,
Interior & spiritualis,
Exterior & scientialis,
Inferior & materialis,
Vltior & sempiternalis.
}

Istis enim quinque panibus, i. quinque panum generibus reficit Dominus huius mundi solitudine turbam suam. Nam

Panis {
Sacramentalis est panis Angelorum,
Spiritualis est panis deuotorum,
Scientialis est panis discretorum,
Materialis est panis egenorum,
Sempiternalis est panis beatorum.
}

¶ Primo ergo dico, quod Deus nutrit fideles suos pane sacramentali, qui panis dicitur Angelorum, quia sicut dicitur Psalm. 25. *Panem Angelorum manducabit homo.* Sicut enim paterfamilias solet de domo sua panem exterius ad cāpos mittere suis agricolis atque seruis, quamdiu sunt in opere & labore, quando vero de campo redierūt, solet eos pane suo & cibarijs in domo propria recreare, sic Deus pater nobis in agro huius mundi laborātibus de domo sua Paradisi panem cœlestem misit, i. filium suū benedictum, vt nos agricolas Ecclesiæ militantis isto pane in sacramento Eucharistiæ nutriret, & tandem eodem pane in domo Eccle. triumphantis per beatam fruitionem reficeret, & foueret, de quo Sapient. 16. *Panem de cœlo præstitisti eis Domine, omne delectamentum suauitatis in se habentem.* Iste enim panis in grano fuit de granario Paradisi apportatus. In ore Gabrielis sicut in quodam molendino fuit tritus, & aliqualiter masticatus, & quasi in farinæ mollitiem immutatus. In vtero virginis sicut in arca pistoria fuit cum aqua nostræ fluxibilis humanitatis mixtus, & mirabiliter impastatus. In mundo vero in cruce sicut in quodam clibano fuit ignib. tribulationum decoctus & inflammatus Esa. 44. *Succendit & coxit panes, & de reliquo fabricatus est Deum &c.* Esa. 48. *Excoxi te in camino paupertatis.* In resurrectione fuit de isto furno extractus. In ascensione fuit iterum in arca Paradisi repositus & locatus. Exinde vero quotidie in sacerdotali consecratione sumitur, & ad manducandum hominibus communicatur, & ad vitam gratiæ & gloriæ conferendam mirabiliter operatur. Et ideo istemet panis loquitur Ioan. 6. *Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendit.*

D ¶ Vbi aduerte, quod iste panis habet, scilicet,

Summam & gloriosam conditionem,
Magnam & fructuosam perfectionem,
Longam & virtuosam durationem.

Primum habet ratione principij originalis, quia de cœlo,
Secundum ratione virtutis sacramentalis, quia est panis viuus,
Tertium ratione naturæ substantialis, quia dicitur, Ego sum.

Ista enim in omni re considerantur, scilicet esse, operatio, finis: vt esse denotet rei conditionem. Ergo

Quantum ad {
Naturæ conditionem, iste est panis valde notabilis, qui de cœlo descendit.
Virtutis perfectionem, iste est panis valde notabilis, quia est panis viuus.
Finis præfictionem, iste est panis valde durabilis, quia Ego sum.
}

E ¶ Dico ergo, quod Christus ostendit hic huius panis mirabilem dignitatem, quod ostenditur, cum dicitur (De cœlo descēdi) Res enim cœlestes sunt istis inferioribus digniores, & in suis etiam conditionibus mirabiliores, sicut patet de cœlo, stellis, orbi-

oibibus, & planetis. Et quia dicit hunc panem de cœlo venisse, bene innuit ipsum conditionem dignam & mirabilem habuisse. Res enim quandoque conditionem & naturam à locis contrahunt, in quibus oriuntur, sicut patet de herbis, quia quæ in montibus nascuntur, saniores sunt, quam quæ in vallib. quamuis sint eiusdem generis & naturæ. Et inde est, quod animalia herbas montanas comedentia sunt præ cæteris meliora, & etiã saniora. Sic quia ista herba, id est, iste panis scilic. Eucharistia, de monte cœli descendit, vbi etiam ortum sumpsit, verisimile est, quod magnam virtutem & prærogatiuam habeat, & quod ipsam comedentibus virtutem & sanitatem & prærogatiuam conferat & inducat. (De cœlo, inquit, descendit.) Ps. 77. *Panem cœli dedit eis, cibaria misit eis in abundantia:* & Ioan. 3. dicitur, quod *qui de cœlo venit, super omnes est.*

F ¶ Et vere iste panis super omnes est multiplici ratione, & primo, quia iste

Per comestionem non minuitur,
Per fractionem non conteritur,
Vnus existens locis pluribus consecratur & conficitur,
Sua munditia ab immundis comedentibus non inficitur,
In ipso etiam accidẽs sine subiecto subsistit & conspicitur.

Ista enim & multa alia mirabilia sunt in isto pane, quæ longum esset per omnia dilatare. Iste enim per comestionem nõ minuitur, similis candelæ, quæ ita bene sufficit mille videntibus, sicut vni. Figuratus in lecytho olei viduæ mulieris, qui ad vocem Heliæ non minuebatur, quamuis exinde quotidie sumeretur, sicut dicitur 3 Regum 17. Figuratus etiam in manna, de quo dicitur, quod *Qui multum habuit, non abundauit, & qui modicum, non minorauit.* 2. Corinth. 8. & sumitur ab Exod. 16. Quia pro certo iste panis ad vocem Heliæ, id est, ad verbum sacerdotis confectus, & more mannæ de cœlo hominibus præsentatus nunquam in se diminuitur, quamuis à pluribus sumatur, imo sicut prosa canit: *Sumit vnus, sumunt mille, quantum isti, tantum ille.* Et de hoc Esa. 51. *Non deficiet panis eius.* Item iste per fractionẽ non conteritur, quia sicut baculus rectus partim in aqua positus videtur esse fractus, quamuis in veritate perseueret integer atque rectus: sic corpus Christi sub aqua fluxibilium accidentium in sacramento isto positum, frangi quidem videtur, & tamen in se non conteritur, nec mutatur. Thren. 4. *Paruuli petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis.* Item iste panis vnus existens in locis pluribus conficitur, quia sicut vna & eadem imago relucet in pluribus speculis, sic iste vnus & idem existens conficitur in pluribus locis Luc. 15. *Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus.* Item iste panis ab immundis non inficitur, quia, scilicet quamuis præcipiatur Leuit. 21. *Quicunque habuerit maculam, non offerat panes Deo.* si tamen de facto fiat, nunquam propter offerentis vel recipientis maculam maculatur. Cuius exemplum habemus in luce quæ transiens per sordes, propter hoc non sordescit, in cuius signum corpus suum Iudæ Dominus non negauit, quia, scilicet, quamuis ipsum sciret malum, ipsum tamen detegere noluit, & maxime, quia ipse immunditijs cordis sui munditiam corporis Christi maculare non potuit 1. Regum 30. *Inuenerunt virum Aegyptium, dederuntque ei panem, vt comederet.* Ad quod facit verbum Augustin. libro de Ecclesiasticis dogmatibus, dicentis sic: *Hoc,* inquit, *sacramentum non in merito consecrantis, sed in verbo conficitur creatoris. Et ideo nec boni sacerdotis virtutibus ampliatur, nec mali vitijs deprauatur.* Item in isto pane accidens sine subiecto consistit & inspicitur. Sicut enim terra stat & pendet in medio aëris sine fulcimento. Teste etiam Sen. libro 3. de quæstionibus naturalibus, Tutilla Insula Indiæ in mari stat, & natat sine fulcimento; quia, scilicet cum sit de natura pumicis, in mari non submergitur, sed enatat, nunquam tamen eundem locum seruat, sed motus impulsu & flatu continue locum mutat, quamuis herbas & arbores nutriat seu alat (sicut insuper capsa Mahometi in medio muri adamantini stat sine appodiamento: sic non est mirum si virtute diuina in sacramento altaris accidentia sint sine subiecto, vt de hoc exponatur illud Lucæ 4. *Dic lapidi iste, vt panis fiat,* quasi diceret, quamuis iste sit verus & spiritualis, apparet tamen, quantum ad sustentationem accidentium, esse lapis, hoc est dictum, quod in isto pane accidentia sine subiecto ita firmiter radicantur, ac si in fundamento lapideo locarentur. Ecce ergo quod mirabilia sunt in isto pane. Bene ergo patet, quod de loco mirabili venit, & quod de cœlo, non de terra originem suam traxit. Descendi, inquit, de cœlo. Vnde Ioann. 6. *Pater meus dat vobis panem de cœlo verum.* Dico ergo, quod hoc ostẽdit huius panis mirabilem dignitatem.

¶ Secundo dico, quod hoc ostendit huius panis notabilem potestatem, quod ostenditur, cum dicitur (Panis viuus) quia, sc. res viua valde est potens & virtuosa, multo magis, quam mortua. Iste enim panis dicitur panis viuus, pro eo quod C

In se habet vitam naturalem,
Alijs ministrat & confert vitam spiritualem & æternalem.

Dico, quod in se habet vitam naturalem, quia sc. ibi est

Corpus Christi per sacramentalem confectionem,
Anima per naturalem cum corpore coniunctionem,
Filius per humanæ naturæ inseparabilem assumptionem,
Pater & Spiritus sanctus per identitatem personarum, & indiuisibilem vnionem,

Iste ergo panis viuit in se. Ioan. 6. *Ego sum panis vitæ.* Item iste panis dat vitam alijs, quia sicut panis materialis vitam continuat corporalem, sic iste spiritualis vitam præstat digne sumentib. spiritualem. Vnde Ioan. 6. dicitur: *Panis verus est, qui descendit de cœlo, & dat vitam mundo.* Et non solum iste panis dat in præsenti vitam spiritualem gratiæ, imo etiam in futuro dabit digne sumentibus vitam gloriæ sempiternam. Vnde ibidem Ioan. 6 *Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.* Manducauerit dico, sc. digne. Circa quod aduertendũ est, quod manducare est credere. Vnde dicit Aug. *Crede, & manducasti.* Non enim semper requiritur dentium motus & attritio, imo sufficit sincera fides & deuotio.

¶ Vnde nota, quod ad hoc quod iste panis conferat huiusmodi vitam gratiæ seu gloriæ necesse est, quod sumatur & comedatur, scilicet,

Cum { Gemitu contritionis,
Fremitu compunctionis,
Vomitu confessionis,
Habitu timoris & mortis considerationis,
Strepitu laboris & bonæ operationis.

De contritionis gemitu habemus Thren. 1. *Populus eius gemens & quærens panem, &c.* De compunctionis fremitu dicitur Psalm. 126 *Surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris.* Et Eccl. 11. *Mitte panem tuum super transeuntes aquas,* id est, super effundentes compunctionis lacrymas, de confessionis sonitu seu vomitu quo scilicet debemus expellere omnia peccata. (Exemplo scilicet lupi qui fame arctatus, & terra satiatus, solet ipsam terram euomere, quando tandem vult inuenta bona & recentia cibaria manducare.) potest dici illud Genes. 3. *In sudore vultus tui vesceris pane tuo.* Confessio enim nihil aliud est quàm quædam vitiorum vomitio & sedatio, & quædam vultus verecundia & confusio. De timoris vero & mortis cõsiderationis habitu potest dici illud Ezech. 12. *Panem tuum in conturbatione comede.* Et in Psal. 101. *Cinerem,* id est, mortis memoriam, *tanquam panem manducabam, & potum meum cum fletu miscebam.* De bonæ autem operationis strepitu potest dici illud Prou. 20. *Operare terram tuam, & saturare panibus.* Et sic proculdubio charissimi si istis quinque modis istum panem sumpserimus, per ipsum vitam gratiæ & gloriæ habebimus, sicut dictum est.

¶ Iste est panis viuus. Et ideo bene dictum est, quod iste habet notabilem potestatem, quia scilicet res viua potest ire, vincere & operari. Vita enim de se virtutẽ designat. ¶ Et ideo quãdo iste panis viuus dicitur, bene dico, quod eius virtus & efficacia designatur. Iste enim est panis efficax

Ad nutriendum & vegetandum,
Ad delectandum & reficiendum,
Ad roborandum & sustentandum,
Ad saturandum & replendum.

Iste enim est panis nutritiuus & vegetatiuus. Sap. 16. *Angelorum esca nutriuisti populum tuum, & panem de cœlo præstitisti eis.* Item iste est panis refectiuus & delectatiuus. Prou. 9. *Panis absconditus suauior.* Item iste est panis sustentatiuus & roboratiuus. Ps. 16. *Panis cor hominis confirmet* & sic ille bene figuratur 3. Re. 19. *In illo pane subcinericio quem inuenit Helias ad caput suum, in cuius fortitudine ambulauit vsq; ad montem Dei Oreb,* qui significat paradisum. Item dico, quod iste est panis repletiuus & satiatiuus. Prou. 20. & 28. *Qui operatur terram suam, saturatur panibus:* Ideo de forti muliere dicitur Prou. 31. *Panem otiosa non comedit.* Patet igitur charissimi quod iste panis vt dictum est, habet notabilem potestatem.

¶ Tertio dico, quod iste panis habet durabilem firmitatem, K quod

quod ostenditur cum dicitur, Ego sum. Alij enim panes corrumpuntur, iste autẽ incorruptibilis est. Quamuis enim species illæ quæ nobis apparent, & accidentia illa quandoque corrumpantur, natura tamen & essentia corporis Christi nullatenus alteratur. *Ego sum*, inquit, quasi dicat: Ego non deficio, imo perpetuo persevero. Vnde illud Ioan. 6. *Ego sum panis vitæ* & ibidem, *Panis enim verus est, qui de cœlo descendit.* Et nota quod dicit verus. quia pro certo quamuis corporis Christi veritas oculis nostris non appareat, & quamuis sub accidentibus abscondatur & lateat, istud tamen verum est quod ibi est vera natura & essentia corporis Christi. Quod vtique posset probari auctoritatibus & miraculis infinitis. Pone hic & dic & narra quæcunque volueris miracula ad assertionẽ veritatis istius sacramenti, quia quasi infinita possunt inueniri. Ad probandum etiam istam veritatem faciũt sanctorũ auctoritates. Vnde dicit Ambros. in oratione, O *quanta lachrymarum contritione, quanta reuerentia & tremore quanta corporis castitate, & animi puritate hoc summum mysterium celebrandũ, vbi verum conficitur corpus Christi, vbi adest præsentia angelorum, vbi etiã ipse Christus sacrificium & sacerdos est, nemo ad hoc dignus est, nisi ipsum dignum effecerit.* Patet ergo, quod bene dicit. Ego sum. Si vis dilatare de isto, vide supra de Ego. Et nota q̃ istud verbum Ego sum, signat

Essentiæ veritatem,
Durationis firmitatem,
Prælationis auctoritatem.

L Dico essentiæ veritatem Exod. 3. *Ego sum qui sum.* Dico etiam durationis firmitatem. Apoc. 1. *Ego sum Alpha & Omega, principiũ & finis* Dico insuper prælationis auctoritatem Esa. 41. *Primus & nouissimus ego sum.* Et sic igitur patet quomodo iste est panis firmitate valde durabilis. Ego sum, potestate valde notabilis. Panis viuus. Dignitate valde mirabilis, qui descendit de cœlo.

¶ Aduerte tamen hic quod dicit Apost. 1. Corinth. 11. *Quicunque manducauerit panem hunc, aut biberit calicem indigne, reus erit corporis &c.* Quia pro certo sicut carnes & vinum sana sunt sanis, infirmis tamen & febricitantibus sunt nociua, sic panis iste bonis & dignis est vtilis & virtuosus, peccatoribus tamen & indignis est vilis & venenosus. Narra si vis hic exempla & miracula de indigne sumentibus. Sicut enim amygdalum bonum est homini, mors tamen vulpi, ferula est medicina homini, mors aũt est murænis, coriandrum etiam homines reficit, & tamen asinos occidit, sic iste panis bonis & dignis proficit: Malis vero nocet & officit, & æternæ mortis iaculis eos lædit. Et potissime eos qui sunt vulpes, i. e. malitiosi, quia iste panis debet esse sine fermento malitiæ. Num. 6. *Offerat tortam panis absque fermento.* Illis etiam qui sunt murænæ seu lamperræ, i. carnales & delitiosi. Illis insuper qui sunt asines, i. auari, insatiabiles & ambitiosi. Sicut enim dicitur Matt. 7. *Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus.* Iste enim panis qui debet dare vitam talibus confert mortem iuxta illud Iob 20. *Panis eius in vtero illius vertetur in fel aspidum intrinsecus.* Et est ratio quia tales indeuote & indigne sumunt istum panem Iob. 33. *Abominabilis fit ei in vita sua panis & cibus ante desiderabilis* Non sic ergo, sed digne sumamus istum panem, sicut panem summe durabilem & virtuosum, sicut panem sũme vtilem & fructuosum, sicut panem summe notabilem & gloriosum. Istud ergo primum genus panum quo Christus nutrit fideles suos in huius mundi deserto. Et hoc est primum principale. Ostenditur ergo quod Deus nutrit fideles pane sacramentali, qui panis dicitur angelorum.

M ¶ Secundo dico, quod ipse nutrit bonos pane spirituali, qui est panis deuotorum seu perfectorum. Et isto modo per panes intelliguntur virtutes quæ sunt panes & nutrimenta animæ Christianæ. Et secundum istum modum in scriptura inueniuntur duodecim panes, tres panes, quinque panes, septem panes. Duodecim panes sunt duodecim articuli fidei, qui in mensa propositionis, id est, in mensa sacræ scripturæ continue consistebant. de quibus Leuit. 24. *Accipies similam, & coques ex ea duodecim panes.* Tres panes sunt tres virtutes theologicæ, scilicet spes, fides, charitas. Vel fides beatæ trinitatis. Vel de trium regimen trium potentiarum animæ, scilicet Memoriæ, Intellectus, & Voluntatis. Et de istis dicitur Luc. 11. *Quis ex vobis habet amicum, & ibit ad eum media nocte, & dicet ei: Amicus meus de via venit ad me, & non habeo quod ponam ante eum, accomoda mihi tres panes.* Quia enim amicus noster, scilicet, animus quandoque de via, id est, de strepitu mundanorum negotiorum venit & redit ad nos, ideo tunc necesse est. q̃ ad amicũ nostrum Christũ recurramos, & quod ab ipso per deuotionem tres panes prædictos mutuo accipiamus, & quod exinde amicum hospitem, scilicet animum satiemus. Quinque panes sunt scientiæ & notitiæ quinque librorum legis vel discreta custodia quinque sensuum, quibus scilicet Dominus satiat turbam suam, de quibus dicitur Ioan. 6. *Est puer vnus hic qui habet quinque panes hordeaceos.* Septem vero panes septem significant dona Spiritus sancti, vel septem virtutes morales. Septem orationis dominicæ petitiones Septem sacramenta. Septem æternæ gloriæ dotes. Et de istis dicitur Matt. 15. quod *Iesus accipiens septem panes dedit discipulis &c.* Et si vis per istos septem panes potes accipere illos septem qui sunt supra in principio huius tituli enumerati. Patet ergo quod Deus nutrit bonos pane spirituali, qui est panis deuotorum.

¶ Tertio principaliter dico, quod ipsos nutrit pane scientiali qui est panis discretorum. Scientia enim sacræ scripturæ dicitur panis, quia scilicet grana, i. semina huius panis in agro paradisi creuerunt, ipsum tandem prophetæ & Apostoli triuerunt atque coxerunt, sed postea ipsum doctores parauerunt & exposuerũt, & sic prædicatus ipsum comedendum exhibuerunt Exo. 16. *Ecce pluam vobis panes de cælo &c.* N

¶ Quarto vero dico, quod Deus nutrit suos pane materiali, qui est viatorum, quia scilicet Deus dat omnibus creaturis suis bonis, sc. atque malis panem suum quotidianum, i. sustentationem corporalem. Istum enim panem committit Deus diuitibus vt erogent pauperibus. De quib. dicitur Pro. 22. *Qui pronus est ad misericordiam benedicetur, de panib. enim suis dedit pauperibus.* Quamuis de multis videamus quod libentius panem istum pauperib. subtrahant quã concedant, de quib. Iob 22. *Aquam lasso non dedisti, & esurienti subtraxisti panẽ.* Et ideo hodie possumus dicere illud Num. 21 *Deest panis, & non sunt aquæ.* Quia pro certo sicut dicitur Thren. 4. *Paruuli petierũt panẽ, & non erat qui frangeret eis.* Non sic, sed *frange esurienti panem tuum & egenos vagosque induc in domum tuam &c.* Esa. 58. O

¶ Quinto vero dico quod Deus nutrit pane sempiternali, & iste est ille panis quo Deus nutrit beatos in patria. Figuratus 2. Reg. 9. vbi de Mephiboseth dicitur. *Tu comedes panem in mensa mea semper.* Et de isto pane etiam dicitur Luc. 14. *Beatus qui manducabit panem in regno Dei.* Et sic ergo patet quomodo sunt quinq; genera panum, quibus *Deus nutrit & satiat plebem suam. &c.* Vide supra de Cibo, de Conuiuio, de Comedere, & de Manducare, de Esca, &c. Et hæc de pane desiderabili & fructuoso sufficiant. ¶ De pane vero vituperabili & vitioso vide in hoc libro vbi agitur de gastrimargia, gula, crapula, & similibus. ¶ Sed de pane exterminabili & doloroso vide vbi agitur de pœnis inferni & de miseria damnatorum, & de Cibare, vbi sũt auctoritates Hier. 9. *Cibabo populum istum absinthio.* Et eiusdem 23. *Cibabo eos absinthio, & potabo eos felle.* Illud prædictum Iob 20. *Panis in vtero illius vertetur in fel aspidum intrinsecus. &c.* P Q R

## Parabola.

Nota q̃ parabola idem est quod Prouerbiũ, & est parabola sermo sub figuris, metaphoris & ænigmatib. palliatus, & inuenitur in scriptura multiplex parabola, videlicet A

Parabola { Sublimitatis, Fatuitatis, Verbositatis.

¶ Primo modo sapientes in parabolis loquuntur. Antiqui n. Prophetæ & etiam antiqui philosophi, Christus etiam & sui discipuli in parabolis solebant loqui, & dicta sua quibusdam figuris & ænigmatibus inuoluere, vt dignis & sapientibus veritas melius ostenderetur, fatuis vero & insipientibus celaretur. Et ideo Salomon fecit librum parabolarum, quia sicut dicitur Eccl. 12. *Ipse composuit parabolas multas.* De sapiente etiam dicitur Eccl. 39. quod *occulta prouerbiorum exquiret, & in absconditis parabolarum conuersabitur.* De Christo etiam dicitur Marc. 4. quod *sine parabolis nihil loquebatur.* Quia proculdubio sermo qui in figuris & parabolis dicitur, cordi delectabilius imprimitur & auri gratiosius exprimitur, & memoriæ etiam facilius commendatur. *Aperiam in parabolis os meum, non loquar propositiones à principio*, Ps. 77. & Ps. 48 *Inclinabo in parabolam aurem meam. &c.* ¶ Secundo dico quod est parabola fatuitatis, & sic loquitur Eccl. 20. vbi dicitur: *Ex ore fatui reprobratur parabola, eo quod non dicit eam in tempore suo.* ¶ Tertio dico quod est parabola verbositatis, & sic parabola idem est quod derisio, opprobrium & vituperium, & sic loquitur Mic. 2. B C

*Sametur super vos parabola.* & in Ps. 68. *Factus sum illis in parabolam &c.* vide de prouerbio &c.

A **Paradisus.** Quia de paradiso in quantum significat gloriam æternam, iam in multis titulis satis dictum est, & etsi paucæ sint de paradiso auctoritates vocales, hinc est quod sub breuitate transibo. Nota ergo quod est Paradisus

Interior, Exterior, Superior, Inferior.

Paradisus interior est conscientia virtualis, & sic quælibet anima sancta dicitur paradisus, quia scilicet ibi est pax & tranquillitas sempiterna. Ibi n. est Deus per deuotionem. Ibi sunt angeli per gratiarum actionem. Ibi sancti per feruorem & orationem. Talis paradisus fuit beata virgo, de qua dicitur Genes. 2. *Plantauerat Dominus Deus paradisum voluptatis a principio, in quo posuit hominem quem formauerat.*

B ¶ Paradisus exterior est ecclesia militans & de hoc dicitur Gen. 3. quod *lignum vitæ erat in medio paradisi,* quia scilicet in nullo loco est vita gratiæ, nisi in ecclesia militante. Et nota, quod etiam ad literam mali status ecclesiasticus reputant paradisum & maxime status magnorum beneficiorum & dignitatum. Et ideo isti cum magnis laboribus istum paradisum solent quærere, & per ambitiosam diligentiam procurare. Narratur enim quod in partibus Indiæ seu Æthiopiæ vltra Ægyptum est crux risus in quibusdam montibus arduis constituta, quæ sic pro eo dicitur quia quicunque locum illum ascendendo transierit, statim ridere compellitur, & ridendo sensim trahitur, & ad cacumina montis amplius non rediturus violenter ascendere comprobatur. Existimant autem fatui quod ibi sit paradisus terrestris, & tamen secundum rei veritatem illi montes sunt de natura cuiusdam generis adamantis seu magnetis, qui attrahit carnes humanas, ita quod isti sic tracti paradisum non inueniunt, sed infernum, scilicet duritiam adamantium, vbi scilicet detenti compelluntur realiter mori fame. Reuera charissimi rupes istæ significant ecclesiæ dignitates, quas certe fatui reputant paradisum, quod ex hoc patet, quia per crucem risus, hoc est dictum, per placidum cruciatum illius ascendere comprobantur. Constat enim quod per multos cruciatus, cum risu tamen & complacentia ascenditur ad honores. Ideo bene dicunt istorum prædecessores illud euangelicum. *Qui vult venire post me abneget semetipsum & tollat crucem suam, & sequatur me.* Sed quid, pro certo isti miseri in isto dignitatum monte non inueniunt paradisum, sed potius duritiam infernalem, & tribulamina infinita, & quod peius est, famem ambitionis, & auaritiæ quæ non cessat. Quod certe satis figuratur Luc. 23. vbi scilicet latroni crucifixo solum legitur Christus dixisse: *Hodie mecum eris in paradiso.* Ad denotandum quod præcipue latrones & mali dum tamen cruci laboriosæ diligentiæ sint affixi, ad istum paradisum admittuntur & ibi etiam cum violentia trahuntur sicut de illo nequissimo Assur dicitur Ezech. 31. quod *Cedri non fuerunt altiores illo in paradiso voluptatis,* imo sicut ibidem dicitur, *Omne lignum paradisi non est assimilatum ei.* Vide ibi qualis erat iste sic promotus in isto paradiso, Circa quod tamen nota quod iste paradisus non admittit homines nudos, sed solum diuitijs & muneribus coopertos. Nonne de Adam legitur quod *cum audisset Dominum deambulantem in paradiso, ad auram post meridiem timuit & abscondit se eo quod nudus esset.* Et nonne etiam ibidem legitur, scilicet Gen. 3. quod etiam iste nudus fuit inde eiectus, & Cherub cum gladio versatili ibidem positus, & murus etiam igneus adhibitus, ne scilicet aliqualiter subintraret. Quia reuera de isto paradiso nudi & pauperes potissime repelluntur, & ne ibi intrent, cum diligentia præcauetur: O dicerent isti: *Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem, ejicite eum in tenebras exteriores,* Matt. 22. Et certe alio modo deberet esse, quia scilicet nudi virtutibus & scientijs non diuitijs deberent repelli & ad hoc Cherub, ignis & gladius adhiberi. Quia reuera Cherub, qui interpretatur plenitudo scientiæ, id est, prælatorum prudentia & scientia, gladius, id est, ipsorum rigor & iustitia, ignis, id est, ipsorum feruor, zelus & diligentia summe deberent cauere ne homines nudi virtutibus possint istum paradisum intrare, nec si intrauerint, remanere. Bonos vero & virtutibus & scientijs indutos illuc deberent trahere & leuare, exemplo scilicet Enoch, de quo dicitur Eccle. 44. quod *Enoch placuit Deo & translatus est in paradisum.* Iste est ergo paradisus exterior, videlicet ecclesia militaris.

C ¶ Paradisus superior est ecclesia triumphalis. Et iste est ille ad quem beati transferuntur post miserias huius vitæ, sicut dicitur de Enoch Eccl. 44. *Placuit Deo & translatus est in paradisum.* & de Paulo etiam legitur q. *raptus est in paradisum & vidit ibi secreta quæ non licet hominibus loqui* 2. Corinth. 12. Latroni etiam dictum fuit Lucæ 23. *Hodie mecum eris in paradiso,* Apocalyp. 2. dicitur *Vincenti dabo edere de ligno vitæ quod est in paradiso Dei mei.* D

¶ Paradisus inferior est gloria vel affluentia temporalis, quia scilicet prosperitas mundana est paradisus malorum, cum non sint alium obtenturi. Sicut enim ponitur in libro de historia terræ sanctæ, senex, [illegible] imperator Assassinorum quendam locum delitiarum habet cum fontibus lactis & mellis, quem vocat paradisum [illegible] vbi [illegible] nutriri facit, & diuersis linguis doceri, quos tandem exinde extrahit, & ad diuersas terras pro occidendis principibus mittit, quodque eos iterum in paradisum suum mittet, si illos [illegible] quos vult occiderint, promittit. Ad quod anhelantes miseri legationem suscipiunt, & illos quos ille designauit & petiuit, adeunt & occidunt & pro illo paradiso habendo mortem alijs inferunt, & ab alijs incurrunt. Talis est paradisus mundanæ prosperitatis, quia vere senex diabolus pro isto habendo homines decipit, & eos alios occidere, & ab alijs occidi facit, exemplo Loth, de quo dicitur Gen. 13. quod ipse *videns regionem circa Iordanem quæ vniuersa irrigabatur sicut paradisus Domini, ibi habitauit.* Sed sicut dicitur Gen. 14. Chodorlaomor ipsum satis cito post captiuauit. Et ideo superbo regi Tyri in figura Cherub luciferi dicitur Ezechiel. 28. *Tu Cherub extentus & protegens in delitijs paradisi Dei fuisti &c.*

**Paralysis. Paralyticus.** Quia paralyticus est ille qui membrorum perdidit vsum, & qui præ contractione neruorum perdidit motum & sensum, & tamen adhuc videtur viuere, & in rebus inuenire saporem & gustum, videtur quod proprie paralyticus est peccator qui sc. caret sensu deuotionis & compassionis, & motu bonæ operationis, & tamen per spem pœnitentiæ futuræ videtur viuere, & in futuris paradisi bonis gustum aliquem retinere. Quia tamen in exemplis pluribus de paralytico fuit actum, transeo, gratia breuitatis, maxime quia paucæ sunt auctoritates. A

**Parare.** Nota quod parare idem est quod disponere, aptare & ornare, & potest sumi in bono & in malo. In bono enim significat scilicet, A

Promptitudinem voluntatis internæ,
Aptitudinem sanctitatis externæ,
Plenitudinem voluptatis æternæ.

Significat dico promptitudinem internæ voluntatis. Et sic parare signat obedientiam, quia sc. obedientes sunt prompti & parati ad faciendum omne bonum. Et de hoc dicitur 1. Mac. 12. *Præcepit Ionathas suis vigilare & esse in armis paratos ad pugnam tota nocte.*

B ¶ Item signat aptitudinem sanctitatis externæ. Et sic paramenta nihil aliud sunt quam virtutum spiritualia ornamenta Ps. 118. *Paratus sum & non sum turbatus, vt custodiam mandata tua.* & Apoc. 21. & 19. *Vxor agni parauit se.*

¶ Item significat plenitudinem voluptatis supernæ. Et sic signat illam æternæ gloriæ voluptatem quam Deus se diligentibus præparauit, de qua in Ps. 22. *Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me,* sc. Deus ibi parat nobis

Locum ad habitandum,
Mensam ad conuiuandum,
Sedem ad quietandum,
Lucem ad illustrandum.

¶ Locum dico ad habitandum. Ioan. 14. *Vado parare vobis locum.* Mensam dico ad conuiuandum. Matt. 22. Luc. 14. *Omnia parata sunt, venite ad nuptias.* Sedem dico ad quiescendum. Ps. 102. *Dominus in cælo parauit sedem suam.* & alibi. *Parata est sedes tua ex tunc.* Lucem insuper ad illustrandum. Ps. 131. *Paraui lucernam Christo, &c.* Regnum etiam ad imperandum. Matt. 25. *Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum.*

D ¶ Dicamus ergo aliquid de paramento virtuali & morali, de illo scilicet quo homo spiritualiter disponitur & paratur ad voluntatem Domini exequendam, quod nihil aliud [illegible] voluntatis prompta dispositio, & virtutum ornatus & [illegible]. Sicut enim milites qui sunt in exercitu diligenter [illegible] parant se ad præliandum. Reginæ dum sunt in conuiuijs diligenter se parant ad suam pulchritudinem ostendendum, vel saltem [illegible] nem abscondendum, seruitores Regum & Principum [illegible] in curijs diligenter se parant ad seruiendum, cursores vero & pedites dum sunt in vijs, diligenter se parant ad ambulandum. Sic vere charissimi nos dum sumus in mundo & in Ecclesia, debemus

mus ... parare sicut milites in exercitu per strenuitatem & audaciam, quia sicut dicitur Iob 7. *Militia est vita hominis super terram.* Item debemus nos parare sicut Reginæ per honestatem & munditiam. Item sicut seruitores per humilitatem & obedientiam. Item sicut cursores per sedulitatem & diligentiam. Et de hoc 1. Mac 3. *Aperuit rex ærarium suum, & dedit stipendia militibus suis & mandauit eis vt essent parati ad omnia.* Et hoc est quod præcipitur Exo. 19. *Lauent*, inquit, *vestimenta sua, & sint parati.* In quibus verbis aduerte, quod homo qui vult se bene parare debet aliquid deponere, aliquid apponere, aliquid disponere. Sic proculdubio spiritualiter si bene volumus esse parati, nos debemus deponere culparum vilitatem. *Lauent*, inquit. Apponere virtutum venustatem. *Vestimenta*, inquit. Disponere cordium voluntatem. *Sint parati* inquit. Debet enim deponi culparum turpitudo. Debet etiam apponi virtutum pulchritudo. Debet insuper disponi cordium promptitudo.

E ¶ Dico ergo primo quod si volumus esse bene parati, nos debemus deponere culparum turpitudinem. Lauent inquit. Quia scilicet homo nunquam potest esse bene paratus, nisi primo quotidianis vestibus sit exutus, & à cunctis fœditatibus lotus. Quotidianos ergo & visitatos malos mores deponere debemus & a cunctis culparum maculis nos lauare. Lauent inquit Esa. 1. *Lauamini, mundi estote auferte malum cogitationum vestrarum &c.* Sicut enim videmus, quod homines in festiuitatibus procedere volentes, nouis vestibus se parare solent, antiquas vestes deponere, & eas garcionibus suis dare, coluber etiam veteris pellis deponit indumentum, ad hoc quod nouæ pellis recipiat paramentum, sic & nos debemus deponere quicquid in moribus nostris antiquum videmus, & inhonesto garcioni nostro diabolo omnia dimittere, vt in conspectu Dei possimus nouis virtutum vestibus nos parare. Quod satis potest figurari Apoc. 21. vbi dicitur, *primum enim cœlum & prima terra abijt, & mare iam non est.* Et sequitur. *Vidi ciuitatem sanctam Hierusalem nouam descendentẽ de cœlo, à Deo paratam sicut sponsam ornatam viro suo*, quasi dicat, necesse est quod primum cœlum, id est, prima altitudo veteris superbiæ & elationis, prima terra, i. prima terreitas veteris auaritiæ & cupiditatis, primum etiam mare, i. prima fluxibilitas carnalis immunditiæ & totius voluptatis à nobis transeat & abeat, ad hoc quod ciuitas animæ nostræ sponso suo Christo parata & ornata appareat & existat. Debemus ergo deponere culparum turpitudinem.

F ¶ Secundo dico, quod si volumus esse bene parati, nos debemus apponere virtutum pulchritudinem. Et hoc ostenditur cum dicitur, Vestimenta. Vestes enim nostræ sunt virtutes, quæ nobis datæ sunt in caloris fomentum, in carnis tegumentum, & in honestatis paramentum & ornamentum. Sine vestibus enim non potest homo esse bene paratus, nec similiter sine virtutibus potest homo esse bene spiritualiter adornatus. Sicut enim flores dati sunt à natura in paramentum arboribus, sic virtutes paramenta sunt animabus. Nam sicut altaria paonis & vasis & reliquijs parantur (iuxta illud Neæ. 5. alia 2. Esdræ 5. *Parauerant altare vt offerent holocaustum*) sacerdotes etiam & episcopi diuersis indumentis se parant, vt digne Deo sacrificent sicut debent, sic & nos spiritualiter debemus Deo dispositi esse & ornari. Vestimenta inquit sua. Quod bene figuratum est Apoc. 19. vbi dicitur quod *vxor agni parauit se, & datum est ei quod operiret se bysso splendenti & candido.* Byssinum enim iustificationes sanctorum sunt, i. virtutes. Ideo de istis vestibus potest dici illud Eze. 16. *Sumpsisti vestimenta tua multicoloria &c.* Sic ergo patet quod nos debemus

G apponere pulchritudinem. Vestimenta inquit.

¶ Tertio dico, quod ad hoc, quod simus bene parati, debemus disponere cordium promptitudinem, quod ostenditur dũ dicitur. Sint parati, id est, animo prompti, & ad obediendum dispositi. Nullus enim potest esse paratus ad aliquod bonum, nisi cor habeat dispositum atque promptum. Ideo præcipitur 1. Regum 7. *Præparate corda vestra Domino, & seruite illi soli.* Et possumus hic notare quod sicut iuxta illud 1. Macchab. 3. *Rex mandauit exercitibus suis quod ipsi essent parati ad omnia.* Sic nos debemus esse parati ad mandatum nostri Regis Christi, non ad vnum bonum solum, sed ad omnia & ad multa. Et ideo breuiter notandum est quod nos debemus esse prompti & parati, scilicet ad

Cœlum ascendendum,
Iter peragendum,
Clare relucendum,
Hostem expellendum,
Pœnas sustinendum,
Gratias referendum,
Tute confitendum,
Bellum committendum,
Pacem faciendum,
Simul permanendum,
Fratres adiuuandum,
Mortem tolerandum,
Caute vigilandum,
Christum expectandum,
Cœlum subintrandum.

Simus ergo parati ad sursum ascendendum per contemplationem Exod. 34. *Esto paratus mane, vt ascendas statim in montem, &c.* Num. 14. *Parati sumus ascendere ad locum quem Dominus Deus daturus est nobis.* Item ad iter peragendum per morum continuationem Iud. 9. *Omnes enim viæ tuæ paratæ sunt.* Et Tob. 5. *Paratis omnibus quæ necessaria erant in via. fecit Tobias vale patri suo.* Item ad clare relucẽdum per honestam conuersationem Iob 12. *Lampas contempta apud cogitationes diuitum, parata ad tempus statutum.* Item ad hostem expellendum per feruidam orationem vel etiam prędicationẽ. De quo Iob 3. *Maledicant ei qui maledicunt diei, qui parati sunt suscitare Leuiathan.* Item ad pœnas sustinendum per patientiæ roborationem Ps. 37. *Quoniam ego in flagella paratus sum, & dolor meus in cõspectu meo semper.* Et alibi. *Paratus sum & sum turbatus.* Item ad gratias referendum per laudem & confessionem. Ps. 107. *Paratum cor meum Deus, paratum cor meum, cantabo & Psalmum dicam Domino.* Item ad tute confitendum per spem & affectionem Psal. 121. *Paratum cor eius sperare in Domino, confirmatum est cor eius, &c.* Item ad bellum committendum per viciorum impugnationem 1. Mac. 3. *Congregatus est conuentus vt essent in prælium.* Item ad pacem faciendum per concordiam & conuentionem 1. Mac. 12. *Parati sumus facere vobiscum pacem.* Item ad simul permanendum per perseuerantiam & durationem Luc. 22. *Paratus sum tecum in carcerem & in mortem ire.* Item ad fratres adiuuandum per clementiam & compassionem Hester 4. *Quis nouit vtrum idcirco ad regnum veneris, vt in hoc tempore parareris?* Item ad mortem tolerãdum, sc. propter fidem Christi & dilectionem. Vnde 2. Mac. 7. *Parati sumus magis mori, quam patrias Dei leges præuaricari.* Item ad caute vigilandum per diligentiam & discretionem 1. Mac. 13. *Præcepit Ionathas suis vigilare, & esse in armis paratos ad pugnam tota nocte.* Item ad Christũ expectandum per promptæ voluntatis præparationem Mat. 24. *Et vos estote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis veniet.* Et sic sequitur quintum decimum, sc. quod nos erimus parati ad cœlũ subintrandum per fœlicem gloriæ adeptionem & fruitionem. Vnde Mat. 25. *Quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias.* Sic ergo patet quomodo boni debent esse parati ad Dei beneplacita facienda, iuxta illud Apostoli ad Titum 3. *Admone*, inquit, *illos principibus & potestatibus subditos esse, Deo obedire, & ad omne opus bonũ paratos esse.* Et sic ostenditur, quod si bene volumus in conspectu Dei apparere parati.

Disponenda est mentis aptitudo,
Apponenda est morum pulchritudo,
Deponenda est culpæ turpitudo.

Et sic si homo se taliter parauerit, ipse de se facit Domino viam, iuxta illud Luc. 3. *Parate viam Domini, rectas facite semitas eius.* Et optimus sicut ille Esdr. de quo 1. Esdr. 5. dicitur, quod *Esdras parauit cor suum, vt inuestigaret legem Domini, & doceret & faceret.* Et sic dico quod parare accipitur in bono.

¶ Sed adhuc dico, quod parare accipitur in malo, quia scilicet diabolus & membra sua semper sunt parati ad malum alijs faciendum. Sicut enim videmus, quod scorpio semper habet aculeum tensum & occultum, & erectum & paratum ad venenum infundendum, sic diabolus cum corpore suo aculeum malitiæ semper habet paratum, & ad nocendum hominibus adaptatum Ps. *Susceperunt me sicut leo paratus ad prædam &c.* Et nota, quod mali sunt semper parati. H

Ad { Diuitias acquirendum,
Insidias faciendum,
Discordias generandum. }

Dico ad acquirendum diuitias, sicut patet de auaris, qui sem-

per sunt parati accipere & acquirere, nihil autem concedere vel largiri. Isti enim sunt sicut bombix, quæ de filis suis præparat sibi domum. Sic isti de diuitijs sibi faciunt habitaculum, de quibus dicitur Pro. 10. *Manus autem fortium diuitias parat.* Sed istis accidit sicut illi, cui dicit Dominus Luc. 12. *Stulte, hac nocte repetent animam tuam à te, quæ autem parasti, cuius erunt?* Item isti parati sunt ad faciendum insidias, similes catto, qui semper est paratus insidiari muribus, & ipsos capere & prædari. Sic maliciosi semper sunt parati ad alijs insidiandum, & si potuerint, & ad nocendũ, vt 1. Mach. 7. vbi dicitur, quod *hostes parati erant capere Iudam.* Itẽ parati sunt ad generandum discordias, vel ad inferendum molestias Iudith 7. *Medi omnes parauerunt se pariter ad pugnam contra Israel.* Isti ergo parati sunt ad omne malum culpæ. Et ideo Deus parat eis omne malum pœnæ, quia sc. ipse parat eis.

Tenuitatem temporalis successionis,
Obscuritatem cordialis discretionis,
Asperitatem æternalis damnationis.

Quod Deus ergo parcet talib. temporalium tenuitatem, patet Io. 4. vbi dicitur, quod *Deus parauit vermem, qui absumpsit hederam, sub cuius vmbra Ionas secundabatur.* Quia sc. Deus vermẽ, i. mortem præparat eis, & vmbram bonorum temporalium eis aufert. Quod etiam paret eis cordialem obscuritatem, patet Iob. 15. vbi de impio dicitur: *Nouit, quod parata sit in manu illius tenebrarum dies.* Quod insuper paret eis infernalem seu æternalem aduersitaté, patet Pro. 19. vbi dicitur, quod *parata sunt derisorib. iudicia, & mallei percutientes stultorum corporibus.* Patet ergo, quod parare sumitur in bono & in malo. Vide infra de præparare.

A **Parcere.** Nota, quod parcere idem est, quod indulgere, misereri, seu clementiam exhibere. Et potest breuiter notari, quod in scriptura inuenitur vnũ Parcere, quod est

Appetendum,
Exequendum,
Execrandum,
Formidandum.

Primum est, quo parcit per culparum indultionem,
Secundum, quo parcit homo per iniuriarũ dimissionem,
Tertium, quo parcunt mali per personarum acceptionem,
Quartũ, quo parcit Deus per pœnarum dilationẽ.

¶ Dicamus ergo, quod est vnum parcere mirabile & gloriosum, & istud significat misericordiam diuinam, per quam miseretur omnibus, quæ quodammodo sua sunt. Et ideo orat Ecclesia: *Deus, cui proprium est misereri semper, & parcere. Proprium enim est Dei parcere, veruntamen humilibus, non superbis.* Sicut n. videmus, quod fulgor multoties lædit loca alta & fortia, vbi locis humilibus nihil nocet. Vnde etiam de fulgure probatum est, quod aliquando per arcam transiens, metallum seu pecuniam liquefacit, lignum vero & sacculum nunquam lædit. Alias etiam turres & arbores destruit, vbi domus depressas, & arbores nunquam tangit. Quod etiam de forti vento videtur, qui contra fortia & magna magis impellitur, quam contra parua & debilia. Cuius ratio est, quia ventus & fulgur magis nituntur contra id, quod est fortioris resistentiæ, quia omne, quod est naturaliter fortius, agit in resistens magis, quam in non resistens. Sicut etiam patet de igne, qui tunc temporis fortius agit & ardet, quando aqua sibi resistente & contraria irrigatur, sic pro certo Deus, qui dicitur ignis, fulgur & ventus, propter rigorem suæ iustitiæ, debilibus & humilibus per peccata non resistentibus voluntati suæ obuiantibus, consueuit parcere, ipsisque nocere non videtur, non lædere, nec virtutem suæ seueritatis & iustitiæ contra eos declarare quod bene figuratur 2. Regum 21. vbi dicitur, quod *Dauid pepercit Mephiboseth, qui erat claudus pedibus propter iusiurandum, quod fecerat Ionathæ patri eius.* Alios vero de genere Saul qui *erant fortes & non claudi suspendit in ligno*, sicut dicitur 2. Reg. 21. Quia scilicet Deus qui Dauid dicitur manu fortis, claudis & debilibus & egenis solet parcere, & eos misericorditer & ab inferni incendio & suspendio præseruare, sed alios fortes, & præsidentes, & duros, obstinatos & resistentes solet fortiter impetere, & contra eos potentiam iustitiæ suæ ostendere, & tam temporaliter quam æternaliter solet ipsos funditus eneruare. Deus enim superbis resistit, humilibus dat gratiam, sicut dicitur 1. Pet. 5. Psal. 71. *Parcet pauperi & inopi. & animas pauperum saluas faciet.* Et ideo Iob videns quod Deus est ad parcendum naturaliter inclinatus supplicabat Iob 7. dicens *Parce mihi Domine, nihil enim sunt dies mei.*

¶ Vbi aduerte, quod iste petit sibi parci propter tria, scilicet, propter B

Nobilitatem præsidentis.
Necessitatem requirentis,
Fragilitatem delinquentis.

Ista enim tria ducunt dominum ad parcen[...]
Nobilitas suæ prælaturæ. Parce inqu[...]
Necessitas nostræ iacturæ. Mihi inquit.
Fragilitas nostræ naturæ. Nihil enim sunt &c.

¶ Dico ergo, quod Deus parcit propter suam nob[...]tem, quæ ostenditur cum dicitur, *Domine*, quod est nomen potestatis & nobilitatis. Teste enim Sene. lib. de quatuor virtutibus, *ad nobilem cor & magnificum pertinet libenter parcere.* Sufficit enim, vt di[...] potestatem vindicandi habuisse, quia (vt dicit) *nobile genus vindictæ est ignoscere.* Et quia Deus summe nobilis est & magnanimus, hoc habet ea animi generositate, quod libenter ind[...] atque parcat. Similis leoni, qui ex animi nobilitate prostratos, lædere non dignatur, sed eis parcere comprobatur. Do[...] quit. Quia sc. Dominus libenter parcit rebus suis nec ipsa[...] ter destruit sine causa. Ideo de eo dicitur Sapient. 11. *Parcis autem omnibus, quoniam tua sunt domine, qui amas.* Parcit ergo D[...] dictum est) propter suam nobilitatem.

¶ Deinde dico, quod ipse parcit propter nostram nece[...] quod ostenditur cum dicitur, *Mihi*, quasi dicat, mihi in[...] te positio parce. Exemplo regum Israel & Iuda, qui reg[...] pepercerunt, quando ipsum propter nimiam necessitatem suum primogenitum immolare & occidere viderunt, *sicut ponitur* 4. Reg. 3. Ideo bene supplicat Iohel 2. ca. *Parce populo tuo & ne des hæreditatem tuam in opprobrium, vt dominentur eis nationes.* Psalm. 71. *Parcet pauperi, & inopi &c.* Mihi inquit. Psalm *mihi in Deum protectorem.* Sapient. 12. *His tanquam hominibus pepercisti.*

D

¶ Denique dico, quod ipse parcit propter nostram f[...]tem. Nihil enim sunt dies mei. Magis enim est parcendum [...]bili & infirmo si vincatur quam forti. Sic quia Deus scit nos se debilis & fragilis conditionis, ita quod tentationibus resistere non valeamus, ideo libenter & misericorditer parcit. Exemplo leonis qui paruulis & mulieribus dicitur [par]cere, eo quod impotentis & fragilis naturæ quodam instinctu percipit ipsos esse. Nam quia Deus homi[...] lem & ad resistendum debilem esse nouit, libenter si[...] timus, nobis parcet, & semper nobis citra condignum p[...] nisi in nobis deficiat, veniam libenter tribuit & concedit [...] iuxta verbum Senecæ, *Pudet fortem bellum gerere cum homine parato.* Et istud allegatur cum dicitur. *Nihil enim sunt dies mei* [...] 22. *Ad nihilum redactus sum & nesciui.* Vnde Dominus dici[...] ruti illud 1 Reg. 24. *Cogitaui vt occiderem te, sed pepercit oculus* [...] Et ideo de eo tam benigniter parcenti & tam miseric[...] dulgenti loquitur beatus Bernar. *In odorem mansuetudinis* [...] *rinum boni Iesu audientes quod non spernas pauperem, non a*[...] *catorem, non horruisti confitentem latronem, non peccatricem la*[...] *tem, non Chananæam supplicantem, non deprehensam in adulterio* [...] *dentem in telonio, non supplicantem publicanum, non negantem* [...] *non persecutorem discipulorum, non crucifixores membrorum.* H[...] super Can. Sic igitur patet quomodo Dei misericordia[...] mode parcit diuersis. Sed pro certo charissimi quamuis [...] proprium misereri semper & parcere, illud tamen [...] respectu pœnitentium, quia scilicet Deus non parcit [...] peccato volunt perseuerare, & qui nolunt humi[...] Aquila enim non parcit proprijs pullis quando [...] neres, & ab aspectu solis oculos auertentes [...] expellere & ejicere eos solet. Sic vere, ne[...] degeneribus & à luce veritatis & gratiæ [...] parcet, imo de nido Paradisi eos ejiciet [...] lis malis apparuit. Ideo dicitur 2. Pet. 2. *Deus [...] pepercit &c.* Ideo etiã de quolibet peccatore [...] *mauit eum, non parcet ei.* Et circa hoc nota, quod [...] finaliter

Obstinate delinquentibus,
Iudicium expectantibus.

Carna-

Carnalia diligentibus,
Veritatem simulantibus.

De [illegible] delinquentibus dicitur Iob 9. *Verebar omnia opera mea, [illegible], quod non parceres delinquenti.* De mortem seu iudicium spectantibus dicitur Pr. 6. *Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ &c.* De carnaliter connectantib. dicitur Ezec. 16. Vbi mulieretrici loquēs Dominus dicit: *Non parcet super te oculus meus.* [illegible] hypocritis vero & veritatem simulantib. dicitur Iob 41. *Non parcam ei verbis potentibus, & ad deprecandum compositis.* Non sic ergo charissimi, non simus tales, quia pro certo Deus non parcit talibus, sed pœnitentib. & humilibus. Et si vis scire, quibus modis parcit, nota, quod eis parcit,

Culpam indulgendo,
Pœnam remittendo,
Minus debito puniendo,
De miserijs eruendo,

Culpam, dico, indulgendo Ps. 18. *Ab occultis meis munda me Domine, & ab alienis parce seruo tuo.* Pœnam, dico, remittendo, scil. æternam. Vnde Iob 14. *Tu quidem gressus meos dinumerasti, sed parce peccatis meis.* Item circa condignum puniendo Ezec. 20. *Pepercit oculus meus super eos, vt non interficerem eos:* supple, quamuis essent digni [illegible] de miserijs eruendo. Vnde illud Ps. 71. *Parcet pauperi &* [illegible]. Et sic patet, quomodo generaliter est vnū parcere mirabile & gloriosum.

¶ [illegible] secundo principaliter dico, quod est vnum parcere laudabile & virtuosum. Et istud parcere misericordiæ humanæ, quo [illegible] licet homo parcit homini delinquenti, quod potissime virtuosum est in potente vindicare, quia scilicet homo vindicans victus debet faciliter parcere, & iniurantibus indulgere, iuxta [illegible] ud Senecæ in Prouerbijs: *Alteri sæpe ignoscito, sibi nunquam.* [illegible] sicut dicit idem de moribus. *Magnarum virium est contemnere iniuriam.* Et ideo dicit Petrus Rauen. in sermone septuagesimo [illegible] ctauo. *Quantum ad quoties tibi vis dimitti, tantum & toties tu dimitte. Dimittendo enim alteri tibi parcis.* Sicut enim membra corporis inuicem se læserint, solent sibi inuicem parcere, nec vnum alterum ab altero vindictam sumere: sic & nos, cum simus alter alterius membra, secundum Apostolum, *parcere debemus delinquentibus, & iniuriam dimittere nocentibus,* iuxta illud Eccl. [illegible] *proximo tuo nocenti te &c.* Ideo dicit Cassiodorus. Ad [illegible] 2. *Si quis, inquit, pauperes pauerit, captiuos redemerit, adiuta* [illegible] *& pro suis inimicis orauerit, ante tribunal Christi dicere poterit conscientia libera, Domine da, quia dedi, dimitte, quia dimisi.* Et istud [illegible] tra multos, & maxime principes & tyrannos, vsurarios & balliuos, qui scilicet nulli pauperi parcunt, nulli delinquenti subueniunt, nulli misero compatiuntur, nulli depresso auxiliantur. Istud potissimum patet in vitiis iudicibus & prælatis, qui sine quacunque misericordia contra miseros debacchantur, cum tamen dicit Seneca, quod *culpa est totam culpam prosequi.* [illegible] videtur, quod illi sunt crudeliores pardis, draconibus, leonibus & leænis, mantiicoris & hyænis. Ista enim animalia saltem filijs suis parcunt. Isti autem subditis, qui sunt filij spirituales, non parcunt, sed per rapinas & alias multipliciter eos lædunt. Zach. 11. *Pasce pecora occisionis, quæ qui possederant, occidebant, & non dolebant.* Sequitur: *Pastores eorum non parcebant eis.* Vnde isti videntur dicere illud Sap. 2. *Opprimamus pauperem iustum, & non parcamus viduæ.* Esa. 9. *Erit populus quasi esca ignis, vir fratri suo nō parcet. Declinabit ad dexteram, & esuriet, & ad sinistram, & non saturabitur, vnusquisque carnem brachij sui comedet.* Expone ergo bene, quomodo tales raptores sunt contra pauperes & famelicos. Non sic autem de malis diuitibus, quia pro certo talibus bene parcunt, [illegible], vt deberent. Teste enim Plin. Ortix est auis pinguissima, intantum, quod pinguedo eius hebetat gladium vel cultellum. Quia pro certo cultellus seu gladius iustitiæ malorum iudicum solet hebetari, quando inuenta pinguedine diuitum solent donis & muneribus confricari. Quia, scilicet, tales, quamuis malos non consueuerunt lædere, sed corrupti muneribus, solent eis contra iustitiam indulgere. Figurati in Saule, qui Agag pinguissimo & melioribus gregib. contra Dei mandatum pepercit, *quicquid vero fuit vile & reprobum, exterpauit,* sic ponitur 1. Reg. 15. Quia scilicet mali iudices diuitibus & pinguibus parcunt, pauperes autem & miseros dure lædunt, contra illud Hie. [illegible] *Non parcatis iaculis, quia Domino peccauit.* Et ibidem: *Nolite parcere iuuenibus eius.* Non sic ergo, sed parcamus pauperibus, & nos [illegible] antibus, salua tamen iustitia, quia istud est vnum parcere laudabile & virtuosum.

¶ Sed tertio principaliter dico, quod est vnum parcere personarum acceptionis, & de isto vide supra in titulo suo. Istud etiam est parcere carnalis dilectionis, & etiam negligentiæ & remissionis, quod scilicet homo parcit & indulget sibi ipsi pœnitentiam fugiendo, nec se nec subditos corrigendo. De quo Pro. 13. *Qui parcit virgæ, odit filium.* F

¶ Quarto dico, quod est vnum etiam parcere diuinæ indignationis, quo sci. Deus ad præsens parcit mundi peccatoribus, & diuitib. vt ipsos puniat in æternum. Similis carnifici, qui boui, quem impinguat, videtur parcere, & tamen hoc facit, vt eū possit melius trucidare, qui quanto sibi plus à laborib. parcitur, tāto magis insolescit, superbit, recalcitrat, & erigitur. Et sic loquitur Dominus Hier. 46 *Castigabo te, nec quasi innocenti parcam, ne tibi innoxius videaris.* Isti sunt illi, quibus ad horam Deus parcit, de quibus Iob. 10. *Si ad horam peperceris mihi, cur ab iniquitate mea mundum me esse non pateris?* Et sic ergo patet, quomodo est quadruplex parcere, scilicet, G

Quoddam appetibile,
Quoddam commendabile,
Quoddam detestabile,
Quoddam formidabile, &c.

Vide de Misericordia & Misereri.

## Parere. Parturire. Partus.

Nota, quod cum parturire nihil aliud sit, quam fœtum vel fructum emittere & producere, possumus notare, quod in scriptura inuenitur multiplex partus. Est enim partus A

Honoris & nobilitatis,
Valoris & vtilitatis,
Doloris & mortalitatis,
Pudoris & virginitatis,
Horroris & iniquitatis,
Laboris & pœnalitatis,
Mœroris & confusionis,
Clamoris & prædicationis.

Partus honoris signat mundi promotionem, quia scilicet prælatus & Ecclesia tunc pariunt, quando de vtero claustri suos aliquem exterius ad aliquem statum promouent & emittunt. De quo Esa. 66. *Parturiuit Sion filios suos* Et iste partus quandoque est bonus, quando scilicet boni prælati exaltant pariunt & promouent bonos subditos. Animalia enim non pariunt, nisi similia sibi. Equa enim non parit porcum, nec porca parit asinum. Sic 10 Ecclesia quælibet promouet & parturit sibi simile pro posse suo. Et inde est, quod boni promouent bonos, & mali similiter malos, & sicut animalia gulosa & rapacia filios pariunt imperfectos, sicut canis, lupus, & vulpes cæcos, vrsus informes, & leo mortuos: sic mali & ambitiosi, gulosi, auari & simoniaci prælati subditos pariunt & promouent pessimos & iniquos, quia scilicet hodie promouent

Quosdam
- Cæcos, per ignorantiam,
- Informes per omnium virtutum carentiam,
- Mortuos per torporem & negligentiam.

Isti sunt illi, qui pariunt abortiuum, id est, homines imperfectos de quibus dicitur Hier. 14. *Cerua in agro peperit, & onagri steterunt in rupibus.* Quasi diceret, dum cerua, id est, imperfectus prælatus parit per beneficiorum collationem, onagri asini syluestres, id est, malæ personæ obtinent rupes dignitatum per indebitam promotionem. Vide supra de ambitione, & in pluribus alijs locis.

¶ Partus valoris signat bonorum operum productionem. Sicut enim arbores pariunt fructus, sic homo parturit suum opus. Nam sicut fœtus in matrice concipitur, & tandem emittitur & parturitur, sic bonum opus primo est in matrice cordis per cogitationem, & deinde parturitur per bonam executionem & operationem Ezech. 23. *Habui eas tanquam vxores, & pepererunt filios & filias.* Sicut enim lepus ita est fœcundum animal, quod quando parturit vnum fœtum, semper remanet prægnans de alio, quod etiam de arboribus citronorum dicitur, quod quando vnus fructus maturus colligitur, semper alius floret, & alius generatur: sic & nos fructus bonorum operum debemus parere, & tamen de alio bono opere debemus prægnantes per bonum desiderium remanere Can. 7. *Videamus, si vinea nostra floruit, si flores fructus parturiunt.* Quod est cōtra multos, qui non continuant nec multiplicant partus bonorum operum, imo si quandoque B

doque eos contingat bona opera patere, statim volunt deficere & cessare. Similes pantheræ, quæ non dicitur parere, nisi semel. Similes etiam leænæ, quæ primo anno parit sex catulos, sed tandem omni anno diminuitur numerus partus sui, ita quod sexto anno penitus sterilescit 1. Re. 2. *Sterilis peperit plurimos, & quæ multos habebat filios infirmata est.* Non sic ergo, sed habeamus partum valoris per bonam operationem.

C ¶ Partus doloris signat nostram naturalem procreationem, quia procul dubio nos in fœtore concipimur, & in dolore parturimur & in labore miserabiliter enutrimur. Vnde in Euæ maledictione continetur quod *in dolore debeba: filios parere, & ærumnas multiplices sustinere*, qua sicut dicitur Io. 16. *Mulier cum parit, tristitiam habet.*

D ¶ Partus pudoris signat Dei filij incarnationem, quia, scilicet sicut hyæna dicitur parere sine masculo, sic istum peperit virgo sine viro Esa. 7. *Ecce virgo concipiet & pariet filium.*

E ¶ Partus horroris signat malorum actuum executionem. Quodlibet enim malum opus est vnus malus fœtus. Nam sicut serpentes & omnia animalia venenosa fœtus pariũt venenosos, sic vitiosi homines actus faciunt vitiosos Ps. 7. *Ecce parturit iniustitiam, & concepit dolorem, & peperit iniquitatem.* Quod etiam de malis verbis verum est, quæ s. in vtero cordis contineri non valent, sed exterius emittuntur, sicut patet de secretorum reuelatoribus, detractoribus, adulatoribus &c. qui sc. mala verba parturire non cessant Eccl. 19. *A facie verbi parturit fatuum.* Et Esa. 33. *Concipietis ardorem, parietis stipulam.*

F ¶ Partus labulis signat æternam damnationem. Mundus enim est mater omnium reprobotũ. Iste ergo de ventre suæ prosperitatis parturit, quando per mortem in infernum eijcit & emittit. Vnde Ps. 47. *Ibi dolores vt parturientis, in spiritu vehementi conteres naues Tharsis.*

G ¶ Partus mœroris signat cordis compunctionem, vel oris confessionem, quia se. per confessionem vitia parturiuntur, & mali fœtus quos in corde nostro diabolus genuerat, exterius emittũtur ad Rom. 8. *Omnis creatura ingemiscit & parturit vsque adhuc.* Elephas enim libenter iuxta flumina parturit. Sic & homo debet per confessionem patere iuxta lacrymarum fluenta. Et nota quod iste partus debet fieri, scilicet,

Cum contritionis dolore,
Cum compunctionis mœrore,
Cum conturbationis timore.

Dico cum dolore contritionis Ezech. 30. *Quasi parturiens dolebit.* Dico etiam cum mœrore compunctionis Hier. 48. *Cor fortium Moab quasi cor mulieris parturientis.* Dico insuper cum cõturbationis timore Deut. 2. *Audito nomine tuo paueant, & more parturientium contremiscant.* Et si vis ponere quomodo æstites iuuat aquilam parere, dicamus ceruam &c. supra inuenies titulo de ala.

H ¶ Partus clamoris signat doctrinam & prædicationem: prædicatores enim clamoribus & doctrinis homines in fide parturiunt & conuertunt, sicut dicit Apostolus Gal. 4. *Filioli mei quos iterum parturio, donec formetur in vobis Christus.* Vnde de istis potest dici illud Iob 39. *Incuruãtur ad fœtum, & pariunt, & rugitus emittunt.* Istis ergo octo modis accipitur partus. Et ista possent multiplicter dilatari, sed transeo &c.

A **Parentes**, Nota quod sunt

Parentes { Supernales, Spirituales, Corporales.

Supernales sunt Deus, Angeli & Sancti, de quib. dicitur Ecc. 44. *Laudemus viros gloriosos parentes nostros.* Spirituales sũt viri iustipredicatores & prælati, de quib. Col. 3. *Filij obedite parentibus vestris.* Corporales sunt pater & mater & nobis per sanguinitatis lineam colligati, de quib. 2. *Non debent filij thesaurizare parentibus, sed parentes filijs.* De primis duobus nihil ad præsens, de tertio vero supra de filijs aliquid dictum est. Sed vt breuiter aliquid dicam, notandum est quod corporales parentes sunt,

Honorandi cum reuerentia,
Educandi cum diligentia,
Supportandi cum patientia,

B ¶ Primo ergo dico quod parentes sunt cum reuerentia honorandi, quia sicut dicitur Eccl. 3. *Qui timet Deum, honorat parentes.* Teste enim Arist. 8. Ethicorum. Retributio debet esse possibilis, si non potest esse condigna, vt patet de Deo & parentibus, quibus non tenemur ad æqualens, sed ad possibile, q. d. Parentibus & Deo non possumus æquiualenter recompensare, & ideo saltem illud quod est nobis possibile, sci. honorem & reuerentiam gratiarum actionem & amicitiam tenemur humiliter exhibere. Honoremus ergo eos, eis obsequendo, & eis obediendo, quia ad hoc inducunt nos.

Præceptum scripturæ,
Instinctus naturæ,
Exemplum bonorum,
Tormentum malorum.

¶ Dico præceptum scripturæ, quia scilicet istud præcipitur nobis Exod. 20. *Honora patrem tuum & matrem tuam.* & Col. 3. *Filij obedite parentibus vestris.* C

¶ Dico etiam instinctus naturæ, quia instinctu naturæ omnia mouentur honorare illum à quo beneficia susceperunt sicut pater in elephante, qui liberatus à fouea obedit liberatori, & domesticus efficitur, & in multis brutorum animalium exemplis, sicut supra in pluribus titulis est ostensum. Et quia ergo à parentibus post Deum maiora beneficia suscepimus, ipsos merito post Deum præ cæteris honorare & reuereri debemus. Ab ipsis enim habemus esse, documentum, & nutrimentum, Et ideo sicut communiter omnes rami arborum inclinantur & pendent versus radicem, & maxime quando sunt fructibus onerati, fœtus versus suum originale principium à quo habent esse, nutrimentum & sustentamentum, sic & nos ad radices nostras, i. ad parentes nostros, à quib. sc. sumus & viuimus & nutrimur, debemus per reuerentiam inclinari, & per honorem & obedientiam famulari. Teste enim Apost. Rom. 11. *Tu non radicem portas, sed radix te.* Et ideo iuxta verbum scripturæ Esa. 51. *Attendite ad petram vnde excisi estis, attendite ad Abraam patrem vestrum, & ad Saram quæ peperit vos.* D

¶ Dico adhuc quod ad honorandum parentes debet inducere exemplum honorum, & maxime exemplum Tob[illegible] patrem honorantis. Exemplum Hester Mardochæum [illegible] venerantis. Exemplum etiam Decij qui ob honorem patris [illegible] diadema imperij refutauit. Teste enim Valc. cum Decius [illegible] perator Decium filium [illegible] volens imperiali diademate [illegible] signire, renuit filius, dicens: *Timeo ne factus imperator, de[illegible] filium.* E

¶ Ad hoc etiam facit tormentum malorum, quia scilicet qui non honorant parentes, in hoc mundo & in alio puniuntur, sicut de multis irreuerentibus possent narrari multa [illegible] guin, quia sicut dicit idem Valeri. *Iustissime parentum & Deorum violentia par dyndicta expianda est.* In lege etiam Deuter. 21 [illegible] *proteruus qui patris & matris obedire noluerit, iubetur lapidari.* Ex [illegible] patet quomodo parentes cum reuerentia sunt honorandi.

¶ Secundo dico quod parentes cum diligentia sunt educandi scilicet si indiguerint, sicut de gruibus dicitur quod parentes suos confectos de senectute solent nutrire, & eisdem victualia ministrare: falconibus etiam probatum fuit quod circa quendam falconem antiquissimum multitudo aliorum iuniorum fuit reperta, qui illi antiquo cibaria intulerant & quasi omni die ex his recentibus nutriebant. Quid de natura arborum, vbi videmus quod rami qui continue humorem haurunt à radice, in forti hyeme videntes radicem indigere, humorem suum iterum ad radicem mittunt, & ne radix indigeat, humorem proprium ei filiatum dimittunt. In quibus quidem natura docemur quod nos qui à radice, id est, à parentibus honorem bonorum temporalium recepimus, & ipsis tali honore multoties depauperauimus, debemus vice reciproca quando instat hyems alicuius aduersitatis & indigentiæ, honorem [illegible] strum ipsis impendere, & pro ipsis nutriendis [illegible] bonorum temporalium nos priuare. Et ho[illegible] præcipitur 1. Tim. 5. *Discat, inquit, vidua domum suam regere [illegible] tuam vicem reddere parentibus.* Quod Dominus be[illegible] qui æteria omissis in cruce pendens, de matre solummodo curam gessit, super quo dicit Chry. super Ioan. 19. quod *Iesus [illegible] in vltima respiratione docuit nos parentes procurare, vt (inquam) quanto quis est propinquior, tanto sit de eo cura maior.* Et ideo Petrus Rauen. in quodam sermone. *Auelle inquit à sole radium, & non lucet, à fonte riuulum, & arescit.*

*arescit à radice ramum, & siccatur à corpore membrum, & putrescit.* [illegible] *est*, inquit, *de filio, qui a parentum deuotione fuerit separatus.* Patet ergo qu[illegible] parentes cum diligentia sunt educandi.

¶ Tertio dico quod parentes cum patientia sunt tolerandi, quia scilicet & parentum minores defectiuns, parentum actus & sermones correctiuos debemus sustinere & supportare, & in patientia tolerare. Vnde Senec. *Surdum te parentibus præsta, bona animo mala precantur. Et si vis esse fœlix ora Deos ne tibi quid horum eueniat, quæ implorant.* Sic igitur patet quomodo se debent habere filij ad parentes & quantum ad patientiam, & quantum ad subuentionem & quantum etiam ad reuerentiam. Vide supra in titulo de filio, videlicet qualiter se debent habere parentes ad filios & quantum ad nutritionem, & quantum ad instructionem, & quantum ad correctionem. Vnum autem aduerte hic quod summe debent curare parentes vt se tales exhibeant, quo filij in eorum operibus mortis exempla non videant, quia scilicet filij solent libenter imitari parentes. Et ideo, vt communiter, sicut boni habent bonos filios, iuxta illud Romanor. 11. *Si radix sancta, & rami,* sic mali parentes filios, vt communiter, habent malos. Sicut enim mulus ab asino & equa generatus, propter excessu[m] parentum suorum frigiditatem, potentiam generandi non habet, plumbum etiam propter hoc, quod ab immundo & grosso argento viuo & sulphure componitur, secundu[m] Arist. metallum fœdum & maculatiuum esse dignoscitur (quia breuiter qualis materia, talis materiatum, & defectus principiorum in conclusione relucet) sic vere illi, qui à frigidis & indeuotis, ab immundis & inhonestis parentibus generantur & componuntur, fœdi & immundi inueniuntur, & virtute generandi bona opera esse penitus vacui dignoscuntur, quia sc. mores parentum imitantes cum ipsis ad interitum deuoluuntur. Lupus enim generat lupos. Vsurarius filios vult habere vsurarios. Raptor raptores, & prædator generat prædatores. Et sic verificabitur illud, quod scribitur Sap. 4. quod *ex iniquis omnes filij, qui nascuntur, testes sunt nequitiæ aduersus parentes.* Isti sunt parentes, qui deuorant filios suos, iuxta illud Luc. 21. *Trademini autem à parentibus &c.* Et ideo talibus malis parentibus non est obediendum, [illegible] ab eis & eorum imitationibus discedendum. Ruth enim commendatur, quia parentes dimisit Ruth a. quia sicut dicit Hieronym. *Si vtrumque, scilicet & Deum & parentes seruare nequeas, odium in suos, pietas in Deum est habenda.* Augustin. in serm. *Scias, quod amandus est generator, sed præponendus est creator,* quia scilicet mali parentes, in quantum in via salutis nobis obsistunt, non sunt nec honorandi, nec educandi, nec imitandi, nec tolerandi. Et hoc de parentibus sufficit &c. Vide supra de filio, & infra de Patre.

A **Pariter.** Nota, quod pariter idem est, quod simul, inuicem, æqualiter, & mutuo. Et signat pariter rerum coniunctionem, aggregationem, & adæquationem. Et idem breuiter pariter potest significare bonam vel malam societatem. Boni enim semper sunt pariter & simul per vinculum charitatis. Sed si vis exempla, vide infra de Simul. Vnde Iud. 20. dicitur, quod *omnes filij Israel pariter congregati sunt.* Ideo nota, quod nos per charitatis pietatem debemus pariter

Plorare,
Orare,
Videre,
Gaudere,
Audire,
Conuenire.

Pariter, dico, plorare, per communem dolorem & contritionem. Vnde 1. Reg. 20. dicitur. quod *Dauid Ionathas pariter fleuerunt, Dauid autem amplius.* Item pariter orare, per communem feruorem & deuotionem. Vnde Tob. 8. dicitur de Tobia & Sara, quod *surgentes pariter orabant.* Item pariter videre, per communem fidem & discretionem Esa. 40. *Videbit omnis caro pariter salutare Dei.* Et Esa. 41. *Vt videant & sciant, recogitent & intelligant pariter.* Et Act. 2. *Omnes enim, qui credebant, erant pariter.* Item pariter gaudere per communem spē & consolationē Iudic. 19. *Hodie hic maneas. pariterq; læteiur.* Item pariter audire per cōmunem obedientiam & subiectionem. Vnde Ecc. 12. *Finem loquendi omnes pariter audiamus.* Item pariter conuenire, per communem charitatem, & societatem, & dilectionem. Vnde Ose. 1. *Congregabuntur filij Iuda & filij Israel pariter, & ponent sibimet caput vnum.* Act. 2. *Omnes discipuli erant pariter in eodem loco.*

¶ Iusti enim etiam in eodem loco sunt pariter, scilicet, B

Per { Fidei vnitatem,
Cordium charitatem,
Morum conformitatem.

Et finaliter per æterni habitaculi parem & vnicam ciuitatem. Vnde de pari societate beatorum dicitur Iob 3. *Ibi requieuerunt fessi robore, & quondam vincti pariter sine molestia non audierunt vocem exactoris, paruus & magnus ibi sunt, & seruus liber à Domino suo.*

¶ Aduerte autem, quod mali etiam dicuntur quandoq; esse C pariter per copulam suæ malæ & ineptæ societatis, quia scilicet isti hodie ad nocendum bonis, & contradicendum Deo videntur pariter colligari, iuxta illud Nehem. 4. *Congregati sunt omnes pariter, vt venirent, & pugnarent contra Hierusalē.* Et ideo nota, quod mali solent pariter

Lætari,
Rixari,
Contra bonos colligari,
In inferno damnari.

De pari lætitia dicitur Nahum 1. *Sicut spinæ inuicem se complectuntur, sic conuiuium pariter potantium.* De pari discordia dicitur Hier. 46. *Fortis impegit in fortem, & ambo pariter conciderunt.* De pari contra bonos & colligatione & concordia dicitur Iosue 7. *Audient Chananæi, & pariter conglobati circumdabunt nos.* De pari etiam impiorum pœna & in inferno mæstitia dicitur Dan. 2. *Contrita sunt pariter ferrum, testa, & æs.* Et Gen. 34. *Emor & Sichem pariter necauerunt.* Sufficit.

**Paries.** Nota, quod parietes sunt illæ partes domus, quæ ipsam sustentant principaliter atque claudunt. Et A ideo spiritualiter per parietes possunt intelligi personæ Ecclesiasticæ quæ constituunt domum Ecclesiæ militantis, vel viri sancti & Angeli, qui constituunt domum Ecclesiæ triumphantis, vel membra humana, quæ constituunt domum corporis collabentis. Et ideo secundum hæc possumus notare, quod triplex paries inuenitur, scilicet,

Paries { Luteus,
Lapideus,
Aureus.

¶ Paries luteus signat corporis fragilitatem. Iste est enim paries valde debilis, quia scilicet ex carne & sanguine & ossibus est confectus, de quo in Psal. 61. *Tanquam parieti inclinato, & maceriæ depulsæ.* Istum tamen parietem sic vilem & luteum quidam pingunt per curiosam conuersationem. Quidam liniunt per verbosam adulationem. Quidam cooperiunt per fallacem excusationem. Illi ergo, qui pingunt & ornant parietem suum, sunt hypocritæ & adulatores. Et ideo talibus dicitur Actor. 23. *Percutiet Deus te paries dealbate &c.* Illi, qui liniunt parietem alienum per verbosam adulationem, sunt adulatores. Et de istis linitis parietibus, & de adulatoribus eos linientibus dicitur Ezech. 13. *Complebo indignationem meam in pariete & in his, qui liniunt eum absque temperamento.* Illi vero, qui operiunt parietem alienum, sunt falsi excusatores, & potissime isti mali cōsiliarij diuitum qui excusant omnia mala facta ipsorum, de quibus dicitur 2. Par. 24. *Egerunt qui hi, qui operabantur industriè, & obducebatur parietum cicatrix.*

¶ Istud non debet esse, charissimi, quia vere paries noster non B est nec pinguendus, nec liniendus, imo proculdubio

Iste paries est per { Pœnitentiam fodiendus,
Prudentiam considerandus,
Diligentiam impellendus.

Fodi, dico, debet, per pœnitentiam, quia scilicet in parietibus defossis inueniuntur quandoque copiosi thesauri. Ideo consulitur Ezec. 12. *Fili hominis, fode parietem.* Debet etiam considerari per prudentiam. Qui enim habet in domo parietem ruinosum sæpe debet eum considerare, vt præuideat eius ruinam, sicut de Ezechia dicitur Esa. 38. *Conuertit Ezechias faciem suam ad parietem.* Debet insuper impelli per diligentiam Esa. 25. *Spiritus robustorum quasi turbo impellens parietem.* Paries enim corporis nostri ita est ponderosus & grauis, quod nisi per diligentiam impellatur, nunquam potest ad bonum aliqualiter se mouere. Grauis enim est iste paries. Et ideo quando manus diuinæ iustitiæ in isto pariete scripserit, *Mane thecel phares,* sicut ponitur Daniel 5. & exponitur supra, tunc dico, quod iste paries per mortem corruet, & tota domus corporis euanescet Ezech. 13. *Ecce cecidit paries.* Et ibid. *Destruam parietem, quem linistis.* Sic ergo dico, quod est paries luteus, qui significat corporis fragilitatem.

¶ Se-

C ¶ Secundo dico, quod inuenitur paries saxeus seu lapideus, qui significat Ecclesiæ integritatem. In domo enim Ecclesiæ quodlibet collegium est quidam paries, quælibet vero bona persona est in isto pariete quidam lapis Abac. 2. *Lapis de pariete clamabat.* Istos autem parietes coniunxit Christus lapis angularis, *qui est pax nostra, & fecit vtraque vnum, & medium parietem &c.* sicut dicitur Eph. 2. Sicut ergo parietes templi de sectis lapidib. erant, facti tabulis vero cedrinis erant vestiri, & tandem auro vndique cooperti, & adhuc desuper erant figuris Cherubin & palmarum depicti, & mirabiliter decorari, sicut ponitur 2. Paralip. 4. & 3. Re. 6. sic procul dubio parietes, id est, status templi & Ecclesiæ deberent de sectis lapidibus, id est, de personis electis fabricari, deberent cedro altæ contemplationis vestiri, deberent Cherubin, id est, plenitudine scientiæ & discretionis ornari, deberent auro honestæ conuersationis operiri, & deberent etiam palmis, id est, victorijs peccatorum & tentationis honorabiliter coronari Ezech. 41. *Cherubin & palmæ celata erant in pariete templi.* Iste est ergo paries saxeus, significans Ecclesiæ integritatem.

D ¶ Tertio dico, quod in scriptura inuenitur paries aureus, & iste significat Paradisi nobilitatem. Sancti enim & sanctæ sunt quidam parietes aurei, quibus cœlestis Hierusalem est constructa. Vnde 2. Paral. 3. dicitur, quod *aurum erat probatissimum, de cuius laminis texit Salomon parietes templi.* Aurum enim claritatem æternæ gloriæ designat, quo Salomon, i. Deus sanctos suos contegit & adornat. Et sic ergo, patet, quod in scriptura inuenitur Paries.

Lutens,
Saxeus,
Aureus.

E ¶ Si autem per parietem vis intelligere prosperitatem mundanam, vel etiam status & collegia malorum & malignorum, dic, quod iste est paries, ad quem asina, id est, caro atterit pedes affectuum Balaam desuper sedentis, sicut dicitur Num. 24. Iste est enim paries, in quem Saul, id est, diabolus voluit consumere & configere Dauid, id est, quemlibet virum iustum, sicut dicitur 1. Reg. 18. Iste est paries, de cuius summitate præcipitata est Iezabel, id est, peccator sicut dicitur 4. Reg. 9. ita quod sanguine talis Iezabel, i. e. peccatis seu etiam morte & vindicta talium peccatorum, qui ab isto pariete quotidie præcipitentur, totus iste paries est depictus. Quodlibet tamen exemplum talium est vna macula sanguinis in isto pariete. Iste etiam est paries, non in quo, sed post quem sponsus perhibetur stare, sicut dicitur Cant. 2. *En ipse stat post parietem &c.* quia sponsus Ecclesiæ Christus non in isto pariete, sed post ipsum parietem semper stetit. Iste est paries, quem cæci, id est, peccatores diligunt & frequentant, dicentes Esaiæ 59. *Palpauimus quasi cæci parietem, & quasi absque oculis attrectauimus.* Iste est etiam paries, in quo multi lapides leprosi sunt, id est, multi homines vitiosi, propter quorum lepram perseuerantem paries iste erit finaliter destruendus, sicut dicitur Leuitic. 14. Quod vtique fiet in generali iudicio, quando paries iste, id est, malorum hominum & bonorum temporalium congeries destruetur, & ad nihilum deducetur, sicut minatur Deus Ezech. 13. *Complebo indignationem meam in pariete, & corruet paries, quem liniistis.* Et sic patet, quomodo paries potest sumi in bono, & in malo. Vide supra de Domo, & de Muro.

A **Pars. Partes.** Cum Partes sunt illæ res in quas totum resoluitur & diuiditur, & ex quibus totum consistit & constituitur, hinc est, quod pars de sui natura quandoque signat diuisionem & discordiam dissolutiuam, quandoque potest significare coniunctionem & concordiam constitutiuam. Et sic breuiter distinguendo possumus dicere, quod in scriptura inuenitur Pars.

Virtuosa,
Fructuosa,
Vitiosa,
Dolorosa.

Prima pars significat perfectorum vnionem charitatiuam. Et de hac Nehem 4. *Media pars iuuenum faciebat opus, & media pars parata erat ad bellum.* Pars secunda signat beatorum portionem præmiatiuam. Et de ista dicitur Luc. 10. *Maria optimam partem elegit.* Tertia pars signat impiorum diuisionem discordatiuam, quia scilicet bene sequitur, quod illud, quod est per partes, non est vnum. Et ideo Zach. 13. dicitur: *Partes duæ in ea dispergentur.* Quarta vero pars signat iniquorum damnationem distributiuam, quia sicut dicitur in Ps. 10. *Ignis, sulphur, & spiritus procellarum pars calicis eorum.*

¶ Vel alio modo possumus dicere, quod. B

Pars signat { Rerum diuisionem, / Distinctam regionem, / Bonorum portionem. }

¶ Dico rerum diuisionem, & sic totus mundus diuiditur in partes. Quia aliqui sunt boni, aliqui sunt mali. Pars vna obedit Deo, vna diabolo, sicut 3. Reg. 16. de duobus regibus dicitur, quod *vna pars populi sequebatur Amri, alia pars sequebatur Zambri.*

¶ Dico etiam, quod signat locorum regionem. Et sic inuenitur Pars. C

Superior, quæ est pars & regio beatorum,
Inferior, quæ est pars & regio damnatorum,
Exterior, quæ est pars & regio mundanorum,
Interior, quæ est pars & regio animarum.

De parte superiori dicitur Ecc. 24. *In partes Dei mei hereditas illius.* De parte inferiori dicitur Eccl. 24. *Penetrabo in inferiores partes terræ.* De parte exteriori potest dici illud Matt. 16. *Venit Iesus in partes Cæsareæ Philippi.* De parte vero interiori, i. e. de corde dicitur Ecc. 37. *quod ex corde partes quatuor oriuntur.*

¶ Denique dico, quod pars signat rerum seu præmiorum portionē. Et sic pro maiori parte sumitur in scriptura. Et ideo circa hoc aduertendum est, quod in scriptura pars, præmium, seu portio accipitur, scilicet, pro D

Temporali prosperitate,
Spirituali vtilitate,
Supernali fœlicitate,
Infernali calamitate.

¶ Primo dico, quod temporalis prosperitatis est pars & portio peccatorum. Vnde Eccl. 2. *Non prohibui cor meum, quin omni voluptate frueretur, & hanc ratus sum esse partem meam, si vterer labore meo.* Isti figurantur in tribu Ruben & Gad, & dimidia tribu Manassæ, qui partem suam trans Iordanem acceperunt, & in terra promissionis nihil penitus possederunt, sicut dicitur Num. 34. Quia scilic. mali in via ista partem & portionem suam accipiunt in bonis terrenis, dicentes illud Sap. 2. *Fruamur bonis, quæ sunt & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter &c.* Hæc est pars nostra, & hæc est sors nostra, ita quod nihil habebunt in terra promissionis, i. bonis æternis, ita quod ipsi satis possunt dicere illud Nehem. 2. *Non est nobis pars in Hierusalem.*

E ¶ Secundo dico, quod spiritualis vtilitas est pars & portio deuotorum. Viri enim deuoti & sancti non habent partem in hoc mundo, nec in bonis eius, sed solum bona spiritualia, gratias, scientias, & virtutes pro parte & portione huius vitæ accipiunt, & de bonis temporalib. vltra necessaria nihil volunt. Figurati in Leuitis, quibus noluit Deus dare partē inter filios Israel, dicens Num. 18. *In terra filiorum Israel nihil possidebitis, nec habebitis partem in terra eorum. Ego pars & hæreditas tua in medio filiorum Israel.* Et ideo Dauid in persona cuiuslibet sancti dicebat in Psal. 10. [sic] *Dominus pars hæreditatis meæ & calicis mei tu es, qui restitues hæreditatem meam mihi.*

F ¶ Tertio dico, quod æternalis fœlicitas est pars & portio beatorū. Isti figurantur in filijs Israel, qui quamuis in Mesopotamia, in Ægypto, & in deserto multis annis peregrinarentur, ibi tamen nunc partem, nec hæreditatem, nec portionem hæreditariam acceperunt, sed terram promissionis expectauerunt, quam tandem pro parte & portione hæreditaria possederunt, quia scilicet sancti in deserto huius mundi noluerunt partem suam, quinimo pœnas & labores in patientia sustinuerunt, quousque ad terram promissionis æternæ venerunt, vbi pro parte & portione regnum perpetuum acceperunt Hester 5. *Si dimidiam partem regni mei petieris, impetrabis.* Isti enim fecerunt bonum cambium, dimittendo.

Partem { Modicam pro magna, / Transitoriam pro æterna, / Laboriosam pro quieta. }

Et ideo isti figurantur in Maria, quæ *meliorem partem elegisse*, dicitur, *& ad pedes Domini consedisse*, sicut dicitur Luc. 10. *Dominus [illegible] ipsemet est portio beatorum*, ipsum enim habentes, isto solo & vnico sunt contenti Psalmo *Pars mea Deus in æternum* [illegible]. Damnati vero non sic possunt dicere, quia isti partem non habent in Deo. Partem enim per baptismum in eo habuerunt, sed ipsam

ipsam cum temporalibus commutauerunt, vel per peccata lu-dendo, cum diabolo perdiderunt. Et ideo modo isti possunt dicere illud 2. Regum 20. *Non est nobis pars in Dauid, nec hereditas in filio Isai.*

C ¶ Quarto vero dico, quod æternalis calamitas est pars & portio damnatorum, de quibus Eccles. 41. *Væ vobis viri impij, quia si mortui fueritis, in maledictione erit pars vestra.* Isti enim partem suam de bonis gratiæ & gloriæ, cum parte mundanæ opulentiæ & æternæ pestilentiæ permutauerunt Iob. 20. *Hæc est pars hominis impij à Deo.* & Iob. 24. *Maledicta sit pars eius in terra, non ambulet per viam vinearum.* Ista ergo de parte temporali, spirituali, supernali, & infernali sufficiant. Vide supra de Hæreditate & infra de Portione.

## A Particeps. Participatio.

Nota, quod particeps dicitur quasi partem capiens, quia scilicet particeps est ille, qui cum altero communicat, & qui cum socio suo partem accipit de commodo, vel de damno. Ergo

Particeps est nomen { Charitatis & societatis, / Vnitatis & concordiæ, / Rationalitatis & vtilitatis.

Et sic possumus dicere, quod participare pertinet ad bonos, qui scilicet inuicem per charitatem sunt sociati, & ad pœnas præsentis vitæ & gaudia futura suos per charitatem participium combinari. Apoc. 1. *Ego Ioannes frater vester, socius & particeps in tribulatione & regno.*

B ¶ Vbi aduerte, quod viri iusti & perfecti debent participare, scilicet,

Cum { Deo per gratiam & deuotionem (Ego, inquit, Ioannes,) / Proximo per amorem & dilectionem (Frater vester, socius & particeps.) / Mundo per laborem & afflictionem (In tribulatione.) / Cœlo per gloriam & promotionem (Et regno.)

C ¶ Participemus ergo cum Deo per gratiam & deuotionem. Sicut enim extrema non participant sibi inuicem, nisi per medium: sic nec Deus nec homo, nisi per gratiæ copulam & conglutinum. Gratia enim est illud medium, per quod homo Deo participat & associatur, quia scilicet sine isto homo peccator constituitur, & sic cum Deo non participat, sed ab eo potius elongatur 2. Corinth. 6. *Quæ autem participatio iustitiæ cum iniquitate?* q. d. nulla. Et ideo debemus esse Ioannes, qui interpretatur, in quo est gratia, quia etiam de Ioanne dicitur Luc. 1. quod *gratia Dei erat cum illo, vt sic Christi participes esse possimus,* vt sic quilibet possit dicere illud Heb. 3. *Participes Christi effecti sumus.* Et Hebr. 6. *Participes facti sunt Spiritus sancti.*

D ¶ Secundo participemus cum proximo per amorem & charitatem. Frater inquit & socius, quia sicut in quolibet signo cœlesti plures planetæ qualitates suas inuicem participant, sic cum boni in signo & in regione ecclesiæ conuersentur, necesse est quod bona sua per charitatem sibi inuicem communicent, vt sic quilibet dicat illud Psal. 118. *Particeps ego sum omnium timentium te.*

E ¶ Item participemus cum mundo per pœnam & afflictionem. In tribulatione inquit. Quia scilicet mercator non potest participare in honore, nisi prius particeps fuerit in labore & aduersitate, quia sicut dicitur Actor. 14. *Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.* Vnde Hebr. 12. dicitur, quod *non est filius, quem non corripiat pater eius, & quod disciplina participes facti sunt omnes filij.*

¶ Item quarto participemus cum cœlo per fœlicitatis adeptionem, quia scilicet nos, qui per gratiam eius filij erimus, participes nos efficiat regni sui. Regno, inquit Heb. 3. *Fratres sancti, vocationis cœlestis participes.* Sic ergo pater quomodo particeps sumitur in bono. Multo amplius posset dilatari, sed propter defectum auctoritatum omitto.

F ¶ In malo vero nota, quod quidam sunt

Participes cum { Diabolo per idololatriam, / Mundo per auaritiam, / Carne per immunditiam.

¶ Dico ergo, quod quidam participant cum diabolo per idololatriam. Isti sunt hæretici & sacrilegi, qui cum excommunicato diabolo participant, & tamē hac vita excommunicati sunt, & ab Ecclesia Paradisi finaliter exclusi erunt. Esa. 44. *Sculptile,* inquit, *conflauit ad nihil vtile, omnes participes eius confundantur.*

G ¶ Item quidam participant cum mundo per auaritiam, de quibus dicitur 2. Paral. 20. quod *rex Iuda & rex Israel participes fuerunt ad faciendum naues, quæ irent in Tharsis, vnde deferebatur aurum & argentum & ebur,* sicut dicitur 2. Paral. 9.

¶ Item quidam participant cum carne per immunditiam, contra illud Apoc. 18. *exite de eo populus meus, & ne participes sitis deliciarum* (alias delictorum) *eius, &c.* Vide infra de Societate.

## Parum. Paruus. Paruitas. Paruulus. A

Nota, quod paruitas potest accipi in bono & in malo. In bono enim signat humilitatis profectum. In malo vero designat vilitatis defectum. Nota ergo, quod in scriptura inuenitur Paruitas

Virtualis humilitatis,
Temporalis vtilitatis,
Naturalis necessitatis,
Cordialis iniquitatis.

De paruitate virtualis humilitatis dicitur 3. Reg. 18. *Ecce nubecula parua quasi vestigium hominis ascendebat de mari.* De paruitate temporalis vtilitatis seu facultatis dicitur Prouerb. 15. *Melius est parum cum timore Dei, quam thesauri magni & insatiabiles.* Et ista est paruitas seu tenuitas temporalium, quæ figuratur in illa tunica Samuelis, de qua dicitur 1. Reg. 2. quod *tunicam paruam faciebat ei mater sua.* Et merito, quia sicut dicitur Prou. 16. *Melius est parum cum iustitia, quam multi fructus cum iniquitate.* De paruitate vero naturalis necessitatis, quia scilicet paruuli sumus, imperfecti & debiles, quamdiu viuimus in hoc mundo, potest dici illud Nehe. 7. *Est ciuitas lata & grandis, & populus parum in medio eius.* De paruitate vero criminalis iniquitatis, qua peccatores dicuntur parui, pro eo quod nullam virtutum quantitatem & crementum habent, dicitur 4. Reg. 2. quod *pueri parui egressi de ciuitate deridebant Helisæum propter quod fuerunt ab vrsis continuo occisi.* Quia pro certo illi, qui sunt parui & pueri, id est, cæteris imperfectiores, solent Helisæum, id est, viros sanctos fortius deridere, & ideo merentur ab vrsis rugientibus, id est, à dæmonibus deuorari. Et ideo bene docet Apostolus 1. Corinth. 14. *Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote.*

B ¶ Vt ergo de paruulo aliquid dicamus, nota, quod paruulus in scriptura

Quandoque signat viros { Humiles, / Imbecilles, / Virtuosos, / Vitiosos.

Paruulus igitur signat virum iustum, humilem scilicet & perfectum, qui scilicet in oculis suis paruulus est, & qui per præsumptionem de se non cogitat quicquam magni. Vt sic quilibet vir perfectus dicat illud 3. Reg. 3. *Ego sum puer & paruulus.* Et aduerte, quod sicut pueri solent

Attentius seruari,
Decentius mundari,
Libentius amari.

Sic pro certo illi, qui sunt humiles & perfecti,

Attentius à Deo seruantur,
Decentius à Deo mundantur,
Libentius à Deo amantur.

Propter { Primum habent permanentiæ firmitatem, ideo dicitur (Ego sum.) / Secundum habent innocentiæ puritatem, ideo dicitur (Puer.) / Tertium habent complacentiæ charitatem, ideo dicitur (Paruulus.)

C ¶ Dicamus ergo, quod isti paruuli spirituales, scilicet,

Viri humiles sunt { In bono permanentiores, / A culpa innocentiores, / Omnibus complacentiores.

¶ Primo ergo dico, quod isti sunt in bono permanentiores, quod ostenditur, cum dicitur (Ego sum.) Nam sicut videmus, quod paruuli à parentibus cum magna diligentia seruantur, propter quod faciliter non læduntur; paruulis etiam tutor adhibetur, ne totum patrimonium dissipetur, paruuli etiam semper in imo sedent, nec faciliter alta ascendunt, propter quod minus cadere comprobantur: sic procul dubio viri humiles & deuoti, qui scilicet de sua virtute nihil præsumunt, sed qui se totos Deo & eius protectioni cōmittunt, ab ipso diligentius manu tenentur, & patrimonium virtutum ipsorum ab ipso Deo melius tuetur, propter quod minus à tentationibus læduntur, & in statu gratiæ perseuerant stabilius, & morantur. (Ego sum, inquit.) quasi dicat: Ego nō deficio, ego sum, & perseuero. Ps. 114.

*Custodiens paruulos Dominus, humiliatus sum, & liberauit me.* Et nota, quod dicitur, Custodiens, quia sicut pueri custodiuntur in locis obscuris & secretis, ne forte nimia claritas lædat aut disgreget visum eorum. Custodiuntur etiam in locis infimis, ne sursum de alto cadentes incurrant periculum. Custodiuntur insuper cum rebus pretiosis, quia scilicet teste Dioscoride, Melchites lapis circa cunas puerorum positus solet eos à noxijs casibus custodire. Hebenum lignum etiam solet ad puerorum cunas suffragari, vt dicit Plin. Sic Dominus in obscuritate paupertatis paruulos suos custodit, ne claritas mūdanę prosperitatis eos lędere possit. In loco etiam infimo, i. in paruo statu eos communiter tenet & ponit. Lapidem etiam pretiosum Melchitem, qui dicitur à melle, i. dolcedinem deuotionis eis apponit, & lignum hebenum pretiosum, id est, ligni crucis memoriam eis vndiq; circumponit, nam per ista quærunt, sc. per obscuritatem paupertatis & aduersitatis, per infimitatem depressionis & humiliatis, per lapidem Melchitem gratiæ & deuotionis, per lignum hebenum, i. per crucem & memoriam dominicæ passionis paruuli Christi, à casu superbiæ, & à nocumento peccati custodiuntur, & in statu gratiæ perseuerare diutius comprobantur. (Ego sum, inquit.) Hierem. 1. *Puer ego sum,* quia sc. sicut poli in cœlo stellæ sunt minimæ, quæ etiam vix apparent, & tamen sunt stellæ stabilissimæ, quia soli duo poli non mouentur omnibus stellis circum motis, sic breuiter in cœlo ecclesiæ illi, qui sunt per humilitatem minores, sunt in perseuerando stabiliores. Vnde Matt. 18. *Aduocans Iesum paruulum, & statuit eum in medio.* Statuere n. stabilitatem denotat firmitatis. Isti ergo paruuli sunt in bono permanentiores.

D ¶ Secundo dico, quod spirituales paruuli sunt à culpa innocentiores. Et hoc ostenditur, cū dictum est (Puer) quia puer, qui dicitur quasi purus aer, puritatem innocentiæ designat. Sicut enim paruoli à suis nutricibus solent diligenter mundari, paruuli etiam sine macula & sine malitia solent esse, sic viri perfecti à nutrice sua, i. à Deo solent in munditia innocentiæ custodiri, & ab omni malitia expiati. Vnde 1. Cor. 14. *Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote.* Puer ergo debet esse, id est, purus & innocēs. 1. Par. 22. *Salomon filius meus puer paruulus est.* Et aduertamus, quod vir sanctus & innocens potest dici puer multiplici ratione. Nam

Puer est naturaliter:
- Pulcher & speciosus,
- Benignus & amorosus,
- Lætus & gaudiosus,
- Flebilis & lacrymosus,
- Clare videns & luminosus,
- Mobilis & curiosus,
- Humilis & obsequiosus,
- Modico contentus & non ambitiosus,
- Verecundus & timorosus,
- Liberalis & gratiosus,
- Crescens & non desidiosus,
- Innocens & non malitiosus.

Istæ enim sunt duodecim conditiones bonorum puerorum & paruulorum. Et proculdubio tales pueri sunt viri sancti, quia pro certo isti sunt pulchri & speciosi per mundam & honestam conuersationem. Vnde isti sunt illi pueri de semine regio, in quibus nulla erat macula, de quibus loquitur Dan. 1. Vnde Iudic. 13. de Samsone dicitur. *Erat puer Nazaræus domini ab infantia.* Nazaræus autē floridus interpretatur. ¶ Item isti sunt benigni & amorosi per charitatem & dilectionem. Puer enim ratione sanguinis purioris & feruentioris faciliter diligit & feruentet, & ratione paucitatis choleræ parum aut nihil odit, nec profunde irascitur contra quenquam. Sic quia sancti abundant in sanguine gratiæ, vel in memoria sanguinis Christi, valde sunt spiritualiter amorosi, quia omni odio prætermisso ipsi inimicos diligunt & amicos. Isti enim ad modum pueri non faciunt differentiam in personis, quia sc. ita diligunt diuitem sicut pauperem, extraneum sicut vicinum, omnibus enim per charitatem se associant, & omnes diligunt & frequentant. Lucæ 11. *Pueri mei mecum sunt in cubili.* Et ideo quilibet potest dicere de quolibet tali puero. *Paruulus natus est nobis. & filius datus est nobis* Esa. 9. ¶ Item isti sunt læti & gaudiosi per spem & consolationem. Naturaliter enim pueri volunt ridere, ludere, pariter & cantare, quod vtiq; facit puritas sanguinis, qui facit hominem esse lætum. Quia pro certo viri iusti spiritualiter sunt læti per spem & consolationem & per gratiarū actionem ludere & canere semper volunt 2. Reg. 2. cap. *Surgant pueri, & ludant coram nobis.* Ideo dicitur in Psal. 112. *Laudate pueri dominum, laudate nomen domini.* Quia dicitur Matth. 21. *Pueri Hebræorum laudantes dominum clamabant, O sanna.* ¶ Item isti sunt flebiles & lacrymosi per dolorem & compunctionem. Puer enim facillime lacrymatur, quod facit abundantia humorum in cerebro pueri. Quia pro certo viri iusti qui in humore gratiæ & deuotionis abundant, solent per compunctionem & etiam per compassionem faciliter lacrymari. Ruth 2. *Bibe aquas de quibus pueri biberunt.* Puer enim nascitur plorando, & vocem lacrymabilem emittendo. Et sic lacrymari videbatur ille qui dicebat Hier. 1. *A, a, a, Domine Deus, nescio loqui, quia puer ego sum.* ¶ Item isti sunt clare videntes & luminosi per fidem & discretionem. Puer enim multo limpidius videt quam senex. Et ideo isti spirituales pueri visum discretionis habent clarum, quia scilic. bene vident illa quę pertinēt ad salutem. Sap. 8. *Puer eram ingeniosus.* Et 2. Reg. 13. *Eleuauit puer speculator oculos.* ¶ Item isti sunt mobiles & curiosi per bonam & diligentem operationem. Sicut enim pueri vix possunt stare in vno loco, imo continue sunt in motu, sic iusti à motu bonorum operum non quiescunt, imo continue sunt in aliquo bono actu Nehem. 5. *Omnes pueri mei congregati ad opus erant.* ¶ Item isti sunt humiles & obsequiosi per obedientiam & subiectionē. Bonus enim puer libenter obsequitur & ministrat, de sui enim natura subesse debet, & maioribus obedire. 1. Reg. 2. *Samuel autem ministrabat, puer accinctus ephot.* ¶ Item isti sunt contenti modico, non ambitiosi ad temporalium abundantiam & apparatum. Puer enim de mundi temporalibus parum curat, sic necessi. Vnde Gen. 41. *Erat ibi puer Hebræus.* Hebræus enim interpretatur transitus, quia scilicet sancti non faciunt nisi transire per temporalia, non figentes ibi pedem affectus. ¶ Item isti sunt reuerentes & timorosi per diuinæ maiestatis honorationem, quia scilicet ipsi timent dominum & alia quæ timenda sunt Iudicum 8. *Timebat, quia puer adhuc erat.* ¶ Item isti sunt liberales & gratiosi per beneficiorum largitionem, quia scilicet iusti more pueri libenter dant alijs quod habent, sua sibi per auaritiam non reseruant, nec considerant valorem rerum, sed indigentiam personarum. Io. 6. *Est puer vnus hic qui habet quinque panes hordeaceos.* Et Gen. 36. dicitur: *Ioseph pascebat gregem patris sui adhuc puer.* ¶ Item isti sunt crescentes & virtuosi per bonum profectum & virtutum continuationem, quia scilicet, sicut pueri continue crescunt & augmentantur quousque veniant ad naturæ complementum: sic sancti & iusti non cessant in virtutibus crescere, quousque ad complementum vitæ æternæ valeant peruenire, Luc. 1. *Puer autem crescebat, & confortabatur Spiritu sancto.* ¶ Item isti sunt innocentes non malitiosi per omnis iniquitatis abdicationem, quia scilicet pueri nesciunt malitias cogitare, & iniurias recordari, nec opprobria vindicare. Vnde 1. Corinth. 14. *Nolite pueri effici sensibus, sed malitia.* Patet ergo quomodo sancti dicuntur pueri, quia pro certo isti sunt pueri Dei, quod patet, quia ipsos in hoc seculo adamauit, castigauit, & inuitauit. Adamauit dico, Oseæ 11. *Puer Israel, & dilexi eum.* ¶ Item castigauit, iuxta illud Prouerb. 23. *Noli subtrahere à puero disciplinam, tu virga percuties eum, & animā illius de inferno liberabis.* Ipsos etiam ad cœlestis suæ hereditatis conuiuiū inuitauit: Luc. 18. *Sinite pueros venire ad me, talium est enim regnum cœlorum.*

E ¶ Sed proh dolor quam pauci sunt hodie tales, quia proculdubio multi sunt hodie qui pueris in istis suis cōditionibus non sunt similes, sed ipsis in quibusdam suis malis proprietatibus sunt conformes Nam, sicut videmus, sunt Pueri

- Seipsos maculantes,
- Plurimum ignorantes,
- Penitus impotentes,
- Faciliter cadentes,
- Ad terram se tenentes,
- Faciliter clamantes.

¶ Sic vere mali & peccatores sunt se maculantes per carnis immunditiam Ioel 3. *Posuerunt puerum in prostibulo,* & de luxuriosis filijs Heli dicitur 1. Reg. 2. quod *erat peccatum puerorum grande coram domino.*

¶ Item sunt ignorantes per imprudentiam pueri enim nesciunt se regere, nec à periculis præcauere, nec sibi nec alijs prouidere, sic nec mali. Vnde Ecclesiasticos. *Væ terræ cuius rex puer est.* Et 3. Regum 3. *Ego sum puer paruulus & ignarus.*

¶ Item impotentes per desiderium, quia scilicet pueri non sunt habiles ad sustinendum labores, sic nec pigri. Vnde Esa. 40. *Deficient pueri & laborabunt,* Et Matth. 8. *Domine, puer meus iacet in domo paralyticus.*

¶ Item cadentes per inconstantiam, quia scilicet sicut puer

sepe

sæpe cadit, nisi per nutricem manu teneatur, sic inconstantes sæpe corruunt in peccatum. Vnde Thren. 5. *Pueri in ligno corruerunt.*

¶ Item sunt circa terram se tenentes per auaritiam. Auari enim corde & opere circa temporalia occupantur. Vnde de filio Ieroboam in terra sepulto dicitur 3. Reg. 14. *Mortuus est puer, & sepelierunt eum.*

¶ Item sunt clamantes per discordiam & iracundiam, quia sicut dicitur Esaiæ 3. *Tumultuabitur puer contra senem & ignobilis contra nobilem.* Non sic ergo charissimi non simus tales mali pueri, sed talem pueritiam dimittamus exemplo Heliæ, qui iturus in desertum, misit puerum suum in Iudæam, quod interpretatur confessio. Ad denotandum, quod ad desertum pœnitentiæ debemus fugere, & in confessione nostra malam pueritiam dimittere. Et sic erimus pueri innocentes & puri, quod est secundum membrum auctoritatis. Ostenditur ergo quod illi qui spiritualiter volunt esse paruuli, debent esse à culpa innocentiores.

F ¶ Tertio dico, quod isti debent esse omnibus complacentiores, quod scilicet notatur in verbo paruulus. Paruuli enim solent magis amari, & magis intuentibus complacere. Quia breuiter omne animal dum est iuuenculum & paruulum, multo magis est placidum & amabile, quam quando factum est magnum. Sic vere illi Deo & hominibus sunt amicabiles & placidi, qui per humilitatem sunt paruuli. Zachariæ. *Conuertam manum meam ad paruulos.* Et aduerte, quod isti paruuli, id est, humiles à Deo præcipue diliguntur, quod patet quia istos solet

Subtiliter illustrare per discretionem,
Benigniter inuitare per affectionem,
Salubriter adiuuare per protectionem,
Sagaciter informare per instructionem,
Fœliciter præmiare per saluationem.

¶ Dico ergo, quod paruuli, id est, humiles à Deo subtiliter illustrantur per discretionem, quia pro certo illi qui sunt humiliores, sunt hodie spirituali sapientia pleniores. Animalia enim parua, magis sunt sagacia & astuta, sicut patet de formicis, spinis & araneis, ad quorum opera humana ratio non attingit. Ideo in Psalmis dicitur quod *dominus intellectum dat paruulis.* Christus etiam patri regratiatur, pro eo quod spiritualis sapiẽtia paruulis reuelatur Matth. 11. & Luc. 10. *Confiteor tibi pater domine cæli & terræ quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.* Et in Psalm. 18. dicitur: *testimonium domini fidele, sapientiam præstans paruulis.*

¶ Item isti à Deo benigniter inuitantur. Sol enim faciliter trahit ad se paruos & leues vapores, sic Christus libenter attrahit ad statum gratiæ & ad statum gloriæ vapores paruos, id est, homines humiles & deuotos. Vnde Matth. 18. dicitur: *Aduocans Iesus paruulum statuit eum in medio.*

¶ Item isti à Deo salubriter liberantur. Vnde Exod. 2. dicitur quod *inueniens filia Pharaonis paruulum in flumine vagientem, liberauit eum.* Et Amos. 7. *Quis suscitabit Iacob, quia paruulus est?* ¶ Item isti à Deo sagaciter informantur. Vnde Esaiæ 33 *Vbi legis verba ponderans, vbi doctor paruulorum?* ¶ Item isti à Deo fœliciter præmiantur. Vnde Matth. 19. *Sinite paruulos venire ad me, talium enim est regnum cælorum.*

G ¶ Propter ista ergo patet quod paruuli & humiles Deo placent quamuis hodie sint qui dicuntur paruuli non propter humilitatem, sed per virtutem omnium paucitatem, similes istis pygmæis qui sunt homines ita parui, quod mensuram vnius cubiti non excedunt, ita etiam quod à multis sapientibus dubitatur vtrum dici debeant homines siue bruta, quis vere tales ita sunt per carentiam dimensionis virtutum, quod recte à mensura hominum, id est, personarum rationabilium deuiare videntur, & brutorum, id est, peccatorum seu insensibilium naturam imitantur. Istis accidit sicut illi militi qui dicebatur Gangaynus qui erat nepos regis Arcturi, qui cum esset miles polcherrimus, fascinatus tamen à quadam Dea, & à quodam fato stamo, dum non aduerteret, factus est nanus, ita quod subito contractis membris fuit in nanum paruulum immutatus, sicut in sua historia continetur. Sic vere multi sunt, qui quandoque fuerunt milites ecclesiæ militantis, ita quod ipsi sint alti per spem, lati per charitatem, profundi per humilitatem. Et sic per dimensiones virtutum ipsi valde magni inter alios inueniuntur. Iob. 1. *Erat vir magnus inter omnes orientales.* Sed proculdubio per incantationes fatorum, id est, per suggestiones dæmonum vel mulierum ita paruuli in gratijs & virtutibus fiunt, quod qui

*Dictiona. Berchorij.*

bene eos agnosceret, viderentur alijs esse nani, vt sic dicat diabolus talibus: *Paruulum in gentibus dedi te, contemptibilis tu es valde.*

H ¶ Et ideo notemus, quod mali paruuli, id est, peccatores sunt contemptibiles & odibiles propter multa, scilicet, quia per

Inuidiam sunt stimulati,
Stultitiam sunt obstinati,
Nequitiam sunt subiugati,
Sæuitiam erunt condemnati.

¶ Dico, quod paruuli, scilicet peccatores per inuidiam stimulantur. Vnde Iob. 5. *Paruulum occidit inuidia.* Et de Persis, id est, dæmonibus dicitur Esai. 13. quod *sagittis interficient paruulos.* Isti etiam per stultitiam obstinantur. Prouerb. 14. *Possidebunt paruuli stultitiam.* Item isti per nequitiam subiugantur, serui enim sunt peccati. Vnde Galat. 4. *Quanto tempore hæres paruulus est, nihil differt à seruo.* Item isti per æternam mœstitiam conturbantur seu etiam damnantur, quia scilicet omnes tales mali paruuli æternæ miseriæ subiacebant. Vnde Hierem. 9. *Ascendit mors per fenestras nostras, ingressa est domos nostras disperdere paruulos de foris, & iuuenes de plateis.* Lupus enim quandoque capiens paruulum cum ipso ludit aliquamdiu, ipsum tamen finaliter deuorat & occidit. Ita cattus de mure. Sic diabolus tales malos paruulos solet rapere per peccatum, & primo solet cum eis in vita ista ludere per prosperitatis fallacia blandimenta, finaliter tamen ipsos occidit per inferni supplicia & tormenta. Ezech. 9. *Non misereamini senem, virginem & paruulos & mulieres interficere.* Non sic ergo charissimi, non simus tales paruuli mali, sed simus pueri & paruuli, humiles atque boni. Et sic erimus vt dictum est cæteris Complacentiores, cæteris Innocentiores, cæteris Permanentiores. Et hæc de paruulo & de puero tam in bono quam in malo sufficiant, &c.

## Pascha. Phase.

A Cum Pascha sit solennitas, in qua corpus domini communiter fidelibus dispensatur, & in qua domini resurrectio celebratur in memoriam, sc. antiqui phase, quod apud Iudæos celebrabatur antiquitus, vbi scilicet de immolatione agni, & exitu filiorum Israel de Ægypto, & transitu domini per Ægyptum, quando occisis primogenitis Ægyptiorum, visu agni sanguine filij Israel saluati sunt, fiebat memoria, & inde est, quod Pascha Græce & Phase Hebraice, Latine interpretatur transitus vel transmigratio, sicut etiam Exod. 12. dicitur. Est enim Phase, id est, transitus domini, possumus dicere, quod tam pascha quam phase tripliciter signat in scriptura, videlicet,

Festi dignitatem & excellentiam,
Mentis nouitatem & pœnitentiam,
Legis vetustatem & defluentiam.

¶ Dico ergo, quod per Pascha potest intelligi festiuitas digne celebranda, videlicet istud festum dominicæ resurrectionis, quod omni anno celebratur à nobis. De qua pro certo dicere possumus, quod ista est transitus Domini, & transmigratio nostri. Quia sicut antiquitus in illo antiquo phase fuit immolatus agnus anniculus, qui scilicet mandatus fuit occidi & cum lactucis agrestibus manducari, per quem etiam fuit liberatus fidelis populus, scilicet filij Israel, qui scilicet mediante sanguine agni fuerunt à percutiente angelo saluati, de seruitute Ægyptia liberati, fuit desolatus hostis cum æmulis, videlicet Pharao cum exercitu, qui fuit submersus, & primogenitorum numerus, qui fuit mortuus, sic vere in isto tempore immolatur agnus anniculus per occisionem. Liberatur populus per redemptionem. Subiugatur æmulus, scilicet Lucifer per damnationem. Immolatur, dico, agnus anniculus seu paruulus per occisionem, quia scilicet sicut antiquitus agnus masculus & anniculus fuit mandatus occidi, & tandem à calceatis baculos tenentibus cum festinantia mandocari, sic Christus in isto tempore sicut agnus purus & innocens pro salute humani generis fuit immolatus & occisus, & nunc ad edendum in sacramento altaris fuit fidelibus communicatus & datus, qui scilicet ipsum cum lactucis agrestibus contritionis debent sumere, & calceamenta quæ fiunt de pellibus mortuorum, id est, exempla mortuorum sanctorum, vel etiam futuræ mortis memoriam retinere. Sicut enim dicitur Lucæ 22. *Necesse erat occidi pascha.* Nam sicut dicitur 1. Cor. 5. *Pascha nostrum immolatus est Christus.* Ipse enim fuit sacerdos & hostia, qui semetipsum obtulit Deo patri.

B ¶ Et aduerte, quod ad istud festum celebrandum requirebantur principaliter tria, videlicet,

Mundum corpus,
Feruens opus,
Debitum tempus.

Mundum dico corpus, quia scilicet mundi & non polluti debebant comedere pascha, sicut dicitur 1. Esdræ 6. *Fuerant omnes mūdi ad immolandum Pascha.* Feruens etiam opus, quia sicut præcipitur Exod. 12. *Istud debebat comedi festinanter.* Debitum etiam tempus, quia scilicet sicut ibidem dicitur *istud debebat fieri luna quartadecima primo mense.* Sic tenera dico quod iste agnus debet manducari, & illud sanctum sacramentorum sumi, scilicet,

A personis mundis & innocentibus,
A viris deuotis atque feruentibus,
A viris honestis & relucentibus.

Habent igitur Christum sumentes in paschate nitorem & puritatem. Vnde Ioan. 18. dicitur, quod *Iudæi non introierunt prætorium Pilati, qui erat paganus, vt non contaminarentur, sed vt manducarent pascha.* Item habeant feruorem & charitatem, quia scilic. festinanter & feruide debet sumi, & cum bonorum operum diligenti competentia quod satis innuitur Luc. 22. vbi dicitur, *Euntes parate nobis pascha.* Ire enim sedulitatem & feruorem designat. Item habeant decorem & venustatem, quod innuitur in hoc quod istud primum pascha fiebat luna quartadecima primi mensis, quando scil. luna clara erat & plena. Ad denotandum, quod

Claritas honestæ conuersationis,
Luna fidei & veræ cognitionis,
Plenitudo bonæ operationis & complementi & perfectionis illis debet inesse, qui festum istud digne voluerint celebrare.

Sic enim homo phase, id est, transitum domini celebrabit, in quo scilicet dominus per ipsum transiens ipsum per gratiam visitabit, & ipse postmodum de hoc mundo ad patrem & ad cœlestem gloriam pertransibit 2. Esdræ 1. *Fecit Iosias pascha in Hierosolymis & immolabat phase quartadecima luna primi mensis.* Expone si vis. Patet igitur quod per pascha potest intelligi præsens festiuitas digne celebranda.

C ¶ Secundo dico, quod per pascha potest intelligi gratiæ nouitas à nobis sectanda: constat enim quod in Paschate, quod vltimo celebrauit Christus, lex vetus & ceremoniæ antiquæ cessauerunt, testamentum vero nouum & lex noua inceperunt, sicut ipse Christus dixit: *Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine* Luc. 22. Quapropter dico, quod per huiusmodi pascha potest moralis nouitas designari, quæ scilicet debet à Christi fidelibus in suis cordibus celebrari. Sicut enim videmus, quod pascha temporaliter celebratum, est festum

Dominicæ resurrectionis,
Catholicæ recreationis,
Hebraicæ liberationis,
Ægyptiacæ submersionis.

Sic vero dico, quod spiritualiter loquendo in nostris cordibus Christus rursus resurgere debet. Sub cibo scilicet sacramenti altaris reficere debet. Mentem seu animam à peccato liberare debet. Debet etiam culparū prorsus obliuisci, quæ sc. sub typo Ægyptiorum & Pharaonis significantur submersi. Quia proculdubio spirituale pascha seu phase, id est, spiritualis transitus seu transmigratio ad Deū fit per gratiam in præsenti, & per gloriam in futuro, tunc à nobis celebratur idonee, quando Christus in nobis per pœnitentiam suscitatur, quando Christus à nobis per Eucharistiam manducatur, quando à seruitute peccati & diaboli mens nostra penitus liberatur, & quando in mari amaræ pœnitentiæ populus Ægyptiacus, id est, omnia malus affectus submergitur & necatur. Et sic illud erit pascha seu phase à filijs Israel, i. Christi fidelibus faciendum. Num. 9. *Faciant filij Israel phase in tempore suo*, & ad deuotis mentibus celebrandum. 2. Para. 35. *Fecit Iosias phase in Hierusalem.* Quia reuera qui tale phase seu pascha in corde suo non fecerit, & qui in isto de peccato ad gratiā, de virtute in virtutem, de mundo ad patrem, & de gratia ad gloriam non transierit, damnationis proculdubio reus erit. Nu. 9. *Si quis phase non fecerit, exterminabitur anima illa de populo suo*, quia sacrificium domini non obtulit in tempore suo. Per pascha igitur intelligitur gratiæ nouitas à nobis sectanda.

D ¶ Tertio vero dico, quod per pascha seu phase potest intelligi legis antiquitas iuste commutanda, quia scilicet sicut dictum est, tunc fuit finis legis veteris, & principium nouæ, quia scilicet lex antiqua per legitimam interpretationem transijt & migrauit in nouam. Vide supra de Nouis. Tunc enim Christus se obtulit nouum pascha, quia sicut dictum est, *Pascha nostrum immolatus est Christus.* Et tunc etiam se offert hominibus nouum cibum, scilic. in sacramento altaris. Et per consequens dimittendum venit ritum veterem vel antiquum. Istud est ergo phase secundum, cessante primo, de quo Num. 9. dicitur. *Faciant phase mense secundo.* Hæc igitur de phase & pascha sufficiant.

## Pascere. Pascua. Pastor.

Quia pascere idem est, quod aliquod animal corporaliter reficere, hinc est, quod secundum naturam diuersarum refectionum possumus diuersitatem distinguere pascuarum. Notemus ergo, quod est A

Pascua quædam {
Corporalis,
Temporalis,
Pectoralis,
Spiritualis,
Virtualis,
Supernalis.

¶ Prima est pascua hominum immundorum, quia scilicet immundi & carnales nunquam volunt pasci, nisi in pascua deliciarum carnalium, similes porcis, qui rebus fœtidis & vilibus depascuntur, de quo Genes. 41. *Septem boues crassæ pascebantur in locis palustribus.*

¶ Secunda est pascua hominum auarorum, quia scilicet auari nunquam volunt pasci, nisi in temporalibus diuitijs, similes bestijs carnificum, quæ ad hoc primo nascuntur, vt postmodum occiduntur Zachar. 11. *Pasce pecora occisionis quæ qui possederant, occidebant.*

¶ Tertia est pascua hominum discretorum. Et isti nunquam volunt pasci, nisi in pascua scientiarum, vbi scilicet pectus & cor possit per sapientiam pinguari, similes ouibus, quæ inter cætera animalia herbis mundissimis volunt pasci. 1. Petr. 5. *Pascite, qui in vobis est, gregem Dei.*

¶ Quarta est pascua hominum deuotorum. Isti enim nunquam volunt pasci, nisi in viridario spiritualium gratiarum, cantando cantilenam Angelorum, quam cantant continue coram Deo, scilicet, Deo gratias. Cant. 6 *Dilectus meus descendit in hortum suum, vt colligat aromata, vt pascatur in hortis.*

¶ Quinta est pascua hominum egenorum. Isti enim semper debent pasci in pascua victualium eleemosynarum, sicut dicitur Gen. 41. quod septem vaccæ macie confectæ pascebantur in ipsa amnis ripa: & Esa. 14. *Pascentur primogeniti pauperum.*

¶ Sexta est pascua hominum beatorum. Isti enim semper pascuntur in pascua cœlestium eminentiarum Eccles. 34. *In pascuis pinguibus pascentur super montibus Israel.* Igitur loquamur de bona pascua spirituali, & allegemus illam auctoritatem. Ezech. 34. *Greges pascuntur à pastoribus.* In quibus verbis aduerte, quod ad spiritualem pascuam requiritur

Nexus vnitatis conuenientis,
Actus largitatis subuenientis,
Virtus dignitatis perficientis.

Debet enim esse

In {
His, qui pascuntur, amor & vnitas (Greges.)
Modo pascendi, dulcor & largitas (Pascuntur.)
Viro pascente, valor & dignitas (A pastoribus.)

¶ Dico ergo primo, quod in illis, qui pascuntur, debet considerari nexus vnitatis, per concordiæ ligamentum, quod ostenditur, cum dicitur (Greges.) Grex enim de sui natura signat pluralitatem in simul aggregatam. Animalia enim mitia & mansueta solent, scilicet, B

Gregatim viuere,
Gregatim pasci,
Gregatim manere.

Sicut patet de ouibus & bobus inter animalia gressibilia, de columbis & apibus inter volatilia, de formicis inter reptilia. In quo quidem notatur, quod si bene volumus pasci à Deo prædicatore vel prælato, simul debemus esse per concordiæ vnitatem, & in vnum nos tenere per veræ amicitiæ charitatem. (Greges, inquit.) Vide supra de Grege. Tales enim sic gregatim manentes, à Deo per gratiam pascuntur, & à prælato per doctrinæ pabulum nutriuntur. Natura enim non nutrit membrum, nisi quamdiu in eodem corpore alijs est vnitum, si enim ab alijs diuiditur, nunquam à natura pascitur & nutritur. Sic vere Deus illos solum pascet pabulo, scilic. gratiæ, gloriæ, & doctrinæ, quos cum alijs membris corporis sui aggregatos inueniet, & quos per vnitatis vinculum in grege aliorum reperiet. Genes. 37. *Ioseph pascebat*

*fuit et gregem cum fratribus suis adhuc puer.* Ouis enim, quæ à grege soli vagando diuiditur, à pastore non pascitur, sed magis à lupis & bestijs deuoratur. In grege ergo concordiæ & charitatis oportet, quod simus ad hoc dispositi, quod istas pascuas spirituales habere possimus. 1. Re. 17. *Pascebat seruus tuus gregem.* Et ideo illi, qui à grege religionis & ecclesiæ, vel congregationis & societatis bonæ recedunt, sicut sunt hæretici, & apostatæ, & odiosi, à Christo per gratiam non pascentur, nec ab eo per gloriam nutrientur. Zachar. 11. *Dixit non pascam vos.* Debet ergo in nobis esse vnitatis & concordiæ ligamentum. (Greges, inquit.)

C ¶ Secundo dico, quod in modo pascendi debet considerari largitatis & clementiæ rigamentum, quod ostenditur, cum dicitur (Pascuntur) quod est pluralis numeri, & præsentis temporis. Quia in hoc ostenditur, quod illi, qui pascunt alios, debent præsentialiter cito & sine dilatione eos pascere, & non solum vnum, imo plures. Vnde de ista præsentia dicitur 1. Petr. 5. *Pascite qui in vobis est, gregem.* Pasce enim & Pascite præsentis sunt temporis. Ad denotandum, quod illi, qui habent alios pascere per eleemosynam, vel per doctrinam, tenentur hoc statim & præsentialiter adimplere, contra illos, qui aut nullum pauperem volunt pascere, aut si pascunt, faciunt eos per nimias dilationes languescere. Ezech. 34. *Gregem meum non pascebatis.* Pascuntur ergo.

¶ Et nota hic, quod

D Pauperes pascuntur per temporalem subuentionem,
Deuoti pascuntur per sacramentalem refectionem,
Simplices pascuntur per exemplarem instructionem,
Ignorantes pascuntur per scientialem refectionem,
Beati pascuntur per æternalem fruitionem.

¶ Pascuntur ergo pauperes temporali subuentione. Isti sunt ergo sicut paruuli pueri, qui se non possunt pascere, quia non habent de quo, & ideo necesse est, quod habeant nutrices, id est, homines diuites, misericordes & clementes, per quos pascantur & nutriantur, & per quos temporaliter consolentur. Esa. 5. *Pascentur agni iuxta ordinem suum.* Et istud potissime pertinet ad prælatos, qui subditos tenentur temporalia pascere, iuxta illud Hier. 6. *Pascet vnusquisque eos, qui sub manu mea sunt.* Istud tamen est contra malos principes & prælatos, & alios malos diuites, qui scilicet istos pauperes non pascunt, sed ab eis potius pascuntur, in quantum per rapinas bona pauperum deprædantur, quia proculdubio hodie verificatur illud Eccl. 13. *Venatio leonis onager in solitudine, sic & pascua diuitum sunt pauperes.* Non sic, sed pascantur pauperes temporali subuentione.

E ¶ Item pascuntur deuoti sacramentali vel spirituali refectione. Apes enim pascuntur melle, sic boni gratiæ vel eucharistiæ pascuntur dulcedine. Ideo dicitur de talibus Cantic. 2. *Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia.* Lilia enim significant virtutes, quæ sunt pascua deuotorum, quia scilicet illic

Quidam pascuntur per { Contemplationem, / Deuotionem, / Pœnitentiam & afflictionem }

Et breuiter sicut quodlibet animal habet aliquod nutrimentum, quo specialiter vescitur, sic omnis bonus homo habet aliquam specialem virtutem, quia in pascua Ecclesiæ spiritualiter enutritur. Psalm. 94. *Nos autem populus eius, & oues.* Ita quod Christo potest dici illud Nehem. 9. *Quadraginta annis pauisti eos in deserto.* Vnde de volatilibus, id est, de spiritualibus dicitur Matth. 6. *Pater vester cœlestis pascit illa.* Quod tamen est contra multos, qui hodie sunt in Ecclesia, qui magis volunt pasci nutrimentis delitiarum carnalium, quam pascua gratiarum spiritualium. Luc. 8. *Erat grex porcorum multorum pascentium in monte.* Quia hodie proculdubio multi greges porcorum, id est, hominum immundorũ in monte ecclesiæ versantur, qui ibi in delitijs impinguantur. Quia hodie, quod dolendum est, ecclesia *facta est cubile draconum, & pascua struthionum,* sicut de Idumæa dicitur Esa. 34.

F ¶ Item pascuntur simplices exemplari inspectione, quia scilicet sicut apes pascuntur floribus, ita simplices perfectorum exemplis & virtutibus. Vnde Cantic. 4. *Hinnuli capreæ gemelli pascuntur in lilijs.* Bona enim bonorum exempla simplicium vtilia nutrimenta sunt. Sicut econuerso mali & superbi pascuntur, quando aliorum laudibus delectantur Oseæ 2. *Ephraim pascit ventum, & sequitur æstum.*

G ¶ Item dico quod ignorantes pascuntur scientiali instructione. Scientia enim & doctrina sunt quædam spirituales herbæ quibus pecudes gregis dominici debent pasci Hier. 3. *Dabo vobis pastores iuxta cor meum, qui pascent vos scientia & doctrina.* Istud est contra illos qui magis delectantur aures suas pascere fabulis, detractionibus & adulationibus, quam bonis doctrinis & instructionibus Prouerb. 15. *Os stulti pascitur imperitia.*

H ¶ Item pascuntur beati æternali fruitione Solus enim visus & amor diuinæ essentiæ pascit eos. Sicut enim lumen & colores sunt pabula oculorum, sic lux æternæ visionis erit pascua cordium beatorum. Delectabile enim est oculis videre lumen. Ideo de talibus dicitur Ezech 34. *Pascam eas in montibus Israel, in riuis & in cunctis sedibus terræ, in pascuis vberrimis pascam eas, & in montibus excelsis Israel erunt pascua earum.* Quia proculdubio isti pascentur in pascuis vberrimis, scilicet, in loco

Magisterij, quia in montibus Israel,
Refrigerij, quia in riuis,
Auctoritatis, quia in sedibus,
Fertilitatis, quia in pascuis.

Et sic ergo patet quomodo diuersi diuersimode pascuntur tam in bono quam in malo. Et sic dico, quod in modo pascendi bonos debet considerari largitatis & clementiæ rigamentum.

I ¶ Tertio dico, quod quantum ad pascentem debet considerari dignitatis & potentiæ regimentum quod ostenditur cũ dicitur. Pastoribus. Pastor enim est nomen excellentiæ, nomen potentiæ, nomen sapientiæ, nomen præsidentiæ, nomen prouidentiæ. Pastor debet gregem in virtutibus excellere, ideo dicitur pastor excellens. Pastor debet gregi ne fugiat præsidere & resistere, sic dicetur pastor præsidens. Pastor debet gregem in agibilibus dirigere, ideo dicetur pastor sapiens. Pastor etiam debet gregem corrigere, ne scilicet à se inuicem diuisa discurrat & vagetur, ideo dicitur pastor corripiẽs. Pastor etiam debet gregi ne indigeat prouidere & prospicere, ideo dicitur pastor prouidens.

K ¶ Sic igitur dico, quod spirituales pastores, scilicet prælati, quibus regendi & corrigendi gregem fidelium incumbit officium pastorale, debent ex officio suo

Gregem { Præcellere, / Protegere, / Dirigere, / Corrigere, / Porrigere. }

Debent dico gregem præcellere per vitæ eminentiã, quia quanta est differentia inter vitam pastoris & inter vitam pecudum, quia ille est homo rationalis, istæ sunt bestiæ, tanta debet esse differentia inter prælatum & populum. Tantum enim debet vita sua alios in moribus præcellere, quod subditi respectu ipsius debent pecudes apparere. Vnde Greg. in pastorali. *Tantum debet actionem populi præcedere actio præsulis, quantum distare solet à grege vita pastoris.* Caput enim multum excellit alia membra in sensuum viuacitate, quia sicut caput loquitur, alia sunt muta, caput videt, alia membra sunt cœca, caput audit, alia sunt surda, sic vere prælatus in tantum alios in moribus pręcellere tenetur, quod quãuis alia membra, id est, subditi, muta sint & cœca & surda, id est, in omnibus defectiua, ipse tamen

Per { Prædicationem debet scire verba proferre, / Prudentiam debet videre, / Iustitiam debet audire. }

Et sic de excellentia ipsius poterit dominus dicere illud Ezech. 34. *Suscitabo super ea pastorem vnum seruum meum Dauid, ipse pascet ea, & ipse erit eis in pastorem.* Istud enim vocabulũ suscitabo, istud vocabulum super & istud vocabulum vnum, potest excellentiam denotare, sicut patet in suis locis, debet ergo prælatus gregem præcellere.

L ¶ Deinde dico, quod isti pastores debent gregem protegere per potentiam. Pastor enim gregem à lupis protegit & defendit, quia sicut dicitur Ioan. 10. *Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis,* quia pro certo exemplo boni pastoris Christi prælatus debet in casu necessitatis pro grege animam suam ponere, & se lupis, id est, dæmonibus, hæreticis & tyrannis opponere, & sic gregem à periculis liberare, Esa. 31. *Fugit leo cum occurrerit ei multitudo pastorum.* Et ideo multi videntur hodie non esse pastores, qui scilicet ita sunt remissi & negligentes quod oues suas permittunt à lupis istis dissipari, dispergi, partiri & vorari. Isti ergo sunt mercenarij & non pastores, quia scilicet teste domino Ioan. 10. *Mercenarius & qui non est pastor, viso lupo veniente fugit,* quia lupis, id est, tyrannis sæcularibus resistere non audent, & *sic lupus rapit & dispergit oues.* Non sic ergo, qui talis pastor debet gregem suum protegere & defensare.

¶ Denique dico, quod debet gregem dirigere per prudentiam. Pastor enim habet dirigere gregem, & nunc ad pascuam, nunc ad domum conducere. Etenim quia grex seipsum nescit regere, ideo necesse est, quod pastor tantam prudentiam habeat, quod ipsum nouerit gubernare. Sic vera cum grex simplicium subditorum se nesciat gubernare, pastor & prælatus eorum tantam prudentiam debet habere, quod ipsos possit debite regere, & prudenter omnibus imperare. Et sic loquitur scriptura Lucæ 2. quod *pastores erant in regione eadem vigilantes, & custodientes vigilias noctis super gregem suum.* Ad denotandum, quod pastores nostri debent esse vigiles & prudentes. Et hoc est quod petebat Moyses Numer. 27. *Prouideat Dominus Deus spirituum omnis carnis, hominem qui sit super multitudinem hanc, & possit intrare & exire ante eos, & educere & introducere, ne sit populus domini sicut oues sine pastore.* Istud tamen defecit in multis modernis pastoribus, quia pro certo magis sunt ignorantes quam subditi. Et ideo magis esset necesse, quod ab ouibus regerentur, quam quod ad ouium regimen præferrentur. Istis loquitur scriptura Zach. 11. *O pastor & idolum derelinquens gregem.* Et bene vocatur idolum derelinquens gregem, sicut superius in suo titulo est expressum, idolum enim non habet, nisi apparentiam, non autem existentiam, idolum etiam non habet scientiam neque vitam. Sic nec isti. Ideo dicitur Hierem. 10. *Stulti egerunt pastores, dominum non quæsierunt, & ideo dispersus est grex eorum.* Zach. 11. etiam dicitur: *Adhuc sume tibi vasa pastoris stulti, quia ecce ego suscitabo pastorem in terra qui derelicta non visitabit, dispersum non quæret, & contritum non sanabit, quod stat, non enutriet, sed carnes pinguium comedet, & vngulas eorum dissoluet.* Non sic ergo, sed habeat prælatus prudentiam, quia pastor habet gregem dirigere.

N ¶ Insuper dico, quod pastor debet gregem corrigere per iustitiam. Pastor enim primo solet ouem errantem verbo si potest seducere, & ne a grege deuiet commonere, quod si vocem non audiat, solet virgam aut baculum adhibere. Sic & prælatos primo verbo, tandem verbere debet subditos castigare, & ne errent aut deficiant, præseruare Micheæ 7. *Pasce populum tuum in virga tua.* Et ideo pastores isti qui alios habent corrigere, debent iusti esse, audaces, constantes, potentes, & virtute alios præcellentes, dicentes Gen. 46. *Viri pastores, sumus serui tui, &c.* Vide eam supra de Cura. debent enim viri esse pastores, quia vt dicitur a virtute, pastor dicitur a pascendo, quia scilicet isti debent esse virtuosi ad malus corrigendum per iustitiam, & pascentes, ad pauperes per clementiam nutriendum. Quod tamen est contra multos, qui proculdubio gregem subditorum, non solum non adiuuant per clementiam, nec etiam bene corrigunt per iustitiam, imo proculdubio totum deuorant per rapinam & sæuitiam. Doech enim Idumæus potentissimus pastor Saul sacerdotes domini dicitur occidisse 1. Reg. 21. quia scilicet potentes pastores, id est, prælati superiores occidunt hodie sacerdotes, id est, corrodunt & prædantur presbyteros inferiores. Exemplifica, si vis. Ideo talibus pastoribus dicitur Hier. 23. *Væ his qui pastoribus, qui disperdunt & dilacerant gregem pascuæ meæ.* Non sic, sed debemus gregem corrigere per iustitiam.

O ¶ Postremo autem dico, quod isti pastores debent gregi porrigere pascuam per clementiam. Pastor enim dicitur a pascendo, quia scilicet prælatus debet subditos pascere & fouere, & pabulo sustentationis temporalis, & pabulo eruditionis & prædicationis verbalis. Eccl. 18. *Qui misericordiam habet, docet & erudit sicut pastor gregem suum.* Quod est contra multos qui optime sciunt seipsos pascere, & in delitijs enutrire, gregi autem nolunt de pascua eleemosynæ vel doctrinæ aliqualiter prouidere. Ideo hodie sunt pauperes subditi desolati iuxta illud Ioelis 1. Mugierunt greges armentorum, quia non est pascua eis. Ideo contra tales pastores loquitur Deus Ezech. 34. dicens sic. *Væ, inquit, pastoribus qui pascunt semetipsos.* Et sequitur: *Lac comedebatis, & lanis operiebamini. Et quod crassum erat occidebatis, gregem autem meum non pascebatis. Quod infirmum fuit, non consolidastis, quod ægrotum, non sanastis, quod fractum, non alligastis, quod abiectum, non reduxistis, quod perierat, non quæsistis, & cum austeritate & potentia imperabatis eis, & dispersæ sunt oues meæ, eo quod non esset pastor.* Ecce quomodo describit Ezechiel vitam malorum pastorum. Et proculdubio multi sunt hodie tales, quia vere sicut dicitur Hier. 12. *Pastores multi demoliantur vineam domini.* Non sic charissimi, sed habeant pastores nostri, scilicet,

Clementiam vt gregi porrigant,
Iustitiam vt gregem corrigant,
Prudentiam vt gregem dirigant,
Potentiam vt gregem protegant,
Præeminentiam vt gregem erigant.

Et sic patet quomodo in pascendo spiritualiter considerari debeat vt dictum est, scilicet,

In pascente status aptitudo, quia debet esse (Pastor)
In pascendo actus promptitudo, (Pascuntur in præsenti.)
In pascendis nexus vicissitudo, quia debent esse (greges, &c.

Et sic igitur patet quomodo pastor, pascere & pascua diuersimode sumuntur in scriptura.

A **Pater.** Nota, quod pater est primum principium filiorum. Dicitur enim pater illa qui filios generant. Et ideo quia sicut superius visum est plura sunt genera filiorum, sic sunt plura genera patrum seu genitorum. Vnde nota, quod inuenitur Pater

In diuinitate,
In humanitate,
In auctoritate,
In benignitate,
In iniquitate,
In carnalitate.

Est, dico pater in diuinitate, quia scilicet Deus est pater filij æternaliter genitiuus. Ioann. 10. *Ego & pater vnum sumus.* Pater insuper rerum omnium productiuus. Malach. 2. *Pater vnus est omnium nostrum.* Item est pater in humanitate, & est pater naturalis, de quo Exod. 20 *Honora patrem tuum & matrem tuam.* Item est pater in auctoritate, & sic quilibet prælatus dicitur pater 4. Reg 2. *Pater mi, pater mi, currus Israel & auriga eius.* Item est pater in benignitate. Et sic quilibet vir pius & misericors dicitur pater Iob 29. *Pater eram pauperum, & consolator viduarum.* Item est pater in iniquitate. Et sic diabolus est pater omnium iniquorum Ioan. 8. *Vos ex patre diabolo estis.* Item est pater in carnalitate, & sic mundus qui nutrit nobis carnem nostram miseram, dicitur pater noster. Vnde Ezech. 16. *Generatio tua de terra Chanaã pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa.* ¶ Et sic patet quod in scriptura inuenitur Pater

Honorandus, scilicet Deus,
Venerandus, scilicet prælatus,
Diligendus, scilicet homo,
Negligendus, scilicet mundus & diabolus.

B ¶ Dicamus igitur primo de Deo qui est pater omnium, & super omnes honorandus. Quamuis enim honor debeatur omni patri, tamen quanto est excellentior, tanto debetur honor, & reuerentia sibi maior; & quia Deus pater est excellentissimus, ideo debet esse a nobis honoratissimus & amantissimus, quia sicut dicitur Eccles. 3. *qui honorat patrem suum, vita viuet longiori.* Et ad istum honorem faciendum nos inducit istius patris primogenitus filius Christus frater noster qui dicit Ioan. 8. *Honorifico patrem meum qui in cælo est.* Et breuiter iste est pater noster sicut dicitur Hierem. 31. *Factus sum Israel pater, & Ephraim primogenitus meus.* ¶ In quibus verbis aduerte, quod iste pater noster Deus ad modum patris naturalis solet nos

Sagaciter erudire, quia facit nos esse Israel, id est, videntes Deum,
Suauiter corrigere, quia ipse dicitur pater, eius est proprium filios castigare, id est, crescentes.
Benigniter enutrire, quia facit nos esse Ephraim.
Notabiliter insignire, quia facit nos esse primogenitos, id est, hæredes.

Primum facit sua scientia,
Secundum facit sua iustitia,
Tertium facit sua clementia.
Quartum facit sua potentia.

Primum nobis dat per fidei instructionem. (Israel.)
Secundum nobis dat per pœnarum inflictionem (Pater)
Tertium nobis dat per gratiæ infusionem (Ephraim.)
Quartum nobis dat per gloriæ collationem (Primogenitus.)

¶ Dico ergo, quod iste pater solet subtiliter nos instruere, quia scilicet facit nos esse Israel, id est, videntes Deum, quia scilicet sicut pater solet filios suos in aliquibus bonis artibus facere informari, vel in aliquibus lucratiuis scientijs erudiri, vt per illas possint acquirere sibi lucrum, sic Deus in scientia & fide vult omnes suos edoceri, vt ad lucrum æternæ gloriæ possint finaliter promoueri. Israel, inquit, quia scilicet ipse facit nos esse Israel, id est,

est, videntes Deum, & illa quæ sunt clarius intuentes. Vnde talis patri dicitur 4. Regum 2. *Pater mi, pater mi, currus Israel & auriga eius*, vt sic dicat quilibet ipsi Deo. *Pater, venit hora, clarifica filium tuum*, Ioan. 17. Iste ergo solet subtiliter nos instruere, Israel inquit.

¶ Item iste solet nos suauiter corrigere, quod ostenditur cum dicitur, pater. Pater enim potest dici à patior, pateris, eo quod pater propter filios suos multa patiatur, & eo etiam quod corrigendo filios faciat eos pati. Pater enim filium solet sæpe verberare, & nunquam hilarem vultum ei ostendere, ne forte præsumat à disciplinæ regulis deuiare. Sic Deus multa à nobis sustinet patienter, multa etiam facit nos in hoc sæculo mala pati, & ne insolescamus aut præsumamus, solet nos verberibus tribulationum subicere, vultum hilaris prosperitatis à nobis abscondere, & nos sub disciplinæ regula subiugare. Vnde Heb. 12. *Flagellat Deus omnem filium quem recipit*. Facit nos in disciplina perseuerare. Quis enim est filius quem non corripiat pater suus? Et Prou. 1. dicitur. *Audi fili mi disciplinam patris*. Et ideo illi qui in hoc sæculo tribulationes non patiuntur, nec quando peccant à Deo corriguntur, non se debent istius patris filios reputare, imo se possunt degeneres & impios æstimare, quia sicut dicitur Prou. 3. *Quem diligit dominus corripit, & quasi pater in filio complacet sibi*. Iste ergo solet suauiter corrigere, quia scilic. diuina correctio vel tribulatio quam infert bonis, paterna est, non effrænata. Vnde Sap. 11. vbi de bonis & malis loquitur dicit sic. *Hos*, inquit, *tanquam pater monens probasti, illos autem tanquam durus rex interrogans condemnasti*. Solet ergo Deus suauiter nos corrigere.

D ¶ Item iste solet benigniter nos reficere, & hoc ostenditur cũ dicitur Ephraim, quod interpretatur crescens seu fertilis. Quia scilicet sicut pater habet filios nutrire & fouere, & sic ideo dicitur pater à pascendo, sic Deus fideles suos gratiis & virtutibus pascit, & eos in bono crescere & augmentari facit, & etiam ipsos bonis temporalibus reficit atque nutrit. Matth. 6. *Considerate volatilia cœli, quoniam non serunt neque metunt, neque congregant in horrea: & pater vester cœlestis pascit ea*. Ephraim inquit. Ose. 11. *Dixit Ephraim, dives effectus sum*. Pater enim naturaliter magis diligit illum filium, qui ei assimilatur, & ei lautius prouidet, & succurrit. Sic vere Deus bonos, qui ei sunt similes in moribus, solet diligere, & de gratiis, & virtutibus prouidere. Vnde de Beniamin dicitur Genes. 44. *Pater vero tenere diligit eum*. Quia breuiter de quolibet dicit Christus Ioan. 14. *Pater meus diligit eum, & ad eum veniemus*, &c. Et merito, quia pro certo iste est *pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra* 2. Cor. 1. Iste ergo solet benigniter nos reficere.

E ¶ Item iste solet nobiliter nos præficere, quod ostẽditur cum dicitur. Primogenitus meus. Sicut enim pater filium suum postquam ablactatus fuerit, solet ad mensam suam admittere, sic Deus, postquam à lacte mundanæ prosperitatis ablactati fuerimus, & diuisi, ad mensam paradisi admittet, & honorem cœlestis gloriæ nobis conferet, & concedet. Primogenitus inquit. Ad primogenitum enim de iure deuoluitur hæreditas paterna. Et ideo Christus illos primogenitos facit, quibus dabitur fœlicitas æterna. Et de hoc Gen. 46. dicitur. *Hic est primogenitus, pone dexteram tuam super caput eius*. Sic igitur ostensum est, quomodo Deus dicitur esse pater, videlicet,

Quia dat gloriæ hæreditatem,
Quia dat gloriæ fertilitatem,
Quia dat iustitiæ seueritatem,
Quia dat scientiæ subtilitatem,

Et sic dico, quod propter istas quatuor rationes Deus est pater per omnibus honorandus.

¶ Secundo principaliter dico, quod est vnus pater, qui est ab omnibus venerandus. Et sic pater idem est, quod prælatus, vel quilibet prædicator, vel scientificus, vel etiam quilibet vir misericors, aut benignus, & potissime pater dicitur homo senex. Et sic dicitur 2. Mach. 14. de Razia quod præ affectu *pater Iudæorum*, appellabatur. Et ideo breuiter de prælatis, & viris perfectis potest dici illud Ioa. 6. *Patres vestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt*.

¶ Vbi aduerte, quod isti patres fuerunt, scilicet,
Charitatis faculis inflammati, quia patres,
Æquitatis regulis adæquati, quia vestri,
Compassionis riuulis honestati, quia manducauerunt,
Afflictionis ferulis castigati, quia in deserto.

¶ Dico ergo, quod isti charitatis faculis inflammantur, quod notatur in verbo patres. Pater enim filium valde diligit, ipsumque fouet, nutrit, instruit, & erudit. Et ideo pater à pascendo dicitur, quia scilicet filii per patrem pascuntur, & corporaliter, quousque magni fuerint, nutriuntur, quia sicut dicitur Ioan. 5. *Pater enim diligit filium*. Sic vere prælatus filios, id est, subditos debet diligere, & pabulo scientiæ, & eleemosynæ ipsos pascere & nutrire. Ioan. 16. *Ipse enim pater amat vos*. Quod tamen est contra multos, qui filios suos, id est, subditos non diligunt, sed per rapinas, & exactiones ipsos deuorant, & affligunt Hier. 31. *Patres vestri comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt*. Istud etiam de aliis patribus videmus, id est, de viris senibus, & honestis, qui debent esse patres iuuenum, & maxime in religione, qui tamen per detractionem ipsos deuorant, & corrodunt. Quia hodie communiter vitium detractionis plus abondat in senibus, quam iuuenibus, & magis in illis, qui ex status perfectione, vel professione deberent esse patres aliorum, quam in aliis. Vnde Ezech. 5. *Patres comedent filios in medio tui, & filii comedent patres suos &c*. Non sic ergo, sed sicut boni patres, & prælati, quia pro certo, vt dictum est, charitatis faculis inflammantur. Patres inquit. Vnde illud Gen. 44. *Pater vero tenere diligit eum*.

¶ Deinde dico, quod isti æquitatis regulis ordinantur, quod ostenditur, cum dicit, vestri. Istud enim pronomen vestri signat communitatem, & quandam inter plures homines æquitatem, quia scilicet sicut plures possunt esse filii, qui tantum vnicum habent patrem, quia scilicet pater æqualiter se habet ad omnes filios, ita enim est pater magni sicut parui, albi sicut nigri, sic prælatus debet ad omnes subditos æqualiter se habere, & per æquitatis regulam se æqualem omnibus exhibere. Sap. 6. *Aequaliter est ei cura de omnibus*. Ita quod prælatus non debet dici pater tuus, nec pater suus per aliquem spiritualem affectum, sed pater noster secundum communem charitatis, & æquitatis aspectum. Malac. 2. *Pater vnus est omnium nostrum*. Noster inquit. Vnde Ecclesiast. 44. *Laudemus viros gloriosos patres nostros*. Istud tamẽ non est hodie in multis, qui scilicet non sunt patres nostri in generali, sed sunt patres illius, & illius in speciali, quia scilicet affectio eorum non est per iustitiæ regulam adæquata, sed magis per acceptionis vitium deprauata. Vide supra de Acceptione. Non sic boni patres, quia proculdubio isti æquitatis regulis adæquantur. G

¶ Denique dico, quod isti compassionis riuulis humectantur quod ostenditur cum dicitur, quod ipsi manducauerũt manna. Manna enim, quod erat cibus dulcissimus, & delicatissimus, dulcedinem compassionis designat, quia scilicet sicut filio delinquenti, vel etiam indigenti solet pater indulgere, sicut de patre, & filio prodigo exemplum habemus Luc. 15. sic pro certo prælatus, vel vir perfectus manna debet manducare, id est, dulcedinem compassionis incorporatam habere, per quam scil. faciliter indulgeat delinquentibus, & libenter subueniat indigentibus Psalm. *Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se*. Et ideo manna in vrna aurea cum virga, & tabulis legis fuit in arca posita, sicut dicitur Exod 16. Ad denotandum, quod prælatus non solum debet habere tabulas scientiæ, & discretionis, & virgam iustitiæ, & correctionis, imo etiam tenetur habere manna dulcoris & compassionis Exod. 16 *Sume vas vnum, & pone ibi man*. Et nota, quod prælatus debet esse compatiens, scilicet, H

Delictis ignoscendo,
Pauperes nutriendo,
Inscios instruendo.

¶ Dico delictis ignoscendo Lucæ 23. *Pater dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt*. ¶ Item pauperes nutriendo Luc. 15. *Quanti mercenarii in domo patris mei abundant panibus*. Et Iob 29. *Pater eram pauperum*. ¶ Item inscios instruendo Psalm. *Patres vestri narrauerunt nobis* Et alibi. *Interroga patrem tuum, & dicet tibi, maiores tuos & annunciabunt tibi*. Prælati enim tenentur suos pascere non solum corporaliter per eleemosynam, imo etiam spiritualiter per doctrinam, quia scilicet, à prælatis debemus discere, qualiter nos oporteat gubernare Hier. 9. *Ipsi enim docuerunt à patribus suis*. Ista tamen sunt contra multos, qui non docent filios, & subditos suos, nec verbaliter, nec exemplariter facere bonum, sed potius malum &c. Non sic boni, quia isti pascunt filios suos & scientiis, & eleemosynis, & sic bene dicitur, quod compassionis riuulis humectantur.

¶ Insuper dico, quod isti patres afflictionis ferulis castigantur, quia scilicet prælati & viri perfecti debent esse in deserto, I

deret. Ideo beatus Bern. dicit, *quod non decet membrum delicatum esse sub capite spinoso*. Et propter hoc beatus Petrus 1. Pet. 4. docet nos dicens: *Christo igitur in carne passo, & vos eadem cogitatione armamini*. Pati ergo oportet propter exempli auctoritatem. Sa. 18. *Popularis homo regi similia passus est*.

¶ Tertio oportet pati propter præmii vtilitatem, quod ostenditur, cum dicitur *Et ita intrare in gloriam suam*. Teste enim Gregor. *Consideratio præmii minuit vim flagelli*, quia ergo teste Apostolo 1. Cor. 1. *Si fuerimus socii passionum, erimus & consolationum*. Quia si introitus æternæ gloriæ patientibus est promissus, dico, quod ad pati necessario, & voluntarie obligamur. *Beati, enim, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum*. Matth. 5. Quia reuera regnum cœlorum illis solum dabitur, qui in gloriam patiuntur. *Ita inquit intrare in gloriam suam*, quam pro certo ut dicitur Rom. 8. *Non sunt condigna passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis*. Nam sicut dicitur 2. Cor. 1. *Sicut abundant passiones Christi in nobis, & ita per Christum abundabit consolatio, quia si socii passionum estis, & consolationum eritis*. Sic ergo patet, quomodo sancti multa passi sunt, & nos etiam pati debemus tribulationes 2. Cor. 4. *Persecutionem patimur & sustinemus*. Et hoc propter indictam necessitatem, propter exempli auctoritatem, propter præmii vtilitatem &c. Vide infra de tribulatione, & in titulis infinitis, vbi de tribulationibus & passionibus infinita dicuntur.

A Patria. Nota, quod est Patria

Diligenda, Negligenda, Fugienda.

Diligenda est patria superior, & cœlestis,
Negligenda est patria exterior, & terrestris,
Fugienda est patria inferior, & funesta, scilicet infernalis.
Prima est patria hominum Beatorum,
Secunda est patria hominum Viatorum,
Tertia est patria hominum Damnatorum.
Prima est patria gaudii, & honoris,
Secunda est patria tædii, & laboris,
Tertia est patria supplicii, & doloris.

¶ Primo ergo dico, quod est patria superior, quæ est appetenda. Illa enim est proprie patria nostra, vbi sumus perenniter permansuri. Omnia enim diligunt patriam suam, quod etiam in animalibus, & volatilibus experimur, quæ si ad loca longinqua deferantur, ad patriam tamen, & regionem suam si possunt repatriare dicuntur, sicut de columbis in Ægypto est expertum, quod ad locum, vbi natæ sunt dicuntur reuerti, si ad loca remota ipsas contingeret transportari. Vnde etiam incolæ columbis literas sub alis ligant, quas sine dubio ad locum, vbi natæ sunt, deferunt, atque portant. De hirundinibus etiam expertum est, de ciconiis etiam, quod quamuis de patria recedant in hyeme, ad ipsam tamen reuertuntur in æstate. Et quia ergo cœlum est patria nostra, a qua peccando recessimus, & a qua in hoc mundo peregrinamur, ipsam affectuosius diligamus, & ad ipsam per bona opera properemus, Gen. 30. *Dimitte me, vt reuertar in patriam meam*. Teste enim Cas. super illud Psal. 136. *Super flumina Babylonis, dulcis est recordatio patriæ suæ, quæ etiam non deseritur inter hostes*. Ista est patria superior, quæ est appetenda.

B ¶ Secundo dico, quod est patria exterior, quæ est negligenda. Et ista est mundus, qui est patria omnium mortalium. Ramus enim oleastri de sua radice in bonam oliuam insertus fertilis efficitur, & olus, & porrus de loco vbi nati sunt, ad locum alium transplantati melius crescere comprobantur. Nos ergo, qui hic in hoc mundo bene proficere non possumus, quia sicut dicitur Ioann. 4. *Propheta in patriam sua honorem non habet*, ad aliam patriam scilicet ad paradisum, quæ est patria angelorum, nos cordialiter transferamus, & ibi nos per firmum desiderium inseramus. Mat. 6. *Reuersi sunt in patriam*. Et procul dubio homo non debet patriam suam nimis diligere, quia sicut dicit Hugo in didascalion. *Omne solum patria est viro forti. Perfectus autem est, cui totus mundus exilium est*. Temporaliter etiam loquendo homo melius proficit in scientia, & in aliis in aliena patria quam in sua. Et ideo philosophi patrias proprias dimiserunt, & non magis vnam patriam quam aliam vendicauerunt, sed totum mundum suam patriam vocauerunt. Vnde Sene. lib. de remediis fortuitorum dicit. *Patriam meam transire non possum, omnium vna est, extra hanc nemo poni potest, nulla terra exilium est. Vbicunque, enim bene est, ibi patria est. Si quis extra patriam sapiens est, peregrinatur, si stultus exulat*. ¶ Tertio vero dico, quod est patria inferior, quæ est fugienda. Et ista est infernus. Sed de hoc vide supra, quia nihil ad præsens propter defectum auctoritatum.

Patientia. Nota, quod in scriptura inuenitur patientia A

Diuina, & Humana

Diuina enim patientia nihil aliud est, quam longanimitas suæ expectationis, qua scilicet ad pœnitentiam nos expectat, nolens malos continuo vindicare. Et de hoc Eccl. 5. *Altissimus est patiens redditor*. Humana vero patientia nihil aliud est, quam fortitudo nostræ tolerationis, qua scilicet mundi mala æquanimiter toleramus. ¶ Primo ergo dico, quod est patientia Dei, quæ est admiranda. Iste enim patienter sustinet mala nostra, & tamen propter hoc non subtrahit beneficia sua. *Solem enim suum facit oriri super bonos, & malos*. Matth. 5. Et æqua patientia roboratus in præsenti patienter expectat vniuersos. Teste enim Petro, 2. Pet. 3. *Patienter agit apud vos nolens aliquem perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti*. Ipse est enim sicut elephas, qui raro irascitur, sed tamen quando prouocatus fuerit, irascitur difficiliter, & profunde, quod sibi ex natura melancholiæ contingit, quia est animal melancholicum. Melancholicus autem humor tardius accenditur, cum sit frigidus, si tamen accensus fuerit, feruet diutius. Et inde est, quod melancholicus tardius irascitur, sed cum irascitur, iram diutius seruat. Exemplum de ferro, quod multo tardius ignitur, quam lignum, ignitum tamen calorem multo diutius seruat. Quod etiam patet de aere, qui ponitur in montibus, qui citius calefit, & tamen propter suam raritatem citissime refrigescit. Grossus vero aer, qui est in vallibus, licet tardius incalescat, calefactus tamen propter suam grossitiem, calorem diutius tenet, & seruat, sicut per omnia dicit Seneca libro de naturalibus quæstionibus. Sic proculdubio charissimi Deus cum habeat substantiam impenetrabilem, atque fortem multo magis quam humor melancholicus, vel quam ferrum, non faciliter accenditur per iracundiam, nec mouetur faciliter ad vindictam. Quia sicut dicitur Iob. 35. *Nunc Deus non infert furorem suum, nec vlciscitur scelus valde*. Ipse est enim sicut elephas benignissimus, qui non faciliter prouocatur, quia sicut dicitur Iudith. 8. *Non enim sicut homo, Deus sic comminabitur, nec vt filius hominis ad iracundiam inflammabitur*. Ipse est enim *Deus iudex iustus, fortis, & patiens, qui nunquam irascitur per singulos dies* Psalmo. 7. Veruntamen iste, cum inflammatus fuerit, calorem diu seruabit, quia Deus finaliter videns, quod sua patientia nihil valet, solet suo modo profunde contra peccatores irasci, & per rigorem suæ iustitiæ, & temporaliter, & æternaliter punire, & hoc ita diutius, quod nunquam perpetuo eis parcit. Vnde Esa. 42. *Semper silui patiens fui, quasi parturiens loquar, dissipabo, & absorbebo simul*. Et sic patet quod est patientia Dei, quæ est admiranda.

¶ Secundo principaliter dico, quod est patientia humana, B quæ est procuranda. De ista autem dicit Tullius in rhetorica, quod *patientia est virtus contumeliarum impetus æquanimiter portans*. Gregor. etiam lib. moral. dicit, quod *patientia non est in prosperis. Ille vero patiens est, qui aduersitatibus atteritur, & tamen a rectitudine non curuatur*. Sicut enim videmus, quod mercenarius seu operarius patienter sustinet diurnum laborem, & ardorem propter spem præmii, quod in sero expectat: sic & nos, qui in sero mortis præmium beatitudinis expectamus, laborem, & tribulationem æquo animo sustinere debemus. Mat. 18. *Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi*. Vnde Aug. super Psalm. consolando hominem in mundi tribulationibus æstuantem dicit sic: *O fili quare ploras? Medicina est, non pœna, castigatio, non damnatio, noli depellere flagellum si non vis repelli ab hæreditate, nec attendas quam pœnam subeas in flagello, sed quem locum teneas in testamento*. ¶ Nota igitur, quod sancti patientiam habuerunt in aduersis principaliter propter tria, videlicet, propter

Virtutis fortitudinem,
Salutis plenitudinem,
Seruitutis paucitudinem.

Ista etiam & nos debent ad patientiam mouere, scilicet,
Virtutis firmitas, & fortitudo,
Præmii largitas, & plenitudo,
Temporis breuitas, & arctitudo, vel paucitudo.

Ista enim tria faciunt homines patientes, scilicet,
Fortitudo vigoris,
Magnitudo valoris,
Paucitudo laboris.

¶ Igitur dico, quod hominem patientem efficit fortitudo vigoris, & firmitatis, homo enim patiens, & fortis efficitur per virtutem constantiæ, sicut de Decio exemplificat Seneca, qui cum C

exercitu

exercitu suo patientiam in aduersitatibus habuerunt, mortem, & verbera contempserunt, & patienter pro republica mortem, & verbera sustinuerunt. *Patientia* enim, teste Seneca, ibidẽ *fortitudinis ramus est, & ideo qui ramũ patientiæ voluerit habere, debet primo de radice fortitudinis cogitare.* Est enim fortitudo, & constantia lapis, qui dicitur amatites, qui tangens vestem, vel in veste contextus incombustibilem eam facit, sicut dicit Plin. Quia pro certo, qui lapidem fortitudinis habent contextum, & annexum, solent per patientiam taliter roborari, quod igne tribulationum nequeunt prægrauari. Teste enim Seneca in prouerbiis, *cunctis dolorum remedium est patientia.* Quia pro certo, qui patientiæ virtutem perfecte habuerit, inflictis doloribus non dolebit. Et hoc docet Apostolus Ephes. 4. *Cum patientia supportantes inuicem*, quasi dicat, ita debet quilibet mala, quæ ab aliis patitur, in patientia sufferre, quemadmodum vellet mala, si inferret aliis, in patientia sustineri. Et hoc est quod dicit Gregor. in pastorali. *Quisque*, inquit, *non tanta, quæ ab altero tolerat, quanta quæ ab eo tolerantur attendat.* Consideret igitur, si tanta sint sua, quæ ab aliis supportantur, quanta illa, quæ sibi ab aliis inferuntur, & ita sine dubio iniurias leuius sustinebit, quando minora, quæ patitur quam quæ aliis infert, esse videbit. Patet ergo, quod patientem efficit fortitudo vigoris, & stabilitatis.

D ¶Deinde dico, quod patientem efficit magnitudo valoris, & vtilitatis. Agricola enim libenter & patienter sustinet labores agriculturæ propter spem fructuũ, quos expectat. Sic quia propter mundi labores, & tribulationes fructus æternæ gloriæ expectamus, ipsas pœnas patienter sustinere debemus Iaco. 5. *Patientes igitur estote fratres vsq; ad aduentum domini.* Ecce enim agricola expectat pretiosum fructum terræ patienter ferens, donec accipiat. Vitulus enim marinus duas pinnulas dicitur habere, quarum si dexteram capiti supposueris, ita profunde dormies, quod sectiones corporis non senties, sicut dicit Plinius. Memphitis etiam lapis est, quo distemperato cum aceto si membra linita fuerint, ita efficiuntur stupida, quod læsuras non sentiunt, si secantur, & dicitur memphis, eo quod in Memphi ciuitate Ægypti abundantius reperitur. Sic vere charissimi sancti dexteram prosperitatis æternæ per spem, & desiderium suo capiti supposuerunt. Memphite etiam lapide, qui interpretatur os mæroris, id est, morte, quæ omnia cum mœrore deuorat vna cum aceto, id est, cum acrimonia pœnarum inferni, se per considerationem, & memoriam liniuerunt, & sic proculdubio taliter per patientiam in domino quieuerunt, quod sectiones, & tribulationes mundi parum, aut minime senserunt. Ista enim duo ad habendum patientiam summe valent, scilicet, consideratio momentaneæ mortis & tormentorum, & spes, & affectio paradisi, & æternalium gaudiorum. Roman. 8. *Si, quod non videmus, speramus, per patientiam expectamus.* Et ad hoc monet Apostolus Heb. 12. *Per patientiam curramus ad propositum nobis certamen aspicientes in auctorem fidei, & consummatorem Iesum.* Et Heb. 6. dicitur. *Efficiamini imitatores eorum, qui fide, & patientia promissiones hæreditabunt.* Patet ergo, quod patientem efficit magnitudo valoris, & vtilitatis.

E ¶Denique dico, quod ad patientiam debet mouere paucitudo laboris, & pœnalitatis. Miles enim, & etiam operarius patiẽter sustinent labores suos, quia sciunt, quod perpetuo non durabunt, & quod in fine deficient, & cessabunt. Multum enim facit ad patientiã consideratio temporis breuitatis. Vnde etiam Sene. dicit, quod *mors timenda erat, si nobiscum manere posset, sed necesse est, aut quod non veniat, aut quod transeat*, quasi dicat, breuia & transitoria non sunt timenda, sed magis in patientia toleranda. Et ideo dicitur Ecclesiastici 1. *Vsque ad tempus sustinebit patiens, & postea redditio iucunditatis.* Et Apocalypsis 6. dicitur. *Adhuc sustinete modicum* &c. Ac si diceret, patientia in tribulationibus est habenda, quia modicum tribulationes debent durare, & cito deficere, & cessare.

F ¶ Et nota hic, si vis, quod specialiter habenda est patientia, quia scilicet, ista solet

Placare Dei seueritatem,
Seruare mentis tranquillitatem,
Sedare iræ ferocitatem,
Tenere cordis humilitatem,
Habere lucri vtilitatem,
Arcere carnis agilitatem,
Implere diuinam voluntatem.

¶ Dico ergo, quod per patientiam Dei seueritatem possumus placare, quia sicut dicitur Prouerb. 25. *Patientia lenietur princeps.* Item mentis tranquillitatem possumus seruare. Vnde Luc. 21. *In patientia vestra possidebitis animas vestras* ¶Item iræ ferocitatem possumus sedare. Vnde Prouerb. 15. *Vir iracundus suscitat rixas, qui autem patiens est, mitigat suscitatas.* ¶Item cordis humilitatem possumus tenere. Vnde Ecclesiast. 2. *Omne, quod tibi applicitum fuerit, accipe, & in dolore sustine, & in humilitate tua patientiam habe.* ¶Item lucri vtilitatem possumus habere. Luc. 8. *Et fructum afferunt in patientia.*

¶ Item carnalis carnalitatem possumus arcere. Vnde ad Tit. 2. *Admone senes, vt sobrii sint in fide, & dilectione, & patientia.* ¶Item diuinam voluntatem possumus implere, quia scilicet patientia nobis iniungitur Iaco. 5. *Patientes estote fratres.* Et 1. Tim. 6. *Sectare vero iustitiam, & pietatem, & patientiam.* Et breuiter patientia est virtus, quæ magis vt communiter iniungitur in scriptura. Sic igitur patet, quomodo multis rationibus patientia est habenda, & maxime propter breuitatem fluctuum, & laborum, propter quantitatem fructuum, & donorum, propter firmitatem sc̃tuum & vigorum.

¶Si vis, inuehe, contra impatientes, & pone si vis, quod impatiens similis est G

Bufoni, qui tactus statim inflatur,
Scorpioni, qui prouocatus statim pungit,
Campanæ, quæ pulsata statim sonat,
Vitro, quod percussum statim frangitur.

Bene ergo dicitur Prou. 14. quod *impatiens operatur stultitiam* Et 19. quod *qui impatiens est, sustinebit damnum.* Vide supra de Iracundia, & Discordia.

## Paucitas.

Nota, quod est A

Paucitas bonorum, &
Paucitas malorum.
Prima est cupienda,
Secunda est præcauenda.

Est ergo paucitas bona. Et ista est paucitas bonorum, quæ præualet multitudini malorum. Quia sicut videmus, quod arbores domesticæ pauciores producunt fructus quam syluestres, sicut patet de pomis syluestribus, & domesticis, isti tamen pauci fructus sunt aliorũ multitudine meliores. Animalia etiam domestica pauciores proferunt fœtus, quam syluestria, sicut patet de oue, quæ vt communiter nõ profert nisi vnum fœtum in anno, & de canicula, quæ aliquando profert decem. Isti tamen pauci fœtus domestici sunt multis aliis syluestribus præferendi, sic vere boni, & domestici viri habent quandoque paucitatem fructuum, & fœtuum temporalium bonorum, quia sci. ipsi habent paucas diuitias, paucas delitias, paucas scientias, econuerso vero syluestria, & mali solent istis omnibus abundare. Istud tamẽ verum est, quod illud modicum, & illud paucum, quod habent iusti, magis valet, & amplius est reputandum, quam illud plurimum, quod habent mali. *Melius est enim modicum iusto super diuitias peccatorum multas* Psal 36. Et Prouerb. 16. *Melius est parum cum iustitia, quam multi fructus cum iniquitate.* Vnde etiam de discipulis legitur Matth. 15. quod *ipsi habebant pisciculos paucos.* Vel possumus etiam dicere de Christo & ecclesiasticis, qui sunt arbores domesticæ, & pauciores habent hodie fructus & fœtus, quam diabolus, caro, & mundus, qui sunt animalia syluestria. Quia pro certo pauciores sunt boni, sc. filii, quam mali filii diaboli, hæredes regni, quam ciues inferni. Vnde 1. Mach. 6. dicitur, quod *remanserunt in sanctis viri pauci.* Quia breuiter, sicut dicitur Matt. 22. *Multi sunt vocati, pauci vero electi.* Christus enim legitur paucos discipulos habuisse, quia proculdubio pauci sunt hodie discipuli & serui Christi, multi vero obedientes & famuli diaboli. Et hoc est, quod dicit Baruch de se & aliis bonis, Baruch 2. *Derelicti sumus pauci inter gentes* Et nota, quod isti pauci, scilicet,

Ad credendum sunt promptiores,
Ad operandum sunt fortiores,
Ad Deo placendum sunt aptiores,
Ad vitia vincendum sunt meliores.

¶ Sunt, dico, promptiores ad Deo credendum. Matth. 8. *Arcta est via, quæ ducit ad vitam, & pauci ingrediuntur per eam* ¶Item fortiores ad operandum Matth. 9. *Messis quidem multa, operarii autem pauci* ¶Item sunt aptiores ad Deo placendum Matt. 20 *Pauci vero electi.* ¶Item sunt meliores ad mala vincendum, quia sicut dicitur 1 Reg 14. *Non est difficile Domino saluare, vel in multitudine, vel in paucis.*

¶Sed

¶Sed adhuc dico, quod est paucitas mala. Et de hac dicitur in Psalm. *Pauci facti sunt, & vexati sunt à tribulatione malorum, & dolore.* Paucitas enim denotat defectum & carentiam debiti crementi. De malis dicitur Deut. 4. quod *ipsi remanebunt pauci numero.* Et idem Hier. 19. dicitur. *Nolite esse pauci numero.* ¶ Et nota, quod mali dicuntur pauci, quia habent paucitatem virtutum. Et sic dico, quod ipsi sunt, scilicet,

Pauci { Viriliter bonum operantes,
Subtiliter verum indagantes,
Sedulitet Deo famulantes,
Stabiliter malis resistentes,
Sagaciter mundum dimittentes.

Dico ergo, quod pauci sunt bonum operantes viriliter. Vnde illud praedictum Matth. 9. *Operarii autem pauci.* Et isti sunt pauci viri, qui ... à viribus & à virtute dicuntur. De quibus dicitur Eccles. 9. *Ciuitas parua & pauci viri in ea.* Nehem. 2. *Viri pauci* ... pauci sunt verum indagantes subtiliter. Esa. 24. *Infirmi erunt cultores, & relinquentur homines pauci,* id est, pauci ratione vtentes. Item pauci sunt Deo famulantes sedulitet. 2. Paralip. 29. *Sacerdotes autem pauci erant.* ¶Item pauci sunt malis resistentes stabiliter 1. Mach. 3. *Quomodo poterimus pauci pugnare.* Item pauci sunt mundum contemnentes sagaciter. Vnde Hier. 44. *Reuertentur de terra Aegypti in terram Iuda viri pauci.* Et breuiter isti possunt dicere illud Baruch. 2. *Derelicti sunt pauci de pluribus &c.* Omitto, quia materia sterilis est.

Paupertas. Cum paupertas nihil aliud sit, vt communiter loquendo, quam carentia & defectus bonorum & rerum, hinc est, quod secundum diuersitatem bonorum & rerum possumus distinguere diuersas paupertates. Quia ergo in natura sunt bona quaedam interiora, quaedam exteriora, quaedam superiora, dicere possumus, quod est paupertas & carentia, scilicet,

Bonorum { Interiorum,
Exteriorum,
Superiorum.
Prima est vitiosa,
Secunda est virtuosa,
Tertia est dolorosa.

¶Prima est paupertas hominum peccatorum, quia scilic. peccatores carent copia bonorum interiorum, gratiarum scilicet & virtutum. Et sic proprie paupertas nihil aliud est, quam peccatum. Et de hoc dicitur Apoc. 3. *Dicis,* inquit, *quia diues sum, & locupletatus & nullius egeo, & nescis, quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & caecus, & nudus.*

B ¶Secunda est paupertas hominum perfectorum, quia scil. viri perfecti non habent copiam bonorum exteriorum, quod si habent in re, non tamen in corde. Et de istis dicitur Matth. 5. *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum.*

C ¶Tertia est paupertas hominum damnatorum. Isti enim carent copia bonorum aeternorum, scilicet affluentia gloriae Paradisi, & de istis dicitur Prouerbior. 10. *Pauor pauperum egestas eorum.* De hoc potest intelligi illud Psalm. 30. *Infirmata est in paupertate virtus mea, & anni mei in gemitibus.* Omissis ergo duobus, scil. paupertate vitiosa, quae est peccatorum (quia *nequissima paupertas in ore impii,* Eccl. 13.) paupertate etiam dolorosa, quae est damnatorum, dicamus aliquid de alia duplici paupertate, videlicet, de Paupertate

Spirituali, quae est perfectorum,
Temporali, quae est egenorum,

¶Dicamus igitur primo de paupertate meritoria & virtuali, & secundo de paupertate necessaria & temporali. Est ergo paupertas virtualis & voluntaria. Et ista est illa, quam Christus & Apostoli tenuerunt, & quam tenendam professoribus euangelicis dimiserunt. Ista autem nihil aliud est, quam bonorum temporalium contemptus. Et ita pauper dicitur non solum, qui diuitiis caret, sed etiam qui diuitias, quas habet, contemnit & abhorret, quia scilic. homo bene potest diuitias habere, & nomen boni pauperis obtinere, sicut sunt boni praelati, qui quamuis diuitias habeant pro necessitatibus Ecclesiae & pauperum, quibus praesunt, nomen tamen bonorum pauperum non amittunt, sunt enim successores illorum, quibus Christus dicit Matth. 5. *Beati pauperes spiritu,* id est, *voluntate.*

¶Breuiter ergo paupertas in bono signat
Humilitatem & dilectionem,
Aduersitatem & afflictionem,
Innocentiam & simplicitatem,
Rerum contemptum & tenuitatem.

De ista ergo virtute voluntariae paupertatis dicamus, quod sicut aues, quae non congregant in horrea, neque metunt, sed solum diuinae prouidentiae se submittunt, solent sursum ascendere & volare, & caelo & caelestibus propinquare: sic procul dubio illi, qui more auium à terrenorum congregationibus abstinent, & qui in prouidentia Dei sperant, melius ad caelestia per desideria volitant, & sursum per contemplationem habitant, tam Deo, caelo, & Angelis, quantum eis est possibile, se praesentant. Habent enim aues pennas interius vacuas & concauas, & ideo propter aeris inclusionem leuiores efficiuntur, & sursum facilius deferuntur. Sic procul dubio illi, qui pennas affectionum habent vacuas per voluntariam paupertatem, concauas per occultam humilitatem, plenas aere diuinae gratiae per virtutum intromissionem, faciliter eleuantur ad caelestia amanda & contemplanda, ibique sine difficultate leuabuntur ad ipsa finaliter obtinenda, sicut dicitur Matth. *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum.*

¶In quibus verbis ostenditur, quod ista paupertas spiritualis est habenda, scilicet, quia illa F

Per { Tranquillitatem facit leniores,
Agilitatem facit promptiores,
Foelicitatem facit ditiores.

Primum probat carentia affectuum exteriorum. (*Beati,* inquit.)
Secundum probat potentia affectuum interiorum. (*Spiritu.*)
Tertium probat praesentia successuum posteriorum. (*Regnum.*)

¶Dico ergo, quod spiritualis & voluntaria paupertas dat tranquillitatem exteriorem, quod ostenditur, cum dicitur (*Beati pauperes.*) Pauperes dicuntur beati. Beatus enim est, cui nihil deficit. Cum igitur istis pauperibus sufficiat status suus, nec in mundo sit aliquid, quod desiderent, cum solum eorum sit desiderium de temporalibus nil habere, vel saltem nil diligere vel amare, bene videtur, quod paupertas istos facit beatos, & per consequens tranquillos, placidos, & quietos. Beati, inquit pauperes Prouer. 12. *Melior est pauper & sufficiens sibi, quam gloriosus & indigens pane.* Cum enim omnes mundi tribulationes, discordiae, & lites propter diuitias eueniant, & isti pauperes nec diuitias diligant, nec habeant, necesse est, quod pacem & tranquillitatem habeant. Quia sicut dicit Sen. *In itinere obsesso pauperi pax est.* Quia etiam exemplo patet. Arbores enim fructibus onustae ab omnibus impetuntur. Quilibet enim vult habere de fructibus, & ideo quilibet proiicit in eam baculum suum aut lapidem. Sed pro certo arbor sicca vel sterilis à nullo impetitur, sed in pace ab omnibus transeuntibus dimittitur. Quia breuiter illi, qui habent diuitias semper sunt in briga & lite, illi vero, qui sunt steriles & sicci, id est, pauperes, dimittuntur in pace. Et ideo dicit Seneca: *Ne imparatos fortuna nos deprehendat, fiat nobis paupertas familiaris. Securius diuites erimus, si sciuerimus, quam non sit graue pauperes esse. Ad paupertatem enim sua sponte descendere, est fortunae praelia praeuenire.* *Beati* ergo *pauperes.* Beati dico, quod

Interius per auaritiam non vruntur,
Exterius per controuersiam non laeduntur,
Superius per desiderium eriguntur,
Inferius per refrigerium non sistuntur.

¶Dico, quod beati sunt, quia per auaritiam interius non vruntur. Plus enim habet spiritualiter pauper de bono, beatitudine, & de tranquillitate vna die, quam diues in mille. Diues enim quanto plus habet, tanto plus per auaritiam vritur. Pauper vero dum nihil cupit, in pace animi quietatur. Et ideo in Psal. 67. dicitur: *Parasti in dulcedine tua pauperi Deus.* Quia scilicet pauperibus pacem & dulcedinem animi praeparat, quam à diuitibus tollit & separat Ps. *Factus est in pace locus eius.* Vnde Esa. 14. *Pauperes fiducialiter requiescent.* G

¶ Item dico beati debent dici, quia per controuersiam non laeduntur. Quia sicut dictum est, pauperes à latronum & raptorū violentiis sunt exempti, cum nihil habeant, quod amittant. Lupi enim oues infirmas exterius derelictas laedere, vel comedere non dignantur. Et ideo quia boni pauperes sunt domino in hoc saeculo derelicti omni scilicet alio solatio destituti, à lupis, id est, à tentationibus, à tyrannis, & raptoribus non laeduntur, cum nihil habeant, quod à talibus appetatur. Psalm. 30. *Tibi enim derelictus est* H

*Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor.* Pauperes enim qui à mundo derelinquuntur, dominus suscipit, & à lupis mundanis & infernalibus defendit, ipsosque misericorditer adiuuat, atque nutrit. Pullum enim, quem aquila de nido suo eiicit, solet auis, quæ dicitur herodius, recipere, & in pullum suum adoptare, & ipsum tanquam proprium enutrire. Quia pro certo Deus astat ad dexteram pauperis, vt saluam faciat à persequentibus animam suam.

I ¶Item beati dicuntur pauperes, quia per desideriũ eriguntur, quia sc. sicut parui & tenues vapores solent faciliter sursum eleuari, & etiam à solis & ignis influentia faciliter inflammari, sic pauperes & tenues sursum ad Deum & ad bona æterna per bona desideria se eleuant, & in æternorum amore per affectionis incendia se inflammant. Vnde Es. 48. *Elegi te in camino paupertatis.*

K ¶Item beati per refrigerium non sistuntur, quia scilicet sicut viator in æstate currens non inueniens vmbracula, in quibus sistat, citius perficit iter suum, sic pauper in feruore tribulationum huius mundi nullum inueniens refrigerium, nec aliquid, quod delectet ad Deum necessario compellitur currere, & ad Deum refugere, & eius misericordiam implorare. Et ideo dicit Gregor. *Qui mihi omnia diuitiarum abstulit, me ad currendum citius expediuit.* Sic ergo patet, quomodo paupertas facit beatus pauperes, atq. bonos. Vnde quidam philosophus dicit, quod *paupertas est odibile bonum, sanitatum mater, curarum remotio, negotium sine damno, substantia intentabilis, possessio absque calumnia, Beati ergo pauperes* Matth. 5. *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam.* Patet ergo, quomodo paupertas dat mentis tranquillitatem.

L ¶Item paupertas voluntaria dat mentis agilitatem, quod ostenditur cum dicitur (Spiritu.) Sicut enim ille qui minus est oneratus, magis est agilis ad currendum (vnde etiam videmus, quod aues prædales sunt fortis, & agilis volatus, pro eo, quod naturaliter sunt siccæ, & carnium pondere non grauatæ) sic proculdubio illi, qui temporalibus bonis non onerantur, sed sicci & pauperes inueniuntur, carneque temporalis substantiæ denudantur, fortiores sunt ad volandum per contemplationem & agiliores ad obediendum, & ad bona opera exequendum. Et hoc ostenditur cum dicitur, spiritu: *Spiritus enim carnem, & ossa non habet*, sicut dicitur Luc. 24. Spiritus etiam, [illegible] sensu patet facit corpus agile & mobile. Et ideo *pauperes spiritu* dicuntur illi, qui per humilem subiectionem ad bene operandum mobiliter agitantur Rom. 8. *Qui spiritu Dei aguntur hi filii Dei sunt.* Et Esa. 61. *Spiritus domini vnxit me, euangelizare pauperibus misit me.* Augustin. vero lib. de verbis domini dicit, quod *hi sunt pauperes spiritu, qui quando faciunt aliquid boni, Deum laudant, quando vero aliquid mali faciunt, se accusant.* Patet ergo, quod paupertas ista confert mentis agilitatem.

M ¶Item paupertas voluntaria confert cœli fœlicitatẽ. Ipsorum inquit est regnum cœlorum: Arbores enim quæ in vno anno carent fructu in anno alio plus abundant, sicut patet de oliuis, quæ vno anno sunt steriles, in alio vero sunt fertiles. Sic vere illi, qui in anno præsentis vitæ per paupertatem sunt steriles, in anno sequentis vitæ futuræ per fœlicitatem erunt fertiles, quia scilicet qui paupertatis sterilitatem patiuntur, fructum æternæ beatitudinis & regni cœlorum gloriam consequentur. Regnum inquit cœlorum. Vnde Chrysost. super epistolam ad Heb. sermone 18. dicit, quod *paupertas est manuductrix in cœlum, vnctio athletica, exercitatio magna, tranquillus portus.* Sic ergo patet quomodo spiritualiter paupertas est amanda, & potissime quia spirituales & boni pauperes à Deo

Proteguntur,
Nutriuntur,
Eliguntur,
Audiuntur,
Recordantur,
Sublimantur,
Consolantur.

N ¶Dico, quod à Deo proteguntur. Vnde Psalm. 106. *Adiuuit pauperem de inopia.* Et alibi. *Factus est dominus refugium pauperi, adiutor in opportunitatibus* &c. Item dico, quod à Deo nutriuntur Psalm. 67. *Parasti in dulcedine tua pauperi Deus.* Item dico, quod isti à Deo eliguntur. Iaco. 2. *Pauperes elegit Deus.* Item dico, quod isti à Deo audiuntur Psalm. 10. *Desiderium pauperum exaudiuit Dominus, præparationem cordis eorum audiuit auris tua.* Item isti à Deo recordantur. Psa. 9. *Non in finem obliuio erit pauperum.* Item à Deo sublimantur Psal. 112. *Suscitans à terra inopem, & de stercore erigens pauperem.* Item à Deo consolantur Iob 29. *Pater eram pauperum, & consolator.* Ista est ergo paupertas voluntaria.

¶Secundo dico, quod est paupertas necessaria. Et ista est illa, quam sustinent pauperes in hoc mundo coacti, necessario, & inuiti. Et ista est, quæ proculdubio O

Solet per { Dei prouidentiam ordinari, / Piam influentiam vegetari, / Diram pestilentiam impugnari.

Paupertas enim & miseria à { Deo ordinatur, / Bonis supportatur, / Malis impugnatur.

¶Dico, quod à Deo originaliter ordinatur. Antiqui enim philosophi posuerunt, quod fata, & influentiæ orbium cœlestium erant causa, quare aliqui diuites fiebant, aliqui pauperes erant. P
Nos vero dicimus, quod hoc ab occulto fato diuinæ prouidentiæ prouenit, quia scilicet per occultam Dei prouidentiam fit, quod aliqui diuitiis fœcundantur, aliqui paupertate macerantur. Et ideo pauperes patientiam debent habere, cum sciant inopiam suam à Dei prouidentia prouenire. Vnde August. *Fili quid ploras: Medicina est, & non pœna* &c. Vide etiam supra de patientia. Causa autem quare pauper patientiam debet habere, est multiplex, scilicet, quia paupertas est

Signum diuini amoris & benignitatis,
Artha superni honoris, & fœlicitatis.
Lima interni horroris, & iniquitatis,
Fuga æterni fœtoris, & malignitatis.

Est dico paupertas signum diuini amoris, quia scilicet vt communiter Deus non infligit paupertatem nisi illis quos amat. Et inde est, quod Christus apostolis suis quos summe diligebat, paupertatem indixit, ipsamque verbo docuit, & exemplo monstrauit. Indixit enim apostolis dicens Mat. 19. *Si vis perfectus esse, vade & vende vniuersa quæ habes, & da pauperibus.* Ipsam etiam docuit verbo, dicens Lucæ 14. *Qui non renuntiauerit omnibus quæ possidet, non potest esse meus discipulus.* Ipsam insuper monstrauit exemplo, dicens Matth. 8. *Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet, vbi caput suum reclinet.* Et sic dico, quod pauperes patientiam debent habere, quando vident paupertatem diuinæ amicitiæ signum esse: quilibet enim gauderet, si rex vel aliquis magnus encænia sibi mitteret, & maxime si daret sibi vestes eiusdem panni, sicut sibi. Gaudeant ergo pauperes, quando vident quod rex paradisi paupertatem eis immittit, quia vere ipse de eodem panno vestes in sæculo habuit & portauit. Quia vere istud est signum euidens, quod Deus ipsos diligit, & quod à paupertate inferni ipsos præseruare intendit. Quia sicut dicitur Naum 1. *Non consurget duplex tribulatio, & non affliget Dominus bis in idipsum.* Et breuiter bene dicitur Eccl. 11. *Paupertas & honestas à Deo sunt.* Istud est ergo signum diuini amoris. Sicut etiam de Christo legitur Lucæ 2. *Et hoc vobis signum, inuenietis puerum pannis inuolutum* &c.

¶Sed adhuc dico, quod ista est artha superni amoris, quia proculdubio mundi tribulationes & paupertates sunt rectæ quædã arthæ futuræ gloriæ Paradisi. Frigus enim præcedens in hyeme, artha est plurium fructuum in æstate. Sic vere magnum frigus præsentis paupertatis est artha maioris futuræ fœlicitatis, quia quanto plus abondat in homine maior istius frigoris asperitas, tanto speranda est maior in cœlo fœlicitas, 2. Corint. 8. *Altissima paupertas eorum abundauit in diuitias simplicitatis ipsorum.* Q

¶Sed adhuc dico, quod ista est lima culpæ vel horroris, quia sc. sicut aurum in igne ponitur, vt omnis eius fæculentia consumatur, sic Deus pauperes in camino paupertatis decoquit, & ob ipsis omnem peccati maculam purgat, eliminat, atq; tollit. Esa. 58 *Excoxi te, sed non quasi argentum, elegi te in camino paupertatis.* R

¶Sed insuper dico, quod paupertas est fuga omnis mali vitii, fœtoris, vel horroris, quia sc. sicut frigus in hyeme post arborum & terrarum fructus includit humores, & repercutit, & progredi non permittit, & ramus superfluos generari impedit, & virtutẽ inferiorẽ fortificat, & custodit, sic vere algor paupertatis quando occupat hominem, solet humores interiores, i. e. suas cordiales affectiones repercutere, &, ne ad exteriora exeant, impedire. Et sic igitur productio malorum ramorũ, id est, vitiorum, in eo impeditur, & virtus ad bene fructificandum & operandum in eo roboratur. Constat enim, quod paupertas multa mala facere impedit, & à multis vitiis abstinere compellit. Tob. 4. *Pauperem vitam gerimus, sed multa bona habebimus, si timuerimus Deum.* Iis ergo & multis aliis rationibus est paupertas commendanda, seu aman- S

paranda, & in paupertate toleranda: & potissime duæ sunt aliæ rationes, quia scilic. paupertas falsos amicos solet probare, sicut ... de amicitia fuit visum. De quo Hierony. in Epist. & Senec. Epist. 20. *Ob hoc unum amanda est paupertas, quia, à quibus ameris, ostendit.* Addit Hieron. *Non enim habet adulationem.* Vnde etiam idem Senec. Epist. 20. *Quod tu beneficio tuo non potes scire, paupertatis illa verum certosque amicos retinebit, discedet quisquis non te sed aliud sequebatur.*

§ Ite... quia paupertas est quoddam bonum, quod fortuna pro posse suo nobis inuitis nunquam potest auferre. Vnde Sen. Epist. dicit: *In hoc ingens paupertatis iucunditas, quia fortunæ casibus non obiectus.* Et ideo docet idem Seneca Epistol. 20. *Redige te ad parua, à quibus cadere non possis. Inest enim paupertati, sine qua nihil unquam est securum.* Patet ergo, quomodo paupertas à Deo ... ordinatur. 1. Reg. 2. *Dominus pauperem facit, & ditat, humiliat & sublimat.*

V §Secundo dico, quod paupertas à bonis misericorditer subleuatur. Boni enim & pij solent pauperibus condolere, & eorum miserias subleuare. Elephantes enim socium suum cadentem subleuant, si possunt, & per compassionem garriunt, si non possunt. Arbores etiam in hyeme humorem suum ad radicem mittunt, quam inferius in terra indigere humore inspiciunt. Aqua insuper ad loca infima & vacua solet fluere, & ipsa humectare, & abluere & replere. Sic vere charissimi, quando fratres nostros, sc. alios homines, qui fratres sunt ex natura & gratia, videmus indigere, & ad statum paupertatis cecidisse, & pro more radicis inferius in gradu infimo residere, & ibi ratione hyemis paupertatis nostro auxilio indigere, statim proculdubio debemus ipsos iuuare, & humorem eleemosynarum & consolationum eis mittere, & eos, si possumus, ab infortunio subleuare, *Suscitans à terra inopem, & de stercore erigens pauperem,* Psal. 112. & 1. Reg. 2. quia proculdubio aqua, id est, quilibet vir pius debet loca infima & vacua, id est, depressos & pauperes, vacuos & egenos quærere, & eos pijs consolationib. & eleemosynis replere, & ipsis misericorditer subuenire. Et hoc præcipitur Ecclesiast. *Pauperi porrige manum tuam, vt perficiatur propitiatio & benedictio tua.*

X § Et nota, si vis, quod pauperibus est miserandum & subueniendum multiplici ratione, videlicet,

Propter
- Mandati obligationem,
- Edicti comminationem,
- Exempli confirmationem,
- Præmij consecutionem,
- Diuini præconij commendationem.

Dico propter obligationem Dei mandatorum. Pietas enim erga pauperes nobis mandatur in locis plurimis in scriptura. Vnde Prou. 3. *De primitijs frugum tuarum da pauperibus:* & Eccl. 14. *Secundum vires tuas exporrigens da pauperi,* & in multis alijs locis, sicut Luc. 14. vbi dicitur: *Cum facis conuiuium, voca pauperes &c.* Item propter comminationem Dei mandatorũ vel edictorum. Cõminatio enim diuini edicti ponitur Prou. 21. vbi dicitur: *Qui obturat aures suas ad clamorem pauperis, clamabit ipse, & non exaudietur.* Item propter confirmationem bonorum exemplorum. Omnes enim sancti, qui præcesserunt, nobis exemplum miserendi pauperibus præbuerunt. Vnde Iob 29. seipsum proponit in exemplum, dicens: *Pater eram pauperum &c.* De beato viro dicitur in Psal. 111. quod *dispersit pauperibus &c.* Item propter consecutionem magnorum præmiorum. Misericordibus enim promittuntur præmia & temporalia & æterna. Temporalia dico, quia sicut dicitur Prou. 28. *Qui dat pauperi, non indigebit.* Æterna vero, quia sicut habetur Matth. 19. *Da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo.* Item propter commendationem diuinorum præconiorũ, quia sc. tales præconium & laudem & à Deo & à scriptura merentur. Vnde etiam inter alias laudes fortis mulieris dicitur Prouer. 31. quod *palmas suas extendit ad pauperem.* Sic ergo patet multis rationibus quomodo paupertas à nobis misericorditer subleuatur.

Y § Sed tertio dico, quod ista paupertas à malis crudeliter impugnatur. Mali enim non solum in se paupertatem abhorrent, sed etiam ipsam in alijs impetunt & infestant. Quia sicut patet ad oculum, mali balliui & officiales & cæteri exactores plus impugnant pauperes, quã diuites, debiles, quam fortes; innocentes, quam nocentes, similes quibusdam canibus & mastigijs, qui male vestitos solent lacerare, bene autem vestitos nõ solent tangere vel nocere. Bubones etiam & milui solent misera animalia, sicut sunt pulli, mures, & vespertiliones, comedere, & eorum sanguinem haurire, & crudeliter deuorare. Aues enim & animalia defensionis non lædunt, alia vero deuorant & offendunt, quia vere tales raptores solent in pauperes & debiles debacchari, & eos vsuris, rapinis, & exactionibus deuorare, diuites vero nec lędere nec grauare, sed eos potius contra pauperes adiuuare. Vnde Iob 24. *Vim fecerunt deprædantes pupillos, & vulgum pauperem spoliauerunt.*

§ Vnde nota, quod pauperes & egeni à diuitibus Z
- Contemnuntur,
- Repelluntur,
- Submittuntur,
- Rapiuntur.

Contemnuntur dico. Eccl. 13. *Sapientia pauperum contempta est.* Repelluntur etiam. Eccl. 13. *Pauper locutus est, & dicitur: Quis est hic?* Et præmittitur ibidem. *Locutus est sensate, & non est ei datus locus.* Submittuntur insuper, quia sicut dicitur Prou. 22. *Diues pauperibus imperat, & qui accipit mutuum, seruus est fœneratoris.* Et rapiuntur nihilominus, quia sc. diuites insidiantur, vt rapiant pauperem, rapere pauperem, dum attrahunt eum. Vnde Es. 3. loquens Dominus diuitibus, dicit sic: *Vos depasti estis vineam meam, rapina pauperis in domo vestra.* & Eccl. 13. *Pascua diuitum sunt pauperes.* Patet ergo, quomodo paupertas

A
- Malis prægrauatur,
- Bonis adiuuatur,
- Deo ordinatur.

Et ista de paupertate tam necessaria, quã voluntaria sufficiant.

## Pauor. Pauere.

Nota, quod pauor in bono sumitur & malo. Et sic nota, quod est Pauor A
- Iustorum & sapientium,
- Stultorum & delinquentium,
- Miserorum & inconstantium,
- Damnatorum & desperantium.

Pauent ergo iusti, quando sunt sapientes. Aurum enim, quod est excellentius in metallis, est naturaliter pallidũ. Sic vere cor hominis prudẽtis est timorosum & pauidum, iuxta illud Prou. 28. *Beatus homo, qui pauidus est semper.* Arbores enim nobiles, sicut sunt palmæ, pini, cupressi, lauri & abietes, licet hyeme folia non perdant, repercussæ tamen à frigore humorem ad medullam & radicem expellentes pallidæ efficiuntur, & suo virore solito in pulchritudine spoliantur. Sic vere iusti & eruditi viri, sc. virorẽ gratiæ & fortitudinem constant faciliter non amittunt, concussi tamen & repercussi frigore exteriorum casuum pr̨ pauore pallidi efficiuntur, & humorib. interiorum considerationum & affectuum ad medullam & radicem cordis reductis in seipsis multotiens conturbantur, sicut etiam de sanctis Dei dicitur Iob 26. quod *columnæ cœli pauent & contremiscunt ad nutum eius,* sicut *Hester videns gloriam Assueri colore in pallorem mutato, lassum super ancillam reclinauit caput,* Hester. 15.

§ Et nota, quod iusti pauent seu efficiuntur pauidi multiplici ratione, videlicet, B
- Propter splendorem excellentium negotiorum,
- Propter horrorem imminentium periculorum,
- Propter stuporem apparentium iudiciorum,
- Propter timorem accidentium flagitiorum.

§ Et primo dico, quod iusti pauent & conturbantur propter splendorem negotiorum & excellentiarum miraculorum illorum, videlicet, quæ tangunt maiestatem diuinam, & ardua opera ipsius. Nam sicut videmus, quod homo pauet ad subitam visionem coruscationis, sic cor humanum metu efficitur pauidum ad aspectum maiestatis diuinæ, & ipsius considerationis. Deut. 2. *Audito nomine tuo pauebunt omnes habitantes terram:* & 2. Paral. 26. *Omnes pauent & tremunt ad nutum virtutis tuæ:* exemplo sc. Iacob Gen. 28. vbi visa visione pauens dixit: *Quam terribilis est locus iste,* vt accidat, quod dicit Dominus de Leui. Mala. 2. *Pactum,* inquit, *meum, fuit cum eo, & à facie nominis mei pauebat, lex veritatis fuit in ore eius &c.* Iusti ergo pauent ad splendorem negotiorum excellentium.

§ Deinde dico, quod iusti pauent ad stuporem iudiciorum apparentium. Iudicia enim Dei, quorum sc. causæ hominibus sunt ignotæ, metu faciunt cor pauere, sicut sc. est C
- Tribulatio iustorum,
- Prosperitas malignorum,
- Mutationes temporum & regnorum.

Vnde de Ægypto dicitur Esa. 19. quod *omnis, qui illius fuerit recordatus, pauebit à facie consilij Domini, quod ipse cogitauit super eam.*

D ¶ Deniq; dico, quod iusti pauent ad horrorem flagitiorum accide[illegible]. Iustus enim semper pauet & timet, ne forte incidat in peccatum, & maxime quando videt casum & præiudiciū diuer[illegible]. Exod. 20. *Pauore concussi steterunt procul.* Nullus enim est ita fortis, quando actualiter est in prælio, quin debeat pauere ad inimicorum concursum, & timere, ne corruat, aut vincatur [illegible] Reg. 18. *Fortissimus quisque, cuius cor est quasi leonis, pauore soluetur.*

E ¶ Insuper dico, quod iusti pauent ad terrorem & timorem periculorum imminentium. Quia reuera pericula interiora, sc. peccata & vitia cordis nostri, exteriora, sc. tribulamina & oblectamenta huius mundi, posteriora sc. tormenta mortis & inferni debent nos terrere & facere stupescere & pauere, & ne incidamus in illa eum diligentia præcauere, exempli scil. Hester, de qua dicitur Hester 14. quod *pauens periculum, quod imminebat, confugit ad Dominum:* & 2. Paralip. 20. *Irruit pauor Domini super vniuersa regna.* Sic ergo patet, quod iusti pauent à facie periculorum, flagitiorum, Dei iudiciorum, Dei miraculorum. Bene ergo dicitur, quod iusti pauent, quia sunt sapientes; quod est primum principale.

F ¶ Secundo principaliter dico, quod pauent stulti seu impij, quia sunt delinquentes. Latro enim, quando portat secum rem furatam, semper est pauidus ad aspectum cuiuslibet balliui vel clientelæ, semper enim timet & pauet, quod debeat capi, vel quod per furtum debeat deprehendi. Sic quando quis in sinu conscientiæ habet latrocinium seu furtum alicuius mortalis peccati, semper, vt communiter, est pauidus, & spei securitate priuatus. Vnde Prouerbiorum 10. *Pauor his, qui operantur malum:* & Prouerbior. 21. *Pauor operantibus iniquitatem.* Et breuiter ista est veritas, quod peccatores & iniqui mundani, etiam diuites & auari semper sunt timidi & pauidi, omni fiducia & securitate priuati. Hierem. 48. *Pauor & fouea laqueus super te, ô habitatores Moab.* Pauent igitur impij, quia sunt labentes & metuētes.

G ¶ Tertio principaliter dico, quod pauent miseri, quia sunt inconstantes. Constat enim, quod sicut pueri stupent & pauent modica occasione, & hoc, quia sunt inexperti, & potissime, quando eis laruæ facies, seu turpes imagines ostenduntur, sic homines pueriles & inconstantes ad modicum flatum tentationum seu etiam motum tribulationum fiunt pauidi, & ab omni virtute constantiæ alieni, similes sunt folijs quarundam arborum, quæ tremunt, & mouentur ad modicum flatum venti, [illegible] 17. dicitur, quod *personæ tristes eis apparentes, pauorem illis* [illegible] pauide ipsum portant, di[illegible] 10. *Pauor pauperum* [illegible] *eorum.* Contra illud Deut. 31. *Ne paueatis ad aspectum eorum.* Pauor enim non debet esse in firmis & inconstan[illegible]bus viris, quia *leo fortissimus bestiarum ad nullius pauebit occursum.* Prou. 20. Sicut etiam dicitur Eccl. 34. *Qui timet Dominum, nihil trepidabit, & non pauebit, quoniam ipse est spes eius.* Pauent igitur miseri, quia sunt inconstantes.

H ¶ Quarto vero principaliter dico, quod pauent damnati, quia sunt desperantes. Damnati enim & iudicati ad patibulum & ad mortem summe pauere dicuntur. Multo ergo fortius illi, qui in inferno sunt, pauent, qui se vident sine spe & remedio pœnis perpetuis deputatos. *Foris enim vastat eos gladius, & intus pauor, iuuenem simul & virginem lactentem cum homine sene,* sicut dicitur Deut. 32. Vnde Hierem. 20 *Non Phassur vocauit Dominus nomen tuum, sed pauor vndique.* Talis autem pauor in paradiso non erit, sed potius fiducia atque securitas sempiterna. Iob 39. *Contemnit pauorem, nec cedit gladio:* & 2. Paralipom. 20. *Non timeatis, nec paueatis, cras egrediemini, & Dominus erit vobiscum.* Hæc igitur sufficiant de pauore Vide infra de timore & de terrore, & similibus.

A **Pauimentum.** Nota, quod cum pauimentum sit domus seu ædificij

Pars { Solidior, Inferior, Immundior.

Videtur, quod per pauimentum possimus intelligere
- Virtutem humilitatis, quæ locum tenet solidiorem,
- Personas calamitatis, seu etiam subiectionem & paupertatem, quæ statum habent inferiorem,
- Homines peccati & iniquitatis, qui locum tenent immundiorem.

¶ Dico igitur, quod pauimentum [illegible] humilita[illegible], quæ est solidior. Ista enim virtus est valde s[illegible]da, & etiam virtutum omnium fundamentum. Ideo dicebat Dauid in Psalm. *Adhæsit pauimento anima mea.* Illud enim *est pauimentum palatij Assueri, erant lectuli aurei & argentei,* sicut dicitur Hester 1. quia reuera nullus potest bene quiescere, nisi in pauimento humilitatis lectum suum studeat facere. Lectuli enim isti virtutes alias significant, quæ pro certo in pauimento humilitatis, sicut in proprio fundamento iacent. Vnde 2. Paral. 6. *Super pauimentum stratum lapide adorauerunt.* Istud igitur pauimentum signat humilitatem, quæ est solidior.

B ¶ Secundo dico, quod pauimentum potest significare calamitatem, seu etiam paupertatē, quæ est inferior, hoc est dictum, statum pauperum & subiectorum. Isti enim ad modum pauimenti inferius in subiectione ponuntur, & ab omnibus conculcantur & contemnuntur, & omnes, qui eos conculcant, ab eis sustinentur & sustentantur. Talia tamen pauimenta, sc. paupertes, quandoq; tapetib. i. virtutib. sternuntur, & ad decorem domus Ecclesiæ humilitate & constantiæ soliditate, & etiam quādoq; sapientiæ claritate præ cæteris decorantur, sicut de Salomone dicitur 3. Reg. 6. quod *pauimentum domus texit auro,* hoc est dictum, splendore sapientiæ. Et 2. Paral. 3. dicitur: *Pauimentum templi fuit stratum pretiosissimo marmore, decore multo.*

¶ Tertio vero dico, quod per pauimentum possumus intelligere mundi vel etiam peccati fœditatem, seu etiam vilitatem, quæ est immundior. Pars enim ipsius domus, ad quam magis confluunt sordes, est pauimentum. Et sic merito signat peccatorem, seu peccatum, vel etiam vilem & fœtidum mundum. Vnde Dan. 6. dicitur, quod *illi Babylonij non peruenerunt vsque ad pauimentum laci,* sc. vbi iacebant leones, à quibus deuorati sunt. Vnde Dan. 14. *Ecce,* inquit, *pauimentum, animaduerte, cuius vestigia sunt hæc &c.* Sufficit, quia paucæ sunt auctoritates.

# Paulatim. Paulisper. Paulo. Antepaulominus.

Cum paulatim dicat quandam diminutionem, vel etiam quandam actus, rei, operis, seu temporis portionem, possumus dicere, quod

Paulatim spectat ad { Prudentes & prouidos, Fallentes & inuidos, Torpentes & tepidos.

¶ Primo igitur dico, quod est dare vnum paulatim, quod est prudentium & prouidorum. Constat n. quod tam natura, quam fortuna non faciunt opera sua subito, sed paulatim, sensim, & successiue, fructus etiam, qui paulatim & successiue veniunt ad crementum, valde sunt meliores & durabiliores, quam illi, qui citum & subitum recipiunt complementū, sicut patet in pomis & in pyris, respectu cucurbitarū, cucumerum & peponū. Poma n. paulatim crescunt & augmentantur, sed cum creuerint, diutius perseuerare noscuntur. Cucumeres vero & alia subito crescunt, cito tamen desiccantur & pereunt. Sic vere dico, q̄ prudentes viri opera sua faciunt non subito, sed paulatim, iuxta illud Ruth. 4. *Declina paulisper, & sede hic:* & 1. Reg. 1. *Digere paulisper vinum,* quia sc. talia opera melius & diutius perseuerant. Istud etiam videmus in motibus, quia sc. illi, qui paulatim ad perfectionem veniunt, melius perseuerant in bono. Illi vero, qui principio se euiscerant, finaliter desinūt & deficiūt ab incepto. Quod etiam patet in factis fortunæ, quia sc. illi, qui subito e[illegible]uantur, subito pereunt. Illi vero, qui paulatim ditantur, diutius perseuerant & consistunt. Vnde Prou. 13. *Substantia festinata minuetur, quæ aut ē paulatim colligitur, manu multiplicabitur.* Quod etiam possumus videre in actu pœnitentiæ, quia sc. non cito, sed paulatim debēt vitia eradicari. Eueus enim & Chananæus & Ethæus, per quod vitia significantur, paulatim & successiue de terra sua eradicati sunt. Exod 23. *Paulatim expellam eos de conspectu tuo.* Sap. 12. *Misisti antecessores exercitus tui vespas, vt illos paulatim exterminarēt.* Et 1. Mac. 8. *Videns Philippus paulatim virum ad perfectum venire &c.* quasi dicat quod paulatim, & nō subito ad profectum venitur. Vnde Gen. 33 *Præcedat Dominus meus ante seruum suum, & ego paulatim sequar vestigia eius.* Gradatim enim secundum iura ascendendum est ad honores. Vnde etiam August. de Trinit. lib. 14. c. 7. dicit, quod *paulatim proficiendum est in reparatione imaginis Dei.* Istud est ergo paulatim prudentium & perfe[illegible]rum.

B ¶ Secundo dico, quod inuenitur vnum paulatim fallacū & inuidorum, seu etiam proditorum, qui s. nunquam audent cito & strenue aggredi mala opera, quæ intendūt, sed paulatim, miscere,

& inepte, ac si non tangerent, mala & proditoria consilia [illegible] Veni[illegible] sicut ignis paulatim accensus de scin[illegible]la magnus efficitur, sicut Eccl. dicitur: *A scintilla vna [illegible] &c. fit ab isto paulatim venit finaliter magnum malum* 1. [illegible] *Tumultus magnus exortus est in castris Philisthinorum, & cresce[illegible]bat.*

[illegible] quod est vnum paulatim torpentium & pigro[illegible] [illegible] faciunt prouide vel aperte, sed præ pigritia [illegible] paulatim, tepide & inepte, & etiam non præcauentes [illegible] paulatim de vno modico labuntur in aliud, ita quod [illegible] repentini decid[illegible]sse in profundum barathri vitio[illegible] [illegible]le [illegible] lib. 2 soliloquior. dicit, quod *minor culpa maio[illegible] paulatim enim crescunt vitia & ideo si parua non cauentur, [illegible]* Ideo dicitur, quod qui spernit modica, paula[illegible] E[illegible] & Iob 14. dicitur: *Lapides excauant aquæ, & [illegible] in terra consumitur.* Et sic igitur patet, quomodo [illegible]latim

[illegible]orum inaduertentium,
[illegible]orum atque fallentium,
[illegible]torum atque prudentium &c.

**Paululum.** Nota, quod in scriptura reperitur multiplex paululum, videlicet,

[illegible] Iustorum,
Stultorum,
Pigrorum.

Primum est desiderandum,
Secundum est vitandum,
Tertium est vituperandum.

¶ [illegible]mus ergo primo, quod est vnum paululum, quod spe[illegible]ctat [illegible]os. Constat enim, quod viri perfecti paululo sunt [illegible] Sicut enim homines pingues modicum comedunt, & [illegible] contenti, quod etiam de pinguibus equis verum [illegible] macrorum. sic vere dico, quod illi, qui virtutum [illegible] pinguedine, contenti sunt pauca vel paulula terre[illegible] plenitudine. Et sic dico, quod

[illegible] in hac vita Paululum {
Cupiunt in temporalibus,
Sapiunt in sæcularibus,
Hauriunt de corporalibus,
Rugiunt pro criminalibus,
Sentiunt de sunalibus.
}

¶ Dico ergo, quod viri perfecti habent & cupiunt paululum temporalium diuitiarum, pauca enim sufficiunt eis. Figuratur in ser[illegible]o Abraham, *qui a Rebecca petijt paululum aquæ, vt biberet.* Aqua e[illegible] temporalia signat, quæ fluunt & deficiunt sicut aqua. ¶ Item [illegible] & sapiunt paululum sæcularium scientiarum. Istæ e[illegible] [illegible]ntiæ sunt, de quibus est paululum capiendum. Iud. 19. *[illegible] paululum cibi capiat.* ¶ Item isti lambunt & hauriunt paululum corporalium deliciarum. Figuratur sc. in illa muliere Sareptana, quæ dicebat, *se habere paululum olei in lechyto*, Reg. 17. O[illegible] [illegible] signat delitias corporales. ¶ Item isti dolent & [illegible] paululum peccatorum nequitiarum. Iob 10. *Dimitte me, [illegible] paululum dolorem meum &c.* ¶ Item isti probant & [illegible] paululum mundialium tristitiarum, quia scil. illa, quæ [illegible] & sustinent in hoc mundo, debent paululum repu[illegible] [illegible] respectu gloriæ futuræ. Vnde de pœna, quæ fuit Iob in[illegible] [illegible] Iob 1. *Extende paululum manum tuam, & tange cuncta [illegible]*, *nisi in facie benedixerit tibi.* Istud est ergo vnum paululum [illegible] spectat ad iustos. ¶ Secundo dico, quod est vnum [illegible] quod spectat ad stultos, h. e. ad fatuos peccatores mu[illegible] [illegible] enim habent de omnibus paululum, & nihil ad ple[illegible]. Vnde nota quod

In mundo est Paululum {
Sapientiæ,
Eloquentiæ,
Opulentiæ,
Patientiæ,
Diligentiæ.
}

¶ Paululum dico sapientiæ. Et istud est illud paululum mellis, *quod gustauit Ionathas & illuminati sunt oculi eius.* Veruntamen propter huiusmodi gustum populus Domini fuit victus, & superatus ab hostibus. Vnde & Saul pater eius, sicut dicitur 1. Reg. 14. [illegible] voluit occidere. Quia reuera quando modicum seu paululum sapientiæ mundanæ, quod hic reperitus, gustatur indebite, oculique intellectus plus debito illuminantur, populus Domini, id est, populus sensuum & affectuum a facie hostium spiritualium corruit & succumbit, & sic pater noster Deus per

*Dictum. Bertbery.*

mortem æternam nos, nisi pœniteamus, occidit. ¶ Item in mundo inuenitur paululum eloquentiæ, sc. rectæ & iustæ, licet ibi [illegible] eloquentiæ fatuæ & proteruæ. Iob 32. *En venter meus quasi mustum absque spiraculo, quod lagunculas nouas dirumpit loquar & respirabo paululum.* ¶ Item ibi inuenitur paululum opulentiæ. Tota enim prosperitas mundi non est, nisi vnum paululum, licet fatui reputent quod magnum. Et istud figuratum Iudic. 4. vbi Sisara petijt paululum aquæ, sed inuento vtre lactis, tantum bibit, quod obdormiuit, & dormiens occisus fuit. Sic vere sæpe fit, quod dum homo victus tentationibus & auaritiæ sollicitationibus in domo Iahel, id est, in mundo isto paululum mundanæ prosperitatis appetit, vtrem lactis, id est, excessiuam dulcedinem ibi inuenit, qua de causa in vitijs obdormiens mortem æternam incurrit. ¶ Item ibi inuenitur paululum patientiæ seu clementiæ. Et istud figuratur 3 Reg. 12. vbi Hieroboam, & omnis multitudo Israel locuti sunt ad Roboam, dicentes: *Pater tuus durissimum iugum imposuit nobis, tu itaq; nunc minue paululum de imperio*, id est, de iugo & seruitute patris tui, *quo* sc. *nos presserat supra modum*, quod quia non fecit, imo arroganter & impatienter respondit, idcirco perdidit regnum solum pro maiori parte. ¶ Item ibi est paululum vigilantiæ seu diligentiæ. Vnde homini pigro dicitur Prouerb. 6. *Vsquequo piger dormis? quando consurges de somno tuo? paululum dormies, paululum dormitabis, paululum conseres manus tuas.* Sic igitur patet, quomodo paululum in bono sumitur, & in malo, &c.

**Paulus.** Cum Paulus, qui interpretatur os tubæ, seu os cordium, seu electum mirabile, aut electionis miraculum, fuerit Apostolus Iesu Christi, possumus dicere, quod per Paulū potest intelligi quilibet vir perfectus. Siue igitur loquamur de beato Paulo realiter & literaliter, siue etiam de quocunque sancto sub nomine Pauli figuraliter aut moraliter, possumus notare, quod nos inuenimus, sc. Paulum A

Per Christum electum,
A Deo correctum,
Ad terram deiectum,
De terris erectum,
Orando subiectum,
Legatum effectum,
Loquendo perfectum,
Constanter obiectum,
Prudenter conectum,
In vincula coniectum,
Tormentis affectum,
Iudæis suspectum,
A Deo protectum,
Ad cœlos euectum.

¶ Dicamus igitur, quod nos inuenimus Paulum cœlitus electum. Constat enim, quod iste electus & prædestinatus fuerat ab æterno. Et ideo loco & tempore cōpetenti a Domino est vocatus, & certe quamuis ille Christi fidem impugnando, sanctos Dei persequendo, & de martyrum sanguine gratulando, multipliciter erraret, certum tamē est: quod bene credebat facere, & ex zelo legis dominicæ illos tulisse & debite impugnare. Illum igitur Christus merito debuit eligere, & erroribus ipsius indulgere, exemplo sc. illorum, qui rudem materiam auri in littore eligūt, quæ quamuis in principio nihil valeat, aut appareat, tamen per decoctionem in aurum purum conuertunt. Sic fuit de isto. Erat enim in principio sicut quædā grossa, rudis, & imperfecta massa, Deus tamen, qui sciebat, quid intus latebat, ipsum elegit, & in aurum purissimum, id est, in virum perfectissimum conuertit. Vnde de Paulo dicit Dominus Actus. 9 *Vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum coram regibus* &c. vide supra de Electione. Vide ergo Paulum cœlitus electum. B

¶ Item vide Paulum penitus correctum. Sicut enim post electionem herbarum & specierum Medicus solet ipsas terere, & purum ab impuro diuidere, & sic medicinam vtilem præparare, sic Deus istum primum elegit, ipsumq; tandem per tribulationem percussit, & per compunctionem contriuit, & sic ipsum correxit & emendauit, & in virū perfectum & medicinalē conuertit, quod satis apparet, vbi supra, quando splendore diuino fuit territus, ad terrā prostratus, lumine priuatus, & rursum terrore solutus, & sic conuersus exiuit & correctus, dicens sc. vbi supra: *Domine, quid me vis facere?* q. d. correctus sum, cōuersus sum & paratus sum in omnibus obedire. Vnde de Paulo correcto & conuerso dicitur Act. 26. *Paulus conuersus dicens spiritus &c.* C

D ¶Item vide Paulum ad terram deiectum. Constat enim sicut scribitur Actor. 9. quod beatus *Paulus viso Christo, & audita cælesti voce, ad terram cecidit, & visu privatus, territus extitit supra modum.* In quo notatur, quod illi, qui ad Deum volunt converti, ad terram, qui est locus inferior, i.e. ad statum humilitatis, vel etiam ad terrenitatis memoriam debent deiici & prosterni, lumine mundanæ sapientiæ privari, & sic converti poterunt & sanari, sursum versus cœlum per affectionem erigi, oratores & prædicatores, & aliorum legati & Apostoli ordinari. *Quare, inquit, Saulum, ecce enim orat.* Vnde ipse est, qui dicit de seipso Rom. 1. *Paulus servus Iesu Christi, vocatus Apostolus, segregatus in evangelium.* Igitur vide Paulum

Ad terram deiectum,
Orando subiectum,
Legatum effectum.

E ¶Item vide Paulum loquendo perfectum. Quod patuit disputando contra Iudæos & Gentiles, quando ingressus synagogas, ipse asserebat, *Quoniam hic est Christus, & convalescebat, & confundebat Iudæos,* Act. 9.

F ¶Item vide Paulum constanter obiectum, nullum enim timebat, sed pro fide & veritate se omnibus opponebat. Act. 23. *Constans esto Paule, quia & Romæ oportet te evangelizare.* Vnde quomodo Athenis constanter se habuit, patet Act. 17. vbi dicitur, quod *stans Paulus in medio Areopagi, ait &c.*

G ¶Item vide Paulum prudenter contectum. Prudenter enim se excusavit, quando principem legis maledixit, quando dixit sibi: *Percutiet te Deus paries dealbate,* quia b. Paulus statim subiunxit: *Nesciebam fratres, quia summus sacerdos esset &c.* Actor. 23.

H ¶Item vide Paulum in vincula coniectum, pro Christo enim sustinuit sæpissime & vincula & carceres. Vnde Act. 21. dicitur, quod ille *Propheta Agabus accepit zonam Pauli, & ligavit sibi pedes, dicens: Virum, cuius est zona hæc, sic alligabunt in Hierusalem.* Et Act. 23. *Vinctus Paulus rogavit me &c.*

I ¶Item vide Paulum tormentis affectum. Vnde ipse dixit 2. Cor. 11. *Ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum &c.* Et Act. 14. *Lapidantes Paulum, traxerunt extra civitatem &c.*

K ¶Item vide Paulum Iudæis suspectum. Hi enim magno timore propter illius & conversionem & prædicationem sollicitati, ne regno pariter & sacerdotio privarentur, insurrexerunt vno animo in Paulum, & adduxerunt eum ad tribunal Gallionis proconsulis, dicentes, quod contra legem persuaderet hominibus colere Deum, Act. 18. Sed stulta gens obstinatæ prudentia, sicut quod futurum foret, prævidit, ita ne fieret, impedire & prævenire nequivit.

L ¶Item vide Paulum à Deo protectum, quia s. Christus ipsum in omnib. protegebat, ipsum consolabatur & confortabatur. Act. 27. *Ne timeas, Paule, quia Cæsari assistere te oportet.*

M ¶Et sic vltimo vide Paulum ad cœlos evectum, sc. in morte quando s. Dionysius vidit eum post mortem indutum veste luminis vna cum Petro ingredientem vrbem, sicut ipsemet testificatur in epistola sua ad Timoth. Et hæc de Paulo sufficiant, quia multum potest materia dilatari, & secundum diversitatem rum materiam Paulus summopere commendari &c.

A **Pax.** Nota, quod cum *pax nihil aliud sit,* secundum Cassio. super Psal. *quam concordantium in bono tranquillitas animi ordinata,* possumus notare, quod pax, in quantum est virtus semper signat in bono. Pax enim malorum non est proprie pax. *Ista enim,* teste eodem Cassiod. *semper cum conscientia litigat, & cum hostem non habeat, secum certat.* Primo igitur de pace bonorum, & tandem de pace malorum aliquid est dicendum. Notemus ergo, quod in scriptura invenitur

Pax { Interior, Exterior, Superior.

Prima est pax hominum perfectorum,
Secunda est pax hominum amicorum,
Tertia est pax hominum beatorum.

¶Pax prima facit animorum tranquillitatem. Ista enim est pax conscientiæ, de qua dicit August. quod

Pax est { Serenitas mentis, Tranquillitas animi, Simplicitas cordis &c.

Vide eam infra. Ista autem est illa pax, quam Christus in testamento suis discipulis dereliquit, dicens Ioan. 14. *Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis.*

¶Pax secunda tollit litium diversitatem [illegible] rerum amicitiæ & concordiæ, & de hac dicitur 3. Reg. 5. q[illegible] *pax erat inter Hyram & Salomonem.*

¶Pax tertia confert æternam iucunditatem. Ista est enim supernæ affluentiæ & lætitiæ, qua sc. beati perpetuo fruuntur, de qua Ioan. 16. *In mundo pressuram habebitis, in me autem pacem.* Dicamus ergo, quod quocunque modo pax accipitur,

Pax est virtus valde { Vtilis & fructuosa, Amabilis & amorosa, Delectabilis & gratiosa.

Sicut enim videmus, quod sicut ipsa naturalia sine pace non consistunt, quinimo pace deficiente solent deficere & corrumpi, sicut videmus, quod quamdiu elementa sunt in mixto invicem pacificata, conciliata, & adæquata, ipsum mixtum solet perseverare, proportione autem huiusmodi cessante, & vno elemento in aliud prævalente, mixtum deficit & corrumpitur, & tota proportio dissipatur, sicut de ligno putrido apparet, in quo virtus coniunctiva elementorum deficit, & ipsæ partes ligni ab invicem recedunt; & in pulverem deficiunt atque cedunt: sic vere nec aliquod mixtum spirituale, sc. nec civitas, nec collegium, nec societas, nec communitas possunt sine pace consistere, quinimo si ista defecerit, necesse est per litem & odia vnum contra alium pugnare, & sic totam communitatem & concordiam eorum deficere & perire. Teste enim Domino Luc. 11. & Matt. 12. *Omne regnum in se divisum desolabitur. & omnis gens & populus, in quo pacis fœdus deficit, dissipatur.* Quod bene figuratur Apoc. 6. vbi dicitur, quod *datum est sedenti in equo rufo, vt sumeret pacem de terra, & vt homines se invicem interficiant, datus est illi gladius magnus.* Et ideo ad pacem habendam & amandam monet scriptura Zach. 8. *Veritatem & pacem diligite.* Vbi ostenditur, quod habendo pacem potest acquiri, sc.

Scientiæ certitudo (Veritatem.)
Conscientiæ quietudo (Pacem.)
Amicitiæ plenitudo (Diligite.)

Et 2. Corint. 13. dicitur: *Pacem habete, & Deus pacis & dilectionis erit vobiscum.*

¶In quibus verbis adverte, quod pax debet servari & haberi propter quatuor, videlicet,

Propter mandatum, quod præcipitur (Pacem habete.)
Propter exemplum, quod ostenditur, cum dicitur (Deus pacis.)
Propter amorem, qui perficitur (Dilectionis.)
Propter hospitem, qui recipitur (Erit vobiscum.)

Per pacis enim observantiam, nos

Exequimur mandatum grandis auctoritatis (Pacem habete.)
Imitamur exemplum grandis vtilitatis, quia se ipse Deus dicitur (Deus pacis.)
Servamus coniugium iniunctæ charitatis (Dilectionis.)
Paramus hospitium immensæ deitatis (Erit vobiscum.)

¶Dico ergo primo, quod pax est servanda, quia ad hoc imperialiter seu supernaturaliter astringimur. (Pacem, inquit, habete.) Sicut enim

Discipuli debent servare mandatum doctoris,
Pupilli debent servare mandatum tutoris,
Filij debent servare mandatum genitoris,
Hæredes debent servare mandatum testatoris,
Milites debent servare mandatum imperatoris.

Sic Christiani & fideles debent servare mandatum Evange[illegible] legislatoris, & doctrinam & imperium Salvatoris. Cum ergo ipse præcipiat pacem habendam, dico, quod ipsam debemus habere sine ruptura cuiuslibet odij vel litigij, & implere iugiter, & tenere. *Pacem,* inquit, *habete* Marc. 9. *Habete in vobis sal, & pacem habete inter vos.* Et bene dicit, Sal, quia vere sicut sal in aqua positum clamorem non facit, nec stridorem, imo cum aqua se incorporat, & et intime se coniungit, in igne autem positum solet strepere, & exinde subito resilire: sic homo pacificus & modestus, quando aquæ, id est, alicui societati & communitati adiungitur, vel miscetur, quia *aquæ multæ populi sunt multi.* Apocalyp. 17. Non solet per litigia crepitare, nec ab eis per discordiam resilire, sed magis ipsis pacifice se vnire, & se in omnibus conformare. Habete in vobis sal, scilicet ad similitudinem salis vos alijs pacifice conformando, & pacem habete inter vos simul conversando. Roma. 12. *Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes.* Ab igne autem, id est, à malis & igneis,

[illegible] debet [illegible] fugere, & eorum amicitiam, pacem [illegible] hos [illegible] dicens illud Hierem. *Abstuli pacem* [illegible] d tamen est contra multos, similes sunt [illegible] quoddam genus talis, quae in aqua non [illegible] quiescit sed magis in aquam posita [illegible] eundem [illegible] atque saltat. Quod [illegible] est. [illegible] dicitur, & quasi igni amicum ad quem [illegible] remittere, [illegible] penitus liquitur. Sic vere mul [illegible] pacis in [illegible] qui positi in aqua, id est, in societate [illegible] & b[illegible], non [illegible] crepitare, & lites, & discordiam [illegible] quia sicut dicitur Es. 57. *Non est pax impiis, dicit Dominus.* [illegible] dem dicitur, *impii quasi mare feruens, quod quiescere non* [illegible] cut dicitur Ecclesiast. 2 [illegible] *peccatorum turbabit anim* [illegible] *habentium immittet inimicitiam* Tales enim [illegible] illud Matth. 10. *Non veni pacem mittere, sed gladium.* [illegible] ignibus, id est, malis hominibus cortosius, detra[illegible] [illegible] luxuriosis, vel raptoribus adiungun[illegible] pacem ineunt & faciunt, nec ab ipsis resiliunt aut ita quod tales possunt dicere illud Psalm. 119. *Cum his, [illegible] pacem, eram pacificus.* Quia proculdubio multi sunt, [illegible] & pacifici non possunt pacifice viuere, cum ma[illegible] & impijs solent pacifice remanere. Non sic, sed pacem [illegible] cum bonis & non cum malis. Quia sicut dicit Isid. [illegible] bon. *Sicut bonorum concordia, sic malorum discordia est* [illegible] praecipitur Eph. 4. *Solliciti seruare vnitatem spiritus in* [illegible] *pax.* Ad hoc satis videtur facere, quod Dominus post re[illegible] m suam dicitur pacem discipulis iniunxisse, dicens [illegible] bus vicibus: *Pax vobis.*

¶ [illegible] notandum, quod Deus nobis imperat triplicem pa[illegible]

[illegible] m { Corde, Ore, Opere,

P[illegible] cum { Deo, Proximo, Seipso.

Pacem cum { Superioribus, Iunioribus, Paribus.

Pacem ergo habe Iob. 22. *Acquiesce ergo ei, & habe pacem, & per haec habebis fructus optimos.* Vnde, si vis, nota, quod in isto vocabulo, Pax vobis, ostenditur, quod Pax vobis efficit tria bona, videlicet,

Interiorem tranquillitatem, (Pax.)
Vberiorem vtilitatem ( Vobis, ) id est, ad vtilitatem vestram.
Exteriorem concorditatem, cum dicitur (Pax vobis.)

Etenim Pax
Cordis & conscientiae quietatiua (Pax)
Fructus & opulentiae procuratiua (Vobis)
Nexus & amicitiae reparatiua, & hoc ostenditur, cum dicitur (Pax vobis,)

Superius, si vis, potes videre prosecutionem, scil. quomodo pax [illegible] tranquillitatem. ¶ Item dat vobis, quod significet [illegible] eo, sc. quod est datiui casus, & pluralis numeri, pa[illegible] quod per pacem plura bona nobis dantur. Et hic nota, si [illegible] vtilitatem, quae per pacem nobis datur. Et ideo orat Apo[illegible] 2. Thess. 3. *Deus pacis det vobis pacem.* Pax ergo vobis. Vnde [illegible] ipse Dominus Matth. 10. *In quamcunque domum intraueritis, primum dicite: Pax huic domui, & si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra.* Est igitur pax habenda, quia ad hoc singula[illegible] [illegible] gimur.

F ¶ Secundo est tenenda, quia ad hoc exemplariter inducimur. [illegible] exemplum ostendente, cum dicitur ( Deus pacis ) quasi [illegible], ipsemet Deus nobis dans pacis exemplum, pacem te[illegible] & seruauit. Quia sicut dicitur Eph. 2. *Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum.* Ipse enim pacem

Tenuit,
Docuit,
Praebuit,
Habuit,

[illegible] ideo bene dici debuit Deus Pacis. Pacem, dico, tenuit. Es[illegible] *Nominabitur nomen tuum pax iustitiae.* Item pacem docuit. [illegible] 4. *Loquetur pacem in plebem suam.* Zach. 9. *Loquetur pacem gentibus.* Item pacem praebuit Ioan. 14. *Pacem meam do vobis.* Item

Dallan. Bersberg.

pacem habuit, 3. Reg. 4. *Habebat pacem ex omni parte.* Exemplo [illegible] tur Dei pacem debemus habere & ipsam cum diligentia obseruare. Superiora enim sunt exempla, & regulae inferiorum. Etideo sicut videmus coelum & sydera pacem inter se habere, vnumquodq; locum suum pacifice tenere, & alterum alteri non nocere ( quia sicut dicitur Iob 25. *Deus facit concordiam in sublimibus suis* ) Ipse est Deus, qui cum Angelis & [illegible] nctis suis pace perpetua perfruitur, & aeterna concordia iocundatur, quia [illegible] sicut dicitur Roman. 14. *Non est regnum Dei esca & potus, sed iustitia & pax & gaudium* ) sic & nos pro modo nostro debemus pacem seruare, & eam non offendere, nec turbare. Deus, inquit, pacis, 1 Thessalonic. 5. *Deus pacis sanctificet vos.* Et aduerte, quod Deus proprie dicitur Deus pacis, quia pro certo sine Deo nulla pax est perfecta. Deus enim est sicut lapis angularis, qui duos parietes simul iungit, & sicut clauus testudinis, qui omnes lapides aedificij in vnum colligit & constringit, & sicut caementum parietis, quod lapides aggregat & ponit. Et breuiter sine Deo nulla est pax firma vel secura, nulla concordia stabilis atq; firma, & ideo mali, qui Deum pacis secum non habent, pacem veram & solidam non obseruant, quia iste solus est, qui illuminat his, qui in tenebris sedent, ad dirigendos pedes eorum in viam pacis. Vide, rogo te, inter malos ecclesiasticos, si pacem habent, [illegible] non, quia tanta ambitione sunt pleni, quod nullus loco suo proprio est contentus. Et ideo sicut ponitur in lib. Ouidij Metamorphos. 1. Elementa, antequam essent distincta & locata, solebant inuicem pugnare, & dura mollibus, & grauia leuibus contraire, & hoc, quia omnia erant confusa. Nam leuia erant deorsum, grauia sursum &c. Sic vere hodie est, quia omnia videntur esse turbida & confusa. Nam quia graues & ponderosi, id est, peccatores sursum hodie in dignitatibus collocantur, leues vero, & subtiles & clerici, & personae nobiles inferius situantur, & in paupertate & miseria deprimuntur, ideo non est ibi hodie pax, quinimo & dura mollibus, & grauia leuibus, id est, deteriores melioribus obuiant & rebellant: sic totam Ecclesiam destruunt atque turbant Hierem. 12. *Non est pax vniuersae carni, dicit Dominus.*

G ¶ Vide etiam de malis saecularib. si habeant pacem; certe non, quia reuera, quamuis exterius videntur pacem & prosperitatem habere, ipsi tamen interius magnas guerras se sentiunt sustinere. Pugnant enim in ipsis diuersae affectiones, quia sc.

Prodigalitas vult expendere, vt honoretur,
Parcitas vult tenere, vt ditetur,
Luxuria vult quiescere vt delectetur,
Auaritia vult laborare, vt satietur,
Negligentia vult dormire, ne fatigetur,
Iracundia vult vigilare, vt vindicetur,
Superbia vult ascendere, vt dominetur,
Inuidia vult descendere, vt contristetur,
Gastrimargia vult deuorare, vt repleatur,
Hypocrisis vult ieiunare, ne contemnatur.

Ecce ergo, quot pugnae sunt in eis. Et breuiter bene dicitur in Psalm. 13. *Viam pacis non cognouerunt, non est timor Dei ante oculos eorum.* Mali enim Prophetae reprehenduntur Hierem 6. & 8. & Ezech. 13. quia dicebant, *Pax pax, & non erat pax.* Quia vere tales quamuis exterius pacem habere videantur, intus tamen multas discordias patiuntur. Et notum est, quia isti secum non habent Deum pacis, sicut dicitur Eph. 2. *Veniens euangelizauit pacem his, qui longe fuerunt, & pacem his, qui prope.* Iste enim est adamas lapis reconciliationis, quia sc. si iste per gratiam praesens fuerit, pacem in nobis, & inter nos, & inter se, & nos reconciliabit, & concordabit Zach. 6. *Consilium pacis erit inter duos illos.* Si vero istum lapidem per peccatum perdiderimus, & istum & nobiscum, & cum proximis, & cum Deo pacem concordiam amittemus, quia sicut dicitur 2. Macb. 4. *Sine regali prouidentia impossibile est, pacem dare negotiis.* Habemus igitur pacem, quia ad hoc exemplariter inducimur, quia sc. ipse Deus, qui est Deus pacis, nobis datur in exemplum.

H ¶ Tertio est habenda pax dilectionis, quia per hoc cordialiter coniungimur. Homines enim, qui pacem inter se nō habent, vix, aut nunquam possunt se diligere. Illi autem, qui inuicem pacem habent, solent faciliter se amare. Pax enim mater est amoris. Quia etiam, sicut videmus, in naturalibus illa, quae nullam inter se habent repugnantiam naturalem, inter se habent amicitiae connexionem, vno sunt paris & similis conditionis. sicut est aqua, & aquae sunt, vt communiter facilis coniunctionis. Et

econuerso illa, quæ sibi in natura contrariantur, sicut est ignis & aqua, nunquam simul intrinsece coniunguntur. Sic vere inter homines illi, qui non habent inter se contrarietatem alicuius discordiæ, sed magis conformitatem pacis & modestiæ, solent esse facilis coniunctionis, id est, facilis dilectionis & amicitiæ. Illi vero, qui per odium, inuidiam, & discordiam sibi inuicem contrariantur, nunquam per verum amorem, vt communiter, copulantur. Pax enim amorem generat, sicut litigium ipsum fugat. Dilectionis, inquit Ps. 118. *Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum.* Et Galat. 5. dicitur, quod *fructus Spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia &c.*

¶Istæ enim sunt quatuor sorores seu filiæ Spiritus sancti, videlic.

Charitas, quæ fuit quieta & amorosa,
Gaudium, quod fuit lætum & iocosum,
Pax, quæ fuit valde gratiosa,
Patientia, quæ fuit valde humilis & obsequiosa.
Prima feruenter amauit,
Secunda libenter cantauit,
Tertia decenter se ornauit,
Quarta vero humiliter ministrauit.
Charitas feruenter amat per veram dilectionem,
Gaudium cantat per gratiarum actionem,
Pax se omnibus amicabilem præstat per suæ serenitatis ostensionem,
Patientia omnibus obsequitur & ministrat per humilem obedientiam & subiectionem.

Et breuiter pax est vna domicella, quæ semper vult cum amore viuere, cum gaudio vult manere, & cum patientia habitare. Et ideo Aug. li. de verb. Domin. c. 58. pulcherrime loquens de pace, dicit, quod *pax est serenitas mentis, tranquillitas animi, simplicitas cordis, vinculum amoris, consortium charitatis. Hæc simulationes tollit, iras comprimit, bella compescit, superbos calcat, humiles amat, discordes sedat, inimicos concordat.* Et cætera multa pulchra, quæ ibi de pace dicuntur, sed vide eam supra. Patet ergo, quomodo pax est habenda, quia per hanc cordialiter copulamur.

K ¶Quarto dico, quod ista est habenda, quia per hanc spiritualiter visitamur (Erit, inquit, vobiscum) quia s. Deus viros pacificos visitat, & cum eis spiritualiter habitat, & eorum consortiú diligit & frequentat. Quando enim apes inuicem strepitum, & clamorem & discordiam faciunt, signum est, quod rex vult alueare dimittere, & ad locum alium se transferre. Sic vere rex noster Deus alueare cordis & societatis dimittit, vbi lites & discordias esse sentit. Iste enim locum pacificum solet diligere, & cum viris pacificis per gratiam habitare. *Factus est enim in pace locus eius, & habitatio eius in Sion.* Ps. 75. *Ibi confregit potentias, arcum, scutum, gladium & bellum.* (Erit, inquit, vobiscum.) Eze. 34. *Faciam cum eis pactum pacis, dicit Dominus.* Deus est enim delicatus Dominus, quia in loco pacifico vult dormire, dicens illud Ps. 4. *In pace in idipsum dormiam & requiescam.* Pacem igitur in nobis habeamus, vt tantum apud nos hospitem teneamus. Ista est enim vna virtus, & vna domicella valens, quæ ipsum in domo nostra solet optime retinere. Ista est enim

Pulchra & gratiosa,
Diligens & amorosa,
Abundans & copiosa,
Fortis & virtuosa,
Sapiens & studiosa,
Læta & gaudiosa,
Clara videns, & luminosa,
Omnibus placens & speciosa,
Omnia concordans, & omnibus obsequiosa.

Dico ergo, quod ista est pulchra & gratiosa Esaiæ 32. *Sedebit populus meus in pulchritudine pacis.* Item diligens & amorosa Psalmo. 84. *Iustitia & pax osculatæ sunt.* Item abundans & copiosa Psa. 71. *Orietur in dieb. eius iustitia & abundantia pacis.* Item fortis & virtuosa Psa. 121. *Fiat pax in virtute tua.* Item sapiens, & studiosa Phil. 4. *Pax Dei exuperat omnem sensum.* Item læta & gaudiosa Col. 3. *Pax Christi exultet in cordibus vestris.* Item clara & luminosa Baruch. 3. *Disce vbi sit lumen oculorum, & pax.* Itē placens & speciosa Hest. 13. *Optata omnibus mortalibus pace fruamur.* Item concors & fructuosa Ioan. 20. *Stetit Iesus in medio, & dixit pax vobis*, quasi dicat pax est illa, quæ concordat, & mediat inter gentes. Ista ergo domicella quæ tot habet bonas conditiones, Deum pacis amicum suum nobiscum retinebit, & ipsum perseuerare nobiscum necessario coarctabit. Erit inquit vobiscum. Et sic quilibet nostrum pote- d[illegible] *In pace* [illegible] E sic [illegible] pax [illegible] st habenda [illegible] istam ve[illegible]

A Deo specialiter visitamur
Inter nos cordialiter copulamur,
Domino exemplariter conforma[illegible]
Mandata efficaciter exequimur.

Bene ergo dictum est *pacem habete, & Deus pacis, & dilectionis erit vobiscum.* Et 2. Thessalon. 3. *Deus pacis det vobis pacem. Amen.* ¶[illegible] mala vero pace possemus notare secundum Hug. lib. de [illegible] libro 3. capite 9. quod est triplex mala & imperfecta pax, licet

Pax { Æstimata, Simulata, Imperata.

Æstimant pacem stulti sæculares,
Simulant pacem falsi regulares,
Imperant pacem impij pastores.

Ista ergo Pax { Æstimatur à nescientibus, Simulatur à non habentibus, Imperatur à non tenentibus.

Ista sunt verba Hug. vbi supra. Dicamus ergo, quod est quædam pax, quæ est æstimata: & ista est pax impiorum scilic. fortuna, & prosperitas malignorum. Isti enim non sunt in pace veraciter, sed æstimatiue. Æstimant enim se esse in pace, quamuis veraciter sint in guerra. Guerram enim eis mouet interius synderesis & conscientia, exterius labor & auaritia, posterius [illegible] mortis & violentia. De guerra interiori dicitur in Ps. 3[illegible] *Non pax ossibus meis à facie peccatorum meorum.* De exteriori d[illegible] Hier. 6. *Sanabat contritionem populi mei, dicentes: pax, pax, & non erat pax.* Quia pro certo tales dicunt pax, pax, in quantum cred[illegible] in temporalibus esse pacem, & tamen in veritatem non est pa[illegible] quia nulla est tanta in mundo prosperitas, quin magis ibi sit de iurgio, quam de pace Es. 38. *Ecce in pace amaritudo, &c.* De guerra vero posteriori scilicet de morte dicitur 1. Thess. 5. *Cum dixerint pax, & securitas repentinus eis superueniet interitus.* Et 3. Reg. 2. *Non deduces canos eius pacifice ad inferos.* Ista est ergo pax æstimata, de qua videbatur loqui ille rex Esaiæ 39. qui dicebat, *Tantum sit pax in diebus meis.* ¶ Denique dico, quod est pax simulata, quia vere multi sunt, qui fingunt se esse pacificos, & modestos, qui tamen sunt discordes, contrarij, & rebelles. Et isti proculdubio sunt

Hypocritæ & deceptores,
Falsi homines & proditores,
Ambitiosi & simulatores,
Falsi amici & adulatores.

De hypocritis patet, quia pro certo isti simulant se esse pacificos, cum sint nequissimi. Psa. 34. *Mihi quidem pacifice loquebantur & in iracundia terræ loquentes dolos cogitabant.* De proditoribus patet, quia pro certo isti fingunt se esse pacificos, vt melius possint nocumentum inferre similes vulpi, quæ fingit se mortuam vt possit auiculas deuorare. Exemplo illius, de quo dicitur 1. Machab. 7. quod *locutus fuit Iudæis verba pacifica in dolo, & crediderunt ei, & postea irruit super illos.* De ambitiosis vero patet, quia pro certo isti fingunt se esse pacificos & benignos, vt ad prælaturam, vel beneficium assumantur, cum vero introducti fuerint & ingressi, rumpere pacis fœdera non verentur. Istis di[illegible] Reg 16. *Pacificus ne est ingressus tuus?* & quamuis ipsi responde[illegible] *Pacificus*, quia sc. isti sunt pacifici in ingressibus, finaliter tamen fiunt non pacifici, sed magis dyscoli & iniqui. Mich. 3. *Prædicant pacem, & non erit.* De falsis vero amicis dicitur in Ps. 40. *Etenim homo pacis meæ, in quo speraui, magnificauit super me supplantationem.* Ista est ergo pax simulata.

¶Denique dico, quod est pax imperata, & ista est pax, quam principes, & magnates imperant subditis suis: volunt enim quod rebellent contra eos, sed quod pacifice portent tyrannides, quas imponunt. Ista est pax violenta, de qua 1. Machab. 12. *Proiecerunt arma sua, & fecerunt pacem.* Isti enim volunt, quod subditi erga eos pacem habeant, tamen ad subditos pacem non seruant. Ita quod subditi possunt dicere illud Hierem. 8 *Expectauimus pacem, & non est.* Et quilibet pauper potest dicere illud Psalmo. 119. *Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus, dum loquebar illis, impugnabant me gratis.* Est igitur, vt dictum est, pax æstimata, pax simulata, pax imperata. Et hæc de pace sufficiant. N

Pecca-

[illegible] nouitabo, & conuersio ad bo- [illegible] de peccato, quod [illegible] carentiam virtutum [illegible] ponit priuatiue, & non po- Augu[illegible] super illud verbum Ioan. 1. *quod peccatum est nihil, & nihil fiunt homines* [illegible] peccantes nihil [illegible] [illegible] & virtutum. S[illegible] enim d[illegible] [illegible] serpens [illegible] frigiditate ve- [illegible] c veneno [illegible] ad cor rapitur & sic vita te- [illegible] vere charissimi, cum serpens vene- [illegible] homines [illegible] per [illegible], quandoque statim [illegible] insensibilis, [illegible] non adhibitæ debitæ circumspectio- [illegible] sic insensibiliter incipit per delectationes per venas, id est, interiores affectiones calescere, [illegible] n ascendere, & ita vitam gratiæ so- [illegible], & mortem mortalis peccati in anima generare. [illegible] *peccauerit ipsa morietur* Ezech. 8. Quia sicut dicitur [illegible] *cum conceperit, parit peccatum, peccatum vero, [illegible] fuerit, generat mortem.*

[illegible] aduertendum quod
[illegible] cauendum per discretionem,
est [illegible] contemnendum per contritionem,
[illegible] eijciendum per confessionem,
puniendum per pœnitentiæ satisfactionem.

[illegible] monet Ecclesiast. 21. *Quasi a facie colubri fuge peccatum.* [illegible] quod peccatum est fugiendum, & dimittendum [illegible], sc. quia

Tentationis offert blandimenta,
[illegible] stetionis aufert monimenta,
[illegible] infert nocumenta.

¶ [illegible] enim offert fraudulentam tentationem, ideo habere faciem. A facie inquit. Aufert luculentam di[illegible], ideo dicitur coluber, id est, colens vmbram. Infert [illegible] Ideo dicitur fuge.

C [illegible] ergo dico, quod peccatum est dimittendum, quia [illegible] blandimentum dulcis tentationis, quod ostenditur, cum [illegible] habere faciem. A facie inquit: quia enim per faciem [illegible] prima pars hominis, homo homini apparet, alloquitur [illegible], quia scilic. facies est inter cæteras partes hominis [illegible]; cum ibi vigeant, & appareant omnes sensus, sic [illegible] per tentationem, suggestionem & delectationem, quæ [illegible] partes sunt peccati, quæ etiam in peccato primo occur- [illegible], & peccatum nobis blandiuntur, attrahunt, al[illegible] & alloquuntur, bene dico, quod per faciem peccati [illegible] tentatio designatur. A facie inquit. Sicut enim scorpio [illegible], & cauda pungit, sic peccatum in principio per [illegible] allicit, & vltimo per mortem æternam afficit. Id- [illegible] dicebat Dauid in Ps. 37. *Non est pax ossibus meis a facie peccatorum [illegible].* Et vere homini non est pax ab ista facie, quia scilicet [illegible] & delectatio, & suggestio peccati continue mouent [illegible]. In omni enim opere nostro semper accidet nobis fa[illegible], quia scilicet in omni opere, vt communiter semper in- [illegible] aliqua tentatio, vel aliqua delectatio peccati, quia et- [illegible] bonis operibus tentatio inanis gloriæ se nobis fa- [illegible]. Et ideo sicut summe cauendum est à facie crude- [illegible] & ferarum, propter quod in ista facie sunt den- [illegible] animalia alia deuorantur, sic & tales facies pecca- [illegible] delectatio timenda est & vitanda. Quia proculdu- [illegible] dentes æternæ crudelitatis, qui finaliter homi[illegible] deuorant in inferno. Vnde etiam Ecclesiast. 21. Vbi loqui- [illegible] de peccato, dicitur, quod *dentes eius dentes leonis interficientes [illegible], quasi romphaea bis acuta omnis iniquitas.* A facie in[illegible]. Et ideo de bonis dicitur Eccles. 21. quod *à facie gladiorum [illegible] à facie gladij imminentis, à facie arcus extenti, à facie graui[illegible].*

¶ Vbi aduerte, quod ista facies habet annexum
Splendorem allicientem, quia est facies gladij, qui scil. splendet & scindit,
Timorem concutientem, quia est facies arcus extenti, qui sc. est paratus ad percutiendum,

[illegible] grauis [illegible] tentatio est [illegible] est arcus extentus [illegible] ad inuadendum, est grauis [illegible], fatigabilis ad sustinendum. Patet igitur quomodo cauendum est pecca- [illegible] quia offert blandimentum dulcis tentationis, quod osten- [illegible] habere faciem. A facie inquit. Quia [illegible] peccatum est sicut venenum aspidum, quod primo fa- cit dormire antequam occidat. Est etiam sicut ille ve[illegible], qui dicitur bupreste, qui sub velamine herbarum absconditur, [illegible] à bobus comedatur, & tandem toto corpore inflammato ex[illegible] ne veneni boues necessario moriuntur. Quia breuiter pec[illegible] tum semper sub velamento alicuius delectationis, vel [illegible] c[illegible] cuius boni se consueuit offerre, & tandem mortem spiri- tualem, & æternalem consueuit inferre Rom. 7. *Peccatum per bo- num operatum est mihi mortem, vt fiat supra modum peccatum.*

¶ Secundo dico, quod peccatum vitandum est, quia propter [illegible] aufert monimentum claræ cognitionis. Et hoc ostenditur cum dicitur. Coluber. A facie inquit colubri. Coluber enim di- citur quasi colens vmbras. Ad denotandum, quod peccatum vmbram ignorantiæ, & erroris solet comitari, & á luce veræ co- gnitionis solet nos facere elongari. Coluber enim est, quo[illegible] vbi- cunque sit, semper colit, & habet vmbram, id est, carentiam lucis cognitionis, scientiæ & gratiæ *Omnis enim qui male agit, odit lucem* Ioan. 3. Peccatum enim vmbram ignorantiæ diligit, quia scil. nunquam vult videri, nec cognosci, quod sit pecca- tum, imo semper vult credi esse bonum, vt possit in homine magis pacifice remanere. Et ideo dicitur Prouerb. 23. quod *vinum*, id est, peccatum animam inebrians, *ingreditur blande, no- uissime autem mordebit, vt coluber, & quasi regulus venena diffundet.* Et aduerte, quod peccatum dicitur coluber, quia via eius non co- gnoscitur propter subtilem subintrationem, quia faciliter col- labitur. Et inde dicitur coluber propter blandientem dele- ctationem, quia acriter mordet, percutit, & pungit per vene- nosam tentationem, quia grauiter inuenenat, & occidit per sempiternam damnationem. Iste enim coluber solet subtiliter subintrare. Vix enim homo potest cauere. Et ideo inter tria, quę erant ignota Salomoni, ipse nominat Prouerb. 30. *viam colubri super petram.* ¶ Item iste coluber solet blandissime delectari. Id- eo sicut dictum est, Prouerb. 23. *Ingreditur blande, &c.* Quia sicut dicitur Eccles. 25. *Non est caput nequius super caput colubri.* ¶ Item solet per tentationem mordere Eccles. 10. *Qui dissipat sepem mor- debit eum coluber.* Solet per damnationem nocere. Et inde est, quod coluber Moysis alios colubros deuorauit, & tandem in virgam conuersus fuit, sicut patet in Exod. 4. Ad denotandum, quod coluber, id est, peccatum, colubros, id est, peccatores de- uorat, & se eis in virgam æternæ damnationis, & verberum commutat Genes. 49. *Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita, mor- dens vngulas equi, vt cadat ascensor eius retro.* Peccatum est ergo co- luber vmbras colens, & vmbram, & obscuritatem diligens & inducens. Peccatum enim vult in vmbra, id est, in occulto fie- ri, & in occulto nutriri. Et ideo solet obscuritatem ignoran- tiæ inducere, vt ad modum latronis, dum non cognoscitur, possit in mente securius habitare. Vide supra de coluber in ti- tulo suo. Est enim peccatum sicut nebula, quæ aerem consci- entiæ obnubilat; sicut fumus, qui domum cordis denigrat, & obscurat; sicut nox, & sicut vmbra, quæ totum mundum obte- nebrat & obfuscat. Quia procerto vbi est peccati abundan- tia, ibi est error, & ignorantia, & veræ, & discretæ cognitionis carentia Oseæ 13. *Colligata est iniquitas Ephraim, absconditum est pec- catum eius.* Et bene absconditum, quia scilicet, sicut tenebræ ita tenent oculos, quod nec alias res, nec ipsam tenebram possunt videre, sic peccatum ita obnubilat hominem, quod nec ipsum peccatum suum videt, nec etiam aliquid aliud quod perti- neat ad salutem. Et sic breuiter dico, quod peccatum vitan- dum est, quia aufert monimentum claræ cognitionis. Coluber inquit. ¶ Tertio dico, quod peccatum cauendum est, quia affert no- cumentum duræ vexationis, seu inuationis. Et hoc ostenditur cum dicitur: Fuge. Nō oportet enim fugere nisi persequentem. Et quia dicitur, Fugere, videtur supponere, quod peccatum nos sequitur, & inuadit. Et vere peccatum insequitur pecca- tores, quia ex quo peccatum per opus fuerit consummatum, & per consuetudinem iteratum, in tantum solet peccantem persequi, quod vix potest homo ab ipso amplius expediri. Simi-

 le Si-

le Sirenis ma[illegible]is, & Sa[illegible] [illegible] sunt monstra in mari & in terra, ad fœminarum similitu[illegible] procreata, quibus non sufficit hominem capere, & semel cum eo habitare, quinimo quando possunt hominem capere, compellunt eum iterum vsque ad mortem secum carnaliter habitare, alias solent eum deuorare. Pro certo charissimi tale monstrum videtur esse peccatum. Nam enim sufficit sibi, quod hominem semel vel bis occupauerit, quinimo quamdiu viuit, eius copulam per sui iterationem appetit, & vsquequo mortem æternam ei inferat, ipsum semper sequitur, & inuadit, & ipsum in pace, quamdiu vixerit, non dimittit. Fuge ergo. Teste enim Isidor. lib. 2. de summo bo. *Cogitatio parit delectationem, delectatio consensum, consensus operationem, operatio consuetudinem, consuetudo necessitatem, necessitas mortem.* Vir enim istis vinculis implicatus quasi catena vitiorū constrictus & laqueatus, necessario trahitur ad infernum. Peccatum ergo persequitur, & ideo fugiendum. Fuge
F inquit peccatum. 1. Timot. 6. *Tu autem homo Dei hæc fuge.* ¶ Et aduerte hic, quod fugiendum est peccatum propter multa, videlicet, quia peccatum solet.

Generare mentis leuitatem,
Indurare mentis voluntatem,
Captiuare mentis libertatem,
Pauperare mentis vbertatem,
Subiugare mentis dignitatem,
Occultare culpæ veritatem,
Denegare cœli voluptatem,
Procurare mortis grauitatem,
Aggrauare mentis agilitatem,
Obstinare cordis nobilitatem,
Frequentare casus necessitatem,
Dissipare morum fertilitatem.

Ista enim sunt duodecim mala, quæ nobis facit peccatum generaliter loquendo. Dico ergo, quod per peccatum mentis leuitas generatur. Vnde Thren. 1. *Peccatum peccauit Hierusalem propterea instabilis facta est.* Item per peccatum mentis voluntas induratur. Vnde de Pharaone dicitur Exod. 9. *quod videns, quod cessasset grando, pluuia, & tonitrua, auxit peccatum, & grauatum est cor eius, & induratum est nimis*: Et Hierem. 30. dicitur: *Dura facta sunt peccata tua.* Item per peccatum mentis libertas captiuatur. Vnde Rom. 7. *Video aliam legem dominantem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me tenentem in lege peccati.* Item per peccatum mentis vbertas pauperatur. Vnde Prouerbi. 14. *Iustitia eleuat gentem, miseros facit peccatum populos.* Item per peccatum mentis dignitas subiugatur: quia scilicet peccatum facit hominem seruum Ioan. 8. *Qui facit peccatum, seruus est peccati.* Item per peccatum culpæ veritas denegatur, quia scilicet peccatum impedit ne homo confiteatur. Vnde in Psalm. *Quæretur peccatum illius, & non inuenietur.* Item per peccatum cœli voluptas denegatur Ezech. 28. *Peccasti, & eieci te de monte Dei.* Item per peccatum mortis grauitas procuratur, quia sicut dicitur Rom. 6. *Stipendia peccati mors.* Et Ezech. 18. *Anima quæ peccauerit, ipsa morietur.* Item per peccatum mentis agilitas aggrauatur. Vnde Hebræor. 12. *Deponentes omne pondus, & circumstans nos peccatum.* Item per peccatum spei iucunditas desperatur, seu cordis nobilitas obstinatur. Vnde Prouerb. 18. *Impius cum in profundum peccatorum venerit, contemnet.* Item per peccatum casus necessitas frequentatur. Vnum enim peccatum facit cadere in aliud. Vnde Es. 30. *Væ filij desertores, &c.* Sequitur; *Vt adderetis peccatum super peccatum.* Item per peccatum morum fertilitas dissipatur seu pauperatur, quia sicut dicitur Eccles. 9. *Qui in vno peccauit multa bona perdet.* Ecce ergo quot mala facit peccatum possessoribus suis. Bene ergo dicebatur fuge peccatum, quia nunquam melius cauetur peccatum quam per fugam occasionum, & de hoc vide supra de fugere. Et istam fugam bene innuit dominus Ioann. 8. cum dicit adulteræ *Vade, & amplius noli peccare.* Vbi aduerte quod Christus fugæ velocitatem præcipit exercere. Vade. Factam iniquitatem præcipit abhorrere. Amplius, q. d. nimis est quod factum est. Casus facilitatem præcipit cauere. Noli inquit peccare. Patet ergo charissimi quod peccatum est præcauendum, quia vt ostensum est & deductum, per istud scilic. Infertur magnum nocumentum magnæ vexationis. Aufertur munimentum claræ cogitationis. Offertur blandimentum dulcis tentationis, &c. & hæc de peccato sufficiant.

## Peccatores.

Cum de [illegible] & [illegible] spec ali[illegible] meni[illegible] lo infinitis, hoc solum ad præsens est notand[illegible] tores & impij sc.

A domino despiciuntur,
A sæculo recipiuntur,
A paradiso proijciuntur,
Ab inferno suscipiuntur.

¶ Primo ergo dico, quod à domino despiciuntur [illegible] *Altissimus odio habet peccatores.* Sicut enim natura in [illegible] trahit humorem suum in hyeme à partibus superfl[illegible] folijs, & ipsa sicut non necessaria à se eijcit & emit[illegible] humorem gratiæ suæ à superfluis peccatoribus qui [illegible] folium ante faciem venti, subtrahit, & eos tanquam [illegible] de quibus parum curat, eijcit & contemnit, & in manu [illegible] proprij ipsos constituit & dimittit: Ps. 80. *Dimisit eos [illegible] desideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus suis.* Isti enim [illegible] ut filij aquilæ degeneres: quos aquila Deus de nido su[illegible] tis eijcit, & quicquid amplius faciant, non aduertit. Vi[illegible] enim Deus peccatores penitus reprobare, & de eorum nequitia non curare, inquantum ad præsens dimittit eos sine casti[illegible] ne aliqua pro libito diuagari. ¶ Item isti sunt sicut bordi [illegible] bastardi filij, quos in aliquibus terris patres omnia mala dimittunt facere, sciunt enim quod hæreditatem non habent quam possint perdere. Isti igitur vt dictum est à domino despiciuntur. Deus enim se diligentes diligit, & despicientes se despicit Prouer. 8. *Ego diligentes me diligo.* Et quia isti Deum odiunt, & mandata eius despiciunt & fugiunt, iuxta illud Eccle. 1. *Execratio peccatori cultura Dei,* ideo isti vt dictum est, à Deo despiciuntur.

¶ Secundo dico, quod isti à mundo recipiuntur. Mundus [illegible] nim consueuit fauorabilius recipere, vberius impinguare [illegible] bil usque ditare peccatores quam iustos. Et inde est quod [illegible] sunt hodie cæteris ditiores, & in sæculo abundantiores. Aues enim prædales multo plus habent de plumis quam domesticæ. Arbores syluestres multo plus abundant in fructibus quam hortenses, animalia crudelia multo amplius generant de filijs quam mitia. Sic breuiter mali & peccatores, qui syluestres [illegible] deles & prædales dicuntur, pluribus pennis & fructibus, id est, maiori diuitiarum copia præ cæteris vestiuntur, & in mu[illegible] ampliori gloria perfruuntur Ps. 72. *Ecce ipsi peccatores & abundantes in sæculo obtinuerunt diuitias.* Et si vis, nota quomodo merito mali dicuntur aues prædales, quia pro certo sicut tales sunt paucæ carnis, magnæ plumositatis, rostri & vnguis acuti & curui, visus clari, istæ etiam aues innocentes comedunt, societates fugiunt, & alte volando faciliter se extollunt, sic vere mali in hoc mundo parum habent de carne scilicet solidæ pietatis, multum habent de plumis vanæ & volatilis temporalis facultatis. Rostrum & os habent curuum per verba falsitatis, & acutum per verba detractoriæ iniquitatis. Vngues, id est, manus habent acutas & pungitiuas per stimulum rapacitatis, curuas vero per vitium parcitatis & tenacitatis. Isti innocentes deuorant per vitium crudelitatis, societatem non amant per [illegible] tium inuidiæ & malignitatis, clare vident per sublimita[illegible] mundanæ sagacitatis, altissime volant per affectum superbiæ vanitatis, & per obtentum mundanæ gloriæ & dignitatis. [illegible] breuiter in omnibus istis potest cognosci homo peccator, v[illegible] licet quando parum habet de pietate, multum de prosperitate. In ore parum de veritate, in manibus plenus est rapacitate. Non gaudet in bonorum societate, erga pauperes plenus est iniquitate. De primo dicitur in Psalm. 111. *Peccator videbit & irascetur, dentibus suis fremet & tabescet.* Quando multum habet de prosperitate Psalm. 72. *Peccatores in sæculo obtinuerunt diuitias.* Quando in ore parum habet de veritate Eccles. 6. *Omnis peccator invidus & bilinguis.* Quando in manibus plenus est rapacitate Psalm. 10. *Ecce peccatores intenderunt arcum, &c. vt sagittent in occulto rectos corde.* Quando non gaudent in bonorum societate Eccles. 13. *Sicut communicabit lupus agno aliquando, sic peccator iusto.* Quando erga pauperes plenus est iniquitate Psal. 36. *Considerat peccator iustum & quærit mortificare eum.* Isti sunt ergo aues rapaces, qui in mundo magis honorantur, à magnatibus portantur, super perticam honorum & dignitatum honorabiliter situantur, sed quando mortui fuerint, in sterquilinium inferni proijciuntur, & eorum gloriæ præcedentes ad nihilum deducuntur. Et ideo bene consulitur Eccles. 9. *Non æmuleris gloriam & opes*

*... cum qua fuerat assidue subuersa.* Et bene dicitur ... vere charissimi, quamuis videant ... ecmundi affluere, temporali fœlicitate gaudere, ... fulgere, istud tamen à bonis non est ... andum & appetendum, sed potius contemnendum & fugiendum. Et quare? Certe quia nescis quæ futura ... tuo. Semele enim amica Dei Iouis petijt à Iuue ... quo concesso dixit ei: Da mihi, inquit, quod ... habitabis mecum, tu appareas mihi in eadem forma & eodem modo quo tu appares cum domina Iunone ... diligere comprobans. Iupiter concessit, ... genus sibi apparuit, igne & fulmina multiplicauit, ... te rogaueras, fulminauit, ostendens quod talem ... exhibebat, quando se sibi specialiter coniungebat. ... tenim charissimi, poetæ per Iunonem intelligant aërem, ... intelligant ignem, qui coniunctus aëri ipsum in... ... tamen fabula proposito nostro. Ista enim Semele ... placere, Ioui quam suo more videtur Iupiter, id est ... signat diuites, quos apud fatuos Deus videtur ... quantum dat eis tanta prosperitate gaudere. Verum... est certum, quod quanto Deus tales quantum ad apparentiam magis diligit, & quanto magis eis fauorabiliter ostendit, tanto maiorem fulminationem & damnationem ... mittit: & ideo Semele, i. homo qui loquitis, id est, gloriam desideras, & quod Deus talem se sibi, qualem ... ostendit, ostendat, fatuus est, quia pro certo si Deus ... ipsum fulminabit & in inferno perpetuo condemnabit ... ergo gloriam mundi & opes peccatoris, nescis ... quæ futura sit illius subuersio. Et hoc idem est, quod dicitur ... erbior 23. *Non æmuleris cor tuum peccatores.* & in Psalm. 36. *... æmulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem, ... tanquam fœnum velociter arescent.* Patet ergo quod peccatores ... mundo recipiuntur. ¶ Tertio dico, quod peccatores à ... ejiciuntur. A paradiso dico, id est, ab obtentu paradisi. ... enim Solis radij repulsiui solet planetas & stellas efficere retrogradas, sic Deus suo radio repulsiuo, id est, ... gratia mediante, erraticos peccatores à societate sua ejicit, ... ab obtentu paradisi retrogrados efficit, ipsosque à patria gloria tanquam indignos repellit Esaiæ 26. (secundum ... literam) Tollatur impius, ne videat gloriam Dei. Vnde ... *... iustus vix saluabitur, impius & peccator vbi parebunt?* Vnde ... ipsi peccatores possunt dicere illud Hier. 5. *Iniquitates ... declinauerunt hæc, & peccata nostra prohibuerunt bonum à nobis.* ... sicut enim Hiberniæ non admittit serpentes, sic nec cœlum ... peccatores. Nunquam enim ibi fuit peccator, nisi lucifer cum suis socijs, qui tamen exinde statim fuit expulsus. Ri... enim in domos diuitum non admittuntur, quod si casu ... expelluntur. Istis igitur dicitur illud Ezech. 28. *Peccasti, & eieci te de monte Dei.* Patet ergo quod isti à paradiso ejiciuntur.

¶ Quarto dico, quod peccatores ab inferno transglutiuntur: quia sc. infernus est recte cœmiterium malignorum. Sicut enim illud periculum maris quod dicitur Scylla, non cessat aquas & naues attrahere & absorbere, sic nec infernus cessat peccatores transglutire. Naues enim incautè Scyllæ appropinquantes absorbentur, Sic peccatores per mare huius mundi in ... regentes, ab inferno attrahuntur. *Mors enim peccatorum pessima, & multa flagella peccatorum,* quia sicut dicitur Es. 53 *Contriuit ... peccatores.* Sic igitur patet charissimi quod peccatores ab inferno transglutiuntur. A paradiso retropelluntur. A ...

E ... suscipiuntur, A Deo despiciuntur. ¶ Et si vis, dic adhuc de ... peccatoribus quod isti sunt, sc.

Ignorantes & tenebrosi,
Detrahentes & querulosi,
Inuidentes & malignosi,
Pestilentes & furiosi,
Deceptores & insidiosi,
Turbatores & tumultuosi,
Possessores & pecuniosi,
Inflammati & ambitiosi,
Incorrecti & periculosi,
Tribulati & calumniosi.]

... ergo quod peccator est obscurus & tenebrosus, & potissime per ignorantiam spiritualium bonorum: & Eccles. 11. *Error & tenebræ peccatoribus concreata sunt.* ¶ Item est detractor & querulosus Ps. 36. *Obseruabit peccator iustum & stridebit super eum dentibus suis.* ¶ Item est inuidus & malignosus Psal. *Considerat peccator iustum, & quærit mortificare eum.* ¶ Item est pestilens & furiosus Psal. 111. *Peccator videbit & irascetur dentibus suis fremet & tabescet.* ¶ Item est deceptor & insidiosus Ps. 118. *Posuerunt peccatores laqueum mihi.* ¶ Item est turbator & tumultuosus Eccl. 28. *Vir peccator conturbabit amicos.* ¶ Item est possessor & pecuniosus Psal. ... *Ecce ipsi peccatores & abundantes in sæculo obtinuerunt diuitias.* ¶ Item est inflammatus & ambitiosus. Ps. 105. *Flamma combussit peccatores.* ¶ Item est incorrectus & periculosus Eccles. 32. *Peccator homo vitabit correctionem.* ¶ Item finaliter ipse est condemnatus & calamitosus, sc. in inferno, quia se sicut dicitur in Psal. *Longe à peccatoribus salus,* quia sc. *dominus iustus concidet ceruices peccatorum,* quia *ipse humiliabit peccatores vsque ad terram. Multa autem flagella peccatorum,* quia finaliter *dominus conteret brachium peccatoris & maligni,* & hæc de peccatore, & de peccato generaliter loquendo sufficiant.

**Pecora.** Nota, quod pecora sunt parua animalia, sicut sunt oues & capræ & similia, & possunt significare multipliciter in scriptura. Nam per pecora intelliguntur omnes illi qui sunt sub pastorum, i. e. sub maiorum dominio constituti. Dicamus ergo quod per pecora generaliter assumuntur homines A

Humiliter subiugati,
Carnaliter inquinati,
Mentaliter excæcati.

Habent enim Pecora { Naturalem subiectionem, Sensualem affectionem, Animalem cognitionem. }

¶ Primo ergo dico quod per pecora intelliguntur illi qui humiliter subiugantur. Quicunque enim boni subditi innocentes simplices & deuoti possunt gregis dominici pecora nominari, qui sc. sub pastore Deo vel prælato, in grege ecclesiæ humiliter & pacifice subiecti conuersantur Psalm 8. *Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues & boues vniuersas insuper & pecora campi.* ¶ Et nota, quod illa pecora, sc. subditi, debent à pastoribus, id est, à prælatis, scil. B

Gregatim vniri,
Tute custodiri,
Docte erudiri,
Pie enutriri.

Primum facit vera dilectio,
Secundum facit cauta discretio;
Tertium facit clara cognitio,
Quartum facit dulcis compassio.

Dicamus ergo quod pecora debent gregatim esse vnita per dilectionem, quia sc. isti debent in grege, id est, in vnitate & aggregatione vniri & viuere per charitatem & dilectionem, quia scil. charitas est illa bona pastrix quæ pecora ista coniungit dicens illud Psalm. 132. *Ecce quam bonum & quam iucundum habitare fratres in vnum,* & de hoc Genes. 29. *Omnia pecora congregentur, & amoueamus lapidem.* Quando enim homines per verum amorem congregantur, tunc lapis, id est, omnis odij & inuidiæ duritia submouetur. Vnde Esaiæ 60. *Omne pecus Cedar congregabitur tibi.* Quod est contra multos qui per charitatem in vnum non congregantur, imo per inuidias & odia alter ab altero diuiduntur, quapropter sæpe fit quod à lupo diabolo per diuersa vitia deuorantur Abacuc. 3. *Abscindetur de ouili pecus, & non erit armentum in præsepibus.* Non sic, sed sint pecora dominica gregatim vnita per dilectionem. C

¶ Item debent esse tute custodita per defensionem. Prælati enim debent istos custodire, & ne per aliquod peccatum deuient, debent summopere præcauere. Vnde Prouerb. 27. *Diligenter agnosce vultum pecoris tui,* q. d. ad prælatum pertinet super pecora sua vigilem curam gerere, & qualia sint cognoscere, & ea ne pereant custodire, vt sic non habeat timere in die iudicij quando dominus petet ab eo illud Hierem. 13. *Vbi est grex qui datus est tibi, pecus inclytum tuum?* Quod est contra multos qui ista pecora non custodiunt, sed ipsa magis per rapinas deuorant & occidunt Iudith 15. *Vtinam ordinarent vt occiderent pecora sua ve ... sanguinem biberent.* Quia proculdubio hodie sunt multi impij pastores, qui non cessant ordinare, id est, ordinationes & statuta facere, quomodo possint subditos laqueare, & eos per rapinam occidere, & eorum sanguinem, id est, eorum temporalem

lem substantiam exhaurire Zach. 11. *Pasce pecora occisionis, quæ qui possederant, occidebant.* Non sic, sed ista debent caute esse custodita per tuitionem Gen. 30. *Iterum pascam & custodiam pecora tua.*

D ¶ Item ista pecora debent esse clare erudita per discretionem. Sicut enim pecora materialia debent adaquari, sic ista spiritualia debent doctrinæ riuulis irrigari. Gen. 21. *Vidit puteum in agro, & ex illo adaquabantur pecora.*

E ¶ Item ista pecora debent esse pie enutrita per compassionem, quia scilicet pastores & prælati non solum debent pecora sua potare, per doctrinam erudiendo, imo etiam cibare, per eleemosynam compatiendo 4. Reg. 3. *Mesa rex Moab nutriebat pecora multa.* Quod contra multos, qui magis solent ista pecora corrodere & famelica facere quam nutrire, de quibus Ezech. 34. *Cornibus ventilabant omnia infirma pecora.* Non sic, sed ista pecora enutriantur, erudiantur, custodiantur & vitentur. Patet ergo quod per pecora intelliguntur illi qui sunt humiliter subiugati.

F ¶ Secundo principaliter dico, quod per pecora intelliguntur illi qui sunt carnaliter inquinati. Pecora enim animã rationalem non habent, sed solum quæ carnis sunt sentiunt, & inde est quod appetitu brutali sine aliquo refrænaculo rationis in rem appetitam feruntur. Sic carnales ac si animam non haberent, carni obediunt & obsequuntur, & appetitus eius sicut bruta pecora prosequuntur Ezech. 24. *Pinguissimum pecus assume &c.* Soph. 2. *Erit funiculus maris requies pastorum, & ouile pecorum.*

G ¶ Tertio autem dico, quod per pecora quandoque intelliguntur illi qui sunt mentaliter excæcati, sc. personæ bestiales & ignorantes, vsu rationis ad modum pecorum carentes, & de his dicitur 2. Pet. 2. quod *peccatores sunt velut pecora irrationabilia, &c.* Vide supra de oui, de grege, de pastore.

A **Pecunia.** Cum pecunia sit illud pretium quo res generaliter loquendo venduntur & emuntur, de quacunque materia huiusmodi pecunia fabricetur. Aliqua enim sunt loca & regna (& hoc vt plurimum) vbi moneta fabricatur de auro & argento, & alijs metallis. Aliqua autem sunt Septentrionalia regna vbi pedes auium & pecorum ponuntur in mercationibus pro moneta. Aliqua etiam sunt orientalia & australia regna, vbi terra quæ dicitur porcellana, frusta, & fracturã vasorum, quæ fiunt de illa terra, pro moneta ponuntur. Aliqua etiam vbi monetis vtuntur papyreis, sicut in toto est imperio Magni Canis, sc. in Tharayo & Cambelech, hinc ergo est quod per pecuniam diuitiæ intelliguntur, & non solum temporales, imo etiam spirituales, & nihilominus etiam æternales: Nota ergo quod est pecunia

Vituperabilis,
Recuperabilis,
Incomparabilis.

Prima est pecunia hominum auarorum,
Secunda est pecunia hominum benignorum,
Tertia est pecunia hominum perfectorum.

B ¶ Primo ergo dico quod inuenitur pecunia quæ per auaritiam colligitur. Ista enim vituperabilis est, quia infert laborem in acquirendo. Timorem in possidendo. Dolorem in amittendo. Et ideo bene dicitur Eccl. 10. *Nihil iniquius quam amare pecuniam.* Auari enim sunt sicut monedula, quæ pecuniam summe diligit & quamuis in nullo sibi proficiat, ipsam tamen furatur & abscondit. Sic vere auari pecunias excessiue diligunt, & absque hoc quod sibi vel alteri vtilitatem faciant, ipsas in thesauris suis mittunt & abscondunt. *Auarus enim non implebitur pecunia, &*

C *qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis.* Eccl. 5. ¶ Et nota quod pecunia ista est vituperabilis & illaudabilis multiplicatione. Videlicet quia amor pecuniæ

Subiugat hominis libertatem,
Offendit diuinam maiestatem,
Inflammat hominis voluntatem,
Eneruat ab ore veritatem,
Destruit mentis fidelitatem,
Impedit cœli fœlicitatem,
Acquirit inferni pœnalitatem.

Dico ergo quod pecunia est libertatis subiugatiua Ecclesiast. 10. *Pecuniæ obediunt omnia.* ¶ Item est diuinæ maiestatis concitatiua. Et inde est, quod dominus amorem pecuniæ prohibet dicens discipulis Matth. 10. *Nolite portare sacculum, neque peram, neque pecuniam in zonis vestris.* Item voluntatis inflammatiua. Quia qui habet plus de pecunia, plus vult habere Eccles. 5. *Auarus non implebitur pecunia.* Ad quod facit, quia multi [illegible] inflammati amore pecuniæ, quod in ipsam sicut in Deum credunt, sicut de fatuis Romanis patet, qui pecuniam coluerunt, & templum suum ædificauerunt, vt ponit August. de ciu. Dei. lib. 4 cap. 24. Item est veritatis occultatiua, quia scil. propter pecuniam habendam multi sunt mendaces, sicut de custodibus dicitur Mat. 28. *qui accepta pecunia dixerunt mendaciter Christum fuisse à discipulis sublatum.* Item est fidelitatis eneruatiua, sicut apparuit in Iuda, qui corruptus pecunia proprium dominum tradidit Marci 14. *Promiserunt ei pecuniam se daturos.* Item est fœlicitatis impeditiua. Vnde Luc. 18. & Marc. 10. *Quam difficile est, qui pecunias habent, in regnum Dei intrare.* Item est pœnalitatis acquisitiua, quia s[illegible] per pecuniam non solum paradisus perditur, imo etiam infernus acquiritur. Vnde Act. 8. *Pecunia tua tecum sit in perditionem.* Ista est ergo pecunia hominum auarorum.

D ¶ Secundo dico, quod inuenitur pecunia hominum misericordium, seu etiam benignorum. Et ista proculdubio expendenda est in miserijs pauperum, in ornatu templorum, & in necessitatib. proximorum. Ioseph enim fecit ligari pecunias in saccis fratrum. Genes. 44. Ezechias & Iosias fecerunt colligi pecuniam ad sarta tecta templi reparanda, sicut dicitur 2. Par. 24. Ille etiam, qui pecuniam suam non dedit ad vsuram, in Psalmo reputatur sanctus. Et ille, *qui non sperauit in pecunia thesauris, reputatur beatus* Eccl. 31.

E ¶ Sed tertio dico, quod est pecunia hominum perfectorum, & ista nihil est aliud, quam gratiæ, & virtutes, cum quibus sancti ditati regnum æternum mercantur. Et ista est pecunia duplex, in qua regis æterni signum relucet, de qua præcepit Iacob filijs suis Genc. 43. *Pecuniam autem duplicem ferte vobiscum, &c.*

A **Pellis.** Nota breuiter, quod cum pellis sit illud, quod exterius inuoluit corpus, videtur, quod spiritualiter loquendo per pellem intelligantur omnia illa, quæ exterius possunt homini adiacere, & est propriè pellis animalium, sicut cortex est arborum. Accipiendo ergo pellem in bono, & in malo notemus breuiter, quod per pellem accipitur in scriptura

Virtualis conuersatio,
Criminalis compositio,
Temporalis acquisitio,
Corporalis dispositio,
Mortalis meditatio.

Prima est pellis depingenda,
Secunda est pellis exuenda,
Tertia est pellis extendenda,
Quarta est pellis abradenda,
Quinta est pellis induenda

Vel dic, quod

Pellis est
- Conuersatio gratiosa,
- Compositio curiosa,
- Acquisitio copiosa,
- Carnis conditio fluxuosa,
- Mortis præuisio luctuosa.

Nam charissimi sicut sensualiter videmus,

Pelles depinguntur,
Pelles cauantur,
Pelles extenduntur,
Pelles abraduntur,
Pelles induuntur.

¶ Primo ergo dicamus, quod est pellis, quam debemus depingere, & ista est pellis nostræ exterioris conuersationis, quæ scilicet ad modum pellis omnia interiora contegit, atque celat. Ista enim per honestatem debet esse depicta, & diuersarum virtutum depictionibus colorata. Exemplo pantheræ, quæ pellem habet diuersis coloribus depictam, & mira pulchritudine variatam: vt sic possimus figurari in tabernaculo fœderis, & in arca, quæ *pellibus arietum rubricatis pellibus etiam hyacinthinis operiebantur*, sicut de tabernaculo dicitur Exod. 37. & de arca Num. 4. In quo proculdubio notatur, quod nos, qui debemus ad modum illius arcæ, & tabernaculi esse Deo specialiter dedicati, debemus ornari, & operiri pellibus hyacinthinis, quæ habent colorem cœlestem, id est, decoræ, honestæ, cœlestis, & sanctæ conuersationis, & pellibus rubricatis, id est, exemplis martyrum, & imitatione suæ durissimæ passionis 1. Paral. 17. *Arca fœderis domini Sabaoth sub pellibus est.* Pelles enim, quæ extrahuntur de corporibus animalium mortuorum, significant bona exempla præcedentium bonorum & sanctorum. Istas enim pelles, id est,

…est, sanctorum exempla debemus accipere, & ipsa per imitationem inducere, & de ipsis conuersationem nostram depingere & ornare. Iob 19. *Circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo saluatorem meum.* Quod tamen est contra multos, qui volunt habere pelles caprorum, & murium ad sui ornatum, quam pelles arietum hyacinthinas, & rubras, id est, exempla sanctorum hominum & bonorum. Vnde isti sunt in Herode, qui interpretatur glorians in pellibus, qui a vermibus est consumptus. Quia vere tales, qui in pellibus gloriantur, vermibus malarum cogitationum, vel vermibus suppliciorum in futuro miserabiliter roduntur Iob 40. *Nunquid implebis sagenas pelle eius?* Et tales non habent pellem honestæ conuersationis, sed pellem deformem & informis, infamis conditionis, sed ... Thren. 3. *Vetustam fecit pellem meam, &c.* Non sic, ... bonam conuersationem, quia ista est pellis ... depingere.

C ¶ Secundo dico, quod est quædam pellis quam debemus exuere, ... circumstantiam malarum conditionum, de qua ... *potest Æthiops pellem suam, & pardus varietates suas, ... vos poteritis facere, cum didiceritis malum.* Nam sicut puer ... inuoluitur in vilissima pelle, quæ dicitur secundina, tamen necesse est quod exuat, antequam ad vitam exeat, coluber etiam antequam renouetur, solet pellem exuere, vt sic possit noua pelle, iterum se vestire; sic vere pellem malæ consuetudinis, & malæ conuersationis exuere debemus, vt ad vitam gratiæ exterius exeamus, ... moribus innouemur. Quod bene figuratur Leuitici ... dicitur, quod *sacerdotes detracta pelle hostiæ artus in frusta* ... ta vere ille, qui vult hostia Deo fieri, debet ante omnia pellem malæ conuersationis exui, & artus eiusdem debent concidi, id est, in diuersis bonis operibus occupari.

¶ Tertio dico, quod est pellis, quam debemus extendere. Et ... pellis exterioris possessionis. Ista est enim vsque ad pauperes per eleemosynas extendenda. Pellis enim quanto plus ... tur tanto plus & melius sonat. Sic pellis bonorum temporalium quanto plus ad pauperes per eleemosynas extenditur, tanto eis inde sonus bonæ famæ ad Deum, & homines dulcius repetitur. Ideo præcipitur Esa. 54. *Pelles tabernaculorum tuorum ... ne parcas.* Quod est contra illos, de quibus dicitur ... *Non est, qui extendat tentorium meum, & erigat pelles meas.* ... qui non extendunt ad alios pellem suam, imo pro certo ... abstrahunt. Micheæ 3. *Violenter tollitis pelles eorum desuper eis.*

¶ Quarto dico, quod est pellis, quam debemus abradere, & ... pellis nostræ mortalis, & carnalis conditionis, de qua dicitur Genes. 3. quod *Deus fecit Adæ & Euæ tunicas pelliceas* in signum mortalitatis, & fragilitatis acquisitæ, quæ pro certo est per pœnitentiam abradenda. Sicut enim pelles solent multipliciter præparari, quia primo cineribus asperguntur, vt scilicet pili cadant, tandem calce, & puluere arborum conduntur, in aqua ... & humectantur, tandem acutis gladijs abraduntur, & sic ad scribendum, vel ad alia negotia multipliciter præparantur, sic vere pedes carnis nostræ debent cum cinere, & puluere, id est, cum acri memoria mortis condiri, in aqua lacrymarum humectari, in ligno per crucis memoriam extendi, & color de peccati per asperam pœnitentiam abradi, vt sic possit ... bonum opus parari: & sic poterit dicere quilibet ... quod dicit sponsa Cantic. 1. *Nigra sum, sed formosa sicut pelles Salomonis, sicut tabernacula Cedar.* Nigredo enim pellis combustionem pœnitentiæ designat. Vnde Thren. 5. *Pellis nostra quasi clibanus exusta est.*

F ¶ Sexto dico, quod est quædam pellis, quam debemus induere. Et ista est pellis memoriæ mortis, vel memoriæ peccatorum. ... enim est illud, quod remanet de mortuo animali, ... significans memoriam mortis, vel memoriam peccati, quæ semper debet in nostris cordibus remanere. De pellibus enim fiunt calceamenta, & foderaturæ, cingula & armaturæ, libri etiam, atque scripturæ. Quia vere de talibus pellibus, scilicet de memoria mortis, & peccati debemus nobis facere calceamenta subsidentis humilitatis, foderaturam mollis benignitatis, cingula laqueantis charitatis, armaturam defendentis patientiæ & firmitatis, libros etiam, id est, scripturas sapientiæ, & veritatis. Pelles enim leonis dicuntur sedentem ab hæmorrhoide liberare, pellis murium dicitur fixuras talorum sanare, pellis serpentum dicitur ad multa remedia adiuuare. Sic vere charissimi ista pellis, scilicet memoria mortis, & mortificatio carnis multa confert homini contra peccatum remedia, & valde est ad sanandam animam opportuna. Vnde, sicut in historia narratur, Hercules postquam leonem, qui omnes deuorabat homines, interfecit, de pelle ipsius vestem sibi fecit, & arma, & scutum suum pelle leonis operuit, ipsaque secum, quamdiu vixit in signum leonis ab ipso mortui semper tulit. In quo nota, quod Hercules, id est, virtuosus & strenuus, qui de leone, id est, de peccato, vel de proprio corpore præualuit, debet pellem eius, id est, memoriam suæ futuræ mortis secum ferre, & de ipsa contra vitiorum, & ad dæmonum pericula se armare. Quod bene figuratum est in tabernaculo Exod. 26. *Cum tectum pellibus caprarum opertum fuit:* & Gen. 27. In Iacob, qui caprarum pellibus inuolutus patris benedictionem reportauit. Capra enim, quæ fœtet, fœtorem mortis signat. Quia vere illi à Deo patre benedictionem sempiternam reportant, qui pellem caprarum, id est, memoriam fœtidæ mortis secum habent. Vnde de sanctis & perfectis viris dicitur Hebr. 11. *Circumierunt in melotis, & in pellibus caprinis, &c.* Et sic ergo patet, quomodo in scriptura inuenitur Pellis induenda, abradenda, extendenda, exuenda & depingenda, &c.

## Pennæ.

A Nota, quod pennæ sunt illæ partes corporis auium, quibus ipsæ aues mediante vento, vel aere deuehuntur in altum, & inde possumus dicere, quod moraliter loquendo, nos inuenimus

Pennas { interiores, exteriores, superiores.

Primæ designant morum decentiam virtualem,
Secundæ signant rerum substantiam temporalem,
Tertiæ vero signant Dei potentiam supernaturalem.

¶ Primæ sunt pennæ iustorum sc. scientiæ, & virtutes. Istæ enim sunt, quibus mediantibus iusti in cœlum volant, modo sc. per spem, in futuro per speciem. De quibus dicitur in Psal. 97. *Pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in pallore auri.*

B ¶ Secundæ sunt pennæ diuitum & superborum. Mundi enim diuitiæ & sæculares scientiæ, populares que dignitates, & eminentiæ sunt pennæ, quæ aues, id est, mundi potentes sustinent & erigunt, & per superbiam eleuant & extollunt, de quibus dicitur Iob 39. *Penna struthionis similis est pennæ herodij, & accipitris.* Et etiam de diuitijs dicitur Prou. 23. *Noli,* inquit, *erigere oculos tuos ad opes, quas habere non potes, quia facient sibi pennas vt aquila, & volabunt in cœlum.* Accipiter enim, & herodius, qui sunt prædales, signat nobiles, struthio quæ à terra non eleuatur, signat rusticos, vel rurales, quia sc. in omni statu inueniuntur pennæ diuitiarum.

C ¶ Tertiæ sunt pennæ domini, & angelorum, & istæ nihil aliud, quam potentiam Dei, & spirituum beatorum signant, de quibus dicitur in Psalmo, quod *Deus ascendit super Cherubim, & volauit super pennas ventorum,* id est, super potentiam, & virtutem spirituum beatorum. Metaphorice enim loquitur, quia scilicet sub figura auis intelligit ipsum Deum, sicut in Psalm. 110. dicitur de Deo cuilibet viro iusto. *Scapulis,* inquit, *suis obumbrabit tibi, & sub pennis eius sperabis. Scuto circumdabit te veritas eius.*

D ¶ His igitur præmissis dicamus aliquid de pennis iustorum. Nam sicut videmus, quod

Pennæ auium sunt { duræ & solidæ, leues & concauæ, medulla leui, & sicca plenæ, exterior pluma munitæ, carni & corpori coniunctæ.

Et tamen à natura carnis penitus sunt seiunctæ, tales procul dubio sunt virtutes, & affectiones iustorum. Istæ enim habent Soliditatem perseuerantiæ, Concauitatem secretæ conscientiæ, Medullæ tenuitatem paupertatis voluntariæ, Plumositatem agilis obedientiæ, Carnis vicinitatem compassionis & clementiæ. Non tamen carnis naturalitatem carnalitatis & immunditiæ, sed potius candorem, & albedinem castitatis & continentiæ, & etiam siccitatem pœnitentiæ & abstinentiæ. Et sic proculdubio si tales pennas, i. e. virtutes, & affectiones sic conditionatas habuerimus, faciliter per spem & contemplationem ad cœlum volabimus, & superius cum angelis quiescemus. Et hoc est quod Dauid petebat in Ps. 54. *Quis dabit mihi pennas*

*sicut*

*sicut columbæ, & volabo & requiescam?* Aduerte autem, quod *sancta animalia quatuor habebant pennas, & sub pennis etiam erant manus, etiam illæ pennæ oculos habebant, quæ etiam recta erant, & pennæ vnius pennis alterius se iungebant, desuper lateraliter extendebant*; sicut per omnia dicitur Ezec.1. Sic vere dicam, quod animalia sancta & occulta, sanctos & discretos viros signant. Quatuor vero pennæ quatuor virtutes cardinales, vel etiam quatuor affectiones significant, quæ sc. rectæ dicuntur, quia nullius malitiæ prauitate torquentur. Et etiam desuper dicuntur extensæ, eo quod sursum ad Deum sunt totaliter ordinatæ. Duæ autem vnius duabus pennis alterius iunctæ dicuntur, eo quod affectiones iustorum in qualitate charitatis sibi inuicem copulantur. *Facies, & pennas*, inquit, *per quatuor partes habebant, iunctæq; erant pennæ alterius ad alterum.* Ezech.1. Quid plura? Pro certo manus sub pennis esse dicuntur, pro eo quod bonæ operationes bonas affectiones concomitantur, & quod illud quod iusti volunt & cogitant, dignis operib. sacris manibus exequuntur Ezech.1. *Apparuerunt manus hominis subtus pennas.*

¶ Et breuiter notare possumus, quod pennæ, id est, affectiones spiritualium auium, id est, iustorum,

Sapientia pollent,
Pœnitentia pallent,
Diligentia callent,
Innocentia valent,
Amicitia calent.

Dico ergo, quod istæ pennæ bonarum affectionum sapientia pollent. Et ideo dicuntur habere oculos in sanctis animabus Ezech.1. Vnde Eccl.10. dicitur quod *qui habet pennas, annunciabit sententiam.* Item dico, quod pœnitentia pallent. Vnde anima pœnitentes amara, & contraria videtur dicere illud Psalm. 138. *Si sumpsero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris*, id est, in amaritudine pœnitentiæ. Item dico, quod diligentia callent. Sunt enim cautæ, & prouidentes contra pericula, quia sicut dicitur Prouerb.1. *Frustra iacitur rete ante oculos pennatorum, &c.* Item dico, quod innocentia valent. Vnde Malach.4. *Orietur vobis timentibus nomen meum, sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius.* Item dico, quod amicitia calent. Et ideo supra dicitur, quod duæ pennæ singulorum iungebantur, supple, per charitatem. Vnde etiam Leuitici 11. pisces, qui habebant squammas & pennulas, mundi erant, & poterant manducari, quia sc. tales per societatem, & charitatem incorporari, & spiritualiter manducari possunt, & maxime quando squammis sese tenentibus, hoc est dictum, per bonam concordiam iuncti & ligati sunt. Tales igitur sic pennati iubentur Deo benedicere, & laudes ipsius exaltare Ps.148. *Laudate*, inquit, *dominum de cœlis.* Sequitur. *Bestiæ, & vniuersa pecora, serpentes, & volucres pennatæ.* Et maxime, quia certe tales caput intentionis ad pennulas affectionis debent torquere, vt sc. attente videant, ne quid indignum ipsos contingat aliqualiter affectare, sicut Leuit.5. dicitur, quod *quando auis immolabatur, caput ad pennulas torquebatur.* Et sic patet, quomodo pennæ iustorum diuersimode significant in scriptura.

A **Pœna.** Nota, quod pœna quandoq; sumitur pro quacunq; tribulatione vel afflictione, quandoq; sumitur & magis proprie pro culpæ punitione & punitionis afflictione.

¶ Et sic igitur notabimus, quod est dare, sc. pœnam

Virtualem & voluntariam,
Temporalem & transitoriam,
Æternalem & damnatoriam.

Prima pœna est pœnitentium & perfectorum,
Secunda pœna est indigentium, seu miserorum,
Tertia pœna est desperantium, seu damnatorum.

¶ Primo ergo dicamus, quod est pœna voluntaria. Et ista pro certo nihil aliud est, quam sc. pœna, quam voluntarie sustinent viri religiosi & perfecti, scilic. pœna Abstinentiæ, Diligentiæ, Pœnitentiæ, Vigiliæ, Obedientiæ & similia, quæ sc. viri pœnitentes quandoque sustinent pro peccatis satisfaciendo, vel quandoque à peccatis sese præseruando, vel quandoque virtutes, & merita cumulando, & gloriam æternam cum pœna temporali mercando. Tales autem pœnas sustinuit Christus, qui sc. voluntarie pro peccatoribus fuit passus, & tales etiam sustinet vir perfectus, qui pro ampliandis meritis, pœnis, & miserijs fuit subiectus: vt de vtroq; dicatur illud Sap.18. *Similis autem pœna seruus cum domino afflictus est, &c.*

B ¶ Secundo dicamus, quod est pœna transitoria, & ista est pœna mundanarum tribulationum, quas quandoq; mundus, & tyranni inferunt sine causa, quandoq; etiam Deus ipsas dispensatiue euenire permittit, vel ad nostram punitionem, vel ad meritorum augmentationem, & ista pro certo licet non voluntarie procuretur, debet tamen in patientia sustineri, sicut fecerunt martyres, atq; sancti exemplo Iob, qui dicebat domino Iob 10. *Instauras testes tuos contra me, & multiplicas iram tuam aduersum me, & pœnæ militant in me.* Et Iob 9. dicitur: *Si occidit, occidat semel, & non de pœnis innocentum rideat.* De tali ergo pœna transitoria visum est vbicunque agitur de Tribulatione, Labore, Afflictione, &c.

C ¶ Tertio vero dico, quod est pœna damnatoria, seu destructoria, sicut videmus quod in hoc mundo sunt pœnæ malefactorum & latronum, quæ pro sceleribus infliguntur, vt sc. pœna vnius sit metus multorum: & certe tales pœnæ sunt ipsis salubres, & meritoriæ si sustinent patienter, alias vero ista pœna temporalis ipsorum est principium, & introitus ad æternam. Vnde Eccl.21. *Via peccantium complantata lapidibus, & in fine illorum inferi, & tenebræ pœnæ.* Pœna autem damnatoria est pœna damnatorum, qui sc. puniuntur perpetuo in inferno. De qua dicitur illi nequissimo Antiocho 2.Mach.7. *Iudicio*, inquit, *Dei iustas superbiæ tuæ pœnas exolues.* Et 2.Thes.1. *Pœnas dabunt in interitum æternas*: & in Epistola Iudæ: *Ignis æterni pœnas sustinentes.* Sicut enim in Ps. dicitur: *Iniusti punientur, simul & reliquiæ impiorum interibunt.* Pœna enim dicitur à puniendo. Multa possent dici, sed paucæ sunt authoritates vocales. Vide vbi Correctio & Tribulatio, & in alijs titulis similibus.

## Pendere. suspendere. suspendium.

Nota, quod pendere semper denotat adhæsionem alicui alteri rei tanquam fundamento fortiori, & etiam altiori. ¶ Pendere enim de sui natura non dicit mihi aliquam firmitatem, sed potius quandam inanitatem & debilitatem, & connexam cum altero vanitatem. Item dicamus, quod pendere signat in bono & in malo, & sic dico, quod moraliter & spiritualiter loquendo

Pendet iustus Deo se fœderans,
Pendet doctus alta considerans,
Pendet stultus vana desiderans,
Pendet damnatus pœnis exuberans.

Primum est pendere feruentis amoris,
Secundum est pendere fulgentis splendoris,
Tertium est pendere vagantis erroris,
Quartum vero est pendere nocentis doloris.

B ¶ Primo ergo dico, quod pendere dicitur vir perfectus, & charitatiuus. Iste enim cum chorda, & cum vinculo charitatis cum Deo ligatur, & ideo ab ipso dependere, & totus in Christo suspendi, & totus in ipso suspendi, & ad ipsum erigi comprobatur. Res ex altero dicitur pendere, quando ab ipso totũ habet suum esse & suum manere, & quando sine ipso non potest sistere vel valere. Sic vere quia viri perfecti in Deo penitus fixi sunt, & ab ipso suum esse virtutis accipiunt, & sine ipso penitus nihil possunt, bene dico, quod per amorem, & desiderium ab ipso pendent, & ab ipso laqueari, & ad ipsum suspensi sunt, de Iacob enim, eo quod summe diligebat Beniamin dicitur Gen.44. *Cum* (inquit) *anima eius ex huius anima pendeat*, & Iudith 8. dicit. *Et nunc fratres qui estis presbyteri in populo Dei, ex vobis pendeat anima* ... quasi diceret. Anima inferiorũ dependet à superioribus pro quod ab ipsis debet regi & gubernari. Animæ vero iustorũ dependent à Deo & à sanctis, pro eo, quod per amorem & desiderium sunt ipsi cum Deo fœderati. Nonne flores, fructus & folia pendent in arbore, sicut in proprio loco, vnde recipiunt nutrimentũ, & vnde habent radicem & fundamentũ? Sic vere isti semper sunt in Deo suspensi, sicut in illo, à quo sunt per spẽ portati, in quo sunt per fidem plantati atq; fundati, per charitatem aliti & nutriti; vt sic isti figurentur in velo, quod pendebat ante sancta sanctorum, & ante arcam & Cherubin, & quod interiorem partem tabernaculi ab extrinseca diuidebat (sicut dicitur Exod.30.) quod sc. quatuor pretiosis coloribus, id est, quatuor cardinalibus virtutibus sunt depicti, & sanguine Christi per suæ passionis memoriam madefacti, ante arcam testamenti domini, & ante sancta sanctorum paradisi per desiderium sunt suspensi, & ibidem continue sunt erecti Ose.11. *Populus meus pendebit ad reditum meum.* Sicut etiam de pulchritudine Iudith dicitur Iudith.10. quod *omnis illius compositio ex virtute pendebat.* Isti etiam pendent non solum per virtutem charitatis, imo etiam per virtutem

[illegible] dic, quæ sc. hasta, i.e. te[illegible] alia ne [illegible] in [illegible] per compa[illegible] [illegible] el[illegible] [illegible] G[illegible] 4. [illegible] radoe[illegible], quod tales oon[illegible] [illegible] abu[illegible] suspensa [illegible] [illegible] panni aure[illegible] [illegible] u[illegible] itutes, & exen[illegible] [illegible] chim dicitur figura[illegible] *[illegible] pax. Sume in loco fideli, & suspendetis [illegible] patris eius.* Vnde [illegible] [illegible] instru[illegible]nta, scil inaures, libri galeæ, [illegible] læ, & organa. Inaures d[illegible] [illegible] Hæc enim sunt quæ ornant au[illegible] & [illegible] Gen. 24. *Suspendit ea pas inaures ad [illegible] armillas pe[illegible] in manibus eius.* Item ibi pendent [illegible] Deut. 11. *Ponite hæc ver[illegible] suspendite ea pro signo in manib. vestris,* & po[illegible] pta charitatis debent [illegible] esse & pendere, quia [illegible] alta pendent ibi, sicut dicitur Mat. 22. *In his [illegible] lex pendet, & prophetæ.* Item pendet ibi galea [illegible] Apostolus ad Eph. 6. *Galeam salutis accipe[illegible] galeam suspenderunt in te pro ornatu.* Item pendent [illegible] sagittis & punctionibus diuini timoris & te[illegible] [illegible]nd. *Pharetras suspenderunt in muris tuis.* Item [illegible] quia clius fortitudini, i. virtus firmitatis & pati[illegible] [illegible] dicuntur *Turris Dauid, quæ ædificata est [illegible] pendent ex ea, & omnis armatura fortium* [illegible] patientia & constantia, quia, sc. for[illegible] martyres fuerunt armati. Ite pendent ibi molæ, [illegible]lerant, i. pōdus laboris & pœnitentiæ, vnde Mat. [illegible] *[illegible]datur mola asinaria in collo eius, & sub mergatur* [illegible] ibi organa diuinæ laudis & eloquentiæ, sic[illegible] [illegible]tur, quod in, *alieib. in medio eius suspendimus organa* [illegible] ergo gemmæ in fonte pendentes de quib. Esa. 3 [illegible] virtutes, quæ in iustis spiritualiter pendent, sic [illegible] apud Deu mentaliter suspensi sunt atq; manent Deos. [illegible] *[illegible] quasi pendens ante te.* Dico ergo primo, q pendere [illegible] vir perfectus & charitatiuus. ¶ Secundo di[illegible] [illegible] vir edoctus alta considerans. Sicut enim sol & [illegible]etæ, qui erratici dicūtur, suspensi sunt inter cœ[illegible] [illegible], quia, sc. nec cœlum nec terrā tangunt, sed in me[illegible] [illegible] carton. sic vere viri contemplatiui, & doctores, & [illegible] ad inuestigationē veritatis altorum & magnorū [illegible]um conteplando, & inquirendo se suspendunt, & ter[illegible] [illegible] negotia contemnentes sursum ad modum auiū, [illegible] pendent in aëre. cœlestia & æterna inuestigare [illegible] intendunt Iob 7. *Elegit suspendium anima mea, & mor[illegible] [illegible] mea.* & Thren. 5. *Principes manu suspensi sunt.* Pēdet igitur vir [illegible] considerās. ¶ Tertio vero dico, quod pendens, seu dicitur vir insulsus vana desiderans, videl. peccator & [illegible] superbus & elatus. Sicut enim iudices ad patibula sua [illegible] suspendunt. sic dæmones ad alta vanitatis mūda[illegible] pendunt per elationē & superbiam peccatores. Tales [illegible] & suspensi dicuntur, eo, s. quia nulla stabilitate firmā[illegible] [illegible]ento vanæ gloriæ exponuntur. Suspensus n. sursib. tol[illegible] [illegible] tangitur, motibus pellitur, funib. st; ingitur, aurib. de[illegible] [illegible] vrtur. Sic vere tales peccatores sursum extollūtur [illegible], flatibus efflatomt per adulationem, aurib. de doo[illegible] [illegible]ctationem, æstibus vritomr per ambitionem, funib. [illegible] malæ consuetudinis obstinationem. Et sic tales sus[illegible] [illegible] in illis de quibus dicitur Ios. 10. quod *ipse suspen[illegible] [illegible] stipites.* Quinq; n. stipites suus quinq; sensuum [illegible] Ios. 8. dicitur, quod *ipse succendit ciuitatem Hay, regē [illegible] suspendit in patibulo.* Vnde videtur, q diabolus præcipit [illegible] 25. *Principes suspendetur contra solem.* Sol enim splen[illegible] [illegible]næ gloriæ signat, ad quam, sc. superbi & vanglo[illegible] [illegible] pensi. Vnde de illo superbo Aman dicitur Hest. 7. *Su[illegible] Aman in patibulo.* ¶ Et aduerte, quod mali pendere dicū[illegible] [illegible]da, quia suspensi, dubij, incerti, & penduli sunt in

Fide & credulitate,

Moribus & bonitate,

Mundi honoribus & prosperitate.

[illegible]ovia. Etenim cōstat, quod res pendulæ & suspē[illegible] [illegible]tantur respectu rerum stabilium & fixarum. Sicut [illegible] in dec[illegible]mat[illegible]ne. Satius est semel cadere, quam [illegible]

*Dultion. Beri horry.*

[illegible] per pendere. Res etiam mobiles & [illegible] facilius cadu[illegible] d[illegible] [illegible] seu fi[illegible]. V[illegible] [illegible], quod [illegible] quando [illegible], aut [illegible] onder, e[illegible] pendu[illegible] [illegible] motuum, [illegible] bi vires suas c[illegible], & illud [illegible] [illegible], vel impellere qu[illegible] ipsum senserit ce[illegible] ille. Sic ve[illegible] [illegible], quod ill[illegible] qu[illegible] n[illegible] & [illegible] b [illegible] & suspensi, [illegible] um mundialium instabilitati exp[illegible] debent a[illegible] pud Deum reputat [illegible] diabolus [illegible] per [illegible] tio[illegible] ones [illegible]pellere, contra eus [illegible] ndere vires suas, nec cel[illegible] quo[illegible] n[illegible], i. sō cadere & [illegible] ruere faciat [illegible] gloriæ fidei [illegible] tortu[illegible] [illegible] ne ergo dicitur Deut. 21. quod *maledictus est à Deo, qui pendet in ligno,* & Esa. 22. *Peribit, quod pependerit.* Patet ergo quod p[illegible] ndēs seu suspensus dicitur vir i[illegible] lusus [illegible] desiderans. ¶ Quarto vero dico, quod pendere dic[illegible] vir da[illegible] pœnis exuberans. Quia tenera per suspend[illegible] potest intelligi pœna infernalis, pro eo q homines adiudicati & mortem pœ[illegible] suspend[illegible] puniuntur. Et ideo mors æterna per suspendium merito designatur. Vnde de peccatoribus dicitur Hester 9. quod *decem filij Aman suspensi sunt in patibulo.* Figuratur etiam i[illegible] Absalon filio Dauid, *qui per [illegible]tus est patrem suum, & suitem suspensus est ad ar[illegible]rem, vbi tribus lanceis [illegible] confossus,* vt scribitur 2. R. g. 18. Quia p[illegible] mali fil[illegible] Dei sci. peccatores, qui sc[illegible] Deum pecc[illegible] qui non verentur, in inferno finaliter suspenduntur, vbi, tribus lanceis, seu trib. gladijs, s. dolore desperationis, verme, [illegible] remorsu & pœnarum rigoris confodiuntur, & perpetuo affligūtur. Similes et *proditoris Iuda, qui suspensus crepuit medius,* sicut dicitur Act. 1. Sic igitur patet quomodo pendere seu suspēdi in bono sumitur & in malo, &c.

A **Pene.** Aduerbium. nota, quod penè est idem q fere seu etiam quasi, denotat autem negotium imperfectū. Veruntamen vt cōmuniter semper signat malum, sicut cum dicitur in Ps. *Mei autem pene moti sunt pedes, pene effusi sunt gressus mei.* Signat enim promptitudinem ad malum, sed etiam perfectionem boni, sed de hoc nihil, quia paucæ sunt authoritates.

**Penes, & Apud** Idē significant, sed transeo, quia sūt paucæ authoritates. Vide supr. in tit. Apud.

A **Penetrare.** Dicitur esse penetrare, quasi penes intrare, quia, s. illud quod aliquam rem penetrat, penes ipsam se ingerit, & submittit. Nota ergo quod inuenitur

Penetratio { gloriosa, virtuosa, vitiosa, dolorosa.

Gloriosa dico. Ista est illa, qua Christus penetrauit dæmonum legiones, quando descendit ad inferos pro captiuis patrib. liberandis. Et quando ēt in ascensione penetrauit cœlos pro nouis cœlestibus aperiendis, & pro ruinis angelicis restaurādis. Et de hoc dicit ipsa patris sapientia Christus Ecc. 24. *Gyrum cœli circuiui sola, & profundum abyssi penetraui.* Vnde Hebr. 4. *Habentes pontificem magnum, qui penetrauit cœlos, Iesum Christum filium Dei. teneamus spei nostræ confessionem.* Item est penetratio virtuosa. Et ista est illa, B qua iusti penetrant penetranda, sc. seipsos per contritionē, impios per correctionem, inferos per meditationem, cœlos & nubes per orationem. De contritione enim pectora pungēte dicitur Esa. 54. *Clamat inquit tuus consolida, ad dextram enim & ad sinistrā penetrabis.* De correctione autem impios vigente dicitur 1. Mac. 11. quod *filij Israel erant per ati muros ferreos penetrare.* Sicut etiam ille dicebat in lege oda sua. Hostium cuneos penetrabo securus, sc. beatus. De meditatione vero inferos vigente dicere potest iustus illud Eccl. 24. *Penetrabo inferiores partes terræ.* De oratione ēt nubes ascendente potest dici illud Eccl. 35. *Oratio humiliantis se nubes penetrabit.* Ista est ergo penetratio virtuosa. ¶ Item dico, q C inuenitur penetratio vitiosa. Et ista est illa, qua mali per rapinas & furta, & etiam ad adulteria committenda domos penetrant vitiosorum, de quo 2. Tim. 3. *Ex his enim sunt, qui penetrant domos, & captiuas ducūt mulierculas oneratas peccatis.* ¶ Item inuenitur fina- D liter penetratio dolorosa, sc. illa qua impij & dānati compel[illegible]ūtur finaliter ad infernum penetrare, de qua dicitur Prou. 5. *Pedes eius descendunt in mortem, & ad inferos gressus illius penetrant.* Multa possent dici, sed auctoritates desunt. Vide supra de ingredi & intrare, & infra de Trāsire, & pertransire, & similibus, &c.

A **Pœnitentia.** Cum pœnitentia nihil aliud sit, quā peccatorum displicentia, generaliter loquēdo possumus dicere, quod in scriptura reperitur

Pœnitentia { simulata, desperata, condemnata, comprobata.

Prima est deceptoria,
Secunda est frustratoria,
Tertia est afflictoria,
Quarta est meritoria,
Prima est deceptorum,
Secunda est peruersorum,
Tertia est damnatorum,
Quarta est conuersorum.

Dicamos ergo, quod est pœnitentia simulata, & deceptoria. Et ista est hypocritarum, qui in veritate non sunt pœnitentes, quamuis exterius videantur esse similes hirco, qui quamuis exterius appareat macer, siccus, hispidus & despectus, intus tamen est pinguis, mollis, delicatus, & præ cæteris animalibus luxuriosus. Sic multi sunt qui propter hispidam vestē religionis, & propter maciem abstinentiæ, & humilis, ac deuotę conuersationis continentes esse creduntur: ipsi tamē intus, i. in corde, & in occulto delicati, & carnales esse comprobātur. Et de talib. dicitur Apoc. 2. *Dedi illis tēpus, vt pœnitentiā ageret. non vult pœnitere a fornicatione sua.*

B ¶ Item est pœnitentia desperata, & frustratoria, & ista est obstinatorum, quibus quamuis displiceant peccata sua, et hoc tamen nō emendantur: imo cū propter hoc, tum propter difficultatē pœnitētiæ, tum propter desperationē diuinæ misericordiæ de malo ad malum continue deducuntur, vnde similes sunt Iudæ, qui *pœnitentia ductus desperauit, & abiens laqueo se suspendit*, sicut dicitur

C Matt. 27. ¶ Item est pœnitentia condemnatoria & afflictoria, & ista est illa, quā habent impij in inferno, & quā habent damnati in patibulo, qui pœnitent de criminibus propter pœnas, quas proinde sustinent. Et ista est pœnitentia nimis tarda. Ista n. iudicem ad misericordiā non inclinat, & de ista dicitur Sap. 5. *Videntes turbabuntur timore*, &c. ¶ Item est pœnitētia comprobata & me-

D ritoria, & ista est illorū qui volunt de peccatis veniam obtinere. Et ista sic definitur ab Aug. *Pœnitentia est præterita mala plangere, & plangenda amplius non cōmittere.* Ista n. est necessaria, vt culpa puniretur, & vt Dei offensa placaretur, & vt post lapsum homo temeritatem aliquam haberet. Et ideo pœnitētia a Hieronymo dicitur *secūda tabula post naufragium*. Quia sicut illi, qui in mari fracta naui in aquā cadunt, sed quandoq; super vnā tabulam recipiuntur & euadunt, sic in mari huius mundi, qui per fractionē nauis gratiæ per peccatum sunt in periculo submersionis æternæ, per pœnitentiam sicut per quandam tabulam solent periculū euadere, & ad portum Paradisi fœliciter applicare. Quia qui post peccatum pœnitentiam non habuerit, in æternum periculo interibit. Luc. 13. *Nisi pœnitentiam habueritis, omnes simul peribitis*, & ideo dicitur E-

E zech. 18. *Conuertimini, & agite pœnitentiam.* ¶ Vbi aduerte, quod

Pœnitentia est agenda cum { interiori morum mutatione, securiori mentis discussione, perfectiori carnis afflictione.

Oportet enim { Mores transformare per conuersionem, Mentem agitare per contritionem, Carnem macerare per afflictionem.

¶ Primo dico, quod in pœnitentia necesse est, quod excutiamus morum prauitatem. Conuertimini. Res enim tunc cōuertitur, quando vna forma, & figura derelicta in aliā transformatur. Et ideo peccator per pœnitentiā conuerti dicitur, quando pristinā formam & conuersationē deserens in melius mutatur. Pœnitētia n. est sicut ille fluuius Thessaliæ, de quo dicit Senec. in lib. de naturalibus quæstionibus, quod oues aquā ipsius potantes si nigræ fuerint, in albedinem conuertuntur: albæ vero si inde biberint, in nigredinem commutantur, vnde etiam vt dicit, mulieres patriæ illius alijs tincturis non vtuntur ad lanas in albū vel in nigrum tingendas, nisi solum ablutione dictæ aquæ. Et istud etiā idē videtur dici in libello de historia terrę sanctę. Et reuera charissimi talis est fluuius terræ sanctæ, sc. aqua pœnitētiæ, quia illi, qui interius nigri sunt, & infecti per ferruginē peccatorum, ibidem extincti & balneati, & aqua pœnitētiæ potati & satiati, soleut per innocentiā dealbari. Et hoc est q. dicitur Esa. 1. *Lauamini, mundi estote*, &c. Sequitur. *Si fuerint peccata vestra vt coccinū, quasi nix dealbabuntur.* E conuerso autem in isto fluuio illi, qui sunt albi, nigri efficiuntur, quia, s. illi qui fuerunt albi exterius per curiositatem, ibi fiunt nigri per conuersationis humilitatē. Cant. 1. *Nigra sum, sed formosa*, &c. quia in fluuio pœnitētiæ albedo exterior curiosæ apparentiæ acquiritur, quia [illegible] Io pulcherrima virgo fingitur f[illegible] quæ tandē furiosa facta est, & per m[illegible] tata, finaliter tamen ad fluuium Nili, qui est [illegible] ibi diuina miseratione in virginem albam [illegible] tuit mutata, ita quod eā tota patria in reuerētia [illegible] ret Iupiter ipsam in stellam mutauit, & sursum [illegible] mina collocauit. Ista Io [illegible] potest si[illegible] Christianā, quæ sua naturali conditione pulchra & [illegible] potest. Ista tamē mutatur in vaccam albam, i. in p[illegible] tricē & carnalem, albedine curiositatis ornatam, [illegible] piscentiæ effrænatā, & ad mundi negotia vndiq; [illegible] agitatā, quod maxime verū est de ambitiosis & auaris [illegible] cupiditatis accensi, non cessant vndiq; discurrere, & [illegible] sua sitienti, non cessant sæculum circumire. Hiere. 46. *[Formosa] vitula, elegans est Ægyptus, stimulator ab Aquilone veniet ei.* [illegible] processu illa venit quandoq, vsq. ad Ægyptū, i. v[illegible] ritatē contritionis, quia Ægyptus interpretatur ob[illegible] & vsq, in Nilum, i. pœnitentialis ablutionis fluuium, & [illegible] puellam iterum, i. sanctam, innocentem, & mundam per[illegible] conuertitur. Figura vaccæ, i. conuersatio peccatrix [illegible], & sic per pœnitentiam in omnibus immutatur. Conu[illegible] inquit, vnde dicit Aug. super illud Psal. *Si conuerteris ad me pœnitendo, conuertar ego ad te liberando.* Hier. 31. *Postquam conuertisti me pœnitentiam, confusus sum. & erubui, quoniam sustinui opprobrium adolescentiæ meæ.* Et sic finaliter talis persona sic conuersa in [illegible] habetur in reuerētia & honore: finaliter autē in cœlo in[illegible] las, i. inter sanctos & angelos ponitur in cœlesti gloriæ p[illegible] tudine & splendore. Quia breuiter pœnitentia n. omnes p[illegible] uos conuertit & mutat, famam & sanctitatē reddit & restaurat, & cœlestem gloriā finaliter procurat & tribuit. Ideo p[illegible] quitur Cyprian. lib. de laudib. pœnitentiæ, i. c. d. cen. *O pœnitentia, quæ miseranis peccata remittis. paradisum reseras, contritum [illegible], tristem exhilaras, ad vitam de interitu reuocas, statum restauras, fidem informas. gratiamq; & abundantiam refundis. O pœnitentia, quid de vestram? omnia ligata tu soluis, omnia clausa tu reseras, omnia aduersa mitigas, omnia confusa tu lucidas, omnia desperata tu animas [illegible] pœnitentia rutilantior auro splendidior sole, quam nō vincit peccatum, nec afflictio superat, nec desperatio dolet: & adiunxit. Pœnitentia respuit auaritiam, horret luxuriam, fugat furorem, format amorem, calcat superbiam, linguam continet, mores componit, odit malitiam, excludit inuidiam* & sequitur: *Perfecte pœnitens, percutienti alteram maxillā præbet, angariatus vltro sustinet, flagellatus gratias agit, prouocatus tacet, exasperanti [illegible] tur. superiori simplex est, inferiori subiacet. In corde eius contritio. in ore confessio. in opere totius humilitatis executio. Hæc est* inquit *perfecta & fructifera pœnitentia.* Ecce ergo charissimi quomodo ex verbis istius sancti patet, quod pœnitētia habet virtutem conuersi[onis]. Conuertimini inquit. Et sic bene patet, q. ad hoc, quod simus vere pœnitentes, necesse est, quod excutiamus morū prauitatē. Conuertimini inquit. ¶ Secūdo dico, quod in pœnitētia requiritur, quod discutiamus mentis qualitatē, cum dicitur. Agite. Agere n. non solum accipitur pro facere, imo quandoq, idem est quod deducere vel mouere, & sic sumitur Rom. 8. vbi dicitur, quod *qui spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt.* Ad denotandum, quod si perfecte pœnitere volumus, necesse est, quod per status nostri discussionē nosipsos agitemus. Agite inquit. Vas enim fortiter infectum nunquā perfecte mundatur, nisi primo fortiter agitetur, sic nec pœnitētia illum hominem bene mundat, qui statum suū non bene discutit prius, atq; spectat. Agite inquit. Quod [illegible] oe innuitur Apoc. 2. vbi dicitur, *Memor esto vnde excideris, & pœnitentiam age, & prima opera fac.* Sicut enim ignis conclusus in terra vndique per cauernas terræ circuit quærens exitū, & non inuenit, & finaliter cum omnia discusserit, & circuierit, solet terræ motum facere, & terrā per violentiam aperire; sic vere ignis, i. splendor discretionis, debet in profundo cordis nostri omnes cauernas, i. omnes secretas rimulas circurre, & omnia in sua cōscientia discutere & videre, & tandem debet per contritionē & timorem Dei terræ motū facere, & abscondita cordis [illegible] confessionis ianuam reserare. Agite, inquit, i. vosip[sos] [ag]ite, vnde Esa. 24. *Confractione confringetur terra, contritione conteretur terra, commotione commouebitur terra, agitatione agitabitur terra.* Terra enim, i. conscientia peccatoris debet agitari per status dubitationem, commoueri per status discussionem, conteri per perfectā compunctionem, confringi per apertam confessionem. Et breuiter, qui veritatē cordis sui bene agitauerit, & discusserit, de peccatis facile-

fideliter pœniteb. Vnde credo, quod causa, quare non pœnitét ... est quia conscientiam suam, & mala quæ fecerunt, ... nec vidét. Et ideo beatus Aug. de vtilitate agendæ pœnitentiæ ducet mentem discurrere, dicens: *In tribunal mentis tuæ ascende, reum te constitue ante te, noli ponere te post te ne Deus ponat te ante te.* ... igitur, quod necesse est, quod discutiamus mentem quando agimus pœnitentiam. Agite itaque. ¶ Tertio dico, quod necesse est, quod contemnamus carnis voluptatem, & hoc ostenditur cum dicitur pœnitentiam. Pœnitentia enim dicitur à pœna, vnde secundum Hugo. l. de myster. Eccles. *Pœnitentia dicitur quasi punitentia, eo quod per eam puniantur delicta, quia pœnitentia non solum desiderat mentis contritionem, non solum etiam excutit culpæ confessionem: sed etiam punit & castigat carnis affectionem & delectationem.* Pœnitentia enim est sicut myrrha, quamuis sit amarissima, est tamen species odore suauissima, & effectu virtuosissima, & maxime illa, quæ dicitur myrrha electa, quæ est voluntarie de arbore stillans, non per fractionem aut scissuram emanans. Talis enim, vt dicit Dioscor. & Platearius, habet virtutem dissoluendi, consumendi, confortandi & mortua corpora à putredine reseruandi, desiccandi, consolidandi, conglutinandi, roborandi, & carnem putridam corrodendi. Et reuera (Charissimi) tales effectus pœnitentiæ, quia vere quamuis ista sit amara & difficilis ad sustinendum, est tamen virtuosissima ad sanitatem diuinæ gratiæ inueniendam. Ista n. dissoluit per compunctionem, confortat & solidat per spem & consolationem, consumit & desiccat per abstinentiæ macerationem, corrodit & carnem putridam exterminat per dolorem & afflictionem, corroborat tamen & conglutinat per sanitatem spiritualia testimonia: animam autem à putredine inferni præseruat per vitæ æternæ collationem. Ista est igitur *Myrrha electa quæ dat suauitatem odoris* Eccl. 24. Vt sic dicat quilibet pœnitens illud Cant. 5. *Manus meæ distillauerunt myrrham*, &c. Sic ergo patet, quomodo pœnitentia multiplices habet virtutes. Et ideo Aug. in l. de pœnitentia dicit: *Pœnitentia languores sanat, leprosos curat, mortuos suscitat, sanitatem auget, gratiam conseruat, claudos erigit, cæcos illuminat, vitia fugat, virtutibus ornat, mentem munit, roborat & confortat.* ¶ Et ideo breuiter concludamus quod pœnitentia est habenda, quia habet H

Vim
- Pacis, & concordiæ generatiuam,
- Virtutis, & gratiæ restauratiuam,
- Culpæ, & nequitiæ expiatiuam,
- Hostis, & malitiæ effugatiuam,
- Spei, & lætitiæ restitutiuam,
- Cœli, & gloriæ procuratiuam.

Dico ergo, quod pœnitentia est pacis, & concordiæ generatrix. Sicut n. adamas, quamuis sit lapis durissimus, dicitur tamen lapis esse reconciliatiuus, quia solet vxorem repudiatam ad maritum gratum reuocare, sed pœnitentia quamuis ad sustinendum sit grauis & dura, est tamen concordiæ inter maritum, & vxorem repudiatam, i. inter Deum & animam peccatricem generatiua, & pacis & amicitiæ inter Deum & hominem effectiua, vnde Apo. 3. *Quos amo arguo, & castigo. Aemulare ergo & pœnitentiam age.* Item ista est virtutis, & gratiæ reparatrix. Et sic ista est similis ebulo, quæ est herba amara & fœtida, & tamen si homo confractus per casum in decoctione eius balneetur, dicitur membra consolidare & virtutem pristinam restaurare, sic pœnitentia post casum peccati, &c. Ideo Apoc. 2. dicitur. *Memor esto, vnde excideris, age pœnitentiam, & prima opera fac.* ¶ Item pœnitentia est culpæ, & nequitiæ expiatrix. Est n. sicut sal, quod quamuis sit valde asperum, est tamen vulnerum mundificatiuum, & putridarum carnium absumptiuum. Quia pœnitentia de vulnere læsæ conscientiæ pœnalem vitiorum extrahit, & omnia expiat, atque colit. Ista est n. sicut dictamnus herba, quæ sagittam de corpore certe extrahit. Quia pœnitentia solet sagittam peccati de corpore, & conscientia peccatoris fugare, vnde Luc. 13. *Nisi pœnitentiam feceritis, omnes simul peribitis.* ¶ Item est hostilis malitiæ superatrix, vnde sicut canes non ... spinis vndique circundatum, basiliscus etiam superatus à mustela armata ruta: sic hostes spirituales non possunt eos lædere, quos ruta & spinis pœnitentiæ viderint se armasse, vnde Orig. ... l. meritorum dicit. *De pœnitentib. vult dominus mirabilia facere & congressu superare gigantes.* ¶ Item pœnitentia est gaudij & lætitiæ restitutrix. Ista n. generat gaudium spei in pœnitente, & etiam gaudium æternæ lætitiæ in curia triumphante, quia sicut dicitur Luc. 15. *Gaudium est angelis super vno peccatore pœnitentiam agente.* ¶ Item pœnitentia est regni gloriæ procuratrix, quia sicut dicit Aug. super Ps. *Iugum, & onus pœnitentiæ est leue & suaue, quia non est sarcina viatoris, sed alæ potius volaturis. Aues enim sarcinam alarum suarum portant in terra, sed ab eis portantur in cœlum.* Et hoc est quod dicitur Mat. 3. *Agite pœnitentiam, appropinquabit enim regnum cœlorum.* Sic ergo charissimi patet, quod secund. auctoritatem nostra pœnitentia petimus, & contemnimus carnis voluptatem. Pœnitentia inquit, mouet, & agitat, i. carnis qualitatem, agitat fugat & excutit culpæ prauitatem, Conuertimini. Bene ergo dicit Conuertimini, & agite pœnitentiam &c. Sufficiat de pœnitentia.

## Penitus.

Nota, quod penitus idem est, quod totaliter. Et potest accipi in bono, & in malo secund. materiam de qua sumitur. Vnde nota, quod cum penitus recedat à medio & se teneat in extremo, ideo (vt communiter) semper signat in malo. Et sic dico, quod inuenitur A

Penitus
- Displicentiæ,
- Patientiæ,
- Ignorantiæ,
- Indigentiæ.

Penitus displicentiæ pertinet ad diuinum rigorem, quia scilic. rigor iustitiæ debet penitus subuertere, & destruere peccatores, qui scil. renuunt pœnitere, de quo Deut. 7. dicitur, quod *Deus interficiet eos donec penitus deleantur.* Esai. 2. *In die illa idola penitus conterentur.* ¶ Penitus patientiæ pertinet ad piam dulcorem. Exemplum Dei, qui scil. iram suam modo penitus non infert, sed patienter eam differt 2 Paralipom. 13. *Auersa est ab eis ira domini, nec deleti sunt penitus.* Et de filijs Israel peccatoribus dicitur Leui. 26. *Nec penitus abieci eos cum essent in terra hostili, nec sic despexi, vt consumerentur.* Et de Absalon dicitur 2. Reg. 14. *Nec penitus pereat, qui abiectus est.* ¶ Penitus ignorantiæ pertinet ad mentis languorem, quia scil. mens nostra est ita per ignorantiam languida, quod veritatem rerum non potest penitus cognoscere, sed ex parte, vnde de cognitione Dei loquitur Moyses filijs Israel Deut. 4. *Vocem, inquit, ipsius audistis sed formam penitus non vidistis.* vnde Prouer. 30. dicit Sapiens. *Tria sunt mihi difficilia, & quartum penitus ignoro.* ¶ Penitus indigentiæ pertinet ad pauperum vigorem, quando scil. pauperes, & miseri nihil penitus habent adiutorij vel vigoris. Hiere. 39. *De plebe pauperum qui nihil penitus habebant dimisit in Hierusalem.* Et Iudicum 17 dicitur, quod *filij Dan vrbem incendio tradiderunt, nullo penitus ferente præsidium.* Omitto, quia parum valet, & paucæ sunt auctoritates. B C D

## Penuria.

Penuria dicitur quasi pœna vrens, seu quasi pania vria, i. carentia, & idem est quod paupertas, seu rerum tenuitas & indigentia. Sic ergo supra de paupertate dictum est sic potest dici de penuria, videl. quod est A

Penuria
- Deponenda,
- Contemnenda,
- Sustinenda,
- Metuenda.

Prima est penuria virtualium diuitiarum. Ista enim penuria est animæ peccatricis, quæ sc. virtutum opulentia denudatur. Vnde peccatori potest dici illud Deu. 28. *Seruies, inquit, inimico tuo in fame & siti, & nuditate & omnium rerum penuria.* Ab ista tamen penuria cauent iusti, qui sc. virtutum & meritorum opib. sunt repleti, de qua Deut. 8. *Absque vlla penuria comedes panem tuum.* Ista tamen est illa extrema penuria, propter quam patres comedere proprios filios compelluntur, quia, scil. filios nostros, i. interiores affectus. & animos deuoramus, quando tali penuria laboramus, vnde Deut. 28. dicitur. *Liberos enim suos comedent clam, propter rerum omnium penuriam.* ¶ Secunda est penuria pectoralium angustiarum. Et ista est illa, quam auari, & parci sustinent in hoc mundo, quorum, sc. mens semper est in penuria, nunquam n. satiantur, sed semper egent, imo quanto plus habuerint, tanto magis ardent Exo. 17. *Sitiuit ergo populus, nec expendere volunt, sed vt thesaurizare valeant, vix comedunt atque bibunt.* Et isti certe inter alios penuriosos maledicti sunt, qui in bonorum suorum plenitudine sitiunt & esuriunt Mal. 7. *In penuria vos maledicti estis.* ¶ Tertia est penuria temporalium miseriarum, quam, sc. pauperes in hoc mundo patiuntur. Ista est à viris iustis in patientia sustinenda, exemplo Apostoli, qui dicebat Phili. 4. *Scio abundare, & scio penuriam pati.* Et merito, quia pro certo de tali penuria venitur ad opulentiam paradisi Iud. 18. *Tradet enim vobis dominus locum in quo nullius rei erit penuria.* Quarta est penuria infernalium tristitiarum, quam, sc. damnati sustinent in inferno, qui, sc. pauperes & penuriosos hic iuuare seu reficere noluerunt. Et de his dicitur Prou. 28. quod *qui despicit deprecantem, sustinebit penuriam*, sc. in inferno, & Deut. 28. *Nihil habeas in obsidione & penuria.* Et ista sufficiant de quadruplici penuria, quia sup. de paupertate & similibus dictum est in locis varijs satis plene. B C D

**Per.** Nota, quod est præpositio Per seruit accusatiuo, & multis modis sumitur in scriptura. Sumitur n. vt communiter, scilicet,

Causatiue, & effectiue,
Mediatiue, & coadiunctiue,
Receptiue, & delatiue,
Discursiue, & extensiue,
Distributiue, & distinctiue,
Successiue, & prosecutiue.

Et primo causatiue, & effectiue, sicut de Deo legitur Ioan. 1. quod *omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.* Item Mediatiue & cooperatiue, sicut de tribulationib. dicitur Act. 14. quod *per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cælorum.* Item receptiue & delatiue, sicut cum dicitur in Ps. 135. quod *Deus traduxit populum suum per desertum,* & Eze. 5. *Pestilentia, & sanguis transibunt per te.* Item discursiue, & extensiue, sicut cum dicitur in Psa. 65. *Transiuimus per ignem & aquam.* Item distinctiue, & distributiue, sicut cum dicitur Esa. 54. *Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos.* Item successiue & prosecutiue, sicut cum dicitur Thren. 2. *Deduc quasi torrentem lacrymas per diem & noctem.* Igitur his præmissis secundum literalem sensum notemus quantum ad mores, quod Per,
B potest referri ad diuersas personas. ¶ Et sic dico, quod nos inuenimus in scriptura

Vnum Per, quod spectat ad
Dei maiestatem,
Iusti bonitatem,
Stulti prauitatem,
Damnatorum pœnalitatem,
Beatorum fœlicitatem,

Et primo dicamus, quod est vnum Per, quod spectat ad Deum. Constat n. quod Per signat causam efficientē, sicut propter causā finalem. Et sic dico, quod Per signat, i. personam actiuam, procuratoris, inspiratoris, tutoris, adiutoris, quæ, sc. omnia possūt per illam dictionem Per dici de Deo, quia reuera sicut per virtutem solarē omnia naturaliter generantur, sic per virtutem Dei omnia efficiuntur & ministrantur. Vnde ipse est, qui dicit,

Per me
Principantes regunt imperia,
Leges ordinantes iura dant varia,
Prophetantes vident mysteria,
Spe lætantes linquunt suspiria,
Fide stantes intrant altaria.

Igitur dicam, quod per Christum, seu per Deum sicut per causā effectiuam regunt imperia mundo principantes. Ipse est n. qui dicit Pr. 8. *Per me principes imperant, & potentes decernunt iustitiam.* Itē per ipsum dant iura varia legem ordinantes, quia ipse est, qui dicit ibidem *Per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt.* Item per ipsum vident mysteria alta contemplantes seu prophetantes, sc. Apostoli & Prophetæ Rom. 1. *Per quem accepimus gratiā & apostolatum ad obediendum fidei.* Item per ipsum linquunt suspiria sperando lætantes, quia, sc. sicut dicitur 2. Cor. *Sicut abundant passiones Christi in nobis, ita & per Christum abundat consolatio nostra ad Deum.* Item per ipsum cœli altaria, seu penetralia sumus subintrantes. Vnde ipse est, qui dicit Io. 10. *Ego sum ostium, per me si quis introierit, saluabitur.* Sic igitur patet, quomodo est vnum Per, quod
C spectat ad Deum, & hoc est primum. ¶ Secundo vero dico, quod est vnum Per, quod spectat ad iustum. Iustus n. habet suum Per, i. e. suum mediare, quo ipse peruenit ad salutem. Et sic dico, quod ipse habet tria Per, i. tria media, per quę obtinet vitam æternam, videlicet personas, res, loca & tempora. Ista n. sunt per quæ & quibus mediantibus, sicut per quosdam gradus peruenitur ad cœlum, videlicet

Per
Subsidium fraternum,
Suffragium internum,
Diffugium externum,
Refugium æternum.

Constat enim, quod salutem acquirit homo

Per
Fraternam subuentionem,
Internam perfectionem,
Externam discursionem,
Æternam continuationem.

D ¶ Dicamus igitur, quod iustus saluatur per fraternam subuentionem. Multum enim valet deprecatio, adiutorium & intercessio, directio & instructio virtuosi. Vnde bene dicebat Iosaphat 4. Re. 3. *Est ne hic propheta domini, vt deprecemur dominum per eum?* Ideo bene præcipitur 2. Re. 8. *Vade in occursum viri Dei, & consule per eum dominum.* Constat enim quod per bonos, prudentes, & viros iustos, & eorum orationibus, industrijs & suffragijs, non solum vna persona, imo etiam vnum regnum, & patria saluatur, & ab infortunijs, & periculis liberatur, sicut de illo Naaman legitur 4. Re. 5. quod *per illum dedit Dominus salutem Syriæ.* Constat enim quod per bonas prædicatorum, prælatorum, doctorum, & proximorum correctiones, & instructiones venit homo multoties ad salutem, sicut videmus, quod per virgam & clamorem pastoris ouis ad gregem reducitur, & à lupi periculo liberatur. Vnde cuilibet tali potest dici illud Iud. 13. *Benedixit te Deus in virtute sua, quia per te ad nihilum redegit inimicos nostros.* Vt sic talis dicat illud Sap. 5. *Ergo accipite disciplinam per sermones, & proderit vobis.*

E ¶ Deinde saluatur iustus per internam perfectionem, hoc est dictum, per gratias, & virtutes. Infirmus enim quandoq; fit saluus, & sanus per bona electuaria, & medicinas: sic homo spiritualiter per virtutes & opera fructuosa. Et sic certe dico, quod saluari nos oportet, sc.

Per
Patientiam dura sustinentem,
Sapientiam bona præuidentem,
Pœnitentiam culpas deplorantem,
Confidentiam firmiter sperantem,
Amicitiam se bonis ligantem,
Eloquentiam feruenter orantem,
Audientiam seu obedientiam facile parentem,
Notitiam debite credentem,
Iustitiam neminem lædentem, seu debita soluentē,
Crucis gloriam iustos liberantem,
Christi gratiam fideles saluantem.

Igitur dico quod saluari possumus, & tueri per patientiam, qua dura sustinemus Heb. 12. *Per patientiam curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in auctorem fidei & consummatorem Iesum.* Sicut n. dicitur Act. 14. *Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cælorum.* Quia sicut dicitur Iud. 8. *Omnes qui placuerunt Deo per multas tribulationes transierūt.* Item per sapientiam, qua cuncta prouidemus. Vnde Deo Sap. 9. dicitur sic. *Nam per sapientiam sanati sunt, quicunq; placuerunt tibi.* Item per pœnitentiā, qua peccata deflemus, de quo potest exponi illud Sap. 10. quod, s. *Deus iustos transtulit per mare rubrum, & transuexit per aquam nimiam.* Mare o. signat amaram contritionem, rubrum verecundā confessionem, aqua vero nimia lacrymosam satisfactionē. Item per confidentiam, qua suprema tenemus, hoc est dictum per firmā spē & confirmationem, quia s. sicut dicitur 2. Cor. 3. *Fiduciam talem habemus per Christum ad Deum.* & Sap. 10. dicitur, quod *iustum deduxit dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei.* Spes n. & contēplatio sunt rectæ viæ, quib. in hac vita iustis ostenditur regnum Dei. Item per amicitiā, qua proximis inhæremus Ga. 5. *Per charitatem spiritus seruite inuicem.* Item per eloquentiam, quam orantes habemus, hoc est dictum, per vocem diuinæ laudis & orationis 1. Tim. 4. *Sanctificatur per verbū Dei, & orationem.* Item per audientiam, seu obedientiā, qua maiori paremus Col. 3. *Filij obedite parētib. vestris per omnia.* Item per notitiam, seu per scientiā, quam credendo tenemus, hoc est dictum, per fidem, & non per speciem saluamur, quia sicut dicitur 1. Cor. 13. *Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc aūt facie ad faciem.* Item per iustitiam qua impios arcemus, vt, sc. arceamus malos *per arma iustitiæ à dextris, & à sinistris* 2. Cor. 6. Item per memoriam & compassionē crucis, & passionis Christi, de qua, sc. dicitur Gal. 2. *Christo confixus sum cruci,* i. per memoriā passionis, vnde Sap. 14. dicitur, quod *benedictum est lignum, per quod fit iustitia,* Itē per Christi gratiā qua saluari valeamus, quia, sicut dicitur Act. 15. *Per gratiam domini nostri Iesu Christi nos credimus saluari:* Ista n. sunt 11. Per, i. vndecim media, per quæ salutem possumus adipisci, quæ, sci. perfectionem continent, & faciunt virtualē. Saluatur ergo iustus per internam perfectionē. ¶ Deinde F
dico, quod saluatur iustus per externā discursionem. Exteriora n. loca, & motus, & discursus quandoq; proficiunt ad salutē. Pater de iustis peregrinis & eremitis, quamuis enim dicat Sene. epistol. 28. quod *magis mutandus est animus, quam locus,* quando tamen vtrumque mutatur, tunc magis proficit. Igitur dicam, quod istud Per, i. iste localis transitus atque motus, bonusque labor, & discursus quandoque faciendus est à iustis, & hoc certe

Per
Semitam æquitatis, & iustitiæ,
Viam veritatis, & prudentiæ,
Aquam pietatis, & clementiæ,
Plateas honestatis, & decentiæ,
Ciuitatem vnitatis, & concordiæ,
Ignem pœnalitatis, & angustiæ.

Deser-

[illegible] & abstinentiæ,
[illegible] tiæ,
[illegible] tis, & subiectatiæ,
[illegible] tis, & innocentiæ,
[illegible] & pœnitentiæ,

[illegible] talis potest homo transire ad [illegible] us per semitã iustitiæ & æqui[illegible] *mitatis quas cum ingressus fuerit, non* [illegible] de [illegible] impijs dicatur illud Pr. 3. *Per se-* [illegible] *agi ant gressus eius, & transfugabiles.* Sicut n. [illegible] p. [illegible] *iustum deduxit dominus per vias rectas.* Item transit [illegible] ientiæ & veritatis, se per via fidei, prudentiæ [illegible] odelitatis Pr. 9. *Ambulate per vias prudentiæ,* de [illegible] *per viam bonam, per quam ambulent.* Itẽ tran[illegible] per æquam clementiæ & pietatis, dicens, [illegible] illud [illegible] 43. [illegible] *per aquas, tecum ero.* Item trãsit iustus per plateas de[illegible] itatis Cant. 3. *Surgam, & circuibo ciuitatem, per vicos [et pla]teas quærã quem diligit anima mea,* decet enim, & honestum [illegible] mus, requiramus. Item transit iustus per ciuita[illegible] nitatis seu fraternitatis. Ciuitas n. dicitur quasi [illegible] ac. 9. *Transfer per ciuitatem sequentes eum.* Itẽ tran[illegible] io pœnalitatis & angustiæ Psal. 65. *Transiuimus [per i]gnem, & aquam, & eduxisti nos in refrigerium.* Item transit iustus [illegible] ma abstinentiæ & seuousitatis Exod. 3. *Ibimus tridui viam [in so]litudinem.* Tres enim dies tres abstinentiæ partes desi[illegible] abstinere à delitijs, à diuitijs, & ab eminentijs. Item [illegible] per domos amicitiæ, & societatis, seu etiã hospita[illegible] qua dicitur 4. Re. 4. *Animaduerto, quod vir Dei sanctus iste frequentat per nos, faciamus ei ergo cœnaculũ paruum, & po[namus] in eo lectulum, & mensam, & sellam, & candelabrum, & cum ve[nerit ad] nos, maneat ibi.* Item transit iustus per terram subiacentiæ [illegible] tatis Num. 21. *Obsecro, vt mihi transire liceat per terram tuã.* [illegible] fluat per plana innocentiæ, & sinceritatis, & puri[tatis, haec] est enim via per quam venimus, scil. Innocentia, & per [quam] ad Deum redire debemus, de qua 4. Reg. 19. *Reducam te in [viam] per quam venisti,* &c. Item transit iustus per mare pœnitentiæ & asperitatis, quia, sc. sicut dicitur Sap. 10. *dominus transtulit eos per [mare] rubrum.* Pœnitentia n. dicitur alia via, sc. ab illa, per quã re[illegible] Vnde de Magis dicitur Mat. 2. quod *per aliam viam re[uersi sunt] in regionem suam* Et 3. Reg. 13. *Abijt ergo per aliam viam.* Ec[ce] quomodo saluatur iustus per externam discussionem.

¶ [illegible] rerie adhuc dico, quod saluatur iustus per æternam dura[tionem] & continuationem. Ista o. necessaria est ad salutem, scil. perseuerantia in bono. Isti n. per diem & noctem, i. e. continue [illegible] bonũ facere, sicut de columna nubis & ignis legitur Nu. 9 [qu]od *per diem operiebat nubes tabernaculum, & per noctem quasi spe[cies ignis].* Exemplo etiam Danielis de quo dicitur Dan. 6. quod [tribus] temporib. per diem erat obsecratio sua. Vt sic de perseue[ranti]a in bono dicatur illud Ps. 120. *Per diem sol non vret te, neq; luna per noctem, vt sic operetur bonum, & caueat à malo per tempus, & tempo[ra], & dimidium temporis.* Apo. 11. Ecce igitur quomodo iustus habet quadruplex Per, s. quadruplex remedium generale, per quod potest attingere ad vitam æternam, scil. personarum, rerum, locorum, & etiam temporum. Et hoc est secundum principale. Est [et] vnum Per, quod spectat ad iustum. ¶ Tertio principaliter [dico], quod inuenitur vnum Per, quod ad stultum. Et sic nota[ndum, quod] stulti, hoc est dictum, veri iniusti & impij, habent mul[ti]plex malum medium, seu vitium, per quod incedunt, & per [quod] finaliter ad infernum decedunt, videl.

Per viam
- Erroris, & ignorantiæ,
- Terroris, & inconstantiæ,
- Horroris, & immunditiæ,
- Ardoris, & auaritiæ,
- Liuoris & iniustitiæ,
- Languoris, & pigritiæ,
- Furoris, atque superbiæ,
- Clamoris, atque discordiæ.

[Pri]mo dico, quod mali pereunt per ignorantiam & errorem, de [quo] dicitur Iob 5. *Per diem incurrent tenebras, & quasi in nocte sic pal[pabunt] in meridie.* Item per incon stantiã & terrorẽ, de quo Iob 7. *[T]errebis me per somnia, & per visiones horrore concuties.* Item per immũ[diti]tiam & horrorem, sc. luxuriæ, de qua Pro. 7. *Considero vecordem [iu]uenem, qui transit per plateam iuxta angulum.* Sequitur. *Et ecce mulier [occurrit] illi,* &c. Item per auaritiã & ardorem Hie. 36. *Cadauer eius proijcietur ad æstum per diem, & gelu per noctem.* Auaritia enim habet [illegible] propter ardorem acquirendi & gelu, propter con[illegible] [illegible] & [illegible] em, quia [illegible] dic[illegible] [illegible] *mali [illegible] linquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebrosas.* Item [illegible] languorem Pr. 24. *Per agrum pigri hominis transi[ui, et ecce] totum repleuerant vrticæ.* Item p[er] superbiam, & fu[ror]em [illegible] *anima, quæ per superbiam aliquid peccati cõ[miserit], peribit de po[pulo suo].* Item per discordiam, & clamorem, vnde [Pr. 3]0. *Per tria mouetur terra.* Sequitur. *Per seruum cum regnauerit, per stultũ, cum satia[tus] fuerit cibo, per ancillam, cum fuerit hæres dominæ suæ.* Patet igitur, quod est vnum per, quod spectat ad stultu. ¶ Quarto vero dico, quod est H
vnum per, quod spectat ad damnatu. & nota, quod iste punitur

Per
- Mortem necantem,
- Ensem scindentem,
- Noctem tegentem,
- Famam vrgentem.

Punitur dico damnatus per mortem necantem Hier. 9. *Ascendit mors per fenestras nostras, ingressa est domos nostras.* Item per ensem lædentem Eze. 5. *Pestilentia, & sanguis transibunt per te.* Item per noctem tegentem Mar. 15. *Tenebræ factæ sunt per totam terram.* Item per famam vrgentem, quia ibi, sicut dicitur Mat. 24. *Erunt terræmotus per loca, & pestilentia, & fames.* Et sic est vnum Per spectans ad damnatum. ¶ Quarto dico, quod est vnum Per spectans ad beatũ. I
Constat n. quod beati habent sua per quæ, hoc est, sua media, per quæ sunt saluati. Et notabis, quod ipsi sunt beati & fruuntur

Per
- Iucunditatem, quæ mentem reficit,
- Securitatem, quæ totum perficit,
- Tranquillitatem, quæ nunquam deficit,
- Satietatem, quæ cunctis sufficit,
- Auctoritatem, quæ cunctos præficit,
- Subtilitatem, quæ Deum prospicit.

Igitur dico, quod apud beatos in patria sunt multa Per, i. multa media, seu gaudia, videl. iucunditas mentes reficiens. Vnde de cœlesti Hierusalem dicitur Tob. 13. *Ex lapide candido & mundo omnes plateæ eius sternentur, per vicos eius Alleluia cantabitur.* Item ibi est securitas cuncta perficiens. Vnde cuilibet beato dicitur Esa. 52. *Non adijciet vltra vt per te transeat incircumcisus.* Vnde & Hierusalẽ cœlesti dicitur Apo. 21. quod *portæ eius non claudentur per noctem,* sc. præ securitate. Item est tranquillitas nunquam deficiens. Vnde de beato dici potest illud 2. Par. 15. quod *præstitit ei dominus requiẽ per circuitum.* Et 20. *Præbuit ei dominus pacem per circuitum.* Item ibi est satietas cunctis sufficiens, vnde Iob 1. dicitur, quod *filij Iob iacitabant conuiuia per domos vnusquisque in die suo.* Itẽ ibi est auctoritas cunctis præficiens. Vnde Deo dicitur de beatis Iud. 16. *Qui autẽ timent te, magni erunt apud te per omnia.* Item ibi est subtilitas, seu etiam claritas Deum prospiciens. Vnde illi beatæ ciuitati dicitur Esa. 60. *Non erit tibi amplius sol ad lucem per diem, sed erit tibi dominus in lucem sempiternũ.* Et sic igitur patet, quomodo Per, relatum ad diuersas causas, potest significare plura media, inquantum, s. refertur ad beatos, ad damnatos, ad impios, ad iustos, ad Deum, & ad sanctos. Et hæc de Per sufficiant.

## Percutere.

Nota, quod percutere in scriptura signat in bono & in malo. Vnde nota, quod inuenitur A

Percussio
- Superior, & diuina,
- Inferior, & humana,
- Exterior, & mundana,
- Posterior, & insana,

Prima est percussio Dei iudiciorum. Secunda est percussio nostræ superiorum vel castigatorũ. Tertia est percussio mundi suppliciorum. Quarta est percussio mortis & tormentorum. Percutit n. dominus per suorum iudiciorum executionẽ, & de hoc Deut. 32. *Ego occidam, & ego viuere faciam, percutiam, & ego sanabo, & non est qui de manu mea possit eruere.* Percutit prælatus per suorũ subditorum castigationem, & de hoc Pr. 23. *Noli subtrahere à puero disciplinam, si enim percusseris eum virga, non morietur.* Percutit mundus per tribulationum immissionem Esa. 30. *Pauebit Assur virga percussus,* & Amos 4. *Percussi vos vento vrente.* Percutit infernus seu diabolus per perpetuam damnationem Eze. 9. *Percutite, non parcat oculus vester, neque misereatur.* De duabus ergo percussionibus, sc. de illa, qua percutit Deus, & illa, qua percutit prælatus, aliquid est dicẽdũ. ¶ Primo ergo dicamus, quod est percussio superior & diuina, quæ fit Per Dei ordinationẽ, quia breuiter Deus diuersimode percutit diuersos, quia, sc. ipse est sicut aurifaber, qui percutiendo solet facere opus suũ, qui s. nũc fortiter, nunc leuiter B
nũc mediocriter percutit, & percutiẽdo aliqua format, aliqua iũgit, aliqua rũpit: sic Deus mundũ gubernãdo diuersis spiritualib.

percussionibus vtitur, & diuersos diuersimode affligit, percutit & [illegible]mit. Vnde breuiter de Deo possumus exponere illud quod de ipso dicitur [Es.]11 *Percutiet terrã virga oris sui, & spiritu labiorum suorum interficiet impium.* In quibus verbis ostenditur, quod Deus

Percutit { Affligendo corporaliter, Corrigendo paternaliter, Instruendo literaliter, Inspirando cordialiter, Contemnendo æternaliter.

Primo modo percutit ne peniamur. [Percutiet, inquit, terrã] Secundo percutit, vt reducamur [Virga.] Tertio percutit, vt doceamur [Oris sui.] Quarto percutit, vt conuertamur [Spiritu labiorũ suorum. Quinto percutit, vt destruamur [Interficiet impium. C ¶ Dicamus ergo, quod quædam est Dei percussio temporaliter punitiua, percutit (inquit) terram. Sicut n. iudex temporalis percutiendo, & affligendo sceleratos non solum intendit ipsorum correctionẽ, imo ẽt intendit suorum criminum punitionẽ, cum secundum leges intersit Reipu. ne maleficia remaneãt impunita, sic Deus per mundi tribulationes nos percutit & castigat, vt pro iam cõmissis criminib. nos puniat & affligat. Quidquid n. mali patimur, peccata nostra merentur. Deus n. modo percutit, ne æternum percutiat, modo punit, ne in æternũ puniat, modo affligit, ne in æternum affligat. Percutiet (inquit) terrã. Terra n. corpus signat, quod à Deo in præsenti percutitur, vt anima perpetuo liberetur. Sicut n. palea solet percuti & flagellari, vt granum purũ possit exinde excuti, & depurari (vnde ipse dicit Eze. 7. *Scietis quod ego sũ dominus percutiens*) sic nota, quod iste nos per mundi tribulationes percutit triplici ratione, sci. vt nobis auferat mundanum amorem: vt nobis conferat supernũ timorẽ; ne nobis inferat æternum dolorem. D ¶ Dico ergo, quod per huiusmodi percussionem mundanus amor nobis aufertur, quia, sc. quando homo videt, quod in mundo sũt tot tribulationes & percussiones, miseriæ & afflictiones, exinde ab amore mundi retrahitur, & ad contemptum ipsius animatur, & ideo secund. Greg. *Deus nobis in via huius mundi tot aduersitates immiscuit, vt dum has aduersa sentimus, necessitate compulsi ad Deum citius veniamus.* Exemplo viatoris, qui citius venit ad terminum, quando non inuenit tabernas & vmbracula vbi sistat. Exemplo ẽt paruuli cui nutrix aliquod amarũ in mamilla ponit, vt ipsum à lactis amore separet atq; tollat. Et breuiter prout dicit Greg. in homel. *Mala, quæ hic nos premunt, citius ad Deũ venire nos compellunt.* Vnde ẽt ipse dicit Moral. 23. quod *occulto Dei iudicio frequẽter in hac vita tribulatione & turbatione percutimur, ne via pro termino, & peregrinatio pro patria diligatur.* Vt de ista percussione possit dici illud Es. 19. *Ipse percutiet Aegyptũ plaga, & sanabit eũ,* quasi diceret huius percussio est finaliter ordinata ad sanitatem. Et ideo de multis admirando dicit Greg. in homel. *Ecce mundus iste aretur, in nostris cordib. reuirescit, vbiq. mors vbiq. luctus, vbiq. desolatio, vndiq. percutimur, vndiq. amaritudine replemur, & tamẽ tota mente ipsam eius amaritudinẽ amamus, fugientẽ sequimur, labenti inhæremus.* Non sic debet esse, quia si sapientes fuerimus, per istas percussiones mundanus amor à nobis auferetur. E ¶ Itẽ dico, quod per istas diuinus timor nobis confertur. Omnia n. animalia timent verbera. Vnde ẽt elephas verberib. & percussionib. domesticatur. Leo ẽt, quando videt catulũ percuti, ex timore, quẽ inde concipit, castigatur. In quib. docemur, quod percussorẽ nostrum, sc. Deum à quo scimus omnia ista mala nobis ordinatiue venire (iuxta illud Amos 3 *Non est malũ in ciuitate, quod nõ faciat dominus*) debemus timere, & tam propter nostras percussiones, quas quotidie sentimus, quam propter alias, quas in proximis nostris accidere quotidie videmus, debemus Dei potentiam formidare Esa. 30. *Pauebit Assur virga percussus* Quod est cõt multos obstinatos, qui quamuis quotidie à Deo percutiantur, nunquam tñ ex hoc ad timendũ dominum inclinantur, omnia n. credunt à casu contingere, & nihil eis ex Dei ordinatione venire, de quib. dicitur Esa. 9. *In omnibus his inquit* (supple tribulationib.) *non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta, & populus non est reuersus ad percutientẽ se.* Et ideo talib. accidit sicut vrso, qui, vt dicitur cõmedendo mel in arbore malleũ percutientem à venatore ante foramen positũ, bis secundo vel tertio repellit, finaliter malleus rediens & ipsum fortius percutiens, ipsum occidit, & ab arbore prosternit. Quis vere illi, qui malleũ diuinæ iustitiæ, & eius percussiones modernas non timent, vltimo grauius vsq; ad infernũ ruent, quia, sc. sicut dicitur Pro. 19. *Parata sunt derisorib. iudicia, & mallei percutientes stultorum corporib.* Ergo per istas percussiones F diuinus timor nobis confertur ¶ Item dico, quod per ipsas æternus dolor non confertur. Teste n. scriptura. Nam [illegible] *dominus his [illegible]* vel secundum aliam literam *duplex tribulatio,* quia, [illegible]ud quod semel punitum est, de cæter[o] non punietur. Et ideo Deus [il]los, quib. in æter[num vult] parcere, solet in præsenti percutere & pon[ire, ne] postea in æternum supplicium condemnare. Vnde legatur Pr. 23. *Si percusseris eũ virga non morietur.* Melius est medicus infirmum lanceola percutiat, quam quod [eum] mori permittat. Et ideo breuiter Deus suos tribulat [ & per]cutit, & ipsos (vt dictum est) de morte æterna eripit, eis incutit, & eos ab amore mũdi retrahit & euell[it]. [Item] vt superius dictum est, quod quædam est percussi[o tempo]raliter punitiua, percutiet inquit terram Hie. 43. [Nabucho-] *donosor percutiet terram Aegypti.* ¶ Deinde dico, quod est [quædam] percussio, quæ est paternaliter correctiua, quod n[otatur], G dicitur. Virga. Sicut n. pastor enim virga percutit [ouiculas] suas quando deuiant reducere, pater ẽt solet filium [ ] cum virga leniter corrigere, & percutere, sic Deus fide[les] solet virga tribulationũ percutere, vt ipsos in meli[us e]mẽdare. Virgæ n. percussio lenis est, & nõ ad mortẽ. E[t per] virgam illam Dei percussio designatur, quæ non ad pun[itionem] seu damnationem, sed solum correctionẽ & emendati[onem or]dinatur. Volens n. facere theriacam, Tyrum serpentem virg[a] [for]tius percutit & sic ab ipso venenum exire compellit. Quia vere Deus ad hoc fideles suos virga tribulationum flagellat, vt à veneno peccati eos liberet & exuat, & vt per sanctitatem ipsos [thera]ciacã aliorum efficiat, sicut apparuit in Paulo, qui à Deo cæcitate percussus, à veneno peccati fuit mundatus, & sic per vitæ & doctrinæ sanctitatem & aliorũ theriaca, est effectus, sicut habetur Act. 9. De tali ergo virga dicitur Pr. 23 *Tu virga percuties eum & animam illius de inferno liberabis.* ¶ Et de tali percussione multum H debemus agere gratias Deo, quia procerto ista percussio

Producit mœrorem, & compunctionem,
Inducit tremorem, & contritionem,
Adducit vigorem, & curationem. Vel aliter:
Educit languorem, vel infectionem.

Dico ergo, quod talis percussio est mater mœroris, & compunctionis, & inde est, quod Moyses dicitur *percussisse virga bis silicem in deserto, & egressæ sunt aquæ largissimæ*, sicut dicitur Exo. [17]. Ouidius ẽt dicit, quod cum Neptunus cũ tridente suo percus[sis]set terram, egressę sunt aquæ in tanta abundantia, quod diluuio de terra impios deleuerunt, sicut ponit idẽ l. 1. Met. fab. 7. Moyses n. qui interpretatur assũptus de aquis, Neptunus qui fingitur fuisse filius Saturni, & Deus maris, & aquarum, signat Christum, Saturni, i. Dei patris omnia saturantis filium, & de aquis nostræ mortalitatis quasi rerum ad humanitatem assumptum maris huius mundi Deum, regem, dominum, & magistrum. Iste ergo, qui percutit terram, & silicem, i. durum, & terreum, & lapideum peccatorem cum virga suæ correctionis, & cum tridente suæ asperæ tribulationis, solet per cõpunctionẽ, exinde aquã lacrymarum producere, & ad impiorum interfectionem, i. ad criminum submersionem lacrymarum diluuium generare Psa. *Percussit petram, & fluxerunt aquæ,* & Es. 6. *Percutiet Aegyptum in septem riuis.* Septem n. riui sunt lacrymæ pro septem generib. mortalium peccatorum. Ista est ergo mater mœroris & compunctionis. ¶ Item dico, quod ista percussio est mater tremoris & contritionis; quia s. homo à Deo percussus & correctus, debet Dei iustitiam timere & per compunctionem à peccato recedere & dolere. Et de hoc dicitur Es. 5. *Percussit eos, & turbati sunt.* ¶ Item dico, quod ista est mater vigoris, & curationis, vel aliter, Eductrix languoris & infectionis quia sicut dicitur Ose. 6. *Venite & reuertamur ad dominum, quia ipse cepit, & saluabit nos, percutiet & curabit nos.* Deus n. est sicut Phlebotomator, qui solet brachiũ percutere, vt corrupto sanguine venarum extracto, sc. vitiorum, possit sanitatem animæ procurare Iob 5. *Ipse vulnerat, & medetur percutit, & manus eius sanabunt.* Illa tamen sunt contra multos, qui procul dubio ex Dei percussione non corriguntur, nec sanantur, nec emẽdantur, sed magis per obstinationem indurantur, & in deterius prouocantur. Similes incudi, quæ quanto plus percutitur, tanto plus induratur. Figurari secund. fabulas poetarũ in ill[o] gigante, qui dicebatur Atlas, qui à Perseo filio Iouis, capite Gorgonis obiecto, mutatus fuit in montẽ lapideũ, qui adhuc dicitur Atlas, sicut Ouid. fabulatur l. 4. fab. 17. De Moyse ẽt legitur Exo. 7. *quod cum virga percussisset aquas fluminis, statim in sanguinẽ sunt mutatæ.* Ad denotandũ, quod obstinati & peruersi, quando à Deo, Moyse, & Perseo

filio

[illegible] lio Deus [illegible] tribula[illegible] [illegible] acum per [illegible] [illegible] per carnis [illegible] [illegible] dicitur He. *Domine per[illegible] vulner[illegible] & tamen a rare [illegible]* [illegible] Domino [illegible] amit, q[illegible] [illegible] per [illegible] corte[illegible]. V[illegible] [illegible] quædam Dei percussio, quæ e[illegible] [illegible] percussio verborū lacte[illegible] ip[illegible] [illegible], quod ostendit [illegible] dici [illegible] O [illegible] abora altissimi prodictori. Sicut n. [illegible] vnguib. imo etiam cum rostro, & cum or[illegible] [illegible], quam vult capere: sic Deus noo[illegible] rostro, i. verbo & monitionib. percutit [illegible] [illegible]. Dicunt n. fabulæ, quod cum Minerua Dea [illegible] cuss[illegible] terram, egressa est inde oliua cum [illegible] pe fit, quod quando homo, q[illegible] cithara, i. [illegible] [illegible], & verbis à Deo percutitur, [illegible] bono[illegible] ex[illegible] fecundatur Hie. 14. *Veniet percutiet eum* [illegible] potest dic[illegible] illud Iud 9. *Percutiet ex labijs charita*[illegible] [illegible] dico, quod est quædam Dei percussio, quæ est [illegible] Spiritu inque labiorum [illegible]. Et ista est [illegible] percutit interius cor peccatoris per bonam inspi[illegible] per quam reuertitur ad Deum per moralem conuer[illegible] quo potest dici illud Act. 12. vbi dicitur, quod *Ange*[illegible] *Petro excitauit eum dicens. Surge velociter.* Quia vere [illegible] Petrus, i. peccator petreus, purus, & lapideus, quā[illegible] per interiorem inspirationē percutitur, à somno pec[illegible] [illegible] excitatur. ¶ Adhuc dicamus, quod est quędā [illegible] [illegible]ssio, quę est æternaliter damnatiua, & ista est illa, qua [illegible] impios & damnatos Hie. 30. *Plaga inimici percussi* [illegible] *crudeli.* Sicut n. elephas prouocans dure percutit [illegible] cauda solet percutere illos, quos facie videbatur [illegible] buisse, sic Deus prouocans criminib. iniquorū, in [illegible] fine eos percutiet per æternā damnationem, quāuis [illegible] modo in præsentia huius vitæ ipsos videatur lambere, [illegible] per prosperitatis collationē. Sicut n. dicitur Dan. 2. *[illegible] de monte percussit statuam in pedib. fictilib. & comminuit caput [illegible], & pectus argenteum, quod habebat, ita quod tota statua re*[illegible] *in palearum, & fauillam*, sic vere dico, quod lapis, i. rigor [illegible] de monte paradisi descendens statuas, i. incipiē[illegible] [illegible], qui in capite, & pectore, i. modo in principio, dū [illegible], sunt aurei, & argentei per diuitiarum plenitudi[illegible] & qui in pedibus, i. in fine erunt testei, & terrei, per mortis [illegible] [illegible]nem, istas statuas dico, id est, istos peccatores iste lapis [illegible] in pedibus, i. in fine per æternam damnationem [illegible] percutiet, quia statum & prosperitatem ad nihilum re[illegible] & deducet, vnde in Psalm. dicitur. *Percussit inimicos suos in [illegible], opprobrium sempiternum dedit illis* Zac. 14. *Erit ruina magna, [illegible] percutiet dominus omnes gentes* ¶ Et nota hic, si vis, quod Deus

- Percutiet in inferno:
  - Mentalis ignorantiæ professores,
  - Carnalis immunditiæ sectatores,
  - Vitalis amicitiæ turbatores,
  - Lethalis auaritiæ possessores,
  - Temporalis opulentiæ detentores,
  - Superoalis eminentiæ petitores.

[illegible] ergo à Deo illi, quos excæcat ignorantia Iob 1. *Pu*[illegible] *percusserunt gladio.* Item illi, quos maculat immunditia [illegible] *Percutiam equum in stupore.* Item illi, quos conturbat ini[illegible] [illegible]al. *Percussisti omnes aduersantes mihi sine causa, dentes eorum* [illegible] Item illos, quos inflammat auaritia Deut. 28. *Percuti*[illegible] [illegible] *egestate febri, & frigore.* Item illos, quos hic ditat opu[illegible] [illegible] Act 12. dicitur, quod *Herodes erat indutus veste regali, &* [illegible] *angelus domini.* Item illos, quos hic leuat superbia, seu [illegible] vnde Esa. 51. *Percussisti superbum, vulnerasti draconem*, &c. [illegible] charissimi, quod Deus diuersos diuersimode percu[illegible] [illegible] ladit, sc. quosdam

- Per:
  - Æternalem damnationem,
  - Cordialem inspirationem,
  - Scripturalem instructionem,
  - Paternalem correctionem,
  - Temporalem punitionem.

[illegible] tet, quod est quædam percussio superior & diuina ¶ Se[illegible] dico, quod est quędam percussio inferior & humana. Et [illegible] dico, quod est

- Percussio:
  - Bonorum, & fidelium correctorum,
  - Mo[illegible], [illegible] omnimorum
  - Prauorum, & [illegible] tyrannorum,
  - Sub[illegible], & h[illegible] [illegible]orum.

[illegible] ergo, quod a[illegible] percu[illegible] [illegible] [illegible]tes, quia, s. sicut

- Pastor / Præ[illegible]tor / Ar[illegible] — percutiendo solet:
  - [illegible] reducere,
  - pueros militnere,
  - [illegible], & materias sibi [illegible] diuersimode disponere

Sic vere prælatus iuste & d[illegible] bite [illegible] regend[illegible] solet subditos emendare. Ideo de oculat[illegible] [illegible] per quæ intelliguntur prę[illegible], dicitur Eze. 3. quod *[illegible] audiuit vocem alarum animal[illegible] percutien*[illegible] *tium alteram ad alteram.* [illegible] præcipitur Amos 8. *Percute cardinem, & moueantur superliminaria.* Columba enim quamuis sit auis mitissima, vtpote quæ fel[illegible] caret, vt dicitur, solet tamen compatrem suum quandoque per[illegible], [illegible] tamen propter hoc o[illegible] minus amare, [illegible] vel odire. Aues n. quæ gregatim viuunt, quamuis quandoq; [illegible] se dure percutere, [illegible] propter hoc [illegible] se ab [illegible] separare, imo quasi obliuis[illegible] [illegible] simul [illegible] habitare. Sic vere prælatus quamuis [illegible], & [illegible] debeat benignissimus, debent tamen compares, & subditos suos corrigendo percutere, cum delinquunt, omni tamen odio prætermisso, & veteri amore [illegible] connubio non amisso. Nos ēt, qui gregatim in grege viuimus, & manemus, debemus huiusmodi percussiones pacifice sustinere, nec propter hoc se debet alter ab amore alterius elongare, vt sic quilibet vere possit dicere illud Esa. 50. *Corpus meū dedi percutientibus, & genas meas vellentibus.* Iuxta Christi consilium Mat. 5 *Qui te percusserit in dexteram maxillam, præbe ei & alteram.* patet ergo quod alios percutiunt iusti præsidentes, &c. ¶ Item percutiunt P
seipsos mœsti pœnitenter, quia, s. sicut gallus solet alis percutere semetipsum, sic & pœnitens debet. Vnde Eze. 6. *Percute manū tuam, & allide pedem tuum, & dic heu*, & Luc. 23. *Percutientes pectora sua reuertebantur*, de quo dicit Hugo in l. de mysterijs Eccle. quod *tria, quæ sunt in percussione pectoris significant veram pœnitentiam*, quia inquit *pectus signat contritionem, sonus confessionem, manus apposita operis satisfactionem.* ¶ Item dico, quod alios percutiunt dure sapientes, scilicet mali prælati, principes, & iudices, de quib. in figura Q
mali serui dicitur Luc. 12. quod *si dixerit seruus ille in corde suo moram facit dominus meus, & cœperit percutere seruos & ancillas, & edere & bibere, veniet Dominus serui illius hora, qua nescit, & diuidet eum, partemq; eius ponet cum infidelibus.* Quia enim isti vident, quod moram facit dominos ipsos punire, & quod *Deus peccata eorum dissimulans propter pœnitentiam* (vt dicitur Sap. 11. *permittit eos ad libitum facere*: hinc est, quod ad percutiendum, & tribulandum conseruos, & ancillas, i. subditos, simplices, & imbecilles, solent per rapinas, & exactiones intendere, & ad edendum & bibendum in delitijs vacare, & de futuris nihil penitus cogitare: hora tamen, qua nesciunt, venit ad ipsos Dominus mortem inferendo, & partem eorum ponit cum infidelib. i. cum dæmonibus ipsis perpetuo condemnando. Non sic tamen debet esse maxime cum prælatis quia sicut dicitur ad Tit. 1. *Oportet episcopum non esse percussorem, non turpis lucri cupidum*, &c.

¶ Vltimo dico, quod alios percutiunt dire sequientes Et sic sic R
percutientes generaliter illi, qui inferunt alijs iniuste iniurias corporales, quib. dicit dominus Esa. 57. *Ecce ad lites, & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impie.* Sic percutiebant Iudæi dominū, sicut dicitur Luc. 22. quando velantes faciem eius dicebant, *Prophetiza nobis Christe, quis est, qui te percussit? Tunc enim percusso pastore dispersæ fuerunt oues eius*, sc. apostoli, &c. Et sic breuiter patet quomodo percutere in bono sumitur & in malo.

**Pera.** Cum pera sit instrumentum pastorum, & pauperum factum de corio, ad collū pendens; pro pane, & alijs A
necessarijs pro transitu reponendis, quod ēt licet magis etiā iose [illegible], solent portare in itinere peregrini. possumus dicere, q; pera signat cor humanum desiderium, & affectū, vbi, s. debent reponi necessarij, & non superflui cogitatus. Dicam ergo, quod boni in pera cordis reponunt bona, & mali ēt mala ¶ Boni figurātur in Dauid, *qui in pera reposuit quinq; lapides, quos elegerat de torrente de quib. Goliā occidit*, a. sicut dicitur 1 Re 17. qui s. populi Israel precipuus inimicus erat. Et ēt in Iud quæ scilt. caput Holofernis nequissimi in pera ancillæ reposuit, quo ostenso filijs Israel victoriam reportauit, sicut dicitur Iud. 13. & deinceps. Qu[illegible] s. in pera cordis semper sunt quinque lapides de torrente passionis, de quo Christ' in via bibit, i. ipsius Christi mortem quinq; vulnera

 per des

per deuotionem & mem[illegible] quib. sci. Golia diabolus occidatur, hoc est, per virtutis constantiam [illegible] peretur. Caput etiam Holofernis, [illegible] cautelam & mali[illegible] & [illegible] a diabolo in pera cordis per considerationem debet habere vt sc. cor

B vitia po[illegible] digna victoria reportari. ¶ Mali [illegible] figurantur in diuitibus & auaris, qui, scil. in pera cordis mundi diuitias per affectum reponunt, quod sc. dominus in euangelio reprehendit, qui, sc. apostolis non solū res in pera, imo nec ipsam perā portare præcipit. Ad denotandum, quod viri perfecti mundi non solum res & diuitias nō debent habere, quinimo etiam ipsā perā, i. ipsam affectionem debent dimittere & horrere Mat. 10. *Nolite possidere aurū, neq; argentū, neq; pecuniā in Zonis vestris, non perā in via*, q.d. non solū aurum, argentu, & pecunia interdicitur, imo etiā ipsa pera, i. ipsa cordis affectio prohibetur Luc. 10. *Nolite portare sacculū neq; peram*, &c. Sufficit, quia nō sunt concordātiæ literales.

Perambulare, Idem est, quod de loco ad locū deambulare: satis visū est in litera A. vide ibi.

A Percipere. Cum percipere idē sit, quod perfecte capere, notandum est, quod percipere quandoq; sumitur pro recipere, sicut cum dicitur Matt. 10. *Quid faciam, vt vitam æternam percipiam*, i. perfecte capiam? Et 1. Pet. 5. *Cum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibilem gloriæ coronam*. Et de isto modo significandi parum inuenimus in scriptura, sed vide plene, vbi recipere. Quandoq; sumitur pro perpendere, seu pro animaduertere, intelligere, & cognoscere, & sic vt communiter sumitur in scriptura. Quomodocunq; autem sumatur, notare possumus, quod in scriptura reperitur

Perceptio { Requirenda, Appetenda, Abhorrenda, Exequenda.

Perceptio requirenda est ista, quam nos petimus, & requirimus à domino, sc. quod ipse dignetur attendere, perpendere, intelligere, & percipere vota nostra. Et sic petimus, quod ipse percipiat nostras deprecationes, nostras allegationes, nostras lacrymationes, nostras obsecrationes. Ideo in Psal. 16. dicimus domino, *Aurib. percipe orationem meam, non in labijs dolosis*. Allegationes, &c. Ps. 5. *Verba mea aurib. percipe domine*. Lacrymationes vero in Ps. 38. *Exaudi orationem meam domine, & deprecationem meam, aurib. percipe lacrymas meas*. Obsecrationes insuper Psa. *Auribus percipe*

B *obsecrationem meam*. ¶ Item perceptio appetenda est illa, qua scili. sancti in gloria percipiunt cœli bona, de qua supra dictum est in

C principio. ¶ Item perceptio abominanda est illa, qua impij in inferno percipiunt, & recipiunt pœnam æternā, de qua Luc. 20. *Hi*

D *percipient damnationem maiorem*. ¶ Item perceptio exequenda est illa, qua nos debemus perpendere, & recipere illa, quæ pertinēt ad salutem, de qua Ioel. 1. *Aurib. percipite omnes habitatores terræ*. ¶

E Et hic nota, quod nos debemus

Percipere { Mandata legis, Scripturam regis, Doctrinam gregis.

De lege dicitur Es. 1. *Aurib. percipite legem Dei vestri*, &c. De scriptura summi regis, hoc est dictum, de prophetijs & ænigmatib. dicitur Iob 13. *Aenigmata percipite auribus vestris*. De doctrina vero gregia, hoc est dictum, de communi sapientia & prudentia dicitur Baruc. 3. *Aurib. percipe, vt scias prudentiam*. Quæ tamen sunt cōtra multos, qui sunt sicut puer dormiens, mortuus, phreneticus seu etiam incantatus, qui non percipiunt illa, quæ præsentantur eisdem. Pueri immundi sunt luxuriosi, dormientes, & mortui sunt desidiosi, phrenetici sunt iracundi, incantati sunt superbi, vani gloriosi, quia sc. isti non percipiunt vtilia, nec etiam ad salutem necessaria, quanquam sint illis ostensa, & præsentia, de quibus dicitur 1. Cor. 2. *Animalis homo non percipit illa, quæ sunt spiritus Dei*, &c. Sufficit, vide in tit. de Intelligere, & similibus.

A Perdere. Nota, quod perdere idem est, quod destruere. Et perdere idem est, quod amittere. Et sic potest dicere, quod est perditio actiua & passiua. Actiua dico, qua quis perdit, id est, destruit illud, quod sibi displicet. Passiua, qua quis amittit illud, quod habet. Nam de perditione actiua dicitur in persona Dei in Psal. 5. *Perdes omnes, qui loquuntur mendacium*, & Matt. 10. dicitur, quod *ipse potest animam & corpus perdere in gehennam*. De perditione vero passiua dicitur [illegible] diabolo Ezech. 24. *Perdidisti sapientiam tuam, in decore tuo*. Sic igitur de isto duplici modo loquendi nota, quod est, scilicet

Perditio { [illegible], [illegible] & [illegible]sa, T[illegible] & dolorosa.

¶ Virtuosa perditio est illa, qua homo inuenit quæ [illegible] dit. Et hinc est, quod bonum est perdere mala, vt in[illegible] bona, perdere temporalia, vt inueniantur æterna, [illegible] cia, vt inueniantur vtilia. Et de [illegible] dicit do[illegible] Mat. *Qui inuenit animam suam, & perdet eam, [illegible] qui perdiderit animam propter me, inueniet eam*, ac si diceret, Bonu[illegible] [illegible] in hac [illegible] mam, i. e. vitam corporis perdere [illegible] ipsam possimus in p[illegible] perpetuo inuenire, &c. ¶ Vitiosa est illa, qua homo perdit [illegible] as, & virtutes. Mercator n. nunquam diues fieret, qui [illegible] meliora perderet, atq; acquireret. Sic est peccator, vnde [illegible] 6. *Propter cordis inopiam perdet animam suam*. Et secundum [illegible] duos modos intelligendi paucissimæ inueniūtur auctoritates [illegible] dere, quamuis multa inueniantur exempla, quib. sc. proba[illegible], quod boni seruant, & non perdunt bona sua, sc. gratias, & v[illegible] res, mali vero econuerso perdunt, & non seruant ea. E[illegible] cuntur boni seruant bona, & perdunt mala. mali vero seruant mala, & perdunt bona. Sed de tali perdere vide supra de custodire, vbicunq; agitur de perseuerantia, & in alijs valde multis multis titulis, & infr. de seruare.

¶ Dolorosa vero perditio est illa, qua homines à Deo dimittuntur, & perduntur, & temporaliter, & æternaliter. Et secundum istum modum communiter recipitur perdere, in scriptura, quo in Ps. dicitur. *Vias peccatorum disperdet*. Et alibi. *Perdidi[illegible] qui fornicantur abs te*. ¶ Et nota breuiter, quod Deus in mundo temporaliter, & in inferno æternaliter perdit, & destruit multa genera peccatorum, videl.

Carnaliter viuentes,
Crudeliter nocentes,
Mendaciter loquentes,
Inaniter gaudentes,
Auare cupientes,
Superbe præsumentes,
Impie detrahentes,
Inique delinquentes.

Perdit dico Deus carnaliter viuentes. Et isti sunt illi, qui viuūt in delitijs & voluptatib. de quib. dicitur in Ps. *Perdidisti oēs qui fornicantur abs te*. & Mic. 6. dicitur. *Ambulasti in voluptatib. vt darem te in perditionem*. Item perdit crudeliter nocentes, i. raptores, exactores, & iniuriatores, de quib. in Ps. 142. dicitur, *Perdit eos, qui tribulant animam meam*. & Pr. 5. *Impij vero de terra perdentur*. & Pro. 11. *In perditione impij erit laudatio*. Item perdit mendaciter loquentes P[illegible] 5. *Perdes omnes qui loquuntur mendacium*, & Ecc. 20. *Potior est fur, q[illegible] assiduitas viri mendacis, perditionem autem ambo hæreditabunt*. Ite perdit inaniter gaudentes Hie. 25. *Perdam ex eis vocem gaudij*. Deus n. perdit illos, qui habent gaudia vitæ præsentis, & mundanā prosperitatem, quia sicut dicitur Matth. 7. *Spatiosa est via, quæ ducit ad perditionem*. Item perdit auare cupientes Eccl. 8. *Multos perdit aurū*. Eccl. 31. *Multi dati sunt in auro casus, & facta est in specie ipsius perditio*. Ite perdit superbe præsumentes To. 4. *Superbiam in tuo sensu nunquam dominari permittas, ab ipsa enim sumpsit initium omnis perditio*. Item perdit impie detrahentes Pr. 24. *Cum detractorib. ne commiscearis, quoniam repente veniet eorum perditio*. Item perdit Inique delinquētes, vnde de quolibet peccatore dicitur Iob 21. *In diem perditionis seruatur malus, & ad diem vltionis ducetur*. Et breuiter *Deus perdet & destruet in æternum omnes pestiferos & iniquos*. Sicut n. res quæ perditur, de manu possessoris eripitur, & inuentoris domino applicatur; sic Deus peccatores dicitur perdere, quia, scil. per peccatum de manu ipsius, i. de statu gratiæ euelluntur, & inuentori diabolo subiugantur, ideo loquitur scriptura Soph. 2. *Væ qui habitatis funiculum maris, gens perditorum*. Funiculus n. maris signat flammam peccati, quo homines à Deo perduntur, i. e. destruuntur, & condemnantur. Peccatum enim dicitur funiculus, quia damnatos æternaliter solet tenere. Et dicitur mare, quia ipsos per tormentorum amaritudinem solet vrgere. Et ideo breuiter de peccatoribus sic perditis, & amissis, & destructis dicitur in Ps. in persona peccatoris. *Factus sum sicut vas perditum*, & Hier. 5. *Grex perditus factus est populus meus, pastores eius seduxerunt eos*. Ista est igitur perditio terribilis & dolorosa.

¶ Sed si vis, adhuc breuiter potes notare de illis, qui perdunt bona gratiæ in præsenti, & bona gloriæ in futuro; quia breuiter mali in præsenti perdunt salutem, perdunt dico virtutem, quia sicut arbores solent aduenientes, scil. hyeme. E

Perdere { Foliorum virorem, / Foliorum decorem, / Fructuum valorem.

Sic peccatores durante hyeme peccati perdunt virorem fortitudinis, & conuersationis. Decorem florũ sanctæ affectionis. Valorem fructuum bonæ operationis. Et breuiter sicut per unum foramen tota nauis destruitur & perditur, sic per peccatum mortale tota perfectio animæ perditur, & omnis bonorum congeries dissipatur. vnde Ecc.9. *Qui in vno deliquerit, multa bona perdet.* ¶ Vnde nota, quod per peccatum homo

Perdit animam propter { Luxuriæ fœtorem, / Lasciuiæ nitorem, / Iracundiæ furorem, / Verecundiæ timorem.

Perdit ergo animam propter fœtorem luxuriæ. Vnde Prou. 6. dicitur. *Qui autem adulter est, propter cordis inopiam perdet animam suam.* Item propter nitorem corporalis decentiæ. Vnde Eze.28. *Perdidisti sapientiam tuam in decore tuo.* Item propter furorem cordis iracundiæ. vnde Ioan 18. *Cur perdis animam tuam in furore tuo?* Item propter timorem verecundiæ. Vnde Eccl.20. *Est qui præ confusione perdet animam suam.* Et sic dico, quod peccatores diuersimode perdunt animam suam, &c.

A **Perducere.** Nota, quod perducere idem est quod perfecte ducere, iuxta illud 3 Reg.8. *Domum suã ædificauit Salomon tredecim annis, & ad perfectum vsque perduxit.* Et ideo vide supra in titulo. Ducere, & Deducere, vbi factum est satis plene.

**Perfodere.** Nota, quod perfodere idem est, quod perfecte fodere, seu etiam penetrando fodere, vide supra Fodere.

**Perforare. Perforamen.** Cum perforare sit idem, quod foramẽ facere, notabo breuiter, quod in scriptura reperitur.

Perforatio { Prælatorum, / deuotorum, / tyrannorum, / dæmoniorum.

Perforat enim { prælatus malos castigando, / deuotus alta perscrutando, / tyrannus bonos molestando, / iniquus, i. diabolus pœnis lacerando.

¶ Prælatus enim impios perforat seuere verberãs sicut Deu.15.
B Et ideo præcipitur, quod *Dominus debebat aurem serui in ianua perforare.* & sic eum videbatur seruituti perpetuæ subiugare. De prodigio ei dicitur in figura Behemoth. Iob. 40. *Pones circulum in naribus eius, aut armilla perforabis aurem eius.* Loquitur enim metaphorice, quia, sc. sicut nares bubali perforantur, vt intromisso circulo ad arare, seu opus facere constringantur, sic prælatus debet impios verberib. perforare, vt sub seruitute debitæ disciplinę ipsos cingere & domare possit. ¶ Item deuotus profunda perforat, cum, sc. per considerationem cor suum, infernum, & paradisum intrat. Vnde in psona hominis deuoti, & meditatiui dicitur Iob 30 *Nocte os meum perforatur doloribus. & qui me comedunt, non dormiunt,* sc. varij cogitatus. ¶ Item tyrannus pauperes perforat inquietans. Vnde tales figurantur *in baculo arundineo Aegypti, cui si innixus fuerit homo confringetur, & perforabit manum eius* sicut dicitur 4. Re. 18 & Esa. 36. Quia reuera si pauper diuiti seu tyranno per fiduciã innititur, ipsum reperit nulla fidei soliditate firmum, quinimo sæpe fit, quod in ipsum conuersus, illũ tyrannus
E perforat, & eum lædit acriter, atq; grauat ¶ Itẽ diabolus damnatos perforat, ipsos dilacerans, s. in inferno. Vnde de peccatoribus hostibus Christi, & dæmonib. ipsos punientib. in inferno dicitur illud Nu 24. *Deuorabunt gentes hostes illius, ossaq; eorum confringent, & perforabunt sagittis,* i. infernalib. punitionibus
F eos. ¶ His ergo præmissis, cum perforare idem sit, quod foramen facere vel intrare, notare possumus, quod nos inuenimus in scriptura

Foramina { Regis, / Legis, / Mentis, / Mortis, / Hostis.

Prima sunt intranda cum deuotione,
Secunda palpanda cum discretione,
Tertia tractanda seu mundanda cum contritione.
Quarta sunt spectanda cum turbatione,
Quinta sunt vitanda cum præuisione.

¶ Primo ergo dicamus, quod inuenimus foramina, quę cum deuotione debemus intrare. Et ista pro certo sũt foramina vulnerum regis Christi, lateris, manuũ atq; pedum, quę i. vir deuotus per considerationem intrat, & ibid. se balneat, atq; lauat, dum pię compassione lacrymatur, & plorat. Ista enim sunt foramina Petræ, i. Christi, qui petra erat Christus, vbi, sc. columbæ, i. animæ gemebundæ solent mentaliter nidificare, & ibid. contra accipitrem diabolum, & eius tentationes tutiſsime se saluare. Ad quod sc. inuitat dominus Cant. 2. dicens, *Veni surge amica mea, columba mea, in foraminib. petræ, & in cauerna maceriæ.* &c. Constat n. quod columba insectata ab accipitre fugit ad foramina columbaris, & etiam in foraminib. facit nidum suum, & istud est in foramẽ acus, i. lanceæ & clauorum, quod, scil. camelus, qui se inclinat, quando debet onerari, i. vir deuotus facilius intrat, quam diues sicut dicitur Mat.19 & Marc.10. & Luc.18 Hie.48. *Columba nidificans in summo ore foraminis.* Igitur ista sunt foramina regis quæ cum deuotione debemus intrare ¶ Secundo dico, quod inuenimus foramina legis, quæ cum discretione debemus palpare. G
Nonne Apollo in foramine mõtis Parnassi in ciuitate Delphorum dabat responsa, & sua ibi vates inquirebat oracula, sicut dicit Iustinus. Et nonne etiam Sybilla in auro, seu in foramine terræ manebat, vbi responsa diuina inquirebat & dabat, sicut ponit Virg. in Æneid. lib. 6. Sic certe nos in foraminib. diuinæ legis & scripturæ debemus studẽdo manere, & voluntatem Dei fideiq; veritatem inquirere. & eam non solũ retinere, imo & prædicando aliis declarare. Istud est n. *foramen, quod de illas dul. eor. & amaram aquam.* sicut dicitur Iac.3 Ideo bene dicitur Es.7. *Venient,* inquit *omnes, & requiescent in torrentib. vallium. & cauernis petrarum & in omnib. frutetis, & in vniuersis foraminib.* Torrentes n. qui transeunt, signant legem antiquam, quæ transijt, cauernæ petrarum signãt sententias prophetarum, fruteta vero quæ virent, legẽ designant euangelicã, vniuersa autem foramina, vtriusq; sententias significant. Ista sunt igitur foramina legis, quæ, scil. cum discretione debemus palpare contra hæreticos, qui, sc. ista foramina discrete non penetrant, in quantum, s. ibid. deueniant in errores. Constat enim quod in foraminib. & cauernis terræ, vbi sunt plures viæ, & diuerticula faciliter erratur propter loci obscuritatẽ, nisi homo deferat lumen clarum. Sic vere cum in foraminib. & occultis sententijs scripturarum magna sit profunditas & obscuritas, & dictorum varietas & diuersitas, quandoque fit, quod illi, qui lumine intellectus & discretionis carent, ibi per hæreses deficiunt & oberrant, iuxta illud Ecc. 12. *Otiosæ erunt molentes in minuto numero, & tenebrescent videntes per foramina* ¶ Tertio dico, quod inuenimus foramina mentis, quæ cum contritione debemus mũdare. In foraminib. enim, & cauernis quandoq; contrahuntur H
sordes, quapropter necesse est, quod mundentur. Sic vere quia in foraminib. cordium nostrorum sæpe contrahuntur sordes & vitia, necesse est, quod ipsa per contritionem intremus, & scrutatis diuerticulis vniuersis per confessionem mundemus. Et hoc est, quod consulitur Ez.8. vbi dicitur. *Fili hominis fode parietẽ, & ecce foramen in pariete.* Sequitur. *Et ingressus vidi & ecce similitudo animalium & reptilium abominatio,* &c. ¶ Quarto dico, quod inuenimus foramina mortis, quæ cum turbatione, hoc est dictum, cũ timore & formidatione debemus spectare, Consideratio enim I
mortis & sepulchri, & purgatorij, quæ, sc. in terræ foraminibus continentur, multum facit ad salutem, exinde enim concipitur timor Dei & à vitijs resilitur. Exemplo scil. illorum animalium, quæ habitant in foraminib. terræ, sicut sunt cuniculi, qui, s. ibid. fugiunt, & saluantur à facie venatorum. Quia, sc. homo venatus tentationum euadit, quando ad mortis, & putrefactionis suæ conditionem attendit, de qua dicitur Zac.14 *Tabescet caro vniuscuiusque stantis super pedes suos, & oculi eorum tabescent in foraminibus suis & lingua eorum contabescet in ore suo.* Constat enim, quod in foramine mortis, caro, oculi, & lingua putrescunt & tabescunt. Vnde corpus humanum figuratur in lumbari Hier. de quo dicitur Hierem. 13. *Surgens vade ad Euphratem, & absconde lumbare in foramine* Sequitur. *Et ecce computruerat lumbare, ita vt nulli aptum esset.* ¶ Quinto vero dico, quod inueniuntur foramina hostis quæ K
cum præuisione debemus vitare. Et ista sunt foramina, & cauernæ inferni, vbi, scilicet hostis diabolus damnatos cruciat atque punit, quæ certe nos debemus cõsiderare, & ipsa fugere, & vitare, iuxta illud Es.11. *Super foramine aspidis, & in cauerna reguli, qui ablactatus fuerit, manum suam mittet.* Sequitur. *Non nocebunt,*

*& non*

*& non occident.* Quia reuera quando ablactatus, i. iustus, à latere delitiarum sublatus, manum suæ considerationis, & prouidentiæ super cauernã, & foramen inferni mittit, tũc aspis & regulus diabolus ipsũ nõ inficit, neq; lædit, sed ab ipso præcauet & euadit. Hæc igitur de diuersis foraminib. & de perforare sufficiant.

A **Perfectio. Perfectus. Perficere.** Nota, quod perfectio idem est, quod cõpletio, perfectum idem est, q̃ completum, perficere, idem est, quod complere. Perfectum ergo dicitur illud, cui nihil deficit, & cui, quicquid est necessariũ, suppetit. Notemus ergo, quod est quædam

Perfectio { naturalis, virtualis, supernalis.

¶ Prima est perfectio admirabilis, quia, s. opera naturæ mirabiliter sunt perfecta. Omnib. n. perfectè consideratis, non est ibi aliquid superfluum, nec aliquid diminutũ Deut. 32. *Dei perfecta sunt opera, & oẽs viæ eius iudicia.* & Gen. 2. *Perfecti sunt Cæli & terra*

B *& omnis ornatus eorum.* ¶ Secunda est perfectio appetibilis, & ista est perfectio & cõplementum virtutũ, qua debemus esse perfecti & cõpleti. Et de hoc dicitur Mat. 5. *Perfecti estote, sicut pater vester cœlestis perfectus est.* ¶ Tertia est perfectio delectabilis, & ista est illa

C vltima perfectio gaudiorũ paradisi, quã habent illi, qui in cœlo sunt superius, s. beatitudo, de qua dicitur Iac. 1. *Omne datũ optimũ, & omne donum perfectũ desursum est descendens à patre luminum, apud*

D *quẽ non est transmutatio, vicissitudinis obumbratio* ¶ Dicamus ergo aliquid de perfectione morali & virtuali, quæ generaliter continet, inquantum est possibile virtutum omniũ complementũ. Sicut n. domus tunc est perfecta, quando in omnib. suis partib. est completa, sic ille perfectus dicitur, qui in omnib. virtutib. consũmatur. Quælibet n. virtus est pars perfectionis, quæ insimul aggregatæ hominẽ perfectum constituũt, & si aliqua deficiat, perfectus minime põt dici. Sancti igitur perfecti fuerunt, quia oẽs virtutes, & gratias habuerũt. Arbor n. tunc perfecta dicitur, quando ex omnib. suis partib. constituitur, & quando ex radice, ligno, ramis, cortice, folijs, florib. & fructib. consũmatur. Si enim vnum istorum deficeret, arbor illa totali sua perfectione careret. Sic procul dubio illi dicuntur perfecti, qui more arboris sunt radice humilitatis fundati, cortice honestæ apparentiæ velati, ligno spei, & contemplationis erecti, ramis & brachijs dilectionis dilatati, folijs sanæ locutionis & florib. bonæ operationis multipliciter fœcundati. His n. habitis homo perfectus dicitur, & sine istis perfectus minime nuncupatur. Ideo de quolibet sic perfecto dicitur Ecc. 31. *Probatus est in illo, & perfectus inuentus est, & erit illi gloria æterna,* vt ad quemlibet virum perfectum applicemus illud, quod de Noe fuit dictũ Gen. 6. *Noe vir iustus atq; perfectus in generationib. suis fuit* ¶ In quib. verbis ostẽditur, q̃ ad morũ perfectionẽ requiruntur multæ virtutes, sc. quia homo debet habere

Mentis tranquillitatem, & quietudinem,
Cordis stabilitatem & fortitudinem.
Virtutum bonitatem & sanctitudinem,
Operum vbertatem & plenitudinem.

Primum probat nomẽ quietatiuũ [ Noe ] qui interpretatur requiescens. Secundũ nomẽ roboratiuũ [ Vir inquit ] Tertiũ nomen regulatiuũ seu cumulatiuũ [ Iustus atq; perfectus ] Quartũ nomen fœcundatiuum. [ in generationib. suis. ] Ergo charissimi si volumus esse perfecti, sint in nobis mẽtis tranquillitas & quietudo, cordis stabilitas & fortitudo, virtutũ bonitas & sanctitudo, operũ vbertas & plenitudo. ¶ Primo igitur si volumus esse

E perfecti, habeamus cordis tranquillitatẽ & quietudinem. Noe inquit: qui interpretatur requiescens: Primũ n. fundamẽtũ perfectionis est quies cordis, quæ, sc. fit per firmam fixionẽ in Deũ. Prima u. pars perfectionis domus est fundamentũ firmum & quietum. Domus n. nunquam perficeretur, nisi in fundamento quieto & solido locaretur. Et ideo, qui domũ cordis vult motib perficere & complere, debet ipsam, vt quiescat in Deo, qui est fundamentũ immobile, collocare, quia sicut dicit Aug. *Inquietũ est cor meum bone Iesu, donec quiescat in te.* Et est bona ratio, quia nihil est inuenire immobile, vel quietũ, nisi solum Deũ. *Iste* n. teste Boethio, *stans immobilis dat cuncta moueri.* Et ideo cor humanum quamdiu in alijs reb. quam in Deo est per amorẽ locatũ, cum omnia alia sint mobilia & inquieta, necesse est, quod ipsum cor sit similiter inquietum. Et istud videmus in auaris, & ambitiosis alijs bonorum temporalium dilectoribus, quorum cor nunquã in vno quiescit, quia aut auaritia inflammatur, aut inuidia stimulatur, aut tristitia conturbatur, aut timorib. fatigatur, aut erroribus obscuratur. Et breuiter talibus dicitur Mich. 2. *Surgite, & ite, quia non habetis hic requiem.* Sed pro certo viri perfecti qui cor suum per amorem in Deo fixerunt, ipsum ab omnib. motib. submouerunt, & perfectè in domino quieuerunt Gen. 8. *Requieuit arca super montes.* Delos n. dicitur esse insula, quæ primo fuit in mari mobilis, & erratica, non enim erat coniunctã cũ inferiori terra, sed suspensa in mari natabat, & se de loco ad locum continue transferebat, vt nihilominus tamen sicut Ouidius ponit in l. Metamor. & Sen. in tragœdia, primo Latona mater solis fingitur à poetis solem in ista insula genuisse, & ex tunc insulam primo stabilem, & immobilem effecisse. Quod pro tanto, secund. Isid. fictum fuit, quia ista insula prima post diluuiũ illustrata solis radijs fuit, quapropter sol ibidem fingitur fuisse natus, pro eo, q̃ primo ibidem est manifestatus. Reuera charissimi, quicquid sit de fictionib. poetarum, ista insula videtur significare cor humanũ, quod, s. nunquam in se est stabile vel quietum, quinimo quamdiu est in marib. huius mundi, semper est desiderijs, & cogitationib. fluctuosum, quia sicut dicitur Pr. 19. *Multæ cogitationes versantur in corde viri.* Veruntamen quãdo Latona mater Solis, i. Maria mater Iesu per suam intercessionem, & gratiã parit, & introducit istum solem iustitiæ Christum ista insula cordis nostri, tũc vere quieta, & immobilis efficitur, & in solo Deo per verũ amorem quiescens à malorum desideriorum fluctibus & motib. liberatur Ecc. 24. *In omnibus requiem quæsiui.* quasi diceret, *& non inueni* & sequitur. *In Sion firmata sum,* i. in Deo, *Et in ciuitate sanctificata similiter requieui* Vt sic breuiter mẽs humana in isto mari fluctuoso perfectè quieta, & firmata possit dicere illud Ezech. 27. *Perfecti decoris ego sum, & in corde maris sita* Et ista quies, vt dictũ est, ostẽditur, cum dicitur Noe, quia Noe interpretatur requiescens. Iste enim fuit ille, qui seculo pereunte in arca quieuit, & qui toto mundo per vndas currente mentẽ suã in domino quietauit, vnde Gen. 6. dicitur, q̃ *Noe inuenit gratiam coram oculis domini* Sic enim ostensũ est, quod nos debemus habere mentis tranquillitatẽ & quietudinem. ¶ Secundo dico, quod ad perfectionem requiritur, quod nos habeamus cordis strenuitatẽ & fortitudinem. Vir inquit. Vir enim dicitur à virib. vel à virtute, quia proprie ille dicitur esse vir, qui est fortis & vigorosus, perfectus & virtuosus. Virilis n. sexus multo est perfectior quam fœmininus, vnde secundum Ouid. metamor. l. 12. fab. 4. legimus, quod Cenis, alias Ceneus primo fuit fœmina valde pulchra, quam cũ Deus Neptunus adamasset, obtinuit ab eo, quod ipsam in virũ mutaret. Videbat enim mores fœmineos fragiles & inertes, ideo concupiuit, vt in hominem mutaretur, quod est factũ, sicut concupiuit, vt in hominem mutaretur, quod est factum, sicuti fingunt. De hyæna autem verum est sicut dicit Plinius, quod de fœmina in masculũ se mutat, sicut pluries supra dixi. Sic reuera charissimi, homo quando se cognoscit esse fœminam, i. personã fragilem, & defectuosam, summe debet concupiscere, vt in virum mutetur, i. in personã virilem, fortẽ, stabilem, & virtuosam. Mores n. fœminei, i. vana & inertia, & illaudabilia opera sibi debent displicere, & mores viriles, i. bona & virtuosa opera cõplacere. Iupiter n. i. e. iuuans pater Deus, sc. quando tales diligit, ipsos de fœminis viros facit, quod de imperfectis in perfectos, de debilib. in robustos, de peccatorib. in iustos conuertit. Et sic videbatur mutatus Apostolus cum dicebat 1. Cor. 13 *Cum venerit,* inquit, *quod perfectũ est, euacuabitur, quod ex parte est.* Et ostendit quomodo. *Cum essem* (inquit) *paruulus, vt loquebar vt paruulus, sapiebam vt paruulus, cogitabam vt paruulus, cum aũt factus sum vir, euacuaui, quæ erant paruuli.* Simus ergo viri, i. virtuosi, vt sic viriliter faciamus vtilia, & fortiter sustineamus difficilia. *Vir* inquit. Iac. 3. In multis offendimus oẽs, si quis aũt in verbo nõ offenderit, hic perfectus est vir. Quod est cõtra multos, qui pro certo nunquã mutãtur de fœmina in virũ, sed magis de viro in fœminã de bono in malum, de perfecto in imperfectũ quotidie cõuertuntur, sicut de multis Eccle. patet, qui ex gradu, & professione deberẽt esse viri perfecti & virtuosi, qui tamen versi sunt in fœminas, in quantum fiunt vitiosi, debiles & defectuosi, molles, carnales, & delitiosi. Hier. 31. *Nouum fecit dominus super terram, fœmina circumdabit virum.* Sicut enim fingit Ouid. l. 2. fab. 5. Iupiter se in fœminam trãsfigurasse dicitur, vt puella Calipto ab ipso deciperetur. Sic tales mores fœmineos accipere dignoscũtur, vt mulieres, & vt delitias carnis facilius assequantur Hieremiæ 50. *Populus tuus mulieres in medio tuo.* Non sic charissimi, sed habeamus cordis

strenui-

[illegible] nem, [illegible] qui. ¶ Tertio dico, quod ad [illegible] nec [illegible] habeat. [illegible] flecti [illegible] iam dicitur iustus [illegible] duo v[illegible] designant [illegible] & [illegible], sic lapis de [illegible] potest [illegible] creaturæ, quæ te perfectu a[illegible] [illegible] animalia, a [illegible] [illegible] arbores, arbusculus in- [illegible] q[illegible] dæ sunt virtut[illegible] præ cæte- [illegible] per me[illegible] ficientes [illegible] cum illud [illegible] per [illegible] compsi- [illegible] per [illegible] conuersatio- [illegible] per [illegible] & [illegible] per [illegible] charitas & [illegible] perfe[illegible] on lat[illegible] Ecclesiæ [illegible] stare domus ecclesiæ [illegible] sanctis Vnde [illegible] *Lapidibus [illegible] perfectis ædificata est do-* [illegible] perfecti, & [illegible] di- [illegible] supra de lapide potest videri. Sicut n. la- [illegible] frigidi & [illegible] & pöderosi steriles & [illegible] perfecti sunt frigidi & stupidi per diuinũ [illegible] vigorem, sicci per abstinentiæ vi- [illegible] humilitatis amorẽ, steriles & infœcundi per [illegible] tem. Et ideo cuilibet viro perfecto potest di- [illegible] *Cherub plenus sapientia, & perfectus decore in delitijs* [illegible] *omnis lapis pretiosus operimẽtũ tuũ, sardius, topazius &* [illegible] *iaspis, berillus, sapphirus, carbunculus & smaragdus.* ¶ [illegible] aduerte, quod perfectio morum potest consi- [illegible] virtutibus quæ per istos nouem lapides desi- [illegible]

Virgor firmitatis,
[illegible] lendor honestatis,
F[illegible] fidei & veritatis, Item,
M[illegible] compunctionis,
T[illegible] damnationis
Pallor abstinentiæ & macerationis. Item,
Dulcor iucunditatis,
Feruor inflammationis,
Humor fœcundationis.

[illegible] firmitatis designatur per Sardium, qui est Iaspis faciens [illegible] audacem & repellit timores, quia sc. virtus constan- [illegible] tudinis facit pericula non timere, sicut patuit in mar- [illegible] quibus dictũ fuit Mat. 10. *Noli timere eos, qui occidunt cor-* [illegible] Certe quia sicut dicitur 1. Io. 4. *Perfecta charitas foras* [illegible] *timorem.* ¶ Splendor honestatis designatur per Topazium [illegible] gemmarũ superat claritatem, & aliorum lapidum [illegible] in se rapit, signans virtutem honestatis, quæ in nobis [illegible] debet fulgere & claritatem & virtutem aliorum debet [illegible] & repræsentare, vt sic cuilibet possit dici illud Eze. *Perfecta eras in decore tuo.* ¶ Nitor seu fulgor fidei & veritatis [illegible] per Iaspidẽ, q dicitur oculos acuere, & in cãtationib. [illegible] quia s. veritas fidei oculos intellectus acuit, & dæmonũ [illegible] & deceptiones repellit. Vnde de perfectione ista dicitur 1. Cor. 14. *Sensibus autẽ perfecti estote.* ¶ Mœror cõpunctionis designatur per Chrysol. qui dicit habere colorem maris, & re- [illegible] timores nocturnos, significans compunctionẽ, quæ maris [illegible] habet colorem, & propter spem salutis repellit [illegible] timorem, vt sic propter istam perfectionẽ dicat [illegible] illud prædictum, *Perfecti decoris ego sum in corde maris* Ezec. [illegible] Timor supernæ seu diuinæ dãnationis significatur per Ony- [illegible], qui est lapis cuius aspectus facit oculos tremulos, significãs [illegible] diuinã, quã pro certo, qui bene considerabit, time- [illegible] de ista perfectione dicitur Ios. 22. *Timete dominum & seruite ei perfecto corde atque verissimo.* ¶ Pallor abstinentiæ & mace- [illegible] designatur per Berillum, qui est lapis & pallidus, & [illegible] pallidior, tanto melior. Sic abstinentia facit hominem [illegible] pulchritudinem & lasciuiam amittere & cessare. Vnde de ista perfectione dicitur 1. Petr. 2. *Sobrij & perfecti state in illa quæ vobis offertur, gratia.* ¶ Dulcor iucunditatis designatur per Sap- [illegible], qui est lapis lætificans. Vnde de tali perfectione dicitur 2. Cor. 13. *Gaudete, perfecti estote.* ¶ Ardor inflammationis desi- [illegible] per Carbunculum, qui de nocte videtur ardere sicut i- [illegible] signans charitatẽ, quæ si perfecta est, magis feruet in nocte aduersitatis, quam in die prosperitatis. Vnde de ista perfectione dicitur Col. 3. *Super omnia charitatẽ habete, quæ est vinculũ perfectionis.*

¶ Hu[illegible] secundationis designatur per Smaragd[illegible] qui est lapis [illegible] per diuersarum [illegible] valet ac[illegible] & augere. Vnde de ta- lip[illegible] exponitur illud [illegible] 4. *[illegible] eundem procedat &* [illegible] *per [illegible] diem* [illegible] est [illegible] est per [illegible] be- [illegible] est [illegible] de viro perfecto [illegible] *In medio lapidum igni- torum ambulasti perfectus in vijs tuis a die conditionis tuæ* [illegible] ergo, quod ad [illegible] perfectionem ne[illegible] [illegible] tem & sanctitudine. Iustus inquit [illegible] perfectus [illegible] ¶ [illegible] di- co, quod necesse est habere [illegible] diñe In generationibus inquit suis. Res enim perfecta dicitur, quæ potest generare fructum, qui suæ competit spe[illegible] sicut parer, quia nec arbor sterilis, nec animal sterile per[illegible] quia ca- ret virtute fructuum producendi. Sic [illegible] perfe[illegible] esse volumus, necesse est, quod fructus bonorum operum produca- mus, vel generemus. In generationibus [illegible] vnde Gen. 2. *Igitur perfecti sunt cœli & terra, & omnis ornatus eorum,* & sequitur. *Hæ sunt generationes cœli & terræ.*

¶ Et breuiter. Si perfecte generando bona opera volumus esse perfecti, nos debemus habere scilicet

| | |
|---|---|
| Perfectam | Paupertatem, |
| | Charitatem, |
| | Puritatem, |
| | Vnitatem, |
| | Intentionem, |
| | Affectionem, |
| | Continuationem. |

De paupertate dicitur Mat. 19. *Si vis perfectus esse vade & vende om- nia quæ possides, & da pauperibus.* De charitate dicitur illud prædict[illegible] Col. 3 *Charitatem habete &c.* De puritate dicitur Deut 18. *Per- fectus eris, & absque macula* De vnitate dicitur 1. Cor 1 *Sitis perfecti in eodem sensu.* De intentione 3 Reg. 5 *Cor Asa perfectum erat coram domino.* De affectione dicitur in Psalm. *Perfecit pedes meos tanquam ceruorum.* De perfecta continuatione dicitur Psalm *Perfice eam quam plantauit dextera tua.* Vnde Zach. 4. *Manus Zorobabel funda- uerunt domũ istam & manus eius perficient eam.* Sic pa[illegible] (charissimi) quod nos poterimus esse perfecti per operum plenitudinem, per virtutum amplitudinem, per cordium fortitudinem, per mentium quietudinem. Noe ergo vir perfectus atque iustus in generationibus suis, &c. Vide supra de iusto & infra de Sancto & supra de Noe.

## Peregrinus. Peregrinari

Nota q peregrinatio nihil aliud est, quam in aliena patria deambulatio. Peregrinus n. est ille, qui in aliena patria cõmoratur, & ad patriã, de qua natus est acce- dere satagit & conatur. Et ideo breuiter loquẽdo peregrinus in scriptura sumitur in bono & in malo. Vnde nota, q in generali

| | |
|---|---|
| Peregrinus signat | Mortalem viatorem, |
| | Sæculi contemptorem, |
| | Cœli contemplatorem, |
| | Inanem peccatorem, |
| | Inferni possessorem. |

Primo ergo dico, quod est peregrinatio hominum viatorum moralium, & ista est peregrinatio, quam facit omnis homo in præsenti vita, omnes enim sumus hic peregrini, & hospites in hoc mundo. Sicut n. peregrinus in sua peregrinatione nullam habet mansionem & habitationẽ, quinimo tendit ad suã, de qua natus est, regionem: sic etiam mortalis homo in hoc sæculo non habet locũ, vbi possit diu habitare, sed ad locum, de quo natus est, i. ad terram, de qua formatus est, quantũ ad corpus, vel ad Deũ quantũ ad animum non cessat continue properare. Teste n. Apost. Heb. 13 *Non habemus manentem ciuitatem, sed futuram in- quirimus.* Ad modum n. peregrini non cessamus discurrere & nũ- quam in eodem statu sistere, quousque ad domum æternitatis nostræ sc. ad terram paradisi valeamus finaliter peruenire, di- centes terræ cum Seneca in epitaphio: *Nam que animam cœlo reddi- mus ossa tibi.* Et breuiter verum est, quod dicit Apost. 2. Corint. 5. quod *quamdiu sumus in corpore, peregrinamur a domino.* Et ideo dicit Seneca, quod *natura dedit hic nobis non habitandi domicilium, sed peregrinandi diuersorium.* *Et ideo* (inquit) *vis non timere mortem cum veneris: tanquam migraturus habita.* Exemplo illorum, de qui- bus dicitur 1. Paralip. 29 *Peregrini enim sumus coram te.* Ideo no- bis loquitur scriptura 1. Petr. 2. *Obsecro vos tanquam aduenas & peregrinos &c.* Vide eam supra, de abstinere, vbi est prosecuta

ista est

Ista est ergo peregrinatio hominum viatorum. ¶ Secundo dico, quod est peregrinatio hominum perfectorum, & ista peregrinatio nihil aliud est, quam vita iustorum. Ipsi enim in mundo isto veniunt tecte ad modum peregrinorum, nihil enim reputant se hic habere, sunt enim quod ad istam patriam non sunt ciues, sed ad aliam sicut bene dicit Apostolus Hebr. 11. *Defuncti sunt non acceptis repromissionibus, sed a longe eas expectantes salutantes, & confitentes, quia peregrini sunt & hospites super terram.* Et possumus aduertere, quod boni dicuntur peregrini in hoc mundo, quia sc. peregrini solent dum suam peregrinatione.

Iter continuare,
Patriam affectare,
Se parum onerare,
Se parce recreare,
Plurima tolerare,
Honores non procurare,
Signa plura portare.

Sic vere viri perfecti, & spirituales in via ista

Iter continuant perseuerando,
Patriam affectant desiderando,
Se parum onerant mundi bona contemnendo,
Se parce recreant delitias non amando,
Plurima tolerant tribulationes sustinendo,
Honores non procurant dignitates seculi fugiendo,
Signa portant se virtutibus adornando.

¶ Dicamus ergo, si volumus esse boni peregrini, quod nos debemus iter bonæ vitæ continuare. Istud enim summe necessarium peregrinantibus. Si enim in quolibet pulchro prato sisterent, si in quolibet pulchro vmbraculo se arrestarent, si in quolibet pulchro hospitio remanerent, nunquam integram dietam facerent, & sic tarde ad terminum peruenirent. Sic vere charissimi nobis peregrinantibus in hoc mundo summe necessarium est iter bonorum operum continuare, & in bono perseuerare, quia qui in quolibet mundo delectabili se per affectum & desiderium arrestaret, nunquam ad paradisi terminum perueniret. Vnde Luc. 15. *Adolescens filius peregre profectus est* Rut. *Abijt homo in Bethleem Iuda vt peregrinaretur.* Abire n. est proficisci, & continuationem, & perseuerantiam itineris significat. ¶ Item debemus cœlestem patriam desiderare. Peregrinus n. vbicunq; vadit, semper habet oculum ad patriam suam, secundum enim iura vnicuiq; patria sua dulcissima seu dilectissima est. Et quia ergo paradisus est patria nostra pro nobis facta, & nobis à Deo constituta & ordinata, hinc est, quod in ista peregrinatione manentes illam debemus iugiter affectare, & oculum cordis illuc per desiderium vertere & mouere. Illa n. quæ videt peregrinus in terra aliena, non sunt sua, imo si ipsa vult habere, cum expensis & laborib. oportet eã comparare, & ideo de illis parum curat, illa vero quæ patria habet, sua sunt, & ideo ipsa amplius diligit, & in illis semper oculum cordis infigit. Sic vere (charissimi) bona huius mundi proprie nostra nõ sunt, quia teste Apost. 1. Tim. 6. *Nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium, quia nec auferre quid possumus.* Ex quo patet, quod ista non sunt nostra, quæ necessario remanent alijs, & nõ nobis, quinimo proculdub. ista si concupiscuntur, cum magnis expensis & laborib. acquiruntur, quia s. pretiosæ merces virtutum, propterea habenda expendũtur, itaq; homo pauper & miserabilis inuenitur. Ista ergo contemnenda sunt, & non curanda. Bona vero paradisi, quæ proprie sunt nostra, & quæ semel habita nobis subtrahi non poterunt quoquo modo sunt cum omni diligentia affectanda. Quod bene figuratur Luc. 15. in filio prodigo, qui accepta portione bonorum à patre peregre profectus est, ibi n. omnia bona sua dicitur expendisse, & quousq; iterum ad patrem suum redijt, magnam miseriam languisse. Quia breui terti ista peregrinatione potius bonorum gratuitorum & naturalium nobis à Deo patre concessa expenditur, quam bonorum terrenorum copia diligatur. Et ideo necesse est bona æterna solummodo diligere, & ad patrem nostrum Deum cordialiter anhelare. Deus n. tales peregrinos diligit, & eos in paradisi hospitio recipit, quod ostenditur Deut. 10. vbi dicitur, quod *Dominus amat peregrinũ, & dat ei victum & vestitum.* Vnde & ipse dominus potest dicere illud Iob 31. *Foris non mansit peregrinus, ostium meum viatori patuit.* Debemus ergo cœlestem patriam desiderare, vide sup. de patria.

D ¶ Itẽ debemus nos temporalib. non onerare. Peregrinus n. minus portat de vestib. & de reb. onerosis, quantũ põt portat enim necessaria, non superflua vt leuior, & expeditior possit esse. Sic vere debemus de vestib. & onerib. bonorum temporalium minus quantũ possumus, nos onerare, & non ad superfluitatem, sed ad sufficientiam ipsam procurare & [illegible] sumus in ista peregrinatione aut per auaritiam [illegible] pigritiam aggrauare, vnde Ecc. 29. *Minimum pro magno placeat [illegible] & improperium peregrinationis non audies.* ¶ [illegible] debemus [illegible] delitijs non impinguare. Peregrini n. [illegible] delitias procurandas, sperantes tamen quod [illegible] cum redierint, satis se poterunt recreare. S[illegible] non delitiose debemus viuere, vt in hospitio paradisi [illegible] desiderium satiare, vide supr. de abstinentia n. præd. [illegible] Obsecro vos, &c. vnde Ecc. 29. *Melius est victus pauperis [illegible] asserum, quàm epulæ splendidæ peregrino sine domicilio.* ¶ Item debemus passus molestias non conturbare, quia s. peregrini multa habent sustinere, quæ nõ sustinerent, si essent ciues. Et ideo necesse est, quod tales sint humiles, & patientes. Et quamuis dominus præcipiat Exo. 23. *Peregrino molestus ne sis*, hodie tamen peregrini [illegible] & [illegible] ab incolis molestantur, exemplo quorundam serpentum [illegible] in Aphrica, qui ciues & incolas lædere nolunt, peregrinos [illegible] solent & aduenas trucidare, sic isti, vnde Eccle. 16. *Non pepercit [illegible] peregrinationis illorũ.* Et ideo necesse est, quod virtute patientiæ præ cæteris muniantur. Sic vere boni, cum in isto mundo h[illegible] & peregrini sunt, multa à ciuib. huius mundi, sc. à malis hominibus, præiudicia sustinent, & in ipsis patientiam multam habent, [illegible] sc. boni & perfecti sunt hodie *extranei fratrib. suis, & peregrini filijs matris suæ*, sicut dicitur in Ps. vnde Abrahæ fuit dictum [illegible] inquit, *quod peregrinum futurum sit semen tuũ in terra non sua, & [illegible] eos seruitute, & affligent.* Et in Ps. dicitur. *Aduena ego sum apud te & peregrinus, sicut omnes patres mei.* ¶ Itẽ debemus honores seculi [non] procurare. Peregrini enim non solent, dum sunt in sua peregrinatione, domos, vel ædificia emere, honores, & iudicaturas recipere, sed honores, & fauores nisi quantũ pro transitu sufficit, nõ amare. Sic vere nec nos, qui in isto mũdo non sumus diu mansuri, imo statim per mortẽ ad patriã transituri, mũdi honores & eminentias, mundi fauores & amicitias, mũdi gaudia atque lætitias, & mundi tẽporalia, seu diuitias non debemus quærere, sed ipsa potius refutare, vnde Moysi dictũ fuit Gen. 19. *Aduena ingressus es, nunquid vt iudices?* q. d. non decet nos, qui *aduenæ & peregrini apud dominum, sicut omnes patres nostri* (sicut dicitur in Ps.) iudicaturas quærere, nec ad mundi fastigia aspirare.

¶ Item debemus signa virtutum semper portare, quia s. sicut peregrini soliti sunt portare certa signa peregrinationis, sc. capellum, baculum, & peram, ita quod his visis bene cognoscuntur, quod peregrini sunt, & quod ipsi non sunt de terra illa, sed potius al[iena], sic vere charissimi, nos debemus signa virtutum & gratiarum habere, & capellũ diuini timoris, peram diuini amoris, baculum, i. memoriam diuini doloris & memoriã crucis domini nobiscum portare, vt sic non esse de isto mũdo, sed de paradiso nos possit quilibet reputare. Capellum n. quod super alia vestimẽta ponitur, signat diuinũ timorẽ, quia sicut dicitur Ecc. 25. *Timor dei [illegible] super omnia se superposuit.* Pera, quæ recepta seruat, signat cordium amorẽ, vnde de Dauid dicitur 1. Re. 17. quod *quinque lapides sumptos de flumine posuit in pera pastorali.* &c. Baculus vero, qui nutantes sustentat, signat crucis cõpassionem & dolorẽ Zac. 8. *Viri baculus in manu eius.* Vnde vxor Tob. dixit. *Ad quid misimus te peregrinari baculum senectutis nostræ?* q. d. baculus est peregrinis necessarius. Et sic patet, quomodo viri perfecti dicũtur in hoc sæculo peregrini, sicut et Paulus de beato Barnaba dicit 2. Corint. 8. quod *ordinatus erat ab Ecclesia comes peregrinationis suæ.* Et sic dico, quod est quædam peregrinatio hominũ perfectorum. ¶ Tertio dico, quod est quædam peregrinatio hominũ deuotorum, & ista est illa, qua viri contemplatiui modo per desiderium, contemplationem & meditationẽ peregrinantur in cœlũ. Illi sunt figurati in Abraham, qui longo tẽpore peregrinatus fuit in terra promissionis antequã sibi, vel suo semini traderetur. Ideo sibi dictũ fuit Gen. 17. *Dabo tibi & semini tuo terrã peregrinationis tuæ.* Ad denotandum, quod boni, qui modo in paradiso per contẽplationẽ peregrinantur, finaliter ibi præsentialiter ditabuntur Gen. 28. *Possideas terram peregrinationis tuæ.*

¶ Quarto vero dico, quod est quædam peregrinatio hominũ peccatorũ. Peccator n. dicitur peregrinus, non est enim proprie ciuis Eccles. quia nihil habet in hæreditate gratiæ. Et ideo peccatores dicũtur induti veste peregrina Soph. 1. *Visitabo super oẽs, qui induti sunt veste peregrina.* Vestis n. peregrina est peccatũ, quod facit hominẽ à Deo peregrinum. ¶ Quinto est peregrinatio hominũ damnatorum, sicut de Antiocho rege, quomodo peregre in montib. miserabili obitu interijt. Et de hoc peregrino sufficit, vide de aduena supra, &c.

Pergere.

**Pergere.** Cum pergere nihil aliud sit, quam de loco ad locum transire, vtrumq; terminum relinquere, & ad alium se transferre, possumus dicere q pergere signat motum, de re ad rem, de loco ad locum, de tempore ad tempus [illegible]ium, vel profectum. Sic igitur notandum est, quod moraliter loquendo nos inuenimus vnum Pergere, quod est

Singulorum,
Perfectorum,
Iniustorum.

Pergunt { cuncti naturaliter, iusti virtualiter, stulti criminaliter.

Nam pergunt { singuli naturæ motibus, seduli virtutum nutibus, æmuli culparum gestibus.

¶ [Di]co ergo primo, quod est vnum pergere, quod spectat ad cunctos, & illud pro certo est pergere naturæ. Sicut n. ille, qui [d]e palatio pergit, nunquã in eodem loco sistit, sed continuo de loco ad locum transit, sic vere omnis, qui naturæ virib. regitur, necesse est, q de vno statu ad alium moueatur, & quod de conditione ad aliam continue transferatur, & sic naturaliter pergere comprobatur. Constat n. quod ex quo homo nascitur, ipse continue currit & pergit, iuxta illud 1. Re. 24. *Saul autem pergebat de spelunca pergebat cœpto itinere*, de spelunca dico, i. de vtero matris. Pergit n. homo continue de iuuentute ad senectutẽ, de sanitate ad infirmitatẽ, de fortuna etiã ad infortunia, & finaliter de [vit]a ad mortem. Sicut enim dicitur Ios. 17. *Exitus eius pergit ad mare*, h. e. dictum, ad amaritudinem mortis, vnde dicit Senec. *Pergere ad peruenire mihi, quo semper ibas?* Et certe illud pergere non debet homini displicere. Teste n. Sen. *Ea conditione intrauimus, vt exiremus.* Nemini enim debet displicere pergere ad propriã patriam, quando est in aliena, sic certe nec nobis, qui hic in aliena sumus, displicere debet, si ad patriam nostrã, h. e. dictũ, ad æternam, per mortẽ pergimus, vnde Ruth. 1. *Surrexit Noemi, vt in patriam pergeret.* Istud est igitur vnũ pergere, q spectat ad cunctos.

B ¶ Secundo dico, quod est vnum pergere, quod spectat ad iustos, & illud certe nihil aliud est, quã motus & profectus, quo [iustus] pergit, & *tendit de virtute in virtutem, quousq; ipse videat Deum Deorum in Sion.* Nonne boni milites, quãdo bene sunt armati, [&] iam certi sunt de quotidiano stipendio, & certissime sperãt de gloriosa victoria, & de solenni futuro lucro, & præmio ad bellum celeriter & fortiter pergunt & animantur? Sic vere nos, qui iam recepimus stipendium gratiæ, & certissime speramus de præmio futuræ gloriæ, debemus bonis virtutib. nos armare, & de bono in melius pergere & ambolare, & ad bellũ contra spirituales hostes audacter & celeriter properare, q sc. nobis præcipitur Nu. 31. *Expediti pergite coram Domino ad pugnam.* Nos ergo debemus dicere illud, q ibidem dicitur: *Nos autem armati & accincti pergemus ad prælium.* & ibidem: *Omnes expediti pergemus ad bellũ.* Et sic certe Deus dicet cuilibet sic pergenti illud 1. Reg. 14. *Perge quo cupis, & ero tecum.* ¶ Et nota, si vis, quod iusti

Pergunt & proficiscũtur ad { sapientiæ fontem, pœnitentiæ pontem, confidentiæ montem, resistentiæ martem, influentiæ partem, patientiæ mortem, opulentiæ sortem.

[Pergunt] ergo iusti ad fontem sapientiæ, h. e. dictum, ad perscrutandum & hauriendum venas scientiæ & doctrinæ, de quo potest [dici] illud Eccl. 1. *Lustrans vniuersa in circuitu pergit spiritus*, & de hoc [fonte] potest dici illud Gen. 25. *Perrexit Sara, vt consuleret dominum.* Scripturæ n. studere & intelligere, est dominũ consulere. Item pergunt iusti ad pontẽ pœnitentiæ, vnde 3. Re. 19. *Perrexit Helias per desertum viam vnius diei.* Item pergunt iusti ad confidentiæ montem, s. ad securitatẽ spei, de qua potest dici illud Io. 8. *Iesus autem perrexit ad montem Oliueti.* Item pergunt iusti ad resistentiæ martem, h. e. dictum, ad constantiæ & fortitudinis virtutem de qua dicitur Iob 39. *Exultat audacter, in occursum pergit armatis, contemnit pauorem, nec cedit gladio.* Item pergunt iusti ad partem [in]fluentiæ, h. e. dictum, ad prædicationis, & bonæ doctrinæ virtutem. Vnde de Tobia dicitur Tob. 1. quod *ipse pergebat per omnes, qui erant in captiuitate, & monita salutis dabat eis.* Item pergunt iusti [ad] patientiæ mortem. Vnde de Tobia dicitur Tob. 13. quod *cum omni profectu timoris Dei perrexit in pace.* Item pergunt iusti ad opulentiæ sortem, s. ad paradisum, & vitam æternam. Vnde Eccl. 6. *Quid habet amplius pauper, nisi vt pergat illuc, vbi est vita:* Paradisus enim est Hierusalem ciuitas opulenta, sicut dicitur Es. 33. ad quam sc. iusti finaliter pergunt. Vnde 1. Esd. 8. *Promotum es ergo vt pergeremus in Hierusalem*, & Tob. 1. *Fugiebat consortia hominum, & pergebat in Hierusalem.* Et sic igitur dico, quod est vnum pergere, quod spectat ad iustos, quod est secundum principale.

Discipul. Berchorij.

¶ Tertio dico, quod est vnum pergere, quod spectat ad stultos, h. e. dictum, peccatores impios & ineptos. Mali enim semper mouentur, & pergunt, & per constantiam de bono ad malũ, de vitio ad vitium, de mũdi gaudio ad infernale tormentũ discurrunt, & nunquam in vno statu persistunt, similes illi muscæ, seu vermi, qui dicitur pyraulis, vel pyrotes, vel pyrausta, quæ dicitur in igne viuere in medijs fornacib. metallorũ, ignisq; ipsum solet, & continue se mouere, & nunquã in eodem statu sistere, vel manere, sicut dicit Plin. Sic vere dico, quod quia mali in ignibus concupiscentiarum viuunt, s. in concupiscentia delitiarum, diuitiarum, & honorum, irarum, & inuidiarum, & dolorũ, ideo semper sunt in pergendo, h. e. dictum, in se diuersimode mouẽtur de desiderio ad desiderium, de vitio ad vitium discurrendo. Flammæ enim concupiscentiarum ipsos resistere non permittunt, sed ad motum perpetuum ipsos pellunt 2. Paral. 30. *Cursores pergebant velociter.* ¶ Et nota quod mali pergunt D

E

Ad pauperes delendum,
Ad vitia colendum,
Ad mundana petendum;
Ad inferna tenendum.

¶ Pergunt dico ad pauperes, vt ipsos prædentur, & sic figurantur in trecentis vulpib. quæ facibus ad caudas ligatis peruenerunt in segetes Philisthinorum, & eas combusserunt: de istis ergo vt dicitur diabolus dicere illud Ios. 7. *Pergant & deleant ciuitatem.* Item pergunt ad vitia, vt ipsa sectentur, similes illis vaccis Philisthinorum, de quib. dicitur 1. Re. 6. quod *gradiebantur pergentes & mugientes.* Item pergunt ad mundana, vt ibi ditentur, dicentes sc. illud Hier. 42. *Ad terram Ægypti pergemus.* Item pergunt ad inferna, vt ibi grauentur, videlicet in damnatione æterna, vnde de damnato dicitur illud Eccl. 6. *Frustra enim venit, & pergit ad tenebras, & obliuione delebitur nomen eius.* Patet ergo, quomodo est pergere stultorum, iustorum, atque cunctorum. Vide supra in tit. Ire, Currere, & infra in tit. Transire, Tendere, Vadere & similibus.

**Perhibere testimoniũ.** Vide infra in tit. Testis, & Testimonium.

**Perire. Periculum.** Nota quod cum inueniantur pericula temporalia, spiritualia, & æternalia, hinc est, quod perire, quasi periculo dicitur, sumitur multis modis. Perire ergo nihil aliud est, quam destrui, deficere, adnihilari. Et ideo notandum, quod sunt aliqua, quæ sc. pereunt A

Naturaliter,
Casualiter,
Temporaliter,
Spiritualiter,
Æternaliter,

Primo igitur dico, quod inuenitur periculum naturale, & istud est illud periculum, quod incurrunt generaliter omnes creaturæ, quæ corruptibiles sunt, & maxime mũdi bona, quæ necesse habent deficere & perire, de quo dicitur in Ps. 101. *Ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes sicut vestimentum veterascent, &c. Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.* Eccl. 5. *Diuitiæ cõseruatæ in malum domini sui pereunt.* Et ideo, quia ista peritura sunt, stultum est talia diligere, sed pereuntes duratiua vtile est cordialiter anhelare. Diuites enim non solẽt facere thesauros de pecunia parum duratura & defectuosa, sed de rebus durabilibus & perpetuis, quæ nec tempore corrumpuntur, nec pretio minuuntur, sicut est aurum & argentum, & lapides pretiosi. Cum igitur ista bona mũdi peritura sint, non est bonum cor nostrum apponere, nec thesaurum cordis nostri de bonis huius cumulare, quanquam enim videantur in vita ista aliquantulum durare, in morte tamen necesse habent deficere & cessare. Vnde ditissimæ quondam ciuitati, sc. Babyloni, i. e. mundo sub specie Babylonis, loquitur Iohan. Apoc. 18. *Omnia præclara, & pinguia perierunt à te.* Vnde nota, quod necesse habent perire, & maxime in morte, sc. mundi

Delitiæ,
Diuitiæ,

Scientiæ,
Lætitiæ.

De delitijs enim diceretur finaliter illud Ioel.1. *Vlulate omnes qui bibitis vinum in dulcedine, quoniam perijt ab ore vestro.* De diuitijs dicitur Amos 3. *Peribunt domus eburneæ, &c.* & Ioel.1. dicitur: *Vlulauerunt vinitores super frumento, vino & oleo quia perijt messis agri.* De scientijs vero dicitur Es. 29. *Peribit sapientia à sapientib. & intellectus prudentium absconderur.* De lætitijs etiā dicitur Ioel.1. *Perierunt de domo Dei nostri lætitia, & exultatio.* Istud est periculum naturale, quo sc. necesse est, quod finaliter pereant mundi bona.

B ¶ Secundo dico, quod est periculum casuale, & istud est periculum, quod omnib. hominib. occurrit, in quo multi, & multa diuersimode pereunt in hoc mundo, & h. e. ignis, occasio, amissio, damnum, infirmitas, & etiam mors. Talib. enim periculis subiacet humana conditioni, quia sicut communiter dicitur, *Vbi homo, ibi periculum.* Teste enim Senec. in li. de prouident. Dei, & teste Ouid. in lib. de fastis. *Fata regunt homines, & homines non semetipsos.* Per quæ quidem fata nihil aliud intelligendum, quam occulta Dei iudicia, quæ iuste quidem, sed occulte nos in diuersis incidere periculis ordinant, prouideut, vel permittunt. Et inde est, quod dicit Apostolus 2. Cor. 11. *Periculum in terra, periculum in mari, &c.* Multa enim pericula incurrit homo casualiter; quia sicut nauis in mari nunquam est sine periculo, quia sc. semper habet timere aut incursus latronum, aut impulsus ventorum, aut occursus scopulorum, aut voraginem fluctuum, & abyssorum. & sic bene dicebat sapiens Eccl. 43. *Qui nauigant mare enarrent pericula eius:* sic vere homo dum est in mari huius mūdi, semper est in aliquo periculo, ne aliquo casu fortuito pereat in hoc mundo. Sic bene dicit Apost. 2. Cor. 1. & 11. Vbi dicit, ꝙ *ipse fuit in laborib. plurimis, in carcerib. abundantius, in plagis supra modum:* & sequitur: *Nocte & die in profundo maris fui, in periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentib. periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus.* Et breuiter homo non potest vitare pericula casualia, quæ sc. ab occulta Dei prouidentia, vel ordinatiue, vel permissiue inferuntur. Sed de hoc vide supra de diuinis iudicijs. Quapropter quāuis homo pro posse suo ipsa præcauere debeat, vtile tamen est, quod in Domino sperans dispositioni ipsius se committat. Aues enim vbi cibum appositum sumere credunt, periculum laquei aucupis inueniunt. Boues etiam qui simpliciter herbas capere volunt, periculum illius vermis mortiferi, qui buprestis dicitur ipsum comedendo incurrunt. Vrsi etiam dum mel in arbore comedere intendunt, percussi malleo contra spē suam supra sudes acutas inferius corruunt atque cadunt. Et sic breuiter loquendo & discurrendo, dum incaute circa cibos bonorum temporaliū intendimus, multa damna & pericula incurrimus, & quandoq; miserabiliter deficimus & perimus. Quia breuiter nullus est, qui possit omnib. fortunæ casibus obuiare. & omnia mundi pericula præcauere, & h. e. quod dicit Sen. *Non est delicata res viuere, longā viam ingressus es via, & labores oportet:* & sequitur: *Præparet se animus contra omnia, & sciat venisse, vbi parietes fulmina:* & infra: *Effugere ista non potes, contemnes autem, si sæpe cogitaueris.* Sic ergo patet, quod est periculum casuale.

C ¶ Tertio dico, quod est periculum temporale, & istud est periculum tormentorū & pœnarum, quæ mali in mundo sustinent iuste, & boni sustinuerūt iniuste. Multi enim sancti perierunt sine causa, sicut dicitur Ecc. 7. *Iustus perijt in iustitia sua.* Quod maxime patet in martyribus, quibus dicitur Iud. 5. *Sponte obtulistis animas vestras periculo.* & Hest. 4. *Ingrediar ad regem tradens me morti, & periculo.* Verumtamen istud periculum fuit temporale, non æternale. Quia sc. sicut granum in terra positum quamuis ad horam putrefiat & pereat, istud tamē durat, imo ex tali periculo in melius se commutat, sic boni quamuis in mūdi tribulationib. perire superficialiter videantur, ipsi tamen veritate nō pereunt, nisi forte temporaliter, quia sc. æternaliter in melius commutantur, similes cuidam militi, de quo facit Ouidius mentionē, qui quoties cadebat ad terram, toties nouas vires recuperabat, & semper fortior resurgebat, quia sc. viri iusti quamuis ad terram, i. e. ad statum infimum & depressum, vel per mortem, vel per alia infortunia deprimuntur, ita quod quandoq; in aspectu hominum perire temporaliter æstimantur, ipsi tamē à Deo ex hoc periculo liberantur, & in paradisum transferuntur, & fortiores, & meliores resurgere dignoscuntur. Vnde Deut. 20. *Dominus contra aduersarios dimicabit, vt eruat vos à periculo.* Vnde in persona talium dicit Apostolus 2. Cor. 4. *Tribulationem patimur, sed non angustiamur, aperiamur, sed non destituimur, persecutionem patimur, sed non derelinquimur, dejicimur, sed non perimus.* & Luc. 15. dicitur: *Frater tuus mortuus fuerat & reuixit, perierat, & inuentus est.* Sic ergo patet, quod est periculum temporale.

¶ Quarto dico, quod est periculum spirituale, & istud est illud, quod incurrit homo, quando mortaliter peccat, & sic peccatum mortale dicitur periculum, quia in ipso pereunt gratiæ & virtutes, & propter ipsum peremit homines in inferno. Nota quod sicut homines quandoq; periclitantur &

Pereunt per
- Occisionem,
- Submersionem,
- Suspensionem,
- Famis vexationem,
- Carnis turbationem.

Sic vere, spiritualiter loquendo, homo spiritualiter

Perit, quando per
- inuidiam occiditur,
- luxuriam submergitur,
- superbiam suspenditur,
- famem auaritiæ cruciatur,
- dolorem tristitiæ conturbatur.

Perit ergo homo gladio inuidiæ, & de hoc Matt. 26. dicitur: *Qui acceperint gladium, gladio peribunt.* Item perit homo submergio auaritiæ Ezech. 26. *Perijsti, qui habitas in mari,* & 2. Esdræ. 4. *Perierunt multi propter mulieres.* Item perit suspendio superbiæ, & sic pereunt principes & magnates. Vnde Hier. 4. *Peribit cor regis & principum* Item perit homo fame auaritiæ. Vnde 1. Mac. 13. *Multi ex eis fame perierunt.* Et filius prodigus Luc. 15. dicebat: *Ego autem fame pereo.*

Item homo perit turbine tristitiæ & iracundiæ. Vnde 1. Mach. 6. *Ecce pereo tristitia magna in terra aliena.* Ista sunt ergo pericula spiritualia, quæ summopere sunt vitāda. In mari enim sunt multa periculorum genera, s. bithalassus, scylla, charybdis, syrtes, rupes adamantinæ, & immania mōstra, de quibus vide supra Mari, vel in alijs titulis, vbi ponuntur. Sic in mundo sunt multa pericula vitiorum, à quibus homo debet, ne pereat, præcauere. Animalia enim bruta docent nos pericula fugere, quia ipsa solent valde sagaciter declinare, sicut patet de castore, qui truncando testiculos periculum captionis euadit, & de elephante qui, vt euadat periculum, ebur dentium frangit. Ceruus timens canum periculum, cum videt aliter non posse euadere ad hominem, & ad eius adiutorium confugit. Et testudo læsa à serpente propter veneni periculum origanum comedens de herba remedium sibi quærit. In quo quidem docent nos animalia, ꝙ pro posse debemus peccatorum pericula fugere & occasiones illorum periculorum dimittere, & si periculum peccati incurrimus, debemus pœnitentiæ remedium quærere, & pro auxilio habendo ad Deum fugere & recurrere, exemplo Apostolorum Matt. 8. qui timentes periculum submersionis recurrerunt ad Christū, dicentes: *Domine salua nos, perimus* & Hester. 28. dicitur, quod *Hester regina pauens periculum, quod imminebat, confugit ad Dominum.* Istud est ergo periculum spirituale.

¶ Quinto dico, quod est periculum æternale, & istud est illud, quod damnati sustinent in inferno, de quibus in Ps. 114. dicitur: *Pericula inferni inuenerunt me.* In isto enim periculo homo sc.

Per
- afflictionis mœrorem,
- confessionis ruborem,
- vexationis ardorem seu dolorem.

De mœrore dicitur Sap. 4. Erunt gementes, & memoria eorum peribit. De rubore talium dicitur in Ps. 82. *Erubescant, & conturbentur in sæculum sæculi, & confundantur & pereant.* De dolore etiam dicitur 1. Cor. 10. *Murmurauerunt & à serpentibus perierunt, &c.* Et hæc de perire & periculo sufficiant.

## Permanere.

Nota, ꝙ permanere idem est, quod perfecte manere, seu perseueranter manere. A Sed quia supra de manere dictū est, & infra de perseuerātia dicetur, hinc est, ꝙ de permanere modicum est dicendum. Nota igitur breuiter, ꝙ nos debemus permanere, & perseuerare in bono: nullū enim opus est laudabile, nisi sit permansibile, & durabile. Et ideo corpora cœlestia, quæ sine corruptione in esse suo permanent, nobiliora, & meliora præ cæteris dici debēt. Quod etiā de cæteris creaturis perpetuis dici potest, s. de lapidib. pretiosis, & de fontib. & fluminib. & alijs incorruptibilib. creaturis. Nos igitur si boni, & iusti esse volumus, & à Deo electi, dilecti,

& ie;

debemus esse in bono permanentes, & sine cessatione in incepto bono proposito persistentes. Nota quod ... debemus permanere, sc.

In perfecto amore,
In diuino timore,
In fidei feruore,
In virtutis vigore,
In doctrinæ fulgore,
In tribulationis labore,
In conuersationis decore,
In contemplationis splendore.

... ere dico debemus in charitatis amore, quia sc. nos non ... falsi amici, sed firmi, perpetui, atque veri, iuxta il... Senec. *Sic diligamus, ac si desinere non liceat.* Eccl. 6. *Amicus si permanserit, erit tibi quasi anima tua.* Item permaneamus in diuino timore, sicut de Tobia dicitur Tob. 2 quod *immobilis in timore Dei permansit.* Item permaneamus in fidei, & veritatis feruore ... 4. *Exhortantes, vt permanerent in fide*, Col. 1. *Permanentes in fide fundati.*

... permaneamus in firmitatis vigore. Vnde de Caleph dicitur ... 46. quod *vsque in senectutem permansit illi virtus*. Item ... mus in vero sapientiæ fulgore 2. Tim. 3. *Permane in his quæ didicisti.* Item permaneamus in tribulationis labore, vt sic ... nobis illud Luc. 22. *Vos estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis.* Item permaneamus in conuersationis decore, sicut de Tobia dicitur Tob. 14. quod *omnis generatio eius in bona vita, & sancta conuersatione permansit.* Item permaneamus in contemplationis splendore. Vnde in Ps. 71. *Permanebit cum sole & ante lunam, in generatione ad generationem.*

... vis, quod multi sunt, qui non habent permanentiam ... ralem, quia sc. in bono minime perseuerant, similes ... qui componuntur ex quatuor elementis, quæ sc. ratione ... tum ibidem vnum contra alteram agentium, nunquam ... possint permanere, sed de vna forma ad aliam necesse continue pertransire, sicut in quolibet mixto videtur. Si vero moraliter loquendo, quia nos componimur ex ... elementis, & qualitatibus contrarijs, i. e. ex quatuor affectibus, quæ sc. sunt gaudium, spes, dolor, & timor, gaudium, dolor sunt de præsentibus: spes vero, & timor de futuris, hinc est, quod in nobis perfectam permanentiam nó habemus, imo ... esse morali, & virtuoso parum persistimus & permanemus, sed de vno statu ad alium pertransimus. Constat enim quod moraliter loquendo, nihil est in mundo permanens, sed quicquid in eo est, totum est fluidum, & transcurrens Eccl. 2. *Vidi in omnibus vanitatem, & afflictionem animi, & nihil permanere sub sole* ¶ Le... sciendum, quod peccatores nullam habent permanentiam, & potissime illi, qui

Immunda fœtent putredine,
Iniusta lædunt acredine,
Mundana florent imagine,
Fluida micant prurigine,
Non fida credunt certitudine,
Profunda latent voragine.

Dico ergo, quod inconstantes, impermanentes, & imperseuerantes ... illi, qui immunda fœtent putredine. sc. carnales & ... si, de quibus dicit dominus Gen. 6. *Non permanebit spiritus meus in homine*, &c. & Deut. 21. *Non permanebit adaucti hominum in li...* ... illi, qui iniusta lædunt acredine, sicut sc. iniqui, raptores ... les Ps. 5. *Neque permanebunt iniusti ante oculos tuos.* Item illi, ... dana florent imagine, h. e. dictum, vani, lasciui & cu... Vnde Iob 13. *Homo natus de muliere breui viuens tempore, &c. qui quasi flos egreditur & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquam in eodem statu permanet.* Item illi, qui fluida micant prurigine, sicut sunt inconstantes, & falsi amici. Vnde Eccl. 6. *Est amicus solo nomine & est amicus socius mensæ, & non permanebit in die necessitatis.* Item ..., qui non fida credunt certitudine, seu qui obscura virgent albugine, sc. hæretici, de quibus dicitur Es. 7. *Si non credideritis, non permanebitis.* Et in secunda Epist. Ioan. *Qui non permanet in doctrina Christi, Deum non habet.*

Item ..., qui profunda latent voragine, illi sc. qui sunt spiritualiter mortui, & qui vitiorum voragine sunt sepulti, de quibus dicitur Hebr. 7. quod *plures facti sunt sacerdotes secundum legem, eo, quod morte prohiberentur permanere.* Mors enim peccati permanere in statu virtutis & gratiæ non permittit. Hæc igitur de permanere sufficiant. Vide supra de Manere, & similibus.

*Diction. Bersborg.*

**Permittere.** Nota, quod permittere sumitur pro concedere, pati, dissimulare, tollerare, seu etiam pro non impedire. Sicut enim dicitur Act. 26. *Pauli permittitur tibi loqui pro temetipso.* Et sic potest dici, quod est permissio diuina, & humana. Et sic nota, quod est permissio A

Metuenda,
Facienda,
Fugienda.

Primo dico, quod est permissio metuenda, & est ista diuina permissio, quæ nihil aliud est, quam diuina patientia & sustinentia, qua sc. Deus quandoque mala fieri permittit, in quantum scil. ipsa non impedit, aut auertit, sed dissimulat: quapropter iusti, qui hoc aduertunt, merito trepidant & formidant. Videmus enim, quod Deus quandoque permittit iustas tribulationes, & tentationes incurrere, & quandoq; etiam cadere & deficere, quapropter necesse est sua iudicia formidare, sicut Tob. 2. dicitur, quod *Deus Tobiam excæcari permisit, vt exemplum patientiæ daretur posteris.* Deus enim secundum sua occulta iudicia quandoq; permittit fieri mala, sicut apparuit in tribulatione Iob, & Tobiæ. Quandoque etiam permittit fieri bona sicut apparuit Matth. 8. de illo, quem dominus vocabat, qui cum diceret. *Permitte me primum sepelire patrem meum*: non fuit auditus, quin imo sibi dictum est: *Dimitte mortuos sepelire mortuos suos.* Sicut etiam dicitur Luc. 8. *Vbi dæmones rogabant Iesum, quod permitteret illos intrare in porcos, & permisit*, & tamen dicitur ibi, quod *statim grex porcorum fuit præcipitatus, & suffocatus in mari.* Deus enim scit de malis tentationibus, & tribulationibus elicere bona, & de bonis elicere meliora. Sed de talibus diuinis permissionibus, & tot malorum dissimulationibus, suisque occultis iudicijs, causis, & rationibus nihil amplius ad præsens. Vide supra Iudicijs. Ista est ergo permissio metuenda.

¶ Secundo dico, quod est permissio facienda, & ista est illa, qua boni semper solent bona fieri, permittere, & ipsa nunquam impedire, sed facientes pro viribus adiuuare, sicut de Paulo dicitur Acto. 27. quod *Centurio Paulum permisit Hadrumetum manere.* Quandoque etiam ad vitanda mala peiora, & ea causa necessarijs etiam a iustis mala fieri permittuntur, & bona etiam quandoque dimittuntur & impediuntur, exemplo Moysis, qui *libellum repudij in lege permisit vxoribus dari, & hoc ne ipsæ per maritos contingeret trucidari*, sicut dicitur Matth. 19. B

¶ Tertio dico, quod est permissio fugienda, & ista est permissio mali, sicut est quando homo permittit, sc. C

Animos furere,
Impios viuere,
Ignaros docere.

Animos dico furere per superbiam. Istud enim non est permittendum Tob. 4. *Superbiam in tuo sensu nunquam dominari permittas.* Item impios viuere per improbam patientiam, sicut faciunt illi, qui muneribus, aut fauoribus allecti permittunt viuere ... malesicos, contra illud: *Maleficos non patieris viuere.* Vnde Deut. 20. præcipitur de illis impijs: *Nullum omnino inopie permittes viuere sed interficies in ore gladij.* Teste enim Senec. *Genus misericordiæ est in malos cito occidere.* Item ignaros docere, seu etiam præmittere per acceptionem personarum, & iniustitiam, contra quod Apostolus 1. Tim. 2. *Docere mulieri non permitto.* Et hoc de permittere sufficit. Vnde in tit. Dimittere, Omittere, Permittere, Pati, Dissimulare, & de similibus titulis.

**Perpetrare.** Nota, quod perpetrare idem est quod facere vel patrare. Et quamuis patrare in scriptura accipiatur in bono, sicut quando dicitur Gen. 2. quod *requieuit dominus in die Sabbathi ab omni opere, quod patrarat*, perpetrare tamen semper sumitur in malo significato. Et sic perpetrare idem est, quod aliquod malum committere. Vnde Eccl. 8. *Quia non profertur cito contra malos sententia, ideo filij hominum absque vllo timore perpetrant mala.* Mala dico A

Hæresis & idololatriæ,
Fœditatis atque luxuriæ,
Feritatis atque sæuitiæ.

¶ Perpetrant dico mali hæresim, & idololatriam. Istud enim est summum facinus, quod possit homo committere. Istud enim est immediate cótra Deum Deut. 17. *Quod si vir aut mulier seruiát dijs alienis, aut solem, & lunam adorauerint, educes, inquit, virum, & mulierem, qui rem sceleratissimá perpetrauerint, ad portam ciuitatis & lapidibus obruentur.* De tali perpetratione dicitur 4. Reg. 17. & 18. quod

*Samaritani, qui illuc adducti & translati fuerant per Chaldæos, iuxta consuetudinem suam pristinam perpetrabant, idola videlicet adorando.* ¶ Item dico, quod perpetrant mali fœditatem atq; luxuriam, sicut de filijs Beniamin dicitur, qui habitabant in Gabaa, qui sc. luxuriando occiderant vxorem Leuitæ, vt dictum fuit Iudic. 20. *Tradite homines de Gabaa, qui flagitium perpetrarunt.*

¶ Item dico, quod perpetrant mali feritatem, atq; sæuitiam, sicut Exod. 22. dicitur, quod *qui orto sole homicidium perpetrauit, & ipse morietur.* Et sic igitur patet, quod perpetrare vt communiter accipitur in malo.

A **Perpetuitas. Perpetuum.** Cum perpetuum dicatur, quod vltimo fine carebit, licet habuerit principium inceptiuum, & inde est, quod facti fuerunt versus grammaticales, vbi dicitur:

*Aeternum sine principio sine fine manebit,*
*Perpetuum cum principio, sed fine carebit.*

Possumus inquit dicere, quod licet quandoq; sumatur perpetuum pro æterno, per perpetuum potest omnis duratio seu perseuerantia denotari. Et sic dicam, quod in scriptura vt communiter nunquam inuenimus perpetuitatem diuinam, sed humanā. Vnde nota, quod nos inuenimus vnum Perpetuum quod

Iustos mensurat,
Stultos indurat,
Beatos procurat,
Damnatos immutat.

B ¶ Primo ergo dico, quod est vnum perpetuum, quod est iustorum viuentium, & istud certa est perpetuitas, duratio, longæuitas, perseuerantia, & continuitas virtutum, quibus sc. vita ipsorum moralis sine fine, & termino peccati mortalis persistit, iuxta illud Sap. 5. *Iusti autem in perpetuum viuent, & apud dominum est merces eorū.* Animalia enim perpetuo viuerent, nisi ipsa mortis corruptio terminaret. Quia igitur iusti in perseuerādo à morte culpæ per Dei gratiam præseruantur, restat quod viuere perpetuo cōprobantur. De cœlestib. enim, & de ordine rerum dicit Sen. in Epistol. quod *licet de sui natura non sint perpetua, durant tamen, & perpetuātur manutenētia regentis.* Sic vere est de virtuosis hominib. de iure enim natura non sunt in moribus perpetui, & impeccabiles, manutenētia tamē, & gratia Dei perpetuantur, & in esse virtutum per perseuerantiam conseruantur. Vnde ipse Deus videtur dicere homini iusto & prædestinato, & per ipsum vitæ perpetuæ præseruato illud Hierem. 31. *In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans tui.* Et aduerte, quod corpora cœlestia sunt perpetua propter perfectionem suæ formæ, quæ replet omnes appetitus materiæ. & sic quia quælibet pars mixti contenta est forma sua, ideo ad corruptionem & maleficiū non machinatur, & sic stare & perseuerare, & ipsæ partes, & etiam ipsum mixtū perpetuo comprobantur, sicut Philosophi dicunt. Quomodo enim cœlum deficeret, quod perpetuas partes habet? Sic vere dicam de iustis. Habent enim formam perfectissimam, sc. gratiam diuinam, quæ sc. partes morales ipsorum, quæ sunt affectus cordiales, perfectiones virtuales, effectus corporales spiritualiter satiat & informat. Et ideo restat, quod esse eorum virtuosum, & mortale perpetuatur, & durat, & per peccata non corrumpitur, neque cessat. Partes enim ipsorum, quæ sunt virtutes Theologicæ, Cardinales, & morales per diuinam gratiam informantur, & ideo apud ipsos perpetuo commorantur, & ipsos etiā perpetuare noscuntur, & ad regnum perpetuū deducere comprobantur. Ideo de tali gratia iustos perpetuāte, & ad regnū perpetuū deducente videtur dominus dicere illud Es. 61. *Fœdus perpetuum feriam eis, misericordias Dauid fideles.* ¶ Et no-

C ta, si vis, quod viros perfectos perpetuant in bono videlicet

Sanctitatis cultus,
Claritatis vultus,
Honestatis gestus,
Charitatis æstus,
Firmitatis status,
Veritatis satus,
Iustitiæ fructus,
Mœstitiæ luctus,
Fiduciæ ductus.

Istæ enim virtutes de sui natura sunt perpetuæ, & ideo perpetuant possidentem. Igitur dico, quod ipsum facit perpetuum perpetuus sanctitatis cultus, de quo sc. potest dici illud, quod de lucerna tabernaculi dicitur Exod. 27. *Perpetuus erit cultus per successores eorum.*

¶ Item ipsum facit perpetuum perpe[...] i. dictum, splendor & claritas sapientiæ ducit a[...] tuum Sap. 6. *Diligite sapientiam, vt in perpetuum regnetis.* ¶ Item ipsum perpetuat perpetuus honestatis gestus, & iste est, de quo dicitur Exod. 29. *Erunt sacerdotes mei religione perpetua.*

¶ Item ipsum perpetuat perpetuus charitatis æstus Leu[...] *Ignis iste erit perpetuus.* Et illud Hier. 31 *In charitate perpetua dilexi te.* ¶ Item ipsum perpetuat perpetuus firmitatis status. Vnde [...] 17. *Thronus eius firmus erit in perpetuum.* ¶ Item ipsum [perpe]tuat perpetuus veritatis satus Prou. 12. *Labium veritatis firmum erit in perpetuum.*

¶ Item ipsum perpetuat perpetuus iustitiæ fructus Sap. 1. *Iustitia perpetua & immortalis.* Et illud prædictum, iusti autem in perpetuum viuent. ¶ Item istos perpetuat perpetuus mœstitiæ luctus, sc. perpetua contritio & pœnitentia, de qua dicitur Leu. 16. *Affligetis animas vestras religione perpetua.* ¶ Item ipsos perpetuat perpetuus fiduciæ ductus, h. e. dictum, spes futurorum [...], atq; firma, de quo Es. 26. *Seruabis pacem, quia in te sperauimus. Sperastis in domino in sæculis æternis, in domino Deo forti in perpetuum.* E[t] ergo quomodo virtutes, quæ quantum in se est sunt perpetuæ, pro eo s. quod à Deo, & à sede perpetua procedunt, homi[nes] spiritualiter perpetuant & conseruant.

¶ Sed pro certo charissimi hic possemus aduertere, quod licet [vir]tutes de se semper sint perpetuæ, per accidens tamen [tem]porales, & deciduæ [qu]ia sc. istæ ab homine apostatante, & [per]seuerare nolente statim recedunt & ab eo decidunt, seu [...] similes illi arbori, quæ dicit. viscus querci quæ in arbor[i]b. p[...]tibus solent nasci. Nam cum sedem propriam non habeat, necessario alienam sedem inhabitat, quæ secund. Plin. [...] 6. 244 talis est conditionis, quod si arbore, quæ omni anno perdit [fo]lia, nascitur, ipsa etiam folia sua suamq; speciem & viror[em] ipsa sua sede & arbore omni anno perdere comprobatur. S[i ve]ro nascitur in arbore, quæ perpetuo folia sua seruat, etiam perpetuo apud eam viridis perseuerat. Sic vere dicam de vi[rtu]tibus. Istæ enim quandoq; nascuntur & generantur in arborib. folia facile perdentib. i. in personis leuib. & inconstantib. & [vi]rorem gratiæ facilè per peccatum amittentib. quandoq; e[tiam] generantur in illis, qui virorem gratiæ perpetuo seruant, & qui virtutem & perfectionem suam continuant & non vitant. S[ic] reuera fit, quod isti frutices sic agnati sc. virtutes, cum cadent[ibus] solent cadere, & cum stantib. stare, quia sc. si qui virorem gratiæ per peccatum perdunt, statim virtutes, quæ in eis habitabāt, mortificantur, & virorem & efficaciam suam amittunt. Homine enim peccante mortaliter virtutum & efficaciam suam noscitur perdere, & ad acquisitionem paradisi gloriæ nil valere sicut de fide dicitur, quod *fides sine operib. mortua est,* Iac. 2. quia & virtutes & opera mortificantur, quando charitate & gratia non fouentur. Sed reuera si isti frutices, i. virtutes in homine iusto & perfecto fuerint, qui sc. virorem gratiæ nunquā perdidit, [se]d in statu gratiæ semper sistit, sic & ipsæ perpetuo in virtute & efficacia sua noscuntur persistere, & apud illū perpetuo esse, & apud eundem perpetuo habitare. Istæ enim sicut dicitur Ezec. 1. *Cum euntibus ibant, & cum stantibus stabant,* quia sc. teste Greg. *Qui rei labenti innititur, necesse est vt cum labente labatur,* & per consequens qui innititur rei forti solet astare iugiter ipsi stanti. Patet igitur quomodo iustus in præsenti spiritualiter perpetuatur, & qu[o]modo ad finalem perpetuitatem gloriæ per Dei gratiam de[ter]minatur. Vt sic de quolibet iustu dicatur Deo illud Iob. 14. *Roborasti eum paululum, vt in perpetuum pertransiret.* Patet ergo, quod est vnum perpetuum, quod est iustorum hic viuentium, & hoc est primum principale.

¶ Secundo principaliter dico, quod est vnum perpetuum, quod est stultorū hic peccantium. Istud pro certo nihil aliud est, quam induratio mentis, qua sc. mali in vitijs perpetuantur, & ibidem perpetuo obstinantur. Cor enim istorum simile est ord[...], qui veneno moritur, quod vt dicit Plin. in igne nunquam quiescit, aut comburitur, imo ibi perpetuo duraret, si ibidem perpetuo reteneretur, quinimo sicut dicit Rasis in li. de occultis virtutibus membrorum, si ibidem diutius detinetur, in lapidem commutatur. Sic vero dico, quod multi sunt, qui postquam veneno peccati mortalis perierunt, nunquam per contritionem vruntur, quinimo in tantam lapideam duritiem per obstinationem mutantur, quod in igne peccati perpetuo sine pœnitentia commorantur, ibique lapidificari dicuntur, in quantum nunquam ad bonum amplius molliuntur, Iob cap. 41. *Cor eius indurabitur*

E

quasi

A [illegible] ciens sicut [illegible] Vbi dominus pro- [illegible] perpetuum vendi terram. [illegible] [illegible] *anima mea*. Vi [illegible] cum [illegible] debat, quia sc. in anno iubilæo ad pristinum dominium [illegible] debe[illegible] tamē solum apud Israel tenet attē[illegible] [illegible] perpetuo vendebatur. Moraliter lo- [illegible] quantum quandoq; hæredi- [illegible] & possessionem gratiæ, & gloriæ peccando [illegible], illud tamen semper factum cum certa con- [illegible] dicam possunt per pœnitentiam loco, & tempo- [illegible] bilæus enim annus requiei & remissionis h. e. de- [illegible] quam pœnitentiæ reseruatur eisdem. In quo, & per [illegible] nem in integrum admitti possunt & recupe- [illegible] & virtutes, quas viri fuerant perdidisse. Fidelibus [illegible] per remanet spes veniæ, & remedium pœnitentiæ, sicut [illegible] la post naufragium, & sic non videntur in perpe- [illegible], quod peccando amiserunt. Dicunt enim illud Ps. *[illegible] miserator dominus, longanimis, & multum mi-* [illegible] *perpetuum irascetur, neque in æternum comminabitur*. Sed [illegible] ea, [illegible] mali & desperati, & qui non sunt prædestinati [illegible] hæreditatem istam gratiæ, & gloriæ reinuenire non [illegible] cuperare deperditam non sperant, nec copiosi, sed [illegible] Sic ergo terram, quæ domini est, in perpetuum contra [illegible] datum videntur vendere, in quantum sine spe veniæ [illegible] perpetuo derelinquere. Quinimo perpetuo vellent hic [illegible] petuo possent peccare. Et istæ sunt plagæ perpetuæ, [illegible] loquitur dominus in scriptura. Talibus enim videtur [illegible] dignatiue loqui Deut. 28. vbi dicitur. *Augebit dominus* [illegible] Sequitur. *Plagas magnas, & perseuerantes, infirmitates pessi-* [illegible] Illud est ergo vnum perpetuum quod est stulto- [illegible] cantium.

B [illegible] principaliter dico, quod est vnum perpetuum, quod [illegible] ium, & lætantium, & illud nihil aliud est quam vita æ- [illegible] oria perpetua, quæ sc. in ipsis perpetuo non cessabit, [illegible] autem in Eccles. *Lux perpetua lucebit sanctis tuis domine, &* [illegible] *temporum Alleluia*. Isti enim videntur esse illi, de quib. di- [illegible] ca. de Iudæa, quod perpetua gens est, nam & si nullus [illegible] ibidem, nunquam tamen deficit hominum multitu- [illegible] possum notare, quod isti sunt perpetuo

Satiati dulcore,
Iucundati canore,
Illustrati splendore,
Vegetati vigore,
Fœderati amore,
Sublimati honore,
Prædicati valore.

[illegible] dico perpetuo fruentes Hier. 52. *Cibaria perpetua dabantur* [illegible]. Item sunt perpetuè gaudentes. Vnde isti comparantur [illegible] in æstate, quæ sc. tunc summe gaudent, & cantant, Esaiæ [illegible] vbi dicitur: *Æstate perpetua erunt volucres super eum*, id est, super [illegible] bet beatum. Volucres dico, id est, lætitia sempiterna e- [illegible] super capita eorum, gaudium & lætitiam, & exultationem [illegible] bunt.

Item sunt perpetuo splendentes. Vnde Dan. 12. dicitur, quod *[illegible] fulgebunt quasi splendor firmamenti, & quasi stellæ in perpetuas æter-* [illegible] Item sunt perpetuo viuentes. Vnde illud prædictum Sap. *[illegible] autem in perpetuum viuent*. Item sunt perpetuo amantes. Isti [illegible] in perpetuum, & Deum, & se diligūt, & à Deo diliguntur. [illegible] illud prædictum Es. 61. *Fœdus perpetuum feriam eis*. Item sunt [illegible] regnantes. Vnde de Deo & de iustis dicitur Iob 36. *[illegible] solio collocat in perpetuum*. Item sunt perpetuo possidentes [illegible] [illegible] em, & diuitias sempiternas Es. 60. *Iusti in perpetuum hæ-* *[illegible] terram*. In cœlo enim, & non in terra sunt omnis per- [illegible] Quia reuera licet mali tunc videantur perpetuo, & dura- [illegible] florere, ipsos tamen certum est aliquando deficere & pe- [illegible] de illo gigante Pallante filio Euandri narrat Vincen- [illegible] cuius corpus tempore Henrici Imperatoris sanum & inte- [illegible] in monte terræmotu scisso repertum, quod ad mu- [illegible] Romæ erectum, quorum altitudinem excedebat, finaliter [illegible], & pluuijs est consumptum, qui tamen eo quod à tempo- [illegible] mortis suæ durauerat amplius mille annis, videbatur perpe- [illegible] durare. In mundo igitur nihil est perpetuum, sed quic- [illegible] est, totum corruptibile est, seu vanum, in cœlo vero o- [illegible] sunt perpetua, permanentia & æterna. Istud est igitur v- [illegible] perpetuum, quod est beatorum & lætantium.

*Dullam. Berthory*

¶ [illegible] de eo, quod est vnum perpetuum, quod est d[illegible] torum pereuntium, apud quos pro certo est, [illegible] perpetuus

Dolor & flebilitas,
Squalor & sterilitas,
Stridor & acerbitas.

De perpetuo dolore, & flebilitate videtur quilibet damnatus præ desperatione dicere illud Hier. 15. *Quare factus est dolor meus* *perpetuus, & plaga mea desperabilis*. De perpetuo squalore, & sterilitate dicitur Hier. 52. *Domine tu locutus es contra locum* [illegible] *m*, [illegible] terra inferni. Sequitur. *Vt sit perpetua solitudo*. Solitudo enim [illegible] lorem, & sterilitatem importat. De perpetuo stridore [illegible] & acerbitate potest dici ex his damnatis illud Mich. [illegible] *laudem meam in perpetuum. surgite & ite, quia non habetis hic requi-* [illegible] q. d. laudem & lætitiam, requiem & fiduciam [illegible] habet potius stridorem, desperationem, & tristitiam poss[illegible] deus. Et [illegible] de perpetuitate tamen in bono, quam in malo significatio[illegible] ciant. Vide supra de Æterno, & infra de Sempiterno, &c.

## Persecutio. Persequi.

Nota quod per[illegible] est quod impu[illegible] lare, nocere, lædere, infestare, & c. similia. S[illegible] qui, vt communiter in malo significatur. Et ideo nota [illegible] Persecutio

Pastoralis correctionis,
Virtualis repulsionis,
Temporalis vexationis,
Spiritualis tentationis,
Corporalis infectionis,
Æternalis damnationis.

Primam infert prælatus [illegible]
Secundam infert iustus pac[illegible]
Tertiam infert mundus, seu tyrannus [illegible]
bus,
Quartam infert diabolus sibi credentibus.
Quintam infert caro se diligentibus.
Sextam vero infert Deus se negligentibus.

Prælati vexatio debet exerceri,
Iusti correctio debet adhiberi,
Mundi turbatio debet sustineri,
Hostis tentatio debet præcaueri,
Carnis infectio debet abhorreri,
Dei percussio, siue damnatio debet [illegible]

¶ Primo ergo dicamus, quod prælatus per[illegible] pastorales correctiones. Et sic dicebat Dauid [illegible] & erat rex, in Ps. 100 *Detrahentem secreto proximo* [illegible] *bar*. Aoes enim nobiles natura aliter persequi [illegible] quam indignum suo consortio quia [illegible] tes. Sic vere prælati debent persequi malos [illegible] innocentes turbant & grauant. Vnde Dauid [illegible] Re[illegible] *veniebat leo, vel vrsus, & tollebat arietem de medio gre*[illegible] *bar eos, & percutiebam, eruebamq; de ore eorum*. Et [illegible] quod bonus prælatus impios, & tyrannos debet pe[illegible] iustos iuste percutere & punire Deuteron. 16. *Iuste, quod iustum est persequeris*. Iustos ergo persequitur prælatus per pa[illegible] correctiones.

¶ Secundo dico, quod iustus persequitur impios per virtuales repulsiones. Iustus enim debet incredulos & hæreticos, impios etiam, & malefactores publicos persequi, & eisdem resistere, & opponi, Iudic. 7. *Clamantes filij Israel persequebantur Madian*. Et Leo 26. *Persequemini inimicos vestros* Ista est enim iusta persecutio, quia sc. nos persequimur hostes publicos, qui sc. nos tribulant sine causa. Iustus ergo persequitur impios per virtuales repulsiones seu oppositiones. C

¶ Tertio dico, quod tyrannus, seu mundus persequitur nos per temporales tribulationes, & de hoc dicitur Ioh. 15. & sunt verba Christi discipulos alloquentis. *Si*, inquit, *me persecuti sunt, & vos persequentur, non est enim seruus maior domino suo*. Ps. 108. *Persecutus est hominem inopem & mendicum*. D

¶ Quarto dico, quod diabolus nos persequitur per spirituales, seu cordiales inspirationes, seu tentationes. Et de hoc Exod. 15. *Dixit inimicus, persequar & comprehendam, diuidam spolia, implebitur anima mea*. Et iterum in Ps. 142. *Persecutus est inimicus animam meā*.

¶ Quinto dico, quod caro nos persequitur per co[illegible] delectationes: & de hoc Galat. 4. *Ille, qui secundum carnem natus est, persequebatur eum, qui secundum spiritum natus fuit*.

¶ Sexto dico, quod Deus nos persequitur per finales, & æternales condemnationes. Vnde in Ps. 82. dicitur de peccatoribus damnatis. *Ita persequeris eos, in tempestate tua ad nihilum rediges.* De illa ergo sextuplici persecutione nihil ad præsens, nisi aliquantulum de tertia.

E ¶ Et dicamus, quod temporalis persecutio, seu tribulatio est in patientia sustinenda, quia sicut videmus, quod animalia syluestria sunt meliora & sapidiora, quando à canibus fuerint diutissime persecuta, & inde est, quod illi, qui in domibus nutriunt ceruos, vel vrsos vel alia animalia venatica, primo antequam ab eis comedantur, solent ea ex certa scientia canib. exponere, vt per huiusmodi persecutionem sapidiora inueniantur, ex timore enim animi, & ex ebullitione sanguinis, & ex calefactione motus, caro digeritur, & sic ad comedendum sapidior, & tenerior inuenitur; sic vere charissimi Deus facit, quia omnes illos, quos in mensa paradisi sibi vult præsentari, & quos ipse vult comedere, i. per delectationem perpetuam sibi incorporare, prius solet canum & venatorum, i. mundi, tyrannorum, & pessimorũ persecutionib. exponere, & ipsos diuersis mundi tribulationib. lacessere, motus enim, & labor tribulationis metus, & timor mũdanæ desolationis, & ebullitio, & feruor dilectionis, & compassionis solent hominem coram Deo aptiorem facere, & ipsum Deo ad complacendum per virtutes, & gratias præparare. Et breuiter bene dicit Apostolus 2. Tim. 3 quod *omnes, qui pie volunt viuere in Christo, persecutionem patiuntur*, exemplo Apostoli, qui dicebat 1. Cor. 4. *Persecutionem patimur sed non derelinquimur.* Patienter ergo sustineatur persecutio, & ideo quia talis persecutio nobis propter bonum nostrum solet infligi, hinc est, quod à nobis

F debet in magna patientia tolerari. ¶ Et hoc quia proculdubio

Persecutio signum est { Paternæ dilectionis, Internæ purgationis, Æternæ saluationis.

Est dico signum dilectionis paternæ. Sicut enim dicit sapiens, *Qui diligit filium, assiduat ei flagella.* Illum enim pater videtur diligere, quem sibi similem cupit efficere, & in moribus suis & consimilibus edocere. Quia ergo Christus persecutiones mundi sustinuit, videtur, quod omnes diligat, quos ad sustinendum similia ordinat, atque eligit. Et inde est, quod omnes amicos suos Christus mundi persecutionibus voluit exponere, & eos pœnis & afflictionibus fatigare Matth. 10. & 23. *Persequentur vos de ciuitate in ciuitatem, & eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum.*

G ¶ Item dico, quod est signum purgationis internæ. Constat enim, quod per persecutiones mundi purgantur interiora peccata. Serpens enim, de quo debet fieri theriaca, diutissime verberatur, vt per huiusmodi verberationem venenum ab eis corpore separetur. Sic vere mundi verbera, & persecutiones venenum peccati à nobis separant, atque mundant Ps. 68. *Quoniam, quem tu percussisti persecuti sunt, & super dolorem vulnerum meorum addiderunt.*

¶ Item signum est saluationis æternæ, quia sicut dicitur Matt. 5. *Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum, &c.* Vide supra de pace, & de aduersitate, & infra de tribulatione.

A **Perseuerantia.** Nota, quod perseuerantia teste Bernard. in quadam epistola, est vnica regis filia, virtutũ finis, & consummatio meritorũ, sine qua nemo videbit faciem patris. Et est perseuerare idem, quod perficere, vel complere. Quia breuiter nullus bonus actus, nulla bona virtus, nullus bonus fructus perficitur, aut completur, nisi illi, vel illæ, quos vel quas perseuerantia perficit. Perseuerãtia enim est sicut anima rationalis in corpore, quæ quamuis veniat vltima, est tamen omnium virtutum, seu animarum præcedentium cõpletiua. Anima enim vegetatiua, & anima sensitiua imperfectæ sunt naturæ, quinimo per istas animas nunquam homo constitueretur, nisi vltimata perfectio per rationalem animã adderetur, & nisi, quod imperfectum fuerat, per ipsam vltimo compleretur. Sic vere cum in congerie morum plures virtutes conueniant, istud tamen verum est, quod omnes imperfectæ inueniuntur, quamdiu à perseuerantia, sicut à quadam rationali anima non complentur & perficiuntur. Aliæ enim virtutes quodammodo habent rationem præmissarum, ista habent rōnē conclusionis. Aliæ se habent per modũ viæ, ista se habet per modum termini, & vltimæ completionis. Aliæ per modum imperfecti, ista per modum perfectionis. Quid enim proficeret, si arbor fructũ produceret, si [illegible] fructus in arbore vsque ad maturitatem [illegible] non permaneret. Sic proculdubio parum homini proficit fructus bonæ operationis incipitur, nisi [illegible] homine per diu[illegible]nam perseuerantiam maturetur. Vnde dicitur Gregor. in M[illegible]ral. *quod incassum bonum agitur, si ante vitæ terminum deseratur.* Vnde breuiter bona opera debent perseuerare nobiscum, & nos etiam cum ipsis. Nam sicut videmus, quod arbor nunquam fructificaret, si in loco, vbi plantata est, non perseueraret, quia sicut dicit Senec. in prouerbijs. *Non conualescit planta, quæ sæpe transfertur:* sic homo, qui in Deo per affectum, & desiderium se plantauit, nisi ibi per gratiam perseueret, non potest fructum bonorum operum producere, nec in fine æternæ gloriæ fructum reportare. Quia sicut dicitur Ioh. 15. *Sicut palmes non potest facere fructum, nisi manserit in vite, sic nec vos, nisi in me manseritis.* & ideo Moyses de seipso Deut. 9. dicit. *Perseueraui in monte quadraginta diebus, ac noctibus.*

¶ Vbi aduerte, quod nos debemus perseuerare in moribus, & cum Deo in triplici statu mundi. In mundo enim est multiplex status, sc. status

Sublimitatis,
Prosperitatis,
Aduersitatis.

Primus est status magnatum, & prælatorum, & iste significatur per montem,
Secundus est status diuitum, & repletorum, & iste significatur per dies,
Tertius est status pauperum & egenorum, & iste significatur per noctes.

Sic ergo dico, quod nos debemus in bono perseuerare, existendo in

Sublimitatis celsitudine (perseueraui inquit in monte,)
Prosperitatis plenitudine (quadraginta inquit diebus,)
Aduersitatis mœstitudine, (& quadraginta inquit noctibus.)

Dico ergo, quod perseuerare debent illi in bono, qui sunt in status celsitudine, sc. principes, iudices & prælati, qui quidem status per montem designatur. Perseueraui inquit in monte, quia mons, qui est locus eminens & sublimis, signat statum, & eminentiam superiorum, iuxta illud Deut. 28. *Stabunt ad benedicendum super montem.* Quia proculdubio illi, qui in tali monte dignitatum sunt eleuati, debent esse præ cæteris in perseuerantia bonorum operum radicati. Constat enim, quod turpius, & periculosius est in talibus, si deficiant aut si cadant, cum vita eorum trahatur ab alijs in exemplum, quam in alijs in gradib. minoribus constitutis. Quapropter isti summe debent cauere, ne virtute perseuerantiæ perdita à statu gratiæ cadant, & ne à perfectione status sui deficiant, aut desistant. Stellæ enim quæ in alto sunt positæ, sunt summæ stabilitatis, nunquam enim inferius cadunt, imo sursum in firmamento perpetuo perseuerant. Et ideo stellæ à stando sunt dictæ secundum Isidor.

Arbor etiã quanto superius magis erigitur, tanto magis radix eius inferius profundatur, & sic per consequens stabilius infigitur & plantatur. Castrum etiam in monte positum est, vt communiter stabilius, securius & fortius, quam in valle: arbores etiam quæ sunt cæteris altiores sicut sunt cedri, cupressi, palmæ, abietes, atque pini, solent virorẽ suum nunquam perdere, sed in virore foliorum semper perseuerare, & decorẽ suum perpetuo conseruare. In quib. omnib. proculdubio superiores instruuntur, quod quanto in altiori gradu in ecclesia sunt locati, tanto plus & profundius debent esse in fide, & in morib. per æternam perseuerantiã radicati. Et quanto sunt inter cæteros superiores, tãto in perseuerando in bono debent esse præ cæteris firmiores. Vnde de rege Salomone dicitur 1. Par. 28. *Firmabo regnum eius, si perseuerauerit facere præceptum meum.* Et proculdubio quando isti per gratiam cum domino perseuerant, regnum, & statum suum stabiliunt & confirmant, sicut de Petro, qui fert imaginem omnium prælatorum, dicitur Act. 12. *Petrus autem perseuerabat pulsans.* Prælatus enim debet esse Petrus, dictus à petra propter cõstantiæ fortitudinem. Debet perseuerare, propter permanentiæ longitudinem. Debet pulsare, propter correctionis sollicitudinem. Et tamen ista sunt contra multos, qui quamuis sunt in dignitatis altitudine collocati, nõ tamẽ sunt in stabilitate perseuerantiæ confirmati, quinimo, quod dolendum est, illi solent

qua-

[illegible], & [illegible] te perse[illegible] [illegible] æ [illegible] ant aliæ, nec semper [illegible] habi[illegible], imo [illegible] agitatur. Nam & arbores, quæ sunt in m[illegible] & turbinib. amplius agitatæ. Nubes, quæ aliæ [illegible] sunt in motu. Stellæ etiam, quæ cometæ dicuntur, al[illegible] superius finxerunt, ibi tamen perpetuo non mora[illegible] infra breue tempus, aut consumi, & deficere, aut in pri[illegible] materiam cadere certissime comprobantur. Sic vere mul[illegible] q[illegible] in virtute perseuerantiæ non sunt stabiles, quinimo quan[illegible] to loco ecclesiæ sc. in gradu prælationis collocentur, præ[illegible] tamen ventis vanitatis, & inanis gloriæ agitantur, & à [illegible] te boni propositi commouentur, sicut de multis patet, [illegible] udijs, tot malitijs, tot rapinis & molestijs sunt impul[illegible] [illegible] ecce non videntur prælati, vel ecclesiastici esse, sed in [illegible] [illegible] videntur recedere, i. in conditiones homi[illegible] [illegible] errore. Et breuiter dico, quod tales sunt *nati* [illegible] prælati creati à simonia, vel à carnali affectione, *breui* [illegible] *quæ multis replentur miserijs, qui nunquam in eodem* [illegible] [illegible] b 15. Nam si à Deo, & Dei ordinatione pro[illegible] [illegible] cum Deo vtique per gratiam permansissent. Quia sc[illegible] [illegible] 3 *Didici, quod omnia opera, quæ fecit Deus, perseuerent*. Non sic ergo charissimi: sed perseuerent in bono illi, [illegible] in sublimitatis celsitudine. Perseueraui, inquit, in mon[illegible] [illegible] um, perseueraui in bono existens in prælatione. Vn[illegible] [illegible] us videtur talibus dicere illud dictum Moysi Exod. [illegible] *ende ad me ad montem, & esto ibi*, hoc est dictum, perseuera [illegible] b

[illegible] [illegible] o dico, quod in bono debent perseuerare illi, qui [illegible] [illegible] peritatis plenitudine, & hoc ostenditur cum dicitur. [illegible] nta diebus. Dies enim in scriptura prosperitatem de[illegible] [illegible] 19. *Et quidem in hac die, quæ ad pacem tibi est*. Numerus ve[illegible] [illegible] genarius vitam præsentem signat: quia sc. sicut filij [illegible] adraginta annis in deserto fuerunt, & deinde terram [illegible] intrauerunt, sic in deserto huius mundi per qua[illegible] [illegible] annos, i. per spacium istius vitæ manemus, & tandem [illegible] missionis paradisi iuuante domino intrabimus. Qua[illegible] [illegible] igitur diebus, i. e. existendo in huius vitæ prosperitate [illegible] debemus in bono perseuerare, & nunquam propter [illegible] aspera debemus mentem nostram à domino elongare. [illegible] Luc. 1. dicitur: *Seruiamus illi in sanctitate, & iustitia coram ipso* [illegible] *diebus nostris*. Quod est contra multos, qui quamdiu sunt [illegible] [illegible] itate, nunquam perseuerant in bonitate. Carbuncu[illegible] [illegible], qui de nocte rutilat sicut ignis, de die dicitur pallesce[illegible] [illegible] etiam in Idumæa esse dicitur, qui de nocte feruet, & de [illegible] [illegible] gidatur. Serpentes etiam de nocte parum, aut nihil no[illegible] de calore stimulantur, & ad nocendum faciliter se incli[illegible] [illegible] c vere charissimi dico, quod dies splendor prosperitatis [illegible] perseuerantiæ contrarius existit. Sæpe enim fit, quod illi, [illegible] nocte aduersitatis sunt rutilantes per honestatem, seruẽt [illegible] charitatem, & ad nocendum alijs torpent per conscientiæ [illegible] [illegible] atem, sc. ad diem prosperitatis venerint, statim cessant in perseuerare. Nam in eis pallor inhonestæ conuersationis [illegible] [illegible] tur, frigus indeuotionis intromittitur, venenum ma[illegible] [illegible] a eorum per calorem auaritiæ stimulatur, & sic homo diuer[illegible] [illegible] ad nocendum alijs excitatur. Vnde de talib. diebus di[illegible] [illegible] 3. *In nouissimis diebus instabunt opera periculosa*. Et Matt. 24. *Si [illegible] breuiati fuissent dies illi non fieret salua omnis caro*. Et bene [illegible] [illegible] tiau, quia vere vtile est quandoque homini, quod dies pro[illegible] [illegible] erga eum breuientur, quia pro certo prosperitas solet [illegible] [illegible] nes eneruare & ipsos à perseuerantia impedire, & mutare. [illegible] [illegible] osperitas, sicut ille locus Hiberniæ, in quo lignum [illegible] [illegible] fixum, & in lapidem mutatur. Est insuper sicut ille [illegible] [illegible] ab Ouid. dicitur lib. 15. fabul. 19. Salmacis, in quo v[illegible] [illegible] qui balneatus fuerit, eneruatur & effœminatur, & à viri[illegible] [illegible] ne commutatur totaliter, in mollitiem, & debilitatem [illegible] fœmineam alteratur, ita quod semiuir, seu semimasculus appel[illegible] [illegible]. Et inde est, quod secundum fabulas poetarum primo her[illegible] maphroditus ibi lactus fuisse dicitur, qui primo, vt aiunt, puer [illegible] erat. [illegible] dum in illo fonte se balnearet, & cuidam nymphæ in [illegible] ab copula contradiceret, illa nympha rogatu Deorum [illegible] [illegible] od ipsa cum ipso puero vnũ fuit, ita quod (vt dicunt) duæ [illegible] [illegible] næ in vnum confusæ fuerint, & de vtroque sexu aliquid re[illegible] [illegible] rant, sed in neutro sexu perfectionem plenariam habue[illegible] [illegible] Illud à Poetis fingitur pro eo, quod in illo fonte omnis, qui balneat, transmutatur. Reuera charissimi quicquid sit de fa[illegible]

[illegible] bula, [illegible] tamen verum est, [illegible] mundi prosperitas videtur [illegible] [illegible] fons. Ille enim possessores [illegible] eneruat & effœminat, [illegible] perfectione perdita in mollitiem fœmineam, i. e. in condi[illegible] tionem inconstantem & fragilem eos mutat. Quod potissime videtur in multis ecclesiasticis, qui pro certo videntur esse her[illegible] maphroditi, quia sc. ratione gradus & status ipsi deberent esse viri, i. virtuosi & perfecti, & tamen ipsi ratione delicatæ con[illegible] ditionis fœmineæ, fœminei sunt effecti. Vtrumque enim sexum habent, quia isti sunt

Viri { in naturali complexione, / loquendo naturaliter, / ratione status, } & Fœminæ { in delicata conditione, / loquendo spiritualiter, / ratione effectus.

quia sc. more fœminarum sunt imperseuerantes, & in bonis o[illegible] peribus inconstantes. Et sic de illis potest dici illud Gen. 1. *Masculum, & fœminam creauit eos*. Ecce ergo quomodo prosperitas tollit à talibus virtutem perseuerantiæ. Vnde Sen. loquens Lucilio dicit epist. 19. *Tulit te longe à conspectu vitæ salubris rapida prosperitas. Ingeniosus, inquit, fuit vir ille, sc. Mæcenas magnum exemplum eloquentiæ daturus, nisi ipsum prosperitas eneruasset*. Non sic igitur charissimi, non decipiat nos mundi prosperitas, sed perseueremus in bono etiam existentes in prosperitatis plenitudine. Quadraginta inquit diebus, &c.

¶ Tertio simus in bono perseuerantes, & hoc in aduersitatis mœstitudine, & hoc ostendit per noctes. Quadraginta noctib. Numerus enim quadragenarius vt dictum est, signat vitam præsentem. Nox vero designat tribulationem & aduersitatem, iuxta illud Iob 3. *Noctem illam tenebrosus turbo possideat*. Et ideo quando dicit, quod *ipse perseuerauit cum domino quadraginta noctibus*, bene innuit, quod in omni aduersitate vitæ præsentis in bono perseuerare debemus. Sunt enim multi, qui bene perseuerant in prosperitate, sed nunquam in aduersitate, similes salicibus, quæ sunt arbores valde debilea, atque molles, quæ tamen in æstate virent, & florent, in hyeme autem arescunt, & deficiunt, atque pallent. Sic vere multi sunt, qui in æstate prosperitatis bene perseuerant, virent, & florent in virtutib. & abundant, qui tamen in hyeme, i. in tempore aduersitatis à bonorum perseuerantia desistunt, & ab omni virore virtutum deficiunt & arescunt, sicut sunt falsi amici, qui bene perseuerant cum homine, dum prosperatur, ab ipso autem fugiunt, dum tribolatur. Figura in Apostolis, cum Christo in cœna fuerunt, & statim passione adueniente ab ipso fugerunt vel recesserunt. De quibus Eccl. 6. *Est amicus socius mensæ, sed non permanebit in tempore necessitatis*. Sed non debemus esse tales, quia sc. non solum in prosperitate, imo etiam in aduersitate perseuerare debemus, similes arborib. aromaticis, quæ virorem suum seruant in hyeme & æstate. Sicut enim Asbestos lapis semel accensus nunquam amplius extinguitur nec de die, nec de nocte, sic nec iustus homo semel per gratiam illuminatus debet amplius deficere: sed in lumine spiritualis gratiæ perpetuo permanere Eccl. 44. *Cum semine eorum perseuerabunt bona*. Noctib. inquit. Vnde Luc. 21. dicitur de Christo, quod *noctibus exiens morabatur in monte, qui dicitur Oliueti*. Et breuiter istud est verum, quod in statu sublimitatis, & in statu prosperitatis, & in statu aduersitatis virtus perseuerantiæ est habenda. quia sicut dicit Bernar. in Epist. ca. 39. *Perseuerantia est ductrix ad meritum, mediatrix ad præmium, soror patientiæ, filia constantiæ, amica pacis, amicitiarum nodus, vnanimitatis vinculum, & propugnaculum sanctitatis. Tolle, inquit, perseuerantiam, & nec fortitudo laudem, nec obsequium mercedem, nec beneficium gratiam obtinebit*. Per hanc enim solam homo æternitati redditur, pugnator vincit, & victor etiam coronatur, quia *qui perseuerauit vsque in finem, hic saluus erit*. Et sic breuiter patet, quomodo virtus perseuerantiæ est habenda in triplici statu nostro. sc.

In { Celsitudine sublimitatis, / Plenitudine prosperitatis, / Mœstitudine aduersitatis.

Et hoc est, quod dicit Apostolus Heb. 12. *In disciplina perseuerate*. Et hæc de perseuerantia bona sufficiant. De perseuerantia vero in malo vide vbicunque agitur de mala consuetudine.

## Pertinere.

Nota, quod pertinere in bono sumitur, & in malo. Et primo quidem in bono dico, quod

Ad hominem Pertinent quædam { Naturaliter, Temporaliter, Spiritualiter, Æternaliter.

Prima sunt sustinenda cum patientia,
Secunda sunt ministranda cum moderantia,
Tertia sunt conseruanda cum sapientia,
Quarta sunt procuranda cum diligentia.

Primo igitur dico, quod pertinent ad hominem quædam, quæ sunt naturalia, & ista pro certo sunt corporis necessitates, sc. comedere, bibere, infirmari, sanari, viuere, mori, tristari, lætari, laborare & aduersa sæculi tolerare. Ista enim omnia pertinent ad nos, sicut quædam seruitutes & tributa, quibus humana natura onerata est in hac vita, & ideo illa, quæ ad naturæ sustentationem pertinebant, excipiebantur in lege propter ineuitabilem necessitatem Exod. 12. *Die, inquit, septima nil operis facietis, exceptis his, quæ ad vescendum pertinent*. Et pro certo pertinentia naturalis necessitatis præferenda est vniuersis. Vnde etiam discipuli Christi periclitantes in mari dicebant sibi Marc. 4. *Magister non ad te pertinet, quia perimus?* Ideo reputabantur crudeles, qui nihil ad vitam pertinens relinquebant: sed omnia deuastabant Iudic. 6. sicut etiam de illis quinque regibus dicitur Gen. 14. quod *ipsi tulerunt vniuersa, quæ ad cibum pertinent*. Pertinent igitur ad nos quædam, quæ sunt naturalia.

B ¶Secundo dico, quod pertinent ad nos quædam, quæ sunt temporalia, & ista sunt nostra negotia tam priuata, quã publica, quæ certe quilibet debet iuste, diligenter, & debite ministrare. De publicis patet Luc. 28. vbi dicitur, quod *omnis possessio consecrata ad ius pertinet sacerdotum*. Et sic dico, quod

Ad prælatum pertinet { Populum regere, Pacem fouere, Hostes arcere.

Suos inquit regere, sicut, sc. pastor, ad quem pertinet regere gregem, quod est contra multos similes mercenario, sicut dicitur Ioh. 10. *qui videns lupum venientem dimittit oues, & fugit, quia non pertinet ad eum de ouibus*. ¶ Item pacẽ quærere. Vnde de Mardochæo dicitur Hester. 10. quod *ipse fuit acceptabilis plebi fratrum suorum loquens, quæ ad pacem seminis sui pertinent*. ¶ Item debent hostes arcere, sc. contra tyrannos pugnando. Ista enim sunt prælia, quæ pertinent ad Mathathiam, i. principem, vel prælatum, contra Antiochum, i. tyrannum, de quibus fit mentio 1. Mac. 2. De malis tamen superioribus, ad quos, sc. non videtur de domo ecclesiæ, vel patriæ sibi commissæ aliquid pertinere, dicitur Iob 21. *Quid enim ad eum pertinet de domo sua?* quasi dicat, videtur quod nihil. De rebus etiam priuatis, quæ scilicet, ad nos pertinent, constat, quod de ipsis debemus curare, exemplo, scilicet, Iacob, de quo dicitur Gen 32. quod *traductis omnibus quæ ad eum pertinebant, remansit solus*, & dicitur ibi, *quomodo omnia sua prudenter ordinauit propter timorem Esau fratris sui*. Patet igitur, quod ad nos pertinent

C quædam, quæ sunt temporalia. ¶ Tertio dico, quod ad nos pertinent quædam, quæ sunt spiritualia, quæ primo, & præcipue ad sacerdotes pertinent. Et aduerte, quod ad nos spiritualiter Pertinet

Deum orare,
Fidem seruare,
Nostros iuuare.

Deum inquit orare. Vnde cuilibet dicitur Exo. 4. & 18. *Esto tu populo in his, quæ ad Deum pertinent*. Item fidem seruare. Vnde Num. 18. *Quæ ad cultum altaris pertinent, per sacerdotes ministrabuntur*. Vnde etiam de rege dicitur 1. Esdr. 7. quod ipse, sc. *præceperat, quod quicquid ad cultum Dei cæli pertinet tribuatur*. Item suos iuuare. Vnde de

D Salomone dicitur, quod *adiscauit vicos, qui ad se pertinent*. ¶ Quarto vero dico, quod ad nos pertinent quædam, quæ sunt æternalia, sc. gloria Paradisi, & etiam ipse Deus quæ sc. sunt hæreditas nostra, quam scilicet summe debemus cauere, ne eam per peccatum perdamus. De Deo enim potest Christianus dicere cuilibet infideli illud 2. Reg. 19. *Magis ad me pertinet Dauid, quam ad te*. De animabus etiam, quæ sunt in patria, & de gloria æterna potest dici illud Hest. 2. quod *quicquid postulabant ad ornatum pertinens, accipiebant*. Sic ergo patet quomodo pertinere sumitur in

E bono. ¶ De his vero, quæ ad malos pertinent, sc. de bonis terrenis, & etiam de animalibus suis, possumus dicere, quod ista omnia finaliter dissipabuntur, & ad nihilum deducẽtur. Immundo enim illa omnia, quæ ad eos pertinent, valde sunt in tuto, licet di... tamen dicitur 1. Reg. 2. ... *periit quicquam de cunctis quæ ad eam pertinebant*. Dauid tamen ... dicit. *Viuit dominus si reliquero de omnibus quæ ad eum pertinent ... mane mingentem ad parietem*. De illis etiam, qui absorpti fu... ta dicitur Nu. 16. *Notum facit dominus qui ad eum pertineant*. S... tur: *Nolite tangere, quæ ad eos pertinent*. Et dicitur ibidem, *quod ipsi viui cum suis rebus omnibus sunt absorpti*. Sic ergo patet, quomodo pertinere sumitur in bono & in malo. Vide de pronominibus ...us, tuus, suus, nostra, sua, vestra, & in tit. proprium, seu proprietas. Hæc omnia ad nostram pertinentiam spectant.

# Pertransire.

Nota, quod pertransire idem est, quod perfecte transire, i. e. vltra transire. V... breuiter nota, quod pertransire nihil aliud est, quam de vi... mino ad alium perfecte se mouere. Et ideo homo potest di... pertransiens, sc. propter

Carnis fragilitatem,
Vitæ labilitatem,
Rerum mobilitatem,
Mortis necessitatem,
Morum mutabilitatem,
Locorum diuersitatem,
Cordium peruersitatem,
Inferni pœnalitatem,
Paradisi fœlicitatem.

Facit ergo hominem pertransire, & nunquã in eodem statu persistere carnis fragilitas Ps. *Veruntamen in imagine pertransit homo, sed & frustra conturbatur*. Item vitæ labilitas, de qua Iob ... tur: *velut nubes pertransiit salus mea*. Item rerum mobilitas. V... Ps. *Inter medium montium pertransibunt aquæ*. Item mortis ... tas. Vnde Ps. *Spiritus pertransibit in ipso, & non subsistet, & non cognoscet amplius locum suum*. Item morum mutabilitas. Vnde ... P... citur: *Illic naues pertransibunt*. Item locorum diuersitas. Vn... Psal. *Pertransierunt de gente in gentem, & de regno ad populum alterum*. Item cordium duritia, seu peruersitas. Vnde de paupere ... to dicitur Luc. 10. quod *Leuita videns eum pertransiit*. Item in... pœnalitas. Vnde Ps. 123. *Forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem*. Itẽ paradisi fœlicitas. Vnde de homine dicit... 14. *Roborasti eum paululum, vt perpetuo pertransiret*. Et breuiter sunt transitus, & pertransitus boni & mali, quos inuenimus in scriptura. Sed de istis vide magis plene infra titulo de Transire.

# Peruersitas.

Nota, quod peruersitas idem est, quod per contrarium versio. Et ideo peruersus homo idem est, quod ex certa scientia malitiosus obstinatus & iniquus. Vnde breuiter notandum, quod inuenitur

Peruersitas, & malignitas in { Cognitione, Intentione, Affectione, Locutione, Operatione, Obstinatione, Cogitatione, Conuersatione, Ordinatione, Æstimatione.

Est dico peruersa cognitio, seu intellectio. Vnde Deut. 31. *Generatio praua, atque peruersa vtinam saperent, & intelligerent, &c*. Item est peruersa intentio, & istam habẽt peruersi, & malitiosi hypocritæ, & de hac Prou. 17. *Qui peruersi cordis est, non inueniet bonum*. Item est peruersa affectio Deut. 32. *Generatio enim peruersa est, & infideles filij*. Infidelitas enim nihil aliud est, quã affectionis peruersitas. Item peruersa locutio Prou. 2. *Vt eruaris a via mala, & ab homine, qui peruersa loquitur*. Quia sicut dicitur Prou. 10. *Labia iusti considerant placita, os impiorum peruersa*. Et Actor. 20. *Exurgent viri loquentes peruersa*. Itẽ est peruersa operatio, & ista in scriptura intelligitur sub nomine viæ. Viæ enim nostræ sunt operationes nostræ & de istis dicitur Prou. 2. *Quorum viæ peruersæ, & infames gressus eorum*. Item est peruersa obstinatio, de qua Eccl. 1. *Peruersi difficile corriguntur*. Itẽ est peruersa cogitatio, de qua Sap. 1. *Peruersæ cogitationes separant à Deo*. Item est peruersa conuersatio. Vnde bene conuersantibus dicitur Phil. 2. *Inter quos lucetis sicut luminaria in medio nationis prauæ atque peruersæ*. Item est peruersa ordinatio & iudicatio, i. e. inter malos superiores Abac. 1. *Propterea egreditur iudicium peruersum*. Item est peruersa fides, & æstimatio Luc. 9. *O generatio infidelis & peruersa, vsquequo patiar vos? &c*. Vide supra de iniquo & impio.

Per

**Pes. Pedes.** Cum pedes sint in congerie membrorum corporis animalis sicut finis & complementum, & fundamentum, sicut basis & appodiamentum, ideo [illegible] diuersa officia in corpore & per consequens [illegible], & varijs proprietatib. abundare, hinc est, quod pedes spiritualiter loquendo, sicut diuersimode possunt sumi [illegible] & varia possunt designare, in bono, sc. & in malo. [illegible] per est pars corporis magis infima, magis vltima, in [illegible] occupata, in actu multum onerata, notare possumus quod per pedes intelliguntur in bono significato, sc.

Affectus interiores,
Effectus posteriores,
Subditi inferiores,
Perfecti solidiores.

[illegible] tutenim sunt pedes animæ portatiui,
[illegible] sunt pedes animæ complectiui,
[illegible] sunt pedes infimi deiectiui,
[illegible] pedes laborum sustentatiui.
[illegible] go in scriptura

Pes { Interioris affectionis, Posterioris finitionis, Inferioris subiectionis, Solidioris perfectionis.

[illegible] tur dico, quod in scriptura inuenitur pes interior, [illegible] nostram nobilem affectionem. Affectiones enim [illegible] animæ, qui sc. de re ad rem, de cogitatione vel cognitionem, de desiderio ad desiderium ipsum portant. *Amor meus affectus meus, eo feror, quocunque feror*, dicit August. [illegible] anima de dilectione vnius rei nunquam ad dilectionem se moueret, nisi ipsam affectus animi illuc pro[illegible] Es. 23. *Ducent eam pedes sui longe ad peregrinandum.* [illegible] de nui, quod aliquæ sunt aues, quæ pede vtuntur [illegible] ut sunt porphyrio & psittacus, sic vere multi sunt [illegible] pro operibus computantur: quia sc. cum manus [illegible] ad operandum, i. cum careant potentia operandi, [illegible] des habent, i. e. potentiam volandi & affectandi, & [illegible] bona voluntas pro facto reputatur, ideirco vt pedes [illegible] manuum reputantur, quia sicut dicit Aug. super Ps. [illegible] *ad vo, & non potes, factum Deus computat.* Sicut enim videmus quod aues non solum habent alas ad volandum imo etiam pedes ad ambulandum: quia generaliter omnis auis duos pedes, sicut generaliter habet duas alas; sic proculdubio homo spiritualis non solum debet habere alas contemplationis, imo etiam pedes amoris & affectionis. Nam sicut [illegible] templationem superius tollitur, ita necesse est quod per affectionem ad aliud gradiatur. Et ideo sicut homo duas debet habere alas contemplationis, vnam, sc. qua contempletur bona [illegible], & aliam, qua meditetur tormenta inferni, sic proculdubio duos pedes duplicis affectionis debet habere, videlicet,

Vnum, quo feratur ad bona spiritualia & moralia, alium vero, quo feratur ad petendum bona æternalia, & supernalia.
Vnum etiam, quo diligat Deum, alium quo diligat proximum,
Vnum insuper, quo contemnat mundum, alium vero, quo diligat Paradisum.

[illegible] quædam species aquilarum, quæ in aquis natat more a[illegible] lumorum, & ita vnum pedem habet clausum more anse[illegible] in aqua velut remige se possit dirigere, & aquam sicut [illegible] retro spargendo post se pellere, alium vero habet diui[illegible] more auis prædalis, vt furtum in aere possit præcipere, & raptâ fortiter retinere. Sic vere homo spiritualis duos pedes, i. duplicem affectionem debet habere, vnum videlicet clausum, alterum apertum: quia proculdubio pes, i. e. affectionis, quo vti debemus in aqua huius fluxibilis vitæ debet esse clausus per discretionem, vt sc. aquam bonorum temporalium repellens & contemnens, ad anteriora, i. ad bona spiritualia & moralia se per actionem transferat & conuertat Ps. *In flumine pertransibunt pede*, dicens cum Apostolo illud Phil. 3. *Quæ retro sunt obliuiscens, ad ea vero, quæ anteriora sunt, extendens meipsum ad bradium persequor brauium.* Pes vero affectionis, quo sursum in aerem [illegible] debemus volare, debet esse apertus & acutus, vt [illegible] illa bona desideremus, ipsa per desideria capiamus, & [illegible] nostra fortiter teneamus, quia sicut dicitur Matt. 11. *[illegible] cælorum vim patitur, & violēti rapiunt illud.* Illi sunt ergo pedes interiores. & de istis pedib. potest dici illud, quod de sanctis animalib. dicitur Ezech. 1. quod *pedes eorum pedes recti, & planta pedis eorum tanquam planta pedis vituli.* Quia sc. illi qui sancta animalia volunt esse, debent habere pedes affectionum rectos per iustitiam, plantatos per constantiam, vitulinos per moderantiam & prudentiam. Et sic quilibet talis poterit dicere de Deo illud Ps. *Perfecit pedes meos tanquam ceruorum, & super excelsa statuens me.*

¶ In quibus verbis aduerte, quod sicut pedes bene debent C

Disponi naturaliter,
Citu debent moueri actualiter,
Tute debent locari corporaliter,
In se debent componi virtualiter.

Sic dico pro certo, quod pedes affectionum debent

Moraliter dispo- [Perfecit inquit pedes meos,]
Agiliter exponi [Tanquam ceruorum,]
Sagaciter reponi [Super excelsa,]
Stabiliter componi [Statuens me inquit.]

Pedes { Disponit morum sanctitudo, Exponit mentis promptitudo, Custodit spei certitudo, Roborat mentis fortitudo.

Dico igitur, quod pedes affectionum nostrarum debēt disponi per moralem sanctitudinem: quod ostenditur in verbo perfecit. Perficere enim moraliter loquendo, idem est quod complementum in se aliqua adhibere. Nā sicut tunc pedes sunt in se bene dispositi & perfecti, quando habent omne illud, quod est necessarium ad eorum compositionem, & ad eorum ornatum, & adiacentem conditionē, sic vere affectiones nostræ tunc sunt perfectæ quando virtutib. sunt ornatæ, & necessarijs conditionib. præmunitæ.

¶ Et ideo possumus notare, quod sicut ad perfectionem pedum naturalium & dispositionem requiritur, sc. quod lauentur, nudentur, vngantur, tegantur; sic proculdubio ad hoc, quod pedes affectuum nostrorum sint bene perfecti & dispositi, nos debemus ipsos D

Lauare per compunctionem,
Nudare per confessionem,
Vngere per deuotionem,
Tegere per discretionem.

Dico ergo, quod pedes affectuum per compunctionem debemus lauare. Pedes n. faciliter contrahunt puluerem & fœtorem, lutum etiam, & immunditiam & sudorem, & ideo sæpe debent pedes lauari, vt possint ab omni immunditia purgari. Et inde est, quod antiquitus statim, quando hospites veniebant pro primo ferculo statim pedes eius lauabant; sicut de Abraham legimus Gen. 18. quod *Angelos, quos homines credebat, primo ad lauandum pedes ante omnia inuitabat*, dicens: *Lauentur pedes vestri, & requiescite sub arbore.* Et istud idem dicitur *Loth eisdē angelis obtulisse* sicut dicitur Gen. 19. Sic proculdubio charissimi cum pedes affectionum nostrarum in se recipiant multas sordes, i. e. multas criminum corruptelas, necesse est, quod per compunctionem, & lacrymarum irrigationem sæpe lauentur, vt ab omni immunditia emūdentur Cant. 5. *Laui pedes meos, quomodo inquinabo eos?* Vnde Leu. 1. figuraliter dicitur, *quod non solum caput hostiæ & intestina, imo etiam pedes lauari debebant.* Quia non solum caput intentionis, vel intestina delectationis, imo etiā pedes cordialis affectionis sunt lauandi, & ab omnib. vitijs expiādi. In signū cuius Christus pedes discipulorum suorū lauit & eos ad lauandū alterutrū informauit, dicens Io. 13. *Si ego laui pedes vestros dominus & magister, & vos debetis alter alterius lauare pedes.* Cameli n. valde teneros habent pedes, & ideo ne lædantur, solent calceari, & quādo fatigati sunt, solent lauari. Debiles igitur affectiones nostras corio mortui animalis, de quo fiunt sotulares, i. mortis memoria calceemus, & in aqua compunctionis ipsos lacrymabiliter balneemus. Vnde Gen. 24. dicitur, quod *destrauit camelos, & dedit eis fœnum & paleas, & aquam ad lauandum pedes camelorum & virorum.* Istos ergo pedes per compunctionem debemus lauare. Sicut n. dicitur 2. Re. 19. *Mephiboseth qui illotis pedibus & intonsa barba regi Dauid occurrit, mendacitatem hæreditatis suæ perdidit.* ¶ Item dico, quod istos pedes per confessionem debemus nudare. Vnde 2. Reg. 15. dicitur, quod *Dauid flens, & plorans cooperto capite, & nudis pedibus incedebat*, quamuis nuditatem confessionis diabolus prohibeat, dicens Hier. 2. *Custodi pedem tuum à nuditate, & guttur tuum à siti.* Potissime autem pedes affectuum nudare debemus ab amore terrenorum, iuxta mandatum Saluatoris dicentes Matt. 10. *Excutite puluerem de pedib. vestris.* Istos ergo pedes per confessionem debemus nudare. E

¶ Item

F ¶Item ipsos per deuotionem debemus vngere, seu linire, vt sic simus sicut Iob, qui dicebat Iob 19. *Lauabam pedes meos butyro & petra fundebat mihi riuos olei.* Quod est contra multos, quorum pedes affectuum non videntur per deuotionem vncti, sed magis per auaritiam inflammati & combusti. Figurat in illa bestia Apoc. 13. *quæ de abysso exiens, habebat pedes vrsi*, qui est animal auidum & gulosum in tantum, quod cibos, quos comedit, nulli condiuidere, imo solus vult eos consumere & vorare, significans auaros, & gulosos, qui bona sua alijs non condiuidunt, sed ipsa soli deuorant & consumunt. Pedes enim hominum sunt valde plani, pedes etiam benignorum animalium sunt valde recti, ita quod isti pedes nihil possunt capere, & si aliquid acceperunt, illud nequeunt retinere. Sed pro certo pedes ferarum, & auium rapacium sunt valde curui, & ideo faciliter possunt aliquid capere, & firmiter, quod ceperint, retinere. Sic vere charissimi pedes affectionum sunt in hominibus, id est, in personis rationabilibus plani, suaues, misericordes & benigni, in feris vero rapacib. id est, in personis rapacibus, crudelibus sunt curui, rapaces, retracti, & acuti, & ideo boni, & perfecti viri bona aliena non rapiunt, illa vero, quæ habent liberter alijs largiuntur, & condiuidunt. Mali vero alienum faciliter diripiunt, & illud, quod habent, ita tenent, quod nulli aliquid partiuntur, aut distribuunt. Vnde de malis dicitur Thren. 1. *Sordes eius*, id est, diuitiæ, *in pedibus eius*, i.e. in affectibus eius, *nec recordata est finis sui.* Et de auaris etiam dicitur Iob 18. *Immisit in rete pedes suos, tenebantur planta eius laqueo.* Isti igitur non habent pedes nudos, sed inuolutos, scilic. in amore terrenorum. Vnde Iob 18. *Vndique terrebunt eum formidines, & inuoluent pedes eius, attenuetur fame robur eius, & media inuadat illius costas.* Non sic, sed vngantur pedes isti per compassionem. Vnde de bonis deuotis, & misericordibus dicitur Deut. 33. *Tingat in oleo pedem suum, ferrum, & æs calceamentum eius.* Pedes igitur affectuum per deuotionem, seu per compassionem debemus vngere.

G ¶Item dico, quod istos pedes per discretionem debemus tegere. Honesti enim viri diuites, & nobiles solent calceare, & tegere pedes suos. Sic & nos debemus pedes affectionum tegere, & occultare, & ipsos calceamentis, quæ fiunt de pellibus animalium mortuorum, i. exemplis præcedentium sanctorum, & virorum perfectorum debemus per imitationem nobiliter calceare. Sed de istis calceamentis vide supra in titulo suo. Vnde de Iudith dicitur Iudith 10. quod *ipsa induit sandalia pedibus suis.* Et sic dico, quod pedes affectuum nostrorum

Sint tecti,
Sint vncti,
Sint nudati,
Sint mundati.

Bene dico, quod ipsi erunt pedes bene dispositi & perfecti. Perfecit inquit pedes meos, & istud est, quod petebat ipse Dauid in Psal. *Perfice gressus meos in semitis tuis.* Igitur dico, quod pedes affectionum nostrarum debent disponi per moralē sanctitudinem.

H Perfecit, inquit, pedes meos. ¶ Deinde dico, quod isti pedes debent moueri per mentalem promptitudinem, & hoc ostenditur cum dicitur. Ceruorum, quia sc. sicut pedes ceruorum sunt valde leues, & agiles ad ambulandum; sic affectus nostri debent esse prompti, & mobiles ad obediendum, & ad bene operandum. Abac. 3. *Dominus fortitudo mea, & ponet pedes meos quasi ceruorum* Et istud est contra multos, qui habent pedes affectuum veloces ad malum & non ad bonum, quibus dicitur Prou. 1. *Pedes eorum ad malum currunt & festinant, vt effundant sanguinem.* Est etiam contra multos, qui ita pigri sunt, quod ad nullum bonum opus volunt mouere, aut dirigere pedes suos, figurati *in statua Nabuchodonos. quæ pedes testeos & ferreos*, i. tardos, & immobiles dicitur *habuisse* Dan. 2. Vnde Sap. 15. *Pedes eorum pigri ad ambulandum.* Et in Ps. *Pedes habent, & non ambulant.* Non sic, sed debent moueri per mentalem promptitudinem.

I ¶Deniq; dico, quod isti pedes debent locari per vtilem certitudinem. Super excelsa, inquit. Quia sc. sicut homo bene cauet, vbi ponat pedē corporalem, quia s. si pedem in aquā, vel in mare, vel super rem putridā poneret, in præcipitium statim iret, sic & nos summe cauere debemus, vbi situemus, & ponamus pedē spiritualem, sc. affectum: quia s. si pes iste rebus mundi corruptibilibus innitatur, necesse est, quod in varia crimina dilabatur. Et ideo iste pes firmandus est super rebus perpetuis, atque firmis, i.e. super Dei amore & cœlestium gaudiorum. Super excelsa inquit Abac. 3. *Super excelsa deducet me victor, &c.* vnde in Ps. *Statuisti in loco spatioso pedes meos.* Quod est contra multos, qui nesciunt, vbi ponunt pedes affectuum suorum: quia sc. non attendunt quibus ponunt affectus, & desideria cordis sui; sicut positi sunt cæteri peccatores, qui indebite affectant, & desiderant mundi bona, quib. dicitur Hier. 13. *Date Domino Deo vestro gloriam antequam contenebrescat, & antequam offendant pedes vestri ad montes caliginosos.* Non sic, sed debent locari per vtilem certitudinem. ¶[illegible] super dico, quod isti pedes debent firmari per stabilem fortitudinem. Statuens, inquit, me. Pedes enim sustinent totum corpus, quapropter indigent, quod sint stabiles, atque fortes, sunt enim corporis fundamenta, sic vere affectiones, cum sint fundamenta, & sustentamenta totius corporis moralis, i. totius congeriei morum & virtutum, necesse est, quod istæ in bono sint fortificatæ, & in bono proposito stabilitæ. Statuens inquit me. Ezech. 3. *Ingressus est in me spiritus, & statuit me super pedes meos*, & [illegible] *Sta super pedes tuos, vt loquar ad te.* Quod est contra multos, qui non habent pedes stabiles, imo claudos. Exemplo lupi & vulpis, qui pedes dextros habent breuiores, quam sinistros. [illegible] de supra de Dextera. Et ideo isti solent continue claudicare, sicut tamen isti, figurati in filio Ionathæ, *qui erat debilis pedibus*, sic [illegible] 2. Reg. 4. Non sic ergo charissimi: sed habeant isti pedes nostri fortitudinem, certitudinem, promptitudinem & sanctitudinem. Et sic patet, quod in scriptura inuenitur pes interior, hoc est primum principale.

¶Secundo dico, quod in scriptura inuenitur pes posterior [illegible] sic per pedem in scriptura intelligitur virtus perseuerantiæ. P[illegible] enim finis est, & complementum corporis, & perseuerantia finis est, & complementum operis. Nam sicut corpus sine pedibus est deforme: sic sine perseuerantia est opus enorme. Et ideo vt aues fluuiales, quæ longum habent collum, habent generaliter longos pedes, sicut patet de ciconijs, grui b. & multis ab[illegible] sc. necessarium fuit, pro eo, quod tales aues cum natare nesciant, & tamen pisces comedant, in littorib. piscando per pedes & rostra cibum quærant; sic vere istud verum est generaliter, quod illi, qui longum collum habent, i. longam in se deliberationem, & longam ad Deum orationem, habent vt communiter longos pedes, i. longam, & perseuerantem in suis operib. durationem. Collum enim, quod est medium inter cor & os, inter caput & pectus, inter ventrem & gulam, virtutem deliberationis signat, quæ inter cor & cognitionem ex vna parte, & os & locutionem ex altera debet esse media. Collum etiam, quod caput sursum eleuat, orationem, & affectionem signat, quæ caput intentionis ad Deum sursum leuat. Illi ergo, qui talia colla habent, i. qui altam ad Deum orationem, vel longam in suis actibus deliberationem seruant, longos generaliter habent pedes, i. longam perseuerantiam & continuationem, sicut de illis resuscitatis dicitur Ezech. 37. quod *ingressus est in eos spiritus & vixerunt, steteruntq; super pedes suos.* Stare enim super pedes, nihil aliud est, quam in fi[illegible]nalibus bonis operibus perseuerare, quia s. sicut pedibus sublatis totum corpus cadit; sic perseuerantia amota, omne bonum opus deficit, quod bene figuratum fuit Dan. 2. in illa statua, *quæ percussa in pedibus, fuit in omnibus alijs suis partibus diminuta.* Quia sc. quando pedes perseuerantiæ deficiunt, alia membra aliarum virtutum necessario pereunt, atque cadunt. Et ideo Dauid in Ps. 114. *Agebat gratias domino, quod ipse eruerat oculos suos a lacrymis, & pedes eius à lapsu.* Vt sic de qualibet bona anima, vel persona posset dici illud Eccl. 26. *Columna aurea super bases argenteas, pedes firmi super plantas stabilis mulieris.* Sic ergo patet, quod in scriptura inuenitur pes posterior. M

¶Tertio dico, quod in scriptura inuenitur pes inferior, & [illegible] per pedē subditi inferiores. & pauperes designantur, quia sicut pedes sunt partes inferiores in corpore, quæ immediate terram tangūt, & quæ in luto, & in alijs vilib. imponuntur, & terræ percussionib. & [illegible] exponuntur, & quāuis vilius teneantur, quā aliæ corporis partes, ab ipsis tamē moles totius corporis sustinetur; sic pro certo pauperes, & agricolæ inferius [illegible] & statū minimum sunt deiecti, & circa terram percutiendā & excolendam immediatius occupati, & vilius inter membra in ecclesia reputati. Et tamen istud est verum, quod omnes alij homines sunt per istos, & per eorum agriculturā & laborem tēporaliter, & corporaliter sustentati. Isti sunt ergo pedes ecclesiæ, & pedes etiam Christi, figurati Apoc. 10. vbi dicitur, quod *Angelus habebat vnum pedem super mare, & alium super terram.* Et sicut dicit. ibidem. *Amictus erat nube, & iris erat in capite eius, & facies eius erat, vt sol. & pedes eius sicut columna ignis, & in manu sua habebat librum.* Angelus enim ille

… Christus mystice, sc. quantum ad corpus suum, quod est … pro certo caput erat, id est, prælati debent habere … cælestem perseuerantem, & iustitiam. Amictus … vel goti, debent habere nubem, i. e. castitatem, & mun… Manus eius, i. doctores & clerici debent habere librum, … lectionem & scientiam. Pedes vero, id est, pauperes & … debent esse columnæ per firmitatē & patientiam. Ignis … charitatem & amicitiam. Pes eorum vnus super mare per … paupertatem & pœnitentiam, pes vero alius super terram per la… boriositatem & sustinentiam. Et ita videtur dominus dicere il… Luc. 24. *Videte manus meas, & pedes meos.* ¶ Circa quod nota, … Deus vult, quod nos istos pedes suos

Vngamus per consolatiuam compassionem,
Lauemus per purgatiuam confessionem,
Osculemur per charitatiuam dilectionem,
Calceemus per informatiuam instructionem.

… enim, i. subditos & pauperes vngit compassio consolati… de Maria Magdalena dicitur Ioan. 12. quod *accepit li… unguenti nardi pistici pretiosi, & vnxit pedes Iesu.* Maria enim si… bet virum pium, qui vnguento dulcis eleemosynæ … vnguento dulcis eloquentiæ & verbalis consola… vngento etiam dulcis misericordiæ & compassionis, … vngere pedes Iesu, i. Christi pauperes & egenos. Vnde … *Maria erat, quæ vnxit Dominum vnguento, & extersit capillis …* Capilli enim bona tēporalia designant. Item istos … confessio purgatiua, quia sc. ad prælatos, & supe… pertinet pedes ecclesiæ, i. subditos à suis criminibus emū… exemplo Christi, qui sicut dicitur Ioh. 13. *Mittens aquam in peluim lauit pedes discipulorum suorum.* Item dico, quod istos pedes … dilectio charitatiua. Vnde Luc. 7. dicitur, quod *Maria … osculari pedes Iesu.* Item dico, quod istos pedes calceat … informatiua, quia sc. spiritualia calceamenta paupe… exempla, & documenta iustorum Exod. 12. *Calcea… habebitis in pedibus.* Et sic patet, quod in scriptura inuenitur … or.

¶ … principaliter dico, quod in scriptura inuenitur pes … & iste proculdubio signat viros perfectos, qui reuera … & fundamentum totius ecclesiæ militantis, sicut de … dicebat Iob 29. *Oculus fui cæco, & pes claudo.* Et nota, quod … scriptura inueniuntur

Pedes {
- Aurei,
- Ignei,
- Ærei,
- Marmorei,
- Ligati,
- Rigati,
- Arctati,
- Regulati,
- Calceati.

Illi pedes proculdubio sunt viri sancti, qui sunt aurei per sapien… Eccl. 26. *Aurum, & argentum est constitutio pedum.* Item sunt i… per amicitiam Apoc. 10. *Pedes eius velut columna ignis.* Itē sunt … per eloquentiā Apoc. 1. *Pedes eius similes aurichalco.* Item sunt marmorei per constantiam. Vnde illud Ezec 16 *Columna marmo… rea,* &c. sicut supra. Item sunt ligati per obedientiam Ps. *Humilia… uerunt in compedibus pedes eius.* Itē sunt rigati per munditiam. 2. Ti… *Si pedes sanctorum lauerit.* Item sunt arctati per pœnitentiā … *Pedes eorum strinxit ligno.* Item sunt regulati per iustitiam … *omni via mala prohibui pedes meos.* Item sunt calceati per mor… memoriā, vnde Luc. 15. *Date calceamenta in pedibus eius.* Calcea… menta … quæ sunt de pellibus mortuorum animaliū signifi… cant … memoriam, vel carnis mortificationem. Et sic ergo bene apparet, quomodo in scriptura inueniuntur pedes solidi… ores, inferiores, posteriores & interiores. ¶ In malo vero signi… ficato potest inueniri multiplex pes malus, sc.

Pes {
- Elationis & lasciuiæ,
- Præsumptionis & superbiæ,
- Turbationis & discordiæ,
- Deprecationis & fallaciæ,
- Inuasionis & sæuitiæ,
- Carnalitatis & Immunditiæ,
- Mobilitatis & inconstantiæ,
- Cupiditatis & auaritiæ.

Isti enim sunt pedes hominū peccatorum. Animalia enim no… bilia, sicut sunt aues, & homines, duobus pedibus, i. duabus as… fectionibus sunt contenta, sicut superius est ostensum, animalia vero bruta ad minus quatuor habent pedes. Animalia etiam vi… lia & inertia, sicut sunt vermes, erucæ, & similia, non solum qua… tuor, imo multos & multiplices habent pedes. Ad denotandum quod mali, & peruersi innumerabiles habent malas affectiones, modo scilicet, ad vnum peccatum, modo ad aliud, non aduer… tentes, quod animal, quod pectore & pedibus terram tangebat, & quod multos pedes & multas alas habebat, in lege diceba… tur immundum, sacrificijs interdictum, & etiam esui populi de… negatum, sicut dicitur Leu. 11. & Deut. 14. Quia vere char… … illi, qui pectore, i. mente, & cogitatione, pedibus, i. e. amore, & affectione, terram, i. e. terrena tangunt & amplectuntur, & qui multis alis, i. multis elationibus, multis pedibus, i. e. multis malis affectionibus vtuntur, tales apud Deum immundi iudicantur, & apud homines inepti & inhabiles reputantur. Isti enim habēt pedem, vt dictum est elationis & lasciuiæ Es. 3. *Filiæ*, inquit, *Sion eleuatæ sunt, & ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum ibant, & pedibus suis composito gradu incedant.* Item habent pedes præsum… ptionis superbiæ, de quo in Psalm. *Non veniat mihi pes superbiæ.* Item habent pedes turbationis & discordiæ de quo Ezech. 32. *Conturbas aquas pedibus tuis.* Item habent pedem deceptionis & fallaciæ Iob 31. *Festinauit in dolo pes meus.* Item habent pedem in… uasionis & sæuitiæ. Vnde Dan. 7. dicitur, quod *bestia quatuor den… tes ferreos habebat, comedens & comminuens, & reliqua pedib. conculcans.* Item habent pedem carnalitatis, & immunditiæ Hier. 38. *Viri perfecti tui demerserunt in cæno & lubrico pedes tuos.* Item habent pedē mobilitatis & inconstantiæ Hier. 14. *Dilexit mouere pedes suos, & & domino placuit.* Item habent pedem cupiditatis & auaritiæ, & de isto dicitur Esa. 37. *Siccaui vestigio pedis sui omnes riuos aggerum.* Et sic igitur patet quomodo pes sumitur in scriptura tam in bo… no, quam in malo, &c.

## Pessimus.

Cum pessimus sit ille qui in summo gradu est malus, & sic illi dicuntur pessimi, qui magnis & maximis criminibus sunt repleti, ideo nota, quod in scriptura dicuntur pessimi, scilicet, A

Homicidæ flagitiosi,
Sodomitæ luxuriosi,
Præsumentes ambitiosi,
Proditores malitiosi.

De flagitiosis & occisorib. Act. 19. *Insiliens homo in quo erat dæmo… nium pessimum, inualuit contra eos.* De luxuriosis infectorib. dicitur Gen. 13. *Viri Sodomitæ pessimi erant & peccatores nimis.* De ambitio… sis præsumptoribus dicitur Ezech. 38. *Cogitabis cogitationem pessi… mam, & dices: Ascendam ad terram absque muro.* De malitiosis vero proditoribus dicitur Prou. 6. vbi *inter illa sex, quæ odit Deus, nume… ratur cor machinans cogitationes pessimas.* Iudas enim in Eccl. ita di… citur mercator pessimus Ezech. 11. *Viri isti tractant consilium pessi… mum in verbo hoc.* ¶ Sed si adhuc velis aliquid dicere de pessimis, B nota, quod illud pessimum dicitur, quod in summo gradu ma… lum in suo genere reperitur, & sic dic, quod est dare pessimita… tem personarum, locorum & rerum. Personarum dico, & sic dico, quod pessimi dicuntur, sc. illi, qui

Sæuiunt crudeliter,
Rugiunt verbaliter,
Pruriunt carnaliter,
Ambiunt inaniter,
Rapiunt mordaciter,
Sentiunt fallaciter,
Dissentiunt discorditer,
Consentiunt maligniter,
Esuriunt steriliter,
Cæcutiunt mentaliter,
Discutiunt venaliter.

Dicamus ergo, q pessimi reputari debent illi, qui crudeliter sæ… uiū, sicut sunt homicidę publici, potissime qui sub colore guer… rarum, & armorum crudelius sæuiunt in alios, quā feræ bestię, vel leones, illi n. parcunt pueris, mulierib. & prostratis, sed isti nō. Vnde tales bestias, seu feras minatur dominus Ezec. 5. *Mittā in vos famē, & bestias pessimas.* Iam n. hodie proh dolor, vidētur ciuę … minæ completæ, & iam verificatum illud Gen. 37. *Fera pessima de… uorauit filium meū Ioseph,* & illud Ezec. 30. *Tradam terram in manus pessimorū* Ergo pessimi sunt illi, qui crudeliter sæuiunt ¶ Item illi qui verbaliter rugiūt, s. detractores & susurrones. Draco n. pessi… mus dicitur, eo q flatum venenosum & corruptiuū emittit, sic ille,

ille, qui flatu verborum suorum famem alienam corrumpit, vt de quolibet tali dicat homo illud 3. Reg. 2. *Maledixit mihi maledictione pessima.* Ex 4. Reg 17. *Fecerunt verba pessima, irritantes Dominũ.* Quia sicut dicitur Eccl. 5. *Denotatio pessima super bilinguem.* ¶ Item pessimi sunt illi, qui carnaliter pruriunt, sc. luxuriosi. Istud est enim vlcus pessimum, quod facit fœtere & putrescere carnem (Iob 2. *Percussit Iob vlcere pessimo*) quando fit contra naturam. Illa enim est infirmitas pessima, de qua dicitur 2. Paral. 21. *Ægrotabis pessimo languore veteri.*

¶ Item pessimi sunt illi, qui inaniter ambiunt, sc. superbi, & elati, & dignitatum & mundi vanitatum cupidi, vnde Eccl. 4. *Hæc est* inquit *vanitas, & afflictio pessima.* ¶ Item illi, qui mordaciter rapiunt, sicut mali principes & prælati, maliq; iudices & balliui, qui non curant nisi subditos excoriare, &c. vt sic subditi dicere possint domino illud Dan. 3. *Tradidisti nos in manus inimicorum iniquorum & pessimorum, & regi iniusto & pessimo.* ¶ Item illi, qui fallaciter seruiunt, sc. homines deceptores, & fraudulenti Esa. 32. *Fraudulenti vasa pessima sunt.*

¶ Item illi, qui discorditer dissentiunt, s. brigosi & litigosi, qui inter se nunquam possunt habere pacem Prou. 24. *Ne contendas cum pessimis, ne æmuleris impios.* Et isti sunt illi vicini de quibus dicitur Hier. 12. *Non est pax,* inquit, *vniuersæ carni.* Sequitur: *Hæc dicit dominus aduersum omnes vicinos meos pessimos.* Isti etiam figurantur in illa ciuitate contradictoria & rebelli, de qua 1. Esdr. 4. dicitur quod *Iudæi venerunt in Hierusalem ciuitatem rebellem pessimam.* ¶ Item illi, qui malignitèr consentiunt, sc. illi, qui in malo sunt concurdes, & vniti contra bonos, de quib. dicitur Prou. 2. *quod ipsi relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebrosas, qui lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis.* ¶ Item illi, qui sterisliter, & mortaliter esuriunt, qui sc. satiari nequeunt bonis terrenis, sc. auari. Vnde de auara acquisitione rerum dicitur Eccl. 1. quod *hanc occupationem pessimam dedit Deus hominibus.* Auaritia enim intelligitur *per sagittas famis pessimas,* de quibus fit mentio Ezech. 5. Fames enim est, quia insatiabiliter appetit, sagitta, quia stimulat atque pungit. ¶ Item illi pessimi sunt, qui mentaliter cœcutiunt, sc. hæretici, qui morum, & fidei viam non vident clare, de quibus dicitur Eccl. 10. *Nouissimum oris illius error pessimus.* Isti enim sunt, *qui ambulant post prauitatem cordis sui pessimi* Hier. 3. ¶ Item illi, qui venaliter discutiunt, sc. causas, & iudicia, sicut, sc. sunt mali iudices & aduocati, qui sc nihil faciunt nisi pecunia mediante, qui s. sunt malorum consiliorum machinatores, & malitiarum, & fraudum inuentores. Istæ enim sunt adinuentiones pessimæ, de quibus dicitur Deut. 28. *Perdet te dominus velociter propter adinuentiones tuas pessimas.* Vnde Prou. 6. *isti dicuntur habere cor machinans cogitationes pessimas.*

C ¶ Et breuiter de istu pessimis dico, quod ipsi in loco pessimo statuuntur, sc. in mundo, de quo 4 Reg. 2. dicitur, quod *aquæ huius ciuitatis pessimæ sunt, & terra sterilis* Item termino pessimo concluduntur, sc. mala morte Ps. *Mors peccatorum pessima.* Item vulnere pessimo puniuntur, sc. pœna æterna Hierem. 30. *Insanabilis est dolor tuus, pessima plaga tua.* Et hæc de pessimitate sufficiant quo ad præsens, &c.

A **Persona.** Personarum acceptio Nota, q persona dicitur quasi per se sonans. Est enim persona idem q Indiuiduum vel suppositum, & pro tanto per se sonare dicitur, quod natura, & species in confuso significare videntur. Quando vero natura ad personam, species ad indiuiduum aut suppositum, essentia vero ad esse seu ad existentiam contrahitur tunc per se sonare, seque demonstrare & ostendere, & clarius significare videtur, sed quia ista magis tangunt materiam theologicam & Philosophicam, quam moralem, ideo nihil ad me.

¶ De hoc autem, quod persona vt communiter accipitur pro homine, seu etiam pro statu certo, sicut cum dicitur, quod in mundo sunt diuersa genera personarum, sc. iusti, impij, religiosi, clerici, prælati, subditi, &c. visum est particulatim in titulis singulorum, & ideo transeo quo ad præsens, maxime quia paucæ sunt authoritates secundum istud significatum. De personarum autem acceptione, quæ est materia multum prægnans, de qua multæ authoritates inueniuntur vocales, multa possent dici, sed supra in litera A, scripsi de hoc valde plene, & etiam de hoc agitur in titulis valde multis. De hoc autem quod personaliter oportet beneficijs seruire, vide vbicunque fit mentio de præsentia, &c.

**Personare.** Vide infra in titul. Sonare, Sonus.

**Perspicere.** Vide infra in titul. Respicere & supra de Aspicere.

**Persuadere.** Vide in tit. Monere. Inducere. Suadere.

**Perterritus.** Vide infra in tit. Terror.

**Peruenire.** Nota, quod peruenire idem est, quod perfecte seu complete venire, seu terminum, ad quem itur, attingere, vel ad finem viæ, seu terminum pertransire. Dicam ergo loquendo moraliter, quod in bono significato reperitur in scriptura peruenire, quod est ad terminum A

Conuersionis,
Perfectionis,
Corruptionis,
Saluationis.

Igitur dicam, quod isti perueniunt ad quadruplicem terminum, videlicet ad terminum

Vitalis inceptus,
Mortalis profectus,
Carnalis defectus,
Finalis receptus.

Primus est incipientium & inchoantium,
Secundus est proficientium & gradientium,
Tertius est hic militantium & morientium,
Quartus est perficientium & triumphantium.

¶ Primo ergo dico, quod iustus peruenit ad terminũ conuersionis, & iste terminus nihil aliud est, quam pœnitentia. Sicut enim videmus, quod flumina nunquã cessant à fluxu & à motu, quousq; perueniant ad mare, sic homo postquam se senserit esse in peccato, nunquã debet cessare, quoadusq; perueniat ad amaritudinem pœnitentiæ. Viator enim non quiescit in via, sed tunc quiescit, quando peruenit ad hospitium, & quando redit ad proprium dominum & magistrũ, sic vere peccator postquã à magistro suo Christo per peccatũ recesserit, nunquã quiescit quousq; ad hospitium pœnitentiæ peruenerit, & quousque ad magistrum suum reuertitur, quem dimisit. Expone bene quomodo in peccato non est requies, & quomodo bene cõparatur viæ seu peregrinationi, vbi sunt tot pericula & agentia: ideo de tali peruentione potest dici illud Hierem. 48. de plãctu Iazer. *Plorabo tibi vinea Sabama, propagines tuæ transierunt mare vsque ad mare Iazer peruenerunt.* Iazer interpretatur adiutoriũ, vinea ergo est anima, quæ de se est nobilis & excelsa, propagines eius sunt interiores motus & affectiones, mare Iazer est pœnitentia, vbi, sc. vera salus & adiutorium inuenitur. Quia reuera ista vinea Sabama non debet cessare à plãctu, quousq; ad mare Iazer, i. e. vsq; ad adiutorium amaræ pœnitentiæ sit reuersa. Peruenerunt inquit ad mare, nam sicut dicitur Iud. 2. *Holofernes confregit omnes ciuitates munitas, vsquequo perueniatur ad mare.* Nihil enim ita est munitum, quin Holofernes, i. diabolus ipsum conterat, nisi homo ad mare pœnitentiæ perueniat & attingat. Primo ergo peruenit iustus ad terminum conuersionis.

B ¶ Secundo dico, quod peruenit iustus ad terminum perfectionis. Sicut enim vas paulatim guttas retinendo crescit & peruenit ad plenum, homo per gradus ascendendo paulatim peruenit ad summum, arbor & fructus proficiendo & crescendo peruenit ad complementum, sic iustus de virtute in virtutem proficiendo, paulatim & finaliter peruenit ad perfectum, & sic cuilibet tali dicitur illud Dan. 4. *Magnificatus es, & inualuisti, & magnitudo tua creuit & peruenit vsque ad cœlum,* i. vsq; ad statum nobilem & perfectum. Quæ tamen sunt contra multos, qui nunquam perueniunt, sc.

Ad terminos { Veræ iustitiæ, Claræ scientiæ, Tutæ constantiæ.

Iustitiæ dico. Vnde Ro. 9. dicitur: *Israel sectando legem iustitiæ in legem iustitiæ non peruenit.* Scientiæ etiam 2. Tim. 3. *Semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes.* Constantiæ autẽ. Vnde de fortib. Dauid dicitur 2. Reg. 23. q *illi vsque ad tres fortes primos non peruenerant.* Nũ sic iustus sed peruenit ad terminũ perfectionis. ¶ Tertio dico, quod peruenit iustus ad terminum solutionis, h. e. dictum, ad terminum mortis, in quo sc. vitam mortuo receptam sicut quoddam debitum persoluimus, quando ad eũ peruenimus. Omnes n. ad istum terminũ peruenimus, exemplo lapidis desursum iacti, qui s. propria grauitate nõ cessat descẽdere, quousq; ipsam contingit terrã, sicut suum finalem terminum inuenire, & ad eã peruenire. Sic vere nos cõtinue à vita cadimus & descen-

& descendimus, quousque ad mortis terminum perueniamus, vt quilibet dicatur illud 2 Esdræ 1. *Peruenimus Hierosolymam, vt sepultus est.* ¶ Quarto vero dico, quod peruenit iustus ad terminum saluationis, sc. ad gloriam Paradisi Tob. 5. *Saluus perueniet filius noster.* Et sic nota, quod finaliter iustus peruenit ad

Deitatem per quam præmiatur,
Dignitatem, ad quam sublimatur,
Æternitatem, à qua conseruatur,
Fraternitatem, in qua confirmatur.

Peruenit dico ad summam diuinitatem, vt præmietur, sicut, scil. miles & operarius post laborem perueniunt ad illum, qui persoluit stipendia Dan. 7 *Filius hominis veniebat*, scil. de terra ad cœlum, *& vsque ad antiquum dierum peruenit, & in conspectu illum obtulerunt eum*, idest, in conspectu Dei. Item peruenit beatus ad summam sublimitatem, vt honoretur dicens, sc. illud Dan. 4. *Ad honorem regni mei, decoremque perueni, & optimates, & magistratus requisierunt me*, hoc est dictum, angeli & sancti. Item peruenit beatus ad summam æternitatem, vt perpetuo conseruetur, de quo potest dici illud Dan. 12. *Beatus qui expectat, & peruenit ad dies mille.* Millenarius enim vltra quem non est alius numerus, æternitatem significat. Et sic patet, quomodo peruenire sumitur in bono. ¶ In ma-
E lo etiam significato dic, quod peccator dicitur peruenire, in quantum in malo perseuerando ad malum finem, ad malam conditionem noscitur attingere, & male sc. & sua opera terminare. Vnde nota, quod mali perueniunt, & attingunt ad

Altos dignitatum status,
Lætos voluptatum coitus,
Duros miserorum quæstus,
Diros tormentorum æstus.

Perueniunt ergo mali, scilicet, in hoc mundo ad altos dignitatum status Ios. 2. *Peruenerunt ad montana, & manserunt ibi.* Item ad lætos voluptatum cultus. Vnde de persona voluptuosa, & culpa dicitur Ezech. 16. *Grandis effecta es, peruenisti ad mundum muliebrem vbera tua intumuerunt, & eras nuda, & confusione plena.* Item ad duros miserorum quæstus, sicut sunt tyranni, qui de modico statu peruenerunt, & veniunt & magnum nocendi & rapiendi potentiam sicut de illo legitur 1. Macca. 15. *Peruenit Cendebeus irritare plebem, & conculcare Iudæam, captiuare populum, & interficere.* Item finaliter ipsi perueniunt ad diros tormentorum æstus, scilicet, ad ignem & æstum patriæ infernalis, vnde de Æthiopia patria ferunda, de inferno & nuncijs Nabuchodonosor, id est, de peccatoribus nuncijs diaboli dicitur Iudic. 1. quod ipsi peragrati sunt terram, mandata ipsius exequendo, quousque peruenirent ad montem Æthiopiæ. Ista igitur sufficiant de peruenire in bono, & in malo significato quantum ad personas. ¶ Sed vero quantum ad res spirituales, quæ, scilicet, diuersimode perueniunt ad diuersos, possumus notare, quod est

Peruentio, quæ fit ad { Deum, / Iustum, / Impium.

Nam pro certo ad Deum peruenit miserorum feruens oratio, ad iustum peruenit præceptorum monens indictio, ad impium peruenit tormentorum grauans afflictio. De miserorum feruenti oratione quomodo, scilicet, perueniat ad Deum, patet 2. Par. 30. *Peruenit oratio in tabernaculum sanctum cœli.* vnde Eccl. 21. *Deprecatio pauperis ex ore vsque ad aures perueniet.* De præceptorum vero monitione seu prædicatione, quomodo, scilicet, perueniat ad iustum patet Ionæ 1. *quomodo verbum Ionæ peruenit ad regem Niniue, & pœnitentiam egit, &c.* & Act. 1. *Peruenit autem sermo ad aures ecclesiæ.* De tormentorum autem crudeli afflictione, quomodo, scilicet, finaliter peruenit ad impium, patet 1. Thes. 2. vbi dicitur. *Peruenit ira Dei super illos*, & Hier. 3. *peruenit gladius vsque ad animam.* Vnde animæ peccatrici dicit Thren. 4. *Ad te quoque perueniet calix, inebriaberis, atque nudaberis.* Hæc igitur de Peruenire sufficiant. Vide supra de Aduenire, & infra de Venire, & similibus.

A **Pestilentia. Pestis.** Nota, quod pestilentia generatur ex aeris distemperantia seu corruptione, & accipitur pro culpa criminali, pro pœna temporali, & pro pœna æternali. Vnde breuiter nota, quod in scriptura fit mentio de peste seu pestilentia scil.

Interiori,
Exteriori,
Posteriori.

Prima est pestis cordialium iniquitatũ, & de ista dicitur Eze. 7. *Ira mea super populum eius gladius foris, pestis, & fames intrinsecus.* Secunda est pestis temporalium aduersitatum, & de ista dicitur Luc. 21. *Terræ motus magni erunt per loca, & pestilentiæ, & fames.* Tertia est pestis infernalium pœnalitatum, & de ista dicitur Deut. 28. *Adiungat tibi dominus pestilentiam donec consumat te.* Omitto, quia paucæ sunt authoritates. Et de istis in locis varijs est tractatum supra & infra.



**Petere.** Cum petere nihil aliud sit, quam aliquid rogare, requirere, vel supplicare, possumus dicere, quod in A
scriptura inuenitur multiplex petitio, scilicet, petitio

Vana & frustratoria,
Mala & nocitoria,
Sancta & necessaria.

Prima est petitio hominum peccatorum, qui s. in vanum petunt dominum, *quia peccatores Deus non exaudit.* Io. 9. Et de ista dicitur B
Iac. 4. *Petitis, & non accipitis, eo quod male petatis.* ¶ Secunda est petitio hominum infirmorum, qui s. petunt à Deo bona temporalia, quæ tamen sibi sunt magis nocitura, quam profutura. Et ista quandoq; dantur homini in vindictam, sicut facit medicus qui infirmo, de quo desperat, petenti vinum & carnes, solet ea sibi dare. Figurati in filijs Israel, de quib. dicitur in Psal. *quod petierunt escas animabus suis.* & Psal. *Petierunt, & venit coturnix, &c.* Et bene sequitur, *quod adhuc escæ erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos.* Isti petunt sicut Phaeton filius Solis. qui puer, & ignarus petijt, quod duceret currum patris, qui tamen propter huiusmodi petitionem suam postea fulminatus, sicut dicit Ouid. lib. 2. fa. 1. *Stulti enim ea quæ sibi sunt noxia cupiunt*, sicut dicitur Prou. 1. Vnde talibus dicitur 1. Reg. 12. *Malefecistis petentes vobis regem.* ¶ Tertia est petitio hominum perfectorum, & ista est illa, C
quam faciunt illi, qui digni sunt aliquid petere, qui petunt rem quam debent petere, & ab illo, à quo debent petere. Ista enim sunt tria necessaria in omni petitione, scilic. quis, quid, & à quo. Quis sc. gratus, & amicus, & non odiosus, nec inimicus. Quid s. vt petat rem iustam, congruam, & honestam, & saluti suæ profuturam, non contrariam. A quo, vt, sc. petat ab illo, qui potest dare, quod petitur, sc. à Deo, non ab hæreticis, sortilegis, vel hariolis, sicut faciebant, sc. idololatræ, qui ab idolis poscebant, & requirebant salutem, sicut dicitur Sap. 13. *Pro sanitate infirmum deprecatur, pro vita mortuum rogat, & in adiutorium inutilem inuocat, & pro itinere petit ab illo, qui ambulare non potest.* A Deo autem, qui potest concedere, est auxilium petendum, & ad ipsum super omnia recurrendum. Et ideo dicitur Esa. 7. *Pete tibi signum à Domino Deo tuo in profundum inferni, siue in excelsum supra.* Sed breuiter vide supra titulo de Inuenire, vbi est illa authoritas ¶ *Quærite, & inuenietis petite, & accipietis, pulsate, & aperietur vobis.* ¶ Hoc solum D
possumus notare, quod à Domino debemus Petere

Veniam, & redemptionem,
Gratiam & deuotionem,
Gloriam, & saluationem,
Viam, & directionem,
Vitam, & perfectionem,
Gaudium & consolationem,
Spiritum, & donorum infusionem,
Cœlorum præmium, & laborum quietationem.

Igitur petamus veniam, & de hoc potest dici illud Tob. 3. *Peto Domine, vt de vinculo huius improperij me absoluas.* Item petamus gratiam. Zach. 10. *Petite pluuiam à domino, & ipse faciet.* Item petamus gloriam. Psal. *Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo domini.* Item petamus viam 1. Esdræ 8. *Prædicaui ieiunium, vt peteremus viam rectam à domino.* Item petamus vitam, & maxime spiritualem, quam facit gratia, de qua in Ps. 20. *Vitam petijt à te, & tribuisti ei domine, &c.* Item petamus gaudium Ioan. 16. *Petite, & accipietis, vt gaudium vestrum plenum sit.* Item petamus spiritum S. quia sicut dicitur Lucæ 11. *Deus dabit spiritum bonum petentibus se.* Item petamus cœli præmium. Vnde Hester 5. *Quid petis Hester regina? quæ est petitio tua? etiam si dimidium regni mei petieris, dabo tibi.* Hæc ergo de petere sufficiant. Vide supra de Orare. Et infra de Poscere, de Rogare, Precari, Preces, &c.

**Petra.** Cum de lapide sit supra dictum sufficienter in titulo A
suo, supra etiam de perfectione aliquid sit dictum de nonem lapidibus pretiosis, qui in veste primi angeli ponebantur, hinc est, q; de petra breuiter intendo pertransire. Notare ergo possumus, quod petra tam in bono, quã in malo signat, sc.

Mundi tribulationem,
Culpæ indurationem,

 Mortem

Mortem & damnationem,
Mentis roborationem,
Carnis macerationem,
Christi deuotionem.

Primo ergo dicamus, quod per petram designatur mundana tribulatio. Vnde de Saul persequente Dauid dicitur 1. Reg. 24. *Perrexit ad inuestigandum Dauid super petras abruptissimas.* Petræ enim abruptissimæ, quæ valde sunt duræ & asperæ, signant duritiem & asperitatem tribulationum, & de ista dicitur Iud. 7. *Percussit*
B *orbem in petra Oreb.* ¶ Secundo per petram significatur mentalis induratio, quia cor peccatoris est quandoque durum, & obstinatum sicut petra. Petra enim de sui natura est dura & impenetrabilis, est sicca & inflexibilis, est frigida & immobilis, est grauis & depressibilis. Sic vere conscientia peccatorum dura est per obstinationem. Hier. 5. *Indurauerunt cor suum super petram.* Sicca per incompassionem, quia scilicet citius frangitur, quam ad misericordiam inclinetur. Vnde Lucæ 8. dicitur, *quod semen cecidit supra petram, & exsiccatum est.* Frigida est per indeuotionem. Vnde Hier. 18. *Nunquid de petra agri deficiet nix Libani?* Grauis est etiam per pigritiæ deiectionem Amos 6. *Nunquid currere in petris possunt equi?* quasi dicat, non: quia scil. petra, i. ponderositas pigritiæ impedit cursum boni operis, & virtutis obedientiæ. Mens ergo obstinata petra dicitur, quia scil. ad bonum difficiliter inclinatur. Veruntamen sicut petra in rupibus quandoq; latissime fundit aquam, quia scil. in interioribus petræ venis, & cauernis frigiditas petræ aerem inspissat, & in aqueam grossitiem immutat, & inde est, quod multæ petræ sunt, quæ tempore nubiloso flere videntur, eo quod per ipsarum frigiditatem aer contiguus in naturam aqueam diuertitur, & mutatur, sic vere charissimi quandoq; fit, quod dura, & petrea, & obstinata mens peccatorum lacrymas compunctionis emittit, & in personam lacrymantem, pœnitentem, & flebilem se conuertit. Psal. 113. *Conuertit petram in stagna aquarum, & rupem in fontes aquarum.* Quando n. aer conscientiæ tãgit frigiditatem, & indeuotionem mentis, per ipsius considerationem solet conuerti in aquam per lacrymationem, & pietatem & compassionem, quod in percussione petræ in deserto fuit figuratum. Vide de hoc supra de Percutere. Et supra de lacrymis. Biblis enim secundum fabulas fingitur fuisse quædam puella, quæ præ nimio amore fratris sui liquefacta est, & in fontem mutata. Quia vere homo quando fratrem suum Christum recte diligit, tunc per lacrymosam compunctionem, & per viscerosam compassionem in fontem lacrymarum, & misericordiæ se conuertit. Psalm. *Quoniam percussit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerunt,* & illud prædictum. *Conuertit petram in stagna aquarum, &c.* Per petram igitur signatur mentalis induratio.
C ¶ Tertio dico, quod per petram significatur inferni flagellatio. Petra enim quæ dura est & grauis signat pœnam infernalem. Vnde etiam secundum poetas in inferno est vna pœna, quia vnus est ibi, qui dicitur Sisyphus, qui vnam maximam petram necesse habet portare super vnum maximum montem, & statim quando est ibi, ipsam iterum dimittit ruere ad pedem montis, & iterum sursum reportat, & sic perpetuo nunquam cessat. Per quam quidem fictionem voluerunt poetæ designare perpetuitatem pœnæ infernalis, quæ sc. continue non facit nisi incipere, quia s. curriculum istius petræ, id est, continuatio æternæ pœnæ nunquam terminatur, imo continue renouatur. Ecclesi. 18. *Cum consummauerit homo, tunc incipiet, & cum quieuerit, tunc operabitur.* Et de tali petra potest exponi illud 2. Para. 25. vbi dicitur, *quod decem millia virorum ceperunt filij Iuda, & adduxerunt ad præruptum cuiusdam petræ, & præcipitauerunt eos de summo in præceps, qui vniuersi crepuerunt.*
D Ista est ergo inferni flagellatio. ¶ Quarto dico, quod per petram intelligitur constantiæ roboratio. Petra enim inter cæteras partes terræ est solidior, & ideo petræ ossa terræ antiquitus dicebantur, secundum Isid. Et ideo per petram soliditas constantiæ designatur, per quam homo in bono proposito radicatur Psalm. *Statuit supra petram pedes meos.* In tali autem petra debemus esse fundati, ne forte impulsu tentationum simus à domino separati. Esaiæ 50. *Posui faciem meam vt petram durissimam, & scio quoniam non confundar.* Et ideo dominus dicit Matth. 7. *quod domus supra petram fundata non corruit, quia ipsam à ventorum flatibus, & à fluminum fluctibus petra soliditas defensabit.* Nos igitur per constantiam simus petrei, & in petra firmæ constantiæ, & perseue-
E rantiæ simus fundati, quia dicitur Ecclesi. 26. *Fundamenta æterna supra petram solidam, mandata Dei in corde mulieris sanctæ.* ¶. Quinto dico, quod per petram designatur pœnitentiæ maceratio. Petra enim est grauis ad portandum, aspera ad tangendum, vtilis ad ædificandum, & ad se à canibus defendendum, sic pœnitentia quamuis sit grauis, & ponderosa, & ad sustinendum difficilis, est tamen ad defensionem contra diabolum valde vtilis, & ad manendum valde secura, & laudabilis. Et ideo dicitur in Psalm. *Petra refugium erinacijs.* Columbæ enim viso accipitre, ad cauernas petrarum refugiunt, & ibi ab eius impetu se defendunt. Lepores etiam in petris habitant, & ibi securius esse se putant. Nautæ etiam in mari quando naufragantur, solent multum gaudere quando possunt supra aliquam petram solidam se recipere, & firmare. Sic vere charissimi si pericula maris huius mundi vitare voluerimus, & tentationes accipitris diaboli declinare: necesse est, quod in petra pœnitentiæ sedeamus. Vnde de columba dicitur Cant. 2. *Veni columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ.* Petra enim pœnitentiæ eneruat vitium carnalitatis, elicit fluuium lacrymositatis, infundit irriguum gratiæ, & bonitatis, adducit fastigium gloriæ, & dignitatis, instituit gaudium spiritualis lætitiæ, & iucunditatis. Dico ergo, quod petra pœnitentiæ abradit carnium voluptatem. Vnde Exo. 4 dicitur, *quod Sephora tulit acutissimam petram, & circumcidit carnem præputij filij sui.* Item elicit fletuum vbertatem. Vnde Deu. 8. *Eduxit riuulos de petra durissima.* Item infundit gratiæ sanctitatem seu sanitatem. Iob 29. *Petra fundebat mihi riuos olei.* Item adducit gloriæ dignitatem. Psal. *In petra exaltasti me.* Item perficit æternæ lætitiæ iucunditatem. Ps. *De medio petrarum dabunt voces.* Per petram ergo intelligitur pœnitentiæ maceratio.

F ¶ Sexto dico, quod per petram intelligitur Christi virtus & perfectio, & etiam cuiuslibet viri iusti virtus & conditio. De Christo dicitur 1. Cor. 10 *Bibebant omnes de spirituali consequente eos, petra autem erat Christus.* De viro etiam perfecto dicitur, Matth. 16. *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam.* Et sic patet, quomodo petra in scriptura sumitur multis modis: & hæc sufficiant. Vide supra de lapide per totum.

A **Petrus.** Cum Petrus dicatur à petra, & ideo inde est, quod Petrus idẽ est, quod firmus, possumus notare, quod per Petrum potest vir perfectus intelligi. Vnde breuiter loquendo dico, quod Petrus interpretatur agnoscens, discalceãs, agnitus, & dissoluens. Item Petrus dictus fuit à petra, dictus fuit Cephas quod est caput, dictus fuit *Simon*, quod est obediens, dictus fuit *Bariona*, quod est filius columbæ, aut simplicitatis. Item primo fuit piscator, deinde fuit Christi imitator, tandẽ populi prædicator, & finaliter totius Ecclesię imperator, & vltimo strenuissimus triumphator. In quibus omnibus charissimi possumus notare, quod Petrus quatuor habet interpretationes, quatuor habet nominationes, quatuor habet statuum distinctiones. Et sic per istas 12. conditiones possumus intelligere 12. viri iusti perfectiones. Et sic possumus notare, quod Petrus est nomen sagacitatis, atq; discretionis, quia Petrus interpretatur agnoscens. Nomen humilitatis, atque subiectionis, quia interpretatur discalceans. Nomen famositatis, & reputationis, quia interpretatur agnitus. Nomen vtilitatis, & liberationis, quia interpretatur dissoluens. Nomen sublimitatis & contemplationis, quia dicitur Cephas, quod est caput. Nomen sedulitatis, & obedientiæ, quia dicitur Simon, qui interpretatur obediens. Nomen simplicitatis atq; deuotionis, quia dicitur Bariona, quod interpretatur filius columbæ. Nomen stabilitatis, atq; durationis, quia dicitur Petrus, s. à petra. Nomen pœnalitatis, & occupationis, quia scil. fuit piscator. Nomen conformitatis & imitationis, quia secutus fuit dominum. Nomen authoritatis & iurisdictionis, quia fuit prælatus, & pastor. Nomen fœlicitatis, atque saluationis, quia finaliter fuit saluatus. Istas enim conditiones duodecim, vel proprietates habuit beatus Petrus, quas etiam debet habere quilibet Ecclesiasticus prælatus. Petrus enim figuram gessit omnium prælatorum, & ideo prælati, qui sunt in Ecclesia ipsius successores, debent esse eius sequaces, & imitatores.

B ¶ Dico ergo primo, quod iste habuit sagacitatem, atque discretionem, quia sc. Petrus dicitur agnoscens. Prælatus enim debet agnoscere, quid agendum, quid omittendum, quid credendum, & à quo cauendum sit. Debet etiam agnoscere merita subditorum, vt scilicet ipsos possit vel repellere, vel promouere, secundum quod viderit optimum, iuxta illud Prou. 27. *Diligenter agnosce vultum pecoris tui, gregesque tuos considera.* Et Ecclesi. 7. *Pecora tibi sunt, attende illis, & si sunt tibi vtilia, perseuerent tecum.* Vnde de ista perfecta notitia beati Petri dicitur Actor. 12. *quod Petrus ad se reuersus dixit: Nunc scio vere quia dominus misit*

angelum

[illegible] tia autem [illegible] perfecte apparuit, quan[illegible] Apost[illegible] minum recognouit, dicens [illegible] *plus Domini.* [illegible] quod [illegible] habuit humilitatem, atque [illegible] [illegible] Petrus interpretatur discal[illegible] discalceare alium est officium magnæ humilita[illegible] quando discalceant dicitur, bene dico, quod ipsius [illegible] Hominem autem summam habebat [illegible] quod *ipse procedens ad genua Iesu dicebat,* [illegible] *quia homo peccator sum.* Iste enim fuit discalceans. [illegible] Nam alios discalceauit corio carnalitatis per [illegible] scipsum vero discalceauit cal[illegible] temporalitatis per paupertatem, & hu[illegible] de ipso potest intelligi illud Esa. 20. *Ambula[illegible] nudus & discalceatus.* Habuit igitur ille sub[illegible] humilitatem. Matth. 26. *Petrus autem sequebatur Ie[illegible]* [illegible], quod iste habuit reputationem, atque fa[illegible] ostenditur inquantum Petrus interpretatur [illegible] omne enim necessarium est prælato, quod fama [illegible] & velata, quia procerto ipse debet esse agni[illegible] per diligentem examinationem, secundo [illegible] bonæ famæ diuulgationem. Esa. 3. *Agnitio vultus* [illegible]. Vnde & Petro fuit dictum illud Lucæ 22. *Nam* [illegible] *manifestum te facit.* ¶ Quarto dico, quod iste habuit [illegible]nem, atque pietatem, quod ostenditur in quantum [illegible]pretatur dissoluens, quia scilicet prælatus debet [illegible] catenas compeditorum, & vincula captiuorum, iu[illegible] 58. *Dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos depri[illegible], qui confracti sunt, liberos, & omne onus dirumpe.* [illegible] valde necessaria est prælato in cuius signum ipse [illegible] fuit cadere, vt ex casu suo cognita fragilitate [illegible] aliis indulgere, sicut dicit Gregor. in homil. [illegible] de Petro legitur Actor. 3. quod Petrus intuens in [illegible] claudus baiulabatur ex vtero matris suæ, dixit, *Argen[illegible] aurum non est mihi, quod autem habeo, hoc tibi do. In nomine Iesu* [illegible] *surge & ambula.* ¶ Quinto dico, quod iste habuit contem[illegible] & sublimitatem, & hoc ostenditur inquantum Pe[illegible] dictus Cephas, quod interpretatur caput, quia scilicet caput in corpore locum occupat altiorem, ita ille per con[illegible]tionem statum habuit celsiorem. Vnde Act. 10. dicitur, *Petrus ascendit ad superiora domus.* Et sicut caput solet omnia [illegible] corporis regere, ita iste factus fuit caput & prælatus [illegible], vt posset cæteros gubernare. Vnde sibi dixit Christus [illegible] *Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus.* ¶ Sexto di[illegible] quod iste habuit obedientiam, & sedulitatem, & hoc osten[illegible] in quantum dictus fuit Simon, quod interpretatur obedi[illegible]ens, vel audiens, quia scilicet ad obedientem pertinet audire, & audita exequi, & adimplere. Marc. 7. *Imposuit Simoni nomen Pe[illegible]* V[illegible] de de sedulitate sua dicitur Lucæ 24. *Petrus autem surgens* [illegible] *ad monumentum.* ¶ Septimo habuit deuotionem, & sim[illegible] [illegible]citatem, quia dictus fuit Bariona, quod interpretatur filius [illegible], vel filius simplicitatis. Vnde Petro dictum fuit Matth. [illegible] *Beatus es Simon Bariona, &c.* Vide etiam eam expositam supra [illegible] beatitudine, &c. ¶ Octauo dico, quod iste habuit duratio[illegible] stabilitatem, quia scilicet Petrus dicitur à petra, quia sci[illegible] Petrus confirmatione Spiritus sancti in fide fuit solidus [illegible] petra. Vnde Gregor. in homilia dicit de Petro, *& Petrus, qui* [illegible] *ancilla Christum negauerat, post Spiritus missionem quanta sta[illegible] soliditatis que fuerit, audiamus, &c.* Iste enim fuit stabilis ma[illegible] tolerando, stabilis bona audacter aggrediendo, stabi[illegible] in bono perseuerando, stabilis mala persequendo. Dico, quod [illegible] fuit stabilis mala tolerando. Vnde Petrus fuit ille, qui [illegible] Lucæ 5. *Domine per totam noctem laborauimus.* Petrus etiam [illegible] dictum Ioan. 21. *Petre cum esses iunior, cingebas te & am[illegible], quo tu volebas, nunc autem cum senueris, cinget te alius, & ducet, quo* [illegible]. Fuit etiam stabilis in audaci bonorum aggressione. Vnde vox illa fuit Petri Christo Matth. 26. *Etiam si oportuerit me* [illegible] *non negabo.* Et secundum rei veritatem ita erat inten[illegible], quamuis Dei prouidentia disponente, vel permitten[illegible] [illegible] lapsus. Stabilis insuper fuit in bono perseue[illegible]. Vnde Actor. 12. dicitur, *quod Petrus perseuerabat pulsans.* [illegible] *stabilis mala persequendo,* sicut dicitur Actor. 3. & 4. Sic er[illegible] patet, quod iste habuit durationem, & stabilitatem. ¶ Nu[illegible] dico, quod iste habuit tribulationem, atque paupertatem, & [illegible] in primo officio suo, quia scilicet ipse primitus fuit *piscator* [illegible] quod est officium pauperum, & laboriosum. Ipse pauper, & laboriosus fuit, & omnia bona temporalia amore domini dereliquit. Vnde Matth. 4. dicitur, quod *Christus vi[illegible] dens duos fratres in naui reficientes retia sua, Petrum, scilicet & Andream, vocauit eos, dicens. Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum. At illi relictis retibus, & patre secuti sunt eum, scilicet dominum.* Retia enim, quæ ligant homines, signant bona temporalia. Vnde etiam ipse Petrus dixit Christo Matth. 19. *Ecce reliquimus om[illegible] nia, & secuti sumus te.* ¶ Decimo dico, quod iste habuit imitationem, & conformitatem. Legitur enim, Petrum secutum fuisse dominum non solum post ipsum corporaliter ambulando, imo etiam ei obediendo, ipsum imitando, & exemplo eius prædicationis officium exercendo. Quod vtique debet facere quilibet prælatus, vt de ipso dicatur illud Marci 14. *Petrus autem secutus est dominum.* Et Lucæ 22. dicitur, *quod Petrus seque[illegible] batur a longe.* Et bene dicitur à longe, quia scilicet impossibile est, quod perfecte dominum sequamur, id est, ex toto dominum imitemur. ¶ Vndecimo dico, quod iste habuit iurisdictionem, & authoritatem, quia scilicet ipse fuit pastor & prælatus Ecclesiæ. Vnde iste est ille, cui dicit dominus Ioan. 21. *Petre amas me: pasce oues meas.* ¶ Duodecimo vero dico quod iste habuit [illegible]uationem, & felicitatem. Vnde Lucæ 9. & Matt. 17. dicitur, quod *Iesus assumpsit Petrum, Iacobum, & Ioannem & duxit ipsos in montem excelsum,* id est, in Paradisum. Et sequitur, quod Petrus dixit. *Bonum est nos hic esse.* Et dicitur ibi, *quod dominus transfiguratus est ante eos,* quia scilicet Deus in sua perfecta substantia videbitur, quando in monte paradisi à sanctis inuenietur, & tenebitur. Et sic ergo patet de Petro, quomodo signat beatum, vel etiam quemlibet pastorem Ecclesiæ, vel prælatum.

L

M

N

**Pharao.** Nota, quod Pharao fuit rex Ægypti, qui scilicet Dei populum flagellauit, & tandem dominus ipsum in mari rubro submersit. Quamuis enim Pharao esset temporibus illis nomen commune regum Ægypti, Scriptura tamen specialiter & magis communiter de illo Pharaone rege Ægypti mentionem facit, qui filios Israel sub Moyse & Aaron molestauit, sicut patet Exod. 1. & deinceps vsque ad 15. Interpretatur autem Pharao, nudauit virum, vel dissipauit eum, seu denegans virum, vel discooperiens eum. Iste igitur signat diabolum vel tyrannum, seu quemlibet impium vel iniquum. Diabolus enim in Ægypto, id est, in mundo, dominatur filijs Israel, id est, fideles Christi persequitur, & eis aduersatur, bonis gratijs & virtutibus eos denudare molitur, & tandem eos infideliter se ducere, & in inferno dissipare & destruere comprobatur & tandem cum exercitu suo, id est, cum omni membro in mari rubro, id est, in infernali amaritudine submergetur. Psalm. *Excussit Pharaonem & virtutem eius in mari rubro.* Quod etiam significet tyrannos seu crudeles & impios, patet, isti enim Deum negant, impie committendo, viros, id est, iustos nudant, diuitias tollendo, hebræos, id est, pauperes aggrauant & dissipant, iniuste deprimendo, in mari inferni pereunt, tormenta sustinendo. ¶ Negant igitur Deum saltem facto, si non verbo, dum crimina committunt, sicut dicit Apostolus ad Tit. 1. *Confitentur quidem se nosse Deum, factis autem negant.* Vnde de Pharaone legitur Exod. 5. quod ipse dixit Moysi. *Nescio dominum & Israel non dimittam.* ¶ Item nudant viros iustos, & maxime Ecclesiasticos, dum rapinas committunt, quia scilicet sicut dicitur Iob 24. *Nudos dimittunt homines, vestimenta tollentes.* Vnde de tali Pharaone dicitur Gen. 47. *En vt cernitis, & vos, & terram vestram Pharao possidet.* ¶ Item dissipant scilicet pauperes & egenos, dum furorem immittunt. Vnde ipsi possunt dicere illud Psalm. *Dissipata sunt ossa nostra secus infernum.* Vnde de Pharaone dicitur Exod. 5. *Dixit Pharao,* sequitur, *Opprimantur operibus, &c.* ¶ Item submerguntur, scilicet in inferno cum se mori conspiciunt. Exod. 15. *Ingressus est enim eques Pharao cum curribus & equitibus in mare, & reduxit dominus super eos aquas maris.* ¶ Breuiter ergo dicam, quod Pharao, B
id est, quilibet tyrannus vel peccator

Proteruiâ solet indurari procaciter,
Luxuriâ solet inquinari carnaliter,
Superbiâ solet agitari pompaliter,
Fallaciâ solet variari mobiliter,
Malitiâ solet effrænari crudeliter.

Talis igitur est proteruus & præsumptuosus. Exod. 7. *Induratum est cor Pharaonis, & non audiuit.* Item immundus & luxuriosus. Genes. 12. *Sublata est mulier in domum Pharaonis.* Item est pompaticus

 & am-

& ambitiosus. Cant. *Equitatui meo assimilaui te in curribus Pharaonis.* Item est variabilis & defectuosus, quia decipit omnes in eo confidentes. Vnde 4 Reg 18. dicitur, *quod Pharao rex Aegypti est sicut baculus arundineus his, qui confidunt in eo.* Item est crudelis & maliciosus. Vnde iste comparatur draconi Ezech. 29. vbi dicitur. *Ecce ego ad te Pharao rex Aegypti, draco magne, &c.*

A **Pharetra.** Cum pharetra sit locus vbi sagittæ custodiuntur, vnde sagittæ emittuntur, & vbi sagittæ reponuntur, videtur, quod secundum diuersitatem sagittarum inueniatur vniuersitas pharetrarum. Dicam igitur, quod est pharetra diuina, diabolica, & humana. ¶ Primo igitur quantum ad Deum dico, quod ipse habet

Pharetram {
Latentis prouidentiæ,
Potentis præsidentiæ,
Patentis euidentiæ,
Ingentis sapientiæ,
Virentis eloquentiæ.

Est (dico) pharetra diuinæ prouidentiæ seu patientiæ, in qua sc. Deus ligat & abscondit illas sagittas, quas tandem habet emittere, seu illa iudicia vel opera, quæ tandem Deus proponit suo loco & tempore. Vnde etiam Esaias de seipso dicebat Esa. 49. *In pharetra sua abscondit me, & posuit me sicut sagittam electam* ¶ Est igitur pharetra diuinæ potentiæ seu præsidentiæ, quæ sc. semper est potens emittere sagittas suas. De qua Thren. 3 *Misit in renibus meis filias pharetræ suæ.* ¶ Est insuper diuinæ iustitiæ seu euidentiæ. Ista est enim pharetra, quæ emittit sagittas, quas prouidentia & patientia retinuerat, & potentia acuerat, & parauerat. De qua dicitur Iob 30. *Pharetram suam aperuit, & afflixit me, & frenum posuit in os meum.* Ista est autem pharetra iustitiæ, quæ potissime aperietur in die iudicij, quando scil. Christus sagittas venenatas contra peccatores emittet. Hier. 5. *Pharetra eius quasi sepulchrum patens* quasi dicat, aperta erit ad impios sagittandum. ¶ Item est pharetra diuinæ sapientiæ. Et ista est proprie pharetra sacræ scripturæ, vbi latent sagittæ diuinorum eloquiorum. Vnde diuersi libri Prophetarum & Apostolorum possunt dici diuersæ pharetræ. Vnde 1 Par. 18. dicitur, *quod tulit Dauid pharetras aureas quas habuerant serui Adadeser.* ¶ Item est pharetra diuinæ eloquentiæ, & sic pharetra potest dici quilibet bonus doctor vel prædicator diuinæ eloquentiæ, quia scil. ipso mediante Deus sagittas diuinorum eloquiorum suorum emittit. Vnde Iob 39 *Super ipsum*, scilic. super equum, *sonabit pharetra, vibrabit hasta & clypeus*, quia scil. super prædicatorem & doctorem debet pharetra eloquentiæ resonare, & inde sagitta eloquiorum volare quibus possit peccatores cordialiter vulnerare. Vnde sibi dicit dominus illud Genes. 27. *Sume arma tua, pharetram & arcum, & affer mihi de venatione.* Istæ

B sunt igitur pharetræ diuinæ. ¶ Secundo dico, quod inueniuntur pharetræ diabolicæ & humanæ. Et sic nota, quod est

Pharetra {
Crudelitatis & sæuitiæ,
Iniquitatis & malitiæ,
Carnalitatis & luxuriæ.

De pharetra interioris crudelitatis emittuntur sagittæ tribulationum. Psalm. *Ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt sagittas suas in pharetra, vt sagittent in obscuro rectos corde.* De pharetra malignioris iniquitatis, id est, interioris malitiæ & prauitatis emanant sagittæ detractionum & proditionum. Hier. 51. *Acuite sagittas, implete pharetras.* ¶ In pharetra immunditiis carnalitatis reponuntur luxuriosorum sagittæ. Istæ enim sunt pharetræ carneç malarum mulierum, de quibus Eccles. 26. *In filia non auertente se, firma custodiam.* Sequitur. *Sicut viator sitiens ad fontem os aperiet, & contra omnem sagittam aperiet pharetram. &c.* Vide de sagitta & arcu, &c. Sufficit.

A **Pharisæus.** Nota, quod Pharisæi fuerunt quidam populi inter Iudæos, qui se præ cæteris iustos arbitrabantur, & quandam specialem sectam quosdamque mores seueros sectabantur & sequebantur. Et ideo Pharisæi dicti sunt qui interpretantur diuisi vel diuidentes, seu violenti vel dissipantes, & quod in statu & moribus ab alijs diuidebantur & segregabantur. Isti tamen cæteris peiores erant, & cæteris deterius operabantur, sicut patet per excursum Euangeliorum. Per istos igitur possunt intelligi superstitiosi & hypocritæ, qui scilic. quantum ad fictitios mores suos se solent ab alijs diuidere & distinguere, se alijs meliores solent dicere, atq; alios respectu sui solent vilipendere & contemnere. Malis tamen operibus solent præ cæteris abundare Bene igitur consulitur Matth. 16. *Cauete a fermento Pharisæorum, quod est hypocrisis.* ¶ Nota, igitur quod tales Pharisæi, [illegible] est hypocritæ, [illegible] ficti

Veritatis lumine priuantur,
Falsitatis tegmine velantur,
Charitatis ligamine non ligantur,
Inuidiæ molimine molestantur,
Iactantiæ flamine gloriantur,
Auaritiæ fulmine concremantur.

Isti igitur non splendescunt luce veritatis Vnde de Pharisæis [illegible]citur Matth. 15. *Scis quoniam Pharisæi audito hoc verbo scandalisati sunt.* Sequitur. *Sinite illos, cæci sunt & duces cæcorum* Et Matth dicitur, *Pharisæe cæce munda prius quod deintus est.*

¶ Item iste delitescunt sub velo falsitatis, id est, sub ficta [illegible] falsa conuersatione De quo Matth. 23. *Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui similes estis sepulchris dealbatis, quæ apparent quidem hominibus speciosa intus vero plena sunt ossibus mortuorum & omni spurcitia.*

¶ Item non ardescunt facib. charitatis. Vnde & Pharisæi (supra dictum est) diuisi interpretantur, eo quod nunquam charitatem inuicem colligantur, & per consequens cal[illegible] spiritus nullatenus inflammantur, cum res ab inuicem diuisæ raro calescere comprobentur. Vnde de diuisione, [illegible] dicitur Actor. 23. Cum Paulus dixisset. *Nam & ego Pharisæus sum, & filius Pharisæorum*, dicitur ibidem. *Quod facta est d[illegible] inter Pharisæos & Sadducæos, & soluta est multitudo.*

¶ Item isti expallescunt liuore prauitatis, scil. per malitiam & inuidiam. De Pharisæis enim legitur quod isti Christi operibus inuidebant, & contra eum maligna consilia pertractabant. Ioa. 11. *Collegerunt Pontifices & Pharisæi concilium aduersus Iesum.* Vnde etiam Marc. 15. dicitur. *Quod Pilatus sciebat quod per inuidiam tradidissent eum* ¶ Item isti intumescunt turbine vanitatis, sc. de se præsumendo, & bona sua iactando, & alios contemnendo. Vnde Lucæ 18 de Pharisæo dicitur, quod apud se orans dicebat *Domine non sum sicut cæteri hominum raptores, adulteri, velut etiam hic Publicanus, ieiuno bis in sabbatho, &c.*

¶ Item isti inflammescunt face cupiditatis. Vnde Luc. 16 dicitur, *quod Pharisæi qui erant auari. audiebant verba Iesu, & deridebant eum.* Sic igitur patet quomodo Pharisæus accipitur in malo [illegible] bono vero posset dici quod per Pharisæos quandoque intelliguntur viri iusti. Isti enim cæteris Iudæis erant credulitatis veracioris *Credebant enim alteram vitam & resurrectionem mortuorum,* sicut dicitur Act. 23. quod Sadducæi non faciebant. Sunt vel fuerunt orationis deuotioris, & etiam eleemosynæ & compassionis abundantioris. Vnde etiam de Christo legitur Lucæ 7. *Quod ipse intrauit in domum cuiusdam Pharisæi sabbatho manducare panem, &c. Vnde Paulus se Pharisæum, & Pharisæorum filium dixit.* Et in hoc sectam eorum præ cæteris approbauit, &c. Vide supra de diuidere.

**Phase.** Phase est solēnitas Iudæorum, in quo agnus Paschalis comedebatur, & in quo omne fermentum abesse a Iudæorum tabernaculis iubebatur, sicut dicitur Exo. 12. Interpretatur etiam phase transitus domini, propter quod tunc quando ista solennitas fuit instituta, angelus occisis Ægyptijs [illegible] Israel pertransiuit, nullumque primogenitum in eorum domib. signatis agni sanguine trucidauit, tunc etiam mare rubrum filij Israel transierunt, & sic solennitatem istam phase, id est, transitum vocauerunt. Dic igitur quod istud Phase significat

Spiritualem refectionem,
Sacramentalem comestionem,
Pœnitentialem conuersionem,
Supernaturalem fruitionem.

¶ Est igitur vnum Phase spirituale, & istud est quando iustus in corde suo agnum Paschalem, i. Christum per compassionē immolat, & eius sanguine se purpurat, & de amore mundi ad amorem cœlestium se transportat. Iste n. est bonus & spiritualis transitus, qui de bono tendit in melius. Deut. 16. *Obserua mensem nouarum frugum & verni primis tempora, vt facias Phase domino tuo.* Tale n. Phase mense 9. verno tempore, & luna 14. qui numerus [illegible] ex decem & quatuor, efficitur, pro eo, quod tal[is] spiritualis solennitas in nouitate spiritus, cū denario complementi decalogi & quaternario virtutum cardinalium in animo consummatur.

Item est Phase sacramentale & istud est sumptio & comestio sacramenti altaris quod loco agni Paschalis successit, quod omnes fideles debent sumere, & eum religiose & deuote comedere & recipere. Exo. 12. *Hæc est religio Phase.* Et Num. 9. *Faciant filij Israel Phase in tempore suo.* ¶ Item est Phase pœnitentiale, & istud est quando homo per mare rubrum, id est, per amaritudinem

nem pœnitentiæ transit, & Ægyptios cum Pharaone, id est, peccata cum diabolo in isto mari submergit. Exod. 12. *Est enim Phase, id est, transitus domini.* Pœnitentia enim transitus dicitur, eo quod ipsa mediante mundi periculum secure transitur, & eo quod per eam de morte ad vitam, & de culpa ad gratiam, de gratia vero ad gloriam peruenitur. ¶ Item est Phase supernam scil. festum ciuium Paradisi, scil. *vbi agnus Dei qui tollit peccata mundi,* scil. Christus per claram visionem cognoscitur, per dulcem fruitionem gustatur, & per firmam securitatem & perpetuitatem tenetur. Nu. 33. *Fecerunt Phase filij Israel.* Filij enim Israel (qui interpretantur videns Deum) sanctos & beatos signant qui Phase æterni conuiuij Deum clare speculando celebrant.

**Phialæ.** Cum Phialæ sint vasa rotunda cum orificio longo ad continendum liquores apta secundum diuersam conditionem liquorum, necesse est diuersitatem ponere Phialarum. Et sic nota, quod sunt

Phialæ ad {
Continendum gratiæ dulcorem,
Effundendum doctrinæ liquorem,
Retinendum culparum horrorem,
Augendum auditus errorem,
Hauriendum vitiorum saporem,
Emittendum vindictæ furorem.
}

Primæ phialæ sunt mentes iustorum,
Secundæ phialæ sunt corda doctorum,
Tertiæ phialæ sunt corda peccatorum,
Quartæ phialæ sunt ora adulatorum,
Quintæ phialæ sunt ventres golosorum,
Sextæ vero phialæ sunt conscientiæ iracundorum.

Dico igitur, quod sunt phialæ gratiam continentes, & istæ proprie mentes iustorum significant, quia scilicet gratiam continent, & odorem orationis & deuotionis propinant. De quibus dicit beatus Ioan. Apoc. 5. quod *seniores circa thronum habebant phialas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum.* ¶ Item phialæ doctrinam effundentes. Et isti sunt doctores & prædicatores, qui liquorem sanctæ doctrinæ diffundunt. Istæ sunt autem phialæ, quas Moyses fecit in vsus tabernaculi, sicut dicitur Exod. 37. & quas Salomon fabricauit in vsus altaris & templi, sicut patet 3. Reg. 7. quia scilicet doctores, & prædicatores fuerunt in tabernaculo, & in templo, id est, lege antiqua & noua, propter quod 1. Esdræ 1. dicitur, quod *reportata sunt in Hierusalem phialæ aureæ triginta, & phialæ argenteæ mille.* Aduerte tamen, quod hodie in multis verificatur illud 4. Reg. 25. vbi dicitur, quod *Chaldæi tulerunt de templo omnia vasa ærea, nec non thuribula & phialas.* Quia vere dæmones de templo Ecclesiæ subtraxerunt thuribula orationis, & phialas deuotionis & lectionis. ¶ Item sunt phialæ venena portantes. Et isti sunt viri maligni qui venena diuersorum vitiorum habent. Isti mali figurantur Apoc. 16. vbi *visi sunt septem Angeli habentes septem plagas nouissimas, & septem phialas, quas effundentes fecerunt in hominibus strages magnas.* Septem enim isti Angeli, vniuersitatem malorum significant. Nam secundum Gregor. septenarius numerus semper vniuersitatem signat & quia pro certo isti habent septem phialas, id est, vniuersitatem vitiorum, ideo isti habebunt septem plagas nouissimas, id est, vniuersitatem pœnarum, & tormentorum. ¶ Item sunt phialæ vnguenta habentes. Et istæ pro certo significant adulatores, & malos & falsos diuitum consiliarios, qui scilicet libamina seu liquorem adulationis & proditionis de phialis cordium suorum emittunt, quibus diuites inebriant, & perdunt, & eos ad omne vitium pronos reddunt. Figurati Apoc. 16. vbi dicitur, quod *quidam Angelus effudit phialam suam in solem, & datum est ei affligere homines æstu magno.* Quia reuera quandoque mali Angeli phialam oris sui aperiunt, & venena adulationum, detractionum & malorum consiliorum in solem, id est, in aliquem superiorum emittunt, tunc eum ita ad malum instigant, quod alij ab eo affliguntur, & pereunt. Vnde ibidem dicitur, quod *vna phiala effusa est in terram, & factum est vulnus sæuũ.* ¶ Item sunt phialæ vina haurientes. Et isti sunt viri ebriosi, contra quos dicitur Amos 6. quod *bibentes vinum in phialis, & vnguento optimo delibuti, nihil patiebantur super contritione Ioseph.* ¶ Item sunt phialæ furorem fundentes, & isti sunt tyranni, qui scil. furorem & iracundiam extra propinant. Vnde isti sunt illi mali Angeli, de quibus dicitur Apoc. 15. quod *ipsi habebant phialas plenas iracundiæ Dei, &c.*

**Philippus.** Nota, quod Philippus interpretatur os lampadis seu os manuum, significans virum in- *Diction. Berchorij.*

structum, & maxime doctorem scientificum vel prælatum, qui dicitur os, quia loquitur alios instruendo, lampadis, quia fulget alios exemplariter illuminando. Dicitur os manuum, quia os manus applicat, quia id quod docet prædicando, confirmat operando. Et si vis nota, quod

Philippus est nomen {
Abundantiæ & possessionis,
Intelligentiæ & discretionis,
Sapientiæ & instructionis,
Amicitiæ & dilectionis,
Eloquentiæ & prædicationis,
Excellentiæ & exaltationis.
}

Philippus enim abundauit in virtutibus. Vnde Ioan. 1. *Erat autem Philippus de Bethsaida ciuitate Petri & Andreæ.* Betsaida enim interpretatur domus frugum. Fruges vero virtutes designant. ¶ Item Philippus ignorantes informauit, patet Act. 8. vbi dicitur quod *Eunucho in curru suo legenti Esaiam, adiunctus est Philippus, qui scripturam sibi aperuit, & eum conuertit & baptizauit.* ¶ Item Philippus claram intelligentiam postulauit. Ioan. 14. *Dixit Christo Philippus, Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis.* Sequitur, *Qui videt me, videt & patrem meum.* ¶ Item veram amicitiam frequentauit, promotionem & honorem acquisiuit. Vnde 1. Mach. 6. dicitur quod *rex vocauit Philippum vnum de amicis suis, & proposuit eum super vniuersum regnum suum* ¶ Item Philippus fidem Dei prædicauit. Vnde & bene interpretatur os lampadis, vt prædictum est. Vnde iste & Euangelista & bonus annunciator dicitur fuisse. Actor. 21. *Intrantes domum Philippi Euangelistæ qui erat vnus ex septem, mansimus ibi, &c.* ¶ Item Philippus cœlestia vindicauit. Actor. 8. *Spiritus domini rapuit Philippum & inuentus est in Azoto,* id est, in Paradiso, &c.

## Philistiim. Philistæus. Philistæa.

Cum Philistijm fuerint populi infideles, dudum in illa parte Syriæ quæ nunc Palæstina dicitur habitantes, populo Dei semper inimicantes, & eos vel bellis impetentes, vel seruitute prementes, videtur quod per Philistijm possunt intelligi, vel dæmones vel tyranni à vera fide deuij, & bonis omnibus inimici. Isti enim contra bonos continue militant, ipsosque diuersimode fatigant & molestant. 1. Reg. 31. *Philistijm pugnabant aduersum Israel.* Interpretatur enim Philistijm vel Philistæi poculo ruentes, quia scil. ipsi dæmones poculo superbiæ imbuti, ceciderunt de cœlo. Mali vero poculo vitiorum ebrij, quotidie cadunt inferius in inferno. 1. Reg. 7. *Humiliati sunt Philistijm, nec apposuerunt vltra vt venirent in terminos Israel.* Tales enim finaliter per damnationem humiliabuntur, & terminis Israel, id est, patria Deum videntium, hoc est, cœlesti gloria priuabuntur. Et merito, quia pro certo tales Philistijm, id est, mali & maxime tyranni

Mundi substantiæ eligunt cumulos,
Aliæ potentiæ vendicant titulos,
Malæ concordiæ constringunt nodulos,
Tristis inuidiæ sustinent famulos.

Sic igitur patet, quod tales Philistæi per auaritiam diligunt terrena. 1. Reg 23. *Philistijm infuderunt se super terram.* Per superbiam ascendunt amœna. 1. Reg. 17. *Philistijm stabunt super montem.* Per malam concordiam iuncti sunt habena. Vnde ibidem dicitur. *Congregauerunt Philistijm agmina sua.* Et per inuidiam sparguntur, vt arena, id est, diuiduntur ab inuicem. 2. Reg. 5. *Philistijm diffusi sunt in valle.*

**Pietas.** Cum de pietate supra in multis locis sit tractatum, & maxime supra de Misericordia, vbi tetigi satis plene, hoc solum nota, quod triplex pietas est habenda, videlicet

Parentibus,
Pauperibus,
Peccantibus.

Prima pietas pertinet ad personas inferiores,
Secunda pertinet ad diuites repletiores.
Tertia pertinet ad magistros superiores.

¶ Primo igitur dico, quod est quædam pietas erga genitores, & istam debent habere filij erga patres tam spirituales, quam carnales. Sicut enim dicit Solinus, mira est in ciconijs pietas erga parentes suos, quantum enim parentes ciconiarum filios suos nutriunt, dum sunt iuuenes, tantum vice reciproca nutriuntur à iuuenibus, dum sunt senes. In quo proculdubio docet nos natura, quod parentes nostros, & superiores prælatos à quibus nutrimenta, & naturalia, & spiritualia recipimus, omni die, si nostri indiguerint, debemus fouere, & ipsis pie & misericorditer sub-

tet subuenire. Vnde Ambros.super *Beati immaculati*.pulchre loquitur de pietate, dicens, quod *pietas amica est Deo, nutrix parentū, stipendium pliorum, tribunal iustorum, egenorum portus, miserorum suffragium, & indulgentia peccatorum*. Vnum tamen est aduertendum, quod secundum Hieronym. propter parentum pietatem non debemus facere iniquitatem. Vnde illi videntur errare, qui, vt parentes nutriant, & honorent, se solent à diuino cultu retrahere, & erga lucra temporalia immoderate intendere, & vacare. Teste enim August. *Diligendus est generator: sed præponendus est creator.* Vnde Hieronym. ad Marcellam super illud verbum Matth.8. *Dimitte mortuos sepelire mortuos suos*, dicit sic. *Ordinate in me charitatem. Rectus ordo est, vt primo diligatur Deus, deinde parentes: sed si vtrumque seruari nequeat, odium in suos, pietas est in Deum conferenda.*
B Est igitur quædam pietas erga genitores. ¶ Secundo dico, quod est quædam pietas erga pauperes, & ista est illa, qua homo tenetur fratri suo subuenire. Sicut enim arbores fructiferæ, & vtiles solent habere multum de interiori medulla, sicut patet in ficu, & vinea, sic illi, qui apud Deum volunt esse fructuosi, debēt esse valde pij, & medullosi, & erga pauperes viscerosi. Sicut enim arbores aromaticæ non solum nutriunt fructus, folia, & flores, imo etiam medicinales succos, lacrymas, & liquores, sic vere pij viri, & misericordes non solum portant fructus bonæ operationis, folia bonæ locutionis, flores bonæ conuersationis: imo etiam ipsi portant, & fundunt succum deuotionis, & liquorem pietatis, & compassionis, quia scil. pauperes, & egeni sanantur, & spiritualiter, & temporaliter recreantur. *Pietas* enim, vt dicit Apostolus 1.Tim.4. *ad omnia vtilis est*, quamuis multi sint, qui secundum Apostol. 2.Tim.3. *speciem pietatis habent, ipsam tamen operibus negant*, sicut patet de multis vsurarijs, & auaris, qui sub specie pietatis pauperibus solent aliquid commodare, vt ipsorum
C tempore carentiæ possint exhæredare. ¶ Tertio dico, quod est quædam pietas erga peccatores, & istam debent habere superiores iudices, & prælati, qui pie debent peccatoribus compati, & subuenire, & eis, si patiatur iustitia, indulgere. Sed de hoc vide supra de Iustitia & Misericordia. Vnde breuiter Aug.in serm.dicit, *quod apud Deum est nec pietas sine iustitia, & sine pietate iustitia non habetur, & sine bonitate æquitas, & sine æquitate bonitas non tenetur. Nam æquitas sine bonitate sæuitia est, & iustitia sine pietate crudelitas est.* Et ideo monet Apostolus Tit.2. *Sobrie & iuste & pie viuamus &c.* Omitto, quia paucæ sunt authoritates vocales, & supra in locis varijs multa dixi.

A **Pigritia.** Nota, quod pigritia, seu acedia nihil aliud est, quam languor, seu torpor animi impediens exequi bonum opus. Vnde & Greg. in homil. dicit quod acedia est de virtutum laudabili exercitio vniusque hominis languida deiectio. Et inde est, quod ad detestationem pigritiæ possumus notare, quod acedia seu

Pigritia solet
- Comitari cordium timorem,
- Eneruare membrorum vigorem,
- Excitare mentium feruorem,
- Extirpare virtutum valorem.

Primo igitur dico, quod pigritia cordium timorem solet comitari. Homo enim piger nunquam est audax, sed magis timidus. Vnde Prou.22. dicitur. *Dicit piger, leo est in via, in medio platearum occidendus sum.* Timet enim sustinere terribilia, & aggredi difficilia. Prou.18. *Pigrum deijcit timor.* Frigus enim generat paucitatem motus. Vnde videmus, quod serpens in hyeme vix se potest mouere ex frigore, aqua fluxibilis, & mobilis solet gelari. Et sic frigus, & quies pigritiæ, & torporis se concomitantur, & alterum ab altero generatur. Quia pro certo tamdiu homo à labore bonorum operum retardatur, quamdiu frigore, i. alicuius difficul-
B tatis timore coarctatur. Vnde Prou.20. *Propter frigus piger arare noluit, mendicabit ergo æstate, & non dabitur ei* ¶ Secundo dico, quod pigritia membrorum solet vigorem eneruare. Piger enim est proprie sicut infirmus, dormiens, seu mortuus, qui scilicet membrorum suorum vsum non habent, in quantum nullum opus peragunt, aut exercent. Vnde pigri videntur mandragoram bibisse, quia scilicet, pigritia more mandragoræ videtur suos discipulos indormire, & sopire, & membrorum vigorem, & fortitudinem eneruare. Ideo pigro dicitur Prouerb.6. *Vsquequo piger dormis?* Dormire enim proprie videntur, in quantum in nullo bono
C opere exercentur. Vnde Prouerb.26. dicitur, quod *piger abscondit manum sub ascella sua, & laborat, si ad os suum eam conuerterit.* ¶ Tertio dico, quod pigritia feruorem mentium, vel vitium, id est, vitiorum solet excitare. Pigritia enim solet multa mala desideria generare: & tentationes varias excitare, sicut patet de Dauid, qui ociosus in domu sua Bethsabeæ concupiuit, & occasione ipsius adulterium, proditionem, & homicidium commisit. Vnde Prouerb.21. *Desideria occidunt pigrum.* Et Prouerb.13. dicitur, *Vult, & non vult piger*, Et breuiter, sicut dicitur Prouerb.26 *sicut ostium vertitur in cardine, sic piger in lecto suo*, quia scilicet sicut ostium de latere in latus vertitur, sic piger de vno malo desiderio ad aliud deducitur. Canis enim antiquus quandoque incurrit podagram, & tunc non potest currere, imo solet muscarum impugnationes varias incurrere, & latrando super fimarium residere. Sic vere homines illi, qui podagram pigritiæ patiuntur, muscis diuersorum desideriorum, & affectionum, & latratu malorum verborum, & detractionum præ cæteris infestantur. Ideo breuiter de punctionibus malorum desideriorum, quas sustinent isti pigri dicitur Prou.24. *Per agrum hominis pigri transiui, & per vineam viri stulti, & ecce totum repleuerant vrticæ, & operuerant superficiem eius spinæ.* Et Prou.15. dicitur, quod *iter pigrorum quasi sepes spinarum* Pigritia ergo mentium feruorem solet excitare ¶ Quarto dico, quod pigritia virtutum valorem solet extirpare. Sicut enim vinea, quæ non colitur, sterilescere comprobatur; sic homo, qui per pigritiam inculius efficitur, à fructu bonorum operum denudatur. Camelus enim inter cætera animalia dicitur pati podagram, & tamen iste est, qui inter alia animalia rarissimos habet pilos. Ad denotandum, quod illi, qui podagra pigritiæ sunt detenti, & vinculis acediæ sunt ligati (de quibus dicitur Sap.15. *Pedes eorum pigri sunt ad ambulandum*) tales dico pilis virtutum, & gratiarum præ cæteris sunt nudati. Vnde Prou.21. dicitur. *Omnis piger semper in egestate erit.* Pigri enim nudi, & egeni sunt quantum ad virtutum abundantiam: pauperes vero erunt in futuro per æternæ gloriæ indigentiam, & carentiam, quia breuiter sicut dicit Bernard. in sermone. *Otiositas est mater nugarum, nouerca virtutum, virium suffocatrix, superbiæ nutrix, gehennæ procuratrix.* Sic ergo patet, quomodo vitium acediæ, & pigritiæ est damnosum. Sed vide supra de Labore, de Motu, de Exercitio, & infra de Quiete, & de Tarditate, & supra de Dormire. Et infra de Somno, & alijs titulis similibus, &c.

**Pignus.** Cum pignus sit illud, quod creditori à debitore pro debito vsque ad solutionem assignatur, videtur, quod obses in personis, & pignus in rebus pro eodem supponantur. Et sic nota, quod est

Pignus
- Supernale, quod est diligenter custodiendum,
- Infernale, quod est libenter cuiq; tradendum, seu quod est vigilanter expediendum,
- Æternale, quod est ardenter recipiendum.

¶ Primo igitur dico, quod est pignus pretiosum, quod debemus cum diligentia custodire, istud autem est Christus Dei filius, seu etiam Spiritus sanctus, aut gratia diuina, quæ scil. nobis tradita sunt, & concessa sicut pignus, obses, & arrha hæreditatis æternæ nobis à Deo patre promissæ. Constat enim, quod Dei filius in carnem veniens se dedit nobis obsidem, atq; pignus pro promisso nobis facto de cœlesti gloria adimplendo (*sicut filius Antiochi regis olim Romæ fuit obses.* 1.Machab.1.) & à nobis discedens, loco sui Spiritum sanctum pro pignore nobis misit, & suam gratiam, & sacramenta pro pignore quotidie nobis mittit. Vnde 2.Cor.1. *Signauit* inquit *nos, & dedit pignus spiritus in cordibus nostris.* Veruntamen sic est, quod pignus receptum à creditore optime seruari debet, quia si forsitan perderetur illud, quod restitui debet & pro pignore datum est, nequaquam amplius redderetur. Sic vere si gratiam Dei, & Spiritum sanctum nobis traditum, & commissum, impignoratum, & datum diligenter non seruauerimus, sed ipsum per peccatum mortale perdiderimus, gloriam paradisi, cuius arrhæ sunt, amitteremus. Si vero ista pignora vsque ad mortem seruauerimus, tunc sine difficultate hæreditatem nostram (sicut dictum est) acquiremus, ita quod nobis poterit dici illud Ephes.1. *Signati estis Spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ in redemptionem acquisitionis, & in laudem gloriæ ipsius.* Istud est igitur pignus virtuosum, quod in debes cum diligentia custodire. ¶ Secundo dico, quod inuenitur pignus speciosum, quod tu debes cum vigilantia expedire, C
& istud pro certo nihil aliud est, quam anima, quam scilicet cum hæreditate paradisi sibi debita nos diabolo impignoramus, obligamus, & incarceramus, quando mortaliter peccamus. Et certe istud pignus perpetuo perdimus, nisi per pœnitentiam redimamus, vt sic possimus dicere diabolo, apud quem

obliga-

obligatum est pignus, illud Deut. 24. *Non auferes loco pignoris viduæ vestimentum.* Et ibidem. *Non accipies loco pignoris superiorem, & inferiorem molam, &c.* Superior enim mola est anima, inferior est corpus, vestimentum viduæ est gratia, quæ sc. diabolo sunt interdicenda, & ab eo, si impignorata sunt, per pœnitentiam auferenda. Istud est igitur pignus speciosum, &c.

¶ Tertio dico, quod inuenitur pignus anxiosum quod in debes cum dulci venia relargiri. Et ista certe sunt pignora temporalia, quæ scil. raptores, & vsurarij plus debito, & nimis acriter a pauperibus recipiunt, & quasi tum pro debitis ipsos exhæredant, & contundunt. Vult ergo Deus, quod pignora pauperum iniuste non accipiantur, & etiam si iuste capta fuerint, quod misericorditer pauperibus dimittantur. Vnde ibidem Deuter. 24. *Si pauper est* (inquit) *non pernoctabit apud te pignus, sed statim reddas ei ante solis occasum, vt dormiens in vestimento suo benedicat tibi.* Vnde Ezech. 18. dicitur de illo, qui pignus debitori reddiderit, & non tenuerit, quod sc. *vita viuet, & non morietur.* De impio vero pauperum contristante, rapinas rapiente, & pignus non restituente, dicitur ibidem, *quod morte morietur, & quod sanguis eius super ipsum erit.* Sufficiat, quia paucæ sunt auctoritates. Vide supra in tit. Obligatio.

Pingere. Pictura. Quia nullę sunt auctoritates. Vide in tit. Pulchritudo, & Varietas.

A Pilatus. Cum Pilatus fuerit ille præses, seu prætor Romanus, sub cuius dominio

Christus { Docuit, & prædicauit,
Captus est, & tolerauit,
Occisus est, & expirauit.

Possum dicere, quod per Pilatum designantur tyranni, peruersi quoque iudices, & balliui, sub quorum scilic. dominio Christus, i. est, personæ innocentes indebite molestantur. Vnde nota quod iusti tam sub istis, quam sub istis

Fallaciter accusantur,
Procaciter diffamantur,
Debiliter defenduntur,
Scurriliter illuduntur,
Subtiliter inquiruntur,
Crudeliter flagellantur,
Finaliter trucidantur.

Hæc omnia possunt dici de malis iudicibus, & tyrannis, qui scilicet malos amant, & eis fauores impendunt Luc. 24. *facti sunt amici Herodes, & Pilatus.* Et Marci 15. dicitur, *quod Pilatus volens satisfacere populo tradidit eis Iesum &c.* Sub illis vero iusti fallaciter accusantur, sicut sub Pilato Christus est accusatus. Quamuis enim Pilatus sentiret ob inuidiam Christum accusatum, nec vllam in eo mortis causam inueniret, quia tamen principes sacerdotum, & scribæ constanter, imo nequiter accusauerunt eum, morti fuit adiudicatus, sicut dicitur Lucæ 23. Item sub illis, & ab illis procaciter diffamantur. Matth. 9. *Diffamauerunt eum per totam terram,* & Prouerb 14. *Ambulans recto itinere, & timens Deum, despicitur ab eo, qui infami graditur via.* Item bonos grauant, nec debite defendunt. Ficte enim defendebat Pilatus Iesum, quando dicebat Matth. 27 *Quem vultis de duobus dimitti? &c.* Item iustos derident, & turpiter illudunt. Tales enim vilipendunt, & illudunt homines virtuosos, sicut de Pilato legitur, *quod ipsi derisorie Iesum vocabat regem* Ioan. 19. Scripsit autem titulum Pilatus: *Iesus Nazarenus rex Iudæorum.* Item vt illis possint nocere, subtiliter inquirunt, sicut Iudaica rabies contra Christum occasionem quærens, interrogabant enim, Matth. 12. dicentes, *Si licet sabbathis curare?* scilicet *vt eum accusarent,* supple interrogabant. Et Matth. 26. *Principes sacerdotum, & seniores populi consilium fecerunt, vt Iesum dolo tenerent* &c. pauperes spoliant, & grauiter offendunt. Vnde Ioan. 19. dicitur, *quod Pilatus Iesum nudauit, flagellauit, & spinis coronauit.* Item demum illos miserabiliter perimunt, sicut dicitur 2. Reg. 4. *Homines impij interfecerunt virum innoxium.* Si vis vlterius Pilato comparare tyrannos, & principes, & officiales iniquos, vide in tit. Iudex Iudicium, Rex, Tyrannus, &c.

Pilus. Nota, quod pili nascuntur à carne, & de superfluo alimento dati sunt nobis à natura, scilicet

In { Necessarium tegumentum,
Multiuarium vestimentum,
Voluntarium ornamentum,
Emissarium purgamentum.

Primos pilos debemus texere,
Secundos pilos debemus tendere,
Tertios pilos debemus pectere,
Quartos pilos debemus radere.
Primi pili sunt virtutes, quibus à frigore defendimur,
Secundi pili sunt virtutes, quibus ad pauperes extendimur.
Tertij pili sunt conuersatio, qua ne vilescamus tegimur,
Quarti pili sunt vitia, quæ ne fœteamus, abradimus. B

¶ Dicam ergo primo, quod in scripturis reperiuntur pili existentiæ virtualis. Pili enim qui corpus defendunt à frigore, & à puluere, & à vento, ipsumque tenent calidum & securum, & ab interiori corporis nascuntur & prodeunt, sunt virtutes, quæ scil. animam à periculis, & nocumentis exterioribus, & interioribus protegunt, ipsamque per charitatem calefaciunt, & à corpore, id est, ab interiori mente, & ex pectore exeunt & procedunt, & frigus indeuotionis tollunt, vt scilicet homo virtuosus figuretur in Helia, & in Ioanne Baptista, nec non & in tabernaculo fœderis. De Helia enim legitur, quod ipse fuit homo pilosus. 4. Reg. 1. *Vir pilosus occurrit nobis, zona pellicea accinctus renibus.* De Ioanne vero dicitur Matth. 3. *quod Ioannes habebat vestimentum de pilis camelorum, vescebatur melle, & locustis, & in deserto degebat.* De tabernaculo autem fœderis, in quo latuerunt sacramenta legis diuinæ, scilicet, candelabrum, velum, altare thymiamatis, arca, propitiatorium, cherubin, manna, virga, & tabulæ, legitur Exod. 36. *quod opertum fuit de vndecim sagis confectis de pilis caprarum.* Ad denotandum, quod illi, qui volunt esse Helias, regum malignorum, id est, quorumlibet iniquorum correctiui, Ioannes in quo est gratia, id est, diuinæ gratiæ continentiui, & verbi Dei prædicatiui, tabernaculum fœderis, id est, sui cum Deo fœderatiui & coniunctiui, & secretorum & sacramentorum diuinorum conseruatiui, necesse habent esse pilosi, id est, pilis virtutum contecti, & virtuosa continentia circumcincti. Genes. 27. *Nosti, quod Esau frater meus homo pilosus sit.* Potissime autem isti pili debent virtutem pœnitentiæ denotare. Ista est pilositas, quæ melius defendit ab indeuotionis frigore, & quæ melius calefacit per contritionem, & charitatem interius in pectore nutrit. Quod certe satis figuratur in hoc, quia Helias, & Ioannes, & tabernaculum in deserto manserunt, & etiam tegumenta de pellibus & de pilis camelorum & caprarum habuerunt, vt supra visum est. Deserta enim, quæ sunt nuda, sterilia, & arida, & pili camelorum, & caprarum, qui sunt asperi, & squalidi, asperitatem pœnitentiæ, & squalorum, & nuditatem exterioris apparentiæ signant, quibus pro certo sancti viri se contegunt atque velant. Exod. 25. *Hæc sunt quæ accipere debetis* Sequitur. *Pilos caprarum.* Et tie isti sunt pili, quibus mediantibus Daniel draconem occidit, sicut dicitur Dan. 14. quia scilicet mediantibus pilis pœnitentiæ draco diabolus, seu caro occiditur, & ciuitas animæ à spirituali idololatria liberatur. Patet igitur, quod sunt pili existentiæ virtualis.

¶ Secundo dico, quod inueniuntur pili opolentiæ temporalis. C Pili enim exterius apparent, & nascuntur ex superfluo alimento, & ex ipsis fiunt panni ad varia vestimenta. Isti igitur diuitias exteriores & temporales designant, quæ scilicet non sunt de necessitate naturæ, sed magis de superfluo reputatæ, & sicut quædam extrinseca vestimenta debent per eleemosynam extendi, & pauperibus explicari. Vnde Numer. 8. præcipitur Nazarenis, qui sancti reputabantur, *quod radant omnes pilos carnis suæ.* Radi enim dicuntur tales pili, & potissime de affectu mentis, quia reuera Esau, *qui erat pilosus*, legitur, *malus homo fuisse, & benedictionem amisisse.* Genes. 27. Iacob etiam, quia pilos in manibus habuit, alius, quam erat, creditus fuit, sicut dicitur ibidem. Quia reuera illi, qui vestiti sunt diuitiarum pilis, vt communiter priuantur benedictione sua, i. æternis, & cœlestibus bonis. Tales etiam difficile recognoscuntur, quia alij, quam sint ab hominibus reputantur. Diuites vero iudicantur ex diuitijs, non ex personis, ex vestibus, non ex corporibus, ex mundi fauoribus, non ex insufficientiarum suarum languoribus. Ad hoc facit illud Senec. in epist. *Qui vult*, inquam, *cognoscere hominem ponat*, id est, *seponat fallacia fortunæ iudicia, induta nullum respiciat. &c.* Vnde de tali pilositate dicitur Genes 27. *Pater*, inquit, *non cognouit Iacob, quia pilosæ manus maioris fratris similitudinem prætendebant*, quasi dicat, Ille, qui minor est reputatur maior, qui imperfectus est, reputatur perfectus, qui indoctus est, reputatur doctus, dum tamen diuitiarum pilis fuerit coopertus, seu carnalis affectionis pellibus circumcinctus. Isti autem pilosi

figurantur in quibusdam monstris; quæ pilosa dicuntur, quæ etiam Fauni, & Syluani appellantur, qui etiam proprie non homines, sed dæmones sunt, quia non rem, sed effigiem humanam prætendunt, quos etiam antiqui errores gentilium Deos syluarum, & montium crediderunt, sicut dicit Isidor. 8. lib. etymol. & gl. Esaiæ 13. & 34. Ego autem istos credo esse quosdam spiritus inferiores aerea corpora habentes, ratione præstantes, & hæc nihil aliud esse, quam dæmones humanam effigiem prætendentes, quia reuera charissimi, tales pilosi, id est, tales diuitiis adornati, via possent cognosci, quid sunt, quia licet homines esse videantur, dæmones tamen esse probantur, in quantum dæmonum crudelitate & conditionibus vtuntur, & in quantum aerea vanitate, & superbia componuntur, atque vanis lætitiis extolluntur. Vnde Esa. 13. de Babylone, id est, de mundo dicitur sic, *quod requiescent ibi bestiæ, & replebuntur domus eorum draconibus, & habitabunt ibi struthiones, & pilosi saltabunt ibi.* Et Esa. 34. dicitur, *quod occurrent ibi dæmonia, onocentaurus pilosus & clamabunt alter ad alterum.* Pone, si vis, multa de inhumanitate diuitum, & compara eos onocentauris, draconibus, & struthionibus. Patet ergo, quod inueniuntur pili opulentiæ temporalis.

D ¶ Tertio dico, quod inueniuntur pili apparentiæ externalis. Pili enim, qui extra carnem apparent, exteriorem conuersationem, & apparentiam significant, quæ reuera est pectinanda, & ab omnibus inhonestatis fæcibus mundanda, & ab hypocrisis vermibus præseruanda. Et nota, quod sicut aliqua animalia habent pilos suaues, aliqua asperos, aliqua pungitiuos, aliqua in colores varios se mutantes, sicut patet de oue, porco, & ericio, sic vere homines aliqui sunt, quorum conuersatio dulcis est, suauis, & benigna, & in loquendo, & in operando. Vnde cuilibet dulci, & pio homini potest dici illud Ezech. 16. *Vbera tua intumuerunt, & pilus tuus germinauit*: ita quod alii per boni exempli assumptionem inde possunt sibi facere vestimenta. Alii autem habent conuersationem asperam, & seueram, scilicet austere videndo, & seuere alios corrigendo, ita quod tales possunt dicere illud Iob 4. *Inhorruerunt pili carnis meæ.* Alii vero habent conuersationem pungitiuam multipliciter, & læsiuam scilicet alios mordendo, & eis detrahendo, ipsosque lædendo, rapiendo, & deprædando, similes porco spinoso, quem Solinus vocat histricem, qui pilos habet acutissimos, ita quod iaculatione voluntaria ipsos emittendo circumiacentes lædit, vulnerat, atque pungit. Sic isti voluntarie alios pungunt, & detrahendo ipsos vulnerant, atque lædunt. Isti similes sunt militibus Romanis, qui plerumque lædendo aduersarios pilis vtebantur, sicut in multis locis ponit Titus Liuius. Dardos enim, & tela, & paruas lanceas pilos vocat, vel etiam maiores sagittas. Vnde de detractoribus dicitur in Psal. quod subito sagittabunt, & non timebunt, firmauerunt sibi sermonem nequam. Alii desuper habent pilos, id est, conuersationem mutabilem, & multipliciter suiipsius variatiuam, sicut sunt hypocritæ, & adulatores, qui pilos conuersationis secundum diuersitatem personarum, temporum, & locorum variant, atque mutant. Similes Tharando animali Æthiopico, de quo dicit Plin. li. 8. cap. 34. quod ad similitudinem coloris rei obiectæ colorem suum mutat. Et est mirabile inquit Plin. colorem corporis tam subito mutari, sed mirabilius colorem villi, i. pili. Expone de hypocritis, & adulatoribus, quorum villus, & pilus, i. exterior conuersatio vario modo mutantur. Isti figurantur in leprosis, qui secundum doctrinam antiquam legis in hoc cognoscebantur, quod pili eorum in colorem candidum vertebantur, sicut dicitur Leuit. 13. Quia reuera ille spiritualiter est leprosus, & malus, qui per hypocrisim de nigro in album, & de malo in bonum subito solum quo ad apparentiam fit mutatus. Vnde Leu. 13. in principio dicitur, *quod cum sacerdos videbat pilos in album mutatos, ipsum tanquam suspectum de lepra separare debebat.* De istis ergo potest dici illud 1. Reg. 19. quod scilicet *Michol pellem pilosam caprarum posuit super caput statuæ in lecto Dauid.* Expone sicut alibi. Patet igitur, quod inueniuntur pili apparentiæ exterioris.

E ¶ Quarto dico, quod inueniuntur pili pestilentiæ criminalis, & isti pro certo sunt pili, qui naturaliter oriuntur à carne, id est, à carnali mente, scilicet, inanes affectiones, & vitia, & pro certo tales sunt pili radendi, & per confessionem à mentibus auellendi. Ezech. 5. *Sume tibi gladium acutum radentem pilos, & duces per caput, & barbam.* Vnde leproso, quando debebat mundari, id est, post curam mundus reputari, sic præcipitur Leuit. 14. *Radet,* inquit, *omnes pilos corporis & lauabitur aqua, & purgatus ingredietur castra.* Pilos inquit corporis, id est, peccata sua radet per contritionem & confessionem. Lauabitur, inquit aqua per lacrymationem, & compunctionem, & sic certe purgatus scilicet peruenit ad remissionem, & ingredi poterit castra cœli per finalem saluationem. Et sic igitur patet, quod pili quatuor modis signãt, videlicet Culpas deteriores. Mores exteriores. Opes inferiores. Vites seu virtutes interiores, & vtiliores, &c. Sufficit. Vide in tit. Capillus.

**Pincerna.** Nota, quod pincerna est ille, qui administrat vinum. Vide in titul. vinum, & minister.

**Pinguis, Pinguedo.** Nota, quod pinguedo tam in bono, quam in malo multipliciter sumitur in scriptura. Est enim pinguedo virtuosa, & pinguedo vitiosa, pinguedo bona, & pinguedo mala. Est dico pinguedo bona, & ista est pinguedo gratiæ & virtutis, & perfectionis, quæ mentem spiritualiter reficit, & impinguat. Et sic illi dicuntur pingues, qui gratiis, & virtutibus sunt insignes, de quibus dicitur Rom. 11. *Socius radicis, & pinguedinis oliuæ factus es.* In quib. verbis notatur, quod sicut pinguedo solet vnire, nutrire, mollire, linire: sic gratia solet vnire per supernam dilectionem. (Socius inquit) solet nutrire per internam deuotionem. (Radicis.) solet mollire per supernam compassionem (Pinguedinis) solet mollire per supernam compassionem (Pinguedinis) solet linire per æternam saluationem (Oliuæ factus es.)

B ¶ Primo ergo dico, quod pinguedo gratiæ vnit & ligat per dilectionem. Socius inquit. Pinguedo enim de sui natura est viscosa, & glutinosa, faciens res diuersas inuicem adhærere. Pinguedo etiam nutrimentum est ignis, sicut patet in oleo, lampade, & candela. Sic vere diuina gratia nutrimentum est, & corda solet per amorem inflammare, & ipsa per concordiam conglutinare, & inuicem sociare. Et de hoc Ezech. 27. *Negotiator tuus in vino pingui, in lanis coloris optimi.* Lanæ enim, de quibus fiunt vestes, sunt corporis calefactiuæ. Vinum, quod cor lætificat & inflammat, signat charitatem, quæ scilicet homines inuicem sociat, atque ligat, & in alterutrum per amorem inflammat. Socius inquit. Apoc. 1. *Ego Ioannes frater vester socius, & particeps in tribulatione, & regno.* Hic tamen aduertendum est, quod duplex inuenitur in animalib. pinguedo, quædam aerea, & sanguinea, quædam phlegmatica, & aquea. Prima est illa, de qua dictum est, secunda vero, quæ est aquea, non est talis, quia ista nec ligat, nec inflammat, sicut est pinguedo porci, quæ non posset nutrire ignem, nec in lampade, nec in candela. Sic vere cum spiritualiter duplex sit pinguedo amicitiæ, vna charitatis, alia carnalitatis, vna virtutum perfectorum, alia porcorum & peccatorum, istud verum est, quod illa ignem charitatis nutrit, ista vero ipsum destruit, & extinguit, quia pro certo pinguedo carnalitatis, & porcina nunquam est causa perfectæ charitatis, & salubris amicitiæ, sed magis totius contrarietatis & discordiæ, quia sicut patet hodie illi, qui diuitiis & deliciis sunt pinguiores, sunt ad discordiam & odium promptiores. Deut. 32. *Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit, incrassatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem suum, &c.* Et in Psal. dicitur. *Tauri pingues obsederunt me.* Non sic pinguedo gratiæ non, quia pro certo ista, vt dictum est, viuit, & ligat per dilectionem.

¶ Secundo dico, quod ista nutrit, & rigat per deuotionem, quod ostenditur in verbo radix, quæ arborem nutrit & portat, & respectu aliarum partium arboris multum habet de pinguedine, & humore. Rom. 11. *Non tu radicem portas, sed radix te.* Ezech. 31. *Flumina eius manabant in circuitu radicum eius.* Significans pinguedinem gratiæ, quæ per deuotionem solet hominem spiritualiter nutrire, & ipsum ne in peccatum corruat, sustinere. Pinguedo enim bona, & aerea corpus nutrit, sic & deuotio animam. Quia vere anima, quæ per deuotionem non reficitur, per peccatum faciliter desiccatur. Deuotio enim est quidam panis spiritualiter nutritiuus Esa. 30. *Panis frugum terræ erit vberrimus & pinguis.* Et Genes. 49. *Aser pinguis panis eius, & præbebit delitias regibus.* Quamuis multi sint, qui alia pinguedine se nutriunt, & impinguant, sc. pinguedine mundanæ prosperitatis, quia scil. diabolus illos ad modum carnificis modo per mundi prosperitatem impinguat, & reficit, quos in macello inferni occidere intendit. Tob. 8. *Duas vero vaccas pingues occidi fecit.* Mali enim dicuntur duo non vnum, propter discordiæ diuisionem, dicuntur vaccæ in fœminino genere, propter inconstantiæ imperfectionem, dicuntur pingues, propter temporalium possessionem,

dicun-

[illegible] finalem & infernalem damnationem pingues [illegible] fortiter supernatare, solent faciliter [illegible] & liquescere, solent etiam igni pabulum ministrare. [illegible] qui per mundi prosperitatem sunt pingues, volunt [illegible] per superbiam, quia scil. tales semper volunt aliis se [illegible] & superbitate, & aliis iniuriam inferre. Amos 4. *Audite verbum vaccæ pingues quæ estis in monte Samariæ, quæ calumniam [illegible]*. Et ideo [illegible] tales sic pingues per mortem de[illegible] & marcescent, & igni infernali alimentum perpetuum [illegible]. Vnde de damnatione talium dicitur Esa. 34. *In[ebriabitur] terra eorum sanguine, & humus eorum adipe pinguium, & [convertentur] torrentes eius in picem, & humus eius in sulphur, & erit terra [eius] in picem ardentem nocte & die, non extinguetur in sempiternum.* [Non ergo habea]mus tali pinguedine, sed habeamus pinguedinem [gratiæ], quia pro certo ista nutrit & rigat per deuotionem. [illegible]

[Secundo di]co, quod ista mollit, & humectat per compassio[nem] [illegible] inquit. Sicut enim pellis bene vncta solet esse [mollior] & tenerior, sic ille, qui pinguedine gratiæ inunguitur [illegible] & ener per compassionem, & pietatem ad alios inue[illegible] [Pi]nguedo enim temperat siccitatem, & pietas alleuiat [illegible]tatem. Hierem. 31. *Inebriabo animas sacerdotum pin[guedine]*. [Vnde et] cuilibet viro pio potest dici illud Genes. 27. *In [pinguedine ter]ræ, & in rore cæli desuper erit benedictio tua.* Et istud [illegible]kos, qui non impinguantur spiritualiter per com[illegible] [s]ed magis corporaliter per gulæ ingluuiem & refe[illegible] [fi]guratum Agag rege Amalech, qui pinguissimus & [illegible]tus Samueli, & ab eo interfectus est, sicut dicitur [illegible] scilicet illi à Deo finaliter interficientur, qui car[nis pingu]edine per gulæ gastrimargiam vltra debitum imbo[illegible], [sicut] dicitur Esa. 1. *Deus adipem pinguium noluit*, imo [pin]guedinem auibus infernalibus in fine deuorandum [illegible] h. 11. *Carnes pinguium comedetis.* Non sic ergo, sed ha[beamus] pinguedinem gratiæ, quia ista mollis, & humectat per [compass]ionem.

[Tert]io dico, quod ista linit & delectat per saluationem, [quod os]tenditur in verbo oliuæ, quia sc. oliua infirmos vngens, [illegible] statians, & virorem perpetuo seruans, æternam salu[tem] [illegible]at, quæ voluptate æterna animas delectat, recreat, & [illegible] & virorem æterni decoris perpetuo secum portat. Vnde [dic]itur, *quod oliua dixit aliis arboribus. Nunquid possum dese[rere] pinguedinem meam, qua & dii vtuntur & homines?* Vnde breuiter [de pingu]edine cælestis gloriæ dicitur in Psalm. *Pinguescent specio[sa deser]ti, & exultatione colles accingentur.* Et de sanctis dicitur Ezec. [3]4. *[In] pascuis pinguibus pascentur super montes Israel.* Vide supra de [illegible]pe & Carne & Oleo, &c. De pinguedine vero in malo signi[ficato] omitto, quia satis dictum est inuehendo.

# Pisces.

Nota breuiter, quod pisces diuersimode significant in scriptura, significant enim viros

Perfectos, & virtuosos,
Infectos, & vitiosos,
Fragiles, & fluxuosos,
Flebiles, & luctuosos.

Primi habent mentalem deuotionem,
Secundi habent carnalem infectionem,
Tertii habent mortalem conditionem,
Quarti vero habent pœnalem compunctionem.

[Pri]mo ergo dicamus, quod pisces significant viros perfe[ctos] & virtuosos. Sicut enim pisces originaliter ex aqua pro[dierunt], ab aqua naturaliter nutriuntur, sub aqua corporali[ter] [con]tinentur, sic vere viri perfecti ex aqua deuotionis, & [gratiæ] [illegible] spiritualiter, aqua piæ compassionis sunt no[illegible] aqua vero lacrymosæ compunctionis sunt, quamdiu [viuunt], in hoc sæculo hospitati. Deus enim legitur pisces, & a[ues] ex aquis produxisse, & partim leuasse in aere, partim gurgi[tibus] [illegible]. Ad denotandum, quod aues, id est, Angeli; pisces, [id] est, homines lacrymosi, humorosi, compassiui, & deuoti, ex [aq]ua, id est, ex sola Dei gratia in spirituali esse constituuntur, & [ex ip]sa spiritualiter nutriuntur. Sicut enim pisces sine aqua non [pote]st viuere, sic nec homo sine deuotione potest in statu perfe[ctionis], & gratiæ permanere. Esa. 50. *Computrescent pisces sine aqua, & morientur in siti.* Aqua enim est vita piscium, & humor deuo[tionis e]st vita, & respiraculum perfectorum. Vnde Ezech. 47. *E[t] [illegible] quam venerint illuc aquæ istæ, & sanabuntur, & [viuent] omnia*

§ Aduerte ergo, quod B

Pisces naturaliter sunt { Aqueæ complexionis,
Vigilis conditionis,
Communis habitationis.

Sic vere viri perfecti sunt aqueæ complexionis per gratiarum irrigationem, quia sc. isti (vt visum est) aquis deuotionis, compassionis, & compunctionis continue sunt irrigati. Et potissime aquis compunctionis, quæ sunt aquæ amaræ, quia sc. sicut maior pars piscium habitat in aqua maris, sic maior pars hominum perfectorum habitat in aquis amaræ compunctionis. Pisces n. fluminum signant homines delitiosos, & isti non sunt à Deo accepti, imo sicut dicitur Exod 7. *Pisces, qui sunt in flumine, morientur.* Pisces vero, qui sunt in mari, signant homines compunctos, & deuotos, & isti sunt Deo spiritualiter subditi, & subiecti, de quib. dicitur Gen 1 *Faciamus hominem*, s. Christum *qui præsit piscibus maris.* Vnum tamen aduerte hic, quod apud marinos homines est expertum, quod pisces extracti de aqua citius corrumpitur prope mare, quam longe à mari. Sic vere illi pisces, i. illæ personæ, quæ sunt prope mare, id est, prope statum pœnitentiæ, & cõpunctionis, sicut sunt religiosi, & ecclesiastici, si aqua compunctionis, & deuotionis eis deficiat, citius & vilius per peccata putrescunt, quam illi, qui sunt longe à mari, i. quam sæculares, qui sunt à statu pœnitentiæ remoti. Quia breuiter, peiores sunt hodie mali ecclesiastici, quam mali laici, mali regulares, quam mali sæculares, mali superiores, quam mali inferiores, quia breuiter vt dictum est Esa. 50. *Computrescent pisces sine aqua.* Isti igitur sunt aquei per gratiarum irrigationem.

§ Deinde dico, quod isti sunt vigiles per prudentiam, & discretionem. Pisces enim raro dormiunt, & quando dormiunt, facilime excitantur, raro etiam quiescunt, imo quasi continue per aquæ spatium agitantur. Et hoc certe quia apertis oculis dormire, cum non habeant palpebras, comprobantur. Sic vere viri perfecti, & deuoti non solent esse per obliuionem, & per ignorantiam somnolenti, sed per solicitudinem, & prudentiam vigiles & discreti. Apocal. 3. *Esto vigilans*, &c. Faciliter enim sc. modico impulsu diuinæ inspirationis, vel prædicationis, ad bonum debent excitari, & ad circumquaque se mouendum per bona opera agitari Psal. *Volucres cæli, & pisces maris, qui perambulant semitas maris.* Isti enim dicuntur volucres cæli à volatu contemplationis, & à limpitudine claræ deuotionis, cognitionis, & discretionis. Dicuntur pisces maris, & ab amaritudine contritionis. Dicuntur etiam perambulare à motu bonæ operationis. Aliqui enim pisces maximæ sunt astutiæ, & cautelæ, sicut Plinius exemplificat de Escaro ab esca, quam solus inter pisces ruminat, dictus, qui sentiens se captum in sportula piscatoria non erumpit à fronte, vt exeat, sed paulatim cum cauda orificium sportulæ laxat. De Magili etiam dicit idem, quod maximam astutiam habet ad præcauenda retia. Sentiens enim retia ita fortiter resilit, quod volare celeriter videtur Sic vere & nos discreti, & cauti debemus esse ad exeunda & ad præcauenda retia vitiorum. Nos enim à fronte non possumus erumpere, quia sc. impossibile est, quod homo per suam naturalem fortitudinem se possit à peccato liberare, & ideo caute debet caudam, id est, mortis memoriam adiungere, & paulatim retroire, & tandem fortiter resilire. Quia breuiter tanta est vis, & clausura malæ consuetudinis in peccato, quod per violentiam non dimittitur, imo necesse est, quod per prudentiam caueatur. Ideo de prudentia talium dicitur Iob 12. *Interroga iumenta, & docebunt te, volatilia, & indicabunt tibi. Loquere terræ, & respondebit tibi, & narrabunt ea pisces maris,* q. d. quod per exempla rerum naturalium ostenditur, quam discrete in naturalibus sit agendum. Isti ergo sunt vigiles per prudentiam. G

§ Denique dico, quod isti sunt communes per concordiam, & dilectionem. Sicut enim patet, omnes pisces sunt generaliter in aqua, vnicam enim habitationem habent, scil. in aqua, quod tamen in auibus non est, quæ sc. quædam in rupibus, quædam in arboribus, quædam in cauernis morantur. Sic vere charissimi viri perfecti debent in vnum per concordiam morari, & nunquam alter ab altero per odium, & iniuriam separari. Oseæ 4 *Pisces maris congregabuntur.* Pisces enim timentes crocodilum solent post eorum congregationem facere, vt ab eo defendantur. Sic & nos post Christum congregati per concordiam, & sibi nos committere per fiduciam debemus, vt crocodili, id est, diaboli effugere tentationes, & insidias valeamus. Vnde Sophon. 1. *Congregans congregabo omnia à facie terræ, dicit dominus* D

dominus ... suinum & pecus congregans, reliquis rete & pisces ... mare. Et ideo in refectione quinque ... tum duo pisces fuisse perhibentur, quia sc. dualitas charitatem signat, & amorem. Et inde est quod Petrus *in rete suo multitudinem piscium copiosam ... centum quinquaginta tres*, sicut dicitur Ioan. 21. Qui a procerto viri isti sub numero centenario continentur propter legis impletionem, quia sc. ille numerus consistit ex denario decies ducto, denarius autem decem mandata legis designat. Item in quinquagenario, qui est numerus remissionis, propter peccatorum redemptionem. Item in ternario, propter fidei trinitatis cognitionem. In rete Petri, quod est Ecclesia, constituuntur, & ibi per veritatem, & concordiam congregantur. Et ideo Matth. 13. dicitur, *quod regnum celorum*, quod est Ecclesia, *simile est sagenae missae in mare, & ex omni genere piscium congreganti*. Finaliter autem illi pisces ad littus iudicii deducentur, vbi boni retentis, mali in infernum forinsecus expellentur. Sic ergo patet, quomodo viri perfecti dicuntur pisces & ratione dilectionis, & ratione discretionis, & ratione deuotionis. Et istud est primum principale. Significant ergo pisces viros perfectos, & virtuosos.

E ¶ Secundo principaliter dico, quod significant viros infectos, & vitiosos. Mare enim fluctuosum, & instabile, signat statum huius mundi, qui est status penitus sine statu, qui sc. nunquam stat in eodem. Pisces vero istius maris sunt peccatores, qui in aqua amara bonorum temporalium delectantur. Sicut enim piscis in mari sine duce, & principe vagatur, & ille qui minor est, & infirmior, à maiore deuoratur, quia generaliter pisces minores sunt cibus, & praeda maiorum; sic proculdubio in mari huius mundi pisces, id est, peccatores sine lege, & regula diuagantur, & si regem, & principem non haberent, certe maiora peccata facerent quamuis Deum, & praelatos contemnant, & ideo nunquam ipsorum legibus sese supponant. Dicunt enim illud Oseae 10. *Ecce Deum non timemus, & rex quid faciet nobis?* Et ideo pro certo illi, qui inter alios sunt maiores, & potiores, deuorant alios minores, & inferiores. Illi etiam, qui alios minores aliquando deuorant, sicut officiales, & balliui, vicarii, à maioribus se, scilicet à principibus, & tyrannis postmodum deuorantur. Esa. 33. *Vae qui praedaris, nonne & ipse praedaberis*: Ideo dicitur Abac. 1. *Quare non respicis contemptores, & taces deuorante impio iustiorem se? & facies homines velut pisces maris, & quasi reptilia non habentia ducem.* ¶ Nota ergo, quod piscis signat peccatorem propter quatuor, videlicet propter

Mollitiem carnalitatis,
Ingluuiem voracitatis,
Acutiem mordacitatis,
Perniciem cupiditatis.

Pisces enim sunt molles, & flexibiles, & in aqua continue commorantes. Sic carnales molles sunt, & delitiosi, & in aqua delitiarum continue assueti. Vnde illud Exod. 7. *Pisces, qui sunt in flumine morientur.* Item pisces sunt auidi, & voraces. Sic auari, & ambitiosi sunt figurati in pisce qui deuorauit Ionam. Ionae 2. *Praeparauit dominus piscem grandem, & deuorauit Ionam.* Ionas enim interpretatur columba, quia scil. tales deuorant simplices, pauperes, & columbinos. Item pisces sunt insidiosi, atque mordaces quia etiam sunt multa genera piscium, quae plures ordines dentium habent in ore. Et tales sunt detractores, & verbosi signati in illo pisce, qui Tobiam iuuenem voluit deuorare, corrodere pariter, & mordere. Vnde ipse dixit Tobiae 6. *Domine, inuadit me*; quia scil. detractores solent alios rodere, inuadere verbaliter, & nocere. Isti enim sunt pisces, quos diabolus piscatur per linguam Sap. 19. vbi dicitur, *quod pro piscibus eructauit flumen ranarum multitudinem.* Ranae autem loquaces significant detractores. Item pisces quandoque sunt venenosi, & inutiles. Nam vt dicit Seneca in lib. de naturalibus quaestionibus, pisces in occultis terrarum & aquarum latebris enutriti propter defectum puri aeris, & luminis fiunt aliquoties venenosi. Vnde narrat, quod cum rupto latere cuiusdam montis fluuius de interioribus terrae subito erumperet, pisces permaximos secum traxit, qui quia in cauernis terrae, vbi erat lucis absentia, fuerant enutriti, ideo ita venenosi fuerunt, quod comesti multos homines occiderunt. Tales proculdubio sunt cupidi, & auari, qui in profundis cauernis terrae, id est, in profundo maris amore bonorum temporalium per auaritiam sunt inclusi, vbi lux diuinae gratiae nunquam lucet, quia vere tales sunt apud Deum inutiles, & perniciosi, & suis comestoribus, id est, suis imitatoribus venenosi. ... praecipitur ... *sculptam similitudinem masculi, vel foeminae, ... terra in aqua morantur.* Isti enim sunt pisces ... Luc. 11. *Pro pisce serpentem dabit.* Et ideo breuiter ... non comeduntur, imo canibus, & lupis proiiciuntur, q... licet secundum Plinium lupus ... pisces comedit, & ... solum pisces, imo etiam ... catores, & retia transglutit, ... illi pisces peccatores in ... regni aeterni non ponen... extra paradisum in infernum proiicientur, vbi lupis est, à daemonibus comedentur. Vnde Ezech. 2... loquens Deus diabolo sub figura draconis dixit. *Ecce ego ad te Pharao Rex ... pti, Draco magne, qui cubas in medio fluminum tuorum, qui dicis, meus est ... & ego feci memetipsum: & ponam frenum in maxillis tuis, & conglutinabo pisces fluminum tuorum squamis tuis, & extraham te de medio fluminum tuorum, & vniuersi pisces tui squamis tuis adhaerebunt, ... te in desertum, & omnes pisces fluminis tui ... super faciem terrae ... des, &c.* Draco enim iste est malitiosus diabolus qui ... huius mundi dominatur, ita quod ei pisces, id est, peccatores ... adhaerent per peccatum & conglutinantur ... quia pro... draco, & pisces sui, id est, diabolus & membra sua ... die iudicii de flumine mundi expellentur, & in desertum proiicientur, vbi cadent per damnationem, & perpetuo morientur. Et sic ergo patet, quod ratione cupiditatis, mordacitatis, voracitatis, & carnalitatis, pisces significant viros ... ctos, & vitiosos.

¶ Tertio dico, quod pisces significant viros mortales & ... xiosos: pisces enim valde sunt debilis complexionis, & ... continue sunt in motu. Sic homines. Vnde eis dicitur 1. Cor. ... *Non omnis caro eadem caro, sed alia quidem hominum, alia piscium.*

¶ Quarto quidem dico, quod pisces significant viros p... tentes, & luctuosos Sed de hoc satis dictum est supra, &c.

**Piscina.** Nota, quod piscina est congregatio aquarum ar... tificialiter facta ad adaquandum, & mundificandum, seu lauandum, ad refrigerandum, & delectandum. Et secundum hoc dico, quod in scriptura reperitur

Piscina { Superior, Inferior, Veterior.

¶ Prima est scriptura, vel sapientia, qua docti potantur, & ... est piscina Siloe, quae interpretatur missus. Sicut enim di... Ioan. 5. *Angelus descendens ibidem mouebat aquam, & de multis languentibus intrabat vnus, & sanabatur.* Quia revera cum multi ... gueant circa piscinam diuinae scripturae, nullus per veram intelligentiam potest curari, nisi angelus domini moueat aquam, id est, aperiat sibi viam, & tunc non omnes, sed vnus de multis curatur, in quantum verus intellectus paucis non omnibus reuelatur. Et ista pro certo est piscina superior de qua dicitur 4. Regum 18. *Cum ascendissent Hierusalem, steterunt iuxta aquaeductum piscinae superioris.*

¶ Secunda piscina est lotura vel poenitentia, qua iusti mundantur, & ista *est piscina Hesebon*, qui interpretatur cingulum iustitiae, vel cogitatio moeroris, de qua dicitur sponsae Christi, est, animae poenitenti Cant. 7. *Oculi tui sicut piscinae in Hesebon.* ... ista *est piscina inferior*, quia, scilicet hic interius sumus ... mus illa piscina, vt lauemur in ipsa. Vnde Esaiae 22. *Congregastis aquas piscinae inferioris.* Aquas inquit, scilicet lacrymarum.

¶ Tertia piscina est ractura, vel pestilentia, qua mali ... tur, hoc est dictum, prosperitatis temporalis, in qua sc. se ... gerant omnes mali, quamuis sit periculosa, & mala, figuratur *piscina Hebron*, qui interpretatur transiens, aut transcendens, aut transgrediens, quia scilicet ista cito transit, sed quandoque ... dneat, metas omnis temperamenti transcendit. Vnde de impiis illis qui interfecerunt Isboseth in lecto suo dicitur 2. ... 4. *quod truncatis pedibus, & manibus interfecti sunt, & suspensi super piscinam in Hebron.* Et ista est piscina veterior, seu exterior, de qua dicitur Esaiae 22. *Lacum fecistis inter duos muros, ad aquam piscinae veteris.*

**Placare. Placabilis.** Cum placare aliud nihil sit, A quam aliquem de iracundia ad tranquillam pacem animi reducere, possumus notare, quod in scriptura reperitur

Placatio { Summe procuranda, Cito maturanda, Caute formidanda, Sanctè retardanda.

Prima

Prima est, qua placatur Deus iusto pœnitenti,
Secunda est, qua placatur iustus in se delinquenti,
Tertia est, qua placatur mundus ipsum diligenti,
Quarta vero est, qua placatur malus, scilicet diabolus ipsum adoranti.

¶Primo ergo dicam, quod inuenitur placatio summe procuranda, & ista est placatio Dei irati: quando enim propter peccata nostra nobis est iratus, summe pro certo debemus laborare ad eum placandum, & ad pacem, & misericordiam reducendum. Leo enim iratus sine misericordia deuorat, & occidit, placatus vero non vulnerat, neque lædit, sic vere Deus facit. Ira enim eius & indignatio summe est timenda; mortem enim æternam sine remedio inducit, si vero placatus fuerit, parcit. Prou. 16. *Indignatio regis nuncii mortis, & vir sapiens placabit eum. In hilaritate vultus regis, vita, & clementia eius quasi imber serotinus.* ¶Et nota si vis, quod Deus placatur, scilicet

Doloribus, & pœnitentiis,
Sermonibus, & eloquentiis,
Muneribus, & beneficiis,
Fœderibus, & sacrificiis.

B ¶Dicam ergo, quod Deus placatur pœnitentis veris doloribus. Constat enim, quod homo ab ira frangitur, & placatur, quando videt, quod ille, qui offendit de offensa veraciter contristatur. Sic vere Deus placabilis efficitur, quando videbit, quod homo pœnitens lamentatur, ad modum, scilicet aeris ventis & turbinibus commoti, & conturbati, qui tunc videlicet serenantur, quando pluuiis abundantibus irrigantur. Vnde Esa. 19. *In die illa percutiet dominus Aegyptum plaga* (supple contritionis) *& placabit eam, & reuertentur ad dominum, & placabitur eis.* Duo enim placant Deum offensum, scilicet dolor pœnitentis, & pœna, & satisfactio sustinentis. Quia scilicet tunc homo necessario cum Deo placatur, quando videt, quod pro culpa pœna inflicta in patientia sustinetur. Pœnarum igitur, & tribulationum inflictio, cordium dolor, & contritio, & debitæ pœnitentiæ satisfactio Deum placant. De Leopardo enim furente pro præda amissa legitur, quod quando videt sanguinem suum placatur. Vnde post tribulationes filiis Israel dominus dixit Hier. 42. *Hæc, inquit, dicit dominus. Si quiescentes manseritis in terra hac, ædificabo vos, & non destruam, plantabo vos, & non euellam.* Iam enim placatus sum super malo, quod feci vobis. Patet igitur, quod placatur Deus pœnitentis veris doloribus.

¶Deinde dico, quod placatur Deus deprecantis piis sermonibus, seu deuotis precibus. Etiam de leone legitur, quod expertum est ad eum peruenire preces, sicut de muliere Getula patet, quam leo famelicus inuenit, quæ teste Plinio, sui liberationem precibus impetrauit, sicut supra posui vbi leo. Etiam nunc videmus quod homines etiam irati precibus delinquentium, & precibus etiam amicorum solent placari, & a furore, quem conceperant refrænari. Sic Deus & precibus nostris, & precibus etiam amicorum nostrorum, scilicet sanctorum, & etiam iustorum pro nobis intercedentium placatur, & a seueritate, & iustitia refrænatur. Vnde de Phinee sacerdote orante, scilicet pro populo, qui occidebatur, & propter peccatum scorti actualiter comburebatur, dicitur Numer. & in Psalm. *quod stetit Phinees, & placauit, & cessauit quassatio.* Etiam de Moyse dicitur Ecclesi. 45. *quod in verbis suis monstra placauit.* Vnde Exod 32. dicitur, *quod cum dominus decreuisset propter idolatriam populum Israel destruere, orante Moyse remissum est ei.* Vnde ibidem dicitur, *quod placatus est dominus, ne faceret malum, quod locutus fuerat.* Placatur igitur Deus deprecantis piis sermonibus.

D ¶Denique dico, quod Deus placatur offerentis iustis muneribus. & potissime quando quis offert Ecclesiæ pro diuino officio faciendo, seu etiam pauperibus, & indigentibus nutriendis. Talia enim munera Deum placant, quia sicut legitur. Etiam munera Deos vincunt. Vnde Gen. 32. *Placabo eum muneribus, quæ præcedunt & sic videbo faciem eius.* Vnde Genes. 43. *Deferte,* inquit, *viro munera.* Sequitur. *Deus autem meus omnipotens faciat vobis eum placabilem.*

¶Insuper dico, quod placatur Deus obsequentis sacris fœderibus, scilicet debitis sacrificiis, & hostiis. Sacrificium enim altaris, & alia sacramenta Ecclesiæ instituta fuerunt quasi per modum cuiusdam fœderis, atque pacti inter Deum, & hominem, & contracti, ad Deum tractandum & reconciliandum; quia certe si iusta Deo digne offerimus, ipsum nobis, & aliis complacamus. Quis enim magis placatur, quam ille cui proprius filius pro satisfactione offertur? Romani enim tunc summe Philippum Regem Macedoniæ placauerunt, & sibi placatum contra Antiochum adiunxerunt & colligauerunt, quando Demetrium filium suum, quem Romæ tenebant obsidem, eidem obtulerunt, & sibi liberum reddiderunt, sicut ponit Titus Liuius de bello Macedoniæ.

Sic reuera dico, quod tunc Deum patrem summe placamus, quando Christum ipsius filium sibi in sacramento altaris digne, & deuote offerimus, & sacramus, ipsumque liberum sibi reddimus, quando peccati seruitute nostrorum quoque fæcibus vitiorum ipsum nullatenus maculamus. Vnde de isto sacrificio in specie panis sumpto potest dici illud Exod 29. *Panes quoque, qui sunt in canistro, comedent, vt sit placabile sacrificium, & sanctificentur offerentium manus.* Vnde Leuit. 1. dicitur. *Masculum immaculatum offeret ad placandum sibi dominum.*

Romani etiam consules, & prætores nunquam ibant ad prouincias sibi commissas, nisi ante omnia suas augurationes facerent, & nisi primitus diis suis sacrificarent, vt sic eos in præliis, & factis bellicis placatos haberent. Vnde apud Titum Liuium dicitur, quod quidam prætor dato quod bellum esset paratum, & de victoria speraretur, quia tamen recordatus est non rite auguratum fuisse, seu Deos placauisse, Romam iterum rediit, & rem vsque ad reditum suum in eodem statu dimisit. Timebat enim vinci exercitum Romanum se duce, quia non videbatur eidem se rite Deos placauisse. Si igitur paganis vane credentibus fuit erga Deos suos, imo potius erga dæmones tanta fides, quod his non placatis bella committere non auderent, quid debent facere Christiani, qui certa & vera fide fruuntur? certe dico, quod summe debent facere, & curare, quod Deum suum in omnibus factis suis propitium habeant, & placatum, dicentes scilicet illud 2. Paralipom. 28. *Dii regnum Syriæ auxiliantur eis, quos ego placabo hostiis, & aderunt mihi.* Sic tamen intelligendo, quod per Deos intelligunt Deum verum, beatos quoque angelos atque sanctos. Patet ergo, quod

Deus placatur {
Obsequentis sacris fœderibus,
Offerentis iustis muneribus,
Supplicantis piis sermonibus,
Pœnitentis veris doloribus.
}

Et sic patet, quod quædam est placatio summe procuranda, vt sic, scilicet, dicamus Deo illud Danielis 9. *Placare domine, & fac.*

¶Secundo principaliter dico, quod est quædam placatio citò maturanda, seu acceleranda, & ista est illa, quam nos in offensis nostris debemus habere, in quantum scilicet his, qui nos læserunt, nos debemus faciliter reconciliare, & placabiles, atque propitios exhibere. Prouer. 15. *Lingua placabilis lignum vitæ.* Et ibidem. *Vota iustorum placabilia.* Pone, quomodo leo placatur piis, & prostratis, &c. F

¶Tertio vero principaliter dico, quod est quædam placatio caute formidanda, & ista est illa, qua mundus per prosperitatem se suis ostendit pacificum, & placatum. Sicut enim mare placatum solet quandoque sequi sæua tempestas, sic vere sæpe fit, quod mundanæ prosperitatis placationem tribulationum turbines consequuntur. Sapiens ergo talem placationem debet timere, & ipsius fraudes, & pericula præcauere. Similis Saul, de quo dicitur 1. Reg. 19 *quod placatus voce Ionathæ iurauit, quod Dauid non occideretur,* & ad tempus pepercit sibi, & tamen cito post ipsum voluit lancea perforare. Hæc est igitur placatio caute formidanda, seu etiam euitanda. G

¶Quarto vero dico, quod est placatio sancte refutanda, & ista est illa, quam magici, & idololatriæ faciunt, dæmones sibi conciliando, & per inuocationes, & sacrificia placando, & attrahendo, quæ certa placatio est abominanda, & a fidelibus refutanda. Proditor enim, & inimicus non veraciter placatur, quinimo quamuis se placatum ostendat, & fingat, si tamen quandoque locum inuenerit, iram & odium manifestat. Sic vere diabolus talibus, quibus se modo placatum fingit, inuento loco opportuno, scilicet post mortem, iratum & non vere fuisse placatum ostendit. Bene ergo consulitur Ecclesiast 12, *Non credas inimico tuo in æternum, oculis suis lacrymabitur inimicus, & si inuenerit tempus, non satiabitur sanguine.* Talis igitur placatio merito prohibetur, iuxta illud 1. Mach. 1. *Prohibent placationes & sacri-* H

*& sacrificia, &c.* Patet ergo quomodo in scriptura inuenitur quadruplex placere. Vide de Pacificare, Concordia, &c.

A **Placere.** Cum omnia, quæ placent alicui, sibi placeant aut quia sunt vtilia, aut quia sunt delectabilia, aut quia sunt honorabilia, cum nihil sit appetibile, vel placitum, nisi sub ratione boni, & quia omne bonum in ista triplici differentia consistit, hinc est, quod Deo solummodo placent boni, qui scilicet in se sunt vtiles, delectabiles, & honesti, & nobis etiam placere tantummodo debent bona illa scilicet quæ sunt delectabilia, vtilia & honesta, sicut sunt bona spiritualia, & æterna. Dicamus igitur, quod in scriptura inuenitur multiplex placere, videlicet

Placere { Gloriosum, / Amorosum, / Virtuosum, / Vitiosum.

Primum est, quo placemus deitati,
Secundum est, quo placemus fraternitati,
Tertium est, quo placent nobis bona,
Quartum est, quo nobis placent vana.

¶ De placentia diuina, & gloriosa dicitur in Psal. *Placebo domino in regione viuorum.* De placentia fraterna, & amorosa dicitur 1. Cor. 10 *Ego omnibus per omnia placeo.* De placentia virtuosa dicitur Dan. 3. *Placuit mihi prædicare signa Dei, quia magna sunt, & miracula eius, quia fortia.* De placentia vero vitiosa dicitur in Psal. *Dominus dissipauit ossa eorum, qui hominibus placent.* Et Matth. 14. *Saltauit filia Herodiadis & placuit Herodi.* De duplici ergo placentia, bona sc. & mala, laodabili & damnabili, virtuosa, & vitiosa aliquid breuiter est dicendum.

B ¶ Dicemus ergo, quod est placentia laudabilis, & meritoria, & ista est illa, qua homo ditatus gratiis & virtutibus, Deo & hominibus fit placidus & acceptus. Sicut enim videmus, illa naturaliter sibi inuicem magis placent, quæ inter se similitudinem magnam habent. Et inde est, quod patet filium sibi similem magis diligit, & minus similem magis odit. Vnde etiam de Narcisso legimus in Ouid. lib. 3. fab. 6. quod imago sua, quam in fonte videbat, quæ sibi erat simillima, in tantum sibi placuit, quod præ amore ipsius mortuus fuit. Sic vere Deus, & sancti viri illos diligunt, & sibi placidiores sunt, qui per gratias & virtutes eis similes fiunt. Illi enim Deo, & sanctis viris noscuntur placere, in quibus vident per sanctam conuersationem suam similitudinem, & virtutum suarum imaginem relucere. Et ideo de Samuele dicitur 1. Reg 2. *quod puer Samuel proficiebat atque crescebat, & placebat tam Deo, quam hominibus.* In quibus verbis ostenditur quod sensibiliter illa sunt magis placida, scilicet

Quæ sunt { Formosiora, [Puer.] / Famosiora, [Samuel.] / Vtiliora, [Proficiebat.] / Viuaciora, [Crescebat.] / Acceptiora, [Placebat, &c.]

Et istis quinque rationibus dico, quod viri iusti Deo solent placere, quia pro certo isti sunt

Formosi per conscientiæ sinceritatem,
Famosi per redolentiæ suauitatem,
Fructuosi per clementiæ vtilitatem,
Spaosi per perseuerantiæ longanimitatem,
Gratiosi propter apparentiæ formositatem.

Sic ergo dico, quod Deo possumus placere

Propter { Conscientiam formosam. (Puer.) / Redolentiam famosam (Samuel) id est, nominatus. / Influentiam fructuosam.) Proficiebat. / Permanentiam virtuosam. (Crescebat.) / Apparentiam gratiosam. (Placebat tam Deo, quam hominibus.)

C ¶ Primo igitur dico, quod illi, qui Deo volunt placere, debent habere conscientiam formosam. Puer inquit. Formositas enim faciei magis placet, quam cuiuscunque alterius membri. Quia quamuis alia membra essent pulchra, si tamen facies esset notabiliter deformis, nunquam esset homo placidus, neque gratus. Sic vere ad hoc, quod simus Deo placidi, necesse est, quod facies cordis & conscientiæ nostræ sit decora, & per abstersionem omnis maculæ peccati munda, nitida, & formosa, quia alias nunquam aliquis Deo placeret, si faciem suæ conscientiæ aliqua enormis peccatorum macula defœdaret. Ideo sicut mulier est sollicita quomodo placeat viro, & inde est quod faciem suam solet frequenter lauare, pingere, seu vngere, & ornare, sic proculdubio homo debet esse sollicitus, quomodo placeat Deo, propter quod debet faciem cordis sui per compunctionem lauare, & per virtutes pingere & ornare. Figura Hester. 5. vbi dicitur, *quod Hester regina ornauit se regalibus vestimentis, vt ingrederetur ad regem.* Et dicitur ibi, *quod cum vidisset rex Hester reginam, placuit in oculis eius.* Et ista placentia ostenditur cum dicitur puer. Pueri enim magis sunt grati & placidi, quia scilicet sunt

Reuerentes, & timorosi,
Innocentes & amorosi,
Iuuenes, & gratiosi,
Humiles, & obsequiosi.

Sunt dico timorosi & reuerentes. Inter omnes enim virtutes vna de magis placentibus est timor, reuerentia & verecundia. Heb. 12. *Placentes seruiamus ei cum metu, & reuerentia.* Item sunt læti, amorosi, & innocentes. Vnde de Phinees filio Eleazari dicitur Eccl. 45. *quod in alacritate animæ sua placuit Deo.* Item sunt noui & iuniores, quia sc. res nouæ, & iuuenes magis solent placere Sic illi Deo placent, qui continue per gratiam iuuenescunt, & per virtutum merita renouantur. Rom. 12. *Renouamini in nouitate sensus vestri, vt probetis, quæ sit voluntas Dei beneplacens, & perfecta.* Item sunt obsequiosi, & humiliores, & isti sunt, de quibus dicitur Iudith. 9 *quod mansuetorum & humilium Deo placet deprecatio* Pueri ergo sunt. Puer inquit. De quo Oleæ 11. *Puer Israel, & dilexi eum.* In cuius exemplum Deus pater de puero suo filio suo Christo dixit Matth. 3. & 17. *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* Isti ergo habent conscientiam formosam.

¶ Secundo dico, quod illi placent Deo, qui habent redolentiam famosam. Sicut enim inter species aromaticas illa placentior est, quæ est odoriferior, sic inter homines ille est laudabilior, qui odore bonæ famæ est respersior, quod ostenditur cum dicitur Samuel, quod interpretatur nominatus. *Quia melius est nomen bonum, quam vnguenta pretiosa.* Eccles. 7. Vnde 1 Reg. 13. dicitur, *quod rex Saul expectauit iuxta placitum Samuelis.* Vnde in Psalm. de viris famosis dicitur, *quod honorabile nomen eorum coram Deo.* Et iterum in Psal. *Sed dextra tua, & brachium tuum, & illuminatio vultus tui, quoniam placuisti in eis.* Placent ergo sibi illi, qui habent redolentiam famosam. Samuel. Quia scilicet quos fœtor infamis vitæ non est acceptus, nec placidus coram domino. Apibus non placent loca fœtida, & immunda. Flores etiam fœtidos non frequentant, sed fugiunt, & euitant, quia vere viri infames non debent bonis placere, imo debent eos vitare, fugere, & horrere. Prouerb. 4. *Ne delecteris in viis, & semitis impiorum nec tibi placeat malorum via.*

¶ Tertio dico, quod illi placent Deo, qui habent influentiam fructuosam. Proficiebat inquit. Inter omnia enim genera rerum illud, quod est magis vtile, & proficiens, debet esse similiter magis placens. Et ideo herbæ medicinales, & virtuosæ arbores domesticæ, & fructuosæ, pecudes fœcundæ, & copiosæ solent dominis suis magis placere, pro eo quod in ipsis lucrum, fructum, & commodum inueniunt. Sic vere charissimi illi homines Deo placent, qui fructum bonorum operum portant, & qui sibi, Deo, Ecclesiæ, & pauperibus proficere laborant. Proficiebat inquit. Vnde de Isaac dicitur Gene. *quod ipse ibat proficiens, atque succrescens, donec magnus vehementer effectus est.* Proficere enim debemus nobis, iustitiam seruando, publicæ, subditos gubernando, pauperibus eleemosynas erogando. Ista enim tria summe Deo placent, scilicet Iustitiæ rectitudo. Præsidentiæ sanctitudo. Misericordiæ plenitudo. Iustitiæ enim rectitudo placet sibi. Vnde Eccles. 44. secundum aliam literam dicitur. *Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo, & inuentus est iustus.* Item præsidentiæ sanctitudo debet placere, quia vere valde est ille commendandus, qui viriliter regit rempublicam, & qui pro vtilitate publica laborat. Vnde 1. Machab. 14. dicitur de Simone, *quod quæsiuit bona genti suæ, & placuit illis potestas eius.* Item misericordiæ plenitudo placet Deo, quia sc. super omnia opera virtuosa misericordia summe placet. Vnde secundum aliquos misericordes nunquam condemnabuntur. Vnde, *Misericordiam volui, & non sacrificium,* dicitur Oseæ 6. & Hier. 9. *Faciens misericordiam, iudicium, & iustitiam, hæc placent mihi dicit dominus.* Placent igitur Deo illi, qui habent influentiam fructuosam. Proficiebant, inquit, illi scilicet qui sibi & aliis sciunt proficere, verbo, opere & doctrina.

¶ Quar-

¶ [...] vero sibi placent illi, qui habent efficaciam vigorosam, [...] permanentiam virtuosam. Illi scilicet, qui semper [...] in bon[o], & qui vitam gratiæ in se habent. *Crescebat*, [...] Mortuus enim crescere non potest, sic nec peccator vs[que] ad perfectionem perseuerare. Ideo dicit Dauid Ps. 114. *Placebo domino in regione viuorum.* Iustorum enim semita quasi lux de[...] procedit, & crescit vsque ad perfectionem. Vide eam [...] accrescere. Animalia enim adhuc crescentia, & iuuen[...] sunt placida, quam illa, quæ iam senescendo deficiunt, [...] cunt. Sic vere illi Deo, & hominibus sunt placidi, & ac[...] qui in bono sunt perseuerantes, & crescentes, dicentes il[lud Io]an. 8. *Ego, quod placitum est illi, facio semper.* Non sic illi, qui à bono sunt deficientes, & decrescentes. Vnde Heb. 10. dicitur h[...]ne à iustitia cessante, & decrescente. *Si se subtraxerit, non [placebit] animæ meæ.*

¶ [Secund]o autem dico, quod placiti sunt illi, qui habent ap[paren]tiam gratiosam. *Placebit*, inquit, *tam Deo, quam hominibus* [...] sta enim apparentia est illa virtus, per quam puer omni[...]bus [...] Deut. 33. *Benedictus in filijs Aser, sit placens fratribus suis.* H[...] o enim [d]ebet cauere, vt taliter, & tam honeste se habeat, [vt] Deo, & hominibus digne placeat. De Deo enim dicitur [C]olloss. 1. *ambuletis digne, Deo super omnia placentes.* De hominibus dicitur R[o]m. 10 *Vnusquisque proximo suo placeat in bonum.* ¶ Et breuiter notare possumus, quod ad placendum tam Deo, quam ho[minibus] necessaria est

Fidelitas in credendo,
Sagacitas in discernendo,
Iocunditas in Deo laudando,
Benignitas in miserando.

¶ De [fid]e enim, & credulitate dicitur Heb. 11. *quod sine fide im[possibile] est placere Deo.* De prudentia, & sagacitate dicitur Ecclesi. [...] *prudens placebit magnatibus.* De lætitia vero, & spirituali [iocunditat]e dicitur Eccles. 9. *Comede in lætitia panem tuum, & bibe [cum] gaudio vinum tuum, quia Deo placent opera tua.* De misericordia & benignitate dicitur Prou. 21. *Facere misericordiam & iudi[cium] magis placet Deo, quam victimæ.* Et sic igitur si homo ista omnia [habuerit], proculdubio Deo, & hominibus complacebit. Ita quod [si]bi poterit dici illud 1. Reg. 18. *Ecce places regi, & omnes ser[ui eius] diligunt te.* Et ita Deum ipsum cum inimicis pacificabit, à periculis saluificabit. Cum cœli beatis glorificabit. Vnde Prouerb. 16. *Cum placuerint Deo viæ hominis, inimicos quoque eius conuer[tet] ad pacem.* Dico etiam, quod ipsos à periculis iustificabit. 2. Reg. 22. *Liberauit me, quia placui ei.* Et Eccles. 7. *Inueni mulierem mor[te amariorem], qui placet Deo, effugiet eam.* Dico etiam, quod ipsos in Paradiso glorificabit. Vnde Luc. 12. *Nolite timere pusillus grex quia placuit patri vestro dare vobis regnum.* Et sic igitur patet, quomodo multis modis possumus placere Deo, & quomodo potest eam[...] de magna stabilitas prouenire. Habeamus ergo, vt ei placeamus, scilicet

Gratiosam apparentiam,
Virtuosam existentiam,
Vilcerosam influentiam,
Famosam redolentiam,
Formosam conscientiam.

¶ Notare ergo vlterius potes, quod peccatores non placent, & [...] sunt, scilicet

Superbe præsumentes,
Carnaliter viuentes,
Mobiliter vagantes,
Hostiliter nocentes.

¶ De superbis [præsu]mentibus dicitur Iudith 9. *Superbi à principio non placuerunt tibi.* De carnalibus luxuriosis dicitur Rom. 8. *quod qui in carne sunt, Deo placere non possunt.* De instabilibus, & vagabundis dicitur Hier. 14. *quod populus dilexit mouere pedes, & domino non placuit.* De hostilibus persecutoribus, & aduersarijs dicitur 1. Thes. 2. *Deo non placent, & cunctis hominibus aduersantur.* Et sic ergo placere sumitur in bono.

¶ Sed adhuc dico, quod placere sumitur in malo, & fit, quando homini placent vitia, & peccata, vel mundi bona, & similia. Sicut enim porcis magis placent stercora, quam lapides pretiosi, [...] magis placet pomum, quam castrum; asino magis placent cardones, quam capones, sic pro certo fatuis mundanis magis placent temporalia, quam æterna; magis placent peccata quam merita; magis nociua, quam vtilia, magis amara, quam delectabilia. Istis videtur dictum illud Eccles. 19. *Mulierem pro magno placet sibi.* Et ideo Eccles. 8. dicitur. *Cum fatuis consilium non habeas, non enim poterunt diligere, nisi quæ eis placent.* ¶ Vnde nota, quod homini mundano malis placent, scilicet I

Bonorum persecutiones,
Malorum garrulationes,
Verborum adulationes.

Persecutiones dico. Vnde Actor. 12. dicitur. *quod Herodes videns, quod placeret Iudæis apposuit, vt apprehenderet & Petrum.* Garrulationes etiam, & de filia Herodiadis saltante dicitur Matth. 14. *quod ipsa placuit Herodi, & simul discumbentibus.* Adulationes insuper. Vnde Esa. 30. *Loquimini nobis placentia, videte nobis errores, auferte à me viam, declinate à me semitam, cesset à facie nostra sanctus Israel.* Et in Psal. dicitur de adulatoribus. *Hæc via illorum, scandalum ipsis, & postea in ore suo complacebunt.* Et breuiter istud est verum, quod plus placent hodie mali, quam boni, adulatores, quam veridici; fallaces, quam veraces, garrulatores, quam prædicatores. Et ideo Apostolus Galat. 1. dicebat. *Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem.* Et sic ergo patet, quod placere sumitur multis modis. Sed vide supra de amare, de diligere, de nolle, & infra de Velle, &c.

**Plaga.** Cum plaga nihil aliud sit, quam læsio proprie loquendo, seu nocumentum in corpore animalis cum diuisione carnis, in scriptura autem accipitur magis large A

Sumitur enim pro
- Terræ regione,
- Carnis læsione,
- Pœnæ inflictione,
- Culpæ infectione.

Plagæ autem signant terrarum fines & regiones. Vnde Ezech. 7. *Finis venit super quatuor plagas terræ.* Item signant carnium læsiones, & sic sumitur Luc. 10. vbi dicitur. *quod latrones plagis impositis abierunt semiuiuo relicto.* Et 2. Paral. 22. dicitur de rege Israel, *quod multas acceperat in certamine plagas.* Item signat pœnarum inflictiones, & sic sumitur Hier. 14. *Contrita est virgo filia populi mei plaga pessima vehementer.* Item signant culparum infectiones, & sic sumitur spiritualiter loquendo Leuit. 13. vbi dicitur. *Plaga lepræ versa est in cicatricem.* ¶ Dicamus ergo de plaga aliquid in quantum sumitur pro læsione & tribulatione, & sic possumus notare, quod inueniuntur B

Plagæ cum
- Reuerentia venerandæ,
- Patientia tolerandæ,
- Diligentia emendandæ,
- Tremulentia formidandæ.

¶ Primo ergo dico, quod sunt plagæ venerandæ cum reuerentia, & istæ sunt quinque plagæ, quas Christus pro nobis in cruce sustinuit. *Figurat per foramina petræ, in quibus columba,* id est, deuota anima *requiescit.* Cant. 5. *Figurat etiam in quinque lapidibus limpidissimis de torrente, quibus Dauid* armatum *Goliad,* id est, diabolum *superauit.* 1. Reg. 17. *Figurat etiam in quinque panibus, quibus dominus in deserto turbam famelicam recreauit.* Quia re vera istæ quinque plagæ sunt deuota & compassiua foramina ad habitandum, lapidea ad propugnandum, panes ad reficiendum, & satiandum. Et de istis plagis in speciali fit mentio in scriptura Zachariæ 13. *Quid sunt istæ plagæ in manibus tuis? His plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me.* Sed de istis vide infra de Vulnere. Istæ sunt ergo plagæ venerandæ cum reuerentia.

¶ Secundo dico, quod sunt plagæ tollerandæ cum patientia, & sic plagæ significant læsionem, & tribulationem pœnitentiæ, & etiam mundi tribulationem. Sicut enim Medicus aliquando plagat infirmum, vt sanetur, sic Deus plagas tribulationum immittit, & sacerdos plagam pœnitentiæ iniungit, & prælatus plagam correctionis infligit, vt homo ab infirmitate peccati sanetur, & ad sanitatem gratiæ reuocetur. Et sic loquitur scriptura, vbi dicitur Esaiæ 19. *quod dominus percutiet Ægyptum plaga, & sanabit eam.* Et Esa. 13. dicitur, *Percussit eam plaga non sanabili.* Tales enim plagæ in patientia sustinendæ sunt, quæ ad bonum nostrum fiunt. Quia vt communiter Deus nobis immittit plagas huiusmodi vel ad nostrum purgationem, vel ad nostram probationem. Exemplo Tobiæ, de quo dicitur Tobiæ 2. *quod ipse non est contristatus contra dominum, quia plaga cæcitatis euenit ei.* Et sic ergo patet, quod sunt plagæ tollerandæ cum patientia. Quod est contra illos, qui in plagis à Deo immissis patientiam non habent, imo turbantur, murmurant, & desperant. Dicunt enim illud Hierem. 15. *Quare factus est dolor meus perpetuus, & plaga mea desperabilis?*

Et tales non habentes patientiam in istis plagis, non sanantur, sed in malum potius indurantur. Vnde eis dicitur illud Hierem. 10. *Insanabilis est dolor tuus pessima plaga tua.* Medicina enim non prodest nisi ipsam recipienti. Sic nec talis plaga nisi ipsam in patientia sustinenti. Exemplo Apostoli, qui fuerat in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in morib. frequenter, sicut dicitur 2. Cor. 6. dicens. *In omnibus exhibeamus nos sicut Dei ministros in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs, in plagis, in carceribus, &c.* Quia breuiter in omnibus malis, quæ in hoc sæculo sustinemus, cuiuscunq; conditionis existant, necesse est, quod patientiam habeamus. Sunt ergo istæ plagæ in patientia tollerandæ.

D ¶ Tertio dico, quod sunt aliquæ, quæ sunt cum diligentia euitandæ, & istæ sunt plagæ vitiorum, quibus anima à diabolo plagatur. Quia sicut plagæ sunt causæ perditionis sanguinis, attenuationis virtutis, & introductionis mortis, sic peccatum sanguinem, id est gratiam facit perdere, virtutem resistendi facit amittere, & mortem inferni facit incurrere. Vnde Eccles. 21. *Quasi romphea bis acuta omnis iniquitas, plagæ eius non est sanitas.* Et Apocal. 15. dicitur, *quod Angeli septem habebant plagas septem nouissimas.*

Isti enim septem Angeli significant vniuersitatem Angelorum malorum qui pro certo plagas septem, id est, vniuersitatem vitiorum, & maxime septem vitia capitalia peccatoribus infligunt. Istæ enim septem plagæ sunt

Plaga
- Tumoris, & superbiæ,
- Doloris, & inuidiæ,
- Fœtoris, & luxuriæ,
- Furoris, & iracundiæ,
- Ardoris, & auaritiæ,
- Torporis, & desidiæ
- Mœroris, & tristitiæ.

De plaga tumoris dicitur Esaiæ 1. *Vulnus, & liuor, & plaga tumens non est circumligata, nec curata medicamine.* Et ista plaga fuit percussus Ozias rex Israel, qui præsumpsit offerre Deo incensum, vsus officio sacerdotis, *propter quod percussus fuit plaga*, sicut dicitur 2. Paralipom. 26. De plaga doloris, & inuidiæ dicitur Hier. 15. *Factus est dolor meus perpetuus, & plaga mea desperabilis.* Et ista est illa inuisibilis plaga, qua percussit dominus Antiochum 2. Machab. 9. *quæ, scilicet, inuidia inuisibiliter latet in corde.* De plaga fœtoris & luxuriæ dicitur 1. Machab. 14. *quod contaminabant omnia, quæ in circuitu sanctorum fuerunt & inferebant plagam magnam castitati.* Et ista est plaga lepræ, de qua toties fit mentio in scriptura Leuit. 13. De plaga furoris & iracundiæ dicitur Numer. 17. scilicet, *quod egressa est ira, & plaga desæuit.* De plaga ardoris & auaritiæ dicitur Leuit. 13. *Plaga combustionis est.* Et Esa. 16. dicitur. *Hu, qui lætantur super muros cocti lateris, loquimini plagas suas, &c.* De plaga torporis seu languoris & desidiæ dicitur Hierem. 6. *Iniquitas, & vastitas audietur in ea, infirmitas, & plaga.* De plaga vero mœroris, & tristitiæ dicitur Eccles. 25 *Omnis plaga tristitia cordis.* Istæ ergo sunt plagæ vitiorum, quibus diabolus plagat, & vulnerat peccatores. Et ideo consulitur Apocal. 18. de Babylone, id est de mundo. *Ne, inquit, sitis participes delictorum eius, & de plagis eius non accipiatis.* Et causa redditur Esaiæ 1. vbi dicitur, *quod liuor, & vulnus, & plaga tumens, &c.* sicut supra. Et sic dico, quod istæ sunt
E plagæ cum diligentia vitandæ. ¶ Quarto dico, quod sunt plagæ, cum vigilantia formidandæ, & istæ sunt plagæ damnationis æternæ, de qua dicitur Apocal. 18. vbi de damnatione mulieris meretricis, id est, animæ peccatricis, dicitur, *quod vna die venerunt plagæ eius, mors, & luctus, & fames, & ignis.* Vnde cuilibet damnato potest Dominus dicere illud Hierem. 30. *Plaga inimici percussi te, castigatione crudeli.* Peccatores enim, qui modo nolunt sustinere plagas correctionis, ibi sustinebunt plagas æternæ tribulationis, quia secundum quod infinitas peccatorum maior fuerit, erit & plaga vitiorum seuerior, quia sicut dicitur Deuter. 25. *Pro mensura peccati erit & plagarum modus.* Et sic igitur patet, quod in scriptura inueniuntur diuersæ plagæ, &c. Vide infra de Vulnere.

## A Plangere. Planctus.

Cum plangere nihil aliud sit nisi dolor cordis per vocem exterius declaratus, possumus breuiter notare, quod multa genera planctuum in scriptura inuenimus.

Notemus ergo, quod homo plangit, & luget multis ex causis, videlicet

Ex causa
- Doloris & contritionis,
- Dulcoris & compassionis,
- Feruoris & affectionis,
- Timoris & damnationis.

Primus est planctus dolentium, pœnitentium,
Secundus est planctus misericordium condolentium,
Tertius est planctus affectantium contemplantium,
Quartus est planctus desperantium.

¶ Primo ergo dico, quod est planctus virorum pœnitentium quia pro certo illi, qui perfecte sunt pœnitentes, dolent, sc. &

Plangunt de
- Peccatis commissis,
- Virtutibus amissis,
- Dæmonibus admissis,
- Bonis operibus prætermissis.

Et sic videtur loqui Hest. 4. vbi dicitur, *quod erat planctus magnus apud Iudæos, ieiunium, & vlulatus, & fletus.* ¶ Vbi aduerte, quod pœnitentium planctus debet fieri

Com
- Cordis perturbatione (Planctus inquit magnus.)
- Oris reseratione (Apud Iudæos) qui interpretantur confitentes,
- Carnis maceratione, (Ieiunium)
- Vocis desolatione, (Vlulatus)
- Vultus madefactione, (Fletus.)

¶ Debet dico fieri cum cordis perturbatione, & hoc ostenditur in vocabulo planctus, qui de sui natura signat dolorem cordis. Quia scil. homo nunquam perfecte pœnitet, nisi qui amare de peccatis dolet, de quo Hier. 6. *Filia populi mei accingere cilicio, & conspargere cinere, luctum vnigeniti fac tibi planctum amarum.* Et Ioelis 2. dicitur *Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & fletu, & planctu, & scindite corda vestra.* Item debet fieri cum oris reseratione Apud Iudæos inquit. Iudæi enim interpretantur confitentes, quia sc. oris confessio est necessaria ad salutem. Vnde Machab. 1. dicitur, *quod cum vidisset mala, quæ fiebant in Iudea & Hierusalem, scidit Matathias & filij eius vestes, & planxerunt valde.* Item debet fieri cum carnis maceratione, quod signatur in ieiunio. Vnde 2. Reg 1. dicitur, *quod Dauid, & viri eius planxerunt, fleuerunt, & ieiunauerunt vsque ad vesperam.* Item debet fieri cum vocis desolatione, & hoc ostenditur cum dicitur. Vlulatus. Vnde Micheæ 1. *Super hoc plangam, & vlulabo. vadam spoliatus, & nudus.* Item debet fieri cum vultus madefactione, & irrigatione, quod notatur, cum dicitur fletus, quia sicut dicitur Esa. 22. *Vocauit Dominus ad planctum, & ad fletum, & ad caluitium, & ad cingulum sacci.* Et sic charissimi si iste planctus habuerit istas quinque conditiones, dico, quod iste planctus erit virorum pœnitentium. Et pro certo talis planctus est habendus à tribus statibus Ecclesiæ, sc.

A
- Virginibus,
- Coniugibus,
- Continentibus.

De virginibus dicitur Ioelis 1. *Plange quasi virgo accincta sacco.* De coniugibus dicitur Amos 5 *Vocate agricolam ad luctum, & ad planctum eos, qui sciunt plangere.* De continentibus vero dicitur Ioel. 1. *Accingite vos, & plangite sacerdotes, & vlulate ministri altaris.* Et procul dubio iste est planctus frequentandus, quia pro certo iste conuertitur in gaudium sempiternum, iuxta illud Psal. *Conuertisti planctum meum in gaudium mihi, conscidisti saccum meum, & circumdedisti me lætitia.* Sic igitur patet, quod est planctus virorum pœnitentium. ¶ Secundo dico, quod est planctus virorum condolentium seu compatientium. Boni enim sæpe plangunt, & plorant ex aliorum miseria & dolore, sicut dicitur 1. Reg. 28. *Mortuus est Samuel, planxitque eum omnis Israel.* ¶ Et nota, quod nos debemus plangere compatiendo, scilicet

Christi vulneribus,
Fratrum sceleribus,
Nostris doloribus,
Aliorum mœroribus.

¶ Compatiamur ergo Christi vulnerib. Vnde in persona Christi crucifixi dicitur Zach. 12. *Aspicient ad me quem confixerunt, plangent eum quasi vnigenitum, & dolebunt super eum.* Item compatiamur fratrum sceleribus quia vere pij viri, & compatientes summe debent plangere, & dolere de obstinatione peccatorum, & de amissione gratiarum & animarum. Sic compatiebatur Propheta Amos 5: *Audite verbũ, quod ego leuo super vos planctum domus Israel.* Et Ezec. 19. dicitur. *Accipe planctum super filios principum.* Et Ezech. 32. *Plange eũ super Aegyptũ.* Item cõpatiamur nostris dolorib. Dolores n. & miseriæ, quib. est humana natura subiecta, nos excitat ad plan-

plangendum. Vnde Iob dicebat Iob 10. *Dimitte me, vt plangam paululum dolorem meum antequam vadam, & non reuertar ad terram tenebrosam.* Item plangamus pro aliorum mortuibus, quia pro certo nos debemus plangere super miserijs proximorum, & maxime in morte amicorum. Exemplo Dauid, *qui fecit sibi planctum, quasi carmen lugubre super mortem Saul, & Ionathe*, 2. Reg. 1. Exemplo etiam Ezechielis, *qui fecit planctus speciales super infortunus Tyri, Sidonis, & Aegypti*, sicut dicitur Ezech. 26. 27. & ... Vnde Ezech. 27. dicitur. *Plorabunt te in amaritudine animæ ploratu amarissimo, & assument super te carmen lugubre, & plangent te.* ... sic patet, quod est planctus virorum condolentium & miserantium.

¶ Tertio dico, quod est planctus virorum contemplantium ... affectantium. Viri enim deuoti, & contemplatiui plangunt pro desiderio patriæ, de prolongatione miseriæ & laboris, & pro ... tribulationis & angustiæ. Præ desiderio patriæ plangebat Dauid cum dicebat. *Super flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus dum recordaremur tui Sion.* Vnde Esa. 32. *Plangite super regionem desiderabilem, super vinea fertili.* De incolatus miseria plangebat ille, ... dicebat. *Heu mihi domine, quia incolatus meus prolongatus est.* Et ... Hier. 49 dicitur, *plangite & circuite per sepes.* De afflictione ... præsentis angustiæ potest dici illud prædictum Iob 10. *... me, &c.* Et 1. Mac 2. dicitur, *quod Antiochus fecit cædes hominum, & factus est planctus magnus Israel.* Iste est ergo planctus virorum contemplantium, &c.

¶ Quarto vero dico, quod est planctus virorum desperantium, & hic est planctus hominum damnatorum, qui plangunt ... in inferno. Et isti sunt de quibus dicitur Apocalyp. 1. *quod plangent se super eum omnes tribus terræ*, & Amos 8. vbi loquitur ... viris impijs, dicitur sic. *Conuertam solennitates vestras in luctum, & omnia cantica vestra in planctum.* Et sic breuiter patet quo modo plangere sumitur multis modis. Vide supra de ..., de Fletu, de Dolere, & de Lugere, & infra de Plo...

## Planus. Planities.

Nota, quod planities vt cōmuniter sumitur in bono scilicet pro ... benignitate, charitate, & quacunq; facilitate. Vel etiam ... malapro mundi prosperitate. Nota vero, quod nimis ... terminatur ad aliquid asperum, & difficile, s. ad mare, ... ad flumen, vel ad rupes. Omitto nomen, quia authoritates ... paucæ. Vide in titulis synonymis. Vel si vis, dic, quod illud planum dicitur, in quo nullum obstaculum, nulla asperitas, nullus angulus, aut gibbositas inuenitur. Et sic nota, quod in scriptura inuenitur seu reperitur, scilicet,

Planities in { Cordibus, Gestibus, Actibus, Fatubus, Statubus.

¶ Planities cordium est illa, qua fideles, & iusti sine malitia, sine fraude in cogitationibus, & affectionibus sunt plani; ... enim pedis, per quam in scriptura significatur affectio, ... secundum Isid. quasi plana, pilos enim & alias asperitates & rugositates non gignit Ios. 4. *Incedebat per plana, atque campestria.*

¶ Planities gestuum est illa, qua homines mansueti se ostendunt ... benignos, & planos. Piper enim à natura est planum & album, per ignem tamen, qui pro fugandis serpentibus apponitur, angulosum efficitur, & rugosum. Sic homo naturaliter moribus mansuetus & planus, iuxta illud Esaiæ 40. *... preparate viam, planum facite iter, & eligite lapides.* Verum multi sunt, qui per ignem concupiscentiæ sunt ... falaces, & rugosi, qui alias debuerant esse plani, & ... de asperitate in planitiem commutati. Exemplo, sc. illius montis Epoponis, qui in quodam terræmotu erumpente flamma de ipso, in planitiem est redactus, sicut dicit Plin. lib. 2. quia, sc. ... tribulationum mediante, flamma contritionis, & ... debet à nobis erumpere, & omnem tumorem arrogantiæ in planitiem commutare Esa. 40. *Erunt praua in directa, & aspera in vias planas.*

¶ Planities actuum est illa, qua prudentes plane & modeste, ... impetuose, non subito faciunt facta sua, vt sic homo planus & modestus dicere videatur illud Hier. 10. *Ego autem dixi, ... infirmitas mea est, & portabo illam.* Sequitur. *Scio domine, quia non est hominis via eius &c.*

*Doctor. Bersberij.*

¶ Planities fatuum, id est, locutionum, & affatuum, est illa, qua viri simplices, & fideles, & plani, etiam in verbis plani, & sine duplicitate & falsitate loquuntur, illa etiam, qua planare, & elucidare verba scripturæ voluerunt. Quod est contra quosdam philosophos, & doctores, qui non plane, sed obscurissime scripserunt. Vnde Deut. 27. *Scribe super lapides verba legis plane & lucide, vt sic fiat*, quod scriptum est Esa. 32. *Cor stultorum intelliget sapientiam, & scientiam, & lingua balborum velociter loquetur, & plane.* E

¶ Planities statuum est illa, in qua sine offendiculo, vel impedimento in planitiem prosperitatis homines conuersantur. Hic tamen aduerte, quod ibi de planitie status agitur, nos possumus reperire tres status qui per planitiem demonstrantur, scilicet, Diuitum, Pauperum, & Beatorum. ¶ Diuitum dico, qui scilicet, nunc sunt in plano, & sine offendiculo fortunæ, de quibus dicitur Ios. 11. *quod ipsi habitabunt in montibus & in planitie*, id est, in honoribus, & diuitijs. Aduerte tamen, quod ciuitates sitæ in plano loco facilius capiuntur, quam aliæ. Sic tales in planitie prosperitatis siti, facilius diabolo subiugantur, & ruinis infortuniorum subduntur. Vnde de Zedechia rege Israel dicitur 4. Regum 25. *quod rex Babylonis comprehendet eum in planitie Hierricho.* Vt sic de finali infortunio talium dicatur illud Ezech. 47. *Aqua ista, quæ egrediuntur ad tumulos sabuli orientalis & descendunt ad plana deserti, intrabunt mare.* Expone. Ista etiam omnia possunt dici de planitie hypocrisis, quia, scilicet omnes qui ficte sunt dulces & plani exterius, sunt omni bono vacui interius. Similes calamo, seu canoæ, quæ exterius valde est plana, intus tamen omni bono est inanis, & vacua. Vnde Zach. 4. dicitur cuilibet tali interius superbo, exterius plano. *Quis tu mons magne coram Zorobabel in planum?* Ista est igitur planities diuitum, & superborum. F

¶ Item est planities pauperum & miserorum: Planities enim licet sit à ventis liberior, & frondibus opulentior, est tamen inferior, & depressior, sic status pauperum respectu diuitum, &c. G
Vnde de planitie paupertatis dici potest illud Deut. 3. *Tribus*, inquit, *Ruben & Gad dedi planitiem solitudinis.* ¶ Item est planities sanctorum & beatorum, scil. gloria paradisi, quæ, sc. plana est, & H
quieta non aspera, nec deserta. Vnde de animabus beatis potest dici illud Esaiæ 49. *Super vias pascentur, & in omnibus planis pascua eorum, non esurient, neque sitient, &c.*

## Plantare. Plantatio.

Cum plantatio proprie pertineat ad arbores, transfertur tamen quandoque ad alias res, quia breuiter omnes res dicitur esse plantata, quæ est in terra profundata, & radicata Accipitur autem plantatio in bono, & in malo. Vnde cum plantatio dicat mihi rei firmitatem, & immobilitatem, possumus notare, quod plantare signat A

Gratiæ stabilitatem,
Gloriæ æternitatem,
Malorum proteruitatem,
Bonorum prosperitatem.

¶ Plantati enim dicuntur, scilicet, illi, qui sunt

Firmi in gratiæ statu,
Fixi in gloriæ statu,
Profundi in culparum meatu,
Abundi in gazarum ornatu.

¶ Dico ergo, quod quidam sunt plantati, & radicati per gratiam, & stabilitatem, & isti sunt viri perfecti, qui sunt stabiliti in bono. Vnde de hoc dicitur 2. Reg. 7. *Ponam locum populo meo Israel, plantabo eum, & habitabo cum eo.* Item sunt quidam plantati per gloriam, & æternitatem, & isti sunt sancti, qui recte plantati dicuntur, eo quod in æterna gloria immobiliter radicantur Psalm. 91. *Plantati in domo domini, in atrijs domus, &c.* Item sunt quidam plantati per malitiam, & proteruitatem, & isti sunt obstinati in malo, qui in sua malitia sunt firmati. Et de hoc potest dici illud Psal. 143. *Quorum filij sicut nouella plantationes in iuuentute sua.* Item sunt quidam plantati per opulentiam & prosperitatem, & isti sunt mundi diuites, qui in mundi prosperis sunt plantati, & firmati, ita quod in præsenti à nullo vento tribulationum mouentur, sed magis mundi fluctibus fœcundantur. Et de hoc dicitur Hierem. 12. *Quare*, inquit, *via impiorum prosperatur, bene est omnibus, qui male agunt, & præuaricantur? plantasti eos, & radicem miserunt, proficiunt, & faciunt fructum.* Isti enim ad præsens videntur esse bene plantati, sed in fine erunt auulsi, & eradicati. B

Quia pro certo illi, qui modo in mundi prosperis videntur hominib. valde firmi, erunt in morte, & in iudicio valde infirmi, & eorum prosperitas, quæ modo videtur hominibus bene plantata, subito erit euulsa, & penitus dissipata, quia sicut dicitur Matth. 15. *Omnis plantatio, quam non plantauit pater meus, eradicabitur.* Isti enim sunt sicut rami liliorum, qui in vasis terreis in aqua ponuntur, ita quod ibi plantati videntur, eo quod ad tempus florere noscuntur. Veruntamen talis plantatio non est firma, quia faciliter euellitur, & siccatur, & à sua florenti pulchritudine spoliatur. Sic vere mundi diuites non in terra firma diuini amoris, sed in aqua fluxibili bonorum terrenorum sunt plantati, & floribus mundanæ gloriæ quandoque temporaliter adornati. Ista tamen plantatio non perseuerat, imo faciliter perit, siccatur, euellitur, atque cessat. Vnde de talibus dicit dominus Hier. 45. *Ecce, quos ædificaui, ego destruo, & quos ego plantaui, ego euello.*

C ¶ Sed quia scriptura vt in pluribus tantummodo facit mentionem de bona, & de morali plantatione, in quantum, scilicet, signat virtutem constantiæ, quæ homines in fide & moribus stabilit, atque plantat, de ista aliquid amplius est dicendum. Dicamus igitur, quod arbor ad hoc, quod bene & firmiter consistat, & quod insuper humorem ad sui nutrimentum attrahat, & educat, necesse est, quod profunde figatur & plantetur. Sic vere ad hoc, quod homo spiritualiter sic plantatus, & in fide, & in moribus stabilitus, necesse est, quod profunde figatur, per humilem subiectionem, cum terra, i. cum Deo & proximo adhæreat per charitatem & dilectionem, & ab eo humorem, & nutrimentum gratiæ sumat, & attrahat per orationem, & deuotionem. Si ista enim habuerit, ipse poterat esse plantatus, & in fide, & moribus radicatus. Et ideo de viris iustis dicit Apostolus 1. Cor. 3. *Ego plantaui, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit.* Et ita possumus exponere de quolibet viro iusto illud Ezech. 17. *Plantabo illud, & erumpet in germen, & faciet fructum, & erit in cedrum magnam.* Vbi aduerte, quod sicut arbor bene radicata, & in bona terra plantata & fundata, solet

Inferius profundari,
Interius vegetari,
Exterius fœcundari,
Superius augmentari.

Sic vir iustus

Inferius profundatur, per inferni meditationem,
Interius vegetatur, per gratiæ acquisitionem,
Exterius fœcundatur, per operum generationem,
Superius augmentatur, per virtutum cumulationem.

Probat {
Profunditatem actus plantationis [ Plantabo inquit. ]
Humilitatem virtus productionis. [ Erumpet in germen. ]
Plenitudinem fructus refectionis. [ Faciet fructum. ]
Magnitudinem virtus perfectionis. [ Et erit in cedrum magnam. ]
}

D ¶ Primo igitur dicamus, quod illi, qui bene in fide, i. in moribus sunt plantati, inferius profundantur per inferni meditationem, quod ostenditur in verbo. *Plantabo.* Plantare enim nihil aliud est, quam radicem arboris inferius sub terra profundare. Et inde est, quod illa pars corporis, quæ est inferior cæteris, est terræ propinquior, & adhærentior. Secundum fabulas etiam poetarum, Proserpina filia Deæ Cereris dicitur à Plutone Deo inferni rapta, & ab ipso per sex menses occultata, & cum ipso in inferno matrimonialiter copulata. Quod pro tanto fictum est quia radices arborum & herbarum, quæ nomine Cereris continentur, inferius solent plantari, & seminari, & vsquequo semina nata nascantur, à terræ visceribus occultari, & quasi inferius inferni numinibus maritari. In quibus possumus instrui & doceri, quod radix cordis nostri debet profundari sub terra per mortis, & inferni meditationem, & ibi ab inferno rapi, & cum eo maritari per iugem ipsius considerationem, & præuisionem. Plantabo inquit. Psa. *Plantasti radices eius, & impleuit terram.* Terra enim in qua continetur infernus, & ad quam mors omnia viuentia deducet, magis est fundata, est firmius plantata, est stabilius radicata, quam quodcunque aliud elementum, ista enim rarissime mouetur, alia vero elementa continue agitantur. Ideo de terra dicitur in Psalm. *Fundasti terram super stabilitatem suam non inclinabitur in sæculum sæculi.* Sic vere charissimi illi, qui ad modum terræ sunt inferiores per humilitatem, & qui in medio, i. in corde infernum, & mortem continent per considerationis profunditatem, tales dico sint præ cæteris plantati, & in fide & moribus radicati. *Plantabo*, inquit. Vnde Deus pater loquens Christo dicit sic Esa. 51. *Sub vmbra manus meæ protexi te, vt plantes cælos, & fundes terram.* Viri enim perfecti dicuntur cæli, propter sublimitatem contemplationis, & dicuntur terra, propter infirmitatem mortis, & inferni considerationis. Isti igitur sunt plantati, quia profundantur per inferni meditationem. ¶ Secundo sunt plantati, quia vegetantur per irrigationem. Et hoc ostenditur cum dicitur *Erumpet in germen.* Sicut enim arbor ex abundantia interioris humoris solet erumpere, & germina, flores, & folia procreare, sic proculdubio ex abundantia gratiæ homo solet in bona opera erumpere, & se germen bonæ affectionis, flores honestæ conuersationis, & folia bonæ locutionis proferre. Et ideo sicut agricolæ summe solent cauere, quod plantent arbores in terra bona & humorosa, vt intus continue vegetentur, & vt ad productionem fructuum disponantur, sic vere charissimi multum cauendum est, quod homo in terra bona ecclesiæ, & societatis bonæ se collocet atque plantet, vt inde humorem gratiarum attrahat, quem in germen, & flores conuertat. Vnde de vinea dicitur Ezech. 17. *Palmites suos extendit ad illam, vt irrigaret eam de areolis germinis sui, quæ in terra bona super aquas multas plantata est.* Et est aduertendum, quod ad plantandam arbores multa sunt attendenda, videlicet,

Tempus,
Locus,
Modus.

Tempus dico, quia in vere debent fieri plantationes, non in æstate, nec in autumno, nec in hyeme. Tunc enim tanta est siccitas, & aeris inæqualitas, & frigiditas, quod noua plantula in sui tenero, & pauco humore faciliter siccaretur, aut turbaretur. Item locus, quia, s. terra debet esse proportionabiliter humida, seu sicca, sicut de oliua dicitur; quod ipsa vult plantari in loco soli exposito, temperato, & non nimis humido, neque sicco. Item modus, quia, s. profunde debent plantari, fimus quandoque ad radicem debet imponi, & etiam aliarum arborum vicinia, & propinquitas debet aliquoties procurari. Aliquæ enim sunt arbores, quæ alijs iuxta se plantatis proficiunt. De oliuis enim dicitur, quod malogranata eis conferunt, si iuxta eas sint plantata. Palma enim mascula palmam fœmellam iuxta se plantatam solet reficere, & eam per suam influentiam fœcundare. Sic vere charissimi dico, quod ad hoc, quod homo in fide & in gratia plantetur, & radicetur, necessaria sunt plura, s. tempus, quia scilicet in vere iuuentutis, non in autumno, vel in hyeme senectutis, nec feruore æstatis, i. temporalis prosperitatis debet ad Deum conuerti. Tunc enim siccitas indeuotionis abundat, quæ humorem gratiæ destruit, & desiccat Psal. 143. *Quorum filij sicut nouellæ plantationes in iuuentute sua.*

¶ Item requiritur locus, quia, sc. homo debet quærere locum, i. gradum, & statum opportunum, qui non sit nimis pinguis per affluentiam prosperitatis, nec nimis siccus per macilentiam paupertatis, sed temperatus per sufficientiam necessitatis, & soli, i. Christo expositus per feruorem deuotionis, & per amenitatem charitatis. Vel per locum possum intelligere paradisum, in quo per deuotionem debemus plantari, iuxta illud Ezech. 17. *In monte sublimi Israel plantabo illud.* Et illud Ecc. 24. *Quasi plantatio rosæ in Hiericho.* ¶ Item requiritur modus, quia vere ista plantatio debet fieri iuxta arbores proficientes, id est, in societate bonarum personarum, qui verbo & exemplo iuxta se plantatis proficiunt, ipsosque fœcundant bonis operibus, & perfundunt, vnde Apostolus dicebat 1. Cor. 1. *Ego plantaui, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit.* Apollo enim bonos socios potest significare, qui alios doctrinis, exemplis, & beneficijs solent rigare, & vegetare. Quia pro certo charissimi illi, qui debite sunt plantati (sicut dictum est) vegetantur per gratiæ irrigationem. *Erumpet*, inquit, *in germen.*

¶ Tertio dico, quod tales fœcundantur per operum procreationem, & hoc ostenditur cum dicitur. Faciet fructum. Quia sicut arbor bene plantata solet fructificare, si vere bene plantata & radicata non sit, nunquam vt communiter fructum facit, sic vere homo, qui bene in fide, & moribus est plantatus, & per amorem, & deuotionem in domino radicatus fructum bonorum operum producit. Si vero bene F

planta-

... non fuerit, fructum bonorum operum non habebit ... de viro perfecto dicitur in Ps. 1. *quod ipse erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo.* De male vero plantatis dicitur Sopho. 1. *Plantabunt vineas, & non bibent vinum earum.* Quia breuiter, semen, *quod supra petram cecidit, radices non habuit, & ideo fructus aliquos non produxit,* ... dicitur Luc. 8. Quia proculdubio illi, qui radicaliter non ... antur, nunquam bonis operibus fœcundantur, &c. Vide ... ra de Fructu. Isti ergo exterius fœcundantur per operum ... ncretionem.

¶ Quarto dico, quod tales qui in deuotione per amorem & ... ctum sunt plantati, superius eleuantur per virtutum cu... tionem, quod ostenditur cum dicitur. Erit in cedrum magnam. Arbor enim bene & profunde radicata, & plantata, ... semel vs crescere & proficere, & in altum & grossum se amplius augmentare. Sic illi, qui modo prædictis stabiliter plan... t, & virtutibus, & moribus augmentantur, vsque ad perfectionem, & complementum more arborum crescunt, perue... ... & ducuntur. *Cedrum,* inquit, *magnam* Psal. 103. *Saturabuntur ligna campi & cedri Libani, quas plantauit, illic passeres nidificabunt.* ... vis videre, quomodo per cedrum perfectio morum nota... ... de supra de cedro, quia breuiter sicut dicitur Eccl. 50. *Coronae fratrum quasi plantatio cedri.* Et nota hic, si vis, quod in bono ... radicantur, & plantantur multa genera personarum, videlicet,

Fluide miserantes,
Floride conuersantes,
Prouide consolantes,
Limpide contemplantes.

Fluide miserantes significantur per paradisum voluptatis, in quo ... nentebantur omnia genera bonorum fructuum, quia, s. ... semper sunt parati alios pascere, & nutrire, & ideo Deus ... eos in bono plantare, & confirmare. Et de hoc dicitur ... 1. *Plantauerat dominus Deus Paradisum voluptatis a principio, &c.* ... conuersantes significantur vel per hortum, qui diuersos ... res solet habere, vel per rosam, quæ suaues odores solet ..., de quibus dicitur Eccl. 24. *quod ipsi sunt quasi plantatio rosæ in Iericho, & quasi hortus plantationum.* Prouide consolantes si... per vineas, quia, s. isti vinum consolationis, quod *letificat hominum,* solent alijs fundere, & ipsos à tristitijs subleuare. ... de plantatione talium dicitur Luc. 20. *Homo quidam plantauit vineam,* & de Noe dicitur Gen. 9. *quod cœpit vir agricola esse, & plantauit vineam, &c.* Limpide contemplantes significantur per ... n, quia sicut dictum est: *Corona fratrum quasi plantatio cedri in monte Libani.* Eccles. 50. Sic igitur patet, quomodo illi, qui in fide & moribus sunt plantati, solent augmentari, fœcundari, ... tari, profundari, &c.

**Platea.** Cum plateæ sint loca villarum, vel ciuitatum, domibus, vel alijs rebus, & impedimentis vacua, ad ... um ordinata, vel ad congregationem hominum ordinata, ... ndum, quod generaliter per plateas possunt intelligi status ... um huius mundi. Sunt enim plura genera spiritualium ... tatum, sicut superius est ostensum, & ita per consequens ... plura genera platearum. Platea enim est locus publicus, & communis, & ideo bene per plateam status & communis ... hominum poterit denotari. Notemus igitur, quod secundum quod est multiplex status hominum, s. status Ecclesiæ militantis, triumphantis, mundi & inferni, secundum hoc possunt ... plateæ reperiri, videlicet,

Platea ad { Lucrandum, Ludendum, Luctandum, Lædendum.

In plateis enim { Mercatores lucrantur, Spatiantes iocantur, Duellantes luctantur, Delinquentes truncantur.

¶ Et sic dico quod est

Platea { Fructuosa, Gaudiosa, Laboriosa, Periculosa.

Prima platea est status spiritualis,
Secunda est status supernalis,
Tertia est status mundialis,
Quarta est status infernalis.

¶ Dicamus ergo primo, quod est quædam platea spiritualis & fructuosa, & ista nihil aliud est, quam status ecclesiæ, vel religionis. Ista est ergo platea ad lucrandum, quia scilicet in ciuitatibus solent esse plateæ magnæ, & latæ, vbi merces venduntur, & vbi homines lucrantur, & vbi necessaria hominibus inueniuntur. Talis platea proculdubio est ecclesia, vel religio, ibi enim homines lucrantur & acquirunt merita, & virtutes. Ibi enim inueniuntur & venduntur omnia necessaria ad salutem, videlicet Merces

Sacramentorum,
Documentorum,
Bonorum exemplorum.

Vnde Iud. 19. *Vidit senex sedentem cum sarcinis in platea ciuitatis.* Et Apoc. 21. dicitur, *quod platea ciuitatis aurum erat mundum.* Sicut enim in plateis non solum concurrit diuersitas mercium, imo etiam diuersitas & multitudo hominum, sic pro certo in platea religionis & ecclesiæ non solum inuenitur multiplex mercimonium bonorum operum, & virtutum, imo etiam ibi est multitudo bonorum hominum, & sanctorum 2. Paralip. 29. *Adduxit sacerdotes & Leuitas, & congregauit in plateam.* ¶ Notemus ergo ad commendationem istius plateæ, quia pro certo ista Platea est Locus C

Amoris & dilectionis,
Humoris & deuotionis,
Honoris & prælationis,
Dulcoris & erogationis,
Clamoris & prædicationis,
Splendoris & eruditionis,

Dico, quod ista platea est locus dilectionis, & amoris. Ibi enim abundant viri charitatiui, Dei & proximi dilectioi, dicentes illud Cantic. 3. *Per vicos & plateas quæram, quem diligit anima mea.* Item est locus deuotionis, & feruoris, & de hac dicitur Eccles. 24. *Iuxta aquas in plateis quasi cinnamomum & balsamum aromatizans odorem dedi.* Item est locus prælationis & honoris Iob 29. *In plateis parabant cathedram mihi.* Item est locus erogationis & dulcoris, quia scilicet ibi sunt viri misericordes, & compassiui, qui alijs erogant bona sua, iuxta illud Prouerbior. 5. *Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas diuide.* Et hoc est, quod figuratur Lucæ 14. vbi dominus præcipit procuratori suo, *vt in plateas & vicos ciuitatis exeat, & vt pauperes, quos in vico inuenerit, ad conuiuium introducat.* Item est locus prædicationis & clamoris, quia scilicet in ista platea Christus docuit & prædicauit, & alios prædicatores instituit, & ordinauit Prouerb. 1. *Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem suam* Lucæ 13. *In plateis nostris docuisti.* Item est locus discretionis & splendoris, quia scilicet ibi sunt viri limpidi, & discreti, clari, prudentes, & illuminati. Et isti intelliguntur per senes, qui sunt naturaliter prudentiores, de quibus dicitur 1. Machabæorum 14 *Seniores in plateis sedebant.* Istæ sunt ergo plateæ, vel ecclesiæ, vel religiones, in quibus videlicet omnia bona, & omnes boni habitant, & abundant. Quamuis proculdubio in multis videtur contrarium hodie, quia non sunt ibi nec boni, nec bona, imo potius ibi & mali, & mala, id est, peccatores, & peccata. Vnde Hieremiæ 17. dicitur. *Nunne vides, quid isti faciant in ciuitatibus Iuda, & in plateis Hierusalem? Filij colligunt ligna, & patres succendunt ignem, mulieres conspergunt adipem ad faciendum placentas.* Vide eam supra titulo de ciuitate. Et breuiter, quod dolendum est, plus est hodie in istis plateis, id est, in statibus ecclesiasticis de malo, quam de bono, & de vitio, quam de merito, de nefario, quam de iusto. Et hoc est, quod dicitur Esaiæ 59. *Conuersum est retrorsum iudicium, & iustitia longe stetit, & corruit in plateis veritas, & æquitas non potuit ingredi, & facta est veritas in obliuionem, & qui recessit à malo, prædæ patuit.* Antiquitus enim (sicut dicitur Actorum 5.) *in plateis ponebantur infirmi vt sanarentur,* hodie vero si in istis plateis sint aliqui infirmi, debiles, & pauperes, & egeni, ab alijs non sanantur, nec iuuantur, imo potius condemnantur, & vilipenduntur, sicut de Helia & Enoch dicitur Apocalyp. 11. *quod corpora eorum iacebunt in plateis ciuitatis magnæ.* Et quare hæc charissimi? quia pro certo in istis plateis non abundant hodie viri senes, id est, viri prudentes, & perfecti, sed potius viri iuuenes, & imprudentes, fatui, & lasciui, sicut prophetauit Zachariæ 8. vbi dicitur, *quod plateæ ciuitatis implebuntur infantibus, & puellis ludentibus in plateis.* De diabolo etiam dicitur Ezechielis 26. vbi propheta loquens ciuitati Hierusalem de Nabuchodonosor dicit: *Vngulis equorum suorum conculcabit omnes*

*plateas tuas.* Equi enim significant viros carnales, & impudicos Hieremiæ 5. *Equi amatores in fœminas* Non sic charissimi, non sed sunt in ista platea viri boni, & opera bona, quia pro certo sicut dictum est, ista est platea spiritualis, & fructuosa, &c.

D ¶ Sed secundo dico, quod est quædam platea supernalis, & gaudiosa, & ista est platea ciuitatis nouæ Hierusalem, scilicet, paradisi, quia scilicet sicut in magnis ciuitatibus sunt plateæ deputatæ ad spatiandum, & solatiandum, vbi, scilicet, homines post laborem diurnum, & diuinum in sero loco solent spatiari, vbi in tempore pentecostes homines solent chorizare, vbi etiam quasi omni die iuuenes, & virgines solent ludere, & cantare, sic vere charissimi Deus fecit nobis vnam plateam iucundissimam in paradiso, vbi scilicet sancti & iusti in sero mortis (finitis diei vitæ præsentis laboribus, solatiantur, & spatiantur, & vbi tam angeli, quam homines cantant, lætantur, & iucundantur, & per Dei laudem, & gratiarum actionem in Dei auribus modulantur. Vnde de istis plateis dicitur Tob 13. *Ex lapide candido & mundo platea eius sternentur, per vicos eius alleluia cantabitur, &c.*

E ¶ Et aduerte, quod ista Platea est, scilicet, locus

Tutus ad habitandum,
Gratus ad frequentandum,
Altus ad honorandum,
Clarus ad delectandum,
Purus ad spaciandum,
Plenius ad recreandum.

¶ Est dico locus tutus ad habitandum. Et ideo dicitur Zach 8. *quod adhuc habitabunt senes, & anus in plateis Hierusalem.* Et hoc quia sicut dicitur in Psal. *Non est ruina maceriæ, neque transitus, neque clamor in plateis eorum* Item est locus gratus ad frequentandum. Ideo Tob 13. dicitur. *Ex lapide candido & mundo, omnes plateæ eius sternentur.* Et ideo 1. Es. 10. dicitur. *Sedit populus in platea.* Item est locus altus ad honorandum, quia sicut dicitur Hest. 6. *Homo quem rex honorare voluerit, debet indui vestibus regijs, & imponi super equum, qui de sella regis est, & accipere regium diadema, & primus de regis principibus & tyrannis teneat equum eius, & per plateam ciuitatis incedens clamet, & dicat: Sic honorabitur, quem rex voluerit honorare* Homo enim iste significat quemlibet beatum, quem pro certo rex paradisi honorare sic, quia sibi donat vestes, id est, dotes fœlicitatis. Equum, id est, corpus agilis immortalitatis. Diadema honoris, & sublimitatis, & primus principum, scilicet, Michael, ipsum deducit per plateas illius opulentissimæ ciuitatis. De isto etiam honore potest dici illud prædictum Iob 29. *In platea parabant cathedram mihi.* Item dico, quod ista platea est locus clarus ad delectandum. Vnde Apocalyp. 22. dicitur, *quod Angelus ostendit ei flumen aquæ viuæ, splendidum tanquam crystallum, procedentem de sede Dei viui & agni in medio plateæ eius.* Fluuius enim iste signat splendorem æternæ gloriæ, qui beatos delectat in medio paradisi. Item dico, quod est locus purus ad spatiandum, quia sicut dicitur Apocalyp. 21. *Platea ciuitatis aurum mundum.* Item est locus plenus ad recreandum quia scilicet ibi sunt fructus, & deliciæ omnium voluptatem Apoc. 22. *In medio plateæ eius ex vtraque parte fluminis lignum vitæ, afferens fructus duodecim, per menses singulos reddens fructum suum, & folia ligni ad sanitatem gentium.* Quia proculdubio in platea paradisi lignum vitæ, scilicet, Christus profert per menses singulos fructum suum, & folia eius ad sanitatem gentium, id est, continue influit recreationem gloriæ paradisi, qua, scilicet, animas reficit, atque pascit. Isti autem fructus duodecim esse dicuntur, pro eo quod secundum Bernardum in sermone, vbi exponit coronam stellarum duodecim, ibi sunt duodecim gaudia. Et hoc, quia ibi est memoria sine obliuione. Ratio sine deuiatione. Voluntas sine perturbatione. Impassibilitas sine corruptione. Claritas sine obfuscatione. Agilitas sine retardatione. Subtilitas sine obuiatione. Charitas sine simulatione. Quia, scilicet, ibi diligit homo proximum in omni veritate diligentem se, sicut diligit seipsum. Videt proximum in omni veritate diligentem se sicut diligit seipsum. Diligit Deum perfecte plusquam seipsum. Propter Deum tantummodo perfecte diligit seipsum. Videt Deum diligentem se plus quam ipsemet diligat semetipsum. Ecce ergo quomodo duodecim fructus portat in ista platea lignum vitæ. Et ideo breuiter istam plateam debemus diligere, & appetere, & ipsam per deuotionem inhabitare, Genes. 19. *In platea manebimus* Ista est ergo platea supernalis, & gaudiosa.

F ¶ Tertio dico, quod est platea mundialis, & vitiosa, & ista nihil aliud est, quam ipse mundus, vel status hominum mundanorum. In plateis enim aggregantur fæces, & luta. In plateis etiam lites, & duella fiunt & exercentur. Et in plateis fraudes, & mendacia committuntur. Sic pro certo platea huius mundi est locus litium, duelli, luctus, & laboris, fæcium & immunditiæ, & horroris, & fraudum, & malitiæ, & liuoris. Sicut enim dicitur in Psal. *Non defecit de plateis eius vsura & dolus.*

¶ Quia pro certo breuiter loquendo, ista Platea est Locus

Erroris & deuiationis,
Terroris & impugnationis,
Mœroris & desolationis,
Fœtoris & inquinationis.

Quod sit locus erroris, patet Ecc. 9. *Ne oberraueris in plateis.* Item quod sit locus terroris, patet Ezech. 28. vbi dicitur. *Immittam ei pestilentiam, & sanguinem in plateis eius.* Item quod sit locus mœroris, patet Eccl. 12. *Circuibunt in plateis plangentes.* Item quod sit locus fœtoris, patet Ezech. 16. *Fecisti tibi prostibulum in cunctis plateis.* Ista est ergo platea mundialis, & vitiosa.

H ¶ Quarto dico, quod est quædam platea infernalis, & dolorosa, & ista est ipse infernus. Sicut enim in ciuitatibus sunt quandoque aliquæ plateæ, vbi malefactores puniuntur, & decapitantur, vel rotantur, sic infernus. ¶ Vnde nota, quod infernus est platea seu Locus

Mortis & damnationis,
Casus & elisionis,
Contemptus & obliuionis,
Remorsus & desperationis.

¶ Quod ibi sit locus mortis & damnationis, patet Tob. *vbi nunciatum est Tobiæ iugulatum quempiam in platea iacere.* Item quod ibi est locus casus, & elisionis, patet Hierem. 50. vbi dicitur *cadent iuuenes eius in plateis.* Item quod sit locus obliuionis, patet, quia ex quo homo venit illuc, amplius non cognoscitur, immo in obliuionem ponitur. Et de hoc Thren. 4, dicitur. *Denigratæ sunt facies eorum super carbones, non sunt agniti in plateis.* Item quod sit locus desperationis & maledictionis, patet Amos. vbi dicitur, *quod in omnibus plateis & in cunctis, quæ foris sunt dicetur væ, væ,* & sic ergo patet, quomodo quadruplex est platea, scilicet Infernalis, Mundialis, Beatifica, & Ecclesiastica, &c. Vide supra de loco, & de alijs materijs similibus.

A **Plaustrum.** Plaustra sunt quadrigæ quatuor rotarum, quæ quandoque fiunt onera ad portandum quandoque ad actus bellicos exequendum, sicut sunt plaustra ferrea, seu ferrata, de quibus fit toties mentio in scriptura, quæ etiam alio modo carpenta dicuntur. In regione enim Palestinæ & Syriæ talium plaustrorum frequens in prælijs erat vsus. Vnde Titus Liuius de bello Macedonico, vbi agit de prælio Antiochi regis Syriæ contra Romanos, ponit, quod Antiochus habuit plurimos tales currus falcibus vndique communitos, quos etiam falcatos currus appellat, & modum etiam, quo facti fuerunt, assignat. Sed de his omnibus transeo, video vbi Currus, & vbi fit mentio de quadriga.

**Plebs.** Nota, quod inter plebem, & populum fuit antiquitus apud Romanos talis differentia, quod populus Romanus omnes Romanos homines, paruos, scilicet, & magnos patres & plebem, magistratus & subditos, & ignobiles continebat. Plebs autem Romana inferiores solum, rusticos, artifices, & agricolas, mercatoresque, & ignobiles designabat. De altercationibus autem plebis, & patrum, & quomodo plebs finaliter obtinuit, quod ad administrationem reipublicæ & ad consulatus, prætoratus, & alios magistratus admitterentur, legatis Titum Liuium, & inuenietis hæc, & infinita alia de plebe & qualiter virtus populum rusticum non abhorruerit, sed in pluribus plebeis emicuit, qui tam prudenter, & strenue sicut quicunque patres pernobiles, aliquando rempublicam gubernauerunt. De his tamen nihil ad præsens ad me. Ad moralem igitur intelligentiam properabo. Notabo igitur, quod in scriptura reperitur videlicet Plebs

Diuina, quæ est nobilium perfectorum,
Humana, quæ est humilium subditorum,
Mundana, quæ est flebilium peccatorum.

Et sic vere dico, quod nos inuenimus Plebem

Virtuosam & inclytam,
Luctuosam & subditam,
Fluctuosam & perditam.

¶ Dico ergo primo, quod in scriptura reperitur plebs inclyta B humi-

hominum perfectorum. Viri enim perfecti & iusti, plebs diuinitus [illegible], ideo quod Domino deuotius obsequuntur, & qui [illegible] sub eius specialiter & deducuntur. Potissime autem [illegible] istam plebem possunt intelligi boni religiosi, & clerici in [illegible] unitate Ecclesiæ congregati, & diuinis seruitijs mancipati. De qua plebe dicitur Luc. 1. *Quod Ioannes Christum præcessit in spiritu & virtute Heliæ* Sequitur. *Parate Domino plebem perfectam.* Igitur de plebe spirituali & diuina, id est de communi congregatione iustorum notemus, quod hæc est Plebs

Humiliter Domino subiecta,
Dociliter à Deo directa,
Mentaliter ad Deum erecta,
Vtiliter à Deo protecta,
Perenniter gaudio confecta,
Solenniter honore prouecta,
Totaliter à culpis eiecta,
Vocaliter laudibus adiecta,
Vtiliter in pace collecta,
Nobiliter gloria perfecta.

¶ Dicamus, quod plebs iustorum est, & erit Domino subiecta humiliter 3. Esdr. 4. *Omnis plebs, & virtutes regem obaudiunt.* Item à Deo directa dociliter, quia scilicet, Deus docet & dirigit plebem suam, quia sicut dicitur Eccl. 37. *Vir sapiens plebem suam erudit.* Et Luc. 1. *Ad dandam scientiã salutis plebi eius, in remissionẽ peccatorum eorum.* Item ista est plebs ad Deum erecta mentaliter, scilicet, ipsum deuote orando Psalm. *Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis.* Item ista est plebs à Deo protecta vtiliter Psal. [illegible] *Dominus fortitudo plebis suæ, & protector salutationum.* Item ista est plebs gaudio confecta perenniter Psal. *Plebs tua lætabitur in te.* Et Rom. 15. *Lætamini gentes cum plebe eius.* Item ista est plebs [illegible] prouecta, seu per Deum electa solenniter, quia scilicet, de plebe iustorum debent eligi principes & prælati Psalm. [illegible] *Exaltaui electum de plebe mea.* Et Exod. 18. *Prouide tibi de omni plebe viros potentes, timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam, & constitue eos tribunos, & centuriones &c.* Item est ista plebs à [illegible] eiecta, seu purgata totaliter, quia scilicet, Deus omnes [illegible] ipsorum remittit. Psalm. *Remisisti iniquitatem plebis tuæ, & operuisti omnia peccata eorum.* Item est ista plebs laudibus adiecta [illegible] ter, quia scilicet ista semper vacat laudibus diuinis Luc. [illegible] *Omnis plebs, vt vidit, dedit laudem Deo.* Item ista est plebs in pace collecta vtiliter Psalm. *Loquetur pacem in plebem suam.* Item ista est plebs in gloria perfecta nobiliter, quia scilicet, sicut dicitur Luc. 2. *Deus dat, & administrat lumen ad reuelationem gentium & gloriam plebis suæ Israel.* Patet ergo, quod talis gens potest dici plebs inclyta hominum perfectorum.

C ¶ Secundo dico, quod est plebs subdita hominum deiectorum, seu pauperum miserorum. Isti enim possunt dici *lapis cui lus* id est, plebs inualida, *in petra*, id est, in paupertate, & *diruunt, faciunt lectum suum*, sicut dicitur Prou. 30. Et nota, quod

Plebs pauperum & simplicium à
- Tyrannis solet deglutiri,
- Prouectis debet erudiri,
- Diuitibus debet enutriri,
- Domino solet exaudiri.

¶ Simplices enim plebei à crudelibus deglutiuntur, seu conculcantur. Vnde isti sunt, de quibus dicitur in Psalm. *Qui deuorant plebem meam sicut cibum panis.* Quorum, scilicet, typum tenebat Cendebæus, de quo dicitur 1. Mach. 15. *Quod ipse cœpit irritare plebem, & conculcare Iudæam.* Item isti à prudentibus erudiuntur. Prudentes enim, & docti viri tenentur plebem, & simplicem erudire. Vnde Actor. 5. *Stantes loquimini in templo plebi.* Et Act. [illegible] *si quis est in vobis sermo exhortationis ad plebem dicite.* Item illi à potentibus enutriuntur, id est, enutriri debent, scilicet, per eleemosynas. Vnde Actor. 10. dicitur de Cornelio centurione, *Quod ipse erat vir religiosus, ac timens Deum, faciens eleemosynas multas plebi.* Item isti à Deo, seu à numinibus suscipiuntur, quia scilicet, plebei & pauperes à Deo, & à sanctis fouentur, & sustinentur, & à periculis liberantur, & finaliter ad cœlestia subleuantur. Psalm. *Non repellet Dominus plebem suam, & hæreditatem suam non derelinquet.* Et cum conuerterit dominus captiuitatẽ plebis suæ, exultabit Iacob, & lætabitur Israel Rom. 11. *Non repulit Dominus plebem suam, imo visitabit, & faciet redemptionem plebis suæ* Luc. 1. Patet ergo, quod est plebs subdita hominum miserorum.

D ¶ Tertio dico, quod est plebs perdita hominum peccatorum, & isti pro certo non sunt plebs Domini, sed diaboli. Vnde Dominus dicit peccatoribus illud Rom. 9. *Non plebs mea vos.* Et nota, quod Plebs malorum

Facaliter ad malum concitatur,
Crudeliter bonis aduersatur,
Procaciter pauperes aspernatur,
Finaliter in pœnis desolatur.

¶ Dico igitur, quod plebs malorum concitatur ad malum valde faciliter, vnde Act. 6. dicitur, *Quod surrexerunt quidam, & commouerunt plebem, & seniores in Stephanum, & rapientes eum adduxerunt in concilium.* Item talis plebs aduersatur bonis crudeliter, & maxime pauperib. Vnde de Apostolis dicitur Act. 16. *Quod concurrit plebs aduersus eos.* Sequitur. *Et cum plagas multas imposuissent, miserunt eos in carcerem.* Item talis plebs aspernatur iustos procaciter, quia pro certo sicut Dauid dicit in Psal. de seipso. *Sum sunt opprobriũ hominum, & abiectio plebis.* Desolatur pœnis finaliter, s. in inferno. Vnde 1. Reg. 6. dicitur, *quod dominus percussit quinquaginta millia plebis.* Et sic ergo patet, quod in scriptura reperitur plebs perdita, quam Deus confundit. Plebs subdita, quam mundus obtundit. Plebs inclyta, quam Deus custodit, seu perfundit, sc. omni bono. Sufficit. Vide infra in tit. populus.

## Plenitudo.

Sunt valde paucæ auctoritates. Et ideo vide infra de Repletus & de Replere, & supra de Adimplere & de Implere

## Plorare.

A Quia supra dicta sũt multa de lacrymis, de fletu, de luctu & de planctu, quæ omnia pertinent ad plorare, breuiter notandum est, quod homo quandoq; plorat ex

Contritionis dolore,
Dilectionis ardore,
Compassionis dulcore,
Deuotionis feruore,
Desolationis mœrore,
Simulationis pallore,
Desperationis horrore.

¶ Dico ergo, quod homo debet plorare ex dolore contritionis, & sic plorant pœnitentes. Vnde Hier. 48. *Contrita est Moab,* ... *per ascensum Luith plorans ascendet.* Vnde de desolatione ciuitatis Tyri dicitur Ezech. 27. *Plorabunt te in amaritudine animæ ploratu amarissimo,* quia s. quando videmus ciuitatem animæ nostræ esse per vitia desolatam, ipsam debemus plorare, & per contritionem & amaritudinem lamentare. Item dico, quod homo plorat ex dilectionis ardore. Et sic Dauid & Ionathas, *Qui se super amorem mulierum amabant,* quando ab inuicem recesserunt, dicuntur præ amore fleuisse, sicut habetur 1. Reg. 20. Et sicut etiam dicitur Tob 8. *Quod Raguel osculatus est Tobiam, & amplexus est eum, & misit se cum lacrymis super collum eius plorans.* Item plorat homo ex dulcore compassionis. Homo n. naturaliter est animal flebile, & non tantum in suis, imo etiam in alienis miserijs solet plorare, de quo Hier. 9. *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, & plorabo die ac nocte interfectos populi mei?* Et Eccl. 38. dicitur. *Fili super mortuum produc lacrymas, & quasi dira passus incipe plorare.* Ista vero cõpassio summe debet esse pro morte Christi. Quia etiam canis, & equus pro morte domini sui plorare dicuntur, & signa cõpassionis, canis vlulando, & equus pedibus percutiendo, aliquando ostendere cõprobantur. Sic & nos debemus imitari exempla Mariæ, de qua dicitur Ioa. 11. *Quod ipsa vadit ad monumentum, vt ploret.* Item plorat homo ex feruore deuotionis. Nubes n. calore resoluta pluuiam emittit, sic homo ex feruore deuotionis solutus lacrymas effundit Psalm. *Ploremus coram Domino, qui fecit nos, quia est Dominus Deus noster, nos autem populus eius & oues pascuæ eius.* Deuoti n. plorant pro paradisi dilatione, pro præsentis miseriæ prolongatione, pro diuinæ offensione, pro tam erga se, quam ergo alios turbatione. Et sic plorabant illi,

E de quib. dicitur Ioel. 2. *Inter vestibulum & altare plorabant sacerdotes ministri domini, dicentes, Parce domine, parce populo tuo.* Item plorat homo ex mœrore desolationis, & sic plorat puer, quando nascitur, præsentiens miseriã, ad quam intrat Sap. 7. *Primam vocem emisi plorans.* Sic etiam plorant homines de miserijs & desolationib. huius mundi. Vnde Christus dicit Apostolis Io. 16. *Amen amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, sed tristitia vestra vertetur in gaudium.* Itẽ plorat homo ex liuoris simulatione. Et sic plorant hypocritæ proditores, & falsi amici, qui fingunt se plorãtes, vel præ pœnitentia & humilitate, vel præ passione & pietate. Sic & plorabat ille Ismael, vt deciperet alios & occideret, quod & fecit Hie. 41. *Egressus Ismael in occursũ eorũ, incedens & plorans ibat.* Itẽ plorat homo ex desperationis horrore, & sic perpetuo plorant damnati, bene Iac. 5. *Agite nũc diuites, plorate, vlulate in miserijs vestris, quæ euen-*

*eueniunt vobis.* Et sic patet quomodo plorare contingit homini multis modis. Vide supra in titulis prænotatis, &c.

A **Plucere. Pluuia.** Nota, quod pluuia est impressio frigida, & humida, sursum in medio aeris intrinsecus generata, primo in nubem ex loci frigiditate coagulata, & tandem per actionem caloris in pluuiam resoluta. Et possumus notare, quod pluuia secundum suas varias proprietates potest significare varia & diuersa, in bono, sc. & in malo. Et ideo possumus notare, quod inuenitur, scilicet,

Pluuia {
- Superior quæ est mirabilis,
- Interior quæ est laudabilis,
- Exterior quæ est tristabilis,
- Inferior quæ est damnabilis.

Prima pluuia est valde gloriosa,
Secunda pluuia est valde virtuosa,
Tertia pluuia est valde vitiosa,
Quarta pluuia est valde dolorosa.

Pluuia gloriosa signat diuinæ personæ incarnationem, & de ista dicitur in Psal. 71. *Descendet sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram.* Pluuia virtuosa seu fructuosa signat diuinæ gratiæ irrigationem, & de ista dicitur Deut. 11. *Quod Deus dabit pluuiam terræ vestræ temporaneam, & serotinam.* Pluuia vitiosa signat mundanæ gloriæ fœcundationem, & de hac dicitur Eccl. 40. *Substantiæ iniustorum quasi fluuius siccabuntur, & sicut tonitruum magnum in pluuia personabunt.* Pluuia vero dolorosa signat mundi & inferni tribulationem, & de hac dicitur in Psal. 104. *Posuit pluuias eorum grandinem, ignem comburentem in terra ipsorum.* De ista ergo pluuia quadruplici aliquid est dicendum.

B ¶ Dico ergo primo, quod est pluuia superior, & mirabilis. Sicut enim videmus, quod pluuia à superioribus deriuatur, in nubibus generatur, cũ terra incorporatur, & sic terra per ipsam rigatur, & multipliciter fœcundatur, & aeris siccitas per ipsius irriguum temperatur, sic vere filius Dei desursum à patre luminum noscitur descendisse, de nubibus, i. de virginis matris puris visceribus quantum ad humanitatem suam principium assumpsisse, cum terra, i. cum humana natura per incarnationẽ incorporatus fuisse, & ipsam mirabiliter doctrinis, & gratijs irrigasse, & vbertate bonorum operum fœcundasse. Et hoc est, quod dicitur Esa. 45. *Rorate cœli desuper, & nubes pluant iustum, aperiatur terra, & germinet Saluatorem.* Sicut enim finxerunt fabulæ poetarum, cum Iupiter summus Deorum amaret quandam virginem, s. Danaem filiam Regis Acrisij, sibiq; non commode posset loqui, cum in quadam turri clausa strictissime seruaretur, mutauit se Iupiter in pluuiam auream, & desuper tectum turris stillauit in gremium virginis, & eam impraegnauit & Perseum militem fortissimum in ea generauit, qui postea Gorgonem serpentem, qui commutabat homines in lapides, occidit, & de marina bellua Andromedam puellam morti condemnatam strenuissime liberauit. Sic vere charissimi non loquendo fabulariter, sed spiritualiter, Iupiter, qui interpretatur iuuans pater. i. Dei filius, qui est Deus Deorum, & rex magnus super omnes Deos, Danaem virginem filiam regis Acrisij, i. Mariam virginem de genere Dauid regis summe dilexit, & vt ei se posset coniungere, in pluuiam auream se mutauit, in quantum sc. per beatam incarnationem in gremium virginis sine virili semine ad modum pluuiæ destillauit. Et sic de ista pluuia scil. persona filij Dei nondum incarnata, & de ista virgine, i. de Dei filio, & de Maria natus fuit Perseus miles strenuus, ipsemet Dei filius incarnatus, qui tandem in prælio crucis Gorgonem serpentem antiquum, i. Luciferum, qui homines conuertebat in lapides, in quantum, sc. ipsos faciebat duros & indeuotos, & in suis malitijs obstinatos, vicit & superauit, & virginem Andromedam, i. humanam naturam morti perpetuæ condemnatam à maris bellua, i. à potestate dæmonum liberauit. Et ideo breuiter de tam mirabili pluuia admiratiue loquitur scriptura Iob 38. dicens sic. *Quis dedit, inquit, vehementissimo imbri cursum, vt plueret super terram, absque homine in deserto, vbi nullus mortalium commoratur, vt impleret inuiam, & desolatam, & produceret herbas virentes? Quis est pluuiæ pater, & quis genuit stillas roris?* Ac si diceret. Omnia ista sunt valde mirabilia, quia proculdubio mirabile fuit, quomodo iste imber vltra cursum communis naturæ pluit, & descendit super terram, id est, super virginem, absque homine, id est, absque viri semine, quæ quidem virgo fuit quoddam desertum inuiolatum, & à nullo mortalium penetratum. Et quomodo sic descendendo, inuiam & desolatam, scilicet, humanam naturam, donis & gratijs impleuit, & herbis virentibus, i. bonis operibus fœcundauit. *Quis est ergo pluuiæ pater,* & q. d. difficile est credere, difficilius intelligere, difficillimum est perfecte cognoscere. Patet ergo, quod est Pluuia superior, quæ est mirabilis.

C ¶ Secundo dico, quod est pluuia inferior, quæ est laudabilis. Et ita per pluuiam possunt intelligi omnes virtutes, & gratiæ, quæ mentem habent spiritualiter irrigare. Sicut enim pluuia, venit à superiori, sic pro certo diuina gratia; quia sicut dicitur Iac. 1. *Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est descendens à patre luminum.* Et ideo breuiter de pluuia diuinæ gratiæ, potest exponi illud Ezech. 1. vbi dicitur, *quod ipse vidit quasi speciem ignis splendentis, & quasi aspectum arcus, cum fuerit in nube in die pluuiæ.* Vnde nota, quod per istas quatuor proprietates pluuiæ materialis potest quadruplex pluuia spiritualis designari. Pluuia ergo habet, scilicet,

Fæces emundare,
Aerem serenare,
Aridam humectare,
Sterilia fœcundare.

Sic vere diuina gratia, vel etiam ipse Deus
Emundat & purificat, per pluuiam compunctionis [Ignis.]
Serenat & clarificat, per pluuiã discretionis. [Splendentis.]
Humectat & mollificat, per pluuiam compassionis. [Arcus.]
Fœcondat & rorificat, per pluuiam deuotionis, [Nube]

Probat {
- Compunctionem ardor depuratiuus. Ignis inquit, qui, scilicet, purgat metalla,
- Discretionem fulgor illustratiuus. Splendentis,
- Compassionem rigor complicatiuus. Arcus qui s. cum chorda flectitur,
- Deuotionem humor irrigatiuus. Nubes, quæ scilicet, refrigerat & terram fœcundat.

¶ Igitur dico, quod inuenitur

Pluuia {
- Mundificatrix,
- Clarificatrix,
- Mollificatrix,
- Rorificatrix.

D Dico ergo, quod est pluuia compunctionis mundificatricis. Et ista notatur per ignem, quia scilicet, feruens compunctio, & pluuia lacrymarum mundificat corda, & peccata consumit, sicut ignis consumit rubiginem, & purgat metalla. Nam sicut pluuia tollit fæces, & plateas mundat, sic pluuia lacrymarum conscientiam purificat, & fæces peccatorum lauat. Ideo de isto igne, & ista pluuia potest exponi in bono illud Ps. 104. *Posuit pluuias eorum in grandinem, ignem comburentem in terra ipsorum.* Ignis enim feruens compunctionis pater est pluuiæ lacrymarum. Dicunt enim philosophi, quod quando calor ignis, & solis inuenit superius nubem humidam compactam, & opacam suis radijs fortiter resistentem, & ibi in medio interstitio aeris ex loci frigiditate gelatam, & compactam, solet in ipsam fortiter agere, & erga eam calorem maximum generare, & sic illa nubes in aquam resoluitur & conuersa in pluuiam ad terram fœcundandam inferius destillatur. Et inde est, quod post magnum & subitaneum calorem grandis pluuia sequitur, & quod etiam post nimiam adustionem ipsa pluuia quandoque rubea efficitur, & ita sanguis pluere à simplicibus æstimatur. Sic vero spiritualiter loquendo nubes, id est, voluntas & conscientia peccatoris est, quandoque multum humida per carnalitatem, multum compacta per proteruitatem, multum opaca per ignorantiæ obscuritatem, & multum resistens calori solis, id est, inspirationi Dei per obstinationis duritiam & soliditatem. Verumtamen quandoque fit, quod sol iustitiæ veniens, vbi fortius obstaculum inuenit, ibi fortius imprimit radios gratiæ suæ per bonam inspirationem, & ibi fortiorem calorem generat per feruentem contritionem, & sic nubem istam dissoluit, & liquefacit per flebilem compunctionem, & pluuiam spiritualem emittit per fletum & lacrymationem, & ita terra, id est, anima quæ primo fuerat inanis & vacua, fœcundatur per virtutum cumulationem. Et ita videtur loqui de pluuia Iob 5. vbi dicitur, *Quod Deus dat pluuiam super faciem terræ, & irrigat aquis vniuersa.* Qui ponit humiles in sublimi, & mœrentes erigit sospitate

curate. Ista autem pluuia quandoque efficitur sanguinea, in ... ipsam contrarius verecundia rubea, atque rosea Lucæ. *Factus est sudor eius quasi gutta sanguinis.* Ista est ergo pluuia ... unctionis mundificatricis.

¶ Deinde dico, quod est pluuia discretionis illuminatricis, & hoc notatur, cum dicitur. Splendentis. Quia sicut pluuia solet aerem serenum & clarum reddere, solet etiam ventos sedare, pisces impinguare, & siccam complexionem adiuuare, sicut dicit Constantinus, sic vere pluuia scientiæ instructionis aerem conscientiæ auditorum illuminat & serenat, ventos superbiæ & elationis eliminat atque sedat, pisces, i. simplices per gratias & virtutes impinguat & siccos, dissolutos, indeuotos, desolatos, & desperatos adiuuat & confortat. Et de tali pluuia doctrinæ illuminationis dicitur Deut. 32. *Concrescat vt pluuiam doctrina mea, fluat vt ros eloquium meum.* Et Ezech. 1. dicitur, *quod in nube erat splendor in circuitu.* Per nubem vero potest irriguum scientiæ denotari, quæ splendentem efficit mentem nostram. Inde dicitur Ps. 134. *Educens nubes ab extremo terræ, fulgura in pluuiam fecit. Qui producit ventos de thesauris suis.* Nubes enim sunt doctores & prædicatores, qui proculdubio pluuiam doctrinæ, & scientiæ nobis emittunt, & ventos superbiæ de thesauris conscientiarum fugant, ejiciunt & expellunt, quamuis hodie videatur dixisse Dominus de Ecclesia, quod Esa. 5. dicit de vinea sua. *Non putabitur, non fodietur, & ascendent super eam vepres & spinæ, & nubibus mandabo desuper, ne pluant super eam imbrem.* Quia proculdubio hodie in vinea Ecclesiæ non est, qui putet per debitam correctionem, non est qui fodiat terram carnis suæ per pœnitentiam & afflictionem, non est ibi nubes, i. doctor vel prædicator, qui pluat per doctrinam & eruditionem. Et ideo pro certo ista vinea est hodie vepribus & spinis, i. malis sollicitudinibus & peccatis plena & occupata 3. Reg 17. *Siccatus est torrens, non enim pluerat dominus super terram.* Sic ergo patet, quod est pluuia instructionis illuminatricis. ¶ Denique dico, quod est pluuia compassionis mollificatricis. Pluuia enim quæ terram, quam irrigat, facit mollem, signat virtutem pietatis & compassionis, quæ mentem facit teneram, mitem, & alienis miserijs facile penetrabilem, atq; mollem, quod ostenditur in nomine arcus cœlestis, quod est signum futuræ pluuiæ & fœderis inter Deum & terram, & quod habet figuram curuam, concauam, & plicatam. Quia pro certo pietatis compassio pluuiam eleemosynarum, & beneficiorum destillat, Deum cum homine, & hominem cum Deo concordat, & confœderat, & ad subueniendum alijs misericorditer se applicat, & inclinat. Arcus inquam. Et ideo Gen. 9. dicitur. *Arcum meum ponam in nubibus.* Et ideo Eccl. 36. dicitur. *Speciosa est misericordia Dei in tempore tribulationis, sicut pluuia in tempore siccitatis.* Ista est illa pluuia, de qua dicitur Matth. 5. *Quod pater solem suum facit oriri super bonos & malos, & pluit super iustos, & iniustos.* Et de istis etiam dicitur Ezech. 34. *Pluuiæ benedictionis erunt.* Ista ergo pluuia compassionis mollificatricis.
G ¶ Insuper dico, quod est pluuia deuotionis refrigeratricis, & hoc ostenditur cum dicitur. In nube, Quia sc. sicut nubes ardorem temporis refrigerat, siccitatem aeris temperat, & pluuia terram, quam tangit, roborat & fœcundat: sic vere deuotio, quæ more pluuiæ nobis à superiori mittitur, solet ardorem tentationis refrigerare, siccitatem indeuotionis habet tollere & temperare & terram, i. animam donis, & gratijs fœcundare. Ideo de tali pluuia, & de ista nube dicitur Eccl. 12. *Reuertentur nubes post pluuiam.* Ista est enim pluuia de cœlo veniens. Vnde dicitur Deuter. 11. *Terra, ad quam ingredimini possidendam de cœlo expectat pluuiam.* Et nota, quod ista pluuia Nutrit, Delectat, Fœcundat. Nutrit dico, vitam gratiæ continuando & augmentando. Et de hoc Esa. 44. dicitur. *Plantauit pinum, quam pluuia nutriuit.* Item delectat cœlestia gustando, & saporando Ps. 77. *Pluit illis manna ad manducandum.* Item fœcundat fructus bonorum operum in anima producendo, & sanctos homines in Ecclesia generando & constituendo. Nam tempore pluuioso generantur, & multiplicantur apes, & econtra tempore sicco propter defectum humoris minuuntur. Herbæ etiam tempus pluuiosum diligunt, & in pluuioso tempore magis crescunt. Quia pro certo pluuia deuotionis, & gratiæ quando in Ecclesia vel in religione abundat, apes, id est, viros perfectos multiplicat, & herbas, id est, virtutes, & bona opera generat, & augmentat 3. Reg. 23. *Pluuijs generatur herba.* Et ista multiplicatio apum per istam pluuiam, id est, ista productio virorum perfectorum per deuotionem, figurata fuit in fabulis poetarum. Sicut enim dicunt fabulæ poetarum, post diluuium cum pauci essent homines super terram. Deus misit quandam pluuiam in terram, de qua natus fuit quidam populus qui dictus fuit populus Curetum, qui pro tanto dicuntur de pluuia nati, quia in quadam summa sterilitate de fungis terræ seu de cloffellis, qui de quadam pluuia prouenerunt, fuerunt nutriti, & à famis, & à mortis periculo liberati. Quia proculdubio charissimi pluuia deuotionis in Ecclesia nouos populos instituit, & ibi Curetas, id est, homines salutis curam habentes nutrit, generat & producit. Vnde de virtute generatiua, & productiua istius pluuiæ dicitur Leu. 26. *Si ambulaueritis in mandatis meis, dabo vobis pluuias temporibus suis.* Sed proculdubio multi sunt similes terræ Ægypti, in qua nunquam cadit pluuia, quia scilicet, aqua Nili singulis annis redundantis irrigat totam terram. Sic vere multi sunt, qui pluuia cœlestis deuotionis, & gratiæ nunquam irrigantur, sed aqua fluminis terrestris, id est, affluentia mundanæ prosperitatis tantummodo humectantur. Et in istis verificatur illa maledictio, *Qua maledixit Dauid montes Helboe, nec ros, nec pluuia veniat super vos.* Et sic patet, quod quadruplex est bona pluuia, s. Pluuia deuotionis. Compassionis, Instructionis & Compunctionis. Sic ergo patet, quod est quædam pluuia inferior, seu interior, quæ est laudabilis. ¶ Tertio dico, quod est quædam pluuia exterior, H
quæ est damnabilis. Et ista pluuia quatuor signat, scil.

Temporalem prosperitatem,
Mundialem aduersitatem,
Criminalem iniquitatem,
Infernalem pœnalitatem.
Prima est pluuia fulminea,
Secunda est pluuia grandinea,
Tertia est pluuia sulphurea.
Quarta est pluuia fulgurea.

Prima est ergo pluuia prosperitatis, quæ est fulminea. Pluuia enim temperata est vtilis, sed pro certo quando est excessiua, & impetuosa, ita quod admodum fulminis impetuose descendit & maxime si nimis diu perseueret, tunc mirabiliter est nociua. Tunc enim solet flores, & fructus in arborib. corrumpere & peiorare. Quia etiam de vite, & oliua certum est, quod si fructus earum maturescat in tempore pluuioso & vinum & oleum minus valent, & facilime corrumpuntur. Item solet semina suffocare, fructus corrumpere & peiorare. Item solet aliquos pisces excæcare, & aliquos penitus occidere & necare, & in frumento herbas superuacuas generare. Nam vt dicit Arist. est quidam piscis, qui dicitur purpura, qui si pluuiam gustauerit, moritur ipsa die. Sic vere est pluuia mundanæ prosperitatis, quæ sc. consistit in diuitijs, delitijs, honorib. & mundanis scientijs, qui vere ista si nimis abundauerit, solet in anima multa generare. Ista enim semina bonarum cogitationum suffocat, fructus bonorum operum corrumpit vel deteriorat, oculos sanæ discretionis excæcat, herbas vitiorū & malorum desideriorum generat, & ipsam gustantes, i. in ipsa se delectantes occidit spiritualiter, & vita gratiæ destituit, atq; priuat. Et ideo de tali fulminea, & impetuosa pluuia dicitur Matth. 7. *Descendit pluuia venerunt flumina, flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit.* Ista est illa pluuia, *qua tempore diluuij submersa est omnis caro,* sicut dicitur Genes. 8. Et cum qua etiam hodie diabolus submergit multa genera peccatorum. Et ideo bene consulitur 3. Reg. 18. *Descende, ne te occupet pluuia.* Ista est pluuia prosperitatis, quæ est fulminea. ¶ Secunda est pluuia aduersitatis, quæ est grandinea & de ista dicitur. Exod. 9. *En pluam hac ipsa hora, cras grandinem multam nimis.* ¶ Tertia est pluuia iniquitatis, quæ est sulphurea, quia scil. peccatum ad modum pluuiæ sulphureæ ardet per concupiscentiam, & fœtet per infamiam. Et ideo Gen. 19. dicitur, *Quod Dominus pluit super Sodomam & Gomorrham ignem & sulphur.* ¶ Quarta est pluuia, quæ est æternæ pœnalitatis, quæ est fulgurea, quia sicut dicitur in Psalm. 134. *Fulgura in pluuiam fecit.* Vnde de damnatione Gog dicit Dominus Ezech. 38. *Ignem, & sulphur pluam super eum, & super populos multos, qui cum eo sunt.* Et sic ergo patet, quomodo diuersa sunt genera pluuiarum tam in bono quam in malo.

I

K

L

## Plumbum.

Nota, quod plumbum est metallum cæteris metallis A

Vilioris reputationis,
Grauioris inclinationis,
Promptioris inquinationis.

Istud enim parum valet, & modicum ascendit imum locum tenet,

net, & in fine descendit, manus fœdat, & tangentem offendit. Igitur per plumbum possunt intelligi omnes peccatores, de quibus potest dici illud Ezech. 22. *Omnes isti æs & stannum & ferrum, & plumbum in medio fornacis*, scil. consumpti sunt, quasi dicat modicæ sunt virtutis ad resistendum tribulationib. & peccatis. Item ad peccatum, & ad infernum faciliter ruunt, & id grauiter inclinantur Exod. 15. *Descenderunt in profundum, quasi lapis, & quasi plumbum in aquis vehementibus*. Item alios se contingentes, hoc est dictum, socios, & vicinos fœdant, ita quod ipsorum dictis, & exemplis ipsi inunguntur, & maculantur Zach. 5. *Misit massam plumbeam in os amphoræ*. Vel si vis per plumbum, quod est nigrum, infectiuum, consumptibile, & deorsum cadens & tendens, intellige corpus humanum, vile, putridum, corruptibile, & facile corruens ad mortem. Vel, si vis, tale est peccatum, quia s. est inficiens, deorsum cadens, & parum valens Eccl. 22. *Super plumbum quid grauabitur?* Vel, si vis, per plumbum intellige diuitias, quæ grauant, fœdant, & cito depereunt, atque cessant. Vnde de diuitijs Tyri dicitur Ezech. 27. *Argento*, inquit, *& plumbo repleuerunt nundinas tuas, &c.* Vel si vis, dic, quod plumbum signat pauperes humiles, qui sunt locum infimum quærentes, & parum inter alios reputati, & tamen multum alijs proficientes. Plumbum n. in fornace cum alijs metallis, argento, s. & auro ponitur, & dum istud igne consumitur aliud à consumptione seruatur. Sic sunt pauperes. Isti enim in loco, & statu inferiori ponuntur, parum apud alios reputantur, & igni tribulationum pro alijs opponuntur & exponuntur Num. 31. *Ferrum, stannum, & plumbum igne purgabitur, &c.*

A **Plures. Plurimus.** Nota, quod est

Pluralitas
- Laudanda,
- Vitanda,
- Horrenda,
- Petenda,
- Frequentanda,
- Detestanda,
- Expectanda,
- Sustinenda,
- Dimittenda,
- Exequenda,
- Obsequenda,
- Diligenda.

Prima est pluralitas meritorum & de hoc Gen. 33. *Habeo plurima frater mi*. Et Prouer. 14. *Vbi plurimæ sunt segetes, manifesta est fortitudo bouis*. Secunda est pluralitas vitiorum Ecclesiastic. 47. Plurima redundauerunt peccata ipsorum. Tertia est pluralitas tormentorum Ezech. 11. *Plurimos occidisti in vrbe hac*. Quarta est pluralitas gaudiorum Luc. 7. *Quis ergo eum*, scilicet, *Deum plus diligit? existimo quod is cui plus donauit*. Quinta est pluralitas hominum perfectorum Hebr. 7. *Plures facti sunt sacerdotes*. Sexta est pluralitas hominum peccatorum, & de hac Exo. 23 *Non acquiesces plurimorum sententiæ, vt à recto deuies*. Septima est pluralitas temporalium bonorum, & de hac dicitur Exod. 36. *Plus offert populus, quam necesse sit*. Et Prou. 19. *Diuitiæ addunt amicos plurimos*. Octaua est pluralitas temporalium malorum 1. Cor. 15. *Plus omnibus laboraui*. Nona est pluralitas sæcularium negotiorum, & de ista dicitur Iacob 3. *Nolite plures magistri fieri fratres mei, scientes quoniam maius iudicium sumitis*, & Marthæ dicitur Luc. 10. *Martha, Martha sollicita es, & turbaris erga plurima, &c.* Et Naum 3. dicitur, *Plures fecisti negotiationes tuas, quam stellæ sunt cœli*. Decima est pluralitas virtualium actuum, & operum, & factorum, & de hac Ioan. 15. *In hoc clarificatus est pater meus, vt fructum plurimum afferatis*. Vndecima est pluralitas nos protegentium Angelorum, & de hac 2. Par. 32. *Multo enim plures nobiscum sunt, quã cum illo*. Duodecima pluralitas est humilium seruitorum Matth. 21. *Plurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via*. Et sic breuiter dico, quod pluralitas sumitur multis modis, quod longum esset prosequi, & ideo omitto gratia breuitatis. Vide supra de Magis, & Multitudine.

A **Plus. Plusquam.** Nota, quod plus, & plusquam significant quandam excellentiam, & superabondantiam eminentem, siue bona fuerit, siue mala. Igitur notemus, quod ista nomina plus, & plusquam referri possunt ad omnia genera personarum, videlicet,

Ad
- Deum,
- Iustum,
- Impium.

Primo ergo dico, quod ista dictio neutraliter sumpta potest ad Deum creatorem. Deus n. in omnibus habet plus & plusquam excellit & abondat in omnib. bonis; abundat enim

In
- Scientia summe relucente,
- Clementia cunctis succurrente,
- Sapientia omnia regente,
- Patientia omnia ferente,
- Amicitia omnia fouente.

Iste ergo plus habet cæteris de scientia, vnde Eccl. 24. *Oculi Domini plus multo lucidiores super solem sunt*. Item plus habet cæteris de clementia. Vnde ipse est, qui dicit Ose. 6. *Misericordiam volo & non sacrificium, & scientiam Dei plus quam holocausta*. Item plus habet cæteris de sapientia. Vnde de Christo dicitur Matth. 12. *Ecce plusquam Salomon hic*. Item plus habet cæteris de patientia, seu modestia, Vnde Matth. 12. de eo dicitur, *Ecce plusquam Ionas*. Ionas enim interpretatur columba, quæ sc. auis est patiens & benigna. Item plus habet cæteris de amicitia. Ipse enim plus cæteris amat, & plus eo amari vult amari. Vnde ipse dicit Matth. 10. *Qui amat patrem suum, & matrem plusquam me, non est me dignus*. Igitur plus, & plusquam refertur ad Deum creatorem. ¶ Secundo dico, quod referri potest ad iustum viatorem. Iusti n. habent suam excellentiam, & suum plus, quia s. in virtutibus, & bonis operib. solent plus cæteris abondare. Iustis n. dicitur Mat. *Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum*. Arbor n. quæ profundius plantatur, & quæ melius colitur & purgatur, suo plus proficit possessori, eo s. quia plus abundare fructib. comprobatur. Sic vere quia iusti sunt profundius in fide, & in mentib. radicati, & ab omni superfluo per pœnitentiam, & temperantiam plus purgati, sunt bonis fructibus, sc. virtutibus & operibus præ cæteris plus repleti. Vnde Christus summus agricola dixit Ioan. 15. *Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum & omnem, qui fert fructum, purgabit eum, vt fructum plus afferat*. De isto plus, & de ista morali abundantia, & opulentia possumus notare, quod iusti Plus habent — C

- Sapientiæ resplendentis,
- Reuerentiæ metuentis,
- Amicitiæ diligentis,
- Affluentiæ se præbentis;
- Subiacentiæ se spernentis.

¶ Iusti ergo plus habent cæteris de splendore, qui mentes dirigit, hoc est dictum de sapientia Dan. 2. *Sapientia, inquit, in me est plusquam in cunctis viuentibus*. Istud est enim vnum plus, quod summe est appetendum, quia sicut dicitur Eccl. 7 *Hoc autem plus habet eruditio & sapientia, quod vitam tribuunt possessori suo*. Item plus habent cæteris de timore, qui mentes corrigit, similes, scil. illi de quo dicitur Neem. 7. *Quod Ananias erat quasi vir verax & timens Deum plus cæteris videbatur*. Istud est enim vnum plus, quod corrigitur mens humana, sc. timor Dei, quia sicut dicitur Prouer 17. *Plus proficit correctio blanda apud prudentem, quam centum plagæ apud stultum*. Item. Iusti habent plus amoris, qui mentes erigit, sc. in proximum & Deum. Vnde Dominus facit quæstionem de illo, cui paterfamilias plus donauit, qui, sc. ipsum merito plus diligit Luc. 7. *Quis ergo*, inquit, *eum plus diligit? Existimo quod is cui plus donauit*. Et reuera Deum plus tenemur diligere, à quo scimus nos & plura recepturos, & recepisse. Dat enim multis gratiam in præsenti, & gloriam in futuro. Plus donat etiã diuitibus, quam pauperibus, &c. Et ideo ipsum plus diligere tenemur, quamuis ipse de multis possit dicere illud 2. Cor. 12. *Licet plus vos diligens minus diligar*. Ioan. 21. *Simon Ioannis diligis me plus his* &c. Item iusti plus habent dulcoris, misericordiæ, qui sua porrigunt indigentibus. Vnde de isto plus dicitur illud Exod. 36 *Plus offert populus quam necesse sit*. Vnde de vidua paupere duo æra minuta offerente, & mittente in gazophylacium dicitur Luc. 21. *Quod vidua hæc plus omnibus misit*. Item iusti plus habent pudoris, qui sese negligunt, quia, sc. iusti per virtutem humilitatis plus contemnunt seipsos quam alios, sicut Apostolus de seipso dicebat 2. Cor. 11. *Vt minus sapiens dico plus ego*. Et Dauid etiam de seipso dicebat 2. Reg. 6. *Vilior*, inquit, *fiam plus quam factus sum, & ero humilis in oculis meis*. Patet ergo, quod est vnum plus, quod pertinet ad iustum viatorem.

¶ Tertio dico, quod in scriptura inuenitur vnum plus, quod pertinet ad vnum peccatorem. Mali enim quanto plus viuunt, tanto plus peccant. Vnde beatus Bernard. in meditationibus — D

suis

... Cur inquit, tanto desiderio appetimus vitam istam, in qua quanto amplius viuimus, tanto plus peccamus. Sunt enim mali similes ligno, quod quanto plus viuit, tanto plus sterilescit. Sic isti, quanto plus viuunt, tanto plus infœcundi, & steriles fiunt. ¶ Notabis igitur de malis, quod impius

Plus
- Quærit sapere, quam deceat,
- Cupit capere, quam habeat,
- Solet spernere, quam debeat,
- Solet ruere, quam vigeat,
- Vult præsumere, quam valeat,
- Solet putrescere, quam soleat,
- Solet cadere, quam redeat.

... quod impius plus quærit sapere, quam deceat. Et tamen ... dicitur, *quod quanto plus laborauerit ad quærendum, s. secreta tanto minus inueniet*. Ideo bene dicit Apost. ad Rom. 12. *Non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem*. Et Eccl. 7. *Nō ... quam necesse est*. Item plus cupit capere, quam habeat. ... satiatur bonis mundi, semper enim vellet habere ... hydropico, qui quanto plus bibit, semper plus sitit, & igni etiam, qui quanto plus de lignis recipit, tanto plus ... Vide de illis operarijs, qui non contenti denario diurno, pro quo conuenerant, dicitur Matth. 20. *Quod arbitrati sunt, quod plus essent accepturi*. Et tamen isti deberent attendere ad illos qui colligebant manna, quorum illi, qui plus receperant, non plus habuerunt, quam alij, sicut dicitur Exo. 16. *Quia sc. in morte ..., qui modo videntur plus cæteris colligere, non plus alijs secum portabunt*. Vide ibidem. *Nec qui plus collegit, habuit amplius*. Item malus ... solet spernere, quam debeat, scil. Deum & iudicia sua. Vnde de Hierusalem dicit Dominus, *Quod ipsa contempsit iudicia sua ... plus esset impia, quam gentes* Ezech. 5. Item iste plus solet ruere ... quam vigeat. Vnde iste est ille, de quo Ecclesi. 11. dicitur. *Est homo marcidus egens recuperatione, plus deficiens virtute, & abundans paupertate*. Item iste plus vult præsumere, quam valeat. Vnde Esa. 16. *Audiuimus superbiam Moab, superbus est valde, superbia eius arrogantia & indignatio eius plusquam fortitudo eius*. Item plus vult putrescere, quam soleat, scil. per peccatum luxuriæ. Vnde de meretrice Ooliba dicitur figuraliter Ezech. 23. *Quod ipsa insaniuit libidine plus quam soror sua, & fornicationem suam super fornicationem sororis suæ ad Assyriorum filios præbuit impudenter*. Item iste plus solet cadere, quam redeat, sc. per damnationem æternam. Vnde damnati possunt dicere illud Daniel. 3. *Diminuti sumus plus quam omnes gentes*. Sic ergo patet, quomodo plus diuersimode sumitur in scriptura, scil. quantum spectat ad malum impie viuentem, ad iustum debite agentem, ad Deum æterne manentem. Sufficiat. Vide de magis, & de amplius.

A **Potius. Poculum. Pollex.** De potius, poculum, & pollex paucæ sunt auctoritates, & ideo non prosequor, hoc solum aduerte quod potius accipitur pro magis, plus vel amplius, vel etiam quandoque pro melius, conuenientius. Potius enim & melius idem sunt. Vide ergo ibi.

¶ Poculum autem vas est, quod ministrat vinum illi, qui potat. Vide de potu & potare.

¶ Pollex autem grossior, fortior, & breuior digitus est, qui in manu. Vide ergo de manu.

**Polliceri. Pollicitus.** Nota, quod polliceri idem est, quod promittere cum ... dine, vel cum pacto. Est enim pollicitor idem, quod firmiter aliquid paciscens, aut promittens, sicut bene supponitur ... 1. vbi dicitur, *Non videbit quispiam, &c. terram bonam, quam sub iuramento pollicitus sum patribus vestris*. Notabis ergo, quod triplex est pollicitatio, scilicet,

Pollicitatio
- Promerenda,
- Adimplenda,
- Præcauenda.

Prima Dei,
Secunda Iusti,
Tertia Impij,
Deus pollicetur bona,
Iustus pollicetur vera,
Impius pollicetur falsa.

¶ Primo igitur dicamus, quod est pollicitatio Dei, quæ est promerenda. Constat enim quod Deus promisit, & pollicitus fuit suis fidelibus omne bonum. Vnde nota, quod ipse pollicitus est nobis videlicet,

Æquitatis ducem,
Veritatis lucem,
Tranquillitatis pacem,
Hæreditatis vicem,
Sublimitatis arcem.

Pollicitus dico fuit humano generi ducem totius æquitatis, scilicet seipsum, qui se promisit ad nos venturum, & nobiscum habitaturum in carne virginis gloriosæ. Et de hoc potest exponi illud 2. Par. 6. *Dominus pollicitus est, vt habitaret in caligine*, i. in vtero virginali. Nubes enim, & caligo in circuitu eius. Item pollicitus est lucem totius veritatis, scil. certitudinem fidei, quam hominibus reuelauit Gal. 3. *Pollicitationem spiritus accipiamus per fidem*. Item pollicitus est pacem tranquillitatis. Vnde Ios. 21. *Dedit dominus pacem sicut pollicitus est*. Item pollicetur Deus vicem æternæ hæreditatis, scilic. terram promissionis paradisi Deu. 31. *Introduces filios Israel in terram, quam pollicitus es*. Item pollicetur arcem supernæ sublimitatis, seu dignitatis, & auctoritatis, sc. regnum, & gloriam paradisi 2. Paral. 7. *Suscitabo thronum regni tui sicut pollicitus sum*. Vt & sibi dicat quilibet illud Ios. 14. *Da ergo mihi montem istum, sicut pollicitus es*. Ista est ergo pollicitatio Dei, quæ est promerenda. Quia scil. Deus istis nobis pollicetur sub conditione, si sc. debito modo nos habuerimus erga ipsum, si non offenderimus per peccatum, quia sc. tunc pollicitationem huiusmodi perderemus. Vnde Hebr. 4. *Timeamus ergo fratres, ne forte relicta pollicitatione introeundi in requiem eius existimetur aliquis ex nobis deesse*. ¶ Secundo dico, quod est pollicitatio C
adimplenda, & ista pro certo est illa, quam nos facimus Deo, & proximo. Quicquid enim polliciti sumus Deo, fidem ipsius suscipiendo ex voto sibi nos obligando, & dæmonibus, mundo & vitijs renunciando, & in religione etiam forsitan profitendo, & quicquid etiam proximis nostris pollicemur, aliter alteri pacta iurando, nos pro certo debemus implere & sine fraude facere, & tenere Num. 32. *Quod pollicitus es, imple*. Vnde Salomoni dictum fuit 2. Par. 2. *Triticum, & hordeum, & oleum, & vinum, quod pollicitus es, mitte seruis tuis*. Ista est ergo pollicitatio, quæ est adimplenda, scil. omnis illa, quæ de se est licita & honesta.
¶ Tertio dico, quod est pollicitatio præcauenda, scil. omnis illa, D
quæ de se est illicita, & iniusta, sicut fuit illa, quam fecit Herodes filiæ Matth. 14. vbi dicitur, *Quod cum iuramento pollicitus est ei dare, quæcunque postulasset. Ipsa vero postulauit caput Ioannis Baptistæ*. Fatua enim pollicitatio, sed impijssima fuit redditio. Sicut etiam de Iephthe legimus, qui propter fatuum votum filiam Deo sacrificauit, & tamen misera filia voluntarie mortem sustinens, dixit ei Iudic. 11. *Fac, inquit, mihi quodcunque pollicitus es*. Talia ergo promissa non sunt facienda, &, si facta fuerint, non sunt tenenda. Non enim tenetur homo implere tales pollicitationes, quando sc. sunt contra Deum, & contra bonos mores. Fatui sunt ergo, qui inhonesta, & illicita alijs pollicentur, & iurant, sicut de raptore dicitur Iob 17. *Quod cor eorum longe factum est à disciplina*. Sequitur. *Prædam pollicetur socijs, &c.* Et sic igitur patet, quomodo in scriptura reperitur pollicitatio præcauenda, adimplenda & promerenda. Sufficiat. Vide supra in titulo iuramentum, pactum, seu pacisci & promittere, &c.

**Polluere.** Nota, quod pollutio idem est, quod immunditia. Et ideo ille spiritualiter est pollutus, qui diuersis vitijs est imbutus. ¶ Vnde possumus notare, quod in scriptura inuenitur pollutio & immunditia in A

Ecclesia exterius,
Anima interius,
Inferno inferius.

Et sic dico, quod est pollutio exterior, & pudorosa, interior & vitiosa, posterior seu inferior & dolorosa. De exteriori dicitur in Ps. 78. *Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum*. De interiori dicitur Leu. 20. *Non polluatis animas vestras*. De inferiori dicitur cuilibet damnato illud Amos 7. *Tu in terra polluta morieris*. Et Eze. 4. dicitur. *Comedent filij Israel panem suum pollutum in terra aliena, &c.* Dicamus igitur aliquid de duabus primis, videlicet de pollutione Ecclesiarum, & de pollutione personarum.

¶ Primo quidem dico, quod Ecclesia polluitur per scelera suorum seruitorum, sicut enim videmus quod stabula animalium, & equorum, in quibus sunt, scil. assidue viuunt & comedunt & dormiunt, valde sunt fœtida & immunda non quidem ex se, nec ex sua natura, sed pro eo quod ipsa animalia, quæ impinguantur, & stabulantur ibidem, polluunt ea, in quantum ibi profici-

proiiciunt fæces suas, sic vere charissimi, stabulum Ecclesiæ (quæ etiam à Christo *stabulum* dicitur, & prælati eius *stabularij* nuncupantur Luc. 10.) quamuis ea sua natura sit purum, & mundum, quia tamen mali ecclesiastici, qui ibi stabulantur, & impinguantur, ibi hodie proijciunt multiplices fæces vitiorum & peccatorum, quæ libere faciunt & committunt, hinc est, quod hodie istud stabulum multipliciter est pollutum, & multis immunditijs inquinatum Ps. 73. *Polluerunt tabernaculum nominis tui.* Et ideo sicut taxus dimittit domum, & cauernam suam quando videt eam à vulpe stercorizatam, & pollutam, sic hodie Deus multis videtur suam Ecclesiam deserere, pro eo quod videt eam per malitiam vulpis diaboli tot & tantis pollutionib. plenam esse. Ipse enim Deus facit hodie secundum legem quam ipse tulit. Prohibuit enim in lege, ne aliquid immundum tangeretur Num. 19. *Quæcunque tetigit humana anima morticinum, polluetur.* Et ratio est, sicut ibidem dicitur. *Quicquid tetigerit immundus, immundum faciet.* Cum ergo ipse sit mundissimus, & videat, totum statum ecclesiasticum, vt in pluribus pollutum, & immundum, hinc est, quod ipsum hodie non dignatur tangere, nec sibi per amorem adiungere, imo videtur ipsum totaliter abhorrere. Ideo ciuitati ecclesiæ ipsis ecclesiasticis in figura Hierusalem, & possessorum suorum loquitur dominus Ezech. 22. *Pupillum*, inquit, *& viduam contristauerunt apud te, sanctuaria mea spreuistis, & sabbatha mea polluistis. Viri detractores fuerunt in te ad effundendum sanguinem, & super montes comederunt in te.* Sequitur. *Vnusquisque in vxorem proximi sui operatus est abominationem, & socer nurum polluit, &c. Munera acceperunt in te, vsuram & superabundantiam, &c.* Ecce charissimi quot genera pollutionum sunt hodie in Ecclesia sancta Dei. Ibi enim sunt sicut patet, scilicet, Pollutiones incompassionis, quia ibi pupillus & vidua contristantur. Item pollutio indeuotionis, quia ibi sabbatha & sanctuaria non coluntur. Item pollutio detractionis, quia ibi alter de alterius negotijs obloquitur. Item pollutio carnalis infectionis, quia ibi adulteram adulter, & socer nurum polluit. Item Simoniæ & ambitionis, quia ibi munera acceperunt in te. Item pol-
C lutio auaritiæ & extorsionis, quia ibi est vsura, &c. ¶ Et ideo breuiter possumus notare, quod mali Ecclesiastici hodie Polluunt Ecclesiam propter

Carnalem infectionem,
Munerum acceptionem,
Maiorum adulationem,
Indignorum exaltationem,
Negotiorum occupationem.

Ecclesia enim spiritualiter est polluta istis quinque vitijs, scilicet, carnali infectione. Vnde cuilibet carnali ecclesiastico dicitur illud Hier. 3. *Polluisti terram in fornicatione tua.* Item munerum acceptione Ezech. 20. *Nomen sanctum meum polluistis in muneribus vestris.* Item superiorum adulatione, quia scilicet, hodie illi, qui melius sciunt adulari, sunt superioribus magis chari, & ista pollutio significatur per idola, quia sicut antiquitus terra, & templum erant polluta, quando ibi idola colebantur, sicut de ciuitate Hierusalem dicitur Eze. 22. *Quod fecit idola contra semetipsam, vt pollueretur*, sic vere hodie Ecclesia est tota polluta, pro eo quod idolis, i. insufficientib. prælatis ibidem thurificatur, & adulatur, contra illud, quod scribitur ibidem. *In idolis Aegypti nolite pollui.* Item polluitur indignorum promotione Ezec. 28. *Inducam super te alienos, & polluent decorem tuum.* Item polluitur negotiorum occupatione, vnde Ezech. 28. *In multitudine iniquitatum negotiationum tuarum polluisti sanctificationem tuam.* Quia pro certo hodie Ecclesia, & Ecclesiastici in tantum occupantur in negotijs temporalibus & sæcularibus, quod hodie tota sanctificatio sua est polluta. Et sic breuiter patet, quod etiam pol-
D luitur per scelera suorum seruitorum. ¶ Secundo dico, quod mali polluuntur per scelera multorum vitiorum. Nota, quod homo secundum legem antiquam literaliter, & secundum nouam spiritualiter polluitur, scilicet,

Ex { Malorum coniunctione,
Humorum effusione,
Ciborum comestione,
Verborum prolatione,
Operum impletione. }

Prima est pollutio malæ societatis, quia sc. antiquitus *quicunque tangebat aliquod reptile, vel aliquem mortuum, polluebatur*, sicut dicitur Leu. 11. & Num. 19. In quo signabatur, quod ille, qui reptilia & mortuos, i. e. viuos peccatores, & infames tangit, ipsorum, scilicet, societatem sectando, exinde facile pol[...] mala imitando, & se eis conformando. Ideo pra[...] *Pollutum noli tangere.* ¶ Secunda est pollutio [...]lis carnal[...] Sicut enim dicitur Num. 5. *Ille, qui semine fluebat, pollutus erat.* [...] luxuriosi, vnde Thren. 1. *Facta est Hierusalem quasi polluta men[...]* ¶ Tertia est pollutio vilis gulositatis. Leu. 19. *Si quis post biduum comederit, sanctum domini polluit.* Et ideo de Daniele legitur Dan[.] *quod ipse proposuit in corde suo, ne ipse pollueretur de mensa regis.* ¶ Quarta est pollutio vanæ loquacitatis, & de hac Esaiæ 6. *Vir pollutus labijs ego sum.* ¶ Quinta vero est pollutio grauis iniquitatis. Vnde Esa. 59. *Manus vestræ pollutæ sunt sanguine.* Et sic ergo patet, quomodo diuersimode polluitur ecclesia & personæ, &c. Vide supra de immunditia & de macula.

**Pomum.** Cum poma generaliter sumantur pro quibuscunq; arborum fructibus, testas tamen aut [...]ros cortices non habentibus, quia scil. fructus cum testa d[...] non poma, sed potius nuces dicuntur, possumus moraliter dicere, quod secundum diuersitatem pomorum, seu etiam [...]dariorum varia genera sunt pomorum. ¶ Dicam ergo, quod quadruplicia inueniamus poma, scilicet, A

Poma { Interiora,
Deteriora,
Exteriora,
Superiora. }

Prima sunt domestica, quæ sunt perfectorum,
Secunda terrestria, quæ sunt peccatorum,
Tertia syluestria, quæ sunt mundanorum,
Quarta sunt cœlestia quæ sunt beatorum.

¶ Primo ergo dico, quod sunt quædam poma interiora, quæ sunt hominum perfectorum, & ista pro certo sunt inter[...]res gratiæ & virtutes, quæ in viridario cordis, & in arbore bonæ voluntatis nascuntur, quæ bonæ famæ fundunt odorem, & per bona exempla, bonæq; doctrinæ verba alij de eis nutriuntur: Leu. 19. *Quinto anno comedetis fructus congregantes poma.* Et si vis pu[ta]re, quod multa sunt genera pomorum, sc. rubea, aurea, viridia, candida, seu niuea, matura, dura, mollia, aspera, dulcia &c. Sic vere dico, quod varia sunt genera virtutum, sc. rubea, hæc est charitas; aurea, hæc est honestas, viridia, hæc est innocentiæ puritas, niuea, hæc est castitas; matura, hæc est temperantia; dura, hæc est pœnitentia; mollia, hæc est benignitas & modestia, aspera, hæc est iustitia, dulcis, hæc est misericordia, & sic de alijs. Talia ergo poma debent viridaria cordium nostrorum portare, & ipsa Deo tanquam istius viridarij Domino reseruare, dicentes, sc. sibi illud Cant. 5. *Veniat dilectus meus in hortum suum, vt comedat fructum pomorum suorum.* Vt & ipse dicat illud, quod loquitur c. 6. *Descendi in hortum meum, vt viderem poma conuallium, & inspicerem si floruisset vinea, & germinassent mala punica.* Deus enim libenter solet descendere gratiam infundendo in hortum cordis humani, & in vineam floridam conscientiæ viri iusti, vt scil. germinibus bonarum cogitationum, & pomis virtutum & operationum spiritualiter delectetur. Et sic congratulando dicat illud Ose. 9. *Inueni Israel quasi poma ficulneæ.* Et si vis, nota, quod cuilibet nostrum debet talia poma virtutum ex se producere, Deo ascribere, bonis diffundere. In se dico producere Leuit. 26. *Terra gignet germen suum, & pomis arbores replebuntur.* Quod tamen est contra malos, qui sc. non proferunt poma bonorum operum & virtutum. Vnde ibidem dicitur. *Non gignet terra, [nec] arbores poma præbebunt.* Item Deo ascribere, quia revera nullum bonum proferimus, quin à Deo procedat Leu. 17. *Omnes decimæ de pomis arborum domini sunt*, vt s. quilibet dicat sibi illud Cant. *Omnia poma noua, & vetera seruaui tibi.* Item bonis distribuere & diffundere, scil. alios per bona exempla poma nostra numerando, & odorem bonæ famæ alijs diffundendo, vt de nobis dicatur illud Iob 9. *Transierunt quasi naues poma portantes*, quæ sc. odorem post se relinquunt. Vnde de nobis dicatur illud Cant. 4 *Emissiones tuæ paradisus malorum punicorum cum pomorum fructibus.* Patet ergo, quod sunt quædam poma interiora, quæ sunt hominum perfectorum.

¶ Secundo dico, quod sunt quædam poma deteriora, quæ C sunt hominum peccatorum, & ista pro certo nihil aliud sunt, nisi mala opera & peccata, quæ certe sunt poma putrida, & corrupta, porcis, i. dæmonibus satis apta, nec à bonis manducanda est, in exemplum sumi digna, de quibus dicitur Leu. 19. *Poma, quæ germinant, supple corruptionem, immunda erunt vobis, nec edetis ex eis.*

Tertio

¶ Tertio dico, quod sunt poma exteriora, quæ sunt hominum mundanorum. Et ista nihil aliud sunt, quam diuitiæ, quas homines mundi diuites, & potentes in huius mundi pomerio abundanter producunt, de quibus in Psa. 78. *Posuerunt Hierusalem in pomorum custodiam.* Quæ potissimæ possunt dici de Ecclesiasticis diuitibus, quæ tamen poma parum durant. Vnde cuilibet diuiti potest dici illud in morte, quod dictum fuit ditissimæ Babyloni Apoc. *Omnia poma tua desiderabilia animæ tuæ recesserunt à te.* Apoc. 18. Quia scilicet, nunc verificabitur illud Exod. 10. *Deuorata est herba terræ, & quicquid pomorum in arboribus fuit.* Pomerium, seu viridarium in quo ista poma crescunt, est illud, in quo Susanna fraudulenter accusata & morti fuisset adiudicata, nisi Daniel remedium posuisset, vt scribitur Dan. 13. Quia re vera illi, qui in isto mundi pomerio se delectant & balneant, pericula mundi & malorum hominum sæpe reportant, morsque perpetua cuilibet tali per falsos iudices dæmones infligitur, nisi puer Daniel, id est, Christi misericorditer subueniat, aut mereatur. Sic ergo patet de pomis diuitiarum, quod sunt poma exteriorum hominum mundanorum. Vnum tamen volo hic addere, quia in Tito Liuio in gestis Romanorum ab origine vrbis, fit mentio de pomerio, & extra pomerium, & quia pauci intelligunt, quid hoc est dictum, sciendum, quod in vrbe interius prope ædificia in circuitu murorum erat arctum spatium de muris ad ædificia, & etiam extra muros in circuitu, in quibus prohibebatur aliquid ædificare, ad finem extra muros & extra esset liber aditus hominum bellatorum pro custodia ciuitatis. Illud ergo spatium quod erat intra ciuitatem, vocabatur pomerium. Extrinsecum vero dicebatur extra pomerium, sic patet per Titum Liuium, vbi agitur de materijs cursorum. Sed de istis

E nihil ad præsens. ¶ Quarto dico, quod sunt quædam poma superna, & ista sunt gaudia paradisi, quæ in ipso Deo crescunt, & de quibus ipsi beati viuunt. vnde Deut. 33. de talib. pomis dicitur sic. *De pomis cæli, & ex rore cæli, de pomis fructuum solis, & lunæ, de pomis collium æternorum,* scilicet, *erit benedictio Ioseph.* Hæc ergo de quadruplici pomo sufficiant.

A **Pondus.** Cum pondus sit qualitas rei, virtute cuius vnaquæque tendit naturaliter ad centrũ, possumus notare, quod pondus potest significare illam perfectionem & virtutem, per quam anima spiritualiter inclinatur, & tendit in Deum, qua, scilicet, Deus est proprie centrum suum. Notandũ est ergo, quod pondus significat, scilicet,

Prudentiæ maturitatem,
Iustitiæ æqualitatem,
Gratiæ vtilitatem,
Gloriæ immensitatem.

¶ Primo ergo dico, quod signat prudentiæ maturitatẽ, quia, sicut res ponderosa non facile mouetur, & in loco, in quo est, stabilius perseuerat, sic vir prudens, ponderosus est, & maturus, & in gestu & in actu. Non enim cito mouetur per leuitatẽ, imo tarde, & deliberate operatur per prudẽtiæ maturitatem, & magis est stabilis per constantię firmitatem. Vnde de Deo dicitur Esa. 40. quod *ipse appendit tribus digitis molem terræ, & librauit in pondere montes.* Tres enim digiti sunt tres virtutes, quæ ponderosam prudentiam comitantur, videlicet,

Deliberatio in inchoando,
Honestas, & gestus maturitatis in exequendo,
Constantia & stabilitas in perseuerando.

Aurum enim, quod est metallũ pre cæteris lucidum & in splendore, & valore alijs prælatum, est præ metallis alijs ponderosum 1. Paral. 28. *Aurum in pondere per singula.* Leones etiam, qui sunt animalia nobilissima, elephantes, qui sunt animalia maxima, boues, qui sunt animalia vtilissima, grauiter & ponderose solent incedere, & ea maturitate incessus solent quandam auctoritatem, & excellentiam designare. In quibus quidem notatur, quod homo quanto est clarior per scientiam, quanto nobilior per generis excellentiam, quanto maior per dignitatis eminentiam, & quanto vtilior per virtutum efficaciam, tanto pro certo debet in suis actibus ponderosior esse, honestius & ponderosius corporaliter incedere & magis ponderose, & deliberate in suis actibus procedere, & maturus, & prudens in omnibus apparere. Et sic homo erit de illis, de quibus dicitur Exod. 25. *Omne pondus candelabri talentum auri purissimi.* Et Sap. 11. *Omnia fecisti in pondere, numero, & mensura.* Istud est ergo pondus prudentiæ, & matu-

B ritatis. ¶ Secundo dico, quod est pondus iustitiæ, & æqualitatis. Sicut enim videmus, quod pondus est illud, per quod omnia adæquantur, & librantur, & per quod scitur valor, & quantitas rerum sic iustitia est illa, per quam omnia proportionantur, & adæquantur, & per quam valor, & bonitas hominum examinatur, cognoscitur, & ponderatur. Ideo præcipitur Leuit. 19. *Nolite facere iniquum quid in iudicio, in regula, in pondere, in mensura.* Quod est contra multos, qui habent vnam iustitiam pro se, aliam pro vicinis suis, vnam pro amicis, aliam pro inimicis, vnam publice, aliam occulte. Et tales sunt falsi iudices, & falsi hypocritæ, quibus dicitur Prou. 10. *Abominatio est Deo pondus, & pondus.*

Tertio dico, quod est pondus gratiæ, & humilitatis. Gratia C enim, & charitas sit pondus animæ, quo spiritualiter fertur in Deum. Humilitas vero est pondus spirituale, quod hominem non sinit volare per præsumptionem, imo ipsum facit inferius descendere per suipsius deiectionem. Apes enim portantes mel magis sunt ponderosæ, & ideo bassius volant. Balsamus etiam est liquor nobilissimus, pretiosissimus, & ponderosissimus, & ideo in aquam positus contra naturam aliorum liquorum ad fundum descendit. Lignum etiam hebenum valde pretiosum, propter sui pondus ad fundum dignoscitur descendere. Et lignum aloes quanto magis est pretiosum & bonum, tanto plus dicitur ponderare. Item est de zinzibere, de cassia fistula, & de semine verum inuenitur, quia scilicet quando sunt ponderosiora, tanto in suo genere sunt meliora. Pondus enim humorem interiorem attestatur, & ideo illa, quę magis ponderant, amplius reputantur. Sic proculdubio charissimi quanto homo plus habet de pondere humilitatis, & quanto in aquis prosperitatis positus libentius ad inferiora per sui contemptum descendit, tanto apud Deum, & homines reputatur in omnibus melior. Talis enim ponderositas plenitudinem mellis, & humoris diuinæ gratiæ signat, & signum est, quod qui magis per humilitatem ponderat in humore, diuinæ gratiæ plus abundat. De tali ergo pondere potest dici illud Prouer. 10. *Pondus æquum voluntas Dn.* Et Ezechiel. 4. *Cibus tuus, quo vesceris, erit in pondere.* Gratia enim est cibus animæ, pondus vero humilitas, quia tunc cibus in pondere comeditur, quando gratia cum humilitate habetur. Istud est ergo pondus gratiæ, & humilitatis.

¶ Quarto dico, quod est pondus gloriæ, & fœlicitatis. Pon- D dus enim signat quandoque quantitatem, & immensitatem. Vnde tunc dicitur, quod res multum ponderat, quando multum valet. Vnde de immensitate Romani imperij dicebat Ouid. *Quæritur in terra qui tanta pondera molis sustineat, tantoque queat succedere regi.* Æterna ergo gloria, & æternum imperium pondus habere dicitur, eo quod omnibus rebus alijs præponderat, & præfertur. Et sic loquitur Apostolus dicens 2. Cor. 4. quod *præsens, momentanea, & leuis tribulatio in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis.* Et sic ergo patet, quod quadruplex est bonũ pondus, sc. gloriæ, gratiæ, iustitiæ, & prudentiæ ¶ Itẽ dico, quod E in malo significato est quadruplex generaliter malum pondus, scilicet Pondus

Stipendiorum temporalium,
Negotiorum sæcularium,
Flagitiorum criminalium,
Suppliciorum criminalium.
Primum est dimittendum,
Secundum est fugiendum,
Tertium est expellendum,
Quartum est perferendum.

¶ Dico, quod est pondus temporalium stipendiorum. Bona enim mundi ponderosa sunt, & grauia, & de rebus ponderosis, & grauibus aggregata, quia, scilicet, aut de terræ fructibus, aut metallis, & ideo ista suo pondere solent possessores & dilectores suos deprimere, & aggrauare, & à bonis operibus retardare. Et ideo ista sunt pondera, seu onera dimittẽda, exemplo cerui, qui pressus pondere cornuum ipsa omni anno dimittit. Figuratũ in Dauid 1. Regum 17. qui *pressus pondere armorum Saul, ipsa portare libere non potuit, & ideo ipsa exuit, & dimisit.* Et sic loquitur Esaiæ 46. *Onera vestra graui pondere tabuerunt, non potuerunt saluare portantem.*

¶ Item dico, quod est pondus sæcularium negotiorum. Istud F est enim vnum pondus graue, & difficile ad portãdum. Et ideo de isto se volebat Moyses excutere cum dicebat Numer. 11. *Cur imposuisti pondus vniuersi populi super me?* Istud est pondus, quod pueros, i. e. sufficientes, & simplices facit cadere in peccatum. Istud pondus videtur figuratum in fabulis poëtarũ in quodam de quo fit mentio in Ouidio li. 14. fab. 2. qui vocabatur Cęnia

Dubiorum. Berchorij.



vel,

vel Cænis, qui ex fœmina in virum conuersus est. Neptunus enim Deus maris, qui abstulit virginitatem suam, mutauerat eã de fœmina in virum & dederat sibi tale donum, quod nullo ferro poterat penetrari, quare cum idem Cænis quadam die haberet bellum in quibusdam nuptijs contra Centauros, qui erant gigantes, & erant medij equi, & medij homines, & nullo modo possent eum ferro lædere, iuerunt dicti gigantes ad syluas, & ad rupes circumiacentes, & congesserunt omnia super eum, ita quod non remisit in patria sylua, arbor, nemos, seu lignum, quod super ipsum non fuerit aggregatum. Et ideo tantum pondus ferre non sustinens ipsa Cænis fuit necessario suffocatus, & sic ipsum pondus oppressit, & occidit, quem ferrum occidere non potuit. Sic vere charissimi sæpe fit, quod Neptunus rector maris, idest, mundi, scilicet, Deus mutat hominem de fœmina in virum, idest, de viro imperfecto in perfectum, & de peccatore in iustum, tantamque sibi dat fortitudinem, & virtutem, quod nullum ferrum, nulla pœna, nulla tribulatio potest eum superare Iob 41. *Reputabit quasi paleas ferrum, in stipulam ei versi sunt lapides fundæ.* Et ideo centauri, idest, dæmones, qui sunt equi per superbiam, & elationem, & homines per scientiam, & rationem, contra istos non possunt viribus præualere Hiere. 1. *Præliabuntur aduersum te, & præualere non poterunt.* Sed quid? pro certo isti gigantes imponunt sibi infinita pondera mundanorum negotiorum, procurant sibi officia, dignitates, beneficia, & in tantum negotijs opprimunt, quod oblito Deo, ipsum ad mundum per sollicitudinem conuertunt, & ita ipsum in peccatum deijciunt, & prosternunt. Figurata est de statua Nabuchodonosor, de qua Dan. 2. dicitur, quod *habebat caput aureum, pectus argenteum, ventrẽ æreum, pedem ferreum, pro eo quod in vltima sui parte ad modum ferri cuncta superabat, & domabat.* Et tamẽ dicitur, quod *lapis de monte excidit, qui statuam confregit & oppressit*, quia breuiter sæpe fit, quod ille qui à diabolo non vincitur, pressus mundi negotijs superatur. Ideo tales dicunt illud Iob 31. *Pondus eius ferre non potui.* Istud est ergo pondus sæcularium negotiorum.

G ¶ Tertio dico, quod est pondus criminalium flagitiorum, & maxime sunt tria vitia ponderosa scilicet, mala consuetudo, auaritia, & acedia. Ista enim aggrauant hominem inferius ad terrena, & ipsum impediunt, ne ad bona opera sursum moueatur. Et ideo consulit Apostulus Heb. 12. *Deponentes omne pondus, & circumstans nos peccatum.*

H ¶ Quarto dico, quod est pondus corporalium suppliciorum, & de isto dicitur Matth. 20. *Pares illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei, & æstus* Vide supra de Onere, & Grauitate &c.

A **Ponere.** Nota, quod ponere, idem est, quod aliquid in aliquo loco cum diligentia collocare. Ponere enim, & proijcere differunt, quia res de qua non curatur, sine deliberatione in loco proijcimus, quando vero res diligitur, & amatur, tunc ponitur & locatur prudenter, & deliberate in loco suo. Ponitur etiã ponere pro ordinare, pro constituere, & profundare. Cum ergo hic intendamus loqui de ponere spirituali, quo, sc. homo vel in loco, vel in statu laudabili, vel vituperabili à Deo collocatur, notandum, quod Deus recte facit de hominibus in hoc mundo sicut artifex de lapidibus in ædificio. Artifex enim lapides, & ligna sua non omnes ponit in vno loco, sed in diuersis, quia, scilicet, diuersimode disponuntur, locantur atque ponuntur. Et inde est, quod quidam ponuntur in alto, quidam in infimo, quidam exterius, quidam interius, quidam in loco honorabili, quidam in loco vituperabili. Sic tenetra Deus diuersimode homines ponit, ipsosque in diuersis locis, & statibus secundum sua merita statuit, situat, collocat & disponit. Nam

Ponit quosdam in
- Dolore,
- Mœrore,
- Tristitia,
- Affluentia,
- Dignitate,
- Iucunditate,
- Diligentia,
- Eloquentia,
- Inferno,
- Paradiso.

Vnde membris corporis diuersimode dispositis in corpore, & locatis dicitur 1. Cor. 12. quod *Deus posuit membra vnum quodque eorum in corpore sicut voluit.* Breuiter ergo possumus notare, quod homines diuersimode ponuntur & constituuntur, videlicet quidam in pœnitentiæ asperitate, quidam in patientiæ [illegible] te, quidam in indigentiæ calamitate, quidam in affluentiæ prosperitate quidam in eminentiæ sublimitate, quidam in confidentiæ securitate, quidam in diligentiæ sedulitate, quidam in eloquentiæ vtilitate, quidam in pestilentiæ acerbitate, quidam in cœli fœlicitate. ¶ Dico ergo, quod boni quandoque ponuntur in asperitate pœnitentiæ, sicut sunt viri pœnitentes, de quib. in Psal. 88. dicitur. *Ponam in mari manum eius, & in fluminibus dexteram eius.* Mare enim signat amaritudinem contritionis, in qua homo debet poni, iuxta illud Hieremiæ. 31. *Statue tibi speculam, pone tibi amaritudines, dirige gressus tuos in via, qua ambulasti* [illegible] vero signant redundantiam lacrymationis, in qua debet pœnitens balneari. ¶ Item quidam ponuntur in soliditate patientiæ & isti fuerunt martyres Dei Esa. 54. *Ponam iaspidem propugnacula tua*, quia, scilicet propugnacula Ecclesiæ sunt martyres, qui dicunt in persona Esaiæ 50. *Posui faciem meam vt petram durissimam, scio, quoniam non confundar.* ¶ Item quidam ponuntur in [illegible] indigentiæ, & isti sunt pauperes, & egeni. vnde Sophon. 2. *Ponent speciosam in solitudinem.*

¶ Item quidam ponuntur in prosperitate affluentiæ & sic ponuntur mundi diuites, de quibus dicitur Eccl. 10. *Vidisti stultum positum in dignitate sublimi.* ¶ Item quidam ponuntur in sublimitate præsidentiæ, & tales sunt boni prælati, de quibus dicitur Iob 5. quod *Deus ponit humiles in sublime.* ¶ Item quidam ponuntur in securitate confidentiæ, & isti sunt illi, qui totaliter sperant in Deo de quibus dicitur in Psalm. 77. *Ponent in Deo spem suam, & mandata eius exquirant.* Et sic volebat poni, qui dicebat Iob 17. *Libera me domine, & pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me*, q. d. nullus potest conualere contra illos, qui spe, & confidentia sunt positi iuxta Deum. ¶ Item quidam ponuntur in sedulitate diligentiæ & sic positi sunt apostoli, & prædicatores de quibus dicitur Ioan. 14. *Posui vos, vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat.* ¶ Item quidam ponuntur in venustate eloquentiæ, & sic ponuntur doctores, & prædicatores Esaiæ 49. *Posuit os meum dominus quasi gladium acutum* ¶ Item quidam ponuntur in acerbitate pestilentiæ, & isti sunt damnati, de quibus dicitur, in Ps. 48. *Tanquam oues in inferno positi sunt. mors depascet eos.* ¶ Item quidam ponuntur in fœlicitate cœli gloriæ & de hoc dicitur in Ps. 65. *Posuit animam meam ad vitam, & non dedit in commotionem pedes meos.* & Gen. 2. dicitur, quod *plantauerat Dominus Deus paradisum voluptatis à principio, in quo posuit hominem, quem formauerat.* Ista sufficiãt de ponere, quia multa alia possẽt dici, sed verbum est valde generale, & ideo significatum suum variat secundum materiam illorum, quib. adiungitur. Hæc sufficiant de ponere, quando ponitur pro ordinare, construere, vel locare &c.

**Pontifex.** Nota, quod pontifex idem est, quod antistes, A præsul, seu episcopus. Et dicitur pontifex quasi pontem faciens. Dicitur antistes, quasi ante alios stans. Dicitur præsul, quasi solio nostro præsidens, vel quasi præ alijs stans, vel quasi præ alijs sedens, vel præ alijs saltans. Dicitur episcopus, ab ἐπι quod est supra & σκοπεῖν quod est speculari vel intendere quasi superintendens. Et sic videtur charissimi, quod in istis quasi quatuor nominibus quadruplex episcoporum proprietas denotatur, quia proculdubio isti debent esse

- Diligentes in operando,
- Eminentes in imperando,
- Præcedentes in laborando,
- Sapientes in contemplando.

¶ Dico, quod debent esse diligentes in operando, quod notatur B in nomine pontifex, qui dicitur quasi pontis artifex, quia, sc. isti debent esse pontifices laboriosi, industriosi, & curiosi ad faciendum sibi, & subditis suis pontem virtutũ, per quẽ tute transeant violentiam riparũ huius mundi. Vnde de pontifice dicit Hiero. super illud Apostuli. *Qui episcopatum desiderat &c.* quod tanta debet esse conuersatio pontificis, ꝙ gestus, ornatus, & affatus eorũ sit eruditio subditorũ. Origines et dicit super Leu. 6. ꝙ duo debẽt esse pontificis opera &c. ¶ Item debent esse eminentes in imperando, & istud notatur in nomine antistes, qui dicitur quasi C ante alios stans, quia sc. prælatus in dignitate & honore alios antecedit ipse. n. permanet cũ sole, & ante lunã, i. cum Deo, & ante subditos. De pastore ẽt dicitur Io. 10. ꝙ *ante oues vadit, & sequuntur eũ.* 2. Par. 23. dicitur ꝙ *fecerũt leuitæ & vniuersus Iuda omnia, quæ præceperat Ioida pontifex.* ¶ Item debent esse præcedentes in laborando, & hoc ostenditur in nomine præsules, qui dicitur quasi pro alijs saltans, quia sc. ad prælatũ pertinet alios per bona exempla D

præce-

præcedere, & præ alijs [illegible] & præ alijs per bona opera antecurrere, & talia [illegible] de Greg. in pastorali dicit, *quod in tantum [illegible] actionem populi præcedere debet præsulis, quantum distare solet à gregis vita pastoris.* Et idem in moral. 24. dicitur, quod *ille non debet duces populi suscipere, qui bene vivendo nescit ante alios antevre.* ¶ Item debent esse sapientes in contemplando, & hoc ostenditur in nomine Episcopi, quia Episcopus dicitur ab *ἐπὶ*, quod est supra & *σκοπεῖν* quod est intendere seu speculari, quia, scilicet, isti debent esse supra in cœlestibus speculantes, & ibi continue per desiderium intendentes. Nam vt dicit Chrysost. super illud *Ascendit Iesus in montem, nemo potest in terra stare, & de monte loqui, vbi stas, inde loquere, aut vnde is quæris, ibi sta. In cœlo ergo consiste, si de illo loqueris.* Et breuiter iuxta verbum Apostoli Heb. 7. *Talis decebat, vt nobis esset pontifex innocens, impollutus, & segregatus a peccatoribus & excelsior cœlis factus.* ¶ In quibus verbis describitur pontifex quantum ad quatuor virtutes, quæ sibi debent principaliter inesse. Iste enim debet esse, scilicet,

Dulcissimus mediator,
Mundissimus conuersator,
Doctissimus elongator,
Altissimus contemplator.

Iste mediare debet dulcissime, quia debet esse pontifex, id est, pontem faciens, quia, scilicet, contrarias ripas iungit. Conuersari debet mundissime, quia debet esse innocens, & impollutus &c. Elongari debet cautissime, quia debet segregari. Contemplari debet altissime, quia debet esse excelsior cœlis. Et sic dico, quod debet esse

Mediator omnis diuersitatis,
Abdicator omnis iniquitatis,
Detestatur prauæ societatis,
Contemplator summæ fœlicitatis.

G ¶ Primo ergo dico, quod pontifex debet esse mediator omnis diuersitatis. Et illud intelligitur, cum dicitur Pontifex, id est, pontem faciens, quia scilicet pontifex debet de seipso, pontem facere. Nam sicut pons est illud, quod solet duas ripas, seu duo littora coniungere, & inter duo medium esse, & communem participationem vnius cum altero facere, & viam tutam super fluuium ministrare, sic prælatus inter Deum & populũ debet esse medius, apud Deum pro populo intercedendo, & apud populum pro Deo, & pro diuina iustitia allegãdo. Mediator enim quando loquitur vni parti, semper debet allegare excusationẽ, vel iustitiam alterius partis, & econuerso quando loquitur alteri parti. Sic vere prælatus, qui est inter Deum & populum mediator, quando Deo loquitur in oratione, semper debet populi causam, & infirmam fragilitatem prætendere, quando vero populo loquitur in prædicatione, semper debet causam, id est, eius offensam, & eius iustitiam allegare, & per ipsam etiam correctionem apud eos exemplariter demonstrare, exemplũ Moysi, de quo dicit Greg. 20. lib. Moral. quod post adorationem vituli conflatilis, ipse fuit vtrobique legatus, fortis & admirabilis mediator. Quia vere causam populi apud Deum precibus, causam vero Dei apud populum gladijs allegauit. Sed de mediatore vide supra de medio. Et si sic fecerit, ita duo littora contraria scilicet Deum, & populus coniunget, & per amorem mutuum colligabit, ita quod eo mediante alter alteri communicabit, & participabit & populus ad Deum transibit, & transmeabit, & huius pontis auxilio se saluabit. Iste enim debet esse similis iridi, qui arcus est medius inter cœlum, & terram, & vtrumq; tangit. Et ideo Iris nuncia Iunonis fingitur, eo quod per Iridem Iunonis, aeris dispositio nobis ostenditur, in quantum per ipsam nebulosa & pluuia designatur. Quia pro certo prælatus, qui inter Deum, & subditos est medius, debet Iunonis, id est, Dei nuncius esse, & nobis pluuiam suæ gratiæ apportare & voluntatem ipsius alijs intimare, & ad modum iridis debet varijs coloribus bonæ conuersationis virtutibus interius, & exterius se vestire Leu. 8. *Vestiuit pontificem subucula.* Iste est ergo mediator. Pontifex inquit. Et sic loquitur Apostolus Hebr. 5. vbi dicit, quod *omnis pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in his, quæ sunt apud Deum.* Vbi nota, quod talis mediator seu pontifex debet habere splendorem magnæ discretionis, quia debet esse assumptus ab hominibus, id est, ex personis per humilitate mortalibus & per sagacitatem rationalibus. Homo enim est animal rationale mortale. Item amorẽ debet habere magnæ dilectionis quia pro hominibus constituitur, quia sc. ipse debet habere curam de ouibus suis. Item feruorem magnæ deuotionis. *In his,* inquit, *quæ sunt ad Deum.* Iste ergo debet esse (vt visum est) mediator omnis diuersitatis, quia scilicet ipse debet diuersitatem, quæ est inter Deum, & populum tollere, & etiam si quæ sunt diuersitates inter subditos, ipsas debet pro viribus concordare.

¶ Secundo dico, quod iste debet esse abdicator omnis iniquitatis, quod ostenditur cum dicitur innocens & impollutus. H
Quia ipse debet esse innocens in corde, & impollutus in corpore. Innocens per iustitiam, impollutus per munditiam. Innocens quantum ad proximum, impollutus quantum ad seipsum, Psal. 23. *Innocens manibus & mundo corde, qui non accepit in vana animam suam, nec iurauit in dolo proximo suo, hic accipiet benedictionem à Domino.* Inter apes illæ quæ sunt reges & maiores sunt cæteris innocentiores, & mitiores. Inter animalia etiam elephantes, qui cæteris animantibus sunt maiores sunt cæteris castiores. Ad denotandum quod episcopi, & prælati, qui sunt reges, & maximi in honore debent esse innocentes, & mites neminem lædendo, & impolluti munde & caste viuendo. Sed vide supra de Innocentia, & Munditia. Et idem de episcopo dicit apostolus 1. Tim. 3. quod *oportet episcopum esse irreprehensibilem, vnius vxoris virum, sobrium, ornatum, prudentem, pudicum, hospitalem, doctorem, non vinolentum, non percussorem, sed modestum, non litigiosum, non cupidum.* Ecce charissimi quales conditiones debet habere pontifex, vel episcopus. Et secundum hoc propter istam expositionem loquebatur apostolus ibidem cum dicebat. *Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat,* quod exponens Aug. 9. de ciu. dei dicit, quod *episcopus nomen est oneris, non honoris.* Intelligat igitur seipsum episcopum non esse, qui præesse dilexerit, non prodesse. Debet igitur esse pontifex abdicator omnis iniquitatis Heb. 2. *Misericors, & fidelis pontifex ad Deum.*

¶ Tertio dico, quod pontifex debet esse detestator prauæ societatis. *Segregatus* inquit, *à peccatoribus.* Super omnia enim debet prælatus cauere, ne frequenter consortia malorum, & malignorum. Aries enim qui est dux gregis, qui etiam duobus cornibus est armatus, libentius frequentat societatem antiquarum ouium quam agnorum. Ad denotandum, quod prælatus qui est gregis dominici rex, & ductor, & qui duobus cornibus, id est, vtriusque testamenti scientia debet esse armatus, (quod etiam duo cornua mitræ episcopalis designare noscuntur) talis dico aries vel prælatus debet frequentare societatem senum, & prudentium antiquorum, non a[gnorum], id est, iuuenum carnalium, & imprudentium lasciuorum. *Segregatus,* inquit, *à peccatoribus.* Vnde Paulus Apostolus vocat se segregatum, dicens ad Rom. 1. *Paulus seruus Iesu Christi vocatus Apostolus segregatus, &c.* Et Actor. 13. *Segregate mihi Barnabam, & Paulum.* Quia vtrumque ad prælatum pertinet, quod sit à peccatoribus, & adulatoribus segregatus, & iustis, & prudentibus sociatus Leui. 16. I *Nullus sit in tabernaculo, quando pontifex ingreditur sanctuarium.* Nullus supple peccator, quia pro certo prælatus debet dicere illud Psalm. 100. *Non habitabit in medio domus meæ, qui facit superbiam; qui loquitur iniqua, non dirrexit in conspectu oculorum meorum, &c.* Et illud procul dubio est hodie contra multos pontifices, & prælatos, qui reuera magis diligunt secum in societate sua adulatores, quam oratores, exactores, quam prædicatores, detractores, quam legum, vel canonum professores. Vide proh Deo qualem familiam, quales consiliarios, quales officiales tenent hodie multi moderni pontifices. Pro certo si bene attendas, tu inuenies, quod *collegerunt Pontifices, & Pharisæi consilium, vt Iesum tenerent & occiderent.* Ioan. 11. quia scil. isti bene volunt habere magnum consilium & magnum consiliatorum collegium, sed hoc pro certo non ad populum debite regendum, sed ad exactiones, & fraudem, & malitiam meditandum. Ezech. 11. *Fili hominis, viri isti cogitant iniquitatem, & tractant consilium pessimum in vrbe hac.* Non sic ergo charissimi, sed sit prælatus de[t]estator prauæ societatis.

¶ Quarto dico, quod prælatus debet esse [con]templator summæ fœlicitatis, & hoc ostenditur cum dicitur. Ex[cel]sior cœlis factus, quia scil. prælatus debet per contemplationem cœlestium supra cœlum mentaliter habitare, & non terrena, sed cœlestia diligere, & amare Hebr. 4. *Habentes ergo pontificem magnum, qui penetrauit cœlos.* Athlas fingitur fuisse quidam gigas, qui vsque ad cœlum attingebat & cœlum humeris sustinebat. Veruntamen dum iste iret semel ad quoddam prælium, tradidit Herculi cœlum portandum, & sic Hercules (vt fingunt) cœlum portauit loco Athlantis, & humeris suis sustentauit, & tandem (vt aiunt) in sydus cœleste mutatus fuit. Quod nihil aliud fuit, nisi quod Athlas qui summus astronomus fuit, & de cœlo, & cœli syderi- K

bus tractauit, Herculem successorem suæ scientiæ dereliquit, & sic vterque cœlum sustinere fictus fuit. Sic pro certo charissimi Athlas maximus, id est, Christus qui cœlum, & cœlestia moderatur, quando de mundo isto recessit, loco sui Herculem, id est, quemlibet bonum prælatum substituit, & sibi cœli, & cœlestium contemplationem commisit. Et ideo ille ad cœlum per contemplationem debet attingere, & cœlum, & cœlestia in sua mente, gerere & portare, vt sic dicat illud Esai. 60. *Cœlum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum.* Et sic dicitur Hebr. 8. *Talem habemus pontificem, qui consedit in dextera sedis magnitudinis in cœlis.* Quod est contra multos, qui pro certo non habent cor in cœlestibus, sed in terrestribus, non in cœlo, sed in mundo, nec ad cœli fœlicitatem, sed ad mundi prosperitatem. Et ideo contra tales loquitur Bern. 2. libr. de consideratione ad Eugenium, dicens sic. *Audi*, inquit, *canticum meum minus suaue sed salutare. Monstruosa res est gradus summus, & animus infimus, sedes prima, & vita ima, lingua magniloqua, & manus otiosa, sermo multus, & actus nullus; vultus grauis, & actus leuis. Caput canum, & cor vanum, facies rugosa, & linguosa, nugosa, ingens authoritas, & nulla stabilitas.* Non sic charissimi, non sitis in terra, sed in cœlo, non inferius, sed superius, non in terrenis, sed in æternis. *Excelsior*, inquit, *cœlis factus.* Iob 11. *Excelsior cœlo est, & quid facies?* Sic igitur patet secundum iam dicta in authoritate, quod pontifex debet esse contemplator summæ fœlicitatis, detestator prauæ societatis, abdicator omnis iniqui-
L tatis, & mediator omnis diuersitatis. ¶ Si vis bene potes notare, quod pontifex ad hoc, quod prædicta quatuor habeat, debet habere

Ornamentum perfectionis,
Velamentum discretionis,
Argumentum correctionis,
Documentorum instructionis.

Dico, quod ipse debet habere perfectionis mirum ornamentum, quia scil. sicut pontifex legalis multiplices habet vestes in sui ornamentum, sicut dicitur Exod. 28. & 29. sic & pontifex euangelicus multiplices debet habere virtutes, & perfectiones ad sui munimentum. Leuit. 8. *Vestiuit pontificem subucula linea accingens eum balteo, & induit eum tunica hyacinthina.* Sed de vestibus
M sacerdotalibus dicetur infra titulo de veste. ¶ Item debet habere discretionis cautum velamentum. Non enim se debet prælatus nimis exponere, nec secreta sua cuilibet reuelare. Ideo dicitur Leuit. 21. *quod pontifex*, id est, sacerdos magnus *caput suum non discooperiet.* Ideo dicit Chrysost. in Dialogo suo, lib. 2. *Sit*, inquit, *Episcopus temperans, non superbus, reuerendus & secretus, mitis & humi-*
N *lis, lenis & vehemens, mansuetus & constans.* ¶ Item debet habere correctionis audax argumentum, quia scilicet audacter debet arguere, & corrigere delinquentes. Vnde de Pontifice dicitur 2. Paralip. 26. quod *cum videret pontifex lepram in fronte regis Oziæ,*
O *audacter arguit eum, & expulit de templo* ¶ Item debet habere instructionis clarum documentum, quia scilicet ad pontificem pertinet prædicare, & docere. Vnde 2. Esd. 8. dicitur, quod *Esdras pontifex attulit legem omni multitudini.* De Christo autem, qui pontifex est in æternum secundum ordinem Melchisedech, sic dicitur & Hebr. 9. quod *Christus existens Pontifex futurorum bonorum,* &c. potes si vis authoritatem prædictam cum quatuor membris suis applicare. Et ideo sufficit.

A **Populus.** Cum populus nihil aliud sit, quam communitas, seu pluralitas hominum aggregata, notandum, quod tam in bono, quam in malo populus sumitur in scriptura. Et ideo nota, quod in scriptura possunt quatuor boni populi reperiri, videlicet

Populus { Indigentium, Pœnitentium, Contemplantium, Triumphantium. }

Primus populus est in languore,
Secundus in dolore,
Tertius in splendore,
Quartus in amore.

¶ Primus populus languet, & lacrymatur. Thren. 1. *Omnis populus eius gemens, & quærens panem.* Quia pro certo populus pauperum est in isto mundo, in miseria, & languore, quia scilicet iste ab exactoribus spoliatur, a malis pastoribus deuoratur, ab impijs raptoribus laceratur. Sic enim dicitur Esa. 3. *Populum meum exactores sui spoliauerunt.* Et Hier. 50 dicitur *Grex perditus factus est populus meus pastores eorum seduxerunt eos.* Et Thren. 1. *Omnis populus gemens.* Sequitur. *Abierunt in captiuitatem, vbi sc.* [illegible] *sub amara, & lacerantur.*

¶ Secundus populus dolet, & lamentatur, scilicet populus B pœnitentium, qui lamentatur de criminibus commissis, de virtutibus omissis, & præmijs amissis. 1. Esdræ 10. *Fleuit populus multo fletu.* Et ibidem. *Sedit in platea domus domini omnis populus trementes pro peccato & pro pluuijs.* ¶ Tertius gaudet & speculatur, scilicet C populus contemplantium, qui gaudet in spe futurorum, & in laude Dei, & gratiarum actione. Psalm. 101. *Populus qui creabitur laudabit Dominum* Psalm. 66. *Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes* ¶ Quartus vero populus sedet, & consola- D tur, quia scilicet populus beatorum est in perpetua requie & salute Esa. 32. *Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in requie opulenta, in tabernaculis fiduciæ.* Et in Psalm. 88. dicitur, *Beatus populus, qui scit iubilationem.* Isti enim sunt quatuor populi, qui domino famulantur, quia sicut dicitur Psalm. 99 *Ipse est Dominus Deus noster, nos autem populus eius, & oues pascuæ eius.* Et breuiter, loquendo spiritualiter, & moraliter, per populum in bono significato potest intelligi communitas omnium fidelium, & bonorum. Et ideo de tali populo potest exponi illud 1. Esd. 3. *Congregatus est populus quasi vir vnus.* ¶ In quibus verbis aduerte, quod populus est, scilicet

Nomen { Collectionis [Congregatus inquit] Subiectionis. [Populus inquit] Dilectionis [Quasi vir vnus.] }

Ille enim qui vult esse populus Dei, debent

Inuicem se colligere,
Prælatis se subijcere,
Mutuo se diligere.

¶ Debent dico inuicem se colligere, & istud notatur cum dici- E tur. Congregatus est, quia scilic. populus constat ex hominibus congregatis, associatis, & inuicem collectis. Ad denotandum, quod illi, qui populus Dei volunt esse, debent per concordiam, & socialem amicitiam se colligere, & se inuicem per pacem, & amicitiam colligere Ioel. 2. *Vocate cœtum, congregate populum.* Congregatio enim bonæ societatis, concordiæ, & communitatis. vnde est commendabilis, &c. Vide supra de Congregare. In exercitu enim quamdiu congregatus est populus, vix vincitur, si vero alter ab altero diuiditur, faciliter superatur. Sic vere in spirituali prælio illi, qui per concordiam sunt congregati, vix a diabolo superantur, quia scilicet alter ab altero orationibus, monitionibus, & consolationibus adiuuatur. *Frater enim qui adiuuatur à fratre, quasi ciuitas firma.* Prouerb. 18. Si vero diuisi fuerint per discordiam, inuidiam & rancorem, tunc faciliter a diabolo vincuntur, & eidem per vitia subiugantur. Et ideo sicut lupus solet caute, vel ludendo, vel mordendo bouem ab armento diuidere, & aliquantulum longe ducere, vt sic solum possit facilius superare; sic diabolus pro posse homines ab armento concordiæ per discordiam segregat, & sic ipsos facilius superat, atque ligat. Iob. 28. *Lapidem caliginis, & vmbram mortis diuidet torrens a populo peregrinante.* Quia breuiter sicut dicit Salust. *Sicut concordia res minimæ crescunt, ita discordia maximæ dilabuntur.* Dico ergo, quod boni, qui volunt esse populus Dei debent inuicem se colligere.

¶ Secondo dico, quod ipsi debent prælatis se subijcere, & hoc notatur in nomine populus. Populus enim de sui natura designat communitatem sub aliquo præside, vel rectore congregatam. Populus enim solet (vt communiter) rectorem habere, & solet in his, quæ ad rempublicam pertinent, obedire. Sic vere si populus Dei esse volumus, maioribus nostris scilicet prælatis, & rectoribus debemus obedire, & nos secundum eorum præceptum pacifice gubernare. Genes. 27. *Seruiant tibi populi, & adorent te tribus.* Et Dauid in Psal. 17. dicit. *Populus, quem non cognoui, seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi.* ¶ Tertio dico, quod illi, qui G volunt esse populus Dei, debent mutuo se diligere, quod ostenditur cum dicitur. *Vir vnus.* Nihil enim magis aliquid diligit, quam seipsum, & ideo vult dicere, quod populus debet esse quasi vir vnus, id est, quod nos debemus inuicem diligere, ac si essemus vnum, & idem essemus. Istam autem vnitatem amoris debet habere populus Christianus, quia teste apostolo ad Roman. 12. *sicut multa membra vnum corpus sunt, sic multi vnum corpus sumus in Christo.* Et ideo 1. Machab. 1. *scripsit rex Antiochus omni regno suo vt esset omnis populus vnus.* Vide infra, vbi inuenies de Vno, titulo suo Vnitas. Et sic breuiter dico, quod nos debemus mutuo diligere, prælatis subijcere, inuicem colligere, & sic poterimus Dei

populus,

populus esse, & ipse sicut suum populum non poterit gubernare, quia sicut in Psal. 143. dicitur. *Beatus populus cuius Dominus Deus ipsorum. &c.* Et si vis magis dilatare, vide in istis tribus membris in titulis suis, scilicet in titul. de congregatione, de obedientia, de vnitate vel de charitate. Et sic dico, quod populus accipitur
H in bono. ¶ Sed adhuc dico, quod populus accipitur in malo, & sic possumus notare, quod multi sunt populi, multa collegia, multæ generationes hominum iniquorum. Sicut enim in diuersis partibus mundi inueniuntur, vel aliquando inuenti fuerunt populi monstruosi, quia scilicet erant quidam nimis

Magni, Parui, Curui, Immundi, Otiosi & nudi, Cœci, Curti, Citi — sicut Populus — Gigantum, Pygmæorum, Arabiticus, Gramantum, Gamphasantum, Cyclopum, Blemmyarum, Troglodytarum.

Recte charissimi, per istos populos monstruosos intelligi possunt monstruosi populi peccatorum, qui scilic. sunt non in corporibus, sed in animis, & in moribus monstruosi. Et ideo dico, quod est

Populus — Superborum, Ignauorum, Auarorum, Luxuriosorum, Otiosorum, Obliuiosorum, Malitiosorum, Fatuorum, Crudelium & effrænorum.

I ¶ Populus superborum significatur per gigantes, qui alios in altitudine excedebant, ita quod præ corporis potentia Deos, & homines contemnebant, propter quod Iupiter Deus dicitur ipsos fulminasse, & eorum potentiam superasse. Sic faciunt superbi. Et ideo Iupiter, id est, iuuans pater, scilicet Deus ipsos in morte sublimat, & eos temporaliter, & æternaliter corrumpit, destruit, & eneruat. Baruch 3. *Ibi fuerunt gigantes à principio statura magna scientes bellum: non hos elegit Dominus.* Et istis dicitur Deut. 9. *Populus duræ ceruicis es.* Et Num. 13. dicitur. *Populus, quem aspeximus proceræ staturæ est.* Et 3. Reg. 3. *adhuc populus immolabat in excelsis.*

K ¶ Populus ignauorum significatur per Pygmæos, qui ita sunt parui, & debiles, quod nunquam possunt de gruibus triumphare, significantes ignauos, imbelles, & infirmos, qui nullam habent virtutum dimensionem, nec vllam habent virtutem, & potentiam resistendi contra diaboli tentationem, imo semper parui sunt remanentes per omnimodam imperfectionem. De quibus dicitur Nehem. 7. *Ciuitas lata, & grandis, & populus paruus in medio eius, & non erant domus ædificatæ.*

L ¶ Populus auarorum significatur per Arabiticos, qui sunt populus in desertis Æthiopiæ, qui more pecudum vadunt pronu, & manibus & pedibus terram tangentes sunt ad terram penitus incuruati. Sic auari toto appetitu terrena diligunt, & ad eam se incuruant, & toto animo se deflectunt. Vnde de populo auarorum dicitur in Psal 86. *Ecce alienigenæ & Tyrus, & populus Æthiopum hi fuerunt illic.* Auari enim dicuntur alienigenæ, quia pro temporalibus à Deo alienantur. Dicuntur Tyrus, qui interpretatur angustia, quia ipsi per sollicitudinem præ cæteris angustiantur. Dicuntur populus Æthiopum, quia ardore auaritiæ æstuantes affliguntur, & per conuersationem infamem fuscantur,
M & denigrantur. ¶ Populus luxuriosorum significatur per Garamantes, qui sunt populus in Æthiopia, qui per deserta vagantur, qui vxores communes habent, & legis matrimonij sunt expertes. Contra quos Esa. 1. *Audite verbum Domini principes Sodomorum,*
N *percipite legem Dei mei populus Gomorrhæ.* ¶ Populus otiosorum significatur per Gamphasantes, qui sunt populi in Æthiopia, nudi totaliter incedentes, & se in nullo penitus exercitio occupantes, quia scilic. pigri, & otiosi nudi sunt omnino à virtutibus, & nunquam occupantur in aliquibus bonis operibus. Exod. 32.
O *Sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere.* ¶ Populus ignorantium, seu obliuiosorum significatur per Cyclopes, qui sunt populi vnum oculum in fronte habentes, significantes illos, qui lumine fidei, & scientiæ sunt diminuti, & qui tantú vno oculo, id est, sola discretione temporalium sunt muniti, alio vero oculo, scilicet, discretione spiritualium sunt priuati, & in his,

quæ ad salutem pertinent, totaliter excæcati. De quibus dicitur Esa. 43. *Educ foras populum cæcum.* Iste est enim populus, de quo Dominus Esa. 1. *Cognouit bos possessorem suum, &c. Populus autem meus me non cognouit.* Et Hier. 4. *Populus meus abductus est mei.* ¶ Popu-
P lus malitiosorum significatur per Blemmyos, qui sunt populi capite carentes, & os, & oculos in pectore habentes significantes illos, qui caput rectæ intentionis non habent, sed per malitiam oculos cordis alibi quam deberent transportant, & quicquid faciunt, ad malum finem, & ad malitiosam intentionem faciunt, & exercent. Hier. 5. *Audi popule stulte, qui nō habes cor.* 1. Mach. 7.
Q *Caput Nicanoris amputauerunt, &c. Et lætatus est populus valde.* ¶ Populus vero leuium, & fatuorum designatur per Troglodytas, qui sunt populi ita cito currentes, quod canes cursu superare dicuntur, significantes leues, instabiles, & præcipites, quorum pedes ad malum currunt, & festinant, vt effundant sanguinem, quia scil. tales semper parati sunt ad currendum ad omne malum, & ad mandata diaboli facienda. Vnde 2. Reg. 15. dicitur, quod *populus concurrens augebatur cum Absalon.* Et sic patet, quod diabolus habet in mundo varios malos populos, quibus ciuitas diaboli, scil. mundus repletur, & à quibus sibi per mala opera deseruitur. Iste est enim populus, de quo dicitur 2. Reg. 13. *Ecce populus multus veniebat per iter deuium.* Et sic visum est, quomodo istud nomen Populus in bono sumitur, & in malo, &c.

**Porrigere.** Nota, quod porrigere est vocabulum liberalitatis. Communiter enim accipitur pro tradere, tribuere, seu dare, sicut cum dicitur Luc. 24. quod *Christus panem benedixit, & fregit, & porrigebat discipulis.* Quandoq; tamen sumitur pro extendere, sicut cum dicitur Eccl. 15. *Ignem, & aquam apposuit tibi, ad quod volueris porrige manum.* Quandoq; vero sumitur pro adiuuare, seu sobleuare, sicut cum dicitur Iob 14. *Operi manuum tuarum porriges dexteram,* supple, ad eum subleuandum. Et Eccles. 50. dicitur de Deo, quod *porrexit manum suam in libatione,* &c. Vide ad titulum, & materias supradictas & alias similes, quia hic paucissimæ sunt authoritates. A

**Porro.** Nota, quod porro est aduerbium affirmatiuum. Etenim idem est, quod verum, sane, veruntamen, & similia. Cum igitur significet assertiue, videtur, quod tam de bonis, quam de malis multa possint affirmari. Et primo dicamus de bonis, quod scilicet veraciter hos A

Dealbat castitas niuea,
Emundat puritas aquea,
Informat veritas aurea,
Defendit firmitas saxea,
Abscondit ciuitas terrea,
Extollit dignitas laurea.

Dico igitur, quod per porro potest affirmari, quod iustos dealbat niuea castitas. Vnde Exod. 28. dicitur. *Sic porro filijs Aaron tunicas parabis lineas.* Et de Dauid dicitur 1. Reg. 7. *Porro Dauid erat accinctus Ephod lineo.* ¶ Item per porro potest affirmari quod iustos emundat aquea puritas, scilicet per fluuium lacrymarum. Vnde 1. Reg. 1. de Anna dicitur sic. *Porro illa flebat, & non capiebat cibum.*

¶ Item per porro patet, quod iustos informat aurea claritas, seu veritas, scilicet diuina sapientia quæ per aurum significatur. De quo 2. Paral. 3. *Porro aurum erat probatissimum.* Et vt sic accedat ille verissimus prædicator Paulus dicens 1. Cor. 7. *Porro hoc ad vtilitatem vestram dico* ¶ Item per porro patet, quod iustos defendit saxea firmitas, scilicet virtus fortitudinis, & constantiæ, de qua 1. Paral. 11. *Porro Dauid in præsidio.* ¶ Item per Porro patet, quod iustos abscondit terrea ciuitas. Hæc est memoria mortis, quia scilicet ibi se abscondunt iusti, sicut cuniculi sub terra pericula venatorum formidantes. Vnde 1. Reg. 24. *Porro Dauid, & viri eius in interiori parte speluncæ latitabant.*

¶ Item per porro patet, quod iustos promouet, & extollit laurea dignitas, seu ætherea, scilicet gloria paradisi, de qua 1. Paral. 28. *Porro de domo Iuda placuit ei, vt me eligerent regem.* Et 2. Paral. 18. *Porro rex Israel, & Iosaphat rex Iuda vterque sedebat in solio suo.* Ista est enim dignitas appetenda, & non dignitas mundana. Vnde Marthæ dicitur Luc. 10. *Martha Martha sollicita es, & turbaris erga plurima, porro vnum est necessarium, Maria optimam partem elegit. &c.*
¶ De malis vero dico, quod per porro potest affirmari, & dici, quod ipsos B

Conculcat rerum prosperitas,
Conturbat mundi aduersitas,
Deuorat mortis necessitas.

De mundi prosperitate, quod per eam mali conualescunt vel etiam suffocentur, potest dici illud 4. Reg. 7. *Porro, inquit, ducem illum constituit rex in porta*, scilicet pro diuidendo frumento, & suffocatus est à populo concurrente. De mundi aduersitate, quod ab ea mali contribuentur, patet 2. Paral. 13. vbi dicitur. *Porro Roboam, erat rudis, & corde pauido*. Item de inferni necessitate, quod in eo mali deuorentur, patet Dan. 14 vbi dicitur. *Porro illos, qui perditionis Danielis causa fuerant, intromisit rex in lacum, vbi deuorati sunt*. Hæc ergo ad præsens de porto sufficiant, quia non placet amplius insistere.

A **Portare.** Nota, quod portare est nomen laboris, nomen vigoris, nomen amoris, nomen honoris, nomen doloris, nomen languoris. Nomen dico laboris, Matth. 20 *Portauimus pondus diei, & æstus*. Nomen etiam vigoris Exod. 15. *Portasti in fortitudine tua*. Nomen insuper amoris. Num. 11. *Porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantulum suum*. Nomen nihilominus honoris. Vnde Eccl. 11. *Insuspicabilis portabit diadema*. Nomen etiam doloris. Vnde Mich. 7. *Iram domini portabo, quoniam peccaui ei*. Nomen insuper est languoris. Vnde Hier. 10. *Infirmitas mea, quod*

B *portabo eam* ¶ Et ideo breuiter possumus notare, quod in scriptura inuenitur multiplex portare, videlicet

Portare { Virtuosum, Fructuosum, Vitiosum, Dolorosum, Gaudiosum.

Primo ergo dico, quod est quoddam portare virtuosum, & est illud, quod faciunt boni in isto mundo, quia proculdubio sicut miles portat arma ad defendendum, arbor portat fructum ad recreandum, operarius portat onus ad lucrum habendum; sic vere & nos debemus portare & habere arma virtutum, vt nos à diabolo defendemus; fructus bonorum operum, vt eam inde animam spiritualiter nutriamus; onera pœnitentiæ, vt ea inde lucrum æternæ gloriæ acquiramus. Sicut enim asinus natus est naturaliter ad onus portandum; sic homo natus est, & deputatus ad spiritualia onera sustinendum. Et sic de quolibet tali potest dici illud Prou. 31. *Facta est quasi nauis institoris, de longe portans panem suum*. Et ideo monet nos Apostolus Galat. 6. dicens. *Alter*

C *alterius onera portate*. ¶ In quibus verbis ostenduntur quatuor onera, quæ à nobis cum diligentia sunt portanda. Est enim

Onus { Corporale, Fraternale, Temporale, Pastorale.

Primum portat pœnitentia. *Alter*, inquit, quia scilic. pœnitentia hominem alterat & conuertit. Secundum amicitia. *Alterum*, inquit, quia amicitia tendit in alterum. Sed tertium patientia. *Onera*, inquit. Quartum vero diligentia *Portate*, inquit. Primum pondus portant pœnitentes. Sed secundum portant condolentes. Et tertium portant patientes. Quartum autem portant præsidentes.

D ¶ Dicamus ergo, quod portandum est onus corporale, quod facit pœnitentia, & istud ostenditur in verbo, alter, quia scilicet pœnitentia facit hominem alterum, quam etatente ipsam, scilicet de malo in bonum alterando, & ipsum moraliter mutando, & in melius conuertendo, iuxta illud 1. Reg. 10. *Mutaberis in virum alterum*. Sed si vis alterationem, vide supra. Alterum de altero. & de Cõmutare, & de Conuersione. Nam sicut videmus, quod infirmus non alteratur ad sanitatem, nisi in suo proprio corpore portauerit, & sustinuerit medicinam; sic nec homo in bonum per pœnitentiam alteratur: nisi onera, & labores ipsius pœnitentiæ secum portet. Quod enim non tangit, non agit. Et ideo si volumus, quod pœnitentia efficaciter in nos agat, necesse est, quod personaliter nos contingat. Apud enim alchymistas & apud tinctores pannorum, & apud omnes alias rerum mutationes, & conuersiones semper est necessarium, quod res alteratiua rem alterabilem contingat. Nam res, quæ præsentialiter non tangitur, nunquam efficaciter alteratur. Et ideo personaliter debemus onus pœnitentiæ gerere, si per ipsam volumus nos mutare. Miles enim portat arma sua non per alium, sed per seipsum contra hostium impugnationem. Ericius etiam portat spinas suas in proprio dorso contra canum inuasionem. Aues etiam in terra portant alas suas, vt per eas portentur in cœlum, id est, superius ad aeream mansionem. De Christo etiam legimus Ioan. 19. quod *ipsemet portauit crucem ad suam crucifixionem, & spineam coronam ad suipsius afflictionem*. De Isaac vero certum est, quod *ipsemet portauit ligna ad sui occisionem, & ad sui combustionem, & Deo immolationem*, sicut dicitur Genes. 22. Sic proculdubio charissimi, vnusquisque nostrum debet in propria persona portare onera pœnitentiæ ad sui punitionem, & castigationem, & ad sui in cœlum leuationem, & erectionem, & ad sui Deo consecrationem, & dedicationem, iuxta illud Gal. 6. *Vnusquisque, onus suum portabit*. Vnusquisque, inquit quasi dicat non per alium substitutum, sed potius debet fieri pœnitentia per seipsum; quia sicut dicitur Thren. 3. *Bonum est viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua*. Patet igitur, quod est portandum onus corporale, quod facit pœnitentia. Alter inquit.

¶ Deinde dico, quod portandum est onus fraternale, quod E facit amicitia, & hoc ostenditur, cum dicitur, alterius. Amor enim tendit in alterum, nec vnquam sistitur ad seipsum. Ignis enim nunquam est contentus seipsum comburere, imo semper oportet, quod habeat aliud, quod valeat concremare, alias solet extingui, & omnino deficere, & cessare. Sic vere amor quamuis à se incipiat, tamen ad alio terminatur. Amor enim non est contentus seipsum diligere, imo necesse est, quod habeat aliquem alterum, in quem possit, & ad quem se valeat dilatare. Vnde Phil. 2. *Nemo, quod suum est quærat, sed quod alterius*. Et propter hoc quod amicitiam pertinet, quod onera fratrum, & proximorum, sicut propria sua, portet. Puer enim pro eo, quod seipsum portare nequit, necesse est, quod à nutrice portetur. Rex etiam apum si fatigatus fuerit, solet eum turba apum portare, secundum Plin. Et ceruus, qui est fortior, in transitu fluuij solet debiliores alijs proprijs clunibus sustinere. In quibus innuitur, quod debiliores & onerosos, fragiles, & defectuosos, peccatores etiam, & vitiosos debemus in visceribus charitatis portare, & ipsos ne desperent, aut deficiant, sustentare. Rom. 15. *Debemus*, inquit, *nos firmiores imbecillitates infirmorum portare, & non nobis placere*. Vnde & Deut. 1. dicitur. *Portare solet homo paruulum suum*. Et bene dicit paruulum, quia potissime ad prælatos pertinet paruulos suos, id est, subditos simplices & imbecilles portare, & supportare. Exemplo catulæ, quæ catulos extractus de cubili solet portare, & ne eum dentibus eos lædat, solet per optima præcauere. De lupo etiam legimus, quod quando de caverna sua fugere compellitur, catulos suos quos videt impotentes ad fugiendum, vel se defendendum, non solet dimittere, sed secũ portare, & gerere, & pro ipsis periculum non timere. Quid dicemus de simia, quæ filios suos tantum diligit, quod dum ipsos secum portat, sæpe fit, quod venatoris periculo exponitur, & succumbit? Et breuiter nihil est, quod nõ portet amor, quia sicut dicit Aug. lib. 13. confes. *Qui amat, non laborat. Omnis enim labor non amantib. difficilis, solus autem amor nomen difficultatis erubescit*. Et ideo breuiter charissimi, catulos nostros, id est, miserabiles personas nobis subditas, vel nobis per consanguinitatem coniunctas, vel saltem per fidei vnitatem adiunctas, in charitate portemus, defectusque ipsorum tam naturales, quam causales quam etiam criminales per compassionem nostros putemus, & ipsos pro viribus adiuuemus, & in omnibus supportemus, vt sic dicamus illud Oseæ 11. *Ego quasi nutricius Ephraim portabam eos in brachijs meis*. Quia breuiter charissimi, si in subditis, & proximis nostris videmus aliquid onerosum, vel vitiosum, non propterea ipsos debemus fugere, vel contemnere, sed ipsos possumus tolerare & in charitatis visceribus supportare. Psalm. 90. *In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum*. Ista tamen sunt contra multos, qui nec in proximis, nec in subditis, nec in alijs nesciunt aliquem portare, sicut potissime patet, de duris iudicibus & prælatis qui omnia volunt ad vnguem punire, & nulli penitus indulgere. Nam hodie (quod dolendum est) nulli onerosi portantur, quia infirmi fastidiuntur, senes abhorrentur, & contemnuntur, pauperes fugantur, & vilipenduntur, peccatores diffamantur, & impetuose vltra debitum puniuntur. O Deus, quare non cogitamus in quot, tantis, & quantis necessarium est nos portari, & quot in nobis sunt, quæ indigent, quod ab alijs supportentur? Et pro certo si ista cogitaremus, alios misericorditer portaremus, iuxta illud Matt. 7. *Omnia quæcunque vultis, vt faciant vobis homines; sic & vos facite illis*.

¶ Denique dico, quod portare debemus pondus temporale, F quod facit patientia. *Onera*, inquit, quia scili. non tantum est necessarium portare onera pœnitentiæ corporalis, seu onera amicitiæ fraternalis imo etiam necesse est portare onera pestilentiæ temporalis scilicet mundi tribulationes, hostis tentationes,

carnis

ctas, languores, & afflictiones. Homo enim debet esse sic immobilis, & stabilis, ita quod quicquid ei suppositum fuerit tribulationis, & angustiæ, possit portare, & absque hoc, quod in impatientiam non erumpat, omnia æquanimiter tolerare. Sicut enim dicitur Prou. 12. *Non contristabit iustum quicquid ei acciderit.* Virtus autem fortitudinis summe est necessaria ad portandum. Nullus enim potest patienter portare, nisi fortis. Ideo dicitur Genes. 49. quod *Isachar asinus fortis, accubans inter terminos, vidit requiem, quod esset bona, & terram, quod esset optima, & supposuit humerum ad portandum, factusque est tributis seruiens.* Igitur portemus pondus temporale, quod facit patientia. Onera inquit. Et sic erimus equi spirituales veri Salomonis Christi, de quo dicitur 1. Reg. 5. quod *ipse habebat 70. millia equorum, qui onera portabant.*

G ¶ Insuper dico, quod portare debemus onus pastorale, quod facit præsidentia, quod potest notari in verbo portare. Ad prælatos enim pertinet portare onus officij quod eis incumbit ratione officij regiminis pastoralis. Nam sicut clauus testudinis portat totum ædificium, sic prælatus totius Ecclesiæ collegium. Et sicut axis portat quadrigam, sic prælatus portat Ecclesiam. Iob 9. *Sub Deo curuantur, qui orbem portant.* Ad prælatos enim & ad ecclesiasticos pertinet portare onus ecclesiasticorum negotiorum, & onus etiam ecclesiasticorum officiorum. Soli enim Leuitæ portabant onera tabernaculi, & tamen portabant omnia inuoluta, sicut dicitur Num. 4. Solis etiam ecclesiasticis, qui vicem tenent Leuitarum, pertinet portare onus diuini officij, & seruitij, & ministerij, quæ tamen omnia cærimonijs sunt velata. Ideo de arca testamenti, quæ corpus Christi significabat, dicitur 1. Paral. 35. quod *illicitum est, quod à quocunque portetur arca Dei, nisi à Leuita.* Ecclesiastici enim debent portare Christum per imitationem, nomen Christi per prædicationem, honorem Christi per gloriosam prælationem, crucem Christi per dolorem, & compassionem. De Christo patet 1. Corinth. 6. *Glorificate & portate Deum in corpore vestro.* De nomine Christi dicitur Act. 9. *Vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum coram gentibus, &c.* De gloria Christi dicitur Zach. 6. *Ecce vir oriens nomen eius, & ipse portabit gloriam.* De cruce vero Christi dicitur Galat. 6. *Ego enim stigmata Iesu in corpore meo porto.* Istud est ergo onus pastorale, quod portat præsidentia. Et sic patet, quomodo boni quatuor onera solent portare, & ea diuersimode tolerare. Et sic ergo patet quod est quoddam portare bonum, & virtuosum.

H ¶ Secundo dico, quod est portare pium, & fructuosum. Et istud est portare diuinæ potentiæ, & clementiæ. *Diuina enim potentia in præsenti* (sicut dicitur Hebr. 9.) *portat omnia verbo virtutis suæ. Diuina etiam clementia* (sicut dicitur Exod. 19.) *portauit nos,* scilicet superius ad paradisum super alas aquilarum. Vnde Esa. 66. *Ego portabo, & ego saluabo.* Vnde nota breuiter, quod Deus dicitur portare nos multipliciter, videlicet

Nutriendo,
Sustinendo,
Blandiendo,
Adiuuando,
Liberando,
Præmiando,
Pro nobis moriendo.

Portat dico nos Deus nutriendo scilicet gratia, & deuotione. Vnde illud Oseæ 11. *Ego quasi nutricius portabam eos.* Item sustinendo in omni tentatione Esa. 46. *Audite me domus Iacob, qui ab vtero portamini.* Item blandiendo spirituali consolatione. Vnde Esa. 66. *Ad vbera portabimini, & super genua blandientur vobis.* Item adiuuando in omni tribulatione. Esa. 40. *Foetas ipse portabit.* Item liberando ab æterna damnatione. Vnde Deut. 32. *Assumpsit eos, & portauit in humeris suis.* Item præmiando in cœli regione & mansione. Vnde Exod. 15. *Portasti eos in fortitudine tua ad habitaculum sanctum tuum.* Item pro nobis mortem tolerando in crucis afflictione. Vnde Esa. 53. *Languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit.* Istud est ergo portare fructuosum. ¶ Tertio dico, quod est portare vitiosum, & istud est illud, quo mali portant in hoc mundo temporalia, & peccata. Vnde sicut arbor, quæ portat malos fructus, solet de horto eradicari, & in ignem mitti, sic mali portantes fructus vitiorum, qui sunt pestiferi, & fructus bonorum temporalium, qui sunt periculosi, solent de medio tolli, & in ignem infernalem proijci. De portatione etiam bonorum temporalium dicitur Hierem. 17. *Nolite portare pondera in die sabbathi.* Et Esa. 46. *Onera vestra graui pondere vsque ad lassitudinem conciderunt & non potuerunt saluare portantem.* Et vere charissimi bona temporalia non saluant, imo damnant portatores suos, quia scilicet sicut castus propter pulchram pellem, quam portat, aliquoties occiditur, columba etiam Ægyptia propter literas, quas portat, aliquoties sagittatur, arbor etiam, propter fructus bonos, quos aliquoties portat, frangitur, & à cunctis transeuntibus infestatur, sic homo propter bona temporalia, quæ habet, aliquoties damnatur, & pœnis, & verberibus subiugatur. Et ideo præcipitur Luc. 19. *Nolite portare sacculum, neque peram, neque calceamenta, &c.* ¶ Quarto autem dico, quod est quoddam portare dolorosum. Et istud est portamentum pœnæ æternæ, quam mali sustinent in inferno. I
Et de hac dicitur Esa. 30. quod *furor Domini ardens est, & grauis ad portandum.*

¶ Quinto dico, quod est quoddam portare, quod est gloriosum, & istud est illud gaudium, & illa beatitudinis insignia, quæ sancti portant in cœlo. Hest. 8. *Coronam auream portans in capite.* Et ista de portare sufficiant. Vide supra de Onere, & de Pondere, & infra de Sustinere. K

## Porta. Portæ.

Nota, quod porta est ille locus, per quem homo ingreditur ciuitatem, vel domum, vel etiam quemcunque locum. Et spiritualiter loquendo, per portas possunt intelligi homines tam in bono, quam in malo. Vnde breuiter nota, quod in scriptura reperitur in bono & malo significato, scilicet A

Porta {
Lata,
Grata,
Alta,
Stricta,
Aperta,
Obstructa,
Ferrea,
Ærea,
Saxea,
Lutea,
Stercorea,
Sapphirea.
}

Istæ n. sunt duodecim portæ spirituales, per quas homo intrat

Vel ad {
Seipsum,
Mundum,
Deum,
Infernum.
}

Primæ ergo sex accipiuntur in malo,
Secundæ sex accipiuntur in bono.

¶ Porta ergo lata, est porta sensualis capacitatis. Sensus enim nostri sunt portæ valde capaces, & latæ, & nunquam satiantur mundi delectabilibus aut replentur, & per istas portas intrant illi, qui delectationibus quinque sensuum obediunt, de quibus dicitur Matth. 7. *Lata porta, & spatiosa est via, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt, qui intrant per eam.* ¶ Porta grata est porta temporalis prosperitatis. Ista est ita grata, quod quilibet vult ibi sedere, & tamen ista est porta, vbi quicunque sederit, claudus, & mendicus fit. Quia mundi prosperitas homines facit claudos per iniustitiam, & mendicos per auaritiam. Vnde Act. 3. dicitur, quod *claudus ab vtero matris suæ ponebatur quotidie ad portam templi, quæ dicitur speciosa, vt peteret eleemosynam, &c.* Iste enim claudus in dicta porta per miraculum fuit sanatus. Ad denotandum, quod illi, qui sedent in porta speciosa mundanæ prosperitatis nunquam nisi per diuinum miraculum sunt saluati, quia sicut dicitur Matth. 19. *Facilius est camelum intrare per foramen acus, quam diuitem intrare in regnum cælorum.* ¶ Porta alta est porta mundialis sublimitatis, & ista est porta officiorum, dignitatum & beneficiorum. Ista enim dicitur alta, quia difficile est ibi ascendere, & facile exinde ruere. Dicitur alta, quia viri alti, elati, superbi, & ambitiosi ipsam solent appetere, & ad huius portæ ingressum totis solent affectibus anhelare. Dicitur enim alta, quia ista solet alijs supereminere, & excelsior cæteris apparere. Et de ista dicitur Iudith 1. quod *Arphaxat rex Medorum ædificauit ciuitatem potentissimam:* & sequitur, *quod posuit portas in altitudinem turrium.* Istæ enim portæ mundanarum, & ecclesiasticarum dignitatum periculosæ sunt, quia pro certo sæpe fit, quod ignis crudelitatis, ignis cupiditatis, ignis carnalitatis ibi accenditur, per quem omnium istarum congeries concrematur. Vnde Hierem. 51. *Murus Babylonis ille altissimus suffossione suffodietur, & portæ eius excelsæ igne comburentur.* ¶ Porta stricta

Margin letters beside the right column: B (at "Porta ergo lata"), C (at "Porta grata"), D (at "Porta alta").

est porta corporalis mortalitatis. Mors enim est porta valde stricta, quia scilicet nullus intrat ibi, quin dimittat spolium carnis suæ. Matth. 7. *Contendite intrare per angustam portam.* Et in Psal.
F 106. dicitur, *Appropinquauerunt vsque ad portas mortis.* ¶ Porta aperta est porta criminalis iniquitatis, & ista porta aperta est omni intrare volenti, & ideo per istam intrat (vt communiter) omnis caro, & de ista dicitur Naum. 2. *Portæ fluuiorum apertæ sunt, & templum ad solum dirutum*; quia scilicet quando portæ fluminum, id est, criminum aperiuntur, tunc templum animæ dirui-
G tur spiritualiter, & cassatur. ¶ Porta obstructa est porta infernalis calamitatis. Ista est enim obstructa, quia homo qui ibi intrauerit, nunquam amplius exibit sicut erat labyrinthus Dedali, qui erat quædam domus vbi homo poterat intrare, sed non exire. 1. Reg. 23. *Dauid introgressus est vrbem, in qua portæ & seræ sunt.* Et 1. Mach. 5. *Obstruxerunt portas lapidibus.* Istæ sunt igitur sex por-
H tæ malæ. ¶ Sed in bono significato dico, quod inueniuntur aliæ sex portæ bonæ. Prima est porta ferrea significans viros pœnitentes, quia scilicet status pœnitentiæ, & religionis dicitur porta ferrea, quæ frigida est, & dura Act. 12. *Venerunt ad portam ferream, quæ ducit ad ciuitatem, quæ vltro aperta est eis*; quia pro certo porta ferrea pœnitentiæ, in quam intrantes ad ciuitatem paradisi ducuntur, omnibus est patens, & peruia, & vltro cuilibet
I aperitur. ¶ Alia est porta ærea, significans viros prædicantes, quia scilicet prædicatores sunt portæ, per quas in paradisum intratur, & sunt ærei, quia per eos in Ecclesia resonatur. Esa. 14. *Vlula porta, clama ciuitas.* Et istis minatur dominus, nisi faciant
K debitum suum Esa. 45. dicens. *Portas æreas conteram.* ¶ Alia est porta saxea, seu lapidea, significans viros præsidentes, scilicet prælatos, qui sunt porta, per quam alij habent in Ecclesiam ingredi per promotionem, & debent esse lapidei per constantiam & durationem. De quibus dicit Dominus loquens Ecclesiæ. Esa. 54. *Ponam iaspidem propugnacula tua, & omnes portas tuas in lapides sculptos.*
L ¶ Alia est porta lutea, significans status indigentes, seu mendicantes, quia scilicet status paupertatis, & mendicitatis est vna porta, per quam intratur in cœlum. Vnde de ista porta dicitur Hierem. 19. *Egredere ad vallem filij Ennon, quæ est iuxta introitum portæ fictilis.* Status enim iste dicitur vallis Ennon, quæ interpretatur fons mœroris & tristitiæ, quia scilicet paupertas est vilis fi-
M ctilis, & lutea, tristis pariter, atque mœrens. ¶ Alia est porta stercorea, significans subiacentes, seu se humiliantes, & se stercus, & immunditiam reputantes, & stercora vitiorum aliorum per confessionem recipientes, quia scilicet porta stercoris dicebatur illa, per quam stercora ciuitatis eijciebantur extra, significans sacerdotes, per quos in confessione eijciuntur stercora, id est, vitia aliorum. Vnde dicitur Neem. 2. *Ingressus sum per totam noctē &*
N *ante fontem draconis, & ad portam stercoris.* ¶ Alia est porta sapphirea, significans viros triumphantes, scilicet beatos, & statum eorum. Vnde de cœlesti Hierusalem dicitur Tob. 13. *Portæ tuæ ex sapphiro, & smaragdo ædificabuntur.* Sic igitur pater charissimi, quomodo variæ, & diuersæ inueniuntur portæ spirituales tam
O in bono, quam in malo. ¶ Sed de omnibus istis portis ciuitatis Hierusalem, id est, de virtutibus per quas boni paradisum ingrediuntur, aliquid est dicendum, & addendum. Notandum est ergo, quod sicut dicitur Apoc. 21. *Ciuitas noua paradisi habebat 12. portas, & singulæ portæ constabant ex singulis margaritis.* Tempore etiam Neemiæ, quando post captiuitatem Babylonis Hierusalem fuit reædificata 12 portas legitur habuisse, videlicet

| | | | |
|---|---|---|---|
| Portam | Stercoris, Gregis, Piscium, Veterem, Sterquilinij, Vallis, | Portam | Fontis, Iudicialem, Aquarum, Orientalem, Equorum, Regis seu regalem. |

Item *ciuitas spiritualis quam vidit Ezechiel, 12. habebat portas, secundum nomina duodecim filiorum Israel*, sicut dicitur Ezech. 48. Igitur charissimi per istas 12. portas possum intelligere duodecim virtutes per quas intratur in ciuitatē paradisi. ¶ Sed quomodo istæ 12. portæ ad duodecim signa cœli, & ad duodecim lapides pretiosos, quot ponit Ioannes, & ad duodecim vocabula, quæ ponit Neemias, & ad duodecim nomina Patriarcharum, quæ ponit Ezech. referantur, primo per ordinem est videndum. Et ideo exponamus illud Apoc. 21. *Ab oriente portæ tres, ab aquilone portæ tres, ab austro portæ tres ab occasu portæ tres.* ¶ Vbi nota, quod est quadruplex status saluandorum, quorum quilibet habet tres portas ad intrandum paradisum, secundum quod in cœlo 12. sunt signa distincta per quatuor triplicitates, orientalem, & igneam aquilonarem & terream, meridionalem, & aeream, occidentalem & aqueam. Et quælibet istarum continet tria signa, quæ quidem signa, id est, quatuor status signant plagas cœli in dicta authoritate contentas. Et isti sunt status

Innocenter conuersantium,
Flebiliter pœnitentium,
Subtiliter contemplantium,
Ciuiliter morientium.

Innocentes significantur per plagam orientalem. Pœnitentes designantur per plagam aquilonarem. Contemplantes denotantur per plagam australem. Morientes, id est, religiosi desi-
gnantur per plagam occidentalem. ¶ Primo ergo dico, quod in P
Ecclesia est status sinceriter innocentium. *A parte, inquit, orientali porta tres.* Pars enim orientalis est magis pura. Res etiam quanto est magis prope ortum suum, tanto est simplicior, & purior, significans statum innocentium, quia scilicet vita humana & simplicior, innocentior est, quanto ortui, & natiui-
tati est propinquior, sicut patet in pueris. ¶ Et isti proculdubio Q
habēt tres portas significatas per tres primos lapides pretiosos, quos ponit Ioannes vbi supra, quia scilicet sicut dicit ibi, *Fundamentum primum fuit iaspis, secundus sapphirus, tertium Chalcedonius* & isti signant

| | |
|---|---|
| Portam | Humilitatis, Benignitatis, Simplicitatis. |

¶ Iaspis enim signat humilitatem, quia iaspis dicitur tumorem hydropisis reprimere, per quā inflatura superbiæ designatur, & ista significatur per portam stercoris. Stercus autem [illegible] litatem & humilitatem signat. Sapphirus signat portam benignitatis, quia scilicet, sapphirus facit hominem benignum [illegible] scordes dicitur reconciliare, & ardorem iræ refrigerare. Sed & benignitas, quæ proprie est virtus innocentium. Et [illegible] gnificatur in Neemia per *portam grega*, quia scilicet rea est nomen humilitatis, & benignitatis: De qua Neem. 3. *Eliasib sacerdos magnus ædificauit portam gregis.* Chalcedonius signat portam simplicitatis, quia scilicet Chalcedonius est coloris hebetis, & tamen facit vincere causas. Sic simplicitas hebetis est [illegible], & tamen facit hominem contra diabolum præualere. Et ista Neemia significatur *per portam piscium*, quia scilicet pisces visum obscuratum habent, quod ideo est, quia palpebris carentes oculos nunquam claudunt. Sic simplices. Et ideo faciliter a [illegible]toribus decipiuntur, & in eorum retibus inuoluuntur. Sic simplices visu malitiæ, & cautelarum carentes permittunt se a maliciosis decipi & fraudari. De ista porta dicitur Neem. 3. *Portam piscium ædificauerunt filij Asanaa.* Istæ ergo sunt tres portæ per quas innocentes ingrediuntur in cœlum, scilicet humilitas, benignitas, & simplicitas. Et ideo de ipsis potest dici illud Esa. 2[illegible] *portas. Et ingredietur gens iusta, & custodiens veritatem.* Istæ sunt tres portę orientales. Est illę etiam possunt significari per [illegible]tales. Et istæ etiam possunt significari per orientalem triplicitatem quæ continet tria signa, scilicet

Arietem,
Leonem,
Sagittarium.

Aries enim qui est animal humile, signat humilitatem. Leo, qui est animal, quod humanæ naturæ, secundum Plin[illegible] benignum signat benignitatem. Sagittarius vero, qui [illegible] igneum signat simplicitatem, quia scilicet ignis est elementum simplicissimum, sicut dicit Diony. *Ab oriente inquit porta tres.* Et de hoc dicit figuraliter Ezech. vlt. *quod ad plagam orientalem portæ tres. Porta Ioseph vna, porta Beniamin vna, & porta Dan vna.* Ioseph, qui interpretatur augmentum, signat humilitatem, quæ scilicet virtutes, & gratias augmentat, & nutrit. Beniamin, qui interpretatur filius asininus, signat benignitatem, quæ ad modum asini patienter versatur, & viuit. Dan vero qui interpretatur causa vel iudicium, signat simplicitatem, quæ idem quod de seipsa, de alijs iudicat, & sentit. Sic ergo patet, quod est status innocenter conuersantium. *A parte inquit orientali porta tres.*

¶ Secundo dico, quod in Ecclesia est status flebiliter pœni- R
tentium, quod ostenditur cum dicitur. *Ab aquilone porta tres.* Aquilo enim qui est pars frigida, gelida, & ventosa signat asperum statū pœnitentiæ, qui pro certo similiter habet tres portas, signifi-

[illegible] per tres alios lapides pretiosos, scil. per *smaragdum*, *qui erat quartus, sardonycem*, qui fuit *quintus, sardium*, qui fuit *sextus*. [illegible] dico, quod iste status habet tres portas, scilicet

Portam { Contritionis, Confessionis, Satisfactionis.

Smaragdus enim signat contritionem, quia scilicet smaragdus [illegible] motus refrænat, sanguinem sistit, & valet ad diuinandum, secundum Diosc. Sic contritio si sit intensa, motus lasciuiæ refrænare, sanguinem iracundiæ facit restare, & hominem facit in confessione propria crimina diuinare. Et ista significantur in Neemia per *portam veterem*, quia scilicet res veteres [illegible] infranguntur & atteruntur. Threnor. 1. *Omnes portæ eius destructæ*. Vnde Neemiæ 3. dicitur, quod *portam veterem ædificauit Ioiada*. Et ideo de dolore contritionis dicitur Esa. 3. *Mærebunt, atque lugebunt portæ eius*. Sardonyx signat cõfessionem. Sardonyx enim tres habet colores, scilicet nigrum in imo, album in medio, rubeum in summo. Sic confessio tres debet habere conditiones, scilicet nigrum, per quem significatur timor, & reuerentia, quia scilicet nigredo, & obscuritas solent generare timorem. Album per quem designantur spes veniæ & fiducia. Rubeum, per quem designantur pudor peccati, & verecundia. Ista enim tria debent comitari confessionem, scilicet

Verecundia,
Spes,
Timor,

Verecundia dico de delicti commissione. Spes de salutis consecutione. Et timor de æterna damnatione. Et ista porta significatur in Neemia per portam sterquilinij, quia sc. confessio est illa porta, per quam de ciuitate animæ sterquilinia vitiorum expelluntur. Neemiæ 3. *Portam sterquilinij ædificauit Melchias*. Ista autem porta debet esse aperta. Zach. 11. *Aperi Libane portas tuas*. Quamuis in multis confessio penitus sit clausa, quia scilicet timent, & propter pondere malæ consuetudinis, & obstinationis, confiteri peccata non curant 1. Mach. 5. *Obstruxerunt portas lapidibus, &c.* Sardius signat satisfactionem, quæ quidem

Satisfactio consistit in sex, scilicet, in { Ieiunio, Eleemosyna, Oratione, Peregrinatione, Disciplina, Vigilia.

Sardius enim reprimit malitiam onycis. Onyx enim qui est lapis habens multas malas proprietates, non potest nocere præsente sardio. Significans opera satisfactoria, in quorum præsentia onyx, id est, diabolus, caro, vel mundus non potest nocere, quia homini non nocent peccata, quamdiu vacat ad opera laboriosa, & virtuosa. Et ideo de ista porta dicitur in Ps. 126. *Non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta*. Et ista porta in Neemia dicitur porta vallis. Nehem. 3. *Portam vallis ædificauit Anunn*. Quia sicut valles abundant frugibus (iuxta illud Ps. 64. *Valles abundabunt frumento*.) sic satisfactio abũdat bonis operibus. Prou. *Laudent eam in portis opera eius*. Et sic patet, quomodo plaga aquilonaris, i. status pœnitentium habet tres spirituales portas. Et istæ etiam possunt assimilari septemtrionali, seu aquilonari, quæ habet similiter tria signa, sc. Taurum, qui dicitur terram tenens, per quod significatur contritio. Virginem, quæ munditiam notat, per quod significatur confessio. Capricornum, qui [illegible] portat per quem significatur satisfactio. *Ab aquilone, inquit, portæ tres*. Et de hoc figuraliter dicitur Ezech. 48. *Portæ tres, [illegible] à septentrione, porta Ruben vna, porta Iuda vna, porta Leui vna*. Ruben, inquit, qui interpretatur videns per medium, signat contritionem quæ in medio videt turpitudinem peccatorum. Iudas, qui interpretatur confidens, signat confessionem, quæ est porta ad emittendum multitudinem vitiorum, & ad intromittendum multitudinem meritorum. Ps. 90. *Introite portas eius in confessione*. Leui, qui interpretatur appositus, signat satisfactionem, quæ apponit, & addit plenitudinem operum virtuosorum. Sic igitur patet, quod est status flebiliter pœnitentium. *Ab aquilone, inquit, porta tres*. Et de hoc figuraliter dicitur Ezech. 46 vbi præcipit, quod *qui ingreditur per viam portæ Aquilonaris ad adorandum, & qui adorat ambulans, per portam meridionalem egrediatur, & [illegible] qui primo per portam meridionalem intrauit, finaliter per portam aquilonarem exibat*. In quo notatur, quod illi, qui modo per portam aquilonarem tribulationis, & pœnitentiæ transeunt, finaliter ad portam meridiei, id est, ad claritatem æternæ prosperitatis, & affluentiæ venient. Illi vero, qui e conuerso modo volunt intrare per portam meridionalem mundanæ prosperitatis, finaliter venient ad aquilonarem portam, id est, ad frigus æternæ pœnitentiæ, & infernalis aduersitatis. Est igitur status, vt visum est, flebiliter pœnitentium. *A parte, inquit, aquilonari, &c.*

¶ Tertio dico, quod est status subtiliter contemplantium vel T
etiam sublimiter præsidentium. Et isti significantur per portam australem, quæ est pars magis clara, magis calida, magis alta, quod patet in sole, qui existens in meridie, vel in austro magis est altus, magis calidus, magis clarus, sic status contemplationis, vel prælationis debet esse clarus per sapientiam & discretionem, feruidus per amicitiam & dilectionem, altus per eminentiam & iurisdictionem. Et hic status ostenditur cum dicitur. *Ab austro, inquit, portæ tres*. ¶ Et iste status proculdubio similiter ha- V
bet tres portas, quæ sc. per alios tres lapides pretiosos nominatos à Ioanne signantur, scil. per *chrysolitum*, qui erat *septimus*, per *beryllum*, qui erat, *octauus*, per *topazium*, qui erat *nonus*. Istæ autem tres portæ sunt tres spirituales virtutes quas prælati & contemplatiui debent habere, videlicet

Portam { Prudentiæ, Iustitiæ, Clementiæ.

Chrysolitus enim qui est sicut aurum lucens, & vt ignis scintillans, & qui dicitur intellectum confortare, & dæmones terrere, signat portam, & virtutem prudentiæ, & sapientiæ, quam summe debent habere prælati, quia intellectum confortat. Et sicut ignis, & aurum in fornace rutilat, & scintillat. Dæmones vero & hæreticos eliminat, atque fugat. Et ista in Neemia signantur per portam fontis, quia *fons sapientiæ verbum Dei*. Eccle. 1 Vnde Neemiæ 3. *Portam fontis ædificauit Sellum*. Vnde etiam de sapientia dicitur Prouerb. 9. quod *stans iuxta portas ciuitatis loquitur*. Beryllus signat portam iustitiæ, quia scilicet beryllus valet contra lites, & contra vitia oculorum, & dicitur magnificare hominem & exaltare, significat iustitiam, ad quam pertinet lites dirimere, oculorum vitia, id est, acceptionem personarum, & iudicij perturbationem excludere, & ad literam possessores suos magnificare, & exaltare. In portis enim antiquitus reddebantur iudicia. In portis sedebant seniores ad tractandum publica negotia. In portis etiam adhuc venduntur, & emuntur hominibus necessaria. Omnia enim communiter ad portam iustitiæ pertinent, quæ iudicia nouit facere, publica negotia regere, & de necessitatibus hominum prouidere. Et ista porta signatur in Neemia per portam iudicialem, de qua Neemiæ 3. dicitur, quod *Melchias ædificauit vsque ad domum scuta vendentium contra portam iudicialem*. Et de ista porta iustitiæ dicitur Hier. 39. *Ingressi sunt principes regis, & sederunt in porta media*. Iustitia enim per medium designatur, sicut supra de medio fuit dictum. Et breuiter Dauid de portis istis dicit in Psal. 117. *Aperite mihi portas iustitiæ, &c.* Sequitur. *Hæc porta Domini, & iusti intrabunt in eam*. Topazius vero signat portam clementiæ, quia topazius sequitur motum lunæ, quæ est mater roris. Et secundum Dioscor. mortem subitam impedit, & expellit, & signat virtutem, & portam clementiæ, quæ miseros per eleemosynas, & consolationes roborificat. Et iuxta sententiam Arnoldi, mortem subitam impedit, & retardat, quia sicut dicit Hieronym. *Non memini me legisse hominem male mortuum, qui libenter faceret opera pietatis*. Et ista in Neemia significatur per portam aquarum, quia sc. aquæ significant irriguum pietatis. Et de ista dicitur Neemiæ 3. *Mathinnei habitabant in Ophel contra portam aquarum*. Ista est enim porta, vbi miseris parcitur, vbi eleemosyna conceditur, vbi nullus læditur seu affligitur. Vnde Prou. 22. *Non conteras egenum in porta, &c.* Et sic ergo patet, quod status præsidentium habet tres portas scil. prudentiam, clementiam, iustitiam. Et istæ etiam possunt significari per australem cœli triplicitatem, quæ scilicet continet tria signa, videlicet geminos, libram, & aquarium. Gemini enim prudentiam signant, quia gemini dicuntur esse domus consilij. Libra etiam iustitiam denotat. Aquarius vero clementiam designat. *Ab austro, inquit, porta tres*. Et ideo de isto statu cum sua triplici porta dicitur figuraliter Ezech. 48. vbi dicitur, quod *ad plagam meridionalem* (quæ idem est, quod australis) *erant portæ tres* scilicet *porta Simeonis vna, porta Isachar vna, porta Zabulon vna*. Simeon enim qui interpretatur audiens mœrorem, signat prudentiam, quia scil. ad prudentem prælatum pertinet diligenter audire, & examinare mœrores, & querimonias aliorũ. Hactenus

quæ

qui interpretatur memor Domini, signat portam iustitiæ, quia scilicet, prælatus iustus ne à recto iudicio deuiet, semper debet dominum in mente habere, & semper debet memorari iustitiam diuinorum iudiciorum. Zabulon vero qui interpretatur fluxus noctis, signat portam clementiæ, quæ scilicet in nocte, id est, in tempore aduersitatis, & necessitatis solet fluere & stillare rinulum diuinorum beneficiorum. Est igitur status subsistet præsidentium. *Ab austro*, inquit, *porta tres*. Ezech. 40. *Ostendit*
X *mihi quasi ædificium ciuitatis vergentis ad austrum.* ❡ Quarto dico, quod in Ecclesia inuenitur status ciuiliter morientium. Et iste est status religiosorum, qui signatur per portam occidentalem, vbi sol occidit, & pluuia abundat, quia sol, id est, mundana prosperitas, & claritas talibus dicitur occidere (quia scilicet illi renunciauerunt) & pluuia diuinæ gratiæ dignoscuntur abunda-
Y re. *Ab occasu*, inquit, *porta tres*. ❡ Et istæ tres portæ proculdubio sunt tria vota religionis, significata per tres vltimos lapides pretiosos, videlicet per *chrysopasum*, qui erat *decimus*, per *hyacinthum* qui erat *vndecimus*, per *amethystum*, qui erat *duodecimus*. Et istę portæ sunt, scilicet

Porta { Castitatis & continentiæ, Leuitatis & obedientiæ, Paupertatis & indigentiæ.

Chrysopasus signat continentiam, & castitatem, quia scilicet iste lapis de die colorem perdit, & expallescit, de nocte vero ardescit & inualescit. Sic castitas in die prosperitatis perditur, in nocte vero aduersitatis seruatur. Et ista porta in Neemia dicitur *porta orientalis*. Neemiæ 3. *Semeya custos portæ orientalis*. Pars enim orientalis (vt dictum est) magis est pura & ideo merito potest significare castitatem. Ista enim porta debet esse præcipue in religione, quia pro certo inter omnes alias virtutes castitas magis fragrat. Canticor. 7. *Mandragora dederunt odorem suum in portis nostris*. Et ista proculdubio est vna porta, per quam ipse filius Dei ad nos intrauit, scilicet in quantum per virginis castitatem casta viscera penetrauit. Et ideo de ipso dicitur Ezech. 44. & de porta sanctuarij, id est, de beata virgine. *Porta*, inquit, *hæc clausa erit, & non aperietur, & vir non transibit per eam, quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam, eritque clausa principi, princeps ipse sedebit in ea*. Hyacinthus signat obedientiam, & agilitatem, Hyacinthus enim mutat colorem suum secundum colorem temporis, quia scilicet tempore claro fit clarus, tempore obscuro fit obscurus. Et quamuis durus sit, ab adamante tamen sculpitur, & frangitur. Sic vere obediens ad voluntatem aliorum disponit, & variat semetipsum. Et quamuis naturaliter sit durus & rudis, ab adamante tamen, id est, à bono prælato se permittit corrigi, atque sculpi. Et ista porta in Neemia figuratur *per portam equorum*. Neemiæ 3. *Sursum ad portam equorum ædificauerunt sacerdotes*. Equi enim inter omnia animalia magis obedientiæ sunt subiecti. Amethystus autem signat indigentiam, & paupertatem, supple, voluntariam. Amethystus enim facit hominem vigilem, bonum confert intellectum, & valet cōtra ebrietatem. Sic paupertas ad literam facit homines magis sollicitos & attentos, & magis intelligentes, & discretos, & magis sobrios & modestos. Iuxta illud Sen. *Pauper sis, aut pauperi similis, si animo vacare vis*. Et ista porta in Neemia significatur *per portam regis*, de qua Neemiæ 3. *In porta quoque regis ædificauerunt artifices*, quia scilicet rex noster Christus intrauit per istam portam in mundum, scil. per paupertatem, & in ista sedit quamdiu ibi fuit 2. Reg. 19. *Surrexit rex, & sedit in porta*. Istæ sunt ergo tres spirituales portæ, quæ pertinent ad statum ciuiliter morientium. Et istæ etiam possunt
A significari per quartam, & occidentalem triplicitatem, quæ cōtinet similiter tria signa scilicet, cancrum, scorpium, & piscem. Cancer enim qui est domus lunæ, significat castitatem, quæ est domus lunæ, id est, virginis gloriosæ. Scorpius autem, qui dicitur facere hominem leuem, & instabilem, signat obedientiæ velocitatem. Piscis etiam, qui est domus seruitutis, & laboris, signat paupertatem. *Ab occasu*, inquit, *porta tres*. Et ista significantur figuraliter Ezech. 48. vbi dicitur, quod *ad plagam occidentalem portæ tres, porta Gad vna, porta Aser vna, porta Nephthalim vna*. Gad enim qui interpretatur succinctus latro, signat castitatem, quæ homini furatur carnem propriam, & zona continentiæ se succingit. Aser, qui interpretatur beatus erit, vel beatitudo, signat obedientiam, quæ specialiter beatitudinem promittit. Vnde etiam Simoni, qui interpretatur obediens, dictum est Matt. 19. *Beatus es Simon Bariona*. Nephthalim vero, qui interpretatur latitudo signat paupertatem, quæ scilicet ducit homines ad latitudinem summi regis, quia *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum*. Et sic ergo patet charissimi, quomodo status Ecclesiæ militantis secundum quod habet quatuor hominum status, habet quatuor triplicitates portarum, per quas intratur ad palatium Ecclesiæ triumphantis significatas in portis duodecim lapidibus est deductum, & per duodecim portas ciuitatis Hierusalem à Neemia reparatas & per duodecim portas spiritualis Hierosalem per Ezechielem contemplatas, & per duodecim, quæ constabant ex singulis margaritis, sicut supra de duodecim patriarchas, quibus ipsæ portæ sunt spiritualiter adaptatæ, prout ad moralitatem superius est reductum. Vide Apoc. 21. *Ostendit mihi ciuitatem habentem murum magnum, & altum, habentem portas duodecim, & inscripta nomina duodecim tribuum filiorum Israel*. Et sic simpliciter de Ecclesia militante possumus dicere illud Gen. 28. *Vere non est hic aliud nisi domus Dei, & porta cæli*. Quia sicut dicitur in Ps. 80. *Diligit Dominus portas Sion, super omnia tabernacula Iacob*. Sufficit. Vide supra de Ostio in fine literæ O.

**Portentum.** Nota, quod portentum est mirabile signū supra, vel cōtra naturam communem & cursum, ad demonstrandum & significandum aliquid notabile à Deo ordinatum. Sed vide de hoc infra in ot. Prodigium. A

**Porticus.** Nota, quod porticus dicitur esse deambulatoriū, seu vestibulum, quod consueuit fieri ante portam, & quod factum fuit antiquitus ante templum. Vnde porticus dicitur, quasi portæ custos. Dicam ergo, quod est duplex A

Porticum { Mentis, Gentis, Entis.

Prima est in conscientia interiori,
Secunda est in Ecclesia exteriori seu inferiori,
Tertia est in patria superiori.

❡ Primo igitur dicamus aliquid de porticu interiori, id est, de B
conscientia. Ista est enim porticus columnarum, quæ facta est ante templum, de qua dicitur 3. Reg. 7. quod *Salomon fecit porticum columnarum*, quæ scilic. columnarum dicebatur, pro eo quod à columnis sustentabatur, quia scilicet porticus conscientiæ nostræ columnas, id est, virtutes solet habere, quæ ipsam valeant sustinere. Vnde in eodem capitulo dicitur, quod *Salomon statuit columnas in porticu*. Duæ enim columnæ sunt duæ species virtutum, scilicet Theologicæ, & cardinales, seu morales, quæ scilicet in porticu conscientiæ debent esse. ❡ Secundo dicamus C
aliquid de porticu inferiori, id est, de Ecclesia militante, quæ scilicet figuratur in illa porticu de qua dicitur 3. Regum 7. quod *Salomon ædificauit alteram porticum ante faciem maioris porticus*. Maior enim porticus est Ecclesia triumphans, ante quam posita est minor porticus, id est, Ecclesia militans 3 Reg. 7. *Porticus erat ante templum*. Ista autem porticus figuratur in probatica piscina, quæ habebat quinque porticus in qua angelo cooperante, & aquam mouente sanabantur infirmi. Ecclesia enim militans quinque porticus, id est, quinque speciales status habet, scilicet coniugatos, religiosos, sæculares, clericos, doctores, & prælatos. In qualibet tamen porticu, multi inueniuntur languentes & per diuersa vitia fluctuantes, in motu tamen aquæ, id est, in diuina clementia confidentes, & angelum diuinæ gratiæ expectantes. Et reuera in ista porticu Ecclesiæ militantis sunt Rectores, qui iuste iudicant, Doctores, qui vera prædicant. Oratores, qui pie supplicant. Amatores, qui corda cumplicant. Quod ibi sunt rectores iuste iudicantes, patet 3. Regum 7. vbi dicitur quod *Salomon fecit porticum solij, in qua tribunal est*. Sequitur. *Et* B *domunculam, in qua sederet ad iudicandum*. Item quod ibi sunt doctores vera prædicantes, patet Ioan. 10. Vbi de Christo docente dicitur, quod *Iesus ambulabat in templo in porticu Salomonis*. Item quod ibi sint oratores, seu domini seruitores, patet 2. Paral. 15. vbi dicitur, quod *deduxerunt altare domini, quod erat ante porticum*. Item quod ibi sint dilectores & inter se concordes, & sui dilectores, patet Actor. 5. *Erant vnanimiter omnes in porticu Salomonis*. Ista ergo dicta sint de porticu inferiori, scilicet de Ecclesia militante. ❡ Tertio dicamus aliquid de porticu superiori, hoc est D
dictum, de Ecclesia triumphante, de qua potest dici illud Ezech. 42. *Erat porticus iuncta porticui triplici*. Porticus enim triplex statum signat angelorum, qui in tribus hierarchijs sunt distincti. Porticus istæ coniunctæ, statum signant beatorum seu etiam sanctorum, qui scilicet in eodem cælo beatis angelis sunt coniuncti, ita quod de eis potest dici illud 2. Paralip. 29. *Ingressi sunt porticum domus domini*. Ista ergo sufficiāt de porticu entis

vel

...atris, porticu gentis vel Ecclesiæ, porticu mentis vel ...næ Salem. Vide in tit. de Atrio & Vestibulo, Domo ...cilo & similibus

**Portio.** Nota, quod portio nihil aliud est, quam alicuius rei alicui facta assignatio, & distinctio. Unde modicam, quod in scriptura reperitur

Portio { Dei, Iusti, Beati, Pauperis, Diuitis, Peccatoris, Damnati, } Hæc est { Ecclesia, Gratia vel scientia, Gloria, Miseria, Opulentia, Nequitia, Angustia.

...euiter ita est, quod res mundanæ videntur per varias pen... ...minibus varie distributæ. Ista poterant multipliciter ..., sed auctoritates desunt. Solum ergo dic, quod no...

B ...portionem, scilicet Dei, iusti, & proximi. ¶ Primo igi... ...de portione Dei summi creatoris. Deus enim pro ...ua accepit Ecclesiam fidelium. Multæ enim sunt se... ...id...im, in quibus dominus nihil percepit, contentus ...od ...a portione. Unde ista est illa portio, de qua dicitur ...14. quod *Deus portionem suam signis euidentibus protegit.* Et ...e valde videtur conqueri de tyrannis, & malis prælatis, q... ...rtionem suam, id est, Ecclesiam deprędantur Hierem. 12. ...dicitur, *Pastores multi demoliti sunt vineam meam conculcauerunt partem meam, & dederunt portionem meam desiderabilem in desertum solitudinis* Ista est igitur portio Dei summi creatoris.

C ¶ Secundo dico, quod inuenitur portio iusti viatoris, & ista ...o est multiplex secundum loca, res & tempora, in qui... & de quibus recipit portionem. Et sic dico, quod iusti mul...m habent portionem, scilicet

Inferiorem, quo ad virtutes, & scientias, & dona,
Exteriorem, quo ad mundi dona,
Superiorem, quo ad cœlorum præmia.

De omnibus enim istis iustus recipit partem suam, quia scilicet *Deus tanquam legitimus dispensator diuidit prout vult, singulis ista dona.* ...ibet enim habet de scientijs, mundi rebus & opulentijs, & ...uenientijs, virtutibusque, moribus, & sufficientijs, & finaliter de cœlestibus bonis, & de gloriæ donis, atque præmijs, certam, & propriam portionem, secundum quod ordinauit voluntas, & dispensatio largitoris. *Diuisiones enim gratiarum sunt, vnus autem spiritus diuidens singulis, prout vult.* 1. Cor. 12. Unde de portione gratiæ & scientiæ videtur iusti dicere illud Psalm. 118. *Portio mea Domine, Domine, dixi, custodire legem tuam.* De portione autem æ... gloriæ dicit idem similiter illud Psalm. 141. *Portio mea Deus in terra viuentium*

D ¶ De portione vero bonorum Ecclesiæ quæ scilicet prælatus habet subditis distribuere, possumus dicere, quod sine acceptione personarum ista debet esse æqualis ...ibus, cæteris tamen paribus & consideratis meritis personarum. Unde 2 Mach 8. dicitur, quod *diuiserunt æquam portionem ...ris pupillis, & viduis.* Æquam dico non æqualiter rei, sed æ...quitate iustitiæ. Quæ tamen sunt contra multos, qui scilicet non attentis meritis personarum, meliora beneficia, & pinguiorem portionem de bonis sibi commissis consanguineis, & adu...ribus solent dare. Unde Leuit. 7. dicitur, quod *ille de filijs Aaron, qui sanguinem, vel adipem obtulerit, habebit armum dextrum in portione sua.* Ille enim qui prælato, vel principi offert sanguinem, ...consanguineus, qui sanguinem, id est, consanguinitatem al... ...vero, qui adipem, qui suauiter vngit, offert, est adula... Quia vere ita sæpe fit, quod tam hic, quam ille armum de...xtrum, id est, pinguius beneficium reportant, alij vero licet suf...ficientiores sint, sinistra, & non dextra semper habent. Sic ergo patet, quod inuenitur portio iusti viatoris.

E ¶ ...tio dico, quod inuenitur portio vani peccatoris, & ista pro certo consistit in vitijs, diuitijs, & supplicijs. De vitijs dicitur in Psalm. 49. *Cum adulteris portionem tuam ponebas.* De diuitijs dicitur Lucæ 15. in persona illius filij prodigi, qui dixit patri. *Pater, da mihi portionem substantiæ, quæ me contingit:* quam tamen superbe viuendo consumpsit, ita quod ad aliam portionem, scilicet ad supplicia paupertatis peruenit. De supplicijs dicitur in Psal. ...*Hoc opus eorum, qui detrahunt mihi apud Dominum.* Patet ergo, quomodo inuenitur portio vani peccatoris, iusti viatoris, summi creatoris, &c. Sufficit. Vide supra in tit. Pars.

**Portus.** Nota, quod portus est ille locus, in quem de maris periculis exitur ad terrã. Portus enim non dicitur ab introitu, qui fit in mare, sed ab exitu, qui fit à mari. Et ideo portus dicitur à portando, pro eo quod ibi portatur homo de periculis latronum ad portam, & portum securitatis, de periculis fluctuum ad portam, & portum vtilitatis. Igitur dicam quod est dare multiplices portus, est enim

Portus { Luctuosus, qui est singulorum, Spatiosus, qui est perfectorum, Fructuosus, qui est bonorum, Lubricosus, qui est mundanorum, Anxiosus, qui est peccatorum, Periculosus, qui est damnatorum.

Primus est mors, quo applicant singuli viuentes,
Secundus est gratia, quo applicant bonum appetentes,
Tertius est gloria, quo applicant bene triumphantes,
Quartus est mundi prosperitas, quo applicant opes diligentes,
Quintus est peccatum, quo applicant virtutem perdentes,
Sextus est infernus, quo applicant pœnas promerentes.

De istis portubus possunt dici multa, sed deficiunt auctoritates: hoc solum dicamus, quod de portu singulorum, scilicet de morte potest dici illud Senecæ. *In freto viximus, moriamur in portu.* De portu vero gratiæ, religionis, vel Ecclesiæ, qui est perfectorum potest dici illud quod dicitur Act. 27. *Venimus in locum: qui dicitur boni portus.* De portu autem gloriæ, qui est beatorum, dici potest illud 1. Machab. 14. quod *Machabæus cum omni gloria accepit Ioppen in portum.* De portu mundi, qui est opulentorum, potest dici illud Actor. 27. *Cum portu aptus non esset ad hyemandum, plurimi statuerunt consilium nauigare inde.* De portu peccati, qui est iniquorum, & etiam de portu inferni, qui est damnatorum, potest dici illud 2 Mach. 12. *Portum quidem noctu succendit.* Et ibidem. *Portum cum nauibus succendit, &c.* Sufficiat, quia auctoritates non sunt.

**Possidere. Possessio.** Nota, quod possidere nihil aliud est, quam tenere, & habere, possessio vero idem est, quod habitatio, vel rei per dominium iusta retentio. Est autem A

Possessio tamen { Vtilitatis, Humilitatis, Auctoritatis.

Est dico nomen vtilitatis, quia possessio, vt communiter, signat diuitias, & substantiam temporalem ab aliquo habitam, & possessam. Unde Genes. 13. *Erat autem Abraham diues valde possessione auri, & argenti.* Est etiam nomen humilitatis, quia scilicet res, quæ possidetur, possessoris dominio subiugatur. Unde ab altero possideri, signum est seruitutis. Unde Esa. 14. *Adiungetur aduena ad eos, & possidebit eos domus Israel.* Item est nomen auctoritatis, quia ille, qui possidet, præsumitur esse dominus rei possessæ & ideo possidere de sui natura habet aliquam auctoritatem, & dominium designare. Prouerbior. 8. *Dominus possedit me ab initio.* ¶ Et, vt breuiter transeamus, notandum est, quod in scriptura sextuplex reperitur possessio, quarum tres sunt bonæ, scilicet

Virtualis,
Spiritualis,
Supernalis,
Et tres sunt Malæ, scilicet
Criminalis,
Temporalis,
Infernalis.

Possessio virtualis est possessio hominum perfectorum,
Spiritualis est possessio hominum clericorum,
Supernalis est possessio ciuium beatorum,
Criminalis est possessio hominum peccatorum,
Temporalis est possessio hominum mundanorum,
Infernalis est possessio vilium damnatorum.

¶ Dico ergo primo, quod est possessio virtualis, & ista est illa substantia, illa hæreditas, illa possessio gratiarum, scientiarum, & virtutum, quam boni possident in hoc mundo. Specialiter autem possidenda est, & habenda, scilicet B

Sapientiæ amplitudo,
Continentiæ sanctitudo,

Patien-

Patientiæ fortitudo,
Amicitiæ rectitudo.

Dico ergo, quod boni habent possessionem sapientiæ. Prou. 18. *Cor prudentis possidebit sapientiam.* Et Prou. 4. *Posside sapientiam* Item habent possessionem continentiæ, & de ista dicitur 1. Thess. 4. *Sciat vnusquisque vas suum possidere in sanctificatione, & honore.* Item debent habere possessionem patientiæ Luc. 21. *In patientia vestra possidebitis animas vestras.* Item possessionem amicitiæ. Vnde Eccl. 22. *Fidem posside cum amico tuo.* Ista enim est quadruplex possessio

C hominum perfectorum. ¶ Nota, quod est possessio ciuilis & naturalis. Ciuilis, quæ scilicet solummodo animo retinetur. Naturalis, quæ manu, & corpore continetur. Sed pro certo de possessione virtutum multi sunt, qui non habent nisi ciuilem, qui non habent nisi solum animum, quia scilicet bene vellent esse sapientes, chari, &c. Veruntamen deficit eis possessio naturalis, quia scil. nunquam volunt manum applicare ad opus 1. Esdr. 4. *Possessionem trans flumen non habebis.* Patet ergo, quod est quædam possessio virtualis.

D ¶ Secundo dico, quod est quædam possessio spiritualis, & ista nihil aliud est quam possessio, seu hæreditas Ecclesiæ militantis. Ista enim est possessio, quæ est viris Ecclesiasticis assignata Iosuæ 13. *Tribus Leui non dedit possessionem, quoniam Dominus Deus Israel ipse est possessio eius.* Istud potissime potest dici de viris religiosis & perfectis, qui non habent proprium in hoc mundo. Ita quod solum Deum debent habere. Dominus enim possessio eorum est, & ab ipso etiam possideri debent, quia scilicet iusti sunt possessio Dei, & dominus possidet eos tanquam suos, ipsosque tanquam possessionem propriam ab omni peccato defendit. Psalm. 138. *Quoniam tu possedisti renes meos, suscepisti me de vtero matris meæ.* Et istud etiam petebat Moyses, dicens domino Exo. 34. *Obsecro, vt gradiaris nobiscum, nosque possideas.* Ista igitur est possessio spiritualis, scilicet Ecclesia, quæ ab Ecclesiasticis possidetur. Isti enim sunt Ecclesiastici, qui debent esse possessio Dei, & ibi est ipse Deus, quem debent Ecclesiastici possidere. Sed heu proh dolor, quam terribiliter loquetur Dominus per Esaiam de possessione Ecclesiæ militantis, nam ipse dicit Esa. 14. *Ponam eam in possessionem ericii, & in paludes aquarum.* Quia proculdubio charissimi istam possessionem possident hodie ericij, id est, viri impij, spinis diuitiarum induti, & ventre gulositatis muniti. Ericius enim secundum Plin. quinque habet ventres, & quinque dentes: significans malos Ecclesiasticos, quorum venter est quintuplex per auiditatem ad cibos recipiendum. Phil. 3. *Quorum Deus venter est.* Et Prou. 13. *Venter impiorum insaturabilis.* Dentes vero eorum sunt quintuplices per voracitatem ad cibos deuorandum, & manducandum. In talium ergo ericiorum possessionem datur hodie Ecclesia, quia pro certo multi sunt in ista possessione, qui non curant nisi de delitijs carnalibus, & nihil penitus de spiritualibus. Tales potissime sunt illi, qui iniuste sunt in Ecclesia introducti, & qui possident agrum Christi de mercede iniquitatis, sicut sunt simoniaci quibus dicitur Act. 8. *Pecunia tua tecum sit in perditionem, quia donum Dei existimasti pecunia possideri.* Nun sic, sed possideant istam possessionem virtuosi, & boni, quia pro certo ista est possessio spiritualis.

E ¶ Tertio dico, quod est quædam possessio supernalis, & ista est possessio æternæ gloriæ, quæ est possessio angelorum, & beatorum, de qua dicitur Matth. 25. *Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum.* Ista autem possessio est duplex, quia scilicet gloria æterna non solum possidetur ab anima, imo etiam a corpore quantum ad quatuor dotes suas. Esa. 61. *In terra sua duplicia possidebunt.* Et Ezech. 35. *Duæ terræ meæ erunt, & hæreditate possidebo eas.* Et ideo Baruch 3. dicitur de ista possessione. *O Israel quam magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius.* Et Deut. 4. *Iordanem vos transibitis, & possidebitis terram egregiam.* Istæ ergo sunt tres bonæ possessiones.

F ¶ Quarto dico, quod est quædam possessio criminalis, & ista est possessio vitiorum, quæ proculdubio valde est damnosa possessoribus suis. Ista enim est similis cuidam monili, quod Vulcanus fabricasse dicitur, quod quicunque videbat, desiderabat, & tamen quicunque illud possidebat, mali aliquid ei accidebat, & inde aliquod magnum infortunium incurrebat, sicut ponunt fabulæ poëtarum. Proculdubio charissimi peccatum est monile huiusmodi, quia istud est monile, quo diabolus subarrhat animas, quas desponsat. Istud enim ab omnibus concupiscitur, quia scilicet non est dare peccatum, in quo non sit aliquod delectabile, & peccatori concupiscibile. Prou. 1. *Stulti, quæ sibi sunt noxia, cupiunt.* Veruntamen possessio istius valde est periculosa, quia scilicet possessores eius exinde solent incurrere infernale periculum, & iacturam, ad modum latronis, qui tunc suspenditur, quando in possessione furti per iudicem inuenitur. Et ideo stultum talem possessionem habere dicitur Prou. 14. *Possidebunt paruuli stultitiam, & tutum est possessionem huiusmodi refutare.* Eccles. 5. *Noli attendere ad possessiones iniquas.* Ista est ergo possessio criminalis.

G ¶ Quinto dico, quod est possessio temporalis, & ista est possessio bonorum temporalium, de qua dicitur Abacuc 1. *Suscitabo Chaldæos gentem amaram, vt possideat tabernacula non sua.* Bona enim mundi dicuntur non nostra, quia scilicet non est proprie nostrum, quod necessario alijs dimittimus, & quod quasi precario possidemus. De ista autem possessione dicitur Gen. de Loth, & Abraham, quod *erat possessio eorum multa, & non quibant habitare communiter.* Quia pro certo hodie possessiones, & diuitiæ sunt causa discordiæ, atque rixæ 2. Reg. 19. *Tu & Siba diuidite possessiones.*

H ¶ Sexto autem dico, quod est possessio infernalis, & ista est possessio, & hæreditas damnatorum. Et de ista dicitur in [illegible] *quod Deus tradidit grandini iumenta eorum, & possessionem eorum igni.* Peccatores enim dicuntur iumenta, quia scilicet carent intellectu, & sensu. Isti ergo grandini æternorum tormentorum tradentur, & in possessionem igneam locabuntur. Istæ ergo sunt tres malæ possessiones. Et sic patet, quomodo tres bonæ possessiones, & tres malæ possunt in scriptura reperiri, &c. Vide supra de domo, de hæreditate, de habitatione. Et infra de terra.

## Post. Postea. Posterius.

Nota, quod post, & posterius, quæ signant vltimas rerum partes, possunt in scriptura multa significare. & in bono, & in malo, & ideo vt breuiter transeamus, notandum est, quod posteritas potest significare.

Statum {
Humilitatis interioris,
Prosperitatis exterioris,
Moralitatis extremioris,
Aduersitatis asperioris,
Fœlicitatis vltimioris,
Diuinitatis superioris,
Iniquitatis deterioris.
}

B ¶ Dico breuiter, quod posteritas signat statum humilitatis, quia scilicet viri humiles nunquam alijs se præferunt per præsumptionem, sed potius post eos se ponunt per humilem subiectionem. Reg. 7. *Quieuit Israel post Dominum.* Pars enim posterior semper sequitur priorem, sicut generaliter patet in omnibus animalibus præter cancrum, in quo posterior sæpissime præcedit priorem. Sic vere in congregatione corporis Ecclesiæ vel religionis semper illi, qui sunt in gradu, & statu posteriores debent esse humiliores & priorum, maiorum, superiorum, scilicet & prælatorum sequaciores, & obedientiores. Et talem sequelam petebat sponsa Cant. 1. *Trahe me post te, curremus in odorem vnguentorum tuorum.* Quamuis hodie proh dolor Ecclesia videatur similis corpori cancri, quia scilic. partes posteriores volunt hodie ire priores: quod tunc fit, quando illi, qui penitus nihil valent, volunt melioribus præferri, & quando illi, qui in gradu & statu alijs debent subesse, nolunt superioribus famulari, sed ipsis more retrogrado dominari, vt sic eis dicat Deus, vel prælatus illud 3. Reg. 14. *Me autem proiecisti post tergum tuum.* Et Hier. 2. *Facta sunt eis posteriora deteriora prioribus.* Non sic ergo, sed posteriora sequantur priora, vt sic prælatus de bonis possessoribus, & subditis possit dicere illud Hierem. 3. *Patrem vocabis me, & post me ingredi non cessabis.* Ista est ergo posteritas humilitatis. Vnde etiam de Christo humillimo dicitur Ioan. 1. *Qui post me venit, ante me factus est.* Nam

Humilis vadit Post {
Deum, sibi hærendo fideliter,
Prælatum, sibi parendo celeriter,
Proximum, sibi se iungendo concorditer,
Miserum, sibi succurrendo benigniter,
Iustum, ipsum imitando moraliter,
Impium, ipsum castigando seueriter,
Mundum, cuncta cogitando subtiliter,
Negotia, ipsa ordinando sagaciter,
Seipsum, culpas dimittendo flebiliter,
Paradisum, ipsum appetendo mentaliter,
Infernum, ipsum, præcauendo vtiliter.
}

¶ Dicam

¶ [illegible] ergo, quod [illegible] humilis, seu iustus vadit post Deum [illegible] & per consequens mundum, & vitia [illegible] Matth. 14. *qui vult venire post me, abneget semetipsum,* [illegible] *crucem suam, & sequatur me.* Quamuis multi dicunt illud [illegible] *nos tergum post tergum Dei.* Item post prælatum [illegible] aliter patendo seu obediendo, vt sic cuilibet tali [illegible] prælatus illud prædictum Hierem. 3. *Patrem vocabis me, &* [illegible] *me ingredi non cessabis.* Et vt tali dicat prælato illud Genes. [illegible] *post Pharaonem dominum meum.* Item post proximum, [illegible] sibi iungendo, seu ciuiliter secum conuersando [illegible] *Egredere, & abi post greges sodalium tuorum.* Item post miseros [illegible] ibi benigniter succurrendo. Vnde Paulus dicebat Act. [illegible] *Post annos autem plures eleemosynas facturus in gentem meam veni.* Item post [illegible]lum, ipsum moraliter, seu virtualiter imitando. Vnde Eccl. [illegible] *Mortuus est iustus, & est quasi non mortuus, similem [illegible] reliquit filium.* Et Prouerbiorum 20. *Beatos post [illegible] relinquet.* Item post impium, ipsum seueriter castigando, [illegible] licet de impio dicatur illud Iob 37. *Post enim rugiet so[illegible], tonabit vocem magnitudinis suæ.* Item post mundum, seu [illegible] etiam vadit iustus, ipsam subtiliter cogitando, & in[illegible] Daniel. 2. *Tu rex cœpisti cogitare, quid futurum esset post* [illegible] Item post negotia ipsa ordinando sagaciter. Prouerbio. 29. [illegible] *differt in posterum.* Item vadit post seipsum, culpas flebiliter meditando, & de eis pœnitendo. Iob 17. *Cogitationes meæ dissipatæ sunt torquentes cor meum, noctem verterunt in diem, & rursum post tenebras spero lucem.* Item post paradisum vadit, ipsum appetendo mentaliter. Numer. 31. *Purificati postea castra intrabitis.* Item vadit post ipsum vtiliter præcauendo. Vnde Eccles. 9. *Post hæc ad inferos deducentur.* Iste igitur est posterius humilitatis, [illegible] humilitatis.

C ¶ Secundo dico, quod inuenitur posterius prosperitatis. Bona enim temporalia dicuntur posteriora, æterna vero, & spiritualia sunt priora. Ista posteriora dici possunt, quia viliora sunt, & post nos remanent, & in morte totaliter nos dimittunt, & finaliter ad terram posteriorem, scilicet ad infernum nisi cauerimus, nos immittunt. Et ideo præcipitur Genes. 19. *Noli respicere post tergum tuum.* Et dicitur, quod *vxor Loth respiciens post se, versa est in statuam salis.* Quia illi, qui ad ista posteriora respiciunt per nimium intentum & affectum, statuæ, id est, peccatores & miserabiles efficiuntur, & humanæ rationis efficacia spoliantur. 1. Tim. 5. *Quædam conuersæ sunt retrorsum post Sathanam.*

D ¶ Tertio dico, quod est posteritas mortalitatis, quia scilicet senectus, mors & iudicium sunt tempore posteriora, & tamen sunt ad nocendum crudeliora. Psalm. 77. *Percussit inimicos suos in posteriora.* Lampreda enim percussa in capite, vel in anteriori parte parum læditur, in cauda vero, vel in parte posteriori percussa, faciliter enecatur. Sic vere homo si à diabolo percutitur per peccatum in parte anteriori iuuentutis, vel vitæ præsentis: non ita est periculosum, quia scilicet homo potest pœnitere. Sed quando diabolus percutit eum aliquo peccato mortali in parte posteriori, scilicet in senectute, vel in morte, tunc irreparabiliter vulneratur. 3. Reg. 26. *Demetam posteriora Baasa, & posteriora domus eius, &c.* Et sic dico, quod est posteritas mortalitatis.

¶ Quarto dico, quod est posteritas aduersitatis, & ista est illa, quæ finaliter erit in iudicio, & in inferno. Ista enim postea venient peccatoribus, quæ tamen eis in præsenti sæculo non apparent. 3. Reg. 7. *Posteriora boum intrinsecus latitabant.* Isti sunt ribaldi, qui in taberna ludunt, bibunt, & solatiantur, nihil cogitantes de fine, qui tamen postea cum soluere non possunt, vel incarcerantur, vel optime verberantur. Sic, &c. Vnde Prouerb. 20. *Suauis est homini panis mendacij, postea implebitur os eius calculo.* Scorpiones enim in parte posteriori habent aculeum. Sic & damnati in fine, & posteriori tempore habebunt mortem perpetuam, & infernum. Eccles. 9. *Filij hominum implentur malitia, & contemptu in vita sua, & post hæc ad inferos deducentur.* Figurati in Ægyptijs, de quibus dicitur Exod. 14. quod *filij Israel viderunt Ægyptios mortuos post se.*

F ¶ Quinto dico, quod est posteritas fœlicitatis, & ista est illa quam habent beati in patria, quæ scilicet post vitam præsentem conceditur, de qua Eccles. 1. *Vsque ad tempus sustinebit patiens, & postea redditio iucunditatis.* In isto enim postea fit meritorum retributio, fit occultorum reuelatio, fit præmiorum acquisitio, fit gaudiorum comprehensio. Fit dico retributio meritorum. Vo-

Diction Berchorij.

de Eccles. [illegible] *Mitte panem tuum super transeuntes aquas, & post tempora multa inuenies illum.* Item ibi est reuelatio secretorum. Vnde Ioan. [illegible] *facio, tu nescis modo, scies autem postea.* Item ibi fit acquisitio præmiorum. Hebr. 12. *Postea autem fructum pacatissimum reddet.* Item ibi est comprehensio omnium gaudiorum Ioan. 13. *Scies autem postea.* Et 1. Reg. 7. *Quieuit Israel post dominum.* Ista est igitur posteritas fœlicitatis.

¶ Sexto dico, quod est posteritas deitatis. Constat enim quod Deus quodammodo de ante factus est post, de primo posterior, de summo infimus, de maximo minimus, in quantum, scilicet de immortali mortalis, & de Deo fit humanus. Vnde nota, quod Deus dicitur esse post, seu posterior, scilicet G

In carne latitando,
Mundum iudicando,
Cœlis imperando.

In { Primo post, fecit mirabilem actum,
Secundo prætendet mirabilem vultum,
Tertio monstrabit laudabilem statum. }

¶ Dicamus ergo, quod inuenitur vnum post, quo Deus apparet actu mirabili, & istud nihil aliud est, quam ille actus, quo fuit homo factus, & post, id est, in fine temporum in terris cum hominibus conuersatus. Vnde Baruch 3. dicitur, quod *post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est.* Vnde humanum genus potuit dicere tunc de ipso illud Canticor. 2. *En ipse stat post parietem nostrum aspiciens per fenestras, prospiciens per cancellos. En dilectus meus loquitur mihi.* Paries enim noster est humanum corpus, fenestræ vero & cancelli sunt humani sensus. Et reuera de ipso post apparuerunt in Christo multa alia post, id est, multæ aliæ consequentiæ, quia videlicet postea cibum voluit, mundum docuit, morti paruit, vita splenduit, suis affuit, cœlo claruit, in patria remunerabit. Postea dico cibum voluit carnaliter, seu corporaliter, quia sicut dicitur Matth. 4. *Cum ieiunasset 40. diebus & 40. noctibus, postea esuriit,* scilicet humanæ naturæ veritatem in se monstrando. Postea etiam mundum docuit veraciter. Luc. 2. *Post triduum inuenerunt Iesum in templo in medio doctorum, audientem eos & interrogantem.* Item postea morti paruit crudeliter. Vnde Daniel. 9. *Postea occidetur Christus, & non erit eius populus, qui ipsum est negaturus.* Et Matth. 26. *Scitis quia post biduum pascha fiet, & filius hominis tradetur, vt crucifigatur.* Item postea vita splenduit celeriter, scilicet, post triduum, resurgendo. Matth. 27. *Post tres dies resurgam.* Et Matth. 14. *Soluite templum hoc & post triduum reædificabo illud.* Item postea suis affuit alacriter, scilicet ipsis post resurrectionem apparendo, & eos consolando. Ioan. 20. *Post dies octo venit Iesus ianuis clausis, & dixit discipulis suis, pax vobis.* Et Actor. 1. *Post resurrectionem suam per dies 40. apparens eis & loquens de regno Dei.* Item postea cœlo claruit nobiliter ascendendo. Actor. 25. *post triduum ascendit Hierosolymam.* Et Ioan. 6. *Post hæc abijt Iesus trans mare.* Patet igitur, quod est vnum post, quo Deus, scilicet in iudicio post mortem à seruis suis repetet rationem. Vnde Matth. 25. *Post multum vero temporis venit dominus seruorum illorum, & posuit rationem cum eis.* Item in patria remunerabit liberaliter distribuendo. Illud enim est vnum post, quo Christus sedebit seu splendebit statu laudabili, id est, in paradiso, quando in gloria distribuet stipendia beatorum. Tunc enim (sicut dicitur Psalm. 67.) *Apparebunt posteriora dorsi eius in pallore auri,* quando scilicet disciplina, quæ in præsenti non videtur esse gaudij, sed mœroris, *postea tamen exercitatis per eam fructum pacatissimum reddet.* Hierem. 12. Vnde de gloria diuina, quam Deus ostendet in patria, dici potest illud 3. Reg. 10. quod *summitas throni rotunda erat in parte posteriori.* Rotunditas autem, quæ fine caret, & principio, æternitatem signat. Ista sunt ergo posteriora Dei, quæ certe multum sunt consideranda. Genes. 16. *Vidi posteriora videntis me.* Posteriora enim boum latitabant intrinsecus sub mari 2. Paralipom. 4. *Posteriora etiam duorum Cherubin latitabant sub arca.* sicut dicitur 3. Reg. 7. Ad denotandum, quod ista posteriora Dei, quæ ad ipsius iudicium, paradisum, & infernum spectant, modo sunt silentia & occulta, nec possunt à nobis videri, nisi ante fuerint meditata. Exod. 33. *Posteriora mea videbis, &c.* Ista ergo possunt ostendere, quod est posterioritas diuinitatis.

¶ Septimo dico, quod est posterioritas iniquitatis. Mali enim dicuntur posteri, & non primi, & post etiam, & non ante. Et nota, quod isti dicuntur habere, scilicet H

[illegible]tiæ,
Malitiæ,
Superbiæ,
Luxuriæ,
vnum Post, quod est { Nequitiæ,
Stultitiæ,
Imprudentiæ,
Auaritiæ,
Tristitiæ.

Dicam ergo, quod malus habet vnum post, quod est pigritiæ desidiosæ, qui entrare tardi semper volunt ire post alios, nisi forsan calcaribus vrgeantur. Sic pigri, &c. dicentes scilicet illud 1. Reg. [illegible] *præcedit me, ecce ego post tergum sequar vos.* Item habent vnum post malitiæ insidiosæ. Ille enim qui insidiatur alicui consueuit venire post tergum, id est, fallaciter, & latenter. Iosue [illegible] *Ignorans, quod post tergum laterent insidiæ.* Item mali habent vnum post superbiæ contemptuosæ. Illud enim quod vilipenditur, aut contemnitur, post tergum proijcitur, aut dimittitur. Sicut mali faciunt de Deo, & de mandatis suis Neemiæ 9. *Proiecerunt legem tuam post terga sua.* Item habent vnum post luxuriæ ignominiosæ, contra illud Eccles. 18. *Post concupiscentias tuas non eas.* Quod non aduertentes iniqui, *eunt sæ concupiscentias fæminarum.* Dani. Item habent vnum post nequitiæ periculosæ, sicut sunt illi, qui vadunt post diabolum, suis tentationibus obediendo, & ipsum per hæresim, & idololatriam honorando Hierem. 11 *Abierunt post deos alienos.* Contra illud Hierem. 25. *Nolite ire post deos alienos.* Item habent vnum post stultitiæ imperitosæ, & istud est illud, quo stulti semper volunt ire post appetitus cordis sui, proprij capitis voluntatibus, proprijsque malis, & iniquitatibus obediendo. De quo dicitur Hier. 9. *Abierunt post prauitatem cordis sui, & post Baalim.* Et Esa. 65. dicitur de impio quod *ipse graditur in via non bona post cogitationes suas.* Item isti habent vnum post imprudentiæ obliuiosæ, in quantum ipsi nesciunt de his, quæ post erunt & de futuris negotijs cogitare, seu etiam ordinare. Vnde Eccles. 4. *Melior est puer pauper & sapiens rege sene, & stulto, qui nescit prouidere in posterum* quod & *de carcere, catenisque aliquando interdum egrediatur ad regnum, & alius natus in regno, inopia consumatur.* Item ipsi habent vnum post auaritiæ ambitiosæ, & istud est in quantum ipsi currunt post mundum, & post principes, & prælatos, honores & diuitias procurando 1 Reg. 8. *Declinauerunt post auaritiam, & acceperunt munera.* Item ipsi finaliter habent vnum post pestilentiæ periculosæ, quando scilic. post istam vitam ipsi conuenient in infernum. Et sic de eorum postremitate intelligitur illud Ioel. 2. *Ante faciem eius ignis vorans, & post eum exurens flamma.* Facies enim iniquorum est vita præsens, vbi pro certo ipsi habent ignem vorantem, scilicet crudelitatis, auaritiæ, & rapinæ. Posterior vero ipsorum est vita futura, vbi pro certo ipsos sequitur exurens flamma, hoc est dictum, ardor incendij infernalis Sic ergo patet, quod est quædam prosperitas iniquitatis. Et sic patet, quod post, posterius, & posterum, tam in bono, quam in malo multis modis sumitur. Sufficit ergo. Vide vbi nouissime, vel futurum: & similia. Et vide etiam vbi Finis & vltimus, & postremus, &c.

A **Postquam.** Nota, quod postquam semper denotat aliquod præambulum, aliquam præmissam, aliquod antecedens. Est enim coniunctio causalis, vel rationalis, ex qua semper aliquid aliud subinfertur. Accipitur enim pro quocunq; ex quo, quando & similibus. Cum igitur possit dici
B in bono, & in malo, potest etiã dici de iusto, & iniusto. ¶ Primo ergo possumus notare, quod iustus habet multa bona antecedentia, ex quibus certe sequuntur multæ bonæ conclusiones, s.

Clementiæ,
Indulgentiæ,
Lætitiæ,
vnum Postquam quo concluditur opus { Iustitiæ,
Potentiæ,
Abstinentiæ,
Pœnitentiæ,
Excellentiæ.

¶ Primum postquam erit interior cordis affectio, ex qua scilicet sequuntur opera pietatis, de qua dicitur Leu. 23. *Postquam messueritis segetem terræ vestræ, spicas remanentes non colligetis, sed pauperibus dimittetis.* ¶ Secundum postquã erit vberior Christi passio quæ scilicet post tempestatem tranquillum facit, de qua Deut. 8. *Postquam,* inquit, *afflixit te, & ad extremum misertus est tui,*

¶ Te[illegible] sequitur lætitia [illegible] V[illegible] d[illegible] *postquam raseris caput suum & sacrificium obtulerit* [illegible] Vinum enim lætitiam signat, quæ scilicet per spiritum, & [illegible] rationem bibitur quando caput mentis à capi[illegible], id est, [illegible] raditur, & mundatur. Illa autem est spiritualis purga[illegible] cumcisio, de qua scilicet dicitur Luc. 2. quod *post illam* [illegible] *mati sunt dies octo, venerunt circumcidere puerum.* Et ibidem d[illegible] *Postquã impleti sunt dies purgationis Mariæ, tulerunt Iesum in H*[illegible] Facta enim circumcisione, & Mariæ, id est, mentis amaritudine p[illegible] tione secuta, Iesus, id est, innocentia sistitur, & in H[illegible] id est, in quieta mentis possessione portatur.

¶ Quartum postquam erit seuerior iuris editio, quam [illegible] quitur omnis iustitiæ complementum, de qua Deut. [illegible] Po[illegible] *rex sederit in solio regni sui, describet sibi Deuteronomium legis huius, vt discat timere dominum, nec eleuetur cor eius in superbia super fratres suos, nec declinet in partem dexteram, vel sinistram.*

¶ Quintum vero postquam erit sincerior mentis perfectio, quæ scilicet potest, & præualet contra dæmones, & peccata. vnde Iosuæ 17 *Postquam conualuerunt filij Israel, subiecerant Chananæos, & fecerunt sibi tributarios.*

¶ Sextum postquam erit exterior carnis coerctio, qua homo abstinet à superfluis. Et ista est ablactatio Samuelis, de qua 1. Re. 1. dicitur, quod *Anna adduxit eum secum in Sylo postquam ablactauerat,* id est, à lacte carnalitatis per abstinentiam abstraxerat.

¶ Septimum postquam erit asperior rerum turbatio, scilicet tribulatio mundana, qua scilicet homo compellitur ad Deum redire, & pœnitentiam inchoare, sicut de Manasse dicitur 2. Paral. 33 quod *postquam coangustatus est orauit dominum, & egit pœnitentiam valde.* Et sic quilibet talis tribulatus, & pœnitens dicat Deo illud Hierem. 31. *Postquam percussisti me, egi pœnitentiam, & postquam ostendisti mihi, percussi femur meum, & erubui.*

¶ Octauum postquam erit præclarior cordis cognitio, seu etiam consideratio, & attentio, quam sc. sequitur honor, & excellentia summi regni. Vnde Nabuchodonosor dictum fuit Danielis 4. *Regnum,* inquit, *tuum manebit tibi, postquam cognoueris potestatem esse cœlestem* Et sic ergo patet, quomodo postquam multimode pertinet ad iustos.

¶ Secundo vero dicam, quod postquam pertinet ad iniustos. Constat enim quod mali, & iniusti habent sua mala antecedẽtia, suaque mala postquam, ex quibus, scilicet malæ conclusiones sequuntur. Ex vno enim peccato sequitur aliud, sicut videmus quod in rota molendini aqua cadens in vna concauitate, seu in vno receptaculo ab alio recipitur, & exinde in tertio, post in quarto, & sic de receptaculo ad receptaculum fluens facit continue voluit rotam. Sic vere quando in rota mentis humanæ fluctus diabolicæ tentationis in vno angulo cogitationis recipitur, de vno certo peccato ad aliud trahitur, quousque tota rota ista in vitiorum præcipitium dilabatur. Teste n. Greg. *Peccatum, quod per pœnitentiam non diluitur, mox suo pondere ad aliud trahit.* Et Iob. 2. dicitur, q. *qui in vno peccauerit, multa bona perdet.* De isto postquam, id est, de isto malo antecedente possumus notare, quod mali habent, scilicet vnum postquam

Supremi culminis, quo sequitur mentalis cæcitas,
Gulosi turbinis, quo sequitur carnalis vilitas,
Praui regiminis, quo sequitur fidei prauitas,
Crudelis fulminis, quo sequitur rapinæ prauitas.

¶ Dico ergo, quod mali in hoc mundo habent quandoque vnum antecedens, & vnum postquam iniustæ donationis, quam sequitur mentalis ignorantia. Constat enim quod multi sunt, qui postquam fuerint promoti ad Ecclesiæ, vel sæculi dignitates, statim spiritualiter fiunt cæci, nec cognoscunt illa, quæ pertinent ad salutem. Vnde Num. 16 dicitur, quod *postquam ingressi sunt tabernaculum, operuit illud nubes.* Ingredi enim tabernaculum, signat altam promotionem. Nubis vero operimentum signat obscuram ignorantiam, & obliuionem. ¶ Item dico, quod mali habent vnum postquam gulosæ delectationis, quo sequitur carnalis immunditia. Sicut enim dictum est, *ex vno peccato sequitur aliud, & ex gula luxuria generatur* [illegible] cut de Assuero legitur Hester 5. quod *regina Hester placuit oculis eius, postquam vinum biberat abundanter.* ¶ Item dico, quod mali habent vnum postquam impiæ gubernationis, quam sequitur error, atque perfidia, sicut dicitur Iudic. 8. quod *postquam mortuus est Gedeon, auersi sunt filij Israel à domino.* Constat enim quod quando Gedeon, id est, bonus rector moritur, populus per peccatum à Deo

per

per perfidiam scilicet elongatur. ¶ Item dico, quod mali habent vnum postquam crudelis efferationis, quam sequitur ardor, & auaritia. Vnde de illis crudelibus legitur Matt. 27. quod *postquam ipsi crucifixerunt Christum, diuiserunt inter se vestimenta sua.* quasi dicat quod sanguis, & crudelitas, quæ præcedit, mater sunt rapinæ & auaritiæ, quæ succedit. Et sic ergo patet, quomodo vnum malum antecedens malum consequens introducit. Sufficit de Postquam. Vide de Cumque.

A **Postis.** Nota, quod postis licet quandoque accipitur pro cardinibus, seu pro illis grossis lignis, in quib. portatur, & sustinetur ostium, sumitur tamen communiter pro illis tabulis, seu pecijs ligneis tenuibus, & latis, quæ à grosso ligno cum ferris ferreis ab inuicem diuiduntur, & ad componendum portas, & ostia, arcas, & dolia, domos & alia multipliciter præparantur. Igitur dico, quod moraliter loquendo nos Inuenimus

Postes { Templi seu Ecclesiæ,
Cordis & conscientiæ,
Sensus & sapientiæ,
Summæ curiæ.

Postes { Ecclesiæ sunt prælatorum cœtus,
Conscientiæ sunt corporis sensus,
Sapientiæ sunt librorum processus,
Cœli curiæ sunt virtuosi gressus.

Per { Prælatos nos intramus templum Ecclesiæ militantis,
Sensus nos intramus Deum conscientiæ meditantis,
Libros nos intramus domum sapientiæ Informantis,
Virtutes nos intramus domum summæ curiæ triumphantis.

B ¶ Primo ergo dico, quod sunt postes quibus ingredimur in Ecclesiam, & isti pro certo sunt prælati; quia scilicet isti sunt ostium Ecclesiæ, vel ingressus. Postes enim ostiorum simul iuncti & clausi, tenent domum tutam, vt latrones inde arceantur, dilatati tamen, & extensi tenent domum apertam, vt illi, qui de domo sunt, recipiantur, & ingrediantur. Sic & prælati, &c. Vnde Exod. 21. præcipitur, quod *ille, qui volebat esse seruus perpetuus, applicabatur ad assistum, & ad postes, & perforabantur subula aures eius, & sic fiebat perpetuus eius seruus.* Sic vere ad hoc quod aliquis fiat in Ecclesia perpetuus Christi seruus, necesse est quod ad postes, id est, ad prælatos applicetur, & quod si dignus repertus, auris eius subula transfigatur, sicque Christo ad seruitutem perpetuá obligetur, & in religiosum beneficiatum, prælatum, aut clericum ordinetur. ¶ Et aduerte, quod tales postes, id est, tales prælati, & clerici debent esse

A { Deo plantati,
Linea quadrati,
Scripturis exarati,
Sanguine picturati.

Plantati dico per modestiam,
Quadrati per constantiam,
Scripturis exarati per scientiam,
Sanguine picturati seu sanguinolenti per iustitiam, seu per passionis Christi reminiscentiam, deuotionem, & memoriam.

De primis duobus, scilicet de virtutibus modestiæ, & constantiæ dicitur, quod Salomon fecit in introitu templi postes de lignis oliuarum quadrangulatos. Oliua enim quæ oleum fundit, dulcedinem & vnctuiam modestiæ & pietatis signat. Quadratura vero constantiam & firmitatem notat. De virtute vero scientiæ & sapientiæ dicitur Deuter. 11. *Scribes*, inquit, *ea* (scilicet præcepta legis diuinæ) *super postes, & ianuas domus tua.* Et Deut. 6. *Et ligabis ea quasi lignum in manu tua, & manebunt ante oculos tuos, & scribes in limine, & postibus domus tua.* Prælatus enim dicitur in scriptura manus & oculus, limen, ianua, atque postis. De virtute etiam sanguineæ iustitiæ, qua scilicet prælatus debet esse pictus, & contra malos sanguinolentus & ferus, dici potest illud Exod. 12. *Sument de sanguine, & ponent super vtrumque postem*, id est, super quemlibet prælatú. Patet ergo, quod est dare postes, per quos intratur in Ecclesiam. ¶ Secundo dico, quod est dare postes, per quos intratur in conscientiam, seu in cordis aulam, & isti sunt sensus hominum, qui scilicet debent esse clausi ad arcendum vana appetibilia, & aperti ad introducendum bona.

Isti sunt illi postes quinque de quibus fit mentio 3. Reg. vbi dicitur, quod *Salomon fecit duo ostiola, & postes angulorum quinque de lignis oliuarum, & sculpsit in eis picturam Cherubin, & palmarum.* Ista enim duo ostiola quibus scilicet intratur ad animam, sunt timor, & amor: postes vero quinque sunt quinque sensus, qui sc. debent esse in oliuis per pietatis vnctuiam, cum Cherubin, qui interpretantur plenitudo scientiæ, per veritatis scripturam, & cum palmis, quæ scilicet dantur triumphantibus, per victoriosæ firmitatis staturam; quia scilicet in sensibus nostris debent pietas & modestia, veritas & scientia, firmitas & constantia apparere. Et reuera isti sunt postes, quos præcepit dominus inungi sanguine agni, ad finem quod isto sanguine viso filij Israel ab angelo occidente primogenitos essent tuti. *Sument*, inquit, *de sanguine eius, & ponent super vtrumque postem, &c.* Exod. 12. Quia reuera quando sensus nostri, agni sanguine, id est, dulcedine modestiæ, & puritate innocentiæ, seu etiam sanguine agni, id est, Christi sanguinis & passionis memoria liniuntur, constat, quod spiritus primogenitus noster, sc. anima à percutiente Angelo, id est, à tentatione diaboli non lædetur, sed illæsus, hoc viso sanguine pertransiet. *Aspergite ergo ex isto sanguine superliminare, & vtrumque postem.* Exod. 12. Et ibidem dicitur, *quod cum viderit, scil. angelus Dei, sanguinem in superliminari, & vtroque poste, non sinet percussorem ingredi domos vestras.* Illæ tamen domus quæ isto sanguine inuentæ sunt non signatæ, sc. domus Ægyptiorum, id est, domus & conscientiæ peccatorum, & postes suorum sensuum exteriorum ab isto percussore, & tentatore sunt percussæ, & morte diuersorum peccatorum mortalium sunt repletæ. Bene ergo docet Scriptura Ezech. 45. vbi dicitur sic, *Sacerdos de sanguine ponet in postibus domus.* Hi sunt ergo postes, quibus intratur in conscientiam. ¶ Tertio dico, quod sunt postes, quibus intratur ad sa- D
pientiam, & isti certe sunt libri sacræ Scripturæ, qui etiam vt communiter postibus includuntur. Nos ergo more pauperum ad postes ostij, id est, ad libros sacræ Scripturæ debemus expectare, & veritatis eleemosynam, vt sc. nobis detur, & reueletur, humiliter postulare, de quo diuina sapientia dicit Prouerb. 8. *Beatus homo, qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & obseruat ad postes ostij mei.* Exemplo scil. Hely sacerdotis, de quo dicitur 1. Reg. 1. quod *ipse sedebat super sellam ante postes domus domini.* E
Isti sunt ergo postes quibus intrauit ad sapientiam. ¶ Quarto vero dicam, quod sunt postes quibus intratur ad cœli curiam, & istæ proculdubio sunt virtutes, quæ scilicet sunt ad cœlestis gloriæ, patriæ & curiæ ingressus, ostium, atque postis, de quibus dicitur 2. Paralip. 3. quod *Salamon laminis auri probatissimi texit domum, & trabes eius postes quoque eius, & parietes, & ostia.* Et pone, si vis, quomodo de postibus, seu tabulis fiunt ostia, mensæ, arcæ, & alia infinita, & applica prout volueris. Sufficit.

**Postulare.** Cum postulare idem sit, quod requirere, orare, poscere, petere, vel rogare, de quibus in A
locis tam proprijs, quam alijs satis dictum est, vel dicetur, ideo de postulare est breuiter transeundum. Notemus igitur, quod in scriptura sacra reperitur postulatio

Iustorum, qui postulant vt possint valere,
Stultorum, qui postulant quod solent nocere,
Malorum, qui postulant quod nequeunt habere, seu quæ debent horrere. Nam
Iustus postulat temporale donum,
Stultus postulat temporale bonum,
Impius postulat fraternale damnum.

¶ Primo ergo dico, quod est postulatio hominum iustorum. Isti enim postulant postulanda, videlicet sibi vtilia & necessaria, alijs vero non onerosa, aut difficilia. Sicut enim videmus, quod membra communia postulant, & suo modo petunt necessaria à suis principalibus, sc. vitam à corde, sensum & motum à cerebro, nutrimentum ab hepate, quæ si sana sunt, nunquam deficiunt postulantibus, quin iuxta posse faciant postulata. Agnus etiam famescens nonne balatu petit à matre lacteum nutrimentum, & ab ipsa postulat necessaria suo modo? Et nonne etiam statim mater acquiescit, & mammas porrigit postuláti? Sic dicam, quod quilibet debet petere & postulare sibi vtilia & necessaria, à principalibus membris s. à Deo & sanctis, quæ reuera si modo, tépore, causa & à personis debitis postulátur, nunquam deficiunt postulanti, imo isti sunt sicut illi de quibus dicitur 1. Mach. 8 quod audiuit Iudas nomen Romanorum, quia *sunt potentes viribus, & acquiescunt ad omnia, quæ postulantur ab eis* ¶ Note- B
mus ergo breuiter, quod iusti petunt nó superflua, sed necessa-

ria, non inania, sed vtilia, non impossibilia, sed facilia, & hoc non solum à Deo, sed etiam à proximo, principe, vel prælato. Hoc tamen certa lege, ratione, & moderamine debet fieri, vt scilicet postulemus digni, digne, & digna, & iusti, iuste, & iusta, ne forte alios dicatur nobis illud Iac. 4. si scilicet indigni, & indigna petamus. *Litigatis, & belligeratis, & non habetis propter quod non postulatis, petitis & non accipitis, eo quod male petatis.* Igitur hæc postula, scilicet

Remissionem, vt totaliter purgeris,
Discretionem, vt subtiliter scruteris,
Perfectionem, vt moraliter onereris,
Subiectionem, vt humiliter ameris,
Coniunctionem, vt concorditer verseris,
Saluationem, ne crudeliter damneris,
Defensionem, vt benigniter iuueris,
Redemptionem, vt immortaliter læteris,
Prælationem, vt sublimiter leueris,
Passionem, vt perenniter diteris.

Istæ sunt ergo postulationes vtiles, & honestæ, quas scilicet si iuste, & iusti petierimus, Deus non poterit denegare, Imo certe dicere illud a. Psal. 2. *Postula, quod vis, vt faciam tibi.* Igitur postulemus pietatem & remissionem, Ista enim debet esse prima & principalis petitio nostra, Iudith 8. *Pœnitentiam & indulgentiam eius cum lacrymis postulemus, humiliemus illi animas nostras, &c.* Vt sic simus de illis, de quibus dicitur 2. Mach. 8. quod *obsecratione facta communiter ab omnibus misericordem dominum postulabant, vt in finem seruis suis reconciliaretur.*

¶ Item postulemus claritatem, & cognitionem, hoc est dictum, sapientiam & scientiam veritatis, de qua dicitur Iac. 1. *Si quis vestrum indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, postulet autem in fide, nihil hæsitans, &c.* Et bene dicit affluenter, quia scilicet vt communiter ipse consueuit plura dare, quam postuletur sicut in Salomone patuit, cui dictum est 3. Reg. 3. *Postula, quod vis, vt dem tibi. Ipse vero non diuitias, nec honores, sed sapientiam postulauit. Et placuit,* inquit, *domino, quod rē huiusmodi postulasset. Dixitq; ei: Quia postulasti verbū hoc, nec petijsti diuitias, &c. sed postulasti sapientiam, &c. ecce feci tibi iuxta sermones tuos, & dedi tibi cor sapiens, &c. Sed & hæc, quæ non postulasti, dedi tibi, diuitias, sc. & gloriam, &c.* vt sic de cognitione veræ sapientiæ, & scientiæ dicatur cuilibet illud Coloss. 1. *Postulantes, vt impleamini cognitione voluntatis eius.* Postulemus igitur claritatem, & cognitionem.

¶ Item postulemus honestatem & perfectionem, seu honestam, & perfectam conuersationem. Vnde Hest. 2. *Quicquid postulabant puellæ ad ornatum pertinens, accipiebant.*

¶ Item postulemus humilitatem, seu paruitatem, & subiectionem. Exemplo sc. Annæ, quæ cum lacrymis postulauit à domino filium, & dedit ei. Filius enim qui naturaliter subiectus est patri, virtutem humilitatis, & subiectionis signat.

¶ Item postulemus vnitatem, & coniunctionem, seu etiam pacem & concordem conuersationem. Vnde 1. Par. 18. *Misit Thou rex Emath, ad regem Dauid, Aduram filium suum, vt postularet ab eo pacem.* Vnde Act. 12. *Persuaso Blasto postulabat pacem.*

¶ Item postulemus securitatem, & saluationem animarum nostrarum exemplo, scil. reginæ Hester, sicut dicitur Hester 5. *Postulauit à rege saluationem & liberationem animæ suæ, & suorum, & destructionem Aman inimici sui, & omnium Iudæorum. Pro qua,* inquit, *re postulas Hester, &c.* sequitur cap. 6. *Si placet regi, &c. dona mihi animam meam, & populum meum, &c.*

¶ Item postulemus auxilium, & defensionem. Iudic. 6. *Clamauit Israel ad dominum, postulans auxilium contra Madianitas.*

¶ Item postulemus præsidium, & prælationem, scil. vt possimus prodesse, non præesse. Exemplo, scil. Romanorum, inter quos, vt communiter non dabatur alicui magistratus nisi postulanti. Vnde secundum Titum Liuium, in die comitiorum quando, sc. eligebantur magistratus, veniebant illi, qui se reputabant honorabiliores. Ideo dominus cuilibet digno dicit illud Psal. 2. *Postula à me, & dabo tibi gentes, hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.* Vt & sic quilibet talis dicat domino illud Gen. 30. *Si feceris, quæ postulo, iterum pascam pecora tua.* ¶ Item postulemus immunitatem, & redemptionem, hoc est dictum, libertatem à vitijs. 1. Reg. 11. *Postulauit Ionathas à rege, vt immunem faceret Iudæam.* ¶ Itē postulemus hæreditatem & possessionem, s. gloriæ paradisi. Vnde de filiabus Salphaat, quæ petebāt hæreditatem in medio fratrum suorum dicitur Num. 28. *Iustam rem postulant filiæ Salphaat.* Ista est ergo postulatio hominum iustorum.

C ¶ Secundo vero dico, quod est postulatio hominum stultorum, scilicet mundanorum. Isti enim sunt similes pueris, & infirmis, & fatuis, qui scilicet libentius petunt, & postulant nociua, quam proficua, & superflua, quam necessaria, quia scilicet isti libentius postulare vellent temporalia, quam æterna, terrena, quam spiritualia, delectabilia quamuis nociua & mala, quā aspera quamuis vtilia atque bona. Tales enim videmus intentos ad postulandum, scilicet

Scientias sæculares,
Diuitias temporales,
Eminentias populares,
Delitias corporales.
Vel aliter:
Doctas sophisticationes,
Altas prælationes,
Latas possessiones,
Gratas epulationes.

Dicamus ergo talibus illud Genes. 34. *Augete dotem, munera postulate, libens tribuam quæ petieritis.* Contra eos, qui omni studio & diligentia doctas sophisticationes, scientias, videlicet sæculares postulant, scrutantur, & discutiunt, dicitur Hierem. 10. *Iuxta vias gentium nolite discere:* subditur ratio. *Quia leges populorum vanæ sunt.* Idipsum confirmatur. Sap. 13. *Vani sunt omnes homines in quibus non subest scientia Dei.* De alta prælatione, quam scilicet fatui tam pro se quam pro alijs postulant, dicitur 3. Reg. 2. *Quare,* inquit, *postulas Abysac Sunamitem Adoniæ? postula ei, & regnum.* Et Act. 13. *Postulauerunt regem, & dedit illis Saul.* De lata vero possessione, & diuitiarum postulatione dicitur Iud. 8. *Vnam,* inquit, *Gedeon petitionem postulo à vobis. Date mihi inaures de præda vestra.* Inaures enim vt communiter de auro erant. Fuerant autem mille septingenti auri sicli. De lauta autem epulatione dicitur Sap. 19. quod *filij Israel in deserto postulauerunt escas epulationis.* Hæc est igitur postulatio hominum stultorum.

¶ Tertio dico, quod est postulatio hominum prauorum, seu iniquorum, qui scilicet petunt, & postulant crudelia, & iniqua, mortem, scilicet & rapinam, proditionem, & miseriam vicinorum. Vnde nota, quod mali postulant, scilicet crudeles iustorum afflictiones, improbas donorum acceptiones, iniustas temporum dilationes. De crudelitate personali patet de illis pessimis Iudæis, quia sicut dicitur Luc. 23. *instabant postulantes, vt Christus crucifigeretur.* Et Actor. 25. dicitur, quod *illi mali principes sacerdotum postulabant aduersus Paulum damnationem.* De acceptione autem munerali patet de iudicibus & principibus, qui iniuste postulant alienum, de quibus dicitur Michee 7. *princeps postulat, & iudex in reddendo est.* De dilatione etiam temporali, qua, sc. mali differunt solutiones salariorum pauperibus debitorum, dicitur Eccles. 29. *In tempore redditionis postulabit tempus, & loquetur verba tædij.* Hæc igitur de postulatione sufficiant. De postulatione vero secundum intellectum iurium in quantum sumitur pro assumptione alicuius qui eligi non potest ad aliquam prælaturam, seu in quantum postulatio sumitur pro aduocatione, nihil ad præsens.

## Potus. Potare.

Nota, quod potus multipliciter sumitur in scriptura, tam in bono, quam in malo. Primo igitur dico, quod inuenitur in bono

Potus {
Refrigeratiuus,
Inebriatiuus,
Tristificatiuus,
Lætificatiuus.

Potus refrigeratiuus est potus gratiæ, & deuotionis, iste enim refrigerat ardores tentationum. Et ideo viri deuoti cum isto potu refrigerant sitim suam. Psal. 103. *Potabunt omnes bestiæ agri, expectabunt onagri in siti sua.* Tobiæ etiam 12. dicitur, quod angelus dixit. *Ego cibo & potu, qui ab hominibus videri non potest, vtor.* De isto potu loquitur hymnus dicens. *Sic potusque noster sit fides, læti bibamus sobria spiritus.* Et Apostolus 1. Corinth. 12. dicit. *Vno spiritu potati sumus.* ¶ Potus inebriatiuus, est potus doctrinæ, & instructionis, & de isto dicitur Eccl. 15. *Cibauit illum dominus pane vitæ, & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris potauit illū.* Iste est enim potus, quem pastores, id est, prælati, & prædicatores solent omnibus id est, simplicibus ministrare. Gen. 29. *Date potū omnibus, &c.* Differentia tamen est in istis potibus; quia s. inuenitur potus lactis, potus vini, & potus aquæ. Potus lacteus est doctrina simplex, quæ pueris, id est, rudibus & simplicibus est necessaria, de qua 1. Cor. 3. *Lac vobis potum dedi, non escam.* Potus vineus est doctrina pro-

...fanda, & ...ta, quæ, scilicet, vitis profectis & in fide & moribus ... est in ... gis congrua, de qua Eccles. 31. *Exultatio animæ, & corporis vinum moderate potatum*. Potus vero aqueus est doctrina communis, & manifesta, de qua Marc. 9. *Quisquis potum dederit vobis calicem aquæ frigidæ, non perdet mercedem suam*. ¶ Potus ...ificatiuus est potus pœnitentiæ, & amaræ compunctionis, de quo, scilicet, viri pœnitentes inebriantur, de quo dicitur in Psalm. 59. *Potasti nos vino compunctionis*. Et Psalm. 101. *Cinerem tanquam panem manducabam, & potum meum cum fletu miscebam*. ¶ Potus ...ificatiuus est potus gloriæ, & saluationis, de quo dicitur Psalm. 35. *Torrente voluptatis tuæ potabis eos, quoniam apud te est fons vitæ*. Hoc enim potu potantur beati in mensa regis æterni 3 Reg. *Omnia vasa, quibus potabat rex Salomon, erant aurea*. Ille enim potus dicitur aureus, quia sicut aurum splendet, non corrumpitur & præ metallis omnibus magis valet, sic potus æternæ gloriæ splendet splendore veræ cognitionis, incorruptibilis manet vigore æternæ durationis, super omnia valet complemento omnis & immensæ perfectionis. Istud igitur est poculum ambrosiæ, quo secundum fabulas poetarum, dij antiquitus vtebantur. ... *in poculis aureis, quibus bibebant conuiuæ in conuiuio Assueri*, ... Hest. 1. & de hoc Esaiæ 49. *Miserator eorum reget eos, ... aquarum potabit eos*. Et sic potus sumitur multipliciter ...o.

¶ ...ndo dico, quod potus potest accipi multipliciter in ...putatum malo. Inuenitur enim

Potus { Gulositatis, Iniquitatis, Prosperitatis, Aduersitatis,

Primus est potus laxatiuus,
Secundus est potus turbatiuus,
Tertius est potus effœminatiuus,
Quartus vero est potus venenatiuus.

Dico ergo, quod est potus gulositatis, qui est laxatiuus, quia pro certo illi, qui excessiuis potibus inebriantur, ad omnia mala desideria, & opera laxantur. Figuratur in Sedechia regi Iuda, qui excæcatus, & ductus in Babylonem, cum sumpsisset poculum laxatiuum, (quia, scilicet, Chaldæi miscuerant in potu eius medicinam laxatiuam) ignominiose coram omnibus est laxatus sicut ... magister in histo. schol. Et sic ... etiam minatur Abacuc propheta dicens Abac. 2. *Væ qui potum dat amico suo mittens fel suum, & inebrians eum, vt aspiciat nuditatem eius*. quia videlicet potus ex... solet hominem ad omnia mala laxare, & ipsum inebriare, & nuditatem secretorum alijs reuelare, *nullum enim secretum, vbi regnat ebrietas*, sicut dicitur Prou. 31. Et ideo tales potatores maledicuntur Esa. 5. *Væ qui mane consurgitis ad miscendam ebrietatem, & ad potandum vsque ad vesperam, vt vino æstuetis*. Sed de potu vide supra de Ebrietate. Iste est ergo potus gulositatis, qui est laxatiuus. ¶ Deinde dico, quod est potus iniquitatis, qui est turbatiuus. Sunt aliqui potus & aliqua vina, quæ statim penetrant cerebrum, & imaginationem turbant, ita quod homo vsum rationis amittit, titubando etiam incedit, balbutiendo loquitur, & illa, quæ vidit, obliuioni tradit. Sic vere est potus peccati & iniquitatis, quia, scilicet, diabolus dum replet, & inebriat peccatores, rectæ rationis tollit iudicium, rectæ operationis turbat incessum, recti sermonis tollit eloquium. Vnde de potu peccati dicitur 1. Petr. 4 quod *peccatores ambulauerunt in luxurijs & potationibus & in illicitis idolorum cultibus*. Potus enim iste ...ficat potus cuiusdam fluminis, qui dicitur Lyncestius, qui potatores suos facit ebrios sicut vinum, ipsosque statim efficit titubandos, sicut dicit Ouid. lib. meta. 15. fab. 24. Recte talis fluuius est peccatum, statim enim quando per delectationem & consensum potatur, ratio ebria efficitur, & voluntas per mala desideria titubat, & mouetur. Iste est enim potus, *quem mulier diabolica habebat in manu ad inebriandam omnem terram*, sicut dicitur Apoc. 7 quia diabolus sicut dicitur Apoc. 14. *Vino fornicationis suæ potauit omnes gentes*. Iste est ergo potus iniquitatis, qui est turbatiuus. ¶ Denique dico, quod est potus prosperitatis, qui est induratiuus. Vt enim dicit Ouid. lib. 15. fab. 17. est quidam fluuius apud Ciconas, qui potatus facit viscera lapidea, loca etiam, vbi pertransit facit marmorea. Idem etiam dicit de lacu, qui dicitur Æthiopes alias de lacu quodam Æthiopiæ, si quis ex eo potauerit, aut furit aut patitur mirum grauitate soporem. Dicit insuper idem, quod si quis de fonte Clitorio potauerit, vinum, ex tunc odiet, & horrebit. Sic vere charissimi facit vinum & potus mundanæ prosperitatis, iste enim suos potatores, & amatores facit habere viscera lapidea per duritiam incompassionis, sicut patet de auaris & parcis diuitibus. Facit etiam eos furere contra alios per feruorem superbiæ & elationis. Facit insuper eos dormire per torporem pigritiæ & per defectum bonæ operationis. Facit nihilominus vinum deuotionis, & diuinæ gratiæ abhorrere, per fastidium malitiæ & obstinationis. Iste est ergo potus de quo dicitur Abac. 2. quod *vinum potantem se decipit*. De isto potu dicitur Hester. 1. quod *Assuerus post nimiam potationem incaluit, & voluit videre reginam vxorem suam*. quia, scilicet, tales tali potu prosperitatis feruentes, ad vxores sunt potius, & ad libidinem anhelantes Hierem. 51. *In calore eorum ponam potus eorum*. Iste est ergo potus prosperitatis, qui est consopitiuus. ¶ Quarto H
dico, quod est potus aduersitatis, qui est venenatiuus. Pœna certe enim æterna est potus felleus, qui damnatos venenat & occidit. vnde Hierem. 8 & 9. *Ecce ego cibabo populum istum absynthio. & potum dabo eis aquam fellis*. Et sic ergo patet, quomodo potus diuersimode sumitur. Sed vide supra de Bibere, & de Aqua, & de fluminibus.



## Potentia. Potestas.

Cum potestas nihil aliud sit, quam fortitudo corporalis, A
vel quidam gradus, & eminentia secularis, possumus notare, quod tam in bono significato, quam in malo in scriptura inuenitur potestas

Diuina,
Humana,
Mundana,
Angelica,
Diabolica.

Potestas diuina est admirabilis, quia sicut dicitur Dan. 7. *Potestas eius potestas æterna, quæ non auferetur, & regnum eius, quod non corrumpetur*. Potestas humana est defectibilis Eccles. 10. *Omnis potentatus breuis vita*. Potestas mundana est detestabilis, & de hac dicitur Apocal. 9. *Potestas eorum nocere hominibus mensibus quinque*. Potestas angelica est honorabilis, & de ista dicitur Coloss. 2. quod *Christus est caput omnis principatus, & potestatis*. Potestas diabolica est formidabilis, & hoc quia sicut dicitur Iob 41. *Non est potestas super terram, quæ comparetur ei, quia factus est, vt nullum timeret*. ¶ Dicamus ergo primo, quod est potestas diuina, quæ est admirabilis. Ista enim admirabilis dicitur, scilicet, quia B

Loco non coarctatur,
Termino non limitatur,
Tempore non immutatur,
Opere non fatigatur.

Dico, quod loco non coarctatur, quia sicut dicitur Matth. 28. *Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra*. Termino etiam non limitatur, quia sicut dicitur Zach. 9. *Loquetur pacem gentibus & potestas eius à mari*. Tempore etiam non antiquatur, quia sicut dicitur, Dan. 7. *Potestas eius potestas æterna*. Labore non fatigatur, quia sicut dicitur Luc. 1. *Ipse fecit potentiam in brachio suo, dispersit superbos, &c*. Ipse igitur est potens, & ideo iste est timendus, amandus, honorandus, & frequentandus. Milites enim in exercitu de potentiori faciunt sibi ducem, apes in alueari potentiorem, & maiorem eligunt sibi regem, cerui etiam transituri fluuium, potentiorem, & fortiorem constituunt sibi regem, & illum sequuntur, elephantes insuper forti & potenti arbori, quando dormiunt, innituntur. Sic & nos charissimi, qui sumus in alueari ecclesiæ, & in militia huius vitæ, vt fluuium huius mundi periculosum, & rapidum tute transeamus, & finaliter in patria dormiamus, necesse habemus fortem ductorem, & rectorem scilicet, Deum eligere, quem per imitationem sequamur, cui per deuotionem innitamur, & à quo per suæ gratiæ collationem à nostris aduersarijs defendamur. Iste enim est solus potens nos eripere, & saluare, & nos in tentationibus & tribulationibus adiuuare. Et ideo potentiam suam desiderabat Dauid in Psalm. 79. dicens. *Excita potentiam tuam, & veni*. Et ideo breuiter de potestate Dei dicitur Sap. 7. vbi de sapientia increata loquens dicit sic. *Cum sit*, inquit, *vna omnia potest, & permanens in se, omnia innouat*. Vbi aduerte, quod Dei potentia commendatur à mirabili singularitate, quia vna. A notabili generalitate, quia omnia potest. A durabili immobilitate, quia in se permanet. A laudabili liberalitate, quia omnia innouat. ¶ Dico ergo, quod C
ista potentia habet singularitatem valde mirabilem. Cum sit inquit vna. Ista enim est vna, id est, singularis, & sola, quia, scilicet, ab ista dependent omnes aliæ potestates, sicut ab suo principio

gloriæ possessores. Isti enim gloriantur & exaltantur, honorantur & prosperantur. Quia sicut dicitur Prou. 19. *Multi colunt personam potentis* &c. Isti signantur Apoc. 9 vbi dicitur, quod *de fumo putei exierunt locustæ, & data est eis potestas, sicut habent potestatem scorpiones.* Fumus enim signat mundi prosperitatem quæ facilè deperit sicut fumus. Locustæ istæ, quæ herbas virentes corrodunt, significant mundi potentes & diuites & maxime nobiles. Isti enim in fumo mundanæ prosperitatis sunt, vbi alios more scorpionum pungunt, & vbi bona pauperum more locustarum corrodunt Ioel 1. *Vastitas à potente venit.* Item erunt in miseriæ successores, quia sicut dicitur Sap. 4. *Malignitas euersio potentium.* Et Sap. 6. dicitur, quod *potentes potenter tormenta patientur.* ¶ Sed si vis aliquid ponere de impotentia, possumus dicere, quod est impotentia, quæ

Cunctis inest naturaliter,
Iustis inest virtualiter,
Malis inest criminaliter,
Sanctis inest supernaliter,
Prauis inest infernaliter.

dico, quod est impotentia cunctorum, quæ est naturalis, & ista est illa, qua scilicet, mortem nō possumus vitare, quia potentiæ Dei non possumus obuiare, nec ipsius iustitiam possumus declinare, nec ipsius sapientiam inuestigare, nec ipsius mirabilia opera excogitare. Quod enim mors non possit vitari, patet Iob 14. vbi de homine dicitur. *Constituisti terminos eius, qui præteriri non poterunt*, & Iob 19. *Semitam meam circumsepsit, & transire non possum.* Item quod Dei potentiæ non possit resisti, nec ipsius comprehendi, patet 3. Reg. 8. vbi Deo dicit Salomon. *Cæli cælorum te capere non possunt*, & Hest. 13. *Domine in ditione tua cuncta sunt posita & non est, qui tuæ possit resistere voluntati.* Item quod ipsius iustitia non possit declinari, patet Iob 9. vbi dicitur de Deo. *Deus cuius iræ resistere nemo potest.* Et cap. 10. *Non est, qui de manu tua possit eruere.* Item quod ipsius sapientia non possit inuestigari patet in Psalm. 138. vbi dicitur. *Mirabilis facta est scientia tua, ex me confortata est, & non potero ad eam.* Vnde 3. Reg. 8. *Non poterant sacerdotes stare, & ministrare propter nebulam.* Item quod mirabilitas operum suorum non possit cognosci & perscrutari, patet Eccl. 1. vbi dicitur. *Cunctæ res difficiles, non potest eas homo explicare sermone.* Et Eccl. 8. *Intellexi, quod omnium operum Dei nullam possit homo inuenire rationem.* Et Baruch. 3. *Non est qui possit scire vias eius.* Ista ergo est impotentia cunctorum, quæ est naturalis.

¶ Item est impotentia iustorum, quæ est virtualis. Et ista est illa, qua iusti ita sunt radicati, & firmati in gratia, quod peccare non possunt. Narrat Rasis in lib. de occultis virtutibus membrorum animalium, quod Alexander portabat secum vnum lapidem pretiosum, qui habebat summam potentiam contra venena, tonitrua & fulmina, dabat etiam victoriam contra hostes. Quamdiu (vt ait) illum lapidem super se portabat, mori veneno non poterat. Verumtamen (vt ait) sic semel contigit, quod Alexander deposita veste se balnearet in Euphrate, & tunc serpens illum lapidem subripiens expuit ipsum in fluuio, inuidens, scilicet, Alexandro, quod haberet gemmam, quæ haberet tantam potentiam in venena, sicque finaliter factum est, quod Alexander veneno mortuus est. Qui tamen veneno mori non potuisset, si bene lapidem seruauisset. Quid dicam, de Marsis populis, de quibus dicit Plin. l. 28. c. 3. quod à venenosis animalibus lædi non poterant, quinimo cantus eorum serpentes audientes terrebant. Et reuera talis impotentia virtualis inest quibuslibet hominibus perfectis & iustis. Portant enim lapidem pretiosissimum, diuinam gratiam semper secum, qua scilicet, serpentes nunquam possunt mori per venenum mortalium, nec ex tonitruo diuini iudicij terrentur, nec fulmine damnationis æternæ pereunt in æternū, imo contra dæmones, & vitia habent victoriam & triumphum, in tantum, quod eorum cantus, id est, ipsorum orationes serpentibus, id est, dæmonibus sunt terror. Et breuiter de tali impotentia peccandi potest dici illud 1. Ioan. 3. *Non potest peccare, qui ex Deo natus*, caueant tamen tales, ne istum sacrum lapidem diuinæ gratiæ per serpentis diaboli inuidiam perdant, quia scilicet, tunc & temporaliter & æternaliter à veneno diaboli lædi possent. Dictum enim fuit per Apostolum Actor. 27. *Nisi in naui manseritis, vos salui fieri non poteritis.* Apud iustos ergo *aqua multa non possunt extinguere charitatem*, sicut dicitur Cant. 8. Nec Ioseph se potuit à fletu visis fratribus abstinere. Nec *filij Israel potuerunt abominationes Aegyptiorū domino immolare*, sicut dicitur Gen. 45. & 8. Ista est ergo impotentia iustorum quæ est virtualis. ¶ Item est impotentia malorum, quæ est criminalis. Nullus est enim ita fortis, & potens quin per infirmitatem possit fieri impotens. Sic vere isti, qui per fidem, & innocentiam poterant in bono esse potentes, per infirmitates vitiorum, quas contrahunt, fiunt totaliter impotentes. Igitur notabis, quod L

Mali non possunt {
Sursum scandere,
Clare cernere,
Firmi persistere,
In pace viuere,
Templum struere,
Iram vincere,
Verbis parcere,
Se corrigere,
Requiescere,
Iuste agere,
Bona discere,
Sua pandere,
Alta visere,
Se defendere,
Somnum fugere,
Fructus reddere,
Se subijcere,
Grata facere,
Laudes canere,
Cœlos quærere.
}

Ista sunt enim viginti impossibilia, quæ scilicet mali quamdiu mali sunt, facere non possunt. Et hoc quia per peccatum bene operandi potentia se priuauerunt. Dicam ergo, quod isti non possunt sursum scandere per cœlestium affectionem. Exod. 19. *Non poterat vulgus ascendere in montem.* Et Ios. 16. *Non poterimus ad montana ascendere.* Item non possunt clare cernere per veram fidei, cognitionem, discretionem, seu contemplationem. Vnde Gen. 27. dicitur de Isaac, quod *caligauerant oculi eius, & videre non poterat.* Et 3. Reg. 14. dicitur, quod *Achaias non poterat videre, quia caligauerunt oculi eius.* Item isti non possunt firmi persistere per constantiam, fortitudinem, & in bonu durationem Exod. 9. *Nec poterant malefici stare coram Moyse* Psal. 17. *Confringam illos, nec poterunt stare cadent subtus pedes meos.* Item non possunt in pace viuere per concordiam & pacificam vnionem. Vnde de fratribus Ioseph insidiosis dicitur Gen. 37. quod *ipsi oderant Ioseph, nec poterant sibi quicquam pacifice loqui.* Item isti non possunt templum struere, scilicet, in corde suo per orationem, & deuotionem 1. Par. 22. *Non poteris ædificare domum nomini meo, tanto effuso sanguine coram me.* Item isti non possunt iram vincere per patientiam, & debitam tolerationem. Vnde Iudith. 2. de Holoferne dicitur, quod *ferocitatem pectoris eius mitigare non poterant.* Item ipsi non possunt verbis parcere per loquelæ moderationem. Vnde Pro. 25. *Sicut vrbs patens & absque murorum ambitu, ita qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum.* Item isti non possunt se corrigere per culparum dimissionem, & emendationem Ecclesiast. 7. *Inueni*, inquit, *quod nemo possit corrigere, quem Deus despexit.* Item isti non possunt requiescere per tranquillitatem & sublatam negotiorum turbationem. Vnde Esaiæ 57. *Impij sicut mare feruens, quod quiescere non valet.* Et Hierem. 49. *Turbati sunt in mari præ sollicitudine quiescere non potuerunt.* Item isti non possunt iuste agere sui & aliorum debitum regimen & correctionem. Vnde Baruch. 6. de idolis dicitur. *Falsa sunt, & non possunt loqui.* Et Luc. 1. dicitur, quod *Zacharias egressus de oraculo non poterat loqui.* Item isti nō possunt bona dicere per prælatorum & doctorum prædicationem Ioa. 16. *Habeo vobis multa dicere, sed non potestis portare.* Item isti non possunt sua pandere, seu porrigere per eleemosynam, & compassionem. Vnde Baru. 6. dicitur de falsis dijs, quod *diuitias dare non possunt.* Item isti non possunt alta visere, seu se erigere per terrenorum detestationem, & supernorum desiderium & volitionem. Vnde Luc. 13. dicitur de muliere, *quæ habebat spiritum infirmitatis, quod erat inclinata, nec poterat omnino sursum respicere.* Item isti non possunt se defendere per periculorum euitationem, & hostium superationem. Vnde Thren. 1. *Infirmata est virtus mea, dedit me Dominus in manum, de qua non potero surgere.* Sicut enim dicitur de mundi diuitibus Sopho. 1. *Argentum eorum, & aurum non poterat liberare eos.* Item isti non possunt somnum fugere per bonam vigiliam & occupationem. Vnde Matth. 26. dicitur. *Simon dormis, non potuisti vna hora vigilare mecum?* Item isti non possunt fructus reddere per bonam & vtilem operationem Ioann. 15.

*Sicut palmes non potest facere fructum, nisi manserit in vite, sic nec vos nisi in me manseritis.* Item isti non possunt se subijcere per humilitatem, & seruitij exhibitionem. Vnde Luc. 16. & Matth. 6. dicitur, quod *nemo potest duobus dominis seruire.* Et Roman. 8 dicitur. *Sapientia carnis inimica est Deo, legi enim iustitiæ non est subiecta, nec enim potest.* Item isti non possunt grata facere per diuinæ voluntatis complacentiam Roman. 8. *Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt.* Item isti non possunt læte canere per diuinæ laudis exultationem, seu iubilationem Apocal. 14. *Nemo poterat dicere canticum, nisi illa quadraginta quatuor millia,* &c. Item isti non possunt cœlum rapere, seu quærere, vel acquirere per æternam beatificationem, patet 1. Corinthiorum 15. *Caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt, nec corruptio incorruptelam possidebit.* Vnde Ioan. 3. dicitur, quod *nisi quis natus fuerit denuo, nõ potest intrare in regnum Dei.* Sic ergo patet, quomodo est dare impotentiam Infernalem. Supernalem. Criminalem. Virtualẽ & naturalem. ¶ Nota, quod secundum diuisionem in principio huius tituli factam, adhoc singulariter esset dicendum de potentia mondana, angelica, diabolica, sed licet ista membra sub his nominibus author non deduxerit, satis tamen expresse sub alijs vocabulis explicauit. Vnde ad ea redeunda indice monstrabo. De potentia mondana habes supra eodem tit. §. Sed adhuc dico, quod potentia humana sumitur in malo. De potentia angelica vide in §. Item est impotentia iustorum, quæ est virtualis. De potentia vero diabolica nota §. Item est impotentia malorum, quæ est criminalis. Sufficit ergo, quod dictum est de Potentia. Posse. Potestate & Impotentia, &c.

A

## Prauus. Prauitas.

Compraoitas, iniquitas, malum peccatũ, & similia idẽ significare videãtur, satis mihi videtur in diuersis titulis esse factũ, nisi plures inuenirentur de prauitate authoritates vocales. Nos igitur notemus breuiter transeundo, ꝙ prauus idẽ quod peccator, & quod praua, inutilia, otiosa, nihil sunt aliud, quam peccata, vel etiam bona temporalia, vel tormenta. Tormẽta enim, peccata, peccatores, dæmones, possunt dici praua simpliciter, & per se. Mundi vero bona societates malorum, praua dicuntur per accidens, & non per se, eo scilic. quod mali, peccati, seu tormenti causa, seu occasio possunt esse. Prauus ergo idem est, quod peccator ex toto perfidus & corruptus. Vnde generationi, & communitati talium dicitur Deut. 32. *Generatio praua, atque peruersa, haccine reddis Domino, popule stulte & insipiens.*

B ¶ Vnde nota, quod generatio talium praua, dicitur, quia quicquid habet in moribus, totum prauum, & impium esse probatur. Habent enim isti mali, seu praui, scilicet prauitatem

Cordis, dum praua machinantur,
Oris, dum praua protestantur,
Manus, dum malum operantur,
Gressus, dum male prosequuntur.

Primo igitur dico, quod praui sunt, quia habent prauas cogitationes, seu machinationes. Membra enim exteriora infirma sunt, quando interiora & principalia, scilicet, cor, hepar, & cerebrum corrupta sunt. Sicut etiam videmus, quod in arbore fructus vermiculosi, & corrupti efficiuntur & caduci, quando à radice corrupta procedunt, sic vere cum cor & cogitatio, morum & actuum sint radices, necesse est, ꝙ si ista interius sint corrupta, quæ sunt exterius, sint & inepta, quia pro certo si quis in corde malas habeat affectiones, necesse est, quod prauas sentiat passiones. Omnia enim alia sequuntur cor, quod si bonum fuerit, bona sunt, quæ ab ipso procedunt. Si prauum fuerit, peruersa sunt Hie. 9. *Non audierunt vocem meam & non ambulauerunt in ea, & abierunt post prauitatem cordis sui, & post Baalim.* Prauitas autem ista consistit in quadam profunditate inscrutabili, in quadam peruersitate incorrigibili, in quadã venenositate intolerabili & detestabili. De prauitate profunditatis, quæ non cognoscitur, patet Hier. 17. *Prauum est cor hominis & inscrutabile, & quis cognoscet illud?* Istud proprie est de multis, qui ita cauti, & inuoluti sunt, quod corda eorum cognosci non possunt, imo nescitur, quid diligunt, aut intendunt. De peruersitate vero obstinata, & incorrigibili patet de multis, qui scilic. voluntarie mali sunt, & ita in sua malitia delectati, quod nunquam amplius fieri boni volunt, dicentes illud Deut. 29. *Pax erit mihi & ambulabo in prauitate cordis mei.* Et Hier. 18. *Desperauimus, post cogitationes nostras ibimus, & vnusquisque prauitatem cordis sui mali faciemus.* De venenositate autem detestabili, scilicet, de malitiæ iniquitate, quam scilicet quidam habere se gloriantur, dicentes, scilicet, illud Hier. [illegible] *Pax erit vobis & omnis qui ambulat in prauitate cordis sui, dicentes* [illegible] *tt. Abominabile domino cor prauum, voluntas eius in eo, qui simpliciter ambulat.* Constat enim quod illa, quæ fiunt ex certa scientia & malitia, magis displicent Deo, quam illa, quæ fiunt ex passione, & quadam impotentia & ideo ille Deo summe displicere dicitur qui malitiose & voluntarie praua machinari probatur. Vnde de prauo, & malitioso dicitur Prou. 6. quod *ipse est homo apostata, vir inutilis, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, prauo corde machinatur malum.* Sequitur. *Sex sunt quæ odit Deus &c.* & post. *Cor machinans cogitationes pessimas.* Et reuera tales sunt etiam ab hominibus cauendi, & summopere fugiendi, iuxta illud Psal. 100. *Non adhæsit mihi cor prauum, detrahentem secreto proximo suo, hunc persequebar.* merito, quia sicut dicitur Eccles. 36. *Cor prauum, dabit tristitiam.* Praui ergo dicuntur illi qui habent prauas cogitationes.

¶ Secundo praui dici possunt hi, qui habent prauas prolocutiones. Sicut enim prauitas seu non sanitas potest cognosci in ore, sic prauitas hominis in verbo. Ideo sapiens consulit Prou. 4. dicens. *Remoue à te os prauum, & detrahentia labia longe sint à te.* Remoue inquit à te, & non solum à persona & à conditione tua, imo etiam à te, id est, à tua societate, quia scil. non solum praua & detractoria verba debemus ab ore nostro fugare sed etiam detractores & alios praua libenter loquentes debemus fugere, & odire. Vnde sapientia Dei dicit Prou. 15. *Arrogantiam & superbiam, & viam prauam, & os bilingue ego detestor.* Constat enim quod verba praua non solum detestabilia sunt iustis sed etiam ipsi Deo. Vnde Iob 14. dictum fuit ipsi Iob. *Nunquid grande est, vt consoletur te Deus? sed verba tua praua hoc prohibent.* Et merito, quia scilic. in verbis diuinis nunquam aliqua prauitas, sed semper omnis bonitas inuenitur. vnde Pro. 7. *Iusti sunt omnes sermones mei, non est in eis prauum quid, neque peruersum.* Praui sunt ergo hi, qui habent prauas prolocutiones.

¶ Tertio praui sunt hi, qui habent prauas operationes, sicut, scilicet, sunt illi, qui praua ordinant & discutiunt. Qui praue lædunt & percutiunt. De prauis prælatis ordinatoribus, dicitur 2. Mac. 4. quod *ciuium destituens iura praua sanciebat instituta.* De prauis vero munerum collatoribus & maiorum corruptoribus & allectoribus potest dici illud Eccl. 35. *Noli offerre munera praua.* De prauis aliorũ molestatoribus, inuasoribus potest dici illud Psalm. 77. *Patres eorum conuersi sunt in arcum prauum.* Arcus enim à longe percutit, quia, vbi zelus & contentio, ibi inconstantia & omne opus prauum Iac. 3. *Praui ergo sunt hi, qui habent prauas operationes.*

¶ Quarto praui sunt hi, qui habent prauas prosecutiones. Prauos enim gressus, prauas vias, praua itinera, idest, prauas persecutiones, & negotia habent praui, de quibus dicitur Eccl. 2. *Væ his, qui perdiderunt sustinentiam, qui dereliquerunt vias rectas, & diuerterunt in vias prauas.* Et Prou. 28. dicitur, quod *melior est pauper ambulans in simplicitate sua, quam diues prauus in itineribus suis.* Patet ergo quomodo isti praui sunt, qui scilicet, habent prauos gressus, prauos actus, prauos affectus & prauos etiam cogitatus. Tales ergo sunt de illa scilicet praua generatione, de qua consulitur Acto. 2. *Saluamini à generatione praua.* Et Phil. 2. *Sitis, inquit, sine querela, & simplices filij Dei sine reprehensione in medio nationis prauæ, atque peruersæ &c.* Ista igitur de prauitate morali sufficiant.

## Præ.

Nota, quod Præ quandoque sumitur pro vltra, seu pro super, seu pro propter, seu pro ante, seu pro valde. Pro super dico, sicut enim dicitur Deus noster præ omnibus dijs est, super & ante omnes Deos. Quãdoq; sumitur pro propter, sicut cum dicitur in Psal. 17. *Præ fulgore in conspectu eius nubes transierunt, &c.* Præ fulgore, inquit, id est, propter fulgorem. ¶ Item pro ante, sicut cum dicitur præcedere, pro antecedere, seu ante alios incedere.

¶ Item pro valde, sicut cum dicitur, præpotens vel pręclarus, & sic ergo dicam, quod præ quandoque signat excellentiam, & prærogatiuam. Quandoque vero causam rationalem & constitutiuam. Siue igitur præsumatur prærogatiue seu causatiue, dico, quod vtroque modo in bono sumitur & in malo. Vnde notemus, quod ista dictio

Præ quandoque refertur ad { Deum, Iustum, Impium.

B ¶ Primo ergo dicamus, quod refertur ad Deum. Constat enim quod Deus habet suum Præ, id est, suam excellentiam singularem, qua scilicet, præ omnibus, id est, super omnes ipse præualet, &

let & præcellit. Vnde nota, quod Deus, seu etiam Christus præcellit omnes,

Honore potenti,
Decore decenti,
Dulcore parenti,
Splendore nitenti.

Constat enim quod Deus præcellit omnia in potentiæ celsitudine. In decentiæ pulchritudine. In clementiæ plenitudine. In scientiæ, seu redolentiæ magnitudine. Habet enim Christus vnum Præ, quod est potentiæ, & celsitudinis infinitæ. Vnde patet de ipso legitur in Psalmo 88. dixisse. *Et ego primogenitum ponam illum excelsum præ regibus terræ.* Item habet vnum Præ, id est, vnam prærogatiuam, quod est decentiæ & pulchritudinis infinitæ. Vnde sibi dicitur in Psa. 44. *Speciosus forma præ filiis hominum. diffusa est gratia in labiis tuis.* Item habet vnum Præ clementiæ, & mansuetudinis delinitæ. Ideo dicitur in Psa. 44. *Vnxit te Deus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.* Item vnum Præ, id est, vnam prærogatiuam redolentiæ, & sanctitudinis exquisitæ, hoc est dictum, boni nominis, & bonæ famæ. Vnde de ipso dicitur Hebr. 1. quod *ipse factus tanto melior angelis effectus, quanto præ illis differentius nomen hæreditauit.* Sic ergo patet, quod ista dictio Præ refertur ad Deum.

C § Secundo dico, quod præ quandoque refertur ad Iustum. Accipiatur enim Præ siue causaliter, siue præcellenter, dico quod bene potest referri ad iustum. Habet enim iustus multiplex Præ, id est, multiplicem causam, faciendi bonum & consequendi gloriam æternam, scilicet,

Præ {
Stupore, quo contemplando Deum admiratur,
Liquore, quo degustando intus delectatur,
Feruore, quo diligendo intus inflammatur,
Dulcore, quo congaudendo pie lacrymatur,
Dolore, quo pœnitendo corde conturbatur,
Squalore, quo abstinendo caro maceratur,
Valore, quem acquirendo summe gratulatur,
Splendore, quem possidendo sursum consolatur.
}

D § Dico ergo, quod iusti habent Præ stuporis admiratiui, & hoc est quando contemplando diuinam maiestatem mirantur, dicentes, scilicet, ipsi Deo illud Hest. 15. *Conturbatum est, loqui, cor meum præ timore gloriæ tuæ, valde enim admirabilis es Domine, & facies tua plena est gratiarum.* Sicut etiam apparuit in regina Saba, de qua dicitur 2 Par. 9. *Quod nō habebat vltra spiritum præ stupore.* Item iusti habent vnum Præ liquoris delectatiui, dum multitudinis beneficiorum à Deo acceptorum memores in Dei bonitate delectantur. Vel dum fonte gratiæ diuinæ irrigati spiritualiter exultant & consolantur. Item iusti habent vnum Præ ardoris inflammatiui. Habent enim virtutem feruidæ charitatis: Exemplo, scilicet, Iacob qui seruiens Laban pro Rachele, scilicet, septem annis, *videbantur sibi dies pauci præ amoris magnitudine.* Rachel enim est vita æterna, pro qua, scilicet, iusti seruiunt Christo, & hoc, scilicet, septem annis, id est, toto tempore vitæ huius, quod septem dierum curriculo mensuratur. Item iusti habent vnum Præ dulcoris lacrymatiui, scilicet, pietatis & compassionis virtutem, quæ faciliter lachrymatur. Exemplo, scilicet, *Tobiæ & vxoris suæ, qui osculantes filium suum cœperunt flere præ gaudio.* Item habent vnum Præ doloris conturbatiui, id est, virtutem pœnitentiæ, dicentes, scilicet, illud Threnor. 2. *Defecerunt præ lacrymis oculi mei, conturbata sunt viscera mea.* Item habent vnum Præ squaloris maceratiui, scilicet, abstinentiam à cibis, de qua tamen legimus contrarium miraculose factum Dan. 1. vbi dicitur, quod *post dies decem, propter abstinentiam apparuerunt corpulentiores & meliores præ omnibus pueris, qui vescebantur cibo regio.* Item habent vnum Præ valoris lucratiui, scilicet, diuinam gratiam, de qua dicitur Matth. 13. *Quod simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro, quem qui inuenit homo, præ gaudio illius vadit & vendit vniuersa, quæ habet, & emit agrum illum.* Item habent vel saltem finaliter habebunt vnum Præ splendoris consolatiui, scilicet, gloriam paradisi, de qua Esa. 65. *Ecce serui mei laudabunt præ exultatione cordis, & vos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione spiritus vlulabitis.* Sic igitur patet, quomodo iusti habent multiplex præ. vel propter, id est, multiplicem causam iustitiæ, qua sunt iusti. Igitur patet quod præ quandoque spectat ad iustum.

E § Tertio dico, quod Præ quandoque spectat ad impium. Mali enim habent suum præ & suum propter, hoc est dictum, suam malam causam faciendi malum. Vnde nota, quod isti

Præ {
Fragilitate fiunt fluidi,
Cupiditate fiunt aridi,
Ebrietate fiunt stolidi,
Diuersitate solent diuidi,
Temporalitate fiunt tepidi,
Anxietate fiunt torpidi,
Timiditate fiunt stupidi,
Tenuitate fiunt squalidi,
Calamitate fiunt horridi.
}

Dico igitur, quod mali habent vnum Præ, id est, vnam causam fragilitatis, ex quo sequitur inconstantia, scilic. exemplo illius reginæ, de qua dicitur Hester. 15. quod *præ nimia teneritudine corpus suum ferre non sustinebat.* Item habent vnum Præ cupiditatis, ex quo sequitur turbulentia. Vnde Iob 30. *Ossa, inquit, mea aruerunt præ caumate, versa est in luctum cithara mea, & canticum meum in vocem flentium.* Cauma enim ardor & feruor auaritiæ, ariditatem & maciem, luctum etiam & tristitiam introducit, & citharam & gaudium vilipendit. Item habent vnum Præ ebrietatis, ex quo sequitur ignorantia. Vnde Esa. 28. *Hi quoque præ vino nescierunt & præ ebrietate errauerunt.* Sequitur. *Sacerdos & propheta nescierunt præ ebrietate, absorpti sunt à vino.* Item habent vnum Præ diuersitatis, ex quo sequitur dissonantia seu discordia Zach. 8. *Neque introeunti, neque exeunti erat pax præ tribulatione.* Hier. 49. *Turbati sunt in mari, præ sollicitudine quiescere non potuerunt.* Item habent vnum Præ temporalitatis, scilicet, negotiationum & occupationum mundi, ex quo sequitur impotentia. *Pluribus, enim, intentus minor est ad singula sensus.* Vnde Luc. 5. dicitur. *Quod ipsi non poterant inferre paralyticum ante Iesum, vt sanaretur, præ turba, & propter hoc necesse fuit ascendere super tectum.* Turba enim negotiorum impedit, ne spiritus imbecillis ante Iesum poni possit, sicut etiam de Zachæo dicitur Luc. 19. quod *ipse quærebat Iesum videre, quis esset, & non poterat præ turba, eo quod statura pusillus esset.* Item habent vnum Præ anxietatis, ex quo sequitur somnolentia, sicut de Apostolis dicitur Luc. 22. *Quod Iesus inuenit eos dormientes præ tristitia.* Item habent vnum Præ timiditatis, ex quo sequitur turbulentia, sicut dicitur Matth. 28. *Quod præ timore eius exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui.* Item habent vnum Præ tenuitatis, seu spiritualis paupertatis, ex quo sequitur indigentia Hier. 14. *Erant protracti in viis Hierusalem præ fame.* Item habēt, vel etiam habebunt, id est, post mortem in inferno vnum Præ calamitatis, seu etiam aduersitatis, ex quo sequitur pestilentia damnationis æternæ. Vnde ipsis potest dici illud prædictum Esa. 65. *Vos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione spiritus vlulabitis*, & Sap. 5. *Intra se pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes &c.* Hæc sufficiant de Præ. Vide de Propter.

## Præbere.

A Nota, quod Præbere, Dare, Præstare, & similia idem significant, vt in pluribus. sed quia multa dicta sunt, aut dicentur in titulis prælibatis, volo hic breuiter pertransire. Nota ergo, quod nos inuenimus præbere Dei iusti & impij. § Primo igitur dicamus de Deo. Iste enim est, qui præbet omnia bona bonis, & omnia mala malis. Præbet enim, scilicet,

Constantiam militantibus,
Concordiam se metuentibus,
Sapientiam se diligentibus,
Suam gratiam se prosequentibus.

Præbet dico in se credentibus constantiam. Vnde 2. Par. 16. dicitur, quod *Deus præbet fortitudinem his, qui corde perfecto credunt in eum.* Item præbet se metuentibus concordiam. Vnde 2. Par. 20. dicitur de illo rege Iosaphat, *qui timebat dominum, quod quieuit regnum Iosaphat, & præbuit Dominus pacem per circuitum.* Item præbet se diligentibus sapientiam. Vnde Eccl. 1. de sapientia & disciplina dicitur, quod *Deus præbet illam diligentibus se.* Item præbet se prosequentibus suam gratiam, quia scilicet, sicut dicitur Actor. 1. *Ipse præbuit seipsum viuum post mortem suam, per dies quadraginta apparens discipulis.* Dies enim quadraginta significant pœnitentiæ tempus, in quo scilicet, Deus per gratiam apparet, & se suis fidelibus per gratiam viuum præbet. Istud est igitur vnum præbere, quod facit Deus. Vnum tamen aduerte, quod sicut Deus præbet hominibus se & sua, ita etiam ipse vult & petit, quod sicut Deus præbet hominibus se & sua, ita etiam ipse vult & petit, quod nos sibi similiter nos & nostra præbeamus. Donatio enim inter virum & vxorem reciproca debet esse, nec debet ab vna parte plus quā ab altera claudicare, secundū iura. Sic igitur sponsus Christus bona sua spiritualia, & æterna dat, & præbet suæ

sponsæ

sponsæ animæ Christianæ, necesse & iustum est, quod ecoouerso ipsa sponsa sibi donet, & præbeat bona sua. Petit ergo Deus, quod homo præbeat, sibi, scilicet,

Cor ad consennendum,
Os ad pronunciandum,
Caput ad subijciendum,
Aures ad obedieodum,
Manus ad perficiendum.

Item præbeamus sibi cor nostrum ad mandatis eius cõsentiendum Prou. 23. *Fili, mi præbe mihi cor tuum.* Et 1. Paral. 22. dicitur sic. *Præbete corda vestra & animas vestras & quæratis dominum.* Item præbeamus sibi ora nostra ad laudes ipsius pronuntiandum, seu ad ipsum spiritualiter osculaodum. Vode pater dicebat filio Geo. 27. *Da mihi osculum fili mi.* Item præbeamus sibi capita ad nos sibi subijciendum, iuxta illud Eccles. 4. *Magnati humilia caput tuum.* Item præbeamus sibi aures oostras ad suis legibus obediendum, & ad ipsas audiendum, & faciendum Iob 6. *Præbete aurem, & audite.* Et concorda, vt volueris. Est igitur vnum præbere, quod vult Deus, & qnod facit Deus.

B ¶ Secundo dico, quod est vnum præbere, quod facit iustus. Iustus enim præbet

Vestimentum frigesceotibus,
Alimentum famescentibus,
Documeotum ignorantibus,
Iuuamentum patieotibus.

Præbet dico nudis & frigescentibus indumentum Tob. 1. *Nudis vestimenta præbebat.* Item præbet famesceotibus alimeotum Iud. 19. *Ego præbeo, quæ necessaria sunt.* Sequitur. *Introduxit eum in hospitium, & pabulum hominis præbuit.* Item præbet igoorantibus documentum Gen. 47. *Præbe semina, ne pereunte cultore redigatur terra in solitudinem.* Item præbet patientibus, seu indigentibus iuuamentum, scilicet, contra multos malos 1. Paral. 12. *Præbuerunt auxilium David aduersum latrunculos.* Hoc est ergo vnum præbere, quod facit iustus.

C ¶ Tertio dico, quod est vnum præbere, quod facit stultus. Stulti enim habent vnum præbere

Crudelitatis & violeotiæ,
Proteruitatis & iosolentiæ,
Iniquitatis & ioiustitiæ,
Carnalitatis & immuoditiæ.

Mali enim præbent quædam muneta crudelitatis Exod. 5. *Præbuistis gladium, vt occiderent nos.* Item præbent quædam munera proteruitatis, sicut de obstinatis & proteruis dicitur 2. Para. 29. *Quod auerterunt facies & præbuerunt dorsa.* Item præbeot quædam munera ioiquitatis. Vode 2. Paral. 29. dicitur. *Impio præbetis auxilium.* Item præbent munera carnalitatis. Vnde de illa meretrice, dicitur Ezech. 24. *Quod fornicationem Assyrijs præbuit impudenter.* Hæc ergo sufficiant, quia nihil prosequor gratia breuitatis, & quia etiam supra de date, & in alijs similibus titulis dictum est.

**Præcellere.** Nota, quod præcellere idẽ est, quod valde excellere. Et nota, quod de excellẽtia multa possent dici, sed nullæ sunt authoritates. Vide ergo in tit. melius, & in titul. bonitas, valor, emioentia, prærogatiua & similia.

A **Preces. Precari.** Cũ preces precũ, oratio, supplicatio deprecatio idem sint, & supra & iofra in titulo de Exaudire, Clamare, Voa, Sonus, & similibus de precibus sit satis dictum, hinc est, quod de precibus vocaliter loquendo iotendo breuiter pertransire. Dicam ergo quod in bono significato in scriptura reperiuntur preces

Deuotorum,
Miserorum,
Iniquorum.

Primæ preces sunt faciendæ,
Secuodæ preces sunt audiendæ,
Tertiæ preces sunt repellendæ.

¶ His præmissis dicamus aliquid de precibus, quas nos mortales debemus facere Domino Deo nostro. Constat enim quod illud, quod homo se videt per virtutem & potentiam obtinere non posse, per humilitatem & preces obtinere conatur, sicut exemplariter videmus de catulis animalium, & pullis auium, qui famescentes & prouidere sibi de necessarijs nõ valentes sed impotentes, in suis nidulis sunt vagientes, latratu, balatu, mugitu pariter & garritu apud matrem suam clamaot, & vt necessaria obtineant, suis modulis & precibus ipsam pulsaot. Sic vere nos cum omnino impotentes simus, nec aliquid à nobis taoquam ex nobis facere possimus, & maxime quantum ad bona spiritualia & æterna obtinenda, ad mala & peccata vitanda, & tribulatioes tolerandas, necesse est, quod pulsemus matrem precibus, pulsemus ad ostium inuitantis amici, vt quod virtute non valemus, precibus obtinere possimus, iuxta illud 1. Mac. 6. *Clamauerunt ad regem cum precibus dicentes. Demus dextras Iudæis & faciamus cum illis pacem &c.* Dextras enim offerre, est pacem precibus postulare. Vt sic homo faciat, quod præcipitur Eccl. 17. vbi dicitur. *Precare ante faciem Domini, & minue offendicula.* ¶ Vbi aduerte, quod in precibus Deo faciendis tria debent attendi, videlicet, vnum quod

Impedit & repellit,
Præualet & excellit,
Admonet & impellit.

Repellẽns & impedieos debemus repellere. Excellens & expediens debemus quærere. Impellens & erudiens debemus cernere. Igitur pellamus culpam & peccatum. Quæramus Domini primatum. Cernamus scripturæ maodatum.

¶ Dicam ergo, quod si preces oostras volumus exaudiri, nos debemus expellere impediens peccatum. *Minue*, inquit, *offendicula.* Nos debemus requirere expediens oblatum, scilicet, ipsum Deum, & non alium. *Ante faciem Domini*, inquit. Nos debemus atteodere vrgens mandatum, quod scilicet, est imperatiuum & impulsiuum. *Precare*, inquit. ¶ Dico, ergo quod omoe peccatum debes tollere. Et hoc ostenditur cum dicitur. *Minue offendicula.* Constat autem, quod preces inimici non bene recipiuntur, imo sicut dicit Greg. *Cum is displicet, qui ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur.* Si quis filium alicuius occideret, & post tenens gladium cum quo ipsum occiderat, patrem precari vellet ipsum certe magis offeoderet & quod precaretur, nullatenus obtineret. Cũm igitur peccator Dei inimicus existat, sicut ille, qui ipsius filiam & hæredem, videlicet animam propriam mortaliter peccaodo oecauit, oon dubium, quod quam diu gladium cum quo eam occidit, scilicet, peccatum secum habuerit, Deum pulsare precibus frustra quærit, nec ab ipso impetrat, qnod osteodit. Ante omnia ergo peccator debet peccati gladium à se alienare, & vitiorum offendicula minuere, per pœnitentiam & purgare. Tunc enim preces melius audiuntur, quando esse mundæ & sine offendiculo comprobaotur Iob 16. *Cum haberem mundas ad Deum preces &c.* Minue ergo offendicula. Exemplo apostoli, qui dicebat Actor. 24. *Studeo sine offendiculo conscientiam habere*, quia sicut dicitur Hier. 4. *Si abstuleris offendicula tua à facie mea, nõ commoueberis.* Patet ergo, quod omne peccatum debes tollere.

¶ Secundo dico, qnod si preces tuas volueris acceptari, expediens oblatum debes quærere, *ante faciem domini*, inquit. q. d. dominus, & non alius est precandus, cum proprie loquẽdo ipse solus iuuare possit, vt scilicet, dicamus illud 2. Reg. 24. *Precor domine, vt transferat iniquitatem serui tui.* Vide supra de precari, in illa authoritate Tob. 8. *Deprecemur dominum hodie, & cras.*

¶ Tertio dico, si preces tuas volueris acceptari, quod cogens mandatum debes attendere, quia scilicet, imperatiue loquendo scriptura dicit, precare Act. 8. *Precamini vos ad dominũ.* Et nota, si vis, quod preces nostræ ad dominum debent esse prostratæ & effusæ, & ex gratia & oon ea debito requisitæ. Prostratæ Deo, scilicet, per humilitatem, quia scilicet, oullus est ita ferus & magnus, quin seipsum debeat domino prosternere, & ipsius misericordiam precibus flagitare Hier. 38. *Prostraui ego preces meas coram rege.* Exemplo, scilicet, leonis, de quo dicit Pli. quod licet sit animal ferocissimum, in necessitate tamen inuentus est ad hominem recurrere & ab ipso auxilium postulare. Vnde narrat, quod in Aphrica leo habens io pede stipitem, seu spinam, quam amouere nequiuerat, propter quod pes eius fuerat putrefactus, obuiauit homini in deserto, qui timẽs statim ascendit arborem leo autem ad arboris radicem veniens & vultum blandientem, & ooo furẽrem prætendeos, pedem suum homini ostendebat, & quodam insueto satis pio hominis beneficiũ & adiutorium, suo modo precabatur & quærebat, quod perpendens homo descẽdit & stipitem remouit. Leo vero gratabundus recedens, pellem pretiosam extranei animalis suo Medico, quasi pro satisfactione apportauit. Mirum inquit, Plin. qua ratione sciuerit leo homioem medicas habuisse manus, sed vis malorum omoia experiri cogit. Nullus ergo sit ita ferus, quin se curam Dei dignetur humiliare, infirmitates passionum & vitiorum eidem demonstrare, & ab ipso remedium implorare, Vnde Eccles. 51.

*Præpa-*

*... ideruns ante faciem suam super terram adorare Deum suum, & dare preces omnipotenti Deo ...* Quæ tamen ... multos superbos, qui ... hic non dignantur ... necab ipso auxilium in suis necessitatibus ... Leuiathan de quo dicitur Iob 40. *Numquid multiplicabit ad te preces, aut loquetur tibi mollia?* q. d. non dignatur ... prostrare per humilitatem. Item sint preces effusæ per ... tem & continuitatem. Vnde Iudith 6. *Vnanimes preces Domino effuderunt.* Item debent esse non ex debito, sed ex ... æquitatæ, sicut scilicet, faciebant illi Dan. 9. qui dicebant *Neque enim in iustificationibus nostris prosternimus preces nostras ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis.* Sic ergo patet, quod ... ido preces nos debemus attendere

Ad { Mandatum imperatiuum, vt obediamus, [precari inquit,] Primatum protestatiuum, vt solus quæratur [ante faciem Domini,] Reatum maculatiuum, vt prorsus tollatur, [Minue offendicula.] }

Sassi. tergo. Vide in tit. de exaudire & deprecari &c.

## Præcingere. Succingere.

Cingere, cingulũ. Cum homo se cingendo, aut præcingendo vestimenta sua congreget, & coniungat ... totum corpus suum arceat & restringat, vel etiam cælatam ... arma, vel ornamenta in cingulis suis sibi compleat & assumat, v... detur moraliter loquendo, quod cinctio, seu præcinctio possunt omnem virtutem superfluitates vitiorum & temporalium restringentem, seu etiam honestates & virtutes ... ca hominem aggregantem, spiritualiter designare, iuxta il... ... 11. *Erit iustitia cingulum lumborum tuorum, & fides cinctorium renum eius.* ¶ Sic igitur nota, quod homo multis causis & modis ... tur, videlicet,

Vt sit { Flebilis ad lamentandum, Mobilis ad obtemperandum, Agilis ad ministrandum, Stabilis ad propugnandum, Sterilis ad manducandum, Docilis ad moderandum, Virilis ad superandum, scilicet, carnem, Nobilis ad fœderandum, Habilis ad separandum seu ornandum. }

Sic ergo dicam, quod moraliter loquendo,

Iustum Præcingit { Flebilitas pœnitentiæ, Mobilitas audientiæ seu obedientiæ, Sedulitas diligentiæ, Stabilitas existentiæ, Asperitas abstinentiæ, Modalitas temperantiæ, Sinceritas continentiæ, Integritas amicitiæ, Nobilitas apparentiæ. }

Sic vere dicam, quod discurrendo per istas causas spiritualis ... ctionis,

Pœnitentia portat cilicium, vt culpas defleat,
Audientia seu obedientia mouet vestigium, vt cito pateat,
Diligentia facit seruitium, vt bonis faueat,
Permanentia suffert duellum, vt mala subeat,
Abstinentia tollit edulium, nec ventrem impleat,
Temperantia tractat consilium, vt luxus caueat,
Continentia suffert martyrium, vt carnem arceat,
Amicitia ligat coniugium, vt simul maneat,
Apparentia ornat hospitium, vt bonis placeat.

¶ ... charissimi præcingamur cingulo pœnitentiæ, vt culpas defleamus. Pœnitentia enim est illud cilicium, quo antiqui ... sancti patres se solebant præcingere, quādo habebant ... materiam & dolendi. Vnde Iudith 4. *Induerunt se sacerdotes ciliciis, & infantes prostrauerunt contra faciem templi Domini, & altare Domini cooperuerunt cilicio.* Est & cingulum sacci, de quo Esa. 22. *Vocauit dominus ad fletum & luctum.* Sequitur. *Et ad cingulum sacci.*

¶ Item præcingamur cingulo diligentiæ, vt bonis seruiamus, ... ministremus Luc. 17. *Præcingere, & ministra mihi.* Et Luc. 12. *Præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis.*

¶ Item præcingamur cingulo obedientię, vt bonis pareamus ... omnibus, scilicet, licitis & honestis Tobiæ 5. *Inuenit iuuenem ... stum & ambulandum.* Vnde Petro Angelum ... dicitur Act. 12. *Surge Petre præcinge & calcea te.* Et Io. 21. dictum est sibi. *Petre cum esses iunior, cingebas te & ibas quo volebas, nunc autem alius cinget te & ... quo tu non uis.* Le. 8. *Astringens cingulo aptauit rationale.* Luc. 12. *Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris.*

¶ Item cingamur cingulo constantiæ, vt in bonis operibus permaneamus in Psal. ... 8. *Fortitudo illis, scilicet, virtus constantiæ.* ... *qua semper præcingitur.* Semper enim denotat perseuerantiæ rationem.

¶ Item cingamur cingulo abstinentiæ, ne carnem nimia cura & de ... Iere. 13 *Lumbare erat præcinctum ...* quod ex lineis & tenuibus filis contexitur, tenuitatem victum signat.

¶ Item cingamur cingulo temperantiæ, vt luxum, id est, superfluitatem magnificentiæ ... personis nostris caueamus Psal. 27. *Præcinxit se virtute supple temperantia.*

¶ Item præcingamur cingulo continentiæ, vt mundi fulgeamus, vt scilicet, dicat quilibet illud Psalm. 17. *Deus qui præcinxit me virtute ad bellum* (supple contra carnem) *& posuit immaculatam viam meam.* Ista est autem proprie præcinctio lumbi ... seu renum, de qua dicitur Eph. 6. *State succincti lumbos vestros.* Gregorius vero dicit, quod *tunc lumbos præcingimus cum carnem luxuriam per continentiam coarctamus.* Illud est autem cingulum byssinum, quo scilicet, sacerdotes mandabantur præcingi Exod. 39. vbi Deus præcipit, quod *Aaron, scilicet, ecclesiastica fecerunt feminalia linea. & cingulum de bysso retorta.* Linteum enim & byssus, quæ candida sunt, munditiam carnis designant, quam præcipue nos ecclesiastici tenemur habere Exod. 29. *Cinges baltheo Aaron & filios eius.*

¶ Item præcingamur cingulo amicitiæ, vt intus adeamus. Charitas enim cingit & stringit. De quo in Apocalypsi dicitur, quod *filius hominis erat præcinctus ad mamillas zona aurea.* Et Apo. 15. dicitur *quod illi septem Angeli, qui erant induti lapide candido erant præcincti circa pectus zonis aureis.* ¶ Item præcingamur cingulo honestæ apparentiæ, & quo placeamus. Eze. 16. *Cinxi te bysso, calceaui te hyacintho, vnxi te oleo, vestiui te discoloribus, indui te vestibus subtilibus, ornaui te ornamento.* Et breuiter, de homine sic virtutibus præcincto potest dici illud Esa. 5. *Non dormitabat, neq; dormiet, neq; soluetur cingulum renum eius.* Et ista est præcinctio bona. De mala vero notabis, quod ipsos cingit & stringit parcitas & auaritia, feritas & iracundia, calamitas atque tristitia, vt sic de peccatore dicatur illud Psalm. 108. *Fiat illi sicut vestimentum, quo operitur, & sicut zona, qua semper præcingitur.* Vt sic dicat peccator, & maxime damnatus, illud Iob 19. *Afflixit me, & flagellis suis me cinxit* Sequitur. *Expoliauit me gloria mea, abstulit coronam de capite meo destruxit me vndique & pereo, &c.* Vide ibi, &c. Vide supra satis plene in tit. Accingere.

## Præscindere.

Vide infra de scindere.

## Præcipitatio.

Nota, quod pręcipitatio nihil aliud est quam de alto in imum subita deiectio. Et sic dico, quod semper accipi consueuit in malo, quia scilicet, semper signat subitam deiectionem de alto in abyssum, de summo ad imum, & de supercilio in profundum descensionem. Igitur moraliter loquendo, dico, quod est triplex præcipitatio, scilicet, A

Temporalis,
Spiritualis,
Infernalis.

Prima est miseriæ præsentis,
Secunda est culpæ latentis,
Tertia est pœnæ sequentis.

Nam

Præcipitatur { Diues veniens ad paupertatem, Iustus corruens ad prauitatem, Impius defluens ad vilitatem. }

¶ Primo ergo dico, quod est præcipitatio, quæ fit à fortuna & ista nihil aliud est, quam præcipitatio subita, quam quandoque incurrunt diuites, & potentes, subito per infortunia corruentes & ad paupertatem, & infortunium descendentes. Caprea n. vt dicit Plinius, quandoque à venatore taliter coarctatur, quod ab altitudine rupis in infimũ præcipitatur. Verumtamen quia fortissima habet cornua, quandoq; fit, quod desuper cadens non moritur, sed saluatur. Sic vere sæpe cōtingit, quod aliqui alti &

magni

magni com[illegible] venante fortuna præcipitantur, & deijciuntur à gloriæ statu sui. Constat enim sæpe, quod fortuna multos erigit, & sublimat, vt tandem ad præcipitium & infortunium [illegible] Luc. 4. *Qui duxerunt Christum ad supercilium montis, vt præcipitarent eum, ille tamen transiens per medium illorum ibat.* Verumtamen tales sic præcipitari fortia capita bonarum mentium, fortibus cornibus, id est, constantia, & virtutibus communita debent habere, per quæ possunt à morte culpæ & pœnæ, & à desperationis periculo se saluare. Fortis enim homo etsi ab alto deijcitur, virtus tamen mentis in ipso propter hoc non cassatur, imo certe talea debent se conuertere ad Dominum, & dicere illud Iob 10. *Manus tuæ Domine fecerunt me, & plasmauerunt me totum in circuitu, & sic repente præcipitas me, memento quæso*, &c. Ista igitur est præcipitatio, quæ fit à fortuna.

B ¶ Secundo dico, quod est præcipitatio, quam facit homo, quæ fit à gratia. A statu enim gratiæ præcipitatur homo, quando de arce virtutum aliquo casu corruit in peccatum. Dicit enim Plinius quod aquila in montibus pugnat aliquoties contra ceruum. Volutat enim se in arena, & tūc alas suas verberans coram ceruo, oculos ipsius implet arena, ita quod visum ad tempus perdit, quod perpendens aquila, solet rostro & vngulis illum pungere, & sic facit eum, cum se regere nesciat, de alto præcipitare, & sic mortuum ceruum solet aquila deuorare. Sic vere, diabolus in oculos cordis ceruorum cornutorum, i. e. hominum virtuosorum, arenam diuitiarum per affectionem taliter immittit, quod visum discretionis penitus eis tollit, & sic ab arce virtutum ipsos in peccatum præcipitat, eosque deuorat, & confundit. Vnde diabolus videtur dicere de talibus illud Esa. 19 *Dirumpetur spiritus Aegypti & consilium eius præcipitabo.* Et sic de dæmonibus tentantibus & præcipitantibus & diuitias præ oculis mentis in istis præcipitatis offerentibus, potest dici illud Esa. 9. *Et erunt, qui beatificant populum istum, seducentes, & qui beatificantur, præcipitati.* Et aduerte, quod plura sunt, quæ præcipitant hominem à virtute, videlicet,

> Iactantia, quæ vane gloriatur,
> Discordia, quæ pari aduersatur,
> Malitia, quæ mala machinatur,
> Superbia, quæ nimis sublimatur.

De iactantia potest dici illud Eccles. 10. *Labia insipientis præcipitabunt eum.* De discordia dicitur in Psal. 54. *Præcipita Domine, & diuide linguas eorum, quoniam vidi iniquitatem, & contradictionem in ciuitate.* De malitia vero dicitur Iob 18. *Arctabuntur gressus virtutis eius, & præcipitabit eum consilium suum.* De superbia autem potest dici illud Thren. 2. *Præcipitauit Israel, præcipitauit omnia mœnia eius.* Mœnia enim altitudinem superbiæ significant, vt de superbis dicatur illud 2. Par. 25. *Præcipitauerunt eos de summo in præceps & omnes crepuerunt.* Ista est ergo præcipitatio, quæ fit à gratia.

C ¶ Tertia est præcipitatio, quæ fit ab hac vita & ista pro certo est illa, qua peccator de vita ista & de mundo, id est, mundi opulentia præcipitatur in mortem æternam, figuratus in impia Regina Iezabel, quæ contra legem diuinā pro cultu idolorum pugnauerat & prophetas domini occiderat, & tādem oculos suos depinxerat & se superflue ornauerat. Quæ tamen per Iehu Regem Israel fuit à summo deorsum præcipitata & continuo à canibus deuorata. Quia reuera illi, qui idola, id est, vitia colunt & frequentant, qui prophetas, id est, iustos & maxime religiosos, & clericos spernunt & impugnant, qui per lasciuiam, & luxuriam vultus suos pingunt & adornant, à Rege Israel Christo deorsum in infernum præcipitantur, vbi scilicet, à canibus, id est, à dæmonibus deuorantur Thren. 2. *Præcipitauit dominus, nec pepercit, omnia speciosa Iacob, destruxit in furore suo munitiones virginis Iuda, deiecit de cœlo in terram, & polluit regnum & Principes eius.* Et nota, si vis, quod in Infernum,

| | |
|---|---|
| Præcipitantur hi, qui | Fœtent carnali fæce, |
| | Torpent desidiosa fauce, |
| | Sedent in status arce, |
| | Splendent gazarum luce. |

¶ Præcipitantur, dico, luxuriosi carne fœtentes, figurati, scilicet, in porcis, de quibus dicitur Matth. 8. quod *postquam maligni spiritus intrauerant in eos, totus grex ipsorum abijt per præceps in mare.* Et Marc. 5. quod *totus grex porcorum præcipitatus est in mare.* Porcus autem immundum animal, luxuriosos signat. ¶ Item præcipitantur desidiosi mente torpentes, seu faucibus hiantes, quod est signum torporis. Vnde Eccl. 30. *Equus indomitus euadet præceps.*

¶ Item præ[illegible] ambitiosi [illegible] Vide de [illegible] id est, de altis & eminentibus & superbis dicitur Hier. 22. [illegible] *dent electas cedros tuas, & præcipitabunt in ignem.* ¶ Item præcipitantur pecuniosi gazis pollentes, [illegible] mali diuites, figurati [illegible] Leuiathan, qui interpretatur ad mittendum, quia ist[illegible] ad summum additi & repleti. De quo dicitur Iob 40. *Quo[illegible] eius frustrabitur eum, & videntibus cunctis præcipitabitur*, &c. Su[illegible] Si tamen in bono significato velis præcipitationem ac[illegible] nota, quod bona est quandoque præcipitatio tempor[illegible] hæc est paupertas, seu aduersitas & spiritualis, quæ nihil est al[illegible] nd quam humilitas. Bonum est enim de alto diuitiarum & e[mi]nentiarum ad imum paupertatis deijci, & de elatione præsumptionis & superbiæ ad profundum humilitatis præcipitari. Exemplo ibicis, quod est animal agilimum, quod ad euadendum pericula venatorum solet se de altissimis rupibus præcipitare & se sine periculo super caput & cornua quæ habet fortissima recipere, & sic venatorum & canum periculum euitare. Sic vere multi fuerunt, qui de altis statibus ad infimos se voluntarie præcipitauerunt, mundum & ipsius alta dominia reliquerunt, religionem sumpserunt, & in religione vixerunt, & sic venatorem inferni & tentationum eius periculum euaserunt, sicut de illo strenuo viro dicitur 2. Mach. 14. quod *ipse præcipitauit semetipsum viriliter.* Et sic patet, quod præcipitatio in malo sumitur, & in bono. Vide de Cadere, Ruere, Deijcere, &c.

# Præcedere.

Cum præcedere nihil aliud sit, quam anteire. Præcedere enim idem est, quod præ alijs incedere. Et pertinet præcedere proprie ad Christum, & ad viros Ecclesiasticos & prælatos. Isti enim præcedere debent alios quadrupliciter ex quadruplici causa vel ratione. Præ[cedit] enim homo aliquando sicut

> Prælatus, alte præsidendo,
> Præcursor, viam ostendendo,
> Minister iter faciendo,
> Defensor, hostes repellendo.

Istis enim quatuor modis debent prælati & clerici alios anteire, & ipsos præcedere, & ante eos pertransire.

¶ Primo ergo dico, quod isti præcedunt eos, eis præsidendo singulariter, quia scilicet, prælati præcedunt alios gradu & dignitate. Ecclesiastici vero alios debent præcedere perfectione & bonitate. Corpora enim cœlestia præcedunt inferiora in situ, quia sunt altiora, & in lumine, quia sunt clariora & in perfectione, quia sunt durabiliora. Et ideo prælati possunt dicere cuilibet subdito illud Gen. 41. *Vno tantum regni solio te præcedam.* Et Genes. 33. *Præcedat Dominus meus seruum suum, & ego paulatim sequar vestigia eius.* Ecclesiastici etiam debent in bonis moribus præcedere seculares, quia sicut dicitur Eccles. 2. *Vidi quod tantum præcederet sapientia stultitiam, quantum differt lux à tenebris.*

¶ Secundo dico, quod isti præcedere debēt eos, viam ostendendo exemplariter. Sicut enim de elephante dicitur, quod inueniens hominem errantem in nemore, ponit se in via recta ante eum, vt sic eum præcedendo viam rectam ostendat, sic Ecclesiastici prælati & perfecti debent erraneos & inscios per bona exempla & opera præcedere, & in recto salutis itinere se ponere, vt sic per eorū exempla ipsi possint ad viam rectitudinis peruenire Exod. 23. *Mittam Angelum meum, qui præcedat te.* Sicut enim patet ex scriptura, tria præcedebant filios Israel in deserto, *A[nge]lus, columba nubis, & Arca fœderis.* Ad denotandum, quod [qui in] deserto huius mundi ex gradu & officio habent alios exemplariter præcedere, & viam salutis eis ostendere. Debent ergo pro[cul]dubio esse Angeli, per perfectionis sublimitatem. Et nubes per doctrinæ & sapiētiæ stillicidam humiditatem. Esse arca fœderis, per deuotionis & mundiciæ sanctitatem. Angeli enim debent esse cœlestia contemplando. Vnde ibid. Exod. 23. dicitur. *Præcedat te Angelus meus.* Nubes & pluuiam doctrinæ alijs diffundendo Exo. 13. *Præcedebat eos ad ostendendum viam per diem in columna nubis.* Arca fœderis, sancte & deuote viuendo, & se Deo spiritualiter dedicando Num. 10. *Arca fœderis domini præcedebat eos.* Isti ergo præcedunt alios, viam ostendendo exemplariter.

¶ Tertio dico, quod isti debent præcedere subditos, & alios simplices, iter faciendo ministerialiter. Prælati enim sunt ministri & serui aliorum. Et ideo sicut ministri solent Dominum præcedere, & ei viam facere, & domum parare, iuxta illud 2. Re. 15. *Pedites præcedebant Regem*, (in exercitu enim sæpius sunt quædam quæ Regem suum præcedunt vbicunque vadit armato acu[mine]) iuxta illud Iosue 6. *Omnis exercitus præcedebat armatus*) & inde est, quod

quod beatus Ioannes præcursor Domini dicitur, quia ante [eu]ndem præcessit, & eidem viam in eremo præparauit, [sic] & Prælati & Ecclesiastici debent Dominos suos, hoc est dictum, subditos, quibus ipsi seruiunt, vt dictum est, in omni periculo præcedere, viam eis ad Paradisum eis facere, hostes & offendicula, id est, hæreticos & tyrannos nec non peccata & vitia repellere, & locum & mansionem in cœlo eis pro viribus præparare. Et ideo de tali processione famulatiua potest dici illud Pr. 15. *Gloriam præcedit humilitas*, quia magna est humilitas prælatorum, quamdiu præcedunt alios vt ministri. Isto etiam genere processionis debemus etiam nos præcedere magistros nostros, Dominos, & prælatos. Exemplo Apostolorum, de quib. dicitur Mat. 14. *quod ipsis iussit eos ascendere in nauiculam, & præcedere eum trans fretum.* Præcedamus ergo, sicut dictum est, iter faciendo

D ministerialiter ¶ Quarto dico, quod prælati, & ecclesiastici debent alios præcedere, hostes repellendo virtualiter. Sicut enim aper solet filios suos præcedere, & pro ipsis lupis se opponere, & ipsos pro viribus defensare, sic & prælati debent pro subditis se opponere, exemplo bonorum militum qui populum quandoque solent præcedere, & ex cordis audacia bellum gerere, & aduersarijs se præofferre, & sequentem populum defendere & iuuare. 2. Machab. 11. *Apparuit præcedens eos eques in veste candida.* Sic etiam Christus nos dicitur præcessisse, scilicet, iuuando & defendendo. Vnde Deut. 4. dicitur, quod *præcedens nos in virtute sua magna eduxit nos de Ægypto.* Et sic igitur patet, quomodo præcedere debemus alios quadrupliciter, scilicet, Ad illos defendendum. Ad eis ministrandum. Ad viam demonstran-

E dum, & Ad ipsis etiam impetrandum. ¶ In malo vero potest dici de præcedere, quod homo quandoque præcedit ex superbia & ambitione. Sunt enim aliqui equi superbi, quod omnes alios volunt præcedere, & dolent si alium viderint præcedentem, ipsumque si possunt inquietant atque mordent, & isti vt communiter sunt inquieti. Sic vere multi sunt in sæculo & in claustro, qui ita sunt superbi & præsumptuosi, quod in statu omnes alios volunt præcedere, & dolent, si quem viderint se anteire, ita quod non cessant possessores suos litibus inquietare, vel vadetractionibus lacerare. Et isti proculdubio sunt vt communiter illi, qui cæteris minus valent, quia, scilicet, illi, qui sunt insufficientiores, volunt multo maiores esse alijs melioribus & sufficientibus 2. Reg. 15. *Pedites præcedebant Regem.* Psalm. 96. *Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu omnes inimicos suos.* Superbi enim & ambitiosi dicuntur ignis, quia scilicet, more ignis sursum ascendunt, alios per superbiam præcedere cupiendo, & alios inflammant lædendo & infestando. Et hæc de præcedere sufficiant. Vide vbicunque agitur de Ante & Præ.

## A Præcipere. Præceptum.

Cum præcipere pertineat ad superiorē, obedire vero ad inferiorem, possumus notare, quod in scriptura fit mentio de præceptis bonis & malis. Est enim

Præceptum {
- Tenendum,
- Vitandum,
- Vtile,
- Damnabile,
- Virtuosum,
- Vitiosum.

Præcepta enim quæ Deus mandat & præcipit, sunt bona & [vtilia]. Præcepta autem mundi carnis & diaboli, sunt mala & [dam]nabilia. Deus n. præcepit declinare à malo, & facere bo[num], isti autem præcipiunt declinare à bono & facere malum. [Vnde] sanctus ille Machabæus, sciens diuersitatem istorum præceptorum, dicebat 2. Machab. 7. *Non obedio præcepto Regis,* [illegible]icet, diabolo vel mundi, *sed præcepto legis.* Breuiter ergo possumus dicere, quod præcepta diuina sunt complenda, & facienda, & nobis ostendenda, & inuiolabiliter obseruanda Ps. 148. *Præceptum posuit & non præteribit.* Verumtamen quia supra de mandato aliquid est dictum, ideo modo breuius est transeundum. Notare ergo possumus, quod sicut prodens Pater dat præcepta suo filio prædilecto, quorum aliqua sunt à malo retrahentia, & aliqua ad bonum allicientia, (iuxta illud Prou. 6. *Conserua fili præcepta patris tui.*) Sic Deus in scriptura dedit præcepta sua hominibus vt ipsos ad bonum attrahat & conuertat, & à malo retrahat & diuertat Deut. 4. *Custodi præcepta mea, atque mandata, quæ ego tibi præcipio hodie.* Nam sicut infirmus custodiens præcepta Medici, solet sanari, sic homo custodiens præcepta Dei solet à culpa sanari, & in bono reseruari. Sicut enim dicitur Prou. 13. *Qui timet præceptum in pace versabitur.* Et Eccl. 8. *Qui custodit præceptum, non experietur quicquam mali.*

B ¶ Nota ergo, quod Deus præcipit homini præcepta valde bona & vtilia tam affirmatiua, quam prohibitiua. Præcipit enim Deus generaliter nouem genera præceptorum, videlicet, Præcepta

- Correctionis,
- Compassionis,
- Discretionis,
- Deuotionis,
- Paupertatis,
- Charitatis,
- Humilitatis,
- Strenuitatis,
- Sobrietatis.

¶ Dico ergo, quod sunt præcepta correctionis, & sic Deus ordinat punitionem malorum, & castigationem & afflictionem bonorum. Vnde 2. Reg. 16. dicitur, quod *Deus præceperat Semey, quod ipse contumeliaretur David.* Et Ionæ 4. dicitur, quod *Deus præcepit vento calido & vrenti, & percussit sol super caput Ionæ, & æstuabat.* Item dico, quod sunt præcepta compassionis. Præcepit enim misereri peccatoribus & nutrimenta dari pauperibus. De peccatoribus patet exemplo David, *qui præcepit Ioab, vt seruaret sibi puerum Absalon*, qui tamen erat impius, & peccauit 2. Reg. 18. De pauperibus vero dicitur 3. Reg. 17. *quod Deus præcepit coruis*, id est, diuitibus, *vt pascerent Heliam.* Item dico, quod sunt præcepta discretionis. Præcipit enim quod simus discreti, vigiles & circumspecti Marc. 13. *Ianitori præcepit, vt vigilet.* Et 1. Machab. 12. *Præcepit Ionathas suis vigilare.* Item dico, quod sunt præcepta deuotionis, quia sicut dicitur 2. Paral. 33. *Rex præcepit Iuda, vt seruiret Domino Deo Israel.* Et 2. Paral. 22. *Præcepit Iuda, vt quæreret Dominum.* Et 1. Paralipomenon 2. *Præcepit, vt ædificarent domum Domini.* Item dico, quod sunt præcepta paupertatis. Et sic Dominus præcepit Apostolis regulam Euangelicam de qua Marc. 16. *Præcepit eis, ne quid tollerent in via*, scilicet, *neque pecuniam, neque zonam, neque calceamenta.* Item sunt præcepta charitatis Ioan. 15. *Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem.* Et ibidem. *Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea.* Item sunt præcepta humilitatis, de quibus Marc. 8. *Præcepit turbæ discumbere super terram.* Et 1. ad Timoth. 6. *Præcipe diuitibus huius sæculi, non sublime sapere, nec sperare in incerto diuitiarum.* Item sunt præcepta strenuitatis 2. Machab. 14. *Præcepit Iudas armatos esse in locis opportunis.* Item sunt præcepta sobrietatis Gen. 3. *Cur præcepit vobis Deus, vt non comederetis ex omni ligno?* Exemplo Rechabitarum, qui ex præcepto patris non biberunt vinum Hier. 35. *Et manserunt sibi filij Ionadab filij Rechab præceptum patris sui.* Ista sunt ergo præcepta bona, quæ, scilicet, sunt cordis illuminatiua. Sunt pacis generatiua. Sunt mali exterminatiua, præcepta ergo ista solent cordis oculos illuminare. *Præceptum Domini lucidum, illuminans oculos* Psalm. 18. Item solent pacis fœdera conciliare, quia sicut dicitur Prouerb. 13. Qui præceptum timet, in pace versabitur. Item solent cuncta noxia exterminare, quia sicut dicitur Eccl. 8. *Qui custodit præceptum, non experietur quicquam mali.* Ista igitur præcepta teneamus, & totis viribus impleamus, vt simus sicut ille, de quo dicitur Ecclesiast. 45. quod *dedit illi Deus cor ad præcepta, & legem vitæ, & disciplinæ, &c.* Vide supra de mandato, & de mandare. Sufficit.

## Precium.

A Cum precium nihil aliud sit, quam salarium, merces, retributio, seu præmium, quod alicui datur pro aliqua re, vel pro aliquo seruitio vel labore, possumus notare, quod in scriptura inuenitur Precium

- Soluendum,
- Emendum,
- Spernendum,
- Habendum,
- Promerendum.

¶ Primo ergo dico, quod est precium soluendum, & istud est precium bonorum operum, quod nos debemus Deo soluere, vt sibi de beneficijs nobis factis & faciendis possimus satisfacere. Et de hoc dicitur Eccl. 20. *Est, qui multa redimat modico precio*, quia scilicet precium operum & virtutum quasi nihil est respectu rei appreciatæ, id est, respectu beneficiorum diuinorum. Istud etiam precium soluendum signat bona temporalia, quæ pauperibus debemus, de quo Act. 4. dicitur, quod *fideles vendebant omnia bona sua, & afferebant precium, & ponebant ante pedes Apostolorum.*

*borum*. Et istud etiam potest significare precium, quod debetur illis, qui pro nobis aliquid operantur, quod, scilicet, statim debemus eis soluere, & non eorum salarium retinere. Vnde Deu. 24. *Non negabis mercedem indigentis & pauperis fratris tui, & aduenæ, sed eadem die redde ei precium laboris sui*. Et hoc est igitur precium soluendum.

B ¶ Secundo dico, quod est dare precium emendum, & istud est precium, inpreciabile gloriæ Paradisi, quod à nobis debet emi per opera virtuosa. Deus enim volens habere opera bona nostra, affectus, & actus constituit nobis mercedem & precium gloriæ Paradisi, & etiam semetipsum. Istud est enim pretium incomparabile, de quo dicitur Iob 28. *Nescit homo pretiũ eius, nec inuenitur in terra suauiter viuentium*. Fatui tamen de isto pretio non curant, quia sicut Dominus in Psal. 61. *Dixit pretium meum cogitauerunt repellere*.

C ¶ Tertio dico, quod est pretium spernendum, & istud est pretium bonorum temporalium & delitiarum corporalium. Diabolus enim offert istud pretium peccatoribus pro animabus suis. Exemplũ Achab, qui Naboth pro vinea sua habenda urgenti pretium offerebat. Et istud pretium debemus repellere, iuxta illud Num. 35. *Non recipietis pretium ab eo qui reus est sanguinis*, scilicet, à diabolo. Istud pretium debent potissime refutare prælati, quia scilicet, non licet eis accipere pretium pro beneficio conferendo, non enim licet mittere in corbonam, quia pretium sanguinis est.

D ¶ Quarto dico, quod est pretium habendum, & istud est pretium gratiæ & virtutum & meritorum. Si enim istud precium abundanter habuerimus, gloriam æternam mercari, & emere poterimus, & etiam animam nostram de mortis & damnationis periculo redimemus Prouerbiorum 11. *Substantia hominis erit auri pretium*.

E ¶ Quinto dico, quod est pretium promerendum, & istud pretium redemptionis nostræ, scilicet, ipse Christus qui fuit pretium animarum, de quo dicitur 1. Cor. 6. *Empti estis enim pretio magno, glorificate & portate Deum in corpore vestro*. Istud pretium apportauit pius mercator Spiritus sanctus de thesauro cœlesti ad nundinas mundi huius, vt cum ipso animas mercaretur, & captiuos redimeret de inferno. Ideo de anima dicitur Prou. 31. *Procul à finibus terræ pretium eius*, &c. Vide supra de mercede, & infra de præmio.

A **Pretiosus.** Nota quod pretiosum dicitur à pretio, quia illa res dicitur pretiosa, quæ caro pretio cõparatur, vel quæ ad magnum pretium æstimatur. Et sic breuiter possumus dicere, quod multa sunt, quæ Dominus reputat pretiosa, videlicet,

Animæ conditionem,
Iustorum perfectionem,
Virtutum collectionem,
Cœlestem possessionem.

Dico animæ conditionem. Inter thesauros enim summi Regis nihil est pretiosius anima Christiana, quod bene apparuit, quia pro ipsa perdita redimenda filium proprium dedit morti. 1. Pet. 1. *Non corruptibilibus auro, vel argento, sed pretioso sanguine quasi agni incontaminati Christi Iesu redempti estis*. Et ideo de pretiositate animæ dicitur Prou. 6. quod *mulier pretiosam animam viri rapit*. Item dico, quod pretiosam reputat iustorum perfectionem. Nihil enim apud Deum pretiosius viro iusto, iuxta illud Esa. 13. *Pretiosior erit vir auro, & homo mundo obryzo*. Et potissime isti in morte sunt pretiosi, quia sicut mare euomit lapides pretiosos, ita quod in arena inueniuntur, & cum diligentia recepti in thesauris principum reconduntur, sic mundus viros iustos reijcit, & contemnit, ipsos tamen Deus in arena mortis recolligit, & in thesauro Paradisi reponit Psalm. 115. *Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius*. Dico ergo, quod Deus pretiosam reputat iustorum perfectionem. Vnde isti viri figurantur in vasis pretiosis domus Dei, id est, Ecclesiæ, quæ tamen Nabuchodonosor, id est, diabolus, per peccatum quando potest, de domo Dei subripit, & furatur, sicut de ipso dicitur 2. Paral. 36. quod *ipse asportauit secum in Babylonem pretiosissima vasa domus Domini*. Item dico, quod Deus pretiosam reputat virtutum collectionem. Et ideo virtutes in anima sunt sicut pretiosi lapides in thesauro. Vnde viri iusti figurantur in illis camelis, qui portabant aromata, gemmasque pretiosas, quas Regina Sabba, id est, Ecclesia in societate sua legitur habuisse, sicut dicitur 3. Regum 10. Illę etiam virtutes figurantur in duodecim lapidibus pretiosis, qui erant in fundamento templi, de quibus tamen aliquando dictum est supra titulo de porta. Figurantur etiam in nouem pretiosis lapidibus, qui erant in primi Angeli vestimento, de quibus dixi supra titulo de perfectione. Supra etiam de lapide poteris multum videre de istis lapidibus pretiosis. Vnde etiam de viro iusto dicitur in Psalm. 20. *Posuisti Domine super caput eius coronam de lapide pretioso*.

B ¶ Inter istas autem virtutes tres sunt, quæ dicuntur principaliter pretiosæ, videlicet,

Fidei certitudo,
Clementiæ plenitudo,
Sapientiæ limpitudo.

¶ De fide n. dicitur 1. Petr. 1. *Probatio fidei vestræ multo pretiosior sit auro, quod per ignem probatur*. De clementia dicitur Ioan. 12. quod *Maria habebat libram vnguenti nardi pistici pretiosi*. De sapientia vero dicitur Prou. 3. quod *pretiosior est sapientia cunctis opibus*. Patet ergo, quod Deus reputat pretiosam virtutum collectionem. Multi tamen sunt similes porcis, qui plus diligunt stercora, quam lapides pretiosos, sic isti plus diligunt vitia, quã virtutes, temporalia, quam æterna, de quibus Threnor. 1. *Dederunt quæque pretiosa pro cibo*, &c. Item dico, quod Deus pretiosam reputat cœlestem possessionem, de qua Iacob 5. dicitur, quod *agricola expectat fructum pretiosum*, &c. Paradisus enim figuratur in *templo Salomonis, quod pretiosis lapidibus*, id est, gaudijs incomparabilibus *erat stratum* sicut dicitur 2. Par. 3. Et sic patet, quomodo in bono significato quatuor sunt præcipue pretiosa.

C ¶ In malo autem significato pretiosa dicuntur bona temporalia, quia ista nõ sunt pretiosa vere, sed æstimatiue. Mali enim æstimant pretiosa bona mundi, scilicet, Diuitias, Delitias, & Honores. Vnde nota, quod mali quærunt & diligunt pretiositatem

Diuitiarum,
Delitiarum,
Eminentiarum.

Dico pretiositatem diuitiarum. Et sic dicitur Pro. 1. In persona malorum & raptorum. *Omnem pretiosam substantiam inueniemus, implebimur domos nostras spolijs*. De pretiositate autem delitiarum dicitur in persona malorum Sap. 2. *Vino, & vnguentis pretiosis impleamus nos*, &c. De pretiositate autem mundi eminentiarum dicitur Apoc. 17. quod *mulier, quæ equitabat bestiam coccineam erat circumdata purpura & coccino, deaurata auro & lapide pretioso*, &c. Vide vbicunque agitur de prædictis.

A **Præcipuum.** Illud dicitur esse præcipuum, quod est in suo genere summe bonum, multa possemus dicere, nisi authoritates deficerẽt. Vide ergo vbi Bonum, Melius, Optimum, & de similibus. Et si vis allega Senecam, qui facit lib. 3. de naturalibus quæstionibus multas quæstiones, quid sit præcipuum. Et respondet de præcipuitate virtutum, & morum &c. transeo gratia breuitatis.

**Præclarus.** Cum sit dare, scilicet, claritatem

Excellentiæ virtualis,
Sapientiæ literalis,
Efficaciæ naturalis,
Opulentiæ temporalis,
Eminentiæ supernalis,
Virtualis errores corrigit,
Literalis deuios dirigit,
Naturalis animos erigit,
Temporalis lædit, & abigit,
Supernalis trahit & colligit.

¶ Igitur dico, quod est præclaritas virtualis excellentiæ, quæ errores solet corrigere. Claritas enim tenebras fugat, & virtutes fugant vitia, vt sic dicat quilibet illud, *Hæreditas mea præclara est mihi*. Hæreditas dico virtutum.

¶ Item est præclaritas literalis sapientiæ, quæ deuios solet dirigere. Claritas enim solis dirigit viatores, sic sapientia vel doctrina Psal. 22. *Calix meus inebrians quam præclarus est*. Calix enim iste diuinam scripturam signat. Item est præclaritas naturalis efficaciæ, quæ animos solet erigere scilicet ad sui speculationem. Opera enim Dei præclara sunt & solemnia, sicut de mari dicitur Eccl. 43. quod *illic sunt præclara & mirabilia opera*. ¶ Item est præclaritas tẽporalis opulentię, quæ fatuos solet decipere, seu quæ subito solet deficere. Et ista est pręclaritas generis, muneris & honoris, quæ, scil. omnia similia sunt claritati coruscationis,

nonis, quæ valde cito transit, & tamen visum grauat & lædit. Vnde Dominus comminatur ciuitati Tyri de Babylonijs, dicens. *Vastabunt*, inquit, *opes tuas, diripient negotiationes tuas, destruent muros tuos, domos tuas præclaras subuertent*. Ezech 26. Vnde etiam de diuitibus peccatoribus, qui modo præclari sunt dicitur Eze. *Egregia atque præclara ligna in Libano vniuersa, quæ irrigabantur aquis, descenderunt cum eo*, id est, cum lucifero ad infernum, ad interfectos gladio.

¶Item est præclaritas supernalis eminentiæ, id est, gloriæ Paradisi, quæ deuotos seu beatos solet colligere seu allicere. Claritas enim consolatur, & allicit intuentes. Sic ibi vbi est summa consolatio, de qua Hier. 3. *Quomodo*, inquit, *tribuam tibi terram desiderabilem, hæreditatem præclaram, exercituum gentium?* Sufficit. Vide supra in tit. Claritas.

A **Præco.** Nota, quod præco est ille, qui clamat & præconizat mandata principum seu regum, significans sacerdotem prædicatorem, qui mandata Dei hominibus præconizat. Vide supra vbi Clamare, Annunciare, & infra vbi prædicator, quia authoritates desunt.

**Præcurrere.** Vide supra de Currere. Ire. Ambulare.

**Præcordia.** Nihil aliud sunt, quam intima secreta cordis. Vide de corde.

A **Præda.** Cum præda sit illud, quod ab aliquo rapitur violenter, possumus notare, quod in scriptura inuenitur multiplex præda, tam in bono significato, quam in malo. Nota ergo, quod est dare prædam

Prudentis prædicatoris,
Dei triumphatoris,
Hominis comprehensoris.

¶Primum ergo dico, quod est præda, quam prædatur homo prædicator. Et ista nihil aliud est, quam anima Christiana, quam prædicator clamando, sibilando, & latrando, id est, arguendo, obsecrando, increpando, à diabolo subripit, & prædatur. Dic sicut, quomodo prædicator æquiparatur auibus nobilibus, & prædalibus, quæ sunt claræ visu, agiles volatu, plumis indutæ, corpore macilentæ, &c. Vide supra tit. de Aue. Ideo de prædicatore potest exponi illud Ezech. 19 *Leo factus est, & didicit capere prædam*. Et Hier 4. dicitur. *Ascendit Leo de cubili suo, prædo gentium se leuauit*. Et sic tam de prælatis, quam de prædicatoribus potest dici illud 1 Reg. 27. *Dauid & viri eius agebant prædam*. Ista est ergo præda, quam prædatur homo prædicator. ¶ Secundo dico, quod est præda, quam prædatur Christus triumphator, & ista significat animas, quæ primo fuerunt præda dæmonum, postmodum in passione factæ sunt præda Christi, quando, scilic. Christus ipsas de diabolo rapuit, & saluauit. Et de hoc dicitur Iob. 29. *Conterebam molas iniqui, & de dentibus eius auferebam prædam*.

C ¶Tertio dico, quod prædatur iustus comprehensor, & ista est præda bonorum æternorum, quam beati prædati dicuntur, in quantum quasi per violentiam, quam scilicet, inferunt sibiipsis supra conditionem humanam, æternam gloriam assequuntur. Teste enim Domino Matth. 11. *Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud*. Et de ista præda dicitur Esa. 9. *Exultant victores capta præda, quando diuidunt spolia*. Et sic præda signat in bono.

B ¶ In malo vero significato dico, quod triplex est generaliter mala præda, videlicet,

Præda bonorum { Temporalium, Virtualium, Naturalium,

¶Prima est præda diuitiarum, quam prædantur tyranni per extorsionem. Isti enim sunt sicut leones, & alia animalia, crudelia, quæ non viuunt nisi de præda: Vnde Naum 2. dicitur, quod *Leo cepit sufficienter catulis suis, & necauit leænis suis, & impleuit præda speluncas suas, & cubile suum rapina*, quasi dicat. Isti leones non solum prædantur pro se, imo etiam pro catulis & leænis, id est, pro vxoribus & filijs suis nutriendis & ditandis Iob 24. *Vigilantes ad prædam præparant panem liberis*. Et sicut videmus, quod animalia mitia, & innocentia sunt præda animalium crudelium, sic hodie simplices & innocentes sunt præda crudelium tyrannorum Esai. 59. *Facta est veritas in obliuionem, & qui recessit à malo præda patuit*.

¶Secunda est præda virtutum & gratiarum, quam à nobis prædantur diaboli per deceptionem. Vnde de dæmonibus virtutes & gratias deprædantibus potest dici illud Iud. 9. quod ipsi *exercebant latrocinia, agentes prædas de prætereuntibus*. ¶ Tertia vero est præda spirituum & animarum, quam prædantur dæmones per damnationem. Vnde Esa. 10. dicitur: *Iniustitiam scripserunt, vt essent viduæ præda ipsorum*. Viduæ enim sunt animæ peccatrices, quæ à viro suo legitimo Christo sunt viduatæ, quæ proculdubio dæmonibus dantur in prædam, & infernalibus hostibus in rapinam. Vnde quilibet damnatus potest de dæmonibus dicere illud Psalm. 16. *Susceperunt me sicut Leo paratus ad prædam, & sicut catulus Leonis habitans in abditis*. Et sic ergo patet, quod præda sumitur in bono & in malo. Sed de hoc vide plenius infra in titulo de Rapina.



A **Prædestinatio.** Cum materia prædestinationis diuinæ sit altissima, ita quod habito respectu ad iustitiam communem, metas nostri humani intellectus excedere comprobatur, multa & ardua dici de hac possent, si materia moralis per cuius semitas nostra procedit & incedit intentio, ad tam altum negotium pertineret. Quia tamen ista materia scientialis est potius, quam moralis, quia ei à paucissimæ sunt authoritates, quia insuper in locis pluribus de prædestinatione incidenter facimus mentionem, ideo materiam istam intactam dimittimus quo ad præsens, nolentes, scilicet, in messem alienam ponere falcem nostram, nec corpus Christi tangere præsumentes, cum nec sudarium aut sepulchrum tangere digni simus. Vide tabulam huius operis.

A **Prædicare. Prædicatio. Prædicator.** Nota, quod prædicare idem est, quod aliquid publice dicere, vel narrare. Et est proprie prædicatio idem, quod alterius manifesta commendatio, vel instructio. Quod enim prædicare idem sit, quod laudare, vel commendare, patet Cant. 6. vbi dicitur quod *videntes sponsam filiæ Sion, beatissimam prædicauerunt, & Reginæ laudauerunt eam* ¶ Item quod idem sit quod instruere, patet Mat. 14. *Cœpit Iesus prædicare, & dicere, Pœnitentiam agite, &c.* Quocunque ergo modo accipiatur, dico, quod prædicare est officium, in quo prædicator generaliter loquendo debet esse

Nescius humanæ prauitatis,
Conscius diuinæ voluntatis,
Nuncius supernæ maiestatis.
Primum debet esse quantum ad morum perfectionem.
Secundum quantum ad sensus discretionem.
Tertium quantum ad officij conditionem.

¶ Primo ergo dico. quod prædicator debet esse nescius humanæ prauitatis, quia videlicet ad prædicatorem pertinet, quod primo & principaliter sit bonus & iustus, & à prauitate morum totaliter alienus, quia sicut, dicit Gregorius in Hom. *Cuius vita despicitur, restat, vt eius prædicatio contemnatur*. Teste etiam Psalm. 49. *Peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum, tu vero odisti disciplinam? &c.* Breuiter enim loquendo, magis mouet prædicatoris bona vita, quam bona doctrina. Et ideo sicut aues prædales, quæ aucupantur alias aues, sicut accipitres, qui ab accipiendo dicuntur, sunt ab alijs auibus, quas accipiunt, differentes, quia scilicet istæ sunt animo audaciores, volatu agiliores, visu clariores, carne macilentiores, & plumis etiam pleniores, sic proculdubio prædicatores, quos Deus ad capiendum peccatores destinauit, sicut dictum fuit. *Ex nunc eris homines capiens* Luc. 5. & Matth. 4. debent esse audaces animo, quia scilicet non debent timere dicere veritatem, quinimo sicut accipiter longe se maiores aues solet inuadere, sic prædicator longe se potentiores debet audacter arguere, & corrigere, iuxta illud Hierem. 1. *Loquere ad eos omnia, quæ præcipio tibi, & ne formides à facie ipsorum*. Quod est contra illos, qui non audent diuites corrigere vel arguere, sed qui potius solent ipsos in suis sermonibus blandiendo decipere, & palpare Mat. 11. *Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus Regum sunt*. Figurati 3. Re. 22. vbi de falsis Prophetis dicitur. *Ecce sermones omnium Prophetarum bona Regi vno ore prædicant*.

¶ Item illi debent esse agiles, quia isti debent esse seduli, & veloces ad volandum, id est, ad discurrendum, & ad prædicationis officium exercendum. Esa. 60. *Qui sunt isti, qui vt nubes volant, & quasi columbæ, &c.* sicut dicitur 2. Paralipomen. 30. quod *perrexerunt cursores cum epistolis ex Regis imperio prædicantes, filij Israel reuertimini ad Dominum*. Agilis enim debet esse prædicator, non tardus, nec somnolentus, figuratus in Angelo Apocal. 13. vbi dicitur. *Vidi Angelum Dei fortem volantem per medium cœli, magna voce clamantem*. Et ideo prædicatori dicitur Ionæ 3. *Vade in Niniuem ciuita-*

*nitatem magnam, & prædica in ea.* ¶ Item isti debent esse visu clariores, & carne macilentiores, & pennis etiam fœcundiores, quia scilicet tales debent habere Visum clarum per altam contemplationem. Carnem macram per abstinentiæ macerationem. Plumas virtutum multas per sanctam & spiritualem conuersationem. Sicut enim tympanum humidum & pingue non bene sonat, sic prædicator pinguis & deliciosus nunquam potest bene prædicare. Debet enim in se ostendere exemplariter illud, quod alijs prædicat verbaliter, quia secundum Gregorium 18. Moral. & in pastorali. *Lex prædicatoribus posita est vt viuendo illuminent, quos loquendo docent.* Nam loquentis auctoritas perditur, quando vox opere non iuuatur. Versus: *Dogmatum sordet, cum te tua culpa remordet.* Versus: *Turpe est doctori cum culpa redarguit ipsum.* Et ideo de B. Ioanne legimus, quod ipse dum pœnitentiam prædicauit in deserto personaliter habitauit Mat. 3. *Erat Ioannes in deserto prædicans baptismum pœnitentiæ.* Adde notandum, quod illi, qui volunt alijs prædicare, debent primo in deserto pœnitentiæ, & abstinentiæ macerari. Et sic breuiter dico, quod ad prædicatorem pertinet, quod sit sanctus, & iustus: & quod, sicut dictum est, ipse sit nescius humanæ prauitatis.

C ¶ Secundo dico, quod necesse est, quod ipse sit conscius diuinæ voluntatis. Et inde est, quod prædicator debet esse vir literatus, in scripturis eruditus, & in illis, quæ Dei sunt beneplacita, informatus. Qualiter enim orator ex parte magistri sui aliquid diceret, si voluntatem ipsius ignoraret? Et ideo prædicator ante omnia debet scire. *studere & addiscere, quæ sit voluntas Dei bene placens, & perfecta* Rom. 12. Vt eandem ipse alios doceat, & vt ea faciat, atque compleat, quæ doceat Psalm. *Doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.* Et ideo dicit Augustinus libro de doctrina. *Sit quisque prius orator, & post esse poterit prædicator.* Et ideo sicut ille qui bene vult scire voluntatem alicuius, necesse est, vel quod cum ipso personaliter loquatur, vel quod in literis eius voluntatem ipsius complectatur, sic vere ad hoc, quod voluntatem Domini sciamus, necesse est, quod per contemplationem eius secretarij simus, & quod cum ipso per orationem loquamur, ipsum per speculationem mentaliter videamus, & quod insuper literis eius, scilicet, sacræ scripturæ cum diligentia studeamus. Et hoc est quod dicit Dauid in Ps 72. *Mihi autem adhærere Deo bonum est, & ponere in Domino Deo spem meam, vt annunciem omnes prædicationes tuas in portis filiæ Sion.* Sit igitur prædicator conscius diuinæ voluntatis.

D ¶ Tertio dico, quod ipse debet esse nuncius supernæ maiestatis. Ista enim se habent per ordinem, quod scilicet prędicator primo sit in se & iustus & sanctus, secundo quod diuinæ voluntatis sit conscius; tertio quod loquendo alijs supernæ Maiestatis sit nuncius Esa. 53. *Quam pulchri super montes pedes annunciantis & prædicantis salutem.* Vide supra de Annunciare, & de Nuncio. Aquila enim secundum fabulas fingitur esse nuncius Iouis, per quam, scilicet, ipse Iupiter fulmina sua mittit in terram. Est autem aquila terribiliter roboans, atque clamans, in tantum quod alias aues audientes dicitur deterrere, ita etiam quod aues aliæ prædales clamoris sui timore dicuntur à præda illa die quiescere & cessare. Sicut proculdubio charissimi, aquila spiritualis, scilicet prędicator, qui summi Iouis Dei Deorum, id est, Christi est nuncius spiritualis, qui, scilicet, fulmina sua, id est, rigorem suæ iustitiæ alijs nunciat atque portat, debet habere vocem, & locutionem terribilem, & sonoram, vt scilicet aues prædales, id est, peccatores terreantur, & à malis operibus arceantur. Et ideo de tali aquila dicitur Apoc. 8. *Audiui vocem vnius aquilæ volantis per medium cæli dicentis voce magna, Væ, væ, væ, habitantibus super terram.* Prædicatori etiam dicitur Oseæ 8. *In gutture tuo sit tuba quasi aquila super domum Domini.* Et ideo breuiter cuilibet prædicatori dicitur 2. Tim. 4. *Prædica verbum, insta opportune, importune.* In quibus verbis aduerte, quod iste nescius, iste conscius, iste nuncius scilicet prædicator, debet nunciando & docendo facere tria, scilicet,

Vtiliter docere,
Suauiter monere,
Seueriter vrgere.

¶ Primum probatur per doctrinæ sinceritatē. Prædica, Inquit, verbum. Secundum probatur per verborum benignitatem. Insta, inquit opportune. Tertium vero probatur per verborum asperitatem. Importune, inquit. Ista enim tria debet habere prædicator, scilicet, vtilem locutionem, quia debet prædicare verbum Dei, non aliud. Et quidem id mature per suauem monitionem, quia, scilicet, interdum debet instare opportune, id est, benigniter. Aspere per correctionem, quia scilicet interdum debet instare importune, id est, seueriter & austere.

¶ Dico ergo, quod ad prædicatores pertinet vtiliter docere. E
Prædica verbum inquit, quasi dicat, iste non debet prædicare illa, quæ pertinent ad amorem mundi, vel ad similia, sed verbum Dei, quod solummodo pertinet ad salutem. Seminator enim non debet seminare in agro suo malum semen, sed melius, quod potest, quia, scilicet, de malo semine semper sequitur malus fructus, & de bono non semper sequitur bonus, quia sicut dicitur Luc. 9. in parabola seminantis, semen quamuis bonum, multis potest accidentibus impediri. Sic vere prædicator semper debet semen bonum, & bonæ doctrinæ in agro, id est, in corde audientium seminare, quia sicut ibidem dicitur, Semen est verbum Dei, quia, scilicet, ex mala doctrina semper vt communiter sequitur malus actus, ex bona vero etiam cum difficultate sequitur bonum opus. Verbum enim Dei prædicandum est & docendum. Exemplo Apostolorum, qui, sicut dicitur Act. 4. *loquebantur verbum cum fiducia* Et Act. 13. dicitur, *quod verbum Dei dissem inabant.* Isti ergo debent vtiliter docere. Prædica, inquit, verbum. Vnde nota, quod ad vtiliter docendum & prædicandum necesse est, quod prædicatio nostra sit, scilicet,

Dei potentiæ commendatiua,
Carnis lasciuiæ maceratiua,
Dei clementiæ declaratiua,
Cœlestis curiæ collaudatiua.

¶ Debet ergo tendere prædicatio ad diuinæ potentiæ commēdationem. Et de hoc Daniel. 3. *Placuit ergo prædicare signa eius, quia magna sunt, & mirabilia eius, quia fortia.* Item debet tendere ad carnis macerationem 2. Par. 20. *Prædicauit ieiunium in vniuersa Iuda.* Item debet tendere ad clementiæ prouocationem Esa. 61. *Vt prædicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertionem.* Item debet tendere ad gloriæ inuitationem. Vnde Lucæ 9 *Misit illos prædicare regnum Dei.* Et sic ergo dicam quod prædicator debet vtiliter docere. ¶ Deinde dico, quod ad prædicatorem pertinet suauiter monere. Insta, inquit, opportune. Prædicator enim debet summe cauere, quod opportune loquatur, id est, dulciter, suauiter, & mature. Apes enim quæ sunt animalia valde fœcunda, & quæ secundum Plinium castra sua nimia prole replent, mel solēt ex floribus conficere. Columba in melle cibata solet alias columbas ad columbare domini sui attrahere, & dulcedine mellis, quod habet in ore, alias mirabiliter delectare, panthera insuper dulcedine anhelitus sui alia animalia attrahit. Et Fastera piscis marinus, alias fastem auctore Iorath, aqua in ore ipsius dulcescente, alios pisces decipit, ipsosque ad se attrahens in ore suo recipit & transglutit. Sic proculdubio charissimi prædicator debet in ore suauitatem verborum habere, & cum opportuna discretione debet alijs aquam diuinorum eloquiorum diffundere, & sic poterit alios ad veritatis semitam attrahere, & reducere, & ipsos spiritualiter comedere, & sibi per amorem & charitatem incorporare & spiritualiter intimare, vt sic quilibet sic conuersus possit dicere illud Psalm. *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo. Insta,* inquit, *opportune.* Eccles. 8 *Omni negotio tempus est, & opportunitas.* Et sic similis erit Orpheo filio solis, de quo dicunt fabulæ, quod in cithara ita dulciter modulabatur, quod & saxa & arbores ad melodiam eius currebant & aures suas canticis inclinabant. Vnde etiam narrat Ouid. quod cum quadam die citharizaret in quodam loco planissimo, vbi nullæ penitus erant arbores, statim ad sonitum citharæ suæ arbores de circumuicinis montibus concurrerunt, & circa ipsum syluam maximam effecerunt. Quod pro tanto fingitur, quia secundum Isidorum Orpheus dulcedine verborum suorum homines feroces, & syluestres ad communem habitationem attraxit, & ipsos à syluestilitate ad ciuilitatem retraxit. Et ideo poetica scientia seu sententia ipsum attraxisse syluas illas finxit. Reuera charissimi, talis Orpheus est prædicator, qui solis iustitiæ, id est, Christi debet esse filius specialis. Iste enim debet citharizare per suauem monitionem & inductionem, & sic poterit syluas & lapides remollire & delectare per compunctionem & contritionem, & ipsos ad campum Ecclesiæ attrahere & reducere per perfectam conuersionem, & per diuinę gratiæ acquisitionem. Talis ergo prædicator debet dicere illud Prou. 8. *O viri, ad vos clamito, & vox mea ad filios hominum. Audite me, quoniam de rebus magnis locuturus sum. Aperientur labia mea, vt recta prædicent.*

*cta prædicent, veritatem meditabitur guttur meum.* Ecce ergo quam suauiter debet psallere iste Orpheus. *Opportune*, inquit. Quia pro certo opportune, id est, discrete debet loqui, scilicet, vt secundum loca & tempora, causas & personas ordinet verba sua. Vnde dicit Gregorius in pastorali, & 30. moral. *Sicut*, inquit, *longe Gregorius Nazianzenus docuit, prædicator debet verba singula singulis coaptare.* Quia quæ alijs officiunt alijs proficiunt, & herbæ, quæ hæc animalia nutriunt, hæc occidunt, & leuis sibilus equos mitigat, catulos instigat; & panis, qui vitam vegetat, paruulum necat. Opportune ergo Prou. 13. *Sermo opportunus optimus.* Prædicatori enim potest dici illud Psal. 144. *Tu das escam illorum in tempore opportuno.* Patet ergo, quod prædicator debet suauiter monere.

G ❡ Denique dico, quod ipse debet vrgere seueriter. *Insta*, inquit, *importune.* Quia videlicet prædicator non solum debet sua monitione auditores mulcere, imo etiam debet loco & tempore acriter reprehendere & importune, & cum violentia duros & obstinatos instruere & docere. Canis enim per importunitatem clamorum suorum compellit bestiam in domo latentem fugere, & exire. Canis etiam latratu suo solet lupi insidias declarare, & prædatorem Domini sui solet morsu & latratu aliquoties reuelare. Sic procul dubio canis, id est, bonus prædicator debet importune quandoque clamare & prædicare, vt sic quasi violenter de cauerna cordis humani bestiam, id est, diabolum extrahat, & lupi proditoris diaboli insidias & præsentiam doceat, vt quilibet eius nocumenta fugiat & præcaueat. Et breuiter istud est verum, quod non solum oportet canem, id est, prædicatorem latrare dulciter & opportune monendo, imo etiam necesse est eum latrare & mordere importune corrigendo & exhortando. *Importune*, inquit, vnde de hoc potest dici illud Eccl. 22. *Musica in luctu, importuna narratio.* Prædicatio enim dicitur musica in luctu, quia sicut musica habet lætitiam, luctus vero habet tristitiam, sic prædicatio habet lætitiam, in quantum excitat ad æternam consolationem, habet etiam tristitiam, in quantum comminatur æternam desolationem. Eale vel eleare enim est quoddam animal indicum habens duo cornua. Ista tamen cornua sunt mobilia: quia in bello vnum cornu solet acuere, & aliud solet remittere, & sic vicissim & alternatim suis cornibus pugnare, & nunc vno, nunc alio dimicare. Sic vere charissimi prædicator debet habere duo cornua, id est, duplicem artem & scientiam prædicandi, scilicet benignam monitionem & asperam correctionem, iuxta illud 2. Tim. 4. *Argue, obsecra, increpa.* Ista tamen debent esse mobilia & alternabilia, quia videlicet aliquando debet vti cornu dulcis monitionis, scilicet virtutes commendando, Dei misericordiam collaudando, & ad cœlestem gloriam inuitando. Aliquando debet vti cornu correctionis, sc.

Peccata vituperando,
Dei iustitiam allegando,
Æternam miseriam comminando.

❡ Et tali modo prædicabat Ionas, qui dicebat Ionæ 3. *Adhuc quadraginta dies & Niniue subuertetur.* Sic loquitur Hieron. exponens illud Eccl. 12. *Verba sapientum quasi stimuli, &c. Verba*, inquit, *sapientum debent pungere, non palpare, & contra vitia non molliter procedere, sed austere.* Et sic igitur patet quomodo prædicator debet seueriter arcere vel vrgere, suauiter monere, vtiliter docere. *Prædica* inquit, *verbum, insta opportune, importune.* Et hæc de prædicatore sufficiant. Vide supra de Docere, de Correctione & de Loqui, de Annunciare, de Nuntiare, de Narrare, & de Lingua & in alijs titulis similibus & infra de Verbo, & si vis aliquid inuehere contra malos prædicatores, vide vbicunque agitur de hypocritis, qui scilicet vnum habent in ore, & aliud in corde, vnum in verbo, & aliud in facto, vnum apparenter, & aliud existenter, &c.

A **Prædicere.** Nota, quod prædicere idem est, quod rem antequam veniat prognosticare, aut dicere. Et sic dico, quod prædicere quandoq; sumitur

Pro { Bono prædicatore, qui prædicit pœnas comminando,
Summo dominatore, qui prædicit multa reuelando,
Vano diuinatore, qui prædicit falsa prædicando,
Certo prophetatore, qui prædicit vera publicando. }

❡ Dico, quod est vnum prædicere boni prædicatoris, quia scilicet alliciendo & comminando ipse debet hominibus prædicere gaudia Paradisi & tormenta inferni, & terrores iudicij, &c. Vt sic dicat alijs illud Deut. 8. *Si oblitus Domini Dei tui secutus fueris Deos alienos, ecce nunc prædico tibi quod omnino dispereas.*



❡ Item dico, quod est vnum prædicere summi dominatoris, scilicet Dei, qui, scilicet, Prophetis dixit, & prædixit, quæ futura fuerunt, & erunt sicut dicit ille Act. 1. *Viri fratres, oportet impleri scripturam quam prædixit Spiritus sanctus per os Dauid.*

❡ Item est vnum prædicere vani diuinatoris, qui, scilicet, per reuelationes malorum spirituum, vel malorum sortilegiorum aliquando vera, aliquando falsa prognosticant de futuro, qui scilicet non debent audiri. Vnde Deutero. 13. *Si surrexerit in medio tui Propheta, seu qui somnium vidisse dicat & prædixerit portentum & signum quod euenerit.* Sequitur. *Non audies verba illius Prophetæ aut somniatoris, quia tentat vos Dominus Deus vester.* Multa possent dici, sed vide vbi Prædicator, & infra vbi Propheta, & supra vbi Dicere, & Annunciare &c.

**Præesse.** Nota, quod præesse idem est, quod superesse. Et quia infra intendo satis plene de super, & de sursum dicere, ideo supersedeo quo ad præsens. Hoc ergo solum notandum est, quod præesse est officium dominationis, iurisdictionis, & prælationis. Et ideo de Adam, qui fuit prælatus rerum dicitur Gen. 1. *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, vt præsit piscibus maris, volatilibus cœli, & bestijs terræ.* Verumtamen aduerte quod sunt qui præsunt A

Vtiliter & sapienter,
Crudeliter & imprudenter,
Flebiliter & negligenter.

❡ Primi sunt prælati diligentes, & de istis dicitur Sap. 6. *Diligite lumen sapientiæ omnes, qui præestis populis.* Et 1. Tim. 5. *Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni sunt.*

❡ Secundi sunt tyranni præsidentes, & de istis dicitur Ruth. 1. *Quando iudices præerant facta est fames in terra.* Quia regnantibus impijs, ruinæ hominum Prou. 28. *Fames enim & paupertas solet abundare in terra crudelium tyrannorum, & aliorum iudicum impiorum.* Omnia enim solent sibi rapere, & alijs nihil dimittere, contra illud 1. Mach. 5. *Præestote populo & nolite bellum committere aduersus gentes.* Ad istos enim pertinet contra gentes, id est, contra subditos pauperes bellum rapinarum non committere, sed in iustitia & iudicio populum gubernare Esa. 32. *Ecce in iustitia regnabit rex & principes in iudicio præerunt.* B

❡ Tertij vero sunt pastores insipientes, illi, scilic. qui ita male & ita negligenter præsunt, quod exinde acquirunt æternam damnationem. Vnde Sap. 6. *Iudicium durissimum fiet his, qui præsunt &c.* Vide vbicunq; agitur de prælato. C

**Præferre.** Cum præferre idem sit, quod præponere, præeligere, seu præ alijs eligere, possent plurima dici de bona vel mala prælatione, quia bonũ est bona malis, & vtilia inutilibus anteferre. Malum vero est mala bonis, & vtilib. inutilia præponere vel præferre, sicut faciunt illi, qui præferunt temporalia æternis, & in officijs malos bonis. De his tamen omnibus nihil ad præsens, quia auctoritates non sunt. Vide infra de Præponere, & de Prælatis, & supra vbi Melius & vbi Eligere. A

**Præfectus. Præfici.** Cum præfectus sit ille, qui præ alijs est effectus, vt pote qui is in gradu & officio est prælatus, & inde est, quod apud Romanos illi qui primo vocati fuerunt prætores, quando scilicet respublica per consules regebatur, tandem tempora imperatorum sunt vocati præsides, vel præfecti, dicamus ergo, quod per præfectos possunt denotari officiales, iudices & prælati, siue boni fuerint, siue mali, &c. Et sic nota, quod est dare præfectum A

Virtuosum & laudabilem,
Vitiosum & inutilem,
Gloriosum & notabilem.

Primus est bonus Prælatus, quem Deus præficit,
Secundus iudex elatus, quem fauor efficit,
Tertius Christi ducatus, qui nunquam deficit,

❡ Primo ergo dico, quod est præfectura laudabilis & virtuosa. Et ista est præfectura boni iudicis, principis, vel prælati, qui, scilicet, à Deo constitutus & promotus se solet bene regere, & commissum sibi officium iuste & laudabiliter exercere. Exemplo, scilicet, Danielis, de quo dicitur Dan. 2. quod *cum rex probasset ipsum virum sapientem, & doctum, & Dei specialem amicum, extulit eum in sublime & dedit sibi munera multa & magna, & constituit eum præfectum magistratum super omnes sapientes Babylonis.* Sic enim debent homines à superioribus præfici, & in sublime prouehi & extolli, videlicet ratione virtutis, & non fauore generis, muneris, vel mundanæ cuiuslibet seruitutis. Vt sic de tali præfecto intelli-

telligi possit illud, quod consuluit Ioseph Pharaoni, dicens Gen. 41. *Nunc ergo prouideat rex virum sapientem & industriosum, & præficiat eum terræ Aegypti.* Quod tamen est contra multos superiores, qui, scilicet, hodie in præfecturis suis non præficiunt viros sapientes & industriosos, sed potius adulatores, simoniacos, consanguineos, & nepotulos, sicut habemus 4. Reg. 25. *quod Godoliam*, qui interpretatur magnificans dominum, hoc est, adulator, qui magistrum suum scit magnificare & laudare, *præfecit Nabuzardam reliquijs Israel.* Non sic ergo, sed sapientes & industrij præficiantur, quia ista est præfectura laudabilis & virtuosa.

B ¶ Secundo dico, quod est præfectura damnabilis, & vitiosa, & ista est præfectura malorum iudicum, officialium, balliuorum, seu etiam crudelium prælatorum, quia, scilicet, à malis superioribus promouentur, vt malis ipsorum rapinis & exactionibus nutriantur. Mali enim superiores nunquam suis præfecturis, & officijs volunt ponere nisi tales, qui subditos possint rodere, & lucrum ad hospitium reportare vnde 3. Reg 4. dicitur, quod *Salomon habebat duodecim præfectos super omnem Israel, qui præbebant annonam regi & domui eius.* Isti sunt figurati per præfectos operum Pharaonis, *qui populum Israel affligebant, & animas eorum ad amaritudinem duris operibus perducebant*, sicut dicitur Exod. 5. Vnde ibidem dicitur, quod *præfecti operum egressi ad populum instabant dicentes, Colligite, &c.* Et breuiter dico, quod tales mali præfecti, qui, scilicet, populum grauant, vt sibi & magistris suis lucrum reportent, solent à magistris suis honorari, & etiam familiariter conuiuari, sed finaliter ipsi solent in inferno crudeliter trucidari; honorari dico, sicut de Godolia legitur Hier. 40. quod *rex Babylonis præfecit eum reliquijs Israel.* Sicut etiam Hest. 1. dicitur, quod *Assuerus fecit grande conuiuium omnibus præfectis prouinciarum &c.* Trucidari etiam: sicut de illo præfecto Babylonico Godolia legitur Hier. 41. quod *ipsum Ismael interfecit.* Igitur dico, quod iste est præfectura damnabilis, & vitiosa.

C ¶ Tertio vero dico, quod est præfectura notabilis & gloriosa. Et ista est illa, qua, scilicet, Deus præfecit Angelos regimini inferiorum tam regnorum, quam personarum, sicut de præfectura, quam dedit eis dominus super regna, apparet Dan. 10 vbi alius Angelus dicebat sic: *Princeps regni Persarum restitit mihi &c.* Vnus enim bonus Angelus vocauit alium principem regni Persarum. De præfectura autem Persarum, quod, scil. quilibet habeat bonum Angelum præfectum cordi suo, patet Matt. 18. vbi Christus dixit de pueris *quod Angeli eorum semper vident faciem patris.* Quomodo igitur isti regant nos, & rempublicam nostram, & quomodo inter se secundum ordinationem diuinam dissentiant, aut concordent, non est nostrum modo videre, veniet autem tempus in quo qualiter ordines illarum præfecturarum & tota natura rerum ipsorum ministerio gubernatur, iuuante domino cognoscemus. Vt sic de talibus rerum præfectis dicatur illud 1. Paral. 27. *Præfecti qui ministrabant regi, iuxta turmas suas ingredientes per singulos menses singulis præerant.* Hæc igitur de præfecto, & præfectura sufficiunt. Vide de rege, principe, ministro, & similibus, &c.

## A Præfinitus.

Nota, quod præfinitum dicitur illud, quod fuit ante dispositum, & statutum, & qualiter fieri debeat ordinatum. Cum igitur sint paucissimæ auctoritates, notabo breuiter, quod est quædam præfinitio

Præsentium negotiorum,
Prudentium consiliorum,
Sequentium iudiciorum.

Primam facit occulta Dei prouidentia,
Secundam facit discreta iusti sapientia,
Tertiam facit æterna Dei præpotentia.

¶ Primo ergo dico, quod est quædam præfinitio occultæ Dei prouidentiæ quo ad negotia, quæ sunt in præsenti. Et circa hoc possemus aduertere, quod omnia facta mundi licet videantur à causa, aut à libero arbitrio prouenientia, habent tamen suum terminum præfinitum & suum tempus ab occulta Dei prouidentia ordinatum. Quod non solum videtur verum in vita humana, & certitudine mortis & alijs rebus naturalibus, imo etiam in euentibus fortunæ, sicut est in duratione regnorum, in exaltatione malorum, in tribulatione bonorum, in sterilitate vel opulentia terrenorum, & alijs euentibus temporalibus. Omnia enim suum certum finem & suam durationem præfinitam habent, & omnia ab occulta Dei prouidentia dependent, vt sic quilibet nostrum in hac vita sit sicut hæres paruulus, qui non differt à seruo, qui, scilicet, nihil facit proprie & libere, quia sub tutoribus & actoribus est vsque ad præfinitum tempus à patre, sicut dicit Apostolus Gal. 4. *Vita enim & fortuna nostra habet suam præfinitionem* quia sicut dicitur Dan. 11. *in tempore præfinito præliabitur contra eum* (id est, contra hominem) *rex Austri, & veniet & quasi tempestas contra illum rex Aquilonis*, id est, mors. De tribulationibus etiam mundi, quod habeant suum terminum præfinitum, patet ibidem, scilicet, Dan. 11. vbi dicitur. *De eruditis ruent, vt conflentur & eligantur & dealbentur vsque ad tempus præfinitum.* De nequitijs vero impiorum, quod sub quadam præfinitione consistant, patet Luc. 22. vbi de impio Iuda dicitur. *Filius quidem hominis vadit sicut definitum est de eo.* Istam autem præfinitionem occultæ Dei prouidentiæ intellexerunt quidam Philosophi nimis stricte, qui dixerunt, quod omnia quæ eueniunt, de necessitate euenirent, quam veniendi necessitatem vocauerunt fatum, quod dixerunt esse legem rerum impossibiliter aliter se habentium. Alij autem, scilicet, poetæ, illam intellexerunt nimis large, qui, scilicet, fata dixerunt esse tria, scilicet, tres Deas, vel tres sorores, quarum potentia Deos ligabant & homines, quia, scilicet, quicquid ordinabant, necessario stabat, ita quod illud nulla cuiuscunque Dei potentia aliqualiter immutabat, sicut patet in Ouidio libro de Transformatis in infinitis locis. Catholici autem alium modum ponunt, dicentes, scilicet, quod licet in rebus à parte Dei ordinis possit esse necessitas, semper tamen à parte hominis est libertas. Sed quomodo necessitas, & libertas simul stant, non pertinet ad hanc moralem materiam, quam prosequor in præsenti. Patet igitur quod est præfinitio occultæ Dei prouidentiæ quo ad negotia, quæ sunt in præsenti.

B ¶ Secundo dico, quod est præfinitio districtæ iusti sapientiæ quo ad consilia, quæ sunt in pendenti. Constat enim quod viri prudentes præsumunt & ordinant fata, ita quod apud ipsos nihil à casu prouenit aut fortuna. De quo 1. Reg. 30. *Factum est hoc ex die illa, & deinceps constitutum & præfinitum in Israel, & quasi lex vsque ad diem hanc.*

C ¶ Tertio vero dico, quod est præfinitio æternæ Dei præpotentiæ quo ad iudicia; quę sunt in sequenti. Constat enim quod tempora futuri iudicij sunt à Deo præfinita, in quibus, id est, præfinita, & præordinata sunt punitiones malorum & retributiones iustorum. Tunc enim finis omnis iniquitatis erit, sicut dicitur Ezec. 31. *Impiorum* (inquit) *quorum venit dies in tempore iniquitatis præfinita*, vnde etiam ibidem execrando impio dicitur sic. *Tu ergo prophane impie dux Israel cuius venit dies in tempore iniquitatis præfinita.* Et tunc etiam venit quies & gaudium perpetuæ fœlicitatis, scilicet, quo ad iustos. Vnde Dan. 12. *Tu autem ad tempus præfinitum, & requiesces, & stabis in sorte tua in fine dierum.* Et hæc de præfinitione sufficiant, quia in locis multis est tractatum, & hic auctoritates sunt quasi nullæ.

## Prægnities. A

De prægnitie poterant multa dici, sed auctoritates valde paucæ sunt, hoc solum nota, quod moraliter loquendo, triplex inuenitur prægnities, videlicet,

Virtualis,
Criminalis,
Temporalis.

Iusti enim impraegnantur spiritualiter virtutibus,
Mali autem impraegnantur criminaliter sceleribus,
Mundani vero impraegnantur temporaliter muneribus.

¶ Primo ergo dico, quod est prægnities commendabilis, & ista est per quam quis per bonum propositum & per diuinæ inspirationis arcanum bonis cogitationibus, desiderijs, & volitionibus à Deo impraegnatur, per præuentionem boni seminis, hoc est, diuinæ gratiæ, vel etiam verbi Dei fœti boni propositi fœcundatur, sicut enim ponit Plinius, in aliquibus regionibus equæ impraegnantur vento. De columbis etiam dicitur, quod impraegnantur osculo Sic vere dicam, quod vento, id est, Spiritus sancti spiraculo & boni doctoris verbo, & charitatiuo osculo sæpe contingit spiritualiter hominem impraegnari, & gratijs & virtutibus fœcundari ex quibus, scilicet, solent boni fœtus scilicet, bona opera parturiri, 1. Reg 4 *vxor Phynees prægnans erat.* Aduerte tamen, quod dicit Dioscorides de lapide, qui dicitur pyonites. Ait enim, quod hic lapis ab alio lapide sibi simili mirabiliter impraegnatur, quem certo tempore parturit. Dicit etiam,

lam, quod ille lapis mulieres prægnantes iuuat. Sic vere dicam, quod illi, qui diuinitus impræegnantur & pariunt, sicut fuit Paulus, & alij sancti, & etiam doctores boni, quos scilicet Deus impregnat per gratias & scientias, quas etiam prædicando parturiunt & emittunt, solent mulieribus prægnantibus, id est, simplicibus bono proposito nouiter impręgnatis opitulari & proficere, in quantum scilicet, per prædicationem suam isti solent simplices in bono firmare & ne scandalo aliquo vel malo exemplo seu dicto abortiantur, in bonis moribus confirmare. Oues enim prægnantes quandoque ex timore horrendi tonitrui abortiunt. Sic simplices & nouitij nouo proposito impræegnati, faciliter tonitruo tentationis deficerent & istum fœtum conceptum, scilic. bonum propositum mortuum eijcerent, nisi ipsos boni doctores & prædicatores firmarent, & à periculo custodirent. Ideo de Ioseph legitur, quod *ipse Mariam vxorem suam spiritu sancto impregnatam diligenter custodiebat, & ei seruiebat*, sicut legitur Lu. 2. quod *ipse iuit, vt proficisceretur in ciuitatem suam cum Maria desponsata vxore prægnante &c.* Hæc est ergo prægnities commendabilis.

B ¶ Secundo dico, quod est prægnities vitiorum, qua scilicet, mali in tanta quantitate, concipiunt, & prægnantes & inflati fiunt, ita quod iniquitatem & mala opera pariunt & emittunt. De talibus autem malis prægnantibus videtur dictum diabolo illud, quod dictum fuit Asaeli 4. Reg. 8. *Paruulos eorum allides, & prægnantes diuides*, quia scilicet, diabolus finaliter tales prægnãtes peccatores solet per parturitiones & sollicitudines negotiorum diuidere, & eos in inferno crudeliter trucidare. Similis, scilicet lupo, qui prægnantes mulieres solet libentius occidere, & fœtus eorum teneros manducare, sicut de Aman legitur Amos 1. quod, scilicet, *ipse dissecuerit prægnantes Galaad ad dilatandum terminum suum*. Hic posses ponere quomodo portenta, fauni, incubi, Satyri etiam, & syluani, qui sunt genera dæmoniorum, inuenti sunt quandoque mulieres impræegnasse, & fœtus pestiferos generasse, sicut de populo hunnorum legitur primitus à dæmonibus generato, & etiam de Merlino. Quia reuera dæmones quandoque cum mulieribus, id est, cum simplicibus per tentationes coeunt, & sic eos diuersis vitijs impræegnantes, malos fętus malorum operum parturire faciunt. Ista est igitur prægnities detestabilis.

C ¶ Tertio dico, quod est prægnities desperabilis, & ista est illa qua quis diuitijs impræegnatur, quæ scilicet, sunt sibi aliquoties causa mortis. Mulieres enim prægnãtes, quando sunt nimis strictæ, & fœtus est nimis grossus, faciliter moriuntur in partu. Sic vere quando quis est supra modum diuitijs impræegnatus, si tamen per auaritiam nimis est strictus, mors certe sequitur sempiterna. Vnde bene potest dici illud Matt. 24. Marc. 13. Luc. 21. *Væ autem prægnantibus & nutrientibus in die illa.* Vnde 4. Reg. 15. dicitur, quod *Manahen rex Israel percussit Tapsam, quia noluerant aperire sibi, & interfecit omnes prægnantes eius & scidit eas.* Quia scilicet Christus rex Israel prægnantes diuites, qui, scilicet, nolunt aperire domos & horrea sua pauperibus, imo sibi in persona pauperum, eleemosynas largiẽdo, finaliter per damnationem interficiet, & bona eorum scindet, diuidet & disperget. Sic igitur patet quomodo est prægnities Desperabilis, Detestabilis & Commendabilis. Sufficit. Vide in tit. Concipere, & in titul. Parere, Parturire &c.

A **Præire.** Cum Præire, Præcedere, Anteire, multimode possint dici, quia tamen paucæ sunt auctoritates decreui breuiter pertransire. Notabo igitur, quod est dare Præire quod sit

Exemplariter,
Magistraliter,
Ministraliter,
Designaliter,
Virtualiter,
Naturaliter,
Temporaliter.

¶ Præit enim

Exemplar exemplatum,
Magister Magistratum,
Famulus famulatum,
Signum ante signatum,
Virtus ante peccatum,
Causa ante causatum,
Senex ante nouitium,
Miles ante senatum, id est, ante exercitum congregatum.

¶ Dicamus ergo quod cum præire & antecedere pertineat ad prælatos, & etiam ad viros iustos, nobiles, & perfectos, ipsi debent alios multipliciter antecedere, videlicet,

Exemplariter viam ostendendo,
Magistraliter ipsos gubernando,
Doctrinaliter ipsos erigendo,
Ministraliter ipsis seruiendo,
Virtualiter ipsos defendendo,
Militariter hostes explorando.

¶ Primo ergo alijs omissis, dico, quod iustus, & maxime prę- B latus præire debet viam ostendens exemplariter, sicut, scilicet, de stella, quæ Magos duxit ad Christum legitur Matt. 2. *Et ecce stella, quam viderant in oriente, antecedebat eos vsque dum veniens staret supra vbi erat puer.* Multis enim radijs, id est, multis virtutibus debet rutilare, vt scilic. varijs varia dantes exempla virtutum, possint viam rectam eundi ad Deum omnibus dare Eccles. 32. *Ante grandinem præibit coruscatio.* Vnde tali dicatur illud Eccles. 4. *Suscipit exquirentes se, & præibit in via iustitiæ.* Quod tamen est contra malos ductores, qui per mala verba & exempla ducunt illos ad infernum, similes proditoribus, qui quandoque se simulant esse bonos bonam viam ostendere promittentes, qui tamẽ eos præeundo ducunt ad latrones. Similes etiam latronum principibus, qui scilicet, ad homicidia & prædas alios antecedunt, sicut de Iuda proditore dicitur Luc. 22. quod *ipse antecedebat eos*, scilicet Iudęos, *ad Dominum capiendum*. Anteibit ergo iustus viam ostendendo exemplariter.

¶ Secundo dico, quod anteit iustus suos dirigens magistraliter, & maxime quando est prælatus, quia, scilicet, iste debet alios anteire, scilicet, docendo, regendo, & corrigendo, & in loco suo quemlibet ordinando, vt sic prælato dicatur illud Exod. 17. *Antecede populum, & sume tecum de senioribus Israel, & virgam cum qua percussisti fluuium tolle in manu tua.* Ad bonum enim antecessorem pertinet, quod secum alios regendo senes, & prudentes habeat & quod virgam correctionis & iustitiæ propter petra Oreb, id est, pro duris peccatoribus corrigẽdis aliqualiter non dimittat, figuratus, scilicet in arca fœderis, de qua, scilicet, filijs Israel transituris Iordanem dicitur Iosuæ 3. *Arca fœderis antecedet vos.* Compara, si vis, prælato arcam fœderis, quæ habebat manna, virgam & tabulas &c. C

¶ Tertio dico, quod anteit iustos suos erigens doctrinaliter. D Tubicinatores enim, pręcursores, & exploratores solent præcedere exercitum. Tubicinatores, vt corda hominum & equorũ animent & erigant ad pugnandum. Exploratores autem, vt hostium fraudes & vires suis moneant ad cauendum. Sic verè debent facere prædicatores. Hostium enim nostrorum, scilicet dæmonum & vitiorum, debent vires & fraudes inquirere & ostendere, & ad eas præcauendum, & contra eas viriliter propugnandum debent eos tubicinaliter præmonere. Vnde Marc. 11. *Qui præibant & sequebantur, clamabant Osanna*: scilic. alter alterum admonendo. Vt sic de bono doctore, & prædicatore dicat populus illud Sap. 7. *Lætatus sum, quoniam antecedebat me ipsa sapientia. Et venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, &c.* O quam necessarij sunt in exercitu fidelium tales boni exploratores, & prædicatores populi, quem præcedunt contra futura pericula commonitores. Similes enim sunt quibusdam auibus, quæ mare frequentant, quæ, scilicet, fluctus maris venientis antecedunt, ita quod mare proximo venturum aut rediturum suo aduentu ostendant. Sic isti spirituales exploratores pro certo debent facere, quia futuri maris, id est, futuræ amaritudinis mortis, iudicij & inferni, debent esse sua antecessione præmonitiui, & hominibus declaratiui, vt de ipsis futuri iudicij terrorem præeuntibus possit dici illud Luc. 1. *Tu puer propheta altissimi vocaberis, præibis enim ante faciem Domini parare vias eius.* Nonne Domini faciunt præire nuncios suos, qui scilicet hospitia & necessaria eis parant ne forte quando venerint cuncta inueniant imparata? Sic Christus præmittit prædicatores, vt sic talis prædicator dicat illud Gen. 45. *Præmisit me Deus vt reseruemini.* Anteit ergo iustus suos erigens doctrinaliter.

¶ Quarto dico, quod præit & anteit iustus suis seruiens liberaliter. Mos enim est in Romana curia, quod seruitores præ- B eunt & antecedunt dominos suos. Sic vere cum nos simus alter alterius serui, dico, quod alter vtri seruiendo & ministrando nos

debemus alter alterum antecedere 1. Reg. 17. *Armiger eius antecedebat eum.*

P § Quinto vero dico, quod præit iustus suos defendens virtualiter. Nonne boni milites alios debiliores solent præire, & pro alijs defendendis periculis se præofferre? Sic reuera iusti & constantes & maxime boni præsidentes, alios in periculo præeunt, & pœnis & tribulationibus se offerentes, ipsos pro virib. defendunt hostibus animæ & fidei, scilicet, dæmonibus & hæreticis se opponunt, sicut ad literam fecerunt martyres, qui pro fide defendenda præire ad certamina maluerunt, sicut de illo Eleazaro dicitur 2. Mach. quod *gloriosam mortem plus, quam odibilem vitam eligens voluntarie præibat ad supplicium.* vt de talibus dicatur illud 1. Mach. 6. *Sagittarij præibant exercitum.* Hæc igitur sufficiant de anteire & antecedere & præire. Vide supra de præcedere, & similibus.

A **Prælatus.** Cum prælatus dicatur quasi præ alijs eleuatus vel latus, notabis, quod in omni communitate necesse est habere prælatum, qui scil. cunctis

Præsideat eminenter,
Præualeat excellenter,
Prouideat diligenter,
Edoceat sapienter,
Coerceat euidenter,
Sustineat patienter,
Promoueat competenter,
Congaudeat arridenter,
Condoleat incidenter.

Istæ ergo sunt nouem conditiones boni prælati, per quas se debet communem omnibus exhibere, & quia reipublicæ præponitur, de vtilitate communi magis, quam propria cogitare. Bona enim naturæ omnibus generaliter sunt concessa, & nulli specialiter attributa, sicut patet de cœlo, aere, aqua, igne, & similibus. Caput etiam in corpore non ad vnum, vel duo membra gubernanda constitutum est, sed generaliter ad omnia vel ad multa. Sic vere prælatus omnibus se debet cognoscere ordinatum esse communem, & non isti vel alteri specialem. *Omnibus enim omnia factus sum*, inquit Apostolus, *vt omnes lucrifacerem.* 1. Corin. 6. *Non quærens*, inquit, *quod mihi vtile est, sed quod multorum* 1. Cor. 10. Quia secundum rei veritatem iste debet omnib. ostendere se publicum & communem, & non in aliquo partialem.

Iste enim est communis {
Fons,
Pons,
Mons,
Lex,
Rex,
Lux,
Dux,
Regula,
Formula,
Chordula,
Virgula,
Ferula.
}

Communis dico fons in quo abluamus fæces vitiorum,
Communis pons, in quo transeamus fluctus aduersorum,
Communis mons, in quo colligamus flores exemplorum,
Communis lex, in qua videamus metas mandatorum,
Communis rex, sub quo vincamus vires malignorum,
Communis lux, per quam videmus clausa secretorum,
Communis dux, sub quo caueamus damna nociuorum,
Communis regula, vt componamus motus animorum,
Communis formula, in qua capiamus mores antiquorum,
Communis chordula, cum qua coniungamus corda diuersorum,
Communis virgula, cum qua feriamus excessus paruulorum,
Communis ferula, cum qua corrigamus actus peruersorum.

Hæc omnia possunt applicari ad bonum prælatum, & multipliciter dilatari. Quia secundum rei veritatem iste debet esse communis, & publicus vniuersis. Sicut, scilicet, exemplificat Dominus *de lucerna, quæ non ponitur sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo sunt* Matt. 5.

B § Primo igitur his præmissis, dicamus sicut in principio tetigimus, quod bonus prælatus debet eminenter cunctis præsidere. Prælatus enim debet in statu & dignitate, in gradu & maiestate, in gestu & grauitate se præferre, & ostendere potentiorem, vt scilicet, à subdito honoretur & timeatur. *Nimia enim familiaritas parit contemptum.* Ideo dicit Apostolus 1. Tim. 4. *Nemo adolescentiam tuam contemnat.* Leo enim qui animalium rex dicitur, vultum habet ferum, collum erectum, aspectum toruum, sonum terribilem, & clamorosum. Ad denotandũ, quod princeps & prælatus debet se ferum & iustitiosum prætendere, erectus & authenticus incedere, seu vere & authentice loqui & aspicere, vt scilicet, à malo possit alios coercere. Vnde Hugo de claustro animę dicit, quod *prælatus debet subditos præcellere tribus modis, scilicet, dignitate, potestate, & officio.* Exemplu sc. Christi, qui fuit sacerdos, rex, & minister. Dignitati enim debetur reuerentia. Potestati obedientia. Officio cura & diligentia. Debet ergo prælatus cunctis eminenter præsidere.

§ Secundo dico, quod prælatus debet excellenter cunctis eminere, sc. in moribus & virtutibus. Exemplo scilicet, corporum superiorum, quæ sicut alijs eminent & præcellunt in situ, sic & in virtutibus, & in motu, & in splendoribus & in actu. In prælatis enim & superioribus præ cæteris eminere debet

Scientiæ limpida claritas,
Iustitiæ solida æquitas,
Clementiæ rorida bonitas.

Præcellat igitur alios in scientiæ claritate. Caput enim præcellit membra in sensibus, sol stellas in splendoribus, aquila aues in claris visibus. Cum ergo prælatus sit caput & sol & aquila nuncupatus, inquantum super membra, stellas, & volucres, idest, super subditos est præfectus & ad ipsorum regimen ordinatus, necesse est, quod sensibus sapientiæ, splendoribus scientiæ, visibus intelligentiæ sit ornatus, exemplo, scilicet, antiquorum regum; qui Philosophiæ studuerunt, secũ philosophos sapientissimos habuerunt, quos summe honorauerunt, & quibus plurimum crediderunt, sicut de Ptolomæo rege Ægypti patet, qui, scilic. septuaginta interpretes de populo Iudæorum habuit & scripturam sacrã transferri fecit, propter quod meritũ centum millium Iudæorum in regno suo captiuorum libertati dedit, sicut ponit historia tripertita. Patet etiam in Alexandro qui ab Alexandro Calistone rerum naturas inuestigauit, & (sicut dicitur Alexander nequã alias ne Kam) in vase vitreo se in maris profunda mitti fecit, & à gryphis in aera subleuari &c. Patuit etiam in Nerone, qui Senecam habuit magistrum. In Traiano, qui habuit Plinium & Plutarchum. Finaliter etiam patuit in Carulo magno, qui viros scientificos summe dilexit, & magistrum Alcuinum, specialiter habuit, studium de Roma Parisios transtulit, tabulas semper secum portauit, & sæpe scripsit & dictauit. De Iulio Cæsare quid dicam, qui magnus fuit Philosophus? Nam Calendarium & computum ipse composuit. Si ergo principes sæculares scientijs vacauerunt, quid debent facere principes Ecclesiastici vel prælati? Ipsi certe debent præ cæteris vacare sapientię & doctrinę. Vnde Ambros. in suo pastorali dicit sic. *Polleat*, inquit, *prælatus sapientia & doctrina, vt nõ solum subditos doceat, sed etiam hæreses conterat & repellat.* Qui autem talis non est, ad sacerdotium nõ accedat, vt vsurpat locum alterius non præsumat. Præcellat ergo prælatus in scientiæ claritate. Itẽ præcedat alios in iustitię æquitate. De rigore enim & rectitudine iustitiæ quã debet habere iudex, prælatus, vel princeps possunt multa allegari. Constat enim quod arbores, quæ sunt altiores, vt communiter rectiores. Patet in abietibus & quercubus respectu salicum & pomorum. Radij etiam, qui ab altiori loco veniunt, à sole, scilicet, vel à stellis, rectissimi sunt, & super obiectum corpus directe veniunt & descendunt. Sic vere alte arbores & sublimes, scilicet, alti prælati vel principes, recti & iusti præ cęteris debent esse, & ad vnam partem vel aliam se nõ flectere, sed sine acceptione personarum, aut munerum iuste, seu æqualiter se habere. Istud autem potissime reperitur in radijs cœlestibus, scilicet, in illis prælatis qui desursum à sole iustitiæ Christo mittuntur & promouentur, quia scilic. tales iusti, & recti præ cęteris comprobantur. Pone si vis exemplum de iustitia Traiani imperatoris quomodo descendit de equo pro facienda iustitia mulierculæ iudicium postulanti. Iustus enim debet esse proprijs legibus se subijciendo, alienum non auferẽdo, vnicuiq; quod suum est tribuendo, iuste iudicando, neminem grauando, & ad omnes æqualiter sine acceptione se habẽdo, & sic eidem dici potest illud Psal. *Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum.* Et pone, si vis, quomodo non est bonum, quod principi vel prælato totũ liceat quicquid vult. Et ideo Romani nullum perpetuum officium habuerunt, sed vt plurimum omnia erant annalia. Scotus etiam ordinabat illud, quod consul,

sul, prætor, vel dictator facturus erat. Et si quid iniquum videbatur, ad populum appellatio fiebat, vt apparet per decursum Titi Liuij. Vnde etiam aliqui fuerunt principes gentiles, qui aliquos instituerunt, qui eis contradicerent in agendis, sicut de Theopompo Spartanorum rege narrat Valerius lib. 4. cap. 1. Cui cum vxor diceret ipsum id egisse, vt filijs suis minorem relinqueret potestatem, respondit. *Minorem*, inquit, *relinquam, sed diuturniorem*. Ea enim tuta est potentia quæ viribus suis modum imponit. Præcellat ergo prælatus subditos in iustitiæ æquitate. Item præcellat principes subditos in clementiæ bonitate seu pietate. Nonne leo rex animalium parcit prostratis, mulieribus & paruulis, sicut dicit Plinius & Solinus. Rex autem apum aculeo caret, ad instruendum s. humanam naturam, quod principes & prælati clementer debent parcere delinquentibus, & benignos se ostendere pœnitentibus. Prælatus enim non debet esse vindicatiuus, sed potius iræ & vindictæ temperatiuus Exemplo Traiani Imperatoris, qui in toto curriculo imperij sui vnicum senatorem, cui, scilicet, parcere nefas erat, cum tamen multoties in ipsum plurimum deliquissent. Sed in ista materia vide multa & pulchra exempla de clementia principis in communi loquio Valensis, vbi ponit exemplū de Pompeio, qui regem Armeniæ Tigranem infestissimum, quem bello ceperat, genua coram eo flectentem & coronam de capite deponentem leuauit, & iuxta se sedere fecit, & diadema reponi mandauit, & tandem compositis negotijs inter eos ad pristinum gradum restituit, æque pulchrum esse iudicans vincere reges, & facere, vt ponit Vale. libr. 5. c. 1. De Tito etiam imperatore ponitur quod conuictus cōtra se de coniuratione non puniuit, sed eis indulsit, & in pristinam recepit amicitiā. Bene ergo dicit Sen. *quod nobile genus sit vindictæ, ignoscere*. Ad ista tria scientiam, iustitiam, & clementiam principis vel prælati satis illa figura sæpe posita de arca testamenti, in qua repositæ fuerunt lex diuina, virga Aaron, quæ floruerat & cibus dulcissimus, qui de cœlo ceciderat. Arca ista prælatus est, in quo pro certo debent reponi & esse tabulæ doctrinæ & scientiæ. Virga rigoris & iustitię, & manna dulcoris & clementię, vnde Bern. in quadam epistola loquens prælato dicit sic, *Misisti in quit, manum ad aratrū, opus est fortitudinis & cōstantia. Speculator factus es, opus est scientia & prudētia. Debitor sapientibus & insipientibus factus es, opus est temperantia*. Et super Cantica dicit Bern. *Discite vos subditorum matres esse nō dominos, discite non metui sed amari. sit in vobis materna pietas & paterna seueritas suspendite verbera &c.* Sic igitur patet quomodo prælatus in clementiæ bonitate, in iustitiæ æquitate, in scientiæ claritate debet excellenter eminere. Et hoc est secundum principaliter.

D ¶ Tertio principaliter dico, quod prælatus debet diligenter cunctis prouidere. *Æqualiter enim debet esse sibi cura de omnibus* Sap. 6. cap. Vniuersis enim sicut decet & sicut indigent debet prælatus de temporalibus, & spiritualibus prouidere, vnde Hest. 16. *Prouidendum est paci omnium prouinciarum*: sic quilibet prælatus subdito suo dicat illud Ruth 3. *Quæram tibi requiem, & prouidebo, vt bene sit tibi*. De prouidentia vero Eleemosynæ & distributionis qua prælatus bonus prouidet misero & indigenti, vide vbi Eleemosyna, & vbi dare, &c. Debet ergo diligenter cunctis prouidere.

E ¶ Quarto dico, quod prælatus debet sapienter cunctos edocere, scilicet instruendo, & prædicando, & saluti necessaria declarando, vnde illud Matth. 28. *Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos &c.* Vide de Prædicare & Docere. Vnde Hier. super illud 1. Tim. 4. *Qui episcopum &c.* dicit sic, *quod* scilicet, *tanta debet esse tonsuram prælati, vt gestus, ornatus & affatus ipsius est eruditio subditorum*. Quod tamen est contra multos, qui bene docent verbis, nō exemplo, de quibus dicitur Rom. 2. *Qui alium doces, teipsum non doces, qui prædicas non furandum, furaris*.

F ¶ Quinto debet prælatus præpotanter cunctos coercere, sc. a malo per correctionem seueram, quia scilicet, iuxta doctrinā sapientis Sap. 2. *Probata virtus corripit insipientem &c.* Vide supra vbi Correctio.

G ¶ Sexto dico, quod prælatus debet patienter omnes sustinere. Debet enim habere virtutes patientiæ, modestiæ, & temperantiæ, quibus s. supportet onera subditorum, & quib. dissimulet & sustineat onerosos, iuxta illud 1. Thess. 5. *Rogamus vos fratres corripite inquietos, consolate pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes*.

H ¶ Septimo dico, quod prælatus debet competenter omnes promouere sc. secundum exigentiam meritorum, & sicut locus & tempus se offerunt opportuna, omni acceptione personarum & munerum resecata. Vnde Luc. 6. *Benefacite & mutuum date, nihil inde sperantes*. Vide de promotione.

¶ Octauo dico, quod prælatus debet stridenter cunctis congaudere, vt, scil. gaudeat cum gaudentibus, fleat cum flentibus, iuxta illud 1. Thess. 5 *Semper gaudete, sine intermissione orate, in omnibus gratias agite*. I

¶ Nono dico, quod prælatus debet incidenter, cunctis condolere. Siue enim spiritualiter siue temporaliter viderit aliquē errare, hoc est siue succumbat vitijs, siue delinquat in moribus debet ei pia affectione compati & affectionem consilio, & opere contestari, sicut ad pontifices, id est, prælatos dicitur Heb. 5. *Omnis pontifex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur, vt condolere possit, qui ignorant & errant*. Ista omnia possent multum dilatari, sed auctoritates vocales desunt & de omnibus tactum est in suis titulis. Vide ergo de prælato in tit. Magister, Maior, Præfectus, Præpositus, Pastor, Rex, Rector, Dux, Sacerdos, Superior & similia. De malis autem prælatis varia possent dici sc. de ipsorum ambitione, personarum & munerum acceptione, indignorum promotione, carnali affectione, iustitię subuersione, carnali conuersatione. Multa & plurima iam sunt dicta, vide in tit. prælibatis. K

## Prælium.

Nota quod prælium sumitur pro discordia & rebellione, pro pugna & inuasione, pro bello & contradictione. Et ideo breuiter est notandum quod in scriptura inuenitur prælium A

Virtuosum,
Fructuosum,
Vitiosum,
Dolorosum,
Luctuosum.

Primo dico, quod est prælium virtuosum, quod est bellum moralis strenuitatis. Et isto prælio præliantur iusti contra vitia, & peccata. Sicut enim mustela solet præliari contra serpentes, & maxime contra basiliscum, cum ruta fuerit armata, sic iusti contra serpentes & hostes spirituales, scilicet contra carnem, & mundum, & dæmonia præliantur 3 Reg. 15. *Fuit prælium inter Abiam, & Hieroboam*. Abias enim erat cultor Dei. Hieroboam vero erat cultor idolorum, & vitulorum. Quia pro certo cultores Dei scilicet viri iusti, debent semper habere prælium, repugnantiam, & contrarietatem cum cultoribus dæmonum & vitiorum, quia sicut dicitur Ecclesiastic. 33. *Contra bonum & malum & contra vitam mors est &c.* Vnde Apocalyp. 12. dicitur, quod *Factum est prælium magnum in cælo. Michael & Angeli eius præliabantur cum dracone*.

¶ Et Aduerte, quod sicut in prælio corporali necessaria sunt scilicet,

Armorum adiutorium
Bellorum artificium,
Ductorum magisterium.

Sic in prælio spirituali necesse est, quod habeatur armatura virtutum & perfectionis 3. Reg. 22. *Sume arma & ingredere prælium*. Item necesse est, quod habeatur ars bellandi, id est, virtus prudentiæ & discretionis Psalm. 17. *Qui docet manus meas ad prælium & digitos meos ad bellum*. Item necesse est, quod habeatur ductor bonus, id est, auxilium diuinæ protectionis Psalm. 26. *Si exurgat aduersum me prælium, in hoc ego sperabo* Et merito, quia sicut in Psalm. 23. dicitur. *Ipse est Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio*. Istud est ergo prælium virtuosum, quod est moralis perfectionis.

¶ Secundo dico, quod est prælium fructuosum, quod est humanæ redemptionis. Et istud est prælium crucis, in quo pro nobis Dominus contra diabolum dimicauit, & nos de potestate eius eripuit, & redemit, de quo potest dici in persona Christi illud Daniel. 10. *Nunc reuertar, vt prælier aduersum principem regni Persarum*. B

¶ Tertio dico, quod est prælium vitiosum, quod est peruersæ tentationis: & istud est prælium, quo mundus, caro, & dæmonia per diuersas tentationes diuersa mouent prælia, iuxta illud 2. Reg 21. *Factum est prælium Philistinorum contra Israel*. Exercitus enim hostium spiritualium distinctus est generaliter in tres partes iuxta illud 1. Regum 13. *Egressi sunt de castris Philistijm ad præliandum tres cunei*. Primus enim hostis est caro, quæ quotidie luctatur nobiscum per vitium carnalitatis, & de hoc Esa. 28. *Iuuenes eorum cōfodientur gladio in prælio*. Secundus hostis est mundus, C

qui

qui quotidie contra nos præliatur per vitium cupiditatis. Vnde de Esa. 7. *Ascendit rex Rasin in Hierusalem ad præliandum contra eam.* Rasin enim interpretatur vanitas aut pictura significans mundum, qui non est existens neque verus, sed magis varius atque pictus. Tertius hostis est diabolus, & iste præliatur contra nos per vitium superbiæ & vanitatis. Vnde de dæmonib. potest dici illud Hiere. 37. *Redibunt Chaldæi, & præliabuntur contra ciuitatem istam.* Chaldæi enim interpretantur quasi dæmones, quasi mamillæ, quasi feræ. Ad denotandum, quod dæmones primo sunt mammillæ sub specie boni homines lactando, deinde sunt feræ ad æternam mortem homines trahendo. Et ideo isti figurantur in illis locustis, *quæ ascenderunt de puteo abyssi, quæ in caudis habebant aculeum*, de quibus dicitur Apoc. 9. quod *ipse vidit similitudinem locustarum similium equis paratis ad prælium.* Istæ enim locustæ sunt dæmones qui de puteo abyssi ad nos veniunt, similes equis per superbiam & elationem, & in cauda, id est, in fine portantes aculeum per æternam damnationem. Equus enim animal est superbum. Isti ergo ad præliandum contra nos sunt parati, & ad tentandum continue occupati Ioelis 2. *Quasi equites currentes & quasi populus fortis præparatus ad prælium.*

D ¶ Quarto dico, quod est prælium dolorosum, quod est prælium mundanæ seu humanæ vexationis, & istud est prælium tribulationum, quo scilicet mali non cessant contra alios præliari vel per corporalem inuasionem, vel per rapinæ exactionem, vel per verborum detractionem. Præliantur dico contra alios per corporum inuasionem, sicut faciunt homicidæ & seditiosi. Et de hoc dicitur Luc. 21. *Cum audieritis prælia & seditiones, nolite terreri.* Item per rapinæ exactionem: & de hoc dicitur 1. Mach. 1. de Alexandro, quod *ipse constituit prælia multa, & obtinuit munitiones omnium, & accepit spolia multitudinis gentium.* Item per inuidiam & detractionem. Et sic de detractione dicitur Apoc. 12. quod *draco iratus abijt facere prælium cum reliquijs de semine mulieris.* Detractores enim præliantur contra alios, ipsos impie diffamando, & sunt in causa, quod alij inter se præliantur litigando & discordando. Apoc. 16. *Spiritus dæmoniorum in specie ranarum ab ore bestiæ exeuntes procedunt ad reges terræ, congregare eos ad prælium.* Ranæ enim loquaces detractores signant, qui à bestia, idest, à diabolo missi & destinati, alios ad præliandum incitant & inuitant. Istud est prælium dolorosum, quod est humanæ vexationis.

E ¶ Quinto dico, quod est prælium luctuosum perpetuæ damnationis. Et istud est prælium illud, quo Deus in die iudicij præliabitur contra malos, ipsos, scilicet gladio suæ doræ scientiæ feriendo, & eos igne perpetuo concremando. Et de hoc dicitur Zach. 14. *Egredietur Dominus, & præliabitur contra gentes.* Et sic igitur patet charissimi, quomodo inuenitur quintuplex præliũ in scriptura, scilicet luctuosum, dolorosum, vitiosum, fructuosum, virtuosum &c. Vide infra de Pugnare & similibus &c.

A **Premere. Comprimere.** Deprimere. Pressura. Cum pressura fiat loquendo literaliter ab aliquo graui pondere desuper existente, & subiectam materiam obruente, & grauiter conculcante, & ipsam inferius per violentiam detinente, possum breuiter notare, quod est dare pressuram

Iusti,
Stulti,
Mundi,
Inferni.

Prima pressura est virtualis & facienda,
Secunda est pressura criminalis & fugienda,
Tertia est pressura temporalis & sustinenda,
Quarta est pressura æternalis & metuenda.

¶ Primo ergo dico, quod est dare pressuram iustorum, qua deprimunt luxus superfluos, & ista est illa qua iusti premunt, comprimunt, reprimunt & deprimunt, vanos aspectus Esaiæ 5. *Oculi sublimium deprimentur.* Vanos afflatus, de quo Prou. 17. dicitur quod *stultus, si tacuerit sapiens putabitur, & si compresserit labia sua intelligens erit.*

B ¶ Secundo dico, quod est dare pressuram stultorum, quæ deprimit actus proficuos. Et ista est pressura peccati, qua scilicet mali & stulti diuersimode sunt depressi, iuxta illud 1. Reg. 16. *Ecce premit te malitia, quoniam vir sanguinum es.* Diabolus enim est sicut crudelis tyrannus, qui scilicet diuersis seruitutibus vitiorum populum suum premit, Exemplo scilicet, Pharaonis, qui filios Israel quamdiu fuerunt in sua potestate, in operibus luti paleārum & lateris grauauit multipliciter & oppressit, sicut dicitur Exod. 1. Vnde ibidem dicitur, quod *Ægyptij ad amaritudinem perducebant animas eorum operibus duris luti & lateris, omnique famulatu, quo in terræ operibus premebantur.* Et si vis nota, quod actore diabolo premit istos

Auaritiæ fames,
Somnolentiæ moles,
Vinolentiæ labes,
Ignorantiæ nubes.

Premit dico diabolus peccatores auaritiæ, quæ semper appetit. Res enim quæ sunt subiectum auaritiæ, scilicet, argentum, & aurum, valde sunt ponderosæ, & ideo multum premunt. Ista enim est torcular diaboli, quæ massam & vindemiam animæ peccatricis tantum premit & stringit, quod in ipsa non remanet aliquis bonus liquor Prou. 30. *Qui fortiter premit vbera, elicit butyrum*, vnde Gen. 34. dicitur, quod *fames omnem terram vehementer premebat.* Item premit eos diabolus somnolentia seu pigritia, quæ nulli competit. Ista enim ita grauat & premit, quod moueri ad aliquod bonum opus depressum hominem non permittit. Ista est pressura infirmitatis & languoris, de qua dicitur 2. Paral. 6. *Si omnis plaga & infirmitas presserit Israel &c.* Vnde dictum fuit Ionæ Ioan. 1. *Quid tu sopore deprimeris? surge & inuoca Deum tuum.* Et illud Pr. 20. *Noli diligere somnum, ne te egestas opprimat.* Item premit suos diabolus vinolentia, quæ mores impedit contra illud Eccles. 31. *Non comprimaris in conuiuio vini.* Item premit eos ignorantia, quæ sensus opperit vnde Sap. 6. *Corpus quod corrumpitur aggrauat animam, & deprimit cogitatio terrena sensum multa cogitantem.* Ista est igitur pressura stultorum, quæ deprimit actus proficuos, scilic. pressura culpæ.

¶ Tertio dico, quod est dare pressuram miserorum, quæ deprimit viros præcipuos. Et ista proculdubio est pressura præsentium tribulationum, qua, scilicet, mundo & mundanis boni plus quam mali premuntur. Vnde Dominus dicit Apostolis Io. 16. *In mundo pressuram habebitis, in me autem pacem.* Et bene dicit, *in me autem pacem*, quia, scilicet ex pressura præsentium tribulationum perueniunt ad sufficientiam meritorum & perfectionũ & finaliter ad gaudium æternarum consolationum. Sicut enim videmus, quod postquam figulus terram diu presserit, tandem ipsam in vtilia vasa cõuertit, panni etiam, postquam diutius pedibus comprimuntur, boni & pulchri efficiuntur, sic isti &c. Deus enim suos in mundo premit & calcat, vt tandem ipsos subleuet & extollat. Vnde in Ps. 88. de Dauid dicitur Domino. *Exaltasti dexteram deprimentium eum, & non es auxiliatus ei in bello.* Vnde tyrannis pauperes deprimentibus dicitur Amos 5. quod *Ipsi sunt hostes iusti, pauperes in porta deprimentes.* Cum tamen econuerso ipsi deberent pressos pauperes subleuare, iuxta illud Esa. 57. *Solue fasciculos deprimentes, dimitte eos, qui cõfracti sunt, liberos, & omne onus disrumpe.* Isti tamen figurantur in muliere pariente, de qua dicitur Ioan. 16. quod *mulier cum parit, tristitiam habet, cum autem peperit, non meminit pressuræ propter gaudium*, quia scilicet, illi qui modo sunt tribulati & pressi, erunt finaliter consolati & hoc, scilicet, in paradiso cum finaliter dicent illud Ecclesiastic. 51. Deo scilicet, gratias agendo. *Confitebor tibi Domine rex &c. quia liberasti corpus meum à perditione, à rugientibus præparatis ad escam, & pressura ignis quæ circumdedit me.* Deus enim liberat istos primo à perditione culpæ, tandem à rugientibus præsentis miseriæ, & finaliter à pressura ignis purgatorij & infernalis pœnæ. Aduerte tamen, quod in præsenti miseria etiam mali multis pressuris tribulationum turbantur. Vnus enim alium deprimit, vt se extollere & erigere temporaliter possit. Vnde nota, quod isti premuntur multis negotijs, stultis litigijs, fictis concordijs. De negotijs potest dici illud Lu. 8. *Contigit dum iret Iesus, à turba comprimebatur.* Ista enim est pressura, quam viri perfecti summe fugiunt, exemplo, scilicet, Christi, qui sicut dicitur Marc. 3. *discendit in nauiculam, ne turba comprimerent eum* & Marc. 5. *Vides turbam comprimentem te, & tu quæris, quis me tetigit.* Turbam dico negotiorum. De supplicijs vero, quibus etiam nunc mali premuntur, possumus certe ipsi dicere illud 1. Paral. 21. *Ex omni parte me angustiæ premunt.* De malis vero & eorum concordijs, quibus scilic. inter se ipsi sunt contra bonos compressi & iuncti, dicitur figuraliter Iob 41. quod *corpus Leuiathan quasi scuta fusilia, compactum squammis sese prementibus.* Corpus enim diaboli est cõgeries malorum, squammæ eius sunt particulariter ipsi mali, qui scilicet, sæpe se solent premere, & insimul coniungere contra bonos.

Ista

Ista est igitur pressura miserorum, qua mundus deprimit viros præcipuos.

§ Quarto dico, quod est dare pressuram damnatorum, qua Deus deprimit malos & nociuos, scilicet infernalis pœna, qua sc. damnati perpetuo premuntur, de qua potest dici illud Lucæ 21. *Erit enim pressura magna & ira populo huic, & cadent in ore gladij & captiui ducentur.* Hæc igitur de quadruplici pressura sufficiant, scilicet de infernali, temporali, criminali, & virtuali. Vide supra vbi opprimere.

**Præmittere.** Nota, quod præmittere idem est, quod ante se mittere. Vide ergo supra in titul. Mittere, & Præcedere, & Præire & similia.

A **Præmittere.** Quia supr. titulo de mercede dictum est de præmio, salario vel stipendio quod sub triplici differentia bene, vel male meritis dispensatur, nihil volo hic dicere de præmio, maxime cum auctoritates vocales sint de præmio valde paucæ. Hoc solum dic, quod nullum bonum debet esse irremuneratum, sicut nec malū erit impunitum, exemplum habemus in Assuero, qui audiens in recitatione gestorum quomodo Mardochæus reuelauerat insidias, quæ machinabantur in regem, statim petijt, quid præmij pro hac fide Mardochæus consecutus est. Et cum audisset, quod nihil, mandauit ipsum multipliciter honorari, sicut dicitur Hest. 6. Et nota si vis, quod nos inuenimus, scil.

Præmium debitum,
Præmium perditum,
Præmium inclytum.

§ Præmium debitum est, illud, quod quilibet iustus reddit temporaliter cuilibet benemerito sicut de Dauid legitur 2. Reg. 5. quod *ipse proposuit & promisit præmium illi, qui caperet Hierusalem, & percuteret Iebusæum.*

§ Præmium perditum est istud, quod scil. non bene meritis solet dari, sicut scilicet, faciunt illi, qui adulatoribus & ioculatoribus dant præmia omnis magna, sicut dicitur de Nabuchodonosor Danielis 2. quod Magis & ariolis dixit: *Si, inquit, somnium meum dixeritis mihi, honorem multum & dona & munera accipietis a me.* Tales enim soluunt plus quam præmium quia, scilicet, ipsi dant adulatoribus & male meritis præmia valde multa, ipsos, scilic. indebite promouendo & ditando, bene meritos vero scil. virtuosos & clericos non promouent, nec præmiant vt deberent. Similes Romanis, qui quandam diuitem meretricem, quæ tempore cuiusdam caristiæ bladum, & annonam administrauerat ciuitati tali et, & tam excessiue præmiare voluerunt, quod sibi imaginem in luco publico ad perpetuam rei memoriam statuerunt & tandem lapsu temporis ipsam adorauerunt. Quia reuera multi sunt, qui de meretricib. faciunt Deas & Deos, id est, de indignis & adulatoribus faciunt præsides & prælatos. Istud est igitur præmium perditum.

C § Præmium inclytum, & præmium gloriæ paradisi, inclytū nominatum & æternum merito potest dici. Et maxime, quia non datur nisi personis inclytis & perfectis. Duces enim Romani secundum merita militum, & secundum quod in aliquo particulari actu melius se habebant, solebant eos diuersimode præmiare & eos diuersis coronis secundum quod meruerant coronare. Dabant enim coronas murales & triumphales &c. Quia secundum quod milites murus fortiter ascenderant, hostes bellando vincebant, & aliquem actum virtuosum præcellenter exercuerant secundum hoc & ad hoc deputatam coronam recipiebāt, ita quod in præmio coronæ quæ talibus dabatur meritum [illegible] noscebatur, sicut bene ponit Titus, Liuius [illegible] quod summus imperator noster Christus secundum diuersitatem meritorum, varietatem tribuit præmiorum. Vnde ipse est qui præmiat & remunerat castitatem, pietatem, fiduciā & credulitatem. De virtute castitatis dicitur Sap. 4. quod *istam perpetuam coronata triumphat in coinquinatorum certaminum præmium vincens.* De virtute Eleemosynæ & pietatis dicit Tobias filio suo Tob. 4. *Quomodo, inquit, potueris, ita esto misericors,* sequitur. *Præmiū enim bonum tibi thesaurizas in die necessitatis, quoniam eleemosyna ab omni peccato & morte liberat.* De virtute vero spei & fiducialitatis dicitur Heb. 10. *Nolite,* inquit, *amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem.* De virtute autem fidei & credulitatis dicitur Heb. 11. *Credere,* inquit, *oportet accedentem ad Deum, quia est, & inquirentibus se remunerator sit.* Et breuiter de præmijs & stipendijs æternis dici potest de Deo illud 1. Macb. 14. *Armauit viros virtutis, & dedit eis stipendia.* Boni enim milites viri iusti primo armantur, scilicet armis necessarijs, id est, virtutibus Theologicis, quæ sunt Fides, quæ est galea. Spes, quæ est scutum. Charitas, quæ est lorica concatenata. Tandem vero dantur eis, scili. stipendia, id est, virtutes morales & cardinales, tanquam quædam quotidiana præmia, & sic cū illis duci possint ad prælium contra hostes, vt, sc. in fine reportare possint præmium gloriæ triumphalis. E conuerso vero mali pro demeritis stipendia, & præmia mortis æternæ recipient, quando post mortem in inferis culpas luent. Ad Rom. 6. *Stipendia peccati mors.* Hæc igitur sufficiant de Præmio, Remuneratione, & Stipendio, quia valde paucæ sunt auctoritates. Sed vide in tit. Merces &, Munus.

**Præoccupare.** Nota, quod præoccupare idē est, quod præuenire, id est, ante alios, seu præ alijs occupare & anticipare. Et nota si vis, quod inueniuntur præoccupationes multiplices Præoccupat enim A

Deus nos præueniendo,
Iustos satisfaciendo,
Doctos mala præcauendo,
Stultus culpas committendo,
Obitus clam nos occidendo.

Dicam ergo, quod est quædam præoccupatio, quæ est quærenda & ista est præoccupatio gratiæ præuenientis, quia, s. Deus quandoq; præoccupat, & præuenit hominem, ipsi fidem & iustitiam inspirando, etiam antequam hoc sentiat, aut requirat, sicut de Paulo apparuit, qui à Deo præoccupatur etiam cōtra voluntatem suam bonus, & optimus factus fuit. Vnde sapientia diuina dicitur Sap. 6. quod *illa præoccupat eos, qui se concupiscunt, vt illis se priorem ostendat, qui de luce vigilauerint ad illam.*

§ Iterum dico, quod est quædam præoccupatio, scilicet iusti quæ est facienda. Et ista est illa, quæ bene operando & faciendo Deum præuenit & futuram, videlicet pœnitendo, & antequā impellatur à Deo tribulationibus, & tormentis, se ad Deum conuertendo, dicendo, scilicet, illud Psalm. 94. *Venite exultemus Domino,* sequitur, *Præoccupemus faciem eius in confessione, & in Psalmis iubilemus ei.* B

§ Item dico, quod est quædam præoccupatio docti, id est, viri prudentis, quæ est attendenda, & ista est quando prudens homo per sana consilia præoccupat futura pericula, & antequam casus eueniant, remedia (ne contingant) adhibet opportuna, sicut sc. faciunt prudentes milites, qui præoccupant passus montium & fluminum, ne hostes transeant contra ipsos, sicut ponit exemplum Iustinus de Leonide Lacedæmoniorum rege, qui angustias Thermopylarum præoccupans, de exercitu præmaximo Xerxis regis occidit centum millia nocte vna. Vnde de prudenti & circumspecto præoccupationis consilio dicitur 4. Reg. 6. quod *cum rex Israel sciret, quod rex Syriæ certū locū præparauerat ad insidias, ipse præoccupauit locum, & obseruauit se sibi.* Vt sic dicatur illud Iudith. 4. quod *filij Israel contra Holofernem præoccupauerunt omnes vertices montium.* C

§ Item dico, quod est quædam præoccupatio stulti, id est, impij, quæ est fugienda. Stultus enim & peccator præoccupant Deum & prælatum, s. ante tempus operando & præcogitando &c. Vnde Sap. 17. dicitur: *Frequenter enim præoccupant pessima redarguente eos conscientia.* Vnde etiam Gal. 6. dicitur: *Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto &c.* Isti sunt, qui *præoccupant fugere in Tharsis a facie Domini,* sicut Ionas Ionæ 4. D

§ Item dico, quod est quædam præoccupatio lethi, id est, mortis, quæ est præuidenda. Constat enim quod mors quandoq; præoccupat hominem ipsum subito, improuiso & celeriter inuadēdo, iuxta illud Ps. 17. *Præoccupauerunt me laquei mortis.* Quapropter prudens homo debet huiusmodi præoccupationem præcauere, & ne lædatur in ipsa iugiter cogitare Et sic verificabitur illud, quod dicitur Sapient. 4. quod, scilicet *iustus si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit.* Et sic ista modica propter defectum auctoritatis sufficiant de Præoccupare, Præire, Præcedere, Præuenire, &c. E

**Præparare, Præparatus.** Cum supra satis diximus de parare hinc est quod de præparare, quod quasi idem signat, aliquid sub breuiloquio sunt dicenda. Igitur cum præparare nihil aliud sit quam aliquid præ alijs parare: vel aliquid perfecte parare, notandum est, quod in scriptura inuenitur præparamentum A

Mirabile,
Laudabile,
Damnabile,

Pri-

guſtat ſecundum doctores quod ibi loquitur de Angelis regnorum & prouinciarum præfectis. Sicut etiam de Michaele canimus. *Michael præpoſitus paradiſi quem honorificant Angelorum ciues.* Ad quod facit etiam illud Dan. quod dicitur vbi ſupra. *Nemo* inquit, *eſt adiutor meus, niſi Michael princeps veſter.* De præpoſitura quam habēt ſuper particulares perſonas, poteſt dici illud multoties replicatum Mat. 18. quod *Angeli eorum ſemper vident faciem patris qui in cælis eſt*, & Act. 12. de Petro dicitur *Angelus eius eſt*, & Apoc. 19. & 22. Vbi Angelus dixit B. Ioanni ipſum adorare volenti: *Vide*, inquit, *ne feceris, conſeruus tuus ſum, & fratrum tuorū.* Hier. 49. *Quis erit electus quem præponam illi?* quaſi dicatur: Admirandi ſunt tales præpoſiti Gen. 41. *Conſtituit præpoſitos per ſingulas regiones.* [illegible] poſſent dici de iſta materia, ſcilicet. quomodo ſecundū aliquos etiam ipſi Angeli inter ſe per regna, per prouincias, in acre ſunt diſtincti, & quomodo ad exequendas influentias planetarum tam pertinentes ad naturam quam etiam ad fortunā, ſunt ordinati & præpoſiti. Et quomodo ſecundum hoc aliqui ſolares, alij lunares, alij ioniales, & ſic de alijs, ſunt vocati. Et quomodo etiam aliqui inferiores ſpiritus inueniuntur habitare in aquis & in lacubus, alij in deſertis & in montibus, alij in aere & in ignibus, &c. ſecundum quod plures tangunt hiſtoriæ, & etiam aliquæ experientiæ aliquorum locorum. Iſta tamen quia metas humanæ cognitionis excedunt, & quia etiam ignoramus ſi tales ſpiritus boni ſint an mali, vel ſi libri ſuper hoc confecti ſint Catholici vel damnati, melius eſt iſta indiſcuſſa dimittere, quam quicquam temere iudicare. Dico igitur quod eſt præpoſitura Angelicæ poteſtatis. ¶ Secundo dico quod eſt præpoſitura canonicæ ſeu ſanctificæ dignitatis, & iſta eſt illa qua boni & iuſti in altis officijs & dignitatibus præponuntur, ſicut de rege Antiocho legitur 1. Mach. 6. quod *ipſe vocauit Philippum vnum de amicis ſuis, & præpoſuit eum ſuper vniuerſum regnum ſuum.* Et nota hic quod quicunque bonus præpoſitus vel prælatus debet eſſe

Dei prouidentia editus [vocauit inquit rex]
Clara ſapientia præditus [Philippum], qui interpretatur os lampadis.
Communi iuſtitiæ poſitus [vnum]
Amoris inſtantia munitus [de amicis ſuis]
Alta præſidentia inclytus [præpoſuit eum]
Summa diligentia attentus [ſuper vniuerſum regnum]
Vocare enim ſignat factam diuinitus electionem,
Philippus ſignat datam humanitus diſcretionem,
Vnum ſignat iuſtum & communem intentionem,
Amicus ſignat charam erga omnes dilectionem,
Præponi ſignat rite diſpoſitam prælationem,
Super autem ſignat cordis adhibitam attentionem, iuxta illud Abacuc 1. *Super cuſtodiam meam ſtabo.*

¶ Dicam ergo quod bonus præpoſitus debet eſſe Dei prouidentia editus. *Vocauit*, inquit: quia ſcilicet nullus ſe debet ingerere, ſed vt vocetur à Deo tanquam Aaron expectare. Vapores enim non aſcendunt ſuperius, niſi ſolaribus radijs ſint attracti, ſic nec iuſti ſurſum ad officia & præpoſituras ambiunt aſcēdere, niſi à Deo ſint vocati 1. Paral. 28 *Conuocauit Dauid præpoſitos turmarum.* Sic ergo deberent excludi illi qui non vocati ſe ingerunt, & qui per adulationem, ſimoniam, hypocriſim & proditionem alijs præponi volunt, quia ſcilicet boni non appetūt, quod ante tempus promoueantur imo certe ipſi expectant quod vocentur canonice vel ſumantur 2. Paral. 23. *Conſtituit autem Ioiada præpoſitos in domo Domini &c.* Vide infra de Vocare & Conſtituere. Sit ergo prælatus vel præpoſitus diuina prouidentia traditus. *Vocauit* inquit. ¶ Item ſit clara ſapientia præditus, & hoc oſtenditur cum dicitur *Philippum*, qui interpretatur os lampadis. Os enim loquitur, lampas ſplendet. Ad denotandum quod in bono prælato vel præpoſito debet eſſe ſplendor ſapientiæ, & diſcretionis, os vero & locutio bonæ doctrinæ & prædicationis. Vide ſupra de Lampade, de Ore, & de Philippo. ¶ Item ſit cōmuni iuſtitiæ traditus, quia ſcilicet ipſe eſſe debet Vnus, id eſt, vno modo & æqualiter ſine quacunque exceptione ſe habens ad omnes Eſa. 60. *Ponam præpoſitos tuos iuſtitiam, nec audietur vltra iniquitas in terra tua.* Vide ſupra vbi Vnus Eccl. 4. *Vnus eſt, & ſecundum non habet.* ¶ Item ſit amoris inſtantia munitus, quia ſcilicet ipſe debet eſſe amicus omnium, & omnia quæ agit in ſubditos, fieri debent ex charitate. *Vnum ex amicis ſuis* inquit. Vide ſupra de Amico. Amor enim debet eſſe prælatorum ad ſubditos, & ſubditorum etiam ad magiſtros Heb. 13. *Charitas fraternitatis maneat in vobis. Mementote vinctorum tanquam ſimul vincti*, ſequitur. *Mementote præpoſitorum veſtrorum*, & in fine capitis. *Salutate omnes præpoſitos veſtros.* ¶ Item ſit alta præſidentia inclytus. Præpoſuit inquit eum, quia ſcilicet ad ſuperiorem pertinet quod ſe ſuperiorem oſtendat, quodque ſe nimis familiarem non exhibeat, & quod ipſum alijs præpoſitum & prælatum quilibet ex geſtu vultu & habitu ſciat, vnde Geneſi 41. dicitur de Ioſeph, quod *ante ipſum præco clamabat quod omnes coram eo genu flecterent, & præpoſitum eſſe ſcirent vniuerſæ terræ Aegypti.* Quando enim ſuperior authentice ſe regit, ſibi melius obeditur, & ipſe etiam amplius reueretur, iuxta illud Heb. 13. *Obedite*, inquit, *præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis, ipſi enim pro vobis vigilant, quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri.* Item ſit magna diligentia attentus, quod oſtenditur cum dicitur, Super regnum, &c. Stare enim ſuper aliquid ſeu vigilare & laborare ſuper vno facto inſtantem diligentiam ſignat, ſicut Hie. 2. dicitur *de illo qui erat præpoſitus ſuper viros bellatores*, & Act. 7. dicitur de Ioſeph *quod Pharao conſtituit eum præpoſitum ſuper Aegyptū &c.* Vide infra de Super. Sic ergo habes ſex conditiones boni præpoſiti, quia ſcilicet ipſe debet eſſe ſicut viſum eſt

Diligens & ſtudioſus,
Inclytus & glorioſus,
Benignus & amoroſus,
Communis & gratioſus,
Diſcretus & luminoſus,
Diuinus non mundioſus,
Electus non ambitioſus.

Iſta eſt igitur præpoſitura ſanctificæ dignitatis &c. ¶ Tertio vero principaliter dico quod eſt vna præpoſitura damnificæ prauitatis, & iſta certe eſt præpoſitura malorum officialium & prælatorum, de quibus 2. Eſdr. 8. dicitur. *Participes erant præpoſiti iniquitatis.* Animalia enim quæ alijs ſunt præpoſita in natura, ſicut eſt Leo animalibus, aquila auibus, draco ſerpentibus ſunt communiter crudeliores cæteris & priora. Ad hoc enim videntur cæteris præpoſita, vt magis noceant quam iuuent. Sic vere eſt de multis modernis præpoſitis, quia reuera tanta crudelitate & ſæuitia ſunt repleti, quod ad nocendum potius quam ad iuuandū videntur penitus eſſe facti. Rogo diſcurre per omnes officiales principum atque regum, & quod peius eſt, ipſorum Eccleſiæ prælatorum ſi aliud quam crudelitatem inuenies. Videntur enim omnes, vt communiter, eſſe hodie ſicut præpoſiti Pharaonis, inſtituti ad populum Iſraeliticum affligendum, ſicut Exod. 1. dicitur, ſcilicet, quod *rex Aegypti præpoſuit eis magiſtros operum, vt affligerent eos oneribus:* & 1. Mac. 5 de Antiocho dicitur, quod *ſpoliato templo ipſe reliquit præpoſitos Hieroſolymis ad affligendam gentem*, ſcilicet, quendam *Philippum genere Phrygem, crudeliorem eo ipſo à quo conſtitutus eſt, & Andronicum Menelaum, qui grauius quam cæteri imminebat ciuibus.* Quia pro certo hodie fit quod illi qui ſunt cæteris crudeliores, & ad rapinas & extorſiones & afflictiones promptiores & cautiores, libentius alijs præponuntur, & in altis officijs extolluntur, ſicut Paulus Apoſtolus de ſeipſo dicebat 2. Cor. 11. quod *Damaſci præpoſitus gentis Arethæ regis voluerat eum comprehendere, ſed euaſerat manus eius in nomine Domini.* Ac ſi diceret quod recte miraculum eſt quod homo manus iſtorum euadat. Sic igitur patet quod eſt dare triplicem præpoſituram videlicet damnificam, ſanctificam & angelicam, Sufficiat. Vide in tit. Præfici. Præeſſe. Conſtitui &c.

# Præputium

Nota, quod præputium nihil aliud eſt quam germen ſuperfluum & ineptum. A

Inuenitur enim

Præputium { Arboris, Corporis, Pectoris.

Primum ſignat ſuperfluitatem terrenæ poſſeſſionis. Sicut enim arbores habent quandoque præputia, id eſt, ramos & germina ſuperflua, quæ alibi dicuntur ſpuria vitulamina, vel adulterinæ plantationes, & iſtæ præcidenda ſunt, quia impediunt arborem & à cremento & à fructu, ſic homo qui recte dicitur arbor (iuxta illud Marc. 8. *Video homines quaſi arbores*) quandoq; habet multa præputia, i. multa ſuperflua germina temporalium diuitiarum, quæ proculdubio à corde & ab affectione ſunt præcidenda, & penitus extirpāda, quia alias homo impedietur à cremento perfectionis, & à fructu bonæ operationis. Ideo præcipitur Leu. 19. *Cum plantaueritis ligna pomifera, auferetis præputia eorum.*

¶ Secundum præputium ſignat ſuperfluitatem carnalis imperfectionis. Præputium enim eſt pelliſcula membri virilis, quæ B

non est penitus de necessitate naturæ, imo est quasi superfluū, & ideo Dominus istam præcipit circumcidi & auferri, significans carnalem concupiscentiam, quam debemus circumcidere & tollere, & à nobis penitus amouere Iosue 5. *Circumcide filios Israel, & tolle præputia eorum.* Quia potissime filij Israel, id est, viri Ecclesiastici debent per castitatem circumcidi, & à carnalitatis præputio liberari, quia sicut dicitur Hier. 9. *Dominus visitabit super omnem qui incircumcisum habet præputium.* Et Gen. 17. dicitur. *Masculus cuius caro præputij circumcisa non fuerit delebitur de populo suo.* Pagani enim quibus manebat præputium, quia circumcisi non erant sub nomine præputij continebantur. Ideo bene dicitur Col. 2. *Mortui essetis in delictis & præputio carnis.* Et ideo quia talium societas à perfectis hominibus est vitanda, reprehenditur Petrus Act. 11. vbi dicitur: *Quare introisti ad viros præputium habentes, & manducasti cum illis.*

C ¶ Tertium præputium signat superfluitatem cordialis elationis. Superbia enim & duritia in corde est sicut quoddam malum germen, & sicut quoddam præputium in carne, quod præcipue debet abscindi, si in Dei populo volumus numerari Hier. 4. *Auferte præputia cordis vestri viri Iuda.* Quia certe mortem comminatur illis, qui incircumcisi sunt in moribus & in corde Gen. 17. *Masculus cuius præputij caro circumcisa nō fuerit, delebitur anima illa de populo suo.* Vnde filij Israel terram promissionis non intrauerunt, quousque per Iosue circumcisi fuerunt Iosue 5. vnde Deut. 10. *Circumcidite igitur præputium cordis vestri, &c.* Sufficit. Vide supra de Circumcidere.

A **Presbyter.** Quamuis voluerim dicere consolatoriè loquendo quod presbyter dicitur, quasi, præ aliis bibens ter. realiter tamen Etymologia presbyter dicitur, quasi, aliis præbens iter. Et sic dico quod presbyter idē est quod sacerdos, qui scilicet in moribus & doctrina alios debet præcedere, & sicut sacerdos, i. sacer dux, in via virtutum & morū per bona exempla alios anteire. Sit ergo presbyter, id est, præbens iter

Instruendo prædicatiue,
Assistendo charitatiue,
Præsidendo potestatiue,
Consolando moderatiue.

Præbeant ergo iter prædicatiue nos instruendo vnde Iudith. 8. dicitur sic: *Et nunc fratres quoniam vos estis presbyteri in populo Dei ex vobis pendet anima illorum, ad eloquium vestrum corda eorum erigite.* Ideo bene docemur Eccl. 7. *Ne despicias narrationem presbyterorum sapientum, & in prouerbijs illorum conuersare,* & Eccl. 9. dicitur sic. *In multitudine sacerdotum sapientium sta, & sapientiæ illorum, ex corde coniungere, vt omnem narrationem Dei possis audire, & prouerbia laudis non effugiant à te.* Isti igitur præbent iter prædicatiue nos instruendo.

B ¶ Item præbent nobis iter exemplariter nobis assistendo 2. Esd. 9. *Assistant accepto tempore ex omni loco presbyteri.*

¶ Item præbent nobis iter potestatiue nos excellendo. Habent enim excellentiam & eminentiam supra nos, & ideo sicut magistri debent nobis ostendere bonū iter, nos vero debemus ipsos honorare, & eorum consilijs obedire. Sicut enim dicitur 1. Tim. 5. *Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni sunt.* Et ideo propter eorum reuerentiam non est malum de ipsis libenter audiendum, nec faciliter præsumendum. Sicut legitur quod Constantinus libellos quibus accusabantur episcopi, fecit comburi, nec ipsos voluit aperire, dicens, scilicet quod non decebat quod illos iudicaremus, à quibus etiamus finali die iudicij iudicandi. Ideo Apost. docet 1 Timoth. 5. dicens sic: *Aduersus presbyterum accusationem noli recipere* (supple nimis leuiter) *nisi,* inquit, *sub duobus aut tribus testibus sed potius ipsos reuereri tractemus, & iuxta condecentiam honoremus,* iuxta illud Eccl. 4. *Presbytero humilia animam tuam & magnato humilia caput tuum.* Isti igitur præbent iter potestatiue nos excellendo.

C ¶ Item dico quod isti præbent iter moderatiue nos dirigendo, seu nobis consulendo. Spectat enim ad presbyteros sanum consilium alijs dare, & potissime in foro conscientiæ, vbi in viam salutis debent dirigere cōfitentes, vnde Eccl. 25. *Quam speciosum canitiei iudicium, & presbyteris cognoscere consilium.* Quod tamen non faciunt multi mali, quia teuera hodie sunt multi leues & insolentes presbyteri, qui nūquam dant bona consilia vel exempla, sed potius pestifera & corrupta, sicut apparuit in illis duobus presbyteris plenis iniqua cogitatione, sicut dicitur Dan. 13. qui scilicet Susannæ non dabant bonū aut honestum consilium, sed luxuriosum & malum, qui etiam vbi se posse proficere nō videbant, ad factum nequius procedere, scilicet ad mortem ipsius voluerunt. De presbyteris ergo multa possent dici, scilicet, quomodo ipsi debent esse ordinati, moderati, casti, iusti, & docti, & conuersatione honesti, & grati, sed authoritates vocales non sunt. Vnde infra vbi Sacerdos, vbi satis dicitur, & vbi Episcopus & Pontifex, &c.

**Præsens. Præsentia.** Cum præsentia signum sit amoris & charitatis, signum sit vigoris & probitatis, signum sit splendoris & veritatis, hinc est quod præsentia potest sumi multipliciter in scriptura. Et ideo breuiter notemus quod inuenitur præsentia

Veraciter iuuatiua,
Tenaciter adhæsiua,
Vtiliter profectiua,
Mortaliter nocitiua,
Fallaciter deceptiua,
Crudeliter corrosiua,
Perenniter damnatiua,
Æternitet refectiua.

Prima est præsentia virtutum & meritorum,
Secunda est præsentia amicorum verorum,
Tertia est præsentia bonorum prælatorum,
Quarta est præsentia culpæ & vitiorum.
Quinta est præsentia falsorum amicorum,
Sexta est præsentia hominum iniquorum,
Septima est præsentia diaboli & tormentorum,
Octaua est præsentia Dei & gaudiorum.

De omnibus istis præsentijs possunt inueniri exempla & figuræ, veruntamen authoritates vocales paucissimæ sunt, & etiam in diuersis locis & oculis de huiusmodi præsentijs est tractatum, ideo omitto. Vide supra de amicitia, vbi inuenies quomodo & quando veri & falsi amici exhibent se præsentes &c. Item de præsentia diuinæ gratiæ, vide supra de gratia, & de Aduentu Christi &c. Vide etiam supra de Abstinentia, de Elongare, vnde etiam de Appropinquare, & infra de Prope & Proximo, & de Societate. Ista enim omnia denotant præsentiam, & ideo ibi possunt, multa & varia reperiri. Hoc solum nota quod in lege præcipitur Leu. 27. quod *animalia Deo vel per vota vel per decimam reddita & dedicata, ipsa eadem debebant offerri, & cum altero non mutari.* Sic dico quod prælati non debent per vicarios regere, sed præsentialiter & personaliter Domino deseruire. Sic etiam dico de præsentiam facientibus & similibus. ¶ Si autem de præsentia addere quicquam velis, notabis quod nos inuenimus præsentiam bonam & malam. Vnde nota quod in scriptura reperitur præsentia

Quæ est mirabilis,
Quæ est laudabilis,
Quæ est fluxibilis,
Quæ est damnabilis,
Prima præsentia est Dei,
Secunda est iusti,
Tertia est mundi,
Quarta est diaboli.

¶ Primo ergo dico quod nos inuenimus præsentiā Dei, quæ est mirabilis, & multum reuerenda. Constat enim quod cum Deus sit infinitus, necesse est quod semper & vbiq; sit præsens. Et ista pro certo præsentia valde reuerenda est & timenda. Homo enim nō libenter faceret aliquem turpem actum in præsentia iudicis vel prælati, propter hoc dicebat Boetius quod *magna nobis indicta est necessitas probitatis, quia cuncta facimus in conspectu iudicis cuncta cernentis.* Et si vis nota quod ipse est præsentia

In tempore,
In arbore,
In corpore,
In robore,
In pectore,
In æquore.

In tempore dico visitationis: quando præsens in carne habitauit. In arbore tribulationis, quando præsens cruce dimicauit. In corpore consecrationis, quando præsens pane latitauit, scilicet, in sacramento. In robore damnationis, quo se præsens cunctis innotuit. In pectore cogitationis, quo præsens gratiam donauit. In æquore fluctuationis, quando præsens suos defensauit.

¶ Et sic ergo dicam quod Deus tribus modis nobis se præsentauit corporaliter & visibiliter, videlicet

In

In carne nobiscum habitans,
In cruce pro nobis militans,
In pane sub nube latitans.

Et tribus etiam alijs modis spiritualiter, videlicet

In omnibus essentialiter se diffundens,
In mentibus spiritualiter se perfundens, scilicet, per gratiam,
In motibus tentationum & tribulationum affectualiter nos defendens.

De his omnibus posset fieri magna prosecutio, sed deficiunt authoritates vocales, & in locis alijs pluribus de his dixi, & maxime vbi nobiscum & vobiscum. ¶ Hoc solum dic quod præsentia Dei quæ fit per gratiam, omnino necessaria est. Ista est enim, quæ reddit hominem acceptum & gratum, similis illi lapidi pretioso qui dicitur Gelaticen, qui facit se portantem ab omnibus adamari, quia secundum Diosc. sic probatur quod si homo melle est vnctus, si habet istum lapidem, à muscis & vespis non tangitur, si autem lapidem dimiserit, ab ipsis grauiter infestatur. Præsentia etiam Sardij non permittit quod Onyx noceat qui alias cõsueuit nocere. Sic vere dico quod si diuina gratia, vel etiam ipse Deus per gratiam nobis sit præsens, reddit nos amicabiles vniuersis, ita quod muscæ & vespæ, id est, tyranni & iniqui officiales & balliui qui propter mel, id est, propter bona temporalia communiter hominibus sunt infesti, nos diligent, nec nocebunt. Constat enim quod etiam ipsi mali diligunt & honorant homines virtuosos, quod pro certo nõ facit nisi præsentia Dei, quem hi per gratiam secum habent. Et hoc certe satis patet vbi homo lapidem iustum per peccatum dimittit, quia scilicet tunc cum à Domino non iuuatur, constat quod à dæmonibus & tyrannis crudeliter infestatur Deut. 31. *Vere quia non erat Dominus mecum inuenerunt me omnia mala*, & Iudic. 6. dicitur. *Si Dominus nobiscum est quomodo inuenerunt nos omnia mala ista?* quasi dicatur, cũ præsentia eius semper consueuerit adiuuare, quomodo permittit nos iam tam crudeliter infestari? Quia reuera Onyx malus maleficus, id est, diabolus vel tyrannus illum non lædit, quem præsentia Dei per gratiam adiuuat & defendit, vnde 2. Mach. 12. dicitur quod *timor hostibus incussus est ex præsentia Dei, qui vniuersa conspicit*: Aduersarios enim terret & debilitat, possessores vero suos adiuuat & delectat sicut 2. Mac. 15. dicitur quod *Iudæi Dominum orantes prostrauerunt 25. millia hostium præsentia Dei magnifice delectati*. Et breuiter dico quod præsentia diuinæ gratiæ seu etiam Dei per gratiam facit hominem, scilicet,

Victoriosum ad dimicandum,
Gratiosum ad impetrandum,
Fructuosum ad operandum.

Facit dico hominem victoriosum similis, scilicet, lapidi pretioso dicto Achates, cuius præsentia iuuat taliter fortiorẽ quod sibi dat victoriam contra hostes, vnde Sap. 4. *Cum præsens est, imitantur illam & desiderant eam cum se eduxerit, & in perpetuum coronata triumphat*. Item facit hominem gratiosum, scilicet, ad impetrandum à Deo quod petitur. Teste enim Plin. lib. 15. c. 30. sine lauri præsentia nunquam respondebat Apollo. Laurus o. semper virens virorẽ gratiæ significat, sine cuius certa præsentia Apollo & iustitiæ Christus nunquã solet gratuitũ dare responsum. Est enim lapis qui dicitur Lipania vel Liparea, cuius præsentia taliter delectat omnes feras, quod ad eius aspectum currentes se à venatore capi permittunt, quia scilicet Deus in aspectu huius lapidis taliter se delectat, quod ab homine qui ipsum secum custodit, & eum per orationem venatur, se capi per confessionem permittit, vt sic videatur dicere de gratia seu de sua spirituali præsentia Deus ipse illud quod dicit Apostolus 1. Co. 16. *Gaudeo in præsentia Stephanæ*. Stephana quæ interpretatur corona, seu norma seu iudicans nos aut speculatrix nostra, signat gratiã diuinam, quæ, s. in præsenti nos regulat, quia norma in futuro nos iudicat, quia scil. ex quantitate gratiæ iudicabimur, quæ iudicans non in spiritualibus nos informat, quia speculatrix nostra, & in cœlestibus nos coronat, quia corona &c. Ista igitur visa Dominus delectatur, & ad concedendum quod petitur inclinatur. Item facit hominem fructuosum, quia pro certo sicut palma fœmella non fructificat sine præsentia palmæ masculæ, & ideo semper plantantur simul, s. masculus & fœmella, sic vere anima sponsa Christi nunquam fructificat per bona opera vel virtutes, nisi masculum virum & sponsum suum Christum secum per gratiam præsentem habeat. Quia reuera mens humana sterilis efficitur, quæ diuina præsentia non iuuatur. Illa vero multis virtutum fructibus fœcundatur, quæ diuina præsentia per gratiam visitatur. Vt de taliter fœcundatis dicatur illud Iosuæ 5. quod scilicet, *filij Israel comederant de frugibus præsentis anni*. Patet ergo quod nos inuenimus in scripturis præsentiam Dei, quæ est mirabilis. ¶ Secundo dico quod nos inuenimus in scriptura præsentiam iusti, quæ est laudabilis. Iustus enim & perfectus homo semper ad omnem virtuosum actum se solet exhibere præsentem. Non enim consueuit fugere aut se retrahere, sed præsentem in omnibus exhibere. Res enim quæ sunt in natura nobiliores vt communiter præsentiores. Patet in aere respectu terræ, quia statim cum inuenit locum vacuum, subintrare solet & se præsentialiter exhibere, terra autem non. Sic vere dico de viro nobiliter virtutibus insignito: præsentem enim se exhibet cuilibet ad omne bonum opus exequendum & faciendum. Vnde nota quod hic præsentatur C



Deo per deuotionem,
Prælato per subiectionem,
Amico per dilectionem,
Egeno per subuentionem,
Templo per orationem,
Impio per correctionem,
Cœlo per saluationem.

Sit igitur iustus præsens Deo, quod faciet feruens deuotio, vnde 2. Cor. 5. *Per fidem*, inquit, *ambulamus, & per spem. Audemus autem, & bonam voluntatẽ habemus magis peregrinari à corpore, & præsentes esse ad Deum*, & ideo contendimus siue absentes siue præsentes placere illi. Item sit præsens prælato, quod facit prompta subiectio, vt sic bonus subditus dicere videatur illud Genes. 32. *Apud Laban peregrinatus sum, & fui vsque in præsentem diem*. Vt sic prælatus cuilibet obedienti dicat illud 2. Reg. 20. *Conuoca mihi omnes viros Iuda, & tu adesto præsens*. Item sit præsens amico, quod faciet vera dilectio. Iustus enim semper est præsens in necessitatibus amicorum 2. Pet. 1. *Confirmatos vos esse volo in præsenti veritate*. Quod est contra falsos amicos qui scilicet verbo & non facto in necessitatibus sunt præsentes, contra illud 2. Cor. 10. *Quales sumus in verbo per epistolas absentes, tales & præsentes in facto erimus*. Item sit præsens egeno, quod faciet pia subuentio seu compassio, vt sic tali possit dicere pauper illud Gen. 48. *Pascit me ab adolescentia mea vsque in præsentem diem*, vnde Ios. 5. *Comederunt de frugibus anni præsentis*. Item sit præsens templo, quod faciet supplex oratio Iud. 1. *Habitauit Iebusæus in Hierusalem vsque in præsentem diem*. Istud potissime potest dici de Ecclesiasticis, qui in templo & beneficio debent esse præsentes, scilicet, ad Deo seruiendum, subditos docendum, beneficium gubernandum. Secundum iura enim multæ sunt res personales, quæ sine præsentia tractari possunt sicut sunt causæ status &c. Sic est de administratione beneficiorum. Vnde nubes quæ ducebat filios Israel, in die visibiliter & præsentialiter ipsos ducebat. Sic debent isti subditos &c. Vnde est illud prædictum 2. Reg. 20. *Conuoca mihi filios Israel & esto tu præsens*. Quæ tamen sunt contra modernos Ecclesiasticos & prælatos, curias & sæcularia negotia visitantes, & Ecclesias dimittentes &c. Item sit præsens impio quod faciet dura correctio, sicut Helisæus Giezi discipulo pecuniam à Naaman accipienti dixit 4. Reg. 5. *Nonne*, inquit, *cor meum præsens erat quando accepisti argentum?* vnde Apostolus dicit 1. Cor. 7. *Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu iam iudicaui vt præsens eum qui hoc operatus est*. Item sit præsens cœlo, quod faciet sequens salutatio. Iusti enim præsentialiter ad cœlum leuantur, cum Deo locantur, & sine fluxu durationis & status semper præsentes & in rebus perpetuis & semper præsentibus conuersantur. Æternitas enim tota est præsens, nec habet præteritum aut futurum. Vnde de gloria paradisi & de eius æterna præsentia dici potest illud 2. Paral. 20. *Vocauerunt locum illum, vallis benedictionis in præsentem diẽ*. Et sic igitur patet quod nos inuenimus in scriptura præsentiam iusti, quæ est laudabilis.

¶ Tertio dico quod nos inuenimus præsentiam mundi, quæ est fluxibilis. Bona enim præsentia sunt sicut vita corporalis, gaza tẽporalis, pompa principalis, sapientia sæcularis, omnia sunt fluxibilia, & valde modicum durabilia. Præsens enim non habet de duratione nisi nunc, quod, scilic. transit, nec habet partem aliquam in futuro. De isto ergo præsenti notabis quod est quædam præsentia, quæ D

Bonis sufficit,
Cito deficit,
Multum proficit.

Prima signat vitæ seu victus necessitatem, quam scilicet iusti grananter recipiunt, de crastino & maxime de superfluo nõ curantes, vnde Hebr. 13. *Sint mores sine auaritia, contenti præsentibus.* Ipse enim dixit, *non seruat neque nent, nec cogitant de futuro & tamen diuina prouidentia pascit illos.* Matth. 6. Secunda præsentia signat mundi prosperitatem, quæ scilic. præsens dicitur, pro eo quod nullam habet certitudinem de futuro, quinimo more venti omnia sunt in transitu & in motu Iob 4. *Cũ spiritus meus me præsente transiret &c.* Sequitur. *Quanto magis hi qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum consumentur velut à tinea?* Tertia præsentia signat mundi aduersitatem. Constat enim quod præsens aduersitas proficit ipsam patiẽtibus. Flores enim præsentes sunt materia futuri fructus. Sic mundi præsentes aduersitates sunt causa & materia futuri gloriæ status. Sicut enim dicitur 2. Corinth 4. *Id enim quod est momentaneum & leue tribulationis nostræ supra modum æterna gloria pondus & sublimitatem operatur in nobis, non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur:* & Heb. 12. dicitur *quod omnis disciplina in præsenti quidem non videtur esse gaudij sed mœroris, postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitiæ.* Ista est igitur mundi præsentia, quæ est fluxibilis.

E ¶ Quarto vero dico quod nos inuenimus præsentiam peccati seu etiam diaboli vel impij, quæ est damnabilis. Mali enim præsentia est sicut

Veneni, quod statim perimit,
Latronis, qui totum adimit,
Leonis, qui statim dirimit.

Sic vere dico quod perniciosa est præsentia peccati quod gratiam potest perimere, præsentia diaboli, qui virtutes solet adimere, præsentia impij, qui concordes solet dirimere. Et re vera omnia ista sunt præsentia in præsenti sæculo nequam. Ideo de ipso gaudebat Apostolus liberari, dicens, scilicet, Galat. 1. *Quia*, scilicet, *Christus dedit semetipsum pro peccatis nostris, vt eriperet nos de præsenti sæculo nequam.* Et si vis, nota quod mali multiplici mala præsentia sunt repleti, videlicet præsentia multorum vitiorum. Ipsi enim semper secum habent præsentiam

Cupiditatis & auaritiæ,
Crudelitatis & violentię,
Rixositatis & dissonantiæ,
Aduersitatis & pestilentiæ.

De auaritia cuncta transgluttiente dicitur Iosuæ 22. *Peccastis*, inquit, *in Beelphegor, & vsque ad præsentem diem peccati huius macula in vobis perseuerat.* Beelphegor interpretatur hians aut deuorans. Hæc est auaritia, quæ licet deuoret infinita, semper tamen hiat & anhelat ad ampliora voranda, de violentia bonis officiente dicitur ipsi nequissimo Antiocho ab ipsis sanctis fratribus illud 2. Mach. 7. *Tu quidem scelestissime in præsenti vita nos perdis.* De dissonantia semper dissentiente dicitur 3. Reg. 12. quod *recessit Israel à domo Dauid vsque in præsentem diem.* De pestilentia vero, scilicet, finali malos percutiente, scilicet, de pœna æterna malis finaliter & præsentialiter adueniente potest dici illud 1. Reg. 4. *Delerunt eos vsque in præsentem diem*, vt & cuilibet damnato dicatur illud 2. Paral. 16. *In præsenti tempore aduersum te bella consurgent.* Hæc igitur de præsentia in bono & in malo sufficiant &c.

A **Præsidium.** Nota, quod præsidium sumitur pro actu defensionis, sicut Num. 14. *Recessit omne præsidium ab eis.* Vel accipitur pro loco tuitionis, scilicet, pro castro, turre vel ædificio defensiuo. Et sic sumitur generaliter in scriptura, quia scilicet vt communiter significat locum tutum, ad quem tempore guerræ homo possit tute refugere, vel in quo contra insultus hostium possit sine periculo habitare. Seu etiam sumitur pro collegio militaris expeditionis. Et sic sumitur generaliter in Tito Liuio, scilicet, pro illis militibus qui ad tuendũ & seruandum ciuitates & castra à ducibus assignabantur. Et sic præsidium idem est quod auxilium sicut Iosuæ 10. *Ferte præsidium vt pugnemus.* Et ibidem. *Libera nos, ferque præsidium.* De præside autem dic quod iste dicitur quasi præ alijs seu ante alios sedens, signat autem vt communiter malos præpositos & præfectus. Ideo vide supra de præposito & præfecto. Et sic in bono præsidiũ potest significare statum gratiæ & deuotionis, statum Ecclesiæ & religionis, statum gloriæ & æternæ habitationis.

B ¶ Item in malo significat statum humanæ dominationis, statum mundanæ prosperitatis & successionis &c. Allega si vis quia omitto gratia breuitatis.

A **Præstare.** Nota, quod præstare quandoque sumitur pro præualere, & sic dicitur pręstare quasi præ alijs stare, & sic vt communiter sumitur in Tito Liuio, vbi dicitur quod in breui scirent Macedones in quantum dextræ Gallorum cæteris præstant mortalibus. Quandoque tamen, vt communiter præstare sumitur pro concedere vel pro dare & potissime pro commodare, vel mutuare, seu sub conditione vel spe redditionis aliquid erogare. Notabis igitur quod in scriptura reperitur præstare Dei, iusti, impij, mundi & diaboli. Præstat igitur

Deus donum mirabile,
Iustus donum laudabile,
Impius donum damnabile,
Mundus donum inutile,
Diabolus donum terribile.

B ¶ Igitur primo dicamus quod est præstare Dei, quod est magnum & mirabile. Constat enim quod quanto res est superior, potentior & nobilior, tanto nobiliores, vberiores & mirabiliores præstat affectus, patet de causis cœlestibus respectu inferiorum. Causæ enim inferiores exhauriuntur & debilitantur in producendo effectus suos. Superiores vero præstando mortalibus & inferioribus effectuum suorum virtutem, nunquam lassantur aut debilitantur. Sic vere Deus cum sit causa efficax & infinita, nunquam lassatur aut fatigatur præstare bonum hominibus, & maxime bene meritis, & ipsum humiliter supplicantibus 1. Timoth. 6. *Diuitibus*, inquit, *præcipe non sublime sapere, neque sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo, qui præstat nobis abunde omnia.* Et bene dicit omnia, quia pro certo ipse præstat

Quietem laborantibus,
Virtutem militantibus,
Salutem infirmantibus,
Gratiam promerentibus,
Veniam postulantibus,
Aononam famescentibus.

Est igitur præstitor quietis laborantibus vnde 2. Paral. 32. *Saluauit Dominus Ezechiam & habitatores Hierusalem de manu Senacherib regis Assyriorum, & præstitit eis quietem per circuitum.* Expone de quiete mentis vel corporis, & de labore tentationum vel tribulationum. Item est præstitor virtutis militantibus Psalm. 29. *Domine in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem.* Itẽ dico quod est præstitor salutis infirmantibus seu languentibus. Vnde de illo qui Christum petebat subuenire filio suo infirmanti, dictum fuit Christo illud Luc. 7. *Dignus est vt hoc ei præstes, diligit enim gentem nostram, & synagogam ædificauit nobis.* Item ipse est præstitor gratiæ promerentibus Sap. 16. *Paratum panem de cælo præstitisti eis Domine, omne delectamentum in se habentem.* Item ipse est præstitor veniam postulantibus Ro. 9. *Misericordiam præstabo cui miserebor.* Item ipse est præstitor annonæ seu temporalis substantiæ famescentibus 2. Cor. 9. *Qui autem administrat semen seminanti, & panem ad manducandum præstabit.* Sic igitur patet quod est præstare diuinum, quod est magnum & mirabile.

¶ Secundo dico quod est pręstare iusti, quod est pium & laudabile. Iusti enim præstant alijs documenta, nutrimenta & adiuuamenta, vt sic de pia præstatione piorum dicatur illud Actorum 28 *Barbari*, inquit, *non modicam humanitatem præstabant nobis* & 2. Mach. 10. *Apparuerunt in cælo viri quinque ducatum Iudæis præstantes.*

E ¶ Tertio dico quod est præstare impij, quod est malum & damnabile. Mala enim arbor non potest dare nisi malum fructum, sicut serpens pręstare non potest nisi venenum. Vnde notare potes quod mali præstant & administrant.

Suis peccatoribus insolentiam,
Benefactoribus displicentiam,
Christi pauperibus violentiam,
Imitatoribus pestilentiam,
Malis diuitibus complacentiam.

Præstant dico insolentiam suis peccatoribus & tamen Eccl. 18. dicitur sic. *Si præstes animæ tuæ concupiscentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis.* Item præstant displicentiam benefactoribus, s. per vitiũ ingratitudinis, vnde Eccl. 29. dicitur de ingratis quod *ipsi præstiterant molestiam his qui se adiuuerunt* Item isti præstant violentiam Christi pauperibus. Vnde Dominus dixit Apostolis Io. 16. *Veniet*, inquit, *tempus quo omnis qui occiderit vos, arbitretur obsequiũ se præstare Deo.* Item ipsi præstant pestilentiam imitatoribus vnde Matthæi 15. *Si cæcus cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt.* Item præstant complacentiam malis diuitibus vnde Actor. 24. dicitur

dicitur quod *Felix volens gratiam præstare Iudæis, dimisit Paulum vinctum.* Istud ergo est præstare impij quod est malũ & damnabile.

¶ Quarto dico quod est præstare mundi, quod est vanum & inutile. Iste enim præstat suis beatulis delitias, diuitias & honores, quæ omnia vana sunt & inutilia, vt sic figuretur in illo Demetrio *qui Dianæ faciebat ædes argenteas, qui non modicum præstabat artificibus.* Act. 19. & in illa etiam puella dæmoniaca, *quæ non modicum quæstum præstabat suis Dominis ad diuinandum*, sicut dicitur Act. 19. quia scil. mundus qui proprie dicitur dæmoniacus, potest magnum in hac vita suis sequacibus præstare quæstum.

¶ Quinto vero dico quod est præstare diaboli, quod est durum & terribile. Iste enim suis præstat nunc vitia, post tormenta, vt de damnatis finaliter intelligatur Sap. 17. quod *personæ tristes illis apparentes terrorem illis præstabant*. Et hæc sufficiant de præstare.

A **Præsto.** Nota, quod præsto idem est quod in præsenti vel in promptu, & signat quandam promptitudinem famulatus. Et sic dic quod boni sunt præsto & semper etiam parati & prompti, scilicet,

> Ad ministrandum summo creatori,
> Ad famulandum bono præceptori,
> Ad obsequendum prouido doctori,
> Ad præsidendum populo minori,
> Ad respondendum iusto creditori,
> Ad consentiendum iusto punitori.

De ministrando summo creatori dicitur Heb. 10. *Omnis quidem sacerdos præsto est quotidie ministrans.* ¶ Item ad famulandum seu obediendum bono præceptori, id est, bono principi, prælato vel imperatori. Vnde Aaron summo sacerdoti dicit Dominus Num. 18. *Fratres tuos de tribu Leui sume tecum, præstoq; sint vt ministrent tibi, tu autem & filij tui ministrabitis in tabernaculo testimonij.* ¶ Item ad obsequendum prouido doctori, sicut de Samuele dicitur 1. Reg. 3. quod *Hely sacerdos vocauit eum, qui respondens ait, Præsto sum.* ¶ Item ad præsidendum populo minori seu inferiori, sicut de Saul dicitur 1. Reg. 12. *Nunc ergo præsto est rex vester.* ¶ Item ad respondendum iusto petitori seu creditori, sicut Samuel de seipso dicebat 1. Reg. 12. *Præsto sum*, inquit, *loquimini de me coram Domino vtrum bouem cuiusquam tulerim an asinum* &c. q. d. Præsto sum subire iudicium. ¶ Item præsto sit ad consentiendum iusto punitori quando Deus infert sua iudicia, tunc enim debet esse præsto ipsa in patientia sustinere, sicut Dauid fugitiuus à regno, dicebat 2. Reg. 15. *Si inuenero*, inquit, *gratiam in oculis Domini, reducet me, & ostendet mihi arcam & tabernaculum suum. Si autem dixerit mihi non places, præsto sum, faciat quod bonum est coram se* &c. Sufficiunt. Vide Assum, & in titu paratus, & vbicunque fit mentio de obedientia.

**Præstolari.** Vide in tit. Expectare.

A **Præsumere.** Nota, quod præsumptio quandoq; sumitur pro confidentia, sicut Iudith 9. *Exaudi me Domine de tua misericordia præsumentem*, & Iudith 6. *Non derelinquis præsumentes de te.* Quandoque sumitur pro opinione seu pensatione, sicut Sap. 7. vbi dicitur, *Mihi autem dedit Deus dicere ex sententia & præsumere digna horum quæ mihi dantur.* Quandoque vero & communiter sumitur pro excessiua sui æstimatione & superbia, sicut Sap. 17. *Semper*, enim, *præsumitur sæua perturbata conscientia.* Hoc ergo modo dicamus aliquid de præsumptione. Sicut enim videmus quod res naturales à casu suos terminos exeuntes sunt multorum causæ malorum, sicut videmus de vaporibus terrestris & aqueis (quorum natura est inferius stare,) quod quando propter suæ conditionis leuitatem vel aliquorum radiorũ tractum sursum per aerem ad alienos fines trahuntur & eleuantur, inde venti, nubes, grandines, fulguraque, tonitrua & vapores inferius impetuose descendere sursumque parum remanere probantur; sic vere dicam in moribus quod quando quis non contentus est sede, statu & gradu sibi à natura seu à fortuna concesso, quinimo aliquo proprio leui motu seu diabolico tractu & præsumptione, & sui plus debito extractione & opinione egreditur fines suos, & falcem suam in messem alienam ponens, terminos nititur inuadere & occupare sibi non debitos nec concessos, inde proueniunt multa mala, quia, scilicet isti qui plus iusto ascendere nituntur per tribulationum fulmina, per ignorantiæ nubila, per elationum flatus, per tentationum grandines, turbines atque motus, inferius per peccatum seu etiam per infernale tormẽtum descendere vel ruere cõprobantur. Exemplo, scilicet luciferi, qui non contentus terminis gloriæ sibi datæ, diuinam æqualitatem vsurpare præsumpsit dicens illud Esaiæ 14. *Ascendam super altitudinem nubium, & similis ero Altissimo* Et ideo de cœlo turpiter est deiectus, & in infernum viliter submersus, sicut scilic. ibidem dicitur indilate. *Verumtamen*, inquit, *ad infernum detraheris in profundum laci* Sequitur. *Quasi cadauer putridum non habebis consortium* &c. ¶ Circa hæc ergo notabo quod B mali varijs modis præsumunt, videlicet quidam de

> Suæ potentiæ magnitudine,
> Suæ scientiæ limpitudine,
> Suæ iustitiæ sanctitudine,
> Suæ constantiæ fortitudine,
> Christi clementiæ plenitudine.

Præsumunt ergo quidam de potentiæ suæ viribus sicut s. sunt illi, qui nimium sunt audaces, qui in nullo considerant varios euentus fortunæ, & ideo cunctis periculis se exponunt. Et ideo sæpe fit quod in vindictã suæ præsumptionis Deus ipsos à multo se debilioribus superari permittit. Exemplo Xerxis regis Persarũ, qui (autore Orosio lib. 2.) habens in exercitu suo mille millia armatorum, & totam Græciam vno impetu se posse opprimere credens à Leonide rege Spartanorum cum solis quatuor millibus armatorũ in angustijs Thermophylis si vel aliter Trimopylarum perditis suorum centum millibus confusus est, itaque tandem ille qui cum quatuor millibus & ducentis nauibus mare transuexerat, in scapha piscatoria redire compulsus est, sicut ponit Orosius loco quo supra, & Iustinus abbreuiator Trogi, quem assumit Vincen. in Specu. histo. lib. 4. c. 37. O quid dicemus de Iuda Machabæo, qui tot & tantas copias hostium tã parua manu toties fudit: sicut ponit historia Macchabæorum. Deus enim præsumptionem abhorret, & ideo de suis viribus confidentes per paucos in se sperantes superare solet, sicut Iudith 6. vbi Domino dicitur: *Attende & ostende quod non derelinquis præsumentes de te, & præsumentes de se, & de sua virtute gloriantes, humilias.* Quod scilicet satis apparuit in gigante qui prostratus & occisus est à Dauid paruo corpore, pecudes pascente, sed in Deo confidente, vnde Bernar. lib. de 12. gradibus humilitatis dicit sic: *Præsumptio*, inquit, *primum Angelum & primum hominem deiecit, turrim destruxit, linguas confudit, Goliam prostrauit, Aman suspendit* Præsumunt ergo quidam de potentiæ suæ viribus.

¶ Secundo dico, quod præsumunt quidam de scientiæ suæ nisibus, & isti certe sunt illi quibus Apostolus dicit. *Non plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem* Rom. 12. *Cum Deus omnia constituerit in certo pondere, numero & mensura*, sicut dicitur Sap. 11. *& vnicuique diuiserit iuxta velle suum*, sicut dicitur 1. Co. 12. Constat enim quod humano intellectui diuisit & cõstituit certas metas, vsq; ad quas licitum est sibi sapere & scire, & vsq; ad certum cognitionis punctum scientiam inquirere & habere, vltra tamen pro tempore huius vitæ non licet sibi manum extẽdere vel laxare. *Nõ plus sapere*, inquam, *quam oportet.* Vnde de istis nisibus nobis datis dicere videtur Dominus cuilibet indagãti scientiam illud Iob 38. *Hucusque venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos*. Quod potissime verum est de secretis fidei nostræ, sicut est de Incarnatione Verbi, de partu Virginis, de sacramento Altaris, de Altitudine Deitatis. Ista enim omnia & multa alia etiam naturalia, sicut est cognitio status & naturæ Angelicæ, duratio vitæ, mundi seu finis, & cœlestium rerum virtutes & influentiæ, nobis interdicta videntur, quia sc. per solam fidem & non per scientiam cognoscuntur. Ista enim simpliciter volunt credi, & non præsumptuose inuestigari vel tangi. Exemplo, scilicet, Crucis boni latronis, quam Geruasius dicit ab Helena Constantini matre in Cypro fuisse dimissam, quæ in quadam Ecclesia (vt ait) miraculose pendens in aere, se osculari à peregrinis permittebat, si vero manu tangere ipsam quis præsumeret, statim sursum in aera se leuabat. Osculum enim (vt ait) ferebat, sed tactum penitus fugiebat. Reuera charissimi crux ista sursum in aere pendens, signat secreta fidei & scripturæ, quæ scilicet sursum supra vires humanas eleuata dicuntur, & quæ tanquam pendentia, dubia & incerta humanis intellectibus pro huius vitæ præsentantur. Quæ certe pro tanto crux boni latronis dici possunt quia boni doctores, qui scilicet, diabolo captiuas animas conuertendo furantur (iuxta illud Apost. 2. Cor. 12. *Cum essem astutus dolo cepi vos.*) in talibus cruciantur, & in cogitatione talium si fas esset multipliciter affligũtur, dicentes, scilicet, Gal. 2. *Christo crucifixus sum cruci. Viuo iam non ego, viuit vero in me Christus.* Expone. Sed quid, pro certo ista crux

osculari vult, & non tangi, credi vult, & non præsumptuosis disputationibus indagari. Quia reuera si tangere, & manum diligentis inuestigationis apponere volueris, & causas & modos præsumptuose inuestigare statim eleuabitur à te & fugiet, quia ipsius cognitio quanto plus inquisieris, tanto plus recedet Psal. *Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus.* Constat enim quod multi fuerunt qui ista plus debito tangere & inquirere præsumpserunt, qui magis vacui facti, etiam per hæreses perierunt. Narrat enim Plinius li. 2. quod in Cyrenaica prouincia Aphricæ fuit rupes austro sacrata, quam humanis manibus non erat licitum attrectari, nam si ab homine attrectabatur, statim Auster insurgens arenas mouebat, ita quod tangens non sine periculo in eis inuoluebatur. Sic vere sicut dictum est, ista secreta mysteria austro, id est, Spiritui sancto spiritualiter sacrata & dedicata, imo etiam reseruata, si ab homine præsumptuose inuestigata fuerint seu tacta, indignatus arenas tribulationum & tentationũ permittit moueri, quibus obuolutus præsumptuosus homo consueuit quandoque spiritualiter occumbere seu mori. Figura de arca testamenti, quam *nemo nisi sacerdos tangere debebat, quam si aliquis alius tangeret continuo peribat*, sicut dicitur, Num. 4. & sicut exemplificatur de Oza, *qui arcã tangens fuit mortuus licet faceret bono zelo*, sicut dicitur 2. Reg. 6. Sicut etiam exemplificatur de Bethsamitibus arcam videntibus propter quorum temeritatem septuaginta viri de populo, & quinque millia plebis mortui sunt vna die, quia scilicet nudam arcam viderant, quod solis sacerdotib. licitum erat, sicut dicitur 2. Reg. 6. Sacerdotibus ergo, id est, sacris ducibus & doctoribus licitum est talia secreta vel inspicere vel tractare, alijs vero simplicibus est vetitum & negatum. Quod si contra fecerint, mox solent per errores & hæreses deperire. & diuinum in se iudicium sentire. Vnde B. Gregorius moral. 28. *In præcipitium pedem porrigit, qui mensurarum suarum limites non attendit. Et sæpe amittit quod poterat, qui indiscrete audet arripere quod nequibat.* Præcipue autem arguendi sunt illi qui cum quasi penitus nihil sciant, scire tamen plus alijs se existimant, & se alijs scientibus præferentes, docendi officium impudenter suscipiũt & procurant. Similes scilicet vxori Senecæ, de qua dicit ipse in quadam epistola quod cœca erat, & tamen se esse cœcatam ignorabat, quinimo omnia domus officia ac si videret, ordinare volebat. Sic vere dico quod isti cum cœci sint & ignari, se tamen cœcos esse videntur ignorare, in quantum officia doctorum scientificorum nituntur & præsumunt ante alios vsurpare. Contra quos loquitur Bernardus libro de duodecim gradibus humilitatis, dicens sic. *Præsumptuosus primus in conuentibus residet, primus in consilijs respondet, non vocatus accedit, non missus se intromittit, ordinat ordinata, facit facta. Et quicquid ipse non facit aut ordinauit, nec recte factum, nec pulchre existimat ordinatum.* Sic ergo patet, quod præsumunt quidam de scientiæ suæ nisibus. ¶ Tertio dico, quod quidam præsumunt de iustitiæ suæ

D viribus seu motibus, sicut faciunt Pharisæi, qui se iustos præ cæteris existimant, & se digniores & meliores cæteris præsumere non formidant. Et ideo omnibus se præferentes, alios contemnere curant, sicut exemplificauit Dominus Luc. 12. Et certe isti sunt qui turpius (vt communiter) cæteris cadunt. Deus enim hominem se fragilem cognoscentem, & se Deo humilius committentem plus diligit, quã illum qui seipsum non cognoscens, de propria iustitia & virtute præsumit, quinimo Deus tales vt se cognoscant, quandoque cadere permittit. Exemplo Petri, qui præsumens de suis viribus dixit: *Etiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo, qui tamen statim audiuit à Domino, antequam gallus cantet, ter me negabis*, Matt. 26. Ad quod etiam facit exemplum Plin. li. 2. vbi loquitur de mirabilibus terræmotus. Dicit enim quod quandoque per terræmotum montes de loco transferuntur, & quandoque etiam de magna altitudine ad cæteræ terræ planiciẽ reducuntur, sicut exemplificat de monte dicto antiquitus Opopontus, in sinu campo, de quo in quodam terræmotu flamma grandis erupit, quæ totius montis tumorem ad terræ circũiacentis planitiem adæquauit, & sic, quod ante motus fuerat planities æqus facta. De alijs etiam, scilicet, de translatione exemplificat ibidem, sc. in lib. 2. c. 85. quod tempore Neronis prata & olueta duorum millium Romanorum in quodam terræmotu de vno latere viæ publicæ ad aliud latus prata, sc. in locis oliuetorum, & olueta in locis pratorum translata mirabiliter extiterunt. Sic reuera dico charissimi, quod per terræmotus tentationum & tribulationum fiunt quandoq; in hominibus tentationes stupendæ. Quia pro certo homines flamma fortium tentationum exusti & terræmotu grauium tribulationum concussi de vno statu ad alium transferuntur, & de superbis humiles, de montuosis plani & alij conformes & similes, & de seipsis ignorantibus se cognoscentes, de infirmis fortes & constantes efficiuntur. Teste enim Aug. de verbis Domini. *Multos impedit à firmitate præsumptio. Nemo enim erit satis firmus, nisi qui se à seipso sentit infirmum.* Vnde Greg. 28. moral. dicit, quod *pia conditoris dispensatione agitur, vt de se confidens anima, tentationis iaculo feriatur, vt infirmata quid sit, inueniat. & fastum superbiæ prætermittat.* Ad quod etiam facit glossa Augustini super illud Eccl. 7. *Noli te iustificare ante Deum:* dicẽs sic: *Nulla*, inquit, *præsumptio perniciosior, quam de propria iustitia superbire, Fatuũ enim est, quod superbiat quis de alieno.* Sicut s. faciunt quidam fatui mercatores, qui æs alienum mutuo accipiunt, ac si suum esset, se diuites esse credunt & se iactando, esse diuites dici volunt, sic vere quia virtutes nostræ non à nobis, sed à Deo sunt (iuxta illud Apostoli 2. Cor. 3. *Non quod sufficientes simus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis. sed sufficientia nostra ex Deo est, qui nos fecit idoneos ministros*) præsumptuose agunt illi, qui quasi à seipsis haberent iustitiæ motus, se iustos reputant, & in sua iustitia plus debito confidunt. Sicut n. creditor à talibus fatuis mercatoribus, quandoque quod suum est repetit, & eos pauperes & vacuos dimittit, sic Deus indignatus talium præsumptione, quãdoq; solet virtutes quas eis dederat repetere, & ipsos laxata manu sua peccare & cadere permittere, & sic pauperes & miseros in motibus facere, vt discant de alieno non debuisse taliter superbire. Vnde Dominus loquens animæ ingratæ & præsumptuosæ dicit Ezech. 16. *Quia* (inquit) *egressum est nomen tuum in gentes propter speciem tuã, quia perfecta erat in decore tuo quem posueram super te, & habens fiduciam in pulchritudine tua fornicata es &c. Ecce ego* (inquit) *extendam manum meam super te, & auferam iustificationem meam, & dabo te in animas odientium te.* Expone &c. Vnde Basilius episcopus in sermone dicit sic: *Cum igitur non sit nostrũ quod sumus, quomodo nostrum poterit esse quod habemus? Stultitiæ enim genus est, vt cum alijs debeas vitæ beneficium, tibi ascribas ornamenta virtutum.* Sic igitur patet quomodo quidam præsumunt de suæ iustitiæ

E viribus, quidam de suæ scientiæ nisibus, quidam de suæ potentiæ viribus. ¶ Quarto dicendum esset de his, qui præsumunt de constantiæ suæ vigoribus, sed quia de hoc satis dictum est, infra in litera V. post verbũ Visitatio in sermone qui incipit, Videte quomodo caute ambuletis, §. denique dico, quod quidam impediuntur seipsos cognoscere ex fatuitate cordiali, vbi de sanctimonia etiam patet, vide ibi, & in tabula operis. ¶ Quinto etiam dicendum esset, de his qui præsumunt de Christi clementiæ operibus, quibus iam nihil amplius dico, nisi quod eum quẽ

F præsumunt benignum & pium, illum etiam non ignorent esse iustum & rigidum. De quo vide in litera I. vbi agitur de iudicio diuino, & in pluribus locis, vt tabula tibi monstrabit. Ergo iam sufficit. Vide de Superbis: Altitudine. Ascendere. Mons, &c. similia.

**Præter.** Cum præter sit præpositio seruiens casui accusatiuo, qui, s. semper demit & excipit à generali regula præcedente, possumus dicere, quod per præter potest quæcũque singularitas, particularitas, spiritualitas designari, speciale

A n. derogat generali, & singulare detrahit à plurali. Dicam ergo quod in scriptura multiplex præter, id est, multiplex specialitas & singularitas designatur, videlicet vnum præter quod est

Maiestatis supernæ,
Bonitatis internæ,
Prauitatis externæ.
Primum est Dei,
Secundum est iusti,
Tertium est impij.

¶ Primo ergo dico, ꝙ per præter intelligitur singularis Dei conditio. Constat n. quod Deus in omni sublimitate præcellit omnem regulam communem, & ideo sua immensa singularitas bene denotatur per præter. *Quis enim* (inquit Ps.) *Deus præter Dominum nostrum. Deus qui præcinxit me virtute ad bellum, & posuit immaculatam viam meam?* Vnde nota, quod ista est singularis

Deitate quam solus obtinet,
Potestate qua cuncta detinet,
Pietate qua cuncta sustinet,
Æquitate qua cunctis eminet.

Iste n. habet excellentiã vnicæ diuinitatis. Deu. 32. *Videte quod ego sim solus, & non sit alius præter me.* Sequitur. *Leuabo ad cælum manum meã, & dicã, viuo ego in æternum* & Iud. 8. dicitur. *Alterũ Deũ nescimus*

præter

... illum, & c. 9. dicitur. *Tu es Deus, & non est alius præter te.* ¶ Item habet eminentiam immensæ potestatis Iob. 13. *Non est alius Deus omnipotens præter eum.* Et 2. Reg. 22. *Quis est Deus præter dominum, aut quis fortis præter Deum nostrum.* ¶ Item habet efficaciam extensæ veritatis. Iste enim singulariter iuuat & saluat Osæ. 13. *Deum absque me nescies, & saluator non est præter me.* Ideo Hester orando dicebat Hest. 14. *Domine mi, qui rex noster es solus, adiuua me solitariam & cuius præter te nullus auxiliator est alius.* Item habet efficaciam intensæ æquitatis Esa. 45. *Deus iustus non est præter me.* Patet ergo, quod per præter intelligitur singularis Dei conditio. ¶ Secundo dico, quod per præter intelligitur singularis iusti perfectio. Constat enim quod vir perfectus excipitur à regulis, quibus vitam & virtutes aliorum excellit. Excellit enim singulariter & eminenter alios in virtute. Vnde nota, quod iste est singularis

In iusta prætura,
In Dei cultura,
In carnis pressura,
In mundi natura.

Habet igitur vir perfectus vnum præter iustæ præturæ. Et sic est similis illis iustis regibus de quibus dicitur Eccl. 49. quod *præter Dauid, Ezechiam & Iosiam, omnes reges commiserunt peccatum.* ¶ Item habet vnū præter Dei culturæ. Nullum enim Deum colit præter vnum verum Deum, dicens, scil. illud Iud. 8. *Alterum Deum nescimus præter Dominum.* Et merito, quia pro certo sicut dicitur Exod. 22. *Qui immolabit dijs præterquam Domino soli, occidetur.* Non enim est bonum dimittere istud præter quia scilicet de filijs Israel dicitur Iudith 5. quod *quotiescunque præter ipsum Deum suum, alterum coluerunt, dati sunt in prædam & in gladium & in opprobrium.* Et ideo bene consulit Sapiens Prou. 7. *Fili (inquit) honora dominum, & valebis, præter eum vero ne timueris alienum.* ¶ Item habet vir perfectus vnum præter carnis pressuræ, quia scilicet, iste præter & super alios premit & domat per abstinentiam carnem suam, similis, scilicet, ipsi Iudith, de qua dicitur Iud. 8. quod *ipsa morabatur clausa, habens cilicium supra lumbos & ieiunabat omnibus diebus præter sabbatha & neomenias, & festa domus Israel.* ¶ Item habet vnum præter mundæ naturæ, quia scilicet isti per excellentiam caste viuunt. Exemplo scilicet Ioseph, qui interpellatus de adulterio à domina sua dixit Gen. 39. *Omnia (inquit) quæ habet dominus meus, tradidit in manu mea, præter te, quæ vxor eius es, quomodo ergo possum facere malum istud.* Ideo bene consulitur Tob. 4. *Præter (inquit) vxorem tuam nunquam patieris crimen scire.* Patet ergo, quod per præter intelligitur singularis iusti perfectio. ¶ Tertio dico, quod per præter intelligitur singularis stulti corruptio. Multi enim habent suum præter, id est, suam malam & singularem excellentiam in peccato, quia scilicet præter & super omnes Deum offendere, & ab ipso recedere non verentur, cum tamen dicitur Prou. 7. *Præter ipsum ne timueris alienum.* Vnde isti dicuntur proprie præterire, id est, præter Dei mandata & vltra Dei voluntatem progredi & transire. Sed de isto vide infra de præterire. §. Tertio dico. Hæc igitur de præter dicta sufficiant. Vide supra de Nisi. Et infra de Super & de Vltra, &c.

**Præterire.** Nota, quod præterire idem est quod præter, id est, vltra ire. Est enim idem quod transgredi vel pertransire. Et sic dicam quod cum præterire semper significet motum & fluxum, multiplex potest præteritio reperiri, videlicet Dei, iusti, impij, mundi, miseri. Nam

Deus præterit mala dissimulans,
Iustus præterit virtutes cumulans,
Impius præterit petens & exultans,
Mundus præterit labens & tremulans,
Pauper præterit languens & eiulans.

Primo igitur dico, quod est quoddam præterire summi creatoris. Ille enim qui præterit, non attendit neque sistit ad illa quæ videt. Sic vere Deus per dissimulationem multa præterire videtur, in quantum, scilicet, mala præsentia non punit, bona etiam quæ nunc fiunt, non remunerat neque reddit. Vnde de dissimulatione diuina dicitur Marc. 6. *Iesus ambulans super mare venit ad discipulos laborantes, & volebat præterire eos. intrauit tamen ad eos in nauem, & cessauit protinus ventum facit.* Deus enim quandoque dissimulat se velle præterire suos quos videt in mundi fluctibus tribulari, ac si certe de eis non curaret, finaliter tamen ad ipsos per gratiam intrat, ventum tempestatum & tribulationum sedat, & ipsos consolatur & adiuuat Iohan. 9. *Præteriens vidit Iesus hominem cæcum à natiuitate quem tamen clamantem & misericordiam implorantem tandem illuminauit.* Quia reuera dato quod Christus dissimulans præterire negotia videatur, in veritate tamen nihil præterit, sed ad omnia diligenter aduertit Eccles. 42. *Non præterit eum omnis cogitatus, & non abscondit se ab eo vllus sermo.* *Iota enim vnum aut vnus apex non præteribit à lege donec omnia fiant* Matt. 5. Patet igitur, quod est vnum præterire summi creatoris.

¶ Secundo dico, quod est vnum præterire iusti viatoris. Iustus enim dicitur præteriens, quia scilicet, sicut ille qui præterit, posteriora dimittit, & ad anteriora transit, nec in loco moratur aut sistit, sed potius continue mouetur & tendit; sic vere vir perfectus dicitur præterire, quia scilic. posteriora, id est, ista mundana, quæ post nos remanent solet per contemptum dimittere, & de eis vix curare, & ad anteriora bona, scilicet, Paradisi, totis affectibus se transferre, nec in loco in quo est, scilicet, in mundo per affectionem & complacentiam sistere vel manere, sed se per bona exercitia & bona opera continue agitare, & mundi, peccati & diaboli leges prætergredi & transire Prou. 19. *Gloria eius est iniqua prætergredi*, vt de talibus prætereuntibus dicatur illud Oseæ 13. *Erunt sicut nubes matutina, & sicut ros matutinus prætereuns.* Compara tales nubi & rori, maxime matutino. Vide in locis suis. Et si vis nota, quod peregrini & B

Prætereuntes
- Visa vilipendunt,
- Vestimenta vendunt,
- Pro templis expendunt,
- Dolorem ostendunt,
- Neminem offendunt.

Solent dico tales visa, id est, mundana vilipendere. Peregrini enim & prætereuntes non sistunt in pulchris pratis, villis & ædificijs quæ inueniunt, sed potius omnia vilipendunt. Vnde mundo potest dicere Dominus illud Ezech. 5. *Dabo te in desertum in conspectu omnis prætereuntis.* Item solent nudos & egenos se ostendere, quia scilicet, vt communiter tales non se onerant vestimentis, vilia etiam vestimēta portant, sic iusti & perfecti non habent diuitias, vt sic bonus diues de ipsis dicat illud Iob 31. *Si despexi pereuntem, eo quod non haberet indumentum, & absq; vestimento pauperem.* Item solent Ecclesijs sua pandere, sicut 4. Reg. 12. dicitur, quod *sacerdotes pro reparationibus templi habuerunt omnem pecuniam sanctorum, quæ illata fuerat in templum à prætereuntibus.* Item solent compatiendo luctus facere, seu pro aliorum miserijs obstupescere, & eleemosynas ipsis facere. Vnde Ezech. 39. *Dabo,* inquit, *Gog in vallem viatorum ad orientem maris, quæ obstupescere faciet prætereuntes.* Item solent prætereundo nullum lædere, seu nullum lædendo damna tollere. Constat enim quod tales dum peregrinantur transeunt, & pereunt, valde cauet ne quenquam offendant, & tamen sæpe fit, quod tales offenduntur à malis & rapinis & iniurijs affliguntur, sicut Iudith 9. dicitur, quod *illi qui erant in montium summitate, exercebant latrocinia, agentes prædas de prætereuntibus.* De illo etiam Simone dicitur Marc. 15. quod *Iudæi angariauerunt quempiam prætereuntem vt tolleret crucem Iesu.* Patet ergo, quod est vnum præterire iusti viatoris. ¶ Tertio dico, quod est vnum præterire vani peccatoris. Peccator enim dicitur præteriens, quia scilicet, nihil habet stabile seu sistens. Metas etiam diuinorum mandatorum peccādo præterit, & intra metas iustitiæ nunquam sistit. Vnde Dominus de talibus conqueritur Hier. 5. vbi de peccatoribus dicit. *Magnificati sunt & ditati incrassati sunt & impinguati & præterierūt sermones meos pessime, causam viduæ & pauperum non iudicauerunt & causam pupilli non direxerunt.* Et nota, quod mali, scilicet, Prætereunt C

Christum blasphemando,
Pauperem non iuuando,
Pactum violando,
Socios pro eis non orando,
Seipsos nunquam perseuerando.

Isti enim Deum blasphemant. Vnde Marc. 15. de Christo crucifixo dicitur, quod *prætereuntes blasphemabant eum, mouentes capita sua.* Crucifixi enim, id est, pauperes & tribulati à talibus blasphemantur.

¶ Item isti pauperem non iuuant. Vnde de malo sacerdote & leuita dicitur Luc. 10. quod *sauciatum à latronibus non iuuerunt, sed viso eo præterierunt.* Ideo comminatiue dicitur talibus Iosuæ 23. *Comminatus est, inquit, Dominus donec vos auferat atque disperdat de terra hac optima, eo quod præterieritis pactum eius quod pepigit vobiscum.*

¶ Item isti bonum non orant vel optant, scilicet, alijs Ps. 128.

*Et non dixerunt qui præteribant, benedictio Domini super vos, benediximus vobis in nomine Domini.*

¶ Item isti non rite perseuerant. Isti enim semper sunt in fluxu & motu, & nunquam permanent in eodem statu, ita quod isti proprie dici possunt prætereuntes, cum non sint stabiles aut constantes, similes, scilicet, tempori, quod nunquam sistit in eodem statu. Quia etiam ad literam gloria & fama talium subito præterit. Vnde Sap. 5. dicitur, quod *spes impij tanquam lanugo, quæ à vento tollitur, & tanquam spuma quæ à procella dispergitur. & tanquam fumus qui à vento diffusus est, & tanquam memoria hospitis vnius diei prætereuntis*. Prosequere si vis, & compara inconstantiam talium & gloriam eorundem lanugini, spumæ, fumo, vento, & hospiti vnius diei prætereuntis. Omnia enim ista sunt inconstantia & fluentia. Et bene dico, quod est vnum præterire vani peccatoris. Sed reuera charissimi iusti non sic. Ipsi enim non sunt taliter prætereuntes, sed semper in bono sistentes & permanentes. Vnde nota, quod isti non Prætereunt

Pactum vel mandatum,
Domum vel stratum,
Veritatis statum,
Limitem monstratum.

Dico, quod isti non prætereunt pacta vel mandata, scilicet, Dei vel prælati Num. 24. *Non potero præterire sermonem Domini Dei mei, nec sum oblitus imperij tui.* Exemplo, scilicet, illorum de quibus dicitur 2. Esd. 4. quod *iugulantur & iugulant, & regis verbum non prætereunt.* Item iusti non prætereunt strata vel errata, hoc est dictum, pauperes tribulatos & deuios & indoctos, quando scilicet, ipsos adiuuant & reducunt Deut. 22. *Non videbis bouem vel ouem fratris tui errantem & præteribis, sed reduces fratri tuo.*

¶ Item non prætereunt veritate fulta Sap. 6. *Ponam in lucem scientiam, & non præteribo veritatem.*

¶ Item non prætereunt ordinate structa, quia scilicet, sicut dicitur Iob 14. *Constituisti terminos eius, qui præteriri non poterunt.* Non sic mali charissimi non, quia pro certo isti sunt prætereuntes, hoc est dictum, Dei mandata nunquam seruantes, nec in bono perseuerantes. Et sic dico, quod est vnum præterire vani peccatoris.

D ¶ Quarto vero dico, quod est vnum præterire mundi deceptoris. Mundus enim & omnia temporalia & mundana semper prætereunt, & sunt in transitu & fluxu 1. Cor. 7. *Præterit enim figura huius mundi.* Tempus enim est mensura motus, tempus autem semper præterit, non enim habet præteritum aut futurum, sed solum momentaneum atque præsens, quod continue præterit, atque transit. Vnde de præteritione temporis & temporalium potest dici Deo illud Psal. 89. *Quoniam mille anni ante oculos tuos tanquam dies hesterna, quæ præterijt.* Et de mundo etiam potest

E dici. *Desertus locus est hic, & hora iam præterijt.* Matth. 14. ¶ Quinto dico, quod est vnum præterire miseri languentis & eiulantis. Qualiter autem hic prætereat omnem huius mundi fœlicitatem, qualiter experiatur & sustineat diuitum contumelias, crudelitatem, vide supra vbi Pauper. §. tertio dico, quod ista paupertas à malis valde crudeliter impugnatur, & in multis alijs titulis consimilibus. Hæc igitur de quadruplici præteritione sufficiant, &c.

F ¶ De præterito vero seu transacto nota, quod nos inuenimus præterita videnda, reddenda, dolenda.

Videnda sunt exempla & documenta sanctorum,
Reddenda sunt gratiæ & beneficia bonorum,
Dolenda sunt peccata & maleficia nostrorum operum & factorum.

De prudente enim viro dicitur Sap. 4. quod *ipse scit præterita & de futuris existimat:* de imprudente vero dicitur Eccl. 8. *Quod ipse ignorat præterita, & futura nulla potest scire nuntio, &c.* Vide in tit. Transire & similia.

A **Prætorium.** Nota, quod prætorium est habitaculū seu locus vbi prætor seu quilibet alius qui imperat, sedem aut curiam tenet, & vbi habitat atq; manet, siue in ciuitate fuerit aut in castris, sicut patet in euangelijs Mat. 27. Marc. 15. & Act. 23. vbi fit mentio de prætorio Herodis. Cum igitur in talibus prætorijs Christus fuerit crudeliter, & Paulus fallaciter accusatus & latro Barrabas liberatus, posset dici quod in curijs modernis multæ fiunt iniquitates, falsitates & crudelitates, quodque ibi innocentes premuntur, nocentes vero impij absoluuntur. Sed transeo gratia breuitatis.

**Præualere.** Nota, quod præualere idem est quod præ alijs valere sicut illud quod melius alijs iudicatur sicut ponitur 2. Esdr. 4. *Magna est veritas & præualet.* Et ibi *Præualet vinum omnibus hominibus.* Sed in isto significato vide supra vbi Bonum, & vbi Melius. ¶ Item præualere idem est quod vincere & superare, sicut cum dicitur in Psal. *Ne quando dicat inimicus meus, præualui aduersus eum.* Quandoque etiam accipitur pro non posse sicut dicitur 2. Par. 32. *Numquid præualuerunt dij gentium liberare nos de manu Nabuchodonosor?* &c. q. d. quod nullo modo. Quia igitur de Superare & Vincere, & etiam de Valere satis fiet, ideo breuiter pertransibo. Et nota quod A

Iustus præualet contra tentatorem,
Tentator præualet contra peccatorem,
Impius præualet contra iustorum morem.

Primo igitur dico, quod est vnum præualere iusti viatoris. *Ille* enim præualet in prælio tentationum contra spirituales *hostes*, scilicet, contra dæmonem, carnem & mundum. Habet enim potentiam specialium virtutum per quas solet in omnibus præualere, scilicet, humilitatem, qua mundum superat per pœnitentiam, castitatem per quam carnem macerat, rerum contemptum seu voluntariam paupertatem, qua mundum vulnerat, vt sic de tali dicatur illud 1. Reg. 17. *Præualuit Dauid aduersus Philistæum.* Et si vis pone cum quibus armis Dauid præualuit, scilicet, *cum quinque lapidibus, & cum funda &c.* Vide alibi in pluribus locis. Et pone si vis quomodo mustela cum ruta præualet contra basiliscum, & quomodo per prudentiam, & cautelam debilis quandoque præualet contra fortem. Vnde Dan. 11. *Ipse præualebit contra regem Aquilonis.* Istud est igitur præualere iusti viatoris seu fortis pugnatoris. ¶ Secundo dico, quod est præualere falsi tentatoris, scilicet, diaboli, qui scilicet non fortitudine sed cautela cum non possit vincere nisi valentem, præualet contra nos valde sæpe. Et pone si vis quomodo cautus hostis qui obsidet vrbem, diuersimode præualet contra eam quia scilicet, quandoque Præualet B

Famis coarctatione,
Ignis inflammatione,
Fallaci proditione,
Verbali deceptione.

Sic vere dico, quod diabolus quandoque contra nos præualet per mala quæ facit contra nos præualere, scilicet, per famis auaritiæ coarctationem 4. Reg. 25. *Præualuit fames in ciuitate.* Quandoque per ignis iracundiæ inflammationem Esa. 29. *Erit sicut fauilla pertransiens multitudo eorum qui præualuerunt aduersum te.* Quandoque per fallacis malitiæ machinationem, vt sibi dicatur illud quod dictum fuit diabolo 3. Re. 22. *Decipies, inquit, & præualebis, egredere & fac ita.* Quandoque etiam per mendacis fallaciæ promulgationem Psal. 64. *Verba iniquorum præualuerunt aduersum nos,* &c. Prosequere si vis. Et ideo breuiter nisi Deus nobis per gratiam velit succurrere, omnes sumus in periculo, quod contra nos vno vel alio modo posuit diabolus præualere. Dicamus ergo sibi illud 2. Reg. 10. *Si præualuerint aduersum me Syri, eris mihi in adiutorium.* Et breuiter ista est veritas, quod semper diabolus præualeret cōtra nos scilicet tentationes & tribulationes varias immittendo, nisi dominus nos adiuuare dignaretur, sicut bene dicitur Dan. 7. *Et ecce, inquit, cornu illud faciebat bellum aduersus sanctos & præualebat eis donec antiquus dierum venit.* Aduerte tamen quod diabolus non præualet nisi homo se sibi voluntarie subiuget. Vnde Tob. *Ostendam, inquit, tibi qui sūt quibus potest præualere dæmonium, hi namq; qui coniugium ita recipiunt, vt Deum à se & a sua mente excludant, & qui suæ libidini ita vacant sicut equus & mulus.* Est igitur præualere falsi tentatoris. ¶ Tertio dico, quod est præualere mali peccatoris. Peccatores enim vt communiter in hoc mundo præualent contra iustos. Vnde 2. Par. 13. *Viri vanissimi filij Belial præualuerunt aduersus Roboam filium Salomonis.* Vnde de mundi diuite peccatore nota, quod ipse præualet in hoc mundo, scil. C

Bonos crudeliter deijciens,
Suos fallaciter decipiens,
Sese inaniter proficiens.

Dico ergo, quod mali præualent in hoc mundo, dum istos grauant crudeliter Abac. 1. *propter hoc, inquit, lacerata est lex & non peruenit ad finem iudiciū, impius præualet aduersus iustum.* Item præualent dum suos fraudant fallaciter, sicut scilicet faciunt adulatores. Vnde Hie. 38. *Seduxerunt, & præualuerunt aduersum te viri pacifici tui demerserunt in cœno & lubrico pedes tuos & recesserunt à te.* Itē præualent dum sese leuant inaniter Ps. 131. *Sperant in multitudine diuitiarum*

*torum suorum, & præualuit in vanitate sua.* Hoc igitur de præualere dictum. Vide vbi Vincere & Superare.

## Præuaricari. Præuaricatio.

Nota, quod præuaricatio nihil aliud est, quam pacti fidelitatis, legis vel mādati transgressio & violatio. Et sic igitur dico, quod vt communiter in scriptura præuaricator dicitur, qui scil. pactum quod in baptismo & in sacris ordinib. Christo pepigit & promisit, & legem Dei ad quam tenendam se obligauit, peccando præuaricatur & prętermittit. Vnde Ios. 7. *Peccauit populus Israel, & præuaricatus est pactum meum.* Et illud Ps. 118. *Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ, quia mandata tua non custodierunt.* Et nota quod

Præuaricatio & transgressio A { Iustis vitatur, / Malis sectatur, / Deo damnatur, / Pœnis mulctatur.

Dicam ergo de præuaricatione, quod ipsam solent iusti horrere. Constat enim quod illa quæ sunt in natura contraria, sunt inuicē se odientia & fugientia. Patet de igne & aqua, quæ quia contrariæ sunt naturæ, ideo vnum aliud detestatur. Quia igitur iustus pacta Dei & proximi fideliter vult seruare obediens scilicet illi mandato Eccl. 7. *Noli præuaricari in amicum.* Et Mal. 2. *Pactum meum fuit cum eo vitæ & pacis.* Præuaricator autē ipsa solet faciliter violare Deut. 22. *Præuaricati estis contra me in medio filiorum Israel.* Ideo iustus & præuaricationem fugit, & præuaricatorem detestatur & odit Psalm. 118. *Vidi præuaricantes & tabescebam, quia eloquia tua non custodierunt.* Et alibi etiam Dauid dicit. *Non proponebam ante oculos meos rem iniustam, facientes præuaricationes odiui.* Exemplo scilicet illorum fratrum (2. Mac. 7.) qui *parati erant magis mori quam patrias Dei leges præuaricari.* Dico ergo, quod præuaricationem iusti habent horrere. ¶ Secondo dico, quod præuaricationem mali solent complere. Oleum enim quod pinguis & igneæ est naturæ, vas in quo concluditur, solet faciliter egredi, & penetrando exire, & potissime oleum de Baeuc, quod nascitur in quodam fonte iuxta mare de Baeuc, seu de saxo, quod nullo vase si ex toto clausum fuerit, teneri potest. Habet n. naturam propinquam ignib. 2. Plin. de Maltha & Naphta. Sic veredicam de peccatore. Claudi o. non vult intra ambitum cuiuscunq; legis diuinæ, nec etiam cuiuuis boni fœderis seu pacti, statim n. illud præuaricatur & transit, & per proditionem & infidelitatem illud violat, atq; frangit. Ideo de talibus conqueritur dominus Ose. 6. dicens. *Sicut Adam transgressi sunt pactum, ibi præuaricati sunt in me,* Et nota, quod mali multis modis

Præuaricantur leges Dei { Male credendo, / Carnem fouendo, / Suos prodendo, / Stulte regendo, / Vane legendo.

Præuaricatores enim sunt idololatræ Dei contemptores. Adulteri carnis dilectores Amicorum falsi proditores. Mali iudices & mali rectores. Mali clerici & mali doctores. Idololatræ enim præuaricantur contra Christum Regem. Adulteri in coniugij legem. Proditores in suorum gregem. Mali rectores in vulgus subiectum. Mali doctores in scripturæ intellectum. Igitur dicam, quod quidam præuaricantur male credendo, sicut sunt idololatræ & hæretici, qui pactum fidei Christo non seruant, sed alios Deos adorando seu aliam fidem tenendo violant Ezech. 1 *Patres eorum præuaricati sunt pactum meum.* Vnde de anima quæ relicto pacto diuino cum diabolo fornicatur, dicitur Hier. 3. *Non timuit præuaricatrix Iuda, sed abijt & fornicata est cum lapide & ligno.* Item quidam præuaricantur carnem fouendo scilicet luxuriosi & adulteri 2. Paral. 21. *Fornicari fecisti & præuaricari Iudam.* Vnde Hier. 9. *Derelinquam, inquit, populum meum & recedam ab eis, quia omnes adulteri sunt, & cœtus præuaricatorum.* Item quidam præuaricantur suos prodendo, sicut scilicet sunt proditores, qui contra legem amicitiæ & fidelitatis produnt dominos & amicos. Vnde de Iuda proditore dicitur Act. 1. *Præuaricatus est Iudas vt abiret in locum suum.* Item quidam præuaricantur impie regendo. Omnis enim rector communitatis tenetur ad fidelitatem subditis suis, quia scilicet iustitiam tenetur eis facere, & ipsos iuste & debite gubernare. Iste ergo præuaricator existit quando à iustitia, prece, pretio vel fauore desistit 1 Mac. 11. *Præuaricati sunt principes Demetrij.* Item quidam præuaricantur scripta legendo, sicut scilicet sunt mali clerici, qui legē Dei & sacram scripturam legunt & docent, ipsam tamen male viuendo violant & non tenent. Vnde Hier. 2. *Tenētes legem, inquit, nescierunt me & pastores præuaricati sunt in me & prophetæ prophetauerunt in Baal.* Et Esa. 43. dicitur. *Interpretes tui præuaricati sunt.* Vnde Apostolus reprehendit tales. Rom. 2. *Qui in lege gloriaris, per præuaricationem legis Deū inhonoras. Qui prædicas inquit, non furandum, furaris, qui dicis nō mœchandū, mœcharis.* Patet igitur, ꝙ per præuaricationē mali solent cōplere.

¶ Tertio dico, quod præuaricationis Deum solet tædere, seu quod præuaricatio Deo solet fœtere. Et istud certe satis patet in eo quod Deus huiusmodi peccatum districte prohibet in scriptura dicens, scilicet, Ezec. 18. *Proijcite à vobis omnes præuaricationes vestras in quibus præuaricati estis, & facite vobis cor nouum, & spiritum nouum.* Et Esa. 46. *Memētote inquit & confundimini, redite præuaricatores ad cor, recordamini prioris sæculi.* Deus enim est sicut Leo qui cum cauda facit circulum in terra, de quo animalia circuita exire non audent quousque ceperit & elegerit prædam suam. Et reuera circulus seu rotula leonis de tribu Iuda, quem præuaricari non licet, est suorum circulus mandatorum, quia scilicet, sicut dicitur Dan. 6. *Decretum Medorum atq; Persarum est, vt omne quod statuit rex præuaricari non liceat.* Istum enim non licet exire, sed ibi necesse est inuiolabiliter remanere. Patet ergo, quod præuaricatio Deo solet fœtere. ¶ Quarto dico, quod præuaricatores pœnam solent habere, scilicet, in inferno, sicut n. dicitur Heb. 2. *Omnis præuaricatio iustam accepit mercedis retributionem,* scilicet, in futuro Quia pro certo in vita præsenti præuaricatores seu peccatores non semper puniuntur, imo semper præ cæteris prosperantur, de quo scilicet, conqueritur Hieremias, Hierem. 12. dicens sic: *Quare, inquit, via impiorum prosperatur, bene est omnibus, qui præuaricantur & inique agunt? Plantasti eos, & radicem miserunt, proficiunt, & faciunt fructum.* Sed pro certo in futuro non sic, quia isti finaliter per mortem eradicabuntur. Diuitijs expoliabuntur. In inferno excruciabuntur, seu etiam combutentur, affligentur & cremabuntur De mortis eradicatione dicitur 2. Reg. 23. *Præuaricatores quasi spina euellentur,* de bonorum suorum spoliatione & vastatione dicitur Oseæ 7. *Vastabuntur, quia præuaricati sunt:* de finali vero punitione seu infernali concrematione dici potest illud Iosuæ 7. *Qui in hoc facinore fuerit deprehensus, comburetur igni quoniam præuaricatus est pactum Domini.* Hæc igitur de præuaricatione sufficiant. Vide infra in titul. Transgressio, &c.

## Præuenire.

Cum præuenire idem sit, quod præ alijs & ante alios venire, ipsos anticipare & præcedere, notabo, quod in scriptura multiplex præuentio seu anticipatio reperitur. Est enim

Præuentio { Infusionis diuinæ gratiæ, / Discretionis & diligentiæ, / Damnationis & pestilentiæ.

Et sic dico, quod est præuentio Dei, iusti & impij ¶ Primo ergo dico, quod est præuentio numinis influentis & ista est illa, qua, scilicet, Deus præuenit peccatorem per gratiam præuenientem, sine qua nunquam obtinet gratiam gratum facientem. Ad hoc enim quod flos & fructus procedat ex arbore, necesse est, quod præueniat virtus solis, quæ ante omnia humores digerat, & medullas ipsas ad flores habilitet & disponat. Sic vere omnino necesse est ad peccatoris conuersionem, quod sol, id est, gratia Dei præueniat antequam flos gratiæ gratum facientis, id est, fructus boni operis obsequentis accedat. Vnde Sap. 16. *Oportet præuenire solem ad benedictionem.* ¶ Et nota, quod Deus præuenit hominem quadrupliciter, scilicet,

Gratiam inspirando,
In malis adiuuando,
A malis coercendo,
In cœlis præmiando.

De gratiæ infusione dicitur in Ps. 58. *Fortitudinem meam ad te custodiam, quia Deus susceptor meus es, Deus meus, misericordia eius præueniet me.* Fortitudo enim in quæcunque nostra virtus & perfectio ad Deum custodienda est, id est, à Deo tribuenda, & hoc quia ipse Deus noster, benigniter nos suscipit, misericordia eius nos præuenit & præcedit. Deus tribulatione, adiutorio, & defensione dicitur in Ps. 17. *Præuenerunt me in die afflictionis meæ, & factus est dominus protector meus. Eripuit me, quoniam voluit me, dedit in opprobrium conculcantes me.* De malorum coerctione dicitur in Psal. 16. *Exurge Domine, præueni eum, & supplanta eum, eripe animam meam ab impio.* De cœlesti vero præmiatione & coronatione dicitur in Psal. 20. *Domine præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis, posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso.* Ista est igitur præuentio numinis influentis.

¶ Se-

C ¶ Secundo dico, quod est præuentio hominis diligentis seu sapientis. Ad sapientem enim spectat præuenire,

Aduersarium tentatorem,
Amicum amatorem,
Deum creatorem.

Suum dico aduersarium & tentatorem, scilicet diabolum & impium & peccatum. De leæna enim legitur, quod ipsa parit fœtus valde paruos & informes, mortuos, scilicet & cæcos, scilicet, ad quantitatem mustelæ. Si enim expectaret, quod essent magni & viui, tunc enim votaci appetitu corroderent cum vnguibus & dentibus matris intestina. Necesse est ergo, quod partum maturum præueniat, ne forte tunc non possit patere sed succumbat. Sic vere charissimi cum diabolus & peccata valde acutæ & periculosæ sint conditionis in tantum, quod quando in corde nostro per tentationem & malam aliquam complacentiam tanquam fœtus sunt concepti, valde periculosum est, quod ipsos crescere permittamus, ne forte propter nimiam moram, obstinationem & consuetudinem partus & emissio confessionis obsequi nequeant, sed sequatur potius mors æterna, hinc est quod antequam completi sint aut perfecti ipsos præuenire debemus, & dum adhuc sunt paruuli vel informes, scilicet, in primo cogitatu & delectatione primaria, ipsos per confessionem expellere, & antequam vires habeant nos de eis expedire. Exemplo etiam pigmæorum in Indi, qui cũ sint paruuli, scilicet, cubitales, cum gruibus pugnant, & in vere aggregato exercitu ad littora maris descendunt, & oua gruum destruunt atq; frangunt, ipsos hostes ne multiplicentur caute præueniendo, ne fortis tanti crescerent, non possent sufficere resistendo. Oua enim tentationes, cogitationes, & delectationes inimicorum prima molimenta & machinationes sunt, quæ pro certo nisi caute frangantur & destruantur, & nisi ipsi inimici debite & caute præueniantur, vix postmodum superantur. Figura, scilicet, ad hoc 1. Mach. 6. vbi de obsidentibus arcem Hierusalem quæ erat Regis Antiochi, scriptum fuit ipsi Regi. *Nisi*, inquit *praueneris eos velocius, maiora his facient, & nõ poteris obtinere eos.* Quia te vera quando arcem mentis nostræ seu etiam virtutes potentiæ nostræ inimici obsidẽt, necesse est quod in principio occurramus, vt præuentos facilius deuincamus. Et sic de aduersario potest dici illud 2. Mach. 14. *Cognouit fortiter se à viro præuentum.*

D Præueniamus igitur nostrum tentatorem. ¶ Item præuenire debemus nostrum proximum & amatorem. Proximos enim & socios, & maxime pauperes, debemus benefaciendo præuenire, & antequam petant aut indigeant, subuenire. Teste enim & Seneca. lib. 1. de beneficijs. *Nihil carius emitur, quam quod precibus comparatur.* Ideo bene docet Apostolus Rom. 12. dicens. *Charitatem*

E inquit, *fraternitatis diligētes, honore inuicem præuenientes.* ¶ Item præuenire debemus summum creatorem, scilicet, Deum. Vnde Ioan. 5. dicitur, quod *ille qui præueniebat alios ad piscinam, sanitatis remedium reportabat.* Sic vere si currendo ad piscinam misericordiæ domini alios præueniemus, ipsos pro certo reportando quod petimus præuenimos, & sanitatem à vitijs præ alijs & ante alios acquirimus. Deus enim & diligentiam diligit, & deotis & diligentibus præ alijs bene facit. Præueniamus igitur Deum

Bona prædicando,
Magna sperando,
Certa spectando,
Pia sectando,
Læta cantando, seu etiam,
Deum laudando,
Carnem domando.

Bona inquit prædicando Psalm. 87. *Mane oratio mea præueniet te.* Magna etiam sperando Psa. 118. *Præueni in maturitate & clamaui, quia in verbo tuo semper speraui.* Certa insuper spectando seu speculando Ps. 118. *Præuenerunt oculi mei ad te diluculo, vt meditarer eloquia tua.* Pia tuihilominus sectando, hoc est dictum, pietatem & eleemosynam faciendo. Vnde de Magdalena cum vnguento dicit Dominus Marc. 14. *Quid molesti estis huic mulieri, bonum opus operata est in me, præuenit enim vngere corpus meum.* Vnctura enim dulcedinem & lenitatem pietatis designat. Deum etiam laudando Ps. 67. *Præuenerunt Principes coniuncti psallentibus, &c. carnem insuper domando & macerando:* ibid. *Aethiopia præueniet manus eius Deo, Aethiopia enim feruens, sicca & nigra macerat ionem carnis designat.* Patet igi-

F tur, quod multiplex est præuentio hominis diligentis. ¶ Tertio dico, quod est præuentio criminis pestilentis. Mali enim & potissime superbi & ambitiosi semper volunt alios præuenire Psa. 17. *Præuenerunt me in die afflictionis meæ.* Etiam mala & peccata quandoque hominem præueniunt, ipsumq; occidunt, similia veneno, quod nisi cum theriaca antequam attingat carnem præueniatur, mors statim præuenit, nec vitatur Ps. *Præuenerunt me laqueos mortis.* Sic ergo patet, quod est præuentio viri pestilentis, iusti sapientis, & summi præsidentis, scilicet, Dei. Et hæc de præuenire sufficiant. Vide in tit. præoccupare, Præcedere, vel præire, & c. similia.

## Primus. Primo.

A Cum illud, quod est primum dicat mihi quoddam originale principium, & quandam prærogatiuam & præeminentiam respectu sequentium, possumus dicere, quod tam in bono quam in malo significato in scriptura potest multiplex prioritas inueniri. Est enim in bono significato

Prioritas { Maiestatis æternæ, Dignitatis externæ, Bonitatis moralis, Vanitatis mentalis.

Est enim Prioritas. { Æterna admirabilis, Superna & honorabilis, Interna & commendabilis, Externa & detestabilis.

Prima est prioritas diuinæ conditionis. Secunda est prioritas humanæ prælationis. Tertia est prioritas moralis perfectionis. Quarta est prioritas mentalis præsumptionis. Et sic secundum illa, Deus dicitur primus, prælatus dicitur primus, bona spiritualia & æternalia dicuntur prima, ambitio etiam & superbia dicuntur prima. Et sic dico breuiter, quod inuenitur, scilicet,

Prioritas { Admiranda, Honoranda, Affectanda, Detestanda.

¶ Dico ergo primo, quod est prioritas admiranda, & ista est illa, qua Deus dicitur primus, quia scilicet, prioritas Dei perfectior est & mirabilior & potentior vniuersis. Iste enim est primus tempore, natura & ordine. Primus dico tempore, quia scilicet, iste est & fuit ab æterno, antequam scilicet aliquid crearetur. Et de hoc Esa. 41. *Primus & nouissimus ego sum.* Primus etiam natura, quia scilicet iste est creator, qui naturaliter prior est creatura. Iste enim est pater, qui naturaliter prior est genitura. Iste est simplex, qui naturaliter prior est compositio. Iste est dispones qui naturaliter prior est dispositio. Et ideo de tali primitate dicitur Esa. 41. *Primus ad Sion dicet ecce adsum.* Primus insuper dicitur ordine, quia scilicet iste est sicut vnitas, quæ in ordine numerorum ponitur prima. Iste est sicut cœlum, quod in ordine corporum ponitur primum. Iste est sicut prælatus, qui in ordine subditorum dicitur primus. Et sic potest de Deo dici illud Iud. 10. *Qui primus cœperit dimicare, erit Dux belli.* Teste enim Salomone Eccl. 1. *Prior omnium creata est sapientia.* Et ideo de sapientia diuina dicitur Sap. 7. quod *luci comparata inuenitur prior.* Vbi aduerte, quod Deus dicitur primus tanquam doctor subtilissimus, ductor robustissimus, pręceptor subtilissimus. Probat doctoratum luminis claritas, quia luci comparatur. Probat ductorum numinis firmitas, quia innenitur. Probat præceptorum ominis dignitas, quia prior.

B ¶ Dico ergo, quod Deus primus est, quia doctor, qui scilicet primus inter discipulos reputatur, & in scholis primum occupat locum. Et hoc ostenditur cum comparatur luci, quia lux est prima forma inter formas corporales & *prima omnium dei esse creata*, sicut dicitur Genes. 1. Sicut enim nihil potest illuminari sine luce, sic nec aliquis potest perfecte in fide & moribus instrui, nisi prius veneris ad ipsum ille qui est *lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Ioan. 1. Vnde de prioritate diuinæ sapientiæ dicitur Pro. 3. quod *prima & pretiosior est cunctis opibus.* ¶ Item Deus potest dici primus,

C quia ductor. Inuenitur inquit. Sicut enim Dux est primus in exercitu & dignitate, sic primus est in debet esse in virtute & strenuitate. Quia scilicet primus debet contra aduersarios currere, & pro defendendis alijs primus se debet hostibus opponere, & primus aduersarijs obuiare. Sic Deus sicut Dux strenuus, & fortis alios primus duxit, primus contra diabolum se opposuit, primus ad Paradisum ducatum præbuit, primus ad auxiliandum inuenitur, primus si deuote inuocatus fuerit, ad succurrendum homi-

homini præsentatur. Et hoc ostenditur cum dicitur. Inuenitur. Quia scilicet dux exercitus & ad resistendum & ad adiuuandum debet prior alijs inueniri. Ipse enim est fundamentum exercitus, & ideo quamuis contingat ædificium exercitus cadere & dissolui, iste tamen tanquam solidum firmamentum debet immobilis inueniri Apoc. 21. *Fundamentum primum iaspis.* Vide supra de inuenire.
D ¶ Item Deus debet dici primus, quia præest, quia scilic. sicut prætor, iudex vel prælatus est alijs, prior in gradu, debet etiam esse alijs prior in omni bono actu, sic Deus. Quod etiam ostenditur in verbo Prior, quia pro certo iste est *prior in donu, maior in imperio*, sicut de Ruben dicitur Gen. 49. Et ideo sicut videmus, quod subditi solent ad primos & principales ciuitatis in necessitate recurrere, & ab eis auxilium implorare, so aliis etiam quæ ordinate procedunt, semper secunda sequuntur prima sicut patet de gruibus quando volant, de apib. quando locum mutant, de elephantibus, quando ambulant & de ceruis, quando fluuium transnatant (in istis enim omnibus illi, qui sunt primi in dignitate, scilicet duces in gruibus reges in apibus, antiquiores in elephantibus, fortiores in ceruis, solent primi incedere, & alij solent eos sequi, & post eos ambulare, iuxta illud Ezech. 10. *Vbicunque declinabant quæ prima erant, sequebantur. &c.*) Sic vere charissimi, nos qui in Ecclesia sumus vltimi & secundi, debemus ad Deum & ad sanctos qui sunt primi & principales, recurrere & refugere, eorum vestigia sequi & imitari, & ad eorum auxilium per orationis suffragium peruenire. Vnde Ose. 2. *Reuertar ad virum meum priorem.* Iste enim est prior in conuentu Ecclesiæ, iuxta illud Ioa. 1. *Ante me factus est, qui prior me erat.* Istud tamen est contra multos, qui pro certo nõ sequuntur primum, sed vltimum, non Deum, sed mundũ, non bonum, sed malum, non æterna, sed externa, non superiora, sed inferiora Heb. 10. *Aufert primum vt sequens statuat.* Isti potissime sunt mali religiosi, qui Christum primum Regẽ & dominum suum quem profitendo sibi desponsant, postmodum derelinquunt, & ad amorem temporalium se cõuertunt. Similes apibus, quæ dicuntur quandoque Regem suum primum dimittere, & Regi alteri adhærere, figurati in Iacob, de quo dicitur Genes. 29. quod *cum esset desponsatus Lya, tandem desponsauit sibi Rachelem.* Et sicut dicitur ibidem, *Amorem sequentis priori prætulit.* Quia vere quod dolendum est, isti Deum, qui primus est, cui se deuouerunt per indeuotionem deserunt, & alteri Regi, scilicet, mundo vel diabolo se coniungunt, & Lyæ fœcundæ, id est, religioni vel Ecclesiæ quã primo desponsauerunt, Rachaelem pulchram, i. e. mundi prosperitatem præferunt & præponunt Apoc. 2. *Habeo aduersum te pauca, quia charitatem tuam primam reliquisti*, id est, Deum, quia Deus charitas est &c. Non sic charissimi, sed diligamus & quæramus prima & superiora, non infima & inferiora iuxta verbum Augustini, dicentis libro de vera religione. *Non summa quæramus in infimis, ne cum in nouissimis prima quærimus, à primis inter nouissima numeremur.* Et sic patet quomodo Deus dicitur primus, & quomodo ipse primo & ante omnia est diligendus, exemplo apum, quæ primo & ante omnia ædificant domum Regi. Et hoc est primum principale. Ista est ergo prioritas admiranda.

E ¶ Secundo dico, quod est quædam prioritas honoranda, & ista est illa, quæ prælatus vel vir iustus dicitur primus. Sicut enim in omni genere rerum est vnum primum, à quo alia dependent sicut est cor inter membra, sol inter stellas, aquila inter aues, Leo inter bestias, sic procul dubio inter homines necessarium est dare, quod sint aliqui primi, qui alijs præsideant, atque regant. Et isti pro certo debent esse sicut cor vitam gratiæ alijs infundendo sicut sol, lumen doctrinæ alijs communicando, sicut aquilæ, cœlestia contemplando & speculando, sicut Leo, audacter malos inuadendo, & bonos viriliter defendendo. Et sic de quolibet tali poterit dici illud Ezechielis primo. *Animal primum simile Leoni.* Vbi ostenditur, quod sicut ille, qui vadit primus debet esse

Agilior ad præcurrendum,
Sagacior ad præcauendum,
Potentior ad defendendum.

Sic vere prælatus vel vir iustus debet agiliter præcurrere bona faciendo. Animal. Sagaciter præcedere, mala præcauendo. Primum. Viriliter defendere, hostes repellendo, quia scilicet iste debet esse similis leoni. Et sic breuiter possumus dicere, quod ille qui est primus, debet esse melior, quia animal, id est, res animata. Doctior, quia primum: Fortior, quia similis leoni. ¶ Dicamus ergo quod ille qui est inter cæteros primus & in gradu & in statu, debet esse melior per promptitudinem bene operandi, quod ostenditur cum dicitur animal. Animal enim & arbor differunt, quia quamuis vtrumque viuat, animal tamen motum habet voluntarium, quia non est affixum terræ sicut arbor, quæ terræ immobiliter adhæret, imo de sui natura potest se voluntarie mouere, currere pariter atque stare & quod plus est, audire & videre, odorare, gustare, tangere & sentire. Sic procul dubio prælatus vel vir perfectus & peccator valde inter se differunt, peccator enim est sicut arbor, quæ ad modum trunci, terræ, id est, bonis terrenis per auaritiam adhæret. Non enim se mouet voluntarie, quia scilicet tales non habent liberam voluntatem, sed potius radicatam & infixam terræ, id est, bonis temporalibus agitatam Rom. 8. *Vanitati subiecta est creatura non volens.* Vir vero iustus est sicut animal, quia scilicet iste debet libere, & voluntarie per bonam operationem se mouere Ps. *Voluntarie sacrificabo tibi*, per obedientiam audire, per discretionem videre, per deuotionem gustare, per contemplationem odorare, per compassionem sentire. Et sic figurabitur in illis animalibus Ezech. 1. & 10. *Quæ erant plena oculis ante & retro*, ecce discretio. *Quæ non reuertebantur cum ambularent.* Ecce boni propositi inuariabilis perfectio. *Habebant pennas extentas desuper.* Ecce contemplatio & deuotio. *Habebant pedes rectos.* Ecce cursus boni operis executio, *Et ad quem locum ambulabat primum animal, sequebantur alia.* Ecce veræ obedientiæ subiectio. Et sic ergo patet quod ille qui est primus, debet habere promptitudinem bene operandi, quia scilicet debet esse animal, id est, res animata, mobilis atque leuis, de quo 1. Cor. 11. *Primus quod animale est* Quando enim plures simul currunt, ille qui est primus, debet alijs citius currere, quia alias posset alios sequentes in suis cursibus impedire. Sic vere charissimi cum omnes curramus per bona opera, & per spem & desiderium ad propositum nobis certamen in stadio vitæ huius (sicut dicitur 1. Cor. 9. *Omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium*) ideo ille qui est primus inter nos, scilicet, ille qui professione vel prælatione est prior, debet citius & velocius per bona opera currere, & viam alijs sequentibus per bona exempla ministrare, quia alias posset alijs scandalum generare, & ruinæ materiam ministrare, & de hoc dicitur Ioa. 20. *Currebant duo simul, & ille alius discipulus præcurrit citius Petro & venit prior ad monumentũ.* Quia breuiter isti dicunt alijs præcurrere primi ad bona opera manum ponere, primi onera pœnitentiæ subire, primi ad monumentum vbi positum fuerat corpus IESV, id est, ad Paradisum per bona opera currere & venire 2. Reg. 18. *Contemplor cursum prioris velut cursum Achimaas filij Sadoch.* Patet igitur, quod isti primi scilicet prælati & viri perfecti debent esse meliores & agiliores per promptitudinem bene operandi Nu. 10. *Mouerunt castra primi filij Iuda.* ¶ Item debent esse doctiores & prudentiores per rectitudinem bene gubernandi, & istud notatur in verbo Primum, quia ad literam ille qui vadit primus & qui alijs ducatum præbet, debet habere, scilicet, visum clariorem, motum maturiorem & sensum prudentiorem. Et hoc innuit saluator, qui dicit Matth. 15. quod *si cæcus cæco ducatum præbeat, ambo in foueam cadunt.* Quia igitur isti qui in Ecclesia sunt priores, aliorum sunt doctores, rectores & præcursores, necesse est, quod per discretionem & prudentiam clare videant, vt tute alios dirigant atque regant, quia sicut dicit Gilibertus, *Ridiculosa res est aut magis periculosa speculator cæcus, doctor inscius, præcursor claudus, prælatus negligens, præco mutus.* Corpora enim quæ sunt in natura priora, sunt cæteris clariora quod patet in elementis, quia ignis, qui est primum elementum cæteris est purius, clarius & limpidius. Patet etiam in membris, quia scilicet, oculi qui primi in primo membro, scilicet, in capite sunt locati; sunt membris cæteris clariores. Ad denotandum, quod isti qui in naturæ ordine & in Ecclesiæ corpore sunt priores, debent esse per prudentiam clariores, & per innocentiam puriores, & ad regendum alios doctiores. Exemplo elephantum inter quos ille qui est antiquior, dicitur incedere prior. Figurati Genes. 43. vbi *in mensa Ioseph fratres sui sederunt priores secundum quod erant in ætate prouectiores.* Ad denotandum, quod antiqui, id est, viri sapientes & maturi debent in mensa & in grege Ecclesiæ primi esse, vt sciant se & alios gubernare. Vnde de quolibet tali dicatur illud Lucæ 9. *Propheta vnus de prioribus surrexit.* Et nota, quod ad istum primum, scilicet, ad doctum prædicatorem, clericum vel prælatum, pertinet, scilicet, F

Sanctissime conuersari,
Humillime dominari,

Beni-

*Primum homo de terra terrenum.* Item quod sint paruæ grauatores, patet Apoc. 16. vbi dicitur quod *primus angelus effudit phialam in terram, & factum est vulnus sæuum & pessimũ.* Et sic igitur patet quod quadruplex inuenitur prioritas scilicet, detestanda, affectanda, honoranda & admiranda, &c. Sufficit.

**Primum** Cum primum sit aduerbium temporis videtur quod in bono significato possit accipi & in malo. Breuiter igitur dico quod primum & ante omnia ista sunt facienda, quæ sequuntur iuxta illud Luc. 21. *Oportet primum hæc fieri, sed nondum statim finis*, videlicet, quia

Primum {
A criminibus sumus purgandi,
In virtutibus sumus plantandi,
In cœlestibus sumus locandi,
Tempestatibus sumus pulsandi,
Pijs actibus sumus dotandi,
Sanis moribus sumus probandi,
Pacis legibus sumus arctandi,
Verbis pluribus sumus firmandi.
}

Dico ergo quod si volumus esse amici Dei, primum sumus purgandi à sceleribus, & sic dicitur Mat. 7. *Eijce primum trabem de oculo,* & Mat. 13. *Colligite primum zizania, &c.* Item primum sumus plantandi in virtutibus. Vnde de bona arbore dicitur Iob 14. quod *ad odorem aquæ germinabit, & faciet comam quasi cum primum plãtatum est.* Item primum sumus locandi in cœlestibus per desiderium & affectum. Vnde Luc. 12. & Matth. 6. *Primum quærite regnum Dei.* Item primum sumus pulsandi tempestatibus seu duris ictibus scilicet tribulationum. Vnde etiam de Christo fuit dictum Lucæ 17. quod *primum oportet illum pati multa & reprobari.* Item primum sumus dotandi pijs actibus, id est, operibus pietatis. Isti enim primum sunt & ante omnia procurandi. Vnde Helias dicebat mulieri Sareptanæ 3. Reg. 17. *Fac mihi primum subcinericium panem, tibi autem & filio tuo facies postea.* Et ille etiam dicebat Luc. 9. *Permitte me primum ire & sepelire patrem meum.* Date enim panem & sepelire mortuum sunt opera pietatis. Item primum sumus probandi sanis moribus, scilic. antequam promoueamur ad magna. Vnde 1. Tim. 3. dicitur. *Probentur primum & sic ministrent.* Item primum sumus dotandi seu etiam arctandi pacis legibus, quia scilicet ante omnia nos debemus quærere & procurare charitatem & pacem. Luc. 10. *In quamcunq; domum intraueritis, primum dicite pax huic domui, & si ibi fuerit filius pacis, requiescet pax vestra super eum.* & Deu. 20. dicitur sic. *Si quando accesseris ad expugnandum ciuitatem, offeres primum ei pacem.* Item primum sumus firmandi verbis pluribus scilicet per bonam prædicationem & doctrinam. Vnde Act. 13. *Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, &c.* Ista possent dilatari, & multa alia addi, sed transeo. Vide vbi Primus & Prior & Ante, &c.

A **Primitiæ. Primitiua.** Nota quod primitiua & primitiæ erant certa portio fructuum & ciborũ, quę in lege præcipiebantur poni ad partem & in vsus sacerdotum & pauperum separari, Dicitur n. Nume. 5. quod *omnes primitiæ ad sacerdotem pertinent*, & Deut. 18. *Dabunt sacerdoti primitias frumenti, vini & olei.* De hostijs quæ immolabãtur, dexter armus & primitiæ sacerdotibus debebantur, Leu. 7. *Armus quoque dexter cedet in primitias.* & Neem. 10. dicitur. *Primitias ciborum, &c.* Igitur accedamus ad mores, & dicamus quod per primitias quæ de præcipua parte fructuum sacrificiorum dabantur, possunt intelligi, scilicet

Primitiæ {
Cogitationes;
Delectationes,
Operationes.
}

Quia scilicet quicquid primo facimus & habemus, quicquid boni sapimus & valemus, quicquid sancti dicimus aut studemus, totum tenemur Deo offerre omnia sibi attribuendo, & sacerdotes eius, hoc est dictum, ipsius Angelos easdem spiritualiter nutriendo & delectando. Nota ergo quod est date

Primitias {
Corporales,
Temporales,
Spirituales.
}

Primitiæ corporales sunt primitiæ vitæ & iuuentutis, quæ scilicet Deo debent offerri in quantum ab ipsa iuuenili ætate Dei debemus officio mancipari. Figurati in innocentibus qui antequam mundi malitia inquinarentur. Deo fuerunt per martyrium dedicati. Vnde Apoc. 14. *Hi empti sunt de terra primitiæ Deo & agno, hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati &c.* In quibus verbis certe notatur, quod illi qui se in religione diuino seruitio volunt dedicare, debent pro certo à iuuenili ætate se domino primitias consecrare, & antequam carnis & mundi fœdentur vitijs, se Dei vsibus mancipare. Exod. 13. *Quicquid primitiuum est, consecrabis Domino.* ¶ Primitiæ temporales sunt primitiæ rerum & facultates, quia reuera de fructibus & prouentibus nostris nos debemus portionem debitam separare, & Deo in ecclesiam partem offerre, partem vero pauperibus erogare. Deut. 12. *Primitias non tardes offerre*, & Prouerb. 3. *Honora Dominum de tua substantia, & de primitijs frugum tuarum da pauperibus, & implebuntur horrea tua saturitate, & vino torcularia redundabunt, &c.* Quia pro certo illi qui decimas & primitias fideliter & integre soluunt, bonis terrenis amplius exuberant & affluunt. Illi vero qui huiusmodi primitias & debita non soluunt sed subtrahunt, vt cõmuniter pauperes & sine sufficientia viuunt. Ad quod, scilicet facit illud 2. Par. 31. *Ex quo cœperunt offerri primitiæ, comedimus, saturati sumus, & remisimus plurima, eo quod benedixerit dominus populo suo.* Hæ sunt ergo primitiæ temporales, &c. B

¶ Primitiæ spirituales sunt primitiæ cordis & voluntatis, & istæ pro certo sunt interiores cogitatus & affectiones, & etiam mores, operationes, nosq; toti & nostræ conditiones, quæ scilicet omnia debemus Deo offerre, & nos sibi tanquam speciales primitias immolare 2. Thes. 2. *Elegit vos Deus primitias in salutem,* & Rom. 8. *Nosipsi primitias spiritus habentes, intra nos gemimus, adoptionem filiorum Dei expectantes.* Sed reuera hodie quam plurimum potest dici illud Dan. 3. *Non est*, inquit, *in tempore hoc princeps & propheta & dux, neque holocaustum neque sacrificium, neq; incensum, neq; locus primitiarum coram te.* Quia reuera hodie deficiunt primitiæ bonæ affectionis, & incensum orationis, sacrificium spiritus contribulati & contritionis, holocaustum totum combustum feruentis dilectionis, dux & princeps iustitiæ & discretionis, & propheta sapientiæ & contemplationis. Quia reuera id videtur posse dici de multis, quod de Esau dicitur Hebr. 12. sc. quod *propter vnam escam ipse vendidit primitiua sua.* Quia scilicet propter escam bonorum terrenorum multi vendunt primitiua virtutum & meritorum, & perdunt ipsi primitiarum, id est cœlestium præmiorum, ita vt talibus possit dici illud Mala. 3. *In primitijs & penuria vos maledicti estis.* Non sic boni & iusti, quia reuera ipsi offerunt Deo primitias bonorum operum & virtutum, & etiam loco primitiarũ ipsi offerunt semetipsos. Vnde 1. Cor. 15. *Primitiæ Christus, deinde hi qui sunt Christi.* Vt sic ipsi finaliter possint esse de illis de quibus dicitur Hebræor. 12. *Accessistis*, inquit, *ad Sion, montem & ciuitatem Dei viuentis, Hierusalem, ecclesiam cœlestium primitiuorum qui scripti sunt in cœlis.* Sic igitur patet quomodo offerri debent Deo primitiæ, scilicet spirituales, temporales, & corporales, &c.

**Primogenitus,** Nota quod primogenitus in scriptura sumitur tribus modis. A

Est enim primogenitus {
Gloriosus,
Virtuosus,
Vitiosus.
}

Primus est Dei filius primogenitus æternaliter,
Secundus est homo sobrius primogenitus virtualiter,
Tertius est diues impius primogenitus temporaliter.
Primus est primogenitus in trinitate,
Secundus est primogenitus in bonitate,
Tertius est primogenitus in prauitate.

¶ Primo igitur dico quod est quædam primogenitura superior & æternalis, & ista est illa qua Dei filius dicitur primogenitus Dei patris, quantum ad diuinitatem, & primogenitus Virginis Matris quantum ad humanitatem. Et aduerte quod primum potest dici duobus modis, quia quandoque primum dicitur illud ante quod nihil præcedit. Et sic iste dicitur primogenitus & à parte patris, & à parte matris. A parte dico patris quia pater nullum habuit filium nisi istum, quia sicut dicitur Esa. 43. *Ante me non est formatus Deus, & post me non erit*, & in Psalm. 88. *Et ego primogenitum ponam illum, excelsum præ regibus terræ.* A parte etiam matris, quia scilicet istum nullus præcesserat, & ideo primogenitus potest dici. Vnde de virgine dicitur Matthæi 1. quod *peperit filium suum primogenitum, & vocauit nomen eius Iesum.* A parte etiam ecclesiæ dicitur primogenitus omnium filiorum Dei spiritualium. Et ideo iste vocat *Apostolos fratres suos*, quia sicut dicitur Romanor. 8. *Ipse est primogenitus in multis fratribus.* Notandum ergo quod iste primogenitus est Venerandus, Admirandus, Deplorandus, Honorãdus. Venerãdus dico propter nobilitatẽ B

æternæ generationis. De qua generatione dicitur Eccles. 24. & loquitur ipse Dei filius, qui est sapientia patris, dicens. *Ego ex ore altissimi prodij primogenita ante omnem creaturā.* Admirandus propter nouitatem humanæ incarnationis. Et de hoc dicitur Heb. 1. *Introduxit primogenitum in orbem terrarum.* Deplorandus propter acerbitatē mortalis tribulationis. Et de hoc dicitur Zach. 12. *Dolebunt super eum vt dolere solet in morte primogeniti.* Iste est enim primogenitus frater noster, quem pater voluit mortem subire pro peccatis aliorum primogenitum. Figuratus in rege Moab, qui *filium suum vnigenitum, obtulit holocaustum super murum*, sicut dicitur 4. Reg. 2. Honorandus propter auctoritatem supernæ dominationis, quia scilicet iste est primogenitus frater noster, qui hæreditatem paradisi possidet pleno iure, de quo Apoc. 1. *Primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ.* Ista est ergo pri-
C mogenitura superior & æternalis. ¶ Secundo dico quod est primogenitura interior & virtualis. Et sic quilibet vir iustus dicitur primogenitus, quia vt communiter primogenitus diligitur plus à patre, vltimo vero genitus diligitur plus à matre. Sic vere pater noster Deus plus diligit primogenitos, i.e. iustos & bonos, mater vero, scilicet caro vel mundus, plus diligit vltimogenitos, idest, malos. Et ideo Deus de bonis & iustis filijs suis primogenitis potest dicere illud Genes. 49. *Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea.* Et aduerte quod illi qui sunt Deo primogeniti, scilicet viri iusti seu etiam prælati, debent esse

Prudentiæ splendore dotati,
Potentiæ honore ditati,
Constantiæ vigore firmati.

Isti enim debent habere scilicet splendoris limpitudinem, quia debent esse Ruben, qui interpretatur videns per medium Honoris celsitudinem, quia dicuntur primogenitus, Vigoris firmitudinem, quia dicuntur fortitudo mea. Primogenitus n. debet esse prudentior, nobilior, audacior. Sic isti debent esse in sensu prudentiores, quia Ruben. In motibus nobiliores, quia
D primogeniti. In viribus potentiores, quia fortitudo. ¶ Dicamus ergo quod viri iusti seu prælati debent esse in sensibus prudentiores, quia scilicet debent esse Ruben, id est, videns per medium, quia scil. isti debent videre per medium cuiuslibet rei vel negotij, per subtilem meditationem, vel per medium, i.e. per ipsum cor nostrum quod est in medio, per ipsius considerationem & examinationem, similes lyncei, quæ visu medium parietem solet videre. Primogenitus enim de sui natura debet esse prudentior, quia & magis antiquus, & quia crucis amplioribus oneratus. Sicut enim dicitur Iob 12. *In antiquis est sapientia.* Et teste Sapiente Prouerb. 9. *Da sapienti occasionem, & addetur ei sapientia.* Et ideo ad istos primogenitos pertinet quod sint sapientiores, vt scilicet hæreditatem ecclesiæ possint melius regere, & domum domini gubernare & æterna & quæcunq; ad salutem pertinent, subtilius discernere & videre. Ruben inquit, id est, videns per medium. Deut. 33. *Viuat Ruben, & non moriatur.* Vnde tali primogenito dicatur illud Exod. 4. *Primogenitus meus Israel.* Israel interpretatur videns Deum. Patet ergo quod isti debent esse in sensu discretionis. Ruben inquit.

E ¶ Deinde dico quod isti debent esse in moribus nobiliores, quod etiam notatur in verbo primogenitus. Primogenitus n. reputatur magis nobilis alijs, & merito, quia magis est immediate propinquus paternæ nobilitati, succedit etiam in nobilioribus feudis in aliquibus terris. Sic isti in moribus debent esse nobiliores, cum secundum rei veritatem Deo patri sint & gradu & statu propinquiores, & ipsius in nobilioribus feudis, i. in bonis ecclesiasticis & in diuinis scripturis, & finaliter in perpetuis bonis & donis sint specialissimi successores. Vt sic quilibet talis possit dicere Deo illud, quod Iacob volens reportare benedictionem dixit Isaac patri suo Genes. 27. *Ego sum primogenitus tuus Esau.* Aduerte tamen hic quod (sicut dicitur Genes. 25.) Esau qui erat primogenitus Isaac, & qui per consequens sibi principaliter debebat succedere, & terram promissionis iure hæreditario possidere, ius primogenituræ suæ amisit, & frater secundogenitus, primogenitus est putatus, ipse vero de hæreditate terræ promissionis nil penitus reportauit. Sic vere cū Deus habeat duo genera filiorum, scil. primogenitos & secundogenitos, hoc est dictū, ecclesiasticos & seculares, ita quod isti primogeniti deberent sibi in hæreditate terræ promissionis, id est, in bonis æternæ gloriæ principaliter succedere, sic tamē fit hodie quod tales primogeniti ita se regunt, quod ius primogenituræ suæ secundogenitis, id est, simplicibus secularibus dimittunt, ipsi vero primogenita sua vendunt totaliter atque perdunt. Et sic fit quod illi quod illi qui erant in iure successionis posteriores, sunt hodie primogeniti & priores. Isti vero qui principaliter succedere debuerūt, ius succedendi propter eorū demerita amiserunt, & sic fiunt primi nouissimi, & nouissimi primi. Iuxta illud Aug. dicentis quod *simplices & idiotæ rapiunt cælos & nos cum literis nostris mergimur in profundum.* Quia sicut dicitur ad Heb. 12. *Esau propter vnam escam vendidit primogenita sua.* Nō sic charissimi, sed simus veri primogeniti, sic scilicet quod simus in moribus nobiliores.

¶ Deniq; dico quod illi qui volunt esse veri Dei primoge- F
niti, debent esse in viribus constantiores, quod ostenditur cum dicitur, *Tu fortitudo mea.* Sicut enim primogenitus quis in hæreditate habet succedere, debet esse fortis & strenuus vt *sitis* hæreditatis melius valeat defensare, sic viri ecclesiastici & prælati debent esse constantes & fortes, vt ad defensionem hæreditatis ecclesiæ sint potentes. Iuxta illud Lucæ 11. & Matt. 12. *Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia quæ possidet.* V & de quolibet tali dicatur illud Deuteron. 33. *Quasi primogeniti tauri pulchritudo eius & quasi cornua rhinocerotis cornua illius.* Compara si vis constantiam prælatorum ecclesiasticorum & fortitudinem fortium audaciæ rhinocerotis, &c. Sed pro certo de multis videtur hodie impletum illud Exod. 13. *Primogenitum asini mutabis oue.* Quia vere multi qui debent esse sicut primogeniti asinorum, hoc est dictum, fortes, constantes & laboriosi, ipsi tamē mutantur in oues, quia sunt fragiles, debiles & defectuosi. Et sic potest dici illud Psal. 135. quod *diabolus percussit primogenita Aegypti.* Percussit dico, i. mutauit, ab homine vsq; ad pecus, id est, de hominibus fecit pecudes, de fortibus fecit debiles, de audacibus fecit imbecilles, & de asinis fecit oues. Non sic igitur charissimi, sed simus veri primogeniti Dei, scilicet

Constantiores in viribus,
Nobiliores in moribus,
Prudentiores in sensibus.

¶ Et sic erimus de illis primogenitis quos Deus sibi specialiter dedicauit, & quos Deus ad suum sacrificium consecrauit & ordinauit, dicens Num. 3. *Meum est omne primogenitum.* Et sic patet quod est quædam primogenitura interior & virtualis. Et hoc est secundum principale.

¶ Tertio principaliter dico quod est quædam primogenitura G
exterior & tēporalis. Et sic dico quod diabolus dicitur primogenitus. Istum enim Deus primo genuit & creauit, quia sicut dicitur Iob 40. *Ipse est principium viarum Dei.* Iste est enim ille frater noster primogenitus, de quo dicitur Iob 1. quod *dum filij Iob comederent & biberent in domo fratris sui primogeniti, irruit ventus validus à regione deserti, qui domum subuertit, & filios Iob occidit.* In quo notatur quod illi qui in domo diaboli, hoc est dictum, in mundi delitijs & conuiuijs, prosperitatibus & consolationibus satiantur, dum non aduertunt, ventus mortis irruit super eos, & ipsos temporaliter & spiritualiter & etiam æternaliter & destruit & occidit. Iste est Aman primogenitus regis Dauid, qui fuit nequissimus, qui Thamar sororem suam, id est, animam per peccatum corrupit, quapropter ab Absalone, id est, à Christo fuit postmodum occisus, sicut dicitur 2. Reg. 13. Item quilibet diues peccator potest dici primogenitus, quia scilicet sicut caniculæ porca primogenitis porrigunt primas mammillas, ipsosq; ad bile primos reportant, ipsisque vberiorem lactis abundantiam administrant, sic mundus primogenitis suis, scilicet diuitibus & potentibus solet pinguiora beneficia porrigere, & lactis abundanæ prosperitatis vberiorem abundantiam distillare. Ge. 4. *Hic est primogenitus, pone dexteram tuā super eum.* Dextera enim mundi prosperitatem designat. Sed sicut dicitur Gen. 38. *Fuit primogenitus Iuda nequam coram domino, & percussit eum super demerita sua.* Sic quia tales primogeniti super cæteris vt communiter sunt nequiores, ideo à Deo percutiuntur, & inferni miserijs condemnantur. Figurati in *primogenitis Aegyptiorum*, *quos vna nocte Deus legitur percussisse, & per malos Angelos occidisse.* Exod. 12. Vnde in Psal. 104. *Percussit omne primogenitum in terra Aegypti, primitias omnis laboris eorum in tabernaculis Cham.* Et sic igitur patet quomodo triplex est primogenitura, videlicet Mala & vitiosa. Bona & virtuosa. Summa & gloriosa, &c. Vide supra de Primo.

## Princeps.

A Nota quod princeps dicitur quasi primū caput, vel princeps dicitur quasi primo incipiēs, vel princeps dicitur quasi primo capiens. Et sic dico quod generaliter princeps significat illos, qui in altis dignitatibus sunt

constituti, & qui alijs dominantur & principantur. Isti enim sunt aliorum prima & principalia capita per iurisdictionem. Et nota quod principes primo debēt incipere opera bona, per boni exempli exhibitionem. Primo debent capere & apprehendere cœli monera per cœlestis gloriæ acquisitionem. Et de hoc 1. Par. 11. *Qui percusserit Iebusæum, primus erit princeps & dux.* ¶ Notemus ergo quod in scriptura fit mentio de principibus bonis & malis, de principatibus eorundem. Inuenitur enim

Principatus { Insuperabilis, Innumerabilis, Recommendabilis, Reprehensibilis, Formidabilis.

Primus est principatus domini dominorum,
Secundus est principatus cohortis Angelorum,
Tertius est principatus bonorum prælatorum,
Quartus est principatus malorum tyrannorum,
Quintus est principatus dæmoniorum malignorum.

B ¶ Primo ergo dico quod est principatus insuperabilis, & iste est principatus Christi, qui *princeps dicitur regum terræ* Apo. 1. Istum enim sicut dicitur in Psalm. 104. *Constituit Deus pater dominum domus suæ, & principem omnis possessionis suæ,* Iste enim in exercitu ecclesiæ contra diabolum dimicauit princeps & dux. Primus enim contra diabolum dimicauit, primus ipsum cepit & superauit, primus pro Ecclesia se morti opposuit, & primus ipsam de mortis periculo liberauit, & primus pacem Ecclesiæ reformauit, & ideo de ipso dicitur Esa. 9. *Factus est principatus super humerum eius, & vocabitur nomen eius, admirabilis, consiliarius, Deus fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis.* Iste autem est ille princeps qui dicitur sedisse in porta clausa, id est, in vtero virginali, de qua Eze. 44. *Hæc porta erit clausa principi, princeps ipse sedebit in ea.* Iste est igitur principatus insuperabilis.

C ¶ Secundo dico quod est principatus innumerabilis, & iste est principatus angelicus, quia scilic. angeli dicuntur principes. Sicut enim Rex habet principes suos per quos solet regnum regere, per quos solet hostes lædere, per quos solet iura reddere, & per quos solet iustitiam facere. Sic Deus in regno vniuersi habet suos principes qui immediate ei subsunt, angelos, qui sunt sicut lictores circa regem, parati ad sua beneplacita exequenda. Et ideo per istos mundus regitur, Dei iudicia exequuntur, hostes, sci. dæmones, ne plus debito noceant reprimuntur, mali puniuntur, boni promouentur, & casus fortunæ siue aduersi siue prosperi per eos perficiuntur & complentur. Et de istis dicitur in Psalm. 5. *Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham.* Et bene dicit populorum, quia sicut reges habent diuersos principes qui distinctis populis in regionibus principantur, sic in diuersis regnis & regionibus diuersos Angelos posuit principes & rectores, quia sicut dicunt sancti, & fides tenet, singulis personis singuli angeli deputantur, & iterum singulis regionibus in terris singulis sunt angeli deputati & principes ordinati iuxta illud Ecclesiast. 17. *In vnamquamque gentem præposuit rectorem* Et hoc bene innuitur Dan. 10. vbi Angelus Gabriel dixit Danieli de Angelo principe regni Persarum. *Princeps regni Persarum restitit mihi viginti & vno diebus, & ecce Michael vnus de principibus primus venit in adiutorium meum.* Dan. 12. etiam dicitur Daniel. *Consurget Michael princeps. &c.* Et Iosuæ 5. etiam vnus angelus cum diceretur sibi, *Noster es an aduersariorum?* respondit, *nequaquam, sed sum princeps exercitus domini.* Iste est igitur principatus innumerabilis.

D ¶ Tertio dico quod est principatus valde laudabilis. Et iste est principatus bonorum prælatorum, prædicatorum, & iustorum. Isti enim dicuntur principes spirituales, quia sc. isti sunt qui sub rege regum principaliter militantes, alijs spiritualiter principantur. Et ideo de bonis principibus & prælatis potest exponi illud 2. Regum 23. *Dauid sedens in cathedra sapientissimus princeps inter tres.* In quibus verbis ostenduntur quasi omnes conditiones quas debent habere boni principes & prælati: enim habere fortem stabilitatem, ne superentur, quia debent esse Dauid, id est, manu fortis. Cordis tranquillitatem ne perturbentur, quia debent esse sedens, id est, tranquillus. Status auctoritatem vt formidentur, quia debent esse in cathedra, id est, in eminentia status. Status sublimitatem ne fraudentur, quia sapientissimus. Mentis strenuitatem vt imitentur, quia princeps, id est, primo incipiens. Bonam societatem vt consolentur, quia debent esse inter tres, id est, non solus. ¶ Istæ enim sunt sex generales conditiones quas debent habere principes & prælati. Quia pro certo isti debent esse potentes ad propugnandum, quod ostenditur cum dicitur Dauid, qui interpretatur manu fortis, quia scilicet ad principem populi pertinet quod sit alijs fortior & stabilior, & scilicet contra aduersarios & impios & spirituales & temporales præualeat, ne ab eis superetur, sed vt magis eis in manu potenti & extento brachio dominetur, & vt ipsis mediante iustitia principetur, iuxta illud 1. Mach. 2. *Iudas Machabæus fortis viribus à iuuentute sua sit vobis princeps.* Dauid ergo manu fortis. vnde Ezech. 34. *Seruus meus Dauid in medio princeps eorum.* Caput enim plus habet de ossibus quam quodcunque aliud membrum. Muræna etiam caput habet quasi immortale, percusso enim in capite, vix cum baculo occiditur, in cauda vero virga modica faciliter enecatur. Leo etiam qui est caput & princeps animalium, cæteris est fortior. Et aries qui est dux gregis, cæteris omnibus est potentior. Sic proculdubio charissimi, principes, & prælati qui sunt duces, principes, & capita & capitanei aliorum, debent esse magis ossei atq; fortes, & ad resistendum malis hominibus & inimicis temporalibus & spiritualibus magis constantes, solidi & potentes. Dauid inquit 1. Regum 12. *Conuenerunt ad Dauid, & factus est eorum princeps.* Istud tamen hodie est contra multos principes & ecclesiasticos & mundanos, qui scilicet nihil habent fortitudinis, nec spiritualis, nec corporalis, nec temporalis. Et ideo inimicis animæ, hostibus fidei & Ecclesiæ aduersarijs, subditorum & patriæ inuasoribus vt deberent non obuiant nec resistunt, sed eis potius cedunt & succumbunt. De istis ergo dicitur Esa. 3. *Dabo pueros principes eorum & effœminati dominabuntur eis.* Non sic charissimi sed sint isti principes ad propugnandum. Dauid inquit. Vide supra de Dauid si vis.

E ¶ Deinde dico quod isti debent esse modesti ad expectandum, quod ostenditur cum dicitur. Sedens. Sedere enim tranquillitatem animi & quietem mentis designat, quod summe pertinet ad principem vel prælatum. Quia proculdubio iste nō debet esse mobilis, nec currens, sed potius tranquillus, modestus, deliberans, patiens, & expectans. Non enim debet statim ad iracundiam prorumpere, nec præcipitanter aliquid facere, nec indeliberate aliquid credere vel audire, sed solum in tranquillitate animi debet sedere, & in virtute patientiæ & modestiæ residere. Sedens inquit, Apocalyp. 4. *Ecce in cœlo sedes posita erat, & super sedem sedens.* Et 4. Reg. 9. *Ecce principes exercitus sedebant.* Quod est contra multos qui valde sunt præcipites & motiui in tantum quod vel adulationibus citios mouentur & liniuntur, aut detractionibus faciliter commouentur, aut iniurijs ad vindictam indeliberate vltra, quam deceat excitantur. Caput enim inter cætera membra valde est mobile, & valde ad diuersas partes mutabile & vertibile. Sic malus princeps, căpitaneus vel prælatus solet vltra quam debeat præcipitanter se mouere. Et de hoc dicitur Prouerb. 28. *Leo rugiens & vrsus esuriens princeps impius.* Non sic ergo, sed sint modesti ad expectandum. Sedens inquit.

F ¶ Denique dico quod oportet quod sint sublimes ad imperandum. In cathedra inquit. Ad principem enim pertinet quod non exhibeat se nimis humilem neque vilem, ne forte ad subditis contemnatur, quia, scilicet *nimia familiaritas parit contemptum.* Contemptus enim principis vel prælati dat subditis audaciam delinquendi. Aquila enim & leo solent alijs animalibus inferre quendam timorem & terrorem. Sunt enim animalia quodammodo solitaria, gregem & communitatem fugientia. Ad denotandum quod illi qui sunt reges, principes & & prælati, non debēt esse subditis nimis sociales seu familiares, sed magis solitarij & aliqualiter singulares. Ex hoc enim subditi magis timent & reuerentur, & à malis operibus retardantur. Vnde Hierem. 30. *Princeps de medio eorum producetur,* quasi dicat, Princeps non debet esse inter alios, sed super alios, quod ostenditur cum dicitur. In cathedra. Cathedra enim locus est superioritatis, auctoritatis & singularitatis. Vnde scribitur Ezechiel. 28. *In cathedra Dei sedi, & in corde maris.* Sunt igitur sublimes ad Imperandum. Cathedra inquit. Aduerte tamen quod cathedra non solum significat status sublimitatem, imo etiam designat iustitiæ & iudicij æquitatem, quæ summe pertinent ad principes, iudices & prælatos, iuxta illud Ecclesiast. 7. *Noli quærere ab homine ducatum, nec à rege cathedram honoris. Noli quærere fieri iudex, nisi possis virtute irrumpere omnem iniquitatem.* Quod vtique est hodie contra multos, qui pro certo non sedent in cathedra iustitiæ, sed pestilentiæ, non in cathedra honoris, sed furoris, non in cathedra æquitatis, sed rapinæ & iniquitatis. Ezec. 22. *Principes eius*

*in medio eius quasi lupi rapientes prædam.* Non sic ergo, sed sint sublimes ad imperandum, seu etiam iusti ad iudicandum seu ad gu-
G bernandum. Cathedra inquit. ¶ Insuper dico quod oportet quod isti sint sagaces ad meditandum. Sapientissimus inquit. Sapientia enim & prudentia talib. summe est necessaria, & pro se & pro patria, & pro subditis & pro republica gubernandis, iuxta illud Esa. 42. *Non vocabitur vltra is qui insipiens est, princeps.* Res enim quæ alijs sunt præclaræ, sunt vt communiter clariores. Patet in sole, & stellis, quæ cunctis generalibus præferuntur, patet in aquila regina auiũ, quæ visu limpidissimo solem intueri dicitur. Et patet de leone rege animalium, qui apertis oculis dormire & requiescere comprobatur. Sic vere illi qui aliorum sunt reges principes & prælati, debent clarere & lumine scientiæ præ cæteris illustrari. Subtiliter enim debent in negotijs videre, & quamuis in mundi prosperitate dormiant, semper tamen debent oculos cordis per discretionem apertos habere, & vbi homines non sperant, semper debent in arduis cogitare. Can. 5. *Ego dormio, & cor meum vigilat.* Es. 32. *Princeps vero ea quæ digna sunt principe cogitabit.* Sapientissimus inquit. Ecclesi. 9. *In manu artificum opera laudabuntur, sic & principes populi in sapientia sermonis sui.* Igitur sint prudentes seu sagaces ad gubernandum.

H ¶ Iterum dico quod isti debent esse audaces ad inchoandum, & hoc ostenditur cum dicitur princeps, id est, primo incipiens, quia, scilicet tales debent primo incipere bona opera & difficilia, vt sint alijs in exemplum. Grues enim solent inter se ducem eligere, qui primo solet de terra surgere, primus ante alias procedere, & viæ ducatum primus alijs demonstrare. Sic pro certo ad iustos duces & principes mundi & Ecclesiæ pertinet quod primi de terra, id est, de corpore pigritiæ surgant. Primi per volatum bonorum operum in hostes animæ, patriæ & Ecclesiæ prosiliant, & primi ducatum viæ ad paradisum alijs præostendant. Dan. 10. *Ecce Mihael vnus de principibus primis.* Figuratur in Iuda, de quo dicitur 1 Mach. 16. quod *primus transfretauit fluuium ad aduersarios expugnandos, & alij post ipsum.* 1. Paral. 11. cap. *Qui percusserit Iebusæum primus, erit princeps & dux.* Debent ergo esse audaces ad inchoandum. Princeps inquit.

I ¶ Rursum dico quod isti debent esse associati ad consultandum, quod ostenditur cum dicitur. Inter tres, quia scilicet ad prælatum & ad principem pertinet quod sit bene associatus, & quod credat consilio sapientum. Act. 5. *Princeps sacerdotum & qui cum eo erant, conuocauerunt consilium.* Non enim debet proprio capiti credere, nec soli opinioni assentire, nec in suo sensu plus debito abũdare, sed potius debent interesse, id est, inter bonos cõsiliatores, fideles & iustos, trinitatis & fidei professores debet personaliter residere. Quia sicut dicit Christus Matt. 18. *Vbi duo vel tres congregati sunt in nomine meo, ibi ego sum in medio eorum.* Quod est contra multos, qui ita sunt fatui & obstinati, quod nulli volunt credere nisi sibi, nolunt secum habere bonos consultores, sed potius viros impios & raptores. Esa. 1. *Principes tui infideles socij furum, omnes diligunt munera, &c.* Non sic ergo, sed sicut visum est strenuitatem. Sagacem subtilitatem. Excelsam auctoritatem. Tranquillam maturitatem. Cõstantem stabilitatem. Et ista de bono principe sufficiant. Iste est ergo principatus valde laudabilis.

K ¶ Quarto principaliter dico quod est quidam principatus valde damnabilis, & iste est principatus crudelium tyrannorũ, & vt communiter modernorum sæcularium dominorum, & quod peius est, multorum iniquorum Ecclesiæ prælatorum. ¶ Vnde nota quod isti sunt vt communiter

Carnis delitijs impinguati,
Duris sæuitijs effrænati,
Vanis lætitijs occupati,
Blandis eloquijs delectati,
Malis familijs conuallati,
Malis consilijs gubernati,
Mortis supplicijs reseruati.

L ¶ Dicamus igitur quod mundi principes carnis delitijs impinguantur. Magis enim vacant delitijs quam prælijs, plus gaudent de potibus quam de ensib. plus delectantur in conuiuijs quam in bellorum exercitijs. Et de hoc Eccl. 10. *Væ terra cuius Rex puer est, & cuius principes mane comedunt.*

¶ Isti duris sæuitijs effrænantur. Isti enim præ cæteris hominibus sunt crudeles, magis præcipites ad vindictam & etiam ad rapinam, similes draconi, qui elephantem naturaliter persequitur & odit, & contra eum præliatur, vt ardor sui pectoris sanguine frigido & melancholico temperetur. Sic vere draconea, id est, tyranni principes, naturaliter habent odio elephantes, id est, simplices subditos & innocentes, & ideo vt ardor rapinæ & auaritiæ suæ possit eorum sanguine, i. e. temporali substantia saturari vel satiari, non cessant contra ipsos contumelijs & exactionibus præliari, & eos quantum possunt, prædicto sanguine pauperare, vt sic dicant pauperes illud Psal. 118. *Principes persecuti sunt me gratis.* Veruntamen sicut draco bibens sanguinem elephantis, & compellens ipsum deficere & cadere, solet quandoque sub ipso inuolui & suffocari, & sic cum moriente pariter solet mori, sic procul dubio principes tyranni dum elephantes, i. subditos, sanguine bonorum temporalium euacuant per rapinam, ipsosque ad terram, i. e. inferius ad statum paupertatis compellunt cadere & venire, constat quod in hoc ipso prosternunt & deijciunt semetipsos, quia sc. paupertas subditorum est paupertas principis, & e conuerso diuitiæ subditorum sunt diuitiæ dominorum. Princeps enim vt communiter nunquam potest esse diues si subditi sunt pauperes, quinimo dum subditi pauperescunt, principes necessario tugiunt & languent. Et ideo dicitur Pr. 20. *Leo rugiens & vrsus esuriens princeps impius super populum pauperem.* Sic ergo dico quod isti sunt magnis sæuitijs inflammati.

¶ Item dico quod isti sunt vanis lætitijs occupati. Principes enim moderni non curant nisi de lætitijs & consolationibus huius mundi. Volunt enim habere cantores & cantatrices, ioculatores & ioculatrices. In bonis volunt ducere dies suos, & in puncto ad inferos peruenire. Ideo de istis dicitur in Ps. 67. *Præuenerunt principes coniuncti psallentib. in medio iuuencularum tympanistriarum.*

¶ Item isti sunt blandis eloquijs delectati. Isti enim hodie non diligunt nisi adulatores, nolunt enim habere aliquem correctorem, sed magis amant quemcunq; verbosum adulatorem & deceptorem. Vnde Hest. 16. *Aures principum sunt simplices.* Et ideo dicitur de adulatorib. Ose. 7. *In malitia sua lætificauerunt regem, & in mendacijs suis principem.*

¶ Item isti sunt malis familijs conuallati. Non curant n. hodie principes habere in familia sua nisi illos qui siue conscientia emendas exigunt, & qui extorsiones in subditos facere sciunt. Aranea enim multos pedes habet diuersos inæquales, quibus filia nectit, quibus muscas inuoluit & capit, & sic earum sanguinem euacuat atque bibit. Sic vere aranea, i. venenosus & malus princeps, multos habet pedes, i. multos familiares & sequaces diuersos, & in diuersis officijs cõsistentes. Istis autem mediantibus muscas, id est, pauperes deprædatur, & earum sanguine satiatur. De hoc dicitur Prouer. 29. *Princeps qui libenter audit verba mendacij, omnes ministros habebit impios.*

¶ Item dico quod isti sunt malis consilijs gubernati. Isti enim hodie non credunt consilijs bonorum sed malorum, scilicet fallacium aduocatorum & suorum crudelium balliuorum: omnia enim consilia eorum sunt ad extorsionem pecuniarum, & ad grauamina subditorum. Et ideo dicitur in Ps. 32. *Dominus dissipat consilia principum, reprobat autem cogitationes populorum.*

¶ Item dico quod isti sunt mortis supplicijs reseruati, quia scilicet tales qui non cessant alios lædere & grauare, necesse habebunt mortis æternæ suppliciũ sustinere. Isti enim, qui sunt subditis in exemplum & tamen propter sua mala exempla sunt alijs causa ruinæ, debent merito pœnas præ cæteris sustinere. Ideo de principibus, qui dederant malum exemplum alijs dicitur Numero. 25. *Tolle cunctos principes populi, & suspende eos contra solem in patibulis.* Et ideo in Psal. 106. dicitur *quod effusa est contentio super principes, & errare fecit eos in inuio, & non in via.* Istud potissime fiet post mortem, quando *ponentur principes nostri sicut Oreb & Zeb & Zebee & Salmana*, qui scilicet fuerunt principes qui Dei populum vexauerunt, & ideo mortis supplicium subierunt. Psalmo. *Conturbati sunt principes Edom, robustos Moab obtinuit pauor.* Et sic igitur patet quomodo est quidam principatus valde damnabilis, &c.

¶ Quinto principaliter dico quod est quidam principatus valde terribilis, & iste est principatus dæmonum, qui modo in mundo & in mundanis, in inferno etiam & damnatis principari dicuntur. Ioan. 14. *Venit enim princeps huius mundi, & in me non habet quicquam. Et nunc princeps huius mundi eijcietur foras.* Principatus tamen diaboli non durabit nisi vsque ad iudicium,

ficut videtur velle apostolus 1. Cor. 15. c. vbi dicit quod *tunc euacuabit omnem principatum*. Quod exponentes sancti dicunt quod principatus dæmonum quem habent super animas, cessabit in iudicio, quia tunc ipsi dæmones cum animabus damnatis igne perpetuo cremabuntur. Esaiæ 22. *Cuncti principes tui fugerunt simul duriq; ligati sunt*. Sic igitur potest apparere quod inuenitur principatus quintuplex, scilicet Terribilis, Damnabilis, Laudabilis, Innumerabilis, & Insuperabilis. Et hęc sufficiunt de principatu. Vide in alijs titulis, vbi in locis infinitis inuenies de principibus & prælatis.

## Principium.

Nota cum principia sint illæ partes rerum & dictionum à quibus fines & cōclusiones necnon affectus & opiniones producuntur, valde debet cauere homo quod principium eligit & intendit, vel à quo principio incipit vel procedit. Ex bonis n. principijs bonæ conclusiones sequūtur. Et ex bonis causis boni effectus producuntur. Ex malis vero causis & principijs, mali sequūtur fines & decisiones. Igitur quicquid facimus, incipiamus à bono principio. ¶ Nota ergo quod inuenitur triplex bonū principium, & triplex malum. Bonum enim est scilicet Principium

Æternum, } quod signat { Dei bonitatem & conditionem,
Internum, } quod signat { Cordis puritatem & intentionē.
Externum, } quod signat { Vitæ bonitatem & perfectionem.

Primum est principium creatiuum, quia producit naturam & rerum veritates,
Secundum est principium inceptiuum, quia incipit gratiam & operum bonitates,
Tertium est principium effectiuum, quia inducit gloriam cœli & omnem fœlicitatem.

B ¶ Dico ergo quod est principium æternum omnium productiuum. Et istud principium est Deus, in quo & à quo, per quem, & ad quem sunt omnia. Et ideo ipsemet dicit Apocalypsi. 1. *Ego sum Alpha & Omega, principium & finis*. Iste est enim principium rerum, quia *in principio creauit Deus cœlum & terram*. Genesis 1. Iste debet etiam esse principium nostrorum actuum. Ioa. 8. *Ego principium, qui & loquor vobis*. Qui enim in actibus suis non habet Deum pro principio, nunquam potest ad finem debitum peruenire. Et ideo dicitur Apo. 3. *Hæc dicit amen, qui est principium creaturæ Dei*.

¶ Item est principium internum operum inceptiuum vel directiuum, & istud est principium bonæ intentionis, quia sc. bona intentio debet esse principium actuum & operum humanorum. Sicut enim principiata omnia sapiunt naturam sui principij, sic omnia opera sapiunt naturam suæ intentionis à qua producuntur. Iob 28. *Habet argentum venarum suarum principia*. Et de illo consulitur Exod. 12. *Mensis iste vobis principium mensium, erit primus in mensibus anni*.

D ¶ Item est principium externum gloriæ inductiuum, & istud est principium bonæ vitæ, à quo scilicet producitur & sequitur conclusio gloriæ paradisi. Quia sicut dicitur Gen. 2. *Plantauit dominus Deus paradisum voluptatis a principio*, supple bonæ vitę in pręsenti, ad quod sequitur in futuro plantatio paradisi. Et sic inuenitur principium bonum. ¶ Sed adhuc dico quod inuenitur principium malum. Et sic dico quod quidam incipiunt à principio, scilicet

Carnis infectionis,
Hostilis suggestionis,
Mundanæ possessionis,
Iniquæ defectionis.

¶ Quidam ergo incipiunt à carnis infectione, & isti sunt illi quibus caro & sanguis reuelat omnia quæcunque agunt. Num. 24. *Principium gentium Amalech, cuius extrema perdentur*. Amalech enim lambens sanguinem interpretatur, & signat carnem, quæ in sanguinibus delectatur. ¶ Item quidam incipiunt ab hostis inspira-F tione. Et de hoc dicitur Gen. 10. *Fuit principium regni eius Babylon*, id est, diabolus.

G ¶ Item quidam incipiunt à mundana prosperitate. Et de hoc Prou. 20 *Hæreditas ad quam festinatur in principio, in nouissimo benedictione carebit*. ¶ Item alij incipiunt à peccati peruersitate. Esai. 63. *Facti sumus sicut in principio quando non dominareris nostri*. Et sic patet quod est quadruplex malū principium, & triplex bonum. Multa possent exempla applicari de principio, & maxime de illis quorū principijs finis non concordat, sicut sunt hypocritæ, falsi amici, diuites, &c. sed in suis titulis dictum est. Et similiter de illis qui in principio sunt mali, & in fine boni, vide supra de Conuersione, & similiter de illis qui non respiciunt suum originale principium, scil. carnis vel generis vilitatem, &c. Omissi enim ista omnia, quia paucæ sunt authoritates.

*Dictum Borchorij.*

## Prior. Prius.

A Cum prior sit ille qui alios procedit ætate, ordine, vel virtute, possumus dicere quod sicut prius in tit. de Primus visum est, multiplex est prioritas, videlicet,

Prioritas {
Admirabilis,
Honorabilis,
Detestabilis,
Reparabilis,
Non amabilis,
Supportabilis,
Imitabilis.

Nam Priora {
Dei opera debent admirari,
Iusti opera debent venerari,
Nostra scelera debent detestari,
Mentis vulnera debent reparari,
Rerum munera debent non amari,
Mundi pondera debent supportari,
Sancta funera debent imitari.

¶ Dicam ergo quod est prioritas Dei, quæ est admiranda, sed de hoc dixi sicut supra, vbi Primus, §. 1. Hoc solum dico quod Deus prius, scilicet ante Incarnationem nobis erat ignotus, postea tamen factus est mirabiliter nobis notus, vnde optime potuit figurari 2. Maccha. 1. vbi dicitur quod *tempus affuit quod sol refulsit qui prius erat in nubilo, & accensus est ignis magnus, ita vt omnes mirarentur*. Sol enim iste Dei filius, prius scil. ante Incarnationem nobis latebat in nubilo, in quantum visibiliter non erat notus, finaliter tamē nobis splenduit & refulsit, quando in carne visibiliter fuit natus. Ista est ergo prioritas Dei, hoc est dictū, ipsius excellens dignitas & maiestas, quæ scilic. est admiranda. Habuit enim vnum prius dominationis, hoc est dictum, diuinæ conditionis, vnum prius incarnationis, vnum prius passionis, vnum prius resurrectionis, vnum prius ascensionis. De ipsius priori & æterna diuina conditione dicitur Ioan. 1. *Qui post me venit, ante me factus est, quia prior me erat*. De incarnatione dicitur Lucæ 2. quod *Simeon responsum acceperat non visurum se mortem, nisi prius videret Christum dominum*, scilicet in carne. De passione dicitur 1. Cor. 15. *Non viuificatur nisi prius moriatur*. De resurrectione autem dicitur Luc. 9. *Propheta vnus de prioribus surrexit*. De ascensione autem dicitur Act. 1. *Primum quidem sermonem feci, &c.* Vsque assumptus est. De ipsius vero nobis ostensa dilectione dicitur 1. Ioan. 4. *Nos ergo diligamus eum, quoniam ipse prior dilexit nos*. Hæc est igitur prioritas Dei, quæ est admiranda.

¶ Secundo dico quod est prioritas iusti, quæ est honoranda B Iustus enim potest dici, scilicet,

Prior in vigore,
Prior in valore,
Prior in honore.

Prior dico in vigore aduersa tolerans, sicut de illo fortiori dicitur qui non potest domum fortis armati diripere, nisi prius fortem abducat. Vt sic sit de illis de quibus dicitur Iud. 20. quod *qui prius simulauerunt fugam, versa facie fortius resistebant*. Item prior in valore multis præponderans. In valore enim virtutum & meritorum iusti præponderant vniuersis ad Thess. 4. *Qui in Christo sunt, resurgent primi*, *vt sic bonitas & sapientia iusti comparetur luci*. Sap. 7. *Luci comparata inuenitur prior*. Item prior in honore cæteris imperans, *vt sit prior in donis, maior in imperio*. Gen. 49. Multa possent hic dici, sed transeo, quia satis est supradictum, vbi primus. C
¶ Hoc solum nota, quod perfectus seu

Iustus debet Prius {
Se accusare,
Se macerare,
Obtemperare,
Accelerare,
Hostes grauare,
Verba formare,
Mentem mundare,
Pacem ligare,
Facta tractare,
Verbis cessare.

¶ Igitur prior se accusat culpam confitendo. Vnde Prouerbior. 18. *Iustus prior accusator est sui*. Item prior se macerat cibis abstinendo. Ecclesiast. 31. *Super mensam magnam sedisti, non aperies super*

*illam fauces tuam, prior ne extendas manum tuam, nec prior poscas bibere.* Et ibidem. *Cessat prior causa disciplinæ.* Item prior obtemperat maiori parendo 1. Mach. 2. *Princeps & maximus es, &c. Accede prior & fac iussum regis.* Item prior accelerat bonum faciendo. Quilibet n. debet velle esse prior ad faciendum bonum, nec debet alter alterum expectare. Quia scilic. sicut dicitur Ioan. 5. *ille qui prior intrabat in piscinam sanus fiebat.* Nocuit enim differre paratio. Vnde Eccles. 31. *Præcurre prior in domum, & illic aduoca ipsum.* Quilibet enim licet tarde incipiat, debet tamen postquam incepit, taliter accelerare & præcurrere, quod si fieri possit, prior alijs possit esse. Sunt enim in aliquibus partibus quædam nuces quæ alijs iuxta communem morem foliantibus & fructus producentibus fictæ soleot vsque ad vigiliam sancti Ioannis Baptistæ penitus remanere. Sed tenera in nocte præcursoris istæ siue mirabiliter siue naturaliter nescio, solent folia & fructus producere, & se alijs prioribus comparare. Quia vere quãuis homo diu permaneat in siccitate & sterilitate, debet tamen tanto feruore ad dominũ se conuertere, quod alios ipsum præcedentes possit attingere & si possit, ipsis in virtutibus prior esse. Exemplo sc. Ioannis, *qui præcurrit citius Petro, & ideo venit prior ad monumentum*, sicut dicitur Io. 20 Quia reuera feruens acceleratio est sæpissime aliorum præuentio, & in meritis anticipatio. Igitur iustus prior acceleret bona faciendo. Item prior se præparet hostes inuadendo. Audaces o. fortuna solet adiuuare, & illos qui prius alios inuadunt, multoties releuare. Vnde de Iuda Machabæo dixerunt inimici 1. Machab. 5. *Si transierit ad nos prior, non poterimus sustinere eum.* Ita autem fuit, quia Iudas torrentem transiuit, & alios superauit. Item prior verba sonet fidẽ edocendo, vt sit de illis de quibus dicitur Ecclesiast. 36. *Locuti sunt in nomine tuo prophetæ priores.* Item prior se emundet culpam confitendo Matt. 23. *Munda prius quod intus est calicis & paropsidis, &c.* Vt fiat id quod foris est mundum. Item prior pacificet se reconciliando. Matt. 5. *Si offers munus tuum ad altare, & frater tuus habet aliquid aduersum te, vade prius reconciliare fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum.* Item prior facta tractet prudenter agendo: prius enim & ante omnia consilia in negotijs sunt habenda, sicut Lucæ 14. dicitur de volente ædificare turrim, quod *prius sedens computat si habeat sumptus qui sunt necessarij ad perficiendum &c.* Item prior loqui cesset verba moderando 1. Corinth. 14. *Si aliquid sedenti reuelatum fuerit, prior taceat.* Iustus igitur in his omnibus prior & alijs virtutibus præeminentior debet esse, & sic prioritatem virtuosam & honorabilem poterit obtinere, ita quod nullus alius sibi poterit comparari. Dan. 11. *Non erit priori simile nouissimum.* Est igitur prioritas iusti, quæ est honoranda.

D ¶ Tertio dico quod est prioritas peccati, quæ est detestanda. Priora enim peccata nostra, & prior etiam mala vita nostra semper debent videri, & totis viribus præcaueri & abominari, etiam & horreri, insuper emundari & deleri Si quis enim á leone morsus esset, semper viso leone timeret, & primum morsum etiam abhorreret, & sanitatem pro viribus impetraret. Bene ergo dicitur Esaiæ 46. *Redite præuaricatores ad cor, recordamini priorum seculi.* Istud tamen pro posse impedit diabolus. Non vult n. quod priora pericula videamus. Ad finem quod ibi facilius incidamus, dicens scilicet Esaiæ 43. *Ne memineritis priorum, & antiqua ne intueamini.* Et quod nunquam à peccatis prioribus recedamus, sed semper in deterius procedamus. Iuxta illud Lucæ 11. *Fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus.* Et Matth. 27. *Erit nouissimus error peior priore.* Nota etiam hic quod prioritas detestanda est illa, qua quidam per fatuam audaciam & præsumptionem priores se offerunt periculis, & etiam omnibus vitijs & peccatis, & quibus dicitur Hieremiæ 11. *Reuersi sunt ad iniquitates patrum suorum priores.* Ita vt quilibet talis dicere possit illud 1. Timoth. 1. *Prius blasphemus fui & persecutor.* Vnde de falso amico dicitur Ecclesia. 12. *Si occurrerint tibi mala, inuenies eum illic priorem.* Non sic charissimi, sed priora vitia detestemur, & priorem vitam in melius emendemus, vt sic de nobis dicatur illud Esa. 35. *In cubilibus in quibus dracones prius habitabant, orietur viror calami & iunci.* Similes scilicet illi lapidi qui dicitur Nolet, qui inuenitur in capite bufonis, qui tamen summe valent contra venena, vbi scilicet forma bufonis dicitur apparere. Quia scilicet illi qui de corpore bufonis diaboli per pœnitentiam extrahuntur, quandoque summe valent contra venenum peccati. Exemplo scilicet Pauli, &c. Imaginem tamen bufonis, id est, priora peccata semper per memoriam secum debent habere.

E ¶ Quarto dico quod est prioritas innocentiæ quæ est reparanda. Virtutes enim quas perdidimus, sunt recuperandæ, & anima quæ vulnerata est, reparanda, imo certe virtus & gratia amplior quam amissa fuerat, procuranda est Ad hoc enim tendit tota potentia medicorum, vt scilicet prior sanitas recuperetur, & maior etiam & firmior procuretur. Vt sic iubilæus prioris restitutionis ad nos redeat, sicut de hæreditate aliena dicitur Leui. 27. quod scilicet *in anno iubilæo reuertebatur ad priorem dominum*, & sic animæ ad pristinam innocentiam redeunti dicat dominus illud Esa. 1. *Restituam iudices tuos vt fuerant prius, & consiliarios tuos sicut antiquitus*, quasi dicat iudicium & iustitiam, consilium & prudentiam restituam tibi sicut prius. Quia scil. bonus pœnitens debet fortior, & virtutibus & innocentia maior quam prior fuerat reuenire. Iob 32. *Placatum reddet habitaculum iustitiæ.* Pone de Antheo rege, qui prostratus ab Hercule, semper fortior quam prius fuerat resurgebat, vt & sic tali pœnitenti ad ampliorem gratiam redeunti dicatur illud Apoc. 2 *Noui opera tua & charitatem, & fidem & ministerium, & patientiam tuam, & opera tua nouissima plura prioribus* Ruth 3. *Benedicta filia tu a domino, quæ priorem misericordiam posteriori superasti.* Patet ergo quod est prioritas innocentiæ, quæ est reparanda.

F ¶ Quinto dico quod est prioritas mundi gloriæ, quæ non est amanda. Bona enim mundi dicuntur priora bona paradisi posteriora. Et reuera priores fœtus animalium vt communiter non sunt ita perfecti sicut secundi. Igitur quia ista priora vana sunt, ipsa dimittamus, & ad posteriora paradisi bona conemur. Nunne scriptum est Exod. 33. quod *dominus faciem suam Moysi nõ ostendit, sed posteriora sua ostendere repromisit.* Facies enim isto anteriora & priora mundi bona signat, posteriora vero, sequentia paradisi bona designat. Illa ergo debemus contemnere, ista vero diligere, quærere & amare. Exemplo scilicet Iacob, qui Lippam vxorem quæ prior fuerat sibi vxor, contemnens, secundam quæ pulchra erat, dilexit, & sicut dicitur Genesis. 29. *Amorem sequentis priori prætulit.* Sicut etiam dicitur 1. Cor. 15 *Prius quod animale est, deinde quod spirituale est.* Talis enim prioritas mũdanæ gloriæ finaliter cedit ad nihilum, quia scilicet exinde sequitur penuria infernalis. Exemplum de diuite inferno sepulto Luc. 16. Et 1. Reg. 2. *Repleti prius pro panibus se locauerunt, & famelici saturati sunt.* Vnde illi qui modo in mundi magnificentia sunt priores, figurentur in septem vaccis pinguibus Pharaonis, tandem per vaccas tenues, deuoratis, de quibus dicitur Genes. 41. quod *priorum pulchritudinem deuorauerunt, & tamen deuoratis prioribus nullum saturitatis dedere vestigium.* Ista est igitur prioritas non amanda.

G ¶ Sexto dico quod est quædam prioritas toleranda vel supportanda. Et ista nihil aliud est quam status mundi tribulationum & pressurarum, miseriarum & tribulationum quæ prius in hac vita veniunt & subsequenter alia bona & prospera succedunt. Hyems enim prior accedit quam æstas, & tribulatio prius venit quam fœlicitas. Mala ergo ista quæ prius veniunt, in patientia tolerentur, vt finaliter æternam gloriam consequamur, per quam omnis præcedens pestilentia obliuioni tradatur Vt & sic de gloria dicatur illud Esa 65 *Obliuioni data sunt angustiæ priores, & absconditæ sunt ab oculis vestris.* Sequitur. *Et non erunt in memoria priora, sed exultabitis & gaudebitis vsq; in sempiternum.* Ista est ergo quædam prioritas toleranda.

H ¶ Septimo dico quod est quædam prioritas imitanda, & est virtus & bonitas sanctorum patrum, qui prius & ante nos cesserunt, qui scilicet sunt imitandi, & per moralem similitudinem subsequendi. Vt figurentur in illis rotis Ezech. 1. vbi dicitur. *Vna erat similitudo ipsarum quatuor, & ad quem locum declinabat quæ prima erat sequebantur, &c.* Vnde quilibet bonus imitator de tali prioritate potest dicere illud Phil. 3. *Quæ retro sunt obliuiscens, ad ea vero quæ priora sunt, extendens meipsum destinatum prosequor ad brauium.* Hæc est ergo prioritas imitanda, & etiam vt dictum est toleranda, non amanda, reparanda, detestanda, veneranda, & admiranda. Et hæc de Prior & Prius sufficiant. Vide vbi Ante, Præire, & vbi Primus.

## Priusquam.

A Cum priusquam sicut & antequam denotet mihi quandam præambulam temporis anticipationem, quandam præcessionem status & perfectionis, & gradus prælationem, notabo quod priusquam potest de Deo, iusto, & impio referri. ¶ Primo igitur dico quod ad Deum spectat

vnam priusquam { Æternæ durationis,
Paternæ prouisionis,
Internæ cognitionis,
Supernæ profectionis.

De æterna duratione patet, quia constat quod Deus semper est & fuit æternaliter. Et de isto priusquam loquitur Dauid in Psal. 89. dicens Deo sic. *Priusquam montes fierent, aut formaretur terra & orbis à sæculo & vsque in sæculum tu es Deus.* De paterna prouisione patet, quia constat quod Deus priusquam quicquam faceret à principio, sicut sagax pater in testamēto suæ immutabilis prouisionis & ordinationis bonos futuros filios prędestinauit ad gloriam, malos vero reprobauit & destinauit ad mortem. Vnde ipse in persona bonorum loquitur, dicens Hier. 1. *Priusquam te formarem in vtero, noui te, & antequam exires de ventre, sanctificaui te, &c.* De malorum autem prædestinatione seu reprobatione dicitur in Ps. 128. *Fiant sicut fœnum tectorum, quod priusquam euellatur, exaruit, scilicet in mente diuina per reprobationem.* De interna cognitione qua scit et ipse nouit omnia priusquam fiant, dicit ipse dominus Ioan. 14. *Et nunc dixi vobis priusquam fiat, vt cum factum fuerit, credatis, &c.* De superna vero perfectione, dominatione & prælatione dicitur Ioan. 17 *Clarifica me pater claritate quam habui priusquam mundus fieret.* Priusquam igitur refertur ad Deum.

B ¶Secundo dico, quod priusquam refertur ad iustum. Constat enim quod vir sapiens & perfectus debet multos bonos priusquam, i. e. multas bonas anticipationes habere, & alios in bonis actibus anteire. Et sic dico quod iusti habent vnum priusquam

Veræ confessionis,
Piæ petitionis,
Doctæ discretionis.

De flebili confessione dicitur in Ps. 118. vbi scilicet Dauid videtur confiteri, *Priusquam humiliarer, ego deliqui.* De humili petitione, qua scilicet homo petit priusquam moriatur sibi peccata dimitti dicitur in Ps. 38. *Remitte mihi, vt refrigerer priusquam abeam & amplius non ero.* De vtili vero discretione, quam, scilicet homo debet habere sapienter agendo, alios arguendo, debite respondēdo, sapienter, inquam, agendo, dicitur Eccl. 51. *Priusquam oberrarem, quæsiui sapientiam.* Palam alios etiam arguendo Ecc. 11. *Priusquam interroges, ne vituperes quemquam, & cum interrogaueris, corripe iuste.* Debite insuper respondendo. Vnde Eccl. 1. *Priusquam audias, ne respondeas verbum.* Sicut enim dicitur Pr. 18. c. *Qui prius respondet quam audiat, stultum se demonstrat, & confusione dignum.* Priusquam ergo pertinet ad iustum. ¶Tertio etiam dico, quod priusquam etiam pertinet ad stultum. Constat enim quod stulti & peccatores habent multos malos priusquam, i. multas anticipationes, scilicet, priusquam

Fallacis amicitiæ,
Furentis iracundiæ,
Crudelis violentiæ,
Finalis pestilentiæ.

Fallaces enim amici solent ante tempus suos dimittere, sicut de Petro legitur Matth. 14. e. quod, scilicet, *priusquam gallus cantaret bis dominum denegaret.* Vnde Matth. 26. cap. *Priusquam gallus cantet, ter me negabis.* Mali iracundi solent ante tempus animo furere. Vnde in Ps. 57. dicitur sic. *Priusquam intelligerent spinæ vestræ rhamnum, sicut viuentes, sic in ira absorbet eos.* Crudeles impij solent ante tempus innocentes affligere, sicut Act. 23. patet de illis qui dicebant. *Nos vero priusquam appropiet, parati sumus interficere eum*, scilic. Paulum. Sed omnes peruersi solent ante tempus mortem incurrere. Vnde in Ps. 128. dicitur, quod *isti sunt sicut fœnum tectorum, quod priusquam euellatur exaruerunt.* Et hæc de priusquam sufficiant. Vide in tit. Prius, Ante, Antequam, &c.

A **Pristinus.** Cum pristinus nihil aliud sit quam prior præcedens seu antiquus, notabis quod nos inuenimus pristinam

Innocentiam & perfectionem,
Iniustitiam & corruptionem,
Amicitiam & dilectionem.

¶ Igitur dico, quod est dare pristinam innocentiam, quæ est reparanda. Serpens enim transeūdo per arctum foramen & deponendo pellē antiquam, & aquila balneando se in fonte viuo, solent reparare & recuperare pristinam iuuentutē, & pristinam fortitudinem & virtutem. Sic vere nos qui sentimus nos in vitijs inueteratos, debemus pellem veterem, hominem veterē, malam conuersationem veterem, transeundo per arctam pœnitentiam & in fonte lachrymarum nos balneando deponere, vt sic possimus pristinam iuuentutis innocentiam reparare, & pristinam virtutum fortitudinem rehabere. Vnde Ephes. 4. *Deponite vos secundum pristinam conuersationem veterem hominem qui corrumpitur, & renouamini spiritu mentis vestræ, &c.* Talem autem pristinam renouationem desiderabat Iob cum dicebat Iob 29. *Quis mihi tribuat vt sim iuxta menses pristinos, secundum dies quibus Deus custodiebat me, quando splendebat lucerna eius super caput meum, sicut fui in diebus adolescentiæ meæ, quando secreto Deus erat in tabernaculo meo, quando lauabam pedes meos butyro, & petra fundebat mihi riuos olei?* Expone. Et reuera homo qui quandoque fuit iustus, innocens & deuotus, quando videt se vitijs inuolutum, valde debet innocentiam pristinam quam sentit perditam dolere & pristinum secretum diuinæ visitationis & consolationis, pristinum butyrum dulcedinis & deuotionis, pristinum oleum pietatis & compassionis, pristinam lucernam sapientiæ & discretionis plangere & lugere, & ad ipsa pro viribus reuenire.

¶Igitur dico, quod talis pristina conditio & perfectio recuperatur, scilicet, per B

Diuinam miserationem,
Deuotam supplicationem,
Legalem ordinationem,
Pœnarum tolerationem.

Facit ergo ad hoc diuina miseratio. Sine gratia enim Dei homo à peccato nunquam conuertitur, nec pristina eius perfectio reformatur. Quod satis figuratur Gen. 40. vbi dicitur carcerato pincernæ. *Tres adhuc dies sunt post quos recordabitur Pharao ministerij tui, & restituet te in gradum pristinum.* Pharao enim rex est Deus, qui, scilicet, post tres dies, id est, post tres partes pœnitentiæ de homine recordatur, ita quod eum in gradum pristinæ, imo quandoque maioris virtutis & innocentiæ restituere comprobatur. Figura etiam est ad hoc de templo domini, quod prius fuerat per Chaldæos destructum, tandem tamen per filios Israel reparatum, de quo dicitur 2. Paral. 14. *quod suscitauerunt domum domini in pristinum statum*, facit igitur ad istam reparationem innocentiæ & virtutum, diuinæ gratiæ miseratio. Item facit ad hoc deuota veniæ supplicatio seu deprecatio. Et sic videbatur Samson à domino postulare, dicens, scilic. Iud. 16. *Domine Deus meus restitue mihi nunc pristinam fortitudinem.* Item facit ad hoc legis dominicæ constitutio. Lex enim diuina, est quod peccator per pœnitentiam ad pristinam gratiam reuertatur. Figura etiam ad hoc Leuit. 25. vbi dicitur, quod *omnis hæreditas vendita, in iubilæo reuertebatur ad pristinum possessorem.* Sic vere gratia perdita suo pristino possessori restituitur quando iubilæus remissionis & pœnitentiæ commutatur. Vnde ibidem dicitur sic. *Reuertetur homo ad possessionem suam, & vnusquisque redibit ad familiam pristinam, quia iubilæus quinquagesimus est annus.* Sequitur. *In ipso enim omnis venditio redit ad dominum & possessorem pristinum.* Item facit ad hoc tribulationum toleratio. Vnde Hebr. 10. *Rememoramini pristinos dies, quibus illuminati certamen magnum sustinuistis passionum.* Patet ergo quod est dare pristinam innocentiam, quæ est commendanda.

¶Secundo dico, quod est dare pristinam iniustitiam, quæ est C emendanda. Constat enim quod pristinæ iniquitates sunt relinquendæ, & per pœnitentiam emendandæ. Vnde Eccles. 21. bene consulitur peccatori, dicendo sic. *De pristinis deprecare vt tibi remittantur.* Quod tamen est contra multos in suis iniquitatibus obstinatos, & pristinis vitiis induratos, qui, scilicet, pristina vitia volunt vsque ad mortem in se remanere. Vnde de necessitate Tyri dicitur Esa. 23. *Nunquid non hæc vestra est, quæ gloriabatur à diebus pristinis in antiquitate sua?* Et de Samaritanis etiam dicitur 4. Regum 17. quod, scilicet, *idololatrando iuxta consuetudinem suam pristinam perpetrabant.* Est igitur dare pristinam iniustitiam, quæ est emendanda.

¶Tertio dico, quod est dare pristinam amicitiam, quæ est renouanda seu etiam reseruanda. Deus enim semper est paratus recordari pristini fœderis quod pepigit cum humano genere in vtero virginali, & etiam quod quotidie nobiscum paciscitur in lauacro baptismali, sicut ipsemet dicit Leuit. 26. *Recordabor fœderis mei pristini, quando eduxi eos de terra Aegypti, vt essem Deus eorum.* Nos igitur cum Deo, etiam cum proximis amicitias pristinas renouemus, & nos ipsos per charitatis fœdera colligemus 1. Machab. 12. *Misimus ad Romanos renouare amicitiam & societatem pristinam.* Patet ergo quod est dare pristinam amicitiam & societatem, & iniustitiam, & innocentiam. Et hæc sufficiant. Vide in tit. Antiquitas, & in tit. Primus, Prior, &c.

A **Priuare. Priuatus.** De priuato in quantum accipitur pro singulari & in publico, in quantum distinguitur respublica & priuata, nullæ prorsus sunt authoritates. Sed de priuare in quantum sumitur pro spoliare, demere vel auferre multa proculdubio possent dici, sed paucæ sunt authoritates, hoc solum dic quod sicut vasallus propter delicta quandoq; priuari potest feudo, sic vere homo propter delicta quæ committit contra Dei voluntatem, priuari meretur omni solatio atque bono. Et sic nota quod peccatores Priuari sunt

Omni veritate,
Vitæ voluptate,
Fidei claritate,
Spei securitate,
Rerum fertilitate,
Honoris dignitate.

B ¶ Mali igitur priuantur veritate bonæ locutionis 1. Tim. 6. *veritate*, inquit, *priuati sunt, existimantes quæstum esse pietatem.* ¶ Item priuantur voluptate sanctæ deuotionis, scilicet, vita gratiæ & gloriæ, sicut 2. Mach. 4. dicitur, quod *rex iussit sacrilegum vita priuari.* ¶ Item priuantur claritate certæ cognitionis, sicut de struthione dicitur Iob 39. quod *duratur ad filios suos, quasi non sint sui. Priuauit enim eam Deus sapientia, nec dedit illi intelligentiam.* ¶ Item priuantur securitate firmæ unionis, scilicet, firmitate stabilitatis & spei. vnde 2. Mach. 3 *Per diuinam*, inquit, *virtutem iacebat mutus, omni spe & salute priuatus.* ¶ Item priuantur fertilitate humanæ possessionis, scilicet, bonis istis terrenis, pro quibus laborare nō cessant Eccl. 28. *Lingua tertia mulieres viratas deiecit, & priuauit eas laboribus suis* ¶ Item priuantur sublimitate altæ prælationis, scilicet, honore gloriæ paradisi Num. 23 *Decreueram magnifice honorare te, sed dominus priuauit te.* ¶ De bonis vero non sic, quia pro certo C isti non priuantur bonis terrenis, quin semper vt communiter satis habeant ad necessitatem, iuxta illud Iob. 21. *Vacca peperit, & non est priuata fœtu suo.* Nec priuantur etiam finaliter bonis æternis, sicut enim dicitur in Psalm. 83. *Non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia, domine Deus virtutum, beatus homo qui sperat in te.* Vide infra. Spoliare, Nudare, Auferre, & similia, &c.

A **Pro.** Cum Pro diuersimode in scripturis sumatur, videlicet causatiue, sicut Eccl. 4. *Vsque ad mortem certa pro iustitia.* Item defensiue, sicut enim dicitur 2. Reg. 10. *Esto vir robustus, & pugnemus pro populo nostro.* Item substitutiue sicut cum dicitur 2. Reg. 18. *Quis mihi tribuat vt ego moriar pro te* ? Item obiectiue sicut cum dicitur Iob. 42: *Iob autem seruus meus orabit pro vobis.* Item compensatiue, sicut dicitur Deut. 18. *Oculum pro oculo, dentem pro dente.* Item satisfactiue sicut dicitur Ephes. 5. quod *Christus tradidit semetipsum oblationem pro nobis.* Videtur quod Pro denotet mihi officium procurationis, intercessoris, propugnatoris, aduocati, vel adoratoris. Sic igitur notabis quod Pro refertur ad Deum ad iustum, ad miserum. ¶ Primo igitur dicamus quod pro quandoque dicitur de Deo. Deus enim est vnum pro, id est, vnus

Compensator & præmiator,
Propugnator & defensator,
Mediator & procurator,
Iste enim pro meritis soluit munifice,
Iste etiam pro afflictis certat tutifice,
Iste insuper pro perditis tractat mirifice:

¶ Dicam ergo quod Christus est pro meritis munificus compensator. Mercatores enim non faciunt nisi pro rebus res alias dare, & vnum pro altero commutare. Sic Deus sicut optimus & valde magnificus mercator cōmutat negotia miro modo. Dat enim magna pro modicis, præmia pro meritis, cœlestia pro terrenis. Iste est enim qui dicit animæ beatæ illud Esaiæ 60. *Suges*, inquit, *lac gentium, & mammilla regum lactaberis, & scies, quia ego dominus saluans te, redemptor tuus fortis Iacob. Pro ære afferam aurum, & pro ferro afferam argentum pro lignis æs, & pro lapidibus ferrum.* Constat enim quod Deus animam mammilla regum, id est, ministerio sanctorum & Angelorum nutrit & lactat, ipsamque redimit & saluat, maxima pro modicis sibi donat. Exemplo, scilicet arboris seu vitis, quæ, scilicet pro paruis laboribus quos homo circa illas impendit, fructus vberes sibi reddit. Quia, scilicet, pro laboribus mundanarum tribulationum, Christus affert & confert fructus æternarum consolationum, dicens, scilicet, illud Esa. 61. *Spiritus domini super me eo quod vnxerit me. Ad annunciandum mansuetis misit me, & vt mederer contritis corde.* Sequitur. *Et darem coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium laudis pro spiritu mœroris.* Patet ergo quod Christus est pro meritis munificus compensator. ¶ Deinde dico, quod ipse est pro afflictis tutificus propugnator. Animalia enim pro suis catulis defendendis solent pugnare. Pastores pro ouibus contra lupos solent certare, & duces pro suo populo contra aduersarios dimicare. Cum igitur Christus Deus noster sit omnium pater & dux & pastor, restat quod ipse pro nobis in tribulationib. & tentationibus nostris pugnat & pro defensione nostra se nostris hostibus opponit, & contra eos militat atque certat, & de ipsis misericorditer victoriæ Ioannis 10. *Animam meam ponam pro ouibus meis*, vt sic dicamus 2. Par. 32. c. *Nobiscum dominus Deus noster, qui auxiliator est noster, pugnatque pro nobis.* Vnde Iudith 5. c. *Deus eorum pro eis pugnauit & vicit.* Et Nehem. 4. *Deus noster pugnabit pro nobis, & nosipsi faciemus opus.* Est igitur tutificus propugnator pro afflictis. ¶ Denique dico quod ipse est pro delictis salutificus mediator. Constat enim quod Christus fuit & est pro humano genere mediator ad Deum patrem, scilicet pro nobis.

Deprecando,
Allegando,
Satisdando.

Ipse enim pro nobis exorat humiliter. Vt ipse dixit Petro Lucæ 22. *Ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua.* Et Ioan. 17. *Ego pro eis rogo, non pro mundo, sed pro his quos dedisti mihi, & non pro his tantum, sed & pro his qui credituri sunt per verbum eorum.* Item ipse pro nobis allegat subtiliter. Iste enim aduocatus noster apud patrem, scilicet, cui possumus dicere verbum illud Esai. 38. *Domine vim patior, responde pro me.* Et Rom. 8. dicitur: *ipse spiritus postulat pro nobis.* Postulare enim idem est quod aduocare. Item ipse pro nobis satisdat benigniter. Satisdedit enim seu satisfecit pro redemptione nostra mirabili modo, scilicet, seipsum pro nobis morti exponendo, & proprium sanguinem effundendo. Vnde Matth. 26. *Hic est enim sanguis meus, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* Et ad Eph. 5. dicitur *quod ipse tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam.* Patet igitur quod Christus est pro nobis

Salutificus mediator,
Tutificus propugnator,
Munificus præmiator.

Et hoc est primum principale. Et sic igitur dico quod hæc dictio pro refertur ad Deum. ¶ Secundo principaliter dico, quod ista præpositio Pro aliquando refertur ad iustum. Vir enim perfectus & iustus sicut bonus seruitor & venerator, bonus adiutor & propugnator, bonus procurator & exorator, solet certare & laborare pro Deo, pro proximo, pro seipso. Dico pro Deo, quia reuera pro diuinis cogitare non cessat, videlicet,

Pro ipso zelando fideliter,
Huic regratiando veraciter,
Ipsum deprecando suppliciter,
Ipsum honorando cordialiter,
Pro ipso pauendo, seu ipsū honorando moraliter.

Dico pro ipso zelando sicut, scilicet de Phinees dicitur, Nu. 25 quod *zelo zelatus est pro Deo suo, & expiauit scelus filiorum Israel.* Illud enim summe spectat ad quemlibet Christianum, scilicet, zelare pro fide & pro honore diuino 4. Reg 10. *Veni mecum, & vide zelum meum pro domino.* Verba sunt Iehu regis, qui zelo legis domini ... Achab, filios & genus, nec non & Ochoziæ fratres occidit Iezabelem interfecit, & prophetas Baal exterminauit, sicut dicitur ibidem. Item huic regratiando, scilicet, pro beneficiis ... Deuter. 9. *Benedicas Dominus Deo tuo pro terra optima quam dedit tibi.* Item ipsum deprecando, vt, scilicet, sibi dicere possint aliqui illud Hest. 15. *Inuoca*, inquit, *dominum, & loquere regi pro nobis, & libera nos à morte.* Et Hier. 17. *Ora pro nobis dominum Deum nostrum.* Etiam & pro peccatis suis debet orare, quia sicut dicitur Eccles. 4. *Qui diligit Deum exorabit pro peccatis suis.* Item ipsum honorando seu pro honore ipsius pauescendo, vnde de Heli dicitur 1. Reg. 4. quod *cor eius pauens erat pro arca domini, quæ*, scilicet, *capta fuerat à Philisthæis.* Iustus igitur laborat pro Deo. ¶ Item iustus laborat, cogitat & ... stat pro proximo.

Et hoc certe pro ipso

Viriliter militando,
Legaliter iudicando,
Liberaliter erogando.
Salutanter liberando,
Supernaliter orando.

¶ Dicam igitur quod iustus pro proximo militat viriliter. Vnde ipso

de ipse dicit 1. Par. 19 *Confortare & agamus viriliter pro populo nostro, & pro vrbibus Dei nostri.* Et 2. Reg. 10. *Esto vir robustus, & pugnemus pro populo nostro.* Item pro ipso iudicat legaliter. *Accipiet enim* (sicut dicitur Sap. 5.) *pro galea iudicium certum, & iudicat quod non occidantur patres pro filiis, nec filij pro patribus, sed vnusquisque pro peccato suo morietur*, sicut dicitur Exo. 23. & 4. Reg. 14. Vnde bono iudici dicitur Deuter. 19. *Non misereberis*, inquit, *eius, sed animam pro anima, oculum pro oculo, pedem pro pede exiges.* Item pro ipso erogat liberaliter, quia sicut dicitur Cantic 8. *Si dederit homo omnem substantiam domus sua pro dilectione, quasi nihil despiciet eam.* Item pro ipso liberando certat salutariter. Quia scilicet, sicut dicitur Prouerb. 11. *Iustus de angustia liberatus est, & tradetur impius pro eo.* Et Prou. 21. dicitur, quod *pro iusto datur impius, & pro recto iniquus.* Item pro ipso precatur & orat supernaliter, sc. ad Deum & ad sanctos, vt sic aliud dicat sibi illud 3. Reg. 13. cap. *Deprecare faciem domini Dei tui, & ora pro me.* Et Iob. 42. cap. *Iob autem seruus meus orabit pro vobis.* Iacob 5. *Orate pro inuicem, vt saluemini.* Certat ergo iustus pro proximo. ¶ Item iustus certat & cogitat pro seipso. Et hoc certe pro

Constantia,
Iustitia,
Pœnitentia,
Sapientia,
Temperantia,
Patientia,
Vera eloquentia,
Verbi moderatio.

Laborat igitur pro constantia vt fortis vigeat, vt, scilicet, sit sicut Aioth ille de quo dicitur Iud. 3. quod *ipse vtraque manu vtebatur pro dextera, qui*, scilicet, *Eglon regem Moab interfecit.* Item pro iustitia, vt recta compleat. Vnde Eccl. 4 *Pro iustitia agonizare pro anima tua, & vsque ad mortem certa pro iustitia.* Item pro pœnitentia vt carnem arceat, de quo dicitur Prouer. 27. *Anima esuriens etiam amarum pro dulci sumet.* Item pro sapientia, vt mente splendeat, dicit, [illegible] Sap. 7. *Super salutem & speciem dilexi illam, & proposui pro luce habere illam, quoniam inextinguibile est lumen illius.* Item pro temperantia vt Deo placeat. Vnde Eccle. 29. *Minimum pro magno placeat tibi.* Item pro patientia ne ira ferueat, iuxta illud Rom. 12. *Nulli malum pro malo reddentes.* Sequitur. *Non vosmetipsos defendentes charissimi, sed date locum iræ.* Item pro vera eloquentia vt ipsam habeat. Vnde Eccl. 4. *Pro anima tua non confundaris dicere verum.* Item pro verbi moderantia, vt multum taceat. Vnde Eccl. 32. cap. *Audi tacens simul & quærens, & pro reuerentia accedit tibi bona gratia.* Sic ergo patet quomodo ista dictio pro refertur ad iustum. ¶ Dico tertio principaliter quod pro, quandoque refertur ad impium seu stultum. Constat enim quod impij habent suum pro, id est, suam causam, mediationem, compensationem & commutationem. Vnde nota quod isti habent multiplex malum pro, id est, multiplicem malam causam, mediationem, compensationem & commutationem, quibus scilicet, ipsi dant bona pro malis, mala pro bonis, certa pro falsis, animam pro peccatis, cœlestia pro terrenis. O dicit Christus Matth. 16. *Quam commutationem dabit homo pro anima sua?* q. d. nulla competens commutatio potest esse, & tamen miseri peccatores hoc faciunt, qui, scilicet, sicut dicitur Thren. 1. *Dederunt quæque pretiosa pro cibo ad refocillandum animam.* Quicquid enim habent pretiosum & sanctum, scilicet, gratias & virtutes, & bona etiam paradisi, ipsi dant & perdunt pro modico diuitiarum & deliciarum cibo pro anima, i. e. pro sua misera recreanda, sicut enim vsurarius dat famelicis, [illegible]entibus parua pro magnis, vina & blada corrupta pro grossioribus [illegible], & pro suis principalibus hæreditatibus atque bonis, [illegible] diabolus mala pro bonis solet talibus dare, & sic solet eos ad paupertatem inferni deducere, & hæreditate paradisi priuare, vt sic dicat peccator tali communitate deceptus illud Psalm. *Retribuebant mihi mala pro bonis, sterilitatem animæ meæ.* Dolenter ergo deberet conqueri peccator videns pro pecunia vsuraria, id est pro terrenis (instar, scilicet, Esau pro lenticulis) sua primogenita, hoc est dictum, gratiam atque gloriam perdidisse, & dicere lamentando illud quod dicebat vxor Tob. Tob. 5. O, inquit, *vtinam nunquam fuisset pecunia ista pro qua misisti peregrinari filium nostrum, lumen oculorum nostrorum, baculum senectutis nostræ.* *Filius enim noster interior est affectus, qui reuera lumen est mentis nostræ, & baculus senectutis dum per gratiam est nobiscum.* Sed ad peregrinandum per peccatum mittitur, quando pro mundi pecunia, i. pro bonis huius sæculi, vel etiam pro pecunia diabolica, id est, pro peccatis à gratiæ liminibus elongatur. De tali ergo pro, id est, de tali mali compensatione & commutatione dicitur Micheæ 6. *Numquid dabo primogenitum meum pro scelere meo?* Primogenitum inquit, id est, animam, animum vel affectũ, q. d. non debeo. Quod est contra illos infideles patres, qui, scilicet, filios suos pro pecunia solent dare, & ad principandum pretium ipsos quanquam naturaliter sint liberi, cum modica pecunia commutare, & alienis iuribus subiugare. Sic isti animas, &c.

¶ Et si vis nota, quod isti habent in præsenti sæculo multiplex H
malum Pro, scilicet, vnum Pro

Elationis & superbiæ,
Obliuionis, non notitiæ,
Proditionis & fallaciæ,
Delectationis & complacentiæ.

Ex pro superbiæ eleuationis sequitur casus & deiectio. Vnde 1. Reg. 15. dictum fuit Sauli sic. *Pro eo*, inquit, *quod abiecisti sermonem domini, abiecit te Deus ne sis rex.* Ex Pro ingratæ obliuionis sequitur strages & perditio. Deus enim valde odit vitium ingratitudinis, & maxime quando homo non solum non reddit pro bonis bona, imo & iam infert pro bonis mala, sicut in Psalm dicitur: *Qui tribuunt mala pro bonis detrahebant mihi* Ideo bene dicitur Prou 17 *Qui reddit mala pro bonis, non recedet malum de domo eius.* Ex pro fallaciæ proditionis sequitur murmur & detractio Ps. 108. *Pro eo vt me diligerent detrahebant mihi, ego autem orabam.* Ex pro terrenæ possessionis seu etiam mundanæ delectationis sequitur infernus & damnatio. Vnde Esa 3. dicitur sic: *Et erit*, inquit, *pro suaui odore fœtor, & pro zona funiculus, & pro crispanti crine caluitium, & pro fascia pectorali cilicium, &c.* Et breuiter peccatores, qui iam inutiles permutationes faciunt, possunt dicere illud 2. Machabæorum 7. *Nos enim pro peccatis nostris hæc patimur.* Sic igitur patet quomodo ex ista mala causa pro sequitur multimodus malus finis, & quomodo mali habent inter se commutationes varias valde malas.

¶ Et si vis etiam potest dicere quod per pro, in malo significa- I
to potest intelligi peccator, mundus vel diabolus, qui, scilicet, est malus mediator, falsus procurator, durus præmiator. Quia, scilicet isti pro bonis reddunt mala, pro suauibus aspera, pro magnis parua, pro peccatis tormenta. &c. allega vt prius. Sufficit, Patet igitur quod pro refertur ad impium, ad iustum, & ad Deum, &c.

## Probare. Probatus.

Cum probare nihil aliud sit quam aliquid experiri, mentaliter tentare, vel aliquid per facti euidentiam manifestare, ad finem vt eius conditio possit melius apparere, possumus dicere quod Deus probat homines diuersimode in hoc mundo. Sicut enim aurifaber probat metalla, & quæ bona & legitima inuenit, solet retinere, tenere & admittere, quæ vere mala inuenerit, solet penitus refutare, sic Deus probat & bonos & malos in mundo, vt finaliter bonos in paradiso recipiat, malos vero in infernum pellat & deijciat. Et de hoc dicitur in Ps. 138. *Domine probasti me, & cognouisti me, tu cognouisti sessionem meam & resurrectionem meam,* Notare ergo possumus quod Deus probat, & homo probatur, Et ideo dico quod est probatio A

Diuina,
Humana,
Mundana,

In omni enim probatione necessarius est probator, locus probationis, & probatus. In probatione ergo nostra Deus est probator vel per se vel per subiectam creaturam, mundus est locus probationis, homo vero est illud quod probatur. Dicamus ergo quod mundus est locus spiritualis probationis. Sicut enim

Milites probantur in stadio,
Scholares probantur in studio,
Doctores probantur in auditorio,
Metalla probantur in conflatorio.

Sic pro certo boni probantur in huius mundi spatiatorio. Mundus enim est sicut fornax in qua Deus probat illos, quos sibi vult specialiter retinere. Sicut enim Papa probat & examinat hominem clericum vt beneficietur, iudex probat & examinat accusatum, vt absolutus & innocens declaretur, homo probat equũ vt ematur & retineatur, campsor probat denarium, vt eius bonitas ostendatur, sic vere Deus probat in isto sæculo virum iustum, vt ipsum innocentem faciat, vt beneficiũ paradisi sibi cõferat, vt ipsũ sibi perpetuo retineat, & vt bonitatẽ ipsius declaret omnibus & ostendat. Iuxta illud 1. Tim. 3. *Probentur primum & sic*

*& sic ministrem.* Sic fuit probatus Iob & Tobias, quia sicut dicitur Eccles. . *In igne probatur aurum & argentum, sic & homines receptibiles in camino humiliationis.* Et ideo de quolibet probato & probando potest exponi illud Genes. 27. *Accede ad me vt tangam te & probem vtrum sis primogenitus meus.* Vbi aduerte quod Deus antequam homini conferat præbendam, non Parisiensem sed Paradisi probat ipsum aliquoties tribus modis secundum quod trium hostium impugnationibus ipsum aliquando submittit. Aliquoties enim probatur à carne per prosperitatis delectationem. Aliquando probatur à mundo per aduersitatis desolationem. Aliquando probatur à hoste per iniquitationis instigationem. Successus attractiuus probat consolationem prosperitatis, *Accede ad me*, inquit. Contractus afflictiuus probat desolationem aduersitatis. *Vt tangam te* inquit. Processus probatiuus probat
B instigationem iniquitatis. Vt probem te. &c. ¶ Ista ergo sunt tria genera probationum in quibus probatur homo, videlicet,

In carnis prospera successione,
In mundi aspera afflictione,
In hostis remota tentatione.

Dicamus igitur quod homo probatur in successione consolatiua. Et hoc ostenditur cum dicitur, *Accede ad me*, istud verbum *Accede ad me*, est vocabulum attractiuum, lenitiuum, blanditiuum, vocatiuum, & prosperæ successionis designatiuum, quia videlicet illos qui modo sunt in prosperitate, videtur Deus vocare ad se, in quantum scilicet, ipsis solet applaudere & blandiri iuxta illud Hest. 15. *Accede huc & tange sceptrum.* Et Matt. 25. *Accedens qui quinque talenta acceperat.* Ista est enim vita tutis proba, scilicet mundi prosperitas. In ista enim proba non stat metallum nisi solidum. Sicut enim metallum sic probatur, quia si purum fuerit, idem pondus reddit dum ex igne & fornace trahitur quod habuit antequam in ignem & fornace mittebatur, sic vir iustus eiusdem est conditionis dum in prosperis eleuatur, & dum in aduersis deprimitur & calcatur. Probatur etiam sicut balsamum, quod si verum fuerit & purum & in aqua ponatur, statim petit fundum, si vero sophisticatum fuerit & impurum, tunc nō descendit, imo sursū enatat & supereminet & ascendit. Sic vere homo bonus in aqua prosperitatis positus non euanescit, nec sursum in superbiam erigitur, sed magis per timorē in seipsum colligitur, & per humilitatem & mortis & inferni cōsiderationem inferius descendere consueuit. Econtra vero illi qui impuri sunt atq; mali, si cum aqua prosperitatis per complacentiam miscentur, sursum in superbiam leuantur. Illud figuratur Iud. 7. vbi dicitur quod *Deus volens probare, qui erant illi, qui contra Madian debebant, & poterant præualere, dixit Gedeoni. Duc eos ad aquas & ibi probabo eos* Et dicitur ibi *quod modus probæ fuit talis, quia illi qui quasi aquas contemnendo ipsas solum manu lambuerunt, nec ad eas se inclinauerunt, fuerunt ad prælium acceptati. Illi vero qui ad aquam genua flexerunt, & qui signum nimiæ affectionis ad eam ostenderunt, fuerunt à prælio reprobati.* Et ratiōe dicitur ibi quod *multo plures fuerunt flexo poplite bibentes, quam manu solummodo aquam tangentes.* Et sic plures fuerunt à prælio repudiati quam recepti. Sic vere charissimi, Deus in aqua mundanæ prosperitatis, quandoque probat homines in hoc mundo. Proba, tamen talis est, quia pro certo illi qui sunt acceptabiles atque boni, & ad præualendum contra Madian, id est, diabolum ordinati, solum aquam superficialiter tangunt, & cum manu, id est, solum ad necessitatem eam recipiunt atq; bibunt, ibiq; genua cordis non inclinant, nec per affectum nimium se immergunt. Iuxta illud Psal. 61. *Diuitiæ si affluant nolite cor apponere.* Illi tamen qui à Deo sunt reprobabiles atq; mali, flexis genibus, id est, toto cordis appetitu ad istam aquam se inclinant, & non solum ad necessitatem, imo etiam ad superfluitatem ibi se recreant & delectant Ezechielis 47. *Traduxit me per aquam vsq; ad renes*, id est, vsque ad complacentiam, Et ideo dicitur de ista proba dicitur in Psalm. 80. *Exaudiui te in abscondito tempestatis, probaui te apud aquam contradictionis.* Et dicitur prosperitas aqua contradictionis, pro eo quod causa est multarum contradictionum. Et dicitur absconditum tempestatis pro eo quod causa est temporalium & æternalium aduersitatum. Patet ergo quod homo probatur in successione consulatiua. *Accede huc* inquit ¶ Deinde dico quod probatur in afflictione desolatiua, i. in mundi aduersitate, quæ ostenditur cum dicitur; Vt
C tangam te. Tangere n. signat aliquam violentiam corporalem, Ex tactu n. imprimitur maior dolor quam ex actu cuiuscunq; alterius sensus. Et ideo sicut Medicus tangendo membrum, probat infirmi complexionem, sicut ignis tangendo a[...] probat ipsius perfectionem, sicut lapis tangendo, aurum p[...] ipsius conditionem, sic vere Deus tangendo, corrigendo, [...]endo, & tribulando hominem, cognoscit & probat eius v[...]tem vel defectionem. Ideo Iob qui multis tribulationibus probatus, dicit de seipso. Iob. 23. *Probabit me quasi aurum quod ignem transit.* Et ideo de tactu tribulationis suæ legit[...] diabolus Iob 1. *Extende paululum manum tuam, & tange cuncta quæ possidet, nisi in faciem benedixerit tibi.* Aurum enim purum & im[...]tum sic probatur. Quia si fuerit purum, in igne positum non [...]mat, non euaporat, percussum non sonat, non minoratu[r ...] purgatur, & melius quam antea persenerat. Si autem im[...] & mixtum fuerit, tunc in igne fumat & minoratur & e[...] percussum sonat & a pondere recto & colore deficit & [...]dat. Sic pro certo illi qui puri sunt & iusti, si in igne tr[ibulatio]nis ponuntur, vel si diuersis afflictionibus feriuntur, n[on ...] per superbiam & indignationem, non sonant per impa[tientiam] & detractionem, non minorātur per iniustitiam & de pe[...]nem. Illi vero qui iniusti sunt & iniqui, in pondere vi[rtutis mi]norantur, & per impatientiam obloquuntur, & per indig[natio]nem fumant, superbiunt & irascuntur. Ideo de bonis di[citur] Psalm. 16. *Probasti cor meum & visitasti nocte, igne me examinasti, non est inuenta in me iniquitas.* Isti enim sunt sicut thus & re[si]na, quæ ita sunt in colore similia, quod nisi probentur [...]gnoscūtur. Verūtamē in igne posita resina fœtet, & di[...] [...]thus vero fragrat & accenditur. Sic vere mali quandoque [su]nt bonis similes in colore conuersationis, sicut sunt hypocr[it]æ, istos tamen probat ignis tribulationum, quia in isto igne thus, id est, vir iustus redolet per famosam patientiam, & accenditur per charitatem. Resina vero, i.e. vir malus & hypocrita [...] igne fœtet per infamem desistentiam, & dissoluitur per imbecillitatem. Ideo de bonis & malis dicitur Sap. 11 *Hos enim tanquā pater monens probasti, illos vero tanquam durus rex interrogans condemnasti.* Ideo Eccles. 27. dicitur quod *vasa figuli probat fornax.* Isti er[go] probantur in tribulatione desolatiua. ¶ Deniq. dico quod [qui]dam probantur in tentatione instigatiua, & hoc ostenditur [cum] dicitur. *Vt probem te*, sci. per suggestionem & tentationem ho[s]tis. Quia, scilicet sicut ferrum quandoque tingitur in col[ore] auri, probatur tamen & cognoscitur per præsentiam a[...]tis, quia scilicet ferrum statim sequitur adamantem, au[rum au]tem non, sic homo peccator & hypocryta quandoq; tingitur & induitur colore viri iusti, adamas tamen, i. durus & obstinat[us] diabolus veritatem probat, quia, scilicet ferrum, id est, pecca[tor] statim ipsius tentationibus & suggestionibus attrahitur, au[rum] vero, id est, vir iustus & perfectus, huiusmodi impulsionibus [non] mouetur Eccles. 31. *Ignis probat ferrum durum.* Tentatio enim [dia]boli dicitur ignis, quia scilicet ad modum ignis solet per [...] desideria inflammare, & ad finem per tormenta infernalia [...] hominem penitus deuorare. De tali ergo proba, quam [...] iusti, dicitur Tob. 12. *Quia acceptus eras Deo, necesse fuit vt probatio tentaret te.* Sic ergo patet quomodo Deus probat hom[ines di]uersimode, quosdam in tentationibus quosdam in tribulati[o]nibus quosdam vero in prosperis successionibus. Et ideo bre[ui]ter de istis probis concluditur Iac. 1 *Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se.* Ista est ergo probatio diuina. ¶ Secundo di[co] quod inuenitur probatio humana. Et sic dico quod hom[o de]bet probare, discernere & tentare illa, quæ sunt sibi bona, [hone]sta & vtilia, & illa facere & tenere. Iuxta illud Ro. 2. *Proba[s ...] ra instructus per legem.* Notemus ergo quod nos debemus probare

Verborum veritatem,
Cordium qualitatem,
Rerum diuersitatem,
Diuinam voluntatem,
Supernam pietatem,
Vitium quantitatem,
Operum bonitatem.

¶ Probemus igitur verborum veritatem, quia, scilicet, non oportet statim credere quod auditur, sed narrata prius cogitare [...]dere 1. Ioan. 4. *Nolite credere omni spiritui, sed probate spiritus an ex Deo sint.* Item probemus cordium qualitatem 2. Corin. 13. *Vosmetipsos probate si estis in fide.* Item probemus rerum diuersitatem, scilicet, quæ nobis sunt vtiles & quæ non, Vnde 1. Thess. 5. *Omnia probate, quod bonum est tenete.* Item probemus diuinam voluntatem Rom. 12. *Probetis quæ sit voluntas Dei beneplacens & perfecta.* Item probemus supernam

pertam pietatem Malach. 3. *Probate me dicit dominus si non aperuero vobis cataractas cœli.* Item probemus nostrarum virium quantitatem 1. Corint. 11. *Probet autem seipsum homo.* Item probemus operum nostrorum bonitatem Galat. 16. *Probet autem vnusquisq; opus suum.* Et sic patet quod est quædam probatio humana.

F ¶ Tertio dico, quod est probatio mundana, & ista est illa qua quis etiam temporaliter debet probari antequam eidem aliquid committatur, & maxime antequam ad status eminentiam assumatur 1. Tim. 3. *Probentur primum, vt sic ministrent.* Sed de illa vide vbi de probatione agitur in titulis multis, &c.

# Procedere.

Nota, quod procedere aliquando sumitur pro exire vel emanare, aliquando pro progredi & pro transire, aliquando pro tractare & ordinare, & sic est processus

Æternalis & emanatiuus
Moralis & frequentatiuus,
Causalis & operatiuus,
Temporalis & antiquitatiuus.

¶ Processus æternalis est in trinitate. Et iste est ille quo filius procedit à patre per generationem, de quo Io. 8. *Ego ex Deo processi & veni.* Et ille quo Spiritus sanctus procedit & emanat à Patre & filio per communem inspirationem, de quo Ioan. 5. *Mittam vobis spiritum veritatis, qui à patre procedit.*

B ¶ Processus moralis est in voluntate. Voluntas enim procedit continue & proficiscitur & transit vel de bono in melius, vel de malo in peius Exemplo lunæ, quæ continue procedit vel ad crementum vel ad decrementum. Et ideo de bono processu & profectu dicitur in Ps. 44. *Specie tua & pulchritudine tua, intende prospere, procede, & regna.* Et de isto vide supra vbi crescere, vbi inuenies illam authoritatem dictam & prosecutam Pro. 4. *Iustorum semita quasi lux splendens procedit, & crescit vsque ad perfectum diem.* De malo vero processu in moribus potest dici illud quod de Semei dicitur 2. Regum 16. *Procedebat egrediens, & maledicebat.*

¶ Processus causalis est in operum qualitate, & iste est ille processus quo à nobis procedunt bona vel mala. Bona enim procedunt à bonis Luc. 4. *Mirabantur omnes in verbis gratiæ quæ procedebant de ore eius.* Mala autem procedunt à malis, quia sicut dicitur Eccl. 42. *De vestimentis procedit tinea, sic à muliere iniquitas viri.* Et Marc 7. dicitur, quod *quæ de homine procedunt, hæc sunt quæ coinquinant hominem.* ¶ Processus temporalis est in rerum diuturnitate. Tempus enim continue procedit. Cum enim tempus sit mensura motus (4. Physicorum) hinc est quod omnia quæ motui & transformationi subiacent, temporaliter procedunt & senescunt, sicut de Zacharia & Elisabeth dicitur Lucæ 1. quod *processerunt ambo in diebus suis.* ¶ Si tamen vltra hæc velis aliquid dicere de processu virtuoso, quo scilicet *de virtute proceditur in virtutem, quo Deus Deorum in Sion videatur*, notabis & dices quod processus seu profectus in bonum valde est necessarius in hac vita, quia sine processu nunquam potest finis aut terminus attingi, quinimo si à processu desistitur, quasi necessario reintroitur. Illa enim quæ de sui natura sunt mobilia, nunquam possunt in vno loco sistere, quinimo nisi procedunt vlterius, necesse habent vt communiter retroire. Sic reuera cum homo labilis sit naturæ, sic fit, quod nisi semper vlterius procedat in bonum, necesse habet affectibus vel actibus faciliter se vertere ad aliquod inutile seu vanum. Exemplo, scilicet magnæ rotæ, quæ quando cum impetu voluitur, si steterit statim eodem impetu non ad oppositum inclinatur. Procedat igitur iustus, nec cesset à bono opere, si tamen vult in contrarium non abire. In causis enim ciuilibus nunquam ad summam attingitur, nec etiam causæ victoria reportatur, nisi prius legitime procedatur. Constat enim, quod propter defectum boni processus multæ causæ quæ alias bonæ fuerint, amittuntur Et ideo bene dicitur 1. Reg. 19. *Surge & procede, & alloquens satisfac seruis tuis.* In quibus verbis ostenditur quod ad bonum processum faciendum plurima requiruntur. Oportet enim

Dimittere quod officit,
Admittere quod proficit,
Adiungere quod allicit,
Porrigere quod sufficit.

¶ Igitur dimittamus pondus corporeum quod nimis onerat. *Surge* inquit. Admittamus motum pectoreum quo vitius properat. *Procede.* Adiungamus verbum sonoreum, quod mentes vulnerat. *Alloquens.* Porrigamus panem idoneum, qui famem superat. *Satisfac.* inquit, *seruis tuis.* Processus enim virtuosus consistit in dimissione lethalis pressuræ. In commotione mentalis naturæ. In oratione supernæ præturæ. In nutritione pauperum inopiæ.

¶ Isti enim sunt quatuor boni processus. Dimittere mundum impedientem. *Surge* dimittendo, scilicet, corruptionem. Admittere actum expedientem. *Procede*, ad vlteriorem, scilicet, perfectionem. Requirere Deum proficientem. *Alloquens* scilicet Dominum per orationem. Requirere plebem deficientem. *Satisfac seruis tuis*, scilicet, per eleemosynarum largitionem & nutritionem.

¶ Primo ergo dico, quod si bene volumus in bono proficisci & procedere, necesse est quod dimittamus pondus corporeum, hoc est dictum, curam temporalium & carnalium negotiorum, quod ostenditur cum dicitur *Surge*, id est, sursum te erigere, quod, scilicet, nõ potest bene fieri, nisi prius pondus aggrauans dimittatur. Sed de hoc vide plene de Exurgere, de Consurgere, & Surgere. Pone tamen figuram de Dauid, qui oneratus armis Saulis non potuit incedere contra Philistæũ, sicut dicitur 1. Regum 17. sed postquam ipsum onus deposuit & dimisit, tunc fundam manu tulit, & processit aduersus Philistæũ, & cum in funda & lapide superauit, &c. Expone bene de quinque lapidibus sicut alibi. Vnde Ezech. 42. *Deponent*, inquit, *vestimenta in quibus ministrant, & vestientur aliis, & sic procedent.* *Surge* inquit Actor. 12. *Surge Petre, quia ceciderunt catenæ de manibus tuis.* O quam sunt hodie plures qui pressi pondere negotiorum temporalium nec surgere, nec procedere possunt. Diabolus enim est sicut ille pessimus Antiochus, de quo dicitur 1. Machab. 15. quod *ipse conclusit Tryphonem ne procederet.* Nec sic, sed si volumus bene procedere dimittamus pondus corporeum. F

¶ Secundo si volumus bene procedere, impellamus motum pectoreum. *Procede*, inquit, id est, procul incede, quia, scilicet, motus corporeos, scilicet, bonos affectus & desideria debemus procul, scilicet, vsq; ad paradisum impellere, & illic mentaliter intendere & incedere, si volumus de virtute in virtutem bene procedere. *Procede*, inquit, id est, procul incede, vsque in paradisum, scilicet. Psal. 44. *Specie tua & pulchritudine tua, intende prospere, procede, & regna.* Ibi enim debet esse processus noster, quia sicut dicitur Prouer. 4. *Iustorum semita quasi lux, &c.* sicut supra. Et nota, si vis quod nos debemus facere processum G

Fortem & bellicosum,
Constantem & virtuosum,
Sapientem & seriosum,
Diligentem & curiosum,
Exultantem & gaudiosum,
Rutilantem & luminosum,
Honorantem & amorosum,
Humectantem & viscerosum,
Triumphantem & gloriosum.

¶ Isti sunt igitur certi gradus quibus ascenditur & proceditur ad terminum gloriæ sempiternæ. Et primo quidem per gradum potentem & bellicosum, scilicet, per gradum fortitudinis, quo, scilicet, nos debemus contra spirituales & temporales hostes, dæmones, hæreticos, vitia & tyrannos bellare. Vnde Hier. 46. *Præparate scutum & clypeum, & procedite ad bellum, state in galeis, polite lanceas, induite vos loricis.* Sequitur. *Exultate in curribus & procedant fortes.*

¶ Item proceditur per gradum constantem & virtuosum. Non enim sufficit quod homo sit audax & fortis ad inuadendum, nisi etiam sit constans ad perseuerandum & permanendum. Vnde 1. Mach. 3. *Processerunt vt irent cum vniuersa virtute sua*, & 2. Par. 18. dicitur, quod *processit spiritus, & mansit coram Domino.*

¶ Item proceditur per gradum prudentem & seriosum. In omni enim materia processus qui fit per viam sapientiæ & prudentiæ, optimus est. Vnde de Ezechia rege Iuda dicitur 4. Regum 18. quod *ipse adhæsit Domino, & non recessit à vestigiis eius, & erat Deus cum eo, & in cunctis ad quæ procedebat, sapienter agebat.*

¶ Item proceditur per gradum diligentem & curiosum. In omni enim materia processus diligens commendatur. Vnde in Psal. 18. dicitur: *Tanquam sponsus procedens de thalamo suo, exultauit vt gigas ad currendam viam.* Cursus enim diligentiam significat. Item proceditur per gradum exultantem & gaudiosum. Gaudium enim in spiritu sancto est vnus gradus ad procedendum in cœlum 1. Mach. 9. *Ecce*, inquit, *apparatus multus, & sponsus processit, & amici eius cum tympanis & musicis.*

¶ Item proceditur per gradũ rutilantem & luminosum. Lux enim fidei & scientiæ optimi sunt gradus ad bene procedendũ

in virtutibus. Vnde illud Prou. 4. *Iustorum semita quasi lux splendens procedit & crescit.* Vnde etiam de spiritu veritatis qui à patre procedit, dicitur Ioan. 15. quod *ipse vos docebit omnia.*

¶ Item proceditur per gradum honorantem & amorosum, scilicet, per viam charitatis, quia, scilicet, boni procedunt dignis obuiam ad eos honorandum, sicut Ioan. 12. dicitur de Christo quod *pueri Hebræorum acceperunt ramos palmarum, & processerunt obuiam ei.* Iob etiam de seipso 29. cap. dicit sic: *Quando, inquit, procedebam ad portas ciuitatis, & in plateis parabant cathedram mihi.*

H ¶ Item proceditur per gradum irrigantem & viscerosum, scilicet, per viam clementiæ & pietatis. Vnde vir pius est ille fluuius irrigans pauperes, de quo Apoc. 22. *Ostendit mihi Angelus fluuium aquæ viuæ splendidum tanquam crystallum, procedentem de sede Dei.*

¶ Item proceditur per gradum seu etiam ad gradum eminentem, seu etiam triumphantem & gloriosum, scilicet, ad gloriam paradisi, & ad Deum faciliter speculandum. Vnde Io. 5. *Procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ.* Vt sic de quolibet beato dicatur illud Iud. 16. *Erat autem diebus festis procedens cum magna gloria.* Et sic patet quomodo ad procedendum, id est, procul vsque ad paradisum incedendum, necesse est quod nos impellamus modum pectoreum. *Procede* inquit.

¶ Tertio si volumus bene procedere, adiungamus verbum sonoreum, seu requiramus regem sydereum. *Alloquens* inquit. Allocutio enim & oratio & deprecatio ad Deum multū est necessaria in processu virtuoso. In processibus enim ciuilibus valde est vtile alloqui curialiter iudicē, & gratiam eius pro viribus impetrare. Sic vere cum in processu seu profectu virtutum Deus sit iudex noster, coram quo, scilicet, procedere nos oportet, certe necesse est vt ipsum deuotis orationibus laudibus & gratiarū actionibus alloquamur, ad finem quod eius gratiam & misericordiam consequamur, & quod pro nobis definitiuam sententiam assequamur. Vt sic homo de allocutione diuinæ sapientiæ dicat illud Sap. 8. *Sciens, inquit, quoniam communicabis mecum de bonis, & erit allocutio cogitationis, & tedij mei, habebo propter hanc claritatem ad turbas.* Vt sic homo sit de illis de quibus dicitur 2. Mac. 10. *Deprecabantur, inquit, dominum caput terra aspergentes, lumbos præcinctis cilicijs, ad altaris crepidinem prouoluti, vt sibi fieret propitius.* : Sequitur. *Post orationem longius de ciuitate procedentes.* Pone hic si vis quomodo cautus aduersarius timens quod altera pars bene procedat & quod gratiam iudicis habens sententiam obtineat, summe cauet quod in procedendo possit errare, vel quod excommunicationis sententiam possit incurrere, vt sic allocutionem & gratiam iudicis possit perdere, & processus ipsius nullus esse. Sic vere diabolus aduersarius noster inuidens bonis nostris processibus, & timens quod per finalem sententiam præbendam seu hæreditatem paradisi obtineamus, solet procurare per tentationem quod illegitime procedamus, scilicet, alias quam deceat operantes, & quod per peccatum mortale excommunicationem spiritualem, scilicet, separationem à Deo & à statu gratiæ incurramus, vt sic processum virtutum, si quem antea fecimus, amittamus, dicens, scilicet, cuilibet illud Iob 38. *Vsque huc venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos.* Non sic ergo, sed si volumus bene procedere, adeamus seu requiramus regem sydereum. *Alloquens* inquit.

I ¶ Quarto dico, quod si volumus bene procedere, porrigamus panem idoneum, scilicet, eleemosynam pauperibus & egenis, quod ostenditur cum dicitur, *Satisfac seruo tuo.* Satisfac, inquit, scilicet, indigentiæ miserorum, vt sic talis pius homo taliter ad opera pietatis procedens, figuretur in *illo flumine quod procedebat de sede Dei.* Apocal. 22. & in illa puella de qua dicitur Actorum 12. quod *Petro pulsante ad ianuam processit puella ad videndum.* Pulsante enim paupere & eleemosynam postulante, statim debet fluuius & puella, id est, vir dulcis & misericors procedere, & gratiam, veniam, misericordiam & eleemosynam dispensare. *Satisfac*, inquit, *seruo tuo.* Vnde priori Petri 3. *Parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos.* Et si vis, potes hic dicere quomodo valde bonum est homini qui longum iter habet facere, quod in via & etiam in termino multos habeat amicos. Sic vere valde tutus in longa via paradisi procedimus, si hic per eleemosynas pauperes, & illic Deum & sanctos per orationes amicos nostros facimus. Dicamus ergo de homine pio ad pauperes illud quod de Christo dicitur Matthæi 4. quod *procedens vidit duos fratres, & vocauit eos.* Hic posses ponere quomodo nauta in mari ne procedat ad portum, cursor in terra ne attingat ad terminum, tigris in nemore, scilicet, cum speculis ne inueniat suum catulum, à processu diuersimode retardantur, &c. Vide supra de Currere, Ire, Via, Iter & similibus, vbi multa inuenies. Patet igitur quod ad bonum & virtuosum processum quatuor principaliter valent, scilicet,

Compassionis affectus,
Orationis affatus,
Affectionis contactus,
Corruptionis contemptus.

Et hæc sufficiant de processu vtili & virtuoso. ¶ Sed si vis dic aliquid de processu flebili & vitioso. Mali enim semper procedunt in vitijs, quia, scilicet, quanto plus viuunt, tanto peiores fiunt Eccles. 20. *Est processus in malis viro indisciplinato.* Et sic nota quod mali procedunt, scilicet, K

Ad mundi gaudia,
Ad carnis prandia,
Ad litis odia,
Ad iræ studia,
Ad mortis tædia.

Procedunt dico ad lætitias mundiales, figurati, scilicet *in filiabus Sylo quas videntes filij Beniamin ad ducendos choros ex more procedere rapuerunt.* Iudicum 21. Vt communiter enim extrema gaudij luctus occupat, & qui procedit ad gaudia, faciliter venit ad lites & iurgia. Item procedunt mali ad spurcitias corporales. Vnde de illis qui erant in arce Hierusalem, dicitur 1. Mach. 14. quod *illi qui de ea procedebant, contaminabant omnia in circuitu sanctorum.* Item procedunt mali ad discordias, figurati scilicet Apoc. 16. *in illis tribus spiritibus immundis qui procedunt ad reges totius terræ congregare eos ad prælium.* Item mali procedunt ad iracundias cordiales, figurati scilicet in illa vipera de qua dicitur Actui. 28. quod *cum processisset à calore arripuit manum Pauli.* Calore enim iracundiæ succensi, solent alios lædere sine causa. Item procedunt mali ad pestilentias infernales, figurati scilicet in Onia 2. Machab. 4. qui proditiose inductus de asylo procedere, statim fuit per Andronicum interfectus. Quia reuera cum peccando quis de asylo, id est, de templo gratiæ procedit & exit, Andronicus diabolus ipsum finaliter per damnationem decidit. Similis illi principi odioso Apollonio, de quo dicitur 2. Mach. 5. quod *omnes illos qui ad spectaculum processerant, trucidauit.* Quia pro certo illi qui ad mundi vitia, solatia, spectacula & ludibria procedere non verentur, à diabolo finaliter occiduntur. Iste est ergo malus processus quem faciunt mali.

¶ Sed si vis dic adhoc quod non solum mali procedunt male, imo etiam quandoque à malis procedunt mala, videlicet L

Fumus superbiæ,
Ignis sæuitiæ,
Fœtor luxuriæ,
Sulphur infamiæ.

Fumus dico quem ventus dispergit. Vnde de superbo dicitur Ioan. 11. *De naribus eius procedit fumus.* Item inde procedit ignis sæuitiæ seueritatis iracundiæ, quem furor inuergit Iob 14. *De ore eius Lampades procedunt quasi tæda ignis accensæ.* Et de locustis dicitur Apoc. 9. quod *de ore ipsarum procedit ignis.* Item inde procedit fœtor luxuriæ quæ carnem inficit Mat. 7. *Quæ de homine procedunt, sunt illa quæ coinquinant hominem.* Item inde procedit sulphur infamiæ quam nullus abstergit, Vnde Apoc. 9. dicitur: *De ore equorum procedit ignis, & fumus, & sulphur.* Equi enim sunt carnales homines quia sicut dicitur Esa. 31. *Equi eorum caro.* De quorum pestifero ore procedit ignis detractionis & inuidiæ. Fumus elationis & stultitiæ, & sulphur, id est, fœtor infectionis & infamiæ. Vnde ibidem dicitur, quod *tertia pars hominum occisa est de igne & fumo & sulphure, quæ procedunt de ore ipsorum.* Ista sunt ergo mala quæ procedunt à malis.

¶ Notabis tamen quod à bonis & potissime à prælatis debent procedere, scilicet M

Verba certæ prolocutionis,
Vita sanctæ conuersationis,
Clamor altæ prædicationis,
Rigor duræ castigationis,
Vigor tutæ dominationis.

¶ De prolocutione veridica dicitur in Psalm. 88. *Quæ procedunt de labijs meis, non faciam irrita.* De conuersatione sanctifica dicitur Prouerb. 4. *Omni custodia serua cor tuum, quoniam ab ipso est vita.* De prædicatione altidica dicitur Apocal. 4. quod *de throno procedunt fulgura & voces & tonitrua.* De castigatione iuridica dicitur Apocal. 19. *quod de ore ipsius procedebat gladius ex vtraque parte acutus.* Et

sequitur

[...]tem ibidem, quod omnes illi qui acceperunt characterem [...]x, occisi sunt gladio qui procedit de ore ipsius, de dominatione etiam sanctifica dicitur Exod. 30. *quod de altari cornua procedunt*. Altare enim est prælatus de quo, scilicet, debent procedere cornua potentiæ rigorosæ. Et sic patet quod à iusto & maxime à prælato debent procedere

Veridica prolocutio,
Sanctifica conuersatio,
Altidica prædicatio,
Iuridica castigatio,
Fortifica dominatio.

Et hæc de procedere sufficiant. Vide infra in tit. Proficisci, & supra in tit. Ire, Ambulare, Currere, Transire, & similia significantia motum.

A **Procella.** Nota, quod procella idem est quod tempestas. Est enim procella idem quod ventus vehemens grandinibus & pluuijs intermixtus. Est igitur vt communiter procella triplex, scilicet procella

Latentis tentationis,
Præsentis vexationis,
Sequentis damnationis.

De tentatione patet, quia in ipsa vtitur diabolus ad animarum subuersionem vento vehementis superbiæ, igne inflammantis auaritiæ, pluuia lubrificantis luxuriæ, tonitruo stupefacientis discordiæ. Ita breuiter dico, quod de procella tentationum dicitur in Psal. 111. quod *ignis, grando, nix, glacies, & spiritus procellarum, pars calicis eorum*. Tute est igitur & sapienter per huius mundi pelagus nauigandum ne forte procella tentationis nauem nostram possit destruere vel cassare Ecc. 33. *Sapiens non odit mandata & iustitias, & non illidetur quasi in procella nauis.*

B § De mundi tribulatione & vexatione patet. Ista enim est quædam procella quæ status obruit miserorum, de qua, scilicet, dicitur Matth. 4. *Facta est procella magna venti, & fluctus mittebat in nauem.* Et nota, si vis quod procella mundi tribulationum

Certa lege à Deo regulatur,
Certo puncto à Deo terminatur,
Certo modo à Deo temperatur,
Certis horis à Deo augmentatur.

C § Dicam ergo, quod procella tribulationis in certa lege solet ordinari. Deus enim ordinauit modum & regulam talium procellarum, vt scilicet, sæuire nequeant, nisi quantum fuerit ordinatum. Vnde Iob 28. dicitur, quod *Deus ponebat pluuijs legem & viam procellis sonantib*. Et ideo Ps. 148. dicitur: *Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius.*

§ Item ista procella certo puncto solet terminari. Deus enim non solum tribulationibus posuit legem, quantum actualiter possint sæuire, imo etiam præfixit eis terminum quantum temporaliter possint durare. Vnde in Psal. 106. *Dixit, & stetit spiritus procellæ.*

§ Item ista procella, certo modo solet mitigari. Habet enim Deus modos suos quibus nunc vni, nunc alteri lenit mundi mala. Ps. 106. *Statuit procellam eius in auram, & siluerunt fluctus eius.*

§ Item ista procella certis horis solet augmentari. Constat enim quod secundum dispositionem dispensationis suæ, Deus quandoq; tribulationes augmentat, non solum contra malos, [...] etiam contra bonos. De malis enim dicitur Hier. 30. *Procel[la] [...] in capite impiorum conquiescet.* De bonis etiam dicitur Luc. [8.] quod *Christo & discipulis eius nauigantibus Christus obdormiuit, & [descen]dit procella venti in stagnum, & compellabantur fluctibus & peri[cli]tabantur.* Et tamen dicitur ibidem, quod *discipuli excitauerunt e[um] [dic]entes, Perimus. Qui surgens increpauit ventum, & tempestatem, & facta est tranquillitas.* Sæpe enim accidit quod Deus fit tanquam [dormi]ens per dissimulationem, amicosq; procellis & tempestatib. iactari & quasi periclitari permittit per fortem tribulationem. Verum si deuotis precibus excitatur, solet misericorditer vigilare, & tribulationes increpâs mitigare. Ista ergo dicta sint

D de ista procella, scilicet, de mundi tribulatione. § De æterna vero damnatione patet. Ista est enim procella qua naues, id est, animæ impiorum, in mari, i.e. in æterna amaritudine submerguntur. Vnde de damnatis dicit dominus Ezech. 13. *Erit, inquit, imber inundans, & duo lapides prægrandes desuper irruentes, & ventum procellæ dissipantem.* Et in canonica Iudæ dicitur, quod *istis, scilicet, peccatorib. damnatis procella tenebrarum in æternum conseruata est.* Hæc igitur de procella infernali, temporali, spirituali seu criminali sufficiant. Vide in tit. Ventus, Tempestas, &c.

*Dection. Berchorij.*

**Procidere.** Cum procidere idem sit, quod protinus seu A prope cadere, seu ad terram inclinari aut orando seu reuerentiam exhibendo genu flectere, possumus dicere quod procidere à parte procidentis est officium humilitatis & reuerentiæ. A parte præsidentis, sc. coram quo prociditur, est officium nobilitatis & excellentiæ. A parte vero finis seu cõsequentis est officium vtilitatis & complacentiæ, quæ, sc. acquiritur procidendo. Dicam ergo quod nos inuenimus procidere, quod est

Deuotorum Christianorum,
Afflictorum subditorum,
Peruersorum hæreticorum,
Perditorum adulatorum.

Deuoti procidunt ante dominum, ipsum adorando. Subditi procidunt ante prælatum ipsum honorando. Hæretici procidũt ante diabolum idololatrando. Peruersi procidunt ante tyrannum ei adulando. § Primo igitur dicam quod est procidere flebilis deuotionis, & istud est, quod iusti deuote procidunt aut flectunt genua coram Deo, dicendo, sc. illud Ps. 49. *Venite adoremus & procidamus ante Deum, ploremus coram Domino, qui fecit nos &c.* Et si vis dic quod procidere debemus ante Deum sc. ipsum

Laudando & adorando,
Placando & dulcorando,
Precando & implorando.

§ Procidat igitur iustus coram Deo ipsum laudans honora- B biliter sicut, scilicet, de magis dicitur Matth. 2. quod *procidentes adorauerunt puerum, &c.* & Apocal. 4. *Procidebant 24. seniores ante sedentem in throno, & adorabant viuentem in secula seculorum, & mittebant coronas suas ante thronum.* Item procidat iustus coram domino ipsum placans amicabiliter seu dulcorabiliter, sicut de Abigail volente placare Dauid dicitur 1. Reg. 25. quod *ipsa procidit coram Dauid, & adorauit.* De Hester etiam dicitur Hester 8. quod *volens Assuerum placare procidit ad pedes regis flens que.* Item procidat iustus coram Deo ipsum rogans implorabiliter, scilicet, pro veniâ obtinenda vel gratia impetranda. Exemplo, scilicet illius de quo Luc. 5. dicitur, quod *plenus lepra, procidit in faciem suam ante Iesum, dicens, Domine si vis, potes me mundare.* Et in Psalm. 71. dicitur, quod *coram illo procident Aethyopes, & inimici eius terram lingent.* Æthyopes enim nigri, sunt peccatores, qui, scilicet, coram Deo debent procidere pro venia & gratia imploranda. Vnde Mar. 5. dicitur, quod *archisynagogus procidit ad pedes Iesu*, scilicet, *deprecans pro filia sua suscitanda.* Illud est igitur procidere flebilis deuotionis. § Secundo dico, quod est procidere humilis subiectionis, C quo, scilicet, homines procidunt & flectunt genua coram maioribus ipsis, scilicet, humiliter seruiendo, & eos honorando quod, sci. in scriptura vituperatur, cum secundum diuersitatem status & meriti homines honorari iubeantur, sicut de custode carceris dicitur Act. 10. quod *tremefactus cecidit Paulo & Silæ ad pedes.* Et de Achior dicitur Iudith 13. quod *ipse procidit ad pedes Iudith viso, scilicet, capite Holofernis, & adorauit eam.* § Tertio vero dico, q̃ D est procidere fallacis corruptionis. Et istud est illud quo idololatræ & hæretici procidunt ante dæmonia & idola adorantes. Vnde de idololatris dicitur Esa. 14. *Procidunt & adorant & portãt illum, scilicet, Deum suum in humeris suis gestantes.* § Quarto aũt dico, E quod est procidere fatuæ præsumptionis, sicut, s. est illorum qui volunt, quod vltra debitum honorentur, & quod corã eis plusquam deceat procidatur, sicut, sc. faciunt quidam principes tẽporales, qui quando salutantur, volunt quod salutantes terram, quando procidunt osculentur, sicut de Soldano Babyloniæ & etiam de quibusdam Christianis Principib. narratur. Qualis etiam fuit Alexander, qui se mandauit tanquam de genere Iouis natum ab exercitu suo vt Deum adorari. Quod quia Calisthenes philosophus facere noluit, imo ipsum super hoc reprehendit, ipsum aurib. oculis, naso, & labijs priuari & cum cane in caueа ligari mandauit. Quid dicemus de Caio Cæsare, qui volens vt Deus adorari, fecit idolum suum iuxta Iouis idolum poni, vt Romani qui adorare mortalem horrebant, ipsum saltem in imagine sua adorare viderentur, quando Iouis idolum adorarent. Ad istum igitur errorem satis facit illud quod scribitur Dan. 3. scil. quod Nabuchodonosor mandauit, dicens, *quod qui statuam auream per se erectam procidens non adorauerit, mittatur in fornacem ignis ardentis.* Sic ergo patet quod est procidere improbæ adulationis. Peruersæ adorationis. Humanæ venerationis, & diuinæ supplicationis & deuotionis. Sufficit, vide supra de Genu, & in titul. Adorare.

**Procreare.** Vide sup. de creare, & inf. de producere, &c.

**Procumbere.** Vide in tit. Accumbere Accubare & in tit. discumbere, vbi satis inuenies.

A **Procurator. Procurare.** Dicitur quasi pro alijs curare. Procurator enim est qui pro alio curam gerit, & procurator, i. quasi dispensator, minister, negociator, prælatus etiam vel seruitor aut benefactor. Et poterant de eo multa dici, sed quasi nullæ sunt auctoritates. Vide supra de alijs tit. similibus.

A **Procul.** Nota, quod procul idem est quod longe, & signat procul distantiam vel temporalem vel corporalē vel virtualem, & ideo possumus notare, quod procul significat distantiam

Commendabilem,
Detestabilem,
Separabilem,
Memorabilem,
Honorabilem,
Delectabilem,
Desperabilem.

¶ Distantia commendabilis est illa qua boni distant à criminibus & de ista dicitur Esa. 54. *Recede procul à calumnia* & Ezech. 43 *Repellant procul fornicationem suam.* Distantia detestabilis est illa qua mali sunt procul à virtutibus Prouerb. 27. *Melior est vicinus iuxta, quam frater procul*, id est, melior est fidelis sæcularis qui est iuxta Deū per charitatem, quam frater Ecclesiasticus vel regularis, qui est procul à Deo per iniquitatem. Distantia separabilis est illa qua diuites distant à pauperibus, quia, scilicet, sordidi & odiosi semper se tenent procul ab alijs & etiam à seipsis Dan. 13. *Separate eos ab inuicem procul*, & de amicis Iob dicitur Iob. 2. *Cumq; eleuassent procul oculos, non cognouerunt eum.* Signantes falsos amicos qui desolatos socios à procul respiciunt non à iuxta: distantia memorabilis est illa qua futura distant à præsentibus. Ista enim quæ procul à nobis sunt, debemus memorari, & visu limpido contemplari. Memorari enim debet cœli fœlicitas Iob 36. *Vnusquisque intuebitur procul, & etiam aduc* & *inferrat prosperitas* Iob 30. *Procul odoratur bellum.* Distantia honorabilis est illa qua bona fama quis se diffundit in longinquis partibus & de hoc dicitur 2. Par. 29. *Egressum est nomen eius procul.* Distantia delectabilis est illa, qua beati distant à mortalib. Prou. 15. *Procul & de vltimis finibus terra precium eius*, & Nehemiæ 12. *Audita est lætitia Hierusalem procul.* Distantia autem desperabilis est illa, qua damnati distant à bonis omnibus, & de hoc dicitur Esa. 22. *Omnes qui inuenti sunt pariter procul fugerant.* Et ista breuiter dicta de Procul sufficiant. Vide supra de Longe, & de Nouissimus.

A **Proditor. Prodere.** Cum prodere idem sit literaliter quod exire, emittere, manifestare, producere, reuelare, dicā quod ille propriè dicitur proditor, qui secretorum sibi commissorum est infidus reuelator, seu qui sub specie amicitiæ aliorum in se confidentium est deceptor. Cum igitur ista materia in pluribus titulis sit vulgata, sc. vbicunq; de falsa amicitia, fraude, fallacia, deceptione & malitia agitur, & maximæ cum paucissimæ sunt auctoritates vocales, hinc est quod sub breuitate transire propono. Hoc igitur solum nota quod

Proditor solet { Prætendere figuram amoris
Infigere puncturam doloris,
Incurrere iacturam horroris. }

B ¶ Primo igitur dico, quod proditor solet prætendere amoris figuram. Sub specie enim amicitiæ solet consilia mala dare, & vt sic minus caueatur ab ipso, & se fidelem & amicum illis, quibus nocere vult, simulare. Sicut enim ponit Plinius Scythæ populi crudeles, vt alios in bello irremediabiliter perimant, solent sagittas suas veneno vipere & humano sanguine iungere, & sic quicquid illis sagittis etiam leuiter vulnerant, solet sine remedio interire. Sanguis humanus charissimi cum sit amicus naturę signat fictam & falsam amicitiam seu consanguinitatem, seu etiam humanam & dulcem benignitatem, venenum autem viperæ signat venenosam & proditoriam falsitatem, vt scilic. de proditoribus dicatur illud Iob. 20. *Caput aspidum suget & occidet eum lingua vipera.* Eum, inquit, scilicet, innocentem. Quid ergo? pro certo Scythæ, id est, proditores, solent cum veneno viperæ suæ prauæ intentionis sanguinem humanum, id est formam & figuram humanitatis & consanguinitatis & bonæ amicitiæ & dilectionis miscere, scilicet fidelitatem & amicitiam prætendendo & inde sagittas suæ crudelitatis, vel iniquitatis vngere vel [illegible] & sic pro certo solent sine remedio vulnerare, & nocumentum incurabile procurare. Sagitta enim irremediabilis nocumenti plus consueuit nocere, quæ sub specie amicitiæ & consanguinitatis proditiose solet intrare, vt sic dicat proditor illud Deut. 32. *Inebriabo sagittas meas sanguine, & gladius meus deuorabit carnes.* Illud satis figuratur in Iuda, qui sub specie amicitiæ, scilicet, dando osculum, prodidit magistrum suum Christum. Vnde Luc. 6. *Elegit*, inquit, *duodecim, &c.* Sequitur. *Iudam qui fuit proditor.* Vnde de ipso legitur Marci 14. *Dederat autem traditor eis signum dicens quemcunque osculatus fuero, ipse est, tenete eum.* Dico igitur quod proditor solet ostendere amoris figuram.

¶ Secundo dico, quod proditor solet infligere doloris puncturam. C Constat enim quod nulla læsio est periculosior aut grauior, quam illa quæ fit à proditore. Semper enim consulit illud quod est magis præiudiciale, exemplo, scilicet, Iunonis, quæ videns quod Iupiter maritus suus concubuerat cum Semele, & inuidens ei, ipsamq; destruere volens, quadam die absente Beroe nutrice Semelis transformauit se in ipsam vetulam, & nutricem, & veniens ad Semelem, consuluit sibi proditiose quod quando Iupiter aliquid ab ipsa desideraret, peteret quod ipse sibi appareret in tali forma sicut apparet reginæ & deæ Iunoni quando concumbebat cum ipsa. Venit ergo Iupiter, fit generalis promissio de primo petito concedendo, iuratos q; à Ioue per aquas Stygias (quod iusiurandum transgredi numinibus non licebat) declaratur petitio, dolet Iupiter videns quod promissum non poterat reuocare. Descendit igitur in forma ignis tonitrui & fulguris, & Semelem concremauit. Iupiter enim est æther, Iuno est aer superior, in quorum coniunctione ignis fulgur & tonitrua generantur. Sic igitur simplex puella perijt per proditionem & deceptionem Iunonis, sicut figuratiua ponit Ouid. lib. 3. fab. 3. Dicamus ergo quod ista simplex puella signat quemcunque simplicem & modestum, quem pro certo Iuno, i. aliquis falsus deceptor volens prodere, transfigurat se in nutricem ipsius, in quantum, scilicet, fingit se ipsius fidelem amicum. Iste ergo sub ista figura amicitię consulit sibi proditiose nociua cōsilia & peruersa, quæ pro certo dum complentur, mors & perditio subsequuntur. Vbicunq; enim est proditor, dum tamen sub specie amicitiæ possit decipere vel fraudare, necesse est finē dolorosum & stupidum aduenire. Vnde Ambr. in sermo de cathedra sancti Petri dicit sic. *Erat, inquit, in nauicula Simon Petrus, sed erat pariter & Iudas proditor, quamuis illum fides firmaret nauiculam, hunc tamen breuem perfidia conturbabat. Tranquillitas est vbi solum Petrus nauigat, tempestas vbi Iudas adiungitur Et licet esset Petrus firmus suis meritis perturbatur tamen criminibus proditoris.* Sequitur. *Hoc ergo exemplo perfidum tamen proditorem, ne per vnum plurimi fluctuemus.* Patet igitur, quod proditor solet infligere doloris puncturam. ¶ Tertio dico, quod D proditor solet incurrere terroris iacturam. Constat enim quod finis proditorum pessimus est, sicut patuit de Achitophel, qui prodidit Dauid, de quo dicitur 2 Reg. 17 *qui videns quod non fuerat factum consilium suum suspendio interijt.* De Iuda etiam dicitur Matth. 27. quod *desperans laqueo se suspendit.* & Act. 1. dicitur, *quod iste suspensus crepuit medius.* De Belidibus etiam legitur, quod quia viros suos proditiose interfecerunt in die nuptiarum, ideo & ipsæ interfectæ fuerunt, & secundum poetas vltra hoc ad implendum dolium sine fundo perpetuo in inferno sunt damnatæ, sicut patet in reductorio meo lib. 15. c. 1. §. 18. vbi egi de fabulis poetarum. Patet igitur quod proditorum vt communiter lugubris est finis. Vnde 2. Mach. 10. dicitur quod *Iudas proditores eo quod fratres pecunia vendiderant, interfecit.* Sic igitur patet, quod proditores iacturam horroris solent incurrere, puncturam doloris solent infligere, figuram amoris solent prætendere. Sufficiat. Vide vbicunque de fraude, malitia, deceptione & falsitate dicitur, quia auctoritates vocales sunt paucissimæ.

**Prodesse.** Nota, quod prodesse idem est q̄ proficere. Et A licet est de rebus proficuis & vtilibus. Quia aliqua sunt quæ proficiunt ad vnū, aliqua ad aliud. Et propterea nihil est quod careat omni vtilitate. Omnia enim quæ sunt proficiunt homini, vel ad vnū, vel ad aliud. Vnde dicit Ioan. Damasc. quod *Deus quadam creauit ad hominis cibum & adiutorium, vt boues & ceruos. Quadam ad horum punitionem, vt tigrides & leones. Quadam ad hominum exercitium & consolationem, vt sunt simia & musula & alia animalia.* Et breuiter nihil est dare in mūdo quin proficiat homini ad aliquid vel spiritualiter vel temporaliter, quia sicut dicitur

Rom-

Rom. 8. *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* Et etiam quæ credantur nociuiora, sunt quandoq; vtiliora. Vnde de ventis & eorum vtilitate dicit Seneca lib. 4. de naturalib. quæstionibus, quod vltra modum conferunt homini magnam vtilitatem, quamuis quandoq; videantur inferre corporibus malignam & grauem pœnalitatem. *Non potest*, inquit, *vtilitas eorum compensari, quæ in perniciem suã facta generis humani dementia cogitat.* Vnde etiam dicit ibi quod vento Circio etiam ædificia cassanti, Gallici gratias agunt, tanquam salubritatem sui aeris procurãti. Et addit quod cũ Cæsar Augustus in Gallias venisset, & vtilitatem venti illius comperisset, templum ei fecit, & eum adorandũ inter numina reputauit. Et hęc pro certo tanto dixi, quia etiam illa quæ nobis credimus inutilia sunt, quandoque magis proficua & vtilia, quia vt dicitur prouerbio communi. Omnia cum quodam veniunt incommoda fructu. Quod etiam in spiritualib. verum est, quia constat quod mundi tribulamina quæ nobis à Deo inferuntur, semper ad vtilitatem aliquã & commodum ordinantur. Ista etiam animalia venenosa sunt in multis vtilia & fructuosa. Vnde etiam sicut Pli. dicit, carnes viperæ valent ad tyriacam. Fel cancrorum & aulum ad oculorũ caliginem. Pellis colubri cum oleo cocto valet ad auriũ surditatem. Sic vere charissimi etiam ipsi peccatores prosunt quandoq; hominib. spiritualiter ad salutem, quia vera quamuis eorum caro. Eorum interior conscientia & cogitatio, ipsorum fel, id est, eorum exterior ira, iniuria, & inuasio, ipsorum pellis, i. eorum mala vita & conuersatio sint in se pessima, homini tamen istis bene vtenti & ista in patientia sustinenti sunt proficua, ad Titum 1. *Omnia munda mundis*, &c. de illis ergo quę homini sunt ad salutem proficua, possumus infinita dicere, & exempla plurima allegare, sed in alijs titulis & quasi in omnibus materijs virtutum ad sufficientiam credimus esse dictum, infra etiam de vtilitate aliquid forsitan adiungemus. Et ideo cum de prodesse affirmatiue loquendo paucissimę sint authoritates supersedeo ad præsens, hoc solum notando, quod illa quæ sunt proficua, sunt procuranda, illa vero quæ sunt nociua, sunt fugienda.

B ¶ Notemus ergo quod aliqua sunt quæ nihil prosunt homini ad salutem, sed potius officiunt atque obsunt. Et ista sunt

Prosperitas & affluentia,
Pompositas atque superbia,
Crudelitas atque sæuitia,
Mala societas atque amicitia,
Vana anxietas & diligentia,

¶ Dicamus ergo quod ista nulli prosunt ad salutem, & maxime nihil proderit in die iudicij affluentia mundanæ prosperitatis Prou. 11. *Non proderunt diuitiæ in die vltionis.* Et Prou. 16. *Quid prodest stulto habere diuitias, cum sapientiam non possit emere?* Item superbia pompositatis Sap. 5. *Quid nobis profuit superbia? quid diuitiarum iactantia?* Item sæuitia crudelitatis Gen. 37. *Quid nobis proderit si occiderimus fratrem nostrum?* Item amicitia malæ societatis 2. Paral. 28. *Dedit regi Assyriorum munera, & nihil profuit ei.* Item diligentia vanæ anxietatis. Vnde Eccl. 34. *Vnus ædificans & vnus destruens, quid prodest illis nisi labor?* q. d. nihil. Sic ergo patet quomodo multa sunt, quæ prosunt, & multa similiter quæ obsunt, &c.

C ¶ Si autem aliquid vlterius velis addere, dic quod malæ cõplacentiæ quas in rebus & peccatis habemus, nobis finaliter non proderunt, sed nocebunt. Vnde nota quod non prosunt

Munera stulte donantibus,
Opera malum agentibus,
Murmura linguam laxantibus,
Fœdera mala sequentibus,
Dulcia carnem fouentibus,
Grandia mundum volentibus,
Somnia vana docentibus,
Omnia nihil amantibus,
Mendacia falsa dicentibus,
Inania vana petentibus,
Terrestria multa quærentibus,

¶ Dicam igitur quod non prosunt homini munera collata. Vnde Leuit. 7. *Irrita fiet oblatio, nec proderit offerenti.* Vnde de illo pessimo Achaz dicitur 2. Par. 28. quod *spoliata domo domini & domo regum & principum, abstulit regi Assyriorum munera, & tamen nihil ei profuit.* Vnde ille versificator bene dicebat:

*Heu, nihil es, nisi des, ergo des, plurima si des,*
*Respicito, cui des, perdita multa vides.*

Et ideo illi, qui portabant super gibbum, camelorũ thesauros suos ad populum, qui eis non proderat, arguuntur per Prophetam Esa. 30. Non prosunt ergo munera fatue collata. Item non prosunt opera peruerse patrata Esa. 57. *Opera tua non proderunt tibi.* Item non prosunt murmura verbose prolata Sap. 1. *Custodite ergo vos à murmuratione quæ nihil prodest.* Item non prosunt fœdera cum malis ligata Esa. 30. *Confusi sunt super populo qui eis prodesse non poterit.* Item non prosunt dulcia seu delectabilia pro carne pensata. Vnde Esa. 44. dicitur, *Amantissima eorum non proderunt eis.* Et de cibis etiam dicitur Hebr. 13. *Optimum est gratia stabilire cor, non escis, quæ non profuerunt ambulantibus in eis.* Quia sicut dicitur Io. 6. *Spiritus est, qui viuificat, caro autem non prodest quicquã.* Item non prosunt grandia in arcis congregata, scilic. diuitiæ & thesauri, & maxime si iniuste quæruntur. Vnde Prou. 10. *Nihil proderunt thesauri impietatis iustitia liberabit à morte.* Et Prou. 11. *Nihil proderunt diuitiæ in die vltionis.* Item non prosunt somnia à falsis prolata, scilic. vanæ doctrinæ, & inutiles, sicut sunt vaticinationes & similia. Vnde Hierem. 23. *Ecce ego ad prophetas somniantes mendacium, ait Dominus qui narrauerunt ea, & seduxerunt populum meum in mendacio suo.* Talibus deberet dici illud Genes. 37. *Venite occidamus eum, & videamus, quid prosint ei somnia sua.* Item non prosunt omnia amore nudata, quia, scilic. sine charitate nihil prodest ad salutem quicquid homo facit. Vnde Apostol. 1. Cor. 13. *Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.* Item non prosunt mendacia false promulgata Hier. 7. *Confiditis in sermonibus mendacij, qui non proderunt vobis.* Item non prosunt inania nulla vi firmata. Vnde Hier. 16. *Vere mendacium possederunt patres nostri, vanitatem, quæ eis non profuit.* & 1. Re. 12. *Nolite declinare post vana, quæ vobis non proderunt.* Item non prosũt terrestria plus iusto globata, scilic. magnæ & excessiuæ hæreditatis & possessiones Hier. 12. *Hæreditatem acceperunt, quæ eis non proderit.* Et Eccl. 5. *Noli attendere ad possessiones iniquas, nihil proderunt in die vindictæ.* Ecce ergo quomodo sunt multa & varia quæ non proficiunt ad salutem & propter hoc non sunt amanda, nec ardenter ab homine procuranda. *Quid enim prodest homini si vniuersum mundum lucretur, anima vero sua detrimentum patiatur?* Matth. 16. In fine o. experiemur, quia mundi gloria & delectabilia homini nõ prosunt, sed nocent potius, atq; lædunt. Infirmo n. non prodest vinum & carnes sumere, licet sibi videantur plurimum complacere. Ista enim non prosunt, sed officiunt, quia mortem & periculum introducunt. Sic vere dicam de mundi bonis, &c. Vnde finaliter peccator dicet illud Sap. 5. *Quid nobis profuit superbia? quid diuitiarum iactantia contulit nobis. transierunt omnia velut vmbra.* Hæc ergo de Prodesse sufficiant. Vide in tit. Proficere, & in tit. Vtilitas, &c.

## Prodigium. Portentum. Præsagiũ. A

Nota quod prodigium idem est, quod factum mirabile & insolitum & alicuius rei futuræ remotæ vel occultæ significatiuum. Et ideo dicitur prodigium quasi procul indicans. ¶ Idem etiam videtur denotare portentum, quasi procul tendens, seu quasi prætendens aut significans, rem scilicet, supra vel contra naturam aduenientem, & aliud quam demonstret præsagientem & designantem. Præsagium vero semper se habet ad futura, quasi diuinatio præ, id est, ante factum prolata, seu quasi res præsagiata, prædicta, & significata. Communi tamen significato prodigia sunt miracula, seu signa mirabilia. Et sic nota quod nos inuenimus Prodigium

Nostræ redemptionis,
Altæ perfectionis,
Duræ punitionis,
Falsæ deceptionis.

Primum in sacra virgine. Secundum in sanctorum lumine. B
Tertium in finali turbidine. Quartum in falsorum crimine.

¶ Primo igitur dico, quod est prodigiũ diuinæ miserationis. Et istud fuit summum & stupendum prodigium, quo sc. Deus factus est homo, virgo mater, & etiam homo Deus, vt sc. mediante incarnatione beata, genus saluaret hominum. Prodigium n. reputabatur antiquitus secundum Titum Liuium & Pliniũ; quod contra naturam fiebat, ad præsagiendum aliquod futurum notabile factum, sicut Plinius lib. 2. ponit quod tempore Neronis flumina visa sunt retrocedere, sicut etiam lib. 19. ca 33. dicit quod in bellis Cimbricis quædã arbor voluntarie in Aram Iunonis vel Iouis cecidit, quæ tandẽ sponte surrexit, & floruit, quod Romanis victoriæ signum fuit, sic vere dicã quod Deus

tunc fecit summum miraculum aut prodigium, quando fluuiū paradisi, sc. filium suum facit per incarnationem retrocedere & arce dextatis ad humilitatem assumendæ carnis descendere. Figurarū, scil. in portento quod accidit Ezechiæ regi Iuda, quando, scil. in horologio Achab vmbra rediit in aduersum, iuxta illud Eccl. 48. *Retro rediit sol, & addidit vitam regi.* Vnde pro isto mirabili signo venerunt nuncij regis Babylonis, & interrogauerunt Ezechiam regem Iuda de portento quod propter eum acciderat super terram, sicut dicitur 2. Par. 32. Sed istam figuram vide supr. de sole. Iste enim fuit arbor ad aram Iunonis, i. ad corpus virginis, & etiam ad aram crucis voluntarie descendens & tandem ad cœlum propria virtute & voluntaria reascendens, vbi per æternam gloriam est semper florens, dicens, s. illud Ps. 70. *Tanquā prodigium factus sum multis & tu adiutor fortis.* Sic igitur Romani, i. e. fideles contra Cimbrius, i. e. contra dæmones prævaluerunt, & victoriam contra vitia reportarunt. Figura ad hoc de filijs Israel qui à Deo in signis & prodigijs de Ægypto liberati fuerunt, quia, sc. virtute prodigij supradicti & aliorum mysterium nostræ redemptionis tangentium, fideles de Ægypto, i. de inferno & de peccato, & de Pharaonis, i. de diaboli dominio liberati fuerunt Baruch 2. *Eduxisti plebem tuam in signis & prodigijs.* Vnde Deut. 29. *Viderunt que oculi tui signa illa portentaque indigentia.* Vnde Ioelis 2. dicit dominus: *Dabo prodigia in cælo sursum & in terra deorsum, sanguinem & ignem & vaporem fumi. Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem.* Expone quomodo sol Dei filius conuersus est in tenebras per carnis assumptionem, & in sanguinem per passionem. Et quando ipse fecit prodigia in terra, miracula perpetrando, & sanguinem suum in sacramento altaris, ignem suum in missione Spiritus sancti, vaporem fumi in diuersarum spiraculo gratiarū nobis dando & concedendo, & in cœlum sursum corporaliter ascendendo, & nos post se ascendere faciendo, & fidem suam in nobis per signa & prodigia confirmando Io. 3. *Nisi signa & prodigia videritis non credetis.* Istud est igitur prodigium nostræ redem-

C ptionis. ¶ Secondo dico, quod est prodigium magnæ perfectionis. Et ista certe sunt prodigia miraculosiorum, quæ, sc. martyres & Apostoli fecerunt, sicut de B. Stephano dicitur Act. 6. ꝙ *Stephanus plenus gratia & fortitudine faciebat signa & prodigia magna in populo.* De Apostolis etiam dicitur Act. 5. quod *per manus Apostolorū fiebant signa & prodigia in plebe.* Viri etiam perfecti dantur alijs in portentum, id est, in signum & præsagium futurorum, sicut de Ezechiele dicitur Ezech. 12. *Fili hominis portentum dedi te domui Israel.* q. d. Iusti debent esse alijs in signum & in exemplum, dicens, scilicet, quilibet illud ibidem Ezechiel. 12. *Ego portentum vestrum quomodo feci, sic fiet eis.* Antiqui enim prophetæ per aliqua signa exteriora dabant intelligi hominibus illa, quæ eis erant futura, sicut de Esaia dicitur Esaiæ. 20. quod *nudus & discalceatus & discoopertis natibus ambulabat coram filijs Israel*, ad portentum & significandum ipsis quod Ægypti & Æthyopes in quorum auxilio cōfidebant in tab statu erant deducendi & captiuandi per regem Assyriorum. Istud est igitur portentum seu prodigium altæ perfectionis.

D ¶ Tertio dico quod est prodigium magnæ mutationis, & istud scil. faciet Deus in iudicio, quando, scil. *ipse deponet potentes de sede. & exaltabit humiles. Esurientes implebit bonis & diuites dimittet inanes.* Tale prodigiū videtur fuisse illud de quo narrat Plinius libro 2. c. 85. vbi dicit, quod tēpore Neronis duo habebant agros vicinos via quadam publica intermedia, in quorum vnu erant oliuæ & in alio prata, sed sic factum est quod in quodam terræ motu illi agri mutauerunt penitus sedes suas, quia ille qui erat ad dexteram viæ publicę, factus est ad læuam, ille vero qui ad sinistram fuerat, transijt ad dexteram, via media non putata. Sic fiet in iudicio, quia, scil. tunc fiet apud peccatores mirabile prodigium, quia, scilicet, olıueta, id est, pingues alij & diuites fient prata, id est, bassi, depressi & pauperes, videlicet in inferno. Et illi, viæ publicæ, scil. Christo, qui est via, veritas & vita, fient tunc temporis sinistri, qui in hoc mundo & suis diuitib. illud Ps. 134. quod *Deus tunc faciet signa & prodigia in medio tui Aegypti, in Pharaonem, & in omnes seruos eius.* Vnde Deut. 6. dicitur quod *Deus fecit signa atque prodigia magna & pessima in Aegypto.* (Ægyptus autem interpretatur tenebræ) id est, in peccatoribus tenebrosis, vt sic de tali Ægypto dicatur illud Iosuæ 24. *Percussi Aegyptum multis signis atq; portentis.* Econuerso autem Deus faciet illud prodigium bonis, quia, scilic. ipsos de sinistra ad dextram transferet, in quantum de pratis faciet olıueta, id est, de bassis altos, de siccis pingues, de pauperibus diuites, & de miseris beatos, & de his qui modo sunt in tribulatione & guerra, faciet & pacificos & quietos. Oliueta enim & oliuæ semper pacem significant in scriptura. Vnde in Psal. 45. dicitur: *Venite & videte opera domini, quæ posuit prodigia super terram auferens bella vsque ad finem terræ.* Vt sic de vtroque prodigio tam in bonis quam in malis in iudicio faciendo dicatur illud Psal. 104. *Mementote mirabilium eius quæ fecit seu quæ faciet prodigia eius & iudicia oris eius.* Patet igitur quod est quoddam prodigium immensæ mutationis. ¶ Quarto dico, quod

B est prodigium magnæ deceptionis. Et ista pro certo sunt falsa & futura miracula, quæ, sc. dæmones & hæretici solent facere, vel quę etiam Antichristus finaliter faciet ad simplices seducendos. De quo dicitur Mat. 13. *Surgent enim pseudoprophetæ. & dabunt signa & prodigia & portenta ad seducēdos etiam electos si fieri potest.* Vnde Antichristo dicitur 2. Thessal. 2. quod *aduentus eius erit secundum operationem sathanæ in virtute & signis & prodigijs mendacibus.* Et sic ergo patet quod inuenimus signa & prodigia & portenta. Fallibilis deceptionis. Mirabilis mutationis. Notabilis perfectionis. Amabilis seu laudabilis redemptionis. Et hæc sufficiant de prodigijs & portentis.

## Producere.

A Cum producere idem sit quod aliquid in publicum ducere vel proferre, manifestare vel generare, possum notare quod generaliter triplex productio inuenitur in rebus videlicet Productio Dei, Iusti. & Impij. Producit enim Deus. Producit iustus. Producit stultus. Prima est mirabilis & consideranda. Secunda est laudabilis & desideranda. Tertia est damnabilis & vituperanda.

¶ Primo igitur dicamus quod est productio Dei, quæ est mirabilis & consideranda. Et ista est illa qua Deus pater producit ex se Deum filium per viam generationis. Deus enim pater & Deus filius producunt ex se Deum. Spiritum sanctum per viam spirationis. Illa etiam qua filius productus est in mūdo per beatam incarnationem. Spiritus vero sanctus per charismatum diffusionem, de qua etiam productione dudum promiserat Deus pater dicens. *Illuc producam cornu Dauid, paraui lucernā Christo meo.* Cornu inquit Dauid, id est, Christum, cui, scilicet, paraui lucernam, id est, Spiritum sanctum Iob 38. *Nunquid producis luciferum in tempore suo. & vesperum super filios terræ consurgere facis?* De ista tamen productione, processione, generatione & incarnatione nihil ad præsens amplius.

¶ Sed ista alia productio diuina, qua, scilicet, ipse Deus res producit in esse, & etiam in bene esse. Et sic notabis quod Deus producit hominibus omne bonum. Est enim sicut arbor quæ omnia genera fructuum secundum quod diuersimode colitur, suo cultori producit quosdam, scilicet, sapidos & maturos, alios vero insipidos & acerbos. Bonis enim qui bene colunt ipsum, producit bona, s. gratiam in pręsenti, & gloriam in futuro. Malis vero qui male ipsum excolunt, producit mala, videlicet in præsenti miseriam & lamentum, in futuro vero tristitiam & tormentum. Vnde nota, quod tam in bonis quam malis Deus sicut bonus artifex de diuersis materijs diuersas formas producit, scilic.

De luto humili virtutum copiam,
De lecto flebili salutis veniam,
De saxo stabili vitam & gratiam,
De velo nubili luminis scientiam,
De loco nobili morum decentiam,
De luto sterili mortis angustiam,
De sputo fragili regni lætitiam.

Dicam igitur quod producit virtutum copiam de luto humili vnde Genes. 1. *Produxit dominus Deus de humo omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suaue,* id est, omnia genera virtutum de corde humili & deuoto, significato per humum. Item producit vitā & veniā de lecto flebili, hoc est dictū, de corde peccatoris, quando se ipsū ad pœnitentiam conuertit. Vnde de ipso dicitur Iob 12. quod *Deus reuelat profunda de tenebris, & producit in lucem vmbram mortis.* Item producit fluentem gratiam de saxo stabili, id est, de corde firmo & solido, à quo, scilicet, Deus producit diuersos riuulos gratiarū. Vnde Esa. 48. *Aquam de petra produxit eis, & scidit petram. & fluxerunt aquæ.* Item producit claram scientiam de velo nubili, quod, scilicet, facit quando iustis simplicibus & ignaris & ipse reuelat & manifestat abscondita scripturarum. Vnde Iob 28. *Profunda fluuiorum scrutatus est & abscondita produxit in lucem.* Item producit morum decentiam de loco, scil. de hominibus virtuosis, qui, scil. montibus comparantur, quia, scilicet, sicut dicitur in Psalm. 103. *Deus producit iumentis fœnum & herbam seruituti hominum.* Fœnum enim & herba bona exempla bo-

namque

namque conuersationem designant. Item producit mortis angustiam seu ignis molestiam de luto sterili, hoc est dictum, pœnam mortis de præcedente peccato, seu etiam de corde impio & peruerso. Vnde dominus videtur dicere peccatori illud Esaiæ 28. *Producam ergo ignem de medio tui qui comedat te, & dabo te in cinerem super terram.* Item producit regni potentiam seu cœli lætitiam de sputo fragili, quod, scilicet, in quantum fragilitatem humanam producit & exaltat ad gloriam sempiternam. Vnde 4 Regum 11. *Produxit filium regis & posuit super eum diadema.* Ista est igitur productio Dei, quæ est mirabilis.

C ¶ Secundo dico, quod est productio iusti quæ est notabilis seu laudabilis, & ista certe est illa qua, scilicet, bona opera producuntur à iustis, & qua etiam ipsi ad cœlestem gloriam producuntur. *Videte* (inquit Christus Luc. 21.) *ficulneam & omnes arbores, cum producunt iam ex se fructum scitis quoniam prope est æstas,* quasi diceret, cum fructus virtutum & bonorum operum producuntur, æstas cœlestis gloriæ & fructus præmiorum cœlestium generatur. Et nota si vis quod iusti sunt sicut illæ arbores de quibus dicit Plinius lib. 16. cap. 9. quod in Hircaniæ certis locis arbores proferunt mel, & etiam illam fruticem, qui dicitur viscus querci, qui sanat à morbo caduco, quod, scilicet, fit horis matutinis, quando ros de cœlo cadere consueuit, vt dicit Hesiodus. Sic vere dico, quod in valle miseriæ huius mundi est dare aliquas arbores, idest, aliquas bonas personas, quæ, scilicet, producunt ex seipsis varia genera virtutum, & spiritualiter mel dulce, hoc est charitatem & compassionem, viscum qui à casu superbiæ custodit, hoc est humilitatem & subiectionem, Ista tamen (vt ait) fiunt certis horis, quia, scilic. homo nunquam posD set continue in bonis producendis operibus laborare. ¶ Nota igitur quod certis interuallis iusti producunt, scilicet,

Feruidum amorem dilectionis,
Sapidum saporem quietionis,
Fluidum dulcorem compassionis,
Placidum clamorem orationis,
Solidum tenorem durationis,
Limpidum fulgorem discretionis,
Nitidum decorem conuersationis,
Viuidum vigorem operationis.

Dicam igitur quod iusti producunt fructum amoris & dilectionis Eccles. 22. *Ad amicum si produxeris gladium non desperes, est enim regressus ad amicum, &c.* Item producunt fructum saporis & quietionis fructum, scilicet, tranquillitatis & pacis Prou. 4. *Itinera eius in pace producentur.* Item producunt fructum dulcoris & compassionis Eccles. 38. *Fili super mortuum produc lachrymas, & quasi dira passus incipe plorare.* Item producunt fructum clamoris & orationis Eccles. 20. *Sapiens in verbis producit seipsum, & homo prudens placebit magnatis.* Item producunt fructum tenoris & durationis, hoc est dictum, fructum perseuerantiæ & constantiæ. De quo dicitur in Psalm. 68. quod *iustus placebit Deo super vitulum nouellum cornua producentem & vngulas.* Cornua enim & vngulæ quæ sunt dura constantiam & fortitudinem signant. Item producunt fructum splendoris & discretionis seu etiam cognitionis, scilicet, fructum veræ fidei & scientię. De quo illud prædictum Iob. 38. *Nunquid producis luciferum in tempore suo?* Iusti enim sunt sicut stellæ, quæ, scilicet, ex se producunt radios luminosos. Item producunt fructum decoris & conuersationis. Isti enim nitorem bonorum exemplorum & documentorum simplicibus producunt Psalm. 103. *Producens fœnum iumentis, & herbam seruituti hominum.* Item producunt fructum vigoris & operationis Genes. 1. *Producat terra animam viuentem in genere suo.* Et breuiter ad breuitas, quod boni semper debent virtutes & bona opera producere, & nunc bonum, nunc aliud generare. Constat enim quod desideria naturæ inquieta sunt, & quod à productione rerum nunquam quiescere valent, sicut, scilicet, ad oculum videmus quod

Parentes producunt paruulos,
Bestiæ producunt catulos,
Arbores producunt ramulos,
Ramuli producunt flosculos,
Flosculi producunt fructulos,
Lumina producunt radiulos,
Flumina producunt riuulos.

Vt, scilicet, nos modo simili producamus bonas affectiones, bonas cogitationes & operationes, bonas meditationes & cōsiderationes, bonasque virtutes & perfectiones, bona etiam ex-

Dictionn. Berchorij.

empla, & bonas & morales conuersationes. Ista enim debent esse sicut quædam spiritualia reptilia, quæ, scilicet, debent reperta in medio cordis nostri, iuxta illud Gen. 1. *Producant aquæ reptile animæ viuentis, & volatile super terram sub firmamento cœli.* Reptilia enim viuentia sunt boni affectus, & virtutes practicę & inferiores: volatilia vero sunt speculatiuæ & superiores, quæ, scilicet, sub cœlo & super terram, id est, superius & inferius debent in nobis produci. Ista est igitur productio iusti, quæ est laudabilis.

Tertio dico, quod est productio stulti, quæ est damnabilis. B
Nonne secundum Plin. aliqui sunt fontes qui aquas venenosas producunt? Vnde etiam Solinus ait quod Fons Esampeus, alias Exampeus in India aquam producit amarissimam; in tantum quod flumen Hidapsim, alias Hidaspim in quem intrat, ita amaricat quod nullum animal inde potat. Marcus Polo etiam dicit quod in quibusdam partibus Indiæ quædam arbores sunt quæ continue producunt venena. Sic peccator & etiam mundus producunt amaritudinem tribulationum, & venena vitiorum & infectionum, quibus scilicet, ipsi venenant & amaricant contingentes, & sic nota quod in istis inuenitur tam actiue quam passiue productio

Tribulatiua,
Discordatiua,
Adulatiua,
Dissipatiua.

Isti enim producunt alijs tribulationes, & potissime bonis & iustis, sicut de Gedeone filio Ioas dicitur Iud. 6. quod *patri eius aliqui dixerunt. Produc* (inquiunt) *filium tuum vt moriatur, quia aram Baal destruxit, & succidit nemus.* De bono autem opere isti iustum lapidare volebant, sicut & de Herode legitur Act. 12. *quod videns quia placeret Iudæis, apposuit vt apprehenderet & Petrum, volens eum post pascha producere populo,* scilicet, ad interficiendum. Item isti producunt alijs conturbationes Prouer. 30. *Qui prouocat iras, producit discordias.* Item isti producuntur per aliorum adulationes, & maxime mali diuites. Vnde Eccles. 13. *Diues locutus est, & verbum eius vsq; ad nubes producent.* Item ipsis producuntur æternæ miserię & damnationes, sicut de Thamar dicit Iudas Gen. 38. *Producite eam vt comburatur.* Sufficit. Vide infra de Proferre.

# Prophanus.

A Prophanus dicitur quasi procul à phano, id est, à templo, hoc est dictum, procul à rebus sacris Deo dedicatis. Vnde etiam secundum iura causa prophana dicitur, quæ de rebus sæcularibus non ecclesiasticis aut spiritualibus ordinatur. Et sic sumitur Ezech. 22. Vbi dicitur, quod *inter sanctum & prophanum non habuerunt distantiam.* In sacra vero scriptura prophanus dicitur vir peccator & ille maxime, qui magnis & horrendis sceleribus est repletus, sicut cum dicitur Ezech. 21. *Tu autem prophane impie dux Israel, tolle cydarim, pone coronam.* Et si vis nota quod sicut in scriptura reperitur, mali & prophani habent prophanum

Saporem & conuiuium,
Honorem & dominium,
Sermonem & colloquium,
Honorem & contagium.

De prophano malorum conuiuio quo mali vtuntur, in quantum bona alienis isti viuunt & nutriuntur, potest dici illud Genes. 43. *Prophanum putant huiusmodi conuiuium,* & Leu. 19. *Si quis comederit ex hostia pacificorum post biduum, prophanus erit, & impietatis reus.* De prophano malorum fastigio seu dominio potest dici illud prædictum. *Tu autem prophane impie dux Israel &c.* de prophano malorum colloquio dicitur 1. Tim. 6. *Deuitans prophanas vocum nouitates,* & 2. Tim. 2. *Prophana autem & vaniloquia deuita.* De prophano vero malorum contagio, seu de luxuriæ & immunditiæ scelerato excidio, potest dici illud Esa. 65. quod *isti comedunt carnem suillam, & ius prophanum in vasis eorum,* contra illud Hebr. 12. *Ne quis fornicator aut prophanus vt Esau, qui propter vnam escam vendidit primogenita sua.* Illi ergo prophani sunt qui scil. Dei mandata violant & prophanant, iuxta illud Ezech. 23. *Polluerunt sanctuarium meum, & sabbatha mea prophanauerunt.* Deus ergo tales prophanos prophanat, & per damnationem æternam procul à phano paradisi ipsos relegat & elongat. *Et quia iustitias eius prophanauerunt, mandataque ipsius non custodierunt, ideo iniquitates eorum in virga visitat, & peccata eorum in verberibus punit & impugnat,* sicut dicitur in Psalm. 88. Vnde ibid. *Auertisti testamentum serui tui, prophanasti in terra sanctuarium eius, destruxisti omnes sepes eius, posuisti firmamentum eius formidinem,* Sufficit, vide in tit. Violare, & in tit. Peccator, &c.

A **Proferre.** Cum proferre nihil aliud sit, quàm aliquid procul ferre, & sic proferre sumitur pro portare, pro docere, pro emittere, pro extrahere, pro narrare, possumus breuiter notare, quod sicut bona arbor de diuersis ramis profert diuersa, sic viri iusti & boni proferunt quatuor, videlicet,

De corde germen bonæ cogitationis,
De ore flores sanctæ studitionis,
De manu fructus bonæ operationis,
De habitu herbas bonæ conuersationis.

Dico quod boni proferunt germen bonæ cogitationis, & istud profertur de corde, quia sicut dicitur Matt. 12. *Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum.* Item proferunt flores doctrinæ & prædicationis, & isti proferuntur de ore, & de hoc Prou. 1. *Conuertimini ad correctionem meam, & proferam vobis spiritum meum, & ostendam verba mea.* Item proferunt fructus bonæ operationis, & isti producuntur de manu Gen. 24. *Protulit inaures aureas, & dedit Rebeccæ*, & Matt. 13. dicitur, quod *paterfamilias profert de thesauro suo noua & vetera.* Item proferunt fulia honestæ conuersationis, & ista producuntur de habitu & de gestu, de B hoc Gen. 1 *Protulit terra herbam virentem & afferentem semen.* ¶ Sed econtra dico quod mali sicut malæ arbores & venenosæ multa mala producunt & proferunt de seipsis. Vnde nota quod ista proferunt, sc.

Luxuriæ furorem,
Superbiæ tumorem,
Fallaciæ clamorem.

Dico quod proferunt furorem iniuriarum, quia sicut dicitur Prou. 10. *Qui profert contumelias insipiens est.* Contra illud Prou. 25. *Quæ viderunt oculi tui ne proferas in iurgio cito.* Item timorem iactantiarum Iob 15. *Quid te eleuat cor tuum, vt proferas de corde tuo huiusmodi sermonem?* Item clamorem fallaciarum Prou. 14. *Profert mendacia dolosus testis, &c.* Vide supr. de Afferre, de Portare, & similibus.

A **Propheta. Prophetare.** Cum prophetare nihil aliud sit quàm res incognitas & ignotas aliquo reuelante spiritu declarare, notandum est quod per prophetas possunt intelligi viri iusti, & potissime viri ecclesiastici & religiosi, doctores pariter & clerici. Isti enim debent recipere diuinas inspirationes & ipsas alijs reuelare per doctrinas & prædicationes. Isti enim debent prædicere, præcogitare, & præscire absconditas & futuras, videlicet,

Cœli gaudia,
Inferni tædia,
Mortis dolores,
Iudicij terrores,
Carnis querelas,
Diaboli cautelas.

Et sic si ista prædixerint & prædicauerint, ipsis poterit dici illud Ioan. 4. *Domine vt video, quia propheta es tu.* Notemus ergo, quod in scriptura inueniuntur, scilicet, prophetæ virtuosi & prophetæ vitiosi. Virtuosi significant viros sagaces, prouidos & discretos, de quibus 1 Reg. 10 *Obuium habebis gregem prophetarum descendentium de excelso.* Vitiosi significant viros fallaces hypocritas & infectos, de quibus Ezech. 13. *Quasi vulpes in deserto prophetæ* B *tui Israel.* ¶ De istis igitur duobus prophetis, veris, scilicet, & falsis prosequamur. Et primo dicamus quod sunt prophetæ virtuosi & laudabiles, & isti sunt sicut dictum est, viri iusti, & maxime prædicatores & doctores, ecclesiastici & religiosi. Omnes enim isti debent in futuris & absconditis cogitare, præsentia vilipendere, Dei voluntatem nunciare, & ipsam primo & aore omnia adimplere, & sic cuilibet poterit dici illud Lucæ 1. *Tu puer propheta altissimi vocaberis.* In quibus verbis ostenditur, quod sicut antiquitus Prophetæ erant

Puritatis sanctificæ possessores,
Veritatis catholicæ professores,
Maiestatis dominicæ seruitores,
Dignitatis authenticæ præceptores.

Sic procul dubio ecclesiastici debent, scilicet, puritatem sanctificam obseruare. (Tu puer.) Veritatem catholicam prædicare (propheta.) Maiestatem dominicã festiuare. (Altissimi.) (Dignitatem authenticam vendicare. (Vocaberis.) Ad illos enim qui volunt esse spirituales prophetæ pertinet, quod sint videlicet, in conscientia sincerissimi, in sapientia profundissimi, in obediendo sedulissimi, in præcipiendo acutissimi.

C ¶ Primo ergo dicamus charissimi quod isti debent puritatem sanctificam obseruare, & hoc ostenditur cum dicitur. (Tu puer inquit) q. d. isti debent esse puri & sancti sicut pueri. Puer enim est nomen puritatis, nomen officiosæ sedulitatis, nomẽ insuper formosæ pulchritudinis & venustatis, & ideo prophetæ pueri dicti sunt, quia erant puri & sancti in viuendo, mobiles & diligentes in discurrendo, pulchri & formosi in conuersando. Sic pro certo moderni prophetæ nostri debent esse, scilicet, prædicatores & curati doctores & religiosi. Isti enim debent pure & sancte viuere per innocentiam Sap. 11. *Direxit opera eorum in manibus prophetæ sancti.* Debent etiam faciliter se mouere per diligentiam Num. 11. *Cum requieuisset in eis spiritus, prophetauerunt, nec vltra cessauerunt.* Debent insuper pulchri & gratiosi esse per honestam & exemplarem apparentiam Iacob. 5. *Exemplum accipite fratres laboris & patientiæ prophetarum.* Tu ergo puer inquit. Et de hoc dicitur 1. Reg. 3. *Intellexit ergo Heli quod Dominus vocaret puerum Samuelem*, & sequitur. *Cognouit ergo omnis Israel quod fidelis Samuel propheta esset domini.* Et ista sunt contra multos modernos prædicatores & prophetas, qui pro certo non sunt pueri, i. puri per vitæ sanctitatem, imo sunt viles & impuri per carnis immundissimam voluptatem, & de hoc Hier. 23. *Propheta namque & sacerdos polluti sunt in domo mea: in prophetis Hierusalem vidi similitudinem adulterantium, & iter mendacij, a prophetis Hierusalem egressa est pollutio super omnem terram.* Non sic boni prophetæ, i. e. boni ecclesiastici, quia pro certo isti debent (vt dictum est) puritatem sanctificam obseruare. Tu inquit puer. Ioan. 1 *Propheta es tu.*

¶ Secundo dico, quod isti debent veritatem catholicam prædicare, & ostenditur in vocabulo (Propheta.) quia, scilicet, ad prophetam pertinet scire veritatem rerum occultarum, & scire veritatem voluntatis diuinæ, & eam alijs nunciare. Sic vere ad D ecclesiasticos, maxime ad prædicatores & prælatos pertinet scire veritates fidei & scripturæ, & illa quæ ad voluntatem Dei pertinent alijs prædicare, & sic Dominus Hier. 1. dicit: *Sanctificaui te* (inquit) *& prophetam in gentibus dedi te:* sequitur: *ad omnia quæ mittam te ibis. & quæ mandauero tibi loqueris ad eos.* Isti enim debent loqui, prophetare & nunciare abscondita & futura videlicet

Cœli fœlicitatem,
Inferni aduersitatem,
Operum vtilitatem.

Cœli dico fœlicitatem seu prosperitatem. Exemplo cygni seu oloris, qui suo occursu dicitur nautis portum prognosticare, significans prædicatorem, qui bonis in hoc mari nauigantibus debet prosperitatem, lucrum & portum æternæ gloriæ prophetare 1. Petr. 1. *De futura in vobis gratia prophetauerunt.* Inferni etiam aduersitatem. Exemplo aranearum, quæ futuram pluuiam dicuntur prædiuinare, & ideo inferius circa terram dicuntur texere telas suas. Exemplo etiam ericij, qui de ventis prognosticare dicitur: & ideo cũ ventos futuros præsenit, ne ab eis lædatur in profundo suæ cauernulæ se abscondit. Sic & isti prophetæ ventos & pluuiam tempestatis debent malis prophetizare & pronosticare, & ne ipsimet noceant, debent in cauernis montis & circa terram humilitatis per considerationem habitare & latitare Ezech. 6. *Pone faciem tuam aduersus montes, & prophetabis ad versus eos.* Debent enim pronunciare agendorum vtilitatem & necessitatem. Exemplo cornicis, quæ secundum Isid. iuxta augurum scientiam dicitur curas hominũ gerere, & suis garritibus & cantibus dicitur futuros casus, siue bonos, siue malos hominibus prophetare. Ad verbum Sen. libr. 5. de natur. quæstionibus vbi de garritu auium & earum prognosticationibus disputans dicit, *quod nihil in mundo sit quod alicuius rei futuræ signum non sit.* Et qualitercunque sit de auibus corporalibus, istud tamen verum est de auibus spiritualibus, scilicet de prophetis, prælatis & prædicatoribus, quia pro certo isti debent curas hominum gerere, iuxta illud Luc. 10. *Curam illius habe, &c.* & vtilitatem vel damnum bonorum operum vel malorum debent eis suis garritibus declarare: & de hoc Apoc. 10. *Oportet te iterum prophetare populis & gentibus, &c.* Et sic igitur patet quod isti debent veritatem catholicam prædicare. Propheta inquit. ¶ Tertio dico, quod isti debent maiestatem dominicam honorare seu festiuare, quia, scilicet, ipsi sunt prophetæ altissimi. Quicquid enim agit famulus, totũ debet facere ad honorem & vtilitatem magistri sui, & maxime quando ipse est persona authentica & solemnis. Sic isti quicquid faciunt aut quicquid dicunt, scilicet, alijs prophetando & prædicando totum debet esse ad laudẽ & gloriam Dei, cuius sunt ipsi famuli & ministri. Altissimi inquit. Vt sic ipsi possint dicere domino illud Mat. 7. *Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus?* Vt sic de illis dicatur illud Luc. 1 *Hic erit magnus & filius altissimi vocabitur.* Quod est contra multos qui ad ina-

ad laudem Dei non prædicant nec prophetant, sed magis ad laudem mundi, & acquisitionem prosperitatis vel gloriæ sæcularis. Quod bene patet, quia in suis prædicationibus nunquam audent aliquem corrigere, nec voluntatem domini sui, quamuis sit sceleratissimi, exercere. Seruus autem potentis principis nihil debet timere quin voluntatem eius aut faciat aut dicat. Vnde Ezechieli mittendo ad prophetandum dixit Dominus Ezech 3. *Ecce dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum, & frontem tuam duriorem frontibus eorum, quasi silicem & adamantem dedi faciem tuam.* Sic prædicator seruus altissimi nihil debet formidare, sed sine adulatione omnes æquanimiter castigare. Signum enim sagittarij dicitur domus dominationis secundum astrologos. Ad denotandum quod illi qui alijs futura diuinant sagittarij debent esse, quia, scilicet, sagittis diuinorum eloquiorum debent alios sagittare. Quod tamen adulatores non faciunt. Hodie enim non diliguntur prophetæ & prædicatores qui arguunt, sed qui leniunt, non qui reprehendunt, sed qui condescendunt. Vnde de Michæa propheta domini dicitur 3 Regum 22. & sunt verba regis Achab: *Est (inquit) hic vnus propheta domini per quem possumus interrogare dominum, sed ego odi eum, quia non prophetat mihi bonum sed malum omni tempore.* Et sequitur ibidem, quod *serui illius regis dicebant illi prophetæ domini. Ecce (inquiunt) sermones omnium prophetarum bona regi prædicant, sit ergo sermo tuus similis eorum. Ille autem respondit: Viuit dominus, quia quæcunque dixerit mihi dominus hæc loquar.* Et pro certo sic fit hodie, quia plus diliguntur falsi adulatores quam veritatis prædicatores. Legitur enim ibidem, quod *Sedechias falsus propheta fecerat sibi cornua ferrea, & dixerat regi, His ventilabis Syriam.* & sic factum est quod iste falsus propheta quia mendaciter bona regi prædicabat, fuit honoratus. Michæas vero qui veraciter infortunium futurum prophetauerat, fuit carceri mancipatus. Isti igitur sunt prædicatores, adulatores, qui cornuti & superbi sunt, qui tamen multoties præmiantur, vbi boni & veridici refutantur. *Isti sunt illi prophetæ Israel qui prophetant ad Hierusalem. & vident visionem pacis. & non est pax.* sicut dicitur Ezech. 13. Non sic ergo sed sint prophetæ altissimi, vt sic possint maiestatem dominicam honorare.

F ¶ Quarto vero dico, quod isti debent dignitatem authenticam vendicare. *Vocaberis* inquit. Prædicare enim & prophetare officium est auctoritatis & dignitatis. Prædicator enim non debet se nimis humiliare, ne contemnatur, sed audacter & authentice se portare. Vnde 1. Tim. 4. *Præcipe (inquit) & doce, nemo adolescentiam tuam contemnat.* Et merito, quia secundum Greg. *Cuius vita despicitur, restat vt eius prædicatio contemnatur.* Et ista auctoritas & dignitas ostenditur cum dicitur *Vocaberis.* Vocari enim signum est promotionis & honoris, quia sicut dicitur Hebr. 1. *Nemo assumat sibi honorem sed qui vocatur a Deo sicut Aaron.* Vnde de isto vocare potest dici illud 1. Reg. 9. *Qui enim propheta hodie dicitur vocabatur olim videns.* Et sic igitur patet quod si boni & spirituales prophetæ esse volumus, necesse est, quod nos simus authentici præceptores, domini servitores, veridici prædicatores, sanctifici conuersatores. Et sic proprie cuilibet nostrum potest dici. *Tu puer propheta altissimi vocaberis* Luc. 1. Et hæc de propheta in bono sufficiant.

G ¶ Sed adhuc dico, quod inueniuntur prophetæ mali. Et isti significant malos ecclesiasticos, & potissime falsos & hypocritas, prædicatores & hæreticos. Vnde notandum est quod sicut antiquitus in populo Israel fuerunt mali prophetæ, qui scil. non quærebant nisi populo placere, & ideo falso nomine Dei solebant eis prosperitatem prognosticare, quamuis Deus disponeret eos infinitis aduersitatibus castigare, sicut ipse dominus testatur Hier. 23. *Nolite audire verba prophetarum qui prophetant vobis & decipiunt vos visionem cordis sui loquuntur non de ore Domini*, sic vere hodie sunt multi mali ecclesiastici qui non sunt veri prophetæ, sed falsi, sicut sunt hypocritæ & hæretici. Hi enim solum auditoribus placere quærunt, & veritatem aut palliant aut subuertunt, & ideo non quod tales solent

Viuere delitiose,
Fallere proditiose,
Sapere præsumptuose,
Docere perniciose,
Nocere flagitiose,
Ambire affectuose,
Perire tempestuose.

Isti ergo solent viuere delitiose, quia (vt communiter) tales sunt carnales, & in delitijs viuere volunt. Vnde Hierem. 23. *Propheta namque & sacerdos polluti sunt.* & Esa. 28. *Sacerdos & propheta nescierunt præ ebrietate, & absorpti sunt à vino.* Item isti solent fallere proditiose Threnor. 2. *Prophetæ tui viderunt tibi falsa* & Ezech. 13. *Sicut vulpes in deserto prophetæ tui Israel erant.* Item solent sapere præsumptuose, sicut patet de illis qui non dignantur sequi verba scripturæ vel doctorum, sed ex corde suo solent opiniones & dogmata fabricare, de quibus Ezechiel. 13 *Væ prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritum suum, & nihil vident.* Item isti solent docere perniciose, sicut patet de hæreticis simoniacis, qui nõ quærunt in suis doctrinis & prophetijs nisi lucrum, & de hoc Mich. 3. *Iudices eius in muneribus iudicabant, sacerdotes eius in mercede docebant, & prophetæ eius in pecunia diuinabant.* Item isti solent nocere flagitiose Matth. 7. *Attendite à falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.* Item isti solent ambire affectuose. Isti enim semper & in omnibus se volunt ingerere, & omnia officia solent concupiscere & ambire, de quibus Hierem. 23 *Non mittebam prophetas, & ipsi currebant, non loquebar illis, & ipsi prophetabant.* Item isti solent perire tempestuose seu ignominiose. Figuratum in prophetis Baal, quos interfecit rex Israel 4 Reg 10. in illis *falsis prophetis quos Helias occidit* 3. Reg 18. Quia, scilicet, tec paradisi istos finaliter destruet in inferno Hierem. 4. *Obstupescent sacerdotes & prophetæ consternabuntur.* Ista igitur de malis prophetis dicta sufficiant.

## Proficere

Nota quod proficere accipitur communiter pro lucri, pro prodesse, pro valere, & pro vtilitatem acquirere, vel conualescere, & de hoc Prouer. 12. *Radix iustorum proficiet.* Et sic etiam loquitur Luc. 9. vbi dicitur, *Quid proficit homini si vniuersum mundum lucretur, animæ autem suæ detrimentum patiatur?* Sed de tali profectu vide infra de vtilitate, & supra de Prodesse. Item accipitur proficere pro crescere pro augmentari, pro procedere. Et sic proficere signat profectum bonorum operum & virtutum, vel etiam profectum in criminibus & peccatis, de profectu vero virtutum intelligitur illud Eze. 16. & dicitur animæ *Profecisti (inquit) in regnum, & egressum est nomen tuum in gentes propter speciem tuam, quia perfecta eras in decore tuo*, & Luc. 2. *Iesus autem proficiebat scientia & ætate &c.* De profectu criminum dicitur 2. Tim. 3. *Mali autem homines proficient in peius.* Sed de profectu vide infra in sequenti. A

## Proficisci. Proficiens. Profectus. A

Nota, quod profectus nihil aliud est quam processus & continuatio, progressus & peragratio, crementum & augmentatio. Est autem crementum & augmentatio bona vel mala, seu accipitur in bono vel in malo. Et quia supra iam dictum est de crescere & de procedere, ideo de proficisci breuiter est tractandũ.

¶ Nota ergo quod duplex est profectus, scilicet. bonus & malus. Bonus est ille, quo boni semper proficiunt de bono in melius, & quo ipsi eunt de virtute in virtutem donec videant Deum deorum in Sion. Sicut enim videmus quod luna in lumine non cessat crescere & proficere quousq; ad complementum luminis possit contingere, sicut etiam fluuius versus mare progrediens proficiscitur quousq; ad mare veniens possit aliqualiter quietari, sicut denique ignis sursum ascendendo continue proficiscitur quousq; ad sphæram suam veniens profectus ipsius terminetur, sic procul dubio ex quo bonum incepimus, nunquam debemus cessare à bono profectu, cremento & continuatione, quousque venerimus ad perfectum luminis gratiæ & virtutis, & quousque ad terminum mortis venientes ingrediemur mare & affluentiam paradisi, vbi sursum sphæra nostra propria, scil. in Deo perpetuo quiescamus. Nam sicut dicit Bern. in quodam sermone, *In via vitæ non progredi, regredi est.* Exemplo rotæ putei, quæ si non continue voluatur in contrarium reuertitur & mutatur. Sic vere mens humana nunquam potest esse fixa in eodem, necesse est ergo quod continue in virtutibus proficiat & procedat, alias si à profectu cessauerit, necesse est, quod ad vitia retrocedat. Vnde dicit Gregor. in pastor. *Mens humana non potest in eodem statu permanere, aut enim (inquit) proficit, aut deficit.* Sic proficiebat Isaac, de quo dicitur Genesis 26. *Ibat proficiens atque succrescens donec magnus vehementer effectus est.* De Dauid etiam legitur 2. Regum 3. *Quod Dauid erat proficiens, & semper seipso robustior.* Et quamuis de profectu virtutum satis sit dictum supra de Ambulare, de Laborare, & Mouere, de Ire, & in titulis similibus, hic tamen notemus, quod ad hoc quod homo bene proficiscatur & vadat, & bene de virtute in virtutem se moueat, tria sunt necessaria, videlicet

Influxus luminis,
Ductus numinis,
Processus ordinis.
Luminis fulgentis operatio,
Numinis ducentis exercitatio,
Ordinis pollentis dispositio.

B ¶Primo igitur dico quod ad istum profectum requiritur luminis fulgentis operatio seu præparatio, & ista pro certo est lux fidei & scientiæ, & etiam lux gratiæ & gloriæ. Sine isto enim lumine non est possibile in bono procedere, vel in virtutum itinere proficisci. Selenites enim lapis est qui imaginem lunæ sui medio dicitur continere. Sed ista imago sequitur lumē lunæ, quia quāto luna in lumine magis crescit, proficit & splendescit, sic in q. imago illa & quantū ad crementum, & quantū ad profectum, & quantum ad defectum, & quantum ad figuram, & quantum ad naturam sequitur lumen lunæ. De mari etiam certū est quod in affluentia proficit & deficit, secundum quod lux in luna proficit seu deficit. Quid dicam etiam de maris conchylib. & etiam de animalib. quæ in medullis proficiunt & decrescunt secundum quod luna in lumine plus abundat. Et breuiter profectus luminis & claritatis est profectus omnis inferioris naturæ & quantitatis. Sic pro certo charissimi loquendo spiritualiter, ad hoc quod possimus in bono proficere, & per bona opera ad patriam proficisci, necesse est quod lumen lunæ, id est, fidem, scientiam vel gratiam Christi recipiamus & habeamus. Per abundantiam enim istius luminis solent in nobis crescere & proficere cuncta bona, scili. medulla compassionis, mare, id est, amaritudo compunctionis, & imago totius honestatis & perfectionis. Eccl. 51. *Multam inueni in me sapientiam, & multum profeci in ea.* Si vero ista lux in nobis patitur defectum, & nos in moribus perdimus profectum. Et ista bene figurantur Exod. 40. vbi dicitur quod *quando nubes deserebat tabernaculum proficiscebantur filij Israel: si vero pendebat desuper manebant in eodem loco.* Nubes enim quæ impedit lumen, peccatum significat, quod impedit lumen gratiæ. Ignorantiam, quæ impedit lumen scientiæ. Hæresim quæ impedit lumen fidei & sapientię. Quia procul dubio nullus potest bene proficere vel proficisci nisi prius ista nubes tabernaculum cordis deserat, & ibidem sua gratia, scientiæ fidei se infundat. Exemplum habemus de illo Leuita de quo dicitur Iud. 19. quod *de nocte consurgens proficisci voluit*, cui tamen in itinere valde male successit, quia scilicet vxor eius occisa & mortua fuit. Ad denotandum quod illi qui in nocte peccati, & in catenna lucis gratiæ proficisci volunt, vxorem suam, id est, animam, amittunt, & perdunt. In luce ergo proficiscamur, non in nocte. Exemplo Dauid, de quo dicitur 1. Reg. 29. *Surrexit Dauid vt proficisceretur mane.* Et sic patet quod ad profectum istum requiritur illostratio luminis fulgentis.

C ¶Secundo dico quod ad istum profectum requiritur gubernatio numinis regentis. Cæcus enim non bene proficiscitur sine ductore, sic nec nos sine Deo gubernatore. Vnde de filijs Israel dicitur Num. 9. quod *ad imperium domini proficiscebantur, & ad imperium illius figebant tabernaculum.* Et ideo de profectu quem habemus à bono prælato, pulchre loquitur Hugo li. 3. de claustro animæ dicens sic *Quatuor modis proficiunt homines, scilicet in se, iuxta se supra se, sub se. In te est animus tuus, iuxta te proximus tuus, supra te prælatus tuus sub te subditus tuus. In te proficis per bonam vitam, in proximo proficis per bonam doctrinam, in prælato proficis per bonam admonitionem,*

D *in subdito proficis per bonam correctionem.* ¶ Tertio vero dico quod ad istum profectum requiritur dispositio ordinis pollentis. In proficiscentibus enim ad prælium, summe requiritur quod ordinate proficiscantur. Vnde etiam grues & anseres syluestres solent ordinate volare, & secundum quod rectorem & magistrum suū vident ad terram descendere vel à terra se leuare, solēt gressus suos & profectus, quasi quodam rationis artificio ordinare. Sic vere si nos volumus proficere in moribus & proficisci ad dominum per virtutes, necesse est quod nosipsos spiritualiter & erga inferiores, & erga superiores ordinemus, vt quilibet contentus statu & gradu suo absque quacunque ambitione & alterius impugnatione ad dominum pacifice properemus. Iuxta illud Nu. 2. *Filij autem Israel per loca & ordines suos proficiscebantur.* Natura etiam in cremento & profectu rerum seruat ordinem. Non enim subito facit res esse magnas imo primo sunt paruę, tandem paulatim proficiscendo efficiuntur magnæ. sicut patet in arboribus & in animalibus, & generaliter in omnibus creaturis. Sic vere & nos in proficiendo in virtutibus debemus ordinem tenere, & de paruis ad magna paulatim tendere, & sic nos in virtutibus & meritis augmentare. Nam sicut Isid. lib. 3. de summo bono c. 36. (vbi loquitur contra illos qui statim volunt ad arduas virtutes attingere) dicit. *Qui inordinate virtutes apprehendere nititur, cito periclitatur.* Quemadmodum in rerum natura patet quod quæcunq; velociter ad profectum tendunt, celeriter finiuntur, sicut herbę quæ tanto festinius pereunt, quanto celerius crescunt, arbores alta radice firmatæ ideo perdurant, quia gradatim veniunt ad profectum. Et sic patet quomodo ad spiritualem profectum requiritur dispositio ordinis pollentis, gubernatio numinis ducentis, illustratio luminis fulgentis, &c. Vide infra de Progredi, & supra de Procedere, de Ambulare, de Ire, de Currere & cætera.

## Profugus. Transfuga. Perfugus. Fugitiuus.

A Pro eodem videntur supponere. Et quia supra satis dictum est de fugere, ideo parū dicam. Dic igitur quod profugi & transfugę sunt illi qui suam partem dimittunt, & ad aliam confugiunt, vtpote quando duo exercitus cōtrarij sunt in expeditione, & vnus dimittit ducem & exercitum suum & ad alium oppositum se transportat, suos quos prius habuerat, impugnando, & aduersarios adiuuando. Talis dico profugus seu transfuga appellatur. Verum quia etiam quandoq; profugus accipitur pro quolibet vago & fugitiuo, & nulla certa sede morante sed vndique diuagante & propter hostium exercitus fugiente & propriā patriā dimittente possumus dicere quod profugus in bono sumitur & in malo. Et sic certe dico quod profugus idem est quod peccator, cuius, scilicet mens in nullo est solida seu firma, sed per diuersa vitia vagabunda, & per mundana discurrens manet, vacua, & incerta. Exemplo scilicet Cain, cui dicitur Gen. 4. quia fratrem eius Abel occiderat. *Maledictus (inquit dominus) eris super terram, cum operatus fueris eam, non dabit fructus suos, sed vagus & profugus eris super terram omnibus diebus vitæ tuæ.* Peccator enim proditor est, quia Christum dominum suum, & ipsius exercitum, scilicet congregationem iustorum peccando dimittit. & hosti ipsius scilicet diabolo & mondo se sociat & adiungit, & peccando ad eum transfugit atque currit. Vnde Genesis 4. *Egressus Cain à facie domini habitauit profugus super terram.* Aduerte tamen quod tales profugi quandoque à dominis pristinis capiebantur vel ex pacto restituebantur, sicut scilicet factum in captione Carthaginis per Scipionem, vbi ex pacto transfugæ Romani fuerunt eis à Carthaginensibus restituti. Tales vero sic capti vel recuperati sine remedio à suis dominis puniebantur, & sicut proditores occidebantur. Sic vere peccatores, qui scilicet peccando, apostatando, seu per mundi negotia plus debito frequentando Christum & religionis & fidei & gratiæ statum dimittunt, & ad diabolum & mundum transfugiunt & recedunt, quando Deo Domino suo per mortem restituuntur, & ab ipso apponente manum capiuntur, & comprehenduntur, in carcere inferni procul dubio ab eo concluduntur, vbi puniuntur. Ezech. 17. *Extendam* (inquit Dominus) *super eum rete meum & comprehendetur in sagena mea, & adducam eum in Babylonem, & iudicabo eum ibi in præuaricatione qua despexit me, & omnes profugi eius cum vniuerso agmine suo gladio cadent.* Sic igitur profugus sumitur in malo.

¶ Sed adhuc dico quod profugere & transfugere quandoque sumuntur in bono, & istud est quando quis de malo duce & exercitu, in quo scilicet homo male & iniuste detinebatur, ipse transfugit ad iustum exercitum atque ducem. Et sic per profugum potest quilibet pœnitens designari, qui scilicet mundum & diabolum linquit & deserit pœnitendo, & ad Christum transfugit se ad eum conuertendo, & veniam & gratiā promerendo. De Ioanne enim legitur Marc. 14. quod *cum Iudæi ipsum vellent capere & tenere, & iniuste lædere & punire, relicta syndone nudus profugit ab eis.* Bonum est à malis profugere, & etiam dimittendo syndonem, id est, conuersationem pristinam, mortis periculum declinare. Vnde de veris pœnitentibus dici potest illud 1. Paral. 19. *Transfugerunt ad Dauid, seruierunt ei.* Tales autem profugi scilicet pœnitentes ad Christum seu etiam ad religionis statum fugientes.

Debent perfecte perseuerare,
Solent à morte se liberare,
Possunt in bonis exuberare,
Possunt ad cœlos itinerare.

Profugi ergo huiusmodi cum Christo debēt perseuerare. Nihil enim valet ad Christum transfugere, nisi quis perseueret ibid.

Nam

Nam sicut dicitur Num. 35. *Qui hominem occiderat, ad ciuitatem refugij transfugere poterat*, vbi scilicet, tutus residere valebat, quamdiu, scilicet, ibi perseuerabat atque manebat. Si vero ciuitatem istam dimittebat, ab amicis mortui impune occidi poterat. Quia revera quando homo proximum suum, scil. animum seu animam per peccatum occidit refugij Christus ipsum per pœnitentiam transfugientem recipit & iam diuertam saluat eum, quam diu secum perseuerat & sistit. Vnde ibidem dicitur sic. *Debuerat enim profugus in vrbe residere.* Si vero istam ciuitatem Christum peccando dimiserit, amici mortui, scilicet angeli (qui amici & consanguinei sunt animæ) ipsum per damnationem poterunt occidere, ita quod mortis æternæ periculo subiacebit. Item tales profugi, scilicet pœnitentes, solent à morte se liberare. Exemplo scilicet Gabaonitarum, qui scilicet transfugiendo ad filios Israel, à morte saluati fuerunt, sicut dicitur Iosue 9. Ideo dicitur Hierem. 21. *Qui egressus transfugerit ad Chaldæos, viuet, & erit anima eius quasi spolium.* Item isti profugi, scilicet pœnitentes, solent proficere in bonis virtutum & gratiarum in præsenti, & cœlestis etiam gloriæ in futuro. Constat enim quod multi transfugæ fiunt diuites qui antea erant pauperes, & inanes, sicut de Romanis ponit Titus Liuius in pluribus locis quod transfugientes ad se benigniter recipiebant, ipsosque secundum merita remunerabant. Sic Christus transfugas pœnitentes benigniter recipit, & eos præmiat & extollit, iuxta illud Sapien. 10. *Hæc inquit, diuina sapientia profugum iræ fratris, iustum deduxit per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei*, &c. Viæ enim rectæ sunt viæ virtutum, regnum Dei est gloria paradisi, quæ pœnitentibus conceduntur, quando ab ira fratris sui diaboli recedere per pœnitentiam dignoscuntur. Item illi profugi, scilicet pœnitentes, solent ad cœlos itinerare seu etiam accelerare, & ibidem finaliter habitare. Vnde de Domino dicitur Ecclesiæ 11. quod *ipse congregabit profugos Israel.* & Esaiæ 16. Dominus dicit Moab. *Habitabunt apud te profugi mei* Moab, qui interpretatur ea patre, significat, vbi scilicet profugi pœnitentes ad Deum finaliter congregantur, iuxta illud 1. Par. 12. de Manasse *transfugerunt ad Dauid.* Et sic ergo quomodo profugus & transfuga in bono & in malo significato sumuntur. Vide in tit. Fugere. Confugere. Refugere. Aufugere, &c.

A Profundus. Profunditas

Nota quod in scriptura inuenitur multiplex profunditas tam in bono quam in malo. Inuenitur enim profunditas scilicet

Commendabilis, quæ est desideranda vt obtineatur,  
Detestabilis quæ est vituperanda vt abhorreatur,  
Formidabilis quæ est consideranda vt præcaueatur.

¶ Primo ergo dico quod est quædam profunditas commendanda. Sicut enim Zuccara melior quando coquitur, & balsamus potior quando in aqua ponitur solent ad profundum vasis descendere non in superficie remanere, sic vere illi qui sunt inter cæteros magis boni, debent esse spiritualiter plus profundi, quia proculdubio isti debent se profundare per quadruplicem profunditatem, videlicet

Per profunditatem {
Perfectæ dilectionis,  
Limpidæ discretionis,  
Amaræ contritionis,  
Infimæ subiectionis.

B ¶ Dicam ergo quod boni se profundant in bonum per dilectionem, quia videlicet illa quæ sunt bona sunt profunde diligenda & concupiscenda. Sic proculdubio debemus nos profundare in profunditatem inæstimabilis bonitatis diuinæ & fœlicitatis æternæ, quia sicut equus qui profundius immergit nares in aquam quando vult bibere, reputatur ad prælium plus valere, sic ille qui in Deum & proximum & etiam in paradisum per amorem & affectionem figit profundius nares cordis, ad prælium contra vitia magis valet. Vt sic charitas hominis dicat illud Eccl. 24. *Gyrum cœli circuiui sola, & in profundum abyssi penetraui, & in fluctibus maris ambulaui.* Gyrus enim cœli est cœlestis fœlicitas. Profundum abyssi est immensa Dei bonitas. Fluctus maris est proximorum immortalis fluxibilitas. Ista enim omnia sunt per amorem circumeunda & penetranda, & profunde & veraciter diligenda & appetenda. Igitur profundemus nos in bonum per

C dilectionem. ¶ Deinde dico quod nos debemus profundare in verum per discretionem. Aquila enim oculos habet profundos, & ideo acutissime dicitur videre, sic & nos cor profundum in cœlum habere debemus (iuxta illud Prou. 20. *Sicut aqua profunda, sic consilium in corde viri*) vt profunditatem diuinæ proprietatis, & omnis scientiæ fidei & veritatis acute videre & cognoscere valeamus. Eph. 3. *Vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, longitudo, sublimitas, & profundum.* Videre enim debemus profunda diuinitatis, quia sicut dicitur 1. Cor. 2. *Spiritus omnia scrutatur, etiam profunda scientiarum & omnimodæ veritatis*, vt de quolibet dicatur illud Iob 28. *Profunda fluuiorum scrutatus est.* Profundemus igitur nos in verum per discretionem. *Profundæ factæ sunt cogitationes tuæ.* Psal. 91. ¶ Denique profundemus nos in amarum D per contritionem. Pisces enim tutiores sunt in profundo maris tempore tempestatis quam in littore. Et ideo echinus piscis præsentiens tempestatem ne extra mare fluctibus eijciatur, solet lapillum arripere, & in profundum maris se dare, vt contra fluctus tutior possit esse. Sic vere charissimi homo tutissime potest versari in profundo maris, id est, in profunditate cordis amari per contritionem & compunctionem. Fluctus enim & tempestas tentationis tales non potest eijcere, maxime si lapillum sepulchri, id est, duritiam mortis voluerint per continuam considerationem & memoriam secum ferre. Sic faciebat Apostolus cum dicebat 2. Cor. 11. *Nocte ac die in profundo maris fui*, iuxta illud Matt. 18. *Expedit sibi, vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & submergatur in profundum maris.* Mola enim asinaria duritia mortis, quæ asinum nostrum, id est, carnem per mortem molit, & terit. Istam debemus suspensam ad collum portare per considerationem, & mergi in profundum maris, id est, amaritudinis per contritionem Psal. 64. *Qui conturbas profundum maris, & sonum fluctuum eius.* & Iob 41. *Feruescere faciet quasi ollam profundum maris.* Profundum enim maris, id est, cor contritum & amarum debet turbari per timorem, & debet feruescere per amorem. Profundemus ergo nos in amarum per contritionem.

¶ Etiam profundemus nos in infimum per subiectionem. E Germen enim tanto magis dilatatur & crescit, quanto radicem suam in terram profundat amplius, & infigit. Vina in æstate melius à corruptione seruantur, quando in profundo terræ inferius inhumantur. Arbor etiam cuius radix est profundior, vt est communiter maior, & altior. Sic vere charissimi si nos in profundum humilitatis & subiectionis cor nostrum posuerimus, ipsum à corruptione peccati seruabimus, & ipsum per virtutes dilatari, & crescere faciemus, & sic illud finaliter ad cœli altitudinem perducemus, & de hoc dicitur Iob 12. quod *Deus effundit despectionem super principes, & eos, qui oppressi fuerant, releuat, qui reuelat profunda de tenebris.* Sic igitur patet quomodo est profunditas subiectionis, contritionis, discretionis, & dilectionis. Et ita dico, quod est quædam profunditas commendanda. ¶ Secundo F principaliter dico, quod est quædam profunditas detestanda, & ista proculdubio est quadruplex, videlicet profunditas

Carnalitatis,  
Peruersitatis,  
Prosperitatis,  
Cupiditatis.

Et istæ quatuor profunditates accipiuntur secundum quatuor profunditates loci profundi. Locus enim profundus, vt communiter est obscurior ad intuendum, difficilior ad exeundum, infirmior ad habitandum, capacior ad continendum. Est igitur prima profunditas carnalitatis. Peccatum enim luxuriæ profundum dicitur, quia obscurum est, & immundum. Quia sicut in profundo loco nō videt homo bene, ibi etiam recolliguntur immunditiæ & luta, sic in isto peccato perdit homo lumen discretionis, & etiam ibi inuenit faces immunditiæ, & infectionis. Et de ista profunditate dicitur Prou. 22. *Fouea profunda os alienæ, cui iratus est Deus, incidet in illam.* & Prouer. 23. *Fouea profunda meretrix, & puteus angustus aliena.* ¶ Secunda est profunditas per- G uersitatis, & ista est difficilis ad exeundum. Et ista est profunditas obstinationis, de qua difficile est exire, & de ista dicitur Pro. 18. *Impius, cum in profundum peccatorum venerit, contemnet.* Et de isto profundo admonet Dominus nos Exire. Esaiæ 31. *Conuertimini sicut in profundum recesseratis.* ¶ Tertia est profunditas prosperita- H tis, quæ proculdubio valde est infirma ad habitandum. In locis enim profundis est infirmum & periculosum habitare. Ibi enim propter defectum lucis non est aer purus. Ibi etiam propter remotionem à sole summe viget frigus. Ibi insuper facilis est descensus sed difficilis est reascensus. Sic vere mundi prosperitas parum habet de virtutum puritate, multum autem de indeuotionis frigiditate. Ibi etiam faciliter homo per complacentiā collabitur, sed exinde difficiliter liberatur. Et ideo dicitur

in Psalm.

in Ps. enim 68. *Infixus sum in limo profundi, & non est substantia.* Et ideo sicut tortuca marina nonquam se profundat in aqua maris, imo semper solet in superficie residere, sic & nos in aqua mundanæ prosperitatis non debemus per malas complacentias seu concupiscentias profundari, sed solù in illis, quæ sunt de necessitate, & quasi de eis non curantes, in temporalibus per③agari. Quod est contra multos, qui pro certo nō ambulant in superficie, sed in profundo, quia sc. in ipsis per mala desideria vsque ad profundum, quanto plus prævalent, se immergunt. Ionæ 2. *Proiecisti me in profundum.* ¶ Quarta est profunditas cupiditatis. Ista
I
est enim valde capax ad continendum, quia sc. ista est ita profunda & alta quod non potest diuitijs satiari. Et hoc de Eze. 23. *Calicem sororis tuæ bibes profundum & latum, bibes nullum, & potabis vsque ad fæces.* Soror enim nostra, quam sicut sororem diligimus, est mundi prosperitas, cuius calix profundus est insatiabilis cupiditatis, cuius calicis fæces sunt bonorum terrenorum impuritas.
K Sic igitur patet, quod est quadruplex profunditas detestanda. ¶ Sed tertio principaliter dico, quod est quædam profunditas formidanda, & ista proculdubio est profunditas infernalis, de qua timens Iob dicebat. *In profundissimum infernum descendent omnia mea.* Et ista Iob 17. profunditas similiter est quadruplex, quia scil. ista est

Profunditas { Submersiua, Absorptiua, Infectiua, Confusiua.

Dico sobmersiua, quia scilicet ibi submerguntur peccatores. Figurati in Ægyptijs, de quibus dicitur Exod. 4. quod *ferebantur in profundum.* Vnde Neemiæ 9. *Persecutores eorum proiecisti in profundum.* Item absorptiua, quia scilicet ista absorbet omnes peccatores huius mundi, sicut mare absorbet flumina, & sicut Charybdis absorbet aquas maris. Quod timens Dauid dicebat in Psal. 68. *Non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum, neque vrgeat super me puteus os suum.* Item infectiua. Vnde Esaiæ 14. *Veruntamen in infernum detraheris, in profundum laci.* Lacus enim impuritatem signat infectiuam. Item confusiuam, quia scilicet confusibile est incarcerari, & maxime in carcere profundiori & viliori. Zachariæ 10. *Confundentur omnia profunda inferni.* Et sic patet, quomodo inueniuntur profunditates scilicet commendandæ, detestandæ, & formidandæ, &c. Vide supr. de Descendere.

A **Progenies.** Cum progenies idem sit, quod generatio, productio, consanguinitas, parentela, possū breuiter dicere, quod progenies plura signat, videlicet quandam

Temporis successionem,
Generis eductionem,
Iustorum perfectionem,
Malorum conditionem.

Primo igitur dico, quod est quædam progenies temporalis successionis, & sic sumitur quando dicitur quod aliqua res à progenie in progeniem prolongatur, sicut scilicet est

Præsens solatium, & opulentia peccatorum
Sequens supplicium, & pestilentia damnatorum,
Ingens fastigium, & excellentia beatorum.

De peccatoribus n. constat, quod sc. ipsorum gloria in hoc mūdo quandoq; continuatur, & à progenie in progeniem prolongatur Ps. 48. *Tabernacula eorum à progenie in progeniem vocauerunt nomina sua in terris suis. Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus.* &c.

¶ Item de damnatis constat, quod scil. ipsorum miseria in æternum perseuerabit, & à progenie in progeniem durabit. Vnde Exod. 34. dicitur de Deo, quod *ipse reddit iniquitatem patrum in filios vsque ad tertiam, & quartam progeniem.* Vnde damnato dicitur, quod *ipse introibit vsque in progenies patrum suorum, & vsque in æternū non videbit lumen.* ¶ Item de beatis constat, quod scilicet ipsorum gloria à progenie in progeniem non cessabit. Vnde Luc. 1. dicitur, quod *misericordia Dei à progenie in progenies timentibus eum.* Ista est ergo progenies temporalis successionis.

B ¶ Secundo dico, quod est progenies corporalis productionis. Et sicut sumitur Gen. 43. vbi filij Iacob dixerunt de Ioseph fratre suo: *Interrogauit nos homo per ordinem nostram progeniem.* Vt sic dicatur cuilibet illud 1. Regum 17. *De qua progenie es o adolescens?* Et ipse respondit illud 2. Esd. 5. *De domo Dauid, & à progenie Phares.*

C ¶ Tertio dico, quod est progenies generationis & congregationis hominum iustorum, de qua dicitur Iob 5. *Multiplex, inquit, erit semen tuum, & progenies tua quasi herba terræ.* ¶ Quarto vero dico, quod est progenies criminalis corruptionis, & ista scilicet est progenies viciorum, de qua dicitur Matth. 3. *Progenies viperarum, quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira?* & Matt. 12. *Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali?* De istis omnibus possent multa dici, sed paucæ sunt authoritates. Vide supra in tit. Genus.
D

**Prohibere.** Nota, quod prohibere idem est quod denegare, continere, vel impedire, & sic dicitur à procul & habere, semper enim ponitur negatiue, & ideo breuiter nota, quod in scriptura inuenitur

Prohibitio { Saluatoria, Meritoria, Damnatoria, Afflictoria.

Prima est prohibitio summæ diuinitatis. Deus enim prohibet, ne faciamus malum. Vnde Balaam dicebat nuncijs Balac Numero 22. *Dominus prohibuit me venire vobiscum.* ¶ Secunda est prohibitio nostræ sagacitatis, quia sc. homo debet seipsum continere, impedire & prohibere in faciendo malum. Psal. 33. *Prohibe linguam tuam à malo.* & Psalmo 118. *Ab omni via mala prohibui pedes meos.*
A
B

¶ Tertia est prohibitio humanæ malignitatis, quæ potissime abundat in inuidis, qui cum bonum facere nolint, alios prohibere nituntur. Vnde de alienigenis dicitur Neemiæ 3. alias 2. Esdræ 3. quod *ipsi prohibebant ædificantes Hierusalem.* Contra illud Pro. 3. *Noli prohibere bene facere, eum, qui potest, si potes, & ipse bene fac.* C

¶ Quarta est prohibitio diuinæ seueritatis quæ scili. propter peccata nostra prohibet à nobis bona gratiæ & gloriæ. Vnde Amos 4. *Ego autem prohibui à vobis imbrem.* & Hiere. 5. dicitur, quod *peccata nostra prohibuerunt bona à nobis,* &c. D

**Proijcere.** Nota, quod proijcere idem est, quod procul iacere. Et accipitur multipliciter in scriptura secūdū quod aliqua res potest ab aliquo proijci multis modis. Homo n. proijcit illud, quod non curat. Vnde proijcere signum est contēptus & indignationis, signum est non curæ & desertionis, signum est, quod res inutilis, & nullius perfectionis. Est igitur A

Proiectio { Diuina, Humana, Mundana.

Primo dico, quod est proiectio diuina, sc. qua Deus peccatores proijcit, & à se procul eijcit & conuenit, de qua Hie. 7. *Proijciam à facie mea sicut proieci omnes fratres vestros.* Vnde nota, quod dominus proijcit, & contemnit peccatores, sicut aquila proijcit degeneres pullos suos. Ipse enim

Proijcit { Prauos Ecclesiæ seruitores, Sui imperij contemptores, Præsentis sæculi dilectores, Altæ superbiæ processores, Mundanæ gloriæ possessores.

¶ Dico ergo, quod Deus in infernum proijcit malos Ecclesiæ seruitores. Equus enim de proprio ore proijcit dentes, sicut homo, sic etiam Deus in Ecclesia sua solet dentes, qui sunt membra ipsius propria, i. ipsos ecclesiasticos quando videt eos mobiles, & ambitiosos, viles, veteres, defectuosos, proijcere, & de ipsis non curare, & ipsos prauis tribulationib. & rapinis principum secularium dimittere, & eos à se, & nunc & in perpetuum elongare. Et ideo talibus videtur dominus loqui Eze. 28. dicens. *Posui te in monte sancto Dei in medio lapidum ignitorum.* Sequitur. *Peccasti, & eieci te de monte sancto, & perdidi.* Sequitur. *Perdidisti sapientiam tuam in decore tuo, & in terra proieci te, ante faciem regum ut cernerent te.*

¶ Item Deus proijcit mandati ipsius cōtemptores. Exemplo Saulis, qui inobediens factus Deo, proiectus est à domino, & ad perdendum regnum, quod à Deo acceperat commissum, damnatus 1. Regum 16. *Vsquequo tu luges Saul, cum ego proiecerim eum?* & 1. Par. 28. *Si dereliqueris eum, proijciet te in æternum.*

¶ Item proijcit præsentis sæculi dilectores Es. 33. *Proiecit ciuitates, non reputauit homines.* ¶ Item proijcit altæ superbiæ processores Thr. 2. *Proiecit in cælo & in terram inclytam filiam Sion.* ¶ Item proijcit mundi affluentiæ possessores. Eccl. 29. *Ecce ego ad te draco magne, qui cubas in medio fluminum.* Sequitur. *Proijciam te in desertum,* &c. Ista est proiectio qua Deus proijcit peccatores. Quia sicut secūdum Plin. coruus quando plus, quam duos pullos generat solet

solet eos proijcere, & de nido expellere, ne forte in nutriendo grauentur, sic Deus malos peccatores, qui excedunt numerum duplicis charitatis, in quorum, scilicet nutritione ipse multum & mentu se grauatum fecit, proijcit, cum non sint digni nutriri. Et (cum teste scriptura Iob 3.) *vita putentur indigni*, & maxime cum in pompis & superfluitatibus expendant amplius quam deberent, proijciet eos de nido gratiæ suæ, & propriæ libertati & mundi voluptatibus eos dimittet, & lupis & canibus infernalibus ipsos deuorandos relinquet 3. Reg. 9 *Templum, quod sanctificaui proijciam.* Ista est ergo proiectio diuina. ¶ Secundo dico, quod
C inuenitur proiectio humana, & ista aliquando est bona, aliquando est mala. Bona enim proiectio est illa, qua homo proijcit semetipsum in Deum per fiducialitatem. Ps. 21. *In te proiectus sum ex utero* In terram per humilitatem. 3. Reg. 19. *Proiecit se & obdormiuit in vmbra iuniperi*: In montem per contemplationis subtilitatem 4. Reg. 2. *Ne forte proiecerit eum spiritus domini in vnum montium* &c. Item est alia bona proiectio, qua sci. homo proijcit à se illa, quæ sunt sibi ad salutem contraria & nociua. Et ideo nota, quod nos debemus proijcere scilicet

Idololatriæ fatuitatem,
Immunditiæ carnalitatem,
Eminentiæ pompositatem,
Auaritiæ cupiditatem,
Mundi malitiæ fallacitatem,
Cordis nequitiæ peruersitatem.

De idololatria dicitur Iud. capite 10. *Alienorum Deorum idola proiecerunt.* De immunditia seu luxuria dicitur lib. 1 Esd. cap. 16. *Proijciamus à nobis vniuersas vxores alienigenas.* De superbia & eminentia proijcienda dicitur Ruth. 3. *Proijciens.* De auaritia autem dimittenda dicitur Esaiæ 2. *Proijciet homo idola argenti sui & simulachra sculptilia auri sui, &c.* De mundi fallacitate & nequitia seu malitia dicitur Matt. 5. *Si oculus tuus fuerit nequam, erue eum, & proijce abs te.* De peruersitate vero, & nequitia dicitur Ezech. 18. *Proijcite à vobis iniquitates vestras.*
D ¶ De mala proiectione, qua scilicet mali proijciuntur in infernum, dicitur Exod. 10. *Ventus arreptam locustam proiecit in mare.* Quia enim isti proijciunt dominum (iuxta illud 1. Regum 15. *Tu proiecisti sermonem domini*) ideo ipse proijciet eos in mare, id est, in amaritudinem infernalem. Neemiæ 9. *Persecutores eorum*
E *proiecisti in profundum maris.* Ista est ergo proiectio humana. ¶ Tertio dico, quod est proiectio mundana, & ista est illa, qua mundus proijcit à se bonos, ipsosque vilipendit & spernit. Exemplo Pharaonis, qui dicebat Exod. 1. *Quicquid masculini sexus fuerit, in flumen proijcite.* Legem etiam Dei proijcit mundus iuxta illud Nee. 9. *Proiecerunt legem tuam post terga sua.* Et ideo finaliter iste erit tanquam puluis, quem proijcit ventus à facie terræ, &c. Ciuda sunt mihi omnia ista, & ideo transeo. Vide supra de Eijcere, vbi inuenies magis plene.

## Promittere. Promissio.

Nota, quod promissio est quædam verbalis obligatio, quæ quamuis à principio sit voluntaria, ex post facto tamen est necessaria. Possumus ergo breuiter notare, quod multæ, & variæ promissiones inueniuntur in scriptura. Inueniuntur enim

Promissio { Delectabilis, Obseruabilis, Deceptibilis, Detestabilis.

Prima est promissio diuinæ maiestatis,
Secunda est promissio humanæ voluntatis,
Tertia est promissio hypocriticæ falsitatis,
Quarta est promissio simoniacæ prauitatis.

¶ Primo ergo dico, quod est quædam promissio delectabilis & gratiosa, & ista est illa, de qua dicit Apostolus 1. Corinth. 2. Esai. 64. quod *oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ repromisit Deus diligentibus se.* Sicut enim operarijs promittitur salarium, cursoribus brauium, militantibus promittitur stipendium, insuper triumphantibus promittitur corona & præmium, sic & benefacientib. promittitur æternum lucrum & salarium. Nos enim sumus sicut operarij in vinea domini, qui promisso denario diurno conuenit, & sicut militantes in campo certaminis huius mundi, pro æterno salario acquirendo. Et hoc est, quod orando supponit Ecclesia dicens in collecta. Ad promissiones tuas sine offensione curramus, quæ tua sunt liberis mentibus exequamur.

¶ Aduerte tamen, quod corona non promittitur militantib. sed triumphantibus, nec brauium promittitur currentibus sed currendo ad terminum ipsum attingentib. Nec etiam salarium promittitur quibuslibet laborantibus, sed solum in labore & opere dietam perficientibus & complentibus. Sic vere charissimis gloria paradisi, quæ est brauium, præmium & corona, non promittitur cuilibet laboranti, aut cuilibet bona opera incipienti, sed solum voluntatem Dei complenti, & perficienti. Heb. 10 *Facientes voluntatem Dei reportetis promissionem.* Ista est ergo promissio infallibilis, verumtamen conditionalis est 2. Paral. 6. *Quod ore promiseras, opere complesti.* Sicut enim Deus illa, quæ ante promiserat adimpleuit, scilicet, filij incarnationem, spiritus sancti promissionem, gratiæ collationem, sic sperare possumus, quod ipse implebit illa, quæ adhuc promittit, scilicet æternæ gloriæ distributionem. Ipse promiserat incarnationem filij Ro. 1. *Quod ante promiserat per prophetas suos in filio suo.* Item promiserat missionem spiritus sancti Luc. 24 *Mittam promissum patris in vos.* Item etiam promisit & reddidit munera gratiæ 2. Pet. 1 *Pretiosa nobis promissa donauit.* Quia sicut dicit Apostolus Rom. 3. *quæcunque promisit Deus, potens est reddere. Expectamus ergo promissionem patris, quam audistis per os meum.* Act. 1. Insuper sit vero, quomodo non est defectus domini, sed peccatis nostris exigentibus differt interdum promissa, vel aufert omnino, & quomodo filij Israel in deserto mortui fuerunt, & terram promissionis minime intrauerunt, ita quod in illis potuit impleri illud Rom. 3. *Euacuata est fides abolita est promissio.* Ista est ergo promissio infallibilis. ¶ Secundo dico, B
quod est promissio obseruabilis, & ista est promissio iusta, & licita, quæ Deo, & proximo fit ab homine, quæ inuiolabiliter est seruanda. Nos enim promittimus Deo in baptismo fidem, & charitatem. Prælato vero promittimus in professionis voto obedientiam, & castitatem. Ecclesiæ vero promittimus in promotionis articulo curam, diligentiam, & sedulitatem, & suorum iurium obseruandam immunitatem. Ista ergo debemus obseruare, & sicut promisimus reddere, & complere. Deut. 23. c. *Quod semel egressum est de labijs tuis, obseruabis, & facies sicut promisisti, & sicut propria voluntate & ore tuo locutus es.* Bene enim debet cauere, quid promittit homo, quia non est amplius licitum resilire. Vnde Eccl. 5. c. *Si quid Deo vouisti non moreris reddere, displicet enim ei infidelis & stulta promissio.*

¶ Tertio igitur dico, quod est promissio deceptibilis, & ipsa enim est promissio falsorum amicorum, qui promittunt & applaudunt in prosperitate, negant autem & recedunt in aduersitate. Prouerbiorum 25. *Nubes & ventus, & pluuia non sequentes, vir gloriosus, & promissa non complens.* Nobes enim sui ostensione quandoque videtur promittere pluuiam, & tamen ipsa est ita ficta, quod non reddit nisi ventum, tonitruum sonum, & fulgur. Sic falsi amici & proditores pluuiam multorum beneficiorum promittunt, & tamen ventum vanitatis, & fulgur nocumenti & iniquitatis reddunt. Ista potissime videntur facere vsurarij, sub specie enim amicitiæ promittunt pauperibus auxilium, in fine tamen reddunt eis pœnam tribulationum, & exitium. Ista vt tempertinent ad multos fatuos & mendaces, qui non timent mutuo accipere, obligationes facere, & iurare & promittere indiscrete, postea vero nihil volunt reddere, sed omnia solutionis tempore denegare. Et de istis dicitur Eccles. 29. *Donec accipiant, osculantur manus dantis & in promissionibus humiliant vocem suam.* Et in tempore solutionis postulabit tempus, & loquetur verba tædij. Ista est ergo promissio deceptibilis.

¶ Quarto dico, quod inuenitur promissio detestabilis, & ista D
est, qua homo pro beneficijs procurandis, vel pro amore alterius partis lædendo, alicui superiori pecuniam promittit. Exemplo Iasonis, *qui ambiens summum sacerdotium promisit regi Antiocho trecenta sexaginta talenta argenti*, sicut dicitur 2. Mac. 4. & sicut dicitur Eccl. 29 *Peccator transgrediens mandatum Domini incidet in promissionem nequam.* Nequam autem promissio est illa, quam faciunt simoniaci & iniusti pro iustitia facienda, vel pro præbenda habenda. Mar. 14. *Promiserunt ei pecuniam se daturos.* &c. Vide de pacto & de obligatione.

## Promouere.

De promotione possent multa dici, sed authoritates deficiunt, & de promotis A
digne & indigne dictum est in pluribus locis, sc. in titul. Ascendere & Surgere, &c. Hoc solum dic, quod Iudic. 6. dicitur, quod cum arbores vellent vnam de seipsis promouere in regem, ficus, vitis,

vitis, & oliua refutauerunt. O. (inquit oliua) *nunquid possum deserere pinguedinem meam, qua dij vtuntur, & homines, vt inter ligna promouear?* quasi dicat non debeo. Idem dixerunt aliæ arbores fructuosæ. Rhamnus vero arbor inutilis non refutauit, sed regnum libens accepit, & tandem flamma sua alias arbores dissipauit. Boni ergo humanas promotiones fugiunt, mali vero ad ipsas ambiunt & accedunt. Aues enim acriores & crudeliores sunt illæ, quæ altius volant, pingues autem & mites non, &c. Vide in titulo Rex & regnum, & similia, quia vocales authoritates desunt, & in locis infinitis actum est de Promouere.

## A Promptus.Promptitudo.

Cũ promptus idẽ sit quod spontaneus, voluntarius, aut paratus, possumus dicere, quod ille promptus dicitur, qui Dei, & prælati iussionibus bonisque actibus & operibus paratus & spontaneus præsentatur. Inuenitur igitur in scriptura promptitudo multiplex atq; bona. Vnde nota, quod nos debemus esse scilicet

Prompti ad {
Cito parendum,
Dura ferendum,
Recta docendum,
Bonum agendum,
Malis obstandum,
Sua præstandum.

Simus ergo prompti ad celeriter parendum scilicet Deo & maioribus vnde 2. Corinth. 9. *Scio enim promptum animum vestrum, pro quo de vobis glorior.* ¶ Item simus prompti ad stabiliter ferendum, scilicet mundi tribulationes. Vnde ille Eleazarus dicebat 2. Machabæor. 6. *Adolescentibus* (inquit) *forte relinquam exemplum si prompto animo fortiter pro sanctissimis legibus honesta morte perfungar.*

¶ Item simus prompti ad subtiliter docendum, exemplo scilicet Apostoli dicentis Roman. 1. *Græcis & barbaris, sapientibus & insipientibus debitor sum, ita quod in me promptum est, & vobis, qui Romæ estis, euangelizare.* & 2. Mach. 15. dicitur, quod *Iudas allocutus socios de lege promptiores eos constituit.* ¶ Item simus prompti ad vtiliter agendum, vnde 2. Mach. 11. *Ibant igitur prompti, de cælo habentes adiutorem.* &c.

¶ Item simus prompti ad viriliter pugnandum, scilicet contra malos, & contra vitia 2. Corinth. 10. *In promptu habentes vlcisci omnem inobedientiam.* Vt scil. simus de illis, de quibus dicitur Iud. 20. quod *ibi erant 25. millia pugnatorum ad bella promptissimi.*

¶ Item simus prompti ad liberaliter seu benigniter præstandum. Exod. 35. *Omnis* (inquit) *multitudo filiorum Israel obtulit mente promptissima primitias Domino*, &c. Sufficit. Vide in tit. Voluntas, & in tit. Libenter.

## A Pronunciare.

Vide in tit. Annunciare, Denunciare, & Nunciare, &c.

## A Pronus.Pronitas.

Nota, quod pronitas idem est, quod inclinatio, seu curuitas, Distinguamus igitur, & dicamus, quod in scriptura inuenitur quædam Pronitas.

Humilitatis,
Benignitatis,
Fragilitatis,
Cupiditatis.

Prima est, qua iustus est pronus ad reuerentiam,
Secunda est, qua iustus est pronus ad amicitiam,
Tertia est, qua peccator est pronus ad iustitiam,
Quarta est, qua peccator est pronus ad auaritiam.

¶ Primo ergo dico, quod est pronitas humilitatis & reuerentiæ, & ista est illa, qua iusti inclinant se, & humiliant ad Deum humiliter adorandum, ad Deo humiliter gratias agendum, ad maiores suppliciter venerandum, ad seipsos simpliciter submittendum, ad mentem mirabiliter hebetandum. Est igitur pronitas Dei precatiua. Constat enim quod deuoti solent Deum adorãdo genua flectere, pectus inclinare, vultum curuare, & mentem humiliare, vt sic possint Dei iram placare, & eius gratiam impetrare, vnde de Iacob legitur Gen. 33. quod *timens iram fratris sui contra se venientis, adorauit Dominum pronus in terram septies.* Item est pronitas gratiarum actiua. Vnde ille seruus Abraham dixit referendo grates, Gen. 24. *Pronus adoraui Dominum, qui perduxit me recto itinere.* Item est pronitas honoris datiua, seu reuerentiæ exhibitiua illa, sc. qua nos maioribus humiliamus, & qua ipsis caput, & genua curuamus. Vnde de fratribus Ioseph dicitur Gen. 50. quod *proni in terram adorauerunt eum, dicentes Serui tui sumus.* & 2. Reg. 24. dicitur de Areuna Iebusæo, quod *conspiciens animaduertit regem & seruos eius transire ad se, egressus adorauit eum prono vultu.* Item est pronitas sui deiectiua, scilicet qua homo inclinat, deijcit & vilipendit seipsum, inferiorem & minorem se reputans vniuersis 4. Reg. 18. *Pronus in terram posuit faciem suam inter genua sua.* Item est pronitas mentis turbatiua, sicut scilicet dicitur Dan. 8. quod *Daniel timens præ angelica visione dixit. Cumque angelus loqueretur mihi collapsus sum pronus in terram.* Ista est igitur pronitas humilitatis & reuerentiæ.

B ¶ Secundo dico, quod est pronitas benignitatis, amicitiæ seu clementiæ. Arbores enim magis humorosæ, & etiam fructibus magis plenæ & copiosæ solent versus terram amplius esse pronæ. Sic illi pro certo, qui fructibus virtutum, & meritorum, & humore gratiæ magis sunt pleni, sunt certe ad clementiam magis proni, de quo Prou. 22. *Qui pronus est ad misericordiam, benedicetur.* Spica enim quando est prona, signum est, quod sit grano plena. Si autem erecta sursum fuerit, tunc quod sit vacua significit. Bene ergo dicitur de pronitate misericordiæ Exo. 35. *Omnis voluntarius, & prono animo offerat primitias, scilicet pauperibus & egenis.*

C ¶ Tertio est pronitas fragilitatis & inconstantiæ, & ista est illa, qua peccator fragilitate pronus est, & decliuis ad omne malum similis equis habentibus tibias rigidas, qui sc. proni sunt ad omnem casum, similis etiam vijs lutosis, vbi est pronitas ad omnem lapsum. Vnde Gen. 8. *Sensus & cogitatio hominis proni sunt ad malum ab adolescentia sua*, & Exod. 32. *Tu enim nosti populum istum, quod pronus sit ad malum.*

D ¶ Quarto est pronitas cupiditatis, & auaritiæ. Constat enim quod auari semper sunt proni & mentaliter inclinati inferius ad terrena: Similes brutis, quorum facies respicit prona terram 1. Reg. 5. *Dagon pronus iacebat in terra.* Vnde Angelus reprehendit Iosue, dicens Ios. 7. *Surge cur iaces pronus in terra?* Hæc igitur de pronitate sufficiant. Vide in tit. Inclinare, Curuare, Descendere, &c.

## A Propago.

Cum propago sit illa ramorum seu vitium generatio, quæ pro vinea multiplicanda subterra reflexa procedit, & nascitur à principali stipite vel radice, videtur, quod propago potest significare successionem, genealogiam, parentelam. Et sic nota, quod nos inuenimus

Propaginem {
Iustorum,
Stultorum,
Vitiorum,
Meritorum.

Propago iustorum est bonorum generatio, scilicet successio & parentela hominum perfectorum, quos, scilicet propter merita parentum Deus multiplicat, & conseruat, sicut de vinea domini, id est, de religione & ecclesia, vel etiam de sanctorum prosapia corporali dicitur in Psal. 79. *Eiecisti* (inquit) *gentes, & plantasti eam*, &c. Sequitur. *Extendit palmites suos vsque ad mare, & vsque ad flumen propagines eius.*

B ¶ Propago stultorum est malorum propagatio, quia sobrii filij & semen hominum impiorum solent multiplicari, seu perire faciliter & siccari. *Adulterina enim plantationes non dabunt radices altas*, vt dicitur Sapien. 4. vnde Esaiæ 25. *Propagines fortium marcescere facies*, & Hier. 5. dicitur de domo Israel peccatrice. *Auferte* (inquit) *propagines eius, quia non sunt domini, prævaricatione enim prævaricata est in me domus Israel.* ¶ Propago vitiorum & defectuum pullulatio, est illa, scil. qua diabolus in corde peccatoris plantat & propagat multa mala. Vnde Naum 2. dicitur de dæmonibus & peccatoribus quod *vastatores dissipauerunt eos, & propagines eorum corruperunt.*

D ¶ Propago meritorum, est affectuum, hoc est dictu, virtutum & profectuum ampliatio, de qua scil. potest dici illud Gen. 40. *Videbam coram me vitem, in qua erant tres propagines*, id est, tres virtutum species, scil. theologicæ, cardinales, & morales. Vt sic bona anima figuretur in illa vinea, de qua dicitur Ezech. 17. quod *ipsa fructificauit in palmites, & emisit propagines.* Et ista sufficiant gratia breuitatis, cum paucissimæ sint auctoritates.

## Prope.

A Nota, quod istud aduerbium prope semper signat vicinitatem, coniunctionem, associetatem, aggregationem, & diuersarum rerum continuitatem. Breuiter ergo notare possumus, quod in scriptura inuenitur

Propinquitas {
Mirabilis & commendatiua,
Amabilis & charitatiua,
Fallibilis atque deceptiua,
Terribilis & desolatiua,
Laudabilis & consolatiua,

Prima

[illegible] diuinæ bonitatis,
Se[illegible] [illegible]næ charitatis,
[illegible] mondanæ aduersitatis,
Quarta æternæ aduersitatis,
[illegible] est propinquitas supernæ fœlicitatis.

[illegible] ergo quod est quædam propinquitas diuina, illa sci. qua [illegible] factus est consanguineus, & propinquus noster, carnem [illegible]nam assumen[illegible], nos per gratiam comitando, nos pro[illegible]ndo & adiuuando, de qua Esa. 51. *Prope est iustus meus vt veniat.* [illegible] est propinquitas, quæ est amabilis, & ista est illa, qua iu[illegible] prope Deum per deuotionem, & gratiam, & alter pro[illegible]terum per charitatem & amicitiam, vt sic dicatur quilibet [illegible] Ruth. 3. *Extende pallium tuum, quia propinquus es.* Vir n. chari[illegible] debet extendere pallium charitatis suæ, & ad Deum & [illegible]ximum, & ad seipsum, vt sic propinquus cuiuslibet possit [illegible] Ruth. 2. *Propinquus noster est homo.* ¶ Item est propinquitas, [illegible]abilis, & ista est illa, qua mundi amici & hypocritæ [illegible]gunt esse prope Deum per deuotionem, & prope proxi[illegible] dilectionem, de qua Hie. 12. *Prope es tu ori eorum, longe [illegible] a renibus ipsorum* ¶ Item est propinquitas quæ est terribilis, & [illegible] est propinquitas mortis, iudicij, & inferni, quæ valde de prope [illegible] nobis minatur. Totum n. tempus istius vitæ nihil est in [illegible] æstimatione. *Mille enim anni ante oculos Dei sunt, sicut dies hesterna, quæ præterijt.* Et ideo de ista propinquitate tam celeri ca[illegible] illud Ioel. 1. *A a a, quia prope est dies domini.* Et sequitur 2. c. *Prope est dies tenebrarum.* Ezech. [illegible]. *Prope est dies occisionis, & non gloriæ montium.* ¶ Item est propinquitas, quæ est laudabilis, & ista est illa, qua bona æterna sunt bonis propinqua, & ad obti[illegible] facilia, de quo Luc. 21. *Scitote quia prope est regnum Dei.* [illegible] dicitur esse prope, quando non est nisi vnus paries intermedius, sic quia paries corporis est intermedius inter iustos & beatos, & inter gratiam & gloriam, bene dicitur esse prope, Matth. 14. *Scitis, quia prope est æstas.* ¶ Sed istis propinquitatibus omissis, dicamus aliquid de illa, qua Deus est propinquus homi[illegible] & qua homo dicitur prope Deum. Et exponamus illud Psal. 144. *Prope est dominus omnibus inuocantibus eum.* Homo enim bene [illegible] se tenet prope rem, quam diligit, & etiam apud illum a quo [illegible]tur. Et inde est, quod brachia, quæ sunt amici cordis, ideo [illegible] cor naturaliter se & tenent, & quicquid cor diligit, ad eius [illegible]nquitatem amplexibus attrahũt & inuitant. Sic vere, quia [illegible] Dei filius ille scil. qui est brachium Dei patris, non mira [illegible] amauit, ideo prope nos per incarnationem & per gratiæ [illegible]tionem se posuit, atq; ponit. Iste enim est sicut auicula, quæ [illegible] inuocationem & sibilationem aucupis ita vocatur prope [illegible], quod capi aliquoties se permittit. Sic Dei filius ad sibi[illegible] orationem & inuocationem hominum deuotorum, ad [illegible] appropinquat per gratiam, & ab eis permisit se capi per charitatem & amicitiam. Quod bene apparuit in sanctis patribus qui suis deuotis sibilis & inuocationibus ipsum ita prope [illegible] fecerunt, quod ipsum in vtero virginalis vteri incluserunt. [illegible] est ergo dominus omnibus inuocantibus eum.

¶ Vbi aduerte, quod dominus prope est. Ad
Celeriter adiuuandum. [Prope inquit, quod dicitur à propero properas.]
Viriliter supportandum. [Est, inquit, quod stabilitatem signat,]
Sagaciter gubernandum. [Dominus, inquit, ad quem pertinet familiam regere,]
Æqualiter iudicandum. [Omnibus, inquit, quod est vocabulum æqualitatis,]
Benignissime miserandum. [Inuocantibus inquit, quod est verbum supplicantis,
Fœliciter præmiandum. [Eum, inquit, quod est vocabulum impetrantis.]

Primo ergo dicamus, quod iste est prope sans ad adiuuandum celeriter. Quod notatur in aduerbio prope, quod de propero properas descendit, quia scil. ille, qui est prope aliquem, magis potest sibi propere & celerius subuenire Esa. 51. *Prope est iustus meus, vt veniat, & salus mea, vt reueletur.* Iste enim est propinquus noster per incarnationem, iuxta illud 2. Reg. 16. *Propior est mihi Rex.* Et ideo in lege antiqua ille, qui erat antiquus propinquus, solebat vxorem de suo genere accipere, solebat homicidam proximi occidere, solebat hæreditatem proximi venditam redimere. Sic iste propinquus noster factus puellam de genere suo, scil. animam Christianam sibi per gratiam desponsauit. Figuratus in [illegible] qui accepit Ruth, cuius Ruth appetens matrimonium, dicebat R[illegible] illud prædictum *Extende pallium tuum, quia propinquus es.* I[illegible] homicidam Adæ proximi sui, & totius humani generis, sc. diabolum prostrauit, & in eum vendicauit. Num. 35. *Propinquus mortui homicidam interficiet.* Item hæreditatem nostram, sc. gloriam paradisi perditã & venditã nobis redemit, & restaurauit Leu. 25. *Si attenuatus frater tuus vendidit hæreditatem suam propinquus eius poterit redimere eam.* Et ideo bene dico, quod iste fuit prope ad adiuuandum celeriter. Quod etiam est hodie verum, quia nullus indiget auxilio, quin statim si vult inueniat ipsum, prope ipsum videlicet ad adiuuandũ ipsum contra diaboli tentamenta. Exemplo nutricis, quæ semper se tenet prope puerum sibi commissum, vt si ceciderit, ipsum leuet Ruth 4. *Nullus est propinquus excepto te.* ¶ Secundo dico, quod iste est prope ad sustentan- D
dum stabiliter, quod notatur in verbo est, quod est verbum substantiuum, & signat fortitudinem & rigorem. Quia sicut ille, qui est prope melius potest aliquem sustentare, quã si esset longe ab ipso, sic iste prope nos se tenet, vt per gratiam nos sustentet, & fortificet per constantiam. Est inquit. Rom. 10. *Prope est verbum.* Mat. 26. *Tempus meum prope est.* ¶ Tertio dico, quod iste est E
prope ad gubernandum sagaciter. Dicentur inquit, quod sc. est nomen regiminis, quia scil. homo melius regit familiam suam, Curatus suam ecclesiam, & iudex sibi commissam patriã, quando est prope, quam quando est longe. Et ideo iste prope nos esse voluit, & prope nos per misericordiã & gratiam se tenet, vt nos dirigat & gubernet. Dominus inquit Phil. 4. *Dominus prope est, nihil solliciti sitis.* ¶ Quarto dico, quod iste prope est ad iudicandum F
æqualiter. Omnibus inquit. Ipse enim non est prope vnum, sed prope omnes, quia sicut dicitur Sap. 6. æqualiter est ei cura de omnibus. Ps. 18 *Prope es tu domine, & omnes viæ tuæ veritas.* ¶ Quinto G
vero dico, quod ipse est prope ad indulgendũ benigniter quod ostenditur cum dicitur Inuocantibus. Iste enim misericordem se exhibet & benignum illis, qui ipsum inuocant & implorant. vnde dicitur Esa. 55 *Quærite dominum dum inueniri potest, & inuocate eum dum prope est.* Vnde Esa. 14. *Prope est vt veniat tempus eius, &c. Miserebitur enim dominus Iacob, & Israel saluabitur.* ¶ Sexto dico, H
quod iste prope ad præmiandum fœliciter, quia sc. iste semper est paratus dare gloriam paradisi. Luc. 21. *Scitote, & quia prope est regnum Dei.* Et hoc ostenditur cum dicitur Eum se Christum, æternæ gloriæ largitorem, de quo Ioan. 20. *Ibi eum videbitis sicut dixit vobis.* Istud enim pronomen eum, est vocabulũ authoritatis, vtilitatis, iucunditatis, claritatis, sanctitatis, securitatis. Dico quod est vocabulum authoritatis. Apoc. 1. *Ecce venit cum nubibus & videbit eum omnis populus.* Item vocabulum vtilitatis. Matt. 26. *Ipse est, tenete eum,* Item iucunditatis. Marc 16. & Mat. 28. *Præcedet vos in Galilæam, ibi eum videbitis, &c.* Item claritatis Mat. 17. *Ecce nubes lucida obumbrauit eum.* Item sanctitatis Esa. 11. *Requiescet super eum spiritus domini.* Item securitatis 1. Pet. 5. *Omnem sollicitudinem proijcientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis.* Ecce ergo quomodo iste est prope ad præmiandum fœliciter. Ideo possumus dicere illud Rom. 13. *Nunc autem propior est nostra salus, quam cũ credidimus.* Et hoc de propinquitate diuina, & humana sufficit. Vide supra de Appropinquitate, & de Iuxta, & infra de Proximo.

## Properare. Propere.

Cum properare idem sit, quod accelerare, vel aliquid cito & velociter facere, vel patrare, notabo, quod est A

Quoddam Properare quod est { Virtuosum, Vitiosum, Luctuosum.

Nam Iusti properant ad mores arduos,
Mali properant ad actus nociuos
Cuncti properant ad partes mortuos

¶ Dicam ergo, quod est quædam properatio hominum iustorum, & ista est illa, qua viri iusti solent properare & accelerare ad Deum per pœnitentiam & opera virtuosa. Vnde Hier. 50. dicitur sic. *Venient filij Israel, ipsi & filij Iuda simul ambulantes & flentes properabunt, & dominum Deum suum quærent.* ¶ Item dico, quod est B
properatio hominum stultorum, scil. peccatorum, qui scil. festinant & properant ad omne nefas. Vnde de peccatoribus dicitur Hier. 46. *Cum exercitu properabunt, & cum securibus venient.* Dæmonibus etiam dicitur Hier. 12. *Bestiæ terræ properate ad deuorandum.* Dæmones enim properant deuorare malos, qui etiam ad ipsos properant ad infernum. Vnde peccatori dicitur Eccles. 9. *Quodcunq; potest facere manus tua, instanter operare, quia nec sensus, nec ratio nec scientia, nec sapientia erũt apud inferos, quo tu properas.* ¶ Item C
dico,

[illegible] dest p[illegible]eratio omnium cunctorum, & ista est illa qua [illegible] omnes tam boni quam mali properamus ad mortem, vnde Eccl. *Ad vnum locum properant omnia*, sc. ad corruptionem & mortem. ¶ His igitur visis dic aliquid de properatione bona & virtuosa. Constat n. quod res naturales, quæ [illegible] præ al[illegible] virtuosę, solent in suis operationib. esse properatæ & festinatę. Patet in cœlo, & in planetis, quæ valde celeriter & prupere faciūt cursus suos. Sic vere in [illegible] morib. illi, qui plus habent in gratia & vigore, magis properant in bonorum operum efficacia & valore. Differentia tamen est in reb. quæ mouentur violenter, & quæ naturaliter. Illa enim quæ violenter mouentur, quanto plus accedunt ad terminū, tanto minus properare solent, & tanto motus suus magis retardatur, & relaxatur, sicut patet in sagitta violenter emissa, & in lapide sursum vel longe iacto. Illa vero quæ mouentur naturaliter, sicut est lapis deorsum cadēs, vel flumen deorsum fluens, vel ignis desursum [illegible] dens, quanto plus ad terminū ad quē tendunt, accedunt, tanto magis properant & motum suum magis accelerant & festinant. Sic vere dicā in morib. Quidam enim sunt qui quasi violenter faciunt bonū, sicut sunt pigri & mali, qui non nisi timore ducti possunt bonum facere Et isti pro certo, properare non possunt, nec celeriter facere, quæ cœperunt, imo quanto plus procedunt, tanto plus descendūt, & maxime quanto plus accedunt ad terminum, i. ad mortem, tanto pro certo magis tardi & minus in bonū propere, & festini fiunt. Dicunt enim illud Sap. 5. *Lassati sumus in via*. Cuius tamen cōtrarium est, quando faciunt malum, quia scil. properant atque currunt, & hoc quia certe tunc properant quasi naturaliter. Naturale n. est eis facere malum, s. propter malam consuetudinem quod conuersa est in naturam. Teste autem Senec. in epistola *Nihil difficile, quod in naturam consuetudo perduxit*. Sed reuera de bonis est aliud. Isti enim naturaliter faciunt bonum, instinctu enim naturali, cui s. non obuiant, nec dant obicem resistendi, isti mouērunt ad virtutē. Et ideo pro certo quanto plus properant, tāto citius ad Deum accedunt. Vt sic de istis intelligatur illud Mich. 4. *Erit* (inquit) *preparatus mons domus domini in vertice montium, & fluent ad eum populi, & properabunt gentes & dicent, venite, ascendamus ad montem domini &c.* Mons iste est perfectionis status, ad quem est iugiter properandum. Sicut etiam ipse Christus inuitans a-

E nimam dicit Cant. 2. *Surge, propera amica mea, columba mea formosa mea, & veni.*

¶ Vbi aduerte quod ad properandum ad bonum plura iuuant, videlicet

Vis vigoris,
Vox ductoris,
Fax amoris,
Acerbitas doloris,
Austeritas timoris,
Sinceritas nitoris,
Benignitas tractoris.

Fit igitur homo properus & festinus

Per
- Vigorem interius latentem. [Surge,]
- Ductorem superius vrgentem, quando scil. imperando dicit. [Propera,]
- Amorem visceribus ferueotem. [Amica,]
- Dolorem asperius arcentem. [Columba] quæ scil. gemit,
- Timorem austerius pellentem. [Mea] quæ sc. subiectionem signat & timorem,
- Nitorem sincerius pellentem. [Formosa] quæ sc. signat puritatem,
- Dolorem exterius extrahentem. [Veni Inquit.]

Ista sunt enim septem ad hoc, quod homo possit ad bona opera properare, sc. vigor, ductor, dolor, timor, puritas, & nitor, claritas, & dulcor. De quolibet istorum potest videri in suo tit. Bene ergo dicit. *Surge, propera.* Vnde etiam ipse Christus ad talia nos inuitans, dicit Es. 55. *Omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentū, properate, emite, & bibite.* Et Hie 9. dicitur sic. *Contemplamini, & vocate lamentatrices vt veniant, & ad eas quæ sapientes sunt, mittite, & properent, festinent & assumant super vos lamentum, deducant oculi vestri lachrymas, & palpebræ vestræ fluant aquis, &c.* Iste est enim modus properandi ad Deum, sc. flendo & lamentando pro peccatis nostris. Vnde illud prædictum Hier. 10. *Flentes properabunt, & dominum Deum quærent* Properemus igitur ad ipsum,

Vt
- Per eum subtiliter informemur,
- Per eum [illegible] et præmiemur,
- Per eu[illegible]
- Nos eu[illegible]

¶ Propere[illegible]mus ergo ad eum, vt [illegible] per [illegible] quia sc. [illegible] dicitur Luc [illegible] *in turba [illegible] lurima conuenerat, [illegible]tatib properarent ad Iesum, dixit [illegible] similitudinem &c.* [illegible] per hunc vtiliter. Gen. 45 *Tollite patrem vestrum [illegible] stram, & properate quantocius* Sequitur. *Omnes opes [illegible] runt* Item vt cibemur per hunc suauiter. Vnde [illegible] *rate, emite, & comedite vinum & lac.* Item [illegible] precem [illegible] liter, Vnde Sap. 18 de Moyse dicitur quod *properans [illegible] vela deprecari [illegible] populis [illegible] proferens seruitutis suæ scutum orationis & per incensum deprecationum quoque allegans* Rest[illegible] igitur patet, quomodo properatio sumitur Transeo, quia sunt authoritates Vnde in tit. festinare, accelerare, [illegible] velox, &c.

## Propitius.

Nota, quod propitius idem est, [illegible] misericors, compatiens, & be[illegible] propitiatio propriè illa species misericordiæ, qua [illegible] & propitiatore fictis & vitijs peccatorum. Iuxta [illegible] *autem propitiabor peccato meo multum est enim.* Ad ip[illegible] pertinet propitiatio, & indulgentia peccatorum [illegible] pitiatur omnibus ad ipsum [illegible]teotib. & pœnitentib. [illegible]tionem omnium peccatorum petentib. Et ide[illegible] super ipsam arcam testamenti erat quædam tabula [illegible] propitiatorium dicebatur in quo, & à quo dominu[illegible] quebatur, & à quo propitiationem & veniam per sacer[illegible] fragium populus cunsequebatur, sicut dicitur Exo. 37. Ad den[illegible] tandū, quod Dominor semper in propitiatione & miser[illegible] habitat, & moratur, & exinde veniam tribuit & largitur *Apud te propitiatio est, &c. Ipse enim misericors & propitius fiet peccatorum, & non disperdet eos.* Et ideo apud Iudæos fiebat vnum solenne decima die mensis septimi, sicut dicitur Leu. 23 *quod dicetur festum propitiationis.* Cōprobatur ibi etiam (sicut credo, [illegible] expiationis, & ibi Deus populo propitiabatur. *Deus, igitur est qui propitiatur omnib. impietatib. nostris, & sanat omnes infirmitates nostras. Qui redemit de interitu vitam nostram, & in miserationib. & misericordia nos coronat.* ¶ Nota ergo, quod Deus in multis ostendit propitiationem misericordiæ suæ erga nos, videlicet

Peccata remittendo,
A malo prohibendo,
A pœnis liberando,
Gloriam reseruando.

Dico peccata remittendo Ps. 78 *Propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum.* Item à malo prohibendo. Ista est enim magna [illegible] Dei, quando aufert homini occasionem, & affectū male [illegible] di. Et sic loquitur 1. Regum 24. *Propitius sit mihi dominus, ne faciam hoc.* Item à pœnis liberando. Iob 33. *Libera eum vt non desc[illegible] corruptionem. Inueni in quo ei propitier, consumpta est caro eius à suppliciis* 3. Regum 21. *Propitius sit mihi Dominus ne dem hæreditatem patrum meorum tibi.* Et hæc de propitiatione. Sufficiant. Vide de [illegible] cordia, de miseratione, de clementia & de indulgentia seu [illegible] nia & de pietate, &c.

## Proponere. Propositum.

Nota, quod proponere quando[illegible] sumitur pro dicere, ostēdere, declarare, sicut cū dicitur [illegible] *propone problema, vt audiamus.* Et sic sumitur eodem sensu propositio, oratio, seu allegatio, &c. Item quandoque [illegible] pro ponere, seu præsentare & assignare, sicut cum dic[illegible] *Sericum & coccum proposuerunt in mercatu tuo, oleum & resinam [illegible] fuerunt in nundinis tuis, &c. multa.* Tali enim modo [illegible] pro ponere. Et ideo secundum istud significatum nihil [illegible] Vide vbi Ponere. Item proponere sumitur pro disponere, [illegible] nare, animo firmare, & deliberare. Et sic propositum est quod deliberata voluntas, siue bona fuerit siue mala. ¶ S[illegible] dices, quod est proponere

Intentionis,
Locationis,
Locutionis.

Primo igitur dico, quod est quoddam proponere [illegible] seu etiam ordinationis, deliberationis & rationis. [illegible] fert à brutis, quia in ipso voluntas & propositum præcedunt opus, in brutis autē non. Boni n. & iusti bona voluntate, deliberatione, & proposito solent vti, mali vero similiter [illegible] al[illegible] Vnde de bonis dicitur Rom. 8. *Scimus quoniam diligentibus Deum, [illegible] cooperantur in bonum his, qui secundum propositum vocati sunt sancti.*

…tat. quod bonum propositum vel malum constituit homi… sive peccator. Nota ergo, quod iusti proponunt, & … bonum, & honestum finem … illud 2. Tim. 3. *Tu … secutus es meam doctrinam, institutionem propositum, longanimi…tatem &c.* Quia revera iusti debent semper voluntatem, … intentum & desiderium habere, scilicet ad

Sapientiæ lucidum splendorem,
Abstinentiæ aridum squalorem,
Permanentiæ solidum renorem,
Eloquentiæ placidum dulcorem.

…endore sapientiæ dicitur Sap. 7. *Proposui pro luce habere il…lam, quoniam inextinguibile est lumen ipsius.* De squalore abstinentiæ … Daniel. 1. *Proposuit Daniel in corde suo, ne pollueretur de mensa … de vino* &c. Et dicitur ibidem, quod *ipsi prælegit legumina … admisit.* De tenore vero, seu de vigore permanentiæ & …verantiæ dicitur Act. 11. quod sc. *Barnabas hortabatur omnes … in proposito cordis manere in domino.* De dulcore vero eloquentiæ di…citur … sapiens. Sap. 8. *Proposui*, inquit, *hanc adiungere mihi ad convivendum, … quoniam communicabit mecum de bonis, & erit allocutio labo…ris … tædij mei.* Istud est igitur proponere, quod est intentionis. … Unde ubicunque agitur de Intentione, de Voluntate, & … …natione.

¶ [Se]cundo dico, quod est proponere locationis. Sicut enim … dicit, proponere accipitur proponere, unde Pr. 9. dicitur de … sapientia, quod *ipsa miscuit vinum, & posuit mensam.* Et secundum … significatum dicebantur *panes propositionis*, qui sc. 12. *in quoli…bet sabbatho super mensam in tabernaculo calidi proponebantur, & domi…no coram perpetuo offerebantur*, &c. Leu. 24. Quia revera in taberna…culo Ecclesiæ & fidei est mensa propositionis, scil. virtus pietatis & clementiæ ubi scil. 12. opera misericordiæ, sex scil. spiritualia, & sex corporalia debemus proponere. & ista pro nutriendis … bus & pauperibus exhibere. Ut sic dicamus illud 2. Par. 19. *… mensam cum panibus propositionis.* Panem etiam Eu…charistiæ debemus coram domino proponere, quem sc. solis sa…cerdotibus, id est, solum sanctificatis hominib. licitum est man…ducare, seu etiam offerre, proponere & consecrare. Leu. 21. *Con…secratus est Deo suo, & panis propositionis offeret.* Unde 2. Paralip. 12. *Proponuntur panes in mundissima mensa.* Est igitur unum proponere …tionis.

¶Tertio dico, quod est unum proponere locutionis. Et sic di…co, quod

Imperatores proponunt edicta,
Adulatores proponunt conficta,
Oratores proponunt condicta,
Peccatores proponunt delicta.

Dico ergo, quod est propositio summorum imperatorum scili. prælatorum, regum, & superiorum. Deus enim proponit homi…nibus legem & mandata volens sc. ut sub pœna mortis æternæ ser…ventur. Unde Deut. 11. *En propono in conspectu vestro hodie benedictio…nem, & maledictionem.* Benedictionem sc. servantib. maledictio…nem prævaricantibus. ¶ Unde nota, quod Deus

Certantibus proponit gratiam,
Sperantibus proponit veniam.
Vincentibus proponit gloriam,
Peccantibus proponit miseriam.

[De c]ertantib. dicitur Heb. 12. *Curramus ad propositum certamen a…spicientes in authorem fidei* &c. De sperantib. dicitur Iob. 11. *Habebis … proposita tibi spe & defossus securus dormies*, & Heb. 6. dicitur, *… solatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propositam …* [De] vincentibus vero dici potest illud 2. Regum 5 *Proposue…rat … David præmium illi, qui percussisset Iebusæum.* Unde de Chri…sto dicitur Heb. 12. quod *proposito sibi gaudio, seu præmio sustinuit cru…cem.* [De] peccantib. vero dicitur 3. Reg. 9. *Si aversi fueritis, non se…quentes me, nec custodientes mandata & ceremonias, quas proposui vobis, … abieritis & colueritis Deos alienos, auferam Israel de superficie terræ, quam dedi eis.* Prælati etiam sua proponunt statuta, sicut de Moy…se legitur, quod ipse dixit populo Israel Deut. 30. *Considera quod proposuerim hodie in conspectu tuo bonum:* & Iosuæ. 24. *Proposui populo præcepta, atque iudicia.* Reges vero & principes seculares etiam proponunt sua iudicia, & decreta 1. Es. 5. *Cyrus Rex proposuit edi…ctum, ut domus Dei ædificaretur*, & Daniel 6 dicitur quod *Rex Darius proposuit decretum*, &c. Patet igitur, quod est propositio summo…rum imperatorum.

¶Secundo vero dico, quod est propositio bonorum prædica…torum, qui scilic. proponunt mundo voluntatem Dei, ipsius le…

*Dulbon. Bersborij.*

ges & mandata, vitia & virtutes, pœnam & gloriam, dicentes sc. illud Deut. 30. *Testes invoco hodie cælum & terram, quod proposuerim vobis hodie vitam & mortem & benedictionem & maledictionem. Elige vero vitam, ut vivas, & diligas dominum Deum tuum & obedias voci eius, illique adhæreas.* Ut etiam dicat bonus prædicator illud Psalm. 77. *Aperiam in parabolis os meum, loquar propositiones ab initio.* Auditores vero dicere possint illud 3. Reg 18. *Optima est propositio, quam Helias loquitur.*

Tertio dico, quod est propositio falsorum adulatorum, qui F
divitib. & potentibus semper proponunt vana & ficta, ut sic de ipsis divitibus possit dici illud Eze. 27. *Oleum & resinam proposuerunt in nundinis tuis.* Oleum enim quod lenit & ungit, & resina, quæ ligat & nectit, verba adulatoria & placentia significantur, quæ dominos liniunt, ungunt & ligant. Tales enim propositiones odiebat David, dicens, scilic. in Ps. 100. *Perambulabam in innocentia cordis mei in medio domus meæ, non proponebam ante oculos meos rem iniustam*, & Sequitur. *Qui loquitur iniqua, non dixerit in conspectu oculorum meorum.*

¶ Quarto dico, quod est propositio magnorum oratorum G
seu etiam advocatorum, qui s. proponunt causas hominum coram iudicibus & prælatis. Ista etiam est propositio doctorum, qui sc. proponunt propositiones, & problema suis discipulis. Unde Samsoni dictum est Iud. 14. *Problema, quod proposuisti, non vis mihi exponere.* Hoc tamen est contra advocatos, qui certe in suis propositionibus magis attendunt ad lucrū, & ad pecuniam, quā ad veritatem aut iustitiam. Et ideo isti videntur dicere pecuniæ illud Ps. 136. *Si non proposuero Hierusalē in principio lætitiæ meæ, oblivioni detur dextera mea, si non meminero tui.* Unde etiam pauperes conquerendo de fallacijs eorum, possunt dicere domino illud Psal. 53 *Fortes quæsierunt animam meam, & non proposuerunt Deum ante conspectum suum.*

¶ Quinto dico, quod est propositio hominum contritorum H
seu ad Deum conversorum, qui sc. sacerdoti in confessione peccata sua proponunt & elucidant quantum possunt, dicendo sc. illud Ps. 48. *Aperiam in Psalterio propositionem meam.* Unde cuilibet tali videtur dici illud Ecc. 7 *Revertere ad dominum, & avertere ab iniustitia tua.* Sequitur. *Et sta in sorte propositionis, & orationis altissimi Dei.* Et sic patet, quomodo proponere multimode sumitur in scriptura. Vide in tit. Ponere. Dicere. Loqui. Orare. & similia.

## Proprius. Proprietas.

Nota, quod proprietas, seu propriū sunt illa, quæ A
uni soli dicuntur convenire. Proprium enim dicitur quod ad aliquem pertinet, & ad nullum alium dicitur pertinere, sicut risibilitas convenit homini, & nulli alij animali, & sic de alijs. Notemus ergo, quod multiplex invenitur proprietas in scriptura tam in bono significato, quam in malo, scilicet

Proprietas æternalis.
Proprietas naturalis,
Proprietas virtualis,
Proprietas criminalis,
Proprietas temporalis,
Proprietas supernalis.

Primo ergo dico, quod est proprietas æternalis, & ista est pro- B
prietas cuilibet personæ trinitatis, quia sc. ipsæ personæ habent certas proprietates, quæ conveniunt uni, & non alteri, sicut dicitur in primo sententiarum. Quia ut dicit magister sententiarū, *proprium est patri, quod sit ingenitum, proprium est filio quod sit vnigenitum: proprium est spiritui sancto, quod sit procedens & spiratus.* Et sic dici q proprietas patris consistit in dando solum, proprietas filij consistit in dando & accipiendo, quia scilicet

Pater solum generat & spirat, quod solum pertinet ad dantem,
Filius spirat, quod pertinet ad dantem, & generatur, quod pertinet ad recipientem,
Spiritus sanctus solum spiratur, quod pertinet ad recipientem.

Et sic dico, quod proprietas quædam est æternalis, & superior.
¶Secundo dico, quod est proprietas naturalis, & ista est illa, qua C
quis naturaliter habet aliquas proprias conditiones & virtutes, qua ab alijs est distinctus. Sicut enim omne corpus humanū habet unam mirabilem proprietatem, videl. similitudinem certæ faciei, quæ sic uni convenit quod in nullo alio reperitur, sic ēt in animab. invenimus, quod unus habet aliquas dispositiones naturales, & alius alias per quas ad aliquid naturaliter inclinatur, & in ipso præ cæteris delectatur: & inde est, quod quidam inclinatur ad

[illegible] erat Deo animus [illegible] licet Ezech. [illegible] de medio [illegible]. Item vite [illegible] parcendo [illegible] ad nobili- [illegible]. Vnde [illegible] Esa. 48. *Propter nomen meum longe faciam furorem meum.* [illegible] Dan. *Propter nomen magnum, & propter manum tuam robustam, & brachium extentum exaudies de cælo.* Item efficaciter adiuuando Vnde Esa. 37. *[illegible] ciuitatem, vt saluem eam propter me, & propter Dauid seruum [meum].* Item liberaliter præmiando. Istud enim spectat ad [illegible] potentiam & regalem. Vnde Esa. 45. dicit Dominus regi [illegible] Ego inquit *ante te ibo & gloriosos terræ humiliabo, & dabo tibi [thesauros] absconditos, & arcana secretorum propter seruum meum Iacob, [et Israel electum] meum q. [illegible]* (supple) tibi benigniter tractasti. Itē [illegible] comminando. Vnde Baruch. 3 *Propter hoc dedisti [timorem tu]um in cordibus nostris, vt inuocemus nomen tuum, & laudemus* [illegible] supernaturaliter eminendo. Vnde etiam ipse de sua [illegible] magnificentia dicit Ezech. 36 *Peperci, inquit, nomini [sancto] meo, quod polluerat domus Israel.* Sequitur. *Non propter vos ego [faciam] domus Israel, sed propter nomen sanctum meum, quod polluistis.* [Sic] patet, quod est vnum Propter Dei potentiæ insuperabilis.

§ [De]inde dico, quod est vnum Propter Dei scientiæ seu sapientiæ incomparabilis. Ista enim est propter quam & per quā [illegible] & dirigit vniuersa. Sicut enim dicitur Sap. 7. cap. *O[mnibus] mobilibus mobilior est sapientia:* attingit enim vbicunq; propter [illegible] munditiam. Ista enim habet, videlicet

Eloquium, quod viuificat,
Obsequium, quod rectificat,
Alloquium, quod clarificat seu viuificat.

De [eloquio] diuinæ sapientiæ dicitur in Ps. 148. *Propter eloquium tuum viuifica me, & custodiam testimonia oris tui.* De obsequio vero [illegible] Sapient. 18. quod *filij Israel propter hoc ignis ardentis columnam ducem habuerant.* De alloquio enim diuinæ sapientiæ, qua scilicet veritas elucescit, & omnis honor & dignitas enitescit, [dicitur] Sapient. 8. *Erit* (inquit) scilicet *sapientia diuina allocutio [illegible] [illegible] Habebo hanc immortalitatem, & memoriam æternam his, qui post [me] sunt, relinquam.* Istud est igitur vnum Propter Dei scientiæ [illegible] [illegible]tabilis seu indeceptibilis.

§ Denique dico, quod est vnum Propter Dei iustitiæ irre[fraga]bilis. Deus enim Propter iustitiam suam.

Pauperes eripit,
Iniustos corripit,
Diuites diripit.

Pauperes dico eripit. Vnde in Ps. 11. dicitur. *Propter miseriam inopum & clamorem pauperum nunc exurgam, dicit dominus.* Iniustos etiam corripit scilicet ipsos temporaliter & æternaliter puniendo Vnde Leuit. 26. *Corripiam vos septem plagis propter peccata vestra,* & in Psal. 38. *Propter iniquitatem corripuisti hominem, & tabescere fecisti sicut araneam animam eius.* Diuites insuper diripit, videlicet [illegible] & inuidos. Vnde in Psal. 72. *Veruntamen propter dolos posuisti eis, deiecisti eos dum alleuarentur.* In quo dicti tales ad infortunium deducti, possunt dicere domino illud Threnor. 1. *Vindemiauit me propter iniquitates meas. Multi enim gemitus mei, & cor meum mœrens.* Illud est igitur vnum propter Dei iustitiæ irrefragabilis.

§ Insuper dico quod est vnum Propter Dei clementiæ inæ[sti]mabilis. Ista enim est propter quam scilicet

De cœlo descendit carnem assumendo,
In cruce pependit, mortem sustinendo,
Cum hoste contendit, suos eruendo,
Gratiam impendit, culpas dimittendo,
Verbera suspendit, malos expectando,
Gloriam rependit beatos præmiando.

Dicam ergo, quod Deus ratione istius propter, idest, ipsius [b]onitatem & clementiam, carnem assumendo de cœlo descendit. Vnde Esa. 72. *Propter Sion non tacebo, donec egrediatur vt fulgur iustus eius &c.* & Esa 7. *Propter hoc dabit dominus ipse vobis signum. [Ecce] virgo concipiet, & pariet filium, &c.* & Hierem. 23. *Propter hoc ecce dies veniunt dicit dominus, & suscitabo Dauid germen iustum.* Item [mor]tem sustinendo in cruce pependit. Sicut enim dicitur 2. [Co]rinth. 8 *Cum diues esset, propter nos egenus factus est, vt ipsius inopia nos diuites essemus.* Quia sicut dicitur Esa. 53. *Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra,* & ibidem dicitur. *Abscissus est de terra viuentium propter scelus populi mei.* Item suos [eru]endo seu defendendo cum hoste contendit. Vnde in Ps. [illegible] *Exurge domine adiuua nos, & redime nos propter nomen tuum.* Item culpas dimittendo gratiam impendit. Vnde ipse est qui dicit Esai. 43 *Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me.* Vnde etiam in Ps. dicitur. *Tu autem domine fac mecum propter nomen tuum misericordiam tuam.* Item malos expectando verbera suspendit scilicet vt conuertamur nos in patientia sustinendo Vnde Eccl. 18. *Propter hoc patiens est Deus in illis, & effundet super illos misericordiam suam. Vidit præsumptionem cordis illorum, quoniam mala est, & ideo adimpleuit super illos propitiationem suam.* Item beatos præmiando gloriam rependit. Vnde anima beata comparatur Io. 19. *mulieri, quæ parturit, quæ non meminit pressuræ propter gaudium.* Vt de beatis dicatur illud Esa. 61 *Propter hoc in terra sua duplicia possidebunt, lætitia sempiterna erit eis.* Duplicia inquit, hoc est dictum, duplicem gloriam, i. corporis & animæ. Vnde dominus detestando damnatos, & glorificando beatos, dicit Esa 65. *Propter hoc* (inquit) *ecce serui mei comedent, & vos esurietis Ecce serui mei bibent, & vos sitietis, ecce serui mei lætabuntur, & vos confundemini, ecce serui mei laudabunt præ exultatione, & vos clamabitis præ dolore & contritione.* Sic igitur patet, quod ista præpositio propter spectat ad clementiam Dei saluatoris, ad iustitiam Dei correctoris, ad scientiam & sapientiā Dei gubernatoris, ad potentiam & eminentiam simul dominatoris. Et sic bene dixi, quod ista dictio, propter refertur ad Deū. F

§ Secundo principaliter dico, quod ista dictio Propter refertur ad iustum. Iusti n. habent multiplex Propter, i. multiplicem causam faciendi & habendi bonum, nosque trahentem ad gratiam in præsenti, & gloriam in futuro. Videlicet,

Vnum Propter
- Iustitiam, qua rite viuimus,
- Modestiam, qua iram fugimus,
- Constantiam, qua mala vincimus,
- Concordiam, qua rixas tollimus,
- Decentiam, qua mores regimus,
- Lætitiam, qua grates agimus,
- Patientiam, qua mala portamus,
- Sapientiam, qua praua vitamus,
- Innocentiam, qua bonum amamus,
- Amicitiam, qua fidem seruamus,
- Continentiam, qua carnem domamus,
- Diligentiam, qua vites citamus,
- Misericordiam, qua nostra donamus,
- Obedientiam, qua nos subiugamus.

Dicam ergo, quod isti habent vnum propter quod est iustitiæ, qua rite viuunt. Vnde de hoc dicitur Matt. 5 quod *beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum.* Propter iustitiam inquit, i. e. propter rectitudinem vitæ. Quamuis tamen constet, quod iustitiæ nostræ nunquā possunt sufficere ad regnum cælorum obtinendū, sed solum gratia saluatoris. Vnde Deut. 9. *Non dicas,* inquit, *quod propter iustitiā meam introduxit me dominus, vt possideam terram hanc, &c.* Sicut n. dicitur ibi, *filij Israel non obtinuerunt terram promissionis propter iustitiam suā, sed propter impietatem illorum, qui eiecti sunt* Sic vere dicam, quod homines non obtinent cœlum propter iustitias suas, sed solum ex gratia Dei, & propter iniustitias dæmonum, qui sedes suas perdiderunt, ita quod ad reparandum ruinam ipsorū homines assumpti fuerunt, propter iniustitias n. suas humiliati sunt. Item habent iusti vnum propter, quod est modestiæ qua furor fugitur Ps. 44. *Propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam deducet te mirabiliter dextera tua* Item habent iusti vnum propter, quod est constantię, quia malum vincit. Vnde 1. Mach 13. dixit Simon, *Vos scitis, quod ego & domus patris mei pro legibus fecimus prælia & angustias, horum gratia perierunt omnes fratres mei propter Israel, &c.* Item habent iusti vnum propter, quod est concordiæ, qua rixa tollitur Ps. *Propter fratres meos & proximos meos loquebar pacem de te, propter domum Dei nostri, quæsiui bona tibi* Item habent iusti vnū propter, quod est decentiæ, qua vita regitur. Mores enim per honestam conuersationē reguntur. Vnde cuilibet honestæ & famulæ personæ potest dici illud Eze. 16. *Profecisti in regnū, & egressum est nomen tuum procul propter speciem tuam.* Nomen n. signat bonam famam, species vero bonam conuersationē. Item habent iusti vnum propter, quod est lætitiæ, qua spes acuitur. Lætitia n. in Deo solet mentem ad Deum per spem & desiderium eleuare Vnde in Ps. *Propter hoc lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea, insuper & caro mea requiescat in spe.* Item habent iusti vnum propter, quod est patientiæ, qua mala portantur. Vnde iustus potest dicere domino illud Psalm. *Quoniam propter te sustinui opprobrium, operuit confusio faciem meam* & alibi. *Propter verba labiorum tuorum ego custodiam vias duras.* Iuxta illud 1. Petri 3. *Si quid patimini propter iustitiam, beati.* Vnde ille Machabæus dicebat

domino illud 2. Machab. [illegible] *Propter timorem tuum libenter hæc patior.* Et 7. cap. dicit alius. *Propter Dei leges nunc hæc ipsa despicio*, & Apostolus dicebat 2. Cor. 12. *Propter quem placeo mihi in infirmitatibus meis, &c.* Item habent iusti vnum propter, quod est sapientiæ, qua cuncta probantur, seu qua mala vitantur. Vide Sapient. 6. dicitur quod, *qui vigilauerit propter illam*, scil. propter sapientiam, *cito securus erit.* Ideo Sapient. 7. dicit Sapiens. *Propter hoc optaui & datus est mihi sensus, inuocaui, & venit in me spiritus sapientiæ, &c.* Item habent iusti vnum propter, quod est innocentiæ, qua bona sectantur. Ps. *Me autem propter innocentiam suscepisti.* Item habent iusti vnum propter, quod est amicitiæ, qua fratres amantur. Vnde Prou. 12. *Qui negligit damnum propter amicum, iustus est.* Et Eccl. 29. *Perde pecuniam tuam propter fratrem & amicum.* Item habent iusti vnum propter, quod est continentiæ, qua carnes domantur seu arctantur. Vnde Matt. 19. *Sunt eunuchi, qui castrauerunt seipsos propter regnum cælorum.* Item habent iusti vnum propter, quod est diligentiæ, qua vites hortantur. Vnde Luc. 11. de illo dicitur [illegible] & importuno ad ostiū dormientis pulsante dicitur, *quod si perseuerauerit pulsans, saltem propter importunitatem surget, scilicet amicus dormiens, & dabit sibi panes quotquot habet necessarios.* Item habent iusti vnum vnū propter, quod est misericordiæ qua pauperes cibantur. Vnde Eccl. 29. *Propter mandatū assume pauperem, & propter inopiā ne dimittas eum vacuum.* Item habent iusti vnū propter, quod est obedientiæ, qua præmia donantur. Vnde in Psal. dicit verus obediens domino. *Inclinaui cor meum ad faciendum iustificationes tuas in æternum propter retributionem.* Sic ergo patet, quomodo ista dictio propter diuersimode refertur ad iustum.

G ¶ Tertio principaliter dico, quod ista dictio propter diuersimode spectat ad iniustum. In ipso n. inuenitur multiplex mala causa, id est, multiplex peccatū. Et si quæratur propter quod impij Deo contrariantur, & propter quod dominus contra eos indignatur, & propter quod ipsi finaliter in [illegible]rnu damnantur, & paradiso priuantur, certe posset responderi

Propter
- Carnalem infectionem,
- Mentalem elationem,
- Verbalem locutionem,
- Crudelem vexationem,
- Auidam possessionem,
- Auidam potationem,
- Cupidam affectionem,
- Turpidam obliuionem,
- Fœtidam corruptionem,
- Infidam adulationem,
- Gelidam operationem,
- Solidam obstinationem,
- Inuidam machinationem,
- Stolidam generationem,
- Improuidam gubernationem,
- Insipidam præmiationem.

Dicam ergo, quod vnum habent propter carnalis affectionis, quia sc. propter peccatum luxurię multi pereunt & damnantur, & in multa alia vitia dilabuntur. Vnde 2. Esd. 3. *Multi dementes facti sunt propter vxores & serui facti sunt propter illas, & peccauerunt propter mulieres*, & Eccles. 9. dicitur, *quod propter speciem mulieris multi perierunt.* Item habent vnum propter mentalis elationis. Constat enim, quod propter elationem superbiæ suę multi pereunt. Vnde Iob 35. *Ibi clamabunt & non exaudiet propter superbiam malorum.* Item habent vnum propter verbalis locutionis. Vnde Prouerb. 12. *Propter peccata labiorum ruina proximat.* Item habent vnum propter crudelis vexationis, quia scil. mali consueuerunt pati & vexari propter tyrannos & malos. Vnde Iob 35. *Propter multitudinem calumniatorum clamabunt, & eiulabunt propter vim brachij tyrannorum.* Item habent vnum propter auidæ possessionis, quia scil. sæpe fit quod mali patiuntur paupertatem & inopiam in hoc mundo & maxime penuriam gratiarum. Vnde Eccl. 27. *Propter inopiam multi deliquerunt.* Item habent vnum propter auidæ potationis. Tales enim sunt vt communiter gulosi & ebriosi, vnde Eccl. 37. *Propter crapulā multi obierunt.* Vnde de Esau dicitur Heb. 12. quod *propter vnam escam perdidit primogenita.* Item habent vnū propter cupidæ affectionis, sc. auaritiæ, de qua dicitur 2. Mach. 4. *quod Menelaus propter eorum qui in potentia erant auaritiam, permanebat in potestate, crescens in malitia ad insidias ciuium*, vt de auaro dicatur illud Esa. 57. *Propter iniquitatem auaritiæ eius turbatus sum, & percussi eum.* Item habent vnum pro[illegible], quod est turbidæ obliuionis. Illi enim sunt ignorantes in his quæ pertinent ad salutem. Hieren. 14. [illegible]. Item habent vnum [illegible]dæ corruptionis [illegible] le famæ, & infectionis, de quo M[illegible] 2. *Propter* [illegible] *corrumpetur putredine pessima.* Item haben[illegible] adulationis. Isti enim [illegible] parant [illegible] culat contingentes. Vnde magnates, qui [illegible] sunt per tales, dicere possunt illud Ps. *Sunt vmbra cum d*[illegible] *latus sum, & excussus sum sicut locustæ.* Sequitur. *Caro mea* [illegible] *est propter oleum, viderunt me, & mouerunt capita sua.* Ad literam magnates à malis seruitoribus & adulatoribus decipiuntur, & in modum vmbræ paulatim decrescunt & depauperantur, & propter oleum adulationis quasi penitus immutantur, & totaliter transformantur, finaliter vero [illegible] depauper[illegible] per eos deridentur, & motis capitibus illuduntur. Vnde [illegible] talibus dicitur. *Propter hoc audite verbum domini viri illusores, qui dixistis, Pepigimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum.* [illegible] habent vnū propter gelidæ operationis, i. pigritiæ & negligentiæ. vnde Prou. 20. *Propter frigus piger arare noluit*, &c. Item [illegible] vnum propter solidæ obstinationis. Vnde Hier. 30. *Propter multitudinem iniquitatis tuæ dura facta sunt peccata tua.* Dura, in[illegible] ad conuertendum per obstinationem difficilia. Item [illegible] vnum propter inuidæ machinationis, seu etiam malitiæ & [illegible]ditionis vnde Hier. 12. *Vsquequo lugebit terra, & herba omnis regionis siccabitur propter malitiam habitantium in ea?* & Hier. 4. *Indignatio mea, vt ignis succendatur, & non sit, qui extinguat propter malitiam studiorum vestrorum.* Item habent vnum propter stolidæ generationis, quia scil. vt communiter mali descendunt [illegible] malis, & etiam propter malos parentes solent esse in vituperio & contem[illegible]. Vnde Eccles. 41. *De patre impio querumtur filij, quoniam propter ipsum sunt in opprobrio.* Item habent vnum propter improuidæ gubernationis, quia scil. tales vt communiter quando assumuntur ad regimen, male regunt. Vnde ipsi dicunt illud Esa. 59. *Propter* [illegible] *elongatum est iudicium a nobis, & non apprehendit nos iustitia*, &[illegible] *tur. Conuersum est retrorsum iudicium, & iustitia longe stetit, & corruit in platea veritas, & æquitas non potuit ingredi, & facta est veritas in obliuionem, & qui recessit a malo, prædæ patuit.* Item finaliter illi habent vnum propter insipidæ præmiationis, hoc est dictum, æternæ mortis & damnationis, quæ sc. erit præmium & salarium iniquorum. Vnde de isto vltimo propter taliter dicitur Esa. 13. *Vlulate inquit, quia prope est dies domini, quasi vastitas a domino veniet propter hoc omnes manus dissoluentur, & omne cor hominum contabescet, & conteretur, torsiones & dolores tenebunt, quasi parturientes do*[illegible]. Sequitur. *Propter indignationem domini exercituum, & propter* [illegible] *iræ furoris eius.* Sic igitur patet, quomodo ista dictio propter [illegible] tat sc. ad virum peccatorem, ad iustum viatorem, ad summum creatorem. Sufficit. Vide supra de Per.

¶ Si vis aliquid in speciale dicere de propter hoc, & de propter quod, notabis, quod ista duo pronomina hoc & quod, [illegible]gnant Deum, virtutem, seu meritum, paradisum, peccatum, [illegible] ternum. Quandoque ergo dico, quod quod, & etiam hoc [illegible] tur ad Deum seu etiam ad virtutem seu meritum. Et dico, quod propter hoc scilicet

In Deo gaudemus,
In cruce valemus,
Dominum timemus,
Stupenda videmus,
Horrenda cauemus,
Glorios(a) possidemus.

Dico ergo, quod propter hoc in Deo gaudemus, vnde il[illegible] *Propter hoc lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea, &c.* propter hoc in cruce valemus, id est, virtute crucis. Vnde [illegible] 14. *Propter hoc exiguo ligno credunt homines animas suas, & transeuntes mare liberati sunt.* Item propter hoc dominum timemus [illegible] de illud Baruch 3. *Propter hoc dedisti timorem tuum in cordibus nostris, &c.* Itē propter hoc stupenda videmus. Vnde illud Esa. 6. *Propter hoc dabit ipse dominus vobis signum, &c.* Itē propter hoc horrenda cauemus, sc. peccatū & etiā infernū. Vnde animæ pœnitenti dic[illegible] d[illegible] minus Hie. 15. *Propter hoc si conuerteris, conuertā te, & ante* [illegible] *stabis*, & Oseæ 2. etiam dominus dicit. *Propter hoc lactabo eam, & ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius.* Item propter [illegible] etiam, sc. paradisum habemus. Vnde illud prædictum Esa. [illegible] *hoc in terra sua duplicia possidebunt, &c.* Ista ergo possunt dici [illegible] siue referatur ad corpus Christi, siue etiam ad meritum, [illegible] etiam ad Christum, &c. ¶ Si autem in malo significato v[illegible] pere hoc, vtpote ad peccatum vel ad mundū, potest dicere q[illegible]

Propter

Propter hoc
- Iustitia fit scelerosa,
- Clementia fit arida,
- Scientia fit tenebrosa,
- Lætitia fit luctuosa,
- Pudicitia fit luxuriosa,
- Innocentia fit tempestuosa,
- Patientia fit impetuosa.

¶ Dicam ergo, quod propter hoc iustitia fit scelerosa. Vnde Esa. *propter hoc elongatum est iudicium a nobis*, &c. sicut supr. & Abac. *Propter hoc lacerata est lex, & non peruenit vsq; ad finem iudicij.* ... prius præualet aduersus iustum, propterea egredietur iu... uersum. Item clementia fit arida. Vnde Aggæi 1 *Propter vos prohibiti sunt cæli, ne darent rorem, & terra prohibita est, ... germen suum.* Item propter hoc scientia fit tenebrosa. Vn... ... interpretatur specula, significans speculationē ... item scientiæ, dicitur Mich. 3. *Propter hoc Sion quasi ... Hierusalem in acervum lapidum erit.* Itē propter hoc ... luctuosa, Vnde Ose. 4. dicitur sic. *Propter hoc lugebit terra ... tur omnis, qui habitat in ea.* Item propter hoc pudicitia ... Vnde Amos 7. *Propter hoc vxor tua in ciuitate fornicabi-* ... propter hoc innocentia fit impetuosa. Vnde Esaiæ: 4. *maledictio vorabit terram, & peccabunt habitatores eius, & ... altores ipsius.* & Matth. 27. *Propter hoc vocatus est ager ille A-* ... id est, ager sanguinis. Item propter hoc patientia ... impetuosa, scilicet ipsos puniens in æternum. Vnde ... *propter hoc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ.* Vt sic di... ... ut illud Matth. 24. cap. *Propter hoc amplius accipietis ...* ergo patet, quomodo Propter hoc in bono sumitur & ... Et sic dico primo de bono, quod est dare Propter quod est

- Clementiæ & remissionis,
- Facundiæ & locutionis,
- Prudentiæ & discretionis,
- Constantiæ & durationis,
- Lætitiæ & exultationis,
- Continentiæ & purificationis,
- Subiacentiæ & deprecationis,
- Eminentiæ & exaltationis.

¶ ... clementia & culpæ remissione, qua, scilicet Deus remittit ... pœnitentib. dicitur Luc. 7. vbi loquitur de Magdalene: *Propter quod dico tibi quod dimittuntur ei peccata multa, quo... ... multū.* De facundia & vero & locutione dicitur Eph... *Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem vnusquisq; cum proximo suo, quoniam sumus inuicem membra.* Item de prudentia ... discretione, quia, sci. homo scit periculum euitare dici... ... Cor. 10. *Propter quod charissimi mei fugite ab idolorum cultura ...* prudentib. loquor, vos ipsi iudicate, quæ dico. Vnde etiam de ... societatis malorum dicitur 2. Cor. 6. *Propter quod exite de ... eorum, & separamini, & immundum ne tetigeritis, & ego recipiam ...* Item de constantia & duratione dicitur Ephes. 3. *Propter quod ... in tribulationibus*, &c. Item de lætitia & exultatione di... ... 4. *Spiritus domini super me propter quod vnxit me euangelizare ...* vnxit inquit *scilicet oleo lætitiæ*, & 1. Thess. 5 *Propter quod ... verbum istud.* Item de continentia & emundatione dici... ... 1. *Propter quod abiicientes omnem immunditiam, & abundantiam malitiæ, & mansuetudine suscipite insitum verbum.* & 1. Petr. ... *Propter quod succincti lumbos mentis vestræ, sobrij & perfecte ... in eam, quæ offertur vobis, gratiam.* Item de amicitia atque ... dicitur Romanor. 15. *Propter quod suscipite inuicem, sicut & ... suscepit vos in honorem Dei.* Sequitur. *Propter veritatem Dei ad ... promissiones patrum.* Et post sequitur. *propterea confitebor tibi in gentibus domine & nomini tuo Psalmum dicam* Item de o... ... & deprecatione dicitur 2. Corinthior. 12. *Propter quod ... Dominum rogaui, vt auferretur à me sathan.* Item de eminentia & exaltatione, quam sc. Deus propter merita dat finaliter cuilibet b... ... dicit illud Philip. 2 *Propter quod Deus exaltauit illum & ... nomen quod est super omne nomen.* Igitur quocunque modo ... propter quod, & propter hoc, siue accipiatur pro merit... ... causa, negotio, sacramento, vel secreto, omnes auctoritates ... possunt ad propositum applicari. Sufficit ergo. V... ... de Hoc & infra de Quod, & immediate de Propterea.

Propterea. Nota quod propterea videtur esse duplex dictio, sci. propter, & ea, & sic constat quod ... dictio composita. Supponendo tamen quod sint duæ dictiones, primo dicamus quod ea, cum sit actiuum, neutrum & plurale descendens, scilicet de id, eius, signat quasdam præmissas, quarum propter, signat conclusiones. Et sic dicamus quod quia est dare

Homines
- Morales & virtuosos,
- Pœnales & luctuosos,
- Criminales & vitiosos,
- Mundiales & gloriosos.

Bene dicam quod in istis & ex istis sequitur multiplex propterea & multiplex conclusio tam bona quam mala. Videlicet

Vnum propterea concernens
- Perfectos & virtuosos,
- Affectos & dolorosos,
- Infectos & vitiosos,
- Præfectos & gloriosos, scilicet diuites huius mundi.

Sed generaliter loquendo dicamus solum quod est dare propterea concernens bonos & malos.

¶ Dicamus ergo quod est dare propterea concernens perfectos, & illud certe nihil aliud est quam illa bona conclusio, & ille bonus finis qui sequitur in bonis personis, ex illorū operib. virtuosis. Et sic notabis quod isti habent sc. vnū Propterea, quo B

- Malum detestantur,
- Leges amplexantur,
- Dei recordantur,
- Laudes modulantur,
- Vana aspernantur,
- Fortes roborantur,
- Læti iocundantur,
- Deum deprecantur,
- Firmi radicantur,
- Deo concordantur,
- Digne sublimentur,
- Nunquam conturbantur,
- Nunquam variantur,
- Beati in cœlo lætantur.

Igitur dicam quod isti habent vnum finem & vnam conclusionem, seu etiam vnum propterea qua mala detestantur. Vnde iustus in Ps. dicit sic. *A mandatis tuis intellexi, propterea odiui omnem viam iniquitatis. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis.* Item habent vnum propterea quo leges amplexantur, seu quo Deo æmulantur. Vnde ibidem dicitur *Propterea* (inquit) *ad omnia mandata tua dirigebar, omnem viam iniquam odio habui* Item habent vnum propterea quo Dei memorantur. Vnde in Psal. dicebat Dauid. *Propterea memor ero tui de terra Iordanis, & Hermoniȷ à monte modico.* Item habent vnum propterea quo laudes modulantur. *Propterea confitebor tibi in nationib. & nomini tuo Psalmum dicam*, & Ecclesiast. 15. *Propterea confitebor tibi, & laudem dicam nomini tuo.* Item habent vnum propterea quo vana aspernantur, quia scilicet isti propter veram fidem quam tenent, aspernantur vanas credentias idolorum, Vnde Ezechiel. 14. *Propterea conuertimini & recedite ab idolis*, & Ezech. 13. dicitur sic. *Propterea vana non videbitis, & diuinationes non diuinabitis amplius* Item habent vnum propterea quo firmi roborantur, & istud nihil aliud est quam virtus constantiæ & fortitudinis, qua scilicet armati audacter debacchantur in hostem. Vnde Eph. 6. *Propterea accipite armaturam Dei vt possitis perfecti stare.* Item habent vnū propterea quo læti iocundantur, sci. propter lætiam spiritualem quam conceperunt ex fide, ex charitate & ex spe, & ex bonis virtutib. quas sentiunt se habere. Vnde 10 Ps. *Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem, propterea vnxit te Deus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.* Item habent vnum propterea quo Deum deprecantur, quia scilicet isti orant dominum propter deuotionem & dilectionem quam habent ad ipsum: Vnde Marci 11. *Propterea dico vobis, omnia quæcunque orantes petitis, credite quia accipietis.* Item habent vnum propterea quo firmi radicantur. Vnde Esaiæ 17. *Propterea plantabis plantationem fidelem.* Item habent vnum propterea quo Deo concordantur, scilicet propter misericordiam quam ipsis ostendit. Vnde Esai. 30. *Propterea expectat dominus vt misereatur nostri.* Item habent vnum propterea, quo digni sublimentur seu etiam præmiantur sc. in paradiso, & istud certe propter tribulationes & miserias, quas pro Deo sustinuerunt in mūdo. Vnde de isto dicitur in Ps.

*De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput.* Item habent vnum propterea quo nunquam conturbantur, & istud, sc. erit in fine, quando ipsi de securitate gloriæ quam habebunt, nunquam perpetuum dubitabunt. Vnde in Ps. *Propterea non timebimus dum turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris.* Item habent vnum propterea quo nunquam variantur, sc. propter perpetuitatem vitæ æternæ. Vnde in Psalm. *Propterea populi confitebuntur tibi in æternum & in sæculum sæculi.* Item habent seu habebunt vnum propterea quo cœli gloriantur: de quo scilicet dicitur Apo. 12. *Propterea lætamini cœli, & qui habitatis in eis.* Ecce ergo quomodo iusti habent suum propterea, suumq; finem & conclusionem in hoc sæculo & in futuro. Ideo omnib. bonis videtur dominus loqui in figura montium Israel dicens. Ez. 36. *Propterea* (inquit) *montes Israel audite verbum Domini, hæc dicit dominus montib. & collibus, torrentib. vallibusq; & desertis, &c.* Sequitur. *Et vos montes Israel ramos vestros germinabitis, & fructum vestros afferetis, & arabimini & accipietis sementem*, q. d. Propter deserta paupertatis & tribulationis quæ in mundo sustinuistis, fructus æternæ gloriæ in æternum reportabitis. Patet igitur quod est propterea quod spectat ad iustos.

C ¶ Adhuc dico quod est vnum propterea quod spectat ad iniustos. Constat enim quod mali non verentur Deum offendere, leges contemnere, pauperes lædere, peccata facere, virtutes linquere, bona contemnere, propterea Deus ipsos non veretur destruere finaliter & confundere. Vnde in Psal. dicitur peccatori. *Propterea* (inquit) *Deus destruet te in finem, euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viuentium.* Ad literam enim propter contemptum & obliuionem Dei multa peccata committunt, & propter peccata commissa finaliter paradisum amittunt, & animas suas ad infernum transmittunt. Et si vis, dic quod peccata præcedentia sunt causæ & propterea sequentium. ¶ Vnde nota quod peccata sunt vnum Propter, per quod

Cordis stabilitas variatur,
Mentis iucunditas contristatur,
Carnis integritas maculatur,
Vera subtilitas obscuratur,
Omnis crudelitas effrænatur,
Mentis humilitas eleuatur,
Omnis fidelitas deprauatur,
Iusta vtilitas dissipatur,
Dei benignitas irritatur,
Pacis tranquillitas discordatur,
Timoris horriditas procurratur,
Honor & dignitas annullatur,
Libera voluntas captiuatur,
Inferni vastitas dilatatur,
Delitiositas asperatur.

Dicam ergo quod mali habent vnum propterea per quod variatur omnis stabilitas. Vnde Thr. 1. *Peccatum peccauit Hierusalem, propterea instabilis facta est.* Item habent vnum propterea per quod contristatur omnis iucunditas. Vnde Thren. 5. *Propter hoc mœstum factum est in dolore cor nostrum, contenebrati sunt oculi nostri propter montem Sion quia periit, vulpes ambulauerunt in eo.* Item habent vnum propterea per quod maculatur carnis integritas. Vnde malæ mulieri dicitur sub figura Ez. 16 *Meretricibus dantur mercedes, tu autem dedisti mercedem amatoribus tuis, vt intrarent ad te*, sequitur. *Propterea meretrix audi verbum Domini.* Vnde etiam Rom. 1. dicitur de luxuriosis, quod *quia non probauerunt Deum habere in notitia, propterea tradidit eos Dominus in reprobum sensum, & in passiones ignominiæ.* Item habent vnum propterea per quod augmentatur erroris cœcitatis. Vnde animæ vitiis excæcatæ dicitur Ez. 23. *Propterea* (inquit dominus) *quia oblita es mei, & proiecisti me post tergum tuum, tu quoq; porta scelus tuum & fornicationes tuas*, & Bar. 3. *Disciplinam* (inquit) *non habuerunt, propterea perierunt, & quia non habuerunt sapientiam, interierunt propter suam insipientiam.* Item habent vnum propterea per quod effrænatur sæua crudelitas. Ideo de ciuitate sanguinum dicitur Ez. 24. *Propterea hæc dicit dominus, væ ciuitati sanguinum, ollæ cuius rubigo in ea est.* Item habent vnum propterea per quod eleuatur scil. in superbiam cordis fatuitas seu omnis humilitas. Vnde Ezec. 28. *Propterea hæc dicit dominus, eo quod eleuatum est cor tuum quasi cor Dei*, idcirco ego adducam super te alienos robustissimos gentium, & nudabunt gladios suos super pulchritudinem sapientiæ tuæ, & pollluent decorem tuum, & interficient te, & detrahent te, morieris in terra interitu incircumcisorum in corde maris. Expone. Item habent vnum propterea per quod deprauatur omnis fidelitas. Vnde de Iuda proditore dicitur Ioa. 19. *Propterea qui me tradidit tibi maius peccatum habet.* Item [illegible] quod ciuilis æquitas dissipatur, scilicet [illegible] *Impius præualet aduersus iustum, propterea egreditur* [illegible] Item habent vnum propterea per quod irritatur De[illegible]tas. Vnde Eze. 13. *Propterea hæc dicit Dominus Deus. Faciam* [illegible] *spiritum tempestatum in indignatione mea, & imber inundans in* [illegible] *meo erit, & lapides prægrandes in ira in consumptionem.* Item habent [illegible] num propterea per quod discordatur pacis tranquillitas. V[illegible] Eze. 29. *Propterea hæc dicit dominus Deus Ecce ego adducam super te gladium, & interficiam hominem & iumentum, & erit terra Aegypti in desertum & solitudinem.* Sequitur. *Propterea ecce ego dabo Nabuchodonosor regem Babylonis in terra Aegypti, & capiet eam, & deprædabitur*, Item habent vnum propterea per quod procuratur timor[illegible] riditas, quod fit potissime ipsis peccatorib. in inferno, q[uan]do sc. ipsi erunt perpetuo in formidine & tremore. Vnde d[illegible] dicitur Iob 22. *Propterea circumdatus es laqueis, & conturbat te [illegible] do subitanea, putabas te tenebras non visurum, &c.* Item habe[nt v]num propterea per quod annullatur honor & dignitas, qu[illegible] omnis excellentia & potentia malorum propter ip[illegible] cedente eorum nequitiam cedet in nihilum, vnde Eccl [illegible] *Propt[er]ea exhonorauit dominus tamentum malorum, & destruxit eos v[sque] in finem.* [illegible] habent vnum propterea per quod captiuatur libera vo[luntas] seu animæ libertas. Tunc enim propter præcedentes culp[as] [illegible] liberi captiui perpetuo tenebuntur. Vnde Esa. 5. *Propterea captiuus ductus est populus meus.* Et cuilibet peccatori damnand[o] d[icit] dominus Eze. 32. *Propterea* (inquit) *expandam super te rete meum, & extraham te in sagena mea.* Item habent vnum propterea per quod dilatatur inferni vastitas, sc. ad recipiendum malos, & maxi[me] diuites & potentes propter ipsorum superbiam Vnde E[sa. 5.] *Propterea dilatauit infernus animam suam, & aperuit os suum absq; vllo termino, & descendunt fortes eius, populus, & sublimes gloriosiq; eius ad eum.* Item habent vnum propterea per quod asperatur dulcor & [vo]luptas, quia sc. propter peccata eorum præcedens delitio[si]tas amaritudinem commutatur. Vnde Dominus de talib. Hie[r.] *Propterea hæc dicit dominus Deus exercituum. Ecce ego cibabo eos absynthio, & potabo eos felle.* Per fel enim & absynthium intelligitur a[ma]ritudo pœnæ æternæ, quæ impiis reseruatur. Vnde Amos dicitur de terra, id est, de terreo peccatore. *Propterea hæc dicit Dominus Deus. Tribulabitur & circuietur terra, & detrahetur ex te fortitudo tua, & diripientur ædes tuæ.* Et sic patet quomodo propterea spectat ad impios & ad iustos. Sufficiat. Vide supra de P[illegible] & Eo.

## Propugnare. Propugnaculum.

Propugnacula proprie sunt illa opera quæ in circuitu turrium & mu[ro]rum solent de lignis & lapidib. construi propugnando securius contra hostes, quæ dicuntur vt communiter ordinamenta, sicut de Dauid dicitur Can. 4. quod *ædificata est cum propugnaculis.* [illegible] ergo mentis vel animæ propugnacula sunt virtutes, boni affectus, scientiæ, orationes, & c. spiritualia bona &c. Vide infr. de P[illegible]

## Prospicere.

Vide supr. in tit. aspicere, & conspicere, inspicere, & inf. in tit. respicere, & intuendere, intueri, contemplari, &c. similia.

## Prosequi.

Nota quod prosequi idem est quod al[iquem] continuando cum diligentia sequi [illegible] tium vel pro alicuius negocii procuratione & diligentia [illegible] tione, sicut cum dicitur quod aliquis prosequitur lite[m] aut pro alicuius personæ associatione. Multa ergo poss[ent dici] de prosecutione bonæ societatis, sed non inuenio [illegible] auctoritates de prosequi. Vide ergo in tit. Tractare [illegible] Espedite, & in tit. Societas.

## Prosperitas.

Dum prosperitas nihil aliud sit quam successus rerum pacificus & quietus, [illegible] quod secundum rerum qualitatem possumus distinguere prosperitatem. Nam secundum quod res sunt temporales, [spiri]tuales & æternales, secundum hoc possumus dicere quod est triplex prosperitas, scilicet,

Prosperitas: Temporalis & periculosa, / Spiritualis atque virtuosa, / Æternalis & solatiosa.

De prosperitate temporali dicitur in Psalm. *Noli æmulari eos qui prosperatur in via sua, in homine faciente iniustitias, quoniam tanquam fœnum cito decidet, &c.* De prosperitate corporali & sp[irituali] [illegible] 2. Par. 22. *Credite prophetis eius, & cuncta euenient prospera.* De pros[peri]tate æ[terna]

[illegible] vero super[illegible] & æternali dicitur in Ps. 62. *Prosperum iter faciet nobis Deus, salutarium nostrorum.* ¶ Sed quia de prosperitate temporali & non de aliis principaliter mētio in scriptura, doctores etiam de ea præcipue faciunt mentionē, ideo quamuis multa de ipsa in multis titulis iam sint dicta, restant tamen adhuc aliqua dicenda de eadem (quæ etiam alio modo dicitur fœlicitas vel fortuna[illegible] quæ, sc. est magis timenda quam amanda, magis fugienda quam amplexanda, magis negligenda quam diligenda. Iuxta illud quod dicit Sen. in epistola 8. Vbi dicit. *Ad omne fortuitum bonum suspiciosi pauidique subsistite. Munera enim ista fortunæ insidiæ sunt.* Nam & fera & auis aliquo oblectamento decipiuntur. Ad contemptum ergo mundanæ prosperitatis & gloriæ & fortunæ notandum est, quod ista solent

Hominum amicitiam occultare,
Criminum pestilentiam excitare,
Debilem existentiam vendicare,
Bonorum prudentiam declarare,
Animi sapientiam obfuscare,
Inferni turbulentiam præsignare.

¶ Primo ergo dico quod mundi prosperitas occultat hominū [illegible]. Secundum veritatem enim in prosperitate nescitur quis [illegible] est amicus. Quilibet enim dicit se amicum hominis qui est in prosperitate, quia vt dicit Sene. *Amicum prosperitas innuit, sed aduersitas probat.* In æstate enim glires veniunt & vigilant, qui in hyeme dormiunt. In æstate locustæ solent saltare, quæ nūquam [illegible] in hyeme apparere. Canes vero homini bene vestito solent applaudere, nudum vero solent lædere & mordere. Ad [illegible] vero dum habet os vel panem, canis intendere solet, [illegible] vero quando os dimiserit, vel quando panē cōsumpserit, solet eum dimittere, & de eo amplius non curare. Et sic manifestum fit, quod non sequebatur hominem, imo panem: sic vere charissimi, dum homo est in æstate prosperitatis, & dum habet vestimentum, os vel panem bonorum temporaliū, multotiens procul dubio inuenit circa se vigilantes ipsum per fictam amicitiam frequentantes, & ad eius obsequia intendentes Prou. 18 *Multi colunt personam potentis & amici sunt dona tribuentis.* Statim vero dum ad hyemē aduersitatis venerit, quilibet vadit & dormit, nullus vult circa eū cōparere, & isto dimisso, vnusquisque vadit quærere quod poterit alibi acquirere Pr. 13. *Si habueris conuiuet tecum, si nihil habueris, derelinquet te.* Et Senec. epist. 9. dicit. *Hæc res si vtilitate [illegible] amicorum turba circumsedet, circa euersos ingens solitudo est &c.* Prosperitas igitur occultat amicitiam, quia, scilicet in prosperitate nescitur quis vere diligit, vel quis ficte. Vnde dicit Isid. de sum. bono l. 3 *Cū quis in prosperitate diligatur nescitur, an ipse vel sua prosperitas diligatur &c.* ¶ Secundo dico quod mundi prosperitas excitat criminum pestilentiam. Constat enim quod homo qui est in prosperitate faciliter labitur ad peccata. Ista enim solet

Cor per auaritiam inflammare,
Cor per superbiam eleuare,
Carnem per immunditiam maculare,
Mentem per inconstantiam eneruare.

Dico quod ista cor inflammat auaritiam. Æstas enim quod est tempus abundans fructibus est tempus feruentissimum in tantum, quod (sicut dicit Pli.) formicæ Æthiopiæ quæ seruant aurū, in æstate præ calore cauernas suas introeunt, & sic quod diu seruauerant aurum perdunt. Aqua etiam dum calce superaspergitur, calorem magnum in ipsa accendit, qui totam calcis substantiā fumare facit, & eam in puluerē redigit & dissoluit. Ignis [illegible] tanto amplius excrescit, quanto quis de oleo amplius ad[illegible] Sic vere in tēpore prosperitatis vbi fructus diuitiarū plus abundant, & vbi aqua & oleo, i. mundi bonis quis ad plenū aspergitur & linitur, solet ardor auaritiæ amplius calefacere, & hominē in cancerem terrenorum per affectū includere, fumū malorum desideriorū emittere, & ipsum ab integritate morum destruere & dissoluere, & aurum quod prius seruabat, i. virtutes quas prius habebat, perdere, & amittere. Vnde Chrys. dicit l. de [illegible] nogit. *Nouerca virtutum prosperitas beatulis suis hic taliter obsequitur, vt in finem perniciem aperiatur.* Ista ergo inflammat per auaritiam [illegible] quod bene signatū est Apo. 16. vbi dicitur quod *quidam angelus [illegible] Phialam suam in solem, & datum est ei æstu affligere homines.* Sol [illegible] charissimi signat splendorē mundanæ prosperitatis, in quā pro certo Angelus satanæ phialam auaritiæ effundit, & sic homines ibi existētes, æstu malorum desideriorū affligit, Iud. 8 *Venit æstus super caput Manasse, & mortuus est.* Ista ergo inflāmat per auaritiam. ¶ Item dico, quod ista eleuat per superbiam. Facile est enim quod homo qui in suis actib. prosperatur, in superbiam eleuetur Aranea n. quando sentit tempus serenum, solet alte facere telas suas, contra autem tempore turbulento. Aquæ etiam cuiusdam lacus dicti Tritoniaci, qui est in hyperborea, talis est cōditionis quod si quis nouies ibidem fuerit balneatus, venient sibi plumæ, & in naturam volucris conuertetur, vt dicit Ouid. l. 15. Meta. fabula 26. Sic vere illi qui serenitatem prosperitatis sibi adesse sētiunt, telam vitiorum in altū per superbiam faciunt in quantū se, de se immoderate præsumunt, & alios vilipendunt. Illi n. qui in aqua prosperitatis balneantur, in volucres, i. in viros superbos mutantur, & ab humana specie transformātur. Vnde de superbo Nabuchodonosor dicitur Dan. 4. *Cor eius ab humano immutetur, & cor feræ detur ei.* Vnde Pet. Rauen. 10 epist. dicit quod *res inquieta est fœlicitas, quæ alios in superbiam erigit, alios per luxuriam dissoluit, hos inflat, hos mollit, & omnes destruit.* Eleuat ergo per superbiā. ¶ Itē dico quod ista maculat per luxuriā. Sicut n. aër corruptus corrumpit animalia, sic prosperitas. Equus enim impinguatus recalcitrat, sic caro per prosperitatem impinguata. Exemplū habemus de Salomone, quem summa prosperitate fruentē, carnis luxuria deprauabat 3. Reg. 11. Item de Dauid qui dum esset in prosperitate & pace, adulterium perpetrauit 2 Re. 11. Vnde dicit Aug. epist. 26. *Prospera huius mundi habent veram asperitatem, falsā iucunditatem, certum dolorem, incertam voluptatem &c.*

¶ Item dico, quod ista eneruat per inconstantiam, quia pro certo vt cōmuniter homo qui in omnib. prosperatur nunquā in virtutib. roboratur, sed potius dissoluitur & eneruatur. Prosperitas n. est ille fons qui dicitur Salmacis, de quo dicitur in Ouid. l. 15. fab. 19. quod virum ibid. se balneantē in fœmineum mutat, quod pro tanto dicitur, quia ipsū virtus aquæ illius statim effœminat, & à virtute viri in fœmineam mollitiē eum mutat. Sic vere facit aqua mundanæ prosperitatis, quia pro certo ista possessores suos effœminat, & à virtute fortitudinis virilis & constātiæ dissoluit, deuiat & immutat. Sicut n. dicitur Pr. 1. *Prosperitas stultorū perdet eos,* quia breuiter istud est verū, quod prosperitas quando superefflu[illegible] & abundat, solet hominem effœminare & dissoluere, & ad vitia omnia declinare, & virtutibus omnib. spoliare, & hoc est quod dicit Sen. *Omnia inquit, quæ superefluunt, nocent, segetem nimia sternit vbertas, rami fructuum onere franguntur.* Ad maturitatem non peruenit nimia fœcunditas. Hoc idem animis euenit, quos immoderata prosperitas rumpit, quia, sc. in suam totutiam hac vtū-tor. Patet ergo quod prosperitas excitat criminum pestilentiam. H

¶ Tertio dico, quod prosperitas continet debilem existentiam. Prosperitas n. similis est glaciei, quæ quāuis splendeat, faciliter tamen frangitur, iuxta illud Sen. in Pr. *Vitrea est fortuna, cum splendet frangitur.* Ista est sicut tela araneæ, quæ cum magna difficultate cōponitur, & tamen facilime dissipatur. Ista est sicut nebula vel sicut nubes quę homines refrigerare videtur, & tamen facillime calore solis modico effugatur, quia videl. mundi prosperitas licet mundo videatur lucens, splendens, refrigerans & obūbrans, ipsa tamen est ita debilis existentiæ & naturæ, quod modico ardore tribulationis vel mortis ad nihilū deducitur, & subito dū non cogitatur, per infortuniū dissipatur. Istud ad literā quotidie videmus. Illos enim quos potentiores & fœliciores aliquando vidimus, subitis casibus tuerijs miseriores & pauperiores aspeximus. Et quos aliquando videmus regna & magistratus regere, videmus subito deperire. Et ideo cōsuluit Sen. epist. 4. *Noli, inquit, huic trāquillitati confidere. In momento n. mare euertitur, & eodē die quo nauigia luserāt, absorbentur.* Ista ergo cōtinet debilē existentiā. ¶ Quarto dico, quod ista cōmendat bonorum prouidentiā. I

Boni n. & perfecti mundi prosperis debite sciunt vti, per ipsa nō inficiuntur, sed in melius emendantur, multa n. malis non sunt nociua, quę bonis sunt proficua. Serpentes n. ciconias & cetros nutriunt, qui tn̄ alia animalia interficiunt. Iusquiamus etiā pro passerib. est cibus, qui tamen est aliis venenosus. Strictæ n. venæ in passerib. non sinunt istū fumum venenosū ad cor ascendere. Excessus etiā caloris in ciconiis solet istos cibos venenosos cōsumere & digerere, & sic istas aues solent tales cibi nō interficere sed nutrire. Sic vere mundi prospera quāuis de se sint animæ venenosa & periculosa sicut superius est ostensū, bene tn̄ vtentib. & discrete administrantib. sunt sæpius fructuosa. Oportet tamen quod isti strictas venas, i. strictas cōcupiscentias & scrupulosas habeāt, & quod per ardorē charitatis ferueant. Tunc n. fumus venenosus, i. mala cōplacentia de istis malis cibariis ad cor nō ascendit, imo virtute charitatis totū digeritur & in spirituale animæ nutrimētum trāsit. Sic videtur loqui Greg. in pastora. vbi dicit quod *prosper.*

*præsentis vitæ prosperitas idcirco aliquando datur, vt ad vitam prouocet meliorem* Sancti enim ex prosperitate temporali veniunt ad prosperitatem æternam Ps. 67. *Prosperum iter faciet nobis Deus salutarium nostrorum.* Et merito tales qui hic prosperis indebite vtuntur, æternis prosperitatibus priuantur, quia vere difficilius est saluari in prosperis quam in aduersis. Vnde Aug. l. de verbis domini c. 13. *Magna fœlicitatis est à fœlicitate non vinci, magna virtutis est cum fœlicitate luctari.* Sic ergo patet quod prosperitas ostendit bonorum
K prouidentiam. ¶ Quinto dico, quod prosperitas obfuscat animi sapientiam Prosperitas ergo mundana est ille fons Æthyopiæ qui potantibus obliuionem inducit Est ille fons Sardiniæ qui fures cæcitate percutit. Et ille fons Arcadiæ Clitorius, qui semel bibitus facit abhorrere vinum: Est ille amnis Thraciæ qui dicitur lincentius, qui potantē facit tanquam ebrium titubare. Quia procul dubio charissimi, illi qui aquam mundanæ prosperitatis bibunt, & Deum & salutem sæpissime obliuioni tradunt. Et qui proprias animas Deo furantur, visum discretionis & sapientiæ perdunt. Et quod peius est, vinum, i. consolationem æternæ gloriæ & diuinę sapienter vilipendunt, & vlterius tanquam pessimi ebrij nesciunt quid faciunt, in veritate titubant, & in vitia cuncta cadunt Psal. 106. *Turbati sunt & moti sunt sicut ebrius, & omnis sapientia eorum deuorata est.* Et ideo Tullius l. de amicitia dicit *quod non solum ipsa fortuna cæca est, sed eos etiam efficit quos complexa est.* Ista ergo obfuscat a-
L nimi sapientiam. ¶ Sexto autem dico, quod ista præcedit inferni turbulentiam, quia proculdubio sicut magnus calor præcedit, & signat quandoque magnam pluuiam, sicut ludus delphinorum in mari signat maris futuram turbulentiam, sicut insuper fulica auis in littore maris ludens & mane cantans signat futurā tempestatem & pestilentiam, vt dicunt Isid. & Plin. sicut insuper olor quanto morti est vicinior, tanto est lætior, & fluuius quanto mari est propinquior, tanto est plenior, sic vere loquendo spiritualiter homo quanto mundi prosperis est magis plenus, & in ipsis mundi lætitijs plus iucundus, & magis in hoc mundo risib. atque lusib. occupatus, tanto maris, i. mortis & inferni amaritudinem facilius intrat, & tanto tempestas damnationis æternę citius aduenit & festinat. Vnde Innocentius, de vilitate conditionis humanæ dicit: *semper humanæ lætitiæ tristitia repentina succedit, & quod incipit à gaudio, desinit in mœrorem.* Mundana enim prosperitas multis amaritudinib. est respersa. Nouit ille qui dicit. *Extrema gaudij luctus occupat.* Et breuiter charissimi istud est verū, quod affluentia mundanæ prosperitatis signum est & perambulum æternæ aduersitatis, quia secund. Ambr. continuus successus temporalium, æternę damnationis est indicium. Pater ergo charissimi quod mundi prosperitas est (vt dictum est) æternæ pestilentiæ designatiua, Mentalis sapientiæ obscuratiua, Humanæ prouidentiæ declaratiua, Nullius existentię occupatiua, Criminum defluentiæ generatiua, Fallacis amicitiæ procuratiua. Ista ergo ad præsens de prosperitate sufficiant, quia in locis & titulis multis de ipsa multipliciter alibi in hoc opere est tractatum.

A **Prosternere.** Nota, ꝙ sicut homo corporaliter prosternitur dormiendo, cadendo, adorando, sic spiritualiter homo prosternitur quando

Dormit in spiritualibus,
Cadit in tristabilibus,
Orat in cordialibus.

Ista est triplex prostratio, scilicet, prostratio

Iniquitatis,
Aduersitatis,
Humilitatis.

B ¶ Primo ergo dico, quod aliqui prosternuntur per iniquitatē. Sicut enim draco non potest præualere contra elephantem quādiu sit erectus, & ideo ante omnia pedes eius cum cauda nititur ligare, vt ipsum ad terram possit prosternere vt sic possit contra eum præualere, miles etiam aduersarium suū faciliter vincit quando ipsū ad terram deijcit & prosternit, accipiter et & herodius prædam suā primo ad terram prosternunt, & post ipsam percutiunt & occidunt, sic vere diabolus summe & ante omnia nititur hominem à statu gratiæ & ab erectione cōtemplationis inferius ad amorem deliciarū & diuitiarum detrahere, vt ipsum possit per auaritiā & luxuriam iugulare. Homo n. quamdiu est erectus ad cœlestia & ad Deum per contēplationis deuotionē & affectionem, à diabolo non vincitur, nisi prius ad tēporalia tradetur, & ad imū per delectabilia prosternatur. Et ideo animæ peccatrici dicitur Hier. 2. *Subter omne lignum frondosum prosternebaris meretrix.* Et de peccantibus potest dici illud 1. Reg 14. *Ecce multitudo prostrata huc illucque diffugiens.* Isti ergo prosternuntur per iniquitatem.

¶ Secundo dico, quod aliqui prosternuntur per aduersitatem Et sic prosternuntur multi de altitudine dignitatum & prosperitatum mundialium, inferius ad statum paupertatis & aduersitatis, & quandoq; etiam ad statum mortis & infernalis calamitatis. Et de hoc Luc. 19. *Circumdabunt te inimici tui vallo, & circumdabunt te, & coangustabunt te vndiq, & ad terram prosternēt te.* Et bene dicit *inimici tui*, quia, s. plures inimici ad istam prostrationem veniunt, sci. Deus sententialiter iudicando dæmones valde crudeliter accusando, mors exequendo, infernus recipiēdo. Bistardæ n. sunt aues quæ inter prædales computantur, pro eo ꝙ cum feminibus carnib. vescuntur. Istæ autem singulæ per se aliquod animal inuadunt, sed congregatæ plures simul ipsum ad terram prosternunt, & tunc ipsum deuorant & occidunt. Sic vere isti inimici peccatorum singulariter eos non ponunt, sed gregati simul, sc. Deus, diabolus, mors & infernus. ipsos prosternunt, deijciunt & affligunt. Vnde Deu. 25. *Quem dignum plagis iudicabunt, prosternent. & coram se facient verberari.* Isti ergo prosternuntur
per aduersitatem. ¶ Tertio dico, quod quidam prosternuntur per D
humilitatem. Vnde Tob. 12. *Prostrati per tres horas benedixerunt Deum.* Aper enim non potest lædere hominem ad terram prostratum Vtile est ergo, vt homo per humilitatē & orationem coram Deo se deijciat & prosternat, vt aper, i. diabolus ipsum non deuoret neque lædat. Sic faciebant illi filij Israel Iud. 7. *qui videntes multitudinem inimicorum, prostrauerunt se super terram mittentes cinerem super capita sua, vnanimes orantes* &c. Patet ergo quod est prostratio Humilitatis. Aduersitatis. Iniquitatis &c. Vide de ipsis in singulis titulis, & vide supra de cadere & de inclinare, & de incuruare &c.

**Protegere.** Nota, quod protegere idem est quod defendere vel saluare. Idem est etiam quod liberare & iuuare. A

¶ Sed quia de iuuare, liberare & saluare satis dictum est, hinc est, quod breuiter de protegere pertransibo. Nota ergo quod in scriptura parum tractatur de alia protectione quam Dei. Ad denotandū quod iste est solus adiutor, qui solus potest protegere & iuuare. Genes. 15. *Ego dominus protector tuus.* Lapis enim ceraunius qui in ventre nubis gignitur, & cū tonitruo pluitur, dicitur portantem se, à tempestate defendere, & à fulgure liberare, secundum Diosco. Ætites etiam lapis nidum aquilæ à venenosis reptilib. protegit, & herba quæ dicitur dracontium, à morsib serpentium defendit. Pinguedo etiam colubri dicitur inunctum à leone defendere. Et lapis, qui dicitur calarites, dicitur à mulos hominem liberare, sicut Plin. & Diosc. dicunt. Sic vere charissimi dominus & protector noster, qui, sc. in ventre nubis purissimæ, sc. virginis gloriosæ fuit generatus, iste inquam illos qui in domo conscientiæ suæ ipsum per iugem memoriam reponunt, illos qui gratiæ suæ pinguedine se inungunt, illos qui per deuotionē & spem ipsum continue secum gerunt, solet defendere & protegere à musca carnalis immunditiæ & delectationis, à serpente diabolicæ fraudis & suggestionis, à reptilib. mundanæ auaritiæ & ambitionis, à leonibus humanæ sæuitiæ & tyrannicæ tribulationis, nec non à tempestate & à fulgore æternæ angustiæ & infernalis damnationis. Sic videtur protexisse Dauid cum diceret in Ps. 63. *Protexisti me Deus à conuentu malignantium, à multitudine operantium iniquitatem* Verumtamen sicut dux in exercitu non protegit vt communiter nisi suos, quia, sc. non iuuat, imo vulnerat alienos, delphinus etiam hominem mortuum, si non comederit de delphino, dicitur à marinis beluis protegere, si vero delphinū comederit, solet enim atrociter vulnerare & lacerare. (Scribe de istud exemplum supra) sic Deus solus suos, sc. viros iustos, qui sunt de exercitu suo iuuat, liberat & defendit, iuxta illud Es. 31. *Proteget dominus exercituum Israel, protegens & liberans, transiens & saluans.* Peccatores autem qui sunt ab eo alieni non protegit sed inuadit Ecc. 2. *Væ dissolutis corde, qui non credunt Deo, ideo non protegentur ab eo.* ¶ Notemus ergo quod Deus solum protegat B

Sublimiter contemplantes,
Simpliciter conuersantes,
Sagaciter meditantes,
Veraciter prædicantes,
Sedulicer inquirentes,
Mentaliter confidentes,
Pacifice ennuientes,
Iustifice præsidentes.

Dico

[illegible] protectio sublimiter [illegible] Ose. 11 *Protegam te Israel.* [illegible] & significat contemplationi [illegible] Deo proteguntur. Vnde illud prædictum Esa. 31 *Proteget [illegible].* Item est protectio simplicitatis [illegible] conuer[illegible] Vnde Pro. 2. *Custodiet rectorum salutem, & proteget [illegible] ad[illegible]ter.* Item est protectio sagaciter meditantiū. Ps. 9 [illegible] *quomodo cognouit nomen meum.* Item est protectio [illegible] prædicantiū. Vnde in persona prædicatoris dicitur [illegible] *[illegible] meum dominus quasi gladium acutum, sub tegumento [illegible] protexit me.* Item est protectio [illegible] sedul[illegible] requirentium [illegible] Eccl. 2 *Protector est omnium inexquirentium se in veritate.* Item [illegible] o mentaliter confidentium illorum, sc. qui in Deo [illegible] fidunt. Vnde in Ps. [illegible] *Protector est omnium sperantiū [illegible]* Item est protector pacifice conuiuentiū Zach. 12. *Proteget [illegible] habitatores Hierusalem,* quæ interpretatur visio pacis. Ite[illegible] protector iustifice præsidentium. Vnde Eccl. 27. *Iustitia pro[illegible] [illegible] sempiternum.* Iste est igitur verus protector, quia vt ait [illegible] *Deus refugium factum est nobis, adiutor & protector in tribulatio[illegible].* [illegible] in isto solo est sperandum, & ad eius refugium est re[illegible]d[illegible], sicut faciebat Dauid dicens in Ps. 70. *Esto mihi in Deum [illegible] in domum refugij, vt saluum me facias.* E contra autem in [illegible]d[illegible]. Nam in mundi adiutorijs nō inuenitur protectio nec refugium, quamuis multi dicant illud Esa. 28 *Posuimus mendaciū spem nostram & mendacio protecti sumus.* Et ideo de illis qui in mū[illegible] [illegible] adiutorib. & protectoribus confidūt, dicitur derisorie Deu. 32. [illegible] *[illegible] in quib. habebant fiduciam, surgant & opitulentur vobis [illegible] in necessitate vos protegant.* q. d. Isti non possunt, & maxime in iudicio vel in morte. Deus autem vbiq; protegit, sc. in mundo, in morte, & in iudicio, & vbicunq; est necessitas. Quia sicut dicitur Eccl. 6. *Amicus fidelis protectio fortis.* Patet quomodo Deus est noster protector & defensor præcipuus & adiutor. Sed si [illegible] dicere quomodo prælatus debet esse protector & defensor [illegible]orū, vide supra de Cherubim in illa auctoritate. *In Cherubim protegens &c.* quia, sc. prælatus debet esse Iudas Machabæus qui protegebat gladio suo castra, sicut dicitur 1. Mach. 3.

**Protinus.** Cum protinus idem sit quod statim, propere, celeriter seu cito, notabis quod protinus potest significare celeritatem

Humanæ diligentiæ,
Diuinæ potentiæ & iustitiæ,
Diuinæ sapientiæ & scientiæ,
Arduæ obedientiæ,
Fatuæ insolentiæ.

De humana diligentia, qua, scilicet, homo statim & protinus se[illegible] [illegible]ere vult ad bona opera exequenda, dicitur Marc. 1. quod *Petrus & Andreas protinus secuti sunt Iesum, sc. statim quando ab eo vo[illegible] fuerunt,* dilationem enim seu procrastinationem non petie[illegible]unt, sed mandatum protinus impleuerunt. Figuratū in Esau & Iacob, de quibus dicitur Genes. 25 quod *vbi primum de vtero natus fuit, protinus alter egrediens plantam fratris tenebat.* Non o. debet [illegible]nus post alterum ad bonum faciendum tardare, sed protinus succedere, & venire. De diuina vero potentia & iustitia, qua sc. malos quandoq; solet statim iudicare & dissipare, Deu. 7. quod *[illegible] reddit odientibus se statim, ita vt disperdat eos, & vltra non differat, protinus eis restituens quod merentur.* De Dei autem sapientia & scientia, qua sc. protinus potest mentes hominum illuminare, dicitur Num. 22. quod *Dominus protinus aperuit oculos Balaam, & vi[illegible] angelum.* De magnorū obedientia & subiectione patet Gen. 41 [illegible] dicitur *quod protinus ad regis imperium eductum Ioseph de carcere [illegible]erunt.* De malorum vero indeliberata acceleratione, qua [illegible] moderamine ad iniquitates prorumpunt, patet Marc. 6. [illegible] filia Herodiadis, quæ dixit. *Volo inquit vt protinus des mihi [illegible] caput Ioannis Baptistæ.* Non prosequor quia paucæ sunt auctoritates. Vide infra. Statim. Cito, Celeriter & vbicunque agitur de diligentia & obedientia.

**Prouerbium.** Cum prouerbium idem sit q̄ ænigma vel parabola. i. obscura locutio, vel idem quod aliquod prouerbium communiter dictū, & pro lege & regula promulgatū, notandum q̄ prouerbium sumitur pro

Allegorica propositione,
Authentica prolocutione,
Prophetica prædicatione,
Fatidica derisione.

Accipitur dico pro propositione allegorica, & sic sumitur Io. [illegible] dicitur. *Ecce nunc palam loqueris, & prouerbium nullum dicis.* Item [illegible] prolocutione authentica. Et sic dicitur 1. Reg. 24. *Dicitur [illegible] antiquo prouerbio. Ab impijs egredietur impietas.* Item pro editione prophetica. Et sic dicitur Eccl. 39. *Occulta prouerbiorum exquiret sapiens, & in prophetijs vacabit.* Item pro derisione fatidica. Et sic dicitur 3. Reg. 9. cap. *Erit Israel in prouerbium & in fabulam cunctis populis &c.* Vide supra de fabula.

**Prouidentia.** Nota quod inuenitur prouidentia A

Humana,
Mundana,
Diuina.

Prouidentia humana est, qua homo discrete sibi prouidet de necessarijs remedijs contra eminentia nocumenta, iuxta illud Deu. 32. *Vtinam saperent & intelligerent, ac nouissima prouiderent.* Exemplū formicæ & taxi, qui contra hyemis tempestatem & etiam famem prouident & properant sibi cibos. Exemplo etiam vermium qui dicuntur bombyces, qui cum sint valde impatientes frigoris, contra algorem hyemis præparant sibi domos. Exemplo etiam castorum, qui contra putrefactionem caudæ suæ quæ est de natura piscis, iuxta aquas sibi prouident debitas mansiones. Exemplo insuper gruum & hirundinum, quæ antequam veniat hyems, vadunt ad calidas regiones. Animalia n. solent imminentia sibi pericula temporū & locorum præsentire, & contra illa opportunia & remedia prouidere. Et sic Deus per iumenta terræ nos docet, quid vnumquemq; facere conuenit & decet. Quia proculdubio & de cibis gratiæ, & deuotionis, & de domo cœlestis habitationis, & de regione beatificæ mansionis nobis debemus prouidere, & ipsa per opera bona procurare, ne forte putredo peccati, fames inferni, hyems æternæ damnationis, & frigus æternæ tribulationis nos improuisos inueniant & occidant Iosuæ 9. *Prouidemus animalibus nostris.* Et Rom. 12. *Prouidentes bona non solum coram Deo sed etiam corā omnib. hominibus.* ¶ Prouidentia mundana est illa, qua in mundo officijs prouidetur. Prælatus n. superior debet prouidere de ecclesijs sibi subiectis, de procuratoribus & rectorib. idoneis & discretis, iuxta illud Genes. 30. *Iustum est vt aliquando prouideam meæ domui.* B ¶ Vnde nota q̄ talis de quo alicui ecclesiæ prouidetur debet esse

Imitator diuinæ bonitatis,
Prædicator sinceræ veritatis,
Moderator subiectæ communitatis,
Vendicator perfectæ sagacitatis,

§ Debet esse imitator bonitatis paternæ, quia, sc. talis debet esse filius, i. imitator Dei & sanctorum 1. Reg. 16. *Prouidi mihi in filijs tuis regem.* Item debet esse prędicator veritatis æternæ. Vnde 1. Reg. 16. *Prouidete aliquem bene psallentem.* Item debet esse moderator communitatis subiectæ Num. 27 *Prouideat dominus Deus spirituum omnis carnis hominem, qui sit super multitudinem hanc.* Item debet esse vendicator sanctitatis seu sagacitatis perfectæ. Vnde Exo. 18. *Prouide tibi de omni plebe viros potentes, timentes Deum in quib. sit veritas, & qui oderint auaritiā, & constitue eos, &c.* Ibi proprie ostenditur quales debent illi esse, de quib. ecclesijs prouidetur &c. Vide eam expositam & prosecutā supra de eligere vel de construere § Prouidentia diuina est illa quæ moderatur & tēperat D vniuersa. Et sic describitur ab Orig. super Ge. l. 3. vbi dicit. *Multa sine voluntate Dei geruntur, nihil sine prouidentia.* Prouidentia tñ est qua quis procurat, dispēsat & prouidet quæ gerítur. Volūtas vero qua fieri vult aliquid vel non vult. Est igitur diuina prouidentia quædā diuina virtus, quæ cuncta quæ hic fiunt dirigit & disponit, quæ proprie nihil aliud est, quam quędā regula omnium actuū humanorum. Sicut n. cœlum in suæ concauitatis ambito claudit & continet omnes orbes, & etiam omnia quę sunt in omnib. inferiorib. elementis, sic Deus in ambitu suę prouidentiæ cōtinet totum mundū, nec est aliquid quod non oporteat ab ab ea circumeludi. Nam sicut cęlum & motus cęli per violentiam trahit secum oēs orbes & planetas inferiores (quæ stellę erraticæ nominantur) ita q̄ contra motus & cursus proprios omni die naturali motū cœli sequi, & se secundum ipsum voluere cōpelluntur, sic vere Deus p[illegible] suæ occultę prouidentię regit & regulat omnes orbes, i. oēs homines huius mūdi, qui errant in hoc sęculo vagabundo, quamuis in terra habeant diuersos & contrarios motus, i. affectus & actus. Et quamuis ex diuersis causis secundarijs vnus vnū, alius aliud ordinet & faciat atq; velit, oportet tamē quod omnes isti motui firmamenti,

Dei

Dei prouidentiæ & ordinationi conformentur, & siue velint siue nolint ab ipsa & per ipsã disponantur totaliter & trahantur. Vnde Aug. super Gen lib. 9. *Deus bipartito prouidentiæ suæ opere præest omnibus creaturis, ita vt sine suo iussu nihil faciant.* Et sic cum isto motu firmamenti concurrit etiam motus inferiorum orbium, itaq; quilibet planeta simul & semel duplici motu mouetur, sc. motu firmamenti violenter trahente, & motu suo proprio in Zodiaco discurrente. Sic vere vnaquæque res, & maxime vnusquisq; homo duplici motu regitur, sc. motu diuinæ prouidentię qui ipsum trahit virtute superiori, & motu propriæ conditionis & liberi arbitrij, quo seipsum mouet instinctu interiori. Ista enim duo simul in omni effectu concurrunt, sc. causa prima, & causa secundaria, causa Dei prouidentiæ, & causa humanæ efficaciæ. Quia breuiter sicut dicit Aug. *Deus sic res administrat, vt eas proprijs motib. agere sinat.* Ista exemplariter possumus videre in Nabuchodonosor. Deus enim ordinauerat & plusquam per quingentos annos ante prædixerat populum Israel per ipsum propter eius idololatriam captiuandum, sicut patet Esa. 10. in Ps. *Super flumina Babylonis illic sedimus* &c. imo etiam ad ipsam captiuitatem faciendam, & ad regna mundi destruenda Deus per suam occultam prouidentiã ipsum mouebat, quod tamen idem Nabuchodonosor ignorabat. Vnde sibi dicit Dominus Es. 45. *Accinxi te, & non cognouisti me.* Verumtamen cum ista causa primaria concurrit in ista captiuitate causa secundaria, s. periuriũ regis Sedechiæ, qui primo sibi fidelitatẽ & tributum promiserat, & tandẽ fracto iuramento ab eo recesserat, propter quod Nabuchodonosor ipsum cũ populo captiuauit, & eum excæcauit. Ecce ergo quomodo concurrit, simul iste duplex motus, s. liberi arbitrij istorum regũ exterius in communi execratione, & diuinæ prouidentię interius in diuina dispositione. Vnde breuiter Hugo l. 1. de sacr. pat. 2. c. 13. Super istud verbum Sap. 6. *Aequaliter est ei cura de omnib.* dicit, sic. *Est ergo prouidentia diuina qua Deus curat de omnib. operib. quæ fecit & qua prouidet singulis, vt vnicuique quod sibi debetur eueniat, & non solum sua quæ bona ipse fecit, sed etiam aliena quæ mala ipse non fecit sed fieri permisit.* Necesse est enim vt omnia disponat, vt in regno suo nihil sit quod debitam ordinationem euadat.

E ¶ Vt ergo breuiter ad aliquos actus diuinæ prouidentiæ particulariter descendamus, notandum est quod per occultam Dei prouidentiam.

Mentes disponuntur,
Actus diriguntur,
Fortunæ mutantur,
Casus ordinantur,
Iudicia Dei ordinantur seu variantur.

¶ Primo ergo dico, quod prouidentia Dei est mentium dispositiua. Sicut enim virtus agens diuersimode agit in materiã & secundum hoc diuersæ sortiuntur complexiones, & inde fit quod per virtutem cœli & per officia stellarum occulte in cõceptione & natiuitate hominum operatur complexiones varias, sic secũdum quod occulta Dei prouidentia diuersimode in hominibus operatur, secundũ hoc mentis conditiones mutantur & disponuntur. Sicut enim dicitur Pro. 16. *Spirituum moderator est dominus.* Et inde fit quod quidam sunt dispositi ad vnam scientiã alij ad aliam, &c. similia. *Omnia enim ista operatur vnus & idẽ spiritus per suã occultam prouidentiam, diuidens singulis singula prout vult* 1. Cor. 12. Et secundum hoc quosdam ad pœnitẽtiam remollit, alios vero ad damnationem indurari & obstinari permittit. Ignis n. terram mollem & argillam consueuit indurare, ferrum vero durũ consueuit liquefacere & mollire. Sic vere Dei prouidentia aliquãdo illos qui sunt molles, i. deuoti, teneri & clementes, indurari per indeuotionem & obstinationẽ permittit. Illos vero qui sunt duri & obstinati, ad pœnitentiam remollit & cõuertit. Sicut enim dicitur Rom. 8. *Cui vult miseretur Deus, & quem vult indurat.* Non præsumat ergo iustus, quia potest damnari, sed qui stat, videat ne cadat. Nec desperet iniustus quia potest saluari, sed qui cecidit, acceleret vt resurgat. Teste n. Gre. *Timendum est ne nobis cadentib. resurgat, qui nobis stantib. irridetur.* Ista est ergo mentiũ dispositiua.

F ¶ Secundo dico, quod est actuum gubernatiua. *A domino n. diriguntur gressus viri,* sicut dicitur in Ps. Quia sicut dicitur Hier. 10. *Scio domine quoniam non est hominis via eius, & viri vt ambulet & dirigat gressus suos* Luna n. quæ occulte penetrat vniuersa, occulte causat vitã motus animaliũ, vt dicitur in lib. fontis vitę. Sic vere Deus occulte causat vel effectiue vel permissiue motus & opera omnium mortalium, sicut dicitur Ecc. 10. *In manu Dei potestas hominis.* Et inde est quod sicut auceps in manu tenens auẽ non permittit etiam currere pro libito ad quamlibet prædam, sed ad illam quam ipse vult: sic Deus tenens actus humanos, nõ mittit eos facere quicquid volunt, quinimo Deus ipsos per tot modos suæ occultæ prouidẽtiæ impedit & cõpescit, & vsq; dispositio eius attingere ad desiderium non permittit. Deus semper intendit ad finem meliorem. Ille n. *ante cuius oculos mille anni sunt sicut dies hesterna quæ præterijt*, de malis operib. scit in futurum bona elicere, & sic sępe bona opera vel impedit vel expedit & mala etiam quandoq; fieri, bona vero omitti permittit dum exinde in futurũ aliquod bonum & vtile sequuturũ cognoscit. Et sic secundũ hoc Deus peccare quandoq; permittit hominem, vt tandem fragilitatẽ propriam recognoscens, & ad pœnitentiam reuertens, efficiatur melior. Permittit etiã Deus secundũ hoc tyrannos sæuire, vt probata per eos virtus sanctorum efficiatur clarior, permittit n. quandoq; bonos in hoc mundo temporaliter lãguere, vt spiritus eorũ efficiantur sanctiores. Et loquitur sic Orig. super illud Nu. 22. *Stetit angelus contra Balaã* &c. *Prouidentia*, inquit, *Dei ita omnia disposuit, quod nihil otiosum remisit. Malitiam non facit, exercitam tamen ab alijs non prohibet, licet possit. Si enim ... non esset virtus contrarium non haberet. Tolle malitiam fratrum Ioseph ipsius carcerem & laborem, tunc somnium Pharaonis non exponitur nec regionis de victualib. prouidetur, nec pater cum filijs veniunt in Ægyptum & sic facta in mari rubro & in deserto miracula non complentur. Tolle Balaam malitiam, & non erant prophetiæ Balaã. Tolle Iudæ proditionem, & passio Christi cessat. Tolle astutias diaboli, & martyres minime coronantur. Nõ solum enim bonis vtitur Deus ad opus bonum sed etiam malis, sunt enim ... ad honorem, sunt vasa ad contumeliam, vtraq; tamen necessaria.* Hæc Orig. Et sic ergo dico quomodo Deus permittit fieri mala, pro eo quod scit eadem elicere bona vel meliora. Et sic dico, quod prouidentia Dei actuum gubernatiua. ¶ Tertio dico, quod ista prouidentia est fortunæ commutatiua, quia, sc. Dei prouidentia subito dũ non spernatur, pauperes facit diuites. & econuerso diuites facit pauperes. Et primo quod pauperes fiant diuites, patet. Sicut n. per occultam ignis virtutem lapis quandoq; in æs vel in aurũ conuertitur, sicut dicitur Iob 28 *Lapis solutus calore in æs vertitur*, sic vere per occultã Dei prouidentiam sæpe fit quod pauper vilis & deiectus in virum potentem & nobilem commutatur. Deus enim pauperib. & depressis, & omni temporali auxilio destitutis solet melius quam alijs prouidere, & de ipsis curã gerere & habere Psa. 19. *Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor* Cuius exemplum habemus in pullis coruorum, quib. propter carentiam plumæ nigræ à parentib. derelictis, Deus illis prouidet, & rore cœli mirabiliter eos pascit, statim vero quando à parentib. acquisita plumarum nigredine nutriuntur, prædicta Dei prouidentia viduantur, & nequaquam amplius rore Cœli recreantur. Sic vere charissimi generaliter loquẽdo, illis qui sunt & parentũ amicorum auxilio destituti, Deus ex rore cœli, i. e. ex sua speciali gratia de necessarijs prouidet, dicens illud Gen. 28. *In rore cœli & in pinguedine terræ erit benedictio tua.* Pauper vero à Deo sic prouisus dicit illud Ps. 26 *Pater meus & mater mea dereliquerunt me, dominus autem assumpsit me.* Potissime autẽ apparet virtus in vno occulto Dei prouidentiæ miraculo erga pauperes & depressos, quia sæpissime fit, quod illud, quod ad alicuius depressionem per malignos constituunt, ipsius promotionẽ & commodum per Dei occultam prouidentiam commutatur. Lynx n. vrinam habet valde medicinalem, & ideo homini inuidens ipsam subterra abscondit, ne, scil. inueniri ab homine possit. Vbi tamen nocere homini credit eidem magis proficit, quia occulte per virtutem ... in vrina occultatione huiusmodi mediante, in preciosum ... multo magis hominib. proficuum conuertitur atq; transit. ... vere sæpe fit quod aliqui moti inuidia nituntur quicquid boni possunt in alijs impedire. Sed quod ipsi ad malum finem faciunt diuina prouidentia solet in melius commutare. Exemplo fratrum Ioseph, qui dum ipsum Ioseph vendere & deprimere voluerunt, ipsum dominum Ægypti occasionaliter effecerunt Vnde etiam ipse dixit fratrib. suis Gen. 40. *Nunquid,* inquit, *possumus resistere Dei voluntati? vos cogitastis in me malum, & Deus conuertit illud in bonum, vt exaltaret me, sicut in præsentiarum cernitis*, Icti ergo Dei prudentia pauperes subito diuites. Sed adhuc dico, quod ista facit diuites qui in proprijs auxilijs nõ diuinis confidunt, subito pauperes. Deus enim videns quod diuitiæ & mũdi prospera sunt hominib. causa ruinæ & diuersorũ etiam peccatorũ, occulte per infortunia diuersa subtrahit eis, & eos ad paupertatem & aduersitatẽ venire permittit, & illud quod causa erat eis peccandi vel etiam alijs nocendi, scil. diuitias ab eis aufert & tollit,

Sicut

... virtus lunæ occulte replet ossa medullis, & maria a-qu... etiam occulte ... let ea vacuitate, & ab omni abundantia ...tare. Sic vere Deus non solum pauperes replet per suam occultam prouidentiam & cumulat, imo etiam quandoque per suam occultam influentiã diuites euacuat & denudat. *Iste, enim deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Iste, enim, pauperẽ facit & ditat, humiliat & sublevat*, sicut dicitur 1. Reg. 2. Et sic ergo dico, ... Dei prouidentia est fortunæ commutatiua.

¶Quarto dico, quod ista est casuum introductiua. Omnes n. mundi casus à Dei prouidentia originaliter veniunt & procedũt. Casus enim & fortuna non sũt nisi effectus prouidentiæ Dei oc... Quia sicut multi videntur rerum effectus quorum causæ penitus nesciuntur, sicut patet de ferro q trahitur à Polo articum ... adamante, de echineide qui detinet nauẽ, &c. similia, quã... dicat scriptura q nihil in terra sine causa fit sicut dicitur Iob ... vere effectus diuinæ prouidẽtiæ videmus, causã vero penitus ignoramus, & inde est quod vnum videmus occidi, aliũ submergi, alium suffocari, alium iugulari. Vnum videmus deprimi, alium sublimari, vnũ deponi, alium promoueri. Omnia n. à Dei prouidentia veniunt, & omnia ab eo iuste fiunt, quamuis causa quare fiunt, nobis pro isto tempore sit ignota. Vnde de morte hominis dicitur Sap. 4. *Videbunt, inquit, finem sapientis, & nõ intelligent quare munierit eum Deus*. Et inde de casib. dicit Hie. *Omnia prouidentia Dei aguntur, & quod creditur esse pœna, medicina est.*

¶Q[illegible]o dico, quod est salutis alternatiua. Per Dei n. prouidentiam, dispositionem, scientiam, prædestinationem & sapientiam fit quare vnus damnatur, alius saluatur, vnus à Deo eligitur, & alius reprobatur. Sicut enim dicit Pli. Filij catulorum & canum & suum eodem ordine sugunt mammas quo in vtero matris primi vel vltimi exierunt. Sic vere dico q homines secundum illum ordinẽ quo ab æterno in vẽtre occultæ Dei prædestinationis, & prouidentiæ fuerunt dispositi & locati, & ad vitã ... ad interitũ ordinati, secundũ hoc isti ad vbera paradisi primi ... admittuntur, vel per damnationẽ ab eis penitus repelluntur. Teste enim Greg. Moral. 28. *Quia quod foris venturum est in operatione, intus est factum prædestinatione. A Deo enim dependet vtrumque, & salus bonorum, & damnatio reproborum. Vnum prouidet ex misericordia, ... vero ex iustitia. Vnum prouidet effectiue, aliud prouidet permissiue. Vnum prouidet prædestinando, aliud prouidet præsciendo.* De hoc Aug. l. 3. de ...tiem bapti. dicit q *in illa ineffabili Dei præscientia multi qui foris videntur, intus sunt*. Et sic ergo patet, quomodo prouidentia Dei in ...tudine assumpta, est salutis moderatiua, casuum ordinatiua, fortunæ commutatiua, actuum gubernatiua, cordiũ dispositiua. ... supra de iudicijs diuinis.

**Prouincia.** Cum prouincia sit certa & distincta nobis terrarũ portio, seu etiam certa terræ & po... distinctio, & distincta gentis habitatio, morib. & dominio diuersis & loquela, possumus dicere quod referendo ad moralia, ... possunt prouinciæ reperiri, videlicet Prouinciæ

Interiores,
Exteriores,
Superiores,
Inferiores.

Interiores sunt in animo,
Exteriores sunt in mundo,
Superiores sunt in cœlo,
Inferiores sunt in inferno.

Primo ergo dico, quod sunt prouinciæ interiores & istæ certe ... prouinciæ regni animæ sc. voluntas, ratio, & memoria. ...qualiter partes prouinciam diuides. In prouincia voluntatis viget honor, & potentia. Ista est enim caput regni, quia, voluntas est potentia libera, aliæ sunt potentiæ seu prouinciæ ... Populi autem istius prouinciæ sunt bona desideria & affectus de quibus 1. Esdr. 2. *Hi sunt autem prouinciæ filij*. Ista prouincia quandoque per hostes, id est, per dæmones & peccata capitur, ... legibus tribuitur, crudeli tyranno, scilicet, carni, mundo vel diabolo subijcitur, & tributis malorum affectuum per malã consuetudinem subiugatur, & sic libertate in seruitutem, de dominio in captiuitatem mutatur. Et sic lamentabatur Hier. dicẽs Thre. 1. *Facta est quasi vidua domina gentium, princeps prouinciarum facta est sub tributo*. In prouincia intellectus vel rationis viget sensus & scientia. Sicut enim videmus quod in vno regno non in omni prouincia studia literarum vigent, sed solum in aliquibus quæ ad hoc magis idoneæ specialiter eliguntur, vnde etiam in regno

Dillun. Boroborg.

Iudeæ solebat esse Cariathsephar quæ interpretatur ciuitas literarum, sic in talib. prouincijs, sc. intellectu & ratione non in alijs sensus habitant & scientia, quib. sc. tam ista quam omnes aliæ prouinciæ animæ gubernantur. Vnde Hest. 3. *Literæ missæ sunt per cursores regis ad vniuersas prouincias*. In prouincia memoriæ viget disciplina & obedientia. Ista est enim vbi est memoria beneficiorum Dei, maleficiorum sui, necessitatũ proximi, mandatorũ legis & prælati Iud. 11. *Disciplina tua omnibus prouincijs prædicatur*. Et breuiter istæ sunt prouinciæ Christi, in quib. sc. solet in regno animæ dominari. Sic est quod istæ prouinciæ diuersis vitijs aliquoties occupantur, ita quod istius regni nobilitas & integritas concordia & etiam tranquillitas dissipatur, ipseque rex Christus exinde foris exulat & vagatur. Vnde de hoc potest exponi illud Eccl. 5. *Si videris calumnias egenorũ & violenta iudicia, & subuerti iustitiam in prouincia, & non mireris, quia excelsior alius est, & super hos quoque alij eminentiores, & insuper vniuersæ terræ rex imperat seruienti.* Patet ergo quod sunt prouinciæ interiores. ¶Secundo dico, quod sunt C
prouinciæ exteriores, & istæ nihil aliud sunt quã varij status huius mundi, sc. status sæcularium, quia scil. si bene reguntur, boni sunt, & econuerso. Aduerte tamen quod in istis prouincijs, quandoque dominantur iniqui principes, iudices & prælati, crudelitati & auaritiæ dediti & intenti, sub quorũ certe regimine tyranni dominantur, & virtus & iustitia in his prouincijs adnullatur. Diabolus n. propri e figuratur in illo rege Assyriorũ, & in Aman principe regni sui, qui, sc. sicut dicitur Hest. 4. *In omnibus regni sui prouincijs ordinauerant Iudæos qui soli colebant Deum, vna die interfici, aliorum autem dæmoniorum cultores non interfici, sed seruari.* Quia reuera charissimi rex Assyriorum diabolus cum Aman principe regni, i. cum mundi malis principib. & tyrannis bonos & Deum colentes studet de istis prouincijs enecuare, & de mundi statib. eradicare. Malos vero qui peccando dæmonia colunt, ibi præficere & seruare. Verũtamen sicut boni isti Iudæi ad mortem damnati, à Deo miraculose sunt liberati: mali vero qui se ad ipsorum interfectionem parauerant, trucidati, sic vere dico, q finaliter Deus bonos liberat, & istos male in his prouincijs dominantes eradicat atque damnat. Et sic dicamus domino illud Hier. 10. *Effunde indignationem tuam super gentes quæ te non nouerunt, & super prouincias quæ nomen tuum non inuocauerunt, quia deuorauerunt Iacob, & comederunt eum & consumpserunt & decorem eius dissipauerunt.* Istæ ergo sunt prouinciæ exteriores. ¶ Tertio dico, quod sunt, D
prouinciæ superiores, & istæ pro certo sunt prouinciæ paradisi, sc. diuersi status & habitacula beatorum, in quibus, scil. Deus & Angeli principantur, qui, sci. beatos qui illoc vadunt, fouent, diligunt & sectantur. Vnde Hest. 9. *Nam & prouinciarum iudices extollebant Iudæos.* ¶Quarto vero dicam quod sunt prouinciæ infe- E
riores, i. partes & vrbes infernales, quæ, scilicet, prouinciæ & habitacula sunt diuersa diuersis, scilicet, secundum diuersa demerita constituta. Istæ autem sunt prouinciæ similes illi prouinciæ quæ secundum Solinum dicitur Apteraphotos, vbi, sc. perpetua est nox, grando, nix, pluuia & tempestas. Vnde de tali prouincia dici potest illud Hest. 4. *In omnibus quoque prouincijs, oppidis, & locis ad quæ crudele regis dogma peruenerat, planctus ingens erat apud Iudæos, ieiunium, vlulatus & fletus.* Sic igitur patet quomodo in bono & in malo prouincia potest sumi.

**Prouocare.** Nota, quod prouocare idẽ est quod inducere, excitare, valde aliquem ad aliquid animare. Et potest accipi in bono, in malo. In bono enim prouocãtur iusti ad benefaciendũ. Prælati n. & prædicatores debent monitionib. & exemplis populum excitare & ad bonum viriliter prouocare. Exẽplo equi, qui volitans super pullos ipsos prouocat ad volandum. Exemplo equi, quem miles clamando, & alius tubicinando prouocat ad currendum. Exemplo Elephantũ, quos per ostensionem sanguinis homines prouocant ad pugnãdum. Quia vere charissimi quãdo videmus viros iustos ante nos volitando exẽplariter præcedere, quando audimus tubam prædicationis aures nostras concutere, quando videmus sanguinẽ dominicæ passionis oculis nostris se ostendere, statim debemus ad volatum contẽplationis animari, ad cursũ boni operis excitari, & ad bellum fortis dimicationis contra vitia prouocari. De prouocatione n. ad contemplatiuæ volandum dicitur Deut. 32. *Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans.* De prouocatione ad operandum dicitur Heb. 10. *Consideremus inuicem in prouocatione charitatis & bonorum operum.* De prouocatione vero ad pugnandum dicitur Dan. 11. *Prouocabitur rex austri ad prælium, &c.* Sic ergo dico, quod prouocatio sumitur in bono. A

mmmm

¶Sed

B ¶ Sed adhuc dico quod prouocatio sumitur in malo, & sic communiter pro prouocatione ad iram vel ad peccatum accipitur. Quia sicut dicitur Prou. 30. *Qui prouocat rixas, producit discordias.* Quidam enim sunt ita pestiferi, quod homines quantumquam pacificos & benignos, quamquam iustos & sanctos, suis stimulationibus ad iracundiam prouocant. Exemplo fœminæ, quæ exprobrabat Annæ quod concluserat Dominus vuluam eius, & ita prouocabat eam 1. Reg. 1. Etiam suis malis exemplis & inductionibus ad peccatum incitant Prou. 12. *Os insipientis prouocat stultitiam.* Et etiam ipsum Deum patientissimum suis malis operibus ad eorum odium & indignationem mutant. Exemplo cornicis, quæ aquilam per multos horribiles clamores prouocat ad eam occidendam. Exemplo etiã elephantis, qui quamuis sit animal valde mite, aliquando tamen prouocatur ad grauiter irascendum. Ideo de malis & prædonibus dicitur Iob 12. quod *abundant tabernacula prædonum qui audacter prouocant Deum, cum ipse dederit omnia in manu eorum.* Et ideo nota hic quod aliqui prouocant Deum

Proteruiter contradicendo,
Carnaliter concupiscendo,
Verbaliter decipiendo,
Crudeliter officiendo,
Moraliter deficiendo.

Prouocant dico Deum contradicendo proteruiter, & sic dicitur Deut. 9. *Memento quomodo ad iracundiam prouocaueris dominum in solitudine, & semper ex eo die quo egressus es ex Aegypto vsque ad locum istum, aduersus dominum contendisti, nam in Oreb prouocasti eum.* Oreb autem locus est *vbi manauerunt aquæ contradictionis*, sicut dicitur Numer. 20.

Item ipsum prouocant concupiscendo carnaliter. Vnde dicitur Deut. 9. *In sepulchris concupiscentiæ prouocasti dominum.* Item decipiendo verbaliter. Vnde Iob 36. *Simulatores & callidi prouocant iram Dei.*

Item officiendo seu interficiendo crudeliter. Vnde de Manasse, de quo dicitur 4. Reg. 21. quod *sanguinem multum fudit*, dicitur 4. Reg. 23. *Non est auersus furor domini propter irritationes quibus prouocauerat eum Manasses.* Item deficiendo moraliter. Vnde Thr. 3. *Nos inique egimus, & ad iracundiam prouocauimus.* Et hæc de prouocatione sufficiant, &c. Vide de Iracundia, &c.

A **Prout.** Cum prout accipiatur pro sicut, & sic semper significet aliquam regulam directiuam, notabo quod quilibet prudens, debet sequi suum prout, id est, suam regulam & exemplar ad quæ ipse debet moderari, corrigere seu dirigere facta sua. Habeat igitur & respiciat vnum prout

Debitæ congruitatis,
Arctioris necessitatis,
Propriæ possibilitatis,
Prælatæ auctoritatis,
Mutuæ fraternitatis,
Infimæ capacitatis,
Diuinæ sublimitatis, & spontaneitatis,
Voluntariæ libertatis.

B ¶ Dicam igitur, quod vir prudens sequitur vnum Prout & vnam regulam honestę congruitatis. Congruitas enim locorum, temporum, personarum, negotiorum & rerum debent cuilibet esse vnum prout & vna lex, & vna regula secundum quam ipse debet dirigere facta sua. Vnde de tali cõgruentia dicitur. 2 Esd. 2. quod *filij Israel asсenderunt phase ignis prout oportebat*, id est, prout negotium requirebat. Et de congruentia temporis dicitur, 1. Mach. 8. vbi loquitur de æquis fœderibus initis inter Romanos & Iudæos, quod *auxilium ferret Romanis gens Iudæorum prout tempus dictauerit, & e conuerso si bellum Iudæis contingat, adiuuabunt Romani prout tempus permiserit.* Item dico, quod prudens sequitur vnam regulam vnum prout arctioris necessitatis, & istud certe tunc debet fieri quando alicuius præcepto eleemosynæ, pietatis seu etiam dispensationis & distributionis aliquid committitur, quia, sc. tunc prout requirit necessitas indigentis, debet concedere plus vel minus. Vnde Actor. 2. dicitur, quod *pretia rerum per discipulos diuidebantur omnibus prout cuique opus erat.* Item dicitur Act. 4. Item prudens sequitur vnam regulam, vnum prout propriæ possibilitatis, quia sc. secundum vires nostras & prout requirit facultas nostra, nos debemus illis distribuere plus vel minus, exemplo, sc. Tobiæ, de quo dicitur Tob. 1. quod *ipse diuidebat vnicuique prout poterat de facultatibus suis.* & Actor. 11. dicitur, quod *discipuli prout quisque habebat, proposuerant singuli in ministerium.* Item prudens sequitur vnam regulam, vnum prout auctoritatis, quia, scil. ille debet conformare voluntatem voluntati & mandato Dei & superiorum, sicut, sc. dicitur [illegible] 8. quod *rex mandauit dari eis, si quis sacrificij frumentum, sal, & oleum, prout sacerdotes qui sunt in Hierusalem, dictauerint* [illegible] *quotidie.* Item prudens sequitur vnam regulam, vnum prout mutuæ fraternitatis. Vnde Luc. 6. dicitur *Prout vultis,* inquit *vt faciant vobis homines, & vos facite illis similiter.* Item prudens sequitur vnam regulam, vnum prout infimæ capacitatis, qui, sc. prout videt quod discipulus est sufficiens retinere & capere debet doctor & prælatus prædicare, docere atque dicere. Vnde de Christo dicitur Matt. 4. quod *loquebatur eis verbum prout poterant audire.* Et Eph. 3. *Prout potestis legentes intelligere, &c.* Item prudens [illegible] tur vnam regulam, vnum prout diuinæ sublimitatis, quia, [illegible] cundum quod ipse videt esse Deo placitum & acceptum [illegible] exequi facta sua. Exemplo, sc. Apostolorum, de quibus d[illegible] Act. 2. quod *ipsi cœperunt loqui varijs linguis prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis.* Item etiam Deus habet propriam voluntatem regulam, quia sicut dicitur 2. Mach. 15. *Ille prout illi placet, dat victoriam.* Item prudens sequitur vnam regulam, vnum [illegible] voluntariæ libertatis, quia, scil. voluntarie non coacte [illegible] num. Vnde 2. Cor. 9. *Vnusquisque prout destinauit in corde [illegible] ex tristitia aut ex necessitate. Hilarem enim datorem diligit Deus.* [illegible] ergo patet quomodo prout signat conformitatem prudentium & iustorum, quia, sc. ipsi se conformant regulis virtuosis. De mala vero regula & cõformitate potest dici peccatoribus [illegible] 1 Cor. 12. *Scitis,* inquit, *quoniam cum gentes essetis, ad simulacra muta prout ducebamini euntes.* Sufficit autem de prout. Vide infra de Sicut, de Quasi & de Vt & similib.

**Proximus.** Cum proximus dicatur ille qui consanguinitate vel affinitate vel vicinitate alicui est coniunctus, notandum, quod proximos possumus intelligere omnes illos qui nobis per fidei vnitatem, vel per rel[illegible] vnitatis communitatem, vel per patriæ identitatem aliqualiter coniuncti, vel etiam per naturæ conformitatem. Et sic [illegible] mus notare quod in scriptura inuenitur Proximus

Admirandus,
Venerandus,
Honorandus,
Diligendus,
Corrigendus,
Negligendus,
Diligendus,
Præcauendus,
Pœnitendus,
Metuendus.

Omnes enim istos proximos habet homo dũ militat in hac [illegible] Igitur dico, quod iste habet vnum proximum admirandum. [illegible] proculdubio est Deus qui factus est proximus noster per [illegible] assumptionem, per gratiæ infusionẽ, per amoris cõiunctionem, & per gloriæ collationẽ. Et ideo quærenti illud Luc. 10. *Et quis est meus proximum?* proponitur parabola de Samaritano qui [illegible] in suum stabulum recepit, & de sacerdote qui ipsum præter[illegible] leuita qui de eo non curauit. Et quæritur *quis horum trium* [illegible] *fuisse sibi proximus*, & responderunt: *Qui fecit misericordiam* [illegible] Proculdubio Deus est proximus ille, quia vere humanum [illegible] quod à latronib. i. dæmonib. fuerat sauciatum, curauit, & e[illegible] misericordiam fecit, medicinã sacramentorũ adhibuit, [illegible] in paradisi stabulũ transportauit. Item dico quod homo [illegible] vnum proximũ venerandum, & iste est angelus ad custodi[illegible] minis deputatus, quia proculdubio in reuerentia est habe[illegible] Vnde Rom. 15. *Vnusquisque proximo suo placeat in bono.* Item dico, quod habet vnum proximũ honorandum, & iste est prælatus, de quo Eccles. 17. *Mandauit Deus vnicuique de proximo suo.* Et sequitur *In vnamquamque gentem præposuit rectorem.* Item habet vnum proximum diligendum. Et iste est quilibet bonus homo, quẽ debemus [illegible] gere sicut fratrem. Vnde Mat. 22. & Mar. 12. Luc. 10. Gal. [illegible] *proximum tuũ sicut teipsum.* Quia sicut dicitur Eccl. 13. *Omne [animal] diligit simile sibi sic & omnis homo proximũ sibi.* Item habet vnum proximum corrigendum, & iste proximus est corpus nostrũ, quod proculdubio debemus corrigere, & per pœnitentiam macerare Eccl. 19. *Corripe proximum tuum.* Item habet vnum proximum negligendũ, & iste proximus est mundus, qui pro certo debet negligi & odiri Hier. 9. *Vnusquisque à proximo suo se custodiat & in omni fratre suo non habeat fiduciam.* Item habet vnũ proximum diligendum

dum. & iste proximus est quilibet simplex homo, quẽ debemus pro viribus dirigere & iuuare Esa. 41. *Vnusquisque proximo suo auxiliabitur.* Et maxime iste proximus est pauper & egenus, cui certe est per eleemosynam succurrendum, & erga eum misericorditer procedendũ. Vnde Eccl. 41. *Ne auertas faciem tuam à proximo tuo.* Item habet vnum proximum præcauendũ, & iste proximus est quilibet homo malitiosus, proditor & iniquus, à quo est summopere præcauendum. Et tales erant illi de quib. dicitur in Ps. 37. *Amici mei & proximi mei aduersum me appropinquauerunt & steterunt.* Et ideo Eccl. 9. dicitur. *Secundũ virtutem tuam caue tibi à proximo tuo.* Item habet vnum proximum prouidendum, & iste proximus est mors, quę semper stat iuxta nos parata nos transglutire. Et de hoc Matt. 13. *Scitis quod in proximo sit æstas.* Et ibidem: *Scitote quod in proximo sit in ostijs.* Item habet homo vnum proximũ metuendum & iste proximus est diabolus, qui semper è proximo ... insidiatur. Vnde 2. Mach. 20. *Proximo hostibus effectis residerunt.* Et Zach. 11. *Deuorent vnusquisq; carnem proximi sui.* Ecce ergo B ... habet homo proximos in hoc mundo ¶ Sed omnib. proximorum generib. omissis, dico quod per proximos intelligere possumus generaliter amicos, vicinos, consanguineos, & propinquos. Et ideo breuiter de proximis nostris tam spiritualibus quam temporalibus dicitur Eccl. 27. *Dilige proximum, & coniungere fide cum illo.* Vbi ostenditur quod

Proximum debemus
- Mentaliter adamare. (Dilige)
- Vtiliter adiuuare (proximum)
- Tenaciter frequentare vel conseruari. (Coniungere fide cum illo.)

Primum est opus charitatis,
Secundum est opus pietatis,
Tertium est opus fidelitatis.

Illa ergo tria sunt habenda erga proximos, scilicet,
Charitas ad interius ad amandum,
Pietas ad exterius iuuandum,
Firmitas seu fidelitas ad diutius restandum.

¶ Habeat igitur proximus erga proximum charitatem & dilectionem. Dilige inquit. Tanto enim ignis est maior quanto materia ignibilis est proximior. Sic vere ignis charitatis tanto amplior debet esse, quanto hominem qui est res ignibilis, id est, diligibilis, proximius contingit adesse. Ideo dicitur Lu. 10. *Dilige proximum tuum sicut teipsum.* Et Eccl. 14. *Omne n. animal diligit simile sibi, sic & omnis homo proximum sibi.* Quod est contra multos qui alios non diligunt sicut seipsos, sed propter seipsos, & ista nõ est proprie dilectio proximi, sed magis dilectio rerum proximi. Quod patet, quia cessantib. rebus, cessat dilectio vel amor, sicut id sensim patet de pauperib. qui nullũ inueniunt amatorem Vnde Prou. 14. *Etiam proximo suo odiosus erit, amici vero diuitũ multi.* Sed de hoc vide supra titulo de Amicitia. Nun sic sed habea-C mus ad proximos charitatẽ & affectionẽ ¶ Secundo habeamus pietatem & largitionem. Res n. magis influunt inter sibi contiguas & propinquas, eisque magis vt communiter suas communicant qualitates. Sic & nos debemus in proximis nostris per pietatem magis influere, & bona nostra per pietatẽ amplius communicare, & per largitatem potius erogare, quod etiã ostenditur in verbo proximi. Quia sicut dicitur Eccl. 18. *Miseratio hominis erga proximum suum.* Et potissime ista debent esse vera de pauperibus & depressis, quib. est amplius succurrendum. Vnde Eccl. 4. *Ne reuerearis proximum tuum in casu suo.* Quod est contra ... qui nullũ proximum suum pauperem vel depressũ volunt ... tate, sed magis officere & nocere, vt sic isti dicant illud ... pauperes loquerentur fortunæ dicentes: *Elongasti à me amicum & proximum & notos meos à miseria.* Non sic, sed exhibea-D ... proximis pietatem & compassionẽ. Proximũ inquit. ¶ Ter... habeamus erga proximos firmitatem & durationem. Et ... ostenditur cum dicitur: *Coniungere fide cum illo.* i. e. finaliter permane cum illo. Fideles n. amici cum proximis sunt perseuerantes, & cum ipsis veraciter permanentes, vt talib. amicis & proximis stabilib. & fidelibus dicatur illud Colos. 1. *Permanetis in fide fundati.* Et illud est contra multos, qui reuera proximis suis non sunt fideles, nec erga eos stabiles aut manentes. Et istud patet, quia non cessant proximos suos decipere, vel eos usuris, ... vel iniuria mulctare. Auaritia dico. Vnde Ezec. 22. *Auari proximos suos calumniati sunt in te.* Luxuria etiam. Vnde Ezec. ... *Vnusquisq; vxorem proximi sui polluit* Iniuria etiam. Vnde Zach. ... *Tradam homines vnumquemq; in manu proximi sui.* Non sic ergo, *Dilbom. Berohorq.*

sed simus erga proximos nostros fideles, quia *ille qui iurat proximo suo & non decipit, qui pecuniam suam non dedit ad vsuram, ipse est qui benedictionem à domino reportabit.* Patet ergo quomodo erga proximũ debemus habere firmitatem & fidelitatem, pietatem & benignitatem, charitatem & sinceritatẽ, &c. Sufficit. Vide supra de Amicitia, vbi inuenies exempla multa sup. de paupe, & iuxta de fraude, de appropinquare, & in cæteris similib.

## Prudentia. Prudens.

A Nota, quod prudentia nihil aliud est quã ratio docta à gratia, studens vitare nociua, & vtilia procurare, vt dicit Isid. Est autem prudentia idem quod discretio, seu etiam prouidentia futurorũ. Teste enim Isid. lib. Ety. Prudens seu prouidens dicitur procul videns. Futuros enim & incertos prouidet casus. Sed quia breuiter loquendo, per prudentem intelligitur vir discretus, perfectus, honestus & maturus, possumus dicere quod teste Senec. in tribus cognoscitur prudentia viri iusti, vid.

In præteritorum recordatione,
In præsentium ordinatione,
In futurorum meditatione.

Prudentes enim viri,
Præterita recordantur,
Præsentia moderantur,
Sequentia meditantur.

Sicut enim dicit Senec. lib. de moribus: *Prudens si fuerit animus tuus præterita recordare, præsentia ordina futura præcaue.* Dico, quod præterita, recordantur. Sicut n. serpens ita est flexibilis quod retro se potest respicere & videre in sui longe corporis tutamẽtum, sic & nos ad illa quæ iam retro transierunt, debemus oculos considerationis nostræ vertere, & ea sicut eum decet cogitare, & sic erimus, sicut illi de quibus dicitur Matt. 10. *Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ.* Ista autem præterita quæ debent recordari, sunt ista, scilicet

Beneficia quæ recepimus,
Maleficia quæ commisimus,
Aduersitatem quam habuimus,
Vilitatem qua nati fuimus.

Et sic docet recordari sapientes Eccl. 11. dicens: *In die bonorum ne immemor sis malorum.* Et Eccl. 18. *Memento paupertatis in die abundantiæ, &c.* Vide supra de memorari. Quia sicut dicitur Prou. 19. *Custos prudentiæ inueniet bona.* Vnde Pythagoras in suis præceptis dicit: *Duorum temporum habenda est cura, mane scilicet & vespere. In vno, inquit, gerenda prospice, in altero vero respice quæ gessisti.* ¶ Item B dico, quod prudentes præsentia moderantur, quia se. ad virum prudentem pertinet, quod in istis agibilibus sagaciter se habeat & discrete, quod potissime pertinet ad prælatos, qui administratione temporalium bonorum & in regimine subditorum debent prudenter & sagaciter se habere. Quia sicut dicitur Prou. 14. *Qui patiens est multa gubernatur prudentia.* Quia etiam sicut dicitur Luc. 12. *Fidelis debet esse dispensator & prudens, quem constituet dominus super familiam suam.* Sicut n. summa prudentia animalium est in hoc, quod sciunt discernere inter vtilia & nociua, vnde etiam herbas nociuas dimittunt, proficuas vero carpunt & eligunt, pericula etiam præsentiunt, & ab ipsis fugiunt & resiliunt, sic reuera summa est hominis spiritualis prudentis, quando scit ad salutem vtilia eligere, alia vero fugere & negligere, & quando scit periculum inferni & peccati cognoscere, & ab eo sagaciter resilire. Quod potissime debet esse verum de illis qui ipsa nociua & periculosa, ipsaq; vitia & peccata per experientiam cognouerunt, quia tales si prudentes sunt, à talibus præcauent & recedunt. Vnde Senec. in Prou. dicit, quod *bonum est in alieno malo fugienda intueri. Ruina præcedentium posteros docet. Cautio est in reliquis lapsus anterior. Ignauus nimis est, qui post exemplũ inuenitur incautus.* Indemnis est castigatio q̃ persuasiones sũt exempla, quia *fœlix quẽ faciũt aliena pericula cautum.* Teste n. sapiente Prou. 14. *In corde prudentis requiescet sapientia.* Ideo Prou. 9. dicitur: *Relinquite infantiam, & viuite & ambulate per vias prudentiæ.* ¶ Item dico, quod viri pru- C dentes futura seu sequentia meditantur. Quia sicut animalia quodam instinctu naturæ aliquando prognosticant de futuris, sicut de aue quæ dicitur mergus, legimus, quod futurã tempestatem præsentit, & ideo cũ magno clamore fugit ad littus (Vnde etiã nautæ tunc futuram grauem tempestatem secund. Isid. in mari sciunt, quando mergi ad littora confugiunt) sicut etiam de taxo & formica legimus, q̃ tẽpus futuræ hyemis naturaliter

prævidens, & ideo in æstate victualia accumulant atque parant, inter apes etiam aliquæ sunt quæ vigiles seu excubias ordinant, quæ futuros imbres & concursus temporum speculantur, sic proculdubio charissimi ad nos pertinet futura tempora prævidere, & contra futuram famem & tempestatem mortis, iudicij & inferni, victualia gratiarum & virtutum quærere, & de remedijs prævidere: teste enim Greg. *Minus iacula feriunt quæ prævidentur.* Et sic bene loquitur Isid. quod prudens dicitur quasi procul videns vt sic tales videantur audiuisse illud Pr. 2. *Prudentia servabit te vt eruaris à via mala.*

D ¶ Et sic breuiter si præterita cogitauerimus, si præsentia ordinauerimus, si futura præcognouerimus, dico quod prudentes & sapientes erimus, si prudentum conditiones habebimus. Circa quæ notare possumus, quod sapientes seu prudentes apparent in istis videlicet.

In mandati impletione,
In tacendi discretione,
In cordium cognitione,
In virium perfectione,
In modesta locutione,
In pudica conditione,
In clementi compassione,
In patienti correctione,
In fulgenti conuersatione,
In temperata maceratione.

Dico ergo, quod prudentes cognoscuntur in mandatorum completione, seu in obedientiæ subiectione. Vnde Ps. 118. *Prudentem me fecisti mandato tuo, quia lex tua meditatio mea est.* Item in taciturna discretione Eccl. 19. *Est tacens, & ipse est prudens.* Et Pr. 11. *Vir autem prudens tacebit.* Ista est enim vera conditio sapientis sc. taciturnitas & silentium. Vnde quæsitum est à quodam Philosopho *qualiter deberet stare inter sapientes.* Respondit. *Serua silentium.* Vnde Amos 5. *Propterea prudens in tempore illo tacebit, quoniam dies mali sunt.* Item in cordium cognitione, quia ad virum prudentem pertinet inuestigare & cognoscere cogitatus & desideria aliorum. Vnde Prou. 27. *Quomodo in aqua resplendent vultus prospicientium sic corda hominum manifesta sunt prudentibus.* Item in virium perfectione, vnde Sap. 6. *Melior est sapientia quam vires, & vir prudens quam vir fortis.* Item in modesta locutione. Vnde Eccl. 21. *Verba prudentium statera ponderabuntur.* Item in pudica conditione. Vnde 1. Tim. 3. *Oportet Episcopum esse prudentem, & pudicum.* Item in clementi compassione. Vnde Mat. 25. *Prudentes vero virgines acceperunt oleum secũ.* Oleum vero pietatem & compassionem designat. Item in gratiosa correctione Eccl. 10. *Vir prudens & disciplinatus non murmurabit correctus.* Item in honesta conuersatione. Vnde Eccl. 21. *Ornamentum aureum prudenti.* Item in temperata maceratione. Vnde 1. Pet. 4. *Estote prudentes, sobrij. &c.* Et sic igitur patet in quot & quantis homo debet esse prouidens seu prudens, &c. Vide in multis tit. vbi de discretione agitur. Vide etiam de Sapientia, & supra de Consideratione, &c.

A **Prunæ.** Nota quod prunæ sunt carbones ardentes, & quia supra de ardere, igne, calore, carbone & similibus satis dictum est, non oportet quod circa prunas plurimum, seu etiam quod cum Petro diu sedeamus ad prunas. Solum ergo nota quod est dare

Prunas { Tentationis, Dilectionis, Afflictionis, Damnationis.

¶ Primo igitur dico, quod sunt prunæ tentationis, quas dæmon succendit. Dæmon enim est quasi faber qui prunas ardentium affectionum nostrarum, follib. malarũ suggestionum sufflat, & sic mentes nostras igne iræ, luxuriæ & auaritiæ inflammat, & tunc ipsas in quamcunque malam formam mutat. Vnde de diabolo dicitur Iob 41. quod *halitus eius flammas ardere facit, & flamma de ore eius egreditur.* Mala enim multa desideria, terrenorum etiam cumulata subsidia, mulierum gestus, nutus & colloquia, malorum societas & consortia, prunę sunt, quib. dæmones mentes igniunt & incendunt, quando s. flatum suæ suggestionis adhibent & impendunt. Esa. 41. *Faber ferrarius lima operatus est in prunis.* Nonne petrus sedens ad prunas Christum negauit? Vix enim est qui Christum peccando neget, qui ad prunas istas per affectum & attentionem sedet. Vnde Pr. 6. *Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, vt vestimenta illius non ardeant, aut ambulare super prunas, vt non comburantur plantæ eius?* Istæ ergo [illegible] tentationis, quas dæmon succendit. ¶ Secundo dico, quod sunt prunæ dilectionis, quas Deus impendit. Virtus enim charitatis & sancti spiritus feruor ignis seu prunæ sunt, quib. mentes filium calescunt, & quas spiritus sanctus spiritualiter accẽdit, prædicator vero ipsas insufflat & extendit Esa. 54. *Ego creaui fabrum sufflantem in igne prunas, & proferentem vas in opus suum* Vt sic ita spirituali fabro, scil. bono prædicatori prunas amoris & charitatis per verb. succendenti dicatur illud Eze. 10. *Ingredere* inquit *in medio rotarum quæ sunt subter Cherubin, & imple manum tuam prunis quæ sunt inter Cherubim, & effunde super ciuitatem.* Cherubin qui interpretatur plenitudo scientiæ, significat angelos & beatos totæ vero scripturam sacram designant, inter quas procerto prædicator, studendo & cõtemplando debet intrare, & ibi prunas & ignem charitatis haurire, indeque manum suam per bonam operationem implere, & ciuitatem, i. e. populum cum prædicando per verb. inflammare, & de olla rubiginosa, i. de anima peccatrice dicatur illud Eze. 24. *Pone eam super prunas vacuam, vt incalescat æs eius, & liquefiat.* Tales prunas consulit scriptura habere & succendere, & inimicis nostris dare, dicens, se Pr. 25. *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitierit, da ei aquam bibere Prunas enim super caput eius congregabis, & dominus reddet tibi.* Prunas dico, sc. amoris in eo generabis. Sed pro hodie prunæ charitatis (quod dolendum est) deficiunt, flammæ vero cupiditatis & luxuriæ, iræ etiam & auaritiæ & inuidiæ valde crescunt. Vnde Esaiæ 47 dicitur *Non liberabunt* inquit *animas suas de manu flammæ, non sunt prunæ quibus calefiant, & focus vt sedeant ad eum* Istę sunt ergo prunæ dilectionis quas Deus impendit. ¶ Tertio dico, quod sunt prunæ vexationis C seu tribulationis, quas mundus effundit. Istæ enim sunt prunæ, quibus mundus coquit bonos. Figuratæ, scilicet Io. 21. vbi dicitur, quod *ipsi viderunt prunas positas, & piscem superpositum, de quo legitur,* scilicet *Christum comedisse.* Quia reuera Christus illos sibi incorporat & comedit, quos ignis tribulationis decoquit & comburit.

¶ Quarto vero potest dici, quod sunt prunæ damnationis, D quas infernus diffundit, sci. super illos qui illuc mittuntur & damnantur. Figuratæ, s *arula plena prunis, quam Ioachim Rex ...,* i. diabolus. *coram se habebat,* sicut dicitur Hier 36 Sic igitur patet, quomodo prunæ diuersimode possunt sumi.

A **Prurire. Prurigo.** Cum prurigo sit illa caruis impetigo, seu etiam scabies exterioris cutis quę delectationem generat & pruritum, quem tamen dolor sequitur & punctura. posset dici. quod prurigo signat omnia mala desideria, & potissime carnis illicitos appetitus, ex quibus punctura mortis æternæ sequitur, post hanc vitam. Omitto tamen, quia non sunt authoritates. Vide vbicunque fit mentio de Delicijs, &c.

A **Psallere. Psalmus.** Nota, quod Psallere idem est quod cantare, laudare, & exultare. Psalmos dicere, vel cum Psalterio iubilare. Quia tamen de cantico, laude, iubilo gaudio multa dicta sunt, ideo pauca de Psallere sunt dicenda. Dico igitur quod nos inuenimus varium

Psallere quod est { Iustorum, Doctorum, Stultorum.

Iusti Psallunt Dominum laudando Ps. 46. *Psallite Deo nostro psallite, Psallite regi nostro, Psallite. Quoniam omnis terra Deus. Psallite sapienter.* Item docti Psallunt virtutes hortãdo. Vnde in Ps. 9 *[Psallite] domino qui habitat in Sion, annunciate inter gentes studia eius* Item [stul]ti Psallunt vana decãtando. Psal. 68. *In me psallebant qui bibebant vinum.*

¶ His ergo præmissis dic, quod generaliter nos debemus Psal- B lere videlicet,

Vt hostem fugemus,
Vt sanctos vtemus,
Vt Deum laudemus.

Ad ista enim tria valet principaliter melodia seu cantus Ecclesiast. & Psallere catholicum & deuotum. ¶ Primo ergo dico quod Psallere valet ad hostem fugandum & superandum: diabolus enim cum sit desperatus & tristis, non libenter manet vbi videt lætitiam spiritualem, cantum & Psalmum laudis diuinæ, & gaudium in Spiritu sancto. Exemplum habemus de Saul, qui arreptus dæmonio, tunc liberabatur, quãdo in ipsius præsentia David Psallebat, & cũ cithara modulabatur, sicut habetur 1 Reg. 16. Vbi ibidem dicitur: *Vide filium Isai Bethleemitem scientem Psallere.* Vbi etiã

supra

[illegible] o bene consulitur Eph. [illegible] *Nolite, inquit, inebriari vino, in quo est luxuria, sed implemini spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in psalmis & hymnis & canticis spiritualibus cantantes & psallentes in cordibus vestris domino.* Valet igitur nostrum Psallere ad [illegible] fugandum & superandum. ¶ Secundo dico quod Psallere valet ad sanctos orandum. Psallendo enim Deum & sanctos [illegible], & eorum gratiam impetramus. Nonne videmus [illegible] nobiles & magnates volunt habere coram se illos qui bene [illegible] Psallere, & melodiam facere, & maxime poetos & [illegible] ipsisque, sic Psallentibus solent vestes & iocalia [illegible], & eos secum libenter habere? Sic vere Deus & sancti [illegible] do coram eis Psallunt, si tamen pueri, id est, puri & [illegible] benter vident & audiunt, & vestes suas, id est, [illegible] seu gratiam eis induunt, & virtutum iocalia illis [illegible]. Bene ergo consulit scriptura, dicens in Ps. 65. *Omnis terra adoret te Deus, & Psallat tibi. Psalmum dicat nomini tuo.* Et Iac. [illegible] *aliquis vestrum? oret aequo animo, & Psallat.* Bene ergo dicit [illegible] 1. Cor. 14 *Quid ergo? orabo spiritu, orabo & mente, Psallam spiritu, Psallam & mente.* Valet igitur Psallere, videlicet ad Deum [illegible] seu placandum. ¶ Tertio dico, quod Psallere valet ad [illegible] dandum & honorandum. Deus enim a creatura sua [illegible] & magnificari, & Psalmis & Psalterijs exaltari. Vnde [illegible] dicitur 32. *in Psalterio decem chordarum Psallite illi.* Et [illegible] quod Deo debemus Psallere, & eum laudare, quia est

Sanctus ad conseruandum,
Rectus ad iudicandum,
Altus ad imperandum,
Promptus ad adiuuandum,
Mansuetus ad miserandum,
Assuetus ad praemiandum.

[illegible] Psallimus Domino, quia sanctus est sine iniquitate. Vnde [illegible] Psalm. 70. dicitur. *Psallam tibi in cithara sanctus Israel.* Item quia [illegible] est sine peruersitate. Psal. 32. *Bene Psallite ei in vociferatione, quia rectum est verbum Domini.* Item quia altus & pollens sublimitate etiam regali dignitate Ps. 9. *Laetabor & exultabo in te: Psallam nomini tuo altissime.* Et alibi: *Quoniam Rex omnis terrae Deus, Psallite sapienter.*

Item quia promptus est, scilicet ad adiuuandum, pollens [illegible] tate Psalm. 58. *Adiutor meus tibi Psallam, quia Deus susceptor meus es, Deus meus, misericordia mea.* Item mansuetus est, plenus benignitate Psal. 134 *Psallite nomini eius, quoniam suaue est.* Item quia [illegible] est in omni largitate seu liberalitate, scilicet, sanctos in [illegible] remunerando. Vnde Abac. 3 dicebat ille: *Dominus, inquit, [illegible] mea, & ponet pedes meos quasi ceruorum. Et super excelsa deducet me victor in Psalmis canentem.* Et si vis dic quod Psallendum est scilicet

Pure seu nitentes,
Docte seu prudenter,
Laete seu gaudenter,
Feruenter & diligenter.

[illegible] nitenter & pure dico, quia cum puritate Psalm. 100. *Psallam & intelligam in via immaculata quando venies ad me.* Prudenter & cum [illegible] gitate. Vnde illud praedictum Psalm. 46. *Psallite sapienter, regnabit Deus super gentes.* Gaudenter insuper & cum iucunditate. Psal. 97 *Psallite Domino in cithara, in Psalterio decem chordarum psal[illegible]* Feruenter etiam seu diligenter & cum sedulitate Psalm. 56. *[illegible] psalterium & cithara exurgam diluculo. Confitebor tibi in nationibus [illegible], & psalmum dicam tibi in gentibus.* Haec igitur sufficiant [illegible] lere seu Psalmo, &c.

## [P]tolomaeus. Ptolomaida.

Nota, quod Ptolomaeus fuit nomen [illegible] apud Aegyptios & ad Syrios. Ptolomaida nomen [illegible] in patria palaestinae, quia scilicet dudum dicta fuit [illegible] postea Ptolomaidas, postea tempore Christianorum [illegible] Acon, quam Soldanus Babyloniae Saladinus destru[illegible] interpretatur autem Ptolomaeus ad mensuram reducens seu [illegible] iorum reducta. Prosequere sicut volueris si occurrat, [illegible] seu gratia breuitatis.

## [P]ublicanus.

Nota, quod publicanus in scriptura dicebatur ille qui publicum negotium admi[illegible], sicut erant publici vsurarij & mercatores, vel qui pub[illegible] quebant, sicut erant lenones & meretrices. Quia ergo [illegible] tales publicani passim ad Christum conuerte[illegible], [illegible] qui iustiores caeteris credebantur, ad Christum renuebant conuerti, & in suis malitijs obstinabantur, videtur quod per publicanos possunt intelligi homines poenitentes & se & publica vitia & negocia dimittentes, & se ad Christum summum rectorem reipub. conuertentes. Tales enim

Publicani {
Peccata corrigunt,
Mundana negligunt,
Dominum eligunt,
Propria porrigunt,
Christo se coniungunt,
Gloriam colligunt,
Ad caelum emergunt.
}

¶ Primo dico, quod peccata corrigunt, quia reuera illi qui B
quandoque grauiter peccauerunt, solent profundius poenitere, fragilitatem suam melius cognoscere, seipsos viles & indignos reputare, & sic maiorem gratiam impetrare. Isti ergo se solent lachrymis abluere, sua solent pectora percutere, aliena restituere, & sic Christi societatem & gratiam acquirere, & alios qui tantum non peccauerunt in gratijs praecedere, & eis in virtutibus praeualere, sicut in Petro, Paulo, & Magdalena potuit apparere. Lachrymis ergo se lauant & abluunt Luc. 3 *Venerunt publicani ad Iesum vt baptizarentur.* Item pectora sua tundunt & percutiunt Luc. 18. *Publicanus longe stans nolebat ad caelum oculos leuare, sed percutiebat pectus suum, dicens: Deus propitius esto mihi peccatori.* Et sequitur, *& iste descendit in domum suam iustificatus. Quia omnis qui se humiliat exaltabitur.* Contrarium vero fuit dictum de Pharisaeo se iustificante, vt patet ibidem. Item aliena reddunt, & restituunt, sicut de Zachaeo publicanorum principe legitur Luc. 19. quomodo, scilicet ipse Christum gaudens recepit, & dixit *Si quem defraudaui, reddo quadruplum.* Item alios praecedunt in virtutibus & praeueniunt Matt. 21. *publicani & meretrices praecedunt vos.* Isti igitur peccata solent corrigere. ¶ Secundo dico, quod isti munda- C
na solent dimittere. Exemplo scil. illius Leui publicani qui sedebat in telonio: *Cui dixit Iesus: Sequere me, qui statim relictis omnibus secutus est eum*, sicut dicitur Luc. 5. ¶ Tertio dico, quod isti domi- D
num solent eligere, ipsum scil. & doctrinam ipsius audiendo & faciendo, sibi credendo & obediendo. Vnde Luc. 15. dicitur quod *publicani erant appropinquantes ad Iesum vt audirent eum.* Et Mat. 21. dicitur quod *publicani & meretrices crediderunt ei.* ¶ Quar- E
to dico, quod propria solent porrigere. Sicut Zachaeus publicanus legitur Christo dixisse Luc. 19. *Ecce, inquit, dimidium bonorum meorum do pauperibus, &c.* ¶ Quinto dico, quod isti Christo se so- F
lent coniungere, & ipse etiam publicanos solet diligere. Vnde etiam Matth. 11. *Pharisaei vocabant eum peccatorum & publicanorum amicum.* Vnde Luc. 5. dicitur, quod *publicanus fecit Iesu conuiuium in domo sua, & erat ibi turba multa peccatorum & publicanorum & aliorum qui cum illis erant discumbentes.* ¶ Sexto vero dico, quod isti ad G
paradisum solent emergere, & etiam gloriam caelestem obtinere seu colligere. Vnde Marc. 2. dicitur, quod *publicani & peccatores discumbebant cum Iesu*, scilicet, in gloria paradisi. Nullus enim est ita peccator quin si poenitere vult, ipsum recipiat, & quin ad recumbendum secum in paradiso ipsum finaliter admittat. In quo etiam nos docemur, quod nullum quamuis peccatorem debemus contemnere, sed si poenitere voluerit, ipsum orare & recipere, & viam vitae sibi pro viribus demonstrare, vt sic de quolibet dicatur illud Luc. 7. *Venit filius hominis:* Sequitur: *peccatorum & publicanorum amicus.*

## Publicus.

Nota, quod nos inuenimus generaliter lo- A
quendo, multiplex publicum, vnum scilicet

Publicum quod {
Quaerit veritas,
Petit falsitas,
Cupit vanitas,
Vult fatuitas,
Timet prauitas,
Regit aequitas.
}

Primum est publicum quod iustus diligit,
Secundum est publicum quod fucus eligit, sc. hypocrita;
Tertium est publicum quo vanus se erigit,
Quartum est publicum quo peccator emergit,
Quintum est publicum quod impios constringit,
Sextum est publicum quod pluribus contingit, scil. Respublica.

¶ Dicamus igitur, quod est vnum publicum quod vir iustus solet diligere. Et istud est publicum veritatis, quae scil. non quaerit angulos nec occulta, sed semper palam & publice vult videri.

Est enim veritas similis cuidam aquæ in Thessalia, quam secundum Senecam vbi tractat de naturalibus quæstionibus feræ & pecora deuitant, quæ etiam nec arbusta nec herbas alit, & per ferrum & æs exit, tanta vis illi inest dura molliendi. Similis est etiam aquæ Stygi, quam Pli. lib. 30. ca. vlt. in fine, tantæ dicit esse penetrabilitatis, quod nullum vas ipsam tenere potest quo sacat nisi factum sit de vngulis aut soleis iumentorum. Reuera inquam charissimi talis aqua videtur esse veritas. Ista n. feræ & pecora, i. omnes malæ personæ solent fugere & timere. Ipsamq; pro eo quod nullum ferrum & æs, i. nulla ferrea durities ipsum quin in publicum exeat possit tenere, solet vitare pariter & horrere. *Omnis*, inquit, *qui male agit, odit lucem*, sicut dicitur Io. 3. Herbas n. & arbusta, i. falsitatum & simulationum vmbracula non diligit neq; nutrit, quia sc. palam & publice apparere & exire contendit. Veritas n. non quærit angulos. Quod certe simili modo viri iusti & veridici faciunt, quia sc. isti publice viuere & in publicum exire volunt, & omnia falsitatis latibula fugiunt & di-
B mittunt. ¶ Iusti enim volunt

Publice { Parere, vel ambulare,
Docere vel prædicare,
Mordere vel castigare. }

Publice inquam viuere vel exsistere. Constat n. quod iusti cum non committant aliqua, propter quæ verecundari debeant aut timere, aut quæ sint turpia vel pudenda, bene volunt palam & publice videri, vt sc. bona ipsorum opera vel exempla possint ab omnibus intueri, similes sc. illis populis Moschorũ qui dudum fuerunt in Asia, quorum mos erat in publico comedere concumbere & viuere, & in occulto nihil facere, sed aperte, vt dicit Pomponius in sua Cosmographia, quod sc. faciebant (vt aiunt) ad omnem luxuriam & victum superfluum & quæquia inhonesta opera euitanda. Quod etiam ponit Iustinus de Lycurgo rege Lacedæmoniorum, qui legibus suis cauit, quod omnes in publico viuerent vel cœnarent. Et ideo cœna dicitur à cœnon quod est commune, pro eo quod antiquitus cœnabatur in publico vel communi, vt dicunt Isid. & Papias. Constat n. quod via publica magis vt communiter est idonea quam sequestrata. Sic vere via & vita communis est secretis vijs & conuenticulis & particularib. singularitatibus præferenda. Ideo filij Israel dicebant Num. 20. *Via*, inquiunt *publica & regia gradiemur, nec declinabimus ad dextram aut ad sinistram*. Quod tamen est contra superstitiosos & singulares in religione, qui vitam communé tenere nolunt, sed particulares abstinentias facere quærunt. Non sic ergo iusti, quia certe iusti volunt publice parere vel ambula-
C re. ¶ Deinde dico quod isti volunt publice docere vel prædicare. Scientiæ n. bonæ & licitæ docentur tanquam apertis, malæ autem & suspectæ non. Iden Apostoli Christi fidé publice docuerunt, & prędicando publicè protulerunt. Vnde de Apollo, discipulo Pauli, dicitur Act. 18. quod *vehementer reuincebat, osten-*
D *dens publice per scripturas esse Iesum Christũ*. ¶ Deinde dico q; isti volũt publice mordere vel castigare. Melius n. valet publice corrigere quam occulte detrahens atq; mordens. In lege o. *ille qui de die furabatur, impune non occidebatur. Si vero de nocte furaretur & poterat apprehendi, impune poterat occidi*, sicut dicitur Exod. 22. In quo certe notari potest, q; illa quę de die, i. in publico fiunt, minus reprehendenda sunt si mala sunt, quam ea quæ fiunt in occulto. Sed per consequens e conuerso, ille qui bona publice facit, illũ qui de nocte, i. in occulto bonum peragit, antecedit. Melior est igitur qui amicũ publice corrigit, quam qui occulte detrahit & offendit. Ideo bene dicitur Leu. 19. *Non oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publice argue eum, vt nõ habeas contra eum peccatum*. Patet igitur, quod est vnum publicum, quod vir iustus solet diligere.

E ¶ Secundo principaliter dico, quod est vnum publicũ quod vir fictus solet eligere. Et istud certe est illud apertum & palam, manifestum & publicum, quod hypocritę, iactatores, vanigloriosi, curiosi semper quærũt, qui sc. pro laudib. humanis habendis opera sua in publico facere & videri volunt. Omnia o. opera sua faciunt vt videantur ab hominib. Contra illud Mat. 6. *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominib. vt videamini ab eis*. Et tamen constat quod inanis gloria euacuat merita omniũ operum pro ea confectorum. Coruscatio n. (vt dicit Plin.) impedit concipi margaritã. Nam quando conchylæ seu concha marina hausto rore margaritam solet cõcipere, si tunc fit coruscatio, solet conceptum penitus impedire. Coruscatio charissimi, quæ nihil aliud est quam vana claritas subito parens & deficiens, propalationem & manifestationem [illegible] signat, quam sc. homo facit, quando ad vanã [illegible] Vnde etiam hypocritis & vanigloriis dicitur illud Ps. 76. [illegible] *ruerunt coruscationes tuæ orbi terræ. Vidit & commota est terra*. Per margaritam vero quæ pretiosus lapis est, merita signantur, quæ cõmuniter pro bonis operibus reportantur. Quia pro certo coruscatio inanis glorię seu hypocrisis & iactantiæ, & [illegible] ois vanæ & nullius existentię in tali conceptione & bonorum operum emissione contingit, totum negotiũ maculat atq; [illegible] git, & totam conceptionis victoriam, totamq; gratię & meriti potentiam impedit, destruit & extinguit. *Amen dico vobis*, [illegible] Saluator, *receperunt mercedé suam*. Mat. 6. Et breuiter ista [illegible] tas, q; hypocritæ in publico vultu apparere bon[illegible] & in occulto vero mali, similes quibusdã aquis Arcadiæ, quas Plin. d[illegible] biguæ esse naturæ, quia sc. de die potatæ non lædunt, de [illegible] vero potatæ occidunt. Quia pro certo hypocritarum opera die & de nocte in publico & in occulto sunt alia & alia [illegible] in publico non lædunt, sed in occulto poniunt. Quia si qu[illegible] biberit, & sibi per imitationem incorporauerit, qualia [illegible] publico & in die, non læduni cum sint bona. Si quis ve[illegible] qualia sunt de nocte, i. in secreto & in occulto, biberit seu imitatus fuerit, tunc dico spiritualiter occiditur, & vita gratiæ spoliatur. Quia sicut sicut dicitur Ioan. 11. *Si quis ambulauerit de die, non offendit, quia lucem huius mundi videt. Si vero ambulauerit in nocte offendit, quia lux non est in eo*. Patet ergo, quod est vnum publicum quod vir fictus solet eligere.

¶ Tertio principaliter dico, quod est vnom public[illegible] se stultus cupit eligere. Et ista sunt publica officia, beneficia, negotia, quia sc. stulti & religiosi & clerici cupiunt exa[illegible] tam, hoc certe multoties sibi in malum suum. Qua pro c[illegible] multi sunt qui priuati & simplices claustrales seu clerici per[illegible] nentes boni & virtuosi sunt, qui tandem in publicum [illegible] & exteriora officia, negotia vel beneficia administrarent, [illegible] Figuratum in Moyse signum Pharaoni monstrante, [illegible] *manus dum in sinu suo erant reposita, munda erant, exterius vero extra lepros a fiebant*, sicut dicitur Exod. 4. Ad denotandum quod q[illegible] in sinu, i. in occulto & priuato, i. e. etiã in ecclesiæ cl[illegible] ostra [illegible] vitam, iusti apud Deum & homines sunt, & ibidem [illegible] nus & opera munda fiunt Ps. 23. *In sinu meo abscondi eloquia tua, non peccem tibi*. Qui vero exterius ad publica officia & mun[illegible] prudenti, leprosi & peccatores, auari scil. luxuriosi & [illegible] mendaces & inepti faciliter existunt. Bene ergo dicitur i[illegible] 73. *Ad quid auertis manum tuam de medio sinu tuo in finem?* Istud [illegible] gitur illud publicum quo se stultus cupit eligere.

¶ Quarto vero principaliter dico, quod est vnum publi[illegible] quo peccator solet emergere. Et istud est illud quo mal[illegible] ce peccant, & quo publice de suis iniquitatibus gaudent & [illegible] ctant, & quo etiam publice alios vituperant & diffamant, & per mala dicta & exempla alios scandalizant. Isti n. [illegible] nentur ad crimen quod faciũt, imo etiam de peccato quod ipsorum malis exemplis prouocati committunt. Figuratur [illegible] xod. 20. vbi dicitur, quod ille de boue & asino perdito te[illegible] tor, qui foueam aperuerat & non clauserat, in quam bos [illegible] asinus cecidisse competebant. Quia pro certo si quis propria vel aliena peccata publicando, seu publice peccand[illegible] ctando, aut diffamando diuulgat & aperit, & non po[illegible] & claudit, de omni boue & asino, i. de omni persuos f[illegible] quæ occasione eius perierit, & exemplo ipsius deliquer[illegible] Deum reus erit. Nos igitur etiam si peccatores sumus, [illegible] men publice peccemus aut alios diffamemus, super o[illegible] uere debemus. Nam vt dicit Gregorius: *Peccatores tot mortibus digni sunt, quot mortis exempla ad alios transmittunt*. Et inde est publicos malefactores, sicut sunt publici homicidæ & latrones, cuilibet licet interficere, & tanquam hostes reipub. [illegible] pere vel delere. Quis pro certo illi qui peccare delectantur, ab hominibus tanquam hostes publice puniri & exterminari merentur. Exemplo sc. illius qui publice coram omnibus [illegible] ut ad scortum Madianitem, sicut dicitur Num. 25. [illegible] nees publice authoritate propria interfecit, de cuius tamen occisione non pœnam, imo gloriam reportauit. Figuratur etiam in Absalone, qui publice glorians in capillis ponderabat eos ducentis siclis pondere publico. Patet ergo quod est vnum publicum quo peccator solet emergere.

¶ Quinto vero dico. q; est vnum publicum quod peccatorem solet contingere. Et istud certe est pęna publica quam pecca-

tores

...rentur & in hoc seculo & in alio, sicut patet in illis qui ... suspenduntur, vt pœna vnius sit metus multorum. Thu... illorum qui propter peccata sua absorpti fuerunt à ... Dathan & Abiron, affixa fuerunt altari, vt publice ab o... videri possent, & eorum supplicium (ne committeretur ... celari. Sicut etiam apparebit in die iudicij de damna... crimina omnib. publicabuntur, & ipsi publice puni... de publica pœna malorum dicatur illud Mat. 6. *Publice ... ciuitatem circumducentes præcipitauerunt per muros.* Patet igitur quod ... publicum quod peccantes locet constringere. ¶ Sexto ... dico, quod est vnum publicum quod omnib. solet conuni... quod prudenter dirigere. Et istud est res publica & rei... negocia, de quib. certe infinita dici possent, sed author... est ... dicam tamen inf. litera R. quod mihi videbitur. ... Vide vbi Coram. Conspectus. Palam. Manifestum, & ...ia.

A **Pudor. Pudicitia.** Nota, quod pudor accipitur in malo & in bono. In malo accipi... o ignominiosa verecundia seu confusione, sicut cum dici... 8. *Induantur qui detrahunt mihi, pudore, & operiantur sicut ... confusione sua.* In bono vero accipitur pro gratiosa & virtuosa ... cundia & castitate, sicut cum venter beatæ virginis dici... mus pudoris. Sicut enim pudor accipitur pro verecun... ... & pro prudētia seu pudicitia, sicut Eccl. 26. *Gra... ... mulier sancta & pudorata.* Sic igitur patet quod pu... est castitas pudorosa. Hic possent dici plurima sed supra ... ste & alibi in titulis infinitis de castitate dicta sunt multi... B ¶ ... solum igitur nota, quod

... summe ... ... ad
- Prælatos & præsidentes,
- Clericos seruientes,
- Matronas Deum timentes,
- Antiquos digne viuentes,
- Bene doctos & sapientes.

Sint ergo pudici mundo prælati & præsidētes. Vnde de Episco... tur 1. Tim. 3. *Oportet,* inquit. *Episcopum irreprehensibilem esse, ... ornatum prudentem, pudicum, hospitalem.* Item sint pudici ... dicati vel seruientes, sicut sunt Religiosi & clerici. Vn... d. *Oportet diaconos similiter esse pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrum sectantes, &c.* Item pudicitiam habeāt, ... status matrimonij, sc. boni coniuges, & maxime mu... Pudicitia enim & castitas decet mulieres non solum vir..., sed etiam viduatas, viduas & matronas. Vnde ibid. *Mulie... similiter pudicas, non detrahentes, sobrias, fideles in omnib.* Item sint ... antiquitati tute fauentes, sc. homines senes. Istos enim ... decet esse castos & pudicos. Vnde ad Titum 2. *Tu autem loquere quæ decent sanam doctrinam, senes vt sobrij sint, pudici, prudentes, ... in fide & dilectione & patientia.* Item pudici sint viri literati vel sapientes. Valde enim esset indecens quod homo sapiens litera... & scient... impudicitiæ & libidini esset subiectus. Vnde ... 3. dicitur quod *illa quæ desursum est sapientia, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta &c.*

¶ Et breuiter dico, quod quemlibet fidelem Christianum de..., quod sit pudicus vel pudicitia virginali vel coniugali vel vi... Et dico pudicus non solum carnis conditione, sed men... tione & affectione, morali conuersatione, verbali lo... Vnde Phil. 4. dicitur sic: *De cætero fratres quæcunque sunt vera, ... pudica, quæcunque iusta, quæcunque sancta, quæcunque amabilia, quæ... bonæ famæ, siqua virtus in vobis est, hæc cogitate, &c.* Sufficiat gra...

A **Puella.** Nota breuiter quod per puellam potest intelligi quælibet domina vel quælibet mulier, virgo vel sā... Vnde nota quod omnis talis puella debet habere, sc.

- Verecundiam in vultu,
- Continentiam in actu,
- Decentiam in ornatu,
- Lætitiam in affectu vel affatu,
- Clementiam in effectu.

Istæ enim sunt conditiones cuiuslibet bonę puellæ, quas debent habere omnes sanctæ dominæ & etiam omnes animę Christia... ¶ Dico igitur, quod habere debet verecundiam timorosam, ... non debet esse effrænata, sed timida & verecunda. Vnde ... dicitur: *Susanna proposuit cum viri vt lauaretur ingressa est sola cū duabus puellis.* ¶ Item debet habere continentiam pudorosam Pu... ella enim debet esse virgo & carne integra & pudica. Vnde Gen. 24. *Ecce Rebecca puella decora nimis virgoque pulcherrima.* Tales puellas diligit Rex regum Deus. Vnde Hest. 2. *Quærantur regi puellæ & virgines speciosæ.* Istas enim Moyses, ... Deus ab infernali occisione præseruat, dicens Num. 31. *Puellas & omnes virgines reseruate.* ¶ Item debet habere apparentiam gratiosam, ... honestam conuersationem. Vnde 3. Reg. 1. *Erat autem Abysac puella pulchra nimis.* ¶ Item debet habere lætitiam gaudiosam, quia talis debet esse gaudiosa & læta in Spiritu Sancto, & per laudem Dei & gratiarum actionem libenter debet psallere & cantare. Vnde Zac. 8. *Plateæ ciuitatis complebuntur puellis ludentib.* ¶ Item debet habere clementiam dulcorosam, quia sc. tales debent esse piæ, misericordes & benignę, quod bene apparuit in Cremuth filia Pharaonis *quæ cum puellis lauari vellet, cernens in fiscella puerum vagientem misertæ est eius,* sicut dicitur Exod. 2. Et ideo illa puella pulchra nimis quæ pro Dauid erat procurata, vocata fuit Sunamitis. Et sic de tali puella talib. conditionibus insignita dici poterit illud, Matt. 9. Marc. 5. & Luc. 8. *Non est mortua puella sed dormit,* quia, sc. tales puellæ, i. tales bonæ personæ vel animę Christianæ non moriuntur per damnationem æternam. Imo certe ipsæ dormient per requiem sempiternam. ¶ Si ergo prædicans de aliqua iuuencula mortua dic, quod hæc mulier vel persona describitur scilicet

- A virtuali perfectione,
- A naturali solutione,
- Ab æternali successione.

Ista enim fuit virtualiter dotata, quia puella. Ista nunc est naturaliter grauata, quia tūc dormit. Ista erit æternaliter dicata, quia non est mortua. Sic ergo patet, quomodo puella accipitur in bono. ¶ Sed adhuc dico, quod puella quandoque accipitur in malo B & sic puella accipitur pro persona molli & delicata, & debili & effœminata. Vnde nota quod in scriptura inuenitur sc.

- Puella superba & præsumptuosa,
- Puella carnalis & luxuriosa,
- Puella crudelis & iniuriosa,
- Puella saltatrix & impetuosa.

De puella præsumptuosa dicitur Tob. 3. quod cum Sara increpaⅇt puellam pro culpa sua, præsumpsit eam redarguere, dicēs *Nunquid me occidere vis, sicut occidisti septem viros tuos?* De puella luxuriosa dicitur Deut. 22. *Non est inuenta in puella virginitas.* De puella iniuriosa dicitur Marc. 6. quod puella dixit Herodi. *Da mihi in disco caput Ioannis Baptistæ.* Vnde Mat. 14. dicitur, quod *caput Ioannis in disco datum est puellæ.* De puella saltatrice vel etiā garrulosa dicitur de eadem Mat. 14. quod *cum saltasset placuit Herodi similiterque discumbentib.* Ista ergo de puella sufficiant. Vide infra de virgine, vbi dicitur plenius.

**Puer.** Cū Puer dicatur quasi purus aēr, ita q. à puritate proprie denominetur, videtur quod moraliter loquēdo puer potest quamcunque puram humilem personam significare. A Et sic notabo, quod in scriptura nos inuenimus puerum.

- Præfectum,
- Perfectum,
- Infectum.

- Primus puer est Deus filius,
- Secundus puer est homo sobrius,
- Tertius puer est stultus ebrius.
- Primus ergo puer signat cœli possessorem,
- Secundus vero puer signat cœli successorem,
- Tertius autem puer signat cœli contemptorem.

¶ Primo igitur dicamus aliquid de puero cœli possessore, scl. B de Dei filio benedicto. Iste enim est

- Puer dignissimus, quia datus est à summo numine,
- Puer purissimus, quia satus à matre virgine,
- Puer mitissimus, quia prostratus in crucis sanguine,
- Puer fortissimus, quia relatus à mortis turbine,
- Puer altissimus, quia elatus in cœli culmine,
- Puer permaximus, quia dotatus æterno nomine.

Dicam igitur hunc puerū esse dignissimum tanquā summo numine nobis datum, sc. à Deo Patre, qui istum vnicum puerū & filiū nobis dedit & misit. Vnde Esa. 9. *Puer natus est nobis, & filius datus est nobis. Et erit principatus super humerum eius. & vocabitur nomen eius admirabilis consiliarius, Deus fortis, pater futuri seculi, princeps*

 *pacis,*

*paui, &c.* Istam [illegible] de [illegible]. Non videmus quod simplices dant [illegible] ducunt & [illegible] accedunt pueros suos aliis aliis pro ipsorum ser[illegible] fac[illegible], & maxime pro ipsorum pecoribus seruandis & pascendis. [illegible] vere dico, quod Deus Pater puerũ suum & filium nobis [illegible] induxit & dedit pro greg[e] seruando & pascendo. Gen. [illegible] *Ioseph pascebat gregem cum fratribus suis adhuc puer.* Quia secund. [illegible] veritatem Ioseph qui interpretatur crescens, i. Christus Dei filius qui in multiplicatione fidei sẽper crescit (iuxta illud Gen. [illegible] *Creuit puer & ablactatus est*) gregem fidelium per doctrinam pauit, & tam Iudæos quam gentiles gregi fidelium sociauit. Esa. 11. *Vitulus, leo & ouis simul morabuntur, & puer paruulus minabit eos.* Hunc ergo puerum dico sanctissimum, tanquam à summo nu[mi]ne nobis [da]tum.

C ¶ Deinde hunc puerum dico purissimum, tanquam à matre virgine nobis satum Esa. *Ecce virgo concipiet & pariet.* Quod satis apparet [in] hoc quod per stellam fulgentem quæ est res purissima, tuit puer iste demonstratus Mat. 2. *Ecce, inquit, stella quam viderant magi in oriente, antecedebat eos, vsq; dum veniens staret supra vbi erat puer.* Sequitur. *Et intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria matre eius.* Iste enim fuit sicut puer Narcissus pulcherrimus, qui videns fontem purissimum & ibi faciem suam speculans, tam decoram, lineum sui immemor se immersit, sicut dicitur Ouid. l. 33. fab. [illegible] de transformatis. Sic vere dico, quod purissimus Dei filius videns fontem misericordiæ virginem gloriosam, puram, innocentem, & claram, suamq; ibidem per deuotionem imaginem resplendentem, sui, i. e. suæ maiestatis oblitus, ibidem per carnis assumptionem se mersit, ibiq; mortuus & submersus, i. mortalis & passibilis factus fuit 3. Re. 14. *Cumq; illa ingrederetur limẽ domus, mortuus est puer.* Cum illa inquit, i. diuina natura ingrederetur limen domus, i. vterum virginalem, se. in filij incarnatione, mortuus est, i. mortalis factus est puer, i. purissimus Dei filius benedictus. Hunc ergo puerum dico purissimum, tanquam à matre virgine nobis satum.

D ¶ Deniq; hunc puerum dico mitissimum, tanquam in mortis sanguine sponte stratum. Constat n. quod *iste puer tanquam ouis ad occisionem ductus est*, sicut dicitur Es. 53. Apud Arcadea n. Ioui Lyceo & Pani Lycæo, qui à gentilib. duo numina credebantur, puer omni anno sacrificabatur, & pro salute populi mactabatur. Vnde secund. Pl. l. 8. c. 22. quidam doctor Græcus dictus Copas asserit quod quidam dictus Demarchus conuersus fuit in lupũ, pro eo quod comederat de puero Ioui Lycæo ab Arcadib. immolato, post decennium tamen iterum fuit homo factus, & de lupo in hominem reformatus & in certamine athletico apud Olympiam vbi victor fuerat, coronatus. Iste aũt ritus de puero pro salute populi morti dãdo, sicut à plurib. personis fide dignis audiui qui in illis partib. orientis fuerunt, adhuc seruatur in Chataio à magno Chan & alijs gentib. orientis, quia s. puer occiditur & assatur, & corpus diuisũ principalioribus ad vescendũ & cõmunicandũ datur, reliquus vero populus sanguine aquæ mixto aspergitur & expiatur. O quis est iste puer nisi Christus? Iste n. Ioui Lycæo, i. Deo Patri pro salute humani generis voluit occidi in cruce, sole voluit assari, corpus suum in sacramento altaris à fidelib. voluit assumi, & sanguine suo populum expiari Hebr. 2. *Pueri communicauerunt carni & sanguini.* Sed quid dicitur vltra de isto puero? pro certo dicitur quod ille Demarchus qui de carnib. pueri comedit, mutatus est in lupũ. Quid n. signat Demarchus, nisi dementem populum Iudæorum: quia s. carnes pueri Iesu dicitur comedisse, in quantũ ipsum dicitur crudeliter occidisse, & propter hoc certe in lupũ dicitur conuersus fuisse, in quantum propter peccatũ mortis Christi ad vagandũ per nemora more lupi, i. ad captiuitatem perpetuam est damnatus Gen. 42. *Dixit Ruben fratrib. suis. Numquid non dixi vobis, nolite peccare in puerum, & non audistis me? en sanguis eius exquiritur.* Lupi n. facti sunt, quia certe isti veniunt ad nos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Finaliter tamen isti in humanam speciem reuertentur, & in fine temporum lupinam dimittent effigiem, & ad fidẽ Christi & gratiam conuertentur, & victores in certamine contra Antichristum, hæreticos & dæmones triumpho nobili donabuntur Iud. 15. *Victores reuersi sunt in Bethuliam.* Sed quid vltra dicemus de isto puero? certe dico, quod quia pro nobis mortuus est, nos debemus mortẽ eius deflere, & pro ipso & eius fide mortem si necesse fuerit sustinere. Exemplo Delphini, qui pueros dicitur diligere & societatem eorũ super omnia velle. Vnde narrat Sol. [de] Hellesponto, & Pli. li. 8. c. 9. quod in Persarum historia continetur, quendam puerum à Delphino quodam taliter adamatũ quod se sibi [e]quitan[de]m præbebat, ipsumq; inter fluctus [à] portu ad aliũ deferebat, finaliter tamen tempe[state] [illegible] [or]ta, puer submergitur & moritur, & sed mortuus ad D[e]lphinum portatur. Delphinus vero quasi confite[ns] [illegible] suum, quod pro eo mortuus erat puer, morte se mol[est]am mare redire [no]lens iuxta puerum in[terij]t præ dolore. C[erte] puer iste est Christus. Delphinus vero in mari mundi [est] humanũ genus. Cum igitur inter istos fuerit à prin[cipio] amor, ita quod Delphinus, i. e. genus humanum ipsu[m] Christum vectitauerit & receperit in qua omnem [illegible] eius, sic factus est, quod iste puer Dei filius in tempest[ate] [pers]ecutionis Iudaicæ mortuus extitit & submersus 4. Re[g.] [illegible] mortuus iacebat in lectulo. Delphinus vero, i. hom[o] [illegible] pro se mortuum fuisse, debet certe de morte ipsius [illegible] te. Iuxta illud 3. Reg. 14. *Morietur puer, & planget eum* [illegible] dicendo sc. illud Genes. 28. *Puer non comparet, & ego qua[illegible]* [illegible] eo & eius fide mori si necesse fuerit se offerre dicens [illegible] Reg. 18 *Est ne pax puero Absalon.* Et sequitur: *Quis mihi tribuat vt moriar pro te fili mi Absalon?* Bene igitur hunc puerum di[c]o [mitissi]mum, tanquam in crucis margine morte stratum. ¶ Insuper ve[ro] hunc puerum dico fortissimum, tanquam à mortis turb[ine re]paratum. Iste enim puer à mortuis resurrexit. Vnde 4 R[eg.] 4. *[O]scitauit puer septies & aperuit oculos,* & c. 5. *Restituta est caro eius sicut caro pueri.* & Act.: *Adduxerunt puerum viuentem.* Vide vb[i] C[hristi] resurrectio supra. ¶ Rursum hunc puerum dico altiss[imum], quasi in cœli culmine sublimatum, scilic. in ascensione. Vide 1. Regum. 1. *Puer autem proficiebat atque crescebat.* *Creuit [enim] & exaltatus est vsque in cœlum per ascensionem*, vide supra vbi C[hristi] ascensio.

¶ Postremo hunc puerum dico permaximum tanquam æte[r]no nomine prædotatum. Constat enim quod nomen, [l]a[u]des & magnificentia huius pueri semper multiplicatur. Figuratus in Samuele, qui nominatus interpretatur, de quo dicitur Reg 2. *Magnificatus est puer Samuel apud Dominum.* Vide supra nomine. Sic igitur patet quomodo iste puer est insignitus præclaro nomine. Alte situs cœli culmine. Restauratus à mortis turbine. Morte stratus in crucis margine. Mundo satus à matre virgine. Nobis datus à summo numine. ¶ Iste est igitur puer quẽ debemus semper inquirere Mat. 2. *Interrogate diligenter de puero.* Quem debemus suscipere, Luc. 1 *Suscepit Israel puerum suum recordatus misericordiæ suæ.* Quem etiam debemus tanquam nostru[m] diligere & eligere, dicentes s. quilibet illud Mat. 12 *Ecce puer [me]us quem elegi, dilectus meus, in quo bene complacuit animæ meæ.* Patet [igi]tur aliquid dictum esse de puero cœli possessure. ¶ Secũdo [prin]cipaliter dico, quod dicendum est aliquid de puero cœli [posses]sore, sc. de viro puro & iusto, qui finaliter in cœli hereditate succedit sicut puer, multiplici ratione, quæ sc. ostenditur in illa authoritate quæ scribitur Io. 6. *Est puer vnus hic.* Vbi sc. ostenditur quod est, vt communiter.

Cæteris longior in duratione,
Cæteris pulchrior in aspectione,
Cæteris simplicior in intentione,
Cæteris promptior in subiectione.

Et sic dico, quod spiritualiter loquendo puer, i. iustus seu vir perfectus debet esse

Durans & stabilis. (Est inquit) quod sc. durationem sig[nat].
Pulcher & habilis. (Puer inquit) i. purus & mundus.
Simplex & humilis. (Vnus) i. simplex & non duplex.
Promptus & nobilis. (Hic inquit) i. præsens.

¶ Sit igitur iste puer durans & stabilis plenus constanti[a] enim naturaliter diutius durat & viuit quam homo senex. [Sic] iustus & perfectus magis perseuerat in bono quam in [illegible] quod ostenditur in verbo est, quod signat durationem p[erseueran]tem non deficientem. Vnde Deus potest dicere de quoli[bet] illud 1. Par. 22. *Salomon filius meus puer paruulus est*, vt & hic dica[t il]lud Hier. 1 *puer ego sum.*

¶ Item sit iste puer pulcher & habilis, plenus decentia. Et ostenditur in verbo puer, i. purus aër, qui sc. pulchrior est & [ma]gis placet quam turbidus. Quia reuera vir perfectus est mundus, speciosus & decens, & hominibus gratiosus & [illegible] Allega si vis illud quod prædictum est de puero & Delp[hino] pone quomodo munditia puerilis placet etiam animali[bus] delib. atque feris sicut etiam de leone legitur, quod, sc. pueris & mulieribus parcit, sicut iam pluries fuit dictum & factum. Pone etiam de alijs feris, sicut de Lupa, quæ Remum & Ro[mulum]

pueros

feris expositos ad vorandum, lactare inuenta est & nu-trire, ut ponit Titus Liuius. Cuius simile ponit Iustinus de rege Persarum. & Chronica de Henrico Tertio vel Quarto imperatore Romano, qui omnes in iuuentute à feris nutriti sunt, & ab hominibus vt morerentur expositi, à feris seruati fuerunt, & tandem ad alta imperia sublimati creuerunt. Sicut enim prouidentia per varia media effectus suos solet introducere, sic etiam per feras animalia solet innocentes à periculo liberare. Deus enim occulte custodit illum quem ad aliquem magnum statum promouere intendit, dicens scil. 2 Reg. 18. *Custodite mihi puerum Absalom.* Igitur spiritualis puer debet esse pulcher & honestus plenus decentia, puer inquit.

¶ Item sit talis puer simplex & humilis, carens malitiis. Constat enim quod pueri non sunt malitiosi nec duplices, sed intentione plani & simplices, & inde est quod pueri faciliter decipiuntur, quia scil. sicut nullum vellent decipere, sic etiam alios credunt fideles facere opinantur. Teste enim Aust. Pueri sua innocentia alios mensurant. Sic vere viri iusti sine malitia volunt esse, nullumque quærunt decipere, nec etiam ne decipiantur cauere, quod ostenditur cum dicitur, Vnus q. d. non duplex sed simplex, sed simplex, innocens & sincerus. Vnde Iud. 13. *Erit enim puer Nazaræus Domini.* Vnus inquit Eccl. 4. *Vnus est, & secundum non habet.* Vnde 1. Reg. 26. *Ecce,* inquit, *hasta regis, & transeat vnus de pueris, & tollat eam.* & 1. Reg. 9. *Tolle tecum vnum de pueris, & consurgens vade & quære asinas.* Vnitas enim & puer & asina simplicitatem designant. ¶ Item sit etiã talis spiritualis puer promptus & agilis, sine pigritia scil. obediendo & obsequendo, diligenter bonum agendo. Quod scil. ostenditur cum dicitur hic, quod est aduerbium loci, significans pœnitentiam personalem. Ad denotandum quod sicut pueri sunt naturaliter mobiles & agiles propter virtutem caloris ignei in quo plurimum sicut vigentes, sic viri iusti per obsequium, obedientiam & diligentiam omnibus volunt esse præsentes. Hic inquit, quia videlicet ignis charitatis quo feruent, ipsos facit ad obediendum agiles, & ad omnia bona opera diligentes. Hic inquit. Vnde Gen. 22. *Dixit Abraham ad pueros. Expectate hic cum asino, ego & puer illuc properantes adorabimus,* expectate inquit hic, vt scilicet semper præsentes inueniri possitis ad obediendum, obsequendum, & operandum. Sic ergo patet quomodo spiritualis puer, id est, vir perfectus debet esse velox & agilis & laboriosus, simplex & humilis, non malitiosus, pulcher & habilis, non despectuosus, durans & stabilis, non defectuosus. Et sic bene dictum est (vt videtur) de eo, *Est puer vnus hic.* Vide de vnus, de esse, & de hic localiter & aduerbialiter, & si vis pone hic duodecim bonas conditiones quæ de puero ponuntur supra vbi paruulus. Inuenies contrarium de malis & immundis pueris, sicut ibi. Sic ergo dicam quod talis bonus puer spiritualis debet promoueri & exaltari, honorari & sublimari, & ad dignitatem temporalem & æternalem eligi, præfici, & leuari, vt sic de bono electo dicat Dominus illud Matt. 12 *Ecce puer meus quem elegi,* & illud Marc. 9 *Accipiens puerum statuit eum in medio.* Vbi certe talis electus commendatur puer, vt supernaliter eleuatus. Accipiens inquit scil. Deus. Vt virtualiter confirmatus. Statuit enim inquit. Vt regulariter adæquatus in medio. Vide de quolibet in titulo suo. In illa autem parte. *Ecce puer meus, &c.* Ostenditur quod hunc Deus præsentat. Ecce. Hunc Deus adoptat. *Puer meus.* Hæc igitur de bono puero & singulari sufficiant. ¶ Quia tamen in scriptura per pueros, familiares & seruitores intelliguntur, possumus notare quod multi mali pueri hodie inueniuntur, scilicet

Pueri {
- Blasphemi & iniuriosi,
- Superbi & ambitiosi,
- Debiles & defectuosi,
- Carnales & luxuriosi,
- Discordes & litigiosi,
- Ludentes & solatiosi,
- Ignorantes & obliuiosi,
- Pereuntes & luctuosi.

De blasphemis & iniuriosis dicit Dominus 4. Reg. 19. *Pueri regis Assyriorum blasphemauerunt me.* De superbis ambitiosis, qui scilicet semper quærunt aliis dominari dici potest illud Esa. 3. *Dabo pueros principes eorum, & effeminati dominabuntur eis.* De debilibus & defectuosis qui scil. carent omni fortitudine & virtute, dici potest illud Esa. 40. *Deficient pueri & laborabunt, &c.* De carnalibus & luxuriosis, seu etiam de lenonibus & pernitiosis, qui, sc. alienæ luxuriæ, potest dici illud Hest. 2. *Dixerunt,* inquit, *pueri & ministri regis quærantur regi puellæ virgines speciosæ.* De discordibus & litigiosis potest dici illud quod de pueris Ioab & Abner dicitur 2. Reg. 2. *Surgant pueri, & ludant coram nobis,* sequitur, quod *vnusquisque apprehendit caput comparis sui, & transfixit gladio latus contrarij aperuit, & mortui ceciderunt simul.* Constat enim quod ludi talium puerorum in mortem & discordiam sæpissime terminantur. De ludentibus autem & ludibriosis, qui nullis vacant nisi fatuis & ineptis solatijs hoc modo, dici potest illud Luc. 7. quod, scil. *similes sunt pueris sedentibus in foro, & loquentibus ad inuicem & dicentibus. Cantauimus vobis, & non saltastis, &c.* De ignorantibus & obliuiosis dicitur Sap. 12. *Tanquam pueris insensatis iudicium in derisum dedisti.* contra illud 1. Cor. 14 *Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote.* De pueris vero finaliter pereuntibus, id est, de peccatoribus temporaliter & æternaliter morientibus potest dici illud Thren. 5. *Pueri in ligno corruerunt* Et Baruc. 4. *Neque puerorum miserti sunt,* sc. dæmones. Imo etiam dicitur 1. Mach. 1. *Suspendebant pueros à ceruicibus* Et Iob 1. *Irruerunt Sabei tuleruntque omnia & pueros gladio occiderunt.* Sabæi qui interpretantur captiui, sunt dæmones, & à cœlestis facti exules, in hoc aere captiuati, quia, sc. isti in tales pueros, id est, in peccatores finaliter irruent, ipsosque per pœnam æternam percutient & occident. Figur. 4. Reg. 2. vbi vrsi egressi de saltu 42. pueros occiderunt, quia Helisæum illuserunt. Vrsi enim, id est, dæmones illos in inferno finaliter lacerabunt, qui Helisæum, id est, sanctos & iustos in hoc mundo vituperant & illudunt. Hæc ergo dicta sint de peccatoribus, qui sunt pueri malignantes. ¶ Sed si adhuc velis aliquid N
dicere de iustis qui sunt pueri Domino seruientes, potes notare quod isti sunt pueri

- Infirmi & patientes,
- Mundi & continentes,
- Læti & Psallentes,
- Parci & abstinentes,
- Docti & sapientes,
- Mæsti & pœnitentes,
- Pacifici & concordantes,
- Electi & congregantes.

De pueris patientibus potest dici illud Gen. 22. vbi Abraham dixit pueris suis: *Expectate hic cum asino.* Expectare & etiam asinus patientiam significat. De pueris continentibus dicitur 1. Reg. 21. *Si mundi sunt pueri maxime a mulieribus.* Sequitur: *Erant autem vasa puerorum munda.* Et merito, quia pro certo illi qui regi cœli seruiunt & famulantur, sine macula incontinentiæ specialiter esse conentur, Daniel. 1. *Præcepit rex præposito eunuchorum vt introduceret pueros, qui erant de semine regio de filiis Israel, in quibus nulla esset macula, decoros forma, eruditos omni sapientia, cautos scientia, & doctos disciplina, & qui possent stare in palatio regis.* De pueris congaudentibus seu etiam Deum laudantibus & exultantibus dicitur in Ps. 112. *Laudate pueri Dominum, laudate nomen Domini.* Sicut scil. dicitur de pueris Hebræorum, qui *tollentes ramos oliuarum obuiauerunt domino, dicentes osanna,* &c. De pueris abstinentibus dicitur Dan. 1. quod *vultus puerorum qui solum vescebantur leguminibus, apparuerunt corpulentiores præ omnibus pueris, qui vescebantur cibo regio.* De pueris sapientibus dicitur Dan. 1. quod *pueris his dedit dominus disciplinam & scientiam in omni libro & in omni sapientia.* De pueris pœnitentibus potest dici illud 1. Mach. 2. quod *ipsi circumciderunt pueros incircumcisos.* Circumcisio enim pœnitentiam signat, quæ scil. vitia circumcidit. De pueris circumdantibus seu pacifice & charitatiue viuentibus potest dici illud Iob 29. *Erat,* inquit, *omnipotens mecum, & in circuitu meo pueri mei.* Et Luc. 11 *Pueri mei mecum sunt in cubili.* De pueris vero conregnantibus seu patri suo Deo in regno paradisi succedentibus potest dici illud 1. Mach. 1. vbi dicitur, quod *Alexander vocauit pueros suos nobiles qui secum erant nutriti à iuuentute sua & obtinuerunt pueri eius regnum vnusquisque in loco suo.* Alexander enim signat Deũ. Pueri eius nobiles, sunt omnes sancti & quicunque viri virtuosi & iusti, sibi per fidem & charitatem coniuncti, & per gratiam enutriti. Illis enim regnum suum, sc. paradisũ gloriam diuidit, ita quod vnusquisque in loco suo, id est, in gradu sibi debito finaliter succedit Luc. 18. *Sinite pueros venire ad me, talium enim est regnum cælorum.* Ad quod nos perducat ille, qui istos pueros nutrit superius & educat: sufficit.

## Pugna, Pugnare.

Nota, quod pugna dicitur à pugno, eo q̃ pugnis homines pugnant. Et est pugna idẽ q̃ prælium seu bellum. Quamuis enim ista vocabula grammaticaliter differant, vnũ tamen accipitur pro A

alio

allo in scriptura. Moraliter tamen loquendo, dico quod inuenitur Pugna

Virtuosa.
Gloriosa.
Vitiosa.
Luctuosa.

Prima est pugna humanæ strenuitatis,
Secunda est pugna diuinæ authoritatis,
Tertia est pugna peruersæ malignitatis,
Quarta est pugna diabolicæ crudelitatis.

¶ Dico ergo, quod est quædam pugna quæ est virtuosa. Et ista est pugna qua iusti pugnant contra diabolum, carnem & mundum. De qua pugna potest dici illud 2. Reg. 21. *David & viri eius pugnabant contra Philistim.* Item dico quod est quædam pugna gloriosa. Et ista est illa qua Deus pro humano genere contra diabolum dimicauit, qua etiam omni die pugnat cõtra eum, nobis auxilium conferendo, & de hoc Ios. 23. *Dominus Deus pugnabit pro vobis sicut pollicitus est.* Item dico, quod est quædam pugna vitiosa. Et ista est pugna qua mali pugnant contra dominũ per obstinationem, & contra seipsos per diuersitatem & rebellionem. Vnde de pugna contra Deum dicitur Eccl. 46. *Contra Deum pugnare non est facile.* De pugna etiam contra seipsos dicitur Dan. 7. *Quatuor venti pugnabant in medio mari.* Item est quędam pugna luctuosa seu periculosa. Et iste est illa qua diabolus pugnat contra hominem in pręsenti per tentationẽ, & in futuro per damnationem. Vnde de pugna dæmonis mundi & carnis quam faciunt contra nos,
B dicitur Iud. 11. *Filij Ammon pugnabant contra filios Israel.* ¶ Dicamus aliquantulum vlterius de pugna virorum iustorum, qui, scil. non cessant pugnare contra Eccles. vel animæ inimicos. Sicut enim animalia inter se pugnant & præliantur, quando sibi in conditionib. & complexionib. naturaliter contrariantur & aduersantur, & inde est, quod elephas pugnat contra dracones, mostela contra scorpionem, & cetus contra crocodilum, sic vere iustus pugnat contra diabolum quemlibet alium spiritualem inimicũ. Et hoc est quod præcipitur 1. Mac. 3. *Estote parati vt pugnetis aduersus nationes.* Vbi ostenditur, quod in pugna quatuor spiritualiter requiruntur, sc.

Vires,
Arma,
Opera,
Aduersarij.

Vires dico, ad laborem sustinendum,
Arma ad corpora muniendum,
Opera ad inimicos impugnandum,
Hostes ad prælium terminandum,

Sic vere in ista pugna spirituali concurrunt ista quatuor, sc.

Vires,
Arma,
Actus,
Hostes.

Vires sunt cordium fortitudo. (Estote inquit,)
Arma sunt virtutum sanctitudo. (Parati,)
Actus sunt operum rectitudo. (Vt pugnetis,)
Hostes sunt malorum multitudo. (Contra nationes,)
Vires faciunt ad laborem tolerationem,
Arma faciunt ad malorum prohibitionem,
Actus faciunt ad virtutum executionem,
Hostes faciunt ad animi excitationem.

C ¶ Primo ergo dico quod in ista pugna requiritur virtus fortitudinis & constantiæ. Et hoc ostenditur cum dicitur *Estote*, quod est verbum substantiuum, significans fortitudinem & vigorem, quæ proculdubio est necessaria ad pugnandum contra spirituales inimicos, & laborem pugnæ viriliter sustinendũ. Iuxta illud, quod canimus: *Estote fortes in bello & pugnate cum antiquo serpente, &c.* Aues enim & bestię prędales & pugnantes sunt fortes naturaliter & audaces, sicut patet per singula discurrendo. Sic vere illi, qui spiritualem pugnam volunt facere, debẽt fortitudinẽ & audaciam obtinere. Exemplo illius Iephthe, de quo dicitur Iud. 12. quod *Iephthe Galaadites erat vir fortissimus atq; pugnator.* Quod est contra multos qui quãuis pugnandi officium habeant, audaciã tamen & fortitudinem nullam habent, similes miluo, qui audax ad pugnandum contra pullos, timidus vero ad pugnandum cõtra grues, ardeas & alias aues magnas. Ita vere sunt quidam, qui audaces sunt contra timidos, sed timidi contra audaces, & contra timidos sunt feroces. Nullam enim auem fortem, id est, nullum opus arduum audent inuadere vel arripere. Aues autem de[...] i. opera inepta & inertia se prætẽdunt viriliter attentare [...] potissime verum est de prælatis officialibus, iudicibus & [...] uis, qui pro certo fortes, id est magnos tyrannos & n[...] prauos etiam vsurarios & diuites, iniquos etiam impios & [...]deles non audent inuadere, nec ipsos per iustitiam impugnare, sed solum pullos, id est, pauperes & impotentes solent per suas exactiones iuridicas molestare, & ipsos lędere & grauare. D[...] enim tales timidi illud 1. Mac. 3. *Quomodo poterimus pauci pugnare contra multitudinem?* Non sic, sed habeant virtutem audaciæ & constantiæ. Exemplo Herodij, qui est auis non multum magna corpore, sed tamen maxima est virtute. Ista enim non paruas a[...]uiculas, sed multo se maiores aues inuadit, in tantũ quod quandoq; aquilam rapit, & si ad plures grues volauerit non prius descendit donec quatuor, vel quinque ad terram prostrauerit, sicut dicitur in l. de natura rerum. Sic vere tales non contra pullos & pauperes debent pugnare, sed potius aquilas & grues, i. magnos tyrãnos & diuites audacter debent inuadere, & ipsos quãquam sint multo se maiores & potentiores, non debent [...]pugna iustitiæ formidare, quinimo si plures sint, quousq; ipsos prostrauerint, & posuerint, non debent velut herodius a vol[...] executione iustitiæ descendere vel cessare, quia breuiter homo cõstans plus debet gaudere, facere iustitiam de magnis quam de paruis, de diuitib. quam de pauperib. de repugnantib. quam de obedientibus. Et hoc præcipitur 3. Reg. 22. *Non pugnabitis contra maiorem, sed contra regem Israel.* Estote ergo 1. Reg. 18. *Esto vir fortis, & præliare prælium domini.* Patet ergo quod in ista pugna debet esse virtus fortitudinis & constantiæ. Estote inquit. ¶ Secundo dico, quod ibi debent esse arma sanctitudinis & iustitiæ, quod ostenditur in verbo parati. Milites enim per arma parantur ad pugna[m.] Sic iusti etiam per virtutes, quæ sunt armatura Dei iuxta il[lud 1.] Mach. 12. *Præcepit Ionathas suis vigilare, & esse in armis paratos ad pugnam tota nocte.* Sine enim istis armis non potest homo pugna[re], nec tentationibus resistere, sicut dicitur Num. 21. *Armate ex vobis ad pugnam.*

Istud bene patet in ceruo, qui quamdiu caret armatura cornuum, scil. quando de nouo antiqua cornua deposuit, videns se inhabilem ad pugnandum, & alijs animalibus ad resistendum, abscondit se, non audens in publico apparere, ita quod vix potest tunc temporis inueniri, significans illos qui arma virtutum & cornua perdiderunt, qui nunquam ad pugnam spiritualem sunt apti, sed potius inhabiles & inepti, & vbi ad pugnandũ contra vitia & tyrannos deberent comparere, solent magis fugere & se abscondere & latere. Isti ergo non sunt habiles ad pugnandum, sed potius ad latendum. Isti reprehenduntur Num. 32. vbi dicitur: *Nunquid fratres vestri ibunt ad pugnam, & vos hic sedebitis? Cur subuertitis mentes filiorum Israel?* Non sic ergo, sed habeant arma sanctitudinis & iustitiæ.

¶ Tertio dico, quod in ista pugna requiritur actus fortitudinis & prudentiæ, & hoc ostenditur cum dicitur: Pugnetis. In pugnando enim requiritur vtrumque, sci. fortitudo & prudentia. Et proculdubio pugnandum est fortiter & prudenter, quadruplici ea causa, sc.

Pro fidei defensione,
Pro animæ saluatione,
Pro subditorum protectione,
Pro Ecclesiæ vnitione.

Et primo pro fidei defensione. Exemplo apum quæ pro [...] pugnant, & mori pro eo pulchrum putant, vt dicit Pl. Qu[...] certo protege nostro & pro fide sua defendenda debemus [con]tra Sarracenos & hæreticos pugnare, & mori pro eo pulch[rum] & nobile existimare, sicut fecerũt martyres & peccatores. Vnde de eo dicitur Sap. 5. quod *pugnabit pro eo orbis terrarum contra insensatos.* Item pugnandũ est pro animæ saluatione. Animalia enim pugnant pro vxoribus suis ne ab alijs maculentur. Sic & nos debemus pugnare & certare pro animabus nostris, ne a dæmonibus inquinentur nec inquietentur 1. Macb. 3. *Nos vero pugnabimus pro animabus nostris & legibus.* Item pugnandum est pro subditorum protectione: Exemplo

Apri, qui pro filijs pugnat contra lupum,
Gallinæ, quæ pro pullis pugnat contra miluum,
Cornicum, quæ teste Plinio, contra alias aues pugnant pro ciconijs,
Elephantum, qui contra draconem pugnant pro hominibus errantibus atque deuijs.

Quia

ad nos & ad prælatos maxime pertinet pro ... & ... fidelibus contra spirituales aduersarios, scili. contra dæmones, peccata, hæreticos & tyrannos pugnare, & pro ipsis viriliter debellare 1. Mac. 3. *Erigamus deiectionem populi nostri & pugnemus pro populo nostro & sanctis nostris.* Item pugnandum est pro ... & pro patriæ tuitione, exemplo auium, quæ pugnant pro defensione nidorum. Et exemplo animalium, quæ pugnant pro ... ione suorum domiciliorum, sicut patet de urso & vulpe. Vnde 2. Reg. 10. dicitur: *pugnemus pro populo nostro & ciuitate nostri*, i. pro Ecclesia. Et sic bene dic..., qu... d requiritur actus ... rud... & prudentiæ. Pugnemus n. quia. ¶ Quarto dico, ... requiritur hostes fortis turbinis & malitiæ. Contra inquit ... Nulla est enim pugna sine aduersario, & in omni pugna spirituali necesse est quod aduersarios habeamus, quia alias ... contrarium non haberet. Isti autem aduersarij sunt tres ... næ nationes.

Mundi cupiditates,
Carnis voluptates,
Dæmonum falsitates.

... & caro & dæmonia diuersa mouent prælia. Vnde ... *Pugnemus pro animab. nostris.* Et sequitur in eodem c. *Ecce ... conuenerunt aduersum nos.* Ecce ergo quomodo in pugna ... rituali requiruntur quatuor, s. virtus, arma, actus, & hostis, &c. ... de pugna velis ulterius aliquid addere, dic quod pro ... *malitia est vita hominum super terram*, sicut dicitur Iob 7. quia ... a hostes spirituales & fortes & continua fuerit pugna sicut dicitur Exod. 32. *Vlulatus pugnæ auditur in castris*, quod nos semper parati & virtute armati esse debemus ... contra hostes viriliter decernemus Iud. 7. *Omnes parauerunt pariter ad pugnam.* Et si vis nota quod in pugna victoria obtinetur quando populus habet, scilicet,

Ducem prouidum,
Hostem timidum,
Ordinem nitidum,
Militem validum,
Ductor est prouidus & sapiens,
Hostis est timidus & fugiens,
Ordo est nitidus & conueniens,
Miles est solidus & patiens.

... do sic est quod in pugna iustorum ductor est sapiens & pro... sc. Christus Deus noster, qui, sc. contra luciferum fuit ... & ductor noster, quando, sc. primo in virginis armis nostræ humanitatis se armauit, & tamdiu in cruce pro nobis pugnauit ... eum superaret, dicens illud 2. Par. 18. *Mutabo habitum, vt sic ad pugnam vadam.* Figuratus in Dauid, qui cum quinq; lapidibus, i. quinq; vulneribus in torrente passionis assumptis armatus Philistæum superauit & vicit, sicut dicitur 1. Re. 17. vnde ibid. dicitur: *... festinauit Dauid ad pugnam, ex aduerso Philistæi.* Tunc enim perfectiores pro nobis pugnauit, quia, sc. tunc fuit dominus, quasi vir pugnator, omnipotens nomen eius. Nunc etiam quotidie pro nobis in pugna tentationum pro homine pugnat seq; ducem & adiutorum ipsius præstat, quando, scil homo in ipsum confidens, adiutorium ipsius inuocat atque clamat, vt sic dicat homo illud 2. Par. 32. *Deus noster, qui auxiliator est noster pugnabit pro nobis.* Igitur tali duci nos & pugnam nostram humiliter cõmittamus, & ipsius auxilium suppliciter inuocemus, dicentes 1. Mac. 13. *Tu dux noster pugna prælium nostrum, & omnia quæcunq; dixeris faciemus.* ... certo si tantum facimus quod ducem & ductorem Deum habeamus, inimici timebunt & nos in pace dimittentes ... dicentes, sc. Exod. 14. *Fugiamus Israelem, Dominus enim pugnat pro eis contra nos.* Igitur in ista pugna ductor est sapiẽs & pro... ¶ Item in pugna ista hostis est fugiens & timidus. Et vere talis est diabolus, quia, sc. ipse similis est vmbræ quæ sequitur fugientes, & fugit resistentes, & persequentes. Timidus enim est ... fugit fortiter resistentem. Teste enim Greg. *Debilis est hostis, qui non vincit nisi volentem.* Vnde 1. Mac. 11. *Pugnauerunt contra eum, & fugauerunt.* ¶ Item in pugna iustorum ordo est conueniens & ... Bona enim ordinatio exercitus summe iuuat ad victoriam obtinendam. Paruæ enim acies bene ordinatæ & compositæ ... triumphauerunt de multo pluribus & fortioribus male & inordinate compositis. Sic vere in pugna spirituali ... vtile est bonum ordinem tenere, & iuris & legis morum & virtutum metas & regulas obseruare, nec per præsumptionem ... procedere vel palare. In omni enim negotio disciplina & ordo proficiunt, inordinatio vero & transcensus ... limitum succumbunt. Nonne filius Metelli R... rum ducis à patre capite punitus est ... pro eo quod contra patris mandatum extra ordinẽ pugnauerat, sicut ponit Titus Liuius. Et simile commemorat Valerius Maximus l. 2. c. 2. de Posthumo dictatore & Manlio Torquato, quorum vterq; filium suum occidi iusserat, qui iniussi eum hoste dimicarant, quamuis vterque hostẽ quẽ inuaserat vincebat. De ordine igitur & disciplina iustorum in spirituali pugna dicitur Iud. 5. quod *stellæ manentes in ordine & cursu suo aduersus Sisaram pugnauerunt.* ¶ Item in ista pugna miles K est patiens & solidus. Victoria enim non reportatur in pugna, nisi pugnans solidus sit & fortis, & nisi sit patiens & perseuerans & longanimis. Qui enim ad quemlibet insultum aduersarij desisteret, nunquam victoriam obtineret. Ideo dicebat Apostolus 2. Cor. 7. *Nullam requiem habuit caro nostra sed omnem tribulationem passi sumus, foris pugnæ, intus timores.* ¶ Et si vis dic quod plura sunt quæ faciunt in pugna iudicem fortiter bellare, & victoriam obtinere, videlicet, quando

Habet causam sufficientem,
Tollit causam efficientem,
Adhibet motum afficientem,
Adiungit coetum proficientem,
Seruat modum perficientem.

Sic vere dico, quod in bello spirituali, scili. contra tentationes & tribulationes debet esse causa sufficiens, quia, sc. ad debitum finem debemus pugnare, scil. pro animarum salute obtinenda & damnatione vitanda. Iusta enim causa valde fortificat pugnatores. Sic vere quando homo pugnat contra aduersarios pro iustitia vel pro fide. Ista autem proprie est pugna Dei, sicut dicitur 2. Par. 20. *Non enim pugna vestra, sed Dei.* Apoc. 19. Cũ iustitia pugnat & iudicat. ¶ Item dico, quod in ista pugna debet deesse causa efficiens, sc. peccatũ & omnis occasio mala. Vnde Deu. 18. *Quãdo egressus fueris aduersus hostes tuos ad pugnam, custodies te ab omni re mala.* ¶ Item dico, quod in ista pugna debet inesse motus afficiens, i. audacia, & bona & prompta voluntas, vt, scil. dicamus illud 1. Mac. 9. *Surgamus & pugnemus contra inimicos nostros.* ¶ Item dico quod in ista pugna debet adesse coetus & proficiens, quia, sc. coetus & societas bonorum, & maxime fidelium sociorum ipsorumque adiutorium spirituale orationes, sc. & consolationes valde proficiunt in hac pugna 1. Mac. 9. *Reuertamur ad fratres nostros, & tunc pugnabimus.* ¶ Item dico, quod in ista pugna debet inesse modus expediens, quem, sc. nos docet Apo. 1. Cor. 9. *Sic inquit pugno non quasi in incertum nec quasi aerem verberans, sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, &c.* Et 2. Mac. 15. *Manu quidem pugnantes, sed ad Dominum, cordib. orantes.* Sic igitur homo omnia hæc in ista pugna seruauerit, pro certo fortis & solidus miles erit, & in pugna victoriam obtinebit. Et sic erit de illis, de quib. dicitur 1. Par. 12. *Venerunt inquit ad Dauid fortissimi, & egregij pugnatores tenentes arcum, & vtraq; manu fundis saxa iacientes.* Sic igitur patet quod in spirituali pugna qua, sc. iusti pugnant. Contra dæmones & vitia, miles est fortis & patiens, ordo est ibi conueniens, hostis est lassus & fugiens, ductor est bonus & sapiens, necesse est quod in ista pugna victoria per eũ obtineatur, & quod ex hac cœleste præmiũ reportetur. Ista est ergo pugna cœlestis qua, sc. cœlestes & spirituales viri cõtra spirituales nequitias pugnant. Sicut. n. Pl. 2. l. c. 59. apud Roman. in bellis cimbricis sonitus tubarum & crepitus armorum in cælo auditi fuerunt. In consolatu etiã Marij arma cœlestia ab ortu occasuq; inter se cõcurrere visa sopetiora extiterunt, de quibus et prodigijs Aug. de ciuitate Dei videtur facere mentionẽ. Ad quod etiã facit figura Apo. 12. vbi dicitur, quod *factum est prælium magnum in cælo. Michael & angeli eius præliabantur cum dracone & draco pugnabat & angeli eius & non præualuerunt, neq; locus eorũ amplius inuentus est in cælo.* Talia ergo cœlestia & spiritualia bella quotidie inter Michalem & draconẽ, i. inter iustos & dæmones & vitia, in cœlo, i. in corde & conscientia solent fieri, in qua certe pugna Christo iuuante iusti triumphare solent, & dæmones & vitia superari. Humilitas n. superbiã superat, & iustus de dæmonib. iuuante domino victoriat Apo. 17. *Hi cum agno pugnabũt, & agnus vincet eos.* Ad quæ certe bene posset applicari illud quod scribitur 2. Ma. 5. vbi dicitur. *Eo tẽpore quo Antiochus secundum profectionem parauit in Aegyptũ, contigit per vniuersam Hierosolymã ciuitatem 40. dieb. videri per aera equites discurrẽtes, aureas stolas habẽtes & hastis quasi cohortes armatas, & cursus eorũ per ordines digestos, & congressiones fieri cominus, & scutorum motus, & galeatorum multitudinem, gladios destrictos,*

& telo-

*& telorum ictus, & aureorum armorum splendorem, omnisq; generis loricarum.* Expone moraliter de pugnis & bellis iustorũ contra malos quia ꝓ certo ostẽdere quomodo in aere vel in cœlo possint

L fieri prælia, qua re seu per quos, difficile esset. ¶ Sed si vis dic aliquid de pugnis malorum. Mali enim quasi continue sunt in discordia & in pugna, quia, sc. isti pugnant contra

Se per discordias,
Deum per nequitias,
Proximum per sæuitias.

Contra se dico per discordias, quia, sc. isti inter se modica occasione mouent guerras, iras & pugnas, similes illis montibus de quibus narrat Plin. l. 2. c. 85. quod in Mutinensi agro sub Iulio sexto consule in quodam terræmotu duo montes de locis suis moti, inter se maximo strepitu concurrerunt, & per modum pugnæ assultantes recedentes, fumo & flãma emissis, animalia exanimauerũt, & villas intermedias destruxerũt, spectante (vt an) viatorum & Romanorũ equitum comitiua. O qui sunt isti mõtes, nisi moderni tumidi & superbi principes & tyranni? qui sci. otto inter eos discordiæ terræmotu inter se pugnant & vnus cõtra alterum concurrunt & bellant, & ignem thamni fumumq; superbiæ emittentes, animalia exanimant. & villas comburunt, spoliant & eneruant. Teste enim Esa. 57. *Impij quasi mare feruens, quod quiescere non valet, & non est pax impijs*, dicit dominus. Vnde Esa. 19 *Concurrere faciam Aegyptios, contra Aegyptios, & pugnabit vir contra fratrem suum, & vir contra amicum suum, ciuitas aduersus ciuitatem, regnum aduersus regnum, & dirumpetur spiritus Aegypti.* Isti ergo pugnãt

M contra se per discordias. ¶ Alij pugnant contra Deum per nequitias. Viri enim in iniquitatibus assueti, in malitijs obstinati, Dei mandata facere contemnentes, & ipsius iustitiam non curantes contra Deum pugnare videntur in quantum sibi rebellare, & contradicere comprobantur, similes solsequio, quod scil. semper vertit, & se aperit contra solem. Similes venti labro quod supra campanile est, quod semper vertit faciem contra ventum. Quia reuera tales obstinati semper cõtra solem iustitiæ Christũ & contra spiritum sanctum se solent per rebellionẽ vertere, cõtra ipsũ pugnare, & sibi contradicere, & ipsius mandatis omnibus contraire. De istis videtur dominus dicere illud Cant. 1. *Filij* (inquit Christus) *matris meæ pugnauerunt contra me.* i. filij fidei vel Ecclesiæ meæ. Et tamen isti deberent attẽdere ad illud Ecc. 46. *Contra Deũ pugnare nõ est facile.* Et hoc quia sicut cornix, licet quandoq; pugnet cõtra aquilã, ipsam clamoribus impetendo, ita quod aquila, ac si esset victa, non dignatur se defendere de eadem finaliter tamen indignata contra cornicem insurgit, & eam lacerat & occidit, sicut dicit liber rerum, sic dico quod Deus peccatores contra se pugnantes, & peccando contra eum rebellantes, videtur non cognoscere vel audire in quantum peccata eorum propter pœnitentiam videtur dissimulare sicut scil. dicitur Sap. 11. *In fine tamen & in morte & in iudicio contra eos consurget, & ipsos destruet & confundet.* Bene ergo docemur 2. Paral. 13. vbi dicitur: *Nolite pugnare contra Dominum Deum patrum nostrorum.* Sunt

N igitur quidam qui pugnant contra Deum per nequitias. ¶ Sunt etiam quidam pugnantes contra proximum per sæuitias, sicut, scilicet, sunt iniqui & tyranni, qui contra bonos innocentes & iustos pugnant & certant 1. Regum 31. *Philistijm autem pugnabant aduersus Israel.* & Hester 11. *Concitatæ sunt nationes vt pugnarent contra gentem iustorum.* Et sic igitur patet quomodo inuenitur pugna malorum sicut & iustorum. Sufficiat. Vnde in tit. Bellum Prælium, vel Certamen.

## A Pulcher. Pulchritudo.

Cum pulchritudo sit quædam proprietas rei ex debita proportione consurgens, possumus dicere moraliter quod in scriptura inuenitur multiplex pulchritudo, tam in bono significato quam in malo. Nota ergo quod est pulchritudo

Moralis & virtuosa,
Carnalis & vitiosa,
Temporalis & fluctuosa,
Supernalis & gratiosa.

De pulchritudine morali dicitur Exo. 36. quod *velum erat de hyacintho pulchra varietate contextum.* De pulchritudine carnali dicitur Genes. 6. quod *videntes filij Dei filias hominum quod essent pulchræ, elegerunt sibi vxores, &c.* De pulchritudine temporali, scil. de pulchritudine mundanæ gloriæ dicitur Genes. 3. quod *videns mulier lignum quod esset pulchrum visu & ad vescendum suaue comedit, &c.* De pulchritudine vero supernali, sc. de decore gloriæ paradisi, dicitur Esa. 32. *Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in requie opulenta, in tabernaculis fiduciæ.* Istæ sunt ergo quatuor pulchritud[...] genere. Dicamus ergo aliquid de qualibet earundem ¶ Pr[...] ergo dicamus quod est pulchritudo moralis & virtualis, & illa proprie est illa quam acquirit anima vel homo ex aggregati[...] gratię & virtutum. Sicut enim virgo tunc dicitur pulchra, quando in membris non est mutilata vel deformata, quando colore roseo est picta & colorata, quando decoris vestibus est adornata, & quando non est mortua sed anima viuificata, sic vere homo vel anima apud Deum & homines est pulcher & speciosus, quando habet omnia membra sua, scilicet,

Speciem & caput rectæ intentionis,
Os & linguam veræ locutionis,
Pedes & crura bonæ affectionis,
Manus & brachia bonæ operationis,
Pectus & fidele cor firmæ dilectionis,
Oculos & aures claræ discretionis,
Guttur & palatum dulcis deuotionis,
Ventrem & intestina piæ & viscerosæ compassionis,
Pellem & capillos honestæ conuersationis.

Proportio enim & aggregatio, ordinatio & compositio[...] specierum & membrorum, hominem spiritualiter facit pu[lchrum] & apud Deũ & homines gratiosum, & maxime quando homo est viuus & animatus per gratiam & charitatem mundus & coloratus per castitatem, vestitus & ornatus per honestatem. V[nde] sic dicatur de anima illud Dan. 13. *Susanna erat delicata nimis, & pulchra facie.* Si vero istis membris truncata vel mutilata [fu]erit & maxime si à Deo & Dei gratia corruerit, statim & deformis efficitur, & à Deo & Angelis abhorretur. Sicut n. dicit Aug. super Io. Hom. 32 *Sicut vigor animi decorẽ facit in corpore, sic Deus in anima. Non n. facit corpus vt ametur, sed anima quæ cũ emigrauerit cadauer fit. Et quantumcunq; illa membra pulchra dilexeras, sepelire tamẽ satagis. decor ergo corporis est anima, decor animæ, est Deus*, hæc Aug. Vt sic quolibet ita pulchro dicatur illud quod de Dauid dictum est 1. Reg. 16. *Ecce vidi filium Isai Bethlehemitem, scientem psallere, fortissimum robore, virũ bellicosum, prudentẽ verbis, pulchrum visu, & Deus est cum eo.* Dicamus igitur cuilibet homini vel animę ita pulchrę illud Can. *Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis, collum tuum sicut monilia.* ¶ In verbis ostenditur, quod sicut homo corporaliter pulcher d[icitur] quando habet pulchram faciem, pulchros oculos, pulchru[m col]lum, pulchrum habitum, sic vere ad spiritualem pulchritudinem requiritur, quod homo habeat pulchram faciem conscientiæ [pu]rioris, pulchros oculos sapientiæ subtilioris, pulchram collu[m e]loquentiæ facundioris, pulchrum ornatũ apparentiæ venustioris. In istis n. quatuor consistit animæ pulchritudo, sc. In conscientiæ puritate. (Pulchræ sunt inquit genæ tuæ.) In sapientiæ claritate. (Sicut turturis inquit.) In eloquentiæ venustate. (Co[llum] inquit tuũ.) In apparentię sanctitate (Sicut monilia inquit.) ¶ [Si] igitur in nobis charissimi si apud Deũ volumus esse pulchri, [in]terioris conscientię sanctitudo, subtilioris sapientiæ limpitudo, facundioris eloquentiæ rectitudo, exterioris apparentiæ gra[ti]tudo. ¶ Dico igitur quod habere debemus conscientiæ sanctitudinẽ. *Pulchræ sunt*, inquit, *genæ tuæ.* Genę enim & facies significa[nt] conscientiam. Conscientia. n. & facies hominis interioris, quæ pulchra & munda super omnia debet esse, quia sicut macula [in] genis & in facie indecentior est quam alibi, & est etiã intuen[ti]bus magis nota, sic peccata quando sunt in conscientia, [magis] sunt apud Deũ indecentia & deformia & magis Deo & An[gelis] manifesta. Pulchra ergo & munda debet esse ista facies & [ista] istæ genæ, sicut de Hester dicitur Hest. 2. quod *ipsa erat pulcherrima & decora facie.* De genis dicitur Cant. 6. *Pulchra es amica mea, suauis & decora.* & sequitur: *Sicut cortex mali punici genæ tuæ.* Isti n. qui in signo virginis nascuntur, pulchra facie vt communiter decorantur. Ad denotandũ quod illi qui in signo virginis, i. virginitatis gremio sunt nutriti, sunt vt communiter pulchræ faciei, [con]scientiæ pulchritudine decorati. Idem de genis, i. de facie conscientiæ dicitur Can. 4. *Quam pulchra es amica mea*, sequitur. *Sicut fragmen mali punici genæ tuæ.* Patet igitur quod nos debemus ha[bere] conscientiæ sanctitudinẽ. Genę inquit tuę. ¶ Deinde dico, quod si volumus spiritualiter esse pulchri, nos debemus habere [sapien]tiæ limpitudinem. Turturis inquit. Mulier enim quandoq; ob hoc solũ reputatur pulchra quia habet pulchritudinẽ [oculorum]. Oculi n. pulchri multũ sunt inter alias pulchritudines [ap]parentes. Vnde etiã scriptura de hoc cõmendat sponsam, Can. 4. dicens. *Quam pulchra es amica mea, quam pulchra es oculi tui sicut oculi columbarum.* Sic vere charissimi, spiritualiter loquendo, vt in[...] ne

posisti-

me pulcher dicitur, quando oculi intellectus in decore coruscat illustrantur, quod ostenditur in verbo virtutis. Tur[tur] oculos habet pulchros, continue gemit, & est auis ca[sti]na, ita quod compari fidem seruat, ipsaque mortua, nulli [ali]us carnaliter se copulat, signans viros sapientes & iustos, [quos] virtus triplex facit spiritualiter esse pulchros, sc.

Pulcher oculus sapientiæ,
Tristis gemitus pœnitentiæ,
Mundus habitus continentiæ.

[De] oculis enim sapientiæ dicitur Gen. 49. *Pulchriores sunt oculi [eius vi]no, & dentes eius lacte candidiores.* De gemitu pœnitentiæ di[citur] D[an]. 13. *quod Susanna quæ erat pulchra facie fleuit respiciens ad cœ[lum].* De habitu vero continentiæ dicitur Sap. 4. *O quam pulchra [est ca]sta generatio cum claritate,* & Eccl. 44. dicitur de pulchritudi[ne] castitatis. *Pulchritudinem candoris admirabitur oculus.* Et ideo b[e]ne de ista triplici pulchritudine istius turturis, i. animæ po[test dic]i illud Cant. 6 *quod ipsa est pulchra vt Luna, electa vt Sol, ter[ribilis] vt castrorum acies ordinata.* Sol enim signat sapientiæ splen[dorem], Luna signat continentiæ candorem, acies vero terribilis [si]gnat pœnitentiæ laborem. Habeat ergo anima sapientiæ [cla]ritudinem. *Turturis*, loquit. ¶ Deinde habeat eloquentiæ rectitudinem, & ista notatur in collo. Collum tuum, quia, sci[licet] in collo formatur vox. Pulchritudo enim colli multum [at]tenditur in persona, sic vere honestas & prudentia viri. Vn[de] Cant. 4. *Quam pulchra es amica mea.* Sequitur. *Sicut turris Dauid [col]lum tuum, sicut vitta coccinea tua, & eloquium tuum dulce.* Et Can. 2. *Vox turturis audita est in terra nostra*, vt etiam de tali collo expo[ni] potest illud Oseæ 10. *Transiui super pulchritudinem colli eius.* Et vere ad vir[um] perfectum pertinet quod habeat pulchra verba dul[cia, c]omta & honesta, sicut dicitur de Ioseph Gen. 49 *Nephtha[li ... s]ermonum dans eloquia pulchritudinis.* Quod est contra illos [qui] magis delectantur in verbis turpibus quam in pulchris si[cut] porcis, qui libentius ponunt se in stercore quam in au[ro]. Habeamus ergo eloquentiæ rectitudinem. *Collum*, in[quit].

¶ [In]super dico quod ad spiritualem pulchritudinem requi[ritur] quod habeant as apparentiæ gratitudinem, quæ ostendi[tur c]um dicitur. *Monilia.* Monilia .i. exteriora corporis sunt or[namenta], quæ exteriorem conuersationem designat, quæ pro[cul] dubio est exterioris hominis ornamentum. Sicut enim ali[qua] sunt animalia quorum pellis exterior est ita pulchra quod ad sui inspectum inuitant omnes oculos aliorum animalium, sic[ut] de panthera dicitur & de pardo, sic vir iustus ita debet habe[re] pulchram pellem conuersationis, quod ad sui imitationem debet omnes homines inuitare. Quod est contra illos qui con[u]ersationem habent ita horribilem atque turpem, quod non sunt digni ab alijs videri nec etiam imitari. Similes Chamæ[leo]nti, quod est animal valde pictum, & dum viuit, in exterio[ri]bus coloribus est valde pulchrum, & tamen quando est mor[tu]um, colorem habet horribilem atque turpem. Sic vere sunt [q]uidam qui dum viuunt, i. dum in statu gratiæ persistunt, [h]onesti & in conuersatione pulcherrimi sunt, quando vero [pe]r peccatum moriuntur, statim turpem colorem in hone[sta]te conuersationis consequuntur. Illud patet de apostatis, [qui] quanto dum viuerent in fide vel religione, erant inho[ne]stiate & apparentia pulchriores, tanto per vitia morientes fi[unt] in moribus turpiores, ita quod tales possunt dicere illud 1. Mach. 1 *Pulchritudo nostra & claritas nostra desolata est.* Non sic, sed [ha]beamus apparentiæ gratitudinem, vt de nobis dicatur illud D[an]... *cum pulcherrima &c.* Vt sic generaliter de perfectis & bon[is] viris dicatur illud Thren. 4. *Candidiores niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, pulchriores saphiro.* Et bene compa[ran]tur isti saphiro, qui propter hoc dicitur esse pulcher, quia cœ[les]tis coloris similitudinem repræsentat. Sic isti propter cœle[s]tem conuersationem pulchri dicuntur. *Monilia* inquit. Vt sic quilibet dicat illud Esa. 61. *quasi sponsum decoratum corona, & tan[quam] sponsam ornatam monilibus.* Quamuis multi sint qui istis mo[ni]libus conuersationis in superbiam abutantur, sicut sunt [hy]pocritæ, qui in eis gloriantur (iuxta illud Ezec. 7. *Ornamenta [mo]nilium suorum in superbiam posuerunt*) quapropter ipsa quando[q]ue amittere comprobantur. Vnde Esa. 3. *Pro eo quod exaltatæ sunt filiæ Sion, &c. auferet dominus ornamenta, armillas, & monilia.* Et [n]otandum de istis monilibus exterioris conuersationis, quod [sic]ut in vno monili sunt quandoque multi lapides pretiosi [qui] monilis pulchritudinem augmentant, sic in vna conuersatione sunt quandoque multi mores virtuosi, qui ipsam pulchrificant & decorant. ¶ Nota ergo quod in conuersatione bonorum ad hoc quod bene sit pulchra, debent lucere isti lapides pretiosi, videlicet, virtus G

Amoris & charitatis,
Dulcoris & pietatis,
Candoris & puritatis,
Vigoris & firmitatis,
Decoris & honestatis,
Clamoris & veritatis,
Rigoris & æquitatis.

Ista enim omnia faciunt hominem pulchrum & coram Deo, & hominibus gratiosum. Habeat ergo homo pulchritudinem seruoris & charitatis, vt sic dicat illud Ecclesiastici 24. *Ego mater pulchræ dilectionis & timoris, & agnitionis & sanctæ spei.* Item habeat pulchritudinem dulcoris & pietatis. Can. 5. *Quam pulchra sunt mammæ tuæ soror mea sponsa, pulchriora sunt vbera tua vino, & odor vnguentorum tuorum super omnia aromata.* Pietas enim est pulcherrima virtus, sicut Hier. 11. de oliua dicitur. *Oliuam vberem, pulchram, fructiferam speciosam, vocauit dominus nomen tuum.* Item habeat homo pulchritudinem candoris, & puritatis Eccl. 43. *Pulchritudinem candoris admirabitur oculus.* Item habeat pulchritudinem vigoris & firmitatis, Ecclesiast. 43. *Altitudinis firmamentum pulchritudo eius.* Item habeat pulchritudinem decoris & honestatis, Canticorum 6. *Ecce pulchra es amica mea, suauis & decora.* Item habeat pulchritudinem clamoris & veritatis, scilicet, virtutem confessionis, &c. Psal. 95. *Confessio & pulchritudo in conspectu eius, sanctimonia & magnificentia, &c.* Item habeat pulchritudinem rigoris & æquitatis, de qua dicitur Hier. 31. *Benedicat tibi dominus pulchritudo iustitiæ.* Quod exponens Aug. lib. 8. de ciu. Dei. cap. 6. dicit *pulchritudo animi*, quia plerique homines pulchri sunt quamuis corpore sint deformes. Sic igitur poterit dici anima pulchra, propter omnia supradicta, ita quod ei dici poterit illud Can. 4. *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.* Vbi ostenditur, quod ipsa, scilicet est generaliter ordinata. *Tota pulchra es.* Cordialiter amata. *Amica mea*, inquit. Integraliter purgata. *Et macula non est in te.* Et ita pulchra fuit beata virgo, quare dominus ipsam elegit & amauit. Teste enim Aug. *Non possum amare nisi pulchra.* Ideo de beata Virgine potest dici illud Iud. 5. *Pulcherrima fœminarum eligitur ei*, & Gen. 12. *Noui te quod pulchra sis mulier.* vbi etiam ostenditur, quod ista fuit, scilicet, Sanctitatis decore fulgida. *Pulcherrima* inquit. Pietatis dulcore florida. *Fœminarum* inquit. Dignitatis honore splendida. Quia eligitur ei. Et sic patet quomodo est pulchritudo apparentiæ, eloquentiæ, sapientiæ, & conscientiæ. Et sic ergo ostenditur quod est quædam pulchritudo moralis & virtualis. Et hoc est primum principale. ¶ Secundo principaliter dico, quod est quædam pulchritudo carnalis & corporalis, & ista pro certo vana est & fallax, deceptoria & transitoria, quia sicut dictum est Prou. 31. *Fallax gratia, & vana est pulchritudo.* Et vere fallax est & vana, quia H

| | |
|---|---|
| Pulchritudo corporalis | Cito perit & deficit,<br>Mentes trahit & inficit,<br>Nulli prodest aut proficit,<br>Animam damnat & afficit. |

Dico ergo quod corporis pulchritudo est celeriter defectiua, & ideo in scriptura comparatur flori Esa. 40. *Exortum est fœnum, & cecidit flos, & decor vultus eius deperit.* Flos n. habet pulcherrimã apparentiam, veruntamen habet debilissimam existentiam, siccatur enim modico calore, & tunc tota sua pulchritudine spoliatur. Sic vere decor corporis habet existentiam valde debilem, quia quamuis homo dum viuit & maxime in iuuentute valde sit floridus & formosus, quando siccatur in senectute vel morte, statim fit hispidus & rugosus Iob 18. *Deuoret pulchritudinem cutis eius, & consumat brachia eius primogenita mors.*

¶ Item dico, quod ista pulchritudo est damnabiliter infectiua. Inficit enim subiectum proprium per vanam gloriam, & subiectum etiam alienum per malam concupiscentiã. De vna e[ni]m gloria certũ est, quia vt communiter omnis persona pulchra gaudet videri, & gaudet etiam de pulchritudine commendari iuxta illud poeticum. *Delectant castas etiam praconia forma.* Pone etiam (sicut in libro rerum dicitur) quod pauo in plumarum suarum pulchritudine gloriatur, gaudetq; quando secrete ab hominibus inspicitur & videtur, & exinde superbiens ad rotam faciendam, & caudam dilatandũ, & a[d] ipsam plumarum pulchri- I

pulchritudinem ostendendum sensibiliter excitatur. Et quod plus est, pauo de nocte euigilans, & propter tenebras plumarū suarum pulchritudinem non videns, totā suam pulchritudinem amisisse se credens, subito clamat & cōtristatur, & in se plurimū desolatur. Sic multi & mulierę sunt qui quando se sciunt plumas pulchras, i. exteriorem corporis pulchritudinem habere, ideo gloriantur, & videri ab hominibus delectantur; & ad literam vt magis appareat, quod in eis pulchrum est solent rotam, i. pompam facere, caudam præsumptionis pompaticæ ostendere & ducere, & totam suam pulchritudinē alijs dilatare. Exemplo regis Assueri, qui glorians in pulchritudine Vasthi vxoris suæ, iussit eam venire, vt ostenderet cunctis populis & principibus pulchritudinem ipsius. Et quod plus est, isti volunt se continue videre, & ideo si quandoq; sunt, quod se non speculantur vel inspiciunt, totum sese perdidisse credunt, & præ timore amissæ pulchritudinis sæpe gemunt. Vnde de superbia & vana gloria talium dicitur Hier. 49. *Ascendit de superbia Iordanis ad pulchritudinem robustam.* Contra tales ergo de pulchritudine gloriantes Innoc. de vilitate conditionis humanæ dicit. *Absit vt alter color comparabilis sit natiua. Quid enim vanius quam crines pectere, cæsariem tingere, faciem vngere, genas prodacere? Fallax enim & vana gratia est pulchritudo, & omnis caro fœnum.* Et non solum ergo ista pulchritudo inficit proprium subiectum per inanem gloriam, imo etiam inficit alios per luxuriam. Sicut enim ad sensum patet, quod pulchritudo cerastis, panthera & tigridis alia animalia ad sui considerationem attrahit, & dum circa ea mussant, ipsa percutiunt & occidunt. (Ista enim habent pulcherrimas pelles & valde coloratas, sed teste Isid. quot colores tot dolores) sic vere sunt pulchræ mulieres, & etiam pulchri iuuenes. Alios enim ad speculandum & intuendum suam pulchritudinem attrahunt, & ipsos per mala desideria vulnerant & occidunt. Ideo consulit Sapiens Prou. 6. *Non concupiscat pulchritudinem eius cor tuum, ne capiaris nutibus illius.* Dico igitur quod corporis pul-

K chritudo est damnabiliter infectiua. ¶ Item dico, quod corporis pulchritudo est ad nihilum perfectiua. Constat enim quod de ista nullum penitus venit commodum animæ, sed potius incommodum atque damnum. Et istud patet, quia vt communiter illi qui sunt cæteris pulchriores, sunt vt communiter nequiores. Patet in primo Angelo, qui in naturalib. fuit pulcherrimus, & tamen factus est nequissimus. Vnde de eo dicitur Ezech. 28. *eo quod eleuatum est cor tuum quasi Dei, ecce adducam super te robustissimos, & nudabunt gladios suos super pulchritudinem sapientiæ tuæ,* & sequitur. *Perdidisti sapientiam tuam in decore tuo.* Patet etiam in Absalon, qui corporaliter erat pulcher, & tamen spiritualiter fuit nequam, qui contra patrem insurrexit, sicut dicitur 2. Reg. 14. & 15. Nam vt dicitur 2. Reg. 14 *fuit Absalon vir non erat pulcher in omni Israel.*

L ¶ Item corporis pulchritudo est terribiliter damnatiua. Causa enim est multorum peccatorum, & finaliter multorum tormentorum. Castor enim in pellis pulchritudine syluestris efficitur, & tandem propter pellis pulchritudinem occiditur. Sic sæpe fit, quod homo vel mulier syluestris & luxuriosus efficitur, dum in suæ pellis pulchritudine gloriatur, (Ezech. 16. *Habens fiduciam in pulchritudine tua fornicata es*) quapropter in inferno finaliter occiditur, suaque pelle & pulchritudine spoliatur Thren. 2. *Occidit dominus omne quod visu pulchrum est.* Ista est igitur pulchritudo carnalis & corporalis, quæ, scilicet, vt dictum est, est damnatiua non perfectiua, est infectiua, & est etiam defectiua.

M ¶ Tertio principaliter dico, quod est pulchritudo temporalis & ista est mundanæ prosperitatis. Ista n. quæ sunt hic videntur modo esse valde pulchra, quæ tamen si bene cognoscerentur, turpia esse viderentur. Noctiluca n. de nocte lucet & videtur mirabiliter esse pulchra, & hoc quia tunc homo non bene videt, ita quod non potest bene de rerum existentijs iudicare, sed de die quando homo videt bene, ista cognoscitur esse quidam vermis, vilis, turpis, horribilis & deformis. Sic vere charissimi in nocte huius præsentis turbulentæ vitæ, quando nullus propriè cognoscit quid sunt res, prosperitas mundi videtur pulchra, lucida & formosa, sed vere in die vitæ futuræ, quando ambulauimus non per fidem, sed per spem, quando de rebus perfectam cognitionem habebimus tunc veraciter cognoscemus, quod mundi prosperitas non est pulchra, sed magis vilis, horribilis, atq; turpis. Ista ergo prosperitas est pulchra & alliciens. Figurata *in illo ligno paradisi quod erat pulchrum visu & ad visitandum suaue,* quo Eua allecta fuit, ita quod mandatum præteriuit. Tali pulchritudine fuit pulchritudo mundi, figurata in vaccis quas Pharao vidit pascere iuxta, de quibus Gen. 41. *Septem boues pulchræ & crassæ nimis pascebantur iuxta amnis ripam,* vt sic de quolibet tali dicatur illud Ez. *Ecce Assur quasi cedrus in Libano pulcher ramis & frondibus nemorosus, excelsusque altitudine.* Ista est ergo pulchritudo realis & temporalis. ¶ Quarto principaliter dico, quod est pulchritudo supernalis, & ista est pulchritudo gloriæ paradisi. Sicut palma inferius est aspera & spinosa sursum autem est pulcherrima & decora, sic paradisus hic tempore huius vitæ humana æstimatione est valde asper, hispidus & deformis, tamen qui sursum sunt, ipsum pulchrum inueniunt & formosum, ita quod de eo dici potest illud Prou. 3. *Viæ eius viæ pulchræ & omnes semitæ pacificæ.* Ista est ergo quadruplex pulchritudo æterna, externa, carnalis, & virtualis. Et hæc de pulchritudine sufficiant. Vide de specie, de decore, de forma, de ornatu, de colore, de pelle, & infra de vestibus, &c.

## Pulsare.

Cum pulsare sumatur pro excitare, euigilare, requirere vel vocare, dicamus quod nos inuenimus pulsare

Dei, quod facit monitionibus,
Iusti quod facit orationibus,
Diaboli, quod facit tentationibus,
Pulsat enim Deus, vt iustus suscitetur,
Pulsat iustus, vt Deus excitetur,
Pulsat diabolus, vt homo pereat.

Primum ergo est pulsare diuinæ monitionis, quia sic Deus habet procuratores suos apud hominem, quibus mediantibus ipsum ad bonum excitat atq; pulsat. Et primo quidem Synderesim, quæ pulsat interius rectam vitam ostendendo, scripturam sacram, quæ pulsat exterius Dei mandata declarando, prædicatores, qui pulsant asperius ad bonum inducendo, & à malo retrahendo, terrendo, attrahendo, comminando & promittendo, pauperes & egenos eleemosynas petendo, & misericordiam implorando, ipsumme Deum, qui pulsat superius inspirando, & se vt intret offerendo & præsentando, & finaliter ad ostium corporis cum malleo tribulationum & mortis percutiendo. Breuiter ergo iste est qui dicit Apoc. 3. *Ego sto ad ostium, & pulso, si quis audierit vocem meam, & aperuerit ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ille mecum.* Ille est enim dilectus animæ, qui in societate sponsæ suæ esse mirabiliter se delectat, & ideo vt sibi ostium cordis aperiat, dulciter flagitat atque pulsat. vnde Cantic. 5. *Vox dilecti mei pulsantis, aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, quia caput meum plenum est rore* Deus enim animam ad aperiendum sibi cor & affectum per charitatem dulciter inuitat & pulsat, & abundantiam fons deuotionis & gratiæ sibi offert si voluerit & pœniteat. Et ideo Luc. 12. *Vigilate serui Dominum expectantes, vt cum venerit & pulsauerit, sibi confestim aperiant.* Est igitur pulsare diuinæ monitionis.

¶ Secundo dico quod est pulsare humanæ orationis. Homo enim quando orat, ad aures diuinas vt concedendo quod petitur aperiat, pulsat, somnolentus est enim Deus, pulsans vt aliàs non exaudit. Vnde Matt. 7. *Petite & accipietis, quærite & inuenietis, pulsate & aperietur vobis.* Quia, scil. sicut ibidem dicitur, *omnis qui petit accipit, & qui quærit inuenit, & pulsanti aperietur.* tamen aduerte quod Deus non statim aperit pulsanti, sed ipsius indigentiam & diligentiam experitur, sicut Luc. 11. exemplificat de amico dormiente, qui licet cum difficultate, tamen surrexit & paruit, & panes postulatos concessit, & hoc quia pulsando perseuerauit. Ideo de Petro pulsante ad ostium dicitur Act. 12. *quod sibi non fuit statim ostium apertum, sed postea pulsando perseuerauit. Petrus autem perseuerabat pulsans.* Istud est igitur pulsare humanæ orationis. ¶ Tertio dico quod est pulsare diabolicæ tentationis. Iste enim ad ostium cordis continue pulsat, & ad malum nos stimulat & inclinat. Vnde Iud. 16. dicitur, *quod filij Belial,* id est, *absque iugo, circumdantes domum senis, pulsare cœperunt.* Hæc igitur sufficiant de pulsare, quia paucæ sunt auctoritates.

## Puluis.

Nota, quod puluis nihil aliud est quam illæ modicæ particulæ in quam res corruptibiles resoluuntur, corporum enim particulæ quamdiu per formam substantialem inuicē vniuntur, corpus sunt, statim vero quod consumpto humido radicali & recedente forma substantiali ab inuicē separantur, pulueres sunt. Notemus ergo quod puluis signat multa

multipliciter in scriptura tam in bono quam in malo. Significat enim

Cordis humilitatem & deiectionem,
Carnis mortalitatem & corruptionem,
Mundi prosperitatem & successionem,
Culpæ iniquitatem & infectionem.

Puluis enim { Nihil est in humana reputatione,
Remanet ex corporum dissolutione,
Rapitur ex ventorum collisione,
Maculat ex contactus coniunctione. }

De puluere igitur humilitatis & deiectionis dicitur 3. Reg. 16. *Exaltaui te de puluere*, id est, de humili statu, *& posui te ducem super populum meum*. De puluere mortalitatis dicitur in Psal. 103. *Auferes spiritum eorum, & non subsistet, & in puluerem suum reuertentur*. De puluere prosperitatis dicitur Matth. 10. *Excutite puluerem de pedibus vestris*. De puluere vero iniquitatis dicitur Psal. 1. *Non sic impij non sic, sed tanquam puluis quem proijcit ventus à facie terræ*. Generaliter ergo dico quod ista dant puluerem vtilem, & puluerem inutilem, puluerem bonum, & puluerem malum. ¶ Igitur primo & principaliter de puluere in bono significato aliquid est dicendum. Et dicamus vt supra dictum est, quod per puluerem potest intelligi status humilitatis, & recordatio mortalitatis. De humilitate apparet, quia stare in puluere pertinet ad viles personas, pauperes & deiectas, iuxta illud Esa. 47. *Descende, sede in puluere virgo filia Babylonis, non est solium vltra tibi*. Puluis enim est quod paruum aut nihil reputatur, & quo homines aspersi viles & deformes videntur, significans humilitatem, quæ hominem sua consideratione & attractione mirabiliter facit vilem. Et ideo homines antiquitus quando volebant signum humilitatis, & deiectionis, aduersitatis & desolationis, pœnitentiæ & contritionis ostendere, solebant puluere capita sua aspergere, sicut dicitur 2. Reg. 1. *Quod post casum & mortem exercitus Israel in monte Gelboe ad Dauid venit homo de castris Saul, puluere aspersus caput*, & Iosuæ 7. dicitur, *quod post casum populi miserunt puluerem super capita sua*. Item de consideratione mortalitatis patet. Puluis enim est illud quod remanet post consumptionem & resolutionem corporum. Sic vere proprie solus puluis terræ & cineris remanet post mortem corporum humanorum. Spiritualiter enim loquendo, puluis & resolutio mortis debet remanere per iugem memoriam in cordibus hominum deuotorum Psal. 21. *In puluerem deduxisti me*. Talis ergo puluis est habendus, & summopere reseruandus. Sicut enim videmus quod pulueres sunt ad multa necessarij, (vnde etiam dicit Plin. quod cornua & pili capræ comburentur, quorum fumus & puluis ad multa valent, nam fumo serpentes fugantur, puluere vero carnes superfluæ corroduntur, & nouæ generantur, fluxus humorum restringitur, & vulnus putridum medicatur, sic vere charissimi isti spirituales pulueres, scil. resolutio humilitatis & recordatio mortalitatis ad multa sunt nobis vtilia. Nam si homo in igne charitatis cornua superbiæ & lanam suæ exterioris apparentiæ ad puluerem humilitatis reducit, & seipsum post concremationem & consumptionem corporis in puluerem reuersurum cogitat, proculdubio in ipso ex fumo, i. ex consideratione huiusmodi serpens, id est, diabolus tentando repellitur caro, i. carnalitatis libido corroditur, humor superfluus gulositatis consumitur, & vulnus putridum inuidiæ abstergitur & sanatur. Et ideo talis puluis est habendus, & à pijs cordibus eligendus. Et sic quilibet dicat illud Iob 7. *Ecce nunc in puluere dormio, &c.* Et ideo breuiter exponamus illam auctoritatem. Gen. 3. *Puluis es, & in puluerem reuerteris*. In quibus verbis potest ostendi triplex puluis, i. triplex status hominis qui per puluerem intelligitur, scilicet status vitæ, mortis & resurrectionis. Ostenditur enim in istis verbis

Conditio carnalis naturæ. (Puluis es,)
Inflictio mortalis iacturæ. (In puluerem, supple, tendis,)
Resumptio vitalis figuræ (Reuerteris.)
Primus est puluis vituperandus,
Secundus est puluis considerandus,
Tertius est puluis desiderandus.

¶ Dicamus ergo primo quod est puluis carnalis conditionis. *Puluis*, inquit, *es*, i. vilis & inutilis sicut puluis. Puluis enim ex propria conditione faciliter vento rapitur, mixtus aquæ lutum efficitur, vestem mundam quam tangit maculat & per eum inficitur. Sic vere humana caro vel etiam vita carnis faciliter læditur vento tribulationis, mixta cum aqua delitiarum facta iter transit in lutum peccati & corruptionis, & vestem mundam, id est, animam sibi coniunctam inficit vitio concupiscentiæ & delectationis. Et hoc ostenditur cum dicitur, *puluis es*. Et vere charissimi homo puluis est, quia sicut dicitur in Psal. 17. *Comminuam eos sicut puluerem ante faciem venti, vt lutum platearum delebo eos*. Iste est ille fons Idumeæ, qui in quarta parte anni colorem habet puluereum, vt dicit Isid. Item est sicut mare puluereum & sabulosum, quod in India dicitur esse, & per totam septimanam vsque ad sabbathum dicitur fluere. Quia, s. puluerea conditio nostra ad modum fontis & ad modum maris continue est in fluxu, donec veniat sabbathum requiei & gloriæ paradisi. Et istud plangebat Iob 7. *Induta*, inquit, *est caro mea putredine & sordibus pulueris, &c.* Iste enim puluis carnalis conditionis est proculdubio excitatiuus humilitatis, quia, scilicet, nullus est ita magnus quin de atomis & pulueribus sit compositus, & quin sit de natura puluerea procreatus. Vnde Esa. 40. *Insulæ quasi puluis exiguus*.

¶ Secundo dico quod est puluis mortalis corruptionis, & hoc ostenditur cum dicitur. *In puluerem*. In enim est præpositio significans terminum ad quem. Et ideo quando dicitur. *In puluerem*, signat illum puluerem in quem naturaliter tendimus, scil. mortem, & mortis puluerisationem. Teredo enim est vermis paruus & mollis, qui ligna quantumcunque dura corrodit perforat, & in puluerem reducit. Et mollia ligna quæ plenilunio plantantur, vel quæ plenilunio colliguntur, faciliter teredine corroduntur, & per teredinem in puluerem reducuntur, sic dicit Plin. Sic vere charissimi teredo mortis quamuis sit vilis & mollis, i. quamuis dissimulando molliter videatur erga plurimos se habere, durissima tamen ligna, i. quoscunque fortes homines perforat & occidit, & eos in puluerem redigit & conuertit. Et potissime illi quos in plenilunio prosperitatis inuenit, citius ab isto teredine corrumpuntur, & per ipsum in puluerem rediguntur. *In puluerem*, inquit, i. in mortem vt de morte dicat quilibet illud Ps. 7. *Gloriam meam in puluerem deducat*. ¶ Tertio dico quod est puluis finalis resurrectionis, qui ostenditur cum dicitur. *Reuerteris*. Sicut enim alchymistæ per scientiam artis suæ de metallis puluerem faciunt per calcinationem, & ipsum puluerem iterum in corpus, & in metallum reducunt per congelationem, sic Deus per mortem de omni homine puluerem faciet, ipsos tamen pulueres in die iudicij iterum in corpora reducet & conuertet. Reuerteris inquit. Vnde Eccl. 12. *Reuertatur puluis in terram suam vnde erat*. Et sic patet quod est triplex puluis considerandus, & in scrinio pectoris reponendus. Sicut enim videmus quod pulueres ad multa solent valere, quia sc. de pulueribus fiunt antidota & electuaria medicinalia, de pulueribus fiunt confectiones quib. mortuorū corpora fiunt incorruptibilia, de puluerib. fiunt colores ad parietes pingendum, de pulueribus fiunt cæmenta ad domos & palatia ædificandum, sic vere charissimi pulueres isti assumpti, considerati & meditati sunt valde vtiles suis considerationibus quia s. per considerationem talium puluerum homo spiritualiter conditur, à corruptione peccati præseruatur, homo per honestam conuersationem pingitur, homo ab infirmitatibus peccati sanatur, & ædificium Deo patri homo spiritualiter præparatur. Talibus ergo pulueribus debemus animam nostram conficere. Talibus pulueribus debemus conuersationem nostram pingere. Talibus pulueribus debemus sanitatem animæ procurare. Talibus pulueribus debemus Deo nos ipsos ædificium præparare. Vt sic faciamus quod præcipitur Mich. 1. *In domo pulueris puluere vos conspergite*. Sic ergo dico quod istum triplicem puluerem debemus in corde reponere, & per iugem memoriam cogitare, scil. puluerem nostræ vilis conditionis, puluerem nostræ finalis solutionis, puluerem vitalis resurrectionis & reparationis. Et sic igitur dico quod puluis accipitur in scriptura in bono significato. F

¶ Sed secundo dico quod puluis potest accipi in malo significato, & sic, vt dictum est, signat mundi prosperitatem, & morum iniquitatem. Igitur dico quod prosperitas mundana pulueri comparatur, quia

Puluis est { Vermium nutritiuus,
Vestium fœdatiuus,
Aeris obturbatiuus,
Venenosorum obscuratiuus,
Luminis impeditiuus. }

Sic est vere mundi prosperitas, s. diuitiæ & delitiæ, & alij mundi bona, quæ more pulueris difficiliter aggregantur, & faciliter disper-

disperguntur, quia pro certo in ista vermes, i. peccatores nutriuntur Esa. 65. *Serpenti puluis panis eius.* Item per istum vestes conuersationis diuersis vitijs maculantur Iob 7. *Induta est caro mea putredine & sordibus pulueris.* Item per istum aer conscientiæ obscuratur, & lumē gratiæ impeditur Naum. 1. *In tempestate & turbine via eius, & nebula pulueris pedum eius.* Item in isto venenosa animalia, sc. peruersi homines conuersantur Mich. 7. *Lingent puluerem sicut serpentes,* & Iob 21. *Simul in puluere dormient.* Item per istam oculi diligentiæ perturbantur. Vnde de malis in prosperitate constitutis dicit Oseæ 13. *quod ipsi erunt sicut puluis turbine raptus ex aere, & sicut fumus de fumario.* ¶ Sed adhuc dico, quod pul- G uis signat morum iniquitatem. Puluis enim vt dictum est, peccatorem designat. Puluis enim nihil habet firmitatis, puritatis aut fœcunditatis. Vnde etiam arena maris quæ proprie est puluerea, nec habet stabilitatem, nec etiam fertilitatem, sic vere peccator nec est stabilis per constantiam, nec est purus per continentiam, nec fœcundus per bonorum operum redundantiam, quimimo isti sunt viles, instabiles, & mortui, & à cunctis bonis operibus defectiui Psalm. 1. *Non sic impij, non sic, sed tanquam puluis quem proijcit ventus à facie terræ.* Vnde nota de malis, quod ipsi habent, sc. præsumptionem reprehensibilem, ideo dicitur: Non sic impij, non sic. Conditionem abominabilem, ideo dicitur Tanquam puluis. Afflictionem inæstimabilem, ideo dicitur, quod ventus proijciet eos à facie terræ. Et sic ergo patet, quomodo in bono significato, & in malo accipitur puluis. Sufficit, vide de Arena.

A **Pullus.** Nota, quod pulli sunt iuuenes fœtus animalium, volucrum seu bestiarū. Et ideo breuiter dico, quod per pullos possunt intelligi personæ miserabiles & pauperes, & personæ in sensu vel in moribus, vel etiam in temporalib. defectiuæ. Vnde pulli idem sunt in animalib. quod pueri in hominibus. Vnde nota, quod in scriptura per pullos intelliguntur

Viri
- Simplices & innocentes,
- Humiles & subiacentes,
- Pauperes & impotentes,
- Fatui & præsumentes,
- Carnales & insolentes.

Significat dico viros simplices & innocentes. Pulli enim de sui natura sine malitia sunt, quia sc. propter iuuentutem nec dum malitiam didicerunt, & isti sunt pulli columbarum, qui in lege præcipiuntur offerri, de quibus dicitur Leuit. 14. *Offeret duos pullos columbarum.* Et de hoc etiam Matth. 21 *Inuenietis asinam & pullum cum ea.* Asina enim simplicitatem designat, quæ Christi pullos comitatur & associat. Et breuiter illi sunt qui sicut pullus hi- B rundinis sic clamant, & meditantur vt columba. ¶ Item pullus signat viros humiles & subiacentes. Et sic per pullum intelliguntur subditi, quos prælati debent quemadmodum gallina sub alis congregare, quos prælati debēt sicut aquila pullos suos ad bonum volitando desuper prouocare, quos etiam prælati debent sub iugo obedientiæ alligare. Isti enim pulli à prælatis sunt conuocandi Matth. 23 *Gallina congregat pullos suos sub alas.* A prælatis sunt prouocandi Ps. seu Deut. 32. *Aquila prouocans pullos suos ad volandum, & super illos volitans.* A prælatis per statuta sunt C alligandi Marc. 11. Luc. 19. *Inuenietis pullū alligatum.* ¶ Item pullus signat viros pauperes & impotentes. Pullus enim nil habet fortitudinis & virtutis, sic nec pauperes habent aliquid fortitudinis temporalis. Vnde isti sunt figurati in pullis coruorum quibus parentes quia eos sibi vident in nigredine dissimiles, cibos consueuerunt negare, quibus tamen dominus solet rorem cœli ministrare. Quia vere illis pullis, i. pauperibus dominus melius prouidet, quos carere auxilio parentum & amicorum & auditorum videt Psal. 146. *Qui dat iumentis escam ipsorum, & pul-* D *lis coruorum inuocantibus eum.* ¶ Item pullus quandoque signat viros fatuos & præsumentes. Pulli enim vt communiter iugo carent, & ad voluntatem suam liberi vadunt. Sic mali obstinati & præsumptuosi nullum obedientiæ iugum recipiunt, sed per mundum in suis vanitatibus liberè perambulant & discurrunt Iob 11. *Vir vanus in superbiam erigitur, & tanquam pullum onagri se liberum natum putat.*

E ¶ Item dico, quod pulli quandoque signant viros carnales & insolentes. Pulli enim auium sunt valde viscosi, & maxime pulli turturum, & ideo non sani, vt dicitur in libro de natura rerum. Sic pulli diaboli sunt per luxuriam & gulā carnales, viscosi & immundi, & ideo non sunt sani. Isti sunt illi pulli de quibus dicitur Iob 30. *Pulli aquilæ lambunt sanguinem.* Sanguis enim delicias & carnalitatem designat, quas isti diligunt atque lambunt, &c. Vide de pullis in infinitis exemplis, quæ in diuersis titulis ponuntur. Sufficit.

**Punire.** Nota, quod punire idem est, quod pœnam ... gere vel inferre. Multa possent dici, sed auditores vocales sunt quasi nullæ. Vide infra. Pœna. Correctio. ... cutere. Verberare. Occidere. Flagellare, quia transeo.

**Pupillus.** Nota, quod pupillus dicitur proprie filius filia carens patre sub ætate annorum duodecim vel quatuordecim constitutus, sub tutoris arbitrio à patre vel à iudice ordinatur, iuxta illud Threo. 5. *Pupilli facti sumus absque patre, matres nostræ quasi viduæ.* Per pupillum ergo in scriptura intelliguntur illi qui mundanis auxilijs destituti sunt tut... pauperum Deo totaliter derelicti Ps. 9. *Tibi enim derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor.* Sicut enim pupilli sunt in iure valde priuilegiati, sic & pauperes, simplices & innocentes, quia vere tales dominus adiuuat & defendit, ipsosque præcipue ab a... adiuuari. De ipso enim dicitur Oleæ 14. *Eius qui in te est ... pupilli.* Et in Ps. 145. *Pupillum & viduam suscipiet, & deprecationem eorum exaudiet, & saluos faciet eos.* Quod etiam à nobis velit eos foueri & protegi, & tueri, dicitur Eccl. 4. *In iudicando esto pupillis misericors.* ¶ Et ideo tales pupilli, id est, personæ miserabiles, sunt

- Viriliter defendendi,
- Benigniter indulgendi, seu crudeliter non lædendi,
- Liberaliter nutriendi,
- Clementer exaudiendi,
- Cordialiter consolandi.

Quia ergo debeamus pupillos defendere, patet Iob 29. vbi de seipso dicit. *Pro eo quod liberassem pauperem vociferantem, & pupillum cui non erat adiutor.* Item quod eos debeamus fouere, seu non lædere, patet Zach. 7. vbi præcipitur, *Pupillum & viduam nolite calumniari.* Item quod eos debeamus temporaliter nutrire, patet Iob 31. *Si non comedit pupillus ex ea, &c.* Item quod ipsos debeamus misericorditer exaudire, patet Eccl. 35. *Non despiciet preces pupilli.* Item quod ipsos debeamus consolari vel visitare, patet Iacob 1. vbi dicitur, *quod hæc est immaculata religio, visitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum.* Quæ tamen omnia sunt contra ... tos crudeles & tyrannos, qui magis consueuerunt lædere pupillos & innocentes quam impios & nocentes, similes lupis & miluis, qui pullis & auibus defensione & fortitudine carentibus insidiantur & inimicantur. Contra quos dicitur Iob 6. *Super pupillum irruitis, & subuertere nitimini amicum vestrum.* Ezec. 22 dicit: *pupillum & viduam contristauerunt apud te, &c.* Vide supra de Pauperibus, Paruulis, Innocentibus, &c.

**Purgare.** Purificare. Purus. Purissimus. Cum purgare nihil aliud sit, quam aliquid à sordibus mundare & ab immunditijs purum facere, & ad puritatem reducere, possumus breuiter notare, quod in scriptura inueniuntur plura, quæ purgant & purificant animam à peccato. Sicut enim Medicus purgat corpus, vt sanitas introducatur, ancilla purgat domum vt munda reperiatur, aliqui fabri purgant metalla vt ... ctura recipiatur, sic vere homo debet purgare & purificare corpus suum, vt possit sanitatem gratiæ recipere, & vt possit mundus coram domino comparere, & vt possit tincturam bonæ conuersationis recipere & habere. Ideo dicitur Iac. 4. *Emundate manus peccatores, purificate corda duplices animo.* Et 1. Cor. 5. *Expurgate vetus fermentum, vt sitis noua conspersio.* Et ideo de leproso mundato & purificato dicitur, Leu. 14. *quod sacerdos debeat eum aspergere septies vt rite purgaretur.* ¶ Et nota, quod dicit septies, pro eo septem sunt quæ summe purgant animam à peccato. Anima enim purgatur, scil.

- Per pœnitentiæ dolorem,
- Per amicitiæ feruorem,
- Per eleemosynæ dulcorem,
- Per iustitiæ rigorem,
- Per fidei splendorem,
- Per correctionis vigorem,
- Per compunctionis fluorem.

Purgant ergo animam pœnitentiæ dolores, quod notatur ... mer. 31. vbi dicitur, *quod quicquid potest sustinere ignem, igne purgabitur.* Item amicitiæ feruores. Vnde Malachiæ 3. *Igne conflatus purgabit filios Leui.* Item eleemosynæ dulcores, Tobiæ 12. *Bona est eleemosyna cum ieiunio.* Ipsa est enim quæ purgat peccata. Item iustitiæ rigores. Vnde de Gedeone dicitur Iudicum 6 *quod ipse purgabat triticum in torculari.* Torcular vero pressuram

... fidei & scientiæ splendores Pr... *amur peccata*. Item correctit ... Iob 42 *Timebunt Angeli, & terris purgabuntur*. Item ... fluores. Vnde Leuit. 14. *Purificatus aqua in reducetur* ... Istæ sunt ergo mundationes & purificationes spirituales ... as purificant à peccatis, quas quidem nos omnes Christiani debemus habere, vt coram Deo purissimo & sanctissimo in puritate & sanctitate, & iustitia comparere, ... iuxta illud Leuit. 19. *Sancti estote, quoniam ego sanctus sum*. Talis ... castitas acquirita a nobis omnibus, maxime in ecclesia ... requiritur, vt quisquis digne domino famulentur. Ex... Pauli, de quo dicitur Actor. 21. *quod purificatus intrauit in* ... Ad hoc notandum, quod illi qui templum ecclesiæ habitare, & ibi domino ministrare, necesse habent seipsos à ... purgare, & ... immunditiis criminibus & sordibus expiare, vnde ... *Non ingredientur sanctuarium donec impleantur dies purgatio-* ... Notandum quod sicut res tunc bene purgantur, quando ... & in puritatem reducuntur, ita quod de permixtione nihil omnino in ea remanet aut moratur, ... dicitur purum, quando est sine aqua, aurum dicitur purum quando est sine alio metallo, sic vere homo tunc purificatus dicitur, quando non miscetur cum aliquo peccato iuxta illud Prouerb. 25 *Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas purissimum*. ¶ Vnde nota, quod ad hoc quod simus puri & purissimi, necesse est quod simus

Omnis spurcitiæ deiectiui [Aufer, inquit, rubiginem]
Mundæ facundiæ ostensiui [De argento]
Prauæ concordiæ fugitiui [Egredietur]
Diuinæ gratiæ contentiui [Vas purissimum]

Necesse est ergo

Deiicere à mente prauitatem [Aufer rubiginem]
Ostendere in verbis venustatem [De argento]
Contemnere prauam societatem [Egredietur]
Recipere gratiæ bonitatem [Vas purissimum]

¶ Primo ergo vt purissimi simus, eiiciamus à mente prauitatem. Aufer, inquit, rubiginem, i. culpam. Animalia enim se purgant à prauis humoribus, vt pura & sana fiant, sicut patet in cane, qui vomitu se purgat, & etiam de ceruа, quæ vt dicit Plin. antequam concipiat, purgat se quibusdam herbis, & ita melius concipit purgata. Sic vere charissimi, si spiritum salutis volumus concipere, necesse est primo prauis vitiorum humoribus nos purgare, vt puritatem mentis & corporis possimus integre custodire. *Aufer rubiginem*, inquit, Esaiæ 1. *Auferte malum cogitationum vestrarum*. Et hoc quia sicut dicitur Ezech. 24. *Væ ciuitati sanguinum olla, cuius rubigo in ea est*, & 1. Tim. 2. *Leuantes puras manus sine macula*, & Iac. 4. *Purificate corda, &c.* Eiiciamus igitur à mente prauitatem. ¶ Secundo si volumus esse puri, obtineamus verborum venustatem. Domus enim non est pura seu munda, cuius ostium est immundum. Sic vere ille homo non potest esse spiritualiter bene purus, cuius ostium oris est immundum, sermonibus malis & sordibus maculatum. Et ideo dicit. De argento, de eloquentia, quia scil. non solum debemus habere puram conscientiam, imo etiam facundiam & eloquentiam, iuxta illud Iob 11. *Purus est sermo meus, mundus sum ego à peccato*. Quia sicut dicitur in Psal. 11. *Eloquia domini casta argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum*. ¶ Tertio dico, quod si volumus esse puri, vilipendamus, s. malam societatem. Egredietur. Vinum enim non est purum quam diu fæcibus est mixtum. Balsamus etiam tunc purus dicitur, quando ab omni mala materia segregatur. Sic vere si puritatem mentis & corporis habere volumus, necesse est quod nos ab immundis societatibus separemus. Egredietur, inquit. Ideo dicitur Hier. 48. *Egredimini de Babylone*. Quia sicut dicitur Num. 19 *Quicquid tetigerit immundus, immundum faciet*. Vnde præcipitur Num. 8 *Leuitas separabis de medio*, & sequitur. *Purificabisque & consecrabis eos*. ¶ Quarto vero dico, quod si volumus esse puri, contineamus gratiæ sanctitatem. Vas inquit purissimum. Aqua enim purificat vas in quo ponitur, sic gratia purum facit cor in quo recipitur, vt sic de vasibus cordium nostrorum dicatur illud quod dicitur 2. Par. 9 *Vasa domus saltus Libani erant ex auro purissimo*. Sic ergo dico, quod si ista quatuor habuerimus, puri, sancti, & mundi erimus. Vas inquit purissimum.

¶ Sed nota, quod dicit purissimum in superlatiuo, ad denotandum, quod nos debemus habere omne genus puritatis, videlicet,

Puritatem { Conscientiæ, Continentiæ, Apparentiæ, Sapientiæ.

De puritate conscientiæ dicitur 1. Tim. 3 *Habentes mysterium fidei in conscientia pura*. De puritate continentiæ dicitur Luc. 2. *Impleti sunt dies purgationis Mariæ*, quæ, s. erat virgo. De puritate apparentiæ dicitur Exod. 37. *Fecit arcam de lignis Sethim, & vestiuit eam auro purissimo*. De puritate vero sapientiæ dicitur Leuit. 24. *Afferant oleum de oliuis purissimum ac lucidum ad concinnandas lucernas*. Ista ergo de puritate sufficiant, vide supra de Innocentia, de Castitate, & de Munditia, & cætera similia.

Dictionar. Berchor.

# Purpura.

Nota, quod purpura quandoque sumitur pro panno, quandoque pro vestimento, quandoque pro colore, quandoque pro tinctura. Quocunque ergo modo sumatur purpura, colorem habet rubeum, pretiosum & speciosum, in tantum quod antiquitus non fuit licitum cuilibet vti purpura, sed tantum regibus & magnatibus & comitibus. Vnde etiam de senatoribus Romanis dicitur 1. Mach. 8 *quod nemo induebatur purpura*, quasi diceret. Nemo assumebat sibi tantam potestatem quod purpura vteretur. Notandum ergo quod purpura potest significare gloriam, eminentiam & honorem siue in bono siue in malo ¶ Et sic breuiter dico, quod in scriptura inuenitur purpura A

Interior, quæ est virtuosa, B
Exterior, quæ est gratiosa,
Superior, quæ est gloriosa,
Inferior, quæ est vitiosa.
Prima signat charitatis ruborem,
Secunda signat honestatis decorem,
Tertia signat fœlicitatis splendorem,
Quarta signat prosperitatis feruorem.

¶ Primo igitur dico, quod inuenitur purpura charitatis interioris. Ista est indumentum sponsæ Christi Prouer. 31. *Byssus & purpura indumentum eius*. Byssus est castitas. Purpura est charitas. Indumentorum est honestas. Purpura quæ est ignea, signat feruorem charitatis & amicitiæ. Purpura quæ est sanguinea, signat sanguinem martyrum, & rigorem patientiæ. Purpura vero quæ est rosea, signat ruborem verecundiæ. Ista sunt ergo interiora animæ indumenta, quia sicut dicitur Cant. 3. *Dein ascensum purpureum media charitate constrauit*. Et ideo breuiter de ista interiori purpura dicitur Ecclesiast. 45. *quod stola sancta erat de auro, hyacintho & purpura*. Stola enim est gratia, quæ etiam à sanctis dicitur stola prima, quæ pro certo continet aurum splendentis sapientiæ & hyacinthum fulgentis apparentiæ. Iste enim est ille color egregius, quo cortinæ ecclesiæ vel tabernaculi pro parte componebantur. Quia pro certo nullus potest esse domini tabernaculum aut cortina, nisi habeat purpuram charitatis, vnde Exod. 26. *Facies velum de hyacintho & purpura*. Ista est ergo purpura charitatis interioris.

¶ Secundo dico, quod est purpura honestatis exterioris. Conuersatio enim nostra debet esse tota purpurea, fulgida admirabilis & honesta Ezech. 27. *Hyacinthus & purpura. de insulis Elisa facta sunt operimentum tuum*. Quod bene figuratur Num. 4 vbi dicitur, *quod altare quando debebat portari, debebat mundari cinere, & inuolui purpureo vestimento*. Ad denotandum quod si altare Dei esse volumus, purpureo vestimento honestæ conuersationis vestiri debemus Dan. 5. *Indutus est Daniel purpura*. C

¶ Tertio dico, quod est purpura maiestatis superioris, s. gloriæ paradisi. Purpura enim non concedebatur nisi regi & amicis regis, sic nec gloria æterna nisi Christo & angelis & beatis, vnde 1. Mac. 10. dicitur, *quod rex iussit Ionathan spoliari vestimentis suis, & indui eum purpura*. Quia, scil. rex noster Deus primo sanctos spoliat vestimentis mortalitatis, & tandem eos induit purpura immortalis gloriæ & maiestatis 1. Macc. 11. *Dedit ei potestatem bibendi in auro, & esse in purpura, & habere fibulam auream*. Vbi nota, quod beati in patria æternæ sapientiæ poculo recreantur, quia illi bibunt in auro. Supernæ eminentiæ titulo decorantur, quia isti sunt in purpura, internæ amicitiæ cingulo colligantur, quia scilicet isti habent fibulam auream. Et ideo breuiter de quolibet sic purpurato potest dici illud Hest 8. vbi dicitur *quod Mardochæus fulgebat vestimentis regijs, coronam auream portans in capite, amictus serico pallio atque purpureo*. Ista est ergo purpura maiestatis superioris. D

¶ Quarto dico, quod est purpura dignitatis seu prosperita- E

tis inferioris, & ista nihil aliud est quam gloria mundi, de qua dicitur Luc. 16 *quod homo quidam erat diues, & induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendide.* Ista enim purpura est hodie vestimentum trium generum personarum, videlicet

Superborum & crudelium,
Immundorum & carnalium,
Gulosorum & voracium.

De superbis patet Iudith 10 vbi dicitur, *quod Holofernes qui erat superbissimus, sedebat in conopeo, quod erat ex purpura.* De carnalib. patet Apoc. 18. vbi dicitur, *quod mulier mater fornicationum circundata erat purpura & auro tecta.* De gulosis vero patet Luc. 16. In prae-allegata auctoritate. *Homo quidam erat diues, &c.* Et haec de purpura sufficiant. Vide supra de Accipere, vbi purpura accipitur pro patientia, &c.

A **Pusillanimis, Pusillum.** Nota, quod pusillanimis dicitur quasi pusillus animus, & sic idem videtur significare quod humilis, timidus seu paruus, sicut Christus dixit discipulis Luc. 12. *Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum.* Pusillanimes ergo sunt consolandi, & ne prae timore deficiant in moribus vel in fide à firmioribus roborandi, vnde Eccl. 7. *Noli esse pusillanimis in animo tuo.* Et Esa. 35. *Pusillanimes confortamini*, & 1. Thes. 5. *Consolamini pusillanimes, &c.* Multa possent dici, sed auctoritate adeluot. Vide in tit. Humilitas, Paruus, Modicus, &c.

B ¶ De pusillum vero dic quod dic quod idem est, quod modicum seu paruum. Et certe dic, quod est dare pusillum loci & pusillum temporis. De loco dicitur Luc. 5 *Rogauit Iesus Simonem, vt nauem à terra pusillum reduceret.* De tempore dicitur in Psal. 36. *Et adhuc pusillum, & non erit peccator.* & Mat. 9. *Venite seorsum, & requiescite pusillum. &c.* Nihil plus. Vide Modicum, & Paruum: transeo gratia breuitatis.

A **Putare.** Nota, quod putare idem est quod credere, opinari, & aestimare. Et ideo cum putare non dicat mihi aliquam certitudinem veritatis, sed potius credulitatem dubietatis, possumus notare & dicere, quod est

Vnum putare:
- Simplicium & infirmorum,
- Credentium & perfectorum,
- Praesumentium & fatuorum.

B ¶ Dico ergo quod est vnum putare simplicitatis, sicut Luc. 3. dicitur, *quod Christus putabatur filius Ioseph.* Item est putare credulitatis, vnde Paulus dicit 1. Corint. 7. *Puto quod spiritum Dei habeam.* Boni enim putant terrena nihil valere, quod mortem vitam habere, in fine Christum videre. Putant dico terrena parum valere. Vnde Iob 31. *Si putaui aurum robur meum*, si pro non. Putant etiam post mortem vitam habere Iob 11. *Cum te consumptum putaueris, orieris vt lucifer, &c.* Putant in fine Christum videre Matt. 24. & Luc. 12. *Qua hora non putatis filius hominis veniet.* Istud est ergo putare certae credulitatis

C ¶ Item est vnum putare fatuitatis. Et istud est illud quo fatui & praesumptuosi putant & existimant multa facta. Isti enim

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Putant | Prosperitatem, | quod est | aduersitas, |
| | Fugacitatem, | | strenuitas, |
| | Simplicitatem, | | sagacitas, |
| | Strenuitatem, | | debilitas, |
| | Sublimitatem, | | infirmitas, |
| | Securitatem, | | dubietas, |
| | Diuinitatem, | | fatuitas, |
| | Fatuitatem, | | diuinitas, |
| | Rusticitatem, | | nobilitas, |
| | Affabilitatem, | | loquacitas, |
| | Iustam aequitatem, | | crudelitas, |
| | Summam facultatem | | tenuitas. |

D ¶ Primum patet 2 Reg. 4. vbi ille qui putabat se prospera nunciare de occisione Saulis, occisus fuit à Dauid. ¶ Secundum patet Iudic. 20. vbi filij Beniamin putauerunt filios Israel fugere, quos tamen inuenerunt fortiter rebellare. ¶ Tertium patet 4. Reg. 5. vbi Naaman putauit Helisaeum simpliciter agere de hoc quod ipsum corporaliter non tangebat, & de hoc quod in fluuio balneare iubebat, quem tamen expertus est prudenter egisse. ¶ Quartum patet 2. Par. 5. vbi regi de multitudine & robore sui exercitus confidenti dixit Propheta: *Si putas in robore exercitus bella consistere, superari te faciet dominus* ¶ Quintum patet Iudith 7. *Putant ciuitatem in montibus positam superari non posse.* ¶ Sextum vero patet, Iob 22. *Putabas te tenebras non visurum.* ¶ Septimum patet Sapient. 13. vbi dicitur, *quod idololatrae rectores orbis terrarum Deos putauerunt illas res esse quarum specie delectabantur.* ¶ Octauum patet Matt. 6. *vbi discipuli videntes Iesum ambulantem supra mare putauerunt phantasma esse* ¶ Nonum patet 1. Corinth. 12 ... *quod quae putamus ignobiliora membra esse corporis, ... abundantiorem circundamus.* ¶ Decimum patet Iob 13. vbi d... *nam taceretis, vt putaremini esse sapientes.* Et sicut dicitur ... *qui putat se religiosum esse, non refraenans linguam suam, sed seducens cor suum, huius vana est religio*, vnde Matt. 6. illi reprehenduntur ... *putant, quod in multiloquio suo exaudiantur.* ¶ Vndecimum patet ... lo Aman qui dicebat Hester. 5 *Nihil me habere puto, quamdiu ... Mardochaeum sedentem ad fores palatij* ¶ Duodecimum patet ... vbi dicitur, *quod qui non habet, etiam quod habere putat auferetur ab eo.* Sufficit de putare.

**Puteus.** Cum puteus sit fossa stricta & profunda in qua homo potest faciliter cadere, & difficiliter exire, possumus notare breuiter quod in scriptura inuenitur

Puteus:
- Humilitatis & perfectionis,
- Subtilitatis & discretionis,
- Benignitatis & compassionis,
- Foelicitatis & saluationis,
- Prosperitatis & successionis,
- Carnalitatis & infectionis,
- Cupiditatis & ambitionis,
- Poenalitatis & afflictionis.

¶ Est dico puteus humilitatis & perfectionis, quia, sc. vir humilis & perfectus dicitur puteus vbi, continetur abundantia ... tiarum Cant. 4. *Puteus aquarum viuentium quae fluunt impetu de Libano* ¶ Puteus subtilitatis & discretionis est puteus sacrae scripturae, vbi aquae scientiarum continue hauriuntur quibus deuotae animae irrigantur, de quo Gen. 16. *Appellauerunt locum illum puteum viuentis & videntis.* Puteus enim iste facit viuere per gratiam & facit videre per scientiam. Veruntamen de isto potest ... dici illud quod dictum fuit domino aquam viuam de ... promittenti Ioh. 4. *Domine neque in quo haurias habes, & puteus altus est.* ¶ Puteus benignitatis & compassionis est cor & ... viri pij, vbi desolati solent aquam, id est, refugium misericordiae reperire, de quo Prouerb. 5. *Bibe aquas de cisterna tua, & fluenta putei tui, deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide.* ¶ Puteus foelicitatis & saluationis est inexhaustibilis profunditas aeternae gloriae de qua Gen. 26. *Vocauerunt nomen putei Latitudo* ¶ Puteus prosperitatis & successionis est profunditas mundanae opulentiae, de quo dicitur 2. Machab. 1 *quod in valle erat puteus altus & siccus.* In valle enim huius mundi est puteus prosperitatis, qui altus & siccus dicitur propter altitudinem elationis, & propter siccitatem indeuotionis. Mundus enim est illa vallis quae habebat multos puteos bituminis. Et bene dicuntur bituminis, quia nimis violenter detinent hominem atque ligant. ¶ Puteus carnalitatis & infectionis est insatiabilitas luxuriae. Et sic dicitur Prou. 23. *quod fouea profunda est meretrix, & puteus angustus aliena.* Iste est puteus de quo dicitur 2. Machab. 1. *quod in puteo non inuenerunt ignem, sed aquam crassam*, quia vere tales putei sc. luxuriosi & maxime malae mulieres sunt putei propter insatiabilitatem & sunt angusti propter inreuersibilitatem, non habent ignem, i. charitatem, sed solum aquam crassam, i. carnalitatem. Puteus cupiditatis & ambitionis est insatiabilitas auaritiae. Et ideo de isto puteo intelligi potest illud Apo 9. *Aperuit puteum abyssi, & ascendit fumus putei sicut fornax.* Sed de isto ... de auaro vide satis plene supra de adimplere § 2. Et iste ... puteus, de quo dicitur Genes. 26. *Fodit alium puteum, appellauitque eum inimicitias*, quia, sc. auarorum sunt omnes populi inimici. Sunt ergo valde mali putei, qui continent aquas venenosas & periculosas. Et ideo nos debemus dicere mundo illud ... 20. *Non bibemus aquas de puteis* Puteus poenalitatis & a... est puteus inferni, de quo dicitur in Psal. *Tu vero Deus deduces eos in puteum interitus.* Quod timens Dauid dicebat in Psal. *Neque absorbeat me profundum, neque vrgeat super me puteus os suum* Sic igitur patet, quomodo diuersimode sumitur puteus in scriptura, vide supra de Profunditate.

A **Putredo.** Nota quod putredo nihil aliud est quam corruptio & consumptio. Et ideo breuiter possum dicere, quod in scriptura inuenitur, scil.

Putredo:
- Naturalis mortalitatis,
- Spiritualis iniquitatis,
- Corporalis carnalitatis,
- Cordialis malignitatis,
- Temporalis infirmitatis

[illegible] alteratur naturaliter Iob. 6. [illegible] *vermis comedentur velut à tinea* & Iob [illegible] *[illegible] tanquam, & quasi vestimentum quod comeditur* [illegible] putrescit homo per iniquitatem spiritualiter [illegible] de [illegible] *et iniquitatem eius, corrumpetur putredine pessima.* Item [illegible] putrescit corporaliter Ioelis: *Computruerunt iumenta in stercore suo* & Eccle. 19. *Qui se iungit fornicariis, erit nequam, [illegible] vermes hæreditabunt illum.* Item putrescit per inuidiam [illegible] Prouerb. 14. *Putredo ossium inuidia.* Item putrescit homo [illegible] infamiam temporaliter Amos 4. *Ascendere feci putredinem castrorum vestrorum in nares vestras,* & Prouerb. 10. *Nomen impiorum putrescet,* &c.

¶ Si [illegible] hic adhuc aliquid de putredine vitiorum. Sicut enim [illegible] quod res putrescunt multis de causis, sc.

Propter { Humoris excessum, Caloris accessum, Tumoris processum, Vigoris recessum, Salis seu ardoris decessum. }

[illegible] quod homo spiritualiter computrescit propter excessum & abundantiam humoris prosperitatis. Vnde de manna [illegible] plus debito dicitur Exo. 16. *Quod scatere cœpit vermibus, atque computruit.* Et de flumine Ægypti, vbi sc. tanta erat aquarum [illegible] dicitur Exod. 7. *Computrescent aquæ, & affligentur Aegyptii.* Sequitur. *Computruit flumen, & non poterant Aegyptii bibere aquam.* Item putrescit homo propter accessum & properantiam [illegible] cupiditatis. Vina enim in æstate putrescunt & acescunt propter calorem. Vnde contra auaros loquitur Iac. 5. c. dicens. *Agite nunc diuites,* &c. Sequitur. *Diuitiæ vestræ putrefactæ sunt,* &c. Et [illegible] Iob 7. *Induta est caro mea putredine & sordibus pulueris.* Puluis enim diuitias signat. Item putrescit homo propter processum & excellentiam tumoris pomposiratis. Tumor enim apostematum semper continet putredinem, vnde Hier. 13. *Putrefaciam superbiam Iuda & superbiam Hierusalem:* & Ioelis 2. *Ascendet putredo eius, quia superbe egit.* Num. 5. *Inflato ventre computrescet [illegible].* Item putrescit homo propter recessum & desistentiam vigoris & bonitatis. Sicut enim videmus, quod homo [illegible] anima recedente, sic anima gratia morietur Esa. 50. *Computrescent pisces sine aqua, & morientur in siti.* Item putrescit homo propter decessum & defluentiam splendoris sagacitatis, [illegible] est. propter defectum salis sapientiæ Psal. *Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ,* &c. Sufficit de putredine, &c.

## Q.

**Quadraginta.** Nota, quod numerus quadragenarius cum sit numerus solidus & quadratus, constans ex denario quater ducto, potest significare multa in scriptura tam in bono quam in malo significato. Et primo dico, quod signat in bono. Et sic dico, quod quia iste numerus constat ex decem quater assumptis, ideo signat illum statum in quo seruantur denarius legis mandatorum, & quaternarius quatuor cardinalium virtutum. Et ideo proprie loquendo [illegible] numerus proprie signat illam triplicem quadragesimam [illegible] Christus Dominus obseruauit, in quantum, scilicet, quadraginta diebus & quadraginta noctibus ieiunauit, in quantum etiam quadraginta horis in sepulchro iacuit. In quantum quadraginta discipulis post resurrectionem apparuit. Istæ [illegible] es Christi quadragesimæ signant tres hominum status, [illegible] sunt per quadraginta, seu per quadragesimam designati, scil.

Statum { pœnitentiæ quo ad primam, miseriæ quo ad secundam, gratiæ quo ad tertiam. }

Prima designatur per in deserto ieiunationem,
Secundo designatur per in sepulchro requietionem,
Tertia designatur per in discipulos apparitionem.

¶ Dicamus ergo primo de quadragesima pœnitentiæ, quam [illegible] Christus spiritualiter consecrauit, & ipsam colendam & ieiunandam fidelibus declarauit. Ista enim

Quadragesima fuit à { Christo exemplata, Patribus obseruata, Prophetis prædicata, Figuris indicata. }

D [illegible] fuit exemplata, quia [illegible] dictum est [illegible] exemplum fidelium Deus quadragesimam ieiunauit Matth. 4. *Cum ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus,* &c. Item fuit à sanctis patribus obseruata, quia scil. Moyses quadragesimam ieiunauit, dicens, Deut. 9. *Procidi ante Dominum sicut prius quadraginta diebus & quadraginta noctibus panem non comedens,* &c. Helias etiam quadragesimam confirmauit, quia [illegible] de ipso dicitur 3. Reg. 19. *Quod in fortitudine cibi illius ambulauit quadraginta diebus,* &c. Item ista à prophetis fuit prædicata, & maximo à Iona dicente Ionæ 3. *Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur,* ac si diceret. Niniue ciuitas diaboli, i. congeries vitiorum destruitur, quando quadraginta dies digne à fidelib. ieiunantur. Item ista fuit in multis actibus figurata. Et sic dico, quod ista figurata fuit in scriptura secundum suas diuersas & varias conditiones & virtutes quasi in locis omnibus vbi de numero quadragenario fit mentio in scriptura. ¶ Et [illegible] eo ad ostendendum proprietates istius temporis diuersimode figuratas possumus notare, quod quadragesima est tempus C

Deuotionis,
Orationis,
Afflictionis,
Quietionis,
Durationis,
Tentationis,
Contemplationis,
Peregrinationis.

Est dico tempus deuotionis. Ad litteram enim in tempore quadragesimali humor terræ & arborum incipit abundare, ita etiam quod tunc solent vineæ lacrymari. Sic vere spiritualiter tunc deberet in nobis abundare humor deuotionis & lacrymæ etiam compassionis & compunctionis. Et hoc figuratur Exod. 16. vbi dicitur, *Quod filii Israel 40 annis comederunt manna.* Manna vero qui cibus erat dulcissimus, deuotionem & compassionem designat. Item est tempus orationis. In isto enim tempore aues incipiunt modulari, sic & nos debemus per orationem & gratiarum actionem in domino iucundari, vnde Deut. 8. *Procidi ante Dominum quadraginta diebus & quadraginta noctibus.* Item est tempus afflictionis. In isto enim tempore homines maiores & labores & afflictiones patiuntur, quia sc. agriculturæ tunc temporis exercentur. Sic spiritualiter in isto tempore debemus terram corporis per pœnitentiam colere, & opera virtuosa exercere. Et hoc figuratur per desertum, in quo quadraginta annis populus Israel peragrauit, quia scilic. desertum asperitatem pœnitentiæ designat, vnde Deu. 29. *Adduxi vos per desertum quadraginta annis.* Item est tempus quietionis, quia sc. in isto tempore solet terra quiescere à frigoribus hyemis & tempestatibus. Sic vere homo debet tunc cessare à vitiis & criminalibus. Et hoc figuratur Iud. 5. vbi dicitur, *Quod à prælio quieuit terra quadraginta annis.* Item est tempus durationis & perseuerantiæ in bono statu. Tunc enim magis solent perseuerare homines in laboribus, & magis ibi quam in aliis anni temporibus. Sic spiritualiter magis est tunc bonis operibus insistendum Deuter. 9. *Perseueraui in monte quadraginta diebus.* Item est tempus pugnæ & tentationis, tunc enim solent reges ad bella procedere, tunc solent animalia & volatilia amore stimulata pro vxoribus prælia celebrare. Sic & nos in isto tempore debemus contra hostes spirituales bella gerere, exemplo Christi, de quo dicitur Luc. 4. *Quod agebatur à spiritu in deserto, & tentabatur.* Item est tempus contemplationis, quia scilicet in isto tempore solent humores de terra sursum ad ramos ascendere. Sic & nos etiam de terra & terrenis debemus ad cœlestia surgere, & per contemplationem superius nos leuare exemplo Moysi dicentis Deuter. 10. *Steti in monte sicut prius quadraginta diebus,* &c. Mons enim altitudinem contemplationis designat. Item est tempus peregrinationis. In isto enim tempore solent homines ire in peregrinatione. Ver enim sicut est tempus non nimis calidum vel frigidum, sed magis in suis qualitatib. temperatum, & ad itinera aptum, sic nos in isto tempore debemus nos facere peregrinos, scil. abdicando patria huius mundi, & ambulando mentaliter ad alienã patriam, i. ad paradisi patriam nostram, exemplo Heliæ, de quo dicitur 3. Reg. 19. *quod in fortitudine cibi sumpti ambulauit quadraginta dieb. & quadraginta noctib. vsque ad montem Dei.* Ista est ergo quadragesima pœnitentiæ. ¶ Secundo dico quod est quædam quadragesima pestilentiæ seu miseriæ, & ista signat tempus vitæ præ- D

scoris, quod numero quadragenario designatur. Iste enim numerus qui habet quatuor quadrantes, signat tempus præsens, & etiam vitam nostram, quæ quatuor elementis componitur, quatuor humoribus compingitur, quatuor qualitatib. distinguitur, quatuor mundi partibus continetur. Iste ergo numerus quadratus figuratur in illo numero quadraginta annorum, in quo filij Israel cum immensis laboribus desertum circumiuerunt, vbi pœnas infinitas sustinuerunt, & vbi plurimi eorum plagis varijs perierunt, ita quod paucissimi eorum terram promissionis intrauerunt, sicut per omnia patet Numer. 14. significans præsentem vitam, vbi in deserto huius mundi tribulationes varias sustinemus, ita quod quandoque diuersis cladibus deficimus, & iter nostrum ad paradisum diuersis vitijs impedimus. ¶ Nota ergo hic quod ista quadragesima est tempus periculosum & odiosum multis rationibus, sc. quia est

Tempus {
Submersionis,
Subuersionis,
Occisionis,
Afflictionis,
Punitionis,
Offensionis,
Vagationis,

Dico ergo quod in quadragesima huius vitæ animæ delitijs submerguntur Gen. 7. *Factum est diluuium 40. dierum.* Item animæ vitijs subuertuntur Ionæ 3. *Adhuc 40. dies, & Niniue subuertetur.* Item animæ supplicijs occiduntur, vnde 2 Reg. 10. *Occidit Dauid de Syri 40. millia.* Item boni miserijs affliguntur 2. Corint. 11. *Quinquies quadragenas vna minus accepi, supple plagas.* Item mali pro suis nequitijs puniuntur Num. 14. *Quadraginta annis recipietis iniquitates vestras.* Item Deus & angeli, offenduntur Psalm. *Quadraginta annis proximus fui generationi huic.* Alia litera, habet offensus. Item mali & impij euagantur, vnde Num. 14. *Filij vestri vagi erunt in deserto 40. annis.* Ista est ergo quadragesima miseriæ temporalis.

E ¶ Tertio dico, quod est quædam quadragesima gratiæ virtualis, & ista signat statum hominum perfectorum, qui in 40. virtutibus consistit, videlicet,

In duodecim articulis fidei,
In decem legis mandatis,
In septem moralibus virtutibus,
In septem donis Spiritus sancti,
In quatuor virtutibus cardinalibus.

Ista enim simul iuncta numerum quadragenarium perficiunt, quæ hominem perfectum constituunt, quia sicut teste Plin. porcus 40. diebus impinguatur, lapis etiam qui dicitur encolicetos 40. coloribus decoratur, sic vir perfectus prædictis 40. virtutibus adornatur, ita quod tales figurantur in Isboseth, de quo dicitur 2. Reg. 2. *Quod 40. annorum erat Isboseth cum regnare cœpisset.* Ad denotandum, quod illi, qui regnum Ecclesiæ volunt accipere vel tenere, vel regnum paradisi finaliter intrare, debent 40. annos, id est 40. virtutes prædictas habere 3. Reg 2. *Dies quibus regnauit Dauid 40. anni sunt.* Sic ergo patet, quod triplex est quadragesima, scil.

Quædam {
pœnitentiæ corporalis,
miseriæ temporalis,
gratiæ seu efficaciæ virtualis, &c.

A
## Quadrus. Quadratus.

Nota, quod quadratura sumitur in bono & in malo. Res enim quadrata quatuor habet angulos, & est talis conditionis quod difficilius mouetur, & in loco stabilius situatur, quam res alia qualiscunque. Signat igitur in bono quadraturam virtutum, & maxime virtutum cardinalium, quæ sunt quatuor, quæ hominem faciunt stabilem in bono, iuxta illud 3. Reg 5. *Præcepit rex vt tollerent lapides grandes in fundamento templi, & quadrarent eos.* Et ad hoc etiam facere possunt figuræ de altari, de rationali, de lapidibus, de lignis templi & tabernaculi, quæ omnia erant quadrangula, sicut dicitur Exo. 28. & 30. & 37. & 3. Reg. 6. Quia scil. illi qui sunt altare per deuotionem, rationale per discretionem, lapides per durationem, ligna per mollitionem & compassionem, in templo & tabernaculo per prælationem vel orationem, debent proculdubio esse quadrati & quadranguli per virtualem perfectionem 3. Reg. 7. *Posuit super columnas quadrangulata ligna.*

B ¶ In malo signat quadraturam quatuor malarum affectionum vel aliorum durabilium peccatorum, quæ hominem in malo faciunt stabilem [illegible] ne dicitur Thren. 3. Cant[illegible] go breuiter quod quadratura signat [illegible] tate in malo, vel etiam quadraturam quatuor cardinal[illegible] tum, vide infra de Quatuor.

## Quadringenti.

Nota, quod cum quad[illegible] merus sit quadratus cõstan[illegible] tum quater ductus, dici potest quod signat quadraturam stantiæ & solidæ durationis, & eorum plenitudinem perfectionis, & quaternitatem virtualis seu cardinalis [illegible] sionis. Illi enim proprie quadringenti dicuntur, qui per q[illegible] cardinales virtutes, fidemq; quatuor euangeliorum, & [illegible] affectionum in debitum regimen quadrantur & per perfectionem omnimodam tenentur. Et ad hoc satis videtur con[illegible] illud quod scribitur 1 Reg. 1[illegible]. vbi dicitur, *quod facti sunt quasi quadringenti viri* & Iud. 21. dicitur, *quod in Iabes Galaad* [illegible] *ta sunt quadringenta virgines*, quæ scil. non cognouer[illegible] v[illegible] *quib. filij Israel pepercerunt, & omnes alios occiderunt.* Ad [illegible] quod illi, qui quadringenti, id est, viri solidi & per[illegible] riles pueri & virgines incorrupti, Dauid, id est, Christum quirentur, à morte & periculo liberantur, & malos etiam [illegible] quuntur, sicut scilicet 1 Reg. 30. dicitur, *quod Dauid percussit Amalechitas ipse & quadringenti viri cum eo.* Et ibidem [illegible] *omnes Amalechitæ interfecti sunt præter quadringentos adolescentes.* Si autem per quadringentos vis intelligere obstinationem tol[illegible] tem in malo, allega quod dicitur de malis prophetis 3 R[illegible] 22. *Quod Achab congregauit quadringentos pseudoprophetas, &c.* V[illegible] supra de Quadrare, & infra de Quatuor.

## Quadriga.

Cum quadriga sit instrumentum ad [illegible] & personas de loco ad locum vehe[illegible] & transportandum, etiam quandoque ad bellandum & fa[illegible] tandum ordinatum & factum, ex rotis volubilibus compo[illegible] tum, ab equis & bobus tractum, & ab auriga debite gubernatum, posset dici quod quadriga in bono signat & in malo. [illegible] bono signat, scil.

Virum perfectum,
Mentis affectum,
Scripturæ statum,
Ecclesiæ statum.

Istæ enim sunt quatuor sanctæ quadrigæ, in quibus Christus vehitur, & in quibus merces & thesauri spirituales portantur, & per quas hostes animæ debellantur, figurati, scil. *in quatuor quadrigas*, quas Zacharias (Zach. 6.) *de medio duorum montium vidit exire.* Duo enim montes, duo testamenta, seu etiam statum gratiæ & gloriæ, vel etiam duo charitatis mandata, vel etiam duas tabulas legis Dei significant, quia scilicet ab istis montibus quatuor Christi quadrigæ virtualiter emanant, de quibus dicitur Cantic. 7. *Anima mea conturbata est propter quadrigas Aminadab.*

Quatuor rotæ {
primæ quadrigæ, id est, viri iusti, sunt quatuor virtutes cardinales.
secundæ quadrigæ, i. mentis seu animæ quatuor bonæ affectiones.
tertiæ quadrigæ, i.e. scripturæ, sunt eu[illegible] liorum claues.
quartæ quadrigæ, id est, Ecclesiæ sunt [illegible] tuor religiosorum ordines, in qu[illegible] des creditur diuulgari per quatuor [illegible] di partes.

¶ Quadrigam primam trahunt equi iustitiæ, de quib. Zach *In quadriga prima equi rufi.* Motus enim iustitiæ vsq; ad mortem & sanguinem, qui rufus seu rubeus est, certant. ¶ Quadrigam secundam trahunt equi humilitatis & modestiæ. Isti enim trahunt quadrigam bonæ mentis Zach. 6. *In quadriga secunda equi nigri.* Nigredo enim humilitatem signat.

¶ Tertiam quadrigam trahunt equi scientiæ & sapientiæ, de quibus Zach. 6. *In quadriga quarta equi albi.* Albedo enim sp[illegible] dorem sapientiæ designat. Ista est enim quadriga in qua [illegible] batur Apollo, comitatus scilicet nouem musis. Quia scilicet Apollo Deus scientiarum, Christus, in hac quadriga spiritualiter motatur, vbi à musis, id est, à doctoribus & prædicatoribus comitatur. Ista est quadriga Cherubin qui interpretatur scientiæ plenitudo, de qua, sic dicitur 1. Par. 28. *Quod Dauid dedit Salomoni aurum purissimum, vt ex ipso fieret similitudo quadrigæ Cherubin extendentium alas suas, & velantium arcam fœderis Domini*

Quæ-

¶ [illegible] in quadrigam trahunt equi honestatis, prudentiæ [illegible] ecclesiastici & prælati. vnde Zach. [illegible] *equi varij & fortes*. Varietas n. seu habitus [illegible] varietatibus decentiam & honestatem designat. Istæ [illegible] igitur quadrigæ Domini, de quibus s. dicitur Esa. 22. *Erunt*, inquit, *valles tuæ electæ plenæ quadrigarum & equi*.

Nam Equi
- Iustitiæ, qui sc. trahunt virum iustum, sunt mores honesti,
- Modestiæ, qui sc. bonam trahunt mentem, sunt flores venusti, s. boni & floridi cogitatus.
- Scientiæ, qui scil. trahunt sacram scripturam, sunt doctores sancti,
- Decentiæ, qui sc. trahunt, ducunt & regunt Ecclesiam, sunt pastores recti.

[illegible] de talibus quadrigis & equis admiratiue loquitur [illegible] dicens, scil. ipsi Deo. *Qui ascendes super equos tuos? & quadrigæ tuæ saluatio*. Sic igitur patet, quomodo quadriga sumitur [illegible] no. ¶ Sed adhuc dico, quod quandoq; sumitur in malo, dico, quod nos inuenimus

Quadrigam
- Defectuosam,
- Tumultuosam,
- Tempestuosam.

[illegible] dico, quod de istis quadrigis
Prima significat corpus humanum,
Secunda denotat statum mondanum.
Tertia vero designat superbum vesanum.

¶ [illegible] igitur, quod est dare quadrigam fragilem; quæ cito deficit. Et hoc est corpus nostrum humanum, quod sc quatuor [illegible] quatuor elementorum componitur, & quatuor equis [illegible] quatuor qualitatum trahitur, & à sessore anima gubernatur, à [illegible] tamen faciliter dissipatur. Vnde Zach. 9. *Dispergam quadrigam ex Ephraim*. Finaliter tamen, scilicet, in resurrectione, [illegible] ga ista reparabitur, quia rotæ nouæ, sc. quatuor dotes, [illegible] assignabuntur 2. Paral. 8. *Extruxit Salomon vrbes quadrigarum*. Est igitur dare quadrigam fragilem, quæ cito deficit. ¶ Iterum est dare quadrigam mobilem, quæ parum proficit. Et ista pro certo est mundus seu etiam mundi status, qui scil. quatuor rotis sustinentur, scilicet

Rota
- diuitiarum temporalium,
- delitiarum corpo[illegible]um,
- eminentiarum p[illegible]ium,
- scientiarum.

Equi vero trahentes istas quadrigas sunt mundi potentes. Sed certe tam quadrigæ quam rotæ, quam equi finaliter & cito pereunt & franguntur, & totus fastus & impetus eorundem in nihilum commutatur. Vnde Dominus videtur dicere mundo illud Mich. 5. *Auferam*, inquit, *equos tuos de medio tui, & dispergam quadrigas tuas, & perdam ciuitates terræ tuæ, & destruam omnes munitiones tuas*. Est igitur dare quadrigam mobilem, quæ cito deficit. ¶ Vltimo est dare quadrigam fatuam seu terribilem, quæ multos officit. Et ista certe signat superbos & tyrannos, qui tumultuose, tempestuose, impetuose & flagitiose in factis suis procedant, quorum scilicet, quatuor rotæ sunt quatuor principalia vitia, scilicet

Superbia,
Auaritia,
Luxuria,
Inuidia.

[illegible] ipsos trahentes & ducentes sunt dæmones, quorum etiam [illegible] igæ ipsos ducentes & regentes sunt stultitia & inanis [illegible] O quam innumerabiles sunt istæ quadrigæ Esa. 2. *Repleta equis, & innumerabiles quadrigæ eius*. Istæ sunt quadrigæ [illegible] de quib. loquitur Titus Liuius de bello Macedonico, [illegible] quod Antiochus rex Assyriorum quadrigas contra Romanos fabricauit, quas falcibus scindentibus in pluribus locis armauit, & sic terrorem, & periculum Romanis si non prouidissent immisit. Sic vere diabolus suas quadrigas, sc. tyrannos, contra bonos armat, quos falcibus crudelitatis ipsorum terret, [illegible] & conturbant, vt de diabolo & istis ministris dici possit illud Esa. 66. *In igne veniet, & erunt quasi turbo quadrigæ eius*, & Ioelis 2. *Sonitus quadrigarum super capita montium*. Sed quid? pro certo quadrigæ istæ diabolicæ mundi tyranni faciliter, & finaliter per mortem & infortunia franguntur, iuxta illud [illegible] 2. *In itineribus conturbatæ sunt quadrigæ, collisæ sunt in plateis*. Et [illegible] ad nihil amplius valeant, ignibus infernalibus exponuntur.

[illegible] Vnde de talibus impijs videtur Dominus dicere mundo & diabolo illud Naum 2. *Succendam*, inquit, *vsq; ad summum quadrigam tuam, & leunculos tuos*, &c. Sic igitur patet, quomodo quadriga in bono signat, & in malo, vide in v. Currus.

## Qualitas. Qualis.

Nota, quod Qualis est nomen relatiuum. Refertur enim ad aliud cui est qualis. Denotat ergo qualis aliquam similitudinem, & aliquam rem. Et ideo qualitas de se non est res firma, solida neq; fixa. Et propter hoc spiritualiter loquendo, qualis vel qualitas potest significare in bono vel in malo. Signat enim A

Essentiæ debilitatem,
Iustitiæ æqualitatem,
Sanctitatis conformitatem,
Prauitatis propinquitatem.

Dico ergo, quod qualis signat essentiæ debilitatem. Et sic signat hypocritas, & falsos amicos, qui sunt quales, & non tales, in quantum, sc. non sunt tales quales, & in quantum, sc. habent apparentiam & non existentiam, quia sc. ipsi apparenter videntur boni, & tamen realiter sunt mali, quia quamuis videantur esse personæ bonæ & rationabiles, ipsi tamen sunt lapidei, & miserabiles. Exemplo imaginis lapideæ, quæ apparet esse aliquoties qualis homo, cum tamen realiter sit lapis, vnde Marc. 13. *Respice quales lapides & structuræ*. Item signat iustitiæ æqualitatem, & sic dicitur Leu. 24. *Qualem inflexerit maculã, talem sustinere cogetur*. Itẽ signat bonitatis conformitatem, qualis n. semper est similis talis & econuerso. Et ideo qualis signat similitudinem morum. Et sic in bono signat illos, qui aliorum bonis moribus se conformant. Et sic dicitur 1. Cor 15. *Qualis cælestis, tales & cælestes*. Vnde etiam ista nomina qualis & talis generaliter denotant morum, & virtutum perfectionem, vnde Cant. 5. dicitur. *Qualis est dilectus tuus ex dilecto?* &c. Sequitur. *Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus. Caput eius aurum optimum*, &c. Sequitur. *Talis est dilectus meus*. Item signat prauitatis proximitatem, quia s. socius, & subditus homo in malo talis efficitur qualem habere magistrum vel socium comprobatur Eccl. 10. *Qualis est rector ciuitatis, talis est populus qui habitat in ea*, & 1. Corinth. 15. *Qualis terrenus, tales & terreni*. ¶ Breuiter ergo qualitas signat exteriorem conditionem & dispositionem, siue bona sit siue mala, vel etiam signat similitudinem vel imitationem, siue mala fuerit siue bona. Vide ergo infra de Similitudine & Sicut, & etiam de Talis. B

His præmissis, satis potest videri, quod est dare

Qualitatem
- Mirabilem & gloriosam,
- Laudabilem & virtuosam,
- Damnabilem & vitiosam,
- Tristabilem & dolorosam,
- Excellentem & gaudiosam.

¶ Qualitas admirabilis & gloriosa est excellens conditio nostri saluatoris. Licet enim Deus proprie loquendo non possit dici qualis, cum qualitas sit accidens, in ipso vero accidens non sit vllum, quantum tamen ad humanitatem exterius apparentem, & diuinitati accidentem, & accedentem, & etiam quantum ad aliquos exteriores effectus iste potest dici qualis, & ratione excellentiæ comparatiuæ, & ratione efficaciæ prærogatiuæ, & ratione etiam apparentiæ venustatiuæ, vt scil. de suæ humanitatis excellentia dicatur illud Ecclef. 40. *Nemo natus est in terra qualis Enoch*. De suæ potestatis efficacia dicatur illud Matt. 8. *Qualis est hic, quia venti, & mare obediunt ei?* De suæ venustatis apparentia dicatur illud Marc. 9. *Transfiguratus est*, inquit, *& facta sunt vestimenta eius splendida, & alba sicut nix, qualia fullo nunquam potest facere*. ¶ Qualitas commendabilis & virtuosa & excellit, & melioribus conformatur, vt sic omnibus iustis dicatur illud 2. Petri 3. *Quales oportet vos esse in sanctis conuersationibus, & pietatibus expectantes*. Simus igitur quales, id est, virtuosi & morales, C D

Simpliciores informando,
Inferiores nobis conformando,
Honestissime conuersando,
Diligentissime elaborando,
Patientissime tolerando.

Omnes enim istas qualitates habebat Apostolus, sicut patet ex dictis suis. Habebat enim vnam qualitatem doctrinæ informatiuæ, cum dicebat Galat. 6. *Videte qualibus litteris scripsi vobis manu mea*. Habebat etiam vnam qualitatem in similitudinis conformatiuæ, quia sc. omnes sibi fieri similes in bonis, & esse volebat, dicens

dicens, sc. Act. 26 *Opto, inquit, omnes qui me audiunt, fieri tales qualis ego sum, exceptis vinculis his.* Vt sic accedat illud prædictum 1. Corin. 15. *Qualis cælestis, tales & cælestes.* Habebat insuper vnam qualitatem conuersationis moderatiuæ, dicens, scil. 1. Thess. 1. *Scitis quales fuerimus in vobis propter vos.* Sequitur. *Qualem introitum habuerimus ad vos, & quomodo conuersi estis ad Deum.* Habebat vltra hoc vnam qualitatem diligentiæ procuratiuæ, qua sc. curabat de alijs diligenter, dicens Colloss. 2. *Volo autem omnes scire qualem solicitudinem habeam pro vobis.* Habebat nihilominus vnam qualitatem patientiæ toleratiuæ, dicens, scil. 2. Tim. 3. *Scis, inquit, qualia mihi facta sunt Antiochiæ & Lystris, quales passiones sustinui, & de omnibus eripuit me Dominus.* Iste ergo fuit qualis qui tot bonas habuit qualitates, dicens, scil. illud 2. Cor. 10. *Quales, inquit, sumus verbo per epistolas absentes, tales & præsentes in facto sumus.* Veruntamen de multis imperfectis videtur dubitare, dicens illud 2. Cor. 12. *Timeo, inquit, ne forte cum venero inueniam vos quales nolo, & ego inueniar à vobis qualem non vultis.* Ista est ergo qualitas commendabilis, &c. Et illud. *Qualis cælestis*, vt sic dicatur illud

E 1. Mach. 4. *Mementote qualiter salui facti sunt patres vestri, &c.* ¶ Qualitas detestabilis, & vitiosa est excollens infectio vani peccatoris. Peccator enim qualis est, quia sc. nihil habet solidum seu firmum. Nota ergo, quod peccator dicitur qualis, sc.

Propter qualitatem {
carnalitatis & luxuriæ,
magnæ cupiditatis & auaritiæ,
vanæ mobilitatis & inconstantiæ,
diræ crudelitatis & violentiæ.

De qualitate luxuriæ seu crudelitatis dicitur 1. Cor. 5. *Omnino auditur inter vos fornicatio, & talis qualis nec inter gentes.* De qualitate auaritiæ & cupiditatis dicitur illud prædictum 1. ad Corinth. 15. *Qualis terrenus, & tales terreni.* De qualitate inconstantiæ, & mobilitatis dicitur Iacob. 1. *Considerauit se in speculo, & abijt, & statim oblitus est qualis fuerit.* De qualitate vero violentiæ, & crudelitatis dicitur 1. Machab. 9. *Facta est tribulatio magna in Israel qualis non fuit, &c.* Hæc est ergo qualitas detestabilis & vitiosa, &c.

F ¶ Qualitas contristabilis, & dolorosa est excellens mundi turbatio, scil. turbatio quam modo sustinent boni, & quam in fine in inferno sustinebunt mali. De temporali dicitur Tobiæ quinto. *Quale gaudium mihi, qui in tenebris sedeo, & lumen cæli non video?* De æternali vero dici potest illud Exodi nono. *Erit clamor in Ægypto qualis non antea fuit.* Ista est ergo qualitas contristabilis & dolorosa.

G ¶ Qualitas excellens & gaudiosa est eximia in cœlo refectio, sc. qualitas gloriæ paradisi, & hominum beatorum, de qua dicitur 1. Paral. 29. *Dedit illi* (scilicet cuilibet beato) *gloriam regni qualem nullus habuit ante eum.* Patet igitur quomodo in scriptura multiplex qualitas inuenitur.

A **Quam.** Aduerbium: Nota quod tam & quam, sunt duo aduerbia inuicem sociata, & coniuncta, & etiam quodammodo inuicem relatiua. Vnum enim vix inuenitur sine altero, sicut talis & qualis. Aduerte tamen quod quam accipitur quandoque comparatiue, sicut cum dicitur Matth. 12. *Ecce plus quam Salomon hic.* Quandoq; aggregatiue & sociatiue, sicut cum dicitur 1. Reg. 2. *Creuit Samuel & placebat tam Deo, quam hominib.* Quandoque vero accipitur prærogatiue, excessiue seu quantitatiue, sicut cum sumitur quam pro quantum, seu etiam pro valde, sicut in Psalm. dicitur. *Quam bonus Israel Deus his qui recti sunt corde.*

¶ Primo igitur dicamus de Quam, in quantum sumitur excellenter & prærogatiue, sc. pro valde seu pro quantum. Et sic igitur dicã primo quod Quam sumitur prærogatiue. Et secundum istum modum sumendi dicam, quod

Quam potest referri ad {
Deum,
Iustum,
Impium.

B ¶ Primo m quidem ad Deum. Et sic pro certo sumitur, quando per istud aduerbium Dei magnificentia cum quadam admiratione, & quadam desiderabili suauitate laudatur, vtpote cum nos dicimus illud Ps. 8. *Domine Dominus noster quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra:* & illud. *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo.* Et breuiter notabo, quod per illud aduerbium Deus commendatur, scil.

Ab operum magnificentia,
A viscerum pia clementia,
A verberum sæua iustitia,
A pectorum clara scientia,
A superum grata manentia,
A munerum munificentia.

Commendatur ergo Deus à magnificentia suorum operum Ps. *Quam magnificata sunt opera tua Domine, omnia in sapientia fecisti, impleta est terra possessione tua:* & Eccl. 24 *Quam desiderabilia sunt opera eius.* Item commendatur à beneuolentia piorum viscerum Sap. 12. *Quam bonus, & suauis est Domine spiritus tuus in nobis.* Item commendatur à terrificentia durorum verberum, hoc est, à rigore iustitiæ, & seueritate suorum iudiciorum vnde in Ps. *Dicite Domino, quam terribilia sunt opera tua Domine, in multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui, &c.* Item commendatur à clara scientia verorum craterum Ps. 22. *Calix meus inebrians quam præclarus est.* Calix enim & crater Domini est sacra scriptura, de qua ad Rom. 11. *O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius.* Item commendatur à grata manentia locorum superum Ps. *Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum, concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini.* Item commendatur à munificentia summorum munerum, scilicet, gloriæ paradisi, de qua in Psalm. *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ domine, quam abscondisti timentibus te.* Patet igitur quomodo illud aduerbium Quam pertinet ad Deum.

¶ Deinde dico, quod quam aduerbium pertinet ad iustum. Et sic dico, quod iusti per illud aduerbium multipliciter commendantur, scil.

A charitate fœderatiua,
A castitate decoratiua,
A parcitate maceratiua,
A claritate indicatiua,
A veritate enunciatiua,
A honestate decoratiua,
A pietate dulcoratiua,
A hospitalitate charitatiua.

De veritate charitatis & amicitiæ dicitur in Ps. *Ecce quam bonum & quam iucundũ, habitare fratres in vnum*, vt & de amicitia dicatur illud Cant. 4. *O quam pulchra es amica mea, oculi tui columbarum.* De virtute castitatis, & pudicitiæ dicitur Sap. 4. *O quam pulchra est casta generatio cum claritate.* De virtute parcitatis, & abstinentiæ dicitur Eccl. 31. *Quam sufficiens est viro erudito vinum exiguum*, quam vt dicamus 2. Esdræ 4. *O viri [illegible] prævalet vinum.* De virtute claritatis & sapientiæ dicitur [illegible]. *Quam speciosum canitiei iudicium quam speciosa veteranis sapientia [illegible] quam magnus qui inuenit sapientiam.* De virtute vero veritatis, & eloquentiæ dicitur Esa. 52. *Quam pulchri super montes pedes annunciantis, & prædicantis salutem.* De virtute honestatis & apparentiæ dicitur Cant. 7. *Quam pulchra es & quam decora charissima in delitiis, statura tua assimilata est palmæ.* & ibid. *Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis tuis filia principis* De virtute pietatis, & clementiæ dicitur Cantic. 4. *Quam pulchræ sunt mammæ tuæ soror mea sponsa, pulchriora sunt vbera tua vino.* De virtute vero hospitalitatis & beneuolentiæ potest dici illud Num. 24. *Quam pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Israel.* Sic ergo patet, quomodo istud aduerbium Quam pertinet ad iustum.

¶ Denique dico, quod istud aduerbium Quam, aliquando refertur ad stultum, id est, peccatorem & impium, & sic dicitur quod mali per hoc aduerbium exasperatiue vilipenduntur & reprehenduntur à multis, scil.

A vanitate morali,
A vilitate carnali,
A ruditate mentali,
A cupiditate reali,
Ab aduersitate finali.

De morum vanitate dicitur 2. Reg. 6. *Quam gloriosus fuit hodie rex Israel, discooperiens se ante ancillas seruorum suorum, & nudatus est quasi nudetur vnus de scurris.* De carnis vilitate dicitur Eccles. 17. *Quid nequius quam quod cogitauit caro & sanguis?* quod & Hierem. 2 de persona mulieris meretricis dicitur. *Quam vilis facta es nimis, iterans vias tuas, &c.* De mentis cœcitate seu ruditate dicitur Ecclesiast. 6. *Quam aspera est nimium sapientia indoctis hominibus.* De rerum cupiditate dicitur Luc. 18. *Quam difficile, qui pecunias habent, regnum Dei intrabunt.* De finali vero talium aduersitate, & pœnalitate dicitur Eccl. 41. *O mors quam amara est memoria tua homini iniusto, & pacem habenti in diuitijs suis.* Sic igitur patet, quomodo istud aduerbium Quam, sumitur prærogatiue

¶ Secun-

E ¶ Secundo vero principaliter dico, quod istud aduerbium quam, quandoq; sumitur aggregatiue seu etiam sociatiue, sic ut cum dicitur tam maiores quam minores. Circa quod nota, quod omnes sic in societate conuocti debent

Æqualiter credere,
Concorditer viuere,
Communiter edere vel diuidere.

De vniformitate credulitatis dicitur Num. 15. *Quod tam indigenæ, quam aduenæ vna lex erit omnium.* De vniformitate charitatis & societatis dicitur 2. Paral. 24. *Tam maiores quam minores omnibus aequaliter diuidebat.* De vniformitate autem edulitatis & satietatis potest dici illud Deu. 15. *Tam mundus quam immundus vescentur similiter.* Hæc omitto gratia breuitatis. Sumitur ergo quam aggregatiue.

F ¶ Tertio principaliter dico, quod sumitur comparatiue, sic ut cum dicitur Eccl. 4. *Laudaui magis mortuos quam viuentes.* Hic enim fit comparatio inter viuentes & mortuos, quia l. vnum alteri præfertur, vnum eligitur, alterum refutatur. Veruntamen illud aduerbium quam, semper se habet vt communiter à parte negotij refutati, sicut dicitur Prou. 16. *Melius est humiliari cum mitibus, quam diuidere spolia cum superbis.* Semper enim sequitur gradum comparatiuum, scil. plus amplius, magis, melius & similia, & tunc semper adhæret parti deteriori, quando comparatiuus præcedens signat malum, sicut cum dicitur, quod Petrus est deterior, peior, minor, iniquior quam latrones. De his autem omnibus nihil amplius, quia difficile & quasi inutile est talia ad mores reducere, & in prædictis multis comparatiuis, scilicet melior, maior, peior, &c. satis dictum est, de quo vide in titul. antequam, priusquam, & in titul. quamobrem & quamdiu.

## Quanquam. Quamuis.

Etsi, Licet, idem significant, sed quia paucæ sunt auctoritates, transeo.

## A Quamdiu.

Nota, quod quamdiu est aduerbium temporis, signans quandam durationem interuallum seu spatium, & quandam incertam, & suspensiuam moram vitæ. Componitur autem de quam, quod est quantum, & diu. Et nota breuiter, quod est dare quamdiu

Perfectorum,
Malignorum,
Beatorum.

B ¶ Primo ergo dico, quod perfecti habent hic suum Quamdiu, i. suum incertum breue, & suspensiuum tempus viuendi, in quo pro certo quia nesciunt, quantum durabunt, nec habent aliud tempus merendi, quam istud, ipsi faciunt quicquid boni possunt. Vnde nota, quod iusti in isto quamdiu

Æquitatis seruant pondera,
Deitatis laudant opera,
Prauitatis plangunt scelera,
Pietatis præbent vbera,
Veritatis splendent litera.

Dico ergo, quod iusti in isto quamdiu vitæ præsentis seruant pondera grandis æquitatis, scilicet, sine personarum acceptione inter virum, & proximum iudicantes, dicentes, scil. Iob 32. *Non accipiam personam viri, & Deum homini non æquabo, nescio enim quamdiu subsistam, & si post modicum tollat me factor meus.* Item laudant opera summæ deitatis Psalm. *Laudabo dominum in vita mea, psallam Deo meo quamdiu fuero.* Item plangunt scelera suæ prauitatis Psalm. *Quamdiu ponam consilium in anima mea, dolorem in corde meo per diem?* Item præbent vbera dulcis pietatis, ita quod Christus talibus loquitur Matth. 25. *Esuriui* inquit (scilic. in persona pauperum) *& dedistis mihi manducare.* Sequitur. *Amen dico vobis quod vni fecistis de his fratribus meis, mihi fecistis, &c.* Item splendent litera claræ veritatis, scilicet alios docendo & informando, ita quod quilibet potest dicere illud Saluatoris verbum Ioann. 9. *Quamdiu sum in mundo, lux sum mundi.* Istud est ergo quamdiu

C perfectorum. ¶ Secundo dico, quod est dare Quamdiu peruersorum. Isti n. quia sciunt quod non habent nisi vnum quamdiu, i. vnum modicum & breue tempus viuendi, accelerant in hac vita facere quicquid mali possunt. Exemplo scilicet diaboli, de quo dicitur Apocal. 12. *Habens iram magnam, sciens quoniam modicum tempus habet.*

Nota ergo quod mali in isto Quamdiu

Innocentes solent infestare,
Concordantes solent perturbare,
Nos saluatorem solet non amare,
Hos saluator solet extirpare.

Per malos enim in isto quamdiu innocentes infestari solent, sicut de superbo Aman legitur, quod ipse dicebat (Hester 5.) quod *nihil se reputabat habere, quamdiu videret Mardochæum sedentem ad fores palatij.* Et sequitur quod *ipsum Mardochæum innocentem damnatorum impetrauit à rege, nisi Deus aliter ordinasset.* Item per malos in isto quamdiu concordantes solent perturbari, vt scil. ad malos applicetur illud 1. Mac. 14. *Quamdiu superest, impossibile est pacem dari negotijs.* Item à Deo in isto quamdiu delinquentes solent non amari, seu etiam abhorreri & refutari. Vnde de malis dicit Christus Marc. 9. *O generatio, inquit, incredula quamdiu apud vos ero? quamdiu vos patiar?* Item à diabolo post illud quamdiu in inferno solent vinculari, vt sic cuilibet dicatur Num. 24. *Quamdiu, inquit, poteris manere? Assur enim capiet te.* Istud est igitur vnum quamdiu quod est peruersorum.

¶ Tertio vero dico, quod est dare vnum quamdiu quod est D beatorum, de quo sc. potest dici illud Mat. 9. *Nunquid, inquit, possunt filij nuptiarum quamdiu sponsus est cum eis, ieiunare?* q. d. non. Filij enim nuptiarum sunt beati, qui tenera in paradiso nunquam ieiunare dicuntur, imo certe sine fine comedere per beati fruitionem noscuntur, & hoc quamdiu sponsus Christus cum ipsis erit, scilicet perpetuo sine fine. Hæc igitur de quamdiu sufficiant.

## Quam ob causam. Quamobrem. Quapropter. A

Eo quod Nota, quod ista aduerbia composita quam ob causam, quamobrem, & quapropter &c. idem significant, propter hoc, propterea, & propter quod, de quibus superius facta est mentio. Significant enim causam propter quam introducitur finis, siue bonus fuerit siue malus. Et sic dicam quod ista referuntur scil. ad

Deum,
Iustum,
Impium.

¶ Et primo dico quod referuntur ad Deum. Constat enim B quod Deus habet suum quamobrem & quapropter, i. suas iustas & rationabiles causas, ob quas, id est, propter quas ipse facit opera sua. Vnde nota, quod Deus allegat

Vnum Quamobrem { authoritatis, / seueritatis.

Vnde 2. Paral. 25. *Quamobrem iratus est contra Amasiam*, quia sc. adorauerat Deos alios, & Ezech. 16. ipse dicit animæ peccatrici. *Prouocasti me, inquit, quapropter vias tuas in capite tuo dedi.* ¶ De iu- C sto vero dico, quod ad ipsum spectat vnum quamobrem necessitatis & vtilitatis. Et sic dico quod iustus habet per modum causæ finalis vnum Quamobrem

Deuotionis,
Orationis,
Abdicationis,
Contemplationis,
Distributionis.

De deuotione dicit Salomon 3. Reg 5. *Quamobrem, inquit, cogito ædificare templum nomini Domini.* De oratione dicitur Iob 5. *Quamobrem ego deprecabor Dominum, & ad Deum ponam eloquium meum.* & 2 Mach. 5. dicitur. *Quapropter omnes rogabant in bonum monstra conuerti.* De abdicatione vero sc. temporalium rerum, dici potest illud Deuter. 10. *Quamobrem non habent Leuitæ partem, nec possessionem cum fratribus suis.* De contemplatione potest dici illud Iob 7. *Terrebis me, inquit, per somnia, & per visionem horrore concuties, quamobrem elegit suspendium anima mea.* De distributione autem seu bonorum suorum largitione dici potest illud 2. Para. 35. *Quamobrem fratres eorum Leuitæ parauerunt eis* (sc. ianitoribus) *cibos.* Et de Abigail dicitur, quod ipsa offerens cibaria Dauid, dixit 1. Reg. 25. *Quapropter suscipe benedictionem hanc quam attulit ancilla tua.*

¶ De impijs vero dico, quod ipsi etiam habent suum quam- D obrem, i. suam causam finalem, quare s. faciunt & sustinent mala. Vnde nota quod ad eos spectat vnum Quamobrem

Fallacis accusationis,
Crudelis insectationis,
Carnalis delectationis,
Finalis tribulationis.

De fallaci seu infideli accusatione & adinuentione dicitur 3.

Reg.

Reg. 21. *Quamobrem*, inquit (sc. propter falsum testimonium datum contra Naboth) *eduxerunt eum extra ciuitatem, & lapidauerunt.* De crudeli ordinatione, mandato & executione dicitur Dan. 2. Vbi post datum mandatū, quod sapientes interficerentur, Daniel interrogabat, *quam ob causam tam crudelis sententia à facie regis esset egressa.* De carnali autem talium maculatione & infectione patet de illis malis senioribus, qui sc. dixerunt Susannæ Dan. 13. *Quamobrem commiscere nobiscum, & assentire nobis.* De finali vero talium punitione, tribulatione & damnatione dicitur 2. Reg. 12. *Quamobrem non recedet gladius de domo tua.* & Hie. 3. *Quamobrem prohibitæ sunt stellæ pluuiarum & serotinus imber non fuit:* & Hierem. 6. *Abominationem*, inquit, *fecerunt:* sequitur. *Quamobrem cadent interruentes.* Sufficit. Vide in tit. Propterea, & Propter quod & Eo quod, & in tit. causa,

A **Quando.** Cum quādo sit aduerbium temporis, videtur quod per quando potest significari quicquid significatur per tempus, videlicet vnum Quando quod est

Recordandum,
Ordinandum,
Præuidendum.

Primum est quando temporis præcedentis
Secundum est quando nunc temporis præsentis
Tertium est quando temporis subsequentis.

B ¶ Dico igitur quod est vnum quando temporis præcedentis, & sic dico, quod nos debemus habere in memoria, bona & mala transacta, videlicet

Diuina beneficia quæ recepimus,
Propria maleficia quæ commisimus,
Labores & supplicia quæ pertulimus,
Terrores & iudicia quæ cognouimus,
Horrores & naufragia quæ sustinuimus,
Virtutes & solatia quæ amisimus.

Igitur recordemur diuina beneficia. Considerandum enim est quando & quomodo Deus operatus est mirabilia opera sua, terribilia iudicia, & notabilia beneficia. Exemplo Iob, qui s. dicebat Iob 21. *Audite*, inquit, *me & obstupescite & ego quando recordatus fuero, pertimesco, & concutit carnē meam tremor.* Sic recordabatur ille qui cogitabat de Deo, quando ponebat pluuijs legem, & viam procellis sonantibus Iob 28. *Quando ponebat fundamenta terræ, & quando fundabatur puluis in terra.* Iob 38. Et ille qui similiter cogitabat in Psal. *Quando diuidebat altissimus gentes, quando separabat filios Adam.* Et Sapiens qui dicebat Prouer. 8. *Quando præparabat cœlos aderam, quando æthera firmabat sursum, quando appendebat fundamenta terræ, cum eo*, inquit, *eram cuncta componens.* Et breuiter dicam, quod omnia talia quando, id est, omnia opera Dei præterita sunt contemplanda & meditanda & solerti indagine recordanda, & ipsius beneficia memoranda. Lucæ 22. *Quando misi vos sine sacculo & pera, nunquid aliquid defuit vobis?* Recordemur ergo diuina beneficia. Item recordemur aliud quando, hoc est, propria maleficia, quia scil. homo debet semper habere in mente, quando & qualiter retroacto tempore Deum offendit, sicut illud Num. 26. Vbi dicitur, *Quando contra dominum rebellastis, aperiens terra os suum, deuorabat Chore.* Item recordandi sunt labores & supplicia, quæ sc. pertulimus pro peccata Deut. 25. *Memento quæ fecerit tibi Amalech in via quando egrediebaris ex Aegypto, & quomodo occurrerit tibi, & extremos agminis tui qui lassi erant ceciderit, quando tu eras fame & labore confectus.* Item recordandi sunt terrores & iudicia, sicut illud quod recitatur Leu. 16. *Quando filij Aaron offerentes ignem alienum, interfecti sunt.* Item memoretur transacta iam naufragia, scilicet, mala & pericula à quibus sumus à domino liberati, sicut in pluribus sacræ scripturæ locis filij Israel memorari iubentur de illo tempore quando transierunt mare rubrum, & quando egressi sunt de Ægypto, sicut patet Deut. 25. & Iosue 2. dē quo idem dominus se recordari fatetur Leu. 26. dicens. *Recordabor*, inquit, *fœderis mei primi, quando eduxi eos de terra Aegypti in conspectu gentium, vt essem Deus eorum.* Item recordemur virtutes & suffragia, scilicet quæ dudum habuimus, sed peccando perdidimus. Et sic lamentando dicamus illud Iob 29. *Quis mihi tribuat vt sim iuxta dies pristinos, quibus Deus custodiebat me, quando splendebat lucerna eius super caput meum, quando erat omnipotens mecum, quando lauabam pedes meos butyro, quando procedebam ad portas ciuitatis, & quando secreto Deus erat in tabernaculo meo? &c.* Patet igitur quod est vnum quando temporis præcedentis.

¶ Secundo dico, quod est vnum quando temporis nunc præsentis. Et sic nota, quod in isto quando temporis præsentis boni vigent, mali rigent, pauperes lugent. Boni dico vigent, in virtutibus, quia reuera isti modo habent vnum quando, id est, vnam durationem & vnum tempus C

Sapientiæ contemplatiuæ,
Innocentiæ iustificatiuæ,
Audaciæ atque constantiæ superatiuæ.

Habent enim iusti in præsenti vnum quando sapientiæ claræ contemplationis, & istud est illud quando de quo dicitur Iob 4. *Porro ad me dictum est verbum absconditum in horrore visionis nocturnæ, quando solet sopor irruere super homines.* Item habent iusti in præsenti vnum quando innocentiæ longæ præseruationis Innocentia enim ab omni malo præseruat. Iob 4. *Interroga obsecro quis vnquam innocens perijt, aut quando recti deleti sunt*, q. d. nunquam. Item habent in præsenti vnum quando audaciæ atque constantiæ fortis damnationis, sicut de Iudith dicitur, *Quod horruerunt Persæ constantiam eius, & Medi audaciam illius:* sequitur. *Vlulauerunt castra Assyriorum quando apparuerunt humiles mei.* Boni igitur in hoc quando vigent virtutibus. Item mali in hoc quando rigent criminibus, quia pro certo in tempore huius vitæ mali rigent vitio D

Tepiditatis & somnolentiæ,
Gulositatis & vinolentiæ,
Infidelitatis & inconstantiæ,
Pompositatis & excellentiæ,
Cupiditatis & auaritiæ.

De quando pigritiæ seu somnolentiæ & tepiditatis dicitur Prouerb. 6. *Vsquequo piger dormis, quando consurges ex somno tuo? paululum dormitabis, &c.* De quando autem vinolentiæ & gulositatis dicitur Prou. 23. *Ne intuearis vinum quando flauescit & quando splenduerit in vitro color eius.* Sequitur in persona gulosi ibid. *Quando euigilabo*, inquit, *vt rursus vina reperiam:* De quando autem inconstantiæ & fidelitatis dicitur Ezech. 29. *Fuisti*, inquit, *baculus arundineus domus Israel, & quando apprehenderunt te manu, confractus es.* De quando extollentiæ & pompositatis dicitur Dan. 5. de Nabuchodonosor, *Quod quando eleuatum est cor eius, & spiritus eius obfirmatus ad superbiā, depositus est de solio suo.* De quando autem auaritiæ & cupiditatis dici potest illud Iob 38. Vbi de leonibus, id est, raptoribus dicitur sic. *Nunquid capies leonæ prædam, & animam catulorum eius implebis, quando cubant in antris, & in speluncis suis insidiantur.* Mali igitur in hoc quando rigent criminibus. ¶ Item miseri in hoc quando lugent doloribus, quia sc. isti in tempore præsentis vitæ multis premuntur incommodis. Vnde de indigentija miserorum dicitur Iob 38. *Quis præparat coruo escam suam, quando pulli eius clamant ad Deum vagientes, eo quod non habeant cibum*, patet igitur quomodo est vnum quando temporis nunc præsentis. E

¶ Tertio principaliter dico, quod est vnum quando temporis subsequentis. Et sic dico quod nos debemus multiplex quando, id est, multiplex tempus futurum considerare, videlicet vnum Quando F

Dei clementiæ,
Nostræ miseriæ,
Duræ iustitiæ,
Summæ tristitiæ,
Summæ lætitiæ.

Dico ergo quod attendere debemus ad vnum quando, quod concernit Dei clementiam. Semper enim debemus habere oculum ad futuram clementiam diuinam, & quod Deus nobis peccata dimittat, tribulationes submittat, & gratiam & virtutes immittat, vt sibi dicamus de illo quando illud Ps. 34. *Domine quando respicies, restitue à malignitate animam meam, & à leonibus vnicam meam.* Item dico quod attendere debemus ad vnum quando, quod concernit nostram miseriam, scilicet mortem & tribulationem futurum, de qua sc. dicitur in Psal. 40. *Inimici mei dixerunt mala mihi, quando morietur, & peribit nomen eius?* Et etiam Eccles. 12. dicitur de isto quando. *Quod quando commouebuntur custodes domus, & nutabunt viri fortissimi.* Item dico quod attendere debemus vnum quando quod concernit Dei iustitiam, sc. diem futuri iudicij, de quo dicitur in Ps. 84. *Quot sunt dies serui tui, quando facies de persequentibus me iudiciū*, de quo etiam dicitur Marc. 13. *Vigilate, quia nescitis quando tempus sit, & quando Dominus vester veniet.* De quo dicitur etiam Matth. 24. *Dic nobis quando hæc erunt, & quod signum aduentus tui, & consummationis sæculi.* Ideo in Ecclesia ca-

fia canimus. *Quid dicam aut quid faciam miser, vbi fugiam, quando cœli mouendi sunt & terra.* Item dico, quod attendere debemus ad vnum, quando quod concernit summam tristitiam, sc. tristitiam infernalem, de qua sc. dicitur Ezech. 5. *Quando misero sagittas famis pessimas in eos, quæ erunt mortifera, & quas mittam vt disperdam eos, &c.* Item attendere debemus ad vnum quando quod concernit cœli lætitiam. Et istud certe nihil aliud est quam gloria paradisi, vt scilicet de isto quando intelligatur illud Ps. 41: *Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quando veniam & apparebo ante faciem domini.* Et etiam Es. 9. *Exultant victores capta præda, quando diuidunt spolia.* Sic igitur patet quomodo est quando temporis subsequentis, temporis nunc præsentis, temporis præcedentis, &c.

A Quantus. Quantum. Quanto. Nota, quod quantum & tantum relatiua sunt, sicut qualis & talis, & significat quantitas dimensionem substantiæ, & ideo vt communiter quantitas accipitur pro magnitudine, & sic quantum idem est quod quam magnum. Et accipitur quantum quandoque interrogatiue & aliquoties positiue. Denotat ergo quantum proportionem, æqualitatem & similitudinem. Nota ergo quod quantum siue sit nomen siue aduerbium, ponitur

Admiratiue,
Comparatiue,
Alternatiue,
Similatiue,
Prærogatiue,
Adæquatiue,
Diminutiue,
Interrogatiue.

Sumitur dicti admiratiue Psalm. 77. *Quanta audiuimus & cognouimus ea, patres nostri narrauerunt nobis*, & alibi, *Venite & videte omnes qui timetis dominum, quanta fecit animæ meæ.* Item sumitur comparatiue, sicut cum dicitur Eccl. 3. *Quanto magnus es, humilia te, &c.* & Hebr. 1. *Tanto melior angelis effectus, quanto præ illis excellentius nomen hæreditauit.* Item sumitur alternatiue, & sic sumitur vbicunque dicitur tantum quantum. Vnde Apoc. 18. *Quantum glorificauit se, & in delitiis fuit, tantum date ei tormentum & luctum.* Item sumitur similatiue, & sic sumitur in Psalm. 102. *Quantum distat ortus ab occidente, longe fecit à nobis iniquitates nostras.* Item sumitur prærogatiue, seu superlatiue, & sic accipitur vbicunque ponitur quanto vel quanto magis, vt cum dicitur Exod. 1. *Quanto opprimebant eos, sc. filios Israel, tanto magis multiplicabantur*, & Prou. 11. *Si iustus in terra recipit, quanto magis impius & peccator.* Item sumitur adæquatiue, & sic sumitur Exod. 16. *Sume vas vnum, & pone ibi Man, quantum potest capere Gomor.* Et Zachar. 2. *Videam Hierusalem quanta sit longitudo eius & latitudo.* Item ponitur diminutiue, & sic sumitur 2. Paral. 2. *Quantus sum ego, vt possim Deo ædificare domum*, & Iob 4. *Quanto magis qui habitant domos luteas, & terrenum habent fundamentum, consumentur velut à tinea.* Sic enim accipitur pro diminutione humilitatis. Vnde Iob 25. *Quanto magis homo putredo, & filius hominis vermis*, & Iob 9 *Quantus sum ego vt respondeam ei.* Item sumitur interrogatiue, & sic sumitur Iob 13. *Quantas habeo iniquitates & peccata, scelera mea atque delicta ostende mihi.* Vbicunque ergo in themate vel authoritate inuenitur quantum, vnum de significatis præcedentibus ibi nota.

B ¶ Si vero vis de quantitate amplius dilatare, dic quod in scriptura reperitur quantitas.

Habenda,
Lugenda,
Spernenda,
Videnda,
Stupenda,
Ferenda,
Timenda,
Quærenda.

Prima est quantitas meritorum,
Secunda est quantitas peccatorum,
Tertia est quantitas terrenorum,
Quarta est quantitas impensorum,
Quinta est quantitas mirandorum,
Sexta est quantitas aduersorum,
Septima est quantitas tormentorum,
Octaua est quantitas præmiorum.

*Diction. Berchorij.*

¶ Primo ergo dicam, quod est quantitas meritorum, quam debemus habere. Quantitas enim consistit in rebus, temporibus & numeris. Ad denotandum quod nos debemus procurare, & habere quantitatem bonorum operum & virtutum, quæ scilicet *omnia consistunt in pondere, numero & mensura*, sicut dicitur Sap. 11. De tali ergo quantitate habenda & procuranda potest dici 3. Reg. 10. quod, scilicet, *Salomon fecerat vt tanta esset abundantia argenti in Hierusalem, quanta & lapidum*: reuera Salomon, id est, pacificus vir & iustus debent procurare & facere, quod in Hierusalem, id est, conscientia & in anima sua tanta sit quantitas argenti sicut lapidum, id est, quod tanta sit ibi quantitas virtutum & meritorum, quanta vnquam ibi fuerit vitiorum. Et breuiter dico quod anima nostra debet habere suas spirituales dimensiones, altum spei, longum fidei, profundum timoris, & latum amoris, iuxta illud Apocal. 21. *Ciuitas in quadro posita est, longitudo eius est tanta, quanta & latitudo.* Et Zachar. 2. dicit Angelus. *Vado*, inquit: *vt metiar Iudæam & Hierusalem quanta sit latitudo & longitudo eius.* Igitur videtur quod quantitas meritorum potest figurari in manna de cœlo descendente pro filiis Israel nutriendis in solitudine, quia sicut præcipitur Exod. 16. *Colligat ex eo vnusquisque quantum sufficiat*: quia scilicet, filii Israel, id est, iusti in solitudine huius mundi tantum colligunt de Man, i. de virtutibus & gratiis, quantum sibi sufficit pro cœlesti gloria nanciscenda. Patet igitur quod est quantitas meritorum, quam debemus habere.

¶ Secundo dico, quod est quantitas peccatorum, quam debemus delere. Sicut enim homo horret societatem feræ cui traditur deuorandus, quando scilicet videt ipsius terribilem quantitatem, sic pariformiter cum quantitatem extensiuam immanium vitiorum suorum cogitat, horret merito & dubitat. Etiam de crimine accusatus, quanto grauior est criminum qualitas, & numerosior accusantium quantitas, tanto maior est timoris ipsius horror & importunitas, & Matth. 27. *Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia.* Et igitur quantitas est horrenda, & magnitudo talis ponderis pro viribus deponenda. Dicat ergo peccator illud Iob 13. *Responde mihi, quantas habeo iniquitates & peccata, scelera mea atque delicta ostende mihi*, supple, vt ista horream & dimittam: ista est igitur quantitas vitiorum, quam debemus delere. C

¶ Tertio dico quod inuenitur quantitas terrenorum, quam debemus horrere. Istorum enim quantitas quanto maior, tanto periculosior, sicut patet de lignis in igne, vel etiam de igne in lignis, quia sicut scilicet dicitur Iac. 3. *Quantus ignis quam magnam syluam incendit*, q.d. paruus, ergo multo magis magnus, quia pro certo quanto fortior est ignis qualitas, tanto minus sufficit ligni quantitas. Sic est etiam de bonis temporalibus & auaris. Nihil enim illis sufficit licet in quantitate terrenorum abundent Lucæ 15. *Quanti mercenarii in domo patris mei abundant panibus, ego autem fame pereo.* Vnde & ipsi diuites insatiabiles figurari possunt in Bel, cui nulla quantitas ciborum appositorum sufficere videbatur. Vnde Daniel. 14. *An*, inquit, *non vides quanta Bel comedat & bibat omni die.* Ecce magnus error. Nam quia Babylonii istud idolum in excessiua quantitate omni die comedere existimabant, ipsum Deum esse credebant, sic vere fatui mundani illos Deos, id est, cæteris præferendos credunt, quos in excessiua quantitate terrena bona comedere, & acquirere nunc aduertunt, & tamen (proh dolor) de ista quantitate gloriæ temporalis perueniunt ad quantitatem miseriæ infernalis, sicut de Aman dicitur Hester. 5. quod *postquam ostendisset vxori suæ quanta eum rex gloria sublimasset, statim post confusibiliter est suspensus.* Vnde de illa meretrice Babyloniæ & ipsius gloriæ quantitate dicitur Apoc. 18. *Quantum glorificauit se, & in delitiis fuit, tantum date illi tormentorum & luctum.* Ista est igitur quantitas terrenorum quam debemus horrere. D

¶ Quarto dico, quod inuenitur quantitas impensorum, quam debemus videre, & ista est quantitas beneficiorum à Deo nobis impensorum, quia sc. ista semper est videnda, & cum gratiarum actione intime cogitanda. Exemplo David dicentis in Ps. 65. *Venite*, inquit, *audite, & narrabo omnes qui timetis Deum, quanta fecit animæ meæ*, Acto. 14. *Et retulerunt quanta fecerit Deus cum illis*: & Luc. 8. *Narra quanta tibi fecit dominus.* Ista est ergo quantitas impensorum, &c. E

¶ Quinto dico, quod inuenitur quantitas mirandorum, quam debemus stupere, & hæc est quantitas miraculorum diuinorum. Ista enim talia & tanta sunt, quod certe si debite

consideratur, admirationem, & stuporem inducunt. Vnde de miraculo transitus maris rubri dicitur Exod. 11. *Vt sciatis, inquit, quanto miraculo diuidat dominus Aegyptios ab Israel.* De stupore autem quantitatis talium mirandorum dicitur in Psal. *Quanta audiuimus, & cognouimus ea patres nostri narrauerunt nobis.* Et iterum. *Quanta mandauit patribus nostris, nota facere filiis suis, &c.* Quantus ergo sit, & quanta sint eius opera, satis patet Hebr. 7. Vbi sub figura Christi de Melchisedech dicitur sic. *Est, inquit, rex pacis, sine patre, sine matre, sine genealogia, nec initium dierum, nec finem vitæ habens,* Sequitur: *Intuemini autem quantus sit hic, cui & decimas dedit de præcipuis Abraham patriarcha.* Hæc est igitur quantitas mirandorum, quam debemus stupere.

G Sexto dico, quod inuenitur quantitas aduersorum, quam non debes dolere, seu, qua non debes terrere. Constat enim quod iusti dum viuunt, magna quantitate tribulationum plectuntur, verum quia sciunt, quod talia ipsis pro bono & vtilitate ipsorum à Deo immittuntur, ideo ab eis non terreri, sed eas in patientia sustinere tenentur, & maxime quia de quantitate talium aduersorum ad quantitatem consolationum & gaudiorum venitur Psalm. 70. *Quantas ostendisti mihi tribulationes multas & malas, & conuersus viuificasti me, & de abyssis terræ iterum reduxisti me.*

Post tempestates enim & tonitrua, aeris serenitas solet sequi, & ideo tempestas leuius sustinetur, quia serenitas successura à nemine dubitatur. Sic est de mundi tribulationibus. Sustineri enim in patientia debent, quia modicum durare habent, & serenitatem consolationis, & gloriæ in fine præbent. De quantitate ergo talium sustinenda dicit dominus loquens de Paulo Act. 9. *Ostendam illi quanta oporteat eum pati pro nomine meo.* Hæc est ergo quantitas aduersorum, &c.

H ¶ Septimo dico, quod inuenitur quantitas tormentorum, sc. infernalium, quam debemus timere, quia ad quantitatem criminum sequitur quantitas pœnarum Leu. 15. *Iuxta mensuram culpæ erit & plagarum modus.* Vnde de quantitate pœnarum futura dicitur illud prædictum Apoc. 18. *Quantum glorificauit se, & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum, & luctum.* Ista est igitur quantitas tormentorum.

I ¶ Octauo vero dico, quod inuenitur quantitas gaudiorum seu præmiorum, qua debemus frui, & ista est quantitas bonorum paradisi, quæ sc. immensa & infinita est, & de ista potest dici illud Genes. 44. quod sc. Ioseph de suis fratribus legitur præcepisse. *Imple*, inquit, *saccos eorum frumento quantum possunt capere.* Sacci nostri signant animæ capacitatem, quæ scilic. in paradiso quantum potest recipere, tantum beatitudine & gloria adimpletur, ita quod voluntas, & desiderium ibidem penitus satiatur Deut. 23. *Comede vuas, quantum tibi placuerit.* Quantumuis autem ibi sit quantitas laudis diuinæ, ista tamen ad quantitatem condignam suæ infinitatis nunquam attingit, sicut bene dicitur Ecclesiast. 43. *Magnificantes dominum, exaltate illum quantum potestis, maior est enim omni laude.* Patet igitur, quomodo in scriptura multiplex quantitas inuenitur. Vide in tit. mensura & pondus. Sufficit.

A **Quare.** Nota, quod quare semper vt communiter signat quæstionem, interrogationem vel reprehensionem, & sic possum notare quod in scriptura inuenitur multiplex quare, sc. quare.

Reprehensiuum,
Desolatiuum,
Allegatiuum,
Deprecatiuum,
Admiratiuum,
Inquisitiuum,
Excitatiuum,
Sollicitatiuum.

Dico ergo, quod istud aduerbium quare dicitur causa reprehensionis, sic sumitur 1. Reg 1. *Quare facitis rem huiusmodi.* & 2. Paral. 24. *Quare transgredimini mandata domini, &c.* Item dicitur causa desolationis. Et sic dicitur Iob 3. *Quare non in vulua mortuus sum, egressus de vulua non statim perij? quare data est misero lux, &c.* sequitur. *Cur exceptus genibus, cur lactatus vberibus, &c.* Item dicitur causa allegationis, & sic dicitur Iob. 2. *Si bona suscepimus de manu domini, mala autem quare non sustineamus,* & iterum Iob 7. *Quare me posuisti contrarium tibi.* Item dicitur causa deprecationis. Et sic sumitur in Psal. 43. *Quare faciem tuam auertis, obliuisceris inopiæ, & tribulationis nostræ.* Item dicitur causa admirationis. sic sumitur Iob 21. *Quare ergo impij viuunt super terram,* & Hiere. 12. *Quare via impiorum prosperatur, bene est omnibus qui præuaricantur, & inique agunt,* & Abac. 1. *Quare non respicis super inique agentes,* q.d. Mirum est. Item dicitur causa inquisitionis. Et sic sumitur Marc. 2. *Quare cum publicanis, & peccatoribus manducat magister vester.* Item dicitur causa excitationis. Et sic dicitur in Ps. 43. *Exurge, quare obdormis domine.* Item dicitur causa sollicitationis. Et sic sumitur Ezech. 18. & 33. *Quare moriemini filij Israel, conuertimini & viuite.*

B ¶ Nota ergo adhuc, quod quare dicitur pro maiori parte arguendo, reprehendendo, & causam inquirendo. Vnde nota quod per istud aduerbium quare, homo reprehenditur in scriptura, quasi de omnibus malefactis. Reprehenditur ergo per quare,

De verborum mordacitate,
De manus crudelitate,
De dimissa societate,
De remissa tepiditate,
De commissa duplicitate.

Reprehenduntur & arguuntur mali de detractoria mordacitate Num. 12. *Quare non timuistis detrahere seruo meo Moysi:* & Iob 6. *Quare detraxistis sermonibus veritatis.* Item de inuasoria crudelitate. Vnde Esa. 3. *Quare atteritis populum meum,* & 2. Reg. 1. *Quare non timuisti mittere manum in Christum domini.* Item de dimissa societate, & fidelitate dicitur 2 Reg. 16. *Quare non iuisti cum amico tuo.* & 2. Reg 19. *Quare non venisti mecum Mephiboseth.* Item de remissa tepiditate. Vnde 2 Reg. 19. *Quare nouissimi reducitis regem,* & Luc. 19. *Quare non dedisti pecuniam meam ad vsuram.* Item de commissa duplicitate. Vnde 3. Reg. 14. *Ingredere vxor Ieroboam, quare te aliam esse simulas.* & Iudic. 5. *Quare habitas inter duos terminos, vt audias sibilos gregum.* Ista ergo omnia cum alijs similibus per quare possunt intelligi, & ad ista infinita alia potest quare aduerbium applicari. Vide ergo de cur, quando, quomodo & vnde, quæ omnia interrogatiue signant, &c.

C ¶ Si vis adhuc de ista querulosa dictione aliquantulum dilatare, dic quod istud aduerbium quare potest spectare ad

Deum,
Iustum,
Impium.

Quilibet enim istorum videtur logicam didicisse, quia scit facere multiplex quare. Et primo quidem aliquid dicamus de Deo. Constat enim quod iste in scriptura sacra facit, & dicit

Vnum Quare {
Ostensiuum amoris,
Reprehensiuum timoris,
Exclusiuum instructionis,
Arguitiuum erroris.

Facit igitur Deus vnum quare quod est compassionis, & sic compassiue videtur loqui Ezech. 18. vbi dicitur: *Et quare moriemini filij Israel, conuertimini & viuite.* Item facit vnum quare quod est reprehensionis, quo sc. ipse reprehendit superbos & præsumptuosos, & sicut dicitur in Psalm. 99. *Peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum, tu vero odisti disciplinam, &c.* Item facit vnum quare, instructionis, scilicet consolationis & excitationis. Et sic legitur dixisse Petro in fluctibus dubitanti Matth. 14. *Modicæ fidei, quare dubitasti, & apprehendit manum eius, &c.* Item facit vnum quare quod est redarguitionis, & sic certe interrogando per quare ipse reprehendit hominem

De feritate commissa,
De veritate omissa,
De firmitate amissa.

Dicit enim Deus peccatori. Quare commisisti diram feritatem seu crudelitatem, & sic dicitur Ezech. 19. *Quare, inquit, mater tua leæna cubauit inter leones,* qui scilicet sunt animalia crudelitatis immensæ. Item dicit. Quare omisisti puram veritatem. Et sic dicitur Io. 8. *Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi.* Item dicit. *Quare amisisti duram firmitatem,* seu etiam firmam patientiæ stabilitatem. Et sic certe dicit per Apostolum 1 Corinth. 6. *Quare non magis iniuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini.* Sic igitur patet, quod Deus quandoque vtitur isto aduerbio quare.

D Secundo dico, quod iustus quandoque vtitur isto aduerbio multis modis, sc. erga

Deum

Deum, [illegible]
[illegible]
Proximum.

[illegible] quod [illegible] iustus [illegible] Deo [illegible] quare quandiu [illegible] [illegible] tem [illegible] quare [illegible] Deo loquitur locutus [illegible] & sic [illegible] Hier. [illegible] *mine in terra tua.* [illegible] *viator declinans* [illegible] *velut vir vagus,* [illegible] *qui non potest* [illegible] *mine.* &c. q.d. [illegible] est. Item dic[illegible] [illegible] Deo loqu[illegible] [illegible] Item [illegible] D[illegible] qu[illegible] [illegible] illud Iob. *Quare* [illegible] *& quare non aufers iniquitatem meam,* [illegible] *quare abluisme* [illegible] *& quare contristatus in-* [illegible] tali dic[illegible], nunc [illegible] agit con[illegible]

[illegible] quare [illegible] agendo suam prudentiam, [illegible] *quare non respicis super inique agentes, & taces* [illegible] *em* [illegible] *& facies homines vt pisces maris. & quasi* [illegible] Patet igitur quomodo iustus vtitur quare [illegible] pliciter erga Deum.

[illegible] titur multipliciter erga seipsum, & sic certe di[illegible] iustus dicit, & facit videlicet vnum quare de

[illegible] vita fragili,
Rerum [illegible] totalibili,
Mundi [illegible] flebili,
M[illegible] meto stabili.

[illegible] prodiustus de [illegible] conqueritur, dicens quare [illegible] fragilitate, & sic dicit [illegible] Iob 3. *Quare non in vulua* [illegible] *egressus de vtero, quare non statim perij,* & Iob 10. [illegible] *vulua eduxisti me.* Item conqueritur de fortunæ labilita[illegible] dicit Iob [illegible] *Quare misero data est lux, & vita his qui in ama-* [illegible] *sunt animæ qui expectant mortem, & non venit,* &c. Lux, in[illegible] est, claritas & splendor mund[illegible] fortunæ. Luce e[illegible] pulchrius aut delectabilius, & tamen nihil labilius [illegible] etectibilius, subito enim apparet & disparet, modica nu[illegible] excipitur, & modico obstaculo impeditur: sic vere est de [illegible] fortunæ, &c. Item conqueritur de mundana aduer[illegible], & [illegible] dicit Hier. 15 *Væ mihi mater mea, quare genuisti me vi-* *rum rixæ & discordiæ in vniuersa terra.* Sequitur. *Quare factus est do-* *lor meus perpetuus, & plaga mea desperabilis.* Item conqueritur de fi[illegible] flebilitate, sc. de morte, & sic dicit Gen. 47. *Quare moriemur* [illegible], & Deut. 5 *Cur inquit moriemur, & deuorabit nos ignis iste,* & Numer. 21. *Cur eduxisti nos de Ægypto vt moreremur in solitudine.* Sic ergo patet, quod iustus multipliciter vtitur isto vocabulo qua[illegible] erga seipsum.

¶ Item dico, quod iustus vtitur isto aduerbio aliquoties er[illegible] proximum. Et sic nota, quod iustus facit aliqua generaliter vi[illegible]delicet vnum quare de fortuna malorum, [illegible] bonorum, [illegible] cælorum, rapina sacrorum. Quærit ergo iustus quare [illegible] in mundo prosperatur: & sic dicit Hier. 12. *Quare,* inquit, *via impiorum prosperatur, bene est omnibus, qui præuaricantur, & inique* [illegible] Item quærit quare iustus in mundo tribulatur. Et sic de [illegible] Israel, id est, de viro iusto Hier. 2. *Nunquid seruus factus est* [illegible] *vernaculus,* q.d. Non sequitur. *Quare ergo factus est in præ-* [illegible] *super eum rugierunt leones,* &c. Vnde Sap. 4. *Videbunt finem sa-* *pientis, & non intelligent quare munierit illum Deus.* Item quærit qua[illegible] tempus taliter mutatur. Et sic dicit illud Eccles. 33. *Quare dies* [illegible] *peras, & iterum lux lucem, & annus annum, & sol solem.* Item [illegible] quare malus legem detestatur. Et sic certe dicit pecca[illegible] Dei mandata transgredientibus illud 1. Reg. 2. *Quare* [illegible] *huiuscemodi:* & 2. Paral. 24. *Quare transgredimini mandata* [illegible] Sic ergo patet, quomodo iustus vtitur hoc aduerbio [illegible] te multis modis.

¶ De impio vero quomodo consueuit facere multiplex qua[illegible] quod [illegible] iste solet conqueri, sc.

| | |
|---|---|
| De Deo cum ab ipso iuste percutitur, | |
| De iusto dum cum ipso culpis vtitur, | |
| De seipso cum ad bonum forsitan trahitur. | |

Conqueritur ergo peccator de Deo admirando quare percu[illegible]

Dictam. Bercborg.

[illegible] Eccl[illegible] de [illegible] Hier. [illegible] *Quare* [illegible] [illegible] *nobis omnia* [illegible] Hier. [illegible] *dixit* [illegible] & respondetur ibidem. *Propter multitudinem* [illegible] *putationis.* Item conqueritur de iusto cui pe[illegible] non [illegible], & [illegible] rex Babylonis Dan. 4 *Quare non adoras* &c. Item [illegible] de seipso cum ad bonum [illegible] [illegible] dicit illud [illegible] *Quare* [illegible] *nuntiando,* [illegible] *non aspexisti, humiliauimus animas nostras,* [illegible] ergo [illegible] quo[illegible] Deus, iustus, & [illegible] [illegible] quare, &c. Sath[illegible]

**Quasi.** Nota, quod hoc aduerbium quasi vt comm[illegible] signat rerum imperfectionem vel earum [illegible] adæqu[illegible]tionem. Signat enim quandoque imperfectionem, quia [illegible] certo est quasi [illegible] dicitur quasi fac[illegible], adhuc [illegible] imperfecta. Et sic sumitur Eccles. 30. Vbi de patre [illegible] bonum [illegible] dicitur *quod mortuus est pater eius & quasi non est mor-* *tuus, quia similem reliquit sibi post se.* Esa. 40 *Omnes gentes quasi* *non sint,* [illegible] Item quandoque, & communiter signat simili[illegible] & adæquationem, & quasi idem est quod sicut vel quemadmodum, & sic sumitur Deut. 32. *Fluat* [illegible] *vt ros eloquium meum, quasi imber super herbam,* [illegible] *quasi stillæ super gra-* *mina.* Notemus igitur de ista similitudine designata per quasi, quod A

| | |
|---|---|
| Quasi quandoq; dicitur de | Homine, Deo, Diabolo. |

¶ Primo igitur dicamus aliquid de homine. Homo enim in quantum potest considerari in diuersis statibus, sc. in statu

Naturæ,
Gratiæ,
Gloriæ,
Peccati,
Tormenti.

diuersimode potest dici quasi, & diuersis rerum similitudinibus adæquari. Et ideo breuiter notemus, quod nos inuenimus in scriptura vnum quasi naturæ, & defectionis, gratiæ & perfectionis, gloriæ & saluationis, culpæ & infectionis, pœnæ & damnationis.

¶ Primo ergo dico, quod est vnum quasi naturalis defectionis. Quasi enim vt dictum est, signat rem sine complemento, & etiam quasi signat similitudinem. Similitudo autem habet potius proprietatem fictionis imaginariæ, quam existentiæ, significans humanam conditionem, quæ vere imaginaria atque ficta est, nihil habens virtutis aut firmitatis. Et sic dico, quod homo est naturaliter B

| | |
|---|---|
| Quasi | Flos in ingressu, Aqua in progressu, Putredo in egressu. |

Est dico, quasi flos in principio Iob 13. *Homo natus est de muliere, breui,* &c. *quasi flos egreditur, & conteritur, & effugit velut vmbra.* Et etiam quasi aqua in medio, quia sc. totum medium vitæ nullum est fluxibile, & variabile sicut aqua 2. Reg. 14. *Omnes nos quasi a-* *quæ dilabimur, quæ non reuertuntur.* Aqua enim nunquam per eandem viam reuertitur per quam currit, sic nec homo per easdē ætates iterum iuuenescit. Iob 16. *Semitam per quam non reuertar* *ambulo.* Est insuper quasi putredo in mortis termino Iob 13. *Quasi putredo consumendus sum, & quasi vestimentum quod comeditur à* *tinea.* Illud est ergo vnum quasi naturalis defectionis.

¶ Secundo dico, quod est vnum quasi virtualis perfectionis. C Et illud est illud, quo vir iustus, & perfectus similis est rebus notabilibus & bonis. Debet enim se adæquare, & conformare omnibus aliis viris iustis, & quasi vnus ex ipsis, in omnib. bonis moribus se habere Eccl. 32. *Rectorem te posuerunt, noli extolli, esto in* *illis quasi vnus ex illis.* Res enim quanto sunt puriores, tanto sunt ad conditionem rerum quibus coniunguntur, conuertibiliores. Et inde est quod aer cum sit purissimum elementum, facilius immutatur à corpore vitreo per quod transit, & quasi vitrum efficitur coloratum, sic vir iustus faciliter se conformat bonis hominibus quos frequentat & colores perfectionum & virtutum quas in ipsis inuenit, libenter in se recipit & repræsentat, vt ipse proprie dicatur vnum quasi, vna similitudo, vna imago, quæ in [illegible] aliorum exemplariter repræsentat, vt sic de tali similitudine imitatiua, & repræsentatiua, & de tali quasi, d[illegible] q[illegible]libet vel quælibet de seipso illud Ecclesiast. 24. *Quasi cedrus exaltata sum in Libano, quasi cypressus in monte Sion, qua-*

Oooo 2 *ſi palma*

*si palma exaltata sum in Cades, & quasi plantatio rosa in Hiericho, quasi oliua speciosa in campis, & quasi platanus exaltata sum iuxta aquas in plateis.*

D ¶ In quibus verbis ostenditur, quod vir iustus alijs viris perfectis, Deo videlicet, angelis & sanctis in multis assimilatur, & eis pro viribus conformatur, videlicet,

In mentis eleuatione, (Quasi cedrus,)
In carnis depuratione, (In Libano,)
In cordis roboratione, (Quasi cypressus,)
In sensus contemplatione, (In Sion,)
In spei sublimatione, (Quasi palma,)
In pœnitentiæ transformatione, (In Cades,)
In patientiæ solidatione, (Quasi rosa,)
In pietatis irroratione, (In Hierichu,)
In honestatis conuersatione, (Quasi oliua speciosa.)
In largitatis enutritione, (In campis,
In amicitiæ dilatione, (Quasi platanus,
In sapientiæ tubilatione, (Iuxta aquas.)

Igitur charissimi sumus quasi cedrus per mentis eleuationem. *Quasi cedrus*, inquit, *exaltata sum*, quia s. sicut cedrus sursum erigitur, sic mens iustorum sursum ad cœlestia per affectum & desiderium eleuatur. Vnde Eccles. 50. *Quasi plantatio cedri circa illum.* Item simus quasi Libanus per carnis depurationem. In Libano inquit. Libanus enim interpretatur candor, & est mons niuibus candidos, & fragrantia suauis, significans statum castitatis, vbi puritatis est candor, & fragrantia bonæ famæ. Eccles. 39. *Quasi Libanus odorem suauitatis habete, florete flores quasi lilium.* Item simus quasi cypressus per cordis roborationem. Quasi cypressus inquit. Cypressus enim est arbor ita solida, quod velus columna non cedit oneri cuicunque. Sic nec iustus oneri tribulationis cedit, iuxta illud Senec. *Viere officio, quod semel sumpsisti. Turpe est enim cedere.* Vnde Eccles. 50. dicitur. *Quasi cypressus in altitudinem se tollens.* Item simus quasi mons Sion per claram contemplationem. *In monte Sion*, inquit. Sion enim specula interpretatur, significat illus, qui per contemplationem Deum, & cœlestia speculantur Psa. 38. *Videbitur Deus Deorum in Sion.* Tamen dicitur Michæ. 3. *Sion quasi ager arabitur*, id est, mens hominis speculatiua per disciplinam exercebitur. Item simus quasi palma per spei exaltationem. Quasi palma, inquit, exaltata sum. Palma enim altissime ascendit, & omnes rami eius, & folia sursum tendunt, significat illos, qui per spem sursum extolluntur, & quorum rami affectuum sursum eriguntur ad dominum. Vnde Ecclesiast. 50. *Quasi rami palmæ omnes filij Aaron in gloria sua.* Item simus quasi Cades per pœnitentiæ transformationem. In Cades inquit. Cades enim interpretatur mutata. Cades enim est locus in deserto, vbi Maria mortua fuit, & vbi petra aqua manauit, qui sc. in pœnitentia fit perfecta morum mutatio, & sicut in deserto fit carnis afflictio, & ibi exit aqua de petra, id est, de corde lapideo aquarum, id est, lacrymarum inundatio, & sic ibi moritur Maria, id est, amara desperatio. Vnde Numer. 20. *Mortua est Maria, & sepulta in Cades.* Vnde de isto deserto Cades potest dici illud Oseæ 9. *quasi vuas in deserto inueni Israel.* Item simus quasi rosa per patientiæ solidationem. *Quasi rosa*, inquit. Rosa enim quæ quanto plus teritur, tanto amplius fragrat, signat viros patientes, qui quando plus tribulationibus teruntur, tanto odor virtutis ipsorum amplius declaratur, quia scilicet sicut dicitur Ecclesiastic. 50. *Isti sunt quasi arcus fulgens inter nebulas gloriæ, & quasi flos rosarum in diebus veris.* Item simus quasi Hiericho per pietatis irrorationem. *In Hiericho*, inquit. Luna enim dicitur mater roris. Vt vero pios dici illud Oseæ 14. *Ero quasi ros, & Israel germinabit quasi lilium.* Vt de quolibet tali dicatur illud Ecclesiastic. 50. *Quasi luna plena in diebus suis.* Res enim plena faciliter supereffundit. Item simus quasi oliua per honestatis conuersationem. Quasi oliua, inquit, speciosa. Oliua enim semper viret, sic honesta conuersatio iustorum Oseæ 14. *Quasi oliua gloria eius.* Item simus quasi campus per largitatis exuberationem. *In campis*, inquit, Campus enim nutrimentum hominibus apportat. Sic homo largus pauperes nutrit, & satiat Oseæ 11. *Ego quasi nutritius Ephraim portabam eum.* Item simus quasi platanus per amicitiæ dilationem. *Quasi platanus*, inquit: Platanus est arbor, quæ multum crescit in latum. Sic homo lateraliter tendit ad omnes Ezec. 31. *Ecce Assur quasi Cedrus in Libano.* Sequitur. *Platani non fuerunt æquæ frondibus eius.* Item simus quasi iuxta aquas per prægustationem. *Iuxta aquas*, inquit. Aquæ enim sapientiam designant, iuxta illud [illegible]cclesiast. 16. [illegible] *si lilia quæ sunt in transitu aquæ* [illegible] Ecclesiast. 5 [illegible] per [illegible] sanctis & Angelis adæquatur. Istud est ergo quasi [illegible] fectionis, &c.

¶ Tertio dico, quod inuenitur vnum quasi æternalis [illegible] nis. Et istud est illud quo beati in patria Deo assimil[illegible] quod diuersis rebus comparantur, & adæquantur. Et [illegible] quod beati qui nunc sunt in gloria, vel sancti qui s[illegible] in patria, sunt quasi

Flos,
Ros,
Thus,
Arcus,
Folium,
Lilium,
Stilla,
Stella,
Luna,
Rosa,
Aurum,
Oleum.

Sunt dico quasi flos ratione decoris Eccles [illegible] *Quasi* [illegible] *in diebus veris* Sunt quasi ros ratione dulcoris. [illegible] *ros, &c.* Sunt quasi thus ratione feruoris, Eccles. [illegible] Q[illegible] *fulgoris, & quasi thus ardens in igne.* Sunt quasi cœlest[illegible] ratione fulgoris. Eccles. 50. *Quasi arcus refulgens inter ne*[illegible] Sunt quasi folium ratione viroris Prouer. 11. *Iusti autem* [illegible] *tens folium germinabunt.* Sunt quasi lilium ratione candor[illegible] clesiast. 50. *Quasi lilia quæ sunt in transitu aquæ* Sunt qua[illegible] tione fluoris Deut. 32. *Quasi imber super herbam, & quasi gramina.* Sunt quasi stella ratione splendoris. Eccle[illegible] *si stella matutina in medio nebulæ.* Sunt quasi luna ratione quia sc. luna magis coniungitur soli, & frequentius quam stellæ Eccl. 50. *Quasi luna plena in diebus suis.* Sunt quasi ro[illegible] ne odoris Eccl. 24. *Quasi plantatio rosæ in Hiericho.* Sunt [illegible] rum ratione valoris Eccl. 40. *Quasi vas auri solidum orna*[illegible] *lapide pretioso.* Sunt quasi oleum ratione fluoris Ezech. [illegible] *mas reddam aquas Aegypti quasi oleum.* Istud est ergo vnum [illegible] ternalia saluationis.

¶ Quarto dico quod est vnum quasi criminalis infe[illegible] Et istud est illud, quo mali ratione suarum conditionum [illegible] tum diuersis rebus diuersimode comparantur. Et ideo quod mali in scriptura dicuntur esse

| | | | |
|---|---|---|---|
| Quasi | Plumbum, | ratione | ponderositatis, |
| | Gigas, | | austeritatis, |
| | Hostis, | | crudelitatis, |
| | Locusta, | | voracitatis, |
| | Mare, | | mobilitatis, |
| | Abyssus, | | obscuritatis, |
| | Bos, | | insensibilitatis, |
| | Palea, | | instabilitatis, |
| | Lapis, | | duræ voluntatis, |
| | Latro, | | fallacitatis, |
| | Ouis, | | malæ simplicitatis, |
| | Leo, | | gulositatis, |
| | Stercus, | | carnalitatis, |
| | Infernus, | | insatiabilitatis. |

Ecce charissimi quomodo mali dicuntur diuersimode quasi & quomodo rebus varijs comparantur. Isti enim plumbum habent ponderositatem pigritiæ Exod. 15. [illegible] *runt in profundum quasi lapis, submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus.* Item quasi gigas habent austeritatem sæuitiæ. de de talibus possunt pauperes dicere illud Iob 16. *Con*[illegible] *vulnere super vulnus, irruit in me quasi gigas.* Item isti quasi [illegible] habent crudelitatem nequitiæ Iob 10. *Sic me habent quasi hostem* [illegible] *suum.* Item isti quasi locusta habent voracitatem auaritiæ. [illegible] custa enim omne viride consumit. Iob 39. *Nunquid* [illegible] *eum quasi locustas.* Item quasi mare habent mobilitatem [illegible] diæ. Vnde Iob 41. *Feruescere faciet quasi ollam profundum* Et Esaiæ 57. *Impij quasi mare feruens, quod quiescere non* [illegible] tem isti quasi abyssus habent obscuritatem ignorantiæ Iob 41. *Reputabit abyssum quasi senescentem.* Item isti quasi [illegible] bent insensibilitatem imprudentiæ Iob 40. *Fœnum quasi comedet.*

... constantiæ ... *tradam* ... de ... habent ... Iob ... *quasi lapis, & stringitur quasi malleatoris incus.* Item ... habent ... Prou. 23. *Insidiatur ... latro ... vidi rit interficiet.* Item isti quasi o... habent ... 1. 53. *Nos omnes quasi oues erraumus.* Item ... quasi ... habent gulositatem gastrimargiæ. ... Hier. ... *Quasi leo ascendit de superbia Iordanis.* Item quasi ... habent carnalitatem immunditiæ. Eccl. 9. *Mulier fornicaria ... conculcabitur in via:* Et Oseæ 8. *Ephraim quasi vas immundum.* ... quasi infernus habent insatiabilitatem auaritiæ. Vnde ... *Dilatauit quasi infernus animam suam, & ipse quasi mors, & non adimpletur.* Sic igitur patet, quomodo mali diuersis rebus comparantur. Et sic dico, quod est vnum quasi criminalis in...

¶ ...to dico quod est vnum quasi pœnæ & damnationis, ... alis afflictionis, & istud est illud quasi seu illa compa... quia damnati diuersis rebus assimilantur. Nota ergo quod ... in scriptura quasi

Pila propter relegationem,
Momentum, propter adnihilationem,
Clibanus, propter inflammationem,
Lapis, propter aggrauationem.

... isti ad modum pilæ proijciantur, patet Esaiæ 22. *... coronabit te in tribulatione, & mittet te quasi pilam in terram ... spaciosam, ibi morieris, &c.* Quod etiam isti quasi momentum adnihilentur, patet Esa. 40. *Ecce gentes quasi stilla situlæ, & quasi momentum stateræ reputantur.* Sequitur. *Omnes gentes quasi non sint coram eo.* Quod etiam isti quasi clibanus inflammen... patet Oseæ 7. vbi dicitur. *Omnes adulteri quasi clibanus.* Quod ... per quasi lapis aggrauentur, patet Exod. 15. Vbi dicitur il... prædictum. *Descenderunt in profundum quasi lapis, &c.* Istud est ... quasi infernalis damnationis.

¶ Sed adhuc dico quod quasi habeat quandam rationem ...fectionis. Signat enim illud quod apparet & non est. Et ... quandoq; pertinet ad malos, aliquando ad bonos. Ad malos pertinet vnum quasi hypocriticæ fictionis. Hypocritæ enim non sunt, sed quasi sunt, iuxta illud Esa. 22. *Tu quid hic, aut quasi quis hic.* Et Prouer. 13. *Est quasi diues, cum nihil habeat.* Quantum ad bonos vero designat vocem humanæ æstimationis, quia scilicet mundus æstimat statum bonorum quasi mortuum super terram. Et sic dicitur 2. Corint. 6. *Quasi tristes, semper autem gaudentes.* Quasi morientes, & ecce viuimus. Vel breuiter de bonis in vita ista dicatur illud Prouerb. 13. *Est quasi diues cum nihil habet, & quasi pauper, cum in multis diuitiis sit.* Isti enim sunt quasi pauperes in hoc mundo quantum ad temporalia, sunt tamen diuites quo ad spiritualia.

¶ Sed adhuc dico, quod quasi potest referri ad ipsum Deum. Ipse enim fuit quasi

Ros, de virgine nascendo,
Colonus, pauper viuendo,
Agnus, nil respondendo,
Pugil, pœnam sustinendo,
Leprosus, vilis apparendo,
Tuba, veritatem prædicando,
Leo de morte surgendo.

... ergo quasi ros in conceptione Oseæ 14. *Ero quasi ros, & Israel germinabit quasi lilium.* Item fuit quasi colonus in natiuitate, ... conuersatione Hier. 14. *Quare quasi colonus futurus es in terra, & quasi viator declinans ad manendum.* Item fuit quasi agnus in allo... Esaiæ 53. *Quasi agnus coram tondente se obmutescet.* Et Hier. ... *ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimam.* Item fuit ... pugil in passione. Vnde Iob 6 *Calamitas quam patior, quasi arena maris grauior appareat.* Item fuit quasi leprosus in carnis vi... ...atione. Vnde Esaiæ 53. *Reputauimus eum quasi leprosum.* Item fuit quasi tuba in prædicatione Esaiæ 40. *Quasi tuba exalta vocem tuam.* Item fuit quasi leo in resurrectione, & ascensione Hiere. ... *ascendet quasi leo de superbia Iordanis.* Et sic patet, quomodo quasi ...multimode ad diuersa refertur. Vide de sicut, & de tanquam, de quemadmodum, & de similitudine, &c.

Quatuor. Nota, quod quatuor seu quaternarius numerus in scriptura accipitur multis modis. Est enim loquendo breuiter, quædam quaternitas

N...,
Mundialis,
Cordialis,
Virtualis,
Criminalis,
Infernalis,
Supernalis.

¶ Primo ergo dico, quod est quaternitas natu... ... est quaternitas humorum, quaternitas qualitatum, ... complexionum, quaternitas elementorum, & de ista quaternitate potest exponi illud Ezech. 1. *Apparuit rota vna iuxta animalia, habens quatuor facies.* Rota enim iuxta animalia est natura nu... ...um animalium, quæ continue voluitur more rotæ. Ista ergo rota quatuor habet facies, i. quatuor quaternitates prædictas, quia sc. ipsa constat ex quatuor complexionibus, ex quatuor qualitatibus, ex quatuor elementis, & ex quatuor humoribus. Ista est igitur quaternitas naturalis.

B ¶ Secundo dico, quod est quaternitas mundialis, & ista constat de quatuor terræ plagis, & de quatuor cœli ventis. Quatuor enim sunt partes mundi, scilicet, Orientalis, Meridionalis, Occidentalis, Septentrionalis, de quibus Ezech. 7. *Venit finis super quatuor plagas terræ.* Quatuor etiam sunt venti cœli cardinales & principales, de quibus Ezech. 37. *A quatuor ventis cœli veni spiritus.*

C ¶ Tertio dico, quod est quaternitas cordialis, & ista est quaternitas quatuor affectionum, quæ sunt dolor & gaudium, spes & timor. De quo Eccl. 37. *Verbum nequam immutabit cor, de quo partes quatuor oriuntur.*

D ¶ Quarto dico, quod est quaternitas virtualis, & ista est quaternitas quatuor virtutum cardinalium, quaternitas doctrinæ euangeliorum, quaternitas virorum perfectorum. Viri enim iusti dicuntur quatuor quia habent numerum quatuor cardinalium virtutum, & tenent doctrinam euangeliorum, & habent quadraturam perfectionis & constantiæ. Quatuor enim est numerus solidos significans illos qui in fide, & virtutibus sunt solidi & firmati. Figurati Daniel. 3. *Vbi in igne visi sunt quatuor viri soluti ambulantes, & nihil læsionis penitus sentientes.* Figurati etiam in quatuor animalibus, sc. Ezech. 1. *quorum quodlibet habebat quatuor alas, quatuor facies, quatuor manus, quatuor incessus, & erant animalia in omnibus suis partibus oculata.* Isti sunt ergo viri perfecti, oculati & discreti, qui quatuor dicuntur, vt dictum est, pro eo quod virtutibus sunt quadrati, Prouerb. 30. *Quatuor sunt animalia minima terræ, & ipsa sunt sapientiora.* Quia procul dubio & alæ suæ contemplationis, & facies suæ conuersationis, & manus suæ operationis, & gressus suæ affectionis debent esse quatuor, id est, debent sub quatuor virtutum cardinalium numero contineri, vt scilicet omnia fiant cum iustitia, fortitudine, temperantia & prudentia. Et de hoc dicitur Ezech. 1. *Quatuor facies vni, & quatuor pennæ vni, & manus hominum sub pennis eorum in quatuor partibus, & per quatuor partes euntes ibant.* Ista ergo quaternitas virtutum figuratur Genes. 2. vbi dicitur, *quod fluuius* (supple gratiæ) *egrediebatur qui tandem in quatuor capita*, id est, in quatuor virtutes cardinales, *diuiditur, &c.* Et breuiter ista quaternitas, id est, status virtutum commendatur in natura, prædicatur in scriptura, exemplatur in figura. In natura dico commendatur. Omne enim animal quatuor membris mouetur, scilicet, auis duabus alis, & duobus pedibus, homo duabus manibus & duobus pedibus, iumenta vero quatuor pedibus, camela etiam quatuor habet papillas in mamillis, ceruus quatuor habet dentes, similiter caniculus, lepus & marmota. Quatuor etiam sunt animalia, quæ quatuor elementis viuunt, scilicet alec aqua, igne salmandra, talpa terra, & chamæleon aere. Item vt supra dictum est, quatuor sunt elementa, quatuor humores, quatuor qualitates, quatuor complexiones, quatuor venti, quatuor cœli triplicitates, quatuor mundi partes, & cætera similia. Et dico, quod quaternitas in natura commendatur. Item dico, quod in scriptura prædicatur. Et hoc est Ezech. 43. Vbi dicitur *Ariel*, id est, altera, *quatuor fuit cubitorum.* Et Numerus. 15. vbi præcipitur, *vt fimbrias per quatuor angulos palliorum.* In figuris exemplatur, sicut supra in pluribus est ostensum. Et sic breuiter dico, quod est quædam quaternitas virtualis.

E ¶ Quinto dico, quod est quædam quaternitas criminalis, & sic dico, quod per numerum quaternarium intelliguntur homines mali, quia scilicet, iste numerus ternarium in vno excedit,

dit, sic mali ternarium fidei trinitatis vel etiam triangulum trium virtutum theologicarum, vel tripodem trium votorum religionis, vel trisolium partium pœnitentiæ transgrediuntur & excedunt, & per peccatum ab istis trinitatibus fugiunt & recedunt. Isti ergo nomine quatuor designantur. Vnde nota, quod mali dicuntur quatuor

Venti, propter eleuationem,
Fabri, propter percussionem,
Capita, propter ambitionem,
Cornua, propter præsumptionem,
Quadrigæ, propter tumultuationem.

Item isti per elationem similes sunt ventis. Vnde Zach. 6. *Isti sunt quatuor venti.* Item isti per inuasionem similes sunt fabris. Vnde Zachar. 1. *Ostendit mihi quatuor fabros.* Fabri enim habent malleare. Item isti per ambitionem similes sunt capitibus, quia sc. semper volunt esse in supremo loco more capitis, & semper quærunt esse capitanei. Vnde Daniel. 7. dicitur, *quod quatuor capita erant in bestia.* Item isti per præsumptionem similes sunt cornibus. Vnde Zach. 1. *Vidi, & ecce quatuor cornua.* Item isti per tumultuationem similes sunt quadrigis, Zach. 6. *Ecce quatuor quadrigæ egredientes, &c.*

F ¶ Sexto dico, quod est quaternitas infernalis, & ista est quædam quaternitas pœnarum, quæ esse dicitur in inferno, scilicet mors, gladius, fames, captiuitas. Vnde Hier. 15. *Visitabo super eos quatuor species, &c.* Et istæ quatuor pœnæ Apocalyp. 18. dicuntur *Mors, luctus, fames & ignis*, & Ezech. 14. dicuntur *quatuor iudicia pessima gladius, fames, bestia & pestilentia.* Ista est ergo quaternitas infernalis.

G ¶ Septimo dico, quod est quaternitas supernalis. Et ista est quaternitas quatuor dotum corporis glorificati, vel etiam numerus electorum, qui per quatuor cardinales virtutes saluantur. Vnde Marci 13. dicitur, *quod dominus congregabit electos a quatuor ventis cœli.* Sufficit.

## A Quatuordecim. Quartusdecimus.

Nota, quod numerus

Quatuordecim constat vel ex
- quatuor & decem,
- octo & sex,
- septenario duplicato,
- duodecim & duobus.

¶ Si ergo possum dicere, quod iste numerus potest significare perfectionis statum, qui scil. constat ex septenario septem virtutum, sc. quatuor cardinalium, & trium theologicarum, duplicato tamen septenario septem virtutum moralium, quæ scil. vitijs capitalibus opponuntur. Et iste est numerus quatuordecim generationum primarum, de quo dicitur Matt. 1. *quod ab Abraam vsque ad Dauid generationes quatuordecim.*

B ¶ Vel etiam potest dici iste numerus perfectionis ab octo & sex, hoc est dictum, ab octonario beatitudinum, quæ scilicet, ponuntur Matth. 5. *Beati pauperes spiritu, Beati mites, Beati misericordes, &c.* & senario sex misericordiæ operum quæ scilicet numerantur Matth. 25. Et de isto numero potest dici illud Matth. 1. *A Dauid vsque ad transmigrationem Babylonis generationes quatuordecim.*

C ¶ Vel potest dici iste numerus à decem & quatuor, quia sc. omnis perfectio constat ex denario, id est, ex obseruantia decalogi, quaternario, i. ex obseruantia doctrinæ quatuor euangeliorum. Et iste est alius ordo generationum, de quo Matth. 1. *A transmigratione Babylonis vsq; ad Christum generationes quatuordecim.* Quia sc. à transmigratione peccati quæ fit per pœnitentiam vsque ad Christum spiritualiter attingitur, quando numerus quatuor, id est, mandatorum obseruantia cum doctrina euangelica custoditur.

D ¶ Vel potest etiam iste spiritualis numerus scil. perfectionis gradus dici à duodecim & duobus, i.e. à fide duodecim articulorum, & duob. charitatis mandatis. Et iste certe est ille quartusdecimus annus in quo Paulus in cœlum fuit raptus, de quo 2. Corinth. 12. *Scio*, inquit, *hominem in Christo ante annos quatuordecim raptum vsque ad tertium cœlum, &c.* Ac si diceret quod per istum perfectionis numerum ad tertium cœlum, id est, ad empyreum peruenitur. Iste enim numerus, in quo phase seu pascha antiquitus celebrabatur quartadecima die mensis primi, transitus vocabatur, eo scilicet quod tunc egressi sunt filij Israel de Ægypto. Ad denotandum quod iste perfectionis & virtutis numerus seu status est ille per quem de hoc mundo ad paradisum tra[...]mus [...] [...]gno [...] beatifice fruimur, & p[...] [...]tur 2. [...]dræ 1. & [...]. dicitur *quod Iosias immolauit pha[se]* [...]*na Et. Num. 28. Quartadecima* [...] *phase domini est.* [...] patet, quomodo per quatuordec[im] intelligitur omnium perfectorum, & [...]am [...]um [...]tutum [...]torum. Vnde Iob 42. dicitur, *quod fuerunt ei quatuor* [...] *ouium.*

¶ Si vero istum numerum vis in malo significat[...], dic, quod iste signat transgressionem omnium præm[...] & per consequens plenitudinem omnium vitiorum [...] hominum peccatorum. Vnde Numer. 1[6]. *Fuerunt qui* [...] *sunt quatuordecim millia hominum.* Et 4. Regum 1[8]. d[...] *anno quartodecimo Ezechiæ ascendit Senacherib contra Hie*[...] Sufficit.

## Que.

Nota quod Que quandoque est coniuncti[u]a, & sic sumitur Que pro Et. Q[u]andoque ve[ro est ad]uerbium affirmandi, & sic sumitur Que [pro] procer[to], sicut Quoque suum compositum. Cum igitur [...] quandam certitudinem affirmatiuam, possumus [...] omnis affirmatio siue vera fuerit siue fa[ls]a, potest p[er] h[oc] uerbium designari. Dicam ergo quod per istud adu[erbium] Que

Affirmat
- Deus,
- Iustus,
- Impius.

Seu etiam fit affirmatio

De summa deitate,
De iusti firmitate,
De impij prauitate,
De sæculi vanitate.

Istud enim aduerbium

Que habet virtutem
- coniunctiuam,
- additiuam,
- assertiuam.

¶ Coniungit enim primas & vltimas dictiones, addit & [au]gmentat orationes, asserit & affirmat orationes, & sic potest ferri ad iustum & ad impium, quia scil. iustus adiungit per charitatem, addit per largitatem, asserit per veritatem. Impius [et]iam & peccator solent iungere mala consortia, addere [...] vitia, asserere falsa mendacia. Quia autem Que, quantum ad bonos virtutem habeat coniunctiuam & charitatiuam, pa[tet] Exod. 2. Vbi dicitur, *quod filia Pharaonis miserta Moysi in flumine vagientis, ipsum charitatiue nutrici mandauit. Cernensque*, inquit, *puerum vagientem, &c.*

¶ Item quod habeat efficaciam additiuam & largitiuam, patet Genes. 25. Vbi dicitur. *Deditque Abraham cuncta quæ possederat.* Et Gen. 27. *Deditque pulmentum & panes quos coxerat*, sc. Iacob patri pro benedictione habenda. Et illud 3. Reg 17. *Coruisque præcepi, vt pascant te.* Et illud Iudith. 13. *Creuitque puer & benedixit eum dominum.*

¶ Item quod habeat efficaciam assertiuam, patet in multis locis vbi sumitur Que pro certo, sicut Esa. 45. *Eritque antequam clament, ego exaudiam.* Et 2. Reg. 23. *Fecitque salutem magnam dominus in diebus illis.* Multa alia possent dici, sed omitto gra[tia] b[reui]tatis. Vide supra de Et, & infra de Quoque & Quippe, quæ aduerbia affirmatiua.

## Quemadmodum.

Cum quemadmodum [...]ter mihi quandam si[mili]dinem, & quandam etiam conformitatem & imitationem sicut 2. Thes. 3. vbi dicitur sic. *Ipsi enim scitis quemadmodum oportet imitari nos*, possum dicere quod nos inuenimus triplex quemadmodum, id est, triplicem conformitatem, videlicet,

Quemadmodum
- Iusti,
- Stulti,
- Christi.

¶ Primo ergo dico quod est quemadmodum quod spectat ad iustum, quia sc. iustus semper nititur se conformare Deo & sanctis, & esse quemadmodum ipsi fuerunt. Vnde notabi[le] quod iusti habent vnum Quemadmodum quod

Efficit feruens affectio superorum,
Perficit placens conditio morum,
Efficit decens receptio exemplorum,
Efficit ardens iudictio decretorum.

Dicam igitur, quod iustus imitatur sanctos, affectando feruen-

[illegible] Psal. 41. [illegible] *at anima mea ad te* [illegible] *misericordia tua domine* [illegible]. Item regulando p[illegible] [illegible] *Diuicus quemadmodum filius vniuersi*-[illegible] *quemadmodum dixi paratis sitis* Item assumendo [illegible] tes, h. e. bona aliorum exempla. Vnde [illegible] *um*, inquit, *dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, & vos* [illegible] ad implend[illegible] fidenter voces austeriores, hoc est di[illegible] [illegible] rum mandata & documenta 1. Thess. 4. *O*[illegible] *Domino Iesu, vt quemadmodum accepistis à nobis, quomodo opor*[illegible] *lare, sic ambuletis, vt abundetis magis.* Hoc est ergo [illegible] um quod spectat ad iustum.

¶ [illegible] do dico quod est quemadmodum quod spectat ad [illegible] C[illegible] stat enim quod stulti & mali libenter se confor[illegible] [illegible] [illegible] ais, & libenter operantur, quemadmodum ipsos [illegible] [illegible]. Et sic nota quod ad malos spectat, scilic. vnum [illegible] n quo sc.

Malos sequuntur,
Male viuunt,
Cito labuntur,
Pœnis plectuntur.

[illegible] vero dico malos sequuntur ipsos imitando Ps. 77. *Et auerte*-[illegible] *& non seruauerunt pactum quemadmodum patres eorum conuer*-[illegible] *in arcum prauum.* Mali etiam male viuunt, malum oce[illegible] Sap. 19. *Quemadmodum pro natione animalium eduxit terra* [illegible] *pro piscibus eructauit fluuius ranarum multitudinem*, q. d. Ista [illegible] cunt mala loco bonorum. Vnde etiam de malis, quæ fa[illegible] citur 2. Tim. 3. *Quia quemadmodum Iannes & Mambres re*-[illegible] *Moysi, ita & hi resistunt veritati.* Mali insuper cito labun[illegible] [illegible] ingendo Ps. 36. *Quoniam tanquam fœnum velociter arescent,* [illegible] *quemadmodum olera herbarum cito decident.* Mali nihilominus [illegible] plectuntur, pœnas lugendo seu incurrendo sc. in inferno, [illegible]. *Inimici vero domini mox vt honorificati fuerint & exaltati, defi*-[illegible] *quemadmodum fumus deficient.* Et Sap. 11. *Sciuerunt quemadmo*-[illegible] *cum ira iudicati impij tormenta paterentur.* Illud est ergo quem-admodum, quod spectat ad stultum.

¶ Tertio dico, quod est quemadmodum, quod spectat ad Christum. Christus enim habet & ostendit nobis vnum quem-admodum, quo

Suos diligit,
Bona porrigit,
Bonos dirigit,
Cœlum eligit,
Malos corrigit.

¶ Dico quod Christus [illegible]ndit nobis multiplex quemadmo-dum, i. e. multiplicia exempla & documenta, sc. vnum quemad-modum quod est dilectionis, de quo Luc. 13. & Matth. 23. *Quo*-[illegible], inquit, *volui congregare filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos sub alas?* Item vnum quemadmodum quod est compassio-nis seu distributionis & largitionis de quo in Psal. 35. *Homines & iumenta saluabis domine quemadmodum multiplicasti misericordiam tu*-*am Deus.* Item vnum quemadmodum quod est directionis seu [illegible] lationis. Vnde Christus dixit Apostolis Luc. 13. *Ponite*, [illegible] *in cordib. vestris non præmeditari quemadmodum respondeatis, ego dabo vobis os & sapientiam*, &c. Item vnum quemadmodum [illegible] est præuentionis, quo sc. ipse nos præuenit ascendendo [illegible] cœlum. Vnde Act. 1. *Quemadmodum vidistis eum euntem in cœ*-*lum.* Item vnum quemadmodum quod est correctio-[illegible] iudicio Apoc. 10. *Vidi*, inquit, *Angelum fortem descenden*-[illegible], &c. Sequitur. *Et clamauit voce magna quemadmodum leo* [illegible] *cum clamasset, locuta sunt septem tonitrua voces suas.* Et sic er-[illegible] patet, quomodo quemadmodum spectare potest ad Chri-[illegible] ad stultum, & ad iustum. Sufficit. Vnde in titul. quoniam, [illegible] quam, & cætera similia.

Quæ. Generis fœminini cum suis casibus. Nota quod quæ fœmininum refertur ad personas & ad res. Et primo [illegible] dem ad personas, quia sc. per illud pronomen quæ, vel qua [illegible] suis casibus potest intelligi quælibet bona & sancta perso-[illegible] etiam quælibet persona etiam inhonesta. Et primo qui-[illegible] accipiam in bono. Per quæ enim siue accipiatur interro-[illegible] siue etiam positiue, potest intelligi beata virgo, seu et-[illegible] quælibet sancta. Ista est enim

Pronomen, quia pro nomine ponitur, id est, quia ast pro nobis intercessiua,

[illegible] & [illegible] [illegible] & præ[illegible].

[illegible] pro [illegible], pro n[illegible] bis orans & interce-[illegible] Reg. 2. [illegible] ibi dicitur *Quæ consurgens adorauit prona*, & [illegible] dic[illegible], quod ista bene dici potest quæ & positiue & interrogatiue. Positiue, quia pro nobis ponitur, opponitur & exponitur. Interrogatiue, quia propter statum virtutum ex-cellentiam de ipsa potest fieri quæstio, in quantum stupenda & [illegible] bilis prædicatur.

¶ Nota ergo quod in ipsa possumus admirari, sc.

Fœcunditatem cum prudentia,
Humilitatem cum reuerentia,
Iucunditatem cum verecundia,
Formositatem cum complacentia,
Famositatem cum redolentia,
Sedulitatem cum vigilantia,
Liberalitatem cum amicitia,
Auctoritatem cum reuerentia.

Dicamus ergo quod mirabilis fuit in ipsa pudicitia cum fœ-cunditate, quia sc. ipsa fuit Dei filij mater. Virgo etiam semper mansit. Vnde de ipsa psallimus. *Beata es virgo Maria, quæ dominum portasti creatorem mundi, genuisti qui te fecit, & in æternum permanens virgo.* Ista enim figuratur in Dyna, *quam cum vidisset Sichem filius Emor regis, adamauit eam, & rapuit, dormiuitque cum illa vi opprimens virginem*, vt patet Genes. 34. Quia sc. filius Dei patris, hanc vidit & amauit, & cum ipsa per beatam incarnationem dormiuit, ipsamque sibi rapuit & coniunxit 2. Reg. 11. *Quæ cum ingressa esset ad illum, dormiuit cum illa.* Item mirabilis fuit in ipsa reuerentia cum humilitate. Vnde de ipsa legitur Lucæ 1. *Quæ cum audisset, turbata est in sermone Angeli, dicens: Ecce ancilla domini. Magnificat ani*-*ma mea dominum, quia respexit humilitatem ancillæ suæ*, vt sic de sua humilitate exponatur illud 1. Mach. 2. *Quæ erat libera, facta est an*-*cilla.* Item admiranda est in ipsa verecundia cum iucunditate. Vnde Genes. 18. dicitur de Sara. *Quæ risit occulte*, sc. audito quod concipere debebat Isaac. Risit dico, per alacritatem, scilicet, sed per pietatem. Vnde ipsa est *arca testamenti quæ propitiatorio operienda erat, in quo ponebatur testamentum.* [illegible] dicitur Exod. 25. Item mirabilis est in ipsa complacentia cum formositate. Vn-de Cant. 6. *Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora, pulchra vt luna, e*-*lecta vt sol.* Item admirabilis est in ipsa redolentia, cum famosi-tate. Vnde ista est virgula fumi quæ ascendit per desertum cum aromatibus, id est, cum redolentia boni nominis. De qua no-minatione potuit dominus dicere illud 1. Paral. 22. *Domus quam ædificare cupio talis esse debet, vt in cunctis regionibus nominetur.* Item admiranda est in ea vigilantia cum sedulitate. Vnde de Rebec-ca dicitur Genes. 24. *Quæ festinans deposuit hydriam de humero.* Item admiranda est in ipsa amicitia cum liberalitate Gen. 24. *Quæ re*-*spondit, Bibe domine mi, celeriterque deposuit hydriam.* Item mirabilis est in ipsa eminentia cum auctoritate, & potissime illa quam ha-buit, quando ad filij dexteram est assumpta. Figurata in matre Salomonis, de qua dicitur 3. Reg. 2. *Quæ sedit ad dexteram eius.* Et etiam in Regina Hester, de qua dicitur Hester 5. *Quæ accedens ad regem osculata est summitatem virgæ.* Summitas enim regalis, si-gnat cacumen excellentis auctoritatis & potestatis. Et sic pa-tet quod beata virgo potest dici quæ. Et non solum beata vir-go, imo quælibet sancta persona, quia sc. si bene consideras, o-mnia supra dicta possunt spiritualiter ad sanctam quamlibet applicari, &c.

¶ Sed si in malo significato velis accipere, quæ vel qua seu quam, &c. sicut de mala fœmina, anima vel persona, notabis quod ista est B

Quæ, quæ {
Immunditiæ fœtet horroribus,
Idololatriæ vacat erroribus,
Extollentiæ fumet vaporibus,
Falsimoniæ fulget pallonibus,
Pestilentiæ subest furoribus
}

Ista igitur est Quæ, quæ immunditiæ diligit horrorem Leu. 5. *A*-*nima quæ tetigerit aliquid immundum, rea est & deliquit*, vt de infa-mi talis personæ dicatur illud Genes. 38. *Quam videns Iudas, suspicatus est esse meretricem.* Item ista est Quæ, quæ idololatriæ sectatur errores, de qua Leuitic. [illegible]. *Anima quæ declinauerit ad ma*-*gos & hariolos, interficiam illam.* Item ista est quæ extollentiæ, i. e. superbiæ [illegible] quirit vapores. Vnde Num. 15. *Anima quæ superbiam*

*aliquid peccati commiserit, peribit.* Item ista est quæ testimoniæ, i. hypo critis interpallorea. Vnde Dan. 7. *Quæ* (.bestia) *erat dissimilis valde omnibus.* Item ista est, quæ pestilentiæ sustinet terrores, h. e. dictum, damnationem mortis æternæ, quia sicut dicitur Ezech. 18. *Anima quæ peccauerit, ipsa morietur, &c.*

C ¶ De rebus autem quæ significari possunt per quæ, qua, quã, quas, sicut cum dicitur quæ terra, quæ dies, quæ res, quæ domus & similia, quæ longum esset prosequi, supersedeo. Veruntamen de quæ interrogatiue loquendo possum dicere quod per quæ homo interrogat & quærit, sc.

Alta mirando,
Clausa scrutando,
Bona laudando,
Vana spernendo,
Mala arguendo,
Summa suadendo.

Quærimus ergo dico dicendo quæ, ardua mirando & obstupendo. Et sic admirando dicimus Cant. 6. de admirabili ascensu virginis gloriosæ, & de eius vita mirabili vel progressu. *Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora, &c.* Et Cant. 3. *Quæ est ista quæ ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris.* Et Cant. 8. *Quæ est ista quæ ascendit de deserto deliciis affluens, innixa super dilectum suum.* Primo enim miramur de virginis puritate, quia virgula fumi ex aromatibus. Secundo de virginis dignitate quia ascendit sc. ad cœlum, &c. Sed tertio de virginis fœlicitate, quia innititur super dilectum suum. Item quærimus dicendo quæ, occulta scrutando & inuestigando. Et sic dicebat Iosue quærens causam altaris ædificandi Iosue 22. *Quæ est transgressio?* Et Act. 10. quærit Petrus. *Quæ est causa, quare huc venistis.* Item quærimus dicendo quæ, optima laudando & glorificando. Et sic dicitur Deut. 4. *Quæ est enim alia gens & generatio tam inclyta, vt habeat cæremonias iustaq́ iudicia.* Item quærimus dicendo, quæ, nosipsos spernendo & vilipendendo, & sic certe quasi indignatione quærimus

Quæ sit vitæ in terra breuitas,
Quæ virtutis debilis paucitas,
Quæ fortunæ vana fœlicitas,
Quæ carnis iunctæ sanguinitas,
Quæ mentalis iugis iniquitas,
Quæ finalis mortis necessitas.

De vitæ breuitate fit quæstio Iacob. 4. *Quæ enim est vita nostra,* inquit & respondet, *Vapor est ad modicum parens, & deinceps exterminabitur.* Et 1. Reg. 18. *Quis ego sum, aut quæ est vita mea aut cognatio patris mei in Israel, vt fiam gener regis?* De virtutis nostræ tenuitate fit quæstio Iob 6. vbi dicitur. *Quæ est enim fortitudo mea vt sustineam aut quis finis meus & patientia mea vt patienter agam.* Et Eccles. 16. *Quæ est enim anima mea in tam immensa creatura.* De fortunæ præsentis vanitate & labilitate fit quæstio Ezechiel. 27. *Quæ est vt Tyrus, quæ obmutuit in medio maris.* Quæ in exitu negotiationum tuarum implesti populos multos. Et Apocalyp. 18. quæritur de fortuna potentissimæ Babylonis dicendo sic. *Væ, væ ciuitas magna, quæ amicta erat bysso purpura & cocco, & deaurata auro, & lapide pretioso, & margaritis, quoniam vna hora destitutæ sunt tantæ diuitiæ.* Sequitur. *Quæ similis ciuitati huic magnæ, &c.* Valde multa. De carnis autem consanguinitate & propinquitate fit quæstio Matth. 12. vbi dicitur. *Quæ est mater mea, qui sunt fratres mei.* Sequitur: *Quicunque fecerit voluntatem patris mei, qui in cælis est, ipse meus frater & soror, & mater est q. d.* Carnalis consanguinitas non multum est curanda. De propria iniquitate fit quæstio Hierem. 16. *Quæ iniquitas nostra aut quod peccatum.* Sequitur. *Quia dereliquistis me dicit dominus.* De mortis vero necessitate & adnecessitate fit quæstio in Psalm. 29. vbi dicitur. *Quæ vtilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem.* Patet ergo quod nos quærimus dicendo quæ nosipsos spernendo & vilipendendo. Item nos quærimus dicendo quæ, malos arguendo atque contemnendo. Et sic dico quod in scriptura redarguitur dicendo quæ

Hypocrisis vana confictio,
Superbiæ alta præsumptio,
Peruersorum facta coniunctio.

De hypocritica fictione fit quæstio Iob 27. vbi dicitur. *Quæ est enim spes hypocritæ si auare rapiat, & non liberet Deus animam eius.* De alta & vana præsumptione fit quæstio 4. Regum 5. vbi dicitur. *Quæ est fiducia qua niteris, &c.* De mala vero societate & coniunctione fit quæstio Eccl. 13. vbi dicitur. *Quæ communicatio sancto hominis ad canem, quæ pars bona* [illegible] *6. Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate* [illegible] *ad tenebras, quæ conuentio Christi ad Belial, aut quæ* [illegible] *infideli, &c.* Sufficit de quæ, quantum ad omnes [illegible] piendi.

## Quæ, neutrum.

Nota quod quæ neutrum [illegible] potest ad multa referri in bo[illegible]riter & in malo. Et sic dico quod est dare quædam quæ [illegible] sunt

Meditanda mentaliter,
Perscrutanda subtiliter,
Operanda vtiliter,
Veneranda humiliter,
Referanda vocaliter,
Confitenda veraciter,
Diuidenda vulgariter,
Appetenda viuaciter,
Fugienda sagaciter,
Metuenda finaliter.

Dicamus igitur quod sunt aliqua quæ sunt mentaliter me[di]tanda. Et ista certe sunt opera, & mirabilia Dei, & ipsius [bene]ficia nobis impensa. Operatur enim Deus magna, & mirabilia [r]atione potentiæ, quam summe ostendit. Ratione clemen[tiæ] quam bonis impendit. Ratione iustitiæ qua malos offendit [de] operibus suæ potentiæ dicitur Deuteron. 10. *Est, inquit [ip]sum qui fecit magnalia, & terribilia, quæ viderunt oculi tui* Et in Psa[l.] *Venite & videte opera domini, quæ posuit prodigia super terram.* Et [Iob] 41. *Omnia quæ sub cælo sunt, mea sunt.* De operibus autem suæ [cle]mentiæ seu beneficentiæ dicitur in Psa. 115. *Quid retribuam domino pro omnibus, quæ retribuit mihi. Calicem salutaris accipiam, & nomen domini inuocabo.* De operibus vero suæ iustitiæ dicitur Sap. *Cum ergo sis iustus, omnia iuste disponis.* Ista sunt igitur quæ [sunt] mentaliter meditanda. Item dico, quod aliqua sunt quæ sunt subtiliter perscrutanda, & ista certe sunt occulta Dei iudicia, & secreta, & cuncta etiam diuinæ paginæ documenta, de quo Deut. 4. *Audi præcepta, & iudicia quæ ego doceo te,* Et Iosue 8. *Legit omnia verba benedictionis, & cuncta quæ scripta fuerant.* Item dico quædam sunt quæ sunt vtiliter operanda, seu etiam facienda & adimplenda. Et ista certe sunt mandata Dei, & omnia bona opera & honesta de quibus Deut. 12. *Obserua, & audi omnia quæ ego præcipio tibi,* Et Num. 2. *Feceruntque filij Israel iuxta omnia quæ præceperat dominus.* Item quædam sunt humiliter Veneranda, & sunt ecclesiastica sacramenta, sancti etiam, & sanctæ, & om[nia] cœlestia bona, & dona, Esdr. 1. *Consummata sunt omnia, quæ pertinebant ad sacrificia domini.* Item quædam quæ sunt vocal[iter] referuanda seu etiam prædicanda, & ista sunt omnia, quæ pertinent ad salutem, de quo Hierem. 1. dicit dominus cuilibet prædicatori, & doctori. *Ad omnia quæ mittam te, ibis, & quæ mandauero tibi, loqueris ad eos,* vt & ipsis dicatur illud Iudith. 8. *Omnia quæ locuta es, vera sunt, & non est in sermonibus tuis vlla reprehensio.* Item sunt quædam quæ sunt veraciter confitenda seu etiam credenda, scilicet articuli fidei, & omnia quæ credit, & ecclesia sancta mater Actorum 24. *Credens omnibus quæ in prophetis scripta sunt,* & Lucæ 1. *Beata quæ credidisti, quoniam [perfi]cientur in te omnia quæ dicta sunt tibi.* Item sunt quædam quæ [sunt] vulgariter diuidenda.

Et ista sunt bona temporalia, quæ sc. per eleemosyna[m] alijs diuidenda. Vnde Iob 2. *Cuncta, quæ habet homo,* [dabit pro] *anima sua.* Et illud Luc. 12. *Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam,* & merito, quia sicut dicitur Galat. 6. *Quæ seminauerit [homo,] hæc & metet.* Item quædam sunt quæ sunt totaliter appetenda sc. bona gloriæ paradisi, quia scilicet temporalia sunt contemnenda, æterna vero & cœlestia appetenda. Sicut enim dicitur 2. ad Corinth. 4. *Quæ temporalia sunt videntur, quæ autem non videntur, æterna sunt.* Vnde beatis potest dici illud Lucæ 10. *Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Oculus enim non vidit, nec auris* [audiu]*it, quæ præparauit Deus diligentibus se.* Bene ergo dicit Apost[olus] ad Colos. 3. *Quæ sursum sunt quærite.* Item sunt quædam [quæ] sunt sagaciter fugienda, videlicet peccata, & etiam transi[toria] mundi bona, de quibus Ecclesiast. 1. *Vidi cuncta quæ fiunt* [sub sole] *& ecce vniuersa vanitas.* Et Ecclesiast. 41. *Omnia quæ de terra* [sunt, in] *terram conuertentur.*

Et maxime, quia ista proprie loquendo nostra non [sunt], quia scilicet nobiscum post mortem portari non possun[t]. Vnde illi diuiti dictum est Luc. 12. *Stulte, hac nocte repetent* [animam tuam]

[illegible] n [illegible] de q[illegible] [illegible]

**Quercus** [illegible] us sit arbor, &

[illegible] us inte[illegible]a,
[illegible] porrecta,
[illegible] erecta,
[illegible] dure confecta,
Amœnis folijs tecta.

[illegible] dicere quod in scriptura inuenitur multiplex quercus [illegible] licet,

Homo iustus,
Crucis lignum,
Mundi status,
Vir stultus.

Prima quercus debet honorari.
Secunda quercus debet adorari.
Tertia quercus debet refutari,
Quarta quercus debet detestari.

¶ Primo [illegible] dicamus quod est quercus quæ est honoranda pro certo est vir perfectus, & iustus, quia sc. cæteris ar[illegible] cæteris personis est profundior per humilitatem in[illegible] ectam. Extensior per charitatem exterius porrectam. [illegible] per mentis sublimitatem cœlestius erectam. Robu[illegible] per firmitatem interius confectam. Formosior per hone[illegible] exterius adiectam, vt & sic de tali quercu, i. de viro iusto [illegible] lud Amos 2. *Altitudo cedrorum altitudo eius, & fortis ipse quercus.* Vnde Es. 6. *Sicut quercus quæ expandit ramos suos, semen [illegible] erit id quod steterit in ea.*

¶ Secundo dicamus, quod est quercus quæ est adoranda. Et [illegible] procul dubio arbor crucis, quæ sc. merito potest quercui [illegible] trari, & hoc certe,

Quia radicatur in fidei profunditate,
Quia leuatur in honoris sublimitate,
Quia dilatatur in orbis vniuersitate,
Quia roboratur in æterna durabilitate.

[illegible] etiam decoratur foliorum, id est, miraculorum multipli[illegible] [illegible]ate & etiam fructuum vbertate & vtilitate. Et maxime [illegible] ista est arbor quæ portauit fructum vitæ, Christum vide[illegible] saluatorem. Constat enim quod sola hæc arbor portat, & ducit illam pretiosam arbusculam quæ dicitur viscus quercus quæ sc. sanat à morbo caduco, sicut dicit Plin. Quia reuera [illegible]nilima, & minima arbuscula Christus, in quercu crucis fuit [illegible]fixus & appensus, & pro curatione orbis à morbo caduco, [illegible] est, à morte æterna, qua scilicet genus humanum cadebat, [illegible] sidem visibiliter exhibitus & inuentus. Vnde de Christo in illa quercu personaliter residente, scil. in passione potest dici illud Iudic. 6. *Venit Angelus domini, & sedit sub quercu.* Et nota, quod crux est quercus

Sub qua debes manere,
Pro qua debes deflere,
In qua debes pendere.

[illegible] qua dico debes manere per deuotionem 1. Reg. 10. *Ad quercum Thabor inuenient te.* Thabor interpretatur vi[illegible] lumen, [illegible] [illegible]ns Christi crucem, qua sc. mediante vera lux fidei venit [illegible] mundum. Pro qua etiam debes deflere per compassionem, [illegible] dolore passionis Christi. Vnde Gen. 35. *Sepulta est, inquit, [illegible] subter quercum, vocatumque est nomen loci illius quercus fletus.* [illegible] insuper debes pendere per affectionem, seu etiam per [illegible] & orationem. Exemplo sc. Absalon, qui per crines ad [illegible]m fuit suspensus, & ibi tribus lanceis confossus. Ad de[illegible]andum, quod qui per crines affectionum ad crucis arbo[illegible] suspenduntur, tribus bonis spiritualibus lanceis, i. e. triplici [illegible]ionis dolore se pro peccatis cordis, oris & operis, con[illegible]unduntur 2. Reg. 18. *Vidi Absalon pendentem de quercu.* Crux ergo [illegible] quercus, quæ est adoranda Oseæ 4. *Ascenderunt thymiamata [illegible] quercum.*

¶ Tertio dico, quod est quercus quæ est refutanda. Et talis quercus est eminentia mundi status vel etiam altus, & e[illegible] diues malus. De quo sc. nota, quod ista est quercus

Sub qua promouentur homines impij,
Cui coniunguntur homines deuij,
A qua succiduntur rami superflui,
Cui infiguntur dolores nocui.

D[illegible] seu e[illegible] de [illegible] homines impij [illegible] hac p[illegible] [illegible] & etiam ab [illegible] promouentur [illegible] [illegible] inter multi mali. [illegible] ius [illegible], & post [illegible] Abimelech de quo sc. licet [illegible] Iudic. 9. q[illegible] d[illegible] *constituerunt regem Abimelech iuxta quercum.* Item quod [illegible] nes [illegible] cum hac coniunguntur. Mali enim per am[illegible]rem sociantur, & confœderantur malis diuitibus & etiam mundi statui, & honoribus, 2. Regum 18. *Palpitabat Absalon hærens in quercu.* Item rami superflui ab hac euelluntur. Rami, sc. diuitiarum & bonorum, quæ faciliter defluunt & pereunt ab hac quercu. Vnde Esa. 1. tales dicuntur *esse velut quercus defluentibus folijs, & velut hortus sine aqua.* Item dolores nocui huic infiguntur, i. post mortem. Vnde Es. 2. *Dies domini super omnem superbum, & super omnem arrogantem, & humiliabitur, & super cedros Libani, & super quercus Basan, &c.* Et Zachar. 11. *Vlulate quercus Basan, quoniam succisus est saltus munitus. Vox vlulatus pastorum quia vastata est magnificentia eorum.* Hæc est ergo quercus quæ est refutanda.

¶ Quarto dico, quod est quercus, quæ est detestanda. Et ista pro certo est vir peccator, qui propter dicitur quercus, quia durus est E

Per insensibilitatem profunde terris infixus,
Per terrenorum cupiditatem alte erectus,
Per curiositatem ornatus seu folijs vestitus,
Per superbiam & pompositatem late extentus,
Per iactantiam & inconstantiæ vagabilitatem varie dolatus.

De duritia malitiæ seu etiam insensibilitate peccatoris potest dici illud Es. 44. quod scilicet *de ilice & quercu solebant Idola fabricare.* Idolum enim surdum & mutum, insensibilitatem designat. De ipsius auaritia seu cupiditate potest allegari illud Iudic. 6. *Tulit Gedeon omnia sub quercu.* Tollere enim est proprium conditio auarorum. De ipsius vero vagabilitate potest allegari illud Ezech. 27. *Quercus, sc. quercus de Basan dolauerunt in remos tuos.* Remi enim nauis vagantur per maria. De superbia autem illius allega illud prædictum Esa. 2. *Dies domini super omnem superbum*, sufficiat, &c.

**Quærere.** Nota, quod quærere est actus diligentiæ. Et est idem quærere, quod inuestigare seu inquirere, & idem, quod requirere seu appetere. Et est aduertendum, quod in scriptura inueniuntur multæ personæ quærentes. Quæritantur A

Deus,
Iustus,
Impius,
Diabolus,
Mundus,
Corpus.

Quærit Deus nostram conuersationem,
Quærit iustus suam salutationem,
Quærit diabolus nostram damnationem,
Quærit mundus rerum possessionem,
Quærit corpus carnis infectionem.

Dico ergo, quod Deus quærit nostram conuersationem. *Ipse, enim, est qui non vult mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur, & viuat.* Ezech. 18. Vnde Mich. 6. *Indicabo tibi homo quid sit bonum, & quid dominus requirat à te. Vtique facere iudicium, & diligere misericordiam, & solicite ambulare cum Deo tuo.* Iste est enim sicut onager, qui odore quærit, & persequitur vxorem suam. Est etiam sicut ouis, quæ voce querula quærit, & conuocat agnos suos. Est insuper sicut tygris, quæ de raptis catulis dolet, ipsosque diligenter quærit, donec eos inueniat, & ad lectum reportet. Quia pro certo charissimi, Deus de amissione suæ vxoris scilicet animæ Christianæ, & pullorum & catulorum suorum, id est, fidelium deuotorum præ compassione dicitur dolere, i. e. ad modum dolentis se habere. Et ideo ipsas, & per se inspirando, & per prædicatores reuocando solet quærere, vt eos possit ad conuersationem, & ad statum gratiæ reuocare. Quod bene figuratur in pastore ouem errantem quærente Matth. 18. & in muliere drachmam perditam diligenter inuestigante, & de inuentione gaudente Luc. 15. Quia breuiter Deus quærit quod homines peccatores saluentur, & de eorum salute non modicum iucundatur. Vnde de sapientia in creata dicitur Sapien. 8.

*... quærentes ... & in vita sua ... feliciter.* Patet ... quærit Deus nostram salutationem.

B ¶ ... do dico, quod quærit iustus vitæ perfectionem. Sicut enim animalia naturaliter sciunt quærere, quæ sibi sunt vtilia, & ad salutem corporis necessaria, sicut patet, quia aquilæ sciunt quærere lapidem Ætiten, vt vitam certius pariant, ceruus quærunt herbam d... mum vt sagittas de corpore eijciat, mustelæ quærunt rutam vt contra basiliscum præualeant, grues, ciconiæ, & hirundines sciunt quærere loca calida, vt ibi in hyeme residεant, sic vere viri iusti debent quærere remedia spiritualia, Deum sc. & virtutes, vt salutem animæ possint obtinere, vt opera bona possint parere, vt sagittas peccatorum possint expellere, vt b... liscum, i. e. carnem propriam venenosam possint superare, vt etiam tempore hyemis, i. e. mortis possint tute, & sine periculo residere. Vnde Eccl. 1. *Proposui in corde meo quærere, & inuestigare sapienter.* Igitur quæramus Ætiten charitatis more aquilæ, vt pariamus bona opera. Quæramus dictamum contritionis, pœnitentiæ & asperitatis, ad reprimendum carnis funera. Quæramus etiam more gruum locum, & statum æternæ patriæ, ad obtinendum pacis fœdera, & hoc est, quod præcipitur Esaiæ 21. *Si quæritis, quærite, conuertimini, & venite, ac si diceret.* Si aliquid quæritis quærite, quod est vtile ad salutem. Vt breuiter exponatur illud breue documentum Amos 5. *Quærite dominum & viuite.*

C ¶ In quibus verbis ostenditur, quod in ista spirituali inquisitione seu quæstione tria sunt necessaria, sc.

Actus diligentissimus,
Finis potentissimus,
Fructus gloriosissimus.

Dico enim quod ostenditur ibi actus exequendus diligentissime. *Quærite*, inquit. Prætenditur finis consequendus competentissime. *Dominum*, inquit. Promittitur fructus assequendus gloriosissime. *Et viuite*, inquit.

¶ Dico igitur quod hic ostenditur actus diligentissimus qui iniungitur. *Quærite*, inquit. Venator enim solet sollicitare canes suos ad prædam quærendam, sic & Deus nos sollicitat ad diligenter vtilia procurandum. *Quærite*, inquit, quod est præsentis temporis & imperatiui modi, quæ omnia promptam diligentiam significare noscuntur. Ille enim canis est melior, qui diligentius quærit prædam, quia sicut dicitur Prouerb. 11. *Bene consurgit diluculo qui quærit bonum.* Et ideo dicit quærite, iuxta illud Matth. 6. *Quærite, & inuenietis, petite, & accipietis, pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim qui quærit inuenit, & omnis qui petit accipit, & pulsanti aperietur.* Vide auctoritatem expositam supra de Venire.

¶ Notandum ergo est, quod multa sunt, quæ cum diligentia sunt quærenda, videlicet,

Internæ sapientiæ limpitudo,
Fraternæ amicitiæ vicissitudo,
Operum efficaciæ sanctitudo,
Pacis atque concordiæ quietudo,
Fidelis permanentiæ certitudo,
Virtutum opulentiæ plenitudo,
Æquitatis iustitiæ rectitudo.
Cœlestis eminentiæ celsitudo.

Ista enim omnia quærenda sunt, & solerti indagine procuranda. Igitur quæramus internam sapientiam, quia sicut dicitur Prou. 15. *Cor sapientis quærit doctrinam.* Et 1. Cor. 1. *Iudæi signa petunt, Græci sapientiam quærunt.* Item quæramus fraternam amicitiam Genes. 37. *Fratres meos quæro, indica mihi vbi pascant greges.* Item quæramus operum efficaciam, sicut de sancta muliere dicitur Prouerbio. 31. *Quæsiuit lanam & linum, & operata est consilio manuum suarum.* Item quæramus quietis concordantiam Hiere. 29. *Quærite pacem ciuitatis ad quam transmigrare vos feci.* Item quæramus fidelem permanentiam 1. Cor. 4. *Hic iam quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur.* Item quæramus virtutum opulentiam Matth. 13. *Simile est regnum cælorum homini negociatori quærenti bonas margaritas*, id est, virtutes. Item quæramus iustitiæ æquitatem & iudicium 1. Machab. 2. *Descenderunt multi quærentes iudicium, & iustitiam in deserto.* Item quæramus cœlestem eminentiam Matth. 6. *Primum quærite regnum Dei*, & Coloss. 3. *Quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera Dei sedens. Quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram.* Ista igitur cum diligentia debent quæri, & cum omni solertia procurari. Quærite inquit.

¶ ... de di ... qui ... prætenditur ... & hoc ... quia sc. dominus est ille vi... rum, ... quæri. Sicut enim obsessus ... benter quærit ... pressus, adiutorem, discipulus doctorem, sic & ... quærere saluatorem ... de nota, quod iste quæ... quam Refugium magnæ securitatis. Remedium ... citatis. Palatium dulcis tranquillitatis. Spectaculum amœnitatis. Propugnaculum fortis soliditatis ... tur dominus tanquam refugium securissimum Ps... *dominum, & confirmamini, quærite faciem eius semper.* Item ... remedium fœlicissimum Luc. 6. *Omnis turba quærebat tangere, quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes.* Item tanquam ... um quietissimum Ecclesiastici 24. *In omnibus requiem ... in hæreditate domini morabor.* Item tanquam spectaculum ... nissimum Luc. 19. *Quærebat Iesum videre, & non poterat ...* quam propugnaculum solidissimum Iob 9. *Si fortitudo ... robustissimus est.* Quærendus est ergo cum ... Com dulci deuotione. Cum læta contemplatione ... telitione. Cum continua occupatione. Dico cum ... compassione Lucæ 2. *Dolentes quærebamus te.* Di... dulci deuotione, & sic mulieribus, quæ cum ... ngue... bant vngere Iesum, dictum est Marci 16. *Iesum quæ... tis ... crucifixum.* Dico insuper cum læta co... ... 104. *Lætetur cor quærentium dominum*, & alibi. *Lætentur ... qui quærunt te.* Dico nihilominus cum continua oc... 104 *Quærite faciem eius semper.* Isti enim qui isto quado quærunt dominum, inueniunt eum, iuxta illud ... *quæsieris dominum ex toto corde tuo, inuenies eum.* Sed pro ce... qui quærunt per vitia, & peccata, vel quærunt eum ... & diuitijs huius mundi, non inueniunt ipsum R... 11. *Quærebat Israel, non est assecutus* Ioh. 8. *Quæretis me, & non inuenietis.* ... ergo patet, quod ista inquisitio debet habere finem ... tissimum, id est, ipsum Deum. Sed de hoc vide mag... supra de inuenire, in primo membro auctoritatis. ¶ ... dico, quod in ista inquisitione possumus attend... cupiosissimum. Viuite, inquit, quia sc. per talem inqui... habetur, & acquiritur vita gratiæ & gloriæ Psalm. *Quærite & viuet anima vestra.* Quatuor enim sunt genera canum ve... rum, quidam sunt qui optime quærunt, sed non acc... ut leurigem. Alij qui optime accipiunt, sed nihil quæ... sunt leopardi. Alij vero qui bene quærunt & accip... sunt aliqui mediucres bastardi. Alij vero qui nec quæ... accipiunt, sicut sunt mastini, qui magis latrant hominib... bestijs, & sicut etiam sunt caniculorum, &c. Sic vere in mundo isto sunt quatuor genera personarum, quidam quærentes, & nihil accipientes. Et isti sunt illi qui optimi ... principio, & in fine sunt mali, & ideo illud quod quæ... salutem & gloriam, minime consequuntur. Vnde Can. 3 *Quæsiui eum, & non inueni.* Figuratur in spiritu immundo, qui exiens ab homine, quærit requiem & non inuenit Matth. 12. *Alij sunt non quærentes, sed accipientes.* Et isti sunt qui in principio ad nullum bonum vacant, sed tamen de Dei misericordia conuertuntur & salutem, & gloriam assequuntur, sicut patet de Paulo & Magdalena Es. 64. *Inuenerunt me qui non quæsierunt me.* Alij sunt quærentes & inuenientes, sicut sunt generaliter omnes boni. De quibus dicitur Matth. 7. *Quærite & inuenietis.* Alij vero sunt nec quærentes nec inuenientes, sicut sunt generaliter omnes mali, de ... bus 2. Paral. 15. *Si quis non quæsierit dominum, moriatur.* Sic ... ter, quod quærit iustus morum perfectionem. Et istud ... cund. principaliter. ¶ Tertio dico, quod quærit impius ... corruptionem. Sicut enim videmus, quod pueri non quærunt nisi maculare semetipsos, & nihil vtile volunt quærere vel ... re, sic peccator non quærit nisi seipsum interficere per peccatum, nec curat aliquid quærere quod pertineat ad ... Soph. 1. *Non quærunt dominum nec inuestigant.*

Et ideo de illis quæ ab ipsis quærun... ... petuntur & concupiscuntur, aliquid est notandum. Notemus ergo q... quærunt

Mundi dignitates,
Carnis voluptates,
Rerum facultates,
Hostium punitionem,
Iustorum destructionem,
Litium vexationem.

Quærit

Quærit dicit mundi dignitatem & elationem. Vnde Prouer. 17. *Qui altam facit domum suam, quærit ruinam.* Contra illud Eccl. 7. *Noli quærere fieri iudex.* Item quærunt carnis voluptatem & intentionem 3. Reg. 1. *Quæramus domino nostro regi adolescentulam.* Item quærunt seruio facultatem & possessionem Zach. 6. *Qui fortissimi erant, quærebant discurrere per totam terram.* Item quærunt hominum personalitatem & punitionem, sicut 1. Reg. 26. dicitur, quod *Saul descendit in desertum Ziph, vt quæreret Dauid*, quem, sc. suum æmulum credebat. Item quærunt iniustorum damnationem & destructionem Ps. 36. *Considerat peccator iustum, & quærit mortificare eum.* Item quærunt litium bergam & turbationem Prou. 17. *Semper quærit iurgia malus.* Angelus autem crudelis mittitur contra eum. Et sic patet quod quærit impius morum corruptionem. Et hoc est tertium principale.

G ¶ Quarto dico, quod quærit diabolus nostram damnationem. Sicut enim animalia crudelia nihil aliud quærunt, nisi animalia innocentia deuorare, sic nec dæmones nisi animas per peccata capere, & per tormenta grauare Ps. *Quærunt animam vt capiant eam.* Vnde 1. Pet. 5. *Sobrij estote & vigilate, quia aduersarius vester diabolus sicut leo rugiens circuit quærens quem deuoret, &c.*

H ¶ Quinto dico, quod quærit mundus propriam acquisitionem. Mundus enim & mundani non quærunt nisi proprium lucrum, sicut supra visum est de falsa amicia, quia sicut dicitur Philip. 2. *Omnes quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi.* Contra illud 1. Cor. 10. *Nemo quod suum est, quærat, sed quod alterius.*

I ¶ Sexto principaliter dico, quod corpus quærit immundam delectationem. Vnde caro solet dicere illud Cantic. 3. *In lectulo meo per noctes quæsiui quem diligit anima mea.* Sic ergo patet de quærere, &c.

## A Quæstio. Querela.

Nota, quod in scriptura inuenitur

Quæstio { inquisitoria, litigatoria, murmuratoria.

Quæstio inquisitoria est illa qua homo non cessat quærere & inuestigare illa quæ sibi sunt abscondita & secreta, contra illud Eccl. 3. *Altiora te ne quæsieris, & in supernacuis rebus ne fueris curiosus*, & Eccl. 7. *Inueni quod fecerit dominus hominem rectum, & ipse infinitis se miscuit quæstionibus.*

B ¶ Quæstio litigatoria est illa, quæ inter partes propter secularia negotia ventilatur 2. Timoth. 2. *Stultas & sine disciplina quæstiones deuita, sciens, quod generat lites.*

C ¶ Quæstio murmuratoria est illa, qua quis queritur, id est, conqueritur de aliquo. Et de hac dicitur Philip. 2. *Sitis sine querela, & simplices filij Dei.* De qua etiam murmuratoria querela dicitur Num. 14. *Querelas filiorum Israel audiui*, & loquitur de illis qui murmurabant, pro eo quod ipsos aduxerat de Ægypto, &c. Sufficit.

## Qui.

Nota quod illud pronomen relatiuum & adiectiuum Qui quandoq; sumitur positiue. Est enim nominatiuus singularis numeri, & sic sumitur semper positiue. Est etiam quandoque nominatiuus numeri pluralis, vtpote quando est pluralis istius pronominis quis, & sic sumitur interrogatiue. Quomodocunque ergo sumatur, dico quod istud pronomen qui in bono sumitur & in malo, & sic dico, quod

Qui potest referri ad { Deum, Iustum, Stultum.

Est enim Deus qui cunctis præsidet,
Est etiam iustus qui firmus residet,
Est insuper stultus qui mala possidet,
Est equidem mundus qui cito dissidet,
Est nihilominus diabolus qui bonis inuidet.

B ¶ Primo ergo dico, quod Deus potest dici qui cum sit ille qui cunctis præsidet. Qui enim de sui significato comprehendit quandam infinitatem virtutis, & quandam etiam infinitam eminentiam maiestatis. Et sic certe dico, quod per qui potest intelligi Deus, cuius sc. infinitas, bonitas & potestas quia describi nequit à mortalib. si placeat, vocetur qui,

Qui hic pro nomine se interposuit, & sic fuit pronomen, id est, pro nobis nomen.
Qui summo nomine claret & claruit, & sic fuit nominatiui casus,
Qui æternaliter stat, stetit & viguit, & sic fuit signans positiue,
Qui singulariter potest & potuit, & sic fuit numeri singularis,
Qui efficaciter prodest & profuit, & sic fuit adiectiuus.

Dicam igitur quod hic pro homine se interposuit, & sic potest dici pronomen, quia pro nomine positiue ponitur, quia scilicet iste est

Qui fuit pro nobis { à patre veniens, à matre oriens, in cruce moriens, ad cœlum rediens.

Dicam ergo quod hic est, qui pro nobis in mundum exijt. Vnde Matth. 13. *Exijt qui seminat seminare semen suum &c.* Vnde in symbolo dicimus sic. *Qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit de cœlis.* Vnde de isto qui fuerat dictum Genes. 49. *Non auferetur sceptrum de Iuda donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium.* ¶ Item hic est qui pro nobis de matre prodijt. Vnde magi dicebant Matth. 2. *Vbi est qui natus est rex Iudæorum, &c.* Item hic est qui pro nobis tormenta subijt, sc. in cruce, vnde ad Titum 2. dicitur sic. *Apparuit gratia Dei saluatoris nostri, &c.* Sequitur: *Qui dedit semetipsum pro nobis vt nos redimeret ab omni iniquitate, &c.* Item hic est qui ante nos ad cœlum adijt, scilic. vt nobis ianuam aperiret, & vt ibi æternam requiem nobis daret. Vnde iste de quo dicitur in Ps. 67. *Deus qui inhabitare facit vnius moris in domo, qui educit vinctos in fortitudine, qui redimit de interitu vitam tuam, qui coronat te in misericordia & miserationibus*, & 3. Regum. 8. dicitur. *Benedictus dominus qui dedit requiem populo suo*, & in Psal. 103. dicitur. *Qui ponit nubem ascensum suum, qui ambulat super pennas ventorum, &c.* Patet ergo, quod hic pro homine se interposuit. ¶ Etiam dico de isto qui quod summo nomine claret & claruit, & sic bene dico, quod iste est nominatiui casus. Vnde 1. Esd. 6. dicitur. *Deus qui habitare facit nomen suum ibi, sc. in Hierusalem, &c.* ¶ Tertium dico de isto qui quod æternaliter stetit & viguit, & sic sumitur positiue, scil. quantum ad suam æternam & immutabilem quidditatem, vnde ipse dicit Exod. 3. *Ego sum, qui sum.* Et ibidem. *Qui est, misit me ad vos.* ¶ Deinde dico de isto qui quod singulariter potest & potuit. Et sic potest dici numeri singularis, quia sc. ipse est excellentissimæ & singularissimæ potestatis. Et ista certe bene apparuit in mundi creatione, quia sicut dicitur Eccl. 18. *Qui viuit in æternum, creauit omnia simul.* Apparuit in clara cognitione. Vnde iste *qui est* (sicut dicitur Matth. 6.) *pater tuus qui videt in abscondito, & reddet tibi*, & 2. Esd. 3. *Benedictus es qui dedisti mihi sapientiam*, & in Ps. 9. *Qui docet hominem scientiam.* Apparuit in hominum liberatione Neem. 2. *Iste est Deus qui eduxit te de Ægypto.* Apparuit in hostium expugnatione Ps. 131. *Qui percussit reges magnos, & occidit reges fortes, &c.* Apparuit in meritorum retributione, & vitæ æternæ distributione, vt sc. de ipso dicat quilibet beatus illud Ps. 65. *Qui posuit animam meam ad vitam, & non dedit in commotionem pedes meos.* Vnde alibi. *Cantabo domino, qui bona tribuit mihi, &c.*

C

D

E

F ¶ Denique dico de isto qui, quod efficaciter prodest & profuit, & sic est pronomen adiectiuum, addit enim, dat & auget suis fidelibus omne bonum.

Addit enim nobis suam { prudentiam, nos dirigendo, præsentiam, nos diligendo, iustitiam, nos corrigendo, clementiam, nos adiuuando.

Iste enim habet prudentiam nostri directiuam Deut. 31. *Dominus qui ductor noster est, ipse erit tecum.* Habet & præsentiam nostri directiuam Numer. 35. *Ego sum dominus qui habito inter filios Israel.* Habet etiam iustitiam nostri correctiuam. Vnde ipse dicit Exodi 20. *Ego sum Deus Zelotes, qui vindico iniquitatem patrum in filios.* Habet vlterius clementiam nostri adiutiuam. ¶ Vnde certe dico, quod iste qui nos adiuuat, eo quia ipse est

Qui nos { regit ordinatiue, tegit defensatiue, cogit comminatiue, tangit inspiratiue, pascit consolatiue, ducit gubernatiue, iungit sociatiue, vngit præmiatiue.

Hic est qui nos regit Psa. 79. *Qui regis Israel, intende.* Item hic est qui nos tegit Ps. 103. *Qui tegit aquis superiora eius.* Item hic est qui nos cogit, scilicet, terrendo & comminando Psalm. *Qui respicit terram, & facit eam tremere.* Item hic est qui nos tangit Ps. 103. *Qui tangit*

*tangit montes & fumigant.* Item hic est qui non pascit Pl. 135. *Qui dat escam omni carni.* Et alibi. *Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis &c.* Item hic est qui nos ducit Ps. 79. *Qui deducis velut ouem Ioseph.* Et iterum. *Qui transduxit populum suum per desertum.* Item qui nos iungit, s. per charitatem, quia secundum Apostolum, *hic est qui fecit vtraque vnum.* Item hic est qui nos vngit, sc. per æternæ gloriæ suauitatem. Vnde secund. Ps. 107. *Iste est, qui replet in bonis desiderium tuum, renouabitur vt aquilæ iuuentus tua.* Patet igitur Deus, qui & maxime Deus pater, cui, sc. dicimus, *Pater noster qui es in cælis, &c.* Patet etiam Deus filius, de quo Apoc. 21. *Et dixit qui sedebat in throno, ecce noua facio omnia.* Patet insuper Deus Spiritus sanctus, de quo dicitur. *Spiritus est qui viuificat, caro autem non prodest quicquam.* Vnde de Symbolo canimus de eodem. *Qui cum patre & filio simul adoratur, &c. Qui locutus est per prophetas, &c.* Patet igi-

G tur, quod est dare Deum qui cunctis præsidet. ¶ Secundo principaliter dico, quod est dare iustum qui firmus residet. Iste enim est hoc pronomen qui, quod facit charitas. Pro alijs enim stabat, pro alijs certabat, pro alijs orabat, & pro alijs allegabat. Iste ergo pro alijs pugnabat & dimicabat. Vnde 2. Paral. 32. *Qui auxiliator est noster, pugnabitque pro nobis.* Item pro alijs clamabat & exorabat. Vnde 2. Mach. 15. *Hic est qui multum orat pro populo.* Item pro alijs allegabat seu aduocabat. Vnde alij de ipso poterant dicere illud Marc. 9. *Qui non est aduersum nos, pro nobis est.* Item iste qui, sc. iustus, singularis numeri est, quod facit sanctitas, quia sc. iste singularis & excellentis fuit sanctitatis & vitæ. Vnde Apoc. 22. *Qui iustus est, iustificetur adhuc.* Et reuera iste fuit excellens & singularis, sc. in

Diligentiæ motu,
Permanentiæ statu,
Præsidentiæ ductu,
Amicitiæ fructu,
Pœnitentiæ luctu,
Sanctimoniæ ritu,
Castimoniæ statu,
Patientiæ gestu,
Sapientiæ quæstu,
Eloquentiæ dictu,
Misericordiæ iactu,
Confidentiæ gestu,
Residentiæ actu.

¶ Dico ergo quod noster qui est homo iustus, singularis & excellens in motu diligentiæ. Vnde de illo flumine paradisi dicitur Genes. 2. *Iste est qui circuit omnem terram.* Et ibidem. *Fluuius egrediebatur de paradiso voluptatis qui inde diuiditur in quatuor capita.* Item in statu permanentiæ. Vnde Ioan. 15. *Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum,* & Leuit. 23. *Omnis qui de genere Israel est, manebit in tabernaculo.* Vnde de perseuerantia & permanentia viri iusti dicit Apost. 1. ad Cor. 10. *Qui stat videat ne cadat.* Item singularis est in præsidentiæ statu. Magna enim virtus est scite alijs debite præsidere. Vnde Exod. 23. *Ego mittam Angelum meum, qui præcedat te.* Item in fructu amicitiæ. Vnde de feruore veræ amicitiæ dicitur Leu. 6. *Ignis est iste perpetuus, qui nunquam deficiet in altari.* Item in luctu pœnitentiæ. Vnde iste qui dicit 1. Paralip. 21. *Nonne ego sum qui præcepi quod numeraretur populus? ego qui peccaui, ego qui malum feci.* Et dicitur ibidem, *quod maiores natu & Dauid induti cilicijs, ceciderunt proni in terram.* Item singularis erat in ritu sanctimoniæ. Vnde illud prædictum Apoc. 22. *Qui sanctus est, sanctificetur adhuc,* de illis, de quibus dicitur Exod. 16. *Sacerdotes qui accedunt ad dominum, sanctificentur.* Item singularis erat in statu castimoniæ. Vnde iste erat de illis de quibus dicitur Apocal. 7. *Hi qui amicti sunt in stolis albis, qui sunt, & vnde venerunt? hi sunt qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas.* Et Ecclesiast. 31. dicitur, *quod beatus est qui inuentus est sine macula, &c.* Item singularis erat in gestu patientiæ. Vnde Iac. 1. *Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, &c.* Sequitur. *Qui potuit transgredi, & non est transgressus, & facere mala, & non fecit.* Item singularis fuit in quæstu sapientiæ Eccle. 14. *Beatus vir qui in sapientia morabitur, & qui in iustitia meditabitur, & in sensu cogitabit circumspectionem Dei, &c.*

Item fuit singularis in dictu seu in fatu eloquentiæ, de quo Ecclesiast. 14. *Beatus vir qui non est lapsus verbo.* Item in iactu clementiæ seu misericordiæ Ecclesiast. 29. *Qui facit misericordiam fœneratur proximo suo.* Et illud Prouerbior. 19. *Fœneratur domino qui miseretur pauperis.* Item in gestu spei seu diuinæ confidentiæ Hier. 17. *Beatus vir qui confidit in domino, & erit dominus fiducia eius, &c.* Item in actu resistentiæ, sc. contra tentationes & tribulationes, de quo Apocal. 2. *Qui vicerit non lædetur à morte secunda,* & Apocal. 3. *Qui vicerit faciam illum columnam in templo Dei mei. Qui vicerit, dabo ei sedere in throno meo mecum, &c.*

Sic igitur patet, quod qui, id est, vir iustus est numeri singularis, quod facit sanctitas. Item iste qui positiue accipitur, quod facit firmitas, seu etiam constantia & stabilitas Lucæ 1. *Ego sum Gabriel, qui asto ante Deum,* vnde illud prædictum. *Qui manet in me, &c. Qui stat, videat ne cadat, &c.* Item iste qui fuit nominatiuus, quod fecit æquitas. Nominatiuus enim extitit & famosus. Nominatiuus autem dicitur rectus, ad denotandum, quod rectitudo iustitiæ ipsum fecit famosum, quia sicut dicitur Prouerb. 2. *Qui recti sunt, habitabunt in terra,* vt de tali nominatione dicatur illud Num. 3. *Hæc sunt nomina filiorum Aaron qui vncti sunt,* & 2. Reg. 5. *Hæc nomina eorum qui nati sunt in Hierusalem.* Item iste fuit adiectiuus, quod fecit bonitas, quia scilicet, isti quamdiu vixit, additæ sunt gratiæ & virtutes, in fine vero post mortem addita est sibi gloria sempiterna, & locus & habitatio paradisi. Vnde in Psalm. 14. *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo? Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam, Qui loquitur veritatem in corde suo, qui non egit dolum in lingua sua.* Et alibi. *Quis ascendet in montem domini, aut quis stabit in loco sancto eius? innocens manibus, & mundo corde, qui non accepit in vano animam suam, nec iurauit in dolo proximo suo.* Et breuiter de isto qui dicit Christus Ioan. 7. *Qui credit in me, habet vitam æternam,* & Ioan. 8. *Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ.* Patet igitur quod qui significat virum iustum, qui firmus residet.

¶ Veruntamen, quia qui quandoque ponitur in plurali, dico quod per qui in bono significato possunt intelligi pluraliter viri iusti & sancti, qui sc. possunt dici H

Pronomina, quia pro nobis solent intercedere,
Nominatiui casus, quia magnum nomen & famam solent acquirere,
Positiue, quia in bono solent subsistere,
Interrogatiue quia malos solent interrogare, arguere, & inquirere,
Adiectiui, quia virtutes virtutibus solent addere,
Pluralis numeri, quia pluribus virtutibus & meritis solent clarescere, & beatitudine multimoda finaliter in cœlo nitescere.

Ita quod de istis potest dici illud Eccl. 2. *Qui timent dominum præparabunt corda sua, & in conspectu illius sanctificabunt animas suas. Qui timent dominum, custodiunt mandata eius, & patientiam habebunt vsque ad inspectionem illius.* Et breuiter de pluralitate virtutum suarum notare possumus, quod hi sunt qui

Metuunt rerum creatorem,
Renuunt vanum mundi florem,
Abluunt carnalem fœtorem,
Arguunt stultorum errorem,
Sustinent pœnarum dolorem,
Abstinent nec quærunt ciborum dulcorem,
Renuent scripturæ saporem,
Obtinent gloriæ splendorem.

Dicam ergo quod isti sunt qui rerum creatorem solent metuere. Vnde in Psalm. 127. dicitur, *quod beati omnes qui timent dominum, qui ambulant in vijs eius.* Et Apocalyp. 19. *Laudem dicite Deo nostro omnes sancti eius, & qui timetis Deum, pusilli & magni.* Item isti sunt qui vanum mundi florem solent respuere, vnde Christus talibus dicit Matth. 19. *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis? Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me, sedebitis super sedes duodecim, & omnis qui reliquerit domum, fratres, patrem, & agros, &c. centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.* Vnde isti sunt de illis centum quadraginta quatuor millibus qui empti sunt de terra, id est, de terrenorum amore.

Item isti sunt qui carnalem fœtorem solent abluere, scilicet per virtutem mundissimæ castitatis, vnde de istis cantatur Ps. 118. *quod beati immaculati in via qui ambulant in lege domini,* & Apoc. 14. *Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt, & sequuntur agnum quocunque ierit.* Item isti sunt qui stultorum errorem solent arguere, s. doctores & prædicatores. Vnde de Apostolis dicitur Act. 2. *Nonne ecce omnes isti qui loquuntur, Galilæi sunt?* Vnde de talib. qui admiratiue loquitur scriptura Es. 90.

Qui

*Qui sunt isti qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas?* Item isti sunt qui pœnarum dolorem solent sustinere. Sancti enim plusquam cæteri sustinent in hac vita. Vnde Tob. 8. *Omnes qui placuerunt Deo per multas tribulationes transierunt.* ideo de talibus dicitur Lucæ 1. *Beati qui nunc fletis, quia ridebitis*, & Matth. 5. *Beati qui nunc lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum erit regnum cælorum.* Item isti sunt qui ciborum dulcorem solent abhorrere. Vnde Luc. 6. *Beati qui nunc esuritis, quia saturabimini.* Item isti sunt qui scripturæ saporem solent retinere Psalm. *Beati qui ambulant in lege domini. Beati qui scrutantur testimonia eius.* Vnde scriptura diuina potest dicere de talibus Qui illud Ecclesiast. 24. *Qui edunt me, adhuc esurient, & qui bibunt me, adhuc sitient, & qui elucidant me, vitam æternam habebunt.* Item isti sunt qui gloriæ splendorem solent obtinere. Vnde de ipsis possumus domino dicere illud Iud. 5. *Qui autem diligunt te, sicut sol in ortu suo splendet, ita rutilent*, supple, in gloria paradisi. Et sic bene patet, quod qui in plurali significat viros iustos, propter suarum pluralitatem virtutum. Qui ergo tam singulariter quam pluraliter signat iustum, qui firmus residet.

I Tertio vero principaliter dico, quod qui signat stultum, qui culpas possidet. Et sic certe de quolibet viro impio vel peruerso potest dici quod ipse est

Qui
- ad fraudem semper est paratus,
- in malo semper obstinatus,
- in diuersis culpis maculatus,
- occulta plus iusto scrutatur,
- parentes suos detestatur,
- fluctuans pendet & vagatur,
- pauperes grauat & prædatur,
- in bonis terrenis lætatur,
- libenter non disciplinatur,
- socijs malis combinatur,
- in verbis nimis effrænatur,
- diuina pacta non sectatur,
- credere Deo non dignatur,
- tenebris terræ non obfuscatur,
- Deo semper aduersatur,
- à Deo excommunicatur,
- in fine morti condemnatur.

Dicam ergo de stulto, id est, de quolibet impio & peruerso, quod iste est qui ad fraudem semper est paratus, vnde de diabolo mulierem fraudulenter decipiente dicitur Genes. 3. *Qui dixit ad mulierem, Quare prohibuit vobis Deus ne comederetis de ligno &c.* Et sic decepta comedit, & eiecta est de paradiso. De istis dicitur Prouerb. 28. *qui decipit iustos in via mala, in interitu suo corruet.* Item hic est qui in malo semper est firmatus, scilicet, per obstinationem peruersam, & sic figuratur in coruo, *qui egressus de arca non reuertebatur*, sicut dicitur Genes. 8. Item hic est qui diuersis culpis est potatus. Vnde Iob 15. *Qui bibit quasi aquam iniquitatem.* Item hic est qui occulta plusquam decet, est scrutatus, occulta dico aliena, quæ, scilicet, scrutari & inquirere non cessat, vt occasionem nocendi inueniat, & tamen dicitur Leuit. 14. quod *qui intrauerit domum quando clausa est, immundus erit vsque ad vesperam.* Mali enim aliena abscondita scire volunt, sua vero à Deo & à sacerdote abscondunt, & tamen scribitur Prouerb. 28. quod *qui abscondit sua, non dirigetur. Qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur.* Item hic est qui parentes non est veneratus Deuter. 27. *Maledictus qui non honorat patrem suum & matrem suam.* Item hic est qui fluctuans, nec stat immotatus, vnde Deut. 21. *Maledictus à Deo qui pendet in ligno.* Item hic est qui pauperes suis deprædatus. Ideo sibi dicitur Esa. 33. *Væ qui prædaris, nonne & ipse prædaberis?* Item hic est qui in Gaza nimis est lætatus. Et tamen dicitur Prouerb. 11. *Qui confidit in diuitijs suis corruet* Prouerb. 15. *Conturbat domum suam qui sectatur auaritiam.* & Ecclesiast. 5. *Qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis.* Item hic est qui nequaquam est disciplinatus, seu hic est qui in moribus non est regulatus, scilicet, per exercitium disciplinæ. Et ideo dicitur Prouerb. 12. quod *qui diligit disciplinam diligit sapientiam.* Et Prouerb. 15. *Qui abijcit disciplinam, despicit animam suam.* Item hic est qui impijs tunc combinatus seu sociatus. Et tamen dicitur Ecclesiast. 13. quod *qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea.* Et Exod. 19. *Omnis qui tetigerit montem morte morietur.* Mons enim est homo superbus & elatus, qui scilicet, non est frequentandus aut tangendus. Quia sicut dicitur Ecclesiast. 13. *Qui communicauerit superbo, induet superbiam.* Item hic est qui verbis nimis effrænatur. De quo Prouerb. 18. *Qui prius respondet, quam audiat, stultum se esse demonstrat, & confusione dignum.* & Prouerb. 19. *Qui tantum verba sectatur, nihil habebit*, & Ecclesiast. 20. *Qui multis vtitur verbis, lædet animam suam.* Item hic est qui Dei præcepta est præuaricatus. De quo dicit sapiens verba sua dirigens Deo. *Qui negligit viam suam mortificabitur* Prouerb. 19. Item hic est qui non credit sed est iudicatus, vnde Ioan. 3. *Qui non credit, iam iudicatus est.* De contrario autem suo dicitur Ioan. 6. *Qui credit in me habet vitam æternam.* Item hic est qui in tenebris terreis est obfuscatus, seu hic est qui lumine veri est orbatus, quia, scilicet, sicut dicitur Ioan. 3. *Omnis qui male agit, odit lucem.* Et econtra dominus dicit Ioan 8. *Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ.* Item hic est qui semper Deo est aduersatus, vnde dominus dicit de eo. Matthæi 12. *Qui non est mecum, contra me est, & qui non colligit mecum, dispergit.* Item hic est qui à Deo est excommunicatus, quia sicut dicitur Hierem. 48. *Maledictus qui facit opus domini fraudulenter*, & Galat. 3. *Maledictus omnis qui non permanet in veritate.* Item hic est qui in fine morti est condemnatus. Vnde 1. Ioan. 3. *Qui non diligit, manet in morte.* Sic ergo patet, quod qui in numero singulari significat virum stultum, hoc est dictum, hominem impium & peruersum.

¶ Sed si inuenitur qui in numero plurali, certe tunc etiam dico, quod signat homines impios, & iniquos pluribus vitijs iudotatos, & pluraliter inuicem fœderatos. Sic ergo nota, quod isti sunt K

Qui
- merguntur in ima voragine desperationis,
- vnguntur fœda prurigine delectationis,
- reguntur tetra caligine cœcæ rationis,
- punguntur dira rubigine contradictionis,
- coguntur dura flagellatione damnationis.

¶ Dicam igitur quod isti sunt qui merguntur desperationis ima voragine. Vnde de talibus dicitur Esa. 29. *Væ qui profundi estis vt à domino abscondatis consilium, quorum sunt in tenebris opera.* Item isti sunt qui vnguntur delectationis fœda pinguedine. De quibus Galat. 5. *Qui seminant in carne sua, de carne & metent corruptionem.* Item isti sunt qui teguntur cœcæ rationis tetra caligine, scilicet, caligine ignorantiæ & obliuionis. Vnde isti sunt de quibus dicitur Prouerb. 2. *Qui relinquerunt iter rectum, & ambulant per vias tenebrosas, qui lætantur cum malefecerint & exultant in rebus pessimis.* Item isti sunt qui punguntur contradictionis seu etiam rebellionis dira rubigine, quia scilicet, isti contra Deum semper rebellare nituntur, & mandatis ipsius contraire. Vnde isti sunt de quibus dicitur Iob 21. *Qui dixerunt Deo, recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus, & quis est omnipotens, vt seruiamus ei?* Item isti sunt qui coguntur flagellationis, id est, æternæ damnationis dura salsugine. Vnde isti sunt de quibus dicitur Ezechiel. 32. *Omnes hi*, inquit, *interfecti ruentesque gladio, sunt qui descenderunt incircumcisi ad terram vltimam.* Qui posuerunt terrorem suum in terra viuentium, & portauerunt ignominiam suam cum his qui descendunt in lacum. Sic igitur patet, quod qui etiam in plurali refertur ad viros impios & peruersos. Et sic bene ostenditur de qui, quod dici & prædicari potest de stulto peccatore, de iusto viatore, de summo creatore. Sufficit.

**Quia.** Cum ista causalis coniunctio quia semper possit causam aliquam in omni morali materia allegare, & cum materiæ morales, sicut alibi dictum est, videantur consistere in quatuor, videlicet in personis, locis, rebus, & temporibus. (Personis dico, quæ sunt Deus, Angelus, Anima, Iustus, Damnatus & Beatus. Locis etiam, quæ sunt, Mundus, Religio, Corpus, Infernus, & Paradisus. Rebus insuper, quæ, scilicet, sunt, Vitia, Virtutes, Affectus, & Actus, Terrena, Scriptura, Tormenta & Præmia. Temporibus vlterius, quæ, scilicet sunt, Præterita, Præsentia & Futura) videtur quod per quia de omnibus istis tam in bono quam in malo propter sui multiplicitatem quæ in maioribus concordantijs inuenitur, causæ multiplices & variæ possunt assignari. Sed quoniam auctor ille auctoritates posuit infinitas, pauca de multis eligam, & transibo. A

dit, sic mali ternarium fidei trinitatis vel etiam triangulum trium vi- tum theologicarum, vel tripodem trium votorum religionis, vel tri- hium partium pœnitentiæ transgrediuntur & exced- nt, & per peccatum ab istis trinitatibus fugiunt & recedunt. Isti ergo nomine quatuor designantur. Vnde nota, quod mali dicuntur quatuor

Venti, propter eleuationem,
Fabri propter percussionem,
Capita, propter ambitionem,
Cornua, propter præsumptionem,
Quadrigæ, propter tumultuationem.

Item isti per elationem similes sunt ventis. Vnde Zach. 6. *Isti sunt quatuor venti.* Item isti per inuasionem similes sunt fabris. Vnde Zachar. . *Ostendit mihi quatuor fabros.* Fabri enim habent malleare. Item isti per ambitionem similes sunt capitibus, quia sc. semper volunt esse in supremo loco more capitis, & semper quærunt esse capitanei. Vnde Daniel. 7. dicitur, *quod quatuor capita erant in bestia.* Item isti per præsumptionem similes sunt cornibus. Vnde Zach. 1. *Vidi, & ecce quatuor cornua.* Item isti per tumultuationem similes sunt quadrigis, Zach. 6. *Ecce quatuor quadrigæ egredientes, &c.*

F ¶ Sexto dico, quod est quaternitas infernalis, & ista est quædam quaternitas pœnarum, quæ esse dicitur in inferno, scilicet mors, gladius, fames, captiuitas. Vnde Hier. 15. *Visitabo super eos quatuor species, &c.* Et istæ quatuor pœnæ Apocalyp. 18. dicuntur *Mors, luctus, fames & ignis*, & Ezech. 14. dicuntur *quatuor iudicia pessima gladium, famem, bestias & pestilentiam.* Ista est ergo quaternitas infernalis.

G ¶ Septimo dico, quod est quaternitas supernalis. Et ista est quaternitas quatuor dotum corporis glorificati, vel etiam numerus electorum, qui per quatuor cardinales virtutes saluantur. Vnde Marci 13. dicitur, *quod dominus congregabit electos à quatuor ventis cœli.* Sufficit.

## A Quatuordecim. Quartusdecimus.

Nota, quod numerus

Quatuordecim constat vel ex
- quatuor & decem,
- octo & sex,
- septenario duplicato,
- duodecim & duobus.

¶ Sic ergo possum dicere, quod iste numerus potest significare perfectionis statum, qui scil. constat ex septenario septem virtutum, sc. quatuor cardinalium, & trium theologicarum, duplicato tamen septenario septem virtutum moralium, quæ scil. vitijs capitalibus opponuntur. Et iste est numerus quatuordecim generationum primarum, de quo dicitur Matt. 1. *quod ab Abraham vsque ad Dauid generationes quatuordecim.*

B ¶ Vel etiam potest dici iste numerus perfectionis ab octo & sex, hoc est dictum, ab octonario beatitudinum, quæ scilicet, ponuntur Matth. 5. *Beati pauperes spiritu, Beati mites, Beati misericordes, &c.* & senario sex misericordiæ operum quæ scilicet numerantur Matth. 25. Et de isto numero potest dici illud Matth. 1. *A Dauid vsque ad transmigrationem Babylonis generationes quatuordecim.*

C ¶ Vel potest dici iste numerus à decem & quatuor, quia sc. omnis perfectio consistit ex denario, id est, ex obseruantia decalogi, quaternario, i. ex obseruantia doctrinæ quatuor euangeliorum. Et iste est alius ordo generationum, de quo Matth. 1. *A transmigratione Babylonis vsq; ad Christum generationes quatuordecim.* Quia sc. à transmigratione peccati quæ fit per pœnitentiam vsque ad Christum spiritualiter attingitur, quando numerus quatuor, id est, mandatorum obseruantia cum doctrina euangelica custoditur.

D ¶ Vel potest etiam iste spiritualis numerus scil. perfectionis gradus dici à duodecim & duobus, i.e. à fide duodecim articulorum, & duob. charitatis mandatis. Et iste certe est ille quartusdecimus annus in quo Paulus in cœlum fuit raptus, de quo 2. Corinth. 12. *Scio*, inquit, *hominem in Christo ante annos quatuordecim raptum vsque ad tertium cœlum, &c.* Ac si diceret quod per istum perfectionis numerum ad tertium cœlum, id est, ad empyreum peruenitur. Iste enim numerus, in quo phase seu pascha antiquitus celebrabatur quartadecima die mensis primi, transitus vocabatur, eo scilicet quod tunc egressi sunt filij Israel de Ægypto. Ad denotandum quod iste perfectionis & virtutis numerus seu status est ille per quem de hoc mundo ad paradisum ... beatifice fruimur, & ph ... 2. Esdræ 1. & ... dicitur, *quod iosias ...* ... Et Num. 28. *Quartadecima ... mensis phase* ... patet, quomodo per quatuordec... intelligitur ... omnium perfectorum, & ... omnium virtutum ... torum. Vnde Iob 42. dicitur, *quod fuerunt ei quatuordecim ...*

¶ Si vero istum numerum vis in malo significato ... dic, quod iste signat transgressionem omnium præ... & per consequens plenitudinem omnium vitiorum vel hominum peccatorum. Vnde Numer. 17. *Fuerunt qui ... sunt quatuordecim millia hominum.* Et 4. Regum 1... dicitur, *anno quartodecimo Ezechiæ ascendit Senacherib contra Hier...* Sufficit.

## Que.

Nota quod Que quandoque est coniunctio c... ua, & sic sumitur Que pro Et. Quandoque est ... uerbium affirmandi, & sic sumitur Que, procert... seu ... to, sicut Quoque sumitur compositum. Cum igitur ... quandam certitudinem affirmatiuam, possumus dice... d omnis affirmatio siue vera fuerit siue falsa, potest per ... uerbium designari. Dicam ergo quod per istud aduerb... Que

Affirmat
- Deus,
- Iustus,
- Impius.

Seu etiam fit affirmatio

De summa deitate,
De iusti firmitate,
De impij prauitate,
De sæculi vanitate.

Istud enim aduerbium

Que habet virtutem
- coniunctiuam,
- additiuam,
- assertiuam.

¶ Coniungit enim primas & vltimas dictiones, addit & ... geminat orationes, asserit & affirmat orationes, & sic potest ferri ad iustum & ad impium, quia scil. iustus adiungit per charitatem, addit per largitatem, asserit per veritatem. Impius ... iam & peccator solent iungere mala consortia, addere v... vitia, asserere falsa mendacia. Quia autem Que, quantum a... bonos virtutem habeat coniunctiuam & charitatiuam, patet Exod. 2. Vbi dicitur, *quod filia Pharaonis misertæ Moysi in flumine vagientis, ipsum charitatiue nutrici mandauit. Cernensque*, inquit, *puerum vagientem, &c.*

¶ Item quod habeat efficaciam additiuam & largitiuam patet Genes. 25. Vbi dicitur. *Deditque Abraham cuncta quæ possederat.* Et Gen. 27. *Deditque pulmentum & panes quos coxerat*, sc. Iacob patri pro benedictione habenda. Et illud 3. Reg 17. *Coruisque præcepi, vt pascant te.* Et illud Iudith. 13. *Creuitque puer & benedixit eis dominum.*

¶ Item quod habeat efficaciam assertiuam, patet in multis locis vbi sumitur Que pro certo, sicut Esa. 45. *Eritque antequam clament, ego exandiam.* Et 2. Reg. 23. *Fecitque salutem magnam ... in diebus illis.* Multa alia possent dici, sed omitto gratia ... ratis. Vide supra de Et, & infra de Quoque & Quippe, quæ aduerbia affirmatiua.

## Quemadmodum.

Cum quemadmodum ... tet mihi quandam simili... dinem, & quandam etiam conformitatem & immitationem sicut 2. Thes. 3. vbi dicitur sic. *Ipsi enim scitis quemadmodum oportet imitari nos*, possum dicere quod nos inuenimus triplex quemadmodum, id est, triplicem conformitatem, videlicet,

Quemadmodum
- Iusti,
- Stulti,
- Christi.

¶ Primo ergo dico quod est quemadmodum quod spectat ad iustum, quia sc. iustus semper nititur se conformare Deo & sanctis, & esse quemadmodum ipsi fuerunt. Vnde notabis quod iusti habent vnum Quemadmodum quod

Efficit feruens affectio supernorum,
Perficit placens conditio morum,
Efficit decens receptio exemplorum,
Efficit arcens indictio decretorum.

Dicam igitur, quod iustus imitatur sanctos, affectando feruen-

tes

[illegible] & [illegible] Psal. 41. *[illegible] aquarum, ita desiderat anima mea ad te [illegible]* quemadmodum Ps. 32. *Fiat misericordia tua domine [illegible] sperauimus in te.* Item regulando p[illegible] [illegible] *Dic [illegible] quemadmodum filium vnius [illegible] quemadmodum dixi paratus sum* Item assumendo [illegible] iustum [illegible] tes, i. e. bona aliorum exempla. Vnde [illegible] *exemplum, inquit, dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, & vos* [illegible] ad [illegible] end[illegible] denter voces aufteriores, hoc est d[illegible] [illegible] data & documenta 1. Thess. 4. *[illegible] quemadmodum accepistis a nobis, quomodo oportet ambulare, sic ambuletis, vt abundetis magis.* Hoc est ergo [illegible] dum quod spectat ad iustum.

[illegible] dico quod est quemadmodum quod spectat ad [illegible]. [illegible] quod stulti & mali libenter se confor[illegible] [illegible] & libenter operantur, quemadmodum ipsos [illegible]. Et sic nota quod ad malos spectat, scilic. vnum [illegible] quo sc.

Malos sequuntur,
Male vtuntur,
Cito labuntur,
Pœnis plectuntur.

[illegible] vero dico malos sequuntur ipsos imitando Ps. 77. *Et auerte[runt se, et] non seruauerunt pactum quemadmodum patres eorum conuer[si sunt in] arcum prauum.* Mali etiam male vtuntur, malum oue[illegible] Sap. 19. *Quemadmodum pro natione animalium eduxit terra [muscas], pro piscibus eructauit fluuius ranarum multitudinem*, q. d. isti [illegible] cant mala loco bonorum. Vnde etiam de malis, quæ [illegible] citur 2. Tim. 3. *Quia quemadmodum Iannes & Mambres re[stiterunt] Moysi, ita & hi resistunt veritati.* Mali insuper cito labun[tur] [f]ugiendo Ps. 36. *Quoniam tanquam fœnum velociter arescent, [et] quemadmodum olera herbarum cito decident.* Mali nihilominus [illegible] plectuntur, pœnas lugendo seu incurrendo sc. in inferno, [illegible] *inimici vero domini mei vt honorificati fuerint & exaltati, defi[cientes] quemadmodum fumus deficient.* Et Sap. 11. *Sciuerunt quemadmo[dum] cum ira iudicati impij tormenta paterentur.* Illud est ergo quemo[do] dum, quod spectat ad stultum.

¶ Tertio dico, quod est quemadmodum, quod spectat ad Christum. Christus enim habet & ostendit nobis vnum quemadmodum, quo

Suos diligit,
Bona porrigit,
Bonos dirigit,
Cœlum eligit,
Malos corrigit.

¶ Dico quod Christus o[st]endit nobis multiplex quemadmodum, i. e. multiplic[ia e]xempla & documenta, sc. vnum quemadmodum quod est dilectionis, de quo Luc. 13. & Matth. 23. *Quo[ties], inquit, volui congregare filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos sub alas.* Item vnum quemadmodum quod est compassionis seu distributionis & largitionis de quo in Psal. 35. *Homines & iumenta saluabis domine quemadmodum multiplicasti misericordiam tu[am] Deus.* Item vnum quemadmodum quod est directionis seu [illegible] ationis. Vnde Christus dixit Apostolis Luc. 19. *Ponite, in[quit], in cordib. vestris non præmeditari quemadmodum respondeatis, ego enim dabo vobis os & sapientiam, &c.* Item vnum quemadmodum quod est præuentionis quo sc. ipse nos præuenit ascendendo [in] cœlum. Vnde Act. 1. *Quemadmodum vidistis eum euntem in cœ[lum, sic] veniet.* Item vnum quemadmodum quod est correctionis [in] iudicio Apoc. 10. *Vidi, inquit, Angelum fortem descenden[tem de cœ]lo, &c.* Sequitur. *Et clamauit voce magna quemadmodum leo rugit, & cum clamasset, locuta sunt septem tonitrua voces suas.* Et sic ergo patet, quomodo quemadmodum spectare potest ad Christum ad stultum, & ad iustum. Sufficit. Vnde in tonal. quoniam, tanquam, & cætera similia.

Quæ. Generis fœminini cum suis casibus. Nota quod quæ fœmininum refertur ad personas & ad res. Et primo [q]uidem ad personas, quia sc. per istud pronomen quæ, vel qua [cu]m suis casibus potest intelligi quælibet bona & sancta persona [vel] etiam quælibet persona etiam inhonesta. Et primo quidem accipiam in bono. Per quæ enim siue accipiatur interrogatiue siue etiam positiue, potest intelligi beata virgo, seu etiam quælibet sancta. Ista est enim

Pronomen, quia pro nomine ponitur, id est, quia est pro nobis intercessiua,
[illegible] quia fam[illegible] & [n]ominatiua,
[illegible] quia excel[lentia] & prærogatiua.
Quod autem sit pronomen, id est, pro nobis orans & intercedens, patet [illegible] Reg. 2. [v]bi dicitur *Quæ [illegible] adorauit prona, &c.* breuiter bene dici[tur], quod ista bene dici potest quæ & positiue & interrogatiue. Positiue, quia pro nobis ponitur, opponitur & exponitur. Interrogatiue, quia propter suarum [vi]rtutum excellentiam de ipsa potest fieri quæstio, in quantum stupenda & mirabilis prædicatur.

¶ Nota ergo quod in ipsa possumus admirari, sc.

Fœcunditatem cum prudentia,
Humilitatem cum reuerentia,
Iucunditatem cum verecundia,
Formositatem cum complacentia,
Famositatem cum redolentia,
Sedulitatem cum vigilantia,
Liberalitatem cum amicitia,
Auctoritatem cum reuerentia.

Dicamus ergo quod mirabilis fuit in ipsa pudicitia cum fœcunditate, quia sc. ipsa fuit Dei filij mater. Virgo etiam semper mansit. Vnde de ipsa psallimus. *Beata es virgo Maria, quæ dominum portasti creatorem mundi genuisti qui te fecit, & in æternum permanens virgo.* Ista enim figuratur in Dyna, *quam cum vidisset Sichem filius Emor regis, adamauit eam, & rapuit, dormiuitque cum illa vt opprimens virginem*, vt patet Genes. 34. Quia sc. filius Dei patris, hanc vidit & amauit, & cum ipsa per beatam incarnationem dormiuit, ipsamque sibi rapuit & coniunxit 2. Reg. 11. *Quæ cum ingressa esset ad illum, dormiuit cum illa.* Item mirabilis fuit in ipsa reuerentia cum humilitate. Vnde de ipsa legitur Lucæ 1. *Quæ cum audisset, turbata est in sermone Angeli dicentis: Ecce ancilla domini. Magnificat anima mea dominum, quia respexit humilitatem ancillæ suæ*, vt sic de sua humilitate exponatur illud 1 Mach. 2. *Quæ erat libera, facta est ancilla.* Item admiranda est in ipsa verecundia cum iucunditate. Vnde Genes. 18. dicitur de Sara. *Quæ risit occulte*, sc. audito quod concipere debebat Isaac. Risit dico, per alacritatem, scilicet, seu per pietatem. Vnde ipsa est *arca testamenti quæ [illegible] aperienda erat, in qua ponebatur testamentum*, sicut dicitur Exod. 25. Item mirabilis est in ipsa complacentia cum formositate. Vnde Cant. 6. *Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora, pulchra vt luna, electa vt sol.* Item admirabilis est in ipsa redolentia, cum famositate. Vnde ista est virgula fumi quæ ascendit per desertum cum aromatibus, id est, cum redolentia boni nominis. De qua nominatione potuit dominus dicere illud 1. Paral. 22. *Domus quam ædificare cupio talis esse debet, vt in cunctis regionibus nominetur.* Item admiranda est in ea vigilantia cum sedulitate. Vnde de Rebecca dicitur Genes. 24. *Quæ festinans deposuit hydriam de humero.* Item admiranda est in ipsa amicitia cum liberalitate Gen. 24. *Quæ respondit. Bibe domine mi, celeriterque deposuit hydriam.* Item mirabilis est in ipsa eminentia cum auctoritate, & potissime illa quam habuit, quando ad filij dexteram est assumpta. Figurata in matre Salomonis, de qua dicitur 3. Reg. 2. *Quæ sedet ad dexteram eius.* Et etiam in Regina Hester, de qua dicitur Hester 5. *Quæ accedens ad regem osculata est summitatem virgæ.* Summitas enim regalis, signat cacumen excellentiæ auctoritatis & potestatis. Et sic patet quod beata virgo potest dici quæ. Et non solum beata virgo, imo quælibet sancta persona, quia sc. si bene consideras, omnia supradicta possunt spiritualiter ad sanctam quamlibet applicari, &c.

¶ Sed si in malo significato velis accipere, quæ vel qua seu quam, &c. sicut de mala fœmina, anima vel persona, notabis quod ista est B

Quæ, quæ {
Immunditiæ fœtet horroribus,
Idololatriæ vacat erroribus,
Extollentiæ fumet vaporibus,
Falsimoniæ fulget palloribus,
Pestilentiæ iubet furoribus.
}

Ista igitur est Quæ, quæ immunditiæ diligit horrores Leu. 5. *Anima quæ tetigerit aliquid immundum, rea est & deliquit*, vt de infamia talis personæ dicatur illud Genes. 38. *Quam videns Iudas, suspicatus est esse meretricem.* Item ista est Quæ, quæ idololatriæ sectatur errores, de qua Leuitic. 20. *Anima quæ declinauerit ad magos & hariolos, interficiam illam.* Item ista est quæ extollentiæ, id est, superbiæ sequitur vapores. Vnde Num. 15. *Anima quæ per superbiam*

al[illegible] ut peccatis commiseris, peribis. Item ista est quæ talimoniæ, i. hy[illegible] tenet pallores. Vnde Dan. 7. *Quæ, s. bestia, erat dissimilis valde ab omnibus.* Item ista est, quæ pestilentiæ sustinet terrores, h[illegible] damnationem mortis æternæ, quia sicut dicitur Ezech. 1[illegible]. *Anima quæ peccauerit ipsa morietur, &c.*

C ¶ De rebus autem quæ significari possunt per quæ, qua, quā, quas, sicut cum dicitur quæ terra, quæ dies, quæ res, quæ domus & similia, quæ longum esset prosequi, supersedeo. Veruntamen de quæ interrogatiue loquendo possum dicere quod per quæ homo interrogat & quærit, sc.

> Alta mirando,
> Clausa scrutando,
> Bona laudando,
> Vana spernendo,
> Mala arguendo,
> Summa suadendo.

Quærimus ergo dico dicendo quæ, ardua mirando & obstupendo. Et sic admirando dicimus Cant. 6. de admirabili ascensu virginis gloriosæ, & de eius vita mirabili vel progressu. *Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora, &c.* Et Cant. 3. *Quæ est ista quæ ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris.* Et Cant. 8. *Quæ est ista quæ ascendit de deserto deliciis affluens, innixa super dilectum suum.* Primo enim miramur de virginis puritate, quia virgula fumi ex aromatibus. Secundo de virginis dignitate quia ascendit sc. ad cœlum, &c. Sed tertio de virginis fœlicitate, quia innititur super dilectum suum. Item quærimus dicendo quæ, occulta scrutando & inuestigando. Et sic dicebat Iosue quærens causam altaris ædificandi Iosue 22. *Quæ est transgressio?* Et Act. 10. quærit Petrus. *Quæ est causa, quare huc venistis.* Item quærimus dicendo quæ, optima laudando & glorificando. Et sic dicitur Deut. 4. *Quæ est enim alia gens & generatio tam inclyta, ut habeat cæremonias iustaque iudicia.* Item quærimus dicendo, quæ, nosipsos spernendo & vilipendendo, & sic certe quasi indignatione quærimus

> Quæ sit vitæ in terra breuitas,
> Quæ virtutis debilis paucitas,
> Quæ fortunæ vana fœlicitas,
> Quæ [illegible] iunctæ sanguinitas,
> Quæ mentalis iug[illegible] iniquitas,
> Quæ finalis mortis necessitas.

De vitæ breuitate fit quæstio Iacob. 4. *Quæ enim est vita nostra*, inquit & respondet, *Vapor est ad modicum parens, & deinceps exterminabitur.* Et 1. Reg. 18. *Quis ego sum, aut quæ est vita mea aut cognatio patris mei in Israel, ut fiam gener regis?* De virtutis nostræ tenuitate fit quæstio Iob 5. vbi dicitur. *Quæ est enim fortitudo mea ut sustineam aut quis finis meus & patientia mea ut patienter agam.* Et Eccles. 16. *Quæ est enim anima mea in tam immensa creatura.* De fortunæ præsentis vanitate & labilitate fit quæstio Ezechiel. 27. *Quæ est ut Tyrus, quæ obmutuit in medio maris.* Quæ in exitu negotiationum tuarum implesti populos multos. Et Apocalyp. 18. quæritur de fortuna potentissimæ Babylonis dicendo sic. *Væ, væ ciuitas magna, quæ amicta erat bysso purpura & cocco, & deaurata auro, & lapide pretioso, & margaritis, quoniam vna hora destituta sunt tantæ diuitiæ.* Sequitur. *Quæ similis ciuitati huic magnæ, &c.* Valde multa. De carnis autem consanguinitate & propinquitate fit quæstio Matth. 12. vbi dicitur. *Quæ est mater mea, qui sunt fratres mei.* Sequitur: *Quicunque fecerit voluntatem patris mei, qui in cœlis est, ipse meus frater & soror, & mater est q. d.* Carnalis consanguinitas non multum est curanda. De propria iniquitate fit quæstio Hierem. 16. *Quæ iniquitas nostra aut quod peccatum.* Sequitur. *Quia dereliquistis me dicit dominus.* De mortis vero necessitate & aduersitate fit quæstio in Psalm. 29. vbi dicitur. *Quæ vtilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem.* Patet ergo quod nos quærimus dicendo quæ nosipsos spernendo & vilipendendo. Item nos quærimus dicendo quæ, malos arguendo atque contemnendo. Et sic dico quod in scriptura redarguitur dicendo quæ

> Hypocrisis vana confictio,
> Superbiæ alta præsumptio,
> Peruersorum facta coniunctio.

De hypocritica fictione fit quæstio Iob 27. vbi dicitur. *Quæ est enim spes hypocrytæ si auare rapiat, & non liberet Deus animam eius.* De alta & vana præsumptione fit quæstio 4. Regum 5. vbi dicitur. *Quæ est fiducia qua niteris, &c.* De mala vero societate & coniunctione fit quæstio Eccl. 13. vbi dicitur. *Quæ communicatio sancto homini ad canem, quæ pars* [illegible] *6. Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate,* [illegible] *ad tenebras, quæ conuentio Christi ad Belial, aut* [illegible] *infideli, &c.* Sufficit de quæ, quantum ad [illegible] piendi.

## Quæ, neutrum.

Nota quod quæ neutrum [illegible] potest ad multa referri [illegible] bo[illegible]riter & in malo. Et sic dico quod est dare quædam quæ [illegible] sunt

> Meditanda mentaliter,
> Perscrutanda subtiliter,
> Operanda vtiliter,
> Veneranda humiliter,
> Referanda vocaliter,
> Confitenda veraciter,
> Diuidenda vulgariter,
> Appetenda viuaciter,
> Fugienda sagaciter,
> Metuenda finaliter.

Dicamus igitur quod sunt aliqua quæ sunt mentali[illegible] m[illegible]randa. Et ista certe sunt opera, & mirabilia Dei, & ipsi[illegible] b[illegible]ficia nobis impensa. Opera enim Dei magna, & mirab[illegible] ratione potentiæ, quam summe ostendit. Ratione cle[illegible] quam bonis impendit. Ratione iustitiæ qua malos offendi[illegible] operibus suæ potentiæ dicitur Deuteron. 10. *Est, inquit, tuus qui facis magnalia, & terribilia, quæ viderunt oculi tui.* Et in P[illegible] *Venite & videte opera domini, quæ posuit prodigia super terram.* E[illegible] 41. *Omnia quæ sub cœlo sunt, mea sunt.* De operibus autem suæ clementiæ seu beneficentiæ dicitur in Psa. 115. *Quid retribuam domino pro omnibus, quæ retribuit mihi. Calicem salutaris accipiam, & nomen domini inuocabo.* De operibus vero suæ iustitiæ dicitur Sapie. *Cum ergo sis iustus, omnia iuste disponis.* Ista sunt igitur quæ sunt mentaliter meditanda. Item dico, quod aliqua sunt quæ sunt subtiliter perscrutanda, & ista certe sunt occulta Dei iudicia & secreta, & cuncta etiam diuinæ paginæ documenta, de quo Deut. 4. *Audi præcepta, & iudicia quæ ego doceo te,* Et Iosue 8. *Legit omnia verba benedictionis, & cuncta quæ scripta fuerant.* Item dico quædam sunt quæ sunt vtiliter operanda, seu etiam facienda & adimplenda. Et ista certe sunt mandata Dei, & omnia bona opera & honesta de quibus Deut. 12. *Obserua, & audi omnia quæ ego præcipio tibi.* Et Num. 1. *Fecerunt filij Israel iuxta omnia quæ præceperat dominus.* Item quædam sunt humiliter Veneranda, & sunt ecclesiastica sacramenta, sancti etiam, & sanctæ, & omnia cœlestia bona. & do[illegible] 1. Esdr. 1. *Consummata sunt omnia, quæ pertinebant ad sacrificia domini.* Item quædam quæ sunt vocal[illegible] reseruanda seu etiam prædicanda, [illegible] sunt omnia, quæ pertinent ad salutem, de quo Hierem. 1. [illegible] dominus cuilibet prædicatori, & doctori. *Ad omnia quæ mittam te, ibis, & quæ mandauero tibi, loqueris ad eos,* vt & ipsis dicatur illud Iudith. 8. *Omnia quæ locuta es, vera sunt, & non est in sermonibus tuis vlla reprehensio.* Item sunt quædam quæ sunt veraciter confitenda, seu etiam credenda, scilicet articuli fidei, & omnia quæ credit, & tenet ecclesia sancta mater Actorum 24. *Credens omnibus quæ in lege & prophetis scripta sunt,* & Lucæ 1. *Beata quæ credidisti, quoniam [perfici]entur in te omnia quæ dicta sunt tibi.* Item sunt quædam quæ vulgariter diuidenda.

Et ista sunt bona temporalia, quæ sc. per eleemosynam alijs diuidenda. Vnde Iob 2. *Cuncta, quæ habet homo, dabit pro anima sua.* Et illud Luc. 12. *Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam,* & merito, quia sicut dicitur Galat. 6. *Quæ seminauerit homo, hæc & metet.* Item quædam sunt quæ sunt totaliter appetenda, sc. bona gloriæ paradisi, quia scilicet temporalia sunt contemnenda, æterna vero & cœlestia appetenda. Sicut enim dicitur 2. ad Corinth. 4. *Quæ temporalia sunt videntur, quæ autem non videntur, æterna sunt.* Vnde beatis potest dici illud Lucæ 10. *Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Oculus enim non vidit, nec auris audiuit, quæ præparauit Deus diligentibus se.* Bene ergo dicit Apo[stolus] ad Colos. 3. *Quæ sursum sunt quærite.* Item sunt quædam [quæ] sunt sagaciter fugienda, videlicet peccata, & etiam trans[itoria] mundi bona, de quibus Ecclesiast. 1. *Vidi cuncta quæ fiunt* [illegible] *& ecce vniuersa vanitas.* Et Ecclesiast. 41. *Omnia quæ de terra* [illegible] *terram conuertentur.*

Et maxime, quia ista proprie loquendo nostra non [illegible], quia scilicet nobiscum post mortem portari non poss[u]nt. V[n]de illi diuiti dictum est Luc. 12. *Stulte, hac nocte repetent animam tuam*

[illegible]

Quercus. [illegible] arbor, sc.

[illegible] insecta,
[illegible] e porrecta,
[illegible] e erecta,
[illegible] interius dure confecta,
Anterius folijs tecta.

[illegible] cere quod in scriptura inuenitur multiplex quercus,

Homo iustus,
Crucis lignum,
Mundi status,
Vir stultus.

[illegible] a quercus debet honorari,
[illegible] a quercus debet adorari,
[illegible] a quercus debet refutari,
[illegible] a quercus debet detestari.

¶ [illegible] igitur dicamus quod est quercus quæ est honoranda. [illegible] pro certo est vir perfectus, & iustus, quia sc. cæteris at[illegible] cæteris personis est profundior per humilitatem in[illegible] ectam. Extensior per charitatem exterius porrectam. [illegible] per mentis sublimitatem cœlestius erectam. Robu[illegible] tiori atem interius confectam. Formosior per honestatis [illegible] adiectam, vt & sic de tali quercu, i. de viro iusto [illegible] illud Amos 2. *Altitudo cedrorum altitudo eius, & fortis ipse* [illegible]. Vnde Es. 6. *Sicut quercus quæ expandit ramos suos, semen* [illegible] *erit id quod steterit in ea.*

¶ [illegible] cundo dicamus, quod est quercus quæ est adoranda. Et [illegible] est proculdubio arbor crucis, quæ sc. merito potest quercus [illegible] ari, & hoc certe,

Quia radicatur in fidei profunditate,
Quia leuatur in honoris sublimitate,
Quia dilatatur in orbis vniuersitate,
Quia roboratur in æterna durabilitate.

[illegible] etiam decoratur sultorum, id est, miraculorum multipli[illegible] & etiam fructuum vbertate & vtilitate. Et maxime [illegible] ista est arbor quæ portauit fructum vitæ, Christum videlicet saluatorem. Constat enim quod sola hæc arbor portat, & [illegible] illam pretiosam arbusculam quæ dicitur viscus quercinus, quæ sc. sanat à morbo caduco, sicut dicit Plin. Quia reuera humillima, & minima arbuscula Christus, in quercu crucis fuit [illegible] & appensus, & pro curatione orbis à morbo caduco, id est, à morte æterna, qua scilicet genus humanum cadebat, ibidem visibiliter exhibitus & inuentus. Vnde de Christo in ista quercu personaliter residente, scil. in passione potest dici illud Iudic. 6. *Venit Angelus domini, & sedit sub quercu.* Et nota, quod crux est quercus

Sub qua debes manere,
Pro qua debes deflere,
In qua debes pendere.

[illegible] b qua dico debes manere per deuotionem 1. Reg. 10 *Ad quercum Thabor inuenient te.* Thabor interpretatur [illegible] lumen, si[illegible] ficans Christi crucem, qua sc. mediante vera lux fidei venit [illegible] mundum. Pro qua etiam debes deflere per compassionem, [illegible] pro dolore passionis Christi. Vnde Gen. 35. *Sepulta est, inquit,* [illegible] *subter quercum, vocatumque est nomen loci illius quercus fletus.* [illegible] insuper debes pendere per affectionem, seu etiam per [illegible] am & orationem. Exemplo sc. Absalon, qui per crines ad [illegible] fuit suspensus, & ibi tribus lanceis confossus. Ad de[illegible] notandum, quod qui per crines affectionum ad crucis arbo[illegible] suspenduntur, tribus bonis spiritualibus lanceis, i. e. triplici [illegible] dolore sc. pro peccatis cordis, oris & operis, con[illegible] nduntur 2. Reg. 18. *Vidi Absalon pendentem de quercu.* Crux ergo quercus, quæ est [illegible] anda Oseæ 4. *Accendebant thymiamata* [illegible] *quercum.*

¶ [illegible] ertio dico, quod est quercus quæ est refutanda. Et talis [illegible] cuiuscumque eminentia mundi status vel etiam altus, & e[illegible] diues malus. De quo sc. nota, quod ista est quercus

Sub qua promouentur homines impij,
Cui coniunguntur homines deuij,
A qua succiduntur rami superflui,
Cui infliguntur dolores nocui.

[illegible] a [illegible] hominies [illegible] ab hac [illegible] umbra [illegible] & [illegible] uentur vt [illegible] [illegible] mul[illegible] [illegible] & post [illegible] Abimelech de [illegible] dicitur [illegible] quod [illegible] *runt regem* [illegible] *quercum.* Item quod [illegible] cui cum hac coniunguntur. Mali enim per amorem [illegible], & confœderantur malis diuitibus, & etiam mundi statibus, & honoribus. 2. Regum 18 *Palpitabat Absalon* [illegible]. Item rami superflui ab hac euelluntur. Rami, [illegible] & bonorum, quæ facilius defluunt & pereunt ab hac quercu. Vnde Esa. 1. tales dicuntur *esse velut quercus defluentibus folijs, & velut hortus sine aqua.* Item dolores nocui huic infliguntur, i. post mortem. Vnde Es. 2. *Dies domini super omnem superbum, & super omnem arrogantem, & humiliabitur, & super cedros Libani, & super quercus Basan, &c.* Et Zachar. 11. *Vlulate quercus Basan, quoniam* [illegible] *est saltus munitus. Vox vlulatus pastorum, quia vastata est magnificentia eorum.* Hæc est ergo quercus quæ est refutanda.

¶ Quarto dico, quod est quercus, quæ est detestanda. Et ista pro certo est vir peccator, qui proprie dicitur quercus, quia durus est B

Per insensibilitatem profunde terris infixus,
Per terrenorum cupiditatem alte erectus,
Per curiositatem ornatus seu folijs vestitus,
Per superbiam & pomposiatem late extensus,
Per iactantiam & inconstantiæ vagabilitatem varie dolatus.

De duritia malitiæ seu etiam insensibilitate peccatoris potest dici illud Es. 44. quod scilicet *de ilice & quercu solebant Idola fabricari.* Idolum enim surdum & mutum, insensibilitatem designat. De ipsius auaritia seu cupiditate potest allegari illud Iudic. 6. *Tulit Gedeon omnia sub quercu.* Tollere enim est propria conditio auarorum. De ipsius vero vagabilitate potest allegari illud Ezech. 27. *Quia, sc. quercus de Basan dolauerunt in remos tuos.* Remi enim nauis vagantur per maria. De superbia autem illius allega illud prædictum Esa. 2. *Dies domini super omnem superbum,* sufficiat, &c.

# Quærere.

Nota, quod quærere est actus diligentiæ. Et est idem quærere, quod inuestigare seu inquirere, & idem, quod requirere seu appetere. Et est aduertendum, quod in scriptura inueniuntur multæ personæ quærentes. Quærit autem A

Deus,
Iustus,
Impius,
Diabolus,
Mundus,
Corpus.

Quærit Deus nostram conuersationem,
Quærit iustus suam salutationem,
Quærit diabolus nostram damnationem,
Quærit mundus rerum possessionem,
Quærit corpus carnis infectionem.

Dico ergo, quod Deus quærit nostram conuersationem. *Ipse, enim, est qui non vult mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur, & viuat.* Ezech. 18. Vnde Mich. 6. *Indicabo tibi homo quid sit bonum, & quid dominus requirat à te. Vtique facere iudicium, & diligere misericordiam, & solicite ambulare cum Deo tuo.* Iste est enim sicut onager, qui odore quærit, & persequitur vxorem suam. Est etiam sicut ouis, quæ voce querula quærit, & conuocat agnos suos. Est insuper sicut tygris, quæ de raptis catulis dolet, ipsosque diligenter quærit, donec eos inueniat, & ad lectum reportet. Quia pro certo charissimi, Deus de amissione suæ vxoris scilicet animæ Christianæ, & pullorum & catulorum suorum, id est, fidelium deuotorum piæ compassione dicitur dolere, i. e. ad modum dolentis se habere. Et ideo ipsos, & per se inspirando, & per prædicatores reuocando solet quærere, vt eos possit ad conuersationem, & ad statum gratiæ reuocare. Quod bene figuratur in pastore ouem errantem quærente Matth. 18 & in muliere drachmam perditam diligenter inuestigante, & de inuentione gaudente Luc. 15. Quia breuiter Deus quærit quod homines peccatores saluentur, & de eorum salute non modicum iucundatur. Vnde de sapientia increata dicitur Sapien. 8.

Quia

[illegible] quærit Deum nostrum [illegible].

B ¶ Secundo dico, quod quærit iustus vitæ perfectionem. Sicut [illegible] animalia naturaliter sciunt quærere quæ sibi sunt vtilia, & ad salutem corporis necessaria, sicut patet, quia æquilæ sciunt quærere lapidem Æcten, vt virtute eius pariant, cerui quærunt herbam dictamum vt sagittas de corpore eijciant, mustelæ quærunt rutam vt contra basiliscum præualeant, grues, ciconiæ, & hirundines sciunt quærere loca calida, vt ibi in hyeme residcant, sic vere [illegible] iusti debent quærere remedia spiritualia, Deum scilicet & virtutes, vt salutem animæ possint obtinere, vt opera bona possint parere, vt sagittas peccatorum possint expellere, vt basiliscum, i. e. carnem propriam venenosam possint superare, vt etiam tempore hyemis, i. e. mortis possint tute, & sine periculo residere. Vnde Eccl. 1. *Proposui in corde meo quærere, & inuestigare sapienter.* Igitur quæramus Æcten charitatis diuinæ aquilæ, vt pariamus bona opera. Quæramus dictamum contritionis, pœnitentiæ & asperitatis, ad reprimendum carnis fomenta. Quæramus etiam in te [illegible] locum, & statum æternæ patriæ, ad obtinendum pacis fœdera, & hoc est, quod præcipitur Esaiæ 21. *Si quæritis, quærite, conuertimini, & venite, ac si diceret.* Si aliquid quæritis quærite, quod est vtile ad salutem: vt breuiter exponatur illud breue documentum Amos 5. *Quærite dominum & viuite.*

C ¶ In quibus verbis ostenditur, quod in ista spirituali inquisitione seu quæstione tria sunt necessaria, sc.

Actus diligentissimus,
Finis potentissimus,
Fructus gloriosissimus.

Dico enim quod ostenditur ibi actus exequendus diligentissime. *Quærite*, inquit. Prætenditur finis consequendus competentissime. *Dominum*, inquit. Promittitur fructus assequendus gloriosissime. *Et viuite*, inquit.

¶ Dico igitur quod hic ostenditur actus diligentissimus qui iniungitur. *Quærite*, inquit. Venator enim soles sollicitare canes suos ad prædam quærendam, sic & Deus nos sollicitat ad diligenter vtilia procurandum. *Quærite*, inquit, quod est præsentis temporis & imperatiui modi, quæ omnia promptam diligentiam significare noscuntur. Ille enim canis est melior, qui diligentius quærit prædam, quia sicut dicitur Prouerb. 11. *Bene consurgit diluculo qui quærit bonum.* Et ideo dicit quærite, iuxta illud Matth. 6. *Quærite, & inuenietis, petite, & accipietis, pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim qui quærit inuenit, & omnis qui petit accipiet, & pulsanti aperietur.* Vide auctoritatem expositam supra de Venire.

¶ Notandum ergo est, quod multa sunt, quæ cum diligentia sunt quærenda, videlicet,

Internæ sapientiæ limpitudo,
Fraternæ amicitiæ vicissitudo,
Operum efficaciæ sanctitudo,
Pacis atque concordiæ quietudo,
Fidelis permanentiæ certitudo,
Virtutum opulentiæ plenitudo,
Æquitatis iustitiæ rectitudo.
Cœlestis eminentiæ celsitudo.

Ista enim omnia quærenda sunt, & solerti indagine procuranda. Igitur quæramus internam sapientiam, quia sicut dicitur Prou. 15. *Cor sapientis quærit doctrinam.* Et 1. Cor. 1. *Iudæi signa petunt, Græci sapientiam quærunt.* Item quæramus fraternam amicitiam Genes. 37. *Fratres meos quæro, indica mihi vbi pascant greges.* Item quæramus operum efficaciam, sicut de sancta muliere dicitur Prouerbi. 31. *Quæsiuit lanam & linum, & operata est consilio manuum suum.* Item quæramus quietis concordantiam Hiere. 29. *Quærite pacem ciuitatis ad quam transmigrare vos feci.* Item quæramus fidelem permanentiam 1. Cor. 4. *Hic iam quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur.* Item quæramus virtutum opulentiam Matth. 13. *Simile est regnum cælorum homini negociatori quærenti bonas margaritas*, id est, virtutes. Item quæramus iustitiæ æquitatem & iudicium 1. Machab. 2. *Descenderunt multi quærentes iudicium, & iustitiam in deserto.* Item quæramus cœlestem eminentiam Matth. 6. *Primum quærite regnum Dei*, & Colos. 3. *Quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera Dei sedens. Quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram.* Ista igitur cum diligentia debent quæri, & cum omni solertia procurari. Quærite inquit.

¶ Deinde dico, quod hic ostenditur [illegible] quis præcipitur [illegible], quia sc. dominus est ille [illegible] quæri. Sicut enim obsessus [illegible] pressus, adiutorem, discipulus doctorem [illegible] quærere saluatorem. Vnde nota, quod [illegible] quæritur quam Refugium magnæ securitatis. Remedium [illegible] citatis. Palatium dulcis tranquillitatis. Spectaculum [illegible] amœnitatis. Propugnaculum fortis soliditatis. [illegible] tur dominus tanquam refugium securissimum Ps. [illegible] *dominum, & confirmamini, quærite faciem eius semper.* Item [illegible] remedium fœlicissimum Luc. 6. *Omnis turba quærebat eum tangere, quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes.* Item tanquam palatium quietissimum Ecclesiastici 24. *In omnibus requiem quæsiui, in hæreditate domini morabor.* Item tanquam spectaculum [illegible] nissimum Luc. 19. *Quærebat Iesum videre, & non poterat.* [illegible] quam propugnaculum solidissimum Iob 9. *Si fortitudo quæritur, robustissimus est.* Quærendus est ergo cum tristi [illegible]. Cum dulci deuotione. Cum læta contemplatione [illegible] tatione. Cum continua occupatione. Dico cum compassione Lucæ 2. *Dolentes quærebamus te.* Dico [illegible] dulci deuotione, & sic mulieribus, quæ cum [illegible] bant vngere Iesum, dictum est Marci 16. *Iesum quæritis [illegible] num crucifixum.* Dico insuper cum læta con[illegible] to 4. *Lætetur cor quærentium dominum*, & alibi. *Lætentur omnes qui quærunt te.* Dico nihilominus cum continua oc[illegible] 104. *Quærite faciem eius semper.* Isti enim qui isto quadruplici modo quærunt dominum, inueniunt eum, iuxta illud 1. P[illegible] *quæsieris dominum ex toto corde tuo, inuenies eum.* Sed pro[illegible] qui quærunt per vitia, & peccata, vel quærunt eum in [illegible] & diuitijs huius mundi, non inueniunt ipsum R[illegible] 11. *Quærebat Israel, non est assecutus* Ioh. 2. *Quæretis me, & non inuenietis* [illegible] ergo patet, quod ista inquisitio debet habere finem comp[illegible] tissimum, id est, ipsum Deum. Sed de hoc vide m[illegible] supra de inuenire, in primo membro auctoritatis. ¶ [illegible] dico, quod in ista inquisitione possumus attendere [illegible] copiosissimum. Viuite, inquit, quia sc. per talem inqui[illegible] habetur, & acquiritur vita gratiæ & gloriæ Psalm. *Quærite & viuet anima vestra.* Quatuor enim sunt genera can[illegible] rum, quidam sunt qui optime quærunt, sed non acc[illegible] ut leuigem. Alij qui optime accipiunt, sed nihil quærunt, sunt leopardi. Alij vero qui bene quærunt & accipiunt, sunt aliqui mediocres bastardi. Alij vero qui nec quærunt [illegible] accipiunt, sicut sunt mastini, qui magis latrant hominibus [illegible] bestijs, & sicut etiam sunt caniculorum, &c. Sic vere charissimi in mundo isto sunt quatuor genera personarum, s. quidam [illegible] rentes, & nihil accipientes. Et isti sunt illi qui optimi [illegible] principio, & in fine sunt mali, & ideo illud quod quæsierant s. salutem & gloriam, minime consequuntur. Vnde Can. [illegible] *siui eum, & non inueni.* Figurati in spiritu immundo, qui exiens [illegible] homine, quærit requiem & non inuenit Matth. 12. *Alij non quærentes, sed accipientes.* Et isti sunt qui in principio ad nullum [illegible] num vacant, sed tamen de Dei misericordia conuertuntur [illegible] salutem, & gloriam assequantur, sicut patet de Paulo & M[illegible] lena Es. 64. *Inuenerunt me qui non quæsierunt me.* Alij sunt q[illegible] tes & inuenientes, sicut sunt generaliter omnes boni. De [illegible] dicitur Matth. 7. *Quærite & inuenietis.* Alij vero sunt nec q[illegible] tes nec inuenientes, sicut sunt generaliter omnes mal[illegible] bus 2. Paral. 15. *Si quis non quæsierit dominum, moriatur* Sic e[illegible] tet, quod quærit iustus motum perfectionem. Et illud est secund. principaliter ¶ Tertio dico, quod quærit impius vitæ corruptionem. Sicut enim videmus, quod pueri non quærunt [illegible] nisi maculare semetipsos, & nihil vtile volunt quærere vel [illegible] te, sic peccator non quærit nisi seipsum interficere per peccatum, nec curat aliquid quærere quod pertineat ad sa[illegible] tem, Soph. 1. *Non quærunt dominum nec inuestigant.*

Et ideo de illis quæ ab ipsis quæru[illegible] [illegible] peiuntur & conspiciuntur, aliquid est notandum. Notemus ergo quod quærunt

Mundi dignitates,
Carnis voluptates,
Rerum facultates,
Hostium punitionem,
Iustorum destructionem,
Liuum vexationem.

Quærit

Quartum dico mundi dignitatem & elationem. Vnde Prouer. 17. *Qui altam facit domum suam, quærit ruinam.* Contra illud Eccl. 7. *Noli quærere fieri iudex.* Item quærunt carnis voluptatem & infectionem 3. Reg. 1. *Quæramus domino nostro regi adolescentulam.* Item quærunt rerum facultatem & possessionem Zach. 6. *Qui fortissimi erant, quærebant discurrere per totam terram.* Item quærunt hominum penalitatem & punitionem, sicut 1. Reg. 26. dicitur, *quod Saul descendit in desertum Ziph, vt quæreret Dauid*, quem, sc. summum inimicum credebat. Item quærunt iustorum damnationem & destructionem Ps. 36. *Considerat peccator iustum, & quærit mortificare eum.* Item quærunt litium brigam & turbationem Prou. 17. *Semper quærit iurgia malus.* Angelus autem crudelis mittitur contra eum. Et sic patet quod quærit impius motum corruptionem. Et hoc est tertium principale.

G ¶ Quarto dico, quod quærit diabolus nostram damnationem. Sicut enim animalia crudelia nihil aliud quærunt, nisi animalia innocentia deuorare, sic nec dæmones nisi animas per peccata capere, & per tormenta grauare Psa. *Quærunt animam vt auferant eam*, vnde 1. Pet. 5. *Sobrij estote & vigilate, quia aduersarius vester diabolus sicut leo rugiens circuit quærens quem deuoret. &c.*

H ¶ Quinto dico, quod quærit mundus propriam acquisitionem. Mundus enim & mundani non quærunt nisi proprium lucrum, sicut supra visum est de falsis amicis, quia sicut dicitur Philip. 2. *Omnes quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi.* Contra illud 1. Cor. 10. *Nemo quod suum est, quærat, sed quod alterius.*

I ¶ Sexto principaliter dico, quod corpus quærit immundam delectationem. Vnde caro solet dicere illud Cantic. 3. *In lectulo meo per noctes quæsiui quem diligit anima mea.* Sic ergo patet de quærere, &c.

## A Quæstio. Querela.

Nota, quod in scriptura inuenitur

Quæstio { inquisitoria, litigatoria, murmuratoria.

Quæstio Inquisitoria est illa qua homo non cessat quærere & inuestigare illa quæ sibi sunt abscondita & secreta, contra illud Eccl. 3. *Altiora te ne quæsieris, & in superuacuis rebus ne fueris curiosus*, & Eccl. 7. *Inueni quod fecerit deus hominem rectum, & ipse infinitis se miscuerit quæstionibus.*

B ¶ Quæstio litigatoria est illa, quæ inter partes propter sæcularia negotia ventilatur 2. Timoth. 2. *Stultas & sine disciplina quæstiones deuita, sciens, quod generant lites.*

C ¶ Quæstio murmuratoria est illa, qua quis queritur, id est, conqueritur de aliquo. Et de hac dicitur Philip. 2. *Sitis sine querela, & simplices filij Dei.* De qua etiam murmuratoria querela dicitur Num. 14. *Querelas filiorum Israel audiui*, & loquitur de illis qui murmurabant, pro eo quod ipsos aduxerat de Ægypto, &c. Sufficit.

## A Qui.

Nota quod illud pronomen relatiuum & adiectiuum Qui quandoque sumitur positiue. Est enim nominatiuus singularis numeri, & sic sumitur semper positiue. Est etiam quandoque nominatiuus numeri pluralis, vtpote quando est pluralis illius pronominis quis, & sic sumitur interrogatiue. Quomodocunque ergo sumatur, dico quod istud pronomen qui in bono sumitur & in malo, & sic dico, quod

Qui potest referri ad { Deum, Iustum, Stultum.

Est enim Deus qui cunctis præsidet,
Est etiam iustus qui firmus residet,
Est insuper stultus qui mala possidet,
Est equidem mundus qui cito dissidet,
Est nihilominus diabolus qui bonis inuidet.

B ¶ Primo ergo dico, quod Deus potest dici qui cum sit ille qui cunctis præsidet. Qui enim de sui significato comprehendit quandam infinitatem virtutis, & quandam etiam infinitam eminentiam maiestatis. Et sic certe dico, quod per qui potest intelligi Deus, cuius sc. infinitas, bonitas & potestas quæ describi nequit à mortalib. si placeat, vocetur qui,

Qui hic pro nomine se interposuit, & sic fuit pronomen, id est, pro nobis nomen.
Qui summo nomine claret & claruit, & sic fuit nominatiui casus,
Qui æternaliter stat, stetit & viguit, & sic fuit signans positiue,
Qui singulariter potest & potuit, & sic fuit numeri singularis,
Qui efficaciter prodest & profuit, & sic fuit adiectiuus.

Dicam igitur quod hic pro homine se interposuit, & sic potest dici pronomen, quia pro nomine positiue ponitur, quia scilicet iste est

Qui fuit pro nobis { à patre veniens, à matre oriens, in cruce moriens, ad cœlum rediens.

Dicam ergo quod hic est, qui pro nobis in mundum exijt. Vnde Matth. 13. *Exijt qui seminat seminare semen suum &c.* Vnde in symbolo dicimus sic. *Qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit de cœlis.* Vnde de isto qui fuerat dictum Genes. 49. *Non auferetur sceptrum de Iuda, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium.* ¶ Item hic est qui pro nobis de matre prodijt. Vnde magi dicebant Matth. 2. *Vbi est qui natus est rex Iudæorum, &c.* Item hic est qui pro nobis tormenta subijt, sc. in cruce, vnde ad Titum 2. dicitur sic. *Apparuit gratia Dei saluatoris nostri, &c.* Sequitur: *Qui dedit semetipsum pro nobis vt nos redimeret ab omni iniquitate, &c.* Item hic est qui ante nos ad cœlum adijt, scilic. vt nobis ianuam aperiret, & vt ibi æternam requiem nobis daret. Vnde iste de quo dicitur in Ps. 67. *Deus qui inhabitare facit vnius moris in domo, qui educit vinctos in fortitudine, qui redimit de interitu vitam tuam, qui coronat te in misericordia & miserationibus*, & 3. Regum. 8. dicitur. *Benedictus dominus qui dedit requiem populo suo*, & in Psal 103. dicitur. *Qui ponis nubem ascensum tuum, qui ambulas super pennas ventorum, &c.* Patet ergo, quod hic pro homine se interposuit. ¶ Etiam dico de isto qui quod summo nomine claret & C
claruit, & sic bene dico, quod iste est nominatiui casus. Vnde 1. Esd. 6. dicitur. *Deus qui habitare fecit nomen suum ibi, sc. in Hierusalem, &c.* ¶ Tertium dico de isto qui quod æternaliter stetit & viguit, D
& sic sumitur positiue, scil. quantum ad suam æternam & immutabilem quidditatem, vnde ipse dicit Exod. 3. *Ego sum, qui sum.* Et ibidem. *Qui est, misit me ad vos.* ¶ Deinde dico de isto qui quod E
singulariter potest & potuit. Et sic potest dici numeri singularis, quia sc. ipse est excellentissimæ & singularissimæ potestatis. Et ista certe bene apparuit in mundi creatione, quia sicut dicitur Eccl. 18. *Qui viuit in æternum, creauit omnia simul.* Apparuit in clara cognitione. Vnde iste qui est (sicut dicitur Matth. 6.) *pater tuus qui videt in abscondito, & reddet tibi*, & 2. Esd. 3. *Benedictus es qui dedisti mihi sapientiam*, & in Ps. 93. *Qui docet hominem scientiam.* Apparuit in hominum liberatione Neem. 2. *Iste est Deus qui eduxit te de Ægypto.* Apparuit in hostium expugnatione Ps. 135. *Qui percussit reges magnos, & occidit reges fortes, &c.* Apparuit in iustorum retributione, & vitæ æternæ distributione, vt sc. de ipso dicat quilibet beatus illud Ps. 65. *Qui posuit animam meam ad vitam, & non dedit in commotionem pedes meos.* Vnde alibi. *Cantabo domino, qui bona tribuit mihi, &c.*

¶ Denique dico de isto qui, quod efficaciter prodest & profuit, & sic est pronomen adiectiuum, addit enim, dat & auget F
suis fidelibus omne bonum.

Addit enim nobis suam { prudentiam, nos dirigendo, præsentiam, nos diligendo, iustitiam, nos corrigendo, clementiam, nos adiuuando.

Iste enim habet prudentiam nostri directiuam Deut. 31. *Dominus qui ductor noster est, ipse erit tecum.* Habet & præsentiam nostri directiuam Numer. 35. *Ego sum dominus qui habito inter filios Israel.* Habet etiam iustitiam nostri correctiuam. Vnde ipse dicit Exodi 20. *Ego sum Deus Zelotes, qui vindico iniquitatem patrum in filios.* Habet vltimus clementiam nostri adiutiuam. ¶ Vnde certe dico, quod iste qui nos adiuuat, eo quia ipse est

Qui nos { regit ordinatiue, tegit defensatiue, cogit comminatiue, tangit inspiratiue, pascit consolatiue, ducit gubernatiue, iungit sociatiue, vngit præmiatiue.

Hic est qui nos regit Psa. 79. *Qui regis Israel, intende.* Item hic est qui nos tegit Ps. 103. *Qui tegis aquis superiora eius.* Item hic est qui nos cogit, scilicet, terrendo & comminando Psalm. *Qui respicit terram, & facit eam tremere.* Item hic est qui nos tangit Ps. 103. *Qui tangit*

*Qui sunt isti qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas?* Item isti sunt qui pœnarum dolorem solent sustinere. Sancti enim plusquam cæteri sustinent in hac vita. Vnde Tob. 8. *Omnes qui placuerunt Deo per multas tribulationes transierunt.* Ideo de talibus dicitur Luc. 1. *Beati qui nunc fletis, quia ridebitis,* & Matth. 5. *Beati qui nunc lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum.* Item isti sunt qui ciborum dulcorem solent abhorrere. Vnde Luc 6. *Beati qui nunc esuritis, quia saturabimini.* Item isti sunt qui scripturæ saporem solent retinere Psalm. *Beati qui ambulant in lege domini. Beati qui scrutantur testimonia eius.* Vnde scriptura diuina potest dicere de talibus Qui illud Ecclesiast. 24. *Qui edunt me, adhuc esurient, & qui bibunt me, adhuc sitient, & qui elucidant me, vitam æternam habebunt.* Item isti sunt qui gloriæ splendorem solent obtinere. Vnde de ipsis possumus domino dicere illud Iud. 5. *Qui autem diligunt te, sicut sol in ortu suo splendet, ita rutilent,* supple, in gloria paradisi. Et sic bene patet, quod qui in plurali significat viros iustos, propter suarum pluralitatem virtutum. Qui ergo tam singulariter quam pluraliter signat iustum, qui firmus residet.

I Tertio vero principaliter dico, quod qui signat stultum, qui culpas possidet. Et sic certe de quolibet viro impio vel peruerso potest dici quod ipse est

Qui
- ad fraudem semper est paratus,
- in malo semper obstinatus,
- in diuersis culpis maculatus,
- occulta plus iusto scrutatur,
- parentes suos detestatur,
- fluctuans procedit & vagatur,
- pauperes grauat & prædatur,
- in bonis terrenis lætatur,
- libenter non disciplinatur,
- socijs malis combinatur,
- in verbis nimis effrænatur,
- diuina pacta non sectatur,
- credere Deo non dignatur,
- tenebris terræ non obfuscatur,
- Deo semper aduersatur,
- à Deo excommunicatur,
- in fine mortis condemnatur.

Dicam ergo de stulto, id est, de quolibet impio & peruerso, quod iste est qui ad fraudem semper est paratus, vnde de diabolo mulierem fraudulenter decipiente dicitur Genes. 3. *Qui dixit ad mulierem, Quare prohibuit vobis Deus ne comederetis de ligno? &c.* Et sic decepta comedit, & eiecta est de paradiso. De istis dicitur Prouerb. 28. *qui decipit iustos in via mala, in interitu suo corruet.* Item hic est qui in malo semper est firmatus, scilicet, per obstinationem peruersam, & sic figuratur in coruo, *qui egressus de arca non reuertebatur,* sicut dicitur Genes. 8. Item hic est qui diuersis culpis est potatus. Vnde Iob 15. *Qui bibit quasi aquam iniquitatem.* Item hic est qui occulta plusquam decet, est scrutatus, occulta dico aliena, quæ, scilicet, scrutari & inquirere non cessat, vt occasionem nocendi inueniat, & tamen dicitur Leuit. 14. quod *qui intrauerit domum quando clausa est, immundus erit vsque ad vesperam.* Mali enim aliena abscondita scire volunt, sua vero à Deo & à sacerdote abscondunt, & tamen scribitur Prouerb. 28. quod *qui abscondit sua, non dirigetur. Qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur.* Item hic est qui parentes non est veneratus Deuter. 27. *Maledictus qui non honorat patrem suum, & matrem suam.* Item hic est qui fluctuat, nec stat immutatus, vnde Deut. 21. *Maledictus à Deo qui pendet in ligno.* Item hic est qui pauperes fuit deprædatus. Ideo sibi dicitur Esa. 33. *Væ qui prædaris, nonne & ipse prædaberis?* Item hic est qui in Gaza nimis est lætatus. Et tamen dicitur Prouerb. 11. *Qui confidit in diuitijs suis corruet* Prouerb. 15. *Conturbat domum suam qui sectatur auaritiam.* & Ecclesiast. 5. *Qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis.* Item hic est qui nequaquam est disciplinatus, seu hic est qui in moribus non est regulatus, scilicet, per exercitium disciplinæ. Et ideo dicitur Prouerb. 12. quod *qui diligit disciplinam, diligit sapientiam.* Et Prouerb. 15. *Qui abijcit disciplinam, despicit animam suam.* Item hic est qui impijs fuit combinatus seu sociatus. Et tamen dicitur Ecclesiast. 13. quod *qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea.* Et Exod. 19. *Omnis qui tetigerit montem morte morietur.* Mons enim est homo superbus & elatus, qui scilicet, non est frequentandus aut tangendus. Quia sicut dicitur Ecclesiast. 13. *Qui communicauerit superbo, induet superbiam.* Item hic est qui verbis nimis effrænatur. De quo Prouerb. 18. *Qui prius respondet, quam audiat, stultum se esse demonstrat, & confusione dignum.* & Prouerb. 19. *Qui tantum verba sectatur, nihil habebit,* & Ecclesiast. 20. *Qui multis vtitur verbis, lædet animam suam.* Item hic est qui Dei præcepta est præuaricatus. De quo dicit sapiens verba sua dirigens Deo. *Qui negligit viam suam mortificabitur* Prouerb. 19. Item hic est qui non credit sed est iudicatus, vnde Ioan. 3. *Qui non credit, iam iudicatus est.* De contrario autem suo dicitur Ioan. 6. *Qui credit in me habet vitam æternam.* Item hic est qui in tenebris terreis est obfuscatus, seu hic est qui lumine veri est orbatus, quia, scilicet, sicut dicitur Ioan. 3. *Omnis qui male agit, odit lucem.* Et econtra dominus dicit Ioan 8. *Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ.* Item hic est qui semper Deo est aduersatus, vnde dominus dicit de eo. Matthæi 12. *Qui non est mecum, contra me est, & qui non colligit mecum, dispergit.* Item hic est qui à Deo est excommunicatus, quia sicut dicitur Hierem. 48. *Maledictus qui facit opus domini fraudulenter,* & Galat. 3. *Maledictus omnis qui non permanet in veritate.* Item hic est qui in fine mortis est condemnatus. Vnde 1. Ioan. 3. *Qui non diligit, manet in morte.* Sic ergo patet, quod qui in numero singulari significat virum stultum, hoc est dictum, hominem impium & peruersum.

¶ Sed si inuenitur qui in numero plurali, certe tunc etiam dico, quod signat homines impios, & iniquos pluribus vitijs indotatos, & pluraliter inuicem fœderatos. Sic ergo nota, quod isti sunt K

Qui
- merguntur in ima voragine desperationis,
- vnguntur fœda prurigine delectationis,
- teguntur terra caligine cœcæ rationis,
- punguntur dira rubigine contradictionis,
- coguntur dura flagellatione damnationis.

¶ Dicam igitur quod isti sunt qui merguntur desperationis ima voragine. Vnde de talibus dicitur Esa. 29. *Væ qui profundi estis vt à domino abscondatis consilium, quorum sunt in tenebris opera.* Item isti sunt qui vnguntur delectationis fœda pinguedine. De quibus Galat. 5. *Qui seminant in carne sua, de carne & metent corruptionem.* Item isti sunt qui teguntur cœcæ rationis terra caligine, scilicet, caligine ignorantiæ & obliuionis. Vnde isti sunt de quibus dicitur Prouerb. 2. *Qui relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebrosas, qui lætantur cum malefecerint & exultant in rebus pessimis.* Item isti sunt qui punguntur contradictionis seu etiam rebellionis dira rubigine, quia scilicet, isti contra Deum semper rebellare nituntur, & mandatis ipsius contraire. Vnde isti sunt de quibus dicitur Iob 21. *Qui dixerunt Deo, recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus, & quis est omnipotens, vt seruiamus?* Item isti sunt qui coguntur flagellationis, id est, æternæ damnationis dura salsugine. Vnde isti sunt de quibus dicitur Ezechiel. 32. *Omnes hi, inquit, interfecti ruentesque gladio, sunt qui descenderunt incircumcisi ad terram vltimam.* Qui posuerunt terrorem suum in terra viuentium, & portauerunt ignominiam suam cum his qui descendunt in lacum. Sic igitur patet, quod qui etiam in plurali refertur ad viros impios & peruersos. Et sic bene ostenditur de qui, quod dici & prædicari potest de stulto peccatore, de iusto viatore, de summo creatore. Sufficit.

## Quia.

Cum ista causalis coniunctio quia semper possit causam aliquam in omni morali materia allegare, & cum materiæ morales, sicut alibi dictum est, videantur consistere in quatuor, videlicet in personis, locis, rebus, & temporibus. (Personis dico, quæ sunt Deus, Angelus, Anima, Iustus, Damnatus & Beatus. Locis etiam, quæ sunt, Mundus, Religio, Corpus, Infernus, & Paradisus. Rebus insuper, quæ, scilicet, sunt, Vitia, Virtutes, Affectus, & Actus, Terrena, Scriptura, Tormenta & Præmia. Temporibus vlterius, quæ, scilicet sunt, Præterita, Præsentia & Futura) videtur quod per quia de omnibus istis tam in bono quam in malo propter sui multiplicitatem quæ in maioribus concordantijs inuenitur, causæ multiplices & variæ possunt assignari. Sed quoniam auctor ille auctoritates posuit infinitas, pauca de multis eligam, & transibo. A

¶ Primo ergo quantum ad personas notabo, quod ista dictio causalis,

Quia refertur ad
- Christum cunctipotentem,
- Iustum recte viuentem,
- Stultum male agentem.

Dico quod referri potest ad Deum. Constat enim quod de operibus Dei semper est dicere quia, id est, semper potest reddi ratio siue causa, licet non semper causa sciatur ab omnibus. Nihil enim à Deo sine causa legitima fit, & sine legitima ratione ipsius factum aliquod non pertransit, sicut dicitur Iob. 5. *Nihil in terra sine causa fit.* Si enim occultorum Dei iudiciorum & naturæ etiam secretorum causas nescimus, ipsas tamen esse legitimas nullatenus dubitamus. In omni enim opere Dei est dare quare & quia, interrogatiua & responsiua. Et sic dicam quod secundum quod Deus mirabilia & multiplicia facit opera, multiplex Quia de eo allegatur, scilicet vnum

Quia, quod concernit eius
- Essentiam permansiuam,
- Potentiam creatiuam,
- Clementiam redemptiuam,
- Prudentiam regitiuam,
- Iustitiam punitiuam,
- Affluentiam largitiuam,
- Eminentiam præcessiuam.

Eius
- Essentia debet contemplari,
- Potentia debet supplicari,
- Clementia debet adamari,
- Prudentia debet admirari,
- Iustitia debet formidari,
- Affluentia debet commendari,
- Eminentia debet postulari seu affectari.

C ¶ Igitur dicamus, quod Deus est amandus, honorandus, formidandus, & supplicandus multiplici ratione. ¶ Et primo certe quia habet essentiam permansiuam. Vnde ipse dicit Exod. 7. *Sciant Aegyptij, quia ego ipse sum.* Et Esa. 43. *Intelligitis quia ego ipse sum.* Et in Psal. dicitur. *Quia in æternum non commouebitur.* ¶ Item habet potentiam creatiuam, vnde Luc. 1. *Quia fecit mihi magna qui potens est & sanctum nomen eius.* Et in Psalm. dicitur. *Cantate domino quia mirabilia fecit,* & alibi. *Quia terribiliter magnificatus es, mirabilia opera tua,* vnde etiam Esa. 12. *Non timebo,* inquit, *quia fortitudo mea & laus mea dominus, & factus est mihi in salutem.* Et alibi in Psalm. *Duo,* inquit, *hæc audiui, quia potestas Dei est, & tibi domine misericordia, quia tu reddes vnicuique iuxta opera sua.* ¶ Item quia habet clementiam redemptiuam, vnde in Psalm. *Quia apud dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio.* Et alibi in Psalm. *Tu exurgens misereberis Sion, quia tempus miserendi eius, quia venit tempus.* Ista autem misericordia Dei non tantum apparet in veniæ seu in gratiæ collatione, imo etiam in bonorum temporalium necessaria exhibitione. Vnde in Psalm. dicitur. *Quia satiauit animam inanem, & animam esurientem satiauit bonis.* Et etiam in miserorum ab impijs liberatione, vnde in Psalm. *Quia contriuit portas æreas, & vectes ferreos confregit. Quia liberauit pauperem à potente, & pauperem cui non erat adiutor. Quia factus est spes mea turris fortitudinis à facie inimici.* Et iterum domino dicitur. *Glorificabo nomen tuum in æternum, quia misericordia tua magna est super me, & eruisti animam meam ex inferno inferiori.* Et alibi. *Quia suauis est misericordia tua.* Et iterum. *Quia magna super cælos misericordia tua.* Item quia habet prudentiam regitiuam. Per prudentiam enim & prouidentiam Dei regitur orbis terræ, vnde Esa. 49. Apoc. 7. *Non esurient neque sitient, quia miserator eorum reget eos,* & Esa. 37. dicitur. *Quia de Sion exibit lex, & verbum domini de Hierusalem,* Et Esa. 60. *Surge illuminare Hierusalem, quia venit lumen tuum, &c.* Et ibidem. *Non occidet vltra sol tuus, & luna tua non minuetur, quia dominus erit tibi in lucem sempiternam,* scilicet ad dirigendum & regendum te. ¶ Item quia habet iustitiam punitiuam, videlicet, hominum impiorum. Vnde in Psal. 38. dicitur. *Dominus amat iudicium, & non derelinquet seruos suos, &c.* Et alibi. *Quia faciet dominus iudicium inopis, & vindictam pauperum.* ¶ Item quia habet affluentiam largitiuam Psal. 106. *Quia satiauit animam inanem, & animam esurientem satiauit bonis* ¶ Item quia habet eminentiam prælatiuam. Ipse enim est dominus vniuersorum Psalm. *Quia dominus dominabitur Iacob, & finium terræ.* Et Leu. 25. *Quia ego dominus.* ¶ Item quia habet affluentiam largitiuam, scilicet quantum ad b[...]atos in gloria paradisi, vnde in Psalm. *Quia ædificauit dominus Sion, & videbitur in gloria sua.* Et alibi. *Quia misericordiam & veritatem diligit Deus, gratiam & gloriam dabit dominus.* Et iterum. *Quia melior est dies vna in atrijs tuis super millia.* Patet ergo quomodo quia, refertur ad Deum cunctipotentem. ¶ Sed B si vis nota adhuc quod est, scilicet summe

- Diligendus,
- Honorandus,
- Metuendus,

¶ Est dico summe diligendus. Filius enim naturaliter solet diligere patrem, miles ducem, populus regem, seruus dominum, discipulus magistrum. Homo etiam naturaliter diligit bonum. Nihil enim diligibile nisi sub ratione boni. Cum igitur Deus sit pater naturalis, dux principalis, rex vniuersalis, dominus generalis, magister etiam sapiens & æqualis, bene sequitur, quod sit à nobis merito diligendus Psal. *Diligite dominum omnes sancti eius.* Et si volumus, notemus quod iste diligendus est,

Quia
- miserator pie compatiens,
- liberator hostes concutiens,
- sustentator manum subijciens,
- auscultator statim exaudiens,
- dispensator cunctos enutriens,
- visitator iuuamen faciens,
- informator doctus & sapiens,
- consolator tristes respiciens,
- benignus conuersator neminem concutiens,
- feruidus inflammator corda igniens,
- præmiator donis alliciens.

¶ Diligatur ergo dominus, quia pius est & miserator Ps. *Quia apud dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio,* & alibi. *Tu exurgens misereberis Sion, quia tempus miserendi eius, quia venit tempus.* Et iterum. *Quia suauis est misericordia tua.* Et alibi. *Quia apud te propitiatio est.* Item diligatur quia fortis est & liberator Psalm. *Quia liberauit pauperem à potente, & pauperem cui non erat adiutor.* Et sic sibi dicat qui libet per ipsius fortitudinem liberatus illud Psal. *Quia tu es Deus qui liberas ab omni malo.* Item diligamus eum, quia releuans & sustentator Psal *quia factus est dominus susceptor meus.* Et illud. *Nisi quia dominus adiuuisset me, paulo minus habitasset in inferno anima mea.* Vnde de visitatione sua dicitur Luc. 1. *Quia visitauit & fecit redemptionem plebis suæ* Et Luc. 7. *Quia propheta magnus surrexit in nobis, & quia Deus visitauit plebem suam.* Item quia est exaudiens non denegator Psalm. *In die tribulationis meæ clamaui ad te, quia exaudisti me.* Item quia liberalis est dispensator seu saturator, vnde illud prædictum Psal. 106. *Quia satiauit animam inanem, & animam esurientem satiauit bonis.* Item quia charitatiuus est visitator. Semper enim solet suos sociare & visitare, vnde Esaiæ 43. *Quia ego dominus saluator tuus, noli timere, quia ego tecum sum.* Hieremiæ 1. Ipse enim semper nobiscum est paratus. Item quia nobis sapiens est informator. Vnde cuilibet à Deo illuminato & erudito dicitur Esa. 60. *Non occidet vltra sol tuus, & luna tua non minuetur, quia dominus erit tibi in lucem sempiternam.* Item quia placidus est consolator Esaiæ 49. *Quia consolatus est dominus populum suum, & pauperum suorum miserebitur.* Item quia benignus est conuersator Matth. 11. *Discite à me quia mitis sum & humilis corde.* Item quia feruidus est inflammator. Per charitatem enim inflammat corda sanctorum. Vnde Esa. 66. *Quia ecce dominus in igne veniet.* Item præcipue & super omnia diligendus est dominus, quia splendidus est præmiator, dans beatis pro præmio gloriam sempiternam. Vnde in Psal. *Quia misericordiam & veritatem diligit Deus, gratiam & gloriam dabit dominus.* De qua etiam gloria dicitur [...] Deo. *Quia melior est dies vna in atrijs tuis super millia.* Quia, scilicet [...] est tota merces, iuxta illud Psal. *Quia delectasti me domine in factura tua, &c.* Et sic ergo patent multæ causæ quare Deus est summe diligendus. ¶ Item Deus etiam est super omnia summe reuerendus. Et certe multiplici ratione, videlicet

Quia
- bonitate viget assidua,
- veritate fulget perspicua,
- dignitate viuet præcipua,
- æternitate manet perpetua,
- charitate feruet contigua.

E ¶ Dicamus igitur, quod Deus, qui est omnium causa prima, potest proprie dici quia. Et sic dicamus de isto, quia videt assidua bonitate Ps. *Laudate dominum, quia bonus dominus, Psallite nomini eius, quia suaue est.* Item fulget perspicua veritate. Ipse enim habet scientiarum omnium clarissimam veritatem. Matthæi *Magister scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces.* Sed in Ps. 83. *Quia misericordiam & veritatem diligit Deus.* Ille enim veritatem & certitudinem scientiæ & sapientiæ confert, sicut dicitur Prou. 2. *Quia dominus dat sapientiam, & ex eius ore scientia & prudentia.* Et illud

pia:

prædictum Esa.60. *Quia dominus erit tibi in lucem.* Vnde ipse est qui dicit Hier.10. *Quia non est viri via eius, neque viri est vt ambulet.* Item quia docet se omnes præcipua dignitate. Ipse enim omnibus præeminet atque præcellit. Vnde in Psalm.134. *Quia ego cognoui, quod magnus est dominus, & Deus noster præ omnibus dijs.* & Esaiæ.41. Ipsemet loquitur dicens sic. *Quia ego dominus,* & Esaiæ.60. *Quia ego dominus saluans,* & Esaiæ.2. *Quia excelsus reputatus est.* Item quia manet perpetua æternitate. Vnde ipse dicit Esa.43. *Intelligatis quia ego ipse sum, ante me non est formatus Deus, & post me non erit,* & in Psalm. dicitur. *Quia ipse est,* & Ioan.12. *Quia Christus manet in æternum.* Item quia lingua feruet charitate. Iste enim per charitatem Incarnationem se humano generi contiguauit & vniuit, & se nobis præsentialiter demonstrauit, ita quod non solum charitatiuus, imo charitas dictus fuit Roman.5. *Quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris,* vnde de ipsius charitatiua præsentia ipsemet loquitur dicens, scilicet illud Esaiæ.52. *Quia ego ipse qui loquebar, ecce adsum.* Dico, scilicet

Adsum { satus diuino semine,
natus sub carnis tegmine,
vera fatus verborum ordine,
operatus mira sub homine,
laceratus in crucis fulmine,
suscitatus à mortis turbine,
sursum latus cœlorum culmine.

¶ In omnibus enim istis summe apparuit amor, & charitas nostri, quia videlicet primæ causæ. Dicam ergo, quod quia fuit satus diuino semine, scilicet, per generationem æternam Lucæ 4. *Quia tu es filius Dei.* Item quia fuit natus sub carnis tegmine Lucæ 2. *Quia natus est vobis hodie Saluator mundi.* Item quia fuit fatus diuino famine, scilicet, prædicando, & docendo Lucæ 20. *Magister scimus quia recte dicis & doces.* Et Esa.1. dicitur. *Quia os Domini locutum est.* Ipse etiam dicit Ezech.29. *Quia ego locutus sum.* & Ezech.34. *Quia ego dominus locutus sum, &c.* Item quia fuit gratus miro numine. Multa enim miranda operatus est pro salute nostra. Vnde illud Psalm. *Cantate domino canticum nouum, quia mirabilia fecit,* vt & nos dicamus illud Lucæ 5. *Quia vidimus mirabilia hodie.* Et Ioan.11. *Quia hic homo multa signa facit.* Item quia fuit stratus à mortis fulmine, vt & sic de eo dici possit illud Lucæ 15. *Quia frater tuus mortuus fuerat.* Item quia fuit tractus à mortis turbine, scilicet, in resurrectione, vnde Ioan.20. *Quia oportet eum à mortuis resurgere.* Et 1. Corinth.15. *Quia sepultus est & resurrexit.* Item quia fuit latus in cœli culmine, scilicet, in ascensione. Vnde ipse dicit Ioan 14. *Quia ego ad patrem vado,* & ibidem. *Quia vado parare vobis locum.* Ecce ergo quomodo noster quia charitatiue se habuit ad nos, & sic bene dixi quia contigua feruet charitate. Et sic patet, quod sunt multæ causæ quare Deus summe est reuerendus.

F ¶ Item Deus noster quia omnia causans & prima causa summe est metuendus. Et hoc pro certo

Propter suæ { potentiæ magna miracula,
scientiæ clara spectacula,
iustitiæ seuera iacula.

¶ Timeatur ergo, quia sua potentia omnia perficit Lucæ 1. *Quia fecit magna qui potens est, & sanctum nomen eius,* & in Psal.138. *Quia terribiliter magnificatus es, mirabilia opera tua.*

¶ Item quia sua scientia omnia conspicit. Magis enim timendus est ille, qui videt nostros defectus quam alius. Et sibi potest dici illud Ioan.16. *Nunc scimus quia scis omnia.*

¶ Item quia sua iustitia omnia conficit, seu impios afficit seu despicit. Vnde ipse dicit Esaiæ 61. *Quia ego dominus diligens iudicium.* Et in Psalm.118. *Quia æquitas iudicia tua,* & Esaiæ 66. *Quia dominus in igne diiudicabit.* Et sic igitur patet de nostro quia, videlicet, de primo, quomodo ipse est metuendus, reuerendus, & diligendus. Et sic dico, quod hæc causalis coniunctio Quia refertur ad Deum cunctipotentem.

G ¶ Secundo vero principaliter dico, quod aliquando refertur ad iustum rite viuentem. Iustus enim potest dici quia causalis. Coniunctio dico, quia per charitatem est sui cum Deo & proximo, & aliorum ad inuicem vnitiuus, & concordatiuus, bonorumque plurium causatiuus, & cum causa legitima omnino, quæ operum effectiuus. Igitur dicamus, quod vir iustus meretur gratiam in præsenti, & gloriam in futuro, multiplici ratione videlicet.

Qui { de peccatis conterebatur,
de contritis confitebatur,
de confessis emendabatur,
totus Deo dedicabatur,
in mandatis exercebatur,
legem Dei perscrutabatur,
charitate inflammabatur,
pietate humectabatur,
bonum opus operabatur,
cœlestia contemplabatur,
super omnes honorabatur,
humilia consectabatur,
iudicia meditabatur,
Dei opera contestabatur,
flebilia consolabatur,
iustitia regulabatur,
diligentia excitabatur,
colloquia moderabatur,
veracia amplexabatur,
fallacia detestabatur,
cœli gloria præmiabatur.

¶ Istæ enim sunt 21. rationes & causæ, quare noster Quia
A Deo fuit dilectus,
Per Deum fuit electus,
Ad Deum finaliter sursum vectus.

¶ Igitur supponamus, quod dominus quia fuit quidam sanctus, qui habuit istas 21. virtutes, & dicamus sic, quia de commissis conturbatus, scilicet, per contritionem. Et ideo ipse dicebat domino illud Psalm. *Ego dixi domine miserere mei, sana animam meam, quia peccaui tibi.* Et alibi etiam ipse dicebat in Psalm. *Quia inflammatum est cor meum, & renes mei commutati sunt, & ego ad nihilum redactus sum, & nesciui.* Item quia de contritis fuit confessatus. Iste enim non solum conterebatur, imo etiam confitebatur. Vnum enim sine alio non sufficit. Vnde Esaiæ 38. *Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te, neque expectabunt, &c.* Vnde Ioan.1. *Et confessus est, & non negauit, & confessus est, quia ego non sum Christus.* Item quia de peccatis fuit emendatus, scilicet per satisfactionem condignam, vnde ipse dicit Hierem.31. *Quia domine Deus postquam conuertisti me, ego egi pœnitentiam, & postquam ostendisti mihi percussi femur meum, confusus sum, & erubui, quia sustinui opprobrium adolescentiæ meæ.* Item quia totus Deo fuit dedicatus, seu etiam diuino seruitio deputatus, vnde ipse est qui dicit in Psalm. *O domine quia ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ.* Item quia in mandatis fuit occupatus, scilicet, complendis & exercendis. Vnde ipsemet dicit Deo in Psalm. *Quia mandatis tuis credidi, quia mandata tua quæsiui, quia mandata tua desiderabam, & c.* similia. Item quia Dei legem fuit perscrutatus, vnde ipse dicit in Psalm. *Quia legem tuam non sum oblitus,* vt & nos dicamus sibi illud Prouerb.6. *Quia mandatum lucerna est, & lex, lux, & via vitæ, increpatio disciplinæ.* Item quia charitate fuit inflammatus. Vnde ipse est, qui dicit Can.2. *Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo,* vnde ipse potuit dicere Deo illud Ioan.21. *Tu scis domine quia amo te.* Item quia pietate fuit humectatus, dicens illud Cant.5. *Quia caput meum plenum est rore.* Sequitur. *Expoliaui me tunica mea* scilicet, vt eam darem pauperibus, sicut fecit beatus Martinus. & nos dicamus sibi illud Psalm. *Quia apud te propitiatio est,* & Ioel 2. *Quia benignus & misericors est,* & in Psalm. *Quia misericordiam diligit,* & Iac.2. *Quia pauperes elegit.* Item quia vtilia fuit operatus. Vnde sibi potest dici illud Eccl.10. *Bibe cum gaudio vinum tuum, quia Deo placent opera tua,* vnde & dominus consolatur tales dicens Hier.31. *Quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui à lacrymis, quia est merces operi tuo.* Item quia cœlestia fuit contemplatus, vnde Ephes.4. dicitur sic. *Quia descendit primum in inferiores partes terræ, qui descendit, ipse est, & qui ascendit super omnes cœlos.* Item quia super omnes fuit honoratus. Vnde Dominus potuit sibi dicere illud Rom 4. *Quia patrem multarum gentium posui te,* & Aggæi 2. *Ponam te quasi signaculum, quia te elegi, dicit dominus.* Item quia humilia fuit consectatus. In statu enim authoritatis & honoris humilitatem seruabat Hebr.9. *Quia maior seruiet minori.* Et ideo ipse dicebat domino illud Psalm. *Quia humiliatus sum nimis,* & alibi. *Bonum mihi domine quia humiliasti me,* & Galat.3 *Qui cum in forma Dei esset, humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem.* Sequitur. *Omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris.* Item quia iudicia fuit meditatus, vnde ipse dicebat in Psalm. *Cognoui quia faciet dominus iudicium inopis & vindictam pauperum,* & alibi. *Quia in*

*iudicia tua semper speraui*, vnde & ipse dicebat domino. *Quia iudicia tua iucunda*. Item quia Dei opera fuit contestatus, vnde dicitur Dan.3. *Placuit mihi prædicare signa eius, quia magna sunt, & mirabilia eius, quia fortia*, vt scilicet, quilibet ipsum audiens dicat sibi illud Psalm. *Quia eloquium tuum viuificauit me*. Item quia flebiles fuit consolatus, vt sic quilibet tristis sibi dicat illud Psalm. *Quia tu domine adiuuisti me, & consolatus es me*. Item quia iustitiæ est regulatus Ecclesiast.7. *Hoc inueni quod fecerit Deus hominem rectum*, vt sciret isti quia dicatur illud Psalm. *Quia æquitas iudicia tua*. Item quia diligentia fuit excitatus. Diligens enim & laboriosus erat. Vnde de eo dicitur Prouerb.30. *Gustauit & vidit quia bona est negotiatio eius*, vt figuretur in illis rotis de quibus dicitur Ezech.1. *Quia spiritus vitæ erat in rotis*. Et vt finaliter dicat ipse illud Eccl.51. *Quia modicum laboraui & inueni mihi multam requiem*. Item quia colloquia fuit moderatus. Parum enim loquebatur Thren.3. *Sedebit solitarius, & tacebit, quia leuauit se supra se*. Vt sic sit de illis de quibus dicitur in Psalm. *Lætati sunt quia siluerunt, & deduxit eos dominus in portum voluntatis eorum*. Item quia veracia fuit amplexatus. Dilexit enim præcipue veritatem. Vnde sibi potuit dici illud prædictum. *Quia verax es, & viam Dei in veritate doces*, & illud Ps. *Quia misericordiam & veritatem diligit*. Vnde Apoc.19. *Quia vere iusta iudicia eius*. Item quia fallacia fuit detestatus, hæreticos enim & hypocritas odiebat. Vnde sibi loquitur dominus Apoc.2. *Quia odisti facta Nicolaitarum, quæ & ego odi*. Item quia cœli gloria fuit præmiatus, s. in fine. Vnde sibi potest dici illud Esa.60. *Quia venit lumen tuum, & gloria domini super te orta est. Quia ecce tenebræ operient terram, & caligo populos. Super te orietur dominus, & gloria eius in te videbitur*, & Eccl.64. dicitur. *Quia vidit Deum lucis*. ¶ Sic ergo patet quomodo quia, id est, vir iustus & sanctus varijs virtutibus est insignitus, & quomodo bonum multiplicium causa dictus. Et sic bene dico, quod quia refertur quandoque ad iustum sancte viuentem.

H ¶ Tertio vero dico, quod quia refertur ad impium nefas agentem. Quia enim causalis coniunctio signat iniquos & defectuosos, qui sc. sunt causa & occasio omnium vitiorum, signat etiam querulosos & litigiosos, & etiam proteruos & malitiosos, quia isti nunquam volunt confiteri reatus suos, imo de omnibus quæ male agunt, semper nituntur reddere causam, & continue dicunt quia. Suppone igitur quod dominus quia fuit vnus malus & proteruus homo, qui causa erat multorum malorum, & qui malam causam assignando & reddendo iniquitates suas improbe defendebat. Vel alio modo dic, quod vir iniquus, scilicet,

A Deo vilipenditur,
A Diabolo subiugatur & decipitur,
A Mundo tribulatur & affligitur,
A Cœlo effugatur & excluditur,
Ab Inferno deuoratur & recipitur,

Multiplici ratione nobis declarata: quia, videlicet, fuit

Mordax & detractor,
Mendax & iactator,
Rapax & exactor,
Vorax & comestor,
Fallax & deceptor,
Tenax & non dator,
Fugax & non stator,
Crudelis & durus,
Fœtidus & non purus,
Hebes & obscurus,
Pauens & non securus,
Falsus & non verus,
Mixtus & non merus,
Superbus & ferus,
Mollis & non seuerus,
Discors & austerus.

¶ Dicamus igitur, quod vir iniquus post mortem iuste punitur, & hoc multiplici ratione, videlicet, quia fuit detractor & mordax. Vnde ipse fuit de illis de quibus dicitur in Ps.36. *Quia exacuerunt vt gladium linguas suas, intenderunt arcum rem amaram, vt sagittent in occultis immaculatum*. Et alibi dicit iustus. *Quia os peccatoris & os dolosi super me apertum est*. Item quia fuit iactator & mendax. Vnde ipse potuit dicere illud Esa.28. *Flagellum inundans cum transierit, non veniet super nos, quia posuimus mendacium spem nostram, & mendacio protecti sumus*. Quod vero iste quia, iactator fuerit, satis patet in euangelio, vbi dicit. *Quia rex sum ego*, & alibi. *Quia filium Dei se fecit*. De mendacio autem dicitur Zach.13. *Quia mendacium locutus es* [...] Item quia fuit exactor & rapax [...] de ipso & sui similibus [...] illud [...] *animam meam irruerunt in me fortes*, & Esa. [...] dicitur. [...] *lenta prædatio cum tumultu*. Et illud Aba.1. *Quia impius* [...] *sum iustum*. Et illud Prou.24. *Quia rapinas meditatur* [...] quia fuit comestor & vorax. Vnde Esa.15. *Quia aquæ Dibon* [...] *sunt sanguine*. Vnde Prou.23. *Quia vacantes potibus & dantes symbola consumentur*. Item quia fuit deceptor & fallax. Vnde [...] *Quia omnis frater supplantans supplantabitur, & omnis amicus fraudulenter incedet. & inimici hominis domestici eius*. Item quia non fuit [...] sed tenax, scilicet per auaritiam quam amabat. Vnde diabolus auaris potuit dicere illud Hier.6. *Quia extendam manum meam super habitantes terram*. A minore etiam vsq; ad maiorem omnes auaritiæ student. Item quia non fuit stator, sed fugax, quia in bono non perseuerauit. Vnde in Ps. sibi potuit dici illud. [...] *tibi mare quod fugisti, & tu Iordanis quia conuersus es retrorsum*. [...] dico, impius finaliter damnabitur, quia fuit crudelis & [...] Vnde Esa.48. sibi dicitur. *Scio enim quia durus es tu & neruus ferreus ceruix tua, & frons tua ærea*, vt & sibi dicatur illud Matth. [...] *quia homo durus es, metis vbi non seminas, & congregas vbi non sparsisti*. Item quia fœtidus & non purus, s. per immunditiam luxuriæ. Vnde sibi potest dici illud Ezech.16. *Multiplicasti fornicationem tuam*. [...] Sequitur. *Quia fabricasti lupanar tuum in capite omnis viæ*. Et O[...] *Quia fornicans fornicabitur*. Item quia fuit hebes & obscurus. [...] enim scientiam non habebat, sed eam penitus contemnebat. Ideo dominus sibi dicit Oseæ 4. *Quia tu scientiam repulisti, repellam te*, vt sit de illis de quibus dicitur Prou.23. *In auribus insipientium ne loquaris, quia despicient doctrinam eloquij tui*. Et in Ps. *Quia repleti sunt qui obscurati sunt terræ domibus iniquitatum*. Et Esa. [...] *ctus est populus meus captiuus, quia non habuit scientiam*. & Prou. [...] *rietur, quia non habuit disciplinam*, Et illud Esa.60. *Quia ecce tenebræ operient terram, & caligo populos*. Item quia fuit pauens non securus. Trepidabat enim timore vbi non erat timor. Vnde I[...] 8. *Timebat enim quia adhuc puer erat*. Item quia fuit veris verbis rarum vsus, vnde Esa.59. *Quia corruit in plateis veritas, & æquitas non potuit ingredi*, & Ioan.8. *In veritate non stetit, quia veritas in eo non est*. Sequitur. *Quia mendax est*. Item quia fuit mixtus & non merus, sicut scilicet sunt hypocritæ, similes idolis, quæ mixta sunt veritate apparenti, & falsitate existenti. Vnde Baruch 6. *Sicut loquit, postea quia falsa sunt, quia non sunt dij, & nullum opus Dei est*. Item quia fuit superbus & ferus Thre.3. *Quia leuauit se supra se*, & Hier.50. *Quia contra dominum erecta est*. Item quia fuit mollis non seuerus, quia, scil. delitias non pœnitentiam frequentabat. Vnde delitioso diuiti dicitur Lucæ 16. *Fili recordare quia recepisti bona in vita tua*, & in Ps. *Quia anima ipsius benedicetur*. Verumtamen caueat iste, quia pro certo ista mollis & prospera delitiositas totaliter in fine cessabit. Vnde Esa.47. *Quia non vocaberis vltra mollis*. Item quia fuit discors & austerus, & pacem & concordiam non amabat, sed eam rumpebat sæpius & turbabat. Vnde iste poterat dicere illud Matth.10. *Nolite arbitrari, quia venerim pacem mittere in terram, non veni pacem mittere, sed gladium*. Igitur multimodæ rationes & causæ sunt quare mali à Deo dimittuntur, & quare finaliter in inferno damnabuntur, & quare etiam ipsi (quia causa malorum) malis perpetuis affliguntur. Et sic patet, quomodo ista coniunctio causalis quia, referri potest sc. ad stultum [...] torem, ad iustum viatorem, ad Deum creatorem, &c. Su[...]

Quid. Nota, quod quid ponitur vt communiter [...] siue vel inquisitiue, & sic dico, quod ista dictio quid est quandoque, scilicet,

Superbiæ reprehensiua,
Iustitiæ disceptatiua,
Fallaciæ redarguitiua,
Pigritiæ excitatiua,
Ignauiæ confirmatiua,
Auaritiæ condemnatiua,
Cœli gloriæ inquisitiua,
Obedientiæ executiua,
Mundi miseriæ declaratiua.

¶ Est dico quid reprehensiuum superbiæ Eccl.10. *Quid superbis terra & cinis?* Et Zach.4. *Quid tu mons magne contra Zorobabel?* [...] est disceptatiuum iustitiæ, sicut Mich.6. *Populus meus quid feci* [...] *aut quid molestus fui tibi? &c.* Et Esa 5. *Quid vltra debui facere vineæ meæ, & non feci?* Item redarguitiuum fallaciæ. Et sic sumitur Luc. [...] vbi fraudulenter se tentantibus dixit Christus. *Quid me tentatis hypocritæ?* Item est pigritiæ excitatiuum Matth. [...] *Quid hic statis tota die* [...]

*... est* em est iguanıæ c... n... traciorum Ma... l... *Quid timebo* ... m ... stix ... lemi ... iuum, sicut Mat... *si hominis vniuersum mundum lucretur, anima vero detrimentum patiatur*. Item est cœli gloriæ inqui... uum, sicut ... 9. *... faciam vt vitam æternam habeam*. Item est obedi... præ... uum, sicut Actuum 9 *Domine quid me vis facere* ... est n... ... ferta allegatiuum, sicut ... Psalm.143. dicitur. *... quid est homo quia innotuisti ei?* Et ibi. *Quid est homo quod memor ...* ... imilia, quia, scilicet omnia ista interrogatiua p... ssunt ... ... timode, secundum quod ad diuersa negotia ap... ... § S... tamen aliquid vlterius addere vis, dic quod

P... ...d arguit, inter- } Deus, Iudex, Iustus, Impius.
... ... & reprehendit

B ... ... igitur dico, quod Deus nos arguendo & de nobis ... vtitur isto pronomine Quid, & sic certe dico, ... Deo per Quid arguuntur & reprehenduntur

Nostræ {
Sæuitiæ ... ta iacula,
Vigetiæ ... stricta vincula,
Facundiæ l... xata spicula,
Superbiæ a... ta cornicula,
Auaritiæ vsta pectuscola, seu hausta munuscula,
Immunditiæ fœda prostibula,
Iniustitiæ ingrata tercula,
Patientiæ confracta cingula,
Imprudentiæ fuscata specula,
Apparentiæ ficta signacula.

... dico, quod per quid à Deo reprehenditur crudelium dira ... Sic arguebatur. Cain post occisionem Abel Gen.4. vbi ... nus sibi dixit: *Quid fecisti? Ecce vox sanguinis fratris tui clamat de terra*. Item arguitur à Deo ignauorum torpens pigritia. ... videtur ille summus paterfamilias dicere illud Matth. 20. *... hic statis tota die otiosi? Ite & vos in vineam meam, &c.* Et Christus ... pulis suis dixit: *Quid dormitis? surgite & orate, ne intretis in tentationem* Luc.22. & Ionæ 1. *Quid sopore deprimeris? surge, inuoca Deum tuum*. Item arguitur loquacium mordax facundia. Vnde detractoribus dicit Dominus Num.16. *Quid est enim Aaron, vt murmuretis contra eum?* Et in Psalm. *Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? Tota die iniustitiam cogitauit lingua tua, sicut nouacula acuta fecisti dolum. Dilexisti omnia verba præcipitationis, lingua dolosa, propter hoc, &c.* Item arguitur à Domino potentium alta superbia. Et sic dicitur Ecclesiast.10. *Odibilis coram Deo & hominibus superbia.* Sequitur: *Quid superbis terra & cinis?* Ideo superbo dicitur Iob 15. *Quid tumet contra Deum spiritus tuus?* Item reprehenditur auarorũ concupiscentia. Et sic dixit Dominus Luc.9. & Matt.16. *Quid proficit homini, si lucretur totum mundũ, anima vero sua detrimentum patiatur?* Ideo Dominus mundi & mundanorum negotiorum dilectoribus dixit Hierem.2. *Et Nunc quid tibi vis in via Aegypti, vt bibas aquam turbidam? Et quid tibi vis cum via Assyriorum, vt bibas aquam fluminis?* Item arguitur à Domino clericorum fœda luxuria. Et sic videtur Dominus dicere illud Hierem. 11. *Quid est, quod dilectus meus in domo mea facit scelera multa?* Item arguitur à Domino ingratorum iniustitia & inuerecundia. Et sic conqueritur Dominus de obliuione beneficiorum suorum, dicens Esa.5. *Quid est, quod debui vltra facere vineæ meæ, & non feci?* Et Oseæ 5 *Quid faciam tibi Ephraim? Quid faciam tibi Iuda?* Et Micheæ 6. *Popule meus quid feci tibi? aut quid molestus fui? responde mihi.* Item arguitur à Domino turbidorum, est, impatientium fracta modestia. Et sic dixit Dominus Hierem. 30. *Quid clamas super contritione tua? insanabilis est dolor tuus.* Item arguitur à Domino deceptorum picta decentia, scilicet, hypocrisis & apparentia ficta de quo dicitur Hierem. 2. *Quid niteris bonam ostendere viam tuam, vt quæras dilectionem, quæ insuper malitias tuas docuisti vias tuas?* Et Esa.22. *Tu quis hic, aut quasi quis?* Sic ergo patet, quomodo reprehensiue istud pronomen, Quid, pertinet ad Deum.

§ Secundo dico, quod istud pronomen Quid pertinet & ad iustum. Et sic dico, quod iustus dicit Quid, interrogando, sc.

Deum,
Seipsum,
Proximum.

Et primo interrogando Deum. Et sic certe dico, quod homo dicendo Quid,

Admiratur Dei humilitatem,
Contemplatur Dei sublimitatem,
Amplexatur Dei suauitatem,
Altercatur Dei seueritatem.
Præstolatur Dei benignitatem.

Dico igitur quod dicendo, Quid, iustus admiratur diuinam humilitatem. Et sic miratur, quomodo accessit ad hominem, carnem sumendo, & ipsum in hac vita personaliter visitando. Vnde in Psalm.8. dicitur: *Domine, quid est homo, quia innotuisti ei, aut filium hominis, quia reputas eum: Homo vanitati similis factus est, dies eius sicut vmbra prætereunt.* Et alibi: *Quid est homo, quod memor es eius, aut filium hominis, quia visitas eum.* Item dicendo Quid, iustus contemplatur diuinam sublimitatem, & tamen, quia ista incomprehensibilis est, sibi dicitur Iob 11. *Excelsior cœlo est, & quid facies? profundior abysso, & vnde cognosces?* Item dicendo quid, iustus amplexatur diuinam suauitatem. Vnde de anima deuota Christum sponsum per deuotionem amplexante dicitur Prouer. 31. *Quid dilecte mi? quid dilecte vteri mei? quid dilecte votorum meorum?* Item dicendo quid, iustus insectatur seu altercatur diuinam seueritatem, scilicet, aliqualiter de ea conquerendo, & sic videtur formidolose dicere illud Psalm.73. *Vt quid Deus repulisti nos in finem? Iratus est furor tuus super oues pascuæ tuæ?* & iterum: *Vt quid Domine recessisti longe? despicis in opportunitatibus in tribulatione,* & iterum: *Vt quid destruxisti maceriam eius, &c.* Et iterum: Psalm.21. *Deus meus, Deus meus, vt quid me dereliquisti?* Item dicendo quid, iustus præstolatur Dei benignitatem, scilicet de ipsius misericordia confidendo, & cœli gloriam affectando: & sic dicitur in Psalm. *Quid enim mihi est in cœlo? & à te quid volui super terram?* & sic dicebat ille Marc. 10. *Magister, quid faciam vt vitam æternam possideam:* & Apostoli Christo dixerunt Matth.19. *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis? Amen dico vobis, &c.* Patet ergo, quod iustus dicendo Quid interrogat Deum.

§ Deinde dico, quod Iustus dicendo Quid, ipse interrogat seipsum tripliciter, videlicet, D

De { Naturæ carnalis fragilitate,
Figuræ mundialis inanitate,
Iacturæ finalis necessitate.

C § Quærit ergo de carnis natura, quantum sit fragilis; & sic dicit illud prædictum: *Quid est homo, quod memor es eius? &c.* Sequitur. *Homo vanitati similis factus est, dies eius sicut vmbra prætereunt:* & Iob 7. *Quid est homo, quia magnificas eum? &c.* quasi dicat: Nihil est, quantum ad naturam ipsam corporalem Eccl.16. *Nos vero quid sumus?* Et Deuter.5. *Quid enim est omnis caro?* § Item quærit de mundi figura, id est, de propria sua fortuna, quantum sit mobilis. Et sic dicitur Sap.5. *Quid profuit nobis superbia? aut diuitiarum iactantia quid nobis attulit? transierunt omnia tanquam vmbra, & tanquam nuncius præcurrens, & tanquam nauis quæ pertransit fluctuantem aquam.* De diuitijs etiam quærit Prouerb 17. *Quid prodest habere diuitias stulto, cum sapientiam non possit emere?* Apostolus etiam 1.Corinth.4. quærit de fortuna dicens. *Quid habes, quod non accepisti? quod si accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?* Item quærit de mortis iactura, quod sit terribilis. Et sic dici potest de homine morituro illud Luc.24. *Quid quæritis viuentem cum mortuis?* quasi dicatur: homo simul viuit & moritur, &c. Et Ecclesi.17. *Quid lucidius sole? & hic deficiet.* Patet igitur, quod homo per Quid interrogat de seipso.

§ Denique dico, quod dicendo Quid, ipse quærit seu interrogat de proximo. Et sic dico, quod per quid fit quæstio E

De speculantibus cur alta mirantur,
De discordantibus cur non concordantur,
De innocentibus quare tribulantur,
De lamentantibus quare contristantur,
De dubitantibus quare retardantur,
De præsumentibus quia alta scrutantur.

§ Dico ergo, quod quæri potest quid est, quod speculantes suprema contemplantur, cum scilicet illa sint vltra vires ingenij nostri. Sic quærunt Angeli quid est, quod homines conantur inuestigare naturam cœlestium, cum tamen vix terrestria possint scire? Sic dicebant Act.1. *Viri Galilæi, quid admiramini aspicientes in cœlum? &c.* Ideo talis curiosus inuestigator arguitur Amos 7. *Quid vides? gradere & fugere.* § Item quæritur quid est, quod discordantes simul non fœderantur. Vnde Act.7. *Fratres quid nocetis alterutrum?* § Item quid est, quod innocentes in mundo tribulantur. Vnde de Christo dicitur Luc.23. *Quid enim mali*

fecit scilicet, vt debeat crucifigi. Et in Psalm. 10. *Quoniam quæ tu perfecisti, destruxerunt. Iustus autem quid fecit?* Et Matth. 26. *Quid molesti estis huic mulieri? bonum enim opus operata est.* Et Ioan. 9. *Quis peccauit, hic, aut parentes eius, vt cæcus nasceretur? &c.* ¶ Item quid est, quod lamentantes in mundo contristantur, sicut dictum est Magdalenæ. *Mulier quid ploras?* Et Actuum 21. *Quid facitis flentes & affligentes cor meum?* Et Marc. 5. *Quid conturbamini & ploratis? non est mortua puella sed dormit.*

¶ Item quæritur quid est quod cespitantes in Deo non firmantur. Sic dicitur Matth. 8. *Quid timidi estis modicæ fidei?* Sic ergo patet quomodo istud pronomen Quid pertinet ad iustum.

F ¶ Tertio dico, quod istud pronomen Quid quandoque spectat ad impium. Et sic dico, quod per Quid peccator reprehenditur, scilicet,

De auaritiæ feruore cupido,
De iniustitiæ furore rigido,
De inconstantiæ liuore fluido,
De negligentiæ sopore torpido,
De præsumptionis errore stolido,
De elationis vapore fumido,
De ambitionis ardore feruido,
De corruptionis humore sordido,
De communionis amore infido,
De proditionis liuore pallido,
De locutionis rumore turbido.

Dicam ergo, quod malus per Quid arguitur de auaritiæ cupido feruore, & sic dicitur Prouerb. 17. *Quid prodest habere diuitias stulto, cum sapientiam non possit emere?* & illud Ecclesiast. 14. *Homini liuido ad quid aurum?* Item arguitur de iniustitiæ rigido furore. Iob 18. *Quid perdis animam tuam in furore tuo?* & 1. Reg. 21. *Quid introduxistis eum, vt fureret coram me?* Item arguitur de inconstantiæ fluido liuore, & sic dicitur in Psalm. *Quid est tibi mare, quod fugisti? & tu Iordanis, quia conuersus es retrorsum.* Item arguitur de negligentiæ torpido sopore. Vnde illud prædictum Ioan. 1. *Quid tu sopore deprimeris? &c.* Et illud Matth. 20. *Quid hic statis tota die otiosi? &c.* Item arguitur de præsumptionis stolido errore. Et sic dicitur Eccl. 7. *Quid prodest homini maiorem se sequi?* Item arguitur de elationis fumido vapore. Et sic dicitur illud prædictum Ecclesiast. 10. *Quid superbit terra & cinis?* Vnde Hierem. 12. *Quid facies in superbia Iordanis?* Item arguitur de ambitionis feruido ardore 2. Paralipomenon. 16. *Combusserunt super eum ambitione nimia*, scilicet desideria ad dignitates mundanas. Item arguitur de corruptionis sordido humore. Sic igitur dicitur Ecclesiast. 17. *Quid nequius, quam quod caro & sanguis excogitauit?* Item arguitur de communionis infido amore, id est, de fama & male proportionata societate. Et sic dicitur Eccles. 13. *Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea, &c.* Sequitur: *Quid communicabit cacabus ad ollam?* & Hierem. 23. *Quid paleis ad triticum? &c.* Item arguitur de proditionis liuido pallore. Et sic dicitur Ecclesiast. 31. *Nequius oculo quid creatum est?* Oculus enim, qui clausus latet, & tamen videt, proditorem designat, qui caute & malitiose videt, & tamen sub palliationibus occultatur & latet. Item arguitur de locutionis turbido rumore. Vnde de homine verboso dicitur Act. 17. *Quid vult seminator verborum hic? nouorum dæmoniorum videtur denunciator esse.* De mendace vero dicitur Eccles. 34. *Ab immundo quid mundabitur? & a mendace quid verbi dicetur?* De susurrone vero dicitur Threnor. 3. *Quid murmurauit homo viuens? &c.* sufficit.

A **Quidam.** Nota, quod Quidam semper signat singularitatem, & quia singularitas & solitudo quandoque significant in bono quandoq; in malo, hinc est, quod Quidam aliquando signat virum iustum & perfectum, per vitæ singularitatem & excellentiam ab alijs segregatum; & sic sumitur Luc. 19. vbi dicitur, quod *homo quidam nobilis abijt in regionem longinquam accipere sibi regnum* & Matth. 25. *Homo quidam peregre proficiscens, &c.* Aliquando vero signat virum impium & imperfectum, à communitate fidelium & charitate per odium & inuidiam separatum, & in moribus singularem, solitarium, & iniquum; & tales, vt communiter,

Vitijs infirmantur,
Diuitijs ditantur,
Supplicijs grauantur.

Quod isti vitijs infirmentur, patet Ioan. 4. vbi dicitur: *Erat quidam regulus Capharnaum, cuius filius infirmabatur.* Quod isti diuitijs ditentur, patet Luc. 16. vbi dicitur, quod *homo quidam erat diues, & induebatur purpura.* Item quod isti finaliter supplicijs grauentur, patet Luc. 10. [illegible] *quidam descendebat ab Ierusalem in Hiericho, & in* [illegible]

¶ Et si vis, nota adhuc [illegible] Quidam semper signat quandam certam & singularem [illegible] tatem siue bonam siue malam. Et ideo breuiter dicere possum, quod

Quidam in singulari potest dici de { Deo, Iusto, Impio.

¶ Primo igitur dico, quod Quidam potest dici de Deo. [illegible] enim dicitur Quidam, quia vniuersa præcellit. Præcedit [illegible] scilicet,

In virtuali operatione,
In generali dominatione,
In magistrali discussione,
In liberali distributione.

Iste enim præ cæteris operatur virtualiter. Et ideo iste [illegible] agricola, de quo dicitur Matth. 21. *Homo quidam plantauit vineam, & locauit eam agricolis.* Vinea enim ista est Ecc[illegible] cula vero est anima vel scriptura, quam scilicet hom[illegible] Christus non cessat diuersimode serere, colere, vel [illegible] Item iste præ cæteris dominatur generaliter, qu[illegible] rex & imperator vniuersalis. Vnde de ipso dici[illegible] *quidam nobilis abijt in regionem longinquam accipere sibi regnum* [illegible] iste præ cæteris discutit magistraliter, quod [illegible] cio contra malos. Vnde Luc. 16. *Homo quidam erat diues qui habebat villicum, qui etiam diffamatus est apud eum, &c.* Expone [illegible] præ cæteris præmiat liberaliter, & hoc præcipue fiet [illegible] quando suis fidelibus æternam gloriam dispensabit. [illegible] tur de eodem illud Luc. 14. *Homo quidam fecit cœnam magnam & vocauit multos, & misit seruos hora cœnæ dicere inuitatis, vt venirent parata sunt omnia.* Et sic ergo patet, quomodo Quidam p[illegible] dici de Deo.

¶ Secundo certe dico, quod Quidam quandoque dicitur [illegible] iusto. Iustus enim propter singularitatem perfectionis, q[illegible] præcellit, Quidam merito potest dici. Et dico, quod ipsum singularem reddit

Nitor castitatis depuratiuæ,
Valor largitatis distributiuæ,
Squalor paupertatis obediuæ,
Dulcor pietatis miseratiuæ,
Dolor paupertatis cruciatiuæ,
Vigor stabilitatis solidatiuæ,
Clamor iucunditatis collaudatiuæ.

Dico ergo, quod iustus dicitur Quidam, quia hunc castitas reddit mundissimum. Iste est enim eunuchus, qui se propter regnum cœlorum castrauit, quapropter ipsum Dominus ad cœli gloriam euocauit. Vnde 3. Reg. 22. *Vocauit rex eunuchum quendam.* Item dicitur Quidam, quia hunc largitas reddit gratissimum. Virtus enim liberalitatis & hospitalitatis reddit hominem Deo gratum. Sicut enim dicitur Hebr. 14. *Per hanc virtutem placuerunt quidam Angelis hospitio receptis.* Et ideo Christus volens cœnare, legitur dixisse discipulis Matth. 26. *Ite in ciuitatem ad quendam & dicite ei, apud te facio pascha. &c.* Vt & de hospitali liberalitate [illegible] tur illud Ioan. 11. quod *intrauit Iesus in quoddam castellum, & mulier quædam Martha nomine excepit illum in domum suam.* Item [illegible] dicitur Quidam, quia hunc paupertas reddit aptissimum. [illegible] pertas enim, quia nihil habet, quod aggrauet, reddet hominem agilem ad currendum, & ad Christum per bona opera sequendum. Exemplo Ioannis, de quo dicitur Marc. 14. *Adolescens autem quidam sequebatur eum, amictus syndone super nudo.* Item dicitur iste Quidam, quia hunc pietas reddit dulcissimum, scilicet ad alijs misericorditer condolendum. Exemplo scilicet Samaritani, de quo dicitur Luc. 10. quod *vulneratum à latronibus Samaritanus quidam misericordia motus excepit in iumentum suum, & ligauit vulneribus infudit oleum atque vinum.* Item iste dicitur Quidam, quia hunc charitas crucidat intimum, scilicet habendo in te crucis Christi memoriam & deuotionem, vt talis Quidam st ille, de quo dicitur Luc. 14. *Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua*, id est, arborem crucis in mente sua, figuratur [illegible] quodam Simone Cyrenæo, quem angariauerunt, vt tolleret crucem Iesu. Simon, qui interpretatur obediens, est quilibet Christianus deuotus, qui scilicet in corde suo per compassionem angariatur, quando crucem Iesu portare per memoriam comprobatur.

Item

[illegible], quia hunc infirmitas reddit fortissimum, [illegible] est [illegible] stabilis atque constans, & fortis [illegible] pa- [illegible] ducti. Et [illegible] dicitur Iob 4. *Stetit quidam cuius non agnoscebam vultum, imago coram oculis meis:* & Matth. 19. *Sunt quidam de his [illegible], qui non gustabunt mortem.* Item dici potest Quidam, [illegible] nomen optimum, sc. Deum laudando [illegible]. Vnde Luc. 11. *Extollens vocem quædam mulier de [illegible] Beatus venter, qui te portauit, & vbera, quæ suxisti.* Et sic [illegible] patet, quomodo Quidam significat singularitatem in [illegible] & quomodo omnes virtuosi & perfecti Quidam pro[illegible] possunt, sicut satis patet 1. Cor. 12. vbi dicitur sic: *Quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia, primum quidem Apostolos, secundo Prophetas, tertio Doctores, quarto virtutes* &c. Ephes. 4. dicitur, quod *Deus dedit quosdam Apostolos, quosdam Prophetas* &c. Et merito, [illegible] dicitur Eccles. 48. *Quidam eorum fecerunt, quod placeret Deo.* Et sic patet, quomodo Quidam aliquando dicitur de [illegible].

[illegible] dico, quod Quidam aliquando dicitur de impiis [illegible] & malis, vt communiter, non sunt omnes per com[illegible]etatem, charitatem, & largitatem, sed potius sunt per particularitatem & singularitatem, & per odij & [illegible] traneam partialitatem. Et sic nota quod isti sunt in malo, & hoc certe, quia

Ignorantiæ nube teguntur,
Idololatriæ lege viuantur,
Pertinaciæ fronte coguntur,
Gastrimargiæ cibo augentur,
Iniustitiæ passu flectuntur,
Immunditiæ luxu ducuntur,
Inconstantiæ fuga labuntur,
Somnolentiæ strata premontur,
Imprudentiæ verbis viuntur,
Insolentiæ cursu feruntur,
Incredentiæ fossa clauduntur,
Auaritiæ nexu stringuntur,
Epilepsiæ ventis anguntur, seu etiam
Excellentiæ flatu pelluntur,
Pestilentiæ pœnæ subduntur.

Dicam ergo, quod tales Quidam fiunt nebulosi per ignorantiam, quia sc. isti ignorant Deum, & quicquid pertinet ad salutem. 1. Cor. 15. *Ignorantiam enim Dei quidam habent.* Figuratur scil. in illo cæco, de quo dicitur Luc. 18. quod *cæcus quidam sedebat secus viam mendicans.* Via enim, quæ ducit ad Paradisum, est sacra scriptura, circa quam pro certo quidam sedent, & tamen veritatem ipsius ignorant, iuxta illud Eccl. 16. *Longe est testamentum à quibusdam.* Item dico, quod tales Quidam fiunt vitiosi per idololatriam. Constat enim, quod ex quo verum Deum ignorant, faciliter dæmonibus & eorum cultui & erroribus se inclinant. Vnde 1. Macchab. 2. *Accessit quidam Iudæus in omnium oculis sacrificare idolis.* Item dico, quod tales Quidam fiunt furiosi siue frontosi per pertinaciam. Et sic isti comparantur dæmoniacis & furiosis, pertinacibus & frontosis Luc. 8. *Occurrit illi vir quidam, qui habebat dæmonium.* Item dico, quod tales Quidam facti sunt gulosi per gastrimargiam. Et sic dicitur Luc. 16. *Homo quidam erat diues, qui induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendide.* Item tales Quidam sicut claudicosi per iniustitiam, pendent e[illegible]m ad vtramque partem. Vnde Act. 14. *Quidam vir Lystris infirmus pedibus sedebat, claudus ex vtero matris, & nunquam ambulauerat:* supple, recte. Et Act. 3. fit mentio, *quomodo vir quidam claudus baiulabatur quotidie ante portam templi, vt eleemosynam acciperet.* Comparantur iudices claudicantes, qui non quærunt, nisi recipere munera &c. vt de tali iudice dicatur illud Luc. 18. *Iudex quidam erat in ciuitate quadam, qui Deum non timebat, nec hominem reuerebatur.* Item dico, quod tales Quidam facti sunt malitiosi & gulosi per carnis spurcitiam. 1. Cor. 10. *Quidam ex ipsis fornicati sunt.* Item dico, quod tales Quidam fiunt lubricosi per inconstantiam. 2. Macch. 8. *Quidam formidantes & non credentes Dei iustitiæ, in fugam conuertebantur.* Item dico, quod tales Quidam fiunt otiosi per somnolentiam seu pigritiam, vt sic de eis possit dici illud 1. Cor. 15. *Quidam autem dormierunt.* Item dico, quod tales Quidam fiunt querulosi, seu etiam plus verbosi per excellentiam, quia scilicet isti per vaniloquia & susurra in verbis puerilibus debito plus abundant. Vnde 1. Tim. 1. *Quidam aberrantes conuersi sunt in vaniloquium.* & 1. Corint. 10. *Quidam eorum murmurauerunt & perierunt ab exterminatore.* Item dico, quod tales Quidam fiunt curriculosi per insolentiam, hoc est dictum, instabiles & inquieti. Vnde 2. Thess. 3. *Audiuimus quosdam inter vos ambulare inquiete, nihil operantes, sed curiose agentes.* Item tales Quidam fiunt tenebrosi per mfiduciam seu incredentiam, [illegible] est dictum, propter defectum veræ fidei. 1. Tim. [illegible] *Quidam [illegible] a fidem naufragauerunt:* & 1. Tim. [illegible]. *In nouissimis temporibus di[illegible] quidam a fide, attendentes spiritibus erroris.* Item dico, quod [illegible] Quidam fiunt dolorosi per auaritiam. Vnde 1. Timoth. 6. *Radix omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes inseruerunt se doloribus multis.* Auarus enim semper est in miseria & dolore. Item dico quod tales Quidam fiunt præsumptuosi per extollentiam, seu etiam superbiam 1. Corint. 3. *Inflati sunt quidam:* & Marc. 14. *Erant quidam indigne ferentes* &c. Item dico, quod tales Quidam fiunt turbati ad mortis seriam, quia scil. isti finaliter in æternam damnationem ruunt. Vnde Luc. 10. *Homo quidam descendebat ab Hierusalem in Hiericho, & incidit in latrones,* id est, in dæmones, *qui despoliantes eum, plagis impositis abierunt semimortuo relicto.* Tales enim finaliter de mundi gloria ad infernum descendunt, vbi nudati & vulnerati dæmonibus succumbunt. Patet igitur, quomodo Quidam potest dici

Quilibet peccator,
Iustus viator,
Summus creator,
Sufficit.

**Quidem.** Nota, quod Quidem aduerbium affirmandi accipitur pro vere vel pro certe. Affirmat enim & asserit omne illud, cui coniungitur vel ligatur. Et vt breuiter transeamus, dicamus, quod ista assertio A

Quidem quandoque affirmatur de { Deo, Iusto, Impio.

¶ Primo igitur dico, quod Quidem affirmatur de Deo. Illa enim, quæ de Deo prædicantur, per Quidem sæpius affirmantur. Affirmatur enim in seipso

Diuinitas latens in homine,
Humanitas iuncta cum numine,
Benignitas plena dulcedine,
Mortalitas pressa sub turbine,
Seueritas mordens acredine,
Autoritas cum celso nomine.

Asseritur enim, quod in Christo latet diuinitas. 1. Cor. 15. *Quidem Deus erat in Christo.* Item asseritur, quod in Deo manet humanitas. Figura Tobi. 9. vbi dicitur, quod *Tobias vocauit Angelum, quem quidem hominem existimabat.* Item asseritur, quod in Christo viget benignitas, qua scil. ipse paret misericorditer omnibus. Vnde Iob 14. *Tu quidem gressus meos dinumerasti, sed parce peccatis meis.* Item asseritur, quod in Christum cadit mortalitas, scilicet in passione. Marc. 14. *Filius quidem hominis vadit* (supple ad mortem) *sicut scriptum est de eo:* & Heb. 5. *Et cum esset filius Dei, didicit ex his, quæ passus est obedientiam.* Item asseritur, quod in Christo regnat seueritas, scilicet iustitiæ. Vnde Hierem. 12. *Iustus quidem tu es Domine, si disputem tecum.* Item asseritur in eodem autoritas cum celso nomine, in quantum sc. omnia obediunt sibi. Vnde Baruch. 6. *Sol quidem & Luna & sydera obaudiunt* (scil. voci Dei) *& perficiunt, quod eis à Deo imperatum est.* Sic igitur patet, quod hoc aduerbium Quidem aliquando affirmatur de Deo.

¶ Secundo dico, quod istud aduerbium Quidem affirmatur de iusto, & sic dico de Domino quidem, ac si esset verus, certus & sanctus homo, quod hic solet B

Domino meruere,
Pauperes induere,
Fœminas effugere,
Mortalem se dicere,
Sub norma se regere,
Immundos abluere,
Segetes excolere,
Minimum se credere,
In altum excrescere,
Nuptias instruere,
Granas reddere,
Doctrinis affluere,
Singulos diligere,
Mundana contemnere,
Cum morte confligere,
A Deo procedere,

 Sacerdos

Sacerdos existere,
Iucundus incedere,
Fœdera coniungere,
Carceri incumbere,
Stupenda efficere,
Se mundo abscondere,
Se clarum ostendere,
Calices effundere,
Gregibus assistere,
Obedientem se prodere,
Post luctum splendescere.

Dicam igitur de Domino quidem, hoc est, de quolibet [illegible] iusto, certo videlicet atque vero, quod hic Deum amat & metuit. Ideo ipse est, qui dicit Tobi 4. *Pauperem quidem vitam gerimus sed multa bona habebimus si timuerimus Deum.* Item hic pauperes ditat & induit. Iob 27 *si sicut lutum praeparauerit vestimenta, praeparabit quidem, sed iustus vestietur eis, & argentum innocens diuidet.* Item [illegible] immunda fugit & respuit, hoc est dictum, luxuriam. Vnde 1. Reg. 21. *Et quidem si de mulieribus agitur, continuimus nos.* Item hic vilem se clamat, & mortalem innuit, dicens scilicet Sap. *Sum quidem ego mortalis homo similis hominibus, & ex genere terreno illius, qui prior finctus est.* Item hic sub norma viuere statuit, scilic. sub regulis disciplinæ, vt sit de illis, de quibus dicitur Sap. 11. *Cum enim tentati sunt* (& quidem cum misericordia) *disciplinam acceperunt.* Item hic immundos mundat & abluit Acto. 1. *Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini spiritu sancto.* Et Lucæ 3. *Ego quidem baptizo vos aqua.* Item hic segetes colit & instruit, segetem dico seu messem sacræ scripturæ Matth. 9. *Messis quidem multa, operarij autem pauci.* Item hic præ cunctis sese diminuit, scilicet se humilem reputando 2. Cor. 10. *In facie quidem Christi humilis sum inter vos.* Item hic in altum crescens se astruit, similis scilicet isti grano sinapis Matth. 13. *Quod quidem minimum est omnibus seminibus & leguminibus, cum autem creuerit, maius est omnibus oleribus.* Item hic nuptias iungit & construit, nuptias dico charitatis & veri amoris, dicens scilicet illud Matth. 22. *Nuptiæ quidem paratæ sunt.* Item hic gratias reddit & annuit, quia scilicet solet Deo & cuicunque benefactori suo dignas & debitas agere gratias, vt sibi dicatur illud 1. Cor. 14. *Tu quidem bene gratias agis.* Rom. 1. *Primum quidem gratias ago.* Item hic doctrinis pollet & affluit Rom. 3. *Primum quidem credita sunt illis eloquia Dei.* Et Roman. 10. *Et quidem in omnem terram exiuit sonus eorum* &c. Item hic singulis amorem influit. Vnde Philip. 2. *Epaphroditus quidem omnes vos desiderabat, & mæstus erat, propterea, quod audieratis illum infirmatum.* Item hic mundana spernens destituit. Vnde ipse est qui dicit Philip. 3. *Quæ quidem retro sunt obliuiscens, ad ea vero quæ sunt priora, extendens meipsum, ad destinatum prosequor brauium.* Item hic cum morte pugnat & arguit, quia scilicet iustus contemnendo mortem, vincit mortem. Vnde 2. Tim. 1. *Qui scilicet Christus destruxit quidem mortem, illuminauit autem vitam & incorruptionem.* Item hic à Deo manat & effluit, quia scilicet iste est filius Dei per adoptionem & gratiam. Vnde illud Heb. 5. *Quidem enim esset filius Dei, didicit ex his quæ passus est, obedientiam.* Item hic in sacris minister affuit, quia scilicet ille fuit spiritualis sacerdos, sacer dux, vel sacra docens. Vnde Heb. 10. *Omnis quidem sacerdos præsto est.* Item hic in Deo lætus resplenduit, quia scilicet iustus semper est gaudens in spiritu sancto. Vnde de Apostolis dicitur Act. 5. *Et illi quidem ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.* Item iste in pace vixit & deguit, quia scilicet iste pacem & concordiam in Ecclesia seminauit Act. 9. *Ecclesia quidem habebat pacem, & ædificabatur.* Item hic tribulationes & carceres pro Deo & iustitia sustinuit, vt scilicet sibi & suis similibus dicatur illud Sap. 18. *Digni quidem sunt carere luce, & pati carcerem.* Luce dico mundanæ prosperitatis, carcerem vero dico sæuæ tribulationis. Item hic in signis multis emicuit, quia scilicet iusti faciunt mirabilia opera & stupenda Ioan. 20. *Multa quidem & alia signa fecit Iesus, quæ non sunt scripta in libro hoc.* Item hic se mundo celat & obstruit, quia scilicet iustus virtutes suas per inanem gloriam non publicat, sed eas contegit atque celat, quamuis prædicare alijs non desistat. Vnde Actor. 9. *Audientes quidem vocem, neminem videntes.* Item hic exemplis claris docuit, quia scilicet iustus quandoque docet exemplis, non verbis, & quandoque etiam verbis, & non exem[illegible] de Act. 22. *Lumen quidem viderunt, vocem autem eius non audierunt.* Item hic sitienti potum tribuit. Opus enim misericordiæ est sitienti [illegible] potare. Vnde iste dicebat sitientibus illud Matth. 20. *Calicem quidem meum bibetis, sedere autem ad dexteram meam, non est meum* [illegible]

Gregibus dico iubd[illegible] inter eos debite di[illegible] Matth. 25. quod *stat[illegible] oues quidem à* [illegible] Item hic Domino libenter paruit, quia [illegible] mandata semper fuit obedire paratus, [illegible] tas aggrauaret, quia scilicet sicut di[illegible] *promptus est, caro autem infirma.* Item hic [illegible] sed post mortem iucun[illegible] clarius, vt [illegible] ubi & fui[illegible] possit dici illud Io. 16 *Et vos nunc quidem tr[illegible] habet[illegible] tem videbo vos, & gaudebit cor vestrum.* Patet ergo quom[illegible] dem aliquando affirmatur de iusto.

¶ Tertio dico, quod istud aduerbium quidem a[illegible] stulto, id est, de homine impio & per[illegible] Et sic [illegible] quod per Quidem de[illegible] tribitur vir iniust[illegible]

Quantum ad { Præsentem prosperitatem qua præ[illegible] / [illegible]gentem iniquitatem [illegible] / Sequentem calamitatem quæ [illegible] }

Igitur dico, quod per quidem asseritur [illegible] prosperitas, qua solent pollere, quia scili[illegible] præ cæteris plus abundant [illegible] quod [illegible]

Pollent honoribus,
Scatent muneribus,
Carent verberibus.

Ista enim sunt tria principalia mundi bona, in quibus [illegible] maniter abundant mali, scilicet dignitates & [illegible] quibus impio Prophetæ Balaam dixit impius rex Bal[illegible] 24. *Decreueram quidem magnifice te honorare* (scilicet [illegible] filijs Israel) *sed Dominus priuauit te honore.* Item facultates & opulentiæ, sicut patet de vsurarijs & falsis mercatoribus, & de furibus & prædonibus, *qui in domibus plus abundant,* sicut de Iuda dicitur Actor. 1. *Et hic quidem possedit agrum de mercede iniquitatis, & suspensus crepuit medius.* Item voluptates & complacentiæ, sicut scilicet sunt multi qui in pace & complacentia semper viuunt. Vnde cuilibet tali potest dici illud dictum fuit Hierusalem peccatrici Lucæ 19. *Si cognouisses, &* [illegible] *& tu* supple fleres. Et sequitur. *Et quidem in hac die qua ad pa[cem] tibi.* Sequitur. *Quia venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo, & coangustabunt te vndique, & ad terram prosternent te.* Patet [illegible] quod per quidem vitiis impijs asseritur præsens prosperitas, [illegible] solent pollere.

¶ Deinde dico, quod per quidem asseritur in vitiis impij[s] [illegible] gens iniquitas, qua solent fœtere, hoc est dictum abundantia & superfluitas vitiorum. Et sic certe dico, quod in istis asseritur

Varietas odibilis,
Societas abominabilis,
Ebrietas damnabilis,
Satietas irritabilis,
Crudelitas intolerabilis,
Debilitas fugax & labilis,
Obscuritas cæca vel nubilis,
Sublimitas superba & mobilis,
Loquacitas nunquam domabilis.

Patet de sua odiosa & deceptoria varietate, quia perfidi ad[ula]tores vtramque ripam volunt pascere, & vtrique parti adhærere, sed cum neutra penitus firmiter stare, figurati scilicet [illegible] Samaritanis, de quibus dicitur 4. Regum 17. quod *ipsi [timebant] quidem Deum, sed nihilominus idolis seruientes.* Et dicitur [illegible] dem, *quod ista de causa à leonibus sunt occisi.* Item patet de sua praua & solida societate. Constat enim quod mali in suis prauis fœderibus & societatibus valde sunt solidi atque firmi, & maxime contra bonos. Figurati in squammis Leuiathan, de quo dicitur Iob. 41. quod *corpus eius quasi scuta fusilia compactum squammis prementibus, vna vni coniungitur, & nec spiraculum quidem incedit per eas.* Corpus enim Leuiathan, id est, diaboli, est societas reproborum, cuius scilicet squammæ, id est, personæ taliter sunt coniunctæ, quod nec spiraculum quidem per eos penetrat. Et patet de sua continua & horrida ebrietate, de quo [illegible] tur assertiue 1. Corinth. 11. quod *alius quidem esurit, alius autem ebrius est.* Item patet de sua rixosa & auida voracitate [illegible] ta[illegible] te, de qua scilicet Sapien. 16. *Illi quidem concupiscentes escam* & Sequitur. *Etenim cum illis superuenit saua bestiarum ira &* [illegible] Item patet de sua [illegible] & terribili crudelitate de qua scilicet d[icitur] S[illegible] 11. *Pro fonti quidem sempiterni fluminis sanguinem humanum d*[illegible]

Item patet de sui vana & fluida labilitate seu fugacitate, de [illegible] dicitur Baruch 2. vbi de sacerdotibus idolorum dicitur: *Sacerdotes quidem eorum fugiunt, & liberabuntur*, quasi dicat. [illegible] ijs non perseuerabunt stabiles, sed in fugam per in[illegible] convertentur, vt de inconstantia sua dicant ipsi [illegible] Sapien. 5. *Nos*, inquiunt, *nati continuo desiuimus esse, & virtutum quidem nullum signum valuimus ostendere*. Item patet de sua tetra & [illegible]ida obscuritate, hoc est dictum, de sua ignorantia imbe[illegible], de qua scilicet dicitur Sap. 17. quod *ignis quidem nulla vis poterat eis lumen praebere*. Et merito, quia scilicet sicut dicitur Sap. 18. [illegible] *quidem sunt carere luce, & pati carcerem*. Carere dico luce verae [illegible] & scientiae, & pati carcerem ignorantiae. Item patet de sua [illegible] & tumida pomposistate de qua scilic. dicitur 2. Mach. 15. *Nicanor quidem summa superbia erectus cogitabat commune trophaeum statuere de Iuda*. Item patet de sua stolida loquacitate, de qua dicitur [illegible] 4. *Lingua modicum quidem membrum est, & magna exaltat*. Ecce [illegible] tus ignis quam magnam syluam incendit. Patet igitur, [illegible] per quidem asseritur in impijs ingenua iniquitas, qua solent [illegible]rere.

B ¶ Denuq; dico, quod per quidem asseritur in impijs sequens aduersitas, qua solent dolere. Quia vere mali post praesentem prosperitatem & iniquitatem solent finaliter venire ad infernalem aduersitatem & poenalitatem. Et sic nota, quod per quidem nobis insinuatur, quod impij & peruersi

In peccatis suis moriuntur,
Ab hostibus dira capiuntur,
In tenebris atris includuntur.

Dico ergo, quod isti moriuntur in culpis proprijs. Vnde Ezechiel cap. tertio. *Si non fuerit conuersus à via sua mala, ipse quidem in iniquitate sua morietur*. Item dico, quod isti capiuntur vinculis anxijs. Vnde Ezechie. 33. *Si venerit gladius, & tulerit de eis animam, ille quidem in iniquitate sua captus est*. Item dico, quod isti includuntur tenebris noxijs. Vnde illud praedictum Sapi. 18. *Digni sunt illi quidem carere luce, & pati carcerem* &c. Sufficit de Quidem affirmatiuo.

A **Quicquid.** Nota, quod Quicquid idem est, quod omne quod. Sicut ergo Quisquis refertur ad personas, sic Quicquid refertur ad res. Et sic nota, quod est dare vnum Quicquid

Mandatorum, quod est obseruandum,
Promissorum, quod est accelerandum,
Meritorum, quod est procurandum,
Vitiorum, quod est refutandum,
Tormentorum, quod est formidandum,
Praemiorum, quod est affectandum.

¶ Dico igitur, quod est dare vnum Quicquid, quod est faciendum. Istud certe Quicquid à Deo vel à praelato nobis iniungitur & mandatur. Vnde Nu. 23. *Nonne dixi tibi, quod quicquid Dominus imperaret mihi, hoc facerem?* & Num. 24. *Quicquid Dominus dixerit, hoc loquar*: & Ruth. 3. *Quicquid dixeris mihi, hoc faciam*. Vnde de bonis operibus, quomodo obseruanda sunt, & facienda dicitur Num. 3. *Tribum Leui fac stare in conspectu Aaron sacerdotis, vt ministrent, & excubent, & obseruent, quicquid ad cultum pertinet*. Et illud Epistolae 3. Ioan. *Fideliter agis, quicquid operaris in fratres*.

¶ Item est dare vnum Quicquid, quod est adimplendum, & istud certe est, Quicquid votorum aut promissorum licitorum & honestorum fecerimus. Vnde de filia Israel, id est, de anima Christiana dicitur Num. 30. *Quicquid pollicita est, & iurauit, opere complebit*.

C ¶ Item est vnum Quicquid, quod est acquirendum, & istud certe est Quicquid meritorum & virtutum possumus procurare. Vnde Deus & sancti possunt talibus dicere illud Numer. 10. *Quicquid optimum fuerit ex operibus, dabimus tibi*. Istud est illud Quicquid sanctum & sanctificatum, de quo dicitur Leuit. 23. *Quicquid semel consecratum fuerit, sanctum sanctorum erit*. Illa enim, quae proprie consecrata sunt Deo, & sibi specialiter dedicata, sunt merita & virtutes, & etiam homines virtuosi & religiosi, de quibus sc. dicitur Leu. 27. *Quicquid decimum euenerit, sanctificabitur*. Religiosi enim & clerici proprie dicuntur decimi, quia pro humani generis decima in sortem Domini sunt assumpti, & Deo specialiter dedicati.

¶ Item est vnum Quicquid, quod est respuendum, & istud est Quicquid vitiorum est vel etiam temporalium gaudiorum, malorum etiam & inutilium consortiorum. Istud enim triplex Quicquid est summe vitandum, videlicet,

Quicquid { Peccati iniquitatis, / Terrenae prosperitatis, / Immundae societatis.

Quicquid dico iniquitatis, de quo Deut. 14. *Quicquid morticinum fuerit non vescamini ex eo*. Morticinum dico, id est, peccatum. Peccatum enim pro eo dicitur morticinum, quod per peccatum anima iugulatur. Num. 1. *Quicquid masculini generis fuerit, iugulate*. Quicquid etiam prosperitatis seu temporalis facultatis, quia scilicet, terrena bona sunt illa, quae inebriant & infatuant cor humanum. Vnde bene dicitur Num. 6. de Nazaraeis, quod *quicquid de vua exprimitur, non bibunt*: Sequitur: *Quicquid ex vinea esse potest, non comedent*. Quicquid insuper malae societatis. Et merito, quia pro certo sicut dicitur Num. 19. *quicquid tetigerit immundus, immundum faciet*. Immundum autem reputabatur in lege Deut. 11. *Quicquid pennulas & squammas carebat, quicquid super pectus suum tangendo terram incedebat, & quicquid alas & pedes quatuor possidebat*.

Primi significant carnales & delitiosos, qui sc. aspera cute, id est, poenitentiae asperitate carent.
Secundi significant auaros & ambitiosos, qui scil. pectore, id est, corde & toto corpore terrae, & terrenis adhaerent.
Tertij vero significant superbos, elatos, & gloriosos, qui videlicet quatuor alis & pedibus diuersarum affectionum mentem & animam sursum leuant.

Istud est igitur vnum Quicquid, quod est respuendum.

¶ Item dico, quod est vnum Quicquid, quod est metuendũ, E & istud est Quicquid oppressionis tyrannorum, de quibus dicitur 1. Reg. 15 quod *quicquid vile & reprobum fuit, demoliti sunt*: & Iudic. 6. *Quicquid tetigerant deuastantes*. Et Quicquid finaliter fiet afflictionis infernalium tormentorum, vt scilicet, dici possit illud Leu. 7. *Quicquid tertius inuenerit dies ignis absumet*. Tres enim dies sunt tria tempora, scilicet,

Praeteritum,
Praesens,
Futurum.

¶ Item est vnum Quicquid, quod est appetendum, scil. quicquid est gaudiorum & praemiorũ Paradisi. Istud est illud Quicquid, quod beatis petentibus datur, de quo 1. Ioan. 3. F *Fiduciam habemus ad Deum, vt quicquid petierimus, accipiamus ab eo, quoniam mandata eius custodimus*. Vnde de puellis Assueri, id est, de beatis animabus dicitur Hester 2. quod *ingredientes ad regem, quicquid ad ornatum pertinebat, postulantes accipiebant* &c. Sufficit.

**Quicunque.** Nota, quod Quicunque accipitur pro omnis qui, & est nomen seu pronomen, significans generalitatem seu communitatem rerum vel personarum, siue in bono, siue in malo. Et ideo notare possumus, quod Quicunque signat generalem A

Auctoritatem,
Humilitatem,
Vtilitatem,
Prohibitionem,
Comminationem,
Supplicationem.

De primo dicitur Matth. 16. *Quaecunque super terram erunt ligata, erunt ligata & in caelis*. De secundo Matth. 20. *Quicunque voluerit inter vos maior esse sit vester seruus*. De tertio dicitur Ioan. 16. *Quaecunq; habet pater, mea sunt*. De quarto Genes. 9. *Quicunque effuderit humanum sanguinem, fundatur sanguis illius*. De quinto dicitur Iaco. 2. *Quicunque totam legem seruauerit, deliquerit autem* &c. De sexto Ioel 2. *Quicunque inuocauerit nomen Domini, saluus erit*.

¶ Sed si vis vltra aliquid dicere de Quicunq; dic, quod Quicunque principaliter refertur ad personas, & ad res. Et primo B quidem dicamus aliquid de personis. Et sic certe dico, quod per Quicunque possunt intelligi Quicunque

Virtuosi,
Vitiosi,
Luctuosi,
Fructuosi,
Dolorosi.

Primi Quicunque sunt honorandi,
Secundi Quicunque sunt reprobandi,
Tertij Quicunque sunt sustentandi,
Quarti Quicunque sunt exaltandi,
Quinti Quicunque sunt detestandi.

¶ Dico

§ Dico ergo, quod nos inuenimus quoscunque virtuosos esse honorandos. Quicunque enim boni sunt, honore & laude digni sunt Hester 6. *Sic honorabitur quemcunque rex decreuerit honorare:* & Num. 16. dicitur, quod *quemcunque elegerit Dominum, ipse erit sanctus.* Et breuiter, quia vir iustus, prudens & perfectus omnes vult diligere, in omnibus scit eligere, omnes corrigere, omnes erigere, & in omnibus virtuose & prudenter se habere, videtur, quod ipsum possumus quemcunque generaliter appellare, eo quod quibuscunque virtutibus potest pollere. Et sic notabo, quod ille dicitur vir perfectus Quicunque

Subsistit humiliter,
Resistit viriliter,
Insistit agiliter,
Assistit fideliter,
Stringitur amoris fœdere,
Spargitur dulcoris munere,
Tangitur timoris pondere,
Regitur splendoris sydere,
Tergitur horroris scelere,
Pascitur saporis vbere.

Dico ergo, quod à Deo diligitur, & per ipsum finaliter saluatur ille, quicunque subsistit humiliter. Humilitas enim summe placet Deo. Vnde ipse dicit Matth. 18. quod *quicunque humiliauerit se sicut paruulus iste, hic maior est in regno cælorum:* & Lucæ 18. *Quicunque non acceperit regnum Dei sicut paruulus, non intrabit in illud.* E contrario vero dicit Marc. 10. quod *quicunque voluerit fieri maior, erit minister vester: & quicunque voluerit inter vos esse primus, sit omnium seruus.* Item ille Dei est amicus, qui resistit viriliter. Vnde 1. Reg. 14. *Quemcunque videret Saul virum fortem & aptum ad prælium, sociabat eum sibi.* Item quicunque insistit agiliter, hoc est dictum, quicunque obedit faciliter, seu quicunque insistit diligenter. Vnde Matth. 12. *Quicunque fecerit voluntatem patris mei, qui in cælis est, ipse meus frater & soror & mater est.* Item quicunque assistit fideliter scilic. orando Deum, & suam gratiam implorando, & fidem ipsius confitendo, & ipsius seruitium exequendo. 2. Par. 2. *Quicunque orauerit in loco isto, exaudi de habitaculo tuo:* & Luc. 12 dicit Dominus: *Quicunque confessus fuerit me coram hominibus, filius hominis confitebitur illum coram Angelis Dei:* & 1. Reg. 2. *Quicunque honorificauerit me, glorificabo eum;* quia breuiter, sicut dicitur Actor. 2. *Quicunque inuocauerit nomen Domini, saluus erit.* Item dico, quod ille iustus & perfectus debet reputari, quicunque stringitur amoris fœdere, de quo 1. Macch. 8. *Quicunque accesserunt ad Romanos, statuerunt cum eis amicitias.* Item quicunque spargitur dulcoris munere, hoc est dictum, quicunque libenter alijs dat, quod habet. Mat. 10. *Quicunque potum dederit calicem aquæ frigidæ, non perdet mercedem suam.* Item quicunque tangitur timoris pondere. Vnde Eccl. 39. *Cum viro sancto assiduus esto, quemcunque cognoueris obseruare timorem Dei.* Item quicunque regitur splendoris sydere, hoc est dictum, diuinæ sapientiæ luce, quia sicut dicitur Gal. 6. *Quicunque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos, & misericordia.* Regula enim dicitur à regendo, sapientia enim regit & regula vniuersa, quia sicut dicitur Sap. 9. *per sapientiam sanati sunt.* Item quicunque tergitur horroris scelere, id est, quicunque purificatur & lauatur ab immunditiis vitiorum, de quo Galat. 3. *Quicunque in Christo baptizati estis, Christum induistis.* Item quicunque pascitur saporis vbere, hoc est dictum, sacramento salutis, digne videlicet, & honeste. Vnde Matth. 22. *Quoscunque inueneritis, vocate ad nuptias.* Caueant tamen isti, sicut dicitur 1. Cor. 11. *Quicunque manducauerit panem, vel biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis & sanguinis Domini.* Et certe tales quicunque sunt merito commendandi, quia pro certo isti sunt, quos Deus elegit ad sancte viuendum. Num. 16. *Quemcunque elegerit Dominus, ipse erit sanctus.* Item quos Deus vngit ad digne regendum. Vnde de Dauid inungendo in regem Israel dixit Dominus Samueli 1. Reg. 16. *Vnges quemcunque monstrauero tibi.* Item quos Deus erigit ad sibi succedendum, quia sicut dicitur Rom. 8. *quicunque spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt; quod si filij, & heredes.* Vnde de successione regni Paradisi dicitur Dan. 4. *quod dominatur excelsus in regno hominum, & cuicunque voluerit, dabit illud.* Item quos Deus adigit ad fidem credendum. Act. 2. *Vobis enim est repromissio, & filijs vestris, & omnibus, qui longe sunt, quoscunque Dominus Deus vester aduocauerit.* Sic igitur patet, quomodo Quicunque sumitur in bono.

C ¶ Item quandoq; sumi potest in malo. Et sic pro certo Quicunque dicitur ille, qui quibuscunq; vitijs generaliter maculatur. Et sic dico, quod isti sunt vituperandi & reprobandi, Quicunq; sunt

Ligati amore mundanorum,
Fœdati horrore vitiorum,
Nudati valore meritorum,
Turbati stupore aduersorum,
Læsati labore miserorum,
Leuati honore fatuorum,
Fugati flore secretorum,
Priuati dulcore gaudiorum,
Grauati mœrore tormentorum.

Dico igitur, quod vituperandi sunt & reprobandi, quicunque sunt ligati mundanorum amore, & sic dicitur Iac. 4. *Quicunque voluerit amicus huius mundi fieri, inimicus Dei constituetur;* quia reuera mundus est fraudulentus amicus, qui suos decipit dilectores. Vnde iste videtur de mortibus & mundi tribulationibus dicere illud quod dicit Iudas Mat. 26. *Quemcunque osculatus fuero, ipse est, tenete eum.* Et ideo bene dicitur de mundi habitatoribus Hiere. 38. *Quicunque manserit in ciuitate hac, morietur.* Item quicunque sunt fœdati vitiorum horrore, scil. peccato carnis, de quibus dicitur Gal. 6. *Quicunque volunt placere in carne, hi cogunt vos circumcidi.* & Apoc. 3. *Quicunque non adorauerit imaginem bestiæ, occidatur.* Quia licet hodie apud malos, quicunque bestialiter non viuit, carnisque delitijs non vtitur, dignus morte ab impijs reputatur. Et tamen Prou. 20. dicitur, quod *luxuriosa res est vinum, & tumultuosa ebrietas, quicunque his delectatur, non erit sapiens.* Item quicunque sunt nudati meritorum valore, & sic potest intelligi illud Luc. 8. vbi dicitur, quod *qui habet, dabitur illi, quicunque autem non habet, etiam quod se putat habere, auferetur ab eo.* Item sunt turbati aduersorum stupore, sicut scil. sunt illi, qui modicis tribulationibus exercentur, de quibus dicitur 4. Reg. 21. *Ecce ego inducam mala super Iudam & Hierusalem, vt quicunq; audierit, tinniant ambæ aures eius.* Item quicunque sunt læsati miserorum labore, de quibus dicitur Mat. 5. *Si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe ei & aliam.* Sequitur: *Quicunq; angariauerit te mille passus, vade cum illo alia duo.* Item quicunq; sunt leuati honoris tumore, vt puta illi, qui per simoniam promouentur ad alta, de quibus 3. Reg. 14. *Quicunque volebat, implebat manum suam, & fiebat sacerdos.* Item quicunque sunt fugati seu reprobati diuinorum flore, quia sc. tales quicunq; reputantur indigni administrare sacramenta diuina. Vnde 1 Par. 15. *Illicitum est, vt à quocunque portetur arca Dei nostri.* Item quicunq; sunt priuati gaudiorum dulcore scil. gaudijs Paradisi, de quibus Luc. 17. *Quicunque quæsierit animam suam saluam facere, perdet eam, & quicunque perdiderit illam, viuificabit eam;* quasi dicat. Quicunque animam, id est, vitam suam in mundo fouet & diligit, in Paradisi gaudijs ipsam non inueniet, imo perdit. Item quicunq; sunt grauati tormentorum mœrore, scil. illi, qui in inferno damnantur; quia sicut dicitur Rom. 2. *Quicunque sine lege peccauerunt, sine lege peribunt;* quia sicut dicitur 4 Reg 11. *Quicunque tam, scil. Athaliam reginam, id est propriam carnis aut voluntatem peccando secutus fuerit, gladio feriatur,* scilicet damnationis æternæ. Patet ergo, quomodo peccator pluribus ex causis potest dici quicunque & maxime, quia iste in quocunque loco cadit & labitur, in quacunque die legem transgreditur, & quocunque visu morti subijcitur. Quod talis in quocunque loco cadat & labatur, patet Eccl. 11. vbi dicitur, quod *lignum, si ceciderit ad Austrum aut ad Aquilonem, in quocunque loco ceciderit, ibi erit.* Item quod in quocunque die legem transgrediatur, patet 3 Reg. 1. vbi dictum fuit quod *quacunque die egressus esset de Hierusalem, moreretur.* Item ex quocunque visu seu aspectu morti subijciatur, sc. ut patet Exod. 10. vbi Pharao dixit Moysi: *Quacunque die apparueris mihi, morieris.* Iste ergo de Quicunque in malo significato sufficiant. Vide infra in tis. Quod, quis inuenies de Quocunque, & in tit. Quo aduerbium, quia ibi est de Quocunque, & in tit. Quoties, quia ibi de Quotiescunque agitur &c.

## Quiescere. Quies.

A Nota, quod Quiescere quandoque accipitur pro dormire, sicut sumitur Prouerb. 3 vbi dicitur: *Quiesces, & suauis erit somnus tuus.* Pro cessare accipitur, vt communiter. Vnde Esa. 1. *Quiescite agere peruerse, discite bene facere.* Pro stabiliter manere accipitur Zacha. 1. vbi de terra, quæ perpetuam habet stabilitatem, dicitur: *Ecce omnis terra habitatur & quiescit.* Possumus ergo notare, quod moraliter accipiendo, quotuplex inuenitur quies, videlicet,

Quies { Interior, Exterior, Inferior,

Superior

Quies { Superior
Deterior.

Quiescit enim anima interius in mentis tranquillitate,
Quiescit homo exterius in mundi prosperitate,
Quiescunt beati superius in cœli fœlicitate,
Quiescunt mortui inferius in terræ concauitate,
Quiescunt gaudia deterius surgente aduersitate.

¶ Primo ergo dicamus, quod est quædam quies interior & spiritualis, & ista est quies mentis, quæ summe est desideranda. Quies enim est vnum de illis sex, quæ ad conseruationem vitæ & sanitatis sunt necessaria, quæ sunt,

Somnus & vigilia, Cibus & potus, Labor & quies.

Sic vere, loquendo moraliter, ad vitam gratiæ continendam & habendam necessaria sunt plura, scilicet,

Somnus contemplationis,
Vigilia meditationis,
Cibus sacramentalis,
Potus doctrinæ & eruditionis,
Labor diligentiæ & bonæ operationis,
Quies mentalis permanentiæ & tranquillæ affectionis.

Vide Esa. 30. *Si reuertamini & quiescatis, salui eritis.* Aper enim dicitur pinguescere, quando septem dieb. quiescit. Sic vero homo impinguescit gratijs, & virtutibus, quando quiescit septem diebus, i. quando cessat à septem peccatis mortalibus, vel quando se exercitat in septem misericordiæ operibus. Eccles. 18. *Cum quieuerit, tunc operabitur.* Exponamus ergo breuiter de spirituali quiete illud Ps. *De cælo auditum fecisti iudicium, terra tremuit & quieuit.* Vbi aduerte, quod ipsa quies corporis causatur aliquoties ratione

Rei, qua aggrauatur propter superni timoris aggrauationem,
Loci, quo collocatur propter interni amoris collocationem,
Motus, quo terminatur propter æterni laboris terminationem.

Timoris aggrauatio ostenditur, cum dicitur (De cœlo auditum fecisti iudicium.)
Amoris stabilitio seu collocatio ostenditur, cum dicitur (Terra.)
Laboris terminatio ostenditur, cum dicitur (Tremuit & quieuit.)

¶ Dico ergo quod mentis quietem generat grauitas timoris. *Auditum*, inquit, *fecisti iudicium*, quod quidem est valde timendum. Res enim graues & ponderosæ, vt communiter, magis stabiles sunt & quietæ, sicut patet de magnis rupib. & montibus, de magnis ædificijs & turribus, de magnis lapidibus & culmibus, quæ propter ponderositatem suam à nemine concutiuntur, sed in quiete perpetua solidantur. Sic vere quando mens habet in se donum & grauam timoris diuini, qui ipsam habet aggrauare, & ab omni elatione deprimere & reprimere, tunc efficitur spiritualis, stabilis & quieta. *Auditum* (inquit) *fecisti*. Abacuc 3. *Domine audiui auditum tuum, & timui* Iob 3. *Timor quem timebam euenit mihi, nonne dissimulaui? nonne silui? nonne quieui?* quasi diceret. Præ timore quiescit homo. Arbor enim magis est quieta si sit profundius radicata. Animalia etiam tunc quiescunt securius, quando sunt in cauernis terræ profundius. Sic vere mens humana tunc securius quiescit, quando per Dei timorem in profundis terrarum, id est, in profunditate mortis & inferni per considerationem inferius se abscondit 1. Petri 3. *Absconditus est cordis homo in incorruptibilitate quieti & modesti spiritus.*

C ¶ Deinde dico, quod quietem generat firmitas amoris, quæ notatur cum dicitur. De terra. Terra enim habet perpetuam quietem in semetipsa, & hoc quia omnes partes eius tendunt ad medium & ad centrum propter compressionem qualitatum suarum, scilicet frigiditatis & siccitatis, quarum motus est à circumferentia versus centrum. Sic vere humana mens tunc quieta efficitur, quando qualitas eius, id est, interiores affectus ipsius in medium, id est, in Deum per amorem & desiderium terminantur. Zach. 1. *Terra habitatur & quiescit.* Ipsum enim centrum & medium omnium rerum Deus est vera & perfecta quies, verus & quietus locus cordium humanorum, iuxta illud Aug. *Inquietum est cor meum donec requiescat in te.* Sicut habemus exemplum de lapide sursum iacto, qui quiescere nequit donec ad terram descenderit, quinimo si subtraheretur sibi terra, non prius à motu quiesceret quousque ad illud centrum commune quod est in terræ fundo perueniret. Quia breuiter cor humanum in nulla re quietem inuenit, imo vndique fluitat & discurrit, quousque amore terra, id est, terrenorum affectu in solo Deo quiescit. Quod bene patet de cordibus peccatorũ, quæ non in Deo, imo in rebus mundi locantur, & in nulla quiete firmantur, imo desiderijs infinitis mouentur, & affectibus varijs agitantur Esa. 57. *Cor impij quasi mare feruens quod quiescere non valet. Non est pax impijs, dicit Dominus.* Vnde nota, quod homo spiritualiter quiescit, videlicet quandoque Superius in cœlo per contemplationem. Inferius inferno per timorem & considerationem. Exterius in proximo per pacificam conuersationem. Interius verò & in seipso per Dei amorem & dilectionem. Et ista est proprie quies de qua loquor, sc. firmitas amoris quæ ostenditur cum dicitur, quia terra stat & quiescit in seipsa & in centro suo Psal. *Fundasti terram super stabilitatem suam.* Vt sic de tali terra cordis dicatur illud 1. Para. 4. *Inuenerunt terram latissimam, quietam & fertilem.* Tale enim cor per charitatem est latum, per tranquillitatem est quietum, & per virtutum vbertatem est fertile seu plenum. Istam ergo quietem generat firmitas amoris. Terra inquit 2. Paral. 14. *Regnauit Asa, in cuius diebus quieuit terra.*

¶ Insuper dico, quod spiritualem quietem generat paucitas laboris. *Tremuit*, inquit, *& quieuit* Sicut enim nulla res potest quiescere, quam diu est in motu, cum motus & quies sint contraria, & inde est, quod aqua non potest quiescere, quamdiu superficies ipsius moueatur, sic nec cor humanum perfecte quiescit donec à motu malorum desideriorum, mundi laborum & negotiorum absolutum se inuenit atque sentit, iuxta illud Esa. 57. *In multitudine viæ tuæ laborasti, non dixisti quiescam.* *Tremuit*, inquit, *& quieuit*, quasi diceret. Prius oportet tremorem & motum cessare, quam quies possit in nostris cordibus habitare. Vnde Psalm. *Timor & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebræ & dixi, quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo & requiescam?* Igitur abdicemus à nobis omnes tales malos motus, scil. vitia & peccata, mundique tumultus & negotia, & vana mentis desideria, vt sic simus spiritualiter liberi & quieti iuxta illud 1. Thess. 4. *Operam detis vt quieti sitis* Igitur vt quieti simus, quiescamus

A tristitiæ mœroribus,
A sæuitiæ furoribus,
A superbiæ feruoribus,
A lætitiæ clamoribus.

Quiescendum est enim à mœroribus tristitiæ. Vnde Hie. 31. *Quiescat vxor tua a ploratu.* Item à furoribus sæuitiæ Esa. 14. *Quomodo cessauit exactor, quieuit tributum.* Et Ezech 16 *Quiescam, & non irascar amplius.* Item a feruoribus superbiæ Esa. 30. *Superbia tantum est. Quiesce.* Item à clamoribus vanæ lætitiæ Esa. 24. *Cessauit gaudium tympanorum, quieuit sonitus lætantium &c.* Et sic igitur patet quomodo tria requiruntur ad quietem spiritualem habendam, scil.

Laboris terminatio,
Amoris situatio,
Timoris aggrauatio.

Ista tamen sunt contra multos, qui scilicet non amant requiem aut quietem, iuxta illud 2. Thes. 3. *Audiuimus quosdam inter vos ambulare in quiete*, imo alios inquietant & molestant 2. Mach. 14. *Bella nutriens, seditiones mouens, nec patiuntur regnum esse quietum.* Non sic charissimi, sed simus pacifici & quieti, iuxta illud Esa. 1. *Quiescite agere peruerse, discite bene facere.* Ista est ergo quies interior & spiritualis. Et hoc est primum principale.

¶ Secundũ principaliter dico, quod in scriptura inuenitur quies exterior & temporalis, & ista est quies & delectatio quam habent mali in prosperitatibus huius mundi. Isti enim sunt sicut crocodilus, qui iuxta fluuium quiescens ab auiculis pennas serrantes habentibus scalpitur, & ab ipsis ventrem eius subintrantibus finaliter occiditur. Isti sunt sicut apes, quæ à labore nimium quiescentes infirmari dicuntur. Isti etiam sunt sicut leporarij, qui teste Plin. dum nimium quiescunt minus posse generare perhibentur. Quia pro certo charissimi illi qui in cauernis, id est, in delitijs & in mundi diuitijs & in sæculi dignitatibus & eminentijs quiescunt, ab auibus, id est, à dæmonibus primo per tentationes dulciter scalpuntur, & finaliter ab ipsis per æternum supplicium puniuntur. Isti insuper per vitia infirmantur & à generatione bonorum operum retardantur. Ista est ergo mala quies, quia tales

Puniuntur à dæmonibus,
Exterrentur à laboribus,
Terminantur in mœroribus.

Isti dico à dæmonibus puniuntur. Et ideo isti figurantur in populo

pulo Lachis, qui in prosperitate maxima quiescebat, & qui à nullo cauebat, ad quem tamen filij Dan venientes, ipsos subito percusserunt, & terram eorum possederunt, sicut dicitur Iudic. 18. *Venerunt*, inquit, *in Lachis ad populum quiescentem & securum &c.* Sic vere tales qui in prosperitate quiescunt, & qui securi ab omnibus esse credunt, subito dum non sperant, à filijs Dan, id est, à dæmonibus percutiuntur, & terra sua, id est, bonis terrenis & etiam perpetuis spoliantur. Vnde in persona diaboli dicitur Ezech. 38. *Ascendam ad terram absque muro, veniam ad quiescentes habitantesque secure.* Isti insuper à laboribus exterrentur. Tales enim qui in quiete mundi viuunt, timent omnia terribilia, & maxime mortem Ecc. 41. *O mors, quam amara est memoria tua homini iniusto, & pacem habenti in substantijs suis, viro quieto, cuius viæ directæ sunt in omnibus.* Isti etiam in mœroribus terminantur, quia sc. talium quies terminabitur in mœrore. Vnde Sap. 18. *Dum quietum silentium tenerent omnia, sermo tuus Domine veniens impleuit omnia.* Ista est ergo quies exterior, & temporalis.

F ¶ Tertio principaliter dico, quod in scriptura inuenitur quies inferior seu posterior & corporalis, & ista est quies mortis scilicet corpus à motibus & laboribus huius vitæ quiescit. De quo homo potest dicere illud Sap. 8. *Intrans in domum meam quiescam.*

G ¶ Quarto vero principaliter dico, quod in scriptura inuenitur quies superior & æternalis, & ista est quies beatorum, qui sunt in perpetua gloria quiete, Hier. 45. *Iacob quiescet & prosperabitur & non erit qui exterreat eum.* In paradiso enim est perfecta & vera quies. Vnde 2. Par. 23. *Lætatus est omnis populus terræ, & vrbs quieuit.* Ibi est enim perfecta quies, quia sc. ibi cessat

Motus interiorum cupiditatum,
Motus exteriorum aduersitatum,
Motus superiorum austeritatum,
Motus inferiorum proteruitatum.

Ista enim quatuor impediunt quietem in hoc mundo, quæ quia ibi cessant, necesse est, quod ibi sit perfecta quies. Hic enim abundat interius ardens affectio, exterius mordens afflictio, superius lædens oppressio, inferius surgens rebellio. Sed certe, in paradiso quiescit ardens cupiditas animorum, vtpote quibus est contemptus temporalium bonorum, quib. satis est, quod habent similes esse cœlesti & superno corpori, quod contentum est forma sua. & ideo à corruptione & generalitate quiescit. Sic & illi, vt sic intelligatur illud 1. Petri 3. *Absconditus*, inquit, *homo cordis in incorruptibilitate quieti & modesti spiritus, est in conspectu Domini locuples.* Item in paradiso quiescit mordens afflictio aduersorum. Nulla enim aduersa quæ concutiant sunt ibi. Vnde Prouerb. 3. *Tunc ambulabis fiducialiter in via tua, & pes tuus non impinget. Si dormieris, non timebis, quiesces, & suauis erit somnus tuus.* Item in paradiso quiescit lædens oppressio tyrannorum. Magna est n. & tuta quies quando desuper non potest contingere quicquam scilicet fulgur, pluuia seu grando. Sic pro certo mala quæ veniunt desuper scilicet tyrannica bella, ibidem quiescunt & cessant, & ab ipsis quiescitur & cessatur. Vt de quolibet beato dicatur illud 2. Paral. 14. *Quietem erat & nulla temporibus sui bella surrexerunt, pacem Domino largiente.* Itẽ in paradiso quiescit furens rebellio subditorum. Cum enim ibi nullus habeat subditum præter Deum, & cum omnes sibi inuicem sola charitate subiecti sint, constat quod à quacunq; rebellione perfecta est ibi quies 2. Paral. 13. *A bellis quieta sunt omnia, eo quod quæsierimus dominum, & dedit nobis pacem.* Sic ergo patet quomodo inuenitur quies supernaturalis.

H ¶ Quinto vero dico, quod inuenitur quies deterior & infernalis. Et sic certe quiescere sumitur pro cessare, quia scil. in inferno facit Dominus cessare & quiescere gaudia & vitia huius mundi. Vnde nota, quod ibi cessant & quiescunt.

Lætitiæ prolati moduli,
Superbiæ elati tumuli,
Sæuitiæ illati stimuli.

Quiescit dico, sc. post mortem lætitiæ sonus & musica, hoc est omnis vana lætitia huius mundi. Vnde Esa. 24. *Cessauit gaudium tympanorum, quieuit sonitus lætantium, conticuit dulcedo citharæ cũ cantico, non bibent vinum, amara erit potio bibentibus illam.* Item quiescit ibi superbiæ cura vanifica. Esa. 13. *Quiescere faciam superbiam infidelium.* Item quiescit ibi sæuitiæ manus tyrannica. Vnde Hester 7. *Regis ira quieuit.* Et Ezech. 7. *Quiescere faciam superbiam potentium.* Ista igitur est quintuplex quies &c. Vide infra de Requie.

A **Quippiam & Quicquam.** In neutro genere. Nota, quod ista pronomina neutra & composita aliquid distinctum & determinatum designant.

¶ Vnde nota, quod quicquam seu quippiam ponitur in bono & in malo. In bono ponitur

Pro titulo meritorum,
Pro clanculo secretorum,
Pro ferculo præmiorum.
Primum datur homini vniuerso,
Secundum subtili curioso,
Tertium homini glorioso.

¶ In malo autem significato quicquam ponitur

Pro vinculo vitiorum,
Pro cumulo terrenorum,
Pro stimulo tormentorum.
Quartum homini criminoso,
Quintum diuiti copioso,
Sextum hospio doloroso, videlicet homini perdito & damnato.

¶ Primo igitur dicamus, quod est dare quicquam quod est procurandum, & hoc est titulus meritorum. Et sic de veritate dicitur 2. Esd. 4. quod *omnis terra veritatem inuocat, & omnia tremunt eam, & non est in ea quicquam iniquum.* Et sic dico certe quod ad iustum pertinet vnum Quicquam

Perfecti operis,
Iniuncti ponderis,
Prospecti syderis,
Fructuosi muneris.

Habet ergo iustus quicquam operis virtuosi. Vnde de pœnitente dicitur Ezech. 33. quod *si in mandatis vitæ ambulauerit, nec fecerit quicquam iniustum, vita viuet, & non morietur.* Item habet quicquam ponderis rigorosi, scilicet onus mandatorum Dei, de quo Deut. 12. *Quod præcipio tibi Dominus, hoc autem facias non addas quicquam, aut minuas.* Item habet quicquam syderis luminosi, quia scilicet ad iustum spectat quod ipse cognoscat quicquam & quæ pertinent ad salutem, vt sic dici possit de eo illud Eccle. 39. *Non est quicquam absconditum ab oculis eius.* Item habet quicquam muneris fructuosi, scilicet quicquam meriti vel virtutis, quod scilicet ipsis datur à Deo si debite requiratur. Vnde iustus potest dici illud Hiere. 38. *Nec enim fas est vobis regi quicquam negare.* Iusti enim habent quicquam boni & non quicquam mali, quia scilicet qui non habent quicquam

Proteruæ locutionis,
Iniquæ conditionis,
Excessiuæ comestionis,
Fraudatiuæ deceptionis,
Constrictiuæ obligationis,
Infectiuæ delectationis.

Non habent dico, quicquam proteruæ locutionis. Vnde Gen. 31. *Caue ne quicquam asperè loquaris.* Item nec habent quicquam peruersæ conditionis vt de eis possit dici illud 1 Reg. 29. *Non inueni in te quicquam mali.* Item non habent quicquam excessiuæ comestionis. Vnde illis dicitur Ionæ 3. *Non gustent quicquam nec pascantur*, scilicet ad superfluitatem. Item nec quicquam callidæ deceptionis, iuxta illud Deut. 15. *Non ages quicquam callide.* Item nec quicquam damnosæ obligationis Rom. 13. *Nemini quicquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis.* Item non habent quicquam [illegible] dilectationis. Vnde Ezec. 44. *Vestibus lineis induentur, nec ascendet super eos quicquam laneum.* Lana enim ex carne procedit, & [illegible] carnis signat. Patet ergo, quod est quicquam quod est procurandum.

B ¶ Secundo dico, quod est dare quicquam quod est perscrutandum, scil. secreta fidei & scientiæ, quæ sunt necessaria ad salutem. Vnde de Regina Saba dicitur, quod *de omnibus ad sapientiam pertinentibus non fuit quicquam, quod non proficuum ei fuerit.* Cum contrarium ignorantibus & parum de veritate scientibus dicitur Iosu. 21. *Nescitis quicquam nec cogitatis.* Nesciunt vnquam quicquam veræ & vtilis scientiæ, licet forte satis habebant scientiæ secularis, quæ scilicet non tam solet proficere, quam nocere. Ad quod facit figura de *illa quæ erogauerat substantiam suam cum Medicis, nec tamen ei quicquam profecerat*, sicut dicitur Marc. 5. Viri enim iusti non curant de tali quicquam, scilicet de scientia seculari, sed potius de diuina, vt sic de viro sapiente & iusto dicatur illud Eccle. 39. *Non est quicquam absconditum ab oculis eius.*

C ¶ Tertio dico, quod est dare quicquam quod est affectandũ. Et istud est illud quicquam, illud aliquantulum, illa portio paradisi

radi quam Deus secundum quicquam meritorum nobis daturus est. Et de isto quicquam dicit Dominus Ioan. 15. *Vsque modo non petistis quicquam in nomine meo, petite & accipietis.* Tale quicquam seu quippiam non colligitur in vineis, id est, in bonis temporalibus huius mundi. Vnde Deuteron. 33. *Vineam plantabis & fodies, & vinum non bibes, nec colliges ex ea quippiam, quia a vermibus vastabitur.* Illud enim est vnum mirabile quicquam, quia scilicet non potest esse ita modicum quin sufficiat plenissime possessori, quia scilicet nil omnino deficit possidenti. Vnde Eccles. 42. de Deo in patria dicitur, quod *ipse non fecit quicquam deesse. vniuscuiusque confirmabat bona, & quis satiabitur videns gloriam Dei?* Illud ergo quicquam spectat ad bonos, & non ad malos, quia scilicet in regno cœlorum mali non habent quicquam, ita quod proprie ipsi possunt dicere illud Num. 31. *Possideant Filij Israel hereditatem suam nec quicquam quæremus trans Iordanem, quia iam habemus nostram possessionem in orientali plaga.* Ac si proprie dicerent. Sufficiunt nobis de præsentia, & nihil quærimus de futuris. Et sic patet, quomodo quicquam sumitur in bono. Sumitur etiam in malo significato.

D ¶ Quarto igitur dico, quod est dare vnum quicquam vitij vel peccati, quia scilic. diabolus semper in homine repetit quicquam quod cupit, & inde gaudium sumit, sicut videmus, quod homo gaudet quando in alieno solo inuenit quicquam sui dominij vel iuris. Sicut Apoc. 13. dicitur, quod *illi qui portabant signum bestiæ, permittebantur vendere vel emere &c.* Ad denotandum, quod bestia infernalis diabolus illos suos esse reputat, in quibus signum suum & imaginem, scil. aliquod stigma peccati inuenit atq; spectat. Vnde Christus tali quicquam se carere glorians dicebat Io. 14. *Venit enim princeps mundi huius & in me non habet quicquam.* Vide supra in quicunque in §. Item quandoque sumi potest in malo, vbi multa dicuntur. Vt & cuilibet iusto dicatur illud Deut. 13. *Non adhærebit de anathemate in manu tua quicquam*, scilicet peccati. Et merito, quia sicut dicitur Leui. 11. *super quod ceciderit quicquam de morticinis, polluetur.* Bene ergo consulitur nobis Iudic. 13. vbi dicitur. Caue ne bibas vinum nec siceram, nec quicquam immundum comedas, quia sicut dicitur Num. 19. *Anima quæ quippiam horum tetigerit, immunda erit.* Ideo bene consulitur Deut. 7. vbi dicitur. *Non inferas quicquam de idolo in domum tuam*, id est, quippiam peccati in conscientiam tuam. Et breuiter illi qui habent quippiam vitij vel peccati, non sunt digni Domino immolari, sicut dicitur Deut. 17. *Non immolabis Domino Deo tuo bouem & ouem in quo est macula aut quippiam vitij.* Et sic

E patet quod est quicquam, quod est refutandum.

¶ Quinto vero dico, quod est quicquam, quod est conculcandum seu etiam detestandum, & istud est illud modicum quicquam vel aliquid boni quod in his temporalibus inuenitur. Quia etsi istud quicquam propter vitæ præsentis necessitatem necessarium sit habere, ibi tamen non debemus cor seu affectum apponere, nec nos in talibus delectare. Vnde de viris perfectis in figura filiorum Israel videtur Dominus dicere illud Deut. 2. *Transibitis per terram filiorum Esau.* Et postea sequitur. *Non pugnes contra Moabitas &c. Non enim dabo tibi quicquam de terra eorum, quia filijs Loth tradidi eam in possessionem.* Istud enim quicquam mundanorum bonorum filijs Israel, i. viris sanctis non datur, sed filijs Loth, qui interpretatur declinans, id est, mundanis & peccatoribus, qui scil. declinare à bono, & facere malum non cessant, conceditur & donatur. Illud est enim quicquam, quod mali alijs dare nolunt, sed illud sibi dari ab alijs volunt, dicentes sc. illud 2. Reg. 31. *Non dabimus eis quicquam de præda.* Dari vero sibi desiderant atq; volunt, & maxime corrupti iudices & prælati, de quibus sc. dicitur Miche. 3. *Si quis non dederit in ore eorum quippiam, sanctificant super eum prælium.* Cuius tamen contrarium faciunt superiores boni, dicentes sc. illud 1. Reg. 12. quod scil. dixerunt filij Israel Samueli: *Non es calumniatus nos, neque oppressisti, neque tulisti de manu alicuius quippiam.* Istud est ergo quicquam seu quippiam detestandum.

F ¶ Sexto dico, quod nos inuenimus vnum quicquam, quod est formidandum, & istud certe est pœna æterna, de qua scilicet dicitur Eccl. 8. quod *qui custodit præceptum, non experietur quicquam mali.* Mali scil. æterni, quia de malo temporali contrarium constat, quod videlicet boni, qui Dei præcepta custodiunt, malum temporalis pœnæ sæpe incurrunt. Hæc igitur sufficiant de Quippiam & Quicquam.

A **Quinque.** Nota, quod numerus quinarius pro eo, quod omnes actus humani quinque sensibus gubernantur, ita quod quicquid facit homo, totum ad aliquem quinque sensuum ordinatur, potest in scriptura multipliciter designare. Notemus igitur, quod numerus iste quandoque signat

Legis perfectionem,
Sensus discretionem,
Crucis afflictionem,
Carnis corruptionem.

¶ Signat, dico, legis perfectionem, quia sc. lex continetur in quinque libris Moysis, & ideo per numerum quinarium totius legis doctrina & scientia designatur. Isti enim quinque libri Moysis figurantur in *quinque panibus hordeaceis, quibus Dominus quinque millia hominum satiauit*, sicut dicitur Matth. 14. Marc. 6. Luc. 9. Ioan. 6. quia sc. hordeum, quod exterius habet paleam, interius vero medullam, legem designat, in qua sub palea historialis literæ latet medulla spiritualis sensus. Isti sunt quinq; talenta, quæ in duplum multiplicans à Domino commendatur Matth. 25. quia ille, qui doctrinam legis acceptam per operum complementum multiplicat, à Deo gloriam & præmium recipit & reportat. *Domine*, inquit, *quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum* Et sequitur: *Euge serue bone, & fidelis, intra in gaudiū Domini tui.* Isti sunt *quinque ciuitates in terra Aegypti, loquentes lingua Chanaan.* Esaiæ 19. Quia procul dubio quinq; libri Moysis loquuntur hodie Ægyptijs, id est, Iudæis, qui Ægyptij dicuntur, sicut *Hierusalem* dicitur spiritualiter *Sodoma & Aegyptus* Apoc. 11. Lingua Chanaan, id est, lingua difficili & ignota loquuntur, in tantum, quod nesciunt intelligere veritatem. Isti sunt *quinque bases templi, quæ erant ad dexteram, & quinque, quæ erant ad sinistram*, sicut dicitur 3. Reg. 7. quia sc. in templo Ecclesiæ à dextris & à sinistris, id est, in prosperis & aduersis isti quinque libri sunt bases, id est, morum & fidei fundamenta. Isti sunt altare holocausti, in quo tot Deo offeruntur hostiæ, quot ibi continentur sententiæ, de quo dicitur Exod. 38. quod *altare holocausti quinque cubitorum erat per quadrum.* Signat ergo numerus iste legis perfectionem.

¶ Secundo dico, quod signat sensus discretionem, quia scil. quinque sunt sensus corporis, per quos nobis rerum notitia innotescit, quia teste Aristo. omnis cognitio nostra incipit à sensu. Et ideo per numerum istum possunt significari illi, qui istos quinque sensus debite regunt, sicut dicit Greg. hom. de virgin. Vnde secundum eundem viri perfecti & discreti significantur in *quinque sapientibus virginibus, quæ vigilantes, & oleum cum lampadibus habentes, & sponso obuiam venientes, ad nuptias sunt receptæ.* quia scilicet boni B

Sunt { Virgines per continentiam,
Vigiles per diligentiam,
Prudentes per sapientiam. }

Habent lampades, id est, splendorem bonorum operum per honestam apparentiam,
Habent oleum, id est, interiorem virtutem & gratiam,
Sponso, id est, Christo obuiam exeunt per deuotionem & reuerentiam.

Et sic nuptias Paradisi introeunt per adeptam gloriæ affluentiam. Isti figurantur in *quinque filijs Matathiæ*, 1. Macch. 2. Isti figurantur in *Cherubin templi, quorum ala singula habebat quinque cubitos.* Similes quibusdam maximis hominibus qui sunt in India ad quantitatem quinque cubitorum. Similes etiam arbori myrrhæ, quæ vsque ad quinque cubitos crescit. Similes etiam pinnulis rosæ, quas natura in quinario numero terminauit. Quia pro certo

Illi, qui sunt { Veri filij Matathiæ, id est, Dei patris,
Cherubin, id est, pleni scientia & philosophia in templo Ecclesiæ sanctæ matris,
In India (vbi feruet calor Solis) per ignem charitatis,
Myrrha per fragrantiam sanctitatis & honestatis,
Pinnulæ rosarum per considerationem rosarum, id est, vulnerum Saluatoris. }

Sub numero quinario continentur, & quinque cubitis, id est, quinque sensuum discreta continentia gloriantur. Ezech. 40. *Mensus est vestibulum templi quinque cubitis hinc, & quinque cubitis inde.* Signat ergo iste numerus sensus discretionem.

¶ Tertio dico, quod numerus quinarius signat crucis afflictionem. Christus enim crucifixus quinque habuit vulnera, G

figuratus in *probatica piscina, quæ erat Hierusalem, quæ quinque porticus habebat in quam qui mota aqua per Angelum primus intrabat, sanus à cunctis infirmitatibus apparebat*, sicut dicitur Ioan. 5. Sic vere corpus Christi quinque habuit porticus plagarum, in quas dum animæ languentes per deuotionem possunt intrare solent per virtutes aquæ motæ, id est, virtute suæ misericordiæ comitante sanitatis remedium reportare. Et istæ etiam quinque plagæ figurantur *in quinque lapidibus, quos Dauid in pera sua habuit, & cum eis Goliath interfecit*, sicut dicitur 1 Reg. 17. Quia scil. tunc Goliath, id est, diabolus superatur, quando in pera cordis quinque lapides, id est, quinque passionis Christi vulnera per memoriam reponuntur. Iste ergo numerus signat crucis afflictionem.

D ¶ Quarto dico, quod iste numerus designat morum & carnis corruptionem. Et sic dico, quod per numerum quinarium in malo significatu significantur illi, qui quintuplici sensuum libidini & voluptati obediunt, & qui secundum corporalem sensualitatem se regunt. Figurati in illis, qui dicebant Luc. 14. *Iuga boum emi quinque. & necesse habeo probare ea, rogo te, habe me excusatum*, tunc scilic. vadam ad nuptias præparatas. Quia vere illi, qui quinque iuga boum, id est, quinque sensus corporis (qui pro tanto iuga dicuntur, quia organa sensuum semper bina & bina iunguntur) diligunt & sequuntur, intantum circa horum curam interdum occupantur, quod pro eorum delectationibus à Paradisi nuptijs retrahuntur. Figurati etiam *in quinq; virginibus fatuis, quæ dum lampadibus vacuis dormiunt, à sponsi nuptijs excluduntur*, sicut dicitur Matt. 25. Vnde etiam de vniuersitate quinario designata dicitur Iosu. 10. *Quod quinque reges absconderant se in spelunca, & adduxerunt quinque reges de spelunca, & suspenderunt super quinque stipites*. Ad denotandum, quod illi, qui sensuum quinario male vtuntur, in spelunca inferni finaliter absconduntur, & super quinq; stipites, id est, in pœnis tali quinario correspondentibus suspenduntur, & affliguntur. Vnde bene supponitur pœna istorum Apoc. 16. vbi dicitur, quod *quintus Angelus effudit phialam suam super sedem bestiæ, & factum est regnum tenebrosum, & commanducauerunt linguas suas præ dolore*. Quia sc. illi, qui taliter quinque sunt, sedem bestiæ, id est, carnem propriam phialis carnalium delitiarum imbuunt, & ideo regnum tenebrosum cum linguarum commanducatione in inferno finaliter accipiunt. Sic ergo patet, quomodo iste numerus Quinque potest significare in malo, & in bono. Sufficiant &c.

A **Quis. Qui.** Nota, quod vt communiter, Quis ponitur interrogatiue. Qui vero ponitur positiue, sicut Es. 53. *Quis est iste, qui venit de Edom?* præterquam in numero plurali, vbi Qui quandoque ponitur interrogatiue, quandoq; vero ponitur narratiue, sicut ibi: *Qui sunt isti, qui vt nubes volant?* Nota ergo, quod Quis & Qui, in quantum ponuntur interrogatiue, diuersimode considerantur. Vnde sciendum est, quod quæstiones, quæ fiunt per Quis & per Qui, quandoque fiunt

Ad
- Inquirendum,
- Contemnendum,
- Approbandum,
- Reprobandum,
- Mirandum,
- Honorandum,
- Formidandum,
- Arguendum,
- Reuerendum,
- Condolendum,
- Præcauendum.

Omnes enim istæ quæstiones & infinitæ aliæ possunt fieri per ista pronomina Quis & Qui. Dicamus ergo, quod ista dicuntur ad inquirendum, & sic dicitur Matth. 16. *Quem dicunt homines esse filium hominis*, & Esaiæ 6. *Quem mittam, aut quis ibit ex vobis.* Item dicuntur ad contemnendum. Et sic accipitur 1. Reg. 25. vbi Nabal per contemptum dicebat: *Quis est Dauid, & quis est filius Isai*: Eccl. 14. *Pauper locutus est, & dicunt, quis est hic.* Item quis dicitur ad approbandum. Et sic dicitur 1. Reg. 22. *Quis erit in omnibus sicut Dauid fidelis.* Item quis dicitur ad reprobandum. Et sic dicitur Iob 28. *Quis est iste inuoluens sententias sermonibus imperitis.* Item dicitur ad admirandum. Et sic dicitur Iob 32. Quasi per totum vbi dicitur: *Quis conclusit ostiis mare. Quis dedit imbri cursum suum. Quis est pluuiæ pater. Quis dedit gallo intelligentiam &c.* Vide ibi infinitas admiratiuas quæstiones. Item dicitur ad honorandum. Et sic dicitur in Psalm. quando dicitur: *Quis Deus præter dominum, aut quis Deus præter Deum nostrum*, quasi dicat, iste est solus Deus, & in solidum honorandus. Item dicitur ad formidandum, & sic formidabiliter loquebatur Dauid in Psalm. dicens: *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo. Quis ascendet in montem Domini &c.* similia. Item dicitur ad arguendum. Et sic dicitur Esaiæ 22. vbi dicitur: *Tu quis hic, aut quasi quis hic.* Et Esaiæ 43. *Quis cæcus nisi seruus meus.* Item dicitur ad reuerendum. Et sic reuerenter loquitur Hiere. 10. dicens: *Quis non timebit te ô rex gentium.* Item ponitur ad condolendum. Et sic dicitur in Psal. *Quis est homo qui viuet & non videbit mortem, eruet animam suam de manu inferni.* & Thren. 2. *Magna velut mare contritio tua, quis medebitur tui.* Item dicitur ad præcauendum. Et sic dicitur Amos 3. *Leo rugiet quis non timebit.* Sic igitur dico charissimi, quod ista pronomina quis, qui, quæ, quod, quid, & ista aduerbia quando, quomodo, quare, semper vt communiter ponuntur per modum interrogandi. Verumtamen quis, & qui quærunt de persona, quod & quid quærunt de essentia, cur, & quare quærunt de causa, quando vero quærit de tempore, quomodo vero quærit de modi genere. Ista possent multipliciter dilatari, veruntamen si volumus amplius dilatare, possumus dicere, quod per istud pronomen quis, homo quærit & interrogat valde multa. ¶ Vnde nota, quod ipse B quærit

De Deo,
De seipso,
De iusto,
De impio,
De mundo.

Quærit enim homo per quis

De suprema diuinitate,
De propria fragilitate,
De iustorum vtilitate,
De malorum peruersitate,
De mundanæ varietate.

¶ Primo ergo dico, quod prudens quærit de summa diuinitate ipsam admirando. Et sic certe dico, quod ipse admiratur Deum tanquam

Vnum & nulli similem,
Summum valde nobilem,
Firmum, & semper stabilem,
Ignotum nec cognoscibilem,
Benignum & amicabilem,
Venientem demonstrabilem,
Medicum valde mirabilem,
Morientem atque passibilem,
Regentem & renouabilem,
Ascendentem & triumphabilem,
Indignantem & irascibilem,
Dominantem & imperabilem,
Gubernantem & venerabilem,
Triumphantem atque notabilem.

Dicamus ergo quod Deus per istud pronomen quis est admirandus tanquam vnus & nulli similis. Et sic dicitur sibi in Psal. *Quis Deus*, inquit, *præter dominum, aut quis Deus præter Deum nostrum.* Et alibi. *Deus quis similis erit tibi*: &c. Et alibi. *Non est similis tui in dijs domine, & non est secundum opera tua.* Item tanquam summus, & summe nobilis. vnde in Psalm. *Quoniam quis in nubibus æquabitur domino, similis erit Deo in filijs Dei.* Et alibi. *Quis Deus magnus sicut Deus noster, tu es Deus qui facis mirabilia &c.* Item tanquam firmus & semper stabilis, quia scilicet ipse habet essentiam, & fortitudinem infinitam. vnde Exod. 15. *Quis similis tui in fortibus domine, quis similis tui magnificus in sanctitate, terribilis atque laudabilis, & faciens mirabilia.* Et in Psalm. *Quis est iste rex gloriæ, dominus fortis, & potens.* Item tanquam ignotus & inscrutabilis. vnde Ecclesiastic. 16. *Vias illius quis intelliget.* & Iob 34. *Quis est qui contempletur eum.* & Iob 36. *Quis poterit scrutari vias eius.* Item tanquam benignus, & amicabilis. Vnde de ipsius pia & benigna misericordia miratur scriptura Iob 38. vbi dicit. *Quis est pluuiæ pater, aut quis genuit stillas roris* Ros enim & pluuia dulcorem diuinæ misericordiæ significant, quia scilicet ipse saluat & liberat seruos suos Psalm. *Quis dabit ex Sion salutare Israel.* Item tanquam amicus indefectibilis, scilicet nos personaliter visitando, & ad nos veniendo. Vnde humanum genus potuit sibi dicere illud quod

dicit

dixit beata Agnes Apostolo. *Quis es tu qui venisti ad me curare vulnera mea* Et illud Luc. 1. *Quis putas puer iste erit.* Item tanquam Medicus valde mirabilis, scilicet in vita sua opera mirabilia faciendo. vnde Ec. 31. *Quis est hic, & laudabimus eum, fecit enim mirabilia in vita sua.* Item tanquam moriens atque passibilis. vnde Esaiæ 53. *Quis credidit auditui nostro*: & sequitur: *Vidimus eum, & non erat aspectus*: sequitur. *Virum dolorum, & scientem infirmitatem &c.* Item tanquam rediens & renouabilis, scilicet corporaliter resurgendo, & de morte etiam redeundo. vnde Esaiæ 63. *Quis est iste, qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra, iste formosus in stola sua*, id est, in corpore glorificato. Item tanquam ascendens & triumphabilis. Et sic loquitur in Psalm. *Quis ascendet in montem domini, aut quis stabit in loco sancto eius.* Et alibi. *Quis ascendet super equos tuos & quadriga tua saluatio.* Et Hieremiæ 46. *Quis est iste qui quasi flumen ascendit.* Item tanquam seuerus, & irascibilis, scilicet exequendo iustitiam contra malos Psalm. *Quis nouit potestatem iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuam dinumerare.* Et illud Hierem. 10. *Quis non timebit te ô rex gentium* & Amos 3. *Leo rugiet, quis non timebit.* Item tanquam gloriosus atque laudabilis, scilicet beatos in patria præmiando. vnde in Psalm. *Quis est iste rex gloriæ, dominus virtutum ipse est rex gloriæ.* Item tanquam sapiens inæstimabilis quia scilicet sua sapientia summe apparet in regimine vniuersi. vnde Iob 38. *Quis conclusit ostijs mare, quis dedit vehementissimo imbri cursum suum, quis posuit in visceribus hominis sapientiam, quis dedit gallo intelligentiam, quis enarrabit cælorum rationem concentum cæli, quis dormire faciet, quis præparat coruo escam, & quis dimisit onagrum liberum*, quasi diceret. Iste per suam prouidentiam infinitam. Item tanquam triumphans & notabilis. Vnde de mirabili, & stupendo maiestatis diuinæ triumpho qui fit de cunctis populis, regnis & imperijs in extremo iudicio dicitur Ioelis 2. *Magnus dies domini, & terribilis valde, & quis sustinebit eum.* Et sic ergo patet, quod homo, per quis potest quærere de summa diuinitate, ipsam admirando.

C ¶ Secundo principaliter dico, quod homo per quis solet quærere de propria fragilitate, seipsum detestando. Et sic dico, quod homo per quis quærit & admiratur

Vanitatem suæ vilis conditionis,
Cæcitatem suæ rudis cognitionis,
Fœditatem suæ turpis infectionis,
Paucitatem suæ breuis durationis,
Bonitatem derelictæ perfectionis,
Ruditatem inconsultæ locutionis,
Grauitatem inquietæ vexationis,
Tarditatem expectatæ saluationis;
Siccitatem elongatæ deuotionis seu compassionis,
Necessitatem determinatæ seu limitatæ conclusionis.

Homo ergo conqueritur per quis de sua vili conditione. Et sic vere dicitur in Psal. *Quid est homo quia innotuisti ei, aut filius hominis, quia reputas eum.* Homo vanitati similis factus est, dies eius sicut vmbra prætereunt. Item de sua rudi cognitione. vnde 1. ad Corint. 2. *Quis enim* (sc. hominum) *scit, quæ sunt hominis*, quasi dicat nullus, & ad Rom. 11. dicitur. *Quis enim cognouit sensum domini.* & in Psalm. dicitur illud prædictum. *Quis nouit potestatem iræ tuæ.* &c. quasi dicat, humana scientia rudis est & imbecillis. Item conqueritur de sua turpi infectione hoc est dictum, de immunditia naturali propriæ carnis suæ. Vnde ipse dicitur Iob 15. *Quis est homo, vt immaculatus sit, & iustus appareat natus de muliere.* Et 13. *Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine.* Item conqueritur de sua breui duratione. Et sic dicit in Psalm. *Notum fac mihi numerum dierum meorum quis est.* sequitur. *Ecce mensurabiles posuisti dies meos, & substantia mea tanquam nihilum ante te.* Item conqueritur de sua pristina perfectione, quam scilicet perdidit per peccatum. Et sic dicit Iob 29. *Quis mihi tribuat vt sim iuxta menses pristinos, secundum dies quibus Deus custodiebat me, quando splendebat lucerna eius super caput meum, & ad lumen eius ambulabam in tenebris.* &c. Vide ibi. Item conqueritur de sua rudi locutione. Et sic potest dicere cum Moyse illud Exod. 3. *Quis sum ego vt vadam ad Pharaonem, & educam filios de Aegypto.* sequitur cap. 4. *Impeditioris & tardioris linguæ sum.* Item conqueritur de huiusmodi vexatione, id est, de laboribus & miserijs huius vitæ. vnde in Psalm. *Quis dabit mihi pennas sicut columbæ & volabo & requiescam*, ac si diceret, quod hic non potest requies inueniri. Item conqueritur de paradisi dilatione, & sic dicitur in Psal. *Quis deducet me in ciuitatem munitam? quis deducet me vsque in Idumæam?* Item conqueritur de sicca-

ta deuotione seu compassione. Et sic dicit Hierem. 9. *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, & plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei?* Item conqueritur de finali conclusione, seu de necessaria defunctione & sic certe dicit in Ps. *Quis est homo qui viuet, & non videbit mortem?* quasi dicat, nullus. Et sic igitur patet, quod homo per quis miratur seu conqueritur de propria fragilitate, seipsum detestando.

D ¶ Tertio dico, quod homo quærit de iusti sinceritate, ipsam collaudando. Et sic dico, quod per quis nos laudamus, & admiramur iustum, vt virum

Nitoris & innocentiæ,
Splendoris & sapientiæ,
Clamoris & eloquentiæ,
Tenoris & moderantiæ,
Timoris & reuerentiæ,
Honoris & munditiæ,
Valoris & excellentiæ,
Dulcoris & affluentiæ.

Igitur dico, quod nos interrogando, & dicendo quis, collaudamus iustum & innocentem. Et sic dicimus in Psal. *Quis ascendet in montem domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus, & mundo corde.* Item dicendo quis commendamus iustum sapientem, & sic dicimus illud Psal. *Quis sapiens, & custodiet hæc, & intelliget misericordias domini?* Oseæ 14. *Quis sapiens & intelliget ista? quia recta viæ domini.* Item dicendo quis, nos exultamus iustum eloquentem. Et sic dicimus illud Psalm. *Quis loquetur potentias domini, auditas faciet omnes laudes eius?* Item dicendo quis, nos iustum magnificamus verba moderantem. Vnde ipse dicit. *Quis dabit ori meo custodiam, & super labia mea signaculum certum?* Ad quod illud Psalm. *Quis est homo qui vult vitam, & diligit videre dies bonos? prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum* &c. Item dicendo quis, nos iustum amplificamus Deum metuentem Hier. 10. *Quis non timebit te ô rex gentium?* Item dicendo quis, nos miramur iustum munde stantem, id est, munde & caste viuentem, seu etiam se iuste regentem. Et sic dicimus illud Psalm. *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, & quis requiescet in monte sancto tuo? Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam.* Item dicendo quis, nos miramur iustum facto excellentem. Et sic dicimus illud Eccl. 31. *Quis est hic & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua.* Item dicendo quis, nos miramur iustum gloria fruentem. Et sic dicimus illud Eccl. 42. *Quis satiabitur videns gloriam Dei?* Sic igitur bene patet, quod nos per quis interrogamus de iusti sinceritate, ipsum collaudando.

E ¶ Quarto autem dico, quod per quis nos interrogamus de impij aduersitate, ipsam arguendo. Et sic certe dico, quod impius per quis reprehenditur de

Superbia pompositate,
Acerba crudelitate,
Proterua rixositate,
Auara cupiditate,
Ignara obscuritate,
Blasphema loquacitate,
Inepta credulitate,
Velata malignitate,
Æterna pœnalitate.

De pompositate dicitur Iud. 9. *Et quis est Abimelech, vt seruiamus ei?* De crudelitate dicitur Iob 31. *Quis det de carnibus eius vt saturemur.* Et Esa. 42. *Quis dedit in direptionem Iacob?* De rixositate dicitur 1. Reg. 26. *Quis es tu qui clamas & inquietas regem?* De cupiditate dici potest illud Eccles. 43. *In conspectu ardoris quis poterit sustinere?* De obscuritate seu dementis cæcitate dicitur Esaiæ 42. *Quis cæcus nisi seruus meus? aut surdus nisi ad quem nuncios meos mitto? Quis cæcus nisi qui venundatus est? & quis cæcus nisi seruus domini?* De loquacitate potest dici illud Luc. 5. *Quis est iste qui loquitur blasphemias?* De inepta credulitate dicitur Esa. 53. & Ioan. 12. *Domine quis credidit auditui nostro?* De malignitate vero, id est de hypocritica falsitate dicitur Esa. 22. *Tu quis hic? aut quasi quis hic? quia excidisti tibi hic sepulchrum?* Sepulchrum enim pulchrum exterius, intus fœdum, hypocrisim significat. De pœnalitate vero, id est, de impiorum futura pœnalitate dici potest illud Esa. 33. *Quis poterit habitare de vobis cum igne deuorante? quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis?* quasi dicat, ille finaliter habitabit impius. Sic igitur patet quomodo ista vox interrogatiua quis spectare potest scilicet ad impium, ad iustum, ad fragilitatem propriam, & ad diuinitatem supernam. De quis vero in quantum ponitur

positiue, vide vbi si quis de mandana varietate, quære in multis titulis, vt in tabula monstrabitur.

A **Quem.** Nota, quod per Quem, quod est pronomen accusatiui casus, de Quis, seu de Qui deriuatum potest intelligi

Christus,
Iustus,
Stultus.

¶ Primo dico, quod per Quem intelligitur Christus. Quem enim sumitur

Positiue,
Pronominaliter,
Accusatiue,
Interrogatiue, &
Singulariter.

Sic vere Christus potest sumi
Positiue, quod ad essentiam deitatis,
Pronominaliter, id est, pro homine, quo ad præsentiam humanitatis,
Accusatiue, quo ad accusationem & damnationem passionis & supplicij,
Interrogatiue in disceptatione iudicij,
Singulariter in retributione futuri præmij, & in excellentia sua dominij.

Iste enim est, quem diligenter debemus quærere, & eidem nexu perpetuo adhærere, vt scilic. figuretur in illo thesauro, de quo dicitur Mat. 13. *Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro, quem qui inuenit homo, abscondit, & vadens vendit vniuersa quæ habet, & emit agrum illum.* Ager enim iste fides est, vbi scilicet thesaurus æstimabilis Deus, & nusquam alibi absconditus reperitur, quem certe summe debemus diligere, & cum diligentia custodire, iuxta illud Cantic. 3. *Inueni quem diligit anima mea, tenui eum, nec dimittam.* Sicut de Maria Magdalena canitur, quod ipsa scil. dicebat: *Regnum mundi & omnem ornatum sæculi contempsi propter amorem Domini mei Iesu Christi, quem vidi, quem amaui, in quẽ credidi, quem dilexi.*

¶ Et breuiter dico, quod iste est diligendus, quia hic est

Ductor indeuiabilis,
Tutor inuariabilis,
Victor insuperabilis,
Doctor inæstimabilis,
Dator interminabilis.

Et sic vere dico, quod hic est, quem habemus primum doctorem sc. ad nos regendum, & exemplariter præcedendum in via Dei & in via huius mundi. Vnde de ductore & præcessore Angelo, qui scil. per desertum filios Israel ducebat ad terram promissionis, dixit Moyses Domino Exod. 4. *Obsecro Domine, mitte, quem missurus es,* sc. vt ad cœlestẽ patriam nos conducat. Item hic est, quem videmus validum tutorem, scilic. ad nos tuendum & liberandum. Vnde Dan. 3. dicitur: *Deus noster, quem colimus, potest nos eripere de manibus tuis.* Item hic est, quem sentimus solidum victorem, quia sicut dicitur Iud. 16. *Adonay Domine Deus magnus es tu, & præclarus in virtute, quem superare nemo potest.* Item hic est, quẽ audiuimus splendidum doctorem, quia sicut dicitur Ioan. 17. *Paracletus autem Spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia:* & Ioan. 15. *Cum autem venerit paracletus, quem egõ mittam vobis, ille testimonium perhibebit de me.* Item hic est, quem audiuimus proditum datorem, quia scil. iste, qui dat spiritualia, temporalia, & æterna. Rom. 1. *Per quem accepimus gratiam & apostolatum:* & 1. Cor. 1. *Per quem vocati estis in societatẽ filij eius.* Et breuiter iste est, *per quem omnia facta sunt,* quem laudant Angeli atque Archangeli, & in quem anima beata comprehendendo quiescit, dicens sc. illud Cant. 3. *Inueni quem diligit anima mea.* Vt & nos simili modo dicamus illud Ioan. 6. *Domine ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes.* Et sic patet, quod per Quem intelligitur Christus.

B ¶ Sed secundo dico quod per Quem quandoq; intelligitur iustus. Iste est enim accusatiuus alios corrigendo, quandoque adiectiuus, in bono crescendo, & virtutes virtutibus cumulando, singularis, alios præcellendo, & aliquando substantiuus, in bono perseuerando. Et nota si vis de isto quem, quod scilicet iste est, quem

Vendicat superna maiestas,
Liberat præcelsa potestas,
Adornat æterna venustas,
Informat diuina veritas,
Confirmat vigoris probitas,
Inflammat æterna charitas,
Dirigit æterna dignitas,
Stimulat timoris asperitas,
Corrigit paterna feritas,
Euigilat vigoris strenuitas.

Igitur contemplare virum perfectum quem sibi vendicat maiestas superna. Iustus enim est hæreditas & possessio summi Dei vnde Exo. 15. *Fiant immobiles quasi lapis, donec pertranseat populus tuus iste quem possedisti,* & in Psal. *Memor esto congregationis tuæ, quam possedisti ab initio.* Item hic est quem curans liberat potestas æterna. Vnde Exod. 32. *Cur Domine irascitur furor tuus contra populum tuum, quem eduxisti de terra Aegypti in fortitudine tua magna.* Item hic est quem polit & ornat honestas externa. Vnde Hester 6. dicitur. *Homo quem rex honorare voluerit, debet indui vestibus regijs &c.* Vestes enim regiæ sunt honesta conuersatio & exteriores virtutes. Item hic est quem fide informat veritas interna. Vnde de paradiso dicitur Gen. 2. quod *plantauerat Dominus Deus paradisum voluptatis à principio, in quo posuit hominem quem formauerat.* Item hic est quem tutat & firmat vigoris vis verna, quia scilicet in isto viget & manet fortitudo virtutis, & tuta firmitas quæ non perit, vnde in Psal. *Et super filium hominis quem confirmasti tibi.* Item hic est quem feruens inflammat amoris taberna. Vnde iustus est ille vitulus quem coram Abraham. Angelis in conuiuio porrigendum, sicut dicitur Gen. 18. Iustus quoque est aries ille hærens in vepribus de quo Gen. 22. dicitur sic. *Quem arietem assumens obtulit:* holocaustum autem idem est quod totum incensum. Item hic est quem sursum erigit honoris lucerna vnde 3. Reg. 11. *Propter Dauid seruum meum quem elegi, qui custodiuit mandata & præcepta mea,* & Num. 17. *Quem elegero germinabit virga eius.* Item hic est quem agens affligit timoris lex superna. Vnde de Tobia dicitur Tob. 1 *quod genuit,* scilicet, *filium quem ab infantia timere Deum docuit, & abstinere à peccato.* Item hic est quem vigens corrigit feritas paterna, quia scilicet sicut dicitur Prouerbiorum 3. *Quem enim diligit Dominus corrigit, & quasi pater in filio complacet sibi.* Item hic est quem diligens agit vigoris lucerna. Vnde de vigili diligentia talium dicitur Matth. 24. *Beatus ille seruus quem cum inuenerit dominus eius, inuenerit vigilantem. Amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum.* Sic ergo dico, quod per istud pronomen quem, intelligitur vir perfectus, seu etiam homo iustus.

C ¶ Tertio vero dico, quod per istud pronomen quem intelligitur homo stultus, seu etiam vir iniustus. Et sic nota, quo peccator est ille scilicet quem vides

Priuatum luce directiua,
Libatum fæce infectiua,
Damnatum voce Dei viua,
Grauatum nece deiectiua.

Hic est, ergo quem à se exaltat clara discretio, figuratus scilicet in Samsone, de quo dicitur Iudicum 15. *Quem cum cepissent Philistæi, statim eruerunt oculos eius.* Item hic est quem fœdans maculat carnalis vnctio 2. Regum 19. *Quem vnximus regem super nos, mortuus est.* Item hic est quem damnans iaculat diuina sanctio. Et sic dicit Dominus de homine peccatore Gen. 6. *Delebo,* inquit, *hominem quem creaui à facie terræ:* Sequitur. *Pœnitet enim me creasse eum.* Item hic est quem dure vapulat mortis damnatio. Vnde 2. Paralipomenon 13. dicitur de Ieroboam quod *resistere non valuit, neque Iudæ quem percussit Dominus, & mortuus est.* Et Antichristo dicitur 2. Thessalonicen. 2. *Quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui &c.*

A **Quo.** Pronomen ablatiui casus. Nota quod

Quo potest referri ad { Personas, Res, Loca,

Et primum ad personas, scilicet,

Ad { Deum, Iustum, Impium.

Sicut de alijs casibus dictum est. ¶ Primum igitur dicamus de quo prout refertur ad personas. Et sic dico quo de Deo, quod iste est secundum dicta collectæ ecclesiasticæ. Deus, à quo sancta desideria, recta consilia, & iusta sunt opera. Iste est sine quo nihil est validum, nihil sanctum. Iste est à quo bona cuncta procedunt,

cedunt, sicut canimus in Kyrie. Iste est in quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in domino, in quo & vos coædificamini in habitaculum Dei in spiritu sancto, sicut dicitur Eph. 2. Et sicut dicitur 1. Cor. 15. Ipse est in quo & statu per quem & salvamini.

B ¶ De viro autem iusto dicamus quod iste est de quo dominus videtur posse dicere illud Matth. 17. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Et merito, quia certe iste est

Purgantur crimina noxia,
Quo Velantur merita propria,
Sectantur sana consortia.

Iustus est dico ille, quo purgantur crimina noxia. vnde Leu. 8. Quo expiato & sanctificato fudit sanguinem ad fundum altaris. Est etiam ille quo celantur merita propria. Vnde de Angelo apparente dicit Manue. Iud. 13. Quum cum interrogassem quis esset aut quo nomine vocaretur, noluit dicere. Est insuper quo sectantur sana consortia. vnde Gen. 50 dicitur de Ioseph. Quo ascendentes secum cum eo omnes senes domus Pharaonis.

C ¶ De viro vero impio & iniusto possumus dicere quod iste est de quo dicitur Leuit. 15. quod vir de quo egreditur semen coitus, lauabit corpus suum aqua: & Leuit. 22. Omnis homo qui accesserit ad ea quæ sanctificata sunt & quæ obtulerunt filij Israel domino, in quo est immunditia, peribit coram domino. Sic ergo patet quod quo refertur ad personas.

D ¶ Secundo dico, quod quandoque refertur ad res. Et sic dico quod est dare

Cibantur viri pestilentes,
Vnum Quo, quod Ornantur viri sapientes,
Ditantur viri præsidentes.

Et dico vnum Quo, quo cibantur pestilentes viri, scilicet peccatores, & de hoc est peccatum seu etiam quodlibet delectabile mundi huius, de quo Gen. 3. De ligno de quo præceperam ne comederes, comedisti. Talibus potest dici illud 1. Reg. 1. Digere paulisper vinum quo mades. Item est vnum Quo, quo ornantur sapientes viri. Et istud signat bonum gratiæ scilicet merita & virtutes, de quo Num. 4. Sument pallium hyacinthinum, quo cooperient candelabrum. Pallium enim istud signat ornamentum virtutum, quo scilicet sancti viri velantur, de quo Deut. 8. Vestimentum tuum quo operiebaris, nequaquam vetustate defecit. Item est vnum Quo, quo ditantur præsidentes viri, scilicet diadema gloriæ paradisi, quo scilicet coronantur beati, de quo Can. 3. Egredimini filiæ Sion, & videte regem Salomonem in diademate quo coronauit eum mater sua. Quo igitur aliquando refertur ad res.

E ¶ Tertio dico, quod Quo quandoque refertur ad loca. Et sic dico quod est dare scilicet vnum locum. Quo

Boni recedunt,
Iusti procedunt,
Bona succedunt,
Mala accedunt.

Primus locus signat locum mundialem, seu etiam statum prosperitatis mundanæ. Iste enim est ille locus in quo mali delectantur state, & a quo viri sancti solent recedere. Iste enim est ille periculosus locus de quo dicitur 3. Reg. 21. In loco hoc in quo linxerunt canes sanguinem Naboth, lambent quoque tuum sanguinem. Vt & de isto possimus dicere illud 4. Reg. 5. Locus in quo habitamus, angustus est. Secundus signat locum regularem, scilicet locum ecclesiæ vel religionis, seu etiam statum hominum perfectorum. Iste est paradisus voluptatis, quem dominus a principio plantauerat, in quo posuit hominem quem formauerat, de quo 1. Paral. 12. Venerunt ad præsidium in quo morabatur Dauid. Tertius signat locum superoalem in quo scil. est abundantia omnium bonorum, de quibus Iud. 18. Tradet vobis dominus locum in quo nullius rei est penuria. Et de isto potest dici illud 1. Reg. 19. In quo loco sunt Samuel & Dauid. Quartus autem locus signat statum infernalem, de quo scilicet dominus loquitur de damnatis Esa. 1. Super quo percutiam vos vltra addentes præuaricationem? Omne caput languidum, & omne cor mœrens &c.

F ¶ Si autem de tempore vis aliquid dicere, dic quod istud pronomen quo, signat tempus

Præsentis mortalitatis,
Ingentis vtilitatis,
Fluentis prosperitatis,
Sequentis pœnalitatis,
Florentis fœlicitatis.

De tempore vitæ præsentis potest dici illud Hester. 2. Sicut solita erat eo tempore quo eam paruulam nutriebat. De tempore vitæ ingentis, id est, de vita & statu bonorum perfectorum potest dici illud Iud. 18. Venerat tempus quo sacrificium offerri solet. & Hester. 2. Eo, inquit, tempore quo Mardocheus ad regis ianuam morabatur. Istud est enim tempus gratiæ quo scilicet sacrificium cordis contriti Deo offerimus, & quo per spem & per fidem ad ianuam cœli stamus. De tempore fortunæ labentis seu mundanæ prosperitatis instabilis & fluentis potest dici illud 2. Mach. 1. Tempus fuit, quo sol refulsit, qui prius erat sub nubilo. De tempore vero pœnæ sequentis, scilicet quo miseri in inferno puniuntur, dicitur Iob 6. Tempore quo fuerint dissipati peribunt, & vt caluerint soluentur de loco suo. De tempore autem status florentis, quo scilicet beati in æterna fœlicitate gaudent, potest dici illud Iob 14. Constituas mihi tempus in quo recorderis mei. Putasne mortuus homo rursum viuat? cunctis diebus quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea. Sequitur. Operi manuum tuarum porriges dexteram. Et hæc igitur de Quo pronomine sufficiant, quo ad præsens.

## Quorum.

Nota quod istud pronomen quorum, quod est genitiuus pluralis, potest referri ad bonos & ad malos. A Et primo dicamus malis, quod isti sunt, Quorum

Rebellio Deo opponitur,
Opinio fœtet & spernitur,
Elatio cadit & labitur,
Possessio nimis extenditur,
Cognatio splendida cernitur,
Affectio ardet & vritur,
Cognitio tenebris tegitur,
Locutio murmure pungitur,
Cibatio melle vngitur.

Isti enim obstinate Deo opponuntur. vnde Iob 22. Qui dixerunt Deo recede a nobis, & quasi nihil posset omnipotens, æstimabant eum, quorum sententia procul sit a me. Item isti vt infames sunt contemnuntur. vnde Prouerbior. 2. Quorum viæ peruersæ, & infames gressus illorum. Item isti per prudentes nunquam extolluntur. vnde Iob dicebat de talibus Iob 30. Quorum virtus erat mihi pro nihilo. Et ibidem. Quorum patres non dignabar ponere cum canibus gregis mei. Item isti terrenorum opibus immerguntur. Vnde de peccatore diuite potest dici illud Psalm. Hoc mare magnum & spatiosum manibus, ibi reptilia quorum non est numerus. Reptilia dico, id est, diuitiæ. Item isti præ cæteris prole fœcundantur. Psalm. Quorum filij sicut nouellæ plantationes &c. Filiæ eorum composita &c. Item isti cupidine rerum comburuntur. Vnde in Psalm. In quorum manibus iniquitates sunt, dextera eorum repleta est muneribus. Item isti caligine cœca contegantur, hoc est dictum, ignorantiæ cœcitate. vnde Esa. 29. Væ qui profundi estis corde, vt a domino abscondatis consilium, quorum sunt in tenebris opera. Item isti acredine verborum vruntur vnde in Psal. Quorum os maledictione plenum est & amaritudine, veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Item isti dulcedine cibi alliciuntur, quia iis dicitur Deut. 32. De quorum victimis comedebant adipes, & bibebant vinum libaminum. Et Phili. 3. Quorum Deus venter est &c.

¶ In bono vero significato dic quod quorum potest referri ad bonos. Vnde nota quod isti sunt, Quorum B

Expiatur prauitas sublata per pœnitentiam,
Regulatur leuitas innata per temperantiam,
Declaratur lenitas plantata per complacentiam,
Candidatur castitas purgata per continentiam,
Confirmatur entitas tenata per permanentiam.

Dico ergo, quod isti sunt quorum per pœnitentiam culpa remittitur. Vnde in Psalm. Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Vnde Luc. 5. Quorum vt Iesus fidem vidit, dixit, homo, remittuntur tibi peccata tua, & Ioan. 20. Quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt eis. Item isti sunt quorum per temperantiam vita dirigitur vnde Exod. 26. Vnius mensuræ erunt omnia saga, quorum quinque iunges seorsum. Quinarius enim numerus quinque sensus signat, qui scilicet sunt semper per temperantiam moderandi. Item isti sunt quorum per mititatem & clementiam lenitas vngitur, isti enim sunt lenes, suaues & vncti. Numer. 3. Hæc sunt nomina filiorum Aaron qui vncti sunt, & quorum completæ sunt consecrationes. & Eccle. 44. Hi sunt viri misericordiæ, quorum pietates non defuerunt. Item isti sunt quorum per continentiam puritas tergitur. Vnde de panibus propositionis, id est, de sanctis viris dicitur Leuit. 24. Quorum

*vani sex altrinsecus super mensam purissimam coram domino statuit.* Item isti sunt quorum per permanentiam durat æternitas, qui scilicet isti viuunt in æternum. vnde Philip. 4 dicitur *quod isti sunt quorum nomina scripta sunt in libro vitæ.* Et hæc de Quorum sufficiant.

A **Quos.** In accusatiuo. Nota quod Quos simili modo potest dici de bonis. Vnde nota quod bona sunt, Quos

Status supernus facit tutissimos,
Amor fraternus facit charissimos,
Splendor lucernus facit doctissimos,
Vigor internus facit promptissimos,
Labor externus reddit aptissimos,
Rigor paternus facit sanctissimos,
Dulcor maternus reddit lætissimos,
Tenor æternus reddit certissimos.

Dico ergo quod isti sunt quos efficit tutissimos puritas superna, quia scilicet propter virtutem incorruptibilem, qua præ pollent, fortissimi sunt & tuti. Vnde de Angelis dicitur Gen. 32 *Quos cum vidisset Iacob, ait. Castra Dei sunt hæc.* Item isti sunt quos dat gratissimos charitas fraterna. Vnde de Ioseph & fratribus suis dicitur Gen. 43. sic. *Quos cum vidisset & Beniamin simul, fecit eos introduci domum.* Item isti sunt quos dat doctissimus claritas lucerna, hoc est reuelatio sancti Spiritus. vnde Exod. 28. *Loqueris cunctis sapientibus corde, quos repleui spiritu sapientiæ.* Item isti sunt quos promptissimos facit vigorositas interna signatur Exod 37. vbi dicitur quod *Beseleel fudit quatuor circulos quos posuit in quatuor angulis per singulos pedes mensæ.* Circulus enim in pede nihil aliud est quam volubilis obedientia in prompta executione. Pes enim cursum & motum signat. Item isti sunt quos efficit aptissimos aduersitas externa, quia scilicet quanto viri sancti magis per tribulationes concutiuntur & malleantur, tanto aptiores in Dei ædificiis iudicantur. Vnde de lapidibus fundamenti templi dicitur sic 3. Reg. 5. *Quos lapides dolauerunt cæmentarii Salomonis.* Vnde de tribulatis & pauperibus potest dici illud Iob 24 *Quibus non est operimentum in frigore, quos imbres montium rigant* &c. Item isti sunt quos efficit sanctissimos seueritas paterna, & sic dicitur Apoc 3. *Ego quos amo, arguo & castigo.* Item isti sunt quos efficit lætissimos fœlicitas superioris Hierusalem, quæ sursum est, & est magister noster, de quo Baruc. 5. *Ecce venient filii tui, quos dimisisti dispersos, venient collecti ab oriente, in occidentem, in verbo sancti gaudentes, in honorem Dei.* Item isti sunt quos efficit certissimos veritas æterna, hoc est dictum, veritas prædestinationis æternæ, quia scilicet isti sunt quos ab æterno numerauit, & in saluandorum numero descripsit & appropriauit. Vnde de numeratione dicitur Num. 1. *Hi sunt quos numerauit Moyses & Aaron.* Et de descriptione dicitur. 2. Paral. 4. *Hi ergo sunt quos supra descripsimus nominatim.* De appropriatione autem dicitur Leuitic. 25. *Mei autem sunt serui filii Israel, quos eduxi de terra Aegypti.* & breuiter de prædestinatis dicit dominus Io. 17. *Pater, manifestaui nomen tuum hominibus quos dedisti mihi de mundo.* Sequitur. *Ego pro eis rogo, non pro mundo, sed pro his quos dedisti mihi, quia tui sunt.* Sequitur. *Pater sancte, serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi* Et hæc de Quos in bono

B significato sufficiant. ¶ In malo vero significato, dic quod mali sunt, Quos

Adorat error sæcularis,
Honorat fauor popularis,
Deuorat rigor supernalis,
Lacerat terror infernalis.

Isti dico sunt, quos error sæcularis solet adorare, quia scilicet isti in sæculo reputantur magni, figurati in idolis. vnde Deut. 29. *Adorauerunt eos quos nesciebant, & quibus non fuerant attributi.* Item isti sunt quos honor popularis solet exaltare. Isti enim honoribus eleuantur, sed in fine turpiter deprimuntur 2. Reg. 18. *Plures fuerunt quos saltus consumpserat de populo, quam quos vorauerat gladius.* Saltus enim qui est rupes alta & scissa, honorum designat altitudinem. Item isti sunt quos rigor supernalis solet deuorare seu etiam condemnare, quia scilicet rigor iustitiæ diuinæ. Vnde dominus ipse dicit Hieremiæ 45. *Ecce quos ego ædificaui, ego destruo, quos plantaui* (per temporales scilicet prosperitates) *ego euello & destruo*, per æternales scilicet aduersitates. Item isti sunt quos terror infernalis seu crudelitas hostilis solet iugulare seu etiam lacerare. vnde 4. Regum 10. de damnatis & dæmonibus dicitur sic. *Qui cum apprehendissent viuos, iugulauerunt eos.*

**Quibus.** Nota quod sicut dictum fuit de quos & quorum, sic dicendum est de Quibus, quod scilicet ad bonos & ad malos, seu etiam ad bona & ad mala diuersimode referatur. Dico ergo de bonis perfectis & virtuosis, quod isti sunt Quibus A

Assignatur virtus integralis,
Ministratur panis spiritualis,
Perficitur iussus paternalis,
Tribuitur terra supernalis,
Non præualet hostis infernalis,
Valde placet sermo magistralis,
Infligitur labor temporalis,
Ascribitur cibus æternalis.

Dicamus ergo de istis quibus, id est, de viris perfectis & iustis quod isti sunt, quibus assignatur seu in quibus commendatur virtus generalis seu specialis. Isti enim completæ & adultæ sunt virtutis. Vnde de duobus filiis Isaac dicitur Gen. 25 sic. *Quibus adultis factus est Esau vir gnarus venandi & homo agricola, Iacob autem vir simplex habitabat in tabernaculis.* Item isti sunt quibus ministratur panis specialis seu spiritualis, scilicet, Eucharistiæ. Iste enim est panis iustorum, non peccatorum. Vnde de Ioseph & suis fratribus Genes. 47. dicitur sic. *Quibus statuta cibaria de horreis publicis præbuit* Et Exod. 16 *Quibus ait Moyses, Iste est panis quem vobis Dominus ad vescendum* Item isti sunt in quibus perficitur iussus paternalis. Isti enim sunt maioribus ad obedientiam semper prompti. Vnde Genes. 50 *Quibus iussa explentibus transierunt 40 dies.* Item isti sunt quibus diuiditur seu tribuitur terra supernalis, scilicet hæreditas paradisi. Vnde Deuter. 1. *Paruuli vestri de quibus dixistis, quod captiui ducerentur, ipsi ingredientur, & ipsi dabo terram, & possidebunt eam* Et Iob 15. dicitur. *Quibus solum data est terra.* Item isti sunt quibus non præualet hostis infernalis. Vnde isti possunt comparari filiis Enachim *quibus nullus potest ex aduerso resistere*, sicut dicitur Deut. 9. Item isti sunt quibus valde placet sermo magistralis, i. doctrina maiorum & meliorum. Vnde 2. Par. 24. *Quibus audientibus legit rex omnia verba voluminis.* Item isti sunt quibus infligitur labor temporalis, scilicet pariens aduersitas & paupertas. Vnde Iob 24 *Quibus non est operimentum in frigore.* Et Lucæ 12. dicitur de coruis, id est, de hispidis eremitis & aliis viris sanctis. *Considerate, inquit, coruos quia non seminant neque metunt, quibus non est cellarium neque horreum, & Deus pascit illos* Vnde de aduersitate dicitur Hier. 49. *Ecce quibus non erat iudicium vt biberent calicem ira Domini, bibentes bibent* &c. Item isti sunt quibus ascribitur cibus æternalis, scilicet cibus gloriæ, & dulcedo Paradisi. Vnde Sapient. 16. *Dispensasti, inquit, populum tuum, quibus dedisti concupiscentiam delectamenti sui nouum saporem escam parans* &c.

B ¶ In malo vero dic, quod peccatores impii sunt illi, scilicet, quibus

Indignatur summa diuinitas,
Hebetatur mentis subtilitas,
Reseruatur mortis obscuritas,
Obstinatur cordis calliditas.

Isti sunt igitur quibus summa diuinitas indignatur, vt de rebellibus filiis Israel dicitur Num. 32. *Quibus iratus Dominus iurauit, dicens: Si videbunt homines isti terram quam pollicitus sum Abrahæ* &c. Et in Psal. *Quibus iuraui in ira mea, si introibunt in requiem meam.* Item isti sunt quibus mentis subtilitas hebetatur, quia scilicet lumine scientiæ per ignorantiam sunt priuati, de quibus Sapien. 13. *Vani sunt omnes homines in quibus non est scientia Dei.* Item isti sunt quibus mortis obscuritas reseruatur, videlicet, in inferno. Vnde 2. Pet. 2. *Hi sunt fontes sine aqua, nebulæ turbinibus exagitatæ, quibus caligo tenebrarum reseruatur.* Item isti sunt quibus cordis calliditas obstinatur, scil. ad faciendum malum. Vnde de Chaldæis & eorum malitia dicitur Hiere. 8. *Mittam vobis serpentes & regulos, quibus non est incantatio* &c. Hæc ergo dicta de quibus sufficiant quo ad personas.

C ¶ De rebus vero dic tam bonis quam malis, quod varia & diuersa sunt negotia rerum, videlicet, quædam bona quibus

Instruimur,
Corrigimur,
Perficimur,
Reficimur.

Quædam mala, quibus

Allicimur,
Inficimur,
Afficimur.

Dico

..., quod sunt res bonæ quibus instruimur, & ista sunt ... leges & mandata, & sacræ paginæ atque scientiæ documenta. Vnde de mandatis diuinis potest dici illud Gen. 49. *Finitis mandatis quibus filios instruebat collegit pedes suos super lectum*: de duobus vero testamentis potest intelligi illud Nu. 10. *Fac tibi duas tubas argenteas, quibus conuocare possis multitudinem.* Ista autem ... 10 vasis aureis Salomonis, de quibus dicitur 3 Reg. *Omnia vasa de quibus potabat rex Salomon, erant aurea.* Item sunt quædam quibus corrigimur, & ista sunt mundi tribulationes & ... de quibus Luc. 21. *Venient dies in quibus non relinquetur lapis super lapidem* Sequitur. *Surget gens contra gentem, & terræmotus per loca.* &c. Item dico, quod sunt quædam quibus perficimur, & ista sunt gratiæ, merita & virtutes, & ista sunt spiritualia ornamenta de quibus dicitur Iudic. 8. *Tulit Gedeon ornamenta & ... quibus colla regalium camelorum decorari solent.* Item dico quod sunt quædam quibus reficimur, & ista sunt deliciæ & gaudia ..., de quibus dicitur Leu. 25 *Facite præcepta mea atque iudicia ... complete ea, vt habitare possitis in terra, absque vllo pauore, & gignat ... fructus suos, quibus vescamini vsque ad saturitatem.* Ista ciba parantur Isaac, *quibus*, scilicet *libenter vescitur*, sicut dicitur ... 26.

D ¶ Item dico, quod sunt res quædam malæ, quibus allicimur & ista sunt temporalia mundi bona, quibus fatui plus debito ... buntur. Ideo Deut. 7. dicitur. *Non concupisces aurum & argentum de quibus facta sunt*, scilicet idola. Talia enim non sunt concupiscenda, scilicet, diuitiæ, imo secundum Apostolum 1. ad Tim. *Habentes alimenta & quibus tegamur, his debemus contenti esse* ¶ Item dico, quod sunt quædam in quibus inficimur, & ista sunt vitia ... ara, de quibus 3. Reg 16. dicitur. *Ambulauit in vijs patris eius ... suis quibus peccare fecit Israel.* & 2 Re. 24. dicitur: *Seruiuit immunditijs quibus seruierat pater eius* ¶ Item dico, quod sunt quædam quibus afficiuntur, & ista sunt tormenta infernalia, quibus ... peccauerimus, affligimur. Ideo bene consulit scriptura Ec... 12. dicens *Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ antequam ... dies afflictionis tuæ, & appropinquent anni de quibus dicas, non mihi placent.* Hæc igitur de quibus sufficiant, &c.

A Quisquam. Quicquid. Nota, quod quisquam idem est, quod quicunque seu aliquis. Sumitur tamen vt communiter in terminis negatiuis. Nota, igitur sicut dictum est de qui & de quis, quod quisquam potest ad diuersa referri, videlicet,

Ad { Iustum, Stultum, Damnatum.

¶ Primo ergo dico, quod iustus potest dici quispiam, id est, aliquis vel quicunque, quia pro certo iusti pro eo, quod per charitatem ad omnes generaliter se extendunt, ideo quisquam seu quicunque merito dici possunt. Notabis ergo de tali quisquam, id est, de viro iusto, sc. quod

Hic maiorum legibus religatur,
Hic ciborum fluctibus non grauatur,
Vitiorum ensibus non truncatur,
Deceptoris artibus non lædatur,
Adulantis vocibus non fraudatur,
Castigantis acubus non stimulatur,
Hic terrenis specubus non locatur,
Hic proprijs opibus non ditatur,
Hic cælitus omnibus satiatur,
Hic inferni cruciatibus non deputatur.

Dicam ergo de dominio quisquam, id est, de quolibet viro iusto quod hic sine imperio non vagatur. Ad iustum enim spectat, quod non sit vagabundus, sed quod maiorum legibus sit subiectus. Vnde Ioseph in persona superioris dicitur Gen. 41. *Absque tuo imperio non mouebitur quisquam*, Item dico, quod ciborum edulio non grauatur. Abstinens enim debet esse vir iustus. Vnde Leuit. 6. *Nec quisquam comedat ex ea*, hoc est, de sacrificio sacerdotum. Item dico, quod vitiorum gladio non truncatur. Vnde 1. Reg. 11 *Non occidatur quisquam in die hac*, ita quod dæmones de ipsis possint dicere illud, quod Iudæi de Christo dixerunt Ioan. 18. *Nobis non licet interficere quemquam*. Item dico, quod hic fraudis commercio non lædatur, Deus enim tales non permittit, quod ipsi fraudent & decipiant innocentes. Vnde de filijs Israel dicitur 1. Paralipom. 16. quod *Deus non permisit quemquam calumniari eis*. Item dico, quod verborum eloquio non fraudatur, scilicet, per adulationem. Non delectatur enim in adulationibus deceptorum. Ideo cuilibet adulatori potest dici illud Prouerb 24. *Non lactes quemquam labijs tuis.* & Eccles. 11. *Ante mortem non laudes hominem quemquam*. Item dico, quod correctorium iaculo stimulatur. Vnde Eccle. 6. *Priusquam interroges, ne vituperes quemquam, sed cum interrogaueris, corripe iuste.* Item dico, quod terrenorum tumulo non locatur, videlicet per auaritiam. Vnde de monumento nouo, quod erat excisum in petra, dicitur Luc. 23. quod *in eo nondum quisquam positus fuerat*. Item dico, quod parcitatis vinculo non ligatur. Iustus enim liberalis est, & non parcus, ita quod illa quæ habet, non sunt sibi propria, sed omnibus communia. Vnde Act. 4. *Nec quisquam eorum possideat aliquid, ne suum esse dicebat, sed erant eis omnia communia.* Item dico, quod hic cœlesti ferculo satiatur. Iste enim habet finaliter sufficientiam paradisi. Vnde Act. 4. *Nec enim quisquam egens erat inter eos.* Item dico, quod hic æterno stimulo non arctatur, quia sc. iste non iudicatur aut condemnatur ad pœnam æternam, quia sc. sicut dicitur Ioan. 5. *Neque enim pater iudicat quemquam.* Sic ergo patet, quod Quisquam sumitur in bono.

¶ Sed adhuc dico, quod Quisquam sumi potest in malo. Et sic dico, quod per Quisquam intelligitur peccator. Quisquis enim semper signat aliquod dubium, sicut cum dicitur: Quisquis sic loquatur mecum. Est enim pronomen compositum & adiectiuum, signans scilicet peccatorem, qui scilicet semper est dubius & incertus, fallax, compositus, & ineptus. *Sonitus enim terroris in auribus impij, & cum pax sit, semper insidias suspicatur*, sicut dicitur Iob 15. Dicamus ergo, quod Quisquam seu Quisquis scil. peccator B

Detractionis vitio roditur,
Rebellionis odio foditur,
Possessionis amore moritur,
Obliuionis horrore mergitur,
Iniustitiæ furore ducitur,
Diffidentiæ pauore soluitur,
Opulentiæ dulcore pellitur,
Pestilentiæ terrore sternitur.

De detractione talium dicitur Num. 14. *Nec quisquam ex his, qui detraxerunt mihi, intuebitur.* De rebellione istorum, qui scilicet obedire suis maioribus contradicunt, dicitur 3. Reg. 12. *Nec secutus est quisquam domum Dauid.* De possessione vero terrena, quomodo tales per cupiditatem eneruat, & quomodo vita gratiæ ipsos priuat, dicitur Luc. 12. *Non in abundantia cuiusquam vita eius.* De obliuione vero & ignorantia istorum dicitur 1. Corinth. 6. *Non est sapiens inter vos quisquam.* Isti enim nec vident, nec audiunt illa, quæ pertinent ad salutem. Vnde 1. Reg. 26. *Nec erat quisquam qui videret, & intelligeret, & vigilaret*: & 1. Reg. 39. *Nec audiet vos quisquam.* De iniustitia autem eorum dicitur Rom. 3. *Non est iustus quisquam, nec est intelligens, aut requirens Deum.* De timore autem seu diffidentia istorum dicitur 2. Reg. 17. *Fortissimus quisque pauore soluetur.* Vnde de vecordia talium dicitur 2. Mach. 5. *Nec simpliciter quisquam se Iudæum esse confitebatur*, scilicet præ timore. De opulentia autem, quæ eis in morte eripitur, vide in Diues, & in similibus, & in alijs titulis, & in tabula. De pestilentia vero, scilicet damnationis & mortis, quæ scilicet istos finaliter comprehendit, dicitur 1. Reg. 30 *Non euasit ex eis quisquam.* 2. Par. 22. *Nec super esse quenquam posset, euaderet qui necem potuisset.* Hæc ergo de Quisquam & Quisquis sufficiant.

Quispiam. De Quispiam sicut de Quisquam potest dici quod referri potest ad impium, & ad iustũ. Est enim idem quod aliquid seu quisquam, verumtamen, vt communiter, refertur ad impium & iniustum. Vnde nota, quod talis Quispiam A

Inficitur carnali macula.
Excluditur à Dei specula.
Seiungitur à cœli camerula.
Repellitur à sacra copula.
Reijcitur à gente credula.
Non pascitur secreta pabula,
Nanciscitur inferni iacula.

Dico ergo quod talis Quispiam carnali macula inficitur, s. peccato luxuriæ. Vnde Gen. 26. *Potuit coire quispiam de populo cũ vxore sua.* Itẽ à Dei specula secluditur. Vnde Ex. 24. Moysi ad loquendum cum Domino ascendenti dicitur sic. *Nullus ascendat tecum, nec videatur quisquam per totum montem*; q. d. talis quisquam non est dignus contemplari vel audire diuina secreta. Item iste à cœli

camerula ſeiungitur, hoc eſt dictum, à Paradiſo. Vnde Deut. 1. *Non videbit quiſpiam de hominibus generationis huius peſſimæ terram bonam, quam ſub iuramento pollicitus ſum patribus veſtris.* Item iſte à ſacra copola repellitur ſeu refugitur, quia ſcil. mali à ſocietate bonorum vitantur, & ab ipſis ſolitarij dimittuntur. Vnde de fatuo Nabal dicitur 1. Reg 25. *Erat autem vir quiſpiam in ſolitudine.* Vnde bonis fit prohibitio de frequentanda ſocietate malorum, Ioſu. 6. *Cauete ne quiſpiam contingatis, & ſitis rei præuaricationis.* Item iſte à gente credula reijcitur, ſeu etiam contemnitur, quia ſcilic. tales à fidelibus tanquam excommunicati habētur. Et hoc eſt quod præcipitur 4. Reg 4. vbi dicitur: *Si ſalutauerit te quiſpiam, non reſpondeas ei.* Item iſte ſecreta pabula non paſcitur, ſc. de futuris rerum negotijs more prophetico meditando. Vnde 3 Re. 22. *Non eſt hic propheta Domini quiſpiam.* Item iſte inferni iacula nanciſcitur, quia ſc. finaliter infernalis damnatio talibus intentatur. Vnde Prou 26. *Maledictum in quempiam ſuperueniet.* Sufficit.

A **Quo. Quocunque.** Cum quo ſit aduerbium loci poſſumus dicere, quod in ſcriptura fit mentio de multiplici Quo ſeu loco, videl. de loco

Morali,
Vitali,
Lethali,
Fatali,
Venali,
Mortali.

Locus {
Moralis eſt frequentandus, ſcilicet, virtutis ſtatus,
Vitalis eſt affectandus, ſc. Paradiſus,
Lethalis eſt deteſtandus, ſcilicet peccati vitus,
Fatalis eſt acceptandus, ſcilicet mors aut lethum,
Venalis eſt refutandus, ſc. mundus,
Mortalis eſt formidandus, ſc. infernus.

¶ Primo ergo dico, quod per Quo ſeu Quocunque intelligitur ſtatus moralis & virtualis. Virtus enim & perfectio, & morum locus & ſtatus eſt, quo quolibet tendere debet, & ibi quocunque ierit declinare, ſicut Dauid de ſeipſo dicebat 1. Reg. 15. *Ego vadam, quo iturus ſum.* Vt ſic vnus alteri dicat illud 1. Reg 14. *Perge quo cupis, & ero tecum.* Quia pro certo ad iſtud Quo, id eſt, ad ſtatum & gradum virtutis debemus alter alterum comitari, & virtuoſorum exemplis illuc accedere & tranſire. Iſte enim locus ſeu ſtatus eſt locus

Diuinitatis,
Humilitatis,
Satietatis,
Securitatis,
Societatis.

B ¶ Eſt dico locus diuinitatis. Deus enim ad hunc locum continue nos præcedit, & nos debemus etiam ſequi, dicendo ſc. illud Luc. 9. *Magiſter ſequar te quocunque ieris:* & Marc. 14. *Sequimini eum, quocunque introierit.* Sequi, dico, debemus eum, in quantum ſc. noſtræ fragilitati poſſibile eſt, quia ſ. attingere ſummam perfectionem ſuam impoſſibile eſt, ſicut ſc. ipſe dicit Ioan. 13. *Domine, quo vadis? Reſpondit Ieſus: Quo ego vado, vos non poteſtis venire:* & Ioan. 8. ipſe dicit. *Ego ſcio, vnde venio, & quo vado, & quo ego vado, vos non poteſtis venire.* Iſte eſt ergo locus diuinitatis, de quo ſcilicet recedere non valebat ille, qui in Pſal. dicebat Deo *Quo ibo à ſpiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? Si aſcendero in cælum, tu illic es, ſi deſcendero ad infernum, ades. &c.* q. d. vbicunque ad locum & ſtatum virtutis acceſſerimus, Deum præſentem inuenimus. Vnde & Petrus ſibi legitur dixiſſe: *Domine quo vadis? & iſte protinus reſpondiſſe. Vado Romam iterum crucifigi. Spiritus vbi vult, ſpirat, & neſcimus vnde veniat, aut quo vadat.* Sequamur ergo pro viribus ad iſtud Quo ſeu Quocunque, iuxta illud Ezech. 1. *Quocunque ibat ſpiritus, illuc & rota pariter eleuabantur, ſequentes eum.* Iſte eſt ergo locus authoritatis ſeu diuinitatis.

C ¶ Item dico, quod iſte eſt locus humilitatis. Ideo viro perfecto poteſt dici illud Ezech. 32. *Quo pulchrior es, deſcende, & dormi.* Iſtuc enim debemus ire

Deum orando,
Sanctos ſectando,
Mala calcando,
Maioribus parendo,
Minoribus hærendo.

Deum dico orando. Vnde 3. Reg 8. *Quocunque miſeris eos, orabunt te.* Sanctos etiam ſectando, ſeu etiam [illegible] imitando, dicente [illegible] 1. *Quocunque perrexeris, pergam.* Mala inſuper [illegible] calcando, [illegible] ſuperando, Vnde 1. Re. 14. *Ad Saul confirmato regno ſuper Iſrael pugnabat per circuitum aduerſus inimicos, & quocunque ſe [illegible] ſuperabat.* Item maioribus parendo & obediendo. Vnde de n[illegible] dicitur Iob 37. quod *luſtrant cuncta per circuitum, quocunque voluntas gubernantis duxerit ad omne, quod præceperat illis.* Minoribus [illegible] rum hærendo, & cum eis conuerſando, ſc. cum innocentibus & benignis, ſicut bene dicitur de innocentibus Apo 14. *Hi ſequuntur agnum quocunque ierit.* Vnde de perditione talis puræ & innocentis ſocietatis videbatur Ruben vendito Ioſeph dicere [illegible] 37. *Puer non comparet, & ego quo ibo?* Virtus igitur & perfectionis locus eſt humilitatis.

D ¶ Item dico, quod iſte locus eſt ſatietatis. In iſto enim [illegible] ſatiatur & reficitur donis & gratijs mens humana, ibi etiam [illegible] ſcitur & reficitur ipſe Deus. Vnde animæ virtuoſæ poteſt de Chriſto illud Cant. 6. *Quo abijt dilectus tuus, ô pulcherrima mulierum? Quo declinauit dilectus tuus? & quæremus eum tecum.* Dilectus meus deſcendit in hortum ſuum, & areolam aromatum, vt paſcatur in hortis, & lilia colligat: & Marc. 14. dixerunt diſcipuli Chriſto: [illegible] vis eamus, & paremus tibi paſcha.

¶ Item dico, quod eſt locus ſecuritatis. Deus enim ſeruat & cuſtodit omnes illos, qui in illo loco morantur, [illegible] ſtatu virtutis. Iud. 2. *Quocunque pergere voluiſſent, manus Domini ſuper eos erat:* & Prou. 21. *Cor regis in manu Domini, quocunque voluerit, inclinabit illud.*

¶ Item eſt locus ſocietatis, ſeu etiam charitatis. Vnde Lu. dicitur, quod *Chriſtus miſit diſcipulos binos ante faciem ſuam in omnē ciuitatem & locum quo erat ipſe venturus.* Patet igitur, quomodo [illegible] quo & quocunque intelligitur ſtatus moralis & virtualis.

¶ Secundo dico, quod per iſta aduerbia intelligitur ſtatus vitalis, ſupernalis & æternalis, ſc. gloria Paradiſi. Iſte eſt enim locus, quo iuſtus aſcendere cupit, in quo finaliter ſicut in termino requieſcit. Vnde Dominus dicit animæ beatæ 1 Re. 14. *Perge quo cupis, & ero tecum:* & Exod. 32. *Duc populum iſtum ad locum, quo locutus ſum,* i. ad terram promiſſionis Paradiſi. Et breuiter de iſto quo dici poteſt cuilibet beato illud Ezech. 21. *Vade ad dextram, ſeu ad ſiniſtram, quocunq; facies tua eſt appetitus:* & 2. Reg. 2. *Quo aſcendam in Hebron?* Iſte tamen locus interdicitur peccatori, quia Chriſtus dicit cuilibet tali: *Quæretis me, & non inuenietis, & quo ego vado, vos non poteſtis venire,* Ioan. 8. Quia ſicut dicitur Luc. 12 *Paradiſus eſt locus quo fur non appropiat, nec tinea corrodit;* ſoli enim iuſti & beati ſunt ibi in ſecuritate Marc. 6. *Quocunque introieritis in domum, ibi manete.* Hic eſt igitur locus vitalis & ſupernalis.

¶ Tertio dico, quod per quo & quocunque intelligitur locus ſeu ſtatus lethalis ſeu criminalis, hoc eſt dictum, ſtatus peccati. Iſte enim eſt

Locus {
Obſcuritatis & ignorantiæ,
Proteruitatis & inſolentiæ,
Tenuitatis & indigentiæ.

Locus dico, ignorantiæ & obſcuritatis. Et ſic dicitur de peccatore Ioan. 3. quod *neſcit vnde veniat, aut quo vadat.* Vnde Ioan. *Qui ambulat in tenebris, neſcit vnde veniat, aut quo vadat.* Locus enim inſolentiæ & proteruitatis, quia ſcilicet peccator, vt communiter eſt proteruus & obſtinatus. & voluntate propria [illegible] nus. 3. Reg. 29. *Abijt quocunque eum ferebat voluntas.* Locus [illegible] indigentiæ & ſterilitatis, quia ſc. peccator caret diuitijs [illegible] pra gratiarum. Luc. 12. *Non habeo quo congregem fructus meos.* Hic eſt ergo locus lethalis & criminalis.

¶ Quarto dico, quod per quo intelligitur locus ſeu ſtatus fatalis, id eſt, mortis temporalis, quo ſc. omnes tendunt. Vnde cuilibet de mundo recedenti, & ad mortē tendenti poteſt dici illud Gen. 16. *Agar ancilla Sarai, vnde venis, aut quo vadis?* Sequitur *A facie Dominæ meæ fugio* Agar n. eſt caro mortalis, domina ipſius eſt anima, à cuius facie caro fugit ad mortem. 1. Mach. 2. *Quo nobis adhuc viuere.* Hic igitur eſt ſtatus fatalis atque mortalis.

E ¶ Quinto dico, quod per quo & quocunque intelligitur ſtatus venalis & mundialis. Mundus enim eſt.

Locus {
Diſperſionis & exilij,
Depreſſionis & martyrij,
Vagationis & diffugij.

Locus dico diſperſionis & captiuitatis. Vnde Baruch. 3. *Ecce, inquit, nos hodie in captiuitate noſtra ſumus, quo nos diſperſiſti in improperium, & in maledictum.* Locus etiam depreſſionis, quia ſcilicet

hic

hic compelluntur boni multa & varia pati. Vnde Christus dixit Ioan. 21. *Petre, cum esses iunior, cingebas te, & ambulabas, quo tu volebas, Cum autem senueris, extendes manus tuas, & alius cinget te, & ducet, quo tu non vis.* Locus insuper vagationis, quia scilic. mali volunt per mundum discurrere, & agere sine fræno. Hier. 50. *Quodcunque placet tibi vt vadas, vade.*

§ Sexto vero dico, quod per quo seu quocunque intelligi potest status mortalis & infernalis. Infernus enim

Locus est {
- Erroris,
- Terroris,
- Horroris.

De errore & ignorantia dicitur Eccl. 9. *Nec sensus nec ratio, nec sapientia, nec scientia erit apud inferos, quo tu properas.* De errore autem seu timore satis supponitur in Psal. vbi dicitur illud prædictum: *Quo ibo à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? Si ascendero in cælum, tu es, si descendero ad infernum, ades,* sc. ad puniendum me. De horrore vero, s. futuræ & horrendæ habitationis potest dici de animo damnata illud, quod de duabus alatis mulieribus, quandam amphoram portantibus, in qua latebat iniquitas dicitur Zach. 5. *Quo ista deferunt amphoram, vt ædificetur ei locus in terra Sennaar.* Sennaar, qui interpretatur fœtor, signat infernum, quo scil. amphora, id est peccatrix anima à duabus mulieribus, id est, à duabus culpis præcipuis, quæ sunt caro alliciens, & mundi gloria decipiens, finaliter deportatur, vt ibidem locus suus perpetuo firmatur. Patet ergo, quod per quo seu quocunque potest locus sui status multiplex denotari.

A **Quoties. Quotiescunq;** De quoties, quia accipitur per multiplicationē tam numeri quam temporis, possum dicere quod per Quoties sumitur multiplicatio in bono, & in malo. In bono enim dico, quod multiplicanda est & reiteranda

- Compunctio cordis interioris,
- Remissio culpæ exterioris,
- Deuotio caulæ superioris.

Reiterata igitur compunctionem internam. Exemplo sc. filiorū Israel, de quibus Iud. 5. quod *quotiescunq; pœnituerunt se recessisse à cultura Dei sui, dedit eis virtutem resistendi.* Reuera etiam remissionem fraternam, iuxta illud Matth. 18 *Quoties peccauerit in me frater meus remittam ei vsque septies? Non dicam, inquit, septies, sed vsque septuagies septies.* Reiterata insuper deuotionem paternam seu supernā sc. deuotionem ad sacramentum altaris. 1. Cor. 11. *Quotiescunque manducabitis panem hunc & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis donec veniat.*

B § In malo autem significato nota, quod per Quoties ostenditur, quomodo mali solent male agendo aut sustinendo vices multiplicare, videlicet,

- Carendo lumine directiuo,
- Viendo flumine turbatiuo,
- Cadendo turbine deiectiuo.

Isti enim multoties lumine priuantur, sc. lumine fidei, scientiæ, & gratiæ. Vnde Iob 21. *Quoties lucerna impiorum extinguetur, & superueniet eis inundatio.* Item isti multoties turbant & turbantur, quia sc. per mala opera sua exacerbant multoties creatorem Ps. *Quoties exacerbauerunt eum in deserta, in ira excitauerunt eum in inaquoso.* Item isti multoties pœnis agitantur, sc. ab ipso Deo. Vnde Ex. 10. *Narres quoties contriuerim Aegyptios, & signa mea fecerim in eis.*

A **Quod. Quodcunq;. Eo quod.** Causatiue. De his sicut de Quo supra dictum est, potest dici de Quod primo, videlicet, quod est dare multiplex Quod, i. e. multiplicem substantiam in malo vel in bono significato assumptam. Nota ergo quod est vnum Quod

- Reuerendum, sc. Deus,
- Atterendum, sc. corpus,
- Promerendum, sc. Paradisus,
- Perferendum, sc. tribulatio seu tormentum,
- Auferendum, sc. culpa seu peccatum,
- Deferendum, sc. mundus,
- Asserendum, sc. fides seu cultus,
- Reparandum, sc. cor vel subditus,
- Operandum, sc. bonum opus,
- Formidandum, sc. infernus.

§ Dico, quod inuenitur vnum Quod reuerendum, & istud certe est Deus, qui sc. valde est reuerendæ & anomalæ conditionis, & hoc certe, quia durat æternaliter. 1. Ioan. 1. *Quod fuit ab initio quod audiuimus, quod vidimus de verbo vitæ.* Quia venit temporaliter Luc. 2. *Pastores loquebantur ad inuicem: Transeamus vsq; in Bethlehem, vt videamus hoc verbum, quod factum est & quod fecit Dominus, & ostendit nobis.* Quia vincit virtualiter, sc. mundum, quia sicut dicitur 1. Ioan. 5. *Quod natum est ex Deo, vincit mundum.* Quia prodest liberaliter, sc. conferendo vitam æternam, sicut dicitur Io. 1. *Quod factum est in ipso, vita erat, & vita erat lux hominum.*

§ Item dico, quod inuenitur vnum Quod atterendum, & istud certe est corpus nostrum, quod sc. per pœnitentiam & abstinentiam debet teri, calcari pariter, frangi. Et hoc certe, B

Quia caro {
- Perit & deficit,
- Fœdat & inficit,
- Ad malum trahit & allicit.

Deficit dico, & hoc, quia est carneum, fragile & defectiuum, quia sicut dicitur Ioan. 3. *Quod natum est ex carne, caro est.* Inficit etiam, quia sicut dicitur Leuit. 11. *Omne quod reptat super terram abominabile erit.* Num. 19. *Vas quod non habet operculum desuper, immundum erit.* Allicit insuper, scil. ad peccatum, quia sicut dicitur Sap. 11. *Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam.*

§ Item dico, quod inuenitur vnum Quod promerendum, C
& istud est præmium gloriæ Paradisi. Istud enim est

Quod {
- Dulciter delectat,
- Pia mens affectat,
- Patiens expectat.

Quod dico dulciter delectat. Vnde istud est illud mel, de quo dicitur Pro. 25. *Mel inuenisti, comede quod sufficit.* Quod etiam pia mens affectat. Vnde Dominus dicit animæ sitibūdæ illud 3. Re. 3. *Postula, quod vis, vt dem tibi.* Quod insuper homo iustus expectat sicut finale salarium & mercedem. De quo dicit Apost. 1. Cor. 2. *Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus his, qui diligunt illum.* In sero n. mortis redditur ista merces Matth. 20. *Ite & vos in vineam meam, & quod iustum fuerit dabo vobis.* Tunc enim dicetur illud, quod sequitur. *Amice non facio tibi iniuriā, nonne ex denario conuenisti mecum? tolle quod tuum est, & vade.*

§ Item inuenitur vnum Quod perferendum sc. omne quod in mundo triste vel asperū reperitur. Istud est enim quod præsentem infert dolorem, quod cœlestem confert honorem, quod funestum aufert mœrorem. Quod enim præsentem dolorem conferat patet in Scriptura. Vnde Eccl. 2. *Omne quod tibi applicitum fuerit, accipe, & in dolore sustine, & in humilitate tua patientiam habe.* Item quod cœlestem honorem conferat patet ad Philip. 2. vbi de cruce & cruciatu Christi dicitur sic. *Propter quod & Deus exaltauit illum & dedit illi nomen, &c.* Quod insuper funestum id est, infernalem mœrorem auferat, seu etiam quod sempiternum dulcorem conferat, patet 2. ad Cor. 4. vbi dicitur. *Id enim quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, &c.* D

§ Item dico, quod inuenitur vnum Quod auferendum videlicet, peccatum, quod sc. per pœnitentiam de conscientia debet auferri. Et hoc certe, quia mentaliter solet fœdare, quia mendaciter solet fraudare, quia finaliter solet necare. Peccatū enim animam fœdat, i. peccatum dicitur immunditia. Vnde Iacob 1. *Propter quod abiicientes omnem immunditiam & abundantiam malitiæ &c.* Peccatum etiam animam fraudat, & ideo dicitur mendacium. Vnde Eph. 4. *Propter quod amoue deponentes mendacium, loquimini veritatē.* Peccatum insuper animam trucidat, s. in inferno. Vnde ad Coloss. 3. *Qui enim iniuriam facit recipiet illud quod inique gessit.* Vnde Mal. 2. *Propter quod dedi vos contemptibiles omnibus populis.* Vt & peccatoribus dicatur illud Num. 14. *Cur transgredimini verbum domini, quod vobis non cedet in prosperum.* E

§ Item dico, quod inuenitur vnum Quod deferendum & istud pro certo est mundus seu gloria vana mundana, seu etiam vanum gaudium terrenorū, quod scilicet mentaliter debet deferi & contemni. Et hoc certe quia semper istud concomitatur ingens iniquitas, vrgens necessitas, sequens aduersitas. Ingens dico iniquitas, quia sicut dicitur 2. Ioan. 2. *Omne quod in mundo est aut est concupiscentia oculorum aut concupiscentia carnis aut superbia vitæ.* Vrgens insuper necessitas, quia videlicet, omne quod terrenum seu mundanum est, cito compellitur deficere, breue enim & transitorium solet esse. Vnde Eccl. 14. *Omne opus corruptibile in fine deficiet.* Et Zac. 11. *Quod moritur, moriatur, & quod succiditur succidatur. &c.* Sequens insuper aduersitas, quia scil. omne gaudium terrenum transit finaliter ad mœrorem. De diuitibus enim potest exponi illud Io. 2. *Omnis homo primo bonum vinum ponit, & cum inebriati fuerint, id quod deterius est.* Quia scilicet bonum vinum F

id est,

id est, dulcedinem prosperitatis sequitur quod deterius est, scilicet poculum aduersitatis futuræ.

G ¶ Item dico, quod inuenitur vnum quod asserendum, & istud est certe quicquid pertinet ad nostræ fidei sacramentum. Vnde de fide catholica potest dici illud Apoc. 3. *Tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam.* Vnde de isto secreto quod, id est, de fide potest modo dici, quod istud est, per quod homo saluatur, quod nunc occultatur, quod in fine reuelatur. Per quod, dico homo saluatur 1. Ad Cor. 15. *Notum vobis facio Euangelium quod accepistis, in quo & statis per quod & saluamini.* Quod etiam nunc occultatur, quia scilic. nunc videmus per speculum in Ænigmate. Vnde Dominus cuilibet fideli dicit illud Ioan. 13. *Quod ego facio tu nescis modo, scies autem postea.* Quod insuper finaliter reuelatur, sc. in patria, quando scilicet tunc facie ad faciem videmus sicut est, quia sicut dicitur Matth. 10. *Nihil opertum quod non reueletur, & occultum, quod non sciatur.*

H ¶ Item dico, quod inuenitur vnum quod reparandum. Et istud certe est cor & conscientia mentis nostræ, seu etiam nostrorum collegium subditorum. Istud enim quod

Est requirendum quando perditur,
Est reducendum quando spernitur,
Est alligandum quando frangitur,
Est consolandum quando infirmatur.

Vt sic dicat quilibet illud Ezech. 34. *Quod perierat, requiram. Quod abiectum fuerat, reducam, quod fractum fuerat alligabo, quod infirmum, consolidabo, & quod pingue & forte custodiam.*

I ¶ Item dico, quod inuenitur vnum quod operandum, & istud certe nihil aliud est, quam quodlibet bonum opus & continentia mandatorum. Istud enim est quod debemus operari & facere vt indictum magistraliter, vt indictum scriptualiter, vt ostensum exemplariter, vt impensum fraternaliter, vt appensum æquanimiter. Istud enim quod, est magistraliter indictum, quia scilicet Deus istud quod præcipit atque mandat. Vnde ipse videtur cuilibet dicere illud 4. Reg. 4. *Hoc age quod præcipio tibi.* Vnde Baruch. 6. *Perficitis quod imperatum est eis.* Item istud quod est literaliter edictum, scilicet in diuina scriptura. Vnde Apocal. 1. *Quod vides, scribe.* Et 2. ad Cor. 4. *Scriptum est, credidi, propter quod locutus sum.* Item istud quod est exemplariter ostensum. Exod. 25. *Inspice & fac secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est.* Et Iud. 7. *Quod me videritis facere, hoc facite.* Item istud quod est finaliter impensum, quia scilicet bonũ opus semper debet fieri fraternaliter & charitatiue. *Quod enim Dominus coniunxit, homo non separet.* Et potissimum istud quod spectat ad substantiam temporalem, quæ scil. est proximis misericorditer impertanda. Vnde Act. 3. *Quod autem habeo, hoc tibi do.* Et illud Matth. 20. *Tolle quod tuum est, & vade.* Item istud quod est æquanimiter impensũ hoc est, in iustitia & æquitate, quia sci. quicquid facimus iuste & æque fieri debet, iuxta illud 2. Par. 27. *Fecerunt quod erat rectum coram domino.* Et Deut. 16. *Iuste quod iustum est exequeris.*

K Vltimo vero dico, quod inuenitur vnum quod formidandum & istud certe est tormentum & pœna inferni, quod scilic. correspondet malis operibus quæ hic fiunt. Vnde de quolibet malo & peruerso opere & de tormento sibi correspondente potest Dominus dicere cuilibet peccatori illud Ezech. 34. *Lac comedebatis, & lanis operiebamini, quod crassum erat, occidebatis, quod infirmum erat, non consolidastis, quod ægrotum non sanastis, quod fractum non alligastis, quod abiectum, non reduxistis, quod perierat, non quæsistis.* Et sic patet quomodo inuenitur multiplex Quod.

L ¶ De quod vero pro quia, quod coniunctio causalis, multa possent dici, sed omitto gratia breuitatis, quia supra satis dictum est in titulo de Quia.

M ¶ De Quodcunque vero potest dici quod idem est, quod Quod, nisi quia magis distincte & generaliter supponit. Est enim idem quod omne quod: Nota ergo, sicut supra de quæcunque quod est dare quodcunque

Præbendam corde liberali,
Petendum voce filiali,
Reddendum iure naturali,
Videndum mente spirituali,
Dicendum clamore verbali,
Agendum manu corporali,
Pendendum lance æquali.

Quodcunque præbendum & erogandum signat bona mundana, seu quicquid temporaliter possidemus, quia scilicet tale quodcunq; est in necessitate proximis erogandum. Vnde cuilibet viro liberali dicitur 1. Reg. 25. *Quodcunque inuenerit manus tua, da seruis tuis.* Et 1. Esdr. 7. *Quodcunq; petierit à vobis Esdras scriba, absque mora detis.* Item quodcunque petendum signat bona superna, scilicet, gratiæ, & gloriæ, & quicquid est de eisdem peti & appeti semper debet Ioan. 15. *Quodcunque volueritis, petetis, & fiet vobis.* Et ibidem. *Quodcunque petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis.* Item qudcunque reddendum & restituendum signat vota seu verba non vana, in quibus scilicet, Deo & proximo sumus specialiter obligati. Vnde Eccl. 5. *Quodcunque voueris, redde.* Item quodcunque videndum & inuestigandum signat secreta sana, scilicet sacramenta & secreta fidei & scripturæ, quæ scilic. sunt cum diligentia perscrutanda 1. Reg. 19. *Quodcunque videro, nunciabo tibi.* Item quodcunq; dicendum seu prædicandum signat præconia diuina, scilicet omnem sanam doctrinam & quicquid ad Dei laudem spectat, quia scilicet quodcunque tale loquendum & dicendum 3. Reg. 22. *Quodcunque dixerit mihi Dominus, hoc loquar:* & Ioh. 13. *Loquar quodcunque mihi mens suggesserit.* Item quodcunque agendum seu operandum signat facta virtuosa, scilicet mandata Dei, & quæcunque bona opera, quæ nobis à Deo inducuntur. De quibus Ecclesiast. 9. *Quodcunque facere potest manus tua, instanter operare.* Et Coloss. 3. *Quodcunque facitis, ex animo operamini.* Et 2. Esdr. 4. *Quodcunque dixerit illis, faciunt.* Item quodcunque pendendum seu moderandum signat seriosa acta. De quibus Ecclesiast. 42. *Quodcunque trades, numero & appende, &c.*

¶ De Eo quod autem in quantum sumitur causatiue, potest dici quod vt communiter cum Eo quod denotat causam mali. Mali dico, aut culpæ aut pœnæ. Si ergo quæritur, quare Deus peccatoribus indignatur & quare ipsis mala temporalia & perpetua à Deo inferuntur, certe potest responderi & reddi causa quod Eo quod solent N

Immunde maculari,
Indigne indignari,
Conficte conuersari,
Effronte obstinari,
Inepte commutari,
Superbe eleuari,
Acerbe effrænari,
Verbose garrulari,
Dolose amicari,
Curiose verbis iactari,
Anxiose inimicari,
Dolorose inquietari,
Otiose Deum sectari.

Istæ enim sunt tredecim Eo quod seu causæ, quare altissimus odio habet peccatores, & à Deo arguuntur, & vilipenduntur. Et primo certe eo quod immundo statu maculantur, quod scilicet facit luxuria. Vnde de filio Emor, qui corruperat Dinam filiam Iacob, dicitur Gen. 33. quod *filij Iacob irati sunt, eo quod fœdam rem esset operatus in Israel.* Item arguuntur eo quod superbo motu indignantur, quia scilicet si alios in aliquo gradu sapientiæ præcedunt faciliter contra eos indignantur. Vnde contra mundi sapientiam dicitur Ecclesiast. 1. *Agnoui*, inquit, *quod in his quoque esset vanitas & afflictio spiritus, eo quod multa sapientia multa sit indignatio, & qui addit scientiam, addit & laborem.* Item arguuntur eo quod conficto ritu conuersantur, scilicet per hypocrisim, vnum scilicet habentes in pectore, & aliud in opere. Vnde Esaiæ 29. *Eo quod populus iste ore suo & labijs suis honorat me, corde autem longe est à me.* Sequitur. *Peribit sapientia a sapientibus, &c.* Item arguuntur isti eo quod edicto Christi non ligantur, qui scilicet isti non obediunt præceptis & verbis diuinis. Vnde Hier. 29. *Dabo eos in vexationem, maledictionem stuporem, sibilum, & opprobrium cunctis gentibus, eo quod non audierunt verba mea.* Item arguuntur isti eo quod infirmo statu variantur, quia scilicet isti non perseuerant in bono imo conuertuntur in nihilum & in malum. Vnde Ezech. 1. *Eo quod conuersi estis in scoriam, congregabo vos in ignem ad conflandum.* Item reprehenduntur isti eo quod elato statu sublenantur, quia sc. isti sunt elati præsumptuosi in factis suis. Vnde cuilibet tali elato dicitur Ezech. 28. *Eo quod eleuatum est cor tuum quasi cor Dei, idcirco hæc dicit Dominus: Ecce ego adducam super te alienos, robustissimos gentium & nudabunt gladios suos super pulchritudinem sapientiæ tuæ, &c.* Item redarguuntur isti eo quod acerbo tactu effrænantur, quia scil. isti crudeliter & acerbe effrænantur contra alios ad vindictam. Vnde Ezec. 25. *Dabo vltionem meam super Idumæam.* Sequitur

Ita

*Pro eo quod fecerunt Palæstini vindictam, & vltisi sunt toto animo* Item reprehenduntur isti eo quod verboso fatu garrulantur, qui sc. isti solent verbose & garrulose alios deridere, vt Ezechie. 25. dictum fuit à Domino populo Ammon: *Pro eo quod dixisti, euge, euge super sanctuarium meum, quod pollutum est, & super domum Iuda, quoniam ducti sunt in captiuitatem. idcirco ego tradam te filijs orientalibus &c.* Sequitur. *Pro eo quod plausisti manu, & percussisti pede, & gauisa es toto affectu super terram Israel, idcirco ego extendam manum meam super te, & dabo te in direptionem. &c.* Et breuiter istud est verum, quod certe Deo summe displicet, quod quis alios deridet, & quando infortunijs alienis lætatur. Item reprehensibiles sunt isti, eo quod non fido nexu copulantur, quia scilic. isti non sunt veri amici imo falsi. Vnde Ezech. 29. dixit Dominus Ægypto: *Pro eo quod fuisti baculus arundineus domui Israel & de manu confractus es.* Sequitur. *Adducam super te gladium, & interficiam te, &c.* Baculus enim arundineus exterius est solidus, interius vero concauus, & cito & faciliter frangens, significans falsum amicum, qui se apparet, & non est. Item argui possunt isti eo quod insano tactu stimulantur. Isti enim præsumptuose se iactant, sicut de Pharaone dicitur Ezech 29. *Pro eo quod dixeris. fluuius meus est, & ego feci eum, idcirco dabo terram Aegypti in solitudinem gladio dissipatam, &c.* Item isti sunt reprehensibiles eo quod malignoso ductu inimicantur, quia scilicet isti sunt, qui graui odio & inimicitia alios persequuntur. Vnde Ezechiel. 35. *Ecce ego ad te mons Seir, & extendam manum meam super te, & dabo te desolatum atque desertum, eo quod fueris inimicus sempiternus, & concluseris filios Israel in manus gladij* Item argui possunt isti eo quod inquieto fluctu coagitantur. *Cor enim impij quasi mare feruens, quod quiescere non valet*, sicut dicitur Esai. 57. Vnde de inquietudine malorum dicitur Thr. 3. *Oculus meus afflictus est & tacuit, eo quod non esset requies.* Item isti merito redargui possunt eo quod otioso cultu Deum sectantur, quia sc. isti parum curant de cultu diuino. Vnde Thre. 1. *Viæ Sion lugent eo quod non sint, qui veniant ad solennitatem.* Sufficit.

A **Quomodo.** Nota, quod ista dictio Quomodo quandoq; est aduerbium interrogandi, & quandoq; est aduerbium similitudinis. Interrogatiue enim ponitur communiter, per totum sicut illud Thren. 4. *Quomodo obscuratum est aurum;* & in similibus. Comparatiue seu narratiue vero ponitur quoties ponitur pro sicut vel pro quemadmodum, sicut illud Deut. 32. *Vtinam saperent, &c. Quomodo persequebatur vnus mille?* & illud Lu. 12. *Considerate lilia agri, quomodo crescunt.* Possumus ergo notare & inuenire in scriptura vnum Quomodo inquisitiuum, aliud comparatiuum seu exemplatiuum. Primo dico, quod Quomodo sumitur inquisitiue, & hoc quasi vbiq;, quia s. pro maiori parte sumitur per modum quæstionis. Et sic possumus notare, quod quomodo quandoq; dicitur ratione

Stuporis & admirationis,
Doloris & desolationis,
Mœroris & compassionis,
Horroris & deprehensionis,
Timoris & desperationis,
Feruoris & inquisitionis,
Clamoris & allegationis.

Dico ergo, quod dicitur Quomodo propter stuporem & admirationem. Et sic dicebat beata virgo audita verbi conceptione Luc. 1. *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* Sic etiam stupebat Nicodemus audita mirabili reuocatione spirituum, dicens, Ioan. 3. *Quomodo potest homo nasci, cum sit senex.* Item dicitur propter dolorem & desolationem. Et sic dicebant illi de sua captiuitate, in quorum persona in Psalm. dicitur: *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?* Item dicitur propter mœrorem & miserationem, & sic compatiendo dicebat Dauid, loquens de morte Saul & Ionathæ, 2. Re. 1 *Quomodo ceciderunt fortes in bello?* Et sic etiam lamentabatur Hieremias Hierusalem, Threnor. 1. dicens. *Quomodo sedet sola ciuitas plena populo, facta est quasi vidua domina gentium, princeps prouinciarum facta est sub tributo.* Item dicitur propter horrorem & reprehensionem; & sic dicitur Esa. 14. *Quomodo cecidisti Lucifer, qui mane oriebaris? &c.* & illud Esa. 1. *Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis plena iudicij? iustitia habitauit in ea, nunc autem homicidæ.* Sic etiam reprehenditur ille, cui dicitur Matth. 22. *Amice, quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem?* Item dicitur propter timorem & desperationem. Et sic timendo loquebantur illi 1. Mach. 3. dicentes: *Quomodo poterimus pauci pugnare contra multos?* & ibid: *Quomodo poterimus resistere ante faciem eorum?* Item propter feruorem & inquisitionem, & sic dicitur Ioan. 7. *Quomodo hic literas scit, cum non didicerit?* & Ioan. 6. *Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?* Item dicitur propter clamorem & allegationem, & sic allegando dicitur Ioan. 3 *Si terrena dico vobis, & non creditis, quomodo si dixero vobis cœlestia credetis?* & Num. 23. *Quomodo maledicam, cui non maledixerit Dominus?* quasi dicat non est iustum. Et sic dico, quod Quomodo ponitur interrogatiue.

B ¶ Secundo dico, quod Quomodo accipitur aliquando narratiue, seu comparatiue, seu positiue, & sic dico, quod in scriptura inuenitur Quomodo

Charitatiuum,
Distributiuum,
Superatiuum,
Regulatiuum,
Superlatiuum,
Augmentatiuum.

Est dico Quomodo charitatiuum, & sic dicitur Io. 11. *Ecce quomodo amabat eum.* Item est Quomodo distributiuum. Ioan. 14. *Non quomodo mundus dat, ego do vobis.* Item est Quomodo superatiuum. Deuteronom. 32. *Quomodo persequebatur vnus mille:* & Gal. 4. *Quomodo hi qui secundum carnem persequebantur illum, qui secundum spiritum, sic hodie &c.* Item est Quomodo regulatiuum, & sic sumitur 1. Thess. 4. *Quemadmodum accepistis à nobis, quomodo vos oporteat ambulare, & placere Deo, sic ambuletis.* Item est Quomodo superlatiuum, quod scilicet est beatorum. Sapient. 5. *Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei.* Item est Quomodo augmentatiuum, quod est iustorum. Matth. 6. & Luc. 12. *Considerate lilia agri quomodo crescunt.*

C ¶ Si vero de Quomodo interrogatiuo via aliquid amplius dilatare, dic adhuc de Quomodo, quod homo dicit Quomodo, sicut dictum est, multis ex causis, videlicet,

Admiratiue,
Reprehensiue,
Inquisitiue,
Desolatiue,
Insultatiue.

Dico admiratiue. Homo enim, quando sibi proponit negotium, quod communem rationem excedit, solet dicere Quomodo, & admirando seu stupendo facti inquirere veritatem. Et sic certe homo miratur, scilicet, Quomodo

Tumescit puritas virginis,
Vilescit dignitas numinis,
Nigrescit claritas luminis,
Clarescit cœcitas turbinis,
Splendescit prauitas hominis,
Fumescit vanitas culminis.

Dico ergo, quod homo admirari merito potest quomodo tumescit virginis puritas, scilicet per incarnationem beatam. Et sic ipsa dicebat Lucæ 1. *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco.* Item mirabile est quomodo vilescit numinis dignitas seu summitas, scilicet carnem sumendo, & carnem suam nobis communicando, & humiliter cum hominibus conuersando. Et sic fit quomodo Ioa. 6. *Quomodo potest hic dare nobis carnem suam ad manducandum* & Ioan. 3. *Quomodo potest homo nasci, cum sit senex*, id est, quomodo potest fieri temporalis, cum sit æternus. De humilitate etiam videbatur mirari Samaritana Io. 4. *Tu* inquit, *Iudæus cum sis, quomodo bibere à me petis, quæ sum mulier Samaritana.* Item admirari potest quomodo nigrescit seu nubescit fortunæ claritas, quia scilicet mirabile est, quod fortuna rerum varia occasione mutatur. Et sic dicitur Thren. 2. *Quomodo obtexit caligine in furore suo dominus filiam Sion, proiecit de cœlo inclytam Israel, &c.* Item mirari possumus quomodo clarescit turbinis cœcitas, quia scilicet e conuerso valde est mirabile, quomodo aduersa vel obscura fortuna quandoque subito mutatur in prosperam & splendentem, & sic potest dici illud Io. 9. *Quomodo aperti sunt tibi oculi:* sequitur. *Quomodo ergo nunc videt.* & postea, *Scimus quia iste est filius noster, & quia cæcus natus est, quomodo autem nunc videt, nescimus.* Item admirari potest quomodo splendescit & succrescit hominis prauitas, quomodo scilicet homo mortalis efficitur immortalis, & quomodo terrenus finaliter fit cœlestis, & sic quæritur de beatis Sapient. 5. *Ecce quomodo isti computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est.* Finaliter autem admirari potest quomodo fumescit culminis vanitas, hoc est dictum, quomodo sæpe tendit D

Ad nihilum vanitas gloriæ mundialis. Et sic de subuersione malorum dicitur in Psalm. *Deiecisti, inquit, eos dum alleuarentur, quomodo facti sunt in desolationem, subito defecerunt, perierunt propter iniquitatem suam.* Quomodo igitur quandoque ponitur admirati-
D ue. ¶ Item dico quod quomodo quandoque ponitur redarguitiue, & sic certe dico, quod tam Deus, quam iustus solet impios redarguere interrogando, quomodo tot impia perpetrauerunt. Dicunt igitur Quomodo

Leuatis superbiæ statu,
Fœdatis luxuriæ statu,
Priuatis notitiæ scitu,
Orbatis decentiæ ritu,
Lactatis facundiæ dictu,
Vagatis proteruiæ ictu.

Peccator igitur redarguitur de superbiæ statu, quomodo nimis eleuatur. Et sic dicitur illud Esaiæ 14. *Quomodo cecidisti lucifer.* Sequitur. *Qui dicebas in corde tuo. In cælum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum.* Item arguitur de luxuriæ statu, quomodo valde maculatur. Et sic dicitur illud Esa. 1. *Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis, &c.* Item arguitur de notitiæ scitu, quomodo hoc priuatur, & sic dicitur Mar. 4. *Quomodo omnes parabolas cognoscetis.* supple si præsentem non intelligitis: & Marc. 8. *Adhuc caecatum habetis cor vestrum.* Sequitur. *Quomodo nondum intelligitis.* Item arguitur de decentiæ ritu quomodo ritu non vtitur, & sic sibi potest dici illud Matth. 22. *Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem.* Vt & de obscura conuersatione mala possit dici illud Thren. 4. *Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, &c.* Item arguitur peccator de iactantiæ dictu quo nimis effrænatur, & sic dicitur Hiere. 8. *Quomodo dicitis, sapientes nos sumus & lex domini nobiscum est.* Et Hierem. 48. *Quomodo dicitis fortes sumus, & viri robusti ad præliandum.* Item arguitur vir iniustus de proteruiæ ictu, quo nimis debacchatur, scilicet, murmurando contra alios, & pungendo. Et sic dicitur detractoribus illud Psal. *Quomodo dicitis animæ meæ, transmigra in montem sicut passer, &c.* Patet igitur quod quomodo quandoque sumitur redarguitiue.

E ¶ Item dico, quod Quomodo quandoque sumitur inquisitiue, seu etiam allegatiue. Et sic certe dico, quod per quomodo homo solet inquirere de

Propria ignorantia,
Diuina sapientia,
Discordium defluentia,
Humana impotentia,
Proterua eloquentia,
Malorum pertinacia,
Idolorum continentia.

De propria dico ignorantia fit quæstio per quomodo. Et sic dicitur Ioan. 14. *Ecce nescimus quo vadis, & quomodo possumus viam scire.* De diuina sapientia, & potentia fit quæstio per quomodo, & sic dicitur de Christo Ioan. 6. *Quomodo potest hæc bona facere, nisi fuerit Deus cum eo.* De malorum etiam defluentia, seu etiam de discordium instabilitate, & desistentia quæritur Matth. 12. vbi dicitur. *Si Satanas Satanam eijcit, quomodo stabit regnum eius.* De humana impotentia quæritur 1. Machab. 3. vbi dicitur *Quomodo poterimus pauci pugnare contra multos.* Et ibidem. *Quomodo poterimus subsistere ante faciem illorum.* Et Hier. 12. *Si cum peditibus currens laborasti, quomodo poteris contendere cum equis.* De proterua autem eloquentia quæritur Matth. 12. *Quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali.* Item quæritur de obstinante pertinacia, & sic dicitur Exod. 6. *Ecce filij Israel me non audiunt, quomodo ergo audiet me Pharao.* Item fit quæstio de idolorum continentia, & sic quæritur Baruch. 6. vbi dicitur. *Quomodo ergo æstimandum est esse Deos:* & ibidem. *Quomodo ergo sentiri debeat quoniam dij sunt.* Ponitur ergo quomodo aliquo-
F ties inquisitiue. ¶ Item dico, quod aliquando ponitur deploratiue, seu etiam desolatiue. Et sic certe dico, quod homo lamentando quærit, scilicet Quomodo

Labitur vitæ fragilitas,
Frangitur status prosperitas,
Perditur innocentiæ puritas,
Spernitur cœlestis ciuitas.

Dico ergo quod homo desolatiue quærit quomodo labantur vitæ curricula, quia s. omnes morimur & quasi aquæ dilabimur super terram. Ideo bene possumus dicere illud Ezech. 33. *Iniquitates nostræ & peccata nostra super nos sunt, quomodo ergo viuere poterimus.* Item quærit homo quomodo franguntur mundi pinnacula, scilicet alti status, & eminentis præsentis fortunæ. [illegible] solatiue dicitur Hier. 48. *Quomodo contrita est virga fortis, baculus gloriosus. Descende de gloria, sede in siti filia Dibon.* Non est enim status mundanæ gloriæ tam potens quin faciliter co[illegible] aut frangatur. Vnde illud prædictum Thren. 1. *Quomodo [sedet sola ci]uitas plena populo, &c.* Et Thr. 4. *Quomodo obscuratum est aurum.* Item quærit homo quomodo perduntur vitæ oracula. H[illegible] dictum innocentiæ puritas atque virtus. Vnde anima de[illegible]sa innocentiæ dicere videtur illud Can. 5. *Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa.* quia s. postquam tunica innocentiæ per[illegible] nunquam faciliter reparatur. Item quærit homo quomodo spernuntur cœli cœnacula, scilicet ciuitas paradisi, & si[illegible] d[illegible] Hieremiæ 49. *Quomodo dereliquerunt ciuitatem laudabilem vrbem lætitiæ.* Sic ergo patet, quod Quomodo quandoque ponitur desolatiue.

¶ Item dico, quod quandoque ponitur insultatiue, & sic certe quandoque nos insultamus, & deridemus scilicet,

De rerum gloria, & magnitudine, quomodo deperit,
De carnis spurcitia & pulchritudine, quomodo præterit,
De hostis furia & acritudine, quomodo sors conterit.

¶ Igitur dico, quod nos insultamus mundanæ gloriæ, q[uam] subito videmus perire. Et sic ciuitati speciosæ & gloriosæ [illegible] tui derisorie. Sopho. 2. *Hæc igitur est ciuitas gloriosa, habitans in confidentia & cætera.* Sequitur. *Quomodo facta est cubile bestiarum deserti, omnis qui transit per eam, sibilabit, & mouebit manum suam.* Ite[m insu]ltamus de carnis spe[cie], quam subito videmus transire. E[t si]c dicimus illud prædictum Thren. 4. *Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus.* Item deridemus de hostis rabie quam subito videmus finire. Hoc est dictum, de crudelitate & [illegible] tyrannorum. Et sic dicimus illud Esa. 14. *quomodo cecidisti lucifer, qui mane, &c.* & illud Hierem. 50. *Quomodo confractus est, & contritus malleus vniuersæ terræ.* Hæc igitur sufficiant de quomodo insultatiue.

¶ Sed adhuc dico, quod quandoque sumitur positiue, & sic Quomodo est aduerbium similitudinis & sumitur pro q[ualit]er vel pro sicut, & sic quomodo sumitur pro certo regula seu forma, seu etiam pro exemplari similitudine vel pro norma. Nota ergo, quod Quomodo potest referri

Ad Deum,
Ad iustum,
Ad impium.

¶ Dicamus ergo, quod Deus dicitur Quomodo, pro eo, quia diuersimode se solet alijs conformare, & sic dico, quod iste habet vnum Quomodo

Pietatis paternæ,
Feritatis seu seueritatis internæ,
Potestatis supernæ,
Charitatis fraternæ,
Largitatis externæ.

Dico ergo, quod iste dicitur quomodo, propter quandam imaginem paternæ pietatis. Et sic dicitur in Psalm. quod *quomodo miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se quoniam ipse cognouit figmentum nostrum.* Item dicitur quomodo propter quandam voraginem internæ feritatis, hoc est dictum, ratione [iræ diuinæ...] tiæ, quæ sibi ad similitudinem leonis incumbit, & sic dicitur [E]sai. 13. *Quomodo si rugiat leo & catulus leonis super prædam suam.* [Sequi]tur. *Si descendet Dominus, vt prælietur super montem Sion.* Item Quomodo, propter quandam vertiginem supernæ potestatis, qua sc. iste suos adiuuat & defendit. Vnde Deut. 4. *Oculi vestri viderunt omnia, quæ fecerat Dominus contra Beelphegor, & quomodo contriuit omnes cultores eius de medio vestri.* Item dicitur quomodo, propter quandam pruriginem fraternæ charitatis. Et sic dicitur de Christo Lazarum deplorante, Ioan. 11. *Ecce quomodo eum amabat.* Item dicitur Quomodo propter quandam lanuginé externæ largitatis, quia s. iste est, qui large & libenter confert externam nobis pacem, dicens sc. illud Ioann. 14. *Pacem relinquo vobis pacem meam do vobis, non quomodo mundus dat, ego do vobis.* Ista est ergo similitudo Quomodo spectans ad Deum.

I ¶ Deinde dico, quod ista similitudo seu comparatio Quomodo aliquando spectat ad iustum. Et sic dico, quod iustus potest comparatiue dicere & videre, scilicet, Quomodo

Satisfaciat æquali pondere,
Circumspiciat occulto sydere,
Se subijciat sub duro verbere,
Semper gaudeat dicenda dicere,

Caute

Caute faciat, quicquid vult facere,
Semper habeat suum respondere,
Semper videat suum impendere,
Semper studeat à malo fugere,
Semper valeat in bono crescere.
Semper sermeat amico succurrere.

... a reuera charissimi, si quis velit habere bonum Quomodo id est, bonam similitudinem, & conformitatem exemplarem in bono necesse est scilicet, quod

In { Æquitate fiat assiduus, | Claritate fiat conspicuus, | Firmitate fiat perpetuus, | Veritate fiat continuus, | Prudentia fiat præcipuus, | Facundia fiat mellifluus, | Clementia fiat irriguus, | Nequitia fiat decidutus, | Iustitia crescat proficuus, | Amicitia persistat sedulus. }

Iustus enim facta remunerat æqua iustitia, & sic dicit illud Prouerb. 20. *Quomodo fecit mihi, sic faciam ei.* Iuxta illud Eccles. 7. *Retribuet illi, quomodo & ipsi tibi.* Item iustus cuncta considerat clara scientia, quia scilicet sicut dicitur Prouerb. 17. *Quomodo splendent vultus respicientium in aquis, sic manifesta sunt corda hominum prudentibus.* Item iustus grauia tolerat cum patientia, quia sicut dicitur Prouerb. 28. *Quomodo in conflatorio probatur argentum, & aurum in fornace, sic probatur homo.* Item iustus semper in veritate perseuerat vera constantia 4. Reg. 20. *Obsecro Domine memento, quomodo ambulauerim coram te in veritate, & corde perfecto, & quod placitum est, coram te fecerim.* Item iustus seipsum moderatur cauta prudentia Ephes. 5. *Videte itaque fratres, quomodo caute ambuletis, non quasi insipientes.* Item iustus verbis exuberat recta facundia, quia scilicet Deus administrat suis professoribus, quid sit loquendum. Vnde illud Matt. 10 *Dum steteritis ante reges & præsides, nolite cogitare, quomodo aut quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini.* Item iustus pauperes munerat pia clementia Tob. 4. *Quomodo potueris, ita esto misericors.* Item iustus fugiens properat mala cogentia Amos 5. *Quomodo fugiat vir à facie leonis.* Item iustus virtutes iterat cum diligentia Matth. 6. *Considerate lilia agri, quomodo crescunt.* Item iustus cunctis obtemperat cum amicitia. Vnde Phil. 1 *Testis enim mihi est Deus, quomodo concupisco vos omnes in visceribus Christi Iesu:* & Ioan. 11. *Ecce quomodo amabat eum.* Patet igitur quod Quomodo pertinet ad iustum.

¶ Denique dico, quod pertinet ad iniustum. Mali enim habent suum Quomodo, suum Quemadmodum, suum Sicut & suum Quasi, hoc est dictum, suam malam similitudinem, qua sibi exemplariter conformantur, & qua alter alteri in malignis operibus simulatur. Et sic nota, quod de impio videndum & considerandum est, Quomodo

Se fædat luxuriose,
Se ducit proditiose,
Promouet ambitiose,
Deprimit iniuriose,
Contemnit despectuose,
Siccatur tempestuose,
Confunditur verecundiose.

De impio igitur videamus, quomodo se fœdat luxuriose. Et sic dicitur 1. Reg. 2. quod *Heli sacerdos audiebat, quæ faciebant filij sui vniuerso Israeli, & quomodo dormiebant cum mulieribus, quæ obseruabant ad ostium tabernaculi.* Itē quomodo seducit proditiose & sic dicitur Marc. 14 quod *summi sacerdotes & scribæ quærebant, quomodo Iesum dolo tenerent, & occiderent.* Dalilæ etiam Philistæi dixerunt (Iudic. 16.) *quod disceret & inquireret, quomodo Samsonis secreta sciret, quomodo per dua fortitudine superari posset.* Item videmus de impio, quomodo promouet ambitiose, quia scilicet mali, vt communiter, malos & insufficientes promouēt, & ipsos ad dignitates erigunt & exaltant. Vnde Es 40. *Nunquid sculptile conflabit faber, aut artifex auro figurabit illud?* Sequitur. *Quæris, quomodo statuas simulachrum, quod non moueatur &c.* Item videamus, quomodo deprimit iniuriose bonos videlicet, grauando & molestando. Vnde Dan. 2. dicitur de tyranno: *Quomodo enim ferrum comminuit & domat omnia, sic diminuet & conteret omnia.* Vt & de ipsis & tyrannis dicatur illud Matthæ. 12. *Exeuntes Pharisæi consilium faciebant aduersus Iesum quomodo eum perderent.* Item videamus de impio, quomodo contemnit despectuose, quia scilicet impij contemnunt Dei scientiam & potentiam, sicut de diuina scientia dicitur in Psal. *Et dixerunt, quomodo scit Deus & si est scientia in excelso?* De potentia autem dicitur Hier. 3. *Quomodo si contemnat mulier amatorem suum sic contempsit me domus Israel, dicit Dominus.* Item videamus de impio, quomodo siccatur tempestuose, hoc est dictum, quomodo sua gloria temporalis subito deperit & siccatur. Et sic de ficu à Christo maledicta & arefacta dicitur Matth. 21. *Quod videntes discipuli, mirati sunt dicentes: Quomodo continuo aruit?* Constat enim, quod mali quandoque subito florent per prosperitatem, & subito arent per paupertatem & aduersitatem, quia sicut dicitur de tabernaculo Num. 2. *Quomodo erigetur, ita & deponetur.* Vnde Eccl. 5. dicitur de diuite, quod *sicut egressus est nudus de vtero matris suæ, sic reuertetur, & nihil secum auferet de labore suo. Miserabilis prorsus infirmitas. Quomodo venit sic reuertetur.* Item videamus de impio quomodo confunditur verecundiose, scilicet finaliter in inferno. Vnde de damnato potest dici illud Hie. 2. *Quomodo confunditur fur, quando deprehenditur, sic confusi sunt domus Israel.* Sequitur. *Verterunt ad me tergum, & non faciem.* Sic ergo patet de Quomodo, qualiter potest dici de impio, de iusto, & de Deo. Et qualiter quandoque sumitur positiue, & aliquando interrogatiue. Vide ergo tit. de Sicut, Quemadmodum, Quasi & similibus.



# Quippe.

A Cum Quippe sit aduerbium affirmandi, notabo, quod ista vox affirmatiua Quippe potest spectare & pertinere

Ad { Deum, | Iustum, | Impium. }

Multa enim Quippe, i. certe dicuntur de Deo, & de iusto pariter, & de iniusto. Et sic dico, quod est dare

Vnum Quippe { Certificans de Dei bonitate, | Verificans de iusti sanctitate, | Notificans de stulti prauitate. }

¶ Igitur dico, quod est dare vnum Quippe, pertinens ad Deum. Per istud enim aduerbium Quippe asseritur

Dei { Potentiæ eminens titulus, | Clementiæ sustinens baculus, | Iustitiæ indignans oculus. }

¶ Primo igitur dico, quod per Quippe asseritur titulus eminēs Dei potentiæ, quæ scilicet summe apparuit in hominis creatione, de quo Gen. 9. *Ad imaginem quippe Dei factus est homo* ¶ Item asseritur baculus sustinens Dei clementiæ, quia scilicet iste solet adiuuare sperantes in se. Vnde 2. Paral. 25. *Dei quippe est adiuuare & in fugam conuertere.* ¶ Item asseritur indignans oculus Dei iustitiæ, qua scilicet malos & reprobos ipse punit. Vnde 3. Par. 16. *Valde quippe fuit super hoc Dominus indignatus, & interfecit de populo in tempore illo plurimos.* Patet ergo, quod est dare vnum Quippe, pertinens ad Deum.

B ¶ Secundo dico, quod est dare vnum Quippe, pertinens ad iustum. Per istud enim aduerbium Quippe asseritur omnis virtus in quolibet viro iusto. Viri enim iusti possunt dicere illud Tob. 8. *Filij quippe sanctorum sumus,* quia scilicet isti certissime pollent

Durationis solido vigore,
Discretionis lucido splendore,
Compassionis fluido dulcore,
Operationis viuido labore,
Adæquationis rigido tenore.

Dicamus ergo quod in iustis viris asseritur durationis tenor solidus, hoc est dictum, constantiæ, & fortitudinis vigens virtus. Vnde Hie. 1. *Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam, & in murum ferreum & præliabuntur aduersum te, & præualere non poterunt.* Itē asseritur in eisdem discretionis splendor lucidus, vt sic dicatur de eis illud Zach. 9. *In terminis eius Tyrus & Sydon, assumpserunt sibi quippe sapientiam valde.* Vnde 1. Paralipomenon 15. *Chonenias autem princeps Leuitarum prophetiæ præerat, & ad præcinendum melodiam, erat quippe valde sapiens.* Item dico, quod in viris iustis asseritur compassionis dulcor fluidus, sicut scilicet de illa muliere dicitur 3. Reg. 3. *Commota sunt quippe viscera eius super filio suo.* Item asseritur in eisdem operationis labor viuidus 2. Paral. 26. *Erat quippe homo agriculturæ deditus.* Item asseritur in ipsis adæquationis tenor rigidus. Vnde Luc. 6. *Eadem quippe mensura qua mensi fueritis, remetietur vobis.* Patet igitur, quod est dare vnum Quippe pertinens ad iustum.

C ¶ Sed tertio dico, quod est dare unum Quippe pertinens ad stultum seu etiam ad iniustum. Et sic certe dico, quod per Quippe asseritur in iniustis

Luxuriæ fœda corruptio,
Substantiæ discors possessio,
Malitiæ fallax deceptio,
Pigritiæ grauis oppressio,
Discordiæ dura diuisio,
Tristitiæ dira turbatio,
Ignorantiæ cæca conclusio,
Auaritiæ vorax intentio,
Pertinaciæ effrons perditio,
Pestilentiæ tristis damnatio.

De luxuria Domini Quippe dicitur Gen. 6. *Omnis quippe caro corruperat viã suam* De substantia, & dissensione inde prouenienter domini Quippe dici potest illud Gen. 14. *Erat quippe substantia eorum multa, & nequibant habitare communiter.* De malitia domini Quippe, quia scilicet non cessant sibi inuicem insidiari, dicitur Iosue 2. *Exploratores quippe sunt.* De pigritia Domini Quippe dicitur 3. Reg. 3. *Dormiens quippe*, scilicet, meretrix mulier, *oppressit filium.* De discordia Domini Quippe dicitur Tit. 4. *Iurgati quippe sunt, & commoti.* De tristitia Domini Quippe dicitur 2. Paral. 14. *Grandis quippe terror cunctos inuaserat.* De ignorantia Domini Quippe potest ipse enim suis dicere verbum illud quod Iob dicebat 37. c. *Nos Quippe inuoluimur tenebris.* De auaritia Domini Quippe dicitur Hier. 6. *A minore vsque ad maiorem omnes quippe auaritiæ student.* De pertinacia Domini Quippe dicitur Ezec. 3. *Omnis quippe domus Israel attrita fronte est & dura corde.* De pestilentia, & finali damnatione & iniuria Domini Quippe potest dici illud 2. Mach. 9. *Apprehendit eum dolor dirus viscerum* Sequitur. *Et quidem satis iuste quippe qui multis & nouis cruciatibus aliorum torserat viscera &c.* Patet ergo quomodo Quippe videtur affirmare & asseuerare, scilicet, de impio, iusto, & Deo.

A **Quondam.** Nota, quod Quondam idem est, quod olim seu dudum. Sunt enim aduerbia temporis, tempus scilicet præteritum designantia. Et sic dico, quod per Quondam intelligitur quicquid præteritum vel transactum est, videlicet,

Mundanorum tyrannorum dura sæuitia, quæ morte deperit,
Mundanorum bonorum blanditia quæ cito præterit,
Mundanorum fallax lætitia, quam casus conterit,
Fictorum amicorum absentia, quam aduersitas suggerit,
Mundanorum egenorum tristis miseria, quæ cœlos aperit.

Nam { Tyranni quondam sæuierunt,
Terrena quondam floruerunt,
Læta quondam placuerunt,
Amici quondam dilexerunt,
Miseri quondam doluerunt, sed pro fletu cœlum habuerunt. }

¶ Igitur dico, quod tyranni qui perierunt, habent suum quondam, quia scilicet quondam dum viuebant, alios tyrannice opprimebant. Vnde Ezech 32. *Vniuersi, inquit, interfecti cadentes gladio, quia dederunt quondam formidinem suam in terra viuentium.* Item dico, quod diuites qui transeunt, habent suum quondam, quia scilicet isti quando de fortuna transeunt ad infortunium, de suo quondam, id est, de sua transacta gloria cum dolore incipiunt recordari, mundique vanam gloriam, fugacem & transitoriam detestari, dicentes, scilicet, cum Iob 16. *Conclusit me Deus apud iniquum, & manibus impiorum me tradidit, & ego ille quondam opulentus repente contritus sum.* De præterita etiam mundi lætitia & gloria, quomodo potest plangi suum quondam, & quomodo etiam potest sua prima fœlicitas desiderari, potest dici illud Esa. 23. *Quis cogitauit hoc super Tyrum quondam coronatam, cuius negotiatores principes, institores eius inclyti terræ.* Item dico, quod amici qui præeunt, habent suum quondam, quia scilicet, illi qui quondam in tempore prosperitatis astabant, tandem tempore aduersitatis recedunt. Vnde Iob 13. *Abominati sunt me quondam consiliarij mei, & quem maxime diligebam aduersatus est mihi.* Item dico, quod egeni lugeunt, & habent suum quondam, quia scilicet, de pauperibus egenis quando veniunt ad gloriam, & prosperitatem temporalem vel æternam, possunt alij recordari quomodo quondam habuerunt miseriam in hoc mundo. Vnde quolibet tali potest dici illud Ezech. 2. *In die qua terra fuerit exculta, quæ quondam erat desolata in oculis omnis viatoris, Terra inculta facta est vt hortus voluptatis.* Sufficit. Vide in Olim.

**Quoniam.** Nota, quod Quoniam videtur significare idem quod quia, seu propter hoc cum quadam assertione. Et quia Quoniam est valde [illegible] vocabulum, & quandoque videtur esse coniunctio causalis, & quandoque aduerbium affirmandi notabimus, quod sicut de multis alijs dicitur, istud quandoque dicitur

De summo creatore,
De iusto viatore,
De vano peccatore,
De mundo nugatore,
De hoste deceptore.

¶ Primo ergo dicamus de Quoniam, quod refertur ad Deum. Si enim accipitur affirmatiue, constat, quod Deus summe est certus, firmus, & verus. Si vero sumitur causaliter, constat quod est causa prima, & omnium rex & saluator. Psalm. *Quoniam Deus magnus Dominus Et rex magnus super omnes Deos.* Et Rom. 11. dicitur sic. *Quoniam ex ipso & in ipso & per ipsum sunt omnia.* Et 1 Ioan. *Quoniam Christus est veritas.* Notabimus igitur Deum super omnia diligendum esse, scilicet, propter suam

Potestatem inuincibilem,
Maiestatem venerabilem,
Charitatem admirabilem,
Æquitatem formidabilem,
Veritatem infallibilem,
Bonitatem diffusibilem.

¶ Igitur dicamus de Dei potestate inuincibili, quam debemus timere, quia certe ipse potest dici potentissimus, quoniam superat præsidentes, vulnerat sibi resistentes, liberat pressos & gentes, roborat in se confidentes. Igitur dico, quod habet potestatem inuincibilem, quoniam superat omnes excellentes etiam præsidentes. Vnde in Ps. *Quoniam excelsus Dominus terribilis rex magnus super terram.* Item, quoniam vulnerat seu lacerat resistentes seu in se delinquentes Psal. *Quoniam veritatem requirit Dominus & retribuet abundanter facientibus superbiam.* Item quod liberat pressos, & egenos Ps. *Quoniam requirens sanguinem eorum recordatus est, non est oblitus clamorem pauperum* Et alibi. *Quoniam tu populum humilem saluum facies, & oculos superborum humiliabis* Item quoniam roborat in se confidentes Ps. *Quoniam quis Deus præter Dominum aut quis Deus præter Deum nostrum? Deus qui præcinxisti me virtute ad bellum, & supplantasti omnes insurgentes in me subtus me* Habet ergo Deus potestatem inuincibilem.

¶ Item Deus habet maiestatem honorabilem. Vnde Tob 13. *Quoniam ostendit maiestatem suam.* Et nota, quod maiestas eius consistit, & apparet, quoniam

Æternus & immortalis,
Supernus atque regalis,
Vnicus & specialis,
Publicus & fama vocalis.

Et sic, dico, Dominus sublimis & magnificæ maiestatis, quoniam immortalis existentiæ. Et ideo de Deo, seu de sapientia increata dicitur Sap. 8. *Hoc cogitans in corde meo, quoniam immortalis est sapientia, circuibam quærens vt mihi illam assumerem.* Item quoniam est imperialis excellentiæ. Omnia enim sibi obediendo & seruire tenentur. Vnde illud Ps. *Quoniam rex omnis terræ Deus psallite sapienter.* Et alibi. *Quoniam excelsus Dominus & humilia respicit &c.* & iterum: *Quoniam omnia seruiunt tibi.* Et Sap. 10. *Quoniam omnium potentior est.* Item quoniam est specialis præeminentiæ, quia scilicet iste solus & vnicus est Deus. Vnde sibi dicitur Eccl. 36 *Quoniam non est Deus præter te* Ipse etiam dicit Esa. 45. *Quoniam absque me non est Deus.* Et 46. *Quoniam ego sum Deus.* Item quoniam est virtualis seu etiam popularis redolentiæ, hoc est dictum, magnæ, & gloriosæ laudis, & famæ Psal *Quoniam magna est gloria domini* Et 2. Paral. 7. *Laudate dominum quoniam bonus.* Et 2 Paral. 37. *Laudabo te*, inquit, *omnibus diebus vitæ meæ, quoniam te laudat omnis virtus*, vt de nomine, & fama magnificentiæ suæ dicatur illud Esa. 14. *Mementote quoniam excelsum est nomen eius, cantate domino quoniam magnifice fecit.* Et illud Psalm. *Confiteantur nomini tuo magno, quoniam terribile & sanctum est.* Habet igitur maiestatem honorabilem.

¶ Item Deus habet charitatem adfluabilem seu etiam insti-

mirabilem, Mirabilem enim charitatem ostendit Deus erga nostri multis, videlicet, Quoniam

Amorem anticipauit,
Apud nos huc declinauit,
In mundo intrauit seu natauit,
Pro nobis in cruce luctauit, seu, etiam in mortem se strauit.

Dico ergo, quod Dei charitas apparuit, quoniam amore fuit præueniens & ideo bene dicitur 1.Io.4. *In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus Deum sed quoniam ipse prior dilexerit nos.* Et Sap.7.dicitur. *Quoniam antecedebat me ista sapientia.* Item quoniam huc venit carnem accipiens. Vnde 1.Ioan.4. *In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam filium suum vnigenitum misit in mundum, vt viuamus per eum* Et ibidem. *Et nos vidimus, & testificamur quoniam pater misit filium suum saluatorem mundi* Item quoniam hic vixit pauper & sitiens. Vnde 2.Cor.8 *Quoniam propter nos egenus factus est.* Ita quod etiam ipse humano generi potuit dicere illud Psal. *Quoniam propter te sustinui opprobrium, operuit confusio faciem meam.* Item quoniam pro nobis pugnauit moriens, scilicet in cruce pro redemptione nostra. Vnde 1.Ioan.3. *Quoniam ille pro nobis animam suam posuit.* Et Actor.8. *Quoniam tolletur de terra vita eius.* Patet igitur, quod Deus habet charitatem admirabilem &c.

E ¶ Item Deus habet æquitatem inflexibilem, seu feritatem aut seueritatem formidabilem, quod scilicet fiet in iudicio quando iudicabit orbem, iuxta illud Psal. *Quoniam Deus iudex est.* Et 1.Thess.4. *Quoniam vindex est Dominus.* Et illud Ec.8. *Quoniam quod iustum est, iudicat.* Et sic nota, quod iste iustus est & seuerus, Quoniam hic

Odit omne peruersum,
Amat omne conuersum,
Leuat omne subuersum,
Ligat omne diuersum.

Igitur iustus est, quoniam peruersa solet corrigere: in hoc enim apparet iustitia Dei, scilicet in punitione malorum. Vnde in Ps. super peccatores loquens: *Pluet ignis sulphur, & spiritus procellarum pars calicis eorum: quoniam iustus Dominus & iustitias dilexit, æquitatem vidit vultus eius.* Vt de ipsius iustitia rigorosa dicatur illud Iudith 11. *Quoniam iratus est eis Deus.* Item iustus est, quoniam conuersa solet diligere. Iustitia enim diuina bonos diligit, ipsosque secundum merita sua remunerat, & extollit, iuxta illud Psalm. *Plantati in domo Domini, in atrijs domus Dei nostri florebunt.* Sequitur. *Quoniam rectus Dominus Deus noster, & non est iniquitas in eo.* Item dico quod iustus est, quoniam subuersa solet erigere, quia certe ad Dei iustitiam pertinet iniuste pressos, & miseros subditos, & innocentes releuare. Vnde mundi tyrannis opprimentibus dicitur in Psalmo. *Quoniam Dominus in generatione iusta est, consilium inopis confudistis, quoniam Dominus spes eius est.* Vt & ibi dicat quilibet illud Ps. *Quoniam tu populum humilem saluum facies, & oculos superborum humiliabis.* Item iustus est, quoniam diuersos solet coniungere. Quia revera Dei iustitia magis quandoque inclinatur ad pacem & æquitatem quam ad duritiam, & seueritatem. Vnde in Psalm. *Quoniam loquetur Dominus pacem in plebem suam, & super sanctos suos &c.* Sequitur. *misericordia & veritas obuiauerunt sibi, iustitia & pax osculatæ sunt. Veritas de terra orta est, & iustitia de cælo prospexit.* Patet igitur, quod Deus, seu Dominus quoniam habet æquitatem inflexibilem, seu etiam seueritatem formidabilem.

F ¶ Item nostra prima causa Quoniam, id est, Dominus Deus noster habet veritatem scientiæ, & sapientiæ summam, & infallibilem 1.Ioan.5. *Quoniam Christus est veritas.* Et sic notabo, quod iste Quoniam

Lucet interius omnia cognoscendo,
Nitet exterius omnia prouidendo,
Fulget superius omnia gubernando,
Splendet inferius omnia reuelando.

Quia pro certo charissimi veritas diuina

Primum facit sua interiori sapientia,
Secundum facit sua exteriori prouidentia,
Tertium facit sua superiori eminentia,
Quartum facit sua inferiori influentia.

Spectat interius per sapientiam cuncta signacula,
Tractat exterius per prouidentiam rerũ opuscula,
Regit superius per eminentiam cœli pinnacula,
Agit inferius per influentiam vitæ spiracula.

*Diction. Berchory.*

¶ Igitur dicamus, quod Deus habet veritatem certam, æternam, & infinitam, quoniam hic lucet interius, & hoc facit sua inoffuscabili sapientia, quæ sc. omnia & singula nouit, bona scilicet atque mala, sicut enim dicitur in Psal. *Quoniam nouit Dominus viam iustorum, & iter impiorum peribit* &c. Vt sic de luce inaccessibili sapientiæ suæ dicatur illud 1.Ioan.1. *Quoniam lux Dominus est, & tenebræ in eo non sunt vllæ:* & Sap.8 *Super salutem & speciem dilexi eam, & proposui pro luce habere illam,* scilicet sapientiam, *quoniam inextinguibile est lumen illius,* & Eccl.15.dicitur: *Quoniam perfecta est à Deo sapientia:* & iterum: *Quoniam multa est sapientia Dei.* ¶ Item quoniam hic nitet exterius, & hoc facit sua indefectibilis prouidentia, quia scilicet iste de cunctis generaliter gerit curam, sicut Sap.6.dicitur: *Quoniam pusillum & magnum ipse fecit, & æqualiter est ei cura de omnibus* Bene ergo dicitur 1. Pet. 5. *Omnem sollicitudinem vestram proiicientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis.* ¶ Item quoniam hic fulget superius, & hoc facit sua valde mirabilis efficacia, illa scil. qua motus, virtutes & ordines rerum naturalium ipse regit, superiorum scilicet & inferiorum. Vnde de ipso dicitur Eccl. 11. *Quoniam mirabilia opera altissimi.* ¶ Item quoniam hic splendet internis, & hoc facit sua inæstimabilia influentia, quia scilicet in se solet gratiam influere, & secreta spiracula reuelare. Vnde sibi dicitur in Psalm. *Quoniam tu illuminas lucernam meam Domine Deus meus, illumina tenebras meas.* Patet ergo, quomodo Deus habet veritatem infallibilem.

¶ Item Deus habet bonitatem diffusibilem, quia pro certo bonitas istius Quoniam, id est, istius primæ causæ influendo per omnia se diffundit. Et sic nota, quoniam ipse est bonus, iuxta illud Ps. *Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia eius.* Quoniam hic G

Agit suauiter,
Audit faciliter,
Parcit benigniter,
Saluat vtiliter,
Seruat veraciter,
Iuuat viriliter,
Amat stabiliter,
Ditat fertiliter,
Ornat nobiliter,
Potat prædulciter,
Saluat perenniter.

Dicam ergo, quoniam hic agit suauiter, quia reuera in omnibus factis suis suauis est Dominus: & alibi: *Psallite nomini eius, quoniam suaue est* Item hic audit faciliter, quia scilicet preces deuotorum & humilium libenter exaudit. Psalm. 5. *Quoniam ad te orabo Domine, mane exaudies vocem meam.* Et alibi: *Quoniam exaudiuit pauperes Dominus, & vinctos suos non despexit.* Et iterum: *Confitebor tibi Domine, quoniam exaudisti me, & factus es mihi in salutem.* Item quoniam hic parcit benigniter. Vnde in Psalm *Quoniam confirmata est super nos misericordia eius.* Et alibi: *Quoniam melior est misericordia tua super vitas.* Et Eccl.2 dicitur sic. *Quoniam pius, & misericors est Deus, & remittet in die tribulationis peccata.* Item quoniam hic saluat vtiliter, scilicet à periculis spiritualibus, temporalibus & æternis liberando. Et sic dicitur in Psalm. *Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam.* Et alibi: *Quoniam Deus saluam faciet à persequentibus animam meam.* Item quoniam hic seruat veraciter, seu etiam tutat fideliter. Vnde in Psalm. *Quoniam à dextris est mihi Dominus, ne commouear.* Et alibi: *Quoniam tu es protector meus.* Item quoniam hic iuuat viriliter. Psal. *Quoniam tu Domine adiuuisti me, & consolatus es me* Et Iudith 5. *Quoniam Deus eorum defendet illos.* Item quoniam hic amat stabiliter. Non enim recedit ab homine, nisi homo primitus dereliquat eum. Psal. *Si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es:* & Hier.30. *Requiescet, inquit, & cunctis affluet bonis, & non erit, quem formidet, quoniam ego tecum sum, dicit Dominus, vt saluem te.* Item quoniam hic ditat fertiliter, scilicet bonis gratiæ, fortunę, & gloriæ Sap.1. *Quoniam spiritus Domini repleuit orbem terrarum.* Item quoniam hic ornat nobiliter, scilicet corona & dignitate temporali, de lapide pretioso. Psalm. *Quoniam præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis, posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso.* Item quoniam hic potat prædulciter, scilicet fonte gloriæ Paradisi Psal. *Quoniam apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen* Item quoniam hic saluat perenniter, quia scilicet sicut dicitur in Psalm. *Quoniam illic mandauit Dominus benedictionem & vitam*

*eam vsque in sæculum.* Patet igitur, quod Quoniam refertur ad Deum. Et hoc est primum principale.

H ¶ Secundo principaliter dico, quod ista causalis coniunctio Quoniam, aliquando pertinet ad iustum. Constat enim, quod omnes virtutes, quæ sunt in viro, iusto & perfecto, possunt affirmari & alligari per Quoniam. Et ideo si quæritur, quæ sunt merita vel virtutes, propter quæ vir iustus à Domino finaliter præmiatur (iuxta illud Tob. 2. *Quoniam*, inquit, *filij sanctorum sumus, & vitam illam expectamus, quam Deus daturus est illis, qui fidem suam nunquam mutant ab eo*) certe potest breuiter responderi, Quoniam hic est

Innocens sine malitia,
Præpotens plenus constantia,
Exultans sana lætitia,
Meditans Dei iudicia,
Metuens summa fastigia,
Tribuens pia suffragia,
Respuens facta crudelia,
Intuens legis iudicia,
Detestans vitæ curricula,
Contestans vitæ fluxibunda,
Clamitans mundi pericula,
Cogitans mortis vestibula,
Recitans culpæ piacula,
Actitans pacis oracula,
Flagitans Dei iuuamina,
Rogitans Dei solatia,
Agitans spei volumina,
Prædicans verba prudentiæ,
Iudicans leges iustitiæ,
Abdicans fastum scientiæ,
Duplicans nexus concordiæ,
Vendicans mercedem gloriæ, seu carens ignauia.

Igitur dicamus de iusto, qualiter à Deo vel à Domino diligitur & metitur multiplici ratione. Et hoc certe, quoniam hic est innocens sine malitia, vt scilicet dicat illud 1. Re. 24. *Quoniam non est in manu mea malum*: & illud Ps. *Quoniam ego in innocentia mea ingressus sum, & in Domino sperans non infirmabor.* Item quoniam hic est præpotens carens ignauia, quia scilicet virilis & virtuosus: & ideo iste proprie dicitur vir, à virtute 3. Reg. 17. *Cognoui, quoniam vir Dei es tu.* Vir enim dicitur à virtute, quia scilicet sicut dicitur 2. Esdræ 8. *Quoniam virtus erat cum eis*, id est, cum viris perfectis & iustis, vt scilicet ipsi Domino dicat quilibet illud Psal. *Quoniam gloria virtutis eorum tu es.* Item quoniam hic est exultans sana lætitia. Iusti enim semper gaudent & exultant in Domino 1. Esd. 6. *Fecerunt solennitatem azymorum septem diebus, quoniam lætificauerat eos Dominus.* Item quoniam hic est meditans Dei iudicia, vt dicat scilicet illud Psalm. *Quoniam omnia iudicia eius in conspectu meo, & iustitias eius non repuli à me.* Item quoniam hic est metuens summa fastigia, scilicet Dei potentiam & sanctorum. Vnde de Iudith dicitur Iudith 8. quod *hæc erat in omnibus famosissima, quoniam timebat Dominum valde, & non erat, qui loqueretur de illa verbum malū.* Et merito certe. *Quoniam* (vt Eccl. 23. dicitur) *nihil melius, quam timor Domini.* & in Psal. *Timete Dominum omnes sancti eius, quoniam nō est inopia timentibus eum.* Item quoniam hic est tribuens pia suffragia, scilicet egenis, quibus scilicet libenter eleemosynam impartitur, & merito, quia certe sicut dicitur Tob 4. *Quoniam eleemosyna ab omni peccato & à morte liberat, & non patietur animas ire in tenebras.* Item quoniam hic est respuens vel sæuitia. Quia reuera iusti non solent in alios crudeliter insaeuire, sed erga omnes se gerere benigniter & modeste, dicentes scilicet illud Iudith 11. *Quoniam ego nunquam nocui virum, qui voluit obedire.* Item quoniam hic est intuens legis iudicia, hoc est dictum mandata Dei, quæ scilicet nobis indicuntur & iniunguntur in diuina scriptura Ps. *Quoniam mandata tua elegi. Quoniam iustitias tuas exquisiui.* Item quoniam hic est detestans vitæ curricula, scilicet vilitatem propriæ conditionis. Vnde 10 Psalm. de iusto potest dici illud Psalm. *Recordatus est, quoniam puluis sumus, homo sicut fœnum, dies eius sicut flos agri.* Item quoniam hic est contestans vitæ fluxibunda. Psalm. *Quoniam spiritus pertransibit in illo, & non subsistet, & non cognoscet amplius locum suum.* Item quoniam hic est clamitans mundi pericula, & hoc est dictum, tribulationes mundi. Psalm. *Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam.* Sequitur: *Quoniā tribulor, velociter exaudi me.* Constat enim quod iusti sunt in hoc mundo in tribulatione, tentatione, & pœnis. Psalm. *Quoniam probasti nos Deus, igne nos examinasti sicut examinatur argentum*, vt scilicet de mundi miseria & penuria dicant illud Psalm. *Quoniam aduena sum apud te, & peregrinus.* & iterum: *Quoniam egenus & pauper sum ego.* Item quoniam hic est cogitans mortis obstacula seu vestibula, dicens scilicet illud Ps. *Quoniam superuenit mansuetudo, & corripiemur.* Vnde Ecc. 14. *Memor esto, quoniam mors non tardabit*: & iterum: *Quoniam omnes in corruptionem imus*: & in Psalm. *Quoniam defecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus.* Item quoniam hic est recitans culpæ piacula. Ad iustum enim pertinet recognoscere culpam suam Ps. *Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper*: & alibi: *Quoniam iniquitatem meam annunciabo, & cogitabo pro peccato meo.* Item quoniam hic est actitans pacis oracula. Ad iustum enim pertinet seruare, tractare, & seminare pacem. Psalm. *Quoniam loquetur pacem in plebem suam, & super sanctos suos.* Item quoniam hic est flagitans Dei iuuamina. Ad iustum enim pertinet Dei auxilium flagitare, dicendo scilicet cum Psalm. *Quoniam tu protector noster es*: & iterum: *Ne discesseris à me, Quoniā tribulatio proxima est, & non est, qui adiuuet*: supple, nisi tu. Item quoniam hic est rogitans Dei solamina. Solamina dico, mala repellendo, & solamina, bona conferendo & adhibendo. Psalm. *Quoniam tu Domine adiuuisti me, & consolatus es me.* Item quoniam hic est agitans spei volumina. Ad iustum enim pertinet in Deo sperare, & spem suam habere in Deo multipliciter allegare. Exemplo Dauid, qui dicebat 10 Psalm. *Miserere mei Deus, miserere mei, quoniam in te confidit anima mea. & in vmbra alarum tuarum sperabo*: & alibi: *Quoniam tu es Domine spes mea, altissimum posuisti refugium tuum*: & iterum: *Quoniam Dominus spes eius est.* Vnde etiam Dominus cuilibet tali dicit Esai. 44. *Quoniam seruus meus es tu, quoniam redemi te.* Item dico, quod iustus apud Deum & homines est venerandus, quoniam hic est prædicans verba prudentiæ. Ad iustum enim pertinet verba bona & vtilia & prudentia dicere & docere. Vnde Sapientia dicit Pro. 8. *Audite me, quoniam de rebus magnis locutura sum, & aperientur labia mea, vt recta prædicent.* Item quoniam hic est iudicans leges iustitiæ. Iustus enim dicitur; eo quod de se & de proximo iuste iudicare probatur Eccl. 8. *Quoniam quod iustum est, iudicat.* Vnde ipse dicit 1. Cor. 6. *Nescitis, quoniam Angelos iudicabimus.* Item quoniam hic est abdicans fastum scientiæ. Iusto enim sufficit scire, quæ pertinent ad salutem, nec in literis gloriatur. Psal. *Quoniam non cognoui literaturam, introibo in potentias Domini.* Item quoniam hic est duplicans nexus concordiæ, quia scilicet ad iustum spectat discordes inuicem concordare. Vnde ipse allegat & dicit illud 1. Cor. 10. *Quoniā vnum corpus sumus in Christo.* Iusti enim per charitatem omnes amant, iuxta illud Apostoli Rom. 13. *Quoniam & ipsi pleni estis dilectione.* Et ideo omnes alios amant, inuicem conciliant & concordant. Item quoniam hic est vendicans mercedem gloriæ, quia scilicet iustus post tot & tanta dona virtutum vendicat & acquirit gloriam Paradisi. Vnde breuiter de iustis dicitur Matt. 5. *Beati, qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram. Beati qui esuriunt & sitiunt, quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Beati mundi corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, & Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.* Et sic igitur patet, quomodo Quoniam multis modis pertinet ad iustum.

I ¶ Tertio principaliter dico, quod Quoniam aliquando refertur ad stultum. Constat enim quod sicut iusti bonitas multorum est causa bonorum, sic stulti & impij multiplex prauitas multorum est causa malorum. Igitur dicam, quod peccator prædicatur & affirmatur per Quoniam,

Quantum ad { Præsentem fœlicitatem, qua nitet floridus,
Ingentem iniquitatem, qua fœtet putridus,
Sequentem aduersitatē, qua stupet turbidus.

¶ Igitur dicamus, quod Quoniam affirmat seu allegat de præsenti stultorum prosperitate. Et sic nota quod per Quoniam affirmatur, quod isti præ ceteris florent rerum muneribus. Gaudent famæ fauoribus. Fulgent magnis honoribus. Feruent dentibus, Sonant altis sermonibus. Spectant vanis flammantibus. Arent certis fluminibus. Igitur dico, quod mali in hoc mundo præ cæteris florent magnis diuitijs. Psalm. *Quia ecce ipsi peccatores & abundantes in sæculo obtinuerunt diuitias.* Item præ cæteris gaudent famæ blanditijs. Psalm. *Quoniam laudatur peccator in desid. rijs*

anima

*anima sua, & iniquus benedicitur.* Item præ cæteris fulgent altis in solijs, ... diuitijs & honoribus præcellunt Psal. 46. *Quoniam dij fortes terræ vehementer eleuati sunt.* Item præ cæteris feruent datis iam ... ijs seu super bijs, scilicet bona malorum rapiendo & occupando. Thren 1. *Quoniam credelitas est inimicum, manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia.* Item præ cæteris tonant altis tamantijs Psalm. *Quoniam ecce inimici tui sonuerunt, & qui oderunt te, extulerunt caput.* Item præ cæteris sperant vanis lætitijs. Sap. 5. *Spes impij tanquam lanugo, quæ à vento tollitur.* Item præ cæteris tenent citius molestijs, quia scilicet prosperitas istorum cito tendit ad nihilum Psal. 36. *Quoniam tanquam fœnum velociter arescent, & quemadmodum olera cito decident.* Vnde de diuite dicitur in Psal. 48. *Quoniam cum interierit, non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria eius.* Affirmat ergo quoniam de præsenti malorum prosperitate.

K ¶ Deinde dico, quod quoniam allegat de ingenti malorum peruersitate. Et sic certe nota, quod peccator fugiendus est, & vitandus, & puniendus, Quoniam.

Obstat obuius diuinæ voluntati,
Fallit cautius, seque dat falsitati,
Fauet deuius suæ fatuitati,
Obstat varius sinceræ veritati,
Subest sæpius linguæ mordacitati,
Fauet dulcius falsæ loquacitati,
Claudit iustius portam sagacitati,
Rite impios non credit deitati,
Obest durius hospitum charitati,
Adest promptius superbæ vanitati; seu obstat pertinacius diuinitati,
Hic attentius vacat ebrietati,
Cedit turpius virtutum claritati,
Se dat latius mundi prosperitati,
Hic iniustius repugnat æquitati,
Hic obnoxius studet carnalitati,
Iste sæuius vacat crudelitati,
Nequam socius obuiat vnitati.

Igitur si quæras, quare peccator odibilis est Deo & hominibus, iuxta illud Eccl. 12. *Quoniam altissimus odio habet peccatores*, id est, quoniam peccatores odio sunt altissimo, certe potest reddi sola, & allegari per Quoniam. Et vt omnes allegationes melius concurrant ad propositum, supponamus, quod quoniam sit peccator maximus, omnibus vitijs valde plenus, vt scilicet generaliter de Quoniam, id est, de peccatoribus dicatur, quoniam obstat obuius diuinæ voluntati. Vnde Mich. 2. *Quoniam contra Deum est manum eorum.* Et ideo de rebellione peccatoris dicitur Num. 15. *Quoniam,* inquit, *aduersus Dominum rebellis fuit peribit de populo suo.* Vt sic de communitate rebellium, discordium, & malorum dicatur illud 1. Esdr. 4. *Scies,* inquit, *quoniam vrbs illa vrbs rebellis est, & nocens regibus, & bella concitans.* Item Quoniam fallit cautius, seque dat falsitati. Decipit enim & fraudat alios quantum potest. Vnde de Abner fuit dictum Dauid 2. Reg. 3. *Quare,* inquit, *dimisisti Abner ignorans, quoniam ad hoc venit vt deciperet te?* & 3. Reg. 20. dixit Rex Israel de rege Syriæ *Videte, quoniam insidietur nobis.* Item Quoniã fauet deuius suæ fatuitati. Et sic de Nabal dictum 1. Reg. 25. *Quoniam secundum nomen stultus est.* Item Quoniam obstat varius stabili veritati. Ps. 11. *Quoniam diminutæ sunt veritates à filijs hominum:* & alibi: *Quoniam non est in ore eorum veritas, cor eorum vanum est.* Item Quoniam subest sæpius linguæ mordacitati, hoc est dictum, vitio detractionis & murmurationis. Vnde de talibus dicunt alij illud Ps. 21. *Quoniam circumdederunt me canes multi, consilium malignantium obsedit me:* & illud: *Quoniam audiui vituperationem multorum commorantium in circuitu.* Item Quoniam fauet dulcius falsæ loquacitati, scilicet adulando, & per verba falsa decipiendo. Psal. 34. *Quoniam mihi quidem pacifice loquebantur, & in iracundia terræ loquentes dolos cogitabant.* Item Quoniam claudit iniustius portam sagacitati. Peccator enim de sapientia & prudentia nihil curat. Vnde Sap. 1. *Quoniam in maleuolam animam non introibit sapientia.* Item Quoniam rite impius non credit deitati. Vnde Sap. 15. dicitur sic: *Quoniam ignorauit eum, qui se finxit &c.* Et ibidem dicitur de idololatra: *Quoniam res superuacuas finget.* Item Quoniam obest durius hospitum charitati, quia scilicet peccator non libenter recipit hospites titulo charitatis, sicut de Sodomitis à Deo submersis dicitur Sap. 19. *Quoniam inuiti recipiebant extraneos.* Sicut enim dicitur Matth. 24. *Quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum.* Item Quoniam adest promptius superbæ vanitati, scilicet se contra Dominum erigendo, & de se plus debitè præsumendo. Vnde Eccl. 10 *Initium superbiæ hominis est apostatare à Deo, quoniam ab eo, qui fecit illum, recessit cor eius.* Item Quoniam hic attentius vacat ebrietati vel gulositati Esai. 34. *Quoniam inebriatus est* Item Quoniam cedit turpius virtutum claritati, hoc est dictum, claræ conuersationi & honestæ. Esai. 13. *Quoniam stellæ non expandent lumen suum.* Item quoniam se dat latius mundi prosperitati Psalm. *Anima ipsius benedicetur.* Benedictionem enim & prosperitatem mundi diligunt, diuinam autem gratiam & benedictionem spernunt Hie. 17. *Quoniam dereliquerunt fontem aquarum viuentium dominum* Item quoniam hic iniustius repugnat æquitati. Mali enim iustitiam non faciunt, sed impugnant. Amos 6. *Quoniam conuertistis in amaritudinem iudicium, & fructum iustitiæ in absinthium*, ita quod alij dicere possunt iniustis illud 1. Machab. 2. *Quoniam iniuste perditis nos.* Item quoniam hic feruentius studet carnalitati seu luxoriæ voluptati 2. Cor. 11. *Quoniam multi gloriantur secundum carnem*, & tamen Rom. 8. dicitur. *Quoniam sapientia carnis inimica est Deo,* quia sicut dicitur Gal. 8. *Quoniã si seminat in carne, de carne metet & corruptionem.* Item quoniam iste sæuius vacat crudelitati, simplices scilicet persequendo, dicens scilicet illud Gal. 1 *Quoniam supra modum persequebar Ecclesiam Dei.* Vt sic de eis dicant oppressi illud Psal. *Quoniam persecuti sunt me gratis.* Item quoniam nequam socius repugnat vnitati, quia scilicet peccatores pacem & vnitatem non amant, sed ipsam destruunt & impugnant. Act. 17. *Quoniam hi sunt, qui orbem concitant, & ad hos venerunt*, ita quod de talibus discordibus potest dicere simplex homo illud, quod dicitur in Psal. 119. *Quoniam cum his, qui oderunt pacem eram pacificus &c.* Sic igitur patet, quomodo per quuoiam affirmatur de ingenti malorum peruersitate.

¶ Et si quæris, quare fugiendi & contemnendi sunt, certe respondere potest sic, Quoniam hi L

Priuabuntur gazis & epulis,
Frustrabuntur fauorum fabulis,
Spoliabuntur honorum titulis,
Morti dabuntur in mortis angulis,
Alligabuntur æternis vinculis,
Lacerabuntur subitis iaculis,
Satiabuntur amaris poculis,
Cruciabuntur igneis faculis.

Dico primo, quoniam hi priuabuntur gazis & epulis. De quo vide in proprijs titulis & in tabula. Item quoniam hi frustrabuntur fauorum fabulis, quia fauor adulationis & popularis laudis & famæ cum talibus non descendet. Ps. 59. *Quoniam Deus dissipabit ossa eorum, qui hominibus placent, confusi sunt, quoniam Deus spreuit eos.* Item quoniam spoliabuntur honorum titulis, quia scilicet mali quanto plus hic honorati fuerint, tanto grauius ibuntur alibi confusione maiori Sap. 6. *Quoniam iudicium durissimum fiet his, qui præsunt.* Item quoniam morti dabuntur in mortis angulis 2. Reg. 12. *Viuit Dominus, quoniam filius mortis est vir, qui fecit hoc.* Item quoniam alligabuntur æternis vinculis, scilicet in carcere infernali. Vnde Eccl. 9. dicitur peccatori. *Scito,* inquit, *quoniam in medio laqueorum ingrederis, & super dolentium arma ambulabis.* Item quoniam lacerabuntur subitis iaculis Hier. 14 *Gladio & fame & peste consumam eos,* Iob. 19. *Quoniam vltor iniquitatum gladius est.* Quod vero ista subito contingant eis, patet Prou. 24. vbi dicitur. *Quoniam,* inquit, *repente consurget perditio eorum.* Et Esa. 30. *Quoniam subito, dum non speratur, veniet contritio eius.* Item quoniam satiabuntur amaris poculis. Vnde de anima damnata potest dicere illud Thr. 1. *Vide domine quoniam tribulor, conturbatus est venter meus, subuersum est cor meum in memetipsa, amaritudine plena sum.* Item quoniam cruciabuntur igneis facolis Psal. 10 *Ignis grando, nix, glacies, spiritus procellarum, pars calicis eorum, quoniam iustus dominus.* Patet igitur quomodo quoniam diuersimode dicitur de peccatore, de iusto, & de Deo &c.

Quoque. Nota, quod Quoque quandoque sumitur pro vero seu certo, quandoque sumitur pro etiam, sic est tamen quod semper sumitur affirmatiue & assertiue, seu adiectiue, seu adiunctiue. Igitur dicamus, quod ista dictio Quoque refertur, scilicet, A

Ad { Deum, Iustum, Impium.

¶ Primo dico, quod Quoque refertur ad Deum. Deus enim asserit & affirmat, cum sit veritas. Addit quoque & multiplicat, cum sit bonitas. Et sic dicam quod iste Quoque

Vera prædicat,
Magna fabricat,
Iuste iudicat,
Dure vindicat,
Pie se applicat seu communicat.

Vera dico prædicat, nos instruendo Esai. 42 *Noua quoque annuncio, & antequam oriantur, audita vobis faciam.* Item magna fabricat cuncta creando. Esai. 48 *Manus quoque mea fundauit terram:* & Iob 36 dicitur de seipso: *Ecce*, inquit, *Deus magnus, & vincens scientiam nostram.* Sequitur. *Si voluerit extendere nubes quasi tentorium suum, & fulgurare lumine suo desuper, cardines quoque maris operiet.* Item iuste iudicat, iustos corrigendo, quia scilicet Deus suos qooq; quando peccant punire solet. Vnde Iob 33. dicitur, qood *Deus vt auertat hominem ab his, quæ fecit, & qui liberet ipsum à superbia, & vitam illius vt non transeat in gladium, increpat quoque per dolorem in lectulo.* Sap. 12. etiam dicitur, qood *Deus & bonos, & iustos aliquoties punit*, & hoc quoque iuste, quamuis causam suæ iustitiæ ignoremus. Vnde ibidem dicitur. *Ipsum quoque, qui non debet puniri, condemnare exterum iudicas à tua virtute.* Item dure vindicat malos puniendo. Et sic Dominus dicit impijs illud Prou. 1. *Ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsannabo cum vobis id quod timebatis aduenerit.* Item pie applicat seu se communicat, sua tribuendo, & se bonis per gratiam, & gloriam diffundendo. Vt de communicatione gratiæ intelligi possit illud Leuit. 26. *Ego quoque visitabo vos.* De concessione quoque gloriæ dicatur illud Zach. 9. *Hodie quoque annuncians duplicia reddam tibi.* Duplicia enim dicuntur bona gloriæ, propter duplicem stolam quæ beatis datur, animæ scilicet & corporis. Sic igitur patet quomodo quoque pertinet ad Deum.

¶ Secundo dico, qood qooq; aliquando refertur ad iustum. Iustus enim assertiuus est, & affirmatiuus per veritatem. Additiuus vero, & aggregatiuus, scilicet bonorum operum, & virtutum multiplicitatem per continuam charitatem, & per profectum, & incessabilem bonitatem. Et sic ergo nota, quod iustus habet multiplex Quoque, id est, multiplicem cumulationem, & aggregationem virtutum. Iustus enim consideratur, quantum ad quatuor status suos, scilicet, quantum

Ad naturam,
Ad fortunam,
Ad gratiam,
Ad gloriam.

Quantum ad naturam se clamat fragilem, & ruinosum. Et sic dicit Iob 33. *Ecce & me sicut te fecit Deus, & de eodem luto ego quoque formatus sum.* Quantum ad fortunam se dicit flebilem, & dolorosum, & sic dicit Iob 23. c. *Nunc quoque in amaritudine est sermo meus. & dolor plagæ meæ aggrauatus est super gemitum meum.* Quia scilicet iusti in hoc mundo tristem partem fortunæ, scilicet mundi tribulationes sibi vendicant, lætam vero fortunæ partem, scilicet mundi consolationes spernont & abdicant, dicentes scilicet illud Eccl 2. *Dixi ego in corde meo, vadam & affluam delitijs, & fruar bonis, & vidi quod hoc quoque esset vanitas.* Quantum ad gratiam se monstrat vtilem & virtuosum. Et sic potest dicere illud Eccl. 2. *Supergressus sum opibus omnes qui ante me fuerunt in Hierusalem, sapientia quoque perseuerauit mecum.* Quantum ad gloriam, quam scilicet iusti post hanc miseriam, consequuntur, & de futura securitate & gaudio potest dici illud Iob 11. *Miseriæ quoque oblitus eris. & habebis fiduciam proposita tibi spe. & defossus securus dormies, requiesces, & non erit qui te exterreat.* His ergo quatuor præmissis, redeamus ad nostrum quoque, id est, ad nostrum additamentum, & profectum, quo scilicet iusti multis abundant virtutibus in hac vita. Et sic dico, quod nos possumus notare, quod iustus, sicut probatur, per Quoque

Clementiæ pollet dulcedine,
Iustitiæ viget acredine,
Munditiæ nitet albedine,
Prudentiæ viuit margine,
Decentiæ fulget imagine,
Pœnitentiæ dolet vredine,
Conscientiæ stat sanctitudine,
Famulari succedit ordine,
Exemplari præcedit lumine,
Supernali conscendit culmine,
Magistrali obedit sarcinæ,
Aduersali resistit machinæ,
Bona sua dat dicens hæccine,
Iudicia dat dicens sustine,
Suffragia summæ dat dominæ.

Igitur supponendo (si volumus) quod dominus quoque fuit quidam sanctus, & perfectus homo, dicere possumus, quod iste clementiæ pollet dulcedine Iustus enim clementer remittit offensas, iuxta illud 1. Mach. 13. *Remittimus quoque ignorantias, & peccata vsque in hodiernum diem.* Vnde & fratres Ioseph, qui scilicet erga eum multum deliquerant, secundum illud Gen. 50. *Nos quoque oramus vt seruis Dei patris tui remittas iniquitatem hanc.* Item iste iustitiæ viget acredine. Iustus enim secundum diuersos casus, & tempora quandoque clementia, quandoque iustitia debet vti. Vnde Exod. 23. iniungitur iustitia rigorosa, dicendo sic: *Pauperis quoque non misereberis in iudicio.* Item iste munditiæ nitet albedine. Albedo enim puritatem castitatis, & munditiæ signat, vt de istis quoque dicatur illud Exod. 39. *Fecerunt tunicas byssinas opere textili Aaron & filijs eius feminalia quoque linea & vittas &c.* Byssus enim, & linum candorem castitatis signant, quæ licet in parte femoralium plusquam alias appareat. Iste etiam candor figuratur in throno eburneo Salomonis, de quo scilicet dicitur 2. Paral. 9. *Fecit quoque rex solium eburneum &c.* Quia revera ebur qood est candidum, id est, castitatis candor, præcipue decet reges, id est, omnes in maiestatis solio præsidentes. Item iste quoque prudentiæ viuit in margine. Iusti enim sapientia, & prudentia fulgent, sicut de Dauid 1. Reg. 18. dicitur. *In omnibus quoque vijs suis Dauid prudenter agebat* Et 3. Reg. 4. *Dedit quoque Deus sapientiam Salomoni* Ita vt quilibet talis dicat illud Eccl 2. *Sapientia quoque perseuerauit mecum.* Item iste decentiæ fulget imagine, quia scilicet iusti semper solent figura, & imagine bonæ conuersationis vestiri, quod scilicet satis figuratur 3. Reg 6 vbi dicitur, quod *Salomon domum quoque oraculi vestiuit auro.* Et ibidem. *Texit quoque Cherubin auro.* Iustus enim dicitur domus oraculi, quia libenter vacat orationi. Dicitur etiam Cherubin, qui scilicet interpretatur plenitudo scientiæ quia libenter intendit scientiæ & lectioni. Talis ergo quoque auro tegitur, in quantum scilicet splendore honestæ conuersationis vestitur. Item iste quoque pœnitentiæ dolet vredine. Figuratur scilicet in Salomone de quo dicitur, quod *ipse quoque fecit mare fusile.* Mare enim amaritudinem contritionis signat, fusio vero diffusionem satisfactionis notat. Item iste qooq; conscientiæ stat sanctitudine, quia scilicet iusti corde perfecto, & sancta conscientia fulgent. Vnde conscientia viri sancti figuratur in sancto sanctorum, & etiam in medio atrij interioris, de qoibus dicitur 2 Par. 3. *Fecit quoque Salomon domum sancti sanctorum*, & c. 7. *Sanctificauit quoque Salomon medium atrij ante templum domini* Item iste quoque famulari succedit ordine. Ad iustum enim spectat sequi, & famulari maioribus Iosue 3. *Vos quoque sequimini præcedentes* Figuratus Ezec. 10. vbi dicitur, qnod *eleuatis Cherubim à terra, rotæ quoque secutæ sunt.* Item iste qooque exemplari præcedit lumine. Iusti enim bonos ipsos imitando, succedunt, alios in bona dando exempla præcedunt. Vnde Iosue 4. *Sacerdotes quoque pergebant ante populum, & filij Ruben præcedebant armati.* Item iste quoque supernali conscendit culmine, quia scilicet iusti per contemplationem superius semper manent Iosue 10. vbi de Iosue dicitur. *Ascendit quoque cum omni Israele de Eglon in Hebron* Et Iudic. 1 *Domus quoque Ioseph ascendit in Bethel*, vt scilicet iste dicat illud Ezech. *Spiritus quoque leuauit me, & assumpsit me.* Item iste quoque magistrali obedit sarcinæ. Iustus enim suis obedit maioribus. Iosue 22 *Mihi quoque in omnibus obedistis.* Item iste quoque aduersali resistit machinæ, quia reuera iustus temporalibus, & spiritualibus resistere solet hostibus, & alios debite defendendo, & potissime pauperes, & depressos. Vnde de Samgar dicitur Iudic 3. *Ipse quoque defendit Israel*, de Banaia vero dicitur. 2. Reg. 23. quod *ipse percussit leonem in media cisterna in diebus niuis, ipse quoque percussit virum Aegyptium dignum spectaculo.* Item iste quoque dat bona sua, dicens hæccine, qoia scilicet vir perfectus per eleemosynam, & largitatem communicare solet alijs bona sua, sicut scilicet Boos suis messoribus, præcipiebat, dicens Ruth. 2. *De manipulis quoque vestris proijcite ex industria.* Supple vt Ruth possit recipere qood remansit. Ad quod facit illud 3. Reg. 17. vbi dicitur, quod *corui quoque deferebant ei, scilicet Heliæ panem, & carnes ma-*

*me & respice.* Item iste quoque iudicia dat, dicens sustine Prouer. 18. *Contradictiones comprimit sors, & inter potentes quoque diiudicat.* Item iste quoque suffragia dat summe dominæ, videlicet virgini gloriosæ, quia scilicet iustus apud ipsam tam pro se quam pro alijs humiliter intercedit. Vnde Hester 9. dicitur. *Aman quoque surrexit vt rogaret Hester reginam pro anima sua.* Sic igitur patet quomodo istud additiuum, & affirmatiuum quoque aliquando refertur ad iustum, seu etiam quomodo quandoque signat ex causis varijs virum iustum.

C § Tertio vero principaliter dico, quod quandoque signat virum stultum. Impius etiam seu vir peccator, & stultus proprie quoque dicitur, quia mala malis continue addere & accumulare dignoscitur. Et quia mendacia affirmare sæpius comprobatur, igitur, nota, quod in isto quoque, id est, in peccatore additur & asseritur. Et hoc certe primo quantum ad præsentia peccata. Secundo vero quantum ad futura & sequentia tormenta. Et primo dico, ad peccata quibus imbuuntur. Et sic dico, quod isti induuntur superbiæ fastu. Acuuntur malitiæ astu. Imbuuntur superfluo pastu. Maculantur luxuriæ gestu. Exultantur scientiæ zestu. De fastu enim superbiæ patet 3 Reg. 22 *Fecit quoque Sedechias filius Chanaam cornua ferrea, dicens: His ventilabis Syriam, donec deleas eam.* De astu autem seu astutia suæ malitiæ patet 1. Esd. 4 vbi dicitur, quod *populus terræ valens impedire Iudæos ab ædificatione Hierusalem, malitiose conduxerunt aduersus eos consiliatores, vt destruerent cōsilium eorū.* De pastu vero seu gulositate suæ gastrimargiæ patet Hest. 1. vbi dicitur, quod *in conuiuio Assuero vinum quoque* (vt magnificentia regia dignum erat) *abundans, & præcipuum ponebatur.* Sequitur. *Vasthi quoque regina fecit conuiuium fœminarum:* & bene dicit Fœminarum, quia, scilicet, tales, qui potibus & conuiuijs vacant effœminati, & fœminæ possunt dici. De tactu vero seu gestu luxuriæ patet Ezech. 22. vbi de Ooliba meretrice dicitur sic: *Denudauit quoque fornicationes suas, & discooperuit ignominiam suam.* De zestu vero veræ scientiæ, qualiter, scilicet, illi per ignorantiam exules facti sunt ab eadem, patet Esa. 28. vbi dicitur: *Hi quoque præ vino nescierunt, & præ ebrietate errauerunt, sacerdos & Propheta nescierunt præ ebrietate, absorpti sunt à vino.* Et tamen scientia, non ignorantia figuraliter præcipitur in scriptura, scilicet, Deut. 14. vbi dicitur: *Vpupam quoque & vespertilionem non comedetis,* quia scilic. istæ aues, quæ de nocte volant, & tenebrosam ignorantiam signant, præsentia peccata, quibus moderni quoque, id est, peccantes præsentialiter imbuuntur, demonstrant.

D § Sed adhuc dico, quod per quoque asseruntur sequentia tormenta, quibus isti finaliter cruciantur. Et sic nota, quod isti finaliter

Deuorandi dabuntur canibus,
Detruncandi dabuntur ensibus,
Captiuandi dabuntur hostibus,
Molestandi dabuntur ictibus,
Comburendi dabuntur ignibus.

§ De canibus, id est dæmonibus infernalibus patet 4. Reg. 9 vbi dicitur sic: *Iezabel quoque comedent canes in campo Iezrael nec erit, qui sepeliat eam.* De gladijs autem, seu de ensibus patet Esa. 3. vbi Sion peccatrici dicitur sic: *Erit,* inquit, *pro suaui odore fœtor, & pro zona funiculus, & pro crispanti crine caluitium, & pro fascia pectorali cilicium. Pulchri quoque tui gladio cadent, & fortes tui in prælio.* De hostibus etiam, quomodo scilicet damnati ab eis captiuabuntur & carcerabuntur, Patet Gen. 34. *Paruulos quoque & vxores duxerunt captiuas.* De ictibus autem & laboribus seu motibus, quomodo scilicet, damnatos inquietabunt, patet Esa. 23. vbi scilic. animæ peccatrici dicitur sic: *In Sethim consurgens transfreta, ibi quoque non erit requies tibi.* Sethim n. interpretatur spinæ, signans puncturas & dolores inferni. Sic igitur patet, quomodo Quoque addendo & affirmando diuersimode spectat s. ad impium, ad iustum, ad Deum. Vide supra in titulo Etiam.

A **Quot. Quotquot.** Nota, quod Quot semper signat numerum certum & limitatum de quacunque re dictum fuerit, bona videlicet seu mala. Et sic nota, quod est dare

Quotquot { Pœnitentes quos Deus diligit,
Eminentes, quos Deus eligit,
Delinquentes, quos Deus negligit. }

§ Dicam ergo primo, quod Deus diligit quotquot cum fletibus pœnitentes. Nullum enim pœnitere volentem Deus refutat, sed quotquot veniunt, assumit & adoptat. Vnde Marc. 6. *Quotquot tangebant eum, s. Christum salui fiebant,* ille n. spiritualiter Deum tangit, qui ad ipsum per pœnitentiam se conuertit.

Per pœnitentiam enim { Christum tangimus,
Culpas plangimus,
Corpus frangimus. }

Christum dico, tangimus & recipimus. Vnde illud prædictum: *Quotquot tangebant eum, &c.* Culpas etiam plangimus seu linquimus. Vnde 1 Mach. 2. *Destruxerunt,* inquit, *aras, & circumciderunt pueros incircumcisos, quotquot inuenerunt.* Pueros enim, id est puerilitates nostras & peccata circumcidimus, arasque dæmonū de nostris cordib. euertimus, quando per pœnitentiam nos lauamus seu purgamus, corpus etiam frangimus & atterimus 2. Esd. 8. *Quotquot transgressi fuerant diligenter plectebantur.* Patet ergo quod Deus diligit, quotquot cum fletibus pœnitentes.

§ Secundo dico quod Deus eligit quotquot virtutibus eminentes, id est, in virtutibus excellentes. De quibus sc. dicitur Io. 1. *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius.* Viri enim perfecti filij Dei dicuntur, pro eo quod ad hæreditates cœlestis gloriæ adoptantur, & prædestinatiue ad eam ordinantur, iuxta illud Act. 13 *Crediderunt,* inquit, *quotquot erant præordinati ad vitam æternam.* Eligit igitur Deus quotquot virtutibus eminentes. B

§ Tertio vero dico, quod Deus negligit quotquot criminibus pestilentes, id est, omnes vniuersaliter peccatores. Et certe de istis quotquot dicit Dominus Io. 10. *Quotquot autem ante me fuerunt, fures sunt & latrones.* Sufficit. Vide in tit. Omnes, in titulo Quicunque, & in titulo Voluerit &c. C

R

A **Ratio.** Nota, quod in scriptura inuenitur Ratio

Sequenda,
Docenda,
Reddenda,
Discenda,
Diuidenda.

Dico quod est ratio sequenda, & sic ratio accipitur pro superiori portione animæ, quæ quandam habet rectitudinem veritatis insertam, per quam vnicuique ostenditur, quid sit bonum & quid malum. Et ista proprie dicitur synderesis siue rectitudo mentis, de qua Eccl. 7. *Hoc inueni, quod fecit Dominus hominem rectū.* Et iste est proprie sicut quædam regula motuum, quā omnis homo in suis actib. debet sequi. Et ista est ratio, quam Deus in terra dicitur posuisse. Iob 38 *Nunquid nosti ordinem cœli, & rationem eius pones in terram?* Secundum ordinem n. cœli, i. secundum imaginem ipsius Dei posita est ratio ista in terra, i. in homine, quia s. secund. rationem istam dictū fuit: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* Item ratio est docenda, & ista est intellectus humanus, in quantum fomitur respectu credendorum, quia, s. humana ratio non attingit ad notitiam illorum, quæ debemus credere nisi per fidem doceamur. Sicut n. dicitur Ec. 8. *Operum Dei nullam potest homo inuenire rationem.* Et ideo sicut dicitur Rom. 12. *Necesse est quod habeamus prophetiam secundum rationem fidei.* Item est ratio reddenda, & sic ratio accipitur pro causa, vel ēt pro computo, quia s. nos sumus rationem, i. causam & computum reddituri de omnibus, quæ facimus, siue fuerint bona, siue mala, iuxta illud Luc. 16 *Redde rationem villicationis tuæ.* Vnde Rom. 14. *Vnusquisque pro se rationem reddet.* Non solum aūt de proprijs factis, imo etiam de defectibus subditorum. Vnde de prælatis dicitur Heb. 13. ꝙ *ipsi peruigilant tanquam rationē pro animabus vestris reddituri.* Itē est ratio discenda & sic ratio sumitur pro causa & veritate negotiorum. 1. Pet. 2. *Rationales sine dolo lac concupiscite.* Item est ratio diuidenda, & sic ratio item est quod portio, iuxta illud 1. Mach. 10 *Sumptus dabantur de ratione regis.* De quo Eph. 4. *Nulla communicauit mihi in ratione dati & accepti &c.*

§ Si vis autem de ratione amplius dicere, dic quod est dare B

Rationem, quæ { Cuncta superat, quæ non attingitur,
Mores reparat, quam iustus sequitur,
Iuste imperat, quæ non subuertitur. }

Prima est ratio originalis,
Secunda est ratio moriginalis,
Tertia est ratio iudicialis.

§ Primo igitur est dare rationem originalem, quæ non attingitur. Et ista est ratio, qua Deus in secretis naturæ & fidei solet

vit. Constat enim quod omnia Dei opera, quanquam sint ardua & secreta, siue ad naturam pertineat, siue ad fidem certa & vera ratione sunt facta, licet nobis incognita & occulta. Et ideo cum humana cognitio ad rationis huius notitiam non attingat, fatuum est indagare. Seneca enim in li. de naturalibus quæst. dicit, quod quamuis cometæ stellæ casualiter videantur oriri, certum tamen habent locum & ordinem in natura, licet hominibus necdum notum. Vnde Eccl. 11. dicitur: *Quomodo ignoras qua sit via spiritus, & qua ratione compingantur ossa in ventre prægnantis, sic nescis opera Dei, qui fabricator est omnium.* & Iob 38. *Quis enarrabit cælorum rationem & concentum?* Rationem dico originalem.

C ¶ Secundo dico, quod est dare rationem originalem. Et ista certe est illa, quæ impressa est cordi humano, quæ scilicet ad omnem virtutem mentem componit. Homo enim à bruto pro tanto differt, quia homo rationem habet, brutum vero ratione caret. Illi igitur magis bruta, quam homines esse videntur, qui in suis actibus rationis obsequio non vtuntur. Bene ergo monet Apost. Rom. 12. dicēs: *Exhibeatis, inquit, corpora vestra hostiam viuentem, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum.*

D ¶ Tertio dico quod est dare rationem iudicialem. In iudicādo enim valde est necesse vti iudicio rationis. Ad quod facit illud Exo. 39. vbi dicitur, *Quomodo vestis sancta, dicta rationale iudicij, continens doctrinam & veritatem, quæ facta fuit opere polymito cum annulis & catenis, & inserta superhumerali cum duobus onychinis, & nominibus patriarcharum, assignata fuit & tradita Aaron sacerdoti.* Ad significandum quod Aaron, id est, quilibet superior & prælatus rationale iudicij, id est, vsum debitæ rationis in iudicando debet habere & in omnibus suis iudicijs rationem seruare. Nomina filiorum Israel, id est curam omnium subditorum debet portare, & doctrinam & veritatem præcipue custodire. Superhumerale etiam, quod onus negotiorum signat, cum rationali coniungere debet, pro eo quod iudex & superior onera sibi incumbētia debet cum rationis iudicio moderari. Rationale autem illud polymitum seu opere polymito factū dicitur pro eo quod omne iudicium politum, id est, examinatum & exquisitum esse tenetur. Catenæ etiam & annuli rationale iudicij circumstare dicuntur, pro eo quod in omni iudicio, quod debita ratione regitur, semper debet catena charitatis haberi, & annulus cœlestis præmij & æternitatis sperari. Hæc omnia vide & allega sicut Exod. 28. & 39 dicitur, vnde Leuit. 8. dicitur, quod *Moyses induēs Aaron tunica hyacinthina, desuper humerale imposuit quod astringens cingulo, aptauit rationale, in quo erat doctrina & veritas.* Sic igitur patet, quomodo ratio multipliciter sumi potest. Multa possent dici de ratione & de vsu rationis & de creatura rationali, sed paucæ sunt auctoritates vocales, & de his omnibus dictū est supra de homine, & dicetur infra de sapientia & in alijs titulis &c.

## A Radere. Rasus.

Cum radere nihil aliud sit quam capillos abstergere vel auferre, & hoc duntaxat nouacula mediante, per capillos vero multa significentur, sc.

> Virtutes quibus adornamur,
> Terrena quibus oneramur,
> Temporalia quibus spoliamur,
> Peccata quibus inflammamur, seu quibus vermibus & pediculis stimulamur.

Hinc est quod quadruplex radere potest generaliter inueniri vnum Radere, quod est

> Fatuitatis, Aduersitatis,
> Vtilitatis Necessitatis.

> Primo radit impios vir que peccator,
> Secondo radit vir pius & miserator,
> Tertio radit tyrannus & deprædator,
> Quarto radit vir iniquitatis culpæ plorator.

¶ Primo ergo dicam, quod est dare vnum radere summe vitiosum, & istud certe est quando quis à seipso per peccatum radit & euellit ornatum & capillaturam virtutum, quia sc. barba signat animi virilitatem, capilli vero designant virtutum ornatum & multiplicitatem. Fatuum est ergo talia radere, & à se vires animi & virtutum cæsariem abdicare, iuxta illud Leuit. 19. *Neque attondebitis comam, nec radetis barbam.* Vnde & de sacerdotibus dicitur Leuit. 21. *Non radent caput, nec barbam, nec in carnibus suis facient incisuram.* Rasura enim & auulsio capillorum, hoc est dictum, exteriorum virtutum & bonorum affectionum & conditionum, vires animi tollit, & mentem effœminatam efficit, & in mollitiem vertit. Figura Iudicum 16. vbi dicitur de Samsone, quod *rasis septem capillis de capite suo, recessit ab eo fortitudo, & sic deceptus a Dalila fuit traditus Philisthæis, & ab eis excæcatus.* Figura etiam 2. Reg. 10. vbi dicitur, quod *in vituperium Dauid rex Amon seruos Dauid, qui venerant ad consolandum ipsum, dimidia barba rasit & decaluauit, & sic dehonestatos ad dominum suum misit.* Figura insuper Hiere. 41. vbi dicitur, quod 80. *viri rasi barba & scissis vestibus & squalentes percussi sunt ab Ismael in medio ciuitatis.* In quibus scilicet notatur, quod illi qui capillaturam virtutum & barbam virilitatis & fortitudinis perdunt à Dalila, id est, à propria carne decepti, Philistæis, id est, dæmonibus succumbunt, & oculos veræ discretionis perdunt, & fortitudinem constantiæ mittunt, laxitatemque & debilitatem incurrunt. Iudicum. 16. *Si rasum fuerit caput meum recedet à me fortitudo mea.* Rex etiam Amon, id est, diabolus [illegible] uos Dauid, id est, viros Ecclesiasticos Christi seruos capillis & barba virtutum spoliat, ipsosque multis vitijs dehonestat. Imo et etiam diabolus illos occidit, quos sine capillis & barba [illegible] totum inuenit & offendit. 2. Re. 19. *Pueros, inquit, Dauid decaluauit & rasit.* O Deus quot & quanti sunt hodie serui Dauid, [illegible] est, viri Ecclesiastici & Christiani, qui taliter barba carent, & [illegible] virtutum cæsarie nudi squalent. Et isti sunt similes sacer[dotibus] idolorum, de quibus Baruch. 6. dicitur sic: *Sacerdotes, [illegible] sedent habentes tunicas scissas, & capita & barbas rasas, quorum capita nuda sunt.* Qui reuera tales tunicam exterioris conuersationis habent laceratam & scissam, caput intentionis virtutibus denudatum, & barbam virilitatis ablatam. Esaiæ 15. *Omnis barba [radetur], & in triuijs eius accincti sunt sacco.* Patet igitur, quod est dare vnum radere summe vitiosum. B

¶ Secundo dico, quod est dare vnum radere summe fructuosum, & istud pro certo nihil aliud est, quam bona sua temporalia à se radere, auellere & abdicare & ipsa pauperibus erogare. Quod scilicet satis potuit figurari in Nazaræo Domino consecrato, qui scilicet in fine suæ consecrationis obseruantiæ capillos suos, quos intactos seruauerat, abradebat, ipsosque comburens & sacrificans Domino offerebat. Ad denotandum, quod Nazaræus, qui interpretatur floridus, id est, vir misericors & pius, qui scilic. apud Deum floridus est & gratus, capillos diuitiarum suarum, quos diu retenuit, debet loco & tempore radere & abstergere, pauperibus scilicet erogando, & Deo ipsos debet offerre per charitatem incendere, ipsos in Dei vsibus expendendo. Vnde Mich. 1. *De caluare & tondere super filios deliciarum tuarum*, scilicet super pauperes Christi. O quam pulchra & honesta talis tonsio, rasio, seu nuditas capillorum. Valde enim placet altissimo videre hominem decaluatum, & per eleemosynas diuitijs denudatum. Vnde loquens Dominus Ecclesiæ de talibus Cant. 4. dicit *Greges, inquit, tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & sterilis non est in eis.* Tonsionem enim seu rasionem, id est, consumptionem & expensas faciunt multi sicut Nabal de quo dicitur 1. Reg. 25. quod *cum oues tonderet, Aere tamen benedictionem Dauid & suis socijs indigentibus denegauit.* Quia sunt multi qui bona sua expendunt & tondent in malis vsibus, non bonis. Patet igitur quod est dare vnum radere summe fructuosum. C

¶ Tertio dico, quod est dare vnum radere valde dolorosum, & istud pro certo est illud quo raptores & tyranni radunt & spoliant vniuersos substantia temporali. Vnde Hiere. 48. *Super omne, inquit, caput caluitium, & omnis barba rasa erit.* Ista est etiam rasura quam finaliter faciet Dominus impius, quando scilicet barbam & cæsariem gloriæ temporalis auferet & abradet. Vnde Esa. 7. *In die illa radet Dominus in nouacula acuta in his, qui trans flumen sunt, in rege Assyriorum, caput & pilos pedum & barbam vniuersam.* Et breuiter sic est quod Deus finaliter radet malos, sicut in præsenti tyranni, & impij radunt bonos. Legitur enim de Dionysio tyranno, quod cum esset in templo Æsculapij qui fingebatur fuisse filius Apollinis, & qui cum barba pingebatur, Apollo vero pater pingebatur sine barba. Dionysius videns barbam aureā Æsculapij, quæ magnum thesaurum valebat occasione rapinæ accepta, abstulit eam sibi, dicens scilicet: indecens valde esse quod filius esset barbatus & pater suiipsius imberbis. Sic reuera tyranni nostri videntur hoc dicere de ecclesiasticis, quod [illegible] indecens sit eos barbam auream, id est, diuitias temporales obtinere, cum certum sit patrem ipsorum Dominum Iesum Christum barba huiusmodi caruisse: hac igitur occasione [illegible] radere barbas nostras, & spoliare singulos bonis suis, dicentes scilicet illud Hierem. 7. *Tonde capillum tuum & proijce [illegible]* Sic ergo patet quomodo est dare radere valde dolorosum. D

¶ Quarto dico quod est dare vnum radere valde virtuosum. Et illud certe

certe nihil aliud est quam pilos superfluitatum nostrarum scilicet malarum affectionum interiorum, malorum actuum exteriorum, & malarum conditionum & morum radere & euellere, & per temperantiam & modestiam eradicare. Figura Leu. 14. vbi de leproso mundando dicitur sic. *Cum lauerit homo vestimenta sua, radet omnes pilos corporis, & lauabit aqua, purificatusque ingredietur castra.* Quia pro certo leprosus, id est, peccator qui ad sanitatem & munditiam gratiæ redire desiderat, omnia superflua per pœnitentiam debet mundare, & omnia per confessionem radere, & per lacrymarum profluuium cuncta abstergere & purgare, vt sic castra paradisi purgatus valeat subintrare, sicut de muliere captiua dicitur Deut. 21. quod *ad hoc vt viri Israelitæ vxor fieri mereatur, vestem debebat mutare, cæsariem & vngues radere, & parento propriet deplorare.* Ad denotandum quod mulier captiua, id est, anima peccatrix quæ Israelitæ Christi vxor vult fieri siue sponsa, ante omnia debet vestem conuersationis mutare scilicet in melius conuertendo. Cæsariem & vngues, id est, omnes superfluitates vitiorum debet radere & tollere confitendo, & parentes, scilicet carnem & mundum deflere transacta crimina deplorando. Exemplo scilicet Iob, de quo dicitur Iob 2. quod *testa saniem radebat sedens in sterquilinio.* Testa enim quæ de terra est, terreitatem nostram, i. memoriam mortis designat, sterquilinium autem vilitatem nostræ carnis designat. Quia scilicet si saniem peccatorum radere volumus & auferre, necesse est testam & sterquilinium, id est, propriæ vilitatis & mortis memoriam adhibere. Sic igitur patet quomodo est dare quadruplicem rasuram scilic. Virtuosam, Dolorosam, Fructuosam & Viciosam. Sufficit.

A **Radix.** Nota quod Radix in scriptura sumitur in bono & in malo. Et ideo dicamus quod per radicem secundum suas diuersas proprietates possunt intelligi varia & diuersa. Vnde nota quod radix potest denotare, sc.

- Iustorum conditionem,
- Virtutum perfectionem,
- Mundanam successionem,
- Peccati corruptionem,
- Malorum defectionem.

Per radicem designatur iustorum conditio virtuosa. Quilibet enim iustus potest dici radix iuxta illud Prou. 12. *Radix iustorum proficiet.* Sicut enim radix est pars arboris inferior, occultior, vilior, sic iustus in arbore Ecclesiæ militantis debet esse

- Inferior, scilicet per superbiæ deiectionem,
- Occultior per bonorum suorum absconsionem,
- Vtilior per bonorum operum productionem.

Qui scilicet iste more radicis debet inferius per humilitatem mentaliter iacere Esa. 37. *Quod reliquum est, mittet radicem deorsum.* Debet etiam sub terra, id est, in abscondito per fugam omnis inanis gloriæ sagaciter latere Sap. 7. *Virtutes radicum & quæcunque sunt absconsa & improuisa didici.* Debet insuper bene operando erga omnes vtiliter se habere Hier. 12. *Plantasti eos & radicem miserunt, proficiunt, & faciunt fructum.* Et ideo breuiter de quolibet viro iusto potest exponi illud Ezech. 17. *Posuit illud in terra pro semine, vt firmaret radicem super aquas multas.* ¶ Vbi aduerte, quod sicut radix arboris materialis habet, scilicet,

- Tenacitatem, terræ fortiter adhærendo, ideo dicitur (Posuit illud in terra)
- Viuacitatem, fructus iugiter producendo, ideo dicitur (Pro semine)
- Stabilitatem pondus arboris sustinendo ideo dicitur (Firmaret)
- Teneritatem, totam substantiam retinendo, ideo dicitur (Radicem, quæ dicitur à raritate)
- Humilitatem, totam arborem nutriendo, ideo dicitur (Super aquas multas)

Sic vere charissimi vir iustus ad modum radicis debet habere, scil.

- Tenacem dilectionem (Ponet illud in terra, id est, figet illud in Deo per amorem)
- Viuacem deuotionem (Pro semine inquit)
- Stabilem durationem (Firmaret inquit)
- Plicabilem subiectionem (Radicem inquit)
- Fluxibilem compassionem (Super aquas inquit.)

Dico ergo, quod in ista radice debet esse tenax dilectio & adhærentia, quia sicut radix fortiter adhæret terræ & totaliter figitur infra terram, & per quosdam capillos fortiter ligatur cum terra, & ideo fit quod radix infra terram viuit, extra terram vero siccatur & deficit, sic iustus fortiter debet terræ i. cum Deo per amorem ligari, & in ipso profunde iniici & infigi, & in eo mediantibus venis seu capillis bonarum affectionum totaliter radicari, quia si in eo & infra eum per charitatem fuerit, ipse potest per gratiam viuere, si vero per peccatum terram istam exiuerit, necesse est eum arescere spiritualiter & perire. Posuit inquit illud in terra Dan. 4. *Germen radicum eius in terra dimittite.* Sicut enim aliquæ sunt arbores & plantæ quæ conuertuntur in radices, & quæ in omni parte sui habent virtutem seminariam, sicut patet de ficu, vite, ruta, salice & similibus, quarum ramus plantatus efficitur radix & terræ adhæret, quamuis primo à terra esset penitus separatus, sicut etiam patet in propagine, vbi ramus in terram depressus & infossus nouam radicem acquirit, & per se efficitur vna planta, sic vere quamuis quandoque contingat nos à terra i. ab amore Dei & proximi separari nos tamen debemus iterum ibidem per charitatem infigi, & ibi radices i. tenaces fieri, & per tenacem amorem ibi veraciter radicari. Posuit inquit illud in terra. Quod est contra illos qui in terra, i. amore Dei & proximi per dilectioné, vel in terra, i. in paradiso per contemplationé, vel in terra, i. morte vel inferno per timorem & considerationé nolunt seipsos radicare, nec se ibi mentaliter profundare. Vnde de talibus potest dici illud Ps. quod s. diabolus *euellet te, & emigrabit de tabernaculo tuo, & radicem tuã de terra viuentium.* Non sic charissimi, sed sit in nobis tenax dilectio, & adhærentia. Posuit inquit in terra. ¶ Item sit in nobis viuax deuotio & influentia. Pro semine inquit. Sicut enim semen habet in C
se radicalem humorem, virtute cuius fructus producit, sicut etiam radix habet quandam naturalem vitam & vigorem, virtute cuius in ramos arboris foliorum & fructuũ vis influit, & per quã totã ad productioné disponitur & aptatur, sic vir iustus debet habere in se vitam, vigorem & humorem gratiæ, ipsum debet interius spiritualiter vegetare, & ad productioné fructuum bonorum operũ disponere & aptare. De semine inquit Dan. 11. *Stabit de germine radicum eius plantatio.* Multæ. n. sunt plantæ quæ habent fructus suos inferius in radice, sicut patet de allio & de cepa. Quædã etiam sunt arbores quæ habent virtutem seminariam in radice, sicut de croco dicitur, cuius radix in plures partes diuiditur, & de qualibet particula plãtata, planta vna (quod mirum est) generatur. Ad denotandum, quod in radice i. in viro iusto semper debet fructus bonorum operũ abundare, & virtus seminaria ad productionem bonorũ operũ apparere. De qualibet n. particula istius radicis, i. de quolibet bono cogitatu vel affectu boni cordis vel etiã iusti viri debet nasci vna planta, i. debet produci aliquod bonũ opus. De semine inquit. Quia sicut dicitur Luc. 8. *Semen cecidit in terram bonã, & ortum fecit fructũ.* Quod est contra multos qui non habent viuacitaté gratiæ, imo per peccatũ sunt mortui & siccati, & ideo fructus bonorũ operũ non producunt. Figuratur in *semine quod cecidit in petra, quod quia caruit radice, natũ aruit, quia non habebat humoré.* Vnde dicitur ibid. *Et hi radicé non habent, sed sunt temporales.* Vnde de talib. dicitur Ose. 9 *Radix eorum exsiccata, fructum nequaquam faciet.* Non sic ergo, sed sit in nobis viuax deuotio & influentia. Pro semine, inquit.

¶ Deinde dico, quod in ista radice, scilicet in corde seu in D
viro iusto, debet esse fortis duratio & permanentia. Firmaret inquit. Sicut enim radix inter alias partes arboris est firmior & stabilior, & hoc quia terræ est adhærentior, & sub terra profundior, & pondere terræ oneratior, & ab impulsu ventorũ occultior & remotior, & inde est, quod radix propter suam firmitaté est totius arboris fundamentum, & sic vere cor iusti vel ipse iustus debet esse in fide & moribus valde stabilis atque firmus: Et hoc certe faciet tenacitas & adhærentia charitatis, profunditas humilitatis, pondus timoris, & remotio à vento vanitatis, & ita poterit esse sui & aliorum fundamentum totius firmitatis Rom. 11. *Non tu radicem portas, sed radix te.* Firmaret inquit Eccles. 15. *Firmabitur in illo & non flectetur.* Et Ecclesiast. 24. *In electis meis mitte radices. Et in Sion firmata sum.* Sicut enim corallus radix est, quæ sole exsiccata efficitur lapis durus, sic iustus in stabilitatem lapideam conuertitur, quando soli iustitiæ per amorem & desiderium exponitur. Ideo de illa fortitudine dicitur Esa. 11. *Radix Iesse qui stat in signum populorum.* Quod est contra multos qui non radices stabiles, sed magis debiles & flexibiles. Quod patet quia

to be-

in bono non perseuerant, sed ad mala faciliter se commutant. Vnde de diabolo potest dici illud Iob 28. *Extendit ad silicem manum suam, subuertit à radicibus montes.* Non sic charissimi, sed sit in nobis fortis duratio & permanentia. Firmaret inquit.

E ¶ Denique dico, quod in nobis debet esse mollis subiectio & reuerentia, quæ notatur in vocabulo. Radicem. Radix enim dicitur à raritate, habet enim substantiam valde teneram atq; raram, valde plicabilem atq; mollem, significans illos qui mente sunt humiles & teneri, & benigni ad obediendum, molles quoq; flexibiles atq; prompti, quia sc. tales ad voluntatem Dei vel prælati debent se flectere ad omnem partem per promptæ obedientiæ famulatum. De quo potest dici illud Esa. 11. *Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus Domini.* Quia procul dubio spiritus Domini super illos libenter quiescit, qui sunt sicut virga & sicut radix, i. flexibiles per obedientiam & humilitatem qui sunt Iesse, id est, incendium per pœnitentiam & paupertatem, qui sunt flos de radice ascendens per munditiam & castitatem. Tales o. castos, obedientes & pauperes visitat Spiritus sanctus, quia sicut dicitur Esa. 66. *Ipse non respiciet nisi ad pauperculum & contritum spiritu, & trementem sermones suos.* Sit igitur in nobis grandis subiectio & reuerentia. Radicem inquit.

F ¶ Insuper dico, quod in nobis vel in corde nostro debet esse dulcis compassio & affluentia, & ista ostenditur cum dicitur. Super aquas multas. De natura enim radicis est, quod habeat multum de humore & de medulla ad totius arboris nutrimentum. Vnde radix humorem à terra sugit, & in se reseruat & recolligit, & tandem ad nutriendos ramusculos ipsum mittit. Et ideo à philosophis radix, os & stomachus arboris dicitur, eo quod in radice humorem terræ gerit, vt in nutrimentum arboris conuertatur. Sic vere vir iustus debet habere multam medullam compassionis, qua alios foueat & sustentet. Humorem enim bonorum temporalium debet à terra recolligere, vt inde ramos, id est, pauperes valeat enutrire, vt sic totius arboris ecclesiæ, os atque stomachus possit esse; de prælatis etiam doctoribus & prædicatoribus potest dici, quod vere isti humorem scientiæ debent in se recolligere & habere, vt alios possint instruere & docere. Et istud ostenditur cum dicitur. *Super aquas multas*, quia sc. aquæ significant confluum pietatis, & dulcorem eloquentiæ, vel doctrinæ Iob 29. *Radix mea aperta est secus aquas.* Et Ezech. 31. *Radix illius iuxta aquas multas.* Quod est contra multos qui pro certo non sunt humida radix, sed arida de quibus Matt. 11. *Viderunt ficum aridam à radicibus.* Quia sc. multi sunt ita aridi atq; sicci, quod nihil habent de humore scientiæ vel doctrinæ Eccl. 10. *Radices gentium superbarum arefacit Dominus.* Non sic ergo, sed sit in nobis vel in corde nostro compassio & affluentia, subiectio & reuerentia, duratio & permanentia, deuotio & Dei gratia, dilectio, & Dei amicitia. Istæ n. sunt quinq; conditiones radicis, sc. cordis deuoti vel etiam viri iusti. Et hoc est primum principale, per quod ostenditur quod radix signat iustorum conditionem. Et secundum hoc etiam Christus se vocat radicem Apoc. 22. dicens. *Ego sum genus & radix Dauid, stella splendida & matutina.* Et Apoc. 5. dicitur, *Vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid.* Radix enim dicitur Christus, scilicet,

In conceptione,
In passione,
In ascensione,
In iudicij discussione.

Dico in conceptione. Vnde illud Esa. 11. *Egredietur virga de radice Iesse &c.* Dico in passione. Vnde illud iam dictum Apocal. 5. *Vicit leo &c.* Item in iudicij honore & prælatione. Vnde illud Esa. 11. *Ecce radix Iesse, qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur.* Signat ergo radix viri iusti conditionem.

G ¶ Secundo principaliter dico, quod radix signat virtutum perfectionem. Radices enim summe sunt medicinales, & vitæ & sanitati humanæ valde necessariæ & vtiles. Sic virtutes &c. Et potissime illæ virtutes radices dicuntur, quæ se habent per modum fundamenti, principij, vel radicis, sicut est charitas, quæ est vinculum perfectionis. Sicut est fides, quæ est fundamentũ omnis veræ cognitionis. Sicut est sapientia, quæ est principium totius discretionis. Sicut etiam est timor, qui est origo omnis bonæ operationis. Quod charitas sit radix & origo, patet Eph. 3. *In charitate radicati & fundati &c.* Item quod fides sit radix, patet Col. 2. vbi dicitur: *Ambulate radicati & confirmati & superædificati in fide.* Item quod sapientia sit radix, patet Eccl. 1. vbi dicitur: *Radix sapientiæ cui reuelata est?* Item quod timor sit radix, patet ibidem eodem cap. vbi dicitur: *Radix sapientiæ timere Deum.* Istæ ergo sunt species & radices, quæ in apotheca cordis mixtæ, faciunt electuarium sanitatis. Et sic verificabitur illud Esa. 37 *Mittet radicem deorsum, & faciet fructum sursum.* Radix ergo signat virtutum perfectionem.

H ¶ Tertio principaliter dico, quod radix designat mundanam possessionem. Bona enim mundi dicuntur radices, iuxta illud Hiere. 12. *quare via impiorum prosperatur, bene est omnibus, qui prævaricantur, & inique agunt? Plantasti eos, & radicem miserunt, proficiunt, & faciunt fructum.* Ista n. mundi bona sunt illæ radices, de quib. viuunt porci, id est, peccatores, de quibus dicitur Iob 30. *qui esse sub sentibus, delitias reputant, & radix iuniperorum est cibus eorum.* Hæ sunt radices, quæ faciliter siccantur, & de leui ad nihilum perducuntur, & ideo stulti sunt, qui in talibus radicibus delectantur. Vnde Iob 18. *Deorsum siccentur radices eius, & sursum atteratur messis eius &c.* Significant ergo radices terrenam possessionem.

I ¶ Quarto principaliter dico, quod radix significat criminis infectionem. Et sic potissime per radicem intelliguntur peccata radicalia & principalia, sicut est cupiditas, & sicut est præsumptio & fatuitas, de qua dicitur Iob 5. *Vidi stultum firma radice, & maledixi pulchritudinem eius statim.*

K ¶ Quinto principaliter dico, quod radix signat malorum defectionem, quia scilicet mali sunt, sicut quædam venenosæ radices plantatæ in horto diaboli, de quibus 1. Machabæorum 1. *Et exiuit ex eis radix peccati Antiochus illustris &c.* Isti enim more radicis sunt

Flexibiles per inconstantiam,
Tortuosi per malitiam,
Terræ adhærentes per auaritiam,
Despecti coloris per inhonestam apparentiam.

Tales tamen radices persequitur securis diuinæ iustitiæ, quia sicut dicitur Matthæi 3. *Iam securis ad radicem arboris posita est. Et ipsos inflammabit ignis infernalis in fine*, quia sicut dicitur Mal. ch. 3. *Omnes superbi & omnes facientes impietatem, quasi stipula. Dies veniens inflammabit eos, & non derelinquet ex eis radicem & germen.* Ista igitur de bonis radicib. & de malis sufficiant. Vnde supra in multis titulis, vbi de radice fit mentio &c.

## Raguel.

A Pastor Dei vel ægrotans Deo interpretatur. Fuit enim pater Saræ vxoris iunioris Tobiæ. Vide historiam in Tobia, & applica & moraliza. De Ramatha, Ramasses & aliis hominibus Hebræis incipientibus ab R. vide historias in concordantijs & in Biblijs & interpretationibus, & applica & moraliza &c.

## Ramus.

A Nota quod sicut arbor constat ex ramis, & corpus ex membris, sic homo vel anima spiritualiter loquendo, constat ex pluribus rebus adiacentibus & diuersis. Sed vt breuiter omnia perstringantur, notandum, quod tam homo, quam arbor multiplices habet ramos. Habet enim homo scilicet quosdam Ramos

Interiores,
Exteriores,
Superiores,
Inferiores.

Rami interiores sunt virtuales cordis affectus,
Rami exteriores sunt temporales charitatis perfectus,
Rami superiores sunt Christi crucis aspectus seu consilia,
Rami inferiores sunt nostræ carnis defectus.

¶ Rami cordiales sunt erigendi per charitatis desiderium. Exemplo palmæ, cuius omnes rami tendunt in sursum, & etiam rami cypressi ad modum pyramidis sursum tendunt, quod totum facit humor purus, calidus, & subtilis, qui sursum eleuat materiam & humorem, significans illos, quorum rami, id est, quorum affectus & desideria superius sunt in cœlum eleuati, iuxta illud Colloss. 3. *Quæ sursum sunt, quærite.* Ecclesiastic. 50. *Circa illum steterunt quasi rami palmæ.* Vt de ipso dicatur, quod de Cedro dicitur Ezechielis 31. *Eleuati sunt rami eius præ aquis multis.* Anima enim est sicut arbor, quæ tot habet ramos & frondes, quot habet bonas affectiones & virtutes. Et sic dico, quod ipsa habet, scilicet.

Ramos { Floridos castitatis,
Virides honestatis,
Vberes pietatis.

De ramis castitatis potest dici illud Ioel. 1. *Albefacti sunt rami eius.*

eius. De ramis honestatis potest dici illud 2. Mach. 10. *Ramos virides & palmas praeferebant.* De ramis vero pietatis potest dici illud Iob 14. *Rami eius pullulant.* & Nehem. 8. *Afferte frondes oliuae & ramos palmarum.* Oliua enim pietatem designat. Isti sunt ergo rami cordiales, qui sunt erigendi per charitatis desiderium.

B ¶ Rami temporales sunt extendendi per pietatis refrigerium. Rami enim bonorum temporalium ad pauperes dilatandi sunt & eorum fructibus pauperes sunt recreandi, eorumque vmbra & suffragijs sunt benigniter refrigerandi. Exemplo quercus & therebynthi, quae ramos suos valde in latum protendunt. Exemplo etiam ficuum Iudaeae, quarum rami ita vndique dilatantur, quod sub vna ficu centum milites competenter armantur. Quia scilicet rami bonorum nostrorum temporalium debent ad pauperes per pietatem dilatari, vt sub ipsis possint misericorditer [...] cari. Vt sic dicat homo pius illud Ecclesiastic. 24. *Ego quasi [...] terebinthus extendi ramos meos, & rami mei honoris & gratiae:* & Esa. 6. [...] *ostensionem sicut therebynthus, & sicut quercus, quae expandit ramos suos.*

C ¶ Rami crucis Christi sunt frequentandi per deuotionis mysterium. Rami enim crucis sunt sicut rami arborum, vbi

Florent frondes varij decoris,
Pendent fructus optimi saporis,
Gaudent aues iucundi canoris.
Sperant georgi diuersi laboris.

Isti enim rami crucis sunt

Fructuosi per Christi corporis sustentationem,
Speciosi per Christi sanguinis colorationem,
Gaudiosi per meditantium consolationem,
Virtuosi per confidentium sustentationem.

Et ideo arbor crucis cum ramis suis fuit optime figurata in illa arbore Da. 4. *quae habebat folia pulcherrima quantum ad primum. Fructus eius erat nimius, quantum ad secundum. In ramis eius conuersabantur volucres caeli, quantum ad tertium. Et ex ea vescebatur omnis caro, quantum ad quartum.* Et ideo breuiter crux est illud *granum sinapis*, quod facit homines flere prae nimio sui feruore, & cum *sit minus omnibus seminibus fit tamen maius omnibus oleribus, ita quod rami eius inhabitantur à caeli volucribus*, sicut dicitur Matthae. 13. Marc. 4. Luc. 13. Crux enim dicitur granum sinapis, in quo tantus feruor deuotionis est, quod deuotos ad fletum compassionis inducit. Istud etiam granum primo fuit valde modicum, imo penitus nullum, quantum ad dignitatem & reputationem, imo erat vltimata confusio & contemptus sicut reorum patibulum generale. Veruntamen ex quo Christus ibi pependit, tantum creuit in gloria & honore, quod hodie maius est omnibus oleribus. & iam volucres coeli, idest, viri contemplatiui ramos eius per deuotionem inhabitant, & volitando desuper per compassionem plurimum ibi se delectant. Vnde Sap. 17. *Inter spissos arborum ramos erat auium sonus suauis.* Patet ergo, quod rami crucis Christi sunt frequentandi per deuotionis mysterium.

D ¶ Rami nostrae carnis sunt detruncandi per confessionis magisterium. Caro enim nostra habet multos malos ramos, videlicet,

Culpas criminales,
Motus carnales,
Amicos temporales.

Isti enim rami sunt à nobis praecidendi, & per confessionem penitus abdicandi. Malus enim dicitur sterilescere, quando rami superflui non amputantur. Pinus etiam tunc dicitur altius crescere, quando rami inferiores eidem auferuntur. Sic vere si volumus in altum per vitae perfectionem crescere, & si volumus à bonis operibus non sterilescere, nos debemus ramos inutiles & superfluos vitiorum vel carnalium affectuum, vel etiã continuam parentum & nepotulorum à nobis abscindere, & ab effectu cordis penitus elongare iuxta illud Iudicum 2. *Praecidentes ramos de arboribus, sequebantur ducem.* Ista sunt ergo quatuor genera ramorum quae potest habere homo, siue in bono siue in malo. ¶ Sed adhuc dico quod per ramos intelliguntur subditi. Praelatus enim est quasi radix, quae ramos, id est, subditos habet portare, habet cibare, habet augmentare, & habet eos ad conditionem propriam immutare. Quia scilicet necesse est quod rami complectionem radicis sequantur. Rami vero radicem habent ornare, habent circumstare, & habent humorem suum ad eam in hyemis tempore deriuare. Sic pro certo charissimi radix, id est, praelatus debet ramos suos, id est, subditos

Portare per patientiam,
Cibare per doctrinam vel clementiam,
Augmentare per promotionem,
Ad suam conditionem immutare per conuersionẽ,

Quia sicut dicitur Rom. 11. *Si radix sancta, & rami.* E conuerso vero rami, id est, subditi debent suam in qua sunt sc. Ecclesiam, patriam, praelatum vel etiam bonos parentes ornare digne cõuersando, circumdare prompte obediendo, & humorem suum id est, propriam substantiam eis mittere, sibi in necessitatis tempore succurendo Ezech. 17. *Respicientibus ramis eius ad eam. & radices eius sub ipsa erant*, quasi dicat. Ad istos ramos pertinet radices suas, id est, parentes, praelatos, ecclesiam vel patriam respicere, & si necesse fuerit, subuenire.

¶ De ramis vero malis, id est, de peccatoribus qui more ramorum rhamni & tribuli pleni sunt aculeis peccatorum vel etiam spinarum quibus scil. alij laeduntur & inflammantur, potest dici illud Ezec. *Egressus est ignis de virga ramorum eius, & fructum eius comedit.* Hoc igitur de ramis sufficit siue in bono, siue in malo. F

## Rapina. Rapere.

Nota, quod rapere idem est quod aliquid subito & violenter auferre. Et possum notare quod in scriptura inuenitur rapina A

Virtualis,
Corporalis,
Criminalis,
Aeternalis,
Spiritualis,
Supernalis,
Temporalis.

Virtualis est rapina iustorum, qui scilicet, subito, & ex inspe- rato vendicant & rapiunt gloriam paradisi. Vnde Matth. 11. *Regnum caelorum vim patitur & violenti rapiunt illud.* Corporalis est rapina luxuriosorum, qui scilicet rapiunt mulieres ad suam libidinem adimplendam. Vnde de Dina rapta dicitur, quod *Sichem adamauit eam & rapuit & dormiuit cum ea* Gen. 34. ¶ Criminalis est rapina gratiarum, quas scilicet à nobis rapit & aufert diabolus per peccatum. Et de hoc Matth. 13. *Venit malus homo, & rapit quod seminatum est.* ¶ Aeternalis est rapina animarum, quia scilicet animae de daemonibus rapiuntur, & ad infernum ducuntur. Et de hoc dicitur Ose. 13. *Erunt quasi nubes matutina, quasi puluis turbine raptus ex area.* ¶ Spiritualis est rapina deuotorum, quia scilicet rapiuntur mentaliter superius ad cõtemplationem paradisi. Et de hac Act. 8. dicitur *Spiritus Domini rapuit Philippum.* Et 2. Cor. 12. *Scio hominem (siue in corpore siue extra corpus, nescio, Deus scit) raptum vsque ad tertium caelum.* ¶ Item est rapina supernalis, & ista est rapina beatorum, qui s. de mundo à Deo per mortem rapiuntur, & in paradisum subito inferuntur. De quo 2. Thess. 4. *Nos autem rapiemur cum illis obuiam Christo in aera, & sic semper cum Domino erimus.* Sic fuit raptus Enoch, de quo dicitur Sap. 4. quod *raptus est ne malitia mutaret animam eius.* ¶ Temporalis est rapina tyrannorum, qua sc. ipsi rapiunt bona temporalia aliena. De quo in Psal. *Insidiatur vt rapiat pauperem, rapere pauperem dum attrahit eam.*

¶ Notemus ergo, quod vitium rapinae est detestandum, quia scilicet B

Humanitatem transcendit,
Diuinitatem offendit,
Fraternitatem incendit.

¶ Primo ergo dico quod rapina transcendit humanitatem, quia scilicet magis videntur raptores esse ferae quam homines, quia videlicet isti more leonum & luporum viuunt de rapinis innocentium bestiarum, id est, simplicium pauperum & egenorum Esaiae 3. *Rapina pauperis in domo vestra.* Ista potissime patent in mundi principibus & tyrannis, in mundi vsurarijs & auaris, in mundi officialibus & ballinis. Isti enim sunt sicut aues rapaces, inter quas illa reputatur nobilior & melior, quae est crudelior & rapacior. Quia proculdubio hodie inter tyrannos & nobiles, impios & peruersos, illi, quo ad mundum valentiores reputantur, qui in crudelitate & rapina alijs praeponuntur, & qui rapacius contra pauperes debacchantur, & qui amplius patriam & Ecclesiam depopulantur. Et ideo isti in scriptura non homines, imo lupi & leones merito nuncupantur: Ezechiel. 22. *Principes eius quasi lupi rapientes.* Et in Psalm. *Susceperunt me sicut leo paratus ad praedam, sicut leo rapiens*

& ra-

*& rugiens.* Et ideo breuiter dico quod isti transcendunt humanitatem.

C ¶ Secundo dico, quod raptores offendunt diuinitatem. Sunt enim raptores Deo summe contrarij, quia scilicet Deus est iustus, isti sunt iniqui. Deus est misericors, isti impij. Deus dat sua isti vero rapiunt aliena. Isti ergo Deo sunt contrarij, & ideo ab eo odiuntur tanquam ipsius publici inimici, ouis enim naturaliter odit lupum. Sic Deus qui tanquam ouis ad occisionem ductus odit istos, qui lupi (sicut dictum est) nominantur, & qui more lupi in rapinis & excoriationibus occupantur. Vnde ipse Dominus dicit Esa. 61. *Ego Dominus diligens iudicium, & odio habens rapinam.* Vnde ipse conqueritur de raptoribus dicens Ezech. 41. *Facti sunt greges mei in rapinam, & oues meæ in deuorationem omnium bestiarum.*

D ¶ Tertio dico, quod raptores incendunt fraternitatem, quia scilicet tales omnes fratres vicinos & compatriotas per rapinas excoriant & inflammant. Hyæna enim animal est crudelissimum, & naturaliter odit pantheram, & ideo si pellis pantheræ iuxta pellem hyænę ponatur, pili pantheræ per violentiam abraduntur, vt dicit Plin. Sic vere cum raptores sint vlsi simplicibus inimici, si cōtingat quod pelles, id est, possessiones pantheræ, id est, simplicium sint contiguæ & vicinæ pellibus, id est, possessionibus hyenæ, id est, raptorum, paulatim pellis pantheræ, id est, possessio simplicis per hyenę pellem, id est, rapinam spoliatur. De quibus dicitur Ezech. 22. *Rapiebant violenter egenum & pauperem, & aduenam opprimebant absque iudicio.* Et pro certo tales sunt fatui, quia pro certo tales diuitiæ sic per rapinæ violentiam acquisitæ, vt communiter, nec proficiunt nec sufficiunt, immo inficiunt & deficiunt. Patet in mundi tyrannis, qui quanto sunt ad rapinam promptiores, tanto sunt à diuitijs remotiores. Exemplo auium prædalium, quæ vt communiter nunquam pingues sunt, immo sunt, vt communiter macilentæ, iuxta illud Prouerbiorum 11. *Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt, alij rapiunt non sua, & semper in egestate sunt.* Illi etiam deberent aduertere quomodo lex talionis exigit, vt qui rapinam committit, rapinā sentiat. Et ideo quia isti rapiunt aliena, iusto Dei iudicio fit quod à dæmonibus ab eis rapiuntur & auferuntur propria, videlicet corpus & anima, quæ sunt sua. Exemplo formicaleonis qui formicas capit & venatur, & tandem à passeribus rapitur & voratur. Quia vere tales qui ad rapiendum pauperes occupantur, à passeribus qui patiuntur morbum caducum, id est, à dæmonibus qui de cœlo propter superbiam ceciderunt in inferno finaliter rapientur. Vnde Iob 5. *Cuius messem famelicus comedet, & ipsum rapiet armatus, & bibent sitientes diuitias eius.* Patet ergo quādo

Rapina est { Fraternitatis grauatiua, Diuinitatis offensiua, Humanitatis excessiua.

Maligni enim homines & peruersi, qui scilicet delectantur & gaudent in violentis rapinis, fugiendi sunt & vitandi, iuxta illud Prou. 24. *Ne æmuleris viros malos, nec desideres esse cum eis, quia rapinas meditatur mens eorum, & fraudes labia eorum loquuntur.*

Quia reuera omnis rapina vitanda est & fugienda, quia

Deus hoc præcipit stabiliter,
Raptus intercidit faciliter,
Inde mors accidit finaliter.

Quia dico Deus hoc tradit scripturis mandando, & sic ipse dicit Ezech. 45. *Iniquitatem & rapinas intermittite, & iudicium & iustitiam facite.* Quia etiam cito raptus intercidit. Constat enim quod diuitię quæ per rapinam veniunt, cito deficiunt & pereūt. Tamen de Deo & fortuna potest dici illud Danie. 11. *Rapinas & prædam & diuitias eorum dissipabit, & contra cogitationes firmissimas inieit consilium.* Vnde Seneca dicit. *Nemo est cui rapina diu feliciter cessit, quia etiam mors raptum procedit.* Constat enim quod rapina causa est damnationis & mortis. Vnde Prouer. 21. *Rapinæ impiorum detrahent, quia noluerunt facere iudicium.* Ista ergo sufficiant de rapina. Vide de auaritia & præda.

A **Rachel.** Nota, quod Rachel vxor Isaac prædilecta, interpretatur ouis, vel visio videns Deum, seu videns principium. Et potest applicari ad quamlibet sanctam animam aut personam deuotam, Isaac, id est, Christo fide & charitate desponsatam, benignam & mitem, & super omnia Deum qui est rerum principium, videntem & speculantem. Vide igitur historiam & applica vbi volueris.

**Raphael.** Raphael interpretatur medicina Dei, Angelus scilic. qui Tobiam sanauit, filium eius conduxit, & vxorauit, sibique restitui pecuniam procurauit &c. Applica.

**Raphaim.** Ciuitas Amorrhæorum, interpretatur gigantes vel medici, siue sanitatis nostræ, seu laxatio eorum, &c.

**Raro.** De raro multa posse ordici, sed in Biblijs nihil inueni vocale. Vide de Tarde & Sæpe &c.

**Rebecca.** Nota, quod Rebecca filia Bathuelis vxor Isaac Patriarchæ, interpretatur patientia, seu multum accipiens, vel accepit. Et si vis, dic, quod Rebecca fuit, scilicet,

Oneri subiugata,
Hospiti valde grata,
Munere subarrhata,
Isaac coniugata,
Geminis fœcundata,
In Hebron tumulata.

Hæc applica de qualibet deuota anima, seu deuota persona, quæ scilicet interpretatur patientia, seu multum accipiens pro eo scilicet, quia in hac vita patienter mala tolerat, multa in Paradiso recipit & reportat. Dicam ergo, quod ista fuit oneri subiugata per patientiam, & ad hoc facit, quod dictum est, scilicet, quod Rebecca interpretatur patientia. Vnde Genes. 24 Ecce, inquit, *Rebecca egrediebatur, habens hydriam in scapula sua. puella decora nimis, virgoque pulcherrima, & incognita viro.* Item ista fuit hospiti valde grata. Vnde ibidem dicitur, *quomodo seruus Abrahæ petijt ab ea aquam. & Rebecca celeriter hydria deposita dixit: Bibe Domine mi, quin etiam camelis tuis hauriam aquam.* Item ista fuit munere subarrhata, scilicet munere gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro. Vnde etiam ibidem dicitur, quod *Eliezer, qui interpretatur Dei mei fortis, seu adiutor, prolatis vasis argenteis & aureis dedit ea Rebeccæ pro munere.* Argentum enim gratiam, aurum gloriam signat, quas scilicet Deus noster adiutor & fortia animæ beatæ præsentat & donat. Item ista fuit Isaac coniugata. Isaac enim interpretatur gaudium, significans ipsum Deum, cui in gaudio Paradisi anima finaliter cōiugatur. Sic beata Agnes de seipsa dicebat. *Illi sum desponsata, cui Angeli seruiunt, cuius pulchritudinem Sol & Luna mirantur.* Gen. 25. *Isaac cum 40. esset annorum duxit vxorem Rebeccam.* Item ista fuit geminis fœcondata. Peperit enim Rebecca prolem geminam, scilicet, Esau & Iacob, signans, quod anima beata seu etiam quælibet sacra virgo duplicem prolem, id est, duplicia bona opera producit, scilicet corporalia & spiritualia. Prouerbiorum 31. *Omnes domestici eius vestiti sunt duplicibus.* V[illegible] duplicem prolem, id est duplicem corporis & animæ stolam. Genes. 25. *Dedit Dominus conceptum Rebeccæ.* Roman. 9. *Rebecca ex vno concubitu habens geminos filios Isaac patris nostri.* Itē ista fuit in Hebron tumulata, quia scilic. ista in Paradiso finaliter est sepulta. Hebron enim interpretatur visio sempiterna. Vnde Gen. 49. *In agro Hebron sepultus est Isaac cum Rebecca coniuge &c.*

**Reus. Reatus.** Cum reatus idem sit, quod peccatum, seu obligatio ad pœnam debitam pro peccato, igitur notabo, quod homo efficitur peccator, seu reus ad pœnam astrictus propter

Omissam reuerentiam,
Commissam violentiam,
Remissam diligentiam,
Dimissam continentiam.

¶ Efficitur dico reus propter omissam reuerentiam, & sic reus peccati dicitur, qui Deum & parentes non debite reueretur. Deum dico, sicut isti vere, qui irreuerenter ad sacramentum altaris accedunt, sicut dicitur 1. Cor. 11. quod *quicunque manducauerit panem aut biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis & sanguinis Domini.* Parentes etiam, quia scilicet, quicunque patrem aut matrem irreuerenter offenderit, criminis reus erit. Ge. 44. Nisi, inquit, *reduxero puerum,* (supple sicut patri promisi,) *peccati reus ero in patrem meum.*

¶ Item efficitur homo reus propter commissam violentiam vtpote quādo committit homicidium seu furtum. Vnde Numer. 35. *Qui volens sanguinem fuderit* Sequitur: *Si quis hominem ferro percusserit, & percussus mortuus fuerit, qui percussit, reus erit homicidij.* Sequitur. *Non accipies pretium ab eo, qui reus est sanguinis.*

¶ Item

… o propter tem … igenti m. … quod anima, quæ tete … aliquid immundu … aut per … , & oblita fuerit immunditiæ suæ, rea est … quit.

¶ Item … omino teris propter dimissam continentiam, sicut d … altera dicitur Num. … *Cum inquit, mulier biberit, si contempto viro, adultera rea est, pertransibunt eam aqua maledictionis, & inflato ventre computrescet femur.* Multa possent dici de reo, sed satis … de peccatore.

¶ … autem, inquantum sumitur secundum iura, sci. pro defensore causæ, seu etiam persona inuasa vel accusata, nihil ponitur vel … in scriptura.

A **Rebellio.** Nota, quod rebellare idem est, quod rursum vel iterum bellare. Est enim idem, quod contradicere. Nota igitur, quod inuenitur, scilicet

Rebellio aduersus { Spiritum, quæ fit interius, / Iudicem seu prælatum, quæ fit exterius, / Paracletum quæ fit superius. }

Primo modo rebellat animus,
Secundo modo rebellat infimus,
Tertio modo rebellat pessimus.

¶ Primo igitur dicam, quod est quædam rebellio contra rationem, quæ fit in animo. Constat enim, quod in mente nostra semper inueniuntur aliqui mali proterui affectus, qui sensualitate … sequentes, contra rationem rebellant. *Caro enim concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem*, sicut dicitur Gal. 5. Dicit enim Plin. lib. 2. Naturalium, quod in ripa Beatis oppidi putei vacuantur & diminuuntur, cum Oceanus inundat & augetur quando vero Oceanus diminuitur, tunc illi putei plus replentur. Putei abyssi sunt nostri inferiores affectus, quia scilicet isti sunt, qui Oceano, id est, motui rationis obuiant, & suis … nationibus rebellant. Vnde de talibus potest dici illud Iob 24. *Ipsi fuerunt rebelles lumini, nescierunt vias eius, nec reuersi sunt per semitas illius.* Ipsi, inquit, scilicet, carnales & sensuales affectus, lumini, id est, rationi rebelles existunt, & per ipsius semitas non incedunt. Ista est igitur quædam rebellio contra rationem, quæ fit in animo.

¶ Secundo dico, quod inuenitur quædam rebellio contra ditionem, quæ fit ab infimo. Et ista est illa, qua scilicet mali subditi & inferiores rebellant contra prælatos & superiores. Multi enim ita rebelles & contrariæ sunt naturæ, quod superioribus & melioribus semper obstant, similes illi pisci, qui dicitur Accipenser vel Accipendet vel Elopes, secundum librum de rerum natura, cuius squamæ tendunt in contrarium versus caput, qui etiam cauda prænia contra aliorum naturam per maria semper natat. In isto enim pisce cauda natando præponitur, caput vero retrocedit, & post trahitur. Sic vere dico, quod in multis communitatibus & collegijs inueniunt, quod s. squammæ, id est, subditi contra caput, id est, contra superiores & meliores per rebelliones, inuidias, & detractiones se ordinant, & caudas, id est, deteriores & minus valentes præponunt & erigunt, capita vero, id est, illos, qui capitaneatu digni fuerant, ipsosq; post alios sequi. Et ideo de congregatione talium … test dici illud 1. Esdr. 4. *Ciuitas illa à diebus antiquis aduersum reges rebellat & seditiones & bella concitantur in ea.* Et ibidem dicitur *Rebellis est, & nocens regibus.* Num. 20. *Audite rebelles & increduli.* … est ergo rebellio contra Dominum, quæ fit ab infimo.

¶ Tertio dico, quod inuenitur rebellio contra sanctionem, … fit à pessimo, id est, rebellio contra Deum. Constat enim, … quod peruersi & obstinati semper contrariantur & rebellant Deo ipsiusq; voluntati, & iussionibus contradicunt, contra illud Num. 14. *Nolite rebelles esse contra Dominum.* Et merito, quia … qui cõtra Dominum rebellat & recalcitrat, finaliter mortem & damnationem reportat. *Paule, Paule, durum est tibi contra stimulum recalcitrare*, Act. 9. Cuius tamen contrarium faciunt quidam superbi, quia certe quidam sunt, qui licet à Deo per tribulationes sint pressi, ita tamen superbi & obstinati sunt, quod semper Deo recalcitrare & rebellare contendunt. Similes anguillæ, quæ etiam postquam excoriata est, palpitat & recalcitrat & se mouet. Sic tales etiam tribulationibus excoriati, & per paupertatem bonis omnibus denudati, per superbiam tamen palpitare & recalcitrare non cessant. Deoque murmurando & peccando rebellant. Audiant ergo isti illud Num. 15. *Anima quæ per superbiam aliquid peccati commiserit, quoniam aduersus Dominum rebellis fuit, peribit de populo suo.* Talibus ergo bene dicitur

*Doctor. Barthorij.*

D… 1. … o. *Contempsisti, inquit, imperium Domini Dei vestri & non credidistis ei, neque vocem eius audire voluistis, semper fuistis …* S… igitur patet, quomodo multiplex rebellio reperitur. Vide in tit. Contra, in tit. Aduersus, & in similibus titulis.

**Recedere.** Nota, quod recedere idem est, quod ab aliquo fugere & elongari. Et ideo nota, quod multiplex recessus inuenitur in scriptura, videlicet, A

Recessus { Damnabilis & vitiosus, / Laudabilis & virtuosus, / Tristabilis & dolorosus. }

Primus est recessus impij à virtutibus,
Secundus est recessus iusti à criminibus,
Tertius est recessus Dei à peccatoribus.

Recedit impius ab omni bonitate,
Recedit iustus ab omni prauitate,
Recedit Deus à cordis fœditate.

¶ Dico ergo primo, quod est quidam recessus malus & vitiosus. Et iste fit quando homo recedit ab illis cum quibus ipse debet manere, vel quæ ipse secum debet habere. Et sic nota, quod mali recedunt, scilicet,

A { Deo, / Prælato, / Seipso, / Proximo, / Viro iusto. }

A { Deo recedunt per nequitiam & obstinationem, / Prælato recedunt per proteruiam & indignationem, / Seipso recedunt per superbiam & elationem, / Proximo recedunt per fallaciam & proditionem, / Viro iusto recedũt per inuidiam & perturbationem. }

¶ Dico ergo, quod à Deo recedunt per nequitiam & obstinationem, quia scilicet homo qui cum Deo per gratiam coniungitur, à Deo per peccatum recedit, & diuiditur, & maxime quando ab ipso per obstinationem & malitiam elongatur. Exemplo lunæ, quæ tunc temporis cornuta esse incipit, quando primo à sole recedit. Quia pro certo isti cornua superbiæ præsumptionis & duræ etiam obstinationis accipiunt, qui à Deo per vitia se disiungunt. De istis dicitur Iob 34. *Quasi de industria recesserunt à Deo, & vias eius intelligere noluerunt.* Potissime autem à Deo recedunt illi, qui sibi per idololatriam opponuntur, & qui aduersario eius diabolo per vitia coniunguntur, & sequi viam ipsius dedignantur. De idololatris enim dicitur Eccl. 10. *Initium superbiæ hominis apostatare facit à Deo, quoniam ab eo qui fecit illum, recedit cor eius.* De illis etiam qui nolunt esse de eius amicis & iunxerunt se inimicis illius, dicitur Hier. 5. *Recesserunt & abierũt, & non dixerunt, metuamus Dominum.* Et Hier. 17. *Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, & à Domino recedit cor eius.* Et sic dico, quod isti recedũt à Deo per nequitiã & obstinationẽ. B

¶ Item dico, quod à prælato recedunt per proteruiam & indignationem. Et isti sunt inobedientes apostatæ & negligentes, & mandata doctorum maiorum facere cõtemnentes. De quibus dicitur Zach. 7. *Auerterunt scapulam recedentes, & aures suas aggrauauerunt ne audirent, & cor suum posuerunt vt adamantem.* Isti sunt figurati in Naaman, qui salubre mandatum Helisæi facere contemnebat, imo recedebat indignans, sicut dicitur 4. Regum 5. C
Quia sicut 4. Reg. 8. dicitur. *Recessit Edom ne esset sub Iuda.*

¶ Item dico, quod recedunt à seipso per superbiam & elationem. Auiculæ enim, & communiter, recedunt à nido suo, vbi sunt genitæ & nutritæ, statim, quando sciũt volare, & quod plus est, vix aut nunquam ibi consueuerunt amplius reuenire. Sic vere charissimi homo à nido propriæ vilitatis, in quo est creatus & alitus & enutritus, id est, à consideratione conditionis propriæ tunc recedit, quando volatum superbiæ incipit, & quod peius est ad seipsum vix aut nunquam amplius reuenit aut accedit. Sola enim superbia facit hominem recedere à seipso, & obliuisci penitus quod sit homo. Vnde Hiere. 44. *Omne volatile cœli recessit.* D

¶ Item recedunt à proximo per fallaciam & proditionem. Sicut n. canis frequentat hominem quamdiu videt ipsum tenere panem in manu, postquam vero nihil habuerit, recedit & dimittit eum, sicut etiam locustę, hirundines & turtures in æstate apparent & veniunt, in hyeme abeunt & recedũt, sic falsi

amici optime frequentant hominem dum habet panem in manu, id est, dum est diues, & dum est in æstate prosperitatis, statim vero quando ista cessauerint, isti ab eo recedunt, & de ipso amplius nihil curant Pr. 19. *Fratres pauperis hominis oderunt eum & insuper amici eius longe recesserunt ab eo.*

E ¶ Item recedunt à viro iusto per inuidiã & perturbationem. Inuidus enim nunquam vult esse cum meliore neque cum potentiore se. Vnde dicebat Abimelech ad Isaac Gen. 26 *Recede à nobis, quia potentior nobis factus es.* Et Gen. 36. *Recessit Esau à fratre suo Iacob* Iste est ergo multiplex recessus malus & vitiosus.

F ¶ Secundo principaliter dico, quod est quidam recessus malus & vitiosus, & iste est recessus à malo & à peccato, quia sicut dicitur Tob. 4. *Multa bona habebimus si timuerimus Deum, & si recesserimus ab omni peccato* Vnde nota, quod recedendum est scilicet,

A nefaria societate,
A contraria credulitate,
Ab omnimoda iniquitate,
Ab incommoda iniquitate.

Recedendum est ergo à mala societate & amicitia. Libenter enim recedit lepus à societate canum, & ouis à societate luporum, sic & homo iustus à societate malorum. Vnde Esa. 52. *Recedite, recedite, pollutum nolite tangere, & exite de medio eius, mundamini qui fertis vasa Domini.* Et illud Num. 16 *Recedite à tabernaculis hominum impiorum.* Item recedendum est à vana credulitate & idololatria. Homo enim qui diligit dominum suum libenter recedit à cultura & à familia aduersarij sui. Sic fidelis recedere debet à quacunque cultura & reuerentia diaboli Ezech 10. *Conuertimini, & recedite ab idolis.* Item recedendum est ab omni iniquitate & malitia. Aues enim aliquæ de regionibus frigidis solent in hyeme recedere, ne ipsas propter frigus oporteat succumbere. Iniquitas est frigus congelans animam per indeuotionem & peccatum, & ideo est ab eo recedendum. Vnde Pr. 3. *Time Deum & recede à malo*, contra illud 4. Reg. 15. *Non recessit Zacharias rex Israel à peccatis Hieroboam.* Item recedendum est ab impietate & iniustitia. Vnde Eccl. 35. *Salutare sacrificium attendere mandatis, & deprecatio pro peccatis, recedere ab iniustitia.* Iste est ergo recessus bonus & fructuosus.

G ¶ Tertio principaliter dico, quod est recessus grauis & dolorosus. Et iste est ille recessus quo Dominus recedit à peccatoribus & iniustis, ipsis gratiam subtrahens in præsenti, & gloriam in futuro. Vnde 1. Reg. 28. *Philistijm pugnant contra me, & dominus recessit à me.* Et vere quando Dominus recedit ab homine, bene sequitur, quod Philistijm, i. e. dæmones contra eum pugnant, quia vere qui à Domino deseritur, multis impugnationibus fatigatur. Vnde Ose. 9. *Sed & væ eis cum recessero ab eis.* Istum tamen recessum procurant tria genera personarum, videlicet,

Prosperitate gaudentes,
Carnalitate madentes,
Præsumptuositate tumentes.

De illis autem qui gaudent prosperitate, dicitur Iob 21. *Ducunt in bonis dies suos &c. Qui dixerunt Deo, recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus.* De istis autem qui madent carnalitate dicitur Iob 22. *Fluuius deliciarum (supple) subuertit fundamenta eorum qui dixerunt Deo, recede à nobis.* De illis vero qui tument præsumptuositate, dicitur Esa. 65. *Recede à me, non appropinques mihi, quia immundus es.*

H ¶ Si autẽ vis aliquid dicere negatiue, sci. de non recessu quod idem est, quod alicubi vel cum aliquo stabiliter permanere, & ab eodem non excedere vel exire, dic quod viri stabiles & constantes à Deo & à virtutibus non recedunt, sed durabiliter ibi sistunt. Exemplo Iob, qui dicebat Iob 27 *Donec deficiam, non recedam ab innocentia mea* Igitur nota, quod est dare

Non recessum fortis constantiæ, quem iustus appetit,
Non recessum fugis malitiæ, qui malis competit,
Non recessũ diræ tristitiæ, qui malos appetit seu impetit,
Non recessum gratæ lætitiæ, qui semper suppetit, id est, sufficit.

Primus non recessus pertinet ad iustos,
Secundus non recessus pertinet ad stultos,
Tertius non [illegible]
Quartus autem non [illegible]

¶ Dicam igitur quod est vnus non [illegible] tum. Vir enim iustus & perfectus [illegible] Christi fide quam semel suscip[illegible] Ch[illegible] verbis quæ [illegible] cipit, à sancta vita quam sem[illegible] p[illegible], à bono amo[illegible] mel accipit. Dico à Christi fide [illegible] semel [illegible] *recessit retro cor nostrum.* Eccles. 8. *Ne festines recedere a[illegible]* non recedit à Christi verbis seu mandatis quæ sem[illegible] Vnde de Ezechia dicitur 4. Reg. 18 *q[illegible] adhæsit D[illegible] recessit à vestigijs eius, fecitque mandata eius* Et Iob [illegible] *A mandatis eius non recessi.* Item non recedit à bona vita quam [illegible] cipit, sicut facit bonus religiosus, qui à vi[illegible] ter recedit Exo. 33. *Iosue non recedebat a tabernaculo.* [illegible] præcipitur sic. *Nolite recedere à tergo Domini.* [illegible] *mini corde vestro.* Item non recedit ab amicitia q[illegible] iuxta illud Sen. *Sic diligamus, quasi defruere* [illegible] non recessus hominum perfectorum.

¶ Deinde dico, quod est dare non recessum [illegible] storum, illorum, scilicet, qui in suis malitijs obstina[illegible] volunt recedere ab iniquis 4. Reg. 17. *Ambulauerunt in vniuersis peccatis Hieroboam & non recesserunt ab eis.* N[illegible] est ferrum, quando à casu ad rupem adamantis [illegible] nunquam potest amplius recedere. ferrum enim [illegible] tanto impetu trahitur ab adamante, quod amplius re[illegible] permittitur. Sic vere in naui mentis humanæ ferrum [illegible] stinationis, cum fuerit coniunctum adamanti attractiuo peccato eius complacentijs, taliter adhærebit, quod [illegible] recedere non licebit, quia sicut dicitur Prouerbior. [illegible] *iuxta viam suam graditur, etiam cũ senuerit, nõ recedet ab ea.* S[illegible] inquit, id est, in peccatis antiquatus fuerit. Quo ign[illegible] aut recedet durus & obstinatus peccator? certe [illegible] quod faciat sicut nautæ, qui videntes se in mari ab[illegible] detentos, rupem illam adamantinam circumeunt, & [illegible] que fit, quod talem angulum rupis inueniunt, qui fer[illegible] attrahit, imo fugat. Sicut enim dicunt doctores, & ego [illegible] per experientiam vidi sæpe, in eodem lapide est vnus angulus [illegible] ctiuus, & alius retractiuus. Sic vere est de peccato. Habet [illegible] cum suis angulis & conditionib. complacentibus & attracti[illegible] uis multos alios retractiuos. Circui ergo, & considera, & cer[illegible] multas causas inuenies recedendi. Vnde Nahum 3. *Omnis qui viderit te, resiliet à te.* Vt & sic dicat peccator pœnitens ipsi peccato suo dimisso illud Hier. 3. *Recessimus, non veniemus vltra ad te.* Est ergo dare non recessum hominum iniustorum.

¶ Deniq; dico, quod est dare non recessum hominum damnatorum, & iste certe est ille, quo in inferno ligatis recedere non licebit. Iob 15. *Non recedet de tenebris, & ramos ipsius arefaciet flamma.* Isti enim amplius non recedent à malis, & mala amplius non recedent ab eis. Prou. 17. *Non recedet malum de domo eius* & Nahum 3. *Non recedet à te rapina.* ¶ Vltimo vero dico, quod est dare non recessum hominum beatorũ, illorum sci. qui sunt in patria & g[illegible] na sempiterna, quia feri isti exinde recedere nec volunt nec pos[illegible] sunt. Ipsa etiam gaudia Paradisi ab eis recedere nunquam p[illegible] sunt. Esaiæ 54. *Misericordia autem mea non recedet à te.* Sufficit [illegible] cit. de Fugere, de Dimittere, de Relinquere.

## Recensere.

Nota, quod recensere idem est, quod o[illegible] re, vel computare. Et si vis, vide ibi.

## Recidiuum.

Nota, quod recidiuũ dicitur à reincido, [illegible] seu recido, dis. Et est proprie recidi[illegible] idem quod reiteratus casus. Est aũt recidiuus casus magis [illegible] sus & magis vituperabilis, quã casus. Quia s. primus casus [illegible] esse cautio & præseruatio recidiui, sicut Sen. in Pro. dicit. *cautio est in reliquum, lapsus anterior.* Etiam in infirmitatib[illegible] p[illegible] losiora sunt recidiua. Igitur dico, quod loquendo moraliter ille recidiuare dicitur, qui post conuersionem aut pœnitentiam relabitur in peccatum. Quia cũ non inueniantur concordantiæ vocales de huiusmodi recidiuo transeo, quia, sciui alijs tituli, vt sunt Redire, Retrorsum, & Reuerti, plenarie satis tangant, &c.

## Reclinare.

Vide in tit. Inclinare.

## Recludere.

Vide in tit. Includere.

## Recipere.

Nota, quod recipere sumitur multipliciter [illegible] A scripturis. Est enim generaliter loquendo.

Recipere

Receptio { Contributiua, Retributiua, Consolatiua, Castigatiua, Condemnatiua, Charitatiua, Obeditiua.

¶ Primo ergo dico, quod est generaliter receptio contributiua, & illa est, qua quis recipit, vt contribuat, & vt reddat. Et ita recipiunt illi, qui à Deo recipiunt gratias & virtutes, & ipsi contribuunt & reddunt opera virtuosa. Exemplo terræ, quæ recipit semen, & fructum reddit. Exemplo radicis, quæ humorem à terra recipit, ipsum tamen sibi non retinet, sed ad ramos restituit & transfudit, quia scilicet, homo iustus recipit à Deo semen bonæ inspirationis, & retribuit fructum bonæ operationis; recipit à Deo temporalem possessionẽ, & ipsam retribuit per gratiarum actionem, vel per eleemosynarum recompensationem. Exemplo speculi, quod speciem & imaginem à facie recipit, & eam per reflexionem radiorum iterum faciei & oculis restituit & remittit. Quia scilicet, viri grati fidei quicquid beneficij à Domino recipiunt, statim ipsi Domino per gratiarum actionem, vel per boni vsus aequiuationem vsque ad oculos Dei repræsentant, reflectunt, & remittunt. Et sic faciunt contra illud, quod dicitur Eccle. 4. *Non sit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandum collecta.* Quod est contra illos, qui bene recipiunt, sed nihil reddunt, similes aeri vel alij corpori diaphano, quod bene species & imagines recipit, ipsas tamen non replicat oculo, neq; reddit. Sic vere mali continue Dei & aliorum beneficia recipiunt, ipsa tamen nec per recompensationem, nec per gratiarum actionẽ restituunt neque reddunt, contra illud Rom. 13 *Reddite omnibus debita.* Quod est etiam contra illos, qui non solum bona recepta non restituunt, imo quod etiã peius est, pro bono recepto malum reddunt. Exemplo malę terræ, quę quamuis recipiat bonũ semen, reddit tamen aliquoties malum fructum Ps. 34. *Retribuebant mihi mala pro bonis, sterilitatem animæ meæ.* Ista est ergo receptio contributiua seu restitutiua. ¶ Secundo dico, quod est receptio retributiua, & ista est illa, qua mali in isto mundo laute recipiũt mundi bona pro totali retributione & mercede. Matth. 6. *Amen dico vobis, receperunt mercedem suam.* Isti enim non habent oculum, nisi ad recipiendum & aggregandum. Et isti sunt fatui, quia cum natura plus de cibis recipit, quam digerere possit, infirmitatem incurrit. Sic isti, quia de bonis mundi magis recipiunt, quam digerant, & quam debite dispensent, infirmitates diuersorum vitiorum, & postea mortem æternalium tormentorum eamde finaliter incurrunt. Et ista quotidie inueniuntur in auaris, qui non cessant bona mundi plenis haustibus recipere, & nullam satietatem habere. Sunt enim de natura materiæ, quæ secundum Philosophos habet possibilitatem recipiendi omnem formam. Sic isti capacitatem habent ad recipiendum omnem pecuniam. Sed audiant quid dictum fuit epulanti diuiti Luc. 16. *Fili, recepisti bona in vita tua, Lazarus autem similiter mala. Nunc autem iste consolatur, tu vero cruciaris.* Quia pro certo de receptione diuinarum peruenit ad receptionem pœnarum. Et sic dico, quod ista est receptio retributiua, quia scilicet, tales recipiunt suum præmium in hoc mundo. ¶ Tertio dico, quod est receptio consolatiua, & ista est illa, qua iusti à Deo in Paradisum recipiuntur, & qua iusti à Deo sua præmia recipiunt & amplectuntur. Luna enim tũc superiori parte plenam à Sole illuminationem recipit, quando ei immediatius in nodilunio se coniungit. Tunc à parte cœli plene illuminatur, quamuis à parte terræ carere lumine videatur. Sic vere beati in patria, quando cum Sole iustitiæ Christo coniuncti sunt, tunc à parte superiori, scilicet, quantum ad animam, illuminationem gloriæ Paradisi recipiunt, & tunc à Deo per gloriam superius illuminantur, quamuis à parte inferiori, id est, quantum ad corpus eclipsari, & perire hic inferius superficialiter cognoscantur. Et de tali receptione dicitur Gal. 5. *Vt adoptionem filiorum Dei reciperemus.* Ibi

Recipiunt { Operarij lucrum & vtilitatem, Obsessi pacem & securitatem, Deuij hospitium & humanitatem, Infirmi remedium & sanitatem, Famelici conuiuium & satietatem.

Dico, quod ibi recipitur plena merces, & vtilitas ab operarijs. Ruth 2. *Plenam mercedem recipies à Domino.* Item recipitur pax

*Diction. Berchorij*

& securitas ab obsessis. Tob. 3. *Recipe in pace spiritum meum.* Item recipitur hospitium à deuijs. Luc. 16. *Recipiant vos in æterna tabernacula:* & 1. Mach. 2. *Helias dum zelat zelum legis, recipitur in cœlum.* Item recipitur remedium ab infirmis. 4 Reg 5. *Recipiet sanitatem caro tua.* Item recipitur conuiuium à famelicis. Vnde Iudic. 19. *Postquam lauit pedes eorum recepit eos in conuiuium.* Ista est ergo receptio consolatiua.

¶ Quarto dico, quod est receptio castigatiua, & ista est illa, qua homo in mundo isto recipit castigationes & flagella, quia sicut dicitur Heb. 12. *Flagellat Deus omnem filium, quem recipit.* Et non solum viri iusti recipiunt tribulationem, imo etiam viri impij & iniusti, quia sicut dicitur Prou. 11. *Si iustus in terra recipit, quanto magis impius & peccator?* Ista tamen est differentia, quia iusti recipiũt patienter, iniusti vero impatienter, quia sicut dicitur Hier. 7. *Hæc est gens, quæ non audiuit vocem Dei, nec recepit disciplinam.* D

¶ Quinto est receptio condemnatiua, & ista est illa, quã post laborem huius vitæ mali recipiunt in inferno loco denarij diurni. Colos. 3. *Qui iniuriam facit, recipiet id, quod inique gessit.* E

¶ Sexto est receptio charitatiua, & ista est illa, qua quis recipit alios ad hospitium & ad veniam. Heb. 13. *Hospitalitatem nolite obliuisci, per hanc enim quidam placuerunt Angelis hospitio receptis.* De quo Matt. 10 *Qui vos recipit, me recipit.* F

¶ Septimo est receptio obeditiua, & ista est illa, qua Deus per fidem & deuotionem in corde recipitur à deuotis, de qua Ioan. 1. *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri.* Ista igitur de receptione sufficiant. Vide supra de Accipere, & infra de Suscipere. G

## Recordari.

Cum de meminisse & memoria, de meditatione & cõsideratione sint superius multa dicta, de recordari breuius est dicendum. Cum igitur recordari nihil aliud sit, quam aliquid præteritum mediari, possumus notare, quod in scriptura inuenitur recordatio duplex, scil. A

Humana, & Diuina.

Recordari enim pertinet ad mentem rationalem, quia recordatio est actus ipsius rationis.

¶ Dicamus ergo primo de his, quæ Dominus recordatur. Recordatur enim aliqua, quantum ad se, & aliqua, quantum ad nos. Quantum ad se enim recordatur, scilicet,

Suam { Immensam nobilitatem, Clementem benignitatem, Coniunctam fraternitatem.

Quantum ad nos vero ipse recordatur

Nostram { Paternalem generositatem, Deuotam sedulitatem, Innatam fragilitatem, Perpessam aduersitatem, Commissam iniquitatem.

Ista enim omnia recordatur Deus vel ad nostrãm miserationem, vel ad nostram punitionem. Recordatur ergo Dominus suæ supernalis nobilitatis. Vir enim potens & nobilis nocere debili dedignatur, quando suam eminentem celsitudinem recordatur. Et istud allegat Hieremias, volens Deum ad misericordiam prouocare, dicens Hierem. 14. *Soly gloriæ tuæ recordare, ne irritum facias pactum tuum nobiscum* Item recordatur suæ naturalis benignitatis. *Recordatus est misericordiæ suæ, & veritatis suæ domui Israel:* & in Psalm. *Cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis.* Item recordatur suæ fraternalis communitatis, quia scilic. ipse recordatur, quomodo ipse per incarnationem fuit humano generi fraternaliter copulatus. Gen. 6. & 9. *Cumque apparuerit arcus meus in nubibus, recordabor pacti mei, quod pepigi tecum.* Item ipse recordatur nostræ paternalis generositatis, sicut faciunt homines, qui quandoq; recordantes parentum nobilitatem seu probitatem, contemplatione eorum faciunt filiis multa bona. Sic Deus recordatur sanctorum fundatorum & prædecessorum nostrorum. Exod. 32. *Recordare Abraham, Isaac & Iacob.* Item ipse recordatur nostræ spiritualis sedulitatis, quia scilicet, homo alteri facilius miseretur, quando precum suarum instantiam recordatur. Vnde Hier. 18. *Recordare, quod steterim in conspectu tuo.* Item recordatur nostræ corporalis fragilitatis. Deus enim nobis facilius indulget, quando fragilitatem conditionis nostræ videt. Ps. 102. *Recordatus est, quoniam puluis sumus, homo sicut fœnum, dies eius tanquam flos agri sic efflorebit.* Et iterum: *Recordatus est, quia caro sunt, spiritus, & non rediens.* Item ipse recordatur nostræ temporalis aduersitatis. Deus enim illis libentius compatitur, qui mundi tribula-

bulationibus affliguntur. Ps. 9. *Requirens sanguinem eorum recordatus est, non est oblitus clamorem pauperum.* Item recordatur nostrę criminalis iniquitatis, quia scilicet quamuis modo crimina nostra dissimulat, tamen recordatur, & ea finaliter puniet. Ose. 8. *Nunc recordabitur iniquitatem eorum, & visitabit peccata eorum.* Ista sunt igitur illa, quæ dominus recordatur.

B ¶ Secundo dico, quod sunt aliqua, de quibus iustus recordari tenetur. Et sic nota, quod ad quemlibet iustum pertinet recordari multa, videlicet,

Flagitia, quæ commisimus,
Supplicia, quæ meruimus,
Solatia, quæ amisimus,
Iudicia, quæ perpendimus,
Seruitutem, quam euasimus,
Maiestatem, quam offendimus,
Christi passionem, quam causauimus,
Tribulationem, quam habuimus,
Beneficia, quæ recepimus.

¶ Igitur recordemur flagitia, quæ commisimus. Ezech. 16. *Recordaberis viarum tuarum, & confunderis.* & Ezech. 20. *Recordamini viarum vestrarum.* Exemplo Petri, de quo dicitur Matt. 26. quod *recordatus verbi, quod dixerat illi Iesus, egressus foras fleuit amare.* Item recordemur supplicia quæ meruimus, scilicet, mortem, iudicium, & infernum. Contra quod dicitur Threnor. 1. *Sordes eius in pedibus eius, nec recordata est finis sui.* Item recordemus solatia, quæ perdidimus, scilicet, bona Paradisi, quæ per peccatum perduntur Ps. 136. *Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur tui Sion.* Item recordemur iudicia, quæ perpendimus. Ista enim sunt summe recordanda, scilicet iudicia Dei, quomodo scilicet, Deus punit nocentes, & seruat innocentes, de quo Iob 4. *Recordare obsecro, quis vnquam innocens perijt?* Contra quod de malis iudicibus dicitur Daniel. 13. quod *auerterant oculos suos, ne recordarentur iudiciorum iustorum.* Item recordemur seruitutem, quam euasimus, quia scilicet, homo, qui euasit à peccato, semper debet recordari seruitutem peccati. Deu. 16. *Recordaberis, quoniam seruus fueris in Aegypto.* Item recordemur maiestatem, quam offendimus. Esa. 46. *Redite præuaricatores ad cor, recordamini prioris seculi:* & Esa. 64. *In vijs tuis recordabuntur nominis tui.* Item recordemur Christi passionem, quam causauimus. Thren. 3. *Recordare paupertatis meæ, absinthij & fellis.* Item recordemur tribulationem, quam propter peccatum pertulimus. Thren. 1. *Recordata est Hierusalem dierum afflictionis suæ.* Item recordemur beneficia quæ recepimus. Luc. 16. *Fili recordare, quoniam recepisti bona in vita tua.* Ista igitur sunt illa, quæ vir iustus recordari tenetur.

¶ Tertio dico, quod sunt aliqua, quæ vir vnicus recordari probatur. Et sic nota, quod peccator recordatur

Deliciarum ad delectandum,
Iniuriarum ad vindicandum,
Nequitiarum ad complacendum.

De delitijs dicitur Num. 11. *Recordamur piscium quos comedebamus in Aegypto.* De iniurijs etiam dicitur 1. Machab. 10. *Recordati sunt malitiæ magnæ, quam fecerunt.* De nequitijs etiam, de quibus scilicet, ad complacendum mali recordantur, dicitur Ezech. 21. *Recordati estis iniquitatis vestræ, reuelastis præuaricationes vestras, & apparuerunt peccata vestra.* Sic ergo patet, quomodo aliqua recordatur Deus, aliqua iustus, aliqua impius. Vide supra de Memoria & de Consideratione &c.

A **Rectus. Rectitudo.** Nota, quod rectitudo est quædam rerum dimensio, per quam in æqualitate & proportione debita perseuerēt, ita quod non ad vnam partem, quam ad alteram se inclinent. In moribus autem rectitudo idem est, quod perfectio veritatis, sanctitatis, & debita conditio. Rectum ergo idem est, quod debitum & iustū, & ideo possumus dicere, quod rectitudo nihil est, quam morum iustitia & sanctitudo. Et sic rectus dicitur quilibet homo iustus, qui in nulla parte sui est per hypocrisim vel per fallaciam vel per aliquam nequitiam tortuosus. Et inest ista rectitudo homini naturaliter, nisi per accidens inclinetur, sicut exemplum habemus de istis arboribus, sicut sunt tribuli seu vepres. De intentione enim naturę est, quod faciat arborem rectam, & quod recte ipsam eleuet versus cœlum, ita etiam, quod in principio, quando de terra nascuntur, rectæ sunt, & versus cœlum tendunt, sed pro certo tanta est in eis debilitas naturalis, quod statim, quando creuerunt, ad terram inclinantur, & quanto plus senuerint, tanto amplius incuruantur, & tanto magis à rectitudine deprauantur. Sic vere homo naturaliter creatur rectus quantum ad animam, quia scilicet, homo à natura habet synderesim seu rectitudinem rationis, per quam cognoscit naturaliter, quid sit iustum, & per quam naturaliter tendit [illegible] ad Deum per desiderium & affectum, quia, sicut dicitur Prou. 17 *Cor rectum exquirit sapientiam.* Sed proculdubio conditio carnis & mentis nostræ ita est debilis, quod statim ad terram, id est, ad terrenorum miseriam inclinatur, & ad mundum & mundana, quanto plus vixerit, incuruatur, & sic tota ipsius rectitudo in tortuositatem vitiorum commutatur. Et hoc est, quod dicitur Eccl. 7. *Hoc, quod inueni, quod fecerit Deus hominem rectum, & ipse infinitis se immiscuit quæstionibus.* Quia igitur talis rectitudo naturalis de facili corrumpitur per peccatum, necesse est, quod homini insit alia rectitudo, quæ est moralis & virtualis, quæ scilicet, idem est, quod iustitia, quæ non sinat hominem deflecti ad aliqua vitia vel peccata. De quo in persona Iob dicitur Iob 1. quod *erat vir ille simplex, & rectus, & timens Deum.*

¶ Vbi aduerte, quod res recta, siue sit regula, siue columna, est, vt communiter,

Firmior ad manendum,
Pulchrior ad videndum,
Planior ad tangendum,
Verior ad sequendum.

Est firmior, per patientiæ fortitudinem (Erat, inquit, vir)
Est pulchrior, per apparentię gratitudinem (Ille) demonstratiue loquitur.
Est planior, per innocentię mititudinem (Simplex)
Est verior, per existentiæ certitudinem (Rectus.

Primo igitur dico, quod ille, qui simpliciter est rectus, habet fortitudinem patientiæ, quod ostenditur, cum dicitur: Erat vir. Illud enim verbum Erat, signat firmam stabilitatem; & illud nomen Vir, signat virtualem fortitudinem & firmitatem. Nam sicut columna, quanto magis est recta, tanto magis est firma, & tanto sub onere plus est solida atque fixa: sic homo, quanto in moribus est rectior, tanto ad sustinendum onera tribulationum per patientiam est fortior, & ad perseuerandum in bono per fortitudinem est firmior. 2. Esdr. 9. *Cum absoluisset legem, omnes recti steterunt.* Iste enim videtur similis columnæ cypressinæ, quia cum est bene recta, vix aut nunquam flectitur sub onere: sic et iustus. Vnde Sen. *Stat rectus sub quolibet pondere, nulla illum res minorem facit.* *Vir,* inquit, *erat in terra Hus, nomine Iob.* Vnde de stabilitate & perseuerantia talium dicitur Iob 4. *Recordare obsecro, quis vnquā innocens perijt, aut quando recti deleti sunt?* quasi diceret: Tales, qui sunt recti & iusti, non faciliter pereunt per peccata, & ideo non merentur deleri per tormenta. Isti igitur habent fortitudinem patientiæ. Erat, inquit, vir.

¶ Secundo dico, quod illi, qui sunt spiritualiter recti, habent C pulchritudinem apparentiæ, quod ostenditur cum dicitur, Ille, quod est pronomen demonstratiuum. Res enim, quæ sunt notabiliter pulchræ, solent esse libentius demonstratæ. Et ideo cum isti demonstrantur per istud pronomen Ille, bene videtur significari, quod isti sunt per honestam apparentiam demonstrabiles atque pulchri. Res enim, quæ sunt rectæ & altæ, sunt ad videndum, vt communiter, valde pulchræ, sicut patet de illis arboribus & columnis, quæ quanto sunt altiores & rectiores, tanto ad videndum pulchriores, delectabiliores & mirabiliores [illegible] maxime quia tales rectæ & altæ arbores sunt vt cōmuniter [illegible] virentes. Sic vere illi qui sunt recti in actu per iustitiam, sunt communiter delectabiles in aspectu per honestam apparentiam. Et ideo de isto Ille, i. de ista demonstrabili apparentia dicitur Sap. 10. *Iustum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei.* Isti ergo habent pulchritudinem apparentiæ.

¶ Tertio dico quod isti qui spiritualiter sunt recti habent mi- D titudinem innocentiæ. Simplex inquit. Res enim quæ sunt bonæ & rectæ, sunt vt communiter bene leues, & suaues & planæ, quia alias si haberent gibbositates & asperitates, non essent rectæ. Sic vere illi qui spiritualiter sunt recti, debent esse innocentes, simplices atque plani, non n. debent aliquā concauitatem falsitatis, sed simplicitatē & planitiem totius veritatis. Simplex inquit, i. sine plica, quia res ea quæ sunt sine plica, & sine tortuositate, sunt rectæ. Sic illi qui sunt innocentes & simplices, sunt sine fraude. Vnde Prou. 2. *Qui enim recti sunt habitabunt in terra, & simplices permanebunt in ea.* Ac si diceret: Iidem sunt recti & simplices. Habent igitur isti aptitudinem innocentiæ.

¶ Quæ-

E ¶ Quarto dico quod isti qui spiritualiter sunt recti, habent certitudinem existentiæ, quia scilicet tales nihil habent curuum, fictum & falsum, sed totum quicquid est in eis, & interius in intentione, & exterius in conuersatione, totum est verum, solidum atque fixum. Et hoc notatur in verbo. Rectus & timens Deum. Rectum enim & verum pro eodem supponunt. Et ideo ille proprie rectus dicitur, qui sine quacunque fictione verus, firmus & solidus inuenitur, vt sic cuilibet tali possit Dominus dicere illud quod dictum fuit Dauid 1. Reg. 29. *Rectus es tu, & bonus in conspectu meo.* Istam autem rectitudinem existentiæ debemus habere potissime religiosi & clerici, qui sumus exemplar & regula aliorum. Regula enim summe debet esse recta, quia si esset falsa & curua, omnia regulata fierent similiter ita curua. Sic vere nos qui sumus exemplar & regula aliorum, habemus necessario esse recti & virtuosi, quia alias si essemus torti, curui & defectuosi, omnes alij nostri imitatione fierent vitiosi. Rectus ergo & timens Deum Prou. 21. *Qui autem rectus est, dirigit viam suam.* Sed proculdubio istud est aduertendum quod ad habendum rectitudinem omnimodæ perfectionis multa recta sunt necessaria. Debemus enim habere

Rectum cor intentionis,
Rectos oculos discretionis,
Rectos pedes affectionis,
Rectos amplexus dilectionis,
Rectas pennas contemplationis,
Rectas manus operationis,
Rectas vias conuersationis,
Recta verba prædicationis,
Recta labia eruditionis,
Rectam vocem iubilationis,
Rectos frænos moderationis.

Omnes enim rectitudines istas debet habere homo ad hoc quod possit spiritualiter esse rectus. Igitur habeat rectitudinem in corde intentionis, quia sicut dicitur in Psal. 96. *Lux orta est iusto, & rectis corde lætitia*: & iterum. *Quam bonus Israel Deus his qui recto sunt corde.* Alibi vero. *Benefac Domine bonis & rectis corde.* Rectitudo enim intentionis & cordis super omnia placet Deo. Item habeat rectitudinem in oculo discretionis. Hier. 26. *Facite mihi vt bonum est & rectum in oculis vestris.* Quod est contra inuidos, qui rectis oculis non possunt respicere alios, vt patet 1. Reg. 18. Vbi dicitur: *Non rectis ergo oculis aspiciebat Saul Dauid.* Quod est contra fatuos, qui etiam de suis proprijs actibus recte nesciunt iudicare, quia sicut dicitur Prou. 12. *Via stulti recta in oculis eius sed non sic*, sed iuxta illud quod dicitur Prou. 4. *Oculi tui recta videant.* Item habeat rectitudinem in pede affectionis Ezech. 1. *Pedes eorum pedes recti.* Item rectos amplexus dilectionis Can. 1. *Recti diligunt te.* Item rectas pennas contemplationis Ezech. 1. *Pennæ eorum rectæ alterius ad alteram.* Item rectas manus operationis Prou. 20. *Ex studijs suis intelligitur puer si recta & munda sunt opera eius.* & 3. Reg. 15. *Fecit Asa rectum in conspectu Domini.* Item rectas vias vitæ & conuersationis. Vnde Sap 10. *Iustum deduxit Dominus per vias rectas.* & Eccl. 51. *Ambulauit pes meus iter rectum.* Quamuis de malis dicatur illud Prouerb. 2. quod *ipsi relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebrosas.* Quinimo sicut dicitur Prouerb. 29. *Abominantur impij eos qui in recta sunt via.* Quia sicut dicitur Prouerb. 16. *Est via quæ videtur homini recta, & nouissima eius ducunt ad mortem.* Item recta verba prædicationis Prouerb. 8. *Veritatem meditabitur guttur meum, aperientur labia mea, vt recta prædicent.* Item habeat recta labia eruditionis Prouerb. 8. *Recti sunt omnes sermones mei.* Item rectam vocem iubilationis Psalm. 32. *Rectos decet collaudatio Laudabunt omnes recti corde. Iustitiæ Domini rectæ, lætificantes corda. Rectis corde lætitia* Item habeat rectum frænum moderationis: & Eccl. 28. *Facito frænos ori tuo rectos.* Et sic habebit spiritum rectum gratiæ & deuotionis Ps. 50. *Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis.* Et sic finaliter perueniet ad terram rectam æternæ habitationis Psal. 142. *Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. Lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo.* Istis igitur modis efficitur homo rectus, quamuis multi sunt ita peruersi, quod nihil volunt cogitare, dicere aut facere recte, similes cancro qui nunquam vadit recte, & similes cani rabido, qui vacillando & nunquam recte dicitur incedere, quia breuiter hodie sunt pauci homines ita recti, quia sicut dicitur Mich. 7. *Perijt iustus de terra, & rectus in hominibus non est*: & Amos 3. *Nescierunt facere rectum, &c.* Non sic ergo, sed sit homo verus, rectus, realis & non deuius vel obliquus. Rectus inquit, & timens Deum. Sic habebit existentiæ certitudinem, innocentiæ mititudinem, apparentiæ pulchritudinem, permanentiæ fortitudinem. Et sic bene dicetur. *Erat vir ille simplex & rectus, & timens Deum.* Sufficit. Vide supra de iustitia.

## Reconciliatio.

A Nota quod reconliatio idem est quod de discordia ad pacem & ad concordiam reductio. Et quia supra de pace & pacificatione plenarie est tractatum, modo superest aliquid dicendum. Nota ergo quod reconciliatio est scilicet, actus charitatis, actus benignitatis, indulgentiæ, veniæ & pietatis. Et ideo est triplex reconciliatio, videlicet

Vna quam { Fecit Deus carnem assumendo,
Facit homo corde pœnitendo,
Facit iustus mente remittendo. }

Est igitur reconciliatio cœlestis numinis placatiua. Et ista est illa per quam Deus fuit mundo reconciliatus, quando filius extitit incarnatus. Ista enim recōciliatio facta est per matrimonium filij Dei, quando sororem nostram humanam naturam per incarnationem accepit in vxorem. Christus enim fuit sicut sapphyrus, qui dicitur discordes reconciliare, quia scilicet iste Deum & hominem reconciliauit, ad vanitatem fidei concordauit. Vnde 2. ad Corinth. 5. *Omnia autem ex Deo, qui reconciliauit nos sibi per Christum.* Et ibidem. *Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi.* ¶ Item est reconciliatio Dei & hominis vnitiua, & ista B fit per pœnitentiam. Quando enim Deus est inimicus & contrarius alicui propter peccatum, si vult reconciliari, necesse est quod pœnitentia interueniat satisfaciendo, culpam cogitando, & emendam agendo, & se in hominibus humiliando. Adamas enim & magnes dicuntur lapides reconciliationis, quia sicut dicit Dioscorides, per istos mulier repudiata redit in gratiam viri sui. Sic pœnitentia animam peccatricem Christo viro suo reconciliat, ipsosque simul pacificat & concordat Iudicum 19. *Secutusque est eam vir suus, volens reconciliari.* Potissime autem ista reconciliatio fit quando mater ipsius Dei pro peccatoribus intercedit. Oratio enim beatæ virginis & sanctorum, & etiam oratio propria multum facit. vnde 2. Mach. 1. *Exaudiat Dominus orationes vestras, & reconcilietur vobis, nec vos deserat in tempore malo.*

¶ Item est reconciliatio fraterni turbinis lenitiua, & ista est illa C qua homo tenetur reconciliari fratri suo sibi discordi & offenso. Charitas enim non debet pati quod nos qui fratres sumus in Christo, per rixam aut per odium diuidamur, quinimo necesse est quod statim inuicem concordemur. Exemplo gruum, quæ quandoque inter se dicuntur fortiter pugnare, sed statim finita pugna inuicem reconciliatæ, non omittunt propter hoc inuicem volitare, & communiter vt prius habitare. Sic vere nos si alter alteri aliquoties irascimur, necesse est quod inuicem reconciliemur & quod omni odio & rancore dimisso, in habitatione & in volatu, id est, in oratione simul iterum copulemur. Et hoc Matth. 5. *Si frater tuus habet aliquid aduersum te, vade prius reconciliari fratri tuo, & sic offeres munus tuum.* Rom. 5. *Reconciliati salui erimus ab ira.* Deus enim qui charitas est, non haberet munus gratum si sibi ab odiosis & iracundis offerretur, & ideo vult vt ante omnia reconciliemur, & vt per charitatem inuicem concordemur 2. Mach. 13. *Reconciliatus obtulit sacrificium.* Patet ergo quod est reconciliatio fraterna, interna, externa, &c. Vnde supra de Pace. Pacificare. Concordia. Charitate. Amore, & similibus &c.

## Recumbere.

Vide in tit. Accumbere, seu Accubare; & in tit. discumbere.

## Redarguere. Reprehendere, seu Reprobare.

A Nota quod multiplex redarguere inuenitur, videlicet redarguere quod facit

Animus,
Optimus,
Pessimus.

¶ Primo dico, quod est vnum Redarguere, quod facit animus, & est euitandum. Et istud pro certo nihil aliud est, quam remorsus conscientiæ, quia, scilicet, scientia vt homo malum aliquod faciat, ipsum redarguit atque remordet. Est enim sicut verticulum supra campanile, quod statim & subito vento contrario se opponit. Vnde Sap. 17. *Frequenter enim præoccupant pessima,*

*finis, redarguente vos conscientia.* Boni autem & iusti huiusmodi redargutionem vitant, quia scilicet, à reprehensibilibus rebus cauent, & sicut impij corda sua non molestant, sicut Iob de seipso dicebat Iob 27. *Iustificationem, quam cœpi tenere, non deseram neque enim reprehendit me cor meum in tota vita mea:* & Iudith. 8. dicitur: *Omnia, quæ locuta es, vera sunt, & non est in sermonibus tuis vlla reprehensio.* Sic est tamen, quod certe talis conscientiæ reprehensio tunc est vtilis, quando ex tali redargutione emendatio sequitur & quando per pœnitentiam mordente conscientia reformatur, sicut Iob de seipso dicebat Iob 42. *Ipse me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla & cinere.* Et bene dicit: *Ago pœnitentiam,* quia scilicet ex tali cordis redargutione non debet sequi obstinatio vel desperatio, sed potius spes veniæ & pœnitentia seu conuersio, sicut bene videtur innuere scriptura, scilicet, Ioan. 3. vbi dicitur sic: *Si reprehenderit nos cor nostrum, maior est Deus corde nostro;* q. d. Maior est Deus, vt indulgeat, quam debeat esse cordis desperatio, vt remordeat. Ista est igitur redargutio quam facit animus.

B ¶ Secundo dico, quod est redargutio, quam facit optimus, hoc est dictum, bonus prædicator seu prælatus, qui scilicet, malos redarguit & castigat, iuxta illud Iudæ: *Redarguere oportet impios.* Vt de malis operibus dicatur illud Eph. 5. *Nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite.* Et certe non solum mali & mala redargui debent, imo etiam ipsi boni, si ipsos contingat male agere, sicut Paulus legitur reprehendisse Petrum, pro eo quod gentes Iudaizare cogebat, sicut scilicet, ipse dicit Galat. 2. *Restiti, inquit, Petro in faciem, quia reprehensibilis erat.* Ista est igitur redargutio, quam facit optimus

C ¶ Tertio dico, quod inuenitur redargutio, quam facit pessimus. Inuidi enim & detractores nihil inueniunt ita bene factũ, quin iugiter reprehendant. Boni autem econuerso, quia scilicet, boni redarguunt se, & non alios; alij vero non se, sed alios. Vnde de viro iusto dicitur in Psa. 37. *Factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones.* Sufficit. Vide de Arguere, & Corrigere, & similibus.

A **Reddere.** Nota, quod Reddere præsupponit promissionem, receptionem, vel aliqualem obligationẽ Et quia homo obligatur & tenetur Deo, proximo, sibi, & prælato, quia etiam Deus tenetur homini, sicut

Creator creaturæ,
Factor facturæ,
Genitor genituræ.

Hinc est, quod Reddit aliqua
Deus,
Homo.
Reddenda sunt aliqua
Deo,
Homini,

B ¶ Primo quidem dicamus de Deo. Sicut enim dicitur Eccl. 5. *Altissimus est patientissimus redditor.* Patientissimus enim dicitur, quia scilicet, non reddit promissa sua, siue bona, siue mala, quinimo communiter consueuit differre vsque ad tempus, sed finaliter optime reddit homini, quicquid debet, ipse enim est sicut grus, quæ subito non mouetur à terra, imo in principio antequam volare incipiat, dicitur facere nouem passus, postquam vero incipit, cito volat. Sic Deus non statim prorumpit ad volatum suorum actuum exequendum, vel ad reddendum præmia iustis, vel supplicia iniustis. Multos enim passus solet transire, dissimulans peccata hominum, vt emendentur, & merita iustorum, vt melius probentur. Sed pro certo quando ipse incepit reddere, ipse non solet pro modico desistere, imo solet actum suum exercere celeriter & complere, & vnicuique restituere & reddere, quod meretur. Psal. 61. *Tibi Domine misericordia, quia tu reddis vnicuique secundum opera sua.* Ipse est enim sicut terra, quæ si bene colitur, reddit homini fructus bonos; si vero non bene colitur, reddit ei spinas & tribulos, & alios fructus malos. Quia pro certo Deus reddit generaliter bona bonis, & etiam, vt communiter, mala malis. Apoc. 22. *Ecce cito venio, & merces mea mecum est reddere vnicuiq. secundum opera sua.* Dispensator enim, qui est super opera sua, non reddit mercedem operarijs omni sero, imo expectat vsque ad finem septimanæ, & tunc reddit omnib. salarium, quod promisit. Sic Deus finem septimanæ huius vitæ expectat, vbi post mortem reddet omnib. quod debebit. Pr. 24. *Seruatorem animæ nihil fallit, reddetque homini iuxta opera sua.*

¶ Notemus igitur, quod Deus reddet C
Gratiam pœnitentibus,
Copiam indigentibus,
Gloriam triumphantibus,
Eloquentiam prædicantibus,
Brauium militantibus,
Præmium laborantibus,
Gaudium lamentantibus,
Salarium miserantibus,
Supplicium delinquentibus.

Dicamus igitur, quod Deus pœnitentibus reddit gratiam Eccle. 3. *Dominum prospector est, qui reddit gratiam.* 2. Reg. 3. *Filijs Berzellai reddes gratiam.* Item indigentibus reddit copiam. Ioel. 2. *Reddam vobis annos, quos comedit locusta.* Item triumphantibus reddit gloriam. Zacha 9. *Hodie quoque annuncians duplicia reddam tibi.* Per duplicia enim intelligitur gloria Paradisi, propter duplicem stolam, animæ scilicet & corporis. Item prædicantibus reddit facundiam. Vnde Sophoni. 3. *Tunc reddam populis labium electum.* Item dico, quod Deus militantibus reddit brauium. Vnde 2. Tim. 4. *Cursum consummaui, fidem seruaui bonum certamen certaui, de cætero reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus iustus iudex.* Item laborantibus reddit præmium. Vnde Sap. 10. *Reddet Deus iustis mercedem laborum suorum, & deducet eos in via mirabili.* Item lamentantibus reddit gaudium. Psa. 50. *Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me.* Item miserantibus reddit salariũ, quia sc. Deus valde remunerat homines misericordes. Vnde Dauid postquam pepercisset Sauli, dictum sibi fuit 1. Regũ 24. *Reddat tibi Dominus vicissitudinem.* Vnde Pro. 25. *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, & Dominus reddet tibi.* Item delinquentibus reddit supplicium, quia, sci. ipse est, qui reddit retributionem superbis. Psal. *Ipse est qui reddit impijs & peccatoribus vindictam.* Eccl. 12. *Ipse est, qui reddit vltionem hostibus suis, & his, qui oderunt eum, retribuet.* Et sic patet, quod est quædam redditio superior & diuina.

¶ Secundo vero dico, quod est quædam redditio inferior & D humana, & ista est illa, qua homo tenetur reddere vnicuique quod suum est. Omnia enim, quæ sunt, libenter reddunt illud ad quod naturaliter obligantur, sicut patet de stellis, quæ libenter reddunt illuminationem; de terra, quæ libenter reddit fructuum productionem. Quia breuiter omnes creaturæ sine difficultate consueuerunt reddere illum debitum famulatum, ad quẽ ipsas natura voluit obligare. Et quia homo Græcis & Barbaris, sapientibus, & insipientibus debitor est, necesse est, quod vnicuique reddat, quod debet, videlicet, Deo, proximo, prælato, subdito, sibiipsi, iuxta illud Matth. 22. *Reddite, quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo.*

¶ Vbi aduerte, quod in ista redditione tria sunt breuiter attendenda, videlicet, E

Voluntatis promptitudo,
Æquitatis rectitudo,
Dignitatis celsitudo.

Primum facit auctoritas legis (Reddite.)
Secundum facit necessitas gregis (Quæ sunt, inquit, Cæsaris, Cæsari.)
Tertium probat sublimitas Regis (Quę sunt, inquit, Dei, Deo.)

Istæ enim sunt tres causæ, propter quas debet homo reddere illud, quod debet, videlicet,

Propter timorem legis mandatorum (Reddite.)
Propter amorem gregis proximorum (Quę sunt Cęsaris, Cæsari.)
Propter honorẽ Regis supernorum (Quæ sũt Dei, Deo.)

¶ Igitur dico quod ad reddendum debita nos excitat auctoritas mandatorum Dei vel legis. Et hoc ostenditur, cum dicitur (Reddite) quod est imperatiui modi, significans, quod ex legis imperio & mandato ad reddendum debita obligamur, iuxta illud Romanorum 13. *Reddite omnibus debita, cui tributum, tributum; cui vectigal, vectigal; cui timorem, timorem; cui honorem, honorem.* & Matthæi 18. *Redde, quod debes.* Quicquam enim à Deo vel à proximo recepimus, necesse est, quod vno modo vel alio reddamus. Exemplo maris, quod aquas fluminũ & fontium recepit, ipsasque iterum fontibus & fluminibus restituit atque reddit. Sic & nos bona, quæ à Deo recepimus, reddere debemus per gratiarum actionem. Psalm. 75. *Vouete & reddite Domino Deo vestro.* Illa vero, quæ recepimus à proximo, debemus sibi reddere per

eum:

compensationem. Hier. 50. *Reddite illi secundum opus suum.* Aduerte tamen, quod quidam sunt similes sanguisugæ, quæ sanguinem benebibit, & recipit, ipsum tamen non, nisi per violentiā reddit, sic sunt multi, qui semper volunt recipere, & nihil reddere. Hier. 22. *Mercedem eius non reddet ei.* Non sic ergo, sed reddamus, quia ad hoc excitat auctoritas mandatorum Dei legis.

F ¶ Item reddamus debita, quia ad hoc nos inuitat necessitas proximorum gregis. *Quæ sunt,* inquit, *Cæsaris Cæsari,* id est, quæ sunt hominis homini. Acsi dicat. Reddite proximis vestris illa quæ tenemini eis reddere. ¶ Vbi nota, quod nos debemus reddere, scilicet,

Parentibus pietatem,
Maioribus humilitatem,
Vxoribus charitatem,
Seruitoribus vtilitatem,
Conquerentibus æqualitatem,
Delinquentibus seueritatem,
Arguentibus veritatem.

Igitur reddamus nostris parentibus pietatem. Exemplo quarundam auium quæ parentes suos senio confectos fouent & nutriunt, sicut in iuuentute ab eis fuerant enutritæ. Et vocantur istæ aues ciconiæ, & tales sunt aues illius naturæ, sicut dicit Pli. dantes nobis exemplum vt parentibus vicē reddamus, & quod eos necessitatis tempore nutriamus. 1. Tim. 5. *Mutuam vicem reddere parentibus.* Item reddamus nostris maioribus humilitatem, quia scilicet ad ipsos pertinet dicere nobis illud Luc. 16. *Redde rationem villicationis tuæ.* Tenemur enim eis humiliter reddere rationem de regimine vitæ nostræ. Item reddamus charitatem nostris vxoribus, videlicet vxoribus naturalibus, si sumus laici, vel spiritualibus, scilicet, ecclesijs & beneficijs, si sumus clerici. Vnde 1. Cor. 7. *Vir vxori debitum reddat.* Item reddamus vtilitatem nostris seruitoribus Matt. 20. *Voca operarios, & redde illis mercedem.* Item reddamus æqualitatem de nobis conquerentibus Luc. 19. *Si aliquem defraudaui, reddo quadruplum.* Item reddamus seueritatem malis delinquentibus. Vnde Hest. 9. *Percusserunt Iudæi inimicos, reddentes eis, quod sibi parauerant facere.* Item reddamus veritatem arguentibus Act. 14 *Virtute magna reddebant Apostoli testimonium resurrectionis Iesu Christi &c.* Sic igitur patet, quod homo debet reddere quæ sunt cæsaris cæsari, id est, reddere cuilibet quod secundum diuersam conditionē ipsius sibi debet. Vnde Marc. 12. *Reddite quæ sunt cæsaris cæsari.* Patet igitur, quod ad reddendum debita nos inuitat necessitas proximorum gregis.

G ¶ Tertio dico, quod ad hoc nos inuitat sublimitas supernorum regis *Quæ sunt,* inquit, *Dei Deo.* Quia scilicet honor & excellentia tanti principis nos debet inducere ad sibi reddendum illa quæ debemus eidem Psal. 49. *Redde altissimo vota tua.* Nota ergo, quod sibi reddenda sunt vota, & promissiones, preces & orationes, laudes & gratiarum actiones. De promissionibus dicitur Eccl. 5. *Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere.* De orationibus dicitur Oseæ. 14. *Reddemus vitulos labiorum nostrorum.* De gratiarum actionibus autem dicitur Eccl. 35. *Bono animo gloriam redde Deo.* Et in Psalm. 64. *Tibi reddetur votum in Hierusalem.* Sic igitur patet quomodo reddendum est aliquid supernorum regi, aliquid proximorum gregi, aliquid mandatorum legi. Et ista est redditio inferior & humana. Ista igitur de reddere sufficiant. Vide supra de Recipere, & de Restituere.

A
## Redigere. Redactus.

Cum redigere idem sit quod aliquid in aliud cōuertere vel mutare, possumus dicere, quod in scriptura reperitur

Redigere quo { Vita terminatur, / Corpus castigatur, / Virtus eneruatur, / Libertas ligatur, / Fortuna mutatur.

B ¶ Est igitur quædam redactio terminatiua. Et ista est illa, qua caro nostra finaliter redigitur in cinerem & in mortem. Vnde Iob 16. *In nihilum redacti sunt omnes artus mei.* Et Iob 17. *Caligauit ad indignationem oculus meus, & membra mea quasi ad nihilum redacta sunt.* ¶ Item est redactio carnis subiugatiua, & ista est illa, qua iustus corpus suum in seruitutem redigit, & qua etiam mentem & intellectum in fidei obedientiam supponit, de corpore enim quomodo per spiritum viri iusti in seruitutem redigitur, patet 1. ad Cor. 9. vbi dicitur *Castigo corpus meum: & in seruitutem redigo, ne forte cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar.* De intellectu vero quomodo in fidei obedientiam captiuatur patet 2. ad Cor. 10. vbi Apostolus dicit sic. *In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi.*

C ¶ Item est redactio virtutis destructiua, & ista est illa quando per peccata boni mores & conditiones ad nihilum rediguntur, & in malos & superfluos conuertuntur, & qua etiam mens humana in seruitutem carnis seu diaboli redigitur & frænatur, sicut Dauid de seipso dicebat in Psalm. *Et ego ad nihilum redactus sum & nesciui.* Vt sic peccatoribus dicatur illud Iob 13. *Memoria vestra comparabitur cineri, & redigentur in lutum ceruices vestræ.* Cuius tamen contrarium dicebat Apostolus de seipso 1. ad Cor. 6. vbi scilicet, dicebat sic. *Omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestatem.*

D ¶ Item est redactio pauperum grauatiua, & ista est illa, qua iusto impij & tyranni sub suæ tyrannidis redigunt potestatem, sicut scilicet, de Circe legitur in Ouid. lib. 14. fab. 14. quod hospites ab ea recollectos in porcorum effigiem conuertebat, & in seruitutem propriam redigebat. Quia scilicet tyranni hospites suos, id est, illos qui in suis territorijs hospitantur & manēt, solent in seruitutem suam redigere, & à libertatis effigie transmutare. Vnde Sap 19. *Alij quidem ignotos non recipiebant aduenas, alij autem bonos hospites in seruitutem redigebant.* Vt & sic de bonis talibus iniurias sustinentibus, dicatur illud 2. ad Cor. 11. *Sustinentes, inquit, si quis vos in seruitutem redigit, si quis deuorat, si quis accipit, si quis in faciem vos cædit.*

E ¶ Item est redactio fortunæ mutatiua, & ista certe est illa, qua mundi diuites & peccatores, qui scilicet modo magni & excelsi quo ad mundanam gloriam reputantur, finaliter in nihilum rediguntur Psalm. 72. *Domine in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges.* Et 2. Esd. 1. *Omnia honorifica eius ad nihilum redegerunt.* Vt & sic breuiter de redactione fortunæ eorum in nihilum quæ fit per tribulationem, & etiam de redactione animæ eorum in nihilum, quæ fit per gratiæ & gloriæ amissionem & finalem damnationem, dicat Dominus illud Ezech. 26. *Porro cum dedero gloriam tuam in terra viuentium, in nihilum redigam te, & non eris.* Psalm. 77. *Ad nihilum rediges valde Israel.* Istam autem redactionem in nihilum, quæ scilicet per culpam & pœnam efficitur summe, timebat Hieremias Hier. 10. *Scio,* inquit, *Domine quia non est hominis via eius, nec vt ambulet & dirigat gressus suos. Corripe me Domine, veruntamen in iudicio, & non in furore tuo, ne forte ad nihilum redigas me.* Et sic igitur patet quomodo diuersi diuersimode in aliud rediguntur. Si vis latius cum exemplis & figuris, vide in titul. Conuertere vel Mutare.

A
## Redimere.

Nota, quod redemptio proprie habet locum in seruitute, in captiuitate, in venditare, vel hæreditate. Et ideo quia

Mundus fuit { Seruituti peccati subiugatus, / Ad captiuitatem inferni damnatus, / Hæreditate paradisi priuatus.

Christus nobis ista tria restituit & redemit, quando pro istis obligationibus Deo patri in crucis supplicio pro suo populo satisfecit Esa. 63. *In dilectione enim sua redemit nos.* Et generaliter & spiritualiter loquendo per redemptionem intelligitur illa salus & liberatio quam Christus natus & mortuus suis fidelib. procurauit. Et ita redemptio idem est quod salus & saluatio. ¶ De ista ergo aliquid est dicendum. Et dicamus, quod sicut hæreditas vendita, per proximum potest redemi, sicut habemus ex legibus ciuilibus & diuinis, & hoc introductum est, ne hæreditates extra genus illorum quorum sunt, deuoluantur, & si casu venditæ fuerint vel distractæ, vt per redemptionem ad genus & ad sanguinem reuertantur, sic vere charissimi, cum primogenitus frater noster Adam vendiderit posteritatem suam & nostram scil. hæreditatē gratiæ & gloriæ, ipsamq; diabolo obligauerit pro vno miserabili morsu pomi, voluit Dei filius per carnis assumptionē fieri frater noster, vt haberet ius hæreditatem redimendi, & nobis restituendi & reddēdi Leu. 25. *Si attenuatus frater tuus vendiderit hæreditatem suā, propinquus eius poterit eam redimere* Deus n. pater misit filium suum sicut thesaurum pretiosum repositum in sacco humanitatis vteri virginalis ad redimendum captiuos suos, quos diabolus subiugauerat seruituti suæ, quia sicut dicitur in Psal. 110. *Redemptionē misit Dominus populo suo. mandauit in æternum testamentum suum.* Quia scilic. iste est *qui venit dare animam suam in redemptionem pro multis*, sicut dicitur Matth. 20. Tantum est n. pretium salutis humanæ, quod nulla res corporalis poterat sufficere ad redemptionem, ideo

oportuit, quod pro ista redemptione daret Dei filius vitam suã quia sicut dicitur 1. ad Tim. 2. *Ipse dedit in redemptionem semetipsum* B *pro nobis.* ¶ Et nota, quod sicut ille, qui redimit aliquem à captiuitate, facit sibi generaliter tria bona, quia scilicet ipse ab hostibus liberatur, ipse qui erat seruus, liber efficitur, ipsi etiam patria & hæreditas restituitur, sic vere Christus nos redimendo, hostium tulit potestatem, gratiæ dedit libertatem, gloriæ restituit hæreditatem. Quantum ad primum ipse nos redimit à dæmonum iurisdictione Ps. 106. *Quos redemit de manu inimici, de manu peccatorum liberauit nos.* Quantum ad secundũ ipse nos redimit, de criminum obligatione Ps. 71. *Ex vsuris & iniquitate redimet animas eorum.* Quantum ad tertium ipse nos redimit de inferni inflammatione, quia sicut dicitur in Psa. 102. *Ipse est qui redimit de interitu vitam tuam, qui coronat te in misericordia & miserationibus.* In prima redemptione confringitur hostium ditio, quia iste est qui redemit nos de manu tribulationis Psa. 77. *In secunda redemptione aboletur vilis conditio,* scilicet seruitus peccati Ps. 129. *Et ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus eius.* In tertia vero redemptione aperitur patriæ regio vel conceditur cœli possessio, de qua Leu. 21. *Appropinquat redemptio vestra.* Quia sicut dicitur de Christo ad Heb. 9. *Ipse per proprium sanguinẽ introiuit semel in sancta, æterna redẽptione inuenta.* Et de ista etiam dicitur Rom. 8. *Expectantes redemptionem corporis nostri.* Ista est igitur triplex redemptio qua dominus nos redemit. Sicut enim dicitur in lib. Odorici de mirabilibus orientis, est in India quædam regio vbi homines vadunt nudi, faciem caninam habentes, qui si hominem in bello capiunt, si non sit, qui eum redimat, ipsum comedunt, si vero aliquis redemptor fuerit ipsum liberum dimittunt. Sic vere charissimi, in regione inferni seu mundi sunt dæmones, qui sunt nudi spiritualiter virtutibus vel naturaliter sine corporibus vel temporaliter sine rebus mundialibus. Et secundum hoc dicit Greg. *Nudi ergo cum nudis luctemur.* Isti igitur faciem habent caninam, propter crudelem insatiabilitatem. Et ideo homines quos in bello tentationum possunt capere per peccatum, solent in inferno comedere & vorare, præter illos quos Christus ex sua misericordia voluerit redimere & saluare Ps. 18. *Dominus enim redemptor meus & adiutor meus, & in ipso sperauit cor meum, & adiutus sum.* In isto ergo redemptore nostro debemus gaudere, & et de redemptione per eum nobis data gratias agere, & eum collaudare, iuxta illud Ps. 106. *Dicant nunc qui redempti sunt à Domino, quos redemit de manu inimici, de regionibus congregauit eos.* Ista ergo de redemptione sufficiant. Vide supra de Liberare, & infra de Saluare, & similibus titulis &c.

A **Reducere.** Nota, quod reducere idem est, quod iterum vel retro aliquid ducere. Et pertinet reductio ad illos qui sunt extra locum proprium vel extra statum. Et sic dico, quod reducere pertinet, scilicet,

Ad victores,
Ad pastores,
Ad rectores,
Ad prædicatores.

Per victorem reducimur de captiuitate,
Per pastorem de deuietate,
Per rectorem ab iniquitate,
Per speculatorem seu prædicatorem à fatuitate.

Deus enim est victor qui reducit captiuos virtualiter eruendo. Prælatus est pastor, qui reducit deuios exemplariter præcedendo. Iudex est rector, qui reducit iniquos corporaliter puniendo. Prædicans vero est speculator, qui reducit fatuos terribiliter clamando. Ergo quidam reducuntur per

Deum victorem virtualiter,
Bonum pastorem exemplariter,
Iustum rectorem manualiter,
Verum doctorem affabiliter.

¶ Primo igitur dico, quod est reductio virtualis quæ completur per Deum victorem. Sicut enim rex potens de aduersario suo triumphans, captiuos suos quos alius primo ceperat, solet de captiuitate liberare, & ad propria reducere & saluare, sic vere Deus qui de diabolo triumphauit in cruce, captiuos sanctos patres de inferno liberauit, & ad patriam quam perdiderant reduxit, & superius ad gloriam secum duxit & traxit. *Ipse enim,* (sicut dicitur 1. Regum 2.) *mortificat & viuificat, deducit ad inferos & reducit.* Deus enim mortificauit, & ad inferos humanum genus deduxit, quando ipsum propter peccatum Adæ morti corporis animæ, pœnæ scilicet æternæ condemnauit. Ipsum vero tunc viuificauit & reduxit, quando per mortem suam eripuit & saluauit Num 35. *Liberabitur innocens, & reducetur per sententiam in vrbem,* i. in paradisum. Quotidie etiam illos qui in carcere obstinationis à diabolo tenentur captiui, solet Dominus ad salutem reducere, & eos misericorditer liberare Deut. 30. *Reducet te Dominus Deus tuus de captiuitate tua.* Ipsos n. reducit quandoque per consolationes, quandoque per inspirationes, quandoque per tribulationes. Per consolationes enim reducitur, per prospera blandiendo. Iud. 19. *Secutus est eam,* scilicet animam peccatricem) *vir suus, volens blandiri, & secum reducere.* Per tribulationes etiam reducit, per aspera deterrendo Ruth. 1. *Egressa sum plena, sed vacuam me reduxit omnipotens.* Per inspirationes vero reducit, mirabiliter conuertendo, sicut fecit Paulum. Quia scilicet secundum occulta sua iudicia sæpe dimittit hominem ire in adinuentionibus suis secundum praua desideria cordis sui, vt postea eum mirabiliter reducat. Vnde Esaiæ 58. *Vias eius vidi, & dimisi eum, & reduxi eum.* Et sic de ista reductione & conuersione, quam multipliciter facit Deus, ipsemet dicit Zach. 10. *Reducam eos de terra Aegypti.* Vt sic homo sic reductus dicat sibi illud Ps. *De abyssis terræ iterum reduxisti me.* Ista est est ergo reductio spiritualis, quę completur per Deum victorem. ¶ Secundo dico, quod est re- B ductio exemplaris, quæ completur per iustum pastorem. Quia scil. sicut pastor ouium præcedit gregem, ita quod oues eum sequuntur, & sic à campis & pascuis ad domicilium reducuntur, sicut etiam oues errantes quandoque vocando, quandoq; verberando, quandoq; etiam præcedendo & viam ostendendo ad semitam rectam reducit, sic prælatus præcedendo per bona exempla, clamando per bona monita, vel feriendo per aspera facta, debet deuios subditos ad viam rectitudinis reducere, & eos vsque ad domicilium sc. Ecclesiæ vel religionis, gratiæ etiam vel æternæ saluationis domicilium anteire 2. Re. 15. *Redue tecum fratres tuos.* Elephas n. dicitur hominem errantem ad viam reducere, & in viam se ponens, dicitur eum præcedere, & viam ostendere. Sic vere bonus prælatus in via iustitiæ exemplum dando se ponit, & subditos errantes ad veritatem reducit. Vnde prælatus dicit illud Eze. 34. *Quod perierat requiram, quod abiectum fuerat, reducam, quod confractum fuerat, alligabo, & quod infirmum fuerat, consolidabo, & quod pingue est & forte, custodiam.* Ista est ergo reductio exemplaris, quæ completur per bonum pastorem.

¶ Tertio dico, quod est reductio manualis, quæ completur C per iustum rectorem, & ista est illa quam faciunt mundi iudices & rectores, qui violenter & per timorem pœnarum reducunt homines à deuio vitiorum, similes alchymistis, qui vi metalla puluerizata & calcinata non reducunt in corpus, nisi per ignis violentiam, cum adiunctione rerum liquabilium admixtarum. Baculus etiam tortus ad rectitudinem non reducitur, nisi primo in igne ponatur, & nisi per violentiam ad partem oppositam conuertatur. Sic vere necesse est, quod mali & impij per rigorem iustitiæ reducantur ad bonum, quia alias semper vacarent ad malum, quamuis isti sunt quandoq; sicut asina Balaam, de qua dicitur Num. 22. quod cum Balaam verberaret eam, volens ad semitam reducere, ipsa increpabat eum reprehendendo, dicens. *Cur me cædis ecce iam tertio:* &c. Quia scilicet tales in patientia non recipiunt huiusmodi castigationes, sed potius cũ murmure & querela. Propter hoc tamen non debet iustus iudex cessare, sed proteruum populum ad rectitudinem iustitiæ reducere. (Exemplo bubulci, qui stimulo boues reducit) iuxta Esa. 37. *Ego reducam te in viam per quam venisti.* Ista est ergo reductio manualis, quæ completur per iustos rectores.

¶ Quarto dico, quod est reductio verbalis, quę exercetur per D prædicatores, doctores enim & prædicatores clamando, docendo, monendo, arguendo reducunt homines ad salutem. Vnde de ipsis dicitur illud Gen. 29. *Date potum ouibus, & sic ad pastum eas reducite.* Et sic igitur patet quomodo est quadruplex reductio. Sed vide supra de Conuersio, & infra de Reuerti.

**Redundare.** Vide in tit. Abundare.

**Reædificare.** Vide in titul. Ædificare.

**Referre. Reportare.** Nota, quod referre idem A est, quod iterum ferre seu iterato portare aut reportare, & sic dico, quod non inuenimus multiplex referre. Et sic certe dico, quod à diuersis diuersimode referuntur.

Fru... ...pera, Verborum pondera,
Mu... ...unera, Grates, & aspera.

¶ Pri-

¶ Primo igitur dico, quod referuntur fructus & opera, quia sicut arbor recipit humorem, & agit semen, & tandem fructum restituunt & referunt prout possunt, sic homines semen & humorem gratiæ & boni propositi recipiunt, & tandem fructum bonorum operum reportant & referunt. Vt sic dicant tales fructifici relatores illud Gen. 43 *Inuenimus pecuniam in ore saccorum, quam nunc eodem pondere reportamus.* Pecunia enim ista est diuina gratia, quæ scilicet in ore sacci conscientiæ recipitur, sed tandem per multiplicationem bonorum operum eodem pondere, id est, proportione debita reportatur. Vnde ibidem dicit Iacob filijs suis, *pecuniam duplicem ferte vobiscum? & illam quam inuenistis in sacculis, reportate.* Cuius tamen contrarium faciunt multi, qui scilicet bonos fructus non referunt, imo nullos, vel saltem inutiles seu paucos. Nullos dico, quia scil. multi sunt qui sicut bonæ arbores in fide & in ecclesia plantantur & seminantur, qui tamen per peccata corrupti à bonis fructibus impediuntur, sicut de semine iactu inter spinas dixit Dominus Luc. 8. *Et hi sunt qui audiunt, & à sollicitudinibus & diuitijs & voluptatibus vitæ euntes suffocantur, & non referunt fructum.* Paucos etiam, quia scil. multi sunt qui paucos bonorum operum fructus reportant. Sicut Hie. 14. dicitur, quod scilicet *venerunt ad hauriendum aquam, & non inuenerunt, reportauerunt vasa sua vacua*, patet ergo, quod referuntur fructus & opera. ¶ Secundo dico, præferuntur munera. Ille enim referre debitum munus dicitur à quo merces iuxta quod meruit reportatur. Homo enim qui alicui domino seruiuit, hoc solum debet ab eo reportare, quod apud eum noscitur meruisse. Ideo bene dicitur 2. Cor. 5. quod *omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt recipiat vnusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum siue malum.* Vt sic de bonis dicatur illud Heb. 10. *Patientia* inquit, *vobis necessaria est, vt facientes voluntatem Dei reportetis promissionem.* ¶ Tertio dico, quod referuntur verborum pondera, quia reuera illi qui verba Dei referunt sicut sunt prædicatores & qui aliena verba reportant & dicunt, sicut sunt nuncij vel relatores, debent verba sua debite ponderare, & id quod iustum & verum est reportare 3. Reg. 6. *Reuersi nuncij retulerunt omnia* Et Iud. 7. *In modum referebat, quod viderat.* Quod tamen est contra multos relatores verborum, qui scilicet non charitate, sed adulatione moti, solent, quæ & plus quam audierunt, referre. Sed de talib. relatorib. & relationibus seu reportationibus bonis & malis transeo, quia multa dicta sunt in titul. Dicere vel Narrare. & in tit. Verbum seu Sermo, & similia, & in tit. Detractio. Inuidia, seu Murmur.

¶ Quarto autem dico, quod referuntur grata, non aspera, quia scilicet gratias benefactoribus nostris debemus referre, & ipsos de sua munificentia commendare. Vnde Nehem. 12. *Secundus gratias referentium ibat ex aduerso.* Vide supra satis de Gratiarum actione, & supra de Narrare, & similibus, quia breuiter transeo de Referre.

# Reficere. Refectio.

Nota, quod Reficere quandoq; sumitur pro reparare, sicut cum dicitur Matth. 4 quod *Christus vidit duos fratres reficientes retia sua.* Quandoque vero & communiter sumitur pro saturare seu etiam recreare. Et sic igitur dico, quod in scriptura reperitur

Refectio:
- Spiritualis, qua efficitur homo serenus,
- Fraternalis, qua reficitur languens egenus,
- Supernalis, qua reficitur homo præclarus, scilicet, beatus,
- Mundialis, qua reficitur ardena auarus,

¶ Primo igitur dicam, quod est dare refectionem hominis sereni, hoc est dictum, refectionem hominis spiritualis & iusti. Nonne paterfamilias consueuit seruos suos post laborē ad refectionē vocare, & auicula etiam pullis suis refectionem afferre & procurare? Sic Deus deuotos suos reficit, & quandoq; per gratiam, quandoq; per Eucharistiam, & quandoq; per diuinæ scripturæ scientiam eos pascit. Vnde ipse dicit Matt. 11. *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.* Iustus o. à Deo spiritualiter reficitur, ipse etiam econuerso delectat spiritualiter & reficit ipsum Deum, sicut ipse Deus noster innuit Mar. 14. vbi ait: *Vbi est refectio mea, vbi pascha cum discipulis meis mãducem?* Et etiam homo iustus reficit & recreat alterum, sicut scilicet Paulus dicebat Philemoni: *Itaque frater ego te fruar in Domino, refice viscera mea in Christo.* Ista est igitur refectio animi sereni.

¶ Secundo dico, quod est dare refectionem pauperis egeni, & ista est illa, qua pij & elemosynarij nutriunt & reficiunt indigentes. Iudith. 6. *Vocatis omnibus expleto ieiunio refecerunt:* & Act. 28. dicit Paulus: *Et post exitum maris incolæ regionis accensa pyra reficiebant nos.* Et certe talis refectio facienda est, quia scilicet Deus reputat sibi factam, sicut ipse dicit Esai. 28. *Hæc est requies mea, reficite lassum, & hoc meum est refrigerium.* Est igitur dare refectionem pauperis egeni.

¶ Tertio vero dico, quod est dare refectionem hominis superni, & ista certe est illa, qua beati in patria per fruitionem beatificam reficiuntur, & qua ibi perpetuo delectantur Psal. 22. *Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ, ibi me collocauit. Super aquam refectionis educauit me.*

¶ Quarto autem dico, quod est dare refectionem diuitis externi, illam scilicet qua diuites in hoc mundo replentur, & qua facultatibus & voluptatibus satiantur. Contra quos dicitur Eccl. 10. *Beata terra, cuius rex nobilis, & cuius principes vescuntur tempore suo ad reficiendum, & non ad luxuriam.* Transeo, quia satis dictum est in titulo Satietas &c.

# Refrigerium. Refrigerari.

Nota quod refrigerari, est de calore ad frigiditatem transire. Et ideo secundum quod inuenitur multiplex æstuatio, sic inuenitur multiplex refrigeratio. Et sic nota, quod est dare

Refrigerium, quod fit in:
- Pectore interiori,
- Littore exteriori,
- Sub arbore superiori,
- Iecore deteriori,
- Feruore posteriori.

Iustus refrigeratur ab ardore tentationis,
Pauper refrigeratur à furore vexationis,
Beatus refrigeratur à feruore mutationis,
Peccator refrigeratur à sudore sulationis,
Damnatus refrigeratur à consolationis.

¶ Primo igitur inuenitur refrigerium, quod interior facit deuotio. Sicut enim videmus, quod feruor continuæ febris hominem occideret, nisi refrigerium interueniret, quod feruorem huiusmodi terminaret: sic vere ardor tentationum animam per consensum occideret, nisi ipsas gratiæ & deuotionis refrigerium temperaret. Ideo iusti dicere videntur Domino illud Psal. *Transiuimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium.*

¶ Aduerte autem, quod sicut Medicus pro refrigerando ardorem infirmitatis, plura adhibere solet antidota: sic vere si ardorem tentationis refrigerare volumus, plura temperatiua adhibere debemus. Adhibeatur igitur

Contritionis gemitus,
Confessionis vomitus,
Subiectionis aditus,
Turbationis fremitus,
Deuotionis spiritus.

Refrigerat igitur mentem gemitus & fletus contritionis seu compunctionis. Aqua enim frigida summe solet refrigerare, sic aqua seu profluuium lacrymarum; & de hoc Hier. 18. *Numquid de petra agri deficiet nix Libani, aut euelli possunt erumpentes aquæ frigidæ & defluentes?* q.d. non, ideo tales aquæ frigidæ semper debent in petra agri, id est, in firma conscientia reperiri. Item refrigerat mentem vomitus, & iactus confessionis. Homo enim quandoque refrigerat & sanatur per vomitum, sic peccator per confessionis iactum. Vnde Eccl. 31. *Surge de medio, & vome, & refrigerabit te, & non adijcies corpori tuo infirmitatem.* Item refrigerat mentem aditus & motus subiectionis. Motus n. in rebus subtilibus solet refrigerare, patet in aere, & in vento. Sic vere motus obedientiæ & diligentiæ mentē ab ardore tentationis solet refrigerare. Vnde Ec. 3. *Qui obedit patri, refrigerabit matrem*, i. conscientiam seu mentem. Item refrigerat animum fremitus & metus turbationis, scilicet diuini timoris. Vnde ipsi menti humanæ potest dici illud Hier. 47. *Vsquequo concideris ô mucro Domini? Vsquequo non quiesces? ingredere in vaginam tuam, refrigerare & sile.* Item refrigerat mentē spiritus & virtus deuotionis. Ros n. & etiam auræ flatus solent refrigerare: sic vere deuotionis ros & inspirationis flatus refrigerant mentem æstuantem & motam. Vnde Eccl. 18 *Nonne ardorem refrigerabit ros?* Quia scilicet sicut dicitur Eccl. 43. *Ros obuians ab ardore venienti humilem efficiet eum.* Vnde etiam Dauid talem refrigerat: nem spiritum appetebat, dicens: *Remitte mihi vt refrigerer, priusquã abeam, & amplius nõ ero.* Et breuiter iustus debet esse frigidus, & nõ feruidus q. ad tempe-

temperandum se & alios debet esse refrigeratus & maturus, exemplo cerebri, quod cum sit frigidæ naturæ, cordi, quod est naturæ feruentis, pro tanto fuit oppositum, vt refrigeraret & temperaret suo frigore cordis æstum. Quia tenera frigidi & temperati viri feruorem & rigorem diuinæ iustitiæ, & etiam alienum rigorem temperant, ipsum quoque refrigerant atque sedant, dicentes scilicet illud prædictum Hier. 47. *Vsquequo concideris, ô mucro Domini? &c.* In omni enim communitate deceret habere tales, qui scilicet Deum per orationem, rigorosos socios per discretam monitionem sciant & valeant temperare, & debito refrigerio moderari. Sicut enim dictum est supra Eccl. 18. *Ardorem refrigerabit ros.* Sic igitur patet, quod inuenitur refrigerium, quod interior facit deuotio.

D ¶ Secundo dico, quod inuenitur refrigerium, quod exterior facit compassio. Et istud est refrigerium misericordiæ, quo scilicet pauperes & egeni à viris misericordibus refrigerantur per opera pietatis, & à mundi tribulationibus & miserijs recreantur. Quando enim fatigatus & æstiuans inuenit arborem folijs & fructibus plenam, magnam complacentiam & refrigerium sumit ibi: sic certe pauper & tribulatus, quando inuenit hominem misericordem, qui scilicet ipsum sub vmbra hospitij sui recolligit, & fructibus eleemosynarum suarum eum pascit & nutrit, maximum refrigerium ibi sumit. Vnde Apostolus de seipso dicebat 2. Tim. 1. *Det misericordiam Dominus Onesiphori domui, quia sæpe me refrigerauit.* Vnde Dominus de tali refrigerio dicit Esa. 28. *Reficite lassum, & ecce hoc est meum refrigerium.* Illud est ergo refrigerium, quod exterior facit compassio.

E ¶ Tertio dico, quod inuenitur refrigerium, quod superior facit saluatio seu habitatio seu mansio, & istud est certe refrigerium gloriæ paradisi. In altis enim montibus inuenitur gratius refrigerium, quam in vallibus. Vnde pro habendo aere frigidiore & puriore solent diuites loca ardua frequentare in regionibus feruentibus: sic vere in altis montibus Paradisi inuenitur & est locus refrigerij & quietis, & non in vallibus huius mundi. Sapient. 4. *Iustus si præoccupatus fuerit morte, in refrigerio erit.* Et ideo monet scriptura Hier. 6. dicens sic: *Interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea, & inuenietis refrigerium animabus vestris.*

F ¶ Quarto dico, quod inuenitur refrigerium, quod inferior facit defectio, seu etiam, quod deterior facit affectio, & istud est illud, quod per indeuotionem à feruore charitatis & deuotionis peccator refrigeratur, & in diuersis vitijs cõgelatur. Mat. 24. *Quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum.* Vnde de infrigidatione talium dicitur Zac. 14. *In illa die non erit lux, sed frigus & gelu.*

G ¶ Quinto vero dico, quod inuenitur refrigerium, quod posterior facit damnatio. Pœna enim inferni frigori comparatur, pro eo quod ibi morte tam temporali, quam æternali virtus totaliter eneruatur, & omnis præcedens fortuna penitus annullatur. Deut. 28. *Percutiet te Dominus febri & frigore.* Vt de damnatis & dæmonib. dicatur illud Iob 24. *Nudos dimittunt homines, vestimenta tollentes, quibus non est operimentum in frigore.* Dæmones enim dimittunt damnatos nudos, ab omni scilicet vestimento spei, gratiæ, & fortunæ, & ipsos frigore damnationis æternæ grauant. Beati vero huiusmodi refrigerium non timent, sed cœlesti & consolabili refrigerio gaudent. Pr. 31. *Non timebit domui suæ à frigoribus niuis omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicib.* Ista ergo de refrigerio sufficiant, tam in bono, quam in malo. Vide supr. in tit. Frigus seu frigiditas &c.

A **Refugium.** Nota breuiter, quod quia ille, qui non est satis potens hostib. obuiare, solet ad alterius refugiũ recurrere & adire, hinc est, quod cum nos satis fortes & potentes non simus, vt nostris hostibus spiritualib. obuiemus, necesse est, vt ad tuta & secura refugia recurramus. Igitur nota, quod nos inuenimus.

Refugium, { Tutum & securum, / Bonum & purum, / Vanum & obscurum.

B ¶ Primo dico, quod refugium tutum & securum est Deus. Ad istum enim debemus refugere, & suæ protectioni & custodiæ nos committere, & nostra, à facie inimici, defendere. Exemplo scilicet piscium, qui à facie Leuiathan refugiunt ad caudam ceti, vt ab eo defendantur, qui scilicet pugnat pro ipsis viriliter contra illum, sicut dicit Iorath. Sic vere nos Leuiathan, id est diaboli pugnam atque insidias metuentes, debemus ad istum per orationem refugere, & eius protectioni & custodiæ nos committere, qui scilicet nouit suos defendere & saluare. Dicat igitur quilibet illud Ps. *Deus noster refugium & virtus, adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos.* Et certe dico, quod iste refugium, scilicet,

Pauperibus, ne fame pereant,
Debilibus, ne hosti pateant,
Vagantibus, ne domo careant,
Sperantibus, vt tuti floreant.

Est dico Deus refugium, ne fame pereant, pauperibus. Ps. *Factus est Dominus refugium pauperi, adiutor in opportunitatib.* Item est refugium, ne hosti pateant, debilibus, qui sc. se defendere non possent. Ps. *Petra refugium erinacijs.* Item est refugium, ne domo careant vagantib. Ps. *Esto mihi in Deum protectorem, & in domum refugij, vt saluum me facias.* Item iste est refugium, vt tuti floreant sperantibus. Ps. *Tu es refugium meum à tribulatione, quæ circumdedit me.* Deus est igitur refugium tutum & securum.

¶ Secundo dico, quod inuenitur refugium sanum atq; purum & istud certe nihil aliud est, quam religionis atque pœnitentiæ securitas, seu etiam bonorum & iustorum societas. Homo enim qui fortes & impios habet hostes, solet refugere ad loca & ad castra fortia atque tuta, seu etiam ad consortia solida atq; firma. Vnde etiam de conchyli marino dicit Solinus, quod vitent piscatorum insidias, ad scopulos refugit, vel ad canum marinorum auxilium refugiens, ipsorum consortio seu refugio se committit. Sic vere homo, qui hic insidias tot hostium experitur, ad asperos scopolos & ad castrum religionis vel pœnitentiæ debet refugere, & canibus marinis, i. bonis pastorib. seu alijs iustis hominib. lupos, i. dæmones impugnantib. se committere, seq; eorum orationibus commendare, vt sic possit horum confugio tutus esse. Vnde illud prædictum: *Petra refugium erinacijs.* Petra, inquit, i. pœnitentiæ duritia. Vt sic cuilibet taliter refugienti dicatur illud Ps. *Altissimum posuisti refugium tuum.* Istud est igitur refugium atque purum.

¶ Tertio dico, quod inuenitur refugium vanum & obscurũ, illud sc. quod mali recurrunt ad auxilia, seu refugia mundanorũ. Quod potissime est contra illos, qui refugiunt in necessitatibus ad sortilegia, & ad artes magicas, & ad dæmonum refugia, quæ non valent. 2. Mach. 2. *Eos, qui ab igne refugerant, gladius peremit.* Hæc de refugio sufficiant, quia paucæ sunt auctoritates. Vide supra de Fugere.

**Refulgere.** Vide supra in tit. Fulgor, seu Fulgere.

**Regalis.** Vide in tit. de Rege, atque in tit. Regnus.

**Regere.** Nota, quod Regere pertinet ad rectorem. Et inde dicitur rectitudo, eo quod ad rectorem pertinet, quod sit rectus. Dicamus ergo primo de rege & rectore & postea de rectitudine & de recto, & successiue de rege & regina & regno. Notemus igitur, quod

Regere est actus { Sapientiæ, / Diligentiæ, / Eminentiæ.

Ille enim qui vult se & alios bene regere, debet habere sapientiam & subtilitatem. 1. Par. 21. *Det tibi Dominus sapientiam & sensum, vt regere possis Israel.* Quia scilicet illi, qui alios regunt, & regere per sapientiam debent. Vnde Prou. 13. *Qui autem omnia agunt cum consilio, reguntur sapientia.* Item debet habere diligentiam & sedulitatem. Ps. *Qui regis Israel, intende.* Item debet habere eminentiam & auctoritatem. Reges eos in virga ferrea. Ista enim tria pertinent ad rectorem, quia scilicet sicut ille, qui ducit alios, nõ debet esse cæcus, sed clare videns, non debet esse dormiens, sed ad viam attendens; non debet esse impotens, sed gradu & auctoritate alios præcedens: sic vere ille, qui se & alios vult bene regere & docere, debet clare videre per discretionem, debet bene attendere diligentiæ meditationem, debet etiam alijs præeminere per prælationem & iurisdictionem, vt sic de quolibet dicatur illud Apo. 7. *Agnus, qui est in medio throni, reget eos.* Prælatus enim vel doctor dicitur agnus, ab agnoscendo, propter sapientiam; dicitur esse in medio regendi, propter diligentiam; dicitur esse in throno, propter eminentiam.

B ¶ Dicamus igitur hic, quod secundum verba istius auctoritatis, propter illa, quæ dicta sunt, rector debet habere tres speciales virtutes, denotat, quod ipse debet habere

Cle-

[illegible] & m[illegible]nem, quia debet esse agnus,
[illegible] & rectitudinem, quia debe[illegible] esse in medio
P[illegible]m & celsitudinem, quia debet esse in throno.
Primum probat nomen pietatis,
Secundum probat locus æquitatis,
Tertium probat status dignitatis.

B ¶ Dico ergo primo, quod rector debet habere mitiitudinem & clementiam, quia debet esse agnus. Exemplo rectoris apum, qui aculeo dicitur carere, iuxta illud Eccl. 32. *Rectorem te posuerunt, noli extolli, esto in illis, sicut vnus ex ipsis.* Valde enim commendatur clementia in rectore, sicut dicit Seneca libro de clementia ad Neronem. Quia scilicet rector debet esse agnus dulcis & humilis & benignus. Apo. 14. *Vidi supra montem Sion agnum stantem.* Nō autem ferus, impius, aut crudelis. Pietas enim in suos, gladius est in hostes. Et idem pius debet esse, vt secundum doctrinam Apostoli 1 Tim. 5. *discat primus domum suam regere, & mutuam vicem reddere parentibus.* Habeat ergo mititudinem & clementiam, iuxta illud Esa. 49. *Miserator eorum reget eos.*

C ¶ Secundo dico, quod rector debet habere rectitudinem & iustitiam, quæ notatur, cum dicitur: In medio. Medium enim iustitiam signat, sicut supra de Medio visum est. Quia scilicet rector debet esse in medio per æquitatem, non in angulo per per[illegible]um aut munerum acceptionem & partialitatem. Vt sic sit ille de quo dicatur illud Gen. 1. *Firmamentum in medio aquarum.* Firmus enim & firmamentum debet esse rector, vt non nisi secundum iustitiam moueatur. Vt de eo dicatur illud Ecclesi. 49. *Natus est homo princeps fratrum, firmamentū gentis, rector fratrum, stabilimentum populi:* & Eccle. 10. *In medio fratrum illorum rector in honore.*

D ¶ Tertio dico, quod rector debet habere celsitudinem & potentiam. Throni, inquit. Quia scilicet ad rectorem pertinet, vt habeat auctoritatem, vt honoretur, & potentiam, vt timeatur. Exemplo rectoris apum, qui duplo dicitur alijs esse maior. Ad hoc enim nunquam posset bene regere, nisi haberet potentiam, qua rebelles posset per violentiam gubernare. Exemplo cœli, quod planetas inferiores regit & mouet, ipsosque malo velle suo contra naturam sui proprij cursus secum per suam potentiam ducit & tenet, quia scilicet rector debet esse potens in iurisdictione, dignitate, & virtute, vt subditos rebelles possit per violentiam gubernare, & proteruos, qui volunt obedire, possit violenter regere, & ad sequendum cursum & ordinem iustitiæ contra appetitum proprium coercere. Ps. *Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos.* Throni, inquit. Quia scilicet thronus significat iudiciariam potestatem, de qua in Ps. *Sedisti super thronum, qui iudicas iustitiam.* Quia sicut dicitur Apoca. 4. *De throno procedebant fulgura & voces & tonitrua.* Et sic igitur dico, quod ad rectoré pertinet habere potentiam & auctoritatem, iustitiam & æqualitatem, clementiam & benignitatem. Sufficit. Vide infr. de Rege, & supra de iudice &c.

A **Rex. Reges. Regnare.** Nota, quod rex est nomen dignitatis, officij, & potestatis. Et dicitur rex ille, qui regnat dominando & regit etiam gubernando. Et possumus distinguere, quod in scriptura inuenitur Rex

Æternalis,
Spiritualis,
Temporalis,
Infernalis.

Rex æternalis est superior, scilicet Deus, de quo Esa. 33. *Dominus rex noster, legifer noster, Dominus iudex noster.* Rex spiritualis est rex interior, & iste est quilibet homo iustus, qui bene & debite se regit, de quo 1 Petr. 2. *Vos estis genus electum, regale sacerdotium, gens sancta.* Psal. *Domine in virtute tua lætabitur rex.* Rex temporalis est rex exterior, vt sic per regem intelligantur omnes mundi principes & prælati, siue boni, siue mali, de quibus Luc. 22. *Reges gentium dominantur eorum.* Rex infernalis est rex inferior, & de isto dicitur Iob 41. *Ipse est rex super omnes filios superbiæ:* & Apocal. 9. dicitur, quod *ipsi habebant regem super se Angelum abyssi.*

¶ Igitur charissimi, cæteris omissis, dicamus aliquid, scilicet,

De Rege { Glorioso & admirabili,
Virtuoso & laudabili,
Vitioso & damnabili.

¶ Primo ergo dicamus, quod est quidam rex admirabilis & gloriosus. Et iste est Deus, qui *est rex regum, & Dominus dominantium.* Apoc. 1. & 19. Quia sicut dicitur in Psal. *Iste est Deus [illegible] rex magnus super omnes Deos.* Sicut enim quilibet [illegible] [illegible]um præl[illegible] iudice[illegible] rectorem habe[illegible] [illegible] dicitur: *In vnamquamque gentem constituit rectorem.* [illegible] necesse est, quod sit vnus rex regum, qui præsit [illegible] regibus, & omnibus etiam creaturis [illegible] processus in infinitum. Quia sicut dicitur Eccl. 5. *Excelsior [illegible] alius est [illegible] insuper vniuersæ terræ rex imperat seruienti.* Non enim est dare aliquid, quin habeat superiorem præter Deum, qui est D[illegible] omnes. Omnes enim numeri ad vnitatem resoluuntur, ibi autem est status, nec vlterius est processus. Sic omnes [illegible] dignitates ad vnitatem diuinæ potentiæ terminantur. Vltra illum enim non est procedere, nec vltra alium regem dare, summum enim & vltimum gradum tenet. Iste enim vnus est, & modum vnitatis tenet, a qua omnes numeri oriuntur, & ad quem etiam resoluuntur, quia iste vnus est omnium principium atque finis. Eccl. 1. *Vnus est altissimus creator omnium, omnipotens rex potens, & metuendus nimis.* Et ideo breuiter de isto rege vnico possumus exponere illud Ezech. 37. *Rex vnus erit omnibus imperans.*

¶ Vbi aduerte, quod iste rex habet quinque conditiones boni regis. Quilibet enim C

Rex debet esse { Sapiens,
Liberalis,
Fortis,
Communis,
Seuerus.

Sapiens ad gubernandum (Rex, inquit)
Liberalis ad præmiandum (Vnus) quia vnitas se communicat alijs numeris.
Fortis ad defendendum (Erit) quod est verbum substantiuum.
Communis ad iudicandum (Omnibus)
Seuerus ad castigandum (Imperans) quod scilicet est verbum correctiuum.

Sic vere dico, quod Deus habet
Sapientiam prudentissimam, quia rex,
Clementiam diffusissimam, quia vnus,
Potentiam stabilissimam, quia erit,
Prouidentiam communissimam, quia omnibus,
Iustitiam seuerissimam, quia imperans.

Ad istos enim quinque actus pertinet, quicquid in mundi regimine Deus facit. Omnia enim, quæ ipse facit,

Sunt actus aut suæ { Sapientiæ,
Clementiæ,
Potentiæ,
Prouidentiæ,
Iustitiæ.

¶ Dicamus ergo, quod Deus est rex sapiens & prudentissimus, quod ostenditur in nomine Rex, qui dicitur a regendo, quia scilicet regere & se & alios, est actus hominis sapientis, iuxta illud: D

*Si bene regna regis Agnum es nomine Regis.*

Iste autem regit & ordinat vniuersa. Et ideo præsupponere oportet ipsum habere sapientiam infinitam, qui tot creaturas scit regere & ordinare. Similis Soli, qui dicitur rex naturæ, qui scil. splendore lucis omnes planetas alios excedit, & qui videtur regere vniuersa, quia scilicet iste lucem habet sapientiæ infinitæ per quam omnia bene regit. Vnde Martianus dicit, quod *Sol est principium lucis, rex naturæ, mens mundi, fulgor olympi, moderator firmamenti.* Vnde de Christo sic sapiente & lucido dicitur in persona Dauid: *Suscitabo germen iustum, & regnabit rex, & sapiens erit.* Quia sicut dicitur Iob 9. *Sapiens corde est, & fortis robore.* Rex, inquit. Et ideo de sapienti regimine huius regis potest sibi dici illud 3 Reg. 21. *Grandis auctoritatis es, & bene regis regnum Israel.* Iste est ergo rex sapiens & prudentissimus.

¶ Item Deus est rex pius & clementissimus, quod ostenditur, cum dicitur, Vnus. Vnitas enim se communicat omnibus numeris. Non enim est dare numerum, quin constet ex vnitatibus aggregatis. Sic Dominus cum sit vnus, omnibus se communicat per misericordiam & liberalitatem. Nec est dare aliquem, qui dona suæ communicatiuæ clementiæ non sentiat in seipso. Prou. 20. *Misericordia & veritas custodiunt regem:* & Eccl. 1. *Vnus est altissimus omnipotens rex &c.* E

¶ Item Deus est rex præpotens & stabilissimus. Erit, inquit. Ad re- F

A regem enim [illegible] quod habet potestatem [illegible] impugnandum [illegible], & stabilitatem ad defendendum [illegible]. Si Deus [illegible] est ad operandum, & stabilis [illegible] perpetuo perseuerans [illegible]. Et, inquit, quod [illegible] tenuit [illegible], & [illegible] por [illegible] sicut dicitur Dan. [illegible] *eglas cum po-* [illegible] *tur*, alias corrumpetur & 1. R [illegible] *omnia qu* [illegible] *erat anima tua, eris que rex super* [illegible] A [illegible] rege [illegible] proloquendo, non suut, oecernit, [illegible] tur [illegible] vita Eccl. 10. & Esa. 40. *Omnes gē-* [illegible] Ille autem solus est, & erit, Psal. [illegible] *rex gloria.*

G ¶ Sic [illegible] est rex prouidens & communissimus. Omnibus, inquit [illegible] rex per suam occultissimam prouidentiam non [illegible] vel de pluribus solet curare, sed de omnibus [illegible] bus & [illegible] solet vniuersaliter prouidere. Causæ enim v- [illegible] qualiter se habent ad omnia, sicut patet in Sole, qui est pr [illegible] Planetarum, secundum Ambros. & alijs corporibus similibus, [illegible] generaliter influunt vniuersis, propter quod Sol [illegible] aliorum à Deo est creatus, vt omnibus æqualiter esset in lucere magis promptus. Sic Deus pro certo ad omnes, & ad omnia generaliter, medioctriter, & æqualiter se habet, sicut causa vniuersalis, & pater & dominus numinis; quia sc. *Non est personarum acceptio apud Dominum*, quia ad modum Solis paratus est omnes illuminare, per suam prouidentiam paratus est de regimine omnium, tam naturali, quam spirituali curam gerere & habere. Omnibus, inquit, Sap. 6. *Aequaliter est ei cura de omnibus.* Oculi enim, qui sunt ad regimen corporis constituti, non magis curant de salute vnius membri, quam alterius, imo generaliter de omnibus curant: Sic Deus facit, quia sicut dicitur in Psa. *Rex omnis terra Deus, Psallite sapienter.* Est ergo rex prouidens & communissimus.

H ¶ Item Deus est rex iustus & seuerissimus, quod ostenditur, cum dicitur. Imperans. Imperium enim iustitiam & rigorem signat. In cuius signum Imperator solet ensem euaginatum ante se facere portare, in signum, quod est semper paratus malos & impios detruncare, iuxta illud Rom. 13. *Vis non timere potestatem? bonum fac, & habebis laudem ex illa.* Sequitur: *Si autem malum feceris, time: non enim sine causa gladium portat.* Leo enim, qui est rex animalium, est animal asperum & seuerum, quia scilic. quando famescit, dure solet bestias deuorare. Sic vere Deus rex omnium, qui continue esurit & sitit iustitiam, seueriter solet bestias, id est, bestiales homines condemnare, & eos per mortem animæ & corporis acerrime deuorare Pr. 20. *Sicut rugitus leonis, ita est ira regis* Imperans, inquit. Es. 45. *Mea sunt iustitia & imperium*: & Esa. 9. *Multiplicabitur eius imperium, & regni eius non erit finis.* Et potissime ista seueritas istius regalis iustitiæ apparebit in iudicio, vbi impios seueriter condemnabit, iuxta illud Sap. 11. *Illos tanquam durus rex interrogans condemnasti.* Sic ergo patet, quomodo & quare Deus dicitur rex. Vnde etiam de Christo dicitur: *Ecce rex tuus venit tibi mansuetus.* Istum enim regem quærebant magi cum sedulitate. Istum enim regem deridebant Iudæi cum fatuitate. Istum regem describebat Pilatus cum subtilitate. Magi n. dicebant inquirendo, Mat. 2. *Vbi est, qui natus est rex Iudaeorum?* Iudæi autem dicebant deridendo Mat. 15. *Aue rex Iudaeorum.* Pilatus vero dicebat describendo Luc. 23. *Hic est Iesus Nazarenus rex Iudaeorū.* Et: *Ecce rex vester.* Iste aute rex fecit in sua beata incarnatione, sicut solent facere reges prælium ingressuri, qui quandoque accipiunt arma, & habitū alienum, ne ab hostib. cognoscantur, iuxta illud q̃ dixit rex Israel 3. Reg. 22. *Mutabo habitum, & sic ibo ad pugnandum.* Sic Deus prælium mundi ingrediens, habitum & arma aliena nostræ humanitatis assumpsit, in quib. cum dæmonibus dimicauit. Figuratus in Ioue, de quo dicit Ouid. quod de cœlo veniens ad terram occidere illum tyrannum impium Lycaonem, mutauit se in hominem. Vt de Christo dicatur illud 3. Reg. 22. *Rex Israel mutauit habitum suum.* Vbi describitur vt notabiliter honoratus, quia rex. Vt laudabiliter sociatus, quia rex Israel, i. videntium Deum, sc. Sanctorum & Angelorum. Vt mirabiliter alteratus, quia mutauit habitum suum.

I ¶ De isto ergo rege possumus notare, quod ipse est Rex.

Amorosus,
Speciosus,
Gloriosus,
Gaudiosus,
Vigorosus,
Rigorosus.

[illegible] rex amorosus [illegible] *pi* [illegible] *et rex decorem tuum*, [illegible] *Dom.* [illegible] speciosus, patet E [illegible] omine beat [illegible] *in domo sua vid* [illegible] Quod rex gloriosus pat [illegible] *Quam gloriosus* [illegible] *bonus rex Israel*: & in Ps. [illegible] *est rex gloria.* Quod ipse sit rex gaudiosus, pate [illegible] P [illegible] dicitur: *Domine in virtute tua laetabitur rex*: & alibi. [illegible] *in Deo.* Quod sit rex vigorosus, patet Esa. 19. vbi d [illegible] *dominabitur eorum.* Quod sit rex rigorosus, patet Esa. 3 [illegible] *Ecce in iustitia regnabit rex.* Psa. *Honor regis iudicium diligit* [illegible] eo Hieremias dicebat Hier. 10. *Quis non timebit te, ô rex* [illegible]
Et sciendum est, quod sedes istius regis fuit crux, di [illegible] de spinis, sceptrum fuit de clauis. Et ideo Iudæi diceban [illegible] *Israel es, descende de cruce.* Contra quos Bernard. dici [illegible] *Israel es, regni solium non dimittas.* Et sic ergo dico, quod Deus di [illegible] rex, scilicet,

Propter iustitiam,
Propter prouidentiam,
Propter potentiam,
Propter clementiam,
Propter sapientiam.

Bene ergo dicit: Rex vnus erit omnibus imperans. ¶ Secun[illegible] principaliter dico, quod dicendum est de rege laudabili [illegible] tuoso. Et sic dico, q̃ per regem intelligitur omnis bonus [illegible] princeps, prælatus, vel etiam vir perfectus, qui se & al[illegible] ne regit. Quælibet enim caterua apum dicitur habere vn[illegible] gem, cui aliæ obediunt, & obsequuntur, & à quo aliæ [illegible] & gubernantur. Sic vere in omni caterua populi, in omni [illegible] cet regione vel legione, religione vel natione, necesse [illegible] aliquem regem, id est, aliquem dominum, iudicem, vel [illegible] rem, cui à subditis obediatur, & per quem subditi deb[illegible] te gubernentur. Eccl. *In vnamquamque gentem proposuit rectorem.* Vt quolibet tali rege dicatur illud Hiere. 23. *Suscitabo Dauid germen iustum, & regnabit rex, & sapiens erit.* Istam auctoritatem vid[illegible] diuisam & prosecutam iu. de Dauid, vbi ostenduntur, quæ [illegible] bent quinque esse in quolibet principe vel prælato. ¶ Sed nota, quod rex temporalis vel spiritualis debet habere [illegible] perfectiones & conditiones. Quanto enim maior est hon[illegible] tanto magis debet habere de bonitate. Nota ergo, quod [illegible] debet esse, scilicet,

Audax ad præcedendum,
Fortis ad resistendum,
Cautus ad præuidendum,
Clemens ad indulgendum,
Iustus ad iudicandum,
Diligens ad inquirendum,
Humilis ad seruiendum,
Astutus ad cognoscendum,
Stabilis ad perseuerandum,
Authenticus ad imperandum,
Liberalis ad præmiandum,
Sapiens ad gubernandum,
Innocens ad operandum,
Pacificus ad conuiuendum,
Honestus ad conuersandum,
Flebilis ad Deum timendum,
Deuotus ad offerendum,
Tranquillus ad audiendum,
Seuerus ad corrigendum,
Modestus ad loquendum,
Facilis ad consilium credendum,
Parcus ad vina gustandum.

Istæ sunt enim viginti duæ conditiones, quas debent habere boni reges & boni prælati, & etiam quicunque boni iudices & præfecti, sicut possunt probari exemplis creaturarum & auctoritatibus scripturarum. Dico ergo, quod quilibet talis debet esse audax ad præcedendum, quia scili. prælatus debet alios audacter præcedere, bonum exemplum eis dando terribilia pro eorum defensione non timendo, & pro defensione reipublicæ [illegible] mus ad terribilia incedendo, sicut de rege apum legitur, q̃ [illegible] mus de aluearí egreditur, & post ipsum totus grex apum [illegible] tur & obsequitur. Sicut etiam de Iulio Cæsare legitur [illegible] eum dixisse militibus suis, Ite illuc, sed semper venite [illegible] Ex [illegible] emplo leonis regis animalium, qui est animal auda[illegible] ita quod de eo dicitur Prouε. 30. *Leo fortissimus bestiarum* [illegible] *pauebit*

[illegible]

[illegible] & pompe- [illegible] est, Ecclo [illegible] *[illegible] ad clementes sunt.* [illegible] *[illegible] principe*, [illegible] ut vult Sen. lib. de clemen- [illegible] cuius de David, qui etiam inimi- [illegible] Sauli, dici [illegible] Mac. 2 [illegible] quod [illegible] *[illegible] est sedens regem in sacula.* & Prouer. *[illegible] misericordia [illegible] custodiunt re[illegible]um.* Item iste debet [illegible] dicandu[illegible] Iustitia enim super omnes alias vir- [illegible] super [illegible] desponsat[illegible]. Ista enim est illa, per [illegible] ates re[illegible], per quam iura sua omnibus red- [illegible] per quam [illegible] puniuntur, & per quam innocentes [illegible]. Hanc ergo debent habere reges tam tem- [illegible] *Honor regis iudicium diligit:* & Prou. *[illegible] terram suam.* Exemplo Solis qui rex dicitur Pla- [illegible] cum [illegible] medium inter eos. Ad denotan- [illegible] esse iusti & [illegible] partes, & nõ plus [illegible] ad [illegible] acceptionem personarum [illegible] Vide de talibus regibus loquitur sub me- [illegible], dicens [illegible] *Sol*, inquit, *est ocu-[illegible] culi, mensura temporum, virium & [illegible] & perfectio stellarum, rex & domi-* [illegible] virtute iustitiæ [illegible] *[illegible] super populum suum, vt faciat mi- [illegible].* [illegible] diligens [illegible] quærendum. [illegible] prælatus di[illegible] gente [illegible] & de illis, [illegible] ad anima[illegible], & [illegible], quæ pertinent ad tempu- [illegible] dicitur Prou. [illegible] *[illegible] est iniue ligare fer-* [illegible] debet esse, & po[illegible] ssime ad custodi[illegible] [illegible] apum, qui [illegible] manens no [illegible] superioribus q[illegible] alite [illegible] & d[illegible] ntes a[illegible] stodi[illegible] domus Dei C[illegible] *circumbo[illegible].* Vide de [illegible] quæstione [illegible] ne talium [illegible] *Cũ sederem qua- [illegible] circum.* Seq[illegible] *[illegible] preclando. [illegible] mi[illegible].* [illegible] debet esse [illegible] & Deo [illegible] etiam Papa [illegible] electum [illegible] *[illegible] Do- [illegible] rorum [illegible]* [illegible] a- [illegible] quia, talis [illegible] regi ranul[illegible] *[illegible]*

[illegible] oleo pietatis, [illegible] reges sp[illegible] bona [illegible] dimitte [illegible] larg[illegible] ab [illegible] g[illegible] 2. *Me vnxit dominus Iuda in regem* [illegible] reges debent subdit[illegible] iuxta illud [illegible] *nutritij tui, & reginæ nutr[illegible] tuæ.* Et [illegible] 4. *Mamilla* [illegible] *ru* [illegible] liberalis ad præm and[illegible] de [illegible] ens ad gubernandum. Vide [illegible] *[illegible] rex* Et Sap. 6. *Rex sapiens populi stab[illegible]mentum.* Ite[illegible] perandum 2. Reg. [illegible] *Et Rex & thronus eius sit innocens* [illegible] cus ad continuendam 3. Re[illegible] tarut pacificus. Ite[illegible] *[illegible] decore suo videbit.* Item debi[illegible] dum 2 R[illegible] *Rex & omnes serui eius steterunt.* Item d[illegible] ad [illegible] *Tharsis & insulæ munera offerent.* [illegible] Sap. 6. *Audite reges & intelligite.* [illegible] uerb. 2[illegible] *Dissipat impios rex sapiens.* [illegible] Esa. 52. *Continebunt reges os suum.* Item [illegible] dum, quia. scilicet illud summe pertinet ad [illegible] præl[illegible] tu[illegible], est credere & habere bonu[illegible] semper est circumdatus multitudine ap[illegible] ipsum iuuare & defendere paratarum, sicut q[illegible] secum habere multitudinem bonarum per[illegible]narum & [illegible] rum [illegible] aculeo & stimulo strictæ [illegible] nitorum, quorum consilio regatur, & quoru[illegible] lub. [illegible] *Cum sederem quasi rex circumstante exercitu, era[illegible] rentium con[illegible]ator.* Ite[illegible] [illegible] moderatus vin[illegible] [illegible] tum [illegible] undtione turpitudinis al[illegible] & vitij [illegible] ad [illegible] to[illegible] entum, [illegible] regibus & principibu[illegible] us nomen in cru[illegible] en vertere [illegible] [illegible] quicqui[illegible] bet, licere, maxime vino est [illegible] Sal[illegible] tibus tamen vinũ p[illegible] *Noli regibus dare vinũ.* Hæ sunt ergo conditiones b[illegible] dico quod di[illegible] est de rege lau[illegible] & [illegible] dic possimus dicere [illegible] ud [illegible] *non trat[illegible] Israel.* M
¶ [illegible] principaliter possumus al[illegible] de [illegible] lo dicere, [illegible] vel prælato. [illegible] quod [illegible] prælat[illegible] hodie sunt vitio[illegible],

D[illegible] nuntur,
Blan[illegible] lectantur,

[illegible]

[illegible]

Secundum regnum [illegible] pert[illegible],
Secundum [illegible] gnum milit[illegible],
T[illegible] regnum [illegible] supera[illegible],
Quartum vero est regnum triumphantium.
In p[illegible] piunt tyrones,
In [illegible] no exercentur agones,
In [illegible] icunt eorum situnes,
In quarto [illegible] udant prædones.

¶ [illegible] ergo, qu[illegible] st dare vnum regnum incipientium, in q[illegible] tes, & isti signantur per regem Iuda [illegible] teps tatur confitens vel glor[illegible], q[illegible] elicet [illegible] conuertuntur ad Deum d[illegible] p[illegible] contri[illegible] Deum etiam debent per veræ fi[illegible] one [illegible] laudare, benedicere & a[illegible] Ier. 1 *Sta in porta per quam ingrediuntur reges Iuda* [illegible] pœnitentia seu fides, quæ [illegible] est porta ingre[illegible] V[illegible] de quolibet tal reg[illegible] Iud[illegible] d[illegible] Matth. 2. *Vbi est qui natus est* [illegible] *eius in oriente.* Tales enim rex nouiter [illegible] Ia[illegible] ci[illegible] tas nouiter spectatur [illegible] a [illegible] est, i. perf[illegible] omnibus [illegible] incipien[illegible] regnum, & regimen [illegible], Matth. 27. *Tu es rex Iudæorum.* [illegible] Aduerte tamen quod multi [illegible] reges bene incipientes, cito autem defici[illegible] finientes, [illegible] eram videmus de [illegible] & principibus, & etiam de nostris prælatis nouiter [illegible] de [illegible] bus nouis regibus, quod isti

Ca[illegible] spoliare,
Venas pha[illegible] quentare,
L[illegible] tauri [illegible] olent [illegible] abdicare,
[illegible] solere [illegible].

[illegible] ecle[illegible]as. Vnde 3. Reg. 12. [illegible] *ficata, qua sacrificauerunt patres* [illegible] *reges* [illegible] *as.* Vnde 4. [illegible] *minat* [illegible] *præsum* [illegible] *super omnia qua* [illegible] stultitias. Vnde Eccl.

[illegible] *qui* [illegible] *An* [illegible]
[illegible] & p[illegible]
[illegible] *Dauid* [illegible]
*cui est gaudio ma*[illegible]
[illegible] ¶ D[illegible] q[illegible]
[illegible] nem, q[illegible] teipt[illegible], qu[illegible] R[illegible]
[illegible] gere d gnof[illegible]
mentalibus, mund[illegible] nantiam consequuntur. De vi[illegible] *efecit sibi pacem* [illegible] reg. Salomone dicitur Eccle. 4 *Sal*[illegible] & 3. Reg. 4. *Salomon pacem habebat ab omni* [illegible] quod talis rex Salomon [illegible] it, vir per[illegible] ctus

Affl[illegible] do[illegible] liberali,
M[illegible] ateri[illegible],
C[illegible] arescere luce doctorali,
Fragrescere [illegible] ma virtuta[illegible],
[illegible] celere [illegible] agistrali.

Dico ergo [illegible] quod [illegible] *Rex Salomon dedit reginæ omnia quæ voluit* [illegible] mi[illegible] quia [illegible] certa est [illegible] id est, benigni, misericordes & mites 3 R[illegible] *seruos* [illegible] *ad Salomonem, audiunt enim quod* [illegible] rem ta[illegible] luce doct[illegible] tali[illegible] (sapientiæ) fulgent 3 Reg 3 *Dedit Deus* [illegible] de 3. Reg 10. *Vasa de quibus bibebat rex Salo*[illegible] autem splendore [illegible] vitæ signat [illegible] lent fragrescere. Ita sunt aromata [illegible] ba attulit Salomoni, qu[illegible] *regi Saba regi Salomoni.* Aromata autem [illegible] bonæ famæ, quam sicut regina vir [illegible] Item tales throno magistrali [illegible] perfecti & in hoc sæculo & [illegible] digni sunt præsidere 3. Reg 10 *Fecit rex S*[illegible] Et ibidem. *Magnificatus est rex Salomon super omn*[illegible] tur patet q[illegible] dare vnum reg[illegible] vitia [illegible]

¶ Q[illegible] triumph[illegible]
[illegible]

---

[illegible] Dei, [illegible] quod [illegible] de Reg[illegible]
Assyriorum,
Amorrhæorum,
Babyloniorum,
Ægyptiorum.
[illegible] quatuor reges & regna filios [illegible] & superbe super a[illegible] possunt dæmones vel [illegible] super superbe & tyrannice [illegible] legitur, quod ipse est rex [illegible] seu mala præla[illegible], *sed non ex me, principes* [illegible] Nota igitur de talibus m[illegible]
[illegible] capiunt iustos & captiuant, [illegible] prædantur atque depopula[illegible] grauant & regula[illegible] affligunt, pungunt & stimul[illegible] promittunt falsum & stipul[illegible] [illegible] gunt & copulant [illegible] morte æterna iaculant.
[illegible] quod mali reges libertatem [illegible] animas libertate gratiæ [illegible] peccati & inferni captiu[illegible] *Assyriorum Israel in Assyrios.* [illegible] *rex Babylonis captiuos.* [illegible] etiam depredando vasta[illegible] possessionem virtutum, [illegible] Vnde Hier. 36. *Rex Babylon*[illegible] solent regulare. Tyranni[illegible] Vnde Hier. 52. *Iugulau*[illegible] quæstiones solent stimulare, [illegible] *reddet Dominus* [illegible] verbis & promissionibus suis co[illegible] falsa & mendacia narrare, sicut [illegible] *ad regem Demetri*[illegible] *Demetrius. Non hoc tan*[illegible] *te & gentem tuam* [illegible] & abalienauit [illegible] seu copulare, scilicet, tib[illegible] malos & impios sibi s[illegible] & officijs promouent [illegible] *Aman & posuit soli*[illegible] delinquentes solent [illegible] quam isti dare alios [illegible] modernus. Vnde Eze[illegible] *& comminuam brachia* [illegible] *de manu eius, & confortab*[illegible] *& brachia Pharao*[illegible] & in malo sufficiant, &c.

**Regina.** Nota, quod Regina in [illegible] anima deuota, vel quæli[illegible] virgo Maria. Istæ enim reginæ sum[illegible] reges summi sponsi & vxores su[illegible] pertinet, scilicet,
Regem cum populo concordare,
Semper clementiam demonstrare,
Semper decentiam adornare,
Hostis potentiam refrænare,
Regis amicitiam vendicare.
[illegible] omnia facit beata virgo, vel [illegible] Ista ergo est regina cum rege po[illegible] ad reginam solet recurrere, [illegible] clementiam inuocare. Exem[illegible] Mardochæus cum populo Iudæo[illegible] & sententiam mutauit & vsfar[illegible] sicut patet Hest. 7. vbi dic[illegible] *reginam, placuit oculis* [illegible] *tua* [illegible] Dominus peccatores tibi [illegible]

... d *Rabi ... Dei, tu es rex Israel.* Sic ergo patet, quod ... quadruplici bono rege ... adhuc dic. quod in scriptura fit mentio de qua... malo reg., videlicet, de Rege

Assyriorum,
Amorrhæorum,
Babyloniorum,
Ægyptiorum.

... enim quatuor reges & regna filios Israel grauauerunt, Deum ... contempserunt, & superbe super alios regnauerunt. Et ideo ... per istos possum dæmones vel tyrannos intelligere, qui semper superbe & tyrannice solent alijs imperare. De ... enim legitur, quod *ipse est rex super omnes filios superbia* Iob. ... De tyrannis autem seu malis prælatis dicit Dominus Oseæ 8. *... regnauerunt, sed non ex me, principes extiterunt, sed non per spiritum meum.* Nota igitur de talibus malis regibus quoniam isti su...,

Qui captiuant iustos & exulant,
Qui prædantur atque depopulant,
Qui occidunt, grauant & iugulant,
Qui affligunt, pungunt & stimulant,
Qui promittunt falsum & stipulant,
Qui se malis iungunt & copulant,
Qui se morte æterna iaculant.

Dic igitur, quod mali reges libertatem solent exulare, quia scilicet dæmones animas libertate gratiæ & gloriæ spoliant, & eas ... itatem peccati & inferni captiuant. Vnde 4. Regum 18. *Transtulit rex Assyriorum Israel in Assyrios.* Et 4. Reg. 24. *Omnes viros fortes bellatores duxit rex Babylonis captiuos.* Item facultatem solent populare, seu etiam deprædando vastare, quia scilicet dæmones depopulant possessionem virtutum, tyranni vero possessionem diuitiarum. Vnde Hier. 36. *Rex Babylonis vastabit terram hanc.* Item innocentes solent iugulare. Tyranni enim etiam innocentibus ... parcunt. Vnde Hier. 52. *Iugulauit rex Babylonis filios Sedechiæ.* ... quiescentes solent stimulare, seu etiam perturbare Esa. 7. *... die illa radet Dominus hos, qui trans flumen sunt in rege Assyriorum.* Item verbis & promissionibus suis confidentes solent decipere, & eis falsa & mendacia narrare, sicut patet 1. Mach. 11. vbi dicitur quod *Ionathas misit ad regem Demetrium vt eos qui in arce erant eijceret. Et respondit Demetrius. Non hoc tantum faciam tibi & genti tuæ, sed etiam gloria illustrabo te & gentem tuam,* Sequitur. *Mentitus est Demetrius cuncta quæ dixit, & abalienauit se à Ionatha.* Item pestilentes solent exaltare seu copulare, scilicet, sibi, quia scilicet, mali principes & tyranni malos & impios sibi iungunt & copulant, ipsosque in suis curijs & officijs promouent & exaltant. Vnde Hest. 3. *Rex Assuerus, exaltauit Aman & posuit solium eius super omnes principes quos habebat.* Item delinquentes solent damnare, scilicet, in fine, quando Deus postquam isti dure alios grauauerunt, austere ipsos in inferno condemnat. Vnde Ezech. 30. *Ecce ego ad Pharaonem regem Aegypti, & comminuam brachium eius forte, sed confractum, & eijciam gladium de manu eius, & confortabo brachia regis Babylonis* (id est, diaboli) *contra eos & brachia Pharaonis concidunt.* Et hæc de rege in bono & in malo sufficiant, &c.

A **Regina.** Nota, quod Regina in scriptura potest intelligi anima deuota, vel quælibet sancta virgo, vel etiam virgo Maria. Istæ enim reginæ sunt, quia se ipsas bene regunt, & regis summi sponsæ & vxores sunt. Nota ergo, quod ad reginam pertinet, scilicet,

Regem cum populo concordare,
Semper clementiam demonstrare,
Semper decentiam adornare,
Hostis potentiam refrænare,
Regis amicitiam vendicare.

Hæc enim omnia facit beata virgo, vel etiam sancta anima vel persona. Ista ergo est regina cum rege populi concordatiua. Populus enim ad reginam solet recurrere, quando vult regem ad veniam aut clementiam inuitare. Exemplo reginæ Hester ad quam Mardochæus cum populo Iudæorum recurrens regis Assueri iram & sententiam mutauit & ipsum Iudæis reconciliauit & concordauit, sicut patet Hest. 7. vbi dicitur, quod *cum rex Assuerus vidisset Hester reginam, placuit oculis eius, & dixit ei. Quid petis Hester regina? quæ est petitio tua? si dimidiam partem mei regni petieris, dabitur tibi. At illa respondit: Da mihi animam meam, pro qua rogo, & populum meum, pro quo obsecro.* Ista enim regina in tantum placet regi Assuero, id est, Deo, quod peccatores sibi pro libito reconciliat,

Dilsion. Berthorij.

& omnia quæ vult ab ipso acquirit & impetrat. Item d... q... d ista magnæ clementiæ est demonstratiua. Ad regina... n propriè pertinet, quod sit clemens & misericors, & ad indulgendum, & ad gratiam impetrandum, & ad beneficia concedendum, & ad miseris veniam procurandum. Daniel 5. *Regina ingressa est domum conuiuij.* Et Hester 1. *Regina Vasthi fecit conuiuium,* quia scilicet, ista est liberalis, ita quod conuiuium misericordiæ suæ omnibus est paratum. Vnde Esa. 49. *Erunt reges nutritij tui, & reginæ nutrices tuæ.* Item dico, quod ista est magnæ decentiæ repræsentatiua. Ad reginam enim pertinet, quod decentissime sit ornata. Sic ista ornata fuit virtualiter per honestatem, nunc vero ornata est supernaliter per gloriam & maiestatem. Vnde in Ps. 44. *Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate.* Item ista est hostis potentiæ refrænatiua, quia scilicet ista sola est, quæ hostem humani generis superat & prosternit Luc. 11. *Regina austri surget in iudicio aduersus generationem istam, & condemnabit eam.* Item ista est Dei amicitiæ obtentiua vel vendicatiua, quia scilicet regina super omnes alias personas à rege diligitur, & familiaritatem ipsius assequitur, & amplectitur. Vnde Nehem. 2. dicitur, quod *regina sedebat iuxta regem.* Istis ergo rationibus ad istam reginam debemus per orationem recurrere, & eam per deuotionem colere, & per humilia obsequia venerari Hierem. 44. *Venite, sacrificemus reginæ cæli.* Vnde Hester 7. *Aman autem surrexit, vt rogaret reginam pro anima sua, intellexit enim paratum à rege sibi malum.* Ista igitur, quæ tanti regni est regina, & quæ tanti regis est mater, filia & amica, potest dicere illud Apoc. 18. *Sedeo vt regina, & vidua non sum.*

B ¶ Vbi ostenditur, quod ista

Caret labore,
Pollet honore,
Feruet honore.

Primum probat status tranquillitas. (Sedeo)
Secundum regni sublimitas. (Vt regina)
Tertium viri communitas. (Vidua inquit non sum)

Ista enim est in { Refrigerio firmitatis. (Sedeo) / Fastigio dignitatis. (Vt regina) / Coniugio charitatis. (Vidua non sum) }

Et breuiter dic, quod

Regina debet esse { Decens & speciosa, / Placens & amorosa, / Clemens & viscerosa, / Tremens & timorosa, / Cultu religiosa, / Statu imperiosa, / Egeno pascuosa, / Impio rigorosa, / Solio gloriosa. }

Igitur dic, quod regina debet esse decens & speciosa. Decet enim vt reges pulchras vxores habeant ne vxorum turpium tædio, ad adulteria aliarum prorumpant. Vnde de Assuero dicitur Hest. 1. *quod præcepit vt introducerent reginam Vasthi coram rege, vt ostenderet cunctis populis & principibus illius pulchritudinem.* Item debet esse placens & amorosa. Vnde de Assuero dicitur Hester 5. *Cumque vidisset Hester reginam stantem placuit oculis eius, & dixit: Quid petis regina? &c.* Item debet esse clemens & viscerosa, quia, scilicet, decens est vt reginæ clementia mitiget iram regis. Vnde Hest. 7. *Surrexit Aman vt rogaret reginam pro anima sua, intellexit enim paratum à rege sibi malum.* Item debet esse tremens & timorosa, quia scilicet regem debet timere & revereri. Vnde Hest. 15. *Cumque,* inquit, *rex eleuasset faciem & ardentibus oculis furorem pectoris indicasset, regina corruit, colore in pallorem mutato.* Item debet esse cultu religiosa, Deum orando, & ipsum deuote colendo. Vnde Hest. 14. *Hester quoque regina fugit ad Dominum, &c.* Item debet esse in statu imperiosa. Vnde in Ps. 44. *Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate.* Item debet esse egenis pascuosa, quia sc. libenter debet pauperes recreare. Vnde Hest. 1. *Vasthi quoque regina fecit conuiuium, &c.* Item debet esse impijs rigorosa, quia scilicet regina nunquam debet esse ita clemens & pia, quin bene permittat impios & proteruos suspendi, sicut Hester regina permisit Aman suspendi, licet legatur ipsam rogasse pro anima sua Matth. 12. *Regina Austri surget in iudicio contra generationem istam, & condemnabit eam, &c.* Item debet esse solio gloriosa, dicens, scilic. Apoc. 18. *Sedeo vt regina, & vidua non sum.* Sufficit. Vide supra de Filia, de Puella, & infra de Vxore.

A **Regius. Regalis.** Cum regnum seu regale dicatur illud quod ad reges noscitur pertinere, seu à regibus dependere, hinc est, quod secundum diuersitatem regum inuenitur diuersitas regiorũ. Et quia est dare reges bonos & malos, hinc est quod regium sumitur in bono & in malo. Et primo quidem in bono. Et sic certe dico, quod illud regiũ dicimus, quod bonum, dignum, virtuosum, honestum & authenticum inuenitur, sicut sc. id quod à summo rege Deo procedere inuenitur, vel quod ad viros sanctos & iustos (qui in scriptura, sc. Apoc. 1. regnum seu reges & sacerdotes dicuntur) pertinere probatur. Sic ergo dico, quod est dare aliquid Regium

Temporaliter,
Virtualiter,
Æternaliter,

Primum debet parum reputari,
Secundum multum honorari,
Tertium semper affectari.

B ¶ Igitur dico, quod est dare regium temporale, quod est vanum & transitorium, quia reuera omnia illa, quę in hoc mundo regalia vel regia dicuntur, periculosa, vana & transitoria comprobantur. Et hoc certe multiplici ratione, videlicet, propter

Dissensiones & controuersias,
Vagationes & insolentias,
Occisiones & iniustitias.
Detractiones & inuidentias,
Ambitiones & auaritias,
Proditiones & fraudulentias,
Extorsiones & violentias,
Delectationes atque blanditias,
Epulationes & gastrimargias.

Et breuiter dicam, quod in domibus & curijs regijs solent communiter esse & vigere controuersiæ & dissensiones. Vnde 3. Regum 10. dicitur, quod suscitauit Dominus aduersarium Salomoni de semine regio. Item ibi solent vigere insolentiæ & vagationes. Vt communiter enim tales regij otijs & vagationibus intendunt. Sicut de Dauid legitur 2. Reg. 11. quod *cum deambularet in solario aulæ regiæ, vidit Bersabeæ se balneantem, & eam concupiscens fecit, & Vriam virum eius occidit.* Item ibi solent vigere iniustitię & occisiones. Multa enim homicidia iniusta vel publica vel occulta solent in curijs regijs perpetrari, sicut in multis regnorum historijs legitur, quod semen regium extinctũ est, vt alij iure possent succedere loco sui, sicut 4. Reg. 11. legitur quod *Athalia omne semen regium interfecit, vt regnaret in Hierusalem.* Item ibi solent vigere inuidentiæ & detractiones, sicut de Aman legitur Hest. 5. quod *inuidia motus dixit, Cum hæc,* inquit, *omnia habeam, nihil me habere puto quamdiu videro Mardochæum Iudæum sedentem ante fores regias, &c.* Item ibi solent vigere auaritiæ & ambitiones. Semper enim solent ad ampliores diuitias anhelare, & ad altiores status ambire Exemplo Aman, de quo dicitur Hest. 6. quod Aman atrium domus regiæ intrauerat, quando scilicet vocatus fuit à rege vt diceret quo honore dignus esset quem rex honorare vellet, credensq; pro se fieri quæstionem, dixit sic: *Homo quem honorare rex cupit, debet indui vestibus regiis, & accipere regium diadema, &c.* Item ibi solent vigere fraudulentiæ & proditiones, sicut de Ismael legitur Hier. 41. quod *Ismael qui erat de semine regio, venit ad Godoliam in Masphat, & comederunt panes simul. & tamen interfecerunt eum ipse & socij sui.* Et sequitur ibidem quod *Ismael incedens & plorans venit in occursum 40. virorum, & occidit eos, &c.* Item ibi solent vigere violentiæ & extorsiones, quia scilicet tales officiales regij solent rapinas & extorsiones facere, & crudelitatibus & violentijs se & regium palatium inflammare. Vnde 3. Reg. 16. dicitur, quod *Zamri ingressus est palatium, & succendit se cum domo regia.* O quot sunt hodie tales in regijs palatijs, qui scilicet per suas adinuentiones & consilia domos regias igne rapinæ violentiæ incendunt? Item ibi solent vigere blanditiæ & delectationes, quia scilicet tales regij delicijs & blanditijs solum vacant. Vnde Esai. 7. dicitur Babylonicæ ciuitati. *Ornasti te,* inquit, *regio vnguento, & multiplicasti pigmenta tua.* Item ibi solent vigere gastrimargiæ & epulationes. Vnde de Vria legitur 2. Reg. 11. quod *cibus regius secutus est eum, dormiuitq; ante portas domus regiæ.* Et tamen constat quod occasione illius dormitionis fuit mors ipsius machinata. Sic igitur patet, quod est dare regium temporale, quod est vanum & transitorium.

C ¶ Secundo dico, quod est dare regium virtuale, quod est sanum & meritorium. Et sic dico, quod illi dicuntur regij vel regales, qui scilicet Christo regi cœlesti sunt dedicati, vel ipsius regijs virtutibus sunt dotati. Illa etiam bona regia dicuntur vel regalia, quæ scilicet sunt magnifica & honesta, & à Christo rege regum data, & ex ipso dependentia & concessa. Siue igitur nos agamus de supremis, siue regalibus, seu regijs, dico, quod in scriptura reperitur, scilicet,

Regia seruitus,
Regius transitus,
Regius habitus,
Regius affectus,
Regius aspectus,
Regius pastus,
Regius potus,
Regius cœtus,
Regium genus,
Regium munus.

Et sic dico, quod viri iusti & sancti pro tanto dici possunt regij vel regales, quia subsunt sub regis districtu, quia scilicet isti [illegible] seruitute regis Christi viuunt, tibique in statu religionis timoris, vel pœnitentiæ seruiunt atque subsunt dicentes illud Genes. 47. *Emie nos in seruitutem regiam.* Sequitur. *Et læti seruiemus regi.* Item, quia viuunt virtuoso vel regio conuictu, vita enim virtuosa, vita est regia & gloriosa, de qua scilicet dicitur Num. 21. *Via regia gradiemur, non declinabimus ad dexteram aut sinistram.* Item quia pollent regio contextu, hoc est dictum, sancta & honesta conuersatione, quia scilicet honesta conuersatio est regius habitus regis Christi. Vnde de quolibet sancto & honesto viro potest dici illud Esther 8. *Mardochæus autem de palatio ac de cõspectu regis egrediens, fulgebat vestibus regiis, hyacinthinis & aereis, coronam auream portans in capite, & amictus pallio serico atque purpureo.* Item quia parcunt regio affectu, quia scilicet viri perfecti debent habere pium & regium animum, faciliter indulgendo. Exemplo regis Assueri, de quo dicitur Est. 8. quod *sceptrum regium aureum protendit, scilicet, ad Esther,* quo signum clementiæ monstrabatur. Item placent regio aspectu. Isti enim habent aspectum regium, authenticum videlicet & honestum. Vnde Dan. 1. dicitur: *Dentur,* inquit, *nobis legumina ad vescendum, & aqua ad bibendum & contemplare vultus nostros, & vultus puerorum qui vescuntur cibo regio, &c.* Item quia cibantur de regio pastu, scilicet sacramento altaris. Vnde 2. Reg. 11. *Secutus est eum cibus regius* Et illud supra dictum. *Puerorum qui vescuntur cibo regio.* Item quia *potantur de regio gustu seu potu,* scilicet sanguine pretioso Christi Esther 1. *Vinum quoque magnificentia regia dignum erat.* Item quia sociantur à regio cœtu, hoc est dictum, à d[illegible] & honesta iustorum societate. Vnde de rege Assuero dici[illegible] Esth. 6. quod *ipse interrogauit sapientes, qui ex more regio semper ei aderant.* Item quia extolluntur regio genere 1. Pett. 2. *Vos estis [illegible] electum, regale sacerdotium.* Et Dan. 1. *Ait,* inquit, *rex præposito eunuchorum, vt introduceret de filiis Israel & de semine regio,* scilicet [illegible] ter in paradisum, vt scilicet illis dicatur quod dictum est [illegible] 10. de regina Saba, id est, de anima beata, *quod rex Salomon,* Christus *dedit ei omnia, quæ voluit & quæ petiuit, exceptis [illegible] quæ vltro obtulerat ei munere regio.* Sic igitur patet; quod est dare [illegible] tuale, quod est sanum & meritorium. ¶ Tertio dico, [illegible] D dare regium æternale, quod est dignum & permansiuum & istud certe signat bona & dona regia gloriæ paradisi, [illegible] de anima beata & Christo rege & sponso suo dicatur illud [illegible] e rege Assuero & regina Hester dicitur Hest. 15. *Cumque [illegible] x) Hester regio fulgeret habitu, stetit contra regem, vbi [illegible] solium regni, indutus vestibus regiis, auroque refulgens.* Et sic [illegible] patet, quod est dare quoddam regium quod est æternale, quoddam regium quod est virtuale, quoddam regium quod est temporale Et hæc sufficiant pro præsenti.

**Regio.** Nota, quod Regio inuenitur multiplex in scriptura, dicitur Regio Viatorum, Perfectorum, Beatorum, Peccatorum, Vitiorum, & Meritorum, Tormentorum. A Regio viatorum est vita temporalis. Ista est enim regio in quam missus est Adam peregrinari post peccatum Ruth 1. *Abijt homo de Bethlehem, vt peregrinaretur in regione Moabitide.*

¶ Regio perfectorum est vita spiritualis, & ista est regio religionis vel ecclesiæ, vel sanctæ scripturæ, in qua scilicet viri perfecti habitant & meditantur. Ista est regio de qua dicitur Ioan. 11. quod *Iesus abijt in regionem iuxta desertum.* Ista est regio ad quam venit Dei filius per incarnationem accipere sibi regnum, & recuperare possessionem animarum Lucæ 19. *Homo quidam nobilis abijt in regionem longinquam, accipere sibi regnum.* Ista est re- B

est regio in qua sancti sicut spirituales mercatores merces virtutum portauerunt, & lucrum meritorum & præmium reportauerunt. Quia sicut dicitur in Psal. 104. *Dedit illis regiones gentium & labores populorum possidebunt.*

C ¶ Regio beatorum est patria supernalis, & ista est illa regio, vbi sancti post huius vitæ labores quiescunt: de qua in Psal. 114. dicitur: *Placebo Domino in regione viuorum.*

D ¶ Regio peccatorum est patria mundialis, & ista est regio quam alter alteri aufert violenter, & in qua vnus multa mala facit & infert, de qua Esa. 1. *Regionem vestram coram oculis vestris alieni deuorant.* Ista est regio quæ quamuis peccatoribus sit deliciosa, est tamen ipsis damnabilis & periculosa, sicut de Loth legimus, quod *ipse eleuatis oculis vidit omnem regionem circa Iordanem, quæ vniuersa irrigabatur aquis.* Et sequitur, quod *ibi fuit paulo post captus & captiuatus.*

E ¶ Regio vitiorum & meritorum est habitatio cordialis, & ista est de qua dicitur Esaiæ 9. *Habitantibus in regione vmbræ mortis lux orta est eis.* Regio enim vmbræ mortis est excæcatio cordis, vbi lux spiritualis oritur, quando expulsis vitiis gratia subintrat.

F ¶ Regio damnatorum est habitatio infernalis. Et de ista potest dici illud Ioelis 1. *Flamma succendit omnia ligna regionis.* Ista igitur de regione sufficiant. Vide de regno, de patria, de habitatione, de ciuitate & aliis similibus titulis locum vel patriam significantibus.

## A Regnum. Regnare.

Nota breuiter, quod in scriptura multiplex regnũ inuenitur, tam in bono quã in malo. In bono enim inuenitur regnum

Superius,
Inferius,
Interius,
Exterius.

Primum est regnum ecclesiæ triumphantis,
Secundum est regnum ecclesiæ militantis,
Tertium est regnum animæ, vel conscientiæ virtuosæ,
Quartum vero est regnum scripturæ vel sapientiæ luminosæ.

In primo regno regnant beati,
In secundo regno regnant prælati,
In tertio regno regnant deuoti,
In quarto regno regnant edocti.

Ista enim sunt quatuor regna Dei, videlicet Patria, Ecclesia, Anima, & Scriptura. Regnat enim Deus in patria, sicut rex in conuiuio, de quo Lucæ 14. *Beatus qui manducabit panem in regno Dei.* Regnat Deus in Ecclesia, sicut rex in exercitu seu prælio, de quo Hier. 23. *Regnabit rex, & sapiens erit, & faciet iudicium & iustitiam in terra.* Regnat Deus in anima, sicut rex in camera seu in palatio 3. Re. 2. *Salomon sedit super thronum, & firmatũ est regnũ eius.* Regnat etiam Deus in scriptura, sicut rex in secreto consilio, & de hoc Mich. 4. *Regnabit Dominus super illos in monte Sion.* Et breuiter ista sunt regna, quibus loquitur Dauid in Psal. 67. *Regna terræ cantate Deo, psallite Domino.* Et ideo sicut legitimi hæredes regni naturaliter habent affectum & appetitum ad regnum, sic cum nos simus hæredes & successores istius quadruplicis regni Dei, (Iacob. 2. *Hæredes regni quod repromisit, &c.*) debemus istud regnũ diligere & appetere, & ad ipsum totis affectibus anhelare, iuxta illud Matth. 6. *Primum quærite regnum Dei.* Nam

Regnum gloriæ est quærendum, vt occupetur,
Regnum ecclesiæ est quærendum, vt gubernetur,
Regnum animæ est quærendum, vt reparetur,
Regnum scripturæ est quærendum, vt contempletur.

Et ideo breuiter de isto regno quadruplici exponamus illud Luc. 13. *Videbitis Abraham, Isaac, Iacob, & omnes prophetas in regno Dei.* Vbi ostenditur, quod (dictum est) Deus habet quadruplex regnum, quod à nobis diuersimode est quærendum, videlicet regnum

Beatorum,
Prælatorum,
Perfectorum,
Discretorum.

Beati enim regnant in patria. Et isti sunt Isaac, qui interpretatur risus. Prælati regnant in ecclesia, & isti sunt Abraham, qui interpretatur pater multarum gentium. Perfecti regnant in propria conscientia, & isti sunt Iacob, id est, supplantator, scilicet diaboli. Discreti regnant in scripturæ sapientia, & isti sunt prophetæ.

*Diction. Berchorij.*

B ¶ Primo ergo dicimus, quod est vnum regnũ paradisi, quod datur intelligi per Isaac, qui interpretatur risus seu gaudium pro eo quod illi qui sunt illic, sunt in perpetuo gaudio atque risu. Psal. 96. *Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ.* Gen. 21. *Vocauit Abraham nomen filij sui Isaac, dicens, Risum fecit mihi Dominus.* Et possumus notare, quod istud regnum est affectandum multiplici ratione, videlicet, quia habet semper

Interminabilem seu durabilem æternitatem,
Indefectibilem fertilitatem,
Imperturbabilem tranquillitatem,
Inoffuscabilem claritatem,
Inæstimabilem amœnitatem,
Indepressibilem auctoritatem.

Quod enim sit æternitas interminabilis, patet Dan. 7. vbi dicitur *potestas eius, potestas æterna, & regnũ eius non corrumpetur.* Et Dan. 3. *Regnum eius regnum sempiternum.* Item quod ibi sit fertilitas indefectibilis, patet in illo verbo Luc. 14. *Beatus qui manducabit panem in regno Dei.* Ideo de pauperibus dicitur Matth. 5. *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum.* Sequitur. *Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.* Item quod ibi sit tranquillitas imperturbabilis, patet Luc. 12. vbi dicitur: *Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum.* Itẽ quod ibi sit claritas seu formositas inoffuscabilis, patet Matt. 13. vbi dicitur: *Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum.* Item quod ibi sit iucunditas incontristabilis, & amœnitas inæstimabilis. Patet Sapient. 5. vbi dicitur, quod *sancti accipient regnum decoris, & diadema speciei de manu Domini.* Item quod ibi sit auctoritas indepressibilis, patet in psalmo 102. vbi dicitur: *Regnum ipsius omnibus dominabitur.* Istud est regnum superius, quod est affectandum.

C ¶ Secundo dico, quod in scriptura inuenitur regnum inferius, quod est gubernandum, & istud est regnum ecclesiæ militantis, quod nullus debet appetere vt præsit, sed solum vt prosit, vt scilicet, sibi possit dici illud 3. Regum 21. *Grandis auctoritatis es, & bene regis regnũ Israel.* Et hoc ostenditur cum dicitur *Abraham*, qui interpretatur pater multarum gentium, significans prælatos, qui in regno ecclesiæ principantur, qui scilicet patres spirituales merito nuncupantur. Luc. 1. *Sicut iurauit ad Abraham, patrem nostrum, daturum se nobis.* Et nota, quod in isto regno debet esse

Iustitiæ rectitudo,
Innocentiæ mitudo,
Perseuerantiæ longitudo,
Pœnitentiæ arctitudo,
Concordiæ quietudo.

De iustitia dicitur Esa. 32. *Ecce in iustitia regnabit rex.* De innocentia dicitur Matth. 19. *Sinite paruulos venire ad me, talium est enim regnum cælorum.* De perseuerantia dicitur Luc. 9. *Nemo mittens manum ad aratrum & respiciens retro, aptus est regno Dei.* De pœnitentia dicitur Matth. 3. *Facite pœnitentiam, appropinquauit enim regnũ cælorum.* De concordia dicitur 3. Reg. 3. *Confirmatum est regnum in manus Salomonis*, qui sc. interpretatur pacificus. Istud est regnum inferius, quod est gubernandum. Abraham inquit.

D ¶ Tertio dico, quod in scriptura inuenitur regnum interius quod est reformandum, & istud est regnum potentiarũ animæ & appetituũ corporis, & desideriorum corporalium sensuum. Ista enim simul iuncta faciunt vnum regnum, in quo nullus nisi perfectus dominatur ad plenum. Vnde Senec. epistola 37. *Multos reges, si te ratio rexerit.* Et isto regno dicitur Luc. 17. *Regnum Dei intra vos est.* Iacob inquit, qui scilicet interpretatur supplantatur, & qui etiam fuit luctator, quia scilicet illi qui sunt Iacob, id est, illi qui sciunt diabolum deludere & supplantare, & qui contra propria desideria sciunt luctari, sciunt in anima sua spiritualiter regnare, & suis appetitibus imperare. Et istud est illud regnum, de quo dicitur ad Rom. 14. *Non est regnum Dei esca & potus.* Quia scilicet illi qui volunt escis & potibus indulgere, nunquam possunt in regno animę imperare, quia videlicet non per carnis delectationes, sed *per multas tribulationes oportet nos regnum cælorum intrare.* Act. 14. Iacob inquit Luc. 1. *Regnabit in domo Iacob in æternum.* Et ideo de isto regimine siue regno dicit Origenes, & habetur in glo. *Rex, inquit, à regendo dictus est. Si ergo animus rite regnat, & corpus obtemperat, si ostia fræno sobrietatis premat, merito rex vocaris, quia iuste te regis, & affectus talis vt digne ad audienda verba rex voceris.* Istud est ergo regnum interius, quod est reformandũ.

Et secundum istum modum regnandi quilibet viri iusti dicuntur

tor regnum & reges, iuxta illud Apocal. 1. *Fecisti nos Deo nostro regnum*. Et secundum illud commune. *Seruire Deo, regnare est*.

E ¶ Quarto vero dico, quod est regnum exterius, quod est habitandum. Et istud est regnum sacræ scripturæ & fidei Christianæ, quod designarunt per prophetas, quia sc. Deus *multifarie loquens patribus in Prophetis, i. e. in scriptura Prophetarum, &c.* Heb. 1. Et de isto regno dicitur Luc. 13. *Multi venient ab oriente & occidente, & recumbent cum Abraham, Isaac & Iacob in regno cælorum, filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores*. Tenebras, inquit, i. e. in cæcitatem & obstinationem æternam. Istud est enim regnum, quod perdiderunt Iudæi, & translatum est ad gentes, quia sicut dicitur Eccl. 10. *Regnum transfertur de gente in gentem propter iniustitias, iniurias, contumelias, & diuersos dolos*. Vnde Matth. 21. *Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius*. Istud igitur est quadruplex regnum, sc. Scripturæ, Animæ, Ecclesiæ & Patriæ.

F Et sic dico, quod regnum accipitur in bono. ¶ Sed adhuc dico, quod regnum accipitur in malo. Et sic dico, quod est triplex malum regnum, sc. Regnum

Eminentiæ temporalis,
Conscientiæ criminalis,
Pestilentiæ infernalis.

Regnum { Temporale est regnum tyrannorum,
Criminale est regnum vitiorum,
Infernale est regnum damnatorum.

Regnum tyrannorum est transitorium. Et de hoc dicitur Dan. 2. quod *Deus mutat tempora, & ætates, transfert regna atque constituit*. Regnum vitiorum est infectorium, quia sc. quando vitia in anima regnant & dominantur, omnes virtutes ipsius corrumpuntur. Ideo dicitur Rom. 6. *Non regnet peccatum in mortali corpore vestro, vt obediatis concupiscentiis eius*. Regnum damnatorum est afflictorium. Et de hoc dicitur Apoc. 16. *quod quintus Angelus effudit phialam suam in bestiam, & factum est regnum eius tenebrosum*. Quia scilicet Angelus Christus, quintus potest dici, pro eo, quod ipse supereminet spiritibus, sicut essentia quinta corporibus, phialam veneni suæ indignationis in bestiam, id est, in diabolum effudit, & sic totum regnum inferni triste & tenebrosum fuit. Et de hoc dicitur in Ps. 78. *Effunde iram tuam in gentes, quæ te non nouerunt, & in regna, quæ nomen tuum non inuocauerunt*. Et sic dico,

G quod in scriptura inuenitur triplex malum regnum. ¶ Sed de temporali regno possumus ad hoc notare, quod illud regnum est vituperabile, sc. propter suam

Instabilem mobilitatem,
Turbabilem diuersitatem,
Terribilem crudelitatem,
Odibilem fallacitatem,
Mirabilem carnalitatem.

Istud enim regnum habet mobilitatem mutabilem, quia scilic. sicut dicitur Eccl. 10. *Regnum transfertur à gente in gentem*. Istud est regnum Tyri, vbi semel accidit, quod serui dominos expulerunt & occiderunt, & loco eorum regnauerunt, sicut ponit Iustinus. Sic vere in regno mundi & præsentis Ecclesiæ mali imperant, serui regnant, domini vero, i. viri iusti & boni seruiunt atque subsunt. Eccl. 10. *Vidi seruos in equis, & principes ambulantes quasi seruos super terram*. Vnde 4 Reg. 2. dicit Adonias: *Meum erat regnum, sed translatum est regnum, & factum est fratris mei*: & Dan. 4. *Regnum tuum transibit à te* & Dan. 5. *Diuisum est regnum tuum, & datum est Persis & Medis*. Item habet diuersitatem turbabilem, quia sc. in regno huius mundi non est pax. Vnde Ps. 45. *Conturbatæ sunt gentes, & inclinata sunt regna*: & Luc. 21. *Surget gens contra gentem, & regnum aduersus regnum*. Item habet crudelitatem terribilem. Vnde Prou. 30. dicitur. *Terra mouetur per seruum cum regnauerit*. Vnde versus:

*Crudelius nihil est humili, cum surgit in altum.*

Item habet fallacitatem cunctis odibilem. Vnde Dan. 11. *Veniet clam, & obtinebit regnum in fraudulentia*. Item habet carnalitatem valde mirabilem, quia hodie in multis regna reguntur per mulieres. Vnde versus:

*Regna regunt vulua, clamat gens tota simul Va.*
*Dedecus est Regi, de muliere regi.*

Ista ergo de regno & de regnare sufficiant. Vide supra de Regere & de Regno, & de Rectitudine, & in titul. Princeps & Ministrare, & in tit. Pugna, quia ibi inuenies de regno & ministerio bonorum & malorum Angelorum, &c.

A **Regredi.** Vide in tit. Reuerti.

**Regula.** Nota, quod regula dicitur à regendo, quia scilicet illud debite regularum dicitur, quod est iuste & debite gubernatum & rectum. Est enim regula idem quod regimen vel mensura. Et si vis dic, quod nos inuenimus Regulam A

Rationis,
Lectionis,
Iussionis.

¶ Regula rationis est in cordiali conscientia, quia sc. quilibet in corde suo habet instinctum & regulam rationis, secundum quam si te regulaueris, non errabis. Ista est enim regula valde recta, ad cuius exemplar si lineas operum tuorum protraxeris, opus rectum & perfectum operaberis. Ad quod monet scriptura Leu. 19. dicens: *Nolite facere iniquum quid in iudicio, in regula, in pondere, in mensura*. Ille enim in regula iniquum aliquid facit, qui contra conscientiam suam agit. Ista est ergo regula rationis, quæ est in cordiali conscientia. ¶ Regula lectionis est in literali sapientia, quia scil. scriptura sacra regula est & doctrina, secundum B quam recte & sancte viuitur in hoc mundo. Figura ad hoc 3. Reg. 6. vbi dicitur, quod *Salomon in templo sculpsit Cherubin & palmas, operuitque omnia laminis aureis opere quadro ad regulam*. Cherubin enim interpretatur plenitudo scientiæ. Palmæ semper virentes significant immortalitatem. Quia pro certo verus Salomon Dominus Deus in templo Ecclesiæ sacram scripturam durabilem & immortalem posuit, vbi plenitudinem scientiæ collocauit, quam certo opere quadro ad regulam fabricauit, inquantum in ipsa omnium virtutum regulas & omnis certitudinis quadraturas signauit: & de ista dicitur Phil. 3. *Idem sapiamus, & in eadem permaneamus regula*. Cuius tamen contrarium faciunt hæretici, qui sc. in ista sacræ scripturæ regula non idem sapiunt cum fidelibus nec in eadem regula permanent cum eisdem. Figurati in illo Achior, *qui abscondit regulam auream, propter quod populus Israel cecidit in prælio, & ideo lapidatus est*. Quia enim istam regulam auream scripturæ diuinæ & ipsius veritatem hæretici celant & abscondunt, imo etiam male interpretando confundunt & sic populi Israel decipiendo cadere ante hostes suos dæmones per diuersos errores faciunt, ideo propter hoc ipsi finaliter in inferno pereunt & succumbunt. Non sic, sed sequamur veram regulam lectionis, quæ est in literali sapientia, iuxta illud 2. Cor. 10. *Spem, inquit, habentes crescente fide vestra, in vobis magnificari secundum regulam nostram*. ¶ Regula iussionis est in fraternali seu in virtuali C obseruantia. Et ista certe regula Ecclesiæ vel religionis, quæ stat in obseruantia mandatorum, quam sc. qui professus semel fuerit, perpetuo seruare debebit, quam si digne seruauerit, æternæ vitæ præmium reportabit, iuxta illud Gal. 6. *Quicunque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos, & misericordia super Israel Dei*. Quod nobis concedat, qui viuit & regnat.

**Religio. Religiosus.** Nota quod religio nihil aliud est, quam status hominum perfectorum sub certis mandatis & regulis Deo famulantium. Et dicitur religio à religo, gas, quia sc. illi, qui in baptismo ad fidei cognitionem obligantur & ligantur, in religione ad morum perfectionem voluntaria astringuntur & per certa vincula votorum ibidem fortius religantur. Et breuiter, religio debet esse in mundo, sicut turris fortior & altior in castro. Quia sicut illi, qui in ciuitate vel in castro tuti non sunt, ad turrim pro securitate refugiunt, sic infirmi, qui in mundo à diabolo timent capi, ad turrim religionis accedunt. Ibi enim à longe conatus hostium speculantur, ibi tutius viuitur, & ibi securius habetur. Ista est enim sicut turris Libani, quæ respicit contra Damascum, mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium. Breuiter igitur nos possumus notare, quod status talis est tanquam securior eligendus propter multas laudabiles virtutes, quæ ibidem esse noscuntur. Et istæ proculdubio sunt, scilicet, virtus

Castitatis,
Paupertatis,
Humilitatis,
Communitatis,
Taciturnitatis,
Habitus vilitatis.

Ista sunt enim quædam spiritualia ligamina, quibus homo ligatus religiosus. Nam

Castitas ligat luxuriam,
Paupertas ligat auaritiam.

Obedien-

Obedientia & humilitas ligat superbiam,
Communitas ligat inuidiam,
Parcitas ligat gulæ immunditiam,
Charitas ligat iracundiam,
Taciturnitas ligat oris insolentiam,
Operositas ligat acediam,
Habitus vilitatis ligat inanem gloriam.

Ista sunt ligamina, quibus religauerunt sancti patres pueros & subditos suos in cunabulo Ecclesiæ vel religionis, ne semper vitia defluerent, sed vt intra disciplinæ limites persisterent & manerent.

B ¶ Dicamus ergo primo de virtute floridæ castitatis. Ista est enim spiritualis virtus & religiosorum, quia sicut apes, quæ communiter in eodem alueari morantur, perpetuam castitatem seruant & nunquam carnaliter cohabitant, nec immundas aut fœtidas sedes libenter visitant aut frequentant: sic vere religiosi, qui communiter habent viuere, debent castitatem perpetuam tenere, omnia immunda & carnalia fugere, & nunquam se per carnis vitium maculare. Et ideo dicitur Iac. 1. *Religio munda & immaculata apud Deum hæc est, immaculatum se custodire.* Et ideo Cyprianus lib. de 12. abusionibus dicit, quod *pudicitia seu castitas est ornamentum nobilium, exaltatio humilium, nobilitas ignobilium, pulchritudo vilium, solamen mœrentium, augmentum pulchritudinis, decus religionis, minoratio criminum, multiplicatio meritorum, amica creatoris omnium.* Ista autem proculdubio sunt hodie contra multos, similes columbis, quæ quamuis in communitate viuant, & quamuis sub eiusdem columbarii ambitu redeant, sunt tamen aues vltra modum luxuriosæ & immundæ, intantum, quod etiam tempore senectutis etsi operari non valeant, tamen osculari nõ cessant. In quo notatur quod non omnes illi, qui in collegiis & cœnobiis viuunt, casti sunt, quinimo multi sunt, qui vltra modum luxuriæ & immunditiæ non solum in iuuentute, sed etiam in senectutis tempore se submittunt, sicut ad præsens patet de religiosis infinitis, qui plus vacant hodie voluptati, quam castitati, plus luxuriæ quam continentiæ vel religioni, & h. e. quia luxuria domina mundi tantæ est improbitatis, quod vbique se ingerit. Reserat enim palatia principum, penetrat cameras prælatorum, possidet aulas clericorum, subuertit curtus contemplatiuorum, rumpit cellulas religiosorum. In senibus enim fumigat, in iuuenibus militat, in mulieribus imperat. Quid plura? totum fœdat, totum inficit, totum aquis diluuii consumit ista domina luxuria. Patet igitur, quod religiosi debent habere vir-

C tutem floridæ castitatis. ¶ Secundo dico, quod ipsi debent habere virtutem intimæ paupertatis, quia scilicet religiosi debent esse pauperes voluntarii, & omnia bona temporalia debent vilipendere, & a mente sua totaliter abdicare. Exemplo apum, quæ stercora sua volitando eiiciunt, ita quod ad alueare suum ipsa nunquam portant neq; deferunt. Columbæ & hirundines dicuntur de nidis stercora sua eiicere, & ad hoc suos filios edocere. Sic vere religiosi, quando alueare religionis sunt ingressuri, debent omnia stercora diuitiarum dimittere, & ipsa a nido cordis sui, quantum ad amorem & desiderium, totaliter abdicare. Vnde dicit Cæsarius in admonitione 25. quod ad perfectionem religionis pertinet subiectione & abiectione gaudere, paupertatis studium quærere, & non solum facultates, imo etiam voluntates de cordibus extirpare. Nihil enim habere, interdum necessitatis est, nihil autem cupere, est virtutis. Et ista sunt contra multos religiosos, qui magis sunt ad temporalia inclinati, & in amore temporalium inuoluti, quam alii, qui sunt in sæculo nutriti, similes vpupæ, quæ de nido stercora non eiicit, imo ipsa ibidem aggregat & dimittit. quia sc. tales stercora diuitiarum non eiiciunt, nec relinquunt, sed in nido cordis & hospitii sui ipsa per auaritiam accumulãt & dimittunt, intantum, quod multi, qui paupertatem professi sunt, ditiores in claustro fiunt, quam essent, si in sæculo remansissent. Quod bene apparet in religiosis, qui deberent semper stare in claustro, & in ecclesia ad deuotionem & orationem, assimilantur formicis aggregantibus corporalia & conuersis, qui deberent facere temporalia, & congregare in horrea pro monachis, modo sunt grilli, quia stant iuxta monasterium ad seruitium, monachis vagantibus ad exteriora, de quibus Hieron. in epist. ad Heliodor. *Multi, inquit, sunt ditiores monachi, quam fuerant sæculares & sub Christo paupere opes possident, quas sub diabolo locuplete non habebant. Suspiret ergo eos religio diuites, quos mundus habuit indigentes.* Non sic ergo, sed habeant

D religiosi virtutem intimæ paupertatis. ¶ Tertio dico, quod isti debent habere virtutem obedientiæ & humilitatis. Obedientia n. est propria virtus religiosorum, qui propriæ voluntati renunciant, & voluntati prælatorum se subiugant. Exemplo apum, q̃ miro modo obediunt regi suo, ipsumq; præcedentem sequuntur, & ipsum fatigatum deferunt, & ei obsequuntur: sic religiosi miro modo debent regi, i. prælato suo obedire, & ipsum patienter & humiliter supportare. Vnde Bernard. in quodam serm. dicit, quod *in religione viuendum est ordinate, socialiter & humiliter.* Ordinate, s. quantum ad se; socialiter, quantum ad proximum, humiliter, quantum ad Deum & prælatum. Quæ tamen sunt contra multos religiosos, qui prælatis nolunt obedire, sed contrarie, non eis obsequi, sed eos persequi, nõ sub ferula laborare, sed vndiq; sine regula diuagari. Similes vapori igneo in ventre nubis detento, qui dedignans ibi manere, & cæteris ad libertatẽ appetens exire, nubem rumpit, & exterius fulminando oculos intuentium valde lædit, quia sc. tales in ventre nubis, i. in claustrali obedientia morari non curantes religionẽm rumpunt, exterius vagando exeunt, & coruscatione malorum exemplorum oculus intuentium valde lædunt. Contra quos loquitur Bern. super Cant. serm. 10. *Non, inquit, est hæc contenta Christi vita, non sufficit vobis regulare ieiunium, solennes vigiliæ, imposita disciplina, priuata præfertis communibus, & illam, quam nobis semel subiecisti, sc. propriam voluntatem iterum habetis magistram. Nonne ista est, quæ docet nos, naturæ non parcere, rationi non quiescere, seniorum exemplis & consiliis contraire nobis etiam non parere, cum tamen melior sit obedientia quam victima, & vt nostra testatur regula quicquid sine patris spiritualis mandato fit, vanæ gloriæ deputabitur, non mercedi.* Debent ergo habere virtutem obedientiæ & humilitatis. ¶ Quarto dico, quod isti debent habere virtutem amicitiæ & communitatis, quia s. apes cõmune habent exercitium, communem regem & dominum. Sic religiosi *omnia debent habere cõmunia* Act. 4. Et specialiter ad bonos religiosos pertinet habere communem vitam, non partialẽ, quia s. vita partialis semper habet aliquid de hypocrisi, vel de vana gloria intermixtum. Quia pro certo vita cõmunis religionis cuicunq; perfecto satis est ardua, & cuicunque infirmo satis est congrua. Vnde Hugo de claustro animæ li. 1. dicit sic: *Abundans est pauperi religio, mediocri sufficiens, tolerabilis diuiti, infirmis larga, delicatis compatiens fortioribus moderata pœnitentib. misericors, peruersis seuera, bonis optima. Hæc sunt, inquit, beneficia religionis.* Quod est cõtra multos, qui vitam communem nolunt tenere, & maxime contra illos, qui in diuersitate lauti victus, dissoluti gestus, curiosi habitus, amœni cantus, & omnis superflui actus student, quanto plus possunt, a communi conuictu aliorũ totaliter deuiare. Contra quos Hugo de 12. abusionib. dicit sic: *Sunt quidam, qui mentis vagi oculis attoniti, habitu dissoluti, aliud cantant, aliud cogitant. in hoc choro sunt corpore, in foro mente, nunc intus sunt, nunc foris exeunt &c.* Non sic ergo, sed sit in ipsis regula communitatis.

¶ Quinto dico, quod in eis debet esse silentium magnæ taciturnitatis. Apes enim certis horis silentium dicuntur seruare, & non nisi vsque ad crastinum, postquam licentiam surgendi habuerint, amplius strepere vel aliqualiter murmurare non audent: sic & boni religiosi silentium seruant, & non nisi cum licentia vel pro necessitate debita locutionibus vacant. Apoc. 8. *Factum est silentium in cœlo trib. horis &c.* Quamuis de multis dicat Cæsarius admonitio. 28. quod *nihil prodest in habitatione silentium si in cogitatione sit vitium.* Nec valet exterior serenitas, si in corde vel animo sit tempestas. F

¶ Sexto dico, quod in religione debet esse habitus magnæ vilitatis, & etiam cibus magnæ sobrietatis. Exemplo formicarũ, quæ in congregatione viuunt, quæ habent coloris deformitatẽ, quantum ad vilitatis habitum; penitus strictam tenuitatem, quantum ad sobrietatis victum; laboris continuitatem, quantum ad sedulitatis actum. Et ideo dicit Euseb. in serm. quod *verus religiosus debet esse neglector quietis, fugax voluptatis, appetitor laboris patiens abiectionis, impatiens honoris, pauper in pecunia, diues in conscientia, humilis ad merita, superbus ad vitia.* Quæ tamen proculdubio sunt hodie contra multos, qui re vera in religione non diligunt sobrietatem, sed ebrietatem; non habitus vilitatem, sed curiositatem; non laboris sedulitatem, sed magis quietis & lasciuiæ voluptatem. O Deus, vbi sunt hodie religionis pristini professores, eremorum frequentatores, delitiarum corporis contemptores, diuitiarum sæculi relictores, cœlestium contemplatores, disciplinæ & pœnitentiæ sectatores, & Dei solius amatores, & sub asperitate & vilitate habitus, Domini seruitores? Pauci sunt enim hodie in claustro tales, quia pro certo G

modo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearum, vt scribitur Thren. 4 *Modo enim non est, qui consoletur Hierusalem ex omnibus charis eius, quia hodie facta est quasi vidua domina gentium, princeps prouinciarum facta est sub tributo* Teste enim Prospero libro de vita contemplatiua, *quidam ad religionem conuersi, ex pristinis moribus nihil abijciunt, quia scilic. non mutantur mente, sed veste, non actu sed habitu, non opere, sed sermone.* In religione enim sæculariter viuunt, opinionem virtutis pro virtute quærunt, prædicant magna, nec faciunt; accusant vitia, nec deponunt, publice sibi displicere simulant, quod occulte committunt. Quid plura? Magni student non fieri, sed videri. Non sic, charissimi, sed habeat religiosus in habitu vilitatem, in verbo taciturnitatem, in conuictu communitatem, in obedientia humilitatem, in mente paupertatem, in carne continentiam & castitatem. Et sic erit religiosus, idest, virtutibus & spiritualibus vinculis religatus. Sufficit. Vide de prædictis virtutibus in titulis suis. Item vide de iusto & de perfecto &c.

A **Relinquere.** Nota, quod relinquere sumitur in bono & in malo, quia s. malum est relinquere bona & bonum, relinquere mala. Et est relinquere idem, quod dimittere, fugere, spernere, abijcere, &c. similia. ¶ Et possumus breuiter notare, quod in scriptura inuenitur

Relinquere {
- Virtuosum,
- Vitiosum,
- Fructuosum,
- Dolorosum,
- Amorosum,
- Gloriosum,
- Periculosum.

Virtuose enim relinquit sanctus iniquitatem. Eccles. 17. *Conuertere ad Dominum, & relinque peccata tua.* Vitiose relinquit iniustus bonitatem Prou. 2. *Relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebrosas.* Fructuose relinquit iustus post se bona documenta & exempla. Dolorose relinquit diues prosperitatem, & hoc est in morte, quando relinquent alienis diuitias suas, & sepulchra illorum domus eorum in æternum. Amorose relinquit Deus hæreditatem, sc. Paradisi, quando fuit incarnatus Hier. 12. *Reliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam, dedi dilectam animam meam in manu inimicorum eius.* Gloriose relinquit beatus mortalitatem, videlicet, quando in morte relictis temporalibus anima anhelat ad æterna, dicens illud Ioan. 16. *Exiui à patre, & veni in mundum, & iterum relinquo mundum, & vado ad patrem.* Periculose relinquit Deus fragilitatem, quia sc. si Deus propter peccatum relinquit hominem sibiipsi, statim cadit. Vnde Ezech. 6. *Qui relictus fuerit obsessus, fame morietur.*

B ¶ Dicamus ergo primo, quod est quoddam relinquere virtuosum. Et istud est illud, quo viri sancti relinquunt illa, quæ suę contraria sunt saluti. Naturale est enim animalibus aliquibus præsentire pericula, & ipsa relinquere & fugere toto posse, sicut de equis pluries est expertum. Sic homo, qui peccata sua scit sibi esse valde periculosa, debet ipsa relinquere, & ne propter ipsa pereat, refutare. Exemplo castoris, qui propria membra, sc. testes, venatori relinquit, propter quæ imminere periculum sibi sentit. & sic venatoris periculum effugit & euadit. Quia, sc. homo videns sibi imminere periculum mortis spiritualis & æternæ, debet omnia illa propter quæ sibi imminet, relinquere, vt sic possit periculum euitare, iuxta illud Prou. 28. *Qui confessus fuerit & reliquerit peccata sua, misericordiam consequetur*, sicut de Apostolis legimus Matth. 4. quod *relictis retibus & patre, secuti sunt dominum.* In quibus verbis ostenditur, quod tria sunt, quæ sunt principaliter relinquenda, videlicet,

Anxiæ sæculi facultates,
Noxiæ corporis voluptates,
Propriæ cordium voluntates.

Mundi facultatem probat dictio alligatiua. (Retibus,)
Carnis voluptatem probat dictio generatiua (Patre,)
Cordis voluptatem probat optio prosecutiua. (Secuti sunt Dominum)

Homo enim alligatur à sæculi facultatibus. Et hoc ostenditur cum dicitur. *Retibus.* Homo etiam generatur ex corporis voluptatibus, & hoc ostenditur per vocabulum *Patre.* Homo insuper famulatur cum animi voluntatibus, & hoc ostenditur cum dicitur. *Secuti sunt dominum*

Per rete ergo intelligitur sæculi facultas,
Per patrem intelligitur corporis voluptas,
Per consecutionem intelligitur animi voluntas.

¶ Et breuiter dico, quod relinquere debemus
Anxiam rerum possessionem: quæ notatur per rete.
Noxiam carnis infectionem: quæ notatur per patrem.
Propriam mentis affectionem: quæ notatur per hoc quod dicitur, Secuti sunt Dominum.

Sequi enim alium quam se, signum est, quod hoc est contra propriam voluntatem.

¶ Igitur relinquamus rerum anxiam possessionem, quod ostenditur cum dicitur. *Relictis retibus.* Mundi enim possessiones & bona sunt quædam retia, quibus in hoc mari magno & spatioso piscator diabolus per auaritiam homines cepit, ipsosque per malam consuetudinem taliter inuoluit. quod ad litus inferni ipsos pertrahit & perducit Abacuc. 1. *Facies homines sicut pisces maris, & sicut reptilia non habentia ducem, totum in hamo suo sublevauit: traxit illud in sagena sua, & congregauit in rete suum.* Talia enim retia sunt relinquenda, & à prudenti animo contemnenda. C Exemplu cuiusdam piscis qui dicitur mugil, qui per mare discurrens, vbi rete piscatoris sentit, ita fortiter in oppositum resilit & recedit, quod dum ante se rete relinquit, à periculo se liberat & euadit. Quia vere dum retia ista, sc. mundi bona videmus ante nos, non debemus illuc per desiderium fortius impingere sed per contemptum ipsa refugere & relinquere, & retrorsum ad considerationem illorum, quæ primo retro nos veniunt, scilicet; mortis, iudicij & inferni, toto conatu animi nos transferre, & ita poterimus auaritiæ periculum euadere, & à diaboli insidijs nos saluare Relictis inquit retibus Marc. 1. *Relictis retibus secuti sunt eum.* Figurati Gen. 39. vbi dicitur, quod *Ioseph relinquens pallium in manu mulieris, qua tenebat eum, & ad peccatum inducere volebat fugit, &* peccatum luxuriæ & proditionis euasit, propter quod super totum regnum postmodum præfectus fuit. Diabolus enim dicitur mulier, propter malitiam, quia *breuis omnis malitia super malitiam mulieris* Eccles. 25. Bona mundi dicuntur pallium, quia exterius nos operiunt, & quia nos calefaciunt per auaritiā. Sed pro certo dum istud pallium per contemptum relinquitur multiplex peccatum vitatur, & regni cœli solium impetratur. Vnde Christus discipulis suis quærentibus Matth. decimo nono, & dicentibus, *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis?* legitur respondisse. *Omnis qui reliquerit propter me domum, patrem, matrem, sororem, fratres, vxorem, filios & agros, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.* Relictis ergo retibus, id est, contemptis bonis temporalibus. Quod est contra multos, qui ista retia non relinquunt, sed ipsa pro viribus reparant & reficiunt, & in eis, quod peius est, per auaritiam se inuoluunt, iuxta illud Iob 18. *Immisit in rete pedem suum, tenebitur planta eius laqueo.* Pisces enim habent visum valde obscurum, & ideo *in rete* facilitet capiuntur. Aues vero, quæ visum naturaliter habent clarum, in reti non faciliter inuoluuntur, nisi forte de nocte, quando ab ipsis retia non videntur. Et ideo dicitur Prouerbior. primo, quod *frustra iacitur rete ante oculos pennatorum, ipsi enim* contra sanguinem suum insidiantur. Sic vere illi, qui sunt pisces fragiles & defectuosi, qui scilicet, visum discretionis habent debilem & obscurum, in talia retia faciliter per cupiditatem impingunt. Illi vero, qui visum discretionis habent clarum, & qui pannis contemplationis sursum tendunt, tales dico talia retia præcauent, fugiunt & relinquunt. ita quod quilibet talis & de se, & de alijs potest dicere illud Psalm. *Cadent in retiaculo peccatores.* Relinquamus igitur rerum anxiam possessionem 1. Machab. 2. *Relinquebant quæcunque habebant in ciuitate.* Et procul dubio charissimi relinquere temporalia quantum ad affectum, non debet esse nobis graue: cū certi simus, quod infra breue siue velimus, siue nolimus, necesse erit nobis omnia in morte dimittere, Eccles. 11. *Nescis,* inquit, *quod vita prætereat, & mors appropinquet, & relinquas omnia alienis.* Et Ecc. 14 *Relinques alienis labores tuos.* Præueniamus ergo voluntate necessitatem, & relinquamus mentaliter (vt dictum est) rerum anxiam possessionem. *Relictis,* inquit, *retibus.*

¶ Deinde dico, quod nos debemus relinquere carnis noxiā D voluptatem seu infectionem, quæ ostenditur cum dicitur *Patre* quia, scilicet, carnis voluptas est ille pater, qui producit & generat vniuersos. De quo Ezech. 16. *Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa.* Talem ergo patrē, sc. carnis voluptatem & infectionem,

ne debemus relinquere & horrere Genesis 2. *Propter quod relinquet homo patrem & matrem suam*, id est, corpus & carnem & omnem carnis infectionem, *& adhærebit vxori suæ*, id est, gratiæ & virtuti. Sicut enim dicit Saluator. *Qui diligit Patrem suum, & matrem suam plus quam me, non est me dignus*. Matth. 10. & Luc. 14. Relicto ergo patre, id est, relicta omni carnali infectione, & omni carnali affectione. Vnde 2 Es. 4. *Homo patrem suum relinquet*. Quod est contra illos, qui non possunt relinquere carnis infectionem sicut sunt viles & luxuriosi, nec carnalis parentelæ excessiuam affectionem, sicut sunt multi Ecclesiastici Prælati, qui sunt vltra debitum circa parentes affectuosi. Isti enim non relinquunt patrem, filios & fratres, hoc est dictum, affectionem carnalium amicorum, quinimo ipsos per nimium affectum continuum secum portant. Similes simiæ, quæ filios nimis diligens & eos relinquere nolens, sed potius secum portans, à venatore capitur &c. Vide supra de filijs. Non sic ergo, sed relinquamus carnis infectionem, iuxta illud Prouerbiorum. *Relinquite infantiam, & viuite*. Et etiam carnalem affectionem, id est, nimium affectum parentum. Vnde Tob. 14. *Reliquerunt generi idola sua*. Igitur relinquamus carnis noxiam infectionem. Pater inquit Ruth 2. *Nunciata sunt omnia quæ feceris, & quod reliqueris parentes tuos, & veneris ad terram quam nesciebas*.

E ¶ Denique dico, quod debemus relinquere mentis propriæ volitionem seu affectionem. *Secuti sunt*, inquit, *Dominum*. Quamuis enim carnis quandoq; appetat alicubi currere, videns tamen Dominum & magistrum suum ad partem oppositam ire, solet proprium iter dimittere, & ad sequendum Dominum se transferre. Sic vere quamuis nos ex appetitu nostro multa velimus facere, si tamen Dominus noster Deus vel Prælatus contrarium nobis dicat, propriam voluntatem nostram debemus relinquere. & nos voluntati Domini conformare. *Secuti*, inquit, *sunt Dominum*. Vnde de paralytico per Dominum Saluatorem curato dicitur Luc. 5. quod *relictis omnibus surgens secutus est eum*. Sic igitur patet quomodo tria sunt principaliter relinquenda, & quomodo est vnum relinquere virtuosum.

F ¶ Sed secundo principaliter dico, quod est vnum relinquere vitiosum, & istud est relinquere malorum, qui, sc. relinquunt illa, quæ sunt vtilia ad salutem, similes puero, qui libenter relinquit castrum, vt habeat pomum. Et qui libenter relinquit scholas, vt currat ad choreas. Quia breuiter peccator voluntatie relinquit bonum, & eligit malum. Relinquit Paradisum, & currit ad infernum. Vnde nota, quod isti Relinquunt

Deum per iniquitatem,
Parentes per impietatem,
Correctionem per proteruitatem,
Religionem per Apostasiæ prauitatem.

Dico ergo, quod isti relinquunt Deum per iniquitatem Deu. 32. *Deum qui te genuit, dereliquisti*. Et ideo ipse Dominus dicit 2. Paral. 12. *Reliquisti me, & ego reliqui vos*. Et 3. Par. 5. *Reliquerunt Dominum Deum patrum suorum*. Item relinquunt parentes per impietatem 2. Es. 4. *Homo patrem suum relinquet, & ad mulierem suarum coniungitur*. Item relinquunt correctionem per peruersitaté. Vnde Prou. 10. *Qui autem odit increpationem, errat*. Item relinquunt religionem per apostasiæ prauitatem. Vnde Prouerb. 27. *Sicut auis transmigrans de nido suo, sic homo qui relinquit locum suum*. Istud est ergo relinquere vitiosum.

G ¶ Tertio vero dico, quod est vnum relinquere fructuosum. Et istud est illud, quod faciunt iusti, quando relinquunt posteris suis bona documenta, & bona exempla, vt dicitur 2. Machab. 6. *Adolescentibus exemplum forte relinquam*. De relinquentibus vero bonam doctrinam & bona documenta dicitur Ecclesia. 24. *Prophetiam quasi aquam effundam, & relinquam eam quærentibus sapientiam*. Mali vero post se relinquunt mala exempla: similes limaci, quæ post se infectionis suæ vestigium relinquit. Sic isti relinquunt vbique signa vestigia suæ malæ vitæ Sap. 2. *Vbique relinquamus signa lætitia nostræ*. De relinquere doloroso, amoroso, glorioso, periculoso collige ex præmissis & etiam ex tabula. Ista igitur de Relinquere sufficiant.

A **Reliquiæ.** Nota, quod reliquiæ dicuntur omnia illa, quæ post consumptionem alicuius rei remanét & relinquuntur. Et sic reliquiæ proprie idem sunt, quod residuum. Et ideo nota, quod in scriptura inueniuntur Reliquiæ

Mortalitatis,
Prosperitatis,
Posteritatis.

Et sic dico, quod Reliquiæ nostræ sunt illa, quæ post nos remanent de corpore, de rebus, & de genere. Et sic dico, quod sunt Reliquiæ

Naturæ,
Fortunæ,
Parentelæ.

Primæ sunt reliquiæ corporales,
Secundæ sunt reliquiæ temporales,
Tertiæ sunt reliquiæ personales.

¶ Reliquiæ corporales sunt honorandæ, & istæ sunt reliquiæ sanctorum, quæ nobis post eorum mortem sunt relictæ. Istæ enim deuote debent recolligi, & honorifice pertractari Mich. 5. *Erunt reliquiæ Iacob, quasi ros à Domino*. Istæ n. sunt reliquiæ & fragmenta, quæ nobis remanserunt de mésa Christi. In mensa enim Christi quæ est ecclesia, mundus & sui tyranni parauerunt diuersa genera ferculorum, i. diuersa genera sanctorum, iuxta illud Matt. 22. *Tauri mei & altilia mea occisa sunt*. De quibus reliquiæ suorum corporum & eis adiacentium nobis sicut panis partibus remanserunt. De Christo enim remanserunt nobis vestimenta quibus fuit vestitus, scilicet, crux, claui quibus fuit astrictus, spinæ quibus fuit infixus, securis cum qua fuit perfossus, scilicet, lances, & quod plus est, secundum aliquos præputium, quo fuit circumcisus, lacryma qua fuit plorando perfusus, sanguis qui fuit in cruce excussus. Præputium enim dicitur ab Angelo Carolo regi delatum, & in eius nomine monasterium de Corrosio Pictauen. Diœcesis esse factum, & Corrosium à carne sibi nuncupatum. Lacrymæ vero in monasterio Vindocinensi ostéduntur. Et sanguis in diuersis mundi locis à fidelibus honoratur & veneratur. Quamuis enim mirum aliquibus videatur, quod aliquid de corpore in virgine assumpto remansit in terra, non est tamen inconueniens, quia sufficit dicere, quod illud solum de Christi corpore cum eo resurreait, quod de necessitate humanæ naturæ fuit. Ista vero, quæ non necessaria, imo quodammodo superflua ipsi naturæ fuerunt, in mundo ad consolationem fidelium remanserunt, & pro incomparabilibus reliquijs, Regi Franciæ & eius populo tanquam speciali filio fidei & pacifico ex Dei prouidentia restituerunt Psal. 36. *Quoniam sunt reliquiæ homini pacifico*. Istæ enim primo fuerunt in Hierusalé, & tandem Athenis, tandem Romæ, tandem Parisijs Es. 37. *De Hierusalem exibunt reliquiæ*. Istud tamen mirú videtur, quod in prædictis ciuitatibus, quamdiu ibi reliquiæ istæ fuerunt, tamdiu liberales artes & scientiæ floruerunt. Hierusalé n. Athenis & Romæ magna suis temporibus fuerunt studia, quæ modo cum reliquijs Parisios sunt translata Zach. 9. *Possidere faciam reliquias*. Istæ n. reliquiæ, quæ fuerunt nobis in testamento Patris nostri Christi relictæ, per diuersas successiones ad nos sunt postmodum deuolutæ. Quia sicut dicitur Esaiæ 10. *In veritate reliquiæ Israel conuertentur*. Et bene dicit conuertentur, quia scilic. istæ ad Francos finaliter sunt conuersæ Mich. 3. *Reliquiæ fratrum eius conuertentur ad filios Israel*. Istæ sunt igitur reliquiæ corporales, quæ sunt venerandæ. De diuersitate autem reliquijs sanctorum, & de infinitis miraculis eorum possent infinita narrari, sed transeo gratia breuitatis. Illud solum addo, quod quando reperiuntur reliquiæ sanctorum, magnum debet esse gaudium & deuotio populorum, iuxta illud quod dicitur 4. Reg. 19. *Fac orationem pro reliquiis quæ repertæ sunt*. Quia scilicet tunc debet homo orare, & plus quam alias deuotus esse. Et ecce, quod hic ostenditur grandis deuotio, quam debes habere. Fac orationem. Diues possessio qua debes splendere. Pro reliquijs. Noua detectio qua debes gaudere. Repertæ sunt. Prosequere sicut vis. Sunt igitur quædá reliquiæ corporales, quæ sunt venerandæ. Et si vis pone hic, quomodo satis possibile videtur, & non est mirum si reliquiæ sanctorum faciant miracula, cum etiá membra hominum mortaliter viuentium miranda faciunt in hac vita. Ponit enim Pli. lib. 2. quod in Scythia, quædam erant mulieres, quæ aspectu suo homines occidebant. Nec mirum, cum & Cicero fœminas omnes vbique visu nocere asserat, quæ duplices pupillas habeant. Adeo natura cum ferarum more, comedendi homines, in homine rabiem voluit generare, & etiam venena in aliquibus membris aliquorum hominum ponere, ne quid mali esset, quod homini deesset. Sicut tamen natura posuit venenum in aliquibus membris hominum aliquorum, sic certe non mirum, si in aliquibus hominum membris posuit remedia sanitatum. Vnde ait idem libro 7. cap. 2. quod pollex dextri pedis Pyrrhi Regis solo tactu lienosos seu arenosos curabat. Vnde ét (vt ait) dictus pollex cum reliquo corpore cremari non

non potuit, imo in templo pro reliquijs conditus fuit. Sicut etiam dicit idem Plinius, & Varro asserit, certum esse quosdam esse quorum saliuæ serpentum ictibus medeantur. Etiam hic apud nos, Reges Francorum tactu suo infirmitatem gutturis seu glandulas curant. Quę certe omnia ad virtutem sanctarum reliquiarum applicari possunt. Quia certe si membra infidelium paganorum talia potuerunt, multo fortius talia posse debent membra fidelium sanctorū. Sicut enim ponit Ouid. li. 13. fab. 3 quod mortuo in bello Troiano Menone ab Achille occiso, & in Phrygia sepulto, omni anno ad sepulchrum Menonis conueniunt aues dictæ Menonides, & memores belli, ibi fortiter inter se confligunt (quod etiam Plin. li. 10. cap. 26. dicit,) sic non mirum si etiam à fidelibus sanctorum corpora visitantur & honorantur, ex quo aues irrationabiles simile facere comprobantur, quia, sc. Deus vult vt sancti in memoria hominum viuant, qui scilicet, dum viuerent in hac vita soli Domino viuere curauerunt. Vnde Eccle. 44. *Corpora sanctorum in pace sepulta sunt, & viuent nomina eorum in æternum.* Rom. 9. *Reliquiæ Israel saluæ fient.*

C ¶ Secundo dico, quod sunt quædam reliquiæ tēporales, quæ sunt erogandæ. Et istæ sunt reliquiæ bonorum temporaliū, quæ reliquiæ dicuntur, eo quod ad modum reliquiarum ista parum valent & parum reputantur, & quia tanquam superflua & non necessaria esse dignoscuntur, vel etiam quia post mortem filijs & parentibus & alijs relinquuntur Psal. 16. *Dimiserunt reliquias paruulis suis.* Et pro certo isti dimittunt reliquias bonorum temporalium paruulis suis, nolentes ipsas pauperibus dare, sed magis studentes eas suis successoribus erogare. Quia sicut diuites prælati & alij magnas reliquias faciunt vt pauperibus dentur, sic impij auari magnas possessiones congregant vt suis filijs relinquantur. Relinquunt enim alienis diuitias suas, & sepulchra illorum domus eorum in æternum.

D ¶ Tertio vero dico, quod sunt quædam reliquiæ personales, quæ sunt informandæ. Et sic reliquiæ accipiuntur pro successionibus & filijs, qui post hominem relinquuntur. Istæ reliquiæ quandoque sunt bonæ, quandoque malæ. Bonæ enim reliquiæ sunt boni filij bene docti, de quibus dicitur Tobiæ 13. *Beatus ero, si fuerint reliquiæ seminis mei ad videndum ciuitatem Hierusalem.* Vnde de bono filio sic relicto, dicitur Ecclesiast. 30 *Mortuus est,* inquit, *Pater eius, & est quasi non mortuus, similem enim sibi reliquit post se filium.* Malæ vero reliquiæ sunt mali filij male docti, de quibus dicitur in Psalm. 38. *Reliquiæ impiorum interibunt.* Quia sicut dicitur Eccl. 16. *Vtilius est mori sine filijs, quam relinquere filios impios.* Et sic secundum istum modum accipiendi, per reliquias, per relictos, & per reliquos intelliguntur viri iniqui, qui, scilicet, à Deo relinquuntur, & qui reliquiæ nullius valoris esse noscuntur, & qui reliqui, superflui & non necessarij inueniuntur. Vnde nota, quod isti Relicti, id est, peccatores, per

Discordiam diuiduntur,
Sæuitiam efferuntur,
Auaritiam alios persequuntur,
Inconstantiam facile dilabuntur,
Inanem gloriam de Paradiso expelluntur,
Iniustitiam damnati finaliter puniuntur.

De reliquorum enim diuisione dicitur 1. Regum 11. quod *reliqui dispersi sunt, ita vt non relinquerentur duo pariter.* De reliquorum crudeli inuasione, dicitur Matthæi 22. capite, quod *reliqui tenuerunt seruos patrisfamilias, & contumelijs affectos eos occiderunt.* De auara vero talium persecutione dicitur Zachariæ 11. *Reliqui deuorent vnusquisque carnem proximi sui.* Et Baruch. 2. *Spoliabunt te omnes, qui reliqui fuerunt de populis.* De talium autem inconstantia & fugitiua delapsione dicitur 1. Machabæorum 3. *Reliqui autem fugerunt in terram Philistiim.* De finali vero talium à Paradiso exclusione dicitur Matthæi 25. quod *nouissime venerunt reliquæ virgines, quibus dictum fuit: nescio vos, & quibus clausa est ianua nuptiarum.* De finali autem talium damnatione & punitione dicitur Apocalypsis 12. *quod draco,* id est, *diabolus abijt facere bellum cum reliquis, &c.* Sufficit.

A **Remanere.** Cum recedere & remanere sint contraria, hinc est, quod vbicunque recedere est bonum, remanere semper est malum, & e cōuerso. Si enim recedere est malum, proculdubio remanere bonum. Nota ergo, quod remanere signat vt communiter stationem & perseuerantiam, siue in bono, siue in malo. In bono enim signat bonam perseuerantiam, quia, scilicet, homo remanet in statu gratiæ, nec exinde per peccatum recedit. Exemplo Regis ap[illegible] citur in aluearì remanere, & exinde nunquam [illegible] locum competentiorem cum toto agmine suo ex toto [illegible] rio se transferre. Sic vere nec nos à statu gratiæ, vel à gradu [illegible] motionis, Ecclesiæ vel religionis nobis à Deo concessæ, vnquam per peccatum vel per ambitionem vel alias recedere debemus, sed ibi per perseuerantiam continue remanere, nisi forte ad locum & gradum & statum alium meliorem contingat et [illegible] rationabili nos transferre, quod potissime pertinet ad [illegible] & ad prælatos, qui Reges sunt & præsides aliorum, qui [illegible] suis officijs, beneficijs & Ecclesijs non debent sine causa [illegible] re, sed ibi continue residere. Exemplo Christi, de quo dicitur Luc. 2. *Remansit puer Iesus in Hierusalem.*

¶ Vbi nota, quod taliter remanentes, & in suo loco & statu perseuerantes, vt communiter,

Solent { Viuere magis humiliter,
Regere magis vtiliter,
Cernere magis subtiliter.

Talis enim remanentia valet ad magis sinceriter cōuersandum, quia facit hominem esse puerum. Ad magis vtiliter gubernandum, quia facit hominem esse Iesum, id est, saluatorem. Ad [ma]gis subtiliter contemplandum, quia facit hominem esse in [Hier]usalem, quæ, sc. interpretatur visio pacis. Quod ergo ho[mo re]manendo in domo vel claustro efficiatur mundo in conuersando, patet cum dicitur Puer, quia scilicet ipse efficitur quasi purus aer. Vide supra de puero, titulo de puero. Constat enim quod multa mala exterius exeundo committimus, quæ non fierent si in domibus, claustris & beneficijs maneremus. Manus [Moysi] dum in sinu manebat, erat munda, dum vero eam extra [trahebat] apparebat leprosa. Puer inquit Ioan. 6. *Est puer vnus hic, &c.* Q[uod] etiam homo sic remanendo, sit vtilior in gubernando, patet, quia scilicet homo sit Iesus, id est, saluator, quia constat, quod homo magis iuuat & saluat populum & subditos suos cum remanēdo, quam ab eis recedendo. Vnde Iohan. 8. *Remansit solus, & mulier in medio.* Quod insuper homo sic remanens sit subtilior ad contemplandum, patet in verbo Hierusalem, quæ interpretatur visio pacis, quia vacat homo melius ad videndum & contemplandum vitam æternam interius remanendo, quam exterius euagando. In Hierusalem inquit 2. Reg. 11 *Dauid ergo remansit in Hierusalem.* Sic ergo patet, quod recedere signat in bono. Quod tamen est contra multos, in quibus nihil boni remanet Dan. 10. *Nihil remansit in me virium.* Et qui in nullo bono remanent Ps. 105. *Vnus ex eis non remansit.*

¶ Sed adhuc dico, quod remanere signat in malo. Et sic remanere nihil aliud est, quam in malo perseuerare, vel à bono [de]sistere & tardare, & sic remanere pertinet ad tardos & ad p[igros]. Isti enim sunt sicut vinaceum, quod remanet post primam pressionem, quod exinde non exit nisi per violentiam torcularis, & ideo vt communiter parum valet. Sic tales qui ad bonum faciendum semper volunt vltimi remanere, & nunquam à malis suis consuetudinibus nisi violenter exire, parum certe possunt aut facere, aut valere Num. 33. *Qui remanserint, erunt vobis quasi claui in oculis.* Et ideo docet scriptura Exod. 10. dicens [illegible] *remanebit ex eis vngula.* Et sicut dicitur Ezech. 11. *Qui remanserint, gladio comedent, &c.* Vide supra de Perseuerare, de Manere, Permanere, & similibus.

**Reminisci.** Vide in titul. Memoria & in tit. reco[rdari]. Et si vis dic, quod nos inuenimus

Reminisci { Dei iustitiæ,
Dei clementiæ,
Nostræ prudentiæ.

Est dico reminisci Dei iustitiæ, quod est metuendum. Et sic dicebat Tobias Tob. 3. *Ne reminiscaris domine delicta nostra vel parentum nostrorum neque vindictam sumas de peccatis nostris.*

¶ Item est reminisci Dei clementiæ, quod est appetendum. Et sic dicendum est illud Psalm. 24. *Reminiscere miserationum tuarum Domine, & misericordiarum tuarum, quæ à seculo sunt.*

¶ Item est reminisci nostræ prudentiæ, quod est faciendum. Et sic certe dico, quod nos debemus reminisci malorum, quæ commisimus 1. Mach. 6. *Reminiscor malorum, quæ feci in Hierusalem.* Et in Ps. 21. *Reminiscentur & conuertentur ad dominum vniuersi fines terræ.* Et bonorum quæ recepimus, scilicet, à Deo & à parentibus & ab amicis. Vide Esa. 63 *Qui reminiscimini Domini, ne taceatis. &c.* Transeo, quia non sunt authoritates, & supra satis dictum est de memorari, seu memoria.

[illegible]

... nobis Deus nobis peccata remittit, scilicet.

[illegible] inuocatio,
[illegible] gatio,
[illegible] expiatio,
[illegible] satio,
[illegible] inflammatio,
[illegible] oratio,
[illegible] tribulatio,
[illegible] confessio.

[illegible] Christi nominis inuocationem 1. Iohan. [illegible] *per nomen eius.* Item per Christi sanguinem [illegible] b. 9. *Sine sanguinis effusione non fit remissio.* [illegible] expiationem, scilicet, baptismum [illegible] *poenitentiae in remissionem omnium peccatorum.* [illegible] apparitionem, scilicet, per lumen [illegible] Luc. 1. *Ad dandam scientiam salutis plebi eius in remissionem [illegible] rum.* Item per Christi inflammationem [illegible] charitatis. Vnde Luc. 7. *Remittuntur ei peccata multa quoniam dilexit multum.* Item per Christi culminis ex[illegible] devotionem & precem. Vnde [illegible] *Deum si forte remittat tibi peccata.* Item per duri turbinis [illegible], scilicet, per tempestates & miserias huius vitae. [illegible] *Remittet in die tribulationis peccata.* Item per omnis criminis [illegible]. Vnde in Psal. 31. *Dixi confitebor aduersum [illegible] meam Domino & tu remisisti impietatem peccati mei.* Patet [illegible] poenitentibus, quod est pri[illegible] debita postulanti[illegible], quae exigantur [illegible] continuae ab eo re[illegible]. Et quia impotentes su[illegible] *patientiam habe in me.* Vnde Ma[illegible] [illegible] ista o-

[illegible]

## Renes

[illegible]

Aff[illegible]
Ap[illegible]

¶ Primo ergo [illegible] Rene[illegible] tationi [illegible] quod *ille vir mirabilis quem vidit Daniel,* [illegible] gnificatur, *habebat renes* [illegible] rituales accincti a[illegible] quod inter renes ille qui est dexter, est [illegible] et, & etiam [illegible] t sales, illi qui [illegible] sunt per contemplatio[illegible] & [illegible] macri per paupertate[illegible] potest [illegible] illud [illegible] scilicet sagacitas paupertatis [illegible] viri spirituales.

¶ Secundo dico, quod per renes [illegible] affectus [illegible] diales. Sicut enim in renibus [illegible] est desiderium mentis. Vnde [illegible] *scrutans corda & renes Deus.* Vnde in Psal. 25. *Vre renes meos [illegible], Deus meus & spes mea, Deus in aeternum.* Et H[illegible] *Prope es tu ori eorum, longe autem a renibus ipsorum:* a renibus inquit, id est, ab affectibus.

¶ Tertio dico, quod per renes possunt denotari appetitus carnales. Quia enim in renibus est sedes & domicilium libidinis, bene potest per renes tota carnalis infectio, & tota [illegible] designari, quandoque isti sunt renes qui per de[illegible] dissolui per l[illegible]. Renes commutati [illegible] Renes madefacti per affluentiam. De dissolutione [illegible] dicitur Eze. 29. *Dissoluti sunt omnes renes eorum.* De [illegible] tatione vel debilis inconstantiae dicitur [illegible] *Renes mei commutati sunt.* De madefactione seu indefectione [illegible] entiae dicitur Ezech. 27. *Transduxit me per aquam* [illegible] ideo quia tales renes sunt ita dissolubiles, [illegible] & defectibiles, ita madefactibiles, & corruptibiles, necesse est, quo[illegible] licet, per

Mundam continentiam [illegible],
[illegible] abst[illegible],
Arctam poenitentiam [illegible],
Mortis rem[illegible].

D[illegible] 8 [illegible]
[illegible] od. [illegible]

[illegible]

Renouare [illegible] de [illegible] est [illegible]

[illegible] tunæ,
[illegible] ouæ [illegible] lpæ,
[illegible] tæ,
[illegible] æ.

¶ [illegible], quod [illegible] noua [illegible] renouatio [illegible] & [illegible], quæ per [illegible] tempo- [illegible] scilicet patet de floribus [illegible] admin [illegible] lo cœlestiû [illegible] & ventorum [illegible] singuli [illegible] reducuntur. D [illegible] *ritte spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ.* Spiritus enim ventus est, cuius flatus ad ter [illegible] operatur. Vnde de sapientia æterna dicitur Sap. [illegible] *in se permanens innouat omnia.* Deus enim idem manet, omnia autem alia per eum immutantur & innouantur. Ista est [illegible] nouatio naturalis.

B ¶ Secundo dico, quod est renouatio virtualis, & ista est illa qua homo de vetustate peccati mediante pœnitentia per gratiam renouatur. Quia sicut sicut aquila iuuenescit & renouatur, quando ascendens sursum versus solem calescit, & tandem in [illegible] balneatur, quia scilicet tunc pennis antiquis relictis ipsius iuuentus nouitas reparatur, sic in vitijs antiquatus, feruore continuo [illegible] calefactus, & fonte lacrymarum rigatus, & per confessionem pennis veteribus, id est, præteritis erroribus denudatus fit spiritualiter renouatus P[illegible] 2. *Iuuentus mea renouabitur vt aquila.* Thren. [illegible] 5. *Innoua dies nostros sicut à principio.* Nonne sicut supponit Ouidius libro septimo, fabula secunda. Medea incantatrix Thessaliæ Regem in lebete decoctum renouauit, & ad iuuentutem pristinam reparauit, stellarum, scilicet, & herbarum influentia mediante? Quia reuera fides nostra, quæ scil. mentes humanas sic spiritualiter capit, quod ipsas facit credere, quod nulla ratio nobis dictat (Psalm. *Venefici incantantis sapienter*) Ista [illegible] sapiens incantatrix homines in vitijs antiquatos per deuotionem contritionis, & pœnitentiæ renouat, & mediante lumine & influentiæ gratia ipsum ad statum pristinum restituit & reformat Ps. 50. *Cor mundum crea in me Deus & spiritum rectum innoua in visceribus meis.* Et breuiter dico, quod iusti renouantur per pœnitentiam vitia relinquendo, & semper etiam per gratiam, de virtute in virtutem procedendo, & semper in melius se mutando & [illegible] rendo Psalm. 27. *Et refloruit caro mea.*

C ¶ Vnde nota, quod isti Reoouant

Cooicientiam interiorem,
Apparentiam exteriorem,
Amicitiam intimiorem,
Sapientiam sinceriorem,
Pœnitentiam asperiorem.

De renouanda [illegible] conscientia interiori fit mentio Ephesiorum 4. [illegible] *Renouamini* [illegible] *spiritu mentis vestræ & induite nouum hominem.* de [illegible] apparentia exteriori dicitur Colossensium [illegible] *veterem hominem, induite nouum hominem.* [illegible] ne D[illegible] Illud enim est speciale Dei Ten[illegible] per est [illegible] reparandus. M[illegible] *mundare sancta & renouare* [illegible] ob. [illegible] tur. D [illegible]

[illegible]

[illegible] *taberna* [illegible]

¶ T[illegible]

[illegible]

¶ Quarto dico [illegible]

[illegible] o, senectuti, [illegible] potest [illegible] quod [illegible] est facere no[illegible] potu[illegible] Ita [illegible] prius lædit [illegible] plurimum corporis [illegible] autem diuina negligen[illegible] dolere de [illegible] men, quod non [illegible] minoribus non offendat [illegible] B[illegible] ita vt quocunque [illegible] garet illud Psalm. 38. *Dolor meus renouatus est.*

¶ Quinto dico, quod est renouatio [illegible] ista est renouatio beatorum in Parad[illegible] nunquam cessat imo continue renouat [illegible] renouatur & renascitur omni die. V[illegible] *replicabo dies, gloria mea semper innouabitur,* [illegible] *semper instaurabitur.*

¶ Sexto vero dico, quod est renouatio in [illegible] dio & continuatio tormentorum, sicut [illegible] tæ de Sisypho à dijs in inferno damna[illegible] plius perpetuo renouatur. Damnatus en[illegible] mum ad altissimi montis cacumen portand[illegible] saxum portauit, inferius cum saxo ruit [illegible] quod [illegible] portat & extollit, & sic pœna eius vbi [illegible] citur & recrescit. Sic est de pœnis & [illegible] nouatur enim quotidie & reuenit. Vnde de [illegible] citur 1. Mach. 6. quod *decidit in languorem,* [illegible] *quia cum eo renouata est tristitia magna.* Suffici[illegible]

## Renunciare.
Vide supra in tit. An[illegible] re. & Referre, &c.

## Repellere.
Nota, quod repellere [illegible] est, [illegible] iterum pellere. E[illegible] est [illegible] Abiicere, Repudiare, & Refutare, & sic notabis q[illegible] nimus Repellere

Summi creatoris,
Iusti viatoris,
Stulti peccatoris.

Primum repellere facit iustitia,
Sed secundum facit prudentia,
Sed tertium [illegible] stulta nequitia.

¶ Primo igitur dico, quod est vnum repelle[illegible] quod [illegible] iustitia. Ista est enim quæ

Ord[illegible]
Quosdam Repell[illegible] ga[illegible]
[illegible]

[illegible] repulsi [illegible] per æternam [illegible]

[illegible]

[illegible] dos. Ab æ[illegible] no [illegible]

[illegible] *destina*[illegible] *habuit. Et* [illegible] *non elegit sed tribum Iudam,* [illegible] *Alia D*[illegible] *nem. Et ista est illa quam Dominus fa*[illegible] *quam* [illegible] *scilicet, bonos & prædestinatos* [illegible] *repellit*, [illegible] *quantum apparet, à* [illegible] *amore* [illegible] *cis non curaret, ipsos à* [illegible] *amoris* [illegible] *fugare, & variis tribulationibus subiugare. De quo* [illegible] *conqueritur David in Psal. 42 dicens. Quare me repulisti, & tristis incedo dum affligit me inimicus.* Et aduerte, quod talis [illegible] superficialis apparet in tormentorum inflictione Psal. [illegible] *cur repulisti in finem, despicis in opportunitatibus in tribulatione.*

¶ [illegible] petitorum negatione. Deus enim videtur petentem [illegible]re, quando non statim concedit quod petitur Psa. 87. *Ad orationem meam de medio sinu tuo in finem?*

¶ [illegible] in præmiorum dilatione Psal. 88. *Tu vero repulisti, & despexisti Christum tuum.* Sed quid? certe talis tribulatio non [illegible] sed est attractio, nec reprobatio, sed finalis miseratio[illegible]t, scilicet ipse David dicit in Psa. 59. *Deus repulisti nos, & destruxisti nos, iratus es, & misertus es nobis.* Quia pro certo Deus fideles finaliter non repellit, sed ad se potius tribulando attrahit [illegible] pellit Ps. 93. *Non repellet Dominus plebem suã, quia in manu eius sunt omnes fines terræ.* Et Thr. 3. dicitur. *Non repellet in sempiternum Dominus, quia si abiecerit, & miserebitur.* Ista est igitur Dei repulsio, quæ fit per modernam correctionem. Est adhuc alia vera [illegible] repulsio, quæ fit per postremam seu per finalem damnationem, quando scilicet ipse Dominus exequetur repulsionem suam [illegible] primo dictam, quod, scilicet, ordinauerat ab æterno. Et [illegible] la quam metuebat David quando dicebat in Ps. 43. *Exurge quare obdormis Domine, exurge & ne repellas in finem.* Et quantũ ad istam repulsionem dicitur alibi in Psal. 93. de bonis. *Quoniam non repellet dominus plebem suam, & hereditatem suam non derelinquet.* De malis autem & de damnatis dicitur Ps. 88. *Sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum non es memor amplius, & ipsi de manu tua repulsi sunt.* Patet igitur, quod est vnum repellere, quod diuina [illegible]cit iustitia.

¶ Secundo dico, quod est vnum repellere, quod humana facit prudentia. Et istud certe est illud quo iusti repellunt, & abiiciunt à se malum, sicut, sc. bene dicitur Ezech. 43. *Nunc ergo repellant a se procul fornicationes suas, & ruinas regum suorum, & habitabo cum eis in medio eorum semper.* Et Eccl. 38. *Ne dederis in tristitia cor tuum, sed repelle eam à te, & memento nouissimorum.*

C ¶ Tertio vero dico, quod est vnum repellere, quod insana facit stultitia. Et istud est illud quo peccatores & fatui repellunt & abiiciunt à se bona, Exemplo, scilicet, phrenetici, qui repellit à se Medicos & etiam medicinas. Vnde nota quod isti

Repellunt { Deum, ipsum contemnendo,
Amicum, ipsum fugiendo,
Seipsum, sensum & scientiam non curando.

Repellent igitur Deum, detestando suam iustitiã. Et sic de Deo dixit Stephanus loquens Iudæis Act. 7. *Cui,* inquit, *noluerunt obedire Patres vestri, sed repulerunt eum.* Repellunt etiam proximum, abdicando suam fiduciam, sicut de Dalila dicitur Iud. 16. quod *postquam totondisset Samsonem, cœpit abiicere eum, & à se repellere.* Repellunt insuper cor suum, non curando veram scientiam. Vnde talibus dicit Dominus Oseæ 4. *Quia tu scientiam repulisti, repellam te.* Patet ergo quod in scriptura reperitur triplex repulsio. Vide supra de Expellere, & Abiicere, & Eiicere, &c.

A **Repente. Repentinus.** Nota, quod Repente idem est quod subito, [illegible]to. celeriter & instanter. Et possumus notare, quod aliqua sunt quæ repente operantur, scilicet,

Dei benignitas peccatores conuertendo,
Dei seueritas peccatores puniendo,
Iustorum sedulitas maioribus obediendo,
Malorum crudelitas innocentibus officiendo.

Dicam ergo, quod est quoddam repente diuinæ benignitatis. Et istud est illud quo Deus quandoque repente inspirat & conuertit hominem ad bonum, sicut apparuit in Paulo, qui repente fuit à Domino inspiratus. Vnde Ambros. *Nescit enim tarda molimina Spiritus sancti gratia.* Et ideo dicitur Actor. 2. *Factus est repente de cœlo sonus tanquam aduenientis spiritus vehementis, & repleuit totam domum, &c.*

*Diction. Berchorij.*

¶ Item [illegible] dest [illegible] num repente diuinæ [illegible] Et di[illegible] q[illegible] sunt quæ repente à diuina seueritate fiunt, [illegible] licet,

Mors,
Casus,
Iudicium

De morte enim planũ est, quod repente subito & in peccato [illegible] ut Hier. *Repente veniet vastator super vos* E[illegible] 1. Thes[illegible] *cum enim dixerint pax tunc repentinum superueniet interitum.* De casu enim apparet, quia scilicet, quotidie videmus, quod diuersis [illegible] lus & [illegible] ita ruina repente accidunt diuersis, sicut de Iob habemus Iob 1 quod *repente ventus irruit à regione deserti qui domum concussit, filios* [illegible] *oppressit.* Vnde Ezech. 26. *Attoniti super repentino casu tuo mirabuntur.* [illegible] Hier. 4 *Repente vastata sunt tabernacula mea.* Ista possime videmus de his qui florentes prosperitate mundana, repente quandoque infortuniis obruuntur Esaiæ 47 *Repente veniet super te miseria quam nescis.* De iudicio etiam certum est, quod Dominus repente veniet Marcus 13. *Ne cum venerit repente inueniat vos dormientes.* Et Lucæ 21. *Repente superueniat in vos dies illa.*

¶ Item dico, quod est vnum repente moralis sedulitatis, quia scilicet boni obedientes repente, id est, subito obediunt. Iudicum 21. *Exite repente de vineis.* C

¶ Item dico, quod est vnum repente mundanæ crudelitatis, quia scilicet mundi Principes & tyranni sine deliberatione repente solent alios molestare. De quo dicitur Prou. 3. *Ne paueas repentino terrore irruentem.* Sed pro certo sicut ipsi repente lædunt alios, sic à Deo repente perimuntur, & diuersis cladibus obruuntur, sicut ad sensum patet. Vnde Prouerb. 24. *Repente veniet iudicium eorum, &c.* Sufficit. D

**Reperire.** Nota, quod in sacra scriptura inuenitur A

Reperire { Dei,
Iusti,
Impii,

¶ Primo quidem reperire Dei. Quamuis enim ipsum multi videantur in præsenti subterfugere, & ab eo se abscondere vel cassare, finaliter tamen ipsos reperiet, & bonum vel malum secundum quod meruerunt, eis reddet, sicut facit bonus iudex, qui facta inquisitione, secundum quod tunc iustitiam reperit, interdicit. Vnde de Deo qualiter in fine reperiat mala nostra dicitur Iob 4. *Ecce qui seruiunt ei, non sunt stabiles, & in Angelis suis reperit prauitatem.* Etiam de venialibus qualiter Deus ipsa reperit atque punit, patet Iob 33. vbi Iob de Deo dicit sic: *Quia,* inquit, *querelas in me reperit, arbitratus est inimicum suum.* Istud est igitur reperire Dei.

¶ Secundo dico, quod inuenitur reperire iusti. Canes n. nobiles, & maxime parui & qui habent aures pendentes, magis valent ad reperiendum prædam quam rustici vel maiores. Ad denotandum, quod illi qui in moribus & virtutibus nobiles sunt, & qui per humilitatem sunt parui, & per obedientiam auribus inclinati, sunt ad reperiendum & obtinendum prædam gratiæ & gloriæ magis apti, vt sic dicat quilibet homo iustus illud Iob 31. *Lætatus sum super diuitiis meis multis, & quia plurima manus mea reperit.* Diuitiis inquit, scilicet, virtutibus. Iustus enim multa repente dicitur, in quantum illa quæ sibi saluando sunt vtilia, acquirit, reperit, & sectatur. Et sic dico, quod iusti acquirunt & reperiunt & inueniunt, scilicet, B

Summam diuinitatem, vt diligatur,
Gratiæ voluptatem, vt hauriatur,
Rerum vtilitatem, vt habeatur,
Bonam societatem, vt habeatur,
Cordis iniquitatem, vt expellatur,
Scripturæ veritatem, vt addiscatur,
Sc[illegible] olus maturitatem, vt teneatur,
Cœli fœlicitatem, vt nanciscatur.

Dicam ergo, quod iustus reperit summam diuinitatem. Ista enim se voluntarie quærentibus offert. Et ideo non mirum si ab eis reperitur vt sic de quolibet iusto dicatur illud Iob 11. *Forsitan vestigia Dei comprehendes, & vsque ad perfectum omnipotentem reperies.* Iterũ reperit gratiæ voluptatem, seu etiam bonitatem. Vnde Genesis 26. dicitur de seruis Isaac, quod *ipsi foderunt in torrente, & repererunt aquam viuam* Item reperit rerum vtilitatem. Vnde Iudic. 17. dicitur de illo Leuita, quod *ipse peregrinari voluit vbicunque sibi commodum reperisset.* Item reperit bonam societatem. V[nde]

vvvv de de

de de Helia dicitur 3. Reg. 19. quod *profectus inde reperit Heliseum* Sequitur. *Consurgensque abijt, & secutus est Heliam, & ministrabat ei.* Item reperit cordis iniquitatem, scilicet, vt ipsam per pœnitentiam & confessionem expellat. Vnde 2. Paral. 29. *Sacerdotes quoque ingressi sunt templum domini vt sanctificarent illud, & extulerunt omnem immunditiam quam intus repererant.* Sacerdotes enim, id est, sacri duces id est, quilibet iusti templum Domini, id est, propriam conscientiam ingrediuntur per considerationem, & immunditiam peccati quam ibi reperiunt, extra per confessionem procul repellere moliuntur. Sacerdotes etiam reales cõscientias subditorum debent inuestigare, & peccata quæ reperiunt expellere & fugare. Item reperit scripturæ veritatem. Vnde 4. Reg. 22. *Librum legis reperi in domo Domini.* Item reperit sensus maturitatē. Vnde Prou. 16. *Corona dignitatis senectus quæ in vijs iustitiæ reperietur.* Item reperit cœlestem vbertatem, quia, scil. iustus postquam in mundo isto reperit plura meritoria & virtuosa, in fine reperit præmia gloriosa scil. vbertatem gloriæ Paradisi 1. Par. 4. *Vberrima ibidem pascua repererunt.* Patet igitur quod inuenitur reperire iusti.

C ¶ Tertio dico, quod nos inuenimus reperire stulti. Et hoc certe est illud, quo peccatores & impij res malas & inutiles reperire nituntur. Vnde nota, quod mali reperiunt

Diuitias temporales,
Delitias gutturales,
Luxurias corporales,
Discordias fraternales,
Molestias æternales.

Mali ergo temporales reperiunt diuitias & ad hoc tendit tota intentio auarorum scilicet ad diuitias rapiendas & acquirēdas. Adhuc enim vacat tota sua cura venatio rapinarum. Vnde Pro. 1. dicunt alterutrum: *Abscondamus tendiculas contra insontem. Sequitur. Omnem pretiosam substantiam reperiemus, replebimus domos nostras spolijs* Et Genes. 42. dicitur, quod *reperierunt in ore saccorum ligatas pecunias.* Item illi gutturales reperiunt delitias. Vnde Prouerb. 23. dicitur in persona hominis ebriosi. *Quando euigilabo, & rursus vina reperiam.* Item isti corporales reperiunt spurcitias seu luxurias. Vnde de muliere luxuriosa & iuuene dicitur Prou. 7. *quod sibi apprehensum deosculatur iuuenem, & procaci vultu blanditur, dicens: idcirco egressa sum in occursum tuum desiderās te videre, & reperi te.* Item isti fraternales reperiunt discordias. Vnde Iud. 5. *Diuiso contra se Ruben magnanimorum reperta est contentio.* Item isti æternales reperiunt molestias scilicet in infernali pœna. Vnde Iosu. 10. dicitur, quod *Iosue cuncta quæ in Hebron reperit consumpsit gladio.* Hebron quæ fuit ciuitas paganorū, interpretatur transcendens vel transgressio. Quia sc. omnes illi qui in transgressione Dei mandatorum reperiuntur, æternæ mortis gladio finaliter feriuntur. Et sic igitur patet, quomodo est vnum reperire quod sit a peccatore. Aliud a iusto viatore. Aliud vero a summo creatore. Sufficit, Vide supra in tit. inuenire, &c.

A **Replere. Plenus. Plenitudo.** Nota, quod plenitudo seu repletio significant generaliter abundantiam & complementū, sic in bono sicut in malo. Plenitudo enim se habet positiue, sicut vacuitas priuatiue: possumus ergo notare, quod est repletio seu plenitudo humana & diuina. Humana autem est multiplex, scilicet,

Interior quæ est virtualis,
Exterior, quæ est temporalis,
Inferior, quæ est criminalis,
Superior, quæ est æternalis,
Subterior, quæ est infernalis.

Iusti enim replentur interius plenitudine meritorū. Diuites replentur exterius plenitudine pecuniarum. Mali replentur inferius plenitudine vitiorum. Beati replentur superius plenitudine gaudiorum. Damnati replentur subterius plenitudine tormentorum. De plenitudine virtuali dicitur Eccl. 36. *Reple Sion inenarrabilibus virtutibus tuis.* De plenitudine temporali dicuntur in Ps. *Dextera eorum repleta est muneribus.* Et alibi. *Promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud.* De plenitudine aut criminali dicitur Ecc. 23. *Vir multum iurans replebitur iniquitate.* De plenitudine vero æternali dicitur in Psal. *Replebimur in bonis domus tuæ, sanctum est templū tuū mirabile in æquitate* Esa. 6. *Plena est omnis terra gloria tua.* De plenitudine vero infernali, quia, scilicet, anima damnata repletur dicitur Thr. 1. *Subuersum est cor meum in semetipsa, quoniam amaritudine plena sum.* Et Ezech. 16. *Eras nuda, & confusione plena.*

¶ Primo igitur [...]
titorum. Vir enim [...]
nim quod vacuitas in scriptura rep[...]
*Non apparebis in conspectu Dei tui vacuus* [...]
gratijs se replere, vt dign[...]
Sicut enim videmus quod pisces & animalia [...]
tudinē medullatum, quando luna superius plena [...]
nilunio, sic iusti tunc medullis gratiæ & deuoti[...]
quando luna perfecta in æternum & testis in cœlo [...]
super eos plene lucet, i. quando per su[...]tatem ip[...]
nat atq; replet, dicentes illud Psa. *Repleti sumus mane* [...]
*tua, exultauimus & delectati sumus* Istud bene ap[...]aruit [...]
his in die Pentecostes quando luna illa sc. Dei [...]
luxit, & lumen sancti spiritus eis misit, quia [...] tunc [...]
pleti fuerunt Spiritus sancti donis & vniuersis gratijs atq; [...]
Act. 2. *Factus est repente de cælo sonus aduenientis spiritus ve[hementis] & repleuit totam domum vbi erant sedentes, & repleti sunt* [...]
*sancto, &c.* De ista ergo spirituali plenitudine qua reple[...]
stus, potest dici illud Ps. *Replet in bonis desiderium tuum,* [...]
*vt aquilæ iuuentus tua.* In quibus verbis ostenditur quod [...]
quod homo triplicem vacuitatem naturalē habe[t] [...]
tentijs animæ, secundum hoc triplici bono debet rep[leri] [...]
enim habet tres potentias in anima, scilicet,

Concupiscibilem, quæ tendit in bonum,
Rationabilem, quæ tendit in verum,
Irascibilem, quæ tendit in arduum & in summ[um]

Et quantum ad istas tres potētias dico quod homo habet [...]
est in via, triplicem vacuitatem, quia sc. homo caret [...]
ta obtentione. Et ideo Deus cōtra istam triplicem vacui[tatem] [...]
triplici plenitudine gratiæ replet iustos, sicut ostenditur in au[c]toritate prædicta, quia, scilicet, ipsos replet

Debito feruore dilectionis,
Lucido splendore cognitionis,
Prædicto honore promotionis.

Iste enim replet iustos boni dilectione quantum ad affe[ctum] *Replet in bonis,* inquit, *desiderium.* Veri cognitione quantū ad aspe[ctum] seu ad intellectum. Vt aquila inquit. Summi promotio[ne] quantum ad profectum seu quantum ad finale obiectum, qu[ia] scilicet, ipse facit renouari iuuentutem tuam. Iste ergo replet iustos

Sanctitatis ardore,
Veritatis splendore,
Dignitatis honore.
Primum facit in ingressu,
Secundum in progressu,
Tertium in egressu,

In ingressu enim replentur virtuali sanctitudine. Replet inqu[it] in bonis desiderium tuū. In progressu replentur cordis limpitu[dine] quæ notatur per aquilam. In egressu replentur superna[li] [...]tudine, quæ notatur per renouationem iuuentutis.

¶ Dico igitur quod isti sunt pleni virtuali sanctitudine, quod ostēditur cum dicitur. Replet in bonis desiderium tuum De[si]derium enim est affectus animæ hoc est dictū, voluntas seu [po]tentia concupiscibilis, sunt rectę in anima sedes om[nium] [...] lium bonorum, quia, scilicet, nihil est bonum, nisi in quantum est, voluntarium. Vnde enim dicitur. *Replet in bonis desiderium* [...] istud intelligitur de bonis virtutum moralium, quibus [...] se cumulant atq; replent Prou. 12. *De fructu oris sui vnus* [...] *plebitur bonis.* Sicut enim malagranata plena sunt granis rubicū[dis] sicut fœcundæ arbores replētur in æstate pomis & fructib[us] sicut etiam prata replentur herbis virentibus, sic proc[ul] virtiusti propositio suo se replent bonis virtutibus. *Replet,* inqu[it] *in bonis desiderium tuum.* Luc. 1. *Esurientes impleuit bonis, &* [...] *dimisit inanes.* Luna enim plena est lumine a parte superi[ori] quando obscura est a parte inferiori, scilicet, in nouilunio [si]gnificans desiderium & voluntatem humanam, quæ ad mo[...] dum lunæ fluit & refluit per varios cogitatus. Quia sicut dicitur Iob 10. *Multa cogitationes versantur in corde viri.* Quæ procul dubio tunc est plena lumine virtutum superius quo ad Deum, [quan]do caret lumine bonorum temporalium inferius quo ad [mun]dum. Quia pro certo mens tunc in virtutibus plenius [...] statur, quando in effectione bonorum temporalium [...] Et ideo sancti plenilunium virtutum superius in animo [...] quia lumine consolationum temporalium inferius [...] se caruerunt. *Replet,* inquit, *in bonis desiderium tuum.* Tob[...]

[illegible] *bus per eum repleti sumus.* Et ideo bene dicuntur pleni, [illegible] licet illud, quod est plenum, non potest amplius aliquid recipere, quod maioris ponderis solet esse, & si percussum fuerit, sonum non consueuit emittere, & exterius solet abundanter perefluere, sicut ad sensum videmus de dolio vino pleno. Sic vere, charissimi, illi, qui sunt pleni Deo & Dei gratia, meritis que & operibus virtuosis, nihil aliud in hoc mundo recipere & acquirere quærunt. Patet in apostolis & primit. Ecclesiæ discipulis *qui repleti Spiritu sancto bona sua vendebant & distribuebant, & nihil præter Deum in mundo habere volebant*, sicut dicitur Act. 5. Isti etiam graues & ponderosi per humilitatem erant, per iustitiam & misericordiis in alijs supereffluebant, & quando mundi tribulationibus percutiebantur, vllum sonum impatientiæ nõ reddebant, sed quod maius est, in tribulationibus exultabant, sicut [illegible] ipsis sic repletis dicitur Act. 5. quod *ibant Apostoli gaudentes à conspectu consilij quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati* ¶ Prima est plenitudo religiosorum qui scil. debent bona temporalia refutare, dicentes illud Psal. *Si esuriero &c. Meus est enim orbis terræ, & plenitudo eius.* ¶ Secunda est plenitudo compassiuorum, qui scilicet ad modum fontis pleni solent bona sua abundanter alijs erogare. Psalm. 64. *Flumen Dei repletum est aquis, parasti cibum illorum.*

¶ Tertia est plenitudo virorum stabilium & perfectorũ, qui sine murmuratione solent mundi tribulamina tolerare. De quo Iob 6 *Nunquid mugiet bos, cum ante præsepe plenum fuerit?* quasi dicat non. Quilibet ergo talis sit sicut Stephanus, de quo dicitur Act. 7. quod *ipse erat plenus sapientia & fortitudine, & faciebat signa & prodigia magna in populo.* Replet ergo in bonis desiderium tuum Ps. 64. *Replebimur in bonis domus tuæ.* Ad ostendendum autem quæ sunt ista bona quibus replentur viri iusti, possumus notare quod est sicut pater familias, qui secundum quod habet vasa diuersarũ conditionum, replet ea rebus diuersorum valorum sicut dolia vino, arcas grano, bursas argento, & sic de alijs. Sic vere Deus secundum quod videt fideles suos diuersimode dispositos, varijs & diuersis virtutibus replet ipsos. Vnde nota quod ipse replet

Pœnitentes contritione,
Præsidentes discretione,
Innocentes deuotione,
Contemplantes sapientia,
Laborantes permanentia,
Prædicantes eloquentia,
Indigentes abundantia,
Miserantes affluentia.

Dico quod Deus contritione replet pœnitentes. Et sic loquitur Hier. 15. vbi dicit *Solus sedebam quoniam amaritudine replesti me.* Itẽ discretione replet præsidentes Esa. 58. *Replebit splendoribus animam tuam.* Item deuotione replet innocentes Ps. 62. *Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea* Item sapientia replet contemplantes Esaiæ 11. *Repleta est terra scientia domini.* Et Ecc. 39. *Spiritu intelligentiæ replebit illum.* Item permanentia replet laborantes. Mich. 3. *Ego autem repletus sum fortitudine spiritus domini.* Item eloquentia replet prædicantes Actorum 2. *Repleti sunt omnes spiritu sancto, & cœperunt loqui* Item abundantia replet indigentes Luc 1. *Esurientes impleuit bonis.* Et Iohel. 2. *Dabo vobis frumentum, vinum & oleum, & replebimini in eis*, Item affluentia replet miserantes Luc. 11. *Date, & dabitur vobis*, vnde Pro. 3. *Da pauperibus*, inquit, *& implebuntur horrea tua saturitate, & vino torcularia redundabunt.* Et sic igitur patet quomodo sancti à parte virtutis concupiscibilis pleni & repleti sunt virtuali sanctitudine. *Replet*, inquit, *in bonis desiderium tuum.* Et hoc est primum.

D ¶ Deinde dico quod isti sunt pleni cordiali limpitudine. Vt aquila inquit. Aquila enim clarissimum habet visum significans illos qui sunt pleni sapientiæ claritate, quia sc. Deus replet viros iustos splendore sapientiæ & doctrinæ, vt, scil. sciant quid agere vel quid omittere teneantur. Vt aquila inquit Iob 36. *Ad præceptum tuum eleuabitur aquila &c.* Vide de homine sic repleto limpitudine cordiali potest dici illud Ezech. 27. *Tu Cherub extentus & protegens, plenus sapientia & perfectus decore &c.* Vide eam supra de Cherub. Cherub enim figuram aquilæ prætendere dicitur, & plenitudo scientiæ interpretatur. Vnde Exod. 28. *Loquere cunctis sapientibus corde quos repleui prudentia.* Iusti ergo replentur cordiali limpitudine.

E ¶ Denique dico quod iusti replentur æternali beatitudine, & hoc ostenditur cum dicitur *Renouabitur iuuentus tua.* Sicut enim secundum Macrob. quãdo luna renouatur, mare in summo diction esse p[illegible]am, sic quando p coniunctionẽ cum sole iustitiæ anima in gloria efficitur noua, tunc vere in mari voluntatis redundat bonorum omnium plenitudo Ps. 97. *Cum moueatur mare, & plenitudo eius* Astrion enim lapis est vbi refulget stella ad similitudinem plenæ lunæ, significans beatos in quibus refulgebit splendor æternæ gloriæ Deus, ad similitudinem ipsius lunæ, i. ipsius Christi, qui sicut luna plena in diebus suis lucet Eccl. 50. *Renouabitur*, inquit, *iuuentus tua*, vt anima possit dicere illud Psal. *Introibo ad altare Dei, ad Deum, qui lætificat iuuentutem meam.* Et nota quod sancti qui sunt in patria, replentur

Laudis amœnitate,
Status auctoritate,
Vitæ æternitate,
Mentis iucunditate,
Bonorum fertilitate.

De laudis amœnitate dicitur in Ps. 70. *Repleatur os meum laude, vt cantem gloriam tuam &c.* De status auctoritate dicitur in Psalmo. *Replebitur maiestate eius omnis terra.* De vitæ æternitate dicitur in Psal. *Longitudine dierum replebo eum.* Et Eccl. 24. *In plenitudine sanctorum detentio mea.* De mentis iocunditate dicitur in Psal. *Adimplebis me lætitia cum vultu tuo, delectationes in dextera tua vsque in finem.* Luc. 15. *Petite & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum.* De bonorum fertilitate dicitur in Psalmo. *Campi tui replebuntur vbertate, & valles abundabunt frumento.* Sic ergo patet quomodo iusti replentur, scilicet, Gloriæ beatitudine. Sapientiæ limpitudine. Gratiæ sanctitudine. Et sic patet quod est quædam plenitudo seu quædam repletio virtualis, quę est interior. Et hoc est primum principale. ¶ Secundo dico quod est quædam repletio temporalis, F
Et ista est plenitudo bonorum temporalium, qua, scilic. mundi diuites sunt repleti Sicut enim arbores syluestres sunt communiter fructibus fœcundiores & pleniores, sic mundani sunt diuitijs abundantiores & sicut pili vituli marini existente in plenitudine feruoris sui solent horrescere, dato quod sint in pelle mortua & detracta, summe etiam in plena luna dicuntur gaudere, sic vere mundi diuites quando vident mare & lunam esse, id est, mundi prosperitatem, quæ ad mundum maris & lunæ semper est in augmento vel decremento, solent per superbiam horrescere, & per inanem gloriam exaltari. De tali ergo plenitudine dicitur Iob 3 quod *reges, consules & principes terræ ædificant sibi solitudines & possident aurum, & replent domos suas argento* Ps. *Impleta est terra possessione.* Ista est ergo plenitudo temporalis, quæ est exterior.

¶ Tertio principaliter dico quod est quædam plenitudo criminalis, quæ est inferior seu deterior. Et ista est illa repletio qua G
mali replẽtur vitijs & peccatis. Repletio enim malorum humorum generat mortem temporalem, & repletio vitiorũ generat mortem æternalem. Pleni enim dicuntur peccatores, scilicet, peccatis, quia *homo natus de muliere breui viuẽs tempore, repletur multis miserijs* Iob 13. Nam sicut res plena (prout certe dictum est) nihil amplius potest recipere, sicut patet de phiala, quæ quamuis ore aperto in aqua immergatur, nihil tamẽ de aqua in eam subintrauit. (Quia enim vas plenum est aere, qui exinde fugere nequit necessitate, necesse est quod non possit inibi aqua subintrare, non obstante quod os vasis sit apertum, quia scilicet, duo corpora non possunt esse simul). Sic vere cum isti sint pleni vitijs & peccatis, constat quod de bonis gratiæ & gloriæ nihil possunt aut volunt recipere, & hoc pro tanto, quia cum gratia & culpa, gloria & pœna, virtus & vitium, dolor & gaudium simul nequeant habitare, necesse est peccatoribus vitia emittere, si intra se velint gratiam & virtutes recipere. Et ideo cuilibet peccatori sic pleno potest dici illud Act. 13. *O plene omni dolo & omni fallacia fili diaboli inimice omnis iustitiæ, vsque quo non desinis peruertere vias domini rectas.*

¶ Et sic possumus notare, quod peccatores hodie sunt repleti H

Stultitia & fatuitate,
Auaritia & cupiditate,
Gastimargia & gulositate,
Violentia & crudelitate,
Immunditia & carnalitate,
Ignorantia & obscuritate,
Ignominia & vilitate,
Superbia & pompositate,
Malitia & fallacitate.

Pleni & repleti sunt dico fatuitate & stultitia Pro. 12. *Vijs suis replebitur stultus.* Item cupiditate & auaritia. Vnde Mat. 24. *Intus aũt*

*plenteſtâ rapina*. & Iob 3. *Replet domos ſuas auro*. Item guloſitate & gaſtrimargia Eſaiæ 28. *Omnes menſæ repletæ ſunt vomitu*. Item crudelitate & violentia Hierem. 19. *Reges mundi repleuerunt locum iſtũ ſanguine innocentium*. Item carnalitate & immunditia Ezech. 9. *Repleta eſt terra ſanguinibus*. Item obſcuritate & ignorantia Baruc. 3. *Deus perfecit terram in ſempiternum tempore, & impleuit eam pecudibus & quadrupedibus*. Item vilitate & ignominia Ezech. 16. *Erat nuda, & confuſione plena*. Et Abacuc. 2. *Repletus eſt ignominia pro gloria*. Itẽ pompoſitate atque ſuperbia, vnde 2. Mach. 9. *Superbia repletus, ignem ſpirans animo*. Item fallacitate & malitia. Vnde illud prædictum Act. 13. *O plene omni dolo & fallacia &c.* Sic ergo patet quomodo eſt multiplex repletio ſeu plenitudo, ſcilicet, criminalis & deterior. Mũdialis & inferior. Virtualis & ſuperior. De æternali vero viſum eſt ſupra in §. Denique dico. De infernali, id eſt, de repletione quæ ſuo pondere mergit in infernum, poteris dicere omnia quæ in hoc ipſo §. ſunt dicta. Sufficit.

A **Reponere.** Nota, quod reponere idem eſt quod retro ſeu in abſcondito ponere, ſeu deponere, ſeu idem quod in loco tuto ponere, ſcilicet, vt reſeruetur. Dicam ergo quod eſt dare vnum Reponere quod eſt

Prudentiæ,
Miſeriæ,
Clementiæ,
Stultitiæ,
Fiduciæ,
Dementiæ,
Iuſtitiæ.

Eſt dico vnum reponere quod faciunt prudentes, & iſtud eſt illud quo reſeruamus & reponimus pro futuris caſibus bona certa. Et ſic reponũtur theſauri & etiam vina & alia neceſſaria pro ſe, ſuis, & pauperibus loco & tempore refouẽdis. Vnde Leu. 10. *Comedetis in loco mundiſſimo, tibi enim & liberis tuis repoſita ſunt*. Sicut etiam fit in theſauris regum & Eccleſiarum, vnde Ioſ. 6. *Quicquid auri & argenti fuerit & valorum æris & ferri, domino conſecretur, repoſitum theſauris*. Item dico quod eſt vnum reponere quod incurrunt cadentes, id eſt, morientes, quia, ſcilicet, poſt caſum mortis reponũtur in loculo vel in ſepulchro, ſicut de Iacob dicit. Ge. 50 quod *conditus aromatibus repoſitus eſt in loculo*. Item dico, quod eſt vnum reponere quod faciunt clementes, qui ſcilicet, diuitias ſuas in ſinu pauperum reponunt, vt eas inueniant poſt hanc vitam. Illa enim quæ hic pauperibus in Eccleſijs dantur, ſicut in quodam theſauro pro alienus vitæ neceſſitatibus reponuntur, ſicut de Salomone legitur 3. Reg. 7. quod *aurum & argentum & vaſa repoſuit in theſauris domus domini*. Item eſt reponere quod faciunt dementes, ſcilicet, auari, qui, ſcilicet, non ceſſant congregare & reponere diuitias & theſauros, nihil in bonos vſus expendentes. Sicut de illo qui acceptam mnam abſcondit, & ipſam dando pauperibus non multiplicauit, dicitur Luc. 19. *Ecce mna tua quam habui, repoſitam in ſudario*. Item eſt vnum reponere quod faciunt fidentes, ſeu in vita æterna ſperantes. Virtutes & merita iuſtorum ſeu ſicut quidam theſauri repoſiti in cœlis, quos ſcilicet, inuenient in gloria beatorum, ſicut Iob 19. *Repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo*. Et ad Col. 1. *Propter ſpem*, inquit, *quæ repoſita eſt vobis in cœlis, quam ante audiſtis in verbo veritatis Euangelij*. Item eſt vnum reponere quod faciunt delinquentes. Et iſtud nihil aliud eſt quam pœna æterna, quam, ſcilicet, iſti peccando ſibi reſeruant, & ſibi in inferno reponunt, vbi, ſcilicet, animæ eorum finaliter reponuntur. Vnde de talib. poteſt dici illud 2. Pet. 3. *Repoſiti ſunt igni reſeruati, in diem iudicij & perditionis impiorum hominũ*. Item eſt vnum reponere quod acquirunt ſeu faciunt triumphantes, ſcilicet, ſuperius in paradiſo. Vnde Apoſtolus 2. ad Timoth. 4. *In reliquo autem repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi*, &c. Hæc ergo de reponere ſufficiant. Vide infra de reſeruare.

B ¶ De componere vero quia ſupra dictũ eſt in littera C. quod ſcilicet, idem eſt quod ſimul ponere, Aggregare, Conficere, vel Patrare, quod etiam quandoque ſumitur pro Ordinare, Facere vel Ornare. notare poſſumus quod in ſcripturis, (cæteris omiſſis) inuenitur ſcilicet, Componere

Moralis ornatus,
Verbalis affatus,
Realis conatus.

Igitur habeamus compoſitam conuerſationem, vt ſcil. habitus & geſtus noſtri ſint ornati & compoſiti ſicut, ſcilicet, de ornatu Iudith dicitur Iud. 10. quod *omnis illa compoſitio non ex libidine, ſed ex virtute pendebat* quaſi dicere, licitum eſt cuicun[que] ſecundum ſtatum ſuum ponere habitum & ornatum, dum tamen ornatus ille non ex libidine, ſed ex virtute procedat. Cuius tamen contrarium faciunt multi, ſe libidinoſe & ſuperflue componentes Pſ. *Filiæ eorum compoſitæ, circumornatæ &c.* Et Eſa. 3. *Pro eo quod eleuatæ ſunt filiæ Sion, & ambulauerunt collo extento, & pedibus ſuis compoſito gradu incedebant, decaluabit dominus verticem filiarum Sion &c.* Non ſic ergo, ſed habeamus compoſitam conuerſationem Eccleſiaſt. 49 *Memoria Ioſiæ in compoſitionem odoris*.

¶ Item habeamus compoſitam prolocutionem. Valde enim decet quod verba noſtra ſint ornata, compoſita, & honeſta, ad quod facit quod lingua noſtra certis clauſuris & limitibus eſt incluſa, ita quod extra limites ad illius clauſuram ordinatos ſe vt communiter non extendit. Sic vere debet eſſe lingua locutionis noſtræ: certos enim & ordinatos habere debet limites atque fines, quia ſicut dicitur Prou. 16. *Fauus mellis verba compoſita*. Iſtud certe ſumme decet oratorem & aduocatum ſeu etiam prædicatorem atque prælatum. Quia breuiter omnis qui pluribus habet loqui, ſumme indiget pulchra ſerie verborum. Verba enim quandoq; magis mouent quam opera. Ideo Eſther volens ſuadere Aſſuero regi, & populum ſuum de mortis manibus liberare, recurrebat ad dominum & dicebat Eſther 7. *Tribue*, inquit, *ſermonem compoſitum in ore meo in conſpectu leonis huius, & transfer cor eius in odium hoſtis noſtri*. Aduerte tamen quod multi vtuntur compoſitis & ornatis ad malum finẽ, nõ ad bonũ, videlicet, C

Ad fatua narrandum,
Ad impia tractandum,
Ad ſimplices fallendum,
Ad debiles lædendum, ſed terrendum.

¶ Primi ſunt vani loculatores, de quibus dicitur Prou. 17. *Non decent ſtultum verba compoſita, nec principem labium mentiens*. Cuius tamen contrarium faciunt principes noſtri, qui, ſcilicet, in talium labijs mentientibus delectantur. Compoſitio enim talium inanium verborum ſimilis eſt compoſitioni opij vel veneni, quod, ſc. facit comedentes dormire. Contra quod dicitur Exo. 30. *Talem compoſitionem non facietis*.

¶ Secundi ſunt falſi machinatores, qui ſci. cum ſuis falſis verbis compoſitis & ornatis falſa & proditoria conſilia machinantur, ſicut de duobus ſenibus dicitur Dan. 13. *Ecce morior cum nihil horum fecerim, quæ iſti malitioſe compoſuerunt aduerſum me*. Et Dan. 2. *Vna eſt*, inquit, *ſententia de vobis, quod interpretationem quoque fallacem & deceptione plenã compoſueritis, vel loquamini mihi donec pertranſeat tempus* ¶ Tertij ſunt cauti exoratores ſeu fabulatrices, illi, ſc. qui ornatis, fictis, & compoſitis verbis quæſtus gratia orant, prædicant & ſupplicant, & ſic quaſi obdormire faciunt audientes, ſicut, ſc. ſunt caymandi, quorum quidam ſe fingunt membris truncatos aut deſiccatos, alij patria expulſos & ab hoſtibus captos, alij morbo caduco cadentes, alij reliquias ſanctorum portantes &c. Omnes enim iſti verbis compoſitis ad de[...] dum vtuntur, & tamen viri prudentes de talibus fictio[nibus] & compoſitionibus nihil admirati, ſed auiſati, verbis ſu[...] bus faciliter non fraudantur iuxta illud Iob 41. *Non parcam ei verbis potentibus ad precandum compoſitis* ¶ Quarti ſunt diri comminatores, qui ex certa ſcientia verba terribilia componunt & dicunt, & verbis etiam dura & crudelia facta adijciunt & ſic ad faciendum voluntatem ſuam alios attrahunt & inducunt [...] Gen. 22. dicitur quod *pro Iſaac immolando Abraam ædificauit [...] & deſuper ligna compoſuit*. Non ſic ergo, ſed bono & honeſto modo habeamus compoſitam prolocutionem.

¶ Tertio vero dico quod habere debemus compoſitam operationem. Opera enim noſtra debent eſſe compoſita & honeſta, & finibus & limitibus debitis ornata. Boni enim artifices in omnibus quæ faciunt & componunt, ſolent ſeruare regulam & menſuram, ſicut patet de latomis & alijs manualibus artificibus quibuſcunq; omnia enim opera talium compoſita, ſc. pondere, numero & menſura ordinata & facta. Sic certe dicam in moribus, quia, ſcil. omnes actus noſtri debent eſſe compoſiti, & debitis modis & regulis ordinati, ſic vt dicatur de quolibet tali illud 2. Mach. 8. *Diligenter omnia compoſuerunt*. Et bene dicit omnia, quia, ſcil. omnia debita & honeſta ſunt à iuſtis fidelibus componenda. Et hæc certe principaliter, ſcilicet, D

Lux & ſcientia veritatis claræ,
Pax & concordia vnitatis charæ,
Ros & clementia pietatis miræ,
Flos & fragrantia ſanctitatis puræ

De luce veritatis & scientiæ, qualiter, scilicet, debeat componi & ordinari, patet Exod. 30. vbi dicitur quod *Aaron mane quando componet lucernas, adolebit incensum.* De pace & concordantia veræ vnitatis & charitatis quod, scil. sit componenda, & ordinanda, patet 1. Mach. 11. vbi dicitur quod *Ionathas misit ad Bachidem, componere cum eo pacem, & reddere ei captiuitatem.* Et 1. Mach. 9. dicitur sic. *Veni componamus inter nos pacem, & dabo tibi filiam meam.* De tote autē clementiæ & pietatis qualiter sit componenda & conficienda, patet Exod. 37. vbi dicitur quod *Moyses composuit oleum ad sanctificationis vnguentum, & thymiama de aromatibus.* Oleum enim & vnguentum dulcedinem pietatis designant. De flore vero bonæ famæ & fragrantiæ sanctitatis potest dici illud Exod. 30. *Facies thymiama compositum opere vnguentarij, mixtum diligenter & purum, & sanctificatione dignissimam.* Thymiama enim quæ erat confectio summe redolens, bonæ famæ fragrantiam signat, quam scil. summe decet sanctos habere, vnde ibidem dicitur. *Facies oleum vnctionis sanctum, vnguentum compositum, opera vnguentarij.* Sic ergo patet quomodo iusti debent habere compositam operationem, prolocutionem, conuersationem. Hæc igitur de Componere & Reponere sufficiant.

**Reportare.** Vide in titul. Referre, & Narrare.

**Reprehendere.** Vide in tit. Arguere & Redarguere.

A **Reprobare.** Nota, quod reprobare sumitur pro repudiare, pro refutare, pro repellere, pro respuere, pro damnare, vel etiam pro abijcere, vel pro non curare. Et sic dicam quod in sacra pagina reperitur reprobatio multiplex, secundum quod multi sunt qui diuersimode reprobantur, videlicet

Christus quem reprobat Iudæa regio,
Iustum quem reprobat malorum legio,
Stultus, quem reprobat diuina sanctio,
Fractus, id est, pauper, quem reprobat diuitum oppio.

¶ Primo igitur dico, quod Christus fuit reprobatus per Iudaicam concionem, & tamen sæpe contingit quod lapis qui ab ædificantibus reprobatur, & tanquam inutilis refutatur, & locus pro ipso ponendo in ædificio non inuenitur finaliter vbi non speratur, inuento sibi loco idoneo non reprobatur, sed vtilis iudicatur, & ab omnibus qui reprobatus fuerat, acceptatur. Sic Christus qui à Iudæorum populo reprobatus fuit, tandem ab ipsorum pluribus est approbatus Psal. *Lapidem quem reprobauerunt ædificantes hic factus est in caput anguli.* Tunc enim ipsum Iudæi reprobauerunt quando dixerunt, *Tolle, tolle, crucifige eum.* Tunc vero ipsum receperunt & approbauerunt, quando reuertenter in pectora sua dixerunt. *Vere filius Dei erat iste.* Et certe simile sæpe videmus in mundo, quod scilicet, illi qui vilipenduntur, & reprobantur, tandem magistri se probantium efficiuntur. Vnde de Christo dicitur 1. Pet. 2. *Ad quem accedentes, lapidem viuum ab hominibus quidem reprobatum, à Deo autem electum & honorificatum.* Iudæi enim & alij infideles non solum reprobant Christum, imo etiam exprobrant sibi & fidelibus suis: Sibi dico, ipsum blasphemando, sicut dicitur 1. Re. 16. de Goliath quod, scilicet *ipse exprobrauit acies Dei viuentis.* Fidelibus vero, ipsos arguendo & vilipendēdo, sicut, sc. Dauid de seipso dixit in Ps. *Posuisti nos in opprobrium vicinis nostris, subsannationem & derisum,* &c. Sequitur. *Confusio faciei meæ cooperuit me à facie exprobrantis & obloquentis &c.* Sed quid? Certe dominus consulatur tales sic reprobatos, dicens, scil. Luc. 6. *Cum vos oderint homines & exprobrauerint, & eiecerint nomen vestrum tanquam malum propter filium hominis gaudete & exultate in illa die, ecce enim merces vestra multa in cælis.* Christus ergo fuit reprobatus per Iudaicam concionem.

B ¶ Secundo dico quod iustus est reprobatus per pestificam legionem, hoc est dictum, per impios & peruersos, quia, scilic. isti sunt qui bonos reprobant & contemnunt, quia, sc. sicut dicitur Eccl. 33. *Contra bonum malum est, & contra vitam mors, sic & contra virum iustum peccator.* Mali enim reprobant, & bonos & bona, quia scilicet non placent talibus nisi mala, iuxta illud Esa. 30. *Reprobastis verbum, & sperastis in calumnia.* Et Ezec. 20. *Leuaui,* inquit, *dominus manum meam vt disperderem illos & ventilarem eos, eo quod iudicia mea non fecissent & præcepta mea reprobassent, & sabbatha mea violassent.* Cuius tamen contrarium faciunt viri iusti, quia, sc. ipsi approbant bonos & bona, reprobāt vero malos & mala, vt sic sint de illis de quibus dicitur Esa. 7. qui, scilicet, *butyrum & mel comedunt, vt sciant reprobare malum, & eligere bonum.* Butyrum dico suaue & pingue, hoc est charitas. Mel vero sapidum & dulce, hoc est sapientiæ dulcis hæreditas quæ, scilicet, dicit Eccl. 24. *Spiritus meus super mel dulcis, & hæreditas mea super mel & fauum.* Patet ergo quod iustus reprobatur per pestiferam legionem.

*Dilloon. Betchorij.*

¶ Tertio dico, quod stultus seu peccator reprobatur per dominicam sanctionem. Deus enim ab æterno sciuit & nouit qui secundum merita vel demerita sui erant futuri, & qui bona opera vel mala ex proprio suo arbitrio essent facturi, & exinde vitā æternam merituri vel perdituri. Hos igitur prædestinauit, & alios reprobauit. Iste enim ab æterno omnia præsentialiter vidit, nullum habens præteritum aut futurum. Et ideo de futura malorum damnatione tanquam sibi præsenti & tanquam causas ipsius damnationis præsentialiter videns potuit iudicare, & eos reprobare. Isti enim videntur similes leprosis & bannitis seu relegatis, qui, scilicet, sicut indigni à societate sanorum & bonorū reprobantur, & sententialiter expelluntur. Ita quod anima sic reprobata videtur figurari *in muliere cui vir suus libellum repudij dabat, & eam à se & à suo coniugio expellebat* Deut. 24. Quia, scilicet Deus ab æterno talem libellum scripsit, dicens illud Hier. 6. *Argentum reprobum vocate eos, quia dominus proiecit illos.* ¶ Et breuiter dico quod peccatores dicuntur reprobi multiplici ratione, videlicet propter

Stultitiam qua sunt hebetati,
Luxuriam qua sunt inflammati,
Pigritiam qua sunt eneruati,
Facundiam qua sunt effrænati,
Cæcitatem qua sunt obscurati,
Vbertatem qua sunt denotati,
Voluptatem qua sunt delicati,
Vanitatem qua sunt eleuati.

Tales ergo reprobi possunt dici propter stultitiam qua sunt fatuati, quia, scilicet dicitur ad Rom. 1. *Quia non probauerunt habere Deum in notitia, tradidit eos in reprobum sensum, vt faciant quod eis non expedit.* Item isti reprobi dicuntur propter luxuriam qua sunt inflammati, vnde Ecclesiastic. 9. *Propter speciem mulieris multi perierunt. Et ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit.* Sequitur. *Speciem mulieris alienæ multi admirati, reprobi facti sunt.* Item isti reprobi dicuntur propter pigritiam, qua sunt eneruati, quia scilicet isti nō vacant ad aliquod bonum opus. Vnde ad Tit. 1. *Confitentur,* inquit, *se nosse Deum, factis autem negant, cum sint abominati, & incredibiles, & ad omne opus bonum reprobi.* Item reprobi dici possunt propter facundiam, quæ sunt effrænati seu inordinati, quia scilicet isti non loquuntur moderate vel ordinate. Vnde Ecclesiastic. 20. *Ex ore fatui reprobatur parabola, eo quod non dicit eam in tempore suo.* Item reprobi possunt æstimari & dici propter cæcitatem, qua sunt deuiati, scilicet à fidei veritate. Vnde 2. Timoth. 3. *Resistunt,* inquit, *veritati circa fidem, sed vltra non proficient.* Insipientia enim eorum manifesta erit omnibus. Item isti reprobi dici possunt propter vbertatem, quæ sunt vacuati, quia, scil. isti opulentia bonorum moralium carent, & malorum copia clarent, spinas & tribulus producunt, bonos vero fructus non proferunt. Vnde ad Hebr. 6. dicitur, quod *terra proferens spinas & tribulos, reproba est, & maledicta.* Item reprobi dici possunt propter voluptatem, qua sunt delicati. Et ideo Apostolus dicit 1. Cor. 9. *Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar.* Item reprobi dici possunt propter vanitatem, qua sunt eleuati. Vanitatem dico præsumptionis & vanæ spei, sicut de Esau dicitur Hebr. 12. quod *cupiens hæreditate benedictionem, reprobatus est.* Et causa redditur ibi, quia scil. *antea vendiderat primogenita sua, & ibi benedictionem, quæ sibi non debebatur, præsumptuose & vane & indebite petebat.* Patet igitur, qualiter reprobatur stultus per dominicam sanctionem. Vnde Psalmo. *Dominus reprobat cogitationes,* id est, vanas præsumptiones *populorum, & reprobat consilia principum.* Vnde etiam de reprobatione seu repudiatione animæ peccatricis dicitur Leuit. 21. & Ezech. 44. quod *sacerdos viduam & repudiatam non ducet vxorem.* Nunmirum ergo, si Deus tales repudiatas non acceptat, & si propter ipsarum demerita ipsas reprobat atque damnat. Aduerte tamen, quod talis reprobatio necessitatem peccandi non inducit, quia scilic. liberum arbitrium homini dedit, quo videlicet peccator libere peccans mortem æternam incurrit. Vnde ipse Deus illos, qui de necessitate peccare se dicunt, redarguit Esaiæ 50. *Quis est,* inquit, *iste liber repudij matris vestræ, quo dimisi eam? ... est iste creditor, cui vendidi vos? Ecce enim in iniquitatibus vestris venditi estis, & in sceleribus vestris dimisi matrem vestram.* quasi diceret.

Talis repudiatio aut reprobatio propter peccata vestra à Deo, ab æterna præsentia fit, libertatem tamen arbitrij nunquam tollit, quia scil. tempus nostrum, quo peccamus, cum ipsa Dei æternitate concurrit, temporisque successio, quæ nos mensurat, æternitatis Dei præsentiam non immutat. Et si vis adhuc aliquantulum dilatare, dic, quod Deus non solum malos reprobat, imo etiam malos, & malis & mala redarguit & reprobat. Quia spiritualiter iste duobus generibus hominum peccatorum insultat & exprobrat in scriptura, videlicet nolentibus pœnitere, & fidei nolentibus adhærere. De nolentibus enim pœnitere dicitur Matth. 1. quod *Iesus cœpit exprobrare ciuitatibus, in quibus factæ fuerant plurimæ eius virtutes, quia non egissent pœnitentiam*. De incredulis vero & fidei adhærere refutantibus dicitur Marc. 6. quod *Christus recumbentibus discipulis apparuit, & exprobrauit incredulitatem illorum, & duritiam cordis, quia ijs, qui viderant illum resurrexisse, non crediderant*. Patet igitur, quod reprobatur stultus per dominicam sanctionem, & hoc est tertium.

E ¶ Quarto vero dico, quod reprobatur fractus, hoc est dictu, pauper & egestate contemptibilis, fractus per tyrannicam pressionem. Constat enim, quod pauperes & simplices à malis non probantur, & ab ipsis non releuantur, sed aggregantur 1. Re. 15. *Quicquid autem vile fuit, & reprobum, demoliti sunt*. Vt sic dicat quilibet taliter à talibus reprobatus illud Psalm. *Dum confringuntur ossa mea, exprobrauerant mihi, qui tribulant me, inimici mei*. Et tamen isti deberent aduertere ad illud, quod dicitur Prou. 14. quod ille, qui *calumniatur egentem, exprobrat factori eius, honorat autem eum, qui miseretur pauperis*. Patet ergo, quod reprobatur seu exprobratur fractus per tyrannicam pressionem. Sufficit.

A **Reptile. Reptilia.** Cum reptilia sint animalia circa terram repentia, quæ à repando dicta sunt reptilia, notandum, quod per reptilia possunt intelligi

Occulti tentatores,
Auari peccatores,
Affectus vagatores.

¶ Repunt enim dæmones circa nos per tentationis inuenenando, quia sicut dicitur in Psal. *Hoc mare magnum & spatiosum manibus, illic reptilia, quorum non est numerus*. Quod Amb. in serm. de confess. de dæmonib. ponit. ¶ Repunt auari circa terram solum terrestria diligendo. Mich. 7. *Sunt reptilia terræ perturbabuntur*.

¶ Repunt etiam carnis affectus in nobis nos per delectationes inficiendo, & per cogitationes molestandu. Vnde Ezech. 8. *Omnis similitudo reptilium depicta erat in pariete*.

B ¶ Si vis dic vltra quod per reptilia intelliguntur peccatores, qui affectione & occupatione non cessant repere circa terram. Et sic nota quod nos inuenimus Reptilia, quæ

Fœdant tangentem,
Spernunt tegentem,
Gubernant gentem,
Feriunt cogentem.

Peccatores ergo dicuntur reptilia, qui fœdant se contingentes. Immunda enim erant secundum legem reptilia, & ideo quicquid tangebant, immunda faciebant. Sic vere peccator quicquid per societatem frequentat & tangit, immundum & simile sibi reddit Leu. 5. *Anima quæ tetigerit aliquid immundum aut quodlibet reptile, rea erit*. Et Leu. 22. dicitur sic: *Qui tangit reptile, immundus erit*. Item quia spernunt sese regentes Abacuc. 1. *Facies homines sicut pisces maris, & sic reptilia non habentia ducem*. Item quia regunt populos & gentes. Lacertæ enim & scarabæi & alia reptilia ascendunt super tecta. Sic mali sunt illi qui præ cæteris ad altas dignitates ascendunt. Sicut enim dicitur Eze. 8. *Omnia genera reptilium depicta erant in parietibus templi, ipsisq́ thurificabatur, & contra Deum à populo colebantur*. Quia, scilicet, mali sunt illi qui parietes templi Ecclesiæ præ cæteris aliquando tenent & occupant, & quos alij hodie exaltant & honorant. Ad quod etiam facit illud quod dicitur Act. 1. vbi B. Petrus dicit quod *in linteo sibi misso de cœlo ipse videbat quadrupedia terræ, & bestias, & reptilia cœli*. Quia reuera in linteo Petri, id est, in Ecclesia quæ fuit à principio cœlitus sibi data & missa, habitant hodie omnia genera peccatorum, scilicet, quadrupedes, id est, illi quos quatuor regunt affectiones. Bestiæ, id est, illi qui sensu carent per ignorantias & obliuiones. Reptilia, id est, illi qui mundi quærunt occupationes. Volucres cœli, id est, illi qui alta ambiunt per superbias & elationes. Illic ergo reptilia quorum non est numerus. Item finaliter pereunt per pœnas ingentes, scilicet, in inferno. Vnde Genes. 7. *Consumpta est omnis caro quæ mouebatur super terram, volucrum, animantium, bestiarum, omniumque reptilium quæ repebant super terram*.

¶ In bono vero significato dic quod reptilia sunt boni rustici & laborantes, qui circa terram præ cæteris intendunt. Isti enim

Cum Deo sunt colligati,
In Deo sunt occupati,
Per Deum sunt liberati.

Colligati dico seu confœderati. Vnde Oseæ 2. *Percutiam fœdus in die illo cum bestia agri, & cum volucre cœli, & cum reptili terræ, & dormire eos faciam fiducialiter*. Occupati etiam in laudibus Dei vnde in Psalm. *Laudent illum cœli & terra, mare & omnia reptilia in eis*. Liberati insuper, scilicet, à submersione damnationis æternæ. Vnde Gen. 8. *Omnia reptilia egressa sunt de arca secundum genus suum*. Et hæc de reptili sufficiant in bono & in malo, &c.

**Reputare. Reputans. Reputatus.** A

Nota, quod reputare, sumitur pro æstimare, opinari, credere, ascribere, iudicare. Igitur dicam breuiter quod siue actiue siue passiue loquimur, nos inuenimus in scriptura multiplex reputare. Est enim reputatio quæ est

Verax & certissima,
Fallax & nequissima,
Audax & stultissima.

Primo igitur dicam quod est reputatio cognitionis veracis. Et ista est illa qua Deus & vir iustus res appreciant & reputant quantum valent. Et sic dicam quod isti reputant

Culpæ statum vilem & sordidum,
Mundi statum vanum & fluidum,
Iusti statum sanctum & floridum.

Igitur dico quod iusti reputant culpæ statum abominabilem. Et sic de diuersis generibus immundorum animalium & reptilium dicitur Leu. 11. *Omnia hæc immunda sunt vobis, hæc quoque inter polluta reputabuntur*. Et sic dicat illud Psalm. *Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ*. Item iusti reputant mundi statum parum durabilem, & sic de vana mundi letitia dicitur Ecclesiastic. *Risum reputaui errorem, & gaudio dixi, Quid frustra deciperis?* Et de gloria hic viuentium & dominantium dicitur Esa. 40. *Ecce, inquit, gentes quasi stilla situlæ, & quasi momentum stateræ reputatæ sunt*. Sequitur. *Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo, & quasi nihilum reputatæ sunt*. Et Actorum 16. *Magnæ Dianæ templum in nihilum reputabitur*. Vnde & de mundi diuitibus dicatur illud Dan. 4. *Habitatores terræ in nihilum reputati sunt*. Item Deus & sancti reputant iusti fructum dignum & nobilem, quia, scilicet, & Deus & sancti viros iustos reputant & æstimant omni honore temporali & cœlesti dignos sicut de fideli Abraham dicitur Gen. 15. quod *credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiam*. Et de zelo legis quem habuit Phinees, dicitur in Psalm. quod *stetit Phinees & placauit &c. & reputatum est ei ad iustitiam &c.* Cuius tamen in multis videtur hodie contrarium, quia, scilicet, multi sunt ita impij & superbi quod nullum reputant aliquid valere, nisi se aut sibi similes. Vnde de impio dicitur Esa. 33. *Dissipatæ sunt viæ, cessauit transiens per semitam, irritum factum est pactum, proiecit ciuitates, non reputauit homines*. Et sic igitur patet quod est reputatio cognitionis veracis.

¶ Secundo dico quod inuenitur reputatio opinionis fallacis. Et ista certe est illa qua mali reputãt bona esse mala, vel etiam bonos malos. Et sic nota quod hi Reputant

Fatuos vigere,
Pauperes fœtere,
Deum nil videre,
Iustum non valere.

Reputant dico quod vigeat stultorum potestas. Vnde isti nihil reputant nisi statum & gloriam mundanorum. Vnde de mundi gloria & prosperitate dicitur Deu. 2. *Terra gigantum reputata est, & in ipsa olim habitabant gigantes*. ¶ Reputant etiam quod fœteat pauperũ egestas. Nihil enim reputant pauperes & egenos. Vnde isti videntur dicere de paupere illud Esa. 53. *Et nos reputauimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo, & humiliatum*. Sequitur. *Et cum sceleratis reputatus est*. ¶ Reputant insuper per quod non videat diuina maiestas, quia, scilicet, eo quod Dei patientia iram suam non ostendit, videtur quod mali ipsum reputant non videre. Nam ipsi dicunt Ezech. 8. *Dereliquit dominus terram, & dominus non videt*, vt sic de Deo videantur dicere illud Esa. 53. *Quasi absconditus vultus eius & despectus, vnde nec reputauimus eum*. Vnde Iob 22. *Quasi nihil posset facere omnipotens, æstimabant eum*. Reputant nihilominus

minus quod nil valeat Sanctorum honestas. Vnde de hoc quod isti nihil valere reputant viros iustos, potest dici illud Thren. 4. *Filij Sion & inclyti eius amicti auro primo, quomodo reputati sunt in vasa testea, opus manuum figuli.* Vt sic talibus dicant ipsi iusti illud Iob 18. *Reputati sumus vt iumenta, & sorduimus coram te.* Patet igitur quomodo inuenitur reputatio opinionis fallacis.

C ¶ Tertio vero dico quod inuenitur reputatio præsumptionis audacis, quia scilicet, mali & superbi seipsos reputant vltra debitum honore & gloria dignos esse. Exemplo, scilicet, Aman, de quo dicitur Hest 6. quod *honorandum à rege summo honore iudicauit extollendum.* Reputans inquit neminem alium quam se honorare vellet, vt & de illo qui fortitudinem suam reputat nimis magnam, derisorie dicatur illud Iob 41. *Reputabit*, inquit, *quasi paleas ferram. & quasi lignum putridum æs, & non fugabit eum vir sagittarius, in stipulam versi sunt ei lapides fundæ.* Sic igitur patet quod triplex reputatio reperitur, scilicet,

Stulta & præsumptuosa,
Falsa & perniciosa,
Vera atque virtuosa.

De reputatione pessima, in quantum, scilicet, potest significare bonam vel malam famam, multa possent dici, sed auctoritates desunt ad propositum istud. Vide supra de nomine, de noscere, & de fama & opinione, & in tit. putare, &c.

A **Requies. Requiescere.** Nota, quod requiescere, quandoque accipitur pro cessare. Et sic dicitur Esa. 13. *Requiescere faciam superbiam infidelium.* Aliquando sumitur pro dormire Psalm. *In pace in idipsum dormiam & requiescam* Aliquando communiter sumitur pro à labore desistere, & pro dilationem & contemplationem habere. Et sic communiter sumitur in scriptura. Sic ergo notemus quod in scriptura multiplex requies inuenitur. Est enim requies

Interna,
Externa,
Æterna,
Subterna.

Prima significat mentis tranquillitatem,
Secunda designat mentis prosperitatem,
Tertia denotat cœli fœlicitatem,
Quarta signat mortis finalitatem.

Prima est requies virtuosa,
Secunda est requies vitiosa,
Tertia est requies gaudiosa,
Quarta est requies dolorosa.

Prima est requies hominum perfectorum, qui scilicet, labores sæculi dimittentes in solo domino requiescunt. De quo Hier. 31. *Vadet ad requiem suam Israel.* Secunda est requies diuitum mundanorum. De qua Eccl. 31. *Laborauit in congregatione substantiæ, & in requie sua replebitur bonis suis.* Tertia est requies sanctorũ triumphantium. De qua in Ps. *Hæc requies mea in sæculum sæculi, hic habitabo, quoniam elegi eam.* Quarta est requies omnium morientium. De qua Iob 3. *Nunc enim dormiens silerem, & somno meo requiescerem.* De quadruplici ergo requie, scilicet Interiori, Exteriori, Superiori, & Posteriori aliquid est dicendum.

¶ Primo dicamus, quod est quædam requies interior & virtuosa. Et ista est requies mentis in Deo per amorẽ & desiderium quiescentis. Omnia enim quæ sunt, in locis proprijs requiescũt. Et cum locus proprius animę sit solummodo ipse Deus, hinc est quod in ipso solummodo requies eius. Piscis enim non quiescit extra aquam. Homo nõ quiescit extra patriam. Membrum non quiescit extra sui loci existentiam. Quia piscis extra aquam corrumpitur. Peregrinus extra patriam laboribus afficitur. Membrum detruncatum magnis doloribus affligitur. Sic vere cum Deus sit locus & patria cordis nostri, restat quod cor nostrum non potest alibi requiem inuenire, imo quamdiu extra locum istum per peccatum fuerit, & quamdiu diuagando per mundum ab ipso peregrinus extiterit, tamdiu habet doloribus & laboribus & corruptionibus subiacere, & ab omni requie longe esse. Patet in mundi peccatoribus & diuitibus, qui pro certo non habent requiem, nec in corde, nec in corpore, nec in animo, nec in mundo. Quia scilicet, in corde laborant per varios amores & affectiones. Iuxta illud Iob 30. *Interiora mea efferbuerunt absque vlla requie.* In corpore vero discurrunt per infinitos labores & afflictiones. Figurati in spiritu immundo Luc. 11. qui *ambulat per loca deserta & inaquosa, quærens requiem & non inuenit,* imo finaliter dicit. *Reuertar in domum meam vnde exiui.* Quia procul dubio homo qui in locis desertis, inuijs & inaquosis huius mundi, scilicet, in officijs sæcularibus, in delitijs corporalibus, in diuitijs temporalibus vult requiem quærere, impossibile est inuenire Thren 1. *Migrauit Iudas propter afflictionem & multitudinem seruitutis, habitauit inter gentes, nec inuenit requiem.* Quinimo necesse habent ad dominum Deum, sicut ad refugium suum à quo per peccatum recesserant, reuertire, si volunt requiem reperire, dicentes illud Psal *Conuertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi.* Et illud Psalm. *Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo & requiescam.*

¶ Vbi aduerte ad mentis requiem habendam quatuor sunt necessaria, videlicet,

Mentis sedulitas, quæ requiem solet requirere, [Quis dabit mihi, inquit]
Mentis agilitas, quæ requiem potest acquirere [Pennas]
Mentis simplicitas, quæ requiem solet diligere [Columbæ.]
Mentis sagacitas, quæ requiem nouit eligere. [Volabo.]
Nam requiẽ requirit affectio desideratiua [Quis dabit.]
Nam requiem acquirit perfectio mentis erectiua. [Pennas]
Nam requiem diligit conditio pacis amatiua. [Columbæ]
Nam requiem eligit discretio deliberatiua. [Volabo inquit.]
Primum probat amoris desiderium. Quis inquit dabit mihi,
Secundum probat valoris opertorium. Pennas, inquit, per quas, scilicet, virtutes significantur,
Tertium probat timoris ministerium. Columbæ, inquit, quæ scilicet, semper timet, & ideo diligit pacem & requiem,
Quartum vero probat honoris magisterium, cum dicitur Volabo.

¶ Dico igitur quod ad requiem mentis habendam requiritur affectio desideratiua, quod ostenditur cum dicitur: *Quis dabit mihi.* Ille enim qui continue ab hostibus fatigatur, summe solet pacem & requiem desiderare, & eam prece vel precio procurare, maxime quando videt quod nequit se defendere vel saluare. G Sic vere quia dum sumus in corpore, sumus sicut in castro obsesso, in quo à diuersis hostibus, i. à varijs tentationibus impugnamur, ideo necesse est quod requiem & pacem cordis desideremus, & ipsam totis affectibus procuremus. Quis dabit, inquit mihi, quasi dicatur, Ego indigeo. Sic videbatur desiderando loqui sponsa Cant 3. dicens. *Quis mihi det vt inueniam te fratrem meum solum foris, & osculer te?* Et illud Hier. 9. *Quis dabit capiti meo aquam, &c.* Quia proculdubio requies spiritualis debet desiderari, & summo studio procurari. Omnia enim, quæ sunt, mouentur naturaliter ad locum, vbi possint requiescere & sedere, sicut patet de igne, qui hic inferius detentus nunquam quiescit, imo semper est in motu, semper appetens sursum ferri, vt in sphæra propria requiescat. Sic vere vbicunque detineatur homo hic inferius, nunquam inuenit requiem, nec in officijs, nec in beneficijs huius mundi. Et ideo si sit hic inferius per malas complacentias alligatus, semper debet desiderare, quod dissoluatur, & quod ad requiem propriæ sphæræ, id est, ad tranquillitatem propriæ conscientiæ reducatur, dicens: *Quis dabit mihi* supple, *requiem.* Et sic desiderando quærebat ille, qui dicebat Eccles. 24. *Gyrum cœli circuiui, profundum abyssi penetraui. in fluctibus maris ambulaui, & in omni terra steti, in omnib. primatum habui, excelsorum & humilium colla calcaui, & in omnibus his requiem quæsiui.* Vbi ostenditur, quod requies spiritualis est quærenda,

Cœlum circumeundo per contemplationem,
Abyssum inferni penetrando per meditationem,
Fluctus maris, id est, mundi amaritudines perambulando per patientiæ roborationem,
In terra, id est, in terrena prosperitate stando per ipsius conculcationem, & per nullam animi depressionem,
In omni populo primatum tenendo per debiti regiminis ordinationem,
Excelsorum & humilium, id est, superborum & hypocritarum colla calcando per ipsorum detestationem.

In his enim omnibus requies quæritur, & per ista supradicta hę-

reditas Domini, id est, pax & tranquillitas inuenitur. Et sic ergo dico, quod ad istam requiem habendam necessaria est affectio inuestigatiua seu desideratiua Quis, inquit, dabit mihi, &c.

D ¶ Deinde dico, quod ad istam requiem habendam necessaria est perfectio alleuiatiua. Pennas, inquit. Quia scilicet necesse est, quod homo habeat pennas virtutum, quibus scilic. possit acquirere requiem istam. Sicut enim aues fluuiales in aqua requiescunt & delectantur mediantibus pennis suis, quibus videlicet corpora earum alleuiantur, ne inferius submergantur, sic vere viri iusti in aqua huius fluxibilis vitæ spiritualiter in Domino requiescunt, quando pennis virtutum induuntur & supportantur. Et de hoc dicitur in Psal. 138. *Si sumpsero pennas meas diluculo & habitauero in extremis maris*. Ac si diceret, quod in mare huius vitæ non potest aliquis quiescere aut manere sine pennis virtutum. Esa. 40. *Assument pennas vt aquilæ, current, & non laborabunt; volabunt & non deficient*. Et nota hic, quod *animalia sancta, quæ vidit Ezechiel, habebant pennas per quatuor partes*, sicut dicitur Ezech. 1. Ad denotandum, quod illi, qui mediantibus pennis virtutum in Domino requiescere volūt, debent quatuor spirituales pennas, id e. quatuor speciales virtutes acquirere & habere. Et istæ sunt, scilicet,

Spes supernorum,
Timor infernorum,
Horror terrenorum,
Vigor animorum.

Istæ enim sunt quatuor pennæ, quibus vir spiritualis diuersimode volat, scilicet,

Spes,
Timor,
Temperantia,
Patientia.

Spes enim volat sursum ad cœli fœlicitatem. Ista enim est in anima sicut anchora in naui, quæ scil. facit nauim requiescere in mari stabiliter & secure, & quæ facit eam maris & venti impetus non timere, quia scilicet quando anima per anchoram spei superius in interiora velaminis Paradisi firmiter radicatur, constat, quod non obstantibus huius mundi fluctibus, spiritualiter requiescere comprobatur. Psa. *Caro mea requiescet in spe*: & Iob 11. *Requiesces, & non erit, qui te exterreat, & habebis fiduciam proposita tibi spe*. Timor volat deorsum ad inferni pœnalitatem. Pœna enim timoris est illa, qua sancti volant in infernum per considerationem tormentorum, & ista etiam facit requiescere hominem, quia deprimit eum per humilitatem. Res enim infimæ & depressæ sunt magis quietæ, quia sicut patet de terra. Res vero altæ sunt in periculo & in motu, sicut patet de cœlo. Quia scilicet homines inferiores sunt in requie mentali, superbi vero & superiores sunt in motu & labore continuo temporali. Et ideo quod pœna timoris faciat animam requiescere, patet Num. 21. vbi dicitur, quod *scopuli torrentium inclinati sunt, requieuerunt in Arnon*. Arnon enim interpretatur arca mœroris, signans timorem diuinum, in quo scopuli inclinati requiescunt, id est, in quo viri humiles delectantur. Temperantia volat dextrorsum ad mundi prosperitatem. Homo enim in mundi prosperis non requiescit. Non enim habet pennam temperantiæ, per quam sciat vti mundi prosperis moderate. Temperantia enim introducit cōtemptum rerum, eo scilicet quod non diligit res propter se, sed propter necessitatem; non superflue, sed moderate, non auare, sed debite & iuste: exemplo Apostoli dicentis ad Phil. 3. *Omnia arbitratus sum vt stercora, vt Christum lucrifaciam, & inueniam in eo requiem*, q. d. Sine contemptu terrenorum non inuenitur requies spiritualis. Patientia vero volat sinistrorsum ad mundi aduersitatem. Penna enim patientiæ facit hominem requiescere etiam in aduersis. Ista enim est sicut Mandragora, quæ ita facit hominem requiescere & dormire, quod non sentit, si ab aliquo secetur aut scindatur. Vnde talis patiens potest dicere illud Abac. 3. *Requiescam in die tribulationis, & ascendam ad populum accinctum nostrum*. Et illud Gen. 49. *Vidit requiem, quod esset bona, & supposuit humerum ad portandum, & factus est tributis seruiens, &c*. Istæ ergo sunt quatuor pennæ, id est, quatuor virtutes, quæ sunt necessariæ ad requiem mentis habendam. Quia sicut dictum est, ad hoc requiritur perfectio alleuiatiua Pennas, inquit.

E ¶ Denique dico, quod ad istam requiem requiritur intentio pacis amatiua, quod ostenditur, cum dicitur: Columbæ. Columba enim est auis simplex & quieta, pacifica & modesta, pace gaudens & societate, pacifice requiescens, significans illos, qui sunt simplices, humiles & benigni, qui tunc sunt in requie gaudio, quando sunt in pacis & concordiæ coniugio. Ps. *Si dormiatis inter medios cleros pennæ columbæ deargentatæ*. Columba enim est pacifica. Vnde de ea dicitur Gen. 9. quod *non inueniens vbi requiesceret pes eius, rediit ad Noe in arcam*. Et ibid. legitur, quod *in signum pacis hominibus restituta, ipsa postmodum ramum virentis oliuæ in ore suo portauit*. Vnde talis potest dicere illud Psal. *In pace, in idipsum, dormiam & requiescam*. Sit ergo in tali intentio pacis amatiua.

F ¶ Insuper dico, quod in eo debet esse discretio deliberatiua, quod ostenditur, cum dicitur: Volabo, deliberatiue loquendo, quod scilicet deliberate est opus hominis sapientis. Et bene dicit, *Volabo & requiescam*, quia vere ad hoc, quod homo possit requiem mentis habere, necesse est eum per contemplationem volare, & per mundanorum contemptum se à nocumentis elongare. Multa enim sunt in mundo, quæ turbant requiem & pacem. Vide supra de septem, quæ pacem & requiem deturbant, in tit. de pace. Quia igitur in isto mundo infinita sunt, quæ requiem mentis turbant, necesse est, quod omnia ista fugiat, & quod volando per contemplationem à mundi tumultibus se abscondat. Volabo, inquit. Apo. 12. *Datæ sunt mulieri alæ duæ aquilæ, vt volaret in solitudinem*. Marc. 6. *Venite seorsum in desertum locum, & requiescite*. Sic igitur patet, quod quatuor sunt ad requiem spiritualem necessaria, scilicet,

Sagax discretio,
Simplex conditio,
Morum perfectio.
Ardens affectio.

Et istud est primum principale. Ista est ergo requies interior & virtuosa.

G ¶ Secundo principaliter dico, quod est quædam requies exterior & vitiosa. Et ista est illa requies malorum, qui scilicet requiescunt & delectantur

In prauitatibus & vitijs,
In possessionibus & diuitijs,
In carnalitatibus & delitijs,
In dignitatibus & officijs.

Requiescunt dico in vitijs & prauitatibus, similes porcis, qui in luto & fæcibus requiescunt, & ibi dormiunt & pinguescunt, vbi tamen nullum animal debet requiem inuenire, quia scilicet porci, id est, peccatores ita habent appetitum corruptum, quod ipsi in immunditijs peccatorum delectationem inueniunt & quietem, vbi tamen omnis homo debet inuenire tristitiam & dolorem. ¶ Vnde nota, quod

Superbi requiescunt in honoribus,
Auari requiescunt in ardoribus,
Luxuriosi requiescunt in fœtoribus,
Inuidi requiescunt in doloribus,
Iracundi requiescunt in furoribus,
Gulosi requiescunt in saporibus,
Acediosi requiescunt in torporibus.

Est igitur quædam requies superborum, qui scilicet requiescunt in honoribus. Vnde superbi sunt illæ volucres cæli, de quibus dicitur Luc. 13. vbi loquitur de synapi, quæ est herba aspera & lacrymarum inductiua & tamen dicitur ibidem, quod *volucres cæli requieuerunt in ramis eius*, quia scilicet eminentiæ huius seculi, quamuis multas acerbitates & multas lacrymarum causas habeant, ipsæ tamen sunt requies volucrum, id est, superborum Esa. 13. *Requiescere faciam superbiam infidelium*. Vnde Ezech 24. *Tolle ab eis fortitudinem & gloriam dignitatis, & desiderium oculorum, super quæ requiescunt animæ eorum*.

¶ Et nota, quod hic ostendit tres causas superbiæ, scilicet,

Fortitudinem & potestatem,
Celsitudinem & dignitatem,
Pulchritudinem & oculorum delectabilitatem.

Est etiam quædam requies auarorum, qui requiescunt in ardoribus similes salamandræ, quæ requiescit in igne. Quia tales in igne & ardore auaritiæ quem continue sentiunt in acquirendo, super omnia delectantur. Vnde de auaris potest intelligi illud Esa. 13. *Requiescent ibi bestiæ, & replebuntur domus eorum draconibus*. Dracones enim ignem spirantes, auaros designant, qui in diuitijs requiescunt temporaliter, & tamen absque requie intus ardent cordialiter Iob 30. *Interiora mea efferbuerunt absq; vlla requie*. Item est quædam requies luxuriosorum, qui requiescunt in fœtoribus, quia scilicet, isti delectantur in rebus & membris fœtidissimis, similes vpupæ, quæ quamuis sit auis colorata, cristata &

valde

valde pulchra, est tamen valde immunda, quia in nido de stercoribus canis facto dormit. Sic isti quamuis sint pulchri corpore, sunt tamen valde immundi & fœtidi in opere. Et de hoc Hier. 48. *Fertilis fuit Moab ab adolescentia sua, requieuit in fecibus suis, nec in captiuitatem non abijt.* Vbi etiam ostendit tria, quæ luxuriam inducunt, quæ scilicet, sunt

Rerum opulentia [Fertilis, inquit, fuit]
Gratiæ insolentia [Ab adolescentia]
Laboris carentia, [Quia in captiuitatem non abijt.]

Hi ergo requiescunt, & est tamen ista falsa requies & non vera, sicut est requies somniantium terribilia, qui plus laborant requiescendo & dormiendo quam facerent vigilando, quia scilicet, omnibus consideratis, plus est in isto vino de labore quam de requie, quod bene figuratum est in Dalila, quæ sicut dicitur Iud. 16. *Molesta erat Samson per multos dies, nec ei ad requiescendum spatium tribuebat.* Item est quædam requies inuidorum, qui requiescunt in mœroribus, quia scilicet isti gaudent de illis de quibus consuetum est dolere, scilicet, de infortunijs aliorum, similes Sirenis & Delphinis, qui magis delectantur, & gaudent in tempore tempestatis quam sereno. Vnde Num. 21. *Scopuli torrentium inclinati sunt, requieuerunt in Arnon.* Arnon enim interpretatur arca mœroris, quia scilicet, isti requiescunt in mœroribus vicinorum. Et nota quod isti dicuntur, scopuli, propter asperitatem. Dicuntur torrentes, à torreo torres, quia torrentur per doloris immensitatem. Item est quædam requies iracundorum qui requiescunt in erroribus seu in furoribus. Et isti sunt tyranni, quorum requies & delectatio tota est in sanguine & ira. Exemplo leonis qui tunc est in gaudio & requie, quando potest sanguinem bibere animalium innocentium occisorum. Leo enim est animal iracundum, impium & crudele. Sic isti, &c. Vnde Gen. 49. *Ad prædam ascendisti fili mi, requiescens accubuisti vt Leo*: Eccles. 7. *Ira in sinu stulti requiescit.* Item est quædã requies gulosorum, qui requiescunt in saporibus, dicẽtes illud Luc. 12. *Anima mea, multa bona habes reposita in annos plurimos, requiesce comede, bibe, epulare* Sed vere triste est valde quod sequitur. *Stulte, hac nocte repetent animam tuam à te: & cætera.* Item est quædam requies desidiosorum, qui requiescunt in corporibus, dicentes illud Eccl. 4. quod *melior est pugillus cum requie, quam plena vtraque manus cum labore.* Quibus dicitur Prouer. 6. *Vsquequo piger dormis? Vsquequo de somno consurges? parum*, inquit, *dormies, modicum dormitabis, pauxillum conseres manus tuas vt quiescas & veniet tibi, quasi viator, egestas & mendacitas, quasi vir armatus.* Ecce ergo quomodo multipliciter requiescunt mali in mundi prosperitate. Ideo de tali requie dicitur Neh. 9. *Cum requieuissent, reuersi sunt vt facerent malum.* Et certe requies mundanæ prosperitatis, & requies internæ malæ cõplacentiæ & voluptatis causa est omnis malitiæ & iniquitatis Exod. 8. *Cumque requieuisset, induratum est cor Pharaonis.* Ista est ergo requies exterior & vitiosa.

B ¶Tertio principaliter dico quod est requies superior & gloriosa. Et ista est requies beatorum. Res enim tanto magis est in requie quanto magis coniungitur rei immobili & quietæ. Quia igitur beati immediatissime coniunguntur ipsi Deo qui est immobilis & quietus: hinc est quod in perpetua sunt quiete & pace. Et ideo sicut milites qui diu militauerunt, nautæ qui diu nauigauerunt, operarij qui diu laborauerunt, peregrini qui diu extra domum fuerunt, solent finem laborum, viarum, præmiorum & cæterorum desiderare & præmium, portum, domum & requiem affectare, sic & nos hic qui sumus dum viuimus sicut milites dimicantes (Iob 7. *Militia est vita hominis super terram*) sicut nautæ transfretantes (Eccl. 43. *Qui nauigant mare, enarrant mirabilia eius*) sicut operarij laborantes (Matth. 20. *Voca operarios, & redde illis mercedem*) sicut etiam peregrini per sæculum transeuntes (2. Cor. 5. *Quamdiu sumus in corpore, peregrinamur à domino*) debemus paradisum sicut locum & portum quietis appetere, & vt ibidem quiescamus, illuc totis affectibus debemus anhelare, iuxta dictum Apostoli dicentis, ad Hebr. 4. *Festinemus ingredi in illam requiem.* Et causam reddit ibidem, dicens *quod qui ingressus est in illam requiem, requieuit ab operibus suis.* Et ideo bene dicit Festinemus, scilicet,

Ad locum tutiorem,
Ad pastum suauiorem,
Ad agrum vberiorem.

Vide eam supra. Et ratio quare debeat appeti requies ista, ponitur Esa. 32. vbi ponuntur conditiones istius loci, dicendo sic. *Sedebit populus meus in pulchritudine pacis in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta.* Quia scilicet ibi sedet Irascibilis in pulchritudine pacis Rationalis in tabernaculis fiduciæ Concupiscibilis in requie opulenta. De conditionibus autem istius requiei possumus hic aduertere quod est ibi tranquillitas excludens laborem. Sedebit, inquit. Societas concludens requiem. Populus meus. Amœnitas continens decorem. In pulchritudine. Suauitas auferens dolorem. Pacis. Securitas non timens terrorem. In tabernaculis fiduciæ. Fertilitas sanans ardorem. In requie opulenta. Est ergo ibi tranquillitas laboris exclusiua, & hoc ostenditur cũ dicitur quod ipse sedebit. Sedebit, inquit. Sedere enim significat carentiam motus laboris & constantiam status & vigoris, & præsidẽtiam situs & honoris. Ibi enim est laboris summa carentia, quia sicut dicitur Apo. 14. *A modo iam dicit spiritus requiescant à laboribus suis.* Ibi etiam est vigoris summa constantia, quia scilicet, isti de cætero non possunt lædi quacunq; tribulatione Abac. 3. *Requiescam in die tribulationis, &c.* Ibi etiam est honoris summa præsidentia, quia sicut dicitur Gen. 8. *Arca*, id est, anima, *requieuit super montes Armeniæ*, id est, in celsitudine bonorum æternæ gloriæ. Ibi ergo est sedes. Sedebit, inquit. Vt anima possit dicere illud Apo. 18. *Sedeo vt regina & vidua non sum.* Est igitur ibi tranquillitas laboris exclusiua Sedebit, inquit. Item ibi est communitas amoris conclusiua. Populus, inquit, meus. Perfecta enim complacentia seu requies nõ potest esse cum seipso solo sed magis cum multitudine bonorum lætarum, gratarum & innocentium personarum, quæ scilicet, omnis concurrunt ibi, quia scilicet, ibi est populus, id est, multitudo & communitas beatorum, quia sicut dicitur Hest. 2. *Rex Assuerus dedit requiem vniuersis.* Quia scilicet, sicut dicitur in Psal. *Iste est populus quem elegit dominus in hæreditatem sibi.* Isti sunt populi *qui confitentur domino in æternum. Iste est populus cuius dominus Deus eius.* Iste est populus de quo dicitur quod *beneplacitum est domino in populo suo* (filijs, scilicet, Israel) *appropinquanti sibi.* Constat igitur quod est ibi communitas amoris conclusiua. Populus meus, inquit. Item est ibi amœnitas decoris continentiua. In pulchritudine, inquit, quia scilicet *ibi est pulchritudo Dei, in quem desiderant Angeli prospicere* 1. Petri 1. Pulchritudo beatæ virginis, quæ est *pulchra vt luna, electa, vt sol*, cui omnes appetunt reuerentiam facere. Pulchritudo Angelorum quam non posset lingua dicere. Pulchritudo animarum quam Angeli solent diligere. Et possemus istam pulchritudinem conficere de diuersis coloribus, quia scilicet, ibi est color niueus in Maria & virginib. Color igneus & rubeus in Christo & martyribus. Color aureus in Apostolis & doctoribus. Color cœlestis & lazureus in prælatis & confessoribus quorum in cœlis conuersatio fuit. Color niger seu terreus in eremitis & pœnitentibus. Est igitur ibi pulchritudo Eccles. 43. *Pulchritudinem coloris admirabitur oculus.* Et maxime ibi est Pulchritudo semper donum, &c. Sedebit ergo populus meus in pulchritudine Ezech. 23. *Sedisti in lecto pulcherrimo, & mensa ornata est ante te.* Est igitur ibi amœnitas decoris continentiua. Item est ibi suauitas doloris ablatiua. Pacis, inquit, quia scilicet, ibi est pax ab omnibus impugnationibus interioribus & exterioribus. Mentem enim non impugnabunt delectationes. Ibi enim homo habebit pacem cum Deo cum proximo, cum seipso. Ibi non impugnabitur ab inimicis, ibi non decipietur à falsis amicis. Vnde Luc. 10. *Requiescat super illam pax vestra.* Et Esa. 5. *Veniet pax & requiescat in cubili suo.* Item ibi est securitas terroris expulsiua. In tabernaculis, inquit, fiduciæ. In isto enim tabernaculo nihil timet homo, nec mortem, nec infirmitatem, nec cuiuscunque tyranni aduersitatem Psal. *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiescet in monte sancto tuo? &c.* Cuilibet enim beato videtur Dominus dicere illud 2. Regum 19. *Veni mecum, vt requiescas securus in Hierusalem.* Et illud Iob 11. *Habebis fiduciam proposita tibi spe, requiesces, & non erit qui te exterreat.* Item ibi est fertilitas ardoris repletiua seu satiatiua, quia scilicet, ibi est tanta abundantia requiei, quod ardorem desiderij ex toto satiat atque replet, quod ostenditur cum dicitur. Opulenta Iob 36. *requies mensæ tuæ erit plena pinguedine.* Et Ecclesiastic. 31. *In requie sua replebitur bonis.* Iud. 18. *Vidimus terram valde opulentam & lætam.* Ista est igitur requies beatorum, quæ laboribus emitur, quæ peccatoribus interdicitur, quæ à sanctis hominibus inuenitur. Laboribus dico emitur, iuxta illud Eccles. 51. *Modicum laboraui, & inueni mihi multam requiem.* Peccatoribus etiam interdicitur Thren. 5. *Lassis non dabatur requies.* Et in Psalm. *Quibus iuraui in ira mea, si introibunt in requiem meam.* Sanctis vero hominibus conceditur. Et ideo dixit Christus Matthæi 11 *Venite ad*

*mi omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos, & inuenietis requiem animabus vestris.* Et sic patet quod est quædam requies superior & gaudiosa.

¶ Quarto principaliter dico, quod est quædam requies posterior & tædiosa, & ista est requies naturæ corporalis. Et ista secundum Mauritium est triplex, scilicet, Sanitatis, Dormitionis & Mortis. Requies enim sanitatis est in disposita complexione Eccl. 38. *Medici deprecabuntur dominum vt dirigat eorum requiem & sanitatem.* Requies dormitionis consistit in sensuum corporalium ligatione Marc. 14. *Dormite iam & requiescite.* Requies mortis est in laborum sæculi exclusione Eccl. 22. *Modicum plora super mortuum, quoniam requieuit.*

K ¶ Quinto principaliter possum dicere, quod est requies inferior, quæ est periculosa, scilicet, requies inferni. De qua Esa. 13. *Non figet ibi tentoria Arabs, nec pastores requiescent ibi, sed requiescent ibi bestiæ, & replebuntur domus eorum draconib. & habitabunt ibi struthiones, & pilosi saltabunt ibi, respondebunt ibi vlulæ & Sirenæ in ædibus voluptatis.* Vbi ostenduntur multa genera peccatorum, quæ in inferno requiescunt. Sed vide eam expositam supra, &c. Sufficit. Vide supra de quiescere, & supra de Perfectione super vocabulo Noe, qui interpretatur requiescens.

A **Requirere.** Proprie loquendo nihil aliud est quam aliquod debitum expetere, ille enim proprie dicitur requirere, qui illud quod alicui tradidit, vel de quo aliquis sibi tenetur, repetit. Et sic breuiter loquendo, dico secundum Mauritium quod, scilicet,

Requirit:
- Deus animas de manibus prælatorum,
- Prælatus bona opera de manibus subditorum,
- Iudex vindictam de operibus impiorum,
- Pauper auxilium de manibus dominorum,
- Peccator misericordiam à facie vitiorum,
- Vasallus dominum à facie inimicorum.

B ¶ Primo ergo dico quod requiruntur animæ de manibus prælatorum. Ipsis enim traditæ sunt sicut oues pastoribus ad regendum. Et ideo quando propter defectum eorum pereunt, de ipsorum manibus requiruntur tanquam illa de quibus rationem reddere obligantur. Vnde Ezech. 3. *Ipse autem impius in iniquitate sua morietur, animam autem eius de manu tua requiram.* Et ideo iste pastor quando videt quod anima errantis subiecti est ab eo requirenda, ipse primo debet eam requirere, & per correctionem ad viam salutis reducere, & ne pereat, ad domum Ecclesiæ verbo vel verbere facere reuenire. Vnde bonus pastor dicit Ezech. 34. *Quod perierat, requiram, quod abiectum fuerat, reducam, quod fractum fuerat, alligabo, quod infirmum erat, consolidabo, & quod pingue & forte, custodiam.* Quia alias nisi sic faciant, Dominus dicit eis illud quod ibidem dicitur. *Requiram gregem meum de manu eorum.* Et loquitur de pastoribus & de speculatoribus per quos prælati intelliguntur, qui sunt pastores, gregem Domini gubernando, & speculatores, quæcunque nociua prouidendo. Requiruntur ergo animæ de manibus prælatorum.

C ¶ Secundo dico quod requiruntur opera bona de manibus subditorum. Sicut enim agricola requirit fructus ab arboribus quas colit, sic Deus & prælatus requirit bona opera à fidelibus quos regit. Psal. *Nonne Deus requiret ista? ipse enim nouit abscondita cordis.* Et alibi. *Veritatem requiret Deus, & retribuet abundanter facientibus superbiam.*

D ¶ Tertio dico quod requiritur vindicta de operibus impiorum. Vnde constat quod dominus requirit sanguinem & mortem innocentium de manu illorum qui eos occiderunt. Requiritur deo ad vindicandum & puniendum, & sic de aliis iniquitatibus, quia sicut dicitur Iob 33. *Deus multum abire non patitur.* Vnde de tali vindicta dicitur Gen. 9. *Sanguinem animarum vestrarum requiram de manu bestiarum, &c.*

E ¶ Quarto requiritur auxilium de manu dominorum, quia scilicet, pauperes debent requirere auxilium à diuitibus; subditi instructionem à superioribus, peccatores gratiam & veniam à Deo & à sanctis cœlestibus. Isti enim ad hæc omnia reddenda sunt obligati, & maxime si debite fuerint requisiti. Et nota hic quod ipsi debent requirere & quærere à Deo tanquam à debitore suo ista quæ sequuntur, videlicet,

Pacis tranquillitatem,
Laudis iucunditatem,
Vitæ æternitatem.

De pacis ergo tranquillitate dicitur Ezec. 7. *Quod angustia superueniente requirent pacem.* De laudis iucunditate dicitur in Psal. *Laudabunt Dominum qui requirunt eum.* De vitæ æter[nitate dicitur in] Psal. *Vnam petii à domino, hanc requiram, vt inhabitem in [domo Domini] omnibus diebus vitæ meæ.* Ista igitur de requirere sufficiant. [Quomodo] autem peccator requirat misericordiam & vasallus domini [...] tentiam, vide in tabula, & vide supra de quærere, de inqu[irere], de acquirere, de petere, rogare, &c.

**Res.** Nota, quod in scriptura sacra omnia quæ sunt dicuntur res, siue sint substantiæ, accidentia, passiones, h[ono]rus siue actus. Vnde breuiter nota quod eas inuenimus in scriptura in malo significato,

Res:
- Fugitiuas & deficientes,
- Nocitiuas & inficientes,
- Pungitiuas & afficientes.

In bono vero significato nos inuenimus

Res:
- Iuuatiuas & proficientes,
- Directiuas & perficientes,
- Refectiuas & sufficientes.

Ista enim sunt sex genera rerum tam bonarum quam malarum de quibus debet quilibet cogitare.

B ¶ Primo dico quod nos inuenimus res deficientes & fugitiuas, quæ sunt contemnendæ. Et istæ sunt res huius mundi, licet bona temporalia & terrena. Ista enim sunt quædam res, quæ nihil habent stabile seu fixum, nihil pacificum aut quietum. Vnde de mundo & de rebus ipsius potest dici cuilibet illud quod dicitur Romanorum 13. *Non concupisces rem proximi tui.* Proximus enim noster est mundus, cuius, scilicet, res à nobis non sunt concupiscendæ, nec à perfectis cordibus appetendæ. Narrat Ouidius quod Proserpina filia Cereris à Plutone rapta, de inferno non potuit liberari, pro eo quod de inferni rebus aut fructibus gustauisset. Lex enim inferni ita erat secundum poetas, quod quicunque descendens ad inferos de inferni fructibus comedisset, nequaquam amplius exinde exire posset. Ad quod facit illud quod narratur, & audiui de insula puellarum quæ scilicet, in mari dicuntur viuere immortales, quas vix [li]cet magis crederem esse spirituum certum genus, quam quam rem humanam. Audiui enim quod cum nautæ quidam casu ad illam insulam applicassent, & ibi solas fœminas excepto vno solo homine reperissent, consultum est ipsis per hominem illum, quod de bonis & fructibus insulæ non comederent, aut tangerent quoquo modo, quia si hæc facerent de insula recedere de cætero non valerent. Cui nautæ credentes bona insulæ non tetigerunt, & sic liberi sine periculo recesserunt. [I]lis insula est mundus, qui scilicet, bene insula dicitur, qui [i]n Oceano vndique circuitur, quia reuera bona omnia illius insulæ, quæ scilicet, sunt diuitiæ, deliciæ & honores, talis conditionis existunt, quod si aliquis ipsis vsus fuerit, vel si quis ea per complacentiam tetigerit, inde sine miraculo non exibit. Qui vero à tactu & amore talium abstinet, exiens sine periculo tutus manet. Res enim istæ, scilicet, mundi bona, venenosæ sunt, quia scilicet, suos occidunt & inuenenant dilectores. Vnde Leuiticor. 7. *Qui tetigerit immunditiam omnis rei quæ polluere potest, peribit de populo suo.* De talibus autem rebus dicitur 1. Regum 15. & consulitur sic. *Vade, inquit, demolire Amalech, & demolire vniuersa eius, nec parcas ei, nec concupiscas aliquid ex rebus ipsius.* Est igitur dare res deficientes & fugitiuas, quas quilibet debet non amare. Res enim istæ fugaces sunt similes vmbræ, quæ scilicet, ita fugit quod cum eam apprehendere credideris, nihil habes. Et ideo de talium vanitate dicitur Ecclesiast. 3. *In superuacuis rebus noli scrutari multipliciter, & in pluribus operibus eius non eris curiosus.*

¶ Secundo dico, quod est dare res inficientes & nocitiuas, quas quilibet debet euitare. Et istæ res nihil aliud sunt quam vitia & peccata, malaque opera & peruersa. De quibus Nehem. 5. *[Non] est bona res quam facitis.* Et Nehem. 13. *Quæ est res hæc mala quam vos facitis?* Et si vis dic quod talia sunt, scilicet,

Res:
- Luxuriosæ, quæ maculant,
- Iniuriosæ, quæ stimulant,
- Deliciosæ, quæ fistulant,
- Proditiosæ, quæ vinculant,
- Periculosæ, quæ iugulant.

De re luxuriosa dicitur Leu. 20. *Qui duxerit vxorem fratris sui, rem facit illicitam.* Vnde etiam Dauid qui vxorem Vriæ fœdauerat, dicitur 2 Reg. 12. *Tu es rex qui fecisti rem hanc.* Vnde de filiis Iacob & Sichem qui sororem eorum corruperat, dicitur Genes. 34. quod *irati sunt valde, eo quod fœdam rem esset operatus in Israel, & violata [fi]-*

...asset. D... *impij accenderunt arcum* ... *culum immaculatum* De re delitiosa d... *luxuriosa res est vinum, & tumultuosa* ... dixit Dauid in Psalm. *Non proponebam ante oculos meos rem iniustam, facientes praeuaricationes odiui.* De re periculosa dicitur Leuit. 20. *Qui acceperit sororem suam, & occiderunt ... nefariam rem operati sunt* Et Tob 2. *Hanc rei causam ...* ... igitur dare res inficientes & nociuas, quas quilibet debet vitare.

§ Tertio dico quod est dare res afficientes & laesiuas, quas vir ... debet tolerare. Et istae res nihil aliud sunt quam mundi ... & tribulationes, quas scilicet, iusti tolerant patienter. ... vir iustus tribulationibus & rebus aduersis assuetus est, ... de quo dicitur 2. Mach. 8. *Admonito, inquit, Gorgia viro ... & in bellicis rebus expertissimo.*

§ ... bono vero significato dic quod est dare res proficientes ... atiuas, quas debet quilibet frequentare. Et istae certe sunt ... opera quae proficiunt ad salutem. De quibus potest dici illud ... Mach. 5. *Audiuit Iosephus princeps virtutis res bene gestas & praelia ... la sunt & dixit, faciamus & ipsi nobis nomen.* Et nota, quod res ... e gestae proprie possunt dici

Res quae fideliter incipiuntur,
Res quae viriliter perficiuntur,
Res quae diligenter examinantur,
Res quae sapienter expostulantur.

D... ceptis fideliter patet Genes. 22. de Abraham proprium filium occidere volente, vt Domino obediret, cui dictum fuit. *Nunc cognoui quod timeas dominum, quia fecisti rem hanc & non pepercisti vnigenito propter me* De perfectis viriliter potest dici illud ... Ruth 3. *Bene res acta est* Et Iud. 1 *Perfectam rem faciet dominus te...m.* De examinatis diligenter patet Deut. 13. *Diligenter res veritate perspecta, si inueneris verum esse, quod dicitur, percuties ciuitatem.* Et ... Machab. 1. dicitur, quod *considerans rex, & rem diligenter examinans, cum probasset, sacerdotibus donauit multa bona.* De expostulatis sapienter potest dici illud Num. 27. *Iustam rem postulant filiae Salphaad.* Res enim iustae à Deo petendae sunt, & non iniustae, quia alias non obtinerentur, iuxta illud Iacob 4. *Petitis & non accipitis, eo quod male petatis.* Et 3. Reg. 3. dicitur, quod *Deus summe gratum habuit, quod Salomon res huiusmodi, scilicet, sapientiam & non diuitias postulasset.* Ideo bene dicitur Iob 22. *Tunc*, inquit (scilicet, quādo iusta postulastis) *eleuabis ad Deum faciem tuam. Rogabis eum, & exaudiet te, & vota tua reddes. Decernens rem, & veniet tibi, & in vijs tuis splendebit lumen.* Bona ergo opera sunt res proficientes & iu...uat..., quas quilibet debet frequentare.

¶ Deinde dico quod est dare proficientes & directiuas, quas quilibet debet procurare. Et istae certe sunt virtutes & merita, etiam sacrae scripturae documenta & verba. Istae enim sunt res, quae ornant & perficiunt vitam nostram. De quibus Prou. 8. *Audite* (inquit sapientia diuina) *quoniam de rebus magnis locutura sum. Aperientur labia mea, vt recta praedicent.* Res enim magnae sunt virtutes & scientiae & certe difficiles ad acquirendum. Sicut enim dicit Philosophus, virtus est de bono & difficili. Vnde de istis dicitur Eccles. 1. *Cunctae res difficiles, & non potest eas homo explicare sermonibus.* Est igitur dare, &c.

§ Denique dico quod est dare res sufficientes & refectiuas, ... quilibet debet affectare; scilicet, res bona gloriae paradisi, de quibus dicitur Iud. 18. *Tradet nobis dominus locum in quo nullius ... penuria eorum, quae gignuntur in terra.* Haec igitur de Re in ... o & in malo sufficiant, de Re etiam seu de Rebus generaliter.

## Respublica.

Nota, quod respublica dicitur communis status plurium simul viuentium & sub eisdem legibus, moribus atque ritibus coniunctorum, sicut, scilicet, est status regum, vel ciuitatis, vel etiam cuiuslibet collegij vel communitatis. Et sic dic, quod nos inuenimus Rempublicam

Temporalem,
Generalem,
Specialem,
Spiritualem,
Criminalem,
Infernalem,
Supernalem.

Prima est laic... ... ... ... ... ciuitates & regna,
Secunda est o... ... ... , scilicet, fides & Ecclesia,
Tertia est religiosorum & ... atorum,
Quarta est hominum perfectorum,
Quinta est hominum peccatorum,
Sexta est hominum damnatorum,
Septima est hominum beatorum.

De omnib. enim istis rebuspublicis innumera possent dici, sed de qualibet in suo speciali titulo satis dixi, vide ergo de Ecclesia, Religione, Gloria aeterna, &c. Veruntamen licet in scriptura nullae sint prorsus authoritates vocales, aliquid tamen in quantum tangit communitatem regni ... ciuitatis, Ecclesiae ... collegij, de republica dicere volo, ne ... ipsam penitus praetermittam. Dic igitur quod respublica debet

Fideliter adamari,
Viriliter defensari,
Nobiliter adornari,
Vtiliter ordinari,
Sagaciter gubernari. Sufficit.

## Reseruare.

Nota, quod reseruare idē est quod ... i.e. in posterum seruare. Et sic dico, quod nos inuenimus in scriptura ... Reseruare quod facit A

Sapiens,
Nesciens,
Patiens,
Puniens.

Reseruat { Sapiens magis iucunda, / Nesciens magis placentia, / Patiens magis vtilia, / Puniens magis crudelia.

§ Igitur dico quod est reseruare quod facit sapiens, quia scilicet, iste sibi reseruat meliora, & dimittit & respuit viliora, sicut videmus de prudentibus qui in thesauris suis pretiosiora reseruant, viliora vero & magis transitoria expendere non formidant. Sic vere spiritualiter si sapiētes simus, pretiosiora & nobiliora, scilicet virtutes & merita in thesauris cordium nostrorum reseruabimus, vilia vero temporalia contemnemus. Exemplum, scil. auium, quibus natura dedit vesiculam in gutture, pro granis contra futuram esuriem reseruandis, vnde Ioseph Gen. 45. fratribus suis dixit. *Praemisit me dominus vt reseruemini* & Num. 31. *Mulieres quae nouerunt viros, in coitu interficite, omnes vero foeminas virgines reseruate*, quasi dicatur, meliora sunt reseruanda, deteriora abijcienda. § Iterum dico quod est reseruare quod facit nesciens, scilicet fatuus & ignorans, qui scilicet contrarium facere consueuit, quia scilicet reseruat deteriora, dimittitq; & abijcit meliora. Et illud est quod Pharao, id e. diabolus praecepit Aegyptijs Exod. 1. Vbi dicit. *Si masculus fuerit, interficite illum, si foemina, reseruate.* Masculus enim bona virtuosa signat, foemina vero bona temporalia, mollia & transitoria, nec non mala & defectuosa. Nu. 31. *Cur foeminas reseruastis?* Et ista habent locum in illis qui iram & odium in corde reseruant, vt, scilicet, vindictam quando poterunt inde sumant, vnde Eccl. 28. *Qui vindicari vult, à Deo inueniet vindictam, & peccata illius seruans seruabit*, Sequitur. *Ipse dum caro sit, reseruat iram, & propitiationem quaerit à Deo.* Istud etiam potest allegari de auaris, qui scilicet bona terrena non diuidunt pauperibus, sed reseruāt filijs & parentibus similes vulturi, qui residuum praedae more aquilae alijs auibus non diuidit, sed in nido pro se & pullis reponit, contra illud Num. 18 *Omnia quae offeretis ex decimis, in donaria domini optima & electa erunt* Sequitur. *Et non peccabitis super hoc, egregia vobis, & pinguia reseruantes.* § Iterum C dico quod est reseruare quod facit patiens, quia si patiens mala quae sustinet, reseruat iudicio & punitioni, vel etiam quousque tempus resistendi valeat inuenire est postea redditio iucunditatis. Cuius tamen contrarium faciunt stulti, qui scilicet statim indicant iram suam, nec aliquid sciunt in posterum reseruare vel expectare, vnde Prouerb. 29. *Totum spiritum suum profert stultus, sapiens autem differt & reseruat in posterum.* § Iterum dico quod D est reseruare quod facit puniens, quia scilicet iudices qui malefactores volunt punire, solent ipsos in carcere detinere, & ad dies quibus iura redduntur, ipsos vt ibi secundum demerita sua recipiant reseruare, sicut Parisius facit praepositus, qui scilicet, malefactorum poenam solet vsq; ad sabbathum finem hebdomadae referre, & ibi sua praemia reseruare. Sic vere Deus ad

a ... genere ... & ad finem heb do ... & pœna etiam ibidem ... impijs ... Sicut enim dicitur Iob 21. *Ad diem ... reseruatur malus*, ... Petr. ... *Nouit Deus iustos de tentatione ..., iniquos vero in diem iudicij reseruare cruciandos.* Sicut enim ibidem de impijs dicitur. *Hi sunt fontes sine aqua & nebulæ turbinibus exagitatæ, ... caligo tenebrarum reseruatur.* Sufficit, vide in titul. Scitote.

# Residere. Residuum.

Nota, quod residere idem est quod remanere seu restare; residuum vero illud quod finaliter inuenitur, seu quod in aliquo ... restat, remanet & moratur. Dic igitur quod in scriptura sacra multiplex residere seu residuum inuenitur, videlicet residuum

Luminis intimi,
Criminis pessimi,
Turbinis vltimi,
Graminis optimi.

Primum est residuum virtutum & meritorum,
Secundum est residuum culparum & peccatorum,
Tertium est residuum pœnarum & tormentorum,
Quartum vero est residuum donorum & præmiorum.

B ¶ Primo igitur dico quod est residuum luminis intimi & hoc est virtutum & meritorum. Virtutes enim & merita sunt illa residua quæ viri iusti sibi reseruant, quia scilicet, quicquid de bonis temporalibus seu etiam de corporalibus accidit, spiritualia tamen & virtualia sicut quædam residua expendere non audentes, de eis apud animam boni thesaurizant. Vnde de bonis Laban datis Iacob dixerunt Rachel & Lya Gen. 31. *Nunquid habemus quicquam residui in facultatibus & hæreditate domus patris nostri*, quasi dicatur, sic. Quia scilicet, virtutes & merita sunt residuum quod iustis restat & residet de facultatibus Dei patris. Vnde de tali residuo dixerunt filij Israel domino 2. Paralip. 20. *Cum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residuum vt oculos nostros erigamus ad te.* Istud est ergo bonum residuum, scilicet charitas, gratia

C seu virtus. ¶ Et certe ab isto residuo viri iusti residui nuncupantur. Vnde nota quod isti dicuntur Residui, quia

Reseruati specialiter,
Conculcati temporaliter,
Roborati virtualiter,
Dedicati regulariter,
Sublimati singulariter.

Iusti enim dicuntur residui, quia à Deo specialiter reseruantur. Isti enim respectu malorum non sunt, nisi quoddam modicum residuum, & quædam modicæ reliquiæ, quas sibi dominus reseruauit. Vnde Leuit. 10. *Locutus est dominus ad filios Aaron, qui erant residui. Tollite sacrificium quod remansit, & comedite illud iuxta altare absque fermento, quia scilicet sanctum sanctorum est.* ¶ Item iusti dicuntur residui, quia à mundo temporaliter conculcantur, residui etiam contemnuntur. Residuum enim dicitur quasi retro sedens, quia scilicet isti à mundo retro ponuntur & postponuntur. Vnde Hest. 1. dicitur, quod *duces Persarum atque Medorum qui videbant faciem Regis, post eum residere soliti erant.* Et tamen de talibus propositis, residuis & contemptis dicitur Esa. 4. *Et erit*, inquit, *omnis qui relictus fuerit in Sion, & residuus in Hierusalem, sanctus vocabitur omnis qui scriptus fuerit in vita in Hierusalem* ¶ Item iusti dicuntur residui, quia in seipsis virtualiter roborantur. Et ideo dicuntur residui seu etiam residentes, id est, in statu virtutis firmiter remanentes Luc. 7. *Resedit qui erat mortuus, & cœpit loqui.* De quo dicitur 1. Machab. 9. quod *licet videret Iudas quod fluxisset exercitus eius, ipse tamen dixit his qui residui erant: Surgamus, & eamus ad aduersarios nostros*, Sequitur. *Absit vt fugiamus ab eis, & si appropriauit tempus nostrum, moriamur in virtute, & non inferamus crimen gloriæ nostræ.* Dicuntur ergo isti residui, quia in seipsis virtualiter roborantur. ¶ Item dicuntur residui, quia Deo regulariter dedicantur, sicut enim videmus quod residua ciborum dantur pauperibus, sic viri iusti & illi qui in mundo reputantur residui, & quasi reliquiæ, in odicum reputati, Christo pauperi dedicantur, & ipsius seruitio deputantur, sicut patet de illis, qui claudos & mancos in religione ponunt, sanos vero si ponerent, perditos reputarent. Igitur de talibus residuis Domino dedicatis dicitur 2. Paral. 34. quod *Iosias rex Iuda abstulit omnes abominationes de vniuersis regionibus filiorum Israel, & fecit omnes, qui residui erant in Israel seruire Domino Deo suo.*

¶ Item dicuntur residui, quia sursum singulariter eleuantur. Videmus ... ad regnum ... licet, Angelis de ... gnum sicut ... finaliter regnaueriut, ... de Assuero dicitur Hest. ... *indutus vestibus regijs.* Vestes ... idest, vestes beatorum, sunt

Iocunditas & exultatio,
Fertilitas & cumulatio,
Æternitas seu duratio.

Isti enim residui, scilicet beati seu sancti lætantur ... de, vnde Esa. 28. *Erit dominus in die illa corona gloriæ & sertum ... tionis residuo populi sui.* Item isti fruuntur semper abunde ... quolibet beatu potest dici illud Cant. 5. *Oculi eius sicut co... per riuulos aquarum, quæ lacte sunt lota, & resident super fluenta ... ma.* Item ipsi figuntur valde profunde, quia scilicet isti ... indeficientes, perpetui & æterni, vnde Apostolus in ... beatorum dicit 1 ad Thess. 4. *Nos autem qui viuimus, qui ... mus, rapiemur obuiam cum Christo in aera, & sic semper cum ... mus.* Et breuiter de beatis dicitur Ioel. 2. *In monte Sion ... salem erit saluatio in residuis quos dominus vocauerit.* De ... dicitur e conuerso Hier. 44. *Non erit qui effugiat & sit re...* ibid. *Non relinquetur de reliquijs vestris quicquam residuum.* ... nem potissime patet de impijs quorum substantia, fam... progenies & memoria perit cum sonitu, ita quod de h... bus nihil post ipsos restat residui, quia scilicet, ipsis ... uat dominus suum residuum, scilicet gloriam para... etiam residuum quod in mundo relinquunt, finaliter totu... rit, quia scilicet istud residuum partim per tyrannos, parti... malos famulos aut etiam per hæredes fatuos cito transit ... *Residuum erucæ comedit locusta, & residuum locustæ comedit ... residuum bruchi comedit erugo.* Non sic boni non, quia certe ... bent residuum bonum gloriæ paradisi, & sunt etiam resi... beati. De damnatis autem & peccatorib. dicitur 2 Reg ... *vnus quidem residuus sit.* Patet ergo quod est dare residuum ... nis intimi, quod est virtutum & meritorum. ¶ Secun... quod est dare residuum fulminis pessimi quod est culpa... vitiorum. Peccatum enim residuum dicitur, pro eo qu... per in conscientia residet per remorsum, & pro eo quod ... nitionem ad vltimum iudicij reseruatur, quodque ... cant vltimos & residuos facit esse. Vnde breuiter nota quod ... les residui, scilicet, peccatores

Labiliter diffugiunt & vagantur,
Mentaliter superbiunt & leuantur,
Finaliter depereunt & damnantur.

Isti igitur vagantur & diffugiunt labiliter seu faciliter, licet, nihil veræ stabilitatis habent, vnde Ezech. 17. *Residui autem in omnem ventum dispergentur.* Item isti leuantur & superb... ma... n...ter seu mentaliter 1. Mach. 9. *Residui fugerunt in montem.* Item illi damnantur & deficiunt seu depereunt finaliter, vnde Deu. 32. *Videbit quod infirmata sit manus, & clausi quoque defecerunt, residuique consumpti sunt.* Patet igitur quod est dare residuum fulminis pessimi, &c.

¶ De residuo ergo gratiæ & culpæ satis dixi, de residuo autem gloriæ & pœnæ transeo, quia etiam aliquid de eis supra dixi.

# Resistere.

Nota, quod resistere est actus contrarietatis, obulationis, controuersiæ & repulsionis. ... sistentia enim non est inter similia, sed inter contraria. O... enim quæ sunt resistunt naturaliter suis contrarijs. Et ideo ... sumus notare quod est quædam resistentia, scilicet,

Supernæ iurisdictionis & potentiæ,
Internæ contradictionis & constantiæ,
Humanæ obstinationis & stultitiæ.

¶ Primo dico quod resistit potentia Dei affectionibus superborum, quia sicut dicitur Iacob 4. *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.* Video enim in istis horologijs terreis quod quamuis ibi sint diuersi circuli diuersimode se mouentes, est inter alios vnus circulus qui vadit contra impetum al... qui nihil penitus operatur, nisi quod resistit impetui ipsorumque facit retardare ne currant citius quam oportet. ... tura etiam videns, quod propter impetum firmamenti ... possent contingere incommoda, dedit sibi motum resistentem, scilicet, cursum & motum naturalem planetarum, qui ...

contra cursum firmamenti mouentur, & hoc facit vt per talem resistentiam sui motus violentia restringatur. Sic vere Deus est circulus contradictiuus, & humano impetu resistitiuus. Cum n. in horologio huius mundi multi & diuersi sunt circuli, i. multæ & diuersæ personæ, quæ diuersos & contrarios habent motus, multas diuersas & contrarias conditiones, affectiones & inclinationes, vnus n. currit ad diuitias, alius ad delitias, vnus diligit culmen honorum, alius appetit vindictas inimicorum, dico, breuiter quod impetus iustorū & se & alios destrueret, nisi circulus contrarius, hoc est dictū, motus occultæ Dei prouidentiæ per suam occultam resistentiam, ipsorum impetū impediret. Et ideo non sunt timendæ malorum sæuitiæ, cum certissimum sit quod nō possunt sæuire vltra quam eis permissum est, cum certissimum quod Deus qui est circulus & sphęra incircumscriptibilis, cuius centrum vbiq; est, circumferentia aūt nusquam, secundum Philosophum, qui habet statum hominis in manu sua, suo motu contrario eorum affectionib. & violentiæ resistit, ipsosq; vltra quam expediat aliquid facere non permittit Sap. 18. *Restitit ira & finem imposuit necessitati.* Iste est n. cui nullus potest resistere, & qui solus potest omnib. contraire, vnde Hest. 13. *In ditione tua cuncta sunt posita, & non est qui tuæ possit resistere voluntati.* Et ista est prima resistentia, qua, scilicet, resistit Dei potentia affectionib. malorum.

C Secundo dico quod est quædam resistentia qua resistit iusti constantia tentationib. impiorum. Apes n. semper dicuntur paratæ resistere cuilibet domicilium suum impetenti, & mella sua rapere cupienti. Aper ēt scutum osseum, hoc est dictum, cutem duram ad modum scuti ossei dicitur habere in latere dextro, quod iaculis venatoris soluto opponeret, vt sibi possit melius resistere & ab ipsius impetu saluare. Sic vere charissimi nos debemus sēper esse parati resistere hostibus spiritualib. sci. mundo, carni & diabolo, & eorum tentationib. suggestionibus & impugnationib. scutum fidei & constantiæ debemus opponere, vt possimus aduersus eos debite præualere 1. Petr. 5. *Aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quē deuoret, cui resistite fortes in fide.* Sicut n. inter lapides pretiosos Amethystus & Dionysius dicuntur resistere ebrietati. Amerites, alias Amarites dicitur resistere igni, quia vestis ab eo tacta non comburitur igni, Ceramus, alias, Ceraunius & Corallus dicuntur resistere tempestati, sic vere charissimi nos debemus resistere

Ebrietati carnalis voluptatis,
Igneitati auaræ cupiditatis,
Tempestati diabolicæ malignitatis.

Iudicum 20. Qui simulauerant fugam, versa vice fortius resistebant: & 2. Par. 26. *Viri robustissimi restiterunt regi.* Quamuis hodie proculdubio de multis possit dici illud Leuit. 26. *Nullus vestrum audebit inimico resistere.* Hodie n. ita sumus spiritualiter impotentes, quod nec inimicis resistimus, nec etiam ab eis fugere volumus, sed quod peius est ab ipsis capi nos permittimus. Ad minus enim ex quo nos nequimus eis resistere, saltem nos debeamus fugere, & occasiones vitiorum totis virib. declinare. Exemplo leporis & capræ, quæ animalia sunt valde timida & debilia, nollius impetui resistere valentia, & ideo natura ipsi de velocitate cursus prouidit, vt quæ per fortitudinem nequeunt alijs resistere, saltem possint per fugæ remedium se saluare. Sic vere, & nos in quibus non est tanta fortitudo, quod possumus resistere multitudini sicut dicitur 2. Par. 20. debemus nobis fugæ remedia quærere, & occasiones pugnæ prudenter, & sagaciter declinare, sicut faciebat ille qui dicebat in Ps 54. *Ecce elongaui fugiens,*
D *& mansi in solitudine.* Ista est ergo illa resistentia qua resistit iusti constantia tentationib. dæmoniorum.

¶ Tertio dico, quod est quædam resistentia qua resistit impij stultoria præceptionib. prælatorum. Mali enim & obstinati resistunt

Dei inspirationibus,
Prælati instructionibus,
Proximi voluntatibus,
Subditi supplicationibus.

Resistunt n. mali Deo, similes gallo qui est supra campanile, qui semper versa facie videtur resistere vento vnde Act. 3. *Dura ceruice, & incircumcisi cordib. semper Spiritui sancto restitistis* Item mali resistunt prælato & cuilibet viro iusto 2. ad Tim. 3. *Iannes & Mambres restiterunt Moysi* &c. Item mali resistunt proximi voluntatib. 1. Reg. 15. *Restitit Amalech filijs Israel in via cum ascenderent de Aegypto.* Item mali resistunt subditi supplicationib. 2. ad Tim. 4. *Alexāder*

*Diction. Berchorij.*

*crarius valde restitit verbis nostris.* Sufficit, Vide sup. de Contrarietate &c. & de Obuiare & similibus &c.

# Respicere. Respectus

Nota, quod respicere idem est quod aliquid attendere vel videre. Et inuenitur in scriptura duplex respectio, Dei, sc. & hominis. A

¶ Deus enim habet tres oculos quibus respicit vniuersa, scillicet,

Oculum scientiæ, quo mundum respicit ad gubernandum,
Oculum clementiæ, quo bonos respicit ad adiuuandum.
Oculum iustitię, quo malos respicit ad contemplandum.

Istis enim tribus oculis respicit Deus vniuersa.

Oculus enim scientiæ, est filius, cui attribuitur sapientia,
Oculus clementiæ est Spiritus sanctus, cui attribuitur bonitas,
Oculus iustitiæ est pater, cui attribuitur potentia.

Et sic dic quod Deus habet

Vnum respectum valde luminosum,
Vnum respectum valde gratiosum,
Vnum respectum valde rigorosum.

Respectus luminosus est respectus suæ scientiæ. Iste est n. respectus lyncis, quæ videt vltra parietem. Respectus aquilæ, qui de summo aëris loco videt pisciculos in aqua natare. Respectus solis, qui secund. philosophos dicitur oculus mundi, & secund. poëtas ante oēs alios Deos omnia dicitur primus respicere & videre, iuxta illud Ecc. 42 *Sol illuminans per omnia respexit.* Quia, sc. istū respectū diuinæ scientiæ nullus paries potest occupare, nulla distantia potest impedire, nulla nox vel obscuritas pōt obfuscare. Teste n. Ps. *Excelsus Dominus, & humilia respexit & alta à longe cognoscit.* vnde Iob 24. *Omnia quæ sub cælo sunt, respicit.* Respectus amorosus est respectus suæ clementiæ. Iste est n. sicut oculus charadrij respiciendo infirmum morbū ipsius ad se trahit, ipsū quoq; qui debet sanari, libenter respicit, ab alio vero oculum auertit. Sic Deus oculo suo misericordiæ respicit illos qui secundum occulta suæ prædestinationis per eum finaliter sunt saluādi, & qui in paradiso perpetuo sunt collocandi. Nota ergo quod iste respicit pœnitentes & tribulatos, indigentes & pauperatos, patientes & humiliatos. De pœnitentibus n, dicitur Luc. 22 quod *Dominus conuersus respexit Petrum, & recordatus Petrus verbi Iesu, egressus foras fleuit amare.* De indigentib. dicitur in Psa. *Oculi eius in pauperem respiciunt, palpebræ eius interrogant filios hominum.* De humilib. vero dicitur Lucæ. 1. *Respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes* Iste autem respectus diuinæ clementiæ summe apparuit in incarnatione verbi, quando respexit indigentias, & venit nos visitare, iuxta Psa. *Respice de cælo, & vide, & visita vineam istam.* Iste est ergo respectus amorosus suę clementiæ Respectus rigorosus, est respectus suæ iustitiæ. Iste est n. respectus Basilisci, qui inuenenat alios quos respicit. Quia s. respectus diuinæ iustitiæ quando finaliter respicit malos, ipsos inuenenat & occidit Ps. *Respice inimicos meos, & quoniam multiplicati sunt nimis:* & alibi. *Qui respicit terram, & facit eam tremere, qui tangit montes, & fumigant:* Et illud Exo. 14. *Respiciens Dominus super castra Aegyptiorum in columna ignis & nubis, interfecit exercitū eorum.* Et isti sunt tres oculi Dei, quib. sc. respicit vniuersa. Et sic dico quod iste est respectus diuinus.

¶ Secundo dico quod est respectus humanus, & iste similiter est duplex, bonus, sc. & malus. Bonus enim respectus hominis nihil aliud est quam sensus & discretio cordialis, quo sc. homo debet respicere & videre illa, quæ sibi sunt vtilia ad salutem, de quo Eccl. 23. *Nihil melius & dulcius quam respicere in mandata Dei.* Et sic nota quod sunt B

Aliqua respicienda:
- Superius,
- Inferius,
- Exterius,
- Interius,
- Posterius.

¶ Superius n. sunt respicienda sci. gaudia beatorum, & exemplo struthionis, quæ videndo & respiciendo versus stellas cœlestes parit & concipit oua sua secundum Gregor. in Moral. Quia vere dum stellæ cœlestes, i. beati qui sunt in patria per contemplationem & deuotionem, per orationem & per sui auxilij implo-

rationem respiciuntur, ona bonorum operum & bonorum affectuum à deuotis fidelibus parantur. Et ideo Luc. 21. præcepit dominus dicens. *Respicite & leuate capita vestra.* Quod est contra illos qui non respiciunt ad bona superiora, sed ad inferiora, non ad cœlestia, sed ad terrestria non ad immortalia, sed ad corruptibilia, similes bestijs, quæ sursum respicere non possunt, sed solũ inferius versus terram. Figurati in illa muliere curua & cõtracta de qua dicitur Luc. 13. quod *omnino sursũ respicere nõ poterat.*

C ¶ Inferius sunt respiciẽda supplicia damnatorum. Leo o. terram respicit quando videt venatores, & exinde audaciam contra eos resumit. Sic vere homo debet terrã miseriæ & tenebrarum respicere & ex aspectu tormentorum timorem Dei concipere, & sic poterit contra venatores inferni fortis esse. Vt sic sibi possit dici illud 2. Mac. 1. *Contemptos & abominatos respice.*

D ¶ Exterius autem sunt respicienda suspiria egenorum. Homo n. debet oculis misericordiæ miserias hominum respicere, & eis affectum compassionis ostendere, & sibi quantum poterit subuenire, sicut de Cherubin præcipitur Exod. 25. *Respiciant se mutuo versis vultib.* Quod est contra quosdam superbos & crudeles, qui hominem in necessitate positum respicere non dignantur Hie. 47. *Non respexerunt patres filios manibus dissolutis*

E ¶ Interius respicienda sunt flagitia vitiorum. Exemplo mulieris quæ in speculo diligenter respicit maculas vultus sui, sic & nos in speculis conscientiæ nostræ debemus respicere defectus & maculas vitæ nostræ 2. Par. 13. *Respiciens Iudas vidit instare bellũ.*

F ¶ Posterius respicienda sunt dispendia futurorum, illa, sc. quę veniunt post nos, sc. dæmones, mors & iudicium, & similia. Exemplo serpentis qui hoc habet propriũ quod potest post se respicere secundum Pli. Et scribitur 2. Reg. 1. *Respexit Abner post tergum suum.* Isti sunt igitur boni respectus quib. homines respiciunt vtilia ad salutem.

G ¶ Sed de respectu malo potest dici quod multi sunt qui libẽtius respiciunt vilia quam vtilia, sicut sunt illi qui respiciũt mulieres & delectabilia mũd. Similes ceruo, qui omnem nouitatem admirans, quicquid pulchrum videt, libenter respicit propter quod sibi aduenit, quod à venatoris iaculo sæpe perit. Sic tales qui pulchritudinem incaute respiciunt, sæpe per malas concupiscentias pereunt. Ideo consulitur Ecc. 25. *Non respicias in mulieris speciem.* Et hæc de respicere, sufficiant. Vide de aspicere, de considerare de oculo, de videre, &c.

A **Respondere.** Nota, quod respondere nihil aliud est quam aliquid dicere, vel causã alicuius allegare. Et est respondere verbum satisfactorium, quia ille qui respõdet, intendit satisfacere petẽn. Est igitur respõdere verbũ

Obedientiæ & humilitatis,
Sapientiæ & subtilitatis,
Iustitiæ seu æquitatis,
Stultitiæ seu præsumptuositatis.

Quod enim sit verbum humilitatis, patet, quia, scilicet, ad humiles personas pertinet humiliter de petitis respondere. Quia sc. secundum quod dicitur Pro. 15. *Responsio mollis frangit iram, sermo durus excitat furorem.* Humilis enim nunquam dedignatur alijs respondere Iob 13. *Loquere terra, & respondebit tibi* Superbi vero sæpe respondere dedignantur, quamuis audierint quæ dicũtur Iob 19. *Seruum meum vocaui, & non respondebat mihi, ore proprio deprecabar illum:* & Pr. 29. *Seruus, quod dicis intelligit, & respondere contemnit.*

B ¶ Item quod respondere sit verbum sapientiæ, & sagacitatis, patet, quia constat quod ad sapientẽ pertinet de dubijs & arduis respondere, iuxta illud Eccles. 5. *Si est tibi intellectus, responde proximo tuo, sin autẽ non sit digitus tuus super os tuum, ne capiaris in verbo indisciplinato,* ac si diceret. Ad sapientes & intelligentes pertinet respondere, ad ignorantes vero pertinet subijcere.

C ¶ Item quod respondere sit verbũ iustitiæ & æqualitatis, patet in hoc quod sicut responsio debet adæquari petitioni, sic responsioni debet esse proportio adæquata interrogantis, quia, sc. inter petitionẽ & responsionem debet esse proportio adæquata, sic secundum adæquationem iustitiæ, pœna culpæ, & prœmium merito proportionabiliter comparatur. De pœna n. & culpa dicitur Es. 59. *Peccata vestra responderunt vobis.* De præmio vero & merito dicitur Gen. 30. *Cras respondebit mihi iustitia mea.*

D ¶ Item quod respondere sit quandoq; verbum fatuitatis, patet, quia fatui nullam habentes patiẽtiam, loquaces nullam habentes moderantiã, semper volũt ad verba omnia respondere, similes illi voci montiũ quæ dicitur Echo, quæ ad omnia vltima verba respondet, similes campanæ, quę ... potest ita ... gi quin respondeat & quin sonet. Sic tales impatientes tactu duro respondent, & tales loquaces ad omnia verba ... dere student. De responsione enim talium loquacium dicitur Pr. 28. *Qui prius respondet quam audiat, stultum se esse demonstrat, & confusione dignum.* De responsione impatientium dicitur ... *Respondebunt ibi vlulæ in ædibus suis.* &c. Vlula enim dicitur ab vlulando. Sic igitur patet quomodo respondere diuersimode potest sumi &c.

A **Restituere.** Nota, quod in scriptura inuenitur multiplex restitutio.

Nam restituitur { Gratia, Gloria, Temporalis substantia.

Gratia enim restituitur pœnitentibus,
Gloria restituitur triumphantibus,
Substantia restituitur indigentibus.

De restitutione enim gratiæ constat quia videlicet pœnitentia est vna virtus, quę gratiam perditam solet restituere, & reddere pœnitenti. Coluber enim post pellis veteris dimissionem restituitur ad pristinam fortitudinem & virtutem, sic homo. sed per pœnitentiam restituitur ad pristinam gratiam & salutem. Vt sic ei possit dici illud Gen. 40. *Tres adhuc dies sunt post quos recordabitur Pharao ministerij tui, & restituet te in gradum pristinum.* Ibi enim tres dies sunt tres partes pœnitentiæ, scilicet, contritio, confessio, & satisfactio, quæ, sc. plenam restitutionem faciunt de perditu per peccatum. ¶ Et nota quod Restituendo gratiam, Deus Restituit

Discretionis visum,
Locutionis vsum,
Operationis actum,
Habitationis pratum.

De visu discretionis dicitur Marc. 8. quod *cæcus ille restitutus est ita vt clare videret.* De locutionis vsu patet de Zacharia, de quo dicitur Luc. 1. quod *nato Ioanne, solutum est vinculum linguæ eius & restituta est ei locutio,* vnde Soph. 4. *Reddam populo labium electum.* Ioannes interpretatur in quo est gratia, quia scil. in ortu & in natiuitate diuinæ gratiæ, recta locutio solet restitui peccatori. De actu bonæ operationis dicitur Luc. 6. de illa quæ habuerat manum aridam, quod Christus dixit sibi *Extende* (inquit) *manum tuam, & extendit, & restituta est manus illius.* Manus autem operationem designat. De statu pristinæ dominationis qualiter quandoq; restituitur à domino patet Dan. 4. vbi *Rex Nabuchodonosor à Deo propter peccata sua de regno eiectus, tandem per actam pœnitentiam ad regnũ iterum restitutus.* Vnde ipse dicit ibidem. *In tempore illo sensus meus reuersus est ad me,* Sequitur *Et in regno meo restitutus sum, & magnificentia amplior reddita est mihi.* Et breuiter Deus est ille qui (sicut dicitur Iob 12.) *multiplicat gentes, & perdit eas, & subuersas in integrum restituit.* Pone hic si vis materiam iuris, quomodo scil. aliqui sunt quos iura restituunt in integrũ, vt sic dicatur de quolibet à Deo restituto illud 2. Reg. 16. *Hodie restituet mihi dominus Israel regnum patris mei.* De situ vero tutæ habitationis, & potissime de situ cœlestis patriæ quomodo bonis restituitur, potest dici illud Dan. 14. *Angelus domini restituit Abacuc in locum suum.* Et breuiter de restitutione virtutum quæ fit per gratiam, dixit Dauid in Ps. *Domine quando respicies, restitue animam meam à malignitate illorum, & à leonibus vnicam meam.* Hæc igitur est restitutio gratiæ.

¶ De restitutione etiam gloriæ planum est. Homo enim hæreditatem gloriæ paradisi per peccatum Adæ perdit, Christus vero per suam beatam incarnationem eam sibi restituit Ps. Tu es qui *restitues hæreditatem meam mihi.* Phœnice enim in igne consumptu, ipsa eadem auis ex eisdem cineribus in integrum restituitur, & noua auis de antiquis cineribus efficitur. Sic in vltima resurrectione restituetur nobis humana forma, quæ per ignem & incinerationem mortis fuerat destituta 4. Reg. 5. *Restituta est caro eius sicut caro pueri.* Istam autem plenam restitutionem faciet dominus in vltimo iudicio, quia tunc (sicut dicitur Matt. 17.) *Helias venturus est, & restituet omnia.* Et bene dixit omnia, quia, sc. tunc restituetur bonis gloria, malis pœna. Gloria dico bonis, sicut de Tobia dicitur Tobiæ 1. quod *facultas eius restituta est ei.* Vnde etiam de pauperibus qui nunc beatificantur, dicitur Eze. 38. *Deserti fuerunt, & postea restituti.* Pœna etiam ipsis malis restitui dicitur Iob 34. *Iuxta vias singulorum restituet eis.*

C ¶ De restitutione vero temporalis substantiæ patet quod debeat fieri, quia, scil. quicquid de alieno habetur, debet restitui creditori. Vnde 4. Regum 8. *Restitue ei omnia quæ sua sunt.* Vnde

etiam

Iterum anima poterit dicere illud Dan. 4. *In regno meo restitutus sum.* Quod est contra multos qui nihil volunt restituere quod debeant vel causa debiti vel causa meriti, vel causa iniuriæ vel delicti nisi violenter. Exemplo spongiæ, quæ sc. aquam ebibitã nunquam restituit aut reuomit, nisi violenter comprimatur. Item exemplo sanguisugæ quæ etiam sanguinem bibitum nunquam restituit vel euomit, nisi violenter cõprimatur. Sic vere multi sunt qui illud quod de alieno biberunt, nolũt restituere, nisi per tribulationem vel aliam diuinã vel humanam cõpulsionem cõpulsi fuerint vel coacti, contra illud Tob. 4. *Quicunque tibi aliquid operatus fuerit, ei statim mercedem restitue.* Statim n. volũtatem denotat, non coactionẽ. Ad denotandum quod restitutio debet fieri voluntarie, nõ coacte. Sic ergo patet quod est triplex restitutio, sc. gratiæ, gloriæ, & temporalis substantiæ, &c. Vide supra de Reddere, & infra de Retribuere.

A **Resurgere. Resurrectio.** Nota, quod resurgere idẽ est, quod iterum surgere. Res n. quando cecidit, tunc resurgit quando ad statum pristinũ iterum surgit. Specialiter autẽ resurrectio nihil aliud est, quam de morte ad vitam reuersio. Et ideo secundum quod vita & mors diuersimode capiuntur in scriptura, secund. hoc multiplex potest resurrectio reperiri. Sicut n. contingat hominem cadere à status prosperitate, à vitæ mortalitate, à gratiæ stabilitate, secund. hoc est dare triplicem resurrectionem, vide

Resurrectionem { Temporalem, Corporalem, Spiritualem.

Et sic dico, quod

Resurgit { Anima spiritualiter per gratiæ restitutionem, Homo temporaliter per substantiæ recuperationem. Corpus personaliter per naturæ reparationem.

¶ Dicamus primo, quod est resurrectio animæ, quæ est spiritualis. Anima enim per peccatum efficitur mortua, iuxta illud Ezech. 18. *Anima quæ peccauerit ipsa morietur.* Sed ab ista morte anima resurgit, quando vita gratiæ restituta de peccato consurgit. Et de ista dicit Salomon Prouerb. 24. *Septies in die cadit iustus, & resurgit.* Similis ficui Ægyptiacę, quæ contra naturam omnium arborum si in aqua ponatur, statim submergitur, sed cum bene imbibita fuerit, iterũ mirabiliter resurgit, & superius reascendit significans virum iustũ, qui si aliquando in aqua mundanæ voluptatis per peccatũ mergitur, ibi tamen non remanet, sed iterum ad gratiã resurgere, & reascendere comprobatur. Etiam sæpe fit, quod quanto plus primo per peccatũ imbibitur, tanto plus post conuersionem ad altiorem gradum gratiæ resurgere multoties inuenitur, iuxta illud Apostoli ad Roman. 5. *Vbi abũdauit delictum, ibi superabundauit & gratia.* Et ista est propriè resurrectio prima de qua dicitur Apocal. 20. *Hæc est resurrectio prima. Beatus & sanctus, qui habet partem in resurrectione prima.* Prima enim dicitur ista resurrectio, quia, scilicet, prius debet anima resurgere per gratiam, quam corpus resurgat ad gloriam. Et possumus aduertere, quod tria sunt istius spiritualis resurrectionis effectiua, vel motiua, & tria sunt ipsius impeditiua, & retardatiua. Prima tria sunt scilicet

Eleemosyna,
Eucharistia
Pœnitentia.

De Eleemosyna dicitur Eccl. 17. *Eleemosyna viri quasi sacculus, & gratiam hominis conseruabit, & postea resurget.* De Eucharistia vero dicitur Ioan. 6. *Qui manducabit meam carnẽ, ego resuscitabo eum.* De Pœnitentia vero dicitur 1. ad Thessal. 4. *Mortui, qui in Christo sũt, resurgent primi.* Mortui enim signant illos, qui per pœnitentiam mortificant membra sua. Tria vero, quæ istam resurrectionem impediunt, sunt

Obstinatio voluntatis,
Perpetratio iniquitatis,
Detentio in bonis mundanæ prosperitatis.

Et de istis dicitur in Psal. *Nunquid qui dormit, non adijciet vt resurgat?* Et Esa. 24. *Grauabit eam iniquitas sua, & non adijciet vt resurgat.* Ista est ergo resurrectio animæ, quæ est spiritualis: prior 1. ad Timoth. 1. *Admoneo te, vt resuscites gratiam Dei. &c.*

¶ Secundo dico, quod est quædam resurrectio fortunæ, quoque est temporalis. Et ista est illa, qua quis quandoq; cadit à statu mundanæ prosperitatis, & tandem inde iterum ad prosperitatem resurgit Ps. 138. *Domine probasti me, & cognouisti me, tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam.* Quamuis multi sunt qui ita penitus cadant, quod nunquam amplius resurgunt Esa. 24. *Corruet & non adijciet vt resurgat.*

¶ Tertio vero dico, quod est quædam resurrectio naturæ, quæ est personalis. Et ista est illa, qua omnis homo in nouissimo die resurget, & ante tribunal Christi personaliter assistet, vt iudicium pro se vel contra se recipiat & pœnam aut gloriam reportet, & habeat, de qua dicitur Iob 19. *In nouissimo die de terra resurrecturus sum, & in carne mea videbo Deum saluatorem meum, quem visurus sum ego ipse, & non alius.* Et possumus notare, de ista resurrectione, quod ista D

Naturaliter exemplatũr,
Exemplariter demonstratur,
Figuraliter prædicatur,
Spiritualiter reuelatur.

Dico ergo, quod ista exemplatur naturaliter. Natura n. naturans Deus volens, quod articulũ resurrectionis firmiter crederemus, nobis plura exẽpla posuit in natura. Leo n. filios mortuos natos, suo rugitu, & clamore in cubili vbi sunt, motu pariter & tremore facit resurgere, & vitã recipere, & habere. Filij etiã pellicani mortui à matre resuscitantur, & p matris sanguinem personaliter ad vitam pristinã restaurantur. Coluber etiam dimissa veteri pelle in foramine arcto dicitur renouari, & p nouæ pellis resumptionẽ ad iuuentutem pristinã restaurari. In quib. quidem exemplis designat naturã, ꝙ ad terrorem & clamorem ipsius leonis Christi, per Angelos clamãtis & præconizantis, surgite mortui, venite ad iudiciũ, omnes qui mortui fuerãt resuscitabuntur, & resumpta pelle corporũ, quam in arctu mortis foramine iam antiquatam dimiserant iuuentutẽ & nouitatem corporũ assequẽtur, ad Rom 6. *Christus resurrexit à mortuis, ita & nos in nouitate vitæ.* Resurrectio ergo exẽplatur naturaliter.

¶ Item dico, ꝙ ista demonstratur exemplariter. Istius n. vltimæ resurrectionis exemplum præcessit in resurrectione Christi, qui sicut dicitur, vbicunq; intrat caput, intrans vel possunt intrare cõmuniter alia membra. Sic quia Christus ad immortalitatem intrauit per resurrectionem, signum & exemplũ est, quod ad eandem possumus finaliter introire. Christus n. secũdum Apostolum priori ad Corinth. 15. *Resurrexit, primitiæ dormientium,* quoniã quidem per hominẽ mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Ista ergo demonstratur exemplariter. E

¶ Item dico ꝙ prædicatur figuraliter. Resurrectio n. vniuersaliter figuratur Eze. 37. *In illo cãpo magno pleno ossibus aridis, quæ spiritum non habebant, in quæ venerunt caro, nerui & cutis, & ingressus est in ea spiritus, & vixerunt, steteruntque super pedes suos exercitus magnus valde.* F

¶ Et sic quarto concluditur, quod ista ordinatur seu reuelatur spiritualiter, quia scilicet, in scriptura multis locis ponitur ista materia resurrectionis Ioan. 11. *Resurget frater tuus. Cui respondet Martha. Scio quia resurget in resurrectione in nouissimo die.* Et 1. ad Corinth. 15. *Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur.* Vbi aduerte, quod G

Resurrectio { Vniuersaliter extendetur. (Omnes inquit.) Infallibiliter concludetur. (Quidem, i. e. certe.) Diuisibiliter distinguetur. (Quia non omnes immutabimur, scil. à sua prima vili & ponderosa conditione.)

Corpus n. beatum immutabitur per dotes animæ & corporis, quia, sc. quidam resurgent ad vitam æternam, & immutabuntur per dotes animæ & corporis, quidã resurgent ad pęnam æternã, & isti non immutabuntur à sua prima vili & ponderosa conditione. Corpus n. beatum immutabitur in resurrectione de mortalitate & passibilitate ad immortalitatẽ & impassibilitatẽ, de ponderositate ad agilitatẽ, de obtusitate ad subtilitatẽ, de obscuritate ad claritatem. Sed pro certo corpus damnatum mutationes huiusmodi nõ habebit, quinimo in sua obscuritate, grauitate & passibilitate perpetuo remanebit. Sola n. immortalitas sibi dabitur, & hoc non ad præmium, sed ad suppliciũ, quia sicut dicitur Apoc. 9. *Tunc desiderabunt mortem & fugiet mors ab ipsis.* Non ergo omnes immutabimur, quia pro certo sicut dicitur 1. ad Cor. 15. *Stella differt à stella in claritate, sic & resurrectio mortuorum.* Sic ergo dico, quod resurrectio probatur spiritualiter, figuraliter, exẽplariter, naturaliter, &c. Vide infra de vita, & resurrectione Christi in litera C. & infra de Surgere.

A **Rete.** Nota, quod rete, sagena sunt quædam filorum vel viminum instrumenta, ad captionem piscium, animalium vel volatilium ordinata, & potest significare in bono & in malo. In bono enim significato dico, quod est triplex

Rete { Mentale, Verbale, Reale,

¶Primo ergo dico, quod est Rete mentale, quod signat cordis affectionem. Ista est enim qua mediante, homo capit bona gratiæ & gloriæ. Et ideo præcipitur Luc. 5. *Laxate retia in capturā.* Et responsum est ibid. *Per totam noctem laborantes, & nihil prendidimus, in verbo autem tuo laxabo rete.* Ad denotandum, quod nihil de bono acquiritur, nisi quando ad voluntatem Dei rete affectionis ad capturam spiritualium relaxatur, iuxta illud Ioan. 21. *Mitte in dexteram nauigij rete.* Dextera enim nauigij est Ecclesia & signat bona spiritualia, & æterna, ad quorum proculdubio captionem rete voluntatis & affectionis debet extendi, & non ad sinistram bonorum temporalium relaxari. Ista sunt etiam

Retia { Mergenda per contritionem, Lauanda per confessionem, Reficienda per satisfactionem.

Quod ergo retia affectionem sint per contritionē in mari mergenda, patet Matth. 4. *Vidit duos fratres mittentes retia in mare,* i. in amaritudinem contritionis. Item quod ista retia per confessionem sint lauanda, patet Luc. 5. vbi *piscatores descenderant ad littus, & lauabant retia sua.* Item quod per satisfactionem sint reficienda, patet Mat. 4. *vbi Iesus vidit Iacobum & Ioannē reficientes retia sua.* Istud est ergo rete mentale, quod signat cordis affectionem.

B ¶Secūdo dico, quod est rete verbale, quod signat verbi prædicationem. Prædicatio enim doctorum dicitur rete, quia isto mediante homines in naui vel mari huius mūdi per conuersionem capiuntur, & ad littus fidei & Ecclesiæ pertrahuntur. Vnde Marc. 1. dicitur quod *Iesus cum videret Simonem & Andream mittentes retia sua in mare (erant enim piscatores) dixit eis: Venite post me, faciā vos fieri piscatores hominum.* Istud figuratur 3 Reg. 7. vbi *Hyram fecit capita duarum columnarum ad modum retis.* Duæ enim columnæ duo sunt testamenta, quæ sc. rete authoritatum, & sententiarum habent, in quo mysteria regni Dei spiritualiter continentur. Exodi 27. *Facies craticulam in modum retis æneam,*

¶Tertio dico, quod est rete reale, quod signat Ecclesiæ congregationem. Ecclesia enim *est rete, & sagena missa in mare* huius mundi, in *quo omnia genera piscium,* id est, hominum *congregantur, & in fine ad littus* mortis, & iudicij, *pertrahuntur, & boni in reseruationem* paradisi *eliguntur, mali vero* in infernum *reijciuntur.* Matt. 13. Istud est *rete Simonis quod plenum fuit magnis piscib. centum quinquaginta tribus, & cum tanti essent, non est scissum rete.* Ioan. 21. Per istos enim pisces vniuersitas fidelium designatur, pro eo quod quotquot fuerunt ibi pisces, tot species hominum sunt Ecclesiam repræsentantes. Rete tamen istud, scilic. Ecclesia propter istorum multitudinem non scinditur, quia scilic. Ecclesia nunquam per schismata diuiditur aut cassatur. *Vna est n. columba mea,* &c. Istud est ergo triplex bonum rete, & spirituale, sci. Ecclesiasticæ congregationis, dominicæ prædicationis, sanctificæ affectionis seu meditationis.

D ¶ Sed adhuc dico, quod rete potest accipi in malo. Et sic signat omne illud per quod homo capitur, inuoluitur vel decipitur. Et sic dico, quod secundum quod inueniuntur tria genera rerum quæ retibus capiuntur, videlicet pisces cum cæteris natatilibus, feræ cum cęteris gressibilibus, aues cum cæteris volatilibus, secundum hoc possunt inueniri tria genera malorum retium spiritualium, videlicet

Rete { Delitiarum, ad capiendum carnales & natatiles, Diuitiarum, ad capiendum auaros & gressibiles, Eminentiarum, ad capiendum superbos & volatiles.

Irretiuntur ergo carnales in reti corporalium delitiarum & sic loquitur in scriptura Eccles. 7. vbi nominat mulierem sagenam. *Vincula,* inquit, *sunt manus eius, sagena cor eius.* Sic loquitur etiam Pro. 7. vbi de mala muliere loquens dicit, quod *irretiuit iuuenem multis sermonib. & statim eam sequitur quasi bos ductus ad victimam, & nescit ad quod vincula stultus trahatur.* Et bene dicit sermonib. quia pro certo falsi sermones siue mulierū siue adulatorum sunt rete quibus incauti homines capiuntur. Vnde Pr. 29. *Homo qui blandis fictisque sermonibus loquitur amico suo, rete expandit pedib. suis.*

¶ Item dico, quod irretiuntur auari in reti diuitiarū temporalium. Summa enim mundi bona sunt quædam retia, vbi dum incaute homines appropinquant, subito diabolus auceps trahit chordam auaritiæ, & eos ibi detinet & inuoluit. Figuratus in illo *leunculo qui magnus leo factus est, & dicit raperę prædam cui dicitur: Extendam super te rete meum.* Quia scili. tales homines leonitu qui non quærunt nisi prædam bonorū temporaliū acquirere, in rete auaritiæ finaliter inuoluūtur, de quo recedere à diabolo prohibentur. Eze. 12. *Extendam super illum rete meum, & capietur in sagena mea, adducamq; eum in Babylonem, ibiq; morietur:* tales enim qui in reti auaritiæ capiuntur, in Babylonem infernalem deducuntur, & ibi per æterna supplicia moriuntur. Et ista sunt propriè retia relinquenda, de quibus fit mentio supra de relinquere, §. 1.

¶Item dico, quod irretiuntur superbi in reti eminentiarum sæcularium. Mundi enim dignitates & eminentiæ sunt quędam retia quibus capiuntur superbi, & ambitiosi, sicut aues quæ alte volantes quandoque inueniunt rete appensum in altis montib. & arboribus quibus subito se inuoluunt, sicut patet de aue, quæ dicitur Auicena. Sic superbi alte volantes in dignitatib. [illegible] inueniunt rete pomparum, quibus per superbiam se inuoluunt. Ose. 5. *Quasi rete expansum super montes Thabor.* Thabor enim interpretatur, veniat lux. Quia filii qui non inuoluuntur in rete eminentiæ seu auaritiæ in montibus dignitatum, nihil quærunt nisi aduentum lucis, i. nisi quod in lucem veniant facta sua. Ista ergo sunt tria genera malorum retium, quæ proculdubio sunt fugienda & relinquenda, iuxta illud Matt. 4. *Relictis retibus & patre, secuti sunt eum.* Vide supra de relinquere, §. 1. Et ista de retibus sufficiant in bono, & in malo. Vide de ligare, & de vinculis, & in cæteris titulis similibus.

**Retinere.** Nota, quod in scriptura multiplex retentio reperitur, videlicet, A

Retentio { Nocens & damnificans, Docens & notificans, Arcens & rectificans, Seruans & saluificans.

Primo ergo dico, quod inuenitur retentio damnificatiua. Et ista pro certo est retentio diuitiarum, quæ per eleemosynas non expelluntur. Retentio miserorum, qui in seruitute retinentur & includuntur, nec liberati restituuntur, retentio peccatorū, quæ per confessionem non excluduntur. Omnis n. talis retentio periculosa est. Quia pro certo sicut sanguis menstruus & a[illegible] mali humores in corpore retenti nec euacuati, multas infirmitates & quandoq; etiā mortem causant, sic bona terrena in arcis, peccata vero in conscientijs retenta multorum vitiorum, & finaliter mortis æternæ & infernaliū tormentorū pericula generant. Quod etiā de impijs verum est, qui, scil. in suis carcerib. retinent pauperes & captiuos. Et etiam de vsurarijs, quia, sc. pauperes [illegible] falsis contractib. laqueatos retinēt & obligatos, ipsosq; propriis substantijs spoliant deuorantes, similes illi pisci qui dicitur [illegible] na, qui teste Plin. cum sit de natura conchylium, testam [illegible] re aperit, & pisciculos ibi recipit, quos tandē retinendo [illegible] dit, & retentos deuorat & consumit. Sic vere vsurarij [illegible] i. pauperib. sub specie charitatis se aperiunt, quos cū [illegible] & contractib. inuoluerint, tādiu retinēt inuolutos, quod quid habent deuorant & consumunt. Idem vere faciunt [illegible] ri, qui, sci. captiuos suos vsq; ad mortem solent [illegible] retinere, dicentes, sc. illud Matt. 5. *Amen dico tibi, non* [illegible] *de carcere, donec reddas vltimum quadrantem.* Talis fuit [illegible] qui, sc. filios Israel in seruitute perpetua retinere volebat, [illegible] ipsos non nisi violēter dimittere volebat. Vnde Ex[illegible] Dominus dicitur mandasse. *Adhuc,* inquit *retines populum meum, & non vis dimittere eum. Ecce pluam grandinem multam nimis, quæ non fuit in Aegypto.* Quod etiam dici potest de tentationib. eorum, qui diuitias suas retinent nec dimittunt, nisi forte, quando per mortem aut tribulationem premuntur. Exemplo spongiæ, quę aquas bibit & eas retinet, nec dimittit nisi quando comprimitur violenter Apo. 3. *Tene quod habes.* Ista est igitur retentio damnificatiua.

¶Secundo dico, quod inuenitur retentio notificatiua. Et ista certe est illa, qua nos in mente nostra retinemus Dei mandata & documēta, peccata & nocumēta. Virtus n. retentiua valde proficit sanitati, quia sc. nisi ista esset, cibaria statim emitteret ē[illegible] digererentur, & sic corpus minime nutrietur. Sic vere virtus retentiua & memoratiua valde proficit animæ sanitati, quia [illegible] per quinq; sēsus recepta retinerentur & memoriæ cōmendaretur, nunquā anima spiritualiter nutriretur. Vnde Luc. 8. dicitur. *Qui autē in terrā bonā, hi sunt qui in corde bono & optimo audientes verbū retinēt, & fructū afferūt in patiētia.* Ista est igitur retentio notificatiua B

¶ I[illegible]

C ¶ Tertio dico, quod inuenitur retentio modificatiua, & ista est illa qua nos retinemus & retrahimus & cohibemus malos appetitus ne corruant in malos consensus, & qua ēt nos retinemus alios, quos, scilicet, videmus ad malum labiles & decliues, sc. ruant in aliquos malos actus. Rota n. molendini retinetur, ne olmis impetuose currat, per pondus lapidis seu molæ & per retinaculum quod est ibi. Sic vere pondus diuini timoris, & retinaculum temperantiæ moderatois, & prudentiæ gubernantis, & boni etiam prædicatoris admonentis, debet mentes nostras a impetu malorum appetituum aut actuum retinere, & sub debita regula coercere. Vnde 2. Reg. 18. dicitur, quod *Ioab cecinit buccina, & retinuit populum ne persequeretur fugientem Israel.* Ista est ergo retentio modificatiua.

D ¶ Quarto dico, quod inuenitur retentio saluificatiua, & ista nihil aliud est quam perseuerantia, quæ, sc. alias virtutes retinet & reseruat. Non sufficit n. quod canis prædam capiat, nisi prædam captam reseruet & retineat. Virtutes igitur capiamus & custodiamus. Vnde Hebr. 3. *domus* inquit *Christi sumus nos, si fiduciam, gloriam spei vsq; ad finem firmam retineamus.* Hęc igitur sufficiant de retinere. Vide de tenere, seruare, & reseruare, &c.

A **Retrahere.** Cum retractio sit idem, quod alicuius ab aliquo termino vel proposito retrotractio: possumus dicere, quod est, sc. Retractio.

Virtuosa,
Vitiosa.
Periculosa.

Virtuosa dico, sicut cum nos retrahimus & alios à peccato. Vitiosa ēt cum nos retrahimus nos & alios à bono proposito facto seu consortio. Periculosa ēt sicut cum per diuinam & occultā sententiam mali retrahuntur ab huius mundi vita & solatio. De talib. ergo retractionib. multa possēt dici, sed auctoritates vocales desūt. Vide ergo de trahere, extrahere, amouere, reducere, &c.

**Retorquere. Retortus.** Vide infra Torquere.

**Retribuere.** Nota, q retribuere, idē est quod recompēsare, satisfacere, reddere, vel pro aliquo beneficio vel maleficio competens præmium assignare. Et dicitur à re, quod est contra, & tribuo, buis. Vnde retribuens, quasi econtrario tribuens. Retributio enim semper supponit præcedere tributionem. Et sic tribuere se habet per modum meriti, & retribuere per modum præmij. Notare ergo possumus quod in scriptura inuenitur scil. Retributio

Meritoria,
Damnatoria,
Saluatoria,
Afflictoria.

Primo dico, quod est retributio æquitatis & iustitiæ, & ista est illa qua quilibet tenetur retribuere & recompensare alteri beneficia, quæ ab ipso recepit, tam Deo, sc. quam proximo. Deo dico secund. quod est sibi possibile, iuxta illud Ps. 115. *Quid retribuam Domino pro omnib. quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiā, & nomē Domini inuocabo.* Ac si diceret: Si alias non possū Deo retribuere seu satisfacere, saltem recoor per orationem & gratiarum actionem nomē ipsius inuocare. Proximo ēt facienda est retributio, satisfactio & recōpensatio de benefactis & de beneficijs per ipsū acceptis. Vnde Pr. 12. *De fructu oris sui vnusquisq; replebitur bonis, & secundum opera manuum suarum retribuetur ei.* Eccles. *Honora patrem tuum & matrem tuam, & retribue illis, quomodo illi & tibi.* Exemplo ciconiarum, quæ secund. Plin. sunt aues maximæ pietatis. Parentes n. suos senio confectos solent nutrire, sicut in iuuentute ab ipsis fuerant enutritæ. Quod est cōtra multos ingratos, &c. de ista autem retributione, vide supr. vbicunq; agitur de gratiarum actione. Ista est ergo retributio æquitatis & iustitiæ.

B ¶ Secundo dico, quod est retributio prauitatis & nequitiæ, quia, sc. multi sunt ita peruersi, quod non solum pro bonis non retribuunt bona, imo etiam pro bonis multoties reddunt mala Ps. 34. *Retribuebant mihi mala pro bonis sterilitatem animæ meæ.*

C ¶ Tertio dico, quod est retributio bonitatis & clementiæ, & ista est illa, qua Deus retribuit bonis & iustis retributionem vitę æternæ Prou. 13. *Iustis retribuentur bona.* Nullum enim bonum facit homo quin retribuatur ei, vel in hoc sæculo, vel in futuro. Verumtamen melior est in futura retributio, quam sit præsens. Melius n. retribuitur filio quā seruo, quamuis seruus quotidianam mercedem accipiat, filius vero ad futuram attendat hæreditatem, quia, scil. seruus modico præsenti salario contentatur, filius vero expectās hæreditate paterna finaliter præmiatur. Sic vere multi sunt sicut serui, qui in pręsenti seruiunt, & aliqua bona faciunt, & bona temporalia à Deo sicut totale suum salariū accipiunt. Boni vero sunt sicut filij, qui à Deo Patre parum recipiunt in hoc mundo, sed ab ipso retributionem æternæ gloriæ recipient in futuro Lucæ 4. *Retribuetur in retributione iustorum.* Et in Ps. 141. *Expectant iusti donec retribuas mihi.* Ista est ergo retributio bonitatis & clementiæ

¶ Quarto vero dico, quod est quædam retributio seueritatis & potentiæ, & ista est illa qua Deus remunerat malos in inferno retribuens eis supplicia, quæ merentur, dicens illud Deut. 32. *Mea est vltio, & ego retribuam eis in tempore, & labatur pes eorum.* Teste enim sapiente Eccl. 11. *Facile est Deo in die obitus retribuere vnicuique secundum vias suas.* Deus n. tunc retribuet abundanter facientibus superbiam, quia sicut dicitur Esa. 76. *Vox domini reddentis retributionem inimicis suis*, &c. Vide supra de reddere, de restituere, de dare, de præmio, de mercede & simil D

**Retro. Retrorsum.** Nota, quod ista aduerbia retro & retrorsum videntur significare partem anteriorem & posteriorem. Significat n. quādoque præteritum, quandoque futurum. Et sic generaliter est aduertendum, quod diuersimode significat in scriptura. Vnde nota, quod Retro sunt aliqua A

Videnda,
Timenda,
Cauenda,
Habenda,
Spernenda,
Promerenda,
Pascenda.

Et sic dico quod est Retro

Pœnalitatis,
Mortalitatis,
Iniquitatis,
Humilitatis,
Prosperitatis,
Diuinitatis,
Aduersitatis.

¶ Primo ergo dico, quod est vnum retro, quod est attendēdum, & istud signat omnia illa, quæ nobis retracto tempore acciderunt, videli. vitia quæ commisimus, beneficia quæ recepimus, supplicia quæ sustinuimus, & bona quæ facere potuimus & omisimus. Collum n. factū fuit flexibile & mobile, vt homo posset post se respicere ad denotandum, quod ad virum discretum pertinet seipsum per considerationem ad retroacta flectere, & ipsa mente gerere & habere, sicut de ciuitate peccatrice dicitur Thr. 1. quod *ipsa gemens conuersa est retrorsum.* Et ideo sancta animalia non solum à parte ante, sed etiam à parte retro habebant oculos Apoc. 4. *Animalia erant plena oculis ante & retro.* Et Iudic. 20. *Beniamin aspiciens retro vidit flammas in sublime ferri* Es. 44. *Cōuersi sunt sapientes retrorsum.* Istud est ergo vnū retro attendendum. B

¶ Secundo dico, quod est vnum retro metuendum, & istud signat mortem, iudicium & infernum. Ista enim dicuntur esse retro, quia nos sequuntur & persequuntur, quia non videntur nec cognoscuntur, quia, sc. homo non videt retro se, & quia ēt ista præ oculis à fatuis non habentur. Inimici n. qui pugnant à parte retro, magis sunt timendi, quia, sc. eorum insidiæ non possunt perpendi 2. Par. 13. *Ieroboam retro moliebatur insidias.* Dum o. ceruus ad venatorem qui ante ipsum sibilat, respicit, venator qui retro latet, ipsum sagitta percutit & occidit. Et ideo talia quę modo sunt retro, & quæ modo sunt nobis incognita & ignota, debent discrete meditari, & magis à sapientibus formidari Ps. *Conuertantur & retrorsum, & erubescant.* Istud est igitur retro, quod est metuendum. C

¶ Tertio dico, quod est vnum retro, quod est præcauendum, & illud retro nihil aliud est quam peccatum vel ēt status peccati. Peccator o. & peccatum dicitur esse retro, quia se peccatorea peccato retro ponunt, nec de ipso tollendo curant vel ēt quia peccatum occultæ nobis insidiatur, vel pro etiam quod ante oculos non habetur. Peccatores etiam retro dicuntur, pro eo, q de ipsis apud Dominū non curatur, imo in inferno retro ponētur, & retro à facie Domini reijciētur. Vnde de peccatorib. dicitur Ier. 7. quod *facti sunt retrorsū, & non in ante*, i. in statu peccati, non gratiæ. Peccator enim est semper retro Deum, i. e. in statu D

peccati. Iustus vero dicitur semper esse ante Deũ, sc. in statu gratiæ, iuxta illud Ps. *Non recessit retro cor nostrũ, & declinasti semitas nostras à via tua* Istud est illud retro in quod cecidit Heli præ desperatione, de quo dicitur 1. Reg. 4. quod *audita morte filiorũ & captione arcæ decidit de sella retrorsum, & confractis ceruicibus expirauit*. Quia sc. quicunq; retro à statu gratiæ ad statũ peccati cadit, nisi ipsum subleuet Deus, mortẽ incurrit spiritualem & æternam Gen. 49. *Cadat ascensor eius retro*. Et ideo 1. Tim. 5. dicitur, quod *multæ viduæ abierunt retro post sathanam*. Retro enim ire, nihil aliud est quam à recto itinere iustitiæ retrocedere & abire. Exemplo planetarũ, qui quandoq; efficiuntur retrogradi. Exemplo etiam fluminis, quod per virtutẽ lapidis achatis quandoq; à magis retrouertitur à rectitudine cursus sui, sicut dicit Pli. Quia, sc. magis dæmones mediante lapide, i. duritia peccati retrouertunt à rectitudine iustitiæ spirituales, & faciunt eos retrogrados, i. peccatores & obstinatos, quemadmodum sunt illi, qui nihil volunt facere iuste vel recte, imo quicquid faciunt, agunt more cancri retrograde & iniuste Ioan. 6. *Multi discipulorum abierunt retro, & iam cum Christo non ambulabant*. Cuius tamen contrarium est de iustis, de quibus dicitur 2. Reg. 3. quod *sagitta Ionathæ*, i. voluntas viri iusti *nunquam retrorsum abijt*. Et Esa. 50. *Ego autem non contradico, retrorsum non abijt*. Dico igitur, quod est vnum retro, quod est requirendũ.

E ¶ Quarto dico, quod est vnum retro, quod est acquirendum, & istud est retro, quod signat statum pœnitentiæ, quia, sc. pœnitentia facit homines reuerti ad statum gratiæ, quem dimiserunt per peccatum, sicut de Magdalena pœnitente dicitur Ioan. 20. *quod conuersa retrorsum vidit Iesum*: & illud Thr. 1. *Ista gemens conuersa est retrorsum*. Vel etiam signat statum humilitatis, quia, sc. viri humiles non se reputant dignos apparere ante, sed magis esse retro, i. in statu posteriori & depressiori, sicut de muliere hæmorrhoissa legimus Luc. 8. quod *ipsa accessit retro, & tetigit fimbriam Iesu, & ideo meruit sanari*. Sicut etiam de Magdalena legitur Luc. 7. quod *stans retro secus pedes Iesu. flendo, lauando, tergendo & osculando pedes Domini, meruit audire à Domino. Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum* Istud est ergo vnum retro acquirendum & habendum, sc. status pœnitentiæ & humilitatis, quia, sc. sicut bos secundum Plin. pascitur retrocedendo, sic iustus pascitus gratijs, & impinguatur virtutibus retrocedendo per pœnitentiam, & per humilitatem retro se tenendo. De quo Gen. 49. *Gad accinctus præliabitur ante eum, & ipse accingetur retrorsum*. Istud est ergo vnum retro, quod est acquirendum.

F ¶ Quinto dico, quod est vnum retro, quod est dimittendum, & istud retro signat prosperitatem mundanam & bona huius mundi, quæ, sc. retro dicuntur esse, quia retro non ante in morte, sc. remanebunt. Vel retro, quia, scil. retro nos debent esse, id est, in obliuione & contemptu, ipsaq; debemus retro ponere, & ante mentis oculos non habere, iuxta illud Apostoli ad Phil. 3. *Quæ retro sunt, obliuiscens, ad ea vero, quæ ante sunt, extendens meipsum, destinatum prosequor ad brauium*. Et istud potissime requiritur in religiosis, qui, scil. nunquam debent retro respicere ad bona mundi, quæ post se reliquerunt recto itinere sine retrocessione ad Deum per paupertatis semitam ambulare, quia sicut dicitur Gen. 19. *Vxor Loth retro respiciendo mutata est in statuam salis*. Quia sicut dicitur Luc. 9. *Nemo mittens manum suam ad aratrum & aspiciens retro, aptus est regno Dei*. Quod tamen est contra multos modernos religiosos, qui pro certo oculum cordis semper habent retro ad desiderium terrenorum. Similes Saturno, qui tunc dicitur esse pessimus, quando est retrogradus, quia, scil. illi religiosi sunt pessimi, qui retrogradi dicuntur, id est, qui ad retro dimissa per ipsos, more canis reuertentis ad vomitum conuertuntur Psal. 9. *In conuertendo inimicos meos retrorsum, ipsi infirmabuntur & peribunt à facie tua* Et ideo bene præcipit Luc. 17. *Qui in agro est, non redeat retro*. Quia sicut dicitur 2. Petr. 2. *Melius est viam veritatis non agnoscere, quam post agnitam retrorsum conuerti*. Istud est ergo vnum retro, quod est dimittendum.

G ¶ Sexto vero dico, quod est vnum retro, quod est promerendũ, & istud est retro quo Christus à dignitate propria retrocessit, quando humanam carnem assumpsit. Figuratus in sole, qui (sicut 4. Reg. 20. dicitur,) *reuersus est retrorsum decẽ gradibus*. Vnde

H Eccl. 48. *Retro rediit sol, & addidit vitam regi*. ¶ Sed septimo etiam potest dici, quod est vnum retro, quod est pauescendum, & istud est illud, quo mali in iudicio proijcientur retrorsum, sc. inferius in inferno, de quibus dicitur Iod. 18. *Abierunt retrorsum, & ceciderunt*. Sic ergo patet quomodo ad septem genera rerum potest referri illud aduerbiũ retro, &c. Vide supr. de post & posterius.

# Reuelare.

Reuelare. Nota, quod reuelare nihil aliud est, quam secretum suum alicui declarare, & illud dicitur reuelare, quasi retro velare, i. contrarium deuelare. Et notemus, quod in scriptura inuenitur quadruplex genus reuelationis, scil. Reuelatio. A

- Admirabilis & gratiosa,
- Commendabilis & virtuosa,
- Detestabilis & vitiosa,
- Confusibilis & tædiosa.

Prima est reuelatio diuinæ inspirationis, quia sicut dicitur Iob 12. cap. *Ipse est qui reuelat profunda de tenebris*,

Secunda est reuelatio mentalis confessionis de quo in Ps. 36. *Reuela Domino viam tuam*,

Tertia est reuelatio humanæ ostentationis contra illud Prou. vigesimo quinto. *Secretum extraneo ne reueles*,

Quarto vero est reuelatio æternæ confusionis & damnationis.

Vnde animæ damnatæ dicitur Es. 47. *Reuelabitur ignominia tua, & videbitur opprobrium tuum*. De istis igitur quatuor generib. reuelationum & manifestationum aliquid per ordinem est dicendum.

¶ Dicamus igitur primo, quod est quædam reuelatio diuina valde mirabilis, & ista est illa, qua Deus reuelat secreta, quæ latuerant illis, quib. datum est desuper reuelari, qui n, sc. *Deus multa abscondit à sapientib. & prudentib, & reuelat eam paruulis*. sicut dicitur Matt. 11. Deus n. est sicut Rex secrete cum consiliarijs suis tractat de regimine regni sui, & tandem quod ordinatum secrete fuerat, diuersis diuersimode publicat & reuelat. Quia, scil. Deus in secreta camera suæ occultæ prouidentiæ primo disponit omnia quæ facit, ipsaq; primo suis secretarijs, sc. angelis ostendit, & tandem seneschallis & balliuis regni sui, s. Prophetis & Apostolis ipsa primo declarat, & finaliter per ipsos omnib. publicat & denunciat. Sic fecit Dominus de secreto suæ beatæ incarnationis. Sic facit Deus de secreto suæ prouidẽtiæ & mũdi gubernatione. Sic faciet Deus in vltimo iudicio & in die suę magnę iurisdictionis. Et ideo de multiplici reuelatione Dei possumus exponere verbũ Es. 56. *Iuxta est salus mea, vt veniat, & iustitia mea, vt reueletur*. B

¶ In quibus verbis ostenduntur quatuor, quæ à Deo sunt, vel erunt hominibus reuelata. Et ista sunt C

Aliqua quæ pertinent ad
- Ligam amoris,
- Culmen honoris,
- Limam rigoris,
- Lucem splendoris.

Et ideo dico, quod apud Deum est, scil. Reuelatio

- Amorosa,
- Fructuosa,
- Rigorosa,
- Luminosa,

Prima fuit in verbi incarnatione. (Iuxta est inquit.)
Secunda est in animæ præmiatione. (Salus mea.)
Tertia est in impiorum condemnatione. (Iustitia.
Quarta est in secretorum demonstratione. (Reueletur.)

Et sic dico, quod est quædam Reuelatio

- Grandis amoris,
- Summi valoris,
- Magni rigoris,
- Magni splendoris.

Est dico, quædam amoris reuelatio inæstimabilis, & ista est illa, qua ipse Deus se per carnis assumptionem hominibus reuelauit, quæ ostenditur cum dicitur. Iuxta est, quia, sc. per istam iste factus est iuxta nos in hoc sæculo, socius & vicinus Ps. 33. *Iuxta est Dominus his, qui tribulato sunt corde, & humiles spiritu saluabit*. De quo Esa. 40. *Reuelabitur gloria Domini, & videbit omnis caro pariter salutare Dei*. Sicut enim Sol aliquando diu latet in nubilo, qui tandem clare hominibus reuelatur, sic Deus qui ab origine mundi latuerat à visibus hominum fuit in incarnatione publice reuelatus. Luc. 2. *Viderunt oculi mei salutare tuum quod parasti ante faciem omnium populorum. Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel*. Ista est ergo reuelatio amoris inæstimabilis. *Iuxta est* inquit. Amor enim inæstimabilis iudicatur, quod Rex iuxta pauperem velit sedere, & multo fortius, quod Deus voluerit per incarnationem iuxta homines homo corporeus apparere Iud. 9. *Constituerunt Regem Abimelech iuxta quercum, quæ est in Sichem*.

¶ Deinde dico, quod est quædam Dei reuelatio valoris incomparabi- D

parabilis, & ista est illa qua Deus se reuelat animab. quæ sunt in Paradiso, se eis per visionem beatificam intimando, & salutem perpetuam influendo, & hoc ostenditur cum dicitur: *Salus mea* Es. 45. *Israel saluatus est in Domino salute æterna.* Vnde tali de reuelatione dicitur 2. ad Cor. 3. *Nos autem reuelata facie gloriam Domini speculantes, transformamur à claritate in claritatem.*

E ¶ Deniq; dico, quod est quædam Dei reuelatio rigoris intemperabilis. Iustitia inquit mea. Et ista est illa, qua Deus reuelabit in iudicio abscondita & occulta hominum fallacium, & malorum, qui tecte sunt sicut tortuca, quæ infra testam suam taliter se occultat, quod nihil de ipsa videtur penitus præter testā, quādo tamen in aqua calida ponitur, tunc ostendit & manus & pedes, & sic quicquid sub testa latuerat, reuelatur. Sic vere multi sunt ita inuoluti in vitia ista in testa cuiusdam exterioris fictæ conuersationis, quod malefacta ipsorum non possunt nec inspici nec cognosci. Sed pro certo in die iudicij, quando in aqua calida æternæ miseriæ bullient, tunc omnia quæ ipsis latuerant, reuelabuntur, & caput suæ malæ intentionis, pedesq; suæ malæ affectionis omnib. intuentib. monstrabuntur, iuxta verbū saluatoris Matt. 10. *Non est opertum quod non reueletur, & occultum, quod non sciatur.* Tunc n. omnis vsurariorum contractus falsos reuelabitur. Tunc hypocritarum cooperta falsa intentio manifestabitur, & quicquid in conscientia latuerat, quod nō per confessionē, vel contritionē deletum est, ibi corā cunctis viuentib ostendetur. Ideo bene cōsulitur Ecc. 1 *Ne fueris hypocrita in conspectu hominum, ne forte cadas, & reuelet Deus absconsa tua in medio synagogæ.* 1. Cor. 3. *Dies domini declarabit, quia in igne reuelabitur vniuscuiusq; opus quale fuerit.* Iustitia inquit mea. Vnde in Ps. 97. *In cōspectu gentiū reuelabit iustitiā suam.* Ista est ergo reuelatio rigoris intemporabilis.

F ¶ Insuper dico, quod est reuelatio splendoris inobtuscabilis, & ista est illa qua Deus Prophetis & sanctis secrete reuelauit futura. Et hoc est, quod ostēditur in verbo Reuelabitur. Quia sicut dicitur in Ps. 28. *Dominus reuelabit condensa, & in templo omnes dicent gloriam.* Et est sciendum, quod reuelatio secretorū Dei voluntatis magis consueuit fieri simplicib. quam sapientib. magis humilib. quam sublimib. magis pauperib. quam diuitib. sicut ad literam videmus de Prophetis & Apostolis, qui fuerunt de valde modico statu, i. de humili plebe. Amos enim fuit pastor. Petrus piscator, Paulus persecutor, &c. Spiritus vbi vult spirat, &c. Sicut enim sol solet secundū diuersitatem nubium se diuersimode reuelare, & inde est quod secundum quod nubes magis est rara, vel clara, densa vel spissa, sol clarius turbulentius in ea reuelatur, sic secundum quod Deus inuenit mentē humanam dispositam, ita sibi per reuelationes & inspirationes amplius intimatur. Oleum enim infusum in profundum maris clarificat totum mare, ibiq; facit reuelari & apparere illa, quæ primitus latitabant. Sic vere gratia Dei effusa in profundo cordis, ibid. reuelat & manifestat illa, quæ pertinent ad salutem. Vnde de Deo dicitur Dan. 2. quod *Spiritus reuelat profunda & abscondita, & nouit in tenebris constituta, & lux cum est.* Et ista sunt contra illos, qui reuelationes & occultorum manifestationes quærunt ab alijs, quam à Deo, sicut sunt augures & sortilegij, & dæmonum consultores, cum tamen solus Deus sit ille à quo omnis spiritualis reuelatio procedit. Vnde ad Ephes. 1. *Deus det vobis spiritum reuelationis in agnitione eius.* Et sic patet, quod multiplex est reuelatio diuina, scilic.

Luminosa,
Rigorosa,
Gloriosa,
Amorosa.

Et sic dico, quod est quædam reuelatio diuina valde mirabilis, &c.

G ¶ Secundo principaliter dico, quod est quædam reuelatio humana valde laudabilis, & ista est illa reuelatio, qua homo reuelat peccata sua sacerdotib. Qua prædicator reuelat Dei voluntatem auditorib. prælatus reuelat periculorum incommoda subditis inferiorib. Peccator enim debet esse sicut infirmus, qui suam infirmitatem non verecundatur discreto Medico reuelare pro opportuno remedio opponendo, sic & peccator sacerdoti Ps. 36. *Reuela Domino viam tuam.* Et Hier. 11. *Tibi enim reuelaui causam meam* Luc. 2. *Reuelentur ex multis cordib. cogitationes.* Prædicator enim debet esse sicut præco, qui edicta Regis alijs annunciat & reuelat, vt scilicet, quilibet sciat voluntatem Principis & vt agnoscat quilibet quid facere teneatur. Vnde prædicatori loquens Deus dicit Esa. 49. *Dedi te in fœdus populi mei vt suscitares terram, & possideas hæreditates dissipatas, & diceres his qui in carcere sunt exite, & his qui in tenebris sunt reuelamini.*

¶ Quod tamen est contra multos prædicatores, similes cani, qui herbas quibus se purgat, præ inuidia solet occultare, nolens quod alijs reuelentur. Sic sunt multi prædicatores & doctores, qui herbas salutiferas quas cognoscunt, i. secreta scientiarū quæ sciunt, bona verba & documenta, sermones & libros quos habent quæ scilic. Ecclesiæ possunt esse necessaria ad purgationem spiritualem animarum, nulli volunt communicare vel reuelare, sed potius abscondere, & celare, & sibi solummodo reseruare Iud. 14. *Nolunt reuelare, quod mel de ore leonis assumpsit.* Os enim leonis Christi quo mediante nobis loquitur, est sacra scriptura, mel vero quod exinde sumitur, est scientia vel doctrina. Prælatus etiam est sicut canis qui latratu solet feras & latrones prodere. Est est etiam sicut Santa paruus lacertulus, qui saltando super faciem hominis dormientis solet serpentis insidias reuelare, quia sc. ad prælatum pertinet ad subditorum pericula hostium spiritualium insidias præuidere, & ipsas subditis vel latratu prædicationis, vel salute bonæ operationis sagaciter demonstrare Esa. 22. *Reuelabitur operimentum Iuda.* Et sic dico, quod ista est reuelatio triplex humana, quæ est laudabilis.

¶ Tertio principaliter dico, quod est quædam reuelatio mundana, quæ est damnabilis, & ista est illa, quam habent proditores & simulatores, & suorum criminum ostentatores. Isti enim nihil sciunt celare, quin etiā quicquid habent in corde, siue bonū fuerit siue malum, volunt omnib. reuelare. Ista enim tria peccata, scil. proditio, iactantia, & hypocrysis, similia sunt cuidam lapidi qui dicitur Quirin, qui est talis conditionis, quod suppositus capiti dormientis facit eum cōmuniter reuelare omnia secreta cordis. Sic pro certo facit proditio, quia sicut dicitur Pro. 11. *Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana.* Ita etiā facit hypocrisis & simulatio, sic etiā iactantia, seu elatio, quia sc. tales quicquid habent de bono, semper volunt alijs reuelare Eze. 13. *Destruā parietem & reuelabo fundamentū.* Istu etiam modo facit detractio & diffamatio, quæ semper consueuit reuelare omnia vitia aliorū, contra illud Leu. 18. *Turpitudinem patris, matris, neptis, sororis fratris, &c. non reuelabis.* Istud etiam facit malorū iactantia & ostentatio, quia sc. volunt omnib. reuelare mala sua Esaiæ 26. *Reuelabit terra sanguinem suum* Istud etiam facit luxuria & infectio, quæ sc. secreta impudicitiæ discooperit. Vnde de luxuriosis dicitur Leu. 20. *Occidantur ambo quia turpitudinē suam reuelauerunt.* Et sic igitur dico, quod est quædam reuelatio mundana, quæ est damnabilis. H

¶ Quarto dico, quod est quædam reuelatio æterna quæ est tristabilis, & ista est illa quæ Deus reuelabit in iudicio & in inferno cuncta abscondita malignorum. Et quæ etiam ita Dei & rigor suæ iustitiæ, quæ modo non percipiunt ipsi mali eisdem reuelabuntur in futurum. Ad Rom. 1 *Reuelabitur ira Dei super omnē impietatem & iniustitiam* Sed de tali reuelatione vide supra § Deniq;. Et hæc igitur de reuelatione sufficiant. Vide supra de Apparere. Ostendere. Manifestare & similibus. I

## Reuereri. Reuerentia.

A Nota, quod reuereri idē est, quod dubitare & ideo reuerentia vt cōmuniter accipitur pro honore cū quadam dubitatione exhibito vel impēso, licet quandoq; accipitur pro cōfusione vel terrore. Nota igitur, quod est dare Reuerentiam

Humilis & subiecti,
Nobilis & perfecti,
Flebilis & deiecti.

Primo dico, quod est reuerētia hominū humilium & subiectorū, & ista est illa, qua viri humiles & subiecti solēt alios & maxime superiores seniores & humiliores honorare & reuereri, & eisdē cū reuerentia in gestu, situ, ordine & affatu submitti. Genua enim facta sunt flexibilia, vt ad reuerentiā possint curuari. Manus & brachia flexibilia sunt, vt ad exhibendā reuerentiam possint coniungi. Etiā caput & collū, vt ad reuerentiā valeāt inclinari. Vult n. Deus quod maiores, meliores, seniores & doctores, potētiores & superiores ab alijs honorētur, & inferiores, iuniores atq; minores ipsos honorēt & reuereātur, & quod eis cū reuerentia submittantur Heb. 12 *patres, inquit, habuimus eruditores, & reuerebamur eos,* q. d. decet filios reuereri patres, & ignaros reuereri doctores. Exēplo vituli, qui reste Pli. voce & vultu populū salutat, & sic nos debem⁹ locutione & operatione nostros reuereri maiores 1. ad Cor. 15. *Vigilate iusti, & nolite peccare.* Ignorantiā n. Dei quidā habent ad reuerentiā, vobis loquor. Quod certe est cōt multos irreuerentes, deuios & proteruos de quib. dicitur Luc. 18. quod *Deum non timebat & hominem non reuerebatur,* Similes sc. leoni, qui dicitur non posse flectere collum. Et etiam

similes elephanti, qui sua genua nonquam flectit, quia, sc. isti nec per reuerentiam caput submittũt, nec per humilitatẽ genua sua possunt flectere, quia, s. neminem reuereri seu honorare volunt. Figurati in illis vineę Dominicę cultoribus, de quibus Dominus dixit Marc. 12. *Reuerebuntur*, inquit, *filium meũ, quem tamen sibi missum reueriti non fuerunt, sed potius occiderunt.* Quia pro certo cultores vineæ Domini, i. mundi rectores iusto, qui filij Dei sunt missos, non reuerentur, sed potius persequuntur. Vnde ipsi dicere videntur illud Sap. 2. *Non parcamus viduæ nec veterano, nec reuereamur canos multi temporis.* Vnde Baruch. 4. *Non sunt reueriti senem, neque puerorum miserti sunt.* Et loquitur de crudelitate hominum furore armatorum, qui, scil. nec senem verentur, nec iuueni miserentur. Cuius tamen contrarium faciũt animalia bruta. Quædam enim naturali instinctu faciem hominis reuerẽtur, sicut de lamia mõstro marino valde crudeli dicitur quod si hominẽ capere potest, ipsum occidit. Vnde nautæ, qui in mare descẽdunt pro anchoris quando retentæ sunt, expediendis, si lamiã viderint, mortuos se putant. Remediũ tamen habent, quia quamdiu mõstrum illud recto vultu & apertis oculis respiciunt, ipsos nunquã tangere audet. Et ideo monstrũ directe aspiciendo retrocedunt, & ad nauẽ retrocedẽdo refugiũt & saluãtur. Cuius simile dicitur de Leone. In hoc enim apparet, quod reuerentiã faciei humanæ exhibent, quam, s. se digniorem sentiunt atq; vident. Multo igitur fortius nos qui rationẽ habemus, debemus alios digniores & meliores nobis reuereri, & ipsis tanquam venerabilibus & reuerẽdis honorem debitum impartiri. Bene ergo docet sapiens Eccl. 38. *Audi tacens, & pro reuerentia accedet tibi bona gratia. Adolescens, loquere in tua causa vix cũ necesse fuerit.* Et aduerte, quod reuerẽtia inuenitur duplex, sc. Actiua, de qua dixi, illa, sc. qua quis alios reueretur, & dicitur venerans aut reuerens. Passiua. qua quis ab alijs veneratur, & dicitur venerabilis seu etiã reuerendus. Viri n. nobiles & prudẽtes honesti pariter & potentes reuerendi dicuntur. Et loca etiam diuina & sancta, & etiã sanctorum reliquiæ seu festa dicũtur similiter veneranda, sicut Exod. 39. *Fecerunt laminam sanctæ venerationis.* Et Num. 29. *Dies primus mensis venerabilis & sancta erit.* Hic tamen nota, quod multi vidẽtur venerabiles seu reuerendi, qui nõ sunt, sed potius contẽnendi, sicut sunt hypocritæ, similes idolis, quæ dij reputabantur, & non erant, de quibus dicitur Baruch. 6. *Non sunt dij*, inqu[it], *non ergo reuereamini eos.* Mali enim nõ attendunt ad reuerentiam status sui, & ideo merentur à Domino derelinqui, sicut dicitur Eccl. 29. *Repromittit de proximo suo, & tum perdiderit reuerentiam, derelinquetur ab eo.* Patet igitur, quod est reuerentia hominum humilium, & subiectorum seu discretorum.

B ¶ Secundo dico, quod inuenitur reuerentia hominum nobilium & perfectorum seu deuotorũ, & ista est illa, qua viri sancti & iusti Deum super omnia reuerentur, ipsumq; timent & honorãt, atq; magnifice venerantur, i[ux]ta illud Hebr. 12. *Seruiamus*, inquit, *placentes Deo cum metu & reuerentia.* Et bene dicit placentes Deo, quia, s. tales reuerentes & tremuli Deo placent, sicut de Iosia patet 2. Paral. 34. vbi dixit. *Quia*, inquit, *audisti verba voluminis huius atq; mollitũ est cor tuum*, Sequitur. *Reueritusq; faciẽ meam, scidisti vestimenta tua, & fleuisti, ego quoq; exaudiui te, dicit Dominus.* Et bene dixit, *exaudiui te*, quia pro certo Deus præ cæteris tales reuerentes exaudit, sicut de Christo legitur ad Heb. 5. quod *exauditus est pro sua reuerentia.* Quod tamen est contra illos, qui Deum non timẽt, reuerentur, seu honorant, de quibus dicitur 2 Para. 33. *Non est reueritus Amon faciem domini sicut reueritus est Manasses pater tuus.* Ista est igitur reuerentia hominum nobilium & deuotorum.

C ¶ Tertio dico, quod inuenitur reuerentia hominum flebiliũ & damnatorum seu etiam miserorum. Et sic reuerentia idem est quod confusio seu timor, quia, sc. mali semper sunt in confusione, miseria & timore Ps. 39. *Confundantur & reuereantur, quærentes animam meam*, Sequitur. *Induantur confusione & reuerentia, qui maligna loquuntur super me.* Et sic ergo patet, quod triplex reuerentia reperitur. Vide infra de Verecundia, & de Vereri & infra de Salutare, & supra de Honorare, &c.

D ¶ Quia tamen reuereri quandoq; sumitur pro vereri, notabis si vis, quod reuereri est idem q; timere, seu etiã dubitare. Et sic dic, quod vereri in bono sumitur & in malo. Vnde nota, quod iusti

Reuerentur {
Præsidentem diuinitatem,
Præcedentem iniquitatem,
Nunc præsentem calamitatem,
Defluentem prosperitatem,
Imminentem seruitutem.
}

Igitur vereatur & reuereatur à iustis diuinitas, quæ summe præsidet Eccl. 8. *Cognoui, quod erat bonum hominibus timentibus Deum, qui reuerentur faciem eius.* Item vereri debet iniquitas, quæ factis insidet. Et sic dicitur Iob 9. *Verebar omnia opera mea, sciens quod non parceres delinquenti.* Quod tamen est contra multos, qui, sc. non verentur pauperes opprimere & grauare, sicut Iob de seipso dicebat Iob 30. *Abominantur me, & longe fugiunt à me, & faciem meam conspuere non verentur.* Innocentes occidere & turbare, sicut 2. Mach. 4. dicitur de Andronico, qui *omnia etiam datu dextra peremit, non veritus iustitiam.* Item vereri debet calamitas, quæ præsens assidet sicut scil. de sua præsenti calamitate dicebat Iob 3. *Antequam comedam, suspiro*: sequitur. *Quia quod timebam, euenit mihi, & quod verebar, accidit. Nonne dissimulaui? nonne silui? nonne quieui & venit super me tribulatio.* Item vereri debet prosperitas, quæ parum residet. Vnde Eccl. 10. *Qui gloriatur in substantia paupertatem vereatur.* Item vereri debet seruitus, si quando euitet. Vnde Mach. 6. dicitur, de illis sanctis Machabæis, quod *verebantur, propter religionem sibimet auxilium ferre.*

E ¶ De malis autem dic econuerso, quod, scil. ipsi nihil verentur, propter præsumptuositatem quam habent, dicentes, scilicet, illud Eccl. 23. *Quis*, inquit, *me videt? tenebræ circumdant me, & nemo circumspicit me quem verear*, quasi diceret, nullum &c. [V]ide de Verecundia, &c.

## Reuerti. Reuertens. Reuersus.

A Nota, q; in scriptura potest multiplex reuersio reperiri. Inuenitur enim Reuersio

Christi ascendentis,
Cordis pœnitentis,
Culpæ redeuntis,
Carnis morientis,
Vitæ renascentis.

Et sic possum dicere, quod Christus reuertitur ad patris gloriam Pœnitens reuertitur ad patris gratiam. Peccator reuertitur ad culpæ materiam. Caro reuertitur ad mortis miseriam. Natura reuertitur ad resurrectionis victoriam. Christi reuersio fuit in sua ascensione, de qua Tob. 12. *Tempus est vt reuertar ad eum, qui misit me.* Pœnitentis reuersio est in sua conuersione. Vnde O[se. 3]. *Reuertentur filij Israel, & quærent Dominum Deum suum.* Culpæ vero reuersio fit in mentis obstinatione, & peccati reuersio fit in culpæ iteratione. Vnde Ose. 7. *Reuersi sunt vt essent absq; iugo* Et Nehe. 9. *Reuersi sunt vt facerent malum.* Carnis reuersio fit in mortis dissolutione, de qua Iob 1. *Nudus egressus sum de vtero matris meæ, nudus reuertar illuc*, vitę reuersio fiet in vltima resurrectione, de qua potest dici illud Eccl. 1. *Oritur sol & occidit, & per circulos suos reuertitur.*

B ¶ Et sic ergo dico, quod in scriptura Reuersio accipitur quandoque pro

Christi reascensione,
Gratiæ renouatione,
Culpæ iteratione,
Mortis dissolutione,
Vitæ restitutione.

Dicamus ergo primo, de reuersione Christi reascẽdentis. Christus enim fuit sicut aquila, quę in arduis locis habet nidum, & sum est solita in altibus montis habitare. Et ideo si ad [...] pro præda descẽderit, ibi diutius nõ restabit, quinimo statim [...] pta præda sursum solet reuerti, & ab infimis fugere. [...] & Fuit etiã Christus sol, qui in mane super nostrum he[misphærium] oritur, ibiq; mundũ illuminando aliquandiu labi[tur ...] per vmbrã terrę à nostris visibus occidit & abscõdit[ur, &] in crastino iterũ reuenit & reuertitur. Fuit insuper Christus sicut ciconia, quę in hyeme nidũ suũ solet dimittere, & ad remotas regiones transire, sed tandem in æstate solet ad nidum que dimiserat, reuenire, & ibi pullos facere & nutrire. Sic vere charissimi Christus, qui est aquila propter Regiam Maiestatẽ, qui est sol propter nimiam claritatẽ, qui est ciconia, quæ sc. iuxta domos hom[in]ũ nidificat, propter eximiam charitatem, altã rupem & nidum Paradisi reliquit, & pro pręda sanctorũ patrum de inferno liberanda, hic inferius ad remotam mundi regionem nuper in hyeme, i. in die natiuitatis intrauit, ibiq; personaliter oriens, mundum per 33. annos illuminauit, & tandem modo in æstate ad propriũ nidum & domiciliũ reuertens, iterum vnde venerat reascendit, dicens illud Num. 10. *Reuertar in terram meam in qua natus sum.*

C ¶ Vbi aduerte, quod Christus reuersus fuit per ascensionem, s.

Ad {
Maiestatem supernæ prælationis. (Reuertar inquit.
Vbertatem æternæ possessionis. In terram meam,
Ciuitatem paternæ successionis. (In qua natus sum.)
}

Iste ex-

Iste ergo reuersus fuit in sua ascensione

Post
- Victoriam ad statum honoris, vt coronetur. (Reuertar,)
- Miseriam ad locum valoris, vt satietur. (In terram meam,)
- Tristitiam ad locum amoris vt consoletur. (In qua natus sum.)

Dico ergo, quod iste reuertitur ad statum honoris post victoriam. Et hoc ostenditur cũ dicitur. *Reuertar*. Romæ enim antiquitus legati & milites, quando cõtra hostes reipublicæ victoriam habuerant, victor solebat à populo vrbis eidem occurrente & obuiante mirabiliter honorari, & super currũ quem trahebant quatuor equi candidi, solebat in vrbem recipi, & omnes captiui quos in bello ceperat, solebant ad currum ipsius alligari, & sic cum hymnis & laudibus solebat honorabiliter acceptari. Sic vere Christus, qui ab vrbe Paradisi à Deo patre ad istum mundum legatus missus fuit, vbi in prælio crucis de lucifero triumphauit, & captiuos sanctos Patres de eius dominio accepit, ipsosq; secum ad vrbem Paradisi reuerteos traxit & duxit, (iuxta illud Hier. 49. *Reuerti faciam captiuos ciam*) ibi in curru nostræ humanitatis cu quatuor equis, i. cũ quatuor corporis glorificati dotibus introiuit, cui & reuertenti populus ciuitatis, i. collegium angelorum applaudens victoriæ redeuntis, obuiam veniens multipliciter honorauit. Ideo dicitur de ipso in Ps. quod *ipse ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem.* *Reuertar* inquit. Vnde Zach. 1. *Reuertar in Hierusalem*. Et Exo. 4. *Reuertar ad fratres meos*. Et Luc. 11. *Reuertar in domum meam, vnde exiui*. Et sic igitur dico, quod iste reuertitur ad statum honoris post victoriã. *Reuertar* inquit, supple de prælio cũ corona, vel de prælio ad honoré, quia sicut dicitur 2. Tim. 3. *Non coronabitur nisi qui legitime certauerit*. Ergo supponit, quod Christus qui legitime certauerat, in reuersione ad cœlum debuerit coronari 2. Reg. 19. *Reuersus est Rex pacifice in domum suã.*

D ¶ Deinde dico, quod iste reuertitur ad locum valoris post miseriam. Et hoc ostenditur cum dicitur. *In terram meam*. Terra enim nomen est fertilitatis, & abundantiæ & vbertatis, quia, scil. non est elementum ita fœcundum sicut terra, vt in Psal. dicitur. *Terra dedit fructum suum.* Et ideo per terram bene potest intelligi cœli fertilitas & fœlicitas, vbi potest omniũ abondantia reperiri, quia sc. sicut peregrinus dũ vadit per mundum, solet multa sustinere, qui tandem ad terram suam reueniens & reuertens, solet bonis quã plurimis abundare, sic Christus qui in peregrinatione huius mundi sustinuerat multa mala, & magnis pœnis fuerat aliquoties fatigatus, debuit modo quando ad terrã suam Paradisi reuersus fuit, infinitis opulentijs & gaudijs redundare. *Terram*, inquit, *meã*. Vnde potest exponi illud Ps. 145. *Spiritus enim reuertetur in terram suã*. Hirundines n. quæ de terra sua in hyeme egrediuntur in terrã longinquam, in æstate iterum reuertuntur. Sic Christus qui de terra opulenta Paradisi fuit egressus, ad eandem terrã in præsenti tempore est reuersus Eccl. 12. *Reuertetur puluis in*

E *terrã suam*. Ille ergo reuertitur ad locũ valoris post miseriã. ¶ Denique dico, ꝙ iste reuertitur ad locum amoris post angustiam seu tristitiã, & hoc ostenditur cũ dicitur. *In qua natus sum.* Homo enim naturaliter diligit locũ natiuitatis suæ, & nullus vt cõmuniter maior amor, quã inter illos, qui de eodẽ sanguine vel patria generantur. Et ideo quando dicit, ꝙ ibi natus est, bene supponis ibi esse locũ dilectionis & amoris. Columba n. locũ in quo nata est, naturaliter diligit, & si alibi deferatur, illuc reuertitur atque redit. Et inde est, ꝙ in Ægypto columbæ ad loca remota portãtur, & cũ necesse est, literæ eis sub ala ligantur, & volari permittuntur, & sic per se ad locũ natiuitatis, vna cũ dictis literis reuertuntur, quamuis sæpe contingat, ꝙ antequam attingant reuersionis suæ terminũ, ab hostib. propter literas sagittãtur. Christus igitur est columba, qui locũ natiuitatis suæ Paradisi & sinũ patris naturaliter dilexit, & ideo quando ad terrã remotam, huius mundi per Gabrielis ministerium portatus fuit, ibid. Spiritus S. literã nostræ humanitatis sibi coniunxit & alligauit, quã ad terram natiuitatis reuertens, hodie transportauit. In cuius tamen itinere ipsum hostis, i. Iudæorum populus mortis aculeo sagittauit. In qua inquit natus sum. Vnde Eze. 21. *Reuertere in vaginam tuam ô mucro Domini, in locum in quo creatus es, in terrã natiuitatis tuæ.* Et 2. Reg. 19. *Reuersus est Berzellai in locum suum*. ¶ Vbi ostenditur

- Ministerium suæ ascensionis (Reuersus est,)
- Fastigium suæ prælationis. (Berzellai,) Qui interpretatur fortitudo mea.
- Refugium suæ possessionis. (Locum inquit suum,)

Vel dic. quod ibi ostenditur

- Virtus suæ conditionis. (Berzellai,)
- Actus suæ redditionis (Reuersus est,)
- Status suæ prælationis. (In locum suum.)

Sic igitur patet quomodo Christus reuersus fuit ad locum amorosum & amicabilem, ad locum fructuosum & delectabilẽ, ad statum gaudiosum, & honorabilem. Ista igitur est reuersio numinis ascendentis. Et hoc est primũ principale. ¶ Secundo principaliter dico, quod est reuersio hominis pœnitentis, & ista est illa, qua homo reuertitur à peccato, vel qua reuertitur à bono commutabili ad bonũ incommutabile. Animalia enim quamuis careant ratione, illam tamen habent industriam, ꝙ optime sciunt reuerti ad domicilia sua, quanquã ad remota spatia multoties transferantur, sicut patet generaliter de auibus & de bestijs vniuersis. Multo fortius ergo homo vtẽs ratione, si per peccatum à domo sua, quæ est ecclesia & communitas fidelium recesserit, & in longinquã regionẽ peccati peregrinatus fuerit, nũquam debet per Dei obliuionẽ taliter peruerti, nec inter mundi negotia taliter diuerti, quin illuc sciat reuenire per pœnitentiã & reuerti. Ad hoc est illud Esa. 55. dicentis. *Derelinquat impius viam* F *suam, & vir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad dominum, & miserebitur eius.* Et Eze. 18. dicitur, & *quare moriemini domus Israel?* sequitur. *Reuertimini & viuite* Et loquitur ac si pastor loqueretur oui erranti, & ad hospitium reuerti nolenti, & se luporũ & latronum periculis exponenti. Peccator enim errat sicut ouis quæ periit, & tamẽ reuerti ad domũ dedignatur, nisi boni pastoris prædicatoris vel prælati diligentia reducatur. Et ideo omnib. peccatorib. generaliter loquitur scriptura dicens. *Et quare moriemini?* &c.

¶ Vbi ostenduntur tria propter quæ à peccato ad pœnitentiam est generaliter reuertendum, scil. Propter quoddam G

- Damnabile nocumentum,
- Amabile ligamentum,
- Notabile documentum.

Primum probat mortis occasio. (Quare moriemini inquit,)
Secundum prolis coniunctio. (Domus Israel,)
Tertium dulcis instructio. (Reuertimini & viuite.)

Ista n. tria bene cõsiderata faciunt reuerti hominẽ à peccato, sc.

- Periculũ terroris quod declaratur. (Quare inquit moriemini.)
- Tenaculum amoris quo alligatur. (Domus Israel,) Domus enim accipitur pro cognatione.
- Vocabulum dulcoris, quod prædicatur. (Reuertimini & viuite.)

Igitur dico, quod reuerti debemus per pœnitentiam ad Dominum, vt caueamus nocumentũ æterni terroris. *Quare*, inquit, *moriemini?* q. d. nisi reuertamini, parata est vobis mors æterna. Videmus n. quod animalia bruta dũ præsentiunt pericula, nunquam volunt vltra progredi, sed retrocedere potius & reuerti. Istud videmus de aliquib. equis, qui citius se permitterent lantari calcaribus, quã vltra procederent præsentib. insidijs vel latronibus. Homines etiam nõ libenter per illam viam incedunt, per quã & in qua prædecessores suos perijsse vel cecidisse cognoscũt. Pisces n. semper & etiã boues illum locum abhorrent & fugiũt, vbi aliquos pisces & boues occisos fuisse vident, & vbi eorum sanguinẽ cernunt. Sicut enim dicit Senec. in Pro. *Ruina præcedentium posteros docet*. Et quia incedenti per viam vitiorum paratũ est periculũ mortis æternæ, in tantum ꝙ quilibet potest videre ibid. prædecessores suos cecidisse, & etiã perijsse, & nullum tute ibi transiuisse, merito debemus istud periculũ timere & iniquorum præcedentiũ mortẽ & sanguinem abhorrere, & à tali via per pœnitentiã retrocedere & abire. *Et quare* inquit *moriemini?* q. d. mortui estis si proceditis, saluari si reuertimini vel reditis. Sicut n. dicitur Eze. 18. *Non vult Deus mortẽ peccatoris, sed vt cõuertatur & viuat.* Ideo consulit. Eze. *Cõuertimini à vitijs vestris pessimis. Et quare moriemini?* Figura de Ioram, de quo dicitur 4. Reg. 8. *Vulnerauerunt viri Iorã, qui reuersus est vt curaretur*. Igitur reuertendũ est vt caueamus nocumentum æterni mœroris. Quare inquit moriemini? q. d. defectus vester erit si moriamini propter defectũ non reuertendi.

H ¶ Iterũ dico, ꝙ reuertendum est ne dissoluamus tenaculũ amoris, & hoc ostenditur cũ dicitur, Domus Israel. Domus n. accipitur pro cognatione vel pro cõgregatione, quæ omnia significant amorẽ. Et ideo quando rogat, quod domus Israel ad dominum reuertatur, bene videtur supponere vt huiusmodi reuersio ex amore & amicitia cõpleatur. Domus Israel. Iuxta illud Abd. 1. *Erit domus Iacob ignis, & domus Ioseph flãma.* Flamma enim & ignis ardorẽ dilectionis designant. Sicut n. naturaliter omnia libenter reuertũtur ad illa, quæ diligere tenentur, & maxime ad illa à quib.

origina-

originale principiū sortiuntur, quia, sc. res de facili reuertuntur ad naturam priorem (& inde est, quod filius fatuus postquā diu vagatus fuerit ad patrē reuertitur, & eius mandatis necessario subiugatur, sicut de filio prodigo exemplum habemus Luc. 15. *qui postquam omnia consumpsit, ad patrem suum sicut ad vltimū refugiū reuersus fuit*) sic quia nos Deum sicut patrem & creatorem, & originalem omnium fundatorē diligere debemus, ipsumq; naturaliter diligimus (vt & tenemur) hinc est, quod si ab ipso per peccatū recessimus, necesse est, quod pro dicto amore reparando ad ipsum per pœnitentiam reuertamur. Dominus loquit Israel 2. Reg. 20. *Reuertere in tabernacula tua Israel.* Ad quod ipse et Deus monet nos, dicens animæ peccatrici illud Hier. 3. *Tu aūt fornicata es cum amatorib. multis, tamen reuertere ad me, & ego suscipiā te.* Quod tamen est contra obstinatos, qui nec amore paterno, nec dolore interno, nec labore externo, possunt moueri, quod ad Dominū debeant regredi vel reuerti. Auis n. prædalis ad aucupem clamante eo voce non reuertitur, quando in ventis contrarijs flatibus delectatur, quanto plus debito impinguatur, vel etiam quādo laqueis stringitur. Sic vere peccatores ad Deum patrem suum dedignantur reuerti prædicta triplici ratione, scilicet,

Propter
- Ventum superbiæ, quæ ipsos agitat,
- Carnalitatem luxuriæ, quæ ipsos impingnat,
- Laqueum auaritiæ, quæ ipsos detinet & alligat.

Istis enim tribus rationib. peccatores in vitijs indurantur, ita q̀ reuerti ad Dominum non dignantur Hie. 5. *Indurauerunt facies suas supra petram & noluerunt reuerti.* Non sic ergo, sed reuertamur ad Dominum, quia ipse cepit & saluabit nos, &c. ne dissoluamus ligamentum amoris.

I ❡ Rursum dico, quod est reuertendum, vt impleamus documentum valoris. Et hoc ostenditur cum dicitur. *Reuertimini & viuite.* Istud enim saluberrimum est documentum. Deus n. his verbis docet, imperat, & promittit. *Reuertimini*, inquit, *viuite.* Ac si diceret. Reuertimini & viuens. Auersio enim à Deo, causat mortem, reuersio vero ad Deum, causat vitam. Vnde Eze. 33. *Viuo ego dicit Dominus Deus, nolo mortem impij, sed vt reuertatur impius à via sua, & viuat.* Et notandum, quod ista reuersio est facienda propter mala, quia videlicet per ipsam.

Acquiritur honesta pulchritudo,
Promittitur salutis certitudo,
Dimittitur culparum turpitudo,
Procuratur diuina gratitudo,
Roboratur humana fortitudo,
Renodatur amoris vicissitudo,
Renouatur virtutum plenitudo,
Præparatur animę quietudo.

Reuertimini igitur, quia per hoc acquiritur honesta pulchritudo. Per reuersionem n. ad Deum efficitur homo pulcher, & honestus, & summe delectabilis ad videndum Esa. 30. *Reuertamini, & quiescatis & salui eritis.* Vnde Can. 16. *Reuertere Sunamitis vt intueamur te.* Item quia per hoc promittitur salutis certitudo Esa. 30. *Reuertimini & salui eritis.* Item quia per hoc dimittitur culparum turpitudo. Vnde Eccl. 17. *Reuertere ad dominum, & auerte ab iniustitia.* Itē quia per hoc procuratur diuina gratitudo Es. 19. *Reuertentur Aegyptij ad dominum, & placabitur eis.* Item quia per hoc roboratur vigoris fortitudo. Vnde Dan. 10. *Nunc reuertar vt prælier aduersus principem Regis Persarum.* Item per hoc renodatur amoris vicissitudo. Vnde Dominus dicit Malac. 3. *Reuertimini ad me, & ego reuertar ad vos.* Itē quia per hoc renouatur virtutis sanctitudo Vnde Iob. *Consumpta est caro eius à supplicijs, reuertatur ad dies adolescentiæ.* Et Eze. 16. *Tu aūt & filiæ tuæ reuertimini ad iniquitatem vestrā.* Item quia per hoc præparatur animæ quietudo 1. Re. 29. *Reuertere ergo & vade in pace.* Bene ergo dicit *Reuertimini & viuite* quia scilicet per talem reuersionem acquiritur vita gratiæ, & vita gloriæ, & ista charissimi sunt contra multos, qui ad Dominum nolunt reuerti, sed ab ipso per peccatum diuerti 2. Paral. 36. *Indurauit ceruicem suam & cor, vt non reuerteretur ad dominum.* Et quod plus est, multi sunt qui quamuis tot beneficijs alliciantur, quamuis etiam multis pœnis & supplicijs affligantur, ita tamen corda eorum in vitijs indurantur, quod nequaquam ad Dominum reuertuntur Esa. 9. *Adhuc manus eius extenta, & populus eius non est reuersus ad percutientem se* Et Hier. 15. *Interfeci & perdidi populum meum, & tamen à vijs suis non sunt reuersi.* Non sic charissimi, sed reuertimini & viuite Hier 3. *Reuertimini filij reuertentes.* Sic igitur patet, quod reuertendum est ad Dominum vt impleatur vtile documentum, vt reiungatur amoris ligamentum, ne incurratur æternum nocumentum. Et sic dico, quod est reuersio hominis pœnitentis. Et hoc est secundum principale.

❡ Tertio dico, quod est reuersio hominis delinquentis, & ista est illa, qua homo reuertitur ad retroacta vitia & peccata, similis cani, qui malos humores euomit dum infirmatur, & tandem ad eosdem humores seu cibos reiectos reuertitur cum sanatur. Idem autem facit serpens, qui coiturus cū muræna, venenum euomit, sed completa copula, ad illud tandem redit, & ipsum iterum recipit & resumit. Idē etiam de leone dicitur, qui, sc. cibos ipsum grauantes timens venatorem reijcit, sed tandem fame compulsus, ad eos cibos comedendos iterum redit. Sic proculdubio faciunt multi, qui quando vident infirmitatem tribulationis inesse, & venatorem, id est, mortem omnem adesse, tunc vt tam murænæ, id est, cum Christo per gratiam copulentur, aliquando venenum & humores peccatorum per confessionem euomere & dimittere comprobantur Psal. 77. *Cum occideret eos, quærebant eum, & diluculo reuertebantur venientes ad eum.* Sed proculdubio cessante tribulatione vel infirmitate, ad venenum peccatorum reuertuntur, & ipso sicut prius imbuuntur & replentur, Prou. 26. *Sicut canis reuersus ad vomitum, sic stultus qui iterat stultitiam suam.* Et Nehem. 9. *Reuersi sunt, vt facerent malum.* Et Hier. 11. *Reuersi sunt ad iniquitates patrum suorum priores.* Quod pro certo sancti viri non faciunt, figurati in sanctis animalibus, de quibus Ezech. 1. dicitur, quod *non reuertebantur cum incederent.* Ista est ergo reuersio hominis delinquentis. K

❡ Quarto principaliter dico, q̀ est reuersio hominis morientis, & ista est illa, qua homo qui de terra est, in terram per mortē reuertitur, quia sicut dicitur Eccl. 3. *facta sunt omnia, & in terrā pariter reuertentur.* Omnia enim naturaliter reuertuntur ad suam originalem materiam, de qua facta sunt & creata. Et ideo cū de terra fuerimus procreati, necesse est, quod ad eā simus finaliter reducti & in eā commutati Gen. 3. *Puluis es, & in puluerem reuerteris.* Et in Ps. *Auferes spiritum eorū, & deficient, & in puluerem suum reuertentur.* L

❡ Quinto vero dico, quod est reuersio naturæ resurgentis, & ista est illa, qua natura est reuersura de morte ad vitam in nouissimo die, de qua potest dici illud Prou. *Non est vir in domo sua, abijt via longissima, in die plenæ lunæ reuersurus est.* Spiritus enim hominis, quam diu est à corpore separatus, est sicut peregrinus extra domum suam, qui tunc ad domum corporis reuertitur, quando in resurrectione corpori personaliter reunitur Psal. 145. *Exibit spiritus eius, & reuertetur in terram suam.* Tunc enim reuertetur spiritus ad corpus ad resurrectionem, anima ad Deum ad reddendū rationem. Deus ad mundū ad rationis auditionem. Iste est enim ille *homo quidam nobilis, qui modo abijt in regionem longinquam accipere sibi regnum: post multum vero temporis reuertetur cum suis famulis rationem positurus, malos seruos pro negligentia puniturus, bonos autem pro apportato commodo præmiaturus* Luc. 19. Quia igitur ad illum iudicem, à quo per creationem exiuimus, iterū per resurrectionem reuersuri sumus, debemus facere sicut apes, quæ ad aluearia non reuertuntur, nisi prius floribus onerentur. Elephantes etiā postquam simul cohabitauerunt, ad gregem non prius dicuntur reuerti, quā prius fuerint in flumine balneati. Igitur antequam reuertamur ad illū magnum gregem, & ad illud magnū aluear, q̀ in valle Iosaphat congregabitur in nouissimo die oneremus nos floribus virtutum, & lauemus nos à maculis vitiorum, & sic non solum reuertemur ad Deum corpora resumpturi, imo etiam reuertemur ad Paradisum cum ipso & per ipsum æterna præmia recepturi. 1. Esd. 2. *Reuersi sunt de Babylone in Hierusalē*, &c. Sufficit. M

## Reuiuere.

Vide in tit. Viuere & resurgere.

## Reuocare.

Nota, quod reuocare idem est quod retro seu iterum vocare, & de termino ad quem itur ad præcedentem terminum reducere vel vocare. Et sic dicitur moraliter, quod in scriptura reperitur Reuocatio A

Ad bonum prouocatiua,
Ad malum inclinatiua,
Ad statum reparatiua,
Ad supplicium directiua.

Renouatur
- Humo per pœnitentiam ad vitæ brauium,
- Stultus per insolentiam ad culpæ deuium,
- Miser per Dei gratiam ad cœli gaudium,
- Diues per Dei pestilentiam ad mortis tædium.

❡ Dicam ergo, quod est reuocatio quā facit pœnitentia. Per pœnitentiā enim homo de malo ad bonum reuertitur, & de morte ad vitam, & de iniquitate ad iustitiā reuocatur. Sicut enim videmus, B

mus, quod venator quando videt, quod canes prædam indebi tem persequuntur, solet eos clamando seu cornuando ad se iterum reuocare, quod etiam venator solet de accipitre per aërem vagante facere, & eum ad laqueum & muscipulam clamando iterum excitare, sic Deus mediante cornu & tuba sacræ scripturæ, vel etiam aucupis seu prædicatoris voce peccatores deuios & errantes, & prædas inutiles, hoc est dictum, peccata seu bona terrena sequentes & diligentes, ad se & ad viã salutis reuocat, & eos ad gratiæ statum reformat. Vnde videtur, q̃ bonus prædicator, pastor vel rector, qui, sci. reuocat homines ad salutem, similis est illi Regi Iosaphat de quo dicitur 2. Par. 19. quod *ipse reuocauit populum Israel ad dominum Deum Patrum suorum* Vt & sic de Deo animas interius inspirante, & ad Deum reuocante, dicatur illud Iob 33. *Ecce hæc omnia operatur Deus vt reuocet animas singulorum à corruptione, & illuminet in luce viuentium.* Et 2. Reg. 14. *Reuoca puerũ Absalon.* Sicut enim anima reuocatur ad corpus, & mortuus reuocatur ad vitam suam, sic per pœnitentiam homo reuocatur ad gratiam. Vnde de eo potest dici illud Ez. 37. *Insufla super interfectos istos, & reuiuiscent* Vt de quolibet sic reuocato dicatur illud Luc. 15 *Frater tuus mortuus fuerat, & reuixit.* Et 2. Esdr. 1. *Misit Dominus Angelum suum & reuocauit eos.* Hæc est ergo reuocatio, quam fecit

C pœnitentia.

¶ Secundo dico, quod est reuocatio quam facit insolentia. Sicut enim videmus, quod canis rusticus & iodoctus facile reuocatur à persecutione, sic vir insolens & inconstans facile solet à persecutione bonorum operum & virtutum cessare. Vnde de illis qui nos reuocant ad peccatum, potest dici illud Exod 10. vbi dicitur, quod *serui Pharaonis reuocauerunt Moysen & Aaron ad Pharaonem*, quia pro certo serui diaboli semper nituntur bonos ad Pharaonis, i. diaboli magisterii seruitium reuocare.

D ¶ Tertio dico. quod est reuocatio quam facit Dei gratia, & ista est illa qua miseri & depressi de hac mundi miseria ad cœli gloriam reuocantur. Sicut n. quandoq; de captiuitate reuocatur quis ad libertatem, sic reuocantur & reducuntur homines de præsenti miseria ad salutem. Vnde Dominus dicit Bar. 2. *Reuocabo*, inquit, *illos in terram, quam dedi patrib. eorum*, sequitur, *multiplicabo eos, & non minorabuntur.*

E ¶ Quarto dico, quod est reuocatio, quam facit Dei iustitia & hæc est illa, qua Deus iuste iudicans reuocat à præsentib. gaudiis peccatores, &c. Vide infra de Vocare, & superius de Conuocare, item de Reducere, de Appellare, de Restituere, & de Reconciliare, &c.

A **Ridere. Risus.** Nota, breuiter q̃ in scripturis inuenitur multiplex risus tã in bono significato quam in malo. Inuenitur enim risus iustorum, sc. Risus

Spei & iucunditatis,
Amoris & charitatis,
Gloriæ & fœlicitatis.

¶ Item inuenitur risus malorum, sc. Risus

Stultitiæ & fatuitatis,
Gaudij & alacritatis,
Iactantiæ & pompositatis,
Ignauiæ & dubietatis,
Blanditiæ & fallacitatis,
Derisionis & peruersitatis,
Dissimulationis & tepiditatis,
Temporalis consolationis & prosperitatis.

Dico ergo primo, quod rident iusti per spem futurorum & iucunditatem, & sic Abrahã spe futuræ prolis legitur risisse Gen. 17. *Cecidit Abraham in faciem suam, & risit*, audito sc. quod ei ar filium generaturus. Et sic iusti in tribulatione rident, pro eo, quod æterna præmia tandem sperant; vnde Iob 5. *In vastitate & fame ridebis, & bestiam terræ non formidabis.*

¶ Item dico, quod iusti rident propter amorem & propter charitatem. Vnde 3. Esdr. 4. dicitur. *Si arriserit, ridet.* Vnde sic. videtur risisse Daniel Dan. 14. vbi dicitur, *quod risit Daniel, & tenuit regem.* Et sic videtur Sara risisse in partu suo filij sui Isaac, dicens Gen. 21. *Risum fecit mihi dominus.* Et ideo filium suum Isaac nominauit, qui interpretatur risus.

¶ Item dico, quod iusti rident propter æternã gloriam & fœlicitatẽ, & iste est risus & gaudiũ beatorum, de quo Luc. 6. Beati qui nunc fletis, quia ridebitis. Sardinia n. insula habet quendam herbã, quæ dicitur risus apum, quia pro certo in isola cœli (quæ, pptie dicitur insula, quia ibi non intratur nisi per fluctus tribulationum) est hæc herba gloriæ æternæ, quæ risus apum dicitur pro eo, quod apes, i. viri iusti risu huius consolantur. Vnde Pr. 31. *Fortitudo & decor indumentum eius, & ridebit in die nouissimo.* Isti sunt ergo diuersi risus bonorum.

B ¶ Sed quantum ad risus malorum dico, quod aliqui rident per stultitiam & iniquitatem seu fatuitatem. Vnde Pr. 10. *Quasi per risum stultus operatur scelus.* Item aliqui rident per gaudium & alacritatem, sicut voluptuosi & amatores mundi prosperitatib. & vanitatib. iocundi, de quib. Eccl. 27. *Narratio peccantium odiosa, & risus illorum delictis peccati.* Item aliqui rident per iactantiam & pompositatem Eccl. 21. *Fatuus in risu exaltat vocem suam, vir autem sapiens vix tacitè ridebit.* Item aliqui rident per scrupulum & dubietatem. Et sic risit Sara, credens impossibile, quod posset parere tam antiqua. Vnde Gen. 18. *Risit Sara post ostium, & tandem negauit, dicens, Non risi.* Item aliqui rident per blanditiam & fallacitatem, sicut sunt adulatores, Vnde Eccle. 10. *In risu faciunt panem.* Item aliqui rident per derisionem verbositatẽ & sic dicitur Hie. 51. *Vana sunt opera, & risu digna.* & sic etiam loquitur Iob 21. *Sustinete me vt ego loquar, & post mea*, (*si videbitur*) *verba ridete.* Item aliqui rident per dissimulationem & tepiditatem. Et tales sunt quidam qui nihil habent seueritatis in morib. de quibus dicitur Ecc. 7. *Melior est ira risu, quia per tristitiam vultus, corrigitur animus delinquentis.* Item aliqui rident per mundi consolationem & prosperitatem. Ista n. est sicut herba, quæ dicitur Apum risus, quæ interficit hominem ridendo. Vnde Pro. 14. *Risus dolori miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat.* Et Luc. 6. *Væ vobis, qui nunc ridetis. quia plorabitis*, &c. Sufficit ergo de risu tam in bono, quam in malo. Vide supra de Gaud io, & de Lætitia.

A **Rigare.** Nota, quod rigare est aqua seu re humecta, vel liquida aliquid irrigare. Sed vide supra de Irrigare, vbi dixi satis plene.

A **Ripa.** Nota, quod ripa idẽ, est quod littus fluminis seu maris, illa, sc. extrema pars terræ, quæ aquam mediate cõtingit, cum igitur ripa sit illa pars terræ, per quam de aqua ad terram solidam subintratur, possum dicere, quod cum mare vel fluuius significent

Vitam mortalem,
Statum vitalem,
Culpam lethalem,
Mundum venalem,
Statum mortalem.

Possem notare, quod per ripam designatur,

Mortis conclusio, quæ vitam terminat,
Culpæ corruptio, quæ mentem fulminat,
Sancta conuersio, quæ corda ruminat,
Cœli possessio, quam virtus germinat,
Legis instructio, quæ mores seminat.

D ¶ Primo igitur est dare ripam mortalis conclusionis. Mors n. ripa est & terminus huius vitæ, quia, sc. quãdo de mundi amaritudinib. & luctib. exitur, tunc ad ripam terræ solidæ, h. e. dictũ, ad terram & ad sepulchrum, seu etiam ad ex tunc immutabilem & solidum mortis statum tanquam ad finalem terminum peruenitur, quod, sc. figuratur Exo. 2. vbi dicitur, *quod mater Moysis exposuit in carecto ripæ fluminis.* Quia pro certo mater nostra, sc. natura, deponit nos finaliter in carecto seu arundineto fluminis, hoc est dictum, in conclusione fluminis huius vitæ, & supra ripã torrentis, i. in ripa & littore mortis, vbi scil. finaliter est status & repositio nostræ carnis. Vnde de Helisæo dicitur 4. Reg. 2. quod *ipse reuersus stetit in ripa Iordanis cum pallio Heliæ* Helias n. est Deus, pallium autem ipsius humanæ naturæ datum est sudarium. Helisæus ergo, i. quilibet mortalis homo reuersus, i. quando reuertitur de hoc mundo cum tali pallio in ripa Iordanis, i. e. in statu mortis stat, vbi finaliter seu perenniter perseuerat Eze. 47. *Eduxit*, inquit, *me, & conuertit me ad ripam torrentis.* Ista est ergo ripa mortalis conclusionis.

G ¶ Secundo dico, quod est ripa lethalis corruptionis Et sic per ripam intelligitur peccatũ, quia sc. istud est finis & meta, & et littus & ripa vbi fluuius gratiæ & mare pœnitentiæ terminatur. Piscis n. sine aqua non viuit, & ideo quãdo per violentiam fluctuum & ventorum ad ripã & ad arenas proijcitur, necesse est vt moriatur. Sic homo quando ad ripã & arenam peccati proijcitur, oportet quod spiritualiter moriatur. Vt sic de anima peccatrice dicatur illud Iosu. 13. *Aroher sita est in ripa torrẽtis Arnõ*, Atoher n. interpretatur vacuatio, & signat animam gratia vacuatã. Arnõ interpretatur anathema erroris, vel imago tristitiæ, & signat peccatũ, quia reuera ciuitas Aroher, i. anima gratia vacuata supee

ripam

ripam Arnon, i. super statum peccati ponitur, ibiq; sedet, sistitur & firmatur. Hæc est ergo ripa lethalis corruptionis.

D ¶ Tertio dico, quod est ripa vitalis conuersionis, i. ripa pœnitentiæ, ad quam, sc. nauis animæ, quæ per fluctus peccati vagata erat, applicatur finaliter & saluatur & ab æternæ mortis & damnationis periculo liberatur. Ripæ fluminũ, vt cõmuniter habent arenas squalores, habent herbas virentes, habent fluctus ingentes. Et sic vere dico, quod pœnitentiæ vel religionis status continet squalorem siccitatis & asperitatis, virorem honestatis & virtuositatis, fluctus bonę operationis & bonitatis Ezec. 47. *Ecce in ripa torrentis ligna multa.* Et Dan. 12. *Duo alij stabant, vnus hinc super ripam fluminis & alius inde ex altera ripa fluminis.* Ligna n. multa, i. e. multæ virtutes & merita in ripa religionis & pœnitentiæ inueniuntur, & ibi Angeli, i. viri angelici conuersantur. Hæc est ergo ripa vitalis conuersionis.

E ¶ Quarto dico, quod inuenitur ripa finalis saluationis, & ista est Paradisus, quæ, sc. est finalis terminus seu ripa vbi fluctus & labores huius sęculi terminantur, vt sic de beatis possit dici illud Gen 41. *Pascebantur*, inquit, *in ipsa amnis ripa in locis virentibus.*

F ¶ Quinto autem si vis dic, quod inuenitur ripa realis instructionis, & ista est sacra scriptura. Ista est n. ripa fluminis imperscrutabilis voluntatis diuinæ, in qua, sc. ripa bibunt homines & iumenta, i. docti & indocti. Vnde illud prædictum Dan. 12. *Ecce* inquit *duo alij* (videl. Angeli) *stabant, vnus hinc super ripam, & alius inde ex alia ripa fluminis.* Quia reuera scriptura duas habet ripas, sc. hinc & inde, hoc est dictũ, duplicem intellectum, rudem videl. & subtilem. Hi igitur duo Angeli, i. duo genera hominum, docti sc. indocti, & hinc solidum cibum alij, & alij inde lac simplicis eruditionis hauriunt, &c. sufficit, Vide de Littore.

A **Ritus.** Cum ritus nihil aliud sit quam mos, obseruantia, cõditio seu modus, dico, quod est dare Ritum
Iustum & tolerabilem,
Sanctum & admirabilem,
Stultum & detestabilem.

Ritus { Tolerabilis est iustorum sæcularium,
Admirabilis seu obseruabilis est religiosorum & ecclesiasticorum,
Detestabilis est virorum criminalium.

¶ Primo ergo dico, quod est dare ritum supportandum & tolerabilem; & iste est ritus, mos, modus & obseruantia sęcularis. Iste n. etsi in plurib. est fugiendus, est tamen ad euitandum scandalum tolerandus. Exemplo sc. Samaritanorum, de quib. dicitur 4 Reg. 17. quod *Deum quidem colebant, ritum tamen gentis suæ, vnde originaliter processeram, obseruabant.* Quia, sc. sæculares licet Deũ colant fidem credendo, diuersos tamen ritus diuersæ nationes seruant, se quælibet alteri præferendo. Quilibet n. in sua secta, ritu & obseruantia credit saluari. Et ideo oportet de iudicio reseruatos cum patientia tolerari, sicut etiam de schismaticis videmus, & de Græcis quos Ecclesia tolerat patienter, & maxime de Georgianis, Armenis, & Nubianis, & Græcis, quorũ diuisiones certæ malæ sunt & vitandæ, sicut et singularitas rituum atq; motuũ inter fideles & catholicos est vitanda & vnitas & communitas obseruanda, iuxta illud Nu. 15. vbi dicitur sic. *Tam*, inquit, *indigenæ, quam peregrini eodem ritu offerent sacrificia.* Vnum erit præceptum atq; iudicium tam vobis, quam aduenis terræ. Est igitur dare ritum supportandum & tolerabilem.

B ¶ Secundo dico, quod est dare ritum admirandum & venerabilem, & iste ritus obseruantiæ ecclesiasticæ & fidei, & etiam ritus religionis & honestæ conuersationis. Vnde de ritu bonorum Ecclesiasticorum & religiosorum dici potest illud 1. Par. 25. *Separatus est Aaron vt ministraret in sancta sanctorum ipse & filij eius in sempiternum, & adoleret incensum Domino secundum ritum suũ.* Sequitur in fin. c. *Coram Domino custodiant obseruationes tabernaculi fœderis & ritum sanctuarij.* Hic posses dicere de diuersis mirabilib. ritibus orientalium regionum, quo prætextu sanctitatis obseruãt, sicut, sc. est apud Columbum, vbi homines præ fatua deuotione pro Deo suo se occidunt, seu etiam trucidantes sub curru idoli se supponunt. Sicut etiam de illis, qui filios suos dijs suis immolant & offerunt, & amorem Dei sui sibi & filijs anteponunt. Sicut insuper de illis mulierib. quę in rogum maritorum mortuorum cum ipsis comburendæ, viuas se inijciunt, vt cum ipso ad aliud sæculum transeant, seipsas cum eodem comburunt, sicut hæc & multa alia narrant Marcus Paulus Orosius & Odoricus, de mirabilib. orientis, quę tamen ad propositum possunt adduci, quod si illi per fatuas credulitates dijs suis, i. e. dæmonib. tam incredibilia faciant, æquum ergo & conso[illegible] nos iuste & rite credendo vero Deo debitas obseruantias [illegible]mus, & quod amore ipsius ritus sanctos & tolerabiles obseruemus. Bene ergo dicit ille Ietro socero suo Moysi Exo. 12. vbi ait sic. *Esto populo in his quæ ad Deum pertinent vt referas ad eum quæ dicuntur, ostendasq; populo cæremonias ritumq; colendi.* Et bene dicit cæremonias ritumq;, quia, sc. non est inconueniens diuersæ religiones & ecclesiæ, diuersos & varios habent ritus, dum tamen omnes sint ritus & obseruantiæ catholicæ, & diuino cultui p[illegible] portuno Eze. 43. *Hæc dicit Dominus Deus: Hi sunt ritus altaris.*

C ¶ Et breuiter dico, quod breuiter altare, hoc est, in statu religionis & Ecclesiæ inueniuntur Ritus
Arctæ pœnitentiæ,
Puræ continentiæ,
Deuotæ obseruantię,
Sumendæ eucharistię.

De ritu pœnitentiæ potest dici illud Num. 19. *Si quis hoc ritu non fuerit expiatus, peribit anima eius de populo suo.* De ritu vero [illegible]nentiæ potest dici illud Nu. 8. *Tolle*, inquit, *Leuitas de medio [illegible] Israel, & purificabis eos iuxta ritum hunc. Aspergantur aqua lustrat[illegible] & radant omnes pilos carnis suæ.* Ritus n. conuersionis requirit quod homo à societate sæcularium separetur, aqua lacrymarum [illegible] stretur & expietur, & quod pili carnis suæ, i. omnes car[illegible]les motus reijciantur, radantur & abstergantur. De ritu etiam deuotæ obseruantiæ, sicut sci. est ritus obseruantiæ festorum dicitur Exodi. 12 *Custodietis diem istum ritu perpetuo.* De ritu in[illegible] sumendæ eucharistiæ dici potest illud, quod de agno pa[illegible] dicitur Exod. 12. *Iuxta quem ritum tolletis & hœdum, immolabitque hœdum vniuersa multitudo filiorũ Israel,* &c. Sed pro certo n[illegible] qui ritus tabernaculi, i. ritus & obseruantias religionis & [illegible]siæ nunquã tenent, sed ad ritus sæculares & fatuos se tra[illegible]port, & in gestu, & habitu, actu pariter & affectu ritibus & [illegible] & moribus se gubernant, sicut de filijs Israel dicitur 4. [illegible] quod *coluerunt Deos alienos, & ambulauerunt iuxta ritum gentium* [illegible] potissime religiosi & clerici nostri, qui excutiunt, & c[illegible]dunt vestes suas ad ritum & formam iuuenum sæcularium, possunt dicere illud Gen 34. *Si circumdauimus masculos ritum gentis imitantes, & substantia eorum & pecora cuncta, quæ nostra erant.* Non sic sed obseruemus ritus religionis & [illegible] debitos & honestos, dimittamus sæculares ritus inutiles vacuos & funestos, iuxta illud Iud 14. *Achior relicto gentis [illegible] credidit Deo.* Vt sic ipsi dicatur illud Leu. 8. *Septem*, inquit, *tur consecratio sicut in præsentiarum factum est, vt ritus tabernaculi [illegible] pleretur, die ac nocte manebitis in tabernaculo obseruãtes custodias* vt & dicatur illud Par. 35. *Omnis ergo cultura domini rite compl[illegible]*. Patet igitur, quod est dare ritum admirandum & vener[illegible].

¶ Tertio vero dico, quod est dare ritum euitandum & [illegible]stabilem, & iste certe est mos & ritus hominum impiorum [illegible]tissime idololatrarum & hæreticorum, & diuersis [illegible] suspectis obseruantijs deditorũ, sicut de prophetis [illegible] 3. Re. 18 qui *clamabant voce magna & incidebant se iuxta ri[illegible]tru & lanceolis.* Et breuiter dico, quod mali sequuntur
Popularis insolentiæ,
Sæcularis auaritiæ,
Singularis obseruantiæ.

De ritu insolentiæ popularis quomodo, scil. om[illegible] sequi nituntur, patet de Iasono, de quo dicitur [illegible] *post principatum receptum contribulos suos ad gentilem [illegible] capit.* Quia reuera illi, qui in hoc mundo diu[illegible] habent, contribulos suos, i. filios & amicos a[illegible] di ritus transferre student. De ritu auaritiæ sæ[illegible] lud 2. Par. 28. vbi dicitur, *quod ille pessimus rex Achaz adoleuit [illegible] sum in valle Hennon, & lustrauit filios suos in igne iuxta ritum [illegible] quas interfecit Dominus.* Lustrare n. in igne n[illegible] ardore auaritiæ pro viti b. filios atq; subditos [illegible] fla[illegible] ritu insuper obseruantiæ singularis quem, scil. hyp[illegible] obseruant, & à communi ritu aliorum se separant, po[illegible] Mac. 11. *Audiuimus*, inquit, *Iudæos non consensisse patri meo vt [illegible]tur in ritum Græcorum.* Sic igitur patet, quomodo est d[illegible] tolerandum, venerandum, & destandum. Vide in tit. M[illegible]dus. Consuetudo, &c. similia.

**Riuus. Riui.** Cum riuus nihil aliud sit, quam p[illegible] aquarum fluentiu de flumine v[illegible] de[illegible] possumus notare breuiter, q; in scriptura inueniuntur [illegible] species riuorum. Sunt enim Riui.

Cruoris & afflictionis,
Mœroris & compunctionis,
Dulcoris & compassionis,
Splendoris & discretionis,
Saporis & vegetationis,
Valoris & fruitionis,
Fœtoris & infectionis,
Laboris & vexationis.

Dic igitur, quod inueniuntur riui cruoris Christi passionis per varias plagas sicut per quosdam riuos. Vnde Deut. 8. dicitur, quod *pro potando populo in deserto, Deus eduxit riuos de petra durissima. Petra autem erat Christus*, sicut dicitur 1. ad Cor. 10.

¶ Item inueniuntur riui mœroris in cordis compunctione, & isti riui nihil aliud sunt, quam profluuia lacrymarum Ioel. 3. *Super riuos Iuda ibunt aqua.* Iuda enim interpretatur confessio vel confitens qui scilicet debet habere riuos & profluuia lacrymarum ¶ Item inueniuntur Riui dulcoris in fraterna compassione. Homo enim compassiuus & pius ad modum fontis semper consueuit ad alios beneficia sua effundere sicut quosdam riuos pietatis Iob 29. *Petra fundebat mihi riuos olei.*

¶ Item inueniuntur riui splendoris sancti Spiritus diffusione. De fonte enim sancti Spiritus proueniunt ad nos inferius septem dona Esa. 11. *Percutiet Dominus flumen in septem riuis, ita vt transeant per eum calceati.*

¶ Isti sunt riui super quibus debent crescere & vegetari animæ deuotæ, & ibidem fructificare Ecc. 39. *Quasi rosa plantata super riuos aquarum fructificate.* Isti sunt riui spiritualis doctrinæ in sacræ scripturæ apertione, quibus est anima riganda, & in quibus spiritualiter pascenda. Vnde Ezech. 34. *Pascam eos in montibus Israel, & in riuis, & in cunctis sedibus terra.*

¶ Item inueniuntur riui valoris in cœli beatificatione, & isti sunt illi riui æternæ gloriæ, quibus animæ in patria superius irrigantur, in quibus perpetuo delectantur Deut. 8. *Dominus introducet te in terram bonam, terram riuorum, aquarum atque fontium.*

¶ Item inueniuntur riui fœtoris in carnis infectione. Et de hoc dicitur Exo. 5. *Extende manum tuam super flumos, riuos & paludes.*

¶ Item inueniuntur riui laboris in mundana prosperitate, id est, possessione. Isti sunt riui bonorum huius mundi, qui fluunt & defluunt Amos 8. *Defluet quasi riuus Aegypti &c.* Vide supra de Fluuio, de Aqua, de Fonte, & infra de Rore.

A **Rixa.** Nota, si vis breuiter, quod rixæ fugiendæ sunt & vitandæ multiplici ratione, quia, scil. fouent natam discordiam, continent stultam facundiam, reuelant structam infamiam, generant promptam iniuriam. Rixa enim est

Discordiæ nutrix,
Stultitiæ tutrix,
Infamiæ dictrix,
Iniuriæ factrix.

Est dico discordiæ nutrix. Odia n. & discordiæ & iracundiæ, & etiam inimicitiæ nutriuntur, & generantur, & continuantur per rixas Pro. 17. *Qui meditatur discordias, diligit rixas, qui sapiens est, suscitatas mitigat.* Est etiam stultitiæ tutrix. Multa enim stulta verba dicuntur in rixis Prou. 18. *Labia stulti immiscent se rixis.* Et insuper infamiæ dictrix seu etiam reuelatrix. Vnde Eccl. 6. *Est amicus, qui conuertitur ad inimicitiam, & est qui odium & rixam, & conuitia denudabit.* Est nihilominus iniuriæ factrix, qui pro certo ex rixis & brigis iniuriæ & violentiæ solent sequi Eccl. 27. *Effusio sanguinis in rixa superborum.* Sufficit. Vide in tit. Iracundia. Discordia. Lis. Contentio. vel Tumultus, &c.

A **Roboam.** Nota, quod Roboam successor atque filius Salomonis fuit Rex Israel. Sed *quia superbe locutus est populo, & quia audiuit consilia iuuenum, & reliquit consilia seniorum*, sicut dicitur 3 Reg. 12. ideo *decem tribus ab eo recesserunt & Ieroboam in Regem elegerunt, & solum duæ tribus*, videlicet *Iuda & Beniamin, Roboam adhæserunt.* Interpretatur enim Roboam impetus vel latitudo, seu etiam dilatans populum, seu etiam dissipans populos. Igitur si per Roboam vis intelligere bonum principem aut Prælatum, dic quod iste est successor & vicarius Salomonis, id est, pacifici Iesu Christi 3. Reg. 11. *Dormiuit Salomon, regnauitq; Roboam.* Iste enim licet sit sui populi dilatator, fit tamen quandoq; quod à Ieroboam, id est, à malis & aduersarijs impugnatur, & quod etiam quandoq; magna pars suæ potentiæ sibi subtrahitur & aufertur, quia etiam de isto Roboam legitur 3. Reg. 14. quod *quinto anno regni sui ascendit contra eum Sesach Rex Aegypti in Hierusalem, & tulit thesauros templi, & thesauros regios.* Bo- Dictum. Berchorij.

ni enim multoties malis succumbunt, & à proprijs subditis regno & prælatura priuantur, & mali loco eorum succedunt. Vnde 2. Paral. 13 dicitur, quod *viri vanissimi & filij Belial congregati sunt ad Ieroboam, & præualuerunt contra Roboam filium Salomonis.* Quod scil. potest applicari ad prælatorum & maiorum electiones, quia pro certo ibi solent viri vani & impij ad Ieroboam inuicem coniurare, proprium Regem & hæredem, id est, iustum & bonum electum dimittere, & cum Ieroboam, i. cum aliquo insufficienti & impio conuenire, & contra Roboam, i. boni electi iustitiam præualere.

¶ Si vero per Roboam velis fatuum principem designare, B dic, quod iste sit electus in locum Salomonis, i. regis vel Prælati mortui substitutus, qui, sc. solet

Carere sensus gloria,
Contemnere sana consilia.
Incurrere bella transuaria,
Regere sine modestia,
Præsidere cum sæuitia,
Amittere regni imperia.

Sic certe dico, quod mali principes & prælati in sensus gloria non solent vigere 2. Paral. 13. *Porro Roboam erat rudis, & corde pauido.* Item isti sana consilia non solent habere, quia, sc. magis sequuntur consilia iuuenum quam senum. Vnde 3 Reg. 12. dicitur, quod *Ieroboam adhibuit adolescentes, qui nutriti fuerant cum eo, & non acquieuit consilio senum.* Item bella transuaria solent sustinere, quia vt communiter tales nunquam sunt in pace, sed in continuis discordijs, litibus seu guerris 3. Reg. 14. *Fuit bellum inter Roboam & Ieroboam cunctis diebus.*

Item omni prudentia seu modestia hi solent carere. Et Ideo Roboam interpretatur impetus, quia, scil. non moderate, sed impetuose regnauit. Vnde Eccl. 47. *Dormiuit*, inquit, *Salomon cum patribus suis & dereliquit post se de semine suo gentis stultitiam, minutum sensu Roboam* Item pleni sæuitia solent præsidere, quia, sc. tales per crudelitatem dissipant subditos atque grauant. Ideo Roboam interpretatur dissipans populos. Vnde de isto Roboam legitur 3. Reg 12. quod *ipse respondit populo: Pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cædam vos scorpionibus &c.* Et ideo sequitur quod isti soleot dominia diu continere, quia, sc. tales vel moriuntur vel deponuntur, sicut, scil. de Roboam dictum fuit. Sufficit.

**Roborare. Robur. Robustus.** Nota, quod cum Robur nihil aliud sit, quam fortitudo & stabilitas, possumus breuiter transeundo notare, quod in scriptura inuenitur Robur A

Diuinæ firmitatis,
Humanæ bonitatis,
Tyrannicæ potestatis,
Diabolicæ prauitatis.

Robur {
Dominicum est venerandum,
Canonicum est amplexandum,
Tyrannicum est detestandum,
Dæmoniacum est formidandum.

¶ Dico ergo primo, quod est quoddam robur quod debet adinuari seu etiam venerari, & istud est robur diuinæ potentiæ, quod tantum est, quod à nullo potest concuti, quod etiam tantum est, quod per ipsum possunt omnia alia roborari, sicut Dauid de se dicebat 2. Reg. 22. *Dominus petra mea, & robur meum.* Vnde Iob 9 *Sapiens corde est & fortis robore.* Et ibidem. *Si fortitudo quæritur robustissimus est.*

Secundo dico, quod est quoddam robur humanæ virtutis & B constantiæ, quo, sc. iusti sunt fortes & robusti ad resistendum tentationibus, ad subsistendum tribulationibus, & ad insistendum bonis operationibus Ios. 1. *Confortare, & esto robustus valde.* Vnde de Dauid dicitur 1. Reg. 16. *Vidi filium Isai fortissimum robore, virum bellicosum, &c.* Vide eam supra de Dauid.

¶ Et nota, quod ad spirituale robur habendum plura sunt necessaria & proficua, videlicet,

Clementia lenificatiua,
Prudentia modificatiua,'
Consultatio deliberatiua,
Exhortatio fortificatiua.

De clementia enim legitur Prou. 20. quod *misericordia & veritas custodiunt Regem & roboratur clementia thronus eius.* De prudentia

yyyy vero

vero dicitur Prou.14. quod *sapientia ædificabitur domus, & roborabitur prudentia.* De consilio autem dicitur Prouerb.20. quod *cogitationes consilijs roborantur.* De exhortatione autem dicitur Iob 16 *Consolarer vos sermonibus & roborarem vos ore meo.* Ad corroborandum enim cor populi in prælio valde facit exhortatio ducum & tubicinarum, & sic exhortatio Dei, scripturæ, prælatorum & prædicatorum. Et ideo ad istud robur exhortatur Dominus Deut.31. *Confortare, & esto robustus.* Et 2.Reg.13. dicitur: *Roboramini, & estote viri fortes.*

C ¶ Tertio dico, quod est quoddam robur, quod debet detestari, & istud est robur mundanæ potestatis & potentiæ tyrannorum, quod procul dubio est detestandum, quia istud

Per { Superbiam erigitur,
Auaritiam accenditur,
Pestilentiam destruitur. }

Et igitur dico per superbiam Ezech. 28. *Eleuatum est cor tuum in robore tuo* Item accenditur per auaritiam Iob 18. *Attenuetur fame robur eius.* Item destruitur per finalem pestilentiam, quod sicut dicitur Exod.15. *Robustos Moab obtinuit tremor, &c.* Et Hier.17. *Deuoratum est robur eorum, facti sunt quasi mulieres.* Istud est ergo Robur quod debet detestari.

D ¶ Quarto vero dico, quod est quoddam Robur quod debet formidari, & istud est robur dæmonum. Vnde de dæmonibus videtur loqui Deus in figura Gad. Ezec.38. *Venient,* inquit, *latera aquilonis, & totum robur eius, & multi populi tecum, &c.* Et sic patet, quod est quadruplex Robur. Vide supra de Fortitudine bona & mala. Et vide in tit. Vir, & in tit. potentia, &c.

A **Rogare.** Nota, quod rogare idem est, quod precari, orare, petere, requirere, supplicare. Et est rogare officium

Humilitatis,
Sedulitatis,
Flebilitatis,
Pœnalitatis,
Credulitatis,
Vtilitatis,
Sagacitatis.

Breuiter ergo dico, quod debemus Deum rogare cum cordis humilitate. Tanta enim est nostra infirmitas & ipsius Dei sublimitas, quod bene requirit, quod in eius rogatione debeat humilitas inueniri. Ira n. Leonis dicitur mitigari, quando homo coram ipso ad terram prosternitur, sic ira Dei contra hominem temperatur, quando homo coram ipso ad adorandum prosternitur & humiliatur 2.Mac.10. *Rogabant Dominum prostrati in terram.*

¶ Item rogari debet cum grandi sedulitate. *Multum enim valet deprecatio iusti assidua* Iac.5. Ergo si non sit assidua, nihil valet. Vnde Luc.7. dicitur, quod *Pharisæi rogabant dominum sollicite vt sanaret filium Centurionis dicentes: Dignus est, vt hoc ei præstes, &c.*

¶ Item rogari debet cum mentis flebilitate. Deuote enim & flebiliter, est deprecatio facienda Ose.12. *Inualuit ad Angelum, & confortatus est, fleuit & rogauit eum.*

¶ Item rogari debet cum pœnitentiæ pœnalitate. Ieiunare enim & pœnitentiam facere debemus, si impetrare volumus, quod rogamus Dan.9. *Posui faciem meam ad Deum rogare & deprecari in ieiunijs.*

¶ Item rogari debet cum firma credulitate. Fides n. ad obtinendum quod petitur, summe est necessaria, iuxta illud. *Quicquid orantes petitis, credite quia accipietis.* Vnde Luc.22. *Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua, &c.*

¶ Item rogari debet cum intentionis vtilitate, quia, sc. quicquid rogare volumus, debemus vel pro nostra vel pro proximi vtilitate rogare. Et sic debemus rogare gratiam, concordiam, & gloriam. De gratia potest dici illud Act.3. *Rogauit vt eleemosynam acciperet.* De concordia dicitur in Psal.21. *Rogate, quæ ad pacem sunt Hierusalem.* De gloria vero potest dici illud Io.12. *Rogabant dicentes: Domine volumus Iesum videre.*

¶ Item rogari debet cum discreta sagacitate, quia, sc. sagaciter & discrete sunt orationes faciendæ. Necesse est enim plura considerare, scil. proprium meritum, arduitatem negotij, rem de qua agitur, personam à qua petitur. Debemus ergo cogitare sagaciter, vt sc. rogemus illud quod necessarium est, & ab illo, qui potest replere omne, quod necessarium est, & id, sc. à Deo, non à diabolo vel à mundo, quod contra idololatras est & sortilegos, qui inuocant alium quam Deum. Vnde Esa. 45. *Rogant Deum non saluantem.* Et Sap.13. *Pro sanitate infirmum inuocat, & pro vita mortuum rogat.* Non sic ergo, sed sagaciter rogemus, qui potest proficere & iuuare sc. Deum 1. Esdræ 8. *Rogauimus Dominum, & euenit nobis prospere.* Ista igitur de Rogare sufficiant. Vide supra de Oratione & similibus.

**Roma. Romanus.** Cum Roma fuerit temporaliter, nunc autem spiritualiter caput orbis, multa certe possent temporaliter dici de Roma

Nobilitate,
Antiquitate,
Strenuitate,
Fidelitate,
Malignitate,
Cupiditate,
Pompositate,
Finali calamitate.

Nobilitas, à dijs est fundata,
Antiquitas est à Troia nata,
Strenuitas, est cunctis prælata,
Fidelitas nunquam est mutata,
Malignitas nunquam est pacata,
Cupiditas nunquam est satiata,
Pompositas, est semper elata,
Calamitas, cunctis est monstrata.

¶ O quot & quanta de Romanis virtutibus & vitijs possent tangi, si fas esset moralia dimittere, & ad historica me transire. Ille enim excellentissimus historiographus Titus Liuius cui certe in styli nobilitate, breuitate & difficultate nemo est secundus, quem & beatus Hieronymus in prologo Bibliæ de eloquentia commendat in libro suo de Romana historia, quem ego (licet indignus) ad requisitionem domini Ioannis inclyti Francorum Regis, non sine labore & sudoribus in linguam Gallicam transtuli de latina) tot & tanta miranda memorat de prudentia, constantia, fide & amicitia Romanorum, etiam quandoq; de ipsorum discordia, inuidia, superbia & auaritia, & alijs vitijs, quæ plerunq; virtutibus sunt admixta, (quod vt verum fatear) audiuisse de alio quocunq; populo similia non recordor. Quia tamen in hoc opere tractare de historicis non intendo, cum istius libri materia sit moralis, remitto lectorem historica cupientem, ad ipsum Titum Liuium, & ad Trogum Pompeium, Iustinum pariter atq; Florum, & etiam ad Orosium, qui, sc. Romanorum historias tractauerunt, & etiam ad Innocent. qui certe in libro suo de miseria conditionis humanæ, de Romanorum vitijs multa dicit. ¶ Moraliter ergo dicam, B
quod Roma quæ fuit orbis caput, & quæ interpretatur magisterium frangens, tonans & sublimis, si tonitruum ac sublimitas, potest moraliter quatuor designare, sc. quendam

Lucum interiorem,
Lucum exteriorem,
Statum inferiorem,
Situm superiorem.

Lucus interior est noster animus, qui intus latitat,
Lucus exterior est mundus pessimus, qui foris habitat, & qui iustos fatigat,
Status inferior est vitijs proximus, quo iustus militat.
Situs superior est polus optimus, quem Deus visitat.

¶ Primo ergo dico, quod per Romam potest intelligi humanus animus, qui est interior. Sicut n. Romæ antiquitus fuit Imperator, Papa, clerus, senatus, consistorium, aduocati, Cardinales & auditores, ita quod ibi iustitia tunc vigebat, si dico, quod in anima, seu in anima viri iusti habitat Imperator, i. libera voluntas Papa, i. ratio, clerus, i. memoria, senatus virtutum moralium, consistorium virtutum Cardinalium, aduocati, i. bonæ affectiones, Cardinales diuinarum contemplationum, auditores, i. bonæ scientiæ & bona iudicia & determinationes. Et sic certe à tali Roma, i. à tali perfectione virtutum poterit quilibet vir iustus dici Romanus, i. virtutum plenitudine decoratus, & omnium virium rectitudine moderatus. Et sic certe de ipso dicitur illud Act.22. *Hic enim homo ciuis Romanus est.* Locus ergo interior est noster animus, qui intus habitat. ¶ Secũdo dico, quod C
per Romam potest intelligi lucus exterior, i. mundus pessimus, qui iustos fatigat. Sicut enim in luco, i. in vmbroso & tenebroso nemore quandoque habitant latrones, qui homines qui ibi transeunt, deprædantur, sic vere huius simile fuit Romæ, quia sicut in varijs libris & historijs inuenitur, multi viri boni fuerunt ibi depressi, sicut, sc. dicit Titus Liu. de Camillo prudentissimo & for-

& fortissimo, inuidis populi bannito, & postea in angustia temporum contra Gallos & populos hostiles reuocato, sicut etiam patet de Scipione, duce quidem Romano fœlicissimo, finaliter tamen à Romano populo taliter infestato, quod post tot præclaras victorias, totq; parta & parturita Romanis imperia, necesse habuit fugere, & in exilio vitam finire, sicut etiam patet de Coriolano à Romanis iuste exulato, qui tandem tamē cum contra eos adduxisset exercitum, solo obiectu matris, vxoris & matronarum vrbis pacatus ab obsidione desistit. Sicut n. apud Romanos bene meritis & iustis virtus profuit, sic vere ipsis aliquoties furor & inuidia populi nocuit. Talis proculdubio est ista exterior Roma nostra, videl. iste mundus. Quia reuera sæpissime contingit quod boni, prudentes, virtuosi & bene meriti, ab honoribus & dignitatibus eijciuntur, quodq; necessitatis tempore reperiuntur. vnde de expulsione bonorum potest dici illud Act. 8. quod *præcepit Claudius omnes Iudæos à Roma recedere*, vt sic iniuste repulsi dicant de talibus Romanis illud Io. 11. quod *venient Romani, & tollent locum nostrum & gentem*. Patet igitur, q̄ locus exterior est mundus pessimus, qui iustos fatigat.

D ¶ Tertio autem de significatione Romæ dicam, quod status inferior est vitijs proximus, quo iustus militat. Et iste certe est status & vicus Ecclesiæ militantis, quæ sc. Roma dicitur, pro eo quod realiter & Imperator & Papa, senatus & consilium prælatorum, & etiam cohabitatio fidelium & iustorum ibi reperitur. Vnde Lucas Act. 28. dixit sic: *Cum autem venissemus Romam, permissum est Paulo manere sibimet*. Et si vis, nota, quod in Roma, i. in Ecclesia debet inueniri, scilicet,

Amicitia corda confœderans,
Diligentia quærens & properans,
Eloquentia docens & reserans,
Patientia ferens & tolerans,
Sapientia dictans & moderans.

De amicitia confœderatiua patet 1. Mach. 8. vbi dicitur, quod *Iudas Machab. misit Legatos suos Romam constituere amicitiam*, & 1. Mach. 14. dicitur, quod *Simon summus sacerdos misit legatos suos Romam amicitiam renouare*. De diligentia exercitatiua dici potest illud quod Paulus de discipulo suo dicit 2. ad Timot. 1. *Cum Romam venisset, sollicite me quæsiuit*. De eloquentia insinuatiua, hoc est dictum, de officio prædicationis & doctrinæ dicitur Act. 23. quod sc. *Dominus dixit Paulo Te oportet Romæ testificari*. Et Rom. 1. dicebat Apostolus. *In me*, inquit, *promptum est & vobis qui Romæ estis, euangelizare*. De patientia pœnarum passiua dicebat Paulus Act. 16. *Cæsos*, inquit, *nos publice indemnatos homines Romanos miserunt in carcerem*. De sapientia vero seu etiam de iustitia moderatiua dicitur Act. 25. *Non est consuetudo Romanis damnare aliquem hominem priusquā is qui accusatur præsentes habeat accusatores, locumq; defendendi accipiat*. Patet igitur quod ista Roma, seu etiam quod status inferior est vicus proximus, quo iustus militat.

E ¶ Quarto vero tractando de significatione Romæ dico, quod status superior est polus optimus, quem Deus visitat, scil. paradisus, quem, sc. Paulus summe desiderabat, dicens Act. 19. *Postquam fuero ibi, scilicet, Hierosolymæ, oportebit me Romam videre*. Romam inquit, id est, paradisum. Hæc igitur de Roma & Romanis breui moralique sermone sufficiant.

A **ROS.** Nota, quod ros est quædam aeris impressio frigida & humida, quæ in medio aeris generatur, & hic ad nos inferius deriuatur. Et potest significare multiplicites in scripturis inuenitur enim sc. ros

Proficiens,
Reficiens,
Inficiens,
Perficiens.

Ros qui proficit, stillat à cœlo superiori. Et iste est Dei filius, qui ad modum roris in maris conchylia descendentis, & ipsa pretioso lapide impregnantis, in beatam virginem inuisibiliter descendit, & eam pretioso lapide, sc. Christo Deo & homine fœcundauit. Figuratus in rore, qui *vellus Gedeonis tota terra existente sicca mirabiliter madidauit*. Iud. 6. quia scilicet ros sancti Spiritus contra naturam omnium aliarum parentium fœminarum, vellus istud, scilicet beatam virginem mirabiliter impregnauit & madidauit, de quo Esa. 40. *Rorate cœli desuper, & nubes pluant iustum. Aperiatur terra, & germinet saluatorem*.

B ¶ Ros qui reficit, stillat in parte posteriori, & iste est ros paradisi, & dulcedo vitæ æternæ. Quia sicut ros post occasum solis venit, ita & gloria æterna post occasum vitæ, & iste est ille ros de quo dicitur Gene. 27. *In rore cœli desuper, & in pinguedine terræ erit benedictio tua*.

C ¶ Ros qui inficit, stillat in parte exteriori. Et iste ros est, dulcedo & pinguedo mundanæ prosperitatis. Sicut enim ros corruptus frumentum & alias segetes nouas solet inficere & inde generaliter fit illa segetum pestilentia, quę dicitur rubigo vel ærugo, quando sc. tota spica cedit in puluerem, & in grodinem, sic mundi prosperitas omnis quæ tangit, solet ad nihilum deducere. Ros enim facilites dissoluuntur, & fructus arborum rore madidi facilius ab arbore cadere dignoscuntur. Et inde est quod propter roris grauitatem fructus solent de nocte magis cadere quam de die. Sic vere mundi prosperitas faciliter destruitur, & illi quos imbuit, faciliter de arbore diuinæ gratiæ cedere & corruere comprobantur. Et iste est ergo ros quo fuit intinctus Nabuchodonosor de regno eiectus & in bestiam mutatus, sicut dicitur Dan. 4. *Alligetur*, inquit, *vinculo ferreo in herbis quæ foris sunt, & rore cœli tingatur, & cum feris sit pars eius in herba terræ*, quia pro certo tales qui de regno Dei sc. de statu gratiæ per peccatum eijciuntur, in bestiam, id est, in vitum bestiarum & peccatorum mutantur, vinculo ferreo auaritiæ ligantur, & cum feris, i. cum alijs crudelibus peccatoribus in herbis bonorum temporalium conuersantur, & rore cœli, i. mundanæ prosperitatis dulcedine intingunt se, vnde ibidem Dan. 4. dicitur: *Rore cœli corpus eius est infectum, donec capilli eius crescerent sicut capilli aquilarum & vngues eius*.

D ¶ Ros qui perficit, stillat in parte interiori, & iste ros est, dulcedo & suauitas gratiarum, quæ sursum est descendens à patre luminum, interius rorificans corda nostra, de quo Iob 38. *Quis est pluuiæ pater? aut quis genuit stillas roris?* quasi dicatur Deus. Sicut enim ros occulte flante austro per influentiam lunarem in aere generatur, à quo tandem herbarum superficies irrigatur, & earum vires quæ per ardorem diuturnum marcuerant, reparantur, & in decore, virore & pulchritudine renouātur, sic vere ros diuinæ gratiæ occulte & inuisibiliter per austrum & per lunam, id est, per Spiritum sanctum & beatam virginem in aere humanæ conscientiæ generatur, ibiq; ardores tentionum temperat, virtutes spirituales reparat, & virorem honestatis, & decorem conuersationis introducit & renouat Eccl. 18 *Ardorem refrigerabit ros*. Et ideo breuiter de rore isto potest dici cuilibet viro iusto illud Gen. 27. *In rore cœli desuper & in pinguedine terræ erit benedictio tua*. In quibus verbis ostenditur quod sicut ros naturaliter est

Lucidus,
Humidus,
Frigidus,
Fluidus.

Sic verē ros diuinæ gratiæ dicitur
Lucidus & illuminatiuus, ideo dicitur [Cœli]
Humidus & mollificatiuus, ideo dicitur [Pinguedo]
Frigidus & refrigeratiuus, ideo dicitur [Terræ]
Fluidus & fructificatiuus, ideo dicitur [Benedictio tua]

Et sic dico, quod diuina gratia est Ros
Illuminatiuus quantum ad actum discretionis [In ore cœli]
Mollificatiuus quantū ad tactum compassionis [In pinguedine]
Refrigeratiuus quantum ad motum repressionis [Terræ]
Fructificatiuus quantum ad habitum deuotionis [Erit benedictio tua.]

E ¶ Primo ergo dico, quod diuina gratia est ros illuminatiuus per scientiā & discretionem. Cœli inquit, quod sc. rutilat, & illuminat atq; splendet. Ros n. de se splendet & lucet. Habet n. naturam specularem, cum sit naturæ aqueæ. Sic etiam gratia quantum ad habitū scientiæ, est lucida, & per spiritualē inspirationē splendida & fulgida Esa. 26. *Ros lucis, ros tuus*. Et hoc ostenditur cū dicitur Cęli. Cœli n. qui fundunt lumē, sunt, Deus, Angeli, sancti & prædicatores, boni viri & iusti, qui fundūt nobis sapientiæ & doctrinę scientiæ rorem Gen. 27. *Det tibi Deus de rore cœli*, quamuis dicatur Aggæi 1. q̄ *prohibiti sunt cœli ne darent rorem suū* Ros n. facit germinare, crescere, virere terram & herbam, sic doctrina. Nam sicut ros quamuis faciliter dissoluatur, effectus tamē & virtus eius in herba remanet, per q̄ spiritualiter vegetatur & impinguatur, sicut patet de margarita, quę virtute roris in pisciū ventriculis generatur, sic vere quāuis ros doctrinę superficialiter videatur transire, solet tū virtus ipsius remanere, quæ corda nostra facit spiritualiter donis & gratijs impingua-





pingua-

pinguari, & pretiosum lapidem, s. Christum in nostris cordibus generari. vnde Oseæ 14. *Ero quasi ros, & Israel germinabit quasi liliũ.* Israel interpretatur quasi videns Deum, significans illos qui per rorem doctrinæ ad videndum dominũ illustrantur. Ista est ergo
F ros illuminatiuus per scientiam & doctrinã & discretionẽ. ¶ Secundo dico, quod gratia est ros mollificatiuus per clementiã & compassionem. Pinguedine inquit. Pinguedo enim quæ mollis est, & quæ est nutrimentũ ignis, signat virtutem clementiæ quæ ignem dilectionis nutrit, & mollit terram, & benignam reddit, i. mollit duritiem terrenis abundantem. Et iste est ros qui mollis & humidus, qui est & humoris in herbis reparatiuus, & pullorũ coruorũ in nido dum non habent qui ipsos nutriant, depastiuus. Quia, sc. dulcedo & pietas virorum misericordium deferũt humores bonorũ temporalium per Eleemosynas & alia beneficia, quibus restaurant, supplent, fouent & nutriunt pullos coruorũ, i. pauperes, qui aliunde non habent auxilium Oseæ 6. *Misericordia nostra quasi nubes matutina, & quasi ros mane pertransiens.* Viri n. misericordes sunt sicut nubes roris in die messis. Pinguedine inquit Gen. 27. *Det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terræ abundantiam.* Ista tamen sunt contra multos qui istius roris pinguedinẽ nunquam habent. Ros enim flante aquilone nunquã inuenitur bonus. Sicut enim ventus aquilonis rorem generari nõ permittit, imo si rorẽ inuenerit, ipsum penitus destruit & consumit; sic vere frigidus ventus aquilo, i. auaritia quæ corda per indeuotionem infrigidat, ipsaq; per parcitatem congelat & indurat, rorẽ compassionis & clementiæ nõ sinit venire, imo ipsum solet destruere & siccare 2. Reg. 1. *Montes Gelboe nec ros nec pluuia veniant super vos.* Contra illud q̃ in persona doctorum dicitur Deut. 32. *Fluat vt ros eloquium meum, quasi imber super herbã.* Non sic ergo, sed habeamus rorem gratiæ, quia iste est ros mollificatiuus per cle-
G mentiã & compassionem. ¶ Tertio dico, quod gratia est ros refrigeratiuus per potentiã & repressionem. Terræ inquit. Quia sc. sicut terra est elementum frigidum, sic ros ita est naturaliter frigidus & ardorem & intemperantiam aeris refrigerat atq; sedat. Ros est etiam ita potens & virtuosus, quod animalia venenosa de nocte parum aut nihil nocere possunt quando rore cœlesti membra ipsorum frigescunt. Sic proculdubio ros diuinæ gratiæ ardorem carnis & appetitus refrigerat, & dæmones etiã & venenosos tyrannos ne vltra debitum noceant, contemperat & refrænat, vnde Eccl. 43. *Ros maut obuians ab ardore venienti humilem efficiet eum.* Terræ inquit Iud. 6. *Totum vellus siccum sit, & omnis terra rore madens.* Et istud refrigerium roris gratiæ bene figuratur Dan. 3. vbi dicitur, quod *cum tres sancti pueri essent in fornace, cuius flamma quadraginta nouem cubitis ascendebat, Angelus Domini descendebat de cælo, & fecit medium fornacis quasi ventum roris flãtem.* Fornax enim Babylonis mundum designat, vbi flamma auaritiæ, luxuriæ, iracundiæ, sæuitiæ & pestilentiæ hominem afficit & inflammat, & quadraginta nouem cubitis, id est, numero 49. qui constant ex septem septies ductis, hoc est dictũ, per vniuersitatem temporalium bonorum, per vniuersitatem septem capitalium vitiorum (quia scilicet, numerus septenarius vniuersitatem designat) ipsos grauiter cremat atq; grauat. Sed quid? pro certo quando *Angelus magni consilij* Dei filius interponit misericordiæ partes suas, tunc facit medium fornacis sicut ventum roris flantem, hoc est dictum, quod omnem talem arborem vitiorum & tormentorum rore suæ gratiæ refrigerat & temperat, & exinde fideles liberat, soluit atque saluat. Vnde Eccl. 18. *Nonne ardorem refrigerabit ros?* Gratia igitur est ros & refrigeratiuus per potentiam & repressionem. Terra inquit, quæ, scilicet, est elementum frigidum.

H ¶ Quarto vero dico, quod gratia est ros dulcificatiuus per pietatem & deuotionem, Et hoc ostenditur cum dicitur. Erit benedictio tua. Benedictio enim designat dulcedinem deuotionis, iuxta illud Ps. *Domine præuenisti eum in benedictionib. dulcedinis.* Dulcedo enim roris solet & mel in floribus, & manna in quibusdam graminibus (quæ sunt res dulcissimæ) generare. Sic vere ros diuinæ gratiæ, mel & manna deuotionis generat, & totum cor benedictione dulcificat & irrorat Num. 11. *Cumque descenderet super castra ros, descendebat pariter & manna.* Vnde de tali benedictione dicitur Deut. 33. *De benedictione domini terra eius, de pomis cœli & rore.* Sic ergo patet quomodo diuina gratia est ros, sc. dulcificatiuus, refrigeratiuus, mollificatiuus, illuminatiuus. Et sic patet quod sunt quatuor genera spiritualis roris, videl.

Ros qui perficit stillans interius,
Ros qui inficit stillans exterius,
Ros qui reficit stillans posterius,
Ros qui proficit stillans superius.

Et ista de rore sufficiant, vide de pluuia & de aqua, &c.

**Rosa.** Nota, quod rosa est flos fragrantissimus, placentissimus, amantissimus, virtuosissimus, A

Cuius decor,
Cuius odor,
Cuius valor

quasi cunctis floribus anteferetur. Et potest significare rosa Mariam, Ecclesiam, Christum, & quemlibet martyrem seu iustum. Sed quia in biblijs valde paucæ sunt authoritates de rosa omitto gratia breuitatis. Vide ergo in diuersis locis vbi exempla habentur de rosa. Et maxime supra de licentia, vbi pone illa quæ habentur in sermone de Lætare Hierusalem, vbi Papa dat rosam auream, &c.

**Rota.** Nota, quod rota est instrumentum volubile & rotundum, faciliter versibile & mobile, strepitum faciens & clamorem. Est enim rota idem quod circulus seu sphæra, quamuis inter se differant aliquo modo. Dicamus ergo, quod inuenitur A

Rota {
Naturalis,
Temporalis,
Supernalis,
Magistralis,
Scripturalis,
Virtualis,
Criminalis.

Ista enim sunt septem genera spiritualium rotarum. ¶ Primo dico, quod in mundo inuenitur rota naturalis, & ista est illa qua omnia naturalia sunt in circulo & in rota. Cœlum enim & omnes orbes continue circumeunt & rotantur, rotunda enim sunt & mobilia more rotæ. Generatio etiam, id est, alteratio rerum mutatio & variatio temporum, nihil sunt aliud nisi rota, continue enim voluuntur de vno statu ad alium & semper reuertuntur in idipsum. Vnde 3. Reg. 7. dicitur, quod *bases luternæ templi habebant quatuor rotas & axes æreos.* Quia res naturales quæ sunt bases & fundamentum omnium, habent quatuor rotas, quæ scilicet voluuntur. Et istæ quatuor rotæ quatuor humores, quatuor tempora quatuor elementa designant. Istis enim rotis voluuntur omnia, & potissime vita nostra, & humana complexio naturalis. Ista enim continue mouentur & rotantur, & nunquam in eodem statu versantur. Et ista est rota figuli de qua dicitur Hier. 18. *Descendi,* inquit, *in domum figuli, & ecce faciebat opus super rotam, & dissipatum est vas, quod faciebat de luto* Figulus enim noster est Deus, iuxta illud Hier. 18. *Sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea domus Israel* Iste ergo figulus Deus super rotam humanæ mortalitatis & fluxibilitatis vas humani corporis fabricat, quod tandem mors dissipat atque truncat. Et sic dico. quod ista est rota naturalis.

¶ Secundo dico, quod inuenitur rota temporalis. Et hæc est B rota fortunæ & mundani successus, quæ more rotæ

Modo est alte,
Modo est basse,
Modo vnus ascendit,
Modo idem descendit.

Et breuiter mundus & status mundanorum casuum siue prosperi, siue aduersi, semper sunt in rotatione & co[illegible], ita quod in mutatione & conuersione istius rotæ, quod [illegible] superius fit inferius, & quod inferius, fit superius, & hoc potissime fit in morte & in iudicio, vbi rota mundani status & fortunæ penitus reuoluta, inferiores fient superiores, pauperes diuites depressi sublimes, & econuerso, magni fient parui, diuites egeni, maiores minimi. Vnde de Deo & eius occulta prouidentia rotam huiusmodi gubernante dicitur Eccl. 38. *Figulus sedet ad opus suum, conuertens pedibus rotam.*

¶ Tertio dico, quod est rota supernaturalis. Et ista est tumultus & strepitus diuinorum iudiciorum, quibus terret ne deuient C rectores. Istæ autem rotæ in vltimo iudicio specialiter resonabunt Sunt enim inter animalia quędam quæ timent summe sonum & strepitum rotarum secundum Plin. Sic vere iusti valde debent timere strepitum diei iudicij de quo Dan. 7. *Antiquus dierum sedit, & libri aperti sunt.* Et sequitur: *Rota eius ignis accensus, fluuius igneus, rapidusque egrediebatur a facie eius.* Loquitur enim scriptura more regum, qui quando vadunt ad prælium solent facere strepitum præ multitudine curruum & rotarum.

¶ Quarto

D ¶ Quarto dico, quod inuenitur rota magistralis, & sic per rotam possunt intelligi prædicatores & doctores, qui more rotæ prædicando & docendo solent facere strepitum & tumultum Psal. 76. *Vox tonitrui tui in rota.*

E ¶ Quinto dico, quod inuenitur rota scripturalis, & ista est volubilitas diuinæ scripturæ, quæ more rotæ potest ad omnem partem volui secundum intellectum & subtilitatem lectoris. Figurata in rota Ezechielis, Ezech. 1. & 10. *quæ erat plena oculis ante & retro, & quæ sequebatur animalia sancta, & erat rota in medio rotæ.* Scriptura sancta plena est oculis, id est, intellectibus varijs & diuersis. Ista tamen rota quatuor animalia, id est, quatuor Euangelistas sequitur, in quantum quicquid est in scriptura, totum ad quatuor Euangelia ordinatur. Rota vero in medio rotæ dicitur, quia testamentum vetus in testamento nouo impletur, & testamentum nouum in testamento veteri figuratur. Vnde de rotis sacræ scripturæ potest dici illud Ezech. 10. *Sume ignem, supple charitatis, de medio rotarum.*

F ¶ Sexto dico, quod inuenitur rota virtualis, & sic per rotam intelligitur quilibet homo iustus, velox, volubilis, obediens, sollicitus & attentus, de quo Ezec. 1. *Apparuit rota vna supra terram.* Vbi aduerte, quod hic ostenditur cuiuslibet iusti volubilitas conuersationis. Mobilitas operationis. Agilitas contemplationis. Probat conuersationem apparitio generosa. *Apparuit* inquit. Probat operationem reuolutio vigorosa. *Rota.* Probat contemplationem eleuatio virtuosa. *Super terram* inquit, non infra.

G ¶ Septimo dico, quod inuenitur rota criminalis. Et sic per rotam intelligitur status malorum, qui ad modum rotæ est valde tumultuosus, valde etiam mutabilis, volubilis & defectuosus, de quo dicitur in Ps. 82. *Deus meus pone illos vt rotam, vt sicut stipulam ante faciem venti.* Et Ezech. 26. *à sonitu rotarum & equorum mouebuntur muri tui.* Et sic igitur patet, quomodo rota signat septempliciter in scriptura. Sufficit, &c.

A **Ruben.** Nota, quod Ruben filius Iacob, vnus scilicet de 12. Patriarchis, fuit ille qui Balam concubinam patris fœdauit, qui Ioseph liberare tentauit, qui vltra Iordanem possessionem accepit & hæreditauit, & qui tamen fratres suos ad prælium anteiuit, & hostes præcedens alios expugnauit. Qui scilicet interpretatur videns filium visionis seu etiam videns in medio, aut videns per medium. Possumus ergo notare, quod per Ruben potest intelligi vir perfectus, & etiam vir infectus. Vir dico perfectus, quia scilicet, iste est

Qui {
Fratres misericors cupit liberare,
Trans hoc sæculum vult hæreditare,
Exemplariter vult præambulare,
Dei filium vult considerare,
Se medium semper vult monstrare.
}

B ¶ Igitur dico, quod per Ruben intelligitur vir perfectus, quia hic misericors nititur saluare, quia sc. Ruben visus fuit liberare Ioseph de manibus impiorum fratrum Gen. 37. Vnde Ioseph in cisterna non reperto dixit *puer non comparet, & ego quo ibo?* Itē iustus trans istud sæculum vult hæreditare, sicut sc. fecerunt illi de tribu Ruben, qui *citra Iordanem hæreditatem habere noluerunt, sed vltra,* sicut dicitur Num. 32. quia sc. viri iusti citra Iordanem, qui interpretatur riuus iudicij, i. citra riuum mortis, hoc est dictum, in vita ista nolunt hæreditatem habere Ps. 141. *Portio mea Domine in terra viuentium.* Et alibi: *Dominus pars hæreditatis meæ, &c.* Item iustus dicitur Ruben, qui exemplariter vult præambulare, quia sicut filij Ruben præcesserunt filios Israel ad prælium contra hostes, sic iusti contra vitia præcedunt exemplariter subsequentes, dicentes, sc. illud Num. 32. *Nos autem ipsi armati & accincti pergemus ad prælium ante filios Israel,* vt sic dicat Dominus cuilibet tali Ruben illud Gen. 49. *Ruben primogenitus meus tu fortitudo mea, tu principium doloris mei. Viuat Ruben & non moriatur* Deu. 33. Item iustus dicitur Ruben qui Dei filium vult considerare, quia sc. Ruben interpretatur videns filium, seu etiam filius visionis Ge. 29. *Genuit filium, & vocauit nomen eius Ruben.* Item iustus dicitur Ruben, quia se medium semper vult monstrare. Medium enim & mediatorem se monstrat iustus, quia, scilicet semper vult esse in medio æquitatis & debitę iustitiæ constitutus. Et ideo Ruben interpretatur videns in medio, aut videns per mediū. Et ideo Ruben legitur Gen. 37. quod *mediatorem inter fratres suos & Ioseph se exhibebat,* in quantum Ruben nitebatur liberare eum. Et breuiter de filijs Ruben, i. de viris iustis, constat quod Apoc.

C 7. dicitur: *De tribu Ruben duodecim millia signati.* ¶ Si autem per Ruben vis peccatores intelligere, dic quod isti

Luxuriæ fæce maculantur,
Discordiæ lite perturbantur,
Iniuriæ verbis efferantur.

Isti enim fuerunt immundi & luxuriosi. Vnde Ge. 35. dicitur quod *Ruben dormiuit cum Bala concubina patris sui.* Iterum sunt discordes & litigiosi Iud. 5. Diuiso contra se Ruben magnanimorum reperta est contentio No. 16. *Chore, inquit & Dathan de filijs Ruben surrexerunt contra Moysen.* Item sunt verbosi & iniuriosi vnde Deu. 27. dicitur, quod *filij Ruben fuerunt ordinati ad maledicendum.*

**Rubor. Rubedo.** Nota, quod Rubedo secundum quod possum inuenire, est A

Color {
Igneus,
Rubeus,
Fulmineus,
Sanguineus,
Purpureus.
}

¶ Et hic est, quod multa potest significare. Signat enim charitatem & amicitiam, quæ est ignea Thr. 4. *Rubicundiores ebore antiquo sapphiro pulchriores.* ¶ Item signat humilitatem & verecundiam, quæ est rosea Can. 5. *Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus.* Candidus dico per castitatem. Rubicundus per verecundiæ venustatem. Item signat crudelitatem & sæuitiam, quæ est flammea Mat. 16. *Hodie erit tempestas, rutilat enim triste cœlum.* ¶ Item signat enim carnalitatē & luxuriam, quæ est carnea seu sanguinea 4. Reg. 3. *Viderunt Moabitæ aquas rubeas quasi sanguinem.* ¶ Item pœnalitatem & patientiā, quæ est purpurea. Et sic signat martyres & sanguinem Christi & martyrum. Figurata in *operimento tabernaculi, quod erat de pellibus arietum rubricatis* Exo. 26. Ideo Christi martyri dicitur Esa. 63. *Quare ergo rubrum est indumentum tuum?* Et respondet: *Torcular calcaui solus, &c.* De martyribus dicitur Sapien. 10. quod *Deus transtulit illos per mare rubrum, & transuexit eos per aquam nimiam.* B

¶ De rubore vero in quantum signat confusionem finalem, quam damnati in inferno sustinebunt, potest dici illud Luc. 14. *Cum inuitatus fueris ad nuptias, non recumbas in primo loco, ne forte honoratior te fuerit inuitatus, & dicatur tibi, da huic locum, & tunc incipias cum rubore nouissimum hunc locum tenere.* Locus enim nouissimus est infernus, qui sc. cum rubore & verecundia possidetur, quando in hac vita nimis præsumitur & ambitur. Rubedo enim confusionem designat, eo quod cum quis verecundia suffunditur, facies ipsius rubricatur. Et dic si vis per mare rubrū vbi filij Israel perambulauerunt, & vbi persequentium Ægyptiorum periculum euaserunt, ibi tamen ipsi Ægyptij submersi fuerunt & perierunt, & quo etiam transacto Israelitæ ad terram promissionis venerunt, quam, sc. obtinuerunt & possederunt, potest designari pœnitentiæ status, vbi, sc. amaritudo est in contritione, rubedo vero verecundiæ in confessione, quia vere ibi Ægyptij, i. dæmones & peccata delentur & submerguntur Psal. 135. *Excussit Pharaonem & virtutem eius in mari rubro,* ibi filij Israel, i. Christi fideles deuoti, sc. & pœnitentes & saluantur & liberantur Sap. 10. *Transtulit illos per mare rubrum.* Et 1. Mach. 4. *Mementote quomodo salui facti sunt patres nostri in mari rubro.* Ibi etiam, hoc circa maris rubri, id est, pœnitentiæ fines iusti habitant & commorantur, vnde Num. 33. dicitur quod *filij Israel fixerunt tentoria super mare rubrum:* quia pro certo per mare rubrum, hoc est, per pœnitentiam ad terram promissionis, hoc est dictum, ad terram paradisi, & ad statum saluationis de hoc sæculo pertransitur. Vnde Exod. 15. *Tulit autem Moyses Israel de mari rubro, & egressi sunt per desertum Sur.* Hæc igitur sufficiant. C

**Rubigo.** Cum rubigo sit illud quod in metalli, ferri vel gladij superficie generatur, à quo sc. splendor ipsius hebetatur, & substantia consumitur & damnatur, quæ etiā quandoq; in aquis & segetibus inuenitur, potest dici, quod per rubiginē intelligitur peccatum, quia, sc. Istud est quod metallum, i. fortem conscientiam inficit, infectam vero per remorsum corrodit, corrosam autem spiritualiter destruit & consumit. Ideo de anima peccatrice dicitur Ezech. 24. *Væ, inquit, ciuitati sanguinum, olla cuius rubigo in ea est, & rubigo eius non exiuit ex ea.* Ista est etiam quæ segetes virtutum dissipat, & famem infernalis pœnæ procurat Leu. 28. *Fruges terræ tuæ rubigo consumet.* Igitur necesse est quod talis rubigo per pœnitentiam abstergatur, vt vasi seu metallo, hoc est dictum, animæ seu cordi humano pulchritudo quam perdidit, inferatur Prou. 25. *Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas purissimum.* Nam quando vas seu ferrum in igne ponitur, tunc liquescente metallo rubigo ipsius adnullatur. A

Qua pro certo quando anima peccatrix per contritionem liquescit, rubigo peccati ab eo recedit & euanescit, & pristina munditia reuertitur & recrescit, vnde ergo dicitur Ezech. 24. *Pone eam*, sc. ollam, i. animam peccatricem, *super prunas vacuam, vt incalescat æs eius, & liquefiat, & rubigo eius consumatur* ¶ Specialiter autem per rubiginem quæ adhæret ollæ & corrodit substantiam eius potest intelligi peccatum originaliter, quod animæ noscitur originaliter adhærere, ipsamq; per motus & concupiscētias continue molestare, & nisi per baptismum tergatur coram eis substantiam videtur deuorare, & per damnationem æternam consumere & grauare Ioel. 1. *Residuum bruci comedit rubigo.* Sufficit. Vide de peccato.

A **Rubus.** Nota, quod rubus est frutectum seu arbor in desertis abundans & crescens, spinosa & lædens & pungens. Et quia spinæ suæ sunt recuruæ, vellera ouiū vestesque hominum ipsam tangentium est dilacerans atq; rumpens, rosas tamen candidas generans atq; ferens, & ad medicinas varias valde valens. Est etiam arbor superius non erigens, sed ad terram inferius respiciens & inclinans. Medulla enim plena est & abundans, & pro pastorum & pauperū edulio rubeos fructus portans. Tales fuerunt homines pœnitentes, & maxime Eremitæ & Anachoritæ & etiam alij religiosi deuoti. Quia pro certo isti in desertis & solitudinibus habitauerunt, spinis diuini timoris & conscientiæ pungentis cum curuitate reuerentiæ & honoris armati fuerunt, rosis patientiæ & candidæ pudicitiæ floruerunt, tangentes se, i. subditos seu socios male operantes ea per correctionem læserunt, & pupugerunt, sursum per superbiam non se erexerunt, sed inferius ad terram, i. ad mortem continue respexerunt, medulla pietatis & deuotionis abundauerunt, & per diuersas medicinas virtutum saluti hominum valuerunt & pauperes suis fructibus nutrierunt. Testatur enim Plinius quod radix rosæ syluestris, i. rubi contra morsum canis rabidi summe valet, quis, s. talea rubi, i. viri sancti contra morsum canis rabidi, i. contra tentationes diaboli solent valere, & sanitatis remedium procurare.

B ¶ Vel si vis dic, quod talis est pœnitentiæ virtus, vel etiam B. Virgo quæ bene figurata est in illo rubo qui ardebat & non comburebatur, & in quo dominus Moysi loquebatur Exod. 3. *Vadam*, inquit, Moyses, *& videbo quare non comburebatur rubus* Et tamen dictum est sibi. *Ne appropries*, inquit, *huc: Solue calceamenta de pedibus tuis. locus enim in quo stas, sanctus est.* Quia reuera Maria, quæ rubi proprietates superius positas præ cunctis habuit ardere, hoc est dictum, virginitatem perdidisse visa est, inquantum s. filium genuit & peperit, incombusta tamen mansit, inquantum & in partu & ante & post partum virginitatem habuit & seruauit. Deus n. in isto rubo per incarnationem latuit, & exinde, i. in carne ibi assumpta, Moysi, i. humano generi locutus est & prædicauit, rubumq; istum, s. virginē gloriosam locum esse sanctissimum demonstrauit, appropinquari tamen ad locum prohibuit, hoc est dictum, quod inuestigari mysterium diuinæ incarnationis, partumq; virginis & conceptionis per fatuā præsumptionem fieri denegauit Act. 7. *Apparuit autem Angelus in igne flammæ rubi.*

C ¶ Sed si vis in malo significatu dic quod rubus est auarus, ad terram, i. terrena inferius inclinatus, aculeis rapinæ plenus, & gentium, hoc est dictum, vicinorum velleribus, i. possessionibus trahendis & rapiendis intentus, fructibus tamen bonis, i. bonis operibus vacans, omni soliditate fortitudinis & virtutis priuatus Lu. 6. *Neque enim de spinis colligunt ficus, neque de rubo vindemiant vuam.* Sufficit, quia valde paucæ sunt authoritates.

**Rudis.** De ruditate seu rudi, incomposito, indocto & in gestu, & in actu, & intellectu materiali & grosso, multa possent dici, sed authoritates desunt. Vide ergo in tit. Imbecillis, Stolidus, vel Ineptus.

A **Ruere. Ruina.** Cum ruere nihil aliud sit quam subito & insperatè cadere, inde est quod illud dicitur ruinosum, quod est propinquum & facile ad mendū. Cum ergo inueniantur aliqui qui ruunt à statu suo spiritualiter, aliqui tēporaliter, aliqui æternaliter, hinc est quod est quædā

Ruina { Spiritualis, quæ est præcauenda, / Temporalis, quæ est toleranda, / Æternalis, quæ est formidanda.

Prima est ruina peccatorum,
Secunda est ruina miserorum,
Tertia est ruina damnatorum.

Prima ruina est interius,
Secunda ruina est exterius,
Tertia ruina est inferius.

¶ Prima est ergo ruina quam debemus cauere. Et ista est ruina peccati, qua, s. homo ruit de gratia in culpā, de qua Eze. 18 *Agite pœnitentiam, & non erit vobis in ruinam iniquitas* Sicut n. fortis ventus facit magnas arbores ruere, quanquā videantur fortiter radicare, sic vere vētus diabolicæ tentationis facit quandoq; ruere cadere & deficere à statu gratiæ & virtutum arbores, i. homines sublimes & fortes, qui videbātur alios in virtutib. eminere. Istud autem accidit, quando nō sunt bene fundati in fundamēto humilitatis, sicut sunt præsumptuosi, qui, s. nimis præsumūt de seipsis, & alios ruentes contemnūt, tales n. permittit Deus ruere in peccatum, quia sicut dicitur Prou. 17. *Qui in ruina lætatur alterius, erit impunitus*, vnde Mat. 7 *Venerunt flumina, flauerunt venti, & irruerunt super domum illam, & cecidit, & fuit ruina illius magna.* Et vere magna & terribilis est ruina taliū. Magna n. fuit ruina Lucif. n. quādo cecidit. Magna fuit ruina Adæ quando peccauit. Magna fuit ruina Petri quando negauit. Magna fuit ruina Iudæ quādo desperauit. Non est ergo bonum nimis præsumere, quia exinde contingit faciliter ruere & cadere Esa. 26. *Terram gigantum detrahes in ruinam.* Ista est ergo ruina quam debes præcauere. B

¶ Item est ruina temporalis fortunæ, quæ, s. facit nos per multa infortunia cadere & ruere. Mundi n. ruinæ, tribulationes & pœnæ sunt sustinendæ, sicut propria onera, proprij census, & propriæ redonantiæ terræ nostræ. Parū n. sumus, & impossibile est quin à statu prosperitatis sæpissime corruamus, & ideo pœnitētiam habere debemus, & laudare dominū quoties ruinas huiusmodi sustinemus Leu 9. *Laudauerunt dominum ruentes in facies suas.* Multa autē sunt quæ in ruinis & tribulationibus mundi possunt ad pœnitentiam nos mouere, videl. quia tales etiā & ipsis maioribus sæpius inferuntur. Quia etiā ista à Deo occulte ordinātur. Quia insuper in istis fideles suos Deus cōsolatur. ¶ Quod n. ipsi maiores sępe patiantur ruinā tota die videmus ad oculū. Alta n. ædificia & citius & periculosius ruunt quam infima. Sic vere altas personas videmus quandoq; citius ruere, & periculosius declinare. Pro. 17. *Qui altam facit domū suam, quærit ruinam.* Quod etiam à Deo proueniant huiusmodi ruinæ vel ad hominū punitionem vel ad probationem, patet Esa. 2. vbi dicitur: *Ruina hæc in manu tua.* Quod insuper Deus consoletur bonos quando sustinent huiusmodi ruinas, patet in Ps. 109. vbi dicitur: *Iudicabit in nationibus implebit ruinas*, & illud Esa. 51. *Consolabitur Deus omnes eius ruinas* Ista est ergo ruina quam debet iustus sustinere. C

¶ Tertio dico, quod est quædā ruina quā abhorrere debemus. Et ista est illa ruina qua peccatores per huius mundi solatia ruunt inferius in infernū 2. Mac 15 *Cognouerunt Nicanorem ruisse cū armis suis* Fulgur n. de cœlo cum impetu ruit ad terram, & non solum vsq; ad terrā, imo etiam se profundat infra terram. Sic vere peccator de cœlo, i. de altitudine dignitatū ruit finaliter, & hoc nō solum ad terrā, i. ad sepulchrum, imo etiam infra terrā, i. ad infernum, de quo 2 Par. 14. *Ruerunt Aethiopes vsque ad internecionem, quia domino cædente contriti sunt.* Et sicut in ruina magnorum ædificiorum fit magnus strepitus & tumultus, sic in ruina talium clamat atq; tumultuatur, loquitur & murmurat totus mundus Hie. 49. *A voce ruinæ eius commota est terra.* Et possumus notare, quod istam ruinam æternæ mortis procurant multa, videlicet, D

Amor & amicitia peruersorum,
Cultus & reuerentia idolorum,
Contemptus & iniuria diuinorum,
Imprudens eloquentia labiorum,
Tumor atque superbia animorum,
Iniusta præeminentia malignorum.

Dico ergo quod æternā ruinam operatur peruersorū amicitia. Vnde Exo. 34. *Caue ne cum habitatoribus terræ illius iungas amicitias, quæ tibi sint in ruinam.* Item idolorum reuerentia Leu. 26. *Cadetis inter ruinam idolorum vestrorum.* Item diuinorum offensa Psal. 105. *Irritauerunt Deum in adinuentionibus suis & multiplicata est in eis ruina.* Item in labiorum mala eloquentia Prou. 25. *Os lubricum operatur ruinas.* Item superborum excellentia Prou. 16. *Ante ruinam exaltatur spiritus.* Item malignorum præsidentia. Vnde Prou. 28. *Regnantibus impijs ruina hominum.* Ista est ergo triplex ruina, s. æternalis, externalis, internalis. Vide supra de Cadere & similibus.

**Rufus. Rufedo.** Nota, quod in scriptura tam in bono, quā in malo significato rufus dicitur. A
In scriptura Christus sanguine cruētatus. Iustus flamine rubricatus.

tus. Peccator crimine maculatus. Rufedo enim color est rubeus, sub nigris maculis punctuatus. ¶ Primo igitur dicam quod Christus dicitur rufus propter sanguinis cruentationẽ. Sanguis o. suæ benedictissimæ passionis carnem & pellem ipsius infusa uit. Et ideo iste in vacca rufa extitit figuratus, quia sicut dicitur Nu. 19. ad Moysen adducebatur vacca, à quo sc. occidebatur, & populus eius sãguine expiebatur. Moyses n. populũ Iudaicũ designat, qui s. vaccam rufã, i. Christũ occidit & immolauit, & sic populus fidelium à peccatis suis expiatus fuit. Vnde ibid. sc. Nu. 19. dicitur: *Adducant, inquit, ad te vaccam rufam, &c.* Vide historiã Christus igitur dicitur rufus propter sanguinis cruentationem.

B ¶ Secundo dico quod iustus dicitur rufus propter flaminis rubricationem. Calor n. interior & complexio cholerica & ignea efficit colorem rubicundũ & rufum. Sic vere ignis & calor sancti Spiritus quando abundat in homine, ipsum per charitatem facit rufum, & per honestam verecundiam rubicundum. Vt sic de quolibet tali dicatur illud 1. Reg. 16. *Erat autem Dauid rufus & pulcher aspectu* Iste enim est ille Angelus de quo dicitur Zac. 1. *Ecce, inquit, vir ascendens super equum rufum, & ipse stabat inter myrteta quæ erant in profundo* Quia pro certo vir virtuosus equum rufum, id est, corpus charitate & verecundia rubicundum habet & in profundo inter myrteta, hoc est in societate bonorum habitat atq; manet. Myrtus enim arbor est, significans viros famosos & bonos. Myrtetum vero, hoc est, viridarium myrtorum, habitationem signat eorundem Zach. 6. *In quadriga prima equi rufi* Et si vis dic, quod isti fuiit religiosi qui portant habitum rufum, &c. sed de hoc plene dixi in reductorio meo morali, vbi Bybliæ figuras moralizando, de visionibus Zachariæ tractaui. Iustus enim dicitur propter flaminis rubricationem.

C ¶ Tertio dico, quod etiã vir impius dicitur rufus propter criminis maculationem. Et ideo de Esau peccatore dicitur Ge. 25. quod *qui primus egressus est, rufus erat.* Vnde etiam iste dixit fratri suo ibidem: *Da mihi de coctione hac rufa.* Color n. rufus dicit Physiognomus, malitiam signat, & in facie subnigras maculas multas portat, & ꝓpter cholericam complectionem quam prætendit, ad vindictam & sanguinem cito volat. Talis certe est vir impius, quia sc. iste est iniquitate, & malitia plenus, maculis infamiæ exaratus, & ad vindictam & iracundiam semper promptus. De malitia enim talium potest figuraliter dici illud Apo. 12. *Ecce, inquit, draco magnus rufus habens capita septem, & cornua septem.* Vide expositionem alibi si vis in reductorio meo prædicto. De iracundia autem istorum dici potest illud Apo. 6. *Ecce, inquit, alius equus rufus, & qui sedebat super eum, datum est, vt sumeret pacem de terra &c.* De infamia vero luxuriæ istorum potest dici illud Leu. 13. vbi dicitur, quod *si cicatrix subrufa apparuerit in cute, iudicabatur esse leprosus.* Sequitur. *Vestis, inquit, quæ alba vel rufa macula fuerit infecta, lepra, inquit, iudicabitur.* Lepra autem quæ inficit, vitium luxuriæ signat, &c. Vide in tit. Rubedo vel Rubor.

A **Rugitus.** Nota, q rugitus est vox, & clamor leonis, sicut barritus est vox & sonitus elephantis. Et est rugitus quædam vox terribilis audientibus furorem pectoris significans à quo procedit. Et vt breuiter transeamus per rugitum potest denotari omnis vox dolorosa, clamorosa, & præ pectoris impetu furiosa. Et sic nota quod inuenitur

Rugitus pœnitentium,
Rugitus præsidentium,

Rugitus { Iudicantium, Prædicantium, Murmurantium, Seruientium, Insidiantium. }

Dico ergo, quod præ dolore gemunt & rugiunt homines pœnitentes Ps. 37. *Rugiebam à gemitu cordis mei* Item dico, quod rugiunt iudices præsidentes. Vox n. illorum debet esse sicut rugitus leonis ad terrendũ malefactores, sicut ad rugitũ leonis alia animalia deterrẽtur Amos 3. *Leo rugiet, quis non timebit?* Vnde Pr. 20. *Sicut rugitus leonis, ita est furor regis.* Itẽ rugiunt Deus & Angeli iudicantes. Vnde Ioel. 3. & Amos 1. *Dominus de Sion rugit, Hierusalem dabit vocẽ suam.* Ad literam n. rugitus iudicij fiet circa Hierusalem & circa montem Synai, de quo Ose. 11. *Ipse rugiet, & formidabunt filij maris.* Item rugiunt homines indigentes. A quib. se liberatum videns, gratias agit Deo sapiens Eccl. 51. *Liberasti inquit me à rugientib. præparatis ad escam.* Item rugiunt prædicatores diuina iudicia resonãtes Iob 37. *Post eum rugiet sonitus.* Itẽ rugiunt rebelles contra superiores murmurantes Hie. 2. *Super eum rugierũt leones.* Item rugiunt tyranni in subditos sæuientes Iud. 14. *Apparuit catulus leonis sæuus & rugiens.* Item dico, quod rugiunt dæmones insidiantes. Vnde 1. Pet. 5. *Aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret, &c.*

B ¶ Cum igitur rugitus idem sit, quod terribilis vox leonũ (quia sc. rugitus est vox leonum, mugitus boum, garritus auium, & hinnitus equorum, barritus elephantum, grunnitus porcorum, ruditus asinorum, balatus pecudum, sibiluſq; serpẽtum) possum adhuc dicere q sicut rugitus est terribilis vox leonis, sic multiplex rugitus, i. multiplex terribilis vox & sonus in sacra pagina reperitur sc. rugitus

Mirifice dominantium,
Mæstifice pœnitentium,
Iuridice præsidentium,
Famelice indigentium,
Authentice prædicantium,
Venefice murmurantium,
Tyrannice sæuientium,
Malignice nos mordentium,
Damnifice desperantium.

¶ Primo ergo dico, quod inuenitur rugitus mirificæ dominationis. Et iste certe est ille rugitus quẽ facit dominus in scriptura viris impijs comminando & post hanc vitam in iudicio terribilius arguendo. De præsenti n. rugitu terribilis cõminationis dicitur Ose. 11. *Dominus quasi leo rugiet, & formidabunt filij maris.* Filij n. maris, i. filij amaritudinis, sc. homines timorati & pœnitentes formidant & tremunt, quãdo rugitum leonis, i. verba Christi in sacra scriptura audiunt. De futuro vero rugitu quem in iudicio exercebit, quando, sc. impios iudicabit, potest dici illud Hie. 25. *Dominus, inquit, de excelso rugiet & de habitaculo suo dabit vocem, rugiens rugiet super habitatores terræ,* & Amos 3 *Leo rugiet, quis non timebit* Omnia enim animalia timent rugitum Leonis, etiam homo stupefit quando audit. Sic certe omnes homines tunc timebunt quando audient rugitum Christi, etiam homines, i. viri rationabiles & iusti, timebunt asperitatem & sententiam iudicantis. Iste est igitur rugitus mirificæ dominationis.

C ¶ Secundo dico, quod est rugitus mæstificæ lamentationis, hoc est dictum, rugitus pœnitentiæ. Quia reuera sicut leo tunc rugit & frendet, quando prædam suam se percipit perdidisse, sic homo considerans quandam prædam & quantum lucrum amisit, præ dolore commissorum frendere pariter & dolere incipit Ps. 37. *Rugiebam à gemitu cordis mei, afflictus, & humiliatus sum nimis.* Vnde pœnitens potest dicere illud Iob 3. *Antequam comedo suspiro, & quasi inundantes aquæ, sic rugitus meus.* Pœnitens enim debet habere suspirium contritionis, inũdationem seu irriguum lacrymationis, vocem & rugitum doloris confessionis.

D ¶ Tertio dico, quod est rugitus magnificæ iurisdictionis. Sicut enim leo raro se ostendit familiarem alijs animalibus, nisi forte catulis secum nutritis, imo toruitate vultus & rugitu vocis sicut dictum est, terret eos, sic bonus prælatus & princeps nunquam debet subditis suis nimis familiares esse, sed toruitate vultus, i. auctoritate personæ suæ, & rugitu etiã & terrore vocis suæ debet eos à malo coercere, & in obedientia debita continere Pro. 20. *Sicut rugitus leonis, ita & terror regis,* princeps enim & iudex debet esse ita fortis, & ita etiam in loquendo seuerus, quod solo rugitu vocis suę debet superbos quoslibet deterrere Zac. 11. *Vox rugitus leonum, quoniam vastata est superbia Iordanis.* Iste est ergo rugitus magnificæ iurisdictionis.

E ¶ Quarto dico, quod est rugitus famelicæ sed tristitiæ desolationis. Et iste est certe ille rugitus, & ille clamor quem miseri in paupertate & tribulationibus faciunt in hac vita, sicut sc. Esaias de se & suis similibus dicebat Esa. 59. *Rugiemus, inquit, quasi vrsi omnes, & quasi columbæ meditantes gememus. Expectauimus iudicium, & non est, salutem, & elongata est à nobis.*

F ¶ Quinto dico, quod est rugitus authenticæ prædicationis. Prędicator enim alte clamans & cõmunicans similis est rugienti leoni, qui s. solo rugitu suo infra circulum cauda factum continet ne exeant omnes feræ. Quia pro certo prædicator rugitu prædicationis suæ debet auditores taliter deterrere, quod de circulo Dei mandatorum non audeant prorumpere vel exire. Vnde de Israel Hie. 2. dicitur sic: *Super eum rugierunt leones, dederũt vocem suam.* Hic igitur rugitus authenticæ prædicationis.

¶ Sexto dico, quod est rugitus veneficæ murmurationis. Detractores n. terrẽt & inficiunt auditores, & etiam illos de quibus oblo-

obloquuntur, quando contra eos, ipsos diffamando rugiunt & obloquuntur. Vnde de talibus detractoribus potest dici illud Baruch.6 *Sacerdotes, inquit, sedent habentes tunicas scissas* Sequitur. *Rugiunt autē clamantes contra Deos suos sicut in cœna mortui*, quasi dicatur, quod detractores contra Deos suos solent faciliter murmurare.

H ¶ Septimo dico, quod est rugitus tyrannicæ deprædationis. Tyranni enim more leonis rugiunt, & prædam & lucrum capere violenter semper quærunt Soph.3. *Principes in medio eius quasi leones rugientes* Et illud Pro.28 *Leo rugiens, & vrsus esuriens, princeps impius super populum pauperem.* sicut enim rugiendo & sæuiēdo leo rapit, & si non potest rapere, magis rugit, sic tyranni rugiendo & comminando rapiunt alienum, & si rapere nequeunt, tunc amplius irascuntur. Vnde Esa 5. dicitur de Tyranno. *Rota, inquit eius quasi impetus tempestatis, rugitus eius vt leonis, rugiet, vt catulus leonū.* Et Ezech.19. *Leo,* inquit *factus est, & didicit capere prædam, & homines deuorare.* Sequitur. *Et desolata est terra & plenitudo eius à voce rugitus ipsius.*

I ¶ Octauo dico, quod est rugitus malignæ machinationis. Et iste est ille quem diabolus nos tentando contra homines rugire & machinari non cessat 1.Pet.6 *Fratres sobrij estote & vigilate, quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret, cui resistite in fide.*

K ¶ Nono dico, quod est rugitus pestificæ desperationis, ille sc. quo damnati in inferno reclusi dolent & rugiunt incessanter. Vnde de inferno & rugitu habitatorum suorum dici potest illud Hie.51. *Erit, inquit, Babylon in tumulos, habitatio draconum, stupor & sibilus.* Simul vt leones rugient, excutient comas velut catoli leonum. Et hæc sufficiant. Vide supra de leone, &c.

A **Ruminare.** Cum ruminare & masticare idem sit loquēdo spiritualiter quod cogitare, desiderare, studere, & deliberare, multa possent dici, sed authoritates desunt. Vide si vis in reductorio meo super Leui.11. vbi fit mentio de animalibus ruminantibus in lege mundis vel immundis.

A **Rumor.** Nota, quod rumor dicitur nouitas alicuius facti de nouo auribus publicata. Vide supra in tit. nouitas, quia authoritates non sunt.

A **Rumpere.** Nota quod rūpere idem est quod continuitatem intercidere vel cassare Et potest significare in bono & in malo. In bono enim signat dissolutionem culpæ & tentationis, & sic dicitur in Psal.2. *Disrumpamus vincula eorum, & proijciamus à nobis iugum ipsorum.* In malo vero designat diruptionem culpæ & tentationis, spiritualium bonorū, & Dei specialiter mandatorum. Et ideo breuiter nota, quod rūpunt

Boni culpæ prauitatem,
Mali motum honestatem,
Mors vitæ vanitatem,
Fortuna mundi prosperitatem,
Diabolus bonorum tranquillitatem,
Deus malorum potestatem.

Quod ergo boni rumpant culpæ prauitatem, patet Iud.16. dicitur, quod *Samson rupit vincula Dalila*, quomodo si rumpat quis filum de stuppa. Item quod mali rumpant motum honestatem, patet Luc.8. vbi dæmoniaco dicitur quod *ruptis vinculis agebatur à dæmonijs in deserto* Item & mors rumpat vitæ vanitatem patet Eccl.7. *Antequam rumpatur funis argenteus, & confringatur hydra super fontem.*

Item quod fortuna rumpat mundi prosperitatem patet Gen.7. vbi dicitur, quod *rupti sunt omnes fontes abyssi* Et Esa.59. *Oua aspidum ruperunt, & telas araneæ texuerunt*, quæ sc. difficiliter texuntur, & faciliter rumpuntur. Item quod diabolus rumpat bonorum tranquillitatem, patet Iob 30. vbi de dæmonib. potest dici illud: *Quasi rupto muro & aperta ianua irruerunt in me.* Item quod Deus rumpat malorum potestatem & pomposítatem, patet Luc.5. vbi dicitur, quod *vinum nouum rumpit vtres veteres.*

B ¶ Si vero vlterius vis aliquid dicere de ruptura, dic quod in scriptura reperimus ruptio quam facit

Christus,
Iustus,
Stultus,
Lætus,
Fletus.

Primo dico quod ruptio quam facit Christus. Et ista pro certo est illa qua Deus dirumpit diuersimode diuersa. Ipse enim dirumpit

Scelera, quæ mentes vinculant,
Aspera, quæ iustos iaculant,
Prospera quæ mali cumulant.

¶ Dirumpit dico scelera quæ vinculant mentis libertatem. Peccata enim funes & vincula dici possunt, quibus sc. anima taliter vinculatur, quod non nisi per Dei gratiam liberatur, sicut dicitur Ec.7. *Funiculus triplex difficile rumpitur.* Peccatum n. dicitur funiculus, eo, sc. quod triplicem animæ potentiam ligat, videlicet intellectum, memoriam, voluntatem. Sed pro certo vincula diaboli Deus rumpit, quando gratiam suam in mentē infundit & infundit. Exemplo scilicet, sapphiri lapidis pretiosi, de quo scilicet, dicit lapidarius quod vincula tacta dirumpit. Et ideo in Psa.115. dicitur: *Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis.* Quod potissime contigit in inferno, quando Christus ruptis vinculis diabolicæ potestatis, ipsos inde eripuit & extraxit Psal.106. *Eduxit eos de tenebris & vmbra mortis, & vincula eorum dirupit.* Deus ergo dirupit scelera quæ vinculant mentis libertatem.

C ¶ Deinde dico, quod dominus dirumpit aspera, quæ iaculant iusti bonitatem. Asperitates enim mundi tribulationū, quibus sc. in hoc mundo affliguntur iusti, quandoq; Deus misericorditer rumpit, sicut ad literam factum fuit de temporalibus vinculis B Petri Act.12. Vnde Hier.30. *Conteram iugum (scilicet Israelis) de collo suo vincula eius dirumpam, & non dominabuntur ei amplius alieni.*

D ¶ Denique dico, quod dominus dirumpit prospera quæ cumulant culpæ prauitatem. Deus enim fatuorum prosperitates dirumpit, & per temporales & æternales aduersitates gaudia peruersorum subuertit Psa.73 *Tu dirupisti fontes & torrentes tu siccasti fluuios Ethan.* Deus enim irritatus nequitijs impiorum solet pro nulle terium suæ patientiæ rumpere iuxta illud Gen.7 *Rupti sunt omnes fontes abyssi, & cataractæ cœli apertæ sunt.* Et post solet iram suā contra eos fulminare, & eorum prosperitates & gaudia dirumpere & vastare. Sicut enim videmus quod rupta nube fulmina mittuntur, tonitrua audiuntur, & pluuiæ inferius in terrā iaculantur & transmittuntur (Psa 104. *Disrupit petram, & fluxerunt aquæ abierunt in sicco flumina.* Vnde etiam dicit Dominus de impijs Oze.13. *Occurram eis quasi vrsa raptis catulis, & dirumpam interiora iecoris eorum* (sic etiam Christus. Patet igitur quod est ruptio quam facit Christus.

E ¶ Secundo principaliter dico, quod quam facit iustus. Et ista certe est illa qua quis

Peccatorum rupit habenas,
Miserorum rumpit catenas,
Malignorum rumpit sequelas.

Rumpit dico iustus vitiorum habenas Psal 2. *Dirumpamus vincula eorum, & proijciamus à nobis iugum ipsorum.* s. dæmonum vel vitiorū. Item rumpit iustus miserorum catenas Esa.58. *Dimitte eos qui confracti sunt liberos & omne onus dirumpe.* Item dirumpit iustus impiorum sequelas hoc est dictum, concordias & fœdera hominum peruersorum sicut s. monebat Asa rex Iuda regem Syriæ dicens 2.Par.16. *Rupto itaq; fœdere quod habes cum Baasa, eum facias à me recedere.* Ista est ergo ruptio quam facit iustus.

F ¶ Tertio principaliter dico, quod est ruptio quam facit stultus seu impius vel iniustus. Mali enim dirumpunt & rumpunt scilicet

Diuina mandata,
Fœdera iurata,
Secreta ligata,
Honesta relata.

Diuina inquit mandata, quia pro certo rumpunt vincula mandatorum nec iugo Dei, quod est obedientia & obseruantia, teneri possunt, exemplo, sc. illius dæmoniaci, *qui ruptis vinculis agebatur à dæmonibus in deserto*, sicut dicitur Luc.8. Quod potissime potest dici de insolentibus & apostatis, quos vincula mandatorum seu obedientiæ nulla tenent Hie.2. *A sæculo confregisti iugum, rupisti vincula mea. & dixisti non seruiam.* Et Hie 5 *Noluerunt, inquit, accipere disciplinam, indurauerunt facies suas supra petram noluerunt reuerti.* Sequitur: *Ecce hi simul confregerunt iugum, ruperunt vincula, &c.* Rumpunt ergo mali diuina mandata. Item mali dirumpunt fœdera iurata, quia scil. vincula fœderum & naturales etiam leges quæ sunt de iure gentium, talea rumpunt, & omnem fidelitatē cōfundunt, sicut de illo Antiocho dicitur 1. Mac.6. quod *rupit cautionem iuramentum quod iurauit, &c.* Item mali dirūpunt secreta collata seu ligata, sc. secreta cordis sui, quia, sc. nullum proprium secretum sciunt celare, similes vtribus seu dolijs plenis musto quæ si aperta admittātur nō rumpuntur, si vero clausa fuerint & obstru-

obstrusa, statim per violentiam spiritus qui ibi per ebullitioné dilatatur & generatur, necesse est quod rũpantur. Sic vere multi sunt qui melius tenent res apertas quam clausas, & minus tentantur dicere & reuelare res cõmunes & publicas quam secretas. Quod patet sic quia quicquid eorum fidelitati cõmittitur, statim totum illud secretum rumpitur & omnibus publicatur. Vnde illud Eliu dicebat Iob 33. *En venter meus quasi mustum absque spiraculo, quod lagunculas nouas dirumpit.* Mat. 9. *Rumpuntur & vinum effunditur.* Item mali dirumpunt honesta relata, sc. bonam famã aliorum, quam scil. per detractionem dissipant & dirumpunt. Vnde Mat. 7. *Ne conuersi canes dirumpant vos.* Ista est ergo ruptio quam facit stultus.

G ¶ Quarto vero dico, quod inuenitur ruptio quam facit lethus hoc est dictum, mors temporalis, sc. & æterna, quia mors temporalis rumpit, dissipat sc.

Corporum naturam,
Charorum iuncturam,
Fortunæ figuram.

In morte enim tam temporali quam æterna maxima fit diruptio, diuisio & destructio. De quibus supra satis dixi, vt, sc. de diruptione mortis æternæ, quæ, sc. animam dissecat & dirumpit, dicatur illud Esa. 19. *Dirumpetur spiritus in visceribus eius & consilium eius præcipitabo.* Et Sap. 4. dicitur sic: *Illos*, inquit, *Dominus irridebit. Et erunt post hoc decidentes sine honore, & in contumelia inter mortuos in perpetuum, quoniam dirumpet illos inflatos sine voce, & commouebit illos à fundamentis, & vsq; ad supremum desolabuntur.* Sufficit de Rumpere & Dirumpere.

A **Rursus. Rursum.** Cum Rursus vbicunq; adiungatur, semper significet iterationé, multiplicationem vel reuersionem, possum breuiter notare quod in scriptura inuenitur rursus

Corporalis resurrectionis,
Spiritualis reformationis,
Vitalis iterationis,
Criminalis reformationis.

¶ Primum Rursus fiet in temporum vltimis finibus, quia, sc. *In nouissimo die de terra surrecturus sum, & rursum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum saluatorem meum*, Iob. 19. Vnde etiam de rursus surrectionis dicebat ipse Iob 17. *Rursum post tenebras spero lucem.* Vide supra exempla de resurrectione. ¶ Secundum rursus fit in peccatorum intimis cordibus vel sordibus, scil. rursus pœnitentiæ spiritualis quo sc. homo post peccatum rursus vertitur ad vitam salutis. De isto dicitur Iob 14. *Putasne mortuus homo* (supple per peccatum) *rursum viuat*, supple, per gratiam, quasi dicatur, difficile est, tamẽ est possibile. Et de hoc dicitur Iob 18. *Si præcisum fuerit lignum, rursum virescit, & rami eius pullulant.* Vide supra de pœnitentia & conuersione. ¶ Tertium Rursum fit in operum opportunis fructibus. Et istud est illud quo iusti rursus, id est, iterum & iterum multiplicant opera bona sua, similes naturæ, quæ non est contenta semel producere fructus, imo tã in arboribus quam in animalibus rursus & rursus omni anno multiplicat & renouat fructus suos, sic isti bona opera. Vnde Iob 36. *In manib. abscondit lucem, & præcipit ei vt rursum adueniat.* ¶ Quartum Rursus fit in scelerum pessimis fructib. Et istud est illud rursus quo mali rursus non cessant reiterare, renouare & facere malefacta. De quo dicitur Hebr. 6. *Rursum crucifigentes in semetipsis filium Dei.* Istud

B est ergo quadruplex rursus. ¶ Sed si vis dic adhuc de bono Rursus hoc est dictum, de bona & virtuosa bonorum operum multiplicatione & iteratione. Et sic dic, quod isti semper volunt & quærunt, sc. rursus

Concipere vt bona pariant,
Effodere vt aquam hauriant,
Respicere si bona veniant,
Comedere vt rursus dormiant,
Quiescere vt alta videant,
Consulere Deum ne pereant,
Tremescere vt fletu medeant,
Horrescere vana quæ transmeant,
Acquiescere sanctis, vt valeant,
Resurgere vt semper videant,
Consolantur vt cœlum habeant.

Dicam ergo quod iusti rursus concipiunt, vt bona rursus pariãt virtutum opera. Non enim sufficit iustis semel bona opera concipere & parere, imo rursus & sæpius nititur bona opera parere. Gen. 30. *Rursusq; Bala concipiens peperit alterum filium.* Item rursus effodiunt, vt rursus hauriant gratiæ munera. Effodiunt dico, sc. per humilitatis profundum Gen. 26. *Rursum Isaac fodit alios puteos.* Sequitur: *Foderunt in torrenti, & inuenerunt aquam viuam.* Item iusti rursus respiciunt, si forte veniant bona vel prospera. Quia s. iustus quando aliquid orando à Domino petit, non debet cessare si statim non exauditur, sed rursus & iterum attendere & respicere, quousq; veniat, quod optauit. Vnde Helias daturus aquam populo dicebat 3. Reg. 18. puero suo: *Ascende, & prospice contra mare.* Et rursum ait illi: *Reuertere septem vicibus, septima autem vice pertracta facta est pluuia grandis.* Item viri iusti cibos accipiunt, vt rursus dormiant in patris dextera. Iusti enim iterum comedunt & recipiunt corpus Christi, vt iterum per deuotionem dormiant & quiescant. Vnde de Helia dicitur 3. Reg. 19. quod *ipse comedit & bibit & rursum obdormiuit.* Item iusti rursus requiescunt, & ita somniant læta vel aspera. Et sic de Pharaone dicitur Gen. 41. quod *rursum dormiuit & vidit aliud somnium.* sc. de septem spicis & plenis & vacuis. Sequitur ibidem: *Rursus sopore depressus vidit somnium &c.* Item iusti rursus consulunt Deum, ne pereant per lethi vulnera 1. Reg. 24. *Rursum ergo Dauid consuluit Dominum.* Item iusti rursus contremiscũt, vt rursum defleant culpas & scelera Iob 34. *Flante Deo concrescit gelu, & rursum latissime funduntur aquæ.* Item iusti rursus perhorrescunt bona, quæ transmeant in vita misera, scil. bona temporalia. Eccl. 2. *Videns mala vniuersa esse sub Sole, & cuncta vanitatem & afflictionem spiritus, rursum detestatus sum.* Item isti rursus deprecantur, vt ipsis valeant supera, sicut scili. de Helia dicitur Iacob 5. *Rursum orauit, & cælum dedit pluuiam.* Item iusti formantur vt rursus gaudeant sursum in æthera. Vnde de spirituali resurrectione & de reformatione ista dici potest illud Dan. 9. *Rursus ædificabitur platea*, & Ioan. 2. *Rursum videbo templum sanctum tuum*: & Zach. 12. *Rursus habitabitur Hierusalem.* Itẽ iusti rursus consolantur, vt tandem habeant cœlum & sydera Iob 17. *Rursum post tenebras spero lucem.* Et Baruch. 4. *Qui induxit vobis mala, ipse rursum adducet vobis sempiternam iucunditatem cum salute vestra.* Sic ergo rursus sumitur in bono.

G ¶ Iterum vero dico, quod Rursus quandoq; sumitur in malo. Quia scil. viri peccatores & impij multiplicant & iterant mala sua. Habent enim vnum rursus

Carnalis infectionis,
Mentalis præsumptionis,
Realis dissensionis,
Lethalis obliuionis,
Finalis perditionis.

In istis enim rursus iteratur carnis affectio. Ista est enim Dalila, de qua dicitur Iudic. 16. quod *rursum Dalila vincit Samsonem.* Item in his rursus iteratur mentis præsumptio, & sic dicitur Iudi. 20. quod *filij Israel rursus fortitudine & numero confidentes direxerunt contra filios Beniamin & victi sunt.* Item in ipsis rursus iteratur dira dissensio. Vnde 2. Reg. 21. *Factum est rursum prælium Philistinorum contra Israel* & 4. Reg. 24. *Rursum rebellauit Ioachim contra Nabuchodonosor.* Item in istis iteratur cœca obliuio. Heb. 5. *Cum deberetis magistri esse propter tempus, rursus indigetis vt doceamini.* Item in ipsis iteratur dira perditio, seu etiam damnatio. Vnde 4. Re. 1. dicitur, quod *rex Israel rursum misit alium principem ad Heliam, qui quia loquebatur superbe descendit ignis de cælo & deuorauit illum.* Sufficit vide in titulo Iterum & in titulo Reuerti, & supra de retro & retrorsum, & similia, &c.

S

A **Sabbathum.** Nota, quod sabbathum accipitur pro festiuitate. Dies n. sabbathi fuit prima dies, quę præcepta est à Domino feriari. Ista n. fuit & ista dies septima, quæ sabbathum dicitur, à Saturno qui prima hora diei sabbathi dominatur. Istud igitur sabbathum fuit in præcepto ad literam obseruatum, sed tandem in lege Euangelica, sabbathum spiritualiter intellectum, in diem dominicum est mutatum, & alia festa Ecclesiæ dilatatum. Præceptum enim de obseruantia sabbathum partim fuit cæremoniale, & sic transijt: partim fuit morale & sic in noua lege remansit. Sabbathũ enim idem est, quod requies, quia sicut dicitur Ge. 2. *Dominus in sabbatho requieuit.* signans requiem spiritualem, & cessationem à vitijs, quæ principaliter in sabbathis & solennitatibus est habenda. Quia tamen non est intentionis meæ loqui scientaliter, sed solum moraliter, possum notare quod in scriptura fit mentio de quatuor generibus sabbathorum, videlicet de Sabbatho

Extra-

Exteriori,
Interiori,
Anteriori,
Superiori.

Primum fuit sabbathum legale,
Secundum est sabbathum mentale,
Tertium est sabbathum festiuale,
Quartum est sabbathum æternale.

B ¶ Primum fuit sabbathum Iudæorum. Istud enim seruauerunt Iudæi ita stricte, quod nec ignem accēdere, nec aliquid coquere nec vltra mille passus ire de suis tabernaculis audebant. Istud ita ad literam seruauerunt, quod etiam ipsam terrā colere sabbatho noluerunt, nam septimam diem & septimum annum sabbathum vocauerunt. Septima enim dies erat sabbathum Ex. 20. *Memento vt diē sabbathi sanctifices.* Septimus autem annus erat sabbathum terrarum, quo sc. etiam ipsa terra non colebatur, sed quasi quiescere in suo sabbatho videbatur Leu. 5. *Septimo anno sabbathum erit terræ.*

C ¶ Secundum sabbathum est deuotorum. Isti enim celebrant sabbathum spirituale in corde suo, in quo s. ab operibus seruilibus, i. à vitijs requiescitur, in quo Deus laudatur & honoratur, in quo insuper sacrificium Deo spiritus cōtribulatus in ara cordis, & in igne & feruore charitatis offertur Leuit. 16. *Sabbathum requietionis est*, id est, requietionis animi.

D ¶ Tertium sabbathum est sabbathum Christianorum, & istud est sabbathum festiuitatum Dei & sanctorum, quæ debemus colere & festiuare, & in quibus nos debemus in Dei & sanctorum laudibus occupari Ezec. 46. *Adorabit populus terræ in sabbathis, & in calendis.*

E ¶ Quartum sabbathum est beatorum. Gloria enim æterna dicitur sabbathum, quia ibi est

Requies sine labore,
Festiuitas sine dolore.

Istud enim est illud sabbathum, in quo post laborem hebdomadæ huius vitæ tranquilliter sine timore beatæ animæ requiescunt Esa. 58. *Vocaberis sabbathum delicatum.* Et sic ergo patet quod per sabbathum potest omnis festiuitas designari, & ideo ad culturā sabbathi, i. omnium tā spiritualium quam temporalium festiuitatum monet nos Deus, dicens Ex. 31. *Custodite sabbathum meum.* Quia sicut dicitur Nee. 11. *Præcepta bona & sabbathum sanctificatum ostendisti eis.*

F ¶ Breuiter ergo possumus notare, quod in diebus sabbathorum & festorum, si ipsa bene volumus colere, plura necessaria requiruntur. Est enim necessarium,

Abstergere fæces carnalitatis,
Deponere pondus cupiditatis,
Peragere opus vtilitatis.
Persistere statum stabilitatis,
Adorare culmen diuinitatis,
Informare plebem simplicitatis,
Cogitare statum mortalitatis,
Manducare cibum suauitatis,
Liberare à pœnis aduersitatis.

¶ Quod ergo in istis sabbathis sit carnalitās abstergenda, patet Esa. 65. vbi dicitur, quod *beatus vir custodiens sabbathum ne polluat illud.* Quod est cōtra multos qui magis tunc vacant pollutionib. carnalitatis & immunditiæ quam alijs diebus, quibus dicitur Eze. 22. *Sanctuaria mea spreuistis, & sabbatha mea polluistis.* ¶ Itē quod ibi sit cupiditas deponenda, patet Hie. 17. vbi dicitur. *Nolite onera portare die sabbathi.* Onera enim signant pondus terrenæ cupiditatis, & onus terrenorum negotiorum, quæ scil. in sabbathis nullatenus sunt ferenda. Quod est contra illos, qui magis se implicant in secularibus negotijs in festiuitatib. quam alias, sicut patet de vsurarijs & mercatoribus. Vnde Neem. 23. *Vidi calcantes torcularia in sabbatho.* ¶ Item quod in festis sit operum vtilitas exequenda, patet Mat. 12. vbi dicitur: *Itaq; licet sabbathis benefacere.* Quod est contra illos qui magis vacāt in diebus festiuis ad mala opera, quam ad bona, de quibus Eze. 20. *In præceptis meis non ambulauerunt, iudicia mea proiecerunt, & sabbatha mea violauerunt.* ¶ Item quod in festis sit stabilitas amplectenda, patet Mat. 24. vbi dicitur: *Orate vt non fiat fuga vestra in hyeme, vel in sabbatho.*

Item quod ibi sit diuinitas adoranda, patet, Ezech. 46. vbi dicitur: *Adorabit populus in sabbathis.* ¶ Item quod ibi sit simplicitas informanda & docenda, patet Mar. 6. vbi dicitur: quod *Christus facto sabbatho cœpit in synagoga docere.* ¶ Item quod ibi [illegible] tas meditanda, patet Mar. 28. vbi dicitur, quod *valde mane [illegible] sabbathorum venerunt ad monumentū orto iam Sole.* Venire aūt ad monumentum nihil aliud est, quam mortis memoriam habere. ¶ Item q; ibi sit Eucharistiæ suauitas manducanda, patet Luc. 14. vbi dicitur, quod *Iesus intrauit in domum cuiusdam Pharisæi sabbatho manducare panem.* ¶ Item q; in festis sit miserorum calamitas supportanda, patet Lu. 14. vbi dicitur: *Si bos ceciderit in foueā sabbatho liberatur.* Et sic ergo patet, quomodo plura sunt necessaria ad spirituale obseruantiam sabbathorū. Sed pro certo charissimi hodie non sic, quia proculdubio pauci sunt hodie, qui in obseruantia festiuitatum faciunt supradicta. Diabolus n. plus nititur tentare homines de peccatis in festis, quā alias, iuxta illud 2. Mac. 15. [illegible] bi ille Nicanor cogitauit cū omni impetu die sabbathi committere bellū. Et ideo quia magis vbi vrget diabolica tentatio, maior est hodie vitiorum cōmissio, quia breuiter non est hodie, qui digne colat festa, vel qui digne obseruet sabbatha, quinimo in modernis festiuitatibus & sabbathis plura fiūt hodie diabolica maleficia, q̄ diuina officia, plura peccata, quam sacramēta, plura delicta, quam præparamenta animæ. In festis n. moderni corpora lautius pinguātur, ludi & choreæ frequētantur, gentes superflue adornantur, & immundis operibus plus quam alio tēpore occupantur. Nota. Serpentes n. plus nocent de die Sole præsente, quam de nocte illo absente. Sic mali plus peccant in festiuitatibus in præsentia Dei & sanctorū, quam in alijs diebus. Quod potissime apparet in istis, qui in festis non veniant ad Ecclesiam ad audiendum diuina, sed potius ad cōmittendum delicta, sicut sunt isti qui ad videndū mulieres visitant Ecclesias & cætera similia. Vnde proculdubio iam vidēmus [illegible] illud q; alias fuit dictum 2. Mac. 5. quod s. *templum luxuria & comessationibus erat plenum, & scortantium cum meretricibus.* Et sequitur: *Neq; autem sabbatha custodiebantur, neq; dies solennes more patrio seruabantur.* Et ideo proculdubio Dominus hodie in nostris sabbathis non delectatur, sed ipsa potius abominatur, sicut dicitur Es. 1. *Neomeniam, sabbathū & festiuitates alias non feram, iniqui sunt cœtus vestri, incensum abominatio est mihi.* Non sic, sed custodiamus sabbatha sicut dictum est, iuxta illud Deut. 5. *Obserua diem sabbathi, & sanctifices eum.* Ista sufficiant de sabbatho. Vide supra de Celebrare.

## Sacrificium. Sacrificare.

A Nota, quod cū sacrificium idem sit, quod officium seu sacram oblationem facere vel offerre, & sic sacrificare vel offerre sub specie gratiæ, vel veniæ, vel gloriæ impetrandæ, possumus notare, quod sacrificium sumitur in bono & in malo, secundum quod videmus, quod non solum inueniuntur sacrificia sanctorum, sed etiam sacrificium idolorum. Opera enim nostra, actus & affectus sunt quædā sacrificia quæ si bona sint, sunt sacrificia virtuosa, si vero mala, tunc sunt sacrificia vitiosa. Dico ergo, quod est inuenire, sc.

Sacrificium quod est { Mirabile, Laudabile, Damnabile.

Primum est, quo sacrificamus corporis munera gloriosa,
Secundum, quo sacrificamus Domino opera virtuosa,
Tertium, quo sacrificamus dæmoni scelera vitiosa.

B ¶ Primum ergo sacrificium est cum sūma reuerentia offerēdum, quia pro certo sacramentum seu sacrificium Eucharistiæ est offerendum, non à personis immundis, sed ab hominib. humilibus & honestis, Deo placitis, reconciliatis & gratis, iuxta illud 2. Mac. 13. *Reconciliatus, obtulit sacrificium.* Quod primo Deo Patri pro peccatis nostris in ara crucis fuit oblatum, quod etiā à sacerdotibus in altari & in sacramento continue sacrificatur, figuratum Leu. 2. dicitur, quod *de simila sacrificium coctum in clibano immolatur*: & Leu. 23. vbi præcipitur, quod *nouum sacrificium Domino de nouis nouarum frugum panibus offeratur.* Quia s. sacrificiū istud ad literam de simila (quantum ad suam primordialem materiā) conficitur, in clibano coquitur, & sic in altari Deo offertur, vbi in corpus Christi transformatur. Verumtamē nota, quod quoties simila sacrificabatur, semper olēū apponebatur, & sēper in clibano coquebatur, sicut dicitur Leu. 26. Ad denotandū quod illi qui sacrificant corpus Christi, debent habere ardorem dilectionis, & oleum deuotionis & compassionis. Nu. 7. *Similam conspersa oleo in sacrificio.* Quamuis proculdubio de multis possit hodie dici illud Ioel. 1. *Interijt de domo Dei nostri sacrificium & libatio.* Quia sc. pauci sunt hodie in domo Dei (quę *domus sumus nos*, teste Apostolo:

Apostolo Heb. 5.) qui sacrificium istud faciant, & qui libationem deuotionis habeant. Illud ergo sacrificium est cum summa reuerentia offerendum.

C ¶ Secundum sacrificium est laudabile, quod est cum diligentia faciendum, & istud est sacrificium spirituale, quo homo offert spiritualiter se & sua Domino s. personam & bona. Et sic illa spiritualiter Deo sacrificat, qui cor, verbum & opus ad ipsum ordinat. Et sic breuiter potes notare, quod inuenitur

Sacrificium { Contritionis, Confessionis, Correctionis, Deuotionis, Dilectionis, Orationis, Afflictionis, Religionis, Gratiarum actionis.

De sacrificio contritionis dicitur in Ps. 50. *Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non despicies.* De sacrificio confessionis dicitur Mala. 3. *Placebit Deo sacrificium Iuda & Hierusalem.* Iuda enim confitens interpretatur. De sacrificio correctionis Psal. 4. *Sacrificate sacrificium iustitiæ, & sperate in Domino.* De sacrificio deuotionis dicitur Num. 28. quod *sacrificia singulorum erant ex simila conspersa oleo.* Simila enim & oleum dulcedinem deuotionis designant. De sacrificio dilectionis dicitur Leuit. 6. *Omne sacrificium sacerdotum igne consumetur.* Ignis enim ardorem dilectionis signat. De sacrificio orationis dicitur in Ps. 140. *Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum.* De sacrificio afflictionis dicitur 1. Esd. 9 *In sacrificio vespertino surrexi de afflictione mea.* De sacrificio religionis dicitur Ex. 5 *Viam trium dierum eamus, vt sacrificemus Deo nostro in solitudine.* De sacrificio laudis & gratiarum actionis dicitur in Ps. 49. *Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter quo ostendam illi salutare Dei.* Ista sunt sacrificia offerenda & Deo spiritualiter exhibenda, quia proculdubio sicut dicitur Ec. 35. *Salutare sacrificium attendere mandatis, & discedere ab iniquitate.* Et si vis potes ponere, quo antiquitus sacrificabantur Boues, Oues, Tauri, Hœdi, Columbæ, Turtures, Oleum, Farina, & sic de alijs, quæ omnia possent exponi, nisi esset prolixum. & ideo vide de Hostia, & de Offerre. Istud ergo est sacrificium laudabile, quod est cum diligentia faciendum.

D ¶ Tertium est sacrificium damnabile, quod est cum vigilantia fugiendum, & illud est sacrificium malorum operum, quod diabolo faciunt peccatores, 1. Mac. 2. *Accessit quidam Iudæus in oculis omnium sacrificare idolis.* Antiquitus enim solebant sacrificare filios & filias suas dæmonijs, & etiam in aliquibus partibus Indiæ, aliqui sunt qui idolis suis immolant & sacrificant semetipsos. In præsentia enim idolis se occidunt, & sic pro Deo se mori dicunt. Sic vere charissimi hodie multi sunt, qui diabolo & se & filios suos, id est, se & imitatores suos sacrificant & offerunt, in quantum mala opera faciunt, & in quantum ad voluntatem ipsius viuunt. Vnde nota, quod sacrificant diabolo quidam

Sacrificium { Superbiæ, Pigritiæ, Iniustitiæ, Luxuriæ, Rapinæ seu auaritiæ.

De sacrificijs superbiæ dicitur 3 Reg. 22. *Adhuc populus sacrificabat in excelsis.* Et Es. 65. *Sacrificauerunt super montes.* De sacrificijs pigritiæ dicitur in Ps. 150. *Comederunt sacrificia mortuorum.* Pigri enim dicuntur mortui, quia non possunt se mouere. De sacrificijs iniustitiæ dicitur Sap. 12. quod *odibilia opera faciebant medicamina & sacrificia iniusta.* De sacrificijs luxuriæ dicitur Sap. 14. quod *Aegypty obscura sacrificia faciebant*, hoc est dictum, opera luxuriæ, quæ semper volunt fieri in obscuro. De sacrificijs vero rapinæ & auaritiæ dicitur Eccl. 34. *Qui offert sacrificium de substantia pauperis, quasi qui victimat filium in conspectu patris.* Sic ergo patet, quo modo sunt sacrificia sceleris vitiosi. Sacrificia operis virtuosi. Sacrificia muneris gloriosi. Sufficit de sacrificio. Vide supra de hostia & de offerre.

A **Sacramentum.** Quia loqui de sacramentis magis pertinet ad scientiam quam ad mores, quamuis ipsa sacramenta sunt remedia contra peccatum, supersedeo, maxime quia paucæ sunt auctoritates in Biblijs & potissime quia de sacramentis faciunt tractatus infinitos theologi doctores in libris, quorum corrigiam soluere non sum dignus, & maxime quia de particularibus sacramentis locis pluribus est tractatum. Et vide infra de septem, vbi forte aliquid dicam de septem sacramentis, &c.

**Sacerdos.** Nota, quod Sacerdos nomen est officij per quod quis diuinis vsibus deputatur, & ad exequendum cultum diuinum specialiter dedicatur. Et quia breuiter sacerdotes intelligi possunt illi, qui sunt in Ecclesia diuino cultui deputati, siue sint subditi siue prælati, possumus dicere quod ex ipsa nominis sacerdotalis significatione sacerdotes tenentur esse homines virtuosi. Nam A

Sacerdos etymologizatur { Sacer dux, Sacra dans, Sacra docens.

Quia pro certo iste debet esse
Sacer dux per vitæ sanctæ conuersationem.
Sacra dans per sacramentorum ministrationem,
Sacra docens per sanctæ doctrinæ prædicationem.

Iste enim est sacer dux, quia habet alios exemplariter præcedere. Exemplo arietis qui est dux gregis ouium 2. Reg. 7. *Elegi vt esses dux super populum meum Israel.* Item iste est sacra dans quia iste habet alios sacramentaliter pascere, & ideo tales dicuntur pastores à pascendo, quia s. ad tales pertinet temporaliter & spiritualiter subditos pascere & nutrire, vnde sacerdotibus dicitur 1. Pet. 5 *Pascite qui in vobis est gregem.* Item est sacra docens, quia habet alios spiritualiter instruere. Vnde Mal. 2. *Labia sacerdotis custodiunt scientiam & legem requirent ex ore eius.* Et breuiter de bonis sacerdotibus potest dici illud 2. Esd. 5. *Steterunt sacerdotes habentes stolas cum tubis.* ¶ Vbi aduerte quod B

Sacerdos hic describitur quantum ad { interiora, exteriora, vlteriora.

Et sic dico, quod illi describuntur ad illa quæ sunt habenda
Interius quantum ad cordis purificationem,
Exterius quantum ad operis vel corporis honestatem,
Vlterius quantum ad verbi veritatem,

Et ideo dico, quod sacerdotes debent habere conscientiæ & innocentiæ sanctitudinem, quia debent esse sacerdotes. i. sacri duces. Apparentiæ & euidentiæ pulchritudinem, quia debent habere stolas. Sapientiæ & eloquentiæ rectitudinem, quia debent habere tubas. isti enim debent esse sacerdotes, id est, sacri duces per innocentiam interiorem. Isti etiam debent habere stolas, i. e. mundas vestes per apparentiam honestiorem. isti insuper debent habere tubas, id est, resonantiam vocis per eloquentiam vberiorem.

¶ Dico ergo primo quod in istis debet esse conscientiæ & innocentiæ sanctitudo, quod ostenditur cum dicitur, Steterunt sacerdotes, i. perseuerauerunt sacri duces. Ille enim sacer dicitur qui in mente purus & innocens inuenitur, & ideo proprie illi sunt sacerdotes, qui sunt in conscientia innocentes. Nota. Res sacra dicitur, quando Deo simpliciter dedicatur. Sic vere illi sacerdotes & sanctæ personæ dicuntur, qui per mentis & vitæ innocentiam domino spiritualiter dedicantur. Steterunt inquit sacerdotes 2. Par. 35. *Steterunt sacerdotes in officio suo.* Et bene dicit steterunt ad denotandum, quod personæ Ecclesiasticæ debent in fide & morib. stabiles persistere. Igitur sunt sacerdotes i. sacri & sancti duces. Et vere charis. isti debent esse sancti, & à cunctis vitijs expediti. Homo n. debet merito esse sanctus qui tam sancti principis est famulus, & qui est ad tractandum tam sanctas reliquias deputatus, iuxta illud Leu. 19. *Sancti estote quoniam ego sanctus sum.* Quod ergo isti debeant esse sancti & sacri, exemplo naturali patet, quia sc. illa corpora quæ sunt situaliter altiora, sunt vt communiter puriora, sicut patet de stellis superioribus respectu scil. inferiorum. Illa etiam quæ magis suo principio appropinquant in puritate potius perseuerant, sicut patet de riuulo qui magis est purus vbi est contiguus ipsi fonti, quam quando ab eo est remotus. Sic vere cum sacerdotes sint in gradu & dignitate cæteris altiores, & fonti sapientiæ, verbi Dei, omnium originalium principio in sacramenti ministerio propiores, ita quod stellæ positæ in firmamento cœli ad alios illuminandum, & riui aquarum viuentium ad alios irrigandum bene & congrue possunt dici, ipsi proculdubio debent esse puri, sacri & sancti & ab omni culparum macula mundi iuxta illud 1. Mac. 4. *Elegit sacerdotes sine macula*

Dicis C

Dicit enim Plin. quod Arabes circa thura tantam religionem
seruant, quod arborem thuris nullus est ausus incidere vt gūmi
destillet, nisi sit sacerdos mundus & sanctus præ omnibus circa
illud tempus nō pollutus, sic enim credunt (vt dicitur) thus ma-
iorem efficaciā habere, & ampliori influētia præeminere. Mul-
to ergo fortius sacerdotes nostri mundi & sancti esse debent, q
non solū thus, imo etiam illum qui thurificatur in altari sancti-
ficant atq; tractant. Et ista proculdubio non solū exemplantur
naturaliter, imo & figurantur literaliter, vtpote Leu. 21. vbi præ-
cipitur quod *si homo maculas habuerit nō offerat panes Deo suo, nec ac-
cedat ad ministerium eius.* Maculas autem enumerat, dicens. Si cæ-
cus fuerit, si claudus, si paruo vel grandi vel torto naso, si fracto
pede, si maneus, si gibbus, si lippus, si albuginē habens in oculo,
si iugē scabiem, si impetiginē in corpore, si herniosus. Ecce quot
sunt maculæ vitiorum à quibus debent mundari sacerdotes. Isti
n. non debent esse cæci in intellectu, non claudi in affectu, non
D pigri in opere vel effectu. ¶ Itē non debent habere difformita-
tem in naso discretionis, quia nasus discretionis talium non de-
bet esse nimis paruus per ignorantiam, non tortus per malitiam
nō nimis magnus per præsumptionis stultitiam, iuxta illud Ro.
12. *Non plus sapere quam oportet sapere.* Isti ergo debent esse

Per affectionem defectuosi,
Per imperfectionem monstruosi,
Per superbiam gibbosi,
Per inuidiam lipposi,
Per vanam gloriam albuginosi,
Per luxuriam scabiosi,
Per auaritiam impetiginosi,
Per pigritiam herniosi.

Tales enim diffamatores corporis maculas signant mentis. Et
ideo si tunc tēporis illi qui sic erant difformes corporaliter, re-
pudiabantur, multo fortius repudiandi sunt illi qui vitiorū ma-
culis defœdantur. Dicit enim Ps. 14. *Qui ingreditur sine macula, debet
in tabernaculo domini habitare, & ambulās in via immaculata, debet do-
mino ministrare.* Et hoc nō solum naturaliter vel auguraliter, imo
etiam scripturaliter seu figuraliter præcipitur. Vnde Ex. 19. *Sacer-
dotes qui accedunt ad dominum sanctificentur, ne percutiat eos.* Ecce ergo
quomodo quod isti debeant esse sacri, patet in natura, in figura,
in scriptura, qui scilicet Sacerdotes id est, sacri duces, & sancti
E principes & magnates. ¶ Et possumus notare plura quæ requi-
runtur ad hoc, quod sacerdotes sancti & sacri efficiantur.
Requiritur enim quod

Maneant stabiliter per mentis firmitatem;
Caueant diligenter prauam societatem,
Horreant mentaliter mundi prosperitatem,
Polleant sinceriter carnis castitatem,
Fulgeant moraliter per mentis sanctitatem,
Arceant viriliter regni iniquitatem,
Subeant carnaliter grauem pœnalitatem. Vel
Sustineant corporaliter pœnitentiæ asperitatem,
Defleant veraciter culpæ malignitatem,
Teneant realiter cibi sobrietatem,
Præbeant vtiliter exempli veritatem,
Habeant humiliter orandi voluntatem,
Videant subtiliter status sublimitatem.

Istæ ergo sunt 12. conditiones quæ in sacerdote requiruntur ad
hoc quod spiritualiter possit esse sanctus. Dico ergo quod iste
mentis firmitatem debet manere, quia scilic. ipse debet esse fir-
mus & stabilis in moribus ac fide, iuxta illud Exod. 29. *Eruntque
sacerdotes mei in religione perpetua.* In Ecclesijs etiā suis debent per-
sonaliter residere, non vndiq; diuagari, vnde 1. Mac. 7. *Sacerdotes
steterunt ante altare.* Item iste debet cauere prauam societatē. Vn-
de Leu. 21. præcipitur cum dicitur: *Sacerdotes ad mortuos non acce-
dant, ne contaminentur in mortuis.* Item iste mundi prosperitatem
debet horrere, quia scilicet iste debet habere in mente bona pa-
radisi, non bona huius mundi. Vnde Deut. 18. dicitur: *Non habe-
bunt sacerdotes & Leuitæ hæreditatem cum reliquo populo Israel.* Domi-
nus enim ipse est hæreditas eorum. Vnde 4. Reg. 12. *Prohibiti sunt
sacerdotes accipere pecuniam.* Item isti per carnis castitatem debent
pollere. Vnde Neem. 12. *Mundati sunt Sacerdotes & Leuitæ, & mun-
dauerunt populum.* Item iste vitæ sanctitate debent fulgere. Vnde
1. Par. 15. *Sanctificati sunt Sacerdotes & Leuitæ.* Item isti principum
prauitatem debent arcere. Vnde 2. Par. 26. *Sacerdotes Domini resti-
terunt regi.*

Item isti debent pœnitentiæ asperitatem sustinere Iudith 4.
*Induerunt se sacerdotes ciliciis.* Figura 2. Par. 4. vbi dicitur, quod *sa-
cerdotes in mari lauabantur.* Mare enim amaritudinem pœnitentiæ
designat. Item iste culpæ malignitatem debet deflere. Culpam
n. suam debet flere per compunctionem Ioel 1. *Plangite sacerdotes
& vlulate ministri altaris.* Et culpam aliorum per compassionem
Ioel. 2. *Inter vestibulum & altare plorabunt sacerdotes ministri domini,
& dicent parce domine parce populo tuo, &c.* Item iste vitæ sobrietatē
debet tenere. Vnde Eze. 44. *Vinum non bibet omnis sacerdos, quando
ingressurus est atrium interius.* Item exempli veritatem debent præ-
bere. Vnde Deut. 17. *Accipietis exempla a sacerdotibus Leuitici tribus.*
Item orandi voluntatem debent habere. Vnde 2. Mach. 1. *Sa-
cerdotes autem psallent hymnos vsquequo consumptum esset sacrificium.*
Item humilitatem debent habere. Videre enim & attendere de-
bent ad sublimitatem & eminentiam sui status, de quo dicitur
1. Pet. 2. *Vos autem estis genus electum, regale sacerdotium, gens sancta,
populus acquisitionis.* Ista ergo sunt quæ faciunt sacerdotes esse ve-
ros sacerdotes, i. sacros duces, sacros doctores, & sacrorum da-
tores. Et sic igitur patet quod in istis debet esse innocentiæ san-
ctitudo, quod ostenditur cum dicitur, Sacerdotes.

F ¶ Secundo dico, q hic ostenditur apparentiæ vel euidentiæ
pulchritudo, quæ ostenditur cum dicitur: Stolas. Stola idem est,
quod nobilis vestis, quia sc. sacerdotes debent habere vestes, id
est exteriores conuersationes nobiles & honestas. Honesta n.
conuersatio summe requiritur in sacerdote, quia sc. sicut illa co-
muniter libentius parantur & ornantur, quæ visibus hominum
principaliter exponuntur, & etiam quæ homines libentius in-
tuentur & inde est, q mulieres solent melius & pretiosius suas fa-
cies ornare, aliquas sciunt visus intuentium aspitare, sic quia vita
sacerdotis est sicut signaculum, sicut spectaculum, & sicut mira-
culum, ad cuius vitam & mores respiciunt vniuersi, necesse est,
quod bene stoletur & honesta conuersatione & virtutum mul-
tiplicatione multipliciter adornetur. Stolis inquit. De quib. di-
citur 2. Esd. 1. *Statuit sacerdotes per vices dierum, amictos stolis.* Vnde
sacerdotes figurentur in 24. *Senioribus*, de quibus dicitur Apo. 4.
quod *sedebant super thronos amicti stolis albis.* Inueniuntur enim
binæ stolæ, sc. prima & secunda. Prima est gratia, quæ datur filio
prodigo reuertenti Luc. 15. *Cito proferte stolam primam & induite
eum.* Secunda est gloria, quæ datur bonæ animæ de corpore exe-
unti, de qua Eccl. 45. *Stola gloriæ induit eum.* Et istæ sunt binæ sto-
læ, de quibus Ioseph induit fratres suos Ge. 45. vbi dicitur, quod
*proferri fecit singulis binas stolas.* Beniamin autem dedit quinq; sto-
las optimas. In generali enim omnibus dantur binæ stolæ. i. gra-
tia in præsenti, & gloria in futuro. In speciali autem dabuntur,
quinq; stolæ, s. quando resumpto corpore quinq; sensus corpo-
ris quintuplici gloria dotabuntur, & tunc implebitur quod di-
citur Apoc. 7. *Vidi turbam magnam, &c. amicti stolis albis & palmæ in
manibus eorum.* Et nota, quod hic per stolas, i. per vestes sacerdo-
tales possunt intelligi illæ virtutes quæ requiruntur ad orna-
dum conuersationem sacerdotis & cuiuslibet viri iusti.

G ¶ Vestes enim sacerdotales sunt istæ sc.

Prima est linea interior,
Secunda est amictus,
Tertia est linea exterior vel superior,
Quarta est cingulum,
Quinta est stola,
Sexta est manipulus,
Septima est casula.

¶ Secundum enim ista septem ego inuenio septem spiritua-
les stolas, quibus viri iusti ornantur, sc.

Stolam puritatis & innocentiæ,
Stolam firmitatis & patientiæ,
Stolam castitatis & continentiæ,
Stolam charitatis & amicitiæ,
Stolam humilitatis & obedientiæ,
Stolam stabilitatis & perseuerantiæ,
Stolam fœlicitatis & affluentiæ.

¶ Est igitur habenda stola innocentiæ & puritatis, & ista est
illa vestis linea quæ interius prius est ante omnia & habenda &
à viris ecclesiasticis induenda. Vnde dicitur 2. Reg. 6. quod *Da-
uid indutus veste byssina saltabat ante arcam.* Byssus enim est species
lini candidissimi. Quia sc. Ezec. 44. præcipitur quod *sacerdotes &
Leuitæ lineis induantur.*

¶ Item est habenda stola patientiæ & firmitatis, & ista signi-
ficatur per amictum, q est ornamentum humerorum, qui por-
tant onus, quia sc. patientia munit & ornat hominem ad hoc q
possit

[illegible] onum onera sustinere. Et de ista stola dicitur Esa. [illegible] *gradiens in multitudine fortitudinis suae.* 3. R[eg.] [illegible] *& portauerunt arcam domini* Et Genes. [illegible] *ad portandum.*

¶ Item habenda est stola continentiae & castitatis. Ista signi[ficatur] [illegible] est linea superior, quae dicitur esse lata & longa [illegible] pedes, id est, affectus interiores, quia scilicet non sufficit [illegible] corporis, nisi adsit castitas mentis. Quod est contra hy[pocritas] [illegible] stolam habent exterius in corpore, sed non [illegible] in corde, de quo Marc. 12. *Cauete vobis a scribis & pharisaeis, qui volunt ambulare in stolis,* supple exterius, & non interius. Ideo de stolis perfectae castitatis potest dici illud quod de Angelis dicitur Marc. 16 quod *viderunt iuuenem sedentem in dextris coopertum stola candida,* id est, viderunt iuuenem angelicum stola castitatis [indutum].

¶ Item est habenda stola amicitiae & charitatis, & ista significatur in cingulo quo pectus sacerdotale debet stringi. Nam

Amor est { Cingulum copulatiuum,
Vinculum colligatiuum,
Cingulum amplexatiuum.

Isto ergo debet ecclesiastici cingi, quia Deo & proximo debent charitatis amplexibus semper cingi seu iungi. Vnde de istis dicitur illud 3. Mach. 5. quod *apparuerunt equitantes per aerea discurre[ntes] auratas stolas habentes.* Aurum n. charitatem designat.

¶ Item habenda est stola obedientiae & humilitatis, & ista significatur in stola qua ligatur collum sacerdotis quae designat Christi iugum suaue, & onus eius leue, scilicet. obedientiam voluntariam & humilitatem. Eccl. 6. *Torques illius in stola gloriae,* Torques enim quae pendet in collo, obedientiam significat, cui subijcimus colla nostra.

¶ Item habenda est stola perseuerantiae, & stabilitatis, & ista significatur in manipulo, quod ponitur in sinistra manu, quia scilicet, in sinistra aduersitatis necessaria est perseuerantia ne succumbat. Vnde igitur in impositione manipuli dicit episcopus: *Accipe minister manipulum, ministerium tuum imple.* Et de ista stola potest dici illud 1. Macha. 14. *Iuuenes induebant se gloria & stolis belli.* Perseuerantia enim est illa stola, quae summe necessaria est in bello.

¶ Item habenda est stola aeternae gloriae & faelicitatis significata per casulam, quae est superior, contexta ex filis nobilissimis [qu]ia vt communiter solet fieri de pannis aureis & sericis & a[...]. Quia scilicet stola aeternae gloriae est aurea, splendens, rutilans & fulgens. Ista est stola qua Deus vestit milites suos post triumphum victoriarum Apoc. 6 *Vidi sub altari animas interfectorum propter verbum Dei, & datae sunt singulis stolae* Ista est illa stola iucunditatis, de qua dicitur in Psalm. *Stola iucunditatis induit eum dominus.* Et breuiter istae sunt stolae binae & multiplices, & vestes virtutum, quibus debent sacerdotes indui iuxta illud Psal. *Sacerdotes eius induantur salutari.* Et sic bene dico, quod in *sacerdotibus debet esse apparentia & conuenientia pulchritudo,* quod notatur cum dicitur Stolas.

H ¶ Sed tertio dico, quod in ipsis debet esse sapientiae & eloquentiae rectitudo, & hoc ostenditur cum dicitur. Cum tubis. Per tubam enim in scriptura intelligitur praedicatio, redargutio & comminatio praelatorum & etiam sacerdotum. Ad istos pertinet tubare, id est, alios corrigere & eis praedicare. Et quia praedicatio sine scientia non potest esse, ideo notandum est [qu]od sicut aquila excedit alias aues in dignitate, & in vocis robo[re] tantis terribilitate, sic sacerdotes & ecclesiastici, qui tenetur sint [a]lijs gradu eminentiores, debent esse in scientia clariores, & in [t]ubali vocis eloquentia auditoribus terribiliores iuxta illud Ose. 9. *In gutture tuo sit tuba quasi Aquila super domum Domini.* Aquilae enim debent esse propter visus, id est, scientiae limpitudinem, quia sc. ad istos pertinet scire, quid sit agendum, iuxta illud Nehem. 7. *Donec surgeret sacerdos doctus & eruditus.* Isti enim tenentur scire iudicium inter mundum & immundum, inter lepram & peccatum & potissime confessione. Ideo leproso dicitur Mat. 8. *Vade ostende te sacerdotibus* Sicut enim dicitur Hier. 8. *Non peribit lex a sacerdote, nec consilium a sapiente, nec sermo a Propheta.*

I ¶ Ad denotandum, quod isti

Debent scire legem diuinam & mandata,
Debent dare consilium & salubria documenta,
Debent more Prophetarum denunciare futura gaudia vel tormenta.

*Diction. Bercbory.*

1. Ma[...] h[...] *Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore eius.* [...] [t]ubam debent habere super domum Domini per auctoritatem eloquentiae, iuxta illud 2. Par. 5 *Cum tropaliam stantes sacerdotes canentes tub[is]* [...] teste Greg. super [...] vel[...]. *Dignus est operarius mercede sua: Magna damnatio nostra est,* inquit, *sine labore mercedem sumere, & vitiorum praemia manducare, nihilque contra vitia praedicare.* Vide infra de tuba. Et sic bene apparet, quomodo sacerdotes debent habere stolas principalia, videlicet,

Eloquentiam ad docendi rectitudinem,
Apparentiam ad conuersandi pulchritudinem,
Innocentiam ad viuendi sanctitudinem.

Bene ergo dictum est in auctoritate: Steterunt sacerdotes habentes stolas cum tubis. Ista igitur dicta sint de bonis sacerdotibus.

¶ Sed heu procul dubio charissimi, quam pauci sunt hodie in sancta Ecclesia sacerdotes, qui habeant omnia supradicta, qua teste scriptura, impletur hodie illud Esa. 24. *Et erit sicut populus sic sacerdos &c.* imo vere melior populus, quam sacerdos. Postquam igitur visum fuit de illis, dico breuiter [...] sicut ad sensum videmus, moderni sacerdotes praecellunt alios, K

Non in virtutibus, sed in criminibus,
Non in sanctitate, sed in temporali potestate,
Non in iustitia, sed in stultitia,
Non in perfectione, sed in vitae & morum corruptione,

Nam pro certo charissimi, sunt hodie isti

Simoniae professores,
Superbiae praecessores,
Auaritiae possessores,
Ignorantiae successores,
Malitiosi machinatores,
Praesumptuosi opinatores,
Delitiosi conuersatores,
Luxuriosi inquinatores.

Quod isti sunt simoniae professores, patet hodie, quia multi sunt, qui simoniace ingrediuntur, & qui simoniace progrediuntur. De ingressu enim dicitur, quod intrent simoniace. 3. Re. 13. *Igitur quicunque volebat, implebat manum suam, & fiebat sacerdos.* q. d. qui ioannibus plenis ingrediuntur sacerdotij dignitatem, quam non indigni consequuntur. De progressu etiam simoniaco talium dicitur Miche. 3. *Principes eius in muneribus iudicabant, & sacerdotes eius in mercede docebant, & Prophetae eius in pecunia diuinabant.* Quod etiam ipsi sunt superbiae praecessores, patet ad literam, quia vere nulla est hodie maior superbia, quam in personis ecclesiasticis. Vnde *isti sacerdotes excelsorum, quos Ieroboam de nouissimis plebis constituit,* 3. Reg. 13. Quia scilicet in Ecclesia illi, qui sunt de nouissimis plebis, id est, de vili, & humili plebe, sunt sacerdotes excelsorum, id est, sunt hodie magis superbi & elati, quando ad sacerdotium sunt promoti, & tamen isti debent timere illud, quod dicitur 4. Reg. 23. quod *Iosias occidit omnes sacerdotes excelsorum.* Quod etiam isti sunt auaritiae possessores, patet Ezech. 40. vbi in *visione monstratum est ei gazophylacium sacerdotum, qui excubabant in custodijs templi,* quasi dicat, propterea excubant, vt gazam colligant. Ad quod facit illud Malach. 1. *Quis est in vobis, qui claudat ostia, & incendat altare meum gratuito?* quasi dicat, nullus. Quod etiam sunt ignorantiae successores, patet 2. Paral. 5. vbi dicitur, quod *sacerdotes non poterant stare, nec ministrare propter caliginem.* Quod isti sunt malitiosi machinatores, patet Hierem. 6. vbi dicitur: *A minore vsque ad maximum omnes auaritiae student, & a Propheta vsque ad sacerdotem omnes faciunt dolum.* Quod etiam isti sint praesumptuosi opinatores, patet 1. Macch. 5. vbi dicitur, quod *sacerdotes ceciderunt in bello, dum voluerunt fortiter agere.* Quod etiam isti sint delitiosi conuersatores, patet, quia hodie magis vacant delitijs, quam diuinis officijs, patet Es. 28. vbi dicitur: *Sacerdos & propheta nescierunt, prae ebrietate absorpti sunt a vino.* Quod etiam isti sint luxuriosi inquinatores, patet ad sensum. Quilibet n. vult habere suam. Vnde in persona diaboli potest dici illud Hierem. 31. *Inebriabo animas sacerdotum pinguedine* Isti enim in pinguedine luxuriae suae, & nutriendo vxores & filias suas, expendunt patrimonium crucifixi. Figurati in sacerdotibus Belis, Danie. 14. quibus occulte cum vxoribus & paruulis de nocte subintrantibus, quicquid in altari ponebatur, consumebant. Et ideo breuiter de pinguedine luxoriae suae potest dici illud Hierem. 23. *Propheta namque & sacerdos polluti sunt in domo mea; inueni malum eorum ait Dominus.* Ecce ergo quales sunt hodie multi sacerdotes nostri. Et inde est pro certo charissimi, quia tot vitijs insi-

 eiuntur,

ciuntur, quod hodie à cuncto populo contemnuntur, à tyrannis & principibus corroduntur, & finaliter in inferno à dæmonibus affliguntur. De præsenti maledictione dicitur Mal. 2. *Ad vos*, inquit, *mandatum hoc, ò sacerdotes.* Sequitur: *Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore eius. Vos autem recessistis de via, & scandalizastis plurimos in lege, & irritum fecistis pactum Leui, propter hoc dedi vos contemptibiles & humiles cunctis populis.* De futura enim talium damnatione dicitur 2. Paral. 23. *Nathan sacerdotem Baal interfecerunt.* Et ideo de malis modernis sacerdotibus pulchre loquitur Hugo lib. de 12. abusioo. vbi dicit sic: Sacerdotes, inquit, nostri

Ocio vacant,
Ebrietatibus student,
Terrena sapiunt,
Assidui in plateis,
Rari in ecclesijs,
Tardi ad inuestigandum culpam peccatoris,
Parati ad inquirendum vestigium leporis,
Libentius congregant canes, quam pauperes,
Velocius panem catti, quam pauperi porrigentes,
Plures seruiunt ad mensam, quam ad missam,
Famulos habent multos, clericos paucos, quorum
Thalamus ornatior est, quam Ecclesia,
Mensa paratior, quam altaria,
Scyphus calice pretiosior,
Equus missali charior,
Cappa pulchrior casula,
Camisia delicatior, quam alba,
Et quod horribile est auditu, mundiora femoralia, quam corporalia.

Ecce ergo, quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus. Hæc Hugo de sancto Victore. Sic igitur breuiter ostensum est de conditionibus tam bonorum quam malorum sacerdotum sufficienter &c.

**Satiare.** Vide infra tit. Saturitas, vbi ponetur vtrumque simul, & inuenies.

A **Saccus.** Nota, quod saccus est vestis, seu instrumentum, quod est

Vtile ad continendum,
Pœnale ad induendum,
Vile & detestabile ad intuendum.

Et ideo possumus dicere, quod per saccum in scriptura potest intelligi

Saccus {
Conscientiæ interioris,
Pœnitentiæ exterioris,
Mortalitatis fragilioris,
Prosperitatis deterioris,
Iniquitatis horridioris.
}

¶ Dicamus igitur primo, quod inuenitur saccus mentalis conscientiæ. Mens enim humana est quidam saccus, qui licet alia re præter Dominum impleri non possit, debemus tamen ipsum pro viribus implere rebus pertinentibus ad salutem. Impleatur igitur iste saccus

Duplici charitate,
Multiplici pietate,
Sapientiæ claritate,
Tutius iustitiæ æquitate.

Igitur in isto sacco ponantur duo talenta duplicis charitatis. Vnde 4. Reg. 5. *Ligauit duo talenta in duobus saccis.* Item in isto sacco ponantur frumenta nutricis pietatis, Gen. 44. *Imple saccos eorum frumento.* Item in isto sacco ponatur calix scientiæ & subtilitatis. Iste est enim calix Ioseph, de quo dicitur Gen. 44. quod *inuenit scyphum in sacco Beniamin*, qui scil. erat minor filiorum Iacob. Ad denotandum, quod scyphus doctrinæ & scientiæ libentius inuenitur in sacco, id est, in mente & conscientia humilium & minorum, quam superbientium & malorum. Item in sacco isto ponantur pondera iustitiæ & æquitatis. De quo Deut. 25. dicitur: *Non habebis in tuo sacco diuersa pondera.* Et sic igitur patet, quomodo inuenitur saccus mentalis conscientiæ.

B ¶ Secundo dico, quod inuenitur saccus pœnalis pœnitentiæ. Saccus enim, qui est vestis aspera & pungitiua, significat punctiones pœnitentiæ, de quibus dicitur Ioel. 1. *Cubate in sacco ministri Dei mei.* Et Ion. 3. *Vestiti sunt saccis à maiore vsq; ad minorem.* & Esa. 22. *Vocauit Dominus ad fletũ, ad planctũ, ad caluitiũ, & ad cingulũ sacci.* Sed de isto sacco pœnitẽtiæ potes videre titulũ de Pœnitentia.

Tertio dico, quod inuenitur saccus mortalis [illegible] iste est saccus corporis humani, qui à beato B[illegible] Meditationum dicitur *sperma fœtidum, saccus animarum, cibus vermium. Corpus enim est saccus animæ.* Vnde sancti in morte post exitum ius sacci dicunt regratiando illud Psal. 29. *Conscidisti saccum & meum, circumdedisti me lætitia.*

¶ Quarto dico, quod inuenitur saccus temporalis affluen[illegible] & iste est ille saccus, quem Dominus prohibet Apostolis, d[illegible] Luc. 16. *Nolite portare sacculum, neque peram.* Et Luc. 12. *Facite [illegible] sacculos, qui non veterascunt, thesaurum indeficientem in cœlis.* Sac[illegible] nim est vile indumentum, quo sc. soli viles homines induun[illegible]. Vnde Hester lib. 4. dicitur, quod *indutum sacco non erat citum aulam regis intrare*; significans mundi prosperitatem [illegible] recte est indumentum hominum peccatorum, qui q[illegible] sunt, vix aulam regis Paradisi intrabunt. Et de isto sac[illegible] di[illegible]tur Aggæ. 1. *Qui diuitias congregauit, misit eas in saccum pertusum.*

¶ Quinto vero dico, quod inuenitur saccus iniquitat[illegible] & [illegible]quitiæ. Saccus enim est vile indumentum, quod faciliter c[illegible]trahit multas sordes, sic peccatum. Vnde Esa. 20. præcipit *Solue saccum de lumbis tuis.* Sic igitur patet, quod saccus quinque modis sumitur.

**Sagitta.** Nota, quod sagitta est instrumentum bell[illegible]sum, ad proijciendum de lege ordinatum, [illegible] penetrandum, vel pungendum principaliter præparatum & habet sagitta tria propria, scilicet, A

Subito currere,
Acute pungere,
De longe procedere.

Et ideo breuiter dicamus, quod sagitta potest accipi [illegible] b[illegible] & in malo. Vnde nota, quod in scriptura inueniuntur t[illegible]gittæ bonæ & tres malæ. Bonæ sagittæ sunt istæ, scilicet,

Sagittæ {
Contritionis,
Correctionis,
Prædicationis.
}

Contritio est sagitta cordis compunctiua,
Correctio est sagitta carnis afflictiua,
Prædicatio est sagitta gentis arguitiua.

¶ Dico igitur primo, quod est sagitta contritionis prop[illegible] tentibus compungendis. Ex dolore enim cõtritionis fiunt [illegible]dam sagittæ spirituales, quibus compungitur cor hominis [illegible]nitentis. Ipsæ enim sunt sagittæ potentis acutæ cum carbon[illegible] desolatorijs, quia sc. contritio est acuta per compunctioni[illegible] lorem, & habet carbones desolatorios per peccatorum p[illegible]ritorum recordationem. Præterea sagittæ tria habent, [illegible]

Ferrum durum & acutum,
Lignum rectum & planum,
Pennas ligatas & ceratas.

Sic contritio debet esse, vel debet habere

Ferrum doloris & displicentiæ,
Lignum æquitatis & iustitiæ,
Pennas spei & fiduciæ.

Habere enim debet sagitta contritionis

Doloris mœstitudinem ad corda transfigendum [illegible] est ferrum durum.
Æquitatis rectitudinem ad culpam cum pœna [illegible] sandum, & istud est lignum rectum.
Spei vero & fiduciæ certitudinem & celsit[illegible] niam, gratiam, gloriam sperandum & [illegible]

Et istæ sunt tres pennaturæ sagittæ contritionis, scilicet spes de triplici bono, scilicet,

De {
Veniæ procuranda,
Gratia acquirenda,
Gloria finaliter obtinenda.
}

Istæ ergo sunt tres sagittæ, quas Deus de longe immi[illegible] humanũ. Istæ sunt sagittæ volantes, citissime decurrente[illegible] illud Ps. *Etenim sagittæ tuæ transeunt, uox tonitrui tui in rota.* I[illegible] sagittæ pungentes, & vsq; ad interiora pectoris penetra[illegible] *Sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, & confirmasti super me manum tuam.* [illegible] sunt sagittæ, quibus venator Deus occulte & subito cep[illegible] & Magdalenam, ipsosq; interius taliter vulnerauit, qu[illegible]d lacrymarum ex eis destillauit. Vnde breuiter ips[illegible] Deo pote[illegible] ci illud Psal. *Sagittæ tuæ acutæ populi sub te cadent in corda* [illegible] sunt sagittæ contritionis pro pœnitentibus compunge[illegible]

¶ Secundo dico, quod est sagitta correctionis pro de[illegible]tibus puniendis. Sagittæ enim rigorem iudiciarium des[illegible]

quo sc. prælati debent pungere & corrigere delinquentes. Prælati enim in manu tenere debet arcum iudiciariæ potestatis, in quo est lignum durum, quod tamen est curuum, & chorda mollis, quæ tamen est recta, quia scilicet in prælato debet esse lignum duri rigoris, quod per pœnitentiam flectatur, & chorda mollis misericordiæ & dulcoris, quæ tamen per iustitiã rectificetur, scil. nunquam sit sine iustitia pietas, nec sine pietate iustitiæ seueritas. De isto igitur arcu debet prælatus sagittas correctionis emittere, & peccatores deuios sagittare. Prælati enim sunt sagittarij, qui præibant exercitũ Domini exercituũ. Sed sicut ad sagittatorem pertinet clare videre, & attente respicere, & inde est, quod vnum oculum solet claudere, vt rem sagittandam melius possit discernere, & magis certe sagittam iacere, sic prælatus debet clare videre per discretionem, attente respicere per diligentem deliberationem, vnum oculum, sci. oculum carnis, qui sc. non videt, nisi preces, fauores, odia & pretia, debet claudere per fauoris & odij relectionem, & cum oculo spiritus recte discernere per delictorum examinationem, & sagittanda sagittare per iustam correctionem & punitioné, forte sicut Lamech, qui cum esset cæcus, & haberet arcũ, & à puero duceretur, pro bestia hominem sagittauit, & Cain loco vnius bestiæ interfecit, sicut dicitur in historia scholastica. Ita pro certo illi, qui ducuntur à puero, id est, à propria sensualitate, & maxime si careant claro visu, i. discretionis subtilitate, si tales habent arcum, id est, si pollent iudiciaria potestate, solent sæpe pro bestia hominem lædere, & iustum loco impij vulnerare. 3. Reg. 22. *In incertum sagittam dirigens, casu percussit regem Israel.* Istæ enim sunt sagittæ in manu potentis, quibus vtuntur filij excussorum. Aduerte tamẽ, quod sagittæ correctionis debent habere

In ferro acutiem seueritatis,

In ligno planitiem benignitatis, & rectitudinem æquitatis,

In penna mollitiem pietatis & dulcissimæ charitatis.

Quia secundum veritatem in correctione debet esse

Seueritas,
Æquitas,
Benignitas,
Pietas.
Charitas.

Ista enim sagitta debet remitti contra contritos & humiliatos, quia tunc sagittæ paruulorum debent fieri plagæ eorum, & debet acui contra proteruos & obstinatos, fortior enim sagitta requiritur ad vulnerandum hominẽ armatum, quam nudum. Sic vere fortior correctio requiritur ad castigandum obstinatos, & duritia & excusationibus armatos, quam alios mansuetos. Multi enim ita sunt fortes in malitia sua, quod nullus potest eos domare. Similes isti militi Troiano, qui dicebatur Cygnus, cui Neptunus, qui est Deus maris, pater erat, sicut narrat Ouid. lib. 12. fabu. 3. & concesserat, quod nec ferro poterat penetrari, quem tamen Achilles cum toto impetu suæ fortitudinis ad terram prostrauit, & superauit, & ipsum Neptunus in albam auem mutauit. Quia ergo pro certo charissimi aliquando inueniuntur aliqui ita duri & obstinati, quod ipsi ferro & sagitta correctionis sunt impenetrabiles, ita quod possit de talibus dici illud Iob 41. *Non fugabit eum vir sagittarius, in stipulam versi sunt ei lapides fundæ*, contra tales ergo non est est mitius procedendum, sed cum conatu & impetu est ab Achille, id est, à bono prælato talibus obuiandum, vt sic à malis vsibus recedere compellantur, & vt in albam volucrem, i. e. in viros perfectos necessario conuertantur. Iudith 7. *Filij Israel non in lancea vel in sagitta confidunt, sed montes defendunt eos.* Ista est igitur sagitta correctionis pro delinquentibus puniendis.

D ¶ Tertio dico, quod inuenitur sagitta prædicationis pro auditoribus arguendis. Prædicator enim est sicut sagittarius, qui pharetram sacræ scripturæ, quæ plena est sagittis eloquiorum diuinorum, secum debet portare, quibus debet impios verbaliter vulnerare dicendo Abac. 3. *In luce sagittarum tuarum ibunt in splendore fulgurantis hastæ tuæ?* q. d. Sagittæ diuinorum eloquiorũ non solum sunt lux & splendor ad viam veritatis ostendendam imo etiam sunt sagitta & hasta ad peccatores pungendum, arguendum, & percutiendum. Prædicator enim aliquando dicitur sagittarius, & aliquando sagitta. Sagittarius enim fingitur esse animal, quod est in inferiori parte corporis equus, & in superiori parte homo cum arcu & sagitta. Quia scil. prædicator debet esse equus propter diligentem discursionem, & debet esse sagitta propter diuinorum eloquiorum diffusionem.

¶ Et secundum hoc prædicator potest comparari sagittario signo cœlesti, qui est E

Signum { Igneum, Masculinum, Diurnum.

Quia ista debent esse { Ignei per feruorem charitatis, Masculini per vigorem probitatis, Diurni per splendorem veritatis.

¶ Sagittarius etiam secundum astrologos est

Domus { Itineris, Fidei, Sapientiæ, Honoris, Astrorum, Diuinationis, Somniorum.

Quia isti debent esse { Discursiui & veloces per sedulitatem, Firmi per fidei firmam credulitatem, Sapientes & magistri per doctrinæ subtilitatem, Honesti per vitæ venerabilitatem, Syderei per cœlestis ciuitatis considerationem, Diuini per æternæ aduersitatis præmeditationem, Somniantes per supernę fœlicitatis contemplationem.

Ecce ergo qualis sagittarius debet esse quilibet prædicator, & etiam quilibet vir iustus & perfectus. Et ideo breuiter de isto potest dici illud Gen. 21. *Creuit puer, & mansit in solitudine, & factus est iuuenis sagittarius.* Vbi aduerte, quod quilibet perfectus debet habere

In profectu sedulitatem (Creuit)
In affectu simplicitatem (Puer)
In effectu stabilitatem (Mansit)
In conuictu asperitatem (In solitudine)
In intellectu sublimitatem (Factus est iuuenis)
In affatu seueritatem (Sagittarius.)

Sed adhuc dico, quod iste non solum est sagittarius, imo & ipse aliquando dicitur sagitta, quia ipse est sagittarius alios verbaliter arguendo, & est sagitta & de ipso sagittam faciens, alios exemplariter reprehendendo. Et sic loquitur Esa. 49. ca. *Posuit me Dominus sicut sagittam electam in pharetra sua &c.* Et prædicator etiam & prædicatio debet esse sagitta irreuocabilis, quia scil. nullius timore debet retrocedere, iuxta illud 2. Re. 1. *Sagitta Ionathæ nunquam abijt retrorsum.* Et sic igitur patet quod inuenitur sagitta prædicationis. Et sic ostenditur, quomodo in bono significato inueniuntur tria genera sagittarum, scilicet,

Prædicatio,
Correctio,
Contritio.

¶ Sed pro certo dico, quod in malo significato inueniuntur alia genera sagittarum, videlicet, F

Sagitta { Tentationis, Detractionis, Tribulationis.

¶ Dico igitur, quod est sagitta tentationis. Et ista est tẽtatio diabolica, quæ sc. impendit diuersimode viros. Ceruus enim dũ in latratu canum in sibilatione venatoris delectatur, ab alio venatore subito sagittatur. Ceruus enim simplex animal est admirãs quicquid viderit de nouo, & ideo cum duo sint venatores sibi insidiantes, vnus sc. aperte, alius vero occulte, cum illius aperti & canum suorum admiratur latratum & sibilum, occulte sentit sagittam & venabulum, & non euadit mortis periculum. Sic vere charissimi, plures venatores spirituales nobis insidiantur, scil. vnus apertus cum multis canibus, sc. mundus cum omnibus delectationibus, & vnus occultus cum sagittis & arcubus, scil. diabolus cum infinitis tentationum generibus. Constat enim quod si incaute in latratu & sibilo istius aperti venatoris, id est, in amplexu delectationum mundi intendimus, venator occultus diabolus sagittas tentationum emittet, & dum cum non præcauemus, nos subito per aliquod peccatum mortale percutiet & occidat. Tentator enim est sagitta volans in die, nego-

tium perambulans in tenebris, incursus dæmonium meridianum. Sagitta enim volans dicitur, quia sagitta perambulans, id est, subita, in tenebris, quia occulta incursus & dæmonij, quia violenta. Et ideo sicut sagittæ balistarum non sunt expectandæ, sed potius fugiendæ, nisi homo fortiter sit armatus, sic & tentationes diabolicæ sunt fugiendæ, non expectandæ, nisi homo magnis virtutibus ita quod resistere valeat, sit munitus Hier. 4. *A voce equitis & mittentis sagittas fugit omnis ciuitas.* Ista est igitur sagitta tentationis.

**G** ¶ Deinde dico, quod est sagitta detractionis. Lingua enim detractorum dicitur sagitta, quia scil. ab occulto & à longinquo, hoc est dictum, absentia venit. Vnde in Psal. *Filij hominum dentes eorum arma & sagitta, & lingua eorum gladius acutus.* Lingua enim detractorum similis est linguæ serpentis, quæ similis est ferro sagittæ, & semper fundit venenum, & ista ad modum sagittæ vsq; ad cor vulnerat, & venenum infamiæ fundit & prauas locutiones. Vnde Hiere. 9. dicitur, quod *sagitta vulnerans lingua eorum, pacem cum amico suo loquitur, & occulte ponit ei insidias.*

**H** ¶ Denique dico, quod est sagitta tribulationis. Et ista est illa qua Deus vtitur aliquando ad probandum bonos, aliquando ad puniendum malos. Tyranni enim & dæmones sunt arcus & balista diuinæ iustitiæ, quibus mediantibus sagittas iudiciorum suorum & mundi tribulationum & tormentorum emittit Psal. *Emitte sagittas tuas, & conturbabis eos.* Istis autem sagittis pungiuntur boni in præsenti ad ipsorum probationem. Vnde Iob 6. de seipso dicebat. *Sagittæ domini in me sunt quarum indignatio ebibit spiritum meum & terrores domini militant contra me.* Vnde 2. Reg. 11. dicitur, quod *direxerunt iacula sagittarij ad seruos Dauid.* Istis igitur percutiuntur mali per multiplicem tribulationem Deut. 32. *Sagittas meas complebo in eis.* Istis insuper percutiuntur damnati, scil. in iudicio per æternam damnationem, quia scil. tunc accipient sagittam suæ seueræ sententiæ, iuxta illud Hiere. 6. *Sagittam & scutum arripiet, crudelis est, & non miserebitur.* Et ipsos percutiet per executionem æternæ miseriæ & tristitiæ Deu. 32. *Inebriabo sagittas meas sanguine, & gladius meus deuorabit carnes de cruore occisorum, & de captiuitate nudati inimicorum capitis &c.* Sic ergo patet quomodo tam in bono quam in malo multa sunt genera spiritualium sagittarum videlicet,

Tribulationis,
Detractionis,
Tentationis,
Prædicationis,
Correctionis,
Contritionis.

Sufficit ergo. Vide supra de Arcu.

**A** **Sal.** Cum Sal sit illud quo cibi condiuntur, quo carnes saliuntur, quo à putredine præseruantur, possumus breuiter dicere secundum diuersas proprietates salis. Multa enim inueniuntur genera salium spiritualium in scriptura sancta. Inuenitur enim

Sal
Sapientiæ,
Pœnitentiæ,
Amicitiæ,
Imprudentiæ,
Affluentiæ.

¶ Primo dico, quod inuenitur sal sapientiæ & discretionis. Sal enim habet virtutem condiendi cibos, & saporem congruum conferendi. Sic vere discretio & sapientia condit & temperat omnes actus humanos, ipsisq; saporem tribuit & valorem. Sicut enim sine sale nullus cibus est sapidus quam alias esset bonus, sic sine discretione nullus actus est validus, quamquam esset alias virtuosus Iob 6. *Nunquid poterit comedi insulsum, quod sale non est conditum?* Et ideo viris sapientibus aliorum facta temperantibus dicitur Matth. 5. e. *Vos estis sal terræ* Istud est etiam potissime sal quo debent condiri verba nostra iuxta illud Col. 4. *Sit*, inquit, *sermo vester in gratia, semper sale conditus.* Quia sicut dicitur Leu. 12. *In omni sacrificio tuo*, id est, in omni opere tuo *sal appones.*

**B** ¶ Secundo inuenitur sal pœnitentiæ & afflictionis. Sal enim habet virtutem corrosiuam, & carnis superfluæ consumptiuam. Sic pœnitentia carnem superfluam, id est, carnalitatem consumit & corporaliter mortificat & affligit. Vnde de impositione pœnitentiæ potest dici illud Ezech. 43. *Offeres*, inquit, *hircum caprarum & vitulum & arietem & mittent sacerdotes super eos sal.* Quia scilicet, quando peccator, qui recte est

Hircus fœtens per luxuriam,
Vitulus saliens per superbiam,
Aries lanam portans per auaritiam.

Vult sc. Domino spiritualiter offerre, sacerdos debet [illegible] sal pœnitentiæ imponere & inferre. Sicut enim sal præseruat à putredine, ita pœnitentia à damnatione. Et ideo sicut per salis [illegible] sionem Helisæus aquas sanauit, sicut dicitur 4. Reg. 2. sic per [illegible] nitentiæ concessionem, Christus mundum à vitijs liberauit. E[illegible] animæ damnatæ dicitur Ezech. 54. *Aqua* inquit, *non es lota, in [illegible] tam, nec sale salita.* Istud est ergo sal pœnitentiæ & afflictionis.

**C** ¶ Tertio dico, quod inuenitur sal amicitiæ & coniunctionis. Vnde nota. Antiquitus enim, quando componebant homines inter se pacta & confœderationes, solebant comedere sal, [illegible] gnum, quod sicut sal est incorruptibile, & quodammodo perpetuum & æternum, sic amicitiæ & confœderationes absque [illegible] corruptela perpetuæ & æternæ essent futuræ. Et ideo d[illegible] sal fœderis. Leu. 2. vbi dicitur: *Non auferes sal fœderis Dei tui de sacrificio tuo.* Et sic dicitur etiam 2. Par. 13. quod *Deus dedit regnum filijs Dauid in pactum salis.* Sic etiam loquebantur illi, qui scribe[illegible] regi 1. Esd. 4. *Damna*, inquiunt, *regis videre nefas ducimus, memores [illegible] lis, quod in palatio comedimus.* Istud igitur sal confœderationis & amicitiæ cum Deo & proximo debemus habere, & de isto [illegible] spergere & salire. Marc. 9. *Habete in vobis sal, & pacē habete inter [illegible]*

**D** ¶ Quarto dico, quod inuenitur sal imprudentiæ & i[illegible] fectionis, & sic per sal intelligitur vir iniquus. Sal enim [illegible] ponderosum, est etiam quid infructuosum, quia nihil cre[illegible] minatum ro sale. Sic vere peccator grauis est, & onerosu[illegible] stinendum, iuxta illud Eccl. 22. *Arenam & salem & m[illegible] facilius est portare, quam virum stultum.* Sterilis etiam est & i[illegible] ctuosus ad fructum bonorum operum producendum Sop[illegible] *Siccitas spinarum, & aceruus salis, & desertum vsque in sempiternum.* [illegible] de proprie est sicut sal Siciliæ, quod in igne liquescit, & ab [illegible] resilit, contra naturam cuiuscunque salis. Sic vere pec[illegible] quam deuotionis & gratiæ refugit, & in igne tentationis [illegible] cit & liquescit. Matt. 5. *Si sal euanuerit, ad nihilum valet vltra, [illegible] mittatur foras &c.*

¶ Quinto dico, quod est sal affluentiæ & temporalis [illegible] sus. Sal enim terram, vbi seminatur, facit sterilem, in [illegible] quod si aqua maris egressa limites suos effunditur super terram fructuosam, vix de octo annis potest fructificare. Talis est [illegible] di prosperitas, quia pro certo facit sterilescere ab omnib[illegible] peribus delictores suos. Et ideo Deus facit, sicut solebant [illegible] re antiqui victores, qui capta aliqua ciuitate, quando no[illegible] quod amplius reædificaretur, post destructionem semi[illegible] ibi sal, in signum perpetuæ sterilitatis & destructionis. [illegible] vere diabolus, postquam animam spiritualiter vicerit & [illegible] struxerit, quandoque sal mundanæ prosperitatis in ea se[illegible] minatur, vt sterilis perpetuo possit esse. Deut. 3. *Vsque ad mare [illegible] ferti quod est salsissimum.* Vnde de Abimelech dicitur Iudic. [illegible] *destruxerunt vrbem, ita vt sal in ea dispergeret.* Et sic patet, q[illegible] sal multis modis sumitur in scriptura.

**Salomon.** Nota, quod Salomō potest signifi[illegible] stum, vel etiam quemlibet virum i[illegible] potissime regem, iudicem, vel prælatū, & hoc triplici [illegible]

Ratione
Nominis,
Ominis
Culminis.

Habuit enim
Nomen gratiosissimum,
Omen fructuosissimum,
Culmen gloriosissimum.

Nominis gratiositas patet in ipsius interpretatio[illegible] Salomon interpretatur pacificus, iuxta illud: *Salomon imperauit in diebus pacis.* Eccl. 47. Quia sci. ad virum iustum pertinet, quod sit pacificus & modestus,

Interius, quantum ad se,
Exterius, quantum ad proximum,
Superius quantum ad Deum.

Vnde 3. Reg. 4. dicitur: Salomon *habebat pacem ab omni parte.* [illegible] minis fructuositas patet in bonorū multiplicatione [illegible] qu[illegible] ex diuino munere fuit dotatus omnib bonis gratuitis & [illegible] tis, sicut patet 3. Re. 10. vbi dicitur, quod *magnificatus e[illegible] lomō super omnes reges diuitijs, & sapientia, & vniuersa terra de[illegible] videre vultū Salomonis, & audire sapientiam eius.* Culmi[illegible] s g[illegible] tas patet in regiminis administratione, quia [illegible] fuit rex p[illegible] & excelsus. Vnde 3. Re. 4. dicitur, quod *in iurisdictione Salomonis erant omnia regna a flumine terra Philisthym vsque ad terminum A[illegible]*

¶ Ad

¶ Ad denotandum, quod ille, qui vult esse verus Salomon, & spiritualiter Salomon debet iuste regere se, & sua, & suos. Quod potissime pertinet ad prælatos. De quo potest dici illud 1. Par. 29. *Sedit Salomon in solio Dei in regem pro Dauid patre suo*, vt sic de quolibet tali Salomone dicat Deus illud 1. Paral. 22. *Salomon filius meus paruulus puer est delicatus.*

B ¶ Vbi aduerte, quod Salomon, spiritualiter loquendo, est Nomen

- Amoris & dilectionis (Filius, inquit) quod est nomen magni amoris.
- Honoris & promotionis (Meus Deus) Honorabile est enim esse filium magni regis:
- Timoris & subiectionis (Puer) ad quem scilic. & pertinet subijci & timere.
- Splendoris & discretionis (Paruulus) Animalia enim paruula magis sunt sagacia, vt patet in formica & aranea.
- Dulcoris & deuotionis, quia (Delicatus.)

Ergo qui velit esse Salomon, habeat amorem & dilectionem. Filius, inquit. 3. Reg. 1. *Salomon filius tuus regnabit* Item habeat honorem & promotionem, vt sc. sit filius ipsius Dei. Meus, inquit: supple, ipsum imitando &c. Vnde 1. Par. 28. *Deus elegit Salomonem filium meum* Item habeat timorem & subiectionem, vt sit puer, quia scilic. ipse debet esse more pueri simplex timens Deum, & seruiens ei. 1. Par. 28. *Tu autem Salomon fili mi, scito Dominum Deum patris tui; & serui ei corde perfecto.* Item habeat splendorem & discretionem, vt sit paruulus, quia scil. paruuli communiter plus abundent in sensu, quam magni. De Salomone vero dicitur, quod *ipse fuit sapientissimus*, sicut supra patet. Item habeat dulcorem & deuotionem, quia scilicet Salomon sicut vir catholicus & deuotus ædificauit Deo templum, sicut patet 3. Reg 5. & deincep. 2. Paral. 1. *Ascendit Salomon ad altare.* Sufficit.

A **Saluator. Saluare. Salus.** Nota quod saluare idem est, quod adiuuare, protegere, liberare. Et

Saluare est actus { Pietatis, Potestatis, Charitatis.

Et ergo quia saluare pertinet ad virum pium, qui hoc velit, & potentem, qui hoc possit, possumus notare, quod saluare pertinet proprie ad solum Deum, qui vult & potest seruare sperantes in se. Quia scilic. & salus, honor, virtus, & gloria attribuitur Deo nostro, *qui sedet super thronum*, & agno Apoc. 7. Dicamus igitur de salute illa, quæ à solo Deo procedit. Et dicamus, quod Deus

Saluat { Temporaliter, à miserijs mundialibus, Spiritualiter, à nequitijs cordialibus, Æternaliter à supplicijs infernalibus.

Tria enim sunt pericula, à quibus necessarium est nos saluari, scilicet,

- Mundi miseriæ & afflictiones,
- Cordis nequitiæ & deceptiones,
- Inferni molestiæ & damnationes.

Est dico, quædam saluatio à miserijs temporalibus. Et de hac dicitur in Psalm. *Clamauerunt ad Dominum, cum tribularentur, & de omnibus tribulationibus eorum saluauit eos.* Item est saluatio à pectoralibus nequitijs. Et ideo de hoc dicitur in Psal. *Iuxta est Dominus his, qui tribulato sunt corde, & humiles spiritu saluabit.* Item est saluatio ab infernalibus supplicijs. Et de hoc dicitur in Psalm. *Salua me ex ore leonis, & à cornibus vnicornium.* Deus igitur est saluator.

- Ad cuius salutem est recurrendum,
- In cuius salute est sperandum,
- Per cuius adiutorium est triumphandum,
- Per cuius misericordiam est genus humanum liberandũ.

Istud expertus fuisse videbatur Iacob, qui dicebat Gen. 32. *Vidi Dominum à facie ad faciem & salua facta est anima mea.* In quibus verbis ostenduntur plura genera saluationum, quibus Deus saluat homines. Ipse enim saluat homines

- Per mentis illustrationem (Quia vidi)
- Per hostis expugnationem (Quia Dominum)
- Per carnis intuitionem (Quia à facie ad faciem)
- Per cœli retributionem (Quia salua facta est anima mea;

Deus enim saluat hominem,

- Fidem & gratiam offerendo,
- Hostis potentiam non conterendo,

*Dictum Berchory.*

- Carnis substantiam deferendo,
- Cœli fœlicitatem afferendo.

- Primo modo saluat interius à mentis obscuritate. Vidi inquit.
- Secundo modo saluat exterius ab omni aduersitate. Dominum, inquit.
- Tertio modo saluat inferius ab omni captiuitate. Et apparuit ei à facie ad faciem.
- Quarto modo saluat superius in cœli fœlicitate. Salua facta est, inquit, anima mea.

- Prima est salus magnæ bonitatis,
- Secunda est salus magnæ probitatis,
- Tertia est salus magnæ charitatis,
- Quarta est salus magnæ largitatis.

¶ Dicamus quod homines saluat primo diuina bonitas per mentis illustrationem, & hoc ostenditur, quando dicitur. Vidi, quia scil. ille dicitur saluare hominem à periculo, qui lucernam accendit, & periculum ei ostendit, & modum ipsum euadendi sibi declarat & prætendit. Sic vere Deus hominem saluare dicitur, in quantum in obscura domo conscientię peccatoris, lucerna fidei & gratiæ per ipsum accenditur, & periculum peccati, modusque dictum periculum exeundi ostenditur & monstratur. Vidi, inquit, Baruch. 4. *Viderunt in celeritate salutem.* & Iob 16. *Videbo in carne mea Deum saluatorem meum.* Nulla enim maior salus potest dari cœco, quam restituere sibi visum. Sic nec ille, qui est mentaliter excæcatus, donum maius potest conferri, quam quod visus debitæ discretionis in eo reparetur. Vnde ille cœcus, cui Dominus dixit: *Quid vis vt faciam tibi?* nihil charius potuit petere, nisi vnum: *Domine vt videam*; sicut dicitur Mat. 10. Ista igitur est salus prima, quam introducit bonitas diuina, f. liberatio à peccato. Sed pro certo sicut ad plenam salutem visus habendam tria naturaliter faciunt, scilicet, B

- Organi dispositio,
- Luminis apparitio,
- Collyrij appositio.

¶ Sic ad salutem istam facit gratia, quæ disponit mentem, & auffert omne impediens sc. peccata & per consequens operatur salutem. Vnde Act. 15. *Credimus saluari per gratiam.* ¶ Item apparitio luminis, sc. fidei, quæ est lumen dirigens & erigens rationem, & per consequens lumen salutē faciens & procurans. Vnde Marc. 10. *Fides tua te saluum fecit.* ¶ Item appositio collyrij sacræ scientiæ & scripturæ, quæ *data est in salutem omnium credentium, Iudæo primum & græco.* Vnde Luc. 1. Ad dandam scientiam salutis plebi eius. Et sic igitur patet, quomodo saluat diuina bonitas per mentis illustrationem, Vidi inquit.

¶ Secundo dico, quod sanat diuina probitas per hostis expugnationem, quod ostēditur cum dicitur Dominum. Ad Dominum enim pertinet liberare, saluare, protegere, & defendere vasallum suum ab omnibus impugnationibus inimicorum, quando sc. requiritur à vasallo. Sic vere Dominus noster etiam nos vasallos, qui corpus & animam tenemus, ab eo necesse est ipsum per deuotam orationis instantiam requiramus quod cōtra inimicos nostros salutem sui adiutorij sentiamus. Psa. *Domine Deus salutis meæ obumbrasti super caput meum in die belli.* Iste enim est iustus Dominus, qui non dimittit nos tētari vltra, quam possumus sustinere, quinimo statim paratus est defendere & saluare, quomodo eius auxilium imploramus, dum tamen, de repugnando tentationibus & tribulationibus nostrum debitum primitus faciamus. Psa. *Ad ipsum ore meo clamaui, & Dominus saluauit me.* Vnde notandum est, quod Dominus noster saluat nos à cunctis hostibus mentis & corporis, & specialiter ipse saluat nos ab istis, sc. C

- Ab hostili tentatione,
- A carnali infestatione,
- A temporali tribulatione,
- A criminali infectione,
- A corporali afflictione.

Saluat dico iste Dominus deuotos suos à tentationibus hostilibus. Et reuera nullus est qui possit resistere tentationibus diaboli, nisi per ipsum saluetur & iuuetur. Verumtamen iste est sicut adeps leonis, quo secundum Plinium, si quis inunctus fuerit, à cunctis serpentibus & reptilibus eo tempore saluus erit. Sic vere adeps & gratia istius leonis de tribu Iuda, si animā linit vel inūgit, & si quis eo impinguatus fuerit, pro certo à reptilibus, id est, à dæmonibus & eorum tentationibus eum saluat. Vnde

 Hier. 15.

Hier.15. *Ego tecum sum, vt saluem te:* & in Psalm. *Deus saluabit eos de manu audentium, vt notam faceret potentiam suam.* Item saluat ab infestationibus carnalibus. Nota, quod lapis, qui dicitur Gelaticem, seruat & saluat portantem à morsibus vermium & muscarum, quamuis melle fuerit siue lacte inunctus, & à vestibus totus mundus, sicut videtur dicere Plinius. Sic vere Deus, quando præsens est homini per gratiam, seruat eum à muscis carnis, id est, à malis & immundis delectationibus & cogitationibus, quamuis melle prosperitatis aliquoties inungatur. Ezec.36. *Ego ero vobis in Deum, & saluabo vos ab omnibus inquinamentis vestris.* Item iste saluat à tribulationibus temporalibus. Iste est enim sicut lapis, qui dicitur Ceraunius, vel sicut lignum arboris, quæ dicitur laurus, quorum præsentia saluat & seruat hominem à fulgure & tempestate. Quia sc. nulla tempestas tribulationum temporalium nocet homini, quam Dominus per præsentiam suæ gratiæ saluare voluerit. Exemplum habemus de martyribus. Vnde Apostoli sentientes tempestatem maris, dixerunt Matth.8. *Domine salua nos, perimus.* Et sequitur, *quod imperauit ventis & mari, & facta est tranquillitas magna.* Ipse enim saluat à tribulationibus,

Vel eas tollendo, vel temperando,
Vel in eis patiendi fortitudinem concedendo,
Vel illos, qui ipsas inferunt, subtrahendo, vel auferendo.

Vnde in Psal. dicitur: *Saluasti enim nos de affligentibus nos, & odientes nos disperdisti.* Vnde Esa.43. ipse valde cõsolatorie loquitur cuilibet tribulato, dicens sic: *Noli timere seruus meus Iacob, quia ego tecum sum. Cum transieris per aquas, tecum ero, & flumina non operient te. Cum ambulaueris per ignem non combureris, & flamma non ardebit in te, quia ego Dominus Deus tuus Israel, Saluator tuus.* Item iste saluat ab infectionibus criminalibus, id est, à peccatis. Matth.1. *Iste saluum faciet populum suum à peccatis eorum.* Item iste saluat à passionibus corporalibus. Vnde Marc.6. *Quicunque eum tangebant, salui fiebant ab infirmitatibus suis.* Sic igitur patet, quomodo saluat diuina probitas per hostium superationem. Dominum, inquit.

D § Tertio dico, quod hominem saluat diuina charitas per carnis intuitionem, & hoc ostenditur, cum dictum est, A facie ad faciem. Iste enim est sicut Chaladrius, qui infirmum saluat & sanat, quando faciem suam sibi vertit, & viuet, quando à facie ad faciem ipsum spectat. Sic vere Deus tunc humanum genus proprie saluauit, quando per beatam incarnationem faciem suam personaliter declarauit, & quando à facie ad faciem mundum vidit. Istud bene videbatur Dauid prætendisse, cum dicebat in Ps. *Veni ad liberandum nos Domine Deus virtutum, ostende faciem tuam, & salui erimus.* Veni, inquit, supple, personaliter carnem assumendo, quia, sc. filius hominis venit saluare, quod perierat. Vnde Matth.18. & Luc.19 dicitur, quod *filius hominis non venit animas perdere, sed saluare.* Sciens enim filius Dei, quia vana salus hominis, & quia longe à peccatoribus salus, operatus est salutem in medio terræ, vt scil. ipse daret salutem regibus, & redimeret Dauid seruum suum. § Vnde nota, quod tunc temporis ipse

Saluauit mundum { A Diaboli potestate,
Ab inferni captiuitate,
A peccati malignitate. }

Saluauit dico mundum à diaboli potestate. Esa.49. *Quod ablatum fuerit à robusto saluabitur.* Item à captiuitate inferni. Hiere.30. *Saluabo te de terra longinqua.* Item à malignitate peccati. Vnde 1. Timot.1. *Dominus Iesus Christus venit in hunc mundum peccatores saluos facere.* Saluat igitur hominem diuina charitas per carnis intuitionem. A facie, inquit, ad faciem. De quo Sophon.3. *Dominus Deus tuus in medio tui fortis ipse saluabit.*

E § Sed quarto dico, quod saluat hominem diuina largitas per cœli retributionem, & hoc ostenditur, cum dicitur. Salua est, inquit, anima mea. Ista autem salus fiet spiritualiter in iudicio, quando *Saluatorem expectamus Dominum nostrum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ,* Philip.3. *Tunc enim saluabitur populus tuus, qui inuentus fuerit scriptus in libro vitæ,* sicut dicitur Dan.12. Et possumus notare, quod ista salus æterna dabitur finaliter, scilicet,

Peccata fugientibus,
Tormenta sustinentibus,
In Deo confidentibus,
Dominum inuocantibus,
Humiliter conuersantibus,
Carnaliter continentibus,
Perfecte pœnitentibus,
Pacifice quiescentibus,
Integre confitentibus,
Limpide contemplantibus,
Canonice subintrantibus,
Iustifice cogitantibus,
Seipsos contemnentibus,
In fide permanentibus,
Baptismum profitentibus,
In finem pertingentibus seu perseuerantibus.

Dico, quod Deus saluat peccata fugientes. Ezechiel.7. *Qui fugerint, saluabuntur.* Vnde dicebat Dauid 1.Regum 27. *Melius est, vt fugiam, & saluer.* Item saluat tormenta sustinentes. Tob.13. *Tu flagellas & saluas, deducis ad inferos & reducis.* Matth.10. *Qui perseuerauerit vsque in finem, saluus erit.* Item saluat in Deo confidentes. Vnde Psal. *Saluabit eos, quia sperauerunt in se.* Item saluat Dominum inuocantes. Psalm. *Clamaui, & Dominus saluabit me.* Et Ioelis 2.cap. *Omnis, qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit.* Item saluat humiles & timentes. Psal. *Humiles spiritu saluabit.* Item saluat castos & continentes. Prouerbiorum 9.capit. *Qui abstesserit ab ea,* scilicet à muliere, *saluabitur.* Item saluat perfecte pœnitentes. Vnde Esa.45. *Conuertimini ad me* (supple, per pœnitentiam) *& salui eritis.* Item saluat in pace quiescentes. Esa.30. *Si reuertimini, & quiescatis, salui eritis.* Item saluat integre confitentes. Hie.32. & 33. *In diebus illis saluabitur Iuda,* qui interpretatur confitentes. Item saluat limpide contemplantes. *Dabo in Sion salutem, & in Hierusalem gloriam meam.* Sion enim interpretatur specula. Item saluat debite subintrantes, scil. in Ecclesiam, & in beneficia Ioan.10. *Per me si quis introierit, saluabitur.* Item saluat iuste & sancte cogitantes. Psalm. *Saluos fecit rectos corde. De corde autem exeunt cogitationes,* Matt.15. Item saluat seipsos affligentes. Luc.9. *Qui perdiderit animam suam propter me, saluam faciet eam.* Item saluat in fide permanentes. Vnde Luc.7. *Fides tua te saluam fecit.* Item saluat baptismum profitentes. Tit.3. *Saluos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis.* Item saluat semper perseuerantes. Vnde Matth.24. *Qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.* Ecce igitur charissimi, quot genera personarum saluat Dominus in æternum, quia sicut dicitur Esa.45. *Saluatus est in Domino salute æterna.* Et sic igitur patet, charissimi, quomodo inuenitur quadruplex salus, scilicet,

Salus diuinæ largitatis & retributionis,
Salus diuinæ charitatis & intuitionis,
Salus diuinæ potestatis & liberationis,
Salus diuinæ bonitatis & illustrationis.

Et sic sufficit. Vide de Labore &c.

## Salutare.

Nota, quod salutare nihil aliud est, quam salutem alieni implorare. Vnde ille salutat hominem, qui salutem & bonum imprecatur ei, & orat. A Et est salutare officium valde commune; nulli enim debet denegari salutatio, imo omnibus sicut commune debitum debet ab omnibus exhiberi. Ad hoc etiam ipsa bruta debent nos mouere. Psittacus n. seu Panagallus in suo cantu dicitur naturaliter promere verbum salutatorium, sci. Aue, vel χαῖρε. Vitulus etiam marinus, qui est animal valde disciplinabile, dicitur etiam voce & vultu homines salutare. Elephas edocetur regem cognoscere, & cum reuerentia honorare. In quo instruitur homo, quod salutationem omnibus debet libenter & benigniter communicare, & nulli penitus denegare. 1.Pet.3. *Salutate inuicem in osculo pacis.* Et nota, quod salutatio debet fieri, quia

Salutatio est actus { Charitatis,
Pietatis,
Largitatis,
Fidelitatis,
Sedulitatis,
Tranquillitatis,
Iucunditatis,
Necessitatis. }

Quod salutare sit actus charitatis, patet 1.Cor.16. vbi dicitur: *Salutant omnes fratres in osculo sancto.* Item quod sit actus pietatis, patet 4.Reg.10. vbi post mortẽ Ochoziæ regis Iuda fratres eius descenderant ad salutandum filios eius. Item quod sit actus largitatis, patet 1.Reg.10. vbi dicitur, quod *cum salutauerint, dabunt tibi duos panes.* Item quod sit actus fidelitatis, patet Eccles.22. vbi dicitur: *Amicum salutare non confundaris, & à facie illius te non abscondas, & si mala tibi euenerit, per illum sustinebis.* Item quod sit actus sedulitatis, patet Luc.1. vbi dicitur: *Exurgens Maria abijt in montana*

*rana cum festinatione, & salutauit, &c.* Item quod sit actus tranquillitatis, patet Exod. 18. vbi dicitur, quod *Iethro & Moyses salutauerunt se inuicem verbis pacificis.* Item quod sit actus iucunditatis, patet Luc. 1. vbi dicitur: *Vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo.* Item quod sit actus necessitatis, patet, quia scilicet tunc efficitur salutatio, quando fit aliqua supplicatio. Etiam humiliter salutantur, à quibus bona aliqua supplicantur. Vnde 1. Reg. 25. dicitur, quod Dauid volens à Nabal aliquid impetrare, dicit: *Sic venietis ad Nabal, & salutabitis eum dicentes: Quodcunque inuenerit manus tua, da mihi, &c.* Et sic etiam saluari debent Christus & beata virgo pro gratia impetranda, & etiam alij sancti, iuxta illud Apostoli 1. Corinth. 16. *Salutate Mariam, quæ multum laborauit in fratres.* Exemplo Elephantum, qui teste Solino, postquam aqua loti fuerint, ortum Solis quibusdam nutibus salutant.

B ¶ In malo autem possumus dicere, quod inuenitur

Salutatio
- Elationis,
- Derisionis,
- Proditionis.

Primo dico, quod est salutatio elationis & superbiæ, & istam volunt habere inanis gloriæ dilectorea, de quibus dicitur Matth. 23. *Quod ipsi diligunt salutationes in foro & vocari ab omnibus Rabbi.* Secunda est salutatio derisionis & insolentiæ, & sic Matth. 27. dicitur, quod *milites cœperunt salutare Iesum in cruce, dicentes: Aue rex Iudæorum.* Tertia est salutatio proditionis, & sic loquitur 1. Mac. 7. vbi dicitur, quod *Nicanor proditorie venit ad Iudam, & salutauerunt se verbis pacificis, hostes autem parati erant rapere Iudam.* Et sic dico, quod salutare sumitur in bono & in malo.

A **Sanitas. Sanare.** Cum sanitas nihil aliud, quam quædam corporis bene temperata qualitas, sanitas vero nihil aliud, quam corpus infirmum ab infirmitate liberare, & ad temperantiam reducere, possumus dicere, quod sanitas spiritualiter loquendo nihil aliud est, quam animæ spiritualis incolumitas, & per diuinam gratiam ab infirmitate peccati restituta bonitas aut libertas. His igitur præmissis possumus notare, quod in scriptura triplex sanitas inuenitur, scilicet,

Sanitas
- Corporalis,
- Cordialis,
- Æternalis.

Prima facit hominem sanum à carnis infirmitatibus,
Secunda facit hominem sanum à cordis iniquitatibus,
Tertia facit hominem sanum à mundi calamitatibus.

Prima est sanitas corporis alleuiatiua, & de hac dicitur, 4. Reg. 5. *Laua te septies in Iordane, & sanitatem recipiet caro tua.* Secunda est sanitas criminum exterminatiua de qua in Psalm. *Ego dixi Domine miserere mei, sana animam meam, quia peccaui tibi.* Tanta est sanitas gloriæ administratiua, de qua Hier. 17. *Sana me Domine, & sanabor, saluum me fac, & saluus ero, quoniam laus mea tu es.* Qualicunq; igitur modo accipiatur sanitas, siue

Pro
- Corporis liberatione,
- Animæ depuratione,
- Gloriæ retributione.

Hoc tamen planum est, quod sanitas tanquam summum bonum summe est diligendum, procurandum & recuperandum, conseruandum & continuandum. Teste enim Sapiente Eccles. 30. *Non est census super sanitatem corporis, & non est oblectatio super cordis gaudium.* Et propter hoc consulebat Dominus illi mulieri Hæmorrhoissæ, per quam peccatrix anima designatur, dicens Marc. 5. *Vade in pace & esto sana.* In quibus verbis ostenduntur tria, quæ ad sanitatem animæ requiruntur, secundum tria, quæ in sanitate corporis requiruntur. Constat enim sanitas corporis

Ex morborum reseratione, quæ fit per alterationem malæ complexionis. Quia vade, inquit.
Ex vitium reparatione, quæ fit per conseruationem & reformationem bonæ proportionis. Quia in pace.
Ex virtutum conseruatione, quæ fit per conseruationem status perfectionis. Quia esto, inquit, sana.

Sic vere charissimi, dico quod ad sanitatem spiritualem requiritur,

Quod exeas culpam infectiuam (Vade.)
Quod habeas normam refectiuam, scilicet pacem (In pace.)
Quod teneas vitam perfectiuam (Esto sana.)

Debet enim, qui vult esse sanus,

Quod
- Inficit, relinquere vel horrere,
- Reficit, assumere vel habere,
- Perficit, diligere & tenere.

Primum facit pœnitentia status immutatiua, quæ ostenditur, cum dicitur, Vade. id est, eas de peccato.
Secundum facit innocentia cordis quietatiua, quæ ostenditur cum dicitur, In pace, quam scilicet facit innocentia.
Tertium facit permanentiæ status conseruatiua, quod ostenditur, cum dicitur, Esto sana, id est, perseuera in sanitate.

¶ Dico igitur primo, quod homo fit spiritualiter sanus per motum immutationis pœnitentiæ, & hoc ostenditur cum dicitur, Vade. Pœnitere enim nihil aliud est, quam de peccato ad gratiam ire, procedere, vel transire. Peccator enim est sicut peregrinus. Quamdiu enim est in peccato, valde longe est à Deo, quia sicut dicitur Prou. 15. *Longe est Deus ab impijs.* Sed tunc temporis ad Deum vadit, quando per pœnitentiam ad ipsum reuertitur & accedit. Sicut enim ille, qui vadit, dimissa posteriori parte ad anteriorem transit, sic pœnitens posteriorem partem, id est, statum peccati dimittit, & ad anteriorem partem, id est, ad statum virtutum progreditur atque tendit. Etenim B

Ad Deum accedit cor per contritionem,
Vadit lingua per confessionem,
Tendit manus per satisfactionem.

Teste enim Constantino, multum confert ad sanitatem habendam & conseruandam ire & ambulare. Motus enim & exercitium est vnum de illis sex quæ ad sanitatis custodiam requiruntur de quibus vbi tractatum est, quære in tabula. Per motum enim

Humor superfluus consumitur,
Calor naturalis confortatur,
Appetitus prouocatur,
Venter etiam euacuatur.

Sic vere charissimi, istud ire pœnitentiæ de quo dicitur, est principium pro sanitate animæ recuperanda.

Humores enim peccati consumit per contritionem,
Calorem charitatis confortat per vulnerum Christi meditationem,
Appetitum bonorum æternorum prouocat per affectum & adoptionem,
Ventrem conscientiæ euacuat per confessionem & gratiæ restitutionem.

Vade ergo. Et de hoc 4. Reg. 5. *Vade lauare septies in Iordane, & recipiet sanitatem caro tua, atque mundaberis.* Expone auctoritatem sicut in eo loco exposita est, ad quem de tabula remittit. Vnde de isto vadere dicitur Cant. 3. *Vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris.* Myrrha enim quæ est liquor amarissimus, veruntamen quasi morborum omnium sanatiuus, signat amaritudinem pœnitentiæ & afflictionis, thus autem in scriptura vaporem deuotæ orationis, quia ista duo sanant animam à peccatis & ipsam liberant à tormentis. De myrrha enim pœnitentiæ potest dici illud Hier. 51. *Tollite resinam ad dolorem eius, si forte sanetur.* De oratione dicitur Tob 8. *Orabant ambo pariter, vt sanitas daretur eis.* Patet ergo, quod fit homo sanus per motum immutantia pœnitentiæ. Vade, id est, per pœnitentiam immutare.

¶ Secundo dico, quod fit homo sanus per actum quietantis innocentiæ quod ostenditur cum dicitur, In pace. Sicut enim ille est corporaliter sanus, in quo est debita humoria proportio & adæquatio, & nulla repugnantia vel turbatio, sic ille est sanus spiritualiter, in quo est affectuum quietudo, innocentiæ rectitudo, aut innocentiæ restitutio. In pace inquit. Quamdiu enim homo in peccato est, nunquam potest habere pacem neque sanitatem, semper enim impugnatur interius per conscientiæ stimulationem, & semper est infirmus per fortitudinis relaxationem. Vnde in Psalm. *Non est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ, non est pax ossibus meis à facie inimicorum meorum.* Pax igitur cordis, tranquillitas animi, & innocentia mentis, sunt sanitas spiritualis. Quia breuiter omnes viri iusti sunt illi qui habent spiritualiter sanitatem & pacem, impij infirmitatem & litem. Vnde Esaiæ 57. *Creaui fructum labiorum pacem, pacem his qui prope, & pacem his qui longe, & sanaui eos. Impij vero quasi mare feruens, quod quiescere non valet, & non est pax impijs dicit Dominus.* Et possea hic dicere vel ponere quomodo plura sunt quæ impediunt istam pacem, sicut supra de pace, & plures etiam infirmitates quæ impediunt mentis sanitatem, &c. Sicut supra de infirmitate. G

Fit igitur homo sanus per actum quietantis innocentiæ. In pace inquit.

D ¶ Tertio dico, quod homo fit sanus per statum conseruantis permanentiæ, hoc est dictum, per virtutem continuantis perseuerantiæ, quod ostenditur cum dicitur Esto sana. Istud enim verbum esto, perseuerantiam designat, sicut supra visum est in loco suo. Et proculdubio proprie ille non est sanus, qui occasione modica fit infirmus. Vnde lunatici nō sunt sani proprie, quia quamuis aliquando non sint infirmi actualiter, sunt tamen infirmi habitualiter, ita quod illa infirmitas reducitur de potentia ad actum valde faciliter, sic vere spiritualiter loquendo ille non dicitur sanus qui per inconstantiam faciliter fit malus, sed ille solus per perseuerantiam semper est bonus. Esto inquit sana, perseuera in sanitate, iuxta illud Ioan. 5. *Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi cōtingat*. Et ideo sicut videmus, quod sanitas perdita difficiliter recuperatur, quapropter necesse est, quod habita diligentissime conseruetur. (Et inde est, quod pro conseruanda sanitate, solent homines à nociuis abstinere, & de speciebus & herbis medicinalibus electuaria conficere & habere) sic vere charissimi, cum difficiliter peccator à peccati infirmitatibus resilire possit, ad sanitatem gratiæ reuenire, & quando potissime à planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas (Esa. 1.) hoc est dictum, quando est in vitijs induratur, scilicet quando impletur illud Hierem. 46. *Frustra multiplicabis medicinam sanitas non erit tibi*, proculdubio si quis sanitatē habuerit, debet eam custodire, & à nociuis mundi delectationibus abstinere, & electuario perfectionis, quod de multis speciebus, id est, de multis virtutibus conficitur, sanitatem huiusmodi sustinere. Esto inquit sana Luc. 8. *Inuenerunt hominem vestitum & sana mente*.

E ¶ Et possumus notare, quod aliqua sunt istius sanitatis restitutiua, & ista proculdubio sunt ista, scilicet,

Summi numinis incarnatio,
Christi sanguinis immolatio,
Sacri fluminis depuratio,
Fidei luminis illustratio,
Dolentis hominis suspiratio,

Dico igitur, quod sanitas spiritualis est, & fuit humano generi restituta per incarnationem summi numinis. Prima enim quæ fuit salutis & sanitatis humano generi restitutiua, fuit incarnatio verbi, iuxta illud Psalm. *Misit verbū suum & sanauit eos*. Verbum enim in mundum missum per incarnationem, sanationis, & sanitatis humani generis causa fuit, figuratum 4. Regum 20. vbi petijt rex Ezechias signum dicens. *Quod erit signum, quod dominus saluabit me? Et sic factum est, quod Deus dedit sibi signum saluationis, retrocessionem solis*, quia scil. sol retrocessit per decem lineas, in tantum, quod sic dicitur Eccles. 48 *Retro rediit sol, & addidit vitam regi*. Sic vere charissimi, quia rex omnium, scilicet, homo, infirmus erat diuersis peccatis, Deus volens ipsum sanare, fecit solem iustitiæ filium suum à nobilitate propria per carnis assumptionem retrocedere, & sic voluit sanitatem humano generi procurare. Vnde Sap. 16. *Sermo tuus Domine sanat omnia*. Item dico, quod ista sanitas restituta est, & etiam continue restituitur per Christi sanguinis immolationē. Christi enim passio & sui sanguinis effusio, causa fuit sanitatis humani generis, iuxta illud Esa. 53. *eius liuore sanati sumus*. Nam leo cum infirmatur, gustato sanguine simiæ sanatur. Ad denotandum, quod sanguis Christi (qui fuit simia, eo quod per incarnationem humanam speciem simulauit) est remedium & sanitas peccatorum, & potissime quando per deuotionem aspicitur, & per considerationem, & compassionem teneriter cogitatur, quia sicut videlicet draconitum herba, quæ similis est serpentibus in colore, facit serpentes fugere, & à morsibus serpentium sanat, sic Christus qui fuit in colore, id est, in apparentia similis serpentibus, id est, dæmonibus quantum ad naturam corporalis & mortalis substantiæ, sicut etiam dæmones, & visibiles & mortales apparent assumpto, & accomodato aliquo corpore (iuxta illud Rom. 8. *Misit Deus filium suum, in similitudinem carnis peccati*) contrarius est serpentibus, id est, dæmonibus, & contra morsus & tentationes ipsorum præbet hominibus sanitatem. Figuratus etiam in *serpente æneo fabricato à Moyse, & suspenso in palo, vt illi qui percussi erant à serpentibus, dum ipsum aspicerent, sanarentur*, sicut dicitur Num. 21. Quia proculdubio suspensus in palo crucis, scilicet, Christus, sanat illos qui à malis serpentibus dæmonibus per tentationes percutiuntur, si à percussis deuote pendens in cruciati patibulo speculetur. Sic igitur patet, quod ista sanitas restituitur per Christi sanguinis immolationem. Item dico, quod ista sanitas est restituta per sacri fluminis irrigationem. Baptismus enim post prædicta duo reparat principaliter animæ sanitatem. Vnde illud prædictum 4. Reg 5. *Lauare, inquit, septies in Iordane, & recipiet sanitatem caro tua* iuxta illud Ezech. 47. *Sanabuntur aquæ, & viuent omnia ad quæ peruenerit torrens*. Torrens dico, id est, aquæ baptismales. Item restituitur ista sanitas per fidei luminis illustrationem. Fides enim restituit sanitatem animæ, quando per incredulitatis vitium est infirma. Vnde prædicatori dicitur ad Titum 2. *Loquere quæ decent sanam doctrinam, & admone senes, vt sobrij sint, & sani in fide* Act. 3. Fides quæ per eum est dedit integram sanitatem istam in conspectu omnium vestrum. Item restituitur ista sanitas per dolentis hominis suspirationem scilicet, per pœnitentiam, de quo dicitur in Psal. quod *Deus sanat contritos corde, & alligat contritiones eorum*. Pœnitentia enim sanat

Cor per contritionis dolorem,
Os per confessionis clamorem,
Manum per satisfactionis vigorem.

Sanat dico cor per dolorem contritionis Luc. 4. *Euangelizare pauperibus misit me, & sanare contritos corde*. Sanat etiam os per clamorem confessionis, de quo Ecclesiast. 17. *Viuens & sanus confiteberis* Sanat insuper manum per vigorem bonæ operationis, & satisfactionis Matth. 12. *Manum suam extendit, & restituta est sanitati*. Ista sunt, scilicet, quinque quæ sunt sanitatis restitutiua, scilicet, pœnitentia, fides, baptismus, Christi passio, Christi incarnatio.

¶ Sed pro certo adhuc dico, quod sunt aliqua istius sanitatis custoditiua, & conseruatiua. Et ista sunt F

Feruor orationis,
Cultus religionis,
Honestas locutionis,
Dulcor deuotionis,
Ictus tribulationis,
Auditus prædicationis.
Nitor conuersationis,
Parcitas epulationis,
Timor diuinæ dominationis.

De oratione dicitur Genes. 20. quod *orante Abraham sanauit Deus Abimelech*. De religione dicitur Matth. 21. quod *cæci, & claudi accesserunt ad Iesum in templo, & sanauit eos*. De honesta locutione dicitur 2. ad Timoth. 1 *Formam sanorum verborum habe*. De deuotione dicitur Ecclesiast. 34. quod *Vnguentarius faciet vnguenta suauitatis, & vnctiones conficiet sanitatis*. De tribulatione dicitur Iob 5. quod *Deus percutit, & manus eius sanabit*. & Esa. 19. *Percutiet Deus plaga, & sanabit eos*. De auditu prædicationis dicitur Lucæ 6. quod *multi venerunt vt audirent Iesum, & sanarentur*. & Lucæ 22. dicitur quod *Iesus tetigit auriculam eius, & sanauit eum*. De honesta conuersatione dicitur illud Lucæ 7. *Inuenerunt hominem vestitum, & sana mente*. De parca epulatione dicitur Eccl. 31. *Somnus sanitatis in homine parco*. Et ibidem. *Sanitas animæ, & corporis sobrius potus* De timoris conturbatione dicitur Eccl. 34. quod *oculi domini super timentes eum*. sequitur. *Dans sanitatem, & vitam & benedictionem*. & Prou. 3. *Time Deum, & recede à malo, sanitas quippe erit in vmbilico tuo*. Sic ergo patet quomodo plura sunt quæ faciunt ad sanitatis animæ conseruationem & restitutionem. Et hoc est tertium principale. Esto igitur sana. Ista igitur sunt tria requisita principaliter ad sanitatem scilicet

Permanentia,
Innocentia, &
Pœnitentia.

Vnde. Vade igitur in pace, & esto sana. Sufficit.

## Sanctus. Sanctitas. Sanctificatio. A

Nota, quod sanctus dicitur ille, qui à peccatis, & vitijs est immunis. Vnde proprie sanctus dicitur, qui virtutibus est plenus, & vitijs expeditur. Et etiam sanctitas idem est quod puritas, & mundities, bonitas, & iustitia. Et est sanctitudo nomen commune, continens generaliter omnes particulares gratias, & virtutes. Vnde sanctus etymologizatur quasi sanguine vnctus, vel quasi sine terra, vel quasi sanus & iustus. Ad denotandum quod ille proprie dicitur sanctus, qui sanguinem Christi per suæ mentis compassionem imaginatur, qui est sine terra, id est, terrenorum amore

non

non sufficiunt, & qui sanus in ass[...]bus inuenitur. De sanguine enim Christi dicitur Hebr. 9. *Si enim sanguis vitulorum inquinatos sanctificat, quanto magis sanguis Christi, &c.* Vnde breuiter de sancto tali, id est, de quolibet [...] iusto potest dici illud Eccl. 5. c. quod de Aaron dicitur. *In fide & lenitate ipsum sanctum fecit illum & elegit eum ex omni carne.* De Christo etiam pontifice sancto dicitur Heb. 7. *Talis enim decebat vt nobis esset pontifex sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, excelsior cœlis factus.* Quia scilicet ille qui vult esse sanctus, debet esse

Pontifex, id est, pontem ad Paradisum faciens per bonam operationem,
Innocens per perfectam intentionem,
Impollutus per castam conditionem,
Segregatus à peccatoribus per singularem conuersationem,
Excelsior cœlis factus per æternorum contemplationem.

Talem enim sanctitatem debent habere illi, qui in altari cordis volunt Deo ministrare spiritualiter. Homo enim debet esse sanctus dum quia sanctam vitam seruare fide profitetur, tum quia sanctum officium exequitur, tum quia membrum sancti capitis Christi efficitur, tum quia in sancta matre Ecclesia nutritur, & tum quia sancto spiritu suggerente domino famulatur. Et hoc est quod præcipitur Leuit. 19. vbi dicitur. *Sancti estote, quia ego sanctus sum.* Vbi aduerte, quod sanctitudo est habenda.

Quia { Virtualiter potest haberi. (Sancti inquit)
Generaliter solet doceri. (Estote)
Exemplariter solet videri, (Quia ego sanctus sum.)

Et dico habenda sanctitas,

Quia { Conficitur multis virtutibus.
Præcipitur diuinis iussibus,
Ostenditur exemplis pluribus.

Dico igitur quod sanctitas est habenda propter virtutum cumulum, & ornamentum, & hoc ostenditur in verbo. Sancti. Propter præcepti stimulum & documentum & hoc ostenditur in verbo Estote. Propter exempli speculum, & ornamentum & hoc ostenditur cum dicitur & allegatur. Quia ego sanctus sum.

B ¶ Primo igitur dico, quod debemus esse sancti propter virtutum cumulum assumendum, quod ostenditur in verbo Sancti. Istud enim nomen sanctus excludit omnem iniquitatem, & includit virtutem & bonitatem. Aliæ enim virtutes particulares habent effectus, ista autem vniuersalem. Lapides enim pretiosi contenti sunt vnam vel duas proprietates habere. Et inde est, quod vnus lapis proficit ad vnum, alius ad aliud, & nullus ad omnia. Et ideo, qui inueniret vnum lapidem, qui omnium aliorum contineret virtutes, summe deberet diligi, & eum diligentius procurari. Sic aliæ virtutes, operantur particulariter, quia scilicet castitas facit hominem castum, & iustitia iustum, & sic de alijs, sed sanctitas in tantum est vniuersalis virtutum, quod ipsa sola habita necesse est esse hominem in cunctis particularibus virtutibus virtuosum. Si enim vna virtus deficeret, sanctus proculdubio nunquam esset. Et ideo de ista virtutis plenitudine dicitur Eccl. 24. *In plenitudine sanctorum detentio mea.* Et ideo illi dicuntur

Sancti, qui { timent diuinam maiestatem,
amant diuinam bonitatem,
orant diuinam pietatem,
habent fidei claritatem,
tenent superbam charitatem,
sciunt omnem veritatem,
sciunt pacis tranquillitatem,
sentiunt mundi aduersitatem,
frequentant bonam societatem,
abhorrent omnem iniquitatem,
contemnunt mundi prosperitatem,
appetunt cœli fœlicitatem,
iubilant laudis amœnitatem,
retinent cordis iucunditatem,
vendicant gloriæ nobilitatem.

[Ist]æ enim sunt quindecim proprietates, & conditiones per [quas co]gnoscitur homo sanctus, quia proculdubio vt dictum [est debe]nt timere Dei maiestatem. Psalm. *Timete dominum omnes [sancti eius], quia non est inopia timentibus eum.* Item debent diligere Dei bonitatem Psalm. *Diligite Dominum omnes sancti.* Item orare Dei pietatem Apoc. 8. *Data sunt ei incensa multa, quæ sunt orationes sanctorum,* & Iudic. 8. dicitur. *Ora pro nobis, quia mulier sancta es.* Item habere fidei claritatem. Eccles. 45. *In fide & lenitate ipsum sanctum illum fecit Dominus* & Sapient. 18. *Sanctis autem tuis maxima erat lux.* Item tenere supernam communitatem. Psal. *Congregate illi sanctos eius* Item cognoscere scientiarum veritatem. Prou. 30. *Noui scientiam sanctorum* & Prouerb. 9. *Scientia sanctorum prudentia.* Item isti debent amare pacis tranquillitatem. Psalm. *Loquetur pacem in plebem suam & super sanctos suos.* Item sentire mundi aduersitatem, quia scilicet sancti sustinent præ cæteris mala mundi, tribulationem & pœnas. vnde Heb. 11. *Sancti ludibria & verbera experti insuper & vincula, & carceres, secti sunt, lapidati sunt, tentati sunt, &c.* Et in Psalm. dicitur. *Sanctis qui in terra sunt eius, mirificauit omnes voluntates meas in eis, multiplicatæ sunt infirmitates eorum.* Item debent sectari bonam societatem Psalm. *Cum sancto sanctus eris, &c.* & Eccles. 27. *Cum homine sancto assiduus esto.* Item debent horrere omnem iniquitatem. Psal. *Non dabis sanctum tuum videre corruptionem.* Item debent dimittere seu contemnere mundi prosperitatem. Matth. 27. *Corpora sanctorum qui dormierant surrexerunt, & venerunt in sanctam ciuitatem.* Item debent appetere cœli fœlicitatem, quia scilicet isti debent mentaliter habitare in Paradiso. Ephes. 2. *Iam non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum, & domestici Dei.* Item debent iubilare laudis suauitatem. Psal. *Cantate Domino canticum nouum, laus eius in ecclesia sanctorum.* Item debent dilatare cordis iucunditatem. Psalm. *Sancti eius exultatione exultabunt* Et sequitur vltimum scilicet quod ipsi poterunt vendicare regni nobilitatem. Dan. 7. *Sancti obtinuerunt regnum.* Et in Psal. *Gloria hæc est omnibus sanctis eius.* Ecce ergo quomodo, & quibus concurrentibus sit homo sanctus. Istæ sunt enim quindecim gradus scalæ perfectionis per quas sancti de mundo ad patrem ascenderunt, & quibus mediantibus nomen sancti habere meruerunt. Sancti inquit. Iuxta illud Exod. 22 *Viri sancti eritis mihi.* Vt tales sic possint dicere illud Ephes. *Elegit nos Deus ante constitutionem mundi in Christo, vt essemus sancti immaculati.* Vt & sic de quolibet sancto possit dici illud 4. Reg. 4. *Animaduerto quod vir Dei sanctus est iste qui frequenter transit per nos, faciamus ergo ei cœnaculum paruum, & ponamus in lectulum, mensam & sellam & candelabrum, vt cum venerit ad nos maneat ibi.* Sancti enim frequenter transeunt per nos, quia scilicet omni anno semel ad minus veniunt festa eorũ, & ideo pro certo nos debemus exsperare cœnaculum conscientiæ & affectionis & ibi ad honorem ipsorum habere mensam misericordiæ, & compassionis, & & ibi tenere lectum mollis dulcedinis & deuotionis, & ibidem ponere candelabrum prudentiæ & discretionis, & ibi statuere sellam iustitiæ, & iudicialis ordinationis, & sic sancti nobiscum per gratiam manebunt, & suum nobis patrocinium propinabunt. Patet igitur charissimi, quod nos debemus esse sancti, virtutum cumulum assumendo, Sancti inquit. Vt quilibet efficiatur templum Dei, de quo 1. Corin. 3. *Templum Dei sanctum est, quod estis vos.*

¶ Secundo dico, quod nos debemus esse sancti mandati stimulum exequendo, & hoc ostenditur quando nobis sub præcepto dicitur, Estote. Sub præcepto enim nobis iniungitur sanctitas, quod sc. verbum imperatiuum estote demonstrat. Iuxta illud Eccl. 37. *Cum viro sancto assiduus esto* Leu. 29. *Sanctificamini, & sancti estote.* Vnde aduerte, quod per ista duo verba esto, & estote, præcipiuntur nobis omnia quæ ad sanctitudinem requiruntur. Præcipitur enim &c. Vide supra in titulo suo & dic sicut ibi. C

¶ Nota tamen hoc, quod sicut videmus, quod illa quæ ad cultum diuinum vendicantur, sancta & sacra & sanctificata esse iubentur & illa quæ in eis continentur, sicut patet de templis, & altarib. eorum, vestibus & vasibus, & vtensilibus, ita & nos cum simus per fidem & baptismum Deo principaliter dedicati, debemus esse gratijs, & virtutibus sanctificati, atque sanctis virtutib. adornati. Et ideo possumus notare, quod nos debemus habere

Sanctum locum religionis,
Sanctum templum orationis,
Sanctum oleum deuotionis,
Sanctam hostiam subiectionis,
Sanctos libros discretionis,
Sanctum candelabrum contemplationis,
Sanctas vestes conuersationis,
Sanctas carnes Eucharistiæ recreationis.

Igitur estote sancti & sitis in loco sancto religionis, fidei & catholicæ.

tholicæ professionis, de quo Exod. 3. Et Iosue 5. *Solue calceamenta de pedibus tuis, locus enim in quo stas, terra sancta est.* In isto enim loco habitat Deus, quia sicut dicitur in Psalm. *Deus in loco sancto suo, &c.* Item estote sancti, & clamate in templo sanctæ orationis, hoc est dictum, in conscientia sancta & deuota, de qua in Psalm. *Sanctum est templum tuum, mirabile in equitate.* Et ideo dicit de Deo. *Adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.* Item estote sancti, & habete oleum sanctum deuotionis, de quo Exod. 30. *Oleum vnctionis sanctum est.* Vnde de Dauid dicitur in Psalm. *Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo vnxi eum.* Item estote sancti, & sitis sanctæ hostia humilitatis, & subiectionis. Ad Rom. 12. *Exhibete corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem.* Item estote sancti, & habete sacros libros sacræ scripturæ, scientiæ, & discretionis 1. Mach. 12. *Habentes solatio sanctos libros.* Item estote sancti, & habete sanctum candelabrum sapientiæ & contemplationis. Et de hoc Eccl. 26. *Lucerna splendens super candelabrum sanctum.* Item estote sancti, & habete sanctas vestes conuersationis, de quo Exo. 28. *Facies vestem sanctam Aaron fratri tuo.* Et Tob. 14. dicitur de Tobia, quod in *bona vita in sancta conuersatione permansit.* Item estote sancti & comedite carnes sanctas dominicæ refectionis, seu sacramentalis recreationis, de quo Exod. 29. *Coques carnes in loco sancto.* Et sic ergo patet, quod debemus esse sancti mandati stimulum exequendo. Estote inquit.

D § Tertio dico, quod nos debemus esse sancti, exempli speculum exequendo seu imitando, quod ostenditur cum dicitur. Quia ego sanctus sum. Ac si diceret. Accipiatis a me exemplum sanctitatis. Et reuera charissimi, ipse sanctus est, quia sicut dicitur 1. Reg. 2. *Non est sanctus vt est Dominus, neque enim est alius extra te, & non est fortis sicut Deus noster.* Sicut enim de apibus legitur, quod sunt animalia valde munda, quia nunquam habitant nisi in loco puro & mundo, sic nec Christus delectatur habitare nisi in loco puro & mundo. Ipse enim habitat in quatuor locis, scilicet,

In Maria,
In conscientia,
In Ecclesia,
In patria,

In Maria dico, Ecclesi. 24. *In ciuitate sanctificata similiter requieui.* In conscientia etiam viri iusti. Iste est enim quidam locus valde honorandus & sanctus, de quo in Psalm. *Tu autem in sancto habitas laus Israel.* In Ecclesia etiam, Ista est enim propria domus Dei quæ immaculata est & sancta, de qua 2. Mach. 10. *Hierusalem sit sancta, & libera cum finibus suis.* In patria insuper, vbi scilicet est locus sanctus, & locus sanctorum, quia sicut dicitur in Psal. *Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætantium, Dominus in eis in Sina in sancto.* Sanctus igitur est, quia vere in omnibus actibus suis semper apparuit sanctus, & hoc

In carnis assumptione,
In passionis redemptione,
In resurrectione & ascensione,
In sancti spiritus missione.

Et quod sit sanctus in incarnatione, patet Abacuc. 3. vbi dicitur *Deus ab austro veniet, & sanctus de monte Pharam,* quod etiam sit sanctus in passione & redemptione, patet Esa. 63. *Afflixerunt spiritum sanctum eum.* Et Esa. 49. *Hæc dicit Dominus redemptor Israel sanctus eius,* quod insuper sit sanctus in resurrectione & ascensione, patet Act. 3. vbi dicitur. *Vos sanctum & iustum negastis, &c. Hunc Deus suscitauit a mortuis.* Et nihilominus quod sanctus sit in sancti spiritus apparitione, patet Es. 10. vbi dicitur. *Erit lumen Israel in igne, & sanctus in eius flamma.* Sanctus ergo est, quod bene senserant Seraphin, cum dicebant: *Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus sabbaoth* & cætera Esa. 6. Iste igitur est ille sanctus, diligens & inhabitans loca sancta, amans etiam & desiderans gentem sanctam. Vnde dico, quod nos exemplo eius debemus esse sancti. Quia inquit sanctus ego sum. Et sic igitur patet quod nos debemus esse sancti

Propter exempli speculum,
Propter mandati spiculum,
Propter commodi cumulum.

Sicut iam superius est ostensum. Vnde Luc. 1. *In sanctitate & iustitia coram ipso omnibus diebus nostris.* De sancto autem sanctorum dicitur illud quod est specialissimum sanctum. Vnde in lege antiqua sanctum sanctorum accipiebatur pro quibusdam sacratissimis hostijs. Vnde de oleo vnctionis & de thymiamate & de pluribus alijs dicitur Exod. 30. *Sanctificabis omnia, & erunt sanctum sanctorum.* Vel accipiebantur pro secretiori parte templi, vbi arca testamenti cum Cherubin & [illegible] apponebantur, & vbi sacerdos semel in anno cum [illegible] grediebatur, sicut dicitur 3. Reg. 5. *Fecit domum interiorem oraculi in sanctum sanctorum.* Et Exod. 30. *Deprecabitur Aaron super cornua altaris semel cum sanguine, sanctum sanctorum erit in Domino.*

§ Et dico, quod per sanctum sanctorum spiritualiter loquendo potest intelligi

Hostia corporis Christi,
Conscientia viri iusti,
Status Ecclesiæ militantis,
Domus Ecclesiæ triumphantis.

Dico, quod hostia corporis Christi dicitur sanctum sanctorum de quo Leuit. 9. *Omnis masculus de genere Aaron vescetur carnibus eius quia sanctum sanctorum est.* Et Leu. 24. *Panes comedent in loco sancto, quia sanctum sanctorum est.* De pollutis vero sacerdotibus, qui duxerunt vxores alienigenas, dicitur Neem. 7. *Proiecti sunt de sacerdotio vt non manducarent de sanctis sanctorum.* De quo dicitur Dan. 9. *Impleatur visio & prophetia, & vngatur sanctus sanctorum.* Item conscientia viri iusti dicitur sanctum sanctorum. Ibi enim debet esse arca testamenti & ordinatio diuinæ voluntatis. Ibi debent esse Cherubin, id est, plenitudo scientiæ & veritatis. Ibi debet esse propitiatorium clementiæ & pietatis. Ibi etiam debet esse sacerdos cum sanguine, id est, Christus consideratus in statu crucis & mortis, & suæ sanguineæ passionis & adaer [illegible]. Vnde Exod. 26. *Facies propitiatorium super arcam testamenti in sancta sanctorum.* Item status militantis Ecclesiæ dicitur sanctum sanctorum, quia scilicet ibi sunt hostiæ sacramentorum, & ibi etiam est arca propitiatorium, &c. Sicut supra & de hoc Ezec. 41. *Mensus est longitudinem & latitudinem templi, & dixit: Hoc est sanctum sanctorum.* Item æterna gloria seu cœli patria dicitur sancta sanctorum, quia scilicet, ibi est arca testamenti Deus. Ibi est sacerdos cum sanguine, Christus homo. Ibi est propitiatorium & propitiatrix beata virgo. Ibi sunt Cherubin, id est, angelorum scientifica plenitudo Heb. 9. *Post velamentum erat factum secundum tabernaculum, quod dicitur sanctum sanctorum.* Hæc igitur de sancto sanctorum sufficiunt.

## Sanctificare. Sanctificatus.

A Sanctificatio. Cum sanctificare nihil aliud sit quam aliquid purum, factum & sanctum facere, vel aliquid Deo dicare vel sanctificare, vel sanctum aliquid celebrare possumus dicere proprie quod isti sanctificentur, qui cunctis vitijs depurantur, & qui in statu gratiæ constituuntur & virtutibus adornantur, & qui ad ministrandum in sancto officio vel sanctificatione, vel in sancto loco, hoc est dictum, in Ecclesia vel in gradu ecclesiastico deputantur. Sanctificatio enim in scriptura accipitur vt communiter pro templo vel pro Ecclesia vel pro statu ecclesiastico, sicut 1. Mach. 1. de Antiocho dicitur, *quod intrauit sanctificationem cum superbia.* Et sanctificatus accipitur pro illo qui digne debet ibi ministrare, sicut 2. Paral. 30. vbi dicitur, quod *Leuitæ sanctificati immolauerunt phase.* Dico igitur quod nos debemus sanctificari, & sancti & puri fieri, ad hoc quod sancto Deo in sancta fide sua & ecclesia possimus congrue famulari, iuxta illud Exod. 19. *Sacerdotes qui accedunt ad dominum, sanctificentur, ne percutiam eos.* Nam & gentilium sacerdotes seruant ritum suæ sanctificationis. Sicut enim dicit Solinus de cinnamomo quod in Æthiopia in tanta reuerentia habetur, quod colligi non nisi à sacris flaminibus, i. e. sacerdotibus permittitur (idque lucente sole) qui sibi bene sanctificati fuerint, pars cinnamomi quam soli offeruntur, per se accenditur & incrematur, multo fortius nos qui non cinnamomum, sed multiplex Ecclesiæ sacramentorum habemus tractare, debemus sanctificari & esse sancti, vt à sole iustitia Christo in nostris cordibus relucente, possit nostrum sacrificium acceptari, & per charitatis ardorem, in nostris cordibus conflagrari. Ideo præcipitur Leu. 20 *Sanctificamini & sancti estote, quia ego sanctus sum Dominus Deus vester.* Istud potissime debet esse quando corpus dominicum est sumendum quia nunc debet sanctificatio & criminum depuratio præcedere, & virtutum sanctitas anteire iuxta illud Num. 11. *Sanctificamini, cras comedetis carnes.* Et potest optime prędicari in vigilia paschæ, vel etiam in die mercurij dominicæ passionis.

B § Et nota, quod ad istam sanctificationem debet concurrere.

Pectoris sanctitas, quæ debet placere. Sanctificamini, id est, sancti efficiamini.

Temporis breuitas quæ debet vrgere. Cras inquit.
Corporis sanctitas, quæ debet replere. Comedetis carnes.

Igitur sanctificemur propter pectoris sanitatem. Sicut enim corpus sanatur quando à malis humoribus euacuatur & purificatur, sic anima sanatur quando cor peccatorum fæcibus expurgatur. Ideo dicitur 2. Par.7. quod *ipse sc. Salomon sancti ficauit medium atrij*. hoc est dictum, medium cordis. Item sanctificemur propter temporis breuitatem. Cras inquit. Homo enim solet magis festinare, quando videt terminum instare. sic quia cras, id est, cito & instanter debet fieri negotium, quod sanctificationem requirit, necesse habemus sanctificari, &c. Cras inquit Num. 11. *Sanctificamini, cras comedetis carnes*. Item sanctificemur propter Christi corporis sanctitatem, quod s. debemus sumere. Comedetis inquit carnes. Etiam vas in quo poni debent istæ carnes, primo & ante omnia debet esse sanctificatum. Vnde Zach. 14. dicitur, quod *Omnis lebes in Hierusalem & in Iuda sanctificatus est Domino exercituum*, quia dicitur Leuit. 22. *Alienigena*, i. peccator *non comedet &c*. Vide supr. de Sancto p omnia. Et sic sufficit.

A **Sanguis.** Nota quod sanguis est humor corporis animalis calidus & humidus, ad nutrimentũ mẽbrorum, naturaliter ordinatus. Et quia sanguis quasdam habet bonas, & quasdam malas proprietates, hinc est, quod spiritualiter loquendo sanguis in scriptura in bono sumitur & in malo. Dico quod in bono significato est inuenire

Sanguinem {
Redemptionis,
Affectionis,
Compassionis,
Afflictionis,
Nutritionis.

Sanguis redemptionis est sanguis virtuosus, & iste est sanguis Christi, de quo Ephes. 1. *Habemus redemptionem per sanguinem eius*. ¶ Sanguis affectionis est sanguis amorosus. Sanguis enim est causa amoris, quod patet, quia homo sanguineus faciliter amat & inde est, quod illi qui attinent sibi in gradu consanguinitatis & qui ex eodem sanguine procreantur se inuicem solent magis diligere. Ideo per sanguinem intelligitur bona affectio quæ faciliter diligit & affectat Apoc. 1. c. *Dilexit nos & lauit nos in sanguine suo*. ¶ Sanguis compassionis est sanguis virtuosus. Pietas enim & compassio per sanguinem intelligitur. Sanguis enim est humor valde dulcis & benignus & naturæ placidus, signans virtutem pietatis, quæ valde Deo & proximo est amica. Iste est sanguis innoxius, de quo Dan. 13. dicitur, quod *saluatus est sanguis innoxius illa die*. Leu. 17. *Sanguis est pro animæ piaculo*. ¶ Sanguis afflictionis est sanguis dolosus vel dolorosus. Et sic per sanguinem intelligitur mors & pœna quæ bonis infertur, & maxime martyribus de quo in Psalm. *Effuderunt sanguinem eorum* (scilicet sanctorum) *in circuitu Hierusalem, & non erat qui sepeliret*. Et iterum in Psalm. *Vindica Domine sanguinem nostrum qui effusus est*. ¶ Sanguis nutritionis seu sustentationis est sanguis fructuosus, sc. diuitiæ. Substantia enim hominis dicitur sanguis, pro eo quod ad vitæ necessitatem hominibus est concessa. Et de hoc dicitur Deut. 12. *Sanguis eorum pro anima est*, id est, pro vita. Talis enim sanguis dicitur necessarius esse homini, & ideo et per rapinam aut per seuitiam non auferendus, sed ei potius dimittendus Leu. 17. *Sanguinem omnis animalis non sumetis in cibum*. Cuius tamen contractum faciunt vsurarij & tyranni, qui more leonum viuunt de sanguine, i. de temporali substantia innocentum. De quibus dicitur Esa. 1. *Manus vestræ plenæ sunt sanguine*. Et sic dico, quod in scriptura in bono significato inuenitur

Sanguis valoris vel amoris, qui est pretiosus,
Sanguis dulcoris, qui est virtuosus,
Sanguis doloris, qui est luctuosus,
Sanguis sudoris, qui est laboriosus,

B ¶ Dico igitur primo, quod in scriptura inuenitur sanguis valoris vel amoris pretiosissimus. Et iste est sanguis Christi, qui est ita pretiosus, quod vna gutta suffecisset

Ad mundi redemptionem,
Ad hominum saluationem,
Ad paradisi restitutionem,
Ad omnium vitiorum expiationem.

Vt de eo dicatur 1. Petr. 1. quod *non corruptibilibus auro vel argento redempti sumus, sed pretioso sanguine agni*. Sanguis enim iste assimilatus liquori balsami, qui valde est pretiosus. Valet enim contra omnia genera passionum. Vinea enim balsami in æstate cultellis ferreis in Iudæa perforatur, liquorque balsamus dicitur, qui de illius vineæ vitibus destillatur, qui in phialis appensis vitibus ab incolis recipitur, & contra varias passiones vtiliter reseruatur. Sic vere charissimi, ille qui dicitur vinea facta dilecto in cornu filio olei (scilicet Christus) fuit in æstate, id est, in passionis ardore in Iudæa ad literam, cultellis ferreis, scilicet, claui & lancea perforatus, liquorque & balsamus sui sanguinis pretiosi sunt de suis vulneribus destillatus, qui si in phiala deuoti cordis receptus fuerit ad tollendas infirmitates vitiorum omnium bonus erit. Iste ergo fuit & est sanguis pretiosus, qui ab infirmitate peccati mundum sanauit, quando in Christi passione de illis sacris vulneribus emanauit. Similis sanguini pellicani, qui voluntarie se vulnerans, & sanguinem suum super pullos à serpente occisos stillans, viuificat, ipsosque suscitat atque sanat, quia s. Christus voluntarie sanguinem suum fudit, ipsumque super humanum genus à diabolo serpente antiquo occisum in persona præuaricatoris Adæ effudit, & sic eos à morte peccati & inferni saluauit, ab inferni carcere, & à potestate diaboli liberauit, vt ad eum referatur illud Zach. 9. *Tu autem in sanguine testamenti tui eduxisti vinctos tuos de lacu in quo non erat aqua*.

C ¶ Vbi aduerte, quod Christi sanguis est pretiosus, quia valet principaliter ad quatuor, videlicet, Ad iniquitatis expiationem. In sanguine. Ad captiuitatis liberationem. Eduxisti vinctos tuos. Ad profunditatis vacuationem. De lacu. Ad hæreditatis nostræ restitutionem. Testamenti Sanguinis enim Christi

Est criminis expurgatiuus,
Est captiuitatis dissolutiuus,
Est voraginis vacuatiuus,
Est hæreditatis restitutiuus.

Dico ergo, quod sanguis Christi effusus in cruce, & consideratus in mente, est expiatiuus omnis iniquitatis, quod etiam ostẽditur in verbo Sanguine. Tu autem inquit in sanguine. Sanguis enim aliquorum animalium habet virtutem abstersiuam & mundificatiuam, sicut de sanguine extracto desub ala dextra hirundinis vel columbæ legitur quod abstergit maculas oculorum si sibi instilletur. Sic vere charissimi sanguis Christi, qui fuit columba per simplicitatem, & fuit hirundo nuncians in suo aduentu temporis gratiæ nouitatem, qui fuit ad literam desub ala dextera, id est, de Christi latere, & desub dextero brachio à Iudæis extractus, de oculis cordis humani, si ibi per deuotionẽ instilletur, maculas peccatorum abstergit, & sanitatem animæ restituit atq; reddit, quia sicut dicitur Heb. 9. c. *Omnia bene in sanguine mundantur, & sine sanguinis effusione non fit remissio*. Et vere omnia mundantur, quia scilicet humanum genus quod propter casum Adæ fuerat infirmum virtute Christi sanguinis fuit sanitati redditum, & etiam per sanguinis Christi compassionem infirmitas peccati tollitur, conscientia mundatur, diabolus cõteritur & homo à mortis æternæ periculo liberatur. Iste enim est sanguis capræ qui valde est medicinalis, vt dicit Plin. Nam (vt dicit) venenum expellit, serpentes fugat, & leopardum infirmum liberat atq; sanat. Sanguis etiam capræ dicitur venena depellere, & morsibus scorpionum hominem liberare. Sic vere charissimi, sanguis Christi qui vere tecta fuit capra, animal simplicissimum, à canibus Iudæis inter montana Iudeæ venatum, & inter spineta crucis deprehensum finaliter & occisum, valde fuit & est medicinalis. Iste enim venenum vitiorum exterminat leopardum infirmum, s. genus humanum, ab originali peccato sanat, morsus tentationum ipsorum scorpionum dæmonũ curat, & etiam ipsos serpentes dæmones exterret pariter atq; fugat. Quia proculdubio diabolus nunquam audet hominem tẽtare, nec coram eo comparere, nec contra eum præualere, in cuius corde viderit Christi sanguinem, id est, sanguinis sui deuotam memoriam. Et sic figuratur *in sanguine hædi seu agni pascalis, qui in exitu Israel de Aegypto domus Iacob de populo barbaro mandatus fuit occidi*. Ex. 12. Deus enim volens filius Israel liberare & eripere de Ægypto, & Ægyptiorũ primogenitos trucidare, præcepit agnũ & hœdum occidi, & de sanguine vtrumq; postẽ ostij domus aspergi, & sic factum est, quod angelus exterminãs, domus signatas sanguine non fuit ausus tangere, sed ipsis saluatis alijsq; percussis fecit eos totaliter interire. Sic vere charissimi, Deus mediante sanguine hœdi, capræ, seu agni, s. Iesu Christi, populum suum in Ægypto, id est, in hoc mundo à morte peccati saluat & præseruat. Quia pro certo illæ domus, i. illæ conscientiæ quę isto sanguine per passionis memoriam tinguntur, à deuastante angelo non læduntur, sed præ timore sanguinis, illæ,

lætæ

sanæ & liberæ dimittuntur. Vnde Exo. 12 *Cum videris sanguinem in superliminari & in vtroque poste, transcendes ostium domus, & non sinet angelum percutientem ingredi domos vestras.* Et breuiter, in lege antiqua per sanguinem & per sanguinis immolationem peccata dimittebantur, leprosi & immundi purificabantur, & Deo homines placabantur. Quia scilicet Deus pater iratus de humano genere perdito, non ante fuit placatus, nec homini reconciliatus, quam sanguis Christi sibi in cruce extitit præsentatus. Quia videlicet sanguis Christi est & fuit causa placationis iræ diuinæ & reconciliationis humanæ, iuxta illud Apostoli ad Coloss. 1. *Omnia pacificans per sanguinem crucis eius, quæ in terris sunt & quæ in cælis.* Vnde de effusione istius sanguinis potest dici illud Leu. 1. *Sanguinem fundent super altare filij Aaron.* Ad literam enim filij Aaron, i. principes sacerdotum, fuerunt causa effusionis istius sanguinis benedicti. Iste igitur sanguis est expiatiuus omnis iniquitatis. In sanguine inquis. Vnde Apostolus ad Heb. 9. *Si autem sanguis taurorum aut vitulorum & cinis vitulæ aspersus, inquinatos sanctificat ad emundationem carnis, quanto magis sanguis Christi emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis?* Sanguis Christi, inquit, qui scilicet est effusus septies in scriptura, contra septem maculas mortalium peccatorum. Homo enim erat maculatus

In genitalibus, per carnis concupiscentiam,
Intus in sanguine, per iracundiam,
Extra in carne per gulæ lasciuiam,
Supra in capite, per superbiam,
Exterius in manibus, per auaritiam,
Inferius in pedibus, per acediam,
Interius in corde, per inuidiam.

Sed pro certo contra istas septem maculas Christus septies sanguinem suum destillauit. Primo à genitalibus in circumcisione contra peccatum luxuriæ Luc. 2. Secūdo à sudore in oratione, contra peccatum iræ. Luc. 22. quia scilicet ira nimia facit quandoque sudare. Et de Christo legitur Luc. 22. quod factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Tertio in carnis flagellatione, contra peccatum gulæ Matthæ. 27. Gulæ enim nimis delicate nutrit carnem. Quarto à capite in spinarum coronatione, contra peccatum superbiæ Matth. 27. Quinto à manibus in clauorum infixione, contra peccatum auaritiæ. Ibidem. Tunc enim fuerunt manus eius extentæ & apertæ. Sexto à pedibus in ipsorum conclauatione, contra peccatum acediæ. Ibidem Tunc enim fuerunt pedes puniti, pro eo quod ad bonum sunt nimis tardi. Septimo à corde in lateris effusione, contra peccatum inuidiæ. Ex istis ergo membris Christi sanguis profluxit, qui (sicut dictum est) ab omnibus maculis nos lauit, & in quantum in se est, nos lauare continue non desistit, quia sicut dicitur Apoc. 7. *Sancti lauerunt stolas suas*, i. animas & conscientias, & candidas eas fecerunt, *in sanguine agni.* Vnde Apoc. 1. *Lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo.* In cuius septemplicis lotionis figura dicitur Leuit. 14. quod *sacerdos aspergat eum qui à lepra mundatus erat, septies cum sanguine passeris occisi & cum aqua.* Ista est igitur (vt dictum est) sanguis expiatiuus omnis iniquitatis. In sanguine inquit.

D ¶ Deinde dico, quod iste sanguis dicitur pretiosus, quia dissolutiuus nostræ captiuitatis. Eduxisti inquit vinctos tuos. Christi enim sanguis non solum humanum genus à vitiorum fæcibus mundauit, quinimo sanctos patres qui in inferno tenebantur vincti de captiuitatis vinculo liberauit. Sanguis enim hirci hanc habet proprietatem quod dura solet frangere, & compacta & solida relaxare. Vnde de sanguine hic legitur, quod quāuis adamas sit lapis durus & solidus in tantum quod nec ferro nec chalybe potest frangi, si tamen cum dictu hircino sanguine primitus humectetur, faciliter sculpitur, frangitur & quassatur. Sic reuera charissimi, quamuis vincula quibus tenebantur antiqui sancti patres in captiuitate dæmonis & inferni, essent recte adamantina, hoc est dictum, indissolubilia, fortia & infirma in tantum, quod ea nec ferrum, id est nulla potentia poterat frangere vel etiam aperire (sicut in fabulis poetarum dicitur) quod Vulcanus faber Iouis cum inuenisset vxorem suam Venerem concubentem cum Marte, ligauit eos catena adamantina, ita, quod diuidi ab inuicem nequierunt quousque omnibus dijs cœlestibus ridiculum facti fuerint, quia scilic. Dea Venus id est anima peccatrix, cum marte, id est, cum inferno, procurante viro suo Vulcano, id est, diabolo, primo catena adamantis hoc est dictum, cum vinculo indissolubili ligata extitit, ita quod omnibus dijs cœ[...]
*derant eam bellis, & dera cruat* [...]
*1. Peccatum Iuda scriptum est in st*[...]
men pro certo quando [...]
litteris in *quantum venit in mundum in similitudinem* [...]
cundum Apostolorum ad R[...] & qui ex iatu *pro* [...]
*num est oblatus*, sicut dicitur de hirco Leuit. 16 fuit [...]
adamantinum vinculum fuit fractum & [...] genus de
ferri carcere liberatum. Eduxisti inquit vinctos tuos. V[...]
iam Deus pater de Christo dicit Esa. 49. *Seruauit & de*[...]
*dum populi mei vt suscitares terram & possideres hereditates* [...]
*diceres his, qui vincti sunt, exite, & qui in tenebris sunt reuelamini* [...]
bene figurata sunt exod. 13. vbi dicitur, quod per transitum [...]
ris rubri populus Israel fuit de captiuitate Ægypti [...]
Mare enim rubrum Christi sanguinem signat qui [...] colore
rubeus & in effusione fuit amarus. Ipse enim Christus fi[...]
fuit Apo. 19. vbi dicitur, quod *ille qui sedebat in equo albo, vo*[...]
*fidelis & verax qui habebat in capite suo multa diademata, & habebat*
*femore suo scriptum Rex regum, & Dominus dominantium & vocabatur*
*nomen eius verbum Dei, habebat vestem aspersam sanguine & apprehendit*
*bestiam & posuit eam in stagnum ignis & sulphuris & exercitus qui*
*lo sunt sequebantur eum in equis albis.* Quia Christus qui [...]
verax, Rex regum & verbum Dei dicitur & qui omnium [...]
tarū diademate coronatur, postquā vestem humanitatis in [...]
ce aspersam sanguine habuit (Esa. 63. *Quare ergo rubrū est indumentum tuū?* Respondet. *Aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea & omnia indumenta mea inquinaui*) postquam ibi de bestia [...] triumphauit, eumque in stagnum ignis & sulphuris e[...] inclinauit, ipse super equum album glorificatæ humanitatis reduxit, & exercitum cœlorum, id est, conuentum sanctorum p[...] sequentium post se duxit, quos scilicet in stolis albis immortalitatis de inferno eripuit & eduxit. *Eduxisti ergo vinctos tuos* Psal. *Eduxisti me de lacu miseriæ & de luto fæcis.* Iste igitur est sanguis dis[...] nostræ captiuitatis.

E ¶ Denique dico, quod ille sanguis pretiosus est, quia va[...] tiuus duræ profunditatis, scilicet inferni & peccati, quod sci[...] ostenditur cum dicitur. De lacu. Infernus enim dicitur lacus ratione profunditatis, ratione fœditatis, ratione caparitatis P[...] *Æstimatus sum cum descendentibus in lacum, factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber.* Istum igitur lacum sanguis Christi euacuauit, quantum sanctos patres exinde virtus sanguinis eius liberauit Apo 14. *Et calcatus est lacus, & exiuit sanguis de lacu vsque ad frænos equorum*

F ¶ Insuper dico, quod iste sanguis est pretiosus, quia restitutiuus nostræ hæreditatis & hoc ostenditur in verbo. Testamenti tui. Quia sicut in testamento & in virtute testamenti hæreditas aduenit hæredi secundum iura, sic virtute sanguinis Christi, hæreditas gratiæ, & gloriæ aduenit generi humano M[...] *Hic est sanguis noui testamenti*, id est, æterni sacramenti. Quia sicut dicitur ad Heb. 9. *Christus per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta*, quasi dicat, sanguis Christi est causa quare in sancta, id est, in paradisi tabernaculum potest intrari. Et ideo sicut videmus, quod ille qui est institutus hæres in testamento, est diligens de testamento seruando, ne forte perdito testamento perdat pariter & hæreditatem, sic vere cum nos simus instituti hæredes vitæ æternæ in testamento sanguinis Christi, vel in isto sanguine Christi testamenti, valde debemus esse diligentes de isto testamento in scrinio nostri pectoris per deuotionem seruando, & nunquam à memoria dimittendo. vt sic quis semper dicat illud Mat. 26. *Hic est sanguis meus noui testamenti* Meus ergo sanguis iste est habendus, & in memoria retinendus. Teste enim Auicenna, animalia habentia sanguinem, multo sunt nobiliora, maiora, meliora & notabiliora non habentibus, sicut patet de animalibus corporis citi, corporis auulsi, corporis annulosi. Animalia enim habentia sanguinem habent pulmonem, habent medullam, habent cor, quæ tamen non habentibus deficere dignoscuntur. Sic vere charissimi illi qui in se habent sanguinem Christi per deuotionem, & compassionem, sunt in virtutibus maiores, in moribus meliores, & in viribus fortiores, in tantum quod isti habent

Cor discretionis ad recte meditandum
Pulmonem deuotionis ad sanctum spiritum attrahendum,
Medullam compassionis ad benigniter alijs succurrendum
& ad alios misericorditer nutriendum.

Quia breuiter talis sanguis est

Certa

...a.
...enti[illegible].
V...otis,& constantiæ ... diabolum.
... vitæ die Ezech.16. *Dixi tibi in sanguine tuo, vine.* Ci... en-
... eorum: Ro. *Proposuit Deus propitiatorem in sanguine constantia in*
Vnde 1. Mach 6. dicitur, quod *elephantibus pugnaturis*, vt sci... ad prælium animarentur, *ostenderunt eis sanguinem vuæ, & mo-
ri.* Habeamus igitur in mente istud testamentum, scilicet sanguinem Christi & eius passionem, quia sine isto testamento, ... est, sine istius sanguinis memoria, impossibile est hæreditatem paradisi habere, vel gloriam cœli adipisci. Vnde ad Heb.9. dicitur quod *testamentum in mortuis confirmatum est.* Vnde nec primum quidem sine sanguine dedicatum est. Patet igitur charissimi, quod sanguis Christi restaurauit æternam hæreditatem, vastauit inferni profunditatem, dissoluit nostram captiuitatem, expiauit omnem iniquitatem. Et ista sunt quatuor membra auctoritatis. Patet igitur, quod in scriptura inuenitur sanguis valoris pretiosissimi.

¶ Secundo principaliter dico, quod in scriptura inuenitur sanguis dulcoris virtuosissimi, scilicet sanguis gratiæ. Gratia enim est in anima sicut sanguis in corpore, quia scilicet, sicut sanguis corpori dat vitam, sic gratia animæ. Et sic videmus, quod sanguis causat

In { Carne calorem,
Vultu ruborem,
Actu vigorem,
Intellectu subtilitatem,
Affectu pietatem,
Manu largitatem,
Voce iucunditatem.

Sic vere diuina gratia causat
Interius calorem charitatis,
Exterius calorem seu ruborem verecundiæ honestatis,
Vigorem virtuosæ operationis, & probitatis,
Splendorem discretæ subtilitatis,
Dulcorem pietatis,
Valorem largitatis,
Canorem iucunditatis.

Vnde versus naturales dicunt, quod sanguineus est
*Largus, amans, hilaris, cantans rubeiq; coloris.*

Et breuiter, sanguis iste est vita, & spiritus ipsius animæ, quia sicut dicitur Leu.17. *Anima omnis carnis in sanguine est.* Anima inquit. Iuxta illud Ezech.16. *In sanguine tuo viue.* Corpus enim si perdat sanguinem, statim moritur, sic etiam anima, quæ per peccatum perdit gratiam, quia sicut dicitur Ezech.18. *Anima quæ peccauerit ipsa morietur.* Et aduerte, quod secundum Auicennam, animalia carentia sanguine, multo plures habent alas, & pedes, quam animalia sanguinem habentia, sicut patet de istis vermibus, erucis, papilionibus, & similibus. Tanta est enim virtus sanguinis (videtur (quod natura in animalibus habentibus sanguinem per pauciora instrumenta potest operari, quam in non habentibus per plura. Ad denotandum, quod sanguis gratiæ facit animam paucioribus esse contentam. Illi autem qui isto sanguine carent scilicet, peccatores, multis abundant pedibus malarum affectionum, & multis alis diuitiarum temporalium possessionum. Ideo bene dicitur Deut.32. quod *Deus constituit populum suum super excelsam terram, vt sugeret mel de petra, & vt sanguinem vuæ biberet meracissimum.* Ista est ergo sanguis dulcoris virtuosissimi, scilicet, sanguis gratiæ.

H ¶ Tertio principaliter dico, quod in scriptura inuenitur sanguis doloris luctuosissimi, & iste sanguis est mors, & pœna martyrum, & bonorum, quæ per sanguinem denotatur, quia scilic. sanguis non sine dolore extrahitur, & per extractionem homo moritur. Et ideo per sanguinem mors, & pœna merito designatur. De quo Genes. 4. *Vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra.* Effusio enim sanguinis iniusta semper clamat iustitiam, & vindictam, ad cuius clamorem Deus taliter excitatur, quod sine vindicta transire effusionem sanguinis non patitur, iuxta illud Ps.78. *Vltio sanguinis seruorum tuorum, quia effusus est, introeat in conspectu tuo.* Vnde etiam ipse Dominus dicit Gen. 9. *Quicunq; fuderit humanum sanguinem fundetur sanguis ipsius.* Et quod plus est, ipse dicit illud, quod non tantum de manibus hominum, sed etiam de manibus bestiarum est vindicta humani sanguinis requirenda. Vnde etiam de harpya legimus quod cum hominem occiderit, tandem videns vultum suum virgineum in aqua, &

Dictiom. Bersborg.

...mal... in tantum dolet ... quod mo... præ dolore ... non patitur qui ... qui hominem iniuste occiderit, morte ... ili lædat ir. Ap... enim quæ aculeum infixerit nequaquam amplius f...ctum facit quoniam cito moritur atque perit. Sic vere ... o qui gladi... a...mam pungit, mori necessari... ubis...bit, quia sicut dicitur Matth.26. *Qui gladio percusserit gladio peribit.* ... d tamen non attendunt quidam qui ad sangu... fundendum ... natuiram inclinantur, & in occidendo, & vulnerando al... delectantur, & scire vel posse interficere gl... ntur. ... sunt *quorum pedes ad malum currunt, & festinant vt effundant sanguinem* P... Isti deberet attendare, quod ... crudeli... qu... sanguinem, nunquam tamen ... sanguinem a... orum ... b... milium, quia scilicet alia sui generis, vel suæ speciei ... dunt. Isti tamen illos qui sunt eiusde... naturæ ... den... & Christiani homines sicut ipsi, vulnerant & oc... du... vero qui sunt sibi dissimiles in moribus, & in fide videlicet Sarracenos, contra quos deberent vertere ir... in ... nam, non langar... neque lædunt. Isti assimilantur quibusdam hominibus ... am patriæ, quam Solinus lib. de mir. mun. notat, de quibus dicit ibidem, quod sunt famuli Dei martis, & in honorem ... sius, ... ea adorant, & homines ipsis ensibus sacrificant, & h... sanguinem eis. Et reuera charissimi tales sunt illi, qui de ensibus faciunt Deos suos, qui plus gloriantur in ensibus & lanceis, quam in quibuscunque bonis operibus. Isti enim homines sacrificant ipsos impie occidendo, & per enses eorum sanguinem effundendo. *Isti enim sunt qui immolant homines vitulos adorantes* Osee 13. *Isti sunt, qui effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum & filiarum suarum, quas sacrificauerunt sculptilibus Chanaan.* Ps. 105. Et ideo *hodie infecta est terra a sanguinibus, quoniam maledictum, furtum, adulterium & mendacium inundauerunt super terram, & sanguis sanguinem tetigit.* Oseæ 4. Iste est igitur sanguis doloris, qui est luctuosus.

¶ Quarto dico, quod in scriptura inuenitur sanguis sudoris, qui est laboriosus. Et iste est sanguis substantiæ temporalis, quæ pro eo sanguis dicitur, quod humana vita ex eo sustentatur. Veruntamen sicut videmus, quod aues impiæ sanguine viuunt & hoc cum alieno non suo, & tamen illæ aues nobiles nuncupantur, sic homines iniqui de sanguine innocentium, id est, de substantia pauperum viuunt, ipsamq; vel per rapinam vel per vsuram deuorant, & ebibunt, quidam s. violenter, & aperte deuorando per rapinam, more leonis, de quo Num.23 *Non accubabit leo donec rapuerit prædam, & occisorum sanguinem bibat.* Quidam occulte, & fraudulenter sugendo per auaritiam, & vsuram, sicut sanguisuga. Vnde Prou.30. *Sanguisugæ duæ filiæ sunt, dicentes, Affer, Affer.* Sanguisugæ enim sunt vsurarij, qui imperceptibiliter sanguinem temporalis substantiæ nobis auferunt, ita quod exinde nobis vacuatis ipsi grossi, & pleni fiunt Esa.1. *Manus vestræ sanguine sunt plenæ.* Et Esa.15. *Aquæ Dibon repletæ sunt sanguine.* Isti sunt qui vehementer emungunt, & ideo eliciunt sanguinem Prou.30. *Isti sunt viri sanguinum & dolosi, qui vt communiter non dimidiant dies suos.* Ista potissime sunt contra crudeles principes, & prælatos, qui sunt sicut leo, & aquila, qui reges sunt animalium, & auium qui ipsa quibus principantur, solent occidere, & se de eorum sanguine impinguare. Sic vere isti ad hoc videntur esse reges, & principes aliorum, vt eos per iniustas exactiones temporaliter occidant, & de sanguine suæ temporalis substantiæ se impleant. Et de h... Iudit.8. *Iam ordinant vt occidant pecora sua, & sanguinem eorum bibant.* Iste est igitur sanguis sudoris, qui est laboriosus. Et sic patet, quod sanguis in bono significato signat multipliciter in scriptura. I

K ¶ Sed adhuc in malo significato nota, quod in scriptura multipliciter malus sanguis inuenitur, videlicet, sanguis
Luxuriæ, & carnalitatis,
Nequitiæ & iniquitatis,
Sæuitiæ, & crudelitatis.

Item inuenitur sanguis carnalitatis, & luxuriæ. Per sanguinem enim intelligitur peccatum luxuriæ, quod ad modum sanguinis maculat, & corrumpit. Vnde luxurioso potest dici illud quod de Holoferne à muliere occiso dicitur Iudith 14. quod *inuenerunt cadauer Holofernis sine capite in suo sanguine volutatum.* Isti enim videntur similes illi serpenti, qui dicitur hæmorrhois, qui morsu facit sanguinem fluere vsque ad mortem. Quia scilicet quos diabolus per tentationem luxuriæ momorderit, fluxu sanguinis carnalis voluptatis ipsus inficit, & corrumpit Exod. 4 *Quicquid*

*manseritis in flumine vertetur in sanguinem.* T[illegible] be-ne cauerit ab isto fluxu sanguinis. Habent [illegible] pre-tiosum topazion, qui dicitur sanguinem [illegible] est di-ctum, virtutem castitatis, quæ non permittit istius sanguinis corruptionem sentire, quia scilicet, *isti non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt* Ioan. 1. Iste est [illegible] sanguis carnalitatis, & [illegible]. Iste autem sanguis non solum [illegible] extendit ad luxuriæ infectionem, imo etiam ad [illegible] carnis affectionem. Sanguis enim si superabundet, dicitur ocu-los obtundere, acutiem etiam gladij dicitur hebetare. Si ve-re sanguis carnalis affectionis oculum recti iudicij peruenit, & acutiem iustitiæ confundit. Vnde Petro dictum est Matt. 16. *Beatus es Simon Bariona, quia caro, & sanguis non reuelauit tibi.* Item inuenitur sanguis iniquitatis, & nequitiæ, & iste est san-guis iniquitatis culpæ, qui in fine corrumpit animam, de quo Esaiæ [illegible]. *Manus vestræ pollutæ sunt sanguine.* Item inuenitur sanguis crudelitatis & fæuitiæ, & secundum hoc viri impij, & crudeles dicuntur viri sanguinum seu viri sanguinolenti, qui pro mini-mo habent fundere sanguinem. De quo dicitur 1. Reg. 2. *Effu-derat sanguinem belli in pace.* Et tamen isti deberent timere illud Esaiæ 9. vbi dicitur, quod *vestimentum mixtum sanguine erit in com-bustionem, & cibus ignis.* Sed de isto sanguine supra visum est. Suf-ficit.

A **Sapientia. Sapiens.** Nota, quod sapientia dicitur à sapere, & etiam de sapore, secundum Isid. in lib. etymol. Quia inquit, sicut gustus dicitur à discretione ciborum, sic sapientia à cognitione rerum & causa-rum. Et est differentia inter sapientiam, & scientiam, & pruden-tiam, quia

Sapientia proprie dicitur de æternis & intellectualibus,
Scientia de naturalibus & rationalibus,
Prudentia vero de humanis & agibilibus.

Sæpe tamen fit, quod sapientia accipitur pro quolibet prædi-ctorum. Et ideo notemus, quod in scriptura multiplex sapientia inuenitur, scilicet, Sapientia

Increata,
Illustrata,
Offuscata,
Deprauata,

Prima est diuina & superior,
Secunda est humana & interior,
Tertia est mundana & exterior,
Quarta est diabolica & inferior, seu deterior.

B ¶ Est dico sapientia superior, quæ est increata, & sic sapientia nihil aliud est, quam persona filij, quia sic sapientia filius est pa-tris. Ille enim est sapientia

Increata,
Incarnata,
Inscrutabilis,
Infallibilis.

Increata dico, de quo Ecclesi. 24. *Sapientia laudabit animam suam.* Et sequitur: *Ego ex ore altissimi prodij, primogenita ante omnem creatu-ram.* Incarnata Iob 38. *Quis posuit in visceribus hominis sapientiam?* Inscrutabilis etiam. Vnde Rom. 11. *O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabi-les viæ eius.* & Esa. 40. *Neque est inuestigatio sapientiæ eius.* Infallibilia insuper, quia sicut dicitur in Psal. 146. *Sapientiæ eius non est nume-rus.* Et sic Deus habet sapientiam

Increatam, quantum ad paternam generationem,
Incarnatam, quantum ad maternam obumbratio-nem,
Inscrutabilem, quantum ad Iudæorum excæcatio-nem,
Infallibilem, quantum ad creaturarum dispositio-nem.

Quia breuiter ille sapiens corde est, & fortis robore. Ista est er-go sapientia increata, quæ est superior. Sed quia indignus sum a-perire os ad loquendum de ista sapientia infinita, iuxta illud Prou. 24. *Excelsa est stulto sapientia, in porta non aperiet os suum.* Ideo prætermitto.

C ¶ Est etiam sapientia illustrata, quæ est interior, & ista est sa-pientia virorum sanctorum & iustorum, qui sciunt & sapiunt illa, quæ pertinent ad salutem, de quibus Prou. 23. *Esto sapiens, & dirige in via animam tuam.*

D ¶ Est insuper sapientia excæcata, quæ est exterior, & ista est sapientia [illegible] cæca in illis [illegible] pientia huius [illegible]

¶ Et est sap[illegible] quamuis de [illegible] turbida. Vnde [illegible] diuina. Qua[illegible] & diabolica. His [illegible] pr[illegible] lustrata sapien[illegible] vera & [illegible] mus quod sapientia est v[illegible] ut debent. Et sic sapientia [illegible] unt prout sunt, secundum Bern. [illegible] de sapore seu de virtute & con[illegible] citur quod *sapientia secundum nomen eius sa*[illegible] Bern. dicit *Inuenisti, inquit, sapientiam si prima*[illegible] *bata secula desideria paruipendas si æternam beati*[illegible] *concupiscas. Inuenisti sapientiam si horum tibi singula s*[illegible] Ista est igitur sapientia proprie sapida, sic c[illegible] scere vnamquamque rem secundum suum val[illegible] pientiam proculdubio debemus habere, p[illegible] amq[illegible] procurare. Etiam animalia bruta quandam [illegible] dant nobis exemplum intendendi. Sciunt enim

Nociua fugere,
Remedia quærere, &
Contra pericula futura vtilia procurare.

Nociua, dico, fugere. Vnde de apibus legimus, quod [illegible] tida fugiunt & dimittunt. Remedia quærere. Vnde de [illegible] gimus, si vulneratus fuerit, dictamum comedit, & de[illegible] sagittam expellit; de cane, qui gramen comedit & sic h[illegible] corruptos euomit, & periculum euadit. Vtilia etiam [illegible] tare. Vnde de formica videmus, quod sapienter illud [illegible] me comedit, quod in æstate congregauerat. Ide[illegible] mure Auerano, qui dicitur Marmota. Et ideo ad [illegible] dum iustorum sapientiam monet Sapiens Prou. 6. *Vade ad formicam, ò piger, & considera vias eius, & disce sapientiam.* Ex[illegible] gitur illud tum qui sapiens esse voluerit, vitiorum pericul[illegible] p[illegible] uebit, & si peccare eum contigerit, pœnitentiæ remedi[illegible] m[illegible] hibebit, & contra futura infortunia virtutum copiam [illegible] gabit, & spiritualia commoda procurabit. & sic dicitur [illegible] 15. *Qui congregat in messe, filius sapiens est.*

¶ Vbi aduerte, quod tria requiruntur ad hoc, quod [illegible] possit quis esse, videlicet,

Subiugatio propriæ affectionis,
Cumulatio moralis perfectionis,
Vendicatio finalis saluationis.

Primum probat nomen subiectiuum, Filius.
Secundum probat nomen coniunctiuum, Congregat.
Tertium probat nomen refectiuum, In messe.

Quia proculdubio ad sapientiam pertinet

Humiliter affectus subiugare. Filius.
Vtiliter virtutes coniungere. Congregat.
Fertiliter præmia reportare. In messe.

Per primum vitia corriguntur,
Per secundum merita colliguntur,
Per tertium præmia eliguntur.

¶ Dico primo, quod sapientes debent subiugare cordis affe-ctionem, quod ostenditur, cum dicitur, *Filius.* Filius enim est nomen timoris, obedientiæ, subiectionis, & disciplinæ. Fi[illegible] enim naturaliter est subditus patri suo. Ad denotandum, qu[illegible] ille, qui volt esse sapiens, debet se subijcere Deo, prælat[illegible] & maioribus, & affectionem cordis sui debet per rationem fran-gere, & ipsam rationis legibus subiugare; sicut enim dicitur Prou. 10. *Filius sapiens lætificat patrem.* Et ideo Prou. 23. docet ho-minem esse sapientem, & filium Dei. *Audi fili mi, & esto sapiens, & dirige in via animam tuam.* Sequitur: *Audi patrem tuum, qui genuit te, &c.* Nullus enim proprie potest esse sapiens, nisi fi[illegible] [illegible] id est, nisi sit sub disciplinæ regulis constitutus. Et ideo qui [illegible] volunt subesse, neque aliquibus legibus subiacere, & pro[illegible] prudentiæ consentire, & sibi soli credere, nunquam po[illegible] esse sapientes. Talibus dicitur Esa. 5. *Væ qui sapientes estis in [illegible] vestris, & coram vobismetipsis prudentes.* Isti sunt præsumptuosi [illegible] omnia volunt facere secundum proprium caput, qui sunt phrenetici, quibus videtur, quod ipsi vident mirabilia, quamuis penitus nihil videant, nec possibile est, quod aliud [illegible] tur eius intelligi, quam quod in phantasia conceperunt. Tales

qui quamuis nihil penitus [illegible] ant, ipsi tamen credunt [illegible] scire, quinimo aliorum sapientiam [illegible] contemnunt, & suam, quæ nulla est, solent aliis anteferre. Contra illud 1. Cor. 3. *Si quis vult sapiens esse in hoc sæculo, stultus fiat, vt sit sapiens.* Et Prou. 3. dicitur: *Ne sis sapiens apud temetipsum: & ne innitaris prudentiæ tuæ, sed sapientiæ tuæ pone modum.* Dico igitur, quod [illegible] vult esse sapiens, debet subiugare cordis elationem. Filius, [illegible].

¶ Et nota, si vis, quod ad filium sapientem pertinet

Diligenter audire,
Dulciter assentire,
Superbe non sentire,
Maiori obedire,
Cum bonis conuenire.

Ista enim quinque faciunt hominem sapientem, scil. diligenter [illegible] Eccl. 6. *Si dilexeris audire, sapiens eris.* Item consulitur Prou. [illegible] *Fili mi, inclina aurem tuam, & audi verba sapientum.* Item dulciter [assenti]re. Pertinet enim ad sapientem non repugnare omnibus quæ dicuntur, sed assentire his, quæ fuerint rationis. Vnde Tob. 4. *[Consi]lium à sapiente perquire:* Et Eccl. 4. *Sapientia & scientia, sensus & [scien]tia in ore sensati.* Sequitur. *Non contradicas verbo veritatis vllo [modo].* Item sapientis est superbe non sentire. Vnde Iob 13. *Vtinam taceretis, vt putaremini sapientes.* Item sapientis est maiori obedire, de quo Prou. 28. *Qui custodit legem, filius sapiens est.* Custodit legem [inqui]t, id est, qui obedit legislatori. Item sapientis est cum bonis conuenire. Prou. 13. *Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit.* Et pro certo qui ista quinque habuerit, filius sapiens erit, ita quod de [i]pso poterit dici illud 2. Par. 2. *Benedictus Dominus, qui dedit Dauid regi filium sapientem & eruditum.* Patet igitur, quod ad sapientem pertinet subiugare cordis affectionem, vel mentis elationem. Filius, inquit.

¶ Secundo dico, quod ad ipsum pertinet cumulare morum perfectionem. Congregat, inquit, quia scil. animalia prudentia congregant flores & mella, sicut apes, & sicut ericius, qui congregat poma, sicut formica, quæ congregat grana. Congregare enim est officium sapientum, sicut dispergere stultorum. Quia vere si sapientes esse voluerimus, debemus flores gratiarum, grana meritorum, poma & mella virtutum in persona propria congregare. Congregat, inquit. Vnde Prou. 6. *Vade, inquit, ad formicam, ô piger, & disce sapientiam, quæ cum non habeat ducem, aut præceptorem, nec principem, parat in æstate cibum sibi, & congregat in messe, quod comedat in hyeme.*

¶ Et possumus notare, quod sapientes debent congregare & accumulare in seipsis virtutem

Amoris,
Timoris,
Vigoris,
Doloris,
Fidelitatis,
Humilitatis,
Sedulitatis,
Taciturnitatis,
Patientiæ & stabilitatis,
Seueritatis.

Ibi ergo aggregant virtutem amoris & dilectionis, quia scil. isti sunt, qui (sicut dicitur Prou. 6.) dicunt Sapientiæ, *Soror mea es, & prudentiam vocant amicam meam.* Item virtutem timoris & confessionis, quia sicut dicitur in Ps. 110. & Pro. 1. *Principium sapientiæ timor Domini.* Item virtutem vigoris & durationis. Pro. 24. *Vir sapiens fortis est, vir doctus, robustus & validus.* Item virtutē mœroris & contritionis, quia sicut dicitur Eccl. 7. *Cor sapientum vbi tristitia.* Item aggregant virtutem fidelitatis. Psal. 16. *Testimonium Domini fidele, sapientiam præstans paruulis.* Item virtutem sedulitatis quia scil. sapientes sunt seduli ad obediendum Deo, & ad mandata ipsius facienda. Vnde Exo. 35. *Quis vestrum est sapiens? veniat, & faciat, quod Dominus imperauit.* Item virtutē taciturnitatis. Eccl. 2[0]. *Homo sapiens tacebit vsque ad tempus,* quinimo sicut dicitur Prouerb. 17. *Stultus etiam si tacuerit, sapiens reputabitur.* Nam (vt dicitur Eccl. 21.) *In corde sapientum os illorum.* Item virtutem patientiæ & stabilitatis, sicut dicitur Prou. 19. *Si corripueris sapientem, intelliget disciplinam:* & Prou. 9. *Argue sapientem, & diliget te.* Item virtutem seueritatis. Prou. 20. *Dissipat impios vir sapiens.* Patet igitur, quod ad sapientem pertinet cumulare morum perfectionem. Congregat, inquit.

Dillon Bersborg.

¶ Tertio dico, quod ad sapientem pertinet vendicare vitæ [conclu]sionem. In messe, inquit. Ille enim proprie est sapiens, qui de præmissis suis scit bonam conclusionem eligere, & quid de operibus suis sui finem vt salutem attingere, qui etiā de omnibus, quæ facit, scit lucrum & præmium acquirere, & qui per omnes vias, per quas tendit, scit ad debitum portum & terminum peruenire, & proculdubio sapiens est ille, qui scit taliter ordinare se, actus, & affectus suos, quod finem, terminum, portum, conclusionem, & præmium gloriæ Paradisi nouit finaliter reportare, quæ omnia ostenduntur, quando dicitur, *In messe.* Messis enim, quæ est tempus, in quo fit recollectio fructuum, & in quo agricola recipit præmium de laboribus totius anni, signat Paradisum, in quo fructus gloriæ colliguntur, & in quo labores huius vitæ remunerantur. Prouerb. 6. *Congregat in messe, vt comedat.* Ista est enim *messis multa, operarij tamen pauci,* Matth. 11. Quia scilicet soli sapientes istam messem recolligunt, & ad istam perueniunt & attingunt, iuxta illud Prou. 3. *Gloriam sapientes possidebunt, stultorum exaltatio ignominia.* Ista est enim vtilissima & optima sapientia, de qua dicitur Sap. 6. quod *concupiscentia sapientiæ deducet ad regnum perpetuum.* Illa est clara, & *quæ nunquam marcescet.* Ibidem Sapient. 6. Et sic patet, quomodo sapiens proprie est ille, qui K

Attingit vitæ conclusionem,
Acquirit morum perfectionem,
Deponit omnem præsumptionem.

Potissime autem talis sapientia requiritur in prælatis. Isti enim, quia non solum habent regere se, imo etiam alios, necesse habent maiori sapientia illustrari, sicut rex Salomon de seipso dicebat Eccl. 2. *Sapientia,* inquit, *perseuerauit mecum, & præcessi sapientia omnes, qui fuerunt ante me in Hierusalem, & transiui ad contemplandum sapientiam, &c.* Et ideo Sap. 6. *Si igitur,* inquit, *delectamini in sedibus & sceptris perpetuis, ô reges populi, diligite sapientiam, vt in perpetuum regnetis.* Et circa hoc pones, quicquid volueris de sapientia seu prudentia prælatorum. Sic igitur dico, quod est quædam sapientia virtuosa.

¶ Sed adhuc dico, quod inuenitur sapientia vitiosa, & ista est sapientia mundana, qua scil. pollent hodie *sapientes mundi,* qui secundum doctrinam Saluatoris, *prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt.* Luc. 16. Ista est enim *sapientia, quæ stultitia est apud Deum.* 1. Cor. 3. Et possumus notare, quod illa est proprie stultitia, multiplici ratione, videlicet, quia L

Generat mentis elationem,
Inducit Dei obliuionem,
Incendit fratrum deceptionem,
Peruertit rectam intentionem,
Procurat æternam damnationem.

¶ Dico igitur, quod mundi sapientia est mentis elationis generatiua. Vt communiter enim mundi sapientes sunt superbi, & præ superbia alios vilipendunt. Vnde 1. Cor. 8. *Scientia inflat, charitas ædificat.* Exemplo bufonis, qui oculos habet lucidos, & valde pulchros, & tamen super omnia animalia istud est, quod magis faciliter se inflat. Ad denotandum, quod illi, quorum visus per mundi sapientiam plus est clarus, animus per superbiam facilius fit inflatus. Elementa enim perspicua & lucida habent motum suum à centro ad circumferentiam; semper enim volunt superius ascendere, & etiam sursum esse, sicut patet de aere & de igne. Sic illi, qui lumine mundanæ sapientiæ sunt fulgidi, vt communiter, per superbiam sunt tumidi; semper enim volunt sursum ad eminentiam ferri, & alijs in omnibus anteferri. Quod bene aduertebat Sapiens, qui dicebat Eccl. 1. *In multa sapientia multa est indignatio, & qui addit scientiam, addit laborem.* Ista igitur mentis elationis est generatiua.

¶ Deinde dico, quod Dei obliuionis est introductiua. Constat enim, quod illi, qui magis sunt in sæculo sapientes, sunt Dei & illorum, quæ ad salutem pertinent, amplius ignorantes. Illæ enim aues, quæ vident clarius de nocte, vident obscurius de die, sicut patet de bubone, & similibus. Ad denotandum, quod illi, qui in nocte negotiorum mundi clarius vident, in die virtutem ignorantius se habent. Hier. 4. *Sapientes sunt, vt faciant mala, bene autem facere nescierunt.* Breuiter istud est hodie verum, quod illi, qui sunt in mundi sapientia clariores, sunt in moribus deteriores. Aquila enim in visu est clarissima, & tamen est in actibus impijssima & crudelissima. Dracones habent oculos valde splendentes, & tamen sunt in veneno valde nocentes. Noctiluca de nocte videtur lucere, & tamen in rei veritate vermis est M

sint decore, qui ad nihilum potest valere. Reuera charissimi, tales etiam sunt, qui oculos habent in sæcularibus clariores, & qui in nocte huius vitæ iudicantur sapientiores, quia pro certo isti hodie more aquilæ sunt crudeles, & rapaces, & iniuriosi, more autem draconis inflammati & ambitiosi, more etiam noctiloce sunt vermes viles, luxuriosi, & ignominiosi. Isti igitur non sunt sapientes, sed magis insipientes. Esa. 44. *Conuertens sapientes retrorsum, & scientiam eorum stultam faciens.* Ista est ergo Dei obliuionis introductiua.

N ¶ Denique dico, quod ista est omnis deceptionis machinatiua. Ista sapientia ad nihil aliud ordinatur, quam ad deceptionem proximorum. Ista est sapientia catti, qui de nocte videt, contra naturam aliorum animalium: nam tota malitia sua ad nihil aliud est, nisi ad mures explorandum & decipiendum, deuorandum & comedendum. Sic vere charissimi, sapientia mundanorum tunc optima dicitur, quando socios decipit, & contra ipsos fraudes atque malitias machinatur. Tota enim sapientia talium ad nihil aliud vacat, quam ad alios decipiendum, inuoluendum, & per versutias deuorandum. Ista enim est similis lapidi, qui dicitur Optalius, qui portantis oculos acuit, ita quod clarius solito videt, circumstantium autem oculos ita illudit, quod cum alios videat, ipse ab alijs non videtur; & iste est lapis, qui dicitur hominem facere inuisibilem. Quia vere sapientia mundi oculos intellectus possessoris sui solet clarificare, sed circumstantes solet decipere, & per diuersas malitias offuscare. Alios enim vident, & ipsi sunt inuisibiles, quia sic ipsi sciunt, quod faciunt alij, & intentio eorum tot & tantis malitijs palliatur, quod à nullo percipitur aut videtur. Et de hoc dicitur Iac. 3. *Non est hæc sapientia desursum, sed terrena, animalis, & diabolica.* Veruntamen istud per experientiam probatur, quod illi, qui per astutiam sapientiæ suæ non cessant alios decipere, in fine taliter decipiuntur, quod de pertinentibus ad salutem nihil cogitant, nec meditantur, sicut dicitur Esa. 47. *Sapientia tua & scientia tua hæc decepit te.* Est igitur ista sapientia deceptionis machinatiua.

O ¶ Insuper dico, quod ista sapientia est intentionis perturbatiua. Perturbat n. & peruertit in istis rectam intentionem, quod patet, quia intentio istorum debet esse in æternis, semper tamen ponitur in terrenis. Vnde isti sunt filij Agar, qui exquisierunt prudentiam. Similes talpæ, quæ optime est sapiens ad se in terra regendum, sed non extra terram. Sic isti in terrenis, & non in spiritualibus sunt sapientes, quia sicut dicitur Matth. 11. *Deus abscondit hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelauit ea paruulis.*

P ¶ Vltimo dico, quod talis sapientia est damnationis procuratiua. Tales enim facilius damnantur, quam alij, & merito, quia quanto plus habent de ratione, tanto cum peccant, plus merentur damnationem, sicut enim dicitur Luc. 12. *Seruus sciens voluntatem domini sui, & non faciens, plagis vapulabit multis.* Et ideo dicitur Dan. 2. quod *præceptum fuit quod interficerentur sapientes Babylonis*, quia sicut dicitur ad Rom. 8. *Sapientia carnis, mors, sapientia autem spiritus, & pax & vita.* Et sic igitur patet quomodo sapientia mundi est damnationis procuratiua, intentionis perturbatiua, deceptionis machinatiua, Dei obliuionis introductiua, mentis elationis generatiua. Sufficit. Vide supra de prudentia, & infra de Scientia.

A
## Saturare. Satiare.

Nota, quod saturitas idem est, quod repletio, de qua supra satis est factum. Et possumus notare, quod saturitas sumitur in bono & in malo. Primo in malo. Et sic dico, quod est saturitas

Gulositatis,
Crudelitatis,
Iniquitatis,
Mundanæ prosperitatis.

Dico, quod est saturitas gulositatis. Et de ista dicitur Prouer. 25. *Comede, quod sufficit tibi, ne forte satiatus euomas.* Item est saturitas crudelitatis, & ista est illa qua mali satiantur de pœnis aliorum Iob 31. *Si non dixerunt viri tabernaculi mei, quis det de carnibus vt eis saturemur?* Quod etiam pertinet ad detractores, qui recte satiantur, & delectantur in diffamationibus aliorum, de quibus Iob 19. *Quare persequimini me sicut Deus, & carnibus meis saturamini?* Item est saturitas iniquitatis, & ista est illa, qua mali se satiant vitijs, & peccatis, de qua dicitur Ezech 16. *Hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ saturitas, & abundantia panis, otium, & superbia vitæ.* Item dico, quod est saturitas mundanæ prosperitatis, & ista est illa, qua diuites replentur bonis & gaudijs huius mundi, videlicet diuitijs temporalibus, & delitijs corporalibus. Istæ est quædam saturitas valde pericul[o]sa & etiam causa mul[torum malorum]. Ista enim talis est quæ

Inflammat cordis affectionem,
Inducit mentis elationem,
Contemnit dulcem deuotionem,
Subuertit pacis quietationem,
Excitat carnis corruptionem.

¶ Dico, quod inflammat mentis affectionem. Saturitas bonorum mundi, & e[orum] tum replet [...] semper p[...] desiderium magis habendi Ps. 7[7]. *Manducauerunt & sat[urati sunt nimis, &] desiderium eorum attulit eis.* Quanto enim magis [satiantur &] plentur, tanto magis sunt insatiabiles, semper e[...] tei auaritiæ Pro 13 *Venter impiorum insatiabilis.* B[...] num nunquam ad plenum satiatur, sic nec appetitus auari Esa 56. *Canes impudentissimi nescierunt saturitatem.*

¶ Item dico, quod ista inducit cordis elation[em]. S[ic]ut [...] generat inflationem, sic vere mundi prosperitas g[e]nera[t superbiam] Oseæ 13. *Saturati sunt, & eleuauerunt cor suum, & sunt obliti mei.* [...] ta. Lupus saturatus non quærit nisi ludere, sic nec isti [nisi in] ludis, & delitijs inhiare, & de Deo penitus non curare [...] 9. *Saturati sunt, & impinguati, abundauerunt in delitijs.*

¶ Item dico, quod ista contemnit omnem deuotion[em]. R [...] sticus enim nimis saturatus grossis cibarijs, minus de [...] uenit in delicatis. Sic illi qui grossis mundi b[onis] [sa]turantur] nunquam in bonis delicatis, & spiritualibus delectan[tur]. [Pro.] 27 *Anima saturata calcabit fauum.*

¶ Item subuertit pacis quietationem. Sicut enim ill[e qui est] satiatus & plenus, solet pati eructationes, & mo[lestias], sic ille qui plus debito in diuitijs satiatur, pœnas, [...] & controuersias sustinet in mente Eccl. 5. *Saturitas diuitis non sinit dormire eum.*

¶ Item ista excitat carnis corruptionem. Vnde Hier[...] *[satu]raui eos, & mœchati sunt, & in domo meretricis luxuriabantur.* [...] eo, quod saturitas prosperitatis facit multa mala. Et [...] quod saturitas multipliciter sumitur in malo. ¶ Sed ad hoc [dico,] quod saturitas multipliciter sumitur in bono. Et sic dico, quod saturitas bona multiplex est. Deus enim satiat bonos

Spirituali deuotione,
Sacramentali refectione,
Temporali afflictione,
Æternali consolatione.

Satiat inquam eos deuotione spirituali. Vnde in Ps. 80. *De petra melle saturauit eos.* Item satiat eos refectione sacramentali P[s.] 104. *Pluit illis manna ad manducandum, & pane cœli saturauit [eos].* [Item] satiat eos temporali tribulatione Iob 10. *Non leuabo caput saturatus afflictione, & miseria.* Item satiabit illos æternali cons[olatione,] scilicet, voluptate gloriæ Paradisi. De quo Luc. 6. dicitur *[Beati] qui nunc esuritis, quia saturabimini.* Et Dauid dicebat in Psal. *[Sa]tiabor cum apparuerit gloria tua.* Illa est igitur vera satietas, [qua] viuit homo, nunquam repletur cor humanũ, iuxta illud *Non saturatur oculus visu, nec auris auditu.* Sed tunc erit perfecte saturatus, quando Deus qui infinitus est, satiabit hominem de se ipso, & tunc dicetur illud Psalm *Edent pauperes, & saturabuntur, & laudabunt dominum eum qui requirunt, viuent corda eorum in sæculum sæculi.* Sufficit. Vide supra de Replere.

## Scandalum. Scandalizare.

Nota, quod proprie scandalũ est illud quod est causa vel occasio ruinæ. Scandalizare autem nihil aliud est quam aliquid offendere, vel causam seu occasionem ruendi accipere vel habere. Et est proprie scandalũ idẽ quod obex, obstaculũ, seu offendiculum. Et sic dico, quod per scãdalum potest intelligi spiritualiter illud quod in via morum nos facit cadere vel errare. Vnde nota, quod inuenitur scandalum

Erroris,
Timoris,
Amoris,
Tentationis,
Locutionis,
Operationis,
Prædicationis,
Conuersationis,
Oppositionis.

B ¶ Scandalum erroris est peccatum infidelitatis, scilicet cultus idolorum, vel defectus credenti. Ipsa enim idola erant alij[s in] scandalum & ruinam Exod 23. *Si seruieris dijs eorum, erit tibi in scanda-*

*scandalum.* Christus enim & crucifixo modo dicitur scandalum, in quantum Iudæi nolentes credere, offenderunt in eum, sicut in quendam lapidem, quem pedibus concussissent, & per quod a fide ceciderunt, & per obstinationem retro abierunt. Vnde 1. Pet. 2. dicitur, quod *Christus non credentibus factus est lapis offensionis, & petra scandali.* Vnde 1. ad Cor. 1. dicitur. *Prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam.* Et sic dico, quod idola fuerunt scandalum fidei credendo. Christus vero scandalum est ipsum falsæ denegando.

C ¶ Scandalum timoris est quando per timorem aliquis corruit in peccatum, sicut fecerunt discipuli, qui propter timorem mortis vel fugerunt, vel Christum negauerunt, de quo Matth. *Omnes vos in hac nocte scandalum patiemini in me.*

D ¶ Scandalum amoris est, quando amor alicuius reiest alicui causa peccati. Vnde 1. Re. 18. dixit Saul de Michol filia sua quam diligebat Dauid *Dabo,* inquit, *sibi, vt fiat ei in scandalum.*

E ¶ Scandalum tentationis est quando tentatio vel suggestio diaboli vel etiam peccatoris est causa vel occasio delinquendi. Vnde de talibus tentationibus dicit Dauid in Psalm. loquens de dæmonibus dicens. *Iuxta iter scandalum posuerunt mihi.*

F ¶ Scandalum locutionis est quando ex verbis alicuius accipit homo occasionem peccandi. Vnde de incaute loquentibus dicitur Eccl. 37. *Non semel peruertet os suum, & in verbis suis dabit scandalum.*

G ¶ Scandalum operationis est, quando ex operibus alicuius alij scandalizantur, & ad peccatum vel ad malam operationem inuitantur, de quo Malach. 2. *Vos autem scandalizastis plurimos in lege, irritum fecistis pactum Leui.* Et loquitur malis sacerdotibus quorum mala opera sunt scandalum aliorum. Et de his potest intelligi illud Matth. 5. *Si manus dextra tua scandalizat te, abscide eam & proijce abs te.* Manus enim dextera est ille ad cuius opera debemus habere exemplum, sed si iste male operando scandalizat te, eijce eum, & dimitte te, iuxta illud Matth. 23. *Quæ autem faciunt, nolite facere.*

¶ Scandalum prædicationis est, quando doctor vel prædicator bene docet, & male operatur, quia inde scandalum in populo generatur, qui magis ad opera quam verba attendens, male faciendi authoritatem sumit, & bene faciendi doctrinam contemnit, & ita tales doctores & prædicatores & sibi & alijs occasio scandali fiunt contra illud Eccles. 1. *Non scandalizaueris in labijs tuis.*

I ¶ Scandalum conuersationis est quando ex mala conuersatione maiorum redundat malum exemplum ad oculos subditorum. Et de hoc potest dici illud Matth. 5. *Si oculus tuus scandalizat te erue eum, & proijce abs te.* Oculus enim dirigit corpus, & ideo oculus noster est ille cuius conuersatio & discretio debet esse operis nostri exemplariter directiua. Quod si propter malam conuersationem scandalum operationis præbeat, non debet imitari, sed ab eius consortio separari.

K ¶ Scandalum oppositionis est quando aliquis per duritiam ita omnibus indebite se opponit, quod alijs est scandalum faciendi aliquod bonum. Et sic Christus dicens se crucifigendum Petro dicente: *Absit à te domine, non erit tibi hoc,* Respondit Matt. 16. *Vade retro satana scandalum mihi es.* Istis & alijs multis modis sumitur scandalum, sed quocunque modo sumitur, est malum facere vel præbere, siue sit in verbis vel in operibus & in factis, quia sicut dicit saluator Matth. 18. *Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in mare.* Sufficit. Vide supra de Ruina, & Cadere.

A **Scelus.** Nota quod scelus accipitur pro quocunque enormi vitio vel peccato. Et ideo secundum diuersitatem mortalium peccatorum, potes distinguere varietatem scelerum & enormium delictorum. Vide vbi agitur de peccato siue generaliter siue particulariter.

A **Scindere. Scissura.** Nota quod scissura nihil aliud est quam diuisio alicuius continui. Et potest accipi in bono & in malo. Vnde nota quod breuiter loquendo in scriptura inuenitur pluribus modis scissura, videlicet, scissura

Contritionis,
Confessionis,
Afflictionis,
Compassionis,
Diuisionis,
Damnationis.

¶ Est dico scissura contritionis. Contritio enim habet virtutem incisiuam. Res enim incisiuæ dantur à medicis ad compactæ materiæ dissolutionem, & ad habilitandum eam ad expulsionem. Sic vere contritio materiam vitiorum in corde per obstinationem compactam incidit & dissoluit, & ad expulsionem confessionis ipsam habilitat & disponit. Et de hoc Ioel. 2. *Conuertimini ad me in toto corde, &c. Et scindite corda vestra.* B

¶ Item dico quod est scissura confessionis. Membrum enim quandoque scinditur, vt malus humor ibi contentus exterius expellatur. Sic vere homo cum gladio linguæ seipsum per confessionem scindit & aperit, & sic humor vitiorum exit. Et ista est propriæ scissura vestimentorum, de qua fit toties mentio in scriptura. Vestes enim operimentum vitiorum significant, quæ tunc temporis scinduntur, quando per confessionem apparent & aperiuntur. Iob. *Scissis vestibus sparserunt puluerem super caput suum.* Vbi aduerte quod illi debent C

Tollere omnem excusationem. Sparserunt.
Cernere mortis resolutionem. Puluerem,
Demere cordis exaltationem. Super caput.

Vnde 4 Reg. 19. dicitur quod *audiens Ezechias minas Sennacherib, scidit vestimenta sua, & indutus est sacco.*

¶ Item dico quod est scissura afflictionis seu correctionis. Ferrum enim & lapis & pannus scinduntur vt ad aliqua opera adaptentur. Per scissuram enim amouentur superflua, quæ nisi scinderentur & tollerentur, nunquam debito modo præpararentur, vel ad opera congrue aptarentur. Sic vere ad hoc quod homo sit bene dispositus in moribus & aptatus, necesse est quod per correctionem & temperantiam sit à cunctis superfluis præscissus, & totaliter resecatus, & de hoc Eccl. 3. *Tempus scindendi, & tempus consuendi.* D

¶ Item dico quod est scissura compassionis. Sicut enim arbores in æstate scinduntur vt liquor intus latitans destilletur, sicut patet de balsamo, de vinea, & de thure, sic vere dolor alienæ miseriæ debet nos per compassionem scindere, ita quod liquorem beneficiorum debemus alijs destillare Abacuc. 3. *Fluuios scindes terra, viderunt te aquæ, & doluerunt montes.* Quod bene figuratur Zach. 14. vbi dicitur. *Scindetur mons oliuarum ex media parte sua.* Mons oliuarum est vir misericors, qui tunc temporis scinditur quando compassione confunditur, & ad adiuuandum miseros aperitur. Quod figuratum est in *velo templi, quod Christo moriente scissum* legitur fuisse Matth. 27. quia corda misericordium & piorum scinduntur & penetrantur in miserijs aliorum. E

¶ Item est scissura diuisionis seu dissensionis. Quando enim aliqua res scinditur tunc vna pars ab alia separatur. Sic quando discordia aliquos scindit, tunc vnum ab amore alterius separat & seiungit 1. & Cor. 11. *Conuenientibus vobis in ecclesia Dei, audio scissuras esse inter vos.* Et talis scissura discordiæ partialitatis & inuidiæ multum est hodie in ecclesia & in religione. Quod figuratum est 3. Reg. 11. vbi dicitur quod *Ahias propheta scidit pallium suum in 12. partes, & vnam partem solum dedit Salomoni.* Ad denotandum quod Deus scindebat & diuidebat regnum Salomonis, & quod vna sola pars suis hæredibus remanebat. Quia proculdubio charissimi regnum Salomonis & pallium Ahiæ, hoc est dictum, ecclesia Christi & religio scissa est hodie in multas partes. Non enim est ibi vnitas vel continuitas concordiæ vel amoris, & ideo vix duodecima pars remanet Salomoni pacifica. Quia pro certo de nobis vix duodecimus inuenitur qui sit pacificus aut modestus, aut qui sit à scissura discordiæ & partialitatis aut inuidiæ alienus. Ideo diabolus potest dicere illud quod dictum est Roboam 3. Regum 14. *Scidi regnum domus Dauid, & dedi tibi.* Ista igitur est scissura diuisionis. F

¶ Item dico quod est scissura damnationis. Membra enim scinduntur sceleratis ad pœnam & ad punitionem. Talis est scissura damnatorum, qui etiam scinditur & affligitur diuersis tormentis, qui etiam scinditur & diuiditur à consortio beatorum de qua scissura potest dici illud quod dictum est Dan. 13. *Ecce Angelus stat euaginato gladio, & accepta sententia ab eo scindet te medium.* Istud autem de scissura pœnæ æternæ intelligitur, quia constat quod senes, quibus hoc dictum est, non fuerunt per angelum corporaliter scissi, sed propterea lapidati. Scissura ergo sicut patet, accipitur multis modis. Et sic sufficit. G

A **Scire. Scientia.** Nota quod scientia multipliciter accipitur. Inuenitur enim Scientia,

Diuina, quæ est superior,
Mundana, quæ est inferior,
Spiritualis, quæ est interior,
Scripturalis, quæ est exterior.

Dico quod Deus habet scientiam inscrutabilem. Mundus habet scientiam variabilem. Iusti habent scientiam spiritualem. Scriptura habet scientiam infinitam. De scientia diuina dicitur ad Rom. 11. *O altitudo diuitiarum, sapientiæ & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, &c.* De scientia mundana dicitur Hier. 19. *Stultus factus est omnis homo à scientia.* De scientia spirituali dicitur 1. ad Thes. 4. *Sciat vnusquisq; vas suum possidere in sanctificatione & honore.* De scientia scripturali dicitur Io. 7. *Quomodo literas scit, cum non didicerit.*

B ¶ His igitur præmissis & omissis, dicamus solum de spirituali scientia, quæ nihil aliud est quam discretio vel prudentia, per quam s. ratio illuminatur ad cognoscendum bonum à malo, & verum à falso, & ad sciendum quid agendum, & quid credendum, & quid refutandum, & c. similia. Quia breuiter ista est vera scientia per quam sciuntur cœlestia, & appetuntur

Deus & sancti vt diligantur,
Virtutes vt acquirantur,
Terrena vt contemnantur,
Diabolus & peccatum vt fugiantur,
Infernus & peccatum & tormentum vt caueantur.

Ista enim omnia sunt scienda, & per veram scientiam cognoscenda, quia sicut dicitur Luc. 1. *Data est scientia salutis plebi eius in remissionem peccatorum:* Illa est enim vera scientia per quam cognoscantur principia rerum, scilicet Deus & illa quæ de Deo sunt credenda (iuxta illud Psalm. *Scitote quoniam Dominus ipse est Deus.*) item media, scilicet illa bona quæ facienda sunt & mala quæ sunt vitanda (Esa. 7. *Sciat reprobare malum & eligere bonum.*) Item conclusiones, scilicet bonorum præmia, & malorum supplicia, (1. Io. 3. *Scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam.*) dico quod ista est vera scientia, & quod nulla alia debet dici scientia, nec sapientia reputari. Et ideo istam scientiam dat Deus amicis suis. Exemplo patrisfamilias, qui libenter docet filium aliquem secretum punctum, per quem proficere possit & valere. Vnde Sapient. 10. dicitur quod *iustum deduxit dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum cælorum, & dedit illi scientiam sanctorum.* Scientia enim sanctorum est scientia scripturæ & spirituali sapientiæ doctrinæ, per quam scilicet Deus cognoscitur, & per quam cognitus diligitur, per quam etiam dilectus acquiritur & habetur. Et ad hoc ipsemet nos excitat in scriptura, dicens Hier. 9. *Non glorietur sapiens in sapientia, nec fortis in fortitudine sua nec diues in diuitijs suis, sed in hoc glorietur, qui gloriatur, nosse me, quia ego sum dominus* Vt sic cuilibet uostrum dicatur illud Matth. 13. *Vobis est datum scire mysterium regni Dei.*

¶ Vbi aduerte quod ista scientia etiam consideratur hic

quantum ad { Principium, Medium, Terminum.

Ista enim { Interius influitur, Exterius diffunditur, Superius refunditur.

Influitur dico interius per animorum inspirationem. Vobis inquit datum est. Diffunditur exterius ad secretorum reuelationem. Scire mysterium. Refunditur superius ad diuinorum contemplationem. Regnum Dei.

C ¶ Dicamus ergo primo, quod ista scientia à domino solet procedere. Vobis inquit datum est. Item ista scientia ex speciali dato diuino habetur, quia ad ipsam homo nunquam attingeret, nisi hanc Deus desuper sibi daret. Etenim super possibilitatem naturæ est scire quid pertinet ad salutem. Vobis inquit datum est Sapient. 10. *Dedit illi scientiam sanctorum, honestauit eum in laboribus.* Vnde Iac. 1. *Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est descendens à patre luminum.* Sequitur. *Sitis fratres mei dilectissimi.* Et illud Luc. 1. *Ad dandam scientiam salutis plebi eius in remissionem, &c.* Quod est contra alias scientias, & contra illos qui in alijs scientijs occupantur, quæ sc. dantur non à Deo, sed à mundo, quales sunt hodie ecclesiastici & prælati, qui libentius se occupant in scientijs humanis quam diuinis, quibus dicitur Oseæ 4. *Quia tu scientiam repulisti, repellam te ne sacerdotio fungaris mihi.* Non sic, quia est ... scientia ... corum. Vobis datum est inquit Daniel. ... cap. Danieli ... *scientiam & disciplinam.* Ista ergo scientia à domino ... cedere.

¶ Secundo dico, quod ista scientia cuncta bo... dere. Scire inquit mysterium, scil. salutis nostræ, & ... omnia quæ pertinent ad salutem, & quę necessaria est ... Nota ergo, quod per istam scientiam nos debemus scire ... scilicet,

Carnis propriæ fragilitatem,
Vitæ labilitatem,
Mortis necessitatem,
Iudicij asperitatem,
Resurrectionis integritatem,
Dei æternam auctoritatem,
Dei asperam seueritatem,
Culpæ damnositatem,
Cœli æternam fœlicitatem,
Laudis diuinæ iucunditatem,
Cordis deuotam humilitatem,
Tenere munditiam & castitatem,
Habere honestatem,
Sufferre paupertatem,
Parati pati aduersitatem,
Discere sapientiam,
Consolari alienam calamitatem.

Dico ergo charissimi, quod ista sunt scienda, & æternæ memoriæ commendanda. Sciamus igitur carnis propriæ f... Psalm. *Sciant gentes quoniam homines sunt.* Et Esa. 53 *Vidimus ... virum dolorum, & scientem infirmitatem.* Quod est contra ... vilitatem propriæ conditionis ignorantes, ad prophana & inutilia scienda, omnem curam, omnem laborem, omnem temporis cursum conferunt. Contra quos Bern. in meditationi... dicit. *Multi multa sciunt, & seipsos nesciunt.* Item sciamus modernæ vitæ labilitatem 2 Reg 1 *Sciebam enim, quod viuere non poterat ... ruinam* Et in Ps. *Notum fac mihi Domine finem meũ, vt sciam q... sit mihi. Ecce mensurabiles posuisti dies meos, & substantia mea tanquam nihilum ante te.* Item sciamus futuræ mortis necessitatem Iob *Scio quod morti trades me, vbi constituta est domus omnium viuentium.* Item sciamus futuri iudicij asperitatem Iob 19 *Fugite ... dij, quoniam vltor iniquitatum gladius est & scitote esse iudicium* ... sciamus futuræ resurrectionis integritatem Iob 19 *Scio quod redemptor meus viuit & in nouissimo die de terra resurrecturus sum, & in carne mea. &c.* Item sciamus Dei æternam auctoritatem De... *Scito & vide, quoniam Dominus ipse est Deus.* Item sciamus Dei asperam seueritatē Iob 11. *Verebar omnia opera mea, sciens quod non parceres delinquenti.* Item sciamus culpę cõmissæ damnositatem H... 2. *Scito & vide quia malum est & amarum reliquisse te Dominum tuum, non esse timorem eius apud te.* Item sciamus æternam cœli fœlicitatem. Vnde 1 Ioa. 3. *Scimus quoniam cum apparuerit, similes illi erimus.* Item sciamus laudis diuinæ iucunditatem, quia sicut dicitur Psalm. *Beatus populus qui scit iubilationem.* Item sciamus cordis deuotam humilitatem Philip. 4. cap. *Scio humiliari.* Item sciamus seruare munditiam & castitatem 1. ad Thessal. 4. *Sciat vnusq; ... vas suum possidere in sanctificatione.* Item sciamus sanctimoniam & honestatem. Vnde 1. ad Tim. 3. *Scias quomodo oporteat te in domo conuersari.* Item sciamus sufficere inopiam & paupertatem ad Phil. 4. *Scio abundare, & penuriã pati* Item sciamus pati inediam & aduersitatem. ad Rom. 5. *Scientes quia tribulatio patientiam operatur.* Item sciamus discere sapientiam & veritatem. Ad Coloss. 4. *Sciatis quomodo vos oporteat vnicuiq; respondere.* Item sciamus consolari omnem alienam calamitatem. Vnde Esa. 50. *Dedit mihi Dominus linguam eruditam, vt sciam sustinere eum qui lapsus est verbo.* Ex istis charissimi constat mysterium salutis, quod diuina scientia facit scire. Scire inquit mysterium Dan. 1. *Danieli mysterium per reuelationem reuelatum est.* Dico ergo, quod ista scientia res secretas solet ostendere. Scire inquit mysterium.

E ¶ Tertio dico, quod ista scientia res cœlestes facit appetere Regni inquit Dei. Per istam n. scientiam naturalia contemnuntur, & cœlestia recognoscuntur, & cognita appetuntur Regni inquit Dei. Vnde illud Sap. 10. *Ostendit illi regnum Dei, & dedit illi scientiam sanctorum.* Sic ergo patet q; scientia spiritualis habet

Suum { Terminum in cœlestibus & superois, Medium in mortalibus & mundanis, Principium in supernaturalibus & diuinis.

Vide

Vide supra de Sapientia, & prudentia, & infra de Scriptura Et hic sufficit.

A **Scribere Scriptura.** Nota breuiter, quod secundum diuersitatem librorum inuenitur diuersitas scripturarum. Et sic dico quod inuenitur in sancta scriptura, scriptura

Sapientiæ,
Præscientiæ,
Apparentiæ,
Recordantiæ,
Iniustitiæ,
Affluentiæ.

Prima scribitur liber mandatorum,
Secunda scribitur liber secretorum,
Tertia scribitur liber meritorum,
Quarta scribitur liber animorum,
Quinta scribitur liber vitiorum,
Sexta scribitur liber præmiorum.

¶ Dico ergo, quod est scriptura sapientiæ, qua scribitur liber mandatorum, & ista est scriptura sacra in qua, scilicet Deus scripsit omnia illa mandata quæ sunt vtilia ad salutē. Ista enim est sicut tabulæ testamenti, in quibus scripsit nobis testator noster Deus, quicquid vult per nos hæredes suos salubriter adimpleri. Figurata in duabus tabulis legis, quæ erant scriptæ digito Dei ex vtraq; parte, quia sc. ista in veteri, & in nouo testamento digito diuinæ inspirationis extitit exarata, & per ipsum Deum hominibus diuulgata Exod. 32. sicut 2. ad Tim. 3. *Omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est.* Ista est sicut arbor plena floribus, campus plenus frugibus, pratū plenum graminibus, hortus plenus fructibus Quia pro certo charissimi in ista arbore, in isto campo, in isto horto, in isto prato inueniuntur

Flores bonorum exemplorum,
Fruges bonorum documentorum,
Herbæ salubrium sacramentorum,
Fructus vtilium præmiorum.

Et ideo sicut apes de herbis, & arboribus flores quandoque amaros, quandoque dulces solent colligere, quibus solent mel conficere, & comedere, animalia etiam quæ solent in pratis pascere, nunc herbas suaues & dulces, nunc asperas & amaras solent comedere, homines etiam inter fructus solent eligere, quosdam enim pro cibo, quosdam pro medicina solent sumere, sic vere nos debemus ad sacram scripturam ire, & ibi diuersitatem florum, fructuum & herbarum, id est, varietatem diuersarum sententiarum, & auctoritatem videre (quarum, scil. quædam sunt dulces per promissiones præmiorum, quædam sunt amaræ per comminationes tormentorū) & inde quod expediat recipere, vt mel deuotionis pro nobis & mel doctrinæ pro alijs conficiatur, & ad cibum, & medicinam animæ conseruetur. Simus igitur sicut illi de quibus dicitur Actor. 17. qui *susceperunt verbum Dei cum omni auiditate, quotidie scrutantes scripturas.* Ista est enim fons & fluuius aquæ vitæ. Et dico

Fons suauissimus,
Fons amœnissimus,
Puteus profundissimus,
Fluuius commodissimus.

In fluuio enim sunt diuersæ partes, & diuersa loca, quorū quædam sunt satis parua, quædam valde profunda, quædam ex toto inattingibilia. Sic vere in scriptura sunt loca parua pro simplicibus, loca profunda pro sapientibus, loca inattingibilia pro de se præsumentibus. Vnde Gre. in prolog. moral. lib. dicit, quod *sacra scriptura fluuius est, in quo agnus ambulat, & elephas natat,* quasi dicat? Ibi inuenit agnus, id est, simplex in quo potest proficere. Ibi etiam inuenit elephas, id est, quicunq; magnus doctor quod non potest attingere, & in quo ipsum oporteat dubitare, quia sicut Hug. dicit de arca Noe in primo li. Scriptura liber est vitæ,

Cuius
- Origo æterna,
- Incorporalis essentia,
- Cognitio vita,
- Scriptura indelebilis,
- Aspectus desiderabilis,
- Doctrina facilis,
- Scientia dulcis,
- Profunditas inscrutabilis,
- Verba innumerabilia, vnum tamen verbum sunt omnia.

Iste fluuius figuratur Ezech. 47. vbi dicitur quod *Angelus mensus est aquas redundantes à latere dextro. & duxit eum per aquam vsque ad talos. Item mensus est, & duxit eum vsque ad genua. Item mensus est, & duxit eum vsque ad renes. Item mensus est torrentem & non potuit pertransire, quia intumuerant aquæ profundæ torrentis, qui non potest peruadari.* Reuera charissimi, istæ sunt aquæ & torrens sacræ scripturæ quæ à latere dextro ipsius Christi, id est, ab ipso pectore mentis diuinæ originem habuerunt. Istas enim mensurat Angelus testamenti Christus, vni dans vnum talentum, alij duo, alteri quinq; vnicuique secundum propriam virtutem, Matt. 25. Et inde est, quod

Quidam ibi currunt vsque ad talos, qui inueniunt sensum literalem,
Quidam vsq; ad genua, qui inueniunt sensum allegoricum,
Quidam vsque ad renes, qui inueniunt sensum moralem,
Quidam autem inueniunt torrentem ita profundum, quod non potest peruadari, & ista sunt, qui volunt inquirere illud, quod transcendit capacitatem naturalem.

Vnde dicit August. super Gen. c. 1. quod scriptura sic loquitur, quod

Altitudine superbos irrideat,
Profunditate attentos terreat,
Virtute magnos pascat,
Stabilitate paruulos nutriat.

Et breuiter ista est copiosissima quædam apotheca, in qua inuenit omnis homo, quicquid necessarium est ei ad salutem. quia sicut dicit Chrysost. super Matt. cap. 22. In scripturis sacris inuenit

Ignorans quid addiscat,
Contumax, quid timeat,
Laborans, quo præmietur,
Pusillanimus, quo nutriatur,
Famelicus conuiuium,
Vulneratus remedium,
Impinguatus refrigerium.

Dico igitur quod est scriptura sapientiæ, qua scribitur liber mandatorum. Ista est ergo scriptura, de qua Apoc. 1. *Beatus qui audit verba prophetiæ huius, & seruat ea, quæ in ea scripta sunt.*

¶ Dico secundo, quod est scriptura præscientiæ, qua scribitur liber secretorum. Ista est scriptura illa, qua in libro mentis diuinæ scribuntur boni & mali cum meritis & demeritis suis, secundum quam quidem scripturam sunt & fiunt omnia, quæ sunt, & quæ erunt. Esa. 8. *Sume tibi librum grandem, & scribe in eo* Sicut enim in libris scribuntur leges & regulæ, quibus homines reguntur, & quibus humana iudicia disponuntur: sic in libro prouidentiæ Dei sunt ordinationes & regulæ, quibus omnia inferiora gubernantur. Ps. *In libro tuo omnes scribentur.* Scriptura tamen multum est obscura, nullus enim ibi potest legere, nisi iudex, & secretarij sui, quousq; veniat dies iudicij, quando liber explicabitur, & legendus omnibus exponetur. Ezechiel enim vidit manum, in qua inuolutus erat liber scriptus intus & foris qui tandem coram eo est expansus, ita quod scriptura, quæ inuoluta fuerat, fuit aperta, sicut dicitur Ezech. 2. *Lamentationes, carmen, & væ sunt ibi scripta.* Sic pro certo charissimi, scriptura diuinæ prouidentiæ & præscientiæ modo est valde obscura & inuoluta, in iudicio tamen erit manifesta, ita quod ibi apparebit, quod B

A scriptura sacra venit
- Lamentatio miserorum,
- Væ & damnatio damnatorum,
- Carmen & saluatio beatorum.

Quod enim ab ista scriptura veniant præsentes miseriæ & damnationes, patet Da. 5. vbi manus scribens in pariete mutationē regni Babylonis, captiuos ciuitatis, & mortem regis designauit. Quod etiam in ipsa ordinentur futuræ reproborum damnationes, patet Zachar. 5. vbi dicitur quod *omnis fur & periurus sicut scriptum est in libro iudicabitur*: Et Iob 31. *Scribis enim contra me amaritudines, & consumere me vis peccatis adolescentiæ meæ.* Tunc enim scribet Dominus libellum repudij, quem dabit vxori suæ, animæ scilicet damnatæ. Quod in ista scriptura ordinentur sanctorum beatorum beatificationes, patet Apocal. p. 14. vbi dicitur: *Scribe, beati mortui, qui in Domino moriuntur.* Ista est ergo

Scriptura
- Miseriæ, quantum ad miseros,
- Mortis, quantum ad damnatos,
- Vitæ, quantum ad beatos.

Et de hoc Dan. 12. *Saluabitur populus tuus omnis, qui inuentus fuerit in libro vitæ*, de malis vero dicitur Ezech. 13. *In scriptura domus Israel non scribentur*. Et ideo concluditur Apoc. 21. quod *in ciuitatem nouam Hierusalem non intrabunt, nisi illi qui scripti sunt in libro vitæ*. Ista est ergo scriptura diuinæ prouidentiæ seu præscientiæ.

C ¶ Tertio dico, quod est scriptura moralis apparentiæ, quæ est liber meritorum. Et sic dico, quod quilibet debet de seipso facere librum, & scribere in seipso scripturam virtutum & bonorum exemplorum, vt alij possint in ipso legere in verbis bona documenta, & in factis bona exempla, vt sic isti sint de illis, de quibus dicitur Apoc. 14. quod *ipsi habeant in scriptum in frontibus suis nomen agni*. quia sc. nomen, fama, fides, & conuersatio agni immaculati Christi scripta sunt per imitationem in frontibus, id est, in conuersationibus ipsorum.

¶ Quarto dico, quod inuenitur scriptura mentalis recordantiæ, qua scribitur liber amicorum. Boni enim debent scribere
D in cordibus suis perpetua memoria Dei mandata, & alia ad salutem pertinentia. Vnde Hier. 31. *Dabo legem meam in visceribus eorum, & in cordibus eorum scribam eam*.

¶ Quinto dico, quod est quædam scriptura iniustitiæ, qua
E scribitur liber vitiorum. Et sic peccata dicuntur quædam scripturæ diabolicæ, quæ scilicet in cogitatione scribuntur interius, & in conuersatione exterius. Peccator enim liber est diaboli, in quo scribit diuersa vitia, ita quod cuicunque legere volenti sunt apparentia. Hier. 22. *Scribe virum istum sterilem, virum, qui in diebus suis non prosperabitur* &c. & Apoc. 17. dicitur de Babylone (per quam congregatio malorum designatur) quod *habeat in fronte sua scriptum nomen mysterij, Babylon meretrix magna, mater fornicationum*.

F ¶ Sexto dico, quod inuenitur scriptura finalis seu æternalis affluentiæ, qua scribitur liber præmiorum, & ista est scriptura gloriæ paradisi, qua sc. Deus scribit in animabus sanctis & beatis cantilenas & gaudia paradisi, de Apoc. 2. dicitur, quod *in calculo erat nomen Dei scriptum, quod nemo scit nisi qui accipit*. Vnde & Apoc. 3. dicitur: *Qui vicerit scribam super eum nomen meum, & nomen ciuitatis nouæ Hierusalem*. Hæc igitur de scripturis dicta sufficiant.

A **Scrutari.** Nota, quod scrutari accipitur in scriptura pro inuestigare, vel pro diligenter inquirere, vel videre. Vide in Mauritio de Scrutinio. Et inuenitur in scriptura Scrutari
- Creatoris,
- Præceptoris,
- Viatoris,
- Peccatoris.

Scrutatur enim creator qualitatem nostrorum animorum. Ps. *Scrutans corda & renes Deus*. Scrutatur præceptor qualitatem suorum subditorum. Vnde Amos 9. *Si absconditi fuerint in vertice Carmel, inde scrutans auferam eos*. Scrutatur iustus viator veritatem mandatorum. Vnde Ps. *Ego autem in toto corde meo scrutabor mandata tua*. Scrutatur peccator vanitatem alienorum secretorum. vnde Gen. 31. *Scrutatus es omnem supellectilem meam*. Sufficit. Vide de Diligentia & de Inquirere supra.

A **Scutum.** Nota, cum scutum sit armatura ad defensioné & tuitionem scilicet hominis ordinata, possumus dicere, quod per scutum intelligitur illud, per quod homo spiritualiter defenditur vel tuetur. Et sic dico, quod inuenitur Scutum
- Æternum,
- Internum,
- Supernum,
- Externum.

Primum est scutum diuinæ tuitionis,
Secundum est scutum moralis perfectionis,
Tertium est scutum bonorum prælatorum,
Quartum est scutum prauorum tyrannorum.
Deus enim est scutum in se sperantium,
Virtutes sunt scutum se possidentium,
Prælati sunt scutum sub se iacentium,
Iniquitates sunt scutum tyrannizantium.

¶ Dico, igitur primo, quod est scutum diuinæ tuitionis ad quod est fugiendum, vt sic dicamus ipsi Deo illud Psal. *Apprehende arma & scutum, & exurge in adiutorium mihi*. Vnde Dauid dicebat 2. Reg. 22. *Dominus scutum meum & cornu* [illegible] Domin[illegible] scutum dicitur, quod est triangulum, propter [illegible] personas [illegible] sunt in diuinitate. Dicitur cornu salutis, quod quidem co[illegible] carne nascitur, propter salutem, quæ facta est in huma[illegible] vt sic et dicamus illud Psal. 5. *Scuto bonæ voluntatis coronasti nos*. alibi. *Scuto circumdabit te veritas eius, non timebis a timore* [illegible]

¶ Secundo dico, quod est scutum moralis perfectionis, quod est possidendum. Virtutes enim sunt scutum contra diab[illegible] & peccatum. Quælibet enim virtus est vnum scutum, q[illegible] matus resistit iaculo illius vitij cui opponitur. Scutum [illegible] sinistra parte portatur, sic virtus in sinistra parte, sc. adue[illegible] & tentationis est necessaria. Et ideo nota, quod in [illegible] ueniuntur diuersa scuta spiritualia, sc. Scutum
- Fidei firmæ cognitionis,
- Humilitatis & altæ orationis,
- Iustitiæ, & omnis æquitatis,
- Eleemosynæ & dulcis pietatis.

De scuto fidei dicitur Eph. *In omnibus sumentes scutum fidei* [illegible] *posita omnia tela inimici extinguere*. De scuto humilitatis d[illegible] Sap. 18 quod *Moyses protulit seruitutis suæ scutum orationem* De [illegible] æquitatis dicitur Sap. 5. quod *Deus in sudore scutum sumet* [illegible] *gnabile æquitatem*. De scuto vero eleemosynæ & pietatis [illegible] Eccles. 29. quod *eleemosyna super scutum potentis, & super* [illegible] *aduersum inimicum pugnabit*. Istud est igitur scutum moral[illegible] ctionis, quod est possidendum. Sine enim tali scuto no[illegible] 100 bene armatus, quia sicut dicitur 1. Par. 5. *in bellatores* [illegible] *penetrabunt & gladios*.

¶ Tertio dico, quod est scutum pastoralis prælationis, in[illegible] est sperandum, quia scil. prælati sunt scuta ad sustinendum [illegible] tribulationum
- Pro membris,
- Pro corpore,
- Pro ecclesia, &
- Pro subditis sustinendis & defendendis.

Vnde isti sunt scuta aurea, quæ Salamon dicitur fecisse, 3. R[illegible] 10. *Fecit rex Salomon scuta trecenta, & ducentas lanceas, de auro* [illegible] *mo* Plura enim scuta quam lanceas. Ad denotandum, quod [illegible] lati debent magis per patientiam sustinere, quam per secu[illegible] tem inuadere. Ipsi enim debent esse & scuta & lanceæ, quicquid tamen fuerint, debent esse aurei, sancti, pretiosi, & [illegible] quamuis proculdubio videatur illud verificatum hodie 4 [illegible] 14. vbi dicitur, quod *Sesach rex Ægypti* (per quem diabolus de[illegible] gnatur) *diripuit scuta aurea, quæ fecerat Salomon, pro quibus* [illegible] *fecit scuta ærea*. Quia pro certo charissimi, in ecclesia hodie aurum mutatum est in æs, qui erant aurei, facti sunt ærei, id est, qui tant boni, facti sunt mali. Quod in *statua Nabuchodonosor* significatur, *cuius caput fuit aureum, venter vero & femora fuerunt ærea*, quia semper (quod dolendum) mundus procedit deteriorando, & de auro in æs, id est, de bono in deterius se mutando, quia [illegible] die, sicut dicitur in Psal. *diabolus ibi confregit potentias, arcum, scutum & gladium, & bellum*. Illud est igitur scutum pastoralis protectionis, quod est extendendum.

¶ Quarto dico, quod est scutum temporalis iurisdictionis, D quod est detestandum. Per scutum enim intelligitur duritia & obstinatio malignorum. Iob. 14. *Corpus eius quasi scuta fusilia* Scutum enim repercutit ictus aduersariorum: sic obstinatio refutat omnis correptionis, & monita, & verba prælatorum. Vnde de crudelibus obstinatis dicitur Hieremiæ 6. *Sagittam & scutum accipiet crudelis, & non miserebitur*. Ista igitur de scuto sufficiant.

A **Secretum.** Nota, quod in scriptura inueniuntur plura secreta, videlicet

Secretum
- Conscientiæ interioris, quod reuelandum in confessione,
- Sapientiæ subtilioris, quod est speculandum cum discretione,
- Amicitiæ fidelioris, quod est obseruandum sine fictione,
- Iniustitiæ deterioris, quod est detestandum cum attentione,
- Eminentiæ superioris, quod est affectandum cum deuotione.

¶ Primo dico, quod est secretum conscientiæ, quod in confessione debet reuelari, quia scil. nullum est ita secretum & occul-

[illegible] peccatum, quod si in confessione [illegible] reuelandum. Vt [illegible] bom[illegible] sacerdoti illud Iudic. 3. *Verbum secretum habeo ad te.* Et me[illegible]to secretum peccatum debet reuelari, quia pro[illegible] quanto magis in confessione reuelatur ad Deum, tanto [illegible] est se[illegible] apud mundum, quia secundum Augustin. [illegible] *si detegis, Deus tegit.* Communiter enim illud qu[illegible] Deu absconsum, amplius publicatur, illud [illegible] quod magis dicitur, amplius absconditur & celatur. Rex [illegible] Midas fingitur aures asini habuisse, quod quidam Secre[illegible] volens bene celare, fecit magnam foueam, in qua [illegible] secretum Domini [illegible] dixit & humo cooperuit, vt se[illegible] Domini sui celaretur in perpetuum. Sed quid acc[illegible] [illegible] loco natus est sambucus, de quo à casu facta fistula nihil [illegible] poterat dicere, nisi quod rex Midas habet aures asininas, & [illegible] quod magis credebat esse secretũ, fuit amplius publicatum. [illegible] sæpissime fit, quod diligentissime absconditur, ex Dei iu[illegible] vndecunque exeat & reueletur, iuxta illud Matth. 10. *Nihil [illegible] celatum, quod non sciatur &c.* Debet igitur in confessione reue[illegible] Deo, ne à Dei iudicio reueletur mundo. Istud est igitur se[illegible]cretum conscientiæ, quod in confessione debet reuelari.

¶ Secundo dico, quod est secretum sapientiæ, quod cum di[illegible]sctetione debet perscrutari. Debemus enim inquirere Secreta

Diuinæ voluntatis, vt ea compleamus,

Fidei veritatis, vt ea teneamus,

Diuinæ potestatis, siue iustitiæ, & æquitatis, vt ea timeamus.

Vt sic cuilibet nostrûm possit dici illud Ezechie. 48. *Ecce sapientior es tu Daniele omne secretum non est absconditum à te.* Veruntamen [illegible] secreta nesciunt, nec percipiunt, nisi Secretarij Dei, quibus [illegible] ipse reuelare dignatur. Vnde Iob 11. *Vtinam Deus loqueretur tibi, & ostenderet tibi secreta sapientiæ suæ.*

¶ Tertio dico, quod est secretum amicitiæ, quod cum attentione debet obseruari. Inter omnia enim, quæ magis decent sapientem, summum est seruare linguam suam. Vnde versus:

*Virtutem primam esse puto compescere linguam.*

Et secreta proximorum seruare. Sicut enim dicitur Eccl. 27. *Desperatio est animæ infelicis reuelare amici commissum.* Et ideo quia multi sunt secretorum perscrutatores, & proditorie reuelatores, consulit Sapiens, ne secretum alicui, nisi amicis fidelibus reueletur. Prou. 25. *Causam tuam tracta cum amico, & secretum extraneo ne reueles* Prou. 21. *Nullum secretum, vbi regnat ebrietas.*

D ¶ Quarto dico, quod est secretum iniquitatis, quod cum abiectione debet refutari. Et istud est secretum vitiorum, quia sc. aliqua sunt vitia, quæ semper volunt fieri in secreto, sicut luxuria & vsura. Vnde de peccatore potest dici illud Iob 40. *Sub vmbra dormit in secreto thalami, in locis humentibus.*

E ¶ Quinto dico, quod est secretum cœlestis patriæ, quod cum affectione debet habitari. Vnde nota, quod aliqua sunt animalia, quæ nesciunt morari, nisi in locis solitarijs & secretis, sicut Onager, Pelicanus & Phœnix. Sic & viri iusti per affectionem & deuotionem habitant in locis secretis Paradisi. Vnde Iudith 8. *In superioribus domus suæ fecit cubiculum secretum sibi* Sic igitur patet, quod sunt multa genera secretorum. Vide supra de Abscondere & Reuelare.

A **Sæculum.** Nota, quod sæculum quandoque accipitur pro mensura temporis, sc. pro centum annis & sic accipit Ouidius. Aliquando pro statu hominum peccatorum. Aliquando pro statu hominum beatorum, & temporum futurorum. Possum igitur notare, quod in scriptura inuenitur

Sæculum { Transitorium & defectibile, Infectorium & infectibile. Permansorium & infinibile. }

¶ Sæculum transitorium signat huius vitę labilitatem. Sæculum enim istud, id est, præsens vita, semper labitur & defluit. & finaliter deficit atque perit. Matth. 24. *Quod signum aduentus tui, & consummationis sæculi.* Sæculum ergo est transitorium. ¶ Sæculum infectorium signat status mundi iniquitatem de quo Rom. 12. *Nolite conformari huic sæculo nequam* ¶ Sæculum permansorium signat æternitatem, de quo Esa. 26. *Sperastis in Domino in sæculis æternis.* Et istud est sæculum futurum, quod est perpetuum & æternum. In isto enim futuro sæculo est

Amor charitatis,

Honor dignitatis,

Splendor veritatis,

Status, qui non labitur,

Vita, quæ non moritur,

Victus, qui non minuitur.

Est dico ibi amor charitatis & hoc apparet, quia ibi est Deus, qui est pater omnium. Paternitas autem est nomen amoris & charitatis. Esa. 9. *Pater futuri sæculi princeps pacis.* Item ibi est honor dignitatis, quia ibi Deus est ibi rex Vnde 1. Tim. 1. *Regi autem sæculorum immortali & inuisibili honor & gloria.* Item ibi est splendor veritatis. Sap. 18. *Incipiebat incorruptum nomen legis sæculo dari.* Item ibi est status, qui non labitur. Ecclesiast. 40. *Fides autem in sæculum stabit* Item ibi est vita, quæ non moritur. Lucæ 18. *Habebitis in futuro sæculo vitam æternam* Item ibi est abundantia, quæ non minoratur. Vnde Eph. 2. *Vt ostenderet in sæculis superuenientibus abundantes gratiæ diuitias suæ.* Ista ergo de sæculo sufficiant, quia satis supra dictum est de mundo. ¶ Istud tamen aduerte, quod vbicunque dicitur à sæculo, semper sumitur de ab æterno; & similiter sæcula sæculorum signat æternitatem temporum futurorum. Vnde breuiter, istud est verum, quod à sæculo significat æternitatem præteritam à parte ante, sæcula sæculorum vero signat æternitatem futuram à parte post.

**Secundus.** Nota, quod cum Secũdus sit ille à parte post, qui immediate venit post primum, possumus notare, quod in scriptura Secundus est nomen A

Humilitatis,

Auctoritatis,

Æqualitatis,

Sedulitatis,

Propinquitatis,

Nobilitatis,

Fœlicitatis,

Pœnalitatis.

Est, dico, nomen humilitatis, quia sc. ille, qui est secundus, non præcedit, imo sequitur. Et sic ille dicitur secundus, qui est Deo vel prælato humilis & subiectus 1. Reg. 23. *Tu regnabis super Israel, & ego ero tibi secundus.* Item est nomen auctoritatis, quia sicut dicitur 1. Corin. 15. *Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cælo cælestis* Secundus homo dico, scilic. Christus, qui dicit de seipso Matt. 28. *Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra.* Item est nomen æqualitatis. Nihil enim tam æquale primo, sicut illud, quod est congruum & secundum. Vnde Matt. 22. *Secundum autem est simile huic.* Item est nomen sedulitatis Homini enim sedulo & intelligenti non sufficit semel benefacere, sed secundo vel tertio iterare. Vnde Iosu. 5. *Circumcide secundo Israel* Item est nomen propinquitatis, & sic dicitur ille esse secundus alicui, qui est sibi magis per amicitiam proximus & vnitus. Vnde 2. Esd. 3. *Secundo loco post Darium sedebit* Item est nomen nobilitatis. Familia enim vadit prima, Dominus vero, qui nobilior est, vadit secundus. Vnde de Adam & Christo fit mentio per illud prædictum 1. Cor. 15. quod *primus homo de terra terrenus, secundus homo de cælo cælestis.* Item est nomen fœlicitatis, quia sc. fœlicitas non venit nunc in primo tempore, sed finaliter veniet in futuro. Vnde sicut Heb. 9. dicitur: *Factum fuit primum tabernaculum & secundum.* Sed per primum intelligebatur Ecclesia militans, & per secundum triumphans. 3 Reg. 9. *Apparuit Dominus Salomoni secundo.* Et sic etiam *gloria & felicitas* dicitur *stola secunda*, sicut *gratia* dicitur *stola prima.* Luc. 15 Item est nomen pœnalitatis, quia scilicet pœna & mors æterna in secundo anno veniet, & non in primo, & in futuro, & non in tempore isto, & ideo dicitur mors secunda. Vnde Apocal. 2. *Qui vicerit, non lædetur à morte secunda* Sic igitur patet, quomodo vir iustus dicitur secundus multiplici ratione. Et sic sufficit.

**Secundum.** Nota, quod ista præpositio Secundum semper significat mihi A

Quandam { Adæquationem, Imitationem, Comparationem. }

Vnde Idem est quod Sicut, Vt, Quemadmodum, Quasi, & Ceu & cætera similia, & de quo superius iam actum est. Possum tamen breuiter notare, quod Secundum signat assimilationem in bono, & in malo. Vnde possumus distinguere & notare, quod tam in bono, quam in malo nos inuenimus vnum Secundum, quod est

Virtuosum,

Amorosum,

Gratiosum,

Visceralum,

Rigoro-

Rigorosum,
Gaudiosum,
Fructuosum,
Vitiosum,
Dolorosum,
Luctuosum.

B ¶ Secundum virtuosum est illud, per quod nos adæquamur & assimilamur regulis legis diuinæ. Et de hoc 2. Esdr. 8. *Omnia secundum legem Dei fiant.* Vnde Luc. 2. dicitur, quod *ipsi portauerunt puerum suum Iesum in Hierusalem, vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo.*

¶ Secundum amorosum est illud, quo homo conformat affectum suum Deo per virtutem charitatis, & de hoc Rom. 7. *Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem.*

¶ Secundum gratiosum est illud, quo homo in interiori conuersatione ita bonis hominibus se conformat, quod Deo & mundo efficitur gratiosus: & de hoc 1. Cor. 14. *Omnia honeste & secundum ordinem fiant in vobis.*

¶ Secundum viscerosum seu dulcorosum est illud, quo quis petit secundum viscera misericordiæ Dei, & non secundum rigorem suæ iustitiæ iudicari, dicens illud Psalm. *Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam.*

¶ Secundum rigorosum est illud, quod Deus secundum merita habet hominem iudicare. Psalm. *Tu reddis vnicuique secundum opera sua.*

¶ Secundum gaudiosum est illud, quo Deus præmiat bonos in patria, aliquando secundum iustitiam. Psa. *Retribuet mihi Deus secundum iustitiam meam, & secundum puritatem manuum mearum.* Aliquando secundum misericordiam. Vnde Tit. 3. *Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit.*

¶ Secundum fructuosum est illud, quo Christus conformis fragilitati nostræ, in crucis arbore peperit nobis fructum redemptionis gratiosæ. Ephes. 1. *Deus gratificat nos in dilecto filio suo, in quo habemus redemptionem per sanguinem eius, secundum diuitias gratiæ eius, &c.*

¶ Secundum vitiosum est illud, quo peccator se conformat, & quo homo ambulat secundum praua desideria cordis sui. Ps. *Dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus suis.*

¶ Secundum dolorosum est conformitas, qua hominis mors & natiuitas ad inuicem adæquantur, de qua dicitur Ose. 2. *Statuam eam secundum diem natiuitatis eius, & ponam eam in solitudinem.*

¶ Secundum vero fructuosum est illud, quo scilic. tormenta malorum fiunt in inferno secundum vitia ipsorum. Vnde Rom. 2. *Secundum duritiam tuam & impœnitens cor tuum thesaurizas tibi iram.* Sic patet, quomodo Secundum signat in diuersis materijs assimilationem, imitationem & exemplaria, regulæ consecutionem &c. vide de sicut & alijs similibus.

A **Securus. Securitas.** Nota breuiter, quod in scriptura inuenitur securitas bona & mala. Vnde generaliter est notandum, quod est securitas triplex, videlicet,

Securitas { Interior, Exterior, Superior.

Interior est perfectorum, & est virtuosa,
Exterior est peccatorum, & est vitiosa,
Superior est beatorum, & est gloriosa.

¶ Est dico primo securitas, quæ est virtuosa, & ista est illa, quam habent boni & iusti in hac vita, quia sc. securi viuunt in Domino, expectantes beatam spem, & aduentum Domini sui magni Dei. Spes enim est mater securitatis; & quia isti posuerunt in Deo spem suam, ideo sunt securi, iuxta illud 2. Paralip. 20. *Audite me Iuda & Israel, credite Domino Deo vestro, & securi eritis.* ¶ Vbi aduerte, quod quatuor sunt, quæ faciunt hominem spiritualiter securum, & à timore desperationis tutum, videlicet,

Futurorum secreta promissio,
Secretorum clara cognitio,
Vitiorum firma expulsio,
Animorum pura conditio.

Prima est securitas spei. Audite me.
Secunda est securitas fidei. Credite Domino.
Tertia est securitas pœnitentiæ. Iuda, id est, confessio.
Quarta est securitas innocentiæ. Hierusalem, inquit.

Ista enim quatuor reddunt hominem securum. Nam

Spes de Dei sua [illegible]
Fides hominem in alt[illegible] & [illegible]
Pœnitentia omnes inimicos expe[illegible]
Innocentia cum omnibus pacem reddit, & [illegible] vult lædere, se credit à nullo lædi.

¶ Dico igitur, quod bonos facit esse securos cert[illegible] futurorum. Audite me, inquit, sup. ple. quoniam sunt, quæ [illegible] runtur electis. Spes enim præmij facit milite[illegible] dacem. Vnde dicitur: *Securitas præmij minuit vim flage[illegible]* tur, quia audiunt, quod bene milit[antibus] promi[ttitu]r æterna, & præmium gloriæ Paradisi, non gaudia huius [mundi] quæ sunt ad matutinum lætitia, & ad vesperum [illegible] non erunt illis merces, sed

*Gaudia cælestis Paradisi dedita sanctis,*
*Hos faciunt lætos, & pax æterna quietos,*
*Semper ibi viues, diuino munere diues.*

Ideo securi aggrediuntur bona, & sine timore sustinen[t] [illegible] Quia breuiter certa spes, quam habent in[illegible] de Dei au[xilio,] certa spes, quam habent de præmio futur[o], facit [illegible] & inter hostes fiducialiter stare tutos. Sciunt q[uod] [illegible] *sinit nos tentari vltra quam possumus.* 1. Corin. 10. Q[uia] [illegible] *est omnium sperantium in se*, sicut dicitur in Psalm. S[illegible] quod *parata est viatoribus corona, quam reddet illis Dominus iustus iudex* 2. Timot. 4. Et ideo talibus loquitur [illegible] chabæor. 4. *State in fide contra inimicos vestros, & expugnate* [illegible] *post hæc sumetis spolia securi.* Audite ergo Apoc. 2. [Qui] habet [aures audiendi, audiat, quid spiritus dicat Ecclesijs. Vincenti [dabo] manna *absconditum &c.* Facit igitur bonos securos certa promissio [futuro]rum. Audite, inquit.

¶ Insuper dico, quod ipsos facit spiritualiter secur[o]s c[lara] cognitio secretorum, hoc est dictum, fides, quæ reuelabit mini secreta Dei, & illa quæ pertinent ad salutem quæ qu[i]dem fides notatur cum dicitur. *Credite domino.* Fides enim est fo[rtissi]mum castrum, in quo qui bene steterit contra pericula [illegible] Lux enim mater est securitatis, sicut tenebra est mater timoris. Et inde est, quod homo securior est de die quam de nocte. Et vere lux fidei securitatem mentis generat, hominemque tam [ce]rtificat & confirmat, quod nihil aduersum trepidat aut [formi]dat. Ista apparuerunt in martyribus, quos fides ita fecit securos, quod nihil aduersi timuerunt, & ideo contra tyrannus viriliter perstiterunt. Similes elephantibus, qui tunc ad prælium animantur & audaces & securi efficiuntur, quando vino inebriantur vt ad prælium acuantur. Vinum fidei tantum feruorem generat, quod inebriatos tutificat & lætificat. vnde 2. Esd 3. *Vinum* (id est, securitas) *mentem vertit in iucunditatem.* Credite inquit [Do]minos. Pet. 1. *Credentes exultabitis lætitia inenarrabili & glorificata.* Facit igitur hominem securum clara cognitio secretorum. [Cre]dite inquit Domino.

D ¶ Deinde dico, quod hominem facit securum fortis expulsio vitiorum, quod ostendit cum dicitur Iuda, quod interpretatur confessio. Nullus enim bene potest esse securus quamdiu est hostibus circumseptus. Tunc autem securus redditur, quando expulsis hostibus de eorum manibus liberatur. Igitur *hostes nostros*, id est, *vitia & peccata nostra quæ insidiantur animabus hominum,* sicut dicitur Eccl. 21. debemus per confessionem expellere, vt securi possimus in castro pœnitentiæ habitare. Iuda inquit, id est confessio. Quia sicut dicitur Hier. 23. *Saluabitur Iuda & Hierusalem habitabit confidenter.* Homo enim cum istis hostibus, quos scilicet, in sua conscientia portat, securus esse non potest, semper n. est in periculo quod ab eis perimatur, & ideo antequam sit securus, necesse est quod vitia expellantur, & quod ante omnia superentur. vnde Iob 11. *Si iniquitatem tuam quæ est in manu tua, abstuleris à te &c.* Sequitur. *Habebis fiduciam proposita tibi spe, & defossus securus dormies.* Facit igitur hominem securum fortis expulsio vitiorum. Iuda inquit.

¶ Denique dico, quod hominem facit securum pura conditio animorum hoc est dictum, innocentia, quod intelligitur in Hierusalem, quia Hierusalem interpretatur visio pacis. Innocentia enim cum omnibus habet pacem, nullum enim lædit, ideo à nullo timet lædi, & ideo est secura Zach. 14. *Hierusalem habitabit secura.* Innocens enim nihil timet, quia secundu Arist. pueri innocentia sub alios mensurant. Cum tales enim æstiment alios quales ipsi seipsos esse sciunt, ideo quia nullum liberte[r lædunt], rent, securos ab omnibus esse se credunt. Vnde Aug. de innocentia dicit sic. *Gaude,* inquit, *& lætare innocentia, quia vbiq; secura.*

Cum

[illegible] expulsi [illegible] sunt [illegible], qui tenera semper sunt [illegible] tione & [illegible] in securitate & [illegible] habent spem fortificantem, non fidem illuminantem, non pœnitentiam [illegible] expellentem, non innocentiam [illegible] ruantem. Quomodo enim [illegible] illi qui in [illegible] sentiunt [illegible] rebellare, videlicet mentis affectus, qui sentiunt hostes expugnare, scilicet, mundum, carnem & diabolum: qui supra sentiunt Deum flagellare: & qui sentiunt infernum eos expectare. Et breuiter isti non [illegible] habere perfectam securitatem, nisi ex toto amiserint [illegible]. Cæcus enim quandoque est securus, quamuis in periculo [illegible] futuros, sic isti Eccl. 8. *Sunt impij qui ita securi sunt, ac si [illegible] habeant.* Non sic iusti, quia isti habent securitatem, quia sic dicitur Pro. 15. *Secura mens quasi iuge conuiuium.* [illegible] ergo securitas virtuosa, quæ est interior.

¶ Secundo principaliter dico, quod est securitas vitiosa, quæ [illegible] rior. & ista est securitas præsumptionis malorum, qui, [illegible] in prosperitate mundi gaudentes, non cogitant periculum damnationis in quo sunt. Nautæ enim qui cognouerunt [illegible] mare, magis sunt in maris fluctibus securi quam in terræ siccitatibus, & tamen sæpe fit, quod illa die qua securi & læti [illegible] fuerunt, quod subuersionis periculum incurrunt. vnde Seneca dicit Epist. 4. *Illa die qua luserant nauigia, absorbentur.* Sic vere [illegible] qui assidui sunt fluctibus maris, id est, negotijs sæculi, in [illegible] securi & læti habitant, & inferni submergium non formidant, sæpe tamen fit, quod ipsorum falsa securitas fallitur & quod subito ad inferni periculum pertrahuntur. Vnde de Gedeone dicitur Iud. 8. quod *ipse percussit castra hostium, qui securi erant & nihil aduersi pati formidabant.* Ista est ergo securitas valde fatua. Non est enim proprie securitas, sed potius præsumptio & fatuitas. Vnde de talibus dicitur, quod *filij Dan viderunt populum securum & quietum, nullo eis penitus resistente, quem subito captiuauerunt, & bonis omnibus spoliauerunt*, sicut dicitur Iudi. 18. Ista est igitur securitas exterior, quæ est vitiosa.

¶ Tertio dico, quod est securitas gloriosa, quæ est superior, & ista est securitas beatorum. Isti enim sunt in securo, venirent enim de via ad terminum, de cursu ad brauium, de labore ad præmium, de nauigatione ad portum. Illi ergo modo sunt in perfecta securitate, quia iam sunt certi de sua fœlicitate. Et de hoc potest dici illud Ezec. 34. *Securi dormient in saltibus & ponam eos in circuitu [illegible] mei.* Vnde breuiter de ista securitate loquitur Bern. di. *Festinemus, inquit, ad locum tutiorem, ad agrum vberiorem, vt habeamus sine metu, abundemus sine defectu, iocundemur sine tædio, epulemur sine fastidio.* Ista igitur de triplici genere securitatis sufficiant.

A **Sedere. Sedes.** Nota, quod in scriptura inuenitur quadruplex genus sedendi, videlicet

Sedere {
Virtuosum,
Gloriosum,
Vitiosum,
Luctuosum.

Sedent {
Iusti in mentis tranquillitate,
Beati in cœli fœlicitate,
Impij in temporali prosperitate,
Damnati in inferni calamitate.

De sessione tranquillitatis dicitur Luc. 10. *Maria autem sedens secus pedes Domini audiebat verbum illius.* De sessione fœlicitatis dicitur Esa. 32. *Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ & in requie opulenta.* De sessione vero prosperitatis dicitur Exod. 32. *Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere.* De sessione autem infernali vel pœnalitatis dicitur Thren. 1. in persona animæ damnatæ. *Sedet in tristitia domina gentium, princeps prouinciarum facta est sub tributo.* Et sic dico, quod est Sedere virorum

Perfectorum,
Beatorum,
Impiorum,
Damnatorum.

Ista ergo in duas partes solummodo distinguamus, & dicamus, quod est sedere bonorum & malorum. Et quidem dico, quod est sedere iustorum & perfectorum. Isti enim sedere dicuntur pro eo, quod in serenitate conscientiæ quietantur. Ille enim [illegible] de [illegible] m [illegible] te por[illegible] ego[illegible] m, qui [illegible] in D[illegible] & [illegible] tes. Vnde [illegible] *positus erat. & supra eum sedens.* Vbi addere, quod boni sedere solent triplici genere sessionis, videlicet

Interiori,
Exteriori,
Superiori.

Sedent interius in sede conscientiæ quietatæ: Sedes inquit posita erat. Sedent exterius in sede præeminentis sublimitatis. Supra sedem Sedent superius in sede æternitatis non creatæ: Sedens inquit. ¶ Tripliciter enim ratione contingit hominem sedere.

Sedere enim ad {
Quiescendum,
Præsidendum,
Comedendum.

Prima sede sedent perfecti,
Secunda sede sedent prælati,
Tertia sede sedent beati.

¶ Dico ergo primo, quod iusti sedent in tranquillitate mentalis conscientiæ. Sedes inquit posita erat. Sedes enim iusti [illegible] ponitur quando conscientia eorum in tranquillitate [illegible] statuitur, & quando [illegible] cunctis mundi motibus & fluctibus [illegible] tur Marc. 5. *Viderunt hominem sedentem vestitum & sana mente.* Homo enim quamdiu currit, non potest aliquid boni facere, sed quando stat vel sedet, tunc potest vtilius laborare. Aliquæ sunt bonæ artes quæ non possunt fieri nisi homo sedeat, sicut sutura, scriptura & similia. Sic vere homo quamdiu in cursu & motu mundanorum negotiorum & mentalium desideriorum, vagatur, nequaquam bonum aliquid operatur, necesse est enim si vult opera virtuosa facere, quod in tranquillitate animi sedeat, & a vanis motibus se compescat. Elephas enim sedendo dormit: nunquam enim totaliter ad terram se prosternit, quinimo flexis posterioribus poplitibus sedendo arbori innititur, & sic dormit & quiescit & soporatur. Sic vere homo nunquam debet ex toto corpore se ad terram prosternere, id est, ad amorem terrenorum deflecti, sed arborem sanctæ crucis per deuotionem amplecti, & sedendo per mentis tranquillitatem in illo Domino quietari. Sedes inquit posita erat, vt sic viro iusto dicatur illud Psal. *Sedes tua Deus in sæculum sæculi, virga directionis, virga regni tui.* Et nota hic, quod iusti seruando mentis tranquillitatem diuersimode solent sedere, sicut nos inuenimus in scriptura. Inuenimus enim quod

Sedent quidam {
In terra,
In vmbra,
In petra,
In cinere,
Sub arbore,
In puluere,
In littore,
In mari,
In naui,
In domo,
In sepulchro,
In monte,
In igne,
In cœlo.

In terra sedent vt ibi lugeant,
In vmbra sedent vt minus ferueant,
In petra sedent vt tutius maneant,
In cinere sedent vt ibi doleant,
Sub arbore sedent vt fructum habeant,
In puluere sedent vt viles pareant,
In littore sedent vt mergi caueant,
In mari sedent vt fluctus timeant,
In naui sedent vt mare transeant,
In domo sedent vt ibi studeant,
In sepulchro sedent vt mortem videant,
In monte sedent vt ibi doceant,
In igne sedent vt totus ardeant,
In cœlo sedent vt semper gaudeant.

¶ Dicamus igitur, quod iusti sedent in terra per satisfactionis deiectionem. Vnde Threnorum 2. *Sederunt in terra, conticuerunt senes, filiæ Sion asperserunt capita sua cinere, abiecerunt in terra capita sua virgines* C

*virgines Hiel[illegible]*. Ite[illegible] diuinæ protectionis memoria & fiducia per [illegible] Canticorum [illegible] *Sub vmbra illius quem desiderabam & sedi, & fructus eius dulces gutturi meo.* Item sedent in petra, id est, in [illegible]dine constantiæ, & propositi confirmatione Iudicum 20. *Sederunt in petra Remmon quatuor mensibus.* Numerus quaternarius quadratam constantiæ designat. Item sedent in [illegible]incre per pœnitentiæ macerationem Ionæ 3 *Surrexit rex de solio suo, & scidit vestimenta sua & indutus est sacco, & sedit in cinere.* Item sedent sub arbore, [illegible]licet, crucis per passionis Christi recordationem. Vnde Iudic. 4. dicitur, quod *Delbora prophetissa sedebat sub palma* Item sedent in puluere per propriæ vilitatis æstimationem Esaiæ 47. *Descende & sede in puluere virgo filia Babylonis.* Item sedent in littore, scilicet, sacræ scripturæ, per scientiarum discussionem. Vnde de Apostolis dicitur Matthæi 13. quod *sagenam plenam piscibus*, id est, scripturam plenam scientijs *educentes & secus littus sedentes, elegerunt bonos.* Item sedent in mari, id est, in amaritudine pœnitentiæ per compunctionem & lacrymationem. Vnde Ezechielis 27. *In cathedra Dei sedi, in corde maris* Item sedent in naui, supple voluntariæ paupertatis per bonorum mundi abdicationem. Vnde de Christo dicitur Luc. 5. quod *sedens in nauicula docebat.* Item sedent in domo conscientiæ, scilicet, per ipsius iugem examinationem Ioan. 11. *Maria autem domi sedebat.* Item sedent in sepulchro per mortis & inferni considerationem. Vnde Matth. 27. dicitur, quod *ibi erat Maria Magdalena, & altera Maria sedentes iuxta sepulchrum.* Item sedent in monte legis diuinæ per scientiam & discretionem. Vnde Matthæi 5. dicitur, *Iesus ascendit in montem, & cum sedisset, aperiens os suum, docebat discipulos suos.* Item sedent in igne per charitatem & dilectionem. Vnde de Petro dicitur Marci 14. quod *Petrus sedebat cum ministris, & calefaciebat se ad ignem.* Item sedent in cœlo per cœlestium contemplationem Esaiæ 66. *Cœlum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum.* Ecce ergo charissimi quomodo diuersimode sedent iusti. Bene igitur dictum est, quod ipsi sedent in tranquillitate mentalis conscientiæ. Sedes ioquit posita erat. Et hoc est primum.

D ¶ Secundo dico, quod iusti sedent in sublimitate pastoralis eminentiæ, & sic dico, quod sedere pertinet ad prælatos & ad iudiciariam potestatem, quod notatur cum dicitur supra sedem. In sede enim sedent præsules ad præsidendum, principes ad imperandum, iudices ad iudicandum, vnde in Psalm. *Illic sederunt sedes in iudicio, sedes super domum Dauid.* Et possumus notare, quod ista sedes debet esse Sedes

Iustitiæ,
Modestiæ,
Potentiæ,
Prudentiæ,
Clementiæ,
Concordiæ,
Innocentiæ,
Præsidentiæ.

Hæ sunt enim conditiones quas debent habere illi qui sedent super sedem regiminis pastoralis. Dico ergo, quod isti debent esse iustitiam tenentes. Ad illos enim qui sedét ad iudicia, summe pertinet quod sint iusti Psal. 9. *Sedisti super thronum qui iudicas iustitiam.* & Esaiæ 32. *Iustitia in Chermel sedebit.* Item necesse est, quod isti sint modestiam possidentes. Patientiam enim & temperantiam debent habere in actibus suis, vt possint temperate & deliberate procedere & consulte. Vnde de Christo dicitur quod *inuenerunt eum in templo, in medio doctorum sedentem, & interrogantem eos.* Luc. 2. Quod est contra multos qui non sedent in medio doctorum bonorum cõsiliariorum, sed potius in medio raptorum, adulterorum & iniquorum. Exemplo Danielis, de quo dicitur Daniel. 13. quod *ipse sedebat in medio leonum.* Item necesse est, quod isti sint potentes viri. Nihil enim valet iudex prælatus, nisi sit potens. Hoc enim esset dare gladium in manus paralytici. Ideo dicitur Esa. 9. quod *super solium Dauid & super thronum eius sedebit, vt confirmet illud & corroboret.* Sola enim potentia puniendi incutit timorem delinquentibus ne delinquant, iuxta illud Prouerbior. 20. *Rex qui sedet in solio suo dissipat omne malum intuitu suo.* Item isti debent esse viri prudentes, quia alias si essent fatui istud esset dare gladium in manum phrenetici. Ideo 2. Regum 23. dicitur. *Sedens in cathedra sapientissimus princeps inter tres.* Et inde est, quod Dauid voluit, quod Salomon qui erat sapiens, sederet in solio suo, post ipsum, dicens 1. Paralipom. 28. *Dominum elegit Salomon filium meum vt sederet in solio.* Item isti debent esse viri [illegible] pertinet quo[illegible] miscetur quia [illegible] *rabitur in misericordia solium*, [illegible] Vnde Iob dixit de seipso Iob [illegible] *exercitu, eram tamen mærentium* [illegible] concordiam amantes. Ad istos enim [illegible] tinet quod sint pacifici & modesti. [illegible] interpretatur pacificus, dicitur 1 Paral [illegible] *lium pro Dauid patre suo* & Esaiæ [illegible] dicitur, *pulchritudine pacis.* Item isti debent esse [illegible] quia scilicet, nulla ibi debet esse corruptio & [illegible] natum vel munerum Ps. 46. *Sedet super sedem s[illegible]* [illegible] iam debent esse authentice præsidentes 2. Paral[illegible] *Israel & Iosaphat Rex Iuda vterque sedebant in solio suo.* [illegible] ter quales debent esse illi qui sedent in sede pastoralis [illegible]riæ. Supra sedem inquit. Vt sic quilibet bonus præl[illegible] illis senioribus de quibus dicitur Apocalyp. 11. qu[illegible] *tuor seniores in conspectu Dei sedebant in sedibus suis.* Istud [illegible] Apocalyp. 14 vbi *Ioannes vidit Angelum sedentem supra nubem* [illegible] *dam, similem filio hominis, habentem in capite coronam auream,* [illegible] *manu falcem acutam.* Iste enim Angelus est bonus præl[illegible]tus [illegible] dicitur Angelus propter sanctitatem, dicitur sedere propter [illegible]gnitatem, dicitur esse supra nubem candidam propter [illegible]rem, dicitur habere coronam auream propter charitatem, & dicitur habere falcem acutam propter iustitiæ seueritatem, [illegible] tur filio hominis similis, id est, Christo propter diuinæ [illegible]sationis conformitatem. Isti igitur sunt *qui non sedent in* [illegible] *pestilentiæ, nec sedent in consilio vanitatis, & cum impijs non* [illegible], quinimo proculdubio charissimi, sicut dictum est, isti sedent in sede pastoralis eminentiæ. Et hoc est secundum.

¶ Tertio dico, quod isti sedent in sede supernalis affluentiæ Sedens inquit. Et ista sessio est qua in cœlo sedent beati, [illegible] nihil aliud est quam sessio seu quies sempiterna, qua beati [illegible]scunt & sedent, dicentes cuilibet illorum illud 1. Reg. 20 *more sedere soleo iuxta regem ad vescendum.* Figuratur Gen. 43. vbi [illegible]tur, quod *filij Iacob sederunt coram Ioseph, vnusquisque secundum primogenita sua &c.* Fiat expositio sicut supra titulo suo. ¶ Et not[illegible] quod sedes æternæ gloriæ est Sedes

Honoris,
Dulcoris,
Splendoris,
Vigoris.

Est dico sedes honoris & dominationis. Quælibet enim anima beata est ibi regia & regina, dicens illud Apoc. 18. *Sedeo vt regina & vidua non sum.* Deus enim eleuat pauperem vt sedeat [illegible] principibus, & solium gloriæ teneat 1. Reg. 2. *Est etiam sedes* [illegible]*ris & refectionis.* Vnde anim[illegible] beatæ potest dici illud Ezec. [illegible] *disti in loco pulcherrimo, & mensa ornata est ante te.* Est insuper sedes splendoris & illuminationis. Ibi enim rex regum stellato sedet solio. Vnde quilibet beatus potest dicere illud Esa. vlt. *Cœlum mihi sedes est.* Est etiam sedes vigoris & triumphationis, quia scilicet, in ista sede non sedet nisi qui de vitijs, carne, mundo & diabolo habuerit triumphum. Vnde Apoc. 3. dicitur. *Qui vicerit, faciam illum sedere mecum in throno meo, sicut & ego vici, & sedeo cum patre meo in throno eius.* Ecce ergo quomodo sedes æternæ quietis est sedes vigoris, splendoris, dulcoris & honoris. Et hic dic[illegible] quod ista est certa sedes in qua sedent sancti scilicet, sedes supernalis affluentiæ. Et sic ergo dico, quod iusti diuersimode sedent, scilicet, in quantum sunt perfecti, in quantum sunt beati seu refecti. Patet igitur, quod sedere & sedes accipiuntur in bono. ¶ Sed adhuc dico quod sedere accipitur in malo. Et sic G dico, quod in scriptura inuenitur multiplex mala sedes, videlicet, Sedes

Carnalitatis,
Cupiditatis,
Prosperitatis,
Fallacitatis,
Crudelitatis,
Tepiditatis,
Flebilitatis.

Prima est sedes immundorum & lasciuorũ, de quib. Ex. 32. *Sedit populus manducare & bibere & surrexerunt ludere.* Isti sunt *illi qui percussi in posterioribus fecerunt sibi sedes pelliceas* 1. Rs. 5. Secunda est sedes auarorum, qui scil. quotidie sedent ad lucra, sicut patet de mercatoribus

caucionibus & telonarijs, qui sunt similes araneis, quæ quotidie de ... otamine relaxant, & expectant finem ea veniat quam ... rant. vnde Matth. ... dicitur quod *Iesus vidit hominem sedentem in ... nomine Leui*. Et Ioan. 2. dicitur quod *Iesus inuenit in templo ... nummularios sedentes, & subuertit mensas eorum*. Et isti figurantur in caeco, de quo dicitur Luc. 18 quod *cæcus sedebat secus viam mendicans*. Isti enim sunt cæci per mentis obstinationem, sunt secus viam per verecundiæ ostentationem, sunt mendicantes per auaritiam & ambitionem. Tertia est sedes hominum superborũ, de qua Eccl. 10. *Sedes ducum superborum destruxit Deus*. Quarta est sedes doctorum malignorum, de qua Matth. 23. *Super cathedram Moysi sederunt scribæ & pharisæi, quæ dicunt facite, quæ faciunt nolite facere*. Quinta est sedes principum & tyrannorum. Et de hac Eccl. 11. *Multi tyranni sederunt in throno*. Sexta est sedes hominum tepidorum, quia scilicet pigri & delitiosi non faciunt nisi sedere. Contra quos Num. 32. dicitur. *Numquid fratres vestri vadent ad pugnam, & vos hic sedebitis?* Septima est sedes hominum damnatorum. Damnati enim sedent in carcere infernali, vbi perpetuis vinculis sunt ligati, de quibus in Psalm. *Sedentes in tenebris & vmbra mortis, vinctos mendacitate & ferro*. Patet igitur clarissime quomodo in scriptura inuenitur diuersitas sedium & thronorum in

H bono & in malo. ¶ Sed quia plerunque fit mentio de sede vel sessione Dei, notandum est quod in scriptura inuenitur quintuplex sedes Dei, Dicitur enim

Sedere in { Corde per gratiæ infusionem,
Virgine per carnis assumptionem,
Cruce per mortis tolerationem,
Cœlo per gloriosam ascensionem,
Iudicio per rigorosam iurisdictionem.

In corde sedet sicut in lecto ad quiescendum, & de ista dicitur in Psalm. *Deus sedet super sedem suam sanctam*, id est, in anima sancta. In virgine sedet sicut in thalamo ad vestes mutandum, quia, scilicet, in ista sede fecit se Deus calceari & vestiri in noua veste humanitatis. Et ideo de beata virgine, quæ fuit sedes ista, dicitur in Psal. *Parata est sedes tua ex tunc, à sæculo tu es* Item in cruce sedit sicut in lodo ad ludibria sustinendum, & sicut in equo ad dimicandum Et de hoc potest dici illud 1. Reg. 4. *Heli sedebat super sellam* Sequitur. *Et cecidit de sella, & fractis ceruicibus mortuus est*. Itẽ in cœlo sedet sicut in conuiuio ad festiuandum. Vnde 3. Reg. 22. *Vidi dominum sedentem super solium suum, & exercitus cœli erat circa eum à dextris & à sinistris*. Itẽ sedebit finaliter in valle Iosaphat sicut in palatio ad iudicandum. Et de hoc Matth. 19. *Cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, tunc & vos sedebitis super thronos, iudicantes duodecim tribus Israel*. Et sic patet quomodo Deus diuersimode inuenitur sedere. Vide supra de habitare & alijs similibus.

A **Seditio.** Nota, quod seditio proprie est illa dissensio vel turbatio quam ciues vel domestici inter se suscitant contra superiores, principes & rectores. Teste enim Gregorio in Homilis de martyribus. *bella quippe ad hostes pertinent, seditiones ad ciues*. Sic ergo possum dicere spiritualiter quod per seditionem potest discordia, inuidia, murmuratio, & quælibet ciuium ecclesiæ, id est, Christianorum, & maxime clericorum diuisio & dissensio denotari. Et proculdubio talis seditio debet summopere præcaueri, generat enim omne malum. Vnde nota, Vrbem enim Romanam plus destruxerunt seditiones interiores, quam quæcunque clades exteriores, sicut patuit de seditionibus pro lege Agraria, pro matrimonijs patritiorum, pro cõsule ex plebeis creando, pro tribunis obtinendis, sicut etiam patet de secessione plebis in monte Auentino, sicut hæc & alia infinita patent Titum Liuium intuenti. Patet etiam de bellis ciuilibus, Scillano, Scipiano, Pompeiano, Iuliano, & Antoniano, in quibus omnibus tot & tantæ fuerunt seditiones quod respublica fere ad nihilum est redacta. Hodie enim ad literam videmus quod interiores seditiones quæ fiunt in collegijs & ciuitatibus, causæ sunt destructionis & damnationis earum Actorum 19. *Periclitamur argui seditionis hodiernæ*. sic tamen est quod quidam ita sunt peruersæ & seditiosæ naturæ, quod vbicunque sint, solent lites & discordias excitare. Similes sideriti lapidi, de quo dicit Solinus quod maleficus est lapis, nam quoquo infestatur, discordias suscitat. Sic vere multi ad hoc videntur esse creati, vt discordias suscitent atque lites, ita quod de eis potest dici illud 2. Machabæor. 14. *Illi qui dicuntur assidei, bella nutriunt,*

B *seditiones mouent, nec patiuntur regnum esse quietũ*. ¶ Et proculdubio talibus solet in fine male succedere, quia vt communiter Seditiosi

Nefanda solent committere,
Horrenda solent appetere,
Stupenda solent incurrere.

Isti enim dicti committunt nefanda, sicut patet Mat. 15. de Barraba *qui in seditione fecerat homicidium* Item appetunt horrenda, sicut de carnalibus populis legitur Num. 20. quod *versi in seditionem dixerunt, vtinam patiissemus in Aegypto, quando sedebamus super ollas carnium*. Item incurrunt stupenda, sicut de Core legitur Nu. 17. *Perierunt in seditione Core*. Merito igitur dicebat Apostolus 2. Co. 12. *Timeo* inquit *ne forte contentiones, æmulationes, animositates, dissensiones, detractiones, susurrationes, inflationes, seditiones sint inter vos &c.* Vide supra de discordia.

**Seductio. Seducere.** Nota, quod seducere idem est quod decipere vel fraudare, prodere, fallere vel nocere. Dicitur autem seducere quasi seorsum à via veritatis & recta ducere. Nota. Sicut enim latrones in syluis se peregrinos simulant, & viatoribus se associant ipsosq; seorsum à via ducunt, & in manibus latronum tradunt & in periculum trahunt, & isti proprie seductores, id est, seorsum ductores sunt, sic hodie multi sunt qui à via recta securitatis & veritatis alios solent seorsum ducere, & eos fallere & seducere, & ab omni fortitudine & rectitudine trahere & declinare, & ad pericula trahere & minare. Patet

In { Diabolo tentatore,
Vsurario prædatore,
Muliere vel luxurioso blanditore,
Falso amico adulatore,
Hypocrita proditore.

Omnes enim isti hominis se associant, vt ad spirituale vel æternale periculum ipsum trahant, & sic fatuos à via securitatis educunt, & seorsum ad periculum secum trahunt. Vnde in secunda Canonica Ioannis dicitur. *Multi seductores exierunt in mundum*. Et si volumus, possumus illos comparare cuidam pisci qui dicitur pinna, qui est piscis cum testa, de genere conchylium, de quo dicit Plin. li. 9. c. 42. quod coram alijs piscibus se aperit, & mortuum se fingens, tanquam ad deuorandum omnibus se exponit, cum vero concham suam plenam pisciculis senserit, continuo se claudere consueuit, & pisciculos sic seductos deuorat & consumit. Etiam potes notare de Renardo, qui finxit se esse mortuum, & sic quadrigarij posuerunt eum in curru suo, & deuorauit halecia. Reuera sic faciunt seductores, fingunt enim se mortuos, id est, quasi simplices & ignorantes & incautos, & se etiam alijs quandoque in aliquibus aperiunt, & eis in obsequijs & familiaritatib. se exponunt, vt eos attrahant ad semplos, seducti igitur simplices, in talibus confidunt, & eos approximant, & accedunt Ioa. 7. *Numquid & vos seducti estis?* Isti tamen seductores solent se subito claudere, fauorem & auxilia negare, & deceptos in suis clausuris & laqueis retinere. ¶ Patet de diabo-

C lo, qui primo se aperit & exponit delectabilia offerendo, promotiones & prosperitates dando, & sub specie boni, temporalia concedendo, qui tandem incautos seducit, & clausa manu per mortem ipsos secum tenet, & in inferno consumit. Vnde de isto Apo. 12. dicitur. *Serpens antiquus qui est diabolus & Sathan, se-*

D *ducit vniuersum orbem* ¶ Patet in vsurario, qui bona sua pauperib. exponit, arcas suas eis aperit, & se quasi mortuum, id est, simplicem & omnis malitiæ expertem ostendit, tandem vero ipsis ligatis & obligatis se claudit, & eos exhæredat, & consumit, & sic eos sub specie boni decipit & seducit 2. Ioan. 1. *Hic est seductor, &*

E *Antichristus*. ¶ De muliere vero mala quid dicam? Ista oblectando & obsequendo se exponit & aperit vt virum demulceat, cũ vero ipsum in amore suo ligauerit & incluserit, ipsum vorat, & sic deducit miserum & deuastat. Vnde ista est Iezabel, de qua Apocal. 2. dicitur. *Permittis enim* (inquit) *Iezabel docere, & seducere*

F *seruos meos fornicari, & manducare de idolothytis*. ¶ De adulatoribus & proditoribus planum est, quod ante omnia illis quos volunt seducere aliqua secreta sua reuelare solent, & vt ad se eos alliciant se aperiunt, & eis dulcibus promissionibus se exponunt, cum vere ipsos capere possunt, contra eos mox insurgunt, & ad seducendum se eis aperiunt, & ostendunt. Vnde de adulatoribus dicitur Rom. 16. quod *per dulces sermones, & benedictiones seducunt mentes innocentium*. ¶ De hypocritis, & hæreticis idem con-

G stat quod se simplices, & mortuos simulant, vt ad amorem suũ gentes attrahant, & vt seducant, & in erroribus inuoluant, ita

quod ipsi possunt dicere illud Neem. 1. *Per vanitatem seducti sumus*. Breuiter igitur notare possumus, quod diuersimode homines seducuntur. Nam

Seducuntur quidam per
- Vinum, & ebrietatem,
- Mulierem, & carnalitatem,
- Mendacium, & vanitatem,
- Peccatum, & iniquitatem,
- Hypocrisim, & falsitatem,
- Diabolum, & malignitatem,
- Adulatorem & verbositatem,
- Hæreticos, & eorum peruersitatem,
- Falsos amicos & eorum familiaritatem,
- Malos prælatos & eorum exempla & prauitatem.

H ¶ Dico igitur, quod quosdam seducit vinum & ebrietas. Vnde 3. Esdr. 3. *Viri quam præualet vinum omnibus qui bibunt illud, seducit mentem regis, & orphani facit mentem vanam*. Item quosdam seducit luxuria & carnalitas. Vnde Prou. 5. *Quare seduceris fili mi ab aliena, & foueris in sinu alterius?* Item quosdam seducit mendacium & vanitas Hier. 23. *Seduxerunt populum meum in mendacio suo, & in miraculis suis* Istud potissime potest dici contra quæstores & reliquiarum portitores: Item quosdam seducit peccatum seu iniquitas ad Rom. 7. *Peccatum seducit me, & occidit*. Item quosdam seducit hypocrisis atque falsitas. Figurati in illis qui per signa pseudoprophetæ decepti sunt Apocal. 19. *Pseudopropheta qui fecit signa quibus seducit gentes, missus est in stagnum ignis*. Item quosdam seducit diaboli malignitas Apoc. 20. *Soluetur Satanas de carcere suo, & exibit, & seducet gentes*. Item quosdam seducit adulatorum verbositas, de quo Esa. 9. *Erunt qui beatificant populum istum seducentes, & qui beatificantur, præcipitati*. Et ideo dicitur ad Eph. 5. *Nolite seduci inanibus verbis*: Item quosdam seducit hæreticorum peruersitas à doctrina veritatis ad doctrinam falsitatis. Vnde taliter seductis potest dici illud 2. Cor. 11. *Sicut serpens Euam seduxit astutia sua, ita corrumpuntur sensus vestri, & excidunt à simplicitate quæ est in Christo*. Item quosdam seducit amici ficta familiaritas. Vnde Sedechiæ dictum est Hier. 38. *Seduxerunt te, & præualuerunt aduersum te viri pacifici tui, demerserunt in cœno & lubrico pedes tuos*. Item quosdam seducit maiorum superiorum prauitas & exemplaritas. Vnde de Manasse Rege Iuda dicitur 4. Regum 21. *Manasses Iudam & habitatores Hierusalem seduxit vt facerent malum*. Sufficit de seducere. Vide in tit. decipere, & in tit. fraus. dolus &c.

A

## Seges.

Nota, quod cum seges nihil aliud signet, quam blada seu spicas adhuc existentes in campis, breuiter dicam quod discurrendo scripturam, inuenio plures, & multas segetes moraliter intellectas &c. Est igitur Seges

- Virtutum, & meritorum,
- Salutum & præmiorum,
- Sanctorum, & perfectorum,
- Prauorum, & peccatorum,
- Culparum, & vitiorum,
- Gasarum, & terreuorum.

B ¶ Seges meritorum est multum vtilis. Ista est enim seges quam boni, & sancti congregant in horreo cordis sui, vt exinde tempore hyemis, & mortis viuere valeant in æternum. Et de hoc

C Gen. 41. *In manipulos redactæ segetes congregatæ sunt*. ¶ Seges præmiorum est appetibilis. Ista est enim seges quam post hyemem huius vitæ beati colligunt in gloria æterna. De ista enim dicitur in Psalm. *Euntes ibant, & flebant, mittentes semina sua*, scilicet, dum viuerent. Nunc *vero venientes venient cum exultatione, portantes manipulos suos*. Et de istis dicitur Prou. 14. *Vbi plurimæ sunt segetes, ibi manifesta est fortitudo bouis*. Beati enim quanto fuerunt fortiores,

D tanto sunt his segetibus pleniores. ¶ Seges perfectorum est commendabilis. Perfecti enim sunt seges Christi, quam in agro Ecclesiæ seminauit, & quam in horreo cœli finaliter congregabit. Vnde de talibus segetibus potest anima dicere illud Ruth 2. *Præcepit mihi Booz, vt tamdiu messoribus iungerer, donec omnes segetes meterentur*. Messores enim sunt Angeli, iuxta sententiam saluatoris Matth. 13. Quibus pro certo anima debet iungi per deuotionem, quamdiu segetes, id est, congregatio perfectorum adhuc est in mundo, scilicet, in agro huius vitæ.

E ¶ Seges peccatorum vel iniquorum est detestabilis, & ista est illa seges diaboli figurata in segetibus Philisthinorum, quas per Samsonis ligatis ad caudas facibus combussit, vt dicitur Iudic. 15. Quia vulpes, id est, dæmones quorum cauda ne, id est, à Christo post mortis terminum emittentur, reproborum in inferno comburent 2 Reg. [...] *Absalon segetem igni*. ¶ Seges vitiorum est execrabilis. Ista est seges quæ in agro cordis reconditur, & quæ tandem conscientiæ deuoratur Hier. 5. *Comedit segetes tuas &c.* ¶ [...] terenorum est impermansibilis. Ista est enim seges di[...] quam, scilicet, diuites non debent sibi totaliter re[...] partem earum debent pauperibus erogare, iuxta illud *Cum messueris segetem, nō tondebis vsque ad solum, sed relinques aduenis, & pauperibus, &c.* Sufficiat de segete. Vide supra de Messe, [...] fra de Semine latius habebis.

## Semen. Seminare.

Nota, cum semē de [...] rationem principij [...] successiui, ter mini multiplicatiui, hinc est, quod secundum diuersas suas acceptiones, diuersas habet morales significationes. Et sic dico, quod semen in scriptura tam in bono quam in malo signat. Et sic dico, quod inuenitur Semen

- Nobile, & virtuosum,
- Vtile, & fructuosum,
- Mirabile, & gloriosum,
- Damnabile, & vitiosum,
- Horribile, & pudorosum, vel
- Fluxibile & lubricosum,

¶ Dico, quod semen virtuosum signat iustos de quo Ios[...] *Semen Abrahæ sumus, & non seruiuimus vnquam* Semen fru[ctuosum] signat bona opera, de quo Oseæ 10. *Seminate vobis in veritate iustitiam, & metite in ore misericordiæ*. Semen gloriosum signat Christum, de quo Genes. 26. *In semine tuo benedicentur omnes tribus terræ*. Semen vitiosum signat peccatores, de quo Dan. 13. *Semen Chanaan, & non Iuda, species decepit te*. Item semen pudorosum, lubricosum signat peccatum carnis, de quo Leu. 15. *Vir qui patitur fluxum seminis, immundus est &c.* ¶ Dicamus ergo de duobus tantum, & dicamus quod per Semen intelligitur bonorum congregatio virtuosa. Boni enim & sancti dicuntur semen quia Semen est illud quod deciditur à parentibus. Semen est illud quod dat originem ipsis fructibus Semen est illud quo mandatur fructibus multis. Item tribus rationibus sancti dicuntur semen, quia scilicet à sanctis patribus, & parentibus fuerunt descensi, & deriuati per successionem, & imitationem. Et [...] de sanctis loquens Dauid in Psal. dicit *semen Abraham, serui eius filij Iacob, electi eius*. Isti etiam fructibus bonorum operum dederunt originem per sanctitatem, & perfectionem. Vnde de ecclesia dicitur Esa. 6. *Semen sanctum erit id quod steterit in ea* Item [...] super fructus æternæ gloriæ sibiipsis multiplicant per æternæ vitæ adeptionem, de qua Eccl. 44. *Cum semine ipsorum permanent bona*. Isti sunt semen, quod dominus in agro Ecclesiæ seminauit, quod doctrinis, & gratijs irrigauit, & quod tandem fr[uctum] bonorum operum pullulauit Luc. 8. *Semen cecidit in terram bonam, & ortum fecit fructum centuplum*. O Deus quot boni fructus prouenerunt de bonis seminibus, id est, de bonis personis quas dominus antiquitus in agro Ecclesiæ seminauit. Sed pro certo mundus, & Ecclesia videtur esse sicut quædam terra sterilis, sicut est Noruegia. Nam sicut aliquæ sunt terræ steriles in quibus bona semina iacta degenerant in mala, ita quod si bonum frumentum iacitur successu temporis siligo efficitur, sic vere charissimi videmt esse in ecclesia Deus enim seminauit in principio bonum semen, bonum triticum, bonum populum, sed pro certo successu temporis semper fuit deterioratum, quia *facta sunt nouissima hominis illius peiora prioribus* Luc. 11. Ita quod hodie videtur frumentum in siliginem, & aurum in rubiginem commutatum. *O quam obscuratum est aurum, mutatus est color optimus*. Thr. 4. Et ideo Dominus conqueritur de Ecclesia Hier. 2. dicens. *Quomodo conuersa es mihi in amaritudinem vitis alienæ Ego plantaui te vineam electam, & omne semen verum*, quasi dicat, modo non sic. Nos etiam admiratiue possumus dicere illud Matt. 13. *Domine nonne bonum semen seminasti in agro tuo? vnde ergo habet zizania?* Et ipse potest respondere illud quod sequitur. *Inimicus homo hoc fecit*, scilicet diabolus Figura habetur in Athalia 4. Reg[...] bi dicitur quod *ipse occidit omne semē regium in Hierusalē*. Qu[...] uiter isto modo non videntur de tam bonis seminibus processisse. Esd. 2. *Non poterunt iudicare semen suum in Israel, verum ex Israel essent*. Non sic charissimi, sed simus semper semen bonum & sanctum,

ctum, ut simus imitatores bonorum prædecessorum, & detestatores malorum successorum, iuxta illud Neæ. 9. *Separatum est semen Israel ab omni alienigena.* ¶ Ubi aduerte, quod sicut agricola sapiens Semen, quod seminandum est, solet

Purgare,
Inter alia blada eligere,
A Cunctis bladis alijs separare.

Sic vere illi qui bonum semen volunt esse in ecclesia, sunt

Corrigendi per disciplinæ purgationem. Separatum inquit, supple ab immunditijs,
Eligendi per examinis discussionem, quia scilicet, ipsi debent esse semen filiorum Israel,
Seiungendi per iniquorum vitationem, quia scilicet separandi sunt ab omni alienigena.

¶ Dico, quod isti sunt corrigendi. Separatum inquit, quia scilicet, sicut semen per ventum, & flagellum separatur à paleis, sic homo per flatum bonæ doctrinæ, & asperæ disciplinæ separatur à vitijs Hier. 15. *Si separaueris pretiosum à vili, quasi os meum eris.*

D ¶ Deinde dico, quod isti sunt eligendi, quia sicut agricola de melioribus granis eligit ad seminandum, sic vere illi qui in ecclesia seminantur, electi inter alios esse tenentur, iuxta illud Hier. *Ego plantaui te vineam electam, & omne semen verum.* Deut. 4. *Dilexit dominum patres tuos, & elegit semen eorum post eos.* Et hoc ostenditur cum dicitur. Semen filiorum Israel, quod scilicet fuit semen electum à domino super omnes alias nationes. Ut de tali Israelitico semine dicatur illud Hier. 31. *Adhuc seminabo domum Israel, & domum Iuda semine hominum,* id est, semine personarum rationabilium, & nobilium. Quod est hodie contra prælatos, qui non seminant domum ecclesiæ semine Israel, per quos intelligo bonos, & discretos, & videntes Deum, sed potius ibidem seminant semen suum, scilicet, ignorantes nepotulos, & parentes, de quibus dicitur Eccl. 47 *Dereliquit post se de semine suo gentis stultitiam.* Et pro certo tale semen post suos promotores, & carnales introductores non perseuerat, quia sicut per prædecessorum affectum introducuntur, sic sæpe fit quod per successorum odiú deponuntur, de quo Sap. 3. *Ab iniquo throno semen exterminabitur.* Quod etiam est contra principes, & tyrannos, qui pro certo non seminant in patria bonos, & iustos officiales, & ballivos, sed crudeles impios, & iniquos, & de hoc Esa. 14. *De radice enim colubri egredietur regulus, & semen eius absorbens volucrem* Coluber enim, id est, mali principes producunt malos ballivos, qui pro certo sunt quoddam semen pessimum, per quod volucres absorbentur, id est, per quos boni qui sunt in patria, rapinis & ex-

E actionibus deuorantur. ¶ Denique dico, quod isti sunt seiungendi. Ab omni inquit alienigena. Quia sicut agricola semen suum electum ad partem ponit, nec ipsum bladis immiscet, sic & isti qui semen sanctum volunt esse, debent esse ad partem positi, scilicet, per vitæ excellentiam, nec non per societatis fugam ab omni alienigena, i. e. ab omni mala persona separati, & disiuncti. Quod tamen est contra multos in agro ecclesiæ seminatos, qui pro certo à malis personis non seiunguntur, sed eis potius adiunguntur. Scriptura enim præcepit Leu. 19. *Non seres agrum diuerso semine.* Sed pro certo ager ecclesiæ multum diuerso semine seminatur, quia, scilicet, non tantum vnum semen bonorum, sed multiplex, & diuersum, scilicet, paruulorum, & mulierum ibi seritur, ita quod hodie verificatur illud 2. Esd. 8. *Commixtum est semen sanctum alienigenis gentibus.* Et quid? pro certo dico, quod quia seminatores sunt immundi, necesse est quod semina sint immunda. *Quis enim potest facere mundum de immundo conceptum semine?* Iob 14. Et ideo talibus potest dici hodie illud Esa. 57 *Accedite huc filij augurat ricis, semen adulteri, & fornicariæ.* At tamen non sic, sed simus semen sanctum, à malis distinctum, semen electum, semen purgatum atque correptum, ut de nobis dicatur illud Esaiæ 61. *Isti sunt semen cui benedixit dominus* Et sic nos erimus semen

Humile ad seruiendum,
Utile ad possidendum,
Stabile ad resistendum,
Flebile ad pœnitendum,
Fertile ad producendum.

Sint igitur boni humiles ad seruiendum Psalm. *Et semen meum seruiet ipsi.* Item sint utiles ad possidendum Ps. *Semen seruorum eius possidebit eam, & qui diligunt nomen eius, habitabunt in ea,* scilicet in terra paradisi. Item sint stabiles ad resistendum Psalm. *Potens in terra erit semen eius, generatio rectorum benedicetur.* Item sint flebiles

Diction. Bersborij.

ad pœnitendum, quia sicut dicitur in Ps. *Qui seminant in lacrymis, in exultatione metent.* Item sint fertiles ad bona opera producendum Iob 5. *Multiplex erit semen tuum* Sic igitur patet quomodo per semen intelligimus sanctorum congregationem virtuosa.

F ¶ Adhuc dico per semen intelliguntur virtutum acquisitio fructuosa. Virtutes enim & bona opera sunt semina, quæ in autumno huius vitæ seruntur. Paradisus vero & æterna præmia sunt fructus, qui in æstate futuri sæculi colliguntur. Bona etiam documenta dicuntur semina, iuxta verbum Christi, dicentis Matth. 13. *Semen est verbum Dei* Istud enim in corde suo totum seminatur, ut fructus bonorum operum reportetur Mat. 13 *Exijt qui seminat seminare semen suum, &c.* Sic ergo videmus, quod secundum quantitatem seminum expectatur quantitas fructuum quia secundum Apostolum 2. ad Cor. 9. *Qui parce seminat, parce & metet, & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet.* Et sic secundum quantitatem virtutum, & meritorum possumus sperare copiam præmiorum, & gaudiorum. Et ideo multis talibus seminibus debemus conscientiam seminare, ut possimus gloriæ copiam reportare, ut & simus de illis de quibus dicit Psal. *Seminauerunt agros, & plantauerunt vineas, & fecerunt fructum natiuitatis.* Ubi aduerte, quod Semen materiale

Primo in agro dispergitur,
Secundo in terra affigitur,
Tertio pluuijs aspergitur,
Quarto in fructus conuertitur.

Et sic dico, quod per istam quadruplicem seminis conditionem possunt quatuor semina spiritualiter intelligi, quæ debent à fidelibus seminari, videlicet, Semen

Substantiæ temporalis,
Constantiæ virtualis,
Scientiæ spiritualis,
Clementiæ cordialis.

Semen substantiæ est dispergendum. *Seminauerunt,* inquit, *agros.* Semen constantiæ, id est, boni propositi est infigendum *Plantauerunt,* inquit. Semen scientiæ est effundendum. *Vineas,* inquit, Semen clementiæ est infundendum. *Fecerunt,* inquit, *fructum.*

G ¶ Dico igitur primo, quod est dispergendum semen substantiæ temporalis, quod ostenditur, cum dicitur *Seminauerunt agros.* Quia, scilicet, ad diuites pertinet semen bonorum & opum temporalium spargere, & exinde agros pauperum irrigare, & impinguare. Teste n. Greg. *Secundum est ager pauperis & quo reddit seminantibus fructum.* Et ideo in tali agro est seminandum, ubi est cœleste præmium colligendum Gen. 26. *Seminauit Isaac in terra illa, & inuenit in illo anno centuplum.* Istud est, contra crudeles, qui agros, id est, pauperes per eleemosynas non seminant, sed ipsos per rapinas depopulantur, & exterminant. Quod bene figuratur in parabola seminantis, ubi dicitur, quod *volucres cæli comederunt semen quod ceciderat secus viam.* Via enim quæ continue conculcatur, pauperes tribulatos designat. Quia pro certo volucres cæli, id est, mundi raptores, & superbi non cessant semen huius vitæ, id est, substantias pauperum deuorare. Igitur eis potest dici illud quod dicitur Leu 26. *Frustra seretis sementem, quia ab hostibus deuorabitur.* Non sic charissimi, quia sicut ostensum est, dispergendum est semen substantiæ temporalis Seminauerunt inquit agros.

H ¶ Secundo dico, quod infigendum est semen propositi pectoralis, & hoc ostenditur cum dicitur. *Plantauerunt.* Bonum enim propositum est quasi quoddam semen, à quo, scilicet, ampla seges pullulat operum, & virtutum. Istud ergo semen plantandum est, & per perseuerantiam in corde firmiter radicandum. Semen enim nisi mittat radicem, fructum non facit, & sic bonum propositum nisi habeat perseuerantiam, statim perit. *Plantauerunt* inquit, quod scilicet, designat radicum firmitatem iuxta illud Hierem. 12. *Plantasti eos, & miserunt radicem.* Unde de firmitate talis seminis potest dici illud Iob 21. *Semen eorum permanet coram eis.* Et illud Genes. 22. *Multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli.* Stellæ enim à stando dicuntur. Quod tamen est contra multos qui in bono proposito non sunt stabiles, sed potius variabiles, & defectibiles. Figurati in semine quod *cecidit supra petram, quod natum aruit, quia radicem figere non potuit.* Quare vere multi sunt ita duri, & petrei, quod licet semen boni operis, tamen boni propositi, & gratiæ diuinæ recipiant, quia tamen in ipsis non figitur, in bono minime perseuerant. Ps. *Semen impiorum*



*peribit.*

*peribit* Non sic ergo, sed dico, quod infigendum est semen pro-
I positi pectoralis. *Plantauerunt* inquit. § Tertio dico, quod effun-
dendum est semen scientiæ spiritualis. Semen enim verbum
Dei est, quod prædicator docendo seminat, & paterfamilias
Deus fructum bonorum operum reportat. Vnde Apostolus di-
cit 1. Cor. 9. *Si nos spiritualia seminauimus vobis, non magnum est si vo-
stra carnalia metamus.* Et hoc semen intelligitur cum dicitur Vi-
neas. Quia scilicet vinea quæ emittit vinum quod inebriat &
lætificat, signat illum qui semen doctrinæ docet & prædicat
Hierem. 2. *Ego plantaui te vineam & electam, & omne semen verũ.* Sed
quid pro certo multis prædicatoribus potest dici illud quod
dicitur Mich. 6. *Tu seminabis, & non metes.* Et Aggæi 1. *Seminastis
multum, & intulistis parum.* Quia scilicet multi sunt qui semen do-
ctrinæ bene recipiunt, sed fructum operum non faciunt, imo
quandoque peiores quam ante fiunt, & tunc impletur illud
Hierem. 12. *Seminauerunt triticum, & messuerunt spinas.* Ideo ergo
K dico, quod effundendum est semen scientiæ spiritualis. Vineas
inquit. § Quarto dico, quod infundẽdum est semen clementiæ
supernalis. Fecerunt inquit fructum. Semen enim quod produ-
cit fructus ad homines nutriendum, est pietas quæ fructus bo-
norum producit & quæ indigentes adiuuat atque nutrit. Matt.
13. *Semen cecidit in terram bonam, & ortum fecit fructum.* Et sicut se-
men modicum est respectu fructus, sic bonum opus valde est
modicum respectu præmij. Et breuiter omnia bona opera sunt
quædam semina fructus gloriæ æternæ productiua, cum tamen
lacrymarum profluuio fuerint irrigata, quia sicut dicitur in Ps.
*Qui seminant in lacrymis, in exultatione metent.* Verumtamen ille
qui seminat, cauet à nimio vento, sic & ille qui facit bonum o-
pus, debet cauere à vanæ gloriæ figmento, quia alias de ipso di-
cetur illud Oseæ 8. *Seminabunt ventum, & turbinem metent.* Quia
videlicet quando cupido vanæ gloriæ & vanæ laudis fit in se-
mine, messis præmij erit turbine. Non sic, seminemus semina
nostra sine tali vento, & sic reportabimus fructum bonum, iu-
xta illud Gen. 47. *Accipite semina, & serite.* Quia sicut dicitur Gal.
6. *Quod seminauerit homo, hoc & metet.* Sic ergo patet quomodo
quatuor semina sunt habenda, & à fidelibus diuersimode semi-
nanda. Hoc ergo de semine sufficit.

A **Semita.** Cum semita nihil aliud sit quam parua & breuis via, & sæpissime vnum pro alio assumatur, possu-
mus dicere quod per semitam potest intelligi vita nostra & trã-
situs huius mundi, in quo diuersimode ambulamus. Breuiter
ergo dico, quod inuenitur triplex semita, scilicet,

Semita quædam { Breuis & transitiua, / Suauis & directiua, / Grauis & deceptiua. }

Semitam { Breuem currunt omnes mortales, / Suauem currunt omnes morales, / Grauem currunt omnes carnales. }

Semita ergo signat vitam mortalium, de qua Iob 16. *Semitam per
quam non reuertar, ambulo.* Semita etiam signat statum moraliũ,
hoc est dictum, vitam iustorum & perfectorum, de quo Pro. 4.
*Iustorum semita quasi lux splendens.* Significat insuper vitam carna-
lium, hoc est dictum, vitam & conditionem malorum, & de
hoc Iob 22. *Nunquid semitam sæculorum custodire cupis, quam calca-
uerunt viri iniqui?* Semita ergo Prima est naturalis, quæ morte
clauditur. Secunda est semita virtualis, qua iustus graditur. Ter-
B tia est semita criminalis, quæ a malo teritur. § De prima nihil ad
præsens, de secunda vero & tertia est aliquid dicendum. Dica-
mus ergo quod est quædam semita virtuosa, & quædam semita
vitiosa: semita virtuosa est vita perfectorum. Ista est enim semi-
ta per quam Christus ambulauit & perambulandum docuit &
mandauit Esa. 2. *Venite, ascendamus ad montem domini, & ad domum
Dei Iacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius.* Semi-
ta enim est arcta via per quam transeunt homines, non quadri-
gæ, quam vt communiter non omnes sciunt, & quę breuius du-
cit ad terminum, quam via publica, & per quam insuper pauci
vadunt. Sic & nunc via perfectionis est sicut quædam parua se-
mita iuxta viam publicam huius mundi posita, quam procul-
dubio pauci intrant, quia sicut dicitur Matth. 7. *Arcta est via quæ
ducit ad vitam æternam & pauci ingrediuntur per eam.* Soli enim ho-
mines, id est, soli perfecti viri & personæ ratione vtentes, semi-
tam perfectionis ambulant, quia scilicet quasi omnes vadũt per
stratam publicam status mundani, pauci enim videntur scire
istam scilicet perfectionis semitam, & ideo necessarius est ibi
ductor scilicet Christus, qui nos doceat a[illegible] & conducat.

Quod bene petebat Dauid, dicens. *Deduc me domine in semita mã-
datorum tuorum, quia ipsam volui,* quia sicut dicitur Iob 28. *[Semitam]
ignorauit auis, nec intuitus est eam oculus vulturis.* Aues enim [vo]-
lantes, id est, superbi & præsumptuosi, vultures p[o]nde[re]
tardi, id est, carnales luxuriosi, istam viam ignorant, [nec]
libenter intrant. Ista enim est via secretior, & per con[se-
quens] curior, & ad tranquillum terminum paradisi est breui[or].
enim & facilius saluatur ibi homo, quam in via publica, [id] est,
quam in statu sæcularium personarum. Sicut igitur cerui &
animalia syluestria non libenter vadunt per vias pub[licas ti]-
mentes venatores, & canes & homines transeuntes, sed
vadunt per semitas solitarias & secretas, & à paucis tran[seunti]-
bus frequentatas, sic & nos debemus semitam perfectio[nis in]-
trare, & nos à via publica, id est, à communi tumult[u] sæcul[i e]-
longare, vt sic à canibus inferni possimus nos tutius seruare,
sicut dicitur Prou. 12. *In semita iustitiæ vita* Prou. 3. de. [...]
*viæ eius* (scilicet sapientiæ) *viæ pulchræ, & semitæ eius pa[cificæ]*.
Et sic cuilibet poterit dici illud Ps. *In mari via tua, & semitæ [tuæ in]
aquis multis.* § Vbi aduerte quod sicut semita habet tres [condi]-
tiones, quia scilicet, ipsa est strictior, rectior & mundior, [sic se]-
mita status & perfectionis habet & continet

Pœnitentiæ amaritudinem. [In mari,]
Iustitiæ rectitudinem. [Semitæ tuæ,]
Continentiæ seu munditiæ pulchritudinem. [In aquis
multis.]

§ Primo igitur dico, quod in ista semita debet esse pœnitentiæ
amaritudo, cum dicitur. In mari. Mare enim salsum & a[mar]um
vndosum, difficile ad potandum, vtile tamen ad medican[dum],
pœnitentiam designat, quæ difficilis est & aspera, & tamen [vti]-
lis atque sana. Semita enim (vt dictum est) stricta est, &
difficilis aliquoties & aspera, transit enim per loca al[ta, quæ]
sunt ad ascendendum communiter grauiora. Sic vere pœni[ten]-
tia grauis est & difficilis ad eundum in cœlum, est tamen [...]
& penetrabilis. In mari inquit Esa. 43. *Dominus dedit in mari viam
& in aquis torrentibus semitam.* De ista tamen semita non curant
delitiosi. Vnde de carnali muliere dicitur Prou. 5. *Per sem[itam]
vitæ non ambulat, vagi sunt gressus eius, & inuestigabiles.* Ista sem[ita]
potissime designat statum religionis, vbi, scilicet, pœnitentia
valde viget, vel vigere videtur. Sunt enim aliqui sicut animalia
quædam indomabilia, quæ nunquam volunt incedere per re-
ctitudinem semitarum, sed potius vndique sine via & sine se-
ta diuagari, sicut de onagris & bubalis dicitur quæ sunt anima-
lia quæ sine iugo disciplinæ per sæculum diuagantur. Figurat[ur]
asina Balaam, *quæ quia vidit angelum cum gladio in via, declinauit [de
via], & attriuit pedem sedentis, qui dum verberaret eam, & vellet ad
semitam reducere, incepit asina murmurare* sicut dic[itur] Num. 22. Quia
vere charissimi, asina, id est, vir carnalis dum in via pœnitentiæ
& religionis videt stare Angelum cum gladio, id est, prælatum
cum puniendi & corrigendi officio, timet illuc accedere, &
quandoque nititur à tali semita retrocedere, sicut potissime pa-
tet in apostatis, quod si quis ad semitam vitæ & pœnitentiæ ver-
bo vel opere reducere voluerit, statim contra eum reclama-
bunt. Et isti deberent aduertere quod *Samson declinauit per semi-
tam, inuenit in ore leonis mortui fauum mellis,* sicut dicitur Iudicum
14. Quia videlicet illi qui declinant se ad semitam pœnitentiæ,
inueniunt fauum mellis diuinæ sapientiæ & gratiæ. In mari
inquit. Sapient. 5. *Semita carinæ in fluctibus.* Sic igitur [in] ista
semita est pœnitentiæ arctitudo, quod ostenditur in verbo se-
mitæ.

§ Quia scilicet de natura semitæ est quod sit breuis & recta. & D
quanto breuior, tanto rectior iuxta illud Luc. 3. *Dirigite viã do-
mini, rectas facite semitas Dei nostri.* Quia pro certo illi qui in semita
perfectionis ambulant, & rectitudinem iustitiæ & breuitatem
expeditionis seruãt, quia scilicet ipsi sunt breues, alios celeriter
expediendo, & recti, nũquam à iustitia deuiando. Esa. 26. *Semita
iusti recta est, rectus callis iusti ad ambulandum.* Vide supra de recti[tu]-
dine. Q[uod] tamen est contra multos, quorũ semita non est re-
cta per iustitiam, sed tortuosa per fallaciam: non est breuis [per]
celeritatem, sed prolixa per tepiditatem, sicut ad literam vide-
mus de modernis multis iudicibus & prælatis, de quibus potest
dici illud Esa. 59. *Semitæ eorum incuruatæ sunt.* Semita talis est sicut
semita fluminum & aquarum, quæ semper est tortuosa & longa.
Sic & conditio istorum tortuosa est per falsitatem, & longa [per]
prolixitatem. Vnde de ipsis intelligitur illud Gen. 49. *[Fiat Dan]
coluber in via cerastes in semita.* Coluber enim qui semper [...]

incedit, & dicitur à collabendo, & cerastes qui est serpens cornutus, iuxta semitas insidians bestijs transeuntibus signat tales, qui scilicet sunt tortuosi per falsam intentionem, sunt collabentes per blandam adulationem, sunt cornuti per superbam elationem, sunt etiam insidiantes transeuntibus per astutam deceptionem. Quia proculdubio aliud non videntur facere hodie tales iudices & prælati & ballivi, nisi insidiari transeuntibus, vt ipsos mordeant rapinæ dentibus. Serpens enim quanquam sit in recta semita: nunquam tamen propter hoc recte incedit, nec etiam venenum dimittit. Sic vere isti quamuis sint positi in semita rectæ iustitiæ, hoc est, in officio & in statu iudicaturæ vel prælaturæ, vbi scilicet iustitia est facienda, nunquam tamen sunt iusti, sed venenosi, fallaces & infecti. Sunt enim in semita iustitiæ, sed pro certo ipsam non sequuntur, nec per eam gradiuntur, sed magis in ipsa alijs insidiantur. Vnde ipsi dicere videntur illud Esa. 30. *Auferte à me viam, declinate à me semitam, cesset à facie nostra sanctus Israel.* Non sic charissimi non, sed sit in ista semita iustitiæ rectitudo, vt sic quilibet dicat illud Prou. 8. *In vijs iustitiæ ambulabo, in medio semitarum iudicij.* Vt & eis dominus dicat illud Prouerb. 4. *Ducam te per semitas æquitatis, quas cum ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui.*

E ¶ Tertio dico, quod in semita perfectionis debet esse munditiæ seu continentiæ sanctitudo, quod ostenditur cum dicitur. In aquis multis. Aquæ autem quæ maculas tollunt, munditiam & puritatem designant. Quia scilicet sicut semita de sui natura debet esse munda, sic vita bonorum debet esse munda & pura. Vnde de Esa. 43. dicitur quod *dedit Deus in aquis torrentibus semitam.* Et hoc est contra illos qui in semita perfectionis & religionis munditiam non obseruat. Quia pro certo ibi debet esse munditia & interius in corde, & exterius in carne, & scilicet vlterius in sermone. Prouerb. 3. *Viæ eius viæ pulchræ, & omnes semitæ eius pacificæ.* Istæ sunt igitur semitæ iustorum & perfectorum, scilicet

Mundities corporalis,
Iustitia virtualis,
Pœnitentia temporalis.

De quibus admiratiue loquens scriptura dicit Iob 37. *Nunquid nosti semitas nubium magnas & perfectas?* Sancti enim & iusti dicuntur nubes, sicut superius est ostensum. Istæ enim sunt semitæ quas Dauid sibi doceri petebat, dicens in Psalm. 24. *Semitas tuas doce me.* Istæ sunt semitæ in quibus deduci poscebat, dicens in Ps. 118. *Deduc me domine in semita mandatorum tuorum.* Istæ sunt semper semitæ in quibus illuminatum se dicebat. Psalm. 115. *Lucerna pedibus meis verbum tuum & lumen semitis meis.* Et sic igitur patet

F quod sunt semitæ virtuosæ. ¶ Adhuc dico quod sunt quædam semitæ vitiosæ. Et istæ sunt semitæ impiorum. Peccata enim sunt semitæ per quas gradiuntur iniqui. Et sic nota quod in scriptura inuenitur

Semita
- Montuosa,
- Tortuosa,
- Tenebrosa,
- Lubricosa,
- Periculosa.

Montuosa dico est semita superborum. Isti enim semper appetunt alta. Vnde Iudith 15. dicitur de illis qui erant de exercitu Holofernis, quod ipsi *fugiebant per vias camporum, & semitas collium.* Tortuosa est semita auarorum. Isti enim in actibus suis nunquam recte incedunt. Esa. 59. *Semitæ eorum incuruatæ sunt.* Et semper intendunt ad iniustitiam & rapinam. Prou. 1. *Semitæ omnis auari animas possidentium rapiunt.* Tenebrosa est semita inuidorum. Isti enim nunquam volunt videre bonum alicuius. Vnde Iob cap. 6. *Inuolutæ sunt semitæ gressuum eius.* Lubricosa est semita immundorum. Vnde sicut semita per quam limax graditur, est infecta, ita quod apparet ibi vestigium gradientis, sic vita illorum ibi est immunda, vt eorum vestigia appareant lubricosa. Iob 41. *Post eum lucebit semita.* Periculosa est semita decipientium. Vnde Iob *recondita est pedica eius super semitam.* Et sic igitur patet quod est semita virtuosa & vitiosa. Et hoc sufficit. Vide infra de via, & supra de Ambulare, & de Ire, & de Gradiri.

A **Semel.** Nota, quod istud aduerbium semel in scriptura inuenitur vel sumitur in bono & in malo. Vnde breuiter dico quod in scriptura inuenitur

Semel
- Authoritatis,
- Necessitatis,
- Mortalitatis,
- Seueritatis,
- Fœlicitatis,
- Pœnalitatis,
- Confessionis,
- Damnationis.

¶ Semel authoritatis pertinet ad quemlibet superiorem. Magnorum hominum quod semel præcipiunt, debet fieri. Ad ipsos enim pertinet semel aliquid ordinare, & non nunc vnum, nunc aliud variare, sicut de Deo dicitur Iob 33. *Semel loquitur Deus, & secundo idipsum non repetit.* ¶ Semel necessitatis est illud quod si quis semel voluerit, necessario obligatus erit. De quo Deut. 23. *Quod semel egressum est de labijs tuis, obseruabis.* ¶ Semel mortalitatis est illud quo homines tenentur semel necessario mortem pati. De quo Heb. 9. *Statutum est hominibus semel mori.* ¶ Semel seueritatis est illud quo Deus semel in iudicio sententiam profert, quam nullus subterfugiet aut peruertet. Et de hoc in Psalm. *Semel locutus est Deus, duo hæc audiui, quia potestas Dei est, & tibi domine misericordia quia tu reddes vnicuique secundum opera sua.* ¶ Semel fœlicitatis est illud quo semel beati gloriam adipiscuntur, quam nunquam amplius perdere dignoscuntur. Vnde de Christo dicitur ad Heb. 9. quod *per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta.* ¶ Semel pœnalitatis est illud quo Christus oblatus est semel pro hominibus Deo patri. De quo 1. Pet. 3. *Christus semel pro peccatis mortuus est iustus pro iniustis, &c.* ¶ Semel confessionis est illud quo quilibet ad minus semel in anno tenetur confiteri. De quo potest dici illud 2. Reg. 14. *Semel in anno tondebantur capilli Absalon.* ¶ Semel damnationis est illud quo mali semel damnati, perpetuo remanent in inferno. De quo potest dici illud 1. Reg. 26. *Perfodiam eum semel lancea in terra, & secundo opus non erit.* Sufficiat ergo de semel, quia exempla non allegaui, quamuis multa sint, quia transiui gratia breuitatis.

**Semper.** Nota, quod semper est vnum aduerbium quod significat continuitatem, frequentationem, & æternitatē tam in bono quam in malo. Et ideo breuiter discurrendo, possumus notare quod istud semper potest pertinere ad quatuor genera personarum, videlicet A

Ad
- Perfectos inferius residentes,
- Beatos superius præsidentes,
- Infectos exterius delinquentes,
- Damnatos subterius gemiscentes.

Et dico quod semper potest signare,

Perseuerantiam in
- Gratia respectu perfectorum,
- Gloria respectu beatorum,
- Culpa respectu peccatorum,
- Pœna respectu damnatorum.

¶ Igitur dicamus primo de semper quod pertinet ad perseuerantiam perfectorum, quia scilicet perfecti viri semper in bono perseuerāt, quia sua bona opera nunquam per peccatum mortale discontinuant seu cessant. Sicut enim creaturæ semper continuant actus suos, sicut videmus de igne continue calefaciente, de cœlo continue currente & influente, de sole semper illuminante, & sic de alijs, sic iusti semper continuant bona opera vel in habitu vel in actu. Semper enim mouentur obediendo, semper calescunt charitatiue diligendo, semper luminant bona documenta & exempla alijs ostendendo, vt sic quilibet dicat illud Ioan. 8. *Quæ placita sunt illi, facio semper.* ¶ Et sic possumus notare quod iusti debent B C

Semper
- Sperare,
- Orare,
- Laudare,
- Videre,
- Gaudere,
- Ardere,
- Lucere,
- Docere.

Quod debent semper sperare in domino, exemplo, scilicet paruuli, qui innititur nutrici suæ, ne forte cadat in lutum, patet per Prophetam dicentem Oseæ 12. *Spera in Deo tuo semper.* Quod etiam ipsi debeant semper orare, patet per Apostolum dicentem 1. Thess. 5. *Semper gaudete sine intermissione orate.* Et Luc. 18. *Oportet semper orare.* Quod insuper semper debeant laudare, exemplo,

scilicet Alaudæ & Philomelæ, quæ semper sine intermissione cantant, patet Ephes. 5. vbi dicitur. *Gratias agentes semper pro omnibus*. Item quod isti debeant semper per contemplationem videre, exemplo scilicet leonis qui semper dormit oculos habens apertos, patet exemplo angelorum, de quibus dicitur Matth. 18. quod *angeli semper vident faciem patris qui in cælis est*. Item quod etiam isti debeant per Spiritus sancti consolationem semper gaudere, patet ad Phil. 4. vbi dicitur. *Gaudete in domino semper, iterum dico gaudete*. Quod etiam ipsi semper debeant per dilectionem ardere, exemplo, scilicet lapidis asbesti, qui semel accensus, semper ardet, patet Leu. 6. vbi præcipitur. *Ignis in altari meo semper ardebit*. Quod nihilominus isti semper debeant per discretionem lucere, exemplo, scilicet solis, qui lumen suum semper seruat, patet Exo. 27. vbi dicitur. *Ardeat lucerna semper in tabernaculo*. Quod etiam ipsi adhuc debeant semper per prædicationé docere, patet exemplo Christi, Ioannis 18. dicentis. *Ego semper docui in Synagoga*. Istud est ergo semper, id est, perseuerantia in
D quantum pertinet ad perfectos. ¶ Secundo dico, quod semper pertinet ad perseuerantiam perfectorum, id est, beatorum. Isti enim omnia quæ habent, habent semper, & omnia quæ faciunt, semper faciunt. Isti enim sunt

Sicut
- Stellæ semper lucentes,
- Palmæ semper virentes,
- Angeli semper viuentes,
- Pisces semper in aqua voluptatis æternæ residentes,
- Sponsi semper gaudentes,
- Reges semper regnantes,
- Hæredes hæreditatem gloriæ semper diuidentes.

E ¶ Et ideo breuiter nota de istis, quod ipsi

Semper sunt in
- Lauta satietate,
- Grata societate,
- Quieta tranquillitate,
- Læta iucunditate,
- Tuta securitate,
- Noua fœlicitate,
- Magna fertilitate.

Dico, quod beati semper sunt in lauta satietate, quia scilicet cuilibet ipsorum dominus, videtur dicere illud quod dixit Dauid Mephiboseth 2. Reg 9. *Tu comedes panem in mensa mea semper*. Item dico, quod semper sunt in grata societate. Habent enim Deum pro socio. Ipse enim dicit cœlesti Hierusalem Ezech. 43. *Habitabo in medio tui semper*. Et 1. Reg. 10. *Beati serui tui qui stant coram te semper*. Item dico, quod semper sunt in quieta tranquillitate. Nullum enim inueniunt perturbantem. Vnde Esa. 58 *Requiem dabit tibi dominus Deus tuus semper*. Item dico, quod isti sunt semper in læta iucunditate. Vnde 1. Thess. 5. *Semper gaudete sine intermissione*. Item dico, quod isti semper sunt in tuta securitate. Vnde 1. Thes. 4. *Rapiemur simul obuiam Christo in aera, & sic cum domino erimus semper*. Item dico, quod isti semper sunt in noua fœlicitate Iob 29 *Gloria mea semper innouabitur, & arcus meus semper in manu mea instaurabitur*. Itē dico, quod isti sunt semper in magna fertilitate. Vnde cuilibet tali dicitur à Deo Patre. *Fili, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt*. Lucæ 15. Vbi ostenditur, quod isti sunt

Nobiliter vocati. (Fili inquit)
Tenaciter obligati. (Tu semper mecum es)
Vtiliter ditati. (Quia omnia mea tua sunt.)

Et sic dico, quod dictio semper, pertinet ad perseuerantiam
F perfectorum. ¶ Tertio dico, quod semper pertinet ad perseuerantiam malignorum. Mali enim semper sunt perseuerantes in vitijs, & semper addunt peccata peccatis. Et ideo notandum est, quod semper mali multis modis dicuntur mali, videlicet, quia

Semper
- Superbi & ambitiosi,
- Discordes & litigiosi,
- Peruersi & inuidiosi,
- Rapaces & penuriosi.

Dico ergo quod isti sunt semper præsumptuosi. Psalm. *Superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper*. Item semper sunt litigiosi, quia sicut dicitur Prouerb. 13. *Inter superbos semper sunt iurgia*. Item semper sunt inuidiosi & odiosi. Ge. 27. *Oderat semper Esau Iacob*. Item semper sunt penuriosi, quia sicut dicitur Pro. 11 *Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt, alij rapiunt non sua, & semper in egestate sunt*. Istud igitur est semper quod pertinet ad perseuerantiam malignorū.
G ¶ Sed quarto dico, quod est vnum semper quod pertinet ad perseuerantiam damnatorum. Et istud est illud quod damnati semper & perpetuo sunt in pœna, &c. Allega, quia inuenio ad præsens. Vel dic sicut immediate. Sufficiat ergo de semper.

## Sempiternus.

A Nota, quod sempiternus idē est quod semper æternus. Et potest sempiternus accipi moraliter pro perseuerantia sempiterna, & diurna, siue bona siue mala; quia scilicet ille est moraliter sempiternus, qui in bono vel in malo proposito est durabilis & æternus. Et ideo tam moraliter quam literaliter accipiendo, possum breuiter dicere, quod in scriptura inuenitur

Sempiternitas
- Virtuosa,
- Vitiosa,
- Gaudiosa,
- Tædiosa.

B ¶ Prima est hominum perfectorum, quia scilicet boni dicuntur sempiterni pro eo quod perseuerando in bono sunt stabiles, &
C diuturni. Vnde Hierem. 1. *Apponentur ad dominum fœdere sempiterno*. ¶ Secunda est hominum peccatorum; quia scilicet mali quādoq; sunt in sua mala voluntate taliter obstinati, quod in sempiternum videntur ibi esse immutabiliter confirmati. Vnde quilibet talis debet dicere illud Thren. 3. *In tenebris collocauit me
D sicut mortuos sempiternos*. ¶ Tertia est sempiternitas hominū beatorum, quia scilicet isti sunt superius in gloria sempiterna, vbi sine defectu cuncta sunt eis perpetua, & æterna. Quia procul dubio isti habent

Sempiternam
- Lucem,
- Ducem,
- Nomen,
- Omen,
- Lætitiam,
- Amicitiam.

Dico sempiternam lucem. Esa. 60. *Erit tibi dominus in lucem sempiternam*. Dico etiam sempiternum ducem. Hierem. 10. *Ipse Deus verus, & rex sempiternus*. Item nomen sempiternum. Esa. 56. *Nomen sempiternum dabo eis* Dico sempiternum omen. Esa. 51. *Salus mea in sempiternum erit*. Item sempiternam lætitiam, quia sicut dicitur Esa. 35. *Lætitia sempiterna super capita eorum: gaudium & exultationem obtinebunt*. Item sempiternam amicitiam. Esa. 55. *Feriam vobiscum pactum sempiternum quod nulla obliuione delebitur*. Ista est igitur sem-
E piternitas beatorum. ¶ Quarta est sempiternitas reproborum, qui sempiterne cruciantur. Vnde in Psal. dicitur, quod *Dominus percussit inimicos suos in posteriora, opprobrium sempiternum dedit illis &c.* Vide vbi perpetuus, & æternus.

## Senex. Senectus.

A Nota breuiter, quod in scriptura inuenio triplicem senectutem, videlicet

Senectutem
- Moralem, quæ est perfectionis,
- Lethalem, quæ est infectionis,
- Carnalem, quæ est defectionis.

Prima senectus est virtualis,
Secunda senectus est criminalis,
Tertia senectus est naturalis.

¶ Dico primo quod est senectus perfectionis. Moraliter enim loquendo, senectus significat vitam perfectam, virtuosam, & honestam, quia sicut dicitur Sap. 4. *Senectus venerabilis est vita immaculata*. Palma enim dum est iuuenis, non fructificat, sed tunc incipit fructum facere, quando incipit senescere. Sic vere homo dum est ignarus, & iuuenis, per bona opera non bene fructificat. Quando vero est senex, id est, prudens, maturus, & honestus, & in motibus bene compositus, & formatus, tunc procul dubio fructus bonos facit, & producit, & in bonis operibus fertiliter senescit. Vnde Psalm. *Multiplicabuntur in senecta vberi, & bene patientes erunt vt annuncient*. Et Eccles. 46. *vsque ad senectutem permansit in eo virtus*. Et ideo quilibet vir perfectus, & iustus, & in statu, & in gradu honoris semel, vtpote in statu prælationis cōstitutus, potest dicere de ipso illud Psa. *Iunior fui, etenim senui*. ¶ In
B quibus verbis ostenduntur tria quæ quilibet senex, id est [illegible] bet vir virtuosus, debet habere, secundum tres conditiones naturales senectutis,

Senes enim naturaliter sunt
- Sensu clariores,
- Statu curuiores,
- Motu grauiores.

¶ Sic

¶ Sic vir iustus spiritualiter
Senilis claritatem debet possidere,
Mortis curuitatem seu qualitatem, debet præuidere,
Morum grauitatem debet tenere.
Primum probat ætatis complexio. (Iunior.)
Secundum temporis defluxio. (Fui.)
Tertium nominis conditio. (Senui.)

¶ Dico igitur quod senex spiritualiter debet possidere sensus claritatem, quod ostenditur cum dicitur, Iunior. Quia sicut iuuenes plus pollēt in sensibus corporalibus, sic senes plus pollent, vel saltem pollere debent in sensibus spiritualibus. Senex enim dicitur qui prudens, & discretus est in illis, quæ pertinent ad salutem. Psal. *Senes eius prudentiam doceat.* Vnde etiam Danieli, quamuis temporaliter valde iuueni, pro eo ꝙ prudenter sciuit iudices redarguere, dictum fuit Dan. 13. *Veni, & sede in medio nostrum, quia tibi Deus hodie dedit honorem senectutis.* Nota quod in India est genus hominum (vt dicit Plinius) qui in ipso septennio dicuntur canescere, & ita simul, & semel senectutem, & iuuentutem habere. Sic vero moraliter possibile est, quod homo sit iuuenis corpore, canus tamen, senex, prudens & maturus sit in mente Deu. 33. *Sicut dies iuuentutis tuæ, ita & senectus tua.* Iunior inquit. Iob. 29. *Videbant me iuuenes & abscondebantur, & senes assurgentes stabant:* ac si diceret, in talibus, iuuenis, id est, motus iuueniles absconduntur & senes, id est, prudentię seniles habitant & morantur. Patet igitur, quod ille qui locum & officium senum vult tenere, debet habere sensus claritatem.

C ¶ Deinde dico quod qui spiritualiter vult esse senex, debet præuidere mortis curuitatem. Fui inquit, quasi dicat. Iam transiuit tempus meum, iam non sum, nec ero, sed fui.
Senes enim naturaliter ad terram incuruantur,
Senes etiam libentius terram intuentur,
Senes insuper ad mortem amplius proximantur,
Iuxta illud Hebr. 8. *Quod autem antiquatur & senescit prope interitum est.* Sic vere charissimi, ille qui spiritualiter vult esse senex, debet semper ad terram ad quam tendit respicere, & ad mortis considerationem oculos inclinare & se moriturum in proximo cogitare, dicendo. Fui iuxta illud Apoc. 17 *Bestia quam vidisti fuit & non est & in interitum vadit* Igitur iste debet præuidere mortis

D curuitatem ¶ Denique dico, quod iste debet continere morum honestatem seu grauitatem, & hoc ostenditur in verbo. Senui. De natura enim ætatis senis est, quod sit in moribus bene compositus & maturus, iuxta illud Apostoli ad Tit. 2. *Admone senes vt sobrij sint* Sicut n. videmus, quod senex naturaliter est curuior, albior, siccior, tristior, tardior & honestior, quia s. senem pudet multa facere, quæ iuuenem non puderet, sic vere illi qui tenent locū senum, vel qui senes volunt spiritualiter esse, debent esse
Curui per humilitatem,
Albi per innocentiam, & continentiæ puritatem,
Sicci per abstinentiæ sobrietatem,
Tristes per timoris diuini anxietatem,
Tardi per deliberationis maturitatem,
Honesti per gestus, & habitus compositam venustatem,
Talis enim senex erat Abraham, de quo dicitur Gen. 24. *Abraham erat senex, dierumq; multorum, & Dominus in cunctis benedixerat ei.* Et sic igitur dico, quod illi qui officium senum ducunt & gerunt, scilicet ecclesiastici & prælati, & qui senes virtualiter esse volunt, debent
Mores vendicare,
Mortem cogitare,
Sensu redundare.
Iunior fui, etenim senui. Et sic figurabantur 24. *senioribus qui in diuersis sedibus iuxta agnum cum coronis & citharis, & phialis morabantur,* sicut dicitur Apo. 4. Quia pro certo illi qui iuxta sedem Dei & agni (quæ est Ecclesia) in diuersis sedibus, id est, in diuersis, & distinctis officijs, & dignitatibus sedent, coronam singularis perfectionis, citharā laudis & gratiarum actionis, & phialam deuotionis habere debent iuxta illud Ps. 148. *Iuuenes & virgines, senes cum iunioribus laudent nomen Domini.* Ista est igitur senectus moralis perfectionis.

E ¶ Secundo principaliter dico, quod in scriptura inuenitur senectus lethalis corruptionis. Et ista est senectus peccati. Senectus enim antiquitatis, & diuturnitatis & consuetudinis continuitatem designat. Et ideo ille proprie senex dicitur, qui per malam consuetudinem in vitijs antiquatur. Prouerbiorum 22. *Adolescens iuxta viam suam graditur, & cum senuerit, non recedet ab ea.* Dico ergo, quod peccator dicitur senex, multiplici ratione, videlicet quia

Senex naturaliter habet
Visum hebetatum,
Vultum corrugatum,
Corpus incuruatum,
Pilum dealbatum;
Dentem delocatum,
Caput decaluatum,
Nasum inquinatum.

Sic vere peccator est hebetatus propter defectum visus discretionis, & contemplationis. Gen. 27. *Senuit Isaac, & videre non poterat:* quod bene apparuit in quantum Iacob pro Esau benedixit. Item est corrugatus propter defectum honestæ conuersationis Vultus enim exterioris apparentiæ totaliter est infectus. Vnde Esa. 13. *Facies combustæ vultus eorum.* Item est incuruatus quo ad effectum auaritiæ & ambitionis. Semper enim respicit per auaritiam inferius ad terram. Psal. *Dorsum eorum semper incurua.* Et Thren. 2. *Iacent in terra foris senex & puer* Figuratus Iudi[illegible] vbi *Gedeon combussit senes ciuitatis cum spinis deserti.* Spinæ enim diuitiæ sunt gregum cum quibus pro certo senes, id est, [illegible] auari oves per auaritiam concutiuntur. Item est dealbatus per canitiem hypocrisis & simulationis. Prou. 20 *Dignitas senum canities.* Item est extenuatus propter defectum discretæ locutionis Nesciunt enim dicere vnum bonum verbum, nec dare vnū bonum consilium. Ezech. 7. *Peribit lex à sacerdote, & consilium a senioribus.* Item est decaluatus propter discoperturam iactantiæ, & elationis; quia sc. peccator semper habet caput intentionis nudum in quantum cor suum indiscrete reuelat. Vnde Esa. 3. *Decaluabit Dominus verticem filiarum Sion.* Et Ezec. 29. *Omne caput decaluatum, & omnis humerus depilatus.* Item est inquinatus per carnis [illegible] nem. Figuratus in senibus qui surrexerunt contra Susannam, Dan. 13. Vnde 3. Reg 11. *Salomon cum iam esset senex, deprauatum est cor eius per mulieres.* Et ideo breuiter de talibus senibus potest dici illud Ezech. 8. *Certe vides fili hominis quæ seniores Israel faciunt, vnusquisque in secreto cubili suo.* Ista est igitur senectus lethalis corruptionis.

¶ Tertio dico principaliter, ꝙ est senectus carnalis seu naturalis conditionis. Isti enim senectuti omnia corruptibilia subiecta. Nihil enim de quatuor elementis componitur, quin senectutem necessario patiatur. Illa enim quæ sunt æterna & perpetua, non senescunt. Illa vero, quæ sunt temporalia, necessario veterascunt. Ista ergo senectus continet multa commoda, & incommoda. Commoda autem sunt ista, quia scilicet F

Per senectutem.
Caro subijcitur,
Sensus acuitur,
Finis assequitur,
Honor impenditur.

¶ Dico, quod caro subijcitur; quia sc. in senectute & motus, & actus iuueniles, & carnales minuuntur, mores spirituales, & virtuales confortantur & componuntur. Vnde Seneca dicit. *Gaudeo quod senui eo quod vitia in me senuerint* Vnde Eccl. 46. *Vsque in senectutem permansit in eo virtus.* ¶ Dico etiam quod sensus acuitur. Sicut enim dicitur Iob 12. *In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia.* Vnde Eccl. 25 *Corona senum multa peritia.* Et ideo ibidem docet *sapiens in iuuentute discere, vt homo in senectute valeat prudens esse. Quod,* inquit, *in iuuentute non congregasti, quomodo in senectute reperies?*

¶ Item dico, quod finis attingitur, quia senectus est status propinquus morti, videlicet
Vbi
Terminatur pugna, & acquiritur victoria,
Completur seruitium, & adipiscitur salarium,
Labores terminantur, & attrahuntur honores.
Vnde Iob 24. dicitur *quod mortuus est in senectute bona, plenus dierum & diuitiis* ¶ Item dico, quod honor impenditur, vt habetur Leu. 18. *Honora patrē & matrem* exemplo ciconiarū, quę sunt aues parentib. confectis senio alimenta administrātes. Quod tamen est contra multos præsumptuosos & proteruos, qui non reuerentur senes, nec eis impendunt honorem. De quibus Thren. 4. *Facies sacerdotum non erubuerūt, neq; senum misertis sunt.* Quinimo senes hodie vilipenduntur, & à tatuis iuuenib. abhorrentur. Vnde Esa. 3. *Tumultuabitur puer cōtra senem, & ignobilis cōtra nobilem.* Et illud Ezec. *Non reuerentur senum, &c.* Sed nō sic boni, quia pro certo ipsi impēdunt honore, amorem, obsequium & subsidium senibus. Eccl. 8 *Ne spernas hominem in senectute sua, etenim ex nobis senescunt.* Patet igitur, quod plura sunt commoda senectutis.

G ¶ Sed adhuc dico, quod multa sunt senectutis incommoda. Senes enim sunt naturaliter, vt videmus,

Paratiores ad irascendum,
Rapaciores ad acquirendum,
Tenaciores ad possidendum,
Debiliores ad subsistendum.

¶ Dico, quod isti sunt ad irascendum paratiores. Senes enim deficiunt in caloribus, & in spiritibus vitalibus, quæ sunt causa dilatationis cordis & lætitiæ, & ideo propter frigiditatem constringentem, necesse est, quod faciliter irascantur. Vnde Innocentius in libro de miseria humana dicit sic. *Senex facile prouocatur, sed non facile reuocatur: cito credit, & tarde decredit: velox est ad loquendum, tardus ad audiendum, sed non tardus ad rixandum.* ¶ Item dico, quod isti sunt ad acquirendum rapaciores. Sicut enim ouis auidius comedit in sero quam in mane, sic vere homo auidius acquirit in senectute serotina, quã in iuuentute matutina, quia s. teste Seneca, *Cæteris vitijs in homine senescentibus, sola auaritia iuuenescit.* ¶ Item isti sunt ad possidendum tenaciores. Senes enim naturaliter sunt parci, similes auibus prædalibus, quæ quanto plus antiquantur, tanto vngues earum plus clauduntur, & incuruantur. Sic vere manus istorum tanto sunt ad dandum clausiores, quanto sunt seniores & antiquiores. Et isti sunt fatui sensus senectutis, quia quanto minus restat de via, tanto plus augent, & seruant de viatico.

¶ Item isti sunt ad subsistendum debiliores, quia scilicet in senectute virtus naturalis corrumpitur, harmonia corporis dissoluitur, & membrorum congeries eneruatur. Ideo de miseria secum loquitur Innocentius vbi supra, dicens sic. *In senectute* (inquit) *cor affligitur, & caput concutitur: languescit spiritus, & fœtet anhelitus: facies rugatur, & statura curuatur: caligant oculi, & vacillant articuli: nares effluunt, & crines defluunt: tremit tactus, & deperit actus: dentes putrescunt, & aures surdescunt.* Hæc igitur de senectute sufficiant tam in bono, quam in malo.

A **Sentire. Sensus.** Nota, quod sentire nihil aliud est, quam aliquid percipere, attingere, opinari, vel cognoscere. Et ideo à sentire dicitur sensus, in quantum accipitur pro ratione mentali de rebus discrete sentiente & iudicante, vel etiam in quantum accipitur pro sensu, & potentia naturali vel communi vel particulari obiecta exteriora cognoscente & mensurante. His igitur prælibatis dicamus de sensu, & sentire quo sentiuntur illa quæ pertinent ad salutem. Et dicamus, quod sicut corpus per quinque sensus naturales exteriora percipit & cognoscit, quia secundum Philosophũ, omnis nostra cognitio incipit à sensu, sic anima per quinq; sensus spirituales illa, quæ ad salutem pertinent, apprehendit, videlicet

Per { Visum sapientiæ discretionis,
Auditum obedientiæ subiectionis,
Odoratum redolentiæ contemplationis,
Gustum suauis deuotionis,
Tactum penetrabilis compassionis. }

¶ Sicut enim homo non viuit nisi habeat sensus naturales, quinimo membrum dicitur mortuum vel paralyticum, quod non sentit, sic vere anima per gratiam non est viua nisi spiritualibus sensibus sit dotata, quinimo si illa quæ ad salutem pertinent, sentire, & perpendere non cognoscitur, perfecte mortua iudicatur, & per peccatum mortale sicca, & paralytica comprobatur. Et ideo ad spiritualia sentiendum monet Apostolus ad Philip. 2. dicens sic. *Hoc sentite in vobis, quod & in Christo Iesu.* ¶ In quibus verbis ostenduntur quatuor quæ sunt à pijs cordibus sentienda, scilicet

Aliqua quæ sunt { Inferius,
Interius,
Exterius,
Superius. }

¶ Igitur

Sentiamus { Inferius mundi dispendia. (Hoc inquit) quod est demonstratiuum,
Interius cordis flagitia. (In vobis)
Exterius crucis supplicia. (In Christo)
Superius cœli solatia. (IESV) qui interpretatur saluator. }

B ¶ Dico igitur primo, quod nos debemus sentire mundi dispendia, vt caueantur. Hoc inquit, quod scilicet est pronomen demonstratiuum, significans dispendia quæ in mundo sustinentur, sicut sunt

Voluptates quæ decipiunt,
Aduersitates quæ affligunt,
Mors, & pœnalitates quæ concutiunt.

Ista enim sunt demonstrabilia, quia præsentia, & ideo sunt sentienda, & ne noceant præcauenda. Hoc inquit Philip. 3. *Quicunque perfecti sumus, hoc sentiamus.* Melius enim sentiuntur præsentia, quam absentia, & melius demonstrata digitum quam denuntiata ad placitum. Sensibile enim præsentatum potentiæ sensitiuæ, magis mouet sensum. Et ideo ista sunt præsentia, debemus sentire, & ab ipsis si mala sunt, sic ocius retrocedere & abire. Salmo enim sentiens aquam amaram, retrocedit ad dulcem. Apes & formicæ sentientes alterius rei fœtorem, locum illũ dimittunt. Bos etiam sentiens cadauer alterius bouis de nouo mortui & occisi, horrens degit & fugit. O charissimi, quot sunt in mundo amaritudines & dolores, quot sunt immunditiæ & fœtores, & quot sunt insuper mortes, occisiones, tristitiæ & mœrores. Ista ergo si discrete senserimus, ipsa pro certo fugiemus, & ab ipsis mentaliter [illegible] demus. Hoc ergo sentite, ad Phil. 1. *Est mihi iustum hoc sentire* [illegible] pro certo videtur, quod multi possunt dicere illud 2. Reg. 19. *Nunquid vigent sensus mei ad discernendum?* quasi dicat, non. Quia pro certo multi sunt qui ita sensum discretionis habent [illegible] tum, q; inter bonum & malum, & inter vile, & inutile discernere nesciunt, quinimo vnum pro alio recipiunt, mundiq; tribulationes, & miserias non fugiunt neq; sentiunt. Sunt enim

Similes { Porcis, qui non sentiunt fœtorem stercorum,
Vrsis, qui non videntur sentire dolorem verberum,
Asinis, qui non sentiunt laborem onerum. }

Ita enim sunt dediti ad mundi delectabilia, & ad mundi instabilia, quod illa non curant, imo quod peius est ipsa diligunt & procurant. Vnde videntur dicere illud Prouerbiorum 23. *Verberauerunt me, & non dolui, traxerũt me & non sensi.* Isti enim non sentiunt, nec mundi verbera, quæ retrahunt, nec mundi vbera quæ attrahunt. Hierem. 4. *Sensus cordis mei turbati sunt.* Non ergo, sed sentiemus mundi dispendia vt caueantur. Hoc inquit sentite. ¶ Secundo dico, quod sentiamus cordis flagitia, vt deleantur. Et hoc ostenditur cum dicitur. In vobis. Nihil enim est tantum in nobis sicut sunt peccata, quia scilicet ista sunt intus in medio cordis nostri. Sunt enim in nobis & de nobis, & à nobis, & ideo sicut ille qui habet spinam, bene sentit illam, sic & nos debemus sentire spinam peccatorum, quæ semper tolerantis pungit & remordet, nisi forte fuerimus ex toto mortui, id est in malo penitus obstinati. In vobis inquit. Vnde illud Actor. 20. *Attendite vobis, & vniuerso gregi, &c.* Quod est contra multos, similes phrenetico vel lethargico, qui proprias infirmitates non sentiunt & ideo vnus dormiendo, & alius cantando moritur & deficiunt. Sic vere, multi sunt, qui vitiorum põdere sunt grauati, & ita in profundum vitiorum demersi, quod proprias non sentiunt infirmitatem, quinimo cantando & dormiendo, & in bono dies suos ducendo, incurrunt dum non aduertunt, mortis æternæ pœnalitatem. De quibus ad Roman. 1. *Quia non ita probauerunt habere Deum in notitia, tradidit illos in reprobum sensum.* Non ita charissimi, sed sentiamus cordis flagitia, vt deleantur. In nobis inquit. ¶ Tertio sentiamus crucis supplicia, vt videantur. In

D Christo inquit. Christus enim potest dici charismate vnctus vel quasi cruci traditus & ideo per nomen Christi bene potest crucis supplicium designari. Illud enim debemus sentire, & per compassionem & deuotionem in corde iugiter continere Sap. 1. *Sentite de Domino in bonitate.* Si enim caput patitur, totum corpus sentit; quia caput nostrum Christus est; etiam crucis, & mortis illius sentiamus dolorem. Et sic faciebat ille, qui dicebat Galath. 6. *Christo confixus sum cruci.* Membrum tamen non sentit dolorem capitis, nisi quamdiu capiti est coniunctum. Et ideo peccatores qui ab isto capite sunt disiuncti, non sentiunt hodie pœnam suam, ad Roman. 11. *Quis cognouit sensum Domini?* quasi dicat, pauci. Nota, Oleum mandragoræ facit hominem ita dormire, quod puncturas aut sectiones non sentit. Vnguentum etiam de semine iusquiami factum, ita stupefactum facit membrum cui apponitur, quod quasi totaliter perdit sensum. Sic vere quia hodie multi sunt liniti oleo delitiarum, & repleti semine diuitiarum, hinc est, quod sensus cõpassionis, & doloris Christi, & proximi perdiderunt ita, quod quasi insensibiles remanserunt. Sap. 4. *Inconstantia cõcupiscentiæ transuertit sensum.* Non sic ergo, sed sentiamus crucis supplicia, vt videantur. In Christo inquit.

inquit. ¶ Quatro sentiamus cœli sol[illegible], quod interpretatur saluator, quia [illegible] est sentienda, & toto desiderio appetenda, sicut dicitur Rom. 8. *Qui secundum spiritum sunt, quæ sunt spiritus sentiunt.* Nota. [illegible] dicitur sentire prædam suam etiam vltra mare, valde enim [illegible] est in sensu odoratus. Canis etiam postquam prædam [illegible] senserit, non cessat donec inuenerit. Illam ergo prædam cœlestis gloriæ sentiamus & ipsam quærere per bona opera non desinamus, quousque in patria habeamus, quia sicut dicitur Sap. 6. *[illegible] de illo, sensus est consummatus.* Quod est contra multos aliquos qui comedunt fructus dulces, qui saporem non sentiunt boni vini; quia certe nec sapor nec odor æternæ gloriæ sentitur, si sensus cordis temporalium dulcedine repleatur. Sapient. [illegible] *Deprimit inhabitatio terrena sensum.* Non sic sed [illegible] Isaac, de quo Genes. 27. dicitur quod *statim vt ipsi sensit odorem vestimentorum Iacob fragrantium, ipse dixit. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni.* Et sic patet, quod quatuor sunt quæ sunt mentaliter sentienda. ¶ Sed adhuc nota de sensu (in quantum dicit mihi ratio) quod in scriptura inuenitur multiplex sensus, videlicet

Sensus {
- Discretionis,
- Corruptionis,
- Præsumptionis,
- Elationis.

Primus est sensus hominum perfectorum, de quo 1. Para. 22. *Det tibi Dominus sensum & prudentiam, vt regere possis Israel.* Secundus est sensus hominum peccatorum, de quo Genes. 8. *Sensus & cogitatio hominis in malum prona est, ab adolescentia sua.* Tertius est sensus hominum superborum, qui scilicet semper præsumunt [illegible] maiora quam sciant. De quo ad Rom. 14. *Vnusquisque in suo sensu abundat.* Quartus vero est sensus hominum fatuorum. Vide ad Ephes. 4. *Gentes ambulant in vanitate sensus sui, &c.* Vide supra de sapientia, prudentia & scientia.

## Separare. Separatus.

Nota. quod separare idem est quod diuidere, segregare, disiungere, vel ab inuicem spargere. Et sic possumus notare breuiter, quod est

Separatio {
- Virtuosa,
- Vitiosa,
- Dolorosa,
- Luctuosa.

¶ Prima est separatio gradus bonitatis, & ista est illa qua iusti separantur à vitijs, & à malis consortijs, & qua ipsi deputantur diuinis seruitijs & obsequijs. De qua 1. Paral. 23. *Separatus est Aaron vt ministraret in sancto sanctorum.* ¶ Secunda separatio est magnæ prauitatis, & ista est illa qua homo à Deo per peccatum diuiditur, & qua homo ab alijs per discordiam seiungitur, & qua homo per partialitatem, & singularitatem à communi more hominum separatur. De qua 2. Paral. 26. *Habitauit Ozias in domo separata, plenus lepra.*

¶ Tertia separatio est magnæ necessitatis. Et ista est illa qua corpus ab anima per mortem separatur. De qua 1. Reg. 15. *Siccine separat amara mors?*

¶ Quarta est separatio magnæ aduersitatis. Et ista est illa qua impij, sicut excommunicati à Deo & à Sanctis in iudicio separabuntur, & qua ab ipsis perpetuo diuidentur. Vnde Matth. 25. *Separabit eos quemadmodum pastor segregat gregem suum & ponet quidem oues à dextris, & hædos à sinistris.* ¶ Nota. Ignis coniungit similia & separat dissimilia, sicut patet in metallis. Et ideo ignis conflagrationis, seu etiam ignis, id est, rigor diuinæ iustitiæ, malos à bonis tanquam dissimiles separabit, bonos vero tanquam inuicem similes, in cœlo, malos etiam sicut inter se similes & conformes, in inferno locabit. Matth. 13. *Exibunt Angeli, & mittent eos in caminum ignis ibi erit fletus & stridor dentium.* ¶ De separatione peccati & excommunicationis debes habere istam auctoritatem diuisam. Genes. 30. *Separauit in illo die capras & oues & hircos* B *& arietes.* Pone eam hic. ¶ De separatione vero bona & virtuosa, qua scilicet iusti per vitæ singularem sanctitatem ab alijs sunt distincti, nec non à vitijs & à malis malorum consortijs separati, possumus dicere quod sicut natura creaturas nobiliores ab ignobilioribus separauit, ignobiles vero inferius in terra dimisit, nobiles autem sursum in cœlo & in aethere collocauit, sicut patet de stellis sursum positis & de animalibus deorsum dimissis, quæ sc. separata sunt quantum ad naturalem conditionem, & quantum ad loci distinctionem, sic vere charissimi, boni se debent à malis diuidere, & ab eis quantum ad mores per singulare excel[illegible] segregare [illegible] per loci ab [illegible] separare. Neem. 9. *Separatum est semen filiorum Israel ab omni alienigena.* Vide etiam di[illegible] supra de semine. In vino etiam illud quod est purum, optime se separat ab impuro. Sic etiam inter homines ille qui est iustus optime se diuidit ab iniusto. Hierem. 15. *Si separaueris pretiosum à vili, quasi os meum eris.* Vnde breuiter de quolibet viro iusto potest di[ci illud] Eccl. 47. *Surrexit Nathan propheta in diebus Dauid. & quasi adeps separatus est de carne.* ¶ Vbi aduerte quod illi qui in partem D[ei] [illegible] pa[illegible]ntur ab alijs separati, quantum ad quatuor esse [illegible], quia videlicet ipsi tarditatem debent excutere. *Surrexit* inquit. Largitatem debent perficere. *Nathan*, qui interpretatur donans. Charitatem debent coniungere. *Quasi adeps.* Voluptatem debent disiungere. *Separatus à carne.* Primum probat motus virtuosus. Surrexit. Secundum actus gratiosus. Nathan. Tertium viscus glutinosus. Adeps. Quartum cibus venenosus. A carne.

¶ Dico ergo primo quod isti debent à carne excutere omnem tarditatem, quod ostenditur in verbo surrexit. Res quanto ab istis inferioribus sunt amplius separatæ, tanto sunt [illegible] velociori agitatæ, sicut patet de cœlo & de planetis re[illegible] torum. Nubes etiam quanto plus est separata à terrestri [illegible], tanto mouetur ampliori & fortiori violentia. S[ic] ver[o] [illegible] qui ab alijs & gradu & actu & loco & merito sunt distincti, sicut sunt ecclesiastici & religiosi, debent in motu bonorum operum esse velocius occupati. quod ostenditur cum dicitur. *Surrexit.* Surgere enim motum significat & vigorem. Vnde Matth. 25. *Tunc surrexerunt omnes virgines illæ, & ornauerunt lampades suas.* C

¶ Secundo dico, quod isti debent diuidere rerum facultatem, quia videlicet quilibet ipsorum debet esse Nathan, id est, donans, quia scil. ipsi debent condonare iniurias, & dare eleemosynas. Quia scilicet sicut illæ res quæ altius sunt separatæ ad influendum magis paratæ, sic illi qui in sorte Domini separantur, plus liberales esse tenentur, scientes quod teste scriptura Prouer. 18. *Donum hominis dilatat viam eius, & ante principes spatium ei facit.* D

¶ Tertio dico, quod isti debent coniungere cordium charitatem, quod ostenditur cum dicitur *Adeps*, quæ scilicet viscosa & glutinosa & in adhærentia magis prompta: vt dicat illud Ps. 62. *Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea.* E

¶ Quarto dico, quod isti debent dimittere corporis voluntatem, quia sicut dicit Apostolus ad Rom. 8. *Qui autem in carne sunt Deo placere non possunt.* Sic ergo dico quod isti debent esse separati ab immunditijs & à vitijs per virtutes. Vnde Leu. 2[0]. *Ego Dominus Deus vester, qui separaui vos ab vniuersis populis.* Separate ergo mundum ab immundo, &c. Transeo causa breuitatis. Vide de diuidere & de discordia & in alijs suorlibus titulis, & satis de materia inuenies. F

## Sepelire. Sepultura.

Nota, quod sepelire idem est quod aliquid abscondere & contegere, vel etiam operire. Et potest accipi literaliter & moraliter in bono & in malo. Et nota quod homines diuersimode sepeliuntur, scilicet A

In {
- Claustro per vitæ religionem,
- Animo per motum absconsionem,
- Peccato per mentis indurationem,
- Mundo per rerum delectationem,
- Sepulchro per mortis conditionem,
- Paradiso per gloriæ adeptionem,
- Inferno per æternam damnationem.

¶ Dico ergo quod est sepultura quæ fit in vitæ religione; quia religiosi iam sunt spiritu mortui & sepulti, & in proprio sudario inuoluti. Et de hoc 3. Reg. 13. *Cum mortuus fuero, sepelite me in sepulchro, in quo vir Dei sepultus est.* Item fit sepultura in motum absconsione, & ista est sepultura humilitatis. Vir enim humilis abscondit, velat & sepelit bona sua. Mortuum enim & nullius valoris se reputat & ideo sepeliendum & ab hominibus non videndum. De quo Eccl. 44. *Corpora eorum in pace sepulta sunt, & viuent nomina eorum in æternum.* Item fit sepultura in mentis obstinatione. Peccator enim sepultus dicitur, quando per obstinationem totus in vitijs inuoluitur & quando per malas excusationes peccatum eius sicut per quoddam sudarium inuoluitur & absconditur & quando sub tuba, id est, sub pondere malæ consuetudinis sepelitur. Et de hoc Hier. 20. *Ibi morieris, & ibi in Babylonem, & ibi sepelieris.* Sepultores autem talium sunt adu[latores] qui

qui peccata aliorum excusant & sepeliunt & abscondunt. De quibus Luc. 9. *Dimitte mortuos sepelire mortuos suos.* Item fit sepultura in mundi delectatione, qua scilicet multi sunt qui ita diligunt mundum & mundana, quod ibi videntur penitus esse sepulti. De quo 4. Reg. 21. *Dormiuit Manasses cum patribus suis, & sepultus est in horto domus suæ.* Item fit sepultura in cadaueris tumulatione, sc. in morte. Et de hoc Tob. 4. *Cum acceperit Dominus animam meam, corpus meum sepeli.* Item fit sepultura in paradisi habitatione. Ibi enim est cœmiterium vbi sepeliuntur animæ beatorum. Vnde 2. Paral. 26. dicitur quod *sepelierunt eum* (scilicet Osiam) *in agro regalium sepulchrorum.* Item fit sepultura in inferni regione & mansione. De qua Luc. 16. *Mortuus est diues & sepultus est in inferno.* § His igitur prælibatis dicamus aliquid de sepulturis iustorum. Sicut enim videmus quod semina in terra sepeliuntur & absconduntur, vt iterum reuiuiscant & nascantur, sic Deus ordinauit quod homo sepeliatur in terra, & velut seminetur in morte, vt finaliter glorificatus resurgat in beatorum sorte, & quod etiam (moraliter loquendo) homo per humilitatem sepeliatur, vt tandem fructificans oriatur per gratiam. Et ideo breuiter de diuersis sepulturis & sepulchris beatorum potest dici illud 3. Reg. 2. *Dormiuit Dauid cum patribus suis, & sepultus est in ciuitate.* Vbi aduerte quod boni tripliciter sunt sepulti, videlicet

Corporaliter in terræ puluere,
Spiritualiter in morum vellere,
Æternaliter in cœli littore.

Primum probat actus quietionis, quia l. dormiuit,
Secundum probat nomen perfectionis, quia Dauid,
Tertium probat locus refectionis, quia in ciuitate.

B § Dico ergo primo quod est quædam sepultura quæ est corporalis. Et illa est illa qua humana corpora sepeliuntur, & qua post mortem iuxta morem Ecclesiæ reconduntur: quæ ostenditur cum dicitur, *Dormiuit*, per dormitionem enim sepultura intelligitur, quia sicut homo volens dormire, infra pannos solet in lectū intrare, & ibi requiescere & sedere, sic homo per mortem dormire volens, pannis sudarij solet inuolui, & sic in luco sepulchri requiescit corporaliter & sopitur, & ibidem absconditur & velatur. Psalm. *Sicut vulnerati dormientes in sepulchris.* Et 3. Regum 11. *Dormiuit Salomon cum patribus suis & sepultus est,* & talis proculdubio sepultura est meditanda, est frequentanda, est etiam deflenda, & cum mœstitia deploranda. Eccl. 38. *Fili in mortuum produc lacrymas, & quasi dira passus, incipe plorare, & non despicias sepulturam eius.* Et illud est vnum ex operibus misericordiæ, scilicet sepulturis mortuorum interesse, & eos si necesse fuerit sepelire. De hoc enim commendatur Tobias dicente Angelo Tobiæ 12. *Cum orabas cum lacrymis, & sepeliebas mortuos, ego obtuli orationem tuam Domino.* Et bene dicit. *Cum lacrymis orabas,* quia scil. cum lacrymis compassionis, & cum feruore orationis debent fieri sepulturæ. Propter enim multa debet homo sepulturis interesse, videlicet

Ad
- Pietatis officium exercendum,
- Orationis & eleemosynæ suffragium impendendum,
- Communis casus naufragium meditandum,
- Amicorum suspirium consolandum,
- Vanæ gloriæ dispendium detestandum,
- Humanæ vitæ compendium cogitandum.

§ Igitur dico quod in sepultura debet pietatis officium exerceri. Mouet enim pietas naturalis. *Quod enim tibi vis fieri, alijs debes impertiri.* Et ideo qui post mortem sepeliri desiderat, iustum est quod ad sepeliendum alios manum mittat. Vnde Gen. 49. *Sepelite me cum patribus meis.* Sepultura enim corporum fuit à fidelib. tam noui quam veteris testamenti seruata, licet loco sepulturæ combustio vel comestio mortuorum sit à multis nationib. frequentata. Antiqui enim corpora mortua comburebant. Ipsa etiam Indi loco sepulturæ comburunt. Hircani vero ipsa ne putrefiant, comedunt & consumunt. Sed pro certo fidelium pietas non patitur vt corpus humanū taliter pertractetur, sed potius absconsum à visibus, sepulturæ ecclesiasticæ commēdetur. Iosuæ 24. *Mortuus est Iosue & sepelierunt eum.* Ibi ergo debet pietatis officium exerceri, orationis etiam suffragiū debet adimpleri, & sic de alijs. Quod tamen est contra multos, qui magis sepulturas frequentant causa vanitatis quam vtilitatis, magis ad mundi gloriam quam ad mortis lætitiam, magis ad populi honorem quam ad mortui subsidium & amorem. Et hoc patet, quia satisfacto die sepulturæ, nullum bonum faciunt amplius pro eisdem. Patet igitur quod est quædam sepultura corporalis.

§ Secundo [illegible] est quædam sepultura virtualis. E[illegible] ostenditur cum dicitur Dauid, qui [illegible] ficat virtu[illegible] nem, sicut supra [illegible] suo titulo est ostensum, qui [illegible] virtuosus & perfectus debet esse per hu[mil]itatem sep[ultus], in seipso reconditus & absconsus. Vnde [illegible] *patres tuos in pace sepultus, in senectute bona.* Sicut c[orp]o[ra] ille [illegible] tuus.

Primo sudario inuoluitur,
Secundo in feretro ornato ponitur,
Tertio circa ipsum cerei accenduntur,
Quarto ad foueam defertur,
Quinto à cantantibus sacerdotibus conducitur
Sexto in terra inferius inhumatur.
Sic pro certo iustus debet poni in sudario, scil[icet] [illegible] te conscientiæ,
Poni etiam in feretro ornato exterius honestate [illegible] rentiæ,
Cereis etiam & luminaribus circumdari, id est, [illegible] sapientiæ,
Ad foueam mortis deferri per consideratio[nem] [illegible] & humanæ defluentiæ,
Circa eum debet cantus audiri, scilicet laudis [illegible] spiritualis lætitiæ,
Et sic debet inhumari per sepulturam & abs[illegible] suæ virtutis & existentiæ. Et sic erat Dau[id].

Ista tamen sunt contra multos, qui scilic. per ab[illegible] virtutum non sepeliuntur, sed magis sine sepultura an[illegible] ctum hominum dimittuntur, sicut sunt hy[pocritæ], [illegible] volunt videri, quam à conspectu hominum sepeliri [illegible] etiam apostatæ, qui magis volunt exterius [v]agari q[uam] [reli]gionis tumulo latitare. Hierem. 16. *Non plangentur* [illegible] *buntur in sterquilinium super faciem terræ erunt.* Not. Hi[illegible] est horribilis, quæ in sepelitione corporum delectatur [illegible] nesque de sepulchris extractos deuorare secundu[m] [illegible] comprobatur. Sic vere diabolos tales de sepulchr[is] [reli]g[ionis], humilitatis, absconsionis vel etiam considerationis per [illegible] gloriam vel apostasiam extrahit, & eos per diuersa peccata [de]uorat & consumit. Hierem. 8. *Eijcient ossa eorum qui habitauerunt Hierusalem, de sepulchris, & expandent ea ad solem & lunam.* Non [illegible] sed sepeliamur, vt dictum est, quia ista est sepultura [illegible] Dauid inquit.

§ Tertio dico quod est quædam sepultura supernalis. E[illegible] est sepultura animarum beatarū, quæ superius in paradiso [se]peliri dicuntur, in quantum à nostris visibus absconduntur, q[uod] ostenditur cum dicitur. *In ciuitate,* id est, cœlestium ciuium [fe]licitate. Nota quod in Hibernia dicitur esse quædam insula vbi sepulta corpora non putrescunt, signans paradisum, vbi [ho]mo post iudicium sepelitur, nunquam perpetuo corrumpendus. Vnde 2 Paralipom. 19. *Sepelierunt eum in sepulchro suo quod fodera[t] in ciuitate.* Quod est contra multos, qui non in paradiso, sed inferno sepeliuntur, sicut sunt illi, qui in peccato mortali decedunt, qui tanquam excommunicati non sunt digni in paradisi cœmiterio sepeliri, sed potius in sterquilinio infernali. Hierem. 22. *Sepultura asini sepelietur, putrefactus & eiectus extra portas Hierusalem.* Vt cuilibet peccatori dicat Dominus illud 3 Reg. [illegible] *Quia inobediēs fuisti voci meæ, non inferetur cadauer tuum in sepulchrū patrum tuorum.* Et Esaiæ 14. *Tu autem proiectus es de sepulchro tuo, tanquam stirps inutilis.* Sed non sic sancti, quia pro certo ipsi sunt sepulti *in agro figuli qui fuit emptus pretio sanguinis Iesu Christi,* in quo sepeliuntur peregrini beati. Matt. 27. Vnde de talibus potest dici [il]lud Iob 5. *Ingredieris in abundantia sepulchrum tuum, sicut infertur aceruus tritici in tempore suo.* Ista est sepultura supernalis. Et sic patet quod est quædam sepultura perfectorum.

§ De sepelitione autem malorum & etiam de multiplici genere sepulchrorum possumus breuiter dicere quod in scriptura inuenitur E

Sepulchrum
- Virtuosum,
- Gloriosum,
- Vitiosum,
- Lubricosum,
- Dolorosum,
- Curiosum,
- Gaudiosum,
- Perniciosum,
- Periculosum.

§ Pri-

¶ P[illegible] est sepul[illegible] Mat[illegible] *[illegible] ate lapidem cum [illegible]* ¶ S[illegible] in[illegible] natis, [illegible] sepul[illegible] de [illegible] stat in [illegible] populo[illegible] quod ipsam [illegible] *[illegible] sepulchrum [illegible]*. [illegible] *Addu[illegible] seruum meum orientem & ego claudo sepulchrum eorum.* ¶ [illegible] est sepulchrum iniquitatis, de quo [illegible] *Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant, &c.* ¶ [illegible] sepulchrum [illegible] tans. Num. [illegible] *Sepelierunt populum qui desiderauit carnes, & vocauerunt nomen loci illum, sepulchra concupiscentiæ.* ¶ Quintum est sepulchrum mortalitatis Iob [illegible] *Spiritus [illegible] attenuabitur, dies mei breuiabuntur, & solum mihi superest sepulchrum.* ¶ Sextum est sepulchrum fallacitatis, sicut hypocritis & [illegible] tatis. De quo Matth. 23. *Væ vobis hypocritæ, quia similes estis sepulchris dealbatis, quæ apparent exterius hominibus speciosa, intus autem plena ossibus mortuorum, & omni spurcitia.* ¶ Septimum est sepulchrum fœlicitatis. Et de hoc Iob 3. *Gaudentque vehementer cum inuenerint sepulchrum.* ¶ Octauum est sepulchrum prosperitatis, de quo diuitibus dicitur Esa. 22. *Tu quis es, quia excidisti tibi hic sepulchrum.* ¶ Nonum est sepulchrum damnositatis, scilicet, sepulchrum inferni, de quo dicitur in Psal. 88. vbi dicitur de damnatis, quod *ipsi sunt sicut vulnerati dormientes in sepulchris quorum non es memor amplius, & ipsi de manu tua repulsi sunt.* Et Ps. *Sepulchrum [illegible] domus illorum in æternum.* Sosbcat.

A **Septem. Septimus.** Nota breuiter quod secundum Gregor. per numerum septenariũ vniuersitas designatur, siue bona siue mala. Et istud probat idem in homilia de Maria Magdalena, quia vniuersitas creaturarum in septenario consistit, Nam

Terra distinguitur septem climatibus,
Cœlum regitur septem syderibus,
Tempus voluitur septem diebus,
Mundus labitur septem ætatibus.

Et breuiter omnia quæ sunt, in quodam septenario non consistunt, quapropter de tam generali numero in scriptura tam multipliciter dilatato possumus notare quod in scriptura inuenitur

Septenarius {
Iustorum,
Malorum,
Donorum,
Bonorum,
Dolorum,
Doctorum,
Prælatorum,
Vitiorum,
Præmiorum,
Remediorum,
Dæmoniorum,
Angelorum,
Tormentorum.

B ¶ Dicamus ergo primo de septenario iustorum, quia scilicet per illum numerum iustorum vniuersitas designatur. Isti enim sunt sicut septem planetæ qui contra cursum proprium, firmamenti motui se conformant. Quia scilicet iusti non cursum voluntatis propriæ sunt secuti, sed firmamentũ Ecclesiæ Christum sunt in moribus imitati. Vnde isti sunt *septem stellæ illæ quas filius hominis in dextra sua tenebat, & illa septem candelabra in quorum medio ambulabat.* Apoc. 1. Et ideo isti configurantur 3. Reg 19. *In illis septem millibus iustorum quos sibi Deus seruauerat, qui non curuauerunt genua sua ante Baal.* Isti figurantur *in septem filiis Iob* de quibus Iob 41. & 42. dicitur. Isti figurantur *in septem filiis Angelis stantibus ante Deum*, de quibus dicitur Tob. 12. Quia proculdubio charissimi isti sunt stellæ per status eminentiam, & sunt candelabra per splendentem sapientiam, non curuantur ante Baal per idololatriam, imo sunt filij Iob, id est, Christi, per specialem amicitiam, & sunt Angeli per puram innocentiam, stãtes ante Deum per firmitatem & constantiam. Et ideo de septenario iustorum dicitur Zachar. 4. *Isti sunt septem oculi Dei discurrentes, per vniuersam terram.* Habent enim sapientiæ splendorem, quia oculi. Habent etiam diligentiæ vigorem, quia discurrentes. Habent insuper pœnitentiæ laborem, quia scilicet ipsi vadunt per vniuersam terram. Vnum tamen aduerte de isto septenario, quod Genes. 41. dicitur, quod *scilicet Pharao vidit in ripa fluminis septem pulchras & pingues vaccas, quæ vireta carpebant, & septem alias macerrimas, quæ illas pulcherrimas consumebant.* Sic pro certo hodie fit, quia boni [illegible] dest, [illegible] qui per virtutes sunt pingues [illegible] hodie [illegible] septem maceræ, id est, vniuersitas [illegible] qui per defectum gratiæ sunt macerrimæ. Patet quod est septenarius iustorum, quia etiam sicut dicitur Genes. *[illegible] in arca Noe*, id est, in Ecclesia *[illegible] de mundis animalibus septena & septena* [illegible] ad diluuium sunt saluata. ¶ Se- C

cundo dico quod est septenarius malorum. Vniuersitas [illegible] malorum sicut & iustorum potest per septenarium [illegible]. Isti enim figurantur *in septem capitibus draconis, quæ septem erant diadematibus insignita* Apocalyp. 12. Isti etiam figurantur *in [illegible] malis Angelis cum septem phialis quæ iræ Dei continebant venena.* [illegible] Isti insuper figurantur in *septem viris de stirpe Saulis, quos a [illegible] sustinuerunt crucis suspendio.* 2. Regum 21. Quia proculdubio charissimi mali, in isto mundo dicuntur septem capita, in quantum capitanei & magistri, & in quantum etiam diadematibus, id est, vniuersis officijs & honoribus suis in mundo [illegible] insigniti. Dicuntur Angeli, in quantum, scilicet habent [illegible] sensus subtilitatem, habentes septem phialas iræ Dei, id est, cunctorum criminum vniuersitatem. Dicuntur insuper septem viri de stirpe Saulis, id est, diaboli, qui finaliter suspendentur ad furcas æterni patibuli. De isto etiã septenario potest dici illud Lucæ 11. quod *malignus spiritus assumit alios septem spiritus nequiores se*, quia sc. peccatores [illegible] quodammodo ipsis [illegible] spiritibus nequiores. Iste est ergo septenarius malorum.

D ¶ Tertio dico, quod est septenarius donorum. Septem enim sunt dona Spiritus sancti, quibus sancti mentaliter sunt repleti. Isti enim sunt septem crines Samsonis, quibus per Dalilam, id est, diabolum subtractis, recessit ab eo spiritus & amisit fortitudinem, captus & à Philistæis est & incarceratus & ligatus. Quia pro certo tunc homo à dæmonibus excæcatur, quando septem crinibus, id est, septem donis spiritus viduatur. Et ideo ista dona figurantur in illo candelabro de quo dicitur Zachar. 4. *Ecce candelabrum aureum, & septem lucernæ eius super illud.* Iustus enim dicitur candelabrum, quia portat ignem charitatis. Dicitur aurum, quia continet splendorem honestatis. Dicitur habere septem lucernas, quia habet septemplicem spiritum virtutis. Vnde Num. 8. *Cum posueritis septem lucernas, candelabrum in parte australi erigatur.*

E ¶ Quarto dico quod est septenarius bonorum, & iste est septenarius virtutum, & etiam misericordiæ operum. Vniuersitas enim virtutum ad septenarium reducitur, scilicet trium Theologicarum, & quatuor cardinalium: vel etiam septem virtutes figurantur in *septem lampadibus quæ ante thronum Christi ardebant*, sicut dicitur Apocalyp. 4. Isti sunt *septem gradus templi per quos homines ad vestibulum ascendebant*, sicut dicitur Ezech. 40. Isti in [illegible] *septem panes qui in deserto turbam Christi famelicam satiabant.* Mat 15. Vnde proculdubio charissimi, septem opera misericordiæ, & septem virtutes, vel vt breuius loquar, vniuersitas bonorum operum & virtutum cõparantur septem lampadibus; quia mentem habent illuminare & accendere. Comparantur septem gradibus, quia animam habent ad cœlum eleuare & erigere. Comparantur etiam septem panibus, quia mentem habent spiritualiter satiare & reficere. Et ideo de isto septenario potest dici illud Gen. 41. *Septem spicæ pullulabant in culmo vno*, quia scilicet in culmo vno, id est, in animo vno debent septem spicæ, id est, vniuersitas virtutum & operum pullulare. Et sic patet quod est septenarius bonorum.

F ¶ Quinto dico quod est septenarius dolorum, quia sc. per septenarium intelligitur vniuersitas pœnarum tam temporaliũ quam æternarum. Et de hoc Iob 5. *In sex tribulationibus visitabit te & in septima non tanget te malum.* Sex enim tribulationes sunt, fames, sitis, frigus, æstus, labor & dolor, & mors est septima.

G ¶ Sexto dico quod est septenarius doctorum & etiã prædicatorum, & isti figurantur per septẽ Angelos septẽ tubas habentes, de quib. dicitur Apo. 8. *Vidi septem Angelos stantes in conspectu Dei datæ sunt eis septem tubæ.* Angeli enim qui dicuntur nuncij, prædicatores sunt, qui debent esse nuncij diuinæ voluntatis, & Angeli mirandæ puritatis, & habere tubas vocalis auctoritatis. Vnde Apo. 10. *Locuta sunt septem tonitrua voces suas.* ¶ Septimo dico quod H

est septenarius prælatorũ, quia sicut visum est, per septenarium prælatorum potest vniuersitas denotari. Et sic dico quod isti figurantur in septem ducibus, de quibus dicitur Hester 1. quod *erant primi & proximi septem duces Persarum qui videbant faciem regis, & primi post eum sedere soliti erant.* Quia scil. prælati & ecclesiastici sunt duces exercitus Christiani, & gradu & statu sunt proximi

regis

regis Christi, & in sacramento altaris faciem ipsius intuentur. Et ideo Micheæ 5. dicitur. *Suscitabimus super eum septem pastores & octo primates homines.*
I Octauo dico quod est septenarius vitiorum, quia scilicet, vniuersitas vitiorum sub septenario continetur, & septem capitalibus vitijs subalternatur. Figurata in *septem dæmonibus quæ Dominus de Magdalena eiecerat.* Luc. 8. quia de peccatore dicitur Prou. 26. *Cum submiserit vocē suam, ne credas ei, quoniam septem nequitiæ in corde illius sunt.* De isto potest etiam exponi illud Deut. 28. quod *per vnam viam venient ad te, & per septem fugient à facie tua.* Quia scilicet per vnam viam venitur ad Deum, scilicet per viam gratiæ & pœnitentiæ, & per septem ab eo receditur, s. per viam septem criminaliū peccatorum. Isti n. tunc *septem quib. funes, ligatus fuit Samson à Dalila,* id est, diabolo: vnde Iudicum 16. *Si ligatus fuero septem funibus ero infirmus sicut cæteri homines.* Et sic est
K septenarius vitiorum. ¶ Nono dico quod est septenarius præmiorum. Præmia enim æterna in septenario consistunt, scilicet, in tribus dotibus animæ, quæ sunt visio, fruitio & dilectio: & in quatuor corporis, quæ sunt agilitas, subtilitas, impassibilitas, claritas. Isti enim sunt septem dies conuiuij Assueri, in quo fuit regina Hester, id est, anima coronata, de quo Hester 1. dicitur quod *rex Assuerus* (qui interpretatur beatificans) *septem diebus iussit conuiuium præparari.* Et hoc bene figuratur, Esaiæ 30. vbi dicitur quod *tunc erit lux lunæ sicut lux solis, & lux solis septempliciter sicut lux septem dierum.* Luna enim humanam conditionem signat, quæ ad claritatem solis per beatificationem reducatur, in quantum per istum septenarium augmentatur. Iste est enim *septenarius sabbathorum, in quo terra à culturis & laboribus quiescebat, in quo quilibet seruus liber fiebat,* sicut dicitur Deuter. 15. Iste etiam est *dies septimus in quo Dominus dicitur omnia compleuisse & quē dicitur benedixisse, & in quo dicitur quieuisse, & requiescere præcepisse,* sicut dicitur Genes. 2. Quia pro certo in ista septima die, id est, in statu gloriæ paradisi est perfecta requies beatorum, & liberatio seruiturum & laborum, & complementum omnium gaudiorum Exod. 13. *Die septima erit solennitas Domini.* Iste est ergo septenarius præmiorum.
L ¶ Decimo dico quod est septenarius remediorum. Et iste est septenarius sacramentorum, quæ sunt remedia contra omnia vitia & peccata figurata in septē vicibus quibus Naaman in Iordane fuit lotus & à lepra curatus 4. Reg. 5. *Vade lauare septies in Iordane, & recipies sanitatem caro tua.* Et in septem vicibus quibus digitus in festo expiationis in sanguine intingebatur. Num. 19. Et in septem vicibus quibus leprosus mundificandus sanguine passeris aspergebatur, Leuit. 14. Figurata etiam in septimo mense vbi fiebat festum expiationis. Leu. 23. Et in septimo anno, qui erat annus remissionis. Deut. 15. Quia proculdubio charissimi septenarius sacramentorum, qui in Iordane gratiæ inuenitur, & qui in sanguine passeris mortui, id est, Christi, effigiem sortitur, leprosus, id est, peccatores sanat & mundat, & eos expiat & depurat. Vt sic cuilibet dicatur illud Psal. *Argentum igne examinatum, probatum terræ purgatum septuplum.* Et Ioann. 4. dicitur quod *hora septima dimisit eum febris.* Febris enim peccati tunc sanatur, quando ad horam septimam, id est, ad septem Sacramentorum remedium peruenitur. Iste est ergo septenarius remediorum.
M Et nota de septem virtutibus contra septem peccata. ¶ Vndecimo dico quod est septenarius dæmoniorum, quia scilicet, vniuersitas dæmonum per septenarium intelligitur, sicut de alijs est expressum. Vnde isti figurantur *in septem Angelis qui habebant septem plagas nouissimas.* Apocal. 15. *Et qui habebant septem phialas iræ Dei.* Quia scilicet dæmones habent phialas, vbi est venenum tentationis, & faciunt plagas æternæ mortis & damnationis.
N ¶ Duodecimo vero dico quod est septenarius Angelorum. Isti figurantur Apocalyp. 5. vbi dicitur quod *agnus Dei habebat cornua septem, & oculos septem: qui sunt septem Spiritus Dei missi in omnem terram.* Isti enim dicuntur cornua agni Christi, propter ipsorum fortem & inuincibilem potestatem. Dicuntur etiam oculi eius, propter ipsorum puritatem, quia scilicet isti regunt mundum, sicut oculus regit corpus Zach. 3. *Super lapidem vnum septem oculi sunt.* Et quod etiam isti per septenarium intelligantur, patet per Raphaelem dicentem Tob. 12. *Ego sum vnus ex septem qui astamus*
O *ante Deum.* Iste est ergo septenarius Angelorum. ¶ Tertio decimo vero dico quod est septenarius tormentorum, quia scilic. per istum numerum potest etiam pœnarum infernalium vniuersitas designari. Et sic loquitur Genes. 4. *Qui occiderit Cain, septuplum punietur.* Sic etiam loquitur Leuit. 26. *Addam plagas vestras in septuplum propter peccata vestra.* Figurata Dan. 3. vbi dicitur quod *Nabuchodonosor præcepit vt succenderetur fornax septuplum.* Fornax enim Babylonis, id est, pœna ... quando reprobis pœnarum vni... dicitur. *Redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum.* & ... tur. *Non seminas mala in sulcis iniustitiæ, non metes ea ...* Sic igitur pater charissimi, quomodo numerus septe... vniuersaliter significat, & quomodo diuersimode sumitur scriptura.

## Sequi. Secutus.

Cum de sequi sit dictum in multis locis & titulis, de quibus dicitur præcedentib. tamen breuiter possumus dicere quod sequi taliter loquendo, sumitur pro consentire, pro imitari, pro obedire, & etiam pro confirmare. Et ideo nota quod sequi sumitur in bono & in malo, vt sequitur. Est enim quoddam

Sequi { Veritatis, / Iniquitatis, / Damnositatis, / Fœlicitatis.

Primum est sequi perfectorum, de quibus dicitur Act. *Circumda tibi vestimentum tuum, & sequere me.* Secundum est sequi peccatorum, qui scilicet sequuntur diabolum ei obediendo, sequuntur alios malos, se eis conformando & eorum consortia frequentando. Vnde de fatuo & mulier dicitur Prou. ... quod *statim eam sequitur quasi bos ductus ad victimam & nescit quod ad vincula stultus trahatur.* Tertium est sequi reproborum, qui ... necessario diabolum in infernum sequuntur, & ab ipso in barathrum pertrahuntur. De quo potest dici illud 2. Reg ... *separatus est omnis populus Israel à Dauid & secutus est Syba filiū Bochri.* ... tum est sequi beatorum. Isti enim Deum secuti sunt vsque ad paradisum bene operando, ipsum etiam sequi dicuntur, ... sociando, & cum eo perpetuo perseuerando. De quibus Apoc. 14. *Hi sequuntur agnum quocunque ierit: hi empti sunt ex omnibus primitiæ Deo & agno.* ¶ Dicamus ergo primo quod est vnum sequi veritatis, quod est valde virtuosum, & istud est illud ... iusti sequuntur Dominum vel prælatum, vel etiam opera virtuosa. Nota quod

Canis, Captiuus, Exercitus, Pupilli, Discipuli, Filij } solent sequi suum { Benefactorem, Redemptorem, Ductorem, Tutorem, Doctorem, Genitorem.

Sic vere nos debemus sequi Deum nostrum & creatorem, nec non prælatum & præceptorem, & quemlibet iustum rectorem & informatorem, & hoc exemplo Apostolorū, dicentium Matt. 19. *Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te.* Vbi ostenduntur quatuor necessaria ad hoc, quod aliquis per humilem subiectionem vel per morum imitationem sequatur Dominum vel prælatum. Debet enim

Disponere motum volitiuum. (Ecce nos)
Deponere malum retractiuum. (Reliquimus omnia)
Perficere actum contemplatiuum. (Et secuti sumus)
Respicere finem allectiuum. (Te inquit.)

Primum facit dispositio mentis obedientis,
Secundum dispositio rei impedientis,
Tertium frequentatio motus perficientis,
Quartum meditatio finis allicientis.

¶ Igitur charissimi dico, quod debemus disponere mentem obedientem. Ecce nos inquit, Voluntarie enim non coacte est sequela obedientiæ facienda. Canis enim nobilis cum magno gaudio sequitur Dominum suum quando vadit venari. Magis enim est necesse, quod teneatur ne excedat, quam quod prouocetur vt accedat. Sic vere, & nos cum magna voluntate debemus sequi Dominum, ei humiliter obediendo, & voluntatem eius faciendo, & quod præcipit gaudenter exequendo, & nos et virtualiter confirmando, dicentes. Ecce nos. Exemplo Esa. 5. & 6. *Ecce ego, mitte me: gloria* enim *magna est sequi Dominum*, sicut dicitur Ecclesiastic. 25. Et ideo sicut prompti, & voluntarij debemus nos præofferre ad sequendum Dominum vel superiorem vel meliorem & nunquam retrocedere vel differre. Ferrum enim voluntarie sequitur adamantem, & solsequium voluntarie sequitur solem. Sic pro certo, & tu voluntarie debes sequi Christum vel quemlibet præceptorem, exemplo illius qui se præofferebat ad sequendum Christum, dicens Matth. 8. *Magister sequar te quocunque ieris.* Quod est contra multos, qui non sequuntur Deum vel prælatum voluntarie, sed coacte, sicut lu...

illi

illi quibus est necessaria impulsio tribulationum, vel iniunctio mandatorum ad hoc quod voluntatem Dei velint facere, vel superioribus obedire. Canis enim qui consuevit sequi vnū dominum, non libenter sequitur alium nisi tractus. Planetæ enim qui habent cursum proprium contrarium motui firmamenti, nunquam ipsum firmamentum sequerentur, nisi per violentiam traherentur. Sic vere charissimi, quia multi sunt qui pleni motu propriæ voluntatis semper motui voluntatis diuinæ solent contrariari, & qui alium dominum, sc. diabolum, per diuersa vitia solent sequi, hinc est, quod non voluntarie Christum vel prælatum sequuntur, imo necesse est, quod per violentiam tribulationis aut correptionis ad sequendum trahantur. Tob. 11. *Lento gressu sequantur iter nostrum familiæ.* Et de Petro dicitur, Matth. 26. *Petrus autem*, id est, peccator durus, *sequebatur à longe.* Non sic sed habeamus mentem obedientē. *Ecce* inquit *nos.* Quia sicut dicitur Luc. 9. *Si quis voluerit me sequi deneget semetipsum*, id est, propriam voluntatem, *& tollat crucem suam, & sequatur me.* Debemus igitur disponere mentem obedientem. ¶ Deinde dico, quod nos debemus deponere causam impedimentum. Reliquimus inquit omnia. Supple impedientia. Quia scil. necesse est, quod homo dimittat

D

Onera bonorum temporalium,
Fœdera amorum sæcularium,
Scelera fœtorum carnalium,
Munera bonorum mundialium.

Ista enim omnia ad sequendum Dominum solent impedire, qua propter necesse est ipsa dimittere, vel saltem ab eis si non realiter, tamen mentaliter resilire. Exemplo Apostolorum, de quibus dicitur Matth. 4. quod *relictis retibus secuti sunt Christum.* Hæc enim omnia sunt quædam retia sequelam Domini impedientia. Vide supra de Relinquere. Dicitur enim de ferro quod si inunctum fuerit allio vel pinguedine, nunquam potest sequi adamantem. Quia pro certo charissimi, illi qui prædictis vnguentis linjuntur, & qui prædictis retibus vinciuntur, obediendo dominum vel prælatum non sequuntur, nec eisdem vt requiritur famulantur. *Reliquimus* inquit *omnia* Matthæi 19. *Vos qui reliquistis omnia, & secuti estis me, in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos, &c.* Oportet igitur deponere causam impedientem.

E ¶ Deinque dico quod qui vult sequi dominum, oportet perficere motum expedientem, quod ostenditur cum dicitur. Secuti sumus, quasi dicat, iam compleuimus. Non enim sufficit quod homo incipiat, nisi perficiat. Vnde nota quod aliquando rusticus canis incipit sequi prædam, sed inueniens cadaueribus vel spinis, & sepibus statim sequi omittit, canis vero nobilis non sic, quia quod semel sequi inceperit, nunquam quousque apprehenderit vel apprehendat si fit possibile, prætermittit. Sic vere multi sunt qui quandoque sequi dominum incipiunt, sed occasione modica prætermittunt. Sancti vero, & iusti ea quo sequi ceperint, nunquam cessant, quousque ipsum in gloria apprehenderint, & quousq; voluntatem suam fecerint, & compleuerint. Secuti inquit sumus. Tob. 6. *Profectus est Tobias, & canis secutus est eum.* Selentes enim lapides qui sequitur motum lunæ, imago enim lunæ candidæ in ipso refulget, quæ secundū quod luna in cœlo variatur, sic & ipse sequendo lunæ influentiam variatur, cum noua enim innouatur, cum antiqua antiquatur, & cum eclipsante eclipsatur, sicut dicimr in lapidario. Sic pro certo charissimi, illum qui est luna perfecta in æternum, & testis in cœlo fidelis, videlicet Christum debemus mentaliter sequi per dilectionem, & subiectionem, & nos ei conformare per suoū actuum imitationem. Marc. 14. *Sequimini eum quocunque introierit.* Magnes enim lapis est qui trahit ferrum sicut adamas. Veruntamen si ambo lapides sint præsentes, ferrum adamantem sequitur, & à magnete fugiens elongatur. Sic vere charissimi, magnet, id est, diabolus trahit post se homines sicut Christus. Veruntamen Christo exemplariter nobis præsentato vel bonis in paschate sacramentaliter recelato, vel coram nobis in natiuitate corporaliter incarnato, ipsum sequi & eligere debemus, & à magnete, id est, diabolo resilire. Secuti inquit sumus, Iob 23. *Vestigia eius secutus est pes meus, viam eius custodiui, & non declinaui ex ea.* Quod etiam in istis agibilibus debemus facere, quia dato quod aliquando secuti fuerimus aliquas malas societates vel operationes, quando tamen nobis beatorum exempla proponuntur, ipsos cæteris omissis, si prudentes fuerimus, sequamur. Matt. 9. *Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos.* Matth. 8.

Deus enim tales sequentes, i. tales humiliter subiacentes valde diligit, & ipsos alijs amore maiori antepunit, iuxta illud Genes. 26. *Amorem sequentis priori pratulit.* Quia sc. priores, id est, maiores & potentes à Deo repudiantur, sequentes vero, i. subditi, & humiles ab eo temporaliter, & æternaliter præferuntur. ad Hebr. 10. *Aufert primum vt sequens statuat.* Secuti sumus. Patet ergo quod nos debemus perficere motum expedientem. ¶ Insuper dico, F quod qui vult digne sequi dominum, ipse debet respicere finem allicientem. Te inquit. Finis enim est causa eorum quæ sunt ad finem. Et ideo quanto finis est melior, tanto ad alliciendū quærentem est delectabilior. Cum igitur in ista inquisitione Dominus ipse sit finis qui debet cōsequi, & haberi, ideo dico, q necesse est ipsum respicere, & ad eum accedere. Obiectū enim mouet potentiam. Et ideo si consideretur qualis, & quantus est iste quem sequimur, ad ipsum proculdubio alliciemur, & ipsum faciliter consequemur. Te inquit, scil. ô Deus Hier. 17. *Ecce ego non sum turbatus te pastorem sequens.* Bonum est. n. sequi bonum ductorem, qui libenter ducit ad bonum hospitium. Vnde ille de se dicit Ioan. 8. *Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ.* Ideo docetur Deut. 13. *Dominum Deum vestrum sequimini, & ipsum timete.* Vide supra de Respicere, &c. Sic igitur patet quomodo quatuor requiruntur ad hoc, q digne Dominus sequatur. Istud est igitur vnum se qui quod est virtuosum. ¶ Secundo G dico, q inuenitur vnū sequi iniquitatis, q est valde vitiosum, & istud est illud quo mali sequuntur diabolum, eius suggestionib. fauendo, vel quo sequuntur peccatū, ipsum implendo & eligendo, vel quo sequuntur malū consortium. Nota, potius enim libentius sequitur illū qui portat stercorum fœtorem, quam illud qui fragrat rosarum odore. Sic mali plus amant stercora peccatorum, quam rosas virtutum, & meritorum. Hierem. 2. *Prophetæ prophetauerunt in Baal, & idola secuti sunt.* Et nota, quod mali

Sequuntur & uitoontur Sequi
- Auaritiæ cupiditatem,
- Immunditiæ carnalitatem,
- Superbiæ pompositatem,
- Simoniæ peruersitatem,
- Nequitiæ malignitatem,
- Mentis propriæ simplicitatem.

¶ Quod enim isti sequantur auaritiam, patet Ezec. 34. vbi de malis dicitur q *auaritiam sequitur cor eorum.* Et Esa. 1. dicitur, quod *omnes diligunt munera & sequuntur retributiones.* Similes linguæ stateræ, quæ illam partem sequitur vbi plus de pondere ponitur. Quod etiam sequantur immunditiam, patet 2. Pet. 3. vbi dicitur, quod *multi sequuntur eorum luxurias.* Quod etiam isti sequantur eorum superbiam, patet Ose. 12. vbi dicitur, *Ephraim pascit ventū* Et sequitur, *æstum.* Quod insuper sequantur simoniam, patet 4. Reg. 6. vbi dicitur de Giezi (per quē simoniaci intelliguntur.) *Secutus est post tergum Naaman.* Quod isti sequantur nequitiam, patet Iob 36. vbi dicitur. *Caue ne declines ad iniquitatem, hanc enim cœpisti sequi.* Quod etiam isti sequantur mentem propriam, patet Ezec. 13. vbi dicitur. *Væ prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritum suum.* Istud est igitur sequi vitiosum. ¶ Tertio dico, quod est H vnum sequi damnositatis, q est valde dolorosum, & istud est illud quo mors æterna sequitur, & consequitur peccatores. Figurata Apo. 6. vbi dicitur. *Ille qui sedebat super equum pallidum, nomen illi mors, & infernus sequebatur eum.* Vnde Prou. 18. *Impius cum in profundum peccatorum venerit, contemnit, sed sequitur eum ignominia, & opprobrium.* ¶ Quarto vero dico, quod est vnum sequi fœlicitatis, I quod est valde gloriosum, & istud est illud quo gloria æterna sequitur bonos post mortem. De quo Apo. 14. *Amodo iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis, opera enim illorum sequuntur illos.*

**Sermo.** Nota, cū sermo nihil aliud sit quam verbum seu A locutio seu quā ordinata verborū prolatio, q inuenitur in scriptura multiplex sermo tam in bono significato quam in malo. Inuenitur enim

Sermo {Diuinus, Humanus.

Diuinus sermo est multiplex. Habet enim Deus

Sermonem {
- Naturalem, qui est interius,
- Scripturalem, qui est exterius,
- Regularem, qui est posterius,
- Legalem, qui est superius.

¶ Primum ergo sermonem Deus ab æterno generauit. Iste enim B sermo est filius, qui in mente patris æternaliter est conceptus, & tandem voce, id est, humanitate corporaliter est vestitus, & finaliter per partum virginis, sicut per os patris, exterius tempo-

taliter est prolatus. Et de isto dicitur Sap. 18. *Cum medium silentium tenerent omnia, & nox in suo cursu medium iter perageret: Omnipotens sermo tuus Domine de regalibus sedibus venit*. Et Deut. 30. *Iuxta te est sermo valde in ore tuo.* ¶ Secundum sermonem Deus procul promulgauit, s. sermonem sacræ scripturæ. Iste est sermo qui primo fuit cogitatus in inspirationibus prophetarum, tandem fuit dictatus in libris, & voluminibus scripturarum, postea vero fuit diuulgatus in dictis doctorum & prædicatorum. Et de isto dicitur Prou. 30. *Omnis sermo Dei ignitus clypeus est omnibus sperantibus in se.* Iste enim sermo dicitur sermo Dei, quia continet diuinitatis honorem. Dicitur ignitus, quia inflammat charitatem vel charitatis ardorem. Dicitur clypeus, quia roborat firmitatis vigorem. Iste est sermo de quo dicitur Io. 17. *Sermo tuus veritas est.* Quia sicut dicitur in Psal. *Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis.*

D ¶ Tertium sermonem Deus posterius fulminabit, & iste est sermo quem dicet reprobis in iudicio, de quo Eccl. 8. *Omnia quæcunque voluerit faciet, & sermo illius potestate plenus est.* Ita quod etiam reprobi dicent tunc temporis illud Io. 6. *Durus est hic sermo, & quis potest eum audire?*

E ¶ Quartum vero sermonem Deus superius exclamabit, quando electis beatis dicet. *Venite benedicti patris mei, &c.* Quia sicut dicitur Prouerb. 12. *Mæror in corde viri humiliabit eum, & sermone bono lætificabitur.* Et sic dico breuiter, quod inuenitur multiplex sermo diuinus. ¶ Sed adhuc dico, quod inuenitur sermo multiplex

F humanus. Et sic dico, quod tam in bono quam in malo in scriptura inuenitur

Sermo:
- Bonus & fructuosus,
- Vanus, & vitiosus,
- Durus, & furiosus,
- Duplex, & malitiosus,
- Simplex, & suspitiosus,
- Multus, & præsumptuosus,
- Stultus, & infructuosus,
- Falsus, & proditiosus,
- Iniquus, & pernitiosus.

¶ De sermone bono dicitur 1. Cor. 12. *Alij datur per spiritum sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ.* De sermone vano dicitur Eccles. 32. *Vbi non est auditus non effundas sermonem.* De sermone duro dicitur Prou. 15. *Responsio mollis frangit iram, sermo durus suscitat furorem.* De sermone duplici dicitur Eccl. 42. *Non duplices sermonem auditus.* De sermone simplici dicitur 2. ad Cor. 11. *Nam si imperitus sum sermone, non tamen scientia.* De sermone multo dicitur Iob 32. *Plenus sum sermonibus, & coarctat me spiritus vteri mei.* De sermone stulto dicitur Iob 38. *Quis est iste inuoluens sententias sermonibus imperitis?* De sermone falso dicitur in Ps. *Molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula.* De sermone iniquo dicitur in Ps. *Firmauerunt sibi sermonem nequam.* Igitur de sermonibus bonis & fructuosis, & virtuosis possumus aliquantulum dilatare, & dicamus, quod sicut

Bona arbor facit fructum bonum,
Bonus succus habet bonum gustum,
Bonus fructus stillat bonum succum,
Bona vitis profert bonum vinum.

Sic vere & communiter bonus homo profert bonum verbū. Nam sicut bonus liquor, & sapidus demonstrat bonum esse vasculum de quo stillat, sic bonus sermo demonstrat seu denotat hominem bonum esse à quo manat. Boni. n. homines non libenter se occupant in vanis sermonibus, sed in bonis, iuxta illud Apostoli ad Ephes. 5. *Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat.* Et potissime illud pertinet ad doctores, ad prædicatores, & prælatos, & præceptores. Isti enim qui alios debent docere, debent habere sermones limatos, & ab omni turpitudine depuratos, vt sic quilibet possit dicere illud, quod dicit sapientia diuina Prou. 8. *Audite me, quoniam de rebus magnis locutura sum, aperientur labia mea vt recta prædicent, veritatem meditabitur guttur meum, labia mea detestabuntur impium. Iusti sunt omnes sermones mei, & non est in eis prauum*

G *quid neque iniquum.* ¶ In quibus verbis intelligitur tota ars prædicandi, & sermonem faciendi, quia sc. homo debet sermocinari de rebus magnis. *Audite* inquit *me, quoniam de rebus magnis locutura sum*, id est, de rebus arduis, & æternis, de rebus gloriosis, & periculosis, de rebus ad salutem pertinentibus, & spectantibus, non ad mundum pertinentibus. Vide ad Hebr. 5. *De quo* inquit *no-*

H *bis grandis sermo & interpretabilis ad dicendum.* ¶ Item debet sermocinari cum summa rectitudine. *Vt recta* inquit *prædicent*, quia sc. nec fauore nec timore debet deuiare à recto, dicens illud Hester. 14. *Da sermonem rectum & bene sonantem in ore meo.* Sed hoc est contra multos qui non audent recte prædicare, quinimo per adulationem solent à sermonis rectitudine deuiare. Et tamen scriptura dicit Prou. 29. quod *homo qui blandis fictisque sermonibus loquitur amico, rete expandit ante pedes eius.* ¶ Item debet sermocina- I ri cum veritatis certitudine. *Veritatem* inquit. Vera enim debet dicere, non falsa, quia s. si falsa diceret, errandi auditoribus causa esset, & ideo vt veritatem scias dicere, primo debet addiscere, post docere, vt sic ei dicatur illud Io. 17. *Sermo tuus veritas est.* ¶ Item debet sermocinari cum deliberationis plenitudine. *Medi-* K *tabitur* inquit *guttur meum.* Vnde versus. *Qui bene vult fari, bene debet præmeditari.* Non enim debet loqui à casu & fortuna, sed magis ea deliberatione & ratione, quia sicut dicitur Prou. 17. *Qui moderatur sermones suos, prudentissimus est.* ¶ Item debet esse sermo L cum correctionis acredine & fortitudine. Quia sc. prudens debet loqui contra vitia, & ea detestari. *Labia* inquit *mea detestabuntur impium.* 2. Reg. 24. *Confregit Dauid viros suos in sermonibus.* ¶ Item M debet esse sermo cum acceptionis vtilitudine. *Iusti* inquit *sunt sermones mei.* Iustus dicitur sermo quando æqualiter arguit diuites & pauperes, notos & ignotos. Psal. *Disponet sermones suos in iudicio*, vbi scilicet debet esse summa æquitas. ¶ Item debet N sermo sine quacunque turpitudine. *Non est* inquit *in eis prauum quid, neque iniquum*, quia scilicet in sermone nihil debet hæreticum, nihil dissolutum, nihil etiam inhonestum sonare. iuxta illud Eccl. 12. *Composuit sermones rectissimos, ac veritate plenos.* Et sic poterit talis sermocinator dicere illud Sap. 7. *In manu Dei sumus nos & sermones nostri.* Et bene dicit in manu Dei: quia pro certo homo qui propriæ sententiæ innititur, nunquam vt communiter bene sermocinatur. A Deo debet egredi sermo, non ab homine, quia alias non haberet virtutem Eccles. 43. *Consummatio sermonum ipse est.* Gen. 24. *A Deo egressus est sermo, & non possumus aliud.* Et ideo prudens in principio sermonis debet Dominū orare, vt sermonem eius velit dirigere & iuuare, dicens illud Hest. 14. *Da sermonem rectum & bene sonantem in os meum.* Vbi ostenditur quod ipse debet

Implorare diuinam maiestatem,
Intimare verborum venustatem. Sermonem rectum.
Intimare diuinam voluntatem. Bene inquit sonantem.

Et sic pro certo cbaritissimi sermones tales audientes, & ab auditoribus implebuntur. Quamuis certe hodie sermones nec libenter audiantur, nec efficaciter compleantur. (Ezech. 33. *Audiunt sermones tuos, & non faciunt eos*) sed quod peius est, deridentur, & vt in pluribus contemnantur. Vnde de multis potest dici illud 2. Paral. 36. *Subsannabant nuncios Dei, & paruipendebant sermones eius, &c.* Omitto. Vide supra de Loqui, de Lingua, & labijs.

## Serpens.

Nota breuiter quod per serpentem generaliter A possunt intelligi quatuor, videlicet Christus, iustus, impius, & diabolus. Et sic dico quod inuenitur in scriptura.

Serpens:
- Mirabilis & gloriosus,
- Laudabilis & virtuosus,
- Execrabilis & vitiosus,
- Detestabilis & odiosus.

¶ Dico primo quod inuenitur serpens gloriosus mirabilis. Et sic per serpentem intelligitur Christus, qui dicitur serpens [illegible] pendo, quia s. circa terram serpit homo corporaliter [illegible] modo. Teste enim Plinio, corium serpentis puluerisatum valde est medicinale. Sic pro certo humanitas Christi, qui sc. fuit corium & pellis ipsius Dei, est contra crimina medicinalis, potissime quando accipitur puluerisata, id est, considerata vt ad summam humilitatem redacta, & in hasta crucis cremata, & quasi in cinerē cōmutata. Teste enim eodem Plinio, qui pinguedine serpentis mortui inungitur, à cunctis alijs viuis serpentibus formidatur. Sic vere si istius serpentis, i. Christi mortui pinguedine te per deuotionem & compassionem inunxeris, à viuis serpentibus, id est, à peruersis & immortalibus dæmonibus tutus eris. Quod bene figuratur Exod. 4. vbi virga Moysi dicitur in serpentem mutata fuisse, & serpentes magorum Pharaonis legitur deuorasse. Quod etiam figuratur Numer. 21. vbi Dominus propter peccata populi misit in eos serpentes ignitos, id est, serpentes, ignem spirantes, vel dolorem ardoris ignei inferentes, homines pungentes & inuenenantes, præcepto tamen Domini factus est serpens æneus, & sursum pro signo in palo leuatus, quē quicun-

que

quo intuebantur, à serpentum morsibus sanabantur. Item dicit Plinius de serpente quod dicitur esse quidam serpens qui vocatur tyrus, de quo mortuo tyriaca conficitur, quæ serpentiũ morsibus contrariatur. Sic pro certo charissimi est de Christo, qui voluerit ipsum sequi, & eius pinguedine inungi, &c. Item procul dubio virga Moysi, id est, Christus, qui est *virga virtutis Dei, quem misit dominus ex Sion dominari in medio inimicorum suorum*, in serpentem, id est, in corporalem hominem est mutatus, & tandem postquam factus fuerat æneus, id est, per prædicationem resonans in palo alte coram omnib. est leuatus, & sic per ipsum alij serpentes, scilicet dæmones, fuerunt victi & deuorati, & illi qui flammis tentationis ipsorum vrebantur, per aspectum, id est, per fidem & considerationem ipsius sunt sanati. Et ideo ipse Christus de seipso loquens dicit Io. 3. *Sicut exaltauit Moyses serpentem in eremo, sic exaltari oportet filium hominis.* Iste est igitur serpens gloriosus & mirabilis.

B ¶ Secundo dico quod est serpens virtuosus & laudabilis. Et sic dico quod per serpentem intelligitur homo iustus. Serpens enim quandoque in capitibus habet lapides pretiosus. Serpens etiam in hoc summam prudentiam dicitur habere, quia pro tuitione capitis totum corpus exponit percussuri. Sic vere charissimi virtuosus in cuius capite, id est, in cuius mente inuenitur lapis pretiosus Christus, & eius fides & gratia, quia scil. quod in suo capite, sc. Christo vel in fide consistit propria vita sua, percussionibus & tribulationibus se exponit pro ipso, sc. defendendo, & se sibi perpetuo coniungendo. Et ideo bene nos monet Deus Matth. 10 *Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ.* Et in Psalm. etiam dicitur *Laudate Dominum de cælo, bestiæ & vniuersa pecora, serpentes & volucres pennatæ.* Isti enim dicuntur bestiæ, propter simplicitatem. Dicuntur serpentes, propter sagacitatem, Dicuntur volucres, propter contemplationis sublimitatem. Dicuntur etiam pennatæ, propter aliarum virtutum multiplicitatem. Sic ergo dico quod iustus dicitur serpens virtuosus & laudabilis,

C ¶ Tertio dico quod inuenitur serpens vitiosus & execrabilis. Et sic dico quod per serpentem intelligitur peccator. Serpens enim est animal nociuum & venenosum, sic peccator per mala verba, exempla & opera nociuus est & venenosus. Ideo peccatoribus loquitur Dominus Matth. 23. *Serpentes genimina viperarum quomodo fugietis à iudicio gehennæ.* Vnde breuiter possumus dicere quod

Peccatores sunt Serpentes { Deceptione fallentes, Ambitione feruentes, Detractione mordentes, Turbatione sæuientes.

D ¶ Sunt dico fallentes per deceptionem. Serpens enim sibilando mordet & inuenenat. Serpens enim est valde lenis & suauis, vix enim potest teneri, sicut nec anguilla, & ideo dicitur coluber à collabendo. Serpens insuper nunquam recte, imo semper tortuose incedit, signans peccatorem, qui quandoque ita est tortuosus & cautelosus, quod etiam dum sibilat, id est, dum blande & suauiter loquitur, ipse tamen inuenenat & persequitur. Ita enim scit per cauillationes collabi, quod vix potest ab aliquo comprehendi. Et ideo de serpente loquitur scriptura Gene. 3. *Serpens erat callidior cunctis animantibus terræ.* Talis figuratur in serpente qui seduxit Euam, qui secundum Iosephum vultum habebat virgineum, corpus tamen serpentinum, mulieri vero quam decipiebat, vultum virgineum ostendebat, corpus vero serpentis sub arboris folijs abscondebat. Sic vere multi sunt qui quando aliquem volunt decipere, corpus serpentinum suum, i. suam prauam intentionem, & suam venenosam conditionem solent sub folijs palliationum abscondere, & vultum virgineũ, i. faciem blandientem & fallacem solent alijs demonstrare. Ecc. 12. *Quis medicabitur* (alias miserebitur) *incantatori à serpente percusso?* Et ideo de cautelis & malitijs talium dicitur. Hier. 8. *Ecce mittam vobis serpentes & regulos, quibus non est incantatio.* Isti sunt ergo fallentes per deceptionem.

E ¶ Item dico quod isti sunt feruentes per ambitionem. Sunt enim serpentes aliqui tanti feruoris, quod etiam pelles eorum in aqua frigida positæ faciunt eam feruere, Vt dicit Plin. Serpens toto corpore terram tangit, & semper adhærendo terræ incedit. Serpens insuper terram comedit, & de puluere cibum sumit. Sic vere charissimi multi sunt peccatores qui per auaritiam & ambitionem sunt feruentissimi. Num. 21. &. Deu. 8. *Misit Dominus in populum serpentes ignitos.* Toto enim corde & corpore, id est, tota affectione & occupatione terram & terrena tangunt & diligũt, puluerem bonorum temporalium summe volunt. Esa. 15 *Serpenti puluis panis eius.* Et ideo serpentem legitur Dominus maledixisse, dicendo sic Gen. 3. *Super pectus tuum gradieris, & terram comedes cunctis diebus.* Isti igitur sunt feruentes per ambitionem.

¶ Item dico quod isti sunt mordentes per detractionem. Lingua enim serpentum est venenosa, ita etiam agitatur per violentiam veneni, quod videtur duas linguas habere. Sic vere lingua peccatorum per detractionem venenosa est, & per duplicitatẽ furiosa est Ps. *Acuerunt linguas suas sicut serpentes, venenum aspidum sub labijs eorum.* Isti enim non cessant alios mordere, & ipsos veneno infamiæ inficere & nocere. Eccl. 10. *Quemadmodum si mordeat serpens in silentio, sic qui detrahit proximo in secreto.* Isti igitur sunt mordentes per detractionem. F

¶ Item dico quod isti sunt sæuientes per turbationẽ. Serpens enim prouocatus solet acriter indignari, & hominem quandoque inuadere & timari. Quando. n. venenum suum calefit, tunc facilius percutit atque lædit. Sic vere peccator quando venenũ suæ iracundiæ in cordis sui visceribus incalescit, ita quandoque furit & in iracundiam ardescit, q modica occasione alios verbo vel facto percutit & inuadit. Ps. *Furor illius secundum similitudinem serpentis.* Et sic figuratur Apo. 9. vbi dicitur quod *equi locustarum de ore suo emittebant sulphur, ignem & fumum, & caudæ eorum erant similes serpentibus.* Quia sc. tales sunt superbi sicut equi, de ore suo solent verba sulphurea propter infamationis fœtorem, verba ignea propter iracundiæ furorem, verba fumea propter iactantiæ clamorem emittere, ita quod cauda eorum est serpentina, in quantum finis verborum, qui per caudam intelligitur, ad malum dicitur declinare. Deut. 32. *Dentes bestiarum immittam in eos, cum furore trahentium super terram atq; serpentium.* Sic igitur dico q per serpentem intelligitur peccator. Et sic patet quod in scriptura inuenitur serpens vitiosus & damnabilis. ¶ Quarto dico quod est serpens venenosus & odibilis, & iste serpens est diabolus, qui dicitur serpens propter malitiam in decipiendo, & propter venenositatem in tentando & suggerendo. Iste est serpens quem Dominus de cœlo proiecit. Quia sc. sicut insula Hiberniæ nullum serpentem admittit, sic insula paradisi nullum diabolũ recipit, aut ibi stare permittit. Vnde Apo. 12. dicitur quod *de cælo proiectus est draco ille magnus serpens antiquus, &c.* Iste enim serpens qui peccatores in inferno mordebit, & ipsos atrociter deuorabit. Vnde peccatoribus dicit Dominus Amos 9. quod *si celauerint se in profundo maris, ibi mandabo serpenti, & mordebit eos.* Et Eccl. 10 dicitur quod *homo cum mortuus fuerit, hæreditabit serpentes & vermes.* Veruntamen iste serpens finaliter visitabitur, & ad ignem æternum condemnabitur, quia sicut dicitur Apoc. 20. *Angelus qui habebat clauem putei abyssi, apprehendit draconem serpentẽ antiquum qui est diabolus & sathanas, & ligauit eum, clausitque, & signauit super eum.* Istud autem erit in iudicio, quando Christus qui est Angelus testamenti, luciferum relegabit, & eum in abyssi puteo ligabit. Esa. 27. *Visitabit Dominus super Leuiatan serpentem antiquum, &c.* Sic igitur patet quomodo per serpentem potest diabolus, peccator, iustus, & Christus intelligi, &c. Vide de Colubro, & in titulis infinitis, vbi plura de serpentibus sunt exempla. G H

## Seruare.

Nota, quod seruare significat rei possessionem, tuitionem & defensionem. Et inuenitur in scriptura multiplex seruare, videlicet A

Seruare { Diuinæ protectionis, Mundanæ afflictionis, Humanæ discretionis, Æternæ damnationis.

Deus enim seruat iustos ne confundantur. 2. Paral. 9. *Diligit Deus Israel, & vult seruare eum in æternum.* Mundus seruat bonos vt affligantur. Act. 12. *Petrus autem seruabatur in carcere.* Deus seruat peccatores vt cõuertantur. Iusti vero seruant seipsos ne destruantur. Vnde in epistola Iudæ. *Vosipsos in dilectione seruate.* Diabolus seruat iniquos vt occidãtur, sicut carnifex qui seruat pingue animal & porcum ad occidendum. Iob 21. *In diem perditionis seruatur malus, & ad diem furoris ducetur.* ¶ Dicamus ergo breuiter & generaliter quod est vnum seruare diuinum, & vnum humanum. Seruare diuinum est illud quo Deus seruat iustos, B

Ipsos { Liberando à tentatione, Præseruando à damnatione, Collocando in saluatione.

Primo ergo dico quod Deus seruat iustos, ipsos à tentatione libe-

liberando. Deus enim est sicut nutrix, quæ seruat puerum ne cadat in lutum, ne maculetur. Deus est sicut diues mercator, qui seruat bonam pecuniam ne expendatur. Deus est sicut tutor, qui seruat pupilli hæreditatem ne consumatur. Deus est sicut ductor, qui seruat illum quem ducit ne in errorem mittatur. quia proculdubio charissimi Deus est

Iustorum { Nutritor, Mercator, Tutor, Ductor.

Et ideo ipsos tanquam suos à peccato seruat, & ne perdant hæreditatem gratiæ, ipsos custodit benigniter & præseruat. Vnde 1. Reg. 2. *Pedes sanctorum suorum seruabit, & impij in tenebris conticescent, quia non in fortitudine sua roborabitur vir.* Deus igitur seruat
C iustos à tentatione liberando. ¶ Secundo dico quod Deus seruat iustos, à damnatione præseruando. Medicus enim qui curam habet de ægro, seruat eum à morte & infirmitate, dando ei asperas medicinas. Sic Deus *qui curam habet generaliter de omnibus* (Sap. 6.) *hominem à morte inferni præseruat* dum sibi asperas medicinas tribulationum ministrat. Mundi enim tribulationes medicinæ sunt, quia secundum Hieronymum quod *creditur esse pœna, medicina est.* Et ideo Dominus postquam licentiam vulnerandi & depauperandi Iob dederat diabolo legitur sibi dixisse
D Iob 2. *Veruntamen animam eius serua* Vnde Apocal. 3. *Quoniam seruasti verbum patientiæ meæ, & ego seruabo te ab hora tentationis* ¶ Tertio dico quod Deus seruat iustos, in saluatione collocando. Ille enim qui vult aliquid bene custodire & seruare, solet illud in tuto loco reponere & locare. Patet in illis magnis hominibus, qui libenter ponunt thesauros suos in religionibus, & maxime literas suas & priuilegia. Sic vere qui vult seruare iustos. Ideo ponunt iusti thesauros suos & cor suum in Deo, qui est vera religio, & isti eos in perpetuum sibi vult reseruare, & ideo in tuto loco sc. in paradiso ponit eos. Fructus enim qui bene seruantur & custodiuntur, in tuto loco ponuntur. Sic & isti. Vnde Esaiæ 49. *Seruaui te, & dedi te in fœdus populi Deus*, ergo in paradiso seruat bonos, & bona eorum in paradiso pro eis reseruat. Nota, quod homo meliora & vtiliora seruat pro amicis, vtiliora autem dat extraneis. Sic Deus pro iustis seruat æterna, peccatoribus seruat temporalia & terrena. Ps. *In æternum seruabo illi misericordiam meam, & testamentum meum fidele ipsi.* Et sic patet quod est quod-
E dam seruare diuinum. ¶ Adhuc dico quod est vnum seruare humanum. Et istud est illud quo quis se seruat à vitijs & à peccatis, & quo quis seruat illa quæ sunt vtilia ad salutem. Ille enim qui se vult ab infirmitate seruare, solet bonam diætam & bonũ regimen, nec non & mandata Medici obseruare. Sic vere qui ab infirmitate & morte perfecte se seruare voluerit, regimen disciplinæ & mandata Dei necessario obseruabit, iuxta illud verbum cœlestis Medici Matthæi 19. *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.* Vbi aduerte quod ad seruandum

Animus requiritur. (Si vis)
Fructus promittitur. (Ad vitam ingredi)
Modus ostenditur. (Serua mandata.)

Homo enim qui bene se vult seruare,

Debet { Habere motum electiuum. Si vis) Habere fructum allectiuum. (Vitam) Tenere modum perfectiuum. (Mandata.)

F ¶ Igitur habeamus motum seu etiam votum electiuum. Si vis inquit, q. d. voluntas requiritur, quia sc. nisi homo velit seruare seipsũ, impossibile est quod possit seruari. Bona enim voluntas & bonus affectus est primum requisitum ad custodiam viri iusti. Si vis inquit, q. d. nisi velis, impossibile est. Phreneticus enim vix potest à morte seruari, & hoc est, quia non vult nec patitur curari, nec credit infirmari. Sic vere nec homo à morte æterna seruatur, qui infirmitate peccati voluntarie delectatur. Voluntas enim interior est necessaria, alioquin cuncta custodia est frustratoria. Eccl. 15. *Si volueris mandata conseruare, conseruabunt te & in perpetuum fidem placitam seruare. Apposuit tibi Deus aquam & ignem, ad quod volueris porrige manum. Mors & vita apposita sunt homini, quod placuerit sibi, dabitur ei.* Si vis ergo. Et nota quod ista dictio semper significat conditionem, quia pro certo multæ conditiones requiruntur ad hoc quod homo debite à peccato seruetur Requiritur enim dilectio. Ioan. 14. *Si diligitis me, mandata mea seruate.* Requiritur etiam verbi impletio. Ioan. 14. *Si quis diligit me, sermonẽ meum seruabit.* Requiritur insuper mortis euasio, quia sicut dicitur Ioan. 8. *Si quis mandata mea [illegible], mortem non gustabit in æternum.* Et bene dicitur mortis euasio [illegible] est, peccati euasio. Habeamus igitur charissimi motum electiuum. Si vis. Quod est contra multos, qui non volunt à malo seruari, imo voluntarie criminibus subiugari. Quia sc. teste Aug. *Peccatum à Deo est voluntarium, quod si voluntarium non est, non est peccatum.* Isti enim sunt similes pueris, qui voluntarie intrant lutum, quamuis sciant quod ibi maculentur, & quamuis exinde à matre sæpius verberentur. Qui proculdubio miser peccator voluntarie currit ad peccatum, quamuis exinde sciat certissime se reportare primo maculam, post tormentum, iste deberet attendere ad illud, scilicet quod finaliter sequitur, & dicere illud Dan. 13. *Si enim hoc egero, mors mihi est.* Non sic ergo, sed seruemus nos & habeamus motum ac votum electiuum, & firmam voluntatem. Si vis inquit. ¶ Insuper dico quod videamus fru[ctum] allectiuum. Vitam inquit. Ad conuiuium regis inuitatus, se[ruat] se à puerilibus ne fœdetur, seruat à sordibus ne maculetur, & à vanis consortijs ne tardetur. Clericus enim sciens qui spe[rat] aliquam bonam collocationem, sicut bonum beneficium, beneficiatur quod habeat processum bonum, & bene seruat se ne faciat aliquem excessum: timet enim quod sibi obijce[retur] quando vacante beneficio ipsum apprehendere niteretur. [Nos] igitur charissimi qui simus impetrantes & expectantes co[llatio]nem summi prælati Dei, & cum omnes simus inuitati ad [il]lud æternum conuiuium summi regis, & omnes speremus [illud] æternum beneficium reportare, & nos in illo dulci con[uiuio] recreare, bene debemus seruare nos ne vltra quam deceat excedamus, & cauere vt processum bonarum virtutum & operum habeamus, nec non ne fœdemur maculis vitio[rum], ne [dis]tentemur grossis cibarijs terrenorum, & ne tardemur va[ni]tijs mundanorum. Ad vitam inquit ingredi, q. d. [illegible] vitæ æternæ illi promittitur, qui voluntatem Dei seruat, & [illegible] tijs præseruatur. Vnde Prou. 7. *Serua mandata mea, & viues* Igitur videamus fructum allectiuum. Ad vitam inquit ingredi.

¶ Denique dico quod necesse est quod teneamus modum directiuum seu perfectiuum. Serua inquit mandata. Obseruantia mandatorum est propter modus & regula seruandi nos ipsos. Mandata n. Dei, id est, diuina, sunt sicut recepta Medi[ci], quam infirmus debet seruare, vt ipse valeat à mortis periculo se liberare & saluare. Sicut n. dicitur Apo. 1 *Beatus qui legit & qui audit verba prophetiæ huius, & qui seruat ea, quæ in ea scripta sunt* Quia sicut dicitur 1. Io. 2. *Qui seruat mandata eius, in ipso manet.* Et ideo breuiter nota quod ista mandata præcipue mãdantur seruari, vid. H

Mandatorum { Charitatis, Castitatis, Firmitatis, Puritatis.

De obseruantia charitatis dicitur Eph. 4. *Solliciti seruare [vnita]tem in vinculo pacis.* De obseruantia castitatis dicitur Tob[.] *[Mun]dam seruaui animam meam ab omni concupiscentia.* De ma[ndatis firmit]atis dicitur Deut. 23. *Quodcunque semel egressum est de [labijs tuis] obseruabis.* De obseruantia puritatis dicitur Gen 37. *Man[us]* *seruat innoxias.* Et sic igitur patet quomodo & quæ [debemus] seruare, tenere & complere, vt generaliter dicatur ill[ud Matth.] 23. *Omnia quæcunque dixerint vobis, facite & seruate*, vt [illegible] homo illud Marc. 10. *Hæc omnia seruaui à iuuentute mea.* Hæc igitur de seruare & obseruare sufficiant.

## Seruire. Seruus.

A Dum seruire pertineat ad [sub]ditum, seruiri vero pertineat ad magistrum, possumus dicere quod generaliter in scripturis inueniuntur quatuor genera seruitutis. Inueniuntur enim

Seruitus { Virtuosa, Vitiosa, Gaudiosa, Tædiosa.

Prima est seruitus perfectorum,
Secunda est seruitus peccatorum,
Tertia est seruitus beatorum,
Quarta est seruitus damnatorum.

¶ Prima est seruitus magnæ perfectionis, & ista est qua seruiunt Deo vel prælato. De qua Luc. 1 *Seruiamus Domino [in sanc]titate & iustitia coram ipso.*

¶ Secunda est seruitus vilis conditionis, & ista est seruitus vi[illegible]

peccati, qua homo seruit diabolo vel peccato, de qua Iudic. 2. *Fecerunt filij Israel malum in conspectu Domini, & seruierunt Baalim & Astaroth.*

C ¶ Tertia est seruitus magnæ prælationis, & ista est illa qua beati seruiunt Deo. De qua dicitur quod seruire Deo regnare est. De qua potest dici illud 3. Reg. 10. *Beati sunt serui tui qui stant coram te semper.* Et Esa. 65. dicitur, & est verbum Domini loquentis de ipsis damnatis. *Ecce, inquit, serui mei comedent, & vos esurietis, serui mei bibent, & vos sitietis, serui mei lætabuntur, & vos contristabimini, serui mei laudabunt præ exultatione, &c.*

D ¶ Quarta est seruitus duræ damnationis & ista est illa qua reprobi sunt in inferno subiecti, & ipsis tormentis & dæmonibus subiugati. De qua Hier. 5. *Seruietis ibi* (scilicet in Babylone) *dijs alienis qui non dabunt vobis requiem die ac nocte.* Generaliter ergo dicamus aliquid de seruitute bona & mala, & dicamus quod per seruum potest intelligi quilibet perfectus vir qui scilicet Deo & prælato humiliter obedit & seruit. Seruus enim dicitur ille qui non est sui iuris, sed qui potius est subditus alienæ voluntati, & dicitur seruus à seruiendo, vel etiam à seruando. Illi enim qui in bello capiuntur, cum occidi possint à morte seruantur, & ideo serui victorum efficiuntur, & potestati ipsorum subijciuntur. Sic vere charissimi cum Deus nos à morte æterna præseruauerit, & in bello crucis acquisierit, iustum est vt ei obediamus, & vt voluntatem nostram voluntati ipsius totaliter supponamus, iuxta illud Iosuæ 23. *Timete Dominum, & seruite ei corde perfecto.* Vt & de iustis dicamus siue exponamus illud Apoc. 22.

E *Serui eius seruient ei, & videbunt faciem eius.* ¶ Vbi aduerte quod ille qui vult esse seruus Dei debet habere quatuor, quæ debet habere seruus cuiuslibet magni viri. Seruus enim magni viri, debet esse

Ornatus & compositus,
Diligens & expositus,
Discretus & informatus,
Ditatus & præmiatus.

Sic serui Dei

Moraliter disponuntur, quia sunt serui eius,
Diligenter exponuntur, quia seruient ei,
Subtiliter instruuntur, quia videbunt,
Vtiliter astruuntur, quia contemplantur faciem eius.
Primum facit virtutum opulentia dispositiua. Serui.
Secundum operum diligentia expositiua. Seruient.
Tertium sensuum vigilantia speculatiua. Videbunt.
Quartum bonorum affluentia præmiatiua. Faciem eius.
Primum pertinet ad virtualem dispositionem,
Secundum pertinet ad manualem operationem.
Tertium pertinet ad cordialem speculationem,
Quartum pertinet ad æternalem retributionem.

Dicamus ergo quod isti sunt
Dispositi virtualiter,
Expositi actualiter,
Illustrati cordialiter,
Retributi seu præmiati æternaliter.

Dico ergo, primo quod isti sunt virtualiter dispositi, quia scilicet ipsi sunt serui eius, scil. Dei, qui est omnipotens rex, potens, & metuendus nimis. Ad magnum enim dominum pertinet quod habeat seruos dispositos & ornatos & in habitu & in gestu. Vnde etiam de Salomone legimus quod *ministri eius erant ita dispositi & ornati, quod regina Saba super hoc est mirata*, sicut legitur 3 Regum 10. Sic vere charissimi Deus qui est rex regum & Dominus Dominorum, vult quod serui sui sint in moribus bene dispositi, & gratijs & virtutibus adornati. Serui inquit eius. Vt etiam de eis intelligatur illud Apocalyp. 7. *Isti sunt qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas in sanguine agni, & dealbauerunt eas, ideo sunt ante thronum Dei & seruiunt ei die ac nocte.* ¶ Et nota quod

Seruitor debet esse:
- Lætus,
- Lotus,
- Erectus,
- Succinctus,
- Accinctus,
- Vestitus,
- Humilis & verecundus,
- Pauidus & tremebundus.

F ¶ Dico pro certo charissimi quod serui Dei debent esse læti



per spiritualem iucunditatem. Psalm. *Seruus autem tuus lætabitur.* Hilarem enim Dominus nunquam diligit seruum tristem. Etiã viri iusti debent esse læti, & in diuinis laudibus occupati. Esa. 65. *Serui mei laudabunt cum exultatione.* Vt sic dicatur illud Genes. 47. *Salus nostra in manu tua est, respiciat tamen nos Dominus noster, & læti seruiemus regi.* ¶ Item debent esse loti per munditiæ puritatem. G Mundus enim Dominus mundam vult habere familiam. Vnde illud prædictum Apocalyp. 7. *Lauerunt stolas suas, &c.* Luc. 1. *Seruiamus illi in sanctitate.* ¶ Item debent esse erecti per contemplationis sublimitatem. Homo enim nunquam bene seruit, quamdiu est ad terram prostratus, sic nec homo quamdiu ad terrena est per affectum inclinatus. Valde enim est Dominus excelsus & altus, quia scilicet ipse dicit *quod cælum sibi sedes est, & terra scabellum pedum suorum.* Esaiæ 66. Et ideo necesse est quod ille qui seruit sibi, sit sursum mentaliter erectus, & ad bona æterna per affectum & desiderium eleuatus. Vnde Esaiæ 52. *Ecce intelliget seruus meus Iacob, exaltabitur & eleuabitur, & sublimis erit valde.* ¶ Itẽ I debent esse accincti per abstinentiæ parcitatem. Quando enim homo cingitur, venter eius constringitur. Nota quod seruitores libenter aliqua zona nobili se accingunt. Sic vere charissimi, serui Christi debent zona abstinentiæ se cingere, & ventrem suum per parcitatem stringere & arctare. Vnde Ecclesiastię 33. *Onus & virga & cibus asino, panis & disciplina seruo cum opere.* ¶ Item K isti debent esse succincti per promptæ obedientiæ voluntatem. Seruitores enim solent vestes suas succingere, vt ad obsequia possint liberius currere & circuire. Sic vere serui Christi debent esse parati ad obediendum, & ad obsequia discurrendum. Ecclesiast. 4. *Qui seruiunt ei, obsequentes erunt.* ¶ Item isti debent esse L vestiti per honestæ apparentiæ venustatem. Non enim decet seruitorem esse nudum, ne forte appareat in ipso aliqua turpitudo. Sic vere serui Dei debent per honestam conuersationem esse vestiti, & ante intuentium oculos cooperti. Honestas enim omnia solet tegere, & nihil sinit in homine apparere. Vnde prouerb. 31. *Omnes domestici eius vestiti sunt duplicibus.* Vnde de quolibet tali seruo potest exponi illud Philip. 2. *Formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo.* Istud totum est hodie contra multos Domini seruitores, qui pro certo sunt hodie ita insolentes & impudentes, quod ac si nudi accederent, sine incederent, omnes eorum turpitudines sunt omnibus apparentes. Figuratur in seruis Dauid, quos rex Moab in vituperium Dauid vsque ad nates vestibus detruncauit, & eis mediam barbam rasit, sicut dicitur 2. Regum 10. *Barba in viro prudentiam signat,* quæ duas partes habere debet, quia, scilicet, necesse est, quod homo sit prudens in spiritualibus, & temporalibus. Sed quid pro certo rex Amon diabolus seruos Dauid religiosos & ecclesiasticos hodie dehonestauit, quia pro certo mediam partem barbæ suæ, hoc est dictum, prudentiam & discretionem spiritualem eis abstulit, aliam vero mediam partem, hoc est dictum, prudentiam terrenorum eis dimisit. Vestes vero honestatis eis totaliter truncauit, & nates eis discooperuit, in quantum suarum natium turpitudinem & libidinem omnibus declarauit, vt de talibus seruis dicatur hodie illud Esai. 20. *Ambulauit seruus meus Esaias nudus & discalceatus & discooperti natibus.* Non sic ergo, sed sint vestiti per honestatem. ¶ Item serui M Christi debent esse humiles & verecundi per reuerentiæ simplicitatem. Ad seruum enim pertinet, quod sit verecundus, humilis & reuerens Dan. 13. *Erubuerunt serui vehementer.* Et quod superioribus impendat reuerentiam & honorem. Sic vere debent esse ad literam serui Christi. vnde Phil. 2. *Semetipsum exinaniuit formam serui accipiens.* Vt sic dicat illud verbum humilitatis quod dicitur in Psal. *Seruus tuus sum ego, & filius ancillæ tuæ.* Istud est contra multos seruitores Christi, qui magis sunt superbi quã alij. Nam hodie sicut abundant interdeos facultatibus, ita etiam abundant in superbijs & vanitatibus, vnde Prou. 30. dicitur, quod *per tria mouetur terra.* & sequitur. *Per seruum cum regnauerit.* Seruus enim superbus diceretur, qui proprio Domino dedignaretur seruire, nec vocatur insuper respondere. Tales sunt multi ecclesiastici, qui pro certo Domino suo proprio Christo seruire dedignantur. Patet in canonicis, qui tractant ad ecclesias ad recipiendum, & non ad seruiendum. De talibus superbis loquitur Iob 39. *Nunquid volet rhinoceros seruire tibi, aut morabitur ad præsepe tuum?* q. d. quod non. Rhinoceros enim, id est, vnicornis qui nulla arte domatur, à virgine tamen decipitur, in cuius gremium inclinatur, signat tales cornutos & superbos, qui libenter in mulierum gremijs inclinantur, nunquam tamen

per obedientiam domantur, nec ad præcepe Christi, id est, ad diuinum officium morantur, quinimo sibi seruire præ arrogantia dedignantur. Quod potissime apparet de multis fatuis nobilibus qui in religione vel Ecclesia positi nolunt facere officia consueta dicentes illud Ioan. 8. *Filij Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus vnquam.* Et de [illegible] potest Dominus dicere illud Iob 19. *Seruum meum vocaui, & non respondit mihi, ore proprio deprecabar eum, &c.* Non sic charissimi, sed sint humiles & verecundi per simplicita-
N tem. vnde Iud. 8. *Instructa contrita & humiliata seruiemus illi.* ¶ Item dico, quod isti debent esse pauidi & tremebundi per diuini timoris dubietatem. Seruus enim semper debet esse pauens & timidus, ne forte faciat quod displiceat Domino suo. Sic serui Christi sicut dicitur in Ps. *Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore.* Et sic charissimi dico, quod serui Christi debent habere prædictas octo conditiones, & sic erunt virtualiter dispositi. Serui inquit eius, quod est primum authoritatis Gen. 44 *Omnes*
O *serui sumus domini nostri.* ¶ Secundo dico, quod illi qui volunt esse proprie serui Christi debent actualiter esse expositi, quod ostenditur cum dicitur, Seruient ei. Seruus enim debet esse diligens & attentus ad seruiendum magistro suo, & expositus & paratus, & sic isti seruiunt ei. Serui enim officium est seruire, qui alius seruus proprie non diceretur, si seruire nun dignaretur. Et ideo serui Christi debent esse seduli in seruiendo, & in laborem pœnitentiæ sustinendo, iuxta illud Apostoli 1. Cor 9. *Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte cum alijs prædicauerim ipse reprobus efficiar.* Et domino etiam per bona operamini stiando 1. Reg. 7. *Præparate corda vestra Domino, & seruite illi soli* Et bene dicit illi soli, quia pro certo illi qui soli Deo sunt dedicati, & qui eius patrocinio & patrimonio sunt ditati, debent in eius seruitio esse solummodo occupati. Vnius enim materię vnica est forma, vnius serui vnus debet esse Dominus, vnius ministri vnus debet esse prælatus. Ideo cuilibet seruitori Christi dicitur Deut. 6. *Dominum Deum tuum timebis, illi soli seruies.* Quod est contra multos seruitores Christi, qui quamuis in Ecclesia Deo soli sint dedicati, mundi tamen negotijs sunt communiter occupati, cum tamen dicat Dominus Luc. 16. quod *nemo potest duobus dominis seruire &c.* Istud patet de clericis beneficiatis & prælatis, & alijs, qui [illegible]n aa principũ frequentantes, magis seruiunt regibus quam Deo vel cœli ciuibus. Et tamen istis loquitur scriptura 1. Cor. 6. *Precio empti estis magno,* ac si diceret ¶ Ideo nolite fieri serui hominum. Vnde nota, quod isti non habent vnum dominum, imo multos. Seruiunt enim

Delitijs corporalibus,
Diuitijs temporalibus,
Blanditijs fœminalibus,
Principibus sæcularibus,
Dæmonibus spiritualibus.

Quod enim isti seruiant delitijs corporalibus, scilicet, potib. atque cibis, patet ad Romanos 16. vbi dicitur. *Domino non seruiunt, sed suo ventri.* Item quod seruiant temporalibus diuitijs, patet per illum qui dicit quod largus expendit diuitias vt Dominus, auarus autem custodit eas vt seruus vnde ad Gal. 4. *Rursum conuertimini ad infirma & egena mundi elementa, quibus denuo seruire vultis.* Et Rom 1. dicitur, quod *seruierunt creaturæ potius quam creatori.* Item quod isti seruiant fœminalibus blanditijs, patet Ose. 12. vbi dicitur *Seruiuit Israel in vxorem.* Et de luxurioso dicitur ad Rom. 6. *Exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ.* Item quod isti seruiant sæcularibus negotijs, patet Iud. 3. vbi dicitur. *Melius est vt viuentes seruiamus Nabuchodonosor regi magno,* sicut sunt illi qui dimittunt seruire Ecclesijs suis propter seruitium regum. Item quod isti seruiant spiritualibus nequitijs, patet Iud 10. *Seruierunt idolis Baalim & Astaroth.* Et breuiter isti videntur seruire dæmonibus dum suis suggestionib. obediunt, iuxta illud 2. Pet. 2. *A quo quis superatus est, huius & seruus est.* Videntur etiam seruire vitijs, in quantum ipsa implent & perficiunt, iuxta illud. *Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati* Io. 8. Non sic charissimi, sed seruiamus ei, scil. Deo Hier. 20. *Seruient Domino Deo suo, & Dauid*
P *regi suo.* ¶ Tertio dico, quod illi qui volunt esse serui Christi, debent esse cordialiter illustrati, quod ostenditur cum dicitur. Videnti. Seruus enim qui non potest videre bene, nunquam potest bene seruire. Et ideo de seruo dicitur Luc. 12. *Beatus ille seruus quem cum venerit Dominus eius inuenerit vigilantem.* Quia proculdubio charissimi, seruus Dei debet videns esse per discretionem, & vigilans per considerationem. & pe[illegible] deus inquit Apo. 3. *Collyrio inunge oculos vt videas.* Ideo [illegible] scretionem petebat Dauid in Psalm. dicens. *Seruus tuus [illegible] ego da mihi intellectum* q. d. intellectus & discretio est necessa[illegible] Dei, Es. 52. *Ecce intelliget seruus meus Iacob* Quia pro cert[illegible] sicut dicitur Pr. 17. *Seruus sapiens dominabitur filijs stultis* S[illegible] sapiens est homo iustus, filius vero stultus est diabolu[illegible] certo seruus sapiens damnatur, quando sibi obui[illegible] tionibus contrariatur Eccl. 19. *Seruo sensato liberi ser[uie]nt.* V[illegible] per liberos possunt intelligi sæculares, qui pro cert[illegible] laris, id est, vitis iustis & religiosis seruiunt, quando sensatos [illegible] conspiciunt, iuxta illud Eccl. 7. *Seruus sensatus sit tibi [illegible] anima tua.* Aduertendum tamen quod dicit Dominus L[illegible] *ille seruus qui cognouerit voluntatem Domini sui, & non fecerit eam [illegible] multis debet vapulare.* Quia proculdubio multi sunt hodie [illegible] Dei qui bene sunt prudentes & discreti, & bene [illegible] quod oportet facere, & quid cauere, sed pro certo Dei voluntate[illegible] quam faciunt, nec ad aliquod bonum manum ponunt, & [illegible] finaliter plagis æternæ miseriæ se exponunt. Quod bene fi[illegible] tur in seruo pigro, qui negociari noluit in talento, sed [illegible] terram abscondit, & ideo audire meruit *Seruum inutilem eiicite, & in tenebras exteriores proijcite,* sicut dicitur Matth. 25. Qu[illegible] certo ille in tenebras exteriores, id est, in infernum p[illegible] qui talentum scientiæ vel prudentiæ sibi concessum, [illegible] est, in terrenis negocijs fodere & expendere nititur & [illegible] de vitam æternam per virtutes & bona opera non lic[illegible] N[illegible] sic ergo charissimi, sed sint cordialiter illustrati ¶ Qu[illegible] Q
quod illi qui sunt serui Dei, erunt supernaliter p[illegible] F[illegible]em eius inquit Facies enim Dei est gloria æterna, quia v[illegible] merces. Istam igitur serui eius pro præmio videb[illegible] cœlestem gloriam obtinebunt, dicentes ipsi Deo illud [illegible] 4. *Valde enim admirabilis es Domine, & facies tua plena est gratiarum* V[illegible] de tali præmio seruorum dicatur illud Esaiæ 14. *Et tu [illegible] meus quem elegi semen Abraham amici mei in quo apprehen[illegible] a terra & à longinquis vocaui te, & dixi tibi, seruus meus es tu &c.* Quilibet enim beatus dicitur videns Deum qui ab ex[illegible] terræ, id est, ab ista mortali vita sursum vocatur, vbi à De[illegible] perenni præmiatur. Sic igitur patet charissimi quomodo se[illegible] debent præmiari supernaliter, debent doceri cordialiter [illegible] bent moueri actualiter, debent ornari virtualiter. Bene ergo [illegible] ctum est. *Serui eius & seruient ei, & faciem eius videbunt.* Et de hu[illegible] nis seruitoribus sufficiat.

¶ Sed adhuc dico, quod seruitus accipitur in malo. Et [illegible] seruum intelligitur peccator. Homo enim eo ipso qu[illegible] cat, subijcit se seruituti diaboli, & peccati, quia sicut dici[illegible] 8 *Qui facit peccatum, seruus est peccati.* Et illud prædictum a. P[illegible] *quo quis superatus est eius seruus efficitur.* Et ideo breuiter dico, peccator est Seruus

Obliuiosus,
Tædiosus,
Præsumptuosus,
Luxuriosus,
Perniciosus,
Malitiosus.

Est dico peccator seruus obliuiosus. Obliui[illegible] ea quæ pertinent ad salutem, ac ignorat Domini[illegible] Io. 15. *Seruus nescit quid facit Dominus.* Vnde de seruo qui ob[illegible] oni dederat, quod Dominus suus redire deberet dicit [illegible] Luc. 12 *Veniet Dominus serui illius die qua non sperat, & hora qua nescit, & diuidet eum, partemque eius ponet cum infidelibus.* Est etiam pe[illegible] ca[illegible] delidiosus, id est, piger. Vnde iste est ille *qui pro desi[illegible] operari [no]luit in talenta* Matth. 25. Ideo à Domino legitur [a]udiu[isse] *male & piger sciebas, quod homo durus sum &c.* Pec[illegible] est ad omne bonum faciendum Iob 7. *Seruus [illegible] derat vmb[ram]* Vnde de malo seruo dicitur Eccl. 23. *Seruum inclinant per assidua.* Sequitur. *Mitte illum in operationem, ne vacet.* Mu[lta] mala docuit otiositas. Et ibidem. *Operatur (?) in disciplina, et quærit requiescere, laxa manus illi, & quærit libertatem.* Item pecca[tor] præsumptuosus, quia, scilicet, indignatur [se]ruire D[illegible] prælato. Hierem, 2. *Locutus sum tibi in abundantia tua dixi[sti] [illegible]* & Iob 14. *Seruum meum vocaui, & non respondit* [illegible] peccator est seruus luxuriosus Roman [illegible] *Car*[illegible] Item est seruus perniciosus, id est, iniquus & ingratus. V[illegible]

gurarur in illo (Matth 18.) qui veniam à Domino suo obtinuit, & tamen conseruo sui misereri noluit, & ideo in carcere positus fuit. *Serue* inquit, *nequam, nonne & te oportuit conseruitui mi vere sicut & ego misertus tui fuimus* habetur ibidem. Item est seruus malitiosus, de quo Eccl. 33. *Seruo maleuolo tortura & compedes.* Item est seruus prodinosus qui, scilicet, fidelitatem non seruat domino, imo per peccatum se iungit diabolo sui domini inimico 3. Reg. 1. *Tetenderunt ei insidias serui sui, & interfecerunt eum.* Item est seruus furiosus, & ebriosus. vnde Luc. 12. *Quod si dixerit seruus ille, moram facit dominus meus. & caeperit comedere, & bibere, & percutere familiam, veniet dominus eius hora qua nescit, & partem eius ponet cum infidelibus.* Et sic igitur patet, quomodo peccator subiectus est criminum seruituti, & quomodo comparatur in scriptura multipliciter malo seruo. Et ideo breuiter de peccatore dicitur Thr. 1. *Migrauit Iudas propter afflictionem, & multitudinem seruitutis habitauit inter gentes, nec inuenit requiem.* Quia pro certo peccator nunquam potest propter requiescere quamdiu subiectus est seruituti peccati: semper enim spinis remorsus conscientiæ pungitur, & semper à magistro suo diabolo de peccato in peccatum discurrere compellitur, multis etiam flagellis, & tribulationibus subiugatur, Psalm. *Multa flagella peccatoris &c.* Vnde de tali seruitute dicitur. Hier. 5. & 16. *Seruietis ibi dijs alienis, qui non dabunt vobis requiem die ac nocte.* Hoc igitur de seruitute sufficit tam in bono significato quam in malo.

A **Sex.** Nota breuiter cum senarius sit numerus perfectus, diuersimode significat in scriptura. Vnde breuiter dico, quod iste numerus Sex, signat statum

Mortalis conditionis,
Moralis perfectionis,
Pœnalis afflictionis,
Finalis saluationis,
Lethalis corruptionis.

¶ Dico primo, quod senarius signat mortalem conditionem, videlicet statum vitæ præsentis. Iste enim est status laboris, & doloris, figuratus in sex annis quibus seruire seruum empticium oportebat, figuratus in sex annis quibus seminare decebat, figuratus in sex diebus quibus operari licebat, figuratus etiam in sex diebus quorum curriculo ciuitas Hiericho corruebat. De sex annis seruitutis dicitur Exod. 21. *Si emeris seruum Hebræum, sex annis seruiet tibi, & septimo egredietur liber.* De sex annis seminationis dicitur Exod. 23. *Sex annis seminabis terram tuam, & in septimo cessabis seminare, & metere.* De sex diebus operationis dicitur Exo. 23. *Sex diebus operaberis*, & Luc. 13. *Sex dies sunt quibus operari oportet.* De sex vero diebus destructionis Hiericho dicitur Iosuæ 6. *Circuite, inquit, vrbem &c.* Sequitur. *Sic facietis sex diebus.* Et dicitur ibidem, quod *tandem muri Hiericho corruerunt.* Et iste senarius charissimi signat vitam præsentem, quæ per sex mundi ætates vsque ad mortem discurrit, & tandem in septima cum mortuis requiescit. In isto enim senario diuersis seruitutibus subiugamur. In isto senario granijs, & virtutibus seminamur. In illo senario varijs operibus occupamur. In isto senario more ciuitatis Hiericho à nostris hostibus impugnamur, & tandem muris corporis cadentibus per mortem destruimur & cassamur. *Christus* enim *sexta hora mortuus est*, sicut dicitur Luc. 23. & Ioan. 19. Ad denotandum, quod in isto senario statutum est hominibus semel mori.

B Igitur significat iste numerus conditionem moralem. ¶ Secundo dico, quod significat perfectionem moralem. Vnde per numerum senarium possunt intelligi opera pietatis corporalia, quæ continentur in isto versu *Visito, poto, cibo, recollige, vestio, condo.* Et etiam sex opera spiritualia quæ similiter in hoc versiculo continentur. *Instrue, castiga, solare, remitte, fer, ora.* Iste enim senarius est numerus perfectionis. Flos enim lilij sex habet folliculos. Lapis pretiosus qui dicitur Iris, sex habet angulos. Leæna cum primò parit sex habet catulos. Quia pro certo charissimi vir perfectus vel etiam anima sancta debet istos sex folliculos producere, in istos sex angelos se diuidere, istos sex catulos generare atque parere, dicens illud Genes. 30. *Mecum erit maritus meus, eo quod genuerim ei sex filios.* Iste senarius figuratur in sex calamis, & in sex brachijs candelabri per quod tabernaculum illuminabatur Exod. 25. *Sex calami egredientur de lateribus candelabri.* Figuratus fuit in sex alis quibus Seraphin volare dicebantur, Esa. 6. *Seraphin stabant super illud, sex alæ &c.* Figuratus insuper fuit in sex gradibus quibus ad thronum Salomonis ascendebatur, 2. Par. 9. *Fecit & sex gradus quibus ascendebatur ad solium.* Figuratus nihilominus in sex hydrijs lapideis in quibus aqua in vinum in nuptijs à Domino transmutabantur Ioan. 2. *Erant ibi lapideæ hydriæ sex positæ &c.* Quia proculdubio sancti viri qui debent esse

Sicut { Candelabrum lucentes per honestatem,
Seraphin ardentes per charitatem,
Salomon pacifici per vitæ tranquillitatem,
Sponsi nuptias facientes per spiritualem iucunditatem. }

Debent habere sex opera pietatis, quia pro certo ista sunt sex brachia quibus pauperes amplexamur. Ista sunt sex alæ quibus in cœlum eleuamur. Istæ sunt sex gradus quibus ad solium æterni culminis sublimamur. Istæ sunt sex hydriæ in quibus aqua tribulationis in vinum consolationis mutata, in paradisi nuptijs consolamur. Et sic ergo dico, quod iste numerus significat perfectionem moralem.

¶ Tertio dico, quod iste numerus signat afflictionem pœnalem. Cunctæ enim miseriæ hominis in quodam senario continentur, quia, scilicet, C

Quicquid patitur homo aut est { Labor,
Dolor,
Timor,
Casus,
Infirmitas,
Mors. }

Et de hoc senario dicitur Iob 5. *In sex tribulationibus liberabit te, & in septima non tanget te malum.* Quia pro certo vt communiter illi qui in istis sex tribulationibus affliguntur, septima tribulatione, id est, morte æterna non tanguntur.

¶ Quarto dico, quod iste numerus significat saluationem finalem. Sex enim sunt quæ constituunt gloriam paradisi, scilicet, D

Perfecta dilectio,
Clara cognitio,
Æterna duratio,
Grata associatio,
Corporis glorificatio,
Immortalis incorruptio.

Et ideo isti videntur esse sex dies quibus gloria Domini obumbrauit montem Sion de quo dicitur Exod. 24. *Habitauit gloria Domini super Synai, tegente eum nube sex diebus.*

¶ Quinto dico, quod iste numerus signat corruptionem lethalem, quia, scilicet, per senarium potest intelligi multitudo peccatorum, vel etiam vitiorum. Iste enim numerus non attingit ad septenarium virtutum, & donorum. Et ideo dicitur Prouerbiorum 6. *Sex sunt quæ odit Deus &c.* Et hæc de Senario sufficiant. E

**Siccitas. Siccare.** Nota, quod siccitas est quædam passiua qualitas contractiua, mortificata, & de circumferentia ad centrum habens motum, & potest significare in bono, & in malo. Et ideo nota, quod Siccitas significat A

Ætatis antiquitatem,
Pœnitentiæ aduersitatem,
Abstinentiæ tenuitatem,
Vitiorum vacuitatem,
Diuitiarum sterilitatem,
Tormentorum pœnalitatem.

¶ Prima est siccitas naturalis. Item est enim qua consumpto humido radicali corpus humanum in senectute siccatur, de qua Ezech. 38. *Erant, inquit, ossa multa super faciem terræ, siccaque vehementer.* B

¶ Secunda est siccitas virtualis scilicet siccitas pœnitentiæ, quæ scilicet siccat, & attenuat superfluitatem omnium vitiorum. Ista est enim sicut sal, quod primo carnem remollit, deinde ipsam siccat, & consumit. Quia, scilicet, pœnitentia remollit hominem per pœnitentiam & compunctionem, & tandem desiccat eum per omnium superfluitatum abstersionem, de qua Exod. 14. *Ingressi sunt filij Israel per medium maris sicci.* Pœnitentia enim est *vestis Christi qua tacta sanatus est fons sanguinis mulieris*, sicut dicitur Mat. 9. Quia vere tunc sanguis peccati, & immunda delectatio siccatur, quando vestis Christi, quæ est pœnitentia, tangitur, & habetur Psal. *Abierunt in sicco flumina.* C

¶ Tertia est siccitas corporalis, & ista est siccitas abstinentiæ, quæ, scilicet, facit hominem macidum atque siccum. Cinnamomum D

m[illegible] enim sic [illegible] magis [illegible] quam humidum, sic plus valet homo abstinens, quam delitiis se humectans Hier. 51. *Desertum faciam mare eius, & siccabo venam eius.*

E ¶ Quarta est siccitas criminalis. Peccator enim dicitur siccus, in quantum humore gratiæ vacuatur. Ardor enim tentationis, & peccati tantus est, quod rigorem virtutum, & gratiarum statim desiccat. Vnde de peccatore dicit diabolus illud Esa. 27. *In vestigio enim pedis mei ego siccaui omnes riuos aggerum.* Virga enim sicca facilis est ad frangendum, inhabilis ad fructificandum, apta est ad comburendum. Brachium etiam siccum, & paralyticum quamuis à corde aliqualiter nutriatur, nihil tamen amplius operatur. Sic vere peccator faciliter frangitur per peccatum, nunquam tamen à corde vel à radice, scilicet, ab ipso Deo per gratiam vegetatur, & ideo nunquam potest bonorum operum fructu fœcundari, nec aliquid virtutis operari Zachar. 11. *Brachium eius dextrum ariditate siccabitur, & oculus eius dexter tenebrescens obscurabitur.*

F ¶ Quinta est siccitas temporalis, quia, scilicet, fortuna temporalis aliquando siccat in vno homine mundanam prosperitatem, & aliquando facit eam in alio reuirescere. Fortuna enim facit de hominibus sicut natura de arboribus, alios enim facit per prosperitatem virescere, alios autem per paupertatem arescere. Vnde de ipsa potest dici illud Ezech. 17. *Humiliaui lignum sublime, & exaltaui lignum humile, & siccaui viride, & frondere feci lignum aridum.*

G ¶ Sexta vero siccitas est æternalis, & infernalis, & ista est illa quam pij in inferno cremantur, & qua à cunctis bonis naturalibus, & temporalibus siccantur Eccles. 40. *Substantiæ iniustorum quasi fluuius siccabuntur.* vnde Apoc. 16. *Sextus angelus effudit phialam suam in Euphratem,* id est, in peccatorem, & ipsam ab omni bono desiccauit Esaiæ 19. *Desolabuntur flumina, & siccabuntur.* Sic igitur patet quomodo sex sunt genera siccitatis, & de Siccare sufficit.

A **Sicut.** Cum ista dictio sicut semper denotet similitudinem, conformitatem, & æqualitatem, possumus dicere, quod secundum quod diuersa sunt genera personarum quæ diuersis rebus assimulantur, & conformantur, secundum hoc possumus inuenire diuersa sicut, id est, diuersa genera similitudinum. Notemus ergo, quod istud aduerbium Sicut, designat similitudinem

> Virtuosam, & laudabilem,
> Gloriosam & mirabilem,
> Vitiosam & damnabilem,
> Tædiosam, & tristabilem.
> Prima pertinet ad gratiæ professores,
> Secunda pertinet ad criminum executores,
> Tertia pertinet ad gloriæ possessores,
> Quarta pertinet ad inferi habitatores.

B ¶ Dicamus primo aliquid de similitudine perfectorum, quia, scilicet, iusti se debent conformare Deo, angelis, sanctis & bonis personis alijs, & prælatis, iuxta illud Apostoli 1. ad Cor. 7. *Volo omnes esse sicut meipsum.* Sicut enim mare conformat se lunæ, & soli sequitur se conformat soli, ita quod sicut luna, & sol superius mouentur, & disponuntur, sic mare, & solsequium inferius reguntur, & regulantur, quia generaliter omne inferius appetit esse sicut suum superius, sic vere nos qui sumus hic inferius in lacrymarum valle, qui ad modum maris fluimus, & refluimus, & nunquam in eodem statu manemus, & qui more solsequij solem iustitiæ Christum per spem sequimur, & nos ad ipsum per desiderium inclinamus, debemus nostris superioribus per imitationem assimilari, & soli, & lunæ, id est, Deo & sanctis conformari, & sicut se habuerunt, sic & nos debemus moraliter, & virtualiter ordinare Mat. 6. *Sufficit discipulo, quod sit sicut magister eius,* quasi dicat. Sicut filius imitatur patrem, discipulus magistrum atque doctorem, sic homo debet imitari suum creatorem, & quemlibet boni exempli datorem, & collatorem, iuxta illud ad Ephes. 5. *Estote imitatores Dei, sicut charissimi.* Vt sic de tali conformitate exponatur illud quod de angelo dicitur, qui apparuit mulieribus Matt. 28. *Erat autem aspectus eius sicut fulgur, & vestimenta eius candida sicut nix.* Vbi ostenditur, quod nos debemus esse similes Deo, & sanctis in quatuor, videlicet,

> In { Sensus claritate,
> Cordis charitate,
> Morum honestate,
> Carnis puritate.

> Primum probat [illegible],
> Secundum ar[illegible],
> Tertium pudor nitidos. Vestimenta.
> Quartum candor floridus. Sicut nix.

¶ Igitur dico, quod debemus esse sicut sancti in sensus splendore, quod ostenditur cum dicitur. Aspectus eius, [illegible] est, quod oculorum visus. Iusti enim debent [illegible] sicut [illegible] ius aspectus transcendit parietem, quia, scilicet, aspectus discretionis & cognitionis nostræ debet penetrare [illegible] ma, & profunda, non enim debet esse contentus cognitionum exteriorum temporalium, sed vt etiam penetret ad profundum spiritualium, & æternalium vnde Eze[chiel] [illegible] *litudo animalium, & aspectus eorum quasi carbonum ignis ardentium, quasi aspectus lampadarum.* Sequitur. *Statura quoque erat in rotis [illegible] spectus horribilis, & totum corpus plenum oculis in circuitu.* Vt de [illegible] præsentatione dicatur illud Matth. 17. *Resplenduit facies [eius sicut] sol.* Et istud est contra illos quorum aspectus non est sicut [illegible] discretionem, quia, scilicet, magis delectantur aspicere [illegible] ta temporalia quam æternalia, magis sunt dulci [illegible] libus quam in spiritualibus. Similes enim sunt noctuæ, [quarum a]spectus est magis acutior de nocte quam de die. Non [illegible] sed simus similes Deo in sensus splendore.

D ¶ Deinde dico, quod debemus esse similes Deo, & sanctis in cordis ardore. Sicut fulgur inquit. Fulgur est quid ardens nimium, ita quod quicquid tangit, inflammat & vr[it]. Sic debemus ita per charitatem esse flammei, quod nos, & alios D[eo] amore inflammando vide amore esse fulgentes. Sicut fulgur, inquit Matthæi. 24. *Sicut fulgur exit ab oriente, & apparet in occidente: erit aduentus filij hominis,* iuxta illud Eph. 5. *Ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit vos.* & illud Matth. 22. *Diliges proximum tuum, sicut & teipsum. &c.* Tamen de fulgore vide supra est al[iud in] litera F. Simus igitur Deo conformes in cordis feruore. ¶ Tertio quoque dico, quod debemus esse sibi similes in morum decore. Vestimenta inquit. Per vestimenta enim quæ teguntur omnia pudenda, & pudibunda, intelligitur honestas gestus, actus & habitus exterioris, quæ sicut exteriora quædam indumenta corpus hominum exponuntur, & ab ipsis omnia turpia siqua in corde latitant, occultantur, sicut chamæleon qui in pelle colorem omnibus rebus circumiacentibus se conformat. [Sic] nos debemus in moribus exterioribus omnibus bonis personis, & adiacentibus conformari. Vestimenta inquit Matth. 17. *Vestimenta eius facta sunt alba sicut nix.* & Gen. 29. dicitur, quod *vt sensit vestimentorum Iacob fragrantiam, dixit. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni, cui benedixit dominus.* In ista autem exteriori conuersatione potissime debent apparere quatuor spirituales virtutes, scilicet,

> Humilitas in obediendo,
> Stabilitas in sustinendo,
> Sublimitas in contemplando,
> Liberalitas in erogando.

Dico, quod ibi debet esse obedientia, quia, scilicet, *ipse debet* conformare voluntatem suam voluntati Dei, & prælati, & dicere illud Mat. 26. *Verumtamen non sicut ego, sed sicut tu vis.* Item dico, quod ibi debet esse patientia Esa. 53. *Sicut ouis ad occisionem ductus est* & Matth. 10. *Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum &c.* Item ibi debet esse contemplationis eminentia. vnde Esaiæ 53. *Ascendet sicut radix de terra sitienti.* Item ibi debet esse compassionis misericordia Luc. 6. *Estote misericordes, sicut & pater vester misericors est.* Igitur simus Deo similes in morum decore. ¶ Insuper dico, quod debemus esse Deo, & sanctis conformes in carnis candore seu pudore. Sicut nix inquit. Nix enim quæ est candidissima, castitatem designat, in qua nos debemus quantum possumus sanctis hominibus similari. Marc. 9. *Vestimenta eius facta sunt candida sicut nix.* vt sic imiteremur illum, qui dat niuem sicut lanam, nebulam sicut cinerem, &c. Sic igitur patet, quomodo sicut denotat conformitatem vel similitudinem quam gerunt perfecti. F

¶ Secundo dico principaliter, quod sicut quandoque denotat similitudinem quam habent imperfecti, hoc est dictum peccatores. Et circa hoc breuiter nota, quod isti dicuntur Sicut

> Ignis, propter Feruorem crudelitatis,
> Aqua, propter Algorem tepiditatis,
> Cera, propter Fluorem carnalitatis,
> Ouis, propter Errorem simplicitatis.

Locu-

Locusta, propter Ardorem voracitatis,
Vaccæ, propter Feruorem fatuitatis,
Vmbræ, propter Horrorem obscuritatis.

Dico primo, quod peccatores sunt sicut ignis qui comburit syluam, & hoc propter crudelitatem. Ideo Psal. *Sicut ignis qui comburit syluam, & sicut flamma comburens montes.* Item sunt sicut aqua per tepiditatem Psalm. *Sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia ossa mea.* Item sunt sicut cera quæ fluit per carnalitatem. Vnde Psalm. *Super cera quæ fluit auferentur, super cecidit ignis, & non viderunt solem.* Item sunt sicut ouis per simplicitatem Psalm. *Erraui sicut ouis quæ perijt.* Item sunt sicut locusta per voracitatem Psal. *Excussus sum sicut locusta &c.* Item sunt sicut vacca propter fatuitatem Oseæ 4. *Sicut vacca lasciuiens &c.* Item sunt sicut vmbra per obscuritatem, vel etiam per debilitatem & instabilitatem. Vnde in Psal. *Sicut vmbra cum declinat, ablatus sum.* Istud igitur sicut, denotat, si-
H militudinem quam gerunt imperfecti. ¶ Tertio dico principaliter, quod sicut denotat similitudinem quam gerunt beati, & sic dico, quod beati sunt sicut

Sol, propter Splendorem Inobfuscabilem,
Angelus, propter Vigorem indefectibilem,
Deus, propter Honorem inæstimabilem.

Isti enim habent æternum splendorem Matth. 13. *Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum.* Item isti habent æternum vigorem, quia, scilicet, sunt sicut angeli immortales Marc. 12. *In regno illo non nubent neque nubentur, sed sicut angeli Dei sunt.* Item habent supernum honorem, quia, scilicet, sicut isti homines sunt, sic & ipse Deus est homo. Vnde 1. Ioan. 4. *Fiduciam habeamus in die iudicij, quia sicut ipse est, & nos sumus* Et sic dico, quod sicut denotat simi-
I litudinem quam gerunt beati. ¶ Quarto dico, quod sicut denotat conformitatem quam gerunt damnati. Et sic dico, quod isti sunt, Sicut

Fulgur igne inflammati,
Oues à lupis deuorati,
Greges valde dissipati.

Sunt dico sicut fulgur quod semper inflammatur Luc. 10. *Videbam Satanam sicut fulgur de cælo cadentem.* Item sunt sicut oues quæ à lupis deuorantur Psal. *Sicut oues in inferno positi sunt, mors depascet eos.* Item sunt sicut grex qui valde dissipatur Mat. 9. *Erant vexati & iacentes sicut oues non habentes pastorem.* Hoc igitur de Sicut sufficit. Vide in tit. de Quasi, de Secundum, de Velut, de Vt, de Tanquã. & infra de Similitudine &c.

A **Signum. Signare.** Cum signum dicatur omne illud quod est alicuius rei futuræ vel occultæ significatiuũ, possumus dicere, quod quælibet virtus potest aliqualiter dici signum. Signat enim signũ, quod gratia latet inferius, & quod gloria venit finaliter & posterius. Virtus enim signum est gratiæ, & gratia est arrha futuræ gloriæ. Deus enim signat suos gratijs & virtutibus, vt esse sui ab omnibus cognoscantur, & ne ab alijs, scilicet, à dæmonibus infestentur. Nam sicut vexillum regium ante domum ponitur, in signum quod ipsa est in saluaguardia & protectione regis, sic Deus signa diuersarum virtutum in suis ponit, ad ostendendum quod ipsos suos reputat, & in sui tuitione reponit. Breuiter igitur notabo quod tam in bono, quam in malo significato inuenio primo, scilicet, Signum

Redemptionis,
Defensionis,
Perfectionis,
Infectionis,
Damnationis,
Saluationis.

Signum redemptionis est Christi incarnatio, de quo Esaiæ 7. *Pete tibi signum à Domino Deo tuo:* sequitur: *Propter hoc dabit dominus ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet & pariet filium &c.* Signum defensionis est crucis eleuatio, de quo Esaiæ 5. *Leuabit Dominus signum in nationes.* Signum perfectionis est virtutum decoratio, de quo Ecclesiastic. 45. *Corona aurea super mitram eius expressa signo sanctitatis. gloria honoris. & opus fortitudinis* Signum infectionis est culparum maculatio, quia, scilicet, peccata sunt quædam signa quibus diabolus ita signat homines, quod faciliter ab alijs cognoscuntur, de quo Ezech. 16. *In cunctis plateis ad omne caput viæ signa ædificasti prostitutionis tuæ*, & loquitur animæ peccatrici. Signum damnationis est tormentorum flagellatio, de quo Thren. 3. *Posuit me quasi signum ad sagittam.* Signũ saluationis est præmiorum cumulatio, de quo Apocalyp. 12. *Signum magnum apparuit in cælo, mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim.* Mulier enim ista, est anima beata, quæ sole, id est, immortali claritate tegitur, & quæ lunam, id est, fluxibilem mortalitatem calcat, & quæ duodecim stellis, id est, duodecim cœli gaudijs coronatur. Istis igitur duobus omissis, dicamus aliquid de quatuor generibus primorum signorum.

¶ Dicamus igitur primo aliquid de signo incarnationis Chri- B
sti. Christi enim incarnatio fuit vnum valde mirabile signum, nullus enim potuit ipsum facere nisi Deus, iuxta illud Io. 3. *Nemo potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi Deus fuerit cum eo.* Vnde possumus notare, quod in Christi incarnatione fuerunt quatuor notabilia signa, quia, scilicet,

Stabilitas fuit Immutata,
Virginitas fuit Imprægnata,
Seueritas fuit temperata,
Sublimitas fuit inclinata.

¶ Dico quod fuit immutata Dei stabilitas. Quodam enim mo- C
do fuit immutatus ille qui est immutabilis & æternus, quando de immortali factus est mortalis. Et istud est illud signum quod fecit Moyses coram Pharaone, quando *virgam suam proiecit in terram, & mutata est in draconem*, sicut dicitur Exod. 5. Quia vere Moyses, id est, Deus pater volens coram Pharaone, id est, coram humano genere sicut ioculator mirabilis facere signa sua, virgam suam, id est, filium suum benedictum, qui virga est virtutis Dei, proiecit in terram, id est, in beatam virginem, vbi per carnis assumptionem in serpentem, id est, in similitudinem carnis peccati fuit mutatus, & in hominem transformatus. Fuit igitur immutata Dei stabilitas. ¶ Deinde dico, quod fuit mira- D
bile signum, quia fuit impręgnata matris virginitas. Et sic figurata fuit in Aaron, quæ sicca floruit, & flores & fructus produxit, sicut dicitur Nu. 17. Vnde ibidem dicitur *Refer virgam Aaron in tabernaculum testimonij, vt seruetur in signum.* Virga enim ista de radice Iessæ, id est, beata virgo quamuis sicca sine carnalitatis humore semper fuerit per virginitatem, florem tamen & fructũ, id est, ipsum Dei filium produxit, qui nequam adhuc nascitur. Et de isto signo dicitur illud prædictum Esa. 7. *Dabit Dominus ipse vobis signum, ecce virgo concipiet &c.* Vt de beata virgine dicat humanum genus illud Deuterono. 22. *Hæc sunt signa virginitatis filiæ meæ.* Fuit igitur impraegnata matris virginitas. ¶ Denique ter- E
tium signum fuit, quod ibi fuit temperata Dei seueritas. Et nunc fuit figuratum in Assuero, qui ita erat rigidus & austerus, quod nullus sub pœna mortis erat ausus ingredi ad ipsum nisi vocatus, nisi forte virgam auream quam tenebat, in signum clemẽtiæ tenderet, & ideo dicitur, quod *regina Hester isti regi placuit, & virgam auream pro signo clementiæ sibi tetendit*, & sic dicta regina Hester reconciliationem populi sui, qui ad mortem adiudicatus fuerat, pro qua ad regem intrauerat, impetrauit, sicut dicitur Hest. 4. & 8. Sic vere charissimi cum tanta esset regis Assueri, id est, Dei patris seueritas, quod totum populum morti infernali adiudicauerat, quod nullus intrare ad eum poterat, nisi primo virgam suam, id est, filium suum benedictum pro signo reconciliationis extenderet in hunc mundum, tandem ad reginam Hester, id est, ad beatam virginem in signum clementiæ fuit per incarnationem extenta, & sic populo, id est, humano generi venia est obtenta, & tota seueritas temperata, iuxta illud Gen. 9. *Arcum meum ponam in nubibus*, id est, filium meum ponam in Mariæ puris visceribus, *& erit signum fœderis inter me & terram.* Est igitur temperata Dei seueritas. ¶ Insuper quartum signum F
fuit quod ibi fuit inclinata cœli sublimitas. Magnum enim signum & mirabile esset, si cœlum ad terram descenderet Esaiæ 64. *Vtinam dirumperes cælos, & descenderes.* Istud signum fuit bene figuratum in Ezec. 4. Reg. 19. Cum enim sibi infirmanti sanitas promitteretur, pro signo suæ futuræ sanitatis sol reuersus est decem lineis in horologio Achaz. Ita quod tum (sicut dicit ut Eccles. 46.) *facta est vna dies quasi duarum*, quia (vt dicitur Eccles. 48.) *retro rediit sol vt adderet vitam regi.* Rex iste est humanum genus, quod super alias creaturas mundi regnat. Quia igitur sanitas redemptionis fuerat humano generi per prophetas promissa, hinc est, quod pro signo suæ sanitatis perficiendæ, sol, id est, Dei filius in horologio corporis virginalis vsque ad humilitatem incarnationis retrocessit, & hoc per 10. lineas, id est, vsque ad decimum ordinem, qui de hominibus constituitur, nouem, scilicet, angelorum ordinibus prætermissis. Vnde de isto signo humilitatis potest dici illud Lucæ. 2. *Et hoc vobis signum, inuenietis in-*

*is infantem pannis inuolutum positum in præsepio.* Et sic potest humana natura dicere illud Dan. 13. *Signa & mirabilia fecit apud me Deus excelsus placuit mihi prædicare signa eius, quia magna sunt, & mirabilia eius, quia fortia.* Et ideo de istis multiplicibus signis potest exponi illud Luc. 21. *Erunt signa in sole & luna & stellis.* In sole enim, id est, in filij diuinitate, in luna, id est, in matris virginitate, in stellis, id est, in sanctorum communitate, fuerunt tunc temporis multa signa, quia, scilicet, sicut dicitur Act. 2. *Per Apostolos multa signa & prodigia fiebant in Hierusalem.* Et aduerte, quod ista tria horum. Erunt signa. Tria signa quæ fecit Deus hominibus videtur includere, scilicet,

Signum { Amoris, Terroris, Stuporis.

G ¶ Signum amoris est delectabile, sicut osculum dilecto impensum. Signum terroris est formidabile, sicut patibulum latroni ostensum. Signum stuporis est admirabile, sicut miraculum de nouo factum. Et istud triplex signum legitur ostendisse Deus quando ad ostendendum amorem de istu fecit signum in sole Ios. 10. *quando sol stetit in medio cœli, & non festinauit occumbere spatio vnius diei, vt populus Israel se vindicaret de suis inimicis.* Ad incutiendum terrorem, sicut faciet in die iudicij vel in aduentu, sicut dicitur Ioan. 2. *Sol conuertetur in tenebras.* & Matt. 24. *Post tribulationem dierum illorum obscurabitur sol:* & Apoc. 6. vbi dicitur, quod *sol factus est niger sicut saccus cilicinus.* Sed ad inducendum stuporem fuit signū quando *sol reuersus est in decem lineis per gradus quos ascenderat in horologio Achaz.* 4. Reg. 20. & ideo Gen. 1. *Cumque Dominus fecisset duo luminaria, dixit quod essent in signa.* Certe beata virgo comparatur soli aptissime, quia sicut sol materialis cæteras stellas & planetas excedit in quatuor, vel extra quatuor, quia, scil. Sol est maioris

Splendoris in claritate,
Feruoris in caliditate,
Valoris in fœcunditate,
Dulcoris in suauitate.

Sic beata virgo comparatur soli in claritate, patet, quia habuit inter omnes gratiam Dei, non solum sicut & cæteri fidem, imo experimentalem cognitionem, nam ipsa sciuit se sine virili semine concepisse, sine dolore peperisse, & multa alia. Ideo dicamus quod Virgo fuit

Clarior in cognitione,
Feruentior in dilectione,
Fœcundior in operatione,
Dulcior in exauditione.

Vnde ipsa sola fides in passione remansit Luc. 2. *Maria autem conseruabat omnia verba hæc in corde suo &c.* ¶ Nota sex conditiones quas beata virgo seruauit, videlicet,

Viuendo innocenter,
Inquirendo sapienter,
Conferendo libenter,
Memorando frequenter,
Obediendo humiliter,
Continuando perseueranter.

Habuit puritatem incorruptionis, quia Virgo. Sedulitatem inquisitionis. Quomodo fiet istud? Vtilitatem collationis. Conferens in corde suo. Assiduitatem rememorationis. Conseruabat omnia verba hæc. Humilitatem obeditionis. Ecce ancilla Domini. Firmitatem continuationis Actor. 1. *Hi omnes erant vnanimiter perseuerantes in oratione cum mulieribus & Maria matre Iesu.* Item ipsa fuit feruentior in dilectione. Patet in passione filij sui Domini nostri, nec mirum si vnicum filium diligebat summe. Item ipsa fuit fœcundior in operatione. Vnde beatus Ambros. in lib. 2. de virginitate dicit. *Quid nobilius Dei matre, quæ omnium regum nobilissimum genuit Deum? quid splendidius est ea, quam splendor elegit? quid castius est ea, quæ corpus sine corporis contagione generauit? vt de cæteris virtutibus taceam, virgo erat non solum corpore sed etiam mente, corde humilis, verbis grauis, animo prudens, loquendi parcior, legendi studiosior, non in numero diuitiarum, sed in prece pauperum spem reponens, intenta operi, verecunda sermone, arbitrium habens non hominem, sed Deum quærere, nullum lædere, omnibus bene velle, maioribus assurgere, rationem sequi, virtutem amare. Quando ista sollicitauit humilem? quando deseruit debilem? quando vitauit inopem? nihil est in oculis toruum, nihil est in verbis procax, nihil in actu verecundum, non gestus fractior, non incessus solutior, non vox petulantior, vt ipsa species corporis simulachrum* fuerit mentis, *figura probitatis, talem hanc euangelista demonstrauit, talem Angelus reperit, talem spiritus sanctus elegit, quæ digna fuit ex qua filius Dei nasceretur.* Item ista fuit suauior in exauditione. Vnde beatus Bernard. in quodam sermone dicit. *Ille solus sileat ô beata virgo Maria laudes tuas, qui te fideliter inuocatam senserit vnquam in suis necessitatibus defuisse.* Et quid mirum si inuocata adest, quæ etiam non vocata præsto adest? Item in alio sermone. Maria omnibus omnia facta est, sapientibus & insipientibus copiosissima charitate debitricem se fecit, omnibus misericordiæ saccum aperuit, vt de plenitudine ipsius accipiant vniuersi, captiuus redemptionem, æger curationem, tristis consolationem, peccator veniam, iustus gratiam, angelus lætitiam, deinde tota trinitas gloriam. Dictum est igitur de signo nostræ redemptionis, scilicet, de Dei filio incarnato. ¶ Secundo principaliter dicendum est de signo nostræ defensionis, scilicet, de signo [illegible]is. H
Crucis enim signum significat dominicam passionem, nostram per lignum saluationem, hostium exterminationem, paradisi apertionem. Et sic breuiter notabo quod Crux est signum

Amoris,
Valoris,
Terroris,
Honoris,
Decoris,
Defensionis.

Est dico crux signum amoris. Sicut enim color rubeus significat calidam & feruidam complexionem, sic vere crux Christi sanguine rubefacta signum summi amoris & feruidi fuit facta. Vt sic ab ipsa cruce dicatur illud Cant. 8. *Pone me vt signaculum super cor tuum.* Item dico, quod est signum valoris, & sic figuratur per serpentem æneum pro signo in palo eleuatum, quem aspicientes à serpentium morsibus sanabantur Num. 21. *Fac serpentem æneum, & pone eum pro signo &c.* Quia scilicet signum crucis & serpentis, id est, Christi in eo pendentis aspexeris, ab alijs serpentibus scil. dæmonibus saluus eris. Christus enim crucifixus fuit signum, quia *positus est in ruinam & resurrectionem multorum & in signum cui contradicetur.* Luc. 2. Item dico, quod crux est signum terroris. Signum enim & vexillum magni ducis, terrori est ipsis inimicis, signum enim saluegardiæ regis solent homines timere, & ne contra faciant pauere. Sic vere lignum crucis ab hostibus infernalibus timetur, & vbi in corde deuoto & in conuersatione sancta signum illud viderint, statim retrocedere compelluntur. Vnde etiam diabolus de Iudæo qui signum crucis fecerat, inuenisse se dixit vas vacuum, sed signatum, sicut dicitur in vitis patrum. Et ideo in Ps. dicitur. *Timebunt qui habitant terminos terræ à signis tuis.* Vt & nos dicamus. Ecce signum domini, fugite partes aduersæ, quia hoc signum crucis erit in cœlo cum dominus ad iudicandum venerit. Item dico, quod crux est signum honoris. Illi enim qui portant signa & arma regis, sibi reputant ad [illegible]tem, sic vere illi qui istud crucis vexillum portant in corpore & in opere & in corde, vt sic eius dicatur expressa sig[illegible]tis, gloria honoris, & opus fortitudinis. Item dico, quod est signum decoris, quia certe istud signum totam decorat conuersationem fidelium, quando ipsum in seipsis per bona opera portant Psalm. *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine.* Item dico, quod crux signum est defensionis. Per istam enim ab hostibus defendimur, & à periculis mortis æternæ præseruamur. Iuxta illud Ezec. 9. *Signa Thau super frontes virorum gementium & dolentium &c.* Et dicitur ibidem, quod *omnes illi qui signati fuerunt, à morte præseruati fuerunt, omnes autem alij perierunt.* Thau autem litera est quæ signum crucis repræsentat. Quia pro certo qui istud signum in fronte, id est, interiori & exteriori conuersatione habuerit, à mortis æternæ periculo tutus erit. Sic ergo dictum est de signo defensionis scilicet de cruce ¶ Tertio p[rin]cipaliter dico de signis perfectionis. Et sic dico, quod per signa possunt intelligi gratiæ & virtutes, quibus viri iusti sicut peregrini tendentes ad cœlestem gloriam sunt signati. Peregrini [enim] portantes signa sanctorum, viri deuoti iudicantur, & suum hospitium reueri merito æstimantur. Pauperes portantes signum, recipiuntur in conuiuium. & oues pr[o] pastore signatæ, in domicilium introducuntur. Sic p[ro] charissimi, illi qui signa virtutum secum portant, de pere[grina]tione huius mundi ad cœli patriam properant, & ad [illegible] gis conuiuium sine refutatione intrant. Igitur angelus q[ui ha]bebat signum Dei, legitur dixisse Apoc. 7. *Signemus seruos Dei no-*

*stri, in frontibus eorum.* Vt cuilibet virtutibus signato dicatur illud Ezech. 28. *Tu signaculum similitudinis, plenum sapientia, perfectum decore &c.* Et potes hic ponere quomodo equi boni, species & moneta certo signo cognoscuntur. Et applica similiter quo modo iusti certis signis cœlestibus comparatur. Et nota de septem sigillis alio loco. Et aduerte quomodo diuersa diuersis causis soleat signari. Signatur enim

Litera vt expediatur,
Arca ne aperiatur,
Locus vt inueniatur,
Rex vt cognoscatur,
Mercatura vt bona dicatur,
Domus ne plus inuadatur.

Istis signis procul dubio charissimi signat Deus signis virtutum viros sanctos &c. Vide in sermone. *Audiui numerum signatorum.* Vbi de sigillis septem & de signatione virtutum inuenies ad plenum, & pone totum hic. Istud est dictum de signo perfectionis.

K ¶ Quarto principaliter dico, quod in scriptura inuenitur signum corruptionis, correptionis, vel infectionis. Homines enim & porci leprosi cognoscuntur per certa signa, sic pro certo peccatores & infecti & corrupti per certa indicia cognoscuntur. Vnde nota, quod peccator cognoscitur per Signum

Superbiæ & pompositatis,
Luxuriæ & carnalitatis,
Malitiæ & fallacitatis,
Auaritiæ & cupiditatis.

L ¶ Dico ergo, quod sunt quædam signa superborum, & ista sunt eleuatio oculorum, curiositas vestimentorum, iactantia verborum, & similia. De hoc Hester 14. *Tu scis quod abominer signum superbiæ quod est super caput meum.* Superbia enim signo leonis comparatur, in cuius constellatione nati, iracundi & superbi efficiuntur. Est enim signum igneum & diurnum, quod est de prima triplicitate, quia, scilic. superbia homines facit vanos, igneos & crudeles, primam triplicitatem, id est, prima loca diligentes, & diem manifestationis suorum, laudabilium operum

M appetentes. ¶ Item est signum immundorum, quia pro certo luxuriosi cognoscuntur per plura signa mala. Luxuria enim similis est signo capricorni, quod homines facit turpes, & per se in immunditijs delectantes. Est enim signum terreum, & nocturnum in quo dominatur Saturnus. Sic vere luxuria homines turpes, & infames facit, ipsosque ad delectationem immunditiarum afficit, & nocturnum signum dicitur, eo quod in obscuro, & in occulto opera sua facit. Et de isto signo luxuriæ dicitur Apoc. 13. quod *bestia quæ ascendit de abysso, faciebat signa, ita vt ignem faceret de cælo descendere.* Bestia enim, id est, bestialitas luxoriæ quæ de abysso, id est, de insatiabilitate carnis ascendit, ignem malorum desideriorum in hominibus accendit, & tunc plura mala signa exterius ostendit. Vnde luxuriosis personis dicitur illud prædictum Eze. 16. *Fecisti tibi prostibulum in cunctis plateis, & ad omne caput viæ, id est, publice.* Quia, scilicet, mali ornatus, dissoluti gressus, & inhonesti affatus, ac immundi aspectus, quæ à mulieribus in publico fiunt, signa luxuriæ sunt manifesta. Equo enim qui est vendendus, ponitur certum signum super caput. Sic istis &c.

N ¶ Item dico, quod est signum proditorum hominum, & istud est signum hypocrisis, & fallacis amicitiæ. Signum enim quandoque est falsum, quod, scilicet, non suum repræsentat significatum. Vnde latrones quandoque ponunt signa publica in vijs periculosis, vt homines istis signis inducti, & decepti, ad periculum trahantur, sic diabolus ponit falsa signa hypocrisis in malis hominibus, & proditoribus, vt per eos leuius transeuntes per mundum ad inferni periculum trahantur. De quibus Matt. 24. *Surgent Pseudochristi, & Pseudoprophetæ, & dabunt signa, & multos seducent.* Istud signum simile est signo scorpionis, quia scorpio facie lambit, & cauda pungit. Sic proditor osculando blanditur, & tamen blandiendo decipit atque lædit Matth. 26. *Traditor autem dedit eis signum, dicens: quemcunque osculatus fuero, ipse est, tenete*

O *eum* ¶ Item est signum auarorum, & istud est signum Cain (qui interpretatur possessio,) scilicet, tremor capitis, quia, scilicet, solent continue formidare De illis igitur malis signis vide infra de inuentionibus septem sigillorum. Et hæc igitur sufficiant quo ad præsens.

A **Silentium. Silere.** Nota, quod silere accipitur pro tacere, accipitur pro quiescere, accipitur pro cessare, accipitur pro non audere. Pro tacere sumitur 1. Mach. 7. *Siluit terra Iuda per paucos dies.* Pro quiescere sumitur Iob 3. *Nunc enim dormiens silerem, & somno meo requiescerem.* Pro cessare sumitur Hier. 47. vbi dicitur. *Mucro Domini ingredere in vaginam tuam, & refrigerare, & sile.* Pro non audere sumitur 1. Mach. 1. vbi de Alexandro dicitur, quod *ipse obtinuit spolia gentium. & siluit terra in conspectu eius.* Non prosequor, quia infra de Taciturnitate dicetur, & quære in loco suo.

**Similitudo.** Nota, quod in scriptura inuenitur multiplex similitudo, scilicet, A

Quædam { Admirabilis, & stupenda,
Laudabilis, & habenda.
Damnabilis, & cauenda. }

Prima est similitudo Christi incarnati,
Secunda est similitudo iusti reparati,
Tertia est similitudo impij damnati.

Primo modo fuit Christus mortalibus assimilatus, quia sicut dicitur ad Phil. 2. *Ipse fuit in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo.* Secundo modo iustus semper est melioribus conformatus Luc. 12. *Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando reuertatur à nuptijs* Tertio modo impius semper est deterioribus comparatus, quia sicut dicitur in Psal. *Homo vanitati similis factus est.* Et de ista igitur triplici similitudine aliquid est per ordinem dicendum. ¶ Dicamus ergo primo, quod est similitudo mirabilis & gloriosa, & ista est illa qua Deus similis factus est hominibus per carnis assumptionem, & per mortalem conditionem, & complexionem. Sol enim videtur aliquando eclipsari, & obscurari ad similitudinem lunæ, quamuis in veritate nec eclipsetur nec mutetur, hoc enim facit vmbra, & interpositio lunæ, quæ quandoque visum solis impedit, quando sibi in nouilunio se coniungit. Sic vere ipse sol Dei filius ad lunæ, id est, ad mortalis, & fluxibilis naturæ similitudinem obscuratus fuit quando ipsi lunæ, id est, mortali & carnali naturæ extitit vnitus, & coniunctus, quamuis in rei veritate nunquam in se fuerit immutatus, iuxta illud Malach. 3. *Ego Dominus, qui non mutor.* Vnde de ista similitudine dicitur ad Rom. 8 quod *Deus filium suum misit in mundum in similitudinem carnis peccati.* Radius enim transiens per vitrum, vitri colorem, & similitudinem secum portat, & tamen vitrum non violat neque cassat. Sic vere cum Christus per carnem virginis transiuit, ipsam non corrupit nec violauit, & tamen carnis similitudinem, scilicet, corpus proprium, quod assumpsit, secum traxit. Vnde iste videtur posse dicere illud quod Samson, Iud. 6. *Si ligatus fuero nouis funibus qui nunquam fuerunt in opere, infirmus ero, & aliorum hominum similis.* Noui enim funes fuerunt viscera virginis gloriosæ, quorum amor Samsonem Dei filium traxit, & ligauit, quæ in opere carnali nunquam fuerunt, in quantum illam per carnis copulam nullus hominum maculauit. Istis igitur ligatus, infirmus factus est carnem assumendo, & similis alijs hominibus humanitus conuersando, dicens illud Sap. 7. *Sum quidem & ego mortalis homo, similis hominibus.* ¶ Vbi aduerte, quod iste similis est hominibus, C scilicet, quantum ad

Naturæ veritatem,
Propriam diuinitatem,
Corporis qualitatem,
Intimam charitatem,

Primum probat realis quidditas. Sum quidem,
Secundum probat nominis dignitas. Ego,
Tertium probat carnis raritas. Mortalis homo.
Quartum probat communis paritas. Similis hominibus.

Dico quod Deus est similis nobis quantum ad naturæ veritatem: Veram enim carnem habuit, & non fictam, sicut dixerunt hæretici, quod ostenditur cum dicitur. Sum quidem. Vnde cum discipuli turbarentur de Christo, dicentes *quia phantasma est*, ipse respondit *Habete fiduciam, quia ego sum* q. d. non sum phantasticus, imo verus. Vt sic ei dicatur illud Esa. 14. *Et tu vulneratus es sicut & nos, nostri similis effectus es.* & illud Exod. 4. *Erat similis carni reliquæ.*

¶ Deinde dico, quod nobis est similis quantum ad propriam D diuinitatem. Ego inquit, quod est primæ personæ, signans illum qui dicit. *Ego sum primus, & nouissimus.* Esa 44. Quia, scilicet, Deus habet similitudinem cum anima rationali quantum ad intellectum, memoriam, & voluntatem, dicens illud Gen. 2. *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram.*

¶ Denique dico, quod est nobis similis quantum ad corpo- E ris

cis qualitatem, quia scilicet, ipse fuit mortalis homo. vnde ad Phil. 2. dicitur, *quod ad similitudinem hominum factus est, & habitu inuentus vt homo, humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem.*

F ¶ Insuper fuit nobis similis quantum ad mutuam charitatem. Similis inquit hominibus. Similitudo enim signat amorem, quia, scilicet, similitudo mater est amicitiæ, Christus autem hominibus se charitatiue assimilauit, & omnium salutem appetens se diuersis diuersimode conformauit. Vnde & aliquando cum Apostolis orabat, aliquando cum peccatoribus manducabat. Vt de ipso dicamus illud Iacob. 5. *Helias homo erat similis nobis.* Et ideo finaliter propter istam quadruplicem similitudinem quam ad humanum genus habuit, sancti in gloria summe gaudebunt, quando Deum sibi similem videbunt, iuxta illud 1. Ioa. 3. *Scimus quoniam cum apparuerit similes ei erimus.* Ista est igitur similitudo mirabilis, & gloriosa. Verumtamen adhuc possumus dicere, quod iste secundum diuersas conditiones ad diuersas refertur assimilationes. Vnde iste dicitur similis Homini quantum ad incarnationem. Boui quantum ad passionem. Leoni quantum ad resurrectionem. Aui, scilicet, aquilæ quantum ad ascensionem. Iste figuratur in similitudine quem vidit Ezechiel, qui vidit vnum animal quod erat simile in quatuor suis partibus quatuor dictis animalibus &c. Vnde ipse de seipso potest dicere illud Psal. *Similis factus sum pellicano solitudinis, factus sum sicut passer solitarius in tecto.* Narra si vis de pellicano, qui se vulnerat pro viuificatione pullorum &c. Ista est ergo similitudo mirabilis & gloriosa.

G ¶ Secundo dico, quod est quædam similitudo laudabilis, & virtuosa, & ista est illa qua quilibet debet esse pro posse suo similis, scilicet, Deo, & sanctis, quamuis enim dicatur illud Psalm *Non est similis tui in dijs domine, & non est secundum opera tua,* nihilominus tamen in quantum est humanæ conditioni possibile semper debet homo conari, quod Deo & sanctis in virtutibus assimiletur, & quod eis in moribus conformetur. Omnia enim appetunt assimilari principio, & suo esse. Et inde est, quod in omni perfecta generatione semper producitur simile, sicut de homine generatur homo, de frumento frumentum, de vite vinum, & sic de alijs, quamuis in imperfecta productione quandoque dissimile, de dissimili oriatur, sicut patet, quia pediculus nascitur de homine, & vermis de carne. Sic proculdubio charissimi nos debemus naturaliter appetere assimilari in moribus Deo, & sanctis, qui fidei, & salutis nostræ sunt causa, & totius bonitatis principium, & origo Gen. 1. *Faciamus hominem ad similitudinem nostram.* Sapphirus enim quanto est melior, tanto est colori cœlesti propinquior, & similior, sic pro certo illi, qui sunt in moribus meliores, sunt in colore, i. in conuersatione cœlo, i. cœlestibus hominibus similiores. Vnde sic dicat homo illud Es. 14. *Ascendam in cælum, super astra cæli exaltabo solium meum similis ero altissimo.* Vide eam supra de Ascendere. Vt & sic figuretur homo in illis similitudinibus, de quibus 3. Reg. 7. dicitur, quod *Salomō sculpsit in tabulis Cherubin leones, & palmas, & similitudinem hominis*

H *stantis* ¶ Vbi aduerte, quod nos debemus Deo, & sanctis in quatuor conditionibus assimilari, videlicet.

In scientiæ splendore limpido, [Cherubin,]
In audaciæ rigore feruido, [Leones,]
In clementiæ dulcore fluido, [Palmas,]
In constantiæ vigore solido, [Hominis stantis.]

Igitur simus homines Similes viris

Limpidis & prudentibus,
Rigidis & audacibus,
Fluidis, & clementibus,
Solidis & constantibus.

Dico, quod debemus esse similes viris prudentibus & limpidis. Et istud denotat similitudo Cherubin, quæ erat quædam figura vergens ad similitudinem aquilæ, quæ est auis clarissimi visus. Et denotat illos qui in templo Ecclesiæ visum discretionis, & prudentiæ habent clarum, & ita quod prudenter vident, considerant & cognoscunt illa quæ pertinent ad salutem Deut. 28. *Adducet dominus super te gentem in similitudinem aquilæ volantis.* Vt sic figurentur tales in illis similitudinibus animalium quæ vidit Ezechiel. *vbi erat similitudo aquilæ, & similitudo animalium, & aspectus eorum quasi carbonum ignis ardentium, & quasi aspectus lampadarum,* sicut dicitur Ezech 1. Quia pro certo charissimi inter sancta animalia, id est, inter sanctos viros illi sunt præcipue admirandi, qui sunt similes Aquilæ clare videnti per splendorem sapientiæ. Carboni ardenti per seruorem amicitiæ. Lampadi splendenti per fulgorem honestæ apparentiæ. Et istud etiam signat ista interpretatio nominis Cherubin, quia, scilicet, Cherubin secundum Hiero. interpretatur scientiæ plenitudo. Et ideo de similitudine talium potest dici illud 1. Paral. 28 *Dedit ei aurum mundum vt ex ipso fieret similitudo quadrigæ Cherubin.* Et Ezec. 27. dicitur. *Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia, & perfectus decore.* Sequitur. *Tu Cherub extentus, & protegens.* Vide si vis supra de Cherub. Simus igitur similes, vt dictum est, viris prudentibus, & prouidis. ¶ Si- I
mus etiam similes viris audacibus, & rigidis. Leones inquit quia, scilicet, ad modum leonum debemus esse audaces ad omne opus bonum agendum, quia, scilicet, sicut dicitur Prouer. 30. *Leo fortissimus bestiarum ad nullius pauebit occursum.* Ista potissime pertinent ad prælatos, qui debent esse rigidi, & sæui in iustitia prosequenda. Ista etiam apparuerunt in martyribus, qui audaciores leone tyrannis intrepide restiterunt. Leones inquit. Vt sic de quolibet tali dicatur illud 1. Mach. 3. *Similis factus est leoni in operibus suis.* Vide supra de Leone, & assimila virum iustum quibus volueris conditionibus. Leones inquit. ¶ Simus insuper si- K
miles viris clementibus & fluidis, palmas inquit. Palma enim quæ fructus dulces dactylorum producit, propter quod ab elephantibus frequentatur, viros misericordes designat, qui portant fructum dulcem misericordiæ, & operum pietatis, quo, scilicet, elephantes, id est, pauperes nutriunt, qui ipsos frequentant, & circumeunt. Vnde de assimulatione virorum piorum, & clementium dicitur Lucæ. 10. Vbi dominus perijt quis videretur proximus illi sauciato, & respondit legisperitus, quod ille *qui misericordiam fecerat in illum.* Christus vero dixit ei. *Vade, & tu fac similiter.* Palmas inquit. Vt sic dicat quilibet pauperum illud Canticorum 7. *Ascendam in palmam & apprehendam fructus eius.* Vide supra de palma, & compara virum pium etiam in al[ijs] conditionibus palmæ. Similes ergo simus viris clementibus, & fluidis.

¶ Denique simus similes viris constantibus, & solidis. Et similitudinem inquit hominis stantis. Stare enim constantiam signat, & virtutem, sicut cadere designat inconstantiam, & infirmitatem. Quia proculdubio nos debemus esse similes sanctis viris, qui in fide & in moribus fuerunt stabiles, & manentes, vt simus similes non stellis erraticis, imo fixis, quæ scilicet hærent perpetuo firmamento, iuxta illud 1. ad Corinth. 10. *Qui stat, videat ne cadat.* Similitudinem inquit hominis stantis. Vnde Lucæ 12. *Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum.* Vide infra de Stare. Et sic igitur dico, quod nos debemus esse similes viris constantibus, clementibus, audientibus, & prudentibus. Quæ tamen proculdubio sunt hodie contra multos qui magis volunt, & student esse similes malis personis, quam bonis viro, impijs quam honestis, vnde proculdubio charissimi isti non sunt Cherubin similes, seu aquilæ, sed noctuæ, non leonibus, sed leporibus, non palmæ, sed spinæ, non homini stanti, sed potius homini corruenti. Isti enim non habent more aquilæ, [visus] claritatem, sed potius more noctuæ oculorum cordium cæcitatem. Isti etiam more leonis non sunt audaces, sed more leporum sunt fugaces. Isti insuper more palmæ non sunt hominum per eleemosynas nutritiui, sed more spinæ sunt eorum rapinis, & exactionibus pungitiui. Isti nihilominus more hominis stantis non sunt in bono perseuerantes, sed potius more ruentis hominis ab omni bono opere desistentes. Et ideo breuiter de istis potest dici illud Lucæ 8. quod *similes sunt pueris sedentibus in foro,* quia scilicet puer nec est sagax, nec est audax, nec est per eleemosynam fluidus, nec est per constantiam solidus. Non habeamus igitur similitudinem sicut isti pueri qui non sunt per constantiam solidi. Non sic charissimi, sed habeamus bonam similitudinem, & non malam, quia sicut dictum est quædam est similitudo laudabilis, & virtuosa. De hoc autem quod homo libenter assimilatur illi, cui associatur, vide infra de societate.

¶ Tertio dico, quod est quædam similitudo vitiosa, & damnabilis, & ista est illa qua mali alijs malis libenter assimilantur. Quia sicut cera mutat dispositionē suam, & figuram suam ad dispositionem sigilli, quod ei imprimitur, & sigillo similis efficitur, sic vere homo aliorum moribus se assimilat, & sic quando eis per societatem adiungitur, ipsorum malis impressionibus & conditionibus se conformat, iuxta illud Pro. 13. *Amicus stultorum similis efficitur.* Possum igitur notare quod mali libenter se conformant.

Viri

Viris {
Impijs & crudelibus,
Immundis & carnalibus,
Auaris & tenacibus,
Hypocritis & fallacibus,
Superbis & inanibus,
Lasciuis & ludentibus,
Obstinatos & seipsos indurantibus.
}

Habent igitur isti similitudinem crudelium. Vnde isti sunt fi-
gurati in illa horribili bestia de qua fit mentio Apoc. 13. de qua
ibidem dicitur, quod *similis erat pardo*. Pardus enim est animal
crudele ad sanguinem præceps valde. Item gerunt similitu-
dinem carnalium. Vnde isti sunt similes bestijs, quæ naturaliter
sunt immundæ. Eccl. 3. dixi *de filijs hominum vt probaret eos Deus, &*
*ostenderet eos esse similes bestijs* Vnde de luxuriosis dicitur Hier. 23.
*In prophetis Hierusalem vidi similitudinem adulterantium*. Item gerunt
similitudinem tenacium. Et sic similes sunt vrso, qui cibos
suos nulli vult libenter dimittere, sic nec auarus bona sua: Vn-
de Dan. 7. *Ecce bestia alia similis vrso in parte*. Item isti gerunt simi-
litudinem fallacium hypocritarum, de quibus Mat. 23. *Væ vo-*
*bis hypocritæ, qui similes estis sepulchris dealbatis* Item gerunt similitu-
dinem inanium, de quibus Psalm. *Homo vanitati similis factus est*.
Item gerunt similitudinem ludentium, quia, scilicet, isti nihil a-
liud quærunt, quam in ludis & spatiamentis occupari. Matt. 11.
*Similis factus est pueris ludentibus in foro*. Item gerunt similitudinem
seipsos indurantium, vnde Iob 38. *In similitudinem lapidis induran-*
*tur aquæ* Hoc igitur de similitudine sufficit. Vide supra de Ima-
gine, de Imitari, de Sicut, de Qualis, & in alijs similibus, & infra
vide de Societate.

## Simon.

Vide supra in tit. Beatitudo, in illa auctoritate. Beatus es Simon Bariona, & si non sufficit, ad-
iunge quæ tabula indicat adiungenda.

## A Simplex. Simplicitas.

Cum simplex dicatur quasi sine plica, notan-
dū quod simplicitas idem est q innocentiæ veritas, & puritas.
Vir n. innocens, & simplex in suis moribus, & actibus semper est
planus, nunquam per duplicitatem, & fallaciam plicatus. Plica
enim obscuritatem continet, & duplicitatem habet. Quando
enim pannus plicatur, tunc duplicatur, & tunc sub plica aliquid
occultatur. Sic vere plica falsitatis, & malitiæ duplicitatem im-
portat, semper aliquid de veritate abscondit in corde interius,
& occultat. Sed pro certo simplex qui nunquam vtitur tali pli-
ca, semper est planus, & apertus, & nunquam absconditus aut
latus, iuxta illud. *Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut co-*
*lumbæ*. Matthæi 10. Vbi aduerte, quod simplex innocens ha-
bet.

Longitudinem in duratione, [Estote]
Limpitudinem in cognitione, [Prudentes,]
Aptitudinem in coniunctione, [Sicut,]
Mititudinem in conditione, [Serpentes,]
Firmitudinem in dilectione, [Et,]
Rectitudinem in intentione, [Simplices,]
Promptitudinem in affectione, [Sicut,]
Pulchritudinem in conuersatione [Columbæ.]

Istæ enim sunt octo conditiones viri simplicis.

B ¶ Primo dico, quod isti habent durationis longitudinem. Quia
sicut res simplices in natura sua magis sunt durabiles quam cō-
positæ, sic viri innocentes & simplices, magis sunt in moribus
perseuerantes, quod ostenditur cum dicitur *Estote*. Iuxta illud
Ecclesiast. 5. *Esto firmus in via domini*, vnde Iob 2. *Adhuc permanes in*
*simplicitate*. Elephas enim est animal simplicissimum, in viuen-
do diuturnissimum, & in stando fortissimum. Vnde de durabi-
litate talium dicitur Prou. 2. *Qui enim recti sunt habitabunt in terra,*
*& simplices permanebunt in ea*.

C ¶ Secundo dico, quod isti habent cognitionis limpitudinē.
Res enim quanto simpliciores, tanto sunt communiter clario-
res. Patet in corporibus cœlestibus & in luce, quæ simplicia di-
cuntur, eo quod de elementis minime componuntur, sic sim-
plex homo à Deo plus illuminatur vera prudentia, quam illi
qui confidunt in sua sapientia. Capra enim quæ est animal sim-
plicissimum, visum habet limpidissimum, & acutissimum, sic
vere homines simplices visum discretionis habent subtilissimū.
Et de hoc potest dici illud Lu. 11. *Si oculus tuus fuerit simplex totum*
*corpus luminosum erit*. Et hoc ostenditur cum dicitur *prudentes*, de
quo Matt. 25. *Prudentes virgines aptauerunt lampades suas*.

D ¶ Tertio dico, quod isti habent coniunctionis aptitudinem.
De natura enim simplicis est faciliter credere, & se libenter alijs
cōformare. Res n. quæ sunt puriores, & simpliciores, sunt na-
turaliter cōuertibiliores, patet in aqua pluuiali. Etiam ouis quę
est animal simplex faciliter sequitur præcessorem. Sic isti, quod
ostenditur cum dicitur. *Sicut*. Quia isti faciliter fiunt, sicut alij
per imitationem vt dictum est, vnde Phi. 2. *Sitis sine querela, sicut*
*simplices filij Dei*. ¶ Quarto dico, quod isti habēt conditionis miti- E
tudinem. Mites n. plane, dulciter & suauiter conuersantur,
quod ostenditur cum dicitur. *Serpentes*. Quia, scilicet, serpentes
non currendo nec saltando, sed suauiter collabendo incedunt,
vnde Prou. 11. *Iustitia simplicis diriget viam eius*. Concorda de ser-
pente sicut supra. ¶ Quinto dico, quod isti habent dilectionis F
firmitudinem. Simplices enim veracissimè, & tenacissime dili-
gunt quicquid amant, quod ostenditur cum dicitur Et, quod est
coniunctio copulatiua, vnde Actor. 2. *Sumebant cibum cum exul-*
*tatione, & simplicitate*. ¶ Sexto dico, quod isti habent intentionis G
rectitudinem, quod ostenditur cum dicitur Simplices, id est, si-
ne plica, quia, scilicet, res recta sine plicatione nullam habet
plicam. Vt de quolibet dicatur illud Iob 1. *Erat vir ille simplex, &*
*rectus, ac timens Deum* ¶ Septimo dico, quod isti habent affectio- H
nis promptitudinem, quia, scilicet, statim volunt facere sicut
præcipiunt superiores. Sicut inquit, dicentes illud *Non sicut ego*
*volo, sed sicut tu*, & Ephes. 6. *Serui obedite dominis in simplicitate cordis*.
¶ Octauo dico quod isti habent conuersationis pulchritu- I
dinem, quod ostenditur cum dicitur Columbæ, quæ, scilicet, in
collo pulcherrimas habet pennas, & quæ est auicula valde sim-
plex 2. Corinth. 1. *In simplicitate, & sinceritate conuersati sumus in*
*hoc mundo*. Vide supra de Columba. Sufficiat ergo. Vide de In-
nocentia.

## Simul.

Cum illa quæ simul habitant, soleant vt commu- A
niter se magis diligere, & se melius cognoscere, &
inter se melius cōuenire, patet, quod per istud aduerbium si-
mul potest intelligi societas, & coniunctio, amicitia & dilectio,
siue bona siue mala. Nota ergo, quod in scriptura inuenitur
quadruplex simul, & quadruplex societas, videlicet, Simul

Charitatiuæ dilectionis,
Maculatiuæ coniunctionis,
Superlatiuæ religionis,
Copulatiuæ punitionis.

Primum est simul hominum perfectorum, quia, scilic. perfecti
habitant simul per charitatem, vnde Genes. 34. *Habitantes simul*
*vnum efficiamur populum*. Secundum est simul hominum peccato-
rum. Mali enim & peccatores simul per malas concordias cō-
binantur, & per malarum societatum vinculum inuicem adu-
nantur, de quo Psal. 52. *Simul inutiles facti sunt*. Tertium est simul
hominum beatorum. Beati enim omnes simul habitant in pa-
radiso, sicut omnes stellæ simul sunt in firmamento, vnde Esa.
60 *Gloria Libani ad te veniet, abies & pinus, & buxus simul* Quartum
est simul hominum reproborum, qui, scilicet, simul in inferno
puniuntur, & sicut vuæ in torculari simul premuntur, vnde in
Psal 48. *Simul insipiens, & stultus peribunt*. Igitur de duabus primis,
scil. de copulatione, & societate bonorum, & malorum ali-
quid dicamus. Boni enim simul combinantur, in quantum in
vna fide firmantur, vno amore ligantur, vni Deo famulantur, &
in vna ecclesia, religione vel patria commorantur. Oues n. quæ
sunt animalia innocentia, apes quæ sunt animalia fructifican-
tia, formicæ, quæ sunt animalia prudentia, cerui qui sunt ani-
malia valde simplicia, simul cōsueuerunt commorari, & in vno
loco pacifice simul conuersari. Sic proculdubio & nos si inno-
centes, vtiles, prudentes & simplices esse volumus, simul per
charitatem, & communitatem, & per morum conformitatem
esse debemus, iuxta illud Psal. 48. *Simul in vnum diues & pauper*.
Vbi aduerte, quod vbicunq; de communi vtilitate agitur vel
de concordiæ vnitate, oporteat tria facere, videlicet,

Personaliter conuenire,
Cordialiter consentire,
Corporaliter subuenire.

Primum facit plurium congregatio. Simul,
Secundum cordium copulatio. In vnum,
Tertium omnium contributio. Diues & pauper.

Iste enim est triplex modus, qui boni debent esse simul, scilicet,
Tenendo conformitatem personalem. Habendo concordita-
tem cordialem. Regendo communitatē temporalem. ¶ Igitur B
primo dico, quod nos debemus conuenire personaliter. Simul
inquit. Simul enim oportet conuenire communitatem quādo

Dulcion. Bercborij.

de republica vult tractare. Nonquā enim negotia publica bene fierent, nisi illi quos tangit, inuicem conuenirent. Bonum enim commune debet præponi priuato. Nam etiam ipsi planetæ, & stellæ simul omni die super nostrum hemisphærium transeunt & non sibi, imo communitati creaturarum prouident, & succurrunt. Quando etiam planetæ plures in vno signo conueniunt, tunc opera rerum mirabilia faciunt, & effectus mirabiles quos separati non facerent, introducunt. Simul igitur conueniamus vt vtilitatem communem tractemus, & faciamus, iuxta illud Ioan. 21. *Erant simul Petrus, & Thomas, & Nathanael.* Quod est contra multos qui ad colloquia publica conuenire nolunt &c. istud etiam simul potest pertinere ad illos, qui sunt eiusdem collegij, vel consilij, qui, scilicet, non solum debent esse simul per communem habitationem, imo etiam quantum ad morum & actuum conformitatem. Apes enim quæ simul in eodem aluear morantur, simul laborant, & operantur, & simul in viuendo alter alteri conformantur. Quod vtique est contra singulares qui sunt in ecclesia vel religione, qui non sunt simul cum alijs communiter viuendo, sed sunt separati ab alijs singulariter viuendo, & partialiter conuersando. Et tales proculdubio sunt hypocritæ inter regulares, diuites vero, & superbi inter seculares quia, scilicet, isti de communitate, & concordia non curant, sed discordant, vnde Gen. 36. *Diuites erant valde, & simul habitare non poterant.* Non sic, quia nos debemus, vt dictum est, conuenire personaliter. Simul inquit. Vt de diuersis generibus
C hominum dicatur illud Esaiæ 11. *Vitulus, leo, & ouis simul morabuntur.* ¶ Conuenire igitur debemus, potissime religiosi, ad Simul

Laudandum,
Tractandum,
Laborandum,
Habitandum,
Manducandum.

Debemus igitur simul dominum laudare Iob 38. *Cum me laudarent simul astra cœli, & iubilarent omnes filij Dei.* Item simul negotia tractare Esaiæ 41. *Simul ad iudicium propinquemus.* Item simul laborem tolerare, vnde 2. Machab. 11. *Hortatus est cæteros simul secum periculum subire.* Item simul in vnum habitare. Vnde illud prædictum Esa. 11. *Vitulus, & ouis simul morabuntur.* Item simul ad inuicem manducare, vnde Esa. 65 *Lupus, & agnus pascentur simul* Dico ergo, quod nos debemus conuenire personaliter.
D ¶ Secundo dico, quod nos debemus consentire cordialiter. In vnum inquit. Nihil enim valeret corpora esse simul, si corda in vnum non iungerentur. Sicut enim anima, & corpus quamuis sint res diuersæ, efficiuntur tamen vnum quando simul iunguntur, videlicet vnus, homo sic ex nobis quamuis diuersis debet modo fieri vnum per vnitatem concordiæ in negotio, qui tractatur, vt dicatur, quod vnus spiritus, vna fides erat in eis. Et illud dictum Gen. 34. *Simul habitantes, vnum efficiamur populum.* Igitur debemus consentire cordialiter, vide infra de vno.
E ¶ Tertio oportet subuenire generaliter, quod ostenditur cū dicitur. Pauper & diues quia, sc. ad diuites, & pauperes pertinet contribuere secundum conditionem cuiuslibet, quia negotium est commune, iuxta illud Pro. 22. *Diues, & pauper obuiauerunt sibi.* Inuehe si vis contra diuites, qui minus volunt contribuere quam egeni, & minus ad istam simultatem venire &c. Non sic simus, sed simul subueniamus, iuxta illud Esa. 45. *Accedite simul, quia saluati estis.* Istud est igitur simul in bono.
F ¶ In malo vero dico, quod simul malorum concordiam designat. Canes enim, & lupi, quamuis non sunt animalia simul gregatim naturaliter incedentia, nec simul vt communiter pascentia vel viuentia, sed magis inter se discordantia, & pugnantia, simul tamen multoties conueniunt, quando, scilicet, aliquam bestiam simul deuorant aut inuadunt. Sic mali quamuis inter se non habeant concordiam neq; pacem, simul tamen quandoq; veniunt ad nocendum, & ad diuersa crimina faciendum Ps. *Congregati sunt, & conuenerunt in vnum aduersus dominum, & aduersus Christum eius.* Nota quod dracones volentes transire mare, simul conueniunt, & deinde per caudas se ligant, & inuoluunt, & sic tutius transeunt, vt dicit Plin. Sic isti etiam.

¶ Et ideo mali solent conuenire multipliciter, videlicet, ad Simul

Deficiendum,
Decipiendum,
Se deuorandum,
Alios inuadendum.

Isti enim solent simul deficere Psal. 52. *Simul inutiles facti sunt non est qui faciat bonum.* Item solent simul decipere Psal. 82 *Simul aduersum te testamenta disposuerunt tabernacula Idumæorum, & Ismaelitæ.* Item solent simul se lædere, vnde Esa. 9. *Manasses deuorabit Ephraim, & Ephraim Manassen, simul ipsi contra Iudam.* Item s[illegible]s simul alios inuadere. Vnde in Ps. 8[illegible]. *Circumdederunt me tota die, circumdederunt me simul.* Ista igitur de Simul sufficiant tam in bono quam in malo. Vide in tit. de Congregare, de Concordia, de Pariter, & de Vno.

Simulacrum. Nota, quod simulacrum dicitur à simulo, las, pro eo, quod simulacrum seu idolum est ficta, & simulata, non existens, neque propria neque vera. Dico, igitur quod per simulacra possunt intelligi omnia illa quæ nullam habent veram essentiam, nec durabilem veritatem. Et sic dico, quod signat A

Vanitatem bonorum terrenorum,
Falsitatem hominum deceptorum,
Qualitatem vanorum amicorum,
Vtilitatem diuitum mundanorum.

Dico ergo primo, quod simulacrum signat terrenam vanitatem, quia, scil. bona mundi non sunt bona, quia dum [illegible] quædam bonorum imagines, & simulacra Psalmo 113. *Simulacra gentium argentum & aurum* & Oseæ 10 dicitur, quod *iuxta vbertatem terræ suæ exuberauerunt simulacris.* Illa est [illegible] simulacra h[illegible]e odoraneus, & sicut dij à mundi cupidis reputantur P[illegible] 9[illegible] *Confundantur qui gloriantur in simulacris suis.* Verumtamen ista sunt proijcienda, & à cordibus hominum expellenda Esa. 2 *Proijciet homo idola argenti sui, & simulacra auri sui.* Significat igitur [illegible]nam vanitatem. B

¶ Secundo significat hominū prauitatem & significat proprie hypocritas, qui sunt simulati, & ficti, & qui sunt [illegible] & non res, qui aliud simulant, & aliud cogitant, iuxta illud 2. Reg 14. *Lugere simula, & induere veste lugubri.* Talia enim s[illegible] eta debent de domo Dei (quæ est ecclesia) proijci, & eadem omnis hypocrisis relegari, sicut de Manasse dicitur, id est, de bono prælato 2. Paralipom. 3. quod *abstulit Deos alienos, & simulacra de domo Dei.* Per simulacra etiam intelliguntur luxuriosi qui [illegible] simulant falsos amores, & dolores, vt decipiant mulieres, & isti sunt simulacra Priapi. Priapus enim fuerat quidam magnus rusticus, qui habuit virile membrum valde & excessiue magnum: ideo sicut Deus à mulieribus gentilibus fuit cultus, vnde 2. Par. 15. dicitur, quod *rex protecit simulacrum Priapi.* Ad denotandū, quod luxuriosi sunt semper lutei, & limosi. Per simulacra etiam possunt intelligi ignorātes homines, qui hodie in ecclesia pro dijs, i. loco hominum sanctorum sunt positi & exculti, & ibidem ab iniustis promotoribus introducti. [illegible] 1. Reg. 19. *Vbi inuentum est simulacrum super lectum Dauid.* Et de illo simulacro sicut supra de Dea, & inuehe bene contra tempores prælatorum, qui sunt simulacra muta &c. 1. Cor. 12. *Ad simulacra muta ducebamini euntes* Nesciunt enim nec bene operari nec bene loqui Zachariæ 1. *Simulacra locuta sunt inutile.* Et tamen ista simulacra oportet adorare & honorare, & ipsis per[illegible] tionem thurificare Actorum 7. *Obtulerunt hostiam simulacro.* Sed pro certo de istis simulacris, & simulatis dicit Sen. vnum [illegible]bile. Nihil inquit, quod simulatum, & fictum est, prodest diuturnū. Quia vere tales ficti non diu perseuerant, vnde Ezec. 6. *Confringentur simulacra vestra.* Quod etiam de hypocritis, & de malis diuitibus, & de falsis amicis videmus, tales enim cito deficiunt, & non durant 2. Paral. 31. *Egressus omnis Israel confregit simulacra.* Igitur dico, quod simulacra signant hominum prauitatem. C

¶ Tertio dico quod signant mundanam charitatem, & mundanam amicitiam, quia scilic. mundi amici non sunt ve[illegible] amici nec perseuerantes, sed simulati, & apparentes, & in necessitatis tempore desistentes, & ideo consulitur bene 1. Ioan. 5 *Custodite vos à simulacris.* D

¶ Quarto etiam signant diuitū vilitatē, quia sc. diuites mundi sunt sicut simulacra, qui quamuis non valeant nec bene operentur, tamen per prosperitatem pinguntur, & deaurantur principaliter ab alijs honorantur, & Oseæ 11. *Simulacris sacrificabant.* Sufficit. Vide supra de Idolo.

Synagoga. Cum synagoga proprie loquendo nihil al[illegible]ud sit, q̃ Iudæorum congregatio vel ecc[illegible]ia A

possu-

possumus breuiter dicere, quod per synagogam potest intelligi omnis congregatio hominum iniquorum, de quibus Apoc. 3 *Ecce dabo tibi de synagoga satana qui se dicunt Iudaeos, & non sunt, & mentiuntur.* Et ideo breuiter nota quod (sicut possum videre percurrendo scripturam) ista synagoga, id est, malorum collectio, habet generaliter ista vitia, scilicet,

Superbiæ tumorem,
Sæuitiæ furorem,
Malitiæ liuorem,
Iracundiæ stridorem,
Auaritiæ ardorem.

De superbia pater Eccles. 3. vbi dicitur, quod *synagoga superborum non erit sanitas.* De sæuitia dicitur Matt. 10. *In synagogis suis flagellabunt vos.* De malitia, id est, de hypocrisi dicitur Mat. 6. quod *hypocritæ faciunt eleemosynas &c.* De iracundia dicitur Lu. 4. *Repleti sunt omnes in synagoga ira.* De auaritia dicitur Psal. *Exarsit in synagoga peccatorum.* Sufficit.

A **Sine.** Nota, quod ista dictio sine, est præpositio consignificatiua: per se enim non signat, sed cum alio. Semper autem habet aliquid tollere, & priuare, siue bonum siue malum fuerit. Et ideo secundum quod sunt quatuor genera personarum, scilicet,

Viri { Iusti, Impij, Beati, Damnati.

Secundum hoc potest hæc dictio sine diuersimode signare. Signat enim quo ad Viros

Perfectos, carentiam vitiorum,
Imperfectos, carentiam meritorum,
Beatos, carentiam tormentorum,
Damnatos, carentiam gaudiorum.

Dico enim quod sunt

Perfecti sine criminibus,
Imperfecti sine virtutibus,
Beati sine supplicijs,
Damnati sine solatijs.

¶ Dico ergo primo, quod est vnum Sine quod pertinet ad viros perfectos. Viri enim iusti sunt sine vitijs, & sine alijs quæ suam
B possent impedire salutem. Et ad hoc potes applicare omnia illa quæ supra dicta sunt de Relinquere, & de Abstinere, quia sine illis debemus esse, quæ de necessitate salutis sunt relinquenda, vel etiam fugienda. Et ideo breuiter nota, quod beati sunt, & debent esse, Sine

Luxuriæ fœtore,
Inuidiæ liuore,
Desidiæ torpore,
Tristitiæ mœrore,
Auaritiæ ardore.

Dico ergo, quod debent esse sine fœtore luxuriæ. Mundi enim & puri sunt sicut apes, quæ sine copula, & sine luxuriæ macula vitam ducunt. Vnde dicit Ps. 14. quod *ille habitabit in tabernaculo tuo, & quiescet in monte sancto tuo, qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam.* Quod bene sciuit Iudas Machabæus, de quo dicitur 1. Mach. 4. quod *ipse elegit sacerdotes sine macula.* Quia, scilicet, isti debent esse *speculum sine macula, & imago bonitatis Dei*, sicut dicitur Sapien. 7. Item debent esse sine torpore desidiæ. Exemplo, scil. solis, & cœli, qui sine requie semper currunt, & fluont, Vt sic dicat iustus illud Ps. 58. *Sine iniquitate cucurri, & direxi.* Homo enim sine intermissione præcipitur orare 1. Tim. 5. *Sine torpore præcipitur laborare*, quia sicut dicitur Iac. 2. *Fides sine operibus mortua est.* Item debent esse sine liuore inuidiæ, exemplo creaturarum irrationabilium, quæ, scilicet, sine inuidia communicant alijs bona sua. De quo Sapient. 7. *Sapientiam quam sine fictione didici, & sine inuidia communico.* Item debent esse sine mœrore tristitiæ, de quo Eccl. 4. *Declina pauperi aurem tuam sine tristitia.* Item debent esse sine ardore auaritiæ. Exemplo arborum, quæ fructus suos hominibus in æstate dimittunt, & sine fructibus in hyeme persistunt, quia, scilicet, fructus diuitiarum alijs debemus dimittere, & sine eorum affectu in hyeme præsentis vitæ viuere, & manere, quia sicut dicitur Eccl. 35. *Beatus vir qui inuentus est sine macula, & qui post aurum non abijt, nec sperauit in pecunia thesauris.* Istud est ergo sine, id est, carentia quæ pertinet ad viros perfectos. Vide exempla in morali proprietatum in tabula de Carere.

*Diction. Bersbory.*

¶ Secundo dico, quod est vnum sine quod pertinet ad viros imperfectos. Et sic dico, quod mali sunt sine virtutibus, & gratijs & sine rebus pertinentibus ad salutem. Quia, scilicet, vrsa parit catulum suum in specie frusti carnis, sine pedibus, sine auribus, sine oculis, sine quibusuis alijs membris. Sic peccatores qui vrsi, i. diaboli sunt filij, carent pedibus, id est, virtute perfectionis, carent auribus, id est, auditu obedientiæ & subiectionis carent oculis, id est, visu prudentiæ, & discretionis, carent etiam membris moralis perfectionis. Quia breuiter sicut limax est sine viribus, sic peccator sine virtutibus. Breuiter igitur nota quod peccator est

Sine vigore,
Sine timore,
Sine dulcore,
Sine honore.

Sine { Rege, Lege, Auxilio, Consilio, Deuotione, Quietione, Cognitione, Operatione.

Sunt dico peccatores sine vigore, vnde Iudith 5. *Homines sunt sine virtute & sine peritia artis pugnæ.* Item sunt sine timore. Ideo dicitur Eccl. 1. *Qui sine timore est, non poterit iustificari.* Item sunt sine dulcore, scilicet, misericordiæ Sapient. 19 *Illis sine misericordia ira superuenit.* Item sunt sine honore Iudith. 8 *Humiliabit omnes gentes, & faciet illas sine honore.* Item sunt sine rege, nolunt enim regi nec à ratione, nec à Deo, nec à bono prælato Oseæ 3. *Longo tempore sedebunt filij Israel sine rege & sine principe.* Item sunt sine lege, non enim sequuntur regulam neque legem, cum tamen dicat Apostolus ad Rom. 2. *Qui sine lege peccauerunt, sine lege peribunt.* Item sunt sine auxilio non enim habent auxilium gratiæ Dei Psal. 87. *Factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos.* Item sunt sine consilio, non enim sequuntur consilium sapientum, cum tamen dicatur Eccl. 32. *Fili sine consilio nihil facias.* Item sunt sine deuotione, vnde Oseæ 3. dicitur, quod *filij Israel sedebunt sine sacrificio, sine altari, sine ephot, & sine teraphim.* Item sunt sine quietione, hoc est dictum, sine pace, cum tamen dicatur ad Heb. 12. *Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo videt Deum.* Item sunt sine cognitione, id est, sine lumine fidei & scientiæ, cum tamen dicatur ad Heb. 11. *Sine fide impossibile est placere Deo &c.* Item sunt sine bona operatione, cum tamen dicatur Iac. 2. quod *fides sine operibus mortua est.* Et sic igitur patet, quod est vnum sine, id est, vna carentia quæ pertinet ad viros imperfectos, scilicet, ad peccatores.

¶ Tertio dico, quod est vnum aliud sine quod pertinet ad viros beatos, quia, scilicet, isti sunt in patria sine quocunque malo, dicentes illud Luc. 1. *Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati seruiamus illi.* D

¶ Quarto vero dico, quod est vnum sine quod pertinet ad viros damnatos, quia, scilicet, isti sunt perpetuo sine omni bono, vnde Eccl. 20. *Mors hominum mendacium sine honore.* Hæc igitur de Sine, gratia collationis sufficiant. E

**Sinere.** Vide in tit. de Cessare, de Permittere, de Relinquere, & de Dimittere.

**Singularis.** Vide in tit. de singularitate, id est, de excellentia virtutum, vel de singularitate, id est, de partialis vitæ vanitate, infra de Solus & de Vnus, & in tabula in locis infinitis. A

**Sinistra.** Cum pars sinistra hominis sit illa quæ minus habet de calore & naturali virtute & vigore, & cum qua homo non bene vt communiter operatur, quamuis supra in locis & exemplis pluribus, & potissime in titulo de Dextera sint de ea multa dicta, possum tamen notare quod sinistra multipliciter significat in scriptura. Significat enim sinistra A

Prosperitatis successum,
Iniquitatis processum,
Aduersitatis excessum.

¶ Dico primo, quod signat successum prosperitatis, quia, scilicet, in scriptura per partem dexteram intelliguntur æterna, per partem sinistram intelliguntur terrena. Dextera enim mundi pars, scilicet, meridionalis est clara, calida & lucida, quia ibi est

semper sol perfecte influens & lucens. Mundi vero sinistra pars scilic. septentrionalis, semper est frigida & obscura quia, scilicet, sol ad partes illas nunquam totaliter se conuertit. Sic vere charissimi in dextera parte bonorum spiritualium, & æternorum sol iustitiæ semper lucet, semper calor charitatis feruet, & splendor veritatis fulget. In parte vero sinistra prosperitatis mundanæ, obscuritas ignorantiæ abundat, & frigus indeuotionis viget ibique solis Christi præsentia nunquam apparet. De ista ergo parte duplici dicitur Prouerb. 3. *Longitudine dierum in dextera eius, & in sinistra illius diuitiæ & gloria.* Et sinistram diligunt multi magis quam dexteram, quia scilic. multi sunt qui plus amant temporalia quam æterna, & plus possunt in temporalib. quam in spiritualib. & multi sunt qui minus valēt in parte dextera quam in sinistra. Vnde de stulto dicitur Eccl. 10 *quod cor sapientis in dextera eius, & cor stulti in sinistra illius.* Calor n. stulti & affectio semper est in sinistra terrenorum, quamuis in ipsa non sit satietas animorum, iuxta illud Esa. 9. *Comedet ad sinistram, & non saturabitur.* Etiam dicitur omne animal habet cor in sinistra parte, excepto illo monstro marino quod dicitur Kylion &c. Videbis multa de ista materia in oculo morali. Signat igitur sinistra successum prosperitatis

B ¶ Secundo dico, quod significat processum iniquitatis. Status enim peccati signatur per sinistram. Sinistra enim minus est digna, imo etiam ad sinistram ponuntur illa quæ minus diliguntur. Sinistra etiam dicuntur illa, quæ mala & improba dicuntur, & de hoc Prou. 4. *Peruersa via quæ à sinistris sunt.*

C ¶ Tertio dico, quod signat excessum aduersitatis. Dextera enim quandoque prosperitatem signat, sinistra vero aduersitatem 2. ad Cor. 5. *Per arma iustitiæ à dextris & à sinistris.* Vnde etiam de peccatoribus dicitur Matth. 25. quod *Christus in iudicio ponet agnos* i. iustos *à dextris, hædos* id est, peccatores *à sinistris &c.* Vide supra de dextera, & adiunge plura exempla si vis sicut ponitur infra de videre quomodo deluditur visus, & sic sufficit.

A Sion. Nota, quod historice loquendo, Sion erat quædam pars ciuitatis Hierusalem, vbi erat castrum & fortalitium ciuitatis, & ideo pars illa erat altior & tutior & mundior & pulchrior, & ideo quia castrum illud eminebat ciuitati, ita quod per illud poterat tota ciuitas Hierusalem defendi, sicut per matrem filia defenditur & tuetur, hinc est quod in plerisque scripturæ locis Sion mater dicitur, & Hierusalem filia nuncupatur. Et inde est quod in Psalmo dicitur secundum aliam translationem. *Mater Sion dicet homo.* Et illud Thren. 1. *Egressus est à filia Sion,* id est, ad Hierusalem *omnis decor eius.* Quia scil. Hierusalem quæ erat ciuitas inferior, dicitur filia, & Sion quæ erat pars ciuitatis superior, dicitur mater eius. Igitur cum per Sion in scriptura possit intelligi ecclesia militans, ecclesia triomphans, beata virgo, & anima sancta, possum notare, quod in anima inuenitur

Sion { Inferior, Superior, Interior, Exterior,

Prima est locus saluationis,
Secunda est locus refectionis,
Tertia est locus deuotionis,
Quarta est locus defensionis.

B ¶ Dico Primo, quod est Sion inferior, quæ est locus saluationis quia, scilicet, in ecclesia solummodo inuenitur salus animarū. Omnes n. aliæ sectæ hominum sunt extra salutem, præter illos qui sunt Ecclesiæ per fidem & gratiam collocati. Sion enim erat locus magnæ fortitudinis, vbi tutius morabatur, iuxta illud Esaiæ 26. *Vrbs fortitudinis nostræ Sion.* Sic vere Ecclesia est locus in quod qui bene stat per gratiam & per fidem, nō timet aliquem spiritualem impugnatorem, nec aliquem animæ tentatorem. Ibi n. & non alibi est defensio tuta. Et hoc est quod dicit Abdias. *In monte Sion erit saluatio.* Compara si vis Sion, id est, religionem ecclesiæ vel religionis, illi insulæ Hiberniæ vbi dum homo fuerit non moritur, & illi vbi corpus nunquam putrescit aut corrumpitur, quia in ista Sion, i. in religione vel ecclesia si quis debite vixerit & manserit, nunquam corrumpitur per vitia, nec moritur per supplicia. Ideo breuiter de laudibus & cōditionibus istius Sion, scil. de statu religionis vel ecclesiæ potest dici illud Esa. 47. *Dabo in Sion salutem, & in Hierusalem gloriam meam.* Vbi aduerte quod in ista Sion est vel debet esse locus valde sanctus, & virtute plenus, scilicet,

Locus { Liberalis collationis [illegible], Virtualis cognitionis [illegible] rat specula. Specialis tuitionis Salutem, Supernalis coniunctionis, Hierusalem [illegible] Virtualis laudationis [illegible]

¶ Dico igitur quod hæc debet esse locus liberæ col[illegible] quia sc. ibi debent libere dari & conferri beneficia, & [illegible] ministrari sacramenta. Dabo quasi dicat gratis, non do [illegible] Iuxta illud *Gratis accepistis, gratis date* Matt. 10. Thus n[illegible] bere exit de arbore, multo plus valet quam illud quo[illegible] colis ferreis per fractionem corticis extorquetur, [illegible] de myrrha dicit Plin. Qui pro certo viri ecclesiastici [illegible] beraliter dare sua beneficia siue eleemosynas, & nō e[illegible] quod precib. vel pretijs extorqueantur, vel quo[illegible] acquirantur. Dabo inquit. Ps. *Quis dabit ex Sion salutare* [illegible] igitur ibi locus liberæ collationis. Quod est [illegible] Inuehe contra [illegible] & contra simoniacos, qui non [illegible] dant imo ve[illegible]. ¶ Deinde di[illegible] quod iste debet esse [illegible] pidæ cognitionis. Sion inquit, quod interpretatur [illegible] sc. in ista Sion debent esse homines speculatiui, [illegible] viri ecclesiastici debent speculari & circumspicere pro se & alijs illa quæ pertinent ad salutem. Debent n. esse sicut [illegible] latores in exercitu Christiano, quia scil. aduentum [illegible] debent præuidere, & alijs intimare Ezech. 33. *Fili hominis speculatorem dedi te domui Israel.* Sed pro certo multi ecclesiastici [illegible] non faciunt, imo sunt speculatores pulchrarum mulierum [illegible] sic charissimi. Nota in exercitu apum dicuntur aliquæ esse [illegible] vice speculatorum funguntur, & quæ pro sui & exercitus [illegible] dia alijs quiescentibus vigilare dicuntur: quod etiam [illegible] dicitur esse notum. Tales igitur debent esse ecclesiastici [illegible] citu Christiano, quia, scilic. debent esse vigiles & specul[illegible] præseruent se & alios à nociuis, scilicet, ab insidijs infer[illegible] proditorum. Quod etiam bene designant & nomen [illegible] Sion, quia, scilicet, nomen interpretatur specula, & locus [illegible] ad speculandum, & de longe insultus hostium intuendum hoc est quod videtur supponi in Psalm. vbi dicitur, [illegible] *Sion & complectimini eam, narrate in turribus eius.* Nat[illegible] sc. aduētus & insidias hostiū. Est igitur religio vel ecclesia limpidæ cognitionis Sion inquit. Et hoc potissime, quia ibi [illegible] bet Deus diligi & cognosci. Psalm. *Videbitur Deus Deorum in S[ion]* Denique dico, quod iste est locus securæ tuitionis Sal[illegible] inquit, quia ibi, & non alibi est salus & securitas animaru[m] n. erat pax fortior & tutior ciuitatis. Ideo dicitur de Ecc[illegible] Reg. 19 quod *saluator exiet de monte Sion.* Vide supra de salutate. ¶ Insuper dico, quod iste est locus fraternæ quiet[is] vel concordis coniunctionis quod ostenditur cum di[illegible] rusalem, quæ interpretatur visio pacis. Quia, scilicet, si[illegible] periori parte aeris non fiunt tonitrua nec grandines, sic ecclesia vel religione debent esse lingua nec dissension[illegible] bines. Vide supra de Hierusalem. Vnde in Psa. dicitur [illegible] *tibi dominum ex Sion, & videas bona Hierusalem omnibus diebus* [illegible] Est igitur locus concordis coniunctionis.

¶ Etiam dico, quod iste est locus solennis laodation[is] [illegible] tiam inquit meam. Quia, scilicet, in ista Sion debet esse laus, honor & magnificentia Dei, quia ad literam in la[illegible] tis Sion dominus iugiter laudabatur, sic debet & in E[illegible] *Lauda Hierusalem dominum, lauda Deum tuum Sion. Gloriam* [illegible] quit, Psal. 86 *Diligit dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei.* Et vere gloriosa fuerunt dicta quia ibi fuit Dei gloria collaudata, iuxta Psa. *Psallite domino qui habitat in Sion, annunciate inter gentes studia eius.* Ista est igitur [illegible] quæ vt dictum est

Locus est { Lætus, Quietus, Tutus, Clarus, Gratus,

Et ideo istis rationibus istum locum dicitur Deus
Diligere,
Eligere,
Habitare,
Conseruare.

Quod ipsum diligat, patet in Psal. vbi dicitur. *Diligit dominus* [illegible] *tas Sion.* Quod ipsum eligat, patet in Psalmo. vbi dicitur [illegible]

*dominus Sion.* Quod ipsum habitet, patet in Psal.75. vbi dicitur, *Mons Sion in quo habitasti in eo.* Quod insuper ipsum conseruet, patet in Psal. vbi dicitur, *Deus saluam faciet Sion, & ædificabuntur ciuitates Iuda.*

H ¶ Sed adhuc proculdubio & pro certo præsens ecclesia vel religio non videtur hodie talis Sion, quia proculdubio hodie in ea non sunt prædictæ quinque virtutes, sed potius loco quinque virtutum est ibi quintuplicitas vitiorum. Vnde pro certo, sicut hodie video, ibi sunt hodie isti, scilicet,

Superbia tumentes,
Fallacia pallentes,
Pigritia torpentes,
Culturam Dei spernentes,
Mundi bona vellentes.

Dico quod ibi est hodie copia hominum superborum. vnde Esaiæ 3. *Eleuatæ sunt filiæ Sion, & ambulauerunt extento collo.* Et nota quod istæ dicuntur filiæ, & non filij pro eo, quia ipsi sunt quasi fœminæ effecti, & per carnalitatem & inconstantiam ad fœmineitatem deducti. Item ibi est copia hominũ deceptorum, sc. hypocritarum. vnde Esa.33. *Conterriti sunt in Sion peccatores, possedit tremor hypocritas.* Item est ibi copia hominum torpentium, & pigrorum. Vnde Es. 52. *Solue vincula colli tui captiua filia Sion.* Item est ibi copia hominum Dei cultum contemnentium & lasciuorum quia, scilicet, nec Deo digniantur diuinum officium celebrare Thren.1. *Viæ Sion lugent, eo quod non sit qui veniat ad solennitatem.* Item ibi est copia hominum crudelium & iniquorum, quia scilicet non faciunt conscientiam acquirere per extorsionem auaritiæ vel rapinæ, de quo Mich. 3. *Væ qui ædificatis Sion in sanguinibus, & in Hierusalem in iniquitate.* Non sic charissimi, quia pro certo Sion inferior (vt dictum est) scilicet ecclesia debet

I esse locus saluationis. Et hoc est primum principale. ¶ Secundo principaliter dico, quod est Sion superior quæ est status refectionis, & ista est ciuitas paradisi, vbi est salus & refectio beatorum. Ista enim est Sion superior, vbi

Apparet Dei magnitudo.
Eminet Dei celsitudo,
Abundat laudis gratitudo,
Fulget luminis limpitudo.

De magnitudine dicitur in Psal. 98. *Deus in Sion magnus.* De Dei celsitudine dicitur in Psal.2. *Ego constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius* De laudis plenitudine dicitur Es.35. *Veniet in Sion cum laudibus.* De luminis limpitudine dicitur in Ps.83. *Videbitur Deus deorum in Sion* Est ergo Sion superior locus refectionis seu promotionis.

K ¶ Tertio dico quod inuenitur Sion interior, quæ est locus deuotionis. Et sic per Sion intelligitur anima sancta, vbi sc. Deus spiritualiter commoratur, & quæ Deum mentaliter contemplatur, iuxta illud Io.3. *In Sion dominus commorabitur.*

L ¶ Quarto principaliter dico, quod est Sion exterior, quæ est locus defensionis. Et sic pro certo dico, quod per Sion intelligitur beata virgo, à qua & in qua omnis homo potest defendi & saluari, qui ad istum locum per spem voluerit fugere, & ibi per deuotionem morari, ideo docet in Ps.47. *Circumdate Sion & complectimini eam.* Ista est enim Sion spiritualis in qua Deus personaliter habitauit, quam cordialiter illustrauit, quam dominus mirabiliter adamauit & quam dominus specialiter dedicauit. Beata enim virgo & etiam quælibet sancta persona sicut in scriptura patet à Deo.

Spiritualiter habitatur,
Cordialiter consolatur,
Efficaciter adiuuatur,
Supernaliter adamatur,
Specialiter dedicatur,
Virtualiter roboratur.

Deus enim est istius Sion spiritualiter habitator Ioan.3. *Ego dominus Deus vester habitans in Sion.* Item est istius Sion amicabilis consolator Esaiæ 51. *Consolabitur Deus Sion.* Item est istius Sion promptissimus adiuuator Ps.86. *Diligit dominus portas Sion.* Item est istius Sion supernalis adamator Zac.8. *Zelatus sum Sion zelo magno.* Item est istius Sion specialissimus dedicator Psal. *Elegit dominus Sion.* Item est istius Sion virtualissimus roborator, quia ipse dicit 1.Par.2. *Ponam in Sion lapidem angularem*, quia, sc. Deus semper adiuuat, roborat & fortificat personam sanctam & maxime virginem gloriosam, & ideo dicitur Esa.26. *Vrbs fortitudinis nostra Sion. saluator, ponetur in ea murus.* Ista igitur ad Sion pertinent quæ dicta sunt. Et sic de Sion sufficit quantum ad omnes partes.

Dition. Berchorij.

## Sitis. Sitire.

A Cum sitis nihil aliud sit quam bibendi appetitus exteriori calore causatus, possumus notare, quod tam in bono quam in malo sitis diuersimode sumitur in scriptura. Vnde nota, quod inuenitur Sitis

Amoris charitatiui,
Ardoris inflammatiui,
Doloris maceratiui,
Feruoris concrematiui,
Dulcoris delectatiui.

Prima signat desiderium hominum perfectorum, de quo dicitur in Ps.14. *Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum.* Secunda designat desiderium malignorum de quo in Ps.106. *Esurientes & sitientes, anima eorum in ipsis defecit.* Tertia denotat spiritum & indigentiam miserorum, de quo ad Rom.12. *Si esurierit inimicus tuus ciba illum, si sitit, potum da illi.* Quarta denotat supplicium damnatorum, quia pœna valde grauis est sitis excessiua. Vnde de anima damnata potest dici Ose.2. *Ponam eam quasi solitudinem, & statuam eam velut terram inuiam, & interficiam eam siti.* Quinta vero signat appetitum beatorum, qui, scilicet, quanto plus eum vident, tanto amplius ipsum sitiunt & cupiunt, vnde Ecclesiast. 24. *Qui edunt me, adhuc esurient, qui bibunt me, adhuc sitient.* De duplici ergo siti bona & mala in genere aliquid specialiter est tractandum ¶ Dicamus ergo, quod est sitis beatorum, quæ est virtuosa, & ista est proculdubio sitis illa qua sancti sitiunt, desiderant & cupiunt omne bonum. Nota, quod onager in tantum diligit aquam claram, quod licet multum sitiat, nunquam vult bibere, dato quod inueniat aquam turbidam, imo sitim suam dicitur tolerare quousque reperiat aquam puram. Quod etiam videtur supponere Dauid in Psal.103. cum dicitur. *Expectabunt onagri in siti sua.* Vide supra de Expectare. Sic vere homo naturaliter sitiat & appetat aquam puram, sc. Deum & bona spiritualia & æterna nunquam pro certo debet aquam turbidam, scilicet delectabilia bonorum temporalium bibere, nec ex illis sitim sui desiderij refrigerare, sed potius ipsum Deum & bona æterna vsque post istam vitæ miseriam expectare, dicens cum Psal.41. *Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quando veniam & apparebo ante faciem Dei.* Vbi aduerte quod tria principaliter sitienda, & toto desiderio appetenda, videlicet, B

Stabilitas desiderij,
Fœcunditas refrigerij,
Nobilitas ministerij.

Primam sitim prouocat gratia. *Sitiuit*, inquit, *anima mea ad Deum.* Secundam prouocat gloria. *Ad fontem viuum.* Tertiam prouocat patria. *Quando veniam*, &c. Igitur

Sitiamus { Gratiæ societatem, Gloriæ satietatem, Patriæ securitatem.

¶ Dico ergo primo, quod nos debemus sitire dulcem societatem quæ fit à gratia. *Ad Deum*, inquit. Sponsa enim desiderat ad sponsum suum attingere, & ipsum amplexari personaliter, & tenere, sic anima debet Deum amplexari per charitatem, & tenere, & attingere per gratiæ societatem. *Ad Deum*, inquit. Ad Deum enim significat dependentiam ad terminum ad quem Vnde ipse Deus dixit Ioa.7. *Qui sitit, veniat ad me, & bibat*, scilicet *aquam vitæ gratis.* Quando enim homo sitiens nõ potest inuenire aquam, solet quandoque reparare sitim suam cum malogranato vel cum lapide candi in ore posito quousq; per aquam penitus satietur, sic vere quia nos ad præsens non possumus attingere, ad fontem gloriæ sempiternæ, vbi est refrigerij plenitudo, necesse est quod sitim desiderij cordis nostri temperemus cum lapide & malogranato, id est, cum illo qui lapis angularis dicitur, & qui in scriptura malum punicum nuncupatur. Vnde scriptura dicit Sap.11. *Sitierunt & inuocauerunt te, & data est eis de petra altissima aqua, & requies sitis de lapide duro.* Ad Deum ergo Psal. 41. *Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus.* Debemus ergo sitire dulcem societatem, quæ fit à gratia. *Ad Deum*, inquit. C

D ¶ Secundo debemus sitire plenam satietatem, quæ fit à gloria *Fontem*, inquit, *viuum.* Ceruus enim sitiens non bibit in riuulo, imo currit ad fontem, vbi satiatur ad plenum, sic nos non debemus bibere in riuulo bonorum mundi, quia ibi non requies sitis nostræ, quia, scilicet, de aqua dicitur Ioan. 4. *Qui biberit ex hac aqua, sitiet iterum.* Quinimo debemus properare ad fon-

rem vinum gloriæ paradisi, qui ad plenum refrigerat, & satiat cor humanum, vnde Ioan. 4. *Qui biberit ex aqua quam ego dabo, non sitiet in æternum, sed aqua quam dabo illi fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.* Vnde breuiter de temperamento istius sitis dicitur Apoc. 7. vbi loquitur de beatis. *Non esurient neque sitient amplius, neque cadet super eos sol neque vllus æstus quoniam agnus qui est in medio throni, reget eos, & deducet eos ad vitæ fontes aquarum &c.* Igitur sitiamus plenam satietatem, quæ fit à gloria.

E ¶ Tertio dico sitiamus tutam securitatem quæ fit in patria. Quando inquit veniam & apparebo &c. Sicut enim peregrinus valde sitit, & appetit reuenire ad patriam, miles bannitus de curia valde desiderat reuerti ad regis præsentiam, mulier repudiata valde cupit redire ad viri gratiam, sic homo qui in Adã de patria paradisi fuit bannitus, & in hoc mundo relegatus, & peregrinatus, & Dei regis, & viri sui præsentiæ destitutus, valde debet sitire, & appetere, quod ibi sit iterum restitutus. Quando inquit veniam, & apparebo ante faciem domini. Idem faciebat Absalon, qui bannitus propter fratricidium dicebat Ioab 2. Re. 14 *Obsecro ergo, vt videam faciem regis. Quando, inquit, veniam?* Vnde de isto desiderio, & ista siti veniendi ad patriam dicitur Apoc. 22. *Sponsus & sponsa dicit, veni: & qui sitit, veniat, & qui vult accipiat aquam gratis.* Sic igitur patet: quomodo sitienda est bonitas beatorum quæ est virtuosa, quia pro certo bonorum est sitire bona 1. ad Cor. 4. *Esurimus, & sitimus, & nudi sumus*, quia sicut dicitur Matth. 5. *Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam quoniam ipsorum est regnum cælorum*

F ¶ Sed adhuc dico quod est sitis malorum, quæ est vitiosa. Mali enim semper sitiunt, & desiderant mala. Scytala enim serpens est, qui si quem momorderit, siti perit. Sic diabolus postquam hominem peccato mortali inuenenauerit, facit eum taliter per mala desideria sitire, quod æternam mortem solet incurrere, & sentire. Vt de talibus sic mortuis dicatur illud Ezech. 19 *Transplantata in desertum in terra inuia, & sitienti.* Et ideo nota quod mali

Sitiunt { Diuitias, & facultates, Delitias, & voluptates, Eminentias, & dignitates, Violentias, & feritates.

¶ Sitiunt ergo auari facultatem diuitiarum. Sicut enim draco animal sitibundum sitit sanguinem elephantis, quia cognoscit eum esse melancholicum, frigidum, propter quod contra eum solet pugnare, & sanguinem eius bibere, & haurire, sic auari sitiunt pauperum sanguinem, & substantiam temporalem. Istus enim impetunt ad terram, id est, ad miseriam trahunt, & eorum diuitias vsuris, & rapinis ebibunt. Et de hoc Iob 5. *Cuius messem famelicus comedet, & ipsum rapiet armatus, & bibent sitientes diuitias eius*

G ¶ Item sitiunt luxuriosi voluptatem delitiarum. Et de istis dicitur Esaiæ 50. *Computrescent pisces sine aqua, & morientur in siti.* Nota quomodo dicuntur pisces, sicut supra in titulo suo. Pisces enim nunquam videntur posse satiari aqua, ipsam enim semper habent intus, & extra, & sic isti delitias, &c. Fons enim delitiatum est sicut fons Tantali, qui est in aqua vsque ad os, & tamen nunquam satiatur, imo perpetuo est in siti. Iob 24. *Cal-*

H *catis torcularibus sitiunt.* ¶ Item ambitiosi sitiunt vanitatem eminentiarum. Isti enim sunt sicut draco, qui tanto ardore sitis vritur, quod totum mare non potest eum refrigerare sufficienter, & ideo sursum, volat ad vela nauium, vt refrigeret sitim suam. Sic isti non possunt satiari beneficijs vel officijs, & ideo ad vela nauium, id est, ad alia culmina dignitatum semper nituntur volare, vt sitim suæ ambitionis valeant satiare, & ipsam vento inanis gloriæ recreare. Vnde de ambitiosis potest dici illud Esa. 53. *Ascendet quasi radix de terra sitienti.*

I ¶ Item seditiosi sitiunt feritatem violentiarum. Multi enim sunt sicut leo, semper vindictam, & sanguinem sitientes, & oppressionem hominum appetentes, de quibus Esa. 25. *Spiritus robustorum sicut turbo impellens parietem, & sicut æstus in siti.* Et tales potissime sunt nostri moderni nobiles, qui semper sunt per appetitum rapinæ sitibundi, iuxta illud Esa. 5. *Nobiles eius interierunt fame, multitudo eius siti exaruit.* Ista est igitur quadruplex sitis quæ inflammat & fatigat peccatores. Nam sicut ebriosi sitientes tantum bibunt, quod quicquid habent expendunt, sicut peccator siti malorum desideriorum accensus, bibit ita ad plenum iniquitatem, quod ipse perdit gloriæ, & gratiæ bonitatem, & paradisi etiam habitationem seu ciuitatem. Iud. 7. *Fatigati siti ardent ciuitatẽ suam.* Et sic ergo patet, quod est sitis mala, & vitiosa, & quod est sitis bona, & virtuosa. Sufficit de Siti. Vide supra de Fame.

## Sobrius. Sobrietas.

A Cum sobrietas nihil aliud sit quam temperantia, notare possumus breuiter, quod in tribus principaliter sobrietas, & temperantia est habenda Debet enim haberi

In { Sensu, ne nimium præsumamus, Actu ne nimium effluamus, Victu ne nimium excedamus.

De sobrietate enim sensus dicitur ad Roman. 12. *Non plus sapere, quam oportet sapere, sed ad sobrietatem.* De sobrietate actus, scilicet operum, & verborum, potest dici illud Eccl. 31. *Infirmitas carnis sobriam facit animam.* De sobrietate vero victus, cibi scilicet atque potus, potest dici illud Eccl. 31. *Aequa vita hominibus vinum in sobrietate potatum.* Talem ergo sobrietatem triplicem debent homines habere, & à cunctis rebus superfluis abstinere, iuxta illud 1. ad Tim. 5. *Nos qui diei sumus, sobrij simus.* ¶ Vnde etiam notandum, quod secundum scripturam quinque genera hominum percipiuntur sobrietatem habere, videlicet B

Prælati, vt debite possint principari,
Religiosi, vt attente possint contemplari,
Viri senes, vt discrete possint meditari,
Viri iuuenes, vt astute possint famulari,
Mulieres, vt pudice possint conuersari.

De sobrietate enim prælatorum dicitur 2. ad Timoth. 4. vbi Timotheo Episcopo Apostolus loquitur sic. *Tu vero vigila, in omnibus labora, opus fac Euangelistæ, ministerium tuum imple sobrius esto.* De sobrietate religiosorum dicitur 1. Petr. 5 *Fratres sobrij estote, & vigilate* De sobrietate senum dicitur ad Tit. 2. *Admone senes, vt sobrij sint* De sobrietate iuuenum dicitur similiter ad Titum 2. *Iuuenes similiter hortare vt sobrij sint.* De sobrietate mulierum dicitur 1. ad Tim. 3 quod *oportet esse mulieres pudicas, sobrias & fideles in omnibus.* Vt sic generaliter de omnibus istis dicatur illud 1. Petr. 1. *Sobrij & perfecti sperate in eam quæ offertur vobis gratiam.* Non allego exempla, nec alias prosequor, sed vide supra. De abstinentia, & de ieiunio, vbi est illa auctoritas prosecuta. Ministerium tuum imple, sobrius esto. Et sic sufficiat.

## Societas. Socius.

A Nota quod societas est plurium personarum coniuncta communitas. Est autem societas bona, & mala acceptanda, & refutanda, frequentanda, & fugienda. Verum quia supra in locis pluribus de societate, & fœdere est tractatum, et supra de amicitia, & coniunctione, & de congregatione, & de simul, & de pariter, & in multis similibus, ideo de societate in breuiloquio est loquendum, maxime quia nomen societatis est rarum in scriptura, nihilominus tamen inuenitur societas multiplex, videlicet

Societas { Vnita virtuose, Iuncta vitiose, Stricta dolorose, Vincta dulcorose.

Prima est societas hominum perfectorum, quæ est laudabilis,
Secunda est societas hominum prauorum, quæ est horribilis,
Tertia est societas hominum damnatorum, quæ est tristabilis,
Quarta est societas hominum saluatorum, quæ est lætabilis.

Prima societas est desideranda, scilicet societas bonorum, & sociabilitas, & affabilitas cum eisdem, de qua dicitur Prou. 18. quod *vir amabilis ad societatem, magis amicus erit quam frater.* Secunda societas est vituperanda, scilicet societas malorum, de qua Iob 30. *Frater fui draconum, & socius struthionum.* Tertia societas est consideranda, scilicet societas reproborum, de qua Iob 18. vbi de diabolo dicitur, quod *habitent in tabernaculo eius socij eius qui non est*, scilicet diaboli. Quarta societas est remuneranda, scilicet societas bonorum vel beatorum, & de hac 2. ad Cor. 1. *Sicut passionum socij estis, & ita consolationum eritis.*

¶ Igitur in genere de bona & mala societate aliquid est dicẽdum. Et dicamus de societate bona, quod summopere est quærenda. Valde enim est vtile homini se bonis socijs iungere, & se bonis hominibus copulare. Cuprum enim durum, & rubeum si diu nitro liquefactum bulliat, & ductibile, & clarum efficitur, & à rubore, & fragilitate aliqualiter immutatur. Sic vere homo quanquam sit per carnalitatem rubeus, & per obstinationem durus, & per impatientiam fragilis, & impurus, si tamen nitro, i. bonis & claris personis adiungatur, solet immutari, & temperati, B

[illegible] in malis conditionibus alterari, & in bonis si ipsa [illegible] conseruari. Exemplum habemus de Saul & seruis, qui [illegible] prophetiæ spiritum non habebant, immo ad persequendum Dauid in malo proposito essent, dicitur tamen 1. Reg. 19. quod *venientes ad cuneum prophetarum cœperunt cum eis prophetare & conditionem propriam alterare.* Vnde de Saul dicitur 1. Re. 10. quod *mutatus est in virum alterum*, quando scilicet venit ad prophetarum cuneum. Item de ramo syluestri oliuæ domesticæ inserto, id est, de malo homine per bonam societatem alterato, dicit Apostolus ad Rom. 11. *Socius radicis, & pinguedinis oliuæ factus es*, q. d. sicut surculus radici vel stipiti insertus, participat ipsius radicis influentiam & virtutem, ita quod siccari non permittitur, sed [illegible] eius virtute radicis viret, fructificat, & augmentatur, sic ille qui adiungitur cum bona societate, participat cum ipsius bonitate. 2. Mac. 2. *Particeps factus est malorum, postea fiet socius bonorum.* Vt sic quilibet socius dicat illud Apocal. 1. *Ego Ioannes frater vester & particeps in tribulatione & regno* ¶ Et possumus notare, quod isti qui sunt esse socij, debent omnia communiter habere, & ideo dico quod isti

Communiter
- Gratiose debent conuersari,
- Amorose debent amplexari,
- Seriose debent coaptari,
- Vigorose debent fatigari,
- Gaudiose debent prosperari.

Communiter dico
- Gratiose (Ioannes)
- Amorose (Frater vester)
- Seriose (Particeps)
- Vigorose (In tribulatione)
- Gaudiose (Et regno.)

Dico ergo primo quod isti debent conuersari inuicem gratiose, quia scilicet socij tenentur amicabiliter, & sociabiliter se habere, quia sicut dicitur Pro. 18. *Vir amicabilis ad societatem magis amicus quam frater.* Et hoc ostenditur cum dicitur *Ioannes*, qui interpretatur, in quo est gratia. Vide supra de Ioanne. Quod est contra illos qui in societate se exhibent nec amicabiles, nec benignos. ¶ Secundo dico quod isti debent copulari inuicem amorose. Frater, inquit, Fratres enim debent esse, id est, fraternaliter se diligere, sicut & animalia bruta socios diligunt & cognoscunt sicut de bobus, & equis pluribus est expertum. Vide supra de fratre 1. Machab. 8. *Quare grauasti iugum super amicos nostros, & socios Iudæos?* q. d. illi sicut socij sunt, & amici. Cuius tamen in multis contrarium inuenitur ¶ Tertio dico, quod isti debent coaptari inuicem seriose. Particeps, inquit. Quia videlicet ad socios pertinet, quod sint eiusdem similitudinis, & paritatis, quia scilicet non decet socios esse diuersi status, & gradus. Vnde Ec. 13. *Ditiori te ne socius fueris.* Et ibidem. *Omnis homo sibi simili sociabitur* Particeps inquit.

¶ Quarto dico, quod isti debent fatigari inuicem vigorose. In tribulatione, inquit. Quia scilicet illi qui sunt in vna societate, debent simul esse in labore & aduersitate, quia scilicet alij non debent viuere in solatio, & alij in labore & supplicio, quia sicut dicitur 2. ad Cor. 1. *Si fuerimus socij passionum, erimus & consolationũ.* ¶ Quinto dico quod isti debent prosperari inuicem gaudiose. Et regno inquit. Per regnum enim prosperitas intelligitur, in qua debent esse participes socij, sicut participes in labore. Matthæi 25. *Percipite paratum vobis regnum.* Vnde Eccl. 4. *Melius est duos esse simul quam vnum.* habent enim emolumentum societatis suæ: si vnus ceciderit, ab altero fulcietur: & si simul duo dormierint, fouebuntur mutuo. Ista tamen sunt contra multos malos socios qui bene volunt cum alijs, immo præ alijs gaudere, & tamen cum alijs nolunt laborare: volunt soli percipere prospera, & tamen nolunt sentire aspera: volunt habere societatis emolumentum, sed nullum recipere nocumentũ. De quo dicit Augustinus quod *multi volunt gaudere cũ sanctis, & tribulationes mundi nolunt sustinere cum ipsis.* Non sic, sed secundũ eundem, si nunc laborabimus, & conregnabimus. Habeamus igitur istam quintuplicem conditionem & sic erimus socij competentes. Et sic patet, quod dictum est aliquid de societate bona. Patet ergo quod societas bona debet frequentari, quia sicut videmus, animalia domestica in societate viuunt, & se inuicem diligunt & cognoscunt, quia sicut dicitur Iud. 18. *Ille populus qui in remotis solitarius habitabat, & cum nullo hominum societatem habebat fuit à tribu Dan depopulatus, & bonis omnibus viduatus.* Et breuiter multa mala eueniunt solitarijs, & singularibus, quæ non eueniunt socialibus. Vt breuius concludam, verum est verbum Senecæ dicentis in epistola quod *nullius boni sine socio iucunda est possessio.* ¶ Sed adhuc dico, D quod inueniuntur societas mala, quia sunt

Socij
- Litigiosi,
- Proditiosi,
- Desidiosi,
- Raptores,
- Deceptores.

De litigiosis, id est, de murmuratoribus & querulosis, iracundis, & litigiosis dicitur Iob 30. *Frater fui draconum, socius struthionum.* De proditiosis, qui, scilic. tantum se sociant homini in prosperitate, & statim ipsum dimittunt in aduersitate, Poeta. *Fronte capillata, post hæc occasio calua.* Et Eccl. 6 *Est amicus socius mensæ, sed non permanebit in die necessitatis.* De desidiosis, qui scilicet volunt quiescere, & societatis onera non sufferre, potest dici illud prædictum Iudic. 18. quod *cum nullo hominum habent quicquam societatis, & negotij.* De raptoribus potest dici illud Iob 17. *Prædam pollicentur socijs, &c.* De deceptoribus vero dicitur Esaiæ 1. quod *principes infideles socij furum.* Sufficiat ergo gratia breuitatis. Vide de amicitia, de fraternitate, de coniungere, congregare, inter, pariter simul, & alijs titulis similibus.

**Sol.** Cum sol sit principium luminis, & caloris, possumus dicere, quod in scriptura in bono sumitur & in malo. Vnde A

Conditio regis æternalis,
Perfectio viri virtualis,
Combustio pœnæ temporalis,
Elatio gloriæ mundialis.

¶ Dico ergo primo quod sol significat regem æternalem, quia scilicet sol dicitur quasi solus lucens per excellentiam, & iste dicitur solus omnipotens. Et de hoc dicitur Eccl. 26. quod *ipse sicut sol oriens mundo in altissimis.* ¶ Secundo signat virum virtualem, quia scilicet sol inter, & super omnia corpora est summæ perfectionis & virtutis. Vnde Eccl. 27. dicitur quod *homo sanctus in sapientia manet, sicut sol* ¶ Tertio signat pœnam temporalem, quia videlicet sol habet comburere, & desiccare, & etiam affligere cor humanum. Vnde de beatis, qui ab ista pœna sunt liberi, dicitur Esa. 49. *Non percutiet eos æstus & sol.* Et Apoc. 7. *Non cadet super eos sol neque vllus æstus* ¶ Quarto dico, quod designat gloriam mundialem, quia scilicet sol summe est pulcher, & fulgidus, oculorum tamen intuentium est nociuus, sic & mundi gloria est delectabilis & suis amatoribus nociua & damnabilis. Vnde Eccle. 43. *Tripliciter sol exurens montes excæcat oculos.* Et dicitur tripliciter propter tria genera bonorum gloriæ & prosperitatis mundanæ, quæ sunt deliciæ, diuitiæ, & honores. De duobus autem primis aliquid est dicendum.

¶ Dicamus ergo primo de sole quod signat diuinam conditionem. Deus enim quantum ad diuinitatem, & quantum ad humanitatem potest dici sol, quia sicut B

Sol habet
- Claritatem quæ non obfuscatur,
- Celeritatem quæ non retardatur,
- Caliditatem quæ non refrigeratur,
- Vtilitatem quæ non impeditur,
- Mobilitatem quæ non percipitur.

Sic procul dubio Christus habuit claritatem sapientiæ quà prædicando mundum illuminauit. Eccles. 42. *Sol illuminans per omnia respexit.* Item habet celeritatem potentiæ qua mundum creauit. Ps. 135. *Fecit solem in potestatem diei.* Item habuit caliditatem amoris perfecti qua mundum fouit & refformauit 1. Reg. 11. *Cras erit vobis salus cum incaluerit sol.* Itẽ habet & habuit vtilitatẽ omnis sufficientiæ qua mundum ditauit. Eccl. 26. *Sol oriens mundo*, id est, ad omnium quæ in mundo sunt vtilitatem. Item habet & habuit mobilitatem occultæ & imperceptibilis prouidentiæ qua mundum gubernauit, quia scilicet sicut motus solis non percipitur, cum tamen constet ipsum valde celeriter moueri, sic motus prouidentiæ non percipitur, quamuis omnia regendo continue moueantur. Vnde de sole dicitur Ecclesiast. 1. quod *oritur sol & occidit: & in circulos suos reuertitur gyrat ad meridiem, & flectitur ad aquilonem:* quasi dicat: Deus per suam prouidentiam vndique circuit & gyrat. Et ideo breuiter de isto sole Christo, & de eius conditionibus & affectibus potest exponi illud Ioel. 2. *Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem.* Vide eam diuisam secundum alium intellectum in sermone. *Resplendebit facies eius sicut sol,* Vbi aduerte, quod sicut aliquando inuenitur

Sol { Velatus, Eclipsatus, Illuminatus, Rubricatus.

Sic Christus { Fuit velatus per carnis assumptionem, Fuit obscuratus per mortis afflictionem, Fuit illuminatus per vitæ resumptionem, Erit rubricatus per iudicij prælationem vel correctionem.

Istæ enim sunt quatuor reuolutiones istius solis Christi, scilicet natiuitas, & mors, & vita, & status post mortem, scilicet resurrectio & ascensio, & finalis aduentus & iudicium. ¶ Dico igitur quod iste sol describitur quantum ad quatuor in his verbis, scilicet

Quantum ad { Assumptionem carnalis naturæ, Afflictionem mortalis iacturæ, Resumptionem nouæ vestituræ, Correctionem duræ prælaturæ.

Primum probat vigor immutatus. Conuertetur.
Secundum splendor obscuratus. In tenebras.
Tertium fulgor renouatus, Luna.
Quartum ardor inflammatus. In sanguinem.

C ¶ Dico igitur quod Christus sol iustitiæ fuit immutatus assumendo carnis naturam. Conuertetur. Conuerti enim nihil aliud est quã mutari. Et ideo iste dicitur conuersus, quando in hominem est mutatus. Ista enim fuit conuersio non per se, sed per accidens, non simpliciter, sed secundum quid, non in toto, sed in tanto. Quamuis enim sol non moueatur nec conuertatur formaliter, aut realiter, mutatur tamen & conuertitur superficialiter & localiter, quia scilicet quando velatur nubibus, tunc mutatur in colorum varietatem, quando vero de oriente in occidentem progreditur, tunc mutatur ad locorum diuersitatem. Sic vere charissimi, Dei filius quamuis in se sit immutabilis & æternus iuxta illud Malach. 3. *Ego dominus qui non mutor*, cum tamen nobibus, id est, puris & sanctis carnibus fuit vestitus, tunc fuit visus superficialiter mutatus, & de cœlo ad terram localiter inclinatus. Conuertetur. Vnde Act. 2. *Dabo prodigia in cælo sursum & signa in terra deorsum.* Sequitur. *Sol vertetur.* Pone si vis quomodo heliotropium lapis qui interpretatus solis conuersio, facit solem conuerti in sanguineum colorem. Applica. Vide supra titulo de applicare. Figura quomodo *sol tempore Ezechiæ regis reuersus est in horologio Achaz decem lineis.* Vide eam supra vbi signare vel signũ. Ista autem conuersio fuit facta in ortu solis istius, id est, in natiuitate & incarnatione Dei filij. Sol enim ad literam in ortu suo apparet alterius coloris quam sit secundum rei veritatem. Possumus ergo notare quod in isto ortu factæ sunt mirabiles conuersationes, quia videlicet

Humilitas, Maternitas, Deformitas, Diuersitas } conuertitur in { sublimitatem, virginitatem, formositatem, concordiatem.

Quod enim tunc conuersa in sublimitatem fuerit humilitas, apparuit in pastoribus & gentilibus, quibus fuit ista natiuitas plus quam magnis hominibus reuelata, cum tamen à Iudæis reputarentur viles, humiles & deiecti. Et de hoc dicitur Hester. 11. *Sol ortus est, & humiles exaltati sunt.* Item quod tunc in virginitatem conuertatur maternitas, patet ex hoc quia virgo & mater Maria simul fuit. Et de hoc 2. Re. 32. *Lux auroræ*, id est, virginitas Mariæ *oriente sole, mane absque nube rutilat.* Item quod in virtorum formositatem conuertatur vitiorum deformitas in Psalm. vbi dicitur. *A solis ortu vsque ad occasum ex Sion species decoris eius.* Quod etiam in concordiam conuertatur diuersitas, patet ex hoc quod tunc gentiles populi & Iudæi qui semper fuerant cõtrarij & diuersi, in vnitate fidei sunt coniuncti. Ps. 103. *Ortus est sol, & congregati sunt & in cubilibus suis collocabuntur.* Ecce ergo quomodo isto conuerso etiam alia sunt conuersa. Conuertetur, inquit. *Tunc enim fuit claritas solis, alia lunæ alia stellarum*, 1. ad Cor. 15. Vide eam supra de claritate. Patet igitur quod hic fuit alteratus assumendo carnis naturam.

D ¶ Deinde dico de isto sole quod hic fuit eclipsatus sustinendo mortis iacturam, & hoc ostenditur cum dicitur. In tenebras. Sol enim quamuis in sui existentia semper sit clarissimus, in nostra tamen apparentia quandoque eclipsatur, & efficitur, obscurissimus. Sol enim in nouilunio quandoque eclipsim patitur & in exteriori apparentia obfuscatur. Sic Christus quamuis quantum ad diuinitatem semper fuit lucidus, per mortem tamen factus est apparenter in humanitate eclipsatus, obscurus & pallidus, & in nouilunio, id est, in nouitate & ortu nostræ fidei, mortis tenebris obscuratus. In tenebras inquit Ioel. 3. *Sol & luna obtenebrati sunt.* Sol, inquit & luna, i. Christus & fides sua quia scilicet, tunc verificatum fuit illud Ezech. 32. *Solem nube tegam & luna non dabit splendorem suum.* Quia scilicet, quando sol iste fuit nube, id est, mortis turbine obscuratus, tunc splendor lunæ, id est, fides fuit in discipulis omnibus, excepta Maria virgine eclipsatus. Matth. 24. *Post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur.* Mors enim fuit occasus istius solis, qui quidem occasus ab ipso sole fuit præcognitus. Psalm. *Sol cognouit occasum suum.* In meridie fuit dispositus. Amos 8 *Occidit sol in meridie.* Iuxta Hierusalem fuit completus. Iud. 19. *Occubuit sol iuxta Gabaon.* Ad salutem populi fuit confectus, Leuit. 22. *Cum occubuerit sol, mundatus vescetur sanctificatis.* Et tandem per sepulturam fuit perfectus. Vnde de Ioseph potest dici illud Tob. 2. quod *scilicet cũ sol occubuisset, abijt & sepeliuit eum.* Fuit igitur eclipsatus sustinendo mortis iacturam. In tenebras, inquit. Quod etiam bene apparuit in morte sua, vbi sol materialis fuit obscuratus, in signum quod sol æternalis per mortem fuerat eclipsatus. Quod bene figuratum est Apocal. 9. vbi dicitur quod *obscuratus est sol & aer de fumo putei abyssi.* Ad denotandum quod fumus, id est, inuidia quæ processit de puteo abyssi, id est, de cordibus Iudæorum, fecit solem Christum per mortem obscurari, & vitæ lumine spoliari. Fuit igitur vt dictum est, eclipsatus sustinendo mortis iacturam. ¶ Deinde dico quod iste sol fuit renouatus acqui- E
rendo vitæ vestituram. Et istud proculdubio fuit in resurrectione & ascensione, vbi per corporis glorificationem & per æternæ prælaturæ adeptionem, iste sol factus est lucidus atque clarus, sicut sol qui postquam fuit sub nubilo, ad suam tamen reuertitur claritatem: & hoc ostenditur cum dicitur Luna, quia scilicet luna est stella, quæ de claritate ad obscuritatem deducitur & iterum de obscuritate ad claritatem reducitur, & de vetustate ad nouitatem renouatur, signans istum qui primo per immortalitatem erat clarus, tandem factus est mortalis & obscurus, finaliter tamen in resurrectione & ascensione ad immortalitatem exiuit renouatus, & claritate gloriæ perpetuo illustratus Luna, inquit. Vnde Christo dicit Deus pater illud Psalm. *thronus eius sicut sol in conspectu meo, sicut luna perfecta in æternũ & testis in cælo fidelis:* vt etiam possimus dicere illud Esa. 60. *Non occidet vltra sol tuus, & luna tua non minuetur.* Fuit igitur iste sol re- F
nouatus acquirendo vitæ vestituram. ¶ Insuper dico de isto sole quod iste erit inflammatus exercendo mundi prælaturam, scilicet in iudicio, vbi ipse erit rigidus & seuerus, quod ostenditur cum dicitur. In sanguinem, quia scilicet iste erit tunc totus feruidus & sanguineus per iustitiam & rigorem. Sol enim quando est in medio orbis, scilicet in puncto meridiei, solet esse feruentissimus: sic Christus quando in medio cœli & in medio terræ, scilicet in iudicio apparebit, & quando se in valle Iosaphat quæ est in medio mundi demonstrabit, vbi scilic. mundum iudicabit & mediabit, tunc dico per rigorem iustitiæ erit feruidus & condemnando peccatores sanguineus & seuerus. Quod bene figuratum fuit Apoc. 19. vbi dicitur quod *datum fuit soli affligere homines æstu & igni. & æstuauerunt homines æstu magno, & blasphemauerunt Deum.* Sol enim feruore suo in æstate quando est in leone, solet herbas siccare, quas tempore veris contigerat reuirere. Sicut Christus in illo feruore iudicij vir ferus & leoninus apparebit, peccatores siccabit, & virorem prosperitatis qua in mundo viruerant, deuastabit. Iacob 1. *Exortus est sol cum ardore suo & arefecit fœnum, & flos eius decidit, & decor vultus eius deperijt.* Sic igitur patet, quomodo sol iste signat diuinam conditionem, G
quod est primum principale. ¶ Secundo principaliter dico, quod sol designat virtualem perfectionem. Et sic dico quod per solem potest intelligi homo iustus, qui ad modum solis habet calefacere per charitatem, habet illuminare per doctrinæ veritatem, & per exemplorum bonitatem & honestatem. Sol enim nunquam perdit lumen suum: sic nec iustus gratiam. Et breuiter sicut sol perseuerat semper infra ambitum cœli, sic iusti semper manent per gratiam infra ambitum Ecclesiæ sponsæ Dei, iuxta illud Iosue 10. *Stetit sol in medio cæli.* Vbi aduerte quod sol habet quatuor conditiones quas debent habere generaliter viri iusti. Sol est perpetuus Stetit. Sol est perspicuus vel assiduus. Sol, id est, solus lucens. Sol est planetarum medius vel petardus. In medio. Sol est elementis altior. Cœli. Sic vere iusti debent habere

Longi-

[illegible]ngitudinem in duratione (Sicut sol)
Limpitudinem in cognitione (Sol)
Re[illegible]tudinem in intentione. (In medio)
C[illegible]situdinem in affectione. (Cœli)

H [illegible] dico quod iustus debet habere durationis longitudinem. [illegible] inquit. Sol enim perpetuo manet in eadem qualitate, [illegible] quam enim amittit propriæ essentiæ quantitatem nec pro[illegible] [illegible] claritatem, nec sui motus continuitatem. Sic vere vir iustus [illegible] lumen gratiæ perdit, sed per diligentiam semper [illegible] per perseuerantiam [illegible] no semper manet & existit. Vide Esa. *Non occidet vltra sol tuum.* *Stetit*, inquit 1. Paral. [illegible]. *In domo* [illegible] *lem suum.* Quod tamen est contra multos, non soli [illegible] lunæ com[illegible] parandos, qui quamuis aliquando habeant perfe[illegible] [illegible]æ sta[illegible]litatem non habent tamen durabilitatem, imo [illegible] [illegible]tur ad desistentiæ mobilitatem, iuxta illud Eccles. [illegible] *iustitia manet vt sol, stultus autem vt luna mutatur.* [illegible] charissimi, quia semper vt dictum est, est duratio[illegible] [illegible] ns, iuxta illud Ios. 10. *Sol contra Gabaon ne* [illegible]

¶ [illegible] ille debet habere cognitionis limpitudinem Sol, inquit [illegible] et quasi solus lucens Solus dico, scilicet per excellen[illegible] [illegible] [illegible]icet interius & exterius, in tantum [illegible] quod lux ipsius illuminat totum mundum, sic iustus lucet [illegible] per di[illegible]scretionem & sapientiam, & per fidei veritatem & [illegible]m, exterius autem lucet per honestam apparentiam, & bon[illegible] [illegible] exemplorum redundantiam. Et ideo quantum ad [illegible]um, ipse illuminat alios docendo & prædicando, & quan[illegible] [illegible] secundum, exemplo vitæ præbendo & ostendendo 1. [illegible] 6 *Refulsit sol in clypeos aureos & æreos, & resplenduerunt montes ab* [illegible]. *Quid lucidius sole? & hic supra solem.* Ista tamen sunt contra multos, qui scilicet nec discretione nec conuersatione sunt splendentes. Sicut enim lunæ interpositio obscurat solem, & eum facit eclipsari, nubium etiam oppositio ipsum aottotaliter impedit, aut alterius coloris ostendit, sic vere charissimi, nubes carnalis humilitatis, & luna fluxibilis & mutabilis prosperitatis, facit multos turbidos & obscuros, & lumine scientiæ & honestæ apparentiæ denudatos. Apoc. 6. *Sol factus est niger sicut saccus cilicinus* Non sic sed habeat homo iustus cognitiuois limpitudinem Sul ioquit.

K ¶ Tertio dico, quod iustus debet habere intentionis rectitudinem, quod ostenditur cum dicitur. In medio. Medium enim rectitudinem designat, quia illud quod medium est, non declinat ad dextrā nec ad sinistram. Sol etiam in medio planetarum dicitur esse situs. Et ideo dicitur, quod iste alios planetas in suis modulationibus concordare facit, sicut churda media instrumenti. Sic vere charissimi viri iusti vel iustus, & maxime iustus prælatus, debet medium & iustitiæ tenere rectitudinem, & in medio aliorum per iustitiam incedere, & alios sicut mediator ad concordiam reducere, & ipsos in pace & concordia retinere. Et sic talis dicetur sol iustitiæ à Deo datus & ordinatus ad iustum regimen aliorum. Psal. *Iustitia eius sicut sol in conspectu meo* Et Malac. 4. *Timentibus nomen meum orietur sol iustitiæ.* In medio inquit. Vnde Ioa. 20. dicitur, quod *stetit Iesus in medio & dixit discipulis suis. Pax vobis, &c.* Vide supra de medio. Habeat igitur homo iustus rectitudinem Intentionis.

L ¶ Item iustus debet habere celsitudinem affectionis. Cœli. Quia sicut sol semper sursum persistit, nunquam vero ad terram peruenit & descendit, sic iustus semper debet mentaliter in cœlo morari & nunquam in terra seu terrenis mentaliter conuersari, dicens illud Apostoli ad Philip. 3. *Conuersatio nostra in cœlis est.* Et Ec. 26 *Sol oriens mundo in altissimis Dei.* Sic ergo patet quomodo sol significat virum iustum per dictas quatuor rationes. Et propter hoc videtur quod iustus vel perfectus potest comparari vel figurari in illo filio hominis, qui tenebat septem stellas in dextera sua, & ambulabat in medio septem candelabrorum, cuius facies erat sicut sol in regio patris eorum. Patet igitur quod sol significat viri iusti perfectionem.

M ¶ Sed adhuc potest dici, quod sol significat virtutum conditionem. Sol enim in quantum feruet, significat charitatem. In quantum splendet signat fidei & scientiæ claritatem. In quantum continue se mouet, signat diligentiæ sedulitatem. In quantum lumen omnibus exhibet, signat largitatem. In quantum in medio permanet, signat æquitatem. In quantum sursum residet, signat contemplationis sublimitatem. Quia sol, id est, diuina gratia est iste

Sol qui per {
Charitatem feruet,
Fidei claritatem splendet,
Diligentiam currit,
Pietatem influit,
Iustitiam medium tenet,
Contemplationem sursum residet.
}

Quod ferueat per charitatem, patet Iacob. [illegible] *Exortus est* [illegible] *cum ardore* Item quod splendet per veritatem, patet 2. Mach [illegible] tur, *q. sol refulsit, qui prius erat in nubilo* Multi tamen dicūt [illegible] p. 5. *Sol intelligentiæ non est ortus nobis.* Item quod per dili[illegible] [illegible] o[illegible]ueat, patet Naum. 3 *Ortus est sol & auolauerunt.* Et Eccl. 48. *Retrocessit sol, & addidit regi vitam.* Item quod per pietatem alios foueat, patet in Psal. 103. *Ortus est sol & congregati sunt.* Supple pauperes ad eleemosynam accipiendam Item quod per iusti[illegible] m medium teneat, patet Ios. 10. *Stetit sol in medio cœli* Item quod sursum per contemplationem residat, patet Eccles. 26. *S[ol] oriens mundo in altissimis Dei.* Vel etiam possunt istæ conditiones competere viro iusto, quia scilicet

Vir iustus {
Feruet charitatem,
Splendet per honestatem,
Se mouet per sedulitatem,
Alios mouet per pietatem,
In medio est per paupertatem,
In cœlo manet per contemplationis sublimitatem.
}

Concorda sicut in præcedenti de sole. Sufficit. Vide quasi in tit. infinitis.

## Solennitas.

Cū solennitates fuerint institutæ ad Deum laudandum, collaudandum & honorandū A possum tamen dicere quod solennitas sumitur in bono & in malo. Vnde nota, quod inuenitur quadruplex solennitas in sacra scriptura, scilicet,

Solennitas {
Interior,
Exterior,
Superior,
Inferior.
}

Solennitas {
Interior est commendanda,
Exterior est celebranda,
Superior est affectanda,
Inferior est detestanda.
}

Dico primo quod est solennitas interior quæ debet commendari. Et ista est solennitas spiritualis quam faciunt virtutes in corde B viri iusti, vbi fides inorat cæteras & illuminat, deuotio est sacerdos, honestas est sacrista qui altaria ornat, oratio vero est sacrista qui campanilia tangit & pulsat. Et ideo hoc dicitur in Psal. 80. *Buccinate in neomenia tuba, in insigni die solennitatis vestræ*, gratiarum actio tenet librum quæ cantat & laudat. ¶ Secundo dico, quod est solennitas exterior quæ debet celebrari. Et ista est solennitas sanctorum 3. Reg. 8 *Conuenit vniuersus Israel ad Salomonem in die solenni.* ¶ Tertio dico quod est solennitas superior quæ debet affectari. Et ista est solennitas beatorum, de qua 2. Paral 2. *Congregati que sunt in Hierusalem multi, vt facerent ibi solennitatem azymorum.* ¶ Quarta est solennitas inferior, quæ debet detestari: & ista est solennitas, gaudium & iucunditas mundanorum, de qua Esa. 1. *solennitates vestras odiuit anima mea.* Vide de Festo supra de celebritate.

## Sollicitus. Sollicitare.

Nota, quod sollicitudo idem est quod diligentia A seu cura. Vnde possumus notare breuiter quod in sacra scriptura inuenitur.

Sollicitudo {
Naturalis,
Virtualis,
Criminalis.
}

Prima est mortalium vniuersorum,
Secunda est mortalium virtuosorum
Tertia est mortalium vitiosorum.

¶ Dico ergo primo quod est quædam sollicitudo, quæ est naturalis. Et ista est illa qua nos sumus naturaliter solliciti & attenti de conuersatione vitæ, de euatione pœnæ, de ciborum prouisione, & de morborum curatione: quod etiam non solum homines, sed etiam animalia faciunt & procurant. De ista dicitur 1. ad Corinth. 12. *Pro se inuicem sollicita sunt membra.* Et Matthæi sexto, *Crastina dies sollicita erit sibi ipsi.* Ista tamen sollicitudo reprobatur in viris perfectis, quia ipsos retrahit ne solliciti sint de his quæ pertinent ad salutem. Puer enim pro quo pater & mater

continue

continue cogitant, non debet esse sollicitus qui induat seu manducet. Satis enim parentes curabunt, & vlterius, quia cura pueri non sufficeret nec valeret. Sic pro certo nec homo, & maxime vir perfectus, debet esse nimis sollicitus de prædictis. Habet enim patrem in cœlis qui cogitat & prouidet super istis. Luc. 12. *Nolite solliciti esse animæ vestræ quid manducetis*. Et sequitur. *Pater enim vester scit, quod his omnibus indigeatis*. Et ideo sicut pulli auium nunquam sollicitantur quærere cibum, sed solum sollicitantur clamare ad patrem & ad matrem, qui solliciti sunt pro ipsis, sic nec viri perfecti debent solliciti necessaria quærere, sed in Deo sperare, & ad ipsum recurrere, & clamare, iuxta illud 1. Petr. 5. *Omnem sollicitudinem vestram projicientes in eum, quoniam ipsi cura est vobis*. Ista est ergo sollicitudo naturalis.

B ¶ Secundo dico, quod est sollicitudo virtualis. Et ista est illa qua sancti & iusti sunt solliciti de pertinentibus ad salutem. Exemplo creaturarum quæ sollicite sunt in continuo motu & exercitio exequendo officium quod sibi datum est à natura, sicut patet

In { Cœlo sollicite currente,
Sole sollicite illuminante,
Aqua continue fluente & refrigerante. }

Et sic de alijs. Exemplo etiam boni seruitoris, qui valde est sollicitus & attentus quod magistro suo bene seruiat & placeat. Exemplo canis, qui in multitudine hominum sequens dominum suum, valde sollicite attendit ne ipsum perdat. Quia pro certo charissimi iusti debent esse solliciti facere officia sua sibi iniuncta. Iosuæ 23. *Estote solliciti vt custodiatis cuncta quæ scripta sunt*. Et facere Deo & magistro aut domino suo seruitia debita, & honesta. Vnde Michææ 6. dicitur. *Indicabo tibi ô homo quid sit bonum, & quid dominus à te requirat. Vtique, facere iudicium, misericordiam & iustitiam, & sollicite ambulare cum Deo tuo*. Vide eam supra positam & diffusam in titulo de bonitate. Vnde nota, quod debemus esse solliciti de multis, videlicet.

De { Faciendo orationem,
Exhibendo compassionem,
Conseruando pacis coniunctionem,
Gubernando sumptam prælationem. }

Simus igitur solliciti pro alijs orare, iuxta illud Coloss. 4. *Salutat vos Epaphras semper sollicitus pro vobis in orationibus*. Item simus solliciti alios adiuuare, iuxta illud Apostoli 1. Corinth. 12. *Per se inuicem sollicita sunt membra*. Item simus solliciti fœdera conseruare. Ephes. 4. *Solliciti seruare vnitatem in vinculo pacis*. Item simus solliciti sumpta officia gubernare. Rom. 12. *Qui præest in sollicitudine, &c.* Ista est igitur sollicitudo virtualis.

C ¶ Tertio dico quod est sollicitudo criminalis, & ista est illa qua peccatores sunt solliciti & attenti de rebus non pertinentibus ad salutem, scilicet de diuitijs & delitijs & honoribus acquirendis, &c. Contra illud Philip. 4. *Nihil solliciti sitis, sed orationes vestræ innotescant apud Deum*. Pueri enim & fatui magis solliciti sunt de rebus inutilibus quam de vtilibus. Non enim cessant pueri opera puerilia facere, & circa illa sollicite vigilare, in quibus tamen nihil proficiunt, sed seipsos maculant & inficiunt. Sic peccatores. Vnde nota quod isti sunt.

Sollicit de { Carnis voluptatibus,
Mundi facultatibus,
Negotiorum magistratibus. }

Solliciti sunt de carnis voluptatibus Luc. 8. *A sollicitudinibus & voluptatibus vitæ euntes suffocantur*. Item de mundi facultatibus, de quo Matt. 13. *Sollicitudo sæculi & fallacia diuitiarum suffocant verbum*. Item de mundi dignitatibus, de quo Lu. 12. *Nolite solliciti esse animæ vestræ*. Et sequitur. *Nolite in sublime extolli*. Item de negotiorum ministrationibus. De hoc dictum est Luc. 10. *Martha, Martha sollicita es, & turbaris erga plurima*. Vnde etiam de figulo dicitur Ecclesiastic. 38. *In sollicitudine positus est propter opus*. Sic igitur patet quomodo triplex inuenitur generaliter in sacra scriptura sollicitudo. Vide in libro de oculo & attentione oculi. Vide ergo supra de exercitio & in alijs similibus.

A **Solium.** Nota quod solium proprie dicitur vel est sedes seu thronus regalis vel iudiciariæ maiestatis. Et possum breuiter notare quod in scriptura inuenitur multiplex solium, videlicet

Solium { Æternum,
Internum,
Supernum,
Externum, }

Solium { Æternum debet venerari,
Internum debet præparari,
Supernum debet affectari,
Externum debet refutari. }

Primum est solium diuinæ maiestatis,
Secundum est solium mentalis voluntatis,
Tertium est solium summæ fœlicitatis,
Quartum est solium mundanæ authoritatis.

In solio maiestatis sedet Deus æternaliter. Esaiæ 6. *Vidi dominum sedentem super solium excelsum, & plena erat omnis terra maiestate eius*. In solio voluntatis sedet Deus spiritualiter, vnde de anima sancta dicitur Hierem. 3. *Vocabitur Hierusalem solium Domini*. In solio fœlicitatis sedent sancti supernaliter. Vnde de Deo dicitur Iob. 36. quod *reges in solio collocat*, quia scilicet ibi quilibet beatus est rex. In solio vero authoritatis sedent prælati virtualiter & etiam tyranni criminaliter: vt de bono iudice vel prælato dicatur illud Prouer. 20. *Rex qui sedet in solio iudicij dissipat omne malum intuitu suo*. Quia sicut dicitur Prouerb. 16 *Iustitia firmabitur solium*. De malo vero iudice vel tyranno dicitur illud Amos 6. *Væ qui opulenti estis in Sion*. Sequitur. *Qui separati estis in diem malum, & appropinquatis solio iniquitatis qui dormitis, &c.* Solium maiestatis est adorandum, vt dicamus Deo illud Esaiæ 63. *Vide de habitaculo sancto tuo & solio gloriæ tuæ*. Solium voluntatis est præparandum. Esaiæ 16. *Præparabitur in misericordia solium eius*. Solium fœlicitatis est affectandum. Iob 23. *Quis mihi det vt videam, & vt cognoscam illum, & veniam vsque ad solium eius?* Solium authoritatis mundanæ refutandum. Ionę 3. *Surrexit rex de solio suo, & abiecit vestes, &c.* Vide supra de sede & sedere, & infra de throno. Suffic. &c.

A **Solus.** Cū solus dicatur ille qui nulli alij est associatus vel coniunctus, possumus dicere quod aliquando solitudo sumitur in bono, aliquando etiam in malo inuenitur: significat enim quandoque

Dei sublimitatem inattingibilem,
Iusti sanctitatem incomparabilem,
Impij prauitatem inenarrabilem,
Pauperis contemptibilitatem miserabilem,
Damnatorum aduersitatem inæstimabilem.

Deus enim dicitur solus, qui superat in omni qualitate. Vnde 2. Machabæor. 1. *Deus creator terribilis, omnipotens, solus, iustus, & solus præstans*. Iustus dicitur solus, quia se separat à mundi communitate. Hierem. 15. *Solus sedebam, quoniam amaritudine replesti me*. Peccator dicitur solus, quia caret Dei societate. Eccl. 4. *Væ soli, quia si ceciderit, non est qui subleuet eum*. Pauper dicitur solus, quia caret amicorum fertilitate. Esaiæ 63. *Torcular calcaui solus, &c.* Damnatus vero dicitur solus, quia caret sanctorum amore & charitate & totius auxilij securitate. Leuitic. 13. *Quicunque maculatus fuerit lepra, solus habitabit extra castra*. Dicamus ergo breuiter quod est

Solitudo pertinens ad { Deitatem,
Sanctitatem,
Prauitatem. }

B ¶ Primo igitur dico quod est solitudo pertinens ad deitatem, quia scilicet Deus dicitur solus per excellentiam, sicut sol dicitur solus lucens. Solus enim est, quia nullum habet parem in diuinitate, nullum æqualem in maiestate, nullum socium in bonitate. Excellit enim in tantum omne quod est, quod nihil ad eius perfectionem attingit, & ideo solus permanet & existit. Psalm. *Tu es Deus solus*. Iste enim est sicut Phœnix, quæ est, auis sola & vnica in natura. Et ideo res si habetur sola in suo genere, plus diligitur quam si multiplex haberetur. Vnde etiam

Si solus habetur oculus diligentius conseruatur,
Si solus filius habetur, melius adamatur,
Si solus etiam Dominus habetur, melius seruitur & honoratur.

Hinc est quod cum iste sit solus Deus, dico quod debemus ipsum summe diligere, diligenter seruare, & ei humiliter seruire, Luc. 4. *Dominum Deum tuum adorabis & ei soli seruies*. Vna enim vxor soli vni viro coniungitur & si pluribus nupserit adultera esse iudicatur. Sic vere anima soli Deo debet coniungi per fidem & amorem. Ideo bene dicitur 1. Tim. *Regi sæculorum inuisibili soli Deo, &c.*

C ¶ Et possumus notare quod Deus dicitur solus quantum ad multa, quia sc.

Solus est in { Potentiæ fortitudine,
Clementiæ plenitudine,
Scientiæ limpitudine. }

Boni-

Solus est in:
- Bonitatis sanctitudine,
- Æquitatis rectitudine,
- Dignitatis celsitudine,
- Æternitatis longitudine.

Dico ergo quod iste solus potest peccata dimittere. Luc. 10. *Quis potest peccata dimittere, nisi solus Deus.* Solus etiam potest mirabilia ... Psal. 71 *Qui facit mirabilia solus* Solus insuper potest saluare & eripere 1. Reg 10 *Solus Deus saluauit nos de vniuersis tribulationibus.* ... quod solus habet clementiæ plenitudinem. Vnde Apocalyp ... *Quis non timebit te & magnificabit, quia tu solus pius* Item ... solus habet scientiæ limpitudinem. Vnde 3. Regum 8. *Tu ... nosti corda filiorum hominum.* Item habet solus bonitatis sanctitudinem. Vnde Mar 10. *Nemo bonus nisi solus Deus.* Item solus ... æquitatis rectitudinem. Psalm. 70. *Memorabor iustitiæ tuæ solius.* ... Eccl. 18. *Deus solus iustificabitur.* Item solus habet dignitatis celsitudinem. Vnde in Psalm. 82. *Tu solus altissimus super omnem terram.* Vide eam supra de altitudine. Item dico quod solus habet æternitatis longitudinem, quia sicut dicitur 1. Tim. 6. *Solus habet immortalitatem, & lucem inhabitat inaccessibilem.*

F Secundo dico, quod est quædam solitudo pertinens ad vitæ sanctitatem. Et ista est illa qua viri iusti & sancti soli quandoque viuere volunt, & a mundi negotijs nec non a tumultibus & solatijs vanis hominum consortijs fugere, & soli Deo vacare, & ... in stabilitate, sicut ad literam fecerunt eremitæ & alij quam plurimi viri sancti. Nam sicut aues nobiles non solent societates ... frequentare, sed solum in locis secretis & remotis nidificare & habitare, sic viri sancti tumultus & plausus non requirunt, sed soli in mentis secreto Christo viuere semper volunt. Vnde etiam vox de cœlo lapsa igitur dixisse beato Antonio. *... saluari fuge homines.* Vnde etiam sanctus vir Dauid dicebat in Psalm. 54. *Ecce ego elongaui fugiens & mansi in solitudine.* Et ideo Hieremias de seipso dicit Hierem. 15 *Solus sedebam, quoniam amaritudine repleuisti me.* ¶ Vbi aduerte quod talis

Solitudo:
- Pacis tranquillitatem solet generare,
- culpæ peruersitatem solet deplorare,
- Morum fœcunditatem solet ampliare.

Solitudo notat:
- Pacis tranquillitatem (Sedebam)
- Culpæ peruersitatem (Amaritudine)
- Morum fœcunditatem (Repleuisti me)

Est igitur solitudo pacis & tranquillitatis generatiua quod ostenditur cum dicitur. Sedebam. Sedere enim quietem & tranquillitatem designat. Vnde illud Esaiæ 52. *Consurge, sede Hierusalem, induere vestimentis gloriæ tuæ.* Ille enim qui solus est, non habet, qui eum molestet. Et ideo qui vitæ solitudinem quærunt, in pace & tranquillitate vitam transigunt. Thr. 3. *Sedebit solitarius & tacebit, quoniam leuabit te supra se* Tales potissime debent esse boni religiosi qui soli habitare voluerunt, id est, soli viuere elegerunt, & a mundi tumultibus recesserunt, & etiam soli sine sumptibus, multiplicatione per carnis copulam viuere decreuerunt. De istis enim videtur loqui Iob. 3. secundum quod exponit Gregor. vbi dicit. *Quare data est misero lux. &c.* Sequitur. *Nunc enim dormiens silerem, & somno meo requiescerem cum regibus & consulibus terræ, qui ædificant sibi solitudines, qui possident aurum, & replent domos suas argento.* Isti enim reges & consules qui seipsos bene regunt & sibi de salute consulunt in quantum vitæ solitudinem ædificant & eligunt, abundant in auro sapientiæ, & in argento eloquentiæ. Sedebam ergo. Quamuis hodie de multis dicat plangendo Hieremias illud Threnor. 1. *Quomodo sedet sola ciuitas, &c.* Non sic ergo, sed dico quod ista solitudo debet esse pacis & tranquillitatis generatiua.

¶ Deinde dico, quod debet esse culpæ & peruersitatis deploratiua. Amaritudine, inquit. Solitudo enim amica est mœroribus. Vnde illi soli sedere consueuerunt, qui plorare vel plangere decreuerunt, iuxta illud Esa. 35. *Scissæ sunt aquæ in deserto, & torrentes in solitudine* Sic vere illi qui in tali solitudine persistunt peccata præterita plangunt. Exemplo turturis, quæ amissa socia semper sola incedit, & continue plorat & gemit. Sic illi qui sociam suam id est, gratiam vel charitatem perdiderunt, debent soli incedere, & societatem perditam deplorare. Amaritudine, inquit. Esaiæ capite 22. *Recedite, amare flebo, nolite incumbere vt consolemini me super vastitate filiæ populi mei.* Vnde etiam quilibet pœnitens potest dicere illud Psalm. 101. *Similis factus sum pellicano &c.* Et sequitur. *Et factus sum sicut passer solitarius in tecto* Pellicanus enim est auis valde sicca & macra, quæ semper in solitudine moratur. Nycticorax autem est auis quæ nocte in domibus desertis vlulare & plangere consueuit. Passer etiam solitarius cum alijs auib. non eo cõsueuit vel ...re, sed in domo solus sine alijs habitare. Ad denotandum quod illi qui solitudinem frequentant pœnitentiæ, debent esse per abstinentiam sicci, debent per compunctionem plangere, & aliorum consortia fugere & vitare, dicentes illud quod in persona Hierusalem dicitur Esaiæ 48. *Ego sterilis, & non pariens transmigrata & captiua, & destituta, & sola solitudo omnium iniquitatum deploratiua.* ¶ Deinde dico quod solitudo est morum fœcunditatis ampliatiua. G

Repleuisti me inquit. Solitudo enim & desertum quamuis non abundat granis & frugibus, abundat tamen herbis & floribus: arbores enim quæ duæ vel plures in vna radice nascuntur, minus proficere dignoscuntur. Illa vero quæ alijs subtractis sola remanet, crescit amplius & ingrossatur. Et si musto solus oculus homini remanet, virtus visiua in eo fortificatur. Sic vere charissime, illi qui soli & solitarij esse volunt, quamuis granis & fructibus bonorum temporalium sint pauperiores, virtutum tamen fructibus sunt vt communiter pleniores. Tales enim solent virtutibus augmentari, gratijs & meritis ampliari. Repleuisti me, inquit. Psalm 62. *Sicut adipe & pinguedine repleatur anima.* Vnde de diuersis virtutum floribus & fructibus quæ in solitudine abundant, dicitur Esaiæ 41. *Dabo in solitudinem cedrum, & pinum & myrtum, & lignum oliuæ abietem quoque, vlmum & buxum simul* Vide eam alibi, & expone sicut ibi expositum est quod de tabula remittit.

¶ Et nota, quod illi, qui solitarie volunt viuere, sed in solitudine religionis & pœnitentiæ remanere, debent habere has virtutes, videlic. H

- Celsitudinem contemplationis,
- Limpitudinem circumspectionis,
- Magnitudinem tribulationis,
- Plenitudinem consolationis,
- Gratitudinem exultationis,
- Rectitudinem iurisdictionis,
- Acritudinem correctionis,
- Dulcedinem refectionis,
- Querelam orationis,
- Tutelam habitationis.

Dico quod in ista solitudine debet esse sublimitas contemplationis, vt sic dicat quilibet talis solitarius illud Ecclesiast. 24. *Gyrum cæli circuiui sola.* Item ibi debet esse circumspecta visio, vt dicatur illud Daniel. 10 *Vidi ego Daniel solus visionem.* Item debet esse laboris fatigatio, quia sicut dicitur Esaiæ 28. *Sola vexatio dabit intellectum.* Itẽ ibi esse debet diuina cõsolatio. Ex. 16. *Respexerunt ad solitudinem, & ecce gloria domini apparuit in nube.* Item ibi debet esse exultatio laudantium dominum. Esaiæ 35. *Exultabit solitudo & florebit sicut lilium.* Item ibi debet esse iustissima iurisdictio Esaiæ 32. *Habitabit in solitudine iudicium.* Et Esaiæ 40. *Rectas facite in solitudine semitas Dei nostri.* Item ibi debet esse acerrima castigatio. Matthæi 18. *Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te, & ipsum solum.* Item ibi debet esse dulcissima refectio, scilicet corporis Christi Marc. 8. *Quis poterit multitudinem hanc panibus saturare in solitudine?* Item ibi debet esse feruentissima oratio seu supplicatio, de qua Matthæi 14. *Ascendit in montem solus orare.* Item ibi debet tutissima habitatio. Vnde in Psalm. 54. *Elongaui fugiens, & mansi in solitudine.* Et Iob 38. *Onagro dedit in solitudine domum.* Et sic igitur de tali solitudine & de eius conditionibus potest dici illud Esaiæ 51. *Ponet desertum quasi delitias, & solitudinem quasi hortum domini.* Patet ergo quod talis

Solitudo est:
- Morum fœcunditatis ampliatiua,
- Pacis & tranquillitatis generatiua,
- Culpæ & peruersitatis deploratiua.

Et si vis potes inuehere contra solitudinem religionis, quomodo filij Israel solitudinem, vt irent in terram promissionis, intrauerunt, & ibi diuersis ex mortibus perierunt. Et pone si vis & applica pericula. Ista est igitur solitudo pertinens ad vitæ sanctitatem.

¶ Tertio principaliter dico, quod in scriptura inuenitur solitudo pertinens ad morum prauitatem. Et sic proculdubio dico quod ille dicitur solus, qui a Dei & sanctorum societate per peccatum est segregatus, & qui ab aliorum communi vita & charitate per singularitatem & odium est distinctus. Et sic dico quod solitudo semper in malum designat. Est enim I

Solitudo contraria:
- Societati,
- Charitati,
- Largitati:

Istæ enim tres virtutes scilicet societas, charitas & largitas, nunquam volunt esse solæ. Et ideo possumus dicere quod talis solitudo est vitiosa, & cunctis sanctis hominibus odiosa. Teste enim Auicenna, homo perfectissimus animalium non potest viuere solus: formicæ vero & apes in hoc sibi conueniunt prout dicit. Sic viri sancti qui sunt homines, id est, rationales per sagacitatem qui sunt formicæ, id est, diligentes per sedulitatem qui sunt apes, id est, mel eleemosynarum propinantes per pietatem, tales dico nunquam volunt per peccatum & partialitatem soli viuere, sed magis semper solent per gratiam & societatem simul atque communiter permanere. Audiunt enim quod illi soli à Deo maledicuntur, & à sanctis hominibus contemnuntur. Ecclesiast. 4. *Væ*, inquit, *soli* (dicit Salomon) *quia si ceciderit, non est qui subleuet eum, & si dormierint duo simul, mutuo fouebuntur, vnus quomodo calefiet?* Et tamen multi sunt, qui solitarij esse volunt, & qui Dei & bonorum societatem fugiunt, & contemnunt. Et tales reprehenduntur 1. Regum 21. vbi dicitur: *Quare tu solus & nullus tecum est?* q. d. male stas. Et possumus notare, quod sola esse dicuntur tria genera peccatorum, videlicet

Charitate carentes,
Vanitate tumentes,
Parcitate rigentes.

K ¶ Soli sunt qui carent Christi charitate. Tales enim possunt dici soli, sicut vidua, quæ sola post virū remanet. Sic Orphanus qui sine patre residet. Sicut pupillus, qui sine tutore solus se regere nescit. Sicut ouis, quæ sola à grege remansit deuians, quæ parti luporum solet cedere. Et ideo de anima peccatrici potest dici illud Threnor. 1. *Quomodo sedet sola ciuitas, &c.* Vide si vis supra, & applica totum residuum illius capituli ad animam peccatricem. Sicut enim palma fœmella non potest fructificare sola sine masculo, quinimo vult semper habere sociam, sic nec anima sine gratia Dei. Nisi enim Deum habeat socium, nullum bonorum operum profert fructum. Quia sicut mulier concipere non potest nec parere sine viro, sic nec anima potest bonum facere sine Deo. Et ideo anima peccatrix potest dicere illud Esaiæ 49. *Ego sterilis & non pariens, &c.* Sequitur. *Ego destituta, & sola.* Ista est ergo

Solitudo peccati, in qua solet homo faciliter { Errare, Perire, Timere.

Quia scilicet in solitudine non sunt viæ, nec ibi est qui doceat iter & etiam solus homo faciliter errat: ouis etiam si sola est, audiens tonitruum, solet abortire: solus etiam homo faciliter solet timere. Sic vere in solitudine, id est, in statu peccati solet faciliter homo errare. Psal. 106. *Errauerunt in solitudine in inaquoso. &c.* Item ibidem faciliter periculum incurrit 2. Cor. 11. *Periculum in solitudine.* Item faciliter ibidem timetur. Iudic. 7. *Si solus vereformidas, descendat tecum Phara puer tuus.* Isti igitur sunt soli qui carent Christi charitate.

L ¶ Soli sunt etiam illi, qui tument pompæ vanitate. Et isti sunt qui gloriantur in singularitatibus, & qui volunt soli videri, & honorari, & per superbiæ vanitatem, & vitæ singularitatem à cunctis alijs segregar, & societatem hominum dedignari. Isti sunt sicut populus qui dicuntur Seres, de quo dicit Solinus, quod ita est populus singularis, quod cum nullo mortalium aliorum habet societatem: aspernantur enim omnes alias nationes, reputantes se cunctis hominibus sanctiores. Vnde dicit, quod quando mercatores de longe veniunt ad eorum fines, ipsos non dignantur videre, imo oportet quod mercatores in certo loco pretia reponant. Illi vero de terra illa nocte venientes assumptis pretijs secundum valorem in loco eodem merces collocant, quas mercatores in crastino inuenientes, absque hoc quod homines videant, secum portant. Tales sunt procul dubio homines singulares, solitarij, & superbi, qui scilicet nullius societatem sectantur, sed aliorum merita detestantur, & soli apparere vel aliquid soli facere gloriantur, sicut ad literam in religione patet de hypocritis, & partialibus infinitis. Talibus loquitur Iob. 12. vbi dicitur. *Ergo vos soli estis homines, & vobiscum morietur sapientia?* Tales enim sunt fatui, quia pro certo magis valet societas quam partialitas. Sola enim chorda in instrumento nihil proficit, quæ tamen cum alijs posita dulcem facit melodiam. Solus miles hostibus non præualet, qui coniunctus alijs ipsos terret. Solus carbo faciliter extinguitur, qui tamen vnitus cum alijs conseruatur. Et breuiter verum est quod dicit Seneca, quod *omnia mala docuit solitudo*, quia sicut dicit scriptura *populus Lais cum nullo hominum habebat societatem*

*& ideo nullo ferente præsidium* ... dicitur Iudicum 18. Vnde de talibus videtur loqui scriptura ... nibus dicens Hieremiæ 49 *Ascendite ad gentem quietam*, ... *tantem confidenter, non ostia, non vectes sunt ei, soli habitant.* D... etiam dicitur, quod Susanna quæ erat in pomerio sola, q... senum impudicorum falso succubuit testimonio, si ... fuisset, nunquam senum malitiam incurrisset. Et si vis ... cere, quod tales volunt esse soli & singulares, sicut b... dicitur herbam retrocedendo carpere. Sicut crocodilus, ... superiorem maxillam dicitur mouere. Sicut ceruus qui ... cornua sua dicitur mutare. Tales enim solitudines, & ... tates, quas communitas aliorum non facit, pl... n... quamuis illa quæ magis sunt singularia non sit ... ma... communiter dicentes illud Deuteron. 32. *Videte, quod* ... *sim & non sit alius Deus præter me, &c.* Dico ergo, quod ... sunt, vt dictum est, illi qui tument pompæ ... tate.

¶ Denique soli esse volunt illi qui rigent dura par... sunt auari. Soli enim volunt viuere, & esse in patria, v... omnia lucra, vt patet de vsurarijs. Soli enim v... domo sua: nullum enim alium volunt inuenire ... oporteat erogare. Similes cani, qui solus consueuit o... non nisi violenter alijs aliquid dimittere, dicens il... Leuitici 11. *Inueni requiem mihi, & nunc manducabo de* ... Iuxta illud Prouerb 5. *Habeto eas solus*, scilicet di... as ... *lienum participes tui.* Ista est ergo triplex mala solitud... , ... citatis, vanitatis, iniquitatis, quæ pertinent ad morum ... rem.

¶ Sed si vis adhuc dicere de solitudine in quant... terram desertam, inuiam & inaquosam, quæ ab ho... frequentatur, sed à solis leonibus, & animalibus habi... notare, quod in scriptura inuenitur

Solitudo { Superior quæ est virtuosa, Interior quæ est vitiosa, Exterior quæ est periculosa, Inferior quæ est tempestuosa.

¶ Prima solitudo est status perfectorum, scilicet ... est in multis sterilis, & aspera & tamen in multi... d... spera, & ideo ista à viris perfectis habitatur, & ab ipsis ... nimo frequentatur, iuxta illud Hier. 2. *Cursor leuis expl... onager assuetus in solitudine.* Et si vis dilatare, expone ... supra sunt exposita vbi agitur de solitudine quæ ... ne ... tæ sanctitatem, & præcipue illa quæ ponuntur in secun... bro.

¶ Secunda est solitudo peccatorum, quia scilicet ... non est, nisi solitudo carens virtutum floribus, & ... ritorum. De qua Hier. 17. *Ciuitates Iuda dabo in solitudinem.*

¶ Tertia est solitudo status mundanorum. Mund... tudo dicitur, quia nullum bonum ibi crescere ... & quia à bestijs, & peccatoribus habitatur. De qu... *speciosam in solitudinem.* Et Ezec. 26. *Collocabo te in terra* ... *solitudines veteres.*

¶ Quarta vero est solitudo status damnatoru... tur Num. 14. *In solitudine hac iacebunt cadauera nostra.* ... solitudo valde aspera, vbi est carentia omnis boni. ... mer. 21. *Cur eduxisti nos de Aegypto, vt moreremur in solitudine* ... de supra de deserto. Et si vis dic de solitudine mundi ... est solitudo per quam filij Israel ad terram promi... re decreuerunt, vbi tamen plurimi perierunt, nec terram q... quæsierant intrauerunt. Ibi enim inuenerunt

Ignem deuorantem. Num. 17.
Terram absorbentem. Num. 16.
Serpentem mordentem. Num. 21.
Plebem rebellantem. Num. 20.

Ibi etiam dereliquerunt Deum.

Vitulum adorando,
Carnes desiderando,
Contra Moysen murmurando,
Moabitidas adamando.

Ibi enim alij adorant vitulum, id est, diabolum, eidem ... & superbiam sectando. Alij carnes desiderant, gulam ... scendo. Alij contra alios murmurant, d... m su... Alij mulieres alienigenas amant, luxuri... freque... quibus notatur, quod in solitudine mundi huius pe... pereunt homines multis modis. Nam

Alios { Deuorat ignis per iracundiam,
Mordens serpens per detractionem,
Turbant rebellentes per tribulationem,
Trahit mundus per condemnationem. }

Istis enim de causis, & pluribus alijs pereunt homines in solitudine huius mundi, ita quod impediuntur ab introitu gloriæ paradisi. Iuxta illud supradictum, *Errauerunt in solitudine in inaquoso, &c.* Hæc igitur de solitudine sufficiant. Vide superius de deserto in litera D.

A **Soluere.** Nota, quod soluere accipitur pro reddere seu satisfacere, accipitur etiam pro deligare vel dirumpere, accipitur etiam pro liquefacere seu liquefieri. Et sic dico, quod est vnum soluere satisfactionis. Esa. 19. *Vota vouebunt domino, & soluent.* Item est vnum soluere liquefactionis seu relaxationis. 2. Pet. 3. *Elementa vero calore soluentur.* Item est vnum soluere deligationis seu expeditionis, de quo dicitur in Ps. 148. *Dominus soluit compeditos, &c.* De isto igitur genere solutionis inquantum dicit mihi expeditionem, seu deligationem seu ligamenti apertionem, possumus notare, quod multiplex vinculum est soluendum, scilicet

Vinculum { Scelerum criminalium,
Onerum temporalium,
Fœderum corporalium. }

B ¶ Soluendum est ergo primo vinculum sceleris criminalis. Peccata enim sunt quædam vincula, quæ ita hominem per malam consuetudinem ligant, quod vix potest inde liberari. In corde enim per mentis duritiam ligant, ne possit pœnitere. Quandoque in ore per verecundiam vt non possit clamare. Quandoque in manibus per pigritiam vt non possit laborare. Quandoque in pedibus per ignauiam vt ad bonum non possit ambulare. Vinculum enim cordis debet dissolui per contritionem remollitiuam. Et de hoc Iob. 28. *Sicut lapis solutus calore in æs conuertitur.* Vinculum oris debet solui per confessionem apertiuam. Marc. 7. *Solutum est vinculum linguæ eius, & loquebatur recte.* Vinculum manuum debet solui per operum satisfactionem occupatiuam. Et de hoc Luc. 13. *Quanto magis hanc filiam non oportuit solui à vinculo diaboli.* Vinculum vero pedum debet solui per laborum executionem fatigatiuam. De quo Ioan. 11. *Soluite eum, & sinite abire.* Talis enim solutio vitiorum debet fieri, & à nobis summopere exerceri, iuxta mandatum scripturæ dicentis animæ peccatrici. Esaiæ 52. *Excutere de puluere, consurge, sede Hierusalem, solue vincula colli tui captiua filia Sion.* Vide eam expositam, & diuisam in eo loco ad quem te tabula remittit. Patet ergo, quod soluendum est vinculum sceleris criminalis.

C ¶ Secundo dico, quod soluendum est vinculum oneris temporalis, quia in nobis ipsis debemus soluere, & dimittere onera bonorum temporalium, ipsa contemnendo, & pauperibus erogando. De quo Iosuæ 5. *Solue calceamenta de pedibus tuis, &c.* Temporalia enim sunt calceamenta, & ligamina pedum, & affectionum. In alijs vero debemus soluere onera tribulationum mundialium, de quibus dicitur Esa. 58. *Solue fasciculos deprimentes, dimitte eos, qui confracti sunt, liberos, & omne onus dirumpe.*

D ¶ Tertio dico, quod soluendum est vinculum fœderis corporis, id est, amoris carnalis, qui scilic. est quoddam vinculum valde strictum: qui enim ipso ligatus fuerit, de ipso vix amplius exibit. Et ideo dicitur 1. Cor. 7. *Solutus es ab vxore, noli quærere vxorem.* Ista igitur de soluere sufficiant. Vide de contritione, de confessione, de vinculo, & de ligamento.

A **Somnus. Sopor.** Cum supra de dormire satis dictum sit, breuiter notabo, quod sex sunt genera somnorum, videlicet

Somnus { Finitionis mortalis,
Deuotionis mentalis,
Infectionis carnalis,
Successionis temporalis,
Damnationis infernalis,
Refectionis supernalis. }

¶ Somnus mortalis est somnus omnium viatorum, quia nullus est hic viator, quin finaliter ad somnum mortis veniat. De quo dicitur Ioann. 11. *Lazarus amicus noster dormit, &c.* Iste est somnus quo si quis sopitus fuerit, nunquam vsque in diem iudicij euigilabit. De quo potest dici illud Iudicum 4. *Soporem morti sociaus*

B *defecit, & mortuus est.* ¶ Somnus mentalis est omnium perfectorum. Viri enim perfecti dormiunt somno deuotionis, in quo scilicet per spem, & desiderium in domino requiescant. Psalm. 131.

*Dilection. Bercberg.*

*Si dedero somnum oculis meis, &c.* Iste est *somnus in quo vidit Iacob scalā cuius summitas cælum tangebat.* Gen. 28. Quia sancti viri in somno deuotionis de secretis cœlestibus multa gustant. 1. Reg. 26. *Omnes dormiebant, quia sopor domini irruerat super eos* ¶ Somnus infectionis carnalis est somnus hominum peccatorum, qui somno torporis, & desidiæ volunt quiescere, & dormire, & ad nullum bonum opus consurgere vel vacare. Quia sicut dicitur Prouerb. 19. C
*Pigredo immittit soporem,* cum tamen dicatur Prouerb. 20. *Noli diligere somnum, ne egestas te opprimat.* Et hoc dicit Apostolus Rom. 13. *Hora est iam nos de somno surgere.* ¶ Somnus temporalis est diuitum mundanorum. Prosperitas enim mundana quid est nisi somnus in quo diuites ita delectantur, & quiescunt, quod ibi penitus videntur consopiti, de quo Eccles. 5. *Dulcis est somnus operanti, saturitas autem diuitis non sinit eum dormire, &c.* Ps. 75. *Dormierunt somnum suum, &c.* quasi dicat prosperitas est quidam somnus, qui faciliter labitur, ita quod tota copia diuitiarum annullatur. Iste est enim sopor Ionæ, qui in naui in qua periclitabatur, dormiebat sopore graui; quia scilicet tales ac si essent imbuti veneno aspidis, quod somnum faciendo occidit, in naui mundanæ prosperitatis dormiunt, vbi tamen mortem pœnæ, & culpæ incurrunt. Talibus ergo dicitur Ionæ 1. *Quid tu sopore deprimeris, surge, inuoca Deum tuum* ¶ Somnus infernalis est somnus damnatorum. Isti enim ita sunt sopiti, & depressi, quod perpetuo non veniunt ad salutem. Et ideo dicitur somnus sempiternus, quia quamuis in iudicio à somno corporis resurgendo euigilent, nunquam tamen à mortis æternæ somno resurgent. Hierem. 51. *Sopientur, & dormient somnum sempiternum.* ¶ Somnus supernalis est hominum beatorum, qui scilicet post vitæ huius labores vbi sustinnerunt pondus diei, & æstus, ad somnum, & requiem gloriæ peruenerunt. Et de hoc in Psalm. 126. *Cum dederit dilectis suis somnum, ecce hæreditas domini.* Multa possent dici de isto sextuplici somno, sed supra satis dictum est de dormire, & pluribus alijs titulis, huius libri. D / B

**Somniare. Somnium.** Cum somnia quandoq; proueniant à Deo per inspirationem, quandoq; à libertate animæ per sursum à dormiente corpore expeditionem, quandoque à diabolo per fallacem deceptionem, & machinationem, quandoque à mente per nimiam sollicitudinem seu circa aliquam rem intentionem, quandoque ab humore in corpore abundante per fumorum, & phantasiarum cerebri eleuationem, & dictæ phantasiæ immutationem, quandoq; à complexione corporis secundum suam naturalem dispositionem, & sic somnia secundum istarum causarum varietatem aliquando contineant veritatem, aliquando falsitatem, possum de somnis multa, & varia fabulari, nisi quod intentio nostra non est tractare de aliquo nisi proprie potest ad aliquid moraliter applicari. Dicamus ergo breuiter, quod per somnia, quæ prout communiter nullam firmitatem roboris prætendunt, sed potius falsam imaginatiam vanitatem, possumus intelligere fatuas imaginationes hominum peccatorum, qui somniant, & imaginantur, præsumunt, & opinantur multa, & varia de istis temporalibus, & mundanis. Vnde nota, quod A

Somniant { Auari de diuitijs,
Luxuriosi de immunditijs,
Superbi de officijs,
Seditiosi de litigijs,
Pauidi de tristitijs. }

Et sic dico primo quod est quoddam somnium cupidorum. Sicut enim sæpe contingit, quod homo somniat tractare, & acquirere pecuniam, & de quo quamdiu somniat, nimium gaudet, & tamen cum euigilat nihil inuenit de præmissis, sic diuites modo non faciunt nisi somniare. Videtur enim eis, quod acquirant mirabilia, quod tamen penitus nihil est, quando vero excitabuntur per mortem, tunc inuenient se delusos, & cognoscent certissime, quod ipsi somniauerint vanitatem, & nullam prorsus viderint veritatem. Sicut enim dicitur in Ps. 75. *Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt diuitiarum in manibus suis.* Vnde de auaris dicitur illud Esa. 29. *Somniat esuriens, quod comedat, & cum expergefactus fuerit, vacua est anima eius.* Istud est ergo somnium cupidorum. B

¶ Secundo dico, quod est somnium hominum immundorum luxuriosorum. Homines enim sanguineæ complexionis dicuntur somniare læta. Isti sunt carnales, qui non somniant nec desiderant nisi festa. De talibus loquitur Deut. 23. vbi dicitur, quod *illi qui nocturno polluti erant somnio, debebant egredi extra castra,* C

sonant sicut campana fracta, quæ sonat nimis rauce. ... chorda nimis tracta, quæ sonat nimis alte. T... plumbea, quæ sonat nimis b... obscure. Q... buccina argentea, quæ sonat nimis clare. Sufficit. Vide de voce & alijs similibus, &c.

## Sordes, Sordidus.

Cum per sordes intelligantur peccata quæ animam f... didant fœdant, à quibus potissime est cauendum, iuxta illud Le... *Docete filios Israel vt caueant immunditias, & vt non moriantur in* ..., possumus notare quod vitia sordibus comparantur à ... anima polluitur & sordidatur. Sordescit dico anima, v...

A | Superbiæ tumore,
Luxuriæ fœtore,
Simoniæ sudore,
Gastrimargiæ fluore,
Ab insolentiæ liuore.

... dico à superbiæ tumore. Vnde superbæ ciuitati lo... ... Ezech. 25. *Sordida nobilis grandis interitu.* Item per luxuriæ fœtorem, de quo Esa. 4. *Si abluerit dominus ... Sion, & sanguinem Hierusalem lauerit.* Item sordescit ... ... sudorem. Dona enim simoniaca etiam à canoni... ... sordes, eo quod apud Deum & homines faciant ... sordescere. Vnde de simoniacis iudicibus dicitur O... *Calumniam patiens factus est Ephraim, fractus iudicio, quoniam cæ... post sordes.* Item sordescit per gastrimargiæ fluorem, id est, vinum. De quo Esa. 28. *Omnes mensæ repletæ sunt sordium vomi... que.* Item sordescit per insolentiæ, id est, per inhonestæ ap... liuorem. De quo dicitur Zachar. 3. quod *Iesus sacerdos ... indutus sordidis vestibus.* Vide de immunditia & sordibus.

## Soror.

Breuiter notando possumus dicere quod

Soror nomen est { Charitatis,
Fraternitatis,
Æqualitatis,
Communitatis.

Et ideo loquendo spiritualiter possumus dicere quod illud nomen potest competere animæ, Mariæ, & cuilibet sanctæ. Vtraque enim istarum propter amorem quem ad ipsam debemus habere, vel quem ad nos gerit, potest proprie soror dici. Soror enim naturaliter diligit fratrem, & diligitur à fratre. Et ideo ista beata N. soror nostra nos diligit & à nobis se diligendam ostendit. Canticorum 4. *Vulnerasti cor meum soror mea.* ¶ Nota igitur quod tam in bono quam in malo soror multipliciter accipitur in Scriptura. Est enim

Soror { Vituperanda,
Desideranda,
Custodienda,
Prædiligenda.

B ¶ Prima est soror criminibus prostituta. Et ista est caro, quæ est soror animæ, quam diabolus cunctis vitijs prostituit & corrumpit. Iob 17. *Putredini dixi: Pater meus es, & mater mea, & soror mea, vermibus.* Et Ezech. 22. *Socer nurum suam polluit nefarie, frater sororem suam filiam patris sui oppressit in te.*

C ¶ Secunda est soror cœlestibus instituta, & ista est sapientia, seu etiam quælibet virtus, quam debemus diligere vt sororem.

D Prouerb. 7. *Dic sapientiæ, soror mea es, & prudentiam vocam amicam meam.* ¶ Tertia est soror virtutibus destituta, & ista est anima soror corporis. Figurata in Thamar sorore Amon quam proprius

E frater fœdauit. De qua 2. Reg. 13. *Habebat sororem speciosissimam vocabulo Thamar.* ¶ Quarta est soror pro omnibus constituta, & ista est beata virgo, quæ soror omnium potest dici. Vt de qualibet dicatur illud Luc. 10. *Huic erat soror nomine Maria.* Vbi de beata virgine notatur

Affectio generalis. (Huic erat)
Dilectio cuilibet specialis. (Soror)
Conditio virtualis. (Maria.)

Vt igitur beata virgo vel quælibet sancta sit propria soror Christi & nostra, possumus notare quod sicut soror potissime quando est paruula, à parentibus dotatur, à fratribus adamatur, à seruientibus honoratur, sic ista à patre suo Deo in patria est dotata, à fratribus suis, scilicet Angelis fuit & est seruata & adamata, à seruientibus, id est, deuotis Christicolis est honorata. Ista enim per humilitatem paruula fuit, & ideo Deo & hominibus placuit, & etiam Angelis grata fuit. Vt de eius commendatione dicatur illud Canticorum 8. *Soror nostra paruula est, & vbera non habet.* ¶ Vbi aduerte quod ista est

Charitatis vimine ligata,
Pietatis flumine rigata,
Humilitatis culmine fundata,
Carnalitatis crimine priuata, &
Virginitatis nomine dotata.

F ¶ Dico ergo primo, quod fuit ligata vimine charitatis, quia soror est nomen amoris. Vnde Canticor. 4. *Vulnerasti cor meum soror mea.* Ista enim omnes iuuat & diligit sicut fratres, vt de ea possit quilibet dicere illud Genes. 20. *Vere soror mea est filia patris mei.* Et ideo ipsam sicut sororem, imo etiam sicut vxorem debemus diligere, & per charitatis ligamentum cum ipsa nos firmiter vnire, vt & nos possimus dicere sicut Abraha, de quo dicitur quod dixit de Sara vxore sua, *Soror mea est.* Ipsius etiam Dei est vxor & soror, & similis ipsi deæ Iunoni, de qua dixerunt poetæ quod ipsa erat Iouis, qui summus Deus erat, & vxor & soror, & tamen semper virgo, nunquam enim vt dicitur, à Ioue fuit carnaliter cognita, quamuis sibi coniugaliter coniuncta. Sic & ista summi Dei per summam copulam charitatis & coniunx & vxor fuit, virgo tamen & integra semper permansit. Vnde Gen. 21. *Cumq; interrogaretur super vxore sua, dixit soror mea est.* Et ideo Deus beatificando ipsam potuit sibi dicere illud Cant. 5. *Veni in hortum meum*

G *soror mea sponsa.* ¶ Secundo dico, quod ipsa est rigata flumine pietatis, quia nostra. Viri enim misericordes & pij non sunt proprie sui, imo sunt aliorum. Et ideo ista dicitur nostra, quia ad proficiendum semper nobis est parata, & nobis exhibita & donata. Et ideo beneficia sua recordando possumus dicere illud Cantic. 8. *Quid faciemus sorori nostræ?* q. d. non possumus digne tanta benefi-

H cia pensare. Est igitur rigata flumine charitatis. ¶ Tertio dico, quod est fundata culmine humilitatis. *Paruula,* inquit. Vide supra de conditionibus paruuli. Vnde sibi possumus dicere illud

I Genes. 23. *Soror nostra es, crescas in mille millia.* ¶ Quarto nota, quod ipsa fuit priuata crimine carnalitatis, quia vbera, inquit. Vbera enim dicuntur ab vbertate lactis, quia sine corruptione præcedente non habetur, & ideo quando vbera non habet, dicitur esse virgo, & casta supponitur, iuxta illud Cantic. 4. *Hortus conclusus soror mea: hortus conclusus, fons signatus.* Pro certo ista soror semper fuit clausa, & per virginitatem signata. *Vbera,* inquit, *non habet,* iuxta illud Oseæ 9. *Da eis vuluam sine liberis, & vbera arentia.* Ista enim non habuit vbera, quæ pertinent ad corruptas, sed habuit mammillas, quæ pertinent ad virgines & ad castas. Vnde Canticorum 4. *Quam pulchra sunt mammæ tuæ soror mea sponsa.* Sic ergo patet quomodo ista est soror, quia habuit virginitatem, humilitatem, pietatem, & charitatem. Vide supra de Fratre in litera F.

## Sors.

A Nota, quod sors proprie est illud quod à casu vel à fortuna prouenit, & quod dispositioni hominis non subsistit, sed quod solum à dispositione quadam occulta accidit. Inde fuit introductum quod portiones rerum & hæreditatum sortes sunt dictæ, eo quod facta prius distincta diuisione, per sortes sunt cuilibet distributæ. Possumus ergo narrare de sorte quod sors generaliter dicitur quicquid extra humanam dispositionem hominibus accedere comprobatur, antiqui enim in omnibus actibus suis vtebantur sorte, sicut patet discurrendo scripturam. Occulta enim diuina prouidentia per euentum sortium ostendebat veritatem negotij quod petebant, sicut patet in Aaron per sortem electo. Numer. 17. Patet in Achor per sortem inuento. Iosuæ 7. Patet etiam in Ionatha per sortem super comestione mellis deprehenso. 1. Reg. 14. Supposuerunt enim antiqui quod Deus ordinabat, quæ sors prima & quæ vltima veniebat. Quod etiam velle videtur ipse Salomon. Prouerb. 16. *Sortes mittuntur in sinum, sed à domino temperantur.* Omnes etiam antiqui philosophi in inuestigatione secretorum & futurorum sortibus sunt vsi. Vnde etiam scientias diuinatorias habuerunt, quæ solummodo super sorte fundatæ fuerunt, & secundum quod sorte signa esse videbant, secundum hoc de suis interrogationibus iudicabant. Vnde etiam sicut patet per Senec. lib. 5. de naturalibus quæstionibus vbi agit de augurio auium & extorum earum, à Deo occulte prouidente dixerunt sorte signa talia procedere, vt per talia signa sicut per quædam suæ occultæ prouidentiæ instrumenta possit Deus veritatem ostendere. Verum quia istis poterant simplicibus occasionem errandi præbere, hinc est quod sortes cum omnibus scientijs sortilegis vel super sortem fundatis, quæ sunt

Geomantia,
Hydromantia,
Aerimantia,
Pyromantia,
Spatulamantia,
Extimantia,
Animantia.

Ab Ecclesia sunt tanquam superstitiosæ vel saltem nimis curiosæ repudiatæ, & ne essent causa damnationis, fidelibus interdictæ.
B ¶ Sed quia de istis sortibus nihil ad præsens, hoc solum notabo, quod siue accipiatur sors pro tosperato, rei euentu, vel proportionis obtentu, quatuor genera sortium in scriptura ponuntur, videlicet

Sors { Flebilium & miserorum,
Potentium & superborum,
Fœlicium & beatorum,
Mœrentium & damnatorum.

¶ Dic de illis fortibus generaliter illam authoritatem. Sapien. 5. Tunc stabunt iusti, &c. vsque ibi. *Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est.*

## Species. Speciosus.

Nota, quod species quandoque sumitur pro materiæ vel pro rerum varietate, & sic sumitur Ezech. 47. vbi dicitur: *Plurimæ species erunt piscium eius.* Quandoque etiam sumitur pro rerum formositate, sicut in Ps. 44. *Speciosus forma præ filijs hominum.* Et sic dico, quod species, forma, pulchritudo & similitudo idem esse videntur. Sed quia satis dictum est de pulchritudine, ideo de specie breuiter est dicendum, quia in scriptura inuenitur

Species { Vilitatis, Falsitatis, Veritatis, Vanitatis, Sanctitatis, Dignitatis, } quæ est valde { Periculosa, Ridiculosa, Miraculosa, Defectuosa, Virtuosa, Speciosa.

B ¶ Species vilitatis est species dominorum. Ista est enim valde periculosa, similis speciei & splendori peluis candentis vrsorum oculos excæcanti, & etiam similis speciei seu pulchritudini fulguris coruscantis omnia comburenti & destruenti, quia scilicet quando pulchritudinem corporum homines admirantur, statim malis desiderijs vruntur, & peruersis concupiscentijs excæcantur. Et de tali specie loquitur scriptura Eccles. 9. *Non concupisces speciem alienam.* Speciem enim mulieris multi admirati reprobi facti sunt. Hierem. 6 *Speciosæ & delitiosæ assimilaui filiam Sion.*

C ¶ Species falsitatis est species hypocritarum, quæ valde est ridiculosa, quia isti videntur speciosi, & non sunt, speciosi enim sunt exterius, & non interius, similes pennis pauonis, &c. Vel similes stellioni, qui quamuis sit in pelle speciosus, in carne tamen est venenosus. Et ideo de istis bene dicitur Eccles. 11. *Non laudes virum in specie.* Et propter hoc Christus comparat eos *sepulchris dealbatis quæ apparent hominibus pulchra, intus autem plena sunt spurcitia, & ossibus mortuorum.* Matth. 23. Vnde etiam ista sunt vasa ærea de quibus dicitur 2. Esdræ 8. quod de *Babylone ad Hierusalem apportata sunt vasa ærea, auri speciem reddentia.*

D ¶ Species veritatis est species creaturarum, quæ pro certo est valde miraculosa. Mirum enim est videre, & attendere quanta species, & ordo naturæ, de qua Eccles. 43. *Species cæli gloria stellarum illuminans in excelsis dominus.* Ista est enim species qua cognoscitur species conditoris, iuxta illud Sap. 13. *A magnitudine speciei, & creaturæ cognoscibiliter poterit horum creator videri.* Ipse enim Deus est speciosissimus artifex, iuxta illud Exod. 23. *Species gloriæ domini quasi ignis.* Et ideo speciosas condidit creaturas.

E ¶ Species vanitatis est species diuitiarum, scilic. species gloriæ mūdanæ. Ista est enim valde defectuosa, similis glaciei vel vitro, cuius est mira pulchritudo, nulla tamen est in eis durabilis fortitudo, quia si quis ipsis inniteretur, faciliter laberetur, & glacies etiam frangeretur. Teste enim Seneca. *Fortuna vitrea est dum splen-*
F *det. frangitur* De quo Soph. 2 *Ponam speciosam in solitudinem.* ¶ Species sanctitatis est species grattiarum, quæ valde est virtuosa. Ista est species morum, & virtutum, quæ facit hominem coram Deo, & hominibus speciosum 2. Mach 3 *Apparuerunt duo iuuenes speciosi.*
G ¶ Species dignitatis est species cœlestium diuitiarum, quæ valde est speciosa. Illic enim nulla est displicens turpitudo, sed in omnibus. & pe[...] modo pulchritudo, de qua Sap. 5. *Accipient iusti regnum decoris, & diadema speciei de manu domini.* Istis igitur præmissis, de specie virtuosa nos aliquantulum dilatemus, & di-

camus, quod spiritualiter [...] apud Deum & homines virtuosus. ¶ Nota quod [...] semper virent, sunt præ cæteris speciosæ: sic & illæ pe[...] semper virtutibus vigent, & pollent, sunt præ cæteris g[...] Quia sicut Cedrus, & oliua speciosæ sunt, quia nunqua[...] deponunt, sicut iusti, quia nunquam virtutes ea toto pe[...] Ideo de quolibet potest dici illud Cantic. 5. *Dilectus meus cand[...] & rubicundus, electus ex millibus Species eius vt Libani, electus vt* [...] ¶ Vbi aduerte, quod species, & pulchritudo consistit in [...] scilicet

In { Puritate continentiæ,
Venustate verecundiæ,
Claritate sapientiæ,
Honestate apparentiæ,
Suauitate redolentiæ.

Primum probat continentia species candoris, q[...] didus,
Secundum probat verecundia species ruboris, q[...] cundus,
Tertium probat sapientia species valoris, qui e[...] millibus,
Quartum probat apparentia species viroris, quia L[...]
Quintum probat redolentia species doloris, quia [...] drus, quæ semper fragrat.

¶ Primo igitur dico, quod ad faciendum hominem speci[...] debet conuenire continentiæ puritas, quæ signatur per [...] rem cum dicitur candidus, sicut supra de albedine vi[...] est. Quia castitas est illa virtus per quam summe efficimur spe[...] Vnde Eccles. 26. *Non est condigna ponderatio animæ continentis.* [...] sol oriens mundo in altissimis Dei, sic mulieris bonæ spec[...] ornamentum domus suæ. Et nota, quod ipse comparat [...] hominis continentis speciei solis splendoris & illu[...] Candidus inquit. Apocalypsis 1. *Capilli eius erant candidi* [...]
¶ Secundo debet esse ibi venustas verecundiæ, & ista ign[...] per ruborem. Rubicundus inquit. Rubedo eni[...] sedet super candorem. Sic vere verecundia, quæ faci[...] ubera facit, optime sedet, quando mixta est cum castitate cand[...] vel cum castitatis candore. Nota quod verecundia, quæ [...] ret in facie, est hac de causa, quia facies est principale [...] in quo habet esse verecundia, & ideo quando homo habe[...] verecundiam, sanguis amicus naturæ deducit sanguinem [...] em. Hæc Philosophus. Sic anima sancta debet fugere [...] nia membra interiora, scilicet ad cor cogitando de De[...] passus fuit mortem, & expendit sanguinem pro se, & [...] tando, debet habere ruborem, & mittere ad facie[...] dorem, tunc erit optimus color, & tunc rubicundu[...] rosarum, qui est rubeus, idest, rubor verecundiæ opt[...] ferro virtutum. Vt sic figuretur *in pellibus rubricatis quibus* [...] *culum tegebatur.* Exod. 26. Vnde etiam sancti dicuntur [...] *lacte, rubicundiores ebore antiquo, sapphiro pulchriores.* Thr[...] de etiam sancto de tali specie potest dici illud Ezech[...] *eius species erat quasi species æris.* Æs enim vergit ad ru[...] dorem. Sit igitur ibi venustas verecundiæ.

¶ Tertio dico, quod ibi debet esse claritas sapien[...] debet esse electus ex millibus: supple propter sapie[...] tem, quæ facit homines eligibiles, & honorabiles [...] quod patet Exod. 18. *vbi Moyses elegit ex omni populo viros gnaros, &c.* Vnde de ista speciositate dicitur Eccles 4[...] *& benedic qui fecit illum. valde enim speciosum est in splendore suo.* [...] tur ibi claritas sapientiæ.

¶ Quartu dico, quod ibi debet esse honestas [...] Libani, Libanus est mons semper virens. Sic in[...] tem: vt sic dicat illud Eccles. 24. *Quasi Cedrus exa[...] no, quasi oliua speciosa in campis.* Sicut enim [...] bus nullus dicitur speciosus, sic nec sine [...] conuersationis, quæ per vestes signatur, [...] sus. Ideo dicitur Iob 40. *Circumda tibi decorem & speciosis induere vestibus.*

¶ Quinto dico, quod ibi debet esse sua[...] est bona, & sana fama, quæ [...] C[...] o. V[...] Cedrus habet [...] odo[...] rem bonæ famæ, sine qua nemo est [...] circumfundit. Ezech. 16. *Egressum est nomen tuum* [...] *speciem tuam* Cedri inquit P[...] *Libani multiplicabitur*, i. e. diuulgabi[...] per famam. [...]

... virtutum, quam ... merimus, erimus Deo & hominibus grati, ita quod cuilibet dicetur illud Ps. 44. *Specie tua, & pulchritudine tua intende prospere, procede, & regna*. Et illud *Speciosus forma prae filiis hominum, &c.* quae nobis concedat Christus, Amen.

**Speculum.** Nota, quod speculum signat virum iustum, & honestum. Sed de hoc vide in illa authoritate: Candor enim est lucis aeternae, & speculum sine macula. Vide supra in tit. de Luce. ¶ Item speculum signat scripturae praesentationem lociditatem. ¶ Item signat mundanam prosperitatem: de omnibus vide supra in varijs titulis. Multa enim possent dici de diuersis varietatibus speculorum, sed paucae sunt authoritates de speculo, ideo supersedeo quo ad praesens.

**Speculari.** Vide supra in tit. de contemplatione vel considerare, quia scilic. speculator est, qui constituitur in ciuitate ad insidias, & aduentus hostium praeuidendum, ad vigilandum, & ad clamandum, signans praelatos, & praedicatores, &c. Vide de Praelatis, de Contemplatione, & Considerare. Et sic sufficit.

**Spes, Sperare.** Cum spes, & timor sint duae mentis affectiones, quae semper respiciunt ad futura, sicut dolor, & gaudium sunt illae duae quae semper respiciunt ad praesentia, & moderna, possumus dicere, quod tam in bono quam in malo significato spes multimode sumitur in scriptura. Vnde nota, quod inuenitur ibidem

Spes { Vacua, Fatua, Nocua, Ardua.

Prima est sine fulcimento,
Secunda sine nutrimento vel condimento,
Tertia est sine iuuamento,
Quarta est sine fraudamento.

¶ Primo igitur dico, quod est spes vacua quae stabilitatis caret fulcimento, & ista est illa qua homo

Sperat in { Diuitijs temporalibus, Blanditijs foeminalibus, Amicitijs saecularibus, Eminentijs popularibus.

B ¶ In diuitijs non est sperandum. Istae enim sont quaedam arbores, quae optime florent, ita quod ad sperandum fructuum copiam hominem inuitant, flores tamen faciliter fluunt, & gelu vel vento excutiuntur, ita quod tota spes quam habuerat, eneruatur. Sic vere est de illis, qui sperant in fluxibus diuitiarum, quamuis enim videantur vtilitatem futuramque durabilitatem praetendere, solent tamen facilime deficere, & possessorem suum spe quam habuerat defraudare. Psalm. 51. *Sperauit in multitudine diuitiarum suarum, & praeualuit in vanitate sua*. Et Sap. 3. dicitur *quod vacua est spes illorum, & labores sine fructu, & inutilia eorum opera*. cum tamen dicatur in Psalm. 62. *Nolite sperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiscere. Diuitiae si affluant, nolite cor apponere*. Et nota, quod dicit cor.

C ¶ Item in blanditijs non est sperandum, scilicet in foeminalibus, quia istae blandientes, & decipientes adulatrices similes sunt serpentibus, qui valde sunt suaues dum tanguntur, sibilant dulciter dum audiuntur, sed tamen certum est, quod valde mordent, & inuenenant acriter dum sentiuntur. Nota.

*Fistula dulce canit volucres dum decipit auceps.*

Sic igitur in talibus sperare non est tutum. Istae enim sunt, sicut glacies, quae quamuis splendeat, & aliquam fortitudinem praetendat, in ipsa tamen sperantem, & desuper ambulantem solet decipere, quia statim vt sentit aliquantulum oneris vel caloris, incipit liquescere, & quassari. Sic vere tales licet splendeant & arrideant, statim tamen cum senserint onus alicuius tribulationis, vel calorem alicuius tentationis, isti desistunt, & deficiunt atque cessant, & in se sperantem, & confidentem decipiunt atque fraudant. Ideo dicitur Iob. 19. *Quasi euulsa arbori abstulit spem meam*. Ideo contra illos, qui in mundi adulatoribus impudenter confidunt, dicitur Esa. 30. *Vae filij desertores vt faceretis consilium, & non ex me, & ordiremini telam, & non per spiritum meum, sperantes auxilium in fortitudine Pharaonis, & habentes fiduciam in vmbra Aegypti.*

D ¶ Item non sperandum in eminentijs, quia nulla est tanta eminentia, quin possit defluere, & perire. Res enim altiores non sunt firmiores, & montes alti terraemotum saepius, quam planae terrae patiuntur. Coelum etiam quod est altũ, semper est in moto. Spes igitur altitudinis dignitatum non est tuta. Quod tamen est contra illos, qui semper sperant ascendere ad maiora, nec in suis desiderijs gressum figunt contra illud Apostoli 1. ad Tim. 6. *Praecipe diuitibus huius saeculi non sublime sapere, nec sperare in incerto diuitiarum*. Ista est igitur spes vacua, quae stabilitatis caret fulcimẽto.

¶ Secundo dico, quod est spes fatua, quae sagacitatis caret condimento, & ista procul dubio est illa spes qua mali sine meritis

Sperant in { Dei misericordiae plenitudine, Suarum virium fortitudine, Suae vero longitudine.

E ¶ Dico enim quod fatue speratur ab ipsis de Dei misericordiae plenitudine, quia tales peccare non cessant, poenitere recusant, & tamen finaliter saluari sperant, & damnationis periculum nõ formidant, cum tamen spes, & timor sint duae sorores, quarum vna sine altera non debet esse. Isti sunt similes porco, qui secundum Plinium sedens in luto, multo plus sedet vel iacet in dextro latere, quam sinistro. Quia scilicet tales qui in luto vitiorum iacent, parum aut nunquam sedent in sinistro latere, id est, in consideratione aduersitatis aeternae, sed potius in dextero latere, id est, in spe misericordiae supernae, & sperant in misericordia illa quam portant illi armigeri, scilicet scuto quod portatur in sinistro latere, id est, sperant in fortitudine, cum tamen sit valde fatuum sine meritis sperare, quod nullus potest de communi cursu sine meritis obtinere. Isti videntur dicere illud Esa. 28. *Posuimus mendacium spem nostram, & mendacio protecti sumus, pepigimus foedus cum morte*. ¶ Item dico, quod fatuum est ipsis sperare in virtute propriae fortitudinis. Isti quidem sunt fatui, qui tantum confidunt de proprijs viribus, quod etiam in tentationibus nec in tribulationibus dignantur in Deo sperare, nec ipsius auxilium implorare. Similes puero, qui dum sperat bene posse incedere, solet in lutum cadere, & se turpiter maculare. Et ideo de talibus dicitur Eccles. 38. *Omnes hi in manibus suis sperauerunt*. ¶ Item dico, quod fatue speratur in vitae propriae longitudine. Fatuum enim est sperare diu manere, vbi videmus nos breuiter, & cito pertransire. Et tamen multi sunt, qui quamuis alios quotidie mori videant, ipsi tamen viuere semper sperant, & ista occasione multa mala faciunt atq; peccant. Teste Isidor. simiae quae habent longam caudam caeteris sunt peiores. Quia pro certo illi, qui in spe, & imaginatione sua habent longam caudam, id est, longam vitam, hoc est dictum, & illi qui diu viuere sperant, caeteris sunt deteriores, quia scilicet propter talem spem faciunt multa mala. Istis ergo videtur, quod semper debent iuuenescere, dicentes illud Iob. 17. *Rursum post tenebras spero lucem*. Ista est igitur spes fatua, quae sagacitatis caret condimento.

F ¶ Tertio dico, quod est spes nocua, quae fidelitatis caret iuuamento. Et ista est illa qua haeretici sperant in diabolo, cum tamen in illo nullo modo sit sperandum, quia quod promittit totum est ad nocendum, & decipiendum. Musculum non prius eo debet sperare in catto, quod cum eo ludat, cum constet, quod post multos ludos semper solet eum deuorare. Sic vere tales fatuos post ludos, & plausus solet diabolus decipere, & eos temporaliter detegere & dimittere, & in inferno finaliter deuorare, quapropter nullus debet in eo confidere vel sperare. Et de hoc Prouerb. 25. *Dens putridus, & pes lassus, qui sperat super infideli in die angustiae, &c.* Ista est igitur spes nocua, quae fidelitatis caret iuuamento.

G ¶ Quarto dico, quod est spes ardua, quae securitatis pollet complemento, & ista proculdubio est spes bonorum, quia ipsi sperant in Deo vero, & contra impetum tribulationum, & contra insultum tentationum. Sicut enim piscis qui dicitur Echinus, secundum Ambrosium, quando sentit tempestatem, timens fluctibus de mari eijci, lapillum accipiens, ipsi tam fortiter adhaeret, quod eius pondere sistitur, & a periculo liberatur, sic vere vir iustus, qui quamdiu nauigat in hoc mari, in periculo est, quod fluctibus tribulationum, & tempestatum de statu, & aqua gratiae eijciatur, & piscatorum infernalium periculo exponatur, debet Christum, lapidem, scilicet angularem adire, & ei per firmitatem fidei, & spei firmiter adhaerere, & se sibi soli committere, & simpliciter commendare. & sic sine dubio ab ipso, & per ipsum liberabitur, ita quod dictis fluctibus non mergetur. Dicat igitur illud Psalmistae. *Mihi autem adhaerere Deo bonum est, &c.* Ad quod etiam nos monet Dauid dicens in Ps. 62. *Sperate in eo omnis congregatio populi, &c.* Et ideo breuiter ad sperandum in Deo, & ad ipsum sinceriter confidendum nos monet in Psal. 36. Dauid dicens. *Spera in domino, & fac bonitatem, & inhabita terram, & pasceris*

*in diuitiis eius.* Vbi aduerte, quod Dauid volens suos inducere ad sperandum in Deo.

Præponit actum, qui iniungitur. Spera in domino.
Supponit modum, qui requiritur. Fac bonitatem.
Proponit locum, quo perficitur. Inhabita terram.
Exponit fructum, quod promittitur. Pascetis in diuitijs.

Hic ostenditur
Actus virtuosus,
Modus gratiosus,
Locus gloriosus,
Fructus pretiosus.

H ¶ Igitur dico, quod hic iniungitur, actus virtuosus. Spera in domino. Spes enim in domino est vna de virtutibus theologicis. Quia proculdubio summe est virtuosum, & à corde virtuoso, & nobili procedens, sperare illud quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Spes enim est virtus, qua homo de seipso nō vult confidere, & qua quod à se habere non potest, à Deo satagit obtinere. *Spera*, inquit, *in domino*. Nota. Pulli videntes miluum, ad alas gallinæ confugiunt vt defendantur secundum Philosophum, & quamdiu ibi fuerint, non læduntur: si vero exterius vagati fuerint, rapiuntur. Etiam secundum Philosophum, columba existens sub vmbra arboris, quæ dicitur Parcidion, draconem non timet, quod si vmbram dimiserit, draco ipsam rapiet, & occidit. Sic vere si ad alas protectionis diuinæ per spem, & fiduciam recurramus, & si ad vmbram suæ potentię fugiamus, & ibidem per spem, & desiderium maneamus, draconem, & miluum, id est, diabolum contra nos præualere non habebimus timere, sed ab ipso salui, & liberi poterimus permanere. Psalm. 56. *In vmbra alarum tuarum sperabo, &c.* Clamabo, &c.

Spes enim est {
Fortissima propugnatrix,
Dulcissima consulatrix,
Doctissima procuratrix,
Promptissima subleuatrix.
}

I ¶ Dico ergo, quod est propugnatrix fortissima. Ista est enim similis lapillo, qui dicitur alectoria, qui facit homines inuincibiles, quia homo qui in domino sperauerit, nunquam tribulationibus, & tentationibus victus erit. Psalm. 27. *In domino sperauit cor meum, & adiutus sum.* Patuit in martyribus, qui spem firmam in domino habuerunt, & in ipso tam fortiter sperauerunt, quod nunquam in pœnis, & verberibus defecerunt. Ps. 113. *Domus Israel sperauit in domino, adiutor, &c.* Fidelis enim dominus fidelem vasallum in ipso sperantem, & ad eum recurrentem non libenter dimittit, sed ei in necessitate subuenit, & succurrit. Psal. 90. *Quoniam in me sperauit, liberabo eum. &c.*

K ¶ Item dico, quod ista est consolatrix dulcissima. Spes enim quam habet homo in tribulatione potius de finali euasione, de diuinæ gratiæ acquisitione, & æterna retributione, ipsum confortat, & consolatur, ita quod facilius sustinet quicquid angustię inuenerit. Myrtus enim arbor est, quæ fessa membra dicitur confortare: mitigatiuæ enim & refrigeratiuæ est naturæ, & semper vt communiter crescere noscitur iuxta mare, vt dicit Plin. & Hieron. Talis est spes ista: temperat enim, & mitigat miserias, dolores & tribulationes refrigerat, & confortat, & ideo ista iuxta mare, id est, in statu amaritudinis tribulationis debet inueniri, vt per ipsam possimus debite consolari. Vnde Esaiæ 25. dicitur, quod *dominus factus est fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione sua spes à turbine. Vmbraculum ab æstu.* Et breuiter ista est sicut papauer, quod patientem facit dormire: sicut mandragora, quæ portantem facit gladium non sentire, sicut cygnus auis, quæ quando vult mori, solet dulciter canticum facere, & garrire. Quia pro certo ista facit hominem quiescere in labore. Psalm. *Caro mea requiescet in spe.* Nihil sentire de mundano dolore. Psalm. *In Deo speraui, non timebo quicquid facit mihi homo.* Lætari, & cantare etiam in mortis periculo, & terrore Prouerb. 14. *Sperat autem iustus in morte sua.* Et illud. *Si me occiderit, sperabo in eum.* Ista est igitur consulatrix dulcissima.

L ¶ Item ista est procuratrix doctissima. Ista enim vadit vsq; ad interiora velaminis, & nobis apud summum iudicem procurat securitatem, satietatem, & in bono stabilitatem, diuinam misericordiam, & bonitatem. De securitate enim dicitur Ecclesiastici 34. *Qui timet Deum, nihil trepidabit, neque pauebit quoniam ipse est spes eius.* De satietate dicitur in Psal. 144. *Oculi omnium in te sperant domine.* De perfecta insuper stabilitate dicitur Esa. 40. *Qui sperant in domino, assument pennas vt aquilæ, volabunt & non deficient.* De misericordia autem dicitur in Psalm. *Sperantes in domino misericordia circumdabit.* Ista igitur spes vt visum est, procuratrix [illegible]sima.

¶ Item dico, quod ista est subleuatrix promptissima, vel etiam gubernatrix certissima. Ista ante nos ad paradisum vadit, & nos ab inferioribus ad superiora subleuat, & extollit. Prou. 29. *Qui sperat in domino, subleuabitur.* Glossa super illud Psalm. *Sperat in domino. Spes est introitus fidei, per quem intratur ad illud videndum quod creditur.* Ad spem videtur pertinere illud Esa. 54. *Sustollam te super altitudinem terræ.* Patet igitur, quod

Spes est {
Subleuatrix,
Procuratrix,
Consolatrix,
Propugnatrix.
}

Bene igitur dico, quod hic iniungitur actus virtuosus. Spera inquit in Deo. Et hoc est primum auctoritatis.

¶ Deinde dico, quod hic subiungitur modus fructuosus, &c. N
cum dicitur. Fac bonitatem. Iste enim est rectus modus sperandi in Deo, scilicet facere bene, quia ille, qui non vult bene facere, non debet in Deo sperare: vbi enim bona facta, & bona merita non præcedunt, bona præmia communiter non succedunt. Fac ergo bonitatem, quia sicut dicitur Matth. 7. *Bona arbor bonos fructus facit.* Seruitor enim non debet sperare salarium, nisi bene fecerit seruitium. Sap. 1. *Sentite de domino in bonitate.* Fac ergo bonitatem, id est, exerce virtutum, vel virtutum copiositatem, vt possis à Deo sperare præmij æterni voluptatem. Oseæ 12. *Misericordiam, & iudicium custodi, & spera in Deo tuo.* Igitur dico, quod hic subiungitur modus fructuosus.

¶ Denique dico, quod hic proponitur locus gratiosus, scilicet paradisi. Inhabita, inquit, terram. q. d. Iste est locus in quo tu debes sperare, recipere salarium, non in isto mundo, quia [illegible] licet tamen in illa terra debemus habitare per spem, vt tandem ibi habitemus per speciem. Ceruus enim viget in sensu odoratus, in tantum quod etsi terram quæ est vltra ripam non videat ipsam tamen qualis est odore dicitur sentire, & ad eam transfretare secundum Plin. Sic & nos licet terram, quæ est vltra ripam huius mundi minime videamus, odore tamen spei ipsam cognoscere debemus, vt ad eam per desiderium mentaliter transfretemus. Inhabita terram. Psalm. *Iusti hæreditabunt terram, &c.* Vnde de tali spe dicitur Hebr. 11. *quod fides est sperandarum rerum substantia, argumentum non apparentium.* Et ad Rom. 8. *Quæ non videmus speramus.* Dico ergo, quod hic proponitur locus gratiosus. O

¶ Insuper dico, quod hic exponitur fructus pretiosus. Pasceris, inquit, in delitijs eius. Iste enim fructus est, qui reportatur de bona spe, scilicet delitiæ, & pabulum gloriæ paradisi. Arbor enim & vinea solent finaliter fructum, & pastum reddere, dato quod quasi per annum oporteat expectare. Sic vere Deus postquam ipsum per spem expectauimus fructum æternæ gloriæ [illegible]bis reddet, quo nos in paradisi delitijs nutriet atque pas[illegible] eo dicitur ad Titum 2. *Expectantes beatam spem, & aduentum gloriæ magni Dei*, quando scilic. dominus dicet illud Eze. h. 3[illegible] tis animabus. *In pascuis vberrimis pascam eas. & in montis [illegible] erunt pascua eorum.* Sic ergo ad bene sperandum [illegible] mouere, & inducere fructus pretiosus, locus gratiosus, [illegible]ndus fructuosus, & actus virtuosus. Et sic sufficiat. Vide supra de fidere, & alijs multis locis. P

# Spelunca.

A Nota, quod spelunca secundum quod [illegible]bet multas conditiones, secūdum hoc diuer[illegible] de sumitur in scriptura tam in bono, quam in malo. Est enim

Spelunca {
Tutior,
Inferior,
Secretior,
Immundior,
Obscurior,
} quæ est {
Perfectorum,
Mortuorum,
Animorum,
Mundanorum,
Damnatorum.
}

¶ Est ergo spelunca pœnitentium perfectorum, quæ est virginalis, & ista proprie significat statum religionis, quæ more spel[illegible] debet esse infima, humilis, & secreta. Et de hoc dicitur Iu[illegible] quod *filij Israel fecerunt sibi antra, & speluncas in montibus.* V[illegible]de [illegible] de sanctis viris dicitur Heb. 11. quod *ipsi habitabant in solit[illegible] & in montibus, & in speluncis, & in cauernis terræ.* Nam sicut di[illegible] Reg. 18. *Abdias abscondit quinquagenos in speluncis & pauit eos in* [illegible] denotandum, quod illi, qui in spelunca religionis abscon[illegible]tur, à Deo spiritualiter pascuntur, & educantur. Et ta[illegible] multis potest dici illud Matth. 21. *Scriptum est: Domus mea, [illegible] orationis vocabitur: vos autem fecistis eam speluncam latronum.*

¶ Item est spelunca mortuorum, quæ est corporalis, & [illegible]

eſt ſpelunca ſepulchri, vbi mortua corpora reponuntur, de qua
D Geneſ. 49. *Sepelite mecum patribus meis in ſpelunca.* ¶ Item eſt ſpelunca animorum, quæ eſt pectoralis, & iſta eſt ſpelunca conſcientiæ, quæ iuſtis eſt ſerena, & impijs eſt obſcura & infecta, de hoc Eſ.
D 32. *Tenebræ, & palpatis factæ ſunt ſuper ſpeluncas.* ¶ Item eſt ſpelunca mundanorum, quæ eſt temporalis, & iſta eſt mundus, qui eſt ſpelunca vilis, & immunda, in qua iacent, & habitant beſtiæ pecoſales. Vnde de quolibet raptore, & deceptore poteſt dici illud
E Pſalm. quod *ipſe inſidiatur in abſcondito quaſi leo in ſpelunca ſua.* ¶ Item eſt ſpelunca damnatorum, quæ eſt infernalis, & iſta eſt ſpelunca vilis, putrida, & immunda, obſcura atq; periculoſa, quia ibi animæ à diabolo trabuntur crudeliter, & deuorantur. Vnde de diabolo poteſt dici illud Nau. 2. quod *leo cepit ſufficienter fibi, & impleuit ſpeluncas ſuas præda, & cubile ſuum rapina &c.* Vide de cauerna, ſi eſt aliquid ſupra.

A **Spina.** Spina eſt arbor aculeata, vel etiam ipſe aculeus, & poteſt multipliciter ſignare in ſcriptura. Vnde nota, quod breuiter diſtinguendo ego inuenio in multis locis ſpinam, ſcilicet,

Spinam ad:
- Defendendum,
- Offendendum,
- Comburendum,
- Affligendum.

B ¶ Primo dico, quod eſt ſpina defenſiua, ſignificans pœnitentiæ ſtimulum, quia ſicut videmus, quod de ſpinis fiunt ſepes circa hortos, quæ ipſos ab animalibus muniunt, & defendunt, ſic de aſperitate pœnitentiæ fit in horto animæ munimentum, per quod à tribulationibus, & tentationibus defenſam Ozeæ 2. *Sepiam vias tuas ſpinis. & ſepiam tuas maceria.* Roſa enim quæ eſt arbor cuius flos eſt fragrans, & nobilis, & ſethim quæ eſt arbor incremabilis, & imputribilis, arbores ſunt ſpinoſæ. Cinnamomum etiam, quæ eſt arbor bona, & vtilis, inter vepres ſecundum Pli. creſcit, à quibus ſic defenditur, quod cum difficultate tollitur. Reuera chariſſimi, quando ſancti fuerunt magis fragrantes per famoſitatem, & magis incremabiles, & imputribiles per conſtantiæ, & perſeuerantiæ firmitatem, magis vtiles per vitæ & doctrinæ bonitatem, tanto ſunt ſpinis pœnitentiæ magis muniti, & ne faciliter à diabolo euellantur, ſpinis timoris diuini amplius ſunt circumſepti. Quod bene præcipitur Eccle. 28. *Sepi aures tuas ſpinis, & noli audire verbum nequam.* Iſta eſt igitur ſpina defenſiua.

C ¶ Secundo dico, quod eſt ſpina offenſiua. Spina enim nocet, & pungit tangentem, naſcitur in terra ſterili, ſemen etiam iactum inibi impedire, & ſuffocare noſcitur, dolorem membro cui infigitur magnum facit & niſi ſpina extracta fuerit, dolor ab homine non recedit. Talis ſpina eſt peccatum vel etiam diuitiæ. Iſta enim duo in homine ſterili, & virtutibus vacuo ſolent abũdare. De diuitijs dicitur. Pſalm. *Ecce ipſi peccatores abundantes in ſæculo obtinuerunt diuitias* De peccato dicitur Prou. 24. *Per agrum hominis pigri tranſiui, & ecce operuerant ſuperficiem eius ſpinæ.* Iſta enim mentem poſſeſſorem ſuorum per ſolicitudinem, & per remorſum conſcientiæ inquietant, & moleſtant, ſemen verbi Dei vel boni propoſiti impediunt, & ſuffocant, & niſi de corde extractæ fuerint, ſcilicet, peccata confitendo, & diuitias contemnendo quietis ſpatium nulli præſtant. *Exortæ enim ſpinæ ſuffocauerunt ſemen* ſicut dicitur Luc. 8. Quapropter tales ſpinæ debent à cordibus noſtris euelli, & ne nobis dolorem inferant, extirpari Ezech. 28. *Non erit vltra domui Iſrael offendiculum, ne ſpina dolorem inferens.* Et ſicut videmus, quod arbor, quæ habet ſpinas ſolet tangentes pungere, animalia etiam ſpinoſa ſicut eſt ericius, & porcus ſpinoſus ſolent ſe ſpinis ſuis mediantibus defendere, ſic illi qui habent ſpinas vitiorum vel diuitiarum alios contingentes, id eſt, vicinos circa ſe commorantes, vel etiam prædicatores eos corrigere cupientes, pungunt per moleſtias, & exactiones, & etiam per mala verba, & detractiones, mediantibus etiam ſpinis diuitiarum, & munerum quas ſolent prælatis, & iudicibus pro ſcuto opponere, ipſi ſolent à cunctis oppoſitis ſe ſaluare, ita quod tales correctiones poſſunt dicere in Pſalm. *Conuerſus ſum in ærumna mea, dum configitur ſpina.* Nos enim ipſis munerum acceptoribus dicere poſſumus illud Geneſ. 3. *Cum operatus fueris terram non dabit fructus ſuos, ſed ſpinas &c.* Iſte eſt igitur ſpina offenſiua.

D ¶ Tertio dico, quod inuenitur ſpina combuſtiua, & ſic ſpinæ ſignificant congregationem peccatorum. Spinæ enim nihil valent niſi ad ignem fouendum, ſiccæ enim ſunt naturæ, & ideo facilime comburuntur. Habent autem proprium ſpinæ, quod ſe inuicem complectuntur, & licet omnes alios pungant, vna tamen ab alia non pungitur. Sic ſe inuicem mali complectuntur, & diligunt, & ſimul iuncti omnibus alijs nocent, & tamen ſeſe inuicem non lædunt Naum. 1. *Sicut ſpinæ pariter ſe inuicem complectuntur, ſic conuiuium eorum pariter potantium.* Et ideo tales ſicciſſimi per indeuotionem apti ſunt non ad paradiſi ædificationem conſtruendam, ſed potius ad inferni incendium ſuccendendum Pſ. *Exarſerunt ſicut ignis in ſpinis* & Eſa. 33. *Spinæ congregatæ igni comburentur* Iſta eſt ergo ſpina crematiua.

E ¶ Quarto dico, quod eſt ſpina afflictiua, & ſic per ſpinam intelligimus tribulationes, punitiones, & ſupplicia damnatorum. Spinis enim comburi ſolent ſcelerati, & hæretici, vnde Iud. 8. dicit Gedeon. *Conteram carnes veſtras cum ſpinis, & tribulis deſerti.* Sic ergo patet, quod ſpina generaliter loquendo ſumitur quatuor modis, vt ſupra. Et ſic ſufficit.

A **Spiritus.** Nota, quod proprie loquendo ſpiritus dicitur quælibet materia aerea, ſubtilis, & leuis, ſicut eſt anhelitus, & flatus quæ faciliter poteſt ſe diffundere vel ſpirare. Et poſſum notare, quod generaliter loquendo inuenio multa genera ſpirituum in ſcriptura, videlicet, Spiritum

- Corporis,
- Temporis,
- Rectoris,
- Ætheris,
- Fœderis,
- Hominis,
- Luminis.

Spiritus corporis eſt quo corpora animalium naturaliter vegetantur, de quo Sapient. 2. *Extinctus cinis erit corpus noſtrum, & ſpiritus diffundetur tanquam mollis aer.* Spiritus temporis eſt quo omnia perflantur, & aſpirantur, ſcilicet, turbo ſeu ventus, de quo dicitur in Pſal. 148. *Ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius.* Item ſpiritus pectoris eſt quo homo cogitat aliquid vel imaginatur, de quo Iob 32. *Plenus ſum ſermonibus, coarctat me ſpiritus vteri mei, & venter meus quaſi muſtum abſque ſpiraculo.* Item ſpiritus ætheris eſt ille quo homo in caliginoſo loco vel aere tentatur vel impugnatur ſcilicet diabolus de quo Matth. 12. *Cum immundus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida &c.* Item ſpiritus fœderis de quo homo iuuatur, & concomitatur, ſcilicet, Angelus, de quo Aggæi 2. *Spiritus meus erit in medio veſtri.* Item ſpiritus hominis eſt, quo conſtituitur, & viuificatur, ſcilicet, anima, de quo Luc. 24. *Palpate, & videte, quia ſpiritus carnem, & oſſa non habet.* Item ſpiritus luminis eſt quo mundus regitur, & gubernatur, ſcilicet, ſpiritus ſanctus, qui eſt vna perſona in deitate, de quo Sap. 1. *Spiritus domini repleuit orbem terrarum.*

¶ His igitur præmiſſis, notandum, quod hic non intendo de ſpiritu ſancto ſcientialiter, in quantum videlicet emanat à patre, & filio, ſolummodo moraliter, in quantum, ſcilicet, ad vtilitatem animarum ſpectat, de aliquibus eius effectibus aliquid balbutire. Ille igitur ſpiritus, qui vbi vult ſpirat, dignetur aliquid in imaginem mei ſpiritus per ſuam gratiam inſpirare, quod ego qui pro ſiccitate indeuotionis reſpirare non valeo, ad ipſum poſſim taliter ſuſpirare. Veni ergo ſancte ſpiritus, & reple tuorum corda fidelium. Igitur dico, quod hic de triplici ſpiritu per ordinem eſt dicendum, videlicet,

De:
- Spiritu ſupremo, & ſuperiori, ſcilicet, de ſpiritu ſancto,
- Spiritu peſſimo, & deteriori, ſcilicet, de peccato, & diabolo,
- Spiritu intimo, & inferiori, ſcilicet, de anima vel de vita.

¶ Dico ergo primo, quod eſt vnus ſpiritus ſummus, & admirabilis, ſcilic. ſpiritus ſanctus. Spiritus enim ſanctus admirabilis poteſt dici, quia in rebus mirabiliter operatur. Ad ipſum enim pertinet creare de nihilo, illa quæ ſunt de perdita recreare, illa quæ ſunt deſtructa reformare, & illa quæ ſunt vetera renouare. Ecce quam admirabilis magiſter. Ideo de ſpiritu ſancto dicitur Sap. 8. quod *ſpiritus domini omnium eſt artifex, omnem habens virtutem, omnia proſpiciens.* Et ideo ſpiritus ſanctus comparatur igni, qui ſecun- B
dum Dionyſium habet Virtutem

- Immutatiuam,
- Copulatiuam,

Conseruatiuam,
Eleuatiuam,
Renouatiuam,
Illuminatiuam.

Immutat enim ignis materiam in quam agit, sicut patet quia de cinere facit vitrum. Conseruat etiam res naturales, quia, scilicet, caloris naturalis beneficium facit, & continuat corpus viuum. Eleuat materiam suam, sicut patet, quia virtute ignis scintilla quamdiu fuerit ignita, fertur sursum. Copulat etiam diuersas materias, sicut patet, quia de duabus laminis ferri facit vnum. Renouat insuper omnia, quia sicut patet, virtute caloris quolibet anno renouat totum mundum. Talis ignis proculdubio est spiritus sanctus, quia, scilicet,

Immutat per conuersionem,
Copulat per dilectionem,
Conseruat per tuitionem,
Eleuat æternorum affectionem,
Renouat per virtutum productionem,
Illuminat per gratiarum collationem.

¶ Quod iste habeat immutare peccatores, ipsos, scilicet, mirabiliter conuertendo, patet in Saul, Petro, Dauid, Paulo & similibus, qui per Spiritum sanctum conuersi subito in aliud sunt mutati. Ouidius enim non potuit tot mirabiles mutationes ponere sicut quotidie facit iste, vnde 1 Re. 10. *Insiliet in te spiritus domini, & prophetabis, & mutaberis in virum alterum*. Item quod iste habeat copulare, scilicet, diuersas sectas ad vnitatem fidei producendo, & diuersa corda ad vnitatem amoris reducendo, patet Ephes. 4. vbi dicitur. *Soliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis*. Item quod ipse habeat conseruare, in bono perseuerare, faciendo, & ab hostis tentationibus defendendo, patet Mich. 2. *Nunquid abbreuiatus est spiritus domini ?* vt scilicet saluare non possit. Item quod iste habeat eleuare, scilicet, mentem ad contemplanda, & desideranda cœlestia inflammando, patet Ezech. 11. *Eleuauit me spiritus, & introduxit ad portam orientalem*. ¶ Quando insuper iste habeat renouare hominem virtutum floribus venustando, patet in Psal. vbi dicitur. *Emitte spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ*.

C ¶ Quod autem iste habeat mentem illuminare gratijs, & donis suis inspirando, & informando, patet Io. 14. vbi dicitur. quod *spiritus veritatis quem mittet pater in meo nomine ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia &c.* Et breuiter iste spiritus habet tot effectus, & virtutes, quod etiam mortuos, id est, peccatores obstinatos ad vitam gratiæ suscitat, & in bono stabilit, & confortat, sicut patet Ezech. 37. de ossibus aridis, quæ spiritum non habebant, de quibus dicitur ibidem, quod *ingressus est in ea spiritus, & vixerunt, steteruntque super pedes suos*. In quibus aduerte, quod spiritus corporalis scil. aer vel anhelitus seu ventus, habet

Subintrare,
Insufflare,
Agitare,
Confirmare,
Eleuare,
Inflammare.

Spiritus
- Penetratiuus subtiliter Inspirando, Ingressus inquit,
- Insufflatiuus sagaciter Informando. Spiritus,
- Agitatiuus vitaliter animando. Vixerunt,
- Roboratiuus viriliter confirmando. Steterũt,
- Eleuatiuus subtiliter defendendo. Super,
- Inflammatiuus mentaliter accendendo. Pedes suos, id est, affectus.

Spiritus enim sanctus

Penetrat per occultam inspirationem. Ingressus,
Insufflat per distinctam eruditionem. Spiritus in ea,
Vegetat per gratiæ distributionem. Vixerunt,
Roborat per virtutum confirmationem. Steterunt,
Eleuat per cœlestem contemplationem. Super,
Illuminat per calefactam affectionem. Pedes suos.

¶ Dicamus igitur de spiritu sancto, quod ipse per inspirationem habet penetrare. Ingressus est inquit. Spiritus enim mundi, scilicet ventus, ita est subtilis, & penetratiuæ naturæ quod vbicunque inuenit foramen apertum, quamquam sit modicum, intrat Spiritus etiam corporis per occultas venas, neruos, & arterias per corpus se diffundunt, & ibi sensum & motum faciunt, & infundunt. Sic vere charissimi, spiritus [illegible], & penetratiuæ est naturæ, quod vbicunque foramen cordis sibi per affectum aliquantulum aperitur, statim vult intrare, & in mentibus hominum se præsentare, & eis sensum contritionis, & motum bonæ operationis ministrare, quinimo etiam quandoque venit ad hominem non vocatus, sicut in Paulo apparuit, quem subito & non vocatus ingrediens, prædicatorem & Apostolum fecit. Ingressus est inquit Ezechiel. 2. *Ingressus est in me spiritus postquam locutus est mihi, statuit me super pedes meos*. Aer qui spiritualis est naturæ, statim ingreditur vbicunque locus aliquis ab aliquo corpore vacuatur. Etiam de verme qui dicitur bombyx, dicitur quod quando de suis visceribus fila fecerit, de quibus domum & habitaculum contra hyemis frigora sibi facit ita vacuus efficitur, quod solo aere plenus inuenitur, à quo tamen mirabiliter sustentatur, sicut dicit Plin. Sic vere charissimi, de corde tuo peccata ejeceris scilicet bona temporalia pauperibus erogando, domum in paradiso de ipsis tempore mortis hy[illegible]s præparaueris, statim aer, id est, spiritus sanctus subintrabit, qui te replebit spiritualiter & dotabit Actorum 2. *Factus est repente de cœlo sonus &c.* Iste igitur per inspirationem habet intrare.

¶ Etiam dico, quod iste per eruditionem habet insufflare seu informare. Spiritus inquit. Spiritus dicitur à spirando. Spirare enim nihil aliud est quam ore flatum emittere vel causare. In quo notatur, quod iste spiritus non est aliud, quam quidam flatus ab ore patris & filij procedens qui nobis insufflat & inspirat, docet, instruit & reuelat illa quæ pertinent ad salutem. Spiritus inquit Ioann. 3 *Spiritus vbi vult spirat & vocem eius audis*. Et de doctrina spiritus sancti dicitur Ioann. 16. *Cum autem venerit ille spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem*. Iste est sicut legatus, quod sede patris veniens, voluntatem eius nobis insinuat, & in quæ ad salutem pertinent, nos informat. Quod bene apparuit in Apostolis, qui per missionem spiritus sancti omnia linguarum genera sciuerunt, & donum prophetiæ receperunt, & *varijs linguis Dei magnalia retulerunt*, sicut dicitur Actorum 2. Nam sicut lapis pretiosus qui de oculis hyenæ extrahitur facit eum, cuius dormientis capiti supponitur, futura prædicere & occulta & ardua diuinare, secundum Dioscori. sic spiritus ab ipso patre & filio emanans & extractus fecit Apostolos cognoscere & prophetare futura, & prædicare abscondita & obscura, Actorum 2. *Cœperunt loqui varijs linguis, prout &c.* De hoc est quod dicit Apostolus 1. ad Corinth. 12. *quod alij datur per spiritum sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ, secundum eundem spiritum &c. Diuisiones gratiarum sunt, vnus autem atque idem spiritus diuidens singulis prout vult*. Iste ergo per eruditionem habet informare. D

¶ Iterum dico, quod iste spiritus per inspirationem habet vegetare. Vixerunt inquit. Quia sicut spiritus corpus ipsum v[illegible]tat & viuificat, ipsum ad motum & operationem dispon[illegible]bilitat. sic spiritus iste animam cui per gratiam infundi[illegible] spiritualiter viuificare & ad motum bonorum operum [illegible]te & aptare Ezechiel 37 *Intromittam in vos spiritum meum, [illegible]tis*. Cœlum enim secundum Arist. mouetur à spiritu [illegible] & secundum eundem, orbes & planetæ à spiritibus mouen[illegible] de se enim nec motum nec vitam haberent nisi ipsi ab alieno possiderent. Sic vere charissimi homo sanctus spiritum sanctum [illegible]lum, scilicet, habet motorem, & suorum bonorum directore[illegible] sine enim spiritu isto nec spiritualiter viueret, nec motũ bon[illegible] operum exerceret. Quod bene figuratur Ezech. 37. in illis ossib. aridis in quibus extensa est caro & neruus & cutis, & tamen n[illegible] vixerunt nec se mouerunt donec à quatuor ventis spiritum habuerunt. Quia, scilicet peccator quamuis habeat carnem, id est, humorem naturalis compassionis, neruum, id est, ligaturam mundialis dilectionis, cutem, id est, vestituram exterioris conuersationis, si tamen careat illo spiritu, non debet dici per[illegible]tiam viuere, nec potest per bona opera se mouere. Iste enim [illegible]titus dicitur mobilis, quia subito mouet se, in diuersorum [illegible]dibus ingerendo. Vnde Reg. 10. *Insiliet in te spiritus domini* V[illegible] etiam Actorum 2. dicitur, *Spiritum sanctum repente aduenisse*, q[illegible] sicut dicit Ambrosius 1 *Nescit tarda molimina sancti spiritus gratia*. Vnde Sap 7. Iste dicitur *spiritus disertus, mobilis, & incoinquinatus*. Dicitur etiam mouẽs, quia iste. s. mouet nos ad bene opera[illegible] ambulandum, & incedẽdum Ezech. 1 *Vbi erat impetus spiritus gradiebantur spiritus n. vitæ erat in rotis* Vnde etiam Ez. c. 8. dicit *Eleuauit me spiritus, & adduxit in Hierusalem in visione Dei*. Vixeru[illegible]

in[illegible]

inquit Ioan.6. *Verba quæ ego loquor vobis spiritus & vita sunt*. Rom.8. *Viuificabit mortalia corpora nostra propter inhabitantem spiritum eius in nobis.* Dico ergo, quod iste per inspirationem habet vegetare.

F ¶ Deinde dico, quod iste per confirmationem habet roborare. Steterunt inquit. Quia sicut spiritus corporis facit eum stare, durare, & perseuerare, quod patet, quia corpus sine spiritu non potest stare, imo necesse habet cadere vel iacere, & durare non potest, quia cito habet corrumpi & putrefieri & fœtere, sic vere iste spiritus solus facit homines stabiles & perseuerantes, fortes, durabiles & constantes. Ignis enim vasa fictilia & lutea decoquendo facit stabilia atque dura. Illud autem apparuit in apostolis, qui ante aduentum spiritus sancti erant lutei, timidi atque fragiles, postquam igne spiritus sancti sunt afflati, facti sunt audaces atque constantes. Vnde Mich 3. *Veruntamen ego repletus sum fortitudine domini iudicio & virtute, vt annunciem Iacob scelus suum, & Israel peccatum suum.* Steterunt inquit Iob 4. *Cum spiritus me præsente transiret, inhorruerunt pili carnis meæ, stetit quidam cuius non agnoscebam vultum &c.* quasi diceret, transitus huius spiritus causa est stabilitatis, iuxta illud Ezech.2. *Ingressus est in me spiritus, & statuit me super pedes meos* Vnde etiam Iob 26. & 27. dicitur, quod *spiritus domini ornauit cælos, qui solidissimi quasi ære fundati sunt.* Iste ergo per confirmationem habet roborare.

G ¶ Denique dico, quod iste spiritus per contemplationem habet subleuare. Super inquit. Quia, scilicet, si iste habitat in homine non permittit eum inferius in terrenis morari imo facit eũ sursum per contemplationem ad cœlestia subleuari. Ignis enim fauillas & ventus paleas eleuat. Sic illi qui igne & flatu spiritus sancti moti erunt, statim se ad contemplandum cœlestia subleuabunt. Super inquit. Ezech.3. *Leuauit me spiritus, & assumpsit me.* Oseæ 4. *Spiritus ligauit eum in alis suis* Vnde de isto potest dici illud Esa.61. *Spiritus domini super me eo quod vnxerit me.* & Marc.1. dicitur, quod *spiritus sanctus descendit in columbæ specie super Christum.* Igitur dico, quod iste per contemplationem habet eleuare. Super inquit.

H ¶ Insuper dico, quod iste per affectionem habet inflammare, & hoc ostenditur cum dicitur. Pedes suos, quia per pedes intelliguntur affectiones, iuxta illud Aug. *Pes meus affectus meus, eo feror quocunque feror*, quia scilicet, pedes affectionum quando igne sancti spiritus tanguntur, tunc per sancta desideria inflammantur Apocal 1. *Pedes eius similes orichalco cum est in camino ignis.* Spiritus enim seu ventus facit ignem fortiter ardere, sic spiritus sanctus mentem seu voluntatem per charitatem facit accendi. Vnde Roman.5. *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis.* Isti igitur sunt sex effectus istius spiritus, quia pro certo charissimi iste habet tot effectus mirabiles & stupendos, quot non possunt ab homine delectari. Iste enim est sicut quidam fluuius, qui per septem riuulos, id est, per septem dona diuisus fœcundat & irrigat cor humanum. Vnde Esa. 11. postquam septem dona spiritus sancti enumerasset, dicẽs, *Replebis eum spiritus domini: spiritus sapientiæ & intellectus spiritus scientiæ & pietatis, spiritus consilij & fortitudinis, & spiritus timoris domini dixit, Percutiet dominus fluuium Aegypti septem riuis, ita vt transeant per eum calceati.* Quia pro certo iste est similis flori lilij, qui in medio sex foliorum mollium habet septem aurea grana, id est, septem spiritualia dona Genes.41. *Septem spicæ pullulabant in culmo vno.* Propter hæc igitur & his similia istum spiritum describit Sapiens Sapient.7. vbi dicit. *Est*, inquit, *in sapientia spiritus intelligentiæ spiritus multiplex, vnicus, subtilis, modestus, disertus, mobilis, & incoinquinatus, certus, suauis, amans bonum, humanus, benignus, stabilis, securus, omnem habens virtutem, omnia prospiciens.* Iste igitur, vt visum est, est spiritus summus & admirabilis.

I ¶ Sed adhuc dico, quod potest dici admirabilis, quia est

Ductor ad gubernandum,
Doctor ad informandum,
Tutor ad protegendum,
Rector ad corrigendum,
Pastor ad nutriendum,
Consolator ad mitigandum,
Mediator ad concordandum,
Roborator ad consolandum,
Præmiator ad remunerandum.

Quod iste habeat officium ductoris patet, quia sicut ventus ducit nauis ad portum, sic spiritus sanctus animas ad paradisum Psalmo. *Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam.* Item quod iste officium habeat doctoris, patet Ioan. 16. vbi dicitur illud prædictum, *Spiritus veritatis ille vos docebit omnem veritatem.* Item quod ipse habeat officium tutoris & defensoris, patet Roman. 8 vbi dicitur, quod *spiritus adiuuat infirmitatem nostram* Item quod ipse habeat officium rectoris, & correctoris patet 2. Thessal.2. vbi dicitur quod *dominus Iesus Antichristum interficiet spiritu oris sui.* Vnde Esa. 30. dicitur, quod *spiritus domini velut torrens inundans &c.* Item quod iste habeat officium pastoris & nutritoris, patet Ecclesiastic.24. vbi dicitur. *Spiritus meus super mel dulcis & hæreditas mea super mel & fauum.* Item quod habeat officium consolatoris, patet, quia dicitur paracletus, qui interpretatur consolator. Vnde etiam Sapient. 12. *O quam bonus & suauis est domine spiritus tuus in nobis.* Item quod habeat officium mediatoris, patet Ezec. 36. vbi dicitur. *Ponam spiritum nouum in medio vestri.* Item quod habeat officium confirmatoris, patet in Psalmo. vbi dicitur, *spiritu principali confirma me.* Item quod habeat officium præmiatoris, patet Apoc.14. *Amodo dicit spiritus, vt requiescant a laboribus suis, opera enim illorum sequuntur illos.* Iste est ergo spiritus summus & admirabilis. K

¶ Secundo principaliter dico, quod inueniuntur spiritus pessimus & detestabilis. Spiritus enim accipitur in malo, & sic per spiritum intelligitur diabolus; vel etiam mala peccandi voluntas, vel etiam ipse peccator. Vnde generaliter loquendo, dico, quod spiritus in malo signat quatuor, scilicet,

Dæmones hominum impugnatores,
Homines dæmonum imitatores,
Afflatus malarum cogitationum,
Impetus grauium tribulationum.

¶ Dicamus ergo, quod inueniuntur spiritus hominum impugnatores, & isti sunt immundi spiritus qui de paradiso fuerunt exclusi, & hic cum hominibus in caliginoso aere ad eorum exitium vsq; in diem iudicij sunt inclusi, & finaliter post iudicium in inferno erunt positi & reclusi. Isti enim non cessant homines tentare, seu tentationibus impugnare, & diuersis molestationibus infestare. Vnde de quodam Marc.9. dicitur, quod *spiritus conturbauit eum, & elisus in terra volutabatur* ¶ Item dico, quod sunt spiritus dæmonum imitatores, & isti spiritus sunt mali homines, qui dicuntur spiritus, quia, scilicet, nihil habent de constantiæ firmitate, multum autem de inanitate Lucæ 24. *Palpate, videte, quia spiritus carnem & ossa non habet.* Etiam ossibus firmitatis carent. Isti enim dicuntur spiritus, quia impetuose ambulant per superbiam. Sonitum faciunt per iactantiam. Omnia commouent per discordiam. Arbores frangunt, dumos diruunt per tribulationem & malitiam. Et sic secundum hoc peccator quandoque dicitur spiritus superbiæ & timoris Psalm. *Dixit & stetit spiritus procellæ, & exaltati sunt fluctus eius.* Item dicitur spiritus iactatoriæ & clamoris. Vnde Apoc.16. dicitur quod *Ioannes vidit tres spiritus immundos ad modum ranarum de ore bestiæ exisse.* Rana enim loquacissimum animal est. Item dicitur spiritus discordiæ & rancoris. Omnes enim alios commouet 1.Reg.16. *Exagitabat enim Saul spiritus nequam.* Item dicitur spiritus pestilentiæ & terroris, quia, scilicet, isti ad modum spiritus & turbinis non cessant alios molestare. Vnde 3.Regum 19. *Ecce spiritus grandis & fortis subuertens montes & conterens petras ante dominum, sed non in spiritu dominus.* Patet ergo, quod peccatores dicuntur spiritus dæmonum imitatores.

N ¶ Item dico, quod sunt spiritus cordium deturpatores, & sic per spiritus intelliguntur malæ cogitationes & affectiones, quæ in mente peccatorum ventilant atque spirant. Et sic dico, quod ibi flant & spirant Spiritus

Superbiæ & pompositatis,
Luxuriæ & carnalitatis,
Somnolentiæ & tepiditatis,
Insolentiæ & fatuitatis,
Iracundiæ & crudelitatis.

De spiritu superbiæ dicitur Zachar. 5. quod *ipse vidit duas mulieres egredientes, & spiritus erat in alis earum.* De spiritu luxuriæ dicitur Oseæ 5. quod *spiritus fornicationum erat in medio eorum.* De spiritu somnolentiæ dicitur Esaiæ 29. quod *dominus miscuit eis spiritum soporis.* De spiritu insolentiæ dicitur Esaiæ 19. quod *dominus miscuit Aegypto spiritum vertiginis.* De spiritu iracundiæ dicitur Numer. 5. *Si spiritus zelotypiæ concitauerit virum contra vxorem.* Isti ergo sunt cordium deturpatores. ¶ Item dico, quod inueniuntur pœnarum fabricatores & sic per spiritus [illegible] & turbines, intelligo pœnas & miserias sempiternas, quæ da[illegible]tores O

tores

tos perpetuo perstabunt, de quibus in Psalm. patet. *Ignis, sulphur, spiritus procellarum &c.* Quia sicut dicitur Ecc. 39. *Sunt spiritus, qui ad vindictam creati sunt.* Sic igitur patet quomodo spiritus diuersimode sumitur in malo, & quod est spiritus pessimus & detestabilis.

P ¶ Tertio principaliter dico, quod inuenitur spiritus intimus & amicabilis, & iste est spiritus humanus, qui quandoque accipitur pro vita, quandoq; pro ipsa anima vitę causa. Nota igitur quod secundum Medicos & naturales tria genera spirituum sunt sc. naturalis quo vegetamur, & iste habet sedem in hepate. Vitalis, quo viuificamur, & iste habet sedem suam in arterijs & in corde. Animalis quo sentimus & mouemur, & iste habet sedem suam in neruis & in cerebro. Secundum igitur istum triplicem spiritum corporalem possumus dicere quod spiritus inquantum refertur ad hominem, potest intelligi tribus modis. Est enim Spiritus

Transitorius & temporalis,
Volitorius & cordialis,
Permansorius & æternalis.

¶ Primus signat hepatis actiuitatem, quæ semper sanguinem concomitatur, & ad nutriendum ipsum corpus humiliat atque defert, quia, scilicet, vita præsens sanguinea est & carnalis & humani nemi corporis nutritiua. Iste est enim spiritus transitorius, quia parum durat, quia sicut dicitur Iob 17. *Spiritus meus attenuabitur &c.* ¶ Secundus significat cordis voluntatem. Voluntas enim dicitur spiritus, quia sicut spiritus spirat & respirat, sic voluntas generaliter vult & non vult. De quo Eccl. 7. *Humilia valde spiritum tuum,* id est, voluntatem tuam & mentem, *quia vindicta carnis impij ignis & vermes.* ¶ Tertius autem spiritus significat animæ quidditatem, quæ, scilic. à carne separatur, & Deo creatori suo iungitur & vnitur, de quo in Psalm. *Auferes spiritum eorum, & deficient,* & Ecclesi. 12. *Donec spiritus redeat ad Deum qui fecit illum.* Isti ergo sunt tres spiritus quorum primus cum carne est defectibilis Sapien. 2. *Spiritus diffundetur tanquam mollis aer* Secundus est cum carne compassibilis. Voluntas enim & caro se inuicem compatiuntur, de quo Matthæi 26. *Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma* Tertius vero est à carne separabilis, de quo in Psalmo. *Exibit spiritus eius & reuertetur in terram suam,* supple, caro.

Q ¶ Igitur charissimi, de spiritu siue denotet animam, siue voluntatem, siue etiam denotet virum iustum & spiritualem, possumus dicere quod talis

Spiritus per
- Pœnitentiam renouatur,
- Sapientiam illustratur,
- Gratiam conseruatur,
- Continentiam depuratur,
- Amicitiam præsentatur,
- Imprudentiam molestatur,
- Eleuationem dissipatur,
- Contritionem acceptatur,
- Dei timorem conturbatur,
- Laudis canorem iocundatur,
- Dilectionem infirmatur.

Istæ enim sunt conditiones boni spiritus, id est, bonæ voluntatis vel bonę animę. Et dico quod ista debet per pœnitentiam renouari Eze. 8. *Facite vobis cor nouum,* & in Psalm. *Et spiritum nouum,* & in Psal. *Spiritum rectum innoua in visceribus meis.* Item debet per sapientiam illustrari Rom. 7. *Prudentia spiritus vita & pax.* Item debet per Dei gratiam conseruari Iob 10. *Visitatio tua custodiuit spiritum meum.* Item debet per continentiam depurari Lu. 24. *Spiritus carnem & ossa non habet.* Item debet per amicitiam præsentari Col. 2. *Si corpore absens sum, spiritu tamen præsens sum.* Item solet per imprudentiam impugnari Galath. 5. *Caro concupiscit aduersus spiritum.* Item solet per elationem dissipari Prou. 16. *Ante ruinam exaltatur spiritus.* Item per dilectionem debet inflammari Act. 18. *Feruens spiritu loquebatur ea quæ sunt Iesu.* Item debet per contritionem acceptari. Vnde Psalmo. *Cor contritum & humiliatum Deus non despicies* Dan. 3. *Animo contrito & humili spiritu suscipiamur domine a te.* Item per Dei timorem debet conturbari. Vnde de Christo dicitur Ioa. 11. *Infremuit spiritu, & turbauit semetipsum.* Item per laudis canorem debet iocundari. Vnde Luc. 1. *Exultauit spiritus meus in Deo salutari meo.* Et ideo breuiter de spiritu morali, id est, de bona voluntate vel anima, vel etiam de spirituali homine potest poni & exponi illud prædictum Sap. 7. *Spiritus sanctus multiplex & suauis & subtilis &c.* Expone si vis. Item per dilectionis feruorem debet inflammari Galath. 5. *Fructus est charitas.* Charitas vero incendit Luc. 24. *Cor nostrum ardens erat in nobis,* [illegible] charitate. Ista sufficiant de spiritu humano, qui est i[illegible]us & amicabilis. Et sic pateat aliqua de spiritu intimo & pessimo & optimo.

¶ De spiritualibus autem bonis multa possunt di[illegible], sed p[illegible]ucæ sunt auctoritates. Hoc solum nota quo[d] spiritualia & te[m]po[ra]lia contrariæ sunt naturæ, quia si vnum proficit, aliud desi[cit, &] econuerso. Nam vt dicit Plinius, si ver sit siccum, me[l] [illegible] abundát, filij autem earum depauperantur, si vero [illegible] dum tunc filij abundant, & mella minuuntur. Sic vere [illegible] tia vitæ per paupertatem & temporalium tenuitat[em] [illegible] fuerit, tunc mel bonorum spiritualium abundab[it]. Si ve[ro] illud per prosperitatem fuerit humidum, tunc vere qua[illegible] mella bonorum spiritualium erit siccum. De filijs apu[m] [illegible] de amicis mundanis contrarium est, quia isti pro cer[to] [illegible] humido prosperitatis abundant. In tempore vero sic[citatis] [illegible] tatis deficiunt &c. Multa alia possent adduci sed [illegible] tro breuitatis, quia in infinitis titulis feci de bonis sp[iri]t[ualibus] mentionem. Ideo sufficiat ad præsens.

## Splendere.

Cum splendor sit fluxus corporis g[illegible] possum dicere sicut de luce, claritate [illegible] gore, quod splendor sumitur in bono, & in malo. Bre[uiter] [illegible] taodum est ergo, quod in scriptura inuenitur Splendor

Honestatis,
Veritatis,
Castitatis,
Falsitatis,
Vanitatis,
Dignitatis.

¶ Splendor honestatis, debet considerari, & de isto di[citur Ec]clesiastic. 22. *Lucerna splendens super candelabrum sanctum,* [illegible] *species super ætatem solidam.* Iste enim est splendor chri[illegible] in nocte lucidior est quam in die. Quia, scilicet, virtus [hone]statis plus abundat in nocte tribulationum quam in di[e conso]lationum. Quia pro certo sæpe fit quod ille [illegible] qui aduc [illegible] tempore de sanctorum splendoribus illustratur, si ad[uersitas pro]speritas, per vitia obscuratur Ioel 2. *Stellæ retraxerunt sp[lendorem] suum.*

¶ Splendor veritatis debet desiderari. Iste enim est s[plen]dor qui ostendit res vt sunt, scilicet, veritas, quæ nescit palliare Daniel. 12. *Qui docti fuerint, fulgebunt sicut splendor [firma]menti.*

¶ Splendor castitatis debet appropriari. Iste est splendo[r qui] super omnia oculos delectat. Vnde de anima casta dicitur [Apo]cal. 19. *Vox eius præparauit se, & datum est ei vt operiat se bysino [splen]deati, & candido.*

¶ Spleodor falsitatis debet vituperari, & iste est s[p]le[ndor] d[e hy]pocritarum, qui splendent sicut noctiluca, lucens [illegible] &c. Similes lunæ, quæ licet aliquando splendeat, per dit aliquando lumen suum, patet Marc. 13. *Luna non dabit [splendo]rem.*

¶ Splendor vanitatis debet renonciari, scilicet, sple[ndor pro]speritatis mundanæ, quæ in diuitibus splendet, sicut [illegible] dicitur Luc. 16. quod *epulabatur quotidie splendide.*

¶ Splendor vero dignitatis debet appreciari, sc. splen[dor fe]licitatis æternæ, qua splendent beati, de qua Actor. 26. *Vidi de supra splendorem solis circumfulsisse me lumen &c.* Vide de luce, lumine, fulgere, & similibus.

## Spolium. Spoliare.

Nota, quod spol[iu]m siue [spo]lia intelliguntur exteri[ora in]dumenta, & etiam quæcunq; bona exteriora, & generali[ter om]nia quibus possunt spoliari homines, vel vestiri. Aduert[endum] ergo est, quod in scriptura inuenio

Spolia
- Infima,
- Intima,
- Pessima,
- Optima.

Prima signant temporalem possessionem,
Secunda virtualem perfectionem,
Tertia criminalem infectionem,
Quarta æternalem successionem.

Temporalia sunt exuenda,
Virtualia sunt induenda,
Criminalia [illegible] ef[illegible]randa,
Æternalia [illegible] ffectanda.

B ¶ Dicamus ergo primo, quod ſpolia quæ debemus exuere ſunt bona temporalia, quæ pro certo exuenda ſunt ſaltem quantum ad affectionem. Nota quod pinus arbor groſſi corticis, faciliter à vermibus corroditur ſi cum tali cortice cuſtoditur, & ideo qui ipſam ſine corruptione ſeruare voluerit, neceſſe eſt, quod tali cortice ſpolietur, vt dicit Pli. Oues etiam ſub groſſo vellere nimis calefierent, niſi ipſas paſtores annis ſingulis velleribus ſpoliarent. Arbores etiam propter onera fructuum frangerentur, niſi vel à natura, vel à caſu, vel ab ipſis annis ſingulis ſpoliarentur. Sic pro certo chariſſimi cortex, vellus & fructus temporalium qua odo vltra debitum in nobis abundant, poſſunt eſſe cauſa plurium vitiorum, quia, ſcilicet, faciunt nos. Vermibus ſollicitudinem corrodi. Calore auaritiæ accendi. Fractione iracundiæ quaſſari. Et ideo iſta debemus quantum ad effectum dimittere, & nos etiam ſaltem mentaliter ſpoliare, & ea ſi neceſſe ſit pauperibus erogare, quinimo Deus paſtor, & creator omnium his velleribus ſolet nos ſæpe per infortunium eauere, ne nobis cauſa criminum poſſint eſſe Ioel. *Ficum meam decorticauit, & audeas ſpoliauit eam.* Figuratus in illo rege Alexandro, de quo dicitur 1. Mach. 11. quod *iuſſit Ionathan ſpoliari veſtibus ſuis, & indui eum purpura*. Quia, ſcilicet, Chriſtus iubet ſuos veſtibus bonorum temporalium ſpoliari, & purpura ſpiritualium veſtiri. Iſtud tamen aduerte, quod quamuis iſta temporalia ſint eauenda, hoc tamen nunquam debet vt communiter fieri, quin ſemper debeamus victui, & ſtatui neceſſaria reſeruare. Papyrus enim quando in lampade ponitur ad illuminandum, nunquam ex toto decorticatur, quinimo ſemper vna pars ſibi remanet, vt per eam medulla, quæ eſt debilis, ſuſtentetur. Sic vere chariſſimi nunquam nos debemus cortice temporalium ita penitus, & totaliter, exuere, quin ſemper debemus ſuſtentationi noſtræ neceſſaria teſeruare. Quod bene faciebat ille qui dicebat Prou. 30. *Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi, tribue tantum victui meo neceſſaria.* Iſta tamen ſunt contra raptores, qui, ſcilicet, ſpoliant homines ſine quacunque pietate, non curantes de ipſorum neceſſitate, nec aliqui dimittentes pro ſuſtentanda ſuæ vitæ fragilitate, quod non ſolum inuenitur in publicis raptoribus, & tyrannis, imo etiam in multis iniquis iudicibus, & prælatis, quibus dicitur Iob 22. *Abſtuliſti pignus fratrum tuorum ſine cauſa & nudos ſpoliaſti veſtibus.* & Eſa. 3. dicitur. *Populum meum exactores ſui ſpoliauerunt.* & Iob 24. *Vim fecerunt prædantes pupillos & vulgum pauperem ſpoliauerunt.* Vnde quilibet talis videtur habere nomeo de quo loquitur Et. 7. *Voca nomen eius accelera, ſpolia detrahe, feſtina prædari.* Tales enim mali vi dentur ad rapiendum inducere, & ad ſpolia inuitare Prouerbiorum 1. *Implebimus domos noſtras ſpolijs, ſortem mittamus, marſupium vnum ſit omnium.* Non ſic chariſſimi, ſed eauamus illa ſpolia mentaliter, & ſpontanee, ne per tyrannos cogamur ipſa dimittere violenter. Iſta igitur ſunt ſpolia quæ debemus exuere.

C ¶ Secundo dico, quod ſunt ſpolia quæ debemus induere, & iſta ſunt ſpolia bonorum ſpiritualium. Iſta etiam ſunt ſpolia ſcientiarum philoſophorum, quæ debemus ab ipſis poetis, & philoſophis tollere, & ſcientijs fidei applicare, & ea inde tabernaculum eccleſiæ conſtruere, & ornare. Nota quamuis ericius ſit animal inutile, ſpolium tamen pellis ſuæ ad pannos leniendos eſt vtile. Serpens etiam quamuis ſit venenoſus, ſpolium tamen pellis competit medicinæ. Sic vere chariſſimi, quamuis antiqui philoſophi, & poetæ in multis fuerunt vitioſi, ſpolia tamen eorum, quæ nobis dimiſerunt, ſcilicet, ſcientiæ quas dictauerunt nobis, & eccleſiæ, & fidei in multis vtiles ſunt, & fuerunt. Figurata in ſpolijs Ægyptiorum, de quibus filij Iſrael in deſerto domino tabernaculum conſtruxerunt Exod 3. *Non exibitis vacui, ſed ſpoliabitis Ægyptum* Sapient. 10. *Iuſti tulerunt ſpolia impiorum &c.* Iſta ſunt igitur ſpolia, quæ debemus induere Pſalm. 118. *Lætabor ego ſuper eloquia tua, ſicut qui inuenit ſpolia multa.* Quod bene poterat dicere Paulus, de quo exponitur illud Geneſis 49. *Mane comedit prædam, & veſpere diuidet ſpolia.* Comedit dico mane in Iudaiſmo prædam, id eſt, eſca ſcientiarum legalium, & propheticarum, & veſpere, id eſt, tempore vocationis ad apoſtolatum, diuiſit ſpolia, id eſt, à litera legali euangelicam, & ſpiritualem doctrinam intellexit eſſe diuidendam, quia *litera occidit, ſpiritus autem viuificat* 2. Cor. 3.

¶ Tertio dico, quod ſunt ſpolia, quæ debemus renuere, & iſta ſignant vitia, & peccata, quæ ſunt quædam valde turpia veſtimenta, quæ pro certo ſunt expolianda, & per confeſſionem lacerdoti dimittenda. Exemplo cerui, qui ſe ſolet ſpoliare veteribus cornibus Et exemplo ſerpentis, qui ſe ſpoliat antiquis pellibus Mich. 1. *Faciam planctum quaſi draconum, & luctum quaſi ſtruthionum, vadam ſpoliatus, & nudus.*

¶ Quarto dico, quod ſunt ſpolia, quæ debemus appetere Iſta enim ſunt ſpolia vitæ æternæ, quia hic per bona opera rapimus & tandem eam illic diuidimus, iuxta illud Eſa 9. *Exultant victores quando diuidunt ſpolia*, vnde 2. Mach. 8. dicitur, quod *poſt ſabbathum debilibus orphanis, & viduis diuiſerant ſpolia.* Sic patet quod ſunt ſpolia appetenda, refutanda, induenda, eauenda. Vide ſupra de Exuere, de Nuditate, & Induere. Et ſic ſufficiat.

## Sponſus. Sponſa.

A Nota, quod ſponſus poteſt ſignificare Chriſtum, qui humanæ naturæ fuit deſponſatus per incarnationem, & qui etiam ſponſatur animæ Chriſtianæ per baptiſmum, & fidei ſuſceptionem. De ipſa etiam dicitur in Pſ. 18. *Tanquam ſponſus dominus procedens de thalamo ſuo*, quantum ad primum, & Oſeæ 2. Ipſe Chriſtus animæ Chriſtianæ dicit illud. *Sponſabo te mihi in fide*, quantum ad ſecundum. Poteſt ſignificare etiam prælatum, qui eſt ſponſus eccleſiæ B cui præeſt Ioan. 3. *Qui habet ſponſam ſponſus eſt.* ¶ Igitur poſſum dicere breuiter, quod

Sponſus nomen eſt {
Amoroſum,
Gaudioſum,
Studioſum,
Gratioſum.

Ideo habet ſponſus {
Amoroſe cum ſponſa ligari,
Gaudioſe cum ſponſa lætari,
Studioſe cum ſponſa morari,
Gaudioſe veſtibus ornari.

C ¶ Sic vere ſponſus eccleſiæ prælatus debet iſtam ſponſam diligere, nullam aliam deſiderando, dicens illud Pſal. 8. *Hanc amaui, & exquiſiui ſponſam mihi aſſumere eam, & amator factus ſum formæ illius.* Quod tamen eſt contra ambitioſos, qui eccleſias non videntur diligere, niſi in quantum quotidie cupiunt ad alias ſe mutare Ioel. 2. *Egrediatur ſponſus de cubili ſuo.* ¶ Item iſte ſponſus debet cum D ſponſa gaudere, Deum laudando, & eidem gratias agendo Eſa. 62. *Gaudebit ſponſus ſuper ſponſam.* Quamuis de multis ſponſis, & eorum eccleſijs, & ſponſabus poſſit dici illud Apo. 18. *Vox ſponſi, & vox ſponſæ non audietur in te.*

B ¶ Item iſte ſponſus debet cum iſta ſpõſa morari, cum ipſa perſonaliter reſidendo. Quod eſt contra illos, qui ſponſas, id eſt, eccleſias fugiunt, quiq; eas non viſitant nec frequentant, niſi tempore recipiendi bona. Similes locuſtis, quæ non apparent niſi in tempore verno, & in pratis, & in hyeme deficiunt, & non apparent, & multis ſimilibus ita quod eccleſia poteſt dicere illud Exod. 4. *Sponſus ſanguinum tu mihi es.*

F ¶ Item debet propter iſtam ſponſam ornari, ſe virtutibus præparando, dicens illud Eſa. 61. *Indumento iuſtitiæ circumdedit me quaſi ſponſam decoratam corona &c.* Dic de ſponſa quod per ſponſam intelligitur eccleſia militans vel triumphans, vel etiam anima de qua Apoc. 21. *Vidi ciuitatem ſanctam Hieruſalem deſcendentem de cœlo à Deo paratam ſicut ſponſam ornatam viro ſuo.* Vide eam in titulo de Ciuitate, & hæc ſufficiant.

## Sponte. Spontanee.

A Nota, quod ſponte dicitur illud quod fit libenter, voluntarie, vltro, gratanter, & ex corde. Et de his ſupra dictum eſt in multis titulis, & de voluntate dicetur infra. Hoc ſolum breuiter eſt notandum, quod quatuor ſunt ſponte, & voluntarie facienda, ſcilicet,

Eleemoſynarum erogatio,
Tribulationum toleratio,
Obedientiæ ſubiugatio,
Fraternæ charitatis copulatio.

Quod debeamus ſponte tribuere, patet Exod. 35. vbi dicitur, quod *mulieres quæ venerant, dederunt ſponte omnia tribuentes.* Item quod debeamus ſponte pœnitere, patet Iudicum 5. *Qui ſponte obtuliſtis domino animas veſtras diſcrimini, benedicite dominum.* Item quod debeamus ſpontanee maioribus ſubiacere, patet Iudith. 7 *Sponte tradamus nos omnes populo Holofernis.* Item quod debeamus ſponte alter alterum diligere poteſt dici illud Iudith. 12. *Suadeat Hebræam illam vt ſponte conſentiat habitare mecum.* Vide ſupra in titulis ſupradictis. Sufficit.

## Stare. Stabilis. Stabilitas.

Nota quod ſtabilire idem eſt quod ſtatuere, ſtare vero accipitur pro ſiſtere quandoque, ſicut dicitur Exod. 15. *Stetit vnda fluens.* Quandoque pro erectus eſſe

Ezech.

Ezechielis 2. *Surge, & sta super pedes tuos.* Quandoque pro motari seu pro manere, sicut Hieremiæ 26. *Sta in atrio domus domini, & prædica ibi verba, quæ ego loquor ad te.* Veruntamen quocunque modo sumatur stare, semper significat, moraliter loquendo,

Animi stabilitatem,
Perseuerantiæ durabilitatem,
Constantiæ firmitatem.

Istud enim stare dicitur, quod non fluit, nec circuit, nec mouetur, & ideo ille dicitur moraliter stabilis, qui in bono statu manet immobilis. Iste est enim virtus propria perfectorum omnium. Sicut enim hæmatites lapis resistit ignibus, quia scil. in igne non consumitur, sed purgatur, sic vere vir perfectus ita debet esse perfectus, & solidus atque constans, quod ignes tribulationem debet contemnere, & sine lesione peccati in eisdem immobilis, & stabilis permanere, & quamquam talibus ignibus affligatur, debet tamen semper clarior, & lætior apparere, *quia non contristabit iustum, quicquid ei acciderit* Prouerb. 12. Quinimo illos quos habet tangere, id est, illos cum quibus habitare debet, per bona exempla ad constantiam similem, & non ad sentiendum ignes tribulationum viriliter animare. Vnde de tali stabilitate dicitur Ephesiorum 6. *Induite vos armaturam Dei, vt possitis stare.* Armatura Dei quæ respuit tela tribulationum est animi constantia, quæ facit hominem stare, & mundi tribulamina non timere. Et ideo ad istam stabilitatem habendam monet sapiens Ecclesiastici 2. *Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia, & timore.* ¶ Vbi

B aduerte, quod res naturaliter quinque modis efficitur stabilis, videlicet, Quando

Rei firmæ fortiter coniungitur,
Inferius in terra figitur,
Superius recte erigitur,
Grauius in terra premitur.

Sic pro certo dico, quod hominem stabiliunt

Charitatis coniunctissima fortitudo, [Fili,]
Firmitatis atque spei certitudo, [Accedens,]
Veritatis, & fidei limpitudo, [Ad seruitutem.]
Æquitatis indeuians rectitudo, [In iustitia.]
Grauitatis concutiens mœstitudo. [Timore.]

Ista enim quinque faciunt nos stabiles, & firmos, videlicet

Dilectio qua Deo copulamur,
Spes qua à Deo sustentamur,
Fides qua in Deo radicamur,
Iustitia qua à Deo rectificamur,
Timiditas qua à Deo grauamur.

C ¶ Dico ergo primo, quod homo stabilis efficitur atque constans quando per amorem fortiter alligatur, quod ostenditur cum dicitur Fili, quia filius est nomen amoris. Sicut enim videmus, quod illud quod fortiter ligatur, & stringitur cum re firma, non faciliter cadit imo stat, & perseuerat, sicut patet de vinea quæ per se stare non potest cum sit valde debilis, tamen stat per aliud, scilic. per palum vel arborem cui alligatur, sic vere homo qui de se debilis, & instabilis est, tunc constans & perseuerans efficitur, quando cum Deo qui in æternum stat, per amoris tenaculum copulatur. Nauis enim quamdiu est in mari, semper est in motu, veruntamen quando piscis qui dicitur echineis ei adhæret, ita stabilis efficitur, quod ventis, & fluctibus non mouetur. Sic vere homo qui est sicut nauis fluctuans in hoc mari, tunc efficitur constans, firmus, & stabilis, quando Christo per charitatem adhæret, & ei efficitur filius familiaris, & amicabilis. Fili inquit. Vnde de stabilitate istius amoris potest dici illud Io. 8. *Filius manet in æternum.* Et illud 1. ad Cor. 15. *Fratres mei dilecti, stabiles estote, & immobiles.* Qui enim perfecte aliquem diligit, perfecte cum eo stat, & manet. Sic vere si Deum dilexerimus, cum ipso per gratiam perseuerabimus, iuxta illud ad Philip. 4. *Fratres mei dilectissimi, & desideratissimi, gaudium meum, & corona mea, sic state in domino charissimi.* Fit ergo homo stabilis, quando per amorem fortiter alligatur.

D ¶ Secundo dico, quod homo efficitur stabilis, quando per spē firmiter sustentatur. *Accedens* inquit. Accessus enim proximationem spei designat, quia ille Deo accedit, & proximat qui in ipso confidit, & sperat, & in eo per spem, & desiderium se stabilit, & sustentat. Iste enim accessus hominem facit stabilem, quia sicut illud, quod fundamentum habet firmissimum, est stabile seu firmum, sic ille qui ponit in Deo spem suam, sicut in fortissimum fundamentum, iuxta illud 2. Timoth. 2. *Firmum fundamentum Dei stat*) constans, & stabilis efficitur, & in [illegible] matur. *Accedens* inquit, & ad Rom. 5. *Accessum habemus ad Deum per gratiam in qua stamus.* Vt sic vir iustus dicatur esse terra, de qua dicitur in Psal. 103. quod *Deus fundauit terram super stabilitatem suam &c.* Electrum enim gummi est liquidum quando de arbore [illegible] lat, quando vero super terram vel lapidem ceciderit, mox in metalli duritiem se conuertit. Sic vere charissimi vir iustus quamuis in principio sit fragilis, & fluxibilis, quando, scilicet, de arbore mundi nascitur, quando tamen ad terram, id est, ad Deum [illegible] desiderium, & per spem peruenit, in metalli duritiem per st[abi]litatem constantiæ, & vertitur, & mutatur Iob 11. *Eris stabilis, & non timebis.* Ista bene apparuerunt in martyribus, qui pro[pter] spem cœlestis gloriæ tam constanter ludibria sustinuerunt. F[it er]go homo stabilis quando per spem firmiter sustentatur. Accedens inquit.

¶ Tertio dico, quod homo fit stabilis, quando per fidem [fir]me radicatur, quod ostenditur cum dicitur *Seruitutem Dei* illi, qui sunt proprie serui Dei, scilicet, fidei ipsius prof[essores] sunt præ ceteris stabiles, & constantes. Nota. Arbor quæ pr[ofun]dam habet radicem, stabilior est, & contra impetu[s] ve[ntorum] firmior. Sic vere illi qui per fidem sunt profunde in domi[no r]adicati 1. ad Cor. 16. *Vigilate, state in fide.* Quia seruitus Dei facit [ho]minem audacem. *Seruitutem*, inquit, *Dei* 3 Reg. 10. *Beati serui [tui] qui stant coram te semper.* Vnde in Psal. 133. *Laudate serui dominum, qui statis in domo domini &c.* Fit igitur homo stabilis cum [per] fidem intime radicatur.

¶ Quarto dico, quod homo fit stabilis cum per æquitatem optime regulatur. Iustitia inquit. Columna n. recta magis est stabilis quam obliqua. Sic vere homo quando per iustitiam est rectus, magis est (vt communiter) stabilis atq; firmus. Non d[esi]git enim homo iustus à stabilitate propositi vel verbi recedere, nec per fraudem aut inconstantiam variare, vnde Sap. [5.] *Stabunt iusti in magna constantia aduersus eos, qui se angustiarunt.* Sta [in] iustitia. Et nota, quod iustitia omnes alias virtutes compre[hen]dit. ¶ Et ideo possumus dicere, quod ad standum in iustitia, necesse est, quod simus & quod Stemus in

Mentis eleuatione,
Carnis castigatione,
Dei contemplatione,
Corporis immolatione,
Laboris operatione,
Humilitatis subiugatione,
Sedulitatis executione,
Sublimitatis affectatione,
Societatis combinatione,
Iniquitatis impugnatione,
Diuersitatis concordatione,
Prauitatis intuitione,
Veritatis prædicatione,
Maiestatis meditatione,
Confessionis reuelatione,
Orationis supplicatione,
Scientiarum acquisitione,
Omnium rerum circumspectione.

Ista enim sunt illa, in quibus debemus stare & perseuerare, vt [iu]sti possimus esse & in iustitia permanere. Stemus igitur in [men]tis eleuatione Baruch. 5. *Hierusalem surge, & sta in excelso.* S[temus] in carnis depuratione Eph. 6. *State succincti lumbos vestros.* St[emus] in Dei contemplatione Exod. 14. *State & videte mirabilia Dei.* [Ste]mus in corporis immolatione 3. Reg. 3. *Stetit Salomon coram [arca] fœderis domini, & obtulit holocaustum.* Stemus in laboris operatione. Vnde Ruth. 2. *De mane vsque nunc stat in agro.* Stemus [in hu]militatis subiugatione Iosuæ 8. *Abijt Iosue nocte illa, & stetit in [popu]lo medio.* Stemus in sedulitatis executione 2. Paralipo[m.] *Steterunt sacerdotes in officio suo.* Stemus in sublimitatis aff[ectatio]ne Iosuæ 10. *Stetit sol in medio cœli.* Stemus in societatis co[mbina]tione Ezechiel. 2. *Cum euntibus ibant, & cum stantibus sta[bant.] [Ste]*mus in iniquitatis impugnatione 2. Paralip. 18. *Rex [illegible] curru suo contra Syros vsque ad vesperam.* Stemus in diuer[sitatis con]cordatione 1. Regum 10. *Stetit Saul in medio populi* S[temus in] propriæ prauitatis intuitione Hierem. 6. *State super vi[as]* [1.] Cor. 10. *Qui stat, videat, ne cadat.* Stemus in veritatis præd[icatione] 2. Esdræ 9. *Stetit Esdras sacerdos & lector legis super [illegible]* Stemus in maiestatis meditatione Iob 37. *A[us]culta [illegible] & audi mirabilia Dei.* Stemus in cōf[e]ssio[ne] [illegible]

A

*Steterunt coram domino & confitebantur peccata ſua.* Stemus in orationis frequentatione Pſalm.133. *Qui ſtatis in domo domini, extollite manus veſtras in ſancta.* Stemus in ſcientiarũ acquiſitione Neemiæ 8. *Stetit Eſdras ſcriba ſuper gradum ligneum quem fecerat ad loquendum,* ſtetitque populus in gradu ſuo, & legerunt in libro legis. Stemus in omnium rerum circumſpectione Eccleſ. 24. *Gyrum cœli circuiui ſola, & in omni terra ſteti, & in omni loco primatum habui.* Iſta ergo ſunt quæ componunt iuſtitiam moralem, & quæ ſtabiliunt conſcientiam cordialem. *Sta,* inquit, *in iuſtitia.* Et ſic oſtenditur quod homo ſit ſtabilis cum per æquitatem optime regulatur vel rectificatur.

H ❡ Quinto dico, quod homo ſit ſtabilis cùm per Dei timorem in fine aggrauatur. Et timore inquit. Res enim quanto grauior, tanto ſtabilior & immobilior, ſicut patet in montibus & rupibus quæ faciliter nõ mouentur. Sic vere illos quos timor premit & aggrauat, Deus in bono ſtabilit atque firmat. In timore inquit. Quod bene innuitur Eccl.27. vbi dicitur, quod *niſi in timore tenueris te inſtanter, cito ſubuertetur domus tua.* Vnde de Tobia dicitur Tobiæ 2. quod *immobilis in Dei timore permanſit.* Et 2. ad Co. 7. *Illa quæ ſecundum Deum triſtitia eſt, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur.* Sic igitur patet, quod quinq; ſunt quæ cauſant ſtabilitatem mentis, ſcilicet, timor, iuſtitia, fides, ſpes, charitas. Vt ſic de homine ſic ſtabilito dicatur illud ad Heb.13. *Optimum eſt gratia ſtabilire cor.* Et Prou.4. *Viæ tuæ ſtabilientur.* Et ſic patet quomodo ſtabilitas accipitur in bono.

I ❡ Sed pro certo chariſſimi multi ſunt hodie qui non videntur ſtare, imo potius cadere, deficere vel ceſſare. Et iſti proculdubio ſunt

Amici fallaces,
Hypocritæ fluentes,
Homines mentientes,
Diuites eminentes.

Amici falſi non ſtant in amoris firmitate. Hypocritæ non ſtant in virtutis bonitate. Mendaces non ſtant in verborum veritate. Diuites non ſtant in mundana proſperitate. De inſtabilitate enim falſorum amicorum dicitur in Pſ.37. *Qui iuxta me erant de longe ſteterunt.* De inſtabilitate hypocritarum dicitur Iob 8. *Sicut tela aranearum, ſic fiducia eius.* De ſtabilitate vero mendaciũ & verbulorum dicitur Ioan.8. *In veritate non ſtetit, quia veritas non eſt in eo.* De inſtabilitate vero & labilitate diuitum dicitur in Pſ.35. *Expulſi ſunt, nec potuerunt ſtare.* Iſti enim non habent ſtabilitatem, nec in bono permanentiam & firmitatem, ſimiles nubibus quæ nihil habẽt firmitatis ſeu ſtabilitatis, ſemper enim ſunt in motu & fluxu, modo ſunt, modo deſinunt, modo apparent, modo diſparẽt. Quia pro certo chariſſimi tales ꝓprie nõ ſtant nec exiſtũt, ſed faciliter deſiſtũt & defluũt Eze.31. *Non ſtabũt in ſublimitate omnia quæ irrigãtur aquis.* Iſta ergo dicta ſint de bona ſtabilitate.

K ❡ Sed adhuc poteſt dici, quod ſtare accipitur in malo. Multi enim ſunt qui male manent & male ſtant, ſc. illi, qui indurati & obſtinati ſunt in malo. Vnde nota, quod male ſtare & male perſeuerare videntur tria genera perſonarum, videlicet,

Ambitioſi,
Proditioſi,
Deſidioſi.

Stant enim ambitioſi vt valeant ſurſum aſcendere, de quo Hie. 14. *Onagri ſteterunt in rupibus, attraxerunt ventum quaſi dracones.* Itẽ ſtant deſidioſi vt valeant læti quieſcere, & de quo Matt.20. *Quid hic ſtatis tota die otioſi?* Item ſtant proditioſi vt valeant gentes decipere. Et de hoc Iob 4. *Stetit quidam cuius non agnoſcebam vultum imago coram oculis meis.* Iſta igitur de ſtare ſufficiant.

A **Statim.** Nota, quod ſtatim denotat celeritatem ſiue bonam ſiue malam, & eſt ſtatim idem quod celeriter, cito, ſubito, prompte, & ſic de alijs. Vide in alijs titulis, quia omitto gratia breuitatis.

**Statua.** Vide de ſtatua in titul. Idolum. Et in titul. Simulacrum, &c.

A **Statuere.** Nota, quod ſtatuere accipitur pro ſtabilire Eze.2. *Ingreſſus eſt in me ſpiritus domini, & ſtatuit me ſuper pedes meos.* Quandoq; vero ſumitur pro ordinare, ſicut Heb 9. *Statutum eſt hominibus ſemel mori.* Et in Pſ.16. *Oculos ſuos ſtatuerũt declinare in terram.* Quandoq; vero pro ponere ſumitur, ſicut dicitur Dan.3. quod *Nabuchodonoſor fecit ſtatuam auream, & ſtatuit eã in campo Duram.* Breuiter ergo & generaliter ſtatuere nihil aliud eſt, quam aliquid ſtabiliter facere & firmare, & ideo mãdata & ordinationes maiorum ſtatuta dicuntur, pro eo quod ſtabiliter obſeruari præcipiuntur, iuxta illud Dan.6. *Non immutetur, quod ſtatutum eſt à Medis & Perſis* ❡ Et nota breuiter, quod debemus B ſtatui & poni firmiter atque locari

In { Chriſto per deuotionem & fidem,
Cœlo per ſpem & affectionem,
Eccleſia per diſciplinam & religionem,
Patria per continuam contemplationem.

Quod nos debeamus ſtatui in Chriſto, patet in Pſal. vbi dicitur. *Statuiſti ſupra petram pedes meos.* Et 1. ad Corint.10. *Petra autem erat Chriſtus.* Quod etiam debeamus ſtatui in cœlo, patet in Pſ.30. vbi dicitur. *Statuiſti in loco ſpatioſo pedes meos.* Quod debeamus ſtatui in eccleſia, patet Nu.8. *Statues Leuitas in conſpectu Aaron* Quod inſuper ſtatui debeamus in patria, patet in Pſal.17. vbi dicitur. *Super excelſa ſtatuens me* Sed contra alij ſunt ſtatuti in terra per auaritiã, alij, &c. Vide ſupra de ponere, de Statuere, de Stare, & Firmare, & alijs ſimilibus. Vide ſupra de Præcepto & Mãdato.

**Stella.** Cum ſtellæ dicantur à ſtabilitare, eo quod ſtabiliter ſtent in cœlo, poſſumus dicere moraliter loquẽdo, quod in ſcriptura inueniuntur Stellæ A

Interiores,
Exteriores,
Superiores,
Inferiores,

Primæ ſignant virtutum nitorem, qui eſt interius.
Secundæ ſignant iuſtorum ſplendorem, qui eſt exterius.
Tertiæ denotant beatorum decorem, qui eſt ſuperius.
Quartæ demonſtrant peccatorum fulgorem, qui eſt inferius.

Stellæ interius ſplendentes ſunt virtutes, &c.
Stellæ exterius fulgentes ſunt viri iuſti, qui ſicut Stellæ dãt lumen in cuſtodijs ſuis.
Stellæ ſuperius lucentes ſunt beati.
Stellæ inferius pollentes ſunt mundi diuites & peccatores, qui more ſtellarum lumine proſperitatis inter alios ſplendent.

De quo Apo.8. *Nomẽ ſtellæ dicitur abſynthium.* Virtutes enim ſunt ſtellæ ſplendentes. Vnde de filio hominis dicitur Apo.1. quod *ipſe habeat ſeptem ſtellas,* id eſt, Septem virtutes. Iuſti vero ſunt ſtellę manentes de quibus Iud.5. *Stellæ manentes in ordine & curſu ſuo, aduerſus Siſſaram pugnauerunt.* Beati autem ſunt ſtellæ lucentes, de quibus Ecc.43 *Species cœli gloria ſtellarum, illuminans in excelſis.* Mali inſuper ſunt ſtellæ cadentes de quibus dicitur Apoc.6. *Stellæ ceciderunt de cœlo, ſicut ficus emittit groſſos ſuos.* Et Ezech.32. *Nigreſcere faciam ſtellas.*

❡ Vt ergo præſens intelligamus viros iuſtos, ſc. Chriſtũ, beatam virginẽ, Angelos & perfectos, poſſumus dicere, ꝙ iſti ſunt ſtellæ, & ſicut ſtellæ factæ ſunt à Deo ad ornatum ſuperiorũ & ad regionem inferiorum, ſic ſancti & ſanctæ facti ſunt vt inferiora, ſc. militantem eccleſiã regerent & iuuarent, ſuperiora vero, i.e. triumphantem eccleſiam per ſuam finalem præſentiã adornarent. Vnde de luminaribus dicitur Genel.1. quod *Deus poſuit ſtellas in firmamento cœli, & voluit vt eſſent in ſigna & tempora & dies, & menſes, & annos.* Quælibet enim bona perſona eſt ſtella ad decorem eccleſiæ conſtituta. *Mulier* enim *amicta ſole coronam de duodecim ſtellis habebat,* ſicut dicitur Apo.12. *Filius vero hominis ſeptem ſtellas in dextera ſua continebat* Apoc.1. Quia ſcil. iuſti qui ſunt ſtellæ ſpirituales, ſunt gaudium & corona mulieris amictæ ſole, id eſt, eccleſiæ militantis Chriſto coniunctæ, dum hic inferius continentur. In manu vero Dei ſunt quando ſurſum in gloria collocantur. *Spes,* enim, *cœli gloria ſtellarum,* ſicut dicitur Eccl.43. Et ideo quilibet homo iuſtus vel ſanctus poteſt dicere illud Apoc 22. *Ego ſum genus & radix David, ſtella ſplendida & matutina.*

❡ Vbi aduerte, quod ſancti dicuntur ſtellæ propter ſex conditiones ſtellarum, quæ in iſta auctoritate continentur, quia ſicut ſtellæ habent B

Exiſtentiam permanſiuam. (Ego ſum inquit.)
Influentiam diffuſiuam. (Genus,) quod ſe communicat ſpeciebus.
Adhærentiam coniunctiuam. (Radix,) quæ firmiter adhæret terræ.
Apparentiam delectiuam vel electiuam. David) qui interpretatur vultu deſiderabilis.
Eminentiam ſuperlatiuam. (Stella,) quæ habet locum in cœlo.
Luculentiam illuſtratiuam vel perfectiuam. (Splendida.)

quando de nouo oritur, solet respicere, ita quod eam videtur adorare, sicut dicit Plin. sic vere quando ista stella Dei filius per incarnationem ortus, reuelatus & renouatus fuit, statim Elephantes & Origes, hoc est dictũ, pastores & gentiles ipsum inquisierunt, per fidem aspexerunt, & per deuotionem adorauerunt. *Videntes enim stellam, gauisi sunt gaudio magno, valde*, &c. Mat. 2. Et ideo breuiter iste bene poterit dicere prædictam auctoritatem. Ego sum genus & radix Dauid, stella splendida & matutina. Vide eam diuisam in quatuor membris in sermone. Videntes stellam, & pone eam ibi, quia ponendus est hic.

H ¶ Et si vis dicere, per stellas possunt intelligi angeli, iuxta illud Apoc. primo. *Septem stellæ angeli sunt septem Ecclesiarum*. Vide supra in sermone. *Stella vocatæ sunt, & dixerunt adsumus*. Et pone illam auctoritatem diuisam quæ ibi ponitur, *Stellæ manentes in ordine & cursu suo aduersus Sissaram pugnauerũt*. Hoc igitur sufficit de Stella.

I ¶ Et si vis potes addere adhuc & dicere, quod quilibet iustus dicitur stella, quia

Sicut Stellæ sunt in
- Situ altissimæ,
- Visu pulcherrimæ,
- Statu firmissimæ,
- Actu potentissimæ,
- Motu velocissimæ,
- Ordine dispositissimæ,
- Lumine abundantissimæ.

Sic viri iusti sunt
- Situ alti sursum contemplando,
- Visu pulchri, sancte conuersando,
- Statu firmi, semper perseuerando,
- Virtute pleni, bene operando,
- Motu veloces prompte obediendo,
- Ordine sunt dispositi, alterutrum non nocendo,
- Lumine limpidi, se & alios instruendo, &c.

Si vis prosequere & concorda sicut supra, quia omitto gratia breuitatis.

A **Sterilis. Sterilitas.** Nota, quod sterilitas, quæ nihil aliud est, quam fructuũ nullitas vel tenuitas, producendi fructus debilitas vel impossibilitas, potest significare in bono, & in malo, secundum quod fructus diuersimode accipiũtur in scriptura. Vnde nota, quod sicut inuenio fructus bonorum temporalium, fructus malorum criminalium, fructus operum virtualium, fructus munerum supernalium, sic inuenitur quadruplex sterilitas prædictis fructibus correspondens, scilicet, Sterilitas

Paupertatis,
Sanctitatis,
Prauitatis,
Grauitatis.

Pauper est sterilis, quantum ad fructum temporalium diuitiarum,
Iustus est sterilis, quantum ad fructus criminalium nequitiarum,
Peccator est sterilis, quantum ad fructus virtualium iustitiarum,
Damnatus est sterilis quantum ad fructus æternalium deliciarum.

B ¶ Dico primo, quod est sterilitas egenorum, quia scil. pauperes & egeni carent fructibus & diuitijs huius mundi. Similes arboribus syluarum, quæ quamuis ad fructificandũ sint steriles, sunt tamen ad ædificandum magis vtiles, ita quod sæpe fit, quod in nobilibus ædificijs ponũtur, vbi arbores fructiferæ exterius ad æstũ & ad frigora dimittuntur. Sic vere pauperes sterilitate tẽporaliũ vacillantes, tanquã magis accepti à Deo reponuntur in ædificio Paradisi. Illi vero qui fructibus diuitiarum abundant, multoties dimittuntur in frigore infernali. Ideo in Ps. dicitur, ꝙ *Deus habitare facit sterilem in domo matrem filiorum lætantem*. Quinimo sicut sæpe fit, quod arbor fructifera efficitur quandoq; sterilis, & sterilis fructifera, sic etiã in istis temporalibus videmus, quod Deus facit diuites sterilescere, & ad paupertatem venire. pauperes vero facit fructificare, & diuitijs abundare. Quod bene figuratur Gen. 29. vbi dicitur, ꝙ *Rachel pariens despiciebat Lyam sororem suam sterilem, propter quod indignatus Dominus aperuit vuluã Lyæ, sorore sterili permanente*. Quia sæpe fit occulto iudicio Dei, ꝙ diuites alios quos vident pauperes & steriles contemnentes, ad paupertatem veniunt, pauperes vero qui contempti fuerãt mox resurgunt 1. Reg. 2. *Sterilis peperit plurimos, & quæ multos habebat filios infirmata est*. Ista est igitur sterilitas egenorum.

¶ Secundo dico, quod est sterilitas perfectorum, & ista est illa, qua iusti volunt esse nudi & steriles, quoad productionẽ vitiorum. Mala enim arbor fructum facit. Et ideo tali fructu steriles volunt esse, ne possint malæ arbores apparere. Ideo talibus sic sterilibus dicitur ad Gal. 4. *Lætare sterilis quæ non paris, erumpe & clama quæ non parturis*. Potissime autem sterilis dicitur ille qui est castus, qui sc. per carnis propagationem fructum non facit, de quo Sap. 3. *Fœlix sterilis & incoinquinata quæ nescivit thorum in delicto*. Ista est ergo sterilitas perfectorum. C

¶ Tertio dico, quod est sterilitas peccatorum, qui sc. bonorũ operum fructũ non producũt. Similes mulo, qui est animal sterile naturaliter, ꝓ eo quod ab asino & equa generatur, quia nullum animal æquiuoce generatum generat secundum Ari. quia animaliũ possent esse infinita genera specierum. Sic vere mali & iniqui quos asinus diabolus in mũdo generat & ꝓducit, quo ad fructũ bonorũ operũ sunt steriles, vacui pariter & inanes, vt sic dicatur illud Hie. 22. *Scribe virum istum sterilẽ virum, qui in dieb. suis non prosperabitur*. Ista est sterilitas, quã introducit peccatũ & etiã temporalia mundi bona. Arbor enim aliquando fit sterilis propter fructuum nimiam fœcunditatem, quia arbor, quæ in iuuẽtute multũ fructificat, cito dicitur sterilescere. Quandoq; etiã propter terræ nimiam pinguedinẽ & vbertatẽ Vnde etiam palma in terra pingui plantata, sterilis efficitur. Quandoq; insuper propter ramorum nimiam multiplicationẽ. Vinea enim cui rami superflui dimittũtur, de facili sterilescit. Quãdoq, propter aquæ vel aeris contigui malignitatem, quia sc. aqua salsa vel sulphurea sterilescere facit terrã in quã fluit. Vnde etiã in Sicilia dicitur esse fons cuius aqua potata facit mulierẽ sterilescere. Quãdoq; etiã propter solis absentiam. Vnde Noruuegia quæ est terra remotissima à sole, est penitus quasi sterilis. Istę sunt ergo causæ, quibus arbor efficitur sterilis. Quæ etiã moraliter intellectæ possunt in homine reperiri, quia procul dubio charissimi homo à fructu virtutũ efficitur sterilis & inanis, quãdo in iuuẽtute fructuũ & diuitiarũ fœcundatur, quando in terra & in statu pingui deliciarũ collocatur, quando in multitudine ramorũ, i. e. nepotũ, familiariũ & parentum fœcundatur, cũ aqua salsa & maligna mundanæ prosperitatis irrigatur, cum etiã à solis Christi gratia & pœnitentia per obstinationem elõgatur. His igitur & pluribus alijs modis perdit homo virtutũ & bonorum operũ fœcunditatem, & incurrit vacuitatem & sterilitatem, ita ꝙ tali potest dici illud Esa. 48. *Venerunt tibi duo hæc, sterilitas & viduitas*. Ista est sterilitas, quam Dominus prohibet Deu. 7. *Non erit apud te sterilis vtriusq; sexus* Et ideo sponsa commendatur de hoc, quod talis sterilitas ei deficit, vel quia tali sterilitate caret, laudatur. Vnde Cant. 4 *Dentes tui sicut greges tonsarum, & sterilis non est in eis*. Ista est ergo sterilitas peccatorum. D

¶ Quarto dico, quod est sterilitas damnatorum. Ista enim sunt steriles omni solatio & in bono. Vnde anima damnata potest dicere illud Esa. 49. *Ego sterilis & non pariens, transmigrata & captiua* Ista de Sterilitate sufficiant. Vide supra de fructibus. E

**Sternere.** Nota, quod sternere nihil aliud est, quam aliquid ad infima deprimere, vel ad terræ superficiem adæquare. Et ideo stratura dicitur pauimentum quo via sternitur, & ad ambulandum & ornandum disponitur. Est igitur stratura illud, quod inferius ponitur, vel quod transeuntibus subijcitur, & quod ab homine & omnibus conculcatur. A

¶ Et ideo breuiter nota, quod sex sunt principalia loca, quæ sternuntur sex generibus personarum & rerum, videlicet, B

Sancta ecclesia, quæ sternitur rebus fructuosis,
Bona conscientia, quæ sternitur rebus fructuosis,
Mens plena nequitia, quæ sternitur culpis periculosis,
Cœli curia, quæ sternitur viris gloriosis,
Mundi patria, quæ sternitur viris vitiosis,
Inferni miseria, quæ sternitur viris vel pœnis dolorosis,

De viris virtuosis quibus sternitur ecclesia dicitur Esa. 54. *Sternã per ordinẽ lapides tuos*. Et Tob. 13. dicitur. *Ex lapide candido & mundo plateæ eius sternentur*. De virtutibus etiã fructuosis, quib. sternitur bona cõscientia, potest dici illud 2. Par. 3. *Salomon strauit pauimẽtum pretiosissimo marmore*. Bona enim cõscientia est illud cœnaculum in quo paratur cœna domini, de quo dicitur Mar. 14. *Ostẽdet vobis cœnaculũ grande stratum*. De peccatis vero & moribus defectuosis, quibus sternitur mẽs impia, dicitur Es. 15. *Subter te sternetur tinea*,

*Quæ videbant oculi tui.* Item stupor accidit de magnitudine, siue de fortitudine æternalium potentiarum. Et sic vere stupemus quãdo videmus aliqua mirabilia in natura, quæ scilicet sunt impossibilia fieri per potentiã inferiorem, ita quod solũ pertinent ad potentiam diuinam, & superiorem. Et sic stupebant homines de mirabilibus Christi & Apostolorũ. Vnde de paralytico curato dicitur Luc. 5 quod *surrexit, & tulit lectum suum in quo iacebat, & stupor apprehẽdit omnes*, &c. Vide supra de Mirari, & de Miraculo.

A

## Suadere.

Nota, quod suadere est idẽ, q̃ monere, inducere, attrahere, hortari. Et pertinet suadere ad benignitatẽ, sicut præcipere ad seueritatẽ. Et sumitur communiter in malo, quia sc. illi solent blande inducere, & suadere qui volũt decipere vel fraudare, similes aucupi, qui sibilando auem trahit ad laqueũ. Et sic dicitur Iud. 14. *Blandire viro tuo, & suade vt tibi dicat quid problema significet.* Sic etiam suadebãt sibi inuicem illi de quibus dicitur 1. Mach. 1. *Exierunt de Israel viri iniqui, & suaserunt multis dicentes, eamus & disponamus testamentum cum gentibus.*

¶ Aliquando tamen suasio sumitur in bono, & sic nihil aliud est quã blanda, & suauis ad bonum inductio, & monitio. Et sic sumitur Act. 13. *vbi Paulus, & Barnabas suadebant fratribus, quod permanerent in gratia.* Et Apoc 3. dicitur. *Suadeo tibi emere aurum probatum ignitum vt locuples fias.* Et sic sufficit.

A

## Suauis. Suauitas.

Cũ suauitas, & dulcedo quasi pro eodem supponãt, excepto hoc, q̃ dulcedo pertinet ad gustum, & suauitas pertinet ad actum, notare possumus, quod sicut de dulcedine dictũ est, suauitas multis modis sumitur. Inuenitur enim in sancta scriptura

Suauitas { Desiderabilis,
Remunerabilis,
Vituperabilis.

Prima est suauitas æternæ fœlicitatis,
Secunda est suauitas æternæ benignitatis,
Tertia est suauitas externæ delectabilitatis.

¶ Primo dico, quod est suauitas quam debemus concupiscere, & ista est illa, qua Deus est misericors, & suauis ipsum diligẽtibus, & qua æterna gloria est suauis, & delectabilis degustantibus. Vnde de ipso possumus dicere, quod ipse est

Suauis { Pœnitentibus, ipsis misericorditer indulgendo,
Contemplantibus, ipsos spiritualiter confortando,
Triumphantibus, ipsos supernaliter præmiando.

De suauitate quam in ipso inueniunt pœnitentes, dicitur in Ps. *Tu Domine suauis, & mitis, & multæ misericordiæ omnibus inuocantibus te.* De suauitate quam in ipso inueniunt contemplantes, dicitur in Ps. *Gustate & videte quoniam suauis est dominus, beatus vir qui sperat in eo.* Et Matt. 11. *Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue.* De suauitate vero, quam in ipso inueniunt triumphantes, sc. beati in gloria permanentes, potest dici illud Ps. *Et tu Domine fac mecũ propter nomen tuum, quoniam suauis est misericordia tua.* Vnde & beati possunt dicere illud Sap. 12. *O quam bonus, & suauis est Domine spiritus tuus in nobis*, quia sicut dicitur in Ps. *Suauis Dominus vniuersis, & miserationes eius super omnia opera eius.* Ista est ergo suauitas quam debemus concupiscere.

B ¶ Secundo dico, quod est suauitas quam debemus cũctis facere, & ista est suauitas benignitatis, qua sc. nos debemus esse omnibus misericordes, & suaues, sc. In verborum eloquentia. In operum efficacia. In famę redolentia. De suauitate sermonis dicitur Ecc. 40. quod *tibia, & psalterium suauem faciunt melodiam, & super vtraq; lingua suauis.* De suauitate operis dicitur Iudic. 9. *Nunquid possum deserere dulcedinem meam fructusq; suauissimos?* De suauitate vero famæ vel nominis dicitur Ecc 39. *Quasi libanus suauitatem odoris habete.* Eccl. 33. *Quasi myrrha electa dedi suauitatem odoris.* Ista est ergo suauitas, quam debemus cunctis reddere.

C ¶ Tertio dico, quod est suauitas delectabilium huius mundi, scilicet,

Diuitiarum temporalium,
Delitiarum corporalium,
Eminentiarum sæcularium.

De suauitate diuitiarũ dicitur Pro. 20. *Suauis est homini panis mendacij, & postea implebitur os eius calculo.* De suauitate delitiarũ dicitur Eccl. 10. *Muscæ morientes perdunt vnguenti suauitatem.* Muscæ enim sunt mundi peccatores, qui quãdo moriũtur suauitate delitiarum priuantur. De suauitate vero eminentiarũ dicitur Gen. 3. quod *mulier concupiscens Deitatẽ, videns lignum pulchrum visu, & ad gustandum suaue, gustauit de pomo vetito.* Ista est ergo triplex suauitas mala, de qua dicitur Es. 3. *Erit pro suaui odore fœtor, & pro crispanti crine caluitium*, &c. Vide supra de Dulcedine, & quære exẽpla si vis.



## Subter. Sub.

A

Nota, quod sub & subter, quę sunt præpositiones, status, partis, & loci inferioris significatiuæ, & significare possunt multipliciter in scriptura tam in bono quam in malo. Notare ergo possumus breuiter, quod in scriptura sacra inuenitur vnum sub quod est

Frequentandum,
Tolerandum,
Detestandum,
Conculcandum,
Formidandum.

¶ Et dico primum vnũ Sub, quod debet cum diligentia frequẽtari & istud est refugium diuinæ protectionis, quo sc. ad Deum confugimus per orationem, dicendo illud Ps. *Sub vmbra alarum tuarum protege me.* Exemplo pullorũ, qui à facie milui fugiũt sub alis gallinæ, quia ipse est qui congregat filios suos *quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alis*, sicut Mat. 23. Et sub vmbra crucis diuinæ passionis debemus manere per deuotionem Cant. 2. *Sub vmbra illius quem diligebam sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.* Iste est enim sicut arbor ficus, sub qua ruta melius dicitur virere, & proficere, & sub qua tauri ligati melius dicuntur mansuescere. Quia, sc. si sub cruce per deuotionem manserimus, melius per gratiam virescimus, & per patientiam, & mansuetudinẽ nos domamus. Vnde Iud. 6. dicitur, quod *Angelus sub quercu sedit.* Et Iob 9. *Sub Deo incuruantur, qui portant orbem.* Istud est igitur sub, quod debet cum diligentia frequentari. B

¶ Secundo dico, quod est vnum sub, quod debet cum patientiã tolerari, & sic per sub, intelligitur status subiectionis, quo sub iugo obedientiæ residemus. Balsamus enim non sophisticatus descendit sub aqua, signans bonos, qui semper subesse volunt, & non præesse, & per obedientiam inferius subiacere. Radix enim quæ est sub terra, est pars arboris vtilior, & melior, & ad sustentandum arborem habilior, quia sc. illi qui sunt in statu subiectionis, & obedientiæ, maioris sunt virtutis, & efficaciæ Ezec. 17. *Radices eius sub ipsa erant.* Vnde de isto dicitur Luc. 7. *Nam & ego homo sum habens sub me milites, & dico huic, vade*, &c. Istud ergo sub, debet cum patientia tolerari. C

¶ Tertio dico, quod est vnum sub quod debet cum sapientia detestari, & illud sub significat illã subiectionẽ qua nos diabolo subijciemus per peccatum, & qua carni, & mundo per malas concupiscẽtias siue cõplacentias subijcimus, & substamus. Peccatum enim nos facit esse sub, & nõ supra, cõtra illud dicitur iustis Deut. 28. *Constituet te Dominus in caput, & non in caudam, & eris semper supra, & non subter.* Vnde peccator de illo sub potest dicere illud ad Ro. 7. *Ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato.* Diabolus enim est sicut arbor nucum, quæ dicitur à nocendo, quia cunctis, quæ sub ipsa sunt nocet, sic iste omnib. qui ei per peccatũ subijciuntur. Similis Marti, quo dicitur contineri bellum, carcer & inimicus secundum Astron. quia sc. qui sub potestate diaboli sunt, sunt Dei inimici, carcere peccati detenti, & bello tormentorum infernalium reseruati. Psal. *Populi sub te cadent in corda inimicorum regis.* Vnde de isto sub animæ peccatrici dicitur Hier. 2: *Sub omni ligno frondoso prosternebaris meretrix.* Istud est ergo sub, quod debet cum sapientia detestari. D

¶ Quarto dico, quod est vnum sub, quod debet cum vigilantia conculcari, & illud sub, nihil aliud est vel significat, quã bona mundi, quæ hic subtus & inferius continentur. Ista n. sunt conculcanda, & cordialiter contẽnenda. In oleo & vino illud quod sub manet, est impurum & fæculentũ, ita quod nihil valet. Illud vero, quod est supra, est vtile atq; bonũ. Ad denotandum, quod ista quæ sunt hic sub cœlo & sub sole, nõ sunt respectu superiorũ vtilia, sed potius inutilia atq; vana Ecc. 1. *Vidi cuncta, quæ sub sole fiunt, & ecce vniuersa vanitas.* Et ideo talia debent vilipendi & conculcari. Vnde de muliere euangelica dicitur Apo. 12. quod *ipsa erat amicta sole, & luna sub pedibus eius.* Luna enim, i. mundialis prosperitas debet esse per contemptum sub pedibus mentis nostrę. E

¶ Quinto dico, quod est vnum sub, quod debet cum tremulentia formidari, & istud est sub, quod est inferius in inferno, vbi s. sub terrã lugẽt dæmones & dãnati. Vnde Iob 16. *Ecce gigãtes gemunt sub aquis, & qui habitant cum eis.* Istud est ergo quintuplex sub, quod in scriptura multipliciter reperitur. Et sic sufficit. F

## Subditus. Subiectus. Subdere. Subijcere.

A

Nota, q̃ sub-

subditio vel subiectio seu etiam subiugatio sunt, quædã nomina seruitutis. Vnde quia seruitus quandoq; est bona, quandoq; est mala, notabo, quod subiectio sumitur multis modis. Est enim

Subiectio { Perfectorum, Peccatorum, Bonorum, Damnatorum.

Subijciuntur { Perfecti suis maioribus, Infecti multis criminibus, Beati cœli numinibus, Damnati inferni dæmonibus.

B ¶ Est igitur subiectio perfectorum, quæ est virtuosa, quia etiã de Christo dicitur Luc. 2. quod *pergens cum parentibus erat subditus illis.* Item est subiectio peccatorum, quæ est vitiosa, & ista est illa qua peccator subijcitur criminibus & peccatis, de qua Sap. 1. *In maleuolam animã non intrabit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis.* Itẽ est subiectio beatorum, quæ est gaudiosa, & ista est illa qua ipsi perfecte subijciuntur Deo, & qua eisdẽ subijciuntur omnia, de qua in Ps. 8. *Omnia subiecisti sub pedibus eius.* Item est subiectio damnatorum, quæ est dolorosa, & ista est illa qua ipsi damnati subijciuntur miserijs, & tormentis, de qua Hie. 27. *Subijcite colla vestra Regis Babylonis iugo.*

¶ His igitur præmissis, de bona, & morali subiectione est aliquid dicendum. Dicamus ergo, quod sicut in natura sunt aliquæ creaturæ superiores, aliquæ inferiores, ita tamẽ, quod superiores regunt & dominantur, inferiores vero obediũt, sequuntur & subijciuntur, sic vere in Ecclesia Deus aliquos posuit vt præessent, alios statuit qui subessẽt. Prælati enim sunt instituti ad dominandum, subditi vero facti sunt ad ministrandum, quia sc. ad prælatos pertinet dominari, ad subditos ptinet obedire. Et ideo breuiter de subiectione, quæ fit per humilitatem, dicitur in Psa. *Subditus esto Domino, & ora eum.* Et sic dicitur 2. Mach. 2. *Iustum est mortalem subditum esse Deo.* De subiectione vero Prælati, quæ fit per obedientiæ sedulitatem, dicitur ad Ro. 13. *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit.* De subiectione etiam proximi, quæ fit per mutuam charitatem dicitur 1. Pet. 2. *Subditi estote omni humanæ creaturæ propter Deum.* Et ad Eph. 5. *Subiecti inuicem in timore*

C *Dei.* ¶ Vbi aduerte, quod subditi debent

Humiliter subiugari,
Communiter colligari,
Reuerenter famulari.

Isti enim internam humilitatem debent obseruare. Fraternam charitatem debent colligare. Supernam autoritatem debent formidare.

¶ Dico ergo primo, quod subditi debẽt humiliter conuersari. Subditi inquit. Nomen n. subiectionis, status inferioritatem, & humilitatem designat. Natura enim quamuis dederit cornua arietibus, nõ tamen ouibus, elementa etiã superiora quãuis sint leuia illa tamen quæ subsunt, sc. inferiora, sunt ponderosa naturaliter, & grauia. Quia pro certo charissimi quãuis in grege fidelium illi qui sunt arietes sc. prælati superiores & maiores, habeant quãdoq; cornua per superbiã vel superbiæ vanitatẽ, illi tamen qui oues sunt sc. simplices subditi, debẽt carere talibus cornibus per humilitatẽ, & obedientiam. Quamuis n. illi sursum per eleuationẽ mentis quandoq; eleuentur, isti tamen per humilitatẽ inferius premuntur. Subditi inquit 1. Par. 22. *Subiecta sit terra corã Domino.* Et bene subditi dicuntur terra, quæ sc. ventis interclusis agitatur, omnib. elemẽtis subijcitur, à cũctis conculcatur transeuntibus, grandinibus à nubibus venientibus flagellatur, à leone etiã cum iratus fuerit, ictibus caudæ verberatur. Quia procul dubio simplices, & subditi inter se vẽtis vanitatis interclusis agitãtur per discordiam à transeuntibus sc. à balliuis, & officialib. cõculcantur per iniuriam à nubibus, i. e. à superioribus grandinibus flagellantur per exactionẽ, & molestiam, à leonibus, id est à tyrannis crudelibus verberantur per seuitiam, & rapinam Ge. 1. *Replete terram, & subijcite eam.* Isti ergo debent humiliter conuersari, quia sc. illi debent esse subiecti. Quod tamẽ est contra multos, qui sc. nolũt subijci, sed præfici, nolunt subesse, sed præesse, nolũt humiliter cõuersari, sed magis superbe, & sublimiter dominari. Istud patet in ambitiosis, similibus vento, & igni, qui si sub terra teneantur, non cessabũt eã concutere donec egrediãtur exterius, quia tales ambitiosi abhorrent locũ subiectionis, & affectant locum eminentiæ, & prælationis, & ideo nõ cessant terram, i. e. ecclesiã in qua sunt per, per lites, & cõtentiones concutere, donec possint pertingere ad optatũ, & venire 2. Par. 22. *Rebellauit Edom ne esset subditus Iuda.* Non sic fratres charissimi, sed

D debemus conuersari. Subiecti inquit 1. Pe. 5. *Adolescentes subditi estote senioribus.* ¶ Secundo dico, quod isti debẽt tenaciter copulari inuicẽ, quia illi, qui sunt eiusdẽ Domini subditi, debent & cum Domino suo, & inter se simul stabiliter & cõcorditer esse iuncti. Exẽmplo apũ, inter quas illæ, quæ vni Regi subijciuntur, simul & inuicẽ commorantur. Ad denotandũ, quod nos qui vni Deo vel vni prælato sumus subditi debemus esse per amorem, & concordiam simul iuncti. Inuicem inquit. Vnde 1. Io. 4. *Diligamus inuicem, quia charitas ex Deo est,* quia sicut dicitur ibidem. *Si Deus dilexit nos, & nos debemus inuicem diligere, quia si diligamus inuicem, Deus in nobis manet.* Vnde de tali charitatiua combinatione, & subiectione potest intelligi illud Exod. 26. *Binæ bases singulis tabulis per duos angulos subijciantur.* Isti ergo debent concorditer colligari.

E ¶ Tertio dico, q. isti debent mentaliter excitari vel turbari. In timore inquit. Ad subditum n. pertinet, quod reuereatur, & timeat Dominum suũ, & magistrũ. Vnde etiam aliæ aues aquilæ subditæ dicuntur ipsam timere, & vocẽ ipsius formidare, sic nos debemus illos quibus sumus subditi, timere, & eis cũ reuerentia obedire. In timore inquit. Vnde 1. Pet. 2. *Serui subditi estote dominis in omni timore.* Hæc ergo de Subditis sufficiant. Vide de Obedire, de Sequi, de Seruus, & in alijs similibus titulis.

A

## Sublimitas. Sublimis.

Nota, quod in scriptura inuenitur multiplex sublimitas, videlicet Sublimitas

Interioris intentionis,
Vtilioris perfectionis,
Superioris prælationis,
Exterioris promotionis,
Deterioris elationis.

¶ Prima est sublimitas mentalis, quia sc. affectio mentis nostræ debet esse sublimis, erecta superius ad æterna, & hæc ... contemplando, & etiam ipsa affectando. Et de ista sublimitate mentis potest dici illud Iob 40. *Circumda tibi decorem, & in sublime erigere, & speciosis induere vestibus.*

B ¶ Secunda est sublimitas affectus moralis, & ista est sublimitas vitæ & morum, id est, excellentia perfectionis, & sanctitatis, ad quam est difficile attingere, de qua Esa. 52. *Ecce intelliget seruus meus Iacob, & exaltabitur & sublimis erit valde.*

C ¶ Tertia est sublimitas supernalis culminis sc. gloriæ Paradisi in qua sc. beati gloriosi sunt & sublimes, de qua dicitur Iob 5. quod *Deus ponit humiles in sublime, & mœrentes erigit sospitate.*

D ¶ Quarta est sublimitas status, & gloriæ mundanorum, quia Dan. 2. facta interpretatione somnij, Rex Danielem in sublime extulit. Verumtamen ista sublimitas cito deprimitur, quia quãdo rota voluitur, illud quod erat sublime bassum efficitur, & illud quod infimum erat, eleuatur. Sic isti qui in hoc mundo infimi, & pauperes sunt, post mortẽ in Paradiso sublimes erunt vero qui modo in mundo sunt sublimes, tunc temporis bassi erunt, de qua Esa. 2. *Oculi sublimis hominis humiliati sunt, & incuruabitur altitudo virorum.* Et Eze. 17. *Humiliaui lignum sublime, &c.*

E ¶ Quinta est sublimitas criminalis, cordialis sc. superbia, quæ cor facit altũ, & sublime, cõtra illud quod dicitur Luc. 12. *Noli sublime extolli.* Et 1 ad Ti. 6. *Præcipe diuitibus huius seculi non altum sapere, nec sperare in incerto diuitiarum.* Ista est ergo q... plex sublimitas tam in bono, quam in malo, sed non prosequor, nec pono exempla, quia supra de Altitudine, & de Elatione, de Excelso satis dictum est, & infra de Sursum aliquid dicetur.

## Subito.

Nota, q. subito significat actuũ celeritatem, secundum quod illa quæ fiunt subito, sunt siue bona siue mala, secundũ hoc actus subitanei potest dici bonus vel malus. Et sic possum notare, quod in scriptura inuenio vocẽ Subito.

Prompti vigoris,
Magni valoris,
Magni timoris,
Magni furoris,
Grandis doloris.

¶ Primum est subito obedientiæ, quia sc. obedientes debẽt subito, & prompte, & celeriter obedire, similes luci, quæ ab ... te in occidentem subito se diffundit, de quo Acto. 9. *Subito circumfulsit eum lux de cœlo.*

¶ Secundum est subito Dei potentiæ, quia scilicet Deus operatur subito. Natura enim non consueuit facere aliquid subito, nec in instanti sicut Deus. Vnde Esa. 60. *Ego Dominus ... faciam illud.*

¶ Tertium

D ¶Tertium est subito Dei iustitiæ, quia iustitia diuina subito irruit in iniustos. Exemplo aquilæ, quæ subito irruit in ardeam vel in picam quem videt inferius natitare. Et de hoc Esa. 30. *Subito dum non speratur, veniet contritio eius.*

E ¶Quartū est subito magnæ sæuitiæ, & istud est illud quo crudeles mouentur ad iram subito, & quo præcipites iudices mouentur subito ad vindictam vel etiā ad rapinam. Similes catto, qui insidians muri fingit se mitem, & tamen statim quando videt eum, prosilit in eundem, sic tales in pauperes & simplices. Vnde in Psalm. *Subito sagittabunt eum, & non timebunt*, &c.

F ¶Quintum vero subito est magnæ tristitiæ & illud est subito mortis quia sc. subito dum non speratur, veniet mors Iob 7. Visitas eum diluculo, & subito probas illum. Vnde etiam animæ desolatæ dicitur Esa. 47. *Venient tibi hæc duo subito, in die vna, sterilitas & viduitas.* Vide de Cito & de Repente, & de similibus.

A **Substantia.** De substantia in quantū dicit mihi cuiuslibet rei essentiam & qualitatem, quidditatē ex materia & forma constantem, nihil ponitur in scriptura, sed substantia in quantum potest significare possessionem seu diuitiarum acquisitionem vel congregationem, aliquid est dicendum. Cum ergo homo possit habere & possidere sex genera rerum, s. corpus, animam, gratiam, scientiam, gloriam & mundi opulentiam, possum notare, quod in scriptura inuenio substantiam multipliciter intellectam. Inuenio enim substantiam

Corporalem,
Pectoralem,
Virtualem,
Cordialem,
Æternalem,
Temporalem.

B ¶Substantia corporis est fragilissima, de qua in Ps. *Memorare quæ mea substantia*, &c. Et alibi: *Substantia mea tanquam nihilum ante te.*

¶Substantia pectoris est anima, quæ est nobilissima, & de hac potest dici illud Eccl. 13. *Bona est substantia cui non est peccatum in conscientia.*

¶Substantia virtualis seu gratiæ est vtilissima & de ista potest dici illud Pro. 10. *Substantia diuitis vrbs fortitudinis eius.* Et Ius. 22. *In multa substantia & diuitiis reuertimini ad sedes vestras* Istam tamen substantiā perdunt homines quando peccant. Exemplo *filij prodigi, qui dissipauit substantiam suam viuendo luxuriose*, Luc. 15. Quia sicut dicitur Eccl. 40. *Substantia impiorum quasi fluuius siccabitur.*

¶Substantia cordialis seu scientiæ est amantissima. facit enim hominem honorari Eccles. 10. *Est homo honorabilior propter suam substantiam.*

¶Substantia æternalis seu gloriæ est fœcundissima. Ista nunquam deficit nec minuitur. Et de ista potest dici illud quod dixit dominus Salomoni: *Diuitias, gloriam & substantiam dabo tibi*, & Sap. 26. *Substantiam tuam & dulcedinem tuam in filios ostendisti.*

¶Substantia vero opulentiæ est debilissima, quia temporalis opulentia parum durat, vnde Prou. 13. *Substantia festinata minuetur.* De substantia ista vltimo modo sumpta, sc. de diuitijs huius mundi multa possunt dici, sed supra de diuitijs satis dictum est, & etiam in multis titulis huius operis.

C ¶Hoc solum ergo notabo quod tales substantiæ temporales si expenduntur, sunt proficuæ, si retinentur sunt nociuæ. Istæ n. ad propriam sustentationem & ad pauperum releuationē sunt ordinatæ, & ideo qui aliter ipsis vtitur, sine ratione operatur Eccl. 14. *Viro tenaci & cupido sine ratione est substantia*, vnde Prou 3. *Honora dominum de tua substantia, & de primitijs frugum tuarum da pauperibus.* Et bene dicit de tua, quia Eleemosyna non valet nisi de proprio detur, sicut nec minutio infirmo proficeret, si alienum sanguinem extraheret & non suum, quia sicut dicitur Eccl. 34. *Qui offert sacrificium de substantia pauperum, sicut qui victimat filium in conspectu patris.* Vide supra de Diuitijs.

A **Subuertere.** Cum subuertere nihil aliud sit quā illud quod sursum est subtus vertere, possum dicere quod subūersio quadruplex inuenitur, sc. Subuersio

Virtuosa,
Criminosa,
Dolorosa,
Luctuosa.

Virtuose subuertitur reus pœnitendo,
Criminose subuertitur homo peccando,
Dolorose subuertitur diues decipiendo,
Luctuose subuertitur reus moriendo.

¶Primo quod est quædam subuersio virtualis mutationis & ista est illa qua congeries vitiorum, ædificiū diabolicum per pœnitentiam subuertitur & quassatur, de qua Ionæ 3. *Adhuc 40. dies & Niniue subuertetur*, quia Niniue quæ est ciuitas diabolica, sc. conscientia peccatorum, tunc proculdubio subuertitur quando per quadragesimam vel pœnitentiam in melius cōmutatur, vnde 3. Reg. 19. *Spiritus fortis & grandis subuertens montes, & conterens petras apparuit Heliæ.* Talis autem subuersio fit per ministerium boni prædicatoris, cui dæmones videntur dicere illud Luc. 23. *Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram* &c. Nam prædicatorib. dicitur Iob 12. quod *si Deus continuerit aquas, omnia siccabuntur, & si emiserit eas, subuertent terram. Deus enim* vt dicitur ibid. *multiplicat gentes & perdit eas, & subuersas in integrum restituit.* B

¶Secundo dico quod est quædam subuersio criminalis corruptionis, & ista est illa qua homo per vitia & peccata à virtutum rectitudine subuertitur & cassatur, subuertuntur enim C

Quidam per superbiæ vanitatem,
Quidam per luxuriæ voluptatem,
Quidam per discordiæ contrarietatem,
Quidam per auaritiæ cupiditatem,
Quidam per hæresis & malitiæ falsitatem.

Quod superbia subuertat, patet Eccl. 10. vbi dicitur *quod initium peccati superbia, qui tenuerit eā, adimplebitur maledictis & subuertet eum in finem.* Quod luxuria etiā subuertat, patet Dan. 13. Vbi seni luxurioso dictum est. *Semen Chanaam, & non Iuda species decepit te, & concupiscentia subuertit cor tuū* Item quod discordia subuertat, patet 2. Tim. 2. vbi dicitur. *Noli verbis contendere, ad nihil enim vtile est, nisi ad subuersionem audientium.* Item quod auaritia subuertat, patet Iob 28. vbi dicitur ꝙ *terra de qua oriebatur panis in loco suo igni subuersa est.* Itē quod hæresis mala doctrina subuertat, patet ad Tit. 1. vbi dicitur de hæreticis quod *vniuersas domos subuertant, docentes quæ non expedit.* Ista est ergo subuersio criminalis corruptionis.

¶Tertio dico quod est quędam subuersio tēporalis afflictionis & est illa qua diuites à statu proprio aliquoties subuertūtur, & qua per occulta Dei iudicia ad paupertatē de diuitijs reducūtur. *Deus n. subuertit à radicibus montes*, sicut dicitur Iob 28. Figura *in Aegyptijs & Pharaone qui dum in equis & curribus persequerentur filios Israel, & per sicci maris medium transissent, reduxit super eos Deus aquas maris & subuertit rotas curruum in profundum*, sicut dicitur Exo. 14. Ad denotandum quod sæpe fit quod cum diuites & superbi in suis potentijs gloriātes mare mundanæ flexibilis prosperitatis ingrediuntur, filios Israel, i. pauperes & simplices persequentes, dominus ipsos quandoq; subuertit, & in profundum paupertatis & miseriç demergit. Vnde de fortuna & talibus dicitur Iob 22. quod *sublati sunt ante tempus suum, & fluuius subuertit fundamenta eorum.* Ista est ergo subuersio temporalis afflictionis. D

¶Quarto dico quod est subuersio æternalis punitionis & ista est illa qua peccatores in inferno subuertuntur, & qua post vitç discessum damnationi perpetuæ supponuntur, de qua Amos 4. *Subuerti vos sicut subuertit dominus Sodomā & Gomorrham.* & Iud 8. dicitur quod *Gedeon subuertit turrem Phanuel occisis habitatoribus ciuitatis.* Hoc igitur de subuersione sufficit gratia breuitatis. E

**Succendere.** Nota quod succendere idem est quod ignem ministerialiter inflammare, & ad ardendum quibusdam adminiculis excitare. Et ideo secundum quod in scriptura inuenitur diuersitas ignium, secundum hoc inuenimus diuersitatem succensionum. Notemus ergo quod quadrupliciter homines succenduntur, scil. A

Virtuose sanctis feruoribus,
Vitiose malis ardoribus,
Dolorose mundi laboribus,
Luctuose orci doloribus.

¶Primo modo succenditur iustus per veram dilectionem, quia scilic. qoando per ventum sancti spiritus insufflatur, vel quando pinguedine diuinæ gratiæ impinguatur, vel quando prædicatorum sermonib. sicut ventilabris excitatur, tunc ad sancte diligendum & affectandum multipliciter inflammatur. Et de hoc in Psalm. *Ignis à facie eius exarsit, carbones succensi sunt ab eo*, & Esaiæ 10. dicitur quod *gloria succensa ardebit quasi ignis combustio, & erit lumen Israel in igne, & sanctus eius in flamma.* B

¶Secundo succenditur peccator per malā affectionē, quia sicut arbores gūmosæ qualis est pinus & abies, faciliter succenduntur & difficiliter extinguūtur, sic peccator qui gūmosa pinguedine carnalitatis est plenus, faciliter per mala desideria accenditur, sed accēsus non faciliter tēperatur Es. 9. *Succensa est quasi ignis* C



impietas

*impietas.* Dæmones enim quando capiunt ciuitatem animæ per peccatum, statim succenditur per malũ desiderium & affectum 1. Reg. *Amalechitæ impetum fecerunt in Sycelech & succenderunt eã.* Aliquando enim ibi succendunt ignem iracundiæ, aliquando ignem luxuriæ, & sic de alijs malis ignibus. Vide eos supra de igne Hiere. 30. *Succenderunt Chaldæi domum regis.*

D Tertiũ dico ꝙ succenditur pauper per mundi tribulationem & afflictionem. Ignis n. mundanę tribulationis quotidie per tyrannos in pauperib. succenditur, & per adulatorum sufflamina augmentatur, ita quod turba pauperum succenditur & crematur Hier. 7. *Patres succendunt ignem, filij apportant ligna, mulieres conspergunt adipem ad faciendum placentas,* & Esa. 1. *Ciuitates vestræ succensæ sunt igni, regiones vestras coram oculis vestris alieni deuorant.*

E ¶ Quarto modo succenditur anima per damnationem. Exemplo lapidis Asbesti, qui semel succensus, nunquam amplius potest extingui Deut. 22. *Ignis succensus est in furore meo, & ardebit ad inferni nouissima.* Est igitur quadruplex succensio. Vide supra de Igne & de Accendere, vbi plene est factum.

A **Succingere.** Vide supra de Accingere & sufficit.

**Sufficientia.** Nota ꝙ sufficientia est virtus qua appetitus animi à suis desiderijs quietatur. Sine n. ista non potest animus quiescere, quinimo sine ista semper solet ad alia aspirare. Sufficientia vero medium tenet, diminutum & superfluũ sunt extrema. Et ideo breuiter notare possum quod triplex est sufficientia. Reperitur enim sufficientia bonorum

Exteriorum,
Interiorum,
Superiorum.

Prima est corporis sustentatiua,
Secunda est animi quietatiua,
Tertia est bonorum cumulatiua.

Prima est in rerum temperata possessione,
Secunda est in mentis regulata affectione,
Tertia est in cœli cumulata successione.

B ¶ Primo dico quod est quædam sufficientia corporalis & ista nihil aliud est quam temperata mediocritas bonorum temporalium huius mundi, ad vitæ necessaria requisita. Sufficientia n. temporalium est commendabilis, superfluitas vero & diminutio detestabilis. Ille n. qui discrete nutrit apes, non debet eis de melle nimis vel parum dimittere, sed mediocriter & ad sufficiẽtiam, quia si nimis de melle habuerint, moriũtur, sicut dicit Plinius. Sic vere mellis bonorum temporalium sufficiẽtia proficit, superfluitas vero vel diminutio officit. Nã si nimis abundat, tũc ad opera bona pigrescimus, si vero plus debito deficit, tunc per desperationem & impatientiam deficimus & perimus. Et ideo bene dicitur Exo. *Colligat vnusquisq; quod sufficit ad vescendum.* Carnes n. si sint superfluè pingues vel nimis macræ nõ sunt ad esum vtiles. Superflua n. pinguedo inflammat calorem, stomachum lubrefacit, macræ vero carnes stomachum infrigidant, & à sanguine depauperant totum corpus. Mediocritas vero commendatur. Sic vere charissimi est de substãtia temporalia, si n. est nimis pinguis & lauta, nocet, quia hominem inflammat per auaritiam & lubrefacit per luxuriam. Si vero fuerit nimis macra vel tenuis, facit hominem per impatiẽtiam & desperationem frigidum & sanguine diuinæ gratiæ denudatũ. Sufficientia ergo quę tenet medium commendatur. Paupertas vero & diuitiæ excessiuæ quæ sunt extremi termini, reprobantur. Non n. oportet excedere in diuitijs, iuxta illud Exo. 36. *Cessatum est à muneribus offerendis &c.* Non oportet excedere in miserijs. Vnde Angelo percutienti dicit Deus 2. Reg. 23. *Sufficit, contine manum tuam.* Sed oportet incedere vijs medijs, exemplo Apostoli, dicentes Phil. 4. *Ego autem didici in quibus sum sufficiens.* Quia sicut ipse dicit 1. Tim. 6. *Quæstus magnus est pietas cum sufficientia.* Et propter hoc ipse docet 2. Cor. 9. *In omnib. omnem sufficientiam habentes abundetis in omne opus bonum.* Ista est igitur sufficientia temporalis.

C ¶ Secundo dico quod est sufficientia cordialis, & ista est illa qua sancti & iusti ita sunt gratia Dei rẽpleti, ꝙ gradu & statu sibi à Deo concesso per omnia sunt contenti. Exemplo canis nobilis, qui quamuis multum currat & laboret ad magistri sui imperium, cõtentus tamen est vili & modica parte prædæ, quinimo si nihil penitus habuerit, ex hoc ad aliam currere, non dimittit. De dromedarijs ẽt legimus, quod sũt animalia parci victus & quod post longissimos terrarũ circuitus, vili & modico cibo, s. dactylorum ossib. sunt contẽti. Sic vere charissimi, viris sanctis & virtuosis & nobilib. sufficit tenuitas & bonorum temporali[um] modica quantitas. Sufficit n. eis voluntatem Christi magistri [s]ui facere, & ad laborẽ & ad bona opera currere, & de bonis solũ vitæ necessaria reportare 2. Cor. 12. *Saule, sufficit tibi gratia mea.* Et bene dicit gratia, quia pro certo victus sufficiẽtiæ non habetur, nisi prius Deus & Dei gratia habeatur Deus n. solus replet cor humanũ & ideo bona quę habẽtur, illis nõ possunt sufficere qui primo Dei gratia non studuerint se replere, teste Apost. 2. Cor. 3. *Sufficientia nostra ex Deo est.* Et propterea sanctis modica sufficiũt, quia semper secum Deũ (qui est maximus) habent. Quando n. delicatis cibatijs fuerit homo primo satiatus, pauca grossa cibaria sufficiunt in fine mẽsæ. Sic qui gratia & virtutib. fuerit repletus, contentus paucis temporalib. erit, iuxta illud 4. Reg. 13. *Contentus esto gloria & esto in loco tuo.* Ista est ergo sufficientia cordialis, quæ sola diuites facit, quia secund. Senec. *Diues est qui minus cupit, nõ qui magis habet & econuerso pauper est non qui minus habet, sed qui plus cupit.* De tali sufficientia dicitur Tob. 4. *Sufficiebat nobis paupertas nostra,* & Ecc. 29. dicitur. *Minima pro magnis tibi placeant.* Quod procul dubio est contra multos, qui scil. ita sunt ambitiosi, cupidi & auari, quod in acquirendo non possunt figere gradum, quin in acquirendo quãto plus acquirunt, tãto minus sufficiunt acquisita & tanto semper appetunt ampliora. De natura n. ignis est, ꝙ quanto plura ligna in eo ponuntur, tanto amplius inualescit. Ideo Pro. 30. dicitur. *Ignis nunquam dicit sufficit,* quia s. cordi inflammato per auaritiam non sufficiunt omnia bona mundi. Quod apparuit in Alexandro, cui non suffecit vnum mundũ acquisisse, quando audiuit plures alios mundos esse, vnde Esa. 40. *Libanus non sufficiet ad succendendum & animalia eius non sufficient ad holocaustum.* Sed de hoc vide supra de Ambitione & Auaritia. Patet ergo quod est quędam sufficientia cordialis vel etiam virtualis.

¶ Tertio dico quod est quædam sufficientia supernalis & ista sufficientia est gloria paradisi, quæ tanta est, quod quilibet propria gloria taliter est contẽtus, quod amplius nihil vult habere, appetere seu velle. Nos etiam qui sumus in mundo, sumus sicut materia elementaris, quæ non est contenta forma sua, & ideo omnia elementa illa sunt corruptibilia. Illi autẽ qui sunt in gloria, sunt sicut materia corporum cœlestiũ, cui sufficit forma sua in tantũ quod nulli alij appetit subijci, quapropter corpora cœlestia contingit, non corrumpi. Sic vere charissimi, voluntas beatorum est totaliter repleta & satiata beatifica forma sua, in tantum quod sibi sufficit, taliter quod nihil amplius appetit seu cupit. Nos autem qui elementares sumus, nullam sufficientiam in formis, id est, in bonis temporalibus reperimus. Tria enim sunt quæ causant sufficientiam beatificam, scilicet, D

Plenissima delectatio,
Clarissima speculatio,
Dignissima sublimatio.

Ibi n. est plenitudo summi dulcoris Prou. 25. *Mel inuenisti, comede quod sufficit tibi* Item ibi est limpitudo clari splendoris, clare enim vident Deum Ioan. 14. *Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis.* Item ibi est celsitudo grandis honoris, quia scilic. quilibet quodammodo est æqualis ipsi Deo. Vnde Mat. 10. *Sufficit discipulo si sit sicut magister eius.* Sic igitur patet quod triplex est sufficientia, scil. superior, interior & exterior. Vide supra &c.

**Summus. Summitas.** Nota, quod summus vel summum proprie dicitur illud quod in vnoquoq; genere excellens, supremum & arduum inuenitur & sic summitas nihil aliud est quam cuiuslibet rei acumen vel altitudo. Possum ergo notare quod sicut supra de altitudine, eleuare, erigere, & de sublimitare dictum est, multiplex etiam potest summitas reperiri, scil. summitas A

Æternæ Deitatis,
Internæ voluntatis,
Supernæ dignitatis,
Externæ potestatis,
Mundanæ vanitatis.

¶ Est igitur summitas maiestatis æternæ quia sc. Deus super omnia est summus, & sua maiestas est super omnia summa. Vnde dicitur in Psalm. *A summo cælo egressio eius &c.* Vnde de ipso dicit Balaam Num. 23. *De summis silicibus videbo eum.* B

¶ Item est summitas voluntatis internæ, quia voluntas summa & excelsa efficitur, quando per affectionem & contemplationem sursum eleuatur. De qua in Ps. dicitur. *Erit firmamentum in terra in summis montium, super extolletur super libanum fructus eius & florebunt de ciuitate sicut fœnum terræ.*

¶ item

¶ Item est summitas dignitatis supernæ, & ista est summitas gloriæ paradisi de qua Hier. 38. *Estote sicut columba nidificans in summo oris foraminis.*

¶ Item est summitas potestatis externæ, & ista est summitas sæcularium dignitatum, in quib. ambitiosus semper desiderat summus esse. Vnde de ambitioso Iasone dicitur quod *in semetipsum retorsit summum sacerdotium* 2. Mach. 4.

¶ Item est summitas vanitatis mundanæ, quia sc. superbi volunt esse in summo, de quo in Psalm. *Posuerunt sua signa, & non cognouerunt, sicut in exitu super summum.* Patet ergo quomodo summitas sumitur multis modis, sed non prosequor, quia in prædictis titulis multa dixi.

A **Super. Supra. Superius.** Superior. Sursū. Nota, quod super est quædam præpositio significans cuiuslibet rei, loci vel operis superioritatem, vel excellentiam vel sublimitatem. Et ideo secundum distinctiones quibus adiungitur, potest significare in bono & in malo. Notare ergo possumus, quod ista dictio super, ad quinq; generaliter se extendit. Et sic videlicet dico, quod in scriptura inuenio super, quod pertinet ad

Summum creatorem,
Altum præceptorem,
Iustum viatorem,
Vanum peccatorem,
Malum tentatorem.

Deus enim dicitur super, cunctis prædominando. Et sic dicitur in Ps. *Excelsus super omnes gentes dominus & super cælos gloria eius.* Prælatus est super, subditos præcellendo. Et de hoc Esa. 9 *Super thronum Dauid, & super regnum eius sedebit, vt confirmet illud, & corroboret in iudicio* &c. Iustus est super, summa concupiscendo. Et de hoc Esa. 40. *Super montem excelsum ascende tu, qui euangelizas Sion.* Impius est super, se cunctis præferendo, dicens cum diabolo illud Esa. 14. *Ascendam super altitudinem nubium, super astra cæli exaltabo solium meum.* Diabolus est super, malos subijciendo, & sic dicitur Iob 41. *Ipse est rex super omnes filios superbiæ.*

B ¶ Dicamus ergo primo, quod est superioritas summi creatoris, quia ipse Deus est super omnes & quantum ad excellentiam naturæ, & quantum ad prædominium prælaturæ. De natura n. & de proprietate ipsius alios præcellente dicitur Io. *Qui de terra est, de terra loquitur, qui de cælo venit, super omnes est.* De prælatura vero, & de potestate ipsius alijs prædominãte dicitur in Ps. *Exaltare fecit super cælos Deus, &c.* Sol n. superius residēs in hemisphærio suo inferioribus influit, cunctaq; fouet, vegetat atq; regit. Vnde sol est super omnes creaturas non solum per nobilitatem conditionis, imo etiam per superioritatem prælationis, significans ipsum Deū, qui supereminet vniuersis & sicut rex & superior omnium habet curā. Et ideo sicut videmus, quod corpora superiora & maxime sol ista inferiora solet illuminare, vegetare & inflāmare, sic Deus inferius illuminat corda per gratiā illustrando, vegetat cuncta per misericordiā confouēdo, inflammat per iustitiam puniendo. De gratia sua dicitur Mat. 5. quod *pater solem suum facit oriri super bonos & malos.* De misericordia sua dicitur in Ps. *Fiat misericordia tua domine super nos* &c. *Miserationes eius super omnia opera eius.* De iustitia vero dicitur 1. Reg. 2. *Dominum formidabunt aduersarij eius & super ipsos in cælis tonabit.* Quia pro certo charissimi de isto super, id est, de superioritate Dei, non solū venit ad nos benignitas misericordiæ, imo ēt veritas & iustitia, asperitas & seueritas, sicut de nubibus quæ sunt desuper, non solum descendit ros & pluuia, imo etiam grando, fulgura & tonitrua, quia ipse non solum facit misericordiam humilib. iuxta illud Ps. *Veniat super nos misericordia domine salutare tuum*, imo etiam faciat iustitiam delinquentib. quia sicut dicitur in Ps. *Ipse pluit super peccatores laqueos, ignis, grando, nix &c.* Ista est igitur summitas vel superioritas summi creatoris. Ista autem superioritas tunc summe apparuit quando in ascensione inferiora reliquit & sursum ad cœlestia transuolauit. Exemplo ignis, cuius natura est sursum ascendere & de imis ad superiora se leuare. Superius n. est sua regio, suaq; propria habitatio & mansio, iuxta illud Deu. 4 *Dominus ipse est Deus in cælo sursum*, & Deu. 33. *Habitaculum eius sursum.* Vbi aduerte, quod ipse Deus in superioritate maiestatis

Habet { Securitatem imperturbabilem [Habitaculum] / Auctoritatem inæstimabilem [Eius] / Sublimitatem inattingibilem [Sursum.] }

Et propter hoc ipse sicut superior debet amari. & totis viscerib. & desiderijs honorari, quāuis peccatores nolint ipsum habere superiorem, nec eius iussionib. obedire, dicentes illud Lu. 19 *Nolumus hunc regnare super nos.* Ipse vero malis ingratib. eorundē superior regnabit & ipsos in iudicio condemnabit, iuxta illud Ez. 20. *In manu forti & brachio extento & in furore effuso regnabo super vos.* Patet igitur, ꝙ per sūper intelligitur superioritas summi creatoris.

¶ Secundo dico quod per super intelligitur superioritas boni præceptoris, sc. iusti prælati, quia sc. ipse est super subditos, sicut magister super discipulos, vt ipsos doceat & sicut gallina super pullos suos, ipsos fouendo, tutor super pupillos, vt ipsos sustineat. Et ideo de tali superiori & superioritate sua pōt dici illud Ps. quod *ipse est sicut aquila prouocans pullos suos ad volandum*, &c. *Cælum n. est sursum & terra deorsum*, sicut dicitur Prou. 25. Quia cælum, i. prælatus qui totus debet esse cœlestis, sursum est in maiestate, terra vero, i. populus subditus, deorsum esse debet in humilitate. Prælatus enim debet esse superior C

Ad { Prouidendum, / Corrigendum, / Instruendum. }

Dico ad prouidendum, quia sicut de superiorib. veniet pluuia, quæ est inferiorum omniū nutritiua, sic vere de prælatis debet pluuia beneficiorū descendere, quib. debent in necessarijs subditis subuenire, vnde Lu. 12. dicitur quod *iste debet esse fidelis seruus & prudens* &c. Item debet esse super ad corrigendū. Loca n. superiora sunt vt communiter frigidiora, patet in montib. Sic vere prælati & superiores debent esse per iustitiam asperiores, & seueriores. Vnde de lapide angulari, i. bono & iusto prælato dicitur Luc. 20 quod *si quis super lapidem istum ceciderit, conquassabitur, super quem vero ceciderit, cōminuet eum.* Item super debet esse in instruendo, quia lumen venit de superiorib. non de inferioribus. Et ideo de prælatis ad illuminādum alios institutis dicitur Mat. 5. *Lucerna non ponitur sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnib. qui in domo sunt, & vt ingredientes lumen videant.* Sic igitur patet, quod per super intelligitur superioritas boni præceptoris.

¶ Tertio dico, quod per super intelligitur superioritas iusti viatoris, quia sicut stellæ sunt sursum in cælo, & non deorsum in terra, sic iusti sunt ad Deū per desiderium erecti & ad bona cœlestia per affectū eleuari, & ad motum excellentiam sublimari, vt sic dicant imperfectis hominib. & terrenis illud Ioa. 8. *Vos de deorsum estis, ego de supernis sum*, & merito, quia sicut dicitur Iac. 1. *Omne datum optimum, & omne donum perfectum, desursum est descendens à patre luminum.* Videmus n. quod res cæteris leuiores, quod res cæteris pinguiores, quod res cæteris calidiores, semper volunt superius esse & nunquam volunt deorsum, nisi per violentiam detineri. De rebus n. leuibus patet in aere. De reb. calidis & feruentibus patet in igne. De rebus pinguibus patet in oleo vel in pice. Quia pro certo leuia & ardentia, & pinguia naturaliter sursum petunt & nunquam nisi violenter deorsum remanent, aut subsistunt. Sic proculdubio viri iusti, qui sunt D

Leues per obedientiæ agilitatem,
Feruentes per amicitiam & charitatem,
Pingues per clementiam & pietatem.

Nunquam deorsum in amore terrenorū manere, sed sursum ad bona æterna semper quærunt mentaliter se transferre. Sicut n. supponitur Eccl 3. *Spiritus*, i. e. affectus filiorum *hominum ascendit sursum, & spiritus iumentorum deorsum.* Quia iumenta, i. e. homines bestiales deorsum ad bona mundi descendunt, spiritus vero, & voluntas hominum, i. e. virorum rationabilium & iustorum, superius ad cœlestia ascendunt. Arbor n. quamuis inferius radicetur in terra, sursum tamen erigitur & leuatur. Sic homo quamuis in terra quo ad corpus sit necessario radicatus, debet tamē mentaliter superius esse eleuatus, vnde Esa. 37 *Mittet radicē deorsum & fructum suum faciet sursum.* Ad hoc monet scriptura ad Col. 3. vbi Apostolus monet sic. *Quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera Dei sedens, quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram.* ¶ In quibus verbis aduerte, quod illa quæ sursum sunt, sunt affectanda, contemplanda, & meditanda multiplici ratione, scilicet, B

Quia { Clariora, / Puriora, / Tutiora, / Tranquilliora, / Dulciora, / Vtiliora. }

Primum probat locus luminosus, qui declaratur. Sursum,
Secundū hospes gloriosus, qui recipiatur. Vbi Christus est,
Tertium vigor virtuosus, quo quis iuuatur. In dextera Dei.

Quæ-

Quartum status gratiosus, quo quis firmatur. Sedens.
Quintum cibus dulcorosus, qui ministratur. Sapite,
Sextum fructus vitiosus, quo quis resecatur. Non quæ super terram.

Est n. vt patet in auctoritate prædicta, superior claritas inobfuscabilis, quia Sursum, quia pars superior mūdi magis est luminosa. Puritas immaculabilis. Vbi Christus est inquit, quasi dicatur, alias non esset ibi, nisi esset locus purus. Firmitas incōcussibilis, quia in dextera Dei, quia s. prosequimini, & defenduntur sancti Dei. Tranquillitas imperturbabilis. Sedens. Sedere n. tranquillitatem signat. Suauitas inæstimabilis, Sapite, quasi dicatur, ibi sunt res sapidæ. Vtilitas seu nobilitas incomparabilis. Non quæ super terram, quasi dicat, ista non sunt vtilia sicut illa.

F ¶ Igitur quæramus ista superiora tanquam loca cūctis clariora. Ibi n. est claritas corporalis & materialis, & etiam spiritualis, quia ibi est perfectæ claritas scientiarum & perfecta scientia rerum. Montes n. & loca superiora sunt magis vt communiter luminosa & aues nobiles, quæ lumē diligunt, in locis altis & superiorib. nidum faciūt, sicut de Aquila dicit Greg. super illud Iob 39. *Eleuabitur aquila, & in arduo ponet nidum suum.* Sic & nos, qui sumus nobiles & virtuosi, debemus patriā illam superiorem diligere & verum lumen claræ cognitionis, quod ibi est appetere & amare. Sursum inquit Iac 1. *Omne enim datum optimū, & omne donum perfectum desursum est descendens à patre luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.* Quod tamen est contra multos, qui plus diligunt bona inferiora cum sua obscuritate, quam superiora cum sua claritate. Similes talpæ, quæ oculos habet sub corio nihil videt & in locis obscuris, s. non supra, sed infra terram residet atq; manet. Sic vere isti, de quibus dicitur. *Oculos habent & non videbunt,* superiora bona spiritualia, & æterna cum claritate veræ scientiæ vilipendūt, inferiora vero & terrena cum obscuritate sæcularium scientiarum appetunt, habent & attendunt Ps. *Introibunt in inferiora terræ, tradentur in manus gladij, partes vulpium erunt.* Non sic charissimi, sed quæ sursum sunt quærite, sicut loca cunctis clariora. Sursum.

G ¶ Iterum dico, quod sunt appetēda illa, quę sunt sursum, tanquam loca cunctis puriora. Vbi Christus est inquit. Præsentia n. Christi denotat locū esse purum & mundum. Ipse n. more apum non habitat nisi in loco puro & mundo. Loca enim superiora magis sunt munda, quam inferiora: patet de montibus & vallibus. Ideo cum in ista valle lacrymarum non sit perfecta munditia, debemus superiora appetere, vt cum Christo munde possimus habitare. Vbi inquit Christus est, quia dicitur ad Gal 4. *Quæ sursum est Hierusalem, libera est, quæ est mater nostra.* Vt sic dicat quilibet illud ad Phil. 1. *Cupio dissolui & esse cum Christo.* Quod tamen est contra multos, qui non curant, nec de mundo loco, nec de munda societate, s. de immundo potius & immunda, sicut sunt luxuriosi, similes porcis, qui non respiciunt sursum, imo deorsum, qui nō delectātur in mundis, sed potius in fœtidis & impuris, sicut &c. Vnde Thren. 4. *Qui vescebantur voluptuosi, amplexati sunt stercora.* Non sic charissimi, sed sursum vbi sunt loca cunctis puriora & mundiora; vbi est Christus, dicens Ioan. 14. *Vado parare vobis locum, vt vbi sum ego, & vos sitis.*

H ¶ Etiam dico, quod habitemus sursum, quia ibi sunt loca cunctis tutiora. Dextera inquit Dei, quæ s. defendit & tuetur sanctos & eos reddit tutos & securos Ps. *Dextera tua protexit me*: in locis n. superiorib. est difficilior hostium accessus, ibi enim fundantur castra fortiora, & propter hoc loca sunt ad habitandum tutiora. Auis etiam quamdiu est superius, magis est in loco tuto, quam si esset in aliquo basso loco, sursum n. nec laqueus attingit, nec sagitta volat. Sic vere, quādiu mens nostra sursum fuerit in contemplatione & affectione æternorū, tamdiu ab hostium impugnationibus est secura. Et econuerso, si deorsum ad terrena descenderit, tentationum periculum statim subit. Et ideo bene consulitur Matth. 24. *Qui supra tectum est, non descendat.* Simus igitur sursum, quia loca sunt cunctis tutiora.

I ¶ Deinde dico, quod ibi sunt loca cūctis tranquilliora. Sedēs inquit. Sedere n. tranquillitatem designat, eo quod ille qui sedet videtur quiescere, non moueri. De quo Apo. 4. *Ecce sedes posita erat & supra sedem sedens.* Quia superior pars aeris plus est trāquilla & quieta, quam inferior, eo s. quod ibi tonitrua, vēti & turbines non ascendunt, quę tamen partem inferiorem perambulant, & discurrunt. Sic vere superioritas ista affectionis vel contemplationis, vel etiam cœlestis habitationis tranquilla est & quieta, non n. ibi sunt venti & flatus tentationum, turbo & tonitruum comminationum grando, & fulgura tribulationum quæ tamen omnia hic inferius inueniuntur, vbi homines nulla tranquillitate viuere comprobantur. Sursum ergo sedeamus. Sedēs, inquit, vnde Mat. 21. dicitur, quod *imposuerunt Apostoli, vestimenta sua pullo asinæ, & eum desuper sedere fecerunt.* Et ideo breuiter de ista tranquillitate pacis vel mentis, quæ est in isto super. i. in excellentia perfectionis, potest dici illud Apo. 14. *Vidi supra montem Sion agnum stantem*, quasi dicatur, ibi sursum est quies & status & deorsum non: & Luc. 22. *Edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo, & sedeatis super thronos*, quia loca ibi sunt tranquilliora.

¶ Denique dico, quod simus sursum, quia loca sunt cunctis dulciora. Sapite inquit. Fructus enim in arbore superiores sunt vt communiter sapidiores & maturiores. Sic pro certo loca superiora spiritualia & ęterna, splendidiora sunt & magis delectabilia, quā terrena, vnde Ecc. 24. dicitur, *Spiritus meus super mel dulcis & hereditas mea super mel & fauum.* Sapite inquit, i. saporem cognoscite ad Ro. 12. *Non plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem.* Quod tamen est cōtra multos, qui plus sapiunt, quā necesse est, quia s. ipsi inueniunt saporem in inferiorib. & tamen dicitur Iac. 3. *Non est ista sapientia desursum, sed terrena animalis & diabolica.* Sunt enim animalia, quæ habent dentes in inferiori mandibula tantum, sed non sunt aliqua quæ tantum habent in mandibula superiori. Ad denotandum, quod multi inueniuntur, qui solum masticant, & sapiunt inferiora. Non sic sed *quæ sursum sunt sapite*, vbi sunt loca cunctis dulciora. K

¶ Insuper simus moraliter & mentaliter sursum, quia loca sūt cunctis nobiliora. Non super terrā inquit, quasi dicatur, ista sunt notabilia, nobilia & non illa. Differunt n. sicut perpetuū & incorruptibile, sicut permanens & mutabile, sicut existēs & defectibile. Et ideo ista nobilia possūt dici & maxime quia ista & nō illa à sanctis viris solēt eligi & amari, nō ergo illa quæ sunt super terrā, sed superius, quæ sūt in cœlo Ps. *Super omnes cœlo, gloria eius.* Sicut n. Leu. 11. dicitur, *animal quod super manus ambulat*, terrā videlicet tangendo *immundum erat*, quia s. illi qui super terram per affectū ambulant & bona, quæ sunt supra terrā amant, immundi apud Deū dici debent. Quod est contra ambitiosos, quib. dicitur Gen. 3. *Super pectus tuum gradieris & terram comedes cunctis dieb. vitæ tuæ.* Patet igitur, quod sex sunt causæ, propter quas superioritas magis debet appeti quā inferiora. Igitur bene dico, quod ista superioritas est iusti viatoris, quia s. ipse debet esse sursum, & super alios, ipsos s. per perfectionis apicem præcellēdo & mentem suam ab istis infimis eleuando & in locis superiorib. habitando, & ea cordialiter affectando, iuxta illud Deut. 28 *Constituet te dominum in caput & non in caudam & eris semper super & non subtus.* L

¶ Vel dic si vis, quod iustus debet esse, scilicet, super
Deum per deuotionem, M
Proximum per compassionem,
Cœlum per affectionem,
Seipsum per considerationem,
Mundum per detestationem,
Infernum per formidationem,
Empyreum per gloriæ adeptionem.

Sit ergo super Deum ipsum diligendo Mich. 3. *Super dominum requiescebant*, & de anima deuota dicitur Can. 8 *Quæ est ista quæ ascēdit per desertum delitijs affluens, innixa super dilectum suum?* Item sit super proximum, ipsum consouendo, vnde Gen. 43 dicitur quod *Ioseph videns Beniamin fleuit, quia commota sunt viscera eius super fratre suo.* Item sit super cœlum, ipsum contemplando Esa. 14. *Ascendam super altitudinem nubium.* Item sit super seipsum, se considerando Hier. 6. *State super vias vestras & videte, & interrogate de semitis antiquis.* Item sit super mundū, ipsum detestando, per ipsius vanitatis recogitationem, de quo Mat. 8. dicitur quod *Iesus præcepit turba discumbere super terram.* Item sit super infernum, ipsum formidando Esa. 8. *Suscipiet sursum & ad terrā intuebitur.* Et tunc tremēs dicet domino illud. Super me confirmatus est furor tuus, &c. Ecc. 5. *Deus in cœlo & tu super terram.* Et sic sequitur, quod finaliter ipse erit super empyreum, ipsum habitando, & ibi cœlestē gloriam vendicando Deut. 33. *Habitaculum eius sursum.* Ita quod tūc dicetur illud Deu. 32. *Constituit eum dominus super excelsam terram, vt comederet fructus agrorum &c.* Et tunc etiam habebit illas sex cōditiones, quæ supradictæ sunt in autoritate *Quæ sursum sunt quærite.* Et ita apparet, quod est quædam superioritas vel quoddam super iusti viatoris, quod est tertium principale.

¶ Quarto dico, q. est vnū super vani peccatoris & illud super nihil aliud est quā superbia, quia s. superbi & ambitiosi semper N
volunt

vo uni esse in aliis dignitatibus & ultimis, iuxta illud Matth. 23. *Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi &c.* Vide supra de Ambitione, vbi ponitur quædam authoritas: *Ascendam super altitudinem nubium.*

¶ Quinto vero est superioritas hostis deceptoris, sc. diaboli, qui supereminet peccatoribus, sicut accipiter supervolat auib. Vnde de ipso potest dici illud Ps. 10. *quod ipse pluet super peccatores laqueos* supple, tentationum. Ipse n. est super eos fouendo per delectationem, tandem ipsos tangendo & capiendo per tentationem & finaliter occidendo per æternã damnationem. Vnde de ciuitate malorũ dicitur in Ps. quod *circundabit eam super muros eius iniquitas &c.* Ista ergo de Super & Superius & Sursum sufficiant.

A **Superare.** Nota, quod superare tribus modis sumitur in scriptura. Sumitur n. pro excedere, vel pro præcellere, vel pro manere, vel pro vincere. Pro præcellere vel excedere sumitur, quando dicitur, quod vna res superat aliam in aliqua qualitate. Et sic sumitur Eccl. 33. vbi dicitur. *Dies diem superat, & lux lucem.* Pro manere sumitur quando dicimus, quod cibus remanens quem comedere nequimus, nos superauit & in similib. Et sic sumitur Ioan. 6. vbi dicitur. *Colligite fragmenta quæ superauerunt.* Pro vincere vero sumitur quando ille, à quo quis vincitur vel vincimur, superare dicitur. Et sic sumitur 2. Petr. 2. *A quo quis superatus est eius seruus efficitur*, secundum autem illum modum ponitur communiter. Et ideo de tali superatione vel victoria possent multa dici, sed paucæ sunt auctoritates. Et ideo vide infra de Vincere, & de Victoria, vbi tractabitur.

A **Superbia. Superbus.** Cum superbia sit vitiũ vitiorum, & super omnia alia graue & reprobum putetur & hoc propter hoc, quod quasi cõtra naturam esse videtur pro eo, quod fragilitas naturæ suæ homo ad humilitatis semitã inuitatur, possemus multa de eo dicere nisi quia de eo fuerunt in diuersis præcedentib titulis multa dicta. Breuiter ergo dico, quod superbia est vitium mentis quo quis vltra debitum de seipso præsumitur & tantum se glorificãs alios vilipendit. Terra n. quamuis sit vile & graue elementum, quandoq; tamen in interiorib ventus generatur, qui terrã concutiens terræmotum & tonitruũ magnum facit. Sic vere quamuis terra, i. homo terreus & mortalis vilissimæ sit naturæ, contingit tamen, quod ventus vanitatis & præsumptionis, elationis & superbiæ in eo generatur, ita quod terræmotum tribulationum excitat, & tonitruum verborum, & comminationum promulgat, contra illud Eccl. 10. *Quid superbis terra & cinis* quasi dicatur. Non decet terram superbire, i. non decet terrenum hominem ad quem humiliari pertinet, per superbiæ vitium insanire. Istud n. vitium primum & principale dicitur aliorum. Nam sicut dicitur Eccl. 10. *Initium peccati superbia.* Et ideo illud vitium est summe fugiendum. Hoc monebat Tobias cum dicebat Tobiæ 4. *In sensu tuo aut in verbo tuo superbiam nunquam dominari permittas, ab ipsa enim sumpsit initium omnis perditio.* Et bene dicit dominari, quia scilicet, primi motus superbiæ non sunt in nobis vel in nostra potestate, cum forsitan à complexione nascantur. Dominatio vero superbiæ interdicitur, & hoc quia non nisi in homine voluntarie principatũr.

B ¶ Dico ergo, quod superbiam debemus fugere multiplici ratione, scilicet, quia est

Diuinæ displicentiæ prouocatiua,
Internæ iracundiæ concitatiua,
Verbalis arrogantiæ suscitatiua,
Mentalis sapientiæ excæcatiua,
Crudelis violentiæ executiua,
Pomposæ extollentiæ declaratiua,
Verbosæ eloquentiæ generatiua,
Criminosæ excrescentiæ augmentatiua,
Ruinosæ opulentiæ dissipatiua,
Dolorosæ pestilentiæ introductiua.

Ista enim decem mala vel cornua facit ista bestia mala superbia, propter quæ debet à nobis refugi & vitari. Figurata *per decem cornua bestiæ quam mulier purpurata equitabat*, sicut dicitur Apo. 17. Quia scilic. superbia quam equitant & portant purpurati huius mundi, habet decem cornua supradicta.

C ¶ Primum cornu est diuinæ displicentiæ prouocatio. Deo n. summe displicet superbia, quia superbus est sicut basiliscus, quẽ mustela parua bestiola persequitur & odit. vnde Iud. 9. *Superbi non placuerunt tibi ab initio.* Vnde & ipse Deus Amos 6. *Detestor ego superbiam Iacob.* Sicut n. similitudo est mater amoris, sic dissimilitudo est mater odij & rancoris. Et ideo sicut De⁹ qui est humilis, alios diligit sibi similes, sic superbos sibi cõtrarios persequitur & inuadit. *Deus n. superbis resistit, humilibus autẽ dat gratiam.* Iac. 4. Ideo dicitur Eccl. 10. *Quod odibilis est coram Deo & hominib. superbia.* Et propterea ipsa sapientia increata Dei filius Pro. 8. dicit sic. *Arrogantiam & superbiam & viam prauam & os bilingue ego detestor.* Igitur primum cornu illius bestiæ est diuinæ displicentiæ prouocatio.

¶ Secundũ cornu est internæ iracundię concitatio. Superbus n. faciliter irascitur & difficulter complacatur. Patet de leone, quod est animal superbum, & tamen ad iracundiã promptissimum. Istud patet ad literam de superbis, qui inter se nunquã habent pacem, sed potius discordiam atq; litem. Duo n. corpora rotunda sphærica vel tumorosa nõ possunt inuicẽ copulari, solum n. in puncto se tangunt & ideo nunquam tenaciter se coniungunt, imo ab inuicẽ faciliter se disiungunt. Sic vere tumorosi, superbi & inflati ita parum se coniungunt per amorem, quod nunquã possunt per concordiam copulari firmiter, quin [illegible] facillime solent litibus & controuersijs ab inuicem separari. Nam sicut dicitur Prouer. 13. *Inter superbos semper sunt iurgia.* Secundum ergo cornu istius bestiæ est internæ iracundiæ concitatio. D

¶ Tertium cornu est verbalis arrogantiæ stimulatio. Superbi n. vt communiter sunt arrogantes in verbis, nullum n. possunt dicere verbum gratiosum, sed magis arrogans, indignum & iniuriosum Ps. *Muta fiant labia dolosa. quæ loquuntur aduersus iustum iniquitatem in superbia & abusione.* Elephas n. qui flectere nequit genua, detestabilem promit arrogantiæ barritum. Vnde Esa. 16. *Audiuimus superbiam Moab, superbus est valde superbia eius & arrogantia eius plus quã fortitudo eius.* Et ideo Hier. 48. dicitur illud idem, sc. *Audiuimus superbiam*, vt supra Hie. 49. dicitur. *Arrogãtia tua & superbia tua decepit te qui habitas in cauernis petræ & apprehendere niteris altitudinem collis.* Istud ergo cornu tertium est verbalis arrogantiæ stimulatio. E

¶ Quartum cornu superbiæ est mentalis sapientiæ excæcatio. Superbus enim videtur esse cæcus, nõ enim videt seipsum, nec cogitat in his, quæ pertinent ad salutem. Bubo n. quæ videtur esse auis cornuta, debilissimum visum habet, sic superbus cornutus & elatus, parum visu sapientiæ illustratur. Ventus n. & fumus superbiæ oculos intellectus ita hebetat & obfuscat, quod nec se nec alios videt. Non enim videt superbus vnde venit, nec vbi est, nec quo vadit, non videt etiam quanta est aliorum sufficientia, quia scil. seipsum reputat solum, & omnes alios vilipendit, Et ideo de sapientia dicitur Eccles. 15. *Homines stulti non videbunt illam, longe enim abest à superbia & dolo.* Est igitur quartum cornu superbiæ mentalis sapientiæ excæcatio. F

¶ Quintum cornu est crudelis violentiæ executio. Superbi enim naturaliter sunt crudeles, rapinæ & violentiæ professores, simplicium & pauperum oppressores Prou. 22. *Arma & gladius in via superbi.* Draco enim qui alte videtur volare & ignem dicitur emittere & spirare, est animal crudelissimum, elephanti bestiæ simplici inimicum: sic vere superbi, volatiles & elati ignem crudelitatis spirant & simplices, & pauperes persequuntur, odiunt atque grauant Ps. 9. *Dum superbit impius, incenditur pauper.* Est igitur quintum cornu crudelis violentiæ executio. G

¶ Sextum cornu est pomposæ excellentię ostentatio. Superbi enim gestu & habitu sunt elati, quod patet, quia vix hominem dignatur respicere, erecti solent in suis actibus, & verbis semper superbiam declarare. Similes hyænæ superbæ bestiæ, quæ collum habet inflexibile, quia superbi collum flectere nõ dignantur. Et tamen isti deberent attendere, quod equus qui non potest flectere genua, faciliter cadit, sic tales. Vnde Dan. 4. dicitur quod *Deus gradientes in superbia potest humiliare.* H

¶ Septimum cornu superbiæ est verborũ & iactantiæ cumulatio. Superbi n. semper volunt loqui, habere enim volunt omnia verba & de suis factis & diuitijs se iactare. Tympanum o. plenum vento quando est bene siccum & extentum, multũ est sonorũ, sic vere, qui vento superbię est repletus & ad omne malum per obstinationem extentus & per defectum diuinæ gratię aridus atq; siccus, per verbositatẽ iactãtiæ & superfluæ eloquẽtiæ communiter est sonorosus. Modica o. occasione superbus prorumpit ad sonum, vnde Soph. 3. *Auferam de medio tui magniloquos superbiæ tuæ* Ps. 16. *Os eorum locutum est superbiam.* Istud est ergo septimum cornu superbiæ, sc. verborum iactantiæ cumulatio. I

¶ Octauum cornu est criminosæ excrescentiæ augmentatio. Quia sc. superbia est vitium quod cõtinue crescit. Ventus enim quando à mari vel à terra oritur, est vapor modicus, sed tandem continue crescens efficitur aliquando valde magnus, sic vere K

superbia

superbia à corde procedens, quamuis in sui principio sit modica, continue tamen crescendo fit postea valde magna Ps. 73. *Superbia eorum qui te oderunt ascēdit semper.* Superbio. in qua superbia facilius obstinantur quam alij criminosi. Ventus enim superbię ipsos agitare non cessat, quousq; per mortem ipsos interficiat, & occidat. Vnde de Nabuchodonosor dicitur Dan. 5. quod *spiritus eius obfirmatus est ad superbiam, & depositus est de solio regni sui, & gloria eius ablata est ei, & ab hominibus eiectus est.* Eapone si vis contra superbos. Vnde de tali obstinatione dicitur Iob 5. *Cunctis diebus suis impius superbit.* Istud est ergo octauum cornu superbiæ, sc. criminosæ excrescentiæ augmentatio.

L ¶ Nonum cornu est ruinosæ opulentiæ dissipatio. Superbia n. causa est & occasio, quod superborum gloria, & opulentia parum durat & faciliter dissipatur. Luna enim quę stella est cornuta, faciliter perdit lumen. Montes n. qui præ alijs partib. terræ eleuantur, terræmotū sæpius quam valles patiuntur, sic vere elati & cornuti superbi lumen prosperitatis & gloriæ suæ tēporalis faciliter perdunt, & terræmotum tribolationum incurrūt, vnde Eccl. 21. *Domus quæ nimis locuples est, annullabitur superbia.*

M ¶ Decimum cornu superbię est dolorosæ pestilētiæ introductio, s. mortis æternę. Quia pro certo non sufficit Deo temporaliter superbos prosternere, quinimo solet eos sagitta mortis æternæ iaculari. Fulmen n. quod cœleste iaculum ab antiquis dicebatur, solet magis alta loca percutere, sic iaculū mortis ęternę & percussio diuini iudicij solet libentius lædere corda superba. Iob 40. *Disperge superbos in furore tuo & aiunē arrogantē humilia.* Maiori n. impetu & conatu impellit fulgur loca fortia & resistētia, quam humilia & debilia. Patet de leone, qui libentius inuadit erectos homines, quam prostratos, iuxta illud Hier. 46. *Fortis impegit in fortem.* Sic Deus magis vult resistere sibi resistentib. & superbis, quam humilib. & benignis, quia sicut dictum est Iac. 4. *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.* Sic igitur patet, quod superbia est bestia habēs decem cornua propter decē mala quæ causat, & septem capita propter septem genera quibus constat. Quia scil. superbia habet septem species, quæ sunt

- Arrogantia, quæ fit quando bonum quod non habet, se credit vel dicit habere,
- Inanis gloria, quando de bonis suis laudem hominum quærit,
- Iactantia, quando homo seipsum ostendat & laudat,
- Singularitas, quando aliquod bonum, solus se credit habere,
- Præsumptio, quando bonum quod habet, suis attribuit meritis,
- Proteruia, quando alijs subijci dedignatur,
- Ambitio, quando alijs vult præferri.

Ista ergo bestia cum suis septem capitib. & decem cornib. summe debet vitari, & à cunctis hominibus declinari. Vide supra in titulis de Altitudine, Ascendere, Exaltare, Eleuare, &c.

## Supplantare.
Vide supra de Decipere.

## Superuenire.
Vide supra de accidere.

## Supplicium.
Vide de pœna, & in tit. aduersitas, tribulatio, vel afflictio.

A
## Surdus. Surditas.
Nota, quod surditas, quæ nihil aliud est, quam defectus & impossibilitas audiendi, potest sumi in bono siue in malo. Vnde nota, quod est surditas

- Patientiæ,
- Ignorantiæ,
- Pestilentiæ.

¶ Prima est surditas magnæ perfectionis. Et ista est quando vir patiens iniurijs & improperijs, quæ sibi dicuntur, se præbet surdum patienter audiendo, de quibus in Psa. *Ego autem tanquam surdus non audiebam, &c.*

B ¶ Secunda est surditas magnæ defectionis & ista est quando, scil. homo est ita simplex & imperfectus, quod nescit aliquid intelligere vel audire. Talis surditas est supportanda, & benigniter informanda. Exemplo Christi Marc. 7. *Surdos fecit audire, & mutos loqui,* vnde etiam Leu. 19. præcipitur. *Non maledices surdo, & coram cæco non pones offendiculum.*

C ¶ Tertia est surditas magnæ peruersionis, & ista est quando homo est ita obstinatus & superbus, quod aliquod bonum verbum non vult audire, de quo in Ps. *Furor illis secundū similitudinem serpentis, sicut aspidis surdæ & obturantis aures suas &c.* Vide de Audire, de Auribus vt supra, &c.

## Surgere.
Nota, quod surgere nihil aliud est, quam de loco basso, & infimo se sursum erigere & leuare. Vnde surgere idem est, quod sursum pergere vel sursum se erigere. Igitur notandum, quod quadruplex surrectio vel sursum erectio inuenitur in scriptura, scil. A

- Surgere morale & virtuosum,
- Surgere mirabile & gloriosum,
- Surgere amabile & fructuosum,
- Surgere lethale & vitiosum.

Primum est surgere mentalis eleuationis, de quo Eph. 5. *Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus.* Secundum est surgere diuinæ suscitationis, illud s. quo Christus à mortuis surrexit in resurrectione, de quo Marc. 16. *Surrexit, non est hic, venite & videte locum.* Et illud quo Christus de mundo surrexit in ascensione, de quo potest dici illud. *Surgā, & ibo ad patrem meum.* Luc. 15. Tertium est surgere tribulationis, illud, scil. quo sancti post mortem surgunt de miseria mundi ad gloriam paradisi. Et propter hoc potest dici cuilibet animæ beatæ illud Esa. 60. *Surge illuminare Hierusalem, quia venit lux tua, & gloria domini super te orta est.* Quartum est surgere superbiæ contradictionis, quia superborum alter surgit contra alterum, & alter semper surgere vult & erigi contra alium, vnde Luc. 21. *Surget gens contra gentem, & regnum aduersus regnum.* Vnde etiam superbo, & iniquo Achab dixit Iezabel 3. Reg. 21. *Surge possidē vineam Naboth.* Igitur de isto quadruplici surgere est aliquid dicendum.

¶ Dico ergo primo, quod est vnum surgere humanum & virtuosum, & istud est illud quo mēs surgit à depressione vitiorum, vel ab effectu mundanorum, & quo se leuat ad contemplationem bonorum æternorum. Vas n. plenum aere, si sub aqua ponitur, ibid. non residet, imo statim surgit superius, & ibi residet atq; manet, sic vere homo, qui aere Spiritus S. est plenus, si quādoque contingat aliqua carnis delectatione, vel aliqua rerum temporalium affectione, vel aliqua mundi negotiorum occupatione inferius deprimi, nunquam debet ibi quiescere. sed statim ad Deum sursum surgere & redire. Iuxta illud 1. Reg. 28. *Surrexit Saul de terra, & super lectum sedit.* In terra enim, id est, in affectu terrenorum non debemus esse sicut talpæ, sed debemus sursum ad cœlum, & ad cœlestia ascendere, & surgere sicut aues. vnde Iosuæ 7. *Surge, cur iaces pronus in terra.* B

¶ Vbi aduerte, quod ad surgendum mentaliter debent quatuor præcipue nos mouere, videlicet, C

- Excitatio Dei præcipientis. [Surge.]
- Increpatio verbi corripientis. [Cur iaces.]
- Dispositio status deficientis. [Pronus]
- Inquinatio mundi inficientis. [In terra.]
- Primum probat verbum imperatiuum. [Surge.]
- Secundum probat verbum reprehensiuum [Cur iaces.]
- Tertium probat nomen inclinatiuum. [Pronus.]
- Quartum probat nomen maculatiuum. [In terra.]

Igitur surgamus propter excitationē Dei pręcipientis. Surge inquit. Vapor n. purus & leuis solet surgere quando sol solet eum attrahere & superius eleuare. Camerarius etiam regis nō surgit, nisi ad excitationem regis cōtinuo surgere niteretur, sic vere sol iustitiæ Dei filius dulciter ad surgendum nos attrahit & inuitat. Vnde debemus ipsum audire & sicut puri vapores ad ipsius vocem de mundo & de peccato surgere & exire. Surge inquit Luc. 7. *Adolescens tibi dico surge.* ¶ Et aduertendum est, quod ad Christi præceptum, & excitationem debemus surgere, scil. D

Ad
- Deum amplexandum per dilectionem,
- Deum deprecandum per deuotionem,
- Hostes impugnandum per orationem,
- Mortem meditandum per discretionem,
- Plebem informandum per prædicationem,
- Iter parandum per operationem,
- Mundum fugiendum per detestationem,
- Corpus Christi sumendum per recreationem,
- Culpam dimittendum per confessionem.

Dico quod Deus præcipit nos surgere ad ipsum amplexandū. Et sic dicit animæ Cant. 2. *Surge, propera amica mea.* Itē præcipit nos surgere ad ipsum deprecandū. Et sic dicitur Ionę dormienti Ionæ 1. *Surge, inuoca Deū tuum* & Apostolis dormientib. dictum est Luc. 22. *Surgite & orate, ne intretis in tentationē.* Itē præcipit nos surgere ad hostes impugnādū Es. 21. *Surgite principes accingite gladios.*

Item

Item præcipit surgere ad mortem meditandum. Et sic potest intelligi illud Hier. 18. *Surge & descende in domum figuli*, & dicitur ibi, quod *cum intrasset domum confractum est, quod faciebat figulus supra rotam*. Et de hoc etiam Lu. 24. *Surgens Petrus cucurrit ad monumentum*. Item præcipit nos surgere ad plebem informandam Ionæ 1. *Surge, & vade in Niniuem ciuitatem magnam, & prædica ibi*. Item præcipit nos surgere ad iter peragendum Mat. 9. *Surge tolle grabatum tuum, & ambula*, & Ioan. 14. *Surgite eamus hinc*. Item præcipit nos surgere ad mundum fugiendum Mat. 2. *Surge, accipe puerum & matrem eius, & fuge in Aegyptum*. Item præcipit nos surgere ad ipsum manducandum 3 Reg. 19. *Surge, comede, grandis tibi restat via*. Item præcipit nos surgere ad culpam confitendum. Et sic dicitur Eccl. 31. *Si grauatus fueris in edendo multum, surge de medio, & vome*. Psalm. *Media nocte surgebam ad confitendum tibi*. Sic igitur patet, quod ad diuersa spiritualia negotia debemus surgere propter excitationem Dei præcipientis.

E ¶ Deinde surgamus propter increpationem verbi corripientis. Cur iaces inquit. Ipse enim nō monet, sed arguit & increpat contrarium facientes, sicut enim aucupes solent secum habere aliqua tympana vel instrumenta vt aues territæ de terra leuāt, sic Christus volens (quia *hora est iam de somno surgere*,) ad partem suam capere, sono terribilium comminationum & redargutionū nos concutit & excitat, vt à peccato nos erigat & extollat. Cur iaces inquit. Similis reprehensio ponitur Mat. 20. vbi dicitur: *Quid hic statis tota die otiosi?* Et ideo à talibus passionibus in quibus homo iacet, debemus surgere, vt increpationis possimus stimulis obedire. Exemplo Iudith, de qua dicitur Iud. 10. quod *surrexit de loco in quo iacuerat*. Vide si vis supra de Iacere. Surgamus igitur propter increpationem Dei corripientis.

F ¶ Denique surgamus propter dispositionem status deficientis. Pronus inquit. Pronitas & inclinatio ad temporalia est vitium vel status vitiosus. Homo enim curuus & pronus est in natura defectiuus. Sic illi qui ad vitia & ad temporalia sunt mentaliter inclinati. Et ideo à tali pronitate est surgendum, & prauis cogitationibus recedendum. Sicut enim dicitur Gen. 8. *Sensus & cogitatio hominis prona sunt in malum*. Et ideo cuilibet prono potest dici illud Ionæ 1. *Quid tu sopore deprimeris, surge*. Surgamus igitur propter dispositionem status conficientis.

G ¶ Insuper surgendum est propter inquinationē loci inficientis. In terra inquit. Homo enim qui cadit in aliquem locū fœtidum & immundum, cito & velociter solet surgere, timet enim ibi fœdari, & verecundatur ibi videri. Sic quia peccatū & mundus sunt loca fœtida & immunda in quibus homo fœdatur, & propter quæ pudor & verecundia incurritur & habetur, inde debet homo velociter surgere, & omnia peccata dimittere, horrere. In terra inquit. Exemplo Iob qui dicebat Iob 19. *De terra surrecturus sum, & in carne mea videbo Deum saluatorem meum*. Sic igitur patet, quomodo quadruplici ratione surgendum est à mundi desiderijs & peccatis, & quomodo mens debet sursum in amore Dei & bonorum æternalium leuari, & ibi firmiter radicari, vt sic dicat quilibet illud Luc. 15. *Surgam, & ibo ad patrem*. Et hoc est quod consulitur Mich. 2. vbi dicitur: *Surgite & ite, quia non habetis hic requiem*. Vide alias authoritates de surgere, sc. *Surrexit rex de solio suo*, quas habes supra de ambire (sicut credo valde bonas, & multas in multis locis.) istud est igitur surgere laudabile & virtuosum. Et si vis inuehe contra non surgentes, iacentes & dormientes, ligatos, & inuoluor, &c.

H ¶ Secundo principaliter dico, quod est vnū surgere mirabile & gloriosum, & istud est illud quo Christus surrexit à mortuis, & quo mortui à morte resurgent. De Christo enim dicitur Luc. 24 *Surrexit dominus vere, & apparuit Simoni*. De mortuis etiā dicitur 1 ad Cor. 15. *Quod seminatur in ignobilitate, surget in gloria*. Sed de tali surgere vide supra vbi Resurgere, & infra de Christi resurrectione. Istud est igitur surgere mirabile & gloriosum.

I ¶ Tertiu principaliter dico, quod est vnum surgere amabile & fructuosum, & istud est illud quo sancti surgunt de miseria mundi ad gloriam cœli ita quod eis potest dici illud Mich. 2. *Surgite & ite, quia non habetis hic requiem*, & Act. 9. *Surge, ingredere ciuitatem*.

K ¶ Quarto vero dico, quod est vnum surgere damnabile & vitiosum, & istud est illud quo mali per superbiam volunt surgere. Nota quod mali surgunt multipliciter, sc.

Ad obloquendum mordaciter,
Ad deridendum nugaciter,
Ad cogitandum fallaciter,
Ad imitandum malos moraliter.

Surgunt dico ad mordaciter detrahendum Dan. 7. *Surge, comede carnes plurimas*. Ad nugaciter deridendum Psal. 34. *Surgentes testes iniqui quæ ignorabam, interrogabant me*. Item ad fallaciter cogitandum, vnde Soph. 3. *Diluculo surgentes corrumpunt omnes cogitationes suas*. Item ad malos moraliter imitandum, de quo Num. 32. *Vos surrexistis pro patribus vestris, &c.* Ista ergo de surgere sufficiant. Vide de Eleuare & de Erigere, & Ascendere, de cæteris similibus.

Sursum. Vide supra in tit. de Super.

Suscipere. Nota, quod suscipere sicut recipere sumitur multipliciter in scriptura. Vnde nota quod in scriptura inuenitur susceptio diuina & susceptio humana. A

Prima debet mentaliter concupisci,
Secunda debet realiter adipisci.

¶ Dicamus ergo primo quod est susceptio diuina quæ est mentaliter concupiscenda. Deus enim in manu suæ misericordiæ suscipit hominem, & ipsum liberat atque saluat iuxta illud Psal. 68. *Salus tua Deus suscepit me*. Suscipere enim nihil aliud est quam aliquid in suum accipere. Et ideo peccator à Deo suscipitur quando per suam misericordiam suus efficitur, & quando per pœnitentiam ab eo acceptatur. Rex enim illum quem in suum castrum & tuitionem suscipit, tutius protegit & defendit, sic Deus qui fideles suos suscipit ad gratiam, à tentationibus & periculis eripit, & eos liberaliter custodit Psalm. 106 *Suscepit eos de via iniquitatis eorum, &c.* Potissime autem Deus suscipit in suis tutelam humiles & tribulatos. Sicut etiam rex in sui protectione suscipit personas miserabiles, sc. religiosos, viduas, & pupillos, sicut auis quæ dicitur Kym, suscipit filios ab aquila derelictos Psalm. 145 *Pupillum & viduam suscipiet, & vias peccatorum disperdet*.

¶ Nota quod Deus suscipit B

Pœnitentes ad remissionem,
Confidentes ad tuitionem,
Morientes ad saluationem,
Seruientes ad promotionem,
Innocentes ad defensionem,
Mansuescentes ad dilectionem.

Dico quod iste ad remissionem recipit pœnitentes Hier. *Reuertere ad me & ego suscipiam te*. Item ad tuitionem suscipit confidentes Ps. 138. *Suscepisti me de vtero matris meæ, de ventre matris meæ tu es protector meus*. Item ad saluationem suscipit morientes. Vnde moriturus potest dicere illud Ps. 62. *Adhæsit anima mea post te me suscepit dextera tua domine*. Item ad promotionem & remunerationem suscipit seruientes. vnde in Psal. *Suscipe seruum tuum in bonum, &c.* Item ad defensionem suscipit innocentes Psal. 40 *Me autem propter innocentiam suscepisti*. Item ad dilectionem suscipit mansuetos, vnde in Ps. 146. *Suscipiens mansuetos dominus, humilians autem peccatores vsque ad terram*. Istud est ergo suscipere quo suscipit Deus.

¶ Secundo dico, quod est vnum suscipere quo suscipit homo iustus. Et sic debemus suscipere nos C

Verbum Dei ad audiendum,
Hospites ad reficiendum,
Infirmos ad compatiendum,
Fidem ad ipsam credendum,
Disciplinam ad ipsam tenendum,
Christum ad ipsum colendum.

Suscipiamus ergo verbum Dei, vt ei obedire possimus. Act. 17. *Susceperunt verbum cum omni auiditate*. Item hospites vt eos reficiamus ad Rom. 15. *Suscipite inuicem sicut & Christus suscepit vos*. Item infirmos, vt eis condoleamus Act. 20. *Oportet suscipere infirmos, &c.* Item fidem vt eam corde teneamus Iac. 1. *In mansuetudine suscipite insitum verbum, quod potest saluare animas vestras*. Item disciplinam, vt eam teneamus Prou. 19. *Suscipe disciplinam vt sis sapiens*. Item Christum vt eum colamus, vnde Luc. 1. *Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiæ suæ*.

¶ Tertio dico, quod est vnum suscipere quo suscipit vir iniquus. Et sic dico, quod iniustus suscepit denotandum Psal 16. *Susceperunt me sicut leo paratus ad prædam, &c.* Vide de Accipere, & Recipere, vbi ad plenum inuenies. D

Suscitare. Nota, quod suscitare accipitur multoties pro excitare Prou. 6. *Vade, suscita amicum tuum*. Item pro generare, & sic sumitur Hier. 23 vbi dicitur: *Suscitabo Dauid germen iustum*. Item pro releuare, & hoc vel à statu paupertatis, sicut Amos 7. *Quis suscitabit Iacob quia paruulus est*; & Amos 9. A

Diction. Berchory. BBBBB Susci-

*Suscitabo tabernaculum David quod cecidit.* Vel à statu mortis. Et sic dicitur Oseæ 6. quod *Deus vivificavit nos.* Item sumitur pro introducere vel ordinare, unde Abac. 1. *Vt suscitem rectorē super te Chaldæos gentem amaram,* & Eccl. 10. *Videm rectorem in tempore suscitabit.*

B ¶ Breviter ergo accipiendo suscitare pro introducere, promovere, & exaltare, possumus notare, quod Deus suscitat

- Filium ad mundi redemptionem,
- Prælatum ad mundi directionem,
- Egenum ad status promotionem,
- Mortuum ad vitæ resumptionem,
- Impium ad culpæ remissionem,
- Diabolum ad malorum punitionem,
- Malignum ad inferni damnationem.

Est igitur suscitatio Dei filij mundum redimentis. Iste est n. qui magno tempore videbatur dormisse, quando ad carnis assumptionem visus fuit excitatus & suscitatus fuisse. Unde Deo patri dicebat Abac. 3. *Suscitans suscitabis arcū tuum, &c.* Item est suscitatio boni prælati mundum gubernantis. Deus n. quandoq; patitur Ecclesiam bono prælato carere, sed tandē misericordia motus, solet ei unū providum suscitare. Et sic dicitur Hier. 23. *Suscitabo David germen iustum, & regnabit rex, & sapiens erit.* Vide eam supra de David ubi dividitur & prosequitur, ubi invenies sex proprietates quas debet habere prælatus à Deo suscitatus. Et tamē dominus indignatus videtur dicere Zac. 11. *Suscitabo pastorem in terra qui delicta non visitabit.* Itē est suscitatio egeni statum erigentis. Sicut n. parva herba exiens de terra sursum crescit & augmētatur, sic sæpe fit q̄ pauper in terra depressus, per solius Christi influentiam sursum ad statū prosperitatis ei igitur & levatur Ps. *Suscitans de terra inopem, & de stercore erigens pauperem.* Itē est suscitatio mortui vitā resumentis. Et sic Christus mortuus fuit resuscitatus. Exemplo leonis, qui natus mortuus, rugitu patris post triduum suscitatur 1. Thess. 1. *Expectare filium eius de cælis quē suscitavit à mortuis.* Humanum n. genus in fine mundi à morte suscitabit exemplo phœnicis, qui combustus & incineratus, in avem pristinam suscitatur. De quo Io. 5. *Sicut pater suscitat mortuos & vivificat, sic & filius quos vult vivificat.* Item est suscitatio impij culpā dimittentis, Peccator enim de morte culpæ spiritualiter suscitatur, quando ad statū gratiæ reformatur, de quo Matt. 3. *Potens enim est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.* Item est suscitatio diaboli bonos affligentis. Deus enim ad exercitium iustorum quandoq; suscitat diabolum & membra sua, ut per eorum punctiones stimulentur ad bonum, & ut mali puniantur propter peccatum, de quo Esa. 10. *Suscitabit dominus exercituum super eum flagella iuxta plagam Madian.* Abac. 2. *Suscitabit lacerantes te.* Item est suscitatio impij pœnam incurrentis. Impij enim modo videntur dormire & tunc suscitabuntur, quando inferni malleis tritabuntur Iob 3. *Maledicant ei qui maledicunt diei, qui parati sunt suscitare Leviathan.* Ista de Suscitare sufficiant, vide supra de Excitare, de Eligere, de Promovere, & cæteris similibus.

## Suspendere.

Vide supra in tit. Apprehendere.

## A Sustinere.

Nota, quod sustinere ponitur pro portare, p expectare, pro dissimulare, pro pati, pro supportare, & pro aliquid in patiētia tolerare. Nota igitur quod est

Sustinentia
- Patientiæ,
- Violentiæ,
- Pestilentiæ,
- Amicitiæ.

Primam habent stabilitate firmati, de qua Eccl. 1. *Vsq; ad tempus sustinebit patiens, & postea redditio iucunditatis.* Secundam autem habent adversitate gravati, sc. pauperes, qui continue sustinēt violentiam iniquorum. De quo Esa. 1. *Facta sunt mihi molesta, laboravi sustinens.* Tertiam vero habebunt æternitate damnati, de qua Iudas facti sunt semplū ignis æterni pœnam sustinentes. Quartā vero habēt in charitate fundati, illi, sc. qui amicos & eorū onera sustinēt & supportant, de quo ad Rom. 15. *Nos qui firmiores sumus, debemus imbecillitates infirmorum sustinere.* ¶ Cæteris igitur omissis loquamur de sustinētia patientiæ, qua boni sustinent onera graviora propter Deum. Sicut enim aurum tunc verum reputatur, quando violentiam ignis potest sine diminutione sustinere & substantiæ & ponderis, sic ille apud Deum optimus reputatur, qui mundi tribulamina sine impatientiæ vel indispositionis vitio potest in patientia tolerare. Sicut enim rex diligit militem qui propter eum sustinuit multas plagas, sic Deus diligit illos qui propter eum sustinent huiusmodi mala. Et ideo Deus illum commendat qui propter ipsum pœnas sustinuerat, unde Apoc. 2. dicitur: *Sustinuisti propter nomen meum, & non defecisti.*

¶ Ubi adverte quod in sustinētia tribulationum tria requiruntur, sc. modus causa & finis. Non enim debemus habere B

- Modum humilem expedientem, quia sustinuisti, id est, tenuisti,
- Causam utilem & sufficientem. Propter nomen meum,
- Finem stabilem & perficientem. Et non defecisti.
- Modus expediens sit pro fundamento,
- Causa sufficiens sit pro supplemento,
- Finis perficiens sit pro complemento.

¶ Primo igitur dico, quod ad patienter sustinendum debet esse humilitas pro fundamento, quod ostenditur in verbo *sustinuisti.* Sustinere enim nihil aliud est quam subesse se tenere, quia ille qui aliquid sustinet, sub & inferius se tenet. Ad denotādum quod subesse debemus per humilitatem, si in sustinendo volumus habere firmitatem. Arbor enim melius ventorum impetus sustinet, quando sub terra profunde radicatur & ponitur. Colūna ad sustinendum stabilior est, quæ fundata est inferior & profundior. Sic vere charissimi, ille melius mundi tribulationes sustinet, qui inferius per humilitatē se tenet, & per mortis considerationē magis sub terra remanet atq; iacet. Sustinuisti inquit Eccl. 2. *Quicquid tibi applicitum fuerit, accipe & in dolore sustine.* Humilitas n. & consideratio mortis valde valent ad patientiā. Nota. Ovis quæ brevem habet caudam, melius sustinet hyemem, quā quæ longam. Ad denotandum quod illi qui caudam, i. finem vitæ suæ reputant brevem per considerationē mortis, communiter melius sustinent & patientius mundi mala Eccl. 2. *Deprime cor tuum, & sustine.* Illi vero qui longam habent caudam, i. illi qui diu sperant vivere, sicut sunt divites, qui solent in delitijs abundare, nihil possunt in patientia tolerare, debiles enim sunt, & ideo nihil possunt in patientia tolerare, iuxta illud Iob 6. *Quæ enim fortitudo mea ut sustineam, aut quis finis meus ut patienter agam? Nec enim fortitudo mea ut fortitudo lapidum, nec caro mea ænea est.* Sustinuisti inquit. Et nota, quod debemus sustinere patienter

- Tarditatem æternæ consolationis,
- Gravitatem præsentis tribulationis,
- Asperitatem mortalis resolutionis,
- Onerositatem fraternæ supportationis.

¶ Dico igitur quod sustinenda est & patienter expectanda æterna consolatio. De quo Eccl. 2. *Metuentes dominum sustinete misericordiam eius,* quia sicut dicitur in Psal. 36. *Sustinentes dominum,* i. ipsum expectantes & in eo sperantes, *ipsi hæreditabunt terram.* Item sustinenda est mondana tribulatio, de quo 2. Cor. 4. *Persecutiones patimur, & sustinemus.* Item sustinenda est mortalis resolutio. Mortem enim non debemus timere, sed ipsam in patientia sustinere. Exemplo Christi, de quo dicitur Heb. 12. quod *proposito sibi gaudio sustinuit crucem.* Item sustinere debemus fraternam supportationem, id est, sustinenda est fraterna supportatio, quia fratrum & proximorum debemus onera sustinere & eos in suis necessitatibus adiuvare Eccl. 22. *Amicum salutare non confundar, & à facie illius non te abscondas, & si male tibi evenerit propter illum, sustinebis.* Patet igitur quod in sustinendo mundi tribulamina debet esse humilitas pro fundamento.

¶ Secundo dico, quod in sustinendo adversa debet esse utilitas pro causamento. Propter nomen meum inquit. Causa fecit martyrem & non pœna. Unde qui propter Deum pœnam sustinet, causam proculdubio iustam habet. Si quid n. patimur propter iustitiam, beati. Sustinere enim propter mundum non est meritorium sed propter Deum tantummodo. Unde 1. Per. 2. *Hæc est gratia si quis propter Deum sustinet tristitias.* Quod est contra multos qui pœnam libentius sustinent propter mundum, quā propter Deum. Similes piscibus, qui plus laborant de nocte quam de die, similes etiam argento vivo, quod sustinet magnum lapidem superpositum, modico vero auro superposito statim excidit. Quia, sc. isti in nocturnis mūdi negotijs plus laborant quā in spiritualibus & divinis, & gravem lapidem onerum temporalium libentius sustinent quam modicum aurum, & quā modicum pondus spiritualium passionum. Dicunt enim illud Exod. 18. *Ultra vires tuas est negotium istud, solus non poteris sustinere.* Non sic, sed sustineamus. *Propter nomen meum* inquit, dicentes cum martyribus illud Ps. 43. *Propter te mortificamur tota die.* Et illud. *Propter te sustinui opprobrium.* Et sic intelligitur illud Iacob. 5. *Beatificamus eos qui sustinuerunt.* Sit igitur ibi utilitas pro causamento. C

¶ Tertio dico, q̄ ibi debet esse stabilitas pro complemento. D

Non

[illegible] s & persequentibus [illegible] Vnde [illegible] [illegible] *persecutores non desistunt.* Vide supra de [illegible] quod tamen est contra multos qui sta[illegible] oneri [illegible] dicentes illud Hier. 20. *Defeci, ferre non sustinens &c.* Vide infra de vinculo, & supra in multis locis.

T.

A Tabernaculum. Nota, quod tabernaculum est domus portabilis vel mutabilis, facta de pellibus, pannis, folijs seu lignis. Et potest accipi in bono & in malo. In bono enim primo inuenio quatuor genera tabernaculorum, videlicet,

Tabernaculum ad {
Habitandum,
Meditandum,
Militandum,
Festinandum.
}

Primum est tabernaculum pudicitiæ virginalis,
Secundum est tabernaculum conscientiæ cordialis,
Tertium est tabernaculum Ecclesiæ temporalis,
Quartum est tabernaculum familiæ supernalis.

B ¶ Est igitur tabernaculum interius, quod factum est ad Dei habitationem. & illud est tabernaculum humanitatis Christi, in quo Dei filius habitauit, de quo Apoc. 21. *Ecce tabernaculum Dei cum hominibus.* In quo Christus nouem mensibus latitauit, de quo in Psal. 17. *In circuitu eius tabernaculum eius.* Et iterum. *In sole posuit tabernaculum suum, &c.*

C ¶ Est tabernaculum exterius, quod factum est ad nostram meditationem, & illud est tabernaculum cordis nostri, in quo debet homo spiritualiter meditari. Et de hoc potest dici illud 2 Reg. [illegible] *Reuertere in tabernacula tua Israel*, id est, in secreta conscientiæ. Et de hoc dicitur etiam illud Gen. 18 *Apparuit Deus Abrahæ sedenti in ostio tabernaculi sui.*

D ¶ Est tabernaculum inferius, quod factum est ad bonorum militationem, & illud est tabernaculum Ecclesiæ, in quo nos omnes quamdiu sumus in hac vita militamus. Et de isto intelligitur illud Psal. *Vox exultationis, & salutis in tabernaculis iustorum.*

¶ Est tabernaculum superius, quod factum est ad beatorum recreationem. Et de hoc in Psal. 83. *Quam dilecta tabernacula tua domine, &c.* Et illud *Introibo in locum tabernaculi admirabilis vsque ad domum Dei* Et illud. *Domine quis habitabit in tabernaculo? &c.* Vide etiam supra tit. de habitatione.

F ¶ His igitur præmissis siue per tabernaculum intelligatur B. Virgo, quæ est tabernaculum Christi, siue etiam quilibet iustus vel conscientia boni viri in qua est tabernaculum summi regis, siue etiam religio, quæ est tabernaculum fidelium, possumus si placet exponere illud Numer. 9. *Die qua erectum est tabernaculum, operuit illud nubes.* Et potest esse thema de ascensione Christi, vel de assumptione B. Mariæ. Ecce igitur, quod sicut tabernaculum in quo ponuntur reliquiæ, habet quatuor conditiones, quia, sc. ipsum erigitur, depingitur, clauditur, atq; mundatur, sic dico ad hoc, quod homo sit tabernaculum Dei spirituale, ipse necessario

Eleuatur, & extollitur per contemplationem. Erectum est,
Ornatur & depingitur per honestam conuersationem. Tabernaculum,
Seratur atque clauditur per virtutum occultationem. Operuit,
Purgatur atque tergitur per culparum abdicationem. Nubes.

Primum probat status erectio,
Secundum loci conditio,
Tertium loci conclusio,
Quartum rutis aspersio.

G ¶ Igitur dico primo, quod tabernaculum debet sursum leuari per sublimem conditionem Erectum est inquit, quia sicut tabernacula sursum eriguntur, & in locis altis, & eminentibus collocantur, & per formam pyramidis quam obtinent superius extolluntur sic vere iusti debent sursum mentaliter leuari per affectationem in Deum, & sursum ad cœlestia erigi, & extolli. Erectum est inquit. Homo erectam figuram habet non ad modum brutorum pressam. Ad denotandum, quod si figura corporis erigitur, multo magis mentem debemus ad Deum erigere, & leuare Exod. [illegible] *Mense [illegible] primo, prima die mensis eriges tabernaculum.* Vide supra de erigere. Quod [illegible] tamen est contra multos, qui non sunt tabernaculum erectum, sed deiectum, non superius, sed inferius, non ad cœlum per contemplationem leuatum, sed ad terram per auaritiam inclinatum iuxta illud Nu. 10. *Depositum est tabernaculum.* Et ideo talibus esset necessarium, quod dominus diceret Amos [illegible] *Suscitabo tabernaculum Dauid quod cecidit.* Quia vere multi sunt, qui ita per vitia ceciderunt, & qui per cupiditatem ad terram mentem, & animum depresserunt, quod non poterunt sursum erigi, nisi mereantur à domino per misericordiam suscitari. Patet ergo, quod isti debent sursum leuari per sublimem contemplationem.

¶ Secundo dico, quod isti pulchre ornari debent per honestam conuersationem. Tabernaculum inquit, quod etiam per nomen tabernaculi denotatur. Quia tabernacula in quibus ponitur corpus Christi, solent esse depicta, & etiam multipliciter disposita, & cælata. Ad denotandum, quod si tabernaculum Christi esse volumus necesse est, quod picturam, & cælaturam virtutum, & honestæ apparentiæ habeamus. Tabernaculum inquit. Et sic de nobis poterit dici illud Num. 24. *Quam pulchra sunt tabernacula tua Iacob.* Quod bene figuratur Deut. 16 vbi præcipitur filijs Israel. quod *de lignis pulcherrimis tabernacula facerent, in quibus diebus septem habitarent.* Ita illi qui tabernaculum Dei esse volunt, debent honestatis vigore & pulchritudine se ornare. Tale enim tabernaculum fuit B. Virgo, & ideo dominus in ea habitauit, sicut dicit ipsa Eccl. 24. *Qui creauit me requieuit in tabernaculo meo.* Tale etiam tabernaculum debet esse religio vel Ecclesia, quia ipsa d[illegible] honestatis floribus esse picta, iuxta illud Esa. 32. *Sedebit populus meus in pulchritudine pacis in tabernaculis fiduciæ, in requie opulenta.* Tale etiam tabernaculum debet esse vir iustus, quia semper debet per sanctam conuersationem esse pictus, & honestus Psal. [illegible] *Sancti[illegible] auit tabernaculum suum altissimus.* Vt sic de diuersis picturis virtutum in isto tabernaculo relucentibus intelligatur illud Heb. 9. *Tabernaculum factum est primum, in quo erant candelabra & mensa & propositio panum.* Quia sc. in quolibet viro iusto debet esse

Candelabrum honestatis splendentis,
Mensa pietatis cibantis,
Propositio panum Eucharistiæ nutrientis.

Sic ergo dico, quod illi qui tabernaculum Dei volunt esse, debent ornari per honestam conuersationem.

¶ Tertio dico, quod tale debet serari vel velari per virtutum occultationē. Operuit inquit. Tabernaculum enim diligenter clauditur, ne reliquiæ illic contentæ perdantur, pannis etiam solet velari, ne per subintrantem puluerem valeat maculari. Sic vere charissimi nos debemus per diligentem custodiam nos claudere, & per humilitatem nos abscondere, & tegere, ne reliquias virtutum per inanem gloriam perdamus, & fæces alicuius præsumptionis vel superbiæ incurramus. Operuit inquit Exod. 40. *Operuit nubes tabernaculum testimonij, & gloria domini impleuit illud.* Quod bene figuratum est Exod. 36. Vbi dicitur, quod *tabernaculum fœderis tribus operimentis erat opertum*, videlicet,

Primo operimentu sagorum,
Secundo pellium rubricatarum,
Tertio pellium hyacinthinarum.

Saga enim quæ erant de pellibus caprarum, quę valde sunt pungentes, significant timorem mortis, quia scilicet, valde pungit, & corpus facit fœtidum sicut capra. Pelles rubeæ signant timorem inferni, vbi scilicet, est rubor igneus, & vbi furor sanguineus inuenitur. Pelles vero hyacinthinæ, quæ colorem habent cœlestem, signant amorem paradisi, qui, scilicet, in cœlis furtum esse creditur & præparatur.

¶ Ista enim tria, scilicet, mortis timor, horror inferni, & amor Paradisi debent nos claudere, & velare, & à cunctis exterioribus vagationibus constringere, & arcere Matth. 17. *Faciamus hic tria tabernacula.* Operuit inquit. Vnde Exod. cap. 26. *Facies operimentum de pellibus.* Quod tamen est contra multos, qui non sunt operti sed aperti, non absconditi sed expositi, non per humilitatem inclusi, sed per inanem gloriam sunt exclusi, &c. Vnde de abscondere & aperire ibi multa inuenies. Non sic sed qui tabernaculum spirituale volunt esse caute debent velari per virtutum occultationem. Nota, quod tribus indumentis induit se sacerdos.

¶ Quarto dico, quod isti munde debent rigari vel purgari per K culpa-

culparum expiationem, quod ostenditur cum dicitur *Nubes*. Nubes enim quæ habet pluere, solet terram abluere & lauare. In tabernaculo etiam non reponuntur reliquiæ prius quam à cunctis sordibus emundentur. Ad denotandum, quod illi qui tabernaculum Dei volunt esse, se per confessionem debent abluere, & à cunctis culparum sordibus se mundare, & sic in munditia perpetua se seruare. Nubes inquit, per quam scilicet, puritas designatur. Vnde Num. 16. *Apparuit gloria domini, & operuit nubes tabernaculum.* Et Exod. 40. *Operuit nubes tabernaculum.* Quod est contra multos qui nube puritatis, & munditiæ non sunt operti, sed per multas culparum immunditias sunt polluti. De quibus potest intelligi illud Num. 11. *Nubes recessit, quæ erat super tabernaculum.* Quia pro certo hodie de tabernaculis Ecclesiarum videtur nubes puritatis, & munditiæ recessisse, & ipsos in multis immunditijs dimisisse Psal. *Polluerunt tabernaculum nominis tui.* & Num. 10. *Eleuata est nubes de tabernaculo* Non sic charissimi, sed si volumus esse tabernaculum vbi Deus debeat habitare, habeamus prædictas quatuor conditiones, scil.

Munditiæ loturam [Nubes]
Custodiæ clausuram [Operuit]
Decentiæ picturam [Tabernaculum]
Eminentiæ præturam [Erectum.]

Bene ergo dictum est. Die qua erectum est tabernaculum, operuit illud nubes. Hoc igitur de tabernaculo in bono significato sumpto sufficit.

L ¶ Sed adhuc dico, quod tabernaculum potest accipi in malo & sic possum notare, quod in scriptura inuenitur multiplex tabernaculum, videlicet Tabernaculum

Corruptibile,
Detestabile,
Exterribile.

Primum signat statum mortalitatis,
Secundum signat statum prosperitatis,
Tertium signat statum pœnalitatis.

Est igitur tabernaculum corruptionis, & istud est tabernaculum corporis nostri, in quo, sc. anima miserabiliter hospitatur. Corpus enim tabernaculum dicitur, quia tabernaculum ad manendum non semper sed pro tempore extenditur, sic corpus ad manendum non semper, sed pro tempore extenditur, & finaliter per mortem colligitur, & alibi, scilicet, ad sepulchrum personaliter transportatur Esa. 38. *Generatio mea ablata est, & conuoluta est à me, quasi tabernaculum pastorum*, quasi dicatur. Sicut enim pastores complicant, & mutant sua tabernacula, sic & mors humanum corpus. Istud enim tabernaculum

A { Dæmonibus per tentationes impugnatur,
Mundo per tribulationes fatigatur,
Morte per afflictiones dissipatur.

Quod à dæmonibus impugnetur, patet Iob 10. vbi de dæmonibus dicitur: *Simul venerunt latrones eius, & fecerunt sibi viam per me, & absconderunt in gyro tabernaculum meum.* Item quod mundi tribulationibus fatigetur, patet Dan. 11. vbi dicitur: *Figet tabernacula sua inter maria super montes.* Inter maria inquit, i. inter amaritudines. Item quod à mortis vexationibus perturbetur, patet 2. Petr. 1. vbi dicitur: *Velox est depositio tabernaculi mei.* Istud est ergo tabernaculum mortalis corruptionis.

M ¶ Deinde dico, quod est tabernaculum mundanæ possessionis, & illud est tabernaculum status mundanorum, de quo dicitur Iob 39. *Tabernacula eius in terra salsuginis.* Et nota, quod ista tabernacula sunt mala, & vituperanda, sc.

Quia { Ditantur per iniquam prosperitatem,
Turbantur per malorum aduersitatem,
Cremantur per auaram cupiditatem,
Cassantur per instabilem mobilitatem,
Damnantur per diuinam auctoritatem.

¶ Dico ergo, quod ista tabernacula, scilicet, mundanorum per prosperitatem ditantur, quia sicut dicitur Iob 12. *Abundant tabernacula prædonum, qui audacter prouocant Deum.* Item dico, quod per aduersitatem turbantur, & vastantur Hier. 4. *Repente tabernacula mea vastata sunt.* Vnus enim malus inuadit, & perturbat domum, statum, & tabernaculum alterius Abac. 1. *Suscitabo contra eos Chaldæos, vt possideant tabernacula non sua.* Item per cupiditatem cremantur. In istis enim tabernaculis abundat ignis auaritiæ. Vnde Hier. 51. *Incensa sunt tabernacula eius.* Item dico, quod per mobilitatem variantur vel etiam destruuntur, quia talia tabernacula non perseuerant nec durant Esa. 24. *Agitatione agitabitur terra auferetur sicut* [illegible] *vnius noctis.* Item dico, quod per Dei auctoritatem damnantur. Deus enim non reputat imo reprobat mala tabernacula, quia sicut dicitur in Psalm. 77. *Deus repulit tabernaculum Ioseph, & tribum Effren non elegit.* Istud est ergo tabernaculum mundanæ possessionis.

¶ Denique dico, quod est tabernaculum æternæ damnationis, scil. domus, & tabernaculum inferni, vbi habitant dæmones, & damnati, & de isto dicitur Iob 20. *Deuorabit eum ignis, qui non succenditur*, scil. damnatum, *affligetur relictus in tabernaculo suo.* Istud est ergo triplex malum tabernaculum. N

O ¶ Si vis adhuc dicere de tabernaculo cœli vel Ecclesiæ, potes notare, quod illud tabernaculum est

Æternum, & immutabile,
Iucundum, & delectabile,
Amœnum, & consolabile,
Excelsum, & admirabile,
Amandum & appetibile,
Firmum, & inexpugnabile,
Pulchrum & immaculabile,
Splendidum, & inobfuscabile,
Extensum, & incoarctabile.

¶ Dico ergo, quod illud tabernaculum est immutabile ad semper perseuerandum Esa. 33. *Oculi tui videbunt Hierusalem habitationem opulentam, tabernaculum, quod nunquam transferri poterit*, & Luc 16. *Vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.* Item est delectabile ad iucunde semper exultandum, Psalm. 117. *Vox exultationis, & salutis in tabernaculis iustorum.* Item est spectabile ad amœna considerandum Num. 24. *Quam pulchra tabernacula tua Iacob.* Item est admirabile ad profunde [illegible] co-gitandum Psal. 41. *Transibo in locum tabernaculi admirabilis, vsque ad domum Dei.* Item est affectabile vel appetibile ad amorose concupiscendum Psalm. 83. *Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum, &c.* Item est inexpugnabile ad secure ibi habitandum. Esa. 32. *Sedebit populus meus in tabernaculis fiduciæ, & requie opulenta.* Item est immaculabile, ad ibi honeste viuendum Psal. 45. *Sanctificauit tabernaculum suum altissimus.* Item inobfuscabile ad ibi clarissime videndum Psalm. 45. *In sole posuit tabernaculum suum altissimus.* Item incoarctabile ad spatiose ibi manendum. Vnde de cœlis dicitur Esa. 40. quod *dominus expandit eos sicut tabernaculum ad habitandum.* De tali tabernaculo dicit Dauid in Psalm. *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo?* quasi dicatur. Nullus est dignus.

## Tacere. Taciturnitas.

Nota, quod taciturnitas seu tacere in scriptura inuenitur generaliter loquendo duplex, diuinum & humanum. Deus enim tacet, vel per modum tacentis, se solet habere tribus modis, scilicet, A

Peccata sufferendo,
Supplicia non inferendo,
Præmia differendo.

Patientia enim Dei dicitur tacere, quando peccata fieri tolerat atq; suffert, de quo conqueritur Abac. 1. *Taces*, inquit, *deuorante impio iustiorem se & facies homines sicut pisces maris, & sicut reptilia non habentia ducem.* Deus enim tacet quando fiunt peccata, nec ipsa fieri impedit, cum hoc possit, pro eo quod de tali semper scit elicere bona. Et ideo peccatori suam taciturnam patientiam contemnenti dicitur Esa. 57. *Cogitasti in cordibus, quia ego tacens, & quasi non videns, & mei oblita es.*

¶ Item Deus tacere dicitur, quia patientia sua supplicia non infert, quia, scil. iste statim non punit peccata, non dissimulat peccata hominum propter pœnitentiam, verumtamen sicut sagitta quanto plus arcu trahitur, tanto dimissa currere fortius debacchatur, sic patientia Dei quanto magis retrahitur à percutiendo, & quanto magis Deus tacere videtur pœnam pro criminibus non inferendo, nisi emendati fuerimus, acrius nos punget, & puniet finaliter nos damnando. Vnde Esa 42. *Tacui, semper silui, patiens fui, quasi parturiens loquar, dissipabo, & absorbebo simul.* B

¶ Item Deus tacere dicitur, quia iustorum præmia differt, & sic orabat Dauid in Ps. 108. dicens: *Deus laudem meam, ne tacueris*, & illud: *Ne taceas neque compescaris Deus*, scil. de benefaciendo nobis. Et talem taciturnitatem promittit se Deus non commissurum Esa. 28. *Propter Sion non tacebo, &c.* Sed de ista triplici taciturna C

turna patientia, vide supra de misericordia, iustitia, patientia, & alijs multis titulis.

D ¶ Sed adhuc dico, quod inuenitur taciturnitas humana. Et sic notabo, quod taciturnitas nihil aliud est quam locutionis raritas seu paucitas. Ista autem aliquando est virtuosa, aliquando vitiosa. Vnde nota quod inuenio tacere

Patientiæ,
Sapientiæ,
Ignorantiæ,
Pestilentiæ.

Est dico vnum tacere hominum patientium, quia viri patientes iniuriati non respondent, imo quando etiam docentur, non solent redarguere, sed patienter audire, & tacere. Vnde Iob 6. *Docete me, & ego tacebo, & si quid ignoraui, instruite me.*

E ¶ Item est vnum tacere hominum sapientum. Ad sapientem n. tacere pertinet, non multum loqui, quia *in multiloquio non deerit peccatum*, sicut dicitur Prou. 10. Elephas qui secund. Plin. inter bruta plus vtitur ratione, modicam dicitur habere linguam, quæ, scil. vltra os raro aut nunquam videtur. Sic illi qui ratione magis vtuntur, minori lingua, i. rariori linguæ vsu abundant in tantum, quod per taciturnitatem silentium linguæ eorum, i. locutio raro videtur. Vnde quidam petijt à Socrate qualiter posset sapiens reputari, serua silentium continue. Sic dicitur Prou. 17. *Stultus si tacuerit, sapiens reputabitur.* Vnde Cato. *Virtutem primam reputo compescere linguam. Proximus ille Deo est qui scit ratione tacere.* Amos 5 dicitur: *Prudens in tempore illo tacebit quia dies mali sunt* Istud est ergo tacere hominum sapientium.

F ¶ Item dico, quod est tacere hominum insipientium vel ignorantium, & illud est quando homo tacet, quia nescit loqui vel dicere quicquam boni. Et de hoc Eccl. 2. *Est tacens, non habens sensum loquelæ.*

G ¶ Item est tacere hominum pestilentium, & illud est quando aliquis tacet malitiose, illa quæ tenetur dicere, sicut peccata in confessione, sicut sunt responsiones in quæstione, & cætera similia. Quia

Tacent quidam a loquela confessionis,
Tacent quidam à loquela instructionis,
Tacent quidam à loquela orationis,
Tacent quidam à loquela responsionis.

¶ Tacent igitur male qui peccata nolunt reuelare. Talis enim taciturnitas causat mentis induratonem, & malæ consuetudinis obstinationem, de quo in Ps. 31. *Quoniam tacui inueterauerunt ossa mea.* Item male tacent qui nolunt prædicare, sicut illi qui quamuis habeat scientiam, nolunt tamen, & non dignantur frequentare prædicationem. Contra illud Esa. 62. *Super muros tuos Hierusalem constitui custodes tota die, & nocte non tacebunt* Isti enim sunt sicut speculator super murum, qui merito puniri deberet, si videns hostes à clamore taceret. Vnde Hierem. 4. *Non tacebo, quoniam vocem buccinæ audiuit.*

Item male tacent illi qui nolunt dominum exorare. Contra quos Esa. 62. *Qui reminiscemini Deum, ne taceatis, & ne detis silentium ei.* Item male tacent illi qui nolunt debite respondere, quia multi sunt qui ex indignatione tacent & nolunt dicere veritatem, sicut erant Pharisæi, quibus dominus dicebat Lu. 14. *Si licet sabbathis benefacere? at illi tacuerunt.* Ista sunt igitur quatuor taciturnitatis genera quibus homo solet tacere, & loquendo varijs causis abstinere.

H ¶ His ergo præmissis, de bono silentio quod seruatur vel ratione sapientiæ, vel ratione patientiæ, vel ratione præsentiæ & disciplinæ, aliquid est dicendum. Bona enim taciturnitas & silentium & ineptæ locutionis carentia & in natura commendatur, & in scriptura prædicatur. In natura dico, quia, scil. apes dant nobis formam & exemplar silentij. In sero enim vna ipsarum facto bombo seu sonu alias ad silentium inuitat, quod tunc qualibet tunc seruat, quousque eadem excitante de mane exeat & euagat, vt dicit Ambros. & Plin. In quo quidem natura nos docet, & maxime religiosos, quod ad sonitum & monitum prælati silentium seruemus, & quod nisi eiusdem licentia os nostrum ad eloquia non laxemus, sed quod in taciturnitate debita maneamus Esa. 23. *Tacete qui habitatis in insula.* In India enim dicuntur esse homines carentes ore omnino, & nullũ verbum proferẽtes, loco sermonis signis vtentes, & loco cibi odore arborum viuentes, secundum Isidorum & Plin. signantes vtiq; religiosos & homines prudentes & maturos, qui ore carere dicuntur, silentium seruantes, quia ad superflua colloquia non laxantur, cibo etiam superfluo dicuntur carere per abstinentiam & carnis macerationem & odore bonorum æternorum dicuntur viuere per deuotionem. Vnde de quolibet tali dicitur illud Thr. 3. *Sedebit solitarius, & tacebit, quoniam leuauit se supra se.* Quia videlicet religiosum & ad pœnitentem pertinet quod sedeat per mentis tranquillitatem, quod taceat vitando verbositatem, quod sit solitarius per vitæ singularitatem, quod eleuat se supra se per contemplationis sublimitatem. Et ideo breuiter cuilibet tali potest dici illud Esa. 47. *Sede, tace, intra in tenebras.* In quibus verbis aduerte, quod silentium seu taciturnitas valet ad tria, sc.

Ad { Sedandum mentis affectionem (Sede)
Vitandum malam locutionem (Tace)
Spectandum mortis afflictionem (Intra in tenebras.) } I

¶ Valet ergo taciturnitas ad affectionem mentis sedandam, quia sede inquit; sedere enim quietem à motu designat. Cum ergo vana locutio mentis quietem impediat, bene sequitur quod taciturnitas ipsam procuret & faciat. Vnde illud prædictum Thr. 3. *Sedebit solitarius, & tacebit, &c.* Vide supra de sede. Valet igitur silentium ad affectionem mentis sedandam.

¶ Deinde dico, quod valet ad locutionem vanam vitandam. K
Tace inquit. Frenum in ore equi ponitur, vt totus equus melius ducatur. Ore enim regulato & frenato cætera membra faciliter reguntur. Sic vere si homo bene voluerit regere equum suum, sc. carnem, quia *equi eorum caro & non spiritus*, (Esa. 31.) necesse est, quod in ore frænum silentij sibi ponat, & quod ponitur ab manibus, & mordacibus verbis abstineat, vt sic residua membra, id est, residuos actus melius dirigat atque regat, Tace inquit. Ezech 24. *Ingemisce tacens in conturbatione spiritus.*

¶ Deinde dico, quod silentium valet ad affectionem mortis L
spectandam. Intra in tenebras inquit, quia dum homo in verbis non occupatur, in pœnis mortis iudicij & inferni & in secretis conscientiæ melius & profundius meditatur Gen. 37. *Pater vero rem tacitus considerabat.* Intra ergo in tenebras, i. cogita illa tenebrosa loca Naum 3. *Intra in lutum, & calca* Iob 38. *Nunquid apertæ sunt tibi portæ mortis, & ostia tenebrosa vidisti?* Ideo de tali taciturna meditatione potest dici illud Dan. 10. *Deieci vultum in terram, & tacui, vide supra de mutare.* Sic ergo patet quod taciturnitas valet ad meditandum rerum profunditatem, ad euitandum oris verbositatem, ad quietandũ mentis mobilitatem, vnde ergo dictũ est, sed tace &c. Vide supra de Loqui, Lingua, Labijs, Ore, Mutus & similibus.

## Talis.

Cum talis & qualis sint duo relatiua semper significantia similitudinem alicuius antecedentis, verum A
tamen est quod talis magis habet rationem fundamenti demõstratiui quam qualis. Breuiter ergo notabo de tali quod in bono sumitur & in malo Signat enim adæquationem & similitudinẽ inter duo. Vnde talis qualis tantum valent simul iuncti sicut tanquam, vel sicut, vel quemadmodum, vel quasi, & c. similia. Notabo igitur quod talis signat

Conditionem hominis virtuosi,
Infectionem hominis vitiosi,
Afflictionem grauaminis dolorosi,
Refectionem solaminis gloriosi.

¶ Primo dico, quod est qualitas, i. quædam comparatiua qualitas hominis virtuosi, quia sc. homo iustus dicitur talis quasi demonstratiue loquendo, vt sit exemplum & regula aliorum. B
Vnde de quolibet viro iusto potest dici illud Can 5. *Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus, caput eius aurum.* Et sequitur: *Talis est dilectus meus, & ipse est amicus meus*, imo etiam ipse Christus fuit dilectus talis Heb. 7. vbi dicitur: *Talis decebat vt nobis esset pontifex, sanctus, innocens, impollutus & excelsior cœlis factus* Etiam Paulus Apostolus fuit dictus talis. Vnde ipse dicit Act. 26. *Cupio omnes qui me audiũt, tales fieri qualis ego sum.* Et merito quia pro certo illud nomen significat virtutum excellentiã, & promeretur cœlorum opulentiam. Significat dico excellentiam virtualem sicut in illis prædictis duobus. Talis est dilectus meus, & Talis decebat vt nobis esset pontifex, &c. Vnde etiam Iud. 11. *Non est talis mulier super terram in sensu verborum & pulchritudine.* Meretur ẽt opulentiã æternalem, quia s. illi qui sunt tales, i. tã in virtutibus excellentes, cœlestis gloriæ sunt hæredes. Vnde Mat. 19. dicitur: *Sinite ad me paruulos venire, talium est enim regnum cœlorum.* Et sic dico, quod talis potest significare perfectionem hominis virtuosi.

C ¶ Secundo dico, quod significat infectionem hominis vitiosi. Peccator enim qui excellenter est malus, dicitur talis propter excellentiam prauitatis. Vnde hionice dicitur Malach. 2. *Omnis qui facit malum, bonus est in conspectu Dn, & tales ei placent.* Isti enim videntur tales, & opera eorum talia dicuntur. Vnde Ru. 8. dicitur quod *qui talia agunt, digni sunt morte.* Vnde etiam de malis operibus dicitur Hier. 5. *Stupor & mirabilia facta sunt in terra, Prophetæ prophetabant mendacium, sacerdotes plaudebant manibus & populus meus dilexit talia.* Et tamen Galat. 5. dicitur, quod *qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt.*

D ¶ Tertio dico, quod talis significat excellentiam oneris dolorosi, scil. laboris & grauaminis huius sæculi, de quo ad Heb. 12. *Recogitate enim qui talem sustinuit aduersum se à peccatoribus contradictionem.*

E ¶ Quarto dico, quod talis potest significare eminentiam muneris gloriosi, scilicet gloriam Paradisi, vbi est grandis honoris excellentia, dulcis saporis opulentia, suauis odoris redolentia. Ista enim tria sunt in cœlo, quæ propter excellentiam talia possunt dici. De eminenti enim honore qui ibi est, potest dici illud 2. Par. 9. *Non fuit tale solium in vniuersis regnis.* De dulci etiã sapore qui est ibi, potest dici illud 4. Reg. 23. *Non est factum tale phase à diebus iudicum.* Phase enim erat factum in quo agnus Paschalis comedebatur, significans Paradisum, vbi agnus qui est in medio throni, cibat & pascit beatos. De suauitate enim odore qui ibi est, potest dici illud 2. Paral. 9. *Non fuerunt visa talia aromata allata, sicut dedit Regina Saba Salomoni.* Sic igitur patet, quomodo Talis & Tale potest diuersimode applicari, secundum quod aliis rebus diuersis, & variis copulatur.

A **Tangere.** Cum sensus tactus sit ille qui magis prope sagit obiectum suum, hinc est quod in sensu tactus est maior afflictio & maior delectatio quam in cæteris sensibus inuenitur. In tangendo enim semper agens passo applicatur, & vnum alteri præsentialiter coniungitur & aptatur. Et ideo moraliter loquendo, possumus notare quod multiplex tangere inuenitur in scriptura, scilicet

Tangere {
Dilectionis,
Infectionis,
Deuotionis,
Probationis,
Præsumptionis,
Correctionis,
Inspirationis,
Prædicationis,
Imitationis,
Tribulationis.

B ¶ Dico primo, quod est tactus dilectionis, quia nihil propius tangit quam amor. Vnde Assuerus in signum amoris & clementiæ dixit Hester. Hest. 15. *Accede ad me & tange sceptrum.*

¶ Secundum est tactus infectionis, & iste est quando aliqua mala persona aliam per malam cõbinationem tangit, de quo Leu. 22. *Qui tetigerit quodlibet immundum, immundus erit.*

¶ Tertius est tactus deuotionis, & ille est quando anima cupit mentaliter Deum tangere, & se ei per deuotionis obsequium applicare, sicut de muliere infirma legimus Matt. 9. quod *cupiebat tangere fimbriam vestimenti Iesu dicens, si tetigero fimbriam vestimenti eius, salua ero.*

¶ Quartus est tactus probationis. Res enim tangitur vt probetur, sicut videmus quod moneta probatur per tactum, & sic voluit tangere Isaac Iacob, dicens Gen. 27. *Accede ad me vt tangam te, & probem si tu sis filius meus Esau.* ¶ Quintus est tactus præsumptionis, & istud est quando homo præsumit tangere res sanctas, quarum tactu non est dignus, sicut Oza, qui præsumptuose tetigit arcam testamenti, de quo 1. Par. 13. *Iratus dominus percussit Ozam, eo quod tetigisset arcã.* ¶ Sexto est tactus correptionis, & istud est quando aliquis à Deo vel prælato aliqua afflictione tangitur, vt à suis excessibus corrigatur. Et de Iob 19. *Miseremini mei, miseremini mei saltem vos amici mei, quia manus domini tetigit me.* ¶ Septimo dico quod est tactus inspirationis. Deus n. tangit hominem spiritualiter suam gratiã inspirando, & ipsum ad pœnitentiam conuertendo. Et de hoc dicitur 1. Reg. 10. quod *cum Saul abijt pars exercitus quorum tetigerat Deus corda.* ¶ Octauo est tactus prædicationis. Prædicator n. tangit & excitat audientes dure ipsos arguendo, suauiter ipsos monẽdo, ipsos consolando & docendo. Et de hoc potest dici illud 2. Re. 19. *Angelus domini*, i. prædicator, *tetigit Heliam dicens: Surge & comede, grandis tibi restat via.* ¶ Nono est tactus im[illegible], & illud est quando aliquis illos quos associat, tangit siue in bono, siue in malo imitatur. Exemplo ceræ quæ impressionem sigilli, à quo tangitur, solet recipere. Quod n. tactus & societas malorum, hominem faciat malum, patet Eccl. 13. *Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea.* Quod etiam tactus bonorum faciat hominem bonum, patet 4 Re. 13. vbi dicitur quod *mortuum positum in sepulchro Helisei, cum ossa tetigisset, reuixit.* ¶ Decimo est tactus tribulationis, & ille est quando mali aliquos tribulationibus tangunt, & vexationibus conterunt & affligunt. Contra quos in Psal. 104. *Nolite tangere Christos meos, & in Prophetis meis, nolite malignari.*

C ¶ His igitur præmissis possumus generaliter dicere, quod est quadruplex tactus, videlicet,

Tactus quidam {
Correctiuus,
Perfectiuus,
Infectiuus,
Afflictiuus.

¶ Primo dico quod est quidam tactus per quem [illegible] & iste est quo Deus nos tangit per tribulationem, vel [illegible] prælatus nos tangit ad correptionem. Equus enim insolescens quando calcaribus fortiter tangitur, ad [illegible] dicitur. Limax etiam qui leuato capite & erectis cornibus incedit, statim quando tactus fuerit, ad testam rediens se [illegible]. Calculus etiam quamuis sit frigidus & durus, tamen si [illegible] fortiter tactus, ignis de eo mox exibit. Et [illegible] ferrum [illegible] sum & frigidum ad stellam maris vertitur, si adam[illegible] tactum, & leui ligno appensum in aqua apponatur. Sic procul dubio charissimi tactus correptionis quo à Deo vel [illegible] tangimur, facit nos insolentiam carnis dimittere, & ad [illegible] cruciatis redire. Facit nos cornua elationis & superbiæ deponere & in testam humilitatis includere & venire. Facit nos, quanquam more calculi frigidos & induratos, duros etiam & obstinatos, ignem charitatis emittere, & nos fauillis desiderij incendere & inflammare. Facit etiam nos quanquam feroces & ponderosos, ad stellam maris, sc. ad ipsum Deum & ad beatam virginem recurrere & reuerti, & ipsos per deuotionis & orationis suffragium inspicere. Ecce ergo quot bona facit ille tactus quo per tribulationem à Deo tangimur, vel per correptionem à prælato ferimur. Et hoc vtrumque figuratum est Luc. 5. de leproso, vbi dicitur, quod *Christus tetigit eum, dicens, Volo mundare, & statim mundatus est.* Luc. 7. etiam dicitur, quod *tacto loculo, in quo ferebatur iuuenis mortuus ipsum statim à morte liberauit.* Marc. etiam 9. dicitur, quod *adduxerunt cæcum ad Iesum, rogabat eum, vt eum tangeret, qui eum protinus illuminauit.* Quia procul dubio charissimi tactus tribulationis & correptionis à lepra infectionis & luxuriæ nos emundat, à morte obstinationis & malitiæ nos suscitat & à cæcitate ignorantiæ nos illuminat. Quia breuiter sicut dicitur in Ps. 103. *Ipse est qui respicit terram, & facit eam tremere, & qui tangit montes, & fumigant.* Quia videl. terra, i. terrenus peccator quando per tribulationem tangitur solet ea consideratione diuinæ potentiæ tremere, & sic ad Deum cogitur refugere, & ad ipsum per orationem compellitur fumigare. Et si vis potes aduertere & dicere quod hic ostenduntur quatuor genera bonorum quæ tactus tribulationis facit, quia per talem tactum

- Reportatur fructus possessio. Respicit terram,
- Refrenatur cordis elatio. Facit eam tremere,
- Formidatur Dei punitio. Tangit montes,
- Inflammatur mentis afflictio. Fumigant.

D ¶ Dico ergo, quod talis tactus generat fructuum perfectionem. Respicit inquit terram. Tactus n. ferramentorum, aspectus solis, & tactus radiorum corporum cœlestium, terram ad fructus proferendum disponit, quia pro certo terra fructus nõ generat, nisi ferris & aratris tangeretur, & nisi à radijs solaribus videretur. Sic vere homo per bona opera fructificat, quando radio diuinæ gratiæ interius penetratur, & quando tactu tribulationũ exterius fatigatur, quod ostenditur cum dicitur Terrã, quia terra est elementum fructificatiuum Amos 9. *Dominus [illegible] exercituum tangit terram.* Ista tamen sunt contra multos, qui tali tactu nõ emendantur, sed potius indurantur, similes incudi quæ tactu mallei nõ mollitur, sed magis duratur Iob 41. *Cor eius indurabitur quasi lapis, & stringetur quasi malleatoris incus.* Non sic, sed generet iste tactus in nobis fructuum perfectionem.

B ¶ Deinde dico, quod iste tactus cõcutit mentis præsumptionem. Facit eam inquit tremere. Timor n. Dei & tremorem introducit. Forte enim terrorum quando terram tangit, quandoque

doq; generat terræmotum, sic tonitruum tribulationum si hominem tangit, ipsum ad tremendũ excitat & inducit Iob 2. *Tange ossa eius & carnem nisi in faciem benedixerit tibi.* Tunc dicit homo illud Psal. *Timor & tremor venerunt insuper me, & contexerunt me tenebræ.*

§ Deinde dico, quod iste malleus vel tactus deprimit cordis
F elationem. Tange inquit montes, id est, elatos & superbos, vt supple humilientur, quia sc. tactus & impulsus ventorum montes ita fortiter concutit quod terra aperta mons ipse in concauitatẽ propriam se recludit, ita quod ibi fuerat mons altissimus, inuenitur vallis & locus infimus. Sic vere tactus & impulsus tribulationum montuosos & elatos solet deprimere, & ad concauitatem humilitatis reducere, & ad sui considerationem & cognitionem interius inclinare. Tange inquit montes Iob 14. *Mons cadens defluit, & alluuione terra paulatim consumitur.* Quod tamen est contra multos similes bufoni, qui quanto plus tangitur tanto per impatientiam plus i. flatur. Sic isti quanto plus tribulationibus & correptionibus reprimuntur, tanto plus per superbiam eleuantur. Quod bene figuratur Exod. 11. vbi dicitur, quod *dominus dixit: Adhuc vna plaga tangam Pharaonem.* Et sicut patet ibid. ex tali tactu non est Pharao emendatus, sed magis contra Deum inflatus & ad persequendum filios Israel animatus propter quod in maris barathrum est submersus. Tactus igitur iste deprimit cordis elationem.

G § Insuper dico, quod iste tactus accendit mentis affectionẽ, quod ostenditur cum dicitur. *Fumigare,* enim, *ignem arguit.* Quia sicut impulsus venti solet ignem accendere, & fumum sursum eleuare & euolare & sic tactus tribulationis ignem charitatis accendit & sancti desiderij fumum eleuat & extollit. Fumigans inquit, Vnde in Ps 143 dicitur: *Tange montes & fumigabunt fulgura coruscationem & dissipabis eos emitte sagittas tuas & conturbabis eos.* Tactus enim fulguris & sagittæ conturbatio solet hominẽ mentaliter conturbare, & eum a statu peccati mortaliter dissipare & eum per æternorum desiderium, & per mundanorum contemptum compellere fumigare. Et sic patet quod tactus correptionis & tribulationis in nobis efficit multa bona. Quod tamen est contra multos qui sunt similes illi morbo, qui dicitur: *Noli me tangere,* quia ille morbus quando tangitur, indignatur. Quia pro certo multi sunt qui nullo modo per correptionem volunt tangi, sed potius per adulationem palpari, qui si à Deo vel prælato tanguntur statim per impatientiam indignantur. Æs enim nunquam potest ita modicum tangi quin sonet. Sic nec tales quin murmurent. Et ideo isti similes sunt illi lapidi qui dicitur pyrites, de quo dicit Isid. in lapidario quod *tangi vult leniter blandaq; manu teneri, nam pressus nimium digitos tangentis adurit.* Sic ergo oportet, quod tales intacti & incorrepti dimittantur, qui altas suos tactores comburere & lædere nituntur. Ideo consulitur Nu. 11. *Recedite à tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere quæ ad eos pertinent* Non sic ergo, quia pro certo medicina non sanat infirmum, nisi personaliter tangat ipsum. Et sic est ergo tactus per quem corrigimur.

H § Secundo principaliter dico, quod est alius tactus per quem perficimur, & iste est tactus societatis bonorum, quia pro certo si bonos socialiter tãgimus, mores eorum induimus, & nos eorum conditionibus conformamus. Smaragdus enim est lapis viridissimus, aerẽ quem tangit, in viorem conuertit, significans viros bonos, qui illos quos frequentant & tangunt suis doctrinis & exemplis, virides & honestos faciunt. Quia pro certo, qui consortium bonorum frequentauerit se ipsorum similitudini faciliter conformabit. Bonos igitur tangamus & frequentemus vt nos eorũ moribus conformemus, quia sicut dicitur Luc. 6. *Omnis turba quærebat Christum tangere, quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes.* Iste est igitur tactus per quem perficimur.

I § Tertio principaliter dico, quod est alius tactus per quem inficimur, & iste est ille, quo tangimus mundi bona ipsa diligẽdo, quo nos tangimus malorum vitam ipsam imitando, & quo nos etiã tangimus aliorum iniquitatem ipsam explorando, tales enim tactus illiciti sunt & nobis penitus interdicti. Viadectos enim est lapis pretiosus, qui si tetigerit mortuum virtutem suã amittit. Sic pro certo & homo quanquã pretiosus sit & sanctus; per tales tamen malos contactus virtutem & gratiam perdit, sicut enim dicitur Nu. 19. *Quicquid tetigerit immundus immundum faciet* E Leu. 5. dicitur, quod *anima quæ aliquid immundum tetigerit rea erit.* Bonum est ergo (teste Apost. 1. Cor. 7.) *mulierẽ non tangere,* & [illegible] *a talibus tactibus abstinere,* quamuis Ose. 4. dicatur: *Maledictum furtum, adulterium, inundauerunt super terram, & sanguis sanguinem tetigit.* Iste est ergo tactus per quem inficimur.

§ Quarto dico, quod est alius tactus per quem affligimur, & K
iste est tactus æternæ damnationis. Bonum est ergo vt præsentibus pœnis tangamur, ne æternis miserijs affligamur, vt de nobis possit dici illud Sap. 3. *Iustorum animæ in manu Dei, & sunt, & non tanget illos tormentum mortis,* & sic ergo patet quod est quadruplex tactus sc. Afflictiuus, Infectiuus, Perfectiuus, & correctiuus, & sic sufficit.

**Tanquam.** Cum tanquam denotet mihi quandam cõparatiuam similitudinem, sicut quemadmodum & similia aduerbia, & quia omnia quæ sunt, possunt aliquibus similitudinibus comparari possumus dicere, quod illud vocabulum tanquam potest pertinere ad viros A

Perfectos,
Infectus,
Damnatos,
Beatos.

Primum est tanquam magnæ bonitatis,
Secundum est tanquam magnæ prauitatis,
Tertium est tanquam grandis aduersitatis,
Quartum est tanquam summæ fælicitatis.

§ Igitur primo dico, quod est vnum tanquam, quod pertinet ad viros perfectos. Viri enim perfecti & iusti rebus varijs comparantur isti enim quandoq; gerunt similitudinem diuersarum rerum. Sunt enim Tanquam B

Surdi non audientes per patientiam,
In fornace manentes per pœnitentiam,
Vxoribus carentes per continentiam,
Nihil habentes per paupertatem,
Paruuli lactantes per humilitatem,
Lapides viuentes per stabilitatem.

§ Dico, quod isti sunt sicut surdi non audientes per patientiã Vnde Ps 37 *Ego autem tanquam surdus non audiebam, &c.* Item sunt tanquam in fornace ardentes per pœnitentiã. Et de hoc Sap. 3. *Tanquam aurum in fornace probauit eos Dominus, & quasi holocausti hostiam accepit eos* Item sunt tanquam vxoribus carentes per continentiam. Vnde 1. Cor. 7. *Qui vxores habent, sint tanquam non habentes.*

Item tanquam nihil habentes per paupertatem 2. Corint. 6. *Tanquam nihil habentes, & omnia possidentes.* Item sunt tanquam paruuli lactantes per humilitatem 1. Cor. 13. *Tanquam paruulis in Christo lac dedi vobis edere, non escam.* Item sunt tanquam lapides viuentes per constantiæ stabilitatem. Vnde 1. Petr. 2. *Vos tanquam lapides viui superædificamini domos spirituales.* Igitur illud est tanquã i. similitudo seu comparatio quæ pertinet ad viros perfectos.

§ Secundo dico quod est vnum tanquam, quod pertinet ad C
viros infectos, & sic ipsis ipsis dicitur in Ps. 36. quod *tanquam fœnum velociter arescent & quemadmodum olera herbarum cito decident.*

§ Item tertio dico, quod est vnum tanquam quod pertinet ad D
viros damnatos, & sic de Christo in iudicio dicitur. *Reges eos in virga ferrea, &c.*

§ Quarto dico, quod est vnum tanquam quod pertinet ad E
viros beatos & sic ipsis dicitur Heb 12. *Tanquam filijs se offert Deus.* Vide de Sicut & alijs titulis similibus.

**Tantum.** Idem est quod solũmodo. Vide ergo de solus. Tantum enim videtur esse dictio priuatiua. A
Priuat enim omnem vlteriorem dictionem vel positionem. Et ideo dilata si vis, sed omitto, quia vocabulum est sterile.

**Tantus.** Item est, quod tam magnus. Vide supra de magnitudine.

**Tarditas.** Nota, quod tarditas multa possit significare, A
sed valdæ paucæ sunt authoritates notabiles, ne tamen intacta videatur totaliter, notandum, quod est tarditas

Commendabilis,
Detestabilis,
Formidabilis,
Tolerabilis.

Est dico primo tarditas commendanda, & ista est tarditas deliberatiua, qua, sc. homo tardat & deliberat facta sua facere, vt ad ipsa mature procedat. Bos enim & asinus sunt animalia valde tarda, sunt tamen multo magis vtilia quam tigrides vel leones quæ valde leuia & velocia esse dignoscuntur. Sic vere meliores sunt illi qui per deliberationem sunt tardi, quã illi qui per nimiam præci-

præcipitationem ſunt in ſuis actibus præcipites atq; citi. Ideo
B Iacob 1. dicitur *Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram.* ¶ Secundo dico, quod eſt tarditas deteſtanda, & illa eſt tarditas pigritię qua homo eſt tardus & piger ad faciendum illa, quæ pertinent ad ſalutem ſimilis limaci, quod eſt animal valde tardū. Contra quos dicitur Deu. 23. *Cum votum voueris Domino tuo, non tardabis reddere* Et Eccl. 5. *Ne tardes conuerti ad Dominum.*

C ¶ Tertio dico, quod eſt tarditas formidanda, & iſta eſt tarditas diuinæ patientiæ, qua [illegible] ipſe tardat vſq; poſt mortem reddere retributionem ſuperbis, quia ipſe eſt ſicut aries, qui quanto plus tardat percutere retrocedendo, tanto durius percutit veniendo. Tarda enim videtur iſta iuſtitia iniuriam patienti, non eſt tamen [illegible] da in conſpectu Dei, cui omne quod eſt, totum eſt in præſentia & ideo dicitur Eccleſiaſt. 7. *Memento iræ quoniam non tardabit.*

D ¶ Quarto dico, quod eſt tarditas, quæ eſt tolenda, & iſta eſt tarditas diuini auxilij & gratiæ & tarditas fęlicitas æternę. Deus enim tardat dare beneficia ſua vt auidius appetantur, ſed quanto plus tardat, tanto abundantius tem unerat, ſimilis patrifamilias, qui ex certa ſcientia tardat reddere operario mercedem vſque ad finem ſeptimanæ, vt in fine ſeptimanæ merces ſibi reddita plus ametur. Ideo dicitur Abac 2. *Si moram fecerit, expecta eum, quia non tardabit.* Vide ſupra de Patientia. Differre, Amicitia, Pigritia, & alijs ſimilibus.

A **Taurus.** Nota, q̃ taurus in ſcriptura accipitur vel ſumitur quatuor modis Per taurū enim quod eſt animal indomitum, nulli adhuc iugo ſubiectum, poſſum intelligere Chriſtum, qui dicitur taurus propter fortitudinem indomabilem Deut. 33. *Fortitudo rhinocerotis, quaſi primogeniti tauri pulchritudo eius.*

B ¶ Item ſignificat diabolum, propter crudelitatem incredibilē. Vnde de damnatis dicitur Eſa 34. *Deſcendent vnicornes cum eis &*
C *tauri cum potentibus* ¶ Item ſignificat quemlibet martyrē propter immolationem Deo placabilem. Tauri n. Deo ſolent immolari, & de carne etiam tauri mortui apes, vt dicitur ſolent naſci ga ſ. corpora ſanctorum Deo fuerunt immolata, & multitudo apū i. fidelium de corporibus ſuis mortuis fuit nata, quia occaſione mortis ipſorum in fide fuit generata. Vnde Matt 22. dicitur in
D perſona Chriſti. *Tauri mei, & altilia mea occiſa ſunt.* ¶ Item ſignificat quemlibet impium propter prauitatem deteſtabilem: ſic communiter ſumitur in ſcriptura. Sicut enim Taurus eſt Animal

Ceruicoſum,
Lubricoſum,
Furioſum,
Clamoroſum.

Sic vere peccator eſt elatus & ceruicoſus per ſuperbiām, quia ſ. more tauri caput portat elatum per ſuperbiam & cornutum. Contra quod Eccl. 6. *Non te extollas in cogitatione tua ſicut taurus.* Item eſt immundus & lubricoſus per luxuriam. Vnde de luxurioſo dicitur in Pſ. 67. *Congregatio taurorum in vaccis populorum* Item eſt proteruus & furioſus per diſcordiam. Ipſe enim more tauri gloriatur cum alijs luctari, & pugnam alijs præofferre. Vnde illis poteſt dici illud Pſ 21. *Tauri pingues obſederunt me.* Item eſt clamoroſus & verboſus per iniuriam, quia ſcil. more tauri non ceſſat per murmurationem mugire, & per iniuriam alios perturbare Hie. 50. *Effuſi eſtis ſicut vituli ſuper herbam, & mugiſtis vt tauri, &c.* Vide ſupra de Boue.

A **Tecum.** Vide infra in tit. Vobiſcum.

A **Tegere. Tegimen. Tectum.** Multa poſſet dici de tegere, ſed deficiunt authoritates notabiles, & ideo vide in alijs tit. ſ. de abſcondere, operire, velare, celare, induere & veſtire, omnia enim huiuſmodi tegumenta deſignant, quia in ſcriptura inuenitur Tegumentum

Honeſtatis,
Poteſtatis,
Pietatis,
Falſitatis,
Excuſationis,
Obſtinationis,
Luxuriationis,
Occultationis.

De tegumento honeſtatis quo b[illegible] *Salomon texit domū tabulis cedrinis* De te[illegible] Deus tegit & protegit in ſe ſperantes, [illegible] *bra alarum tuarum ſperabo donec tran[illegible] iniquitas* [illegible] *Dextera Domini teget ſanctos* De tegumento pietatis quo [illegible] ſunt tegenda, dicitur Iob. 4 *De veſt[illegible]* De tegumento falſit[illegible] quo hypocritæ ſe velant, & tegumento excuſationis quo adulatores diuites excitant, vide ali[illegible] De tegumento obſtinationis dicit Auguſtinus, *Si tegis Deus deteget, ſi detegis Deus teget* De tegumento luxuriæ & conſanguinitatis dicit [illegible] dius. *Dulcia fraterno ſub nomine furta tegemus.* De tegumento vero occultationis quo vir humilis tegit & occultat [illegible] noſa, nolens ea videri, dicitur Ezech. 32. *Solem nube t[illegible] & luna non dabit ſplendorem ſuum:* tranſeo. Vide in a[illegible] titulo [illegible] ctis.

**Tempeſtas.** Nota, quod tempeſtas nihil [illegible] quædam aeris di[illegible] mperatia, quæ intuentibus & ſentientibus horrorem incutit & terrorem, quæ ex aqua, vento, turbine fulgure & grandine & aeris impreſſionibus generatur. Poſſum ergo moraliter notare quod A

Tempeſtas ſignificat
- Iniquitatis [illegible] ed[illegible] antiam,
- Proſperitatis affluentiam,
- Crude[illegible] tatis violentiam,
- Aduerſitatis peſtilentiam.

¶ Eſt igitur tempeſtas iniquitatis, Multitudo n. vitior[illegible] ſicut q[illegible] ædam tēpeſtas quæ ſubmergit & obruit peccatores [illegible] B
*Veni in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit me* [illegible] tum illum ſubmergit [illegible] altitudinem maris, [illegible] nam alcend[illegible]. Exemplo Sir[illegible] æ, [illegible] s cantus & pl[illegible] ſigna ſunt tempeſtatis. Sic vere ſolati[illegible], & proſperitates [illegible] ſigna ſunt tempeſt[illegible] atis præſentium viti[illegible] & [illegible] tormentorum Hier. 5. *Tempeſtas erumpens ſuper caput [illegible]* Contra quod
David in Pſ. 68 *Non me demergat tempeſtas* [illegible] ¶ Item [illegible] tempeſtas pr[illegible] atis. Tempeſtas enim [illegible] debitur [illegible] vndans C
omnia diſſipat [illegible]. Vnum tamen eſt quod modicum perſeuerat atq; durat. Sic [illegible] malorum proſperitas alijs eſt nociua parum tamen eſt durabilis aut manſiua. Cito enim mali in ſua gloria deficiant, & quamuis dū durant multa mala faciunt, cito tamen pereunt & deſiſtunt Pro. 10. *Quaſi tempeſtas tranſiens impius non inuenietur iuſtus autem quaſi ſtabile fundamentum* ¶ Item eſt tempeſtas crudelitatis, quia tyranni more tempeſtatis alios fulminant & crudeliter inflammant. Vnde de crudeli Nabuchodonoſor dicitur Eſ[illegible] 5 quod *rotatum quaſi impetus tempeſtatis.* Iſti tamen vtilis eſt patientia. Exemplo graminis & herbæ, quæ viridior eſt tempore tempeſtatis. D

¶ Item eſt tempeſtas aduerſitatis, illa ſ. qua Deus in inferno fulminabit damnatos, de qua in Pſ. *Ignis in conſpectu eius exardeſcet, &c* Ita quod quilibet damnatus poterit dicere illud Thr 5. *Pellis noſtra quaſi clibanus exuſta eſt à facie tempeſtatis & famis.* Contra iſta tamen valet corallus rubeus, i. memoria ſanguinis Chriſti. Sufficiat. Vide de Fulgure, Grandine & Turbine. E

**Temperantia.** De tēperantia nihil pono quia paucę ſunt authoritates notabiles. Vide ergo de ea originalia, & pone ea ſi vis.

**Templum.** Cum templum proprie ſit locus ad cultū Dei dedicatus, & ad religionis officiū ordinatus, poſſumus dicere, quod ſecundū quod aliqui ſpiritualiter colunt diuerſos quidam, ſc. Deum cęli, quidam Deum ſęculi huius, ſecundum hoc poſſunt inueniri bona templa, & mala. A

¶ De templo ergo in bono & malo ſignificato ſumpto primitus eſt dicendum. Notemus ergo, quod eſt templum B

Interius,
Exterius,
Inferius,
Superius.

Templum
- Interius eſt deuotorum,
- Exterius eſt clericorum
- Inferius eſt perfectorom,
- Superius eſt angelorum.

Primum fit de virtutibus,
Secundum fit de lapidibos,
Tertium fit de hominibus,
Quartum fit de ſpiritibus.

¶ Primum ergo eſt templum interius, quod eſt deuotorū, & illud eſt templum conſcientiæ, quia ſc. iuſtus & iuſti cōſcientia templum

...st & ha... Spiritus sancti. Ideo dicitur 1. Cor. 3. *Templum Dei sanctum est, quod estis vos.* ¶ Secundũ est templum exte-
C
rius, ...st elericorum, ... illud est materiale in quo ... ecclesiastici ... Deo, De quo Io. 18 *Semper docui in Synagoga & in templo quo omnes Iudæi conueniunt* ¶ Tertium est templum inferius ... perfectorum & illud est templum ecclesiæ, i. hominum ... & potissime ecclesiasticorum, de quo in Ps. *Adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo* ¶ Quartum est templum superius quod est beatorum de quo in Psal. *Dominus in templo sancto dominus in cælo sedes eius.* His præmissis de templo morali ... est dictum, ... statu ecclesiast. co aliquid est dicendum ... dicamus quod sicut ista templa materialia sunt firmiter fundari, decenter ornari, diligēter mundari sic status ecclesiæ firmiter fundatur ... fidei fundam... de quo 2 Es. 3. *Fundauerunt templum Domini in nouilunio,* i. in nouitate fidei. Decēter ... ornamento, de quo 1. Mac. 4. *Ornauerunt faciem templi coronis aureis.* Et si vis pone quod sicut ad ornandum ... multa requiruntur scil. parietes, cerei, candelabra, campanæ & cantores, crux & sanctorum imagines sic in templo ecclesiæ, vel etiam conscientiæ debent esse parietes ... decentiæ honestatis, lampas & cerei splendentis veritatis, campanæ & cantores diuinæ laudis & sonoræ suauitatis, crux, i. passio Christi mortis & calamitatis, imagines sanctorum, idest, imitatio ... & bonitatis Hier. 30. *Templum iuxta ordinem suum fundabitur.* Item diligenter mundatur, scil. à culparum & criminum purgamento 2. Machab. 10. *Purgato templo aliud altare fecerunt.* De tali altari & templo sic fundato possumus dicere illud Psal. *Sanctum est templum tuum mirabile in æquitate.* ¶ Aduerte ergo, quod templum ecclesiæ vel etiam qualibet bona persona debet habere

Puritatem immaculabilem,
Libertatem inuiolabilem,
Excellentiam considerabilem,
Æquam lancem imperturbabilem:

Primum probat status ...nditio, quia sanctum;
Secundum Dei possessio, quia tuum,
Tertium loci perfectio, quia mirabile,
Quartum iusta liberatio, quia in æquitate.

Templum ergo debet esse

Per { Nullam fæculentiam deturpatum Sanctum.)
Nullam pestilentiam violatum (Tuum.)
Summam excellentiam honoratum. (Mirabile.)
Rectam lancem regulatum. (In æquitate.) }

G ¶ Dicamus ergo primo, quod templum illud debet pollere puritate, quia sc. sanctum est, mundum & purum, & nullis vitijs d...fœdatum iuxta illud prædictum 1. Cor. 3. *Templum Dei sanctum est.* ... enim tantur loca munda diligit, immunda vero odit & ... Apes autem flores mundos & bonos sectantur, in mundo consistunt, aut morantur, sic vere se Deus qui turture vel ape mundior & purior esse dignoscitur, in loco quem inhabitat, sc. in templo ecclesiæ vel conscientiæ munditiam vult inuenire, alias ad illud non solet accedere nec venire, sed potius inde recedere & abire. Sanctum est ergo Psa. *Deus in templo sancto suo.* Cum igitur iste locus debeat esse sanctus & mundus, non decet, quod ab immundis hominibus frequentetur, nec quod vitiorum immunditijs maculetur. Dicit enim Solinus de mirabilibus mūdi, quod aues quæ dicuntur Diomedeæ, quæ plumā habent albam & oculos igneos, domum & habitaculum in altissima maris rupe sibi ædificant, quam quodam ritu mirabili omni die consecrant & sanctificant. Ad mare enim descendentes in aqua se demergunt, & sic domum lustrantes, ipsam alis vibratis quodammodo mundant, sanctificant, cūsecrant, & purificant, & aspergunt, signantes illos, qui in habitaculo ecclesiæ constituti (quod etiam in alta rupe, sc. super firmam petram Christum in medio maris fluctuosi sæculi est fundatum) intra ipsum habitaculum suum, sc. Ecclesiam vel religionem in qua sunt, omni die nituntur in aqua pœnitentiæ se balneare & se aqua lacrymarum aspergere, Deo se consecrare, & ædificare, & dedicare & ipsum in sanctitate seruare, & ab omnibus sordibus & immunditijs se depurare. Sanctum inquit est templum 2 Par. 29, *Sacerdotes ingressi sunt templū Domini, vt sanctificarent illud* Quod tamen est cōtra multos, qui templum conscientiæ vel Ecclesiæ nō sanctificant, nec sanctificare curāt, sed potius ipsum varijs vitijs deturpant, maculant atq; fœdant, iuxta illud Ps 78. *Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum.* O Deus quot hodie sunt pollutores huiusmodi & quot sanctitudinis sedatores. Videtur enim impletum illud 2 Mach. 6. *Templum luxuria & commessationibus erat plenum & scortantium cum meretricibus in sacrisque ædibus mulieres vltro se ingerebant.* Non sic charissimi non, quia proculdubio sicut dictum est, templum illud, sc. ecclesia, religio vel con... debet puritate pollere. Sanctum est, inquit, templum ¶ Secundo dico, quod illud templum debet libertate gaudere, cum dicitur Tuum. Istud enim templum ... possessum. Et ideo sicut videmus quod possessiones filci & ecclesiæ magnis libertatibus & priuilegijs sunt dotatæ, in tantum quod nullus audet eas violare, sic templum ecclesiæ & conscientiæ, quod proprie est tuū. Deus summa libertate gaudet, in tantum quod hic & non alibi potest homo saluari, & propter hoc non potest nec debet, ne per dæmones, nec per homines violari 1. Cor. 3. *Qui templum domini violauerit, destruet eum dominus.* Tuum, supple ô Deus. Quis est ille, qui audeat domum regis inuadere, vel qui fugientem ad immunitatem materialis ecclesiæ, etsi crimē maximum commisisset, auderet violenter extrahere? Non enim debet præsumptuose inuadi, sed ob reuerentiam illius, cuius est, cum reuerentia venerari. Tuum, inquit, Psal. *Adorabo ad templum sanctum tuum domine, & confitebor nomini tuo.* H

¶ Illud est enim templum suum vbi I

Moratur,
Laudatur,
Honoratur.

Dico quod ibi moratur Ps. 10. *Dominus in templo sancto suo* Dico, quod ibi laudatur Ps. 28 *In templo eius omnes dicent gloriam.* Dico, quod ibi honoratur Ps. 67. *A templo sancto tuo quod est in Hierusalem tibi offerent reges munera* Istud est tamen cōtra multos, qui quamuis sciant, quod ecclesia est proprium templum Dei, ipsi tamen ipsum non honorant nec reuerentur, sed ipsum violenter offendunt & deprędantur, sicut sunt potissimum tyranni, & vt communiter sæculares domini & balliui, qui pro certo summe student templum Domini offendere, possessiones Ecclesiæ inuadere, & quicquid habent templi & Ecclesiæ seruitores, pro viribus deuastare. Exemplo vrsi, qui examen apum nō obstantibus apum punctionibus cassat atq; laniat, vt mella eorum deuoret atque rodat. Quia pro certo tyranni hodie student examen apū, i. congregationem bonorum, hoc est dictum, domum & templum Ecclesiæ cassare, & inuadere quicquid habent vt melle diuitiarum suarum possint famem auaritiæ suæ sedare. Istud proculdubio videmus, quod tales vrsos famelicos & sitibundos quasi templum Ecclesiæ est penitus destructum Naum 2. *Portæ fluuiorum apertæ sunt & templum ad solum dirutum est.* Fluuij enim dicuntur tales homines violenti, figurati in Antiocho, de quo dicitur 1. Machabæorum 6. quod *cum audisset in ciuitate Helymayde esse templum locuples valde, quærebat capere ciuitatem sed occurrentes illi de ciuitate ad prælium contra eum exierunt, & eum fugere compulerunt.* Quia pro certo multi sunt tyranni inuidentes templo & ecclesiæ, qui vt possent locupletari, ipsum penitus raperent & destruerent, nisi illi de illo templo & de ciuitate eis cōcurrerent, & se viriliter defensarent. Et breuiter isti sunt illi de quibus dicitur Ezech. 8. quod *dorsa habebant contra templum, & adorabant ad ortum solis*, quia scil. isti contra templum ecclesiæ dorsa verterunt. Non sic charissimi, quia vt dictum est, templum illud debet libertate gaudere, quia tuum inquit.

¶ Tertio dico, quod illud templum excellentiam debet habere, quia mirabile. Illud enim templum antiquum, quod ædificauit Salomon, valde fuit excellens & mirabile, intantum, quod ipse 1. Paral. 22. de eo dicebat. *Domus quam ædificare cupio, talis debet esse, vt in cunctis regionibus nominetur.* Discipuli etiam admirantes mirabilia ædificia templi dixerunt Christo Matt. 10. *Magister aspice quales lapides & quales structuræ* In quo notatur, quod ecclesia vel conscientia viri iusti debet habere excellentes & notabiles virtutes, quod merito debet ab alijs admirari. Sicut enim nos Miramur K

Cœlum propter stellarum multitudinem,
Mare propter aquarum amplitudinem,
Terram propter fructuum multitudinem,
Aerem propter auium celsitudinem.

Sic proculdubio mirari debet Ecclesia propter virtutū magnitudinem. Mirabile, inquit, Luc. 1. *Erat populus expectans in templo & mi-*

*& mirabatur*, ita quod antiquitus solebāt dicere illud Luc. 5. *Vidimus mirabilia hodie.* De mirabilibus autem quæ erant in templo illo, per quæ possunt mirabiles virtutes Ecclesiæ denotari, possumus dicere, quod sicut in templo illo erat arca testamenti cōtinens manna, virgam & tabulam legis Dei, quæ quidem arca erat cooperta propitiatorio, & duo Cherubin deportabant, iuxta vero arcam erat altare thymiamatis, vbi incensum offerebatur, tandem erat ibi velum candelabrum, mensa & altare holocaustorum, sicut dicitur 3 Reg. 7. sic procul dubio charissimi in templo ecclesiæ debent esse omnia ista mysterialiter intellecta. Per arcam n. testamenti intelliguntur viri præsidentes, qui se. manna, i. dulcedinem pietatis, virgam, i. rigorem seueritatis, tabulas legis, i. scientiam totius veritatis debent continere, secum vero duo Cherubin, qui interpretantur plenitudo scientiæ, i. e. doctos ad minus sapientes consiliarios debent habere, propitiatorium veniæ & misericordiæ debent tenere, & iuxta altare incensi & thymiamatis, i. iuxta exercitiū deuotionis & orationis debent manere: Per velum autem intelliguntur virgines & cōtinentes. Per candelabrum doctores & alios illuminantes. Per mensam boni diuites pauperes pascentes. Per altare holocaustorū martyres & religiosi, seipsos Domino immolātes. Omnes tales personæ in templo ecclesiæ solebant reperiri, propter quod merito poterat admirari. Vnde verificatur proprie illud 3. Re. 6. quod *nihil erat in templo, quod non auro tegeretur*, quia pro certo omne illud, quod in illo templo esse solebat, auro sanctitatis & munditiæ præpollebat. Cuius tamen procul dubio est hodie contrarium, quia pro certo personæ ecclesiasticæ non sunt hodie mirabiles sanctæq; & aureæ, sed potius immundæ atq; terreæ. Hodie non mirantur excellentiā suæ sanctitatis, sed potius nequitiam suæ prauitatis, atq; fallaciæ nimiæ magnitudinis. Vnde 1 Mac 1. dicitur quod *Rex Antiochus tulit de templo Dei altare aureum & candelabrum luminis, & vasa concupiscibilia deportauit.* Si Rex diabolus de tēplo ecclesiæ præ dictas sanctas personas sustulit & subtraxit, & in loco earum malas personas instruit & instituit. Vnde proprie hodie videmus verificatum illud Da. 9. vbi dicitur quod *in tēplo erat abominatio desolationis.* Non sic charissimi, sed sicut dictū est istud tēplum excellentiā habere debet. Mirabile inquit.

L ¶ Quarto dico, quod in isto templo æqua lanx debet manere quia in æquitate inquit, ibi n. debet esse æquitas, iustitia, & veritas adæquata in iurisdictione & in subditorū promotione. *Latera n. templi Hierusalem debebant esse æqualia*, sicut dicitur Apo. 21. Sic seruitores huius tēpli debent per sanctitatem esse æquales, non per acceptione munerum vel personarum inæquales, s. promouendo vnum, & alium dimittendo. Vnde Leu. 9. *æqua mensura, & æquū sit pondus.* Vt de quolibet ecclesiastico dicatur illud Mala. 2. *In pace & æquitate ambulauit mecū.* Vide supra de æquitate, de acceptione, de muneribus. Acceptio n. personarum & munerum facit inæqualitatem promotionum. Et ideo *domum vendentes & ementes*, i. munera dantes & recipiētes *legitur eiecisse* sicut dicitur Io. 2. Sed pro certo illi extra templū illud non diu manserunt, imo continuo redierunt. Tanta est n. ibi copia talium, & sunt ita hodie multiplicati, quod non percipitur, quod vnquam fuerint à Domino expulsi vel eiecti, sicut de Lysia legimus 2. Machab. 11. quod *æstimabat se ciuitatē Hierusalem habitaculum gentium facturum, templum vero sicut cætera delubra gentium quæstum pecuniæ habiturum.* Non sic, sed sit ibi æquitas, &c. Sic patet quomodo templum Dei, quod est ecclesia vel conscientia, debet habere

- Iustitiam adæquatam,
- Excellentiam aurelatam,
- Libertatem priuilegiatam,
- Puritatem nunquam maculatam.

Sic igitur dico, quod templum sumitur in bono.

M ¶ Adhuc dico quod Templum sumitur in malo. Templum n. non solum est locus vbi Deus adoratur, imo etiam dicitur locus vbi diabolus cum suis idolis adoratur. Et ideo breuiter per diuersa templa idolorum possum intelligere diuersos status vitiorum, vel etiam hominum iniquorum. Et sic notabo breuiter quod in scriptura inuenitur

Templum { Dagon, Astaroth, Nesrach, Baal, Remon, Dianæ, Belis.

[illegible] ... *ita possum dicere q*[illegible]

Templum { Iracundiæ, Luxuriæ, Acediæ, Auaritiæ, Superbiæ, Gulæ, Inuidiæ.

¶ Ha[illegible] *nacum* [illegible] *sunt c*[illegible] *quad* [illegible] *templ*[illegible] *rosis* [illegible] *mina*[illegible] *tatis*, [illegible] ... Sic igitur, dico, templum sumitur [illegible] ... est sacerdos, enses sunt [illegible] ... *relatores vero verborum* [illegible] ... *dictā excitant, sunt cantores. Et illud* [illegible] Dagon, qui interpretatur piscis [illegible] ... *sc. iracundia dicitur piscis magnus* [illegible] ... *ratione crudelitatis, dicitur* [illegible] ... *ratione factæ & cætera contra al*[illegible] ... Et de isto templo dicitur 1. Mac. 10 *quod Ionathas* [illegible] ... *templum confugerant, vna cum templo succendit*, [illegible] ... iracundiæ hospitantur, furores ignibus [illegible] ... templum domina luxuria & capellas suas & [illegible] ... magna ecclesia. In isto luxuriosus est sacerdos, [illegible] est altare, quod multū adoratur, lenones sunt [illegible] ... hominū sunt campanæ, mali laudatores aut [illegible] ... procuratores, ac cautelæ vetularum sunt cantores. E[illegible] ... templum Astaroth, qui interpretatur cubile, quia ta[illegible] ... cubilibus & impudicitijs volunt esse. Vnde de [illegible] 1 Reg. 1. *quod ipsi posuerunt arma Saul in templo* [illegible] ... interpretatur abutens, quia nullus bonus natur[illegible] ... quam luxuriosus.

¶ Habet templum suum acedia, & in isto templo sacerdos [illegible] ... lectus est altare, quies somnus, & deliciæ sunt [illegible] ... illud est templū Nesrach, qui interpretatur tentatio ten[illegible] ... illi qui sunt ita teneri, quod labores nequeunt sust[illegible] ... per acediam solent quiescere & dormire, & multis [illegible] ... orationibus subiacere. Vnde de Sennacherib dicitur 4. [illegible] 9. *quod cum adoraret in templo Nesrach, fuit à filijs interfectus.*

¶ Habet templum suum auaritia. [illegible] ... vel tabula, auarus est sacerdos, arca est altare, pecunia est [illegible] ... qui colitur & adoratur, quia *pecuniæ obediunt omnia.* E[illegible] ... vero & filij nec non procuratores & famuli sunt ministri. Et [illegible] est templum Baal, qui interpretatus deuorator, quia, sc. auarus [illegible] ... devorat circumstantes. Et de hoc dicitur 4. Reg. [illegible] *quod* [illegible] ... *omnes prophetas Baal in templo ipsius congregauit, & occidit* [illegible] ... *adinuenit.*

¶ Habet templum suum domina superbia, & illud [illegible] ... status eminentiarum, vbi superbus est sacerdos, ado[illegible] ... blanditores sunt cantores, iactantiæ sunt campanæ & [illegible] ... *alijs.* Et illud est templum Remon, qui interpretatur ex[illegible] ... inutilis, quia sc. superbi inutiliter exaltantur. Et de hoc 4 [illegible] ... dicitur, quod *Rex Syriæ adorabat in templo Remon.*

¶ Habet templum suum gula seu gastrimargia, & illud [illegible]

- Templum est taberna,
- Gulosus est sacerdos,
- Mensa est altare,
- Mappa est corporale,
- Cocus est minister,
- Odor ciborum est incensum.

Et illud est templum Dianæ, quia Diana interpretatur [illegible] ægritudines, significans gulam, quæ infirmitates cre[illegible] docet. De quo dicitur Act. 19 *Templum magnæ Dianæ in nihil[um] putabitur.*

¶ Vltimo est templum inuidiæ, quæ & habet templ[um] & illud est aliena prosperitas, inuidus est sacerdos, mur[murato]res sunt ministri, &c. Et illud est templum Belis, qui [interpreta]tur vetustas, quia, scil. inuidia est primum & vetustissimum peccatum. Peccatum enim illud, quod primo homini [illegible] inuidia diaboli, quia sicut dicitur Sapien 2. *Inuidia dia[boli] mors intrauit in orbem terrarum.* Et illud Da. 14. dicitur quod *[ve]nit Daniel in templum Belis.* Hoc igitur de templo sufficiat. Vide de domo, de tabernaculo, & similibus.

## Tentare. Tentatio.

Nota, quod tentare [illegible] dupliciter pro pr[illegible] ... Gen. 22. *Tentauit Deus Abraham.* Aliquādo [illegible] te, seu ad malum inclinare. E[t] de hoc Iacob. *Deus* [illegible] ... *malorū est, ipse autem neminem tentat*, Aliquando pro tribula[tione] [illegible]

lationem sustinere,& sic sumitur Iudit. 8. vbi dicitur: *Tentati sunt patres nostri vt probarentur.* Est igitur triplex genus tentationis, videlicet,

Tentatio { Probatiua, Inductiua, Afflictiua.

Sed istæ tres possunt reduci ad duas. Et sic breuiter distinguo, quod duplex est tentatio, sc.

Vna sostinenda cum patientia,
Altera fugienda cum diligentia.

B ¶ Dicamus ergo primo, quod est quædam tentatio, quæ est sustinenda cum patientia, & ista est illa, qua Deus per tribulationes nos tentat vt probet si firmi & stabiles maneamus. Aurifaber n. aurum in igne solet ponere, vt bonitatem illius probare valeat & tentare. Moneta etiam tactu lapidis tentatur. Etiam balsamus probatur cum in aqua portatur ad profundū descendit & denatat. Etiam quidā sunt homines in vna regione, qui ita sunt zelotypi de mulieribus suis, quod quando mulier habet infantem, & voluit probare an sit suus, portant eum ad quendā serpentem & si serpens ille non tangat puer est suus, & si tangat non est suos. Quia quandoq; Deus bonitatem hominū probat & tentat igne infirmitatis ipsus affligendo. Aliquando ipsus lapide tribulationum tangendo. Aliquando aqua mundanæ prosperitatis abluendo, talis enim tentatio si bene sustinetur, proficit, bonitatem moralem declarat & ostendit, quia sicut dicitur Iacob. 1. *Beatus qui suffert tentationem, &c.* Vide eam supra de probare vel suffere. Ista est igitur tentatio sustinenda.

C ¶ Sed secundo dico quod est tentatio metuenda, & ista est tentatio suggestionis, vel inductionis, quia, sc. ad malefaciendū mundus, caro, dæmonia nos alliciunt atq; tentant. Tentatio itaq; suggestionis nihil aliud est, quam ad casum inductio atque impulsio. Sed quia supra tanquam in locis infinitis de tali tentatione est actum, ideo ad præsens parum est de ea dicendum.
¶ Hoc solum ergo notandum est, quod tentatio huiusmodi

Inchoatur a cogitatione,
Mediatur in delectatione,
Terminatur in executione.

Quia scil. diabolus primo facit hominem de peccato cogitare. Secundo facit hominem in peccato huiusmodi delectationem inuenire, sc. proponendo sibi delectabilia quæ sunt ibi. Tertio facit eum consentire, & negotio operam demum dare. Tentatio enim est sicut serpens qui sibilat dulciter in ingressu, occidit turpiter in egressu.

D ¶ Et aduerte, quod homini in tentatione tria sunt necessaria videlicet,

Fugere omnem occasionem,
Tollere omnem præsumptionem,
Quærere Dei tuitionem.

Dico ergo quod occasionem oportet fugere. Non enim oportet quod homo frequentet illa, quæ possunt esse causa vel materia tentationis, sed quod inde fugiat & recedat. Papilio enim quando in splendore lampadis delectatur non cōbureretur nec in oleo sub mergeretur, nisi frequentando lampadi appropinquaretur. Balæna etiam incaute littori appropinquans mari subito recedente sibi fit, & piscatorum insidiantium parti cedit, est igitur vtile Balænæ à littore se elongare, & in profundo maris manere. Papilio vero vtile est à lampade recedere, & à suis splendorib. præcauere. Sic vere charissimi summe est vtile homini, qui præsentiam rerum, quæ tentationē possunt inducere, fugiat & quod inde pro viribus recedere studeat. Cum n. incaute littori mundi & lampadi prosperitatis appropriat, & eorum splendorib. se delectat subito igne tentationis cōbuiuitur, & per malum desiderium in mundi littore circa diuitiarum sabulum arrestatur, & sic a venatore diabolo per consensum malum capitur, & per mala opera puoiter necatur, quia sicut dicit Apost. 1. Tim. 6. *Qui volunt diuites fieri incidunt in tentationem & laqueum diaboli.* Igitur dico quod occasionem tentationis oportet fugere, q etiam Dominus in oratione dominica docet petere in illu verbo. & *ne nos inducas in tentationem*, hoc est dictum, ne nos permittas induci in occasionem tentationis.

F ¶ Deinde dico, quod præsumptionem oportet tollere. Necesse est enim quod homo non sit præsumptuosus, & quod in proprijs virib. non confidat, tales enim solent sæpius cadere, quia Deus vt expetiantur vires suas, ipsos solet sibi ipsis dimittere, vt tandem debilitatem suam cognoscentes, in se non præsumant confidere vel sperare, sed cor suum in domino stabilire. Illud vtdemus quotidie in nouitijs religionis, & etiam multis alijs, qui præsumunt de suis viribus vltra modū, quod si vident alios delinquentes, ipsos horrent & contemnunt. Cōtra tales loquitur Apost. Gal. 6. *Fratres si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales &c.* Et bene dicit, ne & tu tenteris, quia s. Deus permittit quādoq; tentari vt expertus virib. præsumptiosi humiliati. Exemplo Petri, qui in proprijs viribus dicebat cōfidens *Etiamsi oportuerit me mori tecum, non te negabo*, & tamē ipsum dimisit Deus cadere, vt diceret de suis virib. nec præsumere necesse, vnde enim est talibus talis casus. Nam vt dicit Pl. dens lupi sanat passionem lunaticam sustinentes, quia pro certo illi qui sunt lunatici, i. præsumptuosi, tunc temporis sanantur, quado dentibus lupinis, i. tentationibus dæmonum supponuntur. Sapient. 8 *Tetigit autem & iustos tunc tentatio.* Igitur dico, quod præsumptionem oportet tollere.

¶ Denique dico, quod tuitionem Dei oportet quærere. Est enim necesse, quod homo tentatus recurrat ad Deum se ei committendo, & ne vincatur ab hostib. ipsū humiliter deprecando Mat. 26. *Vigilate & orate ne intretis in tentationem.* Primo in corpore animalis est necessarius ad spiritum attrahendū, & ad cordis ardorem temperandum, & ad refrigerium prosurtendum. Sic H vere atris ctio Spiritus S. per deuotionem & orationem est homini necessaria vt tentationum suarum ardorem temperet, & vt appetitus & mala desideria cordis sui refrigeret & immutet. *Orate*, inquit. Et merito, quia pro certo Deus ipse nos potest cōtra tentationes iuuare, nos vero non possumus sine eius auxilio contra diabolum triumphare, *Non, enim potestas super terram quæ ei comparetur, qui factus est vt nullum timeret* Iob 14. Sed pro certo si Deū in adiutorium requirimus cōstat, quod eo mediante omnibus hostib. præualemus. Iste n. est sicut allectoria lapis pretiosus cuius virtus facit in prælio vincere. Iste enim est sicut lapis amatides, qui vestem tactam facit incendia non sentire. Quia sc. qui Dei præsentia per granā adiuuatur, nec in bello tentationis vincitur, nec tentationum ignib. inflammatur. Vnde in Psa. 17. *In te eripiar à tentatione & in Deo &c* Deus n. à tentatione eripit, in quantum succurrere non permittit 2. Per. 2. *Nouit Deus pios de tentationibus eripere.* Ipsos tam: n quandoq; fortiter permittit & statim non adiuuat nec succurrit, vt eorum virtus & patientia cōprobetur. Sic etiam rex fortissimum militem hostibus opponit & eum ex certa scientia, quādoq; bene verberari permittit glorians in eius virili defensione, sicut de Tobia legimus Tob 2. q *Deus & hanc tentationē permisit euenire, vt posteris daretur exemplum patientia.* Et Tob. 12. dicitur ab Angelo: *Quia acceptus eras Deo, necesse fuit vt tentatio te probaret.* Ipse enim facit illud, quod ipse alijs consulit Eccl. 6 *Si habes amicū in tentatione posside illum.* Quando enim videt, quod ipse facit quod in se est, ipsum solet eripere, & ne succumbat, ab hostibus liberare, quia sicut dicitur 1. Cor 10. *Fidelis est Deus & non permittit vos tentari vltra quam potestis, sed faciet cum tentatione etiam prouentum vt possitis sustinere.* Et ad Heb 2. dicitur quod *Christus propter hoc quia tentatus est, potens est, & his qui tentantur auxiliari.* Igitur dico, quod homini Tentato

Tuitionem oportet quærere,
Præsumptionem oportet tollere.
Occasionem oportet fugere.

Ista de tentatione sufficiant, quia de ea tractatum est in titul infinitis. De tentatione vero in quantum dicit probationem, vidē de probatione, & aggrega si vis auctoritates notabiles in illa authoritate. *Beatus vir qui non abijt in consilio*, &c.

# Tempus.

A Nota, quod tempus secundum Philosophos nihil aliud est quam mensura motus. Omne n. quod fit virtute creata, fit cum quadam successione & cum quadam motus continuatione, & ista successiō seu cōtinuatio dicitur tempus. Cum igitur diuersæ sint rerum quæ sunt in motu, conditiones, necesse est esse diuersas temporum varationes.

B ¶ Et ideo breuiter & moraliter loquendo possum notare, quod in scriptura inuenitur Tempus

Viuentis fragilitatis,
Labentis prosperitatis,
Vigentis aduersitatis,
Sequentis mortalitatis,
Ardentis calamitatis,
Gaudentis societatis.

Ista enim sunt tempora statuum, personarum videlicet,

Viuentium corporaliter,
Labentium temporaliter,
Egentium miserabiliter,
Morientium naturaliter,
Pereuntium naturaliter,
Triumphantium æternaliter.

Dico ergo primo, quod est vnum tempus præsentis vitæ, sc. fragilitatis viuentis. Vita enim præsens proprie dicitur tẽpus, quia tempus semper fluit & currit, & de præsenti in futurum transit, & de ipso nihil omnino præter nunc existit, in eodem statu etiã tempus non moratur, sed subito de serenitate ad obscuritatem, aliquoties transmutatur. Sic proculdubio vita nostra à die natiuitatis vsq; ad diem mortis non cessat fluere & currere, & nunquam potest in eodem statu sistere aut manere, quinimo per diuersas ætates labitur & de statu ad statum subito transmutatur. Et ideo de tali loquitur Eccl. 18. *A mane vsq; ad vesperam mutabitur tempus.* Vide eam in sermone & pone eam ibi, quia sicut dicitur Iob. 14. *Homo natus de muliere, breui viuens tempore repletur multis miserijs, qui quasi flos egreditur & conteritur, & fugit velut vmbra, constituisti terminos eius.*

C ¶ Istud enim tempus habet

Vilem inceptionem, quia natus de muliere,
Curtam dimensionem, quia breui viuens tempore,
Tristem afflictionem, quia repletur multis miserijs,
Debilem conditionem, quia quasi flos egreditur,
Labilem durationem, quia conteritur & fugit velut vmbra,
Stabilem præfixionem, constituisti terminos eius.

¶ Istæ sunt sex conditiones temporis vitæ nostræ, quia breuiter illud est tempus vtiliter inceptiuũ. Natus, inquit, de muliere Iob 25. *Nũquid apparere potest mundus natus de muliere?* quasi diceret non. Vnde Eccl. 3. dicitur, quod *tempus nascendi &c.* Item illud tẽpus est leuiter transitiuum. *Breui,* inquit, *viuens tempore* Sap. 2. dicitur. *Exiguum & cum tædio est tempus vitæ nostræ.* Item illud tempus est grauiter afflictiuum. *Repletur,* inquit, *multis miserijs.* Vnde illud tempus, de quo dicitur Soph. 1. *Dies illa dies iræ, &c.* Et Ezec. 30. *Dies nubis tempus gemituum.* Quia puer statim gemitum & planctum solet emittere, ad significandum, quod ad laborem & gemitum natura nos voluit parturire. Item istud est tempus debiliter permansiuum. *Super omnia enim debilis est & fragilis vita nostra, quia quasi flos,* inquit, *egreditur.* Cant. 2. *Flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis aduenit,* quasi diceret, vita nostra sicut flos in iuuentute apparet & egreditur, cito vero conquassatur dum per mortem tollitur & putatur. Item istud tempus celeriter est defectiuum quia *conteritur,* inquit, *& fugit velut vmbra.* Vnde Sap. 2. *Vmbræ transitus est tempus vitæ nostræ.* Item tempus illud stabiliter est præfixum, quia, s. tempus vitæ nostræ est apud Deum limitatum & certum. *Constituisti,* inquit, *terminos eius, qui præteriri non poterũt.* Constat n. quod illud tempus durationis vitæ nostræ quod à Deo constitutum est & præfixũ, impossibile est pertransiri. Sicut enim dicitur Iob 24. *Ab omnipotente non sunt abscondita tẽpora.* Et ideo bene dicitur Iob 14. *Constitues mihi tempus in quo recorderis mei.* Sic igitur patet, quod est vnum tempus fragilitatis viuentis.

D ¶ Secundo dico, quod est vnum tempus prosperitatis labentis. Prosperitas n. mundi sicut tempus, quia sc. sicut motus temporis continue mouetur atq; labitur. Istud enim est tale tempus quale est quando pluuia & tempestas est ventura, tunc n. solet ardor solis fortior esse, pulices & muscæ solent acrius pungere, Sirenæ solent dulcius cantare, delphini solent altius saltare, sed ꝓ certo tale tempus solet statim deficere, & tempestas & pluuia cito venit, quæ totam serenitatẽ præteriti temporis obnubilat & obducit. Quia vere mundi prosperitas tempus huius vitæ est, vbi viget ardor auaritiæ fortioris, vbi pungunt pulices & muscæ i. ministri & sæuitiæ acrioris, vbi cantãt & saltant Sirenæ & delphini, i. diuites qui nunc gaudent fructu lætitiæ plenioris, verũtamen cito perit & deficit talis serenitas & subito per mortẽ adnihilatur talis prosperitas & maiestas, quia sicut dicit Seneca. *Reproborum læta cito ad perniciem veniunt.* Et breuiter de tali tempore dicitur Eccl. 11. *Tempus præterit, mors appropinquat.* Et illud proculdubio non considerant tales, quia videtur eis quod tẽpus semper debeat durare, contra quos dicitur Eccl. 18. *Memor esto paupertatis in tempore abundantiæ,* quod vtiq; multi non faciunt, & ideo sicut nautæ, qui mutationem temporis non præuident, in mare infernise detrahunt & submergunt. Isti enim modo habent tempus suum, sed pro certo finaliter venient ad tempus alienum. Et breuiter illud est tempus, de quo dicitur Ose. 2. *Cessare faciam gaudium eius, solennitates eius, neomeniam eius, sabbathum eius, & omnia festa tempora eius,* quia sicut dicitur Dan. 2. *Deus mutat tempora & ætates transfert regna atq; constituit.* Istud est ergo tempus prosperitatis labentis.

¶ Tertio dico, quod est vnum tempus necessitatis vrgentis, seu aduersitatis præsentis, & illud tempus quo in mundo diuersimode flagellamur, de quo Hest. 14. *Ostende te nobis in tempore tribulationis.* Istud est n. sicut tempus hyemis, quod quãuis videtur asperum, turbidum & sterile, est tamen rebus naturalibus congruum & vtile. Virtus enim naturalis per ramos arborum & per membra animalium dispersa, ad interiora retrahitur, vbi fortificatur & reparatur, ita quod in vere, & in æstate ad fructificandum aptior inuenitur. Sic vere tempus tribulationis quamuis sit frigidũ & rigidum, & ad sustinendũ asperum, est tamen ipsũ in patienter sustinentibus quam plurimum virtuosum. Cõpellit enim affectus & appetitus mentales vndiq; ad temporalia dispersos ad interiora retrocedere, de salute cordis & animæ cogitare, & sic homo ad fructificandum per bona opera habilitatur, & virtus spiritualis in eo reparatur. Vnde de bona arbore dicitur Hie. 17. quod *tẽpore siccitatis non erit sollicita, nec aliquando desinet facere fructum,* quinimo sicut gramina secund. Plinium tempore tempestatis gaudent, & tempore pluuiæ magis virent, sic iusti tempore aduersitatis fiunt meliores sanctitate, & moribus pulchriores. Et ideo tempus pœnitentiæ tribulationis & miseriæ præsentis, est illud tempus de quo loquitur Apost. 2. Cor. 6. *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis* Esa. 49. *Tempore accepto exaudiui te & in die salutis audiui te.* Patet ergo, quod est vnum tempus aduersitatis præsentis. E

¶ Quarto dico, quod est vnum tempus mortalitatis sequentis, & illud est tempus mortis, quod sc. comparatur nocti, quod est tempus naturaliter obscurum, & diei & luminis priuatiuum, quod quamuis in meridie non videatur de propinquo, tamen de aduentu ipsius nullatenus dubitatur, quia, scilicet, nox, id est tempus mortis, quod diem præsentis vitæ destruit necessario est futurum, & quamuis non videatur, debet tamen præuideri continue sicut certum, de quo Eccl. 11. *Si multis diebus vixerit homo, & in his omnibus lætus fuerit, meminisse debet temporis tenebrosi & dierum malorum.* F

¶ Quinto dico quod est vnum tempus calamitatis ardentis seu vrgentis, & illud est tempus iudicij vel inferni, de quibus dicitur Deut. 32. *Iuxta est dies perditionis, & adesse festinant tẽpora.* Istud est tempus, in quo mali cum suis vitijs puniuntur, quia s. animalia, quæ in æstate impinguantur, sicut oues & boues, conuerso in hyeme carnib. depauperantur & econtra illa, quæ tempore æstatis sunt macra, sicut sunt aues fluuiales, quæ in hyeme propter quietẽ sunt pinguia. Sic vere tẽpus æstatis huius vitæ, & tẽpus hyemis mortis sunt duo tẽpora contraria, quia diuites qui in æstate huius vitæ p prosperitatẽ sunt pingues, in hyeme mortis suæ erunt miseri atq; macri. Econtra autem illi qui modo sũt macri per paupertatem, erunt tunc pingues per ęternã voluptatem & fœlicitatem. Teste enim Sapient. Eccl. 3. *Omnia tempus habent. & suis spatijs transeunt vniuersa.* Et ideo de piscibus videmus, ꝙ secundum temporũ varietatem suam augent pinguedinẽ, vel minuunt bonitatem. Tempus ergo quo mali aliquid valent est in præsenti. Tempus vero quo nihil reputabuntur, erit finaliter in sequenti. Ideo de illis dicitur Deu 32. *Mea est vltio, & ego retribuam eis in tempore, vt labatur pes eorum* Psal. 47. *Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo.* Istud est igitur tẽpus calamitatis ardentis. G

¶ Sexto dico, quod est vnum tempus societatis gaudentis, vel tempus satietatis replentis, & illud est tempus gloriæ Paradisi. Homo enim nunquam seminat & metit eodẽ tempore, & modo, sed potius contrario, quia quod homo vno tempore serit in tempore contrario colligit, & quod vno tẽpore seminatur dispergendo, in contrario tempore colligitur aggregando. Sic vere charissimi, cum tempus huius vitæ sit ordinatum ad semina virtutum & bonorũ operum seminandũ & ad bona nostra pauperibus dispergendum, necesse est, quod sit aliud tempus contrarium, sc. tempus vitæ æternæ, vbi seminata metantur, & vbi dispersa aggregentur. Vnde secundum Apost. *qui seminat in lachrymis in gaudio metet* 2. ad Corint. 9. & Galat 6. *Tempore enim suo metemus non deficientes.* Et ideo de tali tempore dicitur Danielis 7. *Tempus aduenit & sancti obtinuerunt regnum.* Omnia enim habent tempus suum, quia sicut dicitur Ecclesiastic. 8. *Omni* H

*negotio*

*negotio tempus & opportunitas*. Vnde de conchylibus videmus, quod vno tempore, ſcilicet, nouilunij inueniuntur vacua, contrario vero tempore, ſcilicet, plenilunii fiunt plena. Sic vere pauperes non habent modo tempus ſuum, ſed habebunt in futuro, modo eis ſplendet luna noua, id eſt, proſperitas temporalis, quæ eſt valde diminuta & ideo iſti modo ſunt inanes & vacui, & bonis temporalibus non repleri, ſed pro certo in futuro tempore, quando luna plena proſperitatis æternæ fulgebit, tunc procul dubio omnibus bonis replebuntur. Vnde ſanctis dicitur Sapient. 4. quod *in tempore erit reſpectus illorum*, quando (vt dicitur Sap. 3.) *donum & pax eſt electis Dei*. Non ergo debent triſtari pauperes ſi in tempore præſenti flagellantur, ſed potius gaudere & exultare, ſperando quod in futuro tempore lætabuntur, quia ſicut dicitur Eccl. 1. *Vſque ad tempus ſuſtinebit patiens, & poſtea redditio iucunditatis*. Sic ergo patet, quod inter cæteros modos, tempus & modus ſumitur. Omnia ergo, quæ ſunt ſub tempore ad aliquod iſtorum temporum pertinent & reducuntur, & ideo diuerſa negotia diuerſis temporibus competere dignoſcuntur. In verbis enim & in factis obſeruanda ſunt tempora, quia quæ debito tempore non fiunt, melius eſt, quod non fierent quam ſi fierent. Vnde etiam de verbo debito tempore dicto dicitur Prou. 25. quod *mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore ſuo*. E contra Eccl. 20. dicitur, quod *ex ore fatui reprobatur parabola, eo quod non dicit eam in tempore ſuo*, & ſufficiat.

**Temporalia.** De temporalibus poſſent infinita dici, ſed nullæ ſunt authoritates notabiles, & de eis in pluribus locis eſt tractatum, idcirco omitto. Vide de diuitijs & ſimilibus. Et ſi vis pone hic materiam & allega originalia.

A **Tendere.** Nota, quod tendere quandoque ſumitur pro fortiter extendere, quandoq; ſumitur pro inſidias parare, quandoque pro creſcere, quandoque pro ire vel pro ambulare. Quod enim ſumatur pro forti vel rigida extenſione, patet 2. Reg. 16. *Tetenderunt Abſalon tabernaculum in ſolario*. Item quod ſumatur pro inſidiarum præparatione, patet 2. Par. 25. vbi dicitur, de quodam rege quod *poſtquam receſſit à Domino, tetenderunt ei inſidias ſerui ſui*. Item quod ſumatur pro augmentatione, vel cremento, patet Exod. 19. vbi dicitur, quod *ſonus buccinæ paulatim creſcebat, & in prolixius tendebatur*. Item quod ſumatur pro ire vel ad aliquam partem peragere dicitur Ioſuæ 8. quod *qui ſimulauerunt fugam, & tendebant ad ſolitudinem, reuerſi ſunt, &c.* vide in prædictis titulis.

A **Tenere.** Nota breuiter, quod tenere & teneri in ſcriptura multipliciter ſumitur. Vnde breuiter notandum eſt ſicut in alijs materijs, quod in ſcriptura inuenitur

Tenere {
Virtuoſum,
Vitioſum,
Doloroſum,
Gaudioſum.

¶ Eſt dico tenere virtuoſum & commendabile & illud eſt quando homo tenet vel ſeruat diuina mandata iuxta illud Prou. 4. *Tene diſciplinam, & ne dimittas eam*. Item eſt tenere vitioſum & deteſtabile, & illud eſt, quando homo tenet & ſeruat vitia & peccata de quo Eccl. 10. *Initium omnis peccati ſuperbia qui tenuerit eam adimplebitur maledictis*. Vel etiam quando homo à peccatis tenetur & occupatur, de quo Luc. 4. *Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus*. Item eſt tenere doloroſum & contriſtabile, & iſtud eſt illud, quo homo in tribulationibus tenetur, de quo Matth. 14. *Herodes autem tenuit Ioannem, & ligauit eum in carcerem, &c.* Item eſt tenere gaudioſum & conſolabile, & iſtud eſt illud quo beati tenent & perſeueranter retinent gloriæ dignitatem, quia ſicut dicitur 1. Reg. 2. *Deus de ſtercore erigit pauperem vt ſedeat cum principibus & ſolium gloriæ teneat*.

B ¶ Igitur dicamus aliquid de tenere commendabili & virtuoſo. Tenere enim idem eſt, quod adimplere, & aliquid inuiolabiliter obſeruare, quia pro certo ſicut videmus, quod illud, quod ab aliquo fortiter tenetur, abire non permittitur, ſed ſeruatur, ſic homo debet virtutes & merita ita tenere, & Dei mandata taliter ſeruare & implere, quod non debet ab ipſo fugere nec abire. Tenere enim perſeuerantiam denotat in tenente. Et etiam virtuoſus ſimilis debet eſſe viti, quæ dicitur quaſi vi tenens, vel quaſi virtuoſe tenens, eo quod de natura vitis eſt arbori ſe proximæ iungere, & illud cui adhæret ſtringere fortiter & tenere, quia pro certo viri iuſti alijs per charitatem ſe fortiter iungunt, & bonum quod ſemel ceperint, de cætero non dimittunt. Quod vtique patet de viris charitatiuis, qui tenaciter diligunt, dicentes illud Cant. 3. *Inueni quem diligit anima mea, tenui nec dimittam*. Quod etiam patet in viris perſeuerantibus & nunquam defectiuis, quia, ſcil. virtutes quas ſemel apprehenderunt, ſemper tenent, iuxta illud 1. Theſſ. 5. *Omnia probate, quod bonum eſt tenete*. Quod tamen eſt contra multos, qui manum perſeuerantiæ ita habent infirmam, quod nihil poſſunt tenere, Imo quicquid virtutis habuerint, ſolent dimittere & laxare. Similes dolio fracto vel deligato, quod liquorem tenere non poteſt, quia tales qui circulis diuinorum mandatorum non ſunt ligati, ſed potius diuerſis vitijs diſſipati, virtutes contentas non tenent, ſed ipſas perdunt potius atque fugant Eccleſ. 21. *Cor fatui quaſi vas confractum, perdet omnem ſapientiam*. Non ſic, ſed teneamus quæ ſunt tenenda, iuxta illud Apo. 3. *Tene quod habes & nemo accipiat coronam tuam*. ¶ Vbi aduerte quod talis tenentia & perſeuerantia debet C teneri vel haberi triplici ratione, ſcilicet,

Vt compleamus mandatum quod præcipitur,
Ne careamus virtute quæ recipitur,
Ne amittamus ſalutem quæ promittitur.

¶ Igitur primo tenenda ſunt, complenda & obſeruanda quæ ſunt ad ſalutem vtilia. Tene inquit, imperatiue loquitur. Vnde 2. Theſſ 2. *Qui tenet, nunc teneat*. Et illud prædictum. *Quod bonum eſt tenete*. ¶ Et nota quod præcipimur tenere, D

Baculum ad ſuſtentandum,
Clypeum ad protegendum,
Gladium ad pugnandum,
Thuribulum ad incendendum,
Organum ad decantandum,
Deum ad adorandum,
Proximum ad adiuuandum.

Igitur teneamus baculum crucis, vt ſuſtentemur. Exod. 12. *Tenentes baculos in manibus comedentes agnum*. Item teneamus clypeum fidei, vt defenſemur 1. Paral. 12. *Fugerunt ad Dauid viri robuſtiſſimi clypeos tenentes*. Item teneamus gladium verbi Dei vt dæmonibus aduerſemur. Vnde de fortibus Salomonis dicitur Canticorum 3. *En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt, omnes tenentes gladios*. Item teneamus thuribulum orationis vt in Deum mentaliter inflammemur. Vnde de Ozia dicitur 2. Paral. 26. quod *in manu tenebat thuribulum vt adoleret*. Item teneamus organum lætitiæ, vt gratias agendo & Deum laudando gratulemur & iucundemur 2. Para. 29. *Steterunt Leuitæ tenentes organa Dauid*. Item teneamus Deum per fidem vt ipſum veneremur Mar. 14. *Tenete eum, & ducite caute*. Item teneamus proximum per charitatem vt ei fœderemur. Vnde Geneſ. 25. *Alter egrediens plantam fratris manu tenebat* Iob 41. *Tenentes ſe nequaquam ſeparabuntur*. Igitur teneamus tenenda, vt quæ præcipiuntur teneamus.

E ¶ Secundo dico quod tenere debemus tenenda ne quod acquiritur, careamus. *Quod habes* inquit. Natura enim abhorret vacuum, & ideo dolium plenum illud quod continet, in tantum diligit & tenet, quod quanquam perforatum fuerit, niſi ab alia parte aer poſſit ſubintrare, ipſum fluere non permittit, Sic vere & nos debemus abhorrere vacuitatem virtutum, in tantum, quod illas quas habuerimus dimittere non debemus Quod habes inquit. Vnde Apoc. 2. *Veruntamen illud quod habetis, tenete donec veniam*. Iſtud tamen eſt contra non perſeuerante. qui illa quæ habent, non poſſunt tenere. Similes illi qui brachium habet fractum. Vnde de talibus poteſt dicere diabolus, *Brachium Pharaonis confregi & ecce non eſt obuolutum*, &c. Non ſic chariſſimi, ſed teneamus tenenda, ne quod acquiritur careamus.

F ¶ Tertio dico quod tenere debemus tenenda, ne quod promittitur amittamus. *Vt nemo*, inquit, *Accipiat coronam tuam*: quaſi diceret, coronam promiſſam perdes, niſi bene teneas quod poſſides. Sicut dicitur 2. ad Tim. 2. *Non coronabitur niſi qui legitime certauerit*. Quia pro certo corona gloriæ non dabitur niſi qui perſeueranter tenuerit & impleuerit quod præcipitur, quia ſicut dicitur Eccl. 27. *Niſi in timore domini tenueris te inſtanter, cito ſubuertetur domus tua*. Patet ergo quod tenere debemus illa quæ pertinent ad ſalutem, ne quod promittamus vt quod præcipitur faciamus. Iſta de bono tenere ſufficiunt.

G ¶ Sed adhuc dico, quod tenere accipi poteſt in malo. Et ſic dico quod eſt tenacitas

Auaritiæ mundialis,
Immunditiæ corporalis,
Amicitiæ temporalis,

Violentiæ infernalis.

Est dico tenacitas mundialis auaritiæ. Auari enim quod semel rapiunt, nunquam amplius volunt dimittere vel restituere, sed continue retinere, similis leoni, qui prædam quã rapuit, quando aliquem viderit, timens quod eam velit sibi auferre, fortius solet tenere, & eam amplexando cubare desuper & sedere, sicut dicit Plinius. Sic vere raptores & auari illud quod rapuerunt, nunquam amplius dimittere quærunt, sed semper fortius illud retinent, amplexantur & custodiunt. Vnde Esaiæ 5. de raptore dicitur. *Rugitus eius vt leonis, rugiet vt catuli leonum & frendet, & tenebit prædam, & amplexabitur, & non erit qui eruat.* Ista est ergo tenacitas mundialis auaritiæ.

H ¶ Deinde dico quod est tenacitas corporalis immunditiæ. Luxoria enim ita fortiter ligat & tenet quod semel infectum vix illæsum dimittit. Similis bubalasso periculo maris, qui ita tenet nauem impingentem quod citius frangitur quam euadat, quia scilicet luxoria illum quem tenet, vsque ad fracturam mortis non dimittit. Vnde de luxuriosis mulieribus dicitur Prou. 18. *Qui tenet adulteram, stultus est,* supple, & stultior, qui recedit ab illa.

I ¶ Denique dico quod est tenacitas temporalis amicitiæ. Amicitia enim mala valde ligat & tenet, similis adamanti, à quo trahitur & tenetur ferrum. Vnde de squamis Behemoth dicitur Iob 41. *Tenentes se nequaquam separabuntur.*

K ¶ Insuper dico quod est tenacitas infernalis violentiæ. Illi enim qui sunt ibi tenaciter ibi tenentur, dicentes ex desperatione illud 2. Reg. 1. *Interfice me, quia tenent me angustiæ.* Hoc ergo sufficiat de tenere. Vide de ligare, de retinere, vt fiat aliquid.

## Tentorium.
Idem est quod tabernaculum. Vide in tit. tabernaculum.

## A Tenebra.
Cum tenebra dicitur à tenendo, eo quod teneat oculos ne videant, & nihil aliud est quam obscuritas aeris ex carentia luminis generata, possumus dicere quod in scriptura breuiter inuenitur multiplex tenebra, scilicet,

Tenebra {
Superior,
Inferior,
Anterior,
Interior,
Exterior,
Posterior,
Sobterior.

B ¶ Primo dico, quod tenebræ superiores signant diuinam humilitatem. Sol enim quandoque videtur obscurari, quandoque nube immergitur, vel eclipsim patitur. Sic Dei filius quodam modo visus est duobus modis à suo lumine obtenebratus, quando videlicet positus est in nube, id est, in virgine Maria per incarnationem, & quando eclipsim passus est per passionis afflictionem. De incarnatione enim eius dicitur in Psalm. 17. *Posuit tenebras latibulum suum in circuitu eius tabernaculum eius.* De passione vero eius potest dici illud quod legitur Lucæ 23. quod *moriente domino factæ sunt tenebræ super vniuersam terram.* Et breuiter sicut dicitur Iohel. 2 & exponitur supra de sole. *Sol conuertetur in tenebras & luna in sanguinem.* Sol enim Dei filius conuersus est in tenebras carnem assumendo Psalm. 111. *Exortum est in tenebris lumen rectis corde, & luna,* id est, assumpta mutabilis caro sua conuersa est in sanguinem, mortem sustinendo. Sic ergo dico quod tenebræ superiores signant diuinam humanitatem. Tunc enim Deus ita fuit in tenebris, quod quasi à nemine fuit notus quamuis ipse esset lux quæ in tenebris lucebat, tenebræ tamen eam non comprehenderunt Io. 1.

C ¶ Secundo dico quod tenebræ inferiores signant scripturæ profunditatem. Abyssus enim propter suam profunditatem est tenebrosa, & hoc quia lumen solis non potest attingere ipsius profundum. Sic vere tanta est abyssus diuinæ scripturæ, & tanta est ibi copia aquarum & sacramentorum, quod propter suam profunditatem omnibus est tenebrosa, & quasi nulli hominum clara, perula aut luminosa. Vnde in Psalm. 17. dicitur. *Tenebrosa aqua in nubibus aeris.* Veruntamen sicut illi qui sunt in profundo maris in tenebris, solent oleum habere in ore, quo emisso solent videre & respirare, sic vere si in profunditatem sacræ scripturæ volueris videre, necesse est oleum diuinæ gratiæ habeas, vt tenebras obscuritas repellas. Vt de scriptura dicatur illud Exod. 14 *Erat quæ nubes tenebrosa, & illuminans noctem,* quia sicut dicitur 2. Corinth. 4. *Deus fecit de tenebris lumen splendescere.* Et sicut dicitur Iob 12. *Ipse reuelat profunda de tenebris.* Tenebræ igitur [illegible] significant scripturæ profunditatem.

¶ Tertio dico quod sunt tenebræ anteriores, quæ significant iustorum humilitatem. Humilitas enim tenebris comparatur, quia omnia bona sua vult abscondere, & nihil per inanem gloriam propalare Amos 5. *Dies domini tenebræ, & non lux.* D
Vnde etiam de viris iustis dicitur Esaiæ 50. *Induam cælos tenebris, & saccum ponam operimentum eorum.* Sancti enim viri sunt obtenebrati & tenebrosi per mortis & iudicij meditationem & vmbrosi & obscurosi per suarum virtutum occultationem & absconsionem, vt de ipsis possit dici illud Psalm. 138. *Tenebræ non obscurabuntur à te & nox sicut dies illuminabitur.* &c. Istæ sunt ergo tenebræ anteriores, quæ signant iustorum humilitatem. Anteriores dico quia istæ tendunt ad bona spiritualia & æterna, quæ ante nos sunt.

¶ Quarto dico quod sunt tenebræ interiores, quæ significant E
cordium obscuritatem, seu culparum iniquitatem, & istæ sunt tenebræ ignorantiæ vel peccati, quæ pro tanto dicuntur tenebræ, quia sicut tenebra

Lumini contradicit,
Colores rerum abscondit,
Verecundiam tollit,
Timorem incutit,
Somnolentiam nutrit.

Sic peccatum

Lumen veritatis repellit per ignorantiam,
Colorem honestæ conuersationis abscondit per insolentiam,
Verecundiam tollit per impudentiam,
Timorem desperationis incutit per spei carentiam,
Somnolentiam malæ delectationis nutrit per acediam & pigritiam.

¶ Habet ergo tenebra peccati lumen veræ cognitionis repellere, quia scilicet ita obnubilat oculum intellectus, quod non videt quæ pertinent ad salutem. Vnde Io. 11. *Qui ambulat de nocte, offendit, quia lux in eo non est.* Et 1. Ioan. 2. *Qui odit fratrem suum, ambulat in tenebris, & nescit vnde veniat aut quo vadat.* Q[illegible] peccator non aduertit vnde venit per vilem natiuitatem, a[illegible] quo vadat per tristem mortis aduersitatem. Ideo breuiter p[illegible] sumus dicere illud Esaiæ 59. *Palpauimus quasi cæci parietem, & quasi absque oculis attrectauimus, impegimus meridie quasi in tenebris.* Item habet tenebra peccati colorem honestatis abscondere. Peccator enim vix ostendit bonæ conuersationis honestatem vel [illegible]lorem. Matth. 6. *Si oculus tuus,* id est, conscientia tua *nequam est totum corpus tuum tenebrosum.* Item habet ista tenebra verecundiam & pudorem tollere. Peccator enim & obstinatus existens in tenebris peccare non verecundatur de suis sceleribus, quod [illegible]men faceret si in lumine gratiæ esset, dicens illud Eccle[illegible] *Tenebræ circumdant me, & parietes cooperiunt me, & nemo circumspicit me, quem vereor, delictorum meorum non memorabitur altissimus.* Item ista tenebra habet timorem incutere. Peccatores e[nim] pidauerunt timore vbi non erat timor. Tenebra enim p[eccati] facit eos desperare de salute, & per consequens timere [mor]tem & iudicij aduersitatem Psalm. 54. *Timor & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebræ.* Item habet ista tenebra somnolentiam facere. Tenebra enim est aptum tempus ad dormiendum, quia scilicet illi qui in tenebris peccati delectantur debent dormire, propterea quod ad exercitium bonorum ope[rum] non vigilant & occupantur Psalm. *Tenebræ conculcabunt me, & nox illuminatio mea in delitijs meis.* Et ideo qui sunt in tenebris pec[cati], non possunt nec bene facere nec bene incedere. *Via enim peccatorum tenebrosa, nesciunt vbi corruant* Prouerb. 4. Multa tamen turpia & enormia perpetrant, quia istę tenebrę peccatoribus a[u]d[aciam] præstant, quia sicut dicitur Iob 24. *Perfodiunt in tenebris domos, & in tenebris quasi in luce ambulant.*

¶ Vnde aduerte quod quatuor genera operum consueuerunt fieri in tenebris, scilicet,

Auaritiæ contractus,
Immunditiæ contactus,
Detractionis latratus,
Inuidiosi sufflatus.

Quod enim contractus auarorum & vsurariorum fiant in

neb[ris]

nebris & absconditis, patet Iob 5. vbi dicitur. *Per diem incurrent tenebras, & quasi in nocte sic palpabunt in meridie.* Patet etiam de mercatoribus pannorum quorum domus sunt tenebrosæ. Quod etiam luxuriosorum actus fiant in tenebris patet, quia constat quod talia opera volunt fieri in absconditis & occultis. Vnde Prou. 7. dicitur. *Considero vecordem iuuenem qui transit sic per plateas iuxta angulos domus mulieris malæ, graditur in obscuro aduesperascente die, in noctis tenebris & caligine.* Quod etiam detractorij latratus habeant fieri in tenebris, id est, in absentis & in occulto, patet Eccl. 5. vbi dicitur quod *cunctis diebus vitæ suæ comedit in tenebris, & in curis multis & ærumna & tristitia.* Quod etiam inuidiosi afflatus fiant in tenebris patet quia viri inuidi semper sunt tenebrosi, pallidi & obscuri. Inuidia enim in tenebris solet latere, & nunquam in palam euenire. Vnde inuidus potest dicere illud Iob 7. *Replebor doloribus meis vsque ad tenebras.* Sic ergo patet quod sunt tenebræ interiores, quæ significant criminum iniquitatem.

G ¶ Quinto dico quod sunt tenebræ exteriores, quæ significant mundanam prosperitatem. Prosperitas enim mundi tenebris comparatur, quia pro certo omnia prædicta mala quæ facit peccatum in hominibus, prosperitas operatur. Vnde dominus loquens homini iusto dicit Esa. 60. *Ecce tenebræ operient terram, & caligo populos, super te autem orietur dominus,* quasi diceret, terræ & populis & mundi peccatoribus dabo tenebras mundanæ prosperitatis, tibi vero orietur dominus per lucem gratiæ & spiritualis claritatis. Quia pro certo sicut bubones plus diligunt tempus noctis quod est tenebrosum quam diem qui est luminosus, sic peccatores plus diligunt tenebrositatem prosperitatis, quam claritatem spiritualis sanctitatis. Vnde Ioan. 3. *Dilexerunt homines magis tenebras quam lucem.* Istæ ergo sunt tenebræ exteriores, quæ significant mundanam prosperitatem.

H ¶ Sexto dico quod sunt tenebræ posteriores, quæ significant corporis mortalitatem. Mors enim tenebris comparatur, quia per eam homo lumine vitæ priuatur & obscuratur Iob 17. *In tenebris straui lectulum meum.* Et Iob 38. *Nunquid apertæ sunt tibi portæ mortis, & ostia tenebrosa vidisti?* Vnde etiam istæ sunt tenebræ post quas sperabat Iob ad lucem vitæ redire, dicens Iob 17. *Et rursum post tenebras spero lucem.* Vnde etiam de morte potest intelligi illud Psalm. 103. *Posuisti tenebras, & facta est nox, in ipsa pertransibunt omnes bestiæ syluæ.* Istæ ergo sunt tenebræ posteriores, quæ significant corporis mortalitatem.

I ¶ Septimo dico quod sunt tenebræ subteriores, quæ significant doloris aduersitatem scil. tribulationes mundi & inferni, quia ibi est tempus tenebrosum, tædiosum & dolorosum. Vnde de tenebris præsentis tribulationis potest dici illud Exod. 10. *Extende manum tuam & fient tenebræ per vniuersam terram Aegypti* Tob. 5. *Quale gaudium est mihi qui in tenebris sedeo? &c.* quasi diceret, nullum. De tenebris vero infernalis desolationis dicitur Matth. 25. *Seruum vero inutilem proijcite in tenebras exteriores, &c.* Quia sicut dicitur in epistola Iudæ. Isti sunt sydera errantia, quibus caligo tenebrarum in æternum conseruata est. Sic igitur patet quomodo tenebra sumitur septem modis. Vide infra de vmbra, & supra de cæcitate & obscuritate.

## Ter. Tertio. Vide infra in tit. tria & tres.

A **Terra.** Nota quod terra multipliciter significat in scriptura, in bono & in malo. Possumus enim dicere quod terra in bono significatiue potest multa denotare, scilicet,

Iustorum perfectionem,
Bonorum collectionem,
Sanctorum possessionem,
Viuorum defectionem,
Iniquorum conditionem,
Afflictorum deiectionem,
Mortuorum deiectionem,
Damnatorum incarcerationem,
Mundanorum habitationem.

Isti sunt nouem modi quibus terra sumitur in scriptura. Dicamus ergo quod per terram designatur perfectio hominum iustorum, quia scil. Christus, beata virgo Maria, & etiam quilibet homo iustus potest dici terra, quia sicut dicitur Genes. 1. *Protulit terra herbam virentem & facientem semen.*

¶ Item per terram designatur collectio hominum bonorum & sic terra designat ecclesiam vel religionem, vbi boni homi-



nes habitant & versantur. Et de hoc Gen. 12. *Egredere de terra tua & de cognatione tua, & veni in terram quam monstrauero tibi.* ¶ Item per terram designatur possessio hominum sanctorum scil. gloria paradisi, de qua dici potest illud Gen. 27. *In rore cæli & pinguedine terræ erit benedictio tua.* ¶ Item per terram significatur defectio hominum viuorum, hoc est, conditio fragilis humanæ naturæ, de qua Eccl. 10. *Quid superbis terra & cinis.* ¶ Item per terram designatur conditio hominum malorum quia scilic. peccator multis rationibus comparatur terræ. Vnde Iob 16 *Terra ne operias sanguinem meum.* Et Iob 14. *Alluuione paulatim terra consumitur.* ¶ Item per terram designatur deiectio hominum miserorum, sc. status deiectionis & tribulationis, & sic sumitur in Ps. 112. *Deus suscitat de terra inopem & de stercore eleuat pauperem.* ¶ Item per terram significatur corruptio hominum mortuorum. Et sic sumitur Iob 19. *In nouissimo die de terra surrecturus sum.*

¶ Item per terram significatur incarceratio hominum damnatorum scil. infernus, & sic sumitur Iob 10. *Dimitte me vt plangam paululum dolorem meum antequam vadam & non reuertar ad terram tenebrosam, & opertam mortis caligine.* Item per terram significatur habitatio hominum mundanorum, & sic sumitur pro mundo vel pro mundi statu & prosperitate. Vnde Genes. 1. *Terra autem erat inanis & vacua, & tenebræ erant super faciem abyssi.* His igitur præmissis dicendum est per ordinem aliquid de istis nouem conditionibus.

¶ Dico ergo principaliter quod terra sumitur pro iustorum perfectione. Terra enim quamuis sit in apparentia elementum turpissimum, est tamen in efficacia vtilissimum, quia per terram omnia sustentantur, & etiam tam animalia quam volatilia per terræ beneficium educantur, significans per omnia viros iustos qui quamuis sint in apparentia per humilitatem viles, sunt tamen virtuosi & vtiles. Ipsi enim totius Ecclesiæ fundamentum, & suis bonis doctrinis & exemplis spirituale nutrimentum. Vnde 1. Paralip. 4. *Inuenerunt pascua vberrima & terram latissimam quietam & bene fertilem.* Quia pro certo sicut videmus quod terra quamuis sit exterius deformis & hispida, intus tamen pretiosis metallis & lapidibus aliquotiens est referta, sic vere iusti quamuis in apparentia sunt deformes & deiecti, vel inanes, intus tamen in corde pretiosas virtutes continent quibus se cumulant atque replent. Virtus enim cœlestis, id est, gratia spiritus sancti ad interiora illius terræ iugiter influit, ita quod ibi virtutum copiam generat & producit Psalm. 64. *Visitasti terram & inebriasti eam, multiplicasti locupletare eam.* Terra enim dicitur terra, eo quod continue teritur. Dicitur humus, quia humore aquarum & fluminum continue imbibitur. Dicitur tellus, quia fructus eius omni anno tollitur. Dicitur ops, quia omnibus opem dat, vel quia opes ab ea reportantur. Dicitur arida, vel quia naturali ariditate fundatur, vel aratura hominum subiugatur. Sic vere homo iustus in vita teritur per multas tribulationes Esaiæ 24. *Confractione confringetur terra, contritione conteretur.* Item humore & aqua diuinæ gratiæ imbibitur per occultas inspirationes Iudicum 6. *Sit omnis terra rore madens.* Humorem & gratiam emittit per lacrymarum destillationes Psalm. *Dedit terram sine aqua in exitus aquarum.* Fructus suos, id est, bona temporalia sæpissime perdit per raptorem iniurias & exactiones. Vnde de tyranno dicitur Iob 22. *Egeno subtraxisti panem & in fortitudine brachij tui possidebas terram.* Opem fert omnibus per suas inuentiones, quia scilicet iustus est terra quæ portat fructum vnde alij viuunt, quia sicut dicitur in Psalm. 32. *Misericordia domini plena est terra.* Et alibi. *Terra dedit fructum suum.* Arida est à carnis voluptatibus per delitiarum abdicationes Gene. 1. *Vocauitque Deus aridam terram.* Aratur etiam per disciplinas & afflictiones, quia sicut dicitur Prouerb. 12. *Qui operatur terram, saturabitur panibus.* Sic ergo patet ex diuersis nominibus quod iustus comparatur terræ, & propter hoc de ipso potest dici illud 1. Paral. 4. *Inuenerunt terram latissimam, quietam & fertilem.*

C ¶ Vbi aduerte quod ista terra, scilicet Christus, beata virgo vel quicunque iustus habet quinque conditiones terræ moraliter intellectas.

Nam

Terra est:
- Media ad coniungendum,
- Infima ad subsidendum,
- Extensa ad continendum,
- Quieta ad persistendum,
- Fœcunda ad nutriendum.

Sic vere iustus vult esse

Medius per promptam subuentionem,

Infimus per humilem subiectionem,
Exterus per magnam dilectionem,
Immotus per duram & fortem durationem,
Fœcundus per piam nutritionem.

¶ Et sic dico quod ad virum iustum pertinent ista quæ sequuntur, scilicet,

Celeriter adesse (Inuenerunt,)
Humiliter subesse, (Terram,)
Patienter prodesse, (Latissimam,)
Stabiliter inesse, (Quietam,)
Vtiliter prodesse, (Fertilem.)

Dicamus igitur, quod ille qui vult spiritualiter esse terra, debet succurrere cunctis celeriter, quod ostenditur quando dicitur (Inuenerunt) quia vir iustus semper debet inueniri in necessitate. Quia sicut terra est in medio elementorum, quæ tamen à loco proprio nunquam fugit, imo semper in medio elementorum potest inueniri, sic vere iustus nunquam est in angulo, sed semper in medio, semper enim in præsenti paratum se exhibet, & nunquam à fidelitate variando, absconditur seu latet, quinimo semper paratus ad subueniendum alijs inuenitur, & nequaquam fugit, variat aut mutatur. Inuenerunt inquit. Vnde in Ps. *Inuenerunt eum in terra deserta*, id est, in loco necessitatis. Vt sic de quolibet tali dicatur illud Sapient. 6. *Inuenitur ab his qui quærunt illam.* Vide supra de Inuenire. Ista tamen sunt contra multos, qui non sunt in medio se alijs paratos exhibendo, sed sunt in angulo, se ab alijs in necessitatis tempore abscondendo, quia isti in necessitate non inueniuntur, sed ab alijs fugiunt, & absconduntur. Vnde isti sunt illa terra de qua dicitur Gen. 1. *Terra autem erat inanis & vacua*, quia sc. isti sunt illa terra, non habentes aliquam firmitatem, & vacui non habentes aliquam bonitatem sed potius omnem vanitatem & mutabilitatem Ps. *Vidit & commota est terra.* Non sic ergo charissimi, sed sicut dictum est, iustus debet succurrere cunctis celeriter. Inuenerunt inquit.

D ¶ Deinde dico quod si quis vult spiritualiter esse terra, debet se subijcere humiliter. Terra inquit. Quia terra est omnium elementorum infima, & sub omnibus alijs constituta, sic iustus omnibus per humilitatem se subijcit, & per subiectionem omnibus se supponit. Vnde de tali terra dicitur 1. Paral. 22. *Subiecta est terra coram domino & coram populo eius.* Et aduerte quod quamuis terra sit omnibus elementis infimior, est tamen herbis & fructibus fœcundior, floribus & folijs ornatior. Sic etiam vere vir iustus quando per humilitatem est magis infimus, tanto fructu bonorum operum est opulentissimus, & floribus virtutum ornatissimus. Vnde de viro iusto potest dominus dicere illud Cantic. 2. *Flores apparuerunt in terra nostra.* Debet ergo vir iustus subijcere se cunctis humiliter, terram inquit.

E ¶ Iterum dico quod qui spiritualiter vult esse terra debet se extendere cunctis mentaliter. Latissimam inquit. Quia sicut terra maximam habet latitudinem, in tantum quod à termino vsque ad terminum attingit, in tantum etiam quod infra ambitum suum continet totum mundum, sic iustus debet esse per charitatis ambitum valde latus. De termino enim amicorum vsque ad terminum inimicorum se debet extendere, & omnes tam bonos quam malos, tam amicos quam inimicos sub charitatis brachijs continere. Latissimam inquit. Eccl. 1. *Altitudinem cœli & latitudinem terræ, & profundum abyssi quis dimensus est?* quasi dicat latitudo charitatis nostræ debet attingere vsque ad cœlum, id est, ad superiores, ad abyssum, id est, ad inferiores, ad terram, id est, ad partes exteriores. De ista ergo latitudine dicitur Gen. 34. *Negocientur in terra quæ spatiosa & lata est, & cultoribus indiget.* Et bene dicit cultoribus indiget, quia pro certo pauci sunt hodie qui hanc latitudinem charitatis colant, quinimo hodie potest verificari illud Iosue 13. *Terra latissima derelicta est.* Et bene dicitur iustus terra lata, quia Deum quem cœli capere non poterant, continet spiritualiter. Ipsum etiam continuit beata virgo personaliter. Vnde etiam de latitudine beatæ Mariæ quæ continuit ipsum Deum, dicitur admiratiue Hieremiæ 14. *Quasi colonus futurus es in terra, & quasi viator ad manendum.* Et breuiter terra ista vir iustus latissima dicitur, vel debet dici, scilicet quia in ipsa possunt omnes virtutes & gratiæ contineri. Continetur enim ibi

Clementiæ plenitudo,
Scientiæ amplitudo,
Iustitiæ rectitudo,
Constantiæ fortitudo,
Munditiæ sanctitudo,
Mœstitiæ magnitudo.

Quod enim ista terra scilic. iustus contineat clementiæ plenitudinem, patet in Psal. 32. vbi dicitur quod *misericordia domini plena est terra.* Et alibi. *Terra dedit fructum suum* Quia vir iustus solet dare alijs quicquid habet. ¶ Item quod contineat scientiæ amplitudinem, patet Esaiæ 9. vbi dicitur quod *repleta est terra scientia domini.*

¶ Item quod contineat iustitiæ rectitudinem, patet Esaiæ 45. *Rorate cœli desuper, &c.* ¶ Item quod contineat constantiæ fortitudinem, patet Eccl. 1. *Terra autem in æternum stat.* ¶ Item quod contineat munditiæ sanctitudinem, patet Esa. 65. vbi dominus dicit *Ecce ego creo cœlos nouos & terram nouam.* ¶ Item quod contineat tristitiæ mœstitudinem, patet, quia scilic. sicut terra semper stillat aquas, sic vir iustus lacrymas Hiere. 4. *Lugebit terra & mœrebunt cœli.* Iustus igitur terra lata, quæ istorum bonis continue permanet occupata. Latissima inquit, vt de eo dicatur illud Iob 11. *Longior terra mensura eius, & latior mari.* Patet igitur quod iustus est terra, quia se dat extendere cunctis mentaliter. Latissimam inquit.

¶ Denique dico quod vir iustus debet subsistere malis stabiliter. Quietam inquit. Quia sicut terra est omnium fundamentum grauium, & quamuis omnia alia sint mobilia, ipsa tamen ita firmiter stabilitur, quod nullo impetu potest concuti vel moueri, quinimo semper est stabilis & quieta, sic pro certo iustus in tanta firmitate & constantia solidatur, quod nunquam à veritate fidei, nec à fidelitate amicitiæ, nec à stabilitate boni propositi concutitur nec mouetur Psal. 103 *Fundauit terram super stabilitatem suam, &c.* Est enim iustus quoddam stabilissimum fundamentum, quod potest omnia grauia & difficilia sustinere, & sub omnium tribulationum pondere permanere. Quietam inquit. Esaiæ 3. *Conquieuit & siluit omnis terra.* Et in Psalm. *Terra tremuit & quieuit.* Et aduerte quod dicit Aristo. quod causa quietis terræ est, quia omnes partes eius naturaliter tendunt ad centrum, & ideo dicit quod circa centrum ita sunt æqui ponderibus, & partes eius quæ sunt ponderosæ, circa centrum comprimuntur, quod quiete & stabilitate perpetua solidantur. Sic proculdubio quia omnes partes, id est, affectus pondera & inclinationes viri iusti tendunt ad centrum, Deum & ad eum inclinantur, & circa eum per desiderium comprimuntur, hinc est quod ipse in pace & constantia [illegible] datur. Quietam inquit. Iudi. 3. *Quieuit terra 40 annis.* Quod [illegible] mens est contra multos qui more terræ patiuntur [illegible] terræmotum. Quia sicut terra quamuis sit naturaliter stabilis, aliquando tamen propter inclusionem ignium vel ventorum accidentaliter mobilis, sicut patet in terræmotu, sic vere [illegible] homo iustus in Deo debeat stabiliri, aliquando [illegible] ventum superbiæ vel per ignem auaritiæ contingit [illegible] mitate boni propositi concuti vel moueri 2. Reg 22. *contremuit terra.* Non sic pro certo iustus, quia debet [illegible] stare stabiliter.

¶ Insuper dico quod si vult spiritualiter dici terra, bona vtiliter producere. Fertilem inquit, quia sicut [illegible] terra omnium valde fœcundum, in tantum quod cunctis [illegible] profert cibum, sic iustus ita fœcundus & fertilis debet [illegible] fructus bonorum operum, exemplorum & documentorum debet ferre, quos alijs possit producere & offerre. Fertilem. Vnde breuiter iustus videtur esse illa terra de qua dicitur [illegible] 18. *Transferam*, inquit, *vos in terram fructiferam & fertilem, terram panis & vinearum, terram oliuarum & olei & mellis.* Iustus dicitur

Terra panis, quia alios nutrit per doctrinam [illegible] endo,
Terra vini, quia alios lætificat consolando,
Terra olei & oliuarum, quia alios mitigat & misericordiam faciendo.

Et ideo breuiter terra fertilis potest dici. Vnde Iud. 18. *Vidimus terram valde opulentam.* Et Num. 10. *Terra quam [illegible] valde bona est.* Quod tamen est contra multos, qui sunt [illegible] tilis. Vide supra de sterilitate. Sed non sic iustus, quia [illegible] iste est terra fertilis. Et ideo bene deductum est quod dicitur terra, quia

Producit fructum vtiliter,
Sustinet cuncta patienter,
Continet cuncta stabiliter,

Subſidet cunctis humiliter,
Adiuuat cunctos benigniter.

¶ Et talis terra proculdubio fuit beata Virgo, quia ipſa eſt ad adiuuandum promptiſſima, ad ſuſtinendum humillima, ad continendum latiſſima, ad ſubſiſtendum fortiſſima, ad producendum opulentiſſima. Iſta eſt enim terra quæ germinauit ſaluatorem, quæ pacem homini generauit, & quæ ſine cultura virilis ſeminis Deum omnibus apportauit. Vnde Pſalm. *Benedixiſti domine terram tuam, auertiſti captiuitatem Iacob. Quia veritas de terra orta eſt, & iuſtitia de cœlo proſpexit.* Quia terra de qua dicitur Ezech. 36. *Illa terra inculta facta eſt quaſi hortus voluptatis.* Patet igitur primo & principaliter quod terra ſumitur pro iuſtorum refectione.

H ¶ Secundo principaliter dico quod terra quandoque ſumitur pro bonorum collectione. Et ſic terra nihil aliud eſt quam eccleſia vel religio, vel quodlibet collegium omnium perfectorum. Sicut enim videmus quod omnes herbæ in terra ſunt radicatæ & plantatæ, ita quod ibidem viuunt & vegetantur, ſi vero eradicatæ fuerint, deſiccantur, ſic pro certo omnes plantæ, id eſt, omnes fideles in terra eccleſiæ ſunt per fidem plantati, per charitatem radicati, & per gratiam nutriti & vegetati, alias niſi in iſta terra per fidem & charitatem radicentur, vita gratiæ priuantur, & per peccatum virtutibus deſiccantur. Extra enim iſtam terram non eſt vita. Vnde dominus poteſt dicere de iſta terra illud 4 Reg. 18. *Veniam & transferam vos in terram fructiferam & fertilem & viaetu, & non moriemini.*

I ¶ Et breuiter eccleſia vel religio poteſt comparari terræ promiſſionis, quia illa erat terra

Specioſa,
Spacioſa,
Pretioſa,
Montuoſa,
Paſcuoſa,
Fructuoſa,
Bellicoſa,
Dulcoroſa,
Humoroſa,
Virtuoſa.

Sic pro certo terra religionis vel eccleſia debet eſſe

Specioſæ conuerſationis,
Spacioſæ delectationis,
Pretioſæ reputationis,
Montuoſæ contemplationis,
Paſcuoſæ recreationis,
Fructuoſæ operationis,
Bellicoſæ propugnationis,
Dulcoroſæ deguſtationis,
Humoroſæ lacrymationis,
Virtuoſæ conſulationis.

¶ Dicamus ergo quod iſta terra ſpecioſa, quia ſicut terra efficitur ſpecioſa propter flores quibus induitur, propter flumina quibus imbuitur, propter caſtra quibus conſtruitur, ſic pro certo religio ſpecioſa & gratioſa debet dici propter flores virtutum quibus eſt induta Cant. 2. *Flores apparuerunt in terra noſtra.* Propter flumina ſcientiarum quibus eſt imbuta Pſal. *Qui fundauit terram ſuper aquas.* Propter caſtra diuinarum protectionum quibus eſt conſeruata Ezech. 34 *Habitabunt in terra ſua abſque vllo timore* ¶ Item dico quod iſta eſt terra ſpacioſa, quia ſcilicet homo poteſt ibi viuere ſine offendiculo delectabilium terrenorum. Vnde etiam iſta terra eſt ſicut hortus delectabilis in quo poſſunt homines ſpatiari, & à mundi laboribus quietari. Vnde Gen. 34. *Negocientur in terra quæ ſpatioſa eſt & lata, & cultoribus indiget.* ¶ Item dico quod iſta eſt pretioſa. Iſtam enim reputat dominus valde charam vnde eſt hæreditas ipſius ſpecialis. Vnde Sap. 12. dicitur de terra promiſſionis quod Deo omnium charior eſt terra, de qua dominus dicit illud Eſa. 66 *Sedes mihi cœlum eſt, & terra ſcabellum pedum meorum.*

¶ Item iſte eſt terra montuoſa, quia ſcilicet in ipſa debet eſſe montuoſitas & celſitudo contemplationis. Illi enim qui ſunt ibi, debent ſurſum ad cœleſtia eleuari. Vnde Deut. 32. dicitur de populo Iſrael quod *dominus conſtituit eum ſuper excelſam terram, vt comederet fructus agrorum, &c.* Vide cam ſupra de excelſo. ¶ Item iſta terra eſt paſcuoſa. Ibi enim inueniuntur paſcuæ doctrinæ verborum & exemplorum, vbi ſimplices poſſunt nutriri, & in fide & in moribus erudiri. Vnde 1. Paral. 4 *inuenerunt paſcua vberrima, & terram latiſſimam quietam & fertilem* ¶ Item dico quod iſta terra eſt fructuoſa. In terra enim creſcunt omnes fructus, ſic in eccleſia & religione creſcunt omnia opera bona Pſalm. *Dominus dabit benignitatem, & terra noſtra dabit fructum ſuum.*

¶ Item iſta terra eſt bellicoſa. In terra enim promiſſionis ſemper fuerunt viri iuſti & ſtrenui. Sic in iſta terra debent homines ſtrenue viuere, & contra hoſtes animæ ſtrenue militare. Vnde Num. 13. *Venimus ad terram ad quam miſit nos,* quæ reuera lacte & melle manat, ſicut ex fructibus cognoſci poteſt, ſed fortiſſimos cultores habet. ¶ Item iſta eſt terra dulcoroſa. In terra enim promiſſionis humana natura abundantia lactis & mellis fruebatur, & ideo terra fluens lac & mel dicebatur, ſignans terram religionis & eccleſiæ, vbi lac & mel deuotionis debet abundare, quæ poſſit deuotam animam conſortare. Vnde Ezech. 20. *Eduxi eos de terra Aegypti in terram quam prouiſi eis, quæ fluit lacte & melle.* ¶ Item iſta terra eſt humoroſa vel influoſa, quia ſcilicet in iſta terra abundant fluuij lachrymarum, fluuij ſcientiarum & eleemoſynarum. Vnde Deut. 8 *Dominus introducet te in terram bonam, terram riuorum atque fontium, terram olei & mellis.*

¶ Item iſta terra eſt virtuoſa, quia ſcilicet ſicut in terra promiſſionis abundabant oliuæ, & arbores aliæ aromaticæ, de quibus gummi ſuauis odoris & ſaporis manabat, ſic in terra religionis debent abundare homines virtuoſi, qui oleum pietatis debent alijs vicinis diffundere, & liquorem compaſſionis debent deſtillare Pſalm. *Terra mota eſt, etenim cœli deſtillauerunt.* Vnde 4. Regum 18. *Transferam vos in terram vini & oliuarum. &c.* Iſtæ ſunt igitur decem conditiones terræ propter quas multum debet amari, & vitis perfectionibus frequentari. Ibi enim tutius viuitur, & ibi ſecurius habitatur Pſalm. *Iſti autem hæreditabant terram, &c.* Si vis inuehe contra terram religionis vel eccleſiæ, & contra conditiones illius dic illa, quæ inferius dicentur de terra in quantum ſignificat mundum & mundi proſperitatem, quia hodie proculdubio non eſt religio vel eccleſia talis terra, quia pro certo hodie verificatur illud Pſalm. quod ſcilicet *Deus conuertit terram fructiferam, in ſalſaginem, à malitia inhabitantium in ea.* Salſugo enim eſt terra penitus ſterilis. Quando enim aqua maris refluit aliquo caſu in terram fertilem, tanta eſt eius ſalſugo, quod ex ſolo refluxu illa terra fit ſterilis per ſex annos, & talis terra proprie dicitur ſalſugo, à maris ſalſedine ſic vocata. Sic vere ex quo aqua maris, id eſt, affluentia temporalis cœpit influere in terram fructiferam religionis, ipſa pro certo facta eſt ſterilis & inanis 4. Reg. 2. *Aqua peſſima ſunt, & terra ſterilis.* Dic ſi vis figuram, quia breuiter ex quo in religione & eccleſia vitia abundauerunt, virtutes & merita defecerunt Zach. 7. *Poſuerunt terram deſiderabilem in deſertum* & hoc à malitia habitantium in ea quia ſicut dicitur Eſaiæ 24. *Infecta eſt terra ab habitatoribus ſuis, deſerta eſt omnis lætitia, & translatum eſt gaudium terræ, relicta eſt in vrbe ſolitudo.* Sic igitur patet quod terra ſumitur pro iuſtorum collectione, hoc eſt dictum, pro religionis vel eccleſiæ habitatione.

¶ Tertio dico principaliter quod terra ſumitur pro ſanctorum poſſeſſione, hoc eſt dictum, pro ſanctorum regione & congregatione, ſc. pro terra paradiſi. K Sicut enim videmus quod terra eſt in ſe ſtabiliſſima, ita quod cunctis alijs rebus in motu exiſtentibus iſta ſola eſt immobilis, ad terram etiam omnia grauia deſcendunt, ibique & nuſquam alibi requieſcunt ſic vere ſtatus & gloria paradiſi eſt ſine quacunque mutatione ſtabilis & æternus, & iſto ſolo excepto omnis alius ſtatus eſt mutabilis atque varius Eccleſ. 1. *Terra autem in æternum ſtat,* & ideo omnia grauia, id eſt, mortalium corda ad iſtam debent naturaliter tendere, quia hic ſolum & nuſquam alibi poſſunt perfectam requiem inuenire, dicentes illud Pſalm. *Portio mea domine ſit in terra viuentium.* Nautæ enim quamdiu ſunt in mari, ſemper ſunt in periculo & motu, & ideo valde deſiderant eſſe in terra firma, ſtabili & in portu, & ideo non ceſſant continue currere, quouſque ad terram & portum quem expectant vel petunt, applicare potuerint. Nos igitur qui in fluxu & in mari mortalis vitæ viuimus, nunquam à curſu bonorum operum deſiſtamus, quouſque ad terram paradiſi ad portum ſalutis perſonaliter attingamus, iuxta documentum Sen. Epiſtol. 19. *In freto viximus, moriamur in portu.* Quod tamen eſt contra multos ſimiles pyratis, qui nunquam vellent attingere terram, ſed ſemper eſſe in mari & viuere, vt tranſeuntes poſſint deprædari & occidere. Sic mundi raptores, & peccatores attingere terram & portum

paradisi non curant, sed esse & viuere in fluctibus vitæ præsentis affectant, et alios noceant & inuadant. De quibus dicitur in Ps. *Pro nihilo habuerunt terram desiderabilem.* &c. Non sic charissimi, sed pro certo boni & iusti ad terram paradisi transeunt mentaliter, & inibi viuere & esse appetunt æternaliter Deuter. 4. *Vos transibitis & possidebitis terram egregiam.*

L ¶ Vbi aduerte quod ad istam terram habendam tria sunt necessaria, scilicet,

Dimittere quod inficit. (Vos transibitis.)
Appetere quod proficit. (Et possidebitis.)
Attendere quod allicit. (Terra egregia.)

¶ Dimittamus ergo mundum inficientem. Transibitis. Ille enim qui transit vnum locum, ad suum contrarium tendit, sic & nos debemus mundum dimittere, & ad terram paradisi accedere & transire. Esaiæ 13. *Transi terram tuam, quasi flumen filia maris.* Et bene dicitur filia maris, quia pro certo quamdiu est in mundo, semper est in amaritudine & dolore, & ideo sicut vitulus marinus postquam diu in mari voluit natare solet ad terram transire, vbi solet catulos parere & fouere, sic vere anima hominis per iniquitatem lassata, debet per affectum illud mare dimittere, & ad terram paradisi per desiderium se transferre, & ibi mentaliter quiescere & iacere, & catulos bonorum operum educare & nutrire. Transibitis inquit. Psal. *Transibo in locum tabernaculi admirabilis vsque ad domum Dei.* Vnde Iosuæ 22. *Transite ad terram in qua tabernaculum domini est.* Vt dicamus illud Num. 20. *Obsecro vt liceat mihi transire per terram tuam.* Igitur dimittamus mundum inficientem.

M ¶ Item appetamus fructum proficientem. Possidebitis. Possessio enim totum fructum & vtilitatem importat. Proprietas enim sine possessione nihil valet, & ideo quamuis per mortem Christi facti simus hæredes & proprietarij terræ paradisi in hoc tamen nullum fructum habebimus, nisi possessionem ipsius per bona opera acquiramus. Possidebitis inquit. Vnde de quolibet iusto potest dici illud Iob. 1. *Operibus manuum eius benedixisti, & possessio eius creuit in terra.* Quia sicut dicitur. Matth. 5. *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.* Vide supra de possidere. Igitur appetamus fructum proficientem.

N ¶ Item attendamus locum allicientem. Terram egregiam inquit. Quia scilicet, paradisus potest dici nobilis, egregia & amœna. Et ideo bonum est nobiles conditiones eius attendere, vt allecti possimus libentius illuc ire. Obiectum enim delectabile attrahit potentiam, & ideo Moyses allectus delectabilitate terræ promissionis, ipsam intrare cupiebat Deut. 3. *Transibo igitur & videbo terram hanc optimam trans Iordanem montem que istum egregium & libanum.* Et bene dicit trans Iordanem, quia scilicet ista terra est vltra flumen mortalitatis humanæ. Bene dicit montem quia ibi est mons sublimitatis æternæ, Bene dicit libanum, qui candor interpretatur, quia ibi est candor & pulchritudo claritatis supernæ. Ista est igitur terra egregia,

Vbi
- Nullus perturbatione concutitur,
- Nullus malus intrat nec recipitur,
- Quilibet iustus ducitur & introducitur,
- Deus personaliter videtur,
- Gloria in suo fonte gustatur & percipitur,
- Timor mortis fugatur & excluditur,
- Opulentia bonorum habetur & inuenitur.

¶ Dico quod in ista terra beati tribulationibus non concutiuntur Matth. 2. *Vade in terram Israel, mortui enim sunt qui quærebant animam pueri.* Item dico quod ibidem nulli mali recipiuntur, Vnde Prouerb. 10. *Iustus in æternum non mouebitur, impij vero non habitabunt super terram.* Item dico quod ibi omnes boni introducuntur Psal. *Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam.* Item dico quod ibi tres personæ visibiliter conspiciuntur Psal. *Credo videre bona domini, in terra viuentium.* Item dico quod ibi gloriæ voluptates sensibiliter percipiuntur Ps. *Super omnem terram gloria tua.* Item ibi mors & timor abijciuntur Eze. 34. *Habitabunt in terra sua absque vllo timore* Item ibi omnes opulentiæ habentur & inueniuntur Vnde Iud. 18. *Dabit vobis dominus terram in qua nullius boni erit penuria.* Ista est igitur terra egregia. Vnde Ezec. 20. dicit dominus *Eduxi eos de terra Aegypti in terram quam promiseram eis, fluentem lacte & melle, quæ est egregia inter omnes terras.* Sic igitur patet quod terra sumitur pro sanctorum possessione. Et hoc est tertium principale.

O ¶ Quarto dico quod terra sumitur pro mortalium defectione. Mortalis enim homo terra dicitur, eo quod de terra factus in terram finaliter commutatur, quia scil. sicut dicitur Eccles. 3. *Cuncta subiacent vanitati, & omnia pergunt ad vnum locum de terra facta sunt, & in terram pariter reuertentur.* Nam Eccles. 17. dicitur: *Deus de terra creauit hominem,* non de auro, vel lapide pretioso, ne forte superbiret, sed potius materiam humilitatis in seipso inueniret. Caro enim est illa terra de qua dicitur Genes. 3. *Cum operatus fueris terram, non dabit fructus suos, sed spinas & tribulos germinabit tibi.*

P ¶ Nam sicut terra non profert nisi scindatur, aperiatur, seminetur, fimetur, & rastris & aratris excolatur, sic homo terreus & fragilis non fructificat per bonam operationem, nisi prius

Scindatur per contritionem,
Aperiatur per confessionem,
Seminetur per instructionem,
Fimetur per propriæ vilitatis meditationem,
Aretur & excolatur per macerationem satisfactionem.

¶ Homo enim debet per contritionem scindi & concuti Ps. *Commota est & conturbauit terra, sana contritiones eius, quia commota est* ¶ Per confessionem debet aperiri Ps. *Aperiatur terra & germinet.* ¶ Per instructionem debet seminari Gen. 26. *Seminauit Isaac in terra illa* ¶ Per propriæ vilitatis considerationem debet fimari, quia sicut *multarum regionum agri steriles sunt, nisi fimo impinguentur,* sicut dicitur 4 Reg. 2. Terra sterilis est, sic multi sunt homines omnino steriles à bonis operibus nisi per humanæ vilitatis memoriam (quasi idi, tumidi & impinguati spiritualiter ad fertilitatem aptentur, vt terræ sic aptatæ possit dici illud Esaiæ 4 *Erit fructus terræ sublimis* ¶ Per satisfactionem & carnis macerationem debet exarari Amos; *Triturabitur & circuietur terra,* & sic per bonas operationes potest fœcundari. Quia sicut dicitur Eccles. 20. *Qui operatur terram suam, inaltabit aceruum frugum.* Sumitur ergo terra pro mortalium defectione.

Q ¶ Quinto dico quod terra sumitur pro iniquorum conditione. Et sic dico quod per terram intelligitur peccator, quia sicut terra est elementum durum & solidum, siccum & frigidum, turpe & hispidum, graue & ponderosum, fuscum & tenebrosum, fœdum & maculosum, sic pro certo peccator dicitur terra, quia

Durus & solidus per mentis obstinationem,
Siccus & frigidus per mentis indeuotionem,
Turpis & hispidus per malam conuersationem,
Grauis & ponderosus per malam inclinationem,
Fuscus & tenebrosus per mentis obscurationem,
Fœdus & maculosus per carnis inquinationem.

R ¶ Igitur dico quod peccator est terra, quia per obstinationem est solidus. Terra enim est ita firma quod non potest de suo loco mutari, ita profunda quod non potest faciliter dissipari. Sic vere peccator ita est per mentis obstinationem & indurationem firmus, solidus & profundus, quod per prædicationem non penetratur, nec per conuersionem de propria malitia transmutatur, & ideo ipse est proprie illa terra de qua dicitur Deut. 27. *Sit terra quam calcas ferrea.* Diabolus enim ita sæpe transit & calcat super peccatorem, quod ipsum necessario durum facit, sicut via efficitur alia terra durior pro eo quod à pluribus conculcatur. ¶ Item dico quod peccator est terra, quia per indeuotionem est frigidus. Terra enim naturaliter est frigida & sicca, quæ sunt duæ qualitates mortificatiuæ, & ad centrum descensiuæ & compressiuæ, & ideo terra immobilis inuenitur, quia per suas mortiferas qualitates versus centrum comprimitur & calcatur. Sic vere peccator per indeuotionem est frigidus & per incompassionem aridus Gen. 1. *Vocauit Deus aridam terram.* Istæ enim sunt duæ pessimæ qualitates, quæ ipsum ad centrum, id est, ad mundum & ad mundanam gloriam comprimunt, & motum bonorum operum sibi tollunt Ezech. 1. *Terra autem in æternum stat* Prou. 20. *Propter frigus piger arare noluit.*

¶ Item dico quod peccator est terra, quia per malam conuersationem est hispidus, terra turpis & pallidi est coloris, sic & peccator infamis est conuersationis Hierem. 4. *Vidi terram, & vacua erat & nihil, & cælos, & non erat lux in eis.* ¶ Item dico quod peccator est terra, qui per malam inclinationem est ponderosus. Terra enim est ponderosa & grauis, semper descendens ad imum, significans peccatorem, qui grauis & ponderosus est ad benefaciendum, & semper est inferius inclinatus ad temporalia diligen-

tegendo Prouerb. 25. *Cœlum sursum, & terra deorsum.* Sicut enim terra naturæ est auidæ, intantum omnes aquas solet bibere, & pluuiam haurire, sic peccator omnes mundi diuitias & delitias appetit acquirere & habere, figuratus Apo. 15. Vbi dicitur quod *aperuit terra os suum, & absorbuit flumen.* Ideo Salomon Prouerb. 30. *Inter insatiabilia numerat terram, quæ non satiatur aqua.* Ille est igitur terra, per malam scilicet inclinationem ponderosus. ¶ Item dico quod peccator est terra, quia per mentis obscurationem est tenebrosus. Terra enim elementum est obscurum, & tenebrosum, nihil habens perspicui vel splendoris. Sic vere peccator non habet aliquid de lumine discretionis spiritualis, quinimo totus est obscurus, & plenus turbine ignorantiæ & erroris Amos 8 *Tenebrescere faciam terram in die luminis.* ¶ Item est peccator terra, quia per carnis inquinationem est maculosus seu lutosus. Quia sicut terra faciliter in lutum & in immunditiam conuertitur quando cum aqua plus debito commiscetur, sic peccator aquis delitiarum admixtus, fit faciliter lubricosus, & per luxuriam maculosus, ita quod ei potest dici illud Ezech. 22. *Tu es terra immunda, & non compluta.* Sic igitur patet quod terra quandoque sumitur pro iniquorum conditione.

¶ Sexto dico quod terra sumitur pro afflictorum tribulatione. Terra enim quæ est elementum asperum, deforme & miserum, statum paupertatis, pœnitentiæ & aduersitatis, subiectionis & humilitatis designat, de quo Gen. 41. *Crescere me fecit dominus in terra paupertatis meæ.* Ista est enim terra

In qua humiles versantur,
In qua pœnitentes purgantur,
A qua purgati eleuantur,
Ad quam superbi deducuntur.

¶ Dico quod in tali terra humiles solent conuersari, quia sicut aper non potest lædere ad terram prostratum, sic nec diabolus hominem inferius humiliatum Deute. 10. *Deiecit vultum meum in terram, & tacui.* vnde Psal. *In terra deserta inuia & inaquosa, &c.* Item tali terra pœnitentes solent expiari, quia sicut lapides pretiosi in terra & arena purgantur & poliuntur, sic pœnitentes in terra pœnitentiæ & tribulationis purgantur & emundantur. Vnde animæ pœnitenti dicitur Hier. 2. *Secuta es me in deserto in terra quæ non seminatur.* Item à tali terra humiles solent eleuari, quia sicut dicitur in Psal. *Deus suscitat de terra inopem, & de stercore erigit pauperem.* Item ad talem superbi solent detrahi & condemnari. Vnde ciuitati superbæ dicitur Luc. 19 *Circumdabunt te inimici tui vallo, & ad terram prosternent te.* Sic ergo dico quod terra sumitur pro

T miserorum afflictione. ¶ Septimo dico quod sumitur pro mortuorum corruptione vel resolutione. Mors enim & etiam mortuus terra dicitur, eo quod in morte homo in terram conuertitur, vel quia terra tegitur & absconditur, vel quia per insensibilitatem terræ similis efficitur, Psal. *Spiritus eius reuertetur in terram suam scilicet homo,* & Ezech. 31. *Omnes dati sunt ad mortem ad terram vltimam.* Mors enim terra vltima est, quia ad ipsam vltimo necessario peruenitur. Et ideo sicut videmus quod & vultus & sensus animalium respiciunt ad terram, sic & mens & cogitatio hominum debet respicere versus mortem Esa. 51. *Videte sub terra deorsum.* Leo enim terram respiciens fit audacior contra venatorem. Aspis etiam cum cauda & cum obiectione terræ auriculas suas claudens, fit tutior contra incantatorem. Quia pro certo ille qui terram mortis suæ bene considerauerit & viderit, & qui terram suæ vilis conditionis, & caudam suæ finalis resolutionis in aure posuerit, proculdubio à tentationum incantationibus tutus erit, & venatorum diabolum non timebit. vnde Nu. 13. *Considerate terram qualis sit.* & Dan. 10. *Vultus meus herebat terræ.* Sic ergo patet quod terra sumitur pro mortuorum corruptione vel resolutione.

V ¶ Octauo principaliter dico quod terra quandoque sumitur pro damnatorum conclusione scil. pro ipso habitaculo inferni. Sicut enim terra est domus & habitaculum omnium reptilium & serpentium, sic infernus est locus & habitaculum omnium damnatorum, tam hominum quam angelorum. Ista est terra in qua iniqui reponuntur, & ibidem perpetuo morantur, sicut de Antiocho dicitur 1. Machab. 6. quod *mortuus est in tristitia magna in terra aliena.* Ista est enim

Terra { Mœroris, Feruoris, Doloris, Laboris, Occisionis, Obliuionis, Detentionis. }

¶ Est enim in ista mœror inconsolabilis. Vnde Hier. 4 *Lugebit terra, & mœrebunt cœli.* Cœli inquit, idest, alti viri. Item ibi est feruor seu ardor inextinguibilis. Vnde Esaiæ 34 *Conuertentur torrentes eius in picem & humus eius in sulphur. & erit terra eius in picem ardentem die ac nocte non extinguetur.* Item ibi erit dolor [illegible] Esa. 13. *Torsiones & dolores tenebunt.* Et sequitur *Ecce dies domini venit plenus ad ponendum terram in solitudinem.* Item ibi est [illegible] perabilis. Vnde Psalm. *Laborabit in æternum, & viuet adhuc in finem.* Hier. 5. *Sicut seruistis diis alienis in terra vestra, sic seruietis alienis in terra non vestra,* hoc est dictum. Sicut seruistis in mundo [illegible] bus & peccatis, sic & in inferno seruietis dæmonibus. Item ibi est occisio, idest, crudelitas inmitigabilis Vnde Es. 34. *Inebriabitur terra eius sanguine, & humus eius adipe pinguium.* Et Psalm. *Introibunt in inferiora terræ, tradentur in manus gladij partes vulpium erunt.* Item ibi est obliuio immemorabilis, quia [illegible] citò perit. Vnde Psal. [illegible]. *Memoria eorum veterascet in inferno a gloria eorum.* Et ideo in Psal. dicitur. *Nunquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua, & iustitia tua in terra obliuionis?* Item erit ibi detentio ineuitabilis, quia qui semel illuc intrat, exinde amplius non exibit. Vnde Hier. 17. *Habitabit in deserto in siccitate in terra [illegible] & inhabitabili.* Sic igitur patet quod terra sumitur pro damnatorum habitatione seu conclusione.

¶ Nono dico quod terra sumitur pro terrenorum successione, seu mundanorum possessione & regione. Et si [illegible] per terram intelligitur status & conditio terrenæ prosperitatis, & ista est proculdubio fugienda, quia sicut videmus quod auis vt communiter non capitur quamdiu volat in aere, sed quando descendit vel appropriat circa terram, sic vere nec homo est in periculo delinquendi, quamdiu ad cœlestia vel spiritualia volitat, sed quando descendit vel approximat per accessionem & affectum inferius ad terrena. Vtile est igitur terram, id est, terrena mentaliter dimittere, & ab ipsis fugere & abire iuxta illud Gen. 12. *Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui. & veni in terram quam monstrauero tibi.* Vide etiam supra de egredi, vt sic nobis dicatur illud Ezech. 10. *Eleuauerunt Cherubin alas suas & exaltata sunt à terra.* X

¶ Vbi aduerte quod tria sunt necessaria ad hoc quod terrena prosperitas fugiatur, scilicet, Y

Feruidus affectus superiorum, (Eleuauerunt alas suas,)
Limpidus aspectus interiorum, (Cherubin quod interpretatur plenitudo.)
Solidus despectus exteriorum, (Exaltata sunt à terra.)

Dico igitur quod ad hoc quod terrena prosperitas euitetur, necessarius est feruidus superiorum affectus. Eleuauerunt inquit alas. Alæ enim nostræ quibus ad cœlestia vehimur, sunt affectus, quos pro certo sursum ad bona paradisi debemus erigere, vt sic possimus à terrenorum periculis nos liberare Iob 39. *Cum tempus fuerit, in altum alas erigit.* Et ideo bene monet Apostolus Coloss. 3 *Quæ sursum sunt quærite vbi Christus est in dextera Dei sedens. quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram.* Res enim leues sicut est ignis & aer, semper nituntur sursum ascendere, grauer nituntur deorsum descendere. Quia pro certo illi qui sunt leues & puri, sursum mentaliter se erigunt ad æterna, illi vero qui sunt graues & per peccata immundi, inferius se redigunt ad humana. Quia proculdubio hodie non est alia causa, quare ista terrena ita ardenter quæruntur & diliguntur, nisi quia superiora & cœlestia non desiderantur nec amantur, quia pro certo si ista bene amarentur, illa necessario spernerentur. Sic igitur patet, quod in nobis debet esse superiorum affectus feruidus. ¶ Rursum dico, quod in nobis debet esse interiorum aspectus limpidus, quod notatur cum dicitur cherubin, quod interpretatur plenitudo scientiæ, quia pro certo quod terrena diligantur & appetantur, illud non est nisi propter defectum veræ scientiæ. quia proculdubio sicut dicitur Oseæ 4. *Non est veritas, non est misericordia, non est scientia Dei in terra.* Et bene dicit non est scientia Dei, quia, scilicet latius est ibi de scientia mundi, de qua dicitur Hierem. 4. *Sapientes sunt vt faciant mala, bene autem facere nescierunt.* Ista est enim similis luminis lunæ, quod solum apparet de nocte & non de die. sic scientia sæculi vtilis est circa terrena, quæ sunt nocturna, nihil vero proficit circa spiritualia & æterna. Quinimo sicut videmus, quod aues & animalia quæ de nocte vident clarius, de die vident obscurius & deterius, sic vere illi qui in terrenis sunt clarius videntes, sunt in spiritualibus plus ignorantes. Non sic charissimi,

sed simus Cherubin, id est, habeamus plenitudinem scientiæ, vt terrenorum vilitatem & vanitatem cognoscamus, & vt ipsa cognita fugiamus Ezech. 28. *Tu cherub extentus & protegens, plenus sapientia, & perfectus decore, &c.* Igitur necessarius est interiorum aspectus limpidus. ¶ Demum dico, quod necessarius est exteriorum despectus solidus seu proutdus Exaltati sunt iniqui à terra. Homo enim qui vult seruare corporis sanitatem, libenter dimittit locum vbi sentit aerem corruptum. Etiam auis prædulis passum solet in terra manere, sed statim sursum ascendere & volare. Terra enim, id est, terrena prosperitas est fugienda, & ne ibi corrumpamur aut capiamur, mentaliter detestanda Zech. 2. *Fugite de terra aquilonis.* ¶ Et nota hic quod ista terra debet despici

Z multiplicatione, videlicet quia

Tenaciter solet tenere,
Mentaliter facit esurire,
Faciliter solet pertransire,
Discurdiret facit sentire,
Realiter facit superbire,
Crudeliter facit insanire,
Carnaliter facit lasciuire,
Finaliter solet deperire.

¶ Dico ergo quod ista terra, id est, terrena prosperitas & facultas tenere solet tenaciter. Est enim sicut terra argillosa, pro eo quod ibi homo ita per malas complacentias ligatur, vt difficiliter expediatur. Terra enim quanto est maioris fœcunditatis, tanto est transeuntibus maioris tenacitatis & lubricitatis, sicut patet de terra pingui tempore pluuiali. Sic & prosperitas quanto est amplior, tanto est ad detinendum habilior. Vnde Esa. 24. *Formido, fouea & laqueus super te qui habitator es terræ.* Homo enim qui est in terra mundanæ prosperitatis, de leui formidat & suspicatur, in foueam peccati faciliter intrat & inclinatur à laqueo vero malorum complacentiarum, difficiliter extrahitur & liberatur. Ista igitur terra tenere solet tenaciter. ¶ Item dico quod ista terra esurire facit mentaliter. Dant enim famem & sitim auaritiæ, nec satiat, imo vacuat cor humanum. Vnde de ista terra dicitur Hier. 2. vbi dicitur. *Transduxi vos per terram sitis & imaginem mortis.* Vnde auari & mundani similes sunt onagro de quo dicitur Iob 39. *Quis dimisit onagrum liberum, & vincula eius quis soluit? cui dedi in solitudine domum, & tabernaculum eius in terra salsuginis.* Terra enim salsuginis dicitur illa quæ propter salsuginem maris & propter siccitatem propriam est sterilis & deserta. In aliquib. enim partibus Britanniæ minoris terræ fæx & limus maris in campis portatur, & quamuis illæ fæces salsæ de se steriles sint, terram tamen in qua ponuntur per accidens, faciunt fertilem, virtute enim sua calida humorem ab interioribus ad terræ superficiem attrahunt, & sic fertilem eam reddunt, sed post 10. annis sterilis efficitur, & ratione opulentiæ præcedentis maior sterilitas generatur. Sic vere charissimi salsugo mundanæ prosperitatis in principio, scil. in vita præsenti facit hominem diuitijs abundare, sed pro certo in futuro ipsum faciet esurire, quia, scilicet quanto ipsum in præsenti maiori opulentia ditat, tanto in futuro maiori sterilitate & indigentia ipsum damnat, iuxta illud Oseæ 4. *Secundum gloriam eius multiplicata est ignominia eius,* ista est igitur terra salsuginis quæ esurire facit mentaliter. Item dico quod ista terra pertransire solet faciliter. Terra enim, id est, prosperitas cito transit Matth. 24. *Cœlum & terra transibunt.* Cœlum enim significat altas sæculi dignitates, terra vero designat magnas sæculi facultates, quæ scil. non sunt stabiles, sed potius variabiles & mutabiles Esa. 13. *Mouebitur terra de loco.* ¶ Item dico quod ista terra sentire facit discorditer. Quia sicut nulla est terra ita firma, quin terræmotus ibidem aliquando generetur, quando fortibus vaporibus interius agitatur, sic vere nulla est tam magna prosperitas, quin terræmotum dissensionum & tribulationum patiatur, quando vaporibus, id est, malis hominibus inuicem collidentibus & se inuicem litigijs impellentibus concutiuntur & mouentur Psal. *Commota est & contremuit terra* 1. Paral. 1. *Nomen viri Phaleth, quia in diebus suis diuisa est terra.* In ista terra mūdanæ prosperitatis continentur mali vapores, id est, mali & iniqui habitatores, quia sicut dicitur Hiere. 20. *Dabo terram in manu pessimorum,* & ideo ibidem non solet pax & concordia habitare, sed potius lis & discordia pullulare. Quod bene figuratur Apoca 8. vbi dicitur, quod *ignem misit in terram, & facta sunt tonitrua & terræmotus,* q[illegible] ignis iræ, in[illegible] diæ & auaritiæ quando in terra ponitur, terræmotus contradictionis, & tonitrua litigationis [illegible] audiuntur. Ista ergo terra sentire facit discorditer. ¶ Item ista terra facit superbire realiter. Terra enim multos habet m[illegible] & tumores. Sic mundi prosperitas multas habet superbias & præsumptiones Mich. 1. *Attendat terra & plenitudo eius.* ¶ Item dico, quod ista terra insanire facit crudeliter, quia pro certo terra, id est, abundantia prosperitatis est aliquando causa crudelitatis & impietatis, quod patet, quia illi sunt crudeliores qui sunt in terra & in sæculo ditiores. Vnde de crudelibus dicitur Ezechielis 32. quod *ipsi dederunt terrorem suum in terra viuentium, & ideo portauerunt ignominiam suam cum his qui descenderunt in lacum* Eze[illegible] *Terra plena est iudicio sanguinum.* ¶ Item ista terra lasciuire facit c[illegible]naliter, vnde Oseæ 1 *Fornicans fornicabitur terra à Domino,* & [illegible] ex 4 *Maledictum, mendacium, furtum, adulterium & homicidium inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit, propter hoc lugebit terra.*

¶ Item dico, quod ista terra deperire facit finaliter. [illegible] nulla est terrena prosperitas quin finaliter destruatur, & por[illegible] me in morte & in iudicio, quia dominus in furore c[illegible] tertam, & in furore obstupefaciet gentes Abac 3 & Soph[illegible] *igne enim zeli mei deuorabitur omnis terra.* Istis igitur octo rati[illegible] paret quod terra, id est, terrena prosperitas est contemnenda [illegible] mentaliter fugienda. Et sic ergo dico, quod ista tria s[illegible]nt necessaria ad terram, id est, ad terrenam prosperitatem ne [illegible] uitandam, scil. mundanorum prouidus despectus, [illegible] limpidus aspectus, superiorum feruidus affectus. Vnde c[illegible] ctum est de ista terra quod *eleuauerunt Cherubin alas suas, &* [illegible] *ta sunt à terra.* Hæc igitur sufficiant de terra quantum ad [illegible] uenientis partes.

## Terror. Terribilis. Territus.

A Terror. Cor terror seu terribilitas nihil aliud sit quam quædam excessiua [illegible] species seu qualitas, quæ ex excessu alicuius subiti sensibilis [illegible] lentis & insoliti generatur, possumus dicere, quod in scriptura inuenitur multiplex terror, scil. terror

Humani timoris,
Deuoti tremoris,
Mundani furoris,
Diuini rigoris.
Primus est terror iniquorum,
Secundus est perfectorum,
Tertius est miserorum,
Quartus est damnatorum.

¶ Dico primo quod est terror imbecillis pauidi[illegible], [illegible] est quando homo pauet vel terretur sine causa. Im[illegible] semper in timore & desperatione, quia sicut dicitur Iob [illegible] *tus terroris in auribus impij, & cum pax sit, insidias semper* [illegible]. Homo enim cui propria conscientia male [illegible] ponder [illegible] nihil habet gratiæ vel meriti in quo confidat, metu terretur quia, sc. sicut melancholici propter abundantiam nigræ chole[illegible] tæ corpus occupantis, & imaginatiuam expirits deng[illegible], lent sine causa timere, concuti & terreri, sic vere, illi in quibus niger humor peccati dominatur, ita quod imaginatio & c[illegible] entia maculatur, modica tribulatione temporali, vel m[illegible] turæ afflictione, vel diuini iudicij executione supernali [illegible] ad desperationem terrentur, & sine causa legitima perturb[illegible]ur. Sic territi fuerunt populi carnales, qui audientes fortitud[illegible]em habitatorum terræ promissionis de Dei auxilio diffidentes in Ægyptum redire voluerunt Deut. 1. *Nuncij terruerunt cor nostrum,* vnde Leuit. 26. *Terrebit eos sonitus folij volantis.* Iste est e[illegible]o terror desperatoris pauiditatis.

B ¶ Secundo dico, quod est terror formidantis hum[illegible]itatis, & iste est terror quo terrentur boni, quia sicut pueri f[illegible]liter terrentur ab aspectu virgæ, sic humiles & pueri ex aspe[illegible] diuinæ potentiæ & iustitiæ faciliter conturbantur, dicentes Deo & Angelis illud Iosu. 9. *Prouidimus animabus nostris, terrore vero comp*[illegible] Deus enim & opera sua valde debēt esse terribilia cord[illegible] de[illegible]uotorum. Cantus galli mirabiliter terret lupum secu[illegible] P[illegible]. Sic vere verba Christi debent terrere virum iustum [illegible] lud Iob 6. *Terrores domini militant contra me.* Et no[illegible] d Deus debet esse terribilis tam bonis quam malis p[illegible] videlicet propter sux

Clementiæ plenitudinem,
Iustitiæ rectitudinem,
Scientiæ limpitudinem,
Potentiæ f[illegible]tudinem.

¶ Terribilis est ergo Deus pro[illegible]ter p[illegible] iæ. Ille enim fecit opera vald[illegible] & [illegible] tab[illegible]

assumptione, & in mundi clementi redemptione. Tunc enim *Deus fecit magnalia in Aegypto, mirabilia in terra Cham, terribilia in mari rubro.* Terra Ægypti est mundi regio, vbi terribile fuit diuinitatem descendisse. Terra Chan est matris perfectio, in qua terribile fuit virginitatem remansisse. Mare rubrum est Christi passio, vbi terribile fuit Deum mortem sustinuisse. Et breuiter sicut in Psal. dicitur. *Iste est Deus terribilis & laudabilis, & faciens mirabilia.* Item terribilis est iste propter rectitudinem suæ iustitiæ. Terribile enim est videre iudicia Dei, & quantum sunt iusta, & quantum sunt occulta. Sicut enim in Psal. 95. dicitur. *Quoniam dominus excelsus terribilis super omnes Deos, & rex magnus super omnem terram.* Itē est terribilis propter limpitudinem suæ scientiæ, quia sicut dicitur in Psalm. 65 *Iste est terribilis in consiliis super filios hominum.* Item ipse est terribilis propter fortitudinem suæ potentiæ, vnde Deut. 10. dicitur, quod *Deus magnum, terribilis & potens, qui personam non accipit.* Et bene est terribilis potentia sua, quia etiam ipsi dæmones audito eius nomine exterrentur. *Sanctum enim & terribile nomen eius: Initium sapientiæ timor domini.* Sicut enim de beata virgine legimus, ipsa est terribilis inimicis, quia sicut leo terretur quando videt gallum album, sic diabolus quando videt contra se militare virginem castitate candentem. Ideo de ipsa dicitur Can. 6. *Terribilis vt castrorum acies ordinata.* Ita quod etiā nos possumus dicere illud Gen. 28. *Quam terribilis est locus iste, non est hic aliud nisi domus Dei & porta cœli.* Patet igitur quod est quidam terror humilitatis formidantis. ¶ Tertio dico, quod inuenitur terror iniquitatis alios impugnantis. Et sic dico quod tyranni dicuntur terribiles propter crudelem afflictionem. Alij vero mali dicuntur terribiles propter horribilem conuersationem. Tyranni enim sunt sicut leo, cuius aspectus & rugitus est terribilis omnibus animalibus quia sc. tyrannorum dicta & opera pauperibus sunt terribilia. Figurata in bestia quæ (Dan. 7.) *erat terribilis, mirabilis & fortis nimis, quæ dentes ferreos magnos habebat, comedens & comminuens, & reliqua pedibus suis conculcans, dissimilisque erat aliis bestiis quas Daniel viderat ante eam.* Tales enim bestiæ sunt tyranni, quia scil. ipsi sunt fortes, in quantum habent sæculi & iurisdictionis potestatem, dentes habent ferreos, in quantum habent crudelem iniquitatem, comedunt & comminuunt, in quantum contemnunt aliorum auctoritatem, dissimiles sunt alijs, in quantum omnes excellunt, quantum ad morum vilitatem & prauitatem. Et ideo de talibus dicitur Dan. 2. *Eratque statua illa magna, & intuitus eius terribilis valde.* De illis vero qui sunt terribiles propter iniquam conuersationem, potest dici illud Esa 18. *Ite Angeli veloces ad gentem conuulsam & dilaceratam, ad populum terribilem, post quem non est alius, ad gentem expectantem & conculcatam, cuius diripuerunt flumina terram eius.* Iste est igitur terror malignitatis alios impugnantis. ¶ Quarto dico, quod est quidam terror seueritatis impios iudicantis. Deus enim in iudicio valde terribilis apparebit, impiosque valde terribiliter iudicabit Psalm. 75. *Terribilis es, & quis resistet tibi ex tunc ira tua.* Quia sicut dicitur Esa. 10. *Dominus Deus exercituum confringet lagunculas in terrore.* Et ita sufficit. Vide supra de timore.

# Terminus.

A Nota quod termini dicuntur limites vsque ad quos aliqua res extenditur & infra quorum ambitum continetur. Et possum breuiter notare quod in scriptura inuenimus multos terminos, quia sunt

Termini quidam:
- boni,
- mali,
- tenendi,
- prætermittendi.

Et ideo nota, quod inuenitur

Terminus:
- exclusiuus, qui nequit præteriri,
- inclusiuus, qui debet custodiri,
- completiuus, qui debet inueniri,
- despectiuus, qui debet pertransiri,
- infectiuus, qui debet non adiri,
- afflictiuus, qui debet præsentiri.

B ¶ Primus est terminus humanæ durationis, quia, scil. vita & humana duratio continetur infra duos terminos, scil. natiuitatem & mortem, quæ cum ad vltimum terminum peruenit, transire vlterius non valebit. Similis mari, cui Deus terminos limitauit certos, quorum non potest ambitum pertransire. Vnde de aquis dicitur Ps. 103. *Terminum posuisti eis, quem non transgredientur, &c.* Et de hoc Iob 38. dicit dominus, *Circūdedi mare terminis meis, & posui vectem, & ostia, & dixi, hucusque venies, & non pertransibis amplius. & hic confringes tumentes fluctus tuos.* Et nota, quod isti termini maris nihil aliud sunt, quam eius littora vel arena, de qua Hier. 5. *Posui arenam terminum mari.* Quia pro certo mare fluctuosæ vitæ nostræ vsque ad arenam & terminum mortis potest venire, sed impossibile est vlterius pertransire Iob 14. *Constituisti terminos eius qui præteriri non poterunt.* Iste est igitur terminus humanæ durationis.

C ¶ Secundus est terminus moralis inclusionis seu perfectionis. Dei enim mandata & prælatorum statuta sunt quidam termini infra quos oportet permanere. Quia sicut leo facit circulum & signat terminum animalibus quem transgredi non audent, sic Deus terminum statutorum suorum constituit hominib. quem nullo modo præterire debent Exo. 19. *Constare populum ne forte velit transcendere terminos ad videndum dominum.* Ista dicuntur contra clericos præsumptuosos, qui terminos humanæ cognitionis nituntur transcendere, & vltra quam liceat de diuinitatis secretis inquirere & videre, quia, scil. potentiæ intellectiuæ & potentiæ volitiuæ termini sunt præfixi, vltra quos non licet alicui proficisci Prou. 22. *Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui.* Iste est terminus moralis inclusionis ¶ Tertio dico, quod D est terminus finalis saluationis. Terminus iste est illud in quo homo post vitæ decursum quiescit, & quod cursu attingere semper quærit. Sic vere vita æterna est finis ille, & terminus ad quem debet quilibet recurrere, & in quo potest quiescere & manere. Et de hoc Iosuæ 13. *Factus est terminus filiorum Ruben Iordanis fluuius.* Ruben interpretatur videns per medium, & significat sanctos, qui in paradiso vident per medium Trinitatis claræ, quia pro certo Iordanis fluuius, id est, affluentia gloriæ paradisi factus est terminus eorundem. Iste est ergo terminus finalis saluationis.

E ¶ Quarto dico, quod est terminus temporalis possessionis. Et iste est terminus mundi & mundanorum, in quo procul dubio non est sistendum, nec infra eius ambitum mentaliter remanendum. Et ideo nos debemus dicere mundo illud Num. 20. *Gradiemur via publica, nec ad dexteram, nec ad sinistram declinantes, donec transeamus terminos tuos.* Iste est igitur terminus temporalis possessionis. ¶ Quinto dico, quod est terminus criminalis infectionis. F Et iste est terminus peccati, quia peccatum habet generaliter duplicem terminum, sc. declinare à bono, & facere malum. & ideo tales termini non sunt attingendi, sed toto desiderio fugiendi. Vnde de istis terminis dicitur Mal. 1. *Vocabuntur termini impietatis, & populus cui iratus est dominus.* Iste est igitur terminus criminalis infectionis. ¶ Sexto dico quod est terminus peccatorum, ad istū G enim per peccatum tendunt, & illum per tormentum attingunt. Vnde de peccatore damnato potest dici illud Iosuæ 15 *Mare magnum terminus eius*, quia, sc. quilibet peccator ad mare magnum, id est, ad magnam inferni amaritudinem terminatur. Sic igitur patet, quod sunt sex genera terminorum.

# Thesaurus.

A Nota quod thesaurus nihil aliud est, quam locus occultus & secretus, rebus pretiosis & charis repletus. Breuiter ergo per thesaurum potest omnis opulentia denotari, siue bona siue mala. Nota igitur quod inuenio in scriptura thesaurum

- Admirabilem,
- Imperscrutabilem,
- Commendabilem,
- Affectabilem,
- Detestabilem.

B ¶ Primus est thesaurus, sc. diuinæ præscientiæ quia, sc. ipsi occulta Dei præscientia est thesaurus occultus, in quo sunt omnia iudicia occulta, abscondita, & à quo secundum quod ordinat clauis suæ scientiæ seu sapientiæ, diuersis temporibus educuntur. Et sic loquitur Deut. 32. *Nonne hæc condita sunt apud me & signata à thesauris meis?* quia proculdubio sicut Ps. 134. dicitur. *Iste est qui producit ventos de thesauris suis.* ¶ Secūdus est thesaurus diuinæ sapientiæ, C & iste thesaurus nihil aliud est quam sacra scriptura, in qua pro certo sicut in quodam inexhaustibili thesauro est omnis sapientia abscondita & exclusa Col. 2. *in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi.* Vnde de sacra scriptura dicitur Sapi. 7. D quod *infinitus thesaurus est hominibus.* ¶ Tertius est thesaurus internæ conscientiæ. Conscientia enim viri iusti est thesaurus pretiosissimus, in quo virtutum abundantia per humilitatem reconditur & seruatur Matth. 12. *Bonus homo de thesauro cordis sui profert bona:* Et sic dicitur Matth. 13. *Paterfamilias profert de thesauro suo noua & vetera.* & Prou. 21. dicitur quod *thesaurus desiderabilis &* E *oleū in habitaculo iusti* ¶ Quartus est thesaurus superne opulētię, & iste est thesaurus gloriæ paradisi, in quo Deus habet & reseruat omnis

omnia bona sua, quæ tamen nullis nisi tantum suis amicis & familiarib. vult aliqualiter reuelare. Nam sicut diues homo thesaurum suum non solet alijs ostendere nisi suis amicis, sic nec Deus thesaurum gloriæ paradisi peccatorib. ostendit, sed tantum sanctis, qui eius sunt amici intimi. Illis enim dicitur Esa. 45 *Dabo tibi thesauros absconditos, & arcana secretorũ.* Iste est igitur thesaurus affectandus, & toto desiderio procurandus, iuxta illud Matt. 6. *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi ærugo & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt & furantur, thesaurizate autem vobis thesauros in cælo &c.* Modus n. acquirendi illum thesaurum est dare eleemosynam, qui quando thesaurus temporalis per eleemosynam erogatur, thesaurus cœlestis acquiritur & lucratur. Nam sicut illi qui tute volunt portare thesaurum ad patriam alienam, solent illum in terra sua socijs mercatorib tradere, & assumptis literis solent in patria ad quam vadũt ab alijs mercatoribus illorum mercatorum socijs thesaurum quem tradiderant sibi habere, sicut quotidie in Romana curia faciunt Florentini, sic vere cum ad patriam paradisi pertransire cupiamus, necesse est quod in terra ista thesauros diuitiarum nostrarum mercatoribus regni cœlestis, id est, pauperibus erogemus, & sic virtute literarum Euangelij ab eorum socijs, scilicet ab angelis cum illic peruenerimus, thesaurum nostrum recuperabimus & sumemus. Vnde Matth. 19. *Omnia quæ habes da pauperibus & habebis the-*

F *saurum in cælo.* Iste est ergo thesaurus superne opulentię. ¶ Quintus est thesaurus mundanę affluentiæ, & iste est thesaurus generaliter loquendo, qui significat congregationem diuitiarum temporalium, & iste est thesaurus detestabilis & vituperabilis. Est enim pauperibus erogandus, & non in arcam abditus retinendus. Quin sicut dicitur Eccles. 20. *Sapientia abscondita & thesaurus occultus, quæ vtilitas in vtroque?* q. d. nulla. Et ideo bicuites ille commendatur Eccl. 31. *Qui inuentus est sine macula, nec sperauit in thesauris pecuniæ.* Et sequitur. *Quis est hic? & laudabimus eum.* q. d. pauci sunt tales. Quia pro certo bene pauci, quia quasi nulli sunt hodie qui thesauros pecuniarum non diligant & qui in eis spem & desiderium nunquam ponant, & illud pro certo est fatuum, sicut dicitur Prouerbiorum 10. *Nihil proderunt thesauri iniquitatis, iustitia autem liberabit a morte.* Et ideo bene dicitur Prou. 15 *Melius est parum cum timore Dei, quam thesauri magni & insatiabiles.* Et sic breuiter ostensum est quod quinque sunt genera thesaurorum. Et sic sufficit.

A **Testamentum. Testari.** Nota quod testari idem est quod ordinare, disponere vel tractare & potest dici testamẽtum à testibus eo quod plures testes ibidem requirebãtur, vel à testari, eo quod voluntas defuncti ibi testabatur & reuelabatur, significans sacram scripturam vel diuinam præscientiam, quæ sunt diuinæ voluntatis ordinatiuæ, vel ipsius declaratiuæ. Scriptura enim continet duo testamenta, vetus, scilicet atque nouum. De veteri enim dicitur in Psal. 88. *Disposui testamentum meum electis meis.* Quia scilicet vetus testamentum fuit dispositum & traditum amicis Dei sc. patriarchis & prophetis, de testamento nouo dicitur Baruch. s. c. *Statuam eis testamentum alterum sempiternum.* Et breuiter sicut testamentum à testatore ordinatus, in morte confirmatur, & per testamentum hæreditas acquiritur, & legatarij disponuntur &c. si lex vel scriptura à Deo fuit ordinata, in morte fuit confirmata & per ipsam hæreditas paradisi nobis est concessa, & virtutum abundantia est delegata &c. Quia videtur mihi materia sterilis, vide supra de sanguine, vbi est illa authoritas. Tu autem in sanguine testamenti tui eduxisti vinctos tuos de lacu.

A **Testis. Testimonium.** Cum testis sit ille qui veritatem alicuius testimonij testatus, refert vel affirmat, potest ergo testificatio capi in bono & in malo. Et inuenio in bono,

Testem superiorem,
Testem interiorem,
Testem exteriorem,
Testem inferiorem.
Testis superior est Deus infallibilis,
Testis interior est conscientia immentibilis,
Testis exterior est operatio demonstrabilis,
Testis inferior est iustus vere stabilis.

B ¶ Primo dico quod est quidam testis superior. Est enim Deus testis qui nõ fallitur. Ipse enim videt facta nostra. & ideo de ipsis poterit testificari, & verum iudicium perhibere. Vnde ipse dicit illud Hier. 29. *Ego sum iudex & testis, dicit dominus.* Ipse est secundum Psalm. *sicut luna perfecta in æternum, & testis in cælo fidelis.* Ipse enim potest

Testificari de { Cordium qualitate, / Bonorum sanctitate, / Malorum prauitate. }

¶ Testis enim est de cordium qualitate & animorum. Vnde Iob 16. *Ecce in cælis est testis meus & conscius meus in excelsis.* Item testis est de bonitate sanctorum & perfectorum. Vnde Apo. 3. dicit Dominus animæ: *Testis fidelis & verus, & principium creaturæ Dei.* Item testis est de prauitate malorum & iniquorum. Vnde ipse dicit Malac. 3. *Accedam ad vos in iudicio, & ero testis velox maleficis adulteris & periuris.* Iste est ergo testis qui non fallitur.

C ¶ Secundo dico quod est quidam testis interior qui non flectitur, & iste est conscientia, quæ ita est recta, quod nullo modo flectitur, quin semper testificetur homini cuiuscunque negotij veritatem 2. ad Cor. 1. *Nam gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ.* Iste enim testis nihil aliud est quam innocentia, quia, sc. innocentia conscientiæ est ille testis cuius testimonium super omnia reddit hominem securum, vnde Rom. 9. *Veritatem dico, & non mentior, testimonium perhibente mihi conscientia mea in Spiritu sancto.* Iste est ergo testis qui non flectitur. ¶ Tertio dico, quod est

D testis exterior qui non vincitur, & iste est operatio. Opera enim summe testificantur de homine, quia sicut dicitur Ioh. 10. *Opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me.* Sicut enim dicitur Deut. 17. & Ioh. 8 *In ore duorum, vel trium testium stabit omne verbum.* Primus enim testis est conscientia. Secundus est operatio. Tertius est bona fama. De primis duobus visum est, de tertio vero, sc. de testimonio famæ bonæ dicitur Act. 9. *Considerate fratres viros ex vobis boni testimonij.* Quando enim isti tres sunt boni, sc. conscientia, operatio, & fama, tunc non debet timere homo, quin pro se iudicium reportet. Et sic dicitur 1. Ioh. 5. *Tres sunt qui testimonium dant in cælo, & tres sunt qui testimonium dant in terra.* Si vero mali & sibi contrarij fuerint, sententiam in iudicio pro se sperare penitus nunquam possunt, quia sicut dicitur Nu. 35. *Homicida sub testibus interficietur.* Iste est igitur testis exterior qui non vincitur.

E ¶ Quarto dico, quod est quidam testis inferior qui non peruertitur, & talis testis est quilibet vir iustus qui habet inferius residere, quia vir iustus & verax semper est testis veritatis, dicens illud Ioh. 18. *In hoc natus sum vt testimonium perhibeam veritati.* Testis verus similis est vitro seu speculo mundo & albo, quod verum colorem cuiuslibet rei ostendit, quia vir fidelis & verus nihil scit palliare, sed veritatem negotij solet certifice declarare Ioh. 1. *Hic venit vt testimonium perhiberet de lumine* Multi enim sunt similes vitro rubeo, quod colorem rei impositæ solet mutare vel penitus abscondere vel celare, quia, sc. falsi testes veritatem negotiorum non demonstrant, sed ipsam mutant penitus & abscondunt Prou. 12. *Qui autem mentitur testis est fraudulentus.*

¶ De testibus vero in malo significato possum dicere quod tria sunt genera testium malignorum, scil.

Mendaces deieratores,
Mordaces murmuratores,
Loquaces adulatores.

¶ Deieratores enim testificantur illa quæ nescierunt, vnde de falsis testibus dicitur Matth. 26. *Audis quanta aduersum te testificantur.* Murmuratores testificantur illa quæ non viderunt contra quos Eccles. 28. *Lingua testificans adducet mortem.* Sicut de Susanna dicebant falsi iudices Dan. 13. *Nos huius rei testes sumus.* Adulatores vero testificantur illa quæ non fuerunt, quia, scil. adulatorum est aliorum dicta approbare, & de vanis & falsis & friuolis laudibus testimonium perhibere, & alios suis nouis testimonijs commendare. Vnde diuites possunt dicere de adulatore illud Rom. 8. *Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filij Dei.* Spiritus qui caret ossibus viros vanos signat. Et sic dico, quod testimonium sumitur in bono & in malo. Et sufficit.

**Timor. Timere.** Nota quod timor in bono sumitur & in malo. Vnde breuiter possum dicere quod in scriptura inuenitur triplex timor, scil. A

Timor { Filialis, / Criminalis, / Infernalis. }

Primus est gratiæ & humilitatis,
Secundus est culpæ & iniquitatis,
Tertius est pœnæ & aduersitatis.

Primus est hominum perfectorum, de quo Deut. 6. *Dominum*

*Deum*

*Dominum tuum timebis, & illi soli seruies.* Secundus est hominum peccatorum, de quibus in Ps. 13. *Trepidauerunt timore vbi non erat timor.* Tertius est timor hominum damnatorum, de quo loquitur Sapient. 5. *Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatæ salutis.* De isto triplici timore per ordinem est di-
B cendum. ¶ Primo dicemus quod est timor hominum perfectorum. Viri enim perfecti semper sunt in timore, quia semper

Timent { Deum offendere,
Gratiam perdere,
Culpam committere,
Pœnam incurrere.

Exemplo leonis, qui quamuis sit audacissimum animal, dicitur tamen timere multa, scilicet gallum & eius cantum & cristam & ignem, & eius ardorem & ictum, & rotas & earum clamorem & strepitum. Item bestiam venenosam quæ dicitur laolesates, & eius morsum. Item verberationem sui catuli & suæ pœnæ exemplum, sicut dicunt Plinius & Solinus. Sic pro certo charissimi, quamuis homo iustus ratione innocentiæ quam sibi videt inesse sit audax, solidus & securus, (iuxta illud Prou. 28. *Iustus quasi leo confidens absque terrore erit*) habet tamen timorem finalem impressum, quo ipse timet multa, quia, scilicet ipse timet gallum, id est, ipsum Deum ratione suæ cristæ seu mitræ altæ iurisdictionis, & ratione lapidis pretiosi suæ sanctissimæ perfectionis, & ratione cantus suæ altæ prædicationis & comminationis. Istis enim de causis debemus Deum timere, & ipsius potentiam formidare. Exemplo Iob, dicentis Iob 23. *A facie ipsius turbatus sum, & considerans eum, timore sollicitor.* Item ignem, scil. infernalem & æternam pœnam Deut. 5. *Timuistis ignem, & non ascendistis in montem.* Item strepitum rotarum, hoc est dictum, rugitum comminationis diuinæ & verborum sacræ scripturæ Eze. 26. *A sonitu rotarum eius mouebuntur muri tui.* Item debet timere bestiam venenosam, scil. diabolum & morsum tentationum suarum, quia, scil. nullus est ita sanctus quin debeat venenum diaboli formidare. Vnde de Holoferne dicitur Iudith 2. quod *cecidit timor illius super omnes habitantes terram.* Item debet timere quando videt coram se catulum verberari, id est, quando alios videt à Deo propter peccata sua & mala puniri & vindicari, iuxta illud Psal. 51. *Deus destruet te in finem, &c.* Sequitur. *Videbunt iusti & timebunt, &c.* Et ideo breuiter dico, quod iustus debeat esse timidus, patet Prou. 14. vbi dicitur quod *sapiens timet, & declinat à malo.* Et ad hoc monet Dauid in Ps. 33. vbi dicit. *Timete dominum omnes sancti eius, quoniam non est*
C *inopia timentibus eum.* ¶ Vbi aduerte, quod timor Dei est habendus triplici ratione, videlicet propter

Obiectum excellentissimum,
Subiectum dispositissimum,
Adiectum fructuosissimum.

Primum probat dominus qui præficitur [ Dominum ]
Secundum famulus qui subijcitur [ Sancti eius ]
Tertium cumulus qui subsequitur [ Non est inopia timentibus eum. ]

¶ Ista enim tria debent inueniri in diuino timore, scil.

Obiectum grandis authoritatis [ Timete dominum ]
Subiectum grandis humilitatis [ Sancti eius ]
Adiectum grandis vtilitatis [ Non est, &c. ]

¶ Igitur timeamus Deum propter

Suam prælationem,
Nostram subiectionem,
Nostri finis successionem.

Igitur dico, quod Deus est timendus propter celsitudinem suæ prælationis. Timete inquit dominum, omnia enim quæ sunt timent & reuerentur illud quod præficitur eis in natura, propter quod animalia dicuntur rugitum leonis timere, & eis audito sonitu, de eis præfixo circulo seu termino egredi non audere. Leo enim rex animalium esse dicitur, & ideo iustum est quod ab alijs sicut rex timeatur. Cum ergo Deus sit rex & dominus vniuersalis, iustum est, quod istum subditi sui reuereantur, ipsumque timeant, ita quod de circulis & terminis mandatorum suorum exire penitus non præsumant Amos 3. *Leo rugiet, quis non timebit?* Iste enim est dominus, & per consequens timendus, iuxta illud Deut. 6. *Dominum Deum tuum timebis, & illi soli seruies.* Timete dominum inquit. Quia proculdubio dominatio & potestas & iurisdictio eius debet mouere corda nostra ad ipsum timendum, & ipsius potestatem reuerendam. Oculus enim non potest respicere solem, quin reuerberetur, & quin seipso recludatur. Sic vere nec oculus mentis nostræ solem iustitiæ Christum potest respicere, quin in seipso habeat per timorem resilire, & infra claustra suæ humilitatis se abscondere & redire. *Timete dominum* inquit Apoc. 14. *Timete dominum, & date illi honorem.* & Apo. 15. *Quis non timebit te domine.* ¶ Et proculdubio metuendus est, quia D
habet

Potentiam inuincibilem,
Prudentiam infallibilem,
Iustitiam implacabilem,
Magnificentiam admirabilem.

¶ Timenda est eius potestas seu potentia inuincibilis Hiere. 10. *Quis non timebit te ô rex gentium?* & Matth. 10. *Timete eum qui potest animam & corpus mittere in gehennam.* Item timenda est eius scientia infallibilis 3 Reg. 3. *Timuerunt regem videntes sapientiam in eo.* Item timenda est eius iustitia implacabilis. Psal. 118. *Confige timore tuo carnes meas, à iudicijs enim tuis timui.* Item timenda est eius magnificentia admirabilis. Vnde in Psal. 101. *Timebunt gentes nomen tuum domine, &c.* Patet igitur quod Deus est metuendus propter celsitudinem suæ prælationis. *Timete,* inquit, *dominum* 1. Pet. 2. E
*Deum timete, regem honorificate.* ¶ Deinde dico quod Deus est timendus propter aptitudinem nostræ conditionis, seu nostræ subiectionis. *Sancti,* inquit, *eius,* homines enim naturaliter timent illum cuius iuribus sunt subiecti, sicut patet, quia seruus timet dominum, & filius timet patrem. Leu. 19. *Vnusquisque patrem & matrem timeat.* Cum ergo iusti & sancti sint serui & filij Dei, eius ditioni subiecti, sicut patet, quia redempti sunt ab eo & creati, bene ergo dico quod ipsum debent timere, & ex conditione propria se eidem submittere vel subesse. *Sancti,* inquit, *eius.* Istud pronomen eius subiectionem significat. Animalia enim qui iurisdictioni hominum sunt subiecta, naturaliter sunt timida, sicut patet in ouibus & iumentis, quæ simpliciter solent viuere, & cum timore suis rectoribus & dominis & pastoralibus obedire. Nos igitur qui Dei sumus, & qui sub manu eius viuimus & manemus, debemus esse timidi, & in obediendo Deo & superioribus tremebundi, dicentes Matth. 17. *Audientes discipuli ceciderunt in facies suas, & timuerunt valde.* Vnde etiam Daniel dicebat Dan. 1. *Dominum meum regem timeo.* Humilitas, Innocentia, Simplicitas, & Timor, sorores sunt. Quod est contra multos, qui non sunt similes animalibus subiectis & mitibus, sed potius feris & crudelibus, quæ sc. naturaliter non sunt timida, sed potius crudelia & ferocia. Vnde de istis dicitur in Ps. 13. *Contritio & infœlicitas in vijs eorum, & viam pacis non cognouerunt, non est timor Dei ante oculos eorū.* Et ideo tales non timent nec Deum, nec iudicem, nec prælatum. Dicunt enim illud Oseæ 10. *Ecce Deum non timemus, & rex quid faciet nobis?* Figurati in illo iudice iniquitatis, de quo Luc. 18. dicitur quod *Deum non timebat, nec hominem verebatur.* Cum tamen dicatur illud Eccles. 1. *Qui sine timore est, non poterit iustificari.* Non sic ergo, sed timemus Deum propter aptitudinem nostræ subiectionis, quia sancti inquit. ¶ Denique dico, quod Deus timen- F
dus est propter plenitudinem dandæ successionis. Non est inopia timentibus eum, inquit quasi dicat. Plenitudo omnium bonorum comitatur illos qui timent dominum. Amygdalo enim sterili & antiquæ, quando in radice clauus transfigitur, fœcunda & fertilis efficitur. Sic proculdubio illi qui aculeis diuini timoris in radice cordis transfiguntur, fertilitatem omnium bonorum consequuntur. Et de hoc Eccl. 1. *Timenti Deum bene erit in extremis.* Et ideo de illis bonis quæ ex Dei timore sequuntur, possum dicere quod sicut radix se habet respectu ramorum, sic timor respectu omnium bonorum, iuxta illud Eccl. 1. *Radix sapien-* G
*tiæ timere Deum.* ¶ Breuiter ergo notabo, quod ab ista radice, scil. Dei timore, oritur & nascitur

Mentis stabilitas,
Cordis securitas,
Pacis tranquillitas,
Vera credulitas,
Sagax subtilitas,
Prompta sedulitas,
Morum fertilitas,
Læta iucunditas,
Pura sinceritas,
Culpæ fugacitas,
Cœli suauitas,
Salutis firmitas,
Luminis claritas,
Veniæ largitas.

¶ Dico ergo quod timor Dei generat mentis stabilitatem, quia sicut

sicut dicitur in Ps. 24. *Firmamentum est dominus timentibus eum*, Et Eccl. 2. *Sta in iustitia & timore, & prepara animam tuam ad tentationem*. Item generat cordis securitatem Eccl. 34. *Qui timet dominum, nihil trepidabit*. Item generat pacis tranquillitatem Prou. 13. *Qui timet dominum, in pace versabitur*. Item generat veram credulitatem Exo. 14. *Timuit dominum populus, & credidit*, & Eccl. 2. *Qui timetis dominum, credite illi*. Et iterum Eccle. 2. *Qui timent dominum, non erunt incredibiles verbo eius*. Item generat claram sagacitatem, vnde Ecc. 1. *Plenitudo sapientiæ timere Deum*. Et in Ps. 110. *Initium sapientiæ timor domini*. Item generat promptá sedulitatem, facit enim hominem humilem & sollicitum ad seruiendum & obediendum Ps. 2. *Seruite domino in timore*, & Deut. 6. *Dominum Deum tuum time, & illi soli seruies*. Item generat motum fœcunditatem Tob. 4. *Pauperem vitam gerimus, sed multa bona habebimus si timuerimus Deum*. Item generat lætam iucunditatem Ps. 104. *Lætetur cor quærentium dominum*. Et iterum 85. *Lætetur cor meum vt timeat nomen tuum*. Item generat puram sinceritatem, quia purgat hominem à peccato Iob 41. *Timebunt angeli, & territi purgabuntur*. Item generat culpæ fugacitatē. Facit enim fugere & declinare à peccato, vnde Eccl. 1. *Timor domini expellit peccatum*. Est enim timor sicut bonus ianitor, qui de domo ejicit raptores, & sicut dictamum herba, quæ sagittam de corpore ejicit, & sicut os quod est in corde cerui, quod partum accelerat & adducit, quia, s. timor domini habet peccatum repellere, & ab eius consortio declinare, vnde Prou. 15. *Per timorem enim domini declinat omnis à malo*. Item generat cœli suauitatem Ps. *Quod magna multitudo dulcedinis tuæ domine, quam abscondisti timentibus te*. Item generat salutis firmitatem Ps. 84. *Prope timentes eum salutare ipsius*. Item generat luminis claritatem Malac. 4. *Orietur sol iustitiæ vobis timentibus nomen meum*, & Luc. 2. *Claritas circumfulsit illos, & timuerunt timore magno*. Item generat veniæ largitatē, quia sicut dicitur Luc. 1. *Misericordia eius à progenie in progenies timentibus eum*. Ecce ergo quantam opulentiam virtutum generat Dei timor. Non est ergo inopia timentibus eum. Et sic patet in auctoritate quod Deus est metuendus. Propter plenitudinem moralis vtilitatis, propter aptitudinem seruilis humilitatis, propter celsitudinem supernalis auctoritatis. Bene ergo dictum est. *Timete dominum omnes sancti eius*, &c. Et illud est primum principale.

H Patet igitur quod est timor hominum perfectorum. ¶ Secundo principaliter dico, quod est timor hominum peccatorum, & iste est timor seruilis, qui est contrarius charitatis, quia sicut dicitur 1. Ioho. 4. *Perfecta charitas foras mittit timorem*. Peccator enim semper est in timore. Sicut enim dicunt naturales, obscuritas mater est timoris, sicut claritas mater est securitatis. Et inde est quod homo facilius timet de nocte, quam die. Inde etiam est, quod homines patientes melancholicam passionem timent & nesciunt de quo. Humor enim melancholicus in eis abundans niger est & obscurus, & ideo dum cellulam phantasticam occupat, generat timorem atque causat. Sic pro certo ebriissimi, obscuritas peccati, & defectus luminis gratiæ, timorem & desperationem in mentem inducit, & securitatem spei ejicit & educit. Vnde de Adam antequam peccasset, non legimus quod timuisset, ipse autem post peccatum legitur dixisse Gen. 3. *Vocem tuam domine audiui, & abscondi me & timui, eo quod nudus essem*. Animalia enim quanto minus habent de sanguine & calore, tanto magis sunt timida, sicut patet de mulieribus, quæ respectu virorum deficiunt in sanguine & calore. Sic vere quia peccator deficit in sanguine gratiæ & pietatis, & in calore & feruore charitatis & deuotionis, necesse est quod non timenda timeat, & quod spei securitatem & audaciam amittat. Vnde populo peccatori loquitur Moyses Deut. 28. *Timebis die & nocte, & non credes vitæ tuæ*. Et Psalm. 48. *Cur timebo in die mala? iniquitas calcanei mei circumdabit me*. Et 2. ad Cor. 7 *Foris pugna, & intus timor*. Quia scil. mali sunt in pugna exterius & turbatione, & intus in timore, & desperatione. Isti enim timent

Amittere mundi prosperitatem,
Incurrere mundi aduersitatem,
Aggredi pœnitentiæ probabilitatem,
Ingredi mortis acerbitatem.

De malis dicitur in Ps. 13. *Trepidauerunt timore vbi non erat timor*. Et ideo iste timor reprehenditur Prouer. 29. *Qui timet hominem, cito corruet*. Bene ergo dicitur Matt. 10. *Noli timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere*. Patet ergo quod iste est timor

I hominum peccatorum. ¶ Tertio dico principaliter quod est timor hominum damnatorum. Ipsi enim sunt sicut ouis quæ deuoratur à lupo, quæ timendo moritur, & moriendo timet. Ita quod quilibet damnatus potest dicere illud Psalm. 54. *Timor & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebræ*. Vbi aduerte quod iustum

Timorem comitatur { Debilitas animorum: Timor & tremor,
Immensitas tormentorum: Venerunt super me,
Obscuritas oculorum: Contexerunt me tenebræ.

Et breuiter iste est timor sine securitate. Tremor sine stabilitate. Pauor sine firmitate. Dolor sine sanitate. Labor sine quietis tranquillitate. Deu. 28. *Timebis nocte & die, & non credes vitæ tuæ*. Timet ergo anima damnata. Sicut ouis quæ à lupis deuoratur. Sicut auicula quæ à falconibus deplumatur. Sicut latro qui ad patibulum applicatur. Sicut reus qui à carnifice capite detruncatur. Iudith 14. *Intolerabilis timor & tremor cecidit super nos*. Patet igitur quod triplex est timor humanus scilicet timor perfectorum, peccatorum, & damnatorum. ¶ Sed adhuc possum dicere & inuenitur timor diabolicus K

Diabolus enim timet { Signum crucis,
Matrem lucis,
Vires boni ducis.

¶ Timet ergo signum crucis, quia sicut de lupo legimus, si sequatur hominem, & homo faciat aliquod signum figendo in via baculum, vel aliud ad modum crucis, lupus omittit eum prosequi timens illaqueari propter signum. Etiam leones videntes alium leonem suspensum, solent timere, & à persecutione hominum recedere & cessare. Quia pro certo leo & lupus, id est, diabolus timet leonem de tribu Iuda in cruce pendentem, & signo crucis se munientem, tales enim præ timore solent dimittere, & à tentationibus abstinere. Ps. 64. *Timebunt qui habitant terminos, à* L
*signis tuis* ¶ Item timent matrem lucis, id est, virginem gloriosam. Exemplo stellionis, quod est animal stellatum, quod in tantum à scorpionibus timetur secundum Isid. quod ex[illegible] pauorem eis inferat. Sic vere beata virgo virtutibus stellata, & in muliere *quæ duodecim stellarum coronam portabat* figurata Apoc. 12. scorpionibus & dæmonibus solet timorem & terrorem incutere, & eos à suis punctionibus & venenosis tentationibus coercere. Vnde de dæmonibus beatam virginem contra se venientem videntibus potest dici illud Iudith 15. *Solo timore agitati fugæ præsidium quærunt*. ¶ Item timent vires boni ducis, id est, virtutem viri iusti. Ex- M
emplo pugilis, qui timent aggredi illum quem non sperat posse vincere, & à quo aliquoties fuit victus. Exemplo etiam Basilisci, qui timet quando videt mustelam armatam pestu rutæ. Quia pro certo diabolus timet iustos, quando ruta pœnitentiæ inuenit eos armatos, & hoc quia ipsos faciliter non vincit, sed sub ipsis deficit & succūbit. Vnde de viro iusto dicitur 1. Mac. 3 *Cecidit timor Iudæ super omnes gentes in circuitu*. Hoc igitur sufficit de Timore tam diabolico quam humano, quia in alijs locis pluribus de eo est tractatum.

# Tyrannus.

Multa possunt dici secundum multos, *sed* omitto, quia deficiunt auctoritates.

# Tollere.

Nota, quod tollere quandoque sumitur pro auferre, quandoque pro portare, & potest sumi secundum vtrumque significatum in bono, & in malo. Igitur notemus, quod inuenitur Tollere A

Pœnitentiæ,
Sapientiæ,
Patientiæ,
Diligentiæ,
Obedientiæ,
Sufficientiæ,
Reuerentiæ,
Violentiæ,
Negligentiæ,
Pestilentiæ.

¶ Est dico vnum tollere pœnitentiæ. Et sic loquitur Mat. 11. *Tollite iugum meum super vos & discite à me quia mitis sum, & humilis corde*. Pœnitentia enim est illa resina medicinalis, de qua dicitur Hier. 51. *Tollite resinam ad dolorem eius, si forte sanetur*. Item est vnum tollere sapientiæ. Et sic loquitur Deut. 31. Vbi dicitur de libro legis. *Tollite librum illum & ponite in latere arcæ* liber sapientiam diuinam signat. Item est vnum tollere patientiæ. Et sic loquitur Matth. 16 Vbi dicitur. *Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me* Crucem enim tollere nihil aliud est quam cruciatum & pœnam in patientia sustinere Item est tollere diligentiæ. Et sic loquitur Mat 9. Vbi paralytico dicitur.

*Tolle grabatum tuum, & ambula.* Item est vnum tollere obedientiæ. Et sic loquitur Matth. 21. *Si dixeritis monti huic tolle te, & iacta te in mare, obediet vobis.* Item est vnum tollere sufficientiæ. Et sic cuilibet scriptura dicit Matth. 20. *Tolle quod tuum est & vade.* Item est vnum tollere reuerentiæ. Et sic *petijt Ioseph licentiam à Pilato vt tolleret corpus Iesu.* Ioh. 19. Item est vnum tollere violentiæ. Et sic raptoribus loquitur scriptura de pauperibus Mich. 3. *Violenter tollitis pelles eorum desuper eis.* Item est vnum tollere negligentiæ. Et sic de dijs gentium dicitur Hier. 10. *Portata tollentur quia incedere non valent.* Item est vnum tollere pestilentiæ, & illud est de quo à damnatis tolluntur omnia bona. De qua Matth. 25. *Tollite ab eo talentum,* & Actor. 22. *Tollite huiusmodi,* & Ionæ 1. *Tollite me, & mittite in mare.* Sufficit de tollere. Vide de ferre & auferre, portare, & sustinere, &c.

A **Tonitruum.** Cum tonitruum nihil aliud sit quam quidam terribilis sonus aliquando ex concursu ventorum in terræ visceribus, aliquando ex extinctione ignium in nubibus, aliquando ex corruptione nubium in aere generatus, possumus breuiter notare, quod in scriptura per tonitruum intelligitur

Sonitus prædicationis,
Tumultus tribulationis,
Rugitus iurisdictionis.

B ¶ Dico primo, quod inuenitur tonitruum prædicationis, quia prædicatio more tonitrui debet esse quandoque alta de paradiso, quandoque bassa de inferno, quandoque media de mundo, quandoque terribilis contra vitia, quandoque temperata pro virtutibus, vt sic de vniuersitate prædicatorum dicatur illud Apocal. 10. *Locuta sunt septem tonitrua voces suas.* Cum tonitruo autem descendunt pluuia, coruscatio & fulgur, quia in prædicatione debet esse pluuia doctrinæ & eruditionis, & coruscatio boni exempli & claræ operationis, fulgur etiam, id est, ardor iustitiæ & rigorosæ reprehensionis, & sic verificatur illud Apo. 4. *De throno procedebant fulgura & voces & tonitrua.* Istud est ergo tonitruum prædicationis.
C ¶ Secundo dico, quod est tonitruum tribulationis. Terror enim tribulationis per tonitruum designatur, quod fulgur rapinæ & exactionis emittitur, & quo patria pauperum deuastatur, vnde Eccles. 40. *Substantia iniustorum sicut fluctus & sicut tonitrua magna in pluuia personabunt,* sicut etiam Eccles. 43. *Vox tonitrui eius verberabit terram.* Tonitruum enim agnos præ timore occidit, vina perturbare consueuit, & oues prægnantes abortire facit. Sic vere impetus tribulationis vel tentationis innocentes & simplices solet terrere, conscientiam solet turbare, & abortum fœtus boni propositi solet multoties generare Apoc. 8. *Facta sunt tonitrua & voces & fulgura & terræmotus magnus.* Istud est ergo tonitruum tribulationis seu tentationis.
D ¶ Tertio dico, quod est tonitruum diuinæ iurisdictionis, quia, scil. diuinum iudicium simile erit tonitruo, sed de hoc vide supra de Iudicio, & allega illam auctoritatem 1. Reg. 2. *Dominum formidabunt aduersarij eius, & super illos in cœlis tonabit, dominus iudicabit fines terræ.* Sic igitur patet, quod tonitruum sumitur tribus modis. Et hoc sufficit.

A **Torcular.** Breuiter per torcular qui est locus ad exprimendum vina dispositus, potest intelligi

Redundantia diuinæ scripturæ,
Affluentia temporalis iacturæ,
Abundantia prosperitatis terrenæ,
Violentia infernalis pressuræ.

B ¶ Dico ergo quod est torcular diuinæ scripturæ. Scriptura enim sancta torcular Dei dicitur, eo quod exinde de diuersis vuis, id est, de diuersis sanctorum sententijs vinum scientiæ eliquatur. Vnde ecclesia est vinea domini, in qua torcular sacræ scripturæ fodiunt Mat. 21. Vnde Sapiens de seipso Eccl. 33. dicit. *Quasi qui*
C *vindemiat, repleui torcular.* ¶ Item est torcular iacturæ mundanæ, quia, scil. mundi iactura & tribulatio torcular dicitur, eo quod ibi vua, id est, homo diuersimode premitur, in tantum quod sæpe lacrymas destillare comprobatur. Vnde Christus de tribulatione suæ passionis dicit Esa. 63. *Torcular calcaui solus,* &c. Thre. 1.
D *Torcular calcauit dominus virgini filiæ Iuda.* ¶ Item est torcular prosperitatis terrenæ, in quo vinum diuersarum consolationum inuenitur, & tamen à pondere & pressura nos liberabit. Vnde de isto dicitur Prou. 3. *Implebuntur horrea tua saturitate, & vino torcularia tua redundabunt.* Prosperitas enim dicitur torcular vbi diuites inebriantur, & vbi more ebriorum siti auaritiæ inflammantur Iob 24. *Inter aceruos eorum meridiati sunt qui calcatis torcularibus sitiunt.* ¶ Item est torcular aduersitatis æternæ, in quo, sc. vuæ, id
E est, peccatores premuntur. Et de hoc dicitur Apoc. 19. quod *sedens in equo albo calcat torcular furoris Dei.* Patet igitur quod torcular potest significare æternam pressuram, mundanam iacturam, terrenam iacturam, & diuinam scripturam.



**Torrens.** Torrens est fluuius ex aquis aduentitijs generatus. Torrens enim ex aggregatione aquarum pluuialium introducitur, ita quod quandoque subito inundat, & subito desiccatur. Loquendo igitur moraliter, notandum, quod in scriptura torrens sumitur multis modis in bono & in malo. Est enim torrens  A

Notabilis vtilitatis,
Laudabilis suauitatis,
Fluxibilis mortalitatis,
Damnabilis iniquitatis,
Mutabilis prosperitatis,
Tristabilis aduersitatis.

Ista enim sunt sex genera torrentium, in quibus homines diuersimode balneantur. ¶ Et primo dico, quod est vnus torrens  B
vtilitatis valde notabilis, & iste est torrens scripturæ & instructionis, torrens gratiæ & deuotionis, torrens lacrymarum & compunctionis, torrens baptismi & ablutionis, torrens pœnitentiæ & saluationis. Torrente enim scripturæ potantur sapientes, vt patet 1. Mach. 5. vbi dicitur quod *Iudas statuit scribas populi secus torrentem.* Torrente gratiæ potantur contemplantes. Ps. 109. *De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput:* torrente lacrymarum potantur pœnitentes Thre. 2. *Deduc quasi torrentem lacrymas per diem ac noctem.* Torrente baptismi lauantur innocentes Hier. 31. *Adducam eos per torrentem aquarum in via recta.* Iste est
ergo torrens vtilitatis valde notabilis. ¶ Secundo dico, quod est  C
torrens suauitatis valde laudabilis, & iste est torrens gloriæ paradisi, in quo beati balneantur, & in quo à cunctis mundi ardoribus refrigerantur. Iste est torrens

Lætificatiuus,
Charitatiuus,
Viuificatiuus,
Fructificatiuus.

¶ In torrente enim gloriæ paradisi est voluptas delectabilis Ps. *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos.* Item in isto torrente est charitas contemplabilis Psal. 35. *Torrente voluptatis tuæ potabis eos, quoniam apud te fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen.* Item in isto torrente est viuacitas indefectibilis Ezech. 47. *Omnis anima viuens quæ serpit, quocunque venerit torrens, viuet.* Item in isto torrente est fœcunditas inæstimabilis, quia, scil. ibi est copia fructuum & bonorum. Vnde Ezec. 47. dicitur, quod *ex vtraque parte ripæ torrentis orietur lignum pomiferum, non defluet folium eius, & non deficiet fructus eius.* Quia procul dubio charissimi in torrente gloriæ paradisi est fructus qui non minoratur, vita quæ non terminatur, claritas quæ non obfuscatur, voluptas quæ non fastiditur seu reprobatur. Vnde breuiter de gloria æterna & de ipsis beatis dicit dominus Esa. 66. *Ecce declino super eos vt flumen pacis, & quasi torrentem inundantem gloriam gentium,* vnde Iob 22. *Dabit pro terra silicem, & pro silice torrentes aureos.* Patet igitur quod est torrens suauitatis valde laudabilis.

¶ Tertio dico, quod est torrens mortalitatis valde fluxibilis.  D
Torrens enim currit semper, nec habet causam fluendi perpetuam, sed temporalem, quinimo si hodie currit, cras forsitã deficiet & arescet, & significat mortalem vitam nostram, quæ nõ est perpetua, sed defectiua, non est permansoria, sed transitoria atq; vana. Vnde de isto est ille torrens, qui *raptim transit in conuallibus,* sicut dicitur Iob 6. Figuratus in illo torrente de quo dicitur 3. Reg. 2. *Quacunq; die transieris torrentem Cedron, scito te interficiendum.* Quia, scilicet statim quando torrentem vitæ transimus, per mortem interficimur & perimus. Iste est igitur torrens
mortalitatis semper fluxibilis. ¶ Quarto dico, quod est quidam  E
torrens iniquitatis valde damnabilis. Impij enim homines torrentes dicuntur, quia more torrentium quamdiu sunt sicci & aridi, id est, pauperes depressi, nulli nocere vel proficere videntur, quando tamen aquis diuitiarum repleti fuerint, tunc per superbiam ita tumescunt & inflantur, quod circummanantes pauperes & eorum possessiones corrodunt, & deprædantes Ps. 17. *Torrentes iniquitatum conturbauerunt me.* Nullus enim fluuius vel fluxus est periculosior, vilior aut immundior, turbidior atq; violentior, quam sit torrens qui subito venit de siccitate ad plenum, & de nihilo venit ad summũ. Quia pro certo nullus, prout

communiter, deterior inuenitur, quam ille qui de paupere diues efficitur, & qui de stato infimo in aliquod altum officium promouetur. Tales enim vt communiter sunt peiores, & contra alios pauperes nequiores. Exemplo Saul, qui de asinario rex factus fuit crudelis & nequissimus, sicut dicitur 1. Reg. 9. & 15. Exemplo Abimelech, qui spurius ad regimen assumptus fratres legitimos occidit, & vltra modum crudeliter imperauit, sicut dicitur Iud. 9. Et propter hoc Arist. scribens Alexādro, ipsum ducebat in epistola, quod nunquam illos quos natura iacere præcepit, exaltaret, quia sicut dicitur Prou. 30. *Terra mouetur per seruum cum regnauerit.* Ideo poeta dicit quod torrens qui paulatim pluuialibus tumuit vndis acrior est amne perenni, &c. Dic versus si vis. Et ideo pauperes possunt dicere talibus torrentibus illud 2. Reg. 22. *Torrentes Belial terruerunt me.* Patet igitur, quod est

F torrens iniquitatis valde damnabilis. ¶ Quinto dico, quod est vnus torrens prosperitatis mutabilis. Torrens enim vt dictum est, non habet causam durabilem, sed aduentitiam, modo n. est paruus, modo magnus, modo siccus, modo plenus. Sic vere mundi prosperitas aliquando crescit, aliquando decrescit, parū autem durat in sua plenitudine vel augmento, tamen magis solet nocere alijs quando est in summo quam quando est in decremento Hie. 47. *Aquæ ascendent ab Aquilone, & erunt quasi torrens*

G *inundans.* ¶ Sextu dico, quod est vnus torrens aduersitatis valde tristabilis. Aduersitas enim temporalis & æterna per torrentis violentiam designatur. Mundi enim tribulatio est torrens Psal. 123. *Torrentem pertransiuit anima nostra, forsitan pertransisset anima nostra aquam intollerabilem.* Infernus etiam est torrens vbi damnati cremantur & submerguntur Esa. 34. *Conuertantur torrentes eius in picem,* & Esa. 30. *Præparata est tophet à rege profunda & dilatata nutrimenta eius ignis & ligna multa, flatus domini sicut torrens sulphuris succendens eam.* Per torrentem istam potest designari impetus diuini iudicij, de quo Iob 28. *Lapidem caliginis & vmbram mortis diuidit torrens à populo peregrinante,* id est, à sanctis qui sunt in isto sæculo peregrini, diuidit lapidem caliginis, id est, vmbrosus & caliginosus peccatores, quando, scil. Christus separabit malos de medio iustorum, &c. Patet igitur, quod sex modis sumitur torrens. Vide supra de Flumine & Aqua. Et sic sufficit.

A **Totus.** Nota cum totus significet rei integritatem & complementum, possumus dicere quod in bono potest accipi & in malo. Et sic possum dicere, quod est quædam totalitas bonorum, & quædam totalitas malorum. De bonis igitur dicamus, quod sicut balsamus est arbor tota medicinalis, eo quod quicquid in ea inuenitur totum est bonum, lignum, cortex, folium, fructus, & succus, sicut dicit Plinius, sic proculdubio nos debemus esse toti, scil.

Quantum ad {
Fructum operationis,
Folium locutionis,
Lignum corporalis conditionis,
Succum interioris affectionis,
Corticem exterioris conuersationis.

Toti enim & integri debemus esse boni, ita quod in nobis non debet esse aliquid mali, vt quilibet nostrum possit dici illud Can. 5. *Species eius vt Libani, electus vt cedri, guttur eius suauissimum, & totus desiderabilis & bonus,* quia pro certo si aliquid deficeret, homo perfectus non esset, quinimo vnicum mortale peccatum omnem virtutum copiam solet corrumpere & fœdare 1. Cor. 5. *Modicum fermentum totam massam corrumpit,* & Iac. 2. *Si quis totam legem seruauerit, deliquerit autem in vno, fit omnium reus.* Toti igitur & integri esse debemus, & Deo totaliter militari. Figurati in holocausto, quod dicitur ab ὅλον, quod est totum, & καῦμα, quod est incendium: eo quod totum Deo incendebatur & offerebatur, & exinde nihil alijs diuidebatur. Ad denotandum, quod viri perfecti debent Deo toti & totaliter consecrari, & sibi generaliter dedicari, ita quod nihil de suis actibus & moribus debet alijs, scil. carni, mundo & diabolo aliqualiter immolari, vt sic animæ viri perfecti dicatur illud Cant. 4. *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te,* & breuiter de quolibet tali viro iusto Deo totaliter dedicato potest dici illud Zach. 3. *Ecce*

B *candelabrum aureum totum, & lampas eius super caput ipsius.* ¶ Vbi aduerte, quod vir iustus debet esse

Totaliter {
Luminosus,
Virtuosus,
Amorosus.

Primum facit splendor honestatis. Candelabrum.
Secundum valor sanctitatis. Aureum.
Tertium ardor charitatis. Lampas.

¶ Primo igitur dico, quod debemus esse luminosi per honestatem. Ecce inquit. Candelabrum enim lumen portat, & non solum se, sed alios illuminat & illustrat. Sic homo iustus charissimi lumen honestæ conuersationis debet habere, quia debet se & alios illustrare Mat. 5. *Nemo accendens lucernam, ponit eam sub modio, sed super candelabrum, &c.* Similes igitur simus soli, qui est totus & totaliter luminosus, vt toti simus lumine honestæ conuersationis pleni, & in omnibus actibus & moribus luminosi, iuxta illud Luc. 11. *Si totum corpus tuum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum.* Quod est contra multos similes lunæ quæ nunquam est tota luminosa, imo semper habet vnam maculam intermixtam. Sic vere multi sunt qui quamuis sint in pluribus clari, sunt tamen semper in aliqua parte nigri, quia, quamuis pro maiori parte virtutibus fulgeāt, semper tamen in aliquo vitio peccant, propter quod suam famam totā & pulchritudinem obnubilant & obscurant. Vnde dicitur Mat. 6. *Si oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tenebrosum erit.* Non sic charissimi, sed simus totaliter luminosi per honestatem. C

¶ Secundo dico, quod debemus esse virtuosi per sanctitatem, quia nos debemus esse toti aurei. Aureum inquit. Totum aureum enim dicitur illud quod interius & exterius est de auro, quia, sc. debemus esse aurei, id est, sancti & iusti non solum exterius in conuersatione, sed etiam interius in intentione. Aureum inquit totum 1. Par. 29. *Totis viribus præparaui impensas domus Dei mei, aurum ad vasa aurea, argentum ad argentea, æs ad ænea.* Quod tamen est contra multos qui non sunt aurei, sed auari, quia non habent sanctitatem totalem, sed superficialem, non sunt sancti in conscientia, sed in apparentia, non in intentione sed solum in conuersatione, sicut sunt hypocritæ. Vnde isti non sunt aureum totum, sed aureum in parte. Et pro certo sicut denarius qui non est totus de argento vel auro, quamuis non cognoscatur à simplicibus, bene tamen cognoscitur à prudentibus scil. in pondere & in tactu, & etiam in sono & colore, sic hypocritæ & falsi amici, &c. *Quomodo enim obscuratum est aurum, mutatus est color optimus?* Thren. 4. Non sic charissimi sed aureum totum inquit. ¶ Et aduerte, quod ad hoc quod simus toti aurei D & sancti, necesse est nos

Totaliter {
Amare,
Orare,
Sperare,
Clamare,
Saltare,
Laborare,
Mutare, vel se
Conformare,
Perseuerare.

Dico ergo quod debemus habere totalem integritatem in cordis dilectione Matth. 22. *Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo.* Item in totali vocis oratione 2. Paral. 20. *Iosaphat timore perterritus, totum se contulit ad rogandum Deum.* Et in Ps. *Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo.* Item in totali spei confessione. Vnde Prou. 3. *Habe fiduciam in domino Deo in toto corde tuo.* Item in totali laudis proclamatione Ps. 145. *Clamaui in toto cordis meo, exaudi me domine.* Itē in totali gaudij exultatione 2. Re. 6. *Dauid totis viribus saltabat coram arca.* Item in totali laboris executione Luc. 5. *Domine tota nocte laborantes nihil cepimus.* Item in totali ad Deum cōuersione Hierem. 24. *Toto corde reuertentur ad dominum.* In totali domini subiectione Gen. 31. *Nostis quod patri vestro seruieri totis viribus.* Item in totali cum Deo permansione & duratione Esa. 62. *Tota die & nocte non tacebunt in perpetuum,* scilicet prædicare nomen domini. Sic igitur patet, quod nos debemus esse totaliter virtuosi per sanctitatem. ¶ Tertio dico, quod nos debemus esse totaliter amorosi per charitatem. Lampas eius inquit, quæ, sc. l. solet ignem & oleum continere, quia, scil. lampas charitatis ignem continet, & oleum dulcoris Esa. 62. *Saluator eius vt lampas accendatur.* Vnde de isto vero & totali amore debet esse sicut de rebus simplicibus, quæ ad vnam partem totaliter se conuertūt, sicut apparuit in natura angelica, quæ ex toto se cōuertit vel ad bonum vel ad malum. Si igitur simplices & innocentes fuerimus, nos ex toto per ordinem ad dominum & ad proximū conuertemus, & ipsos sine fictione totaliter & veraciter diligemus, vnde Act. 2. dicitur, quod *Spiritus sanctus in specie ignis descendens & per consequens igneam charitatem prætendens, repleuit totam domum vbi erant discipuli sedentes.* Patet igitur quod nos debemus esse B

Per { Charitatem toti amorosi,
Sanctitatem toti virtuosi,
Honestatem toti luminosi.

F Et sic dico quod totum potest sumi in bono ¶ Sed adhuc dico, quod totus potest accipi in malo, & sic signat illam totalem & integralem corruptionem & imperfectionem, qua multi sunt totaliter corrupti. Multi enim sunt qui in toto videntur pessimi ita quod in eis inuenitur penitus nihil boni Prou. 24. *Per agrum pigri hominis transiui, & ecce totum repleuerant vrtica & spina. &c.* Vnde tales sunt similes arbori quæ dicitur taxus, in qua quicquid est, totum est venenosum, scilic. fructus, folia, rami, succus, & etiam vmbra. Sic quicquid est in talibus, totum est malum, & alijs inutile & damnosum Ioh. 8. *In peccatis natus es, &c.* Vide supra de Omni.

## A Tradere. Traditio. Traditus.

Nota breuiter quod tradere sumitur pro exponere, subijcere & concludere, & sic sumitur vt communiter in scriptura Iudic. 3. *Iratus dominus contra Israel, tradidit eos in manus Chusan.* Quandoq; sumitur pro concedere, & sic sumitur Math. 11. vbi dicitur: *Omnia mihi tradita sunt à patre meo,* & Matt. 25. vbi *paterfamilias vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua.* Quandoque sumitur pro prodere vel decipere, & sic sumitur Ioh. 13. vbi Christus de Iuda dixit: *vnus ex vobis tradet me.* Quandoq; sumitur pro ordinare, & sic sumitur 1. Cor. 11. vbi dicitur. *Ego n. accepi à domino, quod tradidi vobis.* Quandoq; sumitur pro ordinatione vel traditione, vnde 2. Thess. 2.
B *Tenete traditiones quas didicistis.* ¶ His igitur præmissis, & omissis, dicamus solum aliquid de tradere, inquantum sumitur pro exponere, dare, ponere vel subijcere. Et dicamus, quod

Traduntur aliqui ad { Pœnitentiam,
Immunditiam,
Violentiam,
Pestilentiam.

¶ Primo dico, quod est vnum tradere pœnitentiæ & subiectionis, & illud est quando homo tradit corpus suum pœnitentiæ & afflictioni, vel quando tradit volontatem suam obedientiæ & subiectioni. Et sic videtur tradidisse Christus semetipsum Esaiæ 53. *Tradidit in mortem animam suam, & cum sceleratis deputatus est.* Sic etiam loquitur Eccl. 39. vbi de iusto dicitur. *Iustus cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad dominum qui fecit illum, &c.*

C ¶ Secundo dico, quod est vnum tradere immunditiæ & corruptionis, & illud est quando homo tradit & exponit seipsum ditioni diaboli, vitijs & peccatis, vel etiam quando exigentibus demeritis à Deo permissiue traditur & exponitur ditioni diabolicæ. Vnde de talibus dicitur ad Rom. 1. quod *quia non probauerunt Deum habere in notitia, sed seruierunt creaturæ & non creatori, tradidit eos Deus in passiones ignominiæ, tradidit eos Deus in desideria cordis eorum, tradidit eos in reprobum sensum, vt faciant quæ eis non expedit.*

D ¶ Tertio dico, quod est vnum tradere violentiæ & punitionis vel correptionis, & illud est quando Deus hominem peccatorem tradit & exponit aliquando mundi tribulationibus & tormentis vt reuerti ad pœnitentiam compellatur. Vnde. 1. Cor. 5. de fornicatio dicit Apostolus, quod *tradere iudicauit ipsum diabolo in interitum carnis suæ, vt spiritus saluus sit in die domini Iesu Christi.* Sic etiam tradit dominus iustos pœnis & laboribus huius mundi, vt à futuris tribulationibus liberentur. 2. Cor. 4. *In mortem*
E *tradimur propter Christum.* ¶ Quarto dico quod est vnum tradere pestilentiæ & damnationis, & istud est illud quo Deus tradit peccatores dæmonibus ad deuorandum, tormentis ad affligendum. Tradi enim dæmonibus timebat Dauid in Psal. 73. cum dicebat. *Ne tradas bestijs animam confitentem tibi, & animas pauperum tuorum &c.* Tradi autem inferni tribulationibus timebat cum dicebat. *Ne tradideris me in animas tribulantium me.* Quia proculdubio damnati tradentur dæmonibus & tormentis, vt ibi perpetuo puniantur. Mat. 18. *Tradidit eum tortoribus donec redderet vniuersum debitū.* Ios. 11. *Ne timeas eos, cras n. omnes istos tradā vulneratos in manus tuas.* Patet igitur de tradere. Et sic sufficit gratia breuitatis.

## A Trahere. Attrahere.

Nota breuiter ꝙ in scriptura inuenio multiplicē tractum videl. bonum atq; malum. Et sic dico quod in bono significato inuenitur

Tractus { Inductiuus,
Eductiuus,
Reductiuus,
Conductiuus.

Diction. Berchory.

Primus est supernæ delectationis,
Secundus est diuinæ inspirationis,
Tertius est æternæ castigationis,
Quartus est fraternæ commotionis.

¶ Dico igitur primo quod homo trahitur per supernam delectationem. Obiectum enim delectabile trahit & mouet potentiam. Et sic dico quod pulchritudo luminis trahit oculum ad videndum, dulcedo saporis gustum ad gustandum, & sic de alijs. Vnde etiam de Adamante videmus quod quadam sua occulta perfectione & virtute ferrum solet attrahere, & ipsum ad se visibiliter inclinare. Talis tractus proculdubio est tractus amoris, quo scilicet homo ex consideratione bonitatis diuinæ & supernæ fœlicitatis ad ipsum trahitur, & ratione suæ perfectionis ad eum inclinatur, & ad eum diligendum, & se ad eum conuertendum spiritualiter inuitatur. Sic videbatur trahi amore cœlestis patriæ Sapiens, qui dicebat Cant. 1. *Trahe me post te, curremus in odore vnguentorum tuorum, oleum effusum nomen tuum.* Aduerte tamen quod iste tractus amoris est duplex, quia scilic. homo trahitur à re amata, Deus vero ad se trahit rem amatam, & iste videtur esse tractus similis, quia secundum Medicos simile attrahit suum simile. Et inde est quod sol soleat ipsos vapores attrahere, ipsos superius eleuare. Sic vere ipsa charitas, ipse feruor amoris solis iustitiæ Christi, puros & innocentes ad se trahit, & ipsos ad bonum excitat & inducit Hier. 31. *In charitate perpetua dilexi te, & ideo attraxi te miserans tui.* Patet igitur quod homo trahitur ad bonum per supernam delectationem. ¶ Secundo dico, quod homo trahitur ad bonum per diuinam inspirationem. Naturales enim dicunt & assignant quoddam genus tractus quod dicitur à tota specie, & illud fit, quando non apparet ratio virtutis attractiuæ, sicut est in illa stella maris, quæ quadam incognita virtute attrahit ferrum, & sicut est in ambra, quæ quadam occulta potentia trahit ad se paleam seu lignum. Et sic breuiter videtur trahere potentia diuina seu inspiratio, quia ratio sui tractus non bene potest cognosci, quadam n. occulta suæ prouidentiæ virtute solet quandoq; ex insperato hominem peccatorem, qui, sc. ferro durior, palea vilior videbatur, post se ad pœnitentiam trahere, & ipsum per occultam inspirationem ad veritatis semitam inuitare, vt in Paulo videtur penitus esse factum. Vnde Iob 34. *Quod si homo ad Deum direxerit cor suum, spiritum eius & flatum ad se trahet.* Et proculdubio charissimi sine tali tractu diuinæ inspirationis nullus saluatur, quia sicut dicitur Ioh. 6. *Nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxerit eum.* Sic bene dico quod homo trahitur ad bonum per occultam inspirationem.

D ¶ Tertio dico, quod homo trahitur ad bonum per apertam tribulationem. Tractus enim quo cœlum trahit stellas secum in se fixas, est tractus naturalis, sed proculdubio tractus quo secū trahit stellas erraticas, quæ in eo non sunt fixæ, non est naturalis, sed violentus & accidentalis. Sic vere in mundo inuenio ꝙ Deus duplici modo trahit homines ad virtutem. Quidam sunt in eo fixi per gratiam & amorem, sc. boni & insti, & isti proculdubio ab ipsa potentia & gratia diuina trahuntur vbi voluerit, voluntarie non coacte. Ose. 11. *In funiculis Adam traham eos in vinculis charitatis.* Alij vero sunt, qui non sunt in eo fixi, sc. peccatores, qui stellæ erraticæ possunt dici. Et sic isti à Deo voluntarie non trahuntur, sed contra impetum proprij cursus & propriæ voluntatis ab ipso quandoque ad gratiam per tribulationum violentiam pertrahuntur. Vnde Paulo quasi per violentiam reductu & conuerso dicitur Act. 9. quod *ad manus ipsum trahentes introduxerunt in Damascum.* Figura nam in illo magno pisce qui de flumine extractus & exenteratus Tobię factus est medicina, de quo dicitur Tob. 6. *Apprehende branchiam eius, & trahe eum ad te.* Ad bonum ergo trahitur homo per asperam tribulationem.

E ¶ Quarto dico quod ad bonum homo trahitur per fraternam commotionem. Sicut enim vnus annulus ferreus attractus & tactus ab adamante, trahit secum plures alios annulos, & etiam sicut virtute primi motoris prima sua motura trahit & mouet secundam, sic spiritualiter loquendo vnus homo iustus Deo spiritualiter motus & tractus, plures alios ad bonum trahit, & eos suis doctrinis & exemplis ad bonum excitat & inducit. Vnde de illo magno pisce dicitur. Tob. 6. quod *Tobias monenis attraxit eum in siccum, & palpitare cœpit.* Sic ergo homo trahitur ad bonum quatuor modis.

F ¶ Sed adhuc dico quod in malo significato sumendo possum dicere quod est

vnum trahere { Tentationis, Vexationis, Damnationis,

¶ Primum est hominum peccatorum, quia sicut Sirenæ suis cantibus trahunt nautas ad submergendum, sic dæmon mundus, & caro suis tentationibus trahunt homines ad peccatum. Diabolus enim trahit peccatores, figuratus in illo dracone de quo dicitur Apoc. 12. quod *trahebat in terram tertiam partem stellarum.* Mundus etiam & caro ipsos attrahunt, figurati in cocyto flumine inferorum, de quo dicitur Iob 21. quod *post se omnem hominem trahet, & ante se innumerabiles.* Iste est ergo tractus hominum pec-
G catorum ¶ Secundus est tractus hominum miserorum, quia sicut illud periculum maris quod dicitur charybdis, violenter trahit in maris voraginem naues transeuntes, sic tyranni trahunt ad supplicia violenter pauperes innocentes. Act. 21. *Appre-
H hendentes Paulum traxerunt extra templum* ¶ Tertius tractus est hominum peccatorum & damnatorum, qui post mortem violenter trahuntur ad infernum similes latroni, qui violenter trahitur ad suspendium. De dæmonibus ipsos trahentibus dicitur Deu 32. *Dentes bestiarum immittam in eos, &c.* Patet igitur quomodo tractus sumitur multipliciter in scriptura.

A **Transferre.** Nota quod transferre dicitur à trans quod est vltra, & ferre, quia, sc. illud quod transfertur, de vno loco ad alium vltra fertur. Transferre igitur significat quandam mutationem & transitionem, & quandam de vno loco ad aliam motionem. Et sic possum dicere pro certo quod generaliter distinguendo in scriptura inuenio translationem

Affectabilem,
Delectabilem,
Honorabilem,
Variabilem,
Detestabilem,
Formidabilem.

B ¶ Prima est translatio bonorum pœnitentium, quia, sc. per pœnitentiam de culpa ad gratiam transferuntur, & continue de bono in melius mutantur, de quibus 1. Ioh. 3. *Translati sumus de
C morte ad vitam, quoniam diligimus fratres.* ¶ Secunda translatio est iustorum discedentium, qui, scil. per mortem de hoc mundo transferuntur ad patriam, & de huius vitæ tenebris transferuntur ad lucem, de quibus Eccl. 44. dicitur, quod *Enoch placuit Deo,
D & translatus est in paradisum.* ¶ Tertia translatio est sanctorum triumphantium, & ista est illa qua corpora sanctorum transferuntur, & de loco ad locum transuehuntur, vt à populis honorentur, & vt à fidelibus deuotis osculentur. Et de ista translatione potest dici illud Iob. 14. *Saxum transfertur de loco suo.*
E ¶ Quarta est translatio gloriæ mundanorum. Mundi enim prosperitas nunquam in eodem statu permanet, sed continue transfertur de statu ad statum, de vno ad alium, de præsenti ad futurum. Et sic loquitur Eccl. 10. *Regnum de gente in gentem transfertur,* & Daniel. 2. *Deus mutat tempora & ætates, transfert regna atq;
F constituit.* ¶ Quinta est translatio hominum iniustorum, qui continue se transferunt de gratia ad peccatum, de vitio ad vitium, de malo ad malum. Vnde in Ps. 108. *Nutantes transferantur
G filij eius, & mendicent, &c.* ¶ Sexta est translatio hominum impiorum, qui transferuntur de mundo ad infernum, & de mundi gloria ad tormentum. Vnde in Psal. dicitur. *Transferentur in cor maris.* Vnde de diabolo dicitur 4. Reg. 17. quod *rex Assyriorum cepit Samariam & transtulit in Assyrios.* ¶ His igitur præmissis de
H translatione bona aliquid est dicendum. Boni enim transferuntur, vt dictum est, de bono in melius, quia sicut videmus quod porri & olera proficiunt & emendantur, quando transferuntur & transplantantur, sic homo proficit quando spiritualiter de peccato ad gratiam, de mundo ad ecclesiam, de sæculo ad cœli gloriam transfertur & transit, vt sic de quolibet viro iusto dicatur illud Psal. 79. *Vineam de Aegypto transtulisti.* Vbi aduerte, quod ad hoc quod bene & vtiliter transferamur, necesse est quod

Interiora bene disponamus, quia debemus esse vinea,
Exteriora caute deseramus, quia debemus exire de Ægypto,
Vlteriora semper adeamus, quia debemus esse translati.

¶ Primo igitur dico quod nos debemus disponere mentem interiorem, quia nos debemus esse vinea. Vineam inquit. Vinea enim habet multum de humore, & ideo apta est, quod alibi possit transferri, & quod vbicunque translata fuerit, possit [illegible] radicari & fundari. Sic vere ad hoc quod prædictis modis [illegible] ferri possimus necesse est quod more vineæ humorem gratiæ intus habeamus, & quod voluntatem nostram in bono [illegible] posito radicemus. Vineam inquit Ezech. 17 *Tulit de semine, & posuit illud in terram, vt firmaret radicem super aquas multas* Sequitur. *Et creuit in vineam latiorem.* Istud tamen est contra multos, qui non se disponunt interius per mentis immutationem & boni propositi confirmationem, & ideo quamuis ad statum religionis transferantur localiter, ipsi tamen non mutantur, nec transferuntur formaliter aut moraliter. Arbor enim de sylua ad hortum translata nunquam fructificat nec vegetatur, nisi radix cum arbore transferatur. Nam si radix in sylua remaneat, truncus vero ad hortum feratur, nō fructificat propter hoc, sed siccatur. Sic procul dubio nisi radix cordis translata fuerit & mutata de [illegible] mundi & per contemptum eradicata, nō potest profic[illegible] moraliter, quamuis localiter ad hortum religionis vel ecclesiæ fuerit delata. Et ideo religiosi vel ecclesiastici qui radicem cordis sui in sæculo dimiserunt, & solum truncum corporis ad ecclesiam, id est, ad diuinum seruitium transtulerunt, non possunt in virtutibus proficere, nec de culpa ad gratiam se transferre [illegible] ergo primo & principaliter debēt dicere illud 2. Reg 24. *Precor domine, vt transferas iniquitatem serui tui.* Igitur si volumus bene transferri de culpa ad gratiam, de mundo ad ecclesiam, & de sæculo ad religionē transmutari, nos debemus disponere mentem nostram interiorem, quia, sc. nos debemus esse vinea. *Vineam* inquit. Quia sicut dicitur Esa. 5. *Vinea domini Sabaoth domus I[illegible] est* ¶ Secundo dico quod nos debemus dimittere for[illegible] K
terriorem, sc. mundum & peccatum. *De Aegypto* inquit. Nam sicut res aliqua à loco seu forma à natura non transfertur [illegible] cus & forma quam habuerat, dimittatur, sic vere nos ad [illegible] gloriæ non transferimur, nisi mundum & peccatum [illegible] dimittamus Exemplo coralli, quod ad hoc quod de [illegible] gnea transformetur, necesse est, quod de mari ad re[illegible] deferatur. Quia procul dubio nullus lapideus efficitur nisi p[illegible] mu à mari peccati vel sæculi transferatur. *De Aegypto,* inquit Oseæ 11. *Ex Aegypto vocaui filium,* vnde 4. Re. 25. *Translatus est Iuda de terra sua* Oportet igitur dimittere locum exteriorem ¶ [illegible] no dico, quod qui vult transferri, necesse est locum acquirere vlteriorem. *Transtulisti,* inquit, id est, te vlterius tulisti. Quia pro certo si moraliter transferri volumus necesse est quod [illegible], id est, vlterius vsque ad bona paradisi nos mentaliter transferamus Luc. 8. *Transfretemus trans stagnum* Ioh 6. *Venerunt trans mare Capharnaum.* Capharnaum interpretatur ager pinguedinis, significans paradisum & bona spiritualia & æterna, quæ procul dubio trans mare, id est, vltra fluxum præsentis mortalitatis inueniuntur, quando ibi corda mentaliter transferuntur Transtulisti, inquit, Hebr. 11. *Fide Enoch translatus est, ne videret mortem, quoniam transtulit eum dominus.* Patet igitur quomodo ad translationem spiritualem necesse est aspicere quod potest prode[illegible] dimittere quod solet obesse, disponere quod debet adesse. Hic sufficit.

**Transformare. Transfigurare.** [illegible] A
dici de transformare & transfigurare morali, quod n[illegible] est quam conuersio seu mutatio spiritualis, sed vide in tabula & supra de cōuersione, quia auctoritates notabiles in ista materia sunt valde paucæ. Pone ergo hic illa quę sunt in sermone de transfiguratione Domini si vis.

**Transgredi.** Nota, quod transgredi idem est quod transire, præterire, & vltra terminos alicuius loci procedere & abire, & transgredi idem est quod vlterius gradi & transire. Cum igitur ire & gradi idem sint, vide infra de transire & supra de Gradi & Gressus, de Egredi & similibus. A

**Transire.** Nota, quod transire idem est quod ire vltra, significat enim transire motū & fluxum de termino à quo ad terminum ad quem. Et ideo tam in bono quam in malo significato per transitum potest intelligi motus noster. Notemus ergo quod in scriptura inuenitur

Transitus { Diuinitatis, Moralitatis, Mortalitatis, Prosperitatis, Iniquitatis.

¶ Ista ergo sunt quinque genera transituum de quibus potest

h

fieri mentio in scriptura. ¶ Dicamus primo quod est transitus summæ diuinitatis. Deus enim transire dicitur quamuis non varietur, nec transeat, nec mutetur, & hoc quia quantum ad imaginationem humanam ad modum transeuntis in aliquibus operibus suis regulatur. Ille enim qui transit, de vno loco ad alium vadit. Sic vere Deum transire videtur multis modis. Iste enim transit, vt mihi apparet ex scriptura sacra,

Per { Virginem, carnem assumendo,
Hominem, ipsum visitando,
Pauperem, ipsum consolando,
Peccatum, ipsum conuertendo,
Iniustum, ipsum iudicando. }

¶ Transit enim Deus per virginem sicut dignissimus imperator, qui transit aliquando per medium ciuitatis in regia maiestate. Vnde beata virgo dicitur illa porta clausa de qua dicitur Ezec. 44. *Porta hæc clausa erit, & non aperietur, & vir non transibit per eam, quoniam dominus Deus Israel ingressus est per eam, eritque clausa principi, princeps ipse sedebit in ea.* Item transit per hominem sicut dulcissimus visitator. Quia sicut visitator transit per conuentus, ipsos reformando, sic Deus per corda hominum, ipsa inspirando, & ipsa quandoque tribulationibus castigando, & fide & moribus reparando, vnde Ezec. 16. loquens dominus animæ peccatrici, dicit. *Et eras nuda & confusione plena, & transiui per te, & vidi te.* Sequitur. *Expandi amictum meum super te, & operui ignominiam tuam.* Item transit per pauperem sicut pijssimus consolator. Quia, sc. ipse Deus transit per miseros & depressos, vt ipsos liberet & tueatur, & vt ipsos præmiet & consoletur Esa. 31. *Proteget dominus Hierusalem, & erit transiens & saluans.* Item transiet per peccatorem, sicut seuerissimus iudicator, quia sc. modo videtur peccata hominum dissimulare, quandoque tamen transit vt videat quid agatur, & per mortem temporalem & æternam contra impios debacchatur Exo. 12. *Transibit dominus percutiens Aegyptios.* Ita quod id mali possunt dicere domino illud Psalm. 87. *In me transierunt iræ tuæ, & omnes fluctus tuos induxisti super me.* Illi enim sunt quatuor transitus quibus transit Deus ad homines Mich. 2. *Transibit rex eorum coram eis.* Patet igitur primo quod est quidam transitus summæ diuinitatis.

C ¶ Secundo principaliter dico, quod est transitus sanctæ moralitatis, & iste est transitus, quo homo spiritualiter & moraliter procedit & transit, & quo nec in mundo quiescit nec sistit. Iusti enim in hoc mundo semper fuerunt in transitu & motu. Transierunt enim in hoc mundo sicut peregrini, nihil superfluum appetentes, sed solum vitæ necessaria inquirentes. Similes canibus in Ægypto, de quibus dicit Solinus quod quando in Nilo flumine volunt bibere, solent currendo & lambendo aquam bibere, & præ timore crocodilorum ibidem latitantium celeriter pertransire. Sic proculdubio sancti & iusti de flumine & aqua mundanæ prosperitatis modicum tetigerunt, quinimo quia crocodilos, id est, dæmones ibidem insidiantes timuerunt vitam istam quasi eam contemnentes velociter transierunt. Figurati in filijs Israel, qui dicebant regi Edom, i. mundo. Num. 20. *Obsecramus vt transire nobis liceat per terram tuam, non ibimus per agros nec per vineas, nec bibemus aquas de puteis tuis, gradiemur via publica, nec ad dexteram nec ad sinistram declinantes, donec transeamus terminos tuos.* Quia pro certo sancti terram huius mundi sicut terram alienam quasi de licentia habitauerunt, aquam delitiarum & diuitiarum non biberunt, nec ad dexteram prosperitatis, nec ad sinistram aduersitatis declinauerunt, sed sicut dictum est, per mundi terminos celeriter transierunt 2. Reg. 17. *Transierunt festinanter gustata paululum aqua*, scil. Dauid & sui, signans Christum & sanctos. Iste est ergo transitus virtualis. Vnde de isto videntur sancti dicere. *Transeamus vsque Bethleem.* Vnde aduerte quod iste est transitus

Appetibilis,
Terminabilis,
Præmiabilis.

Primum probat verbum optatiuum. Transeamus. Secundum signum præfixiuum. Vsque. Tertium nomen refectiuum Bethleem, qui interpretatur domus panis. Et sic dico, quod

Oportet { istum transitum desiderare. Transeamus.
in isto transitu perseuerare. Vsque.
post istum transitum exuberare. Bethleem. }

D ¶ Dico quod iste transitus est affectabilis. Naturale n. est cuilibet rei velle transire ad nobilem formam, & inde est secundum naturales, quod ista inferiora sunt corruptibilia, quia, sc. forma sua quæ imperfecta est, non sunt contenta, & ideo ipsam cupiunt exuare, & aliam induere, & de ignobili ad nobilem transire. Vellet enim appetitus naturalis ad aliam formam perfectam transire, quæ suam capacitatem posset replere, & quæ secũ sine corruptione posset manere. Sed pro certo charissimi, nos qui sumus in peccato, vel in mundo sub forma imperfecta & incõpleta, transire ad nobilem formam gratiæ & gloriæ debemus, appetere, & ad hoc totis viribus laborare, & hoc ostenditur cum dicitur. Transeamus optatiue. Vnde ipse dominus dicit Eccl. 24. *Transite ad me omnes qui concupiscitis me, & à generationibus meis adimplemini.* Et bene dicit; *Transite ad me*, contra illos quorũ motus & transitus, affectus & appetitus non sunt ad Deum, sed potius ad carnem, ad diabolum vel ad mundum; quia scil. isti non transeunt de malo ad bonum, nec de bono ad melius, sed potius de bono ad malum, & de malo in deterius vel peius Hierem. 50. *De monte ad collem transierunt, obliti sunt cubilis sui.* Non sic charissimi, sed transita ad me, &c. Iuxta illud 4. Reg. 9. *Transi & sequere me.* ¶ Et aduerte, quod nos debemus E

Transire ad { Statum religionis,
Affectum compassionis,
Amplexum dilectionis,
Aspectum contemplationis,
Profectum operationis. }

¶ Transeamus ad statum religionis Iosue 22. *Transite ad terram in qua tabernaculum domini est.* Item ad affectum compassionis Thre. 1. *O vos omnes qui transitis per viam, attendite & videte, si est dolor sicut dolor meus.* Item ad amplexum dilectionis Hest. 2. *Composita de triclinio fœminarum ad concubitum regis transibant*, sc. animæ. Item ad aspectum contemplationis Eccl. 2. *Transiui ad contemplandum sapientiam*, & Deut. 3. *Transibo igitur, & videbo terram hanc optimam & Libanum.* Item ad profectum operationis Num. 32. *Omnis vir bellator armatus Iordanem transeat.* Iste est igitur vt dictum est, transitus appetibilis, transeamus inquit, optatiue loquendo.

¶ Deinde dico, quod est transitus terminabilis. Vsque inquit. F
Motus enim & transitus faciliter aggreditur, quando certo fine & termino limitatur, sic vere quia motus & transitus virtuosus modicum durat, & vsq; ad certum & præfixum terminum porrigitur, scilicet, vsque ad mortem, iustum est, quod libenti animo frequentetur. Vsque inquit, quia, scilicet, ista dictio *Vsque* significat terminum mortis, in quo transitus laborum finitur, & signat terminum paradisi in quo transitus appetitiuus terminatur. Vsque inquit. Lapis enim descendens vsque ad terram, statim cessat à transitu & motu. Sic pro certo iustus quando ad paradisum vsque peruenit, transitus eius deficit, & quiescit Psal. *Transibo in locum tabernaculi admirabilis, vsque ad domum Dei.* Exemplo Heliæ, qui sicut dicitur 3. Reg. 19. *Ambulauit in fortitudine cibi assumpti vsque ad montem Dei Oreb.*

¶ Sed aduerte, quod ad hoc quod ad istud vsque, id est, ad terminum perseuerantiæ attingamus, necesse est quod omnia mundi delectabilia transeamus. Transire ergo oportet G

Delitias ne inficiamur,
Diuitias ne alliciamur,
Eminentias ne deijciamur.

¶ Transeamus dico delitias inficientes, figuratas in flumine Iordanis, quod necessarium fuit transire vt filij Israel possent vsq; ad terræ promissionis limites peruenire, quia, sc. qui fluuium delitiarum non transit aut præterit, vsq; ad terram paradisi nunquam peruenit 1. Reg. 13. *Hebræi autem transierunt Iordanem.* Item transeamus diuitias allicientes. Vnde de transitu, id est, de contempto terrenorum dicitur Esaiæ 23. *Transi terram quasi flumen filia maris.* Item transeamus eminentias deijcientes, vnde Micheæ. *Transibit rex eorum coram eis*, & Oseæ 10. *Transire fecit Samariæ regem suum.* Ista ergo tria debent iusti transire & contemnere vsque ad paradisum possint finaliter peruenire. Vsque inquit. Vnde Iud. 19. *Non introibo oppidum gentis alienæ, quæ non est de filijs Israel, sed transibo vsque Gabaa.* Iste est transitus terminabilis. Vsque inquit.

¶ Denique dico quod est transitus præmiabilis, quia quando transitus virtuosus perficitur, exinde cœleste præmium reportatur, quod ostenditur cum dicitur Bethleem, quod interpretatur domus panis, significans paradisi præmium, quo per talem transitum reficimur & nutrimur, iuxta illud Eccl. 11. *Mitte panem tuum super transeuntes aquas, & post multos dies inuenies illum.* Cerui solent lata & magna flumina transire, vbi odoratu solent pinguia pabula præsentire. Sic vere charissimi quia vltra fluuiũ H

mundi, scilicet in cœlesti gloria sunt pascua vberrima voluptatis æternæ, ita quod ibi propria est Bethleem, id est, domus panis, hinc est quod illuc debemus per affectum transire, & per mentis desiderium nos transferre, vt sic pro isto transitu possimus summum præmium reportare. Bethleem in quit 1. Reg. 16. *Venit in Bethleem, & admirati sunt seniores.* Deuteron. 4. *Vos transibitis & possidebitis terram egregiam.* Vide eam, supra de Terra. Coturnices & ortygometræ mare transeunt, & per mare ad regiones calidas se transferunt. Sic vere viri iusti per mare tribulationum ad paradisum transeunt, & ibi finaliter requiescunt. Hie. 48 *Propagines tuæ transierunt mare.* Qui figurati sunt in filiis Israel, qui quando de Ægypto transierunt, exierunt per desertum horribile ad terræ promissionis solaria, quia sci. per desertum pœnitentiæ & tribulationis, ad terram promissionis, id est, ad paradisum transitum, & ibidem finaliter peruenitur. Iudith.
I 8. *Quotquot Deo placuerunt, per multas tribulationes transierunt.* ¶ Vbi aduerte, quod ad illud cœleste præmium transitur

Per mare contritionis,
Per aquam compunctionis,
Per ignem afflictionis,
Per eremum tribulationis.

Isti sunt quatuor passus per quos oportet transire scilicet. Per mare contritionis. Sapient. 14. *Transeuntes mare per ratem liberati sunt, per aquam compunctionis* Esa 43. *Cum transieris per aquas, tecum ero* Per ignem correctionis, Psalm. 65. *Transiuimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium.* Per eremū macerationis Deu. 1. *Transiuimus per eremum terribilem.* Patet igitur quod est spiritualiter transitus faciendus, quia videlicet vt dictum est, per istum transitum præmium reportatur. Iste transitus leui terminatur. Iste transitus à bonis affectatur. Istud est igitur secundum principale. Vide supra de currere, egredi & exire. Iste est igitur tran-
K situs sanctæ mortalitatis ¶ Tertio principaliter dico, quod est transitus vilis mortalitatis. Vita n. mortalis semper est in transitu & motu, nunquam autem in reditu vel statu, similis fluminis, quod non cessat labi, currere & transire, quousque ad mare peruenire valeat. Quia pro certo vita continue labitur quousque perueniat ad mare, id est, ad mortis amaritudinem. Et ideo scriptura dicit & comparat vitam humanam pluribus rebus, quæ semper sunt in transito & in fluxu, videlicet,

Vmbræ fugienti,
Telæ & eam succidenti,
Naui transfretanti,
Mare transeunti,
Herbæ florescenti.

Quod enim comparatur vmbræ fugienti, Patet Sap. 2. vbi dicitur. *Vmbra enim transitus est tempus nostrum.* Item quod comparetur telæ & eam succidenti, Patet Iob 7. vbi dicitur, *dies nostri velocius transierunt, quam à texente tela succiditur.* Item quod comparetur naui transfretanti, patet Iob 9. vbi dicitur, *quod transierunt quasi naues poma portantes.* Item quod comparetur mane transeunti & herbæ florescenti, patet in Psal. 89. vbi dicitur, *Mane sicut herba*
L *floreat & transeat, &c.* Iste est ergo transitus nostræ mortalitatis. ¶ Quarto dico, quod est transitus vanæ prosperitatis. Mundi n. prosperitas similis est lumini lunæ, quæ continue transit de vna figura ad aliam. Similis est etiam mari, quod continue est in trāsitu & in motu, quia, sc. mundi prosperitas nunquam in eodem statu permanet. Continue enim fluit & defluit, crescit & decrescit, & finaliter tota perit, & faciliter finitur, deficit atque transit, vnde 1. Ioh. 2. *Mundus transit, & concupiscentia eius.* Quia breuiter nulla bona mundi sunt durabilia, sed transitiua & mutabilia Sap. 5. *Transierunt omnia velut vmbra.* Iste est igitur transitus vanæ
M prosperitatis ¶ Quinto dico, quod est transitus grauis iniquitatis, quia, scilicet, iniqui homines semper transeunt & mutantur de desiderio ad desiderium, de vitio ad vitium, de mundi miseria ad tormentum. Dico de desiderio ad desiderium. Psal. 72. *Transierunt in desiderium cordis.* Item transeunt de vitio ad vitium, vnde Eccl. 8 *Quasi vmbra transeunt qui non timent faciem domini.* Item transeunt de mundi prosperitas ad tormentum, vnde Prou. 10 *Quasi tempestas transiens non erit impius.* Et sic igitur patet, quomodo transire generaliter loquendo sumitur quinque modis. Vide sup. [de] currere, mouere, mutari & similibus.

## A Tremor, Tremere.

Cum tremor sit filia tremoris, hinc est, quod filia pro matre, i. tremor pro timore sæpius sumitur in scriptura: Breuiter ergo notandum, quod inuenio in scriptura Tremorem

Perf[...]orum,
Peccatorum,
Miserorum,
Damnatorum.

¶ Tremunt enim perfecti à facie diuinæ sublimitatis, dicentes illud Ps. 54. *Timor & tremor venerunt super me, &c.* Exempl[...] Tobiæ de quo dicitur Tob. 2. *q. manducauit panem suum luctu & tremore.* ¶ Tremunt infecti, sc. peccatores à facie propriæ iniquitatis 1. Esd. 10 *Stetit omnis populus tremens pro peccato & pro pluuijs.* vnde Exod. 15 *Robustos Moab obtinuit tremor obriguerunt omnes habitatores Chanaam* ¶ Tremunt miseri à facie calamitatis propriæ Hier. 49 *Dissoluta est Damascus, tremor apprehendit eam* ¶ Tremunt damnati à facie æternæ pœnalitatis Sap. 17. *Serpentum sibilatione commoti tremebundi peribant.* Sufficit vide supra de Timere. B

## Tres, Tria. Tertius. Trinitas. A

De multiplici mortali Trinitate possent multa dici, veruntamen quia in sermone, Videbam vitem in qua erant tres propagines, &c. dixi multa de multiplici trinitate. vide in tabula.

## Tribuere. A

Nota quod tribuere idem est quod concedere vel dotare. Notemus ergo breuiter quod in scriptura inuenimus quod Deus tribuit

Iustis gratiam,
Sanctis gloriam,
Humilibus prudentiam,
Indigentibus sufficientiam,
Peccantibus pestilentiam.

¶ Tribuit dico Deus gratiam iustis pœnitentibus Ps. 12. *Cantabo domino qui bona tribuit mihi* Quia sicut dicitur Gal. 3. *Deus est qui operatur in vobis spiritum, & tribuit vobis virtutes* ¶ Item tribuit gloriam triumphantibus Psal. 20. *Vitam petijt a te, tribuisti ei domine longitudinem dierum in sæculum sæculi.* Item tribuit sapientiam vel prudentiam patientibus, quia sicut dicitur Prou. 29. *Virga atque correctio tribuit sapientiam* ¶ Item sufficientiam tribuit indigentibus Prou. 35 *Non diuitias nec paupertatem dederis mihi domine, tantum victus meis tribue necessaria.* ¶. Item tribuit pestilentiam delinquentibus Ps. 27 *Redde retributionem eorum ipsis, secundum opera manuum eorum tribue illis.* Vide supra de dare. Et sic sufficit. B

## Tribulatio. Tribulare. A

Tribulatio, aduersitas, infortunium idem est, & & quia quasi in infinitis locis de tribulatione fit mētio, & maxime supra de labore, dolore, afflictione, & similibus interdo breuiter transire. Notabo tamen quod est

Tribulatio { Exterior, Interior, Posterior.

Prima est cum patientia toleranda,
Secunda est cum diligentia declinanda,
Tertia est cum reuerentia formidanda.

Prima est tribulatio exterioris vexationis, de qua in Ps. 33. *Multæ tribulationes iustorum, &c.* Secunda est interioris tentationis, de qua in Psal. 24. *Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt.* ¶ Tertia est tribulatio posterioris damnationis, de qua Esa. 5. *Aspiciemus in terram, & ecce tenebræ tribulationis.* His præmissis solum de tribulationibus mundanarum vexationum aliquid est dicendum. Sicut enim videmus quod natura ordinauit diuersa diuersis officijs (Et in[...] est quod hyems fuit exposita ventis, frigoribus, & pluuijs, æstas vero floribus, fructibus & solatijs) sic proculdubio Deus hyemem præsentis vitæ & æstatem futuræ gloriæ diuersimode variauit, quia pro certo ista hyems habet tribulationum frigora tolerare, & futuræ vitæ serenitatem & gaudium expectare. Nam vt communiter ille qui in præsenti tempore tribulationibus affligitur in futuro gaudijs consolatur, iuxta illud Psal. 70. *Quantas ostendisti mihi tribulationes multas, & in &c.* Nam sicut de hyeme ad æstatem, & de æstate ad hyemē peruenimus, sic de hyeme tribulationum ad æstatē consolationum pertingimus, & econuerso de æstate præsentium consolationū ad hyemem futurarum tribulationū venimus. Nam sicut videmus, quod in insulam non intramus nisi mare prius transfretemus, sic nec paradisum ingredimur nisi primo dum viuimus, per mare tribulationum transeamus. Et hoc quidem dicit Apostolus Act. 14. *Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnū cælorum.* ¶ Et aduerte, quod mundi tribulationes sunt B

Plurimæ & ingruentes,
Intimæ & adhærentes,

Optimæ

Optimæ & præualentes.

Primum probat ipsarum multitudo quæ semper augmentatur. *Per multas tribulationes.* Secundum ipsarum certitudo qua nunquam euitatur. *Oportet*, inquit. Tertium cœlestium plenitudo quæ per has reparatur *Intrare in regnum cælorum*, inquit. ¶ Et sic dico quod tribulationes

Mirabiliter solent excrescere [ per multas tribulationes]
Infallibiliter solent contingere [ Oportet]
Multipliciter solent proficere [ Intrare in regnum cœlorum]

¶ Primo dico, quod istæ sunt mirabiliter excrescentes, quia multas inquit. Nam sicut videmus quod

Mare concutitur multis fluctibus,
Terra stringitur multis frigoribus,
Aer vero mouetur multis flatibus,

Sic vere homo quamdiu viuit, hic tribulatur diuersis aduersitatibus. Nam sicut elementa non vni impressioni seu alterationi, sed multiplici mutationi & inquietationi subijciuntur, sic pro certo homo non vna tribulatione potest transire, imo multas & magnas tribulationes haber necessario persentire Psalm. 70. *Quantas ostendisti mihi tribulationes*, vt supra. Nam sicut dicit Isidorus de summo bono. *Impossibile est quod homo sit, & tribulationes non sentiat, & ad cælorum gaudia perueniat* Per multas inquit. Quia sic ut dicitur in Ps 33. *Multæ tribulationes iustorum.* Nauis enim quando transit per mare, multis ventorum impulsibus, multis aquarum fluctibus, multis piratarum insultibus subijcitur, & cum vnum pertransierit, ad aliud deuenit, & quousque ad portum venerit, nunquam tuta & secura, nunquam immunis aut libera iudicatur. Sic vere quamdiu homo nauigat in mari huius amaræ vitæ, semper de vna tribulatione ad aliam deuenit, & cum euasisse se credit, tribulamina noua sentit, ita quod tribulationes sæculi nunquam euadimus, quousque ad portum salutis paradisi, & ad mortis terminũ attingamus. Per multas inquit. Quod bene Iob 5. senserat qui dicebat. *In sex tribulationibus liberabit te, & in septima non tanget te malum.* Sex enim tribulationes quibus in hoc mundo affligimur, sunt dolor, labor, esuries, timor, infirmitas, & casus, septima vero est mors, in qua malum temporale non tanget nos amplius. Causa autem quare tot & tantas posuit Deus tribulationes in dorso nostro, est ista secundum Gregorium, vt s. dum iter pr[...]ntis vitæ plenum tribulationibus inuenimus, ibidem sistere pedem non audeamus, & ne viam pro termino acceptemus, sed vt tribulationibus impulsi alibi quietem quæramus, & per bona opera ad patriam properemus, & æternæ vitæ terminum totis visceribus affectemus. Cerui enim & aliæ feræ non libenter consueuerunt morari in illa parte nemoris vbi solent quotidie à canibus & venatoribus infestari. Sic vere homo in mundo morari non debet appetere, vbi non insultibus canum & venatorum, id est, tot tribulationibus & tentationibus dæmonum & tyrannorum se videt toties subiacere Iud. 8. *Per multas tribulationes transierunt fideles* Sic igitur patet, quod tribulationes sunt mirabiliter excrescentes.

C *Per multas* inquit ¶ Secundo dico, quod istæ sunt infallibiliter contingentes. *Oportet* inquit. q.d. necessarium est quod veniant. Nam sicut video ꝙ motus & mutatio naturaliter insunt mari, in tantum quod de propria conditione maris est, quod continue moueatur, ignis etiam est elementum valde mobile ventorumq; flatibus agitabile & turbabile, aer ẽ valde est passibile elementum, ita quod diuersis impressionibus supponitur & per superiorum influentiã de vna qualitate ad aliam transmutatur, & inde est quod ibi nunc ventus, nunc pluuia, nunc grando, nunc tonitrua, nunc æstus, nũc frigus generatur, sic procul dubio charissimi, quia motus & fluxus tribulationum nobis insunt naturaliter adhærentes, & erga nos contingentes necessario à proprietate cõditionis humanæ, necessario habemus mũdi miserijs subiacere, & tribulamina sustinere, quod ostenditur cum dicitur Oportet. Quia etiam sicut dicitur Luc. 24. *Oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam.* Et bene dicit Oportet, quia pro certo impossibile est quod etiam vna sola dies sine tribulatione transeat, vnde secundum Hom. antiquitus ante Iouem 2. vasa à dextris & à sinistris pingebant, per hoc dantes intelligi quod Iupiter, i. Deus & fortuna duo habent dolia, vnum plenum tribulatione, aliud plenum cõsolatione, itaquod quoties aliquẽ de dolio consolationis & prosperitatis potant, semper aliquid de dolio tribulationis miscent, & econuerso nunquam ita homo dolio tribulationis potatur, quin semper sit sibi aliquid de consolatione mixtum. Oportet inquit. Quod bene de illo rege legitur qui malis gratibus fortunæ diem lætum transire voluit, & tamen à casu oculum perdidit, & sic fortuna suum maximum gaudium in tribulationem maximam commutauit. Quia sicut dicit versificator, *Post ventum verba, post imbrem nascitur herba, Post flores fructus post maxima gaudia luctus*, Oportet inquit Marc. 8 *Oportet filium hominis pati.* Et 1. Pet. 1. *Nunc oportet contristari in varijs tribulationibus* Esa. 5. *Aspicienms in terram, & ecce tenebræ tribulationis* Et quia igitur charissimi tribulationes sunt census tributum ad quod reddendum natura est obligata, onus ad quod portandum est subiugata, iugum ad quod trahendum est alligata, ipsas debemus benigniter portare, & humiliter in patientia sustinere. Exemplo cameli, qui ad sustinendum onus voluntarie se inclinat. Exemplo formicæ, quæ onus maius quam ipsa sit secum portat Gal. 6. *Vnusquisque onus suum portabit.* Aduerte tamen, quod si infirmos nos sentimus, tribulationes non appetere, sed fugere debemus, quia sicut apes in hyeme latitant in cauernis, quia propter virium paruitatem si exterius egrederẽtur, ventis, pruinis, & pluuijs obruerentur, & propterea hoc tali tempore solent latitare, & serenitatem temporis expectare, sic vere infirmi debent asperitatem tribulationum fugere, & ne succumbant ad tempus donec transeat latitare, exemplo Christi qui gerens personam infirmorum, sicut dicitur Ioa. 8. *Iudæis ipsum lapidare volentibus se non opposuit, sed de templo exiens se abscondit* Ps. 80 *In tribulatione inuocasti me exaudiui te in abscondito tempestatis, &c.* Ita etiam faciebant sancti, quia sicut apes quando præsentiunt diem serenum, volant ad pastum, alias in ergastulo suo manent, sic antiquitus sancti viri quando serenitas pacis se offerebat ad prædicandum currebant, quando tyrannorum rabies sæuiebat, se in latibulis abscondebant, & cum dissimulatione malitiæ cedebant, & importunitatem temporis pertransibant, Iob 15. *Terrebit eos tribulatio & angustia.* Patet igitur quod tribulationes sunt infallibiliter cõtingentes. Oportet inquit. Vt etiam Christo dicat quilibet illud Matth. 27. *Et si me oportuerit mori tecum non te negabo.* ¶ Tertio dico, quod mundi tribulationes D
sunt multipliciter præualentes, seu proficientes, quod ostenditur cum dicitur. *Intrare in regnum cælorum.* Supponit enim, per tribulationes introitur & acquiritur regnum Dei. Apocal. 1. *Ego Ioannes frater vester & socius particeps in tribulatione & regno.* Et ideo de vtilitate quam per tribulationes acquirimus, possumus dicere, quod per istas

Mentaliter eleuamur,
Humiliter inclinamur,
Vtiliter castigamur,
Faciliter adiuuamur,
Nobiliter sublimamur.

¶ Dico ergo quod mundi tribulationes nos faciunt mentaliter eleuari, quia, s. sicut quamuis per impulsum venti ignis premitur & turbetur, inde tamen fortius accenditur & sursum erigitur & leuatur, sic vere homo impulsus & tribulatus, quamuis in mente turbetur, solet tamen exinde in Deum per charitatem fortius accendi, & ad Deum per desiderium erigi, & ad ipsum per orationis suffragium eleuari Ps. 119. *Ad dominum cum tribularer, clamaui, & exaudiuit me* Quia secundum Greg *Mala quæ nos hic premunt, ad Deum citius venire compellunt* Ignis enim Salamandram dicitur nutrire, & acetum apes mortificatas oleu, dicitur viuificare, quia pro certo ignis & ardor tribulationis à morte peccati solet saluare, & vitam charitatis & gratiæ generare Tob. 3. *Hoc pro certo habet omnis qui colit te, quia vita eius si in probatione fuerit, coronabitur, si autem in tribulatione fuerit, liberabitur.* Facit ergo tribulatio mentaliter eleuari. ¶ Deinde dico, quod nos [...]cit humiliter inclinari. Limax enim si tangitur, statim in propriam testudinem recluditur, qui tamen ante elatis cornibus ferebatur. Quia vere homo tribulationibus tactus, solet cornua præsumptionis & superbiæ deponere, & ad ipsum redire, & in tactum humili[...]tis se recludere & sopire Soph. 1. *Tribulabo homines, & ambulabunt vt cæci.* Ps. 33. *Iuxta est dominus his qui tribulato sunt corde, & humiles spiritu saluabit.* Facit ergo tribulatio nos humiliter inclinari. ¶ Etiam facit nos vtiliter castigari, quia, sc. sicut leo castigatur videns catulum verberari, elephas etiam verberibus castigatur, sic iustus iam in se quam in alijs tribulationum verbera vigere videns, si sapiens est, castigatur & timet, & à malo abstinet atque cauet Tob. 3. *In tempore tribulationis peccata dimittis.* Facit ergo tribulatio vtiliter castigari.

¶ Denique dico, quod [...]cit nos faciliter iuuari. Deus enim libentius iuuat tribulatos quam alios. Exemplo apum quæ so-

cias fatigatas solent portare. Exemplo elephantum, qui socios vulneratos solent defendere & iuuare. Ideo de homine tribulato dicit Deus in Psa. 90. *Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum.* Et iterum. *In tribulatione dilatasti mihi.* Facit ergo tribulatio vtiliter iuuari. ¶ Quinto vero dico, quod nos nobiliter facit sublimari, quia scil. per tolerantiam tribulationis pertingimus ad regnum perpetuæ saluationis. Aurum enim quod sine diminutione sustinet ignem melius reputatur & in thesauro ponitur & seruatur. Sic vere illos quos ignis tribulationis consumpsit, sed probauit & purgauit, in thesauro paradisi erunt sepositi, & corona cœlestis gloriæ coronati Esa. 22. *Coronãs coronabit te tribulatione.* Patet igitur quomodo tribulatio est vtilis, & quomodo per tribulationem veniunt nobis multa bona. Vide infra de Vtilitate §. Secundo dico. Et inde est procul dubio quod sancti statum tribulationis elegerunt, & per ipsum ad regna cœlestia peruenerunt. Et istud est tertium auctoritatis. Intrare inquit regnum cœlorum Eccl. 4. *De carcere educitur quis ad regnum.* Et bene dico, quod tribulationes mundi habent vtilitatem, habent necessitatem, habent pluralitatem. Sufficit ergo. Vide supra de affligere, percutere, & consimilibus, in alijs titul. infinitis, vbi particulariter de tribulatione tractatur.

A **Tribus.** Nota, quod tribus idem est quod genus. Est enim tribus collectio populi eiusdem consanguinitatis vel generis. Et ideo possum notare, quod in scriptura inuenitur

Tribus { Bonorum & perfectorum,
Malorum & iniquorum,
Sanctorum & beatorum,
Prauorum & damnatorum.

B ¶ De tribu enim bonorum dicitur in Psalm. quod *Deus elegit tribum Iuda, montem Sion quem dilexit.* Iuda enim interpretatur confitens, significans iustos, qui Deum confitentur & laudãt. Tribus enim iustorum Deum sequitur & ab ipso benedicitur & iuuatur. Quod enim Deum sequatur patet 3. Reg. 12. quod *non est secutus quisquam domum Dauid præter tribum Iuda solam.* Quod etiã à Deo benedicatur, patet in Psal. 7. *In ipso benedicentur omnes tribus terræ, omnes gentes magnificabunt eum.* ¶ De tribu malorum dicitur Apoc. 13. quod *bestiæ*, id est, diabolo *data est potestas super omnem tribum, &c.* ¶ De tribu beatorum dicitur in Psal. 77. *quod Deus habitare fecit in tabernaculis suis tribus Israel*, id est, collegium videntium Deum. ¶ De tribu vero damnatorum dicitur Apoc. 1. *Ecce venit cum nubibus & videbit eum omnis oculus, & plangent se super eum omnes tribus terræ*, id est, omnia genera damnatorum, &c.

A **Tributum. Tributarius.** Tributum dicitur à tribuis, eo quod in signum subiectionis & seruitutis tribuatur. Et ideo possumus dicere, quod in scriptura inueniuntur quinque genera tributorum,

Tributum { Perfectionis,
Subiectionis,
Afflictionis,
Infectionis,
Damnationis.

E ¶ Et dico, tributum gratiæ & perfectionis, & illud tributum bonorum operum, quod Deo scilicet, à seruis suis redditur & quod ad reddendum quilibet obligatur, & de hoc dicitur Genesis 46. vbi de Isachar dicitur, quod *vidit requiem quod esset bona, & terram quod esset optima, & supposuit humerum ad portandum, factusque est tributis seruiens.*

C ¶ Item est tributum pœnitentiæ & subiectionis. Istud est quando homo carnem & mundum sibi subijcit, & sibi seruire, & tributum obedientiæ reddere compellit. Vnde de bonis qui sibi subijciunt motus carnales dicitur Iosue 17. *Filij Israel subiecerunt Chananæos, & fecerunt sibi tributarios. Filij enim Israel Chananæos delere penitus nequiuerunt, ipsos tamen subiecerant, & sub tributo viuere dimiserunt*, sicut dicitur Iosue 16. Quia pro certo iusti non possunt delere Chananæos, id est, motus carnales, & & ideo in terra carnalitatis nostræ necesse habent remanere, sub tributo tamen & sub lege seruitutis debet viuere, & rationis motibus obedire 3. Reg. 8. *Facta est Syria seruiens Dauid in tributo.* Et 3. Regum. 9. *Quos non poterant filij Israel exterminare, fecit Salo-*

D *mon tributarios* ¶ Item est tributũ miseriæ & afflictionis, & istud est tributum tribulationũ mundi s. laboris, doloris, mortis, &c. quod super humanũ genus fuit impositum quando de paradiso fuit eiectum. Vnde de ciuitate Hierusalem per quam poterat designari humana natura, dicitur Thre. 1. *Facta est quasi vidua domina gentium, princeps prouinciarum facta est sub tributo.* E ¶ Item est tributum culpæ & infectionis. Anima enim tributaria diabulo efficitur, quando sibi per peccatum subiugatur. Nam quæ peccando diabolo seruit, tributum malorum operum sibi reddit Prou. 12. *Manus fortium dominabitur, quæ autem remissa est, tributis seruiet.* F ¶ Item est tributum pœnæ & damnationis, & istud est illa pœna quam ex perpetuo tributo luunt miseri in inferno Hest. 10. *Cunctas maris insulas fecit tributarias.* Insulæ enim quæ sunt in mari, significant animas, quæ sunt in amaritudine infernali. Et sic dico quod est tributum pœnæ & turbationis. Et sic patet, quomodo sunt quinque genera tributorum.

**Tristitia. Tristis.** Nota, quod tristitia est dolor animi aliquando ab interiori, aliquando ab exteriori causa proueniẽs. Potest igitur inueniri tristitia bona & mala. Vnde nota quod est tristitia A

Commendabilis,
Detestabilis,
Formidabilis.

¶ Prima est tristitia hominum perfectorum, quia s. viri isti in hac vita nunquam sunt læti, sed more columbæ semper sunt tristes, meditantes & gemebundi. Et de tali tristitia dicitur Ecclesi. 7. *Cor sapientum vbi tristitia.* ¶ Secunda est tristitia hominum peccatorum, qui s. ex mundi infortunijs faciliter sunt tristes, & aliquando desperantes, de qua Eccles. 3. *Tristitiam longe repelle à te.* B

¶ Tertia est hominum damnatorum, s. sunt in perpetua tristitia damnatorum, de quo potest dicere quilibet damnatus illud 1. Mac. 6. *Ecce pereo tristitia magna in terra aliena.* Igitur dicamus aliquid de tristitia commendabili & virtuosa. Ista enim tristitia quæ contrariatur lætitiæ mundanæ, quia sancti in hac vita raro lætantur, & sæpe per spiritualem tristitiam desolantur. Sol enim in vespere apparet pallidus. Sic vere homo qui prope vesperam mortis se existimat, fit faciliter gemebundus 1. Esdr. 9. *Sedebam tristis vsque ad vespertinum sacrificium.* Et aduerte quod quatuor sunt, quæ faciunt hominem spiritualiter tristem, s. quando considerat

Iram offendisse numinis ingentis,
Culpam commisisse criminis labentis,
Pœnam incurrisse turbinis præsentis,
Ignem acquisisse fulminis sequentis.

¶ Tristatur enim iustus quando videt se
Offendisse maiestatem superiorem,
Commisisse prauitatem interiorem,
Incurrisse aduersitatem exteriorem,
Acquisisse pœnalitatem posteriorem.

¶ Dico igitur primo homo debet tristari ex offensione maiestatis diuinæ. Quia sicut homo tristis efficitur quando rex super ipsum offenditur & irascitur, sic homo tristis & pallidus debet esse, quando regem cœli se grauiter videt offendisse Mal. 3. *Ambulauimus tristes coram domino exercituum.* C

¶ Secundum dico, quod debet tristari ex commissione internæ prauitatis, quando se videt fecisse facta vilia & enormia. Exemplo crocodyli qui videns se offendisse hominem dicitur tristari & dolere, quod etiam de harpyia inueni scriptum. Vnde Baruch. 2. *Non sunt qui sunt in inferno dabunt honorem & iustificationem domino, sed anima quæ tristis est super multitudinem malitiæ suæ, & incedit curua, &c.*

¶ Tertio dico quod homo debet tristari ex incursione aduersitatis mundanæ. Quia scilicet homo qui bene consideraret quod miserijs & tribulationibus humana natura subijcitur, nunquam gaudere aut lætaretur, sed omni tempore tristaretur, dicens alijs in miseria positis illud Marc. 14. *Tristis est anima mea vsque ad mortem, sustinete adhuc modicum, & vigilate mecum.*

¶ Quarto debet tristari ex inspectione pœnalitatis æternæ. Quia scilicet consideratio iudicij & inferni facit hominem tristem, sicut carceratus debet tristari quando considerat quod est necessario iudicandus, & quod adhuc est in periculo vtrum sit ad patibulum iudicandus Esaiæ 29. *Circumdabo Ariel & erit tristis & mœrens.* Ista est igitur bona tristitia, quia pro certo boni timere & tristitiam habere debent, & nihilominus per spem & lætitiam debent gaudere 2. Cor. 6. *Quasi tristes semper autem gaudentes* Bona autem tristitia spem & consolationem comitatur, & finaliter in æternæ salutis gaudium commutatur, iuxta illud Ioa. 16. *Mundus autem gaudebit, sed tristitia vertetur in gaudium.* Patet ergo quod est vna tristitia commendabilis & virtuosa.

¶ Ad-

D ¶ Adhuc dico quod est quædam tristitia detestabilis & vitiosa, scilicet tristitia peccatorum, qui sine causa tristantur & non ponentes in Deo spem suam, propter mundi fortunam vsque ad desperationem aliquando desolantur. Vnde Ecclesiast. 30. *Ne dederis in tristitiam cor tuum, sed expelle eam à te.* Vnde etiam Matthæ. 6. dicit dominus. *Nolite fieri sicut hypocritæ tristes*, quasi diceret non solū tristitia vera, imo etiam tristitia hypocritica est detestanda, quia sicut dicitur Ecclesiast. 14. *Beatus homo qui non habuit animi tristitiam, &c.* Vide de Timore & Dolore, &c.

A **Triticum.** Triticum est granum quoddam quod melius inter alia reputatur, & quod ad victum hominum specialiter deputatur. Possum ergo intelligere quod

Triticum significat { Perfectionem virtualem, Refectionem cordialem, Collectionem spiritualem, Possessionem temporalem, Nutritionem supernalem.

B ¶ Primo dico quod triticum signat perfectionem virtualē quia scilicet triticum significat gratias, scientias & virtutes, quas in corde debemus seminare, vt inde bona scilicet opera possint pullulare 1. Reg 6. *Bethsamitæ metebant triticum in valle* Multi tamen triticum bonæ doctrinæ recipiunt & ipsi bona opera non faciunt, non producunt. Sicut enim dicitur Matthæ. 13. *Inimicus homo in tritico zizania seminauit*, quod sic totā fructuum copiam depræuauit. Vnde Hierem. 12 *Seminauerunt triticum, & messuerunt spinas*. Et ideo propter defectū talis tritici potest dici illud Iuel. 1. *Luxit humus, quoniam vastatum est triticum.* Significat ergo virtutum perfectionem.

C ¶ Secundo dico quod signat sacramenti refectionem, quia scilicet triticum significat corpus Christi, quod nobis conceditur in sacramento altaris, de quo Oseæ 14. *Viuent tritico, & germinabunt vt vinea.* Et Exod. 29. *Lagana azyma, oleo aspersa, de simila triticea facies.*

D ¶ Tertio dico quod significat iustorum collectionem. Iusti enim triticum, qui cum flagello tribulationum de paleis vitiorum purgantur, & in horreo paradisi reponuntur. Vnde Matt. 13 *Congregabit triticum in horrea, paleas autem comburet igni inextinguibili.*

E ¶ Quarto dico quod significat temporalium possessionem. Copia enim tritici est illud quo multi homines sunt ditati, & ideo per triticum possunt mundi diuitiæ designari. Legimus secundum 2. Reg. 4. quod dum ancilla ostiaria purgando triticum obdormiret, latrones subintrauerunt, qui regem Israel occiderunt. Quia pro certo dum ostiaria sensuū naturalium sc. discretio, circa temporalia occupata obdormit, rex Israel, id est, ratio quæ est Regina animæ, per latrones, id est, dæmoniorum tentationes damnabiliter suffoditur & necatur. Et ideo debemus nos male triticum spernere, & ab ipso quando poterimus abstinere. Exemplo illorum de quibus dicitur Act. 27. quod *alleuabant nauem, iactantes triticum in mare.*

F ¶ Quinto dico quod significat cœlestem nutritionem. Vnde Christus in paradiso est ille seruus de quo dicitur Luc. 12. *Quem constituit dominus super familiam suam, &c.* Vide supra de Frumento Et sufficit.

A **Thronus.** Cum Thronus proprie sit locus in quo reges vel iudices solent sedere, possū notare quod in scriptura inuenitur generaliter triplex thronus, scil.

Thronus in quo sedet { summus imperator, iustus iudicator, prauus dominator.

Primus est thronus Dei superioris quia sicut in Psalm. dicitur. *Sedes super thronum qui iudicas iustitiam.* Secundus est thronus iusti prædecessoris, sc. boni prælati, de quo Esaiæ 28. *Spiritus iudicij sedet super thronos.* Tertius est thronus crudelis exactoris, de quo Eccl. 11. *Multi tyranni sederunt in throno, & insuspicabilis portauit diadema.* Igitur dicamus de throno Dei vel de throno bono boni iudicis vel prælati.

B ¶ Dico igitur primo quod inuenitur thronus maiestatis diuinæ. Sicut enim reges mundi habent thronos vel sedes diuersas in quibus diuersis temporibus sedent, scil.

Thronum vnum in { hospitio ad quiescendum, conuiuio ad comedendum, iudicio ad ius reddendum, palatio ad præsidendum:

Sic vere Deus habet quatuor genera thronorum, sc.

a Thronum { Pudicitiæ virginalis, Conscientiæ virtualis, Præeminentiæ iudicialis, Excellentiæ imperialis,

In primo throno sedet habitans personaliter,
In secundo throno videt visitans spiritualiter,
In tertio sedebit iudicans terribiliter,
In quarto sedebit imperans mirabiliter.

¶ Primus thronus Dei est virginalis pudicitiæ. Virgo enim fuit ille thronus de quo dicitur Apoc. 20. *Vidi thronum magnum & candidum & sedentem super eum*, quia scilicet ista fuit magna per charitatis latitudinem, fuit candida per puritatis sanctitudinem fuit thronus & sedes per æquitatis rectitudinem. Et ideo figuratur bene in throno Salomonis, de quo dicitur 3. Regum 10. quod *rex Salomon fecit sibi thronum de ebore grandem qui auro purissimo tegebatur, ad quem sex gradibus ascendebatur & duodecim leunculi aurei ponebantur* Quia vere charissimi rex Salomon Christus thronum suum sc. virginem benedictam mirabiliter fabricauit ebore interioris candidæ castitatis, & auro exterioris fulgoris honestatis vestiuit mirabiliter & dotauit, Circa ergo istam 12. Leunculi id est, Apostoli 12. fuerunt conuersati & ad ipsam per sex gradus id est, per sex pietatis opera sublimati. Et ideo breuiter de isto throno dicitur Ezec. 1. quod ipse vidit super firmamētum similitudinem throni, & super similitudinem throni, similem filio hominis. Ista enim super firmamentum fidei fuit fundata, & ipsi filio Dei thronus & habitaculum fabricata. Vnde Deus pater potuit dicere illud 1. Par. 28. *Elegi Salomonem filium meum vt sederet in throno regni.* Iste est ergo thronus virginalis pudicitiæ. C

¶ Secundo dico quod est thronus virtualis conscientiæ. Conscientia enim viri iusti est thronus & sedes Christi. B

Nam

Thronus, qui sedet rex, solet esse { mundus, firmus, altus.

Sic vere vir iustus ad hoc quod sit thronus Dei debet esse mundus per innocentiam 2. Reg. 14. *Rex autem & thronus eius sit innocens.* Firmus per constantiam 1. Par. 17. *Thronus tuus erit firmissimus in perpetuum.* Altus per contemplationis eminentiam Eccl. 24. *Ego in altissimis habito & thronus meus in columna nubis.* Iste est thronus virtualis conscientiæ.

¶ Tertio dico quod est thronus iudicialis eminentiæ, quia scil. ipse Deus sedebit in iudicio, in throno iustitiæ & æquitatis, & in sede iudiciariæ potestatis, de quo dicitur Dan. 7. *Thronus eius flammæ ignis, rotæ eius ignis accensus, fluuius igneus rapidusque egrediebatur à facie eius.* Et loquitur *de antiquo dierum*, id est, de Deo aduenienti in iudicio mundum iudicaturo, quia scilicet thronus iste est seueritate plenus, ita quod igni & flammæ & flumini rapido & igneo merito potest comparari, quia sicut dicitur Apocal. 4. *De throno procedebant fulgura & voces & tonitrua.* Iste est E

Thronus in quo pauperes { saluantur, assecurantur, exaltantur.

Quod enim ibi saluentur & eripiantur à tyrannis, patet Apoc. 12. vbi dicitur quod filius mulieris raptus est ad Deum & thronum eius, ne à dracone deuoretur. Item quod ibi assecurentur & tueantur à nociuis, patet Heb. 4. Vbi dicitur. *Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius* Item quod ibi promoueantur & exaltentur, patet Matth. 19. & Luc. 22. vbi dicitur *Vos qui reliquistis omnia & secuti estis me, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, &c* Iste est thronus iudicialis eminentiæ.

¶ Quarto dico quod est thronus imperialis excellentiæ, quia sicut imperator sedet in palatio, sic Deus sedet in throno cœli. Vnde Matth. 5. dicitur quod *Cœlum thronus Dei est.* In isto ergo throno & in excellentia suæ maiestatis sedens dominus solet ad libitum de creaturis & earum operibus ordinare, & secundum secreta suæ occultæ prouidentiæ solet multa & varia disferre Apoc. 21. *Et dixit, qui sedebat in throno ecce noua facio omnia.* In isto etiam throno solent angeli & beati seruire, & multipliciter Deum honorare. Vnde de ipsis dicitur Apocalyp. 14. quod *sine macula sunt ante thronum Dei.* Et sic ergo patet quomodo Deus quadruplicem habet thronum. Et ita dico quod in scriptura inuenitur thronus maiestatis diuinæ. F

¶ Sed

G ¶ Sed adhuc dico quod inuenitur thronus dignitatis humanæ. Per thronum enim intelligitur vt dictum est, potestas iudiciaria prelatorum, ita quod quilibet debet dicere illud Eccl. 24. *Ego in altissimis habito, & thronus meus in columna nubis.* Vbi aduerte quod præsidentes debent habere quatuor conditiones. Debent enim esse

Contemplando sublimiores, (Ego in altissimis habito,)
Iudicando maturiores, (Thronus meus,)
Præsidendo constantiores, (Columna,)
Miserando benigniores, (Nubis,)

H ¶ Dico ergo, quod iste thronus debet habere sublimitatem in contemplando. In altissimis, inquit, habito, quia regulam iustitiæ Dei & Deum semper debet præ oculis habere, & quicquid faciat, ad Deum debet attendere & videre 3. Reg. 3. *Eleuetur thronus Dauid super Israel.* Scriptor enim qui recte vult scribere, debet semper ad exemplar respicere. Sic prælatus & iudex ad Deum qui est ipsius regula & exemplar. *In altissimis* inquit, *habito,* Deut. 33. *Habitatio eius sursum.* Habeat igitur iste thronus sublimitatem in considerando.

I ¶ Deinde dico quod debet habere maturitatem, in deliberando, quia sc. isti debent habere thronum qui sc. institutus est ad sedendum non currendum. Thronus, inquit, meus ad denotandum quod ad bonos iudices pertinet per præcipitationem sententiarum & processuum non currere, sed potius per deliberatiuam prudentiam in throno maturitatis sedere Matth. 19 *Sedebitis super sedes iudicantes,* &c. Quod est contra multos fatuos & præcipites iudices & prælatos, de quibus potest dici illud Dan. 7. *Thronus eius flamma ignis, fluuius igneus, rapidusque egrediebatur à facie eius:* qui scilicet thronus talium est igneus per rapacitatem rapidus & violentus per indeliberatam celeritatem. Non sic ergo, sed habeat iste thronus maturitatem in deliberando. Thronus inquit.

K ¶ Denique dico quod debet habere stabilitatem in perseuerando quia scilicet iudex debet esse constans, immobilis, strenuus & audax ita quod nihil debet omittere de his quæ sunt iustitiæ, per ignorantiam aut timorem, quod ostenditur cum dicitur Columna, quæ scil. debet esse recta & firma. Ad denotandum quod thronus iudiciarius debet habere rectitudinem iustitiæ & firmitatem constantiæ, quia sicut dicitur Prouerb. 25. *Aufer impietatem de vultu regis, & firmabitur iustitia thronus eius,* vt sic constanti & firmo iudici & prælato dicatur illud Hierem. 1. *Ego quippe dedi te in ciuitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æneum, & debellabunt aduersum te, & non præualebunt.* Habeant igitur stabilitatem in perseuerando.

L ¶ Insuper dico, quod iste thronus debet habere benignitatem in compatiendo seu in miserando quod ostenditur cum dicitur nubis. Quia sicut nubes non solum emittit ignem, imo loco & tempore stillat aquam, sic iudex & prælatus non solum debet habere ignem rigoris, & iustitiæ, imo etiam aquam dulcoris & gratiæ vel clementiæ, quia Prou. 20. dicitur. *Misericordia & veritas custodiunt regem, & roborabitur clementia thronus eius,* quia sc. iudex vel prælatus debet esse subditus in nube diei, & tota nocte in illuminatione ignis. Quod tamen est contra multos, de quorum throno non procedit pietas, sed crudelitas Apocal. 4. *De throno procedunt fulgura voces & tonitrua,* vt supra fulgura, s. rapinarum & exactionum & deceptionum, tonitrua & voces, & comminationum & tribulationum procedūt hodie de throno multorum iudicum & prælatorum, iuxta illud. Præsidentes in thronis sæculi sunt hodie dolus & rapina, & dic totum si vis. Non sic charissimi, sed habeat iudiciariæ potestatis clementiam constantiam, prudentiam, iustitiam seu eminentiam. Sufficiat quod dictum est de throno, vide de sede, solio, iudice, & similibus.

A **Tuba.** Cum tuba sit quoddam instrumentum ad vocem & sonum emittendum, possumus notare quod secundum quod in scriptura sonus & vox sumuntur multis modis, secundum hoc tuba multipliciter potest sumi. Nota igitur quod in scriptura inuenio

Tubam ad { iubilandum, conuocandum, excitandum, deterrendum.

Prima est tuba laudationis,
Secunda est tuba orationis,
Tertia est tuba prædicationis,
Quarta est tuba comminationis.

¶ Tuba laudis & confessionis est qua vtuntur contemplantes, qui non cessant Deum laudare, & ipsum & eius opera voce tubicina laudare & magnificare. Vnde 80 Psalm. *Buccinate in neomenia tuba.* &c. Vnde 2. Par. 29 dicitur quod *sacerdotes cœperunt laudes canere Domino, & clangere tubis, & organis concrepare.* B

¶ Tuba planctus & orationis vtuntur pœnitentes, qui in conspectu Dei veniam exorando vlulant atque tubant. Vnde 1. Mac. 5. dicitur de populo in tribulatione posito Dei auxilium implorante. *Clamauerunt in oratione.* C

¶ Tuba doctrinæ & excitationis vtuntur prædicatores, qui se in conspectu populi habent tubicinare, & mandata Dei declarare Vnde 1 Mach. 6. *Clamauerunt tubis & ostenderunt elephantibus sanguinem vuæ & mori.* D

¶ Tuba terroris & comminationis vtuntur iudicantes, qui scilicet ad terrorem aliorum malorum debent vti voce terribili & tubante. In signum cuius etiam in executionibus solent vti tubis. Vnde Amos 3. dicitur. *Si clanget tuba in ciuitate, & populus non expauescet?* Vnde etiam ad denotandum terrorem iudiciariæ potestatis quam dominus in iudicio prætendet, supponitur quod in extremo iudicio erunt sicut dicitur 1. ad Corintheor. 15. *Canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti.* Et Apocalyp. 19. *Audiui quasi vocem magnam tubarum multarum in cœlo.* E

¶ His igitur præmissis, solum de tuba prædicationis erit aliquid dicendum. Per tubam enim intelliguntur prædicator & eius prædicatio. Prædicatores enim sunt tubæ quibus spiritus sanctus clamat & resonat verbum Dei, iuxta illud Numer. 10. *Fac tibi duas tubas argenteas, quibus conuocare possis multitudinem.* Scriptura etiam & prædicatio sunt tubæ, quibus scil. sancti & doctores vtuntur, quando per ipsos ad bonum populi excitantur, & quando per ipsos ipsis mandata Domini exponuntur Ose. 8. *In gutture tuo sit tuba quasi aquila super domum domini.* Sicut enim tuba vtuntur homines F

In { solennijs populos ad Ecclesiam conuocando, præsidijs contra insidias hostium præmuniendo, prælijs ad prælium milites excitandu, iudicio mandata regum præconizando, conuiuijs gaudium & lætitiam deducendo.

Sic vere tuba prædicationis ad multa est & erit necessaria. Per istam etiam ad cœleste festum & solennium conuocamur Numer. 10. *Quando congregatus est populus erit simplex clangor tubarum* Per istam contra hostium insidias præparamur Ezechiel. 7. *Canite tuba præparentur omnes.* Item per istam ad prælandum viriliter contra tentationes hostium excitamur. Vnde 1. Machabæor. 4. dicitur quod *cum nationes contra populum Israel aduenissent, exclamauerunt tubis filij Israel magna voce, se scilicet alterutrum ad prælium exhortando.* Item per istam tubam de diuinis mandatis informamur Apocalyps. 1. *Audiui vocem magnam, quasi tubæ dicentis mihi, quod vides, scribe.* Item per istam tubam ad lætitiam conuiuij inuitamur & animamur Psal. 150. *Laudate eum in sono tubæ, &c.* Et breuiter tuba doctrinæ & prædicationis ad multa est vtilis. Igitur prælati & prædicatores talem tubam debent habere, & cum ipsa psallere & cantare & bonos instruere & docere, malos vero destruere ac terrere. Figurati Apocalyps. 8. vbi dicitur quod *septem angeli qui habuerant septem tubas, præparauerunt se vt tuba canerent.* Septem angeli vniuersitatem prædicatorum & prælatorum designant, quia proculdubio angeli, id est, viri angelici debent esse. Isti ergo debent se præparare ad tuba canendum, & ad prædicationis officium exercendum, quia sicut dicitur 2. Esdiæ 5. *Steterunt sacerdotes habentes stolas cum tubis.* Quod tamen est contra multos qui tubicinare nesciunt vel docere Apocalyp. 18. *Vox citharœdorum, & tuba non audietur in ea.* Sed non sic charissimi quia pro certo Esaiæ 58. præcipitur sic. *Clama ne cesses, quasi tuba exalta vocem, &c.* Vide eam, supra de clamare, vbi exponitur, vel supra de Annunciare.

**Tunica.** Nota, quod tunica cum sit quoddam indumentum corporis, possum notare quod sicut vestis sic & tunica multipliciter potest sumi. Et sic dico quod inuenio in scriptura, A

Tunicam { decoris, honoris, laboris, meroris, horroris.

B ¶ Prima tunica est quæ debet indui, & ista est tunica gratiæ & virtutum. Figurata in tunica superhumerali quæ erat quoddam nobilissimum ornamentum, de quo Exo. 39. dicitur quod *fecerunt sibi tunicam superhumeralem totam hyacinthinam.*

C ¶ Secuda tunica est quæ debet integre consui, & ista est tunica honestæ conuersationis, quæ debet esse integra & consuta. Quod tamen est contra multos, figuratos in seruis Dauid quos dehonestauit rex Amon, sicut patet primo Paralip. 19. *Et præcidit eis tunicas à natibus vsque ad pedes*, quia pro certo multi sunt hodie quibus tunicam honestatis diabolus itn præcidit, quod nates, id est, viles actus suæ luxuriæ sunt patentes. Multi tamen sunt qui quamuis istam tunicam habent exterius integram, ipsam tamen subtus habent hypocrisi laceratam. Figurati in illis 2. Mach. 12. *quibus sub tunicis inuenta sunt donaria idolorum.* Et ideo dominus vult quod tunica honestatis sit simplex & nullam habeat hypocrisis foderaturam. Vnde Matth. 10. præcipit *ne duas tunicas habeamus*, quasi si tunicam honestatis habemus nunquam debemus tunicam habere hypocriticæ falsitatis.

D ¶ Tertia tunica est quæ debet exui, & ista est tunica bonorum temporalium quam debemus exuere ex affectu, quia Lucæ 3. præcipitur. *Si quis habet duas tunicas, det vnam non habenti.* Et ideo 1. Reg. 18. legimus quod *se expoliauit Ionathas tunica sua, & dedit eam Dauid.*

E ¶ Quarta est tunica quæ debet ablui, & ista est tunica carnis Genes. 3. *Fecit dominus Adæ tunicam pelliceam*, quam debemus per pœnitentiam abluere & mundare, & ista est tunica parua quam fecit mater Samuelis eidem. Ista est tunica quam filia Dauid à fratre suo primogenito desflorata, legitur scidisse 2. Regum 13. vbi dicitur quod *cinere aspergens caput scissa talari tunica, virginitatem deperditam deplorabat.* Quia scilicet anima filia Dei à proprio fratre, id est, à diabulo filio primogenito creaturarum corrupta, debet tunicam carnis per pœnitentiam scindere, cinere mortalis resolutionis per considerationem se aspergere, & gratiam perditam deplorare.

F ¶ Quinta est tunica quæ debet destrui, & ista est tunica peccati & inhonestæ conuersationis, de qua Cant. 5. *Expoliaui me tunica mea, quomodo induar ea?* quasi dicat non debeo. Vnde in canonica Iudæ dicitur. *Odientes eam quæ carnalis est, maculatam tunicam.*

## Tumulus. Vide supra de Sepelire.

## Tumultus. Vide supra de clamore & discordia

A **Turbare. Turbatio.** Nota quod homo turbatur ratione timoris, vel ratione doloris, vel ratione terroris. Ideo possum breuiter notare quod inuenitur in scriptura turbatio quadruplex, scil.

Turbatio { Virtuosa, Vitiosa, Dolorosa, Venenosa.

B ¶ Prima est turbatio hominum perfectorum, quia viri iusti semper per spiritualem iustitiam turbantur. Vnde Dauid dicebat in Psal. 6. *Anima mea turbata est valde, sed tu domine vsquequo?*

C ¶ Secunda est hominum peccatorum, qui sine ratione turbantur, & nunquam spirituali lætitia consolantur Psal. 75. *Turbati sunt omnes insipientes corde.*

D ¶ Tertia est hominum miserorum, qui à tyrannis quotidie turbantur 1. Esdræ 3. *Factum est vt populus turbaret eos in ædificanda.*

E ¶ Quarta est turbatio hominum damnatorum qui sunt in perpetua damnatione & turbatione & desolatione Sap. 5. *videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatæ salutis* ¶ His præmissis, dicamus quod est

Turbatio quædam { laudabilis, damnabilis.

F ¶ Est ergo quædam turbatio laudabilis, & ista est qua boni in hoc mundo pauent faciliter & turbantur. Ad virum enim simplicem & innocentem pertinet quod de facili turbetur. Res enim turbidæ non sunt semper deteriores, sed aliquoties meliores. Vinum enim Rupellense quod super alia vina est sapidum, raro aut nunquam est bene clarum, sed semper vt communiter est in colore turbidum & obscurum. Nilus etiam nobilissimus fluuius qui irrigat Ægyptum, est de quatuor fluminibus paradisi, semper inuenitur turbidus, nunquam autem limpidus vel clarus. Quid plura? in aqua enim turbida homo melius piscatur, & bibere aquam turbidam equus & camelus amplius delectantur. Sic proculdubio charissimi qui per Dei timorem & per contritionis dolorem spiritualiter sunt turbati, & qui per inanem lætitiam nunquam sunt limpidi seu clari, meliores apud Deum reputantur, & in eis melius piscatores & prædicatores spiritualiter piscantur, & à Deo diliguntur. Homo enim turbatus timore, cuius prædicationem recipit. Et ideo prudens prædicator & piscator primo & ante omnia peccatorem turbat, et sc. Dei tribulamina indicando & præferendo, & sic capit eum facilius & conuertit, sicut in Ps. 45. dicitur. *Sonuerunt & turbatæ sunt aquæ eorum, conturbati sunt montes in fortitudine.* Sonuerunt sc. prædicatores, turbatæ sunt aquæ, id est, audientes, conturbati & contriti sunt montes, id est, ipsi superbi peccatores. Et ideo breuiter de tali turbatione possunt Deo dicere iusti illud Psal 6. *Turbatus est à furore oculus meus, inueteraui inter omnes inimicos meos* ¶ Vel dicere quod iustus turbatus est quadruplici ratione, scil.

Propter { offensionem regis superioris, amissionem lucis interioris, commissionem culpæ exterioris, vexationem pœnæ posterioris.

Pro primo dicitur. Conturbatus est à furore, supple, ipsius Dei,
Pro secundo Oculus,
Pro tertio Inueteraui scilicet pro peccatis,
Pro quarto dicitur, Inimicos meos.

¶ Primo dico quod turbati debemus esse de offensione diuini rigoris. *Turbatus* inquit *à furore.* Sicut enim vina turbida efficiuntur quando forti tonitruo vel forti aeris motu concutiuntur, mare etiam turbatur quando ascendente canicula aer feruentius inflammatur: animalia etiam turbantur quando rugitu leonis terrentur, sic vere iusti viri turbidi & pauidi fiunt quando tonitruum diuinorum iudiciorum percipiunt; quando feruorem diuini rigoris sentiunt, & quando rugitum diuini faroris audiunt. Dicunt enim iusti ipsi Deo Iob 23. *A facie ipsius turbatus sum, & considerans eum timore sollicitor.* Quia proculdubio qui furorem diuinæ iustitiæ contemplaretur, non mirum si continue turbaretur. *Turbatus*, inquit, *à furore* Ps. 89. *Domine in ira tua defecimus, & in furore tuo turbati sumus.* Turbemur ergo de offensione diuini rigoris. G

¶ Secundo turbemur de amissione æterni splendoris, oculus inquit meus. Homo enim non modicum turbaretur, si lumen oculorum perdere cogeretur. Aer enim tunc turbatur, quando per immissionem nubium vel vaporis solari lumine spoliatur. Sic vere iusti dolent & turbantur, quando lumen gratiæ vel fidei perdidisse se vident. *Oculus* inquit *meus.* Nam quando oculus turbatur, visus necessario impeditur. Turbatio oculi, signum est animalis diu mortui vel corrupti. Sic vere si oculus cordis per carentiam luminis gratiæ, & fidei turbetur, signum est quod homo putrescit & corrumpitur Hier. 4. *Ventrem meum doleo, sensus cordis mei turbati sunt* Psal. 30 *Turbatus est in ira oculus meus, anima mea & venter meus.* Turbemur ergo de amissione æterni splendoris. H

¶ Tertio turbemur de commissione terribilis horroris, cum dicitur Inueteraui, quia scil. quando videt homo se in peccatis inueterasse, & nouitatem gratiæ perdidisse, multum debet turbari & præ contritione plurimum contristari, dicens illud Psal. 31. *Quoniam tacui, inueterauerunt omnia ossa mea.* De pauone enim legitur, quod tunc temporis turbatur quando turpitudinem & rugositatem & quasi inueteratam pellem pedum suorum contemplatur. Sic vere iustus tristatur & dolet quando pellem suæ conuersationis in malis inueteratam videt. Vnde iustus dicit sibi ipsi illud Baruch. 3 *Quid est Israel quod in terra inimicorum es, inueterasti in terra aliena, coinquinatus es cum mortuis, deputatus es cum descendentibus in infernum*, redditur causa. *Dereliquisti* enim inquit *fontem sapientiæ.* Sicut enim videmus quod aqua, vinum & oleum I

oleum turbatur quando per eius motionem propriæ fæces ad miscentur, sic iustus tunc solet turbari quando per considerationem suas proprias fæces, idest, propria sua delicta sibi facit mentaliter admisci. Recordatio enim propriorum peccatorum materia est dolorum, & exterminium temporalium gaudiorum de quo in Psal. 142. *Anxiatus est in me spiritus, & in me turbatum est cor meum, memor fui dierum antiquorum.* Turbetur igitur de commissione horroris.

K ¶ Quarto turbemur de aspectione postremi doloris. Inter omnes inimicos meos inquit, quia sicut homo turbatur quando videt inimicos suos spirituales scilicet mundi tribulationes, hostium machinationes, iudicij comminationes, inferni concremationes, quæ quidem paratæ sunt occidere, nec se potest de eorum manibus liberare, debet multum turbari, & ad Deum recurrendo in bono corde contristari. Inter omnes inimicos meos, inquit, Psal. 54. *Turbatus sum à voce inimici & à tribulatione peccatoris.* Istis igitur quatuor rationibus iusti debent esse turbati dicentes cum David in Psa. 76. *Renuit consolari anima mea memor fui Dei mei, &c.* Consideratio enim istorum quatuor, scilicet,

Pœnæ quam metuimus,
Culpæ quam commisimus,
Gratiæ quam perdidimus,
Iustitiæ Dei quam offendimus.

Similis est illi lapidi qui dicitur galactites, qui in ore positus mẽtem solet turbare & appensus ad collum solet vbera lacte replere, quia sc. consideratio præmissorum mentem per Dei timorẽ & per contritionis dolorem solet turbare, & lac diuinæ gratiæ facit in homine redundare Psal. 108. *Cor meum conturbatum est intra me, formido mortis cecidit super me.* Patet igitur quod est quædam turbatio laudabilis & vitiosa.

L ¶ Sed adhuc dico quod est quædam turbatio damnabilis & vitiosa, & ista est turbatio & iracundia seruilis impatientiæ, timoris & tristitiæ. In aqua enim turbata imagines non videntur, sic nec in conscientia turbida imago Dei & gratia non generatur. Ideo de peccatoribus dicitur in Psal. 106. *Cõturbati sunt principes sicut ebrius & omnis sapientia eorum deuorata est.* Ex. 15. *Conturbati sunt principes Edom, robustos Moab obtinuit tremor: Obriguerunt omnes habitatores Chanaan.* Sufficit. Vnde de timore, tristitia, & similibus sicut turbare.

A **Turba.** Nota, quod turba est nomen collectiuum sicut tribus, populus, plebs, gens, & similia. Significant enim omnia multitudinem congregatam. Ideo notandum est quod inuenitur in scriptura turba multiplex, videlicet,

Turba perfectorum,
Turba miserorum,
Turba mondanorum,
Turba vitiorum,
Turba peccatorum,
Turba beatorum.

B ¶ Turba perfectorum est collaudanda. Ista est enim turba quæ culpam vult admirari, quæ Dei munera vult amplexari. Quod enim turba bonorum velit abluere propriam prauitatem patet Lu. 3. Vbi dicitur quod *exibant turbæ vt baptizarẽtur à Christo.* Quod etiam velit recipere fidei veritatem, patet Mar. 4. vbi dicitur quod *cœpit Iesus docere, & congregata est ad eum turba multa.* Quod etiam velit admirari diuinam potestatem, patet Luc. 11. vbi dicitur quod *locutus est mutus & admiratæ sunt turbæ.* Quod ista turba velit amplexari diuinam bonitatem, potest patere Luc. 6. vbi dicitur quod *omnis turba quærebat Iesum tangere, quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes.* Turba ergo perfectorum est collaudanda.

C ¶ Item turba miserorum est sustentanda. Vnde de Christo dicitur Luc. 9. quod *ipse panes quos multiplicauerat, distribuit discipulis vt ponerent ante turbas.* Quia panes bonorum temporalium discipulis suis, id, Christianis maxime ecclesiasticis voluit distribuere largiter, vt inde possent turbas & turmas pauperum sustentare Mar. 8. *Misereor super turbas quia ecce iam triduo sustinent me, nec habent quod manducent.*

D ¶ Item turba mundanorum est declinanda, quia scilicet viri sancti debent turbam mundanorum fugere, & populorum frequentiam declinare Math. 5. *Videns Iesus turbas ascendit in montem.* Quod est contra multos qui turbas diligunt & frequentant, sicut ad literam sunt multi religiosi & mendicantes, qui omnia mundi negotia volunt ordinare, & sicut multi sunt episcopi, qui omnia regum consilia volunt tractare, cum tamen se deberent à tortibus populorum & eorum negotijs penitus absentare. Similes sunt ciconijs, quæ iuxta hominum domicilia semper faciunt nidos suos, & in propinquitate hominum delectantur, & tamen illæ præ cæteris venenosis vtuntur nutrimentis. Quia pro certo qui turbas hominum frequentant & diligunt, necessario venenosa vitia sæpe committunt Lucæ 8. *Præceptor turbæ te comprimunt & affligunt.* Et Lucæ 4. dicitur, quod *turbæ detinebant Iesum ne discederet ab eis*, quia pro certo ista est turba de qua dicitur Ioann. 7. *Turba quæ non nouit legem, maledicti sunt.* Non sic ergo, sed exemplo Christi fugiamus istam turbam, de qua dicitur Ioan. 7. quod *ipse declinauit à turba constituta in loco.* Turba ergo mundanorum est declinanda.

¶ Item turba vitiorum est detestanda. Ista est illa turba quæ impedit accedere ad Iesum sicut legitur de *Zachæo principe publicanorum quod quærebat videre Iesum, & non poterat præ turba, quia statura pusillus erat.* E

¶ Item turba peccatorum est vitanda. Ipsa enim est parata ad malum dicendum & faciendum. Dico dicendum, quia sicut dicitur Io. 7. *Turba respondit Iesu dæmonium habes.* Faciendum sicut dicitur Mat. 14. *Ecce Iudas & cum eo turba multa cum gladijs & fustibus venerunt ad capiendum Dominum.* F

¶ Item turba beatorum est affectanda, & de ista Apocal. 7. *Post hæc vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat. &c.* Sic igitur patet quod sunt sex genera turbarum. Vide supra, de gente & populo. G

**Turbo.** Nota, quod per turbinem quæ nihil aliud est quã violentus aeris motus circumuolute incedens ex colluctatione diuersorum ventorum sibi inuicem proueniens, potest intelligi quilibet violentus & fortis actus, siue bonus siue malus. Notabo ergo breuiter quod in scriptura inuenitur A

Turbo { supremi vigoris,
extremi rigoris,
æterni doloris,
æterni furoris.

¶ Primo est turbo potentiæ deificæ, quia scilicet Deus quando vult, se habet ad modum turbinis, scilicet malos fortiter eradicando, bonos leuiter eleuando & prouehendo. Turbo enim arbores fortes eradicat, paruas vero & subtiles suo impetu non resistentes solum plicat, paleas vero & res leues sursum eleuat atque portat. Sic vere turbo Dei sibi resistentes radicitus euellit, pauperibus, vero sibi obtemperantibus parcit, leues vero & puros ad paradisum extollit atque rapit. Quod enim turbo diuinæ potentiæ malos euellat, patet Esaiæ 41. vbi de malis dicitur ipsi Christo. *Ecce ventilabis eos, & ventus tollet & turbo disperget.* Quod etiam iste turbo humilibus arceat, patet Esaiæ 25. Vbi dicitur domino. *Factus es fortitudo pauperi tribulatione sua spes à turbine, vmbraculum ab æstu.* Quod insuper iste bonus ad paradisum extollat, patet 4. Reg. 2. vbi dicitur quod *Dominus per turbinem rapuit Heliam in cœlum.* Iste est ergo turbo potentiæ deificæ. B

¶ Secundo est turbo iustitiæ iuridicæ & sic finale iudicium turbini comparatur, quia scilicet iustitia diuina ad modum turbinis malos rapiet ipsosque destruet & subuertet Hier. 23. *Ecce turbo dominicæ indignationis egredietur, & tempestas erumpens super caput impiorum veniet.* G

¶ Tertio dico quod est turbo sæuitiæ tyrannicæ. Tyranni enim more turbinis impetuose incedunt, & per rapinas & violentias alios destruunt & diruunt Esaiæ 25. *Spiritus robustorum quasi turbo impellens parietem.* Aduertendum tamen quod turbo cito habet deficere & parum durare, quia sicut dicit Seneca. Turbo quanto plus habet de violentia & virtute, tanto minus de tempore habet. Sic vere tales qui more turbinis faciunt quicquid mali possunt, parum durare dignoscuntur, & cito pereunt, deficiunt & vertuntur Abacuc. 3. *Maledixisti sceptris eius.* D

¶ Quarto dico, quod est turbo mœstitiæ damnificæ scilicet turbo violentiæ infernalis, qui dicitur turbo, quia turbat omnia damnatorum. Vnde de peccatoribus dicitur Oseæ 8. *Seminauerunt ventum, & turbinem metent.* Quia reuera quando ventus inanium operum seminatur, turbo damnationis perpetuæ reportatur. Et etiam breuiter de turbine inferni dicitur Sop. 1. B

*Dies*

*Dies illa, dies ira, dies tribulationis & angustiæ, dies calamitatis & anxietatis,* &c. Vide supra de Tempestate.

A **Turris.** Cum Turris sit altum ædificium & forte, ædificijs præeminens ad defensionem castri, villæ vel ciuitatis ordinatum, possumus breuiter dicere quod in scriptura potest multiplex turris inueniri, sc.

Turris:
- Superior, quæ est mirabilis,
- Inferior, quæ est durabilis,
- Interior, quæ est amabilis,
- Exterior, quæ est laudabilis,
- Posterior, quæ est mutabilis,
- Deterior, quæ est damnabilis.

B ¶Dicamus ergo primo quod est turris mirabilis, quæ est superior, & iste est ipse Deus & B. virgo Maria, qui sunt turris & defensio in se spectantium & afflictorum. Vnde Prou. 18. dicitur quod *turris nomen Domini, ad eam fugit iustus, & saluabitur.* De B. Virgine etiam dicitur Cant. 7. *Collum tuum sicut turris eburnea.* Quia proculdubio ipsa est *Turris Dauid, qua respicit contra Damascum, mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.* Cant. 4. Turris enim Dauid dicitur beata Virgo quia sc. de stirpe Dauid (qui interpretatur sanguinem bibens) respicere dicitur, eo quod oculi suę misericordiæ ad peccatores sanguinem diuitiarum bibentes misericorditer conuertuntur. In ista igitur sunt mille clypei, id est, mille genera ad alios defendendum, ita quod omnis armatura fortium proprie potest dici, vt quilibet dicat illud Psal. 60. *Deduxisti me, quia factus es spes mea, turris fortitudinis à facie inimici.* Ista etiam turris potest dici gloria & habitatio paradisi, quę more turris superius est eleuata, vbi pro certo secure viuitur & quiete, iuxta illud Ps. *Fiat pax in virtute tua,* &c. Ista est igitur turris superior, quæ est mirabilis.

C ¶Secundo dico quod est turris inferior, quæ est durabilis, & ista est triplex, sc. turris religionis, ecclesiæ & scripturæ. Istæ enim sunt tres turres hic inferius in mundo fundatæ, & ad defensioné hominum constructæ. Vnde de qualibet ipsarum potest dici illud Matth. 21. quod *paterfamilias plantauit vineam, in qua ædificauit torcular & turrem,* quia sc. vinea mundi est turris ecclesiæ, in vinea ecclesiæ est turris religionis. In vinea [illegible]ionis est turris scripturæ, 2. Paral. 17. *Ædificauit in Iuda domos ad instar turrium.*

D ¶Tertio dico quod est turris interior, quæ est amabilis, & ista est turris contemplationis, quæ interius in ciuitate animæ constituitur, vt per rationem ibi speculatorem hostium insultus præuideantur, & ipsa ciuitas defendatur Iudic. 9. *Erat turris excelsa in media ciuitate.*

E ¶Quarto dico quod est turris exterior quæ est laudabilis, & ista turris est quilibet virtuosus, per contemplationem altus, per constantiam & perseuerantiam robustus: tunc enim ciuitas religionis vel ecclesiæ fortis dicitur, quando turribus, i. sanctis & altis hominib. roboratur, 2. Paral. 14. *Ædificemus ciuitates, & roboremus eas turribus & portis.* Vnde Iudic. 1. dicitur, quod *illis rex ædificauit ciuitatem potentissimam, & turres posuit in altitudine cubitorum centum.* Quia sc. ciuitas ecclesiæ fundata supra firmam petram, turribus, i. sanctis hominibus munitur, qui centum cubitis, i.e. omnimoda virtutum perfectione dotantur, 1. Mach. 4. *ædificauerunt murum Sion, & per circuitum eius turres.* Ista est turris exterior, quæ est laudabilis.

F ¶Quinto dico quod est turris posterior, quæ est mutabilis, & ista turris est status excellentiæ mundanæ, quia pro certo ista est turris transitoria, mutabilis & vana, & est turris Babel, quam gigantes ædificauerunt, & quam vsq; ad cœlum erigere voluerunt, Gen. 11. *Faciamus ciuitatem & turrim cuius cacumen cælos tangat.* Sicut tamen turris illa excellentissima fuit destructa, & ædificium per confusionem linguarum frustratum, sic turris mundanæ eminentiæ destruetur, & præ ædificantium suorum superbia confundetur, Ezech. 26. *Dissipabunt muros Tyri, & destruent eius turres.*

G ¶Sexto dico quod est turris deterior, quæ est damnabilis, & ista turris nihil aliud est quam peccator superbus qui quasi more turris per superbiam est erectus. Vnde de diabolo & superbis potest dici illud prædictum Iudith. 1. quod *ciuitatis suæ turres posuit in altitudinem cubitorum centum.* Et sic ergo patet quod sunt sic genera turrium, & hic sufficit ad præsens.

A **Turpitudo.** Cum turpitudo nihil aliud sit spiritualiter loquendo quã peccatum vel inhonestas conuersationis, possum notare quod sunt turpes & desormes, scilicet

Quidam in:
- Intentione,
- Affectione,
- Locutione,
- Operatione.

¶Est igitur turpitudo intentionis, de qua Ephes. 5. *Quæ in occulto ab eis fiunt turpe est dicere.* B

¶Item est turpitudo affectionis, & iste est turpis affectus temporalium. Vnde Apost. 1. ad Tim. 3. *Decet diacones non esse bilingues, nec multo vino deditos, non turpe lucrum sectantes.*

¶Item est turpitudo locutionis, de qua 1. ad Cor. 14. *Turpe est in ecclesia mulieri loqui.*

¶Item est turpitudo operationis, & maxime carnalis delectationis. Vnde Exod. 28. præcepit Dominus quod *Sacerdotes habeant femoralia linea, quibus operiant carnem turpitudinis suæ.* Et ideo dicit Apostolus Ephes. 5. *Fornicatio & omnis immunditia aut turpitudo aut stultiloquium non nominetur in vobis,* &c. Vide supra de pulchritudine, &c.

**Thus. Thuribulum.** Nota q; tam per Thus quam per Thuribulum intelligitur virtus orationis vel deuotionis, quæ super carbonea feruentia charitatis posita, fumum sanctorum desideriorum emittunt, sed de isto vide in tabula, quia omitto gratia breuitatis. A

## V.

**VAcuus. Vacuitas.** Nota quod vacuitas cõtraria est plenitudini, & ideo in scriptura sumitur in bono & in malo sicut etiam plenitudo, vt contrariorum sit eadem disciplina. Notandum ergo quod est A

Vacuitas:
- Perfectorum,
- Egenorum,
- Iniquorum,
- Damnatorum.

Prima est affectando,
Secunda est supportanda,
Tertia est detestanda,
Quarta est formidanda.

¶Dico primo quod est vacuitas affectanda, quæ est perfectorum. Nam

Perfecti vacuantur criminum fæcibus,
Egeni vacuantur terrenis opibus,
Iniqui vacuantur virtutum moribus,
Damnati vacuantur mundanis tibibus.

¶ Dico igitur primo quod est vacuitas affectanda, quæ est perfectorum, quia pro certo perfectorum est vel pertinet quod à vitijs vacuentur, & quod virtutib. impleantur. Instrumentum enim musicum si terra vel liquorib esset plenum nunquam daret sonum oportet enim vt de talibus vacuetur, vt instanter aere sonum harmonicum operetur. Medicina etiam quando stomacho vacuo porrigitur, melius operatur, &c. Etiam de lupo legitur quod quando præ fame terram comedit, & inde venire suum repleuerit, tandem inuentis bonis cibarijs solet pristina euacuare, vt ipsis se possit reficere & replere. Sic vere charissimi viri sancti solent criminib. & terrenis effectib. esse vacui, & spiritualib. bonis esse pleni. Cum enim homo talibus criminibus vacuantur, tunc sonum diuinæ laudis melius modulatur. Medicina pœnitentiæ in ipso citius operatur ☙ & bonus cibus eucharistiæ dignius sumitur & hauritur. Vnde 1. Cor. 13. *Cum essem paruulus, loquebar vt paruulus,* &c. Et talis vacuitas figuratur Exod. 38. vbi dicitur quod *altare holocausti erat quadratum & concauum, & intus vacuum,* & Iudic 7. dicitur quod *Gedeon militibus suis contra Madian pugnaturis dedit tubas in manu lagenasq; vacuas & lampades in medio lagenarum.* Quia pro certo charissimi altare cordis nostri debet esse quatuor cardinalibus virtutibus quadratum, per humilitatem curuum & concauum, & à cunctis vitijs & terrenis cupiditatibus mundum & vacuum. Nam illi qui contra Madian diabolum volunt præliari, tubas prædicationis & orationis debent tenere, lampadib. honestę conuersationis debent splendere, & lagenas vacuas mundæ & humilis affectionis debent habere. Ista igitur est illa vacuitas de qua dicitur Eccl. 38. *Sapientiam scribe in tempore vacuitatis.* Ista tamen sunt contra multos iudices & prælatos, qui nunquam volunt esse vacui, sed munerib. semper pleni, dicentes omni homini qui habet facere cum illis, illud Exod. 13. *Non apparebis in conspectu meo vacuus.* Natura enim abhorret B

abhorret vacuum, compara eos ventosæ quæ vacua attrahit ad se sanguinem vt impleatur, &c. sicut in sequenti §. Ceruus & vnicornis habent cornua non vacua, sed repl[illegible] contra naturam omnium animalium cornutorum. Sic vere cornua iurisdictionis talium non sunt hodie monetib. vacua, sed volunt esse plena. Vnde 2. Reg. 1. *Gladius Saul non est reuersus vacuus.* Non sic boni, sed pro certo ipsi à criminibus sunt vacuati, muneribus sunt nudi 1. Reg. 20. *Apparuit locus Dauid vacuus.* Vnde Apostol. in persona viri iusti dicit 1. Corinth. 13. *Cum factus sum vir euacuaui quæ erant paruuli.* Ista est ergo vacuitas affectanda, quæ est perfectorum.

C ¶Secundo dico, quod est vacuitas supportanda, quæ est egenorum. Egeni enim dicuntur vacui, quia diuitijs temporalibus non sunt pleni. Vas enim vacuum minus ponderat quam plenũ, & ideo pauperes qui non sunt diuitijs pleni sed vacui, minus criminib. sunt aggrauati, & ideo ad cœlum sunt leuiores, eruntque facilius subleuati. Isti enim sunt vacui modo, sed finaliter erunt pleni. Vnde ouis duos habet ventres, quorum vnus in pascuis repletur & alter euacuatur, & inde est quod ouis dum est in pascuis nunquam satiatur, imo tn sero dum ruminat, ad ventrẽ vacuum cibum transferendo plene reficitur & repletur. Tales proculdubio sunt pauperes huius, n. sero tamen quando sunt in morte, quando ducentur ad hospitium paradisi, tunc perfecte replebuntur, & omni bono satiabuntur. Vnde de istis in præsenti potest dici illud Marc. 12. Vbi dicitur quod *agricolæ seruum patrisfamilias ceciderunt, & dimiserũt vacuum.* Quis pro certo pauperes qui sunt serui Dei, ab agricolis, i. diuitibus terrenis tribulationibus cæduntur, & per rapinas nudi & vacui dimittuntur. Natura enim abhorret vacuum, & ideo vas quod dicitur ventosa, per actionem ignis aere vacuatum, solet de membris hominum sanguinem attrahere, vt vacuitatem suam possit replere. Sicut dicitur Mat. 5. *Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniã ipsi saturabuntur.* Sed vere diuites huius mundi quorum cor per actionem ignis auaritiæ est vacuatum, qui etiam quanto magis habent tanto magis sunt vacui & inanes, vacuum paupertatis abhorrent, & ideo non cessant sanguinem substantiæ aliorum sugere & attrahere, & per rapinam & vsuram acquirere, vt vacuitatem sui cordis possint replere, & alios bonis proprijs euacuare Eccl. 13. *Euacuabit te, & non dolebit de te.* Vnde breuiter de talibus vacuis pauperib dicitur Hier. 14. *Venerunt ad hauriendum aquam, & non inuenerunt, reportauerunt vasa vacua.* Ista est ergo vacuitas quæ est toleranda, quæ est egenorum.

D ¶Tertio dico, quod est vacuitas detestanda, quæ est iniquorum. Peccator enim dicitur vacuus & non plenus. Peccatum enim nihil est, ideo non replet locum quem inhabitat, sed semper ipsum vacuum relinquit. Vnde de peccatore dicitur Hiere. 4. *Respexi terram, & ecce vacua erat.* Gratia vero Dei est aliquid, & ideo quem inhabitat, plenum facit 1. Cor. 5. *Gratia Dei sum id quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit, & gratia eius semper in me manet.* Et bene dicitur peccator vacuus, quia res vacua faciliter erigitur, sicut patet de spica quæ plena granis solet incuruari, vacua vero solet eleuari, sicut etiam patet de dolio, quod plenum solet submergi, vacuum vero solet natare.

¶Item res vacua percussa sonat. Item res vacua faciliter mouetur. Sic vere charissimi peccator qui est virtutibus vacuus, per superbiam erigitur faciliter, per impatientiam cito sonat & loquitur, per inconstantiam faciliter agitatur. Timor enim Dei qui corda habet deprimere, talibus deficit, & ideo cor eorum faciliter erigitur per superbiam & insurgit Iob 15. *Quantum in te est, euacuasti timorem.* Et ideo de peccatore breuiter dicitur Gen. 1. quod *terra erat inanis & vacua, & tenebræ erant super faciem abyssi.* Nam sicut videmus quod vas ad ignem positum vacuum faciliter frangitur & liquescit, sic vere peccator si ad ignem tribulationum vel tentationum applicatur, faciliter per impatientiam solet frangi, vel per luxuriam eliquari. Vnde Ezech. 24. de ciuitate peccatrice in figura vnius ollæ dicitur; *Pone eam super prunas vacuam, vt incalescat æs eius, & liquefiat.* Et non mirum si peccator sit vacuus, qui sc. bonis terrenis, quæ vacua sunt & vana, innititur, & in firmitate æternorum bonorum per bonum desiderium non solidatur. Contra illud Eccl. 4. *In superuacuis rebus noli te scrutari.* Et ideo breuiter concludit scriptura Sapient. 3. *Vacua est spes illorum, & labores sine fructu, & inutilia eorum opera.* Sapient. 5. dicitur de peccatore. *Cinis est cor eius, & terra superuacua spes illius & luto vilior vita illius.* Ista est ergo vacuitas detestanda, quæ est iniquorum.

E ¶Quarto dico, quod est vacuitas formidanda, quæ est damnatorum. Peccatores enim nunc videntur esse pleni, sed pro certo in fine inuenientur bonis operibus vacui. Sicut enim ioculator videtur ponere aliquando sub aliquo vase multa & infinita, sed quando aperitur, totum vacuum inuenitur, sic modo diabolus videtur implere peccatores multis & mirandis, sc. diuitijs, honoribus & mundi bonis, sed vere in fine postquam mors ipsos tulerit de medio, tunc vacui inuenientur & omnia quæ videbantur eis inesse, ab eis subtrahentur, Es. 29. *Somniat esuriens quod comedat, & cum expergefactus fuerit, vacua est anima eius.* Et merito isti fiunt vacui, quia sicut de duabus situlis in vno puteo videmus quod alternatim plena efficitur vacua, & econuerso vacua efficitur plena, sic fit de duobus hominum generib. pauperum, sc. & diuitum, quia illi qui modo sunt vacui, sc. pauperes, finaliter bonis omnibus replebuntur, illi vero qui modo sunt pleni, scilicet diuites, bonis omnibus nudabuntur Lucæ 1. *Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes.* Illi ergo vacui erunt bonis spiritualibus, temporalibus & æternis. Spiritualibus dico, de quibus Galat. 5. *Euacuati estis à Christo.* Temporalibus etiam Prouerbiorum 27. *Oleum dexteræ suæ euacuabit.* Æternis vero, de quibus Iudith. 1. dicitur: *Qui omnes remiserunt eos vacuos, & sine honore abiecerunt.* Sic ergo patet quod quadruplex est vacuitas.

## Vado. Vadere.

A Cum supra satis sit tractatum de Ambulare, Ire, Gradi & similibus, hinc est quod de vadere modicum est dicendum. Breuiter ergo dico quod istud verbum Vado denotat motum de termino à quo, ad terminum ad quem, & significare potest quemcunque incessum, profectum & progressum spiritualem, siue bonus sit siue malus. Proceditur igitur

Naturaliter,
Virtualiter,
Criminaliter,
Temporaliter,
Infernaliter,
Supernaliter.

Ista enim sunt sex genera processuum humanorum, quibus tam boni quam mali diuersimode incedunt.

B ¶Dico ergo primo, quod istud verbum vado significat processum naturalem. Vita enim nostra non est nisi vnum vado, quia sc. homo naturaliter

Vadit de { natiuitate ad mortem, / sanitate ad infirmitatem, / iuuentute ad senectutem }

Et ideo homini dicitur Ionæ 1. *Quod est opus tuum, quæ terra tua, & quo vadis, vel ex quo populo es tu?* Istæ enim sunt quattuor quæstiones attendendæ. Dicitur ergo homini. Quod est opus tuum, quod defectuose facis? Quæ terra tua de qua materialiter exis? Quo vadis, i. e. quo per mortem continue tendis? Ex quo populo es tu, i. e. ex quibus parentibus per originem descendis? Quia breuiter homo debet notare vnde venit nascendo, & quo vadit moriendo, vt sic breuiter dicatur sibi illud Genes. 16. *Agar ancilla Sarai vnde venis, & quo vadis?* Et ipsa respondebat illud Iob 8. *Scio vnde veni, & quo vado.* Patet ergo quod vado significat processum naturalem.

C ¶Secundo dico, quod signat processum virtualem, quia scilicet vir perfectus nunquam à virtutum processu desistit, sed de bono in melius transit & vadit, similis flumini, quod continue vadit vltra. Sic possum notare quod iustus spiritualiter

Vadit ad {
humilitatem vt occultetur,
baptismum vt depuretur,
eucharistiam vt satietur,
amicitiam vt concordetur.
obedientiam vt operetur,
pœnitentiam vt lamentetur,
confessionem vt emundetur,
prædicationem vt in ea occupetur,
bonorum conditionem vt in ea confirmetur,
pauperum collationem vt consoletur,
mortem vt meditetur,
infernum vt conturbetur,
paradisum vt iocundetur. }

Isti enim sunt termini tredecim ad quos diuersimode vadunt iusti. Dicit enim quod iusti vadunt ad humilitatem vt possint occultari, exemplo cerui pinguis, qui fugit & vadit ad abdita ne inueniatur. Vnde 3. Reg 17. *Vade ad orientem, & abscondere in torrente Charith.* Es. 26. *Vade populus meus, intra cubicula tua, claude ostia tua super te, & abscondete.*

Item vadunt ad baptismum, vt possint expiari similes elephantibus, qui libenter vadunt ad fluuium balneari. Vnde 4. Reg. 5. *Vade lauare in natatoria Siloe.* Item vadunt ad sacramentū eucharistiæ vt possint satiari. Vnde 4. Reg 6. *Comedant & bibant, & vadant ad domum suam.*

Item vadant ad amicitiam vt possint concordari. Matth. 5. *Si offers munum tuum ante altare, vade prius reconciliari fratri tuo.*

Item vadunt ad obedientiam, vt possint operari. Matt. 8. *Habeo sub me milites, & dico huic vade, & vadit.* Item vadunt ad pœnitentiam vt possint lamentari. Vnde Michæ 1. *Super hoc plangam & vlulabo, vadam spoliatus & nudus.* Item vadunt ad confessionem vt possint emundari Vnde Matth. 8. *Vade & ostende te sacerdoti.* Et Ioan. 8. *Vade, & amplius noli peccare.*

Item vadunt ad prædicationem vt possint occupari. Vnde Ionæ 3. *Vade in Niniuen ciuitatem magnam, & prædica ibi verbum Domini.* Et Luc. 9. *Vade & annuncia regnum Dei.*

Item vadunt ad bonos vt eis possint confirmari, Prou. 6. *Vade ad formicam ô piger, & considera vias eius, & disce sapientiam.* Vnde Luc. 10. *Vade & tu fac similiter.*

Item vadunt ad pauperes, vt ipsus possint consolari. Vnde Matt. 19. *Vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus.* Item vadunt ad mortem vt possint eam meditari, Ioan. 11. *Vadit ad monumentum vt ploret.*

Item vadunt ad infernum, vt per hunc possint conturbari. Vnde Es. 38. *Ego dixi in dimidio dierum meorum, vadam ad portas inferi.*

Item vadunt ad paradisum vt ipsum possint contemplari, & vt per eum possint iucundari, Hiere. 31. *Vadet ad requiē suam Israel.* Isti ergo sunt tredecim passus quibus ad Deum vadit iustus, & quibus ad paradisum graditur iustus & deuotus dicens illud Ioan. 16. *Relinquo mundum, & vado ad Patrem.* Quod de Christi ascēsione & assumptione virginis vel etiam cuiuslibet sancti vel etiam de depositione vel festo potest esse themo. Vbi ostenditur quod ille abhorruit locum inficientem. Relinquo, inquit, mundum. Exercuit actum proficientem. Vado, inquit. Obtinuit fructum reficientem. Ad Patrem, inquit. Vide eam supra diuisam & prosecutam. Patet ergo quod istud verbum vado signat incessum virtualem.

D ¶ Tertio dico, quod signat incessum criminalem. Mali enim & criminosi semper ad malum aliquod vadunt, & de vno vitio ad aliud vadunt. Et ideo breuiter notandum quod isti

Vadunt ad { Delitias & carnalitates,
Sæuitias & crudelitates,
Discordias & peruersitates,
Stultitias & mobilitates.

Vadunt isti ad delitias, vt patet Eccl. 2. vbi dicitur: *Vadam & affluam delitiis, & fruar bonis.* Item quod vadant ad sæuitias, patet Ezech. 21. vbi gladio limato dicitur, *Accede & exacuere, & vade ad dexteram & ad sinistram.*

Item quod vadant ad discordias, patet Matth. 6. vbi Petro contrarianti Domino dicitur, *Vade retro me satanas, scandalum mihi es.* Satanas aduersarius interpretatur.

Item qood vadant ad stultitias, patet Hierem. 8. vbi dicitur, *Omnes conuersi sunt ad cursum quasi equus impetu vadens in prælium.* Et breuiter malus semper dicitur ite, & nunquam in eodem statu sistere vel manere, quia sicut dicitur in Ps. de ipsis malis, *Recordatus est quia caro sunt, spiritus vadens & non rediens.* Patet ergo quod vado significat incessum criminalem.

E ¶ Quarto dico, quod significat defluxum temporalem. Mundus enim & temporalis prosperitas semper vadit & transit, & nunquam in eodem statu permanet siue subsistit, quia sicut dicitur Sap 5. *Transierunt omnia velut vmbra.*

F ¶ Quinto dico, quod significat descensum infernalem Apoc. 16. *Bestia quam vidi, fuit, & non est, & in interitum vadit,* loquitur de bestiali peccatore, qui continue vadit ad infernum.

G ¶ Sexto vero signat accessum supernalem, & sic istud dicitur ire quo iusti vadunt post mortem ad gloriam paradisi, quibus potest dici 1. Reg. 25. *Vade pacifice in domum tuam.*

H ¶ Sed adhuc dico quod de Christo possumus dicere quod ipse multoties dicit vado, quia ipse

Vadit ad { Infirmos ad ipsos medicandum,
Socium ad ipsum visitandum,
Cœlum ad locum præparandum,
Dominum ad ipsum famulandum, &
Patrem ad ipsum honorandum.

Vadit dico ad infirmos sicut medicator doctissimus. Vnde de Lazaro mortuo sanando & suscitando dicitur Ioan. 11. *Lazarus amicus noster dormit, vado vt à somno excitem illum.*

¶ Vadit ad socios sicut visitator dulcissimus. Vnde Ioan. 14. *Audistis quia ego dixi vobis, vado & venio ad vos.* Vadit insuper ad cœlum sicut præparator altissimus. Vnde ipse dicit Apostolis Ioan. 14 *Vado vobis parare locum.* Vadit ad Dominum & ad patrem, Ioan. 14. *Vado ad patrē, quia pater maior me est.* Ista ergo de Vado sufficiant quo ad præsens, vide supra de Ambulare, Ire, Gradi & Currere, Transire, & alijs vocabulis motum significantibus.

## Vagus. Vagabilitas.

Nota quod ille dicitur Vagus, qui sine propria vel certa mansione vndequaq; vagatur. Notabo ergo quod de vagis possint dici tria genera personarum, sc. A

Sanctitate pollentes,
Facultate carentes,
Vanitate nutantes.

¶ Sunt ergo vagi viri sancti & virtuosi, quia sc. sancti certas habitationes non elegerunt in mūdo, sed vagi per diuersas partes mundi circumiuerunt, & habitationem cœlestem tantummodo quæsierunt, similes peregrinis. Vnde supra de peregrinia in suo titulo. Dicebant enim illud Hebr. 13. *Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus.* Vide etiam de Christo, vbi dicitur Hier. 14. *quasi colonus futurus es in terra, & quasi viator declinans ad manendum, quare futurus es quasi vagus.* B

¶ Item vagi dicuntur inopes viri & penuriosi, qui sine proprietate domorum & rerum mendicando vagantur. Et sic dicitur Es. 58. *Frange esurienti panem tuum, & egenos vagosq; induc in domum tuam, &c.* C

¶ Item vagi dicuntur vani & defectuosi, quia sc. viri inconstantes & mutabiles, & varii mentem suam instabilitate boni propositi non possunt figere, sed desideria sua ad mundi delectabilia deflectunt, sicut sunt ambitiosi, quorum mens per omnia mundi officia & beneficia vagatur, sicut etiam sunt incōstantes, qui nunquam in eodem proposito firmantur, sicut auari, qui terminum non ponunt in acquirendo, sed semper ad amplius accenduntur. Tales figurantur in Cain, qui interpretatur possessio, *qui fuit vagus & profugus super terram,* sicut dicitur Gen. 4. Vnde etiam de vana & instabili muliere dicitur Prouer. 5. quod *vagi sunt gressus eius, & inuestigabiles.* Et Prouer. 7. dicitur, quod *ipsa est garrula & vaga, quietis impatiens & non valens in vno loco consistere pedibus suis.* Ideo breuiter de peccatoribus instabilibus dicitur Oseæ 9. *Abijciet eos Deus meus quia non audierunt eum, & erunt vagi in nationibus, &c.* Vide infra de Vanitate. D

## Valere.

Vide supra in titulo Bonitas, & infra in titulo Vtilitas.

## Validus.

Vide in titulo Fortis.

## Valde.

Nota quod istud aduerbium qualitatis valde semper signat excessum vel excellentiam ipsius cui adiungitur, potest igitur competere bonis & malis. Et ideo possum notare quod quilibet vir iustus & bonus debet habere istud aduerbium Valde, quia in suis qualitatibus valde efficax debet esse. A

¶ Dico ergo quod iustus debet esse

Valde { fortis & vigorosus,
diligens & amorosus,
pauidus, & timorosus,
formosus & speciosus,
subtilis & luminosus,
lætus & gaudiosus,
humilis & obsequiosus,
mirabilis & gloriosus.

¶ Sit igitur vir iustus fortis & vigorosus, Iosuæ 1. *Confortare, & esto robustus valde.* Nahum 2. *Contemplare viam, conforta lumbos, robora virtutem valde.* B

Item sit valde feruens & amorosus. Vnde 1. Regu. 19. dicitur, quod *Ionathas diligebat Dauid valde.*

Item sit valde pauidus & timorosus. Vnde 3. Reg. 18. *Abdias timebat Dominum Deum Israel valde.*

Item sit valde pulcher & speciosus, scilicet per honestam conuersationem. Vnde de arcu cœlesti dicitur Ecclesia. 45. *Vide arcum & benedic eum, qui fecit illum. Valde enim speciosus est in splendore suo.*

Item sit valde subtilis & luminosus seu industriosus Esa. 52. *Ecce intelliget seruus meus Iacob, eleuabitur & exaltabitur, & sublimis erit valde.*

Item sit valde iucundus & gaudiosus, 1. Machab. 4. *Et facta est lætitia magna in populo valde.*

Item valde sit humilis & obsequiosus. Vnde Eccl. 7. *Humilia valde spiritum tuum, quia vindicta carnis impij ignis & vermis.*

Item sit valde mirabilis & gloriosus, vt ei dicatur illud Hest. 15. *Valde mirabilis es Domine, & facies tua plena est gratiarum.* Sic ergo patet quod valde signat virtutum excellentiam, quæ pertinet ad bonos.

C ¶Sed adhuc dico quod significat excellentiam vitiorum, quæ pertinet ad malos siue iniquos. Vnde Ezech. 9. *Iniquitas domus Iuda & Israel nimis magna est valde,* sed ita sufficit. Vide supra, &c.

A **Vallis.** Cum vallis sit locus terræ bassus & infimus, & in medio montium constitutus, possumus dicere quod multipliciter sumitur in scriptura. Et sic dico quod secundum conditiones naturalis vallis, possunt quatuor valles spiritualiter denotari, quia sicut

Vallis naturaliter est locus { inferior, fœcundior, obscurior, immundior.

Sic inuenio
Vallem humilem quæ est infima,
Vallem fertilem quæ est optima,
Vallem obscuram quæ est dimidoa, id est, dubia,
Vallem impuram quæ est pessima.

B ¶Dico primo, quod vallis inferior est status miserorum. Pauper enim & miser vallis dicuntur, pro eo quod inferius præ cæteris deprimuntur & calcantur. Vnde Hier. 49. *Defluxit vallis tua filia delicata.* Montes prælatos designant, valles vero pauperes & subditos manifestant. Nam sicut vallis est locus securior quam sit mons eo quod ventus non flat ibi, nec faciliter accidit ibi terræmotus, & sic ædificia secura ibi remanent & intacta, sic vere status subiectionis & paupertatis quanquam sit obscurior & turbulentior, est tamen veritate solidior & securior, quia sc. valles, id est, pauperes non ita flantur ventis inanis gloriationis, & sic ita non concutiuntur impetu tentationis, & sic non incurrunt terræmotum æternæ damnationis. Tutius est ergo in valle paupertatis & subiectionis manere quam in dignitatum montibus residere. Et ratio redditur Luc. 3 vbi dicitur *quod omnis vallis implebitur, & omnis collis humiliabitur,* sc. interdum in hac vita & deprimetur finaliter in inferno.

C ¶ Pone si vis quomodo vallis humanæ naturæ ante Christi aduentum carebat
Semine fœcundante,
Lumine illustrante,
Omine consolante,
Culmine subleuante.

Propter primum steriliter degebat Deuter. 21. *Ducent eum ad vallem saxosam & asperam, quæ non seminatur.* Propter secundum debiliter videbat Esai. 22. *Onus vallis visionis.* Propter tertium feruiliter sine omine consolante viuebat Hierm. septimo: *Non vocabitur vallis Tophet,* idest, protectio, *sed vallis interfectionis.* Propter quartum flebiliter gemebat Esaiæ 22. *Dies fletuum Domini exercituum in valle.* Sed proculdubio huius vallis sterilitas, cæcitas, calamitas, & infimitas fuit in aduentu Christi permotaca. Nam contra istos quatuor defectus Christus impleuit vallem humanæ naturæ:
Semine diuinitatis ad eius indigentiam fœcundandam,
Lumine veritatis ad eius ignorantiam illustrandam,
Homine benignitatis ad eius mœstitiam seu tristitiam consolandam,
Culmine dignitatis ad eius subiacentiam subleuandam.

*Iste enim, esurientes impleuit bonis,* Luc. 1. Vallis igitur inferior est vallis miserorum.

D ¶ Secundo dico quod vallis fœcundior est status perfectorum. Perfecti enim & eorum status sc. religionis & ecclesię valles dicuntur, quia sicut in vallibus est
Loci infimitas,
Terræ vacuitas,
Fructus fertilitas,
Aquæ fluxibilitas.

Sic proculdubio vir perfectus vel eorum status est
Infimus per humilitatem,
Vacuus per paupertatem,
Fœcundus per bonorum operum vbertatem,
Irriguus per lacrymarum fluxibilitatem.

¶Ibi enim est infimitas humilitatis Hier. 2. *Vide vias tuas in conualle, & scias quid feceris.* Conuallis enim humilem confessionem designat, vbi viæ nostræ sunt videndæ, & per compunctionem feruidam mediandæ. Item ibi est vacuitas tenuitatis. Status enim perfectorum bonis temporalib. est vacuus, bonis vero spiritualibus repletur. Nam sicut in valle vbi est vacuitas citius niues liquefiunt quam in monte, cum sit locus calidior quam sint montes, sic viri perfecti qui quantum ad affectum terrenis opibus sunt vacui, niues diuitiarum non solent diu seruare, sed ipsas mediante calore charitatis faciliter pauperib. destillare, Michæ 1. *Valles scindentur sicut cera à facie ignis,* & sicut dicitur in Psal. *Deus emittit fontes in conuallibus, &c.* Fontes dico misericordiæ, quibus pauperes potantur, & per quorum destillationem opum fœcũditas vacuatur. Item ibi est fœcunditas totius bonitatis. Ibi enim abundant fructus bonorum operum, & flores honestæ vitæ Ps. *Valles abundabunt frumento, &c.* Item ibi est fluxibilitas lachrymositatis. Fluuij enim lacrymarum in istis vallibus fluunt Ps. *Ascensiones in corde suo disposuit in valle lacrymarum in loco quem posuit.* Status ergo perfectionis dicitur Vallis
Lachrymarum,
Salinarum,
Syluestris,
Illustris,
Saxosa,
Nemorosa.

Vallis ergo lachrymarum dicitur, quia ibi vigent lachrymæ cõpunctionis Ps. *Qui emittis fontes in conuallibus.* Item dicitur vallis salinarum, quia ibi acredo est asperæ correctionis, 2 Paral. 25. *Amasias abijt in vallem salinarum, & percussit filios Seir.* Amasias est qui in valle ecclesiæ sc. religionis corrigit & percutit insolentes. Item vallis syluestris dicitur propter solitudinem solitariæ habitationis. Vnde Gen. 14. dicitur quod *vallis syluestris habebat multos puteos.* Item vallis illustris dicitur propter nobilitatem famosæ reputationis. Vnde de Abrahã & Loth dicitur Gen. 12. quod *ipsi venerunt vsque ad vallem illustrem.* Item vallis saxosa dicitur propter asperitatem laboris vexationis. Vnde de vitulo siue iugo proficientium dicitur Deut. 21. quod *duci debebat ad vallem asperam & saxosam.* Item vallis nemorosa dicitur propter amœnitatem honestæ conuersationis. Vnde Num. 24. *Quam pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Israel, vt valles nemorosæ, & vt horti iuxta fluuios irrigui.*

¶ Tertio dico quod vallis obscurior est status mundanorum. F
Mundani enim & ipse mundus vallis dicuntur, eo quod sicut vallis est naturaliter locus obscurior, à cœlo remotior, Inferno propinquior, sic vere mundus & mundanus per ignorantiã sunt obscuri per vitia & peccata inferno sunt propinqui, & à cœlo & cœlestib. sunt remoti. Longe enim à peccatorib. salus quia iustificationes tuas nõ exquisierunt. Valles sunt loca secreta & loca profunda, & ideo fere solent in vallib. habitare latrones & insidiando transeuntib. latitare. Sic vere charissimi vallis miseriæ huius mundi est habitatio & locus bestiarum, i. hominum immundorum, locus etiam furum raptorum & auarorũ. Vnde de malis hominib. vallem istam inhabitantibus dicitur Num. 14. quod *Amalech & Chananæus, habitabãt in vallibus* Et 1. Paral. 14. dicitur quod *Philistijm diffusi sunt in valle Raphaim.* Et 2. Re. 23 *Castra Philisthæorum erant posita in valle gigantum.* Amalech interpretatur lambens sanguinẽ, Chananæus negociator, Philistijm poculo ruens interpretatur, gigantes signant superbos. Quia proculdubio charissimi vallis huius mundi est proprie locus horum qui lambunt sanguinem deliciarum, i. e. hominum luxuriosorum, illorum qui sunt negotiatores, i. hominum auarorum & mundanorum, & etiam illorum qui poculo ruunt, i. hominum ebriosorum & gulosorum, Es. 28. *Væ coronæ superbiæ, ebrijs Ephraim, qui erant in vertice vallis pinguissimæ & etiam illorum qui sunt gigantes,* id est, hominum magnorum & superborum. Omnes enim isti in valle huius mundi inhabitant, & ibi dominantur & militant,

militant. Et sic bene dico quod vallis obscurior est status mondanorum.

G ¶ Quarto dico, quod vallis immundior est status damnatorum. Infernus enim vallis dicitur, eo quod sc. ad modum vallis fæces immunditiæ, i. viles homines peccatores ibi descendunt, & eo quod ad modum vallis inferius in terræ voraginib. habet situm. Ista figuratur in valle filiorum Ennon, vbi dicitur quod antiquitus dicebatur esse gehenna, eo quod semper ardebat, & eo quod idololatræ ibidem filios comburebant, sicut supponitur Hier. 7. quia sc. *in inferno semper est ignis & vermis*, ita quod dæmones filios suos peccatores ibi comburunt & occidunt Hier. 19. *Non vocabitur amplius locus iste Tophet, sed vallis occisionis.*

A **Vanum. Vanitas.** Nota quod illud proprie dicitur vanum, quod in se habet vacuitatem, quod in se habet instabilitatem, quod in se habet inutilitatē, & sic verificatur illud commune dictum quod Vanum est quod non præbet plenitudinem continenti, nec fulcimentū innitenti, nec fructum laboranti. Ergo possum dicere quod vanitas semper accipitur in malo. Et sic notabo, quod in scriptura inuenitur

Vanitas { naturalis, temporalis, personalis, criminalis.

Prima est vanitas omnium creaturarum,
Secunda omnium bonorum terrenorum,
Tertia omnium hominum peccatorum,
Quarta omnium operum malignorum.

B ¶ Primo ergo dico, quod inuenitur vanitas quæ est omniū creaturarū. Omne enim illud quod creatum est, eo ipso quod creatura est, quandam naturalem habet vanitatem, quia sc. à principio natum est deficere, & in nihilum tendere. Vnde etiam Aug. dicit, *quod omnia tenderent in nihilum, nisi Dei manutenentia teneretur*. Vnde in Ps. dicitur: *Veruntamen vniuersa vanitas omnis homo viuens*, sicut enim dicitur Rom. 8. *Vanitati subiecta est omnis creatura non volens*. Teste Sap. Eccl. 1. *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.* Ista est ergo vanitas naturalis, quæ est omnium creaturarum.

C ¶ Secundo dico, quod est vanitas temporalis, quæ est bonorum mūdanorum. Omnia enim bona temporalia dicuntur vana, quia mentem non satiant velut inania, tum quia innitentem fallunt velut instabilia, tum etiam quia spem frustrantur velut mendacia & inutilia. Res enim vana dicitur quæ apparentiam habet non existentiam, quæ videtur fortis, & est debilis, quæ videtur durabilis, & est defectibilis, patet in vesica, quæ plena vētoaliquid videtur esse firmum, quod tamen in veritate est vacuum & inane. Sic vere sunt mundi bona, quæ quamuis firma & durabilia aliquamdiu videantur, tamen debilia & defectibilia comprobantur. Et ideo dicit Eccl. 1. *Vidi cuncta quæ fiunt sub sole, & ecce vniuersa vanitas & afflictio spiritus.*

D ¶ Et vere charissimi vniuersa vanitas & afflictio, quia non est dare aliqua bona mundi quæ inueniantur vana, & mentis & spiritus afflictiua. Inueniuntur enim in scriptura Vanitas

In diuitijs temporalibus,
In delitijs corporalibus,
In scientijs sæcularibus,
In amicitijs mundialibus,
In corporum pulchritudinibus,
In laborum mœstitudinibus,
In verborum amplitudinibus.

Dico quod est vanitas in temporalib. diuitijs. Vnde Eccl. 5. *Qui amat diuitias fructum non capiet ex eis*; & hæc ergo vanitas. *Vbi opes sunt plurimæ, multi qui comedunt eas*. Item est vanitas in corporalib. delitijs. Vnde Eccl. 12. *Adolescentia & voluptas vana sunt*. Item est vanitas in sæcularib. scientijs. Vnde Eccl. 2. *Sapientia perseuerabit mecum*. Sequitur: *Et vidi in omnibus esse vanitatem*. Hier. 4. *Doctrina vanitatis illorum lignum est.*

Item est vanitas in mundialibus blanditijs seu amicitijs Psal. *Veruntamen filij hominum mendaces*. Item est vanitas in corporum pulchritudine, Prou. 31. *Fallax gratia, & vana pulchritudo*. Item est vanitas in laborum sollicitudine, Eccl. 2. *Alius laborat in sapientia & doctrina & sollicitudine, & homini otioso quæsita dimittet, in hoc ergo vanitas, & magnum malum.*

Item est vanitas in verborum amplitudine. Vnde Ps. *Quorum os locutum est vanitatem, dextera eorum, dextera iniquitatis*. Ista ergo sunt septem genera vanitatum quæ in bonis temporalib. inueniuntur, propter quæ tanquam vana & superflua à prudentibus

*Diction. Berchorij.*

contemnuntur sicut de Dauid legimus, qui dicebat in Ps. *Auerte oculos meos ne videant vanitatem, &c.* Et sic ergo dico quod est quædam vanitas temporalis, quæ est mondanorum.

¶ Tertio dico, quod est quædam vanitas personalis, quæ est hominum peccatorum. Peccatores enim dicuntur vani, quia sc. vitiorum vanitatis sunt pleni & repleti, & temporalib. vanis & temporalib. sunt innixi. Isti enim non habent nec stabilitatem nec vtilitatem, sed in omnib. habent vanitatem, Sap. 13. *Vani sunt omnes qui non habent scientiam Dei*. Res enim vana dicitur quæ fulcimento & fundamento priuatur, quæ in pendulo cōstituitur, quæ nulla stabilitate firmatur, sicut est ventus, nubes, lampas, quæ non sunt res firmæ, sed vacuæ, & ideo non stant, sed potius vndequaque discurrūt, & nunc ad vnam partem, & nunc ad aliam se deflectunt. Talis igitur peccator est cui deficit gratiæ fundamentum. Talis enim est sicut res quæ est in pendulo, quia cūctis motib. tribulationum subiacet, & firmitate constantiæ caret. Vnde Ps. *Homo vanitati similis factus est, dies eius sicut vmbra prætereunt*. Peccator enim proprie vmbra dicitur, eo quod more vmbræ vanus non solidus inuenitur, sicut in hypocritis, vaniglorioſis, iactantibus & superbis, & de ipsis vide supra in suis titulis. E

¶ Ergo possum notare quod peccator multipliciter est vanus, scilicet: F

Vanus in { sensu & cognitione, corde & affectione, verbo & locutione, mente & cogitatione, manu & operatione, habitu & conuersatione, superbia & præsumptione.

Dico quod peccator vanus est in sensu & cognitione, Ephes. 4. *Gens ambulans in vanitate sensus sui*. & Ezech. 13. *Vident vana & diuinant mendacia*. Item est vanus in corde & affectione, ergo appetit res inutiles & vanas Psal. *Filij hominum vsquequo graui corde? ad quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?* Item est vanus in verbo & locutione, Ps. *Vana locuti sunt vnusquisque ad proximum suum, &c.* Et iterum: *Inquirebant mala, locuti sunt vanitates.*

Item vanus est in mente & cogitatione, Ps. *Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt*. Item vanus est in manuum operatione. Vnde Hier. 51. *Vana sunt opera, & risu digna.*

Item vanus est in habitu & conuersatione, 1. Petr. 1. *Redempti estis de vana conuersatione*. Item vanus est in vana superbia & præsumptione. Vnde Iob 5. *Vir vanus in superbiam erigitur, & tanquam pullum onagri se liberum natum putat*. Ista est ergo vanitas personalis, quæ est hominum peccatorum.

¶ Quarto dico quod est vanitas criminalis, quæ est operum malignorum. Mala n. opera dicuntur vana, eo quod finali retributione frustrantur, eo quod à malis hominib. in vanum exequuntur. Hier. 10. *Vanum est opus, & risu dignum*. Potissime autem opera superbiæ dicuntur vana seu vanitas, quia sc. illa quæ fiunt ad superbiam, pompam seu gloriam sæculi non habent aliquam iustam causam, nec merentur aliquem bonum fructum. Et ideo illi commendantur in Ps. *Qui non acceperunt in vano animam suam nec iurauerunt in dolo proximo suo*. Sic igitur patet quod quatuor sunt genera vanitatum. Veruntamen ad vanitatem potest referri materia de instabilitate & leuitate, & aliæ similes. G

**Varius. Varietas.** Cum varietas nihil aliud est quā rerum & maxime colorum diuersitas & coottarietas, possumus notare quod in bono sumitur & in malo. Vnde nota quod in scriptura inuenitur A

Varietas { Commendabilis, Excitabilis, Detestabilis.

Prima est varietas honestæ apparentiæ,
Secunda est mentalis inconstantiæ,
Tertia est fallacis fraudulentiæ.

¶ Prima est varietas hominum perfectorum, qui sc. varietatem habēt honestatis, similes pantheræ, quod est animal pulchrum varijs colorib. pictur arum. Quia sc. in pelle, i. in conuersatione iustorum debent esse varij colores, & variæ virtutes lucere. Exemplo ipsis, in qua omnium colorum varietas relucet. Quod bene figuratur Exod. 26. Vbi præcipitur quod *in tabernaculo fiat velum quatuor coloribus compositum, & pulcra varietate textum*, quia sc. viri iusti qui tabernaculi ecclesiæ sunt ornamentum & velum, quatuor virtutibus cardinalibus spiritualibus componuntur, & per honestatem motum, virtutum honestatibus distinguuntur, Ps. B

tui Psa. *Astitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate.* De palatio regis Assueri etiam dicitur Hester. 1. quod *ipsum mira varietate pictura decorabat.* Ista est ergo varietas hominum perfectorum.

C ¶ Secundo dico quod est varietas hominum infirmorum. Viri enim infirmi & imbecilles leues & incõstantes varij dicuntur in eo quod in nullo proposito bono perseuerant, sed de vno ad aliud variantur, similes hyænæ, quæ mutat & variat sexum. Similes etiam illis marinis conchylib. quæ secundum varia tempora variantur, ita quod in vno tempore plena, & in alio vacua inueniuntur. Similes etiam sunt mari, cuius colores variãtur & fluxus. Similes insuper sunt & lunæ, cuius figura variatur & status. Et breuiter isti in eodem statu non perseuerant nec subsistunt, sed variantur continue & transeunt, & de conditione ad conditionem, de affectu ad affectionem, de verbo ad verbum, de desiderio ad desiderium se flectunt. Vnde ad Tit. 3. *Eramus & nos aliquando insipientes & increduli, errantes, seruientes desiderijs & voluptatibus varijs.* Ista est ergo varietas hominum lasciuorum.

D ¶ Tertio dico quod est varietas hominum dolosorum. Fallaces enim fraudulenti & dolosi sciunt variare & mores & verba, si possint decipere innocentes. Varij enim inueniuntur adulatores, quia vnum dicunt ante, & aliud retro. Falsi amici, quia verum fingunt in verbo, & aliud habent in animo. Hypocritæ, quia vnum monstrant in apparentia, & aliud celant in conscientia. Isti ergo sunt similes pardo, quod est animal varijs coloribus distinctum. Similes lupis Æthiopiæ, de quibus dicit Isidor. quod ita varij sunt quod nullus color eis deficit. Sic vere charissimi tales mira varietate pinguntur, & in suis conditionibus & moribus esse duplices & varij dignoscuntur. De istis dicitur Hierem 13. *Si mutare potest Aethiops pellem suam, & pardus varietates suas, sic & vos poteritis bonum facere, cum didiceritis malum.* Sic ergo patet quomodo varietas potest tripliciter sumi. Vide supra de Mutare & Colore. &c.

A **Vas. Vasa.** Nota quod per vasa in scriptura intelliguntur homines. Vnde Apostol. Rom. 9. distinguit duo genera vasorum, bonorum, sc. & malorum. Dicit enim quod *figulus de eadem massa facit diuersa vasa, aliud quidem in contumeliam, aliud vero in honorem.* Quia sc. Deus de eadem massa sc. de nihilo, diuersos homines creat, quorum alij contumeliose damnantur, alij honorifice saluantur. Notabo igitur quod in scriptura inueniuntur Vasa

Fragilissima,
Nobilissima,
Vtilissima,
Vilissima,
Clarissima,
Turpissima.

Prima sunt vasa mortalis conceptionis,
Secunda sunt mentalis affectionis,
Tertia sunt moralis perfectionis,
Quarta sunt lethalis infectionis,
Quinta sunt vitalis saluationis,
Sexta sunt finalis damnationis.

B ¶ Dico ergo quod sunt quædam vasa mortalis corpulentiæ, & ista sunt vasa corporum nostrorum, quæ proprie possunt dici vasa lutea, quæ sc. sicut vasa quæ de luto componuntur, cito frãguntur, & nunquam postea reparantur, sic pariformiter corpora nostra naturaliter sunt materialiter confecta, Iob 10. *Memento quod sicut lutum feceris me, & in puluerem reduces me.* Quæ cum per mortem fracta fuerint, non possunt amplius esse reparata naturaliter, Hier. 18. *Ecce figulus faciebat manibus suis vas super rotam, & dissipatum est vas, quod ipse faciebat manibus suis de luto.* Istud est vas quod per contritionem fricatur & per confessionem lauatur, & per satisfactionem frangitur & conflatur, & sic secundum Apostol. 1. Thessal. 4. *Sciat vnusquisque vas suum possidere in sanctificatione & honore.*

C ¶ Item sunt quædam vasa mentalis conscientiæ. Conscientiæ enim sunt vasa illa in quibus debemus diuinæ gratiæ balsamum recondere, & ad vsum bonorum operum reseruare, exemplo apothecarij, qui in vasis vnguenta & electuaria colligit, & pro medicinæ vsibus in posterum custodit. Figurata in sapientibus virginibus, quæ accipientes oleum in vasis suis, ad sponsi nuptias sunt receptæ, Matt. 25. & Hierem. 40. *Colligite vindemiam & messem, & oleum recondite in vasis vestris.*

¶ Vbi ostenditur quod in vase conscientiæ debet quilibet colligere

Sanguinis poculum, [Vindemiam,]
Corporis ferculum, [Messem.]
Gratiæ riuulum, [Oleum.]

Quod tamen est contra multos qui in vase conscientiæ non reponunt pretiosum liquorem, sed potius vitiosum fœtorem. Figurati in illa muliere diabolica, Apoc. 17. quæ *habebat vas plenum abominationis fornicationis suæ.* Mulier enim meretrix est anima peccatrix, quæ pro certo vas conscientiæ abominatione plenum habet, & in ipso fæces vitiorum continet atque tenet Isa. 65. *Comedunt carnem suillam, & ius prophanum in vasis eorum.* Ista ergo sunt mentalis conscientiæ quia sicut dicitur Eccl 21. *Cor fatui quasi vas confractum omnem sapientiam non tenebit.*

Item sunt vasa moralis continentiæ, & ista vasa nihil aliud sunt quam viri iusti, qui sunt diuinæ gratiæ contentiui. Ista sunt illa vasa de quib. dicitur Prou. 20. *Aurum & multitudo gemmarum & vas pretiosum labia sapientia,* sed de hoc dicetur infra latius. D

¶ Item sunt vasa lethalis iniustitiæ, & ista nihil aliud sunt quã viri impij & iniqui, qui in scriptura dicuntur vasa, eo quod sunt omnium criminum contentiui. Vnde in persona peccatoris dicit Ps. *Factus sum tanquam vas perditum, quoniam audiui vituperationem &c.* De diabolo dicitur etiam quod *ipse parauit vasa mortis sagittas suas ardentibus effecit.* Vasa enim mortis dicuntur eo quod morte culpæ interficiuntur, & morti pœnæ æternæ reseruantur. In scriptura enim omne instrumentum vas dicebatur. Vnde etiam gladij interfectionis vasa dicebantur; vnde Ezech. 9 *Vnusquisque vas interfectionis habet in manu sua,* & signat peccatores, qui vasa interfectionis dicuntur, vel quia aliquos spiritualiter vel temporaliter interficiunt, vel quia à dæmonibus finaliter occiduntur, quando sc. de istis implebitur illud quod in Ps. de eis dicitur: *Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos.* E

¶ Item sunt vasa vitalis eminentiæ, & ista vasa sunt beati qui munus gloriæ continent in seipsis. Vnde 2. ad Tim. 2. *Si quis emundauerit se à peccato, erit vas in honorem sanctificatum à Domino vtile.* Eccl. 43. *Vas castrorum in excelsis in firmamento cæli resplendens.* F

¶ Item sunt vasa finalis pestilentiæ, & sic per vasa intelliguntur damnati, qui dicuntur vasa iræ. Vnde Hier. 50. *Aperuit Dominus thesaurum suum, & protulit vasa iræ suæ.* Quia sicut dicitur Hier. 48. *Dominus contriuit Moab,* id est peccatorem, *sicut vas inutile.* G

¶ His præmissis dicamus generaliter quod per vasa in bono significato intelliguntur boni viri & iusti, quos sc. Dominus per tribulationes fabricat, per tentationes probat, per gratiam & virtutes exornat, & per gloriæ dationem in thesauro suo custodit & seruat. Isti enim sunt Vasa. H

Aurea,
Argentea,
Lignea,
Fictilia.

Isti enim sunt

Qui per
- Patientiam fulgent tanquam aurei,
- Eloquentiam resonant tanquam argentei,
- Parcitatem sicci sunt, sicut lignei,
- Humilitatem ponderosi sicut terrei.

Et ideo breuiter Apost. 2. ad Tim. 2. dicit, quod *in magna domo non solum sunt vasa aurea & argentea, sed etiam lignea & fictilia.* Ac si diceret in domo diuersa valorum sunt genera differentium, omnia tamen sunt vtilia & ad domum necessaria. Sic in domo Dei quæ est ecclesia, diuersa sunt genera differentium hominum in virtutibus quia vnicuiq; data est gratia secundum mensuram donationis Christi. *Et non omnis caro eadem est caro sed alia est caro volucrum, alia bestiarum,* 2 Cor 15. *Veruntamen omnes necessarij sunt ad vnum vel ad aliud opus.* Sic enim ipsa bonitas Dei de ipsis malis bona elicere, & eorum mala opera ad vtilitatem bonorum ordinare; vnde dicit Bern quod *in domo magna sunt vasa aurea & fictilia, tamen vtraq; sunt necessaria* Et ideo breuiter de viro iusto dicitur Eccl. 50. *Ipse est quasi vas auri solidum, ornatum omni lapide pretioso.* Vbi aduerte quod sicut vasa quædam solent habere

Vacuitatem vt possint tenere, [Vas.]
Nobilitatem vt possint habere. [Aurei,]
Soliditatem vt possit manere. [Solidum.]

Sic viri iusti dicuntur vasa, quia in ipsis est

Aptitudo continentis tenoris, [Vas.]
Sanctitudo mirabilis valoris. [Aurei,]

Fortitu-

Fortitudo durabilis vigoris, [Solidum,]
Pulchritudo amabilis decoris, [Ornatum.]

I ¶Dico primo, quod dicitur vas propter aptitudinem magni tenoris, quia sicut vas sui natura est naturæ côtentiuæ, & hoc quia est profundum & concauum, & ideo quicquid recipit, continet & custodit, sic vere iustus, cum sit per humilitatem concauus & profundus, & virtutes quas acquirendo recipit, perseuerando retinet, & continue secum habet, recte vasi comparatur. Quod bene figuratur Exod. 19. vbi dicitur: *Sume vas vacuum & pone ibi manna, vt custodiatur in futuras retro generationes.* Manna enim quod erat cibus dulcissimus, dulcedinem gratiæ signat, quæ pro certo in vase, i. in viro iusto per longas generationes custoditur & seruatur. Quod est contra multos qui sunt vasa fracta, nô integra, quia sc. res subtiles non possunt tenere, res vero grossas & palpabiles solent optime tenere, sicut patet de dolio fracto, quod bene tenet plumam vel terram, vinum autem & oleum non tenet. Sic vere charissimi multi sunt qui per peccatum sunt fracti, & à statu innocentiæ dissipati, & isti proculdubio liquores pretiosos diuinæ gratiæ & sapientiæ non retinent, sed grossa & inutilia, sc. bona têporalia, peccata, & inutilia verba optime continent, conseruant atq; retinent, sicut enim dicitur Ecclesi. 21. *Cor fatui quasi vas confractum omnem sapientiam non tenebit.* Istud optime apparet de illis, qui illud bonum quod dicit prædicator, nô tenent, sed bene dicunt, sic prædicauit, & prædicat, & non plus, si quis vero minus bene dictum dixerit, statim memoriæ commendât. Sed non sic iusti, quia isti sunt vasa bonorum contentiua, malorum vero & inutilium emissiua similes vasi quod sit ex hædera, quod ad probandum vina (sicut dicit Plin.) mirabilem habet virtutem, si vinum lympharum infunditur, in vase vinum retinetur, & aqua effunditur, quia proculdubio quando iustis offeruntur duo, sc. vinum & aqua, h.e. dictum, bona & mala, spiritualia & temporalia, virtutes & vitia, proculdubio ipsi bonum retinent & malum dimittunt. Exemplo bonarum virginum, quæ *acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus*, Matth 25. Sed pro certo econuerso mali sunt sicut vasa papyrea, quæ in vino & aqua impleta simul solent aquam attrahere & bibere, vinum vero dimittere, quia scil. isti citius bibunt aquam, quam vinum, id est, melius continent mala quam bona, temporalia quam æterna Apoc 17. *Habebat in manu sua vas abominatione plenum.* De bonis ergo vasis, id est, de viris iustis dicitur Eccles. 34 *Sol in conspectu annuncians in exitu, vas admirabile opus excelsi.* Quia pro certo mirabile est videre quomodo excelsus operatus est ista vasa, patet de beato Paulo, qui mirabiliter fuit conuersus. Ideo de eo dicit Christus, Actor. 9. *Vas electionis est iste mihi, vt portet nomen meum coram regibus & principibus & filiis Israel.* Patet in beata Virgine, cuius pro certo conceptus & ortus, conuictus & decessus fuerunt mirabiles. Ista enim similis vasi ioculatoris. Ioculatores enim aliquando minimo vase videntur ponere res maxime quantitatis, quia sc. in vase sui vteri pretioli Deus pater posuit filium suum, cuius tanta est quantitas quod cœli & terra capere non valebant. Vnde dicitur: *Quia quem cœli capere non poterant tuo gremio contulisti.* Istud est vas mundissimum, in quo Deus Pater posuit reliquias omnes paradisi, de quo Prouerb. 25. *Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas purissimum.* Vbi describitur ipsa ve

Prauitatis purgata fæcibus. Aufer rubiginem, supple originalis vel actualis peccati.
Castitatis dotata floribus. De argento, quod ratione candoris castitatem designat.
Sanctitatis ornata moribus. Vas purissimum sc. per omnimodam sanctitatem.

Patet ergo quod iusti vasa sunt propter aptitudinem magni tenoris.

K ¶Secundo dico quod iusti dicuntur vasa propter sanctitudinem magni valoris. Auri inquit. Magnates enim non dignantur habere vasa in domib. suis nisi magni pretij & valoris. Exemplo de Assuero magno rege, *in cuius conuiuio omnes sui bibebant in vasis aureis*, sicut dicitur Hester. 1 Sic vere nos qui sumus vasa Spiritus sancti, debemus esse valentes, & pretiosi, & cunctis morib. virtuosi, quod ostenditur cum dicitur Auri. Nam vasa aurea sunt maioris valoris quam alia, significantia viros iustos, quorum valori non potest aliquid comparari, iuxta illud Esa. 13. *Pretiosior est vir auro, & homo mundo obryzo.* Quare autem iustus dicatus aurum vel aureus, vide supra de auro, quia proculdubio seu pauca sunt hodie, vasa aurea in ecclesia sancta Dei. Verificatum enim videtur 2. Paral. 36. quod *Nabuchodonosor vniuersa vasa domus Domini tam maiora quam minora transtulit in Babylonem.* Et 4. Reg. 24. dicitur, *Concidit vniuersa vasa aurea quæ inuenit in domo Domini.* Quia pro certo hodie Nabuchodonosor diabolus vasa argentea, i. e. viros iustos & sanctos de domo Dei, quæ est ecclesia, transtulit & amouit, ipsosq; destruxit & occidit & confregit, & in Babylonem, i. in confusionem peccati portauit. Et ideo breuiter ibi modo non sunt vasa aurea, sed potius

Ænea,
Lutea,
Lignea,
Saxea,
Papyrea:

¶ Vasa enim ænea quæ faciliter sonant, signant viros discordes & litigiosos, qui pro certo sunt hodie in ecclesia in magna quantitate, 2. Reg. 8. *Tulit Dauid æs multum, de quo fecit Salomon vasa ænea.*

¶ Item lutea & terrea signant mundos & luxuriosos, & illi sunt vasa de quibus dicitur 2. Reg. 17. quod *Berzellai Galaadites ministrauit Dauid vasa fictilia.* Oseæ 8. *Deuoratus est Israel, nunc factus est in nationib. quasi vas immundum.* Sic sunt religiosi, quia volunt habere de omnibus decimas, sc. de mulieribus. Et hoc apparet, quia tota ecclesia Dei est deturpata. De isto paruo vitio non oportet probare, quia satis videmus ad oculum.

¶ Item vasa lignea signant viros leues & criminosos. Lignum enim leue faciliter supernatat in aqua. Isti enim sunt illa vasa de quibus Leuit. 15. dicitur quod *vas ad tactum fluxus feminis fiebat immundum, quod si fuit fictile, terreum erat, debebat frangi, si fuit ligneum erat debebat aqua lauari.* Quia pro certo tales leues, & insolentes qui terrei sunt & lignei, i.e. fragiles & infirmi, si feminæ carnalis voluptatis inficiunt, debentur correctionibus frangi & aqua confessionis lauari.

¶ Item vasa saxea signant diuites crudeles & malitiosos, de quibus dicitur Exod. 7. quod *cruor erat in Aegypto tam in vasis ligneis quam saxeis.*

¶ Item vasa papyrea signant viros inanes, hypocritas, & superstitiosos, qui sc. ad modum papyri, quæ est quædam species iunci, sunt in intentione vani & in conuersatione virides & honesti, de quibus Esa. 18. *Væ terræ cymbalo alarum quæ est trans flumen Aethiopiæ, quæ mittit per mare legatos suos & in vasis papyri super aquas.* Non sic iusti, non sic charissimi, quia isti sunt aurei. Et sic dico, quod isti dicuntur vasa propter sanctitudinem grandis valoris Auri.

¶ Tertio dico quod isti sunt vasa propter fortitudinem magni vigoris. Solidum inquit. Vas enim solidum & firmû melius valet, quod sc. nec faciliter frangitur, nec faciliter liquescit, & inde est quod vasa quæ faciliter franguntur & vasa stannea quæ faciliter igne liquescunt, parum à diuitio. reputantur. Sic vere charissimi ad hoc quod nos sumus vasa domini pretiosa, necesse est quod per constantiam simus solidi, & per patientiam valde firmi. Deus enim illos non approbat, qui per impatientiam cito franguntur, per mala desideria resoluuntur. Solidum inquit, vt sic de nobis dicatur illud Iob 37. *Numquid cum eo fabricatus es cælos qui solidissimi quasi ære fusi sunt.* Quod tamen est hodie contra multos, qui pro certo per inconstantiam non sunt solidi, sed per impatientiam & per inconstantiam valde vani, Hier. 51. *Reddidit me quasi vas inane, absorbuit me quasi draco.* Vnde etiam plangit hodie scriptura Thren. 4. *Filij Sion & inclyti eius quomodo reputati sunt in vasa testea, opus manuum figuli.* Et quasi hodie omnes sunt testei & non ærei, debiles & non stabiles, fluidi & non solidi, cadentes & non constantes. Non sic charissimi, sed simus vas solidum Ezech. 19. *Egressa sunt de eo virga solida, &c.* Habeamus ergo similitudinem firmi valoris.

L

M ¶ Quarto dico quod debent habere pulchritudinem magni decoris, quod ostenditur cum dicitur. Ornatum omni lapide pretioso. Pretiosi lapides virtutes & bonos mores designant, quib. qui ornantur, pulchri & honesti & in anima & in corpore reputantur, vnde illud prædictum Prouer. 20. *Aurum & gemmarum multitudo, & vas pretiosum, labia scientiæ.* Vnde de ista pulchritudine honestatis potest dici illud Num. 4. *Cuncta vasa altaris operientur velamine hyacinthino.* Ita quod cuilibet tali potest dici illud Ezech. 28. *Omnis lapis pretiosus operimentum tuum.* Hic potes dilatare si vis, quomodo diuersi lapides significant diuersas virtutes, quæ vasorum spiritualium sunt fulgidum & placitum ornamentum. Sed de hoc vide supra de lapidibus in suo titulo.

Sic ergo pare... modo ... sancti & iusti debent habere quatuor, sc.

Pulchritudinem vt placeant,
Fortitudinem vt permaneant,
Sanctitudinem vt præualeant,
Aptitudinem vt obtineant.

Et sic bene dictum est. *Quasi vas auri solidum ornatum omni lapide pretioso.* Sufficiat ergo de vase. Vide de vasis in speciali sicut de calice & de area & similibus. Et nota sicut audiuisti, quod quatuor sunt genera vasorum, fortia, vacua & sana, &c. Et nota quod signum est quod vas sit plenum, quando tactum non sonat, quando igni appositum non frangitur, quando sæpe fluit, quando amplius non recipit, quando non ponderat, & expone, &c.

A **Vastitas. Vastus. Vastator.** Nota quod vastitas idem est quod vacuitas. Vnde res dicitur esse vasta, quæ est omnibus bonis vacuata. Et sic vastare nihil aliud est quam aliquam rem siue locum bonis omnibus vacuare. Notare ergo possumus secundum quod generaliter sunt tria genera bonorum sc. temporalia & æterna, secundum hoc sunt tria genera vastitatum, videlicet,

Vastitas { Interior, Exterior, Posterior.

Prima est vastitas peccatorum, qui vastantur bonis spiritualib. Secunda est vastitas egenorum, qui vastantur bonis temporalibus. Tertia est vastitas damnatorum, qui vastantur bonis æternalibus.

B ¶ Dico igitur primo quod est quædam vastitas, interior spiritualis, & ista est illa qua corda humana bonis spiritualib. vastantur, & qua per peccatum & diabolicam tentationem gratijs & virtutibus denudantur. Sicut enim videmus quando aduersarij possunt murum castri frangere, statim solent ingredi & bona omnia deuastare, sic vere diabolus statim quando potest murum ciuitatis in voluntate animæ dirumpere, malum sensum immittendo, solet totum vastare & destruere, virtutes & gratias dissipando. Vnde de Philisteis dicitur 2. Paral. 21. quod *ipsi descenderunt in terram Iudam, & vastauerunt eam, & diripuerunt cunctam substantiam domus regis.* Philistijm enim sunt dæmones, qui in terram Iudam, i. in ecclesiam ascendunt (quia Iuda interpretatur confitens, eo quod ibi fit confessio nominis Iesu Christi) ipsamque vastant virtutib. & concidunt, & quicquid inueniunt in domo regis, i. e. in ecclesia, dirumpunt & vastant, & vacuam reddunt eam. Vnde de anima peccatrice potest dici illud Hier. 6. *Iniquitas & vastitas audietur in ea, infirmitas & plaga.* Ista enim quatuor habent se per ordinem, quando anima peccat, sc. iniquitas delinquendo, vastitas virtutes perdendo, infirmitas fragilitatem incurrendo, plaga de qua mors infernalis sequitur: nisi per pœnitentiæ medicamina succurratur. Ista est ergo vastitas interior & spiritualis.

C ¶ Secundo dico, quod est vastitas exterior & temporalis, & ista est illa qua tyranni, & raptores vastant, & diripiũt bona pauperum, similes locustis, quæ aliquando in aliquibus regionibus ita abundant, quod segetes & omne viride vastãt. Figurati *in illis locustis quæ Ægyptum vastauerunt, & eorum fructus & segetes vorauerunt.* sicut dicitur Exod. 10. quia sc. isti rosores, vsurarij & vastatores, balliui, officiales, & raptores abundant in tantum modernis tẽporib. in hoc mundo, quod omnia subditorum bona ab eis deuastantur, & per tribulationem vanam deuorantur. Isti figurãtur in Madianitis, de quibus dicitur Iudic. 6. quod *ipsi & reges eorum venerunt super terram Israel instar locustarum vniuersa deuastantes.* Vnde Iudic. 9. *Habitatores Sichem egressi sunt in agrũ vastantes vineas.* Sed quid, pro certo de istis vastatorib. verificatur multoties illud Hier. 30. vbi dicitur populo: *Propterea omnes qui comedunt te, deuorabuntur, & omnes hostes tui in captiuitate ducentur, & vastantes te vastabuntur.* Quia proculdubio plerunq; accidit, quod illi qui sunt aliorũ deuoratores, sc. vsurarij & balliui, tandem à suis maiorib. deuorantur, & exemplo piscium qui minores se molestauerunt, tandem à suis maioribus molestantur, Mich. 5. *Nunc vastaberis filia latronis.* Est ergo vastitas exterior & temporalis.

D ¶ Tertio dico, quod est vastitas posterior & æternalis, & ista est vastitas qua miser damnatus vastatur quando bonis fortuitis & gratuitis spoliatur, & in tortorum manibus dimittitur vt torqueatur, & sine fine vastetur. Vnde de vastatione hominum superborum dicitur Zach. 11. *Vlula abies quoniam cecidit cedrus, quoniam magnifici vastati sunt.* Ista est ergo triplex species vastitatis quando accipitur in malo.

¶ In bono vero accipitur quando Deus per se, & prædicatores suos vastat & dissipat, terram diaboli, i. e. peccatores, bellum sc. prædicationes inferendo, & ignem sancti Spiritus immittendo, & possessiones suorum cordium segetib. h. e. dictum, vitijs, & criminib. extirpando. Et de hoc potest intelligi illud 2. Reg. 11. *Misit Dauid Ioab & seruos qui erant cum eo, & vastauerunt filios Amen.* Dauid enim qui Deum patrem signat qui Ioab, i. e. Christum, & seruos eius, i. e. prædicatores & sanctos misit, filios Ammon, i. e. dæmones deuastauit, 1. Reg. 14. *Irruamus super Philisteos nocte, & vastemus eos, &c.* Et sic de vastitate sufficit. B

**Vbera.** Cum vbera sint illa membra in quibus lac procreatur, à quo pueri lactantur & nutriuntur, notare possumus, quod sunt duo genera vberum sc. diuina & humana. Tria enim Deus habet vbera, videlicet, A

Vber vnũ quo lactat homines { pœnitentes, triumphantes, ignorantes.

Sicut enim videmus quod animalia generaliter pariunt tot fœtus, quot vbera habent, sic pro certo Deus, qui est mater nostra, secundum quod habet varios fœtus, secundum hoc habet varia vbera pro eis lactandis, & nutriendis. Habet enim

Aliquos filios qui indigent { miseratione, eruditione, consolatione.

¶ Primi sunt pœnitentes, qui lactant vbere miserationis. V... de ipsis pœnitentib. dicitur Esa. 32. *Accingite lumbos vestros, semper vbera plangite.* Sicut enim videmus quod canicula nescit denegare vbera sua catulis suis adhuc cæcis. (Vnde ipsi etiam quanquam cæci quodam instinctu naturali sciunt vbera petere, & se ad sugendum lactis dulcedinem applicare) sic vere Deus vbera misericordiæ suæ nulli denegat, quamuis per peccatum fuerit excæcatus. *Solem, enim, suum facit oriri super bonos & malos,* sicut dicitur Matt. 5. Et ideo nos quanquam simus cæci & peccatores debemus vbera diuinæ misericordiæ cognoscere, & ad obtinenda Dei beneficia nos disponere, & sursum ad ipsum per deuotionem & conuersionem mentaliter nos erigere & leuare, dicentes illud Cant. 1. *Osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis;* primi ergo filij Dei sunt qui lactantur vbere miserationis. B

¶ Secundi sunt filij ignorantes qui lactantur vbere eruditionis. Deus enim habet duo vbera S. Scripturæ, sc. vetus & nouum testamentum, quibus pueri, i. e. simplices lacte doctrinæ potantur, quibus in fide & moribus imbuuntur, Iohel. 2. *Congregantes paruulos & sugentes vbera.* C

¶ Tertij filij sunt indigentes, qui lactantur vbere consolationis. Deus enim habet vbera æternæ retributionis & affluentiæ, quibus lactat & satiat tribulatos. Sicut enim paruulus quanquã doleat & plangat, statim tamẽ quando ad vbera venit, consolatur, à ploratu quiescit, & pristinum dolorẽ obliuiscitur, sic miseri, pauperes & tribulati quãdo veniunt ad ista vbera, perfecte consolantur, & in omnib. bonis delectantur, Es. 11. *Delectabitur infans ab vbere.* Vnde etiam Deus dicit illud Cant. 1. *Dilectus meus mihi inter vbera mea commorabitur;* Vnde Es. 66. *Gaudete vniuersi cum Hierusalem, qui lugebatis super eam, vt sugatis & repleamini ab vberibus consolationis eius.* Ista igitur sunt vbera diuina. D

¶ Sed adhuc dico, quod sunt vbera humana, & sic dico, quod inueniuntur E

Vbera { Clementiæ & pietatis, Scientiæ & claritatis, Opulentiæ & prosperitatis, Immunditiæ & carnalitatis.

¶ Sunt, dico, vbera clementiæ & pietatis, & ista sunt illa quæ debent habere diuites pro pauperibus nutriendis. Vnde de ipsis pauperibus debent dicere illud Es. 66. *Ad vbera portabimini, & super genua blandientur vobis.* F

¶ Sunt etiam vbera charitatis & scientiæ, & ista vbera nihil aliud sunt quã labia prædicatorum, à quibus lac doctrinæ sugitur & hauritur, Cant. 7. *Duo vbera tua sicut duo hinnuli gemelli capreæ.* Et tamen de multis dicitur Ose. 9. *Da eis Domine, quid dabis eis? vuluam sine liberis, & vbera arentia.* G

¶ Item sunt vbera prosperitatis & mundanæ opulentiæ, & ista sunt vbera quibus diabolus lactat malos, & de quibus Iob dicit H

plangeo-

plangendo. *Quare non in vulua mortuus sum egressus de ventre statim perij? quare exceptus genibus? cur lactatus vberibus?* Iob 3.

H ¶ Sunt nihilominus & vbera carnalitatis & immunditiæ seu luxuriæ, & sic loquitur mulier mala fatuo iuueni, Prou. 7. *Veni inebriemur vberibus, & fruamur cupitis amplexib. donec illucescat dies.* Vide supra de Lacte, vbi satis inuenies, & sufficit ad præsens.

A **Vbi.** Nota quod vbi aliquando sumitur interrogatiue, & aliquando positiue. Vel aliter, vbi significat per modum positionis, & sic potest esse aduerbium interrogandi, sicut Ioan. 8. *Vbi sunt, qui te accusabant?* Aliquando sumitur per modum inhæsionis, & sic est aduerbium loci, sicut quando dicitur Matt. 6. *Vbi est thesaurus tuus, ibi est cor tuum.* Dicamus ergo quod istud vocabulum interrogatiue sumptum, signat quæstionem, & per cōsequens dubitationem, cùm quomodo non nisi de dubijs. Possum igitur generaliter dicere, quod per vbi intelligitur dubietas humanæ conditionis. Sicut enim quandoq; est quæstio dubitatiua de tempore, sic est quandoq; quæstio dubitatiua de loco.

B ¶ Sed dicamus melius, quod vbi significat dubitationis incertitudinem, & sic significat quæstionem & dubietatem status & conditionis humanæ. Circa quod notandum, quod status noster est dubius & incertus in multis, & maxime

De Dei benignitate,
De status securitate,
De morum stabilitate,
De mortis propinquitate,
De status post mortem varietate.

C ¶ Primo quidem sumus incerti de Dei benignitate, quia *nescit homo vtrum amore vel odio dignus sit*, sicut dicitur Eccl. 9. Quamuis enim homo sciat se à Deo dilectum, nescit tamen si sua gratia apud eum perseuerabit, quia sc. sua occulta & æterna prædestinatio aliquando peccatores facit iustos, aliquando iustos patitur fieri peccatores. Sicut enim secund. Isidor. est quoddam genus adamantis in Æthiopia cuius vnus angulus attrahit ferrum, alius depellit ipsum, ita quod iste lapis secundum diuersos angulos simul & semel attrahit ferrum & fugat, sic vere Deus per suam occultam prouidentiam vnum attrahit, cōuertit & saluat, quia *cuius vult miseretur Deus & quem vult indurat*, i. e. induratum permittit, Rom. 9. Alios etiam attrahit per prosperitatem, alios repellit per aduersitatem. Et ideo de Christi gratia, acceptione & beneuolentia possumus dicere & dubitare per Vbi, dicentes illud Ps. *Vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ Domine?* Et potissime illi qui in tribulatione temporali sunt & æternali, possunt dicere illud 4. Reg. 2. *Vbi est Deus Heliæ?* Et nos pro certo possumus respondere illud Ps. *Deus autem noster omnia quæcunq; voluit fecit.* Sumus ergo incerti de Dei benignitate.

D ¶ Secundo dico, quod sumus incerti de status securitate. Quādiu enim sumus in hac vita, nos sumus sicut arbor in flore, quæ faciliter incurrit periculū, & faciliter à frigore vel calore, à cōlectione fructuū impeditur. Sic vere homo nihil potest habere securitatis in hoc mundo, quia semper est in periculo, quod per mētalem tentationē vel per corporis infirmitatem & vexationem vel per rerum exteriorem aduersitatem & tribulationē aliquod infortunium temporaliter, spiritualiter, & æternaliter consequatur. Et ideo dicit Ambros. in sermone de confessorib. Quis nisi in tuto & sine trepidationib. positus, potest sibi quicquam vendicare de meritis, vbi de præterito meminit se habere quod doleat, & de futuro videat sibi superesse quod timeat? Ideo de ista incertitudine potest fieri cuilibet ista quæstio Gen. 3. *Adam vbi es?* Et illud Ioh. 1. *Rabbi vbi habitas?* Et maxime potest peccatoribus, qui re vera habitant in mundo in statu peccati, responderi & dici illud Apoc. 2. *Scio vbi habitas, vbi sedes est Satanæ.* finaliter autem *erunt in inferni tormento, vbi habitabunt in terra tenebrosa & operta mortis caligine, vbi vmbra mortis & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat*, Iob. 10. Et breuiter cuilibet qui est in statu peccati, potest dici illud Ezech. 2. *Impij subuersores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas.* Sumus igitur incerti de status securitate.

E ¶ Tertio dico, quod sumus incerti de morum stabilitate, quia sc. nescimus quamdiu stemus in vitijs & peccatis, & quamdiu perseuerabimus in statu gratiæ, Iob 4. *Vbi est timor tuus, fortitudo tua, patientia tua, & perfectio viarum tuarum?* Ad quod ipse debet respondere. *Fortitudo mea & laus mea Dominus, &c.*

F ¶ Quarto dico, quod sumus incerti de mortis propinquitate. Sicut enim videmus quod nauta quādiu est in mari, tamdiu est in statu incerto, & hoc quia nescit quando vētus mutabitur, nec vtrum ad bonum portum applicabit, vel vtrum fracta naue in profundū mergetur, sic vere charissimi homo, qui in fragili nauī corporis nauigat per hoc mare huius mūdi, vbi sunt reptilia, quorū non est numerus, semper est incertus, quando ventus suæ vitæ mutabitur, quando nauis sui corporis ad portū & ad littus mortis applicabit, & vtrū in profundo abyssi per desperationē vel damnationē animæ submergetur. De ista ergo incertitudine mortis potest fieri ista quæstio 1. Cor. 15. *Vbi est mors victoria tua? &c.* Et potest respondere illud Bernardi lib. de meditation. *Scito quod mors vbiq; te expectat, tu ergo si sapiens fueris, vbiq; eam expectabis.* Sumus ergo incerti de mortis propinquitate.

¶ Quinto dico, quod sumus incerti de status post mortem varietate. Quia siue simus reges siue principes, nescimus vbi erimus, vbi sunt qui nos præcesserunt, vnde Baruch 3. *Vbi sunt principes gentium qui dominantur super bestias quæ sunt in terra, qui in auibus cœli ludunt? &c.* vsque: *Alij loco eorum surrexerunt.* Patet ergo quomodo per vbi intelligitur status humanæ conditionis. Et breuiter de finali quæstione dubitatiua dicamus illud Iob 14. *Homo enim mortuus fuerit, nudatus atque consumptus, vbi quæso est?* In quibus verbis ostenduntur quinque, quæ summe sunt apud nos dubia & incerta, sc. G

Labilitas carnalis naturæ [Homo]
Flebilitas finalis iacturæ [Mortuus]
Debilitas moralis structuræ [Consumptus]
Mobilitas mundialis texturæ [Nudatus]
Finalitas localis clausuræ [Vbi quæso est?]

Sumus enim incerti de carnalis naturę fragilitate. Homo inquit qui modo est viuus, modo mortuus, modo sanus, modo infirmus. Item de finalis iacturæ velocitate. Mortuus, inquit, quia sc. de morte nescimus, quando, vbi, & quomodo veniet. Item de moralis structuræ debilitate. Consumptus, inquit. qui nescimus vtrum illud modicum quod homo de gratijs habet & virtutibus, consumetur vel durabit. Item de mundialis texturæ mobilitate. Nudatus, inquit. Quia quamuis modo simus diuites, nescimus tamen vtrum per fures, vel per ignem, vel per raptores, vel per aliud infortunium nudabimur cunctis bonis. Item incerti sumus de localis clausuræ finalitate. Vbi quæso est? inquit, quia sc. postquam homo recessit de hac vita, nescitur vbi proprie est vel in inferno, vel in paradiso, vel in purgatorio. Potest igitur quæri de quolibet illud Gen. 4. *Vbi est Abel frater tuus?*

¶ Sed adhuc dicamus quod vbi de Christo potest fieri, & maxime de Christo nato, vnde Matth. 2. *Vbi est qui natus est rex Iudæorum?* Item de Christo in sacramento recepto illud Ioan. 20. *Dic mihi, vbi posuisti eum?* Item de Christo refecto Matt. 26. *Vbi vis paremus tibi comedere pascha?* Ad primam ergo quæstionem respōdetur, quod ipse natus est in loco paupertatis, vnde Luc. 2. *Inuenietis puerum pannis inuolutum.* Ad secundam quæstionem dico, quod Christus in sacramento recipiendus est in loco puritatis, scil. in corde puro. Et dicamus ergo. *Ecce locus vbi posuerunt eum*, Marc. 16. Ipse tamen dixit de peccatorib. *Posuerunt me in lacu inferiori in tenebrosis, &c.* Ps. 87. Ad tertiam quæstionem dico, quod iste est refectus cibo pietatis, scil. corde pio & deuoto, vnde Marc. 14. *Vbi est refectio mea, vt cum discipulis meis manducem?* Et ad hoc ipsemet respondet Es. 28. *Reficite lassum, & hoc est refrigerium meum, & noluerunt audire, &c.* H

¶ Nota, quod sicut supra dictum, vbi non solum significat interrogatiue, sed etiam localiter & inhæsiue. Circa quod possumus aduertere, quod vbi in bono signat & in malo. In bono enim significat I

Locum { Vbertatis, Charitatis, Dignitatis, Æquitatis, Sanctitatis, Fœlicitatis, Societatis, Nobilitatis.

Significat enim locum vbertatis & opulētiæ, vnde Prou. 14. *Vbi autem multæ sunt segetes, ibi fortitudo boum manifesta est.* Item locū charitatis & amicitiæ. Matth. 18. *Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* Item locū dignitatis & eminētiæ. Ideo dicebat Christus Ioan. 7. *Vbi ego sum, vos non potestis venire.* Item locum æquitatis, vnde Luc. 17. *Vbi fuerit corpus, illuc congregabuntur aquilæ.* Item locum sanctitatis, quia sicut dicitur 2. Cor. 3. *Vbi spiritus Domini, ibi libertas.* Item locum fœlicitatis, vnde Matt. 6. *Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum.* Item locū societatis, vnde Ioan-

Ioan. 14. *Vbi sum ego, & vos sitis.* Item locum nobilitatis, ideo dicitur Col. 3. *Quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est.*

K ¶Sed adhuc dico quod vbi potest significare in malo, potest enim significare

Locum { moralis sterilitatis, realis tenuitatis, finalis pœnalitatis, carnalis iniquitatis.

Significat enim & denotat sterilitatem moralem, vnde Prouer. 14. *Vbi non sunt boues, præsepe vacuum est.* Item significat tenuitatem realem, i. paupertatem, vnde Luc. 9. *Filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet.* Item significat pœnalitatem finalem, sc. infernum, vnde Iob 10. *Vbi vmbra mortis & nullus ordo, &c.*

Item locum carnalis iniquitatis, vnde August. super Ioannem. *Quid peius domo vbi caro imperat, & spiritus seruit, peruersa domus est. Recta autem domus, vbi vir imperat, & vbi fœmina habet imperium super virum? Rectus ergo ipse homo vbi spiritus imperat, & caro seruit,* & sic sufficit de vbi.

A Vbique. Vbicunque. Nota quod ista aduerbia significant generalitatem, & possunt referri

Ad { Deum, Prælatum, Subditum.

Habet enim { Deus generalissimam potestatem, bonus prælatus generalissimam charitatem, bonus subditus generalissimam obedientiam.

Dei enim potestas est vbique ad proficiendum, vnde 2. Reg. 7. *Brachium tuum extentum vbiq.* Et illud Phil. 4. *Vbi & in omnibus institutus sum.* Item prælatus debet esse

Vbique ad { subueniendum, instruendum, corrigendum.

Vnde 2 Re. 7. *Et fui tecum in omnibus vbicunq; ambulasti.* Item subditus debet esse vbiq; ad obediendum, & ad se voluntarie cunctis bonis obsequijs subijciendum, vnde Sap. 7. *Attingit vbique propter suam munditiam.*

B ¶Item Vbique & vbicunque signare possunt in malo, sc.

Curiosos exploratores,
Vitiosos murmuratores,
Gulosos deuoratores.

Dico curiosos exploratores, qui vbiq; volunt videre, omnia scire, inuestigare & inquirere, vnde Luc. 17. *Vbicunq; fuerit corpus, ibi congregabuntur & aquilæ.* Item vitiosos murmuratores, qui vbicunq; volunt esse ad loquendum, murmurandum & detrahendum. Vnde Act. 28. *De secta hac notum est nobis quod vbiq; ei contradicitur.* Item significat gulosos deuoratores, qui vbicunque sentiunt aliquod conuiuium, ibi currunt, vnde Iob 39. *Vbicunque fuerit cadauer, statim adest,* & hoc de Vbicunq; sufficiat.

A Væ. Nota quod istud nomen væ, nomen est comminatorium, & nomen maledictorium. Nam per istud potest intelligi quicunq; malus successus, & quodlibet infortunium & grauamen. Igitur triplex incommodum potest homini inesse, scil. miseriæ, culpæ & pœnæ. Hinc est quod Mauricius bene prosequitur & scribit quod triplex potest inueniri væ. Quod sc. bene figuratur Apoc. 8. vbi dicitur quod *Ioannes audiuit vocem magnam aquilæ volantis per medium cælum, dicentis, væ, væ, væ, habitantibus super terram.* Aquila enim ista est Dei filius, qui pro certo clarissime habitatoribus terræ, i. e. dilectoribus mundi triplex væ, i. triplicem maledictionem comminatur, sc. væ miseriæ, væ culpæ, væ æternæ pœnæ.

B ¶Notabo igitur quod inuenitur in scriptura

Væ vnum, quod est { miserorum, peccatorum, damnatorum.

Primum væ debet sustineri cum patientia,
Secundum debet abhorreri cum diligentia,
Tertium debet præcaueri cum sapientia.
Primum væ est terrenæ tribulationis cui subijcimur.
Secundum est internæ inquinationis per quā inficimur.
Tertium est externæ damnationis per quam affligimur.

¶ Dicamus ergo quod est væ miseriæ cui subijcimur. Multis enim afflictionibus & maledictionibus, & multis infortunijs casibus subijcimur in hoc mundo. Nam

Subijcimur ... hominibus, quia multorum ... 1. Quia quo... pat. Item inc... errore sedu... malum esse ... lum, &c. Et ... nos guber... mus væ mu... gimus & ge... *pessima plaga* ... *Timor & tre...* Hier. 4. *Væ* ... curimus v... mus in loc... *Væ mihi ...* *terra.* Sic er...

¶Secund... homines ... paquam e... cutimus. per istud v... rum, scil.

Væ { mendaces, loquaces, fallaces, tenaces, rapaces, procaces, voraces, mordaces, læte viuentes, male regentes, contradicentes, insipientes, male pensantes, dure regnantes, carnem amantes, Deum negantes, dupla loquentes, superbientes, de se sperantes, decipientes.

¶Est igi... *malum* ... bis ali... *sunt p...* cibus, qui ... est. Væ ... Esa. 5. ... bus. ... Esa. 29. ... Luc. 6. ... Et Luc. 17. ...

væ insipientib. Ezech. 13. *Væ prophetis insipientib. qui sequuntur spiritum suum, & nihil vident.* Item est væ male pensantib. seu cogitantibus, Mich. 2. *Væ qui cogitatis inutile & operamini malum.* Item est væ dure furentibus seu regnantib. sc. viris crudelibus, Esa. 10. *Væ Assur virga furoris mei, &c.* Item est væ carnem amantib. Nahum. 3. *Væ ciuitas sanguinum, &c.* Item est væ Deum spernentib. Eccl. 41. *Væ vobis impij qui dereliquistis legem Dei.* Et Ose. 7. *Væ eis, quoniam recesserunt à me.* Item est væ dupla loquentib. sc. viris duplicibus & fallacibus, Eccl. 2. *Væ duplici corde & labiis sceleratis.* Item est væ superbientibus, Es. 28. *Væ coronæ superbiæ, ebriis Ephraim.* Item est væ de se sperantibus, Es. 5. *Væ qui sapientes estis in oculis vestris.* Item est væ decipientibus, sc. proditoribus & iniquis, vnde Matt. 26. *Væ homini per quem filius hominis tradetur.* Abac. 2. *Væ qui dat potum amico suo mittens fel.* Ista sunt viginti væ, id est, viginti maledictiones, quæ generibus viginti peccatorum applicantur, & quibus ipsi peccatores spiritualiter corrumpuntur. Sic ergo dico, quod est vnum væ per quod inficimur.

E ¶ Tertio dico, quod est vnum væ per quod affligimur, & illud est væ, i. maledictio pœnæ æternæ, quod sequitur, væ miseriæ, & væ, sc. quo damnati ipsi maledicuntur & excomunicantur, & à Deo perpetuo reprobantur. Et aduerte, quod istis est væ propter multa, videlicet,

Quia pœna ipsorum { non releuatur, / semper augmentatur, / nunquam terminatur. }

Quod non releuetur pœna eorum vel temperetur, patet Eccl. 4. vbi dicitur: *Væ soli, quia si ceciderit, non habet qui subleuet eum.* Quod etiam semper augmentetur, patet Hier. 45. vbi dicitur: *Væ mihi misero, quoniam addidit Dominus dolorem dolori meo.* Et quod etiam nunquam terminetur, patet Soph. 2. vbi dicitur, *Væ væ, qui habitatis funiculum maris, gens perditorum.* Funiculus enim ligamentum æternitatis designat. Mare autem amaritudinem designat. Perditio vero quod nunquam amplius debet inueniri, denotat. Ideo ipsis dicitur Num. 21. *Væ tibi Moab perijsti popule Chamos.* Sic ergo patet quomodo generaliter loquendo, triplex væ, i. tria damna vel infortunia in scriptura ponuntur, miseriæ, pœnæ & culpæ. Et sic sufficit quo ad præsens.

## A Velare. Velum. Velamen. Velamentum.

Cum velare nihil aliud sit quam tegere vel operire, possumus notare, quod multiplex velare vel tegere inuenio in scriptura, sc.

Velamen { Humilitatis, / Nobilitatis, / Securitatis, / Obscuritatis, / Duplicitatis, / Fallacitatis, / Simplicitatis. }

B ¶ Et dico primo, quod est velamen humilitatis. Nam pretiosæ merces grosso velamine solent tegi & velari, vt mundius, secretius & tutius possint custodiri. Etiam natura aliquib. dedit fructib. quædam grossa & rudia velamenta, vt ipsis sint vtilia tutamenta, sicut patet in pineis & malogranatis, quæ in rudibus & duris thecis velantur, & ibi ne faciliter pereant, absconduntur. Etiam sunt quædam animalia quæ spinis & thecis rudib. velantur, vt ipso velamine tutius à nociuis defendantur, ita quod si quid nociuum senserunt, [illegible] sub eo recluduntur, sicut patet in ericijs & formicis. Sic vere charissimi natura naturans Deus vult quod pretiosæ merces virtutū si sint in homine, sub velamento humilitatis seruentur, & ne ibid. per inanem gloriam pereant, occultentur, quia pro certo grossa & rudia humilitatis velamēta sunt virtutum tutissima munimenta. Nam si sine isto velamine visib. hominum exponuntur, cito per inanē gloriam à dæmonib. rapiuntur, quia secundum Gregor. in homil. *Deprædari desiderat qui thesaurum publice in via portat.* Ac etiam de isto velamine rudi apparet de cœlo, quod est coopertum nubib. & multis impressionib. Istud velamentū fuit figuratum in veteri testamento. Nam Exod. 40. præceptum est quod ante arcam testamenti velū poneretur, ne, sc. ab intuentibus videretur. Etiam de Sara legimus Gen. 20. quod *est sibi data pecunia pro faciendo velamine faciei suæ*, ne forte pulchritudo ipsius videretur, & ab intuentib. per violentiam raperetur. Ad denotandum quod pulchritudo virtutū nostrarum per humilitatē debet velari, vt possint melius ab intuitu hominum, & à periculo inanis gloriæ conseruari 1. Corinth. 11. *Debet mulier, i. e. anima velum habere super caput suum, &c.* Et Num. 4 præcipitur filijs Caath quod *arcam testamenti inuoluant velamine hyacinthino.* Istud est ergo velamen humilitatis.

¶ Secundo dico, quod est velamen nobilitatis, & sic per velamen potest intelligi virtus honestatis, quæ omnia interiora operit & velat, & cuncta contegit atq; celat. Figuratum in velo tabernaculi, quod de quatuor colorib. pretiosis erat factū. & quod erat ad ornamentum tabernaculi constitutum. *Ibi, enim erat, byssus, hiacynthus, purpura, & coccus bis tinctus*, sicut dicitur Exod. 36. Quia sc. velum honestæ conuersationis vt exinde possimus moraliter ornari, debet diuersis colorib. i. multis & varijs compositis virtutibus aggregari. Ibi enim debet esse coccus qui dicitur igneus color, qui significat iustitiæ rigorem. Purpura quæ est roseus color, qui significat patientiæ rigorem. Hiacynthus qui est color cœlestis & aereus, qui significat prudentiæ splendorem. Byssus vero qui est color candidus atq; niueus, qui significat castitatis atq; temperantiæ nitorem. Quia proculdubio charissimi velum honestæ conuersationis debent quatuor isti colores, i. quatuor cardinales virtutes in nobis conficere, & nos moraliter adornare, & omnes mores interiores contegere & velare Ezech. 27. *Byssus varia de Ægypto texta est tibi in velum.* Vnde Cherubin, per quæ viri spirituales intelliguntur, *dicuntur habuisse quatuor alas*, Ezec. 1. *quarum duabus velabant corpora sua, & duab. tegebant capita sua*, quia duæ alæ, i. duæ species honestatis, actus sc. & gestus, debent velare corpora conuersationis exterioris, & sic duæ alæ, sc. honestas cogitationis & affectus, debent velare capita, i. e. mentem hominis interioris. Vt sic de sancta ecclesia possit intelligi illud 1. Mach. 6. vbi dicitur, quod *in Perside erat ciuitas nobilissima dicta Elymaida, vbi erat templum, & illic velamenta aurea & lorica & scuta.* Istud est ergo velamen nobilitatis.

¶ Tertio dico, quod est velamen securitatis, & istud est velamen protectionis diuinæ. Nam sicut gallina sub velamine alarum suarum ponit pullos, vt ipsos à rapacib. auibus tueatur, sic vere Deus sub velamento protectionis suæ pullos suos, i. deuotos contegit, ipsosq; à rapacitate dæmonum & tyrannorum custodit. Ista autem protectio fit quotidie hic à Deo, finaliter autem fiet in paradiso, quando complebitur illud Psalmi, quod beatus quilibet poterit dicere: *Inhabitabo in tabernaculo tuo in sæculum, protegar in velamento alarum tuarum.* D

¶ Quarto dico, quod est velamentum obscuritatis, & istud est velamen, i. secretum & absconditum occultæ Dei prouidentiæ, & etiam difficultas sacræ scripturæ, ibi enim sunt quædam velamina, i. quædam obscuræ profunditates, quæ non possunt faciliter penetrari nec cognosci vel videri. Nam vt dicit Sen. in li. de naturalib. quæstionib. (vbi loquitur de cometis, reddens rationem quare non sit certa scientia de eisdem, sicut de alijs stellis, cum ipsas dicat stellas veras) *Multa futuris sæculis reseruat rerum natura secreta sua non simul tradit.* Ac si diceret, non est nobis mirum si natura aliqua velit esse occulta & velata, quia forte eorū manifestatio alijs temporib. reseruatur. Istud velamē figuratur Exod. 34. vbi dicitur quod *Moyses videns quod populus abhorreret claritatem vultus eius, posuit velamen super faciem suam vt saltem mediante velatione videretur.* Quia sc. Moyses, i. e. Deus videns quod propter debilitatem visus nostri intellectus, nos non possumus ipsum videre nude, cum claritas suæ essentiæ cæcet penitus nostrum sensum, ideo velamen ænigmatum & figurarum in rebus & in scripturis posuit, vt per fidem ambulantes & per speciem ipsum sub tali velamine videremus 2. Cor. 3. *Cum legitur Moyses, velamen est positum super cor eorum, cum autem conuersum fuerit ad Deum, auferetur velamen*, quasi dicat, modo sumus sub velamine spei & fidei, in futura autem gloria erimus in claritate fidei & rei. Velum enim positum erat in tabernaculo, & nulli præterquam sacerdotib. erat licitum intrare intra velum, vel videre quæ intus erant vel etiam deponere velum, sicut dicitur Num. 4. Ad denotandum quod soli sacerdotes digni sunt velum, i. obscuritatem scripturæ & diuinorum iudiciorum deponere & exponere, & vsq; ad interiora intellectus penetrare, & secreta, quæ ibi latent, aspicere & videre. Istud est ergo velamen obscuritatis. Veruntamen illud velamen obscuritatis potest bene significare velamen humanitatis Christi, quo sc. Deus voluit velari, & sub corporis obscuritate celari. Exemplo reliquiarum, quæ non nude ostenduntur, sed sub velamine, vel sub tecto, vt sit ipse Deus in Moyse figuratus, qui filijs Israel claritatē suam intueri non valentib. sub velamine, i. sub carnis tegmine demonstrauit, quod quidē est ostensum, quia sc. mysterium velaminis inclinationis E

Christi

Christi non omnibus est licitum tangere vel tractare, sed solum sacerdotibus, id est, sacra dantibus & perfectis, Leuit. 21. *Omnis qui habuerit maculam, in velum non ingredietur.* Est igitur velum obscuritatis.

F ¶ Quinto dico, quod est velamen duplicitatis. Viri enim proditores & duplices semper sub quodam velamine duplicium verborum solent loqui, ita quod vix vel nunquam potest sciri quid volunt loqui vel tractare. Similes leoni, qui volens in bestias subito insilire solet se sub velamento foliorum abscondere, vt in ipsas possit, cum opportunitatem viderit, insilire. Si isti sub velamento fallacium dissimulationum se contegunt, vt opportunitate accepta dum non cauentur, illis noceant quos oderunt, 1. Cor. 11. *Vir non debet velare caput*, quasi dicat, ad hominem virilem & perfectum non pertinet quod sit duplex varius & velatus. Istud est ergo velamen duplicitatis.

G ¶ Sexto dico, quod est velamen fallacitatis, & istud est velum hypocritarum, qui velamine honestæ conuersationis se velant, vt alij quam sint appareant, de quo velamine dicitur 1. Cor. 11. *Omnis vir orans velato capite* (supple, velamine fallacitatis) *deturpat caput suum.*

I ¶ Septimo dico, quod est velamen simplicitatis, quando scil. simplices erroris velamine sunt operti, & de hoc Luc. 6. *Ignorabant verbum, & erat velatum ante eos.* Vt sic cuilibet tali dicatur illud Ezech. 12. *In caligine efferetur, faciem tuam velabis, & non videbis terram.* Ista ergo sunt septem velaminum genera, de quibus facit diuina pagina mentionem. Vide supra de abscondere & tegere, & sufficit ad præsens.

A **Velle. Voluntas.** Quia volũtas est illa animę potentia à qua liberum arbitrium noscimus emanare, & quæ in bonum naturaliter tendit, possum notare, quod per voluntatem communiter intelligitur ipse actus, ita quod vnum pro alio sæpissime sumitur in scriptura. Et etiam velle aliquando sumitur pro cogitare, ordinare, amare, & similibus. Quocunque ergo modo velle accipiatur, notandum quod in scriptura inuenitur voluntas quadruplex, sc.

Voluntas { ordinata, regulata, deuiata, obstinata.

Prima est voluntas summi creatoris,
Secunda est voluntas iusti viatoris,
Tertia est voluntas vani peccatoris,
Quarta est voluntas diri tentatoris.

Prima est voluntas quæ est imitanda,
Secunda est voluntas quæ est regulanda,
Tertia est voluntas quæ est refrænanda,
Quarta est voluntas quæ est refutanda.

B ¶ Dico ergo quod est voluntas summi creatoris, quæ est imitanda. Ipse enim videtur dicere illud 1. Cor. 7. *Volo omnes homines esse sicut meipsum.* Et ideo nos debemus intelligere, & sibi respondere illud Luc. 22. *Veruntamen non mea voluntas, sed tua voluntas fiat.* Et illud: *Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu.*

C ¶ Item est voluntas iusti viatoris, quæ est regulanda, quia scil. isti debent suam voluntatem secundum Dei voluntatem ordinare & regulare. *Deus*, enim sicut dicitur Phil. 2. *operatur in illis velle & perficere.* Et ideo de ipsis canitur Luc. 2. *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.*

D ¶ Item est voluntas vani peccatoris, quæ est refrænanda; vult enim & non vult, sicut dicitur Os. 10. *Confundetur Israel in voluntate sua.* Eccl. 18. *Post concupiscentias tuas non eas, & à voluntate tua auertere.*

E ¶ Item est voluntas diri tentatoris, quæ est refutanda, sc. voluntas diaboli, quæ est obstinata in malo, Apocal. 2. *Dedit illi Dominus tempus pœnitentiæ, & ipsa non vult pœnitere à fornicatione sua.*

¶ His igitur præmissis, possumus aliquid dicere de voluntate
Dei, quæ est gloriosa,
Iusti, quæ est virtuosa,
Impij, quæ est vitiosa.

F ¶ Dicamus ergo primo quod est quædam voluntas quæ est summæ potentiæ, & ista est voluntas & dispositio diuina, quia sc. quicquid ipse Deus vult, hoc totum facit, quia sicut dicitur Eccl. 8. *Omne quod voluerit, faciet, & sermo eius potestate plenus est.* Deus enim habet triplicem voluntatem, sc.

Potestatiuam, quæ est metuenda,
Ordinatiuam, quæ est facienda,
Benefactiuam, quæ est promerenda.

G ¶ Prima est voluntas magnæ potestatis, quæ debet timeri. Ista est similis motui & cursui firmamenti, cuius impetus trahit secũ omnes inferiores orbes, & ipsis inuitis ipsos cursum suum sequi compellit. Ista est etiam sicut impetus fluminis, qui facit voluere molendinum, & cuius cursum non est facile impedire, quia pro certo motus & impetus voluntatis diuinæ omnia facit ad votum proprium volui, nec est qui ipsum valeat retardare. Sicut enim dicitur in Ps. 113. *Omnia quæcunque voluit Dominus fecit in cælo & in terra, in mari & in omnibus abyssis.* Et ideo fatui sunt illi qui voluntati Dei obuiare nituntur, cum quicquid agant, ab ipsa trahatur & voluatur, & eam sequi necessario cõpellantur. Ipsam enim sequuntur nostri affectus & effectus. De affectibus enim nostris quod à Deo & eius voluntate moueãtur & ordinentur, patet Prou. 21. vbi dicitur, quod *cor regis in manu Dei est, quocunque voluerit, inclinabit illud.* De effectibus etiam & operib. nostris, & ab ipso & eius voluntate ordinentur, patet Iob 37. vbi de nubib. dicitur quod *illustrant cuncta per circuitum, quocunq; eas voluntas gubernantis duxerit.* Nubes enim sunt homines, qui in aere huius inanis vitæ incerti vagantur & currunt. Istos ergo vel occulte vel aperte ad voluntatem suam Deus dirigit, & ipsos ordinat & disponit, vt sic quilibet possit dicere illud Ioh. 6. *Descendi de cælo*, i. e. à Deo per creationem, *non vt faciam voluntatem meam, sed eius qui me misit.* Spiritus enim vbi vult spirat, sicut dicitur Ioh. 3 *quia non est volentis neque currentis, sed Dei miserentis*, Rom. 9. Ista est ergo voluntas magnæ potestatis quæ debet timeri.

H ¶ Deinde dico, quod est voluntas magnæ veritatis, quæ debet impleri, & ista procul dubio est voluntas ordinatiua. Sicut enim artifices habent certas regulas, & rectas quas suis discipulis ostẽdunt, quas sequentes ijsdem discipuli non deficiunt, sed recte & debite semper agunt, sic Deus quandam certam & infallibilem regulam, sc. voluntatem suam tradidit adimplendam, quam sequendo non deuiamus, quinimo recte facimus quod debemus. Regula enim torta nunquam rectificatur, nisi certæ regulæ applicetur, & nisi ei conformetur. Sic vere voluntas nostra quæ est sicut regula quædam valde torta, quia semper à recto deuiat, & à vero declinat, nunquam rectificaretur, nisi cum regula voluntatis diuinæ quæ est recta & infallibilis, corrigeretur, & eidem per imitationem efficaciter aptaretur; Si autem tu quæris quæ sit ista voluntas Dei, Apost. 1. Thess. 4. respondet, vbi dicitur quod *hæc est voluntas Dei, sanctificatio vestra.* Si etiam tu quæris quomodo voluntas nostra voluntati Dei conformabitur, respondet Apostol. Hebr. 13. *Deus autem pacis aptet vos in omni bono, vt faciatis eius voluntatem.* Et nota, quod sicut videmus quod stella quæ fixa est in firmamento, ad motum ipsius sine rebellione se mouet, sic vere homo qui Deo per amorem & affectionem infigitur, ipsum voluntarie sequitur, & voluntati ipsius conformatur, dicens illud Act. 9. *Domine, quid me vis facere?* quasi dicat, In omnibus paratus sum obedire.

I ¶ Et nota quod nos debemus facere voluntatem eius, quia
In scriptura nobis iniungitur,
Ex officio nobis committitur,
Præmium inde promittitur,
Mens nostra ad hoc instruitur.

K Dico quod istud in scriptura nobis iniungitur, quia sicut dicitur in Ps. *In capite libri scriptum est de me, vt facerem voluntatem tuã, Deus meus, volui & legem tuam in medio cordis mei.* Dico etiam quod ex officio nobis cõmittitur. Nos enim sumus serui & ministri Dei, & ideo voluntatem magistri debemus facere & ex iniuncto nobis officio sibi in omnib. obedire, vt dicitur in Ps. *Benedicite Domino omnes virtutes eius ministri eius, qui facitis voluntatem eius.* Dico insuper; quod magnum præmium inde promittitur, quia sicut dicitur 1. Ioh. 2. *Omnis qui facit voluntatem Domini, manet in æternum.* Vnde Heb. 10. *Facientes voluntatem Domini reportetis promissionem.* Dico etiam quod mens nostra instruitur ad hoc, quia sc. sicut magister habens nouum seruitorem, solet illũ instruere illa quæ sunt beneplacita suæ voluntatis, sic Deus per documenta & exempla nos instruit, quid est illud quod ipse nos facturos desiderat atq; cupit Ps. *Notas fecit vias suas Moysi, filijs Israel voluntates suas.* Quod etiam bene petebat Dauid in Ps. dicens: *Doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.* Nos enim sumus sicut hæredes, qui debemus facere voluntatem testatoris, sicut ministri, qui debemus facere voluntatem præceptoris, sicut viæ ignari, qui debemus facere voluntatem conductoris. Ideo bene dicitur Roman. 12. *Vt probetis quæ sit voluntas Dei beneplacens & perfecta.* Quia N

breuiter

breuiter sicut dictum est 1. Thess. 4. *Hæc est voluntas Dei, sanctifica-
tio vestra.* Vbi aduerte, quod scriptura

Ostendit quod est videndum exemplariter,
Prætendit quod est tenendum regulariter,
Intendit quod est habendum singulariter,
Primum est via moralis bonitatis. Hæc est.
Secundum est necessariuio diuinæ voluntatis. Voluntas Dei.
Tertium est forma æternæ sanctitatis. Sanctificatio vestra.

Et sic patet quod est voluntas Dei ordinatiua, quæ, scilicet est
implenda, & totis viribus facienda, vt sic commendemur, sicut
ille de quo legitur in Psal. 1. *In lege domini fuit voluntas eius, & in lege
eius meditabitur die ac nocte.* Patet igitur quod inuenitur vna Dei
K voluntas summæ veritatis. ¶ Denique dico, quod inuenitur v-
na Dei voluntas summæ bonitatis seu largitatis. Deus enim
habet voluntatem non solum ordinatiuam ad potestatis forti-
tudinem, & etiam ad veritatis seu æquitatis rectitudinem, imo
etiam ad bonitatis seu largitatis amplitudinem, & ista est pro-
pria Dei voluntas, qua *ipse vult omnes homines saluos fieri, & ad co-
gnitionem veritatis venire*, sicut dicitur 1. Tim. 2. Tanta est eius bo-
nitas quod ipse semper nobis vult proficere, & non nocere. Et
ideo sicut pater solet filijs hæreditatem diuidere, & vnicuique
propriam portionem secundum voluntatem suam assignare,
sic pro certo Deus nobis bona sua spiritualia & æterna diuidit,
& secundum liberalem suam voluntatem de cunctis ordinat &
disponit, sicut dicitur 1. Cor. 12. *Diuisiones gratiarum sunt, vnus au-
L tem spiritus diuidens vnicuique prout vult.* ¶ Et ideo circa hoc nota,
quod voluntas Dei est quæ

Quosdam { extollit ad promotionem, mundat per confessionem, turbat per afflictionem, ducit per directionem, dimittit per obstinationem, destruit per damnationem.

Dico igitur quod Dei voluntas quosdam extollit ad promotio-
nem, vnde sicut dicitur Esa. 46. *Ipse vocat ab Oriente iustum & de
terra longinqua virum voluntatis suæ*, vnde Mar. 3. dicitur, quod
*cum Christus ascendisset in montem, vocauit ad se quos voluit.* Item di-
co, quod aliquos mundat per confessionem vel gratiæ colla-
tionem, vnde Matth. 8. *Domine si vis potes me mundare, & respondit,
volo mundare.* Item quosdam turbat per temporalem afflictio-
nem. Vnde etiam de Christo dicitur Esaiæ 53. *Dolus non est inuen-
tus in ore eius, & dominus voluit conterere eum in infirmitate.* Item
aliquos deducit deducit per directionem, vnde Psal. *In volunta-
te deduxisti me.* Item aliquos dimittit per obstinationem, vnde
Rom. 9. *Cui vult miseretur Deus, & quem vult indurat.* Item aliquos
destruit per damnationem. Vnde de Amasa peccatore dicitur
2. Par. 25. quod *noluit audire verbum Domini, quia voluntas Dei fuit vt
traderetur in manus hostium.* Sic ergo patet, quod triplex inuenitur
voluntas Dei, scilicet: Vna pertinet ad Dei bonitatem dispen-
satiuam. Alia quæ pertinet ad Dei veritatem ordinatiuam. Alia
vero quę pertinet ad Dei potestatem operatiuam. Et sic dictum
M est de voluntate Dei quæ est gloriosa. ¶ Secundo principaliter
dico, quod est voluntas iusti, quæ est virtuosa. Voluntas enim
de sui natura est potentia vana & vaga, discurrit enim per
omnia delectabilia mundi, nec aliquid est quod possit eam sa-
tiare, quousque in Deum figatur, & quousque motus deside-
riorum suorum terminetur. Quamdiu enim auis currit per
aerem, semper est in pendulo & in motu, quando vero ad ni-
dum suum venerit, & quando alicui rei firmæ adhæreseit, tunc
in certo est statu & firmo. Sic voluntas humana quamdiu volat
per desiderium, per aerem huius mundi, semper est inquieta
& vaga, pendula, dubia & incerta. Rei enim firmæ & stabili,
scil. ipsi Deo, qui est proprie nidus cordis humani & habitacu-
lum mentis nostræ debemus per desiderium inniti, vt in stabi-
litate boni propositi possimus firmiter stabiliri, quia sicut dicit
Augustinus, *Inquietum est cor meum bone Iesu, donec quiescat in te.*
Voluntas enim viri iusti est ferro similis, quod contra naturam
propriæ grauitatis adamantem sequitur, & in eo sistit & quies-
cit & terminatur. Vnde de viris iustis potest dici illud 2. Par. 15.
*In tota voluntate quæsierunt dominum, & inuenerunt.* Quia sicut
dicit Psal. 1. *Beatus vir qui timet dominum, in mandatis eius volet nimis.*
N ¶ Vbi diligenter aduerte, quod voluntas viri iusti debet ha-
bere

Vnum { repressiuum, allectiuum, directiuum, erectiuum.

Nam voluntatem nostram debet
Reprimere timoris grauitas [quia beatus inquit vir qui timet]
Allicere diuina bonitas [Dominum]
Dirigere mandati veritas [in mandatis]
Erigere amoris veritas [Volet nimis]

Dico ergo quod voluntas nostra debet habere per quod repri-
matur, & illud pro certo debet esse timor, quia timor diuinæ
offensæ debet eam reprimere à vanitate affectuum lasciuorum.
*Beatus*, inquit, *vir qui timet.* Voluntas enim est sicut puer sine
sensu, qui multa inutilia faceret, nisi à matre vel à patre verbe-
rari timeret. Nam sicut oculi falconis operiuntur corio, & pe-
des ligantur laqueo, vt à volatu superfluo refrænetur, quia alias
ad omnes prædas, quas videret volare vellet, nisi haberet quod
ipsum reprimeret vel teneret, sic vere voluntas nostra & cor
nostrum debet corio diuini timoris velari, & laqueo diuini a-
moris ligari, vt sic possit à vanis volatibus & affectibus refræ-
nari. *Beatus*, inquit, *vir qui timet.* Quia sicut dicitur in Psal. 144.
*Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet &
saluos faciet eos.* Habeat ergo aliquid voluntas per quod reprima-
tur. ¶ Item habeat aliquid per quod attrahatur. *Dominum*, in- O
quit. Voluntas enim naturaliter tendit ad bonum, sicut intel-
lectus in verum, & ideo quanto res est magis bona, tanto magis
est attractiua voluntatis. Cum igitur Deus sit summum bonum
& summus bonus, dico quod summe debet esse voluntas no-
stra allectiuus, & ad sui amorem attractiuus. *Dominum*, inquit,
Psal. 1. *In lege domini fuit voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac
nocte.* ¶ Item dico quod debet habere aliquid per quod diriga- P
tur. *In mandatis eius.* Equus enim non bene ambulare docetur,
nisi eius pedes quibusdam chordulis astringantur. Sic procul-
dubio voluntas humana quæ recta est, sicut equus indomitus &
effrænis, nunquam bene vel recte in via motum ducitur, nisi
fræno diuinorum mandatorum vndique coerceatur, semper
enim effrænate ad mundi delectabilia tenderet, nisi ipsam Dei
mandatorum chordula retineret. *In mandatis*, inquit, *eius.* Vnde
de isto velle per mandata domini regulando dicitur Matth. 19.
*Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.* Et Psal. 118. *Deduc me in semita
mandatorum tuorum, quia ipsam volui.* Habeat igitur aliquid per
quod dirigatur. ¶ Item dico, quod debet habere aliquid per Q
quod erigatur, vel per quod accendatur vel moueatur, & istud
nihil aliud est quam amor. Quia, scilicet amor mouet & accen-
dit voluntatem, ipsamque facit cito & voluntarie, quicquid fa-
cit, quod ostenditur cum dicitur, volet nimis, quando enim
homo vult aliquid valde, sine difficultate exequitur & facit. Si-
cut enim videmus, quod scintilla accensa per se sursum solet
ascendere, & celeriter vndique discurrere & transire, quando
autem est extincta, non solet penitus se mouere, sic vere vo-
luntas igne feruentis amoris accensa, celeriter per se & faciliter
solet discurrere obediendo, & sursum ascendere contemplan-
do Sap. 16. *Vniuscuiusq; voluntati deseruiens, ad quod quisque volebat
conuertebatur:* ista potissime debent esse de voluntate boni obe-
dientis. Sed proculdubio illi qui per peccatum sunt extincti, &
& igne diuini amoris priuati non solent voluntarie per obe-
dientiam se mouere, imo necesse ipsos coarctare, & per violen-
tiam excitare. Et tamen isti deberent attendere, & aduertere
quod placent Deo opera voluntaria magis quam coacta. Quia
etiam thus & myrrha pretiosiora reputantur, quando de arbo-
re voluntarie exeunt, quam quando per incisuras corticis per
violentiam extorquentur. Et ideo dicebat Dauid in Psal. 53. *Vo-
luntarie sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo.* *Volet*, inquit, *nimis.*
Sed circa hoc nota, quod plura sunt quæ à fidelibus volenda &
voluntarie cupienda sunt. Debent enim velle

Christi visionem,
Pacis vnionem,
Vitæ regionem.

Dico Christi visionem Ioh 12. *Domine, volumus Iesum videre.* Dico
pacis vnionem Ps. 34. *Exultent & lætentur qui volunt pacem seruum eius.*
Dico insuper vitæ regionem Ps. 33. *Quis est homo qui vult vitã. &c.*
Sic ergo patet, quomodo aliquid dictum est de voluntate iusti
quæ est virtuosa. ¶ Tertio principaliter dico, quod est aliquid R

dicendum de voluntate impij quæ est vitiosa. Impij enim habent voluntates diuersas & peruersas, scilicet à bono incommutabili auersas, & ad bonum commutabile conuersas. In muliere enim de nouo prægnante quandoque peruertitur appetitus, ita quod bonos cibos abominatur, in malis vero & insipidis delectatur, sicut patet quia multæ sunt quæ tunc comedunt terram & carbones. Sic vere charissimi cum diabolus fœce peccati impregnauerit animam peccatricem, statim appetitus voluntatis suæ peruertitur & mutatur. Nam bona & sapida, scilicet bona spiritualia & æterna abhorrere, horrida vero & vilia, scilicet bona temporalia & carnalia velle incipit & amare Iob 6. *Anima esuriens etiam quæ amara sunt, dulcia esse videntur, & quæ prius nolebat tangere anima mea, modo præ amaritudine cibi mei sunt.* Infirmus enim magis volt quæ sibi sunt contraria, quam illa quæ

S sunt vtilia. Sic peccator nociua vult & appetit, vtilia vero renuit & derelinquit. ¶ Notabo ergo quod isti volunt

Discordias & diuersitates,
Delitias & carnalitates,
Diuitias & crudelitates,
Blanditias & familiaritates,
Proditiones & fallacias,
Stultitias & præsumptiones,
Adulationes & versutias.

Dico quod mali volunt discordias & diuersitates, & ideo dicit Ps. 67. *Domine dissipa gentes quæ bella volunt.* Item volunt carnalitates & delitias. Ideo quilibet talis reprehenditur Hier. 2. *Quid tibi vis in via Aegypti, vt bibas aquam turbidam?* quia isti sunt qui dicunt illud Eph. 2. *Conuersati sumus in desiderijs carnis nostræ, facientes voluntatem carnis* 1. Timor. 6. *Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & in laqueum diaboli.* Item volunt crudelitates & diuitias. Dicunt enim cum filia Herodiadis Mat. 6. *Volo protinus vt des mihi in disco caput Ioannis Baptistæ* Item volunt familiaritates & blanditias. Et tamen dicitur Iac. 4. *Qui voluerit amicus esse huius sæculi, inimicus Dei constituetur.* Item volunt proditiones & fallacias. Dicunt enim illud Matth. 26. *Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam?* Item volunt præsumptiones & stultitias. Et sic dicitur Prouer. 29. quod *puer qui voluntati suæ dimittitur, confundit matrem suam.* Item volunt adulationes & verborum versutias. Dicunt enim illud Gen. 27. *Fac mihi pulmentum, sicut velle me nosti.* Ista ergo de voluntate sufficiant. Vide de affectione, cogitatione, concupiscentia, &c.

A **Velox. Velocitas. Velociter.** Cum Velocitas in bono & in malo significet, possum notare quod 10 scriptura inuenitur scilicet,

Velocitas {
Metuenda,
Requirenda,
Fugienda,
Attendenda,
Exequenda,
Dimittenda,
Intuenda.
}

B ¶ Prima est velocitas seueritatis diuinæ, quæ cito & celeriter punit malos Hier. 48. *Prope est interitus Moab, & malum eius velociter occurret, & vbi non sperant, occurrit malis,* sicut de Balaam dicitur

C Num. 23. *Velociter occurrit ei Deus.* ¶ Secunda est velocitas benignæ Deitatis. Deus enim velociter quando necesse est, iuuat suos. Quod bene sciebat sanctus Dauid dicens in Ps. 142. *Quoniam

D niam tribulor, velociter exaudi me.* ¶ Tertia est prosperitas velox, vel velocitas mundanæ prosperitatis, quia, scilicet ista est sicut torrens qui velociter transit & currit. Vnde de mundanis potest

E dici illud Ps. 36 *Velociter tanquam fœnum arescent, &c.* ¶ Quarta est velocitas humanæ mortalitatis. Vita enim mortalis valde velociter transit & currit Iob. 9. *Dies mei velociores fuerunt cursore. & iterum. Dies mei velocius transierunt, quam à texente tela succiditur*

F ¶ Quinta est velocitas moralis agilitatis, quia nos debemus esse veloces & agiles Deo & prælatis celeriter ad bona opera facienda iuxta illud Eccles. 31. *In omnibus operibus tuis esto velox, & omnis infirmitas non occurret tibi,* quia sicut dicitur Prouer. 29. *Vi-

G disti hominem velocem in opere suo, coram regibus stabit.* ¶ Sexta est velocitas lethalis fatuitatis, quia, scilicet fatui & iniqui veloces sunt & præcipites ad malum faciendum, sicut dicitur in Psalm. 13. *Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.* Iuxta illud Esa. 8. *Accelerat velociter spolia detrahe, festina prædari.* Similes enim sunt tigridi & pardu, quæ sunt animalia iniqua, velocia & crudelia, tamen Prouer. 6. dicitur, quod *Deus odit pedes veloces ad currendum in malum.* Item ad irascendum, contra illud Eccl. 7. *Ne sis velox ad irascendum, quia ira in corde stulti requiescit.* Item ad vane loquendum, vnde Prouer. 29. *Vidisti hominem velocem ad loquendum? stultitia speranda est de ipso, &c.* Similes enim sunt serpenti, qui tactus velociter irascitur, & si torquetur, linguam habet valde celerem & velocem, sic isti, vnde Esa. 32. *Lingua balborum velociter loquetur.* Contra illud Iac. 1. *Sit omnis homo velox ad audiendum, &c.* Ista est velocitas lethalis fatuitatis. ¶ Septima est velocitas mortalis celeritatis, quia mors valde velociter nos sequitur & consequitur. Nullus enim est ita velox qui possit effugere morsum suum Esa. 30. *Et dixistis, super veloces ascendemus, ideo velociores erunt qui persequentur vos,* vnde Amos 2. *Peribit fuga à veloce, & fortis non obtinebit virtutem suam,* & sequitur. *Robustus non saluabit animam suam, & velox pedibus non saluabitur.* Et sic sufficit, vide supra de Cito, statim, subito, celeriter, &c. H

**Venatio.** Nota quod venatio est quando quis aliquod animal pro capiendo insequitur. Significat ergo venatio diligentiam & inquisitionem, morsum, & apprehensionem. Notemus ergo moraliter quod multa sunt genera venatorum. Nam A

Subditos venatur prælatus, vt per eum poniantur,
Peccatores venatur prædicator, vt per eum conuertantur,
Animas venatur diabolus, vt per eum capiantur.
Pauperes venatur tyrannus, vt per eum deprædentur.

¶ Dico ergo quod est quædam venatio diligentis visitationis, & ista est illa qua prælatus venatur & inquirit proteruos, vt ipsis inuentis puniat sicut decet. Nobiles etiam venantur lupos & leones non ad comedendum, sed ad occidendum. Sic vere prælatus debet venari, inquirere & persequi hæreticos, tyrannos & obstinatos, ad ipsos puniendum & expellendum de grege ecclesiæ vnde Hier. 16 *Mittam eis venatores multos, & venabuntur eos* B

¶ Item dico quod est quædam venatio curiosæ prædicationis. Prædicator enim est sicut canis nobilis, qui peccatores venatur & capit, & ipsos sibi per dilectionem incorporat, vt ad Deum conuertat. Non cessat enim latrare in prædicando, vndique currere, vt prædam domino suo, scil. Deo valeat inuenire Gen. 27. *Cumque venatu aliquid apprehenderis, fac mihi inde pulmentum sicut velle me nosti.* ¶ Item est venatio diabolicæ machinationis. Diabolus enim tentando, & retia mundi delectabilium tendendo, non cessat animas venari, vt ipsas in infernu valeat deprædari. Vnde potest dici de ipso illud Gen. 25. *Fuit Esau homo gnarus venandi.* Ipse enim quandoque tendit laqueum & rete suum, scilicet malas mulieres, vt homines irretiat & inuoluat, vnde Eccl. 7. *Inueni mulierem morte amariorem, quæ laqueus venatorum est.* ¶ Item est venatio tyrannicæ deprædationis. Tyranni enim sunt sicut leones, qui animalia grossa venantur, balliui & alij inferiores sunt aranea, quæ muscas & papiliones venantur. Vnde breuiter de istis dicitur Eccl. 13. *Venatio leonis onager in eremo. sic pascua diuitum sunt ipsi pauperes.* Isti enim sunt sicut *Nemrod, qui erat robustus venator coram domino*, sicut dicitur Gen. 10. Vide supra de prædari, &c. C D E

**Vendere. Vendens.** Nota quod vendere nihil aliud est quam proprietatem alicuius rei cum alterius pecunia commutare. In venditione enim, id quod nostrum est, amittimus, & quod alienum, acquirimus. Notabo, igitur quod moraliter loquendo, venditio sumitur multis modis. Est enim venditio A

Temporalis & necessaria,
Spiritualis & meritoria,
Criminalis & deceptoria,
Noxialis & damnatoria.

¶ Prima est venditio hominum mercatorum, quia, scilicet mercatores pro necessitate reipublicæ solent vendere & emere res venales, & de vna patria ad aliam transportare, & ipsas etiam ad necessitatis opera reseruare. Natura enim in hyeme humores de ramis & remotis partibus arborum retrahit, & ipsos pro custodia vitæ arboris & radicis ad interiora colligit & custodit, quos tandem in vere ad ramos nutriendos iterum influit & remittit. Quod si forte non faceret, aduenienti forti frigore tota arboris substantia deperiret. Sic vere boni mercatores merces victualium recolligunt & ipsas pro necessitate reipublicæ custodiunt & reponunt, easque loco & tempore distribuunt & refundunt. Exemplo Ioseph, qui postquã frumenta per septem B

annos

[illegible] ... tis est, ad [illegible] ... pa [illegible] ... præla [illegible] C [illegible] ... 8. *Audite [illegible] qui [illegible] rem, & de [illegible] terræ, dicentes [illegible] hum & [illegible] vendamus merces & aperiamus frumentum, vt minuamus mensuram. & augeamus siclum, & [illegible] stateras dolo, & vt possideamus in argento egenos & pauperes pro calceamentis, & quisquilias frumenti vendamus.* Ita est venditio [illegible] mercatorum. ¶ Secundo dico quod est venditio hominum [illegible] electorum. Viri enim [illegible] ipsos Christo solent vendere, & [illegible] voluntatis Christo & prælatis tradere, [illegible] pretio gloriæ se [illegible]. De [illegible] illud Ge[illegible] *Emenos [illegible] autem & [illegible] seruiemus regi.* Vnde de ista venditione dicitur Deut. 15. *Cum venditus fuerit frater tuus Hebræus sex annis seruiet tibi, & septimo egredietur liber.* Et possunt esse verba directa ad Christum, [illegible] fratres sumus, cui [illegible] licet bonus Christianus venditus & obligatur, vt dictum est, veruntamen sex annis, id est, sex mundi ætatibus debet seruire, in septimo vero, id est, post mortem debet cum eo in pace [illegible] esse liber. Esa. 52. *Gratis venundati estis & sine argento redimemini.* Ista est ergo venditio hominum perfectorum.

D ¶ Tertio dico quod est venditio hominum proditorum, qui scilicet alios vendunt dominis suis, & maioribus ipsos [illegible] accusando, & ipsos in manibus [illegible] eorum obligando, vnde in Esai. *Vendiderunt populum meum sine precio &c.* Isti enim vendunt alios sine precio, quia tales detractores ab his quibus detrahunt, precium & lucrum non reportant, quia secrete & in occulto dicunt pestifera verba sua. Ista est ergo venditio hominum proditorum, qui scilicet figurantur in Iuda, qui Deum

E vendidit. Iohel 3. *Filios Iudam & Hierusalem vendidistis filijs Græcorum.* ¶ Quarto dico quod est venditio hominum iniquorum. Et sic inuenitur

Venditio { Simoniæ, Luxuriæ, Blanditiæ, Scientiæ, Nequitiæ.

¶ Mali enim ecclesiastici vendunt spiritualia per simoniam, & sic dicitur Ioan. 2 quod *Christus eiecit de templo vendentes & ementes, & etiam cathedras vendentium columbas euertit.* Lenones vendunt carnalia ad luxuriam, quia sc. mala mulier seipsam vendit, & vetula iuuenculam tradit. Iohel 3. *Posuerunt puerum in prostibulo, & puellam vendiderunt pro vino vt biberent.* Item adulatores vendunt pulchra verba per fallaciam. Et sic dicitur Matth. 25. *Ite potius ad vendentes & emite vobis.* Vbi dicit Greg. quod oleum vendere, nihil aliud est quam verba dicere adulatoria. Item aduocati vendunt sensum suum per auaritiam. Contra quos dicitur Prou. 23. *Veritatem eme & noli vendere sapientiam, doctrinam & intelligentiam.* Item peccatores vendunt animas suas per nequitiam, quia quando homo peccat mortaliter, tunc aliquid delectabile pro precio accipit à diabolo, & animam suam vendit, vnde Rom. 7. *Ego autem carnalis sum venundatus sub peccato.* Et Esa. 50. dicitur peccatoribus. *In iniquitatibus vestris venditi estis.* Isti enim vendunt semetipsos in seruitutem diaboli, qui ipsos tandem sicut seruos flagellat, lacerat & occidit. Vnde de dæmonibus potest dici illud Zach. 11. *Pasce pecora occisionis, quæ qui possidebant, occidebant & vendebant,* & sic de aliis.

A **Venenum.** Cum per diuersa genera venenorum possint accipi variæ species vitiorum, quia tamen auctoritates de sicutis, & etiam in pluribus exempli dicta sunt plurima de venenis, ideo omitto. Faciam enim tabulam, Deo dante, per quam ista quæ per librum sparsa sunt, ad certum ordinem reducentur.

**Venerabilis. Venerari.** Vide in tit. Honor.

**Venia.** Vide supra de misericordia, de indulgere, de parcere.

A **Venire.** Nota quod venire nihil aliud est quam ad aliquem terminum applicare, & de vno termino ad alium accedere & transire. Accipitur etiam quandoq, veni-

*Diction. Berthory.*

[illegible] videre, vel euenire. Et breuiter notare possum [illegible] scriptura venire multiplex inuenitur. Est enim venire

Perfectorum,
Peccatorum,
M[illegible]um,
[illegible]um,
Tormentorum,
Præmiorum,
Diuitiarum,
Malignorum.

¶ Veniunt [illegible] vt Deo placeant [illegible] *Filij tui de longe venient, & [illegible] de latere surgent.* Veniunt peccatores vt bonum faciant H[illegible] *Veniet [illegible] super [illegible].* Veniunt merita vt bonos foueant Sap. 7. [illegible] *in me spiritus sapientiæ.* Sequitur. *Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa.* Veniunt [illegible] vt bona transeant Ezech. [illegible] *turbinis veniat ab aquilone.* Veniunt tormenta vt alios attendant [illegible] *veniat mors super illos, & descendant in infernum viuentes.* Veniunt præmia vt boni gaudeant Iob 14. *Cunctis diebus quibus nunc milito expecto donec veniat immutatio mea.* Veniunt diuitiæ vt boni valeant, [illegible] Io. 14. [illegible] Christus de [illegible]. *Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.* Veniunt etiam maligna, scilicet ipsi dæmones [illegible] compleant Matt. 13. *Dum dormirent homines, venit malus homo, & superseminauit zizania.* Et de omnibus istis generibus [illegible] possent dici, sed solum ad præsens intendo dicere de venire iusti viatoris, de venire vani peccatoris, & venire pij saluatoris.

B ¶ Igitur primo dicamus, quod est vnum venire iusti viatoris. Et illud est illud venire quo iusti veniunt ad Deum, scilicet per gratiam moraliter in præsenti & in futuro per gloriam personaliter. Videmus enim naturaliter quod omnia veniunt & accedunt ad illud vbi inueniunt fundamentum, vbi inueniunt nutrimentum. De fundamento patet, quia lapis sursum iactus, naturaliter venit ad terram, vbi stabilitur. De nutrimento etiam patet, quod bos & porcus venit sedulo ter ad stabulum vbi educatur. Sic etiam charissimi, iustus venit & accedit ad Deum quia Deus est fundamentum defensatiuum, Deus est nutrimentum delectatiuum, quia iste est qui sustinet debiles & fatigatos Heb. 1. *Portans omnia verbo virtutis suæ.* Iste est qui adiuuat miseros impugnatos Psalm. *Deus adiutor noster in æternum.* Iste est qui reficit pauperes desolatos, dicens Ioh. 6. *Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi.* Et ideo pro certo charissimi cum nus indigeamus

Isto { Fundamento tanquam fatigati, Iuuamento tanquam impugnati, Nutrimento tanquam depauperati,

Dico quod ad istum debemus venire nos ei conformando, & ad eum charitatiue appropinquando, moraliter accedere & [illegible]. Ad quod etiam ipse monet Matth. 11. *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos.* ¶ Vbi aduerte quod C ad veniendum ad Deum mentaliter & moraliter, quatuor nos breuiter inducunt.

Primum est quo benigniter inducimur,
Secundum est quo fideliter recipimur,
Tertium est quo seueriter incutimur,
Quartum est quo suauiter attrahimur.
Primum probat clamor attractiuus [Venite]
Secundum amor locatiuus, cum dicitur [Ad me]
Tertium terror impulsiuus [Qui laboratis & onerati estis]
Quartum dulcor allectiuus [Et ego reficiam vos.]

Dico ergo quod venire debemus ad Deum propter clamorem vocatiuum, per quem inducimur benigniter. Venite inquit. Omnia enim domestica solent venire, & ad vocationem sui magistri veniunt & occurrunt. Cum igitur dominus noster & magister vocaliter nos vocet, ad eum venire debemus. Patet etiam in pauonibus, caponibus & gallinis, qui ad pabula vocati statim veniunt & occurrunt. Et ideo quia vocat nos Christus in scriptura dicens, Venite, ideo nos debemus proculdubio ad ipsum venire, & nos sibi per verum amorem coniungere & copulare. Venite inquit. Et aduertendum est quod Christus in scriptura per istud verbum. Venite, vocat nos ad omnia quæ sunt necessaria ad salutem. Dicit enim

[illegible]
Dei operationem admirandum [illegible]
Eucharistiæ refectionem [illegible]
[illegible] contemplationem [illegible]
Venite ad — Diligentem inquisitionem [illegible]
Gratiæ [illegible] rationem hau[illegible]
Verbi prædicationem frequenta[illegible]
Laudis modulationem decantandum,
[illegible] Christi desponsationem copulandum,
Cœl[illegible] reat[illegible]nem nanciscendum.

[illegible] enim sunt de[illegible] officia ad quæ per istud verbum, Venite [illegible] uocamur, & ad quæ veniendo ad ipsum Deum illi [illegible] iun[illegible]gimur, & tum eo copulamur. Dicit enim, venite ad [illegible] [illegible] omnem præsumptionem. Et sic dicitur Iob [illegible] *Conuertimini & venite, & non inueniam in vobis vllum sapientem.* Item venite ad ad mirandum Dei operationem Psal. *Venite & videte opera domini [illegible] in consiliis super filios hominum.* Item venite ad gustandum eucharistiæ refectionem Prouerb. 9. *Venite, comedite panem meum, & bibite vinum quod miscui vobis.* Item venite ad contemplandum cœli conditionem Esa. 2. *Venite ascendamus in montem domini, & ad domum Dei Iacob.* Item venite ad faciendum bonam inquisitionem Esa. 21. *Si quæritis quærite, conuertimini & venite.* Item venite ad gratiæ infusionem vel inspirationem hauriendum Esaiæ. 55. *Omnes sitientes venite ad aquas.* Item venite ad frequentandum prædicationem, vnde Matth. 4. *Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum.* Item venite ad decantandum laudis modulationem Psal. *Venite exultemus domino, iubilemus Deo salutari nostro* Item venite ad copulandum Christi desponsationem. Matth. 22. *Omnia parata sunt, venite ad nuptias.* Item venite ad obtinendum vitæ participationem Matth. 25. *Venite benedicti patris mei, percipite paratum vobis regnum.* Sic ergo patet, quod Deus dicendo Venite, ad multa bona nos inducit, & ad veniendum ad se multipliciter excitat & exclamat. Venite inquit. Vt & nos ipsi dicamus illud Ps. *Venite & videte omnes qui timetis Deum, quanta fecit animæ meæ.* Patet ergo quod veniendum est ad Deum propter clamorem vocatiuum per quem inducimur. ¶ Deinde dico

D quod ad ipsum veniendum est propter amorem locatiuum per quem recipimur fideliter, & hoc ostenditur cum dicitur. Ad me. Iste enim est sicut amorosus hospes, qui inuitat & recipit transeuntes, & qui vnicuique, secundum quod vult expendere, parat mensam & cameram meliorem. Quia, sc. iste est semper paratus hospitari & recipere omnes venientes ad eum, & omnes ad se conuertentes, nullum enim scit refutare, quinimo secundum quod quilibet vult de bonis vel de laboribus pro eo expendere, solet sibi de gradu & statu meliori spiritualiter prouidere. Ad me inquit Io. 6. *Omne quod dat mihi pater, ad me veniet, & eum, qui venit ad me non eyciam foras.* Ista enim præpositio Ad, significat terminū ad quem, qui, sc. recipit & terminat ad dependentiam à quo Et ideo bene dicit Ad me, vbi dat nobis intelligere quod se offert ad depēdentiam affectuum nostrorum, sicut finalis terminus. Ad me inquit Io. 7. *Qui sitit, veniat & accipiat aquam vitæ gratis.* Et nota, quod ad istum est veniendum,

Sicut ad — Doctorem vt informemur,
Pastorem vt recreemur,
Medicum vt consolemur,
Dominum vt præmiemur,
Fontem vt satiemur,
Hospitem vt recipiemur.

¶ Dico ergo quod ad ipsum venire debemus sicut ad doctorē, vt informemur. Exemplo reginę Saba *quæ venit ad regem Salomonem audire sapientiam eius,* sicut dicitur 3. Reg. 10. Vnde Esa. 2. *Venite ascendamus ad montem domini, & docebit nos vias suas.* Item ad pastorem vt recreemur. Pascitemini & recreat cor deuotum. Vnde ipse dicit Io. 6. *Ego sum panis vitæ, qui venit ad me, non esuriet, & qui credit in me, non sitiet.* Item ad medicum vt consolemur vel vt sanemur Psalmo. *Exaudi orationem meam, ad te omnis caro veniet.* Itē ad dominum vt pręmiemur Oseæ 6. *Venite & reuertamur ad dominum, quia ipse cepit & sanabit nos, &c.* Item ad fontē vt satiemur Gen. 21. *Venit ad fontem aquæ.* Et illud Io. 7. *qui sitit, veniat ad me & bibat.* Item ad hospitem vt recipiemur, & vt apud eum commoremur, dicentes illud Io. 14. *Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.* Ilsis eoim rationibus est ad Deum veniendum, & ad ipsum per desiderium est fugiendum Ille est enim sicut liberalis dominus qui omnes venientes solet de familia sua recipere, [illegible] sicut plus testator qui solet etiam extraneos quandoque

[illegible]
[illegible]
abi[illegible]e, quæ [illegible]
cidit. Q[illegible]
diaboli, car[illegible] & [illegible]
here illum verlam [illegible]
laqueis malorum [illegible]
mortalia per mun[illegible] quæ [illegible]
f[illegible] & [illegible] alect[illegible] d[illegible]
*[illegible] fuit dormire, & dum [illegible] tabernacu[illegible]*
V de istam h[illegible] upta. N[illegible]
veniamus. Venite inquit ad me P[illegible] *[illegible] anima mea [illegible] fontem viuum,* [illegible] Veniendum [illegible]
pter amorem locatiuum per [illegible]
quod veniendum est ad Deum pro[illegible]
per quem impellimur seuer[illegible] & [illegible]
*Omnes qui laboratis, & onerati e[illegible]*
danarum tribulationum [illegible]
ad ipsum [illegible] nuet ere & redi[illegible], qu[illegible]
*la quæ nos hic premunt ad Deu[illegible]*
enim [illegible] gui usquo [illegible] pul[illegible]
tiem, [illegible] cum esse an mal be[illegible]
tiat [illegible] quandoque ip[illegible]an [illegible]
alias eis [illegible] ventura. Quia bre[illegible] ter & [illegible]
morsus eorum & latratus, [illegible]
danarum aduersitat im nos [illegible]
lire, & ad ipsum hominem Ch[illegible] R[illegible] d[illegible]
& ad portum salutis accedere [illegible]
& onerati estis Psalm. *H[illegible] pinquauerunt.* Veniendu[illegible]
concussiuum per quem [illegible]
ad Deum per dulcorem a[illegible]
uiet, quia ego reficiam vos [illegible]
mundi verbera vt retrahan[illegible]
trahamur. Promitit enim ad se [illegible]
nem, & æterni solatij regione [illegible]
nit ad matrem, vt lacte resi[illegible] tatu[illegible]
nire ad Deum, vel [illegible] ce sing d[illegible] R[illegible]
ciam inquit vos Psalm. *S[illegible] aquas [illegible]* [illegible]
bene figuratur Luc. 14 *[illegible] qui misit seruum suum h[illegible] dicere inuitatis vt venirent, quia parata sunt omnia.* [illegible] a rex no[illegible]
Christus prandium suum p[illegible] adisum parauit, vb[illegible]
os Apostolos, Prophetas & alios prædicatores, a[illegible] niendum
illuc totum genus humanum inuitauit. Paratus est [illegible] enim [illegible] res
reficere, & sic nulli ostium denegare, dicens Mat. 22. *Omnia [illegible] rata sunt, venite ad nuptias* Veruntamen aduertendum est [illegible] d
tria genera hominum se venire ad illas nuptias excusarun[illegible], nus, scilicet qui dicebat *se emisse villam,* alius qui dicebat *se emi[illegible] quinque iuga boum,* alius qui dicebat *se duxisse vxorem,* sicut to[illegible]
patet ibidem Luc. 14. Nam charissimi emptor villæ [illegible]
mundanos opulentię possessores. Ductor vxoris signi[illegible]
nalis immunditiæ dilectores. Emptor parium boum [illegible]
sensuum incontinentiæ sectatores. Quia proculdub[illegible] [illegible]a
genera hominum, quæ, sc. hic. in his tribus mercemonijs occupantur, ad festum paradisi non veniunt nec accedunt, sed inde per peccata potius fugiunt & recedunt, dicentes [illegible] istud illud Hierem. 2. *Recessimus, non veniemus vltra ad te.* Sed [illegible] boni, quia isti veniunt ad Deum per gratiam in præ[illegible], & [illegible] turo per gloriam. Isti enim finaliter veniunt ad parad[illegible]um, sicut

Milites vt coronentur,
Diuites vt spatientur,
Virgines vt desponsentur,
Principes vt honorentur.

Veniunt dico iusti vel iustorum animæ ad paradisum vt ibi coronentur Can. 4. *Veni de Libano soror mea sponsa, veni de Libano, & coronaberis.* Veniunt ibidem ad Deum spatiati Cantic. 5. *Veni in hortum meum soror mea.* Veniunt ibidem à Deo præmiati vel honorati Mat. 25. *Venite benedicti patris mei, &c.* Sed proculdub. charissimi, est impossibile venire ad terminum nisi per viam. Via autem veniendi ad cœlum est via virtutum, pœnitentiarum & laborum, quia sicut dicit Greg. *Ad magna præmia peruenire non potest, nisi per magnos labores.* Et ideo si ad para[illegible]u venire volumus, per viam virtutum incedere debemus. Notabo igitur quod ad istum terminum allectiuum peruenitur,

Pts

[illegible]

Venit ad
- Virginem vt incarnaretur,
- Seculum vt visitaretur,
- Hierusalem vt [illegible] pararetur,
- P[illegible]dum vt immolaretur,
- Infernum vt [illegible] acuaretur,
- Sepulchrum vt su[illegible]itaretur,
- Cœlum vt coronaretur,
- Iudicium vt formi[illegible] faretur,
- Cor humanum vt fœcundaretur.

¶ Dicamus ergo quod iste venit ad carnem assumendum Ioan [illegible] *Venit Iesus ianuis clausis.* Item venit ad mundum visitandum [illegible] *Venit Iesus in partes Cæsareæ Philippi.* Item venit ad vrbem [illegible] lem reparandum. Ideo sibi Hierusalem ingredienti fuit [illegible] Lucæ 19. *Benedictus qui venit in nomine domini.* Item venit [illegible] randum Ioh. 9. *Ego in iudicium veni in mundum,* & [illegible] *hora, & filius hominis traditur, &c.* Item venit ad in- fern[illegible] Vnde de ipso ad inferos venturo dicitur Matth. [illegible] *Tu es qui venturus es, an alium expectamus?* Quia secundum Bernardum, *venit medicus ad ægrotos, venit redemptor ad perditos, &c.* Item venit a[illegible] corpus resurgendum. V[illegible] ip[illegible] Ioh. 14. *Vado & venio ad vos.* Iterum Io. 14. *Veniam iterum ad vos & accipiam vos ad meipsum.* Item venit ad cœlum ascendendum, vnde Aggæi 2. *Venit desideratus cunctis gentibus.* Vnde sibi poterat dicere Deus pater illud 2. Reg. 19. *Veni mecum vt requiescas securus in Hierusalem.* Item veniet ad iudicium iudicandum Esaiæ 3. *Ecce Dominus ad iudicium veniet.* Item quotidie veniet ad mentem illustrandum 1 Corinth. [illegible] *Veniet Dominus, & illuminabit abscondita tenebrarum, &c.* His igitur præmissis, possumus breuiter dicere de aduentu Christi, non solum de aduentu in mentem qui est spiritualis,



Venter. [illegible]

Venter
- [illegible]
- Pectoris,
- [illegible]
- Ext[illegible],
- Æth[illegible],
- Tar[illegible].

[illegible]

¶ D[illegible] nostræ [illegible] *[illegible] matris [illegible] matrem omnium.*

¶ De secundo quod est venter eburneus puræ v[illegible] & iste est venter virginis gloriosæ, quæ eburnea dicitur [illegible] quod [illegible] candidatur. Et ideo [illegible] ventre di[illegible] Cant. *Manus eius tornatiles [illegible] eburneum, distinctus sapphiris*, venter enim & manus [illegible] habuerunt, in quantum [illegible] bus semper splendiderunt. Etiam de concep[illegible] ventris dicitur [illegible] *quæ fit via spiritus, &c.* Ergo [illegible] *[illegible] auit. &c.* Iste ergo venter est [illegible] virginitati[illegible]

Tertio dico, quod est [illegible] is Coren[illegible] & conser[illegible] timentur secundum quod amat[illegible] vnde Canticor. 5. dicit [illegible] *[illegible] dum eius.* Item ibi est [illegible] ritatis consolationis [illegible] *me de ventre [illegible] ab vberibus matris meæ* [illegible] quod ratione fac[illegible] tualis dolor & contritio Psal. 30. *Conturbatus est in ira oculus meus, anima mea & venter meus.* Ibi sunt fæces, id est, [illegible] cogitationis meditatio, de quo potest exponi illud [illegible] 43. *Conglutinatus est in terra venter meus, &c.* Animal ruminans habet duos ventres vel plures. Vnde etiam de came[illegible] legimus quod quinque habet ventres interius, ita quod de vno ad alium cibum transmittit, vt melius decoquatur. Sic homo debet habere plures ventres, id est, plura conscientiæ receptacula, in quibus, scilicet cogitationes decoquantur, & ad perfectionem conuertantur, quinque enim ventres sunt quinque considerationes, quæ in omnibus factis sunt habendæ, & dictis quæ [illegible] versu [illegible] continentur. *Quis, quid, cur dicas, cur, quando, quomodo, [illegible] ras. V[illegible] quid, cur facias, cui quando, quomodo quæras.* [illegible] enim sunt quinque diuerticula mentis nostræ, vbi [illegible] per animos debemus voluere antequam exterius operemur. Iste est enim venter de quo dicitur Apoc. [illegible] *[illegible] devoraui [illegible] librum, amaricatus est venter meus*, quia, scilicet, dum [illegible] scripturæ attenditur, venter conscientiæ mer[illegible] conturbatur. Et sic in ventre conscientiæ de peccatis confitendis agitur per quinque reuolutiones primo à prudentibus deuo[illegible] quia, scilicet, considerari debet qu[illegible] quid, [illegible] cur, quand[illegible]

[illegible] quo-

[illegible] de quo [illegible] quibus [illegible] dicit [illegible] mentis [illegible] Matth. 5. [illegible] *continuit*. His enim [illegible] Threno. 1. *Venter me-* [illegible] *conturbatus est* [illegible] est venter [illegible]

E ¶ [illegible] venter [illegible] fæces [illegible] & vilitas [illegible] humanæ [illegible] Sapiens [illegible] *Septem* [illegible] sæpe [illegible] totus [illegible] Apertum & formicæ quæ [illegible] venter sunt valde stricta, [illegible] habent magnum [illegible] aliqui [illegible] prudentes [illegible] ventrem strictum, quia [illegible] sensualitatis & carnis [illegible] abundant in pectore [illegible] animus, quam in ventre [illegible], hoc est dictum, quod magis vigeant in spiritus [illegible] tate, quam in carnali voluptate & sensualitate. Quod bene pensabat Sapiens Ecclesiast. 23. *Cum dicebat, aufer a me concupiscentias ventris, &c.* Quod est contra multos qui ventrem sensualitatis & voluptatis & carnis habent valde magnum & latum. Similes locustæ, quæ non habet nisi vnum intestinum, totum enim corpus est quasi venter. Serpens etiam respectu corporis, ventrem habet longissimum & maximum. Vnde etiam Plinius narrat quod sub Claudio Cæsare serpens quidam fuit occisus, in cuius ventre puer integer fuit inuentus, & de nostris serpentibus apparet, quod habent magnum ventrem, quia auiculas solent deglutire. Sic vere charissimi, quidam habent ventrem carnalis appetitus & sensualitatis valde latum, totum videntur esse venter, quia, scilicet nihil de [illegible] spiritualiter videtur sapere vel habere, quod apparet, quia omnia mundi delectabilia non possunt suum ventrem, id est, suum carnalem appetitum implere Prouerbior. 1[illegible] *Iustus comedit & replet animam suam. venter autem impiorum insaturabilis est.* Et bene insaturabilis, quia isti habent

Ventrem { Cupiditate voracem,
Carnalitate vomacem,
[illegible]arietate loquacem,
[illegible]tacitate capacem,
Verbositate mordacem.

¶ Venter enim malorum inflatur per cupiditatem. Istud enim [illegible] in filio prodigo, *qui cupiebat replere ventrem suum de siliquis, quas porci manducabant*, sicut dicitur Luc. 15. Et tamen dicitur Ezech. 7. *Animam suam non saturabunt, & ventres eorum non implebuntur.* Item spumat per carnalitatem, ideo venter satur facile spumat in libidinem. Item feruet per loquacitatem, vt de Iob [illegible] *En venter meus quasi mustum sine spiraculo, quod laguntulas nouas dirumpit, loquar & respirabo paululum.* Item capax est per voracitatem, vnde Eccles. 36. *Omnem escam manducabit venter.* Item mordet per detractoriam verbositatem, vnde Eccle. 40. *In ore imprudentis conculcabitur inopia, & in ventre eius ignis ardebit*, ignis ei [illegible] [illegible] Et breuiter iste est venter vilitatis nostræ, [illegible] enim vilia sunt in ventre, & ideo ventrem Deus posuit in medio corporis, & etiam à parte ante, vt sic vilitatem & conditionem vilitatis nostræ ante oculos [illegible] cordis medio [illegible] mus vel portaremus. Sic etiam [illegible], quod ventrem fragilitatis humanæ cum omnibus fæcibus [illegible] præ oculis debemus habere & in cordis medio collocare. [illegible] procul dubio iste venter est pars [illegible] ponderosior, & pars nostri fra[illegible] [illegible] qui mali[illegible] [illegible] habet [illegible] vel [illegible]

[illegible] & [illegible] quo [illegible] Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre [illegible] de isto ventre, [illegible] religionis vel ecclesiæ [illegible] iterum ingredi [illegible] sunt. Glarea [illegible] quos peperit, [illegible] ventrem [illegible] Sic vere diabolus [illegible] prosper[illegible] peperit [illegible] tionem & [illegible] dat [illegible] ferre, [illegible] ven[illegible] uere & libere quis [illegible] te, sicut ad literam [illegible] latis. Hic [illegible] videtur reprehendere [illegible] qui [illegible] minus dum & ad [illegible] vnde [illegible] Nunquid potest in matris [illegible] ter qui non debe[illegible] Isaiæ 49. *Dominus ab vtero vocauit me, de ventre* [illegible] *cordatus est nominis mei*, [illegible] *eum dominus* [illegible] *vmbra manus suæ protexit me, & posuit sicut* [illegible] *traslata* [illegible] *& diuisit* [illegible] *rabit.* Quia proculdubio charissimi Deus ex [illegible] nescatabit, & [illegible] ecclesiæ & religionis [illegible] vbi nos sagittam vel gl[illegible] tendit, & [illegible] generatur [illegible] ornat & fa[illegible] veritatem vnde [illegible] concupiscentias [illegible] Eccle[illegible] 5. *Aufer a me concupiscentias ventris.* [illegible] extra[illegible] abundantiæ cup[illegible]. ¶ [illegible] dic[illegible] [illegible] perfectæ humilitatis, [illegible] est ver[illegible] & eccle-

G

siæ, vbi Deus [illegible] & nutrit filios [illegible] religionis clericos. Item [illegible] ventre nubis generatur lapis pretiosus qui dicitur [illegible]. Sic [illegible] in ventre religionis generantur viri pretiosi & perfecti. Vnde de Hier dicitur Ecclef. 49 quod à *ventre matris* [illegible] *consecratus est propheta*. Istud est tamen contra multos similes [illegible] operari [illegible], qui abhorrentes esse in ventre matris suæ, [illegible] re nolentes naturæ [illegible] nem, [illegible] deo correc[illegible] &, sic exeunt sine partu. Sunt enim [illegible] quibus displicet venter religionis & status interior claustri, & ideo [illegible] religionem destruunt & co[illegible], & sic per apostasias vel per appellationes fugiunt & recedunt. Multi [illegible] ecclesiæ [illegible] filij qui sunt causa confusionis & destructionis [illegible] Isaiæ 48 *Scio enim quod* [illegible] *transgressorem de ventre vocaui*

Iste

[illegible]

# Ventus.

[illegible] ... dici qui[illegible] habet

Sed[illegible],
S[illegible],
P[illegible],
M[illegible],
T[illegible],
Leuare,
I[illegible],
Inspirare,
P[illegible]re.

[illegible] quod [illegible] ventus [illegible] latiuus [illegible] ut ventus [illegible] aliquid [illegible] & [illegible] *[illegible] aquilo flabit [illegible]* [illegible] qui signat [illegible] tentatione [illegible] at, [illegible] omnem [illegible] ntorem gratiæ [illegible] calido & vrente qui siccauit il[illegible] hæderam, sub cuius vmbra Ionas delectabatur, in [illegible] quod Ionas [illegible] æstuare, sicut dicitur Ionæ 4. Quia [illegible] diabolica [illegible] vmbram gratiæ desiccat & v[illegible], [illegible] æstum malorum desideriorum in cordib. introducit. Vnde de diabolo dicitur Aba. 1. quod *facies eius ventus vrens*. ¶ Itē est ventus pulsatiuus, qui signat mundi tribulationem, quæ pulsat, destruit & subuertit. vnde Iob 1. *Repente ventus vehemens irruit a regione deserti, qui concussit angulos domus subuertit eam, & liberos interfecit.* ¶ Item [illegible] ventus [illegible]undatiuus, qui significat violentam cor[illegible] et tritic[illegible] in bladum à palea purgat. Et sic loquitur Mat. [illegible] dicitur quod *ventilabrum in manu domini, & mundabit arcam suam.* [illegible] Pr. [illegible] *ventus aquilo dissipat pluuias & facies tristis linguam detra*[illegible] ¶ Item est ventus tur[illegible]atiuus & sublatiuus, qui signat [illegible] damn[illegible], sicut dicitur in Ps. 1. quod *impij erunt sicut puluis quem proiicit ventus a facie terræ*. ¶ Item est ventus leuatiuus, [illegible] ventus [illegible] paleas, qui signat prosperam successionem, [illegible] Iob [illegible] *Eleuasti me, & quasi super ventum ponens, elisisti me va*[illegible] ¶ Item est ventus inflatiuus, qui signat cordis elationē & præsumptionem, ventus enim vesicam inflat. Et sic de vanigloriosis [illegible], superbis & præsumptuosis loquitur Hier. 14. vbi dicit quod *onagri steterunt in rupibus & attraxerunt ventum quasi dracones*. ¶ Item est ventus inspiratiuus, qui significat diuinam consolationem [illegible] de isto dicitur in Ps. quod *Deus producit ventos de thesauris*. ¶ Item [illegible] refrigeratiuus, qui signat sancti spiritus inflammatio[illegible] dicitur Dan. 3. quod *Angelus fecit medium fornacis quasi*

H [illegible] *flantem*. ¶ His igitur præmissis possum notare, quod ventus [illegible] in bono & in malo. Et sic dico quod est

Ventus { gratiæ, qui est mirabilis. / culpæ, qui est damnabilis, / pœnæ, qui est tristabilis. }

Primum flat ab interiori,
Secundus flat ab inferiori,
Tertius flat à posteriori.

¶ Dico ergo primo quod est ventus gratiæ, qui est gloriosus, & iste procul dubio nihil aliud est quam Spiritus sanctus & gratia quæ per eum inspiratur. Spiritus enim est quasi ventus. Sed de hoc vide ad plenum supra de spiritu in primo membro principali. Sicut enim ventus habet

[illegible]

[illegible] *arundo* [illegible]

[illegible] 1. 14. *[illegible] maris* [illegible] *& ventus* [illegible] 6. *Mare autem* [illegible] bonam operatione[illegible] 18 dicitur, quod [illegible] *facta* [illegible] *magna & grandis*. Ist[illegible] per ventum Spiritus [illegible], qui ventus est [illegible], dictus fu[illegible] & ab ortu [illegible] nobis dirigitur. Sic ve[illegible] vnde [illegible] stitiæ C[illegible] & [illegible] de nobis [illegible] *mo*[illegible] &c. Vide de isto supr. de aduentu [illegible] *ventus turbinis, &c.* Iste est ergo ventus [illegible] gloriosus. ¶ Secundo dico, quod est ventus [illegible] pæ, qui e[illegible] & iste est ventus quem diabolus continue suscitat, [illegible] ad malum incitat atque pulsat. Ventus enim ex collisi[illegible] flictu brachiorum maris in quatuor mundi partib. oritur. [illegible] est quod quatuor venti principales oriuntur & in [illegible] i. mare confligend[illegible] eorum [illegible] vap[illegible] tum alternatim in diuersis [illegible] Mar[illegible] charissimi, significat [illegible] tu, qui per desperationem est turbidus & amarus. [illegible] conflictum brachiorum [illegible] per executionem [illegible] malum ventum pe[illegible], per quem nos [illegible] turbat. Quatuor autem [illegible] sunt

Subsolanus qui est orient[illegible],
Fauonius, qui est occidentalis,
Auster, qui est meridionalis.
Aquilo seu boreas, qui est septentrionalis.

Orientalis signat mundi vanitatem & elation[illegible]em,
Occidentalis signat mundi prauitatem & tentationem,
Australis signat mundi prosperitatem & successionem,
Aquilonaris signat mundi aduersitatem & afflictionem.

Isti ergo sunt quatuor venti diabolici, quibus quotidie impellimur & turbamur. Figurati Dan. 7. vbi dicitur quod *quatuor venti pugnabant in medio maris*. Quia pro certo in mari huius mundi per isti quatuor venti contra nos pugnant, & nunc vnus, nunc alius nos impugnat, sic dicitur illud 1. Par. *Per quatuor ventos erant ostiarij*, i. e. dæmones qui per istos ventos dean[illegible] & [illegible] contra nos flare faciant, & per eos nos destruant & subuertant. Figurati Apoc. [illegible] *quatuor Angelis qui habebant dominium in quatuor ventos cœli*. Prosequamur ergo de istis quatuor ventis

Elationis,
Tentati[illegible],
Prosperitatis,
Aduersitatis.

¶ Dico ergo, quod, est ventus elationis & superbiæ, & iste est L
ventus subsolanus & orientalis, qui subsolanus dicitur, quia ab sole oritur, & ab ortu solis deriuatur ad nos, & signat superbi[illegible] quæ lorsum in paradiso [illegible] sol iustitiæ Christus venit, [illegible] lucifer fuit ortus. Iste enim est ventus qui ipsum luci[illegible]

 dep-

[illegible] ventus [illegible] iactandum, vbique [illegible] quatuor venti prospe-

Sufflare,
[illegible]
[illegible]are,
Subintrare
[illegible] Idubio [illegible] superbiæ seu homo ventosus

[illegible] flatur de se præsumendo,
[illegible] leuatur se alijs præferendo,
[illegible] bona sua verbaliter iactando,
Subintrat bona [illegible] alij per inane [illegible] gloriam osten-
dendo, & [illegible]

[illegible] odenim [illegible] ponere [illegible] flectur, patet [illegible] vbi [illegible] tur, quod mare vento [illegible] ante [illegible] per [illegible] pat [illegible] *per Cherubim, & volauit super pennas ventorum.* [illegible] *Nu* [illegible] *pendit quasi* [illegible] Item quod illi [illegible] iam vndique oste[illegible] patet [illegible] tur tales nubes inanis [illegible] quia vndique [illegible] venti ad [illegible] quælibet loca [illegible] volunt [illegible] vbi [illegible] volunt quæ [illegible] ostendere [illegible] de vana g[illegible] Similes [illegible] die[illegible] Similes dra[illegible] qui attrahendo ventum solet ardorem pectoris minue-re. Similes [illegible] augmentando ventre lia [illegible] attrahere Apes autem ventum timēt, ne per [illegible] & ideo cum [illegible] sentserint, basse vo-[illegible], & lapillum vt magis ponderent, secum portant. Ericij etiā [illegible] & timentes ventum, ad cauernam fugiunt, & i-bi [illegible] sagaces abscondunt. Chamæleon & draco ventum diligunt, & onagri ipsum attrahunt & bibunt. Et draco est (vt dicit Plinius) animal cristatum quibusdam [illegible], quibus attra-hit ventum, & cum sit ardentis naturæ, pro vento inueniendo libenter ascendit ad nauis malum. Sic pro certo charissimi, a-pes, idest, viri iusti & sancti solent istum ventum fugere, per hu-militatem basse volare, lapillum, i. pondus diuini timoris portā-do pericula præcauere. Videntes enim ventum validum, idest, mundi pompas & superbias ven[illegible] ipsi more Ericij ad cauer-nam, idest, ad sepulchrum per mortis memoriam solent recur-re, & [illegible] periculis se saluare. Nam sicut dicitur Mat. 14. *Petrus videns ventum [illegible] timuit, & [illegible] dominum se conuertit, Christus vero ipsum misericorditer liberauit.* Quia pro certo tales pō-dus diuini timoris portant, dum ad Deum humiliter recurrunt, venti huius impetu non succumbunt, imo dicunt cum Apostolo Eph. 4 *Non simus paruuli fluctuantes, vt circumferamur omni vento.* Sed quid [illegible] Pro certo non sic in ecclesia & in mundo, quia pro certo ibi sunt chamæleontes, qui habent pellem omnium colo-rum capacem, i. e. hypocritæ & palliati. Item ibi sunt onagri, qui sunt animalia libera, & nulli iugo subiecta, i. e. homines nobiles & effrænati. Ibi sunt dracones animalia cristata & inflammata, idest, homines clerici & mitrati, qui pro certo de vento vanæ laudis, præsumptionis, iactantiæ & elationis solent viuere, & i-psum bibere & diligere, & corde finbundo vt ipsum ventum hauriant ad alta dignitatum officia se transferre & per ambitio-nem ascendere & volare Osee. 12 *Ephraim pascit ventum, & sequitur æstum,* vnde Hie. 14. *Onagri steterunt in rupibus & attraxerunt ventum quasi dracones.* Iste est ergo ventus elationis & superbiæ, de quo

M Hier. [illegible] *Cor suum leuauerunt quasi ventum pestilentem.* ¶ Denique dico, quod est ventus tentationis & malitiæ, & iste est ventus proculdubio occidentalis, & dicitur occidentalis, eo quod vt a-nimam occidat, semper incipit a [illegible] & fauore, semper e-nim proponit dulcia [illegible] fortiter impellit vt deiiciat. Ventus enim [illegible] quando surgit, valde est par-uus, [illegible] addit [illegible] quando venit [illegible] efficitur [illegible] in tantum [illegible] aliquoties [illegible] quando venit [illegible] & [illegible] & ædificia subuertuntur. Si p[illegible] tationi a principio surge [illegible] sed paul[illegible] ad [illegible] vapore [illegible] [illegible] recipit incre-mentum [illegible] principio [illegible] in tantum crescit

[illegible] Mach [illegible] *obtinere* [illegible] *& fauerunt* [illegible] *& irruerunt super domum* [illegible] ventus, [illegible] sistat, [illegible] [illegible] 1. Ier. 46. [illegible] *impegit in fortem.* [illegible] pompa tec[illegible] [illegible] con[illegible] ēt diuersas [illegible] gerendo, & tan[illegible] de ista circum[illegible] *vt rotam, & sicut stipulam ante* [illegible] pquissime attende[illegible] quia venit ex influctu & [illegible] gelorum, quia sæpe [illegible] nec propriam fragilitat[illegible] vires proprias [illegible] Quapropter bene [illegible] *suis viribus non confidat* [illegible] *tem propriam cognoscat* [illegible] *at de in iuuentibus dicens: C[illegible] temet[illegible]* sæpe fit quod Deus p[illegible] suæ prouidentiæ occultis [illegible] tit primogenita Ægypti vsque a [illegible] idest, tentari perf[illegible] & [illegible] tus tentationum & [illegible] ¶ De[illegible] N speritatis & affluentiæ. Diabolus [illegible] præualere contra [illegible] ventum elationis & per flatum [illegible] tertium ventum [illegible] mundanæ prosperitatis [illegible] proprie comparatur vento, eo quod [illegible] firmitatem sed transitoriam labilitatem, & [illegible] sam pomposi[illegible] Iste est ventus auster, qui [illegible] uus & mollis, impetuosus & turbatiuus, [illegible] retardatiuus, & ipsarum in mare submersi[illegible] quando non sperant, ad manus piratarum [illegible] lum deductiuus. Sic vere ventus mun[illegible] bilis & ventosus valde est p[illegible] losus. V[illegible] sideria nos emollit, & nobis ad nauiga[illegible] paradi-si multipliciter contrar[illegible], sicut dicitur Mat. [illegible] Nauicula a-ctabatur in medijs fluctibus, erat enim [illegible] Quod autem contra[illegible] ventus mundanæ prosperitat[illegible] quod *facilius est intrare camelum per foramen* [illegible] *quam diuitem in regnum cœlorū.* Mat. 19. Nam proculdubio [illegible] qui ducuntur isto vento, quamuis non sperent damnari, sed [illegible] ad [illegible] peruenire, iste tamen ventus ita est impetuosus, quod contra spem propriam ipsos ad portum mortis [illegible] & in piratarum [illegible] nauta [illegible] ducit, vt [illegible] dicatur illud [illegible] *auster contriuit te, in corde maris diuitiæ tuæ & [illegible] multitudo in instrumentum tuum, nautæ [illegible] erant in medio tui, carent in corde maris* [illegible] Vnde ergo [illegible] iste ventus non [illegible] nec eius flatu [illegible] est lax[illegible], imo eius [illegible] est contrari-andum, & [illegible] fauoribus obuiandum. Exemplo prudentis rectoris nauis qui [illegible] deponit velum, & mittens anchoram in medio figit gressum. Exemplo et-iam

[illegible]

... Iste est ergo [illegible] ... & [illegible] est quartus ventus qui [illegible] ... corpus strin[illegible] ... dissipat & combu[illegible]. Sic procul[illegible] ... est [illegible] noxius, [illegible] ... id [illegible] ... tes solet destruere, & fructus bonorum oper[illegible] ... Diabolus enim illos quos non potest per[illegible] ... destruere, nec vento elationis, nec vento [illegible], nec vento [illegible] essionis mouere, solet vento tribulationis concutere, vt [illegible] per istum ventum possit [illegible] ... bus variare. Vnde de qualibet persona debili [illegible] ... Ezech. 17. *Ecce plantata est, ergone prosperabitur ... cum tetigerit eam ventus vrens siccabitur?* Iste ergo ventus est [illegible] periculosus, iustis tamen & perfectis vtilis est & fructuosus. Ventus enim aquilo licet corpus affligat, aërem tamen [illegible], & nubes fugat, &c. Vide supra de adventu in vltima [illegible] ... in primo membro. Boni enim isto vento non debent succumbere, sed ei fortiter resistere, & viriliter præualere, vnde Seneca de vento circio loquens libro de naturalibus quæstionibus 5. dicit, quod licet etiam ædificia quassaret incolæ Galliæ gratias agunt, tanquam salubritatem cœli attribuant ei, quod credo intelligendum de illa parte Galliæ Lugdunen quæ Prouincia nuncupatur, quæ vltra modum est patria ventosa. Dicitur enim quod ventus ille depurat aërem, & quod tota patria aëre corrupto inficeretur, nisi aër per venti impetum purgaretur. Iste ventus charissimi potest signare impetum [illegible]undanæ tribulationis, qui proculdubio viros perfectos non permittit corrumpi, nec in eis aliquid mali generari. In vitis e[illegible]m patrum de quodam fratre legitur quod cum vltra modum tentaretur de peccato carnis, & nullo modo posset tentationẽ euadere, quinimo vellet monasterium dimittere confessus fuit Abbati, qui sicut vir prudens, duos alios fratres ipso ignorante contra ipsum instituit, qui fortiter eum de adulterio accusauerunt, quare cum de purgatione sua frater fortiter continue tribularetur, tentationem penitus est oblitus. Et sic per ventum [illegible]duersitatis aër suæ conscientiæ fuit depuratus, & ipse à periculo liberatus, & ecce ergo de isto vento quomodo sibi profuit. [T]alis ergo ventus tribulationis quamuis à diabolo possit mul[illegible] introduci, debet in potẽtia tolerari, & sic poterit fructus [illegible]sex eo reportari, iuxta illud Senecæ vbi dicit quod animus debet esse contra calamitates fortis & contumax, nec auidus periculorum, nec fugax. Iste est ergo ventus qui iustis & perfectis patienter sustinentibus proficit, imperfectis vero & desperantib. [illegible]. Et ideo de isto vento & de mente debili per ipsum dissipata [illegible] illud Eze. 19. *Euulsa est in ira, in terramque proiecta est, & ventus vrens siccauit fructum eius.* Iste est ergo ventus aduersitatis & pestilentiæ. Et sic apparet quomodo per istos quatuor ventos homines ad peccatum attrahuntur, & à bonis operibus retrahuntur. & sic dicit diabolus istis peccatoribus illud Zac. 2. *In quatuor ventos cœli dispersi vos.* Igitur sic patet principaliter secundum quod est ventus culpæ, qui est vitiosus.

F ¶Tertio dico principaliter, quod est ventus pœnæ, qui est dolorosus. Et sic dico, quod per ventum potest intelligi pœna æterna, quæ paleas, id est, superbos & vanos importat peccatores, & [illegible] ... aut [illegible]

# Verberare [illegible] de [illegible] & de [illegible] tributatione.

# Verbum.

A [illegible] proprie loquendo [illegible] ... so man [illegible] intenda concep[illegible] ... ad labia produ[illegible]. Sæpe tamen ac[illegible] voce & [illegible] ne [illegible] ne, vel pro filio. De quo [illegible] verbum patris [illegible] breuiter notandum est quod [illegible]tuplex verbum inuenitur, scilicet,

Verbum { [In]carnatum, Exaratum, Prædicatum, Moderatum, Effrænatum,

Primum verbum quod est car[illegible]
Secundum quod est [illegible] libris [illegible]
Tertium quod est [illegible] sanctis dict[illegible]
Quartum quod est a [illegible] dat[illegible].
Quintum quod est [illegible] malis [illegible]

B ¶Primum est verbum summæ diuinitatis, de quo [illegible] *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum* ¶Secundum est verbum summæ veritatis [illegible] verbum scripturæ, vnde Mat. 24. *Cælum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt.* ¶Tertium est verbum magnæ sanctitatis [illegible] verbum præd[illegible], de quo Luc. 8. *Semen est verbum Dei.* ¶Quartum [illegible] verbum [illegible] grandis honestatis, scilicet verbum locutionis [illegible], de quo Eccl. 28. *Verbis tuis facito stateram, & frenos ori tuo rectos* ¶Quintum est verbum magnæ vanitatis, scilicet loquela fatuorum, de quo Pro. 14 *Vbi verba sunt plurima, ibi frequenter egestas.* ¶Videamus &

C dicamus igitur quod inuenitur

Verbum { Æternæ generationis, Diuinæ prædicationis, Humanæ prolocutionis.

Dico primo quod est verbum generationis æternæ, & istud est Dei filius, qui in mente patris fuit conceptus, & in esse genitus & productus, & tandem in humanitate per incarnationem [illegible] inductus, & exterius ad mundum eductus, vbi per prædicationis officium fuit expositus & auditus. Sicut enim aqua primo in venis terræ secretissimis inuisibiliter generatur, & tandem in fontem recipitur, à quo visibiliter destillatur, sic verbum patris ab æterno in secreto mentis diuinæ fuit inuisibiliter genitum, quia scilicet *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum*, tandem fuit ad fontem misericordiæ scilicet ad beatam virginem per incarnationem emissum, quia *fons sapientiæ verbum Dei in excelsis.* Eccl. 1. sumpta carne humana fuit hominib. visibiliter publicatum, & tunc fuit verificatum illud E[sa]. 2 *De Sion exibit lex, & verbum Domini de Hierusalem.* Vbi aduerte quod istud verbum

Humiliter se inclinauit,
Benigniter nos visitauit,
Moraliter nos regulauit,
Vocaliter nos informauit,
Mentaliter nos concordauit.

¶Primum probat locus altæ generationis de Sion,
Secundum actus suæ incarnationis, quia exibit,
Tertium status suæ conuersationis, quia scilicet fuit lex,
Quartum sonus suæ prædicationis, quia fuit verbum,
Quintum modus nostræ coniunctionis Hierusalem, quia fuit pax.

D ¶Dico ergo quod istud verbum se inclinauit humiliter, quia sc. ipse venit de Sion, id est, de altitudine deitatis suæ. Sion enim qui est mons altus iuxta Hierusalem, signat ipsum Deum, & eminentiam paradisi, de quo istud verbum originem sumpsit, & vbi ab æterno habitauit, iuxta illud psalmi *Dominus in Sion magnus & excelsus super omnes populos* [illegible], iterum illud Psalm. *Ex Sion species decoris eius*, &c. De Sion, id est, de cœlo ven[it] illud verbum

M ¶ Item dico quod istud verbum est utiliter adimplendum. Fructum inquit afferunt. Non enim sufficit verbum audire, nisi fructum bonorum operum studeat quisque dare, & verbum executioni demandare. Ager enim non bonus diceretur esse qui semina acciperet, & fœcunditate fructuum orbaretur. Vnde ad Col. 1. *Spes quæ vobis reposita est in cælis, in verbo Euangelij, fructificat & crescit.*

N ¶ Item dico quod istud humiliter est sustinendum. In patientia inquit. Quia scilicet sicut sapiens infirmus libenter sustinet medicinam, quamuis asperam ipsam inueniat & amaram, sic quamuis verbum Dei nobis sit quandoque asperum, correctorium & seuerum, non est propter hoc fugiendum, sed in patientia sustinendum, quia sicut dicitur 2. ad Tim. 4. *Prædica is verbum Dei debet instare opportune, importune, arguere & increpare in omni patientia & doctrina.* Quod est contra multos qui verba correctionum nequeunt sustinere, de quibus Hier. 6. *Ecce verbum Dei, factum est eis in opprobrium, & non susceperunt illud.* Quia scil. isti diligunt verba adulatoria & non correctoria & ideo prædicatores nostri solent ipsis adulatoribus parcere, nec audent triste aliquid immiscere. Cuius tamen contrarium debet esse, quia sicut dicitur Eccl. 12. *Verba sapientum debent esse quasi stimuli vt timorem incutiant auditori.* Psal. 118. *A verbis tuis formidabit cor meum.* Sic ergo patet quod verbum est humiliter sustinendum, utiliter adimplendum & exequendum, memoriter continendum, sedulitet attendendum. Sed vide supra de audire & prædicare. Patet ergo quod est verbum diuinæ prædicationis, quod est secundum principale.

O ¶ Tertio dico principaliter quod est verbum humanæ locutionis. Et sic dico quod inuenitur verbum bonorum, & verbum malorum. Vnde de verbis iustorum nota quod isti debent habere verba

Dulcis benignitatis,
Certæ veracitatis,
Prudentis maturitatis,
Asperæ seueritatis,
Euidentis vtilitatis,
Consolantis alacritatis,
Gratæ & acceptæ sonoritatis.

P ¶ Dico ergo quod verba iustorum debent esse benigna & dulcia, quia sicut dicitur Ecclesiastic. 6. *Verbum dulce multiplicat amicos.* Vnde Roboam fuit dictum 2. Paral. 10. *Si leniveris populum verbis clementibus, seruiet tibi omni tempore,* quod tamen non fecit, ideo perdidit regnum suum. ¶ Item debent esse verba certa & veracia. Vnde Ecclesiastic. 37. *Ante omnia verbum verax præcedat te.* Ideo petebat Dauid in Psalm. *Ne auferas de ore meo verbum veritatis vsquequaque.* ¶ Item debent esse matura & sagacia Eccles. 18. *Sensati in verbis sapienter egerunt.* ¶ Item debent esse aspera & pungentia, quia vt dicitur Ecclesiast. 12. *Verba sapientum quasi stimuli.* ¶ Item debent esse vtilia & proficua. Vnde de Salomone dicitur Eccle. 12. quod *ipse composuit parabolas multas, quæ sunt verba vtilia.*

¶ Item debent esse læta & consolatiua. Vnde 1. ad Thess. 4. *Itaque consolamini inuicem in verbis istis:* & 2. Paral. 32. *Confortatus est populus verbis Ezechiæ regis.* ¶ Item debent esse grata & complacentia, quia sicut dicitur Ecclesiast. 20. *Sapiens in verbis amabilem se facit.*

Q ¶ Sed nota quod verba malorum hominum sunt contrariæ conditionis, quia ista sunt

Vana & pomposa,
Falsa & dolosa,
Dulcia & adulatoria,
Multa & copiosa,
Mendacia & vitiosa,
Mordacia & venenosa.

Dico quod ista habent vanam pompositatem. Vnde Iob 16. *Nunquid finem habebunt verba pomposa & ventosa.* Item falsam dolositatem. Vnde in Psal. 35. dicitur. *Verba oris eius iniquitas & dolus, &c.* Item blandam falsitatem, vel adulatoriam duplicitatem. Vnde de mala muliere dicitur Prouer. 16. *quod fauus mellis verba composita.* & Prouer. 18. *Verba bilinguis quasi simplicia.* Item habent multam loquacitatem, & tamen dicitur Prouerb. 14. *Vbi verba sunt plurima, ibi frequenter egestas.* & Eccl. 20. dicitur quod *qui multis vtitur verbis, lædit animam suam.*

Item habent omnem mendacitatem, cum tamen dicatur Prou. 29. quod *princeps, qui libenter audit verba mendacij, omnes ministros habebit impios.* Item habent detractoriam mordacitatem Prou. 6. *Verba susurronis quasi simplicia, & ipsa perueniunt vsque ad interiora ventris.* Ista ergo sufficiant. Vide supra de loqui, labijs, vbi de ista materia magis ad plenum tractatur.

## Verecundia.

A Nota quod verecundia est quædam animi passio à timore originaliter generata. Est enim verecundia timor confusionis, & accipitur in scriptura in bono & in malo. Vnde breuiter nota quod in sacra scriptura est

Verecundia quædam { commendabilis, detestabilis, confusibilis.

Prima est perfectorum,
Secunda est peccatorum,
Tertia est damnatorum.

B ¶ Dico quod est verecundia commendabilis & virtuosa, & ista est illa qua multi iusti sunt verecundi & pudibundi, & qua verecundantur facere aliquid inhonestum. Ista est vna virtus quam & sacra scriptura & natura commendant. Natura dico, quia etiam animalia aliqua sunt, quæ de rebus turpibus verecundantur. Vnde de elephantibus legimus, quod in tantum verecundantur vinci, quod victoris vocem semper solent timere, & ad eius præsentiam erubescunt amplius apparere. Vrsa etiam erubescit videri quando cum suo masculo vult carnaliter copulari, quapropter abdita loca solet quærere, & tunc securius possit latitare. De leone etiam legimus, quod solet verecundari quando persecutus à venatore in nemoribus occultatur, quapropter tunc de nemore solet velociter decurrere, vt extra nemus in publicum possit apparere. Si igitur natura, bruta verecundiam habere voluit, multo fortius hominibus ratione vtentibus ipsam imperauit. Quapropter verecundiam debemus habere si ab hostibus vincimur, si inficimur carnaliter, & si per ignauiam ab occursu persecutorum ecclesiæ occultamur.

C ¶ Prima debet esse verecundia pœnitentiæ, quia pro certo viri pœnitentes, quando considerant se à diabolo in tot tentationibus victos fuisse, erubescere debent & ex indignatione ad prælia fortius anhelare. Verecundia enim succumbendi, magna pars est victoriæ. Vnde Ambrosius de morte Abel dicit quod *erubescere debemus & condemnare peccatum, non defendere quia peccatum pudore minuitur, & culpa defensione augetur.*

D ¶ Secunda verecundia est prudentiæ, quia scilicet ad prudentem pertinet verecundari facere peccatum. Quamuis enim à tentatione vincatur carnalitate sua, tamen securius quod poterit debet operari, confidens de Dei auxilio, quod etiam natura in radice mandragoræ indicare voluit, quæ cum formam prætendat humanam, tamen manum tenet dexteram super virilia & ea operit atq; celat. Ad denotandum quod quicquid fit circa illa membra, est celandum, & cum verecundia occultandum. Exemplo senum impiorum & malorum, qui turpitudinem cogitationis & carnalitatis suæ quam in Susannam habebant, *erubescant indicare sibi inuicem,* sicut dicitur Daniel. 13. Cuius tamen contrarium est de multis, qui non verecundantur si eorum carnales turpitudines videantur, sed in his potius gloriantur, similes pueris & bestijs, qui non verecundantur nudi videri. Vnde Genes. 2. dicitur de Adam & Eua quod *erat vterque nudus & non erubescebant.* Vnde Hier. 6. *Confusione non sunt confusi, erubescere nescierunt,* & Hierem. 3. *Frons mulieris meretricis facta est tibi & noluisti erubescere.*

E ¶ Tertia est verecundia audaciæ & constantiæ, quæ potissime pertinet ad prælatos, qui debent verecundari, persecutionis tempore latitare, imo ipsis tyrannis & persecutoribus se publice debent opponere & eis obuiare. Pueri enim habent fugere & timere, sed viri non. Et ideo loquitur Seneca talibus in epistola 25. *Numera annos tuos & pudebit eadem velle, quæ volebas puer.* Ista est igitur verecundia virtuosa, qua viri virtuosi sectantur & per quam à turpibus operibus retrahuntur. Nobiles enim caniculi habent aures pendentes, & etiam elephantes, qui animalia sunt nobilissima, significantes viros iustos, qui aures pendentes dicuntur habere, in quantum verecundia, reuerentia & obedientia faciliter suffunduntur. Sciunt enim quod (secundum Bernardum super cantica) *Verecundia est bonæ spei nuncia, bonæ indolis indicium, virga disciplinæ, expurgatrix malorum, propugnatrix prauitatis, gloria conscientiæ, fama tuitrix, vita decus, virtutum*

*num sedes gratiarum primitiæ, naturæ laus, totius insigne honestatis.* Ecce quomodo commendat verecundiam. Et breuiter, Seneca dicit epistola 25. quod *quamdiu durat in homine verecundia peccandi, tamdiu non est de correctione ipsius desperandum.* Et ideo ipse docet epistola 25. quod *summe prodest ad verecundiam nutriendam, si quicquid facimus, sic facimus* (vt Epicurus) *tanquam spectet aliquis.* Prodest enim sine dubio custodem sibi imponere, & habere in quem respicias. Patet ergo quod est verecundia commendabilis & virtuosa.

F ¶ Secundo dico quod est verecundia detestabilis & vitiosa. & ista est illa qua homo verecundatur confiteri, similis oui, cui lupus stringit guttur ne clamet & liberetur, quia scilicet verecundia similis est morbo qui dicitur squinantia quo guttur ita stringitur, quod spiraculum denegatur. Similes strangulo suspensorum, &c. sicut dicitur in Ps. 43. *Tota die verecundia mea contra me est, & confusio, &c.* Sicut etiam sunt aliqui qui verecundantur facere quæ tenentur, sicut sunt aliqui religiosi & clerici qui verecundantur & erubescunt se portare religiose, & facere cærimonias regulares, imo e conuerso volunt imitari actus & habitus sæculares, dicentes illud Luc. 16. *Fodere non valeo, mendicare erubesco.* Non attendentes quod Dominus dicit in euangelio Luc. 9. *Qui erubuerit me coram hominibus, hunc filius hominis erubescet cum venerit in maiestate sua, &c.* Tales enim sunt illi qui verecundantur recognoscere humilitatem sui generis, & amare pauperem parentelam. Similes illi mulo qui requisitus de quo genere esset, noluit cognoscere patrem suum asinum, sed dixit se nepotem equi regis Hispaniæ, qui frater fuerat matris suæ. Totum est istud hodie, quia si tales habent aliquem nobilem in genere suo quamuis longinquum, solent eum præponere, pauperes vero quamuis propinquos solent postponere, erubescere & horrere, contra illud Eccl. 4. *Non verearis proximum tuum in casu suo.* Ista est igitur verecundia detestabilis & vitiosa.

G ¶ Tertio dico quod est verecundia confusibilis & damnosa, & ista est qua damnati in inferno confundantur & verecundantur, sicut homo qui venit de alto statu ad infimum, de regno ad patibulum, & cuius scelus venit de occulto ad publicum. Et ideo dicitur in Psal. 36. *Erubescant impij, & deducantur in infernum muta fiant labia dolosa.* Isti enim sunt sicut lupus, qui tunc temporis valde erubescit, quando se in foueam cecidisse videt vnde nequit exire. Sunt etiam sicut latro, qui publice se deprehensum videt & sentit. Sic ergo patet quod est verecundia dolorosa, vitiosa, & virtuosa. Vide supra de Confusione.

A **Vermis.** Cum vermis sit animal vile & modicæ virtutis, turpissimique coloris, possum dicere quod moraliter loquendo, potest accipi multis modis. Sic igitur notabo quod inuenitur

Vermis { Despectiuus, Corruptiuus, Corrosiuus.

B ¶ Primus signat humilitatem Christi. Iste enim in scriptura vermis dicitur, quia sicut aliqui sunt vermes, qui sine sexus commixtione nascuntur, qui a tacti mollissimi, tangentes vero durissimi inueniuntur, in quantum ligna durissima per tactum eorum perforantur, qui etiam amara fugiunt, & dulcibus delectantur, & qui insuper nec salsa nec aromatica corrodere dignoscuntur, sic vere Christus sine sexu virili genitus, si per orationem tangitur, inuenitur mollissimus & pijssimus, in iudicio vero quando tanget, inuenietur durissimus, qui in hoc mundo vilis apparuit & despectus. Vnde Ps. 21. *Ego autem vermis sum, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis.* Nam iste peccatores fugit, benignos & dulces diligit, aromaticos vero, id est, virtuosos & famosos, & salsos, id est, pœnitentes & dolorosos non lædit, ideo dicitur de Dauid 2. Reg. 23. quod *ipse est quasi tenerrimus ligni vermiculus.*

C ¶ Secundus vermis significat culpæ malignitatem, & iste est vermis peccati, qui corrumpit & inficit mentem nostram. Diuersa enim sunt genera vermium, quia

Generantur quidam in {
Herbis, vt erucæ,
Arboribus, vt teredines,
Carnibus, vt mandones,
Vestibus, vt tineæ.
Animalium visceribus, vt lombrici,
Animalium pilis & pellibus, vt pediculi,
Hominum capitibus, vt lendes,
Hominum manibus, vt cirones.

Sic vere charissimi diuersa inueniuntur genera peccatorum, quia quædam sunt in herbis, id est, in pauperibus & depressis, vt eruca corrodens, hæc est impatientia. Vnde Iob 21. *Simul in puluere dormient, vermes operient eos.* Alij sunt in arboribus, id est, in altis hominibus, hæc est, teredo conterens, id est, rapina & auaritia Eccle. 6. *Vindicta carnis impij ignis & vermis.* Alij sunt in carnibus, id est, in vitiis carnalibus scil. mandones, hæc est, gula & luxuria 2. Mach. 9. *De corpore impij vermes scaturiunt.* Alij sunt in vestibus, id est, in religiosis, qui per vestes cognoscuntur, hæc est inuidia, scil. tinea occulte consumens Ecclesiast. 10. *Cum mortuus, id est, religiosus fuerit homo, hereditabit serpentes & bestias & vermes.* Alij sunt in visceribus, hæc est ira & tristitia. Vnde Act. 12. dicitur de Herode. *Consumptus est à vermibus, & expirauit.* Alij sunt in pilis diuitiarum, vt pulices, & pediculi, hæc est, auaritia Deut. 28. *Vineam plantabis, & non bibes vinum quoniam vastabit eam vermis.* Alij sunt in capitibus, hoc est, in intentione cordis sicut sunt lentes, id est, hypocrisis & inanis gloria. Vnde 1. Mach. 2. *Gloria eius stercus & vermis.* Alij vero sunt in manibus, id est, in operationibus, sicut sunt cirones, hoc est, ocium & pigritia. Vnde negligenti dicitur Esa. 14. *Subter te sternetur tinea, & operimentum tuum erit vermis.* Ista enim sunt genera varia vermium, id est, culpatum, quibus vas animæ corroditur, & quibus ne teneat liquorem gratiæ, perforatur. Et sic dico quod vermis significat culpæ malignitatem.

¶ Tertio dico quod vermis significat pœnæ acerbitatem. D
Pœna enim & miseria tam temporalis, quam æterna per vermes designatur, à quibus homo corroditur & vastatur. Corpus enim vermibus corporalibus traditur, & anima peccatorum vermibus infernalibus deuoratur. De corpore dicitur Iob 17. *Mater mea & soror mea vermibus.* De anima vero dicitur Esa. 66. *Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur.* Vermis iste est corrosio conscientiæ, vt ipse diabolus infernalis. Vnde Iudith. 16. de damnatis dicitur quod *dabit Dominus ignem & vermes in carnibus eorum vt vrantur & sentiant vsque in sempiternum.* Patet ergo quod est vermis despectiuus, corruptiuus, & corrosiuus. Si vis dic de verme qui inuolutus luto intrat ventrem crocodili, qui signat auaritiam. Item de verme quem comedens bos inflatur interius, qui significat inuidiam. Item de verme qui est in capite arietis, qui signat superbiam & stultitiam. Vel potes applicare de vermibus particularibus, sicut est serpens, scorpio, eruca, & sic de alijs. Vide ergo supra in locis pluribus, & inuenies plura, &c.

**Vertex.** Vertex est illud summum cacumen quod in montibus eminet & apparet, & accipitur vertex pro capite pro eo quod caput est pars altior in homine, & pro eo quod vertex dicitur à vertendo, quia caput de sui natura vertibile membrum est & mobile. Vertex igitur per omnia potest significare idem quod altitudo. Notare ergo possum quod in scriptura inuenio, sc. verticem A

Intentionis,
Perfectionis,
Promotionis,
Elationis.

¶ Primus est vertex interior, & iste est vertex intellectus, qui est caput mentis. Vnde Seneca ad Paulum dicit. *Cum sit altissimum vertex omnium mentium.* Dan. 14. *Apprehendit eum angelus Domini in vertice eius.* Et sic dicitur de peccatore Esaiæ 1. *A planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas.* Planta enim pedis est affectus, vertex vero intellectus, quia sc. peccator infirmatur in pedibus, affectus per multum desiderium & amorem, in vertice intellectus per malam opinionem & errorem. Vnde de diabolo dicitur Iob 2. quod *ipse percussit Iob vlcere pessimo à planta pedis vsque ad verticem capitis, &c.* B

¶ Secundus est vertex perfectionis & eminentiæ. Status enim perfectionis vertici comparatur, eo quod alijs supereminet, & præ alijs in morum celsitudine eleuatur. Vnde Exod. 17. dicitur quod *Moyses & Aaron & Vr, qui fuerunt viri perfectissimi, ascenderunt in verticem montis.* Et 3. Reg. 18. *Ascendit Helias in verticem Carmeli.* C

¶ Tertius est vertex sublimioris excellentiæ, & iste proculdubio est vertex dignitatum & prælationum, & status ecclesiæ & religionis, de quo Esa. 2. *Erit in nouissimis diebus preparatus mons domus Domini in vertice montium, & fluent ad eum omnes gentes.* Fluere enim debemus ad illum verticem, D

Vt ibi { Secure habitemus, Mandata prædicemus, Animum eleuemus.

Ibi enim securius habitatur Iud. 4. *Præoccupauerunt omnes vertices montium, & circumdederunt muros.* Ibi etiam lex domini aptius prædicatur. Vnde Prou. 8. dicitur quod *sapientia clamitat in plateis, dat vocem suam & loquitur in summis excelsisque verticibus.* Ibi insuper Deus splendidius speculatur. Vnde Num. 14. *Mane surgentes filij Israel descenderunt verticem montis.* Israel enim interpretatur videns Deum.

E ❡ Quartus est vertex elationis & arrogantiæ, & iste est vertex elationis & superbiæ, id est, fatuorum, qui scilicet incedunt vertice elato. Vnde Esaiæ 3. *Pro eo quod eleuatæ sunt filiæ Sion, & extento collo ambulauerunt, decaluabit dominus verticem filiarum Sion.* Et sic breuiter dico quod vertex sumitur quatuor modis, sed transeo, quia supra de monte, de altitudine, & de capite satis dictum est.

A **Vertere.** Nota quod vertere nihil aliud est quam mouere, voluere & mutare, & potest accipi in bono & in malo. Et ideo breuiter notabo quod in scriptura inuenitur versio

Pœnitentium,
Sapientium,
Pestilentium,
Fugientium,
Adamantium,
Prosperantium,
Desperantium,
Indigentium,
Adulantium,
Pereuntium.

B ❡ Dico ergo quod vertuntur homines pœnitentes. Isti enim vertuntur quando per pœnitentiam ad virtutes de vitijs commutantur, sicut videmus quod per calorem ignis minera terræ conuertitur in metallum. Vnde Iob 28. *Lapis solutus calore, in æs vertitur.* Vt sic dicat quilibet pœnitens illud Iob 30. *Versa est in luctum cithara mea, tympanum meum in vocem flentium.*

C ❡ Item vertuntur homines sapientes. Sciunt enim se ad plora consideranda vertere, & per dissimulationem dicta & opera palliare. Similes serpentibus, quorum totum corpus flexibile est & etiam vertibile, quia illi sunt prudentes sicut serpentes, sunt nunc ante, & nunc retro, id est, nunc ad præterita, nunc ad futura, nunc ad præsentia se conuertunt. Vnde Eccl. *Verti me ad alta, & vidi quæ sub cælo sunt.* Et per dissimulationem se etiam sciunt vertere, id est, sciunt sub vna cogitatione & sub fictione vnus aliud cogitare. Exemplo de Dauid, qui coram Achis linguam in amentiam sibi conuertit 1 Reg. 21. Exemplo Iosuæ qui vertendo vultum fugere simulauit Iosuæ 8. *Fugiamus & terga vertamus donec persequentes nos longius ab vrbe pertrahantur.* Vnde versus. *Stultitiam simulare loco prudentia summa est.*

D ❡ Item vertuntur homines pestilentes scilicet obstinati & peccatores, qui similes sunt gallo qui est supra campanile, qui semper vertit faciem contra ventum, quia isti in omnibus factis suis contra ventum Spiritus sancti vertuntur, & contra eum per obstinationem obdurantur. Figura in vxore Loth Gen. 19. quæ *respiciens retro, versa est in statuam salis.* Vnde isti vertunt Deo & prælatis tergum & contra eos stomachando, & de mandatis eorum non curando Hierem. 32. *Verterunt ad me tergum, & non faciem.*

E ❡ Item vertuntur homines fugientes, & isti sunt imperseuerantes & inconstantes, qui vbi teneri in aliquo proposito creduntur, statim in oppositum vertuntur, similes linguæ stateræ, quæ facillima occasione de vna parte ad aliam partem se vertit. Sic inconstantes & falsi amici & alij proditores Prou. 26. *Sicut ostium vertitur in cardine suo, sic piger in lecto suo.* Et tamen isti deberent attendere illud quod dicitur Iosuæ 7. *Terga vertentes, percussi sunt viri vrbis Hay.*

F ❡ Item vertuntur homines diligentes, quia scilicet illi qui se diligunt, libenter se vertunt mutuo. Similes acui tactæ ab adamante, quæ ad adamantem faciliter se conuertit. Vnde de Cherubin dicitur Exod. 25. quod *respiciebant se mutuo versis vultibus.*

G ❡ Item vertuntur homines prosperantes, quia illi qui prosperitate fruuntur, faciliter ad infortunia conuertuntur, similes rotæ, cuius ad infima altitudo vertitur, & ad terram motus eius continuo inclinatur, quia scilicet isti de alto vertuntur in bassum, id est, de prosperitate in infortunium & in casum. Vnde Prouerb. 12. *Verte impios, & non erunt.* Vnde ipsi dicunt illud Threnor. 5. *Hæreditas nostra versa est ad alienos, domus nostra ad extraneos.*

H ❡ Item vertuntur homines desperantes, qui ex toto in crudelitatem, & in iniquitatem vertuntur, similes aliquibus hominibus secundum Isidorum, qui certis temporibus de hominibus conuertuntur in lupos. Figura in virga Moysi Exod. 4. *quæ proiecta in terram, versa est in colubrum.*

I ❡ Item vertuntur homines indigentes, quia scilicet, pauperes & indigentes in consolationem vertuntur, quando de mundi miseria ad cœli gloriam transferuntur, similes cineri pallido, qui quando igne forti succenditur, in vitri substantiam conuertitur & mutatur. Quia illi qui in igne tribulationis hic vruntur, de cinere in vitrum clarum, id est, de infortunato in prosperum commutantur, iuxta illud Ioan. 16. *Tristitia vestra vertetur in gaudium.* Sicut in rota vertente pars superior inferior efficitur vt dictum est, & inferior efficitur superior. Vertente enim rotam fortuna, & mutato continuo statu rerum, diuites fiunt infimi, & pauperes fiunt summi, quia scilicet, mali diuites ad inferos trahuntur, boni vero & pauperes ad superiora extolluntur. Vnde de ista versione dicitur Hest. 9. quod *Iudæi quibus ab aduersarijs interitus parabatur, versa vice superiores esse cœperunt, & de suis hostibus se vindicauerunt.*

K ❡ Item vertuntur homines adulatores, & isti similes sunt situlæ, quæ vertit faciem ad aquam quousque sit plena, & statim post vertit et dorsum, quia isti vertunt faciem ad hominem blandiendo, vt bona eius hauriant se adimplendo. Similes etiam sunt illi serpenti, qui velociter vertit linguam suam diuersimode, secundum quod magis sperant placere. Similes illi vetulæ quæ dicit 2. Regum 14. *Ioab præcepit mihi figuram sermonis vertere.*

L ❡ Item vertuntur homines pereuntes, scilicet damnati, quibus fortuna vertitur de prospera in aduersam. De ipsis enim facit diabolus sicut facit latro de veste furata, quam facit in aliam formam ne cognoscatur, quia scilicet de tunica facit supertunicale, &c. Sic diabolus omnia ista vertit in contrarium, scilicet diuitias in paupertatem, gaudium in tristitiam, gloriam in vilitatem. Ideo ipsi dicunt illud Thr. 5. *Cecidit corona de capite nostro, cessauit gaudium cordis nostri, versus est in luctum chorus noster, væ nobis quia peccauimus.* Sic igitur patet quomodo vertere sumitur multis modis. Prosequere de versione pœnitentiæ & diuinæ gratiæ, sed supra de reuersione fuit plane tractatum. Vide igitur supra de Mutare & alijs titulis similibus.

A **Verus. Verax. Veritas. Vere.**

Nota quod veritas est illa virtus per quam rerum quidditas demonstratur. Possum ergo notare quod in scriptura triplex veritas inuenitur, scilicet,

Veritas { Æterna, Interna, Externa.

Prima est veritas diuinæ permanentiæ,
Secunda est veritas moralis existentiæ,
Tertia est veritas verbalis eloquentiæ.

Et hoc diuisionis membrum in vltimo §. huius vocabuli propter auctoritatis conuenientiam expeditur.

B ❡ Dico quod est veritas quæ est existens & realis, & ista est veritas diuinæ essentiæ & naturæ, quæ scilicet vere, certe & perfecte est nihil habens compositum, fictum seu mixtum. Vnde ipsa dicit Ioan. 14. *Ego sum, via, veritas, & vita.*

Iterum dico quod est quædam veritas permanens & moralis, & ista est veritas vitæ virtutum & morum, quam scilicet iusti habent qui nihil habent hypocriticum seu fictum. De quo Hie. 2. *Ego plantaui te vineam electam, & omne semen verum.* ❡ Item dico quod est veritas eloquentiæ verbalis, & ista est illa quam homo habet in ore quando verbis certis & veris vtitur & non falsis de qua in Psal. *Non auferas à me verbum veritatis vsquequaque, quia in iudicijs tuis speraui.*

C ❡ His præmissis dicamus aliquid de veritate moralis & æternæ permanentiæ, scilicet de ipso Christo Dei filio, qui se vbique prædicat veritatem. Iste enim non solum fuit verus, imo etiam veritas in abstracto. Verum enim balsamum cognoscitur ex hoc quod semper ad profundum aquæ in qua ponitur descen-

dere comprobatur. Sic veritas suæ charitatis apparuit per hoc quia per carnis assumptionem de cœlo ad terram descendit. Vnde in Psal 24 *Veritas de terra orta est, & iustitia de cœlo prospexit.* Vbi aduerte quod iste habuit, habet & habebit veritatem

Qualitatis corporeæ,
Deitatis æthereæ,
Bonitatis pectoreæ.
Primum probat ortus humanitatis, (De terra orta est,)
Secundum probat ritos æqualitatis, (Iustitia,)
Tertium probat locus diuinitatis, (De cœlo prospexit.)
Primus est carnalis & exterior,
Secunda est moralis & interior,
Tertia est realis & superior.

D ¶ Dico igitur quod iste habuit veritatem carnalis humanitatis, quod ostenditur cum dicitur. *De terra orta est*, nihil enim est oriri de terra, quin veraciter corporeum sit & terrestre. Igitur iste de terra, id est, de corpore virginis fuit ortus. Vnde dico quod ipse fuit veraciter humiliatus, iuxta verbum eiusdem qui dicit Io.3 *Quod natum est de carne, caro est.* Quod contra quosdam hæreticos est qui dicebant Christum carnem habuisse fucatam, aeream, & non veram. Cuius contrarium fuit verum, quia ipse veraciter fuit verus homo Vnde ipsi Deo de assumpta humana carne potest dici illud Psal. 79. *Domine Deus virtutum quis similis tibi* &c. in circuitu enim diuinitatis fuit veritas humanitatis. Veritas inquit de terra orta est. Vnde in Psal *Lux orta est iusto* Lux dico, de qua dicitur Io. 1. *Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Ergo veritas humanitatis carnalis de terra orta est.

E ¶ Deinde dico quod iste habuit veritatem moralis sinceritatis seu bonitatis, & hoc ostenditur cum dicitur *Iustitia.* Iustitia enim continet omnes virtutes. Quia proculdubio omnia quæ in Christo fuerunt scilicet dicta & facta, fuerunt iusta, vera, sancta atque bona Apo. 15. *Domine Deus omnipotens iusta, & vera sunt viæ tuæ.* Circa quod nota quod iste habuit veram

Perfectionem,
Compassionem,
Protectionem,
Locutionem,
Correctionem,
Durationem,
Ordinationem,
Illuminationem,
Conuersationem.

F ¶ Dico igitur quod in isto fuit vera perfectio. Non enim fuit hypocrita, sed verus & sanctus. Vnde Ps.132 *Omnes viæ tuæ veritas.* ¶ Item vera compassio. Vere enim & non ficte compatitur miseris Ps.88. *Misericordia & veritas præcedent faciem tuam.* ¶ Item vera protectio. Iste enim est solus qui vere protegit & saluos facit Ps.90. *Scuto circumdabit te veritas eius.* ¶ Item vera locutio, quia non mendaciter loquitur Ps. *Principium verborum tuorum veritas, &c.* ¶ Item vera correctio. Tribulationes enim quas immittit atque coerctiones, iustæ sunt atque veræ. Vnde Ps. *Iustitia Domini recta, &c.* Et iterum. *In veritate tua humiliasti me.* ¶ Item vera duratio. *Veritas enim suarum virtutum nunquam deficit* Vnde Psalm. *Veritas tua manet in æternum.* ¶ Item vera duratio, quia s. *lex & mandata eius sunt vera & sancta* Psalm. *Omnia mandata tua veritas. iniqui persecuti sunt, adiuua me Domine.* Et alibi. *Iustitia tua iustitia in æternum, & lex tua veritas.* ¶ Item vera illuminatio, quia sicut dicitur 1. Io. 2. *Tenebræ transierunt, & verum lumen iam lucet.* ¶ Item vera vita & conuersatio. Vnde ipse dicit Eccl. 24. *In me gratia omnis viæ & veritatis, in me omnis spes vitæ & virtutis.* Ecce ergo quomodo iste habuit veritatem realis bonitatis, quæ per iustitiam designatur. Iustitia namque Vnde in Ps. dicitur. *Propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam, &c.*

G ¶ Denique dico quod iste habuit veritatem realis diuinitatis cum dicitur De cœlo prospexit. Cœlum enim est proprie locus Dei. Vnde dicitur Esa.56 *Cœlum mihi sedes est.* Et ideo bene concluditur quod iste est verus Deus, quando dicitur in cœlo fuit locus eius in Ps. *In æternum misericordia tua ædificabitur in cœlis, &c.* Istud fuit contra multos hæreticos sicut fuerunt Nestoriani, quorum adhuc maxima est copia in oriente, qui dicebant Christum purum hominem & non Deum, cuius contrarium est verum quia ipse per omnia fuit verus Deus, Vnde Hiere. 10. *Dominus autem Deus verus est, ipse Deus viuens & rex sempiternus.* De cœlo inquit Ps *Dominus de cœlo in terram aspexit.* Et aspexit dico de cœlo in terram, id est, de vera diuinitate in veram humanitatem. Quia sicut dicitur in Ps *Domine in cœlo misericordia tua, &c.* Patet ergo quod Deus Dei filius fuit verus in reali diuinitate, in morali bonitate, & in carnali humanitate. Et ideo ipse est qui dicit Io.15. *Ego sum vitis vera, & pater meus agricola est.* Ego sum inquit, quod pertinet ad diuinitatem, quæ sola vera est. Vitis inquit, quod pertinet ad moralem bonitatem, quia ista vitis vinum spiritualis iucunditatis hominibus procurat. Et pater meus agricola est, quod pertinet ad carnalem humanitatem Et ideo bene dicere possumus dicere illud Gen. 28. *Vere Dominus est in loco isto, &c.* ¶ Et bene dicit vere, quia sicut dictum est, pro certo iste H

Vere fuit
Carne velatus,
In cruce grauatus,
A morte leuatus,
Virtute doratus,
Honore ditatus,
In altari sacratus,
Propheta vocatus.

¶ Dico ergo quod iste fuit vere carne velatus, vnde Esa. 45. *Tu es vere Deus absconditus.* Item fuit in cruce vere grauatus Esaiæ 53. *Vere languores nostros ipse portauit.* Item fuit vere a morte leuatus. Vnde Luc. 24. *Surrexit Dominus vere, & apparuit Simoni.* Item ipse fuit vere virtute doratus. Vnde Luc. 23. *Vere hic homo iustus erat.* Item fuit vere honore ditatus, quia de eo dicitur Matt. 27. *Vere filius Dei erat iste.* Item fuit in altari vere consecratus ore sacerdotis, quia sicut dicitur Ioan.6. *Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus.* Item ipse fuit vere propheta vocatus. Vnde de ipso dicebatur Io.6 *Hic est vere propheta qui venturus est in mundum.* Sic ergo patet quomodo primo & principaliter quædam est veritas æternæ permanentiæ.

I ¶ Secundo dico quod est Veritas moralis eminentiæ, & ista proculdubio est illa veritas qua quilibet iustus dicitur esse verus & non fallax, varius seu falsus. In cœlo enim inueniuntur stellæ veræ, quæ scilicet nunquam pereunt neque cadunt, sed in firmamento fixæ sunt, & cum eo semper vadunt. Ibi etiam quandoque falsæ stellæ apparent vere, quæ quia veræ non sunt, ideo quamuis aliquamdiu splendeant, cito tamen pereunt & recedunt, sicut patet de vaporibus in aere inflammatis, qui a rusticis dicuntur stellæ esse, quæ de nocte cadere existimantur. Sic proculdubio in mundo duo sunt genera perfectorum, scilicet falsi & veri. Falsi nullam habent existentiam, veri autem habent in moribus & in fide perpetuam permanentiam. Falsi à perfectio one quam videntur habere, cito pereunt atque cadunt, veri autem in firmitate propositi semper sunt, & cum firmamento Deo vere & virtualiter semper vadunt, ita quod de talibus dicere videtur Christus illud Io. 8. *Si manseritis in sermone meo, vere mei discipuli eritis*, quasi diceret. In hoc cognoscitur homo verus, si in fide & in moribus stabiliter manet firmus. Ita quod de quolibet tali potest dici illud Ioan. 9. *Hic est vere propheta.* In quibus verbis ostenditur triplex veritas quam iusti tenentur habere, videlicet.

Veritas
Tenenda,
Credenda,
Dicenda.

Prima pertinet ad moralem existentiam, (Hic est,)
Secunda pertinet ad mentalem sapientiam, cum dicitur (Vere,)
Tertia pertinet ad verbalem eloquentiam, cum dicitur (Propheta)

¶ Dico quod iustus debet habere veritatem moralem veræ existentiæ, & hoc ostenditur cum dicitur, Hic est, quod est pronomen repræsentatiuum, id est, demonstratiuum. Est vere, est verbum substantiuum, vtrunque ergo realem existentiam denotat, & veritatem morum & veram firmitatem & virtutum substantiam manifestat. De vero enim homine; qui scilicet, est in amicitia & virtutum existentia semper firmus, dicitur, Hic est. De falsis vero amicis, & de fictis hypocritis & de varijs hominibus atque vanis non proprie dicitur, hic est, imo potius, hic non est, quia scilicet proprie non sunt, qui facilius deficiunt esse, & non existentiam, sed solum apparentiam K

præ-

Prætendunt, ita quod de eis potest dici illud Io. 9. *Alij dicebant quod hic est, alij dicebant non, sed similis eius est*, sed de hoc vide supra de re ista, & in sermone Est puer vnus hic. Sed de viro iusto & vero, tali existente dicitur, hic est, sc. indeficiens & permanens, non vanus nec defectiuus; sed ad omnia paratus, tam in amicitia quam in motibus duraturus, & sic de illo potest dici illud Matt. 15 *Vere hic homo filius Dei erat*. & vere filius Dei, quia s. Deus diligit homines firmos & veros, & ipsos reputat filios suos & seruos, quia sicut dicitur in Psal. *Veritatem diligit Deus, gratiam & gloriam dabit Dominus*. De vero enim amico dicitur, hic est, quia s. nunquam mutatur in alium, sed semper idē perseuerat in prosperis & in aduersis. Ideo dicitur Ecc. 25. *Beatus qui inuenit amicū verum* De viro etiam constante dicitur, hic est, quia sc. in tentatione & extra semper manet idem. Vnde Ps. *Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient*. De iusto etiam dicitur, hic est, quia sc. non debet esse aliud quam sit, vt vnum videatur in apparentia, & aliud sit in existētia, sicut hypocrita, sicut de triplici veritate bonorum dicatur illud Luc. 23 *Vere hic homo iustus erat*. Sed heu ista triplex veritas hodie in multis variatur, sicut dicitur in Ps. *Diminutæ sunt veritates a filijs hominum & vana locuti sunt vnusquisque ad proximum suum*. Similes enim sunt Mercurio, qui est planeta varius, & mutabilis, in tantum q̄ nunc bonus, nunc malus, nunc fœmineus, nunc masculus inuenitur. Sic isti nullam habent in moribus firmitatem, sicut patet de falsis amicis & viris iustis inconstantibus & hypocritis, de quibus nō potest dici hic est, sed potius illud. *Venite & videte locum, surrexit, non est hic* Non sic charissime, sed habeat iustus vir virtutem moralis existentiæ. Hic est loquit, vt sibi dicatur illud Matt. 14 *Vere filius Dei es*. Quia dicit Seneca in epist. 79. *Veritas in omnem sui partem eadem est*.

L

¶ Item habeat veritatem mentalis sapientiæ, quæ notatur cū dicitur Vere, quia scil. ipse vere cognoscere & sentire debet tam in fide quam in [illegible]utalibus mundi rebus, vt sic dicat illud Act. 12. *Non scio vere*. Clarum n. lumen & clarus visus requiritur ad hoc quod quis bene iudicat & de coloribus & de reb. Cæcus n. vere nunquam iudicat de colore, etiam de nocte non vere iudicatur, imo vna res pro alia sæpissime extrahitur. Sic vere ad lumen veræ fidei & gratiæ verus visus & verus intellectus scientiæ requiritur, ad hoc quod vere veritas rerum cognoscatur. & ideo illi qui in cœcitate ignorantiæ sunt constituti, & sapientiæ, & fidei lumine sunt priuati, non de rebus vere iudicāt neq; sentiunt, sed sæpe vnum aliud credunt. Patet in antiquis philosophis, qui lumen fidei non habuerunt, & ideo de Deo & alijs plurimis mala iudicauerunt. Sicut n. dicitur Roman. 1. *Ipsi euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum* Et sequitur: *Commutauerunt veritatem Dei in mendacium*. Fides n. est [illegible] *lux quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*, Io. 1. Quia scil. ista oculum cordis disponit ad videndum & credēdum veritatem Dei. Vnde Ioan. 8. *Si manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis, & veritas liberabit vos*: Et 2. ad Tim. 3. dicit apostolus. *Aliqui sunt semper discentes, nunquam ad veritatem Dei venientes*. Isti enim sunt sapientes huius mundi, similes noctuæ, quæ pulcherrimos habet oculos tamen nunquam respicit vel videt lumen solis, quia scil. isti oculos limpidos intellectus atque pulchros habent in mundi sciētijs exercitatos, sed in lumine solis, [illegible] in veritate fidei & in scientia bonorum spiritualium parum vident, imo falsas opiniones & hæreticas semper tenent. Ita [illegible]ssime videmus de aduocatis, qui magis diligunt falsa, quam vera quod patet, quia ad veritatem negotiorum non vadunt, sed ad cautelas & falsitates vadunt & tendunt cōtra illud Zach. 8. *Tantum veritatem & pacem diligite*. Quod scilicet isti non faciunt, quia non pacem, sed litem, non veritatem, sed falsitatem, non concordiam sed discordiam semper volunt. Similes piscatoribus qui magis diligunt aquam turbidam quam claram, quia in clara pisces retia sua vident, ipsi vero in turbida non se cauent. Sic istis ad capiēdum & ad illaqueandum alios, obscuritas quam claritas, hoc est dictum, falsitas magis quam veritas, prodest, nam si clare & vere incederent, homines retia suarum cautelarum viderent, sed quia torpitudine suarum falsitatum nihil videtur, hinc est quod ab eorum malitijs nunquam cauetur. Vnde breuiter tales possunt dicere illud Esa. 59. *Concepimus. & locuti sumus verba mendacij, & conuersum est retrorsum iudicium & iustitia à longe stetit, quia corruit in plateis veritas, & æquitas non potuit ingredi*. Isti enim propriè sūt inimici veritatis. Vnde Seneca *Nihil molestius veritati, quam nimia subtilitas*. Veruntamen si veritas modo ab eis deprimitur, [illegible] tamen præualet, & in suis aduersitatibus dominatur. [illegible] mihi est oleo, quod aqua aliquamdiu potest, non penitus de[illegible] sed semper superius eleuari. Sic vere veritas quomodo[illegible] ad tempus supprimitur, finaliter præualens [illegible] dita dominatur, & se omnibus reuelat. Vnde 2. [illegible] *Veritas magna est & fortior præ omnibus. Omnis terra veritatem inuocat*, [illegible] *calum etiam benedicit* [illegible] *valet* [illegible] *in æternum & viuit & obtinet*. S[illegible] *veritas, & præualet*. Illud enim mol[illegible] ad literam [illegible] veritas quæ longo tempore occultata fuerat, finaliter reu[illegible], & poti[illegible] hoc fiet in iudicio quādo omnium veritas apparebit, quia sicut dicitur in Psa. *Dominus custodit veritatem in sæculum*, & [illegible] hic ergo, sed habeat iustus vir veritatem mentalis conscientiæ & sapientiæ. Vtræ inquit, dicens illud 4. Reg 5 *Vere scio quod non sit alius Deus in terra vniuersa nisi tantum Deus Israel*.

M

¶ Item habeat iustus veritatem verbalis eloquentiæ, & hoc ostenditur cum dicitur. Propheta Prophetæ erant illi qui veritatem dicebant, & nunquam mendacium dicebant, siue prædicabant Vnde Hebr. 1. *Multifariam multisque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis*. Quia scilicet secundum hoc quilibet debet esse propheta, id est, veriloquus & fidelis, dicen[illegible] Prou. 8. *Veritatem meditabitur guttur meum, & labia mea detestabuntur impium iusti erant omnes sermones mei* [illegible]ngua enim nostra formata est plana, no[illegible] neque angulosa, & mollis, n[illegible] aspera nec dura, ad significandum quod lingua vel locutio debet habere planitiem veritatis, & non curuitatem falsitatis vel mendacitatis, benignitatis, mollitiem, non asperitatis duritiem Actorum 26. *Non insanio optime Feste, sed veritatis & sobrietatis verba eloquor*. ¶ Et aduerte quod veritas habenda est in ore N

Prædicando,
Iudicando,
Respondendo,
Corrigendo.

Dico prædicando, quia scilicet nos qui docemus & prædicamus, summe debemus curare, quod dicamus omnem veritatem, vt sic dicatur nobis illod Matth. 22. *Magister scimus quia verax es & viam Dei in veritate doces*. Quod tamen est contra [illegible]tos qui magis volunt prædicare vana, quam vera, & potius mirabilia quam vtilia, quod est contra Ps. qui dicit. *Non est in ore eorum veritas &c.*

O

¶ Dico etiam iudicando, quia semper ad iudicem pertinet veritatem dicere, & tam in sententia quam in processu nihil nisi verum supponere & dicere, vt dicatur de iudice & aduocato illud Malach. 2. *Lex & veritas fuit in ore eius. & iniquitas non est inuenta in labijs eius*. Quod est contra multos, de quibus potest dici illud 1. Mach. 7. *Veritas & iudicium non est in eis*.

P

¶ Dico insuper & respondeo, quia scilicet quicquid à nobis petitum fuerit, veritas dicenda est, vel saltem sub simulatione tacenda Eccl. 26. *Et est qui emittit verbum certum, enarrans veritatem*. Quod est contra multos, qui in quibusdam collocutionibus & responsionibus vix possunt veritatem dicere, sed semper per mendacia respondere, vnde Oseæ 4. *Non est veritas, & non est misericordia, non est iustitia in terra*. Q

¶ Dico etiam corrigendo, quia ad viros iustos pertinet in correctionibus veritatem dicere & tam magnos quam paruos veritatis eloquijs castigare. Vnde 2. ad Tim. 2. *Seruum Dei non oportet litigare. sed mansuetum esse ad omnes. docilem, patientem, & cum modestia corripientem eos qui resistunt veritati*. Non enim debet propter timorem auditorum dimittere veritatem, exemplo apostoli, qui dicebat ad Gal. 4. *Ego inimicus factus sum vobis, vera dicens vobis*. Debet enim aduertere quod secundum Terentium, *Veritas odium, obsequium amicitiam amicumque parit*. Veritas enim non auditur, sed potius contemnitur & horretur. Similes enim sunt peccatores aspidi, quæ aures incantatori claudit, quia procul dubio quando veritatem de vitijs suis audiunt, statim renuunt & recedunt, contra quos 2. ad Tim. 4. dicitur quod *erunt quidā in nouissimis diebus, qui à veritate quidem auditum auertent. & ad fabulas conuertentur*. Sic ergo patet quomodo triplex est habenda veritas, scilicet, in locutione, in cogitatione, in conditione. Et sic dictum est de veritate humana & diuina &c.

A **Vescor Vesceris.** Nota quod vesci idē est quod manducare, comedere, cibo, potu, pane, & alijs similibus corpori alimenta ministrare. Vide in ... la.

A **Vespera.** Nota quod vespera vltima pars diei, quæ secund. diuersas proprietates potest in scriptura varia designare. Notabo ergo q̄ in scriptura ... ur

Vespera { Antiquitatis, Iniquitatis, Mortalitatis, Longanimitatis, Finalitatis.

B ¶ Dico ergo primo, quod vespera significat senium antiquitatem. Vesper est enim hora diei nocti propinquior, in qua dies incipit obtenebrari, & calor refrigerari. Sic vere in senectute dies vitæ nostræ minuitur, claritas sensuum obscuratur, calorq; naturalis debilitatur, & nox mortis in proximo constituitur. Tota enim vita de mane vsque ad vesperam labitur, & à iuuentute vsque ad senectutem mutatur, ibique finaliter terminatur. Eccl. 18. *A mane vsque ad vesperam immutabitur tempus.* Et aduerte de isto vespere quod sicut viator qui habet adhuc ante noctem ire magnam viam, & quia in mane parū processit, solet quando videt aduesperascere diem, citius procedere, & ad veniendum ad terminū properare, sic vere charissimi, nos qui in mane iuuentutis parum profecimus, & quibus adhuc de vitæ itinere multum restat, quo ad ciuitatem paradisi intremus, debemus saltē in vespere senectutis laborare, & per virtutum exercitium celeriter ambulare, ne forte nox (sc. mortis) præoccupet nos, & non possimus iamiam introire, & hoc est, quod dicitur Eccl. 11 *Mane semina semen tuum, & vespere ne cesset manus tua.* Quod figurabatur antiquitus Exod. 2. vbi dicitur, quod *iuge sacrificium fieret*, sci. vnus agnus mane, & vnus agnus vespere ad significandum, quod homo debet de seipso facere sacrificium, & se exhibere agnum immaculatum mane & vespere, hoc est, in iuuentute & in senectute, hoc est dictum, cōtinue & semper, iuxta illud Ps. *Vespere & mane & meridie narrabo & annunciabo laudē tuam.* Oues enim auidius comedunt in vespere quam in die & mane. Sic vere nos auidius debemus comedere pabulum gratiæ & doctrinæ in senectute quam in iuuentute. Multi sunt similes istis magnis dominis siue burgensibus qui de mane comedunt diuersa cibaria, tot & tanta, quod in vespere non possunt comedere, causa est, quia de mane nimium comederunt. Ita sunt multi qui nimis faciunt in iuuentute de abstinentia, antequam sint bene membrati & ita diuersis pœnitentijs se macerant, quod in senectute non possunt proficere. Non sic est bonum, sed moderamine & regula corpus est custodiendum. Item operarius qui vsq; ad vesperam non continuat diætam, præmium non reportat. Nam si præmium paradisi habere volumus, necesse est quod vsq; ad vesperā senectutis, finis & mortis in virtutibus laboremus. vnde Ps. *Exibit homo ad opus suum. &c.* Ista est ergo vespera, quæ significat senium antiquitatem.

C ¶ Secundo dico, quod vespera significat cordis iniquitatem. Vespera enim significat statum peccati, in quo lux gratiæ deficit, & calor charitatis tepescit. Sicut enim videmus quod vmbra in vespere est longior, noctes propinquiores, aues nocturnæ sunt lætiores, feræ sunt ad nocendum promptiores & potentiores, sic vere in vespere peccati vmbra bonorum temporalium existimatur longior, nox æternæ mortis imminet propinquior, immunda auis, sc. peccator discurrit lætius, fera vero s. diabolus pugnat audacius, & contra nos est tunc promptior & paratior. Illi n. qui in statu peccati sunt, reputant magnam vmbram mundanæ prosperitatis. Vnde Hier 6. *Væ vobis quia inclinata est dies, & facta sunt longiores vmbræ vesperi.* Item in isto vespere magis sæuit ira diab... æ potestatis & tyrannicæ prauitatis. vnde Soph. 3. *Iudices eius lupi rapaces vespere* & Abac. 1. dicitur, quod *leuiores pardis equi, velociores lupis vespertinis.* Ad literam lupi plus nocent de vespere quam de mane. Sic vere raptores & alij homines lupini plus sæuiūt in pauperes in vespere senectutis, vel in obscuro iniquitatis, quam in mane iuuentutis vel gratiæ bonitatis. Teste o. Seneca *Auaritia, senescente homine iuuenescit.* Vnde de istis & de pauperib. dicitur Hier. 5. *Lupus ad vesperā vastauit eos, pardus vigilans super ciuitates eorū* Item in isto vespere appropinquat & præsto est nox æternæ mortis & calamitatis. Vnde 3. Re. 22. *Rex Israel stabat contra Syros, & mortuus est vespere.* Patet ergo quod vespera significat culpæ malignitatem.

¶ Tertio dico, quod vespera significat mortis obscuritatem. Dies enim in vespera finitur, & operarijs præmium redditur & donatur. Sic vere in vespera mortis dies præsentis vitæ deficit, & tam bonis quam malis præmium & salarium Deus reddit. Video enim quod Vespere

Dormiunt qui vigilauerunt,
Quiescunt qui laborauerunt,
Comedunt qui ieiunauerunt.

Sic vere dico, quod in vespera mortis iusti dormiunt & delectantur, quia scil. homines & animalia vadunt de vespere ad lectos, vnde Esa. 21. *In salita ad vesperam dormietis* Item iusti cessant à laboribus & consolantur. Vnde in Psal. *Ad vesperam demorabitur fletus* Quia sicut dicitur in Psal *Exitus matutini & vespere delectabis.* Item iusti cibis æternæ gloriæ pascuntur & satiantur. Videmus n. quod homines vespere vadunt ad cœnam. vnde Iud. 12. dicitur, quod *manebat in tabernaculo vsq; dum acciperet cibū suum ad vesperā.* Dico igitur q̄ vespera significat mortis obscuritatem.

B ¶ Quarto dico, quod vespera significat vitæ longinquitatem. Hora enim vespertina est finis diei, & signat virtutem perseuerantiæ, quæ finis est omnium virtutum. Illa enim est hora quam Deus magis elegit, sc. finalis vespera. Et ideo Christus legitur Matt. 26. cum discipulis vespere discubuisse. Et mulieres leguntur Matt 28. ad sepulchrum ad vngendum dominum in vespere, accessisse. Et breuiter ista est hora qua lux diuinæ gratiæ lucet, & per quam homo summo Deo placet. Vnde Zachar. 14. *In tempore vesperi erit lux*, & Iob 11. dicitur cuilibet bene perseueranti, *Meridianus fulgor consurget tibi ad vesperam.* Et breuiter, si sic homo aduesperascit, manet cum eo Deus, ita quod tunc quilibet potest sibi dicere illud Luc. 24. *Mane nobiscum Domine quoniam aduesperascit.* Patet igitur, quod vespera quandoq; significat vitæ longinquitatem, seu perseuerantiæ longanimitatem.

F ¶ Quinto dico, quod vespera designat mundi finalitatem. Finis enim mundi dicitur vespera, eo ... fine sæculorū, secundum Apostolum ad Hebr 9. *Christus incarnatus est* Marc. 11. *Cum iam vespera esset, venit Iesus in Bethaniam &c.*

A **Vestibulum.** Nota, quod vestibulum est domus seu locus circa templū sanctorum, vel circa cameras regum vel dominorum, ad vestes induendum specialiter ordinatus Vnde possum dicere, quod est vestibulum

Superius,
Inferius,
Interius,
Exterius.

B Superius est patria, vbi sumuntur vestes immortalitatis, & istud est vestibulum horti, vbi Assuerus fecit conuiuium præparari Hest 1. de quo dicitur Ezech. 40 *quod in vestibulo portæ domus Domini erant duæ mensæ.* Duo enim mensæ sunt in paradiso, sc. Christi diuinitatis & humanitatis. In Prima enim delectabitur

C anima, in secunda corpus ¶ Inferius est ecclesia, vbi sumuntur vestes sanctitatis & honestatis, & istud est vestibulum quod est status ecclesiasticorum, de quo dicitur Ioan. 2. *Inter vestibulum &*

D *altare plorabunt sacerdotes & leuitæ ministri Domini &c.* ¶ Interius est conscientia, vbi sumuntur vestes sanctitatis Hest. 1. *Iussit præparari conuiuiū in vestibulo horti* ¶ Exterius est miseria, vbi sumuntur vestes pœnæ & calamitatis, vel etiam vestes mundanæ prosperitatis, & istud est vestibulum corporis seu mundi, de quo dicitur Hier. 38 *Præcepit Zedechias vt traderetur Hieremias in vestibulo carceris* Vide supra de Tabernaculo, & consimilibus.

A **Vestigium.** Nota, quod vestigium idem est quod signum, veruntamen signum extendit se ad omnia, vestigium extendit se solum ad præterita, Est enim vestigium signum quod remanet post alicuius rei transitum vel recessum. Nota igitur loquendo moraliter quod in scriptura inuenitur Vestigium

Mirabile & gloriosum,
Laudabile & virtuosum,
Damnabile & vitiosum,
Mutabile & fluctuosum.

B ¶ Primum est vestigium æternæ maiestatis, & istud est illud signum & imago, illa similitudo, illa impressio, ille character ipsius in anima & in omnibus creatoris, quia in omnibus creaturis resultant & apparent quædam manifesta vestigia potentiæ, bonitatis & sapientiæ Dei, in quantum, scilicet, Deus creaturas creare potuit, sciuit, & voluit. Vnde de creaturis potest

dici

dici illud Ezech. 43. *Hic est locus vestigii pedum meorum, ubi habito in medio Israel.*

C ¶ Secundum est vestigium moralis bonitatis, & istud est illud quod Deus in hoc mundo reliquit, & quod etiam sancti nobis post eos reliquerunt, scilicet, character & impressio bonorum exemplorum, & bonorum documentorum. Ista enim sunt quædam vestigia bonitatis, & vitæ ipsorum, quæ à nobis sunt sequenda, & subtiliter attendenda. Nota. Venator sequendo vestigia prædæ, ad ipsam venit & attingit, ipsamq; accipit & acquirit. Sic vere Deum & sanctos in paradiso invenimus & accipimus, si in hoc mundo vestigia eorum sequimur, & si eorum vitam moraliter imitamur, ut sic dicamus illud Iob 23. *Vestigia eius secutus est pes meus, viam eius custodivi, & non declinavi ab ea.* Sicut enim dicitur 1. Pet. 2. *Christus pro nobis passus est relinquens nobis exemplum ut sequamur vestigia eius.* Unum est tamen advertendum, quod in ecclesia sunt multi quorum vestigia non sunt ad sequendum facilia, nec etiam utilia. De cervo enim dicitur, quod ad finem, quod venator perdat vestigia eius, & canis perdat odorem, ipse facit tres vel quatuor saltus, non recte, sed à dextris & sinistris, ut sic ad quam viam declinaverit, nesciatur. Etiam de leone legimus, quod cum cauda delet vestigia sua, ne à venatoribus possit deprehendi. Sic vere sunt multi qui dato quod nobis relinquant aliquando multa vestigia bonorum exemplorum & documentorum, ipsi tamen quandoq; faciunt aliquos saltus transversales, i. aliqua enormia facta, per quæ odor suæ vitæ bonæ perditur, & suorum operum vestigia demittuntur. Nam quando cauda, id est, finis vitæ malus efficitur, tunc omnium bonorum præcedentium vestigia submoventur, ita quod cuilibet tali potest dici illud Psal. *In mari via tua, & semita in aquis multis. & Vestigia tua non cognoscentur.* & Greg. *Non respicit Deus quales ante vixerimus, sed quales circa finem vixerimus.* Non sic charissimi, quia boni ecclesiastici, & prælati maxime debent habere bona vestigia ut à subditis merito sine subsequenda, & executioni debite demandanda. Iuxta illud Genes. 33. *Præcedat Dominus servum, & ego paulatim sequar vestigia eius.* Istud est ergo vestigium moralis bonitatis.

D ¶ Tertium est vestigium pravitatis localis, & istud nihil aliud est quam vestigium malorum hominum, qui, scilicet, ubicunq; vadunt relinquunt vestigium malorum exemplorum. Limax est vermis vilissimus, ubicunq; enim vadit, relinquit vestigium fœdum. Et de serpentibus etiam dicitur, quod corpus habeant valde humidum, quapropter solent vestigium quoddam relinquere, & postmodum solent intuentibus apparere. Sic vere tales serpentini peccatores ubique relinquunt mala vestigia vitæ suæ unde Dan. 14. *Respice ecmus sunt vestigia*, & dicitur quod *totum templum plenum erat vestigiis puerorum & mulierum.* Quia proculdubio in ecclesiis non apparent hodie nisi vestigia & exempla muliebria & puerilia, & inania, & inepta, quæ proculdubio non sunt sequenda, sed potius dimittenda, ut sic dicatur illud Thren. 4. *Lubricaverunt vestigia nostra in itinere platearum nostrarum.* Istud est ergo vestigium localis pravitatis.

E ¶ Quartum est vestigium mirabilis vanitatis. Vita enim nostra non est proprie vita, sed quoddam vestigium & quędam similitudo vitæ, & sic loquitur Sap. 2. ubi dicitur. *Transibit vita nostra tanquam vestigium nubis.* Et sic ergo patet, quomodo vestigium sumitur multis modis. Vide supra de Imagine & similitudine &c.

A
## Vestis. Vestire. Vestimentum.

Nota, quod in scriptura multa inveniuntur genera vestimentorum. Est enim Vestis

- Naturalis,
- Corporalis,
- Temporalis,
- Virtualis,
- Supernalis,
- Criminalis,
- Infernalis.

¶ Sunt dico vestes naturales, quia sicut videmus, omnia quæ sunt vtuntur quibusdā naturalibus indumentis. Patet de arboribus quæ vestiuntur corticibus, de pratis quæ vestiuntur graminibus, de animalibus quæ vestiuntur pellibus. Corpus etiam nihil est aliud quam vestimentum animæ, pellis vero nihil aliud quam corporis indumentum, de quo Iob 10. *Pelle & carne vestisti me, ossibus, & nervis compegisti me.* ¶ Item dico, quod sunt vestes corporales, quæ, sc. non deberent esse nimis pretiosæ, nec ultra statū debitum sumptuosæ. Et de hoc dicitur Eccl. 11. *In vestitu ne glorieris unquam* ¶ Item dico, quod sunt vestes temporales, quia, scil. teste Greg. *Omnia quæ videmus, non sunt nisi quædam corporis indumenta.* unde Esa. 49. Postquam enarrasset bona multa temporalia, dicit. *His omnibus velut ornamento vestieris* ¶ Item dico, quod sunt vestes virtuales vel spirituales. Virtutes enim sunt quædam spiritualia indumenta, de quibus Apoc. 16. *Beatus qui vigilat & custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet.* Item sunt vestes supernales. Bona enim cœlestia sunt quædam beatorum nobilissima vestimenta, de quibus dicitur ipsi animæ beatæ Esa. 52 *Consurge, induere fortitudine tua Sion, induere vestimentis gloriæ tuæ. Hierusalem civitas sancta* ¶ Item sunt vestes criminales. Vitia enim & peccata & inhonestæ conditiones sunt quædam vestimenta quibus diabolus vestit malos. Unde de peccatore dicitur in Psal. *Induit maledictionem sicut vestimentum, & intravit sicut aqua in ossibus eius.* ¶ Itē dico, quod sunt vestes infernales, & istæ nihil aliud sunt quam pœnæ æternæ, quibus damnati sicut quibusdam vestibus circumdantur. Unde de quolibet damnato potest dici illud Psal. quod *abyssus sicut vestimentum amictus eius, super montes stabunt aquæ.* Aquæ enim miseriarum, montes, id est, superbos in inferno operiunt, vestimentaq; pœnarum ipsos vestiunt atque tegunt. ¶ His ergo præmissis, dicendum est generaliter de vestimentis bonorum & malorum. Et sic possumus dicere, quod sunt B

Vestimenta quæ sunt { Induenda, Exuenda.

¶ Dico igitur primo & principaliter, quod sunt vestimenta quæ sunt induenda, & istæ sunt vestes virtutum, quas scilicet, sancti & iusti debent induere, & exinde pro ornamento se vestire. Sicut enim turpe est quod homo sit nudus sine vestimento, sic turpe est quod homo sit sine virtutum quolibet ornamēto. Sicut enim nobiles & divites solent induere bonis vestibus filios suos, econtra rustici & pauperes faciunt filios suos ire nudos, sic vere nobilis & dives pater Christus vult q; illi qui sunt filii sui, virtutum bonis vestibus sint vestiti 2. Par. 9. *Fecit solium, & vestivit illud auro mundo.* Sed proculdubio pauper rusticus, id est, diabolus non curat filios suos esse vestitos virtutibus, imo gloriatur si videt ipsos nudos. Isti sunt sicut improbi mendici, qui bonas vestes datas filiis solent vendere, & eos faciunt ut eleemosynam habeant, esse nudos Iob 24. *Nudos dimittunt homines, vestimenta tollentes.* Vestimenta enim virtutum hominibus auferunt, ipsosque nudos gratiis deserunt & dimittunt, ut sic diabulo dicatur illud Iob 22. *Abstulisti pignus fratrum tuorum sine causa, & nudos spoliasti vestibus.* Et ideo de vestimento virtutum inducendo, acquirendo & habendo dicatur cuilibet viro iusto illud Psalm *Confessionem & decorem induisti amictus lumine sicut vestimento* ¶ Ubi adverte, quod iusti tria habent generaliter vestimenta, scilicet, Vestimenta C

- Doloris,
- Honoris,
- Splendoris.

Dico, quod sunt quędam iustorum vestes, quæ sunt lugubres & luctuosæ. Et proculdubio istæ sunt vestes pœnitentiæ, quæ notantur cum dicitur. Confessionem, quia sc. confessio & pœnitentia sunt fratres. Sicut enim videmus, quod quando amici nostri moriuntur, vestes lugubres sumuntur, & in signum doloris homines saccis induuntur, & secundum ritum aliquarū terrarum vestes in signum maioris tristitiæ scinduntur & coram omnibus hominibus lacerantur, revera charissimi talia sunt pœnitentiæ vestimenta: lugubria enim, & dolorosa esse noscuntur, & in signum doloris ab omnibus accipiuntur. Quando enim accidit quod amici nostri, id est, anima, spiritus & virtutes sunt mortui interius per peccatum, nos pro certo debemus dolorem & pœnitentiam inducere, gaudium & lætitiam exuere, saccum asperitatis accipere, & nosmetipsos per confessionem aperire & scindere iuxta illud 3. Reg. 19. ubi dicitur, quod *audiens Ezechias Sennacherib verba, scidit vestimenta sua & indutus est sacco.* De David etiam dicitur 2. Reg. 1. quod *quando audivit mortem Saul, & Ionathæ amici sui, statim vestimenta sua scidit, & omnes viri qui cum eo erant, planxerunt, & ieiunaverunt & fleverunt.* Nux enim seu nucis nucleus seu fructus tria habet vestimenta, scilicet, pellem interiorem, corticem exteriorem, testam superiorem. Sic vir iustus debet habere interiorem tunicam, quæ cordi adhæret, hoc est, contritionem, superiorem corticem, quæ fracta sonat, hoc est confessionem, exteriorem testam, quæ amarissima est, hoc est, satisfactionem. Sicut enim ericii vestiuntur pelle spinea,

castanea etiam habet vestimenta pungitiua, malogranata habent vestimenta dura & pallidissima, poma quæ dicuntur menchiæ vel citrones, habent vestimenta amarissima, sic vere nos si fuerimus pœnitentes, vestiemur in exteriori conuersatione, vestimento pœnitentiæ, quod sc. pungit per contritionem. Et sicut citrones habent vestimenta amarissima & rubicundissima, ita pœnitens ruber est per verecundiæ confessionem, pallidus per abstinentiæ macerationem, durus & amarus per laborum & dolorum tolerantionem. vnde Eccl. 39. *Aqua, panis, ignis, ferrum, lac, mel, oleum, vestimentum, hæc omnia sanctis in bona.* ¶ Et ideo vestes pœnitentiæ figurantur in scriptura, vbi inuenio Vestem

Cilicinam,
Saccinam,
Camelinam,
Igneam,
Purpuream,
Candidam.
Fulgidam.

¶ Quia, scil. vestis pœnitentiæ debet esse cilicina per asperitatem Ps. *Posui vestimentum meum cilicinum.* ¶ Item debet esse saccina per vilitatem Ionæ 3. *Abiecit rex vestimenta sua & indutus est sacco, & sedit in cinere* ¶ Item debet esse camelina per humilitatem. Camelus enim quando oneratur, super genua se inclinat Exemplo Ioannis Baptistæ, de quo dicitur Matt. 3. quod *ipse habuit vestimentum de pilis camelorum* ¶ Item debet esse ignea per contritionis feruorem, & per diuinæ dilectionis ardorem Iob 37. *Nonne vestimenta tua calida sunt cum perflata fuerit terra austro?* quam omnis de multis hypocritis potest dici hodie illud quod de Dauid sene dicitur 3 Reg. 1 quod, scilicet, *cum operiretur vestibus, non calefiebat* Item debet esse purpurea per verecundiæ confessionis ruborem Io. 19 *Exiuit ergo Iesus portans spineam coronam, & purpureum vestimentum* ¶ Item debent esse candida per innocentiæ nitorem Eccl. 9 *Omni tempore sint vestimenta tua candida, & oleum de capite tuo non deficiat.* ¶ Item debet esse fulgida per honestæ conuersationis decorem Ps. *Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato &c.* ¶ Item sunt vestes lugubres & luctuosæ 2 Reg. 14. *Luge et simula, & induere veste lugubri* Patet ergo, quod sunt quædam vestes iustorum, quæ sunt lugubres & luctuosæ, quod ostenditur cum dicitur, Confessionem, eo quod confessio est pars pœnitentiæ, & debet esse in mœrore & luctu. Vnde Marc. 1. *Baptizati sunt confitentes peccata sua*, vt sic de quolibet dicatur illud Ps. *Confessio*

D *& magnificentia opus eius, manet in sæculum sæculi.* ¶ Deinde dico, quod sunt quædam vestes iustorum & sanctorum, quæ sunt salubres & virtuosæ, & istæ sunt vestes gratiarum & virtutum quibus anima induitur & vestitur, quod ostenditur cum dicitur Decorem. Quia sicut decor mulieris procedit ex naturali habitudine & ex vestium pulchritudine, sic spiritualis decor animæ consistit in sua conditione, & vestimentorum virtutum dispositione. Decorem inquit, Iuxta illud Prou. 31 *Fortitudo & decor indumentum eius* Vt animæ sic spiritualiter ornatæ dicatur illud Ezec 16. *Vestita es bysso & polymito & multis coloribus. similam & mel & oleum comedisti, & decora facta es vehementer.* Et bene dixit multis coloribus, quia, sc. vestes virtutum ex multis perfectionibus consistunt. Vnde ipsi animæ dicitur ibidem: *Sumpsisti vestimenta tua multicoloria & vestita es eis* Et ideo multitudo vestimentorum spiritualium, scil. virtutum, optime potest figurari in vestimentis sacerdotalibus antiquæ legis, quæ erant varia & miranda.

E ¶ Summus enim sacerdos debebat habere (sicut dicitur Exod. 28. 29. & 30. & in alijs multis locis) ad hoc quod consecraretur, & quod digne Domino ministraret quædam mirabilia vestimenta. Ipse enim debebat

Primo ad ostium tabernaculi Moysi applicari,
Secundo corpus eius aqua lauari,
Tertio tunica linea vestiri.
Quarto fœminalibus lineis circa femora operiri,
Quinto veste superhumerali super humeros insigniri,
Sexto veste rationali iudicij in pectore decorari,
Septimo balteis, vittis & annulis constringi,
Octauo oleo inungi,
Nono mitra super caput eius locari,
Decimo lamina super capitis frontem ligari,
Vndecimo tunica hiacynthina cum caputio ornari,
Duodecimo tintinnabulis sonantibus & in tunica pendentibus iugiter ingrediendo tabernaculum commitari: & hoc ita (sicut ibidem dicitur) debebat Domino consecrari.

¶ Sic vere charissimi quilibet sacerdos sacra docens, [illegible] dux, vel sacre doctus, id est, quilibet Christianus, & maxime ecclesiasticus vel prælatus ad hoc, quod Deo consecretur spiritualiter, est necesse quod virtutum varijs vestimentis induatur. Iste ergo debet ad ostium tabernaculi ad Moysen applicari, quia, scilicet, iste debet Moysi, id est, suo superiori ad ostium tabernaculi, id est, dum adhuc est in ostio & ingressu, applicari, id est, diligenter examinari. Vestes enim quæ debent emi, solent bene explicari & videri & examinari, sic & vestes virtutum quas isti habent, à prælato vel à superiori emi videntur, inquantum propter eas beneficium confertur. Dico igitur, quod bene debent per examinationem videri, & per discussionem penitus explicari, & debet sibi dici illud Esaiæ 3. *Vestimentum tibi est, esto princeps.* Vnde de ista applicatione dicitur Exod. 2[illegible]. *Applica ad te Aaron fratrem tuum.* Quod est tamen contra multos, qui sine applicatione, sine examinatione solent alios promouere, contra quos facit illud, quia omne animal quod erat in tabernaculo offerendum, primo debebat per sacerdotes videri, & si haberet maculam, refutari, si vero careret macula, acceptari, sicut dicitur Leu. 22. iuxta illud Apostoli 1. ad Thess. 5. *Omnia probate, quod bonum est, tenete.*

¶ Secundo dico, quod isti debebant lauari, quia vere ad ecclesiasticos pertinet, quod sint loti, & à cunctis vitiorum immunditijs depurati. Serui enim regis solent habere vestes mundas. vnde Exod. 19. *Lauent vestimenta sua & sint parati.* Quod est contra multos ecclesiasticos, quorum vestes exterioris conuersationis non sunt lotæ, sed carnalitatum fæcibus maculatæ, ita quod possunt dicere illud Esaiæ 63. *Aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea, & omnia indumenta mea inquinaui.* Et tamen isti debent aduertere, quod illi soli *qui non inquinauerunt vestimenta sua, reputantur digni in albis sedere, & coram filio hominis ministrare* Apoc. 3.

H ¶ Tertio dico, quod isti debent tunica linea vestiri, per quam puritas innocentiæ & interioris conscientiæ designatur, quibus, sc. anima interiori tunica linea induitur & vestitur. Linea enim tunica, id est, camisia puritatem designat, de quo Leuit. 8. *Vestiuit pontificem subucula linea* Quod tamen est contra multos ecclesiasticos, qui pro certo habent conscientiam magis impuram & immundam quam exteri sæculares Psalm. *Induit maledictionem sicut vestimentum, & intrauit sicut aqua interiora eius.*

I ¶ Quarto dico, quod isti fœminalibus circa lumbos debent operiri scil. circa virilia, & illa significant castitatem, quæ scil. membra virilia operit atque seruat, quia vtique tales debent vestiri, & à carnis affectionibus reseruari vel refrænari. Vnde Leuit. 16. *Vestietur sacerdos tunica linea. fœminalibus lineis verenda celabit.* Quod est contra multos qui non videntur portare fœminalia, quia non videntur habere aliquid quo stringant impudicitiam carnis suæ. Vnde isti figurantur in Iesu sacerdote, de quo dicitur Zachar. 3. quod *Iesus erat indutus vestibus sordidis.* Et magis istud est vituperandum, quia quando ignis tenetur in vna domo in parte anteriori & in fronte, & domus est alta, difficilius defenditur ignis quam si teneretur in posteriori domo, quia aliqualiter defenditur magis de posteriori quam de anteriori Sic est de istis ecclesiasticis, qui debent esse ostium sanctæ matris ecclesiæ, & via paradisi, quia si ignis luxuriæ & peccati tenetur in eis, qui debent esse exemplum aliorum, difficile intrabunt alij in viam rectam, si accipiant incitatiuum vitiorum eorum.

K ¶ Quinto dico, quod isti superhumerali debent insigniri. Erat autem superhumerale vestis pretiosa qua humeri ornabantur, quæ duos lapides onychinos continebat, in quibus duodecim patriarcharum nomina sculpta erant. In compositione vero vestis istius erat aurum, hiacynthus, purpura, coccus bis tinctus, byssusque retorta. Et ista procul dubio signant virtutem spei. Humeri enim qui onera portant, patientiam designant. Vestis autem quæ patientiam ornat, est spes. Nunquam enim sine spei consolatione patientia præualeret. Aduerte tamen, quod ista vestis debet habere quinque colores, id est, quinque subalternas virtutes, scilicet, aurum sapientiæ & discretionis, quia spes sine sapientia præsumptio est. Item hiacynthum cœlestis apparentiæ & altæ contemplationis. Item purpuram quæ habet colorem sanguineum, id est, exemplum patientiæ Christi & dominicæ passionis. Item coccum colorem igneum bis tinctum, id est, ardorem duplicis charitatis & dilectionis.

Item

item bis tinctum etiam retortam, id est, puritatem carnis & affectionis, & sic animæ tot coloribus vestitæ dicetur illud Ezech. 16. *Vestiui te discoloribus, calceaui te hiacyntho, & cinxi te bysso* Iud. 5. *Vestes diuersorum colorum Sissaræ traduntur in prædam.* Ista etiam vestis debet habere duos lapides onychinos qui sunt imagines obscuræ repræsentantes & generantes tristitiam, per quos duo testamenta figurantur, quæ nobis imagines & veritates rerum, obscure tamen & ænigmatice repræsentant, & mentis timorem & tristitiam delinquentibus incutiunt & intentant. Istos enim lapides in scripturæ scientia debemus habere quæ nomina filiorum Israel, id est, vitam, mores & exempla sanctorum noscitur continere, quæ per imitationem nobilem debemus gerere & portare. Et ideo de ista veste superhumerali, id est, de virtute spei & patientiæ cum suis appendicijs, dicitur Leu. 8. quod *Moyses vestiuit pontificem subucula linea, & desuper humerale po-*
L *suit.* ¶ Sexto dico, quod isti rationali iudicij debebant in pectore ornari. Ista enim erat vestis quædam quæ super pectus posita, rationale dicebatur, in quo 12. lapides pretiosi ponebantur, in quibus 12. patriarcharum nomina scribebantur, & ista vestis significat pro certo virtutem prudentiæ, quam in pectore debet prælatus vel ecclesiasticus habere. & in eis debet habere 12. lapides pretiosos, id est, 12. articulos fidei, cum nominibus patriarcharum, i. doctrinis & exemplis doctorum, vt sic rationale iudicij, id est, rationem in iudicio possit ostendere & tenere. Ista tamen vestis erat quadrangula & duplex, & in ea erat scripta doctrina & veritas Psal. *Sacerdotes tui induantur iustitiam &c.* Quod est contra multos iudices & prælatos, qui non habent aliquid prædictorum, de quibus 1. Mac. 7. *Veritas & iudi-*
M *cium non est in eis.* ¶ Septimo dico, quod vitris & balteis, id est, charitatis ligaminibus stringantur, & per veram concordiam inuicem coarctentur. Vnde de talibus strictutis & iuncturis dicitur Exod. 29. *Indues Aaron vestimentis suis, scilicet, linea tunica, superhumerali, & rationali iudicij, quod constringo balteo.* Quæ tamen hodie sunt contra multos qui sunt in ecclesia & in mundo, qui pro certo non habent vestem iunctam & constrictam scilicet, concordiæ & vnitatis, sed potius vestem scissam, id est, diuisionis, discordiæ & diuersitatis. Vnde Gen. 37. dicitur, *quod Iacob*
N *scissis vestibus indutus est sacco.* ¶ Octauo isti oleo purissimo debebant inungi, & istud proculdubio significat virtutem pietatis, quæ, scilicet, per oleum designatur, qua ecclesiastici debent, & per compassionem & misericordiam aliorum miserijs misereri. In cuius etiam signum manus nostrorum sacerdotum in sua consecratione oleo inunguntur. Ad denotandum, quod pietatis dulcore liniti esse tenentur. Res enim vncta oleo, suauis est. Manus etiam inuncta oleo non solet bene tenere, imo solet faciliter dimittere quod habet. Sic vere isti qui oleo pietatis sunt vncti, mites & suaues debent esse, & illud quod tenent, scilicet, bona temporalia debent per eleemosynas faciliter pauperibus dimittere & laxare. Et ideo breuiter de veste pietatis per oleum designata dicitur Eccl. 6. *Omni tempore sint vestimenta tua candida, & oleum de capite tuo non deficiat.* Quod tamen est contra multos ecclesiasticos, qui non videntur esse vncti oleo pietatis, sed potius sanguine crudelitatis. Et isti tamen deberent aduertere ad illud quod dicitur Esa. 9. quod *vestimentum mixtum sanguine erit*
O *in combustionem, & cibus ignis.* ¶ Nono dicitur, quod mitra super caput debet poni. Caput charissimi significat intentionem, quæ est caput cuiuslibet operis & principium. Mitra quæ caput ornat, & pyramidaliter sursum tendit, significat rectam ad Deum mentis eleuationem & erectionem, quia, scilicet, ecclesiastici debent rectam intentionem ad Deum erectam habere, & quicquid agant, semper intentionem iustam & licitam habere, de quo Exod. 28. *Balteos & tiaras facies in gloriam & decorem, vestiesque his omnibus Aaron fratrem tuum.* Quod tamen est contra multos qui non habent vestem rectæ intentionis, sed vestes falsitatis, duplicitatis & deceptionis, sicut habent illi qui vnum dicunt exterius, & aliud cogitant interius. Contra quos dicitur Leuit. 19 *Veste quæ ex duobus texta est, non indueris* & Deuteronom. 22. *Non indueris vestimentum quod ex lana linoque*
P *contexitur.* ¶ Decimo dicitur, quod in fronte lamina aurea cum nomine Dei tetragrammaton debebat ligari. Et ista proculdubio signat virtutem deuotionis, & reuerentiam diuinæ potentiæ, & sui nominis & dominationis, quæ in fronte & ante oculos debet haberi, & à Christi fidelibus intueri Leuit. 8. *Contra frontem posuit laminam auream consecratam.* Quod est contra multos qui præ oculis non habent nomen Dei, nec suæ potestatis magnificentiam, [illegible] videntur Deum in potentia cogitare, contra quos dicitur in Psal. *Non posuerunt te in conspectu*
*suo.* ¶ Vndecimo dicitur, quod isti tunica hyacinthina debent Q
velari. Istud enim erat maius & latius vestimentorum, quod sub rationali & humerali etiam positum, & constrictum, & signat conuersationem bonam, & cœlestem, quia hyacinthus color est cœlestis, vt sic dicatur illud Phil. 3 *Conuersatio nostra in cælis est.* In ipsa tamen tunica erat capitium, quod sub se premit & continet omnia alia vestimenta. Ipsa etiam tunica habebat limbum seu oram textilem, ne faciliter rumperetur, quod significat timorem Dei, quia sicut dicitur Eccl. 25. *Timor domini super omnia se superposuit.* Quia pro certo in veste nostræ conuersationis cœlestis semper debet timor domini superesse, qui vestes virtutum, ne per vanam gloriam perdantur, sub se contineat, ipsasque deprimat & componat. Limbum etiam & oram finalis perseuerantiæ debet habere, ne tunica bonæ conuersationis rumpatur, sed vt perpetuo conseruetur. Vnde de ista tunica dicitur Exo. 28. *Facies*, inquit, *tunicam totam hyacinthinam, in cuius medio erit capitium & ora textilis per gyrum, sicut solet fieri in extremis vestium ne facile rumpantur.* Istud tamen est contra multos, quorum vestis conuersationis facile rumpitur, sicut dicitur de hypocritis in Psal. *Omnes sicut vestimentum veterascent, & sicut opertorium mutabis eos.*
¶ Duodecimo dicitur, quod tintinnabulis & malis punicis aureis circa tunicam pendentibus debebat muniri, ita quod eius incessus per tabernaculum debebat audiri Charissimi, per mala punica, quæ sunt fructus nobiles, intelliguntur opera fructuosa. Per tintinnabula sonantia intelliguntur verba vtilia & fructuosa Quia pro certo in fine tunicæ conuersationis nostræ ista duo debent pendere, scilicet, fructus bonæ operationis, & sonus vtilis locutionis, id est, prædicationis & confessionis, laudis & gratiarum actionis. Sine enim isto sono tintinnabulorum non debemus templum domini ingredi, nec in statu ecclesiæ, conuersari. vnde Eccl. 45. *Induit illum stola gloriæ.* Sequitur. *Circumpedales & femoralia & humerale imposuit ei, & cinxit illum tintinnabulis aureis plurimis in gyro, dare sonum in incessu suo.* Sic ergo patet quibus vestibus, id est, quibus virtutibus ecclesiastici debent ornari, de quibus etiam debent domino consecrari. Et de hoc Exod 28. *Vesties his omnibus Aaron fratrem tuum, & filios eius cum eo, & cunctorum consecrabis manus* Et bene dicit omnibus his, quia, scilicet, nos debemus indui omnium virtutum generibus. ¶ Circa S
quod notandum, quod vestiri debemus, scilicet, Vestibus

Patientiæ,
Pœnitentiæ,
Abstinentiæ,
Continentiæ,
Honestæ apparentiæ,
Iucundæ conscientiæ.

Habeamus dico vestes patientiæ, quæ, scilicet, in aduersis non atteruntur Deut. 29. *Non sunt attrita vestimenta vestra.* ¶ Item habeamus vestes pœnitentiæ. Exemplo Beati Ioannis Baptistæ Marc. 1. *Ipse Ioannes vestitus erat pilis camelorum.* ¶ Item habeamus vestes abstinentiæ, quia sicut dicitur Eccl. 29. *Initium vitæ hominis aqua, panis. & vestimentum.* ¶ Item habeamus vestes continentiæ Ezec. 9 *Vir qui erat in medio eorum, vestitus erat lineis.* ¶ Item habeamus vestes honestæ apparentiæ, de quo in Psalm. *Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate* ¶ Item habeamus vestes iucundæ conscientiæ, de quibus Iud. 10. *Induit se vestimentis iucunditatis.* Sic ergo patet, quod sunt quædam vestes sanctorum atque iustorum, quæ sunt salubres & virtuosæ. Decorem inquit. Istæ enim sunt illæ vestes nuptiales, quas non habens à Christo reprehenditur à conuiuio paradisi excluditur & à tortoribus carceris religatur Matth. 22. *Amice, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem.*
¶ Denique dico, quod sunt vestes iustorum celeres atque T
virtuosæ, & hoc ostenditur cum dicitur. Amictus lumine sicut vestimento. Istæ sunt vestes beatorum, quæ sunt septem scilicet quatuor dotes corporis & tres dotes animæ. Sicut enim videmus, quod homo alijs vestibus vtitur in diebus ferialibus & alijs in diebus solemnibus, sic vere homo nunc in vita ista laboriosa simplicibus vestibus, id est, gratia & virtutibus vti debet, vt tandem quando solennitas æterna venerit pretiosis vestibus gloriæ possit vti Figurata Genes. 41. Vbi antequam introducerent Ioseph incarceratum ad regem, *mutauerunt vestes carceris eius, & ipsum nouis vestibus induerunt.* Quia vere charissimi quando homo de carcere huius mundi &

carcere carnis educitur, & ad regem paradisi introducitur, tunc vestes interiorum laborum mutantur, & nouæ vestes gloriæ induuntur. vnde Iud 10. dicitur, quod *ipsa descendens in domum suam, abstulit à se cilicium, & exuit vestimentum viduitatis suæ, & vnxit se myrro optimo, discriminauit crinem capitis sui, & imposuit super caput suum mitram, & induit se vestibus iucunditatis*, vide eam supra de indu☙e. Amictus inquit lumine sicut vestimento. Vt sic anima figuretur in illa muliere Apoc. 12. *quæ erat amicta sole, & luna sub pedibus eius & in capite eius corona stellarum 12.* De lumine exponitur supra. Lumine inquit sicut vestimento, quia, scilicet, lumen, id est, æternorum præmiorum claritas erit vestis beatorum, & Luc. 24. de angelis dicitur. *Ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis*, id est, veste fulgenti. Illud est enim

Vestimentum { Splendoris, Honoris, Valoris.

Splendoris dico, quia beatus est solium Salomonis, *quod fuit vestitum de auro mundo*, sicut dicitur 2. Paralip. 9. Honoris etiam, vnde cuilibet beato dicitur illud Iob 40. *Circumda tibi decorem, & in sublime erigere, & speciosis induere vestibus.* Valoris insuper. Vnde beatus dicit illud Esa. 61. *Induit me dominus vestimento salutis &c.* Et sic patet, quomodo ibi habent varias vestes tam in præsenti quam in futuro sæculo, scilicet,

Vestes { Celebres, Salubres, Lugubres.

Et sic patet, quod in scriptura inuenitur vestis iustorum & perfectorum. ¶ Secundo principaliter dico, quod est vestis malo-
V rum. Et sic dico, quod peccator habet vestem carnalitatis, & est illa de qua dicitur illud prædictum Esa. 9. *Vestimentum mixtum*
X *sanguine erit in combustionem, & cibus ignis* ¶ Habent etiam vestem prosperitatis. Bona enim mundi sunt quædam vestimenta quibus homo induitur, per auaritiam calescit, per luxuriam sudat faciliter & sordescit Zac. 3. *Iesus autem erat indutus vestibus sordidis.* Bona enim temporalia sordida dicuntur, quia etiam sordes in canonibus nominantur. Ista enim sunt illa vestimenta de quibus Iob. 27. *Si comportauerit quasi terram argentum, & sicut lutum*
Y *præparauit vestimenta, præparabit quidem, sed iustus vestietur illis.* ¶ Habent insuper vestem duplicitatis, & ista est vestis hypocritarum, qui, scilicet, vestem conuersationis habent pretiosam, mentem vero habent vilem & vitiosam, vnde 2. Par. 20. dicitur, quod *ipsi inter cadauera carnalis vitæ inueniuntur sæpe.* Vestes pretiosæ apparentiæ. Isti sunt qui habent vestem peregrinam, contra quos dicit dominus Soph. 1. *Visitabo super eos qui induti sunt veste peregrina.* Vide supra de Induere, &c.

A **Vetustas. Vetus.** Nota, quod vetustas sicut senectus signat in bono & in malo, quia

Aliqua sunt, quæ veterascunt in { Gratia, Pœna, Culpa.

Notabo igitur quod inuenio

Vetustatem quæ debet { Haberi, Horreri, Terreri.

Prima est vetustas veteris conuersationis,
Secunda est vetustas mentalis obstinationis,
Tertia est vetustas infernalis habitationis.

B ¶ Est igitur primo vetustas perfectorum & sapientum, & sic vetustas nihil aliud est quam sensus & prudentia, maturitas & conuersationis bonitas, bonæque consuetudinis antiquitas & honestas. Multa enim sunt quibus commendatur vetustas. Palma enim quanto vetustior, tanto fœcundior. Corallium enim quanto antiquius est rubicundius. Vinum etiam quanto vetustius, tanto calidius. Ebur quanto plus senescit, tanto plus candescit. Sic vere charissimi vetustas bonæ conuersationis, consuetudinis & prudentis maturitatis, est multipliciter commendanda. Per hanc enim in bonis operibus sumus fœcundiores. Per honestam verecundiam sumus rubicundiores. Per deuotam orationem sumus feruentiores, & per innocentiam sumus puriores. Ad omnia enim ista solet valere vetustas, & in istis proficere & iuuare Luc 5. *Nemo vinum bibens vetus, statim vult nouum, dicit enim vetus melius est.* Noua enim solent plus placere, sed processoribus patribus vetera plus solent valere. Quod bene figuratur Iosue 9. in Gabaonitis, qui induentes se vestibus veteribus & calceamenta sumentes vetera & siccos, & vtres asinis imponentes, filijs Israel confœderati fuerunt, & sic mortis periculum euaserunt, & ea tunc cum sua posteritate in templo domino seruierunt, & de Hieremia etiam legimus Hier. 38. quod *eam pannis veteribus de lacu fuit leuatus, & ut ibi moreretur, de laci fecibus liberatus.* Quia illi breuiter qui in vetustate perseuerantiæ delectantur, in quibus vestes & calceea teriora conuersationis, nec non sacci & vtres interioris capacis affectionis in bonis motibus antiquantur, & qui non varias nouitates, sed honestas vetustates sectantur, solent Iosue & filiorum Israel, id est, Dei & angelorum amicitiam acquirere, & de lacu peccatorum se eripere, & de mortis periculo æternæ se saluare. Et ideo bene consulit Sapiens Eccl. 2. dicens: *Crede Deo & recuperabit te, dirige viam tuam & spera in illum, serua timorem eius, & in illo veterascere.* Ista est igitur vetustas perfectorum & sapientum, de qua Eccl. 9. *Vinum nouum, amicus nouus, veterascet, & cum suauitate bibes illud.*

C ¶ Secunda est vetustas peccatorum, & delinquentium. Peccatores enim veterascere dicuntur, in quantum per malas consuetudines in vitijs indurantur, & in malis operibus antiquantur. De quo Iudicum 10. dicitur. *Filij autem Israel peccatis veteribus iungentes noua, fecerunt malum in conspectu domini.* Ista est enim vetustas valde vituperabilis. Vestes enim & aliæ

Res Veteres, vt communiter, perdunt { Colorem, Vigorem, Valorem.

Perdunt { Colorem, quia turpes efficiuntur, Vigorem, quia faciliter dilaniantur, Valorem, quia parum reputantur.

Sic isti qui tali veteri antiquitate grauantur, Perdunt
Vigorem perseuerantiæ & durationis,
Colorem honestæ conuersationis,
Valorem bonitatis & perfectionis.

Et ideo de talibus dicitur in Psal. *Omnes sicut vestimentum veterascent &c.* Et ideo charissimi ista vetustas est damnanda & deponenda, & à prudentibus abhorrenda. Vetustas enim à suis possessoribus non amatur, imo si possunt faciunt vt ab eis remoueatur, in serpente, qui nouum pellem comparat, & veterem abducit. In ceruo, qui vetera cornua abijcit. In arbore quæ veteres fructus & folia exuit & noua induit & producit. Et ideo Apostolus monens Coloss. 3. dicit sic. *Expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est.* Ergo charissimi *expurgemini vetus fermentum, vt sitis noua conspersio, & ambulemus in nouitate spiritus, & non in vetustate literæ* 1. Cor. 5. Et Rom. 7. Iuxta illud Leu. 26. *Noua superuenientibus vetera projicietis.* Ista est ergo vetustas peccatorum & delinquentium

D ¶ Tertio dico, quod est vetustas damnatorum & pereuntium, & ista est illa ipsius loci inferni, qui à mundi principio fuit factus, vbi impij taliter veterascunt, quod ea eo quod illuc fuerint, memoria eorum non durat, vnde ipsis dicitur Eze. 26 *Collocabo te in terram nouissimam, sicut solitudines veteres.* Et in Ps. dicitur de ipsis, quod *auxilium eorum veterascet in inferno à gloria eorum.* Ista igitur sufficiant de vetustate, quia supra de antiquitate diximus satis plene &c.

A **Vexatio.** Nota, quod vexatio sumitur pro tribulatione, pro castigatione, pro tentatione, pro damnatione. Notabo ergo breuiter quod

Iusti vexantur mundi verberibus,
Pauperes vexantur raptorum manibus,
Subditi vexantur à correctoribus,
Tentati vexantur à dæmonum actibus,
Damnati vexantur pœnis & ignibus.

B ¶ Est ergo quedam vexatio mundanæ tribulationis, & ista est illa quam iusti patiuntur in hoc mundo. De qua Sap. 3. *In paucis vexati, in multis bene disponentur.* Ité est vexatio rapinæ, & exactionis, & ista est illa qua pauperes vexantur continue à tyrannis. De qua Psalm. *Vexati sunt à tribulatione mal[illegible]m, & dolore.* ¶ Item est vexatio disciplinæ & correctionis, & illa est illa, qua prælati vexant & corrigunt insolentes De qua Esa. 28. *Sola vexatio dabit intellectum* ¶ Item est vexatio diabolicæ tentationis & suggestionis, de qua Mat. 15. *Filia mea*, id est, anima mea. *male à dæmonio vexatur* ¶ Ité est vexatio æternæ damnationis & afflictionis Hie. 24. *Dabo eos in vexationem vniuersis regnis terræ.* Vide supra de afflictione,

ctione, de tribulatione, tentatione, dolore, ac [illegible]e, & consimilibus &c.

A **Via.** Cum via sit illud terræ spatium per quoditur, & per quod de termino ad terminum pertransitur, possumus notare, quod per diuersas vias possunt intelligi varij mundi status, per quos scilicet, de mundo ad patrem incedimus, & per quos de vita ad mortem iugiter incedimus & ambulamus. ¶ Notabo ergo quod in mundo inueniuntur tres viæ per quas diuersi transeunt, sed diuersimode, videlicet,

Via { Naturalis, Virtualis, Criminalis.

Prima est via cunctorum,
Secunda est via bonorum,
Tertia est via malorum.

Per { Primam vadunt vniuersi, Secundam vadunt conuersi, Tertiam vadunt subuersi.

B ¶ Dico primo, & principaliter, quod est via naturalis quæ est via cunctorum. Natura enim humana non dicitur proprie esse in termino, sed in via. Cõtinue enim trãsit & labitur, & de statu commutatur. Omnia enim naturalia habent vias suas certas, naturales & necessarias, per quas vadunt, sicut de flumine patet vel de fonte, quæ, scilicet, per tramites viæ suæ currunt continue versus mare. Sic vere charissimi cum homo sit res naturalis, & ex naturalib. principijs constitutus, necesse est quod viam naturalem habeat, per quam necessario transeat atque vadat. Et ista proculdubio nihil aliud est quam status & decursus humanæ naturæ, infra cuius ambitum vadunt & veniunt vniuersi. Iuxta illud Esa. 30. *Hæc est via ambulate in ea, non declinetis ex ea, neq; ad dexteram neque ad sinistram.* ¶ Ex aduerte, quod via naturalis est triplex, scilicet,

Via per quam { Venimus, Transimus, Eximus.

Prima via est ortus vel ingressus,
Secunda est via vel progressus,
Tertia est via mortis vel egressus.

C ¶ Dico quod est quædam via naturalis per quam ingredimur, & ista est proculdubio via natiuitatis humanæ, per quam intramus ad miseriam huius mundi, de qua potest quilibet dicere cum nascitur, illud Iosuæ 23. *Heu viam vniuersæ carnis ingredior hodie* Et bene potest dicere heu, quæ est interiectio dolentis, quia pro certo ingressus huius viæ, si bene consideremus quam viliter celebratur, & ad quantam miseriam ordinatur, bene est tristitiæ materia & doloris. Ista enim est via immundissima, quia, scilicet hanc ingredimur menstruis nutriti, & hanc intramur pelle vilissima ornati & vestiti Ezec. 36. *Iuxta immunditiam menstruatæ facta est via eorum coram me,* & 1. Reg. 21. *Porro via hæc polluta est.* Ista est via naturalis per quam ingredimur.

D ¶ Deinde dico, quod est via naturalis per quam progredimur. & ista proculdubio est via vitæ præsentis, per quam necesse est progredi & transire & ista est sicut via spatij per quam de termino ad terminum peruenitur. Ista autem via est aspera & ad transeundum molesta. Similis enim à vijs montiũ sunt tortuosæ & mõtuosæ, & asperæ & tædiosæ, & propter insidias latronum atque ferarum dubiæ & periculosæ. Sic proculdubio via huius vitæ nostræ est per tribulationem asperrima, & per diuersos errores tortuosissima, & per insidias tyrannorum, & dæmonum periculosissima. De insidijs dæmonum quæ sunt in ista via, potest dici illud Prouerb. 23. *Insidiatur in via quasi latro, & quos incautos viderit interficiet.* De molestia peccatorum quæ hic inuenitur, dicitur Gen. 46. *Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita.* De asperitate vero tribulationum, infirmitatum, laborum casuum & infortuniorum dicitur Baruch. 4. *Delicati mei ambulauerunt vias asperas.* Ista ergo est vna via naturalis per quam progredimur.

E ¶ Denique dico, quod est vna via naturalis per quam egredimur & ista proculdubio est via mortis, per quam, scilicet, de hoc mundo exeunt vniuersi. Ista enim est via valde stricta, similis viæ per quam transit coluber quando vult dimittere pellem suam quia, scilicet, per foramen strictum inter duos lapides transit, vbi violenter pellem suam dimittit, & vlterius nudus exit. Quia pro certo via mortis est stricta, dura & arcta. Ibi n. pellis corporis eauitur, & vestimentum bonorum temporalium dimittitur & nudus homo egreditur, & cum dolore vehementi per foramen huius mundi pertransit. Et de hoc dicitur Ezech. 47. *Eduxit me per viam portæ aquilonis, & conuertit ad viam foras portam exteriorem.* Pars enim aquilonaris frigida est & gelida, significans viam mortis, vbi spiritus, & vita gelatur, & vbi tribulationum frigora inuentantur. Homo enim moriens, per istam viam educitur, & vltra portam istam vsque ad paradisum, purgatorium vel infernum transducitur & portatur. Ista ergo est via maris trans Iordanem Galilææ gentium, quæ super hominem aggrauatur, ita quod in Galilæam, id est, transmigrationem mortuorum trans Iordanem, id est, vltra fluuium huius vitæ miserabiliter transportatur, ita quod moriens potest dicere illud, quod Dauid in proximo moriturus dicebat: *Ego ingrediar viam vniuersæ terræ &c.* 3. Reg. 2. Pater igitur charissimi, quod est via Egredientium, Progredientium, Ingredientium. Et sic dico, quod est quædam via naturalis quæ est via cunctorum, & hoc est primum principale.

F ¶ Secundo principaliter dico, quod est quædam via virtualis quæ est bonorum, & ista est via virtutum, per quam scilicet, boni ad paradisum vadunt, & per quam à mundo, & peccato recedunt. Formicæ enim vias tritas, & rectas, & strictas solent facere, per quas solent iugiter incedere, & per quas solent grana ad suum domicilium deportare. Sic proculdubio formicæ per quas viri perfecti & sapientes intelliguntur, vias virtutum sibi eligunt, per quas vadunt & per quas grana meritorum ad paradisi domicilium secum trahunt, iuxta illud Prou. 6 *Vade ad formicam ô piger, & considera vias eius, & disce sapientiam.* Istæ tamen viæ sunt arctæ, tritæ & rectæ, quia, scilicet, in vijs virtutum potest arctitudo pœnitentiæ, tritio seu tritura tribulationis, & angustiæ, & rectitudo veritatis signari. Quia pro certo via virtutis est via arcta vel stricta per pœnitentiæ arctitudinem, igitur dicitur Matt. 7. *Arcta est via quæ ducit ad vitam, & pauci ingrediuntur per eam.* Item est trita per laborum multitudinem. Vnde Ps. *Propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras.* Et Num. 20. *Per tritam gradiemur viam* Item est recta per iustitiæ rectitudinem, de quo Pr. 11. *Iustitia simplicis diriget viam eius.* Et ideo breuiter quælibet virtus est vna via ad eundum in cœlum, ita quod eundo non deficimus, si per virtutum vias & semitas ambulemus, & ratio redditur Prou. 3. vbi dicitur, quod *viæ eius viæ pulchræ, & omnes semitæ illius pacificæ.* Viæ inquit eius, scilicet, Dei, hoc est dictum, virtutes, quæ, scilicet, sunt viæ per quas Deus venit ad nos G
& per quas nos venimus ad Deum. ¶ Aduerte ergo, quod viæ virtutum sunt tenendæ multiplici ratione, videlicet,

Quia pluriores,
Quia puriores,
Quia breuiores,
Quia tutiores.

Primum probat pluralis multitudo, quia [Viæ,]
Secundum amœna gratitudo, quia [Pulchræ]
Tertium spatij rectitudo, quia [Semitæ,]
Quartum secura quietudo, quia [Pacificæ.]

¶ Dico, quod istæ viæ tenendæ sunt propter ipsarum multitudinem. Viæ inquit. Plures enim viæ & non vna sola datæ sunt hominib. ad salutem. Ad eundẽ n. terminum possunt esse plures viæ, quia aliquando vna via asperior est pro peditib. aliquando vna via latior pro equitibus, aliquando vna via secretior pro familiaribus. Melius est n. habere plures vias quam vnam, quia si homo in vna via deficiat, ad aliam se cõuertat Exemplo muris, qui plures vias & semitas eundi ad cauernas solet habere, vt catto in vna insidiante, ad aliam possit introire. Sic proculdubio charissimi ad eundum ad paradisum, cõstituit nobis Deus plures vias, i. plures virtutes, & plura opera virtuosa. Quædam enim faciliores, & latiores sunt sicut eleemosyna, & charitas, & istæ sunt viæ pro diuitibus. Quædam sunt viæ asperitatis scilicet ieiunium, pœnitentia, peregrinatio & similia, pro pauperibus. Quia breuiter nobis datæ sunt plures viæ salutis, vt si in vna deficiamus, ad aliam recurramus, vt [illegible]tatio diaboli insidiantis in vna nobis pateret, statim per aliam ambulemus. Nam si carne, & diabolo impedientibus non possimus per pœnitentiam ambulare, statim debemus ad aliam viam scilicet ad misericordiam recurrere, & sic de vna via ad aliam, de virtute in virtutem debemus discurrere; quousque possimus ad æternæ gloriæ viam peruenire. Viæ inquit, in plurali. Ad quod monet Hier. 5. vbi dicit: *Circuite vias Hierusalem, aspicite & considerate &c.* Et merito, quia pro certo sicut in Psal dicitur. *Vniuersæ viæ domini*

*domini misericordia & veritas. Viam igitur virtutum teneamus & vias, & gressus nostros per eas dirigamus.* 2. Par. 27. *Corroboratus est Ioathan, eo quod direxisset vias suas coram domino.* ¶ Igitur de pluralitate viarum istarum possumus notare, quod tenenda est & etiam ambulanda, scilicet, H

Via { Veritatis, / Pietatis, / Puritatis, / Sanctitatis, / Honestatis, / Paupertatis, / Charitatis, / Æquitatis, / Iucunditatis.

Via { Veritatis est via certior, / Pietatis est planior, / Puritatis est mundior, / Sanctitatis est tutior, / Honestatis est pulchrior, / Paupertatis est breuior, / Charitatis est latior, / Æquitatis est rectior, / Iucunditatis est lætior.

¶ Igitur charissimi ambulemus, & vadamus per viam veritatis & prudentiæ. Ista n. est via certior, iuxta illud Ps. *Viam veritatis elegi, iudicia tua non sum oblitus.* Vnde de Tobia legitur Tob. 1. *quod in captiuitate positus, viam veritatis non deseruit.* Homines n. libenter vadunt per viam certam & notam, & inter omnes virtutes nulla via certior veritate ¶ Item vadamus per viam pietatis & clementiæ. Ista enim est via planior, quia scilicet ista non est via aspera, sed mollis & leuis, de qua 2. Reg. 15. *Cunctus populus incedebat per viam oliuæ.* ¶ Item curramus per viam puritatis & munditiæ, quia, scilic. ista est via mundior, & hæc est innocentia interior, & continentia exterior, de qua Psalm. *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini.* Quia sicut dicitur Psalm. *Deus meus impolluta via eius.* ¶ Item vadamus per viam sanctitatis & decentiæ. Ista enim est via tutior, signata per viam triuam, de qua Deut. 18. *In medio terræ quam dedit tibi Deus, sternas diligenter viã tuam.* ¶ Item vadamus per viam honestatis & congruentiæ, & ista est via pulchrior Prou. 3. *Viæ eius, viæ pulchræ, & omnes semitæ eius pacificæ.* ¶ Item vadamus per viam paupertatis & inopiæ. Ista enim est via breuior. Minus enim inuenit vbi erret quam in alia. Vnde de via ista 2. Reg. 18. *Currens Achimaas per viam compendij, præteriit Chusi.* ¶ Item vadamus per viam charitatis & amicitiæ. Ista est enim via latior. Continet n. Deum & proximum, & amicum & inimicum. Vnde ista est via regia, de qua Num. 20. & 21. *Gradiemur via publica, non declinantes ad dexteram, neq; ad sinistram.* ¶ Item eamus per viam æquitatis & iustitiæ, & ista est via rectior 1. Reg. 12. *Docebo vos viam rectam.* ¶ Item vadamus per viam spiritualis iucunditatis & lætitiæ. Ista n. est via latior, de qua Ps. *Cantent in vijs domini, magna est gloria domini.* Patet ergo, quod eundi ad cœlum plures sont viæ, quæ omnes sunt vtiles & rectæ. Ideo dicitur Sap. 10. *quod iustum deduxit dominus per vias rectas, &c.* De quo etiam regratiando Deo, Dauid dicebat. *Notas mihi fecisti vias vitæ, adimplebis me, &c.* Sed quid certamus de vijs virtutum, cum ipse Christus sit generalis via per quam ambulantes non deficiunt, nec errant? Ipse n. dicit Io. 14. *Ego sum via, veritas & vita.* Quod exponens August. de quatuor virtutibus, dicit. *Via factus est tibi ipse saluator, surge, ambula, habes quo, noli pigrescere. Quæris quà? vides eam. Quæris quà ducat, scilicet ipsa via? ad veritatem & ad vitam ducit. Si ergo amas veritatem, & desideras vitam, si cupis ad vitam & ad veritatem venire, à via noli errare. Video inquis viam, & cupio ambulare, sed aspera est. Arcta enim est via, quæ ducit ad vitam, sed Christum transiunt, & adhuc aspera est? caput transiuit, & adhuc membra dubitant. Sed Christus magnus Deus & homo: vide quot millia transierunt. Senes enim iuuenes, pueri & puellæ transierunt & viam quam times, tritam tibi fecerunt.* Hæc August. Patet ergo quod viæ virtutũ sunt viæ vtiles, per quas debemus ambulare. Quod tamen proculdubio pauci hodie faciunt, quia pro certo multi sunt, qui vias virtutum renuunt, & vias vitiorum cupiunt atque volunt, dicentes illud Esa. 30. *Loquimini nobis placentia: videte nobis errores: auferte à me viam: declinate à me semitam, cesset à facie nostra sanctus Israel.* Et ideo propter raritatem ambulantium, istæ viæ sunt hodie desertæ, & omni frequentia hodie destitutæ. Sicut n. dicitur Thren. 1. *Viæ Sion lugent, eo quod non sit qui veniat ad solennitatem.* Et merito, quia sicut dicitur Esa. 33. *Dissipatæ sunt viæ, & cessauit transiens per semitam, &c.* Non sic charissimi, sed teneamus vias virtutũ, quia pro certo istæ sunt eligibiles propter ipsarum multitudinem. Viæ inquit. Si vis, pone quare dissipatur via in syntib. ¶ Item dico, quod isti debent eligi propter ipsarum gratitudinem. Pulchre inquit. Et vere viæ virtutum pulchræ sunt & pulchrum est incedere per virtutes. Dicitur enim I

Via pulchra, quando { Sternitur herbis virtutibus, / Alluitur aquis fluentibus, / Frequentatur auibus cantantibus.

Sic vere merito viæ virtutum pulchræ possunt dici, quia

In istis { Vis or decentiæ abundat, / Aqua diuinæ gratiæ fluitat, / Cantus spiritualis lætitiæ Deum laudat.

Vnde ista est illa via, de qua dicitur Sapient. 10. *Reddidit dominus mercedem laborum sanctorum suorum, & deduxit illos in via mirabili, &c.* Et ideo de pulchritudine animæ viam istam frequentantis dicitur illud Cant. 7. *Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis filia principis.* Ista enim via & eius pulchritudo figurantur per viã, qua Phaeton iuit ad palatium Solis secundum fabulas poetarum, de quo Ouidius in Meta. *Est via sublimis, &c.* Istam vocat viam sublimem, viam lacteam, & viam splendentem, viam vergentem ad orientem, viam signa 12. continentem, quia proculdubio via virtutum est sublimis & alta, dulcis & admirabilis, lactea, pulchra & delectabilis & clara, & à 12. signis, id est, ab vniuersitate sanctorum 12. fidei articulos continentium frequentata. Isti sunt beati immaculati in via, quia sicut dicitur in Psal. *Hic ambulans in via immaculata mihi ministrabat.* Dico igitur quod viæ virtutum sunt eligendæ propter earum gratitudinem. ¶ Item dico quod viæ virtutum sunt vtiles propter ipsarum rectitudinem, & hoc ostenditur cum dicitur. Semitę eius. Sunt enim semitæ pulchræ vię, difficiliores, & magis arte quam natura factę, & significant virtutum viam, quæ quamuis sit difficilior, asperior, occultior & secretior, est tamen ad eundum ad cœlum certior, & breuior atque rectior Ioan. 1. *Dirigite viam domini rectas facite semitas Dei nostri.* Et ideo ad incedendum per istã viam monemur Esa. 2. *Venite ascendamus ad montem domini, & ad domum Dei Iacob & docebit nos vias suas & ambulabimus in semitis suis.* Quod tamen est contra multos de viæ rectitudine non curantes, & per obliqua vitiorũ continue decurrentes: qui propriè similes sunt fluminibus, quæ nunquam viam rectam vadunt, sed per vias obliquas incedunt. Sic isti sunt de quibus dicitur Prouer. 2. quod *ipsi dereliquerunt iter rectum & ambulauerunt per vias tenebrosas.* Non sic charissimi, sed vadamus per vias virtutum, propter ipsarum rectitudinem. ¶ Item ambulandum est per istas vias propter ipsarum quietudinem. Pacifice inquit. Viæ enim virtutum sunt pacificæ & quietæ: quamdiu enim in istis sumus, spiritualium latronum rapinas aut homicidia non sentimus, & ab ipsis dæmonibus tuti sumus Luc. 1. *Ad dirigendos pedes nostros in viã pacis.* Si vero ad vias vitiorum accesserimus, viam virtutum pacificam derelinquentes, statim sumus in periculo ne spiritualiter & æternaliter à dæmonibus occidamur. *Diabolus* enim sicut dicitur Prouerb. 23. *Insidiatur in vijs quasi latro, quos incautos viderit, occidet.* Et ideo contra fatuos qui magis volunt viam vitiorum litigiosam, quam viam virtutum pacificam, dicitur in Psal. *Contritio & infœlicitas in vijs eorum, & viam pacis non cognouerunt.* Non sic charissimi, sed eligantur & diligantur viæ virtutum propter quietudinem, quia pacifice inquit. Propter rectitudinem, quia semitæ. Propter gratitudinem, quia pulchræ. Propter multitudinem, quia viæ. Sic ergo patet secundo & principaliter quod est vna via virtualis, quæ est bonorum. K L

¶ Tertio principaliter dico, quod est vna via criminalis, quæ est malorum. Ista ergo via nihil aliud est quam processio sæuorum criminum vel operum malignorum. Isti enim habent vias suas per quas hunc mundũ transeunt, & per quas ad infernum vadunt. Et ideo secundum quod sunt diuersa peccatorum genera, secundum hoc sont diuersa genera itinerum & viarum. Et sic notabo, quod in malo significato inuenio M

Viam { Superborum, quæ est altissima, / Immundorum, quæ est fœdissima, / Iniquorum, quæ est hostissima, / Mundanorum, quæ est longissima, / Proditorum, quæ est tortuosa,

Viam

Viam { [illegible] peruersorum, quæ est tenebrosa, / [illegible] quæ est præsumptuosa, / [illegible], quæ est fallaciosa. }

N ¶ Dico ergo quod est [illegible] quæ est superborum. Isti sunt sicut capra, quæ semper vult in [illegible] locis esse, sicut sunt rupes, cuius contrarium est de oue, qui semper volunt summitates conscendere, & ita superbus contra superbum insurgere. Hoc est quod dicitur Prouerbio 13. *Inter superbos semper sunt iurgia.* Ideo superbi semper querunt in altis dignitatibus ambulare. Ezechiel. 9 *Sex viri veniebant de via portæ superioris.* Et in Ps. 141. *In via qua ambulabam, absconderunt laqueum mihi.* ¶ Item dico quod est via fœda quæ est immundorum seu luxuriosorum. Isti enim sunt sicut limax, cuius via apparet immunda & limosa. Psal. *Inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore.* ¶ Item est via bassa, quæ est iniquorum & auarorum. Isti enim more talpæ infra terram, id est, in bonis terrenis quærunt & faciunt vias suas, de quibus Iob 3. *Quasi effodientes thesaurum, gaudent vehementer cum inuenerint sepulcrum, viro cuius abscondita est via.* ¶ Item est via longa, quæ mundanorum. Mundani enim vadunt viam viam longissimam: via enim possunt venire ad terminum, id est, paradisum, qui est terminus. Prouer. 6. *Abijt via longissima, sacculum pecuniæ secum tulit.* Et Ios. 9. *Tollite in manibus vestris cibaria ob longissimam viam.* ¶ Item est via torta, quæ est proditorum qui sunt similes cancro vel serpenti, qui nunquam faciunt viam rectam. Vnde Eccl. 2. *Dereliquerunt vias rectas & diuerterunt in vias prauas.* Item est via obscura, quæ est via imperitorum. Viri enim simplices & ignorantes sunt sicut illi, qui lumine de nocte vadunt, qui faciliter in lutum cadunt. Vnde Pr. 4. *Via impiorum tenebrosa, nesciunt vbi corruant.* ¶ Item est via incerta, quæ est fatuorum, de quibus Prouer. 12. *Via stulti recta in oculis eius.* ¶ Item est via lata, quæ est diuitum repletorum, de quibus Mat. 7. *Spatiosa est via quæ ducit ad mortem:* & sic de alijs malis vijs. Istæ enim sunt

Malæ viæ quæ sunt { Prænidendæ, / Cauendæ, / Dimittendæ. }

Quia scilicet homo debet considerare & videre quibus vijs, & operibus translacto tempore vitam egit. Hier. 2. *Vide vias tuas in conualle, scito quid feceris.* Et Hie. 6 *State super vias vestras.* Sunt etiam præcauendæ, quia unumquemque præcauere debet homo ne intret huiusmodi malas vias. Ps. *Ab omni via mala prohibui pedes meos.* Sunt insuper dimittendæ. Non est enim sapiens qui est in via mala, nisi citius quam potest ipsam dimittat, & ad rectam & vtilem se conuertat, quia quanto ibi diutius tardabit, tanto à termino longius declinabit. Ideo dicitur Hie. 18. *Reuertatur vnusquisque a via sua mala, &c.* Quod est tamen contra multos, qui vias suas malas nolunt prænidere, præcauere, dimittere vel horrere, imo in ipsis nituntur perseuerare, & diutius remanere. Contra quos Hier. [illegible] *Vilis facta es nimis, iterans vias tuas.* & hoc male, quia pro certo tales viæ ducunt ad malorum terminum, scilicet ad hospitium dæmonum & latronum. Quia sicut dicitur Prou. 14. *Est via quæ videtur homini recta, & nouissima eius, &c.* Sic charissimi patet quomodo generaliter in scriptura inueniuntur tres viæ, scil. via malorum, quę est criminalis, via beatorum, quæ est virtualis via cunctorum quæ est naturalis, Et hæc sufficiant de via. Vide supra de semita, de ire, de ambulare, & consimilibus.

## A Vicis. Vicißitudo. Vicißim, &c.

Nota, quod accipiuntur vt communiter pro simili casu vel recompensatione, vel pro alterna retributione. Et possum notare quod in scriptura inuenitur quatruplex vicissitudo. Vna

Vicissitudo, quæ redditur { Pauperibus, / Diuitibus, / Peccatoribus, / Promerentibus. }

B ¶ Est dico vicissitudo indigentium. Pauperes enim vicissim habent bonum & malum

In { Prima vice habent malum in hoc sæculo, / Secunda vice habent bona mirabilia in futuro. }

C Vnde de Iudæis prima vice captiuatis, & suppeditatis dicitur Hest. 9 quod *Iudæi versa vice superiores esse ceperunt.* ¶ Item est vicissitudo prosperantium, quia scilicet illi qui sunt in prosperitate, versa vice erunt in aduersitate. Vnde ipsi possunt dicere illud diabolo vel mundo quod dixit Iacob Gen. 31. *Mutauit mercedem*

D *meam decem vicibus.* ¶ Item est vicissitudo delinquentium, quia scilicet iniusti hac vice faciunt peccatum, sed altera vice sentiunt tormentum, de quo dicitur Hiere. [illegible] quod *dominus reddet vicissitudinem Babyloni.* ¶ Item est vicissitudo promerentium, E

quia iustum est quod [illegible] istis & promerentibus dotes reddantur, & quo vices suæ secundum merita præm[illegible] 1. ad Ti. 5. *Doce,* F

inquit, *filios mutuam vicem reddere parentibus.* ¶ Nota quod vicissim seu vicis accipitur pro temporis successionibus vel pro certa & & distincta temporis portione. Vnde Luc. [illegible] *Zacharias sacerdotio fungebatur in ordine vicis suæ.* Et 2. Reg. [illegible] *Non est bonum consilium Achitophel hac vice, &c.*

## Vicinus.

A Nota quod vicinus idem est quod propinquus socius & amicus. Et ideo quia supra de societate & amicitia satis dictum est, hinc est quod breuiter de vicinitate & vicino aliquid est tangendum. Notabo quod est dare

Vicinum { Honorabilem, / Amicabilem, / Commendabilem, / Castigabilem, / Detestabilem, / Formidabilem. }

¶ Dico primo, quod est vicinus honorabilis, & iste pro certo est Christus, qui per carnis assumptionem factus est vicinus [illegible] & propter nos in hoc sæculo 30. annis & amplius mansit. Exod. 12 *Assumet vicinum suum, qui est iunctus domui suæ.* Ipse enim vicinum suum, id est, hominem assumpsit, qui domui suæ, id est, Ecclesiæ per charitatem & gratiam iunctus fuit. ¶ Item est vicinus B

amicabilis, & iste est angelus, qui Deo & hominibus est vicinus. Vnde iste est vicinus ille de quo dicitur Prouerbio. 27. *Melior est vicinus iuxta quã frater procul.* Vicinus enim iuxta est angelus, frater vero procul est diabolus. ¶ Item est vicinus commendabilis C

& iste significat bonum socium vel amicum, qui cum vicinis suis in prosperis solet congaudere, & asperis condolere. Luc. 1. *Audierunt vicini, & cognati eius, &c.* ¶ Item est vicinus castigabilis D

& iste est nihil aliud quam caro, & corpus & mundus, qui animæ vicinantur, quia ipsi debent castigari, & spiritui subijci, & sic dicat anima illud Esaiæ 33. *Cognoscite vicini fortitudinem meam.* E

¶ Item est vicinus detestabilis, & iste est peccator vel iniquus socius vel propinquus. Vnus enim malus vicinus est causa multorum malorum in vicinis. Vnde illi ciuitati, scilicet Hierusalem sub typo pulchræ mulieris dicitur Ezech. 16. *Fornicata es cum filijs Aegypti vicinis tuis.* ¶ Item est vicinus formidabilis, & iste F

est diabolus, quia scilicet dæmones nobiscum cum isto caliginoso aere commorantes, sunt vicini nostri. Vnde Hier. 12. *Hæc dicit dominus aduersum omnes vicinos meos pessimos,* &c. omitto. Vide supra de societate, amicitia.

## Victima.

A Nota, quod victima nihil aliud est quam sacrificium, hostia, immolatio. Vnde victima proprie dicebatur quando animal vinctum ad mactandum adducebatur, & domino immolabatur. Et ideo victima dicebatur quasi ad mactandum vincta. Cum igitur victima de suo significato significat aliquam occisionem, vel aliquam carnis cõbustionem ad Dei honorem vel glorificationem, notabo quod tam in bono quam in malo inuenio in scriptura

Victimam { Saluationis, / Afflictionis, / Religionis, / Deuotionis, / Corruptionis, / Damnationis. }

¶ Victima saluationis est Christus, qui in ara crucis pro salute hominum victimatus fuit. Prouerb 7. *Victimas pro salute deuoui.* B

Vnde Exod. 12. *Victima transitus domini est.* Et Num. 19. *Ista est religio victimæ, quam constituit dominus.* ¶ Victima afflictionis significat martyres, qui Deo fuerunt victimati & immolati. Vnde C

Exod. 24 *Immolauerunt victimas pacificas Deo.*

¶ Victima religionis significat ipsos religiosos, qui de seipsis fecerunt victimas Deo patri. Vnde de loco religionis dicitur D

quod *Dauid rogauit vt iret celeriter in Bethlehem, quia victima solemnes ibi fuerit.* Reg. 20. ¶ Victima deuotionis significat voluntatem E

cuiuslibet viri iusti, qui domino victimatur, quando deuotioni & obedientiæ subiugatur. *Melius est enim obedientia quam victima ipsi domino immolata.* Eccl. 4 Significat etiam opera vitiosa, quæ sunt quędam speciales victimæ ipsi domino immolatæ de quib.

dicit

dicitur Marc. 9 *Victima omnis sale salietur*, quia scilicet in omni victima bonæ operationis debet apponi sal sapientiæ & discretionis.
F Vnde Prou. 9. *Sapientia ædificauit sibi domum*, &c. ¶ Victima corruptionis signat mala opera malorum, quæ continue ipsis dæmonibus offeruntur, de quibus Prou. 15. *Victimæ impiorum abominabiles domino*.
G ¶ Victima damnationis significat ipsos damnatos, qui scilicet ipsis dæmonibus finaliter offeruntur, vt ab eis cremantur & puniantur. Vnde auibus cœli & dæmonib. dicitur Ezech. 39. *Concurrite ad victimam quam ego do vobis & immolo*. Transeo & omitto, quia materia est satis sterilis. Vide de sacrificio & hostia.

A **Videre.** Cum videre sit actus nobilissimæ potentiæ sensitiuæ, videlicet visus & oculi corporalis, & videre illud per quod cognoscuntur rerum colores & quantitates, possumus notare quod videre spiritualiter loquendo nihil aliud est, quam aliquid cognoscere vel sentire: sicut enim videt homo exterius per sensum, sic videt interius per intellectum. Notabo ergo quod inuenio in scriptura duplex videre, scilicet

Videre { Diuinum, & / Humanum.

Deus enim videt { Se, / In se, / Omnia alia à se,

Homo autem videt { Deum supra se, / Animam intra se, / Mundum extra se, / Infernum subtus se.

Breuiter ergo possum distinguere quatuor genera visionum scilicet

Visionem { Dei, / Iusti, / Impij, / Diaboli.

Videt { Deus per limpidam cognitionem, / Iustus per prouidam discretionem, / Inuidus per inuidam inquisitionem, / Diabolus per liuidam explorationem.

Dico quod Deus dicitur omnia videre cognoscendo. Vnde Genes. 1. *Vidit Deus cuncta quæ fecerat*, &c. Item videt iustus prouide discernendo, & sic loquitur Psalm. *Vt videam voluntatem domini, & visitans templum eius*. Item videt impius inuide inquirendo, & sic loquitur Psal. vbi dicit quod *peccator videbit, & irascetur dentibus*, &c. Item videt diabolus omnia explorando. Vnde Iob 41. *Omne sublime videt, & est rex super omnes filios superbiæ*. Deus aliquando dicitur videre

Benigniter compatiendo,
Seueriter officiendo,
Vtiliter proficiendo.

Visus { Primus est pietatis, / Secundus est seueritatis, / Tertius est liberalitatis.

B ¶ Videt enim benigniter dolorem patientium. Sicut enim dicitur Ezech. 16. Deus miseræ ciuitati loquitur, dicens, *Transiens per te, vidi te conculcari in sanguine tuo*. Vnde in lib. Petr. Damiani narratur quod Deus apparuit cuidam barbitonsori qui pauperes amore Dei radebat, in specie pauperis radi petentis, quem cum vellet radere, vidit sibi oculos in capite, de quo cum miraretur, dixit dominus. Isti sunt oculi quibus vidi porcum quem furatus es, & sic euanuit, & alter pœnituit & se correxit. Ista enim est visio diuinæ misericordiæ qua ipse videt misericorditer delinquentes & etiam desolatos. Quod petens anima dicebat Th. 1. *Vide domine & considera quam vilis facta sum*. Et sic similis est caladrio, qui videns infirmum sanat eum. Vnde Psalm. *Vide humilitatem meam & laborem meum & dimitte omnia delicta mea*.
C ¶ Item iste videt seueriter peccata delinquentium. Iste enim dissimulat se non videre in quantum peccata quæ fiunt, non solet statim ad vnguem punire, sed ac si nesciret, ipsa sub dissimulationis pallio pertransire, omnia tamen videt & intelligit, & in fine omnia vindicabit atque puniet. Et de hoc Deut. 32. *Vidit dominus, & ad iracundiam concitatus est*, &c. Et iste est visus terroris incussiuus. Homo enim à peccato & peccati commissione debet cessare, quando scit Deum ipsum respicere & videre. Exemplo leonis, qui videns animalia ipsa terret. Quod est contra multos, qui non credunt Deum ista interiora videre, dicentes illud Ezech. 8. *Dereliquit dominus terram & dominus non videt*.

¶ Item iste videt vtiliter merita laborantium, quia scil. iste est qui custodit operarios, qui optime scit & videt quomodo, D
quantum operantur, vt ipsos præmiet secundum merita singulorum. Matth. 6. *Pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi*. Multi possent dici de isto triplici videre diuino, sed supra de oculo, aspectu & de aspicere vide magis. ¶ His igitur præmissis dicamus secundum Apost. 1. Cor. 13. *Videmus nunc per speculum & in ænigmate, tunc autem facie ad faciem*. Vbi ipse ostendit duplicem visionem scilicet

Vnam { Temporalem, / Ænigmaticam, / Speculatiuam, / Perfectorum quæ est in via, } & aliam { Æternalem, / Claram & veridicam, / Intuitiuam, / Beatorum quæ est in patria.

¶ Primo igitur dicamus de ista visione morali, qua boni & iusti vident illa quæ pertinent ad salutem. Nullum enim animal est E
perfectum nisi videat. Et ideo canes, vrsi, lupi, vulpes, imperfecti dicuntur nasci, pro eo quod cæci, & sine visu nascuntur. Visus enim est potentia sensitiua, sine qua nullum in corde generatur gaudium. Quod bene aduertebat Tobias, dicens Tob. 5. angelo. *Quale gaudium mihi est, qui in tenebris sedeo?* &c. Sic vere charissimi, ille non potest dici spiritualiter perfectus, qui visu discretionis & sapientiæ est priuatus. Oportet enim illa, quæ sunt necessaria ad salutem, videre & bonum à malo scienter discernere & quod est bonum, & malum clare cognoscere & sentire, alias si ignorantes fuerimus atque cæci, nec perfecti esse poterimus neque læti. Et ideo vt dicitur Deuter. 15. *animal quod oculos non habebat, Deo immolari non debebat*. Leu. etiam 21 à sacerdotali ministerio repellitur qui cæcus vel albuginem habens in oculo reperitur. Sic proculdubio nullus est dignus domino immolari, vel ad eius ministerium in Ecclesia dedicari, nisi qui oculos clari intellectus habet, & nisi qui per discretionem clare intuetur & videt. Vnde Prouerbior. 14. *Acceptus est regi minister intelligens*. Quod est hodie contra multos, de quibus dicitur in Psal. *Oculos habent & non vident* &c. Sed adhuc inferius dicitur magis plane. Vel inuehe si vis, & pone de asina Balaam. Et Esa. 42. *Quis cæcus nisi seruus meus*, &c. Clare ergo charissimi debemus videre, & in quantum proficimus vel deficimus, aduertere vel sentire. Ad quod monet nos scriptura Marc. 13. dicitur. *Vigilate videte & orate*. Et bene dicit videte implorando & scrutando, quia scilicet peccator qui longo tempore fuit criminibus excæcatus, in cæcitate permanet, nisi ad videndum per discretionem & gratiam fuit fortiter excitatus. Quod bene sciebat Hieremias, qui ciuitati vel animæ peccatrici dicebat Hierem. 3. *Leua oculos tuos in directum, & vide vbi nunc prostrata sis*. ¶ Aduerte quod in istis verbis ostenduntur septem quæ sunt videnda, & quæ sunt cum diligentia meditanda, scilicet

Cœli dignitas, vt eam habeamus,
Vitæ veritas, vt eam teneamus,
Fratrum charitas, vt eam foueamus,
Morum prauitas, vt eam horreamus,
Rerum vanitas, vt eam caueamus,
Vitæ breuitas vt eam defleamus,
Pœnæ grauitas, vt eam timeamus,

Primum probat mentis erectio (Leua oculos)
Secundum morum directio (In directum)
Tertium ligans coniunctio (Et)
Quartum culpæ inspectio (Vide)
Quintum dubia dictio (Vbi)
Sextum curta duratio (Nunc)
Septimum vilis depressio (Prostrata.)

¶ Dico quod videnda est summa bonitas, vt habeatur, & hoc F
ostenditur cum dicitur. *Leua oculos tuos*, supple sursum ad Deum ad cœlestia & æterna. Potentia enim visiua habet locum suum in alto loco corporis, scilicet in capite, vbi quando profundius radicatur, tanto clarius videt homo. Exemplo aquilæ cuius oculi sunt parui & in capite fossati, & ideo ad videndum optime sunt dispositi. Sic vere visus discretionis & cognitionis nostræ debet esse principaliter locatus s. in rebus sublimibus & æternis, & sursum in bonis gloriæ paradisi, & potissime in capite, id est, Deo, quia primo & ante omnia nos videre debemus Deum & eius potentiam & largitatē, & gloriæ paradisi claritatem

rem qualitatem & bonitatem. *Leua, inquit, oculos tuos.* Vnde Genes. 22. dicitur de Abraham quod *cum leuasset oculos suos, vidit locum procul.* Et maxime ista pertinent ad ecclesiasticos & prælatos, qui more contemplatoris in alto speculationis loco constituuntur, vt secreta Dei & bonorum æternorum videant & contemplentur, & alijs enarrare conentur. Esa. 21. *Pone speculatorem, & quodcunque viderit, annunciet.* Herodius enim die qua aquilam viderit vel audierit, præ timore venari vel prædari, hoc est dictum, volare non audebit. Sic vere homo die qua per contemplationem dominum intuetur, à venatione & comparatione cuiuscunque prædæ malæ operationis retardatur Prouerb. 15. *Per timorem domini declinat omnis à malo.* Quod bene figuratur Exod. 28. vbi onychinus qui oculos intuentium tremulos facit, præcipitur in indumento sacerdotis poni, & ibi præcipue contineri. Ad denotandum quod consideratio diuinæ maiestatis quæ oculos mentis facit tremulos, præcipue est habenda, & à sacerdotibus & viris ecclesiasticis possidenda, vt sic quilibet cum Hester possit dicere Hest. 15. *Vidi te quasi angelum Dei, quasi flantem, & conturbatum est cor meum præ timore gloriæ tuæ. Valde enim admirabilis es domine & facies tua plena est gratiarum.* Hæc etiam figurata sunt in lamina aurea in qua nomen domini tetragrammaton sculptum erat, quam in fronte super oculos sacerdos ponebat. Ad notandum
G quod Deum & nomen eius præ oculis habere debebat. ¶ Et aduerte quod visus cognitionis & attentionis nostræ debet esse eleuatus ad videndum & considerandum ea quæ sunt procul, videlicet

Dei { Auctoritatem, Benignitatem, Humilitatem, Seueritatem, Fœlicitatem.
Virginis puritatem,
Angeli bonitatem,
Cœlorum fœlicitatem,
Sanctorum societatem.

Hæc enim omnia sunt videnda, & diligentius attendenda. ¶ Dico ergo quod attendenda est Dei auctoritas & potentia. Esa. 6. *Vidi dominum sedentem super solium excelsum & plena erat omnis terra maiestate eius.* Et potissime potentia & magnificentia eius, quæ est in vnitate deitatis, & in Trinitate personarum, debet videri, & multipliciter adorari, Genes. 40. *Videbam coram me vitem in qua erant tres propagines.* Sicut enim in scientia perspectiua experimentaliter videtur, si radius solis in aqua positum speculum percutiat, apparebunt duæ solis imagines, & sic videbitur esse sol triplex, scilicet vnus in cœlo, & duo in aqua & speculo, & tamen secundum rei veritatem non est nisi vnus. Sic vere charissimi si radius diuinæ gratiæ nos illuminauerit, & speculo cordis in aqua deuotionis fuerit infusus, statim tres soles, id est, tres personæ apparebunt in ipsa Trinitate, cum tamen constet quod non est, nisi vnus sol, id est, vnus Deus in sua simplicitate & quiditate. Ideo de Abraham dicitur Gen. 18. *Tres vidit, & vnum adorauit.* Magnificentia enim qua creauit omnia de nihilo, & qua cunctis modis [illegible] sidet in empyreo, est videnda, iuxta illud Psalm. *Venite & videte opera domini terribilia, &c.* Vt sic dicat quilibet contem-
H plator illud Esa. 6. *Regem dominum exercituum vidi oculis meis* ¶ Item videnda est Dei benignitas quam habuit in carnis assumptione, & mundi redemptione, & eius clementia videnda est deuote & à fidelibus intuenda. Psalm. *Gustate & videte, quoniam suauis est dominus. Beatus vir qui sperat in eo.* Istud est enim mysterium visionis rubi, qui ardebat & non comburebatur, de quo dixit Moyses Exod. 3. *Vadam & videbo visionem hanc magnam, quare non comburatur rubus.* Quia vere valde fuit videnda & admiranda visio ignis, qui ardebat, & rubi qui non comburebatur, id est, deitatis apparitio, & rubi, id est, virginitatis non consumptio, de quo Luc. 2. *Videamus hoc verbum quod factum est, quod dominus ostendit nobis.* Et potissime illa dulcedo diuina, qua Deus indulget delinquentibus, quia ipse subuenit indigentibus, est attendenda, de qua in Psal. *Venite & videte opera domini, & narrate omnes qui timetis Deum,*
I *quanta fecit animæ meæ.* ¶ Item videnda est Dei humilitas & patientia, quia scilicet humilitas quam habuit in mundo conuersando, patientia quam sustinuit mortem sustinendo, summe debet attendi, de qua Esa. 53. *Vidimus eum, & non erat aspectus, & desiderauimus eum despectum & nouissimum virorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem.* Ad quem etiam spinis coronatum considerandum monet nos scriptura diuina Cantic. 4. *Egredimini fi-*

*liæ Sion, & videte regem Salomonem in diademate suo, &c.* O, inquit, filiæ Sion, Id est, animæ deuotæ egredimini, & in diademate spinarum regem Christum coronatum à synagoga matre in cruce in- K
tuemini. ¶ Item videnda est Dei seueritas atque iustitia, & potissime illa quam in iudicio prætendet, quando scil. ipse veniet cum nubibus, & videbit eum omnis oculus. Vnde Iob. 19. *Et in carne mea videbo Deum saluatorem meum.* Iste enim status debet à iustis videri, & cum formidine intueri & cogitari. Ad quod ipse etiam inuitat Deuteron. 32. *Videte quod ego sim solus, & non sit alius Deus* L
*præter me: ego occidam, &c.* ¶ Item videnda Dei fœlicitas & eminentia; quia illa summa fœlicitas & gloria ipsius cuius intuitiua visio est tota merces, debet nunc per finem in ænigmate videri, & speculatione mentaliter intueri, de quo in Psalm. *Videant pauperes & lætentur quærite Deum, & viuet anima vestra.* Et Esaiæ 33. *Regem in decore suo videbit.* M

¶ Item videnda est virginis puritas & continentia, quia honor, & excellentia beatæ virginis debet per deuotionem videri, & per contemplationis speculum intueri, de quo Cant. c. 6. *Viderunt eam filiæ Sion, & beatissimam eam prædicauerunt, & Reginæ laudauerunt eam.* ¶ Item videnda est angelorum communitas & N
consonantia. Vnde Genes. 32. dicitur *quod Iacob obuiam fuerunt angeli Dei, quos cum vidisset, ait, castra Dei sunt hæc.* ¶ Item videnda est O
fœlicitas cœlorum & opulentia, id est, fœlicitas vitæ æternæ summe est consideranda, vt ad eam attrahamur. Vnde Psalm. *Videas bona Hierusalem omnibus diebus vitæ tuæ.* Videndum enim est quomodo ista gloria est læta, lata, alta & æterna, interna, superna, pura, secura, & non obscura & consimilia, vt dicat homo illud Psalm. *Credo videre bona domini in terra viuentium.* ¶ Item vi- P
denda sanctorum societas & amicitia. Vnde Numer. 24. *Vidit Balaam Israel in tentoriis, & dixit: Quam pulchra tabernacula tua Iacob.* Sic igitur patet quomodo videnda sunt bona superiora, scilicet Deus & bona æterna. Leua, inquit, oculos tuos. Psalm. *Leuaui oculos meos in montes.* Grues enim volentes transfretare, primo solent altissime ascendere, vt videant ad quam partem debeant declinare. Sic & nos mentaliter sursum per contemplationem ascendamus, vt illa bona æterna videamus, & ad ea transeamus. Num. 23. *De summis excelsisque silicibus videbo eum.* Patet ergo quomodo videnda est bonitas summa vt habeatur. *Leua, inquit, oculos tuos.* ¶ Etiam dico quod est videnda vitæ sanctitas vt teneatur, & hoc ostenditur cum dicitur, in directum. Quia sicut videmus quod artifex libenter videt regulam & exemplar secundum quod debet operari, & ad ipsum sæpe respicit & attendit, sic vere & nos debemus ad exemplar & regulas vitæ nostræ sæpe videre, scilicet ad virtutes & scientias attendere, vt eas sequendo possimus aliqualiter non errare. In directum inquit quasi dicat, in directione motum, scilicet virtutes debemus attendere, ipsasque videre & respicere. Vnde Psal. *Pes meus stetit in via recta in Ecclesijs benedicam dominum.* Vnde Genes. 13. *Leua oculos tuos, & vide.* Videri enim debent & considerari dicta sanctorum, præcepta maiorum, exempla iustorum, opera singulorum. Sic videbatur videre sapiens cum dicebat Eccles. 1. *Vidi cuncta quæ fiunt sub sole.* Et Prouerb. 24. *Cum vidissem, posui in corde meo, & exemplo didici disciplinam.* Quod tamen est contra multos, qui magis sunt diligentes ad videndum vilia quam vtilia, curiosa quam virtuosa, exemplo Dauid, cui visio mulieris se in fluuio balneantis fuit causa ruinæ, sicut dicitur 2. Reg. 11. Exemplo Dinæ, quæ voluit videre mulieres regionis, & oppressa est. Genes. 34. Ideo dicitur Eccles. 3. *In superuacuis rebus ne fueris curiosus.* Non enim est tibi necessarium ea quæ abscondita sunt, videre. Dico igitur quod videnda est vitæ sanctitas, vt teneatur. In directum inquit Prouerb.
4. *Oculi tui directa videant, & palpebræ tuæ præcedant gressus tuos.* ¶ Ite- R
rum dico quod est videnda fratrum charitas vt foueatur, & hoc ostenditur cum dicitur *Et.* Ista enim sylla, *&*, est coniunctio copulatiua, significans illos, qui sunt nobis vicinitate, familiaritate, charitate, fide, religione, ordine, vel alia causa coniuncti, quia à nobis debent videri ad defendendum, sicut Moyses, qui egressus ad fratres suos, vidit afflictionem eorum, & virum Ægyptium percutientem quendam de Hebræis fratribus suis, occidit. Exod. 2. *Ne forte Hebræus frater ab Aegyptio occideretur.* Item debent videri ad veniam concedendam, si in nos deliquerunt, vel debent videri ad fouendum si egent. Exemplo Ioseph, qui fratribus de commisso in eum scelere non solum pepercit, sed etiam eos humaniter tractauit, eorum inopiam suis opibus leuauit, sicut clare dicitur Gen. 43. Videatur ergo fratrum charitas vt foueatur. Et si placet, iunge hic illa quæ ponuntur infra in

sermone. Videte quomodo caute ambuletis, sub §. Quarto dico, quod videnda est fraterna charitas, &c. ¶ Rursum dico, quod
S est videnda morum prauitas vt horreatur, & hoc ostenditur
enim dicitur. Vide, iuxta illud Hier. 2. *Vide vias tuas in conualle, scito quid feceris.* Infirmus debet sæpe videre sua vulnera vt saltem ex dolore & horrore eorum compellatur remediũ adhibere. Vnde Oseę 5. *Vidit Ephraim languorem suum.* Sic vere homo debet videre & attendere quæ & quanta sunt suorum vulnera vitiorum, et hoc enim mouetur ad pœnitentiam & dolorem, & ad considerandum Dei offensam & Dei iustitiam, & ad concipiendum reuerentiam & timorem. Pauo enim videns turpitudinem pedũ suorum, dicitur totam suam deponere, & de plumarum gloria nõ curare. Sic vere cum turpitudo defectuum nostrorum respicitur, tota superbiæ deponitur, & si quas plumas pulchras, id est, aliquas virtutes & gratias habuerimus, non curatur. Et ideo ad ista vidẽda monet scriptura. Hier. 2. *Scito & vide quia malum amarum est dereliquisse te dominum Deum tuum, & non esse timorem eius apud te.* Quod est tamen contra multos, similes oculo, qui videt alia, non se, quia multi sunt qui vident aliorum defectus, & non suos, quinimo defectus suos paruos reputant. Visus enim quandoque decipitur, quia quod longe est, ma[ius] ab eo reputatur. Vnde & luna existens & in oriente, maior nobis videtur quam quando est in meridie, vbi tamen cõstat nobis propriorem esse. Et ideo dicitur Matth. 7. *Quid, inquit, vides festucam in oculo fratris tui? &c.* Diabolus, enim in principio & ante omnia nititur peccatorem excæcare, vt propriam vilitatem non possit videre. Exemplo latronis, qui quomodo intrauerit domum, ante omnia solet extinguere lumen, vnde de Antiocho dicitur 1. Machab. 1. quod *de templo dicitur candelabrum abstulisse.* Sicut enim videmus, quod visus primo excæcatur, & tandem coram domino suo ludere docetur, sic diabolus peccatorem ne peccatum videat excæcat, & sic ad libitũ suum per mala opera ludit & saltat. Figura de Samsone, qui primo fuit tonsus, & tandem excæcatus: deinde in carcerem ligatus: & ad ludendum coram Philistijm est locatus. Quia scilicet peccator primo virtutum crinibus spoliatur, deinde per obstinationem ne peccatum suũ videat excæcatur, & sic funibus malæ consuetudinis ligatur, & sic coram diabolo ludus malorũ operum operatur. O Deus si oculos mentis apertos haberent, culpam suam noscerent & viderent. Vnde de gentibus regis Syriæ dicitur 4. Reg. 6 *Domine percute gentem hanc cæcitate.* Et sequitur. *Aperi oculos eorum vt videant: & viderunt se esse in medio ciuitatis*, scilicet inter hostes. Ad denotandum quod si peccator oculos cordis apertos haberet, in medio hostium se videret. Et ideo Augustinus dicit sic: *O homo si te videres, tibi displiceres, & mihi placeres, nunc autem quia te non vides, tibi places, & mihi displices, veniet tempus, quomodo tibi & mihi displicebis, mihi quomodo iudicaberis: & quando ardebis* Videatur ergo morum prauitas vt horreatur. Vide
T inquit. ¶ Adhuc dico quod est videnda rerum vanitas vt caueatur. & hoc ostenditur cum dicitur. Vbi enim quando interrogatiue, significat locum dubium & incertum, sicut dicitur Gen. 5. *Vbi est Abel frater tuus?* Aliquando etiam ponitur inhæsiue & positiue, & sic significat cõstructiue & certitudinaliter locatiue, sicut dicitur Matth. 9. *Vbi est thesaurus tuus, &c.* Et ideo proprie per illud significantur mundi bona, quæ sunt dubia & incerta, breuia, limitata & arcta. Vbi inquit. Istud ergo vbi, id est, vanitas rerum temporalium, est videndum, & discretis cordibus intuendum. Vnde Matth. 18. *Venite & vide[te] locum vbi, &c.* Homo enim qui est in nondinis, solet libenter videre merces quas vult emere, & secundum quod valent, in pretio conuenire. Sic vere in nundinis huius vitæ mundi necesse est quod bona temporalia discretius videantur, ne vltra debitum reputentur & ne nimis charum pretium, scilicet anima pro eis expendatur, quia scilicet sicut dicitur 2. Cor. 4. *Quæ videntur, temporalia sunt, quæ autem non videntur æterna sunt.* Ideo bene dicebat ista se vidisse Sapiens Eccles. 1. dicẽs, *Vidi in omnibus vanitatem & afflictionem spiritus.* Videatur ergo rerum vanitas vt caueatur, iuxta illud Naum 3. *Omnis qui viderit te resiliet à te.* Quod tamen est contra multos, similes illi, qui est in aere nebuloso, qui non videt se ibi esse, sed ille qui extra illum aerem, nebulositatem ipsius bene videt. Quia illi qui sunt inuoluti in aere nebuloso mundanæ prosperitatis, obscuritatem ipsius non percutiunt neque vident: Sancti vero qui extra istum grossum aerem positi sunt, eius obscuritatem turbulentiam bene noscunt: vt de talibus dicat mundus. *Omnes qui viderũt me, deriserunt me.* Videatur ergo rerum vanitas vt caueatur. Vbi
V inquit. ¶ Deinde dico, quod est videnda vitæ breuitas vt deflexatur. Nunc inquit. Nunc enim est breuissima pars temporis, quia nunc est illud tẽpus & momentũ, quod in præsenti durat, quod s. multum est attendendum, quia de certitudine vitæ non habemus nisi nunc. Vnde Iob. 7. *Ecce nunc in puluere dormiam.* Quia pro certo summe debemus videre & considerare istud nunc, s. breuitatem vitæ nostræ, s. quam vilis sit in ingressu, quam fragilis in progressu, quã debilis sit in egressu. Ad quod nos monet in scriptura dicens Mat. 13. *Videte vosmetipsos*, quia scilicet nos debemus nos considerare quantum ad vanitatem, & quantum ad nostræ vitæ labilitatem, & quantũ ad nostræ mortis necessitatem. Cattus enim nõ solum videt de die, sed etiam de nocte: quod etiam de capta dicitur. Sic nos debemus de die videre, & etiam de nocte, id est, illa quæ pertinent ad diem præsentis miseriæ, & ad noctem futuræ mortis. Vnde Matth. 28. *Venit Maria Magdalena & altera Maria videre sepulchrum.* Videatur igitur vitæ breuitas, vt defleatur. Nunc inquit. Vnde Exod. 6 *Dominus dixit Moysi, nunc videbis.* ¶ Denique dico quod videnda est pœnæ grauitas vt timeatur, cum dicitur, *Prostrata sit.* Humana enim natura prostrata fuit X
à statu suæ primæ conditionis per peccatum Adæ & pœnis temporalibus subiugata. Quotidie etiam anima prosternitur in inferno per peccatum proprium, & à statu gloriæ & gratiæ supplantatur. Ista prostratio est videnda, & quotidie meditanda, quia scilicet videndæ sunt prostrationes & miseriæ temporales, pœnæ & tristitiæ infernales De quo 1. Reg. 14. *Ecce multitudo prostrata huc atque illuc diffugiens* Sequitur *Inquirite, & videte.* Præteritos enim & futuri casus sunt videndi, & diligentius intuendi, & ne eueniant metuendi. Quod maxime verum est de pœnis inferni, quas bene attendebat ille qui dicebat Hier. 1. *Ollam succensam ego video.* Leo enim timet quando flammam & ignem videt. Sic vere pœnas & ignes æternos vitabimus, si ipsos per considerationem timeamus. Et Esaiæ 33. *Ecce videntes clamabunt foris, angeli pacis amare flebunt.* Sicut enim leo castigatur & timet quando videt catulũ verberari, sic & nos castigamur & peccare timemus, quando in mundo vel in inferno peccatores castigari videmus, Zachar. 9. *Videbit Ascalon, & timebit.* Sic ergo patet quomodo septem sunt in genere quæ principaliter sunt videnda, & [a] deo otis cordibus attendend[a]. Ista est ergo visio speculatoria, quod est primum principale. ¶ Secundo principaliter dico quod est visio Y
intuitiua, & ista est visio beatorum, qua scilicet beati vident in patria intuitiue & intuitiue faciem Dei patris, quæ est eis causa beatitudinis sempiternæ. De qua Matth. 5. *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt, &c.* Est igitur quædam

Visio {
Lætificatiua,
Desideratiua,
Salutificatiua,
Recreatiua,
Certificatiua.
}

¶ Est dico visio lætificatiua, quia sicut apes dicuntur lętari quando vident regem suum, sic beati in visione Dei dicuntur summopere lætari. Ioan. 20. *Gauisi sunt discipuli viso domino.* Nec mirum si Z
beati qui sunt amici Dei gaudent in Dei visione, quia ipse etiam inimicus Herodes in eius visione non beatifica, sed ænigmatica dicebatur gaudere. Vnde Luc. 13. dicitur quod H[erodes] *viso Iesu gauisus est.* Erat enim multo tempore videre eum cupiens: & merito, quia sicut dicitur Eccles. 11. *Delectabile est oculis videre lumen.* ¶ Item est visio desideratiua; quanto enim plus videtur, tanto magis desideratur, scilicet videri, sicut pulchritudo coloris & magnitudo amoris solet visum attrahere ad videndum, & ad intuendum aliquid inuitare. Vnde prouerbialiter. *Vbi amor, ibi oculus.* Vnde de panthera legimus quod est animal gratum & amicabile, pulchrum, coloratum, & delectabile, ideo ab alijs animalibus aspicitur libenter & videtur, & ab ipsis diligitur accertiam frequentatur. Sic vere charissimi, beati, qui perfectissime Deum diligunt, & qui infinitam pulchritudinem in eo cernunt, ipsum semper videre desiderant, & quanto plus vident, tanto magis desiderant videre & tenere. Vnde 2 Paral. 9. *Omnes reges terrarum desiderabant videre faciem Salomonis*; quia sicut dicitur 1. Petri 1. *Iste est in quem desiderabant angeli prospicere.* ¶ Itẽ est visio salutificatiua, quia eo ipso quod beati vident Deum, sunt salui & in securitate salutis positi, & à cunctis malis præsentibus & futuris expediti. Quod bene sentiebat Iacob quando dicebat Genes. 32. *Vidi Deum facie ad faciem, & salua facta est anima mea.* ¶ Item est visio recreatiua. Videndo enim Deum omnes animæ appetitus satiantur, & nihil aliud desiderant, sed in isto solummodo delectantur. Ps. *Satiabor cum apparuerit gloria tua.* Quia eis propria

potest

Vnde de istis opulenta saturitate dicitur animæ beatæ Esa. *Tunc videbis & afflues, & mirabitur, &c.* ¶ Item est visio certificatiua, qua scilicet videndo Deum, etiam omnia alia videntur & eo beatifice cognito, omnia alia cognoscuntur. Psal. *Quoniam apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen.* Et Greg. in homilia. *Quid est quod non videant, qui videntem omnia vident?* Ista est ergo visio intuitiua, quæ est beatorum. Et supra visum est de visione speculatiua, quæ est viatorum.

¶ Sed adhuc dicere possumus quod videre aliquando significat admirationem, attentionem, vel circa aliquid occupationem. Et ideo sicut videmus quod diuites & potentes diligunt illos seruos qui res notabiles solent discernere & videre, & ipsas postquam viderunt recitare, sic vere apud Deum discretiores reputantur, qui res mundi notabiles contemplantur, ipsasque alijs prædicando nunciant & loquuntur. Ideo Apoc. 1. cuilibet nostrum præcipitur & dicitur. *Quod vides, scribe, id est, omnia quæ videris, diligenter retine & attende.* Vnde etiam ipse Deus facit sicut diligens pater, qui volens filium suum instruere, ducit eum secum, & ostendit ei secreta, quæ possint ei esse vtilia & honesta, dicens illud Psal. *Venite & videte opera Domini.* Et sic videbatur instruxisse & ad videndum Dei mirabilia inuitasse beatum Ioannem Euangelistam quando sibi Apocalypsim reuelauit, dicens Apoc. 6. & in alijs multis locis. *Veni & vide.* Vbi in isto & quolibet alio sancto ostenditur quod ipsum

Benigniter inuitauit,
Veraciter adamauit,
Subtiliter informauit.

Primum probat verbum allectiuum (Veni)
Secundum signum coniunctiuum. (Et)
Tertium dictum instructiuum. (Vide.)

De sua allectiua vocatione quæ ostenditur cum dicitur Veni, vide supra de venire. De sua copulatiua dilectione, quæ ostenditur cum dicitur Et, vide supra. De sua vero instructiua informatione quæ ostenditur cum dicitur Vide, possumus aduertere, quod Deus informauit eum de omnibus absconditis, & secretis. Ostendit enim sibi

Quæ sunt:
- Credenda,
- Tenenda,
- Facienda,
- Respicienda,
- Timenda,
- Petenda.

Et breuiter de omnibus quæ sunt virtuosa, & quæ sunt vitiosa, ita quod dominus poterat sibi dicere illud Ezech. 8. *Certe vides fili hominis.* Et ideo sicut videmus quod homo narrat libenter mirabilia quæ vidit, vt auditores incitet ad stuporem, sic beatus Ioan. mirabilia & notabilia quæ vidit in mundo, nobis narrat & dicit. Igitur si quæratur ab ipso, quid vidisti, vel illud Matth. 11. *Quid existis in desertum videre?* Ipse potest optime respondere,

Vidi:
- Deum cunctis imperantem,
- Angelum Deo famulantem,
- Prælatum digne gubernantem,
- Iustum sancte se regentem,
- Egenum multa sustinentem,
- Cœlum beatos continentem.

¶ Sed si quæras, quid vidisti de malo tam pœnæ quam culpæ, ipse proculdubio respondet,

Vidi:
- Diabolum cunctis insidiantem,
- Infernum malos recipientem,
- Mundum malos præficientem,
- Impium mala perficientem,
- Hominem fictum bonum dissimulantem,
- Iudicem malos exterminantem.

2 ¶ Ista enim sunt duodecim mirabilia, quæ dicit Ioannes se vidisse, & in rerum ordine perspexisse. ¶ Primo ergo dico quod vidit Deum cunctis imperantem, & sic loquitur Apocalyp. 4. vbi dicit. *Vidi, & ecce ostium apertum in cælo, & ecce sedes posita erat, & in circuitu sedis 24. sedilia, & super thronos 24. seniores sedentes circumamicti vestimentis albis, & in capitibus eorum coronæ aureæ, & de throno procedebant fulgura, & voces, & tonitrua, & septem lampades ardentes ante thronum, quæ sunt septem spiritus Dei.* Charissimi, ostium diuinæ reuelationis isti primo fuit apertum, & ideo ante omnia super sedem maiestatis æternæ ipse vidit sedentem, & cuncta imperantem dominum, seniores vero, id est, sanctos in suis sedibus cum coronis aureis æternæ dignitatis, & cum vestibus albis æternæ claritatis circa ipsum vidit sedere. Lampades vero ardentes, id est, spiritus & Angelos charitate feruentes circa ipsum vidit lucere, & iridem, & arcum æternæ iurisdictionis in circuitu suæ sedis vidit manere, & de ista sede voces, fulgura, & tonitrua, id est, diuinorum iudiciorum diuersa genera vidit exire, & ad nos inferius peruenire. Vnde de isto vidi dicit Esaiæ 6 *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & plena erat omnis terra maiestate eius, Seraphin stabant super illud, &c.* Istud est enim illud quod primo volunt sancti videre, scilic. ipsum Deum, cuius honorem, & maiestatem volunt contemplari, & ante omnia sentire. Exemplo Iacob Gen. 32. qui dixit. *Vidi dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea.* Iste ergo vidit Deum cunctis imperantem. ¶ Secundo dico, quod iste vidit Angelorum cœtum in Deo famulantem. Et sic loquitur Apoc. 8. vbi dicit: *Vidi septem Angelos stantes in conspectu Dei, & data sunt eis septem tubæ.* Septem enim vniuersitatem angelorum designat qui in conspectu Dei semper stant, & voluntatem Dei per occultas inspirationes, vel per suorum iudiciorum executiones nobis diuersimode tubant Apocal. 14. *Vidi alterum Angelum volantem per medium cæli habentem Euangelium sempiternum.* ¶ Tertio dico, quod iste vidit chorũ 4
prælatorum digne gubernantem. Et sic dicit Apoc. 10. *Et vidi alium Angelum fortem descendentem de cælo, amictum nube, & iris in capite eius, oculi eius erant vt sol, & pedes eius vt columna ignis, & habebat in manu sua libellum apertum.* Iste Angelus charissimi est bonus prælatus, qui dicitur fortis per constantiæ firmitatem, dicitur de cœlo descendere per suæ promissionis deriuantem à Deo sublimitatem, dicitur amictus nube per pietatis quam debet habere tranquillitatem, dicitur habere iridem in qua sunt colores multi, id est, conuersationis honestatem, & virtutum multiplicitatem, dicitur habere librum, i. sacræ scripturæ omnimodam veritatem, & iste liber dicitur apertus, quia scilicet ipsum aperire solet alijs per prædicationis, & eloquentiæ claritatem. Et ideo de aspectu boni iudicis vel prælati breuiter dicit ipse Apoc. 14. *Vidi & ecce nubem candidam similem filio hominis, habentem in capite suo coronam auream, & in manu sua falcem acutã.* Quia sc. tales qui personis rationalibus similes debent esse, & qui coronam dignitatis noscuntur portare, debent in nube candidæ pietatis sedere, & tamen falcem iustitiæ acutæ debent in manu iugiter tenere siue cõtinere. Vidit igitur iste prælatorũ chorum digne gubernantem.

¶ Quarto dico, quod ipse vidit iustorum populum sancte se 5
regentem. Et sic loquitur Apoc. 6. *Vidi & ecce equus albus, & qui sedebat super eum habebat arcum, & data est ei corona, & exiuit vincens vt vinceret.* Iusti enim habent equum album, id est, corpus mundum, scil. per mundissimam castitatem, habent arcum, id est, iustitiam & æquitatem. Et ideo quia vincunt peccata per vigorem, & probitatem, ipsi pro certo finaliter reportant coronam, id est gloriam & claritatem. Eccl. 43. *Vide arcum, & benedic qui fecit illum.* Iste ergo vidit iustum iuste se regentem.

¶ Quinto dico, quod iste vidit pauperem multa sustinentem. 6
Et sic loquitur Apoc. 6. *Vidi cum aperuisset sigillum sextum, & ecce terræmotus factus est magnus, & sol factus est niger tanquam saccus cilicinus, & luna tota facta est tanquam sanguis, & stellæ ceciderunt de cælo.* Terræmotus charissimi motum tribulationum designat qui, scilicet tantus est in hoc mundo, quod sol, & luna, & stellæ, id est, superiores, medij, & inferiores multas miserias patiuntur, & nunc nigri per timorem, nunc sanguinei per ruborem, cadentes de proprio statu per tribulationis horrorem sæpissime efficiuntur. Vnde simile videbatur vidisse Sapiens, Eccl 4. *Verti me,* inquit, *ad alia, vidi calumnias quæ sub sole geruntur, & lachrymas innocentium, & neminem consolatorem, nec posse resistere eorum violentiæ cunctorum auxilio destitutos, & laudaui magis mortuos quam viuentes.* Vidit ergo pauperem multa sustinentem. ¶ Sexto dico, quod ipse vidit pa- 7
radisum bonos recipientem, & sic loquitur Apoc. 21. *Vidi cælum nouum, & terram nouam, & vidi ciuitatem Hierusalem nouã descendentem de cælo à Deo paratam. Et audiui vocem magnam dicentem, ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & ipse cum eis erit eorum Deus, & absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum.* Paradisus enim est cœlum nouum, & terra noua, quia scilicet ibi intrantibus omnia noua, & mirabilia videntur. Iste enim locus Deo, & hominibus præparatur, & inde omnis luctus, & lachryma resecatur: vt sic dicat quilibet ibi existens illud prædictum Gen. 32. *Vidi dominum facie ad faciem, &c.* Istæ enim sunt sex visiones quas vidit Ioannes, & quas quilibet potest mentaliter videre, quæ pertinent ad bonos, de quo Ezech. 8. *Leuauit me spiritus, & adduxit me in Hierusalem in visione Dei.* ¶ Sed adhuc septimo dico, quod ipse vidit diabo- 8

... & sic dicit Apoc. 13. *Vidi de mari bestiam ascendentem habentem capita septem, & cornua decem.* Sequitur. *Et bestia quam vidi, similis erat pardo, & pedes eius sicut pedes vrsi, & os eius sicut os leonis. Et dedit illi draco virtutem suam, & potestatem magnam.* ... Ista bestia ... & quae de mari ... potestatem ... in hunc mundum, quia pro certo ... pugnare ...

Pardus propter versipellitatem.
Vrsus propter instabilitatem.
Leo propter crudelitatem.

¶ Quis ergo similis ... qui contra ipsum pugnare potest ... procul dubio ... obeditur. & ideo de tam mirabili ... & eidem ... Apocal. 16. *Vidi de ore draconis exire spiritus daemoniorum* ... visione ... Et nota, quod daemones dicuntur tres, pro eo, quod ... Vide ergo diabolum ... infernum malos recipien- ... ¶ Octauo dico, quod ipse vidit ... *Vidi Angelum descendentem de caelo, & habentem clauem abyssi, & catenam in manu sua, & apprehendit serpentem antiquum, qui est diabolus* ... per diabolum ... id est, quilibet ... Apocal. 19. ... Vide ... ¶ Nono di- ...

... Vide ergo ... mundum ... Illud est ... videntur ... in alto ... dextera ... Quia scilicet ... in infimo statu, & depressione ... & aduersitate ... & prosperitate ... & de- ... vide- ... dextera prosperitatis ... Apoc. 14. ... Ioannes ... agnum stantem supra montem Sion ... id est, super montem Sion ... quadraginta ... Et ideo ... Eccles. 10. ... ¶ Decimo dico, quod ... Vide etiam ... bonos ostendere ... Vnde ... dicens Apocal. 17. *Vidi mulierem sedentem super bestiam coccineam* ... *habentem capita septem, & cornua decem* ...

[illegible]

Dico ergo ...

Videre illa quae sunt in ... Superiora, Interiora, Exteriora.

¶ Superiora ... Deum, angelos ...

omnia amisimus. Marc. 13. *Videte vosmetipsos, &c.* ¶ Exteriora etiam debet videre, scilicet quanta est in carne vilitas, quanta in mundo vanitas, quanta est in hoste fallacias. Vide in Psal. *Vidi prævaricantes, & tabescebam, quia eloquia tua non custodierunt.* Et sic tales cum suo quadruplici visu figurabuntur *in animalibus ocularibus, quæ habebant ante, & retro totum corpus plenum oculis*, sicut dicitur Apocal. 4. & Ezech. 1. & 10. Contemplatiui ergo & literales, id est, scholares, debent videre, & attendere, & studere. Et si vis pone hic illa septem quæ pertinent ad scholaria visus instructiones, quæ ponuntur in lib. de oculo morali, quæ posita sunt supra de studere vel discere. Patet ergo quod contemplatiui vident attente conspiciendo. Quod bene potest dici de subditis, & religiosis, qui semper debent videre, & præ oculis habere mandata superiorum, & exempla hominum meliorum. Ipsis enim dicunt superiores illud Iudicum 7. *Quod me videritis facere, hoc statim facite;* quia sicut discipulos nititur facere, quod magistrum videt fecisse, sic & illi debent, iuxta illud Ioan. 5. *Non potest filius facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem. quæcunque enim ille fecerit, hæc & filius similiter facit.* Contemplatiui ergo vident attente conspiciendo. ¶ Tertio dico, quod boni actiui vident de-

21 uote compatiendo, quia ad bonum virum pertinet pauperes, & desolatos videre, eorum miserijs condolendo. De proprietate enim oculi est, quod faciliter ploret: multum enim habet de humido, & proprium est oculo, quod sibi compari assimiletur, & prae eius lætitiae aliquoties lachrymetur. Sic vere viri iusti debent se pauperibus conformare, & eis condolere, & pro eorum infortunijs lacrymas compassionis emittere, & stillare. Ad quod inuitant nos ipsi pauperes Thren. 1. vbi dicitur: *O vos omnes qui transitis per viam attendite, & videte si est dolor similis dolori meo.* Quod tamen est contra multos qui de visione pauperum non curantes, ad ipsorum miseriam non attendunt. Sicut enim ille qui est in lumine non videt eum qui est in tenebris, sed bene econuerso qui est in tenebris videt eum qui est in lumine, sic vere charissimi, illi qui sunt in lumine prosperitatis, non dignantur videre hodie illos qui sunt in tenebris miseriæ, & aduersitatis, & econtra illi qui in tenebris, & in vmbra mortis sedent, alios qui sunt in prosperitatis lumine bene vident, & ad ipsorum auxilium respiciunt, & anhelant. Quod bene figuratum est Genes. 40. in illo pincerna Pharaonis, qui existens in tenebris carceris, bene cognoscebat Ioseph, sed tandem ad lumen prosperitatis eductus, succedentibus prosperis oblitus est interpretis sui in carcere remanentis. Exemplum audiui de quodam scholari nobili, qui magistro suo dicere solebat, & consueuerat, quod si Episcopus fieret, ipsum egregie beneficiaret, qui tandem Episcopus factus, de magistri miseria non curauit, & ideo quadam die sibi Parisijs venienti magister in meridie cum multis luminaribus ardentibus cereis ei occurrit, cui quærenti cur hoc faceret, Respondit magister: Domine, quia non videtis, & quia vt video, compassionis oculos perdidistis. Isti enim oculos habent & non vident, aures habent, & non audiunt, &c. Et breuiter istud est generale, quod homines diuites pauperes propinquos non solent libenter cognoscere si vero ad paupertatem ipsius venire contingat, tunc solent eos libenter cognoscere & videre. Exemplo struthionis, quæ oua sua dum sunt in sabulo, obliuiscitur, cum vero pulli creuerunt, ipsos libenter recipit, & maternis visceribus amplexatur. Quia illi qui in sabulo paupertatis iacent, a suis consanguineis nō videntur. Si vero per prosperitatem creuerint, vel per dignitatem aliquam, libenter ab eis cognoscuntur, si videns eos promoueri in aliquo gradu: dicunt enim. Nonne fuit filius illius? & sic videntes, & dicentes inter se: Pater suus ipse mater erat de genere nostro propinquo. & sic cognoscunt, nō in sabulo paupertatis. Sicut enim habetur per scientiam perspectiuam, quicquid in aqua ponitur, melius videtur. Vnde ponatur, quod denarius sit in tanta distantia, quod non possit amplius apparere, & dicatur, si in ea distantia ponatur in aqua, quod statim clare cognoscitur, & videtur. Sic vere proculdubio charissimi datur, quod aliquis a nobis distet tantū propter sui paupertatis status difformitatem vel per remotam consanguinitatem vel familiaritatem, quod ipsum non videamus, & quod de ipso penitus nō curemus, si contingat, quod iste in aqua mundanæ prosperitatis ponatur, seu in dignitate, & quod diues, & prosper efficiatur, statim ipsum cognoscimus, & vidimus, & non obstante quacunq; distantia generis patriæ seu status, ipsum diligimus & amamus. Quod bene figuratum est in Nabuchodonosor Dan. 4. quem mutatum in bestiam principes sui de regno suo eiecerunt, sed

Dist. on Bercborij.

eum ipsum viderunt remutatum in hominem ipsum gratiose receperunt. Si ergo sit sicut [illegible] *Vt qui non vident, videant & qui vident, caeci fiant.* Non sic ergo, sed [illegible] pauperes, & tribulatos videamus, exemplo Mathatiæ de quo dicitur 1. Mac. 2. quod *videns miseriam filiorū Israel doluit & contremuerunt renes eius,* iuxta illud Abac. 3. *Viderunt & doluerunt montes.* Ista ergo est triplex bona visio compassionis, attentionis & discussionis. ¶ Sed adhuc hodie procul dubio videtur verificatum illud Ezech. 12. *In longum differentur dies, & cessabit omnis visio.* Quia hodie cessauit apud prælatos visio discussionis. Non enim curant videre seldum veritate de meritis causarum, sed de donatione bursarum, non de sufficientijs personarum, sed potius de exactione pecuniarum, non de iustitia negotiorum, sed de receptione munerum vel donorum. Quod patet in multis prælatis indignos sine deliberatione promouentibus, & multis iudicibus, sententias sine debita causæ cognitione præcipitantibus. Isti enim videre non videntur, in quantum merita singulorum non discutiunt nec [illegible]antur. Genes. 27. *Senuit Isaac, & caligauerunt oculi eius, & videre non poterat.* Item cessauit apud religiosos visio attentionis seu contemplationis, quia proculdubio isti libentius vident hæc terrestria quam cœlestia, temporalia quam spiritualia, mundi fauores, & [illegible] quam cœli dulcores, & beneficia. Figura Ezech. 13. de prophetis insipientibus *qui sequuntur spiritum suum, & nihil vident.* Item cessauit in actiuis visio compassionis, quia proculdubio nullus videt alium ei compatiendo, sed potius ad eum

Deridendum,

Explorandum,

Contemnendum.

Ad eum dico deridendum. Psalm. *Viderunt me & mouerunt capita sua* Ad eum etiam explorandum. Genes. 42. *Vt videatis infirmiora terræ, venistis.* Ad eum insuper contemnendum dicitur Sap. 2. *Grauis est nobis etiam ad videndum, quoniam dissimilis est aliis vita eius.* Et breuiter tales bonæ, & spirituales visiones perierunt, & videntes videnda defecerunt. Eccles. 12. *Obtenebrescent videntes per foramina.* ¶ Quibus præmissis possumus dicere, quod multa sunt 22
quæ visum, & discretionem mentis impediunt, sicut optime ponit auctor de oculo morali, & accepit de scientia perspectiua, scilicet,

Propter
- Digiti impulsionem,
- Medij ubicuationem,
- Nimiam attentionem,
- Medij variationem,
- Speculi appositionem,
- Radij fracti reflexionem,
- Diuersi situs dispositionem,
- Directam appropinquationem.

¶ Decipitur ergo visus propter oculi forte inquisitionem. Nam 23
sicut in scientia perspectiua ostenditur, oculus impressus digito videt vnam rem esse duo. Sic procerto loquendo spiritualiter, quando ab aliquo consiliatore malo fortiter inducimur, & impellimur, tunc male videre, & iudicare compellimur. Nam duo vnum videntur, quando per malum consiliarium aliquid fortiter allegatur. Istud patet de consiliarijs principum, & prælatorum, qui siue excusent siue accusent, semper de vna re faciunt videri duo, quia scilicet si accusent de festuca, solent trabem facere & vt pecuniam exigant, faciunt vnum defectum duos videri, & apparere, ita quod accusati possunt dicere illud Psalm. *Videntes me deriserunt me locuti sunt labijs, & mouerunt caput.* Si enim aliquem dominum suum commendant, & excusant, ita fortiter solent impellere, quod bona eius faciunt duplicia apparere, ita quod sufficientiam non vnius sed duorum in muneribus continere videtur, vt sic dicat consiliarius illi commendato illud Zachar. 9. *Ego autem annunciam duplicia reddam tibi.* Dicunt enim ipsi domino suo vel magistro illud Matth. 11. *Quid existis in desertum videre prophetam? etiam dico vobis plus quam prophetam.* Et illud Cantic. 7. *Quid videbis in Sunamitide, nisi choros castrorum?* Et breuiter isti sunt Magi Pharaonis, qui de seipsis possunt dicere. *Digitus Dei est hic.* Et bene Magi, quia illud quod nihil est, faciunt aliquid, & quod aliquid est faciunt nihil videri. Si enim princeps vult exactionem facere, vel aliquam malitiam exercere, statim adest Achitofel, cuius consilium, quasi si quis consuleret, dominum cum alicuius falsæ causæ allegatione impellit, & eum male iudicare compellit, exemplo aliorum tyrannorum. Dicit enim talis prælatus sic facie, & talis sic subditi vestri tantum deliquerunt, vos habetis modo talem necessitatem, &c. Si quia

etiam prælatos aliquem indignum vult promouere, statim adest malus consiliarius ad excusandum, quia si dicitur, puer est, respondet, Hieremiam, & præcursorem fuisse pueros, & Danielem pueritum senes iudicasse, & de iniustitia condemnasse. Si ignobilis, & illiteratus, respondet ignobilia mundi secundum Apostolum electa fuisse, & Apostolos studia nunquam frequentasse. Elinguis est dicet. Aaron qui fuit impeditioris linguæ, functus est sacerdotio. Luxuriosus est. Sed & Oseæ propheta fornicariam legitur accepisse mulierem, & Dauid legitur adulterium commisisse. Percussor est & vinolentus. sed & Petrus legitur gladio percussisse. Dominus vini potator legitur dictus fuisse. Obiurgator est & contentiosus. Sed & Paulus legitur Petro Apostolorum principi in faciem restitisse, & ipsi Apostoli leguntur quis eorum esset maior, contendisse. Et breuiter nullam causam repulsionis poterit quis allegare, quam non statim malus consiliarius excusare, qui imo si ex toto inutilis, & ineptus dicitur, respondebit quod Samson in mandibula asini Philistæos expugnauit, & quod potens est Deus nunc de lapidibus filios Abrahæ suscitare. O Deus quot, & quam tales digiti curiam dominorum frequentant, ipsosque ad male iudicandum, & videndum excæcant, & inclinant. Ideo bene consulitur Eccl. 7. *A male consiliario serua animam tuam.* Vnde de talibus dicitur Esa. 59. *Digiti eorum pleni sunt iniquitate.* Impeditur ergo visus per talem impulsionem, quia mali consiliarij sunt illi de quibus dicitur Esa. 30. quod *ipsi dicunt videntibus nolite videre, & aspicientibus, nolite aspicere nobis ea, quæ recta sunt.* ¶ Secundo dico, quod visus decipitur

24 per obscuram habitationem, quia scilicet experimento probatur, quod oculus existens in aere turbulento, non videt nec percipit turbulentiam in qua manet, quando vero ad clarum aerem venerit, tunc bene videt turbulentiam in qua fuit. Talis turbulentia charissimi est peccatum, quod scilicet oculum & visum rationis in tantum turbat, quod ibidem existens se illic esse ignorat, ita quod vilitatem proprij status non videt nec considerat neque spectat. Contra quod Hier. 3. *Leua oculos tuos in directum, & vide vbi nunc prostrata sis.* Quando vero surrexerit de peccati vilitate in qua iacuerat, tunc agnoscit. Exemplo phrenetici, qui dum est in infirmitate, non se sentit infirmum, quando vero sanari incipit, tunc se esse fractum, debilem, & infirmum fuisse sentit. In figuram cuius dicitur Exod. 14. quod *filij Israel de seruitute Aegypti recedentes leuauerunt oculos, & viderunt Aegyptios post se.* Quia pro certo dum Ægyptus, & Ægyptius, id est, peccatum & peccati status dimittitur, tunc perfecte cognoscitur, & videtur. Anselmus de similitudinibus dicit, quod consuetudo vitij est vt non facile videatur ab ipso qui ipso premitur, sed mox vt cessauerit videtur, & illa in qua quis iacuerat fœditas tunc sentitur. Visus

25 ergo decipitur per obscuram habitationem. ¶ Tertio decipitur visus propter nimiam meditationem & attentionem. Vnde sicut sensibiliter experitur, & in præfata scientia probatur, & monstratur, si oculum valde conuerteris ad aliquid, & virgam vel digitum in medio duorum oculorum inter te, & rem visam posueris, tunc duos digitos videbis, & quod mirum est, si oculum dextrum clauseris, disparebit imago sinistra, econuerso si sinistrum, dextra. Quod valde mirum reputat Aug. lib. 10. de trinitate. Ista deceptio accidit charissimi in illis qui nimis attente respiciunt, quia carnalem affectum habent ad nepotulos, & parentes. Illud enim quod vnum est, videtur duo, quia bona eorum vident eis in duplo maiora quam sint, sicut omnia quæ videntur in aqua, videntur esse maiora, & meliora esse creduntur. Vt de tali visione dicatur Ioan. 20. *Inclinauit se, & prospexit in monumentum, & vidit duos Angelos.* Isti enim habent duos oculos, scilicet oculum dextrum veri iudicij, & oculum sinistrum carnalis affectus, qui in re visa considerant dextra, & sinistra, id est, eorum virtutes & defectus. Quod si isti claudant oculum dextrum recti iudicij, statim disparet imago sinistra, quia nihil vident in talibus de sinistro & malo, si vero oculum sinistrum carnalis affectus clauderent, & oculum dextrum veri iudicij apertum tenerent, statim dextra pars illorum disparetet, in quantum, scilicet in ipsis nullum meritum appareret. Quia breuiter clauso carnali affectu, & aperto oculo recti iudicij, nihil videtur in istis dextrum siue bonum. Sed quia econuerso isti oculum carnalis affectus aperiunt, oculum vero recti iudicij claudunt, idcirco nihil sinistrum possunt videre, sed cuncta solum bona & dextera ex [illegible] de multis modernis aff[illegible] & [illegible] maliibus prælatis, & aliis parentum, & amicorum [illegible] potest di[illegible] Esa. 6. *Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude ne forte videat oculis*

*suis, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat.* Vnde Zach. 9. *Oculus eius tenebrescens obscurabitur.* Deluditur ergo visus propter nimiam attentionem seu meditationem.

¶ Quarto dico, quod deluditur visus propter medij variationem. Res enim quæ est in raro medio, sicut aere, videtur minor, & remotior, & res quæ est in grosso medio, sicut est aqua, videtur grossior & propinquior. Et inde est quod baculus quantumuis sit rectus, si tamen pars sit in aqua, vel videtur fractus, [illegible]. Et pro certo charissimi talis delusio spiritualiter intellecta [illegible] tingit in multis, qui [illegible] licet quantumuis aliquis religiosus vel alius sit rectus & perfectus, si tamen aliquis videt eum in aqua [illegible] arum in parte perfusum, vtpote quia laxat se ad aliqua [illegible] tales diuitias vel promotiones, statim credit eum vel [illegible] demum vel iniustum. Istis deberet dici illud Mat. 7. *Quid vides festucam, &c.* Et ideo religiosi non debent in conspectu [illegible] tium consolationes accipere, ne forte scandali [illegible] te, & malas opiniones in eis generare [illegible] & religiosis male iudicatur, & eorum vita magis [illegible] in exemplum trahitur & habetur. E[illegible] Ap[illegible] 1. Cor. 8. *Si quamuis comedere idolothyta non esset peccatum, illa tamen meditorum infirmis prohibentur, ne videntes scandalizentur. C[illegible] nam ducantur,* quia sicut dicit Claudianus *Regis ad exemplum totus componitur orbis. Mobile semper cum principe vulgus.*

¶ Quinto dico, quod deluditur visus [illegible] spe[illegible] tionem. Constat enim quod res [illegible] speculo, [illegible] se, quia scilic. homo videt dex[illegible] sinistrum, & al[illegible] & quod plus est, memoria illorum quæ videntur in spe[illegible] de est labilis, quod accidit ideo, quia illa visio causatur per [illegible] xiones, & fractos radios non directos. Et inde est quod homo melius recordatur de forma alicuius, quam aspexit [illegible] de, quam de forma propriæ faciei quam in speculo sæpe vidit. Charissimi per speculum quod est fragile, & tamen splendens intelligo mundi prosperitatem, quæ fragilis est, & de facili frangitur pulchra tamen videtur, splendens & amabilis. Modo sic est, quod quicquid mediante isto speculo cernitur, non recte, sed per radios fractos vel reflexos aspicitur, quia pro certo illi qui non nude vel directe ad lumine aspiciunt, sed ipsum mediante speculo mundanæ suæ prosperitatis, diligunt & attendunt, non est dubium, quod istam visionem in seipsos reflectant, in quantum propriam vtilitatem in visione huiusmodi semper quærunt s. Ph. 2. *Omnes quæ sua sunt quærunt, non quæ sunt Iesu Christi.* Quid ergo? pro certo illi qui sic vident aliquid in speculo, id est, illi qui visum, & aspectum cordis ad speculum prosperitatis mundanæ vertunt deluduntur, quia quod vnum est, aliud credere noscuntur, quod patet, quia omnia vident præpostera & euersa quia pro certo viros iustos, & sanctos, qui in veritate sunt sublimes, & alii in reputatione, & nobiles atq; summi, videut & æstimant infimos, ignobiles, viles & depressos: econuerso mali homines, & iniqui qui apud Deum & in veritate sunt infimi videntur à speculantes vidententibus esse summi. Et quare? certe quia spiritualia quæ in veritate apud Deum sunt dextera, & prospera, ab ipsis reputantur sinistra & aspera, temporalia vero quæ apud Deum sunt aduersa & sinistra, præcipua & prospera esse credunt. Et igitur propter speculum mundanæ prosperitatis visus, & aspectus veri iudicij deluditur, in quantum bonum quod malum est, & malum quod bonum est reputatur. Contra quos Esa. 5. *Væ qui dicitis bonum malum, &c.* Et bene isti ponunt tenebras lucem, & conuerso, quia pro certo isti sicut dictum est, dextera reputant sinistra, & sinistra reputant dextera, temporalia existimant prospera, & spiritualia credunt aduersa. Cuius tamen Deus contrarium facit, quia pro certo illud quod mundus credit altum, Deus credit infimum, & illud quod Deus credit infimũ, mundus altum credit, quia sicut dicitur 1. Cor. 1. *Quod infirmum est Dei fortius est hominibus, quia infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia.* Sicut dicitur ibidem, & illa quæ mundus dextera reputat, dominus sinistra prædicat, & aduersa, & econuerso quod sinistrum & aduersum à mundo creditur, & à Deo dextrum, & prosperum reputatur. Ita quod Deus mundane iudicanti, & speculariter videnti potest dicere illud Genes. 13. *Si ad sinistram ieris, ego dexteram tenebo, si dexteram elegeris, ego ad sinistram pergam.* Quod bene figuratum fuit in patriarcha Iacob, qui (sicut dicitur Gen. 48.) *cũ ordinati essent Ephraim ad dexterã qui erat primogenitus, & Manasses ad sinistram qui erat secundo genitus. Iacob benedictione daturus cancellauit manus & dextram manũ posuit super sinistram super dexteram.* In quo possumus videre, quod summus patriarcha Deus dextrum reputat, quod mũdus sinistrum.

Nam

Nam super Ephraim qui interpretatur augmentum, id est, super diuites & opulentos, qui modo videntur primogeniti esse, & dexteram prosperitatis tenere, sinistram suæ iustitiæ Deus ponit, vt ostendat eos non esse dextros, sed sinistros, & finaliter in sinistra aduersitatis æternæ ponendos, quando scilic. dicet tunc his qui à sinistris sunt. *Ite maledicti in ignem æternum, &c.* Super Manassen vero qui interpretatur obliuio, id est, super pauperes qui nunc obliuioni dantur, & qui nunc in sinistra aduersitatis locantur, & sicut vltimo geniti postponuntur, dexteram suæ gratiæ collocat, vt statum eorum magis prosperum, quam aduersum ostendat, & vt dexteram æternæ prosperitatis eis finaliter porrigat, quando scilicet his qui à dextris eius sunt, dicet: *Venite benedicti patris mei, &c.* Psalm. *Me suscepit dextera tua Domine.* Quæ etiam figuratur Apocal. 10. vbi Angelus pedem dextrum super mare, & sinistrum super terram legitur posuisse. Et vere angelus testamenti Christus dexteram prosperitatis æternæ, mari, id est, amaris & fluctuosis pauperibus extendit, sinistram vero æternæ miseriæ, super terram, id est, super terrenos diuites ponit. Quod insuper imago crucifixi denotat, quæ dexteram aquiloni, id est, illius qui sunt in frigore aduersitatis, videtur ostendere & promittere, sinistram pœnæ æternæ ad meridiem, id est, ad illos qui nunc sunt in claritate prosperitatis, videtur extendere & donare. Circa quod est aduertendũ quod imago virginis ad aquilonem ponitur. Ad denotandum quod Deus nullum habet tam charum quin in mundo isto aquiloni, id est, mundi frigoribus & tribulationibus exponatur, vt sic sua diuinæ protectionis dextera protegatur, & ad æternæ prosperitatis dexteram assumatur, dicens illud Psalm. *Dextera domini fecit virtutem, dextera domini exaltauit me, non moriar, &c.* Sic ergo patet quomodo visus decipitur propter speculi appositionem. Sed quid? pro certo talis visio facta in speculo non est durabilis, quia vere si quis mediante speculo suæ prosperitatis ab aliquo aspicitur, & diligitur & videtur, sua visio faciliter obliuioni traditur, quia deficiente prosperitatis speculo, nunquam amplius de eo recordatur. Etiamsi homo seipsum mediante tali speculo respiciat, ita quod oculum considerationis suæ primo ad speculum in quo relucet, id est, ad mundi diuitias quas obtinet principaliter conuertat, statim iudicando de seipso decipitur, & sibiipsi alios quam sit esse videtur. Et sicut supra dictum est, de seipso d[illegible] sinistrum, & sinistrum dextrum, id est, bonum malum & malum bonum à suo decepto oculo æstimabit. Vnde tales dicere possunt illud 1. Cor. 13. *Videmus nunc per speculum in ænigmate.* Nudi ergo, & non cum speculo & nos & alios videamus, & non ad fortunam, sed ad naturam: non ad prosperitatem, sed ad personæ sufficientiam principaliter intendamus, quia alias sicut dicitur Iacob 1. *Hic comparabitur viro consideranti vultum, &c.* Fallitur ergo visus per speculi appositionem.

28 ¶ Sexto dico, quod visus fallitur per radiorum reflexionem. Visio enim quæ fit per radios fractos vel reflexos, non est certa sicut visio nuda, & directa. Et inde est, quod de quantitate rei visæ in speculo vel in aqua nunquã vere iudicatur. Sic vere charissimi quando visus recti iudicij per aliquid delectabile frangitur, tunc veritas cognitionis impeditur. Et inde est quod quando auaritia, inuidia vel luxuria immiscetur, nunquam de re veraciter iudicatur. Et istud patet de doctoribus, qui quando vident peccatum directe, sc. quando prædicant vel disputant, tũc quantitatis veritaté optime monstrant. Si vero veniat tentatio quæ radios veri iudicij frangit, tunc proculdubio male iudicãt, in quantum ad illud eonde[illegible]nauerunt, se inclinant. Threno. 2. *Prophetæ eius non inuenerunt visionem à domino.* De inuidis quid dicemus, in quibus inuidia ita visum recti iudicij frangit & cœcat, quod de homine quanquam propinquo nihil boni existimant. Sicut enim dicitur Genes. 37. *Videntes fratres Ioseph venientem, dixerunt. Ecce somniator venit, &c.* Dicũt enim inuidi illud Sap. 2. *Grauis est nobis etiam ad videndum.* Sed quid de auaritia iudicabimus? Ista enim dominatur in omni terra Ægypti, quæ scilicet oculos sapientum & virtum iudicium contemplatiuum, & iudicatiuum peruertit, & omnem veræ cognitionem confundit, illud patet de munerum acceptoribus, qui à veritate iudicij excæcantur. Isti enim sunt sicut visus qui videndo peluim candentem, excæcatur, quia scilicet dum istis munera, & vasa vbi ardor auaritiæ est inclusus, offeruntur, ipsi à vero iudicio excæcantur. Vnde Daniel. 13. *Auerterunt oculos suos ne viderent cælum, & ne reminiscerentur iudiciorum iustorum.* Quia breuiter apud istos nihil fit sine muneribus, sed cũ muneribus quicquid volunt. Vnde de malis iudicibus, & eorum curijs, & familiaribus pulchre loquitur versificator qui dicit. *Audito numen quasi viso principe summo. soluuntur valuæ, nihil auditur nisi salue.* Patet ergo quod visus deluditur per radij reflexionem.

¶ Septimo dico quod visus deluditur propter diuersi situs variationem. Probatum est enim in dicta scientia sicut ponit dictus auctor de oculo, quod oculus existens in medio raro, vtpote in aëre, videt illud quod est in medio grosso, sicut est aqua, esse maius quam sit in rei veritate & econuerso qui est in aëre grosso, videt illud quod est in medio raro, esse minus. Charissimi medium rarum, & tenue significat paupertatem, medium vero grossum & pingue signat temporalium facultatem. Pauperum ergo & diuitum visus & discretio taliter deluditur, quod illi qui sunt in raro paupertatis, diuites qui sunt in grosso medio terrenæ facultatis, magnos existimant, diuites vero pauperes quos vident, paruos & minimos esse putant. Vnde breuiter ipsi pauperes videndo magnos status diuitum dicunt illud Num. 13. *Filios Enachim vidimus ibi, quibus comparati quasi locustæ videbamur.* Diuites vero de pauperibus quos contemnunt, dicunt illud Esa. 53. *Vidimus eum, & non erat aspectus, virum dolorum & scientem infirmitatem.* Contra quos dominus dicit Matt. 18. *Videte ne contemnatis vnum ex istis, &c. Angeli eorum semper vident faciem patris, &c.* Deluditur ergo visus per medij variationem. 29

¶ Octauo dico quod visus deluditur propter directam appropinquationem. Videmus enim quod stella vel luna videtur maior quando à nobis est remota, scil. in oriente, quam quando est in puncto meridionali, vbi constat quod est magis prope nos. Et ideo talis proculdubio delusio inuenitur quotidie in nobis, quia pro certo illi qui sunt aliquantulum à nobis remoti, & minus familiares, nobis videntur maiores, & meliores. Illi vero quotidiani familiares & propinqui quamuis præcæteris sint excellentes, dicuntur respectu aliorum esse parui. Teste enim Terentio. *Obsequium gratiam, & familiaritas contemptum parit.* Istud etiam ad mortuos applicatur, quia constat quod quamdiu aliquis viuit, & est prope nos, sua quantitas, suus honor, valor & bonitas non videtur, quando vero moritur, & à nobis elongatur, tunc quantum erat vtilis cognoscitur, & eius sufficientia melius declaratur. Illud insuper apparet de officialibus, & alijs maioribus, qui dum sunt præsentes, parui & mali reputantur, si vero recesserint, à nobis remoti fuerint, tunc alijs deterioribus succedentibus ipsi meliores esse probantur. Iniquitas enim succedentium auget famam præcedentium. Vnde Ezech. 16. Hierusalem nequissimæ ciuitati dicitur: *Tu autem iustificasti sorores tuas, sceleratius agens ab eis.* Illa ergo quæ sunt remota, melius videntur, quia etiam cœcutiens melius videt aliquantulum à remotis, sicut de Hely dicitur 1. Regum 3. quod *non poterat videre lucernam Domini, donec extingueretur.* Sic ergo patet charissimi, quod visus recti iudicij octo causis vel casibus deluditur, ita quod vnum aliud ei editur, & sic visio vana & falsa perficitur & causatur. Vnde de talibus sic videntibus dicitur Oseæ 10. *Loquimini verba visionum inutilia.* De quo tamen iudicio visionis Dauid se absolui rogabat, dicens in Psalm. *Auerte oculos meos, ne videant vanitatem.* 30

¶ De videre confusionis, quo scilicet reproborum opera praua quæ modo abscondita sunt, in die iudicij videbuntur, possum dicere quod lapis qui dicitur chrysopalus, melius videtur de nocte quam de die, quia sicut dicit Dioscorides, istum lux celat, & prodit obscuritas: sic vitia talium quæ in die præsentis vitæ celantur, in nocte futuri iudicij videbuntur, quia nihil opertum quod non reueletur, & nihil absconditum quod non sciatur in die iudicij. Vnde dominus loquens animæ peccatrici dicit sic Ezechielis 16. *Nudabo ignominiam tuam coram eis, & videbunt omnem turpitudinem tuam, & iudicabo te iudicio adulterorum.* 31

Nota quod

Videre volunt
- Luxuriosi,
- Præsumptuosi,
- Inuidiosi,
- Gulosi,
- Curiosi.

¶ Luxuriosi, contra illud Matth. 5. *Qui viderit mulierem, &c.* Sed de visu & aspectu mulierũ vide supra vbi agitur de oculo luxuriosi. ¶ Item præsumptuosi, qui volunt videre & inquirere de diuinis secretis. Contra quos Numer. 4. *Alij nulla curiositate videant quæ sunt in sanctuario.* Tales enim per talem visum incidunt in errorem. Figurati in viris Bethsames, qui quia viderunt

[illegible]ram nudam, [illegible] sunt, quia sicut dicitur Exod. 33. *Non enim videbit me homo & viuet.* Et ideo ipse dicit Moysi ibidem *posteriora mea videbis, faciem autem meam non videbis.* Quia præceptum est [illegible] ne faciem Dei, id est, sublimia diuinitatis videant aut scrutentur, sed quod in [illegible] eius, id est, in superficialibus & magis grossis studeant & meditentur. *Deum enim nemo vidit vnquam*, sicut dicitur Ioan. 4. Quia sicut dicitur 1. Timoth. 6. *Ipse est qui lucem habitat inaccessibilem: quam nemo hominum vidit, sed nec videre potest.* Supple [illegible] tempore [illegible] præsentis nudæ & intimæ. Alias tamen in vita futura, *sicut eum videbimus sicuti est* 1. Ioan. 3. ¶ Item vident inuidiosi, de quo in Psalm. *Peccator videbit & irascetur, dentibus suis fremet & tabescet* &c. Item male vident gulosi & curiosi. Vnde Genesis 3. dicitur *quod mulier vidit lignum*, &c.

32 ¶ Videri vero loquendo passiue accipitur in bono & in malo. In bono, quia scil. malus debet velle videri vt colligatur: bonus vero vt eius exemplo alius melior efficiatur. Dico malus vt castigetur. Infirmus enim bene vult vt Medicus eum videat, & vt eius consulat sanitati. Sic & peccator debet velle quod peccata eius sacerdos in confessione videat, prælatus vero in visitatione videat, & vt salutis remedium interponat. Vnde talis debet dicere correctori vel confessori illud Thr. 1. *Vide Domine & considera quia facta sum vilis.* Item bonos vt per eum alios informetur, Exemplo boni magistri, qui bene vult, quod discipulus videat opera sua & addiscat. Et sic dicitur Matth. 5. *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, &c.*

33 ¶ Sed vere illud videri passiuum accipitur in malo, & sic refertur ad vaniglorios, hypocritas & curiosos, qui volunt videri ab hominibus & vt laudentur ab hominibus intueri. Matth. 6. *Faciunt opera sua vt videantur ab hominibus.* Similes simiæ quæ gloriatur, quando homines vident catulos suos. Similes etiam pauoni, qui gloriari dicitur quando cauda & rota sua ab hominibus inspicitur, & videtur. Sic vere hypocritæ, qui habent pulchram conuersationem, & mulieres & iuuenes qui habent pulchram iuuentutem: bene vero parati & induti qui habent pulchrum ornatum & dispositionem, ab hominibus videri cupiunt, & ideo quicquid habent pulchrum vt videatur ostendunt, imo si nun haberent nisi truncum, valde bene ostendunt. Patet in istis armigeris tam in vestibus quam in alijs dicentes illud, Sap. 9. *In multitudine videbor bonus, & in bello fortis.* Contra illud Matt. 6. *Attendite ne iustitiam vestram faciatis*, &c. Sed de tali videri supra de apparere in titulis consimilibus. Ista igitur de videre sufficiant. Vide de aspicere, Apparere, Ostendere, & similibus titulis. Et sic sufficit.

*SERMO DE QVO PER DICTIONArium sæpe mentionem auctor facit.*

## A Videte quomodo caute ambuletis

Ephesiorum 5. *In lumine tuo videbimus lumen.* Psal. 35. Quia charissimi ad visionem corporalem non solum est necessaria obiecti præsentatio, nec solum necessaria est organi dispositio quinimo necessaria est luminis influitio, hinc est quod nos qui secundum thematis nostri continentiam de visu morali locuturi sumus, non solum indigemus obiecto materiarum nobis præsentato, organo potentiarum bene disposito, quinimo super omnia indigemus lumine diuinæ gratiæ nobis sursum à patre luminum deriuato. Et hoc videtur dicere verbum superius secundū dictum: *In lumine tuo videmus lumen.* Ac si dicat quod sine lumine diuinę gratię nihil vtiliter videre vel cognoscere possimus. Istud est enim lumen quod non solum illuminat cognitionem, quinimo mouet, & informat rectam, & debitam locutionem. Ideo indigemus lumine diuinæ gratiæ vtiliter videre vel cognoscere possimus. Quia pro certo, charissimi, nec prædicator bene videt seu loquitur, nec auditor bene retinet sine hoc lumine. Quod probari potest

Naturaliter,
Figuraliter,
Exemplariter,
Scripturaliter.

¶ Naturaliter enim istud patet in istis auiculis, quia adueniente solis lumine solent dulcius, & lætius resonare, & voces suas altius exaltare, & [illegible] suum [illegible] attentius collaudare. ¶ F[illegible] istud p[illegible] in Apostolis, *qui tunc varijs linguis Dei magnalia locuti fuerunt*, quando lumen cœleste, scil. Spiritum sanctum in forma luminosa ignea [illegible]. ¶ E[illegible] illud probo, & hoc quidem per exemplum satis mira[illegible]tur enim quod Alexander postquam Indias peragrasset, & terminos Liberi patris & ad Herculis columnas attigisset, [illegible] in deserto duas arbores soli & lunæ dedicatas, ipsis pe[illegible] terá gentilibus consecratas, quæ quidem arbores certis temporibus loquebantur, & de omnibus quæstionibus responsa [illegible] quærentibus fatebantur. Erat enim error gentium quod [illegible] luna in his arboribus essabantur. Verum tamen [illegible] quod [illegible] stæ non loquebantur, nec respondebant, nisi quando lumen ab istis suis numinibus recipiebant. Vnde [illegible] fiebat [illegible] mane quando solares radij tangebant arbore[illegible], [illegible] quærentibus respondebat. In sero vero arbor lunæ [illegible] loquebatur, quando lux lunaris super eam influebat. Re[illegible] a[illegible]tissimi sic est quod prædicatores possunt dici Ap[illegible] sunt dici arbores. Aues, quia debent volare cœlestia c[illegible] Psal. *Volauit super pennas ventorum.* Apostoli sun[illegible] nun[illegible] a debent fidei, & multorum mysteria nuntiare auditoribus [illegible] cando. Esa. 66. *Nuntiabunt gentibus fortitudinem meam.* Ar[illegible]res sunt, quia debent fructificare bona opera faciendo, & etiam fructum doctrinæ proferre alios erudiendo. D[illegible] 4 [illegible] *in medio terra, & fructus eius nimius.* Et [illegible] d[illegible] ar bores solis, & lunæ, quia sc. soli iustitiæ C[illegible] & lunæ per[illegible] in æternum, id est, virgini gloriosæ debent esse dati & dicati, & per deuotionem, & confessionem [illegible] ti, ita quod de istis possit dici illud E[illegible] *Non [illegible] vltra [illegible] tuus, & luna tua non minuetur.* Isti etiam sunt arbores, quæ habent loqui omnimodam sanctitatem, & de secret[illegible] quærentibus veritatem. Ec[illegible] *est intellectus, responde proximo.* Et in Psalm. *Magnificentiam gloriæ tuæ loquentur, & mirabilia tua narrabunt.* Sed quia pro certo isti nec quasi possunt nec bene loqui, nec bene dicere, nec bonum responsum al[illegible] placere nisi cœlestis luminis, id est, diuinæ gratiæ radijs tangantur, & nisi solis & lunæ, id est, Christi & Mariæ lumine seu gratia perfundantur. (Teste enim B. Gregorio, *in vanum laborat lingua prædicatoris, nisi intus fuerit gratia saluatoris.*)

¶ Et hoc etiam probatur quarto Scripturaliter, quia Marc. 7. de illo muto & surdo dicitur quod *cum Christum ipsum sputo tetigisset, solutum est vinculum linguæ eius, & loquebatur recte.* Christus enim interpretatur vnctus, & significat cœlestem vnctionem, quæ scilicet mutos, id est, prædicatores inscios, & surdos, id est, tepidos auditores facit discrete loqui, & prædicare, & attente intendere & audire. Et sequitur *Bene omnia fecit* (diuina, scilicet gratia) *surdos fecit audire, & mutos loqui.* Igitur charissimi, pro isto lumine cœlesti impetrando, ad nostra duo numina solem & lunam, i. e. Christum & Mariam recurramus, & ipsam lunam, id est, beatam virginem pro obtentu istius luminis salutemus, dicentes. Aue Maria, &c.

¶ *Videte quomodo caute ambuletis.* Ephes. 5. Charissimi sicut ex scripturis possumus colligere, præter visionem corporalem, sensibilem & communem, quatuor sunt species mentalium visionum. Est enim

Visio:
- Naturalis vel mathematica,
- Figuralis vel ænigmatica,
- Moralis atque sanctifica,
- Realis atque beatifica.

Prima est visio demonstratiua,
Secunda est visio meditatiua,
Tertia est visio mediatiua,
Quarta est visio intuitiua.

Vident:
- Philosophi mathematice, & naturaliter,
- Contemplatiui ænigmatice & figuraliter,
- Viri sanctifice vel moraliter,
- Viri beati certifice vel realiter.

Est ergo quędam:
- Philosophantium,
- Fidem tenentium,
- Iuste viuentium,
- Beate fruentium.

¶ Dico ergo primo quod est quædam visio naturalis & mathematica, quæ quandoq; est vana & curiosa, & sub ista volo comprehendere omnem scientiam literalem, siue sit physica, siue sit ciuilis, vel canonica. quia pro certo tales scientiæ quanto cordi magis approximantur, tanto maiora mala quantum ad animā operantur. Nam vtiq; oculus corporalis hebetatur quando respicit nimiam claritatem, ac etiam visus excæcatur quando respicit B

spicit peluim candentem, & sicut claritas excessiua solet spiritum visualem attrahere & disgregare, nihilominus vero calore humorum neruorum visualium desiccare, & sic necessario oculum excæcare, sic vere charissimi, quando oculos mentis nostræ nimis curiose attendit, & respicit ad claritatem, subtilitatem scientialium, spiritus interioris affectionis ita quandoq; delectatur, & attrahitur, & ita per varias opiniones, & per magnas sciendi affectiones disgregatur & dispergitur, quod humor gratiæ in eo consumitur, & quod homo siccus & indeuotus efficitur, & sic spiritualiter excæcatur. Figurati Act. 9. in Apostolo Paulo, quem primo circumfulsit lux de cœlo, & statim exiuit excæcatus, ita quod apertis oculis nihil videbat. Ad denotandum, quod splendor, & subtilitas scientiarum mentem spiritualiter excæcat, & dato quod homo oculos intellectus habeat apertos & acutos, de his tamen quæ ad salutem pertinent nihil spectat, sicut ad literam videmus multis clericis in spiritualib. hebetatis atq; cæcis. Vnde Hier. 10. *Stultus factus est omnis homo à scientia.* Quod est figuratū in Eua quæ videns scientiæ lignum, contempsit lignum vitæ, & dum ipsius fructum gustauit, lignum vitæ, & paradisi amœnitatem amisit. Sic vere multi sunt, qui plus volunt scire quam viuere, scientiam quam gratiam, subtilitatem quam sanctitatem, & ideo dum scientiarum fructum gustant, & colligunt, lignum vitæ, id est, diuinam gratiam & deuotionem negligunt, & paradisum necessario perdunt. Et ideo de tali curiosa visione dicitur Eccl. 3. *Altiora te ne quæsieris, & in superuacuis rebus ne fueris curiosus.* Non enim est necessarium quæ abscondita sunt, videre oculis tuis. Ista est ergo visio scientifica, quæ est curiosa. Rom. 12. *Non plus sapere quam oportet sapere.*

C ¶ Secundo dico, quod est quædam visio ænigmatica, quæ est caliginosa, & ista est visio fidei. Quia sicut aues nocturnæ quæ habent debilē visum, non possunt videre lumen solis, & ideo de nocte in lumine tanquam magis contemperato volitant, sic & nos pro tempore huius vitæ intellectus visum valde debilē habemus, in tantum quod claritatem solis, i. e. mysteria regni Dei nude videre & clare cognoscere non valemus, donec lunare lumen, id est, obscuram fidei cognitionem nobis voluerit Dominus concedere, vt sic ipsum temperato lumine videamus. Figuratum in Moyse, cuius vultum splendidum & cornutum filij Israel videre non poterant, quapropter velamen super faciem suam posuisse legitur, & sic filij Israel vultum ipsius contemperato lumine aspexerunt. Sic vere quia ipsius Moysi, i. ipsius Dei non possumus videre diuinitatem aut claritatem, nec faciē cornutam, nec maiestatem vel potestatem, adhibuit fidei velamentum, quo sc. mediante vultum ipsius cernimus & ipsum naturaliter conspicimus & videmus. Et de hac tali caliginosa visione loquitur Apostolus 1. Cor. 13 *Videmus nunc per speculum in ænigmate.* Ista est ergo visio ænigmatica, quæ est caliginosa.

¶ Tertio dico, quod est visio moralis & sanctifica, quæ est vtilis & fructuosa, & ista nihil aliud est quam spiritualis meditatio & cognitio, qua nos videmus, & attendimus illa quæ pertinent ad salutem, scil. vtilia quæ sunt facienda, & nociua quæ sunt fugienda & præcauenda. Exemplo galli qui vnum oculum ad granum inueniendum ad terram vertit, alium vero ad accipitrem præcauendum sursum erigit, significans, scilicet virum iustum, qui vnum oculum, scilicet considerationis vertit ad grana virtutum quærenda, alium vero erigit ad nociua omnia præcauenda, & machinamenta accipitris diaboli cauenda. Col. 2. *Videte ne quis vos decipiat.* Hæc est ergo visio sanctifica & fructuosa, quæ est vtilis.

E ¶ Quarto dico, quod est quædam visio beatifica, quæ est gaudiosa, & ista est pro certo illa qua beati in patria vident intuitiue, & communicatiue essentiam deitatis, de qua dicitur, quod visio est tota merces, significata per philosophos Indorum, de quibus dicit Solinus quod Indi in arenis feruentibus solem irreuerberatis oculis intuentur, & in ipso orbe candentia luminis quædam secreta incessanter rimantur. Sic vere sancti Angeli in ipso deserto, & in loco occulto paradisi non cessant solem, i. e. claritatem diuinæ essentię contemplari. & secreta deitatis videre, cognoscere & rimari, & in hoc multipliciter delectari, iuxta illud Eccl. 11. *Delectabile est oculis videre lumen.* Et illud Gen. 33 *Vidi dominum facie ad faciem. & salua facta est anima mea* Quia sicut dicitur 1. Petr. 1. *Ipse est in quem desiderant Angeli prospicere.* Figuratus in Salomone, de quo dicitur 3 Reg. 10. quod *omnes reges terræ desiderabant videre faciem Salomonis & audire sapientiam eius.* Quia ergo charissimi præcepto Apostolus in themate præassumpto nos monet ad istam visionem beatificam, quia bene scit, quod ista non est pro tempore huius vitæ apprehendenda, nec ad visionem fidei seu ænigmaticam, quia supponit quod quilibet habeat eam, nec etiam ad visionem scientialem mathematicam, quia ista quandoq; nocet magis quam proficit, sed vere ipse monet nos ad visionem moralem seu sanctificam, quæ scil. bona docet eligere, mala fugere, recte viuere, & ad gloriam paradisi per passus bonorum operum ambulare: & hæc facit in themate præassumpto. Videte, &c. In quibus Apostolus facit tria. Vidit enim Apostolus, quod homo in mundo generaliter patiebatur tria mala, scilicet

In { Cognitione ignorantiam,
Conuersatione insolentiam,
Operatione negligentiam.

In cognitione carebat lumine directiuo,
In conuersatione carebat ordine correctiuo,
In operatione carebat lumine commotiuo.

¶ Contra ergo ista tria,

Ignorantiam monet illustrari,
Insolentiam monet regulari,
Negligentiam monet excitari.

¶ Habeamus ergo in aspectu mentalis sapientiæ splendorē. Videte. Habeamus in affectu moralis moderantię decorē. Quomodo caute. Habeamus vitalis operationis progressionē. Ambuletis. Mentalis meditatio sensus atq; cognitio nobis iniungitur. Moralis ordinatio modus atque discretio nobis indicitur. Vitalis operatio motus atque progressio nobis præcipitur.

F ¶ Habeamus igitur primo, & principaliter in prospectu mo- ralis diligentiæ vigorem, Ambuletis. Et principaliter dicitur quod debemus habere in aspectu mentalis splendorem sapientiæ. Videte inquit, sci. per sapientiam, prudentiam, & veram cognitionem. Ista est ergo veritas quod sensus visus inter cæteras partes corporis est magis nobilis, & magis appetibilis & commendabilis, & istud patet

Exemplo naturæ,
Ænigmate figuræ,
Auctoritate scripturæ.

¶ Exemplo dico naturæ, quia visus inter potentias corporales magis est spiritualis, & inde est quod physiognomi magis iudicant de animæ passionibus & de hominis conditionibus per oculum & visum, quam per alia quæcunque membra. Ad quod etiam scriptura Eccl. 19. *Ex visu cognoscitur vir & ex occursu faciei cognoscitur sensatus.* Iste enim est sensus qui totum corpus habet regere, & cætera membra gubernare, & ideo natura voluit omne perfectum animal visu tanquam dono nobiliori & potiori nobilitare, & dotare & etiam decorare.

¶ Item patet ænigmate figuræ, quia sicut legitur Leuit. 21. ipse Deus naturæ, seruitores clare videntes & sensum visus habentes habere voluit, & omnes cæcos & oculis maculatos à suo ministerio repudiauit, & eos ab ingressu interioris tabernaculi reprobauit.

¶ Item istud patet auctoritate scripturæ, quia in scriptura patet quod illi qui visu carebant, se viles & miseros reputabant, sicut patet de Tobia. Tob. 5. *Quale gaudium est mihi, qui in tenebris sedeo, & lumen cœli non video?* &c. Illi etiam qui visum non habent, ipsum tanquam donum naturæ præcipuum totis affectibus appetebant, sicut dicitur de illo cæco Iesu adducto, cui cum dixisset Dominus. *Quid tibi vis faciam?* respondit, *Domine, vt videam.*

¶ Si ergo corporalis visus qui regit totum corpus, cōmendatur & in scriptura, & in figura & in natura, multo magis est commendabilis visus spiritualis, sc. prudentia seu meditatio, & circumspectio virtualis, qua scil. anima regitur, quæ inter cæteras virtutes specialior, & vtilior iudicatur. Ista est enim quā omnis homo & omne animal perfectū tenetur habere. Ista est per quā à brutis, id est, à peccatoribus distinguuntur. Ista est sine qua nullus dignus in ministrandi in tabernaculo militantis Ecclesiæ iudicatur, sed potius tanquā indignus ab officijs, & beneficijs Ecclesiasticis à domino reprobatur. Illa est sine qua homo miser, & flebilis reputatur. Ista est quæ in specialis viris Ecclesiasticis iniungitur & mandatur. Videte inquit. Marc. 13. *Videte, vigilate & orate.* Sed heu, proh dolor, videtur quod vltima para prælibatæ figuræ hodie tenetur ad vnguem, & hodie in hoc articulo videtur Ecclesia iudaizare. Dicitur enim Leuit. 21. Et sequenti capitulo, quod dato quod quis propter maculā vel albuginem vel

etiam

re dicebatur. Iste autem vnum oculum ad modum clypei in fronte habebat, quem quando dormiebat solebat iuxta se ponere, & quando vigilare volebat ipsum iterum in fronte ponebat. Vlysses igitur de destructione Troianæ rediens ad illam insulam applicuit, & Polyphemum ibi dormientem inuenit & oculum iuxta se positum, qui caute accedens oculum gigantis est furatus, & eo recedente remansit miser fatuus ex cœcatus; quando enim euigilauit, oculum suum inuenire credidit, sed quia latro eum subripuerat, non inuenit. Charissimi istud verum est hodie in Ecclesia, quia Ecclesia militans potest insulæ comparari, pro eo, scilicet quod solet ictibus maris, id est, tribulationum fluctibus verberari. In ista enim fuerunt antiquitus gigantes, i. viri in quantitate virtutum excellentes alios & etiam per doctrinam & exempla montes, id est, superbos de loco ad locũ mouentes, id est, de peccato ad virtutes, & ad fidem & pœnitentiam conuertentes Baruch. 3. *Ibi fuerunt gigantes nominati illi, qui ab initio fuerunt statura magna scientes bellum.* Isti enim vnicum oculum habebant, i. vnicam in Deum affectionem & meditationem, quia eum solum videbant, & cogitatum suum in eo iactabant. Vnde in Psalm. *Oculi omnium in te sperant domine.* Sed quid? Pro certo isti homines qui debebant & solebant (sicut dictum est) gigantes esse, nunc incipiunt in delitijs dormire, & in mundi prosperis delectari & requiescere. Et ideo iam oculum considerationis suæ de capite proprio, id est, de Deo auferunt, & istũ iuxta se, id est, ad mundi bona & ad carnales consanguineos recolligunt & reponunt. Istud enim est vitium nostrum commune, quia proculdubio oculum mentis à Deo videndo & considerando quasi penitus auertimus & ipsum iuxta nos ad parentelas carnales inclinamus Psalm. *Lumen oculorum meorum & ipsum non est mecum.* Et ideo Vlysses, id est, diabolus oculum nostrum, id est, cognitionem & meditationem per diuersas distractiones subripuit, & nos cœcos & ignorantes dimisit. Quia vere pauci sunt hodie homines magis cœci in spiritualibus, quam religiosi & Ecclesiastici. Esa. 42. *Quis cæcus nisi seruus meus,* quia simplices & seculares laici Deum vident: clerici vero non considerant neq; student. Quod pulchre figuratum est Num. 22. in Balaam propheta & in asina sua, quæ dum Angelus staret econtrario eorum in alto loco & arcto duorum parietum euaginato gladio, asina videbat, & ideo à suo malo itinere propter angeli gladium non recedebat. Sic vere cum Angelus testamenti Christus stet aduersus peccatores, habens gladium suæ sententiæ contra eos euaginatum, & ad percutiendum paratum, & cum ipsos enim expectet inter duos parietes, id est, in foramine mortis, in diuisione animæ & corporis, vt eos interficiat, nisi à sua mala via se diuertant, istud est verum, quod asina melius videt Angelum, quam propheta, id est, quod simplices & brutales laici melius vident Deum, & magis præ timore eius à mala via declinant, quam nos alij clerici, qui prophetæ, id est, subtiles & literati possumus nuncupari. Quia breuiter illud Ioan. 9 iam videtur impletum vbi dicitur. *Ego in mundum veni, vt qui non vident, videant, & qui vident, cæci fiant.* Quod videtur exponere Aug. cum dicit. *Simplices & idiotæ rapiunt cælos, & nos cum literis nostris descendimus ad inferos.* Quia iam reuera simplices in spiritualibus sunt videntes. Ecclesiastici vero qui tanquam prophetæ melius videre deberent, sunt cæcutientes: quapropter iam nos alij prophetæ maledicimur in scriptura Ezec. 43. vbi dicitur. *Væ prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritum suum, & nihil vident.* Non sic charissimi, sed videamus Deum. *Leua,* inquit, *oculos tuos.* Exemplo Abrahæ, de quo dicitur Genes. 22. *Eleuauit oculos suos Abraham vidit,* & Esa. 6. *Vidi dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum.* Sic ergo patet, quod videnda est diuina bonitas quæ est superior, quod est primum auctoritatis.

H ¶ Secundo dico, quod videri debet humana vilitas, quæ est interior, cum dicitur. In directum, quia, scilicet, illa sola visio dicitur propria & directa, qua homo considerat semetipsum. Aliæ autẽ visiones quibus videmus alios & alia, sunt impropriæ visiones & reflexæ Ps. *Pes meus stetit in directo.* Directe ergo se debet homo quid sit diligenter attendere & studere. In hoc enim est differentia inter oculum corporalem, & oculum spiritualem, seu mentalem, quia, scilicet, oculus corporalis non potest videre seipsum, sed bene videt alium Spiritualis vero & mentalis oculus super seipsum reflectitur, & sic seipsum videt & intuetur. Sic vere inter carnales viros & spirituales est magna differentia, quia oculi corporales, id est, homines mundani & terreni ac carnales non vident nec considerant seipsos, nec defectus proprios, tamen optime aspiciunt & iudicant alienos Matthæi 7. *Vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem quæ est in oculo tuo, non consideras.* Vnde Tullius sic ait. *Nescio quomodo magis in alijs cernamus si quid delinquitur, quam in nobis.* Sed pro certo mentalis oculus, id est, homo iustus & spiritualis, super seipsum eleuatur per considerationem suæ vilitatis, & seipsum & suos proprios defectus intuetur 1. Corinth 2. *Quis enim nouit hominum quæ sunt hominis nisi spiritus?* i. spiritualis homo? quasi dicat nullus. Ille enim est similis lynci, cuius visus est ita acutus & limpidus, quod per parietem penetrat, & quod vltra modum videt, considerat & attendit Sic vere consideratio viri iusti & eius visus in tantum debet esse limpidus, quod in accidentibus, id est, exterioribus mundi bonis temporalibus non debet sistere, nec ibi officium suum vel animum arrestare, imo pro certo ipse debet parietem sui proprij corporis per considerationem penetrare, & quid sit interius agnoscere & videre. Figura habetur ad hoc Ezech. 6. vbi dicitur. *Fili hominis fode parietem & cum fodissem, dixit ad me, Ingredere. & vide abominationes, & ingressus vidi, & ecce omnis similitudo reptilium & animalium, abominatio & vniuersa idola domus Israel depicta erant in pariete.* Charissimi paries iste signat corpus nostrũ, quod, scilicet, ad modum parietis constat ex lapidibus & ex terra, id est, ex ossibus & ex carne, reptilia signant motus carnales & affectus animæ, qui ibi serpunt. Idola significant vitiorum imagines, quæ ibi strepunt. Quia reuera charissimi si parietem nostri corporis perfodimus mentaliter nostra interiora considerando, & exteriora contemnendo, tunc proprie cognoscimus quid sumus, tunc in nobis abominationis varietatem videmus, & tunc reptilia motuum carnalium, animalia affectionum mentalium, idola seu imagines, id est, imaginationes præsumptionum cordialium in nobis habitare cernimus, etiam videmur in nobis, scil.

Abominationem quantum ad corpus,
Horrorem quantum ad vilem ingressum,
Laborem quantum ad tristem progressum,
Dolorem atq; fœtorem, quantum ad turpem egressum,

Etiam videmus abominationes quantum ad spiritum, scil.

In { Intellectu ignorantiam,
Affectu concupiscentiam,
Memoria obliuionem,
Statu dubietatem.

Et sic potest dicere homo illud Hier. 13. *In agro vidi abominationes.* I
& Oseæ 6. *In domo Israel vidi horrendum.* Et quod homo debeat videre & considerare seipsum, possum probare multipliciter, videlicet, Ex verbis

Dominicis,
Propheticis,
Sanctificis,
Apostolicis,
Philosophicis,
Diabolicis.

¶ Ex verbis dico dominicis, quia, scilicet. ipse dominus ad hoc inuitat Marc. 13. dicens. *Videte vosmetipsos.* Item patet ex verbis propheticis Hieremiæ 2. *Vide vias tuas in conualle, & scito quid feceris.* Item ex verbis sanctificis, id est, ex verbis sanctorum, vnde Hugo libro 9. de claustro animæ dicit sic. *Melius est, quod teipsam videas, quam quod cursus syderum, complexiones hominum, naturas animalium cognoscas. Multi enim multa sciunt, & seipsos nesciunt, cum tamen summa prophetia sit seipsam cognoscere.* Ad quod facit quod dicit idem Hugo 3. li. c. 6. quod *frustra videre Deum nititur, qui ad vidẽdum seipsum inutilis reperitur.* Item probatur ex verbis philosophicis, quia ille moralis philosophus Seneca dicit sic. *Interim teipsum considera, non qualis sis alijs credas.* Item probatur ex verbis Apostolicis ad Gal. 6. *Considerans teipsum, ne & tu tenteris.* Item patet ex verbis diabolicis, & ad hoc aduerte, quia antiquitus in mõte Parnasso fuit templum Dei Phaetontis Apollini dedicatum, vbi, scilicet, in idolo Apollinis, id est, solis, diabolus ita vera responsa dabat de quacunque materia, quod quasi totus mundus ad istud idolum confluebat. Et ideo templum illud in tanta reuerentia apud orientales antiquitus habebatur, vt secundum Titum Liuium, istud vnicum & singulare humani generis oraculum diceretur. Philosophi ergo ab isto idolo & ab isto diabolo qui loquebatur in illo, quem, sc. Deum solem esse dicebant, semel petierunt quid erat magis necessarium pro tempore huius vitæ. Qui respondit tantum duo verba, scilicet, γνῶθι σεαυτόν quod nihil

[illegible] graue, quam nosse teipsum. latine. Philosophi ergo [illegible] veritatem viderunt, & ideo ista verba in [illegible] ad perpetuam rei memoriam [illegible] in corona ipsius Apollinis [illegible] humana vilitatem [illegible]. Et sic patet, quod videnda est humana vilitas quæ est interior. [illegible], inquit. Heu pro dolor, videtur quod paucissimi sunt hodie qui habeant talem visionem. & qui considerent & videant suam vilem conditionem. ¶ Vnde breuiter notare possum, quod tria sunt quæ impediunt ne homo videat aut consideret seipsum, videlicet.

K

Prosperitas mundialis,
Cupiditas temporalis,
Fatuitas [illegible].

¶ Impediuntur ergo seipsos quidam cognoscere ex mundana prosperitate, visio enim quæ fit in speculo, duos habet defectus. Vnus est, quia ista est debilis & incerta, nam sicut patet, homo melius recordatur de facie alterius quam semel vidit cum oculo, quam de sua propria quam multoties vidit in speculo. Alius est quia ista visio dicitur transuersa, & non directa. quia illud quod videtur in speculo, si sit altum videtur infimum, & sic dextrum, videtur sinistrum, sicut videmus ad sensum, & sicut probat scientia perspectiua. Clarissimum speculum quod est candidum & tamen fragile, significat mundi prosperitatem, de qua dicit Seneca quod fortuna vitrea est, cum splendet, frangitur: quia illi qui considerant & vident seipsos non directe, sed potius specularie, utpote qui non considerant suam naturam, sed suam fortunam, ita quod oculos mentis suæ ad propriam scientiam vel opulentiam, ad propriam dignitatem vel auctoritatem, ad corporis formositatem vel pulchritudinem conuertunt, non possunt se bene cognoscere, nec de se proprie iudicare, vnde Iacobi. [illegible] qui considerat vultum natiuitatis suæ in speculo. Considerauit se, & abijt, & oblitus est qualis fuit. Quinimo [illegible] tales in seipsis vident omnia transuersa. Infima videntur alta, & e conuerso, quia, scilicet, seipsos dato quod sint viles & infimi, de infima plebe nati, & infima scientia dotati, reputant altos, solemnes & magnos, alios vero & nobiles, scientificos vel perfectos respectu sui infimos & deiectos, quia re vera in sua imaginatione ipsi ponunt potentes a de sede, & exaltant humiles &c. Et illa quæ sunt dextera, apparent eis sinistra, & econtra quia tribulationes quæ eis eueniunt, quæ secundum veritatem magis eis eueniunt dextræ quam sinistræ, & magis spirituales quam temporales, & magis prosperæ quam aduersæ, iudicantur ab eis sinistræ, pestiferæ & obliqui. Sinistra vero, id est, bona temporalia de quibus Pro. 3. dicitur. Longitudo dierum in dextera & in sinistra eius diuitiæ & gloria, quæ in veritate sunt sinistra & damnosa ac periculosa, videntur ab eis dextera bona & vtilia. prospera & iocunda. Itaque isti figurati possunt in Iacob Gene. 49 qui cancellatis manibus super filios Ioseph, quorum vnum erat ad dexteram, alius ad sinistram, de dextero fecit sinistrum, & de sinistro fecit dextrum. Sic vere isti illa mala & periculosa reputant bona, & econtra bona mala. Et ideo contra tales dicitur Esa. Væ qui dicitis bonum malum &c. Ecce quomodo visum illudit visio speculi [illegible] ad propriam prosperitatem. Id[illegible] Bernard. in libro meditationum, vel Innoc. de vilitate conditionis humanæ dicit sic ponens duos versus. Forma, fauor populi, feruor iuuenilis, opesque. Surripuere tibi noscere quid sit homo. Et bene dicit forma, contra famosos iuuenes & iuuenculas qui in sua forma corporali taliter delectantur, quod quid sunt obliuiscuntur. & quod per diuersa vitia maxime per superbiam & inanem gloriam moriuntur. Exemplo Narcisi, qui in tantum dilexit imaginem suam quam vidit in aqua, quod præ nimio amore periit & decessit. Respiciebat enim ad figuram, non ad naturam, attendebat ad speculum, non ad oculum, videbat pulchritudinem, non rectitudinem, attendebat vero ad vanitatem, non ad veritatem. Quia breuiter quando quis tali imaginaria vel speculari visione se cernit, nec ad suam imaginem vel statum sui figuram attendit, mortem diuersorum peccatorum incurrit. Exemplo Alexandri, qui videns se mundi dominum, se Deum esse & [illegible] Iouis credidit, & se esse hominem oblitus, se adorari & sibi [illegible] mandauit, de quo cum ipsum Calisthenes philosophus reprehenderet, nasum, aures, oculos, labia philosopho [illegible], & ipsum cum cane ligatum per exercitum ducit iussit. [illegible] vixit non considerate Sapiens Prou. 1. Prosperitas stultorum perdet eos.

L ¶ [illegible] qui se impediuntur seipsos cognoscere ex cupiditate temporali, sicut sunt diuites huius mundi, quibus nihil sufficit.

Illi enim impedi[illegible] tate. Auaritia enim impedit rectum [illegible] sicut patet in tali [illegible] bestialitatem com[illegible] cupidissimi a cu[illegible] loquendo comp[illegible] tamen bene se v[illegible] fugabat, & don[illegible] dicebat. At nos[illegible] haereditatem domi[illegible] Narro tibi rem [illegible] cui quod migret [illegible] omnibus nobis [illegible] dum. Cast. tamen [illegible] quomodo ist[illegible] pidnate. ¶ De[illegible] facultate corda[illegible] dam sunt ita p[illegible] est homo. Pr[illegible]

Quidam de[illegible]

¶ De iustitia [illegible] cunque iusti[illegible] quanta sit h[illegible] casionis & tr[illegible] dum Seneca [illegible] go. Culpa est [illegible] pre dici illu[illegible] a. ¶ De scie[illegible] suam canc[illegible] munt, & a[illegible] credunt [illegible] quos f. Iter[illegible]

¶ De op[illegible] tatim, vel [illegible] se alijs sal[illegible] cognoscit[illegible] tum vt ad f[illegible] am effrana[illegible] tem. quis se [illegible]

¶ De [illegible] flatim q[illegible] quia in c[illegible] tione als[illegible] gnusom[illegible] bysian[illegible] quolda[illegible] homin[illegible] plus vi[illegible] patet. [illegible] tur, qu[illegible] non [illegible] sus. [illegible] tum [illegible] hom[illegible] quod [illegible] licant [illegible] abscea[illegible] de dicebat [illegible] philo[illegible] praeclus[illegible] se esse hom[illegible] nem [illegible] Fratri germa[illegible] & profabo[illegible] eorum de [illegible] a orate, sed solum [illegible] et hos vis, sed sicut [illegible] clés a fistre aliquo[illegible] Rationi suffer, [illegible] & ouunt, & ad [illegible] Populos, a quo [illegible]

suum diceret, econtra frater deridendo dixit, nequaquam es frater meus, frater enim meus Angelus factus est, & sic eum vsque mane in verbis renes, sibi cellulam aperuit, qui operari incipiens, nequaquam de seipso amplius præsumpsit. Et teretia charissimi, quando Deus videt tales præsumptuosos, solet ipsos quandoq; sibijpsis dimittere, & labi in peccatum permittere, vt ea proprio casu discant fragilitatem propriam cogitare, vnde Gregorius 28. Moral. *Sæpe*, inquit, *pia Dei dispensatione agitur, vt de se confidens anima tentationis iaculo feriatur, vt infirmata quid sit, inueniat, & de seipsa amplius non præsumat.* Seneca etiam in prouerbijs dicit, quod *cautio est in reliquum lapsus anterior.* Ideo charissimi non impediamur à præsumptionis fatuitate, nec auaritiæ cupiditate nec à mũdana prosperitate, sed pro Deo videat quilibet semetipsum, iuxta illud Oseæ 5. *Vidit Ephraim languorem suum*, vnde Chrysost. de symbolo lib. 3. *Est principium sapientiam affectantis, cogitare quid sit, quid intra, quid extra, quid supra.* Hæc n. consideratio quadruplicem fructum parit, videlicet, vtilitatem sibi, charitatem Christi, contemptum mundi, & amorem proximi. Igitur videnda est humana vtilitas, quæ est interior. In directum inquit.

Q ¶ Tertio dico, quod videnda est fraterna charitas, quæ est exterior, & hoc ostenditur in illa syllaba. *Et*, quæ est coniunctio copulatiua, significans illos qui nobis sunt vicinitate & familiaritate vel charitate coniuncti, quia, scilicet, à nobis sunt videndi benigniter, vtiliter diligendi, & secundum merita promouendi. Vnde loquitur Dan. 9. *Aperi oculos, & vide.* Homo enim vt communiter potest videre tria, scilicet,

Illa quæ sunt { Clara, vt candela, / Propinqua, & non nimis remota, / Solida, & non nimis rara.

Sic vere homo debet valde videre & attendere ad res claras, id est, ad viros iustos scientificos & sanctus, vt ipsos promoueat & honoret. Item ad res propinquas, vt familiares & seruitores, vt eos stipendiet & remuneret. Item ad res solidas, id est, ad bonos & fideles amicos, vt eos summe diligat & cõsideret. Quod tamen hodie est contra multos, quia proh dolor, iam non est aliquis qui videat

Viros scientificos in paupertate iacentes,
Seruitores bonos in dominorum domibus laborantes,
Veros & fideles amicos aliorum auxilium implorantes.

Reuera charissimi videtur de viris sufficientibus, quod ipsi sunt similes carbunculo, de quo dicit Dioscorides quod eum lux celat & prodit obscuritas, quia, scilicet, iste lapis de die non rutilat, sed de nocte. Sic vere isti in die præsentis vitæ in oculis mũdanorum non rutilant nec apparent, quia scilicet, isti eos non reputant nec honorant, nec eos promouent aut vident, sicut patet de Democrito, de quo dicit Tullius lib. 5. Tusculanarum quæstionum. *Veni Athenas*, inquit Democritus, *nec ibi quisquam me agnouit.* Verumtamen de nocte post mortem isti splendebũt & videbuntur, & coram Deo & Angelis eorum sufficientię demonstrabuntur Psalm. *Nox illuminatio mea in delitijs meis*, & ideo videtur quod mundus & mundani sint figurati in Heli. 1 Reg. 3 de quo dicitur, quod *non poterat videre lucernam Dei, donec extingueretur.* Vnde de isto videtur scriptura supponere quod melius lucernam extinctam videret, quam illuminatam, melius rem obscuram quam claram. Sic vere mundus & mundani melius vident malos quam bonos, extinctos, quam illuminatos, imbecilles & inscios quam sufficientes & bonos. Apparet autem quod tales mali melius à mundo videntur, pro eo quod isti ab eo promouentur, boni vero impromoti ab ingratis hominibus dimittuntur. Vnde de istis bene potest dici illud Exod. 30. *Tribus*

R *diebus nemo vidit fratrem suum.* ¶ Et si vis dic, quod tria mala dies sunt qui impediunt diuites ne videant fratres suos, & ne cognoscant aut promoueant illos quos videre & cognoscere tenebantur, quæ sunt tria vitia quibus diuites hodie sunt infecti, scilicet,

Vitium { Ingratæ obliuionis, / Distractæ intentionis, / Carnis affectionis.

Et istud patet de vitio ingratitudinis, quia vere nullus est qui sit gratus, nec erga benefactorem, nec erga seruitores, non vident enim hominem, nec de eius promotione cogitant, nisi quamdiu præsentialiter vel munera vel seruitia ab eo recipiunt & re-

portant quinimo ei statim dorsum vertunt, & de eo amplius nihil curant. Et ideo similes sunt lynci, de qua dicit Petrus Damianus in quodam sermone, quod quamuis limpidissimum visum habeat, memoriam tamen habet debilem, in tantum quod quando faciem suam auertit omne illud quod ante se viderat, obliuioni tradit. Sic vere ingrati nullum vidẽt nisi præsentem, & eis principaliter obsequentem. Vnde Senec. bene dicit quod *memoria beneficiorum labilis est.* Istis n. ingratis videtur, quod omnia eis fiant ex debito, & ideo omnia beneficia & seruitia, & omnes labores hominum solent absorbere, & pauperes seruitores irremuneratos dimittere. Similes enim sunt duobus fontibus qui secundum Plinium sunt in agro Cannensi Hispaniæ, quorum vnus nihil recipit, alter autem omnia absorbet. Quia; scilicet, vt dictum est, pauperes seruitores nihil recipiunt, mali vero domini & diuites omnia seruitia & beneficia absorbent & deglutiunt Iob 40. *Absorbebit fluuiũ, & non mirabitur.* Habet enim fiduciam quod influat Iordanis in os suum. Et bene dicit non mirabitur quia isti sicut dictum est, credunt sibi cuncta ex debito fieri, & ideo non solent de muneribus aut hominum laboribus admirari. O ingrata generatio diuitũ, ad quid est manus tua ad accipiendum porrecta, ad tribuendum collecta. Ecclesiastic. 4. *Interroga, supple iumenta & docebunt te, & volatilia, & indicabunt tibi* Iob. 12. Quia reuera vix est dare aliquod animal ingratum præter hominem. Audi rogo te quid dicit ille auctor naturalis hist. lib. 8. ca. 17. vbi agit de gratitudine animalium & bestiarum. Dicit enim Democritum narrare quod quidam homo dictus Thoas, dum erat puer, in Arcadia draconculum nutriebat, & ac si esset parens seruiens, manualiter educauit, qui dum tandem ad horrendam quantitatem creuisset, timuit puer ne à dracone huiusmodi voraretur, quapropter ipsum longe in solitudinem duxit, & ibi eum suæ libertati dimisit. Accidit ergo lapsu temporis quod illac Thoas per illas solitudines transiens à latronibus inuaderetur, & quod vox illius clamantis à dracone illo audiretur & intelligeretur, qui statim ad locum currens; latrones in fugam vertit & nutritorem suum de eorum manibus liberauit. Hic ergo aduertat ingratus homo, an non debeat recognoscere suum benefactorem seu etiam seruitorem, quando videt quod draco liberat suum nutritorẽ. Ideo beatus Bernardus super Cantica pulchre istud vitium detestatur. Ingratitudo, inquit, inimica est animæ, exinanitio meritorũ, virtutum dispersio, beneficiorum perditio, ventus vrens, siccans fontem pietatis, rorem misericordiæ, fluenta gratiæ. Istud ergo est primum quod impedit ne homo cognoscat proximum scilicet ingratæ obliuionis vitium.

¶ Item dico, quod istud impedit vitium distractæ attentationis. Sicut n. Serpens dicitur male ante se videre, pro eo quod oculos in temporibus habeat seu in capitis laterib. sic homo etiã male videt ante se homines sufficientes, iustos & sanctus, pro eo quod habet oculos in temporib. vel capitis lateribus i. in rebus collateralibus sc. in exterioribus negotijs vel diuitijs, quia etiam eius intentio fertur ad cõsanguineos, nepotes vel collaterales amicos ad dexterã, quia sc. ad illos qui filij sunt fratrum; & ad sinistram, i. ad illos qui sunt filij sororũ, ideo non vident ante se, s. sufficientes hominũ bonorum, nec suorum miserias seruorum Iob 23. *Si ego me vertam ad dexteram, non videbo eum si ad sinistram, non intelligam*, ac si dicat quod isti vertunt oculos mentis suæ nunc ad dexteram, nunc ad sinistram, nunc ad negotia, nunc ad officia, nunc ad amicos carnales, nunc ad illos qui munera offerunt vel diuitias temporales, nunc ad eos, qui ad dexteram adulantur, nunc ad illos qui ad sinistram obloquuntur. Ideo alios recognoscere & videre dedignantur. Hoc ergo est secundũ impediens, sc. vitium distractę intentionis ¶ Item tertia mala dies est vitiũ carnalis affectionis, quia isti ita attente vident & diligunt suos carnales nepotulos quod non vacat eis respicere alienos. Et circa hoc aduerte quod carnalis affectio consanguineorũ suorum non solũ facit alios obliuioni tradere, imo & ista facit istos plusquam valeant reputare. Probatur n. in scientia perspectiua in illo egregio opusculo de oculo morali per Petrũ de Sopra recitato, quod si quis digitum suũ ad candelam applicet, & attentissime oculos figat, vnus digitus videbitur sibi duo, & quod magis est mirabile, si claudit oculũ dexterũ disparet imago digiti sinister, si vero sinistrum clauserit disparebit dextri, cuius rationẽ difficile est reddere, nisi recurratur ad rationẽ visualiũ radiorũ, & ad doctrinã perspectiuę. Sic vere nos & alij viri ecclesiastici ista cęcitate sumus percussi, quia S

*motus est, & Lauans vulnera eius, adhibuit oleum & vinum.* Et hoc ostenditur cum dicitur, quod nos debemus videre ad aquilonem, quia, scilicet, pars aquilonis quæ est frigida, sterilis & munda, pauperes signat, qui, scilicet, sunt nudi propter frigiditatem, sicci propter famem, steriles & egeni propter paupertatem, quia sicut dicitur Hieremiæ 1. *Ab aquilone pandetur omne malum*, & Ecclesiast. 1. *Ventus Aquilo &c.* Ad aquilonem ergo, i.e. ad pauperes debemus respicere, & ipsis misericorditer subuenire. Exemplo beatæ virginis imaginis, quæ ad aquilonem solet esse iuxta imaginem crucifixi filij sui benedicti. Quia, scilic. Christus dexteram perpetuæ largitatis pauperibus porrigit, & beata virgo ipsos associat & custodit. Sic & nos debemus ad ipsos dexteram extendere bona largiendo Esaiæ 42. *Dicam aquiloni, da*, Et eos debemus associare, & in necessitatibus visitando & ad partem aquilonarem stare, desolatorum pauperum iusti-
X tiam confouendo Psalm. *Oculi eius in paupertatem respiciunt* ¶ Sed proh dolore videt hodie quod homines contra faciunt, quia pauperem non vident, nec respiciunt multa genera personarum, scilicet,

Tyranni rapaces,
Auari tenaces,
Iudices fallaces,
Amici nugaces.

¶ Dico quod pauperes miserando non vident tyranni rapaces sicut sunt mali principes, officiales, balliui, & dominorum familiares, qui pauperibus non miserentur nec ad eorum paupertatem attendere dignantur, sed magis contra eos quam contra diuites debacchantur. Figurati in Saul & in socijs suis, de quibus dicitur 1. Reg. 15. quod *pepercerunt pinguioribus Amalech, quicquid autem vile & reprobum fuit, demoliti sunt.* Quia pro certo isti prædicti rex Saul & socij eius, id est, mundi principes & eorum balliui nec non & quicunque vsurarij & tyranni, fouent diuites & pingues, & deprædantur reprobos & pauperes & viliores Psal. *Insidiatur vt rapiat pauperem, dum attrahit eum.* Et bene dicit dum attrahit eum, quia, scilicet, balliui & vsurarij obsequio attrahunt, diuitibus blandiendo, occidunt officio pauperes exhæredando. Isti tamen non deberent auferre, sed conferre, quia sicut dicitur Prouerbior. 11. *Alij rapiunt non sua, sed semper in egestate sunt. Alij vero diuidunt propria, & ditiores sunt.* Quia sicut dicitur Prou. 28 *Qui dat pauperi, non indigebit.* Pauperes ergo non videntur à tyrannis rapacibus.

¶ Item adhuc dico, quod non videntur ab auaris tenacibus quia sicut patet, diuites auari non dignantur pauperes respicere, nec aliquid eis erogare. Similes situlæ plenæ, quæ vertit dorsum ad puteum, quia, scilicet, isti diuites pleni dorsum vertunt inhumaniter ad pauperes & egenos. Figurati in illo Leuita Lu. 10. vbi dicitur quod *viso sauciato pertransijt, eique munus misericordiæ non impendit*, contra illud Tob. 4 *Ex substantia tua fac eleemosynam, & noli auertere faciem tuam ab vllo paupere*, vt sic dicat cum propheta illud Esaiæ 66. *Ad quem inquit respiciam nisi pauperem & contritum corde?* Ergo non videntur homines pauperes ab auaris tenacibus.

¶ Etiam dico, quod non videntur ab iniquis iudicibus qui causas pauperum non dignantur respicere, sed magis solent ipsas dissimulare & protrahere; & contra eorum instantiam diuites sustinere. Ideo contra tales loquitur Innocentius de vilitate humanæ naturæ, vbi dicit sic. *Vos non intenditis merita causarum sed personarum, non iura, sed munera, non quod ratio dictet, sed quod voluntas affectet, non quod cor sentiat sed quod mens cupiat, non quod liceat, sed quod libeat.* Sequitur. *Pauperum causas cum mora protrahitis, diuitum tamen cum instantia promouetis, in illis rigorem ostenditis, in istis cum mansuetudine dispensatis, istos difficulter respicitis, istos cum fauore tractatis, illos negligenter auditis, istos subtiliter auscultatis.* Patet ergo,
2 quomodo videntur miseri malignis iudicibus.

¶ Denique dico, quod isti non videntur ab amicis nugacibus, quia scilicet, mundani amici, ita sunt ficti & falsi, ita inconstantes & vani, quod si quis amicus eorum ad paupertatem venerit, vel aliquod infortunium incurrit, nullus amplius ipsum respicere vel videre curabit. Et hoc probo

Exemplo naturali,
Ænigmate figurali,
Problemate fabulari,
Auctoritate scripturali.

¶ Probando ergo per naturam possum eos naturaliter compa- *Diction. Berchorij*

rare struthioni quæ est auis summe obliuiosa, in tantum quod postquam in desertis Æthiopiæ in sabulo ouū suum ponit, statim obliuiscitur vbi ipsum posuerit & dimisit. Vnde etiam de hoc concordat scriptura Iob 39 vbi dicitur de struthione quod *priuauit eam Deus sapientia*, quandoque enim ponit in arena oua sua obliuiscitur vbi posuit ea, sed pro certo illud ouum sic in arena oblitum, virtute solis fouetur, & in volucrem transformatur, quam videns mater assumptis plumis sibi similem, ipsū filium recognoscit, & ipsum recipiens & diligens, de eo optime recordatur. Sic vere faciunt hodie amici mūdani, qui postquam ouum suum, i. aliquis consanguineus & amicus ad sabulum sterilitatis & paupertatis peruenit ipsū statim obliuiscuntur & contemnunt, ipsumq; amplius non respiciūt, sed pro certo si contingit, ꝙ virtute solis, i. misericordia diuina, talis sic despectus fiat, de sabulo paupertatis auis plumosa, id est, diues efficiatur, & de nouo in pullum, id est, de paupere in diuitem cōuertatur, & plumis, id est, diuitijs & beneficijs induatur, tunc ab ista matre, id est, ab isto fallaci amico vel parente colligitur, & tanquam pullus, id est, tanquam partus vel consanguineus recipitur, qui antea spernebatur.

¶ Et hoc vlterius probo per figuram, quia Dan. 4. dicitur, quod *Nabuchodonosor rex Babylonis mutatus fuit in bestiam. & statim à principibus suis de solio regni sui fuit eiectus, tandem vero post septem tēpora de bestia mutatus fuit in hominem, & in solium regni sui statim ab eisdem principibus est electus & restitutus.* Sic vere charissimi hodie si contingat quod aliquis amissa figura humana, id est, exteriori prosperitate & statu, in bestiam, id est, in pauperem conuertatur, pro certo principes, id est, priores amici sui ipsum contemnunt, ejiciunt & detestantur, & eum videre dedignantur: Sed pro certo si contingat eum de bestia in hominem, id est, de paupere in diuitem remutari, statim ipsum recipere, aduocare & ad honorem restituere comprobantur.

¶ Probat etiam hoc per poëticam fabulam vel ficturam: Calisto n. ex ira Iunonis fingitur in vrsam mutata, & quamuis mentem semper retineret humanam, humana tamen figura eidem penitus est adempta. Arcas autem filius suus semel ad venationem properans, matrem inuenit, quam propter mutationem naturæ nullatenus recognouit. Ipsa tamen eum videns, affectu ducta materno, ad eum venit, qui timens, eam sagittare voluit, sed ea clamante Iupiter impediuit. Sic vere charissimi, si mater, i. aliquis amicus vel benefactor vel consanguineus vrsa; i. pauper efficitur, amplius non cognoscitur, & dato quod ipsa vrsa, i. ipse pauper filium, i. priorem amicum vel consanguineū bene cognoscat, & ad ipsum petendo suaulium respiciat, & ad eum veniat, ipse tamen fictus & malus filius & amicus ipsam nō respicit, sed sagittat, & sagittis malorum verborum ipsam quandoq; percutit atq; grauat. ¶ Et hoc vlterius per scripturam patet Gen. 42. vbi de Ioseph captiuato dicitur, quod *frater ipse cognoscens non est agnitus ab eis.* Quod etiam proh dolor de proprijs filijs naturalib. habetur, quia scilic. pauperes parentes videre & respicere dedignantur, iuxta illud Pro. 14. *Etiam proximo suo pauper odiosus erit.* Et in isto articulo videntur reprehensibiles multi qui de paupere statu ad officia & alta fastigia veniunt, qui pro certo consanguineos pauperes vel amicos præ cæteris despiciunt & contemnunt, contra quos Innocen. vbi supra. Ambitiosus inquit statim vt ad honorem promotus est, in superbiam erigitur, in iactantia effrænatur, non curat prodesse, sed gloriatur præesse, præsumit se meliorem; quo se videt superiorem, priores detestatur amicos, notos ignorat, externos comites eligit; contemnit antiquos, vultum auertit, ceruicem erigit, fastum prætendit, grandia loquitur, sublimia meditatur, subesse non patitur, præesse molitur: Et vt breuiter concludam, tales videntur figurati in Samuele, de quo dicitur 1. Regum 15. quod *postquam fuit Saul à domino reprobatus, non vidit Samuel vltrà Saul.* Non sic charissimi, non simus amici fallaces, nec simus iudices seu aduocati rapaces, nec auari tenaces ad egenos, sed misericorditer nos habeamus ad ipsos, & maxime ad priores & familiares proximos & amicos, quia sicut dicitur Prouerb. 14. *Qui despicit proximum suum peccat, & qui miseretur pauperis, beatus erit.* Exo. 15. *Viderunt filij Israel Aegyptios mortuos super littus maris.* Vide inquit ad aquilonem i. respice pauperem Hie. 1. *Ollam succensam ego video, & faciem eius ad aquilonem.* Dico ergo, quod videri debet egeni paupertas, quę est nutriēda, & hoc est quintum ꝙ est videndū. 3
¶ Sexto dico, quod videri debet malorū prauitas quę est puniendà & fugienda, & hoc ostenditur cum dicitur. Ad meridiem

Parte meridionalis vbi sc [illegible] est prouincia Gaulolæ, vbi secun-
dum Geruas. Oceanus sicut olla præ calore feruet, vbi est pro
uincia Thorane, quæ perpetuis incendijs semper flammat &
ardet, vbi est prouincia Æthiopiæ, quæ monstris & serpentibus
abundat & scatet. Et tamen his non obstantib. à sole plus con-
tingit illuminari & ampliori claritate pollere, peccatorē signat,
qui serpentib. i. vitijs est plenus, per carnis concupiscentiam est
combustus, per auaritiam, & per superbiam & discordiā est feruē-
dus, tamen præ cæteris hominibus splendore humanæ gloriæ est
lucidus atque clarus Esa. 57. *Impij quasi mare feruens, quod quiescere
non valet.* Tales in videndo sunt, id est, excutiendi, & examinan-
di & ab inferioribus declinandi, & contemnendi, à superioribus
vero castigandi & puniendi, iuxta illud Phi. Videte canes, vide-
te malos operarios Ps. *Vidi impium superexaltatum &c.* Vi de tali
meridie dicatur illud Amos 8. *Occidit Sol in meridie.* Vi mincei-
tam præli in illud duodecim bobus figurentur. *de quib. tres respi-
ciebant ad meridiem* 3 Reg. 7. Quod tamen est contra multos ma-
los iudices, qui non vident nec examinant malos publicos pec-
catores, imo clausis oculis transeunt, & eos facere permittunt
quicquid volunt, ipsosque non puniunt nec arguunt, sed potius
sustinent, & defendunt, sicut patet ad literam de vsurarijs ma-
nifestis. Et si tu petis causam quare illi nō vident tales, dico, quod
duplex potest esse causa, s. munerū excæ. atio, & timoris reuol
[illegible] De excæcatione n. patet quod dona & munera quæ mali iudi-
ces recipiunt oculos eis claudunt. Ophthalmus n. lapis pretiosus
est, si quis ab aliquo portetur, ita illudit oculos aliorum, quod il
lum qui portat, non inspiciunt nec percipiunt. Et ideo de isto
dicitur in lapidario quod assertitur furibus tutissimus esse patro-
nus. Sic vere charissimi quando aliquis malus timet a iudicibus
videri, discuti & puniri, solet adhibere lapidem ophthalmum, pre-
tiosum, [illegible] munera atque dona. Et sic procedendum in ista
offert iudicibus atque prælatis præsentat, oculus sic iudicij illudit
& excæcat, ita quod ipsum tunc nequeunt perpendere nec vi-
dere, quemadmodum si non viderent. Et silent ipsum impunitum di-
mittere & transire & sic mali transiti & impuniti transeunt. & tu-
dices oculos cum suis muneribus sic illudunt Deu. 16 *Munera
excæcant oculos sapientum & peruertunt verba iustorum* Item illi quare
tunc videre malos [illegible] timoris, quod patet, quia, scil.
mali fallaces & [illegible] qui quandoque nituntur in suum vigorem &
inquisitorem insurgere & eum diffamare, lædere & grauare.
Geruasius n. narrat esse quoddam stagnum in finibus Scotiæ
iuxta oceanum quod omni die fluit & refluit. Iuxta illud stagnū
accidit mirabile. quod si faciem quis ad stagnum vertat, aqua
qualis facies plurima [illegible], & ipsum stagnum quasi indi
gnatum super [illegible] & respicientem inuergit. vt vix sine
periculo euadat. Si vero stagnum non respiciat, aut videt, sed si-
bi potius dorsum vertat, tunc aquis eius nō aspergitur, nec ter-
mor eius nec tempestas aliqua sentitur. Sic vere in hoc saeculo mali
hoc stagno similes, quia [illegible] mali tempore nolunt videri, qui immo
quādo prælatum eos videre & examinare, & eorū malitiam ex-
plorare & cognoscere nituntur, statim fluctib. infamationum & in
iuriarum & [illegible] apellationum abeicere impetuntur, qui tame
si faciem auerteret, & [illegible] dissimulando transiret, in pace [illegible]
teretur, nec ab ipsis mali [illegible] lederetur. Quapropter hodie
multi superiores compelluntur sub dissimulatione transire &
malorum culpas non corrigere vel videre. Sicut dicitur Prou.
15. *Non amat pestilens eum qui se corripit* Ideo de tali medice qui sic
per [illegible] dictos dissimulare cognitur, dicitur Eccle. [illegible]
*qui declinat faciem suam, & fingit se non videre quod ignorantiam est* No
[illegible] charissimi, non [illegible] dissimulantes malos, sed aspicientes,
& discutientes, & [illegible] nostrum punientes. Et ideo sic
ut dictum est, vide [illegible] malos punitos, quia est puniendi.
4 Ad [illegible] Septimo dico, quod videre debet [illegible]
[illegible] apperi [illegible] & hoc ostendit [illegible] dicitur Ad
orientem paradisum designat, vbi lumen æternæ gloriæ continuæ.
tur, & vnde [illegible] Christus mundo oritur atque datur. Ille
ergo [illegible] debet videri, & [illegible] & desiderio semper haberi.
& [illegible] semper affectari, quod [illegible] tabernaculo
[illegible] figuratur quod [illegible] omnibus partibus erat clausum, &
[illegible] Ad deinde
[illegible] quod [illegible] cordis debet esse clausum ad ter-
rena, apertum [illegible], scilicet, ad cœlestia & superna
[illegible] 8 *Dilatabor ad orientem* Et in Ps. *Ascendit super solem*
*orientem ad orientem,* quia [illegible], id est, bona æterna debent

[illegible]

Mortis horrorem,
Iudicii terrorem,
Purgatorii ardorem,
Inferni dolorem,
Diaboli horrorem.

¶ De morte patet Apoc. 6 vbi dicitur [illegible]
[illegible] mortuus, & qui sedet super [illegible]
dicte patet Apoc. [illegible] vbi dicitur [illegible]
[illegible] & libri aperti sunt, & mortui [illegible]
[illegible]

¶ [illegible] dicit .1.v- bi [illegible] ¶ [illegible] dolore videndi [illegible] Angelum descendentem [illegible] quam in manu sua & [illegible]

¶ Quod etiam [illegible] exemplo Christi, qui dicit [illegible] Et Hic [illegible] De [illegible] posset [illegible] fieri [illegible] et ha[illegible] an in [illegible] vt homo ea [illegible] & [illegible], & rece [illegible] exemplo leonis, qui [illegible] gnem, & quo [illegible] de gallum scilicet album [illegible] verberari catulum, & quando [illegible] leo cessat [illegible] venenosus [illegible] istius imer debet [illegible] posteriora, [illegible] quando videt [illegible] pugator [illegible] indicem [illegible] mortis [illegible] & [illegible] catuli, [illegible] est, [illegible] & venenum [illegible] potest [illegible] quod [illegible] Damasc [illegible] Et [illegible] *percutiet in [illegible] eum, & [illegible] Ascalon &c.* [illegible] posteriora, [illegible] hyenæ, quæ non potest [illegible] deat post. Sunt [illegible] quibusdam [illegible] bent visum, qui [illegible] nisi prope sit &c. Contra quos Thr [illegible] *eius, nec [illegible] lata est [illegible].* Non hic charit[illegible]

I[illegible]tas,
C[illegible]tas,
M[illegible]tas,
Pauperum egestas,
[illegible]tas,
[illegible] charitas,
[illegible]tas,
[illegible]tas.

¶ [illegible] nostræ [illegible], & [illegible] *animalibus quæ habebant oculos ante & retro Apoc. 4. & [illegible] quorum corpus [illegible] plenum erat oculis* [illegible] & sic pro certo nos habebimus [illegible] splendorem, quod est primum principal[illegible] Videre inquit.

7 ¶ Secundo principaliter dico, quod nos debemus habere in affectu [illegible] decorem moderantiæ, & hoc ostenditur cum dicitur [illegible] modo caute. ] Ac si diceret quod in omnib. actibus [illegible] debet modus & cautela, quod vtiq; totum fa[illegible]. Vnde Petrus Rauen. in [illegible] quod discretio in [illegible] virtutibus [illegible] & fine [illegible] virtutis vi[illegible] *in [illegible] dissolutionem, [illegible] commutantur.* Notandum [illegible] volumus de isto [illegible] quomodo, quod multipliciter [illegible] interrogationis, quam per modum simulat[illegible]. Vnde aduerte, quod quantum ad interrogationem [illegible]

A[illegible],
M[illegible],
De[illegible],
Inq[illegible],
Allegatiue,
R[illegible]hensiue,
Charitatiue,
Consolatiue,
Sup[illegible],
S[illegible]latiue,
C[illegible]paratiue,
Re[illegible],
Ord[illegible].

Sumatur istud [illegible] est nostrum quomodo, quod sc. ordinem & regulam [illegible] designat. *Quomodo,* inquit, *caute ambuletis* [illegible] *4. [illegible] quomodo [illegible]* De omnibus alijs [illegible] Vide [illegible] quomodo. Sed ad uerte hic quod [illegible] quomodo imo etiã caute ambuletis, quia, [illegible] est modus vt melius fiant bona, [illegible] etiam est cautela vt præcaueantur [illegible] Sen[illegible] sic. *Cantiu*

*Dictum. Bern[illegible]*

inquit *esto benignus, nemini blandus, paucis familiaris, omnibus æquus, sanior esto iudicio quam sermone, vita quam vultu, clementia cultor, clemens vltor, sanitia detestator, fama bona, nec tua seminator, nec aliena detractor, suspitionis minime credulus, ad iram tardus, ad misericordiam pronus, in aduersis firmus, & in prosperitate cautus.* Quomodo inquit, caute &c. 1 Mac. 6. *Ibant caute & ordinate.* Et sic patet secundum, scilicet quod habere debemus in affectu morali decorem temperantiæ.

¶ [illegible] principaliter dico, quod nos debemus habere in [illegible] vigorem diligentiæ, quod ostenditur cum dicitur [illegible] opere ad aliud procedimus. qu[illegible] quod [illegible] bonum opus est vnus passus [illegible] omnia animalia vt communiter procedunt [illegible] eundo, [illegible] redeundo sic [illegible] homo qui est per gratiam [illegible] debet an[illegible] per virtutes procedere, & nunquam [illegible] ad [illegible] temporalia retroire. Exemplo Apostoli Philip. [illegible] *ad ea vero quæ ante sunt extendens me [illegible] ad [illegible].* Ambuletis inquit. V[illegible] animalibus, de quibus dicitur Ezech [illegible] *erant quatuor & quodlibet habebat quatuor facies, habebat quatuor [illegible] quatuor [illegible], & habebant sub alis quatuor pennas, & [illegible] gradiebatur, nec reuertebantur dum ambularent.* [illegible] vide expo[illegible] ductorio meo lib. [illegible] Ezech. [illegible] *Amb[illegible]* Ad C[illegible] *vt ambuletis digne per omnia Deo placentes, in omni opere [illegible] & crescentes* Et [illegible] replicando d[illegible], quod nos deb[illegible] vt ha[illegible] nitiæ victorem. A[illegible] Moderantiæ decorem. Quomodo caute. Sapientiæ splend[illegible] Videte. Videte ergo quomodo caute ambuletis, [illegible] exemplo [illegible] in fortitudine [illegible] ambule[illegible] vsque [illegible] Dei [illegible] & [illegible] videamus. Iux[illegible] *gloriam eius, [illegible] quasi vnigeniti à patre plenum gratia & veritate* [illegible] A[illegible] *desideriorum nostrorum, qui [illegible] sine fine [illegible] fatigatione laudabitur.* Quod nobis concedat Christus &c. Explicat sermo.

Vidua. Nota, quod [illegible] dicitur illa quæ virum hab[illegible] sed est [illegible] per mortis infortunium desolata. Et ideo [illegible] in scriptura statum desolabilem [illegible] tabilem designat [illegible] & in [illegible]. Et ideo breuiter notare possum [illegible] quod inuenio A

Viduitatem { Honorabilem, Miserabilem, Derestabilem.

Prima est [illegible] matronarum,
Secunda est pauperum personarum,
Tertia est malarum animarum.

¶ Dico primo, quod est viduitas ma[illegible] honorabilium, & [illegible] Apostolus 1 ad [illegible] 5. vbi dic[illegible] *honora, quæ vere viduæ sunt.* Veræ enim viduæ honorandæ sunt, [illegible] tentia habendæ. Hanc [illegible] designatur [illegible] mortuo compare, nulli [illegible] copulantur, [illegible] sola [illegible] domortem [illegible] figuratur [illegible] duam & honest[illegible] nullum [illegible] sed sola [illegible] & [illegible] & propter [illegible] pro ipso mortuo [illegible] preces [illegible] 4. *Hec mulier vidua [illegible] mortua [illegible] sermone.* Vnde not[illegible] quod quæ volunt esse veræ Viduæ, debent

Pauperes [illegible],
I[illegible] seruire,
Castitatem seruare,
[illegible] vacare,
Inprem[illegible] care.

Dico, quod debent pauperes [illegible] per[illegible] He- B
[illegible] 3. Reg. [illegible] *mulieri viduæ* [illegible]
[illegible] Vnde [illegible]
[illegible]

¶ Item debent [illegible]
[illegible] Itemlitas [illegible] quæ præ-
cisa pal[illegible]
[illegible]

[illegible] carta [illegible] *vidua* [illegible] ad Ap. 18. [illegible]

[illegible]

C ¶ [illegible] immaculata, hæc est [illegible] pupillos & viduas in [illegible] eorum. Notabo ergo quod [illegible] duæ sunt

D[illegible]dæ,
N[illegible]dæ,
C[illegible]dæ,
Vi[illegible]dæ.

¶ Sunt [illegible] defend[illegible]dæ, ne molestentur Esaiæ 1. *Quærite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam.* Quod tamen est contra multos, qui viduas pauperes non defendunt: sed ipsi deprædantur & rapiunt ac offendunt. De malis enim [illegible] dicitur Esaiæ 1. *Pupillo non iudicant & causa viduæ non ingreditur ad eos.* De raptoribus dicitur Iob 24. *qui vim fecerunt pupillo deprædantes, & acceperunt pro pignore bouem viduæ*, dicunt enim illud Sapient. 2. *Non parcamus viduæ nec veterano.* Item sunt nutriendæ ne moriantur. Diuites enim debent nutrire viduas, pauperes & egenos 1. ad Timotheum 5. *Si quis habet viduas, subministret eis.* Item sunt consolandæ, ne contristentur. Iob 29. *Benedictio perituri super me veniebat, & cor viduæ consolatus sum.* Quod tamen est contra multos, qui magis oriuntur molestare & contristare personas miserabiles quam potentes Ezechielis 22. *Pupillum & viduam contristauerunt apud te*, & Hieremiæ 22. *viduam nolite contristare.* Item sunt visitandæ ne doleant, iuxta illud prædictum, *Visitate pupillum & viduam. &c.* Ista est ergo viduitas miserabilis.

D ¶ Tertio dico quod est viduitas detestabilis, & ista est viduitas peccati. Anima enim quæ Christo in baptismo desponsatur per fidem, tunc spiritualiter viduatur, quando per peccatum Christi viri sui coniugio desolatur. Vnde de ista dicitur Thren. 1. *Facta est quasi vidua domina gentium, & princeps prouinciarum facta est sub tributo.* Diabolus enim est ille de quo dicitur Eze. 19. *Factus est leo & didicit prædam capere & homines deuorare, didicit viduas facere & ciuitates eorum in desertum adducere.* Quia pro certo diabolus per tentationes suas prædam meritorum subripit, & homines per peccatum deuorat, & occidit, animas à Christo viduas facit, & ciuitates ecclesiarum desertas virtutibus reddit. Et si vis dic quod ista viduitas potest intelligi ecclesia, quæ scilicet, vidua efficitur quando bono pastore priuatur, & quando bono prælato viduatur, dicens illud prædictum 2. Regum 14. *Heu mulier vidua ego sum &c.* P[illegible] ergo quod est viduitas d[illegible] [illegible] & vitiosa, miserabilis & [illegible] honorabilis, & [illegible]osa. Vide supra de [illegible]

A **Vigilare.** N[illegible] quod cum vigil[illegible] vnum de sex accidentium [illegible] conseruantibus, & [illegible] per [illegible] organa [illegible] virtutis [illegible] per [illegible] moraliter loquendo, [illegible] diligens. Accipitur [illegible] E[illegible] breuiter notabo quod [illegible]

[illegible]

¶ [illegible]

[illegible] & vigilate & orate. V[illegible] qui vigilat, potest videre, & ope[illegible] mit, nec videt, nec operatur, [illegible] te ille qui est vigil[illegible] & [illegible] dere & cognoscere necessitat[illegible] negligentiam dormiunt, nec bona [illegible] bene facere sciunt. E[illegible] ideo [illegible] increpat, & ad vigilandum [illegible] lud Mat. 14. *Non potuistis vna hora vigilare mecum* [illegible] do. *Sustinete hic & vigilate mecum.* Vbi aduerte quo[illegible] vigilare propter quatuor, scilicet propter

C[illegible]odum,
P[illegible]lum,
Præceptum,
C[illegible]nsortium.

Sic pro certo nos ad vigilandum debet mou[illegible] præsumi quo[illegible] fine gaudemus, periculum [illegible] præsens videmus, mandatum vigorosi[illegible] mus, consortium generosum quod in istis [illegible] us. Ad [illegible] dum ergo chari[illegible] nos debet incitare fru[illegible] expec[illegible] est [illegible]. S[illegible] gaudeb[illegible] L[illegible] qui est tædiosus. H[illegible] mundo, [illegible] est [illegible] A[illegible] imperatus qui est vigo[illegible] te, qu[illegible] imperat[illegible] N[illegible] Mecum [illegible]

¶ D[illegible]go quod vig[illegible] est propter [illegible] quer[illegible] [illegible] Sol[illegible] [illegible] post labor[illegible] quies Sol[illegible] Ecclesia [illegible] *quæ adi[illegible]* [illegible] gonæ ex hoc [illegible] dimitt, alias [illegible] & [illegible]

[illegible] quam in hoc [illegible] in cœ te- [illegible] peccatu [illegible], nunc de [illegible] vigil [illegible] us. Ideo d. [illegible] *sint [illegible] venerit do- [illegible]* [illegible] *Surgite [illegible] dominus [illegible] vigilantis.* Et ve [illegible] multa [illegible] modis possunt euenire ex fusi nentia bonarum vi[illegible] rum

Pastoribus.
Scholaribus,
Cur[illegible]ibus,
Seruitoribus,
[illegible]boribus,
Aegrot[illegible]ntibus.

Vigil[illegible] pastores g[illegible] egem custodiendo [illegible] qui [illegible] ; &c. [illegible] tes, & du [illegible] rint, [illegible]. Vnde di- citur L[illegible] *eran[illegible] vigilantes, & custo- dientes vigilias noctis [illegible] num.* [illegible] scholares [illegible] pient [illegible]. Sapientia enim [illegible] non habetur [illegible] quidam ab eo pe- teret [illegible], respondit quia plus [illegible] Vn- de [illegible] P. 8. [illegible] *Ego [illegible] vigilauerint ad me, inuenient me.* [illegible] scholari vigi[illegible] propter [illegible] digestus & tenuis [illegible] spi- [illegible] se hebat de ma- ne [illegible] *manè [illegible]* [illegible] tamen lo [illegible] tempus aptū ad [illegible] as acqui- rendu[illegible]. Q[illegible] sapien- tia [illegible] *vigilant.* Item vigi- lant [illegible] dormiret, nunquam ad [illegible] perueniret. Nos i- gitur qui per viam [illegible] bonis operib. vi- gilemus [illegible] Re. 11. *Ingressus est Saul in media castra [illegible] matutina.* Item vigilant seruitores propter [illegible] tant [illegible] simulando. [illegible] quem dominus noster [illegible], ad [illegible] ve[illegible] ens, qu[illegible] in bono [illegible] vero dormientes in pec- [illegible] Mat. 24. *Vigilate ergo, quia [illegible] qua hora dominus [illegible] venturus sit.* Iste enim est dominus qui vult ha- bere famu[illegible] attentos, dicens cuilibet ser- uitor[illegible] *Tu vero vigila, in omnib. labora, opus fac euangelistæ, ministerium tuum imple [illegible] esto.* Item vigilant specula- tores de hosti[illegible] præcauendo. N[illegible] ergo qui sumus in militia hu- ius vitæ, [illegible] hostes [illegible] debemus vigilare, & ne pereamus ab hostib. præcauere, [illegible] dicitur Lu. 12. *Si sciret paterfamilias qua hora [illegible] vigilaret vtiq., & non sineret perfodi domum suam.* Item vigilant laborantes & [illegible] bona opera frequē- tantes, & [illegible] æternum expectantes Eccli. 31. *Cor su- um dabit in consummationem operum, & vigilia sua ornabit imperfectio- nem.* Item vigilant ægro[illegible] infirmitatibus obuiando, quia, [illegible] infirmitates quæ per vigiliam sanantur, [illegible] lethargia. Sic vigilia [illegible] multas infirmita- tes [illegible] lethargiam inuidiæ, acediæ & luxu- riæ, quæ [illegible] torem. Vigilia enim & sollicitu- do [illegible] Eccles 31. *Vigilia honestatis tabefaciet car- nes.* Patet e[illegible] vigilia est vtilis, & ideo debet [illegible] pati- enti[illegible], vt sic dicat quilibet illud Ps. 129. *Sustinuit anima mea in [illegible] eius.* Pat[illegible] ergo quod vigilandum

E est propter [illegible] quem consequi valemus. ¶ Secū- do dico quod vigilandum est [illegible] locum periculosum in quo nos esse videmus. [illegible] sensibiliter [illegible], homo qui est in loc[illegible] vigilat, sicut patet in illis qui [illegible] exercitu [illegible] ne hostes su- perueniant [illegible] vigilandū aliquos ordinare. Vnde de [illegible] se de sero quan- do quiescunt [illegible] grege ad vigilandum in- struere. [illegible] pericula præsen[illegible]. C[illegible] tur nos [illegible], scilicet, in exercitu [illegible] mun[illegible] hostes [illegible] impugnant: quia sicut dicitur Iob [illegible] *Militia est vita hominis [illegible] terram.* [illegible] necesse est vt [illegible] te ambulemus, & vt sic hostium adueo[illegible] præcaueamus, ad quod monet nos Apostolus Petrus [illegible] *Fratres [illegible] estote, & vigilate &c.* Iste enim locus periculosus est, cum dicitur Hic, quia in mundo locus est vbi oportet vigilare. *Non enim [illegible] habemus hic manentem ciuitatem, [illegible] futuram inquirimus,* vt dicit Apostolus ad Heb. 13. Et ideo bene consulitur Mich. 2. Vbi dicit[illegible] *Surgite & ite, quia non habetis hic requiem.* Surgere & ire, vigiliam requi- runt. Vigilandum est igitur propter locum periculosum in quo nos esse videmus.

F ¶ Tertio dico quod vigilandum est propter præceptum rigo- rosum quod taliter implemus, [illegible] dicitur in [illegible] Vigila- te. [illegible] enim qui ex officio & expresso mandato vigilare in- [illegible] vigilare, & [illegible] plus potest, tutius ab- stinere, patet in pastoribus [illegible] orum, speculatoribus castro- rum, seruitoribus magnorum [illegible] dominus in ver- bo suo dat vigilandi speciale [illegible], dic[illegible] vigilate. Ne- cesse est ergo vt vig[illegible] bonis operib. nos occupemus, [illegible] quibus ex officio [illegible] præ- lati & vigiles [illegible] exempla- [illegible] Omnib. enim istis [illegible] diligens circumspectio [illegible] Mat. [illegible] vigilare, prælati enim debent vigilare [illegible] guber- na[illegible] Apo. 3. [illegible] *vigilans, & confirma [illegible].* Vnde [illegible] Matt. 13. [illegible] per [illegible] nem [illegible] O[illegible] Prælatus e[illegible] vigil exerce[illegible] & [illegible] Chr[illegible], debe[illegible] & sapien[illegible] Vi- de[illegible]. Quoad pro[illegible] diligentiam & [illegible] Vigila- te. Quoad Deum deuo[illegible] & reuere[illegible] fide[illegible] vigilare super cœlestium contemp[illegible] Vide Matt. [illegible] *Vigilate itaque, quia nescitis diem neq; horam* & Mar. 13. [illegible] *dico, omnibus dico, vigilate.* Scholares etiam debent vigilare [illegible] suorum [illegible] emendatione, & super [illegible]. Et sic di[illegible] Matt. 2[illegible] *Vigilate & orate, ne intretis in tentationem.* O- mnibus [illegible] istis ex officio prælationis, vel C[illegible] professionis, necnon ex [illegible] mandato diuinæ ordinatio[illegible] incū- bit vigilare, & [illegible] corpori & desidiæ abstinere. Exemplo [illegible] dicuntur, & quorum oculi nun- quam [illegible] dicuntur, & si aliquo casu dormiunt, [illegible] ex- citantur. V[illegible] ergo. Vide 1. ad Cor. 16. *Vigilate, [illegible] ate in fide, viriliter agite, & confortamini & omnia vestra in charitate fiant.* Vigi- lādum est ergo propter mandatum rigorosum quod taliter im- plemus. Vigilate, [illegible] ratiue.

G ¶ [illegible] dico quod vigilandum est propter consortium grat[illegible] quod [illegible] istis habemus. Me[illegible] inquit. Homo liben- tius solet vigilare quando videt gratum socium vel consortium. Homo enim [illegible] libenter dormire, sic vero qui [illegible] habet consortium, non [illegible] bonis ope- ribus habeamus socios Christum & Ang[illegible], qui nobi[illegible] vi- gilant & laborant, dico quod ista vigilia non [illegible] graui[illegible], sed [illegible] ens, facilis atque leuis. Istud [illegible] dicitur Mecum. Patet enim famulus libent[illegible] quando imitat magnos dominos [illegible] ret, & suum dominum vigilantem videre [illegible] & [illegible] vigilante domino dormiemus. Ideo ipse conquerendo [illegible] *Simon, dormis? non potuisti vna hora vigilare [illegible]* [illegible] benefactum est. Et [illegible] vigilaret. Amethistus enim est lapis [illegible] as emittere videtur, qui secundum Dio[illegible] vigi- les, bonum cons[illegible] intellectum, valet [illegible] & [illegible] aufert [illegible]. Et sic proce[illegible] charitatem, si C[illegible] stum lapidem pre[illegible] sum socium habuerimus, ip[illegible] motem nob[illegible] portaui[illegible] mus [illegible] ipse pro certo [illegible] les [illegible] diligentes [illegible] es, [illegible] ebrias, [illegible] es, hu[illegible] sta cogita[illegible] s, [illegible] & [illegible] luxuriæ [illegible] Be- ne ergo [illegible] illud [illegible] *Sob[illegible] estote &c.* [illegible] q[illegible] breue est [illegible] *[illegible] sicut cæteri, sed [illegible] & [illegible] simus* 1. ad Th[illegible] quia dor[illegible] vigilare [illegible]

[illegible]

Perfectorum, [illegible]

[illegible]

Vincere, Victoria. [illegible]

[illegible]

A **Viginti.** [illegible]

[illegible] *antur,* [illegible]

B [illegible] *propter quos Exod. dominum* [illegible] *videturum.* [illegible] § [illegible] & [illegible] quod ex quinario redu- [illegible] sensuum inordinatis a [illegible] inordinatis pal [illegible] gubernare [illegible] vnde Ge. [illegible] quod *Iacob parauit munera fratri suo Esau, viginti* [illegible] *viginti, tauros viginti, asinas viginti.* Ad denotandum quod per [illegible] numerum signantur,

Hirci, [illegible] illi qui fœtent per luxuriam,
Arietes, [illegible] est, qui percutiunt per sæuitiam,
Tauri, id est, illi qui vadunt elate per superbiam,
Asini, id est, illi qui stolidi sunt per stultitiam.

Et [illegible] de [illegible] quoque [illegible] per vicenarium designato potest dici illud Iud. 4. quod *per viginti annos oppresserat filios Israel, &c.* Expon. E. sic sufficit, &c.

A **Villa.** [illegible] aliud sit quam domorum congregatio ad habitationem hominum constituta, possu notare, quod sicut [illegible] untur diuersa genera hominum, ita diuersa genera inueniuntur villarum. Et sic dico quod inuenitur villa

Perfectorum,
Peccatorum,
[illegible],
Damn[illegible]orum.

§ Villa [illegible] est [illegible] ientia. Vide Iosu. 15. [illegible] *in tribubus* [illegible] *Iuda villa ad habitandum.* Iuda [illegible] *ancore adi* [illegible] *auerunt villam* [illegible] est [illegible] Luc. [illegible] *prodigus* [illegible] enim [illegible], pro qua [illegible] Luc. 4. c. *villam* [illegible] dele- [illegible] pat [illegible] qua [illegible]

[illegible]

[illegible] & per [illegible]
[illegible] & [illegible]
[illegible]
Similis est [illegible]
statim [illegible]
tum fuerit, [illegible] spirato [illegible]
lig torum mad [illegible]
tas aliquando se permitti [illegible]
abscondit se & cel [illegible]
tuerit, solet vincere, & [illegible]
*nim opertum quod reueletur* [illegible]
subito infirmitatem [illegible]
pugnare, & in fine [illegible] præual [illegible]
*preualet.* Idem etiam de fide Christian [illegible]
martyribus submersa [illegible]
cere videbatur, in hoc magis vinc [illegible]
Iob 5. *Nam hæc est victoria, quæ vincit mundum* [illegible]
De [illegible] & [illegible] & veritat [illegible] est qui [illegible]
possunt super [illegible] iuxta illud Iud. [illegible] *rare nemo potest.* [illegible] quod ipsa sole [illegible]
omnia superare, patet [illegible] *Virgam humeri* [illegible] *rum exactoris* [illegible] *superasti sicut in die Madian.* Ista est [illegible] Christi, præcipue facta in prælio passionis, [illegible] sic ut [illegible] ex diabolum superau [illegible] Ap [illegible] *qui sedebat super eum, habebat arcum,* [illegible] *data est ei corona* [illegible] *vt vinceret.* Christus enim [illegible] & arcum [illegible] manibus [illegible] portans, ex [illegible] mund [illegible] C
est [illegible] De [illegible] § Se [illegible]
est vict [illegible] iusti quæ [illegible] aud [illegible]
habet [illegible]

C[illegible] { D[illegible]
Se[illegible]
[illegible]ctu[illegible] }

[illegible] ideo q [illegible] vin [illegible] V [illegible]
enim [illegible] laudabilis [illegible] ad [illegible] est
quasi

quando de multis triumphatur. Cum igitur isti aduersarij sint plurimi, sint pessimi, sint fortissimi, debet dici quod victoria laudabilis dicitur, cum per virtutes & merita triumphatur. Iustus enim debet esse sicut mustela, quæ quamuis parua sit bestiola, armata tamen ruta, audacter solet basiliscum inuadere & vincere, ac de ipso triumphare. Sic vere quamuis homo paruam virtutem in se habet, tamen ruta armatus, i. e. pœnitentia poterit de basilisco, i. de diabolo, nec non de fortissimo inimico carne & mundo triumphare, & eos non per naturam, sed per gratiam vincere & domare. Berillus & allectorius lapides sunt qui portatorem victorem & immunem ab hostibus faciunt & reddunt, quia pro certo possibile est quod homo qui ex conditione humana debilis est, naturaliter fortis fiat per virtutes accidentaliter. Si enim berillum & allectorium, i. virtutem fortitudinis & patientiæ habuerimus, inuicti esse poterimus, & hostes animæ superabimus & vincemus, ita quod de nobis poterit dici illud Heb. 11. *Sancti per fidem vicerunt regna adepti sunt promissiones, &c.* Fides enim cum suis sororibus, s. patientia & fortitudine faciliter vincit suos inimicos, vbi aduerte quod ad victoriam habendam tria sunt necessaria, s. causa efficiens. Per fidem. Modus perficiens. Sancti operati sunt iustitiam. Finis alliciens Adepti sunt promissiones. Prosequere si vis. Homo enim quatuor inimicos debet vincere, sc. quendam fortissimum, sc. diabolum. Durissimum, sc. mundum. Falsissimum, sc. carnem. Familiarissimum, sc. propriam voluntatem. Diabolus enim cum superbia vincitur per humilitatem 1 Ioan. 2. *Iuuenes fortes estis, & vicistis malignum.* Mundus cum auaritia vincitur per contemptum, & spiritualem paupertatem, quia sicut dicitur 1. Io. 5. *Omne quod natũ est ex Deo, vincit mundum.* Caro cum luxuria vincitur per continentiæ puritatem. Vnde Apo. 6. dicitur quod *ille qui sedebat in equo albo*, i. in corpore casto & mundo, *habebat arcum*, sc. ad sagittandum & stimulandum carnem, *& data est ei corona, & exiuit vincens vt vinceret.* Animus vero & propria voluntas vincitur per prudentiæ maturitatem & obedientiæ stabilem & promptam firmitatem, de qua Sen. in prouerbijs dicit quod *bis vincit qui se vincit.* Item in epistolis. *Imperare sibi, magnum imperium.* Et est vere charissimi magnum imperium vincere semetipsũ. Homo enim quilibet est inimicus sibi, quoniam ipse habet magnam victoriam facere, & tamen facilius est omnia facere quã seipsum. Vnde Sen. de Alexandro in quadam epistola dicit quod *tot populorum & regnorũ victor, iræ tristitiæq; succubuit.* Item de Hannibale fortissimo pugnatore dicitur quod armis victi, sed victus est vitijs. Vnde alibi dicit Sen. quod *multi sunt qui gentes & populos habuerunt in potestate, paucissimi autem qui se*, & Ideo dicitur Pr. 16. quod *melior est patiens viro forti, & qui dominatur animo suo, expugnatore vrbium.* O portet ergo charissimi nosmetipsos vincere, & vitijs proprijs non succumbere, sed de ipsis viriliter triumphare vt sic victores quis valeat appellare, & de quolibet nostrorum dicatur illud Apoc. 5. *Ecce vicit leo de tribu Iuda David* In quib. ostenduntur quinque quæ ad habendam victoriam suffragantur, scilicet

Dulcor amicorum,
Valor meritorum,
Splendor exemplorum,
Timor tormentorum,
Amor præmiorum.

¶ Primum probat mentalis promptitudo. *Ecce.* Secundum virium fortitudo. *Leo.* Tertium attenta sanctitudo. *De tribu Iuda.* Quartum inferni mœstitudo. Radix. Quintum superna pulchritudo. *David*, i. vultu desiderabilis.

D ¶ Dico quod ad victoriam suffragatur promptitudo bonorum operum, & animorum, quod ostenditur cum dicitur Ecce: Homo n. qui promptus est obedientiæ, & maiorib. parere, melius solet vincere, quam ille qui est solitus repugnare. Homo enim qui per fortitudinem non potest leonem vincere, solet se prosternendo & humiliando iram ipsius superare. Sic vere iras tyrannorum melius vincimus, si ipsis non resistimus, sed paremus, dicentes Ecce, quod est aduerbium promptitudinem significans voluntatis, iuxta illud Esa. 6 *Ecce ego, mitte me.* De forti etiam vento videmus quod fortes arbores solet eradicare & vincere, flexibiles vero & debiles & impetui eius cedentes non resistentes, solet illæsas dimittere. Sic vere fortis tentatio & ipse diabolus vinci & superat. ipsos feroces, hoc est dictum, illos qui se fortes reputant, qui de suis præsumunt virib. & superant.

A debilibus autem vincitur, id est, ab humilibus cedentibus tentationibus & fortes flatus fugientibus & de suis viribus non præsumentibus superatur. Quia breuiter melius ipsi viri humiles vincunt hostes animæ qui fragilitatem suam propriam attendunt, & cedunt, quam multi fortes, qui de suis viribus confidentes, resistere volunt & credunt. In signum cuius dicitur Bar. Iud 4. *Victoria nõ reputabitur tibi, quia in manu fœminæ dabitur Sisara* Iuxta illud 1. Reg. 2. *Arcus fortium superatus est & infirmi accincti sunt robore.* Fatuum est enim de proprijs viribus confidere, quia victoria non ab homine, sed à Deo solet contingere, sicut enim dicitur 1. Mac. 3 *Non in multitudine exercitus est victoria belli, sed de cœlo est auxilium.* Quia pro certo illi qui de se & mundi adiutorio confidunt, non vincunt, sed vincuntur, non superant, sed superantur 2. Par. 25. *Si in multitudine confidis, superari te faciet dominus ab hostibus tuis.* Dicat ergo Ecce, id est supponat se Deo & non sibi. Quia pro certo multum valet ad victoriam habendam mentalis promptitudo bonorum animorum, Ecce Iob 36. *Ecce magnum Deum & vincens.*

¶ Iterum dico, quod ad victoriam operatur stabilis fortitudo, cum dicitur Leo, qui, sc. est ita fortis quod omnia animalia superat atq; vincit. Sicut enim videmus quod fortitudo virium est causa victoriæ, & inde est quod alia animalia fortia de cursu communi vincunt debilia, sic vere ad vincendum tentationes & vitia necessaria est virtutis plenitudo, & cõstantiæ fortitudo. E
Leo habet multas conditiones nobiles per quas virtutes morales intelliguntur, quæ ad triumphandum de vitijs suffragantur. Vnde notandum quod leo est, &c. Vide supr. titulo de leone & applica quicquid volueris. Ideo de leone, i. de viro iusto potest dici illud Prou. 28. *Iustus quasi leo confident absque vllo timore erit.* Et potissime leo habet duas conditiones propter quas melius vincit, quia verecundatur fugere, & dedignatur timere. In signum cuius quando vadit per nemus, incedit furtiue & curue, quasi verecundans abscondi, quando autem in plano est & in publico, non sic. In signum etiam huius quando pugnat, non solet spicula venatorum intueri, ne ipsum contingat metuere vel terreri. Sic vere charissimi duo sunt quæ iuuant hominem ad vincendum, sc. verecundia virtuosa, & audacia generosa, quando enim verecundatur & dedignatur timere, tunc solet fortius pugnare, & victoriam obtinere facilius. Verecundari enim debet homo si vincatur, exemplo elephantis, qui in tantum verecundatur cum vincitur, & vocem victoris timet, & solo barritu ipsius terretur & verecundatur. Sic pro iustus si vinci & superari se videat, debet fortiter verecundari, iuxta illud Hier. 48. *Confusus est Moab, quoniam victus est.* Et ideo pugnandum & vincendum debet fortiter animari. Leo, inquit, id est, audax, strenuus & vigorosus. Iuxta illud Ezech. 19. *Leo factus est & didicit capere prædam* Et vt sibi dicatur illud 2. Paral. 9. *Vicisti famam virtutibus.* Et ideo sanctissimi dici poterunt, pro eo quod diabolum, tyrannos & vitia cum fortitudine vicerunt. Vnde Augustinus de vera religione. *Nunquam ab homine vinci potest qui sua vitia vicerit.* Non enim vincitur is, cui, quod amat, ab aduersario non eripitur. Qui ergo amat id solum quod ab aduersario auferri non potest, ille inuictus est. Valet igitur ad victoriam stabilis fortitudo operum perfectorum.

F ¶ Deinde dico, quod valet ad victoriam habendam attenta sanctitudo nostrorum prædecessorum, seu bonorum exemplorũ. De tribu inquit Iuda. Homo enim de nobili prosapia seu genere timet de genere, & ideo fortius ne vincatur solet pugnare. Et inde est quod probitat parentum ad memoriam reducitur, vt eorum exẽplo filij & nepotes vincant & fortiter operentur. Sic vere charissimi per scripturam faciam probitates & merita sanctorum parentum nostrorum, i. Christi & martyrum, & nostrorum fundatorum & institutorum ad memoriam reducuntur vt eorum exemplo ad pugnandum & vincendum quilibet animetur. Dicitur enim eis illud Esa 51 *Attendite ad Abraham patrem vestrum & Saram, quæ peperit vos.* Attendite ad petram, de qua excisi estis, q.d. Attendite quod vos estis de tribu Iuda, & quod sicut dicitur Apocalyp. 7. *De tribu Iuda duodecim millia signati.* Attendite, quis locus cui in officio pastorali succeditis, quia quales fuerunt illi quorum in terris locum tenetis, & in quorum religionibus & Ecclesijs habitatis, horum exemplo fortiter agitis, & vt victores sitis prouide cogitate. Sicut enim lapis qui dicitur Phateron, si de mane respicitur, facit hominem inuictum in illa die, sic vere si Christum & sanctos qui nos præcesserunt, attente respiciamus, & per deuotionem & orationem o-

culos

tissimum est vinculum, qui ita stringit quod de duobus faciunt vnum. Isti enim qui isto vinculo vinculantur, vnum inter se, & vnum cum Deo efficiuntur. Vnde Col. 3. *Super omnia charitatem habentes, quod est vinculum perfectionis.* Quod tamen est contra multos qui nec cum Deo, nec cum proximo suo veram charitatem habent, quod apparet, quia modica occasione rumpitur amor, & per vanitatē & inconstantiam & falsitatem facile dissipatur Hier. 2. *A sæculo fregisti iugum meum, & vincula mea disrupisti.*

F ¶Item est vinculum coniunctionis, & istud est vinculum cōcordiæ & pacis, quod vagos firmiter debet iungere, ne alter ab altero per aliquam discordiam possit disgregari. Eph. 4. *Solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis.* Quod tamen est contra multos qui motu vel arrogantia vel inuidia, nunquam possunt in pacis & vnitatis vinculis contineri. Similes sunt ę, quę vincula sua nititur rumpere, & euagando possit officere & nocere. Quia vere multi sunt qui non cessant quęrere tendicula occasionis, qua possint vincula pacis rumpere, & vnitatis fœdera violare, dicentes illud Ps. 2. *Dirumpamus vincula eorum, &c.*

G ¶Item est vinculum durationis, quia, sc. iusti vinculo temperantię ligantur, ita quod à bono proposito nunquam variantur Eccl. 6 *Vinculatus alligantur.* De qua perseuerantia durationis potest dici illud Eze. 4. *Ecce circumdedit te vinculis, & non te conuertes de latere vno ad aliud.* Quod tamen est contra multos qui vincula perseuerantiæ cito rumpunt. Vnde Hie. 5 de optimatib. dicitur: *Ecce ipsi magis confregerunt iugum, ruperunt vincula.* ¶Item est vinculum correctionis, quo, sc. nisi ad opera bona & solitaria exercēda ligantur, & ista sunt vincula tribulationum temporalium, infirmitatum corporalium, & tristitiarum cordialium. Sicut enim phreneticus vinculis ligatur, vt sanetur, sic Deus iustos vinculis tribulationum ligat, vt ipsos à malo coerceat, & ad sanitatem reducat. Vnde de eo dicitur in Psal. quod *animam inanem satiauit bonis, sedentes in tenebris & vmbra mortis, vinctos in mendicitate & ferro.* Sicut enim bos vinculis stringitur, stimulis pungitur & sic arare cogitur, & compellitur, sic sancti vinculis tribulationum fuerunt ligati stimulis infirmitatum fuerunt arctati, & sic ad arandum & ad laborandum & ad benefaciendum, & ad mala præcauēdum fuerunt edocti. Exemplo Apostoli, qui quotidie ad literam in vinculis ponebantur, in quib. existens scribebat epistolas, per quas tota Ecclesia illustratur. Vnde Eph. 4 dicitur, *Obsecro vos ego vinctus in domino* Et Eph. 3. dicebat, *Ego Paulus vinctus Christi Iesu.* Et ideo breuiter ipse cōcludit Heb. 11. dicens: *Sancti ludibria & verbera experti, &c.* Ad quorum compassionem monet idem Heb. 13. *Mementote vinctorum tanquam simul vincti.* q. d. vinctis in carcerib. & ligatis in mundi purgatorijs catenis atque funib. est compatiendum, & eis dulciter succurrendum, & eis misericorditer condolendum. Patet igitur quod sunt quinq; genera verborum vinculorum, scil. religionis, dilectionis, coniunctionis, durationis, & correctionis. Et sic dico quod sunt

H vincula hominum perfectorum, quod est primum. ¶Secundo dico quod sunt vincula hominum peccatorum. Peccatores. n. vinculis vitiorum & complacentiarum & delectationum ligātur, vt in seruitute diaboli perpetuo teneantur. Illi enim qui furantur alienos canes, solent eos ligare, ne ad magistros suos redeant, & vt secum maneant, vinculant. Aues etiam prædales vinculis ad perticam, ne volent sursum, fortiter astringuntur. Illos n. quos seruare volumus, alligamus, & ne manus nostras effugiant, astringimus, & arctamus. Sic vere diabolus quando furatus est hominem per peccatum, timens ne ad magistrum suum, sc. Christum redeat per pœnitentiam, & ipsum deserat, ligare solet vinculis malarum complacentiarum, & obturatæ consuetudinis funib. ipsum astringere & ligare, & suo iuri penitus subiugare. Vnde Herodes *misit & tenuit Ioannem, & vinxit eum in carcere.* Nam diabolus soles hominem vinculare, scilicet Vinculis

Carnalitatis,
Tepiditatis,
Cupiditatis,
Obscuritatis,
Pomposttatis,
Taciturnitatis.

I ¶Ligat ergo diabolus vinculis, s. carnalitatis & immunditię. Mala enim mulier & eius visus, gestus & affatus sunt quædam vincula quib. qui per malas consuetudines ligatus fuerit, vix euadit. Vnde de fatuo iuuene & de mala muliere dicitur Pro. 7. quod *eam sequitur quasi bos ductus ad victimam, & nescit quod ad vincula stultus trahatur.* Vnde de muliere dicit idem Sapiens. *Inueni mulierem morte amariorem. Vincula sunt manus illius, &c.* Ecc 7. ¶Item ligat vinculis cupiditatis & auaritiæ Auaritia enim est fortissimum vinculum. Istud enim in amore terrenorum hominem ligat taliter, quod ab affectu æternorum penitus abstrahitur & elongatur. Et isto vinculo videbatur ligatus Manasses cum dicebat 2 Par. 35. *Incuruatus sum multo vinculo ferri & non est mihi respiratio.* ¶Item ligat vinculo pompositatis & vanæ gloriæ, & sic ligantur illi qui in amore pomparum mundi corpus & animam ponunt, similes suspensis qui in aliis ligantur. Vnde de vinculo superbiæ dicitur Esa. 25. *Præcipitabit dominus in monte isto faciē vinculis colligati.* ¶Item ligat vinculo tepiditatis & acediæ. Acedia. n. est vinculum pedum & manuum & non permittit aliquem benefacere Hier. 39. *Vinxit eum compedib. & duxit eum in Babylonem.* ¶Item ligat vinculo obscuritatis, & istud est vinculum cœcitatis mentis, obstinationis, & malæ consuetudinis, quod recte videtur esse vinculum oculorum, de quo Sap. 17. *Vinculis tenebrarū & longa noctis compediti, inclusi iacuerunt.* ¶Item ligat vinculo taciturnitatis, & istud est quo ligat linguam per verecundiam ne confiteatur, & per consequens ne aliquid recte loquatur. De quo Marc. 7 dicitur de muto *quod solutum est vinculum linguæ eius, & loquebatur recte.* Ista igitur charissimi sunt mala vincula, quibus cum peccator à diabolo vinculatur, vix aut nunquam liberatur. Et ideo statim quando nos sentimus vinctos, debemus vincula rumpere, & nos ab hostis dominio liberare, dicentes illud Ps. 2. *Dirumpamus vincula eorum &c.* & hoc cum auxilio illius *qui vinctos suos non despexit, sed eduxit in fortitudine &c.* Hæc ergo sunt vincula peccatorum. ¶Tertio dico, quod sunt vincula hominum K damnatorū. & ista sunt pœnę æternæ & sententiæ diuinæ. quib. damnati inferno damnantur sine liganiur, vt ineuasibiliter pœnis æternis affligantur. Puniendi enim scelerati solent vinculis alligari, & ne euadant, firmiter vinculari. Sic damnati vinculo diuinæ sententiæ & ordinationis ligantur, quib. ineuasibiliter detinentur Esa. 22. *Omnes qui inuenti sunt, vincti sunt pariter, dureq; ligati sunt* Et 2. Para. 33. dicitur quod *Sedechias catenis & compedibus vinctus, ductus est in Babylonem.* Patet ergo quod sunt vincula damnatorum, peccatorum, perfectorum, &c. Omissi autem exēpla, quę supra de ligare posita sunt, vide de ligare, & laqueo, & similibus.

## Vindicta.

Nota, q; vindicta nihil aliud est quam punitio dura & seuera cum furore & iracundia A exercita, propter causam vel occasionē præcedentis iniuriæ generata. Et possumus notare quod in scriptura inuenitur triplex vindicta, scilicet Vindicta

Crudelitatis & sæuitiæ,
Æquitatis & iustitiæ,
Auctoritatis & potentiæ,
Primam facit peccator crudelis,
Secundam facit Prælatus fidelis
Tertiam facit imperans in cœlis.

¶Primo dico, quod est vindicta crudelitatis & sæuitiæ, & ista B est illa, qua crudeles & etiam vindicatiui vindicāt, qui nulli volunt parcere, imo volunt vltra debitum punire, & ad satisfaciendum priuatæ offensę in publico supra aliquem penitus desæuire, cum tamen dicat Seneca quod *culpa est totam culpam persequi.* Et tales sunt similes vrso, qui de quolibet percutiente se nititur defendere vel vindicare, ita quod si vnus eum insequitur, & alius eum percutit, statim dimittit primum, & currit ad secūdum, & sic deinceps. Similes etiam sunt cani, qui lapidem proiectum solet in ore recipere, & præ ardore iræ ipsum tentat destruere & mordere, in quo solet quandoq; dentes proprius lædere & cassare. Similes ēt sunt api, quæ ita crudeliter infigit quandoq; aculeum, q; cum aculeo dimittit intestina, & sic dum vult lædere alium, proprium efficit nocumentum. Sic vere charissimi, multi sunt ita iracundi & furibundi quod de qualicunq; offensa sibi facta volunt accipere vindictā. & furore vrsi (qui solet de vno ad alium currere) nunc vnū, nunc alium infestare, & q; plus est, sæpe accidit quod dū isti se vindicare nituntur, amplius ēt læduntur, & grauantur, & vbi nocere plus crediderunt, plus nocentur, vt sic verificetur illud, quod dicitur Ecc. 28. *Qui vindicari vult, à Deo inueniet vindictam* sicut videtur ad literam de superbis, qui volunt omnia vindicare, qui tamen cum non vindicēt alios, de seipsis vindictam patiuntur. Ergo melius est dissimulare, vel penitus indulgere, quia testib. Hugo. & Sen. *Nobile genus vindictæ est ignoscere.* Et potissime cum sit vnus iudex & vindex omnium

omnium Christus, qui vindictam talium sibi specialiter reseruauit dicens Deut. 32. *Mea est vltio, & retribuam eis in tempore.* Cum igitur de beneficijs collationi Apostolicæ reseruatis, nullus alius prælatus se intromittat, nec nos ad vindictam sumendam vos intromittere debemus, quantum à Deo specialiter reseruatam videmus Rom. 12. *Mihi vindictam, & ego retribuam.* Quod tamen est contra multos crudeles, qui diuinum, scilicet officium vsurpant & præsumunt, & vsque ad vltimam sæuitiam se vindicare contendunt. Similes billano, de quo inueni scriptum quod quando occidit hominem diu post auscultat si spirare audiat ipsum, ne forte ipsum viuum dimittat, quia pro certo multi sunt qui illum quem persequuntur, nolunt dimittere, nec à persecutione quiescere, quamdiu ipsum sentiunt respirare, & quousque ipsum ex toto videant mortuum, hoc est dictum, ad nihilum deuenire, & de hoc dicitur illud 2. Reg. 2. *Nunquid ad internecionem mucro tuus desæuiet?* quasi dicat, non debet sic esse, quia naturaliter homo debet suo simili parcere & cum eo misericorditer agere, & non de malefactis omnibus vindicare, iuxta illud Leuit. 19. *Non quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum.* Vnde sapiens Ecclesia. 28. postquam dixisset quod *qui vindicare vult, à Deo inueniet vindictam*, dicit sic. *Homo homini reseruat vindictam, & à Deo quærit medelam. In hominem similem sibi non habet misericordiam & pro peccatis suis deprecatur. Ipse dum caro sit reseruat iram, & propitiationem quærit à Deo.* Ad quod facit parabola de seruo *cui misertus fuerat dominus, & tamen ipse conseruo suo noluit misereri.* Mat. 18. Etiam constat quod in multis delinquimus omnes, & ideo non debemus vindictam petere, sed pro gratia Deum orare, vt velit eos emendare & corripere, vt saluentur. Vnde in Psa. *Lætabitur iustus cum viderit vindictam.* Vnde scribitur. *Fiet illi misericordia qui fecerit misericordiam, & qui non, non* Patet ergo quod est vindicta crudelitatis & sæuitiæ. ¶Secundo dico, quod est vin-

C dicta seueritatis & iustitiæ, & ista est illa qua boni iudices & prælati vindicant illos qui iniuriam patiuntur. Apes enim habent aculeum ad duos, scilicet ad superflui consumptionem, & ad mellis depurationem. Habet enim aculeus virtutem igneam, & per consequens solet consumere & purgare. Sic charissimi iudices & prælati propter duo habent potestatem & dominum, scilicet, ad consumptionem malorum, & ad purgationem & vnionem bonorum Debent enim cum aculeo iustitiæ & vindictæ superfluum, id est, malos consumere ne noceant, mel, id est, bonos defendere ne pereant. Et sic loquitur Apostolus Rom. 13. vbi de iudice dicit: *Non enim sine causa gladium portat.* Dei enim minister est, & vindex in iram ei qui malum agit. Aduerte tamen quod vindicta iudicis non debet culpam excedere, sed et penitus adæquari. Exemplo leonis, qui inter multos lapides contra se iacentes, primo percutientem eligit, ipsumque secundum quod ipsum parum vel multum læserit, lacerat, rotat, & affligit. In quo instruitur iudex quod vindicta non debet culpam excedere, sed malos qui deliquerunt castigare. Exemplo Iudæ Machabæi, qui *fecit vindictam in viros desertores*, vt dicitur 1. Macha. 2. Et sicut poscebat illa Luc. 18. quod *vindicaret*

D *eam de aduersario suo, &c.* ¶ Tertio dico quod est vindicta auctoritatis & potentiæ, & ista est illa, qua, Deus in præsenti & in futuro punit & vindicat maledicta, in præsenti enim vindicat, veruntamen occulte, & sub specie alterius causæ, quia quamuis permittat Deus quod quotidie fiant multa mala, quæ remanere videntur impunita, tamen sub dissimulatione alterius occasionis punit Deus peccantem ea causa criminis præcedentis. Vnde legitur, quod cum quidam induceret alium ad falsum testimonium dicendum, & allegaret quod duo falsa testimonia tulerat, & tamen nihil mali sibi euenerat, statim facta fuit vox de cœlo, dicens. *Mentiris, quia pro certo pro primo oculum perdidisti, pro secundo domum tuam amisisti.* Deus enim facit, & vtitur reb. sicut ioculator suis instrumentis, quibus ita subtiliter vtitur, quod absque hoc quod percipiatur, vnum loco alterius inuenitur, & quod in loco vno reponitur in alio reperitur. Et ideo breuiter de vindictis, & punitionibus quas Deus quotidie nobis facis, dicitur Esa. 59. *Indutus est vestimentis vltionis, & opertus est quasi pallio zeli ad vindictam.* Et bene dicit pallio, pro, eo quod sub coopertura vnius rei aliam efficit. In futuro autem Deus iudicabit, sed manifeste, & publice. Vnde nunc temporis peccata latent, sed tunc temporis patent: tunc enim in iudicio generali impios iudicabit, & oppressos de eorum iniurijs vindicabit. Sol enim qui naturaliter est clarus, & purus, quandoque propter terræ vapores apparet rubeus, & sanguineus & ardens, & obscurus. Quia pro certo sol iustitiæ Christus licet modo clarus, pius & placidus videatur propter vapores tamen vitiorum quos inueniet in mundo, in die iudicij. per ardorem & rigorem iustitiæ, & vindictæ sanguineus, & igneus apparebit, in quantum zelo vindictę impios destruet & cremabit. Ignis enim in principio faciliter extinguitur sed quando ad augmentũ venerit nullatenus temperatur. Sic vere vindicta & ira Dei modo potest per misericordiam extingui, tunc vero tantum excrescet, quod non poterit apponi remedium Prou. 6. *Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ, nec acquiescet cuiusquam precib. nec recipiet pro redemptione dona plurima.* Et vere non parcet, quia tunc non solum corpus, imo etiam animam interficiet, similis serpenti, qui dicitur seps, qui secundum Isid. ita venenose solet mordere, quod non solum carnem inficit, sed etiam ossa, quæ subtus sunt, solet liquefacere & ardere. Quia proculdubio Christus tunc carnem & ossa, i. corpus & animam liquefaciet & destruet & in inferno statuet & confundet, Iuxta illud Hie. 46. *Dies enim domini exercituum, dies vltionis, & vindictam retribuet inimicis suis.* Quia sicut dicitur Deu. 32. *Vindictam retribuet in hostes eorum, & propitius erit terræ populi sui.* & sic patet quod est vindicta iustitiæ, & sic sufficit. Vide supra de Ira, Iudicio, Iustitia, &c.

A
## Vinea.

Nota quod vinea est ille locus vbi vinea vel vites inuicem congregantur, quibus vinum in vsus hominum eliquatur Per vineam potest (vt mihi videtur) quæcunque congregatio designari, siue bona fuerit siue mala. Et possũ breuiter notare quod inuenio vineam

Perfectorum,
Reproborum,
Damnatorum,
Beatorum,
Meritorum,
Terrenorum,
Tormentorum,
Præmiorum.

¶Est dico vinea perfectorum, quæ nihil aliud est quam religio, B quæ est vinea domini, in qua vites, i. viri perfecti inuicem congregantur, ibiq; per fidem plantantur & adiuuantur. De ista dicitur Esa. 5. *Vinea domini Sabaoth domus Israel.* ¶ Item est vinea reproborum, & ista est congregatio hominum malorum, qui sunt vinea diaboli, quia de botris suorum malorum operum eliquatur vinum destructionis animæ, & ista est vinea deserta quæ nullum bonum fructum portat. Et de illa dicitur Iohel 1., quod *consumpta est, & ficus elanguit, & omnia ligna agri aruerunt.* ¶Item est vinea hominum damnatorum, & ista est vinea, in qua nascitur vinum infernalium tormentorum, de quo dicitur Deu. 32. *Fel draconum vinum eorum, &c.* De qua quidem vinea dicitur in Ps. quod *Deus occidit in grandine vineas eorum*

¶Item est vinea beatorum. Beati enim sunt illa vinea in qua vinum æternæ consolationis colligitur, de quo dominus & angeli recreantur. De qua Zac. 3. dicitur. *Vocabit vir amicum suum subtus vineam suam* ¶ Item est vinea bonorum meritorum, & ista est vinea animæ vel bonæ conscientię. in qua sũt virtutes & merita sicut vites, & bona opera sicut fructus. Vnde sponsus dicit sponsæ Can. 7. *Videamus si vinea nostra floruit, &c.* ¶Item est vinea bonorum terrenorum, & ista est vinea huius mundi, propter quam occisus fuit Naboth, sicut dicitur 2. Reg 12. quia sæpe vineæ bonorum terrenorum causæ sunt quare ipsorum domini spiritualiter & temporaliter pereunt. Istas enim nituntur alter ab altero rapere & habere, & nisi ipsas dimiserint, solent ipsos tribulationib. molestare. Amos. 5. *Vineas amantissimas plantabitis, & nõ bibetis vinum earum* ¶Item est vinea duorum tormentorum & ista est vinea Inferni, cuius vinum sunt miseriæ æternæ, quib. damnati inebriantur, & quibus in perpetuum sopiuntur. De qua Deut. 32. *Vinea Sodomorum vinea eorum, &c.* Et notanter dicit de vinea Sodomorum, quæ, sc. igne & sulphure est consumpta. ¶Item est vinea summorum gaudiorum, & ista est gloria æterna, cuius fructus sunt infinita gaudia, & cuius vinum lætificat cor hominis, & cor beatificat. De qua Can. 2. *Vineæ florentes odorem dederunt.* ¶ His præmissis, dico quod de quadruplici vinea solum est agendum, scilicet de quadam vinea

Gloriosa,
Virtuosa,
Fructuosa,
Luctuosa.

¶ Dicamus ergo primo q; est vinea gloriosa, & ista nihil aliud C est

est quam vinea corporis Christi, vel etiam ipse Christus Dei filius incarnatus. De quo Cantic. 1. *Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi.* Vinea enim Engaddi est illa in qua balsamus crescit significans beatam virginem, & etiam crucem Christi, quæ botrum Cypri & etiam balsamum verum Christum portauerunt. Nam sicut vinea de vno loco accipitur, & ad alium transplantatur, varijs ferramentis foditur, & discalceatur & nudatur, ad palum, & arbores ligatur, solis vt maturescat exponitur, & sic vinum inde eliquatur, & in vasis diligenter recipitur, ex quo homines recreantur & inebriantur, reuera charissimi talis est Christus. Ipse enim à paradiso fuit assumptus, & in terram huius mundi fuit translatus, in horto humanæ naturæ fuit per incarnationem plantatus, ferreis instrumentis, scil. clauis, spinis & lancea in passione fuit transfossus, arbori crucis fuit alligatus, & ardori solis fuit expositus, & sic exinde fuit vinum & sanguis pretiosus ipsius destillatus. Istud enim vinum in vasis cordium deuotorum recipitur, & exinde Christianus populus per deuotionem inebriatur, & tota gens fidelium iocundatur. De ista ergo vinea sic fossa & sic nudata loquitur Deus pater, vbi de populo Iudæorum potest dicere illud Iohel. 1. *Posuit vineam meam in desertam, ficum meam decorticauit, nudans spoliauit eam, & proiecit.* Ista vinea figuratur Ezech. 17. vbi dicitur quod *aquila grandis venit ad Libanum, tulit medullam Cedri, & transplantauit eum in terram Chanaan, in vrbe negotiatorum posuit eam, cumque germinasset, creuit in vineam latiorem, respicientibus ramis eius ad eam.* Facta est ergo vinea, & fructificauit in palmites, & emisit propagines. Aquila grandis charissimi est Dei filius, qui de cœlo ad Libanum huius mundi venit, & medullam Cedri, id est, nobilissimam portionem humanæ naturæ assumpsit, quam in terra Chanaan, id est, Iudæam, & in vrbe negotiatorum, id est, in Maria per incarnationem ipse plantauit, quæ tandem ramos & propagines, id est, fideles populos produxit & emisit, & sic in vineam latiorem quantum ad corpus suum mysticum (quod est Christianitas) se diffudit, & rami eius, id est, Christiani ad eam tenentur respicere, & per fidem & desiderium anhelare. De ista dicitur in Psalm. *Vineam de Aegypto transtulisti, &c.* Ægyptus enim quæ interpretatur obscuritas, est paradisus, in quantum hic ad nos locus iste est ignotus, & mirabiliter tenebrosus. Et quia pro certo vinea ista scilicet Christus de ista Ægypto, id est, paradiso ad mundum fuit translata, ideo gentibus, id est, gentium erroribus eiectis, in mundo per fidem fuit plantata, & sic per omnem terram est multiplicata, & vndique per cultores eius, prædicatores & Apostolos dilata. Hierem. 2. *Ego plantaui te vineam electam.*

D ¶ Secundo dico quod est quædam vinea virtuosa. Et sic dico quod per vineam intelligitur anima & bona persona, & potissime Christus seu sanctus vel etiam beata virgo. Sicut enim videmus quod per vineæ coloris amœnitatem homines reficiunt visum, odoris suauitate reficione olfactum, fructus dulcedine recreant gustum, foliorum mollitie mulcent tactum, sic vere iusti virore suæ honestæ conuersationis recreant intuentes, odore suæ famæ & conditionis delectant audientes, & valore suæ operationis satiant & nutriunt degustantes. Hoc est dictum, exempla & opera eorum imitantes, dulcore & mollitie suæ bonitatis mulcent & attrahunt contingentes, & eorum quorum consortia sunt frequentantes. Istæ enim sunt vineæ quæ virorem habēt & florem honestæ conuersationis Cant. 7. *Videamus si vinea nostra floruit.* Item habent odorem famosæ reputationis. Can. 2. *Vineæ florentes odorem dederunt.* Item habent fructum gratiosæ operationis. Zachar. 8. *Vinea dabit fructum suum, & terra dabit germen suum.* Item habent humorem mollis & benignæ consolationis, & dulcis & amorosæ consolationis. Quia sicut vinea faciliter stillat lacrymas præ abundantia humoris sic vir iustus faciliter compatitur præ abundantia benignitatis & dulcoris. Esa. 16. *Plorabo in fletu Iazer & vineam Sabama, inebriabo te lacryma mea.* Et sic pro certo beatam Virginem & quamlibet bonam personam possumus dicere Vineam

Speciosam,
Odorosam,
Fructuosam,
Lacrymosam.

¶ Vt sic possim dicere illud Eccles. 24. *Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris, &c.* Et ideo breuiter de vinea spirituali potest dici illud Cant. 7. *Vinea nostra floruit.* Vbi aduerte quod sicut in vinea de sui natura inuenitur

Liquor qui stillatur, & ideo dicitur Vinea, à vino,
Labor qui reportatur, Nostra,
Decor, qui speculatur, & dicitur, Floruit.

Sic nos debemus habere, scilicet
Liquorem flebilis pietatis,
Laborem vtilis charitatis,
Decorem nobilis honestatis.
Primum probat pietatem humiditatis liquoris. Vinea,
Secundum charitatem communitatis laboris. Nostra,
Tertium famositatem honestatis decoris. Floruit.

¶ Dico ergo quod ille vel illa qui vult esse spiritualis vinea, debet habere humiditatem flebilis pietatis, cum dicitur Vinea, B
quia sicut vitis vineæ stillat vinum siue fundit, nomen vineæ sonat vinum, fructus vineæ stillat vinum, (Vitis enim siue vinea duplicem fundit liquorem, scilicet aquam lacrymando, & vinum fructificando) sic & nos debemus fundere duplicem liquorem pietatis, vnum scilicet lacrymando per compassionem & affectum, alium vero fructificando per eleemosynam & affectum. Vir enim pius debet interius lachrymas pij affectus stillare, exterius autem vinum consolationis debet ad pauperes seminare Vinea inquit Genes. 6. *Plantauit vineam, bibitq; vinum.* Vitis enim plus habet de medulla quam aliæ arbores, & ideo plus potest emittere de humore. Sic vere ille qui in medulla charitatis & deuotionis abundat, generaliter in humore pietatis & compassionis redundat. Cuius tamen contrarium inuenitur, quia vineæ, id est, homines ab humore pietatis taliter desiccantur, quod fructum eleemosynarum non operantur, vnde Abac. 3. *Ficus non germinabit, & non erit germen in vineis, mentietur opus oliuæ, & arua non afferent fructum.* Illis enim accidit sicut viti vel vineæ, quæ faciliter siccatur, quando in terra salsa plantatur, humor enim salsus radicem eius rodit, & humorem consumit, & sic fructum retardat & impedit, & ideo in monte in quo est dulcor, solent vineæ dulciores fructus facere quam in valle. Sic vere charissimi vallis mundi vbi est terra salsa mundanæ prosperitatis (quæ quidem salsa dicitur, eo quod per ipsam sitis auaritiæ prouocatur) solet in vinea, id est, in homine radicem cordis per sollicitudinem corrodere, humorem deuotionis & compassionis consumere, & fructum eleemosynarum & bonorum operum desiccare. Mons ergo contemplationis & status & celsitudo perfectionis vtilis dicitur, quia ibi non salsedo auaritiæ, sed dulcedo misericordiæ reperitur. Iohel. 1. *Posuit vineam meam in desertam.* Non sic charissimi, sed habeamus humiditatem flebilis pietatis. Vinea inquit.

¶ Deinde habeamus vtilitatem communis charitatis. Nostra. F
Charitas enim virtus est quæ nō est propriè sua, sed nostra, quia sc. magis est communis quam propria. Vinea enim non curat de vtilitate propria, sed cōmuni, quia fructus non sibi, sed alijs proficiunt. Vinea enim seu vitis est arbor quæ multum solet se dilatare & extendere. Habet etiam quædam ligamina quibus solet se altera alteri colligare Sic vere persona charitatiua non quærit proprium commodum sed publicū, quia magis quærit alijs proficere, & fructum suum, id est, bona sua temporalia vtilitati aliorum communicare & distribuere, seq; alijs cum tenaculis charitatis coniungere, & se ad alios per amorem & liberalitatem extendere, quam sibi soli prodesse, & quam bona sua vtilitatem solam propriam ordinare. Exemplo Apostoli 1. Corinth. 10. *Ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi vtile est, &c.* Istud potissime potest pertinere ad personas publicas, sicut sūt iudices & prælati qui debent esse nostri, & non sui, communes, & non proprij, publici, & non priuati. Nostra inquit. Iosuæ 5. *Noster es, an aduersariorum?* Multa enim accidunt in vinea, quæ impediunt ne cōmunitati fructus eius proficiat, tempore enim humido ex rore corrupto generātur circa eam multi vermes germina corrodentes, sc. erucæ, testudines, aranea, quæ circa vitem faciunt telas suas, & ibi nutriunt pestiferum semen suum. Istę enim vineæ germina depascuntur, & post ipsam dimittere dignoscuntur. Sic vere charissimi multi mali vermes, i. multi mali homines circa prælatos & personas publicas, & circa alios ecclesiasticos hodie aggregantur, per quos sua germina, id est, bona opera sua temporalia & spiritualia deuastantur, & potissime tempore pluuioso & in rore mundanæ prosperitatis tunc videbitis circa eos erucas, quæ dicuntur ab erodendo, i. detractores & falsos accusatores, qui alios molestant & rodunt. Iob 30. *Rodebant in solitudine squalentes.* Item ibi videbitis testudines, id est, adulatores, qui molliter incedunt, & eos, qui adhærent, liniunt, & eos inficiendo corrumpunt. Ezech. 13. *Prophetæ eorum liniebant eos sine temperamento.*

*meum.* Et nota quod isti dicuntur Prophetæ, quia scilicet illi semper prognosticant in bono illis quibus adulantur. Item ibi videbis araneas, id est, malos familiares circa tales habitantes, & circa eos genus suum pestiferum nutrientes & pro muscis beneficiorum & bonorum temporalium capiendis cancellaria texta facientes. Ab istis enim omnibus videmus vineam hodie, id est, prælatos circumdari, & bona eorum temporalia etiam dedis stari, ita quod ad vtilitatem aliorum, scilicet pauperum vel subditorum, non videntur aliquid suffragari. Figurati in illis sacerdotibus, Dan. 14. qui cum vxoribus & paruulis cibos super aram appositos comedebant, & templum per occulta abdita introibant. Quia vero communiter illi templum ecclesiæ non per ostium intrant, sed ascendunt aliunde sicut fures, cibos bonorum temporalium pauperibus non distribuunt, sed ipsi cum suis improbis familiaribus eorum deuorant & consumunt. Vnde talis vinea non est nostra, imo penitus aliena, ita quod nobis potest dici illud Esa. 16. *Super vindemiam tuam vox calcantium irruit.* Et nos possumus dicere illud Neemiæ 5. *Agros nostros & vineas alij possident.* Non sic ergo charissimi, sed sit prælatus noster, non suus, nec alienus, proficiat pauperibus non parentibus, iuuet pauperes, non adulatores, proficiat ecclesiæ, non parentelæ vel familiæ, vt sic dicatur ei illud Esaiæ 3. *Vestimentum tibi est, esto princeps noster.* Si ergo volumus esse spirituales vineæ, habeamus vt dictum est, vtilitatem communis charitatis.

G ¶ Denique habeamus formositatem decentis honestatis. Florent inquit. Sicut enim videmus quod vineæ habent flores qui delectant & reficiunt intuentes, sic nos habentes honesta verba, & pulchra opera, quæ oculos recreant attendentes iuxta illud Cant. 2. *Vineæ florentes dederunt odorem suum.* Flos enim vineæ delectabilis est omnibus hominibus, odibilis tamen & tristabilis bufonibus, quia fama odorifera bonorum & eorum florida conuersatio placet bonis, displicet tamen malis sordidis & malignis de quibus dicitur Iob 24. *Maledicta sit pars eorum in terra, non ambulet per viam vinearum.* Vide supra de flore. Sic ergo patet quod iustus potest dici vinea, propter

Honestatis inclytum decorem,
Charitatis communem amorem,
Pietatis fluidum liquorem.

¶ Sic ergo patet quod est quædam vinea virtuosa, quod est secundum principale.

H ¶ Tertium principale est, quod est quædam vinea fructuosa, & ista nihil aliud est quam religio vel ecclesia, quæ vinea Domini Sabaoth dicitur, de qua sicut dictũ est, Esa. 5. *Vinea Domini Sabaoth domus Israel est.* Ista enim dicitur in scriptura vinea Sabama, vinea Soreth, vinea Engaddi. Sabama enim interpretatur excelsa vel conuersio. Soreth interpretatur vitis electa. Engaddi interpretatur fons, siue oculus tentationis. In quibus potest notari, quod vinea ecclesiæ vel religionis potest dici Sabama, id est, altitudo, pro eo, quod ibi cœlestia solent contemplari, & conuersio, eo quod ibi crimina solent deplorari; vnde Esai. 16. *Inorabo fletu Iazer & vineam Sabama.* Item dicitur Soreth, id est, vitis electa, pro eo quod vites, id est, personæ quæ ibi sunt, à Deo specialiter eliguntur, & diuinis vsibus deputantur. Vnde secundum translationem 70. Esa. 5. dicitur quod *Dominus plantauit vineam Soreth.* Item dicitur vinea Engaddi, quæ dicitur fons vel oculus tẽtationis, pro eo quod viri ecclesiastici & ecclesia cõtinue ab impijs & tyrannis tentantur & sollicitãtur, sed balsamo diuinæ gratiæ perfusi nõ superantur. Vnde de quolibet viro iusto in ista vinea cõmorante potest dici illud Cant. 1. *Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi.* Botrus enim Cypri grossior & in vino est fœcundior, & ideo propter præexcellentiã scriptura facit de eo mentionem. Ad denotandũ quod viri iusti qui sunt in vineis Engaddi id est, ecclesia, debent alios præcedere, & in honore gratiæ plus alijs abundare. Dicamus igitur, quod sicut vinea discalceatur, & circa radices aperitur, deinde putatur, & de superfluis expeditur, & tandẽ scinditur & postea ad palos ligatur, vt rursus maturescat fructus, à folijs pampinatur, & sic custoditur & sepitur, visitatur, & finaliter vindemiatur, sic vere religio vel ecclesia debet aperiri circa radicem cordis per confessionem, debet putari per contritionem. Leu. 25. *Sex annis putabis vineam tuam.* Debet scindi per diuini timoris incussionem. Ad palum crucis debet ligari per passionis Christi compassionem, Luc. 13. *Arborem fici habebat quidã plantatam in vinea sua.* Debet pampinari, à folijs superfluis bonorum temporalium exui per superfluarum diuitiarum retentionem. Debet visitari per prælatorum circumspectionem. Debet sepiri per statutorum circum[illegible] Debet a feris [illegible] bus, id est, tyrannis & hæreticis custodiri per prælatorum defensionem. Cant. 1. *Posuerunt me custodem in vineis.* Et sic poterit [illegible] demiare per bonorum operum reportationem. Et sic ecclesia vel religio figurabitur Esai. 5. vbi dicitur quod *Vinea facta est dilecto meo, &c.* Ista enim vinea dilecti Iesu Christi est ecclesia vel religio, quæ oleo pietatis debet esse plena, statutis & disciplinis debet esse septa, lapidibus, id est, offendiculis & vitijs debet esse nudata, & turri altæ contemplationis debet esse stabilita, torculari vero, id est, pressura crucis Christi, hoc est, memoria passionis Christi debet esse munita. Et ideo breuiter ista est vinea de qua dicitur Marc. 12. *Vineam pastinauit homo, & circumdedit sepem, & circumfodit lacum & ædificauit turrim.* Cum igitur in ista vinea, sicut patet in tractatu, sint diuersi operarij, scil. fossatores, putatores, custodes & visitatores, hinc est quod ad laborandum in ista vinea dominus dicitur operarios conduxisse, & pro denario æterni præmij ad laborandum collocasse. Vide de Matth. 20. *Homo exijt primo mane conducere operarios in vineam suam.* Et ideo ad laborandum monet ipse saluator, Matth. 21. *Fili vade hodie operari in vineam, &c.* Vbi aduerte quod sicut homo solet operari quando res est propria quæ diligitur, quando mandatum, quod est expressum, iniungitur, quãdo expectatur commodum quod eligitur, sic vere in vinea religionis & ecclesiæ laborandum est & operandum,

Quia { Propria est hæreditas,
Iniuncta est necessitas,
Promissa est vtilitas.

Primum probat hæreditatem diligens filiatio, quia Fili,
Secundum necessitatem præcedens iussio operatio. Vade operari,
Tertium vtilitatem afferens germinatio. Vineam meam.

¶ Dico quod vinea colenda est, quia est hæreditas nostra quæ diligitur naturaliter cũ dicitur Fili. Ac si vellet dicere quod nos sumus filij. Ista est hæreditas cuius successores proprij & heredes sumus. Homo enim libentius colit hæreditatem propriam quã alienam. Et ideo cum simus huius hæreditatis filij & hæredes, dico quod ipsam proprie debemus colere, & per labores menis varios ipsam exercere. Exemplo Naboth, qui in tantum dilexit vineam suam, pro eo quod sua propria erat, & quod ipsam à patribus suis receperat, quod ipsã dimittere noluit, sed occidi potius se permisit 3 Reg. 21. *Absit à me vt dem tibi hæreditatem patrum meorum.* Et ideo iste videbatur filius, & non seruus. Filius enim & seruus diuersimode operantur in vinea, quia filius operatur fideliter & perseueranter, sicut in proprio, seruus autẽ superficialiter, sicut in alieno. Sic vere boni & mali diuersimode operãtur in vinea religionis vel ecclesiæ, quia boni diligenter & vtiliter solent seruire, mali vero superficialiter solent transire. Illud patet in canonicis & alijs similibus qui nõ stant nec laborant in seruitio diuino nisi habeãt distributionem vel fructuum collectionẽ quod apparet, quia lucratis distributionibus & collectis fructibus, solent ecclesiam dimittere & recedere, & de labore & seruitio amplius non curare. Exemplo vineæ, quæ dum habet vinum seu fructum, optime visitatur, circuitur, clauditur & custoditur collectis autem fructibus vastata & aperta dimittitur, & lupis & bestijs exponitur, & de ea amplius non curatur. Ideo dicitur Esa. 1. *Derelinquetur filia Sion sicut vmbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario.* Isti ergo non sunt filij sed serui mercenarij, quod tamen non debet esse, quia pro certo nos debemus istam vineã colere tanquam filij & non vt serui. Fili inquit. Vnde nobis loquitur iste Dominus, Luc. 15. *Fili tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt, &c.* Dico ergo quod colenda est, quia est hæreditas nostra, quę diligitur naturaliter. Fili inquit. Seruus enim non debet manere in domo in æternum, sed filius manet in æternum.

¶ Item dico quod est colenda, quia inest necessitas quę iniungitur magistraliter, cũ dicitur imperatiue. *Vade hodie operari.* Subditus enim tenetur obedire mãdato superioris, pupillus tutoris, discipulus doctoris. Cum ergo Deus qui est superior & doctor noster, nobis præcipiat, & indicat, & iniũgat, dicens Vade, &c. Bene dico quod istud debemus pro viribus implere. Vade inquit operari. Iuxta illud quod de patrefamilias dicitur, quod sc. exijt primo mane conducere operarios in vineam suam, qui dixit otiosis illud Matth. 20. *Ite & vos in vineam meam, & quod iustum fuerit, dabo vobis.* Vide eam supra de Ire & Vadere & Operari. K

¶ Item dico quod est colenda, quia est substantiæ vtilitas quæ requiritur specialiter, cum dicitur, Vineam meam. Cultor enim L

vinea

... fructum & vtilitatem expectat. Sic vere quilibet iustus de ... vineam ... religionis vel ecclesiæ sustinet, lucrum spi- ... & æternum ... Amos 10. *Plantabunt vineas, & ... vinum earum, &c.* Aduerte tamen quod vulpes, lupi & canes qui ... arcentur à vineis, ita solent quandoq; vastare fructus, quod ... ab accolis modicum reportatur. Sic vere canes mordaces & ... auctores, & lupi rapaces & prælati exactores, vulpes fallaces & hypocritæ & simulatores hodie omnes fructus ecclesiæ & religionis deuastant, & omnia beneficia & officia reportant, boni vero laboratores & viri boni, qui per quam diu ecclesię seruierunt, & istam vineam bonis operibus coluerunt, nihil possunt aut modicum reportare, imo necesse habent pondus diei & ęstus ... tolerare. De talibus ergo vulpibus dicitur Cant. 2. *Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliunt vineas.* Quia pro certo tales ... personæ sunt de ecclesia eiiciendæ, & ibi nullatenus inducendæ. Scriptura enim dicit Deut. 22. quod *vinea altero semine nō seminetur*, hoc est dictum, quod nullus malus in vineam ecclesiæ ... dimittatur. Quia vere tales illud, quod deberet alijs ... tare, bonos beneficijs defraudare, & ideo ipsi boni ... incurrunt ... maledictionem quæ ponitur Deut. 28. *Domum ... non habites in ea plantes vineam, & non vindemies eam.* Sic pro certo charissimi non deberet esse quia fructus spirituales, temporalea & æternales debent boni & spirituales agricolæ reportare, qui vt dictum est, solent ad culturam vineæ anhelare. Patet igitur quod vinea religionis & ecclesiæ est colenda propter

Futuram vtilitatem;
Mandati necessitatem,
Concessam proprietatem.

¶Et sic dico quod inuenitur quædam vinea, quæ est fructuosa.

M ¶Quarto principaliter dico quod inuenitur vinea quæ est luctuosa, & ista nihil aliud est quam congeries iniquorum, quę vinea diabolica potest dici, istis enim querelando dicit Dominus Hierem. 2. *Ego plantaui te vineam electam, & omne semen verum, quomodo ergo conuersa es in prauam vinea aliena.* Deus enim in fide ecclesiæ istos plantauit, in eis semen suæ gratiæ seminauit, & eos electos nominauit. Diabolus autem in malum ipsos conuertit & mutauit, & ideo eos peruertit & alienauit. Vinea inquit. Et possumus dicere quod ista vinea sterilis efficitur multis modis, aliquando propter defectum culturæ & putationis, aliquando propter malas herbas quæ secum plantantur, vt est olus, raphanus, nitrum, alumen, & fabæ putamina, quæ omnia secundum Plinium vitium sunt vineæ. Aliquando propter multitudinem ramorum inutilium & spuriæ purgationis. Aliquando propter falsam terram in qua collocatur. Sic vere charissimi vinea & status malorum, fructus bonorum operum omittit producere, propter multa. Primo quando à multis ramis inutilibus, id est, à multis nepotibus & parentibus humorem suæ substantiæ sugentibus, & ipsum per suas sollicitudines siccantibus, circuitur. Item quando à Deo & prælato inculta sine correctione dimittitur. Item quando in falsa terra bonorum mundi per auaritiam fundatur, & vltimo quando à malis vicinis & socijs circumstantur. Hæc enim faciunt vites, id est, homines sterilescere, & fructus bonorum operum ab eis dissipari. Quod videtur Dominus dicere Esa. 5. *Quid debui facere vineæ meæ & non feci ei: an expectaui quod faceret vuas, & fecit labruscas? & nunc ostendam vobis quid faciam vineæ meæ.* O charissimi quam bene describitur hic modus quomodo Deus vineam suam sterilem, sc. congeriem malorum gubernat: quia enim facit in principio debitum suum erga eam, ipsa vero non vuas sed labruscas, id est, non bona opera sed mala producit, hinc est quod Dominus sepem & maceriam suæ custodiæ ei subtrahit, & eam in direptionem secularium, scilicet, tyrannorum & in conculcationem & contemptum dæmonum & aliorum tradit, quia, scilic. de ipsa nun curam, non putat, non corrigit, neque fodit, sed potius in via suæ voluntatis dimittit, nubium pluuias, id est, sanctorum Angelorum consolationes & gratias ei tollit, & ideo vepres & spinæ diuersorum peccatorum ibi pullulant & ascendunt. Ista ergo dici solebat vinea Christi, sed modo facta est vinea diaboli. Et ideo breuiter de ea dici potest illud Prou. 24. *Per agrum hominis pigri transiui, & per vineam viri stulti, & ecce totum repleuerant vrticæ & vepres, sed etiam maceria lapidum destructa erat.* Quid ergo de vinea dicendum est, pro certo illud quod restat Apoc. 14. vbi dicitur quod *Angelus qui habebat falcem acutam, ad vocem alterius angeli dicentis, mitte falcem tuam acutam, & vindemia botros vineæ terræ quoniam maturæ sunt, misit falcem suam acutam in terram, & vindemiauit vindemiam terræ, &c.* Vinea enim terræ est congeries malorum, qui in die iudicij venient ... maturitatem, quando tempus erit quod debeant colligi ... di. Angelus autem cum falce acuta, id est, Christus cum ... sententiæ iudicialis, de mandato al... angelis, ... Dei patris, cum falce suæ acutæ sententiæ vineam, id est, congeriem malorum de terra colliget, & in locum in... cog... tet ... *Vindemiauit me sicut locutus est Dominus.* Patet ergo quod in scriptura generaliter loquendo ... quadruplex vinea ... petitur, scilicet Vinea

Defectuosa,
Fructuosa,
Vitiosa,
Gloriosa.

Sufficit ergo sicut dictum est. Si vis vide supra de Transf... ..., vbi ponitur illa auctoritas. Vineam de Ægypto transtulisti. Item de Ite. vbi ponitur illa auctoritas. Ite & vos in vineam meam. Item supra de Adducere, vbi ponitur quod ... no non est vinea delectationis vel consolationis.

¶Item de Abstinere, vbi ponitur quod Nazareus non bibebat de hoc quod nascitur de vinea tempora ... sic sufficit ad præsens de Vinea:

# Vinum.

A Nota, quod Vinum est ille pretiosus liquor, qui à vinea nascitur, vel quia ... ad ... destillatur, & ideo dicitur vinum quasi à vite ...tum. Cum ... tur vinum omnibus notum, & omnibus familiare, & omnibus delectum, non oportet circa definitionem vini amplius ... sed quot modis dicatur vinum spiritualiter loquendo, necesse est speculari. Notandum igitur quod in scriptura inuenitur vinum, scilicet

Bonum & delectabile,
Summum & affectabile,
Vanum & detestabile,
Durum & execrabile.

B ¶Primum est vinum quod bibitur interius, & illud est vinum gratiæ & scientiæ, quod scilic. animam reficit & delectat, de quo Cant. 5. *Bibi vinum cum lacte meo, comedi fauum cum melle meo.* Secundum est vinum quod bibitur superius, & istud vinum est voluptas æterna & consolatio beatorum de quo in Ps. *Vinum lætificat cor hominis.* Tertium est vinum quod bibitur exterius, & istud est vinum mundanæ voluptatis, prosperitatis & carnalitatis, de quo Ephes. 5. *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria.* Quartum est vinum quod bibitur inferius, & istud est vinum pœnæ æternæ, de quo Deuter. 32. *Fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile.* His igitur præmissis, dicamus in generali de vino quod bibunt perfecti, & aliquid de vino quod bibunt imperfecti.

C ¶Dicamus igitur quod est vinum perfectorum, & istud est vinum gratiæ & scientię & doctrinæ, feruoris & amoris & cęterarum virtutum, quæ per vinum possunt notari. Diuites enim generaliter bibunt vinum, aquam vero raro aut nunquam. Sic spiritualiter illi qui gratijs & meritis sunt diuites, vinū gratię & scientiæ volunt bibere, & de aqua mundanæ sapientiæ nū gustare. Christus enim in conuiuio spirituali dat vinū suis bibere nonnunquam. Cant. 8. *Dabo tibi poculum ex vino condito.* Gratia enim diuina vinum conditum dicitur, pro eo quod ex herbis & speciebus, id est, ex pluribus particularibus virtutibus conficitur & miscetur. Et sicut videmus quod vinū inter omnes liquores obtinet principatum & inter omnes succos herbarum & fructuum principaliter habet vires, quia sc. secundum Isaac in diætis, vinum corpus nutrit, roborat & augmentat, Intellectum clarificat, cor lętificat, dolorem & tristitiam obliuisci facit, & liberalitatem & audaciā inducit, & lachrymas quandoque excitat & educit, sic vere diuina gratia infinitas spirituales habet virtutes. Ista enim nutrit & vegetat per deuotionem, roborat & augmentat per constantiam & perfectionem, intellectum clarificat per fidem & discretionem, mentem lętificat per spem & spiritualem consolationē, dolores & tristitias obliuioni tradit per patientiam & indulgentiam, liberalem facit hominem per eleemosynam & compassionem, audaciam procurat per fortitudinem & fortium aggressionem, lachrymas & fletum excitat per pœnitentiam & contritionem. Et ideo breuiter de isto vino dicitur Eccl. 31. *Vinū moderate potatum sanitas est corporis & animæ.* In quibus verbis charissimi ostenduntur quinque genera spiritualium vinorum quibus Deus potat suos, secundum quinque proprietates quę in vino possunt reperiri. Vinum enim ... dictum est,

Corpus nutrificat,

Sec[illegible] [illegible], [illegible],
Calor[illegible] [illegible]icat, Mentem lætificat.

Sic inuenio quinq; genera bonorũ & spiritualiũ vinorũ, quibus Deus suos reficit, & quib. ipsos diuersimode sanat atq; nutrit, sc.

Vinum { [D]ulcoris & deuotionis. ( Vinum. Splendoris & discretionis. Moderate.) Liquoris & curationis. ( Sanitas. Doloris & afflictionis. ( Corporis. Amoris & affectionis. ( Animæ.)

Primum est vinum gratiæ numinis,
Secundum est vinum doctrinæ luminis,
Tertium est vinum diuini sanguinis,
Qu[ar]tum est vinum mundi turbinis,
Quintum est vinum æterni flaminis.

Liberalis n. paterfamilias nõ est contentus in mensa vinum vnũ porrigere, imo [il]lei nũc vinũ, nũc aliud propinare. etiã in eod. conuiuio nõ omnib. idem vinũ datur, sed secundum distinctiones personarũ [al]ni de vno, & alteri de altero propinatur. Sic vere Deus multis ad inebriandũ & saturandũ bonos viros, ita quod vnicuiq; secundũ æternæ ordinationis prouidentiã, vel de omnib. vel de vno, vel alio liberaliter erogatur, iuxta illud Hest. 1. *Bibebant qui inuitati erãt aureis poculis, &c.* Vinũ quoq; vt magnificẽtia regia dignum erat, abundans, &c. Igitur dicamus de istis quinq;

D speciebus vinorum. ¶Et primo dicamus ꝙ est vinum dulcoris & deuotionis, & istud est vinũ diuinæ gratiæ, ꝗ s. animam vegetat per deuotionẽ, ipsamq; in virtutib. augmentat, & hoc ostenditur, cum dicitur, *Vinum*, quia vinum dicitur à vena, vel à vite natum. Virtute n. solis humor à terra vsq; ad interiores venas vitis attrahitur, ibiq; disponitur & digeritur, & in vini substantiã cõmutatur. Sic [v]ere charissimi vinũ diuinæ gratiæ in vena cordis per solẽ iustitiæ, i. Christum solet ꝓduci & generari, & ibi nutriri, quia sc. diuinæ gratiæ vinũ non industria hominis nascitur, sed à Deo perficitur & creatur, iuxta illud Eccl. 31. *Vinũ in iucunditate creatum est.* Et ita potest dici vinũ dulce, ꝗ præ alijs vinis solet reficere & nutrire, & corporaliter augmẽtare, quia ille, qui vino dulci gratiæ nutritur, virtutib. & meritis perficitur, augetur, & tẽporaliter & spiritualiter & æternaliter augmentatur. Vnde Ps. *A fructu frumẽti vini & olei sui multiplicati sunt.* Et sicut videmus quod illi qui sunt vino ebrij, solent esse iucundiores, audaciores, liberaliores, sic vere illi qui vino gratiæ sunt imbuti per spem, consolationem, landẽ & gratiarum actionem sunt læti. Eccl. 40. *Vinũ & musica lætificant cor.* Illi etiam qui istud vinũ ad plenum bibũt ad aggrediendũ opera vtilia, & ad sostinendũ terribilia audaces sũt. 3. Esdræ 4. *Viri quam præualet vinum omnib. hominibus;* sequitur: *mentem conuertit in securitatem & iucunditatem,* & non meminit omnem tristitiam. Et ideo bene concluditur cap. seq. *Fortis est vinum.* Quia breuiter nulla fortitudo alicuius boni operis perficitur, nisi homo vino diuinæ gratiæ inebrietur. Illi n. qui isto vino sũt pleni, sunt præ cæteris liberales, compatientes & lãrgi. De Isaac n. legimus Gen. 27 ꝙ *cum Iacob dedisset sibi comedere, obtulit ei etiã & vinũ, quo facto, benedictionem largissimam sibi dedit.* Quod etiam de Assuero legitur Hest. 5 ꝙ *postquam vinum biberat abundanter, dixit Hester. Quid petis Hester regina? etiam si medietatem regni mei petieris, tibi dabo.* Istud n. est vinum dulcoris & deuotionis. Vinum inquit; de quo quilibet deuotus potest dicere illud Cant. 5. *Bibi vinum meum cum lacte meo.*

E ¶Secũdo dico quod iusti bibũt vinũ splendoris & discretionis. Vinum n. clarum & potum, ꝗ s. sensum & ingenium acuit, significat sapientiã, & scientiã, & spiritualẽ prudentiam & doctrinã, quæ s. est bibẽda, & fidelibus impatiẽda, & per ipsam intellectus subtilitas acuenda; vnde de sapiẽtia dicitur Prou. 9. ꝙ *sapientia ædificauit sibi domũ, excidit columnas septẽ, immolauit victimas &c.* Sapientia n. increata Dei filius domum suam, i. ecclesiam fabricauit, q̃ septem columnis, i. e. septem donis Spiritus S. stabiliuit, in qua mensam S. Scripturæ posuit, & in qua panẽ & vinũ fortis & simplicis doctrinæ miscuit & confecit, quib. insipientes & paruulos instruxit & refecit. Vinum n. doctrinæ debet esse mundificatiuũ, quia & lætificatiuũ debet esse mundatio corruptionis, dulcedo & lætificatio [c]õ[s]olationis & benignæ monitionis, quia sicut dicit Eccl. 31. *Vinũ in iucunditate creatum est.* Apes n. in alueari suo retinẽtur, quando vino dulci superfundãtur; sic vere multi sunt, qui ab alueari [ec]clesiæ vel religionis per peccatũ vel per apostasiã recedere[n]t, & per desperat[io]nẽ & tristitiã deperirent, nisi prædicatores vel præl[ati] cũ vino dulcis doctrinæ, vel cõsolationis benign[æ] [illegible] n[i]st[illegible] r, & i[n] loca [e]cclesiæ retinerẽt, & à suis malis voluntat[ibus] coerc[ere]nt. Ita ꝗ tal. b. cõsolationib. potest dici illud Cant. [illegible] [illegible] ũ dicitur (Moderate potatũ) qu[illegible] sumit, & cũ temperantia & prudentia pota[illegible] *Non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem* [illegible] Moderate inquit. Eccl. 32 *Numerus m[odica] vinũ in iucundo & moderato* [illegible] Eccl. 31. *Quã sufficiens est homini [erudito] vinum exiguum,* q. d. M[illegible] est in scienti[is] moderate tristis, q[u]ã profunditatis nimias [illegible] tere & ambire. Quod est contra [il]l[o]s, quæ in nimis profu[nd]is subtilitet se occupãt, & magis causa curiositatis q[u]ia ne[illegible] de alijs, & superfluis sæpe [illegible]. Contra [quos] Seneca: *O quãta dementia est superflua de altu quærere in tãta tẽporũ egestate* Non si[illegible] sed moderate vino scientiæ [vt]amur, n[e] forte si vltra mo[dũ] [bibe]remus, in [er]rorẽ, & superbi[am] deducamur. Vinum [illegible] te, lædit caput, sic scientia, nisi aqua sapientiæ fuerit tep[erata] [illegible] ideo Apost. [1.] Tim. 5. dicit: *Modico vino vtere, propter infirmitat[em]* [illegible]

F pater, ꝙ est vinũ splẽdoris, & discretionis. ¶ Ter[tio] di[co] ꝙ [iusti] bibũt vinũ liquoris, & curationis & illud est [vin]ũ [illegible] sanguinis, ꝙ vel per compassionẽ desideratũ, [illegible] & potatum, animam à peccatis sanat, & pe[illegible] Christo cõceditur, perficitur, & augm[entatur] [illegible] dicitur cum dicitur, Sanitas. H[illegible] *[illegible] ad terr[am]* [illegible] *forte sanetur.* Resina n. est ille l[iquor] q[ui] ab ar[bore] [illegible] & vinũ de vite, significãs sanguinẽ Christi, q[illegible] nea Engaddi, i. de vite, & arbore c[illegible] & [illegible] toris reficiẽs viuificauit, & sanauit. Et teste P[illegible] agni cũ vino potatũ, sanat à morsib. aranearum. Sic [ve]re c[illegible] lũ, [i.] dulcedo benignitatis Christi [c]ũ vino su[illegible] xto, à morsib. dæmonũ nos sanauit quãdo h[illegible] araneæ infernales nos morderant de infe[r]is, [illegible] liberauit. Quod bene figuratum e[st] Luc. 10 [illegible] qu[illegible] *[Sa]maritanus vulnera illius, qui inciderat in latrones cũ [descenderet ab] Hierusalẽm Hiericho, alligauit, & pro medicina vinũ & oleum* [illegible] pro certo dũ homo quidã, [i.] Adam qui tunc [illegible] dit per peccatũ de Hierusalem in Hiericho, i. d[illegible] dum, ipsum latrones dæmones inuenerũt, q[illegible] gratuitis, & naturalibus virtutibus, sauciauerunt Sam[aritanus] [illegible] Christus vinũ sui sanguinis superfundens, & [o]leu[m] [gra]tiæ adiungẽs, ipsum sanauit, & eius vulnera remedijs spiritualib. alligauit. Hier. 10. *Obducã cicatricẽ tibi, & à vulnerib. tuis sanabo te.* I[stud] est vinũ liquoris & curationis. ¶Quarto dico ꝙ iusti bibũt vinũ do- G
loris & afflictionis. Vinũ n. infusũ vulneribus acriter mordet, & superfluitates cõsumit, & mordificat, & desiccat. Sic vere potus mundanarũ tribulationũ, & correctionũ, quæ s. iustos inebriãt in hoc mũdo, habet acriter mordicare & vrgere, & fœces vitiorũ cõsumere, & desiccare, & istud vinũ ostenditur cũ dicit, Corporis; quia s. tribulatio est similis vino turbido & grosso, ꝙ fortiter secundũ Isaac lædit caput. Corpus n. grossum de sui natura solet aliud corpus lædere, si ei collidatur, ꝙ sc. spiritus nũquã facit. Sic tribulatio. Vt sic homo dicat illud 2. Mach. 7. *Duros corporis sustineo dolores.* Et istud est vinũ compunctionis, de quo loquitur Ps. *Potasti nos vino compunctionis* Sed vide de isto vino supra de Bibere in tertio mẽbro auctoritatis diuisæ. Istud n. est vinum doloris & af- H
flictionis. ¶Quinto dico, ꝙ iusti bibunt vinũ amoris, & refectionis seu cõsolationis, & istud est vinũ lætitiæ, & iocunditatis. ꝙ à sanctis in patria bibitur, vbi anima cũ angelis iucondatur, & hoc ostenditur, cũ dicitur, Animæ; quia lætitia spiritualiter est vinum animæ, iuxta illud Eccl. 31. *Exultatio animæ & cordis, vinũ moderate sumptum.* Vinũ super omnes medicinas solet mentem lætificare, quia vt dicit Isaac, timorem expellit, dolorem & tristitiam obliuisci facit. Sic vere vinum voluptatis æternæ facit homines perpetuo lętificari. Vnde Psal. *Vinum lætificat cor hominis.* Ita etiam allicit eos, quod omnes præcedentes dolores, & miserias facit eos obliuisci. Prouerb 31. *Da mærentibus vinum, vt ij qui in amaritudine sunt, bibant & obliuiscantur egestatis suæ. &c.* Vinum enim æternæ consolationis ibi ea omni parte funditur, ita quod beata anima taliter imbibitur, quod de malis in mundo perpessis minime recordatur. *Mulier enim cum parit, tristitiam habet, &c.* Ioan. 16. Sic enim est in paradiso, sicut in Æthiopia. Dicit enim Plinius, quod ibi sunt palmæ tanta varietate, quanti suauitate mirabiles, quia ex ipsis quidam fructus caryotæ colliguntur, & cibo quidem, & succo vberrimæ, ex quibus & præcipua vina fiunt, & sic incolæ illius patriæ vino suæ culturæ pro suis laboribus satiantur. Et sic patet de quintuplici vino, quo iusti potantur, sc. licet vino amoris & affectionis, doloris & afflictionis, liquoris & curationis, splendoris & discretionis, dulcoris & deuotionis.

¶ Adhuc

I ¶ Ad [illegible] dico, quod est [illegible] quo potantur impij, de quo dicitur. *Fel draconum vinum eo[illegible]* Quod etiam mundi [illegible] aduersitas, & temporalis vinum dicantur, patet Hier. 51. *Calix aureus Babylon in manu Domini, de vino eius biberunt omnes gentes, & ideo commota sunt*, sic igitur charissimi patet, quod vinum quantum ad malos, & quantum ad bonos sumitur multis modis. Vide de Bibere, de Ebrietate, de Potu, & similibus.

A **Violentia. Violenter.** Nota breuiter, quod violentũ, & voluntarium differũt, & ideo violentũ dicitur quicquid inuoluntariũ vel cõtra voluntatis desiderium efficitur. Nota ergo quod inuenio

Violentiam necessariam,
Violentiam compulsoriam,
Violentiam meritoriam,
Violentiam transgressoriam,
Violentiam infectoriam,
Violentiam afflictoriam.

B ¶ Dico, quod est violentia necessaria, & ista est illa qua prælati aliquando sunt violenti, quando subditos proteruos qui obedire renuunt, per violentiam ad bonum compellunt, similes torculari, quod per violentiam vinum de vindemia extrahit, quod aliter non exiret, vnde sicut dicitur Esai. 59. *Iste debet esse sicut fluuius violentus, quem spiritus Domini cogit.*

¶ Item est violentia compulsoria, & ista est illa qua Deus per quandam violentiam potentiæ compellit omnia suam facere voluntatem: exemplũ firmamenti, quod post se violenter trahit omnes planetas, dato quod naturaliter contrarios habeant motus. Quia dato, quod nos multos habeamus motus, & appetitus cõtrarios ipsi Deo, Deus tamen violẽter omnia secum trahit, & nõ ad nostrã voluntatẽ, sed ad suam omnia ordinat, & disponit, ita ꝙ Deo nemo potest dicere illud Iob. 34. *Violenta sagitta mea absque vllo peccato* ¶ Item est violentia meritoria, & ista est illa qua homo ad bonum cogit, & violentat propriam voluntatem, de qua Matt. 11. *Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.*

¶ Item est violentia transgressoria seu offensoria, & ista est illa qua mali violant libertatem ecclesię, de qua 1 Cor. 3 *Si quis templũ Dei violauerit disperdet illum Deus* ¶ Item est violentia infectoria, & ista est illa qua mali violant, & fœdant mulieres. De qua Esai. 13. *Vxores eorum violabuntur.* ¶ Item est violentia, sc. afflictoria, & ista est illa qua mali per rapinæ violentiam auferunt alienũ, vel qua grauant alios violenter, similes lupis, & leonibus. qui violenter rapiunt sibi prædam. Mich. 3. *Violenter tollitis pelles eorum desuper eis, & carnes eorum desuper ossibus eorum, &c.* Vide supra de Potentia.

A **Vir. Viri.** Cum vir sit nomen virtutis, hinc est, quod vir potest dici omnis qui habet fortitudinem, & virtutẽ. Et sic possum dicere, quod per virũ intelligitur Christus prælatus, amicus, diabolus, & vir malus. Inueniuntur ergo

Vir { Nobilis, & gloriosus,
Stabilis, & vigorosus,
Fertilis, & fructuosus,
Damnabilis, & malitiosus,
Inutilis, & perniciosus.

¶ Vir gloriosus, & nobilis est Christus, qui vir, & sponsus est ecclesię matris nostrę. Vnde de forti muliere dicitur Prou. 31. quod *nobilis in portis vir eius.* ¶ Vir vigorosus, & stabilis est bonus prælatus, & ei sib dicitur 1 Reg 18. *Esto vir fortis & præliare prælia Domini* ¶ Vir fructuosus, & fertilis est homo iustus, de quo in Psal. 1 *Beatus vir qui non abijt in consilio impiorum, &c* Et sequitur. *Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus, &c* ¶ Vir malitiosus, & damnabilis est diabolus, de quo Micheæ 7. *Vir fratrem suum venatur ad mortem.* ¶ Vir perniciosus, & inutilis est homo iniustus, & iniquus, de quo in Psal. 139. *Virum iniustum mala capient in interitu.*

B ¶ Dicam igitur ergo primo, quod est quidam vir nobilis, & gloriosus, & iste est Christus, qui est vir, & sponsus ecclesiæ, & animæ nostræ, quam sibi per fidem spoosat, & secum indiuisibiliter in paradisi thalamo collocat atque portat. Sicut enim videmus, quod vir vxorem suam miro modo diligit, & pro eius copula patrem, & matrem dimittit, & pro eius defensione mortis tonsiones se exponit, sic vere Christus ecclesiam suam, & animam miro modo dilexit, quod apparuit, quia pro ea patriam, & parentes, id est, paradisum, & Angelos dimisit, & neglexit, & huc ad mundum in crucis patibulo moriturus personaliter se transuexit. Et ideo iste est ille vir de quo dicitur Prou. 18. *Vir amicabilis ad societatem magis proderit quam frater* Vbi aduerte quod sicut vir

Debet se vxori inseparabiliter coniungere,
Debet vxoris ne[illegible] gerere.
Debet vxorem amare, & dirigere.

Sic dico, quod Christus bonus vir spiritualis animæ Christianæ debet se stabiliter nobis copulare

Per { Vnitatem copulatiuam, (Vir amabilis ad societatem)
Probitatem operatiuam (Proderit)
Charitatem inflammatiuam, (Frater)

Iste enim { Stabiliter nobis copulatur,
Vtiliter nobis operatur,
Veraciter in nos inflammatur.

¶ Dico ergo, quod iste nobis copulatur benignitér, & stabiliter, cum dicitur quod est amabilis ad societatem, quasi dicat, iste est amabilis, tractabilis, & socialis, & istud fecit carnem assumẽdo, & quotidie facit, mentem spiritualiter visitando, & se animæ sponsæ suæ per gratiam infundendo. Christus enim & angeli sunt illi viri, qui animę sociantur, 1 Reg. 14 *Viri Israel sociati sunt.* Vt sic de anima dicatur illud ibidem. Vbicunque videbat virum fortem, sociabat eum sibi &c. Vide supra de societate. Iste enim factus est socius noster carnem assumendo, in mundo conuersando, & nobis in corde per gratiam suam adhærendo. Similis C enim est ciconiæ, quæ est auis hominem diligens, & societatem eius volens, & iuxta domicilia eius nidos suos faciens, & quasi indiuisibiliter nidum eundem custodiens, non dimittens, & licet sit ipsum in hyeme dimittens, ad ipsum tamen in æstate est rediens, & reuertens, sicut ad sensum patet cuilibet intuenti. Sic Christus socialis, & amicabilis, humanam naturam, id est, ecclesiam, & animam sicut propriam vxorem miro modo dilexit. Col. 3. *Viri diligite vxores vestras sicut Christus ecclesiam*, & iuxta eam in nido proprij corporis, habitauit personaliter quem in passionis hyeme dimisit, sed cito ad eum redijt quando reuixit. Quod etiam quotidie completur spiritualiter, cum Christus vxori suę, sc. animæ per gratiam suam copulatur, & in eius societate mirabiliter delectatur. Prouerb. 8. *Deliciæ meæ esse cum filijs hominum.* Nidum enim humanæ cõscientiæ inhabitat, qui nisi per peccatum expellatur, & etiam ejiciatur, ad ipsum libenter reuertetur, ipsũque reparat virtutibus atque ornat. Anima enim est vxor Christi, quæ sibi per peccatum aufertur, & sibi per pœnitentiam restituitur, & refertur. Gen. 20. *Redde vxorem viro suo quia propheta est, & orabit pro te.* Quod tamen est contra multas animas, quæ à Deo viro suo per peccatum recedunt, & per obstinationem redire ad eum amplius nolunt, sed adultero suo diabolo, & mundo irreuersibiliter se iungunt. Vnde mulieri meretrici loquitur scriptura, Hier. 3. *Implesti malam cogitationem tuam, ostendisti contra virum fortitudinem.* Et ideo Christus sicut homo nobilis de tali muliere fornicaria, quæ scilicet in peccato vult viuere, nec redire curat, nihil curat, sed separatione perpetua tractans ipsam in inferni carcere collocat, & exinde se virum suum non reputat neque vocat. Hinc est, quod Deus hodie, & animam, & ecclesiam peccatricem deserit, ipsamque sicut vir non diligit nec custodit, dicens illud Oseæ 2. *Matrem vestram iudicate, quoniam non ipsa vxor mea, & ego non vir eius* Et ideo Christus ecclesiæ vxori suę videtur libellum repudij dedisse, & se ab ea penitus separasse, iuxta illud Prouerb. 7. *Non est vir in domo sua, abijt via longissima.* Quod tamen non debet esse, quia anima à Deo fornicata debet ad eum per pœnitentiam redire, diabolum dimittere, & societati domini sui se vnire, dicens illud Oseæ 2. *Reuertar ad virum meum priorem, melius enim mihi erat magis tunc quam nunc.* Patet ergo, quod Christus dicitur vir, quia copulatur scilicet benigniter, & stabiliter Societatem inquit.

¶ Deinde Christus dicitur vir, quia operatur nobis viriliter, & D vtiliter, quod ostenditur cum dicitur. *Proderit.* Ad virum enim pertinet operari opera proficua, & vtilia, & ideo vir à virtute dicitur, pro eo quod virtuosus sit in operãdo. Sic vere Christus dicitur pro eo, quod virtuosa, & proficua operatur Esai. 27 *Domine omnia opera nostra operatus es nobis.* Iste enim est vir ad quẽ pertinet vxorem s. animam vel ecclesiam regere, & sine quo non possunt bona opera generari, quod ostenditur cum dicitur. *Proderit.* Eccles. 29. *Proderit tibi magis quam aurum.* Aduerte tamen, quod in multis libris ponitur loco proderit, amicus erit, quia sicut amicus fidelis prodest amico, & pro ipso se exponit supplicio, sic Christus ipsi animæ profuit, & pro ipsa periculo mortis se exposuit, opusque suæ redemptionis fideliter exercuit, & perfecit. Quia meus dicitur Prouerb. 12. *Qui negligit damnũ propter amicũ suum, vir iustus est.* Quia sicut dicitur Prouerb. 11. *Benefacit animæ suæ vir misericors.* Iste est enim ille vir de quo Zachar. 6. *Ecce vir oriens nomen*

*eius, & sub ipso orietur lux, &c.* Et sic dico, quod iste vir dicitur, quia operatur nobis fideliter & vtiliter. *Proderit*, inquit. Vel alio modo. Amicus erit.

E ¶ Denique dico, quod Christus dicitur vir, quia obligatur tenaciter, & veraciter. Frater fratrem, & vir vxorem tenentur diligere, & ideo amor istius viri ad nos in hoc ostenditur, quod frater non extraneus nũcupatur, 2. Reg. 1. *Frater mi Ionatha amabilis valde super amorem mulierum.* Vir enim non est vxoris dominus, non est superior, sed æqualis. In signum cuius mulier non fuit facta de Adę pedibus, sed de latere vel de costa. Et ideo Christus frater ecclesiæ vel animæ dicitur, quia animam tractat vt sociam vel sororem, & diligit vt collateralem, & amicam. Frater inquit. Genes. 37. *Frater enim & caro nostra est.* Iuxta illud Ephes. 5. *Vnusquisque diligat suam vxorem, sicut seipsum, vxor autem timeat virum suum.* Iste est igitur frater. Sed aduerte, quod sicut frater dolet, quando videt sororem suam ab amico violari, vir quando videt sponsam adulterari publice, pater quando videt filiam suã prædilectam notorie fornicari, sic Christus de anima vel ecclesia vnica sua sorore sponsa, & filia dolet mirabiliter, & tristatur, quãdo videt, quod cum carne, mundo, & diabolo fornicatur. In cuius figuram 2. Reg. 3. dicitur quod *cum Michol filia regis a viro suo violenter tolleretur, ipse vir plorans, & eiulans sequebatur.* Quia pro certo cum anima filia regis Christum virũ suum deserit, ipse Christus vir suus eam per dilectionem sequitur, & plorans, id est, sibi compatiens eam sibi si potest religat, & reiungit, & ad statum salutis restituit, & reducit, dicens, illud Hierem. 3. *Si vir dimiserit vxorem suam*, scil. recedens ab ea, &c. Patet igitur, quod Christus dicitur vir, quia per amorem magnum ad nos inclinatur, quia per fortem vigorem nobis operatur, quia per firmum tenorem nobis copulatur. Et si vis dilatare materiam de viro, applica figuram Dan. 10. de viro mirabili qui apparuit Danieli. & Ezech. 9. de viro induto lineis, &c. Patet igitur, quod inuenitur vir nobilis, & gloriosus.

F ¶ Secundo dico, principaliter, quod inuenitur stabilis vir, & virtuosus, & sic per virum vt dictum est, intelligitur prælatus, qui est ecclesiæ vir, & sponsus. Quia scil. iste vir debet pro vxore sua dæmonibus per orationem, tyrannis per defensionem, hæreticis per prædicationem, alijs peccatoribus per correctionem, & coarctionem se opponere, & eam immunem, & liberam conseruare fœdus & iuramentum secundum promissum tenere, & in eius speciali matrimonio fideliter manere, & eam sicut vxorem legitimam diligere & fouere. Vnde prelatis potest dici illud Col. 3. *Viri diligite vxores vestras, nolite esse amari ad illas.* Et ideo tam de prælato, quam de alio viro iusto potest exponi illa figura Dan. 10. *Ecce vir vnus indutus lineis, & renes eius accincti auro obryzo. & corpus eius sicut chrysolitus, & facies eius velut species fulguris, & oculi eius vt lampas ardens, brachia eius, & pedes quasi species æris, & vox sermonum eius vt vox multitudinis.* Si vis, dic historialiter per modum narrationis, vel literaliter, per modum auctoritatis. Igitur charissimi consideremus virum istum mirabilem quem Daniel describit, & videamus suas conditiones, quas debent habere prælati, vel quilibet alij viri iusti. Debent enim habere. In

Habitu honestatis decorẽ. (Ecce vir vnus vestitus lineis,)
Corpore castitatis pudorem. (Renes eius accincti auro)
Animo firmitatis vigorem. (Corpus eius sicut chrysolitus, qui est lapis)
Vultu venustatis nitorẽ. (Facies eius sicut species fulguris)
Intellectu claritatis splendorem. (Oculi eius sicut lampas ardens)
Opere probitatis valorem. (Brachia eius)
Corde charitatis feruorem. (Pedes eius vt species æris)
Verbo vel sermone veritatis clamorem. (Vox sermonum eius, vt vox multitudinis.)

G ¶ Dico ergo, quod qui vult esse vir debet habere in habitu decorem honestatis. Ecce vir vnus indutus lineis. Vestes enim lineę sunt purę, & mundę, nec tamen sunt vltra modum pretiosę, & per vestes istas honestatis habitus describitur, in quo necessariũ est, quod honestas, & immũditia teneatur, & quod nimia sc. deformitas, & pretiositas, caueatur. Hinc Deut. 22 prohibetur; *ne fœmineis vestibus vir vtatur.* In quo intelligere possumus, quod viri perfecti nõ debent dissolutos habitus diligere, nec ornatus superfluos, qui ad mulieres pertinẽt (nõ ad viros) eligere vel portare, quia sicut Seneca dicit loquens de viris religiosis, & virtuosis. *Non fuerunt*, inquit, *sicut mulieres, circa flosculos occupati, totus cõtextus illorum virilis est.* Sequitur in fine epistolæ. *Viros carpere flosculos turpe est.* Ecce inquit [illegible] vnus [illegible] lineis, quasi dicat [illegible] Ecce habitus virilis, non muliebris, honestus, sobrius, non deformis. Cuius tamen contrarium in ecclesia, & religione video, vbi muliebres, & dissoluti etiam habitus portantur, vbi inhonestæ vestes ab illis qui viri esse debent, non horrentur. Non [illegible] sed ecce vir vestitus lineis. Ezech. 9 *Ecce vir qui indutus erat lineis, & atramentarium habens scriptoris ad renes eius.* Habeat ergo vir bonestus honestatis decorem in habitu.

H ¶ Item debet habere pudorem castitatis, cum dicitur. Renes eius, &c. Renes enim in quibus est desiderium naturę, & generatiua virtus, voluptatem carnis significant. Aurum vero quod est metallũ imputribile, & quod etiam in pergameno albo nullius ligni seu lineæ vestigium derelinquit, castitatem denotat, quæ imputribilem & incorruptibilem hominẽ reddit, & nullius mali exempli vestigiũ imprimit aut dimittit. Quia pro certo viri spirituales, & maxime religiosi, & prælati, debent renes carnalis voluptatis auro imputribili castitatis accingere, & constringere, & omnem fluxum luxuriæ per zonam continentiæ coarctare. Vnde de tali viro dicitur 4 Reg. 1. *Vir pilosus occurrit nobis, zona pellicea accinctus lumbis seu renibus* Quod est contra multos, qui magis dici possunt pueri quam viri, quia non munde se custodiunt, vnde isti non videntur viri à virtute, sed à virore. Vinum enim [illegible] calefactum spumam emittit, & ad quamlibet partem [illegible] Sic vere multi sunt ita virides, & molles, qui spumam [illegible] immunditiarũ carnalium non cessant diffundere, & cum calefacti fuerint per luxuriam, vbicunq; impulerit diabolus se plicant & nunc ad vnum peccatum, nunc ad aliud se inclinant. Et breuiter qui [illegible] talis videtur esse sicut seruus ille effœminatus de quo loquitur Seneca in epistola, vbi dicitur quod *ipse erat in cubili vir, in conuiuio puer.* Renes inquit eius. Iob 38 *Accinge lumbos tuos sicut vir.* Habeamus igitur in corpore pudorem castitatis.

¶ Item dico, quod debet habere vir, i. e. virtuosus in animo vigorem firmitatis. Ad virum enim pertinet quod sit fortis, stabilis & constans in tentationib. & tribulationibus, non succumbens, sed in aduersis, & prosperis æqualiter se continens, & in cunctis immobiliter perseuerans, quod ostenditur cum dicitur. *Corpus eius*, &c. Quia chrysolitus est lapis qui dæmones dicitur terrere, & contra timores nocturnos solet proficere, & valere, sicut dicit Dioscor. Ad denotandum, quod per virtutem constantię corpus nostrum sit chrysolitinum, i. lapideum atq; forte, non facile penetrabile atq; molle. Constantia n. animi est virtus quæ dæmones terret, pellit timores, & superat atque tollit. Et hoc est quod dicit Seneca de viro iusto. *Nihil sapienti viro potest euenire, stat rectus sub quolibet pondere, nulla eũ res minorẽ facit, nihil ei eorum, quæ ferenda sunt, displicet, quicquid cadere in hominem potest, in se cecidisse non queritur, vires suas nouit scit hominis omnia ferenda.* Corpus ergo eius chrysolitus. Vnde de eo potest dici Iob 41. *Corpus eius scuta fusilia, & compactum.* Et aduerte quod vir debet esse constans, & fortis pręcipue quo ad tria, scilicet

Ad { Audacem aggressionem difficilium,
Stabilem perpessionem terribilium,
Durabilem fictionem volubilium.

¶ Debet enim vir perfectus audacter aggredi difficilia, iuxta illud 1. Reg. 18. *Esto vir fortis, & præliare prælia Domini.* Item debet patiẽter perpeti terribilia. Nulla enim pœna, & nullus labor debet virũ perfectum frangere, sed in omnib. patiens esse, & immobilis permanere. Vnde Seneca epist. 31. dicit, *quod generosos animos labor nutrit.* Vnde non est viri timere sudorem. Vnde etiam Seneca consolans illum qui super morte vxoris flebat, dicit sic: *Quare ploras? si mariti iam te cogitas, te cogita virum.* Ac si diceret: *Non debet vxoram flere, sed æquanimiter etiam omnia sustinere.*

¶ Item debet stabiliter figere cordialia, quia non debet animũ suum fluctuare permittere, sicut puer, nec modo vnũ, nec modo aliud desiderare sicut mulier sed diu vno proposito persistere, sicut vir solidus, & tenax Exemplo Apostoli 1. Cor. 13. *Cum essem paruulus, &c.* Quæ tamen sunt contra multos tam ecclesiasticos quã laicos, qui nec in verbis nec in promissionibus, nec in factis, nec in operibus, nec in audacijs, nec in aggressionibus, nec in patientijs, nec etiam in supportationibus vllam habẽt penitus firmitatem, nec aliquam virilem fortitudinem nec stabilitatẽ, sed potius puerilem mobilitatẽ, & muliebrem per omnia varietatẽ. Similes illi Tiresiæ, qui secundũ fabulas poetarũ, de viro in fœminam per septẽnium est mutatus, quia pro certo isti ita sũt hodie, & in agẽdo, & in patiendo effœminati, quod nõ viri, sed fœminæ possunt dici. Hier. 31, *Virũ circumdabit fœmina, &c.* Figura ad

in fi-

in filijs Israel, qui viros cunctos cõtra Madian in prælio occiderunt, & fœminas seruauerunt, sicut dicitur Num. 31. Figuratí etiã *in Pharaone, qui viros, & mares in flumine fecit submergi, & fœminas seruari.* Quia sc. isti viros, i. virtutem, & virilitatem in seipsis occidunt, fœminas vero i. mollitiem, & fœmineitatem custodiunt. Quia multi sunt de quorum moribus plus apparet de fœmina quam de viro Esa. 4. *Apprehendent septem mulieres virum vnum.* Non sic charissimi sed simus viri constantes, non fœminæ, stabiles, nõ desistentes aut mutabiles, iuxta illud 1. Reg. 4. *Confortamini, & estote viri,* quia sicut dicitur 1. Tim. 2. *Docere mulieri non permitto, nec dominari in virum.* Quod nihil aliud est, quam quod fœmina, i. sensualitas, mollities & carnalitas non debet contra virilitatem præualere, nec ipsam suis legibus subiugare, quinimo mulieri, i. sensualitati, & carnalitati debet vir, i. ratio dominari, & penitus principari, Gen. 3. Mulieri quoq; dixit: *In dolore paries & sub potestate viri eris.* Habeat ergo vir in moribus vigorem bonitatis.

K ¶ Item dico quod iste habere debet in aspectu nitorẽ venustatis, quod ostenditur cum dicitur, quod habebat mirabilem faciem sicut fulgur *Facies,* inquit, *eius species fulguris.* Quia ad virum perfectum pertinet, quod habeat vultum, & faciem fulgurean, nitidam, & splendentem, iucundã, vrbanam, hilarem & ridentem, sicut etiã dicitur Eccl. 19. *Ex visu cognoscitur vir, & ex occursu faciei cognoscitur sensatus.* Hilaritas enim vultus, & lætitia sunt indicia boni viri, & cordis placidi, benigni, & fidelis, fidelis enim vir multũ laudabitur, quia sicut dicitur Prou. 18. *Vir amabilis ad societatem magis amicus erit quam frater.* Istud potissime debet esse in prælato, qui subditis se debet exhibere familiarem, & lætum, hilarem, & socialẽ, non tristem, asperum vel crudelem. Quod tamen est cõtra multos, qui amarus, & asperos alijs se ostendunt, ita quod alicui gratiam vel fauorem non prætendunt. Similes illi Nabal de quo dicitur 1. Reg. 25. *Completa est malitia contra virum suum,* nam ipse est filius Belial, ita quod nullus potest ei loqui. Non sic charissimi, quia pro certo talis austera conditio reprehenditur, & maxime in prælatis, quia si faciem leoninam omnib. ostenderent, simplices ad iustitiam venire nõ auderent. Et ideo necessaria est in viris perfectis, & maxime in prælatis, hilaritas, & benignitas, non austeritas vel potestas, iuxta illud Num. 12. *Erat autem Moyses vir mitissimus super omnes qui morabantur in terra.* Vt de talibus intelligatur illud Eccl. 26. *Diuitis & pauperis cor bonũ, omni tempore vultus eorũ hilaris.* Habeat ergo vir in aspectu nitorem venustatis. *Facies eius,* inquit, *quasi species fulguris.* Mat. 17. *Resplenduit facies eius sicut sol.*

L ¶ Item dico, quod virtuosus debet habere in intellectu splendorem claritatis seu veritatis, cum dicitur, Oculi eius sicut lampas ardens. Oculi enim animæ sunt virtus intellectiua, & discretiua, quæ per claram cognitionem debent lucere, & quantum ad veram boni, & mali notitiam clarissime resplendere, Apoc. 1. *Oculi eius velut flamma ignis.* Vir enim sc. perfectus habet sensus corporales, quos tamen non habet puer, quia sc. nos qui viri esse volumus, sensum & discretionem in agendis, & præcauendis habere debemus, quia sicut dicitur Eccl. 14. *Beatus vir qui in sapientia morabitur, &c.* Naturaliter vir habet barbam, quæ virilis sapientiæ, & constantiæ est signum. Vnde de quodam Philosopho legitur in libro Philosophorum moralium, quod quæsitum fuit ab eo quare toties tangebat barbam suam, qui respondit, vt dũ tango barbam meam, virum me esse meminerim. Quod est cõtra multos, qui per sapientiam non sunt viri sed per ignorantiam pueri possunt dici. Et circa hoc applica de puero quod volueris vel de ignorantia, & vide supra de oculo. Habeat ergo vir in intellectu splendorem veritatis vel claritatis.

M ¶ Item dico, quod vir debet habere in opere valorem probitatis, quod ostenditur cum dicitur, quod ille vir mirabilia habuit brachia. *Brachia eius area,* inquit, &c. Per brachia cum quibus homo pugnat, & operatur, intelligo fortitudinem in bonum operando, & in subditus defendendo, & in hostes inuadendo. Psal. *Qui docet manus meas ad prælium,* &c. Nam vir debet esse

Fortis, & virtuosus,
Audax, & animosus,
Iustus, & rigorosus.

Fortis dico, & virtuosus 2. Paral. 17. *Viri bellatores, & robusti erant in Hierusalem.* Audax & animosus, quia nullum debet timere in sua iustitia, & maxime prælatus. Vnde Iob 34. *Viri cordati audite me.* Iustus etiam & rigurosus, quia iuste, & rigide debet delinquentes punire, & contra eos fortiter præualere. Eze. 23. *Viri iusti sunt, & iudicabunt eos iudicio adulterarum.* Quod est contra multos, tam laicos quam clericos, qui sc. penitus non videntur viri, quia sc. nec bene operando, nec malos impugnando aliquid viriliter faciunt similes lepori, qui est animal timidissimũ, de quo dubitatur vtrum habeat sexum masculinũ vel fœmininum, quia sc. tales viri æstimantur, & tamen fœminaliter operantur. Viri enim sunt quantum ad gradum, fœminæ vero quantum ad actũ, quia sc. isti locum virorũ tenent, & tamen opera inutilis, & fœminea semper exercent. Et sic verificatur illud quod dicit Sen. quod sc. in loco in quo vir bonus quæritur, paucissimi sedẽt. Isti enim sunt imbecilles, & timidi, ita quod quantũ ad opera videntur plus fœminę, quam viri. Isti enim sunt viri fictiles, & vani, viles & fragiles, de quibus Hier. 48. *Clamabo ad viros muri fictilis lamentantes.* Non sic, sed si volumus esse viri, habeamus in opere vigorem probitatis. Brachia inquit. Psal. *Fiat manus tua super virum dextræ tuæ, &c.* Quia sc. per brachium (vt dictum est) intelligimus fortitudinem ad operandum. Ps. 88. *Tu brachio virtutis tuæ, &c.*

¶ Item dico, quod vir debet habere in corde feruorem charitatis, cum dicitur quod habebat pedes in similitudinem æris candentis. Pedes enim qui portant cor, animæ sunt affectus, qui tunc candentes efficiuntur, quando per charitatis incendium inflammantur. Apoc. 1. *Pedes eius similes aurichalco sicut in camino ardenti.* Vir enim debet vere, & charitatiue diligere, non ficte nec mutabiliter affectare. Pedes debet habere æreos, & ardentes, quia affectus amoris sui debent esse N

Pedes per stabilitatem,
Ærei per durabilitatem,
Ardentes per fortem, & feruentem charitatem,

Quæ omnia bene pertinent ad virũ. Vir enim statim, & faciliter nõ debet aliũ diligere, imo debet deliberare, quod sit talis, quod eius amicitia sibi vtilis possit esse, sed postquã dilexit, non debet ipsum dimittere amplius, sed in eius amore stabiliter perseuerare. Exemplo ferri, quod non faciliter calefit, sed calorem cũ caluerit, diu custodit. Habeamus igitur in corde charitatem feruoris.

¶ Item dico, quod si volumus esse viri, habeamus in ore clamorem veritatis seu auctoritatis, cum dicitur. *Vox sermonum eius:* & maxime ad prælatum pertinet authentice loqui, & alte, & seuere proferre sermones. Teste enim Plinio, voces virorum seu masculorum sunt grossiores generaliter, quia sc. illi qui virorum locum habent, debent per prædicationem ad terrorem delinquentium non molliter sicut fœminę, sed more viri fortiter verbum dare, quia sicut dicitur Prou. 12. *Doctrina sua cognoscitur vir esse.* Vt sic alij possint dicere illud Gen 3. *Vocem tuam Domine audiui, & timui.* vnde Apoc 1. dicitur quod *ille qui sedebat in throno, vox illius erat sicut aquarum multarum.* Esa. 58. *Clama, ne cesses, &c.* Sed adhuc vide de hoc infra de Voce. Quod tamen hodie nõ fit, quia multi ecclesiastici, & alij sunt qui nihil viriliter dicunt vel agunt; delitijs enim taliter eneruantur, quod nihil fabulant, quia sicut dicit Seneca epist. 33. *Mirum est aliquid fortiter dici ab homine mollicie professo.* Patet igitur charissimi per prædictas octo cõditiones, quod prælati, & ecclesiastici debent esse viri, i. viribus & virtutibus pleni. Et sic bene patet, quod in scriptura inuenitur vir stabilis, & virtuosus, & hoc est secundum principale. O

¶ Tertio dico, quod in scriptura inuenitur vir vtilis, & fructuosus, & sic per virum potest intelligi homo sanctus, non solum prælatus, sed etiam alius. Vir enim habet complementum ætatis, & tunc bene potest laborare, operari, intelligere, generare, & alios actus facere, signans hominem perfectum, qui tũc vir, & virtuosus esse dignoscitur, quando discrete intelligit, bona opera generat, & producit, & in bonis operibus se exercet. Dic si vis illam figuram Dan. 10. *Ecce vir vnus indutus lineis, &c. cum omnibus suis membris.* Et ponitur immediate supra sub ♈ Secundo dico principaliter; quia quicquid ibi est pertinet ad virum perfectum. Iustus enim dicitur vir, à virtute, quia scilicet multæ vires, & virtutes requiruntur ad hoc, quod aliquis spiritualiter vir dicatur. P

¶ Et sic notabo, quod ad hoc, quod aliquis sit vir Iustus, necessarium est quod ipse sit, scil. Vir Q

Fortis, & bellicosus,
Sanctus, & virtuosus,
Concors, & non rixosus,
Rectus, & non tortuosus,
Pius, & visceros,
Prudens, & studiosus,
Ratus, & pretiosus,
Pauidus, & timorosus,
Eloquens, & serius,

Pœnitens,& dolorosus,& sic fuerit & erit
Vir beatus,& gloriosus.

Dico quod iusti sunt viri fortes,& bellicosi. Pugnant enim contra diabolum,contra mundum, contra seipsum , contra peccatum. Vnde Gen.32 *Fuerat vir luctabatur cum eo.* Et 1.Reg.17. *Hic autem vir bellator est ab infantia sua.*

¶ Item sunt viri sancti,& ... tuosi,4.Reg 4. *Animaduerto, quod vir Dei sanctus est.* Ita enim & nos viri debemus esse,vt alios sanctos faceremus Psal. *Cum sancto sanctus eris,&c.* Item sunt viri concordes,& non rixosi.Et sic di itur 1.Esdr.3. *Congregatus est populus quasi vir vnus.* Item sunt viri recti,& non tortuosi, quia recte,& plane debent in suis actibus procedere, non tortuose vel false, Iob 1. *Erat ille vir simplex,& rectus & timens Deum,& recedens à malo.* Item sunt viri pij,& visceroli,& alijs misericordes, quia sicut dicitur Prou. 11. *Bene facit anima sua vir misericors.* Item sunt viri prudentes,& studiosi, quia sicut dicitur Sap. 6. *Melior est sapiens viro forti.* Item sunt viri rari, & pretiosi, quia pauci inueniuntur tales Esa.13 *Pretiosior erit vir auro.* & Eccl.7 *Virum de mille vnum reperi.* & Seneca dicit quod *in loco in quo vir bonus quæritur , pauci sedent.* Item sunt viri pauidi, & timorosi.Psal *Beatus vir qui timet Dominum.* Item sunt viri eloquentes,& seriosi. Eccl 3 *Vir peritus multos erudiet.* Item sunt viri pœnitentes,& dolorosi.Ezech 9 *Signa thau in frontibus virorum dolentium & gementium.* Item finaliter erunt viri beati, & gloriosi, scil. in patria, quando verificabitur illud quod regina Saba dixit Salomoni 2. Paral, 9. *Beati viri tui,& beati serui tui qui assistunt,&c.* His igitur, & alijs multis modis dicuntur homines spiritualiter esse viri, & spiritual.bus virtutibus esse virtuosi. Vt sic de talibus dicatur illud Exod 18. *Prouide tibi ex omni plebe viros potentes,& timentes Deum, in quibus sit veritas , & qui oderint auaritiam,& constitue eos tribunos,* quasi dicat , tales viri debent esse in officijs,& constitui in beneficijs,& in dignitatibus ordinari. Patet igitur quod inuenitur vir virilis,& fructuosus; & istud est tertium principale.

R ¶ Quarto dico principaliter, quod inuenitur vir nequam,& vitiosus. Et sic dico,quod inueniuntur,scilicet

Viri {
Leprosi,
Verbosi,
Rixosi,
Pomposi,
Mendosi,
Inuidi & odiosi,
Ignari,& tenebrosi,
Auari,& ambitiosi,
Carnales,& luxuriosi,
Crudeles,& pernitiosi.
}

Sunt dico in mundo viri,sc.leprosi, id est, viri diuersis vitijs infecti. Vnde 4.Reg.5.de Naaman dicitur, quod *ipse erat vir fortissimus & diues,sed leprosus* Item sunt ibi viri verbosi, & dolosi, de quo in Psal. *Virum sanguinum & dolosi.* Isti enim sunt illi qui per dolum,& fallaciam sub specie amoris alios decipiunt,& produnt, de quibus Prou.16.dicitur: *Iniquus lactat amicum suum, & deducit eum per viam non bonam.* Item sunt viri rixosi, de quibus Prou.15. & 29 *Vir iracundus prouocat rixas.* Item ibi sunt viri pomposi,& elati,de quibus Iob 11 *Vir vanus in superbiam erigitur, & quasi pullum onagri natum liberum se putat.*

Item ibi sunt viri mendosi,de quibus Prou.19. *Melior est pauper, quam vir mendax.* Item sunt ibi viri inuidi, & odiosi, de quibus Prou.19 *Viri sanguinum oderunt simplicem.* Item ibi sunt viri ignari,& tenebrosi,de quibus Psal. *Vir insipiens non cognoscet,&c.* Item sunt ibi auari,& ambitiosi,de quibus Prouerb.29. *Rex iustus erigit terram suam,& vir auarus destruet eam.* Item ibi sunt carnales,& luxuriosi,de quibus Leu. 15. *Vir qui patitur fluxum seminis immundus erit.* Item sunt ibi viri crudeles,& pernitiosi,de quibus Esa.9 *Vir fratri suo non parcet.* Isti enim,sunt mali viri, de quibus erat copia tam magna,quia sc.mali viri hodie superabundauerunt, viri vero boni perierunt, iuxta illud Esa. 57. *Viri misericordiæ colliguntur,& non est qui recogitet.* Isti enim viri non dicuntur à virtute, sed à virulentia,quia isti non sunt viri,i.vigorosi & virtuosi,imo viro,i. virulenti,& venenosi,de quib. Soph 1. *Visitabo super viros defixos in fecibus suis.* Et Soph. 3. *Prophetæ eius vesani viri infideles.* Ista ergo de viris tam bonis,quam malis sufficiant, quia in alijs locis pluribus est tractatum. Vide ergo plures auctoritas diuisas,& prosecutas.

A **Virga.** Nota quod virga secundum suas proprietates potest vattari,& multa designare. Vnde breuiter notare possum,quod in scriptura inuenio virgam scilicet

Gloriosam,& admirabilem,
Speciosam,& amicabilem,
Virtuosam,& venerabilem,
Rigorosam,& formidabilem,
Amorosam,& commendabilem,
Furiosam,& detestabilem.

¶ Prima est virga imperialis dominationis , & hæc virga ... Dei benedictus filius,de qua in Psalm. *Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion,&c.* quia ipsam de paradiso emisit , & in medio peccat...rum,& inimic...rum suorum dominari ... quia ... fecit. Pastor enim mediante virga regit oues,sic pater me... ... filio regit mundum ; & ideo iste est virga Moysi , *cum qua ... mirabilia fecit coram Pharaone,qua aquas Aegypti in sanguinem mutauit & quæ in draconem mutata virgas magorum deuorauit,* sicut dicitur Exod 4.& deinceps. ... quia vere charissimi Moy... dicitur ... pater,qui per virgam suam Deum filium ... coram ... fecit ... tenete fecit multa signa, & mirabilia , quæ per beat... ... ... tionem in dracone,i.in carnem seu hominem se mutauit ... & ... tertium,virgas magorum,i. potestatem regn... ... & dæ... ... destruxit,& deuorauit, in quantum sc. sanctam ecclesiam ... tur , & errores ger... ... ... ... Et ideo ista est virga ... de qua dicitur in Ps. *Reges eos in virga ferrea, &c.* ... ... fiet in iudicio,quando cum ista virga canes,i... ... ... ... tientur,& extra dominum ecclesiæ in inf... ... ... Es... 8. *Extende virgam tuam,percute puluerem terræ.* ... virga ... cipio de sui natura est flexibilis,tener & mollis, ... ... ... fit sc. dura,grossa,difficilis atq; rudis. ... ... ... ... ... cis,tener,flexibilis, & benignus, in fine tamen ... ... ... ... dinis,percutiens, & ... ... Et ideo ... figuratur in virga *Assuerï aurea quæ in signum clementiæ ad Hester fuit extenta,* ... ... ... virga tabitur in virga ferrea,quæ ... ... ... ... ... tentia. Apoc 12. *Rexturus erat omnes gentes in virga ferrea* Ista est virga ... dominationis.

¶ Secundo dico,quod est virga virginalis propagationis Virgo enim beata dicitur virga,& quod sine corruptione ... ... ... mitatis,& fructus humanitatis de ea propagatur. Vnde Esa 11. *Egredietur virga de radice Iesse,&c.* Virga enim flexibilis est,& tenera, & quanto in arbore est altior , tanto est minor, gracilior & flexibilior. Sic ista dulcis est flexibilis,& pia,& ad preces nostras est inclinabilis,& prompta,& quanto fuerit altior per sanctitatem,& generis dignitatem, tanto fuit gracilior , per humilitatem,& tenerior per melliflua in pietatem. Et ideo ista fuit figurata in virga. Aaron, quæ sicca floruit. Num.17. *Inuenit germinasse virgam Aaron in domo Leui,& gemmis tumgentibus eruperant flores.* Ista est virga virginalis generationis. C

¶ Tertio dico,quod est virga virtualis sustentationis, & ista virga est crux Christi , quia crux est illa virga qua canis inferni cum suis tentationibus depellitur, & superatur per quam ... ecclesia regitur,& spiritualiter gubernatur,cui debilis peccator per spem, & fiduciam innititur, cum qua nobis præmia æterna mensurantur,& per quam pauperes simplices,& innocentes reficiuntur,& pestilentes,corriguntur. Dico ergo quod crux est virga sc. D

Defensionis,
Directionis,
Sustentationis,
Mensurationis,
Correctionis.

¶ Est dico virga qua tuemur,& defendimur, quia sicut ... eri eum virga sese defendunt,scil.à canibus. Sic cum virga crucis ,i.d est,cum memoria passionis defendimur ab hostibus, & peccatis. Istam enim virgam timet canis diabolus, sciens quod alias per eam in Christi passione fuit victus. Esaiæ 10. *Pauebit Assur virga percussus.* E

¶ Item est virga qua regimur,& dirigimur. Sicut enim pastor cum virga regit,& dirigit gregem suum , sic Christus mediante virga crucis suæ,& memoria passionis gregem deuotum gubernat & regit,& in viam salutis dirigit,& deducit. Psal. *Virga directionis virga regni tui,quia crux est sceptrum,& virga regni Christi.*

¶ Item ista est virga per quam sustentamur, erigimur, quia sicut debiles,& infirmi,& infirmi vtuntur virgis,& baculis ad sui munitionem,& sustentationem,sic & nos qui infirmi, & debiles sumus,& virgæ & baculo crucis inniti debemus per spem, & fiduciam,hoc est ca damus,vt sic dicamus cum Ps. 3. *Virga tua,& baculus tuus ipsa me consolata sunt.*

¶ Item ista est virga qua mensurantur nostra merita. Sicut enim

nim virga solent rerum mensuræ accipi, & secundū eius quantitatem .. arum rerum quantitas mensuratur, sic vere secundū quantitatem virgæ crucis, i. secundum quantitatem deuotionis quam habemus ad crucem, merita nostra mensurantur, quibus postea adæquantur præmia. Vnde Zach. 11. *Assumpsi duas virgas, vnam vocaui decorem, alteram vero funiculum.* Psal. *Deus sit tu terram in funiculo distributionis.* Duæ enim virgæ sunt s. duo brachia sanctæ crucis quæ sunt decor ecclesiæ, & funiculus, i. mensura etiam cœlestium præmiorum, & pœnæ infernalium tormentorum. Sic ergo patet quod est virga vitualis sustentationis.

F ¶ Quarto dico, quod est virga iudicialis iurisdictionis. Virga enim quam portant reges, præsides & pastores, significat iudiciariam potestatem, quæ in malis est impia, & peruersa, qua lædunt impie subditos, & affligunt per eam nudos, pauperes, & non indutos, diuites vero non lædunt. Ista enim est illa virga quā Christus discipulis suis inhibuit ne portarent, dicens illis Mat. 10. *Nolite possidere aurum nec virgam nec perā.* Nam tales mali iudices, & eorum malæ iurisdictiones nihil aliud sunt, quam quædam virgæ d... ad disciplinandum pueros domini, i. e. pauperes, simplices & innocentes, ne forte fiant viri pestilētes. Deus enim vtitur malis ... virgis suis ad ... affligendū. Esa. 10. *Va Assur virga furoris mei ipse est.* Verumtamen sciant tales, quia postquam homo virga vsus fuerit, & ipsa al.. flagellauerit, in ignem aliquando eam proijcit, vel ipsam destruit atq; frangit. Sic vere Deus postquam tales virgas, i. tales iniquos iudices florere diu permiserit (iuxta illud Eze. 7. *Floruit virga, germinauit superbia*) *& eorum ministerio ad alios tribulandum, & affligendū vsus fuerit,* iuxta Psal. *Visitabo in virga iniquitates eorum*) ipsos tamen solet finaliter quandoq; temporaliter destruere, & ad miseriam deducere, & frangere. Hier. 48. *quomodo confracta est virga fortis, baculus gloriosus, & in igne perpetuo cancremare, & eos penitus eneruare.* Esa. 14. *Comminuta est virga percussoris tui.* Quia sicut dicit Dominus in Ps. *Non relinquit Dominus finaliter virgam peccatorum super sortem iustorum.* Et si tu quæris, si Deus talibus virgis vtitur, quare ex hoc puniuntur; securis enim puniri non debet, imo manus. Ad hoc respondetur, quando dato quód isti sunt instrumentū diuinæ iustitiæ, ex hoc tamen sua malitia non minuitur, nec etiam excusatur, quia sc. mala quæ faciunt, ea sua culpa proueniunt, & á suo libero arbitrio fiunt. Deus enim malis eorū voluntatibus punitione aliorum per occulta sua iudicia applicat, & per ipsos quamuis ignaros, executione suorū iudiciorum ordinat. Latro enim in sylua insidiās, vt primo transeuntem spoliet, & occidat, non minus punitur, si Deus volens aliquē occidi, & spoliari, ipsum in manibus eius tradat, & sic per illam viam occultam iustitiā dispenset. Quamuis ergo ista duo occurrant simul, latronē tamen non excusant. De istis habemus exemplum in *Nabuchadonosor rege Babylonis, & Sedechia rege Iuda. Deus n. volens captiuare Sedechiam, & populum Hierusalem propter eorum idololatrias, & peccata,* (sicut etiam ante ipsum prædixerat per Ps. *Super flumina Babylonis, &c.*) vsus fuit superbia, & crudelitate Nabuchodonosor, qui prædictū Sedechiā captiuauit, & excæcauit. Dictus enim Nabuchodonosor erat pessimus, & Dei inimicus, qui ad Dei occultā iustitiam non attendebat, nec ibi á Deo aliquid fieri sciebat, imo pro eo quod dictus Sedechias pactū, & iuramētum, & ab eius obedientia recesserat, ipsum personaliter impugnabat. Concurrebant ergo simul Dei iustitia, Sedechiam de idololatria puniens, & Nabuchodonosor sæuitia impietatē suam exercens. Et Hier. 25. & alijs locis plurimis *Deus Nabuchadonosor seruum suum vocat*, pro eo, *quod ipse fuit virga furoris Dei contra filios pestilentes.* Vnde etiam Cyro regi dicit Dominus Esa. 10. *Va Assur virga furoris mei, & baculus ipse est. in manu eius indignatio mea.* Sequitur: *Ipse autē non sic arbitrabitur, & cor eius non ita æstimabit, sed ad cōterendū erit cor eius, & ad interfectionem gentiū nō paucarum*, quasi dicat, isti nō credunt se esse instrumentū diuinæ iustitiæ, imo proprio corde ad iniquitatem mouentur, quapropter á Deo non minus puniūtur, quia sibi, nō Deo imputant, & attribuunt facta sua, & quasi de proprijs viribus gloriantur. Vnde sequitur ibid. *Nunquid glorabitur securis contra illū qui secat, &c.* Patet ergo, quod est virga mundialis iurisdictionis, seu temporalis afflictionis.

G ¶ Quinto dico, quod est virga pastoralis castigationis. Et sic dico, quod per virgā intelligitur bonus prælatus, vel etiā iusta, & charitatiua correctio sc. prælatorum. Ista enim est virga qua

Pastores vtuntur oues reducendo,
Rectores vtuntur plebi præsidendo,
Magistri vtuntur pueros docendo,
Genitores vtuntur filios castigando,
Ministri vtuntur vestes expoliando,
Balliui vtuntur alijs imperando,
Magi vtuntur serpentes incantando,
Mensores vtuntur sortes assignando,
Mercatores vtuntur, pannos mensurando.

Quia charissimi, prælati, & superiores qui sunt subditorum balliui, magi, ministri, magistri, &c. Sūt correctionis virga siue iurisdictionis, corporalis afflictionis & punitionis, oues. i. simplices, & errantes, sicut pastores in viā veritatis reducendo, & dirigendo. Ps. *Virga directionis virga regni tui.* Itē plebi .. subditorum imperando, & sicut imperator maiestatem suā eis ostendendo. In cuius signū *reges virgā, sceptrū portant in manu*, ad designandū, quod isti sunt qui habent alios ad regendū in virga iurisdictionis regere, & virga correctionis castigare. Hest. .. *Virgā auream tenebat in manu.* Item pueros, i. e. ignorantes ... les ... ... instruendo, & do... ... Prou. 22. *Stultitia colligata est in corde pueri. & virga disciplinæ fugabit eā.* Item filios & subditos ... ut pater castigando, & corrigendo, vnde Prou. 13. *Qui parcit v.. odit filium.* Itē vestes conuersationis subditorū per discussionem in visitationis à puluere excutiendo, & à maculis peccatorum ... emundando & depurando. Exo. 8. *Extende virgā & percute puluerem.* Item mandata superioris sui Dei, sicut balliui alijs, s. denunciando, & præcipiendo, 1. ad Cor. 4. *In virga veniā ad vos.* Itē serpentes, i. peccatores incantando, & sicut bonus magus domesticando, & cōuertendo. Exo. 7. *Proiecerunt magi singuli virgas.* Ista est virga somnifera, cū qua Mercurius luminauit Argum. Item sortes beneficiorū & officiorum alijs, sicut mensor assignando, quia mediante virga iudiciariæ potestatis prælati debent mensurare, & assignare gradū suū cuilibet. Hier. 10. *Israel virga hereditatis eius.* Itē pannos, i. peccata, quos eis vendunt, in quantū ipsa exinde puniūt virga correctionis mensurādo, quia virga debet adæquari panno, i. correctio, & pœna peccato, quia sicut dicitur Deut. 25. *Iuxta mensurā culpæ debet esse plagarū modus.* Vnde de tali virga taliter peccatis adæquata, & mensurata Ps. *Visitabo in virga iniquitates eorum.* Prælatus enim debet subditos visitare, & virga correctionis iniquitates, & delicta mensurare. Et breuiter charissimi sicut pastor sine virga nō potest gregē regere, sic prælatus sine virga asperæ correctionis nō potest hodie subditos gubernare. Exēplo Moysi, *qui virga legitur signa fecisse, & populū Israeliticū direxisse.* Vnde de subdito potest dici illud Eccl. 33. *Cibaria & virga, & onus asino* ¶ Vbi aduerte quod Prælatus debet asinum suum, i. e. H

Subditum recreare, (Cibaria,)
Subditum castigare, (Virga,)
Subditum occupare, (Onus.)

Correctio n. est illa virga de qua dicitur Pro. 29. *Virga atq; correctio tribuit sapientiā.* Vbi etiā ostenditur, quod virga correctionis est

Virtutum productiua, (Virga,)
Criminum punitiua, (Correctio,)
Cordium directiua. (Tribuit sapientiam.)

Ista enim virga

Virtutes producit,
Crimina educit,
Sapientiam inducit.

Dico ergo, quod ista virga virtutes producit, cū dicitur, Virga, quia sicut á virga oriuntur ramusculi cum floribus, & fructibus, & folijs, si ea correctione oriuntur multæ virtutes cum bonis verbis, affectionibus, & operibus, quia de ista oritur in futurum

Opus perfectionis,
Cibus deuotionis,
Aqua compunctionis,
Lumen discretionis.

Dico quod ista virga producit in nobis opus perfectionis; vnde Gen. 30. dicitur quod *oues Iacob solo aspectu virgarū producebant fœtus diuersorū colorum.* Exemplo boni equi qui solū aspectu virgæ citius currit. Item cibū deuotionis. De virga n. nascitur fructus dulcis; sic si quis virga correctionis percutitur, citius ad fructū deuotionis allicitur, & sic dicit Hebr. 9. *quod in arca cum virga erant tabulæ, & manna.* Ad denotandū, quod manna gratiæ, & deuotionis virgā correctionis comitatur, & quod illi qui acriter corriguntur, finaliter cibo deuotionis, & gratiæ satiantur. Eccl. 33. *Cibaria & virga & onus asino* Et Mich. 7. *Pasce populū tuū in virga tua.* Itē aquā cōpunctionis, quia s. homo quādo corrigitur, ad cōpunctionis l... v... inuitatur. Vnde de Moyse dicitur Exo. 17. & Nu. 20. *quod ipse bis percussit virga silicem, & erumperunt aquæ largissimæ.* Et pro certo si

bonus

homo q [illegible] est p[illegible]es à Deo vel prælato p[illegible] aut [illegible] aqua impun-ctum is fi[illegible]et. Item lumen [illegible]onis, quia [illegible] homo virga [illegible]d cern[illegible] & [illegible] non potest. verberibus erudi[illegible] bene [illegible]atu[illegible]. Reg. 14 *[illegible] extremitas virgam in mel[illegible] & comeditur, & oculi Ionathæ illuminantur* Quia [illegible] Ionathas [illegible] sub[illegible] melle consolationis eu ad-iuncta sit virga asperæ c[illegible] gustaue[illegible], statim intellectus suus [illegible] clarus erit. Psal. [illegible] *tua correxit me. &c.* aduerte [illegible]meo, quod virga & mel c[illegible]guntur inuicem, & quod virga in mel [illegible] iungitur [illegible]ngitur & [illegible]eatur. Ad denotandum, quod virg[illegible] m[illegible] melle du[illegible] consolationis, con passi[illegible] & [illegible] etur, & quod mens per sapientiam illustratur. Psal. *[illegible] tua & baculus tuus [illegible] me consolata sunt.* Patet ergo, qu[illegible] sec[illegible] [illegible] solet producere. Virga.

I ¶ Dei[illegible] de[illegible] quod ista virga crimina solet educere. Corre[illegible] inquit. Ecc[illegible] *Per tristitiam vultus corrigitur animus delinquentis.* Virga enim vipera [illegible] verberatur, & ab ipsis venenum aufertur. & exinde tyriac[illegible]. Sic vere peccator virga correctionis affligitur, vt veneno vitiorum fluente ipse tyriaca, id est, sanctus & bonus efficiatur; vnde Leu. 27. dicitur *quod decima pars ouium, & boum & capræ quæ sub pastoris virga transeunt, sanctificabitur.* Et ideo prælatus virgam correctiuam debet in manu habere, quia illa est quæ

Carnales debet superare,
Solide debet imperare,
Rigide debet fulminare,
Prouide debet liberare.

Est ergo virga correctionis carnalium [illegible]aceratiua, quia prælatus eum ista virga debet carnales aliquoties tangere, ne per lasciuiam insolescant: vnde Iud. 6. *Extendit Angelus summitatem virgæ, & tetigit carnes.* Item ista debet esse [illegible] crudelium impugnatiua. Nullus enim debet esse ita terribilis tyrannus, quin debeat prælatus eum aggredi cum hac virga. Exemplo Banaiæ de quo dicitur, *quod cum virga descendit ad gigantem Aegyptium, & abstulit ei hastam, & interfecit eum,* 1. Paral. 11. Item debet esse solide imperatiua. Vnde de bonis iudicibus, & iurisdictionibus dicitur Eze. 19. *quod facta sunt ex eis solida virga in sceptra dominantium.* Item debet esse rigide fulminatiua, & comminatiua, quia correctio debet habere verba, & verbera, vnde Exod. 9. *Extendit Moyses virgam, & facta sunt tonitrua magna, & grando, & discurrentia fulmina.* Item ista debet esse prouide liberatiua, quia per correctionem homo de [illegible] pœna saluatur. Vnde de puero ipsi prælato vel parenti dicitur Prou. 23. *Noli à puero subtrahere disciplinam, si enim percusseris eum virga, non morietur, tu virga percuties eum, & animam eius liberabis de inferno.* Sic ergo patet, quod ista virga crimina educit, quia correctiua inquit.

K ¶ Denique dico, quod ista prudentiam solet inducere, quod ostenditur cum dicitur. Tribuit sapientiam, quia virga dicitur esse mater disciplinæ. Sicut enim dicitur Esa. 28. *Afflictio* (alias vexatio) *dat intellectum.* Vnde de virga dicitur Prou. 22. *quod stultitia colligata est in corde pueri, & virga disciplinæ fugabit eam.* Sapientiam inquit. Prou. 19. *Suscipe disciplinam, vt sis sapiens.* Et sicut præmittitur, visum est quod sit virga pastoralis castigationis.

¶ Sexto modo dico, quod est virga æternalis indignationis, & ista est virga seueritatis diuinæ iustitiæ, qua finaliter flagellabit damnatos, de qua quilibet damnatus potest dicere illud. Threo. 3. *Ego vir videns paupertatem meam in virga indignationis eius.* Sic ergo patet quomodo Virga sumitur multis modis.

## A Virgo. Virginitas.

Nota, quod virginitas potest accipi in bono, & in malo. In bono enim significat carnis puritatem, & integritatem, & sic potest significare quamlibet virginem, siue monialem, siue aliam, & maxime beatam Mariã vel quamlibet sanctam, vel quemlibet in anima purum, & mundum. Et sic loquitur 2. Cor. 11. *Despondi vos vni viro, &c.* Quia secundum Aug. in hoc spiritualis animæ virginitas consistit, quod

Fides sit integra,
Spes sit solida,
Charitas sit sincera.

B ¶ In malo aute[illegible] designat sterilitatem, & fructus bonorum operum ca[illegible]. E[illegible] potest dici quilibet peccator, vel quælibet mala anima vel persona, quæ fructum bonorũ operũ non producit, nec [illegible] Christo per [illegible] copulam [illegible] cõiungit, sed in sterilitate perpetua [illegible] sit, & sic accipiuntur [illegible] [illegible] va[illegible] cuæ, & [illegible] sunt apertæ, sicut [illegible] *tia non portant, & ideo ad [illegible] paradisi [illegible] trant* Et ide[illegible] reuiter de [illegible] bus per quas [illegible] sia deformatur, dicitur T[illegible] *eius squalida, & sacerdotes eius gementes & ipsa repleta est amaritudine.* De scorpione dicit Pli[illegible] quod pungit acrius virgines quam corruptas. Quia p[illegible] cert[illegible] tales virgines steriles scorpio diabolus in inferno [illegible]ung[illegible] destruet & occidet. Eze. [illegible] *Non parcat oculus vester, ne[illegible] misereamini, [illegible] adolescentulum, & virginem, & mulieres, & paruul[illegible] inter[illegible].*

¶ [illegible]amur ergo latius de virginitate [illegible] qo[illegible] tali [illegible] est quædam mentis, & carnis in[illegible]tas [illegible] ducere [illegible] s corruptas [illegible] Sic vere [illegible] Christus voluit [illegible] iungere pulchras, & [illegible] as [illegible] [illegible] multas, nõ peccatrices fœmellas, & [illegible]nuptas. E[illegible] [illegible] odũ vnicornis in g[illegible] B. Mariæ requ[illegible] virginitatem amauit & [illegible]. [illegible] signu[illegible] præc[illegible] habuit, & discipulo virgini matrem virgi[illegible] uit, ante [illegible] qualemcunq; alias b[illegible] virgines [illegible] tal. *Adducentur regi virgines post eam,* [illegible] Animæ igitur [illegible] integritatem Deo [illegible] uerit, & etiam [illegible] Deo mundas, & virgines se conseruet, quia [illegible] illa virgo vel mente vel corpore Deo desp[illegible] sunt gratis amplexibus pers[illegible] *[illegible] puella ac virgines speciosa.* Illi vero qui mente & ca[illegible] virgines in paradiso erũt virginis Mariæ soci[illegible] & [illegible] Apo. 14 *Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati, &c.* Sed qui[illegible] quia[illegible] tur ad custodiã virginitatis t[illegible] corporalis q[illegible] est φ possumus exponere ad virginum docume[illegible] 47 *[illegible]de, sede in puluere virgo filia Babylonis.* In qui[illegible] plicat illius per quod virginitas in scriptura ostendi[illegible] [illegible] sex habet folia quib[illegible] granum quod est interius [illegible] tur, sic vere hic ostenditur, φ virginitas sex habet speciales virtutes, quæ in suo esse se virtuoso perficitur, & tenetur, & istæ proculdubio sunt

Humilitas subiectionis (Descende,)
Tranquillitas quietionis (Sede,)
Asperitas afflictionis (In puluere,)
Sterilitas possessionis (Virgo,)
Nobilitas conditionis (Filia,)
Timiditas confusionis (Babylonis,)

¶ Debet ergo primu habere humilitatem, & subiectionem. D
Descende inquit. Quia non debet alte sapere, nec de suis viribus præsumere, nec per elationem super alios se efferre, sed potius debet ad suæ fragilitatis considerationem descendere & virginitatem suam Deo humiliter commendare. Exemplo illius de quo legitur, quod Domino humilitatem, & virginitatẽ precibus commendabat. Virginitas enim & castitas ex proprijs viribus non habetur, sed à Deo conceditur, & donatur. Sap. 8. *Nõ ero continens nisi Deus det,* & ideo necesse est, quod per humilitatem quæratur, vt sic in bonum exponatur illud Thr. 5. *Humiliauerunt virgines in ciuitatibus Iuda.* Descende inquit. Esa. 55. *Descendit imber & nix de cœlo.* Nix enim personam candidam, & castam designat, vt de tali descensu humilitatis intelligatur illud Amos 5. *Virgo Israel proiecta est in terram.* Et de tali virginitate dicit Aug. de virginitate. *Nõ solum prædicanda est virginibus humilitas vt ametur, imo etiam admonenda est ne infletur.* Vnde Bernardus super missus est de pulchra mixtione virginitatis & humilitatis, *Deo,* inquit, *placet illa anima in qua virginitatem commendat humilitas, & in qua humilitatem exornat virginitas.* Habeat igitur virgo humilitatem, & subiectionem. *Descende* inquit. Si vis applica quomodo moniales debent esse humiles, & maioribus subiectæ.

¶ Secundo habeat tranquillitatem & quietionem. *Sede* inquit. E
Quia ad virginem pertinet domi, & in claustro quiescere, & sedere, non ad ludibria mundi discurrere vel vagari. Vinum enim sæpe motũ in æstate corrumpitur, si cũ proprijs fæcibus miscetur, si vero quiescere dimittitur, in puritate conseruatur. Sic multæ sunt iuuenculæ quæ si domi sederent, & quiescerent, in puritate virgines remanerent, quæ tamen quando discurrunt, corrumpuntur, & luxuriæ fœcibus admiscentur Exemplum de Dina virgine filia Iacob, *quæ vadens & volens videre mulieres regionis, ab Emor est corrupta,* Gen. 34 Sede ergo. Thr. 2. *Sederunt in terra, conticuerunt senes Sion, consperserunt capita sua cinere, abiecerunt, &c.* Et bene dicit conticuerunt, quia [illegible] loquium, & taciturnitas multum iuuant. Habeat ergo tranquillitatem, & quietem.

¶ Tertio

F ¶ Tertio dico, quod habeat asperitatem & afflictionem. In puluere inquit, quia ipsa non debet in delitijs viuere, sc. corpus per pœnitentiam macerare. Periclitatur enim castitas in delitijs, charitas in diuitijs, veritas in multiloquio, bonitas in hoc mundo secundum Greg. Et ideo ipsa in puluere, & cinere, i. in asperitate & vilitate pœnitentiæ dicitur viuere, à carnis delitijs abstinere, & potissime vilitas, & asperitas habitus non ornatus, & curiositas requiritur ad hoc, quod castitas teneatur. Intus enim in anima debet ornari, & non extra, quia sicut dicitur in Psalm. *Omnis gloria eius ab intus* Puluere inquit. Puluis enim cinis & saccus erant arma pœnitentium, & plorantium. Iohel 1. *Plange quasi virgo accincta sacco.* Et Threo. 2 *Virgines Hierusalem accincta sunt cilicia.* Puluere inquit. Vt sic dicatur illud Iob 7. *Ecce nunc in puluere dormiam* Habeat ergo asperitatem, & afflictionem.

G ¶ Quarto habeat sterilitatem possessionis, quia necesse est, quod sit virgo, i. sterilis quantum ad bona mundi, & non fœcunda per diuitias temporales. Vix enim potest esse diues & casta & virgo. Diuitiæ enim ad cogitandum in mundanis solent diuidere & trahere, paupertas præter Deum non habet vbi debeat cogitare 1. Cor. 7. *Virgo cogitat quæ Domini sunt.*

H ¶ Quinto dico, quod habeat nobilitatem, non deiectionem. Filia inquit, non serua. Filia enim nobilis generis non faciliter in viles personas consentit. Cum igitur anima, & quælibet virgo siue Dei filiæ spirituales, non debent ad luxuriam faciliter accedere, sed nobilitatem, & statum sui generis cogitare, & de vili mundo corpore, & diabolo non curare; vt sic Deus possit dicere illud Iud 19. *Habeo virginem filiam.*

I ¶ Sexto habeat timiditatem, & confusionem. Babylonis, inquit, quæ interpretatur confusio. Confusiua enim bona & verecunda & timorosa sunt conditiones virginum honestarum; vnde Thr. 2. *Abiecerunt in terrā capita sua virgines Iuda*, vt sic de qualibet virgine dicatur illud Esa. 21. *Babylon dilecta mea facta est mihi &c.* Debent etiam verecundari, & timere virginitatem amittere, & maxime pro eo, quod ipsi iam plus nullus potest reparare. Amos 5. *Virgo Israel proiecta est in terram, nullus est qui suscitet eam.* Sic ergo patet, quod sex sunt speciales virtutes, quæ virginitati famulantur. Et sic sufficit de beata virginitate. vide supra.

A **Virtus.** Cum virtus nihil aliud sit, quam quædam mentis dispositio qua mens rationi consentit, & Deo consonat, & obedit, possumus dicere, quod virtus secundum suas diuersas conditiones à diuersis diuersimode definitur, & sic dicit Philosophus, quod virtus est habitus voluntarius, & declarat, dicendo quod virtus consistit in medio duarum malitiarū. Augustinus de spiritu & anima dicit: *quod virtus est habitus mentis bene constituta.* Et li. de libero arbitrio dicit, *quod virtus est bona qualitas mentis qua recte viuitur, qua nemo male vtitur, quam Deus in nobis sine nobis operatur.* Vnum enim ante omnia est aduertendū quod dicit Tullius, quod sc. virtus antiquitus solum per fortitudinem sumebatur. Et secundum hoc videtur loqui scriptura, quia vt communiter vbicunq; agit de virtute videtur intelligere de potentia, & fortitudine vel vigore. Ad præsens ergo intendo dicere aliquid de virtute in genere, in quantum nomen virtutis ad fortitudinem principaliter applicatur.

B ¶ Dicamus ergo generaliter in quantum virtus sumitur pro quacunq; bona mentis dispositione. Sicut enim videmus, quod natura generat res informes, sed postea per diuersas dispositiones, & alterationes ipsas ad perfectū deducit, sicut patet de corpore, quod diuersis intrateneis organizatur, & complementis, sic vere anima de se informis, & sine virtute, & gratia est, & ideo necesse est, quod habitus, & dispositiones virtutis eidem imprimantur, per quas in esse suo corporali siue morali compleatur, vt sic eidem possint dicere illud Ruth 3. *Scit enim omnis populus mulierem te esse virtutis.* Sicut enim videmus quod lapides pretiosi in terræ venia generantur, sic vere virtutes in corpore humano & terreno per Dei influentiam producuntur. *Virtus* enim vt dicit Seneca, *nudo homini cōtenta est, nec aliquis est ita pauper, debilis, vel infirmus, quin multipliciter possit esse generosus & virtuosus.* Vnde dicit Apostolus 2. Cor. 12. *Virtus in infirmitate perficitur.* Virtutes enim sunt quidam riuuli fonte diuinæ gratiæ procedentes, & se per terram animæ diffundentes, ipsam spiritualiter irrigantes, atq; bonis operibus fœcundantes; vnde Gen. 2. dicitur *quod de fonte paradisi quatuor flumina nascebantur*, à quibus per diuersos riuulos tota terra irrigua reddebatur. Fons enim paradisi diuinam gratiā significat, qui se in terra in quatuor flumina, i. in quatuor cardinales virtutes ramificat, & quæ cū illis riuulis, i. cum alijs suis dependentibus animam totam irrigat & fœcundat. Vt sic anima virtuosa dicat illud Eccl. 24. *In me gratia omnis viæ, & veritatis, in me omnis spes vitæ, & virtutis.* Et bene dicit spes vitæ, quia sicut videmus, quod apes solent in suis aluearibus mella conficere, talpæ vero, formicæ, & ericij in cauernis suis solent poma, & grana reponere, apothecarij solent in suis apothecis herbas, & species recolligere, vt inde in hyeme possint viuere, & proficere, sic vere dū durat æstas vitæ præsentis, mella, grana, & species diuersarū virtutum aggregare in cordibus nostris debemus, vt dū hyems mortis aduenerit, inde vitam æternam cum Deo sursum, & cum Angelis habeamus. Virtutes enim nos faciunt post mortem viuere, & Deum facie ad faciem cernere, & videre, iuxta illud Ps. *Ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus deorum in Sion.* Et merito, quia sicut dicitur Eccl. 40. *Facultates & virtutes exaltant cor.*

C ¶ Vbi aduerte quod virtutes sunt possidendæ, & acquirendæ multiplici ratione, scil. quia sunt

Cordium repletiuæ, (Facultates,)
Vitiorum defensiuæ, (Virtutes,)
Mentium erectiuæ. (Exaltant cor.)

Dico ergo primo, quod istæ sunt cordium repletiuæ, quia facultates. Quia virtutes sunt illæ facultates, & diuitiæ, quæ replent, ditant, & satiant cor humanū. Vnde Sen. dicit: *Diuitiæ temporales dum placent, transeunt.* Ad veras ergo cōuertere potius diuitias. Sic vere dicit ibid. quod veræ diuitiæ sunt in animo, nō in patrimonio. In quib. videtur innuere, quod veræ diuitiæ sunt virtutes, quæ non bursam, sed mentem locupletant, & quæ post mortem manent, nec deficiūt. Facultates. Vnde de Iacob dicitur Gen. 31 *quod facultate ditatus factus est inclytus.* Vnde Seneca dicit, *quod nulla possessio, nulla vis auri vel argenti plus quam virtus æstimanda est* Diuites cum thesauros suos faciunt nō de rebus corruptibilibus, & putridis, sed durabilibus & sanis. & ideo aurum, & argentū, & lapides pretiosos solent in suis thesauris ponere, quæ possunt longe manere. Sic vere sapientes non faciunt thesaurum de transitorijs rebus, & diuitijs terrenis, sed potius de permansiuis virtutib. & æternis. Diuitiæ enim quæ sunt exterius, à fortuna possunt interimi, virtutes, quæ sunt interius, ab inimico nequeunt necari; vnde Stylbon Philosophus cum capta vrbe vna cum alijs ciuibus quicquid supellectilis haberet, in captiuitate perdidisset, quærenti cur alijs flentibus lætaretur, quia nihil inquit perdidi. Fortuna n. diuitias quæ suæ erant, accepit, diuitias autē quæ meæ erant. sc. virtutes, malis gratibus dimisit; ac si diceret, possessio virtutū perpetuo durat, eo quod ab inimico non tollitur, & per fortunę violentiam non aufertur. Sunt igitur virtutes cordiū repletiuæ. Eccl. 36. *Reple Sion inenarrabilibus virtutibus tuis.* Facultates inquit; quia Macrobius dicit: *Sola virtutes beatum faciunt.*

D ¶ Secundo dico, quod istæ sunt vitium tuitiuæ seu defensiuę, quod ostenditur cū dicitur. Virtutes, quasi vires tuentes. Virtus enim dicitur, quasi virtum status, vel quasi vires tuens, vel quasi virilis actus, quia pro certo virtus facit virilem statum, viriliter agere, & vires suas solet defendere, & tueri. Vir enim virtuosus in virtutū stabilitate formatus cōcuti potest, sed vinci nunquā; nec enim temporalibus mulcetur, nec tribulationibus terretur, nec blanditijs fallitur, nec violentijs submergitur. Vnde Seneca dicit, *quod non plus possunt aduersus virtutem, calamitates, damna, & iniurias, quam aduersus solem nebula.* Vir enim virtuosus per sufficientiam vincit blanditias, per patientiam vincit tristitias, & violentias, &c. Vnde breuiter quilibet talis potest dicere illud Psal. *In Deo faciemus virtutem, & ipse, &c.* Virtutes inquit. Nota quod virtus dicitur à vi, quia sc. virtuosi vim faciunt sibiipsis, in quantum se subijciunt rationi, vnde Seneca: *Vis habere magnum imperium? impera tibi.* Istæ ergo sunt vitium tuitiuæ, & iuuatiuæ. Virtutes inquit; vnde Seneca dicit, *quod sicut solis claritas minutiora lumina obscurat, sic dolores, angustias, molestias & iniurias magnitudine sua virtus elidit.* Nam vt ait, acrior est virtus ad occupanda pericula, quam crudelitas ad irroganda. Igitur virtutes sunt vitium tuitiuæ, &

E iuuatiuæ. ¶ Tertio dico, quod virtutes sunt mentium erectiuæ, cum dicitur, Exaltant cor. Quia cor quod virtutib. ditatur, ab istis inferioribus segregatur, & sursum ad Deum erigitur & eleuatur. Virtutes n. sunt similes aëri, quo si doliū plenū fuerit, nunquam descendere sub aqua ipsū permittit, imo ipsum aqua eleuari cōpellit. Cuius simile est de testa oui plena rore, interiorib. vacuata, quæ tacta per radios solis, per tractū cui innititur solet sursum ascendere, & virtute roris ad solem ascendentis, & solis rorē attrahentis, se ab inferiorib. eleuare. Qui procul dubio charissimi si testa, & doliū mentis nostræ, aëre, & rore gratiarū & virtutū fue-

bimus

tint plena, & in [illegible] vitijs vacuata, non est dubium quin ista inferiora contemnant & dimittant, & sursum ad solem iustitiæ Christum per desiderium ascendant, & ad considerationem, & affectionem æternorum superiorum se faciliter conuertant. Exaltan[illegible] inquit. Et sic videtur loqui Dauid in Ps. vbi dicit: *Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltauit me.* Vnde Seneca: *Validiorem omnium & celsiorem, & ampliorem facit virtus, nam cætera quæ cupiditates nostras irritant, animum deprimunt & labefaciunt.* Sic igitur patet, quod virtutes sunt habendæ, & acquirendæ, quia sunt mentium e[illegible]ctiuæ, & vitium ruitiuæ, &c.

¶ De virtutibus in genere multa, & infinita alia possunt dici, sed quia in particulari in diuersis titulis, & locis de virtutibus est tractatum, ideo omitto, & transeo quo ad præsens.

F ¶ Sed adhuc dicendum est de nomine virtutis in speciali. Et sic dico quod generaliter in scriptura per virtutem intelligitur fortitudo, potentia, vis, & vigor. Et sic sumendo, dico quod tam in bono quam in malo significato est

Virtus
- Dominica, & est æternalis,
- Angelica, & est supernalis,
- Canonica, & est spiritualis,
- Pestifera, & est mundialis,
- Dæmoniaca, & est infernalis.

¶ Dico ergo, quod est virtus dominica, quæ debet formidari, & illa est virtus, quæ est potentia Dei, de qua in Psal. *Date gloriam Deo super Israel, &c.*

¶ Item est virtus angelica, quæ debet admirari, & sic Angeli certi in scriptura virtutes dicuntur, pro eo, quod Deus per eos vires, & mirabilia operatur, & pro eo, quod angelorum potentia, & virtus mirabilis inuenitur, & sic virtus sumitur pro ordine angelorum, qui dicuntur virtutes; de quo dicitur Luc. 21. *Virtutes cælorum mouebuntur.* Et 1. Petr. 3. dicitur quod *Christus profectus est in cælum, subiectis sibi Angelis virtutibus, & potestatibus.*

¶ Item est virtus canonica seu catholica, quæ debet roborari, & ista est virtus, & fortitudo viri iusti, qua sc. contra tentationes, & tribulationes efficitur virtuosus; de qua cuilibet iusto dicitur. Nahum. 2. *Contemplare viam, conforta lumbos, robora virtutem valde.*

¶ Item est virtus pestifera, quæ debet detestari, & illa est virtus, & potentia mundialis. Vnde 1. Mach. 3. dicitur quod *Apollonius congregauit contra filios Israel gentes, & exercitum, & virtutem multam.*

¶ Item est virtus dæmoniaca, quæ debet subiugari, quia iusti debent virtutem diaboli superare, & eum in tentatione fortiter conculcare, sicut Luc. 10. dicitur, vbi Christus Apostolis dicit: *Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes, & scorpiones, & super virtutem inimici.*

¶ His igitur præmissis, & pro magna parte omissis dicamus solum de virtute diuina & humana. Est enim virtus diuina, quæ est admiranda, & est humana, quæ est adiuuanda.

G ¶ Dico igitur quod est virtus superior & diuina. Deus enim sicut dicitur in Psal. *Magnus Dominus, & magna virtus eius.* In rebus enim corporalibus magnitudo, & virtus nō semper adæquantur, quia aliquando erit vnus communis lapis magnus, qui nihil habebit de virtute, vbi modicus lapis mirabiliter est pretiosus: hoc etiam sæpe est in animalibus, quia sæpe inuenitur vnum modicum pretiosum, virtuosum, & forte, & vnum magnum, vanum impotens & debile. Hoc etiam patet in moralibus, quia sępe inuenitur homo magnus quantū ad sæculum, qui nihil habet virtutis, & gratiæ quo ad Deum, & econtra inuenitur homo modicus in corpore, & facultate, & tamen in virtutibus, & moribus erit magnus. Sed proculdubio non sic de Deo. Deus enim magnus, & in magna virtus eius, quasi diceret, In Deo virtutes & magnitudo adæquantur, & magnitudo suæ essentiæ, & virtus suæ potentiæ infinita & par iudicantur. Vnde Sap. 12. *Virtutem enim ostendis tu qui non crederis in virtute esse consummatus.* Et si vellemus de potentia, & virtute diuina, possemus dicere multa, sed quia eius virtutes sunt notæ, & notabiles, infinitæ & inenarrabiles, summæ, & incogitabiles, ideo supersedeo, & solum ad virtutis suæ gloriam notabo, quod virtus diuina apparet

Carnem assumendo,
Mortem sustinendo,
Mortiprævalendo,
Cœlum ascendendo,
Mundum iudicando,
Malo[illegible]ndemnando,
Bonos præmiando,
Malos conuertendo,
Prauos subuertendo,
Bonos promouendo,
Tristes confortando,
Ægros sanando,
Mira operando,
Fracta confirmando.

O charissimi videte, quæ & quanta apparebit, apparuit & apparet virtus Dei.

¶ Dico ergo, quod ista virtus apparet in carnis assumptione: ex magna enim virtute processit de virgine posse nasci. Vnde de conceptione dictum est Luc. 1. *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi.* Item apparet illa virtus in mortis toleratione & perpessione. Ex magna enim virtute, & fortitudine prouenit mortem non timere, & mortem velle pati pro alio. Vnde de seipso Christus sibi, & alijs martyribus videtur dicere illud 1. Mach. 9. *Moriamur in virtute propter fratres nostros.* [illegible]nde etiam ipse dixit in Psal. *Aruit tanquam testa virtus mea & in puluerem mortis deduxisti me.* Item apparet ista virtus in carnis resumptione, & resurrectione, seu in mortis superatione. Vnde ipse de Deo patre videtur dicere illud Psal. *Deus præcinxit me virtute ad bellum, & posuit immaculatam viam meam. Qui perfecit pedes meos &c.* Item apparet in ascensione eius. Vnde de ascensione angeli dicebant illud Psal. *Exaltare in virtute tua, cantabimus & psallemus virtutes tuas.* Item apparebit in mundi iudicatione; vnde Sap. 12. *Tu autem dominator es virtutis & cum tranquillitate iudicas.* Item in malorum [illegible] demnatione. Prou. 15. *In abundanti iustitia virtus maxima est.* E[illegible] in Psal. de ista sententia dicitur, *Vox Domini in virtute, vox Do[illegible] in magnificentia, &c.* Item in iustorum præmiatione, & beatificatione de qua in Psal. *Dominus virtutem dabit populo suo.* [illegible]nde etiam quilibet beatus potest dicere illud Psal. *Domine, Domine virtus salutis meæ obumbrasti super caput meum in die belli.* Item apparet quotidie ista virtus in malorum conuersione, in suæ gratiæ infusione. Ista enim est virtus solis, quæ siccas arbores florere facit. Et ideo dicitur Iudith 5. *Quoties pænituerunt se recessisse à cultura Dei sui, dedit eis virtutem.* Nam sicut dicitur Gal. 3. *Ipse qui vobis tribuit spiritum, & operatur virtutes in vobis.* Item apparet in nobis ista virtus in prauorum subuersione, & impiorum punitione. Vnde de nequissimo Antiocho à Deo oppresso & punito dicitur 2. Mach. 9. quod *humiliatus ad terram, in gestatorio portabatur, manifestam Dei virtutem in semetipso contestans.* Item apparet ista virtus in bonorū promotione; vnde Psal. *Dextera Domini exaltauit me.* Item apparet in tristium consolatione. Psalm. *In virtute tua Domine lætabitur Rex.* Item apparet in debilium confirmatione, patet de apostolis infirmis, quibus dictum est Luc. 24. *quod expectarent donec induerentur virtute ex alto.* Psal. *Manda Deus virtuti tuæ, &c.* Item apparet in ægrotantium sanatione Luc. 6. *Virtus de illo exibat, & sanabat omnes.* Item apparet in mirabilium operatione. Vnde Actor. 19. *Virtutes non modicas faciebat Dominus per manum Pauli.* Et Matth. 13. *Vnde sapientia huic, & virtutes tales, quæ per manus eius efficiuntur.* Istæ ergo sunt virtutes Dei, quibus in nobis mirabiliter virtus, & per quas virtuosus, potens, & mirabilia operatur. Istas igitur virtutes debemus laudare, & ipsis suis laudibus commendare, dicentes illud Psalm. *Exaltare Domine in virtute tua, &c.* Ista est ergo virtus diuina & superior.

I ¶ Sed adhuc dico, quod est virtus inferior, & humana, & ista est virtus, & fortitudo viri iusti. Sicut enim videmus quod virtus naturalis varios habet actus, quia scil. ista nutrit, viuificat & mouet, secundum suos actus diuersos ista virtus dicitur Virtus

Nutritiua,
Viuificatiua,
Motiua.

Sic vere virtus animæ, & sua spiritualis fortitudo solet eā nutrire per deuotionem, viuificare per gratiæ infusionem, mouere & agitare per operationē. Et sicut videmus, quod virtus exercitata solet crescere, sicut patet de igne, qui flatu venti pulsus, & aspersione aquæ solet augmentari, & in fortitudine roborari, sic vere virtus fortitudinis, & constantiæ tunc temporis augmentatur, cum infortuniorum obice irritatur. Flatus enim & pulsio tribulationum, sunt irritatio, & occasio virtutum, & operationum, quia vt cōmuniter nulla virtus in suo esse perficitur, quando aliquo contrario non pulsatur. Et sic dicit Apostolus 2. ad Cor. 12. dicens. *Virtus in infirmitate perficitur.* Quia sancti fortes, & virtuosi multa contraria in fortiori habuerunt. Vnde Heb. 11. *Conualuerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello.* Hoc est ꝙ dicit Seneca, vbi ait,

vbi ait, *quod aurum aliter exigitur virtutem iam tacta, & impulsa est, quam nulla fata lenis addita ignem suum explicat.* Vnum tamen aduertendum est, quod sicut virtus corporis principaliter ab interiori spiritu prouenit, quod patet, quia deficiente spiritu nulla amplius est virtus in corpore, sic proculdubio virtus fortitudinis nostræ, qua sc. possumus bona facere, vel mala etiam tolerare, nõ aliunde potest venire, quam à Spiritu sancto, à Deo qui quamdiu in nobis per gratiam inhabitat, tamdiu nos roborat, & confirmat, sed cum à nobis per peccatum recessit, statim bene operandi, & malo resistendi virtus, & fortitudo transiet, & peribit. Istud bene apparuit in apostolis, qui virtutem resistendi tentationibus, & tribulationibus nõ habuerunt, donec Spiritum sanctum receperunt. Postquam vero diuino spiritu sunt repleti, ex tũc virtute maxima sunt induti, vnde Act. 4. dicitur, *quod virtute magna reddebant apostoli testimonium resurrectionis Iesu Christi,* &c. Fatui sũt igitur, qui in suis virtutibus & viribus confidunt, & qui in tribulationibus, & in operibus, ad Deum non recurrunt. Tales enim solet Deus destruere, & ad propriæ virtutis notitiam reducere, & eorũ superbiam eneruare. Iudit. 9. *Allide virtutem illorũ domine.* A Deo enim occulte venit virtus, & potentia, & ab ipso prouenit magnificentia, & gloria, Psal. *Dabit dominus virtutem populo suo,* &c. Et ideo ille Micheas congratulando dicebat Miche. 3. *Ego autem repletus sum fortitudine spiritus domini iudicio, & virtute.*

A ¶ Et si vellemus notare de virtute fortitudinis, possumus dicere quod ista est

Boni operatiua,
Mali toleratiua,
Sui augmentatiua,
Diu perduratiua.

Est dico bonorum operatiuã omnia enim quę sunt, specialẽ habent virtutem qua mediãte complent, & faciũt actus suos, nihil enim sine virtute operator, brachium enim nõ operatur in quãtum brachiũ, sed in quantum virtute fortitudinis est repletum. Sic vere charissimi in anima debet esse virtus fortitudinis, & per quam bona faciat & operetur, & per quã in bonis operib. occupetur, vnde 2. ad Timot. *Conlabora in euangelio secundũ virtutem.* Est etiam virtus malorum toleratiua. Metallum n. quanto est fortioris virtutis, tanto melius resistit ignibus, & tanto magis sine suo detrimẽto sustinet vires ignis, sicut de auro patet, cuius tanta est virtus, quod sine suæ cõpositione sustinet omnes violẽtias ignis, & est bonũ. Sic vere quanto quis magis habet de virtute constãtiæ, & patientiæ, & fortitudinis, tanto ignibus tentationũ & tribulationum melius resistit, & sine sui spiritualis detrimento eorũ violentias melius tolerat atq; suffert, sine n. virtute violentia nõ portatur, nec in patientia sustinetur. Vnde in Ps. *Dominata virtute tua præstitisti decori meo virtutem.* Est insuper sui ipsius augmentatiua. Quamdiu n. crescit corpus, tamdiu in eo crescit virtus. Quãto etiam ad septennium appropinquat ceruus, tanto in eius cornibus vnus in anno crescit ramus. Ad denotandum, quod virtus in perfecto homine semper debet crescere & quanto plus homo senescit, tanto plus debet cornua virtutis suæ plures ramusculos generare, & pullulare Ps. 83. *Ibunt de virtute in virtutem.* Et nihilominus perduratiua est ista virtus longo tempore, quia virtus fortitudinis nostræ est perseuerantia. Nõ enim illa virtus solet tantummodo bene operari, sed etiam cum aduersitate luctari, & victrix in melius perficere, & augmentare, imo etiam ad ipsam pertinet perseuerãtiam operis prorogare. Non enim virtus fortitudinis videretur, si ante operis complementum finiretur. Vnde Seneca dicit, *quod virtutis est ire, non retroire.* Vnde Eccl. 46. dicitur, *quod Caleph dedit dominus fortitudinem, & permansit illi virtus vsq; ad finem.* Ista igitur de virtute ad præsens sufficiant.

A **Vis. Vires.** Nota quod vis in singulari significat violentiam, in plurali vero signat fortitudinem, & virtutem. Et ideo possumus notare quod inuenio scil. Vires

Corporales,
Temporales,
Pectorales,
Naturales,
Tyrannales,
Supernales.

B ¶ Vires corporales sunt subiugandæ, de quo Iudith. 9. *Non in fortitudine, & multitudine est virtus tua nec in viribus equorum volup as tua* Istæ enim sunt illæ vires, quæ deflorauerunt Thamar 2. Reg. 13. *Præualens viribus Amon oppressit Thamar.*

¶ Vires temporales sunt dispensandæ. Istæ autem sunt vires substantiæ temporalis, quibus sunt eleemosynæ faciendæ. Vnde Eccl. 14 *Secundum vires tuas porrigens da pauperibus.*

¶ Item sunt vires pectorales seu spirituales, quæ sunt roborãdæ. Et vnde dicitur 2. Reg 6. *Saltauit Dauid totis viribus ante dominum.*

¶ Item vires naturales sunt attendendæ, quia sc. homo non debet præsumere de viribus suis naturalibus quãtum ad executionem alicuius operis virtualis. Istæ enim non sufficiunt nisi vires gratiæ sancti spiritus intercedant. Vnde Moysi est dictum Exo. 18. *Stulto labore consumeris, vltra vires tuas est negotium, quia dominus solus habet dare vires bene operandi & malo resistendi,* iuxta illud Deut. 8 *Recordare domini Dei tui, quod ipse vires tibi tribuit.*

¶ Item vires tyrannales sunt abhorrendæ, & istæ sunt vires, & violentiæ crudelium impiorum, de quibus Iob. 34. *Vim fecerunt deprædantes pupillos, & vulgum pauperem spoliauerant.*

¶ Item vires supernales sunt metuendæ, sc. vires potentiæ diuinæ, quas ipse Deus in diuersis tribulationibus ostendit, & quas finaliter in iudicio ostendet, de quibus dicitur Esa. 38. *Domine vim patior.* Et Abac. 1. *Vsquequo clamabo, & non exaudies Domine, vociferabor ad te vim patiens, & non saluabis?* Sic ego pater, quod in scriptura fit mentio de sex generibus virium vel [illegible]rum. Vide supra de violentia, & fortitudine, & de virtute in [illegible].

**Viscera.** Nota quod viscera secundũ [illegible] idem sunt quod corporis intestina. Et ideo viscera sũt quędã mẽbra interius latẽtia, cibos digerẽtia, vtilia retinentia, superflua emittentia. Possumus ergo generaliter dicere, q per viscera possunt intelligi affectus interiores, siue boni fuerint siue mali. A

¶ Et ideo notandum est, quod in scriptura inueniuntur Viscera B

Diuinæ dilectionis,
Internæ affectionis,
Humanæ infectionis.

Dico ergo primo, quod sunt viscera diuinæ dilectionis, & compassionis. Deus enim dicitur habere viscera, in quantum habet erga nos intima dilectionis fœdera. Et sic dicitur Luc. 1. *Per viscera misericordiæ Dei nostri* &c.

¶ Secundo sunt viscera internæ affectionis, omnia enim quæ in mente aguntur, animæ viscera spiritualiter esse dicuntur. Et aduerte quod viscera mentis nostræ C

Per
Passionem debent impinguari,
Discretionem debent illustrari,
Deuotionem debent renouari,
Turbationem debent contristari.

¶ Dico ergo, quod viscera voluntatis, & mentis nostræ debent impinguari per passionẽ. Viscera enim sunt membra valde mollia, & tenera, ad denotandũ, quod viscera mentis nostræ, & affectiones cordis nostri debent habere mollitiẽ benignitatis, & erga miseriam proximorum, rectitudinẽ pietatis. Et sic de Ioseph dicitur Gen. 43. *quod cum vidisset fratres suos tribulatos, & in præsentia sua tremebundos, & fratrem suum Beniamin quem compulsi adduxerant, cœpit flere, commota sunt quippe viscera eius super fratre suo.* Et sic pręcepit apostolus Col. 3. dicens. *Induite vos sicut electi Dei viscera misericordiæ.* Item viscera mentis nostræ debent illustrari per discretionem. Discretio enim & sapientia non sunt exterius in corpore, sed interius in mentis & cordis visceribus. Et sic loquitur Iob 18. *Quis posuit in visceribus hominis sapientiam?* Et Ezech. 3. *Fili hominis implebuntur viscera tua volumine isto.* Hie. 31. *Dabo legem meam in visceribus eorum.* Item ista viscera debẽt renouari per deuotionem. Deuotio enim & gratia sancti spiritus sunt illa quæ spiritualiter renouant viscera mẽtis nostræ. Et ideo petebat Dauid in Ps 50. *Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis.* Item ista sunt viscera, quæ debent contristari per turbationem, id est, per timoris diuini conceptionem, & sic loquitur Thr. 2. *Conturbata sunt omnia viscera mea, effusum est in terra iecur meum.* Ista sunt ergo viscera internæ affectionis & intentionis. D

¶ Tertio dico, quod inueniuntur viscera humanæ corruptionis, & infectionis, & ista sunt viscera peruersæ, & infectæ mentis hominum peccatorum. Et aduerte, quod ista sunt, scil. Per E

Luxuriam pinguia,
Inuidiam tristia,
Iactantiam potentia,
Infamiam fœtentia,
Sæuitiam ardentia.

¶ Sunt dico mentis viscera malorum pinguia per luxuriam. Vnde de diuite carnali dicitur Iob. 21. *quod viscera eius plena sunt adipe, & medulla ossa eius irrigantur.* Viscera enim naturaliter sunt pinguia & F

gura, & continent omnes fæces, [illegible] & luxuriosi.

¶ Item sunt tristia per inuidiam. In visceribus enim accidunt colica, & iliaca passiones, quæ nihil sunt aliud quam viscerum torsiones. Iste morbus est inuidia, quæ torquet homines, & peruertit viscera, sicut de pessimo Antiocho dicitur, *quod apprehendit eum dolor viscerum.* Vnde Esa. 19. *Dirumpetur spiritus Aegypti in visceribus eorum.*

¶ Item illa viscera sunt potentia per iactantiam. Est enim quædam infirmitas viscerum quaquandoq; propter defectū virtutis contentiuæ viscera laxantur, & per secessum exterius emittuntur. Talis est [illegible] tus iactantium, & inaniter gloriantium, nihil [illegible] possunt [illegible] e, imo cordis sui, & secreta mentis suæ siue bona siue mala fuerint, solent per iactantiam emittere, & per fatuitat alijs ostendere, & per inanē gloriam omnib. propalare. Figura in Iuda, *qui suspensus crepuit medius, & effusa sunt omnia viscera eius* Act. 1.

¶ Item illa viscera sunt fœtentia per insaniam. De visceribus enim stercora emittuntur, sic de malorum cordibus aliorum diffamationes, detractiones, & iniuriæ producuntur. Vnde de illo iniquo rege Achab dicitur 2. Paral. 21. *quod longa consumptus est tabe, ita vt egereret intestina.*

¶ Item illa viscera sunt ardentia per sæuitiam, fel enim vbi manet, ibi choleræ materia ardentissima adiacet. Ad denotandum quod fel, i. ardor & amaritudo sæuitiæ, & iracundiæ impiorum, in visceribus mētis semper latet. Et sic dicitur Prou. 12. *Viscera impiorū crudelia.* Pone si vis, quod ita, & mordra sunt sicut illa auicula, quæ blande primo ingrediens postremo secat, & rodit viscera crocodili. Vnde Sap. 12. *Comestores hominum viscerū, & deuoratores sanguinis.* Sic ergo patet, quod sunt tria genera viscerū spiritualiū.

A **Visitatio. Visitare.** Nota, quod Visitatio dicitur à viseo, & frequentando & sic visitatio idem est quod visualis frequentatio, vel visus frequens agitatio. Et possumus generaliter loquendo visitationem duplicem inuenire, scil. diuinam & humanam.

B ¶ Primo dico, quod est visitatio superior & diuina. Sicut enim principales, & superiores solēt in suis capitulis ordinare visitatores, quos per totum ordinem solēt mittere, dantes potestatē eisdem, quod visitare possint vndiq;, & si quid reformandū fuerit, reformare, dicētes 1. Reg. 17. *Fratres tuos visitabis si recte agant. Sic superior omniū Deus pater prælatorū in capitulo suo.* i. in curia paradisi instituit filiū visitatorem hominū, & visitandi, castigandi, & reformandi potestatē plenariā sibi dedit, dicēs sibi illud 1. Esd. 7. *Missus es vt visites Iudæam* Et possumus notare, quod iste visitator visitat,

Veniendo personaliter,
Influendo spiritualiter,
Succurrendo temporaliter,
Affligendo corporaliter,
Promouendo supernaliter,
Puniendo æternaliter.

C ¶ Dico ergo, quod ista visitatio Dei quæ fit personaliter veniēdo, fuit visitatio beatæ incarnationis. Non enim sufficit Medicum infirmū diligere, quin ipsum soleat personaliter visitare. Sic vere medicus noster Christus nō solum nos amauit, imo carnem sumendo personaliter nos visitauit. Quod bene petebat genus humanum dicens. *Memento nostri domine in beneplacito populi tui, visita nos in salutari tuo.* Illa enim fuit visitatio mirabilis & vtilis. Mirabilis dico, eo quod rex totius vniuersi in hospitali huius mundi dignatus est infirmum hominem visitare. Quod admirans Dauid dicebat. *Quid est homo, quod memor es eius?* Et vtilis etiam est quia, s. à cunctis malis voluit nos sanare Iob. 10 *Visitatio tua custodiuit spiritum meum.* Visitat ergo Deus personaliter veniendo.

D ¶ Item visitat spiritualiter influendo. Sic enim amicus visitat amicum mittendo sibi xenia per nuncios suos, sic Deus influendo munus gratiæ, & deuotionis, visitat quotidie deuotos suos, & amicos, mittendo eis per angelos xenium spiritualis scientiæ, & reuelationis, & talem visitationem petebat Dauid dicens in Psal. *Respice de cælo, vide & visita vineam istam, & perfice eam quam plantauit dextera tua.*

E ¶ Item visitat temporaliter succurrendo. Sicut enim bonus dominus famulos suos obsessos, & tribulatos visitat, & eos liberans auxilium [illegible] is præstat, sic Deus postquam hominem diu viderit tribulari, solet eum misericorditer visitare, & temporaliter consolari Psal. *Probasti cor meum, & visitasti nocte.*

F ¶ Item visitat affligendo corporaliter. Pastores visitant oues suas, solent errantes cum virga percutere & ad domum reducere & a luporum periculis liberare. Sic Deus cum virga tēporalium tribulationum [illegible] & eas [illegible] à diabolo eas saluat P[illegible] *in virga iniquitates eorū, & in verberibus peccata eorum, misericordiam autem meam* &c. Quia pro [illegible] talis temporalis afflictio, & visitatio signum est saluationis, [illegible] misericordiæ, sicut econtrario [illegible] signum est diuinæ offensæ, & [illegible] damnationis, iuxta illud Ose 4. *Non visitabo filias vestras cum fuerint fornicatæ.*

¶ Item visitat supernaliter promouendo vel præmiando [illegible] sicut pater [illegible] solet [illegible] operarios visitare, & eis [illegible] dē reddere pro labore, sic Deus [illegible] mortis bene [illegible] perātes [illegible] sitat, & mercedem æternæ gloriæ eis præstat [illegible] bene [illegible] 1 Pet. 5 *Humiliamini sub potenti manu Dei vt vos exaltet in die visitationis.* Ist[illegible] est visitatio pacifica, & [illegible]. Pa[illegible] Esai. [illegible] *Ponam visitationem tuam pacem* [illegible] *Visitasti terram, & inebriasti eam, multiplicasti locupletare eam.*

¶ Item visitat æternaliter puniendo. [illegible] quod [illegible] multi malefactores [illegible] scelestos occidere, & [illegible]. S[illegible] & Deus [illegible] mundū istum visitabit, & impios perpetue damnabit. Vnde [illegible] 16. *Væ genti insurgenti contra genus meū dominus enim omnipotens* [illegible] *eis, in die iudicij visitabit illos* Et Esai. 26 *Dominus egredietur de* [illegible] *loco suo vt visitet iniquitates habitatorum terræ* Et [illegible] quod tunc visitabuntur, punientur & affligentur [illegible]

Luxuria fœtentes,
Superbia tumentes,
Malitia fallentes,
Sæuitia nocentes,
Discordia feruentes,
Carnaliter gaudentes.

Dico quod tūc visitabuntur fœtentes & luxuriosi. Vnde [illegible] 18. *Polluta est terra, cuius scelera visitabo.* E[illegible] *super* [illegible] *visitabo.* Item tūc visitabuntur superbi, præ[illegible] & [illegible] Vnde Esa 10 *Visitabo super fructum magnifici cordis regis Assur* [illegible] segis, quia nullus est ita altus, & [illegible] dat. Vnde Esa 24 *Visitabit dominus super militiā cæli.* [illegible] Item tunc visitabuntur fallentes & malitiosi Esa [illegible] *dominus in gladio suo duro, & forti, & grandi super Leuiathan* [illegible] *tem vectem, & super Leuiathan serpentem tortuosum.* Et Hier. [illegible] *super eos malitiam studiorū eorum* Item tunc visitabuntur nocentes & [illegible] ditiosi seu inuidiosi. Vnde Hier. 30. *Visitabo aduersus omnes* [illegible] *tribulant eū, s. populum Israel.* Item tūc visitabuntur discordes, & litigiosi Hier 46. *Visitabo super tumultum Alexandriæ.* Item visitabuntur carnales & deliciosi Vnde Hier. 9. *Visitabo super omnes qui incircumcisum habent præputium.* Omnes enim isti dure à Deo visitabuntur & à Deo seueriter damnabuntur. Vnde Esa. 29. *Repente confestim à domino Deo exercituum visitabitur in tonitruo, & commotione terræ, & voce magna turbinis, & tempestatis, & flamma ignis deuorantis* Et sic patet quod est vna visitatio superior, & diuina.

¶ Secundo dico, quod est visitatio inferior, & humana, & ista est visitatio prælatorum, qui visitant corrigendo, & visitatio perfectorum, qui visitant consulando, & iuuando. Et sic dico quod est visitatio

Consolatiua,
Correctiua,
Castigatiua.

Consolatiua, quia, s. quilibet tenetur visitare pauperes infirmos, & tribulatos, vt ipsos benigniter consoletur, sicut [illegible] dicitur Iac. 1. *Religio munda, & immaculata hæc est, visitare pupillos, & viduas in tribulatione earum.* Vnde Eccl. 7. præcipitur. *Non te pudeat visitare infirmum, ex hoc enim in charitate firmaberis.* Quam quidem visitationem ipse Deus reputat in persona tribulatorum & pauperum sibi factam Matt. 25 *Infirmus fui, & in carcere, & visitastis me.*

¶ Correctiua etiam, quia prælati debent visitare subditos, & eos corrigere, & monere, & si quid in ipsis reformandum fuerit, reparare, vt sic ipsis per superiorem qui ipsos mittit, dicitur illud prædictum 1. Reg. 17. *Fratres tuos visitabis si recte agant.* Vbi ostenditur, quod visitator debet K

Odium exterminare,
Subditos examinare,
Discrete deliberare.

¶ Pro primo debet odiū exterminare, quando dicitur, Fratres L tuos, quia, s. amandi sunt, & non odiendi. Pro secūdo subditos examinare cū dicitur. *Visitabis.* Pro tertio discrete deliberare cū dicitur, Si recte agāt. Debent dico odiū eliminare. Fratres quia, scilicet debet se habere fraterne & charitatiue, & cogitare quod illi

cum

eum quibus habet agere [illegible] atres, non famuli neq; extranei, [illegible] cadem charitate [illegible] seu [illegible] tatem moueatur, dicens [illegible] a. 6. *Pacem visitationem [illegible] am [illegible] acem.* Et sic quilibet dicat illud Gen. 13. *Ne qua [illegible] it iurgium inter me, & te, fratres enim sumus* Vide supra de [illegible] atre, & adiunge qui[illegible] quid volueris.

¶ Item debet subditos examinare. [illegible] abit, quia, sc. ipse debet visitare, i. videre, & frequentare status & conditiones subditorum, & quod bonũ est, fouere: quod malum est, amouere, dicens illud Ezech. 34. *Ego ipse requiram oues meas, & visitabo eas, sicut visitat pastor gregem suam, &c.* Sequitur. *Quod perierat, requirã, & quod abiectum fuerat, reducam. & quod fractum fuerat, alligabo, & quod infirmum fuerat, consolidabo, quod pingue, & forte, custodiã & fouebo.* In ista auctoritate potest videri quid debeat facere visitator, expone eã si vis.

¶ Item iste debet discrete deliberare. Si recte agant. Ista enim dictio Si, dubitationem signat, & per consequens deliberationẽ designat, quia iste debet deliberatiue procedere, & magis sub dubio quam sub certo de propositis negotijs cogitare. Si recte agant inquit, vt sic cuilibet dicat illud 4. Reg. 4. *Rectene agitur circa te?* ac si diceret, si recte omnia tua sunt, tu es dignus commendatione. Si vero recta nõ sunt, tu es dignus correctione, & emẽdatione, ita quod tibi dicatur illud Oseæ 9. *Venerunt tibi dies visitationis, venerunt dies retributionis.* Et bene visitatio dicitur retributio, quia bona, & mala debent retribui cuiq; Esa. 15. *Secundũ magnitudinem operu, erit visitatio eorum.* Et ideo mali visitandi sunt, & puniendi, & secundum demerita castigandi. Vnde nota, quod prælatus debet visitare luxuria fœtentes, superbia tumentes &c. Dic per omnia sicut supra. Et sic patet quod est visitatio inferior, & humana. Vide supra de Correctione, de prælatis.

A **Vitis.** Quia vitis siue vites sunt illa arbusta ex quibus vinea constituitur, & ideo qui de vite est, qui voluerit ad vineam accedat. Nota breuiter, quod in scriptura inuenio, quod per vitem potest intelligi videlicet ipse

Deus summus, & gloriosus,
Homo iustus, & virtuosus,
Vir iniquus, & vitiosus,
Status bonus, & fructuosus,
Status malus, & perniciosus,
Baculus pretiosus.

B ¶ Dicu igitur, quod vitis potest dici Deus summus, & gloriosus, & sic loquitur ipse Deus Ioan. 15. *Ego sum vitis vera, & pater meus &c.* Et de ipsa Trinitate potest dici illud Gen. 40. *Videbam coram me vitem, in qua erant tres propagines*, id est, cognoscebam diuinitatem, in qua videbam personarum Trinitatem.

¶ Item vitis potest dici homo iustus, & virtuosus, & sic sumitur vitis Eccl. 24. dicitur in persona viri iusti, *Ego quasi vitis fructificaui*, quia, sc. ad vitem, i. ad virum iustum pertinet quod fructum bonorum operum portet. Iste enim debet esse illa *vitis quæ sublimari ad regnum noluit, timens propter regnũ perdere vinam suum* sicut dicitur Iud. 9. Quia pro certo vir iustus regna, sc. mundi, per cupiditatem non solet ambire, timens ne si ipsa haberet, suum vinum, id est, interiorem gratiam contingeret deperire.

¶ Item vitis potest dici vir iniquus, & vitiosus, & sic sumitur 4. Reg. 4. Vbi dicitur *quod famulus Helisæi inuenit vitem syluestrem quasi colloquintidas quæ ita fuit amara, quod manducari non poterat a filijs prophetarum.* Vitis enim syluestris est peccator: cuius fructus, i. opera tanta amaritudine & malitia plena sunt, quod a iustis manducari, id est, imitari non possunt. Mali enim sunt vites steriles, debiles & inutiles. Vites dico steriles, quia, sc. fructum bonorum operum non portant. Et dic si vis causam sterilitatis, sicut sup. de Vinea Hier. 8. *Non est vua in vitibus, & non sunt ficus in ficulnea.* Vitis debilis est peccator, quia vitis non est lignum forte, sed satis debile. Sic peccator debilis est ad bonum faciendum, & malum dimittendum. Vnde Esa. 24. *Luxit vindemia, infirmata est vitis.* Item vitis est ad opus inutilis. Sic etiam peccator. Vnde Ezech 15 *Fili hominis, quid fiet de ligno vitis?* Sequitur. *Nunquid vtile erit ad opus? etiam cum esset integrum non erat vtile.*

¶ Item vitis potest dici bonus status, & virtuosus, & sic ecclesia vel religio dicitur vitis, quia, sc. viros iustos loco vinorũ producit Vnde Ps. 127. *Vxor tua sicut vitis abũdans in lateribus domus tuæ &c.*

¶ Item vitis potest dici status malus, & perniciosus, & sic per vitem potest intelligi mundus vel etiam malorum status, qui vinum carnalitatis producit. Et ideo dominus videtur dicere illud Matt. 26. *Non bibam amodo de genimine vitis.*

¶ Item vitis potest dici lapis pretiosus siue baculus. scilic. crux Christi: quia crux est illa vitis quæ butrum cypri, id est, Dei filium

portauit. Vnde Christus est Iuda, qui Gen. 49. *ligauit ad vitem [illegible] nam suam* : ad crucem corpus suum. Vnde [illegible] Ma[illegible] 14. *Sedebit [illegible] nusquisq; subtus vitem.* Sufficit de Vite. Si [illegible] de vine[illegible] quia plerunq; in scriptura vitis pro vinea sumitur, & econuerso &c.

**Vitulus.** Nota quod vitulus est filius bouis, [illegible] ma[illegible] ad hoc deditus, & lacte, & vberibus enutritur. [illegible] est vitulus animal quod in actis deonim [illegible] niquitu[illegible] bat Et ideo breuiter dico secundum quod vitulus p[illegible] s habeat conditiones, secundum hoc potest sumi multipliciter in [illegible] ptura. Notabo ergo quod inuenitur Vitulus

Saginatus,
Immolatus,
Effrænatus;
Adoratus.

¶ Vitulus saginatus significat nostram redemptionem. Christus enim redemptor noster vitulus dicitur, qui [illegible] & virtutibus præ cæteris inuenitur. Figuratus Lu[illegible] *[illegible] amicitias vitulum saginatum in aduentu filij prodigi legitur [illegible] communio præ gaudio filij perditi comedisse, & ad comedendum alijs [illegible]* Quia pro certo paterfamilias Deus pater pro recupera[illegible] perditi, i. gentilis populi, & totius generis humani, v[illegible] natum Christum voluit occidi, & [illegible] bus manducari. Vnde Genes. 18. dicitur *quod Abraham [illegible] puero ad armentum cucurrit, & tulit inde vitulum tenerrimum.* C

Item vitulus immolatus designat iustum viatorem. V[illegible] et im iusti dicuntur vituli, eo quod per oblationẽ, & obedientiæ dedicationẽ Deo penitus immolantur, & sibi in ara cordis per deuotionem offerũtur. Vnde 1. Esdr. 6. dicitur *quod in dedicatione domus Dei obtulerant vitulos centum &c.* Quia motus cordis nostri vitulus cordis dicitur, in quantum Deo dedicatur, & offertur. Vnde etiã verba laudis, cõfessionis, & orationis vituli dicuntur Ose. 14. vbi dicitur, *Reddemus vitulos labiorũ nostrorũ.* Vnde in Ps. [illegible] *Laudabo nomen Dei cum cantico &c.* Item. *Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ &c.*

¶ Item vitulus effrænatus significat stultum peccatorem. Vitulus enim iugo non subijcitur, lacte pascitur, ludit, discurrit & erigitur, sic vere peccator non quærit nisi ludere & saltare per insolentiam Malac. 4. *Salietis sicut vituli de armento.* Lactare & pascere per carnalitatem & opulentiam Esai. 27. *Pascetur vitulus, & accubabit.* Sine iugo disciplinæ manet per inobedientiam Hiere. 51. *Effusi estis quasi vituli super herbam.* D

¶ Item vitulus adoratus significat deceptorem hostem, i. diabolum, quia figuratur *in vitulo conflatili, quem filij Israel adorauerant* Exod. 32. Iste enim conflatilis a flatu malæ suggestionis dicitur, eo quod propter huiusmodi flatum a fatuis adoratur quod fit quando suis suggestionibus creditur Psalm. 105. *Fecerunt vitulum in Oreb &c.* Et quia parum valet, vide de Boue. E

**Viuere. Vita.** Nota quod vita aliquando accipitur pro ipsa naturali dispositione, aliquando accipitur pro morali conuersatione. Generaliter ergo sumendo, dico quod inuenitur Vita. A

Naturalis,
Virtualis,
Triumphalis,
Noxialis,
Gehennalis.

¶ Vita naturalis est vita cunctorum, de qua Iac. 4. *Quid enim est vita nostra, nisi vapor ad modicum parens?* B

¶ Vita virtualis est vita bonorum, & de ista Gal. 2. *Viuo ergo iam non ego, viuit autem in me Christus.*

¶ Vita triumphalis est vita sanctorum, de qua Sap. 5. *Iusti autem in perpetuum viuent.*

¶ Vita noxialis est vita malorum, de qua 1. Timot. 5. *Vidua quæ in delitijs est viuens, mortua est.*

¶ Vita gehennalis est vita damnatorum, qui, sc. habent vitam cum morte, & mortem cum vita, de quo in Psalm. *Veniat mors super illos &c.*

¶ His ergo præmissis, dicamus primo quod est vita naturalis, quæ est vita cũctorum. Ista enim est illa quæ ex corpore & anima constituitur, quæ aere & spiritibus perficitur, quæ a stellis & orbibus influitur, quæ cibis & potibus sustentatur, quæ pannis & vestibus refouetur, & ista charissimi est fragilis & defectibilis & difficilis & ex multis alijs necessarijs constituitur, & tamen facillime dissipatur. Ista ergo est quasi tela araneæ. Cuius C

Conditio laboriosissima,
Substantia debilissima,

Dillon. Berebory.

qqqqq 2 Destru

[illegible]

[illegible] ratio impossibilis.

D ¶Sic vere char[illegible] tela vitæ nostræ est difficilis ad constituendu[illegible]. Quæ n homi[illegible] sint ad constitutionem & ad conseruationē vitæ nec[illegible]aria, qui vult scire, legat illud Ecc[illegible] 9. vbi dicitur. *Initium nec[illegible] sariæ vitæ hominum, aqua, ignis, ferrum, & sal* &c.

¶Item est debilis & fragilis ad durationem. Ista enim durare n[illegible] potest, quinimo ad mo[illegible]um venti & fluminis subito labitur [illegible] Iob. 7. *Memento mei Deus, quia ventus est vita mea.*

¶[illegible] ad de[illegible]onem, nihil enim facilius quam vi[illegible] & n[illegible] stabi[illegible]us dissoluitur, nihil impossibilius separatur. D[illegible] dicebat Dauid in Ps. *Defecit in dolore vita mea.* [illegible] per multos dies texitur & orditur [illegible] & cas[illegible]tur, sic vere vita nostra cu[illegible] & annis [illegible] vno momento [illegible]ditur, d[illegible] Esa. 38. [illegible] *velut à texente vita mea* &c.

¶[illegible] nunquam potest ad eandem integritatē re[illegible] succisa, potest naturaliter in pristinum statum [illegible]. Vnde Esa. ibidem. *Morieris tu, & non viues.* Et ideo de [illegible] conditione huius vitæ mortalis quantum sit fragilis & defectiuola, vana, instabilis & dolorosa, dicitur Deut. 28. *Erit vita tua quasi pendens ante te,* quasi diceret: tota vita nostra est quasi in pendulo & incerto. Et ideo paucis verbis describitur vita ista Iob 7.

E vbi dicitur. *Militia est vita hominis super terrā.* ¶ Aduerte ergo in verbis istis quod [illegible]ita ista est contemnenda triplici ratione secundum tres status, scil. principium, medium, finem, & hoc propter

Ingressum vilis conditionis,
Progressum acria afflictionis,
Egressum tristis eiectionis.

Primo probat vilem ingressum carnalis natura cum dicitur, (Vita hominis,) Secundo probat acrem progressum facilis iactura. (Militia,) Tertio probat tristem egressum mortalis fractura. (Super terram.)

¶ Dico, quod humana vita quantum ad initium inchoatur à vili conditione, & hoc ostenditur cū dicitur hominis. Nullum n. animal habet ita vilem originē, ita fragile principium sicut homo. Iste n. in ventre menstruis nutritur, tandem nudus de ventre progreditur, & cū nascitur, ita debilis est & impotēs, quod nisi aliūde iuuetur, nullo modo sustentatur, quinimo propriam miseriam & vilitatē præfigurans, & lacrymis, & planctib. occupatur. Et ideo de tali vilitate dicebat Iob. 13. *quod homo natus de muliere, breui viuēs tempore* &c. Et si vis potes cōparare vanitatem vitæ nostræ, flori, fœno, vitro pleno aquæ, glaciei, vēto, naui, nubi & similibus, quæ debilē habent substantiam, & impossibilem resistētiam. Vita hominis, quasi diceret, quę cæteris est vanior atq; vilior. Et sic dicit illud Ps. 38 *Verūtamen vniuersa vanitas omnis homo viuens:* Ista ergo inchoatur à vili conditione. Vita inquit hominis.

F ¶ Deinde dico, quod mediatur cum acri turbatione, cum dicitur. Militia est. Quia totū tempus vitæ nostræ non est nisi quædā laboriosissima militia, in qua quamdiu viuimus, in motu & labore sumus. Cœlum n. duas habet extremitates, sc. polum arcticum, & antarcticum, & istæ sunt partes cœli stabiles, & immobiles, totū vero residuū cœli est mobile, ita quod inter istos duos polos tota cœli substantia voluitur, & sine cessatione iugiter circuit, & rotatur. Similiter vere charissimi cū homo plures habeat terminos, s. principiū, mediū & finem à quadam tamen mobilitate, & vitæ carentia incipimus, & in mortē vbi est immobilis vitæ carentia, pgredimur, & in mortē vbi est immobilis vitæ carētia terminamus. *Vnus est n. omnibus introitus ad vitam, & similis exitus* Sap. 7. Sed quid? pro certo inter duos istos polos, & terminos est vnum medium valde mobile, s. transitus vitæ, qui in miserijs, & tribulationib. semper mouetur, & tam corporis molestijs, quā animæ tristitijs, tam mūdi laboribus, & miserijs, quā hostis malitijs & tentationib. continue agitatur. Militia inquit. Vnde Iob. 14. *Cunctis diebus quibus nūc milito* &c. Et ideo de laboribus huius vitæ dicitur, quod tātis malis hæc vita repleta est, vt in comparatione eius mors dicatur remedium. Et ideo Deus illam breuē fecit, vt molestiæ eius qui à prosperitate vinci nō poterant, ex breuitate temporis finirentur. Et si ad plenum vis videre labores, & miserias huius vitæ. vide auctoritatē Aug. de origine, vbi tractat illud I[illegible] 4. *Quanam est vita nostra* &c vbi dicit. *Vitam hanc dubiam, vita aruminosam hanc dolores exterminant, honores defuscant, & ara morbidant: [illegible] inflant ieiunia macerant, ioci soluunt, tristitia consumunt, sollicitudo [illegible] thetat, diuitia iactant, paupertas deijcit, iuuētus [illegible], senect[illegible] incuruat, infirmitas frangit, mæror deprimit, & post*

*hæc omnia mors interimit, quæ [illegible] cum [illegible] rit, esse non fuisse putetur* Hęc Aug. [illegible] quæ miser[illegible] nostræ, qui motus, qui fluctus vel [illegible] sunt isti, [illegible] vitæ no[illegible] ideo proprie comparatur mari, q̄ continue fluctuat, & m[illegible] & nūc accedit, & egreditur, nunc recedit, & deprimitur, [illegible] clarum, nūc obnubilatur, & quod infinitis periculis subi[illegible] Narra de periculis si vis, quæ sunt in mari & applica ad [illegible] huius, quia vita nostra mouetur tribul[illegible]onib[illegible] rigitur [illegible] bus, deprimitur terroribus, obnubilatur erroribus, & to[illegible] periculis. & tentationib Militia est ergo. [illegible] Ec[illegible] 2. d[illegible] *circo taduit me vitæ mea, videntē mala esse vniuer[illegible] sub sole, [illegible] ista vanitatē, & afflictionē spiritum.* Et bene dicit. Tęduit, quia si[illegible] do ambulanti, & nauiganti duo solēt accidere [illegible] m[illegible]one, & nausea in affectione, credit n. q[illegible] nauiga[illegible] [illegible]d[illegible] quiescet, cū ipse continue moueatur, & [illegible] nue stant, fugiant & moueantur Nause[illegible] faci[illegible] præ fastidio stomachi ad vomendū faciliter pro[illegible] nauigantī per mare huius mūdi seu vitæ, c[illegible] & h[illegible] quia videtur sibi q̄ ipse stat, & tamen currit, q[illegible] cipit quandu labitur vita sua, nec perpendit [illegible] dit: Semper n. sperat viuere, & nonquā videt [illegible] finere, cū tamen dicat Greg. moral [illegible] 4 *qu[illegible] mus, tot passib ad terminū itineris appropinquamus.* [illegible] tur sibi, q̄ currant, & quod defluant, & [illegible] ipsi magis quā ipse, nec deficiant nec tenet [illegible] est error vitæ nostræ, q̄ aliorū semper vi[illegible] opinamur, & credimus, nos vero d[illegible] victuros, [illegible] rituros existimamus, sicut ad literā patet de [illegible] succedere in vsficijs & beneficijs, qui al[illegible] se autē stabiles esse volunt, cū tamen sæpe fi[illegible] biles, & sēper viuant, isti vero semper [illegible] mo[illegible] fluant & recedant. Item isti sūt fatui, quia sicut d[illegible] *debet vitam approbare alijs, & mortem sibi,* hoc est di[illegible] debet existimare, q̄ alij diu viuant. de se vero quod m[illegible] to Et merito, quia sicut dicit idē Senec *Viuere nolunt qui n[illegible] ri, vita enim cum expectatione mortis data est.* In ista ergo nauig[illegible] est error. Sed adhuc dico, q̄ solet horror esse, quia nause[illegible] & displicentię nos solet ib. inuadere, in quantū pro miserij[illegible] ibidem videmus, vitā istam debemus contemnere, & od[illegible], & cū displicētiæ nauseā eijcere, & horrere, sicut dicit Iob 60. *T[illegible] animam meam vitæ mea* &c. Sic ergo patet, quod ista vita med[illegible] acri turbatione. Militia inquit est. ¶ Denīq; dico, q̄ ista termina- G tur cum futri depressione & tristi, quia, s. vita terminatur, & deprimitur per mortē, & hoc ostenditur cū dicitur. Super terram Mors n. intelligitur per terrā, pro eo, quod homo mortuus terra efficitur, & pro eo, quod terra est vltimus terminus ad quem cadendo venitur, quia res cadens peruenit necessario ad terram vbi sistit, nec procedit vlterius aut pertrāsit. Mors n. est vitę nostr terminus, ad quem dum descēdimus, vlterius nō transimus. Super terram inquit. Iuxta illud, *Aperta est terra & deglutiuit* &c. E[illegible] Amos 7. dicitur. *In terra polluta morieris.* Et ideo quærit in Ps. Dauid. *Quis est homo qui viuit, & non videbit mortē* quasi diceret, nullus. Et quare? pro certo quia *mors est terminus breuis & grauis.* Grauis dico, quia multis comitatur dolorib. Ps *Defecit in dolore vita mea.* Breuis etiam, quia paruis progressib. prorogat, quia vita nostra in quātū est in pręsenti, non est nisi temporis punctum qui dicitur nunc. Vnde Senec. *Nulla vita est nisi breuis, nam si ad naturam rerum respexeris, etiam illius fuit vita breuis, qui inscribi in monumento suo fecit, se nonaginta nouem annis vixisse* Sic igitur patet, quod vita nostra

Terminatur cum doloribus,
Mediatur cum laboribus,
Inchoatur cum fœtoribus.

Et sic bene dictum est, quod militia est vita hominis super terram. Patet ergo, quod est naturalis, quæ est cunctorum.

H ¶Secundu principaliter dico, quod est vita virtualis, quæ est vita bonorum, & ista est vita gratiæ, quæ consistit ex vnione animæ cum Deo. Sicut enim spiritus influit corpori vitam, & cum vita virtutes naturales & actus earum, & inde est, quod homo viuus potest loqui, operari, delectari &c. sic vere Deus animæ coniunctus per charitatem, sibi influit vitam & esse gratiæ, & virtutes cum operationibus dependentibus ab eisdem. Et inde est, quod homo qui viuit per gratiam, potest

Actus spirituales exequi per gratiam,
Loqui per confessionem,
Delectari per deuotionem,

Scon[illegible]

[illegible]

[illegible] gratiæ præuenie[illegible] & [illegible] omnia, [illegible] ad hoc, quod vitam [illegible] gratiam [illegible] & [illegible] Emite [illegible] est, [illegible] quod alienum [illegible]. Sic vere primo, & [illegible] homo, quod in se est debet facere, & quod suū est debe[illegible] bonam voluntatem, & promp[illegible] mentis, & [illegible] no est sic vitam gratiæ poterit acquirere, & mercari, [illegible] & habere. Emite loquit. E[illegible] loquitur Apo[illegible] *Suadeo tibi emere aurū probatum ignitum, vt locuples fias.* Sicut n. videmus, quod multiplex alteratio, & dispositio in corpore requiritur ad hoc, quod corpori vita infundatur, quia sic primo est [illegible]essariū, quod corpus organizetur, & informetur, & ad susceptionē vitalis animæ disponatur, sic vere ad infusionē vitę [illegible]ratię necessariū est dispositio voluntatis, & alteratio morū pręueniat, vt sic Deus vitā hanc influat & immittat. ¶ Ista autem dispositio habet fieri tribus modis, sc.

Culpam auferendo. Mentem offerendo, Deum inquirendo.

¶ Disponitur dico anima culpam auferendo. necesse est enim quod culpa primo exeat antequam vita gratiæ introeat. Et sic loquitur Ezech. 18. *Quare moriemini filij Israel? reuertimini, viuite,* quia sicut ibidem dicit[illegible], *Non vult Deus mortem peccatoru,* &c.

¶ Item disponitur mentem offerendo, quia homo debet mētem, & voluntatem, & se humilem, & deuotum, & hilarem Deo offerre, vt vitam gratiæ possit recipere & habere. Res n. non accipitur, nisi vas aper[illegible] teneatur. Obedientia enim mentem aperit & Deus vitam gratiæ influit, & infundit. Et ideo dicit apostolus Hebr. 12. *Obtemperabimus patri spirituum, & viuemus.*

¶ Item disponitur Deum inquirendo, quia sicut forma sine artifice no[illegible]citur, [illegible] nec gratia sine Deo infunditur. Quia sicut vita animalis à c[illegible]de, [illegible] boris procedit à radice, sic vita animæ à Deo prin[illegible]. Et ideo dicitur in Ps. *Quærite dominū, & viuet anima vestra.* Ista ta[illegible] sunt cōtra multos, qui ad recipiendū vitā non ita d[illegible], [illegible] d potius in peccat[illegible] obdu[illegible]ione, & malitia obdurātur, & id[illegible] viu[illegible]ficātur, sed sine vita gratiæ perpetue indurātur. In [illegible] aliquādo inueniuntur figuræ animalium, sicut testudinum vel serpentum. Natura n. inueniēs aliquā dispositione mat[illegible]æ, [illegible] inde animal producere, sed quia præualet frigiditas [illegible], ideo vita nō introducitur, sed sine vita dimitt[illegible]. Si[illegible] ve[illegible] naturā: Deus licet sit semper paratus v[illegible] gratię infundere [illegible] multo[illegible] inue[illegible]tos, & [illegible] indeuot[illegible] nimis cōgelatos, solet eos sine [illegible] gratiæ dimittere, & [illegible] tionē [illegible] lapid[illegible] pertrantur, iuxta illud Iob 7. *Desperaui,*



[illegible]

Non sic charissimi, [illegible] sed per mentis pr[illegible] [illegible] p[illegible], & p[illegible] quod [illegible] st exhibet[illegible], & tacite, & [illegible] Prou. 23 *Veritatem eme, & noli vendere sapientiā* [illegible] ga vitā gratiæ habendam attenditur præueni[illegible] inquit. ¶ Iterum attenditur virtus subueniens. N[illegible] cessaria. Multæ n. causę occurrūt quę s[illegible]nt nec[illegible] port influendam & habendā[illegible] [illegible] tes sicut Deus, sol, & anima, v[illegible] [illegible] aliæ sunt causæ materiales, sicut virtu[illegible] [illegible] quædam formales, sicut intrinsecæ [illegible] vit[illegible]æ. [illegible] quædā finales, sicut illę propter quas fit vita. Si[illegible] do ad habendā vitā gratiæ multę causæ [illegible] naturales [illegible] nam si vna virtus deficit, tota virtus & [illegible] fecit, iuxta illud Iac. 2. *Ille qui deliquerit in vno, factus* [illegible] mo necessariū est, quod quęlibet virtus aliquid de[illegible] ad hoc, quod vitā gratię habeat, sicut astrologi de vita [illegible] cunt. quod necesse est, quod quilibet planeta antequam [illegible] sit esse viuax, influat ibi per vnum mensem, & [illegible] mente potest viuere & in lucem exire, pro eo, quod [illegible] pla-netæ per ordinem influxerunt. Sic vere necesse est, quod in nobis septem, id est, vniuersitas virtutu[illegible] & influat, ad hoc, quod vitam gratiæ nobis [illegible]onet. Nobis [illegible] necessaria.

¶ In quibus charissimi, sub diuide[illegible] auct[illegible], possumus videre, quod decem sunt necessaria ad v[illegible] p[illegible]fectam, & moralē habendam, & loquitur E[illegible] 9. vbi [illegible], *quod initium necessitatis vitæ hominum aqua, ignis, ferrum, sal, & lac, panis siliginem, & mel, & botrus vua, & oleum, & vestimentum.* In quibus sunt M

- Humor compunctionis (Aqua,)
- Feru[illegible] d[illegible]ectionis [illegible] Ig[illegible],)
- Rigor [illegible]rectionis. [illegible]um,)
- Splendor di[illegible]ectionis (Sal,)
- Cando[illegible] affectionis. [illegible]c,)
- Sapor [illegible]ectionis [illegible] Pa[illegible]s,)
- Dulcor deuotionis. (Mel,)
- Dolor [illegible]on[illegible]passionis [illegible] Botrus vua,)
- [illegible]iquor miserationis, [illegible] Oleum

[illegible]

O [illegible] ... *Iusti autem in perpetuum viuent* [illegible] ... gelletur. Tempestas n. tribul[illegible] ... affectionis calor interiorem [illegible] ... ad mundana exire, imo ipsi [illegible] ... & sic vita gratiæ in radice [illegible] *ambulauero in medio tribulationis viuifi[cabis me]* [illegible] um apibus oleo mortificatis, sole [illegible], & a [illegible] iustitiæ executio solent [illegible] [illegible] reuocare, iuxta illud Matth. 7. *Arcta est via quæ ducit ad vitam.* [illegible] inquit, quod durum est, & [illegible] si [illegible] dicatur illud Senec. in epistolis, *quod vita humana est quasi ferrum, quod si exerceas, conteritur si non exerceas, rubigine consumitur.* Vide [illegible] [illegible] in alijs facienda dicitur Prou. 16. *Initium viæ bonæ facere iustitiam.* Habeat ergo correctionis rigorem.

P ¶ Item necessarium est vt habeat discretionis splendorem, & hoc ostenditur cum dicitur Sal. Communiter n. homo viuere nō potest sine discretione salis. Sal n. condimentum, & temperamentum sapientiæ, & moderamen tum designat. Et ideo pueto tā vitam naturalem quam spiritualem intranti, quando baptizatur, sal in ore ponitur, ad denotandū, quod tota vita ipsius sale prudentiæ [illegible] latur Mar. 9. *Habete in vobis sal,* quia sicut dicit Sapiens. *Sapientiā filijs suis inspirat.* Vnde ipsa dicit Pro. 8. *Qui me inuenerit, inueniet vitam,* [illegible] hauriet salutem à domino. Vnde Senec. *Quaris,* inquit, *amplū [illegible] spatium [illegible], ad sapientiam viuere.* Ista est enim lux spiritualis, sine qua est impossibile quod viuamus Io. 1. *Vita erat lux hominum.* Habeat igitur qui spiritualiter vult viuere, discretionis

Q splendorem. ¶ Item habeat affectionis candorem. Lac inquit, quis necesse est, quod sit lacteus, & candidus per castitatem exterius in corpore, & per innocentiæ claritatem, & puritatem interius in affectione, & in mente. Lac n. quod est candidū, & dulce, candorem & puritatem continuæ innocentiæ significat, sine quo quidē lacte nequaq[uam vi]ta gratiæ perseuerat, sicut nec puer viueret si in princip[io] [illegible] non haberet. Et sic dicitur Esai. 45. *Venite & emite a[bsque] argento [illegible] lac.* Et sequitur. *Audite & viuet*

R *anima vestra.* ¶ Item habeat [illegible] [affe]ctionis. P[illegible] quod. Si ut enim panis [illegible] c[on]tinuat corp[or]ale [illegible]

S b[illegible] spi[ritu]alis, & [illegible] is Christi v[illegible] [illegible] ¶ [illegible] q[uo]d habeat deuot[ion]is [illegible] d[illegible] M[illegible] l. M[illegible] quod est [illegible] sicu[t] [illegible] spi[illegible] [illegible] & [illegible] deu [illegible] da[illegible] [illegible] de[illegible] [illegible] *[illegible] de melle [illegible] & [illegible]* [illegible] do eius multis

[illegible] ... *[illegible] reparat [illegible]* ... *vitas* [illegible] quotem [illegible] ad vitam [illegible] sunt [illegible] homo [illegible] ad amor[illegible] ... *Cibaria domus [illegible] necessaria [illegible]* ... quod [illegible] tana [illegible] qu[illegible] ¶ R[illegible] dico, qu[illegible] [illegible] iste fructus [illegible] æterna, quæ [illegible] qantur [illegible] [illegible] dicitur p[illegible] N[illegible] [illegible] quæ [illegible] alia vita hæc mortalis [illegible] deficere, sed ista non, quia sicut dicitur Sap. *Iusti autē in perpetuū uiuent* &c. [illegible] inquit viuere [illegible] loquitur quia sola optāda, sicut faciebat Dauid in Ps. 1[illegible] *Portio mea in terra uiuentium.* Sed de ista vita vide infra. Patet ergo [illegible] tā virtuosam attēdimus fructus [illegible] & prouen[ire], quod secundū principale. ¶ Tertio pri[nci]paliter dico, quod est [vi]ta æternalis, quæ est vita sanctorū [illegible] proculdubio est illa qua angeli, & beati cū Deo possidet, quę æterna dicitur, pro [illegible] mortem naturæ, pœnæ, & culpæ de cætero nunqu[am] [illegible] ut n. in natura rerū sunt multa quæ vitam habent qua[si] æte[rnam] sicut est palma inter arbores, elephas inter bestias, phœ[nix inter] aues, quia istæ sunt res diutissime viuētes, & cæteris rebus [illegible] tibus permanētes, sic vere charissimi sunt illi beati, qui pe[rpetu]e viuunt, & nūquam amplius desistunt aut deficiunt. Ca[usa] [illegible] quare res elementares corrūpuntur, est imperfectio suæ [form]æ, quę nō potest replere omnes materię appetitus, & [illegible] res cœlestes sunt perpetuę, pro eo quod for[m]a suæ [illegible] niæ naturæ. Et quia beati pro forma beatifi[illegible] [illegible] Deu, qui est perfectissimus, & qui omnes appe[ti]tus eorū cum [illegible] at atq; replet, ideo necesse est, quod vitā ætern[am ha]beant, & nūquam deficiant, sed quod perpetuæ semper viuant, du ipse saluator dicit Ioan. 10. *Oues meæ vocem meam* &c. N[illegible] quia sicut fons [illegible] uus, & æternus perpetuos riuulos e[mi]ttit, sic Deus qui est fons vitæ, riuos perpetuæ vitæ in beatos di[ff]undit. Vnde 1. Ioan. *[Qui] habet filium Dei, habet vitam æternam.* Et [de] hoc dicebat Dauid in [Ps.] *Domine apud te fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen.* ¶ [illegible] ter a[illegible] quo[d] ista vit[a] principaliter habet quatu[o]r, [scilicet]

Dig[nitatem] [h]onoris, & prælationis. A[illegible]

Volup[tate]m dulcoris, & [illegible]. [illegible]

Fir[mitatem] [v]igoris, & durationis. Vitæ,

Claritat[em] decoris, [& s]plendoris. Lum[inis].

Habet er[go] [illegible] vita h[onorem], & prælationem, & h[o]c [o]stenditur [illegible] dicitur A[illegible] E[illegible] aute[m] honor in ista vita [illegible] terris, quod [illegible] a[illegible], & [illegible] p[illegible] cō [illegible] tur, sed mu[illegible] bea[illegible], qui manent per[illegible] apud

[illegible] apud Deum [illegible] *Apud Deum* [illegible] *Apud Deum* [illegible] *Apud Deum omnium meum* [illegible] Et apud [illegible] dicitur. Ettens De [illegible] clamatur. In quo quidem [illegible]

Memoria [illegible]
[illegible]
[illegible]

E[illegible] *erum desiderat ad fontes aquarum* [illegible] sicut Da[illegible] bat, & [illegible] *sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum.* Et hec [illegible] & [illegible] Apo. 22. [illegible] *& bibat, & qui vult accipiat de fonte aqua, vita gratis.* De[illegible] dat omnib. [illegible] Apo. 21. *sitienti dabo de fonte vita gratis.* Et tamẽ iste pincerna qui aqua[illegible] est suauissimus, ita quod [illegible] dicitur in scriptura, eo [illegible] Ap[illegible] *Agnus qui est in medio throni, re*[illegible] aquã diu cœlo diligere, & de [illegible] inuenerit, ad amara aq[illegible] charissimi [illegible] qui saliendo dicitur, pro eo quod volens vltra & contra impetum aquæ salire, inclusus mo[illegible] & locis strictis, vbi libere non potest cõtra impetum aquæ curr[illegible]re, & transire, solet caudã in aure ponere, & vltra fortiter prosilire, ita quod quandoq; inuentus mortuus est, & palis causarũ acutis[illegible] intraus, significat sanctos, qui cõtra impetũ fluxus mundi fortiter cucurrerunt, in quantũ per vitam contrariam se contra mundi vitia erexerunt, & loca stricta vbi sportulæ tendebantur, i. e. dignitates & officia vbi diabolus sportulã tentationũ eis parabat, tanto contẽptu & impetu transilierunt, quod sæpe se morti exposuerunt, & tyrannorũ gladijs perierunt 1. Reg. 22. *in Deo meo transiliam murum.* Isti ergo salmones postquã fontem vitę, i. dulce refrigerium paradisi degustauerũt per deuotionem, statim pro certo amaram aquã mundi, & prosperitatem sæculi dimiserunt, & horruerunt per contemptum & abominationem, nec amplius cessauerunt currere per bonã operationem, quousq; venerunt ad fontem vitæ paradisi, & ad æternæ voluptatis refectionẽ. Et ideo dicit Christus Io. 4. *Aquã quam ego dabo, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternã.* Habet ergo vita ista dulcorem, & refectionẽ. Fons inquit. Itẽ dico, quod ista vita habet vigorem, & durationem, quia, sc. nunquam amplius deficit, imo perpetuo durat, quod ostenditur cũ dicitur, Vitæ, quod etymologizatur, quasi vim tenens vel quasi virtuosa vel tenax, quia vita ista virtuosa est, & tenens, & nunquã lubricosa vel fugax. Ista n. beatos videtur quodammodo perpetuo [illegible]uere, in quantũ etiam si vellent, nõ permitteret eos mori, de[illegible] vel perire. Nec mirũ si illi in perpetuũ viuunt, qui sunt in gloria, quia in Hibernia dicitur esse quædã insula vbi null[us] moritur q[uantum]cunq; angustia. O quã virtuosus est ille locus, & ille fructus qui habitatus, & degustatus tribuit æternè viuere. Iste est enim de quo Christus dicit Io. 6. *Qui manducat panẽ hunc, viuet in æternũ.* Et merit[o], quia sicut dicitur Rom. 6. *Gratia Dei vita æterna.*

¶ Circa hoc notandũ, quod sicut scriptura videtur supponere, quatuor sunt virtutes quę istã vitam principaliter procurant, sc.

Eleemosynæ distributio, Sapientiæ inquisitio,
Mandatorum adimpletio, Terrenorum detestatio.

¶ Eleemosyna à morte liberat, & ipsa purgat peccata, & facit inuenire vitã ęternam, & hoc est de primo *quando dicit eleemosyna distributio*, & hoc dicitur Tob. 4. Item mandatorũ adimpletio. Vnde Lu. 10. *Domine quid faciendo vitam æternam possidebo?* Cui respondit dominus *Si vis ad vita ingredi, serua mandata.* Itẽ sapientię inquisitio. Vnde de sapientia dicitur Ec[cl]. 24. *Qui elucidat me, vitã æternam* &c. Itẽ terrenorũ detestatio. Vnde Mat. 19. dicitur *quod*

*omnis qui reliquerit patrem* [illegible] At sup[illegible] *ergo* [illegible] vitam [illegible] & [illegible] lumen & [illegible] *Qui sequitur me, non ambulat in te*[nebris] [illegible] *Haec est vita æterna* [illegible] P[illegible] D[illegible] [illegible]

[illegible] vita ergo mal[illegible] [illegible] breuiter, quod est Vita

Præsumptuosa,
Tumultuosa,
Fastidiosa,
[illegible]
Opprobriosa,
[illegible],
Defectuosa,
Malitiosa,
Periculosa.

¶ Est dico vita præsumptuosa [illegible] *enim reprehendit me cor meum in omni vita mea.* [illegible] tuosa, quia semper isti faciunt aliquas brigas, tumult[us] [illegible] Psalm. *Inimici multiplicati sunt super me.* Sequitur *Moab &* [illegible] *rent, Gabal & Ammon, & Amalech, &c.* [illegible] eere illud Sap. 5. *Vitam illorum æstimabamus insaniam, &* [illegible] *rum sine honore.* Item est vita fastidiosa. Ma[illegible] & abhorrent omne bonum Iob 3. *Abominabilis* [illegible] *& cibum desiderabilis.* Item est vi[illegible] Ma[illegible] borant ad se damnandum, quam iusti ad [illegible] *Defecit in dolore vita mea, &c.* Item est vita opp[illegible] sunt in opprobrium Deo & angelis, & [illegible] Ps. *conculcet in terra vitam meam, &c.* Item est vita penuriosa [illegible] re, imo semper habent penuriam in corde, & [illegible]. Vnde ipsi possunt dicere illud Tob. 4. *Pauperem vitam gerimus.* Itẽ est ista vita defectuosa. Vnde Senec. in epist. [illegible]3. *Quidam autem, viuere defecerunt, antequam inciperent.* Item est vita [illegible] Eccl. 6. *Filij hominum replentur malitia, & contemptu in vita sua.* Item est vita periculosa, & istam sequitur finaliter pe[illegible] mortis Ps. *Descendunt in infernum viuentes.* Ista est ergo vita mal[illegible], quæ non est vita proprie, sed potius mors dicenda. Vnde Senec. de illo, qui diu male vixit dixit. *Nunquam vixit iste, sed in vita moratus est, nec sero mortuus, sed diu.* Multa possunt dici de vitijs huius vitæ sc. quomodo ibi abundant dolor, labor & tumor, inund[illegible] lactu, auaritia, superbia, & sic de alijs, sed omitto quia [illegible] particularibus titulis est tractatum. Hoc igitur de quadruplici vita sufficit, sc.

Naturali,
Virtuali,
Supernali,
Mundiali,

¶ Aduerte tamen h[illegible], quo[d] istud verbũ [illegible] significat in scriptura d[illegible] aliq[illegible] do affirmationẽ. Significat n. affirmationẽ q[illegible] iuramento. Antiq[illegible] affirmationem iurame[illegible] per vitã ipsius Dei [illegible] Dominus, q[illegible] dicere, qu[illegible], sicut verum est, quod [illegible] illud quod dicitur. [illegible] iuram[illegible]

[illegible]

[illegible]

A **Vltio. Vlcisci.** [illegible] dicendum d[illegible]e. [illegible] quod [illegible] est vltio, scil.

Vltio { De[illegible]eranda, Vituperanda, Consideranda.

Prima est vltio zeli iustitiæ,
Secunda est vl[illegible]o d[illegible] iræ nequitiæ,
Tertia est vltio Dei potentiæ.

¶ Est ergo vltio quæ debet [illegible], & ista est vltio iustitiæ qua boni & iusti secundum iud[illegible]um iustitiæ vlciscuntur malos propter [illegible] satisfa[illegible]ar, & sic præceptum est Moysi Num. 31. *Vlciscere Israel de Madianitis.*

¶ Item est vltio, quæ debet detestari, & ista est vltio tyrannorum, qui non secund[illegible] iustitiam sed iracundiam, & sæuitia malos vlciscuntur, propter qu[illegible] iram & vltionem promerentur. Vnde Eze. 25. *Tempus vltionis est domino*, pro eo, quod fecit vltionem in Idumæa vt se [illegible] indicaret de filiis Iuda. Contra illud Leu. 19. *Non quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum.*

¶ Item est vltio quædam quæ debet formidari, & ista est vltio diuinæ punitionis, quam temporaliter etiam Deus effundit, & quam præcipue in die iudicij publice declarabit, de qua Deut. 32. *Reddam vltionem hostibus meis*, &c. Vide quasi in omnibus locis in quibus de vltione fit mentio, quia vt communiter semper agit de ista vltima vltione E[illegible] 35. *Ecce Dominus Deus noster vltionem adducit.* Vide supra de Vindicta, vbi tractaui magis plene.

A **Vltimus. Vltra. Vlterior.** Vide vbi posterior, & nouissimus Nota, quod vltra significat quandam superabundantiam aut superexcellentiã loci, numeri, rei vel temporis, quę quandoque sumitur negatiue, quandoq; etiã ponitur positiue, & quandoq; in bonu, & quandoq; in malo. Nota ergo, quod inuenio

Vltra, quod est { Admirandum, Frequentandum, Detestandum, F[illegible]midandum, Affectandum.

B ¶ Pri[illegible]um est vltra diuinæ conditionis. Deus enim est magnus vl[illegible] quam credi potest. [illegible]antumcu[illegible], enim humanus intellectus [illegible] po[illegible] sound[illegible] cogn[illegible]cen[illegible]o, semper tamen inue[illegible] vltra Infinitus e[illegible]st, & ideo n[illegible] habet numerum [illegible] *[illegible] in æternum & vltra.* [illegible] 43 vidět, quu[illegible] alta dixerat, dixit sic. *In [illegible] modum [illegible] meam.*

C ¶ [illegible]cunda [illegible] ap[illegible] suc[illegible] st, quam[illegible] [illegible] bo[illegible] [illegible] cendere. N[illegible] [illegible] gat uæ [illegible]

[illegible] *Non dicere [illegible] erat.* [illegible] *Non dabo* [illegible] 24. *Aegyptios quos nunc videtis nequaquam [illegible]* [illegible] Item non videbunt vl[illegible] *Absterget Deus omnem lachrymam ab oculis [illegible] eorum* [illegible] quomodo v[illegible] & [illegible] compulsus, & trans[illegible] cendere [illegible]

**Vltro.** Nota, quod [illegible] idem, [illegible] quod voluntarie sponte. Nota [illegible], quod [illegible] uenitur

Vltro { Voluntariæ subiectionis, Liberæ collationis, Carnalitatis infectionis, Præsumptuosæ ambitionis, Fructuosæ operationis, Liberalis saluationis.

¶ Est dico vltro voluntariæ subiectionis, & sic dico, quod [illegible] voluntariæ se Deo & prælato subijciunt, & eis seruiunt [illegible] obediunt, de quibus 1. Esdr. 3. *Vltro offerebatur munus domino* [illegible] est vltro liberalis collationis. Sponte enim & non coactæ liberalitas facienda. Vnde de Salomone dicitur 3. Reg. 1[illegible] *quod ipse vltro multa obtulit Reginæ Saba munere regio.* Item est vo[illegible] carnalis infectionis. Luxoria enim vitium est, quod vl[illegible] tionis magistro indigere non dignoscitur. Teste enim Se[illegible] *virtutes magistro indigent, vitia per se discuntur.* Vnde *Saul vocauit Ionathan* 1 Reg. 20. *filiũ mulieris vltro virum sapientis* Ite[illegible] est vltro auaræ ambitionis. Ambitiosi etiam vltro se ingerunt non vocati. Vnde 2. Mach. 6. *Mulieres se vltro ingerebant [illegible] templũ.* Item est vltro fructuosæ operationis, quia iusti bona opera faciũt voluntarie per seipsos. Vnde Mar. 4. *Vltro enim terra fructificabat.* Item est vltro æternæ saluationis, quia Deus nobis vltro & liberaliter aperit Paradisum. Vnde Act. 12. *[illegible]enerunt ad portam ferream, quæ ducit ad ciuitatem, quæ vltro aperta est eis*, & [illegible] sufficit.

A **Vlulare. Vlulatus.** Nota, quod vlu[illegible] ud est quã plãctus [illegible] eductus vel factus, [illegible] sonus clam[illegible]sus, [illegible] Notab[illegible] gitur, quod inue[illegible] scriptura quatuor genera vlulatuu, s.

Bo[illegible]orum & per[illegible]torum,
M[illegible]orum & peruer[illegible]orum,
M[illegible]torum & depre[illegible]o,
D[illegible]rat[illegible]

B ¶ D[illegible] ergo p[illegible] inuenitur vl[illegible]atus bonus & virtuosus

Boni

Boni enim in miseria huius mundi non lætantur, sed potius vlulant & tribulantur. Canis enim qui est animal fidelissimum, ex tribus causis videtur & solet vlulare, scil. quando suum perdit dominum, & maxime quando videt ipsum mortuum vel occisum, sicut multoties expertum est. Secundo, quando videt se ab hominum præsentia solum aliquo loco inclusum. Tertio, quando antiquus est, & sentit se ad mortis terminum appropinquare. Quarto, quando videt sibi mortem instare. Sic vere iustus quando videt Christum dominum suum mortuum, & quando cogitat in ipsius passionem, item quando se sentit inclusum in carcere carnis corporis, & in mundi incolatus desolationem, item quando videt se antiquatum fuisse in vitijs & culparum infectione, & quarto quando videt sibi paratam mortem inferni propter peccati commissionem, tunc tristis vlulat, plangit & plorat. Et sic dico, quod iusti habent Vlulatum

Compassionis,
Compunctionis,
Desolationis,
Conturbationis.

Item isti vlulant propter mortis Christi compassionem. Et sic potest dici illud Ioel 1. *Flete & vlulate omnes qui bibitis vinum in dulcedine.* Vinum enim sanguinis Christi quod fideles per deuotionis dulcorem bibunt, per Christi mortis compassionem super ipso vlulant atq; plangunt. Vnde ibidem. *Vlulauerunt vinitores super frumento, vino & hordeo quia perijt*, hoc est dictum, super Christo mortuo, qui dicitur

Frumentum quantum ad carnem,
Vinum quantum ad sanguinem,
Hordeum tectum palea quantum ad animam.

¶ Item isti vlulant propter culparum compunctionem pro sua spirituali antiquatione, & sic dicitur illud Esa. 65. *Clamabitis propter dolorem cordis, & propter contritionem spiritus vlulabitis.* Vnde Mich. 1. *Super hoc plangam & vlulabo, vadam spoliatus & nudus.* Vide canis in tabula. Et Hier. 3. *Vox in Rama audita est, ploratus & vlulatus*, &c. Item isti vlulant pro præsentis incolatus prolongatione, & præsentis carceris desolatione. Et sic potest dici illud Ioan. 1. *Confusum est gaudium filijs hominum, accingite vos & plangite sacerdotes, vlulate ministri altaris.* Item isti vlulant præ mortis æternæ timore & turbatione, & sic sumitur Ezech. 33. vbi dicitur. *Vlulate. Va, va diei, quia iuxta est dies.* Et Esa. 23. *Vlulate naues maris, quia deuastata est fortitudo vestra*, quasi diceret, debent boni vlulare quando væ, id est, vastitatem æternæ mortis sibi metuunt imminere. Iste est ergo vlulatus bonus & virtuosus.

C ¶ Secundo dico, quod est vlulatus malus & vitiosus. Aliquæ enim sunt aues tam palustres quam nocturnæ, quæ pro cantu reddunt horribilem vlulatum, sicut de vlulis & bubonibus & onocrotalis, & noctuis quotidie experimur. Sic vere charissimi, mali homines non solent sonum dulcem bonorum verborum emittere, sed pro cantu laudis confessionis instructionis & orationis solent per mala verba quotidie vlulare. Vnde nota, quod mali vlulant & clamant

Inaniter gaudendo,
Mordaciter rodendo,
Loquaciter deridendo,
Iactanter superbiendo.

Vlulant dico per inanem exultationem. Vnde de filijs Israel gaudentibus & laudantibus dictum est Exod. 32. *Vlulatus pugnæ auditur in castris.* Sequitur. *Vocem cantantium ego audio.* Itẽ vlulant per mordacem detractionem. Detractor enim non cessat vlulare, & verba detractoria seminare. Vnde Esa. 13. dicitur, *quod respondebunt ibi vlulæ in ædibus suis*, sc. destructæ Babylonis, & Sirenæ in delubris voluptatis. Vlulæ enim sunt detractores, qui vlulando cum tristitia loquuntur. Sirenæ vero sunt adulatores, qui vultu fœmineo blandiuntur, qui tamen simul hodie Babylone destructa, id est, confusa Ecclesia morantur. Item vlulant per loquacem derisionem. Vox enim vlularum & noctuarum videtur vox derisoria, quia quando aliquis deridetur, illi libenter dicitur vel clamatur, hu, hu, quia derisores non cessant aliorum facta horrere & contemnere, & de ipsis iaculari & vlulare, ita quod eis potest dici illud Hier. 46. *Vlulatus tuus impleuit terram.* Item vlulant per iactantiam & elationem. Vnde Esa. 16. *Audiuimus superbiã Moab superbus est valde* &c. Sequitur: *Ideirco vlulabit Moab.* Sic patet, quod inuenitur vlulatus malus & vitiosus.

D ¶ Tertio inuenitur vlulatus pius & dulcorosus, & iste est vlulatus pauperum & depressorũ, qui in tribulationibus plangere & vlulare coguntur, tam pro suis, quam pro miserijs alienis. Vnde de Ezech. 21. *Plange & vlula fili hominis.* Et Hier. 51. *Cecidit Babylon, & contrita est, vlulate super eam.*

¶ Quarto dico, quod est vlulatus tristis & dolorosus, & i[illegible] est vlulatus damnatorum, quia sc. sicut lupus [illegible] pedica, præ desperatione vlulare incipit: sic damnati, sc. cap[illegible] inferno solent vlulatum desperationis emittere Iac. 5. *Plorate & vlulate in miserijs vestris.* Ista igitur de vlulatu sufficiant. Vide de Lugere, Flere, Plorare, Lamentari. B

# Vmbra.

Nota, quod vmbra nihil aliud est, quam fluxus quidam tenebrosus. Vmbra n. & tenebræ differunt, quia vmbra requirit luminis præsentiã super aliquod [illegible] spaciũ cadentẽ. Tenebra vero dicit totalem luminis carentiam aerem penitus occupantem. Notandum igitur, quod vmbra quantum ad [illegible] similitudinariam apparentiam, & quantum ad suam virtute & efficaciã multa signat in scriptura. Notabo igitur, quod inuenio A

Vmbram
Humanæ conditionis,
Mundanæ possessionis,
Diuinæ protectionis,
Supernæ absconsionis,
Internæ deuotionis,
Æternæ saluationis,
Peruersæ conuersationis,
Peccati corruptionis,
Obscuræ damnationis.

¶ Dico ergo primo, quod vmbra signat humanã conditionem, quia humana vita vmbra dicitur, & vmbræ proprie comparatur. Vmbra n. nõ est corpus sed corporũ similitudo, & [illegible] nihil habet de stabilitate, multum autem de mobilitate. Semper n. solet vmbra quæ à sole causatur vel à luna, currere & fugere [illegible] crescendo aut decrescendo fluere, & nunquã per vnũ momentum constare, posset tamen in eodẽ statu modicũ sistere vel manere, quamdiu corpus cuius vmbra est, contingit superesse, quo amoto statim solet deficere & cessare, & quia motũ lunæ & [illegible] sequitur, ideo transit continue & mouetur. Sic vere charissimi humana vita mobilis est & nõ stabilis, fugax & nõ tenax, trãsiens & nõ manens, & ex quo incipit, nõ cessat currere amplius & secundũ motũ solis & lunæ, i. secundũ ordinatione Dei de ætate ad ætatẽ, de statu ad statũ cõtinuo pertransire, quousq; a[illegible] corpore per mortẽ contingat ipsum penitus deperire. Et ideo conditionẽ suã mortalẽ cogitans Dauid dicebat. *Sicut vmbra declinans ablatus sum*, &c. Et ideo quod vmbræ vita humana [illegible] tur, bene patet Esa. 38. *vbi Ezechias Rex Iuda postquam audisset quod esset in proximo moriturus, & quindecim annorũ dilationem impetrasset, [illegible] dictæ prolongationis, vmbram horologij accepisse legitur.* Ad denotandũ, quod vita humana vmbra est, & sicut vmbra fugit & perit & vagatur Ps. *Homo vanitati similis factus est*, &c. Ista est enim vmbra, non corpus nec res firma, sed solũ similitudo corporũ & valde vana, quod patet, quia qui vmbram apprehendere quærit, cum ipsam apprehendere crediderit, nil tenebit. Quia ista nõ est vere vita, sed similitudo vitæ, quæ, sc. vbi haberi creditur, subito per mortẽ fugere & euanescere etiã reperitur Ps. 101. *Dies mei sicut vmbra declinauerũt, &c.* Et idem Dauid 1. Pa. 29. dicebat de vitæ vanitate. *Peregrini & aduenæ sumus corã te, dies nostri sicut vmbra super terrã, & nulla est mora.* Signat ergo vmbra humanã conditionem.

¶ Secundo dico, quod significat mundanam possessionem. Mundi enim prosperitas vmbra dicitur, eo quod nulla firmiter fulcitur, sed faciliter perit & deficit, defluit & cassatur. Quia breuiter omnia mundi bona vmbra sunt, & sicut vmbra transeunt & recedunt Sap. 5. *Quid nobis profuit superbia aut diuitiarum iactantia? transierunt omnia sicut vmbra*, &c. Vmbra enim habet multas proprietates, quia, scil. ipsa est C

Caloris solis repressiua,
Luminis obscuratiua,
Maturitatis fructuum retardatiua,
Melancholiæ generatiua, & nutritiua,
Serpentum & colubrorum amica & nutritiua.

¶ Sic vere vmbra mundanæ prosperitatis reprimit colorẽ charitatis, obscurat splendorẽ veritatis, retardat maturitatẽ honestatis, generat mœrorẽ tristitiæ & sanctitatis, nutrit & sustẽtat serpentes & colubros, i. communitatẽ omnis malignæ societatis. Quia sicut videmus, illi qui sunt in vmbra prosperitatis, carẽt feruore dilectionis. Et sic dicitur, quod *Ionas fecit sibi vmbraculum propter æstum* Ionæ 4. sic carent splendore cognitionis qui [illegible] tũ ad illa quæ pertinent ad salutẽ, sunt [illegible] obscuris. Vnd

*Obscurent eum tenebræ & vmbra mortis, & loquitur de die prosperitatis.* Item carent maturitate honestę cõuersationis, quia illi qui gaudent in vmbra prosperitatis sunt insolentes & leues. Vnde Eze. 17. *Vniuersum volatile sub vmbra frondium eius nidificabat.* Item isti habent melancholiam timoris & turbationis. Teste enim Se *Quantum accepimus ad successum, tantum accepimus ad metũ.* Vmbra enim prosperitatis habet timores varios admixtos. Vnde in Ps. dicitur. *Humiliasti nos in loco, &c.* Item isti habent colubros & serpentes, i. homines omnis peruersæ conditionis. Quia sæpe fit hodie, quod illi qui sunt amplius peruersi & serpentes, sunt in vmbra prosperitatis maiores scabini & diuites. Vnde de Behemoth dicitur Iob 40. *quod in vmbra dormit, in secreto calami, in locis humentibus.* Et sic dico, quod vmbra significat mundanam possessionẽ. Et si vis pone quomodo ista vmbra fugientes insequitur, & insequentes fugit, & quomodo illos qui vertunt sibi faciem solet fugere, ad illos vero, qui vertunt sibi dorsum solet currere. Quia vmbra prosperitatis mundanæ si eam per affectu aspexeris, & te per amorem ad eam conuerteris, ipsamq; ambiendo & procurando secutus fueris, solet fugere, quia vix tales possunt ad ea, quæ cupiunt attingere. Vnde Iob 13. dicitur. *Ista quasi flos egreditur & cõteritur, & fugit velut vmbra.* Ad illos vero qui ipsam fugiunt & contemnunt, & qui dorsum cõtemptus & displicentiæ sibi vertunt, & solet accedere & venire sicut de Iona legitur Ionæ 4. *Super cuius caput ex insperato orta est hedera faciens sibi vmbrã.* Et ista quotidie videmus de multis qui toto tempore vitæ suæ ambiunt promotiones, nec eas attingũt, & de multis qui promotiones contemnunt, & contra spẽ ad eas veniunt, & accedunt, quia secundum Greg. *Ad dignitates ambientes depelli debent, ipsas fugientes inuiti compelli.* Et si vis potest adhuc poni, quod illi qui faciẽ cordis ad solẽ iustitię vertunt per affectionem, sc. boni & iusti, vmbram & eminentiam sui status & statum mundanæ gloriæ retroponunt. Et econtra qui istã vmbram habent præ oculis, solem iustitiæ proculdubio cõtemnunt, & ab eius aspectu necessario se diuertunt. Breuiter igitur hoc est verum, quod ista vmbra multa mala facit, & multa vitia introducit. Vnde Sap. 15. *Sic in errorem induxit nos malæ artis cogitatio & vmbra picturæ.* Multa possunt dici de vmbra prosperitatis, quæ supra in multis titulis sunt inserta. Patet ergo, ꝙ vmbra signat mundanã possessionẽ.

D ¶ Tertio dico, quod significat diuinam protectionem. Deus enim dicitur habere vmbram, id est, potentiam & virtutem. Vmbra enim ex corpore resultat, & vltra corpus se extendit, & sæpe accidit, quod vmbra videtur, dato quod corpus minime videatur. Sic Deus vmbram suæ gratiæ & potentiæ longe lateq; diffundit, & quamuis persona non appareat, vmbra tamen & resultatio suæ potentiæ & bonitatis & clementiæ omnibus innotescit Sub ista vmbra petebat reponi Dauid, & à tribulationibus & tentationibus protegi, & tueri Psal. 16. *Sub vmbra alarum tuarum protege me, &c.* Et alibi. *In vmbra alarum tuarũ sperabo.*

E ¶ Quarto significat supernam absconsionem & diuinam incarnationẽ. Caro enim & humanitas vt supra dictũ est, vmbra sunt, in qua Deus fuit absconditus, quando fuit in ventre matris incarnatus, & ideo eius incarnatio obumbratio dicitur sicut etiam angelus testatur Luc. 1. *Spiritus sanctus superueniet in te & virtus altissimi obumbrabit tibi, &c.* Vt sic de Deo patre dicat ipse Christus illud Es. 49. *Dominus ab vtero vocauit me* Sequitur. *Sub vmbra manus suæ abscondit me, &c.* Iob 27. *Quasi custos fecit vmbraculum.*

F ¶ Quinto dico, quod significat internam gratiam & deuotionem. Vmbra enim refrigerat fatigatos. Sic Deus & gratia iuuat & temperat in tentationibus calefactos. *In cuius signum Helias in vmbra iuniperi dicitur obdormisse, & se ibi præ laboribus & feruoribus recreasse* 3. Re. 19. Vnde de gratia diuina & de deuotione potest dici illud Es. 32 *quod ipsi sunt sicut riui aquarum in siti & sicut vmbra, &c.*

G ¶ Sexto dico, quod vmbra æternam saluationem, quia gloria Paradisi dicitur vmbra, pro eo quod ibi delectatio & refrigerium inuenitur. Vnde de anima beata potest dici illud Cant. 2. *Sub vmbra illius quem desideraueram sedi, & fructus eius dulcis, &c.*

H ¶ Septimo dico, quod signat inanem conuersationẽ, sc. vitam & conditionem hypocritæ & cuiuslibet peccatoris, qui nõ sunt res, sed vmbræ, in quantum sunt ficti & non veri, sicut ad literã patet de hypocritis falsis amicis & adulatoribus. Nã sicut vmbra se solet conformare corpori cuius est vmbra, ita quod eo mouente mouetur, & eo sistente sistitur, sic adulator alijs pro viribus se conformat, & ad eorũ conditiones se variat atq; mutat Vmbra enim nullam habet existentiam sed solum quandã imaginariam, & falsam apparentiam, propter quod poetæ animas decedentes vmbras vocauerunt & appellauerunt, [illegible] ꝙ ipsas esse sine soliditate affirmauerũt Sic hypocritæ in [illegible] non firmantur, quinimo bonis fictis & imaginatione [illegible] tur alijs, vnde de eis potest dici illud Iud. 9. *Vmbram montiũ quasi hominum capita, & hoc errore deciperis.* Sicut n. videmus, [illegible] vmbra semper in parte opposita soli & nunquam à parte [illegible] inuenitur, sic vere peccator per peccatũ & obstinationem iustitiæ opponitur, & nunquã à parte eius per gratiam reperitur Esa. 38 *Reuerti faciã vmbram in horologio Achas in [illegible] retrorsum, &c.* Et sicut maiora arbores faciunt maiorẽ vmbrã, sic illi [illegible] in claustro & in statu maiori, sunt quantũ ad vitia, vmbrosiores, & vitiorũ tenebris depressiores. Et si vis pone quomodo in vmbra arborũ requiescunt serpentes, i. mali familiares. Et pone figuram de arbore Danielis. *sub cuius vmbra animalia habitabant.*

¶ Octauo dico, quod vmbra significat peccati corruptionem. Vmbra enim locum vbi est obscurat & luce priuat, & etiam sterilitatem efficit & procurat Loca enim vmbrosa solent esse sterilia, & fructibus vacua & inania. Sic vere vmbra peccati lucem gratiæ tollit, obscuritatem ignorantiæ inducit & fructum bonorum operum impedit & euellit. Vnde peccator de dæmonibus potest dicere illud Psal *Posuerunt me in lacu inferiori &c.*

¶ Nono dico, quod signat inferni habitationẽ, quia sicut I[illegible] K dicit. *Ille locus terra est tenebrosa & operta mortis caligine, vbi est vmbra mortis, & nullus ordo* Iob 10. Sic patet quomodo vmbra [illegible] in scriptura. Vide sup. de Obscuritate, Tenebra, Cal[illegible], &c.

## Vnde.

Nota, quod vnde quandoq; ponitur passiue, [illegible] A Ioh. 3. dicitur de spiritu. Nescitis vnde veniat aut quo vadat. Interrogatiue, sicut vbi. Et sic dico, quod ponitur

- Reprehensiue,
- Inquisitiue,
- Execratiue,
- Denegatiue,
- Admiratiue,
- Dubitatiue.

¶ Ponitur dico reprehensiue, & sic reprehendebat Angelus Agar quæ à sua domina fugiebat, dicens Gen 16. *Agar ancilla Sarai. Vnde venis aut quo vadis?* Sequitur? *Reuertere, & humiliare sub manu Dominæ tuæ.* Item ponitur inquisitiue, & sic ponitur 1. Reg [illegible]. vbi Dauid inquirens Ægyptium dixit. *Quis es tu, & vnde venis, aut quo vadis?* Item ponitur execratiue, & sic ponitur 4. Reg. 5. vbi Helizæus execrando lepram simoniace contractam à Giezi, dicit ei. *Vnde venis Giezi?* q. d. male fecisti. Item ponitur denegatiue seu desperatiue, & sic ponitur Io. 7. vbi Apostoli carentes pecunia dixerunt. *Vnde ememus panes vt manducent hi?* Et 4. Reg. 6. vbi de muliere fame pereunte dicit rex. *Vnde possum te saluare, de area an de torculari*, quasi diceret, de nullo. Item ponitur dubitatiue Io. 4. vbi mulier dubitando dicebat. *Domine neq; cum quo haurias habes, vnde ergo aquam habes viuam?* Item sumitur admiratiue, & sic sumitur Luc. 1. vbi dicit Elizabeth virginis humilitatem admirans. *Et vnde hoc mihi vt veniat mater domini mei ad me?* Et sic sufficit.

## Vndecim.

Cũ numerus vndenarius sit ille, qui primo A transgreditur denariũ, dico ꝙ potest significare in malo, quia significat illos qui transgrediũtur decalogũ mandatorũ Et sic potest dici illud Mat. 28 *ꝙ vndecim discipuli abierunt in Galilaam*, quia sc. Galilæa interpretatur transgressio vel transfiguratio ¶ Item numerus iste est medius inter denariũ & duodenũ, & sic signat in bono sc. illos qui in bono proficiũt, & qui de obseruantia decẽ mandatorum, ad fidẽ duodecim articulorũ ascendunt. Et sic *vndecim discipulis dicitur Dominus apparuisse* Mat. 16 Vnde *saga vndecim dicuntur in tabernaculo fuisse* Exo. 36. *Et vndecim stellæ dicuntur Ioseph in somnis adorasse* Gen. 37. Quia sc. viri iusti, qui vndecim dicũtur esse, solent à Deo visitari per specialẽ dilectionẽ, solent sicut saga tabernaculũ tegere per diligentem defensionẽ, solent insuper sicut stellę spirituales Ioseph, i. Christũ adorare per obedientiã & deuotionem &c. Sufficit, ad ostẽdendũ si contingat, quod vndecim in bono sumitur & in malo.

## Vndique.

Nota, quod vndiq; idem est, quod in omni A parte. Et nota, quod inuenio

Vndique
- Bonorum,
- Malorum,
- Miserorum,
- Damnatorum,
- Beatorum.

¶ Dico, quod boni vndiq; habent victorias. Vnde de Dauid dicitur Eccl. 47. *quod contriuit inimicos suos vndiq;*. Item *mali agunt*

*vndique*

*vndiq; nequitias* V[illegible] Dominus Eze.[illegible] loquitur de mala muliere, dicens. *Donabas inquit amatoribus tuis vt intrarent ad te vndiq; ad fornicandum tecum.* Item miseri portant vndiq; molestias. Vnde [illegible] *Angustiæ mihi sunt vndiq;* Itē damnati habēt vndiq; tristitias 2. Par. 15. *Non erit pax ingredienti & egredienti, sed terrores vndiq;* Iob 15. *Non credit, quod reuerti possit de tenebris ad lucem, circumspectans vndiq; gladium,* item beati habent vndiq; lætitia. Vnde de Dauid dicitur 2. Reg. *Quia Dominus dedit ei requiem vndiq; de inimicis sua.*

A **Vngere. Vnctio. Vnguentum.** Cum vnguentum semper mihi denotet pinguedinem, quæ est materia vnctionis, hinc est, quod [illegible] diuersitatem pinguedinum potest poni diuersitas vnctionum. Sic ergo generaliter possum dicere, quod in scriptura inuenitur Vnctio

Deuotorum,
Prælatorum,
Peccatorum.

¶ Prima est vnctio fructus & dulcoris sc. vnctio gratiæ & deuotionis & influentiæ Spiritus sancti de qua Esa. 41. *Spiritus Domini super me, eo quod vnxerit me.*

¶ Secunda est vnctio status & honoris, de qua 2. Reg. 15. *Vnxerunt Dauid in regem super Israel.*

¶ Tertia est vnctio suauitæ, & ista est vnctio mundanæ prosperitatis, & humanæ carnalitatis aut adulatoriæ suauitatis, de qua dicebant impij Sap. 2. *Vino pretioso & vnguento impleamus nos,* igitur per ordinem de istis vnctionibus dilatamus.

B ¶ Primo ergo dicamus, quod est vnctio deuotionis interioris, qua [illegible] dicuntur vncti, pro eo quod virtute Spiritus sancti sunt pleni, qui fiunt mites, dulces, suaues & misericordes, humiles & benigni. Res enim vncta & vnctuosa

Est { Suauior quando tangitur,
Dulcior quando comeditur,
Plicabilior quando impellitur.

Sicut patet de pannis qui in luminibus ponuntur, qui solent inungi, vt sint suauiores. De ficubus & dactylis, qui quanto plus habēt vnctuositatis, tanto sunt dulciores. De sotularib. quando sunt vncti, qui sunt plicabiliores, & ne lędant aptiores & meliores. Sic proculdubio qui gratia Spiritus S. sunt vncti, sunt suaues per benignam conuersationem, sunt dulces & maxime pauperibus per piam & clementem miserationem, sunt molles & plicabiles per humilē obedientiam & subiectionē. Et ideo breuiter qui tali vnctione fuerint inuncti, tam Deo quā prælato quā proximo sunt accepti. Vnde 2. Reg. 12. *Surrexit igitur Dauid de terra, & lotus vnctusq; est.* Tales ergo à Deo spiritualiter inunguntur, & sibi spiritualiter dedicantur. Figuratiue in tabernaculo & in vasis, quæ oleo fuerunt inuncta, quando domino fuerunt consecrata. Ad denotandum, quod si Deo volumus spiritualiter consecrari, necessario est nos oleo diuinę gratię inungi Num. 7. *Compleuit Moyses tabernaculū, & erexit illud, vnxitque illud & sanctificauit.*

C ¶ Aduerte tamen, quod sicut Medicus vtitur quandoq; vnguentis mordicatiuis, quandoq; vnguentis mitigatiuis, quandoq; vnguentis reparatiuis (quia, scil.

Mordicatiua solent rodere humores malos,
Mitigatiua solent lenire graues dolores,
Reparatiua solent replere deperditos humores & replere plagas profundiores.)

Sic vere charissimi Medicus salutis Deus triplici vnguento solet suus inungere & linire, scil.

Vnguento { Mordicatiuo dolorosæ tribulationis,
Mitigatiuo mundialis consolationis,
Reparatiuo spiritualis inspirationis.

Penuria & tribulatio crimina rodunt atque lacerant.
Temporalis promotio & cōsolatio sedant atq; tēperant.
Gratia & deuotio virtutes augent atque reparant.

¶ Et sic dico, quod Deus vngit mordicando per asperas tribulationes. De myrrha & aloe quæ sunt species amarissimæ, fiunt vnguēta quib. carnes superfluæ cōsumūtur, quib. corpora mortuorum condiuntur, quibus mulieres vt redoleant inunguntur. Quia, proculdubio charissimi vnguenta tribulationis cōtritionis, & pœnitētiæ quæ amaritudine & difficultate sunt plena, rodūt à nobis omnem superfluam carnalitatē, cōdiunt nos ne putrescamus per iniquitatē, & nos redolere faciunt per virtutē & famulitatē. Vnde Cant. 4. dicitur, *quod in horto sponsi erat myrrha & aloe cū vnguentis pigmentariorum.* De Iudith etiā dicitur Iudith 10, *quod melius fragraret & redoleret, vnxit se myrto optimo.* Etiam de Maria legitur *quod ipsa vnxit pedes Iesu, & etiam osculabatur,* [illegible] Lu. 7 dicitur. Maria enim i. amaritudo pœnitentiæ & contritionis debet pedes Iesu. i. e. simplices & subditos qui sunt pedes Iesu, & inferiores corporis ecclesiæ, vngere, à qua vnctione non debet oleum charitatis abesse imo semper debet vnguentum istud cū osculo, & cum correctione dilectio interesse suaui. *Erat autem Maria quæ vnxit pedes Domini cum vnguento.* Vngit ergo Deus seu prælatus mordificando per asperas tribulationes.

D ¶ Deinde dico, quod ipse vngit mitigando per mundanas cōsolationes. Sæpe enim fit quod Deus iustus vncturam mundanarum consolationū immittit, per quā non succumbant in laboribus eos linit. Rota enim quadrigæ nunquā sine stridore onus portaret, si ipsam auriga aliquando non vngeret vel liniret. Et ideo auriga noster Deus ne sub onere tribulationū & laborū per impatientiam murmuremus & stridcamus, aliquibus consolationibus nos solet vngere, & semper cū tentatione prouentū facere, & rigori dulcedine immiscere Ps. *Vnxit te Deus oleo lætitiæ.* In quo etiā docet nos ipse Deus, quod alios tristes desolatos & pauperes oleo misericordiæ inungamus, & cū eorum tribulationibus oleū misericordiæ & consolationis misceamus, & eos quando indigēs, beneficijs adiutorijs & verbis cōsolatorijs mulceamus. Exemplo filiorū Israel, de quibus 2 Par. 28 dicitur *quod fratres suos filios Iuda, nudos, captiuos, famelicos, vestierunt & calciauerunt cibo, & potu refecerunt, & propter laborē vnxerunt, & debiles in iumentis imposuerunt, & ad propriā patriam reduxerunt.* Vt sic de quolibet pio consolatiuo dicatur illud Eccl. 38. *Curans mitigabit dolorem, & vnguentarius pigmenta faciet suauitatis, & vnguenta conficiet sanitatis.*

E ¶ Deniq; dico, quod Deus vngit per gratiæ inspirationes & infusiones. Medicus enim postquā vsus fuit vnguēto corrosiuo & mordicatiuo, videns iam ægrū sanitati propinquum, vtitur vnguento cōsolatiuo siue cōsolidatiuo, & carnis deperditæ generatiuo, & cicatricis vulneris repletiuo. Sic vere Deus postquam mentē vitijs vulneratā per correctiones & cōsolationes sanitati reddit, solet vnguētū gratiæ adhibere, & virtutes deperditas reparare, & cicatricem animę, i. vacuitatem virtutū ad plenitudinē restaurare. Et sic animæ vulneratæ videtur dicere illud, quod dictū fuit Rut. 3. *Lauare & inungere, & induere cultiorib. vestimentis.* Lauare dico per correctionē, & pœnitentiā. Vngere per deuotionē, & gratiā. Induere per virtutum cumulationē & abundantiā. Hic animæ tria inunguntur principaliter, sc. Puritatis munda lactitudo. Pietatis fluida mititudo. Honestatis florida pulchritudo. De lauare & induere putes videre sup. De vnctione vero pietatis nota, quod sicut arbores, quæ habēt vnctuosum fructū siue humorē, sicut pinus & abies solent virere, nunquam n. perdunt virorē nec hyeme nec æstate. Et ideo dico, quod pinus & abies solent

Perenniter virere,
Faciliter ardere,
Suauiter hærere,
Vtiliter valere,
Lumen mundo præbere,
Odoris fragrantiam exhibere.

Primo dico, quod perenniter virere solent, quia nunquā perdūt virorē, nec hyeme nec æstate. Secūdo ardere, quia ratione pinguedinis & humoris faciliter inflammātur. Tertio hærere, quia digitus statim adhæret arbori propter gummi tenacitatē. Quarto valere, quia gummi & fructum proferunt. Quinto præbere lumen, quia de talib. gummis fiunt quandoq; candelæ. Sexto exhibere odoris fragrantiā, quia tales quandoq; cōsueuerunt esse aromaticæ. Sic vere charissimi illi qui sunt in corde vnctuosi & pij, & qui vnctione Spiritus S. sunt pleni, & adipe deuotionis & gratiæ sunt imbuti, isti dico perenniter virent per mentis alacritatē Ps. *Vnxit te Deus oleo lætitiæ,* &c. Itē faciliter ardent per amorē & charitatē. Vnde Lu. 7. dicitur, quod *Maria vnguenti alabastrum,* in quo ardor amoris intimi denotatur. Itē suauiter hęrēt per concordiā & vnitatem. Vnde 1. Par. 29. dicitur, *quod Salomon qui interpretatur pacificus, inungitur* Itē vtiliter valet per eleemosynam & largitates. Vnde de pauperibus potest dici illud Mar. 6 *Vngebant multos ægros oleo,* i. eleemosynis. Item lumen alijs prębent per sapientiam & discretionem 1. Ioa 2. *Vnctio eius docet nos de omnib.* Item odorem emittunt, & exhibent per bonæ famæ fragrantiā & diffusionem, quia sicut dicitur Eccl. 7. *Melius est nomen bonum, quam vnguentum pretiosum,* quia sicut dicitur Prou. 27. *Vnguento & varijs bonis odoribus delectatur cor.* De gratiæ ergo vt [illegible] possumus dicere, quod figuratur in puero baptizato, qui aqua lauatur & chrismate inungitur, & lineis vestitur, &c. Et sic anima [illegible] gratiam

tiam inunctæ potest Deus dicere illud Eze. 16. *Laui te aqua, vnxi te oleo vestiui te discoloribus.* Sic ergo patet, quod Deus tripliciter vngit bonos. Patet ergo, quod est vnctio deuotionis interioris.

F ¶ Secundo dico, quod est vnctio promotionis superioris. Et sic dico, quod per vnctionem in scriptura electio & promotio designatur. Videmus per dicta scripturarum & antiquorum, quod quatuor genera personarum solebant inungi, quando ad aliquem gradum auctoritatis debebãt extolli. Et sic dico, quod vngebatur Rex quando coronabatur. Pontifex quando consecrabatur. Athleta quando præliabatur. Propheta quando instituebatur, de rege enim habemus, quod debet inungi 4. Reg. 9. vbi dicitur, *quod dictum fuit Iehu, Vnxi te regem super populum domini.* De pontifice vero patet Exo. 29. vbi de Aaron summo pontifice dictum est. *Oleum vnctionis funde super caput eius.* De athleta vero dicit Isid. quod in signum fortitudinis inungebatur. Ad quod dicit ipsa scriptura de Saul in bello occiso 2. Reg. 1. *Abiectus est clypeus fortium, clypeus Saul, ac si non esset vnctus* De Propheta vero dicitur 3. Reg. 19. vbi dictũ est Heli. *Helisæum autem inunges Prophetã pro te.* Sic vere charissimi dico, quod ille debet in prælatum eligi & inungi, qui est Rex sc. & alios regendo. Pontifex pontem ad Paradisum per bona opera faciendo, Athleta, cõtra hostes spirituales viriliter pugnando. Propheta, multa & proficua vtiliter præuidendo. Quia pro certo charissimi, quicunq; est prælatus, habet officium regis & pontificis & Imp. & pastoris, athletæ & propugnatoris, Prophetæ & prædicatoris. Et ꝓpter hoc, qui est dignus & sufficiẽs ad ista, debet in prælatũ eligi, institui & in pastorẽ inungi 2. Re. 2. *Vnxerũt sibi Dauid vt regnaret super domũ Iuda.*

G ¶ Vbi nota, quod tria sunt necessaria cuilibet electo & inuncto, quia scil. ipse debet esse

Mitis in conuersatione,
Vtilis in administratione,
Fortis in operatione.

Primum probat suauis electura. Vnxerunt.
Secundum culminis præfectura. Vt regnaret.
Tertium virium statura. Dauid.

Quia proculdubio charissimi, prælatus in conuersatione siue in conuersando debet esse pius, suauis, vnctuosus & mollis, id est, dulcis, placabilis & benignus. *Vnxerunt*, inquit. Item debet habere in operando virilitatem, quia ipse debet præ cæteris viriliter agere & in fortitudine & viribus abundare, quod ostenditur cum dicitur Dauid, qui interpretatur manu fortis. Item in gubernando vtilitatem, quia ipse debet exercere officium suum publicum, & ideo istud debet sedule facere, & exercere vtiliter, quod ostenditur cum dicitur Regnaret.

¶ Dico igitur, quod prælatus inungitur quando eligitur ad suauiter conuersandum, quod ostenditur. *Vnxerunt* Quia, scil. prælatus debet esse vnctus, i. dulcis, suauis, placabilis & tractabilis, & pius & benignus, & pauperibus subueniens, & delinquentibus condescendens, vt sibi dicatur illud Ruth 3. *Lauare & inungere, & induere cultioribus vestimentis*, &c. Dic de vnctione per omnia sicut in tertio membro vbi inuenies de oleo vnctionis, &c. Quod tamen est contra multos, qui non videntur esse vncti, quia non sunt dulces nec pij, nec tractabiles nec benigni, sed duri, crudeles & impij ac maligni, quibus videtur dictum illud Mich 6. *Calcabis oliuam, & non vngeris oleo.* Et bene calcabis oliuam, quia isti hodie vere calcant & vilipendunt oliuam pietatis & virtutem, quia student habere fœditatẽ & malitiam plusquam benignitatem aut clementiam, vt sic dicatur illud Deut 28. *Oliuas habebis in omnibus terminis tuis, & non vngeris oleo.* Nõ sic charissimi, sed inungamus quilibet ad suauiter conuersandum.

H ¶ Item dico, quod inungitur ad viriliter operandum. Dauid inquit, i. manu fortis bene operando, & tentationibus & tribulationibus viriliter resistendo Exemplo nauis quæ contra fluctus maris fortius est, quando ipsa pice & bitumine est inuncta. Quia ex quo quis in prælatum est inunctus, nunquam debet amplius tentationum & tribulationum fluctibus esse victus. Dauid inquit in Psal. *Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo vnxi eum, manus enim mea auxiliabitur ei, nihil proficiet* &c. Quod est contra multos qui debiliores & deteriores efficiuntur, quando ad dignitatem & apicem inungentur, similes cicadis, quæ oleo solent mortificari. Quia multi sunt, qui antequam eligerentur, erant boni, & postea fiunt mali. Vnde illud prædictũ 2. Reg. 1. *Abiectus est clypeus Saul quasi non esset vnctus oleo.* Non sic charissimi, sed simus Dauid manu fortis. 2. Reg. 12. *Surrexit Dauid de terra, & lotus & vnctus est.* Ille igitur inungitur ad bene operandum.

¶ Item dico, quod inungitur ad sedulitate imperandum, quod ostenditur cum dicitur *Regnaret.* Regnare enim est officium sedulitatis, auctoritatis, seueritatis, nobilitatis, &c. Vide supr. de rege, & regnare. Vnde 4. Reg. 11. dicitur, *Fecerunt eum regem & vnxerunt.* Sic igitur patet quomodo prælatus inungitur I

Ad { Imperandum,
Operandum,
Miserandum. }

Et sic dico, quod est quædam vnctio promotionis superioris.

¶ Tertio dico, quod est quædam vnctio corruptionis, & sic dico, quod mali vnguntur, scil. tripliciter malo vnguento, & illud est Vnguentum K

Inflammatiuum,
Maculatiuum,
Lenitiuum.

¶ Primum est prosperitas mundialis, quod inflammat per auaritiam. Vnde de pessimo Aza dicitur 2 Par. 16. *Posuerunt eum super lectum plenum aromatibus & vnguentis meretricijs. & combusserunt eum ambitione nimia.* Vnde de diabolo dicitur Iob 41 *quod feruescere facit, quasi ollam profundum maris, id est, cor peccatoris diuitijs, & ponit quasi cum vnguenta ebulliunt.*

¶ Secundum est carnalitas corporalis, quæ maculam contrahit per immunditiam. Nihil enim vestes maris maculat quam vnguentum, vnde mulieri meretrici est dictum illud Esa. 57. *Dilatasti cubile tuum,* sequitur. *Ornasti te regio vnguento, & multiplicasti vnguenta tua*, &c.

¶ Tertium est verbositas noxialis, scil. adulatio, quæ vngit & lenit auditores, ita quod dolorem non sentiunt aliorum. Vnde Amos 6. *Bibentes vinum in phialis, & optimo vnguento delibuti, nihil compatiebantur super contritionem Ioseph.* Ista ergo sunt vnguenta mala, quæ debemus fugere & horrere, & ab eis totaliter abstinere. Exemplo Hester, de qua legitur Hest. 14 *Quod pro vnguentis varijs cinere & stercore impleuit caput*, &c. Et sic patet, quod sunt tria genera vnctionum & vnguentorum.

## Vniuersus. Vniuersitas.

Nota, de vniuersitate in quantũ accipitur ciuiliter pro communitate, nihil ad præsens, veruntamen in quantum signat integritatem, totalitatem, & generalitatem rerum, notabo quod in scriptura inuenitur sc. Vniuersitas A

Videnda,
Credenda,
Tenenda,
Habenda,
Sectanda,
Vitanda,
Horrenda,
Timenda,
Petenda,
Regenda,
Attendenda.

¶ Dico, quod est videnda vniuersitas creaturarũ, in quib. resolcat potentia, bonitas diuina, & sapientia. Ista n. vniuersitas debet videri, & cũ diligẽtia admirari. Vnde Eccl. 7. *Lustraui vniuersa animo meo vt scirem, considerarẽ & quærerem sapientiam & rationẽ.* Itẽ est vniuersitas credenda, & ista est vniuersitas articulorũ, quia sicut dicitur in Ps. *Opera domini vniuersa bona valde* Opera domini proprie sunt illa de quib. duodecim sunt articuli. Itẽ est vniuersitas tenenda, & illa est vniuersitas Dei mandatorũ, de quibus dicitur Hier. *Ad omnia quæ mittã te ibis*, &c. Itẽ est vniuersitas habenda, & ista est vniuersitas bonorũ operum virtutum & meritorũ de qua potest dici illud Gen. 41. *Venient septẽ fertilitatis anni in vniuersa terra* Itẽ est vniuersitas sectãda, & ista est vniuersitas abominum iustorum. Vnde 2. Reg. 5. *Venerũt vniuersa tribus Israel ad Dauid* Itẽ est vniuersitas vitanda, & ista est vniuersitas malorũ hominũ, de qua dicitur illud Nu. 32. *quod dominus circumduxit eos per desertum donec consumeretur vniuersa multitudo quæ fecerat malum* Et ista est vniuersitas, quę semper ad malu parata est Vnde Mat 27. dicitur, *quod ad crucifigendũ dominũ congregauerunt vniuersam cohortem* Itẽ est vniuersitas horrenda, & ista est vniuersitas vitiorũ, de qua in Ps. *Vniuersum stratũ eius versasti in infirmitate eius.* Stratus n. in quo iacet peccator, sunt ipsa peccata Itẽ est vniuersitas timẽda, & ista est vniuersitas tormentorũ Vnde Lu [illegible]. dicitur *ꝙ pressura gentium maris fluctus, & expectatio superueniet vniuerso orbi.* Item est vniuersitas petenda, & ista est vniuersitas [illegible] præmiorũ, de qua potest dici illud Psal. *Domini est terra & plenitudo eius, orbis terra-*

*terrarum, &c.* [illegible] est vn[illegible] regenda, & illa est vniuersitas subditorum. De quo Actor. [illegible] *Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo posuit vos Spiritus [illegible] regere ecclesiam Dei.* Item est vniuersitas attendenda, [illegible] est [illegible] mortis singulorum, quia vniuersitati sortis de [illegible] *[illegible] erunt tamen vniuersa vnitas omnis homo viuens.* Qui sicut d[illegible] b. 12. *In manu domini anima omnis viuentis, & spiritus vniuersæ [illegible] hominum.* Sufficiat, quia sterilis est materia. Vide supra vbi Omnis & Multitudo, &c.

A **Vnitas. Vnus.** Nota, quod vnitas [illegible] scriptura sumitur multis modis, sed quia iste numerus diuersas habet proprietates, ideo etiam [illegible] ber diuersas significationes. Vnde nota, quod vnus sumitur

Quandoque pro { Eminenti seu singulari dignitate. / Mentis indiuisa simplicitate. / Populi aggregata communitate. }

¶ Accipitur dico, pro eminenti & singulari dignitate, & sic sumitur Ecclesiast. [illegible] *Vnus est altissimus creator omnium.* Item sumitur pro mentis indiuisa simplicitate Ecclesiast. [illegible] *Melior est vnus timens Deum, quam mille filij impij.* Item sumitur pro coniuncta communitate, & sic dicitur Act. 4. *quod multitudinis credentium erat cor*

B *vnum & anima vna.* ¶ Dicamus igitur, quod vnitas signat in bono & in malo. Et primo de vnitate bona dicamus, quod inuenitur vnitas, scilicet,

Superior, quæ debet admirari,
Interior, quæ debet integrari,
Exterior, quæ debet aggregari.
Prima est summæ diuinitatis,
Secunda est mentis simplicitatis,
Tertia est iunctæ fraternitatis.

Primam vnitatem facit communitas indiuisibilis, de qua Ioan. 10. *Ego & Pater vnum sumus.* Secundam vnitatem facit veritas inuariabilis, de qua Eccl. 7. *Virum reperi vnum de mille.* Tertiam vnitatem facit charitas inseparabilis, de qua 1. Corint. 6. *Qui adhæret Deo vnus spiritus est.*

C ¶ Dicamus ergo primo, quod est quædam vnitas diuinitatis & ista est illa, qua Deus est Vnus non duo quantum ad essentiæ communitatem. Vnus quantum ad potentiæ singularitatem. Vnus quantum ad principij productiuam vniformitatem. Iste enim numerus vnus est principium numerorum, quinimo sine isto nullus numerus potest esse, & per istius additionem omnes alij numeri multiplicantur. Vnde breuiter iste est numerus à quo omnes alij numeri originantur, & ad quem alij numeri resoluuntur, significans proprie ipsum Deum, qui est vnus & non multiplex, quia pro certo ab ipso sunt omnia per dationem. In ipso sunt omnia per conuersationem. Ad ipsum referuntur omnia per regiminis gubernationem. In ipsum resoluuntur omnia per finalem conclusionem. Et ideo dicitur Deut. 6. *Audi Israel, Dominus Deus tuus Deus vnus est.* Quia sicut dicitur: *Vnus Deus, vna fides, vnum baptisma,* cum sit vnus Deus omnia illuminans, refouens & gubernans, vnus Deus & Pater omnium. Iste enim similis est soli, qui cum vnicus sit in natura omnia illuminans, refouens & gubernans, quandoq; tamen apparent tres soles, quando sc. speculum in aqua ponitur, quia scil. apparent duæ solis imagines in speculo & in aqua, & etiam vnus in cœlo, & licet tres appareant, constat tamen quod non est nisi vnus. Sic vere sol iustitiæ Deus vnus est, & non plures, quamuis ratione Trinitatis personarum, quæ ex ipso resultat, triplex esse videatur, vnus tamen est in essentia, & vnus simplex esse dignoscitur & tenetur, sicut dicitur Io. 5. *Tres sunt qui testimonium dant in cælo, Pater, Verbum, & Spiritus S. & hi tres vnum sunt.* Et ideo sicut videmus, quod sol quamuis sit vnus solus, sufficit tamen ad totum mundum illuminandum, fouendum & gubernandũ: sic Deus vnus existẽs omnia põt per gratiã illuminare, per sapientiã gubernare, & p futurã gloriã refouere. Vnde breuit. sibi põt dici illud Tob.

D 10. *Omnia in te vno habentes, non debuimus te dimittere.* ¶ Et dico

Vnus in { Dignitate, / Ratione, / Pietate, / Charitate, / Potestate, }

Propter { Dignitatem, / Rationem, / Pietatem, / Charitatem, / Potestatem. } est { Honorandus, / Seruandus, / Frequentandus, / Amandus, / Formidandus. }

*Diction. Berchorij.*

¶ Iste ergo est vnus. Vnde nota, quod Deus est vnus in d[illegible] nitate & ideo debet honorari, quia ille qui vnus singularis & summus est debet præ cæteris honorari. Vnde de ipso dicitur Ezec. [illegible] *Rex vnus erit omnibus imperans.* Item iste est Deus vnus in [illegible] e, & ideo debet conseruari. Qui enim non habet nisi vnum oculum, diligentius ipsum conseruat & tractat. Et ideo vxor Tobiæ de vnico filio [illegible] dicit Tob. 10. *Omnia in te vno habentes, non te debuimus dimittere, sed conseruare.* Et 2. Reg. 1. *Sicut mater vnicum filium amat, ita te diligebam.* Iste [illegible] est charus, qu[illegible] d[illegible] on est [illegible] ius, [illegible] ilis illi aui quæ phœnix dicitur, quoniam rebus vnica reperitur Eccl. [illegible] *Vnus est & secundum non habet.* Item iste est vnus in [illegible] te, & ideo debet frequentari. Qui o. non habet nisi vnum beneficium vel benefactorem vel nutritorẽ, diligit ipsum & [illegible] let libentius frequentare. Si igitur quia istum vnicũ & solum benefactorem & gratiæ collatorẽ habemus, bene dico, quod ipsũ obsequendo & deuote [illegible] famulando frequentare debemus. Vnde de isto dicitur Ezec. 3 [illegible] *Pastor erit vnus omnium eorum.* Item iste est vnus in charitat[illegible], & ide[illegible] debet ad[illegible]. Ille n. vnu[illegible] e & singulariter amat omne. Iste est n. pate[illegible] omniu[illegible] ater, Ephes. 4. *Deus vnus & Pater omnium.* Item iste est vnus in potestate, ideo debet formidari. Homo n. minus timet q[illegible] bet plures dominos, quia de vno potest ad alium appell[illegible] quand[illegible] est vnus non solus, non sic. Et ideo de isto dicitur Ec[illegible] 1 *Vnus [illegible] altissimus creator omnium, omnipotens est rex, potens & metuendus.* [illegible] dicit creator, quia ista est potestas, quæ vni Deo & nulli alij communicatur. Nam sicut ab vno omnes alij numeri accipiũt principium, sic à Deo omnes creaturæ habent initium Act. [illegible] *[illegible] no omne genus hominum propagatum est.*

¶ Et sic dico, quod iste est vnus, id est, singularis & summus, vnus etiam, id est, simplex & essentialis, & solus vnus, id est, viuens, vigens, & continuus. Ista est enim vnitas triplex [illegible] Dei & potissime Christi, scilicet, E

Vnitas { Personalis existentiæ, / Supernalis eminentiæ, / Æternalis efficaciæ. }

¶ Dico, quod ipse est vnitas essentiæ personalis, nam quamuis ex pluribus entibus in actu non fiat vnum, secundum Philosophum, ex vno tamen ente in actu existente, & alijs potentia manentibus potest bene fieri vnum: in Christo ergo est persona filij Dei vt actu existens, & natura humana vt personaliter descendens vel dependens. Persona ergo & natura diuina, caro & anima humana vnum faciu[illegible]t, & vnum hominem constitu[illegible]nt, scil. Deum & hominem Iesum Chri[illegible]m. Quod ben[illegible] figuratur 1. Reg 10. vbi dictum est Sauli, *quod obuiam haberet tres [illegible],* sc. *vnum portantem tres hædos, & alium portantem tres panes, & alium portantem lagenam vini.* Tres enim viri sunt pater & verbum & Spiritus sanctus. Pater enim cui attribuitur potentia creandi, habet tres panes, id est, tria quæ in rerum creatione inueniuntur, quæ sunt pondus, numerus & mensura. Vnde Esa. 40. dicitur, *quod iste appendit tribus digitis molem terræ.* Vnus autem portans tres hædos qui sunt tria animalia vnita, est filius, qui tres naturas vnitas in se habuit, sc. naturam diuinitatis, animæ & corporis Gen. 40. *Videbam coram me vitem, in qua erant tres propagines.* Vnus autem qui portabat vinum, est Spiritus sanctus, qui vino consolationis inebriat vniuersa Cant 7. *Guttur tuum sicut vinum optimum.* Iste est igitur vnus, quia sicut 1. ad Tim. 2 dic[illegible]ur *Vnus est Deus, vnus mediator Dei & hominum homo Christus Iesus.* Vnde secundum Athanasium, sicut anima rationalis & caro vnus est homo, ita Deus & homo vnus est Christus. Vnus non conuersione diuinitatis in carnẽ, sed assũptione humanitatis in Deum: vnus autem nõ confusione substantiæ, sed vnitate personæ.

¶ Item in ipso est vnitas eminentiæ supernalis, quia, sc. sicut superius dictum est, est ille vnus & illa vnitas à quo vel à qua omnia naturalia & omnia moralia deriuantur. Vnde de sua vnitate & singulari eius virtute & potestate dicitur Sap. 7. vbi de sapientia increata dicitur: *Cum sit vna, omnia potest, & permanens in se, omnia innouat, & per nationes in animas sanctas se transfert.* F

¶ Item in ipso est vnitas efficaciæ virtualis, quia, scilicet, ipse non solum est vnus quantum ad se, imo etiam quantum ad nos, quia, scilicet, iste est per quem humana natura diuinæ vnitur & coniungitur, & per quem gentilis & iudaicus populus in fidei vnitate ligantur, & per cuius gratiam diuersarum corda in vnitate amoris & concordiæ quotidie aggregantur. Vnde de ipso dicitur Eph. 2. *Ipse est pax nostra, qui fecit vtraq; vnum.* Iste est sine quo nec vera pax, nec verus amor, nec vera charitas potest esse, sed vbicu- G

Istam autem vnitatem facit vna fides, quæ vna est. Et in vnam Ecclesiam constituit & componit. Vna est enim fides, vna spes, & vna etiam charitas in quib. tribus vnitatib. tota Ecclesia est fundata & ista sunt tria tabernacula Petri, de quib. Mat. 17. *si vis, faciamus hic tria tabernacula, &c.* De istis tribus Christus habet vnum, & hæc est charitas. Petrus pastor Ecclesiæ vnum, hæc est fides Helias item, i. quilibet iustus, vnum habet, & hæc est spes. Ex istis enim tribus vnitatibus fundatur vnitas Ecclesię, quæ ita est, vna & indiuisibilis, quod propriè dicitur tunica Christi inconsutilis, pro eo quod nunquam est in partes diuisibilis aut partibilis. Vnde ista vnitas est illa ciuitas Christi de qua dicitur Esai. 19. *Ciuitas solis vocatur vna.* Quod est contra Græcos, qui vnitatem Ecclesiæ semper denegant, & potestatem Petri plus quam aliorum Apostolorum nullam affirmans. Sed de hoc nihil amplius quo ad præsens.

¶ Vnitas vero composita est quando plura simul non solum aggregantur, imo etiam taliter miscentur, componuntur & efficiuntur, quod qualitates vnius ab altero participantur, ita quod propriè vnum efficiuntur, sicut fit quando de plurib. elementis fit vnum mixtum, & de granis plurib. fit vnus panis. Et ista procul dubio vnitas est amoris, quæ diuersa corda taliter facit vnum, quod confirmantur in idem, quod qualitates ipsorum inuicem participatæ, nihil extraneum sapiunt vel diuersum, & ista est vnitas & vnanimitas quam summam debemus habere, & quam semper debemus seruare & tenere, & quam non debemus rumpere & delere, iuxta illud Galat. 3. *Omnes enim vos vnum estis.* Charitas n. est sicut cæmentum, quod facit de pluribus lapidibus vnum parietem, quia sicut dicitur de semine psillij, quod diuersa frusta carnis in olla bullientia facit ita reiungi, quod vnum frustrum efficiuntur, sic amor diuersa corda ita ligat & integrat, quod in vnitatem perfectę concordię coniungit. Vnde vbicunque semē charitatis, vel ipse Christus à sancto spiritu seminans per charitatem bullierit, necessarium est diuisionem & discordiam recedere, vnitatem vero & concordiam aduenire, quia sicut dicitur Eph. 2. *Ipse est pax nostra, qui facit vtraq; vnum.* Cum ergo ab vno Deo dependeamus, vni prælato nos subijciamus, in vno grege eorum maneamus, & in vna lege regi hæreamus. Hinc dico quod vnum debemus esse, & vnitatem concordiæ seruare, iuxta illud quod in Psalm. 132. dicitur: *Ecce quam bonum & quam iucundum, &c.* quia sicut dicitur Mal. 2. *Pater vnus est omnium nostrum.*

N ¶ Et aduerte, quod sicut iste numerus vnus est principium numerorum, & est numerus omnib. alijs numeris communicatus, quia, sc. omnes alij numeri ex vnitatibus aggregatis constant, sic vere dico, quod vnitas concordiæ ex tribus solet constare, scili. quando est vnus pastor, vnus animus, vnus populus. Et sic dico, quod ista prouenit

Ex { Prælati singularitate [Pater inquit.]
Animi vnanimitate [Vnus inquit.]
Populi vniformitate [Omnium.] }

¶ Simus ergo vnum propter prælati singularitatem. Pater inquit. Filij enim eiusdem patris quamdiu paruuli & innocentes

B fuerint, in vnū solent cōmorari. Sic vere illi qui eiusdē patris vel prelati sunt subditi, debent esse per amorem vniti, & per concordiam esse iuncti, quia membra quæ sunt sub vno capite, vnū corpus constituunt, & filij qui sunt sub eodem patre, vnam domum faciunt. Pater inquit Prelatus n. dicitur pater quia sicut à numero vnitatis alij numeri deriuantur & generantur, à patre vero filij producuntur, sic à prælato subditi dependent, & ad eum referuntur, & quod plus est, ab eo spiritualiter generantur. Et ideo dico quod pater sicut vnus nomen est dignitatis, singularitatis & auctoritatis. In cuius signum tiara Papæ in modum pyramidis est facta, & sursum tendit in vnum. Vnde dicitur Ez. 37. *Rex vnus erit omnib. imperans.* Bene ergo dico, quod nos debemus esse vnus, & in vnitate concordiæ manere. Habemus enim

Vnum Deum in cœlis.
Vnum prælatum in terris,
Vnam fidem in cordibus,
Vnam legem in moribus,
Vnum regem in temporalibus.

¶ Et ideo bene dicitur Mat. 23. *Vnus est Magister vester, omnes vos fratres estis. &c.* Prælatus dicitur vnus propter status eminentiam, Magister propter cordis sapientiam, Pater propter charitatis amicitiam, dicitur in cœlis propter contemplationis excellentiam. Dic si vis de patre sicut supra. Et ideo de ista singulari vnitate dicitur Eze. 37. *Pastor erit vnus omnium eorum.*

*Dictum. Berchorij.*

¶ Simus vnum propter animi vnitatem. Vnus inquit est. Quia O sc. animus noster debet vnus esse, vt quicquid vnus voluerit, debeant alij simul velle. Multa n. membra sunt in vno corpore, & tamen non habent nisi cor vnum. Sic & nos licet multi simus, vnum tamen cor & vnum animum habemus iuxta illud Act. 4. *Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna.* Gorgones enim tres finguntur fuisse pulcherrimæ sorores, quæ solum tres vnum oculum habebant, quo cum diligebatur altera alteri commodabat, sicut ponit Ouid. & Poetæ, ad denotandum quod quamuis corporaliter plus simus, vnum tamen oculum cordis debemus habere, quem inuicem communicemus, & quem alter alteri commodemus. Vnus inquit, supple animus. Vnde Eze. 11. *Dabo eis cor vnum & spiritum vnum.* Simus ergo vnum propter animi vnanimitatem.

¶ Simus vnum propter populi vniformitatem, cum dicitur P Omnium nostrum. Omnium vero vniuersitatē simul iunctam signat, nostrum vero communitatem designat. Quia, sc. nos omnes & vniuersi debemus esse vniformes, vnanimes & communes. In nobis enim debet apparere communitas & vnitas in actibus, in habitib. in affectibus, in habitationib. in conuersationibus, vnde Ezech. 1. *Vna similitudo ipsarum quatuor.* Omnium nostrum ad Gala. 3. *Omnes enim vos vnum in Christo.* Omnes enim debemus communitatem diligere, communem victum, communem vitam tenere, communem habitum portare, & in communitate viuere & manere. Exemplo columbarum & aliarū simplicium animalium, quæ sub vno tectu manent, & vnam vitam simul transeunt atque tenent. Et huc monet Esa. 27. dicens: *Congregamini vnus & vnus filij Israel*, vt sic possimus dicere illud Prou. 1. *Marsupium sit vnum*, scilicet,

Viuentium communitatem,
Amantium integritatem,
Regentium identitatem.

Bene ergo dicitur in Ps. *Ecce quam bonum & quam iucundum habitare fratres in vnum.* Vbi etiam potest ostendi quod talis vnitas & concorditas est habenda, quia, scilicet,

Melior [Ecce quam bonum]
Lætior [Et quam iucundum]
Clarior [Fratres]
Tutior [Habitare in vnum]

Tales enim, qui, inquit, vnum concordant, & manent, sunt meliores. *Ecce quam bonum.* Quia vir bonus & bonitate alterius confortatur. Gen. 1. *Vidit Deus quod esset bonum, & factum est vespere & mane vnus dies.* Item sunt lætiores. Et quam iucundū, inquit, Nulla enim potest esse iucunditas, nisi in vnitate, in societate, in cōmunitate, in charitate. Quia secundum Senec. *Nullius boni sine socio iucunda possessio.* Item sunt chariores, quia fratres. Quia omnes debent esse fratres, & se diligere & amare 1. Cor. 11 *Fratres conuenientib. vobis in vnum, &c.* Item sunt tutiores, Habitare inquit in vnum. Quia sc. multæ virgulæ in vnum ligatæ non faciliter franguntur, quæ statim singulariter positę frangerentur. Multi etiam milites simul vniti non vincuntur, qui dispersi vincerentur. Vnitas ergo & communitas est tutior & securior in vnum habitando. Habitare inquit in vnum. Vnde in Ps. dicitur: *Deus habitare facit vnius moris in domo.* Simus ergo charissimi, vnum & vnanimes exemplo Apostolorum. Potissime tamen & principaliter debet esse in electionibus vbi summa vnitas & vnanimitas requiritur, & inde est quod cardinales simul in electione includuntur, vt corde & corpore vnanimiter operentur. Vnde 2. Esd. 5. *Conuenerunt vnanimes in atrium.* Vbi ostenditur quod isti debent,

Simul congregari [Conuenerunt]
Mentaliter adunari [Vnanimes]
Localiter conclauari [In atrium.]

Quod tamen est contra multos, qui non sunt vnum per cōcordiam, imo sunt multi per diuersitatem & discordiam, quia sicut videmus quod theca leguminis in qua grana inuicem vnita cōtinebantur, in æstate siccatur & aperitur, & tunc vnitas granorū disiungitur, & vnum ab altero separatur, sic vere quia æstas tentationis multos per indeuotionem siccauit, hinc est quod in vnum nolunt per concordiā manere, imo per diuersa vota & affectus solent se alter ab altero separare, & nunquam in die vnanimiter conuenire, sicut ad literam patet in electionib. vbi verificatur illud Eccles. 33. *Intuere in omnia opera altissimi, duo contra duo, vnum*

contra vnum. Non sic, sed simus vnanimes, iuxta illud quod dicitur Iud. 20. *Conuenit vniuersus Israel, quasi homo vnus eadem mente, eodemque consilio.* Ista igitur de vnitate concordiæ sufficiant. Vide supra de societate, concordia, & similibus.

Q ¶ Sed adhuc tamen est dicendum quod vnitas etiam potest accipi in malo, & sic per vnitatem intelligitur mala singularitas, & etiam mala concordia. ¶ Et primo mala singularitas, quia homo partialis & singularis vnus dicitur, in eo quod nulli per concordiam & amorem sociatur, vnde Eccles. 4. *Vnus est, & secundum non habet.* Vnde nota, quod talis vnitas & partialitas habet

Incompassionem & cupiditatem,
Indeuotionem & tepiditatem,
Indiscretionem & garrulitatem,
Contradictionem & crudelitatem.

Dico, quod istam partialem vnitatem comitatur incompassio & cupiditas, sic dicitur 1. Reg. 30. *quod ibi vnus, scilicet, pessimus volebat eam edere ne præda Dauid lassis remanentibus diuideretur.* Item ipsam comitatur indeuotio & debilitas. Tales enim faciliter cadunt in peccata, quia sicut dicitur in Psalm. *Sicut vnus de principibus cadetis.* Sic ipsam comitatur indiscretio & garrulitas, vnde Iob dixit vxori suæ Iob 2. *Sicut vna de stultis mulieribus locuta es.* Item ipsum comitatur contradictio & crudelitas. Vnde Ecclesiast. 11. *Ab vna scintilla augetur ignis, & ab vno doloso augetur sanguis.* Et proculdubio charissimi ad literam in sæculo & in claustro probatur, quod tales partiales & singulares vitam communem contemnentes, & per hypocrisim & alias singulariter viuentes, sunt, vt communiter, auariores, indeuotiores, dolosiores, garrulosiores, & crudeliores. Ista ergo est vnitas singularitatis.

¶ Est secundo vnitas malæ concorditatis. Mali enim ligant & vniunt semetipsos ad impugnandum Deum & sanctos. Psalm. 2. *Reges terræ & principes conuenerunt in vnum, &c.* Illi qui sunt similes, suos facilius vniti, & mali sunt similes, & ideo concordant, & veniunt contra bonos Ios. 9. *Congregati sunt, vt pugnarent contra Iosue vno animo.* Et sic etiam de impijs dicitur Actor. 7. *quod impetum fecerunt in beatum Stephanum vnanimiter.* Vide supra de congregatione & societate & coniunctione, &c.

A **Vnicus. Vnigenitus.** Nota, quod pro eodem supponunt, & potest intelligi per vnicum vel vnigenitum

Christus,
Anima,
Animus,
Pauper,
Vir iustus.

¶ Christus enim dico, quod est vnigenitus à patre, quod vnigenitus à matre. Vnde ipse dicit Prou. 4. *Ego filius fui patris mei, & tenellus & vnigenitus.* Qui pro nobis mittitur, & ideo diligendus. Qui pro nobis occiditur, ideo deplangendus. Qui hæres constituitur, ideo venerandus. Diligatur ergo, quia pro nobis mittitur 1. Iohan. 4. *In hoc apparuit charitas Dei, quoniam vnigenitum filium suum misit.*

Item deplangatur, quia pro nobis occiditur Hier. 6. *Luctum vnigeniti fac tibi planctum amarum.* Item honoretur, quia hæres constituitur Iohan. 1. *Vidimus gloriam eius gloriam quasi vnigeniti à patre.* ¶ Item vnica dicitur anima, quia, scil. homo non habet nisi vnicam Lucæ 8. *Filia vnica erat illi, & hæc moriebatur.* Et ideo ipsam debet summe custodire, ne pereat per peccatum, & sollicitam debet curam gerere & habere exemplo Dauid, qui dicebat in Ps. *Erue à framea Deus animam meam.* ¶ Item vnicus etiam dicitur animus vel spiritus hominis, qui, sc. debet amari, & si per peccatum moritur, debet per gratiam suscitari Luc. 7. *Ecce defunctus efferebatur vnicus filius matris suæ, &c.*

Item vnicus etiam dicitur pauper, quia solus vnicus est in mundo, nullum habens adiutorium præter Deum Psalm. *Respice in me, & miserere mei, &c.* ¶ Item vnicus dicitur homo iustus. Iustum enim Deus, quasi vnicum diligit, & tanquam charum & pretiosum custodit 2. Reg. 1. *Sicut mater vnicum diligit filium, ita te diligebam, &c.*

A **Vobiscum. Nobiscum.** Mecum, Tecum, Secum. Nota, quod istæ dictiones compositæ dicunt semper per societatem, præsentiam, vnitatem, assistentiam, propinquitatem. Et ideo breuiter notabo, quod inuenitur, scilicet,

Societas quæ debet { Optari, Amari, Vitari.

¶ Dico primo, quod est societas quæ debet optari, & ista est societas ipsius Dei, quæ per gratiam inchoatur, & per gloriam cōsumatur. Sicut enim videmus quod omnia naturaliter appetunt esse, & coniungi suo originali principio & etiā cum illa re qui videtur eis vtilis & fructuosa, sicut patet de igne qui semper sursū ascendit, & cū sphæra ignis se coniungit, sicut patet de aqua, quæ semper iosenus descendit, & cum mari quod est principium suū se vnit, & sicut patet de ferro, quod cum adamante coniungi nititur, vt exinde aliquam perfectionem acquirat, sicut dicunt aliqui naturales, sic vere charissimi cū Christo debemus per amorem & deuotionem coniungi & eidem per gratiam sociari. Ab ipso s. principium & originem accipimus, & in ipso omnem perfectionem acquirimus & habemus. Sicut ergo lucifer semper cū sole dicitur esse, & retro & ante semper procedere, sic vere sēper debemus Deum comitari, & cum ipso per gratiam & charitaté commorari, ita vt ipsum præcedamus deuote orando, vel sequamur deuote ei famulando. Et sic dicamus illud Luc. 22 *Paratus sū tecum & in carcerem & mortem ire.* Et merito talis societas est affectanda, quia sicut oues diligunt, & debent esse cum pastore à quo à lupis defenduntur. Milites cū duce à quo conducuntur: Pupilli cum tutore à quo gubernantur: Boni discipuli cū doctore à quo informantur. Pauperes cum benefactore à quo satiantur, sic vere nos debemus esse cum Deo, à quo bona omnia reportamus, quia proculdubio charissimi, societas ipsius inuenitur, B

Debilium reformatiua,
Flebilium lætificatiua,
Errantium certificatiua,
Timentium assecuratiua,
Egentium resatiatiua,
Ardentium refrigeratiua,
Laborantium adiuuatiua,
Morientium viuificatiua.

¶ Dico ergo, quod ista societas est debilium fortificatiua. Forte enim lignum sustinet debilem vineam quando cum ipso ligatur. Sic Deus fragilem hominem qui cum eo per gratiam sociatur. De quo dicitur Iudi. 15. *Aperite portas, quia nobiscum est Dominus, qui fecit virtutem.* Et de Gedeone dicitur Iud. 6. *Dominus tecum virorum fortissime.*

Item ista est lætificatiua flebilium. Valde enim lætificat gentem suam præsentia ducis boni, sicut de Apostolis dicitur Iohan. 20. quod gauisi sunt discipuli viso Domino. Iste est semper nobiscū præsens Matt. 28. *Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationē sæculi.* Item ista est certificatiua errantium. Sol enim præsens illuminat, & non absens. Sic Christus si nobiscum fuerit, nos in fide & in moribus spiritualiter reformat & instruit. Vnde de sapientia dicitur Sap. 9. *Mitte illam de sede maiestatis tuæ vt mecū sit.* Item ista est assecuratiua timentium. Homo enim minus solet timere cum alia persona, quam solus, & maxime si alius sit fortis. Ideo cum iste sit fortissimus, restat quod secum per gratiam manens sit tutissimus. Et ideo ipse dicit Gen. 26. *Noli timere, quia ego tecum sum,* & Hie. 42. *Nolite timere, quia ego vobiscum sum, vt saluos vos faciam, dicit dominus,* & Num. 14. *Dominus vobiscum, nolite metuere.* Item ista est resatiatiua egentium, præsentia enim obiecti delectat & satiat potentiam, sic societas Christi, maxime in præsentia. Et ideo dicitur Luc. 15. *Fili, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt.* Item ista est refrigeratiua ardentium, & per tentationes æstuantium, vnde Es. 44. *Cum transieris per ignem tecum ero.* Item ista est coadiuuatiua laborantium Sap. 10. *Mitte eam vt mecum laboret.* Et 1. ad Cor. 15. *Laboraui & ego non solus, sed gratia Dei mecum.* Item ista est saluificatiua & liberatiua pereuntium & morientium, vnde Hier. 1. *Ego tecum sum vt eruam te.* Ista est societas quæ est affectanda.

¶ Secundo dico, quod est vna societas quæ est frequentanda, & ista est societas bonorum, quia nos debemus esse cum bonis vt eos imitemur, cum pauperibus vt eos adiuuemus. Iustos debemus nobiscum habere, vnde eorum vestigijs inhæreamus Exod. 24. *Habetis Aaron & Hur vobiscum.* Pauperes debemus habere nobiscum vt eos nutriamus Deut. 15. *Aperies manum tuam egeno & pauperi qui tecum versatur.* C

¶ Tertio dico, quod est societas quæ est euitanda, & ista est societas malorum Prou. 1. *Si dixerint: Veni nobiscum, insidiemur sanguini,* Sequitur: *Sortem mitte nobiscum, marsupium sit vnum omnium nostrorum, &c.* D

Suffi-

Sufficiat. Vide supra de Com in litera C. & fac inde tractatum si non sit factus Et vide si vis de societate & de Mecum.

A **Vocare. Vocatus.** Nota, quod vocare sumitur quandoq; pro nominare, sicut Lu. 1. *Vocabant eum nomine patris sui Zacharias.* Aliquando vero vt communiter sumitur pro appellare, sicut Num. 23. *Vocaui te vt malediceres & tu benedicis.*

¶ Igitur dicamus aliquid de appellatione vocatiua seu acclamatione. Et sic notandum generaliter quod est vocatio diuina. Vocare enim nihil aliud est, quam ad se aliquem appellare, & attentum facere, vel ad aliquid audiendum vel aliquid faciendum applicare. Et ideo Deus hominem vocare dicitur, quando vno modo vel alio ipsum conuertere nititur, & quando ipsum verbo vel verbere alloquitur vel affatur. Ipse enim est sicut auceps, qui auem quam timet fugere & à domino suo recedere, clamat & vocat, & eam illaqueat & ligat. Sic vere Deus solet verbis & verberib. peccatores ad se vocare, & à vitiorum deuio ad salutis itinera reuocare Gen. 3. *Vocauit dominus Adam. & dixit ei, Adam vbi es?* Et sic dico, quod est quadruplex vocatio Dei, sc.

Spiritualis, vocat enim spiritualiter ad statum perfectionis,
Temporalis, vocat enim temporaliter ad gradum prælationis,
Æternalis, vocat enim æternaliter ad locum refectionis,
Infernalis, vocat enim infernaliter ad locum damnationis.

Vocatio { Prima est pœnitentium,
Secunda est præsidentium,
Tertia est bonorum morientium,
Quarta est est malorum pereuntium.

Dico ergo quod Deus vocat pœnitentes ad statum perfectionis quia ipse vocat delinquentes ad pœnitentiam & conuersionem, pœnitentes vero ad vitæ & morum perfectionem Marc. 9. *Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam* Ro. 8. *Quos vocauit, hos & iustificauit* Item vocat præsidentes ad statum prælationis, quia sicut dicitur Heb. 5. *Nec quisquam sibi sumat honorem, sed qui vocatus est à Deo, tanquam Aaron.* Item vocat iustos morientes ad locum refectionis, sc. ad gloriam paradisi, vt 1. Pet. 3. *In hoc vocati estis vt benedictionem hæreditate possideatis.* Item vocat etiam malos decedentes ad locum infectionis, sc. ad infernum. Vnde de ipsis dicitur Hier. 25. *Gladium ego voco super omnes habitatores terræ.*

B ¶ His ergo præmissis dicamus primo quod est quædam vocatio interior & spiritualis, & ista est illa qua Deus vocat suos ad diuersas conditiones & mores, per suam occultam inspirationem & ordinationem, & per scripturæ prædicationem & inductionem. Et sic Dei vocatio nihil aliud est quam quædam secreta Dei ordinatio, electio & prædestinatio, inductio & inspiratio. Deus enim est sicut bonus pater familias, qui secrete apud se disponit quid quilibet seruorum in sequenti die facturus sit, ipsis tamen seruis ignorantib. facta sua. In mane enim solet eos vocare, & diuersis diuersa officia iniungere, & diuersis operib. diuersos applicare. Et vere Deus apud se disponit de seruis suis fidelibus ab æterno ad quæ & ad qualia opera sint vocandi, & ipsis ignorantib. ante eorum creationem de ipsis tractat, ordinat & disponit. Et ideo particulariter solet ad diuersas vias & varia opera salutis secundum suam ordinationem prudentissimam, cuilibet opus dare. Et inde est quod vnus vocatur ad industriam vnam, vt ad vnum statum, & ad vnum exercitium, alius vero ad aliud & ad alia, sicut enim dicitur Io. 9. *Pastor oues proprias vocat nominatim.* Quia, sc. Deus, qui est pastor omnium ad certos status, conditiones & mores vocat singulos, singulatim, vnde Mat. 25 *Homo quidam vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua, & vni dedit quinque talenta, &c.* Et Apostolus 1. Cor. 7. *Vnusquisq; proprium habet donum à Deo, alius sic, alius autem sic.* quasi dicatur, quidam quinque habet talenta, alius vero duo, alius vnum, hoc est, dictum diuersimode secundum magis & minus. Et ideo charissimi tales vocationes nostras debemus attendere, & vnusquisque vocatione, statu & gradu proprio contentus esse, & non ad ampliora tendere & ambire, sed in eodem, nisi forte ad aliud à Deo vocatus fuerit permanere, vnde 1. Cor. 1. *Videte vocationem vestram fratres, quia non multi sapientes secundum carnem. &c.* Et sequitur c. 7. *Vnusquisq; in ea vocatione qua vocatus est, in eadem permaneat*, nisi ad aliud etiam à Deo sit vocatus. Et sic breuiter Deus hominem vocat

Ad { Pœnitentiam vt lamentetur,
Sapientiam vt contempletur.
Amicitiam vt iocundetur,
Indulgentiam vt liberetur,
Patientiam vt coronetur,
Diligentiam vt operetur,
Eminentiam vt honoretur,
Continentiam vt emondetur,
Opulentiam vt satietur.

¶ Dico ergo quod Deus vocat, s. hominem vt lamentetur per pœnitentiam. Et sic dicitur Mat. 9. *Non venit vocare iustos, &c.* ista tamen vocatio à multis non recipitur, sed in contrarium commutatur, vnde Esa. 22. *Vocauit dominum ad fletum & planctum, &c.* Item vocat nos Deus vt contemplemur per sapientiam, vnde Esa. 48. *Audite me Iacob & Israel quem ego voco.* Israel enim videns Deum interpretatur, per quem vir contemplatiuus intelligitur, qui videt Deum & contemplatur. Contra quod faciunt multi, qui de contemplatione cœlestium non curant, contra quos Pr. 1. *Vocaui, & renuistis, extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret.* Item vocat nos vt iocundemur per amicitiam, quia ipse vocat ad societatem Christi & sanctorum, quæ læta est & iocunda 1. Cor. 1. *Fidelis autem dominus per quem vocati estis in societatem filij eius.* Sed e contra multi sunt, qui vocati ad istam societatem venire dedignantur, de quibus potest dominus dicere illud Thr. 1. *Vocaui amicos meos, ipsi autem spreuerunt me.*

Item vocat nos vt liberemur per indulgentiam, sic vt peccati laqueos exeamus Heb. 9. *Repromissionem accipiant qui vocati sunt, &* Gal. 5. *Vos autem in libertatem vocati estis.* Item vocat nos vt coronemur per patientiam, & sic vocantur martyres, de quorum patientia, dicitur 1. Pet. 5. *Qui vocauit nos in æternam gloriam suam modicum passos.* Item vocat nos vt operemur per diligentiam. Deus enim pater est ille paterfamilias qui conducit operarios in vineam suam, & tandem dicit procuratori suo, *Voca operarios* Mat. 20. Item vocat nos vt honoremur per eminentiam, & hoc est quando vocat nos ad Ecclesiasticas dignitates. De quo Esa. 22 *Vocabo seruum meum Eliachim, & induam eum tunica.* Item vocat nos vt emundemur per continentiam Soph 1. *Sanctificauit vocatos suos.* Vnde 1. Thes. 4. *Non enim vocauit nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationem.*

Item vocat nos vt satiemur per opulentiam, quia, ipse, sc. verbis & verberib. vocat nos ad cœnam gloriæ paradisi Mat. 22. *Misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias.* Ad nuptias enim cœli omnes qui habent fidem vocantur, sicut dicitur ibid. Illi enim qui habent fidem sine operib. refutantur, nam *multi sunt vocati, pauci vero sunt electi* Mat. 20. Illi vero qui fidem habent & misericordiæ opera, receptantur, de quib. Apo. 19. *Beati qui ad cœnam nuptiarum agni vocati sunt, & peruenient*, supple. Ecce ergo quomodo diuersi ad diuersa vocantur, & quomodo ille qui numerat multitudinem stellarum, & omnib. eius nomina vocat, de diuersis diuersimode meditatur. Nos ergo charissimi istas vocationes teneamus, iuxta illud 1. Co. 7. *Vnumquemq; sicut vocauit dominus, ita ambulet.* Vocationes etiam parendo humiliter audiamus, iuxta illud Bar. 3. *Stellæ vocatæ sunt, & dixerunt, assumus.* Et ipsi Deo per executionem bonorum operum responsionem congruam faciamus, dicentes illud Iob. 14 *Vocabis me, & ego respondebo tibi, &c.* Sed pro certo charissimi multi sunt sicut gallina, quæ in æstate vbiq; inueniens grana, non vult venire quando vocatur, & sicut falco & miluus carnib. repletus, qui non venit ad magistrum quando inclamatur, & sicut seruus contumax, qui non respondet domino suo quando excitatur, & sicut dormiens vel in remotis agens, qui non audit quando ab aliquibus appellatur, quia homines

Granis diuitiarum ditati,
Carnibus deliciarum satiati,
Contumacia superbiæ indignati,
Somno pigritiæ aggrauati,
A Deo per obstinationem elongati.

Istas vocationes Christi non audiunt, nec ad ipsas veniunt nec attendunt. Vnde de istis potest dominus dicere illud Iob 19. *Seruum meum vocaui & non respondit mihi ore proprio, deprecabar, &c.* Non sic charissimi, sed secundum doctrinam Apostoli Eph. 4. *Ambuletis digni vocatione qua vocati estis.* Quia cuilibet potest dici illud Io. 11 *Magister adest, & vocat te.*

¶ Aduertite ergo, quod ista vocatio est audienda & attendenda propter tria, scilicet C

Propter vocationis { Honorem, Amorem, Clamorem. }

Probat honorem magistralis excellentia [ Magister ]
Probat amorem personalis assistentia [ Adest ]
Probat clamorem virtualis eloquentia [ Vocat te. ]

¶ Istæ enim sunt tres causæ quare vocatio debet attendi, scilicet, propter statum honoris. *Magister* inquit. Libenter enim magistrum vel dominum quilibet infirmus vel subiectus sequitur, quando vocatur. Cuius Exemplum habemus *in Samuele, qui credens se vocari in somno ab Heli sacerdote & magistro suo, statim respondit, dicens: Ecce ego, quia vocasti me* 1. Reg. 3. Cum igitur Deus sit pastor & magister, bene dico quod vocatio ipsius est audienda, & ei per bona opera respondendum Iob 4 *Vocabis me, & ego respondebo tibi.* Pulli enim à matre vocati sequuntur eam, & agnus quando matrem suam intelligit, post eam ambulat & currit. Cum igitur iste sit pater & mater & ductor, necesse est quod vocationi ipsius pareamus, & per bona opera post eum ambulemus. Exemplo Petri & Andreæ, *quos residentes in naui retia sua vocauit dominus, & statim secuti sunt eum.* Et sic potest cuilibet dicere illud Ioan. 3. *Vos vocatis me magister & domine.* Debet igitur audiri propter statum bonitatis. Item debet audiri propter signum amoris, cum dicitur: Adest, quia assistentia & præsentia vocantis est signum quod ipse diligit illum quem vocat. Et sicut melius auditur præsens quam absens, sic Christus, cum ipse se præsentem exhibeat inuocandu Esa. 58. *Vocabo, & duces, ecce assum.*

Item debet audiri propter sonum clamoris quod ostenditur cum dicitur. *Vocat te.* Vocatio enim præsupponit altiorem sonũ quam communis locutio. Sonus vero quanto plus clamat, tanto plus auditur. Et quia iste vocat & clamat verbis scripturarum, & verbis prædicatorum, verbis inspirationum, & verbis tribulationum, bene dico quod est merito audiendus. Exemplum Samuel. 1. Reg. 3. vbi dicitur: *quod venit dominus & stetit & vocauit, Samuel, Samuel. Ait Samuel, loquere domine, quia audit seruus tuus.* Patet ergo quod est quædam vocatio Dei interior & spiritualis.

D ¶ Secundo principaliter dico, quod est quædam vocatio Dei exterior & temporalis, & ista est illa qua dominus ad dignitates temporales aliquos vocat, nominat & assumit. In curiam enim regis vel Papæ nullus intrat non vocatus, qui enim ibi non vocatus se ingereret, forte verba & verbera sustineret. Istud enim figurabatur in aula regis Assueri, *vbi nulli licebat ingredi nisi vocato, quod si non vocatus ingrediebatur, sine remedio occidebatur,* sicut dicitur Hest. 3. Sic vere charissimi in aulam regis Christi (quæ est Ecclesia) non debet aliquis intrare, nec ad dignitates & beneficia Ecclesiastica se inferre, ni Deus per canonicam promotionem decreuit hunc vocandum. Qui enim non vocatus à domino ingreditur, mortis æternæ periculum subit, sicut simoniaci & ambitiosi, qui se ingerunt non vocati, quia proculdubio non gaudent nec prosperantur, sed potius in miserijs & tribulationibus moriuntur, quia communiter tales intrantes in pace non finiunt dies suos, vide Sap. 11. *Quomodo posset aliquis permanere nisi voluisses, aut qui à te vocatus non esset conuersaretur,* quasi dicatur, impossibile est. Aduerte tamen quod aliqui à ianitoribus per fauores introducuntur, licet à domino non vocentur, quinimo ostiarij solent illos quos Papa plus vellet dimittere, & alios introducere non vocatos. O Deus quot sunt hodie tales ostiarij in Ecclesia, sc. mali & simoniaci prælati, qui videlicet bonos & dignos quos Summus pontifex amplius diligit exterius dimittũt, malos vero à Deo nõ vocatos mediantibus pecunijs introducunt, figurati in Adonia, *qui præter voluntatem patris sui Dauid ambitiose regnabat, qui multos alios indignos ad conuiuium vocauerat,* Salomonem vero à Deo & à Dauid vocatum & electum dimisit, sicut dicitur 3. Reg. 1. *Ioab vero principem militiæ, & Abiathar summum sacerdotem sibi pro parte sua confœderauerat, quibus fauentibus imperabat.* Quia pro certo charissimi Adonias, id est, malus & ambitiosus & simoniacus prælatus qui præter voluntatem patris sui Dauid, id est, Christi, dominatur, & regnat, & qui per manum principum & superiorum, prælatorum, sacerdotum promouetur & imperat, quos de bonis Ecclesiæ lautius impinguat, ad conuiuium Ecclesiasticorum officiorum non libenter Salomonem, qui interpretatur pacificus, id est, bonos, iustos, pacificus, maturus & à Deo vocatos & electos solet vocare, quinimo solet tales dimittere & excludere & malos sibi fauentes introducere & vocare, quia sæpe fit hodie quod mali raptores & impij a fratribus eliguntur, boni vero qui filij sunt Ecclesiæ, impromoti exterius dimittuntur. Vnde de talibus potest loqui diabolus, dicens illud Esai. 8. *Voca nomen eius, accelera, spolia detrahe, festina prædari.* Quia pro certo tam principes quam mali prælati non vocant hodie in officijs & dignitatibus nisi detractores, prædatores, festinos, præcipites & raptores, tales tamen quandoque à Deo patre suo repudiantur & deponuntur, & alij loco istorum instituuntur Iob. 34. *Perdet multos & innumerabiles, & regnare faciet alios pro eis.* Non sic charissimi, non vocemur ab homine, sed à domino, quia non iuste introducitur qui à domino non vocatur. Et ideo de quolibet sic vocato & electo dicitur Hier. 11. *Oliuam vberem, fructiferam, pulchram, speciosam vocauit dominus nomen tuum,* vide eam supra de nomine; vbi inuenies eam diuisam & prosecutam, vt sic de quolibet sic vocato dicatur illud 2. Reg. 14. *Vocatus est Absalon vt intraret ad regem.* Vide eam supra de intrare. Isti ergo vocantur ad gradum honoris & dignitatis qui per Dei ordinationem assignantur, vnde Es. 62. *Vocabitur tibi nomen nouum quod os domini nominauit.*

¶ Vbi aduerte quod in tali vocatiua nominatione & electione debet inesse. E

Maturitas deliberatiua [Vocabitur, in futuro]
Famositas exuberatiua [Nomen nouum]
Diuinitas præordinatiua [Quod os domini nominauit.]

¶ Ista enim tria per ordinem debent esse à parte electorum, à parte electi, & à parte ipsius domini, quia electorum prudentia debet deliberare, electi redolentia debet exuberare, diuina prouidentia debet determinare.

¶ Requiritur electorum prudentia deliberatiua, cum dicitur (Vocabitur, in futuro) Futurum enim tempus tarditatem & deliberationem designat, quæ in illo opere requiritur, quia necesse est quod deliberatio in electionibus apponatur. Natura enim nihil magnum subito facit, quinimo complementum, cuiuscunque rei magnæ per successiones & interualla operatur, construit & componit, & quanto res debent esse melioris conditionis & longioris durationis tanto requiritur tempus diuturnioris dilationis. Et inde est quod fœtus Elephantis non minus quam duobus annis in vtero perficitur qui tandem maximus inuenitur. Palma etiam ad fructificandum centenum annum expectat, quæ tandẽ postea durat & fœcundissime fructificat. Quercus etiam tardissime crescit, quæ tamen completa diu perorat & persistit. Natura enim in rebus durantib. & notabilib. solet deliberare, & tarde perficere & procedere, & nihil magnum subito facere & procreare. Cum igitur procreatio & innouatio vel institutio alicuius prælati sit quoddam valde magnum & arduum & durabile atq; firmum, restat quod cum deliberatione & tarditate debet eligi, & euidenti circumspectione procreari. Vocabitur inquit, sc. in futuro cum deliberatione, & non cum præcipitatione, vt sic de ipso possit dici illud Zach. 8. *Vocabitur Hierusalem ciuitas veritatis,* & Esa. 1. *Vocabitur ciuitas iusti, & vrbs beata & fidelis.* Quia prælatus qui sic cum deliberatione est vocatus, debet esse Hierusalem, i. visio pacis, quia semper debet quærere pacem & dilectionẽ. Debet esse ciuitas iusti, quia semper debet habere iustitiam & correctionem. Debet esse vrbs fidelis, quia semper debet habere fidelitatem & perfectionẽ. Requiritur igitur in ista electione & vocatione electorũ prudentia deliberatiua. ¶ Deinde dico, quod requiritur electi redolentia exuberatiua (Nomen inquit nouum.) Ad denotandũ quod electus debet habere nomen, virtutem & famam Luc. 1. *Vocabant eum nomine patris sui Zachariã.* Vide supra de nomine & appellatione, & pone quid volueris. Requiritur ergo electi redolentia exuberatiua.

¶ Deniq; requiritur diuina prouidentia præordinatiua. (Nominauit inquit domin⁹.) Necesse est enim q à domino vocetur, & quod sua vocatio à Deo principaliter ordinetur, vnde Es. 49. *Dominus ab vtero vocauit me, de ventre matris meæ recordatus est nominis mei. &c.* Humor enim de profundo sursum ad ramos & summitatem arboris non erigitur, nisi per solis influentiã attractus: præueniens enim virtus & attractio causa est quare fit in arbore talis erectio & eleuatio. Sic vere homo occulte superius eleuetur, & non per suã occultam rationẽ superius attrahatur, quia sicut ipse Christus dicit Io. 6. *Nemo potest venire ad me, nisi pater meus attraxerit eum ad me,* vnde Esa. 45. *Ego dominus, qui voco nomen meum.* Aduerte tamen quod talis vocatio, electio, erectio nõ cõtinue fit à Deo. Sol enim quandoq; attrahit puriorem aerem, vel etiã humorem qui sit in arbore, sic Deus quandoq; vocat, elegit & præficit meliorẽ. Quandoq; vero attrahit fœdiorem, & deteriorẽ, & sic fit quod multoties deteriores promouentur. Ecce enim vinũ nouum

num turbidum & impurum & diversis fæcibus permixtum, solet fortius ebullire, & in dolio in quo est, moveri, currere, & fervere, tunc igitur accidit quod non pars vini purior, sed impurior sursum erigitur, & fæx & spuma ad dolij superficiem elevatur. Sic est vere charissimi in dolijs, i. e. in collegijs quando quis eligitur, tunc enim non cessat ebullitio malarum affectionum, quinimo semper abundat ibi motio litium & turbationum. Et ideo Deus videns, quod suis vocationib. volunt stare, solet ipsos sibi ipsis dimittere, & sic solent impuriorem partem dolij, i. e. deteriorem partem collegij aliquando eligere & præferre. Ista est ergo vocatio humana, & non divina, de quibus Hier. 6. *Argentum reprobum vocate eos, quia dominus proiecit illos.* Item Oseæ 1. ubi dicitur: *Voca nomen eius, non populus meus.* Quia tales qui sic per affectiones vocantur, non populus domini sunt, sed potius sine misericordia inveniuntur. Non sic ergo, sed sit tibi divina providentia præordinatio. Vocavit enim dominus, unde Tob. 4. *Vocavit Tobias filium suum* 1. Reg. 3. *Vocavit Dominus Samuelem*, quod talis electio describitur,

Vt { Supernaliter ordinata [Dominus]
Actualiter desponsata [Vocavit]
Virtualiter consummata [Samuelem, scil. virum virtuosum.] }

Sic ergo, dico, quod est quædam vocatio Dei exterior & temporalis.

F ¶ Tertio principaliter dico, quod est quædam vocatio divina, quæ est superior & æternalis, & ista est illa qua quis vocatur per mortem ad æternam gloriam paradisi. Sicut enim paterfamilias mittit quandoque famulum suum, ut vocet homines ad convivium, sic Deus mittit mortem quæ est famula & ostiaria sua, ut amicos suos vocet & introducat ad cœleste palatium. unde de sic vocato dicitur illud 2. Reg 4. *Vocatus est Absalon ut intraret ad regem.* Mors enim est quædam vocatio & quædam peremptoria citatio, qua coram Deo comparere compellimur, & quasi boni fuerimus, ad cœleste palatium adducamur. ¶ Advertere si vis quod hic ostenditur

Conditio de qua quis commendatur [Absalon]
Citatio per quam quis excitatur [Vocatus est]
Promotio ad quam quis invitatur [Vt intraret ad regem.]

Vide supra de intrare, ubi ipsam invenies. Boni enim sunt sicut operarij, qui in sero noctis vocantur ad salarium, sicut pauperes, quia divites vocantur ad convivium, sicut milites, qui à rege vocantur ad stipendium. Æterna enim gloria & salarium pro laborantibus. Unde Matt. 2. *Voca operarios, & redde illis mercedem.* Est etiam convivium famelicentibus Luc. 14. *Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocavit multos.* Est insuper stipendium militantibus Phil. 3. *Destinatum prosequor & ad bravium æternæ vocationis.* Et si vis dilatare quomodo citatur per mortem

Vt { Compareat,
Respondeat,
Sustineat,
Obtineat. }

Potes si vis dilatare, sed omitto gratia brevitatis. Patet ergo quod triplex est vocatio divina. De quarta vocatione, qua, scil. damnati ad infernum vocantur vide in tabula.

G ¶ Sed adhuc dico, quod est vocatio humana. Sicut enim video, omnia animalia in specie sua solent se mutuo vocare, & certis signis appellare, & sic vocando affectiones suas alterutrum intimare, sicut patet in bobus, in lupis, gallis, & similibus. Sic vere necesse est quod alios ad nos vocemus & appellemus, & quod voce & opere conceptus nostros vocibus exprimamus. Et sic notare possumus quod nos debemus

Vocare { Deum ut exaudiat,
Prudentem ut erudiat,
Pauperem ut adveniat,
Amicum ut subveniat,
Virtuosum ut proficiat,
Errantem ut deficiat,
Peccantem ut luctum faciat. }

¶ Vocetur Deus ut exaudiat. Exemplo ovis, quæ vocando vocat matrem suam ad sui lactationem Zach. 13. *Vocavit nomen meum, & ego exaudiam eum.* Item vocetur vir doctus ut erudiat. Exemplo alaudæ, quæ vocando vocat diem ad sui illuminationem 1. Reg. 28. *Vocavi te ut ostenderes mihi quid faciam.* Item vocatur pauper ut se reficiat. Exemplo galli, qui grano invento vocat gallinam ad ipsius communicationem Luc. 14. *Cum facis convivium, voca pauperes & debiles.*

Item vocetur amicus ut subveniat. Exemplo elephantis, qui cadens nec resurgere valens, barriendo vocat alios ad sui relevationem Zach. 3. *Vocabit vir amicum suum.* Item vocetur virtuosus ut proficiat. Exemplo infirmi, qui vocat sanitatem ad sui curationem Prov. 7. *Dic sapientiæ, soror mea es, & prudentiam voca amicam tuam.* Item vocentur errantes ut ad viam veritatis redeant. Exemplo pastoris, qui vocat ovem ad sui reductionem, unde Prov. 9. dicitur, *quod sapientia misit ancillas suas ut vocarent ad arcem.* Sequitur: *Si quis parvulus est, veniat ad me.* Item vocetur peccator ut luctum faciat. Exemplo matronæ, quæ vocat ad mortuorum lamentationem Amos 5. *Vocabunt agricolam ad luctum, & ad planctum eos qui sciunt plangere.* Sufficit igitur quod dictum est de vocare. Vide supra de clamare, appellare, nominare, invocare, orare, & similibus.

¶ De mala invocatione qua diabolus vocat malos ad delectationem, vel etiam qua ipsi mali vocant alios ad detestabilia, dicitur Prov. 9 *quod mulier stulta & clamosa stetit in alto urbis loco, ut vocaret transeuntes.* Et dicitur Prov. 15 *quod melius est vocari ad olera cum charitate, quam ad vitulum saginatum cum odio.* H

## Vociferari.

Nota, quod vociferari idem est quod vocem emittere more feræ. Est ergo vociferari idem quod vocare fortiter cum clamore. Et sic nota, quod invenio vociferationem A

Bonorum,
Malorum,
Miserorum,
Damnatorum,
Beatorum.

¶ Est ergo vociferatio hominum perfectorum. Boni enim solent multis modis vociferari etiam cum clamore, sc. Per contritionem peccata plorando. Per orationem dominum rogando. Per prædicationem sese exhortando. Per exultationem Deum extollendo. Per compassionem alijs miserando. ¶ Dico ergo primo, quod multi vociferantur per contritionem Num. 14. *Vociferans omnis turba flevit nocte illa.* Item per orationem Ios. 6. *Vociferante omni populo muri Hiericho corruerunt.* Item per prædicationem & exhortationem Ios. 8. *Vociferantes & semutuo cohortantes persecuti sunt inimicos.*

Item per laudem & exultationem Psal. 37. *Psallite in vociferatione.* Item per compassionem, supple de pœnis bonorum. *Vociferabor ad te vim patiens, &c.* Abac. 1. *Ista est igitur vociferatio iustorum.* ¶ Secundo dico, quod est vociferatio malorum, qui, scilicet, vociferantur iactando, gaudendo, manifestando, alijs minitando, unde Exod. 32. dicitur, *quod Iosue audivit tumultum populi clamantis & vociferantis in castris.*

¶ Tertio est vociferatio miserorum Exod. 2. *Ingemiscentes filij Israel propter opera vociferati sunt.*

¶ Quarto est vociferatio damnatorum, qui desperant & vociferantur præ dolore, de quibus potest dici illud 2. Paral. 13. *His vociferantibus perterruit dominus Hieroboam.*

¶ Quinto est vociferatio beatorum, qui præ gaudio vociferantur atque cantant, de quo potest dici illud 1. Esdr. 3. *Vociferantes in lætitia elevabant vocem.* Sufficit, vide supra de clamare & similibus.

## Vox.

Nota, quod vox nihil aliud est quam aër à pulmone in canalibus gutturis motus & impulsus, & mediantibus naturalibus instrumentis in ore articulatus & formatus. Cum igitur tam ratione suæ formationis, quam ratione suæ operationis vox diversas proprietates habeat, hinc est quod moraliter accipiendo, vox multipliciter accipiatur in scriptura. Notabo igitur quod invenitur A

Vox { Admirabilis,
Commendabilis,
Detestabilis,
Refutabilis,
Formidabilis,
Amicabilis. }

¶ Vox admirabilis est vox creatoris, quia ipse Deus filius dicitur vox & verbum, ut in Ps. *Ecce dabit voci suæ vocem virtutis.* Item vox commendabilis est vox viatoris, scil. vox bona & moralis, quam iustis viator multipliciter profert, de qua in Ps. *Voce mea ad dominum deprecatus sum, &c.* Item vox detestabilis est vox peccatoris. Peccator n. habet multas voces detestabiles atque malas, de quo Soph. 2. *Vox cantantis in fenestra, vox corvi in superliminari.* Item vox

refutabilis est vox deceptoris, scil. vox diaboli, qui voce malæ suggestionis loquitur omne malum Abac. 3. *Dedit abyssus vocem suam, altitudo manus suas leuauit.* Diabolus enim

Dicitur {
- Abyssus propter profunditatem malitiæ,
- Altitudo propter vanitatem elationis, & superbiæ,
- Dare vocem propter inductionem suggestionis & fallaciæ.

Item vox formidabilis est vox summi terroris, sc. desperationis ipsorum damnatorum, de qua Soph. 1. *Vox diei domini amara, tribulabitur ibi fortis.* Item vox amicabilis est vox summi dulcoris, sc. vox lætitiæ beatorum, de qua Hier. 33 *Adhuc audietur in locis* (sc. Paradiso) *vox gaudij & lætitiæ, vox sponsi & sponsæ.* Sic igitur patet quod inuenitur, scilicet,

Vox {
- Audienda,
- Proferenda,
- Abhorrenda,
- Fugienda,
- Metuenda,
- Appetenda.

¶ Longum esset ista sex membra per ordinem explicare, ideo statui ea arctare ad tria. Et sic dico quod est

Vox {
- Admirabilis, quæ est audienda,
- Commendabilis, quæ est proferenda,
- Detestabilis, quæ est abhorrenda.

B ¶ Igitur primo dico, quod est vox admirabilis quæ est audienda, & ista nihil aliud est quam Dei filius, qui vox & verbum dicitur esse patris, mediante enim isto Deus pater mentem suam hominibus declarauit. Legem vitæ prædicauit. In fide & moribus sæculum informauit. Dei enim filius vox fuit, & tamen ista vox vocem habuit. Vox dico fuit de mente patris egrediens. Vocem etiam habuit verbum salutis manifestando. Dico quod vox fuit. Verbum enim secundum August. in Hom. In principio erat verbum, dicitur conceptus mentis dum adhuc latet interius. Vox autem dicitur dum sonum induit, & tamen in ore procedit exterius. Sic vere Dei filius verbum est dum inhabitat mentem. Vox vero est dum sumpto sono humilitatis & carnis exterius clamat & visitat. Et ideo ipse Christus dicitur esse vox illa de qua Luc. 3. *Vox de cælo facta est, hic est filius meus dilectus, &c.* Vbi extenditur huius

Vocis {
- Conditio debilissima. (Vox,)
- Productio nobilissima, quia (de cœlo,)
- Perfectio completissima (Facta est.)

¶ Dico ergo, quod hic ostenditur conditio eius debilissima, quod ostenditur cum dicitur. (Vox,) quia, sc. vox est quid aereum, quod nullam habet existentiam firmitatis. Et ideo ipse Christus poterat dicere illud Luc. 3. Esa. 40 *Ego vox clamantis in deserto:* vide in sermone, Vox clamantis, & pone hic tria membra thematis, & omnia illa quæ faciunt, quod Christus sit vox.

¶ Item ostenditur, quod eius productio est nobilissima, quod ostendit loci sublimitas, quia de cœlis Matthæi tertio. *Ecce vox de cælis.* Cœli enim habent vocem suam, quam tonitruum nominamus, &c. Compara tonitruum ipsi Christo.

¶ Item ostenditur huius perfectio completissima, quam ostendit morum integritas, quia facta est Luc. 1. *Facta est vox salutationis tuæ in auribus meis.* Et Luc. 9. *Facta est vox de nube.* Christus ergo vox fuit. Dico, quod iste etiam habuit vocem, quia iste ab origine hominibus loqui non cessauit, ita quod vox eius auditur vbique. In scripturis enim loquitur ista vox magistraliter, Apocalyps. 14. *Audiui vocem de cælo dicentem mihi, scribe.* In creaturis loquitur exemplariter. Vnde in Psalm. *Vox Domini in virtute, &c. vsque vox Domini præparantis ceruos.* Ecce inquit in creaturis loquitur vox creatoris. In prædicando locuta est ista vox amicabiliter Apoc. 14. *Vocem quam audiui sicut citharœdorum.* In iudicando loquetur ista vox personaliter. Vnde Amos 1. *Dominus de Sion rugiet, & de Hierusalem dabit vocem suam terra Hierusalem in monte Sion, & monte oliuarum, & valle Iosaphat.* Dicatur ergo de voce suæ prædicationis sicut supra in sermone, Vox clamantis, vbi exponitur ista authoritas Vox turturis audita est in terra nostra, & pone eam hic. De voce vero suæ iurisdictionis nota, quod tunc Christus Deus noster dabit vocem suam terribilem, quia nunc contemnimus vocem eius amicabilem, tunc audiemus loquentem supernaturaliter, quia nunc non audimus loquentem appropinqualiter. O quam magna erit illa Vox quæ

- Mortuos suscitabit,
- Elementa renouabit,
- Omnes iudicabit,
- Iustos præmiabit,
- Malos condemnabit.

¶ Tunc enim secundum Psalm. *Dabit voci suæ vocem virtutis.* Tunc sicut dicit Eccl. 12. *Consurgent mortui ad vocem volucris,* quantum sc. ad corporum resurrectionem. Tunc enim sicut dicitur, *Dabit terra vocem suam & mouebitur terra,* id est, terrena natura quantum ad elementorum renouationem. Tunc sicut dicitur 2. Pet. 1. *Accipiemus à Deo Patre honorem & gloriam voce delapsa,* quantum ad præmiationem beatorum. Tunc sicut dicitur Apoc. 18. *Clamabunt voce forti, cecidit Babylon,* quantum, sc. ad malorũ damnationem. Et vere charissimi ista vox erit mirabilis & terribilis, & ideo ista in scriptura innuitur nobis per voces terribiles & horrendas. Comparatur enim ista vox leonis rugitui, qui oẽs bestias terret Apo. 10. *Clamauit voce magna quemadmodum cum leo rugit, &c.* Aquilæ reboatui, quæ terret omnes aues Apo. 8. *Audiui tanquam vocem aquilæ volantis per mediũ cæli.* Clamori tonitrui, quo turbantur vina Apo 14. *Audiui vocem tanquã tonitrui magni.* Turbarum tumultui, qui terret illos qui debent suspendi Apocal. 4. *Vox prima quam audiui tanquam tubæ loquentis.* Aquarum impetui, qui terreat audientes Apo. 1. *Vox illius tanquam vox aquarum multarum.* In his enim omnib. innuitur huius vocis terribilitas, quæ cõsiderata debet omnes homines terrere, & impios à malis coercere Soph. 1. *Vox diei domini amara, tribulabitur ibi fortis.* Et sic nos dicamus illud Gen. 3. *Vocem tuam audiui in paradiso, &c.* Patet ergo quod est vox quæ est admirabilis, quæ est attendenda.

¶ Secundo dico, quod est vox commendabilis, quę est proferenda, & ista nihil aliud est quam vox bona, honesta locutio, vtilis atq; sana. Vir enim sanus à leproso cognoscitur à voce, quia, sc. si homo sit sanus vocem habet claram & sanam, leprosus vero turbidam atq; raucam. Virgines etiam ad voces cognoscuntur, quia puer quamdiu est virgo, vocem habet dulcem & clarã, quando vero corrumpitur, incipit habere vocẽ grossam & raucã, turbidam & obscuram. Vir etiam ad vocem à fœmina distinguitur, quia fœmina habet vocem mollem & debilem, vir vero habet fortem, sonoram atq; stabilem. Sic vere charissimi voces, i. locutiones hominum distinguuntur moraliter. Inter illós enim boni, & iusti & sani, qui virgines & virtuosi dicuntur, loquela & voce sana, vera, clara, vtili, dulci & proficua semper vtũtur, quia sicut dicitur in Ps. *Vox exultationis & salutis in tabernaculis iustorum.* Illi vero qui molles sunt muliebres, leprosi, luxuriosi, corrupti & infecti, solent habere molles voces, raucas, mordaces & corrosiuas Ps. *Laboraui clamans, raucæ factæ sunt fauces meæ.* Et ideo sicut videmus quod pulchræ voces, & suaues libenter audiuntur, & maxime quando pulchritudo & aptitudo personæ comitatur, sicut patet quod pulchrum & delectabile est videre pulchrã personam bene cantantem sic vere vox suauis & honestæ locutionis libenter auditur, in Ecclesia maxime, quando morum pulchritudo & vitæ sanctitas suffragatur. Et ideo sponsus dicebat sponsæ Can. 2. *Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in aurib. meis, vox enim tua dulcis & facies tua decora,* Teste enim Arist. li. 1. de animalib. omne animal spirans habet vocem, illa vero quæ non spirant, cuiusmodi sunt pisces & serpentes non habent, sed carent voce, sed habent sibilum loco suæ vocis. Sic vere charissimi illi qui spirant per deuotionem, & illi qui spiritum attrahunt per orationem & gratiæ acquisitionem, debent habere sanam, & vtilem locutionem. Nam si spiritu diuinæ gratiæ caruerimus, vocem perfectam habere non poterimus, sed loco vocis sibilum imperfectum & inutile colloquium emittemus.

¶ Ideo breuiter de bona voce virorum perfectorum potest D exponi illud Ps. *Vox exultationis & salutis in tabernaculis iustorum.* In quibus verbis quinque ostenduntur genera vocum, quæ à fidelibus sunt habenda. Debent enim habere, sc. vocem

- Imploratiuam,
- Collaudatiuam,
- Meditatiuam.
- Exhortatiuam,
- Lucidatiuam.
- Prima est vox humilis orationis, quia [Vox]
- Secunda est vox hilaris locutionis [Exultationis]
- Tertia est vox salubris confessiuis [Salutis]

Quarta

Quarta est vox feruentis prædicationis [ Intrabernaculis]
Quinta est vox vrgentis reprehensionis [ Iustorum. ]
Prima est vox hominum deuotorum. Vox inquit, quę dicitur à voto, vel à vocando,
Secūda est hominum perfectorum. Exultationis inquit, quia perfecti lætantur in domino & gratias aguot & laudant.
Tertia est vox hominum contritorum. Salutis inquit, quia confessio est illa quæ sanat contritos corde.
Quarta est vox hominum discretorū. Intabernaculis inquit, quia prædium & taberna in quo vinum scientiæ emitur & venditur,
Quinta est vox hominum prælatorum. Iustorum quia iusti prælati debent subditos voce iustitiæ arguere, reprehendere & arcere.

¶ Habeamus ergo vocem humilis orationis, & hoc ostenditur cum dicitur Vox: quia vox dicitur à voto, vel à voco, vocas: eo, quod per orationem Deus vocatur, & votum & desiderium aliquod interpretatur. Videmus enim quod aliqua animalia sūt quæ vocem habent querulam, sicut bubones, aliqua quæ habēt vocem lugubrem, sicut miluus, aliqua quæ vocem habēt gemebundam, sicut turtur, aliqua quæ habent vocem repetiuā, sicut cuculus. Ista enim animalia sono proprio videntur plangere, & aliquid petere & quærere vel rogare. Viros vtiq; signantes deuotos, quorum vox & oratio semper humiliter vlulat & gemit, & à Deo illa quæ sunt necessaria, voce flebili querula sēper quæsit, & pro obtinendo illud sæpe repetit atq; dicit. Vox inquit. Et ideo homini deuoto & humili gemebundo flebili & oranti videtur loqui scriptura Es. 29. vbi dicit: *Humiliaberis de terra loqueris, & de humo audietur eloquium tuum.* Et erit quasi Pythonis de terra vox tua, & de humo mussitabit eloquium tuum. Pytho erat ille qui per artem magicam mortuos ab inferis vocabat, & ipsos respondere compellebat, qui de terra loqui dicebatur, pro eo q̄ cum illis qui sub terra iacebant, voce submissa loquebatur. Cui vtiq; loquendo spiritualiter, est similis vir deuotus, cuius oratio mortuos peccatores ab inferno desperationis euocat & extrahit, ipsosq; per confessionē loqui & respondere compellit, quia, sc. vox talis debet esse humilis, de terra etiam submissa, i. de humili mente egrediens & emissa. Talis n. vox melius à Deo auditur, & quicquid sic voce humilis orationis petitur, melius impetratur, vnde Hieremi. 31. *In excelsis audita est vox lamentationis.* Et bene audita est, quia sicut in organis canales graciliores habent voces & altiores, sicut spiritualiter vox illius apud Deum tanto est altior, & oratio validior, quanto gracilior est & humilior, sicut de Anna legitur, *quæ humiliter orando & tacite obtinuit quod petebat* 1. Reg. 1. Et in Ps. *Voce mea ad dominum clamaui & exaudiuit me.* Habeamus ergo vocem humilis orationis.

¶ Etiam dico, quod habeamus vocem hilaris locutionis. Exultationis inquit. Viri enim perfecti debent habere voces lætas spiritualiter. Hilares & iocundas, lætanter enim debent Deum laudare, lætanter gratias agere, lætanter in domino exultare Ps. *In voce exultationis & confessionis sonus epulantis.* Aues enim luce incipientes sentientes solis aduentū lætantur, gaudēt & gratulantur, cantant, & vocem lætitiæ faciunt & frequentant, sicut patet de alauda & philomena, quę in aurora modulantur & lętantur, signātes vtiq; viros iustos, qui ad solis iustitiæ magnitudinē & claritatem attendentes in vocem exultationis & lætitiæ afferuntur, & magnitudinem eius vocis iubilo eloquuntur 2. Par. 20. *Leuitæ laudabant dominum Deum Israel voce magna in excelsum.* Habeamus igitur vocem hilaris locutionis.

¶ Deinde dico, habeamus vocem salubris confessionis. Salutis inquit. Confessio enim dicitur vox salutis, eo quod quando vox ista emittitur, homo à diaboli manibus eripitur & saluatur. Quando enim quis videt latronem vel ignem in domo sua, vel vicini sui, etiam clamando ad ignem vel ad latronem, à periculo liberatur. Sic proculdubio potest dici quod vox huiusmodi animæ domicilium saluat & custodit, si ibidem accedentem diabolum prodiderimus, quia istum mediante tali voce repellimus, & nosipsos saluamus Apoc. 7. *Audita est vox dicentium salus.* Quia sicut dicitur Lucæ 19. *Hodie huic domui salus facta est.* Habeamus igitur vocem salubris confessionis.

E ¶ Deniq; habeamus vocem vtilis prædicationis. In tabernaculis inquit. Tabernaculum enim dicitur à taberna, quia in tabernis vinum venditur, homines ad bibendum inuitantur, & ibidem inebriati proprijs vestibus multoties spoliantur. Sic re officium prædicationis ebrietatem spiritus inducit, & vitiorum vestibus facit denudari, sicut de Noe dicitur Genes. 9. *quod inebriatus & nudatus est in tabernaculo suo.* Ista igitur est vox prædicationis, & potest prædicatio dici vox. De voce ad vocandum homines ad salutem, sicut de doctrina & prædicatione dicitur in Psal. *Hodie si vocem eius audieritis, &c.* De prædicatore dicitur illud Matt. 13. *Ego vox clamantis in deserto.*

¶ Notabo igitur quam tam prædicatio quam prædicator potest dici vox, scilicet,

Exhortatiua,
Consolatiua,
Conuocatiua,
Excitatiua,
Modulatiua,
Reprehensiua.

¶ Dico ergo, quod ista est vox per quam exhortamur ad bene operandum & sic dicitur prædicatori Esa. 58. *Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam.* Ista est vox per quam consolamur, quia vox prædicatoris debet esse quandoq; consolatoria & benigna Cant. 5. *Vox dilecti mei pulsantis, aperi mihi soror mea.* Et est verbum prædicatoris animam benigniter alloquentis. Item ista est vox per quam conuocamur, quia per istam infideles ad fidē, peccatores ad gratiam, discordes ad concordiam conuocantur Act. 2. *Facta autem hac voce conuenit multitudo, &c.* Et 1. Esd. 10. *Facta est vox in Iudæa vt congregarentur in Hierusalem.* Item ista est vox per quam excitamur. Ista enim excitat peccatores à somno peccati per terrorem diuinorum iudiciorum, sicut videmus quod lethargicus excitatur, vt sic dicamus illud Hier. 30. *Vocem terroris audiuimus, formido, & non pax.* Item ista est vox per quam modulamur, quia peccator interdum debet erumpere in laudes & modulos Trinitatis, iuxta illud Psalm. *Iubilate Deo in voce exultationis.* Et in Psal. *Iubilate Deo in cithara & voce, &c.* Item ista est vox per quam stimulamur Hier. 46. *Stimulator ab aquilone veniet & vox eius quasi æs sonabit.* Ista est igitur vox vtilis prædicationis. Insuper dico, quod nos debemus habere vocem authenticam, scil. reprehensionis & redargutionis, quæ pertinet ad prælatum, cum dicitur: Iustorum, quia ad illos qui habent facere iustitiā, pertinet quod habeant vocem authenticam & seueram. Quod bene figuratur in illo filio hominis Apo. 1. *qui habebat in ore gladiū bis acutū,* de quo dicitur, *quod vox eius quasi vox aquarū multarū.* Sic igitur patet, quales voces debent iusti habere, & quomodo diuersi debent diuersa diuersimode proclamare. Et sic dico, quod est vox commendabilis, quæ est proferenda, q̄ est secundū principale.

¶ Tertio dico, quod est vox detestabilis, quæ est abhorrenda, F & ista est vox peccatoris, & vox etiam diabolicæ suggestionis. Et sic possum notare, quod est multiplex mala vox, scilicet,

Vox { Detractionis, Elationis, Suggestionis, Adulationis, Comminationis,

Vox detractionis est nimis rauca,
Vox elationis est nimis alta,
Vox suggestionis est nimis falsa,
Vox adulationis est nimis blanda,
Vox comminationis est nimis dura.

Dico igitur, quod inuenitur vox quæ est rauca, sc. inuidiæ & detractionis. Aues enim carnes comedentes habent voces raucas, terribiles, & graues, sicut patet in aquila & in coruo. Sic vere detractores qui carnes aliorū mordaciter deuorāt, voce rauca, tristi & obscura velenā diffamatoria semper clamant Soph. 2. *Vox cantantis in fenestra, coruus in superliminaribus.* Itē ibi inuenitur vox altæ iactationis & elationis, cōmuniter fœminæ habent vocem acutiorem quā viri. Sic vere fœminei & imperfecti altius se solent iactare quam boni Ps. *Eleuauerunt flumina vocem suam.* Item inuenitur vox falsæ malitiæ & suggestionis, & ista est vox sirenarum, quarū vox & cantus dulcis trahit nauigantes ad interitū. Quia vox falsorum amicorum, hypocritarum & malarum suggestionū sub specie boni decipit audientes, & submergit in barathrū per mare sæculi nauigantes. De tali voce dicitur Gen. 27. *Vox quidē vox Iacob &c.* Itē inuenitur vox blandæ falsæ adulationis, quia sicut serpēs murænulas voce sibila solet vocare, sic adulator solet verbo adulationis ad se alios inclinare. De qua Act. 19. *Vox facta est dicentium, Magna Diana Ephesiorū.* Itē est vox dura, sinistræ

iustiæ & commiNationis, sc. vox tyrannorum quæ similis est voci leonis, quæ omnia animalia terret, & maxime bestias innocētes. Ideo de istis potest dici in Ps. *Eleuauerunt flumina fluctus suos à vocib. aquarum multarum, &c.* Ista igitur de voce sufficiant. Vide supr. de vocare, clamare & audire, lingua, loqui & similib. Et si vis pone illam prędictam auctoritatem. Vox turturis audita est, quę est in sermone. Vox clamantis in deserto, sed non ponas ibi exemplū quod ibi est de panthera & dracone &c.

# A Volare. Volatus.

Cum volare idem sit quod alis sursum ascendere & se cito & faciliter ad superiora transferre, & sit proprie notare auium, quæ propter hoc volatilia seu volucres dicūtur, possum notare quod volare sumitur in bono & in malo. Et sic dico, quod inuenitur volatus

Gloriosus & admirabilis,
Virtuosus & appetibilis,
Vitiosus & detestabilis.

Dico igitur primo ꝙ inuenitur volatus admirabilis & gloriosus, & iste est volatus ascēsionis Christi, quia sicut aquila dicitur altissime ascendere & volare, in tantum ꝙ ab humanis obtutib. occultatus, sic vere Christus in ascensione ita alte volauit, quod se interiora velaminis vbi sursum intrauit, ab humanis obtutib. occultauit. Et de hoc in Ps. *Ascendit super Cherubin & volauit super pennas ventorum.* Sed de isto vocatu vide supra de ascensione, quia pro certo iste est admirabilis & gloriosus.

B ¶ Secundo dico, quod est quidam volatus appetibilis & virtuosus, quo, sc. spirituales volucres sursum volant ad paradisum mentaliter, & quo etiam Angeli sursum intendunt in Deum per amorem cordialiter Apo. 12. *Datæ sunt mulieri duæ alæ aquilæ, vt volaret in desertum.* Vide eam supra de ala. De Angelis vero & beatis iam faciem patris contemplātib. potest dici illud Apo. 8. *Audi vocem vnius aquilæ volantis per medium cœli.* Vide eam supra de aquila. Siue autem per volatum intelligatur ista contemplatio, vel mētis eleuatio ænigmatica & figuralis, quæ est in via, siue illa facialis quæ est in patria, possumus dicere quod sicut auis quando vult volare, solet plura facere, scil.

Caput inclinat,
Alas extendit,
Pedes protendit.

Sic vere ille qui vult in cœlum mentaliter vel personaliter volare, debet inclinare caput intentionis per reuerentiam & timoré, vnde Ge. 9. *Terror & tremor vester sit super omnes volucres cœli.* Debet etiā extendere & porrigere pauperibus alas suas, i. bona suæ possessionis temporalis, sc. per Eleemosynarum largitionem Eze. 1. *Extendit* (sc. Cherubin) *alas suas.* Debet insuper protendere & extendere vsque in cœlum pedes suæ affectionis per charitatem & amorem Esa. 6. *Volauit ad me vnus de Seraphin,* qui, sc. interpretantur incendium, signantes illos qui incensi sunt charitate. Si enim ista fecerit, scil.

Si { Caput Deo & prælato humiliauerit,
Manus per eleemosynas extenderit,
Pedes affectuum vsq; ad cœlos protenderit. }

Tunc contemplando poteris volare, & sic volando viam paradisi gloriæ finaliter occupare, vt sic de iustis intelligatur illud *Sancti qui sperant in domino, mutabunt fortitudinem assument pennas, vt aquilæ volabunt & non deficient.* Esa. 40. Vide eam supra de ambulare. Et sic figurabuntur Es. 6. *In illis Seraphin qui sex alas habebant, duabus velabant faciem eius, & duab. velabant pedes eius, & duabus volabant, & sic videbantur alas habere in capite, in medio, & in fine.* Seraphin vero qui est ordo superior Angelorum, & qui interpretantur incendium, viros contemplatiuos significant & seraphicos, per amorē in Deū totaliter accensos, quia pro certo tales Seraphin vocantur. qui sex alas, i. sex spirituales virtutes habere debent, quib. mediātib. in cœlū possunt ascendere & volare. In capite n. & in facie debent habere duas alas, iustitiæ, sci. & timoris. Iustitiam, sc. per quam regnantur, timorem per quem compellantur, quia iustitia est intentionis directiua, timoris compulsiua & correctiua. Et ideo Ec. 2. dicitur: *Fili accedens ad seruitutē Dei sta in iustitia & timore.* Et merito, quia sicut dicitur Eccl. 1. *Qui sine timore est, non poterit iustificari.* Item in pedibus affectionis qui portant animam, debent habere alas duas, sc. spem & charitatē, spem quæ affectiones erigat, charitatem vero quæ ipsas inflammet & incendat Ps. *Sperat in te omnis congregatio populi, &c.* Et sic e- sit sicut illud animal quod dicitur Pegasus, & dicitur animal esse maximum & alatum. Vnde equus Persei militis Pegasus esse fingitur, qui alas habebat in pedibus, per quas volando per aera vehebatur. Quia alæ affectus pedū sunt spes & amor, quibus ad omnia appetibilia volamus, & quibus sub Perseo magistro nostro Christo, sc. ad aera, cœlum per contemplationem ambulamus. Vnde anima de se potest dicere, *quod ipsa est mater pulchræ dilectionis, & sanctæ spei,* Eccles. 24. Item in lateribus debet habere duas alas, sc. alam patientiæ in sinistra aduersitatis, alam misericordiæ in dextra prosperitatis. Et sic, sc. anima alam patientiæ extendat ad mundi aduersitates ipsas sustinendo. Alam vero misericordiæ extendat prosperitates & facultates ipsas pauperib. erogando. Et dicit Apostolus 1. Tim. 6. *Sectare iustitiam, pietatem, patientiam.* Et secundum eundem. *Diriget Dominus corda vestra in charitate & patientia Christi,* 2. Thes. 3. Iuxta illud Ephes. 4. *Cum patientia supportantes inuicem.* Supportantes inquit. Eleemosynas erogando, cum patientia aduersa tolerando. Quid plura? Pro certo si istas sex alas habuerimus, volare per contemplationem ad Deū poterimus, ita quod sursum mentaliter veniemus, & illuc in fine præsentialiter accedemus, ita quod de nobis proprie dicatur illud Es. 6. *Volauit ad me vnus de Seraphin* Ideo breuiter de viris perfectis ita volantib. admirando potest dici illud Es. 60. *Qui sunt isti qui ad nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas.*

¶ Vbi aduerte, quod sicut auis aliquando volat sursum, aliquando circumcirca, aliquando deorsum, aliquando ab inferius introrsum, sic vere vir spiritualis & iustus debet volare mentaliter. C

Superius ad cœlestes eminentias,
Exterius ad terrestres circumstantias,
Interius ad cordestres conscientias.

Primus volatus est contemplationis, qui est mirabilis, & ideo dicitur. Qui sunt isti? Secundus est circumspectionis, qui est perutilis, ideo dicitur Nubes, quia nubes circumeunt omnia. Tertius est meditationis qui est laudabilis, & ideo dicitur. Fenestras.

¶ Est enim mirabile quod per contemplationem superius ascendamus, ideo mirando dicitur. Qui sunt isti? Est perutile quod per circumspectionem exterius vagemur, & ideo dicitur. Nubes. Est enim laudabile quod interius per meditationem pausemus, ideo dicitur. Quasi columbæ ad fenestras suas. Et sic breuiter dico quod est quidam

Volatus { Admirabilis,
Commendabilis,
Frequentabilis. }

Primus est contemplantium superius,
Secundus est laborantium exterius,
Tertius est meditantium interius.

¶ Dico igitur, quod iusti volant superius admirabiliter, & hoc ostenditur cum dicitur: Qui sunt isti? Si videremus homines sicut aues volare, non immerito miraremur, & diceremus etiam: Qui sunt isti? Et pro certo non minus est mirandum si videmus in terra natos, cœlum quærere, & circa terrena occupatos inferius, mentem superius eleuare. Et ideo sancti & sanctæ admirandi fuerunt qui contempserunt, cœlum vero quod nunquam intrauerunt, petierunt, & per contemplationem affectu ad patriam quam ignorauerunt volauerunt. Qui sunt igitur isti? Et sic admirando videbatur quærere Ioannes Apoc. 7. dicens: *Isti qui sunt amicti stolis albis, qui sunt & vnde venerunt?* Respondetur: *Isti sunt qui ex magna tribulatione venerunt.* Et ideo ad aspiciendum & admirandum talia volatilia monet Dominus Matth. 6. dicens: *Respice volatilia cœli, quia non serunt, &c.* quasi dicat, isti qui sunt volucres cœli per cœlestium contemplationem & affectionem, per mentalem in cœlo habitationem, non quærunt temporalia congregare, sed potius cœlestia cogitare. Et sic dicitur in Psalm. *Volucres cœli & pisces maris, &c.* Pisces enim & volucres de eadem materia, scilicet, de aqua sunt facti, sicut dicitur Gen. 1. Iuxta illud: *Summa Dei potentia, qui ex aquis ortum genus partim leuas in aera, partim remittis gurgiti,* & ideo simul ponit volucres cœli & pisces maris, ad denotandum, quod nos debemus esse volucres mentaliter ad cœlum volando, pisces maris inferni amaritudinem cogitando. Aduerte tamen de istis volucribus & volatilibus, quod quædam habitant in petris & altis rupibus, sicut aquilæ, quædam in ramis & arboribus sicut picæ, quędam in glebis & pulueribus, sicut alaudæ, quædam in tectis, & parie-

& parietibus, sicut columbæ, quædam in aquis & fluminibus sicut cygni & onocrotali, quædam in luto, sicut vpupa. Sic vere charissimi de viris spiritualibus possumus dicere, quod quidam nidificant & habitant in petris, i. in fidei soliditate Psal. *Volucres cœli super ea habitabunt, de medio petrarum dabunt voces.* Quidam in arbore i. in crucis Christi acerbitate. Vnde de sinapi dicitur, Matt. 13. quod *volucres cœli requieuerunt in ramis eius.* Quidam in gleba & terra, i. in deiectione & humilitate Psal. *Sicut arena maris volatilia pennata.* Quidam in tectis, i. in Ecclesia, & religione, & sic præceptum est Noe Gen. 6. quod *ipse poneret in arcam*, id est, in Ecclesiam *de volucribus iuxta genus suam.* Quidam in aquis, id est, in deuotione & misericordia Gen. 1. *Producant aquæ reptile animæ viuentis & volatile.* Quidam in luto, i. in propriæ carnis vilitatis consideratione Genes. 5. *Descenderant volucres super cadauera.* Ecce igitur quomodo conditiones istarum auium spiritualium sunt mirabiles bene igitur quæritur. Qui sunt isti. Et sic dico, quod isti volant superius admirabiliter.

D ¶ Deinde dico, quod isti volant exterius commendabiliter, & hoc ostenditur cũ dicitur. Nubes, quia sicut nubes habent currere circumquaq; lateraliter & oblique, sic vere viri, & maxime boni actiui & prælati, habent lateraliter ad negotia temporalia currere, & ad vndique faciendum circuire, nunc ad bonos promouendum, & benefaciendum, & sic de alijs. Multos bonos volatus possunt boni & actiui facere per quos possunt prædam cœlestem acquirere & habere. Nubes inquit Iob 37. *Nunquid nosti semitas nubium?* Quia breuiter volatus actiui laboris nobis à natura iniungitur, & ad hoc secundum magis & minus quilibet astringitur, quia vt dicitur Iob 5. *Nascitur homo ad laborẽ, & auis ad volandũ* ¶ Notabo igitur de bonis actiuis quod ipsi debet volare

Ad
- Aliorum eruditionem,
- Liberorum educationem,
- Vitiorum emendationem,
- Terrenorum ministrationem,
- Iniquorum castigationem,
- Diuinorum prædicationem.

Dico ergo, quod quilibet bonus prælatus debet valere ad eruditionem aliorum, quia, scil. augures à volatilibus docentur, & de occultis secundum suam scientiam & per garritus & gestus, sc. volucrum informantur. In quo notatur quod prælati vel doctores debent alios docere, & tam verbis quam exemplis ipsos in morib. informare Iob 35. *Docet nos super iumenta terræ, & in volucribus cœli erudit nos.* Item volare debent ad educationem liberorum quia sicut videmus, volucres diligenter ad hoc vacant. Ad denotandum quod prælati debent subditos pauperes educare, & alios filios & consanguineos sustentare. Et sic dicitur Luc. 9. *Vulpes foueas habent ad suos catulos*, s. nutriendos, & volucres cœli nidos, quia magna pars volucrum non iacet in nidis nisi quamdiu habet pullos. Item volare debent ad emendationem vitiorum. Vix enim est dare volucrem ita feram quin ab homine dometur. Sic vere nullus debet esse ita malus, quin cõuertatur ad dominũ & mutetur, Ia. 3. *Omnis natura volucrum domita est à natura humana.* Item debent volare ad administrationem terrenorum, quia etiam volucres volant quærere cibos & prædas pro se, & pro pullis suis, sic licitum est, imo necessarium actiuis tam pro se quam pro alijs de temporib. cogitare & cibos subditis suis procurare Abac. 1. *Volabunt quasi aquila festinans ad comedendum.* Item volare debent ad castigationem malignorum. Volucres enim nobiles ad auium fluuialium mortem volant. Sic boni prælati debent volare ad castigationem & punitionem malorum. Et sic pistori dictum est Gen. 40. *Lacerabunt volucres cœli carnes tuas.*

Item debent volare ad prædicationem diuinorum, quia etiam volucres voces & sonos prodont Apoc. 8. *Audiui vocem vnius aquilæ volantis.* Patet igitur, quod isti volant exterius commendabiliter.

E ¶ Denique dico, quod volant interius meditabiliter, quod ostenditur cum dicitur. Quasi columbæ, &c. Sicut enim colũba quæ auis est mediatrix non garrula, videns accipitrem solet ad fenestras seu foramina vbi habitat volare, vt sic se possit ab accipitre saluare, sic vere cum accipitrem, diabolum, sc. nobis insidiantẽ videmus, statim ad fenestram propriæ conscientię, vel ad fenestras vulnerum Christi debemus volare per considerationem, & ibi more columbæ gemere & meditari debemus Psalm. *Quis dabit mihi pennas sicut columbæ?* &c. Sic igitur patet, quod triplex est volatus contemplationis, operationis, & meditationis. Et sic patet, quod est volatus commendabilis & virtuosus.

¶ Tertio dico, quod est volatus detestabilis & vitiosus, & iste est volatus malorum, qui similes sunt Icaro filio Dædali, qui cũ secundum fabulas Ouidij vna cum patre Dædalo alas cum cera sibi ligasset, & etiam mare transiret, & insulam Cretę in qua inclusus tenebatur exiret, Pater suus docuit ipsum quod volando medium teneret, & quod sursum non nimis ascenderet ne forte calore solis & cera fluente pennæ caderent, & quod inferius non nimis descenderet, ne forte terræ frigiditate & aquæ humore graues fierent, ipse vero mandata patris refutans, & de volatu gaudens, etiam superius nimia alte volauit, & ideo liquescentibus ceris, in mare cecidit & perijt. Tales proculdubio sunt peccatores, cum enim habeant insulam huius mundi dimittere, & super mare multorum periculorum volando per bona opera ad terram firmam paradisi transire necesse est quod dimittant temporalia, & medium teneant. Quod multi tamen non faciunt, imo ad terram sæcularium per auaritiam, ad aquas deliciarum per luxuriam, ad cœli eminentiam per superbiam nimis alte volitant, & accedunt, & hinc est quod alæ affectuum frigore indeuotionis gelantur, & humore carnalis delectationis grauantur, & ardore ambitionis liquescunt & dissoluuntur, & pennis virtutum cadentibus in mari vitiorum & tormentorum merguntur. Etiam similes sunt locustæ, quæ cum se volare credit, sursum se erigit, & subito propter pondus corporis cadit, quia tales sunt peccatores, ita graues quod dum volunt volare superbiendo & se magnificando, cadunt subito de iudicio temporaliter & æternaliter. Et ideo de grauitate talium dicitur in Psal. quod *missa sunt filiis Israel, sicut arena maris volatilia pennata.* Et sic breuiter de malis volatilibus, id est, de vanis & superbia peccatoribus, & etiam de dæmonibus est notandum, quod isti volant diuersimode ad vitia & peccata. Vnde dico, quod isti F

Volant ad
- Prosperitates,
- Pompositates,
- Carnalitates,
- Crudelitates,
- Voracitates.

Volant dico, quidam ad prosperitates, vnde Ezechiel. 17. dicitur, quod *sub vmbra cedri nidificabant volatilia.* Vmbra enim mundi, transitoriam prosperitatem designat. Cedrus enim excellentias, sc. statuum designat. Vnde ibidem dicitur, quod *habitabant sub eo, omnes volucres cœli, & omne volatile sub vmbra ipsius nidificabat.* Item aliqui volant ad pompositates, sicut sunt illi qui semper dignitates ambiunt Esa. 30. *Ex ipsis leana & leo, vipera & regulus volans.* Et si vis comparare ambitiosos, & superbos istis quatuor animalibus. Item aliqui volant ad carnalitates, sicut sunt luxuriosi, de quibus dicitur Apoc. 10. quod *Babylon facta est custodia omnis volucris immunda & odibilis.* Item aliqui volant ad crudelitates, sicut sunt iudices principes & raptores crudeles, de quibus dicitur Deut. 28. *Adducet dominus super te gentem in similitudinem aquilæ volantis cum impetu.* Item aliqui volant ad voracitates; sicut sunt gulosi, qui vbicunque sentiunt conuiuia, volunt ire Abac. 1. *Volant quasi aquila festinans ad comedendum.* Ista igitur sufficiant de volare. Vide supra de ala, penna, & aue, &c.

# Voluptas.

A Nota, quod voluptas nihil aliud est quam delectatio, quam in rebus, quibus vtimur, inuenimus. Accipitur autem quandoq, pro complacentia bona quandoq; pro mala, & hoc communiter. Vnde nota, quod inuenitur voluptas, scilicet.

- Virtualis,
- Æternalis,
- Corporalis,
- Temporalis.

¶ Voluptas virtualis est gloria, & sic sumitur illud Ezec. 36. vbi dicitur, quod *illa terra inculta facta est hortus voluptatis.* Item voluptas æternalis est fructuosa, de qua Gen. 2. *Plantauerat enim dominus Deus paradisum voluptatis à principio*, & sic etiam de beatis dicitur in Ps. *Torrente voluptatis tua potabis eos.* Item voluptas corporalis est lubricosa Eccl. 11. *Adolescentia & voluptas vana sunt.* Item voluptas temporalis est luctuosa, quia ista est quæ ducit ad luctum inferni. Vnde Mich 6. *Ambulasti in voluptatibus vt darem te in perditionem.* ¶ In vsu enim cuiuscunq; rei potest homo inuenire improbam voluptatem, &c. vide vbicunq; agitur de delitijs, &c.

# Vouere. Votum.

A Nota, q votum quandoq; sumitur ꝓ desiderio, quandoq; vero & communiter pro promisso. Quando autem votũ idem est q desiderium

d[illegible] sumere votum [illegible]vis, & [illegible] sum tu[illegible] quando [illegible] *In me sunt Deus vota tua*, & Prou. 15 [illegible] *votorum meorum?* E[illegible] est communis [illegible] quand[illegible] q[illegible] d[illegible], q[illegible] accidit vel non accid[illegible] iuxta [illegible], i. est, [illegible] quando vero votum [illegible] m est, [illegible] promissum, [illegible] ne d[illegible] oue[illegible], voues quod idem est [illegible] d al[illegible] [illegible] om[illegible] tere, & se ad hoc iuramento vel fide pro[illegible] cum del be[illegible]

¶ Dev[illegible] u pro[illegible] ne v[illegible] etiam iura[illegible] [illegible] simus d[illegible] e re qu[illegible] votu & simplex verbum ita vide[illegible] d[illegible] re sic[illegible] lac[illegible] crystallus. [illegible] lac[illegible] in principio a[illegible] [illegible] & iterum [illegible] vero [illegible] & principio sed ista substantia [illegible] [illegible] constringitur, & n[illegible] nq[illegible] d amplius [illegible] nem re[illegible] tituit, nec au[illegible] quæ sub[illegible] Sic pro[illegible] simplex verbū [illegible] dicitur. qu[illegible] [illegible] matur & congelatur, & ideo [illegible] h[illegible] dul[illegible] lucere. & ita sine magno præiud[illegible] non tenere. Vo[illegible] crystallus dicitur, quia à principio fuit vt aqua [illegible] [illegible] xibilis & ad faciendum habilis. Postquā vero fuerit cō[illegible]um & sign[illegible] ita fortiter constringitur, quod nunquam [illegible] plius dissipatur, imo necesse est, quod extunc fortiter teneatur, sicut de fato dicit Sen. l. de naturalib. quæst. 2. *quod ardinē fati sic est æterna dispositū, etenim inquit prima lex [illegible] stare de cætero*. Quia pro[illegible] lubio à principio est voluntarium, & post factum erit necessarium, sicut dicitur in Ps. *Vouete & reddite*, quasi dicatur, ex quo votum reddendum est. ¶ Igitur dico, quod votum debent quatuor comitari, scilicet,

B

Maturitas,
Libertas,
Necessitas,
Celeritas.

Maturitas dico, quia mature, prudenter & cum deliberatione debet fieri votū, quia sicut videmus in natura, illa quæ sunt diuturnæ durationis, sunt vt cōmuniter tardi incrementi & difficilis institutionis, sicut de homine videmus, qui diutius durat quā equus, & ideo in principio solet tardius crescere, & difficilius ad incrementum venire, quia homo triginta annis complementum suum acquirit, quod equus 7. annis acq[illegible], & sic de alijs infinitis. Sic vere quia votum est res perpetua & durabilis, congruum est quod eius institutio sit difficilis, & per deliberationem habitam tarda, & non præceps nec volatilis, quia sicut dicit Senec. *Diu deliberandum quod semel statuendum est*. Quod præsupponitur Hier. 44 vbi dicitur: *Faciemus vota nostra vt sacrificemus*. Faciemus n. & sacrificemus verba sunt futura, quę vtiq; deliberationē designāt. deliberare debet homo vtrum illud quod vouetur, sit licitum & honestum, vel vtrum sit decens vel possibile adimpleri, cōtra Iephthe, qui (sicut dicitur Iud. 11.) propter hoc quod vouerat indiscrete sc. Deo sacrificaturū quicquid de domo sua sibi victori primum occurreret, filiam suam primo occurrentem sacrificauit & occidit, de quo dicit Hieron. quod ipse fuit in vouendo fatuus, & in reddendo impius. Patet igitur quod in voto debet esse maturitas. Item ibi debet esse libertas, quia sc. votum debet sponte fieri, non coactè. Cum n. votum fiat ad hoc quod domino placeat. Necesse esse quod à voluntate non coactione procedat, quia si coactione & nō à voluntate fieret, domino nō placeret. 1. Par. 29. *Lætatus est populus cum propria sponte promitteret*. Item ibi debet esse necessitas, quia, sc. ex quo profectum votum fuerit & promissum, ex tunc fit necessarium, ita quod illud quod ante fuit voluntarium, ex tunc (dum tamen votum sit de re licitum) necesse est quod reddatur, nisi forte per superiorē relaxetur, vel in melius commutetur. Ioon 2. *Quæcunque voui, reddam pro salute mea domino*. Item ibi debet esse celeritas, quia, sc. sicut sapiens qui pecuniam quā debet citius quam potest soluit, timens si iplā perderet, non posset amplius liberari, sic vere charissimi vota quæ Deo promisimus, [illegible] & celeriter soluere debemus, ne forte per mortē soluendi potestatem perdamus, & [illegible] bligati in purgatorio maneamus. Vnde Deu. 23. *Si votum voueris Domino Deo tuo non tardabis reddere*. Et sic patet, quod votum debet esse accelera[illegible] ne [illegible] c[illegible]tarium, voluntarium, & deliberatū, &c. vide supr. d. Reddere Promittere, & [illegible].

A **Vrbs.** Nota, qu[illegible] vrbs dicitur ab orbe, quia est [illegible] nd[illegible] co[illegible] [illegible] antiquitus vrbes [illegible] s[illegible] orū [illegible]. Sc[illegible] quia [illegible] circum[illegible] [illegible] ob[illegible] pertransibu. Notabo [illegible] quod inuen[illegible] o, quod est Vrbs

[illegible],
In[illegible],
Inter[illegible],
Ex[illegible] rior,
Deterior.

Prima est opulent[illegible],
Se[illegible] da est [illegible] ta [illegible],
Te[illegible] ma,
Qu[illegible] rta est quietissima
[illegible] nta est desper[illegible] ma.

Prima e[illegible] mū perfect[illegible] & ista est v[illegible] [illegible] A[illegible] l. tunc sine lætatus Th[illegible]. *H[illegible] est vrb[illegible] [illegible] dium vniuersæ terræ* [illegible] est secunda [illegible] hom[illegible] per[illegible] militans & religio quæ figu[illegible] vrbib[illegible] [illegible] dic quia d. illa [illegible] [illegible] dux ciuitat[illegible] tutissimæ, exit[illegible] P[illegible] 1. 8. *Aedificauit Salomon vrbes firmi[illegible]*. [illegible] h[illegible] uotorū, & ista est vrbs con[illegible] ientiæ, [illegible] ntel[illegible] est rex & [illegible] intus regina, ciues vero sunt boni [illegible] bitus tes. Hæc enim in supercilio contemplati[illegible]nis [illegible] in quo nulla tempestate possit [illegible] sse in pulsa. sed [illegible] semper tuta, 2. Par. 23 *Lætatus est populus, & vr[illegible] quieuit.* [illegible] hominum peccatorū, & ista est ciuitas huius mundi, q[illegible] est in rebellione & turbatione 1. Ed. 4. *V[illegible] hominum bellū est, & regib. nocens & prouincijs*. Item est vrbs homin[illegible] torum, & ista est vrbs inferni, quæ cum omnibus su[illegible] perpetuis est damnata Ios. 6. *Vrbem & omnia quæ in ea [illegible] accenderunt*. His igitur præmissis, siue per vrbe[illegible] n[illegible] [illegible] ctentia siue anima vt[illegible] isti, siue etiam Eccl[illegible] etiam ciuitas paradisi possumus dicere ad[illegible] eudem E[illegible] aiæ 26. *Vrbs fortitudinis nostra Sion, &c*. ¶ V[illegible] ere [illegible] B vrbs

Firmitatis inexpugnabilis Fortitu[illegible]]
Charitatis indiuisibilis [Nostræ
Claritatis inextinguibilis [Sion]
Firmitatem probat solida regio F[illegible]]
Charitatem probat communis lege [illegible]
Claritatem probat præfulgens vita [illegible]

¶ Ista igitur vrbs habet firmitatem inexpugnabil[illegible], & hoc ostenditur cum dicitur [ Fortitudinis ] Quia vrbs [illegible] d[illegible] quando in forti loco ponitur, quando fortis muro c[illegible] gitur, [illegible] do à fortib. militibus defensatur, quando à for[illegible] bitatur. Et ideo vrbs ista, sc. religio vel anima, in l[illegible] c[illegible] de Christi est fundata, i. e. rege forti, i. à Christ[illegible] est [illegible] ubus muitr, 1. Angelorum custodijs est circumsepta, 2. 10 [illegible] militib. i. à bonis personis defensa, & à virtuosis virtu[illegible] ta Vnde dico quod fortissima, stabilis & solida, tuta & secu[illegible] se dignoscitur, ideo propter vrbs fortitudinis nominat[illegible] [illegible] inquit fortitudinis. Vnde ista est illa vrbs diuitis tegi[illegible] Ch[illegible] qua dicitur Pro. 10. *Substantia diuitis vrbs fortitudinis eius* [illegible] ista dicitur vrbs fortis, quia quamuis ab hostibus impug[illegible] quam tamen ab ipsis penitus subiugatur: *Nam nulla enim [illegible] legitur fluctuasse, sed non fluctib. periisse*. Matt. 8. & 14 Quia Eccl[illegible] el religio quamuis tribulationum vel tentationū fluctibus agitetur, nunquam tamen perit, aut penitus dissipatur Luc. 22. *[illegible] gaui pro te vt non deficiat fides tua*. Vt autem perfecta [illegible] vel anima spiritualiter potest impugnari, nunquam autem per violentiam penitus subiugari, quia secundum Senec. *Inuicti esse possumus, inconcussi nequaquam*. Illa est igitur vrbs f[illegible] titudinis. Sed quia proculdubio videmus quod istæ vrbes fortissimæ nūquam capiuntur inuitæ, sed spontaneæ capiuntur no[illegible] [illegible]cle, accidit enim in vrbibus fortibus, quod populus est p[illegible] ipsi regi, & sic traditur voluntariæ inimicis, sic etiam sæp[illegible] [illegible] istis vrbib. quia, scilic. in vrbe Ecclesiæ vel religione sæpe [illegible] mus quod aliter & principes, i. superiores & prælati & etiam [illegible] osi, clerici & alij Indubi contra regem Christum, [illegible] E[illegible] clesiæ contra asse videntur, in quantum voluntar[illegible] bus eis, c[illegible] ndo & [illegible] bolo [illegible] & ip[illegible] G[illegible] pe[illegible] cans & [illegible] nibus opponuntur Thre. 1 *Sacerdotes mei & senes mei in vrbe consumpti sunt, quia quæsierunt cibum sibi*. Et [illegible] de ta[illegible] b[illegible] d[illegible] vrb[illegible] istam tribulant [illegible] ad [illegible] p[illegible] dicet do Hier. 49 *quomodo dereliquerunt [illegible] laudabilem vrbem [illegible] titiæ*, quasi dicatur, non debu[illegible] in vrb[illegible] mæ hoc videmus, quotidie enim [illegible] quod ciues [illegible] ius vrbis [illegible]

[illegible]

… Sion in [illegible] Psal. [illegible] Eccl [illegible] vide supra de [illegible]

A **Vrere. Vstio.** Nota, quod [illegible] in bono & malo. [illegible] genera ignium, secundum hoc sunt variæ species adustionum. Et sic dico, quod boni vruntur

Per { Dilectionem, Correctionem, Tentationem.

Dico quod boni vruntur igne feruentis dilectionis, & sic dicitur in Psal. *Vrerenes meos, & cor meum.* Itē vruntur igne mordentis correctionis. Vult enim Deus quod boni tribulationibus vrantur, & quod (ne insolescant) correctionibus stimulentur. Vnde Iacob dicebat Gen. 31. *Aestu vrebar & gelu.* Et sic etiam prælati qui alios habent corrigere, dicuntur vrentes. Psal. *Quia facit ministros suos ignem vrentem.* Item vruntur igne ardentis [illegible] nis seu tentationis, quia Deus permittit eos ab hostibus tentari, & etiam tentationum ignibus concremari. 2. Cor. 11. *Quis scandalizatur, & ego non vror?* Item dico, quod mali suas habent adustiones. ¶ Vnde nota, quod mali vruntur

B Interius malis affectionibus, Exterius mundi cumulibus, Posterius inferni flammatibus.

Vruntur dico interius desiderijs affectiuis. Vnde de peccatore dicitur Hier. *Ventus vrens in vijs.* Item vruntur exterius doloribus eius excecatiuis, scilicet tribulationibus mundi. Quia [illegible] sunt sicut ignis, qui non solum vrit bona ligna, imo etiam mala. Vnde de talibus dicitur Abacuc. 1. *Suscitabo Chaldaeos, &c.* Sequitur. *Volabunt quasi Aquila festinans ad comedendum, facies eorum ventus vrens.* Item vruntur posterius, scilicet, in fine doloribus mitigatiuis. Vnde Iud. 16. dicitur, *quod super impios dabit Dominus ignem, & vermes, vt vrantur & sentiant vsque in sempiternum, &c.* Vide supra de Igne, Ardere, & Accendere.

A **Vrgere.** Nota, quod vrgere, cogere & compellere sumuntur in bono & in malo. Et ideo breuiter notabo, quod inuenitur Vrgere

Dilectionis interioris, Correctionis superioris, Afflictionis exterioris, Damnationis posterioris.

¶ Est dico vrgere dilectionis, zelus enim & feruor diuini amoris vrget nos benefacere, sicut videmus, quod ignis compellit scintillas sursum ascendere, vnde 2. Cor. 5 *Charitas Christi vrget nos.* Item vrgere correctionis. Prælati enim instituti magistri operum, qui alios compellunt & vrgent. Vnde 1. [illegible] 3 *Constituerunt Leuitas, vt vrgerent opus Domini.* Item est vrgere

*Diction. Berchorij*

[illegible]

A **Vsque** [illegible]

[illegible]

… nat & intendat. Et ideo dico quod boni & iusti debent attingere vsque

Ad { Cœlum æternaliter [illegible]ndo, [illegible] diu perseuerando, Deum [illegible] impetrando, Paradisum [illegible] occupando

Dico igitur, quod boni attingunt vsque ad cœlum per æternam contemplationem. Vnde de quolibet [illegible] Sap. 18. *Vsque ad cælos attingebat stans in terra.* Vnde [illegible] *quod nos habemus spem sicut anchoram firmam, at[illegible] interiora velaminis.* Et ad Corinth. 12. dicit A[illegible] *sciebat hominem raptum vsque ad tertium cælum, & [illegible] Dei, quæ non licet homini loqui.* Item pertingunt vsque [illegible] perseuerantiæ prolongationem. Et sic videntur [illegible] Eccl. 4 *Vsque ad mortem certa pro iustitia.* dicet [illegible] *Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ* [illegible] vsque ad Deum per deuotionem & orationem, [illegible] *ad locum tabernaculi, vsque ad domum Dei.* Item a[illegible] paradisum per gloriæ occupationem, figuratum [illegible] *titudine cibi ambulauit vsque ad montem Dei.* 3. Regum 19. Illud est igitur vsque quod est appetibile.

¶ Secundo dico, quod est vsque detestabile, quo [illegible] est, quam ille finis, illa conclusio vsque ad quam [illegible] de quo Esa. 2. *A planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas.* Et merito, quia sicut dicitur in Psalm. *Ipsi ascendant* [illegible], *& descendunt vsque ad abyssos, anima eorum in malis tabescebat.* Et sic [illegible], quod attingunt

Vsque ad { Pompositatem, Carnalitatem, Ebrietatem, Mundi prosperitatem,

De pompositate enim & superbia potest dici illud [illegible] præd[illegible] in Psal. *Ascendant vsque ad cælos &c.* De carnalitate [illegible] ipsorum potest intelligi illud Hier. 2. *Filii Memphis [illegible] runt te vsque ad verticem.* De ebrietate vero & [illegible] dici illud Esa. [illegible] *Bibisti vsque ad fundum cal[illegible]* [illegible] *ad fæces.* De prosperitate vero talium & [illegible] potest illud Ezech. 47 *vbi dicit quod ipsi fuit transitu [illegible]* [illegible] est [illegible] xibilem prosperitatem, primo vsque ad talos, [illegible] vsque [illegible] nua, deinde vsque ad renes. Et notandum q[illegible] & [illegible] ventunt de minimis vsque ad [illegible] tur vsum vsque, quod est detestabile.

¶ Tertio dico, quod est vnum vsque, quod [illegible] ill[illegible] id [illegible] sque, id est, mortis, quia [illegible] est [illegible] maris, vsque ad quam po[illegible] & [illegible] osten[illegible] durat vsque ad mort[illegible]

[illegible]

[illegible]

# Vsquequo.

[illegible] Vsquequo [illegible] vsque [illegible] sequo [illegible] Deus [illegible],

[illegible] gaudia [illegible],
D[illegible] [illegible],
[illegible] [illegible].

¶ [illegible] bus, & [illegible] Dauidi in Psal. *V[s]quequo Domine [illegible] eris me in finem, [illegible] faciem tuam a me.* Et Abacuc 1. *Vsquequo clamabo [illegible]* Sequitur *mare taces deuorante impio iustiorem se.* [illegible] de malorum [illegible] quod [illegible] vnde in Psalm. *Vsquequo peccatores Domine gloriabuntur.* [illegible] conqueritur de iniustitiarum dissimulatione, de hoc, scilicet, *quod Deus non punit iniquitates malorum.* Et sic dicitur Apoc. 6. *Vsquequo Domine iustus & verax non vindicas sanguinem nostrum qui [illegible] est.* ¶ Item homo per illam dictionem vsquequo reprehenditur

B

De
- Temulentia,
- Negligentia,
- Inconstantia,
- Immunditia,
- Auaritia,
- Ignorantia.

¶ Dico quod arguitur homo de temulentia & ebrietate, 1. Reg. 1. *Vsquequo [illegible] digere paulisper vinum quo mades.* Item arguitur de negligentia & tepiditate Prou. 6. *Vsquequo piger dormis, quando consurges de somno tuo?* Item arguitur de inconstantia & varietate, 3. Reg. 18. *Vsquequo claudicatis in duas partes.* Item arguitur de immunditia & carnalitate. Hier. 31. *Vsquequo delicijs dissolueris filia vaga.* Item arguitur de auaritia & cupiditate Abacuc. 2. *Va qui multiplicat non sua vsquequo aggrauat contra se densum lutum.* Item arguitur de ignorantia, & fatuitate. Prou. 1. *Vsquequo paruuli diligitis infantiam.* Et sic igitur patet, quomodo ista dictio Vsquequo est quædam argutiua dictio, &c. Vide de quare.

A

# Vsura.

Nota [illegible] quia supra de vsura in locis infinitis est dictum, ideo breuiter pertransieam de vsura. Nota igitur, quod vsurarij sunt

- Mandatorum transgressores,
- Gaudiorum contemptores,
- Proximorum deceptores,
- Terrenorum consumptores.

¶ [illegible] igitur quod sunt mandatorum Dei transgressores Quotidie enim semper audiunt, quod tam iure canonico, quam in [illegible] prohibetur vsura Deut. 23. *Non fenerabis fratri tuo ad vsuram.* E[illegible] contrarium quotidie publice faciunt Ezechiel. 22. *[illegible] & superabundantiam accepisti.* Item isti sunt contemptores [illegible] Isti enim sunt contenti præsentibus, & futura n[illegible] ut dicitur Prouerb. 24. *Non habent futurorum spem [illegible] impiorum extinguetur,* & ideo quia æterna n[illegible] spe[illegible] d[illegible] vnque habeant temporalia, [illegible] vnde [illegible] *plateis eius vsura & dolus.* [illegible] Sub [illegible] decipiunt [illegible] qui [illegible] videt [illegible] nem, & [illegible] biben[illegible] [illegible] deu[illegible] [illegible] æ [illegible] stquá [illegible] [illegible] n[illegible] g[illegible] do[illegible] nis, [illegible] pastores

[illegible] hæred[illegible] [illegible] vnd[illegible] V[illegible]

A

# Vterus.

[illegible] supra de [illegible] satis dictum est [illegible] tempore [illegible] Nota igitur, [illegible] tur vterus bonus, & malus. Primo dico, q[illegible] te [illegible] bono & malo, & in vterus

- Æternæ præscientiæ,
- Maternæ pudicitiæ,
- Internæ conscientiæ,
- Fraternæ subuenientiæ,
- Fœcundæ operationis,
- Sapientiæ & discretionis.

¶ Dico igitur, quod inuenitur vterus æternæ d[illegible] est vterus, & secretum prædestinationis diuinæ, v[illegible] cipio, & æterno omnia, quæ facturus erat & compos[illegible] pit, quæ tandem creando, & opere complend[illegible] mi[illegible]. In isto igitur vtero homo ab æterno fu[illegible] sed [illegible] exinde mediantibus causis secundarijs in l[illegible] produxit, vnde Hierem. *Priusquam te formarem in vtero, noui te, & antequam exires de vulua, &c.* Et in Psal. dicitur. *Ante proelu[illegible] am in vtero,* id est, ab ipsa occulta prædestinatione & ab [illegible] sapientiæ, & memoriæ tuæ ordinatum est de me apud te. Iste est vterus in quo ab æterno genuit filium Deus pater. *Ex vtero ante Luciferum genui te.* vt dicitur in Psal. Ille est igitur vterus, in qu[illegible] in manibus suis creaturæ sunt conceptæ, & ordinatæ sunt ab æterno, Iob 38 *Quis est pluuiæ pater, aut quis genuit stillas roris.* De cuius vtero egressa est glacies, & gelu de cœlo quis genuit, quasi diceret, omnia ista procedunt de vtero mentis diuinæ. Item inuenitur vterus maternæ virginitatis, Matt. 1. *Inuenta est Maria in vtero habens.* Et Luc. 1. *Ecce concipies in vtero, & paries filium.* Item est vterus internæ conscientiæ & voluntatis, & sic vterus iusti nih[illegible] aliud est quam cor eius, & voluntas. Item est vterus, in quo debent esse viscera pietatis, & compassionis, secundum illud Iob 31. *Ab infantia creuit mecum miseratio, & de vtero egressa est mecum.* Ite est vterus, in quo debemus portare, & concipere fructus b[illegible] operationis, Deut 30. *Faciesque omnia quæ præcipio tibi, & abundare faciet te Dominus sobole vteri tui.* Item est vterus in quo est co[illegible] sapientiæ & discretionis. Hier. 1. *In vtero noui te.* Et sic dico, quod vterus multipliciter potest sumi in bono.

B

¶ [illegible] do dico, quod potest sumi in malo, & sic dico, quod caro, mundus, impius, & diabolus habet quilibet suum vterum Vnde nota, quod inuenio vterum

- Carnalis immunditiæ,
- Mentalis [illegible],
- Naturalis existentiæ,
- Temporalis opulentiæ.

¶ Dico igitur, quod est vterus vilis carnalitatis. Vterus enim in quo latent fæces, & in quo sunt omnia vilia, & carnea, carnalitatem & voluptatem designat, á quo fæces luxuriæ egerun[illegible] & [illegible] q[illegible] cuncta vilia, & fœtida esse noscuntur. Et de hoc p[illegible] dic[illegible] [illegible] Pa[illegible] *tu autem ægrotabis languore vteri, donec vitalia [illegible] per singulos dies.* Iste est enim vterus in quo [illegible] Iob que[illegible] illud Iob [illegible] *Qui [illegible] tinam consumptus essem, ne [illegible] me [illegible] leret, fui[illegible], quasi non essem de vtero translatus ad tumulum.* [illegible] carnalitatis nascunt[illegible], &

[illegible] tias generatur, æternis tribu- [illegible] *per eas Medos, id est, damo-* [illegible] *qui lactantibus vteris non* [illegible]. ¶ Dico etiam quod est v[illegible]ptatis mal[illegible]um. De quo [illegible] *tur in sel assidue iatrinsecus* Panis enim [illegible] tat [illegible], qui [illegible] vter[illegible] mentis in fel conuertitur, quando eisdem temeritas conscientiæ, & amaritudo æternæ [illegible] etiæ generatur. ¶ Dico etiam, quod est vterus natiuitatis, & sic dico, quod iste vterus est ipsa conditionis humanæ fragi[illegible]. Nihil enim debilius, quam puer quando est in vtero, sic nihil defectuosius quam homo in suo esse naturali, & corporeo. Figurari etiam potest *in illo qui claudus erat ab vtero matris sua* Act. 3. In multis [illegible] defectibus abundamus, & ab ipso vtero contrahimus

I[illegible]orantiam,
I[illegible]potentiam,
I[illegible]gentiam.

[illegible] ignorantiam [illegible]. *Errauerunt, locuti sunt falsa.* Impotentiam dico Act. 3. *Vir quidam erat claudus ab vtero matris sua.* Vnde propter [illegible]ilitatem & impotentiam naturalem indiget quilibet adiu[illegible]. Vnde Psal. *Su[illegible]cepisti me de vtero matris mea.* Et alibi. *In te confirmatus sum ex vtero.* Dico etiam indigentiam. Vnde Iob 1. *Nudus egressus sum de vtero matris mea, nudus reuertar illuc.* Et sic dico, quod iste [illegible] vterus natiuitatis. ¶ Dico quod est vterus prosperitatis. Mundus enim habet vterum suum scilicet, prosperitatem, vbi nutriuntur pueri peccatores, vbi locantur, & dormiunt, sed statim quando inde egrediuntur per mortem, ipsi plorant in inferni & lamentantur. Iste est vterus ceti de quo Ionæ 2. dicitur, *quod orabat Ionas de vtero piscis*, quia qui in vtero mundanæ prosperitatis detinentur per peccata ipsi moriuntur, nisi per orationis suffragium liberentur, & ad terram pœnitentiæ euomantur. Vnde Esa. 49. *Deus ab vtero vocauit me &c.* Sic igitur patet, quod vterus in bono sumitur, & in malo. Sufficit.

A **Vti. Vsus.** Cum vsus rerum à Deo hominibus sit concessus, & propter hoc fuerint factæ res vt eis debitè quilibet posset vti, possumus breuiter notare, quod triplex inuenitur vsus rerum, scilicet,

Virtuosus,
Fructuosus,
Vitiosus.

¶ Vsus igitur virtuosus est perfectorum, quia boni & virtuosi omnibus rebus virtuosis vtuntur. Vnde Augustinus de vera religione dicit, *quod iustus vtitur amico ad gratiam, vtitur inimico ad patientiam, vtitur quolibet ad beneficentiam, vtitur omnibus ad complacentiam.* Quia proculdubio charissimi iustus non solum bene vtitur bonis, imo etiam bene vtitur malis. ¶ Vtitur, dicitur, bene bonus, quia iustus bene vtitur gratijs, & virtutibus spiritualibus, quæ simpliciter sunt bonæ. Istis enim, vt ait Augustinus de libero arbitrio, nemo male vtitur cæteris, scilicet, medijs vel minimis, bene vel male quilibet vti potest. Hæc Augustinus. ¶ Medijs etiam bene vtitur naturæ, scilicet, bonis, fortitudine, pulchritudine, ingenio & similibus, ipsa in Dei seruitio expendendo. Item bonis fortunæ, scilicet, potentiis, opulentiis & eminentia, & similibus, ipsa debite, & iuste ministrando. Ista enim sunt indifferentia, quia eis bene possumus vti, & etiam male. Multa enim sunt vilia, & inutilia, quæ tamen vtentibus, & eis vti scientibus sunt vtilia. Et inde est, quod coriandrum quod hominibus est medicina, canibus est venenum. Amygdalum vulpibus dicitur esse mors, quod homini est medicina, & cibus. Etiam mandragora si quis discrete vtitur, & dormire facit, & patientem iuuat, si vero immoderate sumitur, hominem occidit. Etiam tela araneæ, quæ esse inutilis videtur, si quis ea debite vsus fuerit, contra multas infirmitates erit vtilis. Quia breuiter tela mundanæ prosperitatis, & bona temporalia, & corporalis quæ vulpibus & canibus, id est, hominibus bestialibus, & malis indebite vtentibus, & eis vti discrete nescientibus, & nolentibus, sunt nociua, & animæ damnatiua, quæ tamen hominibus, id est, personis rationabilibus ipsis moderate, & rationabiliter vtentibus suffragantur ad salutem, imo ad salutem sunt vtilia, & spiritualiter adiuuatiua. Boni enim vtuntur rebus mundanis, scilicet, diuitijs, delitijs, & eminentijs, prudenter & moderate, non superflue, nec nimis laute vel diminute, vel nimis stricte. Vnde 1. Tim. 1. *Scimus quoniam lex bona est, si ea legitime quis vtatur.* Vnde Augustin. li. de doctrina Christiana reprehendens nimis strictum vsum [illegible], [illegible] lautum [illegible] vsus rerum, sed libido [illegible] culpa [illegible] tribus personisque conueniat di[illegible].

¶ Malis insuper vtitur bene [illegible] mala [illegible]lium vtitur ad suppliciis casti[illegible] ad timoris diuini sibi ipsi incutiend[illegible] mendationem, pœnis & tribulationibus [illegible] vtitur ad pœnitentiam, & ad virtutum cu[illegible] nim dicit Plinius. Æthiopes vtuntur sangui[illegible] tra æstum, vtuntur etiam carnibus eius ad [illegible] & linguam in qua est venenum, reiectis. Si[illegible] to, id est, vita, & sanguis, id est, mala mors, [illegible] tum draconum, id est, iniquorum ad [illegible] tia. Caro enim, id est, vita, & [illegible]atualitas [illegible] & incorporanda per dilec[illegible]nem, & co[illegible] men fel & lingua venenata, id est, facta venenosa, [illegible] verba eijciantur, & sic natura non vitia di[illegible], id est, mala mors eorum [illegible], quando [illegible] tur, quia timor domini Dei ex li[illegible] ipsius iustitia commendatur, qua contra æst[illegible] diabolicam tentationem tuentur Psalm. *Lætabitur iustus cum viderit vindictam, &c.* Et sic vita, & morte, & carne, & [illegible] ipsorum malorum iusti bene vtuntur, & in omnibus pro[illegible] & lucrantur. Exemplo prudentis mercatoris, qui [illegible] lucrari in plumbo, & ferro, sicut in auro & lapide preti[illegible]. Vasa enim fictilia ad vsum sunt vtilia, non solum aurea, & argentea. Ad denotandum, quod non solum boni sunt vsibus E[illegible]siæ, & iustorum necessarij, imo etiam mali Romanorum 8. *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum*, vnde Leuit. [illegible]. *Adipem cadaueris morticini habebitis in varios vsus.* Sic igitur patet quomodo homo iustus bene vtitur gratijs, & virtutibus, & medijs, id est, bonis naturalibus, & temporalibus, & infimis malis, [illegible] est, [illegible] mali[illegible]tijs, & criminibus, iuxta illud Ecclesiastici [illegible]. *Vtere quasi homo frugi his, quæ apponuntur tibi.* Et sicut etiam de militibus [illegible] dicitur Iud. 3. quod vtraque manu vtebantur pro dextera, quasi dicatur, omnia erant eis dextera, & bona, & nihil inueniebant sinistrum aut malum. Patet igitur, quod est vsus virtuosus qui est perfectorum.

¶ Secundo dico, quod est vsus fructuosus, qui est beatorum. 3
Quamuis enim vti & frui differant, quia fruitio est vsus [illegible] propter se, vti vero propter aliud, & sic proprie vti pertinet ad iustos viatores, frui vero ad beatos comprehensores, vnum tamen quandoque sumitur pro alio. Vnde etiam possumus dicere, quod beati in patria vtuntur Deo, & bonis perpetuis iuxta votum. *Et sic loquitur Raphael Angelus. Videbar quidem manducare vobiscum, & bibere, & ego cibo, & potu inuisibili vtor.* Tob. 12. *Vsus enim totum vtitum, & totam vtilitatem importat*, iuxta Aug. Vtile quicquid est, totum vtendo est vtile, non proficit enim dominum sine vsu. Et ideo Minores sapientiores fuerunt, qui vsum in rebus retinuerunt, proprietatem alijs dimiserunt. Iusti enim dum sunt in hac vita, sunt solum proprietarij, & domini regni cœlorum. Mat. 5. *Quoniam ipsorum est regnum cælorum.* Veruntamen adhuc non habent vsum, & ideo parum proficit ad præsens, sed pro certo post mortem in patria ipsi habent vtilitatem, & vsum, & plenum emolumentum, & fructum Ecclesiast. 2. *Hanc ratus sum partem meam, si vterer labore meo.* Iste igitur est vsus beatorum, qui est fructuosus, vt sic de homine ad tantorum bonorum vsum promoto dicatur illud 1. Mach. 14. *Consenserunt Simonem esse ducem, & vti fibula aurea* ¶ Tertio dico, quod est vsus vitiosus, qui est C
malignorum, & iste nihil aliud est quam abusus. Vsus enim in bono vt communiter accipitur, quia secundum Augustinum, vti ab vtilitate dicitur. Deinde lib. 83 quæst. dicitur, quod vtile quicquid est, vtendo fit vtile, ita quod nemo vtitur nisi vtili, non enim vtitur quisquis aliquo, quo malo vtitur. Veruntamen [illegible] accipio malum vsum pro abusu. Mali enim sunt si[illegible]ut serpentes, qui quaecunque bonos cibos & sanos comederent, [illegible] tum in venenum conuerterent & mutarent. Quia mali quibus[illegible]unque rebus vtantur, propter malum vsum omnia tam bona quam mala in venenum conuertunt, & mutant, & omnia in perni[illegible]ciem animæ conuertunt. Vnde Sen. dicit, quod mali omni[illegible] sunt mala. Patet de temporalibus rebus, quæ de se bonæ sunt & vtiles, quando tamen quis bene vtitur eisdem, vero [illegible] tamen quia isti eis non bene vtuntur [illegible] abutuntur, ideo non in [illegible], sed in malum conuertunt [illegible] de [illegible] Eccles. [illegible]. *Hæc omnia sanctis in bonum, peccatoribus vero in malum conuertuntur.* Dicit eni[illegible]

nius, q[illegible] poterat tame[illegible] si nimis e[illegible] bona tempora- ba quam [illegible] ne sciunt vti, pos- sint esse [illegible], qui ipsis bene vti ne[illegible]unt [illegible] enim boni fructus sunt, & v[illegible] n dicit [illegible] quidam milites Ale- xandri se [illegible] fructibus su[illegible]nt, pro eo, quod ipsos [illegible]natiuos, & virides ome[illegible]tunt. Illi [illegible] qui ma- le vsi sunt, mortui fuerunt, quod [illegible] non fuisset, si vti bene fuissent. Q[illegible] breuiter mali [illegible] omnib. etiam bonis male v[illegible] igitur [illegible] ein spi[illegible]lem, & æternam solent propter [illegible] por[illegible] ad Rom. 14. *[illegible] mutauerunt naturalem vsum in eum vsum, qui est contra naturam* [illegible] illud Sap. 2. *Venite & fruamur bo- nis, &c.* Et [illegible] qu[illegible] *Vtamur creatura, &c.* Et tamen isti sunt male- d[illegible], quod condat [illegible] omnib. p[illegible] lic[illegible] e vti, dum tamé vel[illegible] bene vti, & solum quæ[illegible] n[illegible] ta, & pauperib. tri- buere[illegible], & date [illegible] super[illegible] V[illegible] Augustin. de verbis domini, ser[illegible] *Vtantur diuites consuetudine [illegible] sed doleant aliter si non po[illegible]* Sequitur. *Vtere cibis electis pretiosis quibus consueuisti quia aliter non [illegible] qu[illegible] si consuetudinem mutas, ægrotas, conceditur tibi vte re necessarijs, [illegible] superflua pauperib. vtere pretiosis, da pauperib. vilia* Pa- tet igitur, quomodo inueniatur vsus malorum qui est vitiosus, v- sus sanctorum qui est fructuosus, vsus bonorum, qui est virtuo- sus. Sufficiat de vsu quantum ad hoc, & in quantum dicit con- suetud[illegible], & a[illegible] frequentationem. De quo Basilius in regula dicit, quod malos longo tempore confirmatus, tenet & obtinet vim naturę. Et Ambrosius lib. de officijs *Vsus cito inflectit naturam*, vide supra de abusu, & alijs consimilibus, &c. & suffici- at ad præsens.

A

## Vtilis. Vtilitas.

Nota, quod vtile dicitur ab vti, vn- de vtile dicitur illud, quod ad vten- dum est congruum, & habile, vtile ergo, & bonum æquiparan- tur, quia nihil est alicui vtile, nisi quod est bonum, honestum, proficuum vel delectabile. Notabo igitur, quod secundum dif- ferentiam bonorum, sc. temporalium, spiritualium, & æternu- rum triplex est vtilitas, scilicet,

Vtilitas { Spiritualis, Æternalis, Temporalis.

B ¶ Dico igitur, quod sunt quædam vtilia homini spiritualiter. Et sic dico, quod sibi sunt vtilia omnia, quę valent ad obtinendam salutem. Et sic dico, quod sicut solet apothecarius diuersas & multas herbas, & amaras, & dulces tam laxatiuas, &c. colligere, vt sic contra diuersos morbos possit de remedijs vtilibus proui- dere, & hoc quia vix est dare herbam tam modici precij vel va- loris, quin sit in aliquo vtilis medicinæ, sic vere homo, qui con- tra morbos vitiorum vult prouidere, & de sanitate animæ pro- curare, debet vtilia remedia prouidere, & de diuersis rebus quæ- rere diuersimode, quæ ad saluté animarum tam sor, quam alio- rum possunt proficere & iuuare. Et sic videbatur loqui Angelus Tob. 6. vbi dicit, *Exentera hunc piscem, & cor eius, & fel repone sunt e- nim hæc necessaria ad medicandum.* Vix n. est inuenire aliquam her- bam, i. e. rem siue bonam siue malam, siue dulcem siue amaram, quin exinde possit aliqua vtilitas elici, & quin ad vtilitatem tam suam quam aliorum possit aliquod commodum vendicari Ecc. 2. *Cogitaui in corde meo à vino abstrahere carnem meam, & transferre a- nimam meam ad sapientiæ lucem, & videre quid sit vtile filijs hominũ.* ¶ Et sic dico, q̃ multa sunt vtilia ad salutem, quæ aut debent procurari, aut saltem cum patientia tolerari, ad salutem enim est vtile A

Deo gubernari,
Pœn[illegible] tribulari,
Delictis infestari,
Imp[illegible] flagellari,
Bonis castigari,
Proximis suffragari.

Dico primo, quod est vtile nobis, quod à Deo penitus guberne- mur. Videmus enim quod nihil potest esse vtilius pupillo, quam quod habeat bonum tutorem, cœco quam quod habeat bonũ ductorem, discipulo, quam q̃ habeat bonum doctorem. Cum [illegible] charissi[illegible], n[illegible] s[illegible] nus pupill[illegible] à patre nostro Christo per pe[illegible] at [illegible] tes viduati Thren. 4. *pupilli facti sumus absq; pa- tre [illegible] mat[illegible] quasi vidua) cæci diuino lumine gratiæ per vitia de- [illegible]* 4. [illegible] *[illegible] eum meum* Discipuli per ignoran- t[illegible] in obscurat[illegible] eber[illegible] Mat. 15. *Adhuc & vos sine intellectu estis.*) val[illegible] est nobi[illegible] tile [illegible] quod Deo nos penitus committamus, & de nobis ipsis [illegible] præsumentes nec [illegible] dentes, [illegible] animæ nostræ in eius manus commendemus, dic[illegible] *in manus tuas commendo spiritum meum.* Iste enim est

Vtilis { Tutor, qui potest vtiliter nos defendere. Ductor, qui scit vti iter suos conducere. Etiam ductor, qui vtiliter [illegible] suos [illegible] uere

Et ideo sibi committere nos debemus, qui melius [illegible] bis sunt vtilia, quam nos p[illegible] sciamus, & q[illegible] vt[illegible] [illegible] vtilia, quam nosipsi credentius. Et [illegible] loquitur Au[illegible] dicens. *Constanter crede Deo eique te totum committe [illegible] noli velle esse quasi proprius dominus tui, sed illius clementi[illegible] me te seruum esse profitere, ita enim te ad se subleuare non [illegible] [illegible] temere permittet, nisi quod tibi proficit etiam [illegible] tum tuum igitur in Domino, quia sicut dictum est, v[illegible] penitus commendatum.*

¶ S[illegible] dico d[illegible], quod nobis est vtile quod [illegible] r[illegible]. Herbæ enim amaræ vt communiter [illegible] d[illegible] cinæ quam dulces. Vnde de absinthio herb[illegible] dum Plateam in[illegible] legitur, quod multipliciter v[illegible] na, hoc enim principaliter habet, quod materia [illegible] rat, & materiam mollem mollit & relaxat [illegible] afflictus amaritudo, & vlus materiam dur[illegible] & [illegible] licet corpos habet induitare ad patienter si st[illegible] tism vero mollem, & leuem, scilic. animam, & [illegible] bet relaxare ad Deum diligendum, & se ad [illegible] conuertendum ad Deum, quia per tribulatio[illegible] cimur vt sustineamus, laxiores vero vt [illegible] nd[illegible] hus recurramus. Et ideo Deus tribulationes [illegible] curat, vt sci. eos à peccando reseruet, & in bon[illegible] & conseruet. Vnde August. super Ps. 49. [illegible] Dauid à Saul persecutus nonquam legitur [illegible] tionem, vel homicidium commisisse, quæ ta[illegible] te commisit, dicit, Res periculosior est animo [illegible] am aduersa corpori. *Dauid Saulem inimicum fugiens [illegible] cenam [illegible] puit, nec adulterata vxore, virum occidit.* Erat enim [illegible] tribulationis [illegible] Deu intentior, quam [illegible] tior. *Vtilis quidem est tribulatio, & vtile medicamentum [illegible] tentamentum, factus est Dauid securus hostibus demtis, pressura carnis tumores excreuit.* Est igitur vtile, quod pœnis [illegible] r, sed de hoc vide de tribulatione supra in tertio membro aucto- ritatis. ¶ Tertio dico, quod est vtile nobis, quod ca[illegible] impugnemur. Duo enim sunt personarum genera quibus quã- doque vtile est tentari, & in tentationibus superari, [illegible] icet, ne- gligentes, & præsumentes. Vtile est dico negligentibus, quan- do enim homo est negligens, & non præcauet caute ne cada[illegible] & quando nimis incaute se peccati occasionibus exponit, tunc v- tile est quandoque quod cadat, vt ex tunc caute se habere addi- scat, & ex tunc periculum diligentius præcaueat, sicut facit ho- mo, qui sine aduertentia in lubrico cecidit, qui ibi iterum trans- iens melius cauet ne iterum cadat. Et sic loquitur Seneca Prouerbijs dicens, *quod cautio est in reliquum lapsus anterior.* etiam patet de lupo, qui non libenter vadit ad locum vbi [illegible] fuit pedicatus, & de mure, qui non libenter intrat mu[illegible]ipulam in qua altas fuit captus, & sic de similibus. Ergo vtile est cadere, vt simus in posterum cautiores. Et sic loquitur Isidorus in sen- tentijs suis libro secundo, capite nono, dicens. Vtile est Dei ser- uo post conuersionem tentari, quatenus á corpore negligentiæ sollicitantibus vitijs excitetur, & ad virtutum actus per exerci- tium agitetur. Item est vtile præsumentibus. Arrogantes enim & de suis virtutibus gloriantes, & fragilitatem propriam igno- rantes, & propter virtutes si quas habent, alios quos peccare vide- rint contemnentes post casum meliores fiunt, quia cócepta hu- militate, vires proprias recognoscunt. Deus n. facit talibus sicut mater filio suo quem docet ambulare, aliquando enim dimittit ipsum sibi, & si cadat bis vel ter, non curat, dum tamen ambula- re addiscat. Sic vere tales præsumptuosos ex industria dimittit cadere, & vt cognoscant vires proprias, [illegible] ler eos sibiipsis dimit- tere, & licet cadãt in diuersa peccata, dissimulat, vt ea ho[illegible] d[illegible] cat humilibus, & melius per virtutem ad gloriã ambulare. Vide Isid. ibid. c. 33. Quidam dum plangunt vitiorum impulsum, frequẽ ter de ipsa infirmitate per humilitatem validius conualescunt. Plerumq; vtile est arrogantibus à Deo deleri quatenus suæ in- firmitatis conscij, ad humilitatem redeant, & humiles post ca- sum exultent. Et sunt quæ deducit Gregor. libr. moral. [illegible] 3. vbi dicit, *q̃ peccata sunt vulnera, virtutes autem medicamenta. & ideo tales*

de medi-

[illegible]

E [illegible]

[illegible] tificat, [illegible] Deus [illegible] contra nos [illegible] præ [illegible] quod [illegible] exercit [illegible] & ad [illegible] præmiorum [illegible] totum [illegible] Vide [illegible] 18. [illegible] animaduersiones [illegible] purget bono [illegible] nocere [illegible] producent, videret. Nam dum [illegible] iustorum militat vita [illegible], & puniendo semper [illegible] dum cruciant, purgat, & [illegible] potestates militant. Quia [illegible] mentum Medici [illegible] mentare, & ideo saluare seu sanare. [illegible] de laude charitatis ca. 8. dicit. Quodam [illegible] ipse inimicus tuus, per [illegible] vult tibi esse, vt te expoliet, & vi [illegible] ipse de illo te curat, [illegible] flagellemur.

F [illegible] prouidis castigemur. D [illegible] Medicus magis respicit infirmi vtilitatem, quam voluntatem, & [illegible] percutere solet vel ligare [illegible] infirmo displicere. Sic bonus prælatus subditos quamuis [illegible] eos debet corrigere, & curare, i. e. de vtilitate eorum pensare. Sicut enim dicit Aug in ench. cap. 77. Bona multa præ [illegible], quia eorum consulitur vtilitati non voluntati, quia [illegible] inueniuntur inimici. Et ideo nihil vtilius quam bo [illegible], qui scit de subditorum vtilitatibus prouidere. Tot [illegible] facta, [illegible] de instrumento aureo, vtilior est quam de al [illegible] quando prælatus est aureus, & virtuosus, tortura & [illegible] vtilior inuenitur. Ille n. debet esse [illegible] quia magis debet quærere vtilitatem [illegible] Exemplo Apostoli, qui dicit 1. ad Cor. 11. *N[illegible] vtile est, sed quod multis vtile.* Quia prælatus de [illegible] vtilitatem, non priuatam, & salutem [illegible] propriam sed communem.

*D[illegible] Berch[illegible]*

[illegible]

*vtile est promissionem [illegible]*
[illegible] quod [illegible] tet, qu[illegible] mum principal [illegible] ¶ Ad [illegible] æternalis, & [illegible] do, de quibus [illegible] ¶ V[illegible] quæ da [illegible] um, &c. de qu[illegible] tulis, & sufficit ad præsens.

# Vua.

A

Cum vua [illegible] quatur, [illegible] Et ideo sic de [illegible] possumus di[illegible] q inuenitur Vua

Magni valoris,
Dulcis saporis,
Boni liquoris,
Falsi dulcoris
Grauis [illegible]

Inuenitur vua magni valo[illegible] Christus q[illegible] matre virgine [illegible], & in torcu[illegible] sanguinis nobis stillauit, quod [illegible] de quo [illegible] deuoto intelligatur illud Gene[illegible] *stolam suam, [illegible] in sanguine vuæ pallium suum.* [illegible] sanguinis [illegible] elephant[illegible] 1. Mac. 6 *[illegible] ostenderunt [illegible]* vua passa, quæ [illegible] passi[illegible] lem est [illegible] *[illegible] matrimonia [illegible]* di[illegible] R[illegible] Christi [illegible] valo[illegible] ¶ Secu[illegible] sig[illegible] & [illegible] a bono homine [illegible] ex qua [illegible]

[illegible]

**Vulgus.** [illegible]

A **Vulnus. Vulnerare** [illegible] per [illegible] figurat, cũ do- [illegible] & tandẽ [illegible] quinq; ge- [illegible] corum [illegible] Vulnus

[illegible]

[illegible] 20 quinq; [illegible] scriptura inuenio [illegible]

Vulnera, quæ [illegible],
Vulnera, quæ [illegible],
Vulnera, quæ de [illegible] re,
Vulnera, quæ de [illegible] cauere,
Vulnera, quæ debes [illegible] re.

| | | |
|---|---|---|
| Prima, | | [illegible] redemptoris, |
| Secunda, | | [illegible] xus, & amoris, |
| Tertia, | sunt vulnera | [illegible] di & laboris, |
| Quarta, | | [illegible] & erroris, |
| Quinta, | | [illegible] doloris. |

B ¶Dic[illegible] primo, qu[illegible] vulnera charitatiua, quę debemus videre, & ista sunt vulnera Christi, quæ cunctis infirmis sunt medela. Sicut n. videmus quando homo minuitur, qu[illegible] per vulnus brachij toti corpori medetur, sic vere per vul[illegible] brachij Christi, qui est brachium Dei patris (iuxta il[illegible] *Glorifica manum, & brachium dexterum*) totum corpus E[illegible] natum, i. gratiæ sanitati restitutum. Iste enim fuit strenu[illegible] pug[illegible] noster, qui pro restituenda nobis Paradisi hæreditat[illegible] pu[illegible] tauit, vbi vulnera, & mortem sustinuit, dum nobis [illegible] am acquisiuit Esa. 53 *Ipse vulneratus est propter ini quitates nostras &c.* Et ideo potest iste figurari in illo qui des[illegible] debat ab [illegible] Hierusalem in Hiericho, qui incidit in latrones, &c. Luc. 10. quia Christus de Hierusalem, i. e. de Paradiso veniens in Hiericho n. mundi noscitur incidisse, & nudatus, & spoliatus ab ipsis Iudæis crucem, & vulnera suscepisse. Istũ ergo [illegible] toto non occiderunt, quia humanitatem tantum [illegible] erfecerunt [illegible] quapropter dicuntur [illegible] semiuiuum reliquisse Ps. *Super dolorem vulnerum meorum addiderunt.* Et id[illegible] medico, qu[illegible] a[illegible] & [illegible] cord[illegible] a. Iuxta illud Aug. libro de [illegible] *morientis pretium, redimẽtis,* [illegible] *meus,* [illegible] illud [illegible] de quatuor [illegible] *vulneratur, vita moritur.* Ista

C [illegible] ¶ Secundo [illegible] debe[illegible] bere, & ista [illegible] quib. [illegible] lucr[illegible] [illegible] *Vulneratus es* [illegible] bonis, [illegible]

[illegible]

[illegible] in vulnere est continuatis [illegible] introductio, doloris stimulatio, mortis subiectio: sic vere chari[illegible] lis, continuitas, societas, varietas quæ est [illegible] ortor, sanguis gratiæ ff[illegible] mulus & dolor conscientię [illegible] terna. [illegible] pœnitentiæ [illegible] *fuerent quasi vulnerati in plateis ciuitatis* [illegible] dendo per[illegible] bus non spiritualiter [illegible] erficit, & oc[illegible] potest intelligi [illegible] *Sa*[illegible] *cum anima sua* [illegible] bolil[illegible] & l[illegible] b[illegible] nd[illegible] oc[illegible] dendo [illegible] Vulneribus [illegible] ca[illegible] Vul[illegible] [illegible] ulentiæ & eb[illegible] tatis, Vulner[illegible] Vulneribus blasp[illegible] [illegible] tur vulnus [illegible] *ratum superbum* [illegible] illis, qui carnem [illegible] lae[illegible] corruperant, dicit Ge. 34 [illegible] *nerum dolor erat* [illegible] vult [illegible] [illegible] op[illegible] ulner[illegible] [illegible] atur [illegible] cord[illegible] vul[illegible] P[illegible] *multi* [illegible] ebr[illegible] qui Prouerb. [illegible] *tiarum.* Item [illegible] *nera* [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] est [illegible] ur. Sic igitur patet, quod sunt quædam [illegible] quæ debemus cauere. ¶ Quarto dico, quod [illegible] irremptiua, & ista sunt vulnera [illegible] quibus ipsi damnati perpetuo damnantur [illegible] *sicut vulnerati dormientes in sepulchris* [illegible] les ille Luciferu ad inferos descend [illegible] Ez [illegible] *Et tu vulneratus es sicut & nos, nostri similis effectus es* [illegible] patet, quod tam in bono, quam in malo significato [illegible] sunt genera vulnerum. Vide supra de plaga.

A

**Vultus.** Cum vultus sit illud, quod summe est homini apparens, & per quod cognoscitur vnusquisque, & in quo passiones animi [illegible] ostenditur, possumus breuiter dicere, quod per [illegible] potest [illegible] significari præsentia, apparentia, & notitia. Et sic dico, quod est vultus triplex in natura, scil.

Superioris [illegible],
Interioris voluntatis,
Exterioris [illegible].
P[illegible] debemus orare,
Secundum debemus mundare,
T[illegible] debemus ornare.

¶ D[illegible] quod est vultus æternæ maiestatis, qui debet ad[illegible] *Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis.* Item est vultus [illegible] voluntatis, qui debet mundari Pr. 27 *In aqua splendent* [illegible] Item est vultus æternæ qualitatis, qui debet adorari [illegible] exterioris apparentiæ, quæ, scil. virtutibus est ador[illegible] dicitur, quod *vultus puerorum apparuerunt meliores* [illegible]. ¶ His igitur præmissis dicamus

B

primo, quod est vultus D[illegible] est honorandus. Vultus enim Dei nihil aliud est, [illegible] notificatio, præsentia vel manifestatio, quia diuersis [illegible] modis se ostēdit. Sicut enim videmus, animus cognoscitur per vultum, & inde est, quod vultus aliquando est tristis, aliquando [illegible] & sic de alijs. Et propter hoc possumus dicere de vultu [illegible] quod ipse dominus quatuor habet vultus, hoc est dicere quatuor modos notificandi se nobis, scilicet, Vultum

Potentiæ,
Clementiæ,

[illegible]

Q[illegible]

Igitur mentis [illegible] ctionem, ut [illegible] *ad propitiatorium,* [illegible] vultum mentis d[illegible] mus [illegible] ram p[illegible] ctionem sicut de Bersabee legimus 3 [illegible] *vultu adorauit regem.* Item vultu[illegible] discretionem [illegible] qui bet [illegible] *em tuam quasi vultum Angeli* [illegible] *ram.* Patet igitur, quod est vultus mentis, q[illegible]

¶ Tertio dico, quod est vultus corporis, [illegible] iste vultus significat exterio[illegible] am corporalem. Sicut e[illegible] duo similes, sic nec in qu[illegible] duo pares penitus. In ist[illegible] tuales, nam sicut in vultu h[illegible] in vultu animæ omnes passiones ap[illegible] omnia membra corporis [illegible] secundum mentis passiones, de[illegible] iuxta illud Ecc. 13. *Mutauerunt* [illegible] re vultus cōuersationis nostræ [illegible] stere, sed secundū cōditiones [illegible] rates varias se mutare, & non vnam virtutem [illegible] plures in se prætendere, & monstrare Luc. 9 *res facta est species vultus eius altera.* Vnde not[illegible]

In vultu nostro,
Lab[illegible]
Vigor, & permanentia,
Sp[illegible] pientia,
Rig[illegible] & di[illegible] centia,
Humilitas & verecundia,
Hilaritas & complacentia,
Maturitas & seue[illegible]

Habeamus igitur in vultu nostræ conuersationis [illegible] borem Gen 3 *In sudore vultus tui vesceris* [illegible] mus ibi permanentiæ vigorem [illegible] *uersa mutari.* Item prætendamus [illegible] *pientia hominis lucet in vultu* [illegible] tiæ rigorem Ec[illegible] *Per tristitiam vul*[illegible] Item prætendamus humi[illegible] *vultu in terra demisso adorabunt* [illegible] *& tacuit.* Et [illegible] R[illegible] *operuit* [illegible] [illegible] tate [illegible] comp[illegible]

Et Eccl [illegible] m pręteo-damus [illegible] tem & [illegible] item dicitur Esaiæ 3. *Honora* [illegible] *apud* [illegible] us tales vultus, d[illegible] nobis p[illegible] quod [illegible] de pueris tribus abstinentibus, quo[illegible] *vultus* [illegible] *es & corpulentiores cæter*[illegible]. Et sic patet quo[illegible] ur in bono tribus modis.

¶ Sed ad quid pro[illegible] tales vultus, nec tales apparentias faciales, [illegible] in omnes qualitates malas commutant [illegible] enim [illegible] temporib. poetarum, vbi [illegible] vultus hominum in vultus bestiales iuxta votum, sicut de [illegible] incantatrice legitur in fabulis, quod quodam poculo quosdam nautas socios mutauit in porcos. [illegible] hodie incantator diabolus mutauit vultus, [illegible] apparentias [illegible] tum in bestias [illegible] homines bestiales, in animales [illegible] oxiales qualitates. Vnde Ez. 27. *Mutauerunt vultus omnes populorum negociatores.* ¶ Et sic notabo, quod hodie inueniuntur m[illegible] vultus videlicet, Vultus

Mordaces & irati,
Fallaces & velat[i],
Procaces & obstinati,
Loquaces & effrænati.

Dico, quod mali [h]abent vultus iratos & concitatos, & sic de inuido Cain dicitur Gen. 4. *Iratus est Cain vehementer, & concidit vultus eius.* Item [h]abent vultus ve[latos] & palliatos, & tales sunt hypocritæ, [illegible], adulatores & [illegible] deceptores, qui pallio hypocrisis ita operiunt vultus conu[ersationis] suæ, quod vix possint intelligi vel cognosci, sicut de Thamar dicitur Gen. 38. *quæ volens impregnari a Iuda, sedit in biuio induta, &c.* Quia hypocritæ cupientes cum Iuda Patriarcha, i. cum aliquo prælato societatem habere vel contrahere, vt ab eo donis & beneficijs valeant impręgnari, solent vultus honestæ apparentiæ accipere, in biuio i. e. in publico cotam omnib. sedere, & ne cognoscantur, vultum conuersationis suę honestatis pallio operire, & sic societatem & impręgnationem beneficiorum solent cōmuniter reportare. Vnde ipsi prælati de ipsis possunt dicere illud Iob 4. *Stetit quidam cuius non agnoscebam vultum imago coram oculis meis.* Et bene dicitur imago, & non res, vide supra de imagine. Item habent vultus firmatos & obstinatos, quia non confunduntur nec reuerentur, imo Deo & prælato obstinate opponuntur Pr. 21. *Vir impius procaciter obfirmat vultum suum.* Item habent vultus dissolutos & effrænatos, quia non habent compassionem honestę maturitatis nec in habitu nec in gestu, nec in vultu. Vnde de mala muliere dicitur Pro. 7. quod *apprehensum osculabatur iuuenem, & procaci vultu blandiebatur.* Sic igitur patet, quomodo inuenitur multiplex malus vultus: Non dilato me, quia supra feci mentionem de facie, vbi exempla & figuras amplius aggregaui.

A **Vxor.** Nota, quod vxor proprie dicitur mulier, quæ alicui matrimonaliter est cōiuncta. Et ideo loquēdo moraliter, per vxorem potest intelligi omne illud quod alicui socialiter coniun[gi]tur, siue in bonu siue in malo significato fuerit sumptum. Et ideo dico, quod in bono significato secundum quod vir sumitur [illegible] modis, sic [illegible] & vxor, iuxta illud Eph. 5 *Viri dili[gite] vxor[es] [ve]stras:* [Scriptu]ra itaque enim nominat tam viros, quam vxores. [E]t ideo possu[mus n]otare, quod inuenitur vxor, scilicet

In[tim]a,
Optima,
Infima,
Suprema,
Ext[rema].

Vxor intima est ani[m]a, quæ est vxor Christi, & vxor etiam debet esse cum [illegible] Ecclesia de hac potest intelligi illud [illegible] C[illegible] de [illegible] reddat. ¶ Item vxor optima est in cœlo [illegible] de qua Ap. c. 19. [illegible] *nuptiæ* [illegible] *vxor præparauit se*. Ista [illegible] vxor cui [illegible] [illegible] [illegible] eccl[illegible] [illegible]

quæ [illegible] vxor [illegible] est [illegible] qua [illegible]

Hu[illegible]
Fidel[illegible]
Vi[illegible]

Talis enim vxor [illegible]

Hu[illegible]
Fidel[illegible]
Vi[illegible]

Dico igitur primo, [illegible] & subiectionem, [illegible] quod suum est, [illegible] fet suum. Ad den[illegible] turaliter sibi [illegible] & vxor mari[illegible] ber[illegible] [illegible] Tu asinquo[illegible] Gen[illegible] *Quare non* [illegible] Sequitur. *Nunc igitur quia coniunx tua* [illegible] tamen est co[illegible] & contradicentes, [illegible] seruiens illud pater d[illegible] sto per pecc[illegible] quando prælat[illegible] detinis, quæ [illegible] Iob, de qua d[illegible] *centia tua: benedic Deo,* [illegible] hodie dicere, quod [illegible] quia ista hodie [illegible] rebellare multiplicite, & [illegible] Tim. 2 *Docere mulieri non permitto. nec dom*[illegible] charissimi, sed sit ista vxor tua, id est [illegible] tibi humilis ac deuota, vt tam Chri[illegible] de Ecclesia, tamen etiam mari[illegible] illud Gen. 26. *Perspicuum est, quod vxor tua* [illegible] bet talis vxor humi[lit]atem, & [illegible]

¶ Secundo dico, quod ista d[illegible] et habe[re] [dile]ctionem, (Vnus inquit.) [illegible] fidelitatem tenere, & nulli alij adhærere [illegible] xore corporea, imo etiam de [illegible] hoc ostenditur cum dicit [illegible] innititur, cum quibusdam tenac[illegible] liter sibi se tenere, & ideo d[illegible] tandum, quod talis vxor habet ta[illegible] firmiter adhærere, & ipsos di[illegible] vxor anima non debet frangere [illegible] sto per peccatum, nec prælato [illegible] marito per adulterium, vt [illegible] *Ego sum vitis vera,* id est, ego [illegible] tas, & fidelis charitas, & ver[illegible] esse, quę nunquam d[e]bet violari au[illegible] tate fideliter confe[illegible] *in carne vna.* Illud tamen est cor[illegible] vir vxori, nec vxor viro. Qu[illegible] tetam [illegible] vxores suas [illegible] Ec[c]lesias sibi cōmissas, rum dirripiunt, & [illegible] as viduatas, & [illegible] enim curant n[isi] fructus recipere, & al[illegible] linquere, & abire, & de def[illegible] euitare. Similes elephantibu[s] [illegible] pro vxoribus pugnare, qu[illegible] vt dictū est dimittunt, [illegible] vint, diripiunt, & co[illegible] *fuerant ducta.* Et bene [illegible] ecundam iur[illegible] ber[illegible] hendam, mo dua [illegible] igamiat co[illegible] taher[illegible] idemus, quod [illegible] ficere un[illegible] di at A[illegible] us [illegible] *vnum vx*[illegible] on vi[illegible] est [illegible] signum [illegible]

[illegible] & [illegible] nsi, quia isti [illegible] vxores detere[illegible] [illegible] non [illegible] possidere atque tenere, [illegible] nus [illegible] malt [illegible] auertere, [illegible] Sic vere homines, id est [illegible] & rationabiles [illegible] id est, vno tellicet [illegible] [illegible] R[illegible]. *Sufficiat [illegible] vxor sua.* [illegible] tamen & [illegible] est, [illegible] superbi, [illegible] [illegible] & [illegible] tes & [illegible] [illegible] id est, [illegible] dam [illegible] proprie de eis potest dici illud [illegible] *qui amatores & emissarij facti sunt, vnusquisque ad vxorem* [illegible] V[illegible] P[illegible] *A domino datur proprie vxor prudens.* Ad denotandum, quod nullus debet vxorem, [illegible] vel beneficium accipere, nisi a Deo vel eius vicario canonice sibi detur. Sed proc[illegible] Simoniaci nō curant de hoc, sed [illegible] les vxores rapiunt & [illegible] [illegible] P[illegible] *singuli vxores singula.* Patet [illegible] quod [illegible] non sunt fideles vxoribus, sed proculdubio [illegible] [illegible] populus Æthiopiæ, qui dic[illegible] [illegible] [illegible] tate, sed pro libito vxores [illegible] volunt [illegible] & affectant eligere [illegible] omnesque com[illegible] habere, [illegible] propria reputare, sic isti. Et ideo be[illegible] [illegible] Dei *qui videntes filias hominum, quod essent pulchræ elegerunt sibi vxores de omnib. quas elegerat,* sicut dicitur Gen. 6 Patet [illegible], quod isti [illegible] non sunt fideles vxorib. ideo iusto D[illegible] permittit, quod eorum vxores non sunt fideles eisdem. Cuius simile videbitur Iob per cap. 31. dicens: *Si deceptum est cor meum super muliere, & si ad ostium vicini mei insidiatus sum scortum alterius sit vxor mea, & super illam incuruentur alij.* Non sic charissimi, [illegible] fideles vxorib. [illegible] ipse sint fideles nobis quia pro certo vt dictum est, quælibet bona vxor debet habere fidelitatem.

D ¶ Tertio dico, quod quælibet talis vxor debet habere vtilitatem & perfectionem, quod notatur cum dicitur. (Abundans.) Quia istę debent abundare in prole bonorum operum & virtutum, & maxime in operib. pietatis, dic sicut supra de abundare quicquid volueris Deut. 28. *Abundare te faciat dominus in omnib. bonis.* Ideo parentes vxoris Tobiæ iunioris docebant eam in illis virtutib. quæ decerent quamlibet vxorem Tob. 10. vbi dicitur, q̀ *monuerunt eam honorare soceros, diligere maritū, regere familiam gubernare domum, & seipsam irreprehensibilem custodire.* Sic igitur patet, quomodo vxor bona s. anima vel Ecclesia vel matrona debet esse

Fertilis & fructuosa. (Abundans.)
Fidelis & amorosa. (Quia viris.)
Humilis & obsequia (Quia tua.)

Igitur vxor tua sit viris abundās, & hoc de vxore bona sufficiat.

E ¶ Sed adhuc dico, quod vxor potest accipi in malo. Et sic dico, quod per vxorē intelligitur quælibet mala coniunctio, vel quælibet copula cuiuslibet vitij vel peccati. Et sic notabo, quod in scriptura inuenitur

Vxor { Luxuriosa, Litigiosa, Præsumptuosa.

Vxor { Luxuriosa est carnalitas, Litigiosa est cupiditas, Præsumptuosa est pompositas.

Istæ enim sunt malæ vxores, quæ sunt fugiendæ, & à fidelibus abdicandæ, sicut dicitur Deut. 22. de rege. *Non habebit vxores plurimas quæ alliciant animum eius.* Carnalitas allicit ad delitias. Cupiditas ad diuitias. Pompositas ad eminentias. Et istæ sunt *vxores alienigenæ, quæ Salomonem fecerūt apostatare, à lege domini declinare,* sicut dicitur [illegible] Reg 11. Et ideo necessarium est, quod vxores huiusmodi relinquamus, & ab earum oblectationib. caueamus, iuxta illud 2. Esd. 4. *Discedite à gentib. terræ, & ab alienigenis vxorib.* Sic igitur patet, quomodo tam moraliter quam realiter vxor in bono sumitur & in malo. Si vis dicere de malis & adulteris, vide supr. de vito, & de anima vxore Christi in principio quæ ibi dixi. Vide etiam de coniugio & de sponsa, &c.

## Z

A ZElus. Nota, quod Zelus proprie dicitur esse amor excessiuus vel dolor de nimio amore procedens & inde est, quod zelotypus dicitur ille, qui ita feruenter diligit aliquem, quod nolit, quod ab aliquo alio ametur, & ita dilectionē eius sibi [illegible] appropriat tam actiuam quam [illegible] & dolet quando alius [illegible] diligit, vel quando ab alio adamatur. [illegible] inde est, quod [illegible] zelus sumitur pro inuidia, quia inuidus ita tantum diligit propriam prosperitatem propriam, quod ipse dolet quando videt, quod alius prosperatur. Breuiter ergo notandum, quod zelus in scriptura accipitur pro aliquo excessiuo feruore [illegible] Et sic nota quod inuenitur in scriptura

Zelus { Dei, Iusti, Impij.

Primus est feruentis rigoris,
Secundus est ingentis amoris,
Tertius est dolentis liuoris.

¶ Dico igitur primo, quod inuenitur [illegible] rigoris, & iste est zelus iustitiæ diuinæ. Deus enim tanto zelo di[illegible] animam [illegible] tam suam, quod [illegible] delinquat, & fidem [illegible] frangit, & ad [illegible] diabolo per peccatum se iungit, ipsam solet v[illegible] punire [illegible] contra eam per iustitiam [illegible] isti vxori præter eum copul[illegible] præter [illegible] excolatur. Vnde ipse de a[illegible] *[illegible] sum Sion zelo magno* Talem [illegible] in incarnatione, vbi tantum [illegible] eam sibi voluit copulare Esa[illegible] *Zelus domini exercituum faciet hoc* Et ideo sicut homo zelotypus, illam vxorem suam, [illegible] vel hominem, quando [illegible], quod cum alijs mundo, carne & diabolo colloquium vel factum malum habet, ipse [illegible] punire & libellum repudij sibi dare, dicens. *Ego sum dominus zelator diligens & visitans iniquitatem patrum in filios.* Exemplo leonis, qui leænam sentiens adulteratam cum pardo solet punire, & propter quendam zelum excessiui amoris solet contra eam desæuire. Sic vere facit Deus de anima quæ cum diabolo per [illegible] fornicatur, quod potissime fiet in iudicio, quando comp[illegible] illud Ps. *Accendetur zelus tuus velut ignis.* Veruntamen aduerte quod zelus est signum amoris Homo n. nunquā est zelotypus de muliere, quam non amat. Et ideo Deus qui Ecclesiam solebat zelare, & se pro ipsa cunctis aduersarijs exponere, ipsamq; p[illegible] castigare & punire, eam iam videtur delinquere, & de ipsa penitus non curare. Homo n. non libenter est zelotypus de muliere quando videt, q̀ vnicuiq; se exponit. Sic quia Christus videt, q̀ anima vel Ecclesia se omnib. vitijs exponit, iam non videtur zelotypus de eadem, quod patet de multis, quos delinquentes castigare non curat, & de Ecclesia quam tribulatam non [illegible].

B Patet igitur, quod inuenitur zelus grandis rigoris ¶ Secundo dico, quod inuenitur zelus fortis amoris, & iste est zelus qui [illegible] zelant honorem Dei, & Ecclesiæ & fidei, & etiam [illegible] alterius viri iusti, ita quod pro ipso fiunt zelotypi [illegible] sustinere nequeunt sibi inferri aliquid de dicotis vel [illegible]. Exemplo apum, quę ita aluearia sua vidē[illegible] zelare, quod [illegible] ea tetigerit statim solent contra eum dimicare, & ad [illegible] dum proprijs spiculis se armare. Exemplo etiam aspidum, quæ secundum Pl. ita zelant pro coniugib. & occisorem solent per[illegible] & inuadere & cum maximo furore vindictæ ipsum [illegible] tere & ponire. Cum igitur Ecclesia, patria, fides & reuerentia diuini nominis sint coniuges & aluearia nostra, quib. [illegible] & ipsis factas iniurias pro virib. vindicare, & eis iniuriantes impetere & mulctare, dicendo illud Ps. *Zelus domus tuæ comedit me.* Exemplo Phinees Nu. 25. qui *videns iniuriam diuino nomini [illegible] fieri, & contra legem cum scorto Madianita vnū de filijs Israel [illegible] nicari, accensus est zelus eius, & accepto gladio interfecit vtrumq;* [illegible] exemplo iniuriantes Deo & Ecclesię debemus punire Vnde de ipso Phinees dicitur 1. Mac. 2. quod *Phinees zelando zelum Dei, receptus est in cælum.* Iste igitur zelus est fortis amoris. Tertio d[illegible], quod est zelus grauis liuoris, & sic per zelū intelligitur [illegible], quia mali ita diligunt propriam gloriam, & videtur [illegible] quod si bi in aliquib. derogatur, quando alij iuxta illos p[illegible], quapropter ad cœlum & inuidiam commonentur. [illegible] est quando quis dolet ex eo, quod se minus videt dil[illegible] alterum, & alium plus diligi quam seipsum. Sic [illegible] quia [illegible] quod Deus vel fortuna plus alios amat quam [illegible] ipsos, vel [illegible] quod se non amat, vel amat solos ipsos, zelotypi efficiuntur contra eos ad iram & inuidiam concitantur. Similes can[illegible] tunc dolet, quando videt alium canem [illegible] introduci & à domino diligi. [illegible] de de Iudæi di[illegible] A[illegible] 15. quod *videntes turbas conuerti, repleti sunt zelo, & contradicebant* [illegible]

*inuidia verbu Pauli.* In [illegible] & zelotypus statim, qoando [illegible] det bonum & [illegible] otia mali jeuenire [illegible] let iracundiæ zelo fla-[illegible] are, quibus di [illegible] ur [illegible] C [illegible] nth [illegible]. *Cum sinter vos, zelus & contentio, nonne carna* [illegible] Q [illegible] bo [illegible] considerant finem malorum, & de [illegible] la [illegible] nec [illegible] nt, nec cupiunt, nec desiderant pro-[illegible] orum suorum semp [illegible] Vnde in Psalmo. *Noli æmulari in malignantibus* [illegible] *zelaueris* [illegible] *facientes iniquitatem.* Sic [illegible] qu [illegible] do [illegible] it inuidiæ, zelus a-[illegible] tis, qui est virtus [illegible] us Dei [illegible] iustitiæ. Vide supra de [illegible] ncta.

A **Zona.** C [illegible] zona [illegible] ud [illegible] gulum cum quo corpus strin-[illegible] [illegible], possumus per zonam intelligere o-mne [illegible] lam [illegible] rtutem, quæ mores nostros colligit atq; [illegible] ngit. Sur [illegible] nan [illegible] ptura quadrupliciter, sc. [illegible] quantum [illegible] cle [illegible] us ad

[illegible] ctos,
I [illegible],
Da [illegible] natus,
Beatos.

Perfecti enim [illegible] guntur cingulo temperantiæ. Et sic dicitur de Ioanne Marc 1. *quod ipse erat cinctus zona pellicea circa lumbos* Temperantia enim est zona pellicea, pro eo quod stricta est atque longa.

¶ Infecti cinguntur cingulis auaritiæ. Auaritia enim stringit & ligat hominem tanquam zona 4. Reg. 1. *Vir pilosus zona pellicea accinctus renibus.* Illi enim & pelles diuitias designant.

¶ Damnati cinguntur cingulis diabolicæ sæuitiæ. Ignis enim & pœnæ infernales arctant miseras animas tanquam zona Psa. *Fiat ei sicut vestimentum quo operitur, &c.*

¶ Beati cinguntur cingulo lætitiæ. Gaudium enim circumdat hominem tanquam zona decorans Apo. 15. *Præcincti circa pectora zonis aureis.*

¶ His igitur præmissis, possumus aliquid dicere de zonis hominum perfectorum, & maxime prælatorum. Homini enim nõ sufficit vna virtus, quæ ipsum cingat, sed oportet quod plures habeat. Et sic notabo, quod homo quandoque cingitur circa pectus, quandoq; circa ventrem, quandoq; circa renes. Sic dico, quod tres zonę spirituales debent esse in homine, sc. zonæ.

Charitatis & amicitiæ,
Parcitatis & abstinentiæ,
Castitatis & continentiæ.

Zona { Charitatis cinguntur pectora,
Parcitatis stringuntur corpora,
B Castitatis ligantur renes.

¶ Primo habeat zonam charitatis, qua pectus stringatur. Charitas enim est zona vna, quæ hominem Deo & proximo iungit, & quæ mentem tenet stabiliter, pectus enim, i. cor zona huiusmodi constringatur, ne ab amore Dei & proximi laxetur. Et aduerte, quod zona ad minus debet habere tria instrumenta de metallo, scilicet,

Fermellam in principio,
Mordentem in medio,
Musquellum in fine siue termino.

¶ Per fermellam zona stringitur vel laxatur. ¶ Per mordentem zona ne nimis effluat retractatur. Per musquellum or filum de fluat coarctatur. Charissimi, ista tria signant tres virtutes, quæ zonam charitatis debent comitari. Prima est virtus largitatis & clementiæ. Ista est fermella quæ zonam elargat ad proximum, & eam stringit & replicat ad seipsum, quia secundum Hiere. in Homil. *Illud ieiunium Deus approbat, [illegible] quod tibi subtrahis largiaris, vt vnde caro tua affligitur, inde egentis proximi reparetur* [illegible] Secunda est virtus sagacitatis & prudentiæ, & ista est m[illegible] quia, [illegible] cet, prudentia more [illegible] ordem [illegible] d bet zonam [illegible] ne nimis ad proximum [illegible] ffluat coercere, & sibi certos [illegible] mmos seruare. Amor enim & prudens [illegible] sempe[illegible] debent esse Prouerb. [illegible]. *Et prudentiam vocaui amicam meam* [illegible] est virtus stabilitatis & perseuerantiæ. Ista enim est mu[illegible] q[illegible] ornat finem zonæ, quia per perseuerantiam acquiritur [illegible] tate, quia solum perseuerantia coron[illegible] Seneca, *ita diligamus ac si desinere nolueris.* E[illegible] talis [illegible] tatis figuratur Apocal[illegible]. vbi de filio homini[illegible] *circa mammillas erat munitus zona aurea.* Aurum enim quod [illegible] fs dilatat, signat charitatem, quæ se dilatat ad Deum [illegible] & amicum. Mammillæ vero quæ lac emittunt, si[illegible] largitatem & pietatem, quę lac benefic[illegible] deiti la[illegible], & [illegible] gentes recreant & potant. Quia prælatus deb[illegible] zona aurea charitatis [illegible] quæ mammillas continent lar[illegible] Nam sicut in zona portatur bursa ad erogandum [illegible] d scindendum, sic zona charitatis debet habere bursa[illegible] largitatis ad præmiandum bene laborantes, *vt vnusquisque mercedem propriam accipiat secundum suum laborem* 1. Cor. 3. Et gladiu[illegible] & seueritatis ad scindendum & puniendum perperam [illegible] Rom. 12. *Nõ enim frustra gladium portat.* Et sic ista charitas e[illegible] zona iustitiæ, ad quam pertinet bonos præmi[illegible] re & mal[illegible] ctare. Et sic de eo potest dici Eccl. 45. *Dedit illi dominus [illegible] gentis, beatificauit illum in gloria, & dedit illi zonam iustitia.* P[illegible] igitur vel iustus habeat zonam charitatis qua pectus [illegible]

¶ Secundo habet zonam parcitatis qua venter [illegible] Parcitas enim & abstinentia est quædam zona quæ st[illegible] ttem, nec dimittit ipsum dilatari per gulam vel pe[illegible] rapi[illegible], sic quilibet iustus sit similis formicæ, quæ habet ve[illegible] de strictum, & pectus latum, qood etiam verum de canibus n[illegible] libus reperitur. Ad significandum, qood iusti debent [illegible] ventre idest, in ventris ingluuie per abstinentiam esse stricti [illegible] in pectore vero, id est, in corde debent per sapientiam esse lati [illegible] figurati in beato Iohanne abstinentissimo, de quo dicitur Matt. 3. quod *ipse zona pellicea cinctus erat.* Habeat igitur zonam parcitatis, qua venter stringatur.

¶ Tertio dico, quod habeat zonam castitatis, qua lumbos arceat. Quia sicut homine ad prælium commissuri solent se z[illegible]na & baltheis cingere supra lumbos, & ibi portare enses & gladios pro bellando, sic vere nos contra carnem præliatori debemus lumbos nostros zona castitatis arcere, & carnis desideria diuini verbi gladio detruncare. Sicut enim dicit Isid. & Dioscor. est D species carbunculi, quæ zona candida est præcincta quæ cæteris nobilior iudicatur. Quia pro certo illi inter carbunculos, id est, inter iustos nobiliores apud Deum reputantur, qui zona candida castitatis præ cæteris accinguntur. Figurati in Helia, de quo 4. Reg. 1. *vir pilosus occurrit nobis, zona pellicea, &c.* Zona pellicea quæ de pelle mortuorum animalium efficitur, mortificationem carnis vel etiam mortis memoriam designat, quæ, scilicet, ambo ad castitatem sunt necessaria, & ad carnis continentiam opportuna. Et sic dico, quod generaliter sunt tres zonæ iustorum, scilicet, vna circa renes, quæ est castitas, alia circa ventrem quæ est parcitas, alia circa pectus, quę est charitas. Quam triplicem zonam nobis præstare dignetur ille, qui viuit & regnat per sæcula sæculorum,

Amen.

F I N I S.

INDEX

# INDEX EORVM, QVÆ HOC DICTIONARII VOLVMINE CONTINENTVR.



a

nihil

Bab-

Cadere

apparo-

Confor-

mitter

quæ-

Dolus

E.



 quia

a

F

Formi

Hæretę

qua

d s alicet

qui

quin cacelle [illegible] sui thonorati, ib. h. & q [illegible] violentijs suot effrænati ib. i

Infernus [illegible] liter & allego rice signat aduersitatem pauperis anxij & tribulati scil. statum hominis pœnitentis multipliciter, ib. k

Inferni profunditas, capacitas, obscuritas ad acritas. ib. l. signat iniquitatem hominis impij & reprobi. l. statum mali pestilentis, nam talis habet ignem semper comburentem, scilicet cupiditatê, habet fumum sursum ascendentem, scilicet pompositatem. lacum cuncta submergentem, sc. gulositatem, fœtorem nunquam exhalantem, scilicet luxuriam, tumultum nunquam quiescentem, scilicet iracundiam, catenam semper stringentem, scilicet acediam, vermem semper corrodentem, scilicet inuidiam, mentis mordacitatê. ibid. m. signat peruersitatem seculi noxij & effrænati ib. o infernus etiam comparatur poetarum inferno quem ipsi finxerunt, &c. ib. n

Inferno incenduntur homines plures &c. ib. n

Inferno multi deficiunt, &c. adducere. l

Inferni portæ vilæ sunt, & oleum. e

Infernus olla dicitur, & quare, &c. olla. d

Inferre, id est, intus aliquid ferre, seu intus aliquid intromittere vel portare, accipitur etiam pro concludere, dicere, arguere, &c. a

Inferre multiplex, s. probationis, compassionis, deuotionis, saluationis, inuasionis, & damnationis, ib. a

Infidelis qui contra fidem facit, &c. a

Infinitas contrariatur fini, &c. a

Infinitas summæ potentiæ, quæ designat extensionû perfectionem. ib. a. infinitas perseuerantiæ, quæ designat longâ durationem. ib. b

Infinitas deficientiæ, quę designat imperfectionem. ib. c & infinitas vanę fluentiæ, quæ denotat indeterminationem, ib. d

Infirmitas, infirmus, infirmitas, & ægritudo pro eodem supponunt. a

Infirmitas spiritualis nihil aliud est quam peccatum seu pronitas, vel inclinatio ad peccandum, & sicut multiplex est corporis infirmitas, sic etiam animæ, & [illegible] b. b

nam infirmitas capitis est superbia, ib. c. infirmitas oculorum inuidia. ib. d

Infirmitas pectoris iracundia. ib. e. manuum auaritia. ib. f. ventris gulositas ib. g. renum luxoria. ibi. h. & pedum acedia. ib. i

Infirmus & debilis est peccator ad bonû faciendum, ad opus sustinendum, ad sursum ascendendum, & ad hostib. resistendum. ib. k

Infirmitas temporalis, seu corporalis vtilis est. quia per infirmitatem Deus requiritur, homo conuertitur, & virtus perficitur. ib. l

& infirmitas naturalis, &c. ib. m

Inflare. vide de vento.

Influere, influentia nihil in Biblia. vide cœlum vel similia.

Infringere. vide frangere.

Infundere. paucissimę authoritates.

Ingemiscere. vide gemere.

Infructuosus. vide fructus vel sterilitas.

Ingens, id est, magnus, grandis, notabilis, & sulennis.

Ingrati [illegible] ingrati dicuntur qui bena beneficia continue volunt recipere, nunquam tamen recompensare aut retribuere a

Ingratitudo creatorem ad iram prouocat largitorem. a. dando reuocat & possessorem ad peccata aduocat. ib. d

Ingrauatus. vide grauasse, aggrauasse.

Ingressus, ingredi, id est, intro gradi vel aliculi introire, & est ingressus bonus & malus, &c. a

Ingressus est humanus, diuinus, diabolicus ib. a

Ingressus humanus & virtuosus quo ingredi debemus statum pænitentię Ecclesiæ seu religionis multimode, sc. vt ibi securius commoremur. ib. b

& vt facilius opera contritionis, cõfessionis, satisfactionis, atque meditationis operemur. ib. c

& etiam vt sagacius informemur, &c. Ib. d

Ingrediantur tamen quidam Ecclesiam procaciter, tumultuose & impetuose. ib. e

quidam carnaliter & affectuose. ibi. f. quidam fallaciter & insidiose. ib g & quædam venaliter pecuniose. ib. h

Ingressus vitiosus ad mundana delectabilia obtinenda, sicque ad nos ingreditur caro quæ inficit, mundus qui deficit, morbus, qui afficit, dæmon qui officit, & mors quæ interficit. Ib. i

Ingressus quator scriptura probibet. ibidem i

Ingressus dolorosus, i. e. mortis & damnationis. ib. k. & ingressus paradisus gaudiosus. ib. l. atq, ingressus diuinus, sicq; spiritualiter ingreditur Deus humanâ mentem, quando putam & sanctam eam inuenit, personaliter ingressus est in vterum virgineum in mundû, in infernum, & in cœlum. ib. m

Ingressus diabolicus videtur esse sicut ingressus hostium. ib. n

Inhabitare, id est, intus habitare, sicque est inhabitatio bonorum & malorum, &c. a

Inhabitatio moralia & interior, & ita inhabitator quidam per amarum pœnitentię gustum, per gharum confidentię scutum, & per præclarum sapientiæ visum, ib. a

Inhabitatio iustorum realis & exterior, nam ibi est locus splendoris & cognitionis, locus amoris & dilectionis, locus timoris & deuotionis, &c. ibidem b.

& inhabitatio iustorum finalis, & superior, sc. paradisi. ib. c

Inhabitatio malorum multiplex, s. interior & prophana, exterior & mundana, ac posterior atque, insana, ib. d

Initium, id est, alicuius rei inceptio seu principium, &c. a

Initium rerum est Deus, initium morum est fides, timor, iustitia seu recta intentio, initium temporis est iuuentus, & initium corporis sunt humores & elementa. ib. b

Inimicus, inimicitia, id est, contrarietas, odium, discordia, maleuolentia & rancor, &c. a

Inimicitia multiplex, scil. Dei, nam Deus inimicatur peccatoribus ib. a

Inimicitia diaboli, quia [illegible] inimicatur melioribus ib. b

& inimicitia hominis peccatoris, quia [illegible] ibus, b.

Inimicatur Deo & [illegible] ctis eius quinde cim h[illegible] rum genera, &c. ib. d

Iniquitas dicitur quasi non æquitas, & peccatum iniquitas dicitur, &c. a

Iniquitas & impietas differunt. ib. b

Iniquitas quando abundat in corde, contra Deum facit superbire, iniquitas facit â proximis dissentire, iniquitas non vult facta operire, iniquitas solet mentem excæcare, &c. ib. c

Inire, id est, intus ire vel in aliud ire, &c. a

Ineunt homines fœdos & cõiugium, bellum & iurgium, festum & conuiuium, tractatum & consilium, ib. a

Iniuria contrariatur iuri, sumiturq, communiter pro iustitia offensa, inquantû peccator, offendit Deum, proximum, & semetipsum. a

Iniuria ab iniustis solet inferri. ib. b

Iniuria â perfectis solet tolerari, ib. c.

Iniuria per prælatum solet auferri. ib d. & iniuria per Dominum soler vendicari. ib e

Iniustitia sumi potest pro omni peccato, proprie tamen sumitur pro contrario iustitiæ. a

Iniustitia â viro pænitente debet confiteri, ib. a. ab innocente solet abhorreri. ib b

Iniustitia â viro pestilente solet exerceri, ib. c. & Deo summo soler submoueri. ib. d

Iniustus â Deo vilipéditur, â diabolo subiugatur, &c. quia h

Inniti, i. incumbere, appodiare, insistere vel firmare, moraliter innixio, est qua homo Deo innititur per fidem in ipsû credendo, per charitatem ipsum diligendo, &c. a

Innocentia est animi puritas omnem iniuriæ illationem abhorrens, & dicitur innocentia quasi non nocentia, &c. a

Innocentem habeamus operationem, si accedere ad cœlum volumus. ib. b

habeamus etiam innocentem meditationem. ib. c

& innocentem prolocutionem. ibid. d

Innocentia, quædam victa, quædam ficta & quædam picta seu facta. ib. e

Innocens summæ veritati hæret stabilius. ib. f. innocens secum colloquenti credit humilius. ib. g secum conuersantes mutat in melius, ib. h. innocês falsa machinantes vincit vinlius. ib. i. tribulationes fert facilius. ib. k & consolationes habet fertilius ib. l

Innocens vir paruulus dicitur multiformiter, parum. d

Inopia, inops, inopia, paupertas, inedia, egestas videntur idem significare. & inopia est opû defectus & carentia &c. a

Inopes non debent esasperari, sed adiuuari. ib. b

Inopia facit homini tria bona. ib. c

Inopia temporalis quę terrenis caret subsidijs, estque pauperum & miserorum ib. a

& inopes illos solent mali turpiter grauare. ib, b

que

Iuathan,

Irundi-

In iudi-

& lac pœnitentium allectiuum, istud est lac dulcedinis diuinæ misericordiæ. ibidem d
& lac triumph[illegible]m refectiuum, & est lac dulcedinis æternæ, ibid. e
Lac in malo est quoddam dulciter allectiuum, & istud est lac prosperitatis humanæ, ib. f
quoddam grauiter infectiuum, scil. lac carnalis voluptatis & deliciorum corporalium. ibid. g
& quoddam leniter deceptiuum, & est lac fallacium verborum. ib. h
Laceratio, lacerare accipitur pro vastare, disrumpere, frangere, &c. a
Laceratio quædam contritionis, ibid. a
quædam detractionis, ibid. b
quædam tyrannicæ vexationis, ibid. c
& quædam damnationis æternæ. ib. d.
Lacryma multipliciter in scriptura sumitur. a
Lacryma in bono mœroris est, sic punctio lacryma dulcoris est compassio, lacryma amoris est dilectio, & lacryma doloris est afflictio, ibid. a
Lacrymandum ex causis superioribus. ibidem b.
& ex causis interioribus. ibid. c
& ex causis exterioribus ibid. d
Lacrymæ virtuosæ, quia tollunt maculam internam, scil. animæ peccatum, placant offensam æternam, & præstant quietem supernam, ibid. e
Lacryma in malo est lacryma fallentis deceptionis, præsentis afflictionis, & sequentis damnationis, ib. f
Lacus est fouea seu stagnum, aqua, luto, herbis & piscibus plenum, &c. & sumitur in bono & in malo. a
Lacus voraginis mundialis est vmbrosus, lutosus, & periculosus, ibid b
Lacus voraginis cordialis, ib. c
& lacus voraginis infernalis, ib. d.
Lamentum, luctus, planctus, pro eodem supponunt. a
Lamentum quoddam iustorum, quia tales emittunt lamentum contritionis, compassionis, deuotionis, & desolationis, ibidem b
Lamentum quoddam fictorum stultorum ib. c. lamentum miserorum egenorum, ibid. d. & lamentum damnatorum. ibidem e.
Lamiæ monstri proprietas, adulatio. f. teuereri. a
Lamina nihil aliud est quam metalli particula fusione vel malleatione in latitudinem attenuata, &c. a
Lamina sacram signat scripturam, quæ aliquando dicitur aurea per prenotitatem promissorum, argentea per pulchritudinem consiliorum, ferrea per asperitatem iudiciorum, & plumbea per mollitiem indultorum, &c. ib a
Lampas nihil aliud est quam quoddam instrumentum vitreum igne vel oleo ad illuminandum ordinatum, & sumitur in bono & in malo. a
Lampas in bono signat hominem perfectum, in quo sit oleum dulcoris, clementiæ, & pietatis nutritiuum, ib. a
Lumen splendoris, decoris & honestatis illuminatiuum. ibid. b. ac ignis & feruor amoris & charitatis accensiuus. ibidem c
Lampas vero in malo signat vitum fragilis prosperitatis, oleum carnalitatis & ignem cupiditatis, &c. ibid. d
Lampedæ piscis proprietas, post. d
Lana quæ passiones non sentit, nascitur ex carne, vtrumque carnem vestit, & omnia interiora operit, & tegit, &c. a
Lana quædam castitatis inuiolatæ. ibidem a
quædam honestatis immaculatæ. ib. b
quædam charitatis accumulatæ. ibidem c
quædam facultatis multiplicatæ. ibidem d
& quædam veritatis sanctificatæ. ib. e
Lancea est instrumentum longum & acutum, ex ligno & ferro compositum ad perforandum & lædendum sine pro defensionis remedio fabricatum, & signat in bonu & in malo, &c. a
Lancea in bono quædam salutionis, quã portauit Christus, scilicet crucis lancea, ibidem a
quædam correctionis, quã habeat prælatus & rector iudicans. ib b
quædam locutionis, quam habeat doctor prædicans, ibid. c.
& quædam compassionis, quam habeant diuites & peccatores, sci. eleemosynæ, ibid. d
Lancea in malo signat lanceam detractionis, proditionis, directionis, tentationis, & damnationis. ibid. e
Languor, languere, languidus, languor videtur esse quid medium inter actualem infirmitatem, & realem sanitatem, &c. a.
Languor quidam naturalis, quo singuli languent, nam natura humana subiecta est languori doloris & infirmitatis, languori laboris, & pœnalitatis, timoris & stupiditatis, torporis & debilitatis, &c. ibid. a
Languor quidam virtualis perfectorum & deuotorum, qui languent præ dilectione cœlestis patriæ, præ dilectione vmonis diuinæ, & præ incursione mundi miseriæ, ibidem b
Languor quidam criminalis iniquorum, nam nullus languor deterior, quã peccatum, &c. ib. c
Lapatæ seu laparis lapidis proprietas, misericordia f
Lapis multipliciter sumitur in Scriptura, etiam in bono & in malo, &c. a
Lapides in bono signant virtutes interiores, vel virtus perfectiores, multiformiter, &c. ib. a
Lapides signant humilitatem per quam ag[illegible] grauamur, nam lapis humilitatis semper petit inferiora, &c. ibid. b
signant stabilitatem, per quam roboramur, ib c
& signant seueritatem, per quam castigamur, ibid. d.
Lapidibus seueritatis, & iustitiæ lapidari deberi, tam à DEO, quam prælato supberbi & [illegible] ati, proterui & obstinati, crudeles & effrenati, carnales & inquinati, &c. ibid. d
Lapis signat vitum perfectum multiplicitec, ibid. e
Lapis in malo significat virum infectum, s. peccatorem multiformiter. ibid. f
Lapides duodecim pretiosi quid signant, &c. ibidem d
vide porta. q
Laqueus, id est, vinculum vel ligatura ad capiendum vel detinendum ordinatum communiter sumitur in malo, &c. a
Laqueus peccatorum, sc. tentationis, quo homines à diabolo capiuntur, miseriorum, sc. tribulationis huius mundi, quibus infortunati & miseri detinentur. & damnatorum, sc. sententiæ diuinæ, &c. ibidem b
Laqueantur homines pecuniam diligẽtes, luxuriam exercentes, & superbiam facientes. ibid. c
Largus, largitas, i. e. liberalitas, est que virtus, quæ dat danda, & retinet retinenda, & bene per largitatem intelligitur liberalitas, &c. a
Lasciuia signat insolentiam mentis & corporis, & leuitatem animi, honestis moribus indecentem, &c. a
Lasciuia fugiatã corde & conscientia, ab ore & eloquentia, à corpore gestus impudicus, & abstupere lasciuiens actus ibidem b
Lassitudo, lassus, fatigatio cum lassitudo nihil aliud sit quam virtum lichetia habitus proueniens ex labore seu tædio, displicentia vel languore, &c. a
Lassitudo quædam laudabilis perfectorum, ibid. a
quædam culpabilis stultorum siue peccatorum, ib b
& quædam miserabilis miserorum & egenorum, ibid. c
Latetes, lateri, lateres conficiuntur ex luto & igne fortissimo, & cocti durantes in lapides, ita quod apti sunt pro ædificijs construendis, signatque viros sanctos, ibidem a
signant etiam diuitias, quæ in pecunijs & metallis consistunt, &c. ib. b
Latro, latrones, latro dicitur, qui latentes furatur & surripit alienum, & sumitur dupliciter, sc. literaliter, & spiritualiter, &c. a
Latronum spiritualium genera sunt hæretici, vsurarij, monaci, dæmones, & peccatores, ib. b
Latitudo, latus, latitudo est rei[illegible] mensio, quæ ad capiendum & continendum aliquid ampliatur, & sumitur in bono & in malo, &c. a
Latitudo cordis in nobis sit ad aff[illegible]dandũ latitudo manus ad erogandum, & latitudo oris ad supplicandum, ib. b
Latitudo quædam superior summæ ciuitatis cœlestis, nam ibi est amplitudo capacissima quietudo securissima, & plenitudo fœcundissima, ib. c
quædam latitudo ulterior summæ pietatis ib d
& quædam interior summæ charitatis, ibid. e
& quædã latitudo mala & vitiosa, & quædam mundanæ prosperitatis, humanæ voluntatis, & terrenæ cupiditatis. ibidem f.
Latus, latera, latus communi significatione dicitur de omni re, sicut dicimus latera domus, turris, fluminis, &c. a
Latera quædam custodienda, sc. animæ vel virtuosi latera, nam tales pro ornamẽto habeant sapientiæ certitudinem, permanentiæ firmitudinem, continentiæ

multiformiter, ibid. e

Leuatio quædam pertinens ad iustum, nam iustus leuare debet animum languentem ad veri contemplationem, leuare proximum egentem ad boni susceptionem, & leuare optimum iacentem ad dignam prælationem, ibid. f. & leuatio quædam spectans ad dignam prælationem. ibid. f. & leuatio quædam spectans ad iniustum, non sic leoantur contra seipsos per præsumptionem & superbiam, contra prælatos per inobedientiam & rebellionem, contra subditos per iniustitiam & oppressionem, &c. ibid. g

Leuita, Leui fuit vnus de 12. filijs Iacob, cuius filij & successores dicti fuerunt Leuitæ, &c. a

Leuitæ ad seruiendum Domino & administrandum, & in templo etant specialiter dedicati, ab plebis legibus segregati, possessiunibus vacuati, & varijs ritibus consecrati, sic per istos leuitas intelligi possunt viri Ecclesiastici & religiosi multiformiter, &c. ibid. a

Leuis, leuitas est qualitas rei qua ipsa res efficitur facilis ad mouendum, & de loco ad locum agiliter transferendum, &c. a

Leuitas quædam virtuosa, qua sancti viri sint expediti & agiles ad obediendum & bonum expediendum. ib. a

Leuitas quædam vitiosa per mentis instabilitatem, morum inlulentiam, voluntatis inconstantiam & mobilitatem, ibidem b

& leuitas quædam gratiosa patienter sustinenda, scil. Dei mandata & constitutiones mondi tribulamina, ib. c

Lex nihil aliud est quam superioris ordinatio, vel statutum ad subditorum regimen ordinatum, &c. a

Lex quædam naturæ, quædam scripturæ, & quædam humanæ curæ, &c. ibidem a.

Lex diuina habet virtutem compulsiuam, quia in malis legis passibus præcipitor sub præcepto, &c. ibid. b

Lex diuina tenenda & seruanda, quia habet virtutem instructiuam, ib. c
habet virtutem directiuam, &c. ibid. d
habet virtutem correctiuam, ibid. e

Lex mala quædam carnalitatis & concupiscentiæ, & c. lex quædam iniquitatis, quædam fatuitatis, ib. f

Lya vxor Iacob lippata oculis sed fœcunda, interpretaturque laborans vel laboriosa, ad actiuam comparata vitam, &c. a

Liba, libamen, libamentum, libare, libamen dicebatur, sacrificium quod fiebat in liquidis rebus, sicut in oleo vel vino, &c. sumiturque in bono & in malo. a.

Libamen in malo signat mala opera peruersorum, &c. ibid. b

Libanus est mons Syriæ, & multipliciter signat in scriptura. a

Libanus signat statum virtualis sublimitatis, ibid. a. & perfectionis multipliciter. ibid. b.
etiam libanus signat decoris pulchritudinem, & sic status vilitas debet deputari per castitatem, cordis siccitas humectari debet per pietatem, & mentis grauitas exaltari debet per contemplationem supercœlestium, ibid. c

Libanus signat mundi prosperitatem, &c. ibidem d. & etiam supernalem fœlicitatem, &c. ibid. e

Libenter, libens, sed libenter aliqoid facere dicitur qui illud voluntarie & sponte atque cum placentia facere comprobatur. a

Libenter vnum bonum & commendabile multipliciter. ibid. a

& libenter vnum detestabile, ibid. b

Liber est aliud, in quo literæ & scientiæ describuntur, &c. a

Liber quidam de natura quiest, inductiuus creaturarum, scil. vniuersitatis. ibidem b.

Liber quidam scripturæ quem Deus & angeli dictauerunt, Prophetæ & Apostoli scripserunt, &c. ibid. b

Liber quidam diuinus, scil. Deus gloriosus & hoc multiformiter, ibid. c
& quidam homanus scilic. conscientiæ cuidialis & apparentiæ corporalis, &c. ibidem d.

Libenter exterioris apparentiæ signat cogeriem morum & virtutum. ib. e

Liberalitas, liberalis, liberalitas est date danda, & retinere retinenda, estq; medium inter vitia duo. I. auaritiam & prodigalitatem, &c. a

Liberalitas debet tempore vel loco coaptari. ibid. b
debet propere vel cito festinari. ib. c
cunctis hominibus debet elargiri. ib. d
& lance prudentiæ moderari. ibid. e
de proprio nostro ordinari. ibid. f. atq; affectu intimo perpetrari. ibid. g

Liber, libertas, liberare, libertas seruituti opponitur, &c. a

Libertas naturæ liberat à carnis infirmitate, libertas gratiæ liberat à cordis iniquitate, & libertas gloriæ liberat à pœnarum aduersitate, ibid. a

Libertas multiplex, s. vitiosa fatuorum, virtuosa perfectorum, & gloriosa beatorum. ibidem b

Liberi, si esse volumus, expiare debemus nocumentum iniquitatis, ticq; à peccato liberamur per eleemosynæ largitatē, per pœnitentiæ grauitatem, & per continentiæ puritatem. ibid. e
debemus vendicare omnis humilitatis fundamentum. ibid. d
& procurare debemus iuuamentum grandis auctoritatis. ibid. e

Licere, licet, licentia, licitum, cum omnia quæ non sunt à Deo ratione, scriptura, lege, natura vel homine prohibita, videantur esse licita & concussa, &c. a

Licitum quoddam faciendum, & exercendum, ibid. a
illicitum quoddam præcauendum, ib. c
& licitum quoddam sustinendum, &c. ibid. d

Ligare, ligamentum, ligare in scriptura secundum quod res multis de causis vincitur & ligatur, multipliciter sumitur, &c. a

Ligantur boni per dilectionis combinationem, ibidem a
per subiectionis colligationem. ibidem b
& per affectionis confirmationem, ibidem e

Ligantur mali, s. auati vinculis cupiditatis. ibidem d

Ligantur luxoriosi carnalitatis funiculis, ibidem e. & qoidam fallacitatis funibus per malos contractus. ibid. f

Ligantur quidam societatis funibus. ibid. g. & aliqui tepiditatis funibus. ibi. b
quidam funibus pœnalitatis. ib. I

Lignum, ligna, lignum in scriptura multipliciter sumitur etiam in bono & in malo, &c. a

Lignum signat crucem & afflictionem saluatoris multipliciter. ib. a
nam ligna crucis sunt fœcunda ad egenorum recreationem. ib. b
erecta ad depressorum subleuationem, ibid. c. fortia ad infirmorum sustentationem. ibid. d
& ligna extensa ad deuotorum habitationem, ibid. e

Lignum signat iusti viatoris perfectionem, nam stabiliter debet radicari, flebiliter humectari, & fertiliter fœcundari, ibidem f

Ligna iusti dicuntur: quia per honestatem florida, per firmitatem solida, per castitatem arida, & per pietatem humida. ibidem g

Lignum signat infectionem seu conditionem hominis peccatoris multipliciter. ibidem h

Lignum signat Christum, Mariam virginem, vel quemlibet virum iustum multipliciter. a

Lilium signat iustum propter firmæ constantiæ vigorem, ibid. b. propter mitis modestiæ fauorem. ibid. e
propter temperantiæ dulcorem. ib. d. & propter amicitiæ tenorem. ibid. e
propter sapientiæ splendorem, ibid. f
propter opulentiæ valorem. ib. g
propter apparentiæ decorem. ibid. h
& propter continentiæ candorem. ib. i

Lilium secundum Mauritium adhuc inuenitur multipliciter. ibid k

Limes seu limitare, id est, terminus seu finis. a

Limen est pars inferior ostij seu portæ, & sic per limen intelligitur introitus domus, &c. a

Limen interius est conscientia quæ considerando debet visitari. ib. a
sicq; conscientiæ limen sit regulatū disciplinæ moderamine, signatum diuino sanguine, rigatum gratiæ flumine, &c. ibid. b

Limen superius est cœli gloria contemplanda. ib. c. limen exterius Ecclesia colenda. ib. d. & limen interius mundi patria fugienda. ib. e

Lympidus, id est, purus, mundus. vide munditia & purgare.

Lyncis animalis proprietas, prouidentia. f

Lingua generaliter in scriptura signat locutionem, & ideo duplicem inuenimus linguam, sc. bonam & malam. a

Lingua bona est mollis per compassionem ib. b. rubea per roborem honestatis & dilectionis, ibid. c
acuta per correctionem. ib. d. & plicabilis per discretionem. ib. e
& clausa per correctionem, ibidem f.

Lingua mala est mollis per adulationem, acuta per detractionem, rubea per iocosam locutionem, &c. ib. g

Male-

modus

q[illegible] b[illegible] & [illegible] flagit[illegible] iniquit[illegible]. ib. c

Nomen delectabile [illegible] commendab[illegible] & [illegible] est [illegible], [illegible] natur[illegible], sine bon[illegible] mea [illegible] dur[illegible] [illegible]. ib. f

[illegible] quirendum [illegible] que [illegible] lantiae [illegible] ditas, ibidem g

pace [illegible] ib. h

req[illegible] [illegible] mo[illegible] ib. i

[illegible] agnae [illegible] ib. k

Nomen execrabile est [illegible], vel malus rumor summe cauendum, & acquirit per stultitiam & praesumptionem, per [illegible] & [illegible] onem, & per [illegible] & exa[illegible] onem. [illegible]

Nomen [illegible] detestabile, est quod nomē h[illegible] natur, &c. ib. m

Nomen [illegible] ad aliquam dign[illegible] prom[illegible], seu electio, &c. ibidem n

Nondum semper signat d[illegible] nem seu futur[illegible] successionem, & signat in bono & in malo, &c. a

Nondum signat inentis pru[illegible] tiam deliberatiuam. ib. a

signat caeli cle[illegible] entiam beatificatiuam. ib. b

mortis potentiam accelerat[illegible]. ibidem c

& leutam pigritiam semper dilatiuam. ib. d

Non dictio negatiua & priuatiua, quia negat & tollit, & accipitur in bono & in malo, &c. a

Nun vnum pertinet ad summe tegentem Deum, quia summe perfectus, &c. ibidem a

& quia est impeccabilis, habet: Non, quod prohibet & vetat omne peccatum, maxime veneris & luxuriae, superbiae, accidiae, auaritiae, &c. ib. b

Non vnum pertinet ad hominem tristem, poenitentem, & culpas lugentem, nam tali negat corporte complacentiam, virtuti desistentiam, [illegible] persenerantiam, & daemoni obedientiam, &c. ib. c

Non vnum pertinet ad virum perfectum, & iustum, iuste viuentem multipliciter, &c. ib. d

Non vnum pertinet ad virum beatum, & beate regnantem, quia tales non metuunt hostis iniuriam, non amittunt cordis laetitiam, nō sentiunt poenae moestitiam, &c. ib. e

Non vnum in malo pertinet ad miseros egentes, quia in hoc mundo habent carentiam saturitatis & delitiarum carentiam prosperitatis & diuitiarum, carentiam sublimitatis & eminentiarum, &c. ib. f

Non vnum pertinet ad daemones vrgentes seu tentantes & tribulantes, nam habent negatiuam certae veritatis, dulcis pietatis, altae dignitatis, & iustae quietis. ib. g

Non vnum pertinet ad homines peccatores seu delinquentes, isti enim habent

n[illegible] [illegible] caelo [illegible] f[illegible] le [illegible] h

Nonne vnum [illegible] spe[illegible] ac[illegible] D[illegible] libertatem, ne[illegible] item [illegible] & aufe [illegible] n[illegible] ib. [illegible]

Nonne [illegible] gandi [illegible] tuum a [illegible]

Nonne vnum [illegible] do qualiter Deus [illegible] defendendo [illegible] lucendo [illegible] nad[illegible] portat & [illegible] & [illegible] b

Nonne vnum refertur ad [illegible] num viatorem, quia ei nequeritur de debilitate propriae naturae, de aduersitate mundanae iacturae, & de ebrietate gulosae pasturae. ib. c

Nonne vnum refertur ad iustum, quia per nonne quaeritur de iusti seruitutibus & directione, iletibus & compassione, fructibus & successione, & sequentia. ibidem d

Nonne vnum refertur ad vanum peccatorem, sicque quaeritur de malorum cibis & potibus, pactis & coetibus verbis & [illegible] bris, &c. b. e

Nonne vnum refertur ad mundum, nam quaeritur de mundi potentia, nequitia & stultitia. ib. f

Noscere, id est, scire, cognoscere vel sapere notitia vero, id est, scientia, cognitio: vel sapientia, &c. a

Notitia multiplex, scil. rerum anteriorum, rerum posteriorū, interiorum, exteriorum, &c. ib. a

Notificat Deus praedilectis virtutem suam qua proteguntur, salutem, qua sanatur, viam, qua progrediuntur, & dexteram, qua continentur, &c. ib. b

Notitia sui creatoris, nam quaedam certitudinis, qua cognoscit cunctos, quaedā gratitudinis, qua cognoscit Sanctos, & quaedam rectitudinis, qua cognoscit fictos, &c. ib. c

Notitia iusti viatoris, ib. d

& notitia vani peccatoris, &c. ib. e

Notet lapidis proprietas imaginem bufonis gerens, &c. prius. d

Nouem, nouus, & nonaginta, nonenarius numerus, quiex ter[illegible] ter, ducto cōponitur, atque in scriptura plurimum commendatur, &c. a

Nouenarius in bono signat statum humanae conditionis, ib. a

signat etiam ritum Angelicae religionis, ib. b

& signat cultum virtuosae perfectionis, ib. c

Nouenarius numerus spiritualis perfectionis dicitur numerus verbi Dei & praedicationis, orationis & supplicationis, diuini amoris & contristationis, &c. ibidem d

Nouenarius in malo hominesimperfectos signat qui obscuritatis ignorantia coecantur, diuinitatis complacentia priuātur, tepiditatis somnolentia grauantur, & infidelitatis inconstantia mutantur, ib. e

Nouus, nouitas, plura nouitatum genera

[illegible] Nouitas [illegible] cati[illegible] b

[illegible] uae ca[illegible] in[illegible] ve[illegible] [illegible] sunt [illegible] sus[illegible] [illegible] c. aha [illegible]

N[illegible] commend[illegible] que extirpan[illegible] ib.

debet [illegible] dem g

& in [illegible] latus [illegible] d[illegible] ibidem k

Nouitas [illegible] habeamus nou[illegible] ambulat [illegible] orare [illegible] hear [illegible] ib. l

Nouitas quaedā [illegible] tabilis [illegible] fectionis, quae [illegible] renoua[illegible] mana condit[illegible] ne, &c. ib. m & nouitas quaedam test[illegible] is conditionis [illegible] ignorantia [illegible] atque no[illegible] itas g[illegible] b.

Nouissimus, nouissima, no[illegible] um, id est vltimum posterius aut finale & si[illegible] in bono & in malo a

Nouissimum quoddam humi[illegible] tenendum, ib. b. nam tale confert [illegible] tiae durationem ib.

aufert turpitudinem vanae praesumptionis ib. d

& aufe[illegible] plenitudinem altae praelationis ib. e

Nouissimum quoddam foelicitati [illegible] pectendum [illegible] ibi erat iocunditas sine dolo[illegible], suauitas sine labore, & immortalitas sine timore. ib. f

Nouissimum quoddam aduersitatis sustinendum, statur, [illegible] ex paupertate [illegible] ib. g

Nouissimum signat [illegible] m senium prolixitatem [illegible] tatem. ib. signat mundi temporalium van[illegible] vel prosp[illegible] tatem. ib. i. signat h[illegible] obstinati[illegible] tatem & perue[illegible] ib.

signat quinta[illegible] auitatem & poenal[illegible] tem, nam ibi mu[illegible] locus n[illegible] mus, quia ibi abundat tetror & gemitus, pertub[illegible] & strepitus, confusdit robo adhibitus, assici stridor & fremitus, &c. [illegible]

Nox. vide nocturnus.

Nubes multipliciter in scriptura sumitur, tam in bono, quam in malo. a

Nubes signat [illegible] anitatem humanae naturae. ib. a & puritatem diuinae scripturae. ibidem b

signat etiam diuinitatem humanae praetur. ib. c. bonitatemque, sanctae [illegible] id est, perfectionem cuiuslibet iusti ib. d [illegible] sanctitatem virgineae clausurae ib. [illegible] prauos [illegible] superbiae iactiuae, ib. d [illegible] gnat virum perfectū, & m[illegible] niae [illegible] stasticum religiosi [illegible] vel [illegible] ib. g. nam tales habeant [illegible]

[illegible] quædam [illegible] quædam de[illegible] & quædam [illegible]

Obe[illegible] quædam naturæ [illegible] creata sunt ib. b. [illegible] esse [illegible] est [illegible]

& causa [illegible] exterius causam impeditiuam, ib. [illegible]

[illegible] profi[illegible] ib. [illegible]

& [illegible] actum per[illegible]

Obed[illegible] est quam [illegible] obedientiæ [illegible] quædam [illegible]

Ob[illegible] ponere, imponere, con[illegible] stare. vide contra, có[illegible]

Ob[illegible] & m[illegible]

Obe[illegible] ide [illegible]

Obla[illegible] offerre.

Ob[illegible] agendum vel susti[illegible] &c. a

Obl[illegible] necessaria [illegible] b. [illegible]

O[illegible] quis, obliquum dicitur [illegible]

Obliquitas multiplex, scil. directionis & p[illegible] ib. b. deceptionis & fallaciæ, da[illegible] & iustitiæ, &c. ibid. c

Obliuio, obl[illegible] accipitur pro nescire vel pro curare, sumiturq; in bono & in malo, &c. a

Obliuio quædam virtuosa quæ ad bonitatem pertinet, scil. obliuisci delicias temporales, eminentiæ sæculares, & inimicitias fraternales. ib. a

Obliuio quædam luctuosa qua Deus obliuiscitur. ib. b

sicetiam Deus obliuioni tradidit, tradetque luxuriosos, præsumptuosos, & iotiosos. ib. c. contra recordatur patientium & tribulatorum, compatientium & benignorum, indigentium & miserorum, ibidem d.

Obliuio quædam vitiosa, qua quis obliuiscitur illa quæ tenetur recordari, talemque obliuionem generat interior carnalitas, ib. e. & exterior prosperitas. ibidem f

inducitur etiam profundior iniquitas, ibidem g. quia obliuiscunt Dei potentiæ sublimitatem, Dei clementiæ bonitatem, cœlestis gloriæ tranquillitatem, diuinæ gratiæ vtilitatem, & cætera ibidem h

Obliuio quædam dolorosa seu tædiosa, qua fama, virtus & prosperitas peccatorum per mortem faciliter obliuiscitur. ibid. i. & obliuio quædam gaudiosa, qua sancti obliuiscuntur omnium malorum quæ in hoc sæculo sustinuerunt, &c. ibid. k

Obmutescere. vide mutor.

Obnoxius, id est, obligatus, a

Obrigescere. vide rigeo, rigor, & rigidus.

Obruere, obruimur, id est, cum impetu super aliquem ruere, & eum cum lapidibus

impe[illegible] se[illegible] &c. a. v. de[illegible] lapidare.

Obscuritas & tenebrositas sunt quædam [illegible] quæ [illegible] propter [illegible] quæ [illegible]

[illegible] signat [illegible] &c. a

Obscuri[illegible] quædam [illegible] interio[illegible] d. b. & quædam po[illegible] ibidem c.

Obs[illegible] quædam [illegible] sapientiæ seu intelligentiæ [illegible] scripturæ obscuritas, & obscuritas humilio [illegible] præsentis gloriæ & fortunæ, ibid. d. obscuritas etiam signat absentiam seu locum absconditum aut secretum sicut faciunt carnales & luxuriosi, deceptores & mendaces [illegible] & ambitiosi, &c. ib. e

Obsecrare, orare, deprecari, postulare, & aliqui humiliter implorare, &c. a

Obsecrare est officium humilitatis, vtilitatis & [illegible] &c. ibid. a

Obsecratio fit Deo: nam ipsum obsecrare debemus vt auferat meritis iniquitatem [illegible] gratiæ sanitatem, conferat gloriæ claritatem, differat pœnæ calamitatem &c. ib. b

Obsecratio fit hominum, sicq; homines obsecrandi sunt à prælatis & prædicatoribus, vt caueant carnalem infectionem, habeant mentalem dilectionem, teneant moralem conuersationem, & arceant sensualem delectationem; ibidem c.

Obsequium. vide seruitium & officium.

Obseruare quandoque sumitur pro cauere, quandoque pro implere, quandoq; pro vitare, & quandoque pro expectare. a

Obseruare debemus verba legis & mandatorum, votum regis & prælatorum, statum gregis & subditorum, ibid. a

Obseruare in malo quoddam est fallacitatis quod pertinet ad exploratores, ib. b. quoddam fatuitatis quod pertinet ad mathematicos speculatores. ibid. c. quoddam carnalitatis, quod pertinet ad immundos luxuriæ sectatores, ibi. d. & quoddam crudelitatis impiorum, &c. ibid. e

Obsidere, obsessio, i. e. continua impugnatio, & signat inpugnationem spiritualem tentationum vel tribulationum, quam à nostris hostibus spiritualibus diabolo, carne, & mundo in isto seculo sustinemus, &c. a

Obstinatio, i. e. in malo proposito confirmatio & radicatio, & communiter sumitur, in malo, a. vide in alijs titulis.

Obstruere, i. claudare, obdocere, & os alicuius concauitatis vel foraminis aliqua materia cumulare, ne intrare quid valeat vel exire & potest sumi in bono & in malo. a

Obstupescere est subito mirari de aliqua incredibili nouitate, est enim stupor mentis passio quam solet rerum considerationi accedentium & incredibilium generare, &c. a

Obstupescere in bono pertinet ad pœnitentes, contemplantes, triumphantes, & militantes, &c. b a

[illegible] in malo, nam [illegible] sunt [illegible] prosperitatis [illegible] æternæ [illegible] & de superna felicitate [illegible] ibidem b

Obtego [illegible] vide [illegible]

[illegible] tener [illegible]

Obtinere, id est, [illegible] & obtentus [illegible] est, &c. a

Obtentus quidam virtutis [illegible] rum, na[illegible] obtinere [illegible] & Domino cœlestem [illegible] ibidem a

Obtentus quidam vitiosus quo [illegible] diuitias & facultates, [illegible] & dignitates, fallacitates, atq; [illegible] ibidem b. & obtentus quo [illegible] sus, itosq; obtinet dolor & fletu stupor & strepitus [illegible] pallor adhibi[illegible] b.

Obturare. vide claudere, obstruere, & [illegible] plere.

Obuiare, i. e. sibi inuicem occurrere, & obuiatio mult[illegible] est. a

Obuiatio quædam charitatis [illegible] obuiam est signum amoris, bonoris, & timoris, &c. ib a

Obuiatio quædam [illegible] tatis ib. b. quædam humilitatis ib. quædam [illegible] quandoque ista est [illegible] doque sæuitiæ, & quandoque [illegible] ibidem d

Occasus, occidens, occasus [illegible] nil aliud denotant quam [illegible] à nostro hemisphærio, &c. a

Occidentalis pars quanquam sit sterilior, quam Orientalis, habet tamen populos meliores, corpore maiores, [illegible] audaciores, in scientijs clariores. ibidem b

Occasus seu occidens signat statum paupertatis & humilitatis, &c. ib. b.

signat statum prauitatis, & aduersitatis. ib. c. signat statum nuditatis & obscuritatis, & ignorantiæ. ib. d

signatq; statum grauitatis & m[illegible] tis, sicque mors & occasus q[illegible] semper considerat, ad que[illegible] properat, & ad que[illegible] celerat, in quo etiam Deus suos [illegible] nerat, &c. ibidem e

Occasio accipitur pro leui [illegible] & sumitur in bono. quae [illegible] occasio accipit [illegible] bonum. & [illegible] malo verum [illegible] spositi quod modica occasio [illegible] proficiendo malo &c. ibid. b

Occ[illegible] occasio est enim [illegible] actiua, & multiplex in se ipsa reperitur. a

Occisio quædam corporalis, quæ Deo & naturæ mirabiliter est odiosa [illegible] quædam virtualis [illegible] nis significatio quæ fit per [illegible] &c. ibid. quædam [illegible] ritualiter occidentur bo[illegible] & peccata, &c. ibid b

& sic hominem occidunt [illegible] auaritiam & cupiditatem [illegible]

O[illegible] sunt deliciæ per [illegible]

[illegible] Dei [illegible] [illegible] stabilita- [illegible] atis, & hi eos [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Ole[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] vsua, & vox me[illegible]

[illegible] [illegible] parati sunt & ig[illegible] rantes tie- [illegible] vacillantes, [illegible] & aggregantes. ibi

O[illegible] vitium [illegible] tumentis e [illegible] dentis anaritiæ, & [illegible] ib. p. et am [illegible] cu loquia, [illegible] ib. q. [illegible] s seu exterit tam ad quod [illegible] spe[illegible] deputatur, [illegible] [illegible] sicut [illegible] [illegible] [illegible] tandum, & ter [illegible] oculis ad videndum, [illegible] aures ad [illegible]

Oll[illegible] in Dei Ecclesia, [illegible] per sanctitatem, [illegible] humilitatem, pincernæ, [illegible] pariter, per pieta- [illegible] potiores, per patientiæ limita- [illegible] b

Olli[illegible] is & p[illegible] uatis constituti sint cæte[illegible] sapientiores in subi[illegible], dili- ge[illegible] in sedulitate, eminentiores [illegible] [illegible], & abstinentiores ab ini- qui[illegible] e, ibidem

Oleu[illegible] scriptura signat bonum & [illegible] lu[illegible], &c. a

Oleum in bono signat [illegible] qua l[illegible] bet animam [illegible] ficere spiritualiter [illegible] sicq; habeamus oleum [illegible] spi[illegible] ib. b oleum clementiæ & mi- seric[illegible] diæ [illegible] [illegible], & hoc mul[illegible] or- mitet, ibid. c.

nam oleum misericordiæ tollit criminum horrorem, co[illegible] fert gratiæ decorem, procu[illegible] gloriæ dulcorem, elongat in- firmi dolorem, &c ibid. d

habeamusq; oleum scientiæ supernalis, ibide[illegible], e.

Oleum etiam accipitur in malo, sicque si- gnat superbiæ leu[illegible] tatem, luxuriæ fœdi- tatem, blanditiæ falsitatem & opulen- tiæ voluptatem. ibid. f

Olei proprietas, [illegible] latur que adulatori. vide adulatio. a

Oliua signat virum perfectum, seu quam- cunq; bonam personam, &c. a

Oliua moraliter vir iustus comparari po- test propter eius proprietates, scil. pro- pter amaritudinem pœnitentiæ, ibid. a. propter fortitudinem permanentiæ. ib. b. propter pulchritudinem apparentiæ. ibidem c.

propter latitudinem amicitiæ. ib. d. pro- [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] & [illegible] [illegible] [illegible] uentiæ seu [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] b[illegible]

[illegible] ad [illegible] depu[illegible] [illegible] [illegible] ipsa [illegible] & [illegible] b[illegible] mal[illegible]

[illegible] in bono signat co[illegible] & cha[illegible] tuum, [illegible] ibi bo[illegible] cogitatuu[illegible] decoquu[illegible]

Olla [illegible] malo signat pect[illegible] capaci- tem [illegible] [illegible] quæ in [illegible] [illegible] biginosa, caliginosa, pru[illegible] nosa, ibi dem b

signat aduersitatem seu iniquitatem [illegible] tabilem. ib. c. & crudelitatem in- [illegible] lem immitigabilem seu inextin- guibilem, &c. ibid. d

O[illegible] m aduersium temporis signans illaque f[illegible] cta fu[illegible] t in tempore retroacto siue b[illegible] na [illegible] ue mala fuer[illegible] t. a reperiturque [illegible] olim multiplex, scilic olim [illegible] ibidem. [illegible] timendum, ibi- de[illegible] [illegible] um. ibi[illegible] c. & legendum &c. [illegible] d.

O[illegible] omnes, [illegible] omne nomen semper de- [illegible] vniuersitatem, communitatem, & generalitatem, &c. a

Omne vi[illegible] in bono quoddam misera- bile, & est vniuersitas omnium viato- rum, [illegible] que est vniuersitas valde mise- rabilis & [illegible] ibi. a. nam subijcitur car- nis fragilitati, mundi aduersitati, hostis malignitati, vitæ lab[illegible] & mortis ne- cessitati. ibid. a. omne vnum quoddam commendabile est vniuersitas bono- rum omnium, quæ in hoc mundo sunt, sicque debemus nos inuicem confor- tare, prælatis subiugare, in vnum co- habitare, & in bono perseuerare, ibi- dem b

Omne vnū quoddam & detestabile, & est vniuersitas peccatorum & maligno- rum qui faciunt vnum corpus diaboli, & [illegible] ibid. [illegible] omne vnum quoddam dele- ctab[illegible] le, & est vniuersitas [illegible] beato- rum, qui a[illegible] in vna societate, [illegible] gna iocunditate, summa fœlicitate, æ- quali sublimitate, &c. ibid. d & est vni- uersitas damnatorum, [illegible] omnes cō- [illegible] entiæ verme roduntur, violentiæ en- se scinduntur, pestilentiæ [illegible] [illegible] tur, & impatientiæ luctu teruntur. ibi- dem e.

Omne in malo signat vniuersitatem ma- lorum temporalium, vitiorum cordiali- um, [illegible] [illegible] malium, & dolorum infernalium ibid. f

Omnis in bono dicitur iustus quilibet, quia supponitur omni superiori, opp[illegible] nitur omni deteriori, exponitur o[illegible] pœnaliori, ac componitur omni [illegible] [illegible] ibid. g. & iustus etiam se exponit o[illegible] [illegible] continuioris, clamori oratio- nis, labori bonæ operationis, & fluori piæ consolationis, &c. ibid h

Omnis in malo, [illegible] singulari dici potest peccator, qu[illegible] tales [illegible] [illegible] tu[illegible], [illegible] putatu[illegible] ib[illegible]

[illegible] pl[illegible] b[illegible] b[illegible] [illegible] nem[illegible] b[illegible] [illegible] tates, & [illegible] & [illegible] [illegible] habent veram a[illegible] ne[illegible]

[illegible] unctione[illegible] firmam [illegible] [illegible] non firmam, [illegible] [illegible] ctam affectionem, ib. o [illegible] beat fortem [illegible] em. ib. p. [illegible] [illegible] em, ibid q & [illegible] deuo[illegible] [illegible]

[illegible] malo, d[illegible] li [illegible] [illegible] præ[illegible] [illegible] peccatore[illegible] & ibidem [illegible]

O[illegible] [illegible] mirabilia. ib. a quædam [illegible] diuina iud[illegible] ib. u. quædam [illegible] pera, ibidem x. quædam omnia destruen[illegible] a, [illegible] vitia & peccata, ib. v quædam [illegible] virtutes & bona exempla, [illegible] cupi[illegible] c. ibidem z.

Omnino [illegible] e totaliter vel [illegible] integr[illegible] el perfecte, &c. a

Omnino signat fixam & c[illegible] bibitionem, certam & p[illegible] minationem, totam & [illegible] fectionem, ac rutam & c[illegible] solatione[illegible] b. a

Omnipotens, om[illegible] Deum pertinet, sicque [illegible] ptuosos humiliare [illegible] care, & defectuosos fortificare [illegible] dem a.

Omnipotens ab hoc est Deus [illegible] amplando, malis obu[illegible] cuncta gubernan[illegible] & [illegible] b

Onager [illegible] lo a[illegible] ri potest, signatq; [illegible] a

Onager [illegible] bono signat [illegible] qui a[illegible] per humilitatem [illegible] ompar[illegible], nam vir perf[illegible] tæ [illegible] pæ[illegible] tu[illegible] tibus, innocentiæ funda[illegible] &c. ibid. a

Onager in malo signat [illegible] imp[illegible] & peccatorem, quia est [illegible] cupid[illegible] tatem, vagabundus [illegible] tem, bibibundus per pomposita tem, & [illegible] per [illegible] tem. ib[illegible] b.

Onus multiplex in [illegible] tura reperitur tam in bono quam in ma[illegible] o, a

Onus quoddam sustinendum, [illegible] mundi tribulationes. ibid.

Onus quo[illegible] dam appe[illegible] dum [illegible] gis diuinæ & mandatorum subiugat[illegible] nis, &c. ibi[illegible] b

Onus quod[illegible] deponendum, [illegible] p[illegible] [illegible] aggrauationes ib. & n[illegible] dam [illegible] tuendum, [illegible] licet [illegible] nat[illegible] s. ibid. d

Onias [illegible] fuit summus Sac[illegible] p[illegible] [illegible] dæ[illegible] in,

[illegible] opera [illegible] & pie- [illegible], amicitiæ & [illegible] ritatis & [illegible] d.d

deb[illegible] r am [illegible] na corp[illegible] taliter o[illegible] ibi.c. [illegible] ad implendum [illegible] cita [illegible] agitari, nam bonum opus est celeriter faciendum propter temporis breuitatem, operis bonitatem & muneris quantitatem. ibidem.

Opus quoddam vitiosum, s. crudelitatis & sæuitiæ carnalitatis & luxuriæ, tepiditatis & [illegible], pompositatis & superbiæ, cupiditatis & auaritiæ, &c. ibidem g

Opera quædam deitatis supernæ, sicq; reperiuntur opera diuinæ potentiæ, quæ sunt speculanda seu honoranda, s. opera creationis. ibid. h

Inueniuntur opera diuinæ prudentiæ seu sapientiæ quæ sunt admiranda, s. opera diuinæ gubernationis. [illegible] & reperiuntur opera diuinæ clementiæ, quæ sunt imitanda, s. opera bonitatis diuinæ, & sunt opera humanæ reparationis, ibi[illegible] k fraternæ consolationis [illegible] ibid. l. internæ reuelationis [illegible] ibi[illegible] æternæ castigationis. ibidem [illegible] & æternæ retributionis. ibidem [illegible] unttur opera diuinæ iustitiæ, [illegible] æ su[illegible] midanda, scilicet, quæ [illegible] contra impios & damnatos. ibidem [illegible]

Oper[illegible] æ [illegible] humanæ bonitatis inter [illegible] meritoria, quæ debent [illegible] um inst[illegible] ib. q. & cum instanti m[illegible] & sapientia. ibid. r. cum præsta[illegible] tate & opulentia. ib[illegible] & cum distaori diuturnitate & permanentia. ibid. t

Opera quædam prauitatis exteræ scilicet opera mala & peruersa, quæ faciunt maliuolis velociter, loquaciter, procaciter, atrociter, sterilitet & nobiliter. ibidem u

Operit, opertus, operire, i. absorbere, abscondere, tegere, vel celare, & sumitur in bo[illegible] & in malo. a

Opertimen[illegible] um decoris facit bona opera [illegible] & [illegible] ocila conuer[illegible], oper[illegible] mentum laboris facit pœnitentia & confes[illegible] & [illegible] noris facit [illegible] u[illegible] regatio. ib a

Sicque ope[illegible] mentum gr[illegible] æ esse debet [illegible] ututum mul[illegible] ontentum, ibidem b.

[illegible] randæ [illegible] & [illegible] oste[illegible] & h[illegible] tendæ turpitud[illegible] tectorium seu celatiuum, &c.

[illegible] po- [illegible] pudore, [illegible] ro [illegible] in plurali [illegible] diuitias, in singulari vero aux[illegible]

Ope[illegible] quæd[illegible] ualis excellentiæ appe[illegible] ndæ ib a. quædam [illegible] ralis sapi[illegible] te [illegible] æ. ib. [illegible] æd[illegible] mporalis opulentiæ c[illegible] dæ. ib b. & quædam æt[illegible] alis affluentiæ eligendæ, ibidem d.

Opp[illegible] est locus ordinatus ad manendum & habitandum, &c a

Oppidum quoddam c[illegible] dum est mundus. ib[illegible] quoddam [illegible] ibeundum [illegible] ib. q. quoddam [illegible] ectandum paradisus. ib. & quoddam formidandum, i. infernus. ibid. d

Oportet, [illegible] tere dicitur, quod necesse est sustinere vel tacere, vel habere. a

Oportet, operari, tribulari, consolari, speculari, augmentari, & minorari. ib. a

Oportet nos per sanctitatem pollere, in firmitate manere, orationique studere, ibidem b.

Oportet habent boni, scilicet credere fideliter, sistere stabiliter, agere viriliter, sogere submiter, &c. ib.

Oportet [illegible] piorum scilicet luxuriæ, stultitiæ, ignorantiæ idololatriæ, & auaritiæ, ibidem d

Opportunitas, i. e. modus, conuenientia, & coogruitas, atque sumi[illegible] necessarium in om[illegible], sumitur; pro congruitate, & sic est quædam [illegible] verbalis, quædam lo[illegible] lis, quædam realis, & quædam temporalis. a

Oppressio, opprimere, id est, extinguere, destruere, vel sob pedibus conculcare. [illegible]

Opprimitur hom[illegible] spiritaliter per interiorem tentationem, & sic anima opprimitur tentatione carnali, mundiali, atq; hostili, ibid. a

Opprimitur homo temporaliter, per exteriorem vexationem vel tribulationem, ibidem b. & opprimitur homo æternaliter per inferni [illegible] damnationem. ibidem c.

Opprobrium, id est, [illegible] nperium, confusio, iniuria, vel præiu[illegible] nm. a

Oppro[illegible] um qu[illegible] dam iniquitatis euitandum, & quodda[illegible] aduersitatis tolerandum, & qu[illegible] dd[illegible] pœnalitatis formidandum, ibidem a

Optali lapidi[illegible] pr[illegible] ier[illegible] s, [illegible] o- mine minor b[illegible] &c [illegible] de sapientia. n

Optare[illegible] e desiderare.

O[illegible] es di[illegible] tur, qui [illegible] a & pote[illegible]

[illegible] op[illegible] dem [illegible] & quæda[illegible] dem[illegible].

Oppo[illegible] re, vide [illegible] seu panni e[illegible] pa[illegible] n[illegible] seu [illegible] otare, o[illegible] sio mentis [illegible] len[illegible] &c a

Oratio[illegible] requirit[illegible] & perfectio[illegible] æ p[illegible] cant[illegible] [illegible] pollectoris [illegible] de[illegible]

& [illegible] p[illegible] & [illegible] ad D[illegible] ria est hum[illegible] tas & permanentia, [illegible] ria, ibidem d

& in orando modus & cond[illegible] at, ibidem e

Oratio frequentand[illegible] & [illegible] eleuanda, quia est Dei & A[illegible] lætificatiua, [illegible] frigeratiua, seu imped[illegible] & [illegible] virorum extermina[illegible]

Oratio perfecta requirit tem[illegible] pastoris mœsti[illegible] sanctitudinem, & h[illegible] nem, ibid [illegible]

Oratio non exaudi[illegible] propt[illegible] qu[illegible] atem, [illegible] pt[illegible] indignitatem, & propt[illegible] diu[illegible] tatem, p[illegible] tilitatem. & propte[illegible] torquendam [illegible] demh.

Orbis, id est, rotunditas, & in[illegible] tur, rotundus, qui ad [illegible] ram formatus. a

Orbis quidam moralis, in[illegible] sus, seu animus viri[illegible] niter fundatur, stabili[illegible] riliter cibatur, potenter [illegible] ibidem a

[illegible] quidam lethalis, extimus & [illegible] que [illegible] tosus, [illegible] & [illegible] fectus, qu[illegible] varius & [illegible] tus, sterilis, & p[illegible] bidem b

& [illegible] metali[illegible] & g[illegible] lus. i d [illegible]

Ord[illegible] ordinare, [illegible] d[illegible] &

Pariter

Paries quandoque d... per copulam suæ malæ & impeꝛ... nam mali solent pariter lætari & rixari contra bonos colligari, in infernu damnari.ib.e
Paries.parietes sunt illæ partes domus,quę ipsam sustentant principaliter atq; claudunt & signat personas Ecclesiasticas, &c.a
Paries quidam luteus, & signat corporis fragilitatem.ib.a
sicque paries est per pœnitentiam fodiendus, per prudentiam considerandus,& per diligentiam impellendus ib.b
Paries,quidam saxeus seu lapideus, signatque Ecclesiæ integritatem.ib.c
Paries quidam aureus signat Paradisi nobilitatem.ib.d
Paries etiam signat prosperitatem mundanam, vel etiam status & collegia malorum & impiorum.ib.e
Pars partes sunt illæ res, in quas totum resoluitur & diuiditur,&c.a
Pars quædam vitiosa, & signat perfectorum vnionem charitatiuam, quædam fructuosa, & signat beatorum portionem præmiatiuam. quædam vitiosa signatque impiorum diuisionem discordatiuam,& quædam dolorosa,& signat ...quorum damnationem distributiua. a
Pars signat rerum diuisionem.ib.b
... at etiam locorum regionem.ib.
Pars signat rerum seu præmiorum portionem,& sic accipitur pro temporali prosperitate, & ita est pars & portio peccatorum.ib. d
accipitur etiam pro spirituali vtilitate, sicque est pars & portio deuotorum. ibidem e
accipitur etiam pro æternali fœlicitate sicque pars & portio est beatorum. ibidem f
accipitur que pro infernali calamitate, & sic & portio damnatorum.ib.g
Particeps, participatio. Particeps est ille, qui cum altero communicat & qui cum suo partem accipit de commodo, vel de damno.a
Particeps est nomen charitatis & societatis,nomen vnitatis, & concordiatis, & nomen rationalitatis,& vtilitatis.ibidem a
sicque participemus cum Deo per gratiam & deuotionem ib.b
Participemus cum proximo per amorem & charitatem.ib.a
Participemus cum mundo per pœnam & & afflictionem.ib.d
& participemus cum cœlo per fœlicitatis adeptionem.ib,e
Particeps vero in malu, nam quidam sunt participes cum diabolo per idololatriã. ib.f
quidam cum mundo per auaritiam. ibidem g
quidam cum carne per immunditiam,& cætera.ib.h
Paruum,paruus, paruulus, paruitas sumitur in bono & in malo.a
Paruitas quædam virtualis humilitatis, paruitas quædam temporalis vtilitatis seu facultatis,quædam naturalis necessitatis,& quædam cordialis iniquitatis. ib.a

Paruuli quandoq; ... humiles, quandoque ... becilles, quandoq; ... los,& quandoque vitio... b.
sicque paruuli spirituales viri humiles sunt ... permanentiores.ib.c
sunt enim a culpa innocentiores, sicque viri ... dicuntur paruuli, quia pulchri & specio... per mundam & honestam co...uersationem, sunt benigni & amorosi per charitatem & dilectionem,sunt læti & gaudiosi,per spem & consolationem,&c.ib.d
Paruuli siue pueri in malo sunt peccatores seipsos maculantes,pluri num ignorantes.penitus impotentes, faciliter cadentes,&c.ib.e
& paruuli sunt omnibus complacentiores sicque humiles à Deo præcipue diliguntur, quia Deus illos solet subtiliter illustrare per discretionem, benigniter inuitare per affectionem subtiliter ad iuuare per protectionem, &c. ibidem f
paruuli quidam per virtutum omnium paucitatem,similes pigmæis.ib. g
Paruuli mali sunt peccatores odibiles,quia per inuidiam stimulati, per stultitiam ubstinati, per nequitiam subiugati, per sententiam condemnati.ib.h
Pascha, Paschæ. Pascha est solemnitas in qua corpus Domini fidelibus dispen...tur, & in qua Domini resurrectio celebratur.phase vero,i.transitus, & sic Pascha, Græce, & phase Hebraice, Latine vero transitus, vel migratio, & cætera. a.
Pascha signat festi dignitatem & excellentiam dominicæ resurrectionis. ibidem a.
& ad celebrandum tale festum requiritur mundum corpus, feruens opus, debitum tempus.ib.b
Pascha signat mentis vel gratiæ nouitatem & pœnitentiam à nobis faciendum nam est festum dominicæ resurrectionis, Catholicæ recreationis, Hebraicæ liberationis, & Ægyptiacæ submersionis,sic spiritualiter illa intelliguntur,&c. ib. c
Pascha signat legis vetustatem & defluentiam,iuste communicanda, & c. ib d
Pascere, pascua, pastor, pascere est aliquod animal corporaliter reficere,a
Pascua quædam corporalis humanum immundorum, quædam temporalis hominum auarorum, quædam pectoralis hominum discretorum, &c. ibidem a.
Pascua spiritualis requirit in pascendis nexum vnitatis, & concordiæ ligamentum ib. b
a&um largitatis & clementiæ ligamentum ib.c
& quantum ad pascentem virtutem dignitatis,& potestatis regimentum. ibidem i.
sicque pastores ex officio debent gregem præcellere per vitæ eminentiam. ib.k
debent gregem protegere per potentiam. ib.l
debent gregem dirigere per prudentiam. ib. m
debent gregem corrigere per iustitiam ibid n

... 
Patientur ... ne.ib.d
deuoti sacrame... c
simplices exe... ib
ignorantes ... ibid g
beati æternali fruitione ...
Pater est primum pri... ,& dicitur pater,qui ... generauit a
Pater multi... s.sc. in diuinitate, humanitate,auct...tate, benignitate, ...quitate,& carnali...te.ib.a
Pater quidem ... honorandus ... Deus qui est pater omnium, ... solet nos subtiliter instruere. ibidem b.
solet nos suauiter corrigere.ib.e
solet nos benigniter reficere. ib.d
& solet nos nobiliter præficere. b.e
Pater quidam ab omnibus vene...ut.f prælatus prædicator ... is, quia tales ... faculis infl... mantur. bid.f
æquitatis regulis ordinantur.ib.g
compassionis ... humectantur, nam prælatus debet esse compatien... delictis ignoscendo pauperes nutriendo, ... scios instrue...do ...ib h
& etiam afflictionis ferulis castig... ibidem i
Pater quidam ab omnibus diligendus, ... pater carnalis.ib.b
& pater quidam ab omnibus negligendus sc.mundus, &c.ib.l
Pati,p. ...lio,agere, & pati sunt duæ proprietates annexæ cuilibet compositio ex materia & forma,&c.a
Passio quędam naturalis mortalium viatorum quędam corporalis debilium firmorum, quædam temporalis flebilium miserorum, &c.ib.a
Pati oportet bonos multas tribulationes ib.b
scil. propter indictã necessitatem. ibidem c.
Propter exempli auctoritatem.ib.d
& propter præmij ...ilitatem.ib.e
Patria multiplex in Scriptura, nam quædã superior beatorum appetendo, a
quædam exterior mundus negligenda.ibidem b
& quædam inferior infernus fugienda.ibidem c
Patientia est diuina,& humana.a
Patientia quædam diuina admiranda. ibidem. a
quædam humana procuranda.ib. b
Patientiam efficit fortitudo vigoris & firmitatis.ib.e
magnitudo valoris & vtilitatis.ib.d
& paucitudo laboris & pœnalitatis. ibidem.e
Patientia solet placare Dei seueritatem seruare mentis tranquillitat..., sedare ferocitatem,tenere cordis humilitatem.&c.ib. f
Patientiam qui non habent, similes sunt bufoni,scorpioni, campanæ, vitro. ibidem. g
Paucitas quædam bona, quædam mala.
bona cupienda. s. bonorum,quæ præua multitudine malorum,&c.

quædam

... pugnat quando ... fic... causam eius ... a... morum affic entem, ... cœtu profi... & ferat ... pe... ientem, virtut... ... &c ib.k

Pugna malo... m, nam pugnant contra ... pe discordias. ib. l contra Deum pe... nequitias. ibi. m. & contra proxi... per feuitiam. ib.n

Pugna leonis & pardi, &c. angusta. b

Pulcher. Pulchritudo est quædam proprietas rerex debita proportione c... surgens & ... petitur in bono & in malo ...

Pulchri udo quædam moralis, & virtualis, quam ... quirit homo ea aggregatione gratiæ & virtutum, &c. ib.b

Si pulchri apud Deum esse volumus, babeamus interioris co... ntiæ sanctitudinem. ib. c. subtilioris sapientiæ limpitud... ib.d

facundiatis eloquentiæ rectitudinem. ib.e

& exterio is apparentiæ rectitudinem. ib.f

Pulcher quis coram Deo & hominibus, ... lus appareat, habet pulchritudinem ... & charitatis, dulcoris & pietatis, cando... & puritatis, &c. ibidem g

Pulc... quædam carnalis & corporalis, ... ilis est ... ter defectiua ibi.h. da... ... ib.i. ad nihilum p... le tiua. ib. k, & terribiliter damnatiua. ib.l

Pulchritudo quædam temporalis & fluctuosa, ib.m. & quædam finalis & supernalis. ib.n

Pulchritudo consistit in quinq; &c. species h.

Pulsare, i. e. excitare, euigilare, requirere, vel vocare. a

Pulsare quoddam diuinæ monitionis. ib. a. quoddam humanæ orationis. ibid b. & qu... ddam diabolicæ tentationis. ibidem. c

Puluis est illa modica rei particula, in quam res corruptibiles resoluuntur. a. signatque in bono & in malo. ibidem a.

Puluis cordis humilitatis & deiectionis, & m ortis recordationis, &c. ib.b

Puluis quidam carnalis conditionis. ibid. c quidam mortalis corruptionis. ibidem d. & quidam finalis resolutionis. ibidem e.

Puluis in malo signat mundi prosperitatem ib. f. & morum iniquitatem, &c. ib.g

Pulli sunt iuuenes fœtus animalium, volucrum seu bestiarum, &c.a

Pulli signant viros simplices & innocentes ib.a. humiles & subiacentes. ib. b. pauperes & ... sporentes. ib. c. fatuos & præsumentes. ib. d. ac carnales atq; insolentes ib.e

Punire, i.e. pœnam infligere vel inferre. a vide Pœna, Correctio, Percutere, Verberare, Occidere, Flagellare.

Pupillus dicitur filius vel filia carens patre sub ætate annorum 12. vel 14. constitutus, sub tutoris arbitrio à parte vel iudice ordinatus. a

Pupilli, id est, miserabiles personæ, sunt ...

... d... nd... benig... er indul... ... b... re... endi ... gment... ... &c ... ... ... landi ... b

Purgare. ... care, ... pur... ... rigare enim cit aliquid à for... ... d... ... mundum ... ipsorum ta... ... itate... reducere.

Purgat ... animæ perpœnitentiæ dol... ... ... feruorem, eleemosy... æ du... rem, iustitiæ rigorem, fidei splendorem, correctionis rigorem, & compunctionis ... ib.b

Pu... ssim... esse volumus, eijciamus a me... te prauitatem. ib.c

obtineamus verborum venustatem. ibidem d

vilipendamus malam societatem. ibidem e

& contineamus gratiæ sanctitatem ibidem f

Puritatem etiam habeamus conscientiæ, continentiæ, apparentiæ, & sapientiæ ib.h

Purpura quandoque sumitur pro panno, ... mento, colore & tinctura, & signat gloriam, eminentiam & honorem, siue in bono siue in malo, &c.a

Purpura quædam charitatis interioris. ibidem b

quædam h... nestatis exterioris. ibi.c

quædam purpura maiestatis superioris. ib.d

quædam dignitatis, prosperitatis, inferioris. ib.e

Pusillanimis dicitur quasi pusillus animus, signatq; humilem, timidum seu paruum &c.a. vide Humilitas, Paruus, Modicus.

Pusillum, modicum seu paruum, & est dare pusillum loci & temporis. ib.b

Putare, id est, credere, optare & æstimare, &c.a

Putare vnum simplicium quod infirmorum. ib.a

Putare, vnum ... redentiū & perfectorum. ib.b

& Putare vnum præsumentium & fatuorum. ib. c. nam tales putant prosperitatem, & fugacitatem, simplicitatem, strenuitatem, sublimitatem, securitatem, diuturnitatem, &c. ib.d

Puteus est fossa stricta & profunda in quā homo potest faciliter cadere & difficulter exire. a

Puteus quidam humilitatis & perfectionis quidam stabilitatis & discretionis, quidam benignitatis & compassionis, quidam lætitatis & saluationis, quidam prosperitatis & successionis, &c. alia ib.b

Puteus Vulcani in Sicilia, &c. olla. c

Putredo est rerum corruptio & consumptio. a. sicque putredo quædam est naturalis mortalitatis, spiritalis iniquitatis, corporalis carnalitatis, cordalis iniquitatis, & temporalis infirmitatis. ib... dem a

Putredo quædam vitiorum multiplex, &c. ib.b

## Q.

Quadragintä. quadragenarius est numerus solidus & quadratus, c... stan...

... quan... ... bono ... ... drag... ... D... ... exemp... ... ib... uata, a p... ... tis præ... ... & ... iudicata. ib.b

sicq; Q... adragesima ... ... ... itinus, ... & peregrinatio... ib...

Quadragesima quæda... ... tiæ. ib.d

... quæd... ... tiæ virtu... s, ...

Q... s, q... tas, qua ... in bono & ... u. a. & ... bon... qua... lium &c. ... malo ... ra ... q... alienum durabilium pc... ib.

Quadringenti est numerus quadra... constans ex c... um quater du... signat quad ... m constantiæ & ... dæ du... ... onis, & ... moralis perfecti... s, atque qu... tem virtualis professionis, & ... a.

Quadriga est instrumentum ad ret & p... sonas de loco ad locum vel ... & transportandum, & etiam quando... ad bellandum ... sagitandum ord... tum & factum, &c.a

Quadriga in bono sig ... virum perfect... mentis aff... ctum, scripturæ ... iterarum, & Ecclesiæ ... itarum. ib.a

Quadrigæ spiritualis rotæ quatuor. ibidem b.

equi quatuor. ib. c

Quadriga in malo signat quadrigam ... fectuosam. ib.d

tumultuosam. ib. e

& tempestuosa n. ib. f

Qualitas. Qualis est nomen ... ... tiuum, ... tertur enim ad illud cui est qualis, & de notat aliquam similitudinem & ... tem: & imo qualitas de ... non est res ... ma, ... & fixa, &c.a

Qualis signat essentiæ debilitatem, infinitæ æqualitatem, bonitatis conformitatem, & grauitatis proximitatem. ibide... a.

Qualitas vero designat exteriorem co... ditionem & dispositionem, vel etiam ... militudinem, vel immutationem, & ib.b

Qualitas quædam admirabilis & gloriosa. ib.c

quædam commendabilis & virtuosa. ib. d

quædam detestabilis & vitiosa. ib.e

quædam contristabilis & dolorosa. ib.f.

quædam excellens & gaudiosa. ibidem g.

Quam & tam, sunt duo aduerbia inuitem sociata & coniuncta, & etiam quodammodo inuicem relatiua, &c, h.

Quam accipitur quandoque prærogatiue, excessiue seu quantitatiue. ibid. a

Quam vnum refertur ad Deum, quando Dei magnificentia cum quadam admi... ... ne & de... erabi... suauitate laudatur & commendatur, ... ab oper... magnificentia, à visce rum pia clemen... tia, à verborum seu astutia ... & pec...

h ...

[illegible]

per [illegible] quocunque aduerbia in[illegible] [illegible]cus moralis [illegible], nam talis e[st] status vel [illegible] dimin[u]tatis. ibidem b. [illegible] illtatis. ibi[de]m c. [illegible], ibid. d. [illegible]tatis. ibi[illegible] tetatis, ib[illegible]

per quo & quocunque aduerbia [illegible] [intelli]gitur stat[us illegible] & æt[illegible] paradis[i]. ibidem [illegible]. Io[illegible] [intelli]gitur [illegible] status lethalis & [illegible] peccati, qui est locus [illegible] curitatis & i[illegible]gnorantiæ, [illegible] teruitatis & [illegible] ac tenuitati[s] atque i[ndi]gnitiæ. ibidem h

per quo [illegible] status fatalis, [illegible] mors temp[or]alis. [illegible] [intelli]gitur etiam per [illegible] status ven[al]is & [m]undialis. ibid. k & intelligitur per quo & quocunque status [mor]talis & infernalis, ibid[illegible].

Quoties, quot[illegible] [quoties]que, quoties accipitur tam pet [illegible] quan[illegible] po[illegible], [illegible] pli[illegible]canda [illegible] cordis inte[illegible] exte[illegible]rioris, & [illegible] ex[illegible] [mul]tiplicare. i. [illegible] veen[illegible]do flumine [illegible] cadendo urbine dete[illegible]

Quod, quicun[que illegible] a

Quod vnum [illegible], scil. Deus, ibid[illegible]

Quod vnum att[en]dendũ, [illegible] corpus nostrum. ibidem b

Quod vnum promerendum, sc. paradisus, ibidem c

Quod vnum perferendum, sc. tribulatio. ibidem d

Quod vnum auferendum, scil. peccatum ibidem e

Quod vnum deferendum, sc. mundus, ib. f

Quod vnum asserendum, [sc]. fides, ib. g

Quod vnum separandum, scilicet cor, ibidem h

Quod vnum operandum, [sc]. bonum opus ibidem i.

Quod vnum fotondandum, scil. infernus, ibid. k

Quod coniunctio causalis, pro quia. ibid

Quodcunque i. omne quod, nã quodcunque est præbendum cuide [illegible], petendum voce filiali, reddendum tute natorali, videndum mente spirituali, dicendum clamore verbali, agendum manu corporali, & petendum lance æqualitatibidem m

Eo quod sumitur causatiue, nam potest reddi causa, quare à Deo arguuntur mali, eo quod immunde solent maculari, indigne volent indignari, conflicte soleot connectari, effrone solent obstinari &c. ibid. n

Quomodo est aduerbium interrogandi, quandoque aduerbium similitudinis, &c. a

Quomodo sumitur inquisitiue, nam quomodo dicitur ratione stuporis & admirationis, doloris & desolationis, meroris & compassionis, horroris & deprehensionis, &c. ibid. a

Quomodo sumitur narratiue seu comparatiue, & sic inuenitur quomodo charitatiuum, distributiuum, superatiuum,

[illegible] gul[illegible] [illegible] [illegible] ettiuum. [illegible]

[Quo]modo [illegible] q[illegible] [illegible] tume[illegible] [illegible] tas [illegible], [illegible] tas [illegible] lum [illegible] & lar[illegible] turbi [illegible] &

Qu[omodo illegible] tot[illegible] per De[um] & [illegible] nem [illegible] ter gaod[illegible] q[illegible] [illegible] superbiæ flatu, [illegible] [illegible] bat[illegible] [illegible] iactan[tiæ] facun[illegible] dicti, [illegible] [illegible] [arrog]ans proteruitatis [illegible]. d

[Quom]odo [illegible] [illegible] tiue [illegible] [illegible] tantia, d [illegible] potentia, & ibidem c

[Quomo]do [illegible] tatiue [illegible] [illegible] [illegible] quomodo [illegible] tas, [illegible] status pe[illegible] [illegible] [illegible] tas, & [illegible] tas, ibidem

[Quom]odo sumitur insultatiue, quomodo [illegible] nus & der[illegible] tia, & magnitudine quomodo deiecit de caritus [illegible] & pulchritudine, quomodo præterijt, de hostit[illegible] [illegible] quomodo [illegible] deni g

Quomodo sumitur depo[illegible] & ic est aduerbium similitudinis, & [sic] Deus habet vnum quomodo scil. pietatis paternæ, [illegible] æternæ, potestatis supernæ, charitatis fraternæ, & largitatis æternæ. ibidem h

& talis similitudo etiam spectat ad iustum, nam dicere potest quomodo satisfaciat æquali pondere, circumspiciat occulto sydere, se subijciat duro verbere, semper gaudeat dicenda dicere, &c. ibidem i

Quomodo pertinet etiam ad iniustum, nam de impio considerandum, quomodo se fœdat luxoriose, seducit proditiose, promouet ambitiose, de[illegible] iniuriose, contemnit despectuose, &c. ibidem k

Quomodo interrogatiue omittit multis, &c, in sermone, videre quomodo caute, &c.

Quippe aduerbium affirmandi, &c a

Quippe vnum spectat ad Deum, nam per quippe asseritur Dei potentiæ eminens titulus, Dei clementiæ sustinens baculus, Dei iustitiæ iudignans oculus. ibidem a

Quippe vnum spectat ad iustum, nam ibi pollent duratiuus solido vigore, di[illegible] seretionis lucido splendore compassionis fluido decore, operatio[ni]s viuido labore, & adæquationis rigido [illegible]. ibidem b

Quippe vnum spectat ad stultum seu impium, sicque asseritur per quippe in intolitis luxuriæ fœda corruptio, substantiæ discorsi possessio, malitiæ fallax deceptio, pigritiæ grauis oppressio, discordiæ dura diuisio, &c. b.

Quondam, i. olim seu dudum, est aduerbium præteritum tempus signans. a. nam signat mundanorum [illegible] anno[illegible] durat[illegible] sæuitiam quæ mo[illegible]

[illegible] bon[illegible] [illegible] [illegible]

ibidem a

[illegible] pr[o]pter [illegible] a. [illegible] [illegible]

[illegible] potestate [illegible] b

habet Deus [illegible] qu[illegible] [illegible]

De[illegible] [illegible]

et a[illegible] m. [illegible] e [illegible] & [illegible] e

D[illegible] [illegible] get [illegible] gube[illegible] [illegible] ipse d[illegible] demi

Deus habet bonitate[m illegible] [illegible] [illegible] [illegible] e[illegible] raciter, [illegible]

Quoniam coniun[ctio illegible] d [illegible] e [illegible] exul[illegible] dit[illegible] pta suffragia, &c [illegible]

Quoniam al[illegible] fiue [illegible] florent [illegible] mæ fauoribus, [illegible] bus, se [illegible] sermonibus, [illegible] & latent [illegible] [illegible]

& talis peruersus fugiendus, [illegible] dus & [illegible] obuiat diuinæ [illegible] tias, seque dat falli[illegible] suæ fatuitati, obstat vani[illegible] tati, subed[illegible] prius linguæ [illegible] &c. i k

& quoni[am] p[illegible] gazis & [illegible] frustra abutitur [illegible] bun[illegible]

Quoque quando que sumi[tur illegible] cer[illegible] [illegible]

Quoque [illegible] Dei [illegible] predicat [illegible] dure [illegible] a.

Quoque refertur ad iustum, [illegible] natu[illegible] gratia[illegible] [illegible] præter [illegible]

Quoque refertur ad virum stultum [illegible] pium [illegible] quoniam [illegible] [c]umulare, [illegible] &c ibidem e

Quoque denu[illegible] etiam multa [illegible], ib. d

Quotidie quod diebus [illegible] iteratur

 &c.

[illegible]

R [illegible]

[illegible] tudi[illegible], quæ [illegible] ut & [illegible] ibid. d

Ra[illegible], [illegible] id est, [illegible] stergere, [illegible] auferre, & hoc mediante nouacula, &c. a

Radere quoddam lumme vitiosum, scilicet [illegible] quis per peccatum [illegible] ornatum, & capillaturam virtutum, ibidem a

Radere quoddam [illegible] superfluum, scilicet [illegible] temporalia [illegible] & ea pa[illegible] ibus erogare ibid. b

R[illegible] quoddam [illegible] dolorosum, scil. [illegible] & [illegible] tradunt & spoliant vniuersos substantia temporali, ibidem

Radere quoddam [illegible] virtuosum, scilic. [illegible] opera per temperantiam & modestiam radicare, &c. ibid. d

Ra[illegible] scriptura in bono & in malo accipitur. a

R[illegible] [illegible] conditionem [illegible] ibid. a

[illegible] radice debet esse tenax dilectio & adhærere [illegible] ibid. b

[illegible] esse [illegible] & influentia. ibidem

[illegible] esse fortis [illegible] & permanentia.

[illegible] & reuerentia.

[illegible] compassio & afflo[illegible] ibidem f

[illegible]

[illegible] vxor Isaac præelecta interpretatur ouis vel [illegible] Deu[illegible] visio videns Deum, [illegible] & appl[illegible] animam sanctam, [illegible] deuotam, &c. ibid.

Raphael [illegible] De medicina, D[illegible] angelus qui T[illegible] sanauit, filium eius conduxit, &c. a

Raph[illegible] in pietate [illegible], &c.

Raro, vide [illegible] & sæpe

Rebecca filia Batuelis, vxor Isaac patriarchæ & [illegible] pietatis [illegible]. a nam Rebecca [illegible] oneri subiugata, hos[illegible] valde grata, munere [illegible], Isaac coniugata, geminis fœcundata, & in Ebron tumulata ibidem. & designat animam deuotam, &c. ibid. a

Reus, [illegible] id est, peccatum seu obligatio ad pœnam debitam pro peccato, &c. a

Reus efficitur homo propter [illegible] missam reuerentiam, propter [illegible] missam violentiam, p[illegible] missam diligentiam, & propter [illegible] continentiam ibidem

Rebell[illegible] eb stare, [illegible] sum vel tresu [illegible] a

Rebelli[illegible] quæd[illegible] rationem quæ [illegible] ibid.

quæ [illegible] adict [illegible] infirmi con[illegible] ibid.

& quædam [illegible] sanctionem, [illegible]

Re[illegible] id est, ab aliquo fugere & elon[illegible] a

[illegible]

R[illegible] pes fallacem [illegible]

[illegible]

[illegible]

R[illegible] quæd m d[illegible] ad [illegible] beni[illegible] tatem, [illegible] n[illegible] [illegible]

Re[illegible] quæ [illegible] & [illegible]

Re[illegible] [illegible]

Rectus, [illegible] est quæd[illegible] potius [illegible] perfe[illegible] tam [illegible]

Recti quidam [illegible] habent [illegible] dine[illegible] nam [illegible]

[illegible]

[illegible] quæ est in [illegible] ib. a. quædam [illegible] b. & [illegible] seu [illegible] b

R[illegible]us, religio est status homi[illegible] perfectorum sub certis man[illegible] regulis Deo famulantium, a

Religi[illegible] secu[illegible] propter multas lau[illegible]es, ibid. a. [illegible]am ibidem est [illegible] castra [illegible] ibid. b.

virtus [illegible] paupertatis. ibid. c

virtus obedientiæ & humilitatis. ib. d

virtus a[illegible] & communitatis. ibid. e. & silentium magnæ taciturnitatis. ibi[illegible]

atque habitus magnæ vilitatis [illegible] g

Relinquere, i. di[illegible]ttere, fi[illegible]ere, spernere, abijcere, &c. & sumitur in bono & in malo. a

R[illegible] est multiplex. ib. [illegible]

Re[illegible] vitiosum, quo [illegible] linquu[illegible] illa, quæ sunt cõtrari[illegible] ibidem b

[illegible] de[illegible]emus anxiam rerum p[illegible]nem. ibid c

carnis [illegible] v[illegible] tem seu infectio[illegible] d. & [illegible] propter volunt[illegible] affectionem. ib[illegible] e

Relinquere quodda[illegible] sc. malu[illegible] vetula relin[illegible]unt ad [illegible] linquunt p[illegible]quitatem, pa[illegible] impietatem, [illegible]orrectionem pr[illegible]tatem, & [illegible]ligionem per [illegible] &c. ib. f. & quoddam [illegible] quando [illegible] bon[illegible] menta & e[illegible] &c. ib. g

Rel[illegible] quæ post [illegible] nent, [illegible] &c. a

R[illegible] ib b

R[illegible] sc. sancto[illegible] ib b

quæ [illegible] ibid. & [illegible] &c [illegible] d

R[illegible] male docti[illegible]

R[illegible]

[illegible]

[illegible] Dei [illegible] D[illegible] stræ pr[illegible], & [illegible] seu [illegible]

R[illegible] emittere, i. est [illegible] par[illegible] &c [illegible]

R[illegible], liberta[illegible]

R[illegible] quædam [illegible] & diu na, qua Deus [illegible] b d. b de [illegible] &

Re[illegible] tenere [illegible] e

R[illegible] a d h[illegible] d p[illegible] n[illegible]

R[illegible] b. & [illegible] &

R[illegible] uatio quædam [illegible] qua Deus p[illegible] temporum [illegible] ren[illegible] omni[illegible] quædam [illegible]tua[illegible]lis, qua homo de pecc[illegible] tallat [illegible] diante pœnitentia per gratia[illegible] renoua[illegible]tur, ibidem b [illegible] que tales ren[illegible] cõscientiam [illegible] apparet [illegible] amicit[illegible] pientiam [illegible] e. [illegible] & pœniten[illegible] asperitatem. ib.

quædam renouatio mundialis seu fortonalis, qua p[illegible] renou[illegible] mala, &c. ibid. d & quædam c[illegible] qua quis aliqu[illegible] ren[illegible] cunque crimine. ibid. e quædam æte[illegible] ualis seu sup[illegible] nalis, f[illegible]. beatorum in paradiso, ibidem f. & quædam infernalis, scilicet, renouat[illegible] torment[illegible] rum, & [illegible] ibid. g

Renunciare, vide annunciare, narrare, referre. a

Repellere, id est, retro seu retrum pellere, fugare, abijcere, reputare & refutar[illegible] &c. a

Repellere quoddam quod facit diui[illegible] iustitia, nam quosdam repellit ordinarie, quosdam e[illegible] cum castigatione, & quosdam ex[illegible] per finalem damnationem [illegible]d.

Repellere quoddam quod facit humana prudentia, (q[illegible] quo[illegible] bij[illegible] unt seu repellunt a se [illegible] ibid b & quoddam quod [illegible] quo pec catores pellunt [illegible] Deum videlicet contemnen[illegible] cum fugiendo, & seipsum non[illegible] &c ib c

Repente, repentinus, rep[illegible], subito, ro, celeriter & [illegible] a

Repente quoddam diuinæ b[illegible] a. quoddam d[illegible] ibid. b. quoddam [illegible] & quoddam [illegible] ib dem d

Repente quod[illegible]

Re[illegible] e quod[illegible] gratiæ [illegible] bon[illegible] & [illegible]

[illegible]

R[illegible]

& q[illegible]

R[illegible]

Re[illegible]

R[illegible] pe[illegible] tare, vide re[illegible]

R[illegible] vide [illegible]

Re[illegible] sumitur, [illegible] pudia[illegible] tare, p[illegible] a.

R[illegible] us [illegible]

R[illegible]

R[illegible] &

R[illegible]

R[illegible] pun[illegible] &

Repl[illegible] quia [illegible] gentes, [illegible] tes, & [illegible] sunt boni laboratores, nam illi [illegible] De[illegible] sunt [illegible] in Deo [illegible] & per Deu[illegible] liberat[illegible] ibid c

Reputare, reputans, reputatus, reputare, i. æ[illegible] opinari, credere [illegible] a

Reputatio quædam veracia cognitionis, qua Deus & iusti res reputa[illegible] qua[illegible] statum vilem & [illegible] sanctum [illegible] ibid a

Reputatio quædam opi[illegible] qua m[illegible] reputa[illegible] Deum o[illegible] vide [illegible]

[illegible]

Reuereri,

Rupeio

t in bo-

[illegible]

Sol signat diuinam conditionem, quia habuit [illegible] latitatem sapientiæ, celeritatem potentiæ, caliditatem amoris perfecti [illegible] vol [illegible] omnis sufficientiæ, & nobilitatem [illegible] occultæ, & imperceptibilis prouidentiæ ib. b

nam Christus sol iustitiæ immutatus assumendo carnis naturam. ib. c

fuit eclipsatus sustinendo mortis iacturam ib. d, fuit renouatus acquirendo vitæ vestituram. ib. e, & fuit inflammatus exercendo mundi prælaturam. ib. f

Sol signat virtualem [illegible] ctionem. ib. g, nam iustus habere debet durationis longitudinem. ib. h, cognitionis limpitudinem. ib. i, intentionis recti [illegible] ib. k, atque affectionis celsitudinem. ib. l

Sol [illegible] signat [illegible] conditionem multiplicem ib. m

Solemnitas, solemnitates fuerunt institutæ ad Deum laudandum, collaudandū & honorandum, a. sumitur que in bono & in malo. ib. a. & est so[illegible]mnitas interior commendanda, exterior celebranda, superior affectāda, & inferior detestanda. ib. b

Sollicitus, sollicitudo, i. diligentia seu cura, &c. a

Sollicitudo quædam naturalis. ib. a

quædam virtualis ib. b

& quædam criminalis. ib. c

Solium est seu thronus regalis vel iudiciariæ maiestatis, &c. a, & est solium æternum diuinæ maiestatis, solium internu[illegible] naturalis voluntatis, solium supernum summæ fœlicitatis, solium externū mundanæ auctoritatis. &c. ibidem a.

[illegible] ido quædam sup[illegible] ior [illegible] ib. i. q[illegible] la peccatorum, [illegible] quædam [illegible] periculo a mundo [illegible] p[illegible] quæd[illegible] [illegible] tempestuosa damnatorum, ibi. d[illegible]

Soluere, reddere, satisfacere, accipitur [illegible] tam pro deligare, dirumpere liquefacere [illegible] &c. a

Soluendum est vinculum celeris [illegible] nalis, ib. b

Soluendum vinculum oneris temporalis, ib. c, atque vinculum fœderis corporalis, ib. d

Somnus, sopor, somnus quidam mortalis omnium viatorum, ib. a, quidam mortalis omnium peccatorum, ib. b, quidam infectionis carnalis peccatorum, ib. c, quidam temporalis diuitum mundanorum, ib. d, quidam infernalis damnatorum. ib. e, supernalis hominum beatorum, &c. ib. f

Somniare, somnium, somnia aliquando prouenıunt à Deo per inspirationem quandoq, à libertate animæ, quandoq; à diabolo, quandoque à [illegible], & quandoque ab homine, &c. a

Somnium quoddam hominum cupidorum, ib. b, quoddam immundorum luxuriosorum, ib. c, quoddam superbori, ibidem d, quoddam litigiosorum. ibidem e, & quoddam timidorum. ibidem f.

Sonare sonus, sonitus, sonus sumitur in bono & in malo. a

Sonus [illegible] quo ad Deum quidam inspiratiuus ib. b, quidam informatiuus, ib. c. quidā consolatiuus, ib. d, & quidam deceptiuus ib. e

Sonus quo ad iustos quidam deprecatiuus ib. f quidam collaudatiuus. ib. g, quidam iudicatiuus, ibid. h, quidam castigatiuus, ib. i, & quidam excitatiuus seu prædicatiuus, ib. k

Sonus vero in malo quidam detractorum, ibidem l, quidam tyrannorum, ibid. m, quidam deceptorum, ib. o. & quidam lasciuorum, ib.

Sordes, sordidus, per sordes peccata intelliguntur, quæ animam sordidant atque [illegible] dant [illegible] quibus cauendum est [illegible] sordescit anima à superbiæ tumor[illegible] luxus à fœtore, simoniæ [illegible] gastr[illegible] ig[illegible] fluore, ac [illegible] nustiuore ib. b

[illegible]

[illegible] quædam [illegible] miraculosa, ib [illegible] rum [illegible] & quædam d[illegible] c[illegible] lestium diuitiarum speciosa, &c. ibidem

Spec[illegible] lum faciens hominem continen[illegible] tiæ puritas, ib. h, verecundiæ venust[illegible] ib. i [illegible] sapientiæ claritas, ib. k, apparen[illegible] [illegible] honestas, ib. l, & redolen[illegible] tiæ suauitas. [illegible] m

Speculum signat virum iustum & h[illegible] stum, a. signat scripturæ potentatiua[illegible] luciditatem, atque signat mundana[illegible] prosperitatem, ib. a

Speculari, Speculator dicitur qui c[illegible] stituitur in ciuitate ad insidias & aduentus hostium præuidendum, ad vigilandum & ad clamandum signatis prælatos & prædicatores. a

Spes, sperare spes est mentis affectio de futuro, &c. a

Spes quædam vacua quæ stabilitatis fu[illegible] ento. ib. a, nam non est [illegible] in diuitijs, ib b, blanditijs, ib. [illegible] & e[illegible] nentijs, & [illegible] d

Spes quædam fatua quæ sagacitatis caret condimento, & ib c

Spe[illegible] quædam [illegible] cita quæ fidelitatis care[illegible] iuuame[illegible] & c ib f [illegible] spes quædam a[illegible] d[illegible] [illegible] tat[illegible] olle[illegible] m[illegible] leme[illegible] [illegible] b. [illegible]

Spes est actus vi[illegible] sus. b[illegible] est fortissima propu[illegible] [illegible] ix, ib [illegible] d[illegible] conso[illegible] ib. k, d[illegible] [illegible] tris, ib. [illegible], & promp[illegible] ma subleuat[illegible], ib. m

Spes c[illegible] odus fru[illegible] osus, ib. n[illegible] tiosus, ib. o; & fructus, pre[illegible] ibid. p

Spelunca multiplex. a nam q[illegible] [illegible] spelunca mortuos perfectoru[illegible] ib. [illegible] ttor mortuorum, ib. b, [illegible] [illegible] tium, ib. c [illegible] mundi [illegible] d, & obscurior dam[illegible] ibidem e

 ctum

quida[illegible]

... singulariter generata. a. est enim timor confusionis, ib. a

Verecundia quædam commendabilis, & virtuosa. ib. b. nam debet esse verecundia pœnitentiæ. ib. c, prudentiæ. ibid. d. audaciæ atq; constantiæ, ib. e

Verecundia quædam detestabilis & vitiosa, ib. f, & quædam confusibilis & damnosa, &c ib. h

Vermis est animal vile & modicæ virtutis turpissimiq; coloris. a

Vermis quidam despectiuus signat Christi humanitatem, &c. ib. b. vermis quidam corruptiuus signat culpæ malignitatem ib. c. & vermis quidam corrosiuus signat pœnæ acerbitatem. ib. d

Vertex est summu cacumen quod in montibus eminet & apparet & accipitur pro capite, &c. a

Vertex quidam interioris intellectus. ib. b, quidam eminentiæ perfectionis ibid. c, quidam excellentiæ sublimitoria. ibid d, quidam arrogantiæ elationis. ibidem e.

Vertere est mouere, voluere, vel mutare, & sumitur in bono & in malo. a

Vertuntur homines pœnitentes. ib. b. homines sapientes. ib. c, homines pestilentes siue obstinati peccatores. ib. d, homines fugientes, ib. e, homines diligentes. ibid. f, homines prosperantea, ibidem g

homines desperantea. ib. h, homines indigentes. ib. i. homines adulantea. ib. k, homines pereuntes. ib. l

Verus, verax, veritas, vere, veritas est illa virtus per quam quidditaa demonstratur. a

Veritas quædam existēs & realis, quædam permanens & moralis, & quædam eloquentiæ verbalis. ib. b

Veritas quædam carnalis & exterior ac æternæ permanentiæ. sci. Christus Dei filius. ib. c, nam ille habuit veritatem carnalis humanitatis. ib. d, habuit veritatē moralis sinceritatis seu bonitatis. ib e, quia habuit perfectionem, compassionem, protectionem, locutionem, durationem, &c. ib. f

& habuit veritatem realis diuinitatis, &c. ib. g quia vere fuit carne velatus, in cruce grauatus, à morte leuatus, virtute dotatus, honore ditatus, &c. ibidem h.

Veritas quædam moralis eminentiæ, qua quilibet iustus verus dicitur. ibid. i. nam iustus habere debet veritatem moralem veræ existentiæ. ib k, habere debet veritatem mentalis sapientiæ. ib. l

atq; veritatem verbalis eloquentiæ. ib. m. nam veritas habenda prædicando, ib. n. iudicando. ib. o. respondendo ib. p, ac corrigendo. ib. q

Vescor, vesceris, vesci, i. manducare, comedere, cibo, potu, pane, & aliis similib. corpori alimenta ministrare. a

Vespera est vltima pars diei, &c. a

Vespera signat senum antiquitatem ibidem b

signat cordis iniquitatem. ib. c

signat mortis obscuritatem. ib. d. signat vitæ longinquitatem. ib. e, atque signat mundi finalitatem, ib. f

Vestibulum est domus seu locus circa templum sanctorum vel circa cameras regum vel dominorum ad vestes induendum specialiter ordinatus a. estq; vestibulum quoddam superius, sc. patria cœlestis. ib. b, quoddam inferius, sc. Ecclesia. ib. c. quoddam interius, sc. conscientia ib. d, atq; quoddam exterius, scil. miseria huius mundi, &c. ib. e

Vestigium est signum quod remanet post alicuius rei transitum, vel recessum. a

Vestigium quoddam mirabile & gloriosum æternæ maiestatis. ib. b, quoddam laudabile & virtuosum moralis bonitatis, ib. c, quoddā damnabile & vitiosum, localis prauitatis. ib. d, atq; quoddam mutabile ac fluctuosum mutabilia vanitatis ib. e

Vestis, vestire, vestimentum, vestimentorū genera plura in scriptura inueniuntur, videlicet vestis naturalis, corporalis, temporalis, virtualis, supernalis, criminalis, & infernalis. a

Vestimenta quædam bonorum & perfectorum, sc. virtutum. ib. sicq; iusti habeant vestes lugubres & luctuosas, sc. pœnitentiæ atq; doloris. ib. c

habeant etiam vestes salubres & virtuosas, sc. gratiarum & virtutum quibus anima vestitur. ib. d, denotanturq; vestimenta Sacerdotum. ib. e

Vestimenta Sacerdotum duodecim. ib. f. g. h. i. k l. m. n. o. p. q. r

Vestimenta patientiæ, pœnitentiæ, abstinentiæ, continentiæ, &c. induenda, ibidem s

atq, habeant vestes celebrea ac virtuosas, &c. ib. t

Vestimenta quædam malorum & peccatorum, videlicet carnalitatis. ib. d. prosperitatis. ib. x. ac duplicitatis. ibidem y,

Vetustas, vetus, vetustas signat in bono & in malo. a

Vetustas quædam perfectorum & sapientium. ib. b

quædam peccatorum delinquentium. ib. c, atq; quædam damnatorum & pereuntium. ib. d

Vexatio sumitur pro tribulatione, castigatione, tentatione & damnatione. a. sicque reperitur vexatio mundanæ tribulationis, vexatio rapinæ & exactionis, vexatio disciplinæ & correctionis, vexatio diabolicæ tentationis ac suggestionis, atq; vexatio æternæ damnationis & afflictionis. ib. b

Via est illud terræ spatium per quod itur, & quod de termino ad terminum pertransitur, &c. a

Via quædam naturalis, scilicet eunctorum ib. b

sicque est via quædam per quam ingredimur, scilicet via natiuitatis humanæ. ib c

quædam per quam progredimur, scilicet via præsentis vitæ. ib. d. quædam per quam egredimur scilicet via mortis. ibidem e

Via quædam virtualis, sci. via virtutum per quam boni ad paradisum vadunt. ib. f. viæ istæ sunt tenendæ propter ipsarum multitudinem. ib. g, quia est via veritatis & prudentiæ, via pietatis & clementiæ, via puritatis & mundiciæ, via sanctitatis & decentiæ, via honestatis & congruentiæ, &c. ib. h

sicque viæ istæ eligendæ propter ipsarum gratitudinem. ib. i, sunt viles propter ipsarum rectitudinem. ib. k, atque sunt securæ propter ipsarum quietudinem &c ib. l

Via quædam criminalis, scil. malorum. ib. m. sicque est via superborum altissima, immundorum fœdissima, iniquorum bassissima, mundanorum longissima, ibidem n

Vicis, vicissimdo, vicissim accipitur pro simili casu vel pro recompensatione vel pro alterna retributione. a. sicque vicissitudo vna est indigentium. ibid. b. vna prosperantium. ib. c. vna delinquentiū, ib. d, & vna promerentium, &c. ib. e. sumitur etiam pro successione temporis vel pro certa & distincta temporis partione, &c. ib. f

Vicinus, id est, propinquus, socius vel amicus. a

Vicinus quidam honorabilis, sci. Christus. ib. b, quidam amicabilis, s. angelus. ib. c quidam commēdabilis, s. amicus fidelis. ib. d. quidam castigabilis, s. caro & mūdus. ib. e, quidam detestabilis, sci. peccator. ib. f. quidam formidabilis. sc. diabolus, &c. ib. g

Victima est sacrificium, hostia & immolatio, &c. a

Victima quædam saluationis, s. Christi. ib. b. quædam deuotionis, s. martyrum. ib. c. quędam religionis, sc. religiosorū. ib. d. quædam deuotionis, sci. voluntas viri iusti. ib. e, quædam corruptionis, s. operum malorum. ib. f, & quædam damnationis, sc. damnatorum. ib. g

Videre est illud per quod cognoscuntur rerum colores & quantitates, &c. a

Visio quadruplex. ib

Videt Deus benigniter dolorem patientium, ib. b. seueriter peccata delinquentium. ib. c, vtiliter merita laborantium. ibid. d

Visio moralis & speculatiua, qua iusti vident illa quæ pertinent ad salutem, ib. e. sicque est videnda summa bonitas vt habeatur. ib. f, nam videnda & attendenda est Dei authoritas & potentia. ib. g,

Dei benignitas & clementia. ib. h, Dei humilitas & patientia. ib. i, Dei seueritas & iustitia. ib. k, Dei fœlicitas ac eminentia ib. l

Virginis puritas & continentia. ib. m, angelorum communitas & consonantia ibi. n. fœlicitas cœlorum & opulentia ib. o, sanctorum societas, & amicitia. ibid p

Videnda est vitæ sanctitas vt teneatur, ibidem q

Videnda fratrum charitas vt foueatur. ib. r videnda mundi prauitas vt horreatur. ib. s, videnda rerum vanitas vt caueatur. ib. t. videnda vitæ breuitas vt desleatur. ib. u, & videnda pœnæ grauitas vt timeatur, ib. x

Visio quædam intuitiua, sc. beatorum qui vident in patria intuitiue faciem Dei passis. ib. y. sicq; est visio lætificatiua, desideratiua, salutificatiua, terricatiua & certificatiua. ib. x

Visu signat admirationem, attentionem, & circa aliquid occupationem & narrationem, ib. 1. sicq; Ioannes videt Deū cunctis imperantem. ib. 2. cœtum ange-

Voca-

X.



F I N I S



Z